MONTAGNANA
OPERA SELECTIORA
CERMISONIUS
CONSILIA MEDICINALIA

CABALLUS
DE
ANIMALI THIRIO
(UFFENBACHIUS)
1652

IX 4.

The Library of the
Wellcome Institute for
the History of Medicine

MEDICAL SOCIETY
OF
LONDON
DEPOSIT

Accession Number

Press Mark
MONTAGNANA, B.

66235/D

A Ah. 8

R

A h 8
LONDON·MEDICAL·SOCIETY OF

BARTHOLOMÆI MONTAGNANÆ

Medicinæ quondam Profeſſoris Clariſsimi Celeberrimiq́, in alma Bononienſium Academia,

OPERA SELECTIORA,

In quibus ejusdem Conſilia numero CCCV. De Diſpoſitione Hypochondriacâ, de Balneis Patavinis, de Compoſitione & Doſi Medicinarum, continentur.

His acceſſêre

ANTONII CERMISONII,

Medici olim Excellentiſsimi, Conſilia Medicinalia numero CLIII.

&

FRANCISCI CABALLI BRIXIENSIS

De animali Thirio Tractatus

Omnia

Accuratè, naviter & ſedulò emaculata, reviſa, relecta, locupletata,

à

PETRO VFFENBACCHIO,

MED. D. REIP. FRANCOFVRTENSIS Medico-Phyſico ordinario,

Suisq́, Indicibus & ſede Materiarum præcipuarum uberrimâ donata.

PRODVCTA
WOLFFGANGI Junioris & JOHANNIS ANDREÆ ENDTERORUM
Curâ.
Anno M. DC. LII.

E1.

MAGNIFICIS, AMPLISSIMIS VIRIS NOBILITATE GENERIS, SAPIENTIA, VIRTVTE, DOCTRINA PRÆſtantiſſimis; Prætoribus, Conſulibus ac cæteris omnium ordinum Senatoribus inclitæ ac liberæ Imperialis Reipub. ARGENTORATENSIS, Dominis ſuis obſeruantia animique debita ſubmiſſione colendis.

PETRVS VFFENBACHIVS Medicus S. P. D.

PAVSANIÆ *equidem Pliſtonactis Filij opinio fuit, Nobiliſſimi, Ampliſſimi ac prudentiſſimi viri, eum præ cæteris optimum eſſe Medicum, qui non permitteret ægrotos extabeſcere, ſed quam primum ſepeliret.*

Quæ quamuis a Socratis ſententia non multum recedat, durior tamen & inhumanior mihi videtur, quam quod ab homine Chriſtiano approbari debeat. Ad quid enim obſecro tot regiones terraq; interuallo maximo diſſitæ peragrarentur, incommoda multifaria ſuſtinerentur, tantaq; ſcriptorum volumina ingenti cum labore euoluerentur; ſi tota ars in hoc ſaltem eſſet ſita, vt decumbenti mors acceleretur illico, quod tamen quiuis etiam ſimpliciſſimus abſq; vllis expenſis, nulloque præceptore literato inſtitutus breuiſſimo temporis ſpatio ediſcere poſſet? Plures enim, qui artem hanc callent, ex vtroq; hominum ſexu, proh dolor, quam exoptamus, hinc inde diuagantur.

Vt autem inhumana & impia Pauſaniæ fuit opinio, ita & cauſſa, qua motus eandem pronunciauit, nullius eſt momenti. Quid enim, inquit, agunt Medici aliud, niſi quod arte ſua mortem reddant longiorem, hominemque diu mori cogant? Profecto aut tales Medicos ſuo tempore ſecum habuit, aut ſingulare odium, quod veriſimilius eſt, aduerſus noſtræ facultatis cultores in pectore aluit. Noſtro enim hoc ſeculo tales inter vere Medicos haud quaquam numerantur, ſed qui præcepti illius Hippocratici memores, cito, tuto & iocunde curant, curare autem taliter non eſt ad orcum mittere, ſed hominem priſtinæ ſanitati reſtituere adeoque ſubleuare, vt aut Eccleſiæ aut Reipubl. prout cuique munus eſt, prodeſſe diutius poſſit. Quod optime cognoſcens Homerus, Solis Medicis præclare hoc encomium tribuit, quod cæteris omnibus cuiuſcunque conditionis hominibus longe anteferendi ſint, dum inquit; Ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων. *Talis enim Medicina ars eſt, quæ ſanitatem præſentem conſeruat, turbatam recreat & afflictam reſtituit, imo non oculis ſaltem expoſitum, ſed & latens in corpore vitium tollit, fugientem ipſam animam, & tanquam e carcere, quo retinetur, euadere cupientem, ſiſtit ac remoratur, ideoque ſacræ ſcripturæ merito affinitate iuncta, cognata & omnium maxime vicina dicitur.*

Talem etiam artem exercuit BARTHOLOMÆVS MONTAGNANA *ſingulare Medicorum decus, quem ceu præceptorem Gerardus Bolderius, Phyſicus olim Veronenſis tantis extollit laudibus, vt immortalem ei aſſcribere intelligentiam non vereatur, velut qui non in profitendo tantum ſingularis extiterit, verum etiam in botanicis, anatomicis & omnium maxime in chyrurgia miram & incredibilem cognitionem habuerit, eaque omnia tum priuatim tum publice ſæpe ſæpius reipſa comprobauerit. Nam vt Iacobus de Vitalibus Medicus Brixienſis, qui primus ſcripta*

Epiſtola Dedicatoria.

eius edidit, de illo atteſtatur, nullus fuit poſt Abohalen Medicus, qui ſingulas Medicinæ partes com-
pendioſius, apertius, cumulatius attigerit, aperuerit & explicáuerit, generum enim, inquit, omnium
ægritudines, tam communes, quam proprias diuine rimatus eſt, cuncta, quæ vel ad integram conſer-
uandam, vel ad labefactam erigendam reuocandamque ſalutem conferunt, caſtigatiſsime pleniſſime-
que adeo complexus, vt nihil iam excogitari poſſe videatur, quo aut doctus expertuſque Medicus
delectari, iuuari, aut diſcendi ſtudioſus erudiri & ad medendum introduci facile poſsit, quod non a
diuino Bartholomæi ingenio cognitum longaque experientia comprobatum ſit; id quod in primis eius
conſilia veluti vniuerſam Medicinæ ſcientiam ſumma claritate complectentia, docte, dilucide &
copioſe oſtendunt: ita vt ſiue de ægritudinibus earumque cauſſis, ſiue de ſignis aut curis Montagna-
nam diſputantem audire libuerit, nihil ab eo prætermiſſum, nihil diminutum, nihil ieiune aut in-
commode dictum diiudicare poſſis.

Conſiliorũ ordo. *Quantum vero ad eorundem conſiliorum ordinem, qui primo in auctoris exemplari nullus*
plane, ſed ita indiſpoſitus erat, vt ipſi caſus medicam a ſe opem implorantes ægros obtulerat, a dicto
Iacobo de vitalibus in prima ſtatim editione in ſuum quæque locum digeſta ſunt, quo inuentu legen-
tibus eſſet facilius, & cuicunque morbo conſilium reſponderet. Exiſtimans igitur ordinem operi pul-
critudinem non exiguam, lectori vero rerum inuentionem facillimam præſtiturum, conſiliorum o-
Diſtributio. *mnium ſummam in tres partes diſtinxit. Quarum prima eſt de regimine ſanitatis: altera de propriis*
vnicuique membro paſsionibus a capite vſque ad pedis calcem: tertia de toti communibus: Et ad fi-
nem nonnulla de propriis ægritudinibus nuperrime inuenta conſilia addit. Quibus omnibus, quo
completius, nulloque extrinſecus egens, opus redderetur, adiecit quarto loco breues quaſdam, verum
perutiles eiuſdem auctoris tractatiunculas de balneis, & inſuper alias de componendorum, doſando-
rum adminiſtrandorumque medicaminum regulas vna cum antidotario.

Quomodocunque vero conſilia Antonij Cermiſonij & liber Franciſci Caballi de theriaca ac-
ceſſerint, digna ſane iudicata ſunt, quæ denuo imprimerentur, & Montagnanæ, vt antea, anne-
cterentur.

Quantumuis vero auctor hic Bartholomæus excelluerit, & excellat adhuc, ita vt nomen alte-
rius ſeu ſecundi Hippocratis apud omnes mereatur, mihi tamen (quod ſane fateri non erubeſco) aurea
illius ſcripta etiamnum eſſent incognita, ac theſaurus tam inæſtimabilis, quantum ad me, adhuc late-
ret abſconditus, ni a clariſsimo viro, Domino D. Ioanne Lyſia Medico Hamburgenſi, quo cum in Ita-
lia familiaritatem iucundiſsimam mihique multis nominibus gratam & acceptam inij, fuiſſem ad-
monitus, vt, qui loco ſim illuſtri, vbi Rempubl. medicam excolere facile poſſim, conſilia hæc & reli-
qua, quæ iiſdem ſunt annexa, reuiderem, denuoque, veteri nempe & ſordida ſua veſte exuta in lucem
emitterem. Cui quamuis, vt par erat, morem gerere, eoque facultatis huius cultoribus commodare
ſtuderem illico, inopia tamen & defectus exemplaris me huc vſque remorata ſunt, donec tandem ad
clariſsimi & excellentiſſimi viri Domini D. Ioannis Hartmanni Beyeri compatris mei & collegæ
ſemper colendi bibliothecam, quæ ſane inſtructiſsima eſt, aliquanto propius accederem, ibique, quod
iam apud plurimos quæſieram, offenderem, qui, vt in reliquis omnibus conatus meos iuuare nun-
quam deſinit, ita & in hoc mihi perlubenter gratificabatur & adnexa cenſura librum commodabat.
Hi ergo ſunt, quibus benignus Lector omne fere illud, quod ex huius authoris lectione haurire poterit,
(poterit autem plurimum) referendum habet. Meos enim labores, quos in eo relegendo & emaculando
conſumpſi, magni adeo non facio, quouſque prius cognouero, gratos ei & acceptos fuiſſe, quo ſane adeo
me ſibi obſtringet, vt quieti omnino nulli prius me commiſero, quam reliqua, quæ inſtinctu eorundem
prædictorum meorum amicorum nunc præ manibus habeo, in publicum etiam prodierint.

Cur autem vobis, Nobiliſsimi, Ampliſsimi ac Conſultiſſimi, viri, opera iſthæc Bartholomæi
Montagnanæ nuncupauerim, mirari in primis illi ceſſabunt ſcio, quibus notum eſt, quandiu & quan-
ta cum fidelitate in gymnaſio veſtro præ ceteris nobiliſsimo, quod ſumma cum liberalitate & pruden-
tia tam belli, quam pacis tempore conſeruatis & propagatis in dies, inſtitutus & informatus fuerim:
ab anno enim proximi elapſi ſeculi octuageſimo ſeptimo vſque ad nonageſimum quintum continue
fere in eo verſatus ſum, & quicquid eruditionis in me eſt, id totum Profeſſoribus & Præceptoribus
veſtratibus acceptum refero, quorum ſane nomina hic ordine recenſerem, ni viderer a primo, quod a-
iunt, ouo rem repetere.

Accedit & altera cauſſa, priori forte non inferior, honores ſcilicet & dignitates multifariæ,
ad quas Socerum meum Danielem Birtſch piæ memoriæ in ordinibus Senatoriis promouiſtis, & pro-
vexiſſetis vltro, ni mors præmatura vobis illum ſurripuiſſet, quæ etiam cauſſa fuit, quin minus, vt

quidem

quidem mente conceperat, gratum ſeſe erga quemlibet veſtrûm totamque rempubl. exhibere potuerit, cuius tandem partem in me reſeruatam puto.

Craſſæ igitur nimiumque obeſæ naris erit, qui non ſenſerit, amplas mihi & ſufficientes fuiſſe cauſſas, cur hæc antiquorum auctorum ſcripta, Amplit. veſtræ, dedicauerim, nec eſt; quod in iis declarandis vltro detinear: ideo quod reliquum eſt, eandem obnixe rogo, vt præſens hoc munus, quamuis alienum, fronte benigna ſuſcipiat contraque maleuolos auctoritate ſua, quæ apud omnes maxima eſt, defendat. Quod ſi vti ſpero, impetrauero, nullius me laboris in eo conſumpti pœnitebit, ſed totum illum optime locatum & abundantiſſime recompenſatum fatebor. Valete viri ampliſſimi & prudentiſſimi veſtrámque Academiam eo, quo hactenus ſoliti eſtis, amore & fauore amplecti pergite. Francofurti Calend. Septemb. Anno recuperatæ per Chriſtum ſalutis M D C I I I.

I.

EPIGRAMMA,

IN CONSILIA MEDICA BARTHOLOMÆI MONTAGNANÆ, OPERA VIRI CLARISSIMI D. PETRI VFFENBACHII, Phil. & Med. D. præſtantiſſimi, edita & caſtigata.

DAs Montagnanæ Conſulta Medentibus apta
Vtilibus ſtudijs emaculata tuis.
Non hominum ſaltem, verum ſimul ipſe librorum
Es felix opifer; quam dupla magna ſalus!
Inſtauras illis vitam vireſq;: ſed horum
Lucem cum Genio floridiore nouas.
Hinc Medea, ſenem faciens iuueneſcere, cedat:
Nam plures annos tu reuocare potes.
Quod tua ſit potior Medeâ bina Medela
Litera plus numerans teſtis erit liquida.

Ioannes Hofmannus Huſanus Poeta & Theologus ſub Comite-Principe Naſſo-Saræpontano, auctoris compater F.

II.

AD PETRVM VFFENBACHIVM MEDICVM Reipubl. &c. Francofurt.

QVOD Medici titulo præſentis ſcriberis æui,
O VFFENBACHIÆ gloria, PETRE, domus;
Ars facit ta ſanis pariter quod amaris & ægris,
Artis dexteritas efficit vna tuæ:
Quod vatum flores monumentis inſitus; inde
Quod vatum certus fautor es, illud habes.
Vt te immortalem moribundo in corpore reddas,
Ingenij profers tot monumenta tui.

ALIVD.

ARTIS Pœoniæ tibi fons eſt largus; ad ægros
Hinc optatæ abeunt ſæpe ſalutis aquæ.
Copia te rerum magnarum diues inundat;
In multos bonitas hinc tua crebra fluit.
Vatum digna facis riuis: ſinis ergo fauoris.
Ad vates riuos largiter ire tui.
Reſtat vt ingenij felicis poſtmodo riuos
Hactenus occluſos, rite patere ſinas.
Sic & poſtgenitis ſeclis prodeſſe futuris,
Vt communis aquæ viuida vena, potes.

Andr. Henæus P. L. Eccleſiaſtes Lahranus, Calend. Septembr. Anno MDCIII.

INDEX CONSILIORVM BARTHOLOMÆI MONTAGNANÆ MEDICI CLARISSIMI,

Conſilia præambula,

1. *De Conſervanda ſanitate fol 1.*
2. *De Regimine transfretantium.13.*
3. *De præſervatione corporum debilium in aere ſubtili.15.*

Sequuntur nunc Conſilia,

De ægritudine cerebri tractant Conſilia.1.2. 3.4.5.6.7.8.9.10.11.12.13.14.15.16.17.18.19. 20 21.22.23.24.25.26.27.28.29.30.31.32. 33.34.35.36.37.38.39.40.41.42.43.44.45. 46.47.

De ægritudinibus nervorum tractant Conſilia. 48.49.50.51.52.53.54.55.

De ægritudinibus oculorum tractant Conſilia. 56.57.58.59.60.61.62.63.

De ægritudinibus aurium, Conſilia 64.65.66. 67.68.69.70.

De ægritudinibus narium. 71.72.73.74.75. 76.77.78.79.80 81.

De ægritudinibus oris & faciei tractant Conſilia 82.83.84.85.86.

De ægritudinibus dentium tractant Conſilia. 87.88.89.90.91.

De ægritudinibus pectoris & pulmonis tractant Conſilia. 92.93.94.95.96.97.98.99. 100.101.102.103. 104.105.106. 107.108.109. 110.111.112.113.

De ægritudinibus Cordis tractant Conſilia. 114.115.116.117.118.119.120.121.122.

De ægritudinibus mamillarum tractant Conſilia. 123.124.125.126.

De morbis ſtomachi tractant Conſilia. 127. 128.129.130.131.132.133.134.135.136.137. 138.139.140.141.142.143.144.145.146.147. 148.149.

De affectibus æſtatis tractant Conſilia. 150. 151.152.153.154.155.156.157.

D: ægritudinibus ſplenis tractant Conſilia. 158.159.160.161.

De ægritudinibus ventris inferioris tractant Conſilia, 162.163.164.165.166.167.

De ægritudinibus ani tractant Conſilia 168. 169.170.171.172.

De ægritudinibus renum tractant Conſ.173. 174.175.176.177.178.179.180.181.

De ægritudinibus veſicæ tractant Conſ.182. 183 184.185.186.187.188.189.190.191.192. 193 194 195.196.

De ægritudinibus membrorum generationis in viris, tractant Conſilia. 197.198.199. 200.201.202.203.

De ægritudinibus membrorum generalium in mulieribus tractant Conſ.204.205.206. 207.208.209.210.211.212.213.214.215.216. 217.218.219.220.221.222.223.224.225. 226.

De ægritudinibus apparentibus in extremitatibus membrorum, tractant Conſ.227. 228.229.230.231.232.233.234.235.236. 237.238.239.240.241.242.243.244.245. 246.247.248.249.250.251.252.253.254.255 256.257.258.259.260.261.

De paſſionibus totius quæ non ſunt febres, tractant Conſilia.262.263.264.265.266. 267.268.269.270.271.272.273.274.275. 276.

De febribus tractant Conſil. 277.278.279. 280.281.282.283.284.285.286.287.

De ægritudinibus cutis tractant Conſ.288. 289.290.291.292.293.294.295.296.297. 298.299 300.301.202.

Hæc omnia conſilia ſequuntur Tractatus ſequentes.

I. *De Balneis. fol. 1285.*
II. *De modo componendi medicinas, & de doſi earum invenienda fol.1293.*
III. *Conſilia medicinalia Antonij Cermiſonij. fol. 1.*
IV. *Franciſci Caballi Prixienſis liber de animali thirio. fol. 21.*

BARTHOLOMÆI

A MONTAGNANÆ, MEDICI CLARISSIMI.

Conſilia Medica,

De Ægritudinibus tam communibus, quam particularibus, a capite vſq; ad pedes. Et de conſeruanda ſanitate.

CONSILIVM PRIMVM.

B *De conſeruanda ſanitate & proprie corporum, quorum caput & ſtomachus ab æquali de-clinant ad intenſam humiditatem. Et diuiditur in capitula ſeptem.*

CAP. I. *De fundamento regiminis ſanitatis.*

GEneroſiſſimo atque reuerendiſſimo in Chriſto patri, domino Petro Donato, ſummi Pontificis prothonotario prædigniſſimo Dño ſuo colendo, Bartholomæus de Montagnana, Phyſicorum minimus, ſalutem & eiuſdem conſeruationis canones impertit.

Cupiens canones conſeruandi ſanitatem, atq; euitandi nocumenta, itinerandi vel commorandi domino præſcripto, diligenti conſide-
C ratione præſcribere præmitto, neceſſarium eſſe ad cuiuslibet membri conſeruationem intendere. Verum magis ad ea, quæ in genere membrorum magis lapſa videntur.

Cum igitur ipſius caput & ſtomachus ab æquali declinent, ad intenſam humiditatem ſatis: ea propter eſſe conſcribendum regimen: Et ſi aliorum membrorum conſeruationem intendant: erit tamen exceſſus horum duorum membrorum proprie correctiuum. Huius autem fundamentum ſtabiliendum circa ſex illa, ſine quorum applicatione corpus humanum nec eſſe, nec perſiſtere poteſt, quæ res non naturales a Medicis numero ſex nuncupantur. Et ſunt aer; cibus & potus; exercitium & quies; inanitio & repletio; ſomnus & vigilia, & animi accidentia. Neq; etiam itineranti tibi hoc regimen ſolummodo; verum etiam perſiſtenti ipſum diligenti affectione tenendum. Ipſum
D autem in ſeptem ſecui capitula.

Primum quidem, quod conſulendi fundamentum eſt venatum.

Secundum ponit cauſſam conſeruandi ſanitatem per regimen aeris.

Tertium per regimen cibi & potus.

Quartum per regimen motus & quietis.

Quintum per regimen inanitionis & repletionis.

Sextum per regimen ſomni & vigiliæ.

Septimum per regimen accidentium animæ.

His enim attentis facile ſanitatem gubernare poteritis.

CAP. II. *De conſeruatione ſanitatis per electionem & rectificationem aeris.*

QVIA ſecundum Galenum *therapeuticæ nono*, Aerem velimus ſiue nolimus, vni-
E cuiq; concedimus, igitur merito ab ipſo incoandum. Eligatur igitur aer ciuitatis, vel loci, vel camerę hyemali tempore ad caliditatem notabiliter vergens: reliquis autem temporibus in calore ſit æqualis. Quouis autem tempore anni ſemper ad notabilem ſiccitatem declinare debet.

Commoda habitatio rationé aëris.

Euitentur igitur cameræ loca antiquis muris condita: teſtudinales etiam cooper- A
turas habentia, mucore & reumate plena: aquis etiam propinqua: ſole, ſtellis & aeris
ſerenitate priuata, vaſta habitacula, vento & occidentali aſpectui, aquilonari expoſita
reprobentur. Habeant autem cameræ orientalem aſpectum & meridionalem. Licet
non totaliter meridionali exponi debeant.

Et quia veſtes aliter, & aliter aerem modificantes, & occurrere prohibentes, aeri
connectuntur; Ideo, quibus caput veſtrum tegitis, tecturæ ſint ex byretis vel infulis
ſcarletinis colore keſmes diligenter intinctę, aut ſibi ſimiles.

Coopertura capitis, quali eſſe debeat.

Laudo etiam permaxime, vt hyemali tempore byretum fulciatur, variorum dor-
ſibus. Neque etiam in ſola capitis tectura leui perſiſtendum: quinimmo in conſumti-
one humiditatis, quæ continue peraugetur, vigilandum. Eſt enim in ipſo marcoris, ca- B
pitis caniciei, & reliquorum conſimilium cauſſa. Sint igitur capitis cooperimenta, ſi-
bi decenter applicata, & ipſum nullatenus conſtringentia. Neq; etiam reliquæ veſtes
collum & pectus ſtringere debent: ſtomacho autem & ventri veſtes decentius, ac quaſi
conſtringendo copulatæ ſeruentur: in veſtibus etiam ventris crocus, lignum aloes, &
ambra ſeruentur. Eſt enim odór horum cerebro vigorem addens. Muſcum autem pro-
pter multam ſui euaporationem non laudo. Itineranti autem tibi diligentius in nocte
muniatur caput: vt ſimplici ſcarletino byreto ſuperponatur aliud præfato modo ſufful-
tum. In die vero caput biuarico pileolo equitando tegatur, qui ſui amplitudine non ſo-
lum caput; ſed collum & humeros quoq; abundanter operiat. Aliter n. de nocumento
nuchæ & filiorum ſuorum propter humiditatis & frigiditatis exceſſum timendum erit. C

Manuum etiam optimam cōſeruationem optima tectura procurare oportet. Me-
moria quin etiam non excidat defenſio pedum: vt ſcilic. caligis omni ſero permutatis
vel exſiccatis, vel ex filtro factis ambiantur.

Pomum contra malignitatem aeris pro peregrinantibus.

Et quia iter agentes oportet frequenter loca fœtida, aeris nebuloſa, peſtifera vel ca-
liginoſa tranſire: Ideo ad horum præſeruationem omnium maxime iuuat, pomum hoc
odorare frequenter. ♃. *Laudani electi, drach. iij. ligni aloes, drach. j. ambræ.* ℈ ß. *galliæ muſca-
tæ, ſtoracis, calamitæ, an. drach. j. ß. fiat pomum cum aq. roſ. muſcata.* Et ſi huic deſcriptioni
addatur camphorę, ʒ j. melius eſſet ad prohibendam peſtiferi aeris impreſſionem.

Loco etiam pomi huius conueniret odor maioranæ, ſerpilli, roriſmarini, ſaluiæ &
ſimilium. D

Stantes autem habentes aerem malæ qualitatis ipſum corrigere poſſunt tali medi-
camento; ♃. *ſtoracis calamitæ, laudani, an.* ℥ ß. *thuris gummoſi,* ℥ j. *ligni aloes, ſcrup. j. fiat pul-
uis, ex quo medium cochlear ignitis ſuperaſpergatur prunis*, talis enim fumus malitiam aeris re-
primit.

Optimum etiam eſt accendere ignem magnum in camera cum lignis iuniperi;
lauri, cupreſſi, vel ſimilium. Rectificat enim ignis talem aerem, & regalia membra con-
fortat. Et hæc perſæpe neceſſaria ſunt iter agentibus: & peſtifera loca pertranſeuntibus
ac colentibus, vel ea, in quibus de peſtilentiæ dubitatur euentu. Vt Conſtantiæ ciuitas,
in qua concilium pro ſacroſanctæ Chriſtianæ fidei, quam Deus influat, vnione, Anno
gratiæ Chriſti millesimo 405. celebratum fuit. Vbi me iudice haud parum de peſtilen- E
tiæ caſu, verſus finem dominii Germanorum, & deinceps dubitatur.

Similiter quoq; & præfatæ ſuffumigationes vtiles exſiſtunt tranſeuntibus & habi-
tantibus hoſpitia vel immunda loca: aut ea, in quibus præhoſpitati fuerunt peſtifera, &
immunda loca colentes.

Caput III. *De conſeruatione ſanitatis per electionem & rectificationem cibi & potus.*

Canones ad cibū & potū ſpectantes.

CIBORVM autem & potus regimen exſequendo aliquos, ſicut & in ſequen-
tibus capitulis, præmittam canones.

1. Primus, nunquam comedendum eſt, niſi fames naturalis inſurgat. Et
cum affuerit, ilico comedendum. Quoniam tolerare famem ſtomachum F
putridis replet humoribus. Vt teſtatur Auicen. *fen. 3. lib. 1. cap. 7.*

2. Secundus, ſtante intenſa fame non eſt comedendum vſq; ad ſaturitatem. Imo ci-
bus accipiatur, famis reliquiis adhuc in ſtomacho manentibus.

3. Tertius canon: nō eſt comedendū: niſi dum perceptū fuerit primū cibū a ſtomacho
ad in-

A ad inteſtina deſcendiſſe, & in hoc limitatio temporis habeatur, vt inter primum & ſecundum cibum horæ intercedant octo ſaltem.

Quartus: Non eſt comedendum dum in ſtomacho ſentitur faſtidium, & proprie cum fuerit faſtidium ex groſſis nutrientibus: quoniam cum faſtidium peruenerit ex groſſis nutrientibus, facit hereditare dolores iuncturarum, renum, & dyſuriam, podagram, duritiem ſplenis & epatis, morbos melancholicos, & phlegmaticos. *tertia primi.* 4.

Quintus, Subtiles cibi ſemper præaſſumantur groſſis. Qui autem ſint, infra videbitur. 5.

Sextus, Menſura cibi talis exſiſtat, ne ſtomachum grauitet, & potus etiam ne in B ſtomacho fluctuet: deterior eſt comeſtio, quæ ſtomachi grauitatem facit, ſicut deterior potus eſt, qui temperamentum egreditur, & in ſtomacho natat vbi ſupra. 6. *Ordo comedendi & bibendi.*

Septimus, Percepta ſtomachi debilitate, partiatur cibus reſpectu ſoliti; ita, quod portio, quæ in vice vna accipi ſolita eſt, in duas partiatur, ſic enim melius digeritur. 7.

In cibis igitur in pane exordium capiam, & illud quidem merito, cum ſit fere totius cibationis fundamentum, *vt Galenus alimentorum primo.* Euitetur igitur panis omnis factus ex frumento malæ meſſis: aut in peſtifera regione collecto. Corrumpunt enim mortalitates vegetabilia & plantas, & corrumpuntur animalia eis veſcentia. Euitetur etiam panis non bene coctus, humidus, & fermenti & ſalis parum recipiens. Sit igitur panis de puriori parte farinæ, quam ſimilam vocant factus, communi modicum C ſalitior, & eo fermenti amplius recipiens, non per coctionem denigratus: ſed candidus manens, & partibus combuſtis, ſi contingit, vel cruſtoſis, abiectis, trium vel quatuor ad plus dierum ætatem habens. Laudo etiam vobis bis coctum panem cum granis fœniculi, ex eo aliquid ante cibum ſumendo, niſi ventris conſtipatio prohibeat. *Quæ in cibis euitanda.* *Quis panis euitandus.*

De carnibus autem videndum eſt. Primo, quorum animalium carnes competant. Secundo, quæ de numero partium animalium laudabiliores exſiſtant. Tertio, quis cognitionis vel præparationis modus. *Quæ carnes conueniant.*

In animalibus primo iterum de domeſticis; ſecundo de ſylueſtribus dicendum. Adhuc ex domeſticis. Primo de quadrupedibus. Secundo de volatilibus agendum.

D Ex animalibus autem quadrupedibus conueniunt carnes vituli lactantis, natiuitati non valde propinqui, ſed per duos menſes ab ea diſtantis, & annum vnum non admodum tranſeuntis. Conueniunt etiam capretinæ ſuo tempore per 20. dies a ſua natiuitate diſtantes. Caſtratinæ quoque iuuenes & non macræ. Porcinarum autem carnium vſus elongetur; niſi partium macrarum recentium, ſuo tempore, & aſſatæ potius quam elixæ. Agninæ etiam carnes non conueniunt: vaporoſum enim & phlegmaticum dant ſanguinem. Si tamen aliquando placeant, eligatur agnus a natiuitate diſtans, & cum ſuo grege excitando degens: nutriti autem in ſtabulis agni, & farinam lini pinguescentes ſtudio comedentes, euitentur. *Ex quadrupedibus domeſticis.*

Ex quadrupedibus ſylueſtribus, eligantur carnes capreolinæ, leporinæ, & aprinæ: E ceruinæ etiam ſumi poſſunt: reliquę autem, quia non ſunt in vſu, ſciratulorum & ſimilium reptilium carnes dimittantur. *Ex quadrupedibus ſylueſtribus.*

De volatilibus autem domeſticis conueniunt pulli; non tamen parui, qui ſolum ſi habeantur, iunioribus abſentibus, aſſati, quam elixi meliores. Laudantur gallinæ, capones, pauones iuuenes, & columbini ſaltem per 20. dies a natiuitate, & nondum perfecte pennati: horum tamen omnium ſolidæ & antiquę carnes dimittantur. Anates autem ſi fuerint iuuenes non valde pingues laudantur: raro tamen vſu & rarius anſeres. Anates autem aſſæ meliores erunt. Anſeres vero elixæ. *Ex volatilibus domeſticis.*

De volatilibus vero ſylueſtribus laudantur ſturnæ, perdices, phaſiani, grues & paruæ aues in dumetis & nemoribus degentes, & turdi, meruli, fringillæ, cardueles, F muſcardelli, betucii, philomelæ, ficedulę, alaudæ, caudæ, tremulæ, turtures, & reliquæ ſimiles. Quales vero difficilis ſunt digeſtionis & nauſeatiuæ ſtomachi, paſſeres, aut hirundines, picæ, & reliquorum non vſualium carnes, dimittantur. *Ex volatilibus ſylueſtribus.*

Animalia vero volatilia in aquis degentia, tibi in vſu non exſiſtant. Et ſi quinq; acciplantur, fiant cum aliquo ſaporum infra ſcriptorum condita. *Ex volatilibus aquatilibus.*

Laudo etiam columbos ſylueſtres, iuniores tamen ex eis.

Conuenit etiam, vt in vſu accipias ſalitarum carnium aliquid, elixatum in cibis, A
quæ macræ ſint, quia ſtomachum confortant.

1. *Cānon de partibus animalium.* De partibus autem animalium præmittendum. Primo, quod omnium animalium, quorum nutrimentum groſſum, frigidum & viſcoſum, oppilatiuum, & vaporoſum eſt, carnes dimittantur.

2\. Secundus canon: Animalium omnium anteriora calidiora ſunt, & digeſtioni leuiora, poſteriora vero econtra.

3\. Tertius: Si caput, ſtomachum, collum, groſſi & viſcoſi nutrimenti partes, aſſumere libet, intentione remittendi calorem, aut excitandi appetitum, melius eſt prædicta aceto præmacerata fuiſſe.

Complexiones partium in ſpecie. A capite igitur incipiens, inquam, cuiuſcunq; cerebri complexionem frigidam B eſſe & humidam, & eſſe mali & viſcoſi nutrimenti generatiuam. Ideo cum ſpeciebus & ſale bene condiri debet: raro tamen tangatis: remollit enim ſtomachum, tarde digeritur, appetitum deiicit. Laudabilius tamen ceteris eſt cerebrum hœdi, vituli & pullorum, & in ſumma omnium natatilium. Volatilium cerebrum, & maxime montanorum quadrupedum cerebro laudabilius exiſtat. Capitis autem partes aliæ dimittantur, præter oculum.

Cerebri.

Mamillarũ. Mamillę autem ſiccæ complexionis exſiſtunt: Et ſi iuuenis fuerint animalis, collaudantur.

Medullæ. Medulla licet calida ſit & humida, tamen deuitetur: ſtomachum enim conturbat, mollificat & appetitum delet. C

Pulmonum. Pulmo accidentali complexione frigidus eſt & humidus, quia phlegmaticus. Cōplexione vero radicali calidus eſt & ſiccus, & non eſt malus.

Cordis. Cor licet calidæ complexionis & ſiccæ ſit: quia tamen difficilis digeſtionis, niſi fuerit iuuenis & mollis animalis, non valde frequentetur.

Epatis. Epar calidum eſt & humidum, tarde digeritur, ſanguinem præbet groſſum, & in venis tarde penetrat. De volatilibus tamen melius eſt epar gallinæ, & anatis. De quadrupedibus epar hœdi, porci & vituli.

Splenis. Splen frigidæ complexionis eſt & ſiccæ, mali nutrimenti, tardæ digeſtionis, melius tamen in eodem genere eſt ſplen porci. Laudatur enim ſtomacho ſua ſtypticitate

Renum. conferre. Renes in caliditate non multum eleuantur: ſed in ſiccitate valde. Ideoq; nu- D trimentum paucum exhibent & groſſum: meliores tamen renes ſunt porcini & hœdini, & non multi vſus.

Stomachi. Ventres vero ſunt complexionis frigidæ & ſiccæ, nutrimentum paucum & groſſum dantes. Laudabiliores vero ſunt ventres auium, quam quadrupedum: comedantur tamen cum aromatibus. Gallinæ autem ſtomachus, & maxime eius interior pellicula ſtomacho confert, ſi bene digeratur.

Caudæ. Cauda calida eſt, & choleram generat: & laudatur, quia in faſtidium redit ſtomacho: non ſit in multo vſu, maxime ſi fuerit valde pinguis.

Pedum. Pedes vero, licet viſcoſum dent nutrimentum, non tamen valde vituperantur: eorum tamen nutrimentum eſt paucarum ſuperfluitatum: ſunt etiam boni chymi, & ſuo E ventrem leniunt nutrimento. Cauendum tamen, ne comedantur cum diu in aceto macerati fuerint.

Teſticulorũ. Teſticuli calidi ſunt & humidi, laudabile nutrimentum exhibent, quantoq; iuniorum animalium eo meliores ſunt. Ex quadrupedibus autem meliores ſunt vitulorum & hircorum. De volatilibus pauonum, pullorum & phaſianorum, perdicum vel ſimilium. Et elixi etiam meliores, quam alio præparationis modo.

Alarum. Alæ animalium omnium iuuenum laudabiles ſunt. Caro autem rubea, & ſine pinguedine, vt muſculi, & pulpæ animalium, laudabilis eſt: generat enim bonum ſanguinē paucarum ſuperfluitatum, & melius nutrit, quam pingues animalium partes. Pinguedinis namq; nutrimentum vaporoſum eſt, & vnctuoſum, & multarum ſuperfluitatum. F

Caro autem ſibi commixtam habens pinguedinem, virgulatam vocatam, ſatis eſt laudabilis, niſi ſalita fuerit & rancida.

Cutis vero nutrimentum frigidum eſt & ſiccum, viſcoſum & oppilatiuum: Ideo dimittatur.

De præ-

A De præparationis autem modo nunc dicendum, etiam præmittendo canones: 1. *Canon ſpe-ctans ad mo-dum prepa-rationis.*
Primus, quod omnium animalium habentium groſſa & macra corpora carnes meliores ſunt elixæ, quam aſſatę, & in ſaporibus maceratæ, quam ſine maceratione.

Secundus, quod carnes virtutem acquirunt eorum, quibus coquuntur & præpa- 2.
rantur: & ſi cum fabis & faſeolis, & in ſumma cum leguminibus omnibus, ventoſę & groſ-ſæ ſunt. Si vero cum ouis, riſo, herbis & foliis calidis odoriferis, é conuerſo.

Tertius, quod aſſatorum ſuperficies indurata non comedatur. 3.

Quartus canon. Summopere cauendum eſt, ſtando vel itinerando maxime co- 4.
medere carnes aſſatas; quæ poſt coctionem calidæ ſuffocatæ fuerint: vt inde eleuatus vapor ſuper eas refle&atur: parua enim venenoſitate participant: vt ex Auicenna *fen. 6.*
B *lib. 4.* colligendum.

Caro animalis laudabilis elixatione ſufficienter cocta præ aliis tibi eſt eligenda.

Imitantes autem communem conſuetudinem concedimus in mane magis elixũ: Veſperi vero aſſatum, eſt enim difficilius digeri, quare veſperi laudabilius, cum melior in nocte digeſtio celebretur.

Caro vero ſuper prunis cocta difficilis digeſtionis exiſtit: ita quod nunquam bene tota digeritur: & ſola comedi debet, nullo eam præcedente vel ſubſequente cibo: & poſt eam parum bibatur. Si tamen bene digeratur multum nutriens, corpus robuſtũ reddit.

Caro vero cum pinguedine frixa, faſtidium & nauſeam generat, & grauior eſt, quam cocta ſuper prunas. Frixa vero cum oleo more Sarracenorum, vel diligentium
C oleum, melior & leuior eſſe dicitur.

Caro vero in furno cocta ceteris eſt laudabilior, & admodum bene nutrit: non tā-men ex ea magna fit repletio.

Caro in veru aſſata laudabilis eſt, ſed iam nunc dicta minus.

Caro omnis conſeruata & ſalſa, vt farciminum & aliorum non valde pinguium, eſt laudabilis, exſiccat enim & conſumit ſuperfluitates.

Caro vero cocta cum cibis in paſtillos redactis, cum frumento & ſimilibus groſſis, mala eſt.

Carnes autem cum aceto conditæ ſaltem æſtate laudantur, ſimiliter cum agreſta, ſucco arantiorum, limonibus, ſaccharo tamen his omnibus rectificatis: vigorem enim
D addunt præparationes tales ſtomacho & epati: hyeme autem iſtis addantur aromata.

Carnes vero cum gelatina ſuccida adiectis amygdalis dulcibus & ſimilibus perma-xime vtiles. Vt & carnes cum ouis, caſeo & aromatibus laudabiliter præparatæ, aut de-niq; cum plantis & foliis odoriferis, de quibus infra.

De piſcibus vero, quia nonnullis licentia non datur carnes comedendi, præſer- *Canones cir-ca piſces.*
tim in quadrageſima: ideo poſt carnes ad piſces ſermo pertranſeat.

Primus canon in piſcibus: Omnes quicunq; ſunt molliorum carnium, vt tincæ, 1.
capitones, & ſimiles, quanto maioris corporis, tanto meliores. In habentibus ſolidas carnes e contra, vtrobiq; enim exceſſus ætate.

Secundus: Omnes piſces actualiter calidi comedantur. 2.

E Tertius eſt: Ex nullo piſcium genere fiat repletio: ita quod minus ex eis ſumi de- 3.
bet, quam ex carnibus.

Quartus: Non multum inſiſtatur vſui piſcium. 4.

Quintus: Tempore, quo neceſſitas exhibet eorum vſum, comedantur cum aro- 5.
matibus, aniſo, fœniculo & ſaporibus infra dicendis.

Eligantur igitur ex eis fluuiales, fontanales aut lacunales non ſtantium aquarum, imo currentium. Conueniunt etiam maritimi ſolidarum carnium, vt auratæ, truttæ, ru-biculæ, marſiones, ſteriliones, mænulæ, ſturiones, & his ſimiles, quos diu conſuetu-do probauit. Similiter ex aliis carpiones, lucii, capedani, & huiuſmodi. Omnes autem
F lacunales, & in lutoſis, & ſtantibus aquis commorantes, & maritimi etiam, molles, & amplę carnis euitentur: vt reginæ, tincæ, anguillæ & ſcardullæ. In ſalitis autem eligan-tur ſturiones, carpiones, lucii, & regiæ: acephalis vero & murenis ſalſis non vtendum eſt. Cancros fluuiales: raro tamen, & modicam eorum aſſumtionem laudo. Cancri ve-ro maritimi paruuli laudabiles ſunt.

De ouis vero dicimus, ipſa quouis modo conuenire, meliora tamen eſſe *Canones de ouis.*

in aqua cocta ſale & aromatibus condita & agreſta ſuo tempore. Frixis autem raro eſt vtendum, & ſi placeant, præparentur cum petroſelino, fœniculo, mentha & ſimilibus.

Sintq; oua gallinæ, non anſeris vel alia.

Lac. Lactis vero vſum omnino tibi reprobo, & ſimiliter lacticiniorum, vt coloſtræ, caſei recentis vel mollis.

Caſeum vero inter nouum & antiquum medium laudo, ſitq; ſolidus non viſcoſus, & ſalſedine magis, quam dulcedine participans.

Legumina. Legumina, vt præ ceteris fabæ, vſus faſeolorum, cicer album euitetur. Ciceribus autem rubeis, fœniculo aut petroſelino conditis vti potes. Similiter oryza, panico & farre, frumento autem cocto & dorella nequaquam. A

Olera. Inter olera laudo fœniculum, petroſelinum, ſerpillum, ſaluiam, mentham, roſmarinum, blitam, borraginem, maioranam, cherefolium, & reliquas calidas plantas. Caulibus etiam rationali iudicio in brodio pingui coctis vti potes, cucurbitæ vero anguriæ & cucumeres reprobantur.

Melones quando cum cedendi & comedendi. Melone autem vti licet, ſed non cum cibo quoq;, vt mos eſt hodie plurimum, & melius eſt comedere ipſum ſolum. Licet & conſuetudo contradicat poſt cibum, ſecundum Auicennæ præceptum. Eſt autem melo, tardæ digeſtionis, niſi quando comeditur cum eo, quod eſt interius, & eius humor eſt melior: opus præterea, vt poſt alium ſequatur cibum. Qui autem conceſſerunt ipſum ante cibum, non quærunt ex eo nutrimentum multum, & timent longam eius in ſtomacho moram, ſi detur poſt cibum, propter quod putrefactionem ex ipſo fieri ſuſpicantur. B

Olera autem frigida, vt lactuca, endiuia, portulaca, blita, creſciones, quæ in fontibus creſcunt, atriplices, & ſimilia, tibi non conueniunt: magni tamen æſtus tempore in ferculo vel ſalatutio, cum aceto vel agreſta accipi poſſunt, & melius erit ei commiſcere calida, vt mentham, petroſelinum, ſaluiam, &c.

Radices. Ex radicibus laudabilis eſt baucia, id eſt, paſtinaca, ſecundum omnem præparationis modum.

Allium autem, cepæ, porrum, & bulbus, licet ex parte complexionis calidæ conuenirent, quia tamen inflatiua, ſtomacho nociua, & mali humoris ſunt generatiua, dimittantur. Rapæ autem ac napi: vt frigidæ & humidę, non conuenirent quidem, quia tamen prouocatiuę ſunt, & ſuperfluitates aquoſas corpore educunt, laudantur cum pinguibus carnibus in igne coctæ, cum ſale & fœniculo comeſtæ. Compoſitæ autem non valde aceto ſæ, ſufficienter melle & bonis ſpeciebus conditæ, ſunt vtiles. Raphanellus autem quandoq; tibi concedi poteſt, maxime poſt cibum, & licet inflatiua ſit, tamen eius iuuamentum eſt multiplex, quia aperit, ſubtiliat, reſoluit & exſiccat: ſit tamen eius vſus non multus, quia oculis nocet. Locuſtæ autem valde laudantur, calidæ enim ſunt, aperitiuæ & reſolutiuæ, & boni humoris generatiuæ. C

Fercula. De ferculis autem laudatur panata brodium laudibilium carnium, ius cicerum & caulium, blitarum folia, & radices petroſelini ferculo conditæ, cum granis & oleribus omnibus ſupra conceſſis. Aſparagi quoq; & bruſcandoli ſuis temporibus conueniunt conditi, ſecundum conſuetudinem. D

1\. *Canones de fructibus.* De fructibus autem primus canon eſt: quod fructus omnes humidi & aquoſi, viſcoſi euitandi ſunt, nihil enim ita vaporoſum, ſicut fructus, teſte Auicen. *tertia tertii, capitulo de ægritudinibus ſtomachi.*

2\. Secundus, generaliter omnes fructus recentes deteriores ſunt ſiccis.

3\. Tertius, fructus lenitiui ventris aliis omnibus præmittantur, conſtipatiui e contra.

4\. Quartus, fructus poſt cibum ſumti plurimum meliores ſunt cocti, quam crudi.

Poma. Poma igitur euitentur & maximus eorum vſus, meliora tamen ſunt cocta, & ſacharo conſperſa: meliorat enim ipſa ſaccharum, & deſcendere facit: eligantur igitur ex eis apiola, dactyliaca, calimana, galiola, & in ſumma citrina vel rubea boni odoris, & dulcedine participantia magis. E

Pyra. Similiter pyra: vt ea, quæ ſancti Nicolai cognominantur, & reliqua dulcia non valde ſolida, & ſint poſt cibum, cocta, aniſo condita, conſperſa: Cibum enim in ſtomacho

A macho vniunt, melius digeſtioni præparant, & caput a vapore ſecurant. Reliqua vero terrea pyra calculoſas partes in ſubſtantia habentia dimittantur: ſimiliter ſuo tempore laudantur muſcata pyra, iuniola, glaciola, & ſimilia.

Perſica vero, quia frigida, & humida, & aquoſa, renuenda forent. Verum quia ſunt euſtomacha & diuretica, eligantur ex eis citrina, per maturationem non valde mollia: & ſecundum Auicennæ præceptum deberent ante cibum accipi; Poſt ipſum enim propter eorum humiditatem multam prona ſunt corruptioni; ad quam & reliquum inclinant cibum. Verum circa hoc ſtandum eſt conſuetudini & quantitati aſſumtionis eorum: Parum enim ex eis non tanta minatur pericula: & quia cibus etiam alius præacceptus laudabilis eorum nocumenta caſtigat. *Perſica.*

B Pruna quoque quia frigida & humida non placerent, gratia tamen mundificationis ſtomachi & ventris & æſtus tempore laudantur quinque vel ſex, & ſint citrina magna, recentia, & bene matura, & ante cibum capiantur ſuo cortice denudata ſicca: non niſi medicinæ gratia conuenirent. *Pruna.*

Ficubus autem vti potes, & meliores ſunt albæ citrinæ & magnæ recentes & bene maturæ: & comedantur ante cibum. Eis enim ineſt lenificatio. *vltima. canon. 2. proprio capitulo*, Propter quod poſt eas conceditur aqua, vt lenificationem augeant: meliores tamen tibi exſiſtunt ſiccæ: aperiunt enim oppilationes epatis & ſplenis: & ventrē mutant. Verum quia habent partem acutam epati nociuam, laudauerunt ſapientes, vt cum amygdalis dulcibus comedantur. Corrigitur enim pars iſta acuta cholerę rubeæ generatiua, & eas etiam ante cibum ſumere melius. *Ficus.*

C Dactyli autem, quia calidi conuenirent tibi: at quia ſanguinem generant groſſum oppilatiuum; ideo non multus ſit eorum vſus. *Dactyli.*

Pinearum etiam grana calida ſunt, & bona eſſēnt: verum non laudo: ſunt enim de rebus ſtomacho nimia vnctuoſitate nocentibus, *3. 13. capit. de iuuantibus & nocentibus ſtomacho.* *Pinea.*

Fiſtici autem calidi ſunt & ſicci, conferunt ſtomacho & epati, valent appetitui, & nauſeam prohibent, & poſt cibum capiantur. *Fiſtici.*

Amygdalæ vero dulces, licet tēperatæ ponantur, cum ſaccharo comedantur: tūc enim leuius nutrimentum exhibent; Laudo tamen magis iuſcula ex eis facta Italicorum

D modo. *Amygdalæ.*

Auellanæ calidæ & ſiccæ, ſunt tardæ digeſtionis, vomitum excitant, caput grauāt: ideo dimittantur. Torrefactæ vero, & ſacchato conditæ epati conferre dicuntur. *3. 14. de his, quæ epati conferunt.* Laudauit autem eas peritiſſimus Hippocrates, quia in cerebro augmentum faciunt. *Auellanæ.*

Citrorum vſus hic non habetur & dimittantur: quia valde frigida, niſi vaſti æſtus tempore: tunc enim pulpa in centro exſiſtens, caloris eſt potenter remiſſa, & frigida & ſicca: eorum vero cortex, calidus & humidus, valde cordialis & capitalis: ſemen autem, calidum & ſiccum: & ſunt a natura, dotem habentia corrigendi peſtiferum aerem eius, a natura occulta caſtigando malitiam. Melle vero ipſa confecta quandoque tangi

E poſſunt, & ſecundum Auicennæ præceptum, quando ante ipſa nihil, nec poſtea comeditur. *Citri.*

Ceraſis autem non vtendum: frigida enim & humida ſunt, putrefactioni valde parata. Quod oſtenditur, quia tertia fere die, in eis per ſemitam putrefactionis vermes increſcunt. Eligantur autem ex eis, remittendi feruoris gratia, alba vel rubicunda, ſolida, compacta, & paucæ humiditatis, recenter ab arbore lecta, & poſt cibum licet pauca capiantur. *Ceraſa.*

Chryſomila, frigida ſunt & humida, febribus homines inclinantia, quia humores velocis putrefactionis generantia: ante cibum etiam accipiantur, & poſtea vini magnifici potus addatur. Comeſtio aniſi conditi rectificat ea. *Chryſomila.*

F Caſtaneæ vero, frigidæ ſunt & ſiccæ, permaxime ventoſæ, difficillimæ digeſtionis: nimirum, quia ſpecies glandium ſunt, & ſunt ex his etiam, quæ non digeruntur, quare dimittantur: quod ſi ipſas capere contingat, comedatur etiam poſt eas aniſum. *Caſtanea.*

Iuiubas iterum tibi euitari debere, enuncio: frigidæ enim ſunt in primo gradu, in humiditate & ſiccitate ambiguæ, de quibus Galenus inquit: *Non reperi iuiubas in confer-* *Iuiuba.*

uanda ſanitate & ægritudine remouenda aliquid operantes. Sed difficilis digestionis & pauci nutrimenti. A

Mora. Mora vero, ſi bene matura fuerint, ad caliditatem declinant,& ante cibum ſumta ventrem leniunt. Non perfecte vero matura ſtipticitatem habent: ideo fluxum humorum ad ſtomachum prohibent,& poſt cibum conueniunt.

Granata. Granata trium ſunt ſpecierum. Dulcia, quæ frigida ſunt & humida. Acetoſa, quæ frigida & ſicca. Meza, id eſt, medii ſaporis inter prima & ſecunda, complexionem mediam obtinentia. Dulcia aliquid habere videntur, non eſt tamen eorum vſus vtilis. Acetoſa vero gratia præſeruationis a putredine magis quam cibationis via probantur. Meza vero vtriſque horum extremorum virtutibus approbantur. Et ſi granata omnia ſint vrinæ prouocatiua, magis tamen acetoſa fore talia comprobantur: mirabilē habent etiam proprietatem corrūpendi cibi in ſtomacho: vt Auerrois *quinto colliget*. quod ſane intelligi debet de corruptione, quæ a calore prouenire poteſt. B

Cydonia. Cydonia frigida ſunt & ſicca: quæ ante cibum quouis modo præparationis aſſumta ventrem ſtringunt. Poſt cibum vero comprimendo laxant. Omnes igitur eorum ſpecies tam dulcium, quam acrium, conuenire videntur, ſtomachum confortant, appetitum excitant,& vrinam prouocant.

Nuces. Nuces autem quia calidæ ſunt & ſiccæ, ex hoc cōuenire deberent: ſed quia ſtomacho graues, digeſtioni difficiles, vomitiuæ ſunt, & capiti & pectori nociuæ, ideo dimittantur. Corrigitur tamen earum malitia permixtione ficuum. Impediunt autem ſermonem,& quia linguæ paralyſin faciunt, deteſtantur. C

Meſpila. Meſpila vero & ſorbæ frigidæ ſunt complexionis & ſiccæ, & ante cibum ventrem ſtringunt, digeſtioni ſunt difficiles, ſed quia excitant appetitum, ideo quandoque poſt cibum tangi poſſunt.

Vua. Vuæ autem penſiles & albæ magis nigris accipi poſſunt,& poſt cibum, niſi ventris conſtipatio propoſitum mutaret. Et ſi renum aut veſicæ nocumenta perciperentur, dimittantur: nam vua omnis nocet renibus & veſicæ. *canone ſecundo.*

Reliquæ vero terræ naſcentia, vt fungi, boleta & ſpongiola, quia venenoſa ſunt & apoſtemata terræ dicuntur, ideo fugiantur. Inter ipſa tamen ſpecies quædam tartufole, vulgo, latine vero tubera nominatæ, minorem habent malitiam: licet & ab ea non euacuentur. D

Sapores. De ſaporibus autem vti potes ſinapi ad acutum magis, quam ad dulce, vergente. Conuenientior tamen eſt comeſtio cum groſſis quam leuibus carnibus.

Alliatam etiam quandoque laudo, ſit tamen præcoctum allium, & cum granis fœniculi, pipere,& ſale condiatur.

Salſa etiam vtendum cum foliis fœniculi, petroſelini, mentha & gariophyllis facta, & cum maiorana & ſerpillo.

Camellinum quid. Sapor etiam amygdalarum, quem camellinum vocant, laudatur. Et iterum ex amygdalis, ſaccharo, fiſticis, agreſta & croco fit ſapor bonus. Adhuc ex mica panis, agreſta, croco, paſſulis & vitellis ouorum fit ſapor bonus, carnibus aſpergendus.

Et condimentum factum cum aceto, ſaccharo, paſſulis, pipere, croco, collo, pedibus, ſtomacho,& epate gallinarum eſt laudabilis. Et in ſumma ſapores omnes, quibus dulcia ſubdominantur acetoſis cum pipere, zinzibere,& galanga,& reliquis aromaticis collaudantur. E

Condita, Oliuæ. Ex conditis vero competunt oliuæ: calefaciendo enim exſiccant, aperiunt, ventrē leniunt, os ſtomachi virile faciunt.

Napi cōditi. Cæpæ. Napi etiam conditi cum bonis ſpeciebus, vt ſupra, laudantur.

Cæpæ vero conditæ, & cibi melliti, omnes non bene laudantur: quia ventoſitates adaugent.

Cappares. Cappares autem ſecundum communem præparationem collaudantur.

Salſamenta. Salſamēti autem genus omne collaudo, præter anguillas, & niſi repugnet aliquid: vt ſcabies, pruritus, calor epatis & ſimilia. F

Sapa. Vinum granatorum. Oleum. Saccharatos autem cibos accipere etiam bonum. Sapa etiam & cōdimentis ex eo factis, vti potes. Vinum vero vel granatorum ſuccus non conceditur: ventoſum enim eſt, frigidum & ſtypticum. Oleum oliuarum dulce & non annoſum eligatur.

Species

A Species autem, quibus in cibis vti confert, ſunt omnes calidæ & ſiccæ, vt ſal, cina- *Species.*
momum, gariophylli, galanga, zinziber, macis, cardamomum, fœniculus, aniſum, pe-
troſelinum, crocus, lignum aloes, tria genera piperis, ſcilicet album, longum & nigrum,
ciminum, carui, leuiſticum, origanum, ſerpillum, mēta, & etiam vſualia aromatica, for-
tia in hyeme: dulcia vero in æſtate.

Ego autem pro caſu tuo, has ordino pro hyeme ſpecies. ℞. *Cinamomi, piperis albi &* *Compoſitio ſpecierum in hyeme vſurpanda.*
nigri, ana. ℥. j. zinziberis electi, granorum paradiſi, croci, gariophyllorum, ana. ℥. ß. foliorum origani,
calamenti. ana ℈ ij. fiat puluis cibis aſpergendus.

Pro æſtate vero hæ conueniunt. ℞. *piperis albi. ʒ j ß. cinamomi, ℥ ß. coriandri per qua-* *Alia in æſtate.*
tuor dies in aceto infuſi, deinde exſiccati, ℥ iij. fiat puluis ſubtiliſſimus.

B Confectiones autem in æſtate laudabiles & cibales magis ſunt iſtæ. Pinachea ſauo- *Cōfectiones.*
nea panis Marci, piſtachea, amygdalæ conditæ, quæ ſunt calidæ nō valde. Frigidæ vero
ſolum magni æſtus tempore capiendæ ſunt, citrum conditum, ſaccharum, poma aran-
tia: tota confecta citonia, & manus Chriſti cum perlis: & reliquis melius eſt coriandrum
confectum. Medicinales autem magis, & æſtate conuenientes, ſunt hæ: Confectio diar-
rhodon valens epati, & ſtomacho ſupercalefactis, & confectio triaſantalorum.

Confectiones autem cibales, magis in hyeme conuenſentes, ſunt bauciæ conditæ,
Eryngium conditum, tragea maior, & Cyprenſis.

Medicinales autem pro hyeme magis, ſunt zinziber conditum, quod viride dici-
tur: cinamomum & aniſum, confecta; & ſunt cordiales & ſtomachales: diacinamomū
C & electuarium de gemmis, lætificans Almanſoris, aromaticum roſatum deſcriptione
Gabrielis. Laudo quoque maxime myrobalanos chebulos conditos: & accipiatur ex eis
vnus per quinque horas ante cibum ſine potu; mirabiliter cōfert ſtomacho, epati & ca-
piti: exſiccat enim phlegma, digeſtiuam confortat, cerebrum vigorat & memoriam
acuit.

Confectio ad hæc omnia per me pluries experta nobilis valde. ℞. *galangæ, caſſiæ li-* *Confectio ſingularis.*
gneæ, calami aromatici, croci, cyperi, ſpicæ nardi, gariophylli, cinamomi, coſti, cardamomi, carpo balſa-
mi, piperis al. nig. & long. aſſari, zinziberis, ſeminis myrti, ana ʒ j. maſticis, ʒ v. fiat confectio ſolida:
& ponatur ℥ j. ſpecierum iſtarum pro lib. j. ſacchari diſſoluti: cum aqua menthæ, fiant rotulæ trium ʒ.
& accipiatur ex eis vna per horas quatuor ante cibum ſine potu.

D Confectio alia ad ea, quæ dicta ſunt, ſimiliter conferens, & pro æſtate magis, & ac- *Alia.*
cipienda, vt alia. ℞. *ſacchari albi, mannæ, ana ℥. j. ſucci liquiritiæ, dragag. ſeminis portulacæ ſanta-*
lorum citrinorum, gummi Arab. ana ʒ ß. amidi ʒ ij. ſpodii, roſarum, ana ʒ iij ſem. cucumeris, anguriæ,
cucurbitæ, ana ʒ. ij. maſticis, ligni aloes, ana ʒ ſemis, croci, cardamomi, ana ℈ j. fiat confectio ſolida cum
℔. j. ß. ſacchari albi diſſoluti cum aqua roſata.

De regimine autem potus canon primus. Potus cuiuſcunque vini, & maxime fu- *Canones de regimine potus.*
moſi euitetur ieiuno ſtomacho: immo prius cibi notabilis quantitas præmittatur.

Secundus; ſi in prādio vel cœna exercitii cauſſa, aut ſitis, plus de vino ſumatur, quā 1.
conſueuerit, cibus notabiliter minuatur. 2.

E Tertius, potus vini fumoſi poſt comeſtionem fructuum humidorum inconueni- 3.
ens eſt ſaltem, ſi multa fructuum quantitas præaſſumta fuerit: tunc enim vinum eorum
aquoſitatem in venis penetrare facit, & ſanguinem putrefactioni præparat.

Quartus canon; dum ex fructibus modicum comeditur, vinum optimum poſt eos 4.
bibere magis conuenit: corrigit enim & rectificat eorum malitiam.

Quintum, Bibentibus vinum lymthatum, ſeu dilutum, conuenientius eſt, antequā 5.
bibatur, per duas horas diluere, quam in menſa.

Sextus; quod ſi in vini potu malitia artificii vel quantitate caput læderetur, come- 6.
dantur poſt ipſum ſex vel octo grana myrti. Et ſi propter hoc caput nō alleuiaretur, pro-
uocetur vomitus, cum his, quæ in quinto capitulo videbuntur.

F Septimus; ſi poſt cibum valida ſitis infeſtet, vinum dimittere melius eſt. Bibatur 7.
autem ſacchari roſati ℥ j. cum cyatho vno aquę coctæ, in hyeme autem ſit ſaccharum al-
bum, cum prædicta aqua.

Vinum autem tibi præ ceteris eligendum ſit album vel colore rubicundum, in *Vinum.*
ſubſtantia ſubtile, clarum, aromaticum, ſtypticitate magis, quam dulcedine partici-

pans:dulcia enim,quia epatis oppilatiua,vētoſa & vaporoſa ſunt,& quia impinguant,nō A
laudantur.Fumoſa vero & æſtuoſa vina dimittenda ſunt. Gratia tamē exſiccationis hu-
miditatum & conſumtionis ventoſitatum laudo parum vini vinoſi ante cibum ſumti:
vt Sclauonici, Græci vel Maluatici: licet in te ſemper ſuſpectam habeam maluaſiam,
propter gypſum,cum quo artificiatur,quod eſt ſtomacho & capiti valde nociuum,&c.

Aqua. Aqua vero,qua vtimini cum vino & reliquis,ſit liberi fontis,cœlo & aeri detecta,
non ſtans,immo fluens, odore vel fœtore horribilibus denudata, in qua etiam atoma
corpuſcula non natent: & ſi non talis habeatur, tunc eius decoctio malitiam corrigit &
caſtigat:propter quod ad cautelam itineranti cuiq; melius eſt aquam,qua veſcitur,præ-
coctam fuiſſe:& poſt eius reſidentiam denſo panno colatam. Aqua vero qua fercula cō-
diuntur,a ſuo fonte vel puteo per duas horas prius hauriri debet, & in vaſe ligneo quie- B
ſcere. Poſt hoc leuiter accipiatur, ne ſuperfluitas, quæ iam fundum petierit,ſuæ iterum
ſubſtantiæ euertendo commiſceatur.

CAP. IIII. *De regimine ſanitatis per electionem motus & quietis.*

PRo regimine vero per motum & quietem dicendum primo,quietem vel o-
tium maxime tibi inimica fore: conuenit tamen poſt cibi aſſumtionem
quieſcere per horas tres magis quam exercitari ſaltem exercitio forti. Exer-
citium autem maxime collaudandum eſt. Excutit enim omnium fere dige-
ſtionum ſuperfluitates, calorem naturalem roborat, virtutes omnes reficit, & corpus a-
gile & robuſtum reddit: Vnde *ſecūdo de regimine ſanitatis, 2. cap.* Exercitium eſt motus ve-
hemēs intantum,vt alteret in maius vel minus, velocius vel ſpiſſius. Adipiſcuntur enim C
ex exercitio ea, quæ dicta ſunt nunc: &,quia ſolidantur membra, propter quod labori-
bus impoſſibilia ſine nocumento redduntur, augmentatur calor naturalis, melioratur
mutatio, quæ digeſtionum omnium perfectionem præſupponit, aperiuntur corporis
pori, depuranturque fumoſis euaporationibus ſpiritus, qui omnium virtutum ſunt in-
ſtrumenta.

Species exercitiorum externorum. Species autem exteriorum exercitiorum, & ſi multæ ſint,laudabiliores tamen tibi
exſiſtunt:vt exercitium equeſtre ac peditando aliquantulum per Solem feſtine proce-
dere:aut aliquo veloci curſu currere,ludere,aut lapidem vel ferreum,aut ligneum iacu-
Commoditas paruæ pilæ. culum agitare: aut ludere pila. Eſt enim hæc exercitii ſpecies, in qua partes omnes ſuffi- D
cienter & æquali fere motu & non ſuperfluo fatigantur. Caput enim inferiora & in-
termediæ partes omnes, ſi diligenter attendis,fatigantur. De hac exercitii ſpecie,conſi-
derans vtilitatem,Galenus librum edidit quendam, de exercitio paruæ ſphæræ, id eſt,
pilæ intitulatum.

Gratia etiam exercitii, capitis eius fricationem & pectinationem laudo.

Pedum autem & aliarum partium fricationes & ablutiones, quæ loca exercitii te-
nent,collaudantur. Circa tamen talia iuuenilis ætas vigili ſtudio & occupationibus ar-
duis aliis, nō diſtracta morbis,quia hęc laſciuiam potius oſtendunt,non multum inſta-
re debet.

Mane quoque altis verbis,moderato tamen ſermone loqui:vt lectionem vel pſal- E
mos eleuata voce cantare bonum eſt exercitium.

Has autem omnium exercitiorum ſpecies fieri conuenit prima iam & ſecunda di-
geſtione completis,& eſt tanto exercitandum tempore,quo vſque totum corpus nota-
biliter caleat,etiam ad alicuius laſſitudinis ſenſationem, qua percepta ilico ab exercitio
deſiſtendum Et ſi in exercitii tempore ſudare contigerit, pannis iam humefactis abie-
ctis,membriſque ſufficienter exſiccatis, alios induere pannos procuretis omnino.

CAP. V. *De regimine ſanitatis per electionem inanitionis & repletionis.*

QVARTA res nō naturalis in ordine ſupra pręmiſſa fuit Inanitio & repletio.
Canones de repletione. De qua primus canon: Repletio omnis vitanda & maxime ciborum F
humidorum & vaporoſorum valde,actu & potentia. de quibus tertio capi-
tulo viſum eſt.

Secundus; Ex cibo non tantum ad repletionem perueniatur vt penitus ſatur fiat:
imo comedendum eſt reliquiis appetitus adhuc in ſtomacho manēubus,vt etiā ſupra.

Tertius; Cibus amplior debet eſſe in prandio,quam in cœna cum aliorum paritate.

Quartus

A Quartus canon;in ſanitate tua melius eſt ad latus inanitionis aliqualis, id eſt, abſtinentiæ,quam repletionis declinare. 4

Obſeruetur igitur in cibis ordo talis, quod poſtquam mane ſurrexeris, intendas mundificationi ventris & vrinæ. Deinde ad narium demunctionem & exſcreationem ſputi. Poſthæc, ſi hora cibi aſſumtionis conſueta perceperitis in ſtomacho, vel in capite grauitatem, a prandio abſtinendum eſt. Si autem non; præmiſſo, vt ſupra, mille fere paſſuum, per conclaue exercitio, prandendum eſt.

Vtilitas vomitus. Si autem poſt cibi aſſumtionem grauitas & nauſea percipiatur in ſtomacho, aut propter cibi multam aſſumtionem, vel propter cibi qualitatem malam, illico prouocandus eſt vomitus. Ille enim ſublimis eſt medicina. Vnde Auicenna *quarta primi cap.13. Et* B *vomitus quidem euacuat phlegma & choleram, mundificat ſtomachum, remouet grauitatem, quæ accidit capiti, clarificat viſum, aufert faſtidium, confert laſſitudini, eſt medicamentum malitiæ coloris, & ſecurat ab euentu ægritudinum chronicarum: quinimo curat eas, cum acciderint.*

Quoties in anno vomendum. Adhuc iterum nulla in ſtomacho percepta grauitate, quandoque conueniens eſt vomitum facere: ipſe enim præcipit Hippocrates, vtendum eſſe ſingulo menſe duobus continuis diebus: vt in ſecunda die educatur, quod per vomitum in prima die agitatum, & non eductum fuit. Laudo autem, niſi aliud repugnet, quod ſingulo ſaltem vere vomitum procuretis.

Canones in vomitione obſeruandi. Si ergo vomere tentaretis, aut ad illud neceſſitas induceret, præmittēdi prius ſunt huiuſmodi canones.

C Primus; quod ſi vomitus ſine medicinarum adminiſtratione fieri poteſt, melius eſt quam ipſum cum medicinis inuitare. 1.

Secundus; quod ſi cum medicinis fiat, a leuioribus incoandum, de quibus ſtatim. 2.

Tertius, quod tempus vomitui conuenientius eſt æſtas. Deinde ver. 3.

Quartus; ſi expediat aliis vomere temporibus anni, eligatur hora diei calidior. 4.

Quintus; quod nunquam fiat vomitus ſtante ventris conſtipatione, ſed primo vēter leniatur, vt infra dicetur. 5.

Sextus; ſi libet vomitum procurare, capiantur in prandio cibi multi & diuerſi in ſubſtantia, vt groſſi & ſubtiles; in odore; quia & fœtidi & leuis aromaticitatis: in ſapore; quia dulces, acres, acetoſi, ſalſi, inſipidi: vnctuoſi ſimiliter & oleaginei & calidi & frigidi D ſimul, vt carnes & piſces: ex tanta enim ciborum diuerſitate ſtomachus faſtiditus vomitui paratior fit. 6.

Septimus; tempore prouocandi vomitum, cibus non bene maſticari debet. 7.

Octauus; tempore vomendi moueatur & exercitetur corpus, motu magnifico ſatis: Motus enim magis facit vomere. *quarta primi. cap. 11.* 8.

Nonus; hora vomendi ligentur oculi, ne recipiant fumos & humores. 9.

Decimus; poſt vomitum lauetur facies tota aqua roſata. 10.

Vndecimus; poſt vomitum eſt leuiter comedendum: quia ſtomachus ex illo motu & euacuatione debilior factus eſt. 11.

E Duodecimus; electiores cibi poſt vomitum ſunt leuis digeſtionis & aſſati meliores, quam elixi. 12.

Adhuc, ſi poſt vomitum ſentiatur in ſtomacho mordicatio, ſuperponatur lana oleo camomelino calido infuſa. 13.

Amplius, ſi poſt vomitum ſuperueniret ſingultus, bibatur ſæpe aqua calida. Et ſi nō confert, prouocetur ſternutatio cum inſufflatione pulueris piperis in nares & fortius, hoc non volente, eſt adminiſtratio pulueris ellebori albi naribus inſufflati vel cum penna impoſiti. 14.

Modi vel inſtrumenta vomendi. Modi autem vel inſtrumenta vomendi ſunt, vt poſt prædictorum ciborum aſſumtionem, per horam digitus imponatur ori, vſque ad linguæ radicem; & ibi titillatio cum F ipſo fiat: & prouocabitur. Quod ſi non intromittatur penna anſeris longa ſatis profunde, aut ipſa tingatur oleo communi ſimplici, aut oleo & aceto commixtis: aut ſumatur cyathus vnus aquæ & quarta pars aceti fortis: & mixtum totum tepidum bibatur. Exſoluūt enim tepida omnia robur ventris, id eſt, ſtomachi *vndecimo therapeutica.* Huiuſmodi vomendi modi lenes ſunt & ſecuri.

Vomitorium expertũ. Si autem per hos vomitus non prouocaretur, fiat cum hac mihi experta medicina
ſæpe. ♃. *Succi radicum, liliorum alborum.* ℥ j. *puluer.is ſalis gemmæ gran. vj. bibatur totum tepi-
dum cum aqua.*

Aliud. *Vſurpandũ in æſtate Enema.* Aliud: ♃. *Succi corticis radicum ſambuci.* ℥ j. *miſceatur cum cyatho medio aquæ, & totum
tepidum bibatur.* Hæc vomitiua primis aliqualiter ſunt fortiora, licet etiam ſecure fieri
poſſunt. Plurima autem mihi experta fortiora dimitto.

Ad intentionem iterum minorandi plenitudinem, vtendum his clyſteribus, vt in
æſtate. ♃. *Maluæ, mercurialis, foliorum violarum. an. M.* j. *foliorum blitæ. M.* ß. coquantur in
*phiala vna aquæ vſque ad conſumtionem medietatis. Deinde colentur & exprimantur: & ex hac
colatura accipiantur tres cyathi ſeu* ℥ *v* ß. *in quibus miſceatur olei communis cyathus vnus medius* A
in vere, & tantundem violacei in æſtate, ſalis ℈ *ij* ß. *caſſiæ fiſtulæ, ſacchari rubei. an.* ℥ j. *& fiat clyſtere,
quod applicetur mane. Et ſi grauitatem capitis ſentiret, adiungatur prædictis hieræ picræ,* ℥ j. Si autẽ
in inteſtinis ventoſitatum copia ſentiretur, cuius ſignum rugitus & gurgulatio in eiſdẽ:
tunc prædictæ decoctioni addantur aniſi, cimini, fœniculi, ana ℥ j. & fiat, vt ſupra.

Enema in hyeme. Clyſtere pro hyeme. ♃. *foliorum bliti. M. ij. furfuris, maluæ, an. M* j. *coquantur vt ſupra:
& colaturæ addatur hæc mixtio.* ♃. *hier. picræ, benedictæ, caſſiæ fiſtulæ, ſacchari rubei. ana* ℥ ß. *olei de
chamomilla, & de anetho. ana* ℥ j ß. *ſalis* ℈ *ij* ß. *fiat in ſero ſi frigus intenſum fuerit.*

Et adhuc ſi ventoſitates appareant, melius eſt loco olei communis ponere tantũ-
dem olei de rutha: & loco ſalis, ſalis gemmæ. ℥. j. & fiat, vt dictum eſt.

Laudo etiam pro euacuatione leuiſſima, vt vtamini ſaltem a menſe Nouembris B
incluſiue vſque ad menſem Iunii excluſiue pillul. alephangin. Meſuæ ante cœnam per
horam vnam, & in hebdomada ſemel. Verum ſi capitis inſtaret grauitas, laudo magis e-
ius aſſumtionem per horas duas poſt cœnam: aut ſumatur pillula j aſſaiareth Auicenæ.
prima tertii, hora iam nunc dicta: mundificant enim pillulæ tales ſtomachum, caput &
Inanitio. inſtrumenta ſenſuum; neque aliquid anxietatis includunt. De inanitione quoque ſu-
pra dixi: quod ſtante ſanitate ad latus inanitionis mediocriter declinare conuenientius
tibi ſit, quam repletione: In euacuando tamen, ſicut & in replendo euitentur exceſſus
in extremis: ſuperfluitas enim & defectus ad eaſdem ducunt cauſſas, teſte Galeno *cap. 2.
art. par.*

Cap. VI. *De regimine ſanitatis per ſomnum & vigiliam.* C

Canones. MODERANTES vigiliam & ſommum præmittamus canones.

1. Primus, quod ſicut mediocris ſomnus, ſcilicet non prolixus & non pro-
fundus, virtutes fortes efficit, ita econtra contrarius: quia cerebrum hume-
ctat & totum corpus, & rheumatiſmos facit.

2. *Somni diurni nocumenta.* Secundus, quod dormitio diurna vitanda eſt: niſi repugnet vigiliæ prolixitas in
nocte præterita. In die enim dormire malum ac malas præparans ægritudines: generat
n. morbos humectantes & rheumatiſmos, corrumpit colorem, grauat ſplenẽ, laxat ner-
uos, & efficit pigritiam, *tertia primi, cap. 9.* teſte Auicen. Melior autem ſomnus eſt noctur-
nus: ipſe enim virtutes fortificat, niſi ſuperfluat.

3. Tertius canon, non eſt dormiendum poſt cibum: niſi poſt ſaltem per duas horas. D

4. Quartus: cauendum eſt dormire membro aliquo remanente diſcooperto.

5. Quintus: non eſt dormiendum reſupine: præparat enim corpus ad difficiles ægri-
tudines maxime neruorum, quia ſuperfluitates ad poſteriora declinare facit.

6. Sextus: naturalis ſomnus in æſtate non tranſeat octo horas inter nocturnum & di-
urnum: & non excedat diurnus horam: in hyeme ſufficit dormire horas nouem.

Sit igitur ordo talis: vigilate ad minus per duas horas poſt cibum: deinde vos lecto
exponatis prius ſuper latus dextrum, vbi per primum ſomnum eſt dormiendum: poſtea
ſuper ſiniſtrum, poſt quod iterum & ſuper dextrum reuoluendo reuertendum.

7. In omni quoque dormitione caput ſufficienter eleuatum ſeruetur.

8. Dormire autem ſuper ventre digeſtionem vigorat: ſed oculis nocet. E

Amplius non eſt dormiendum ſtomacho vacuo.

In vigiliis autem reliquum temporis expendatur: & ab exceſſu in eis fugiendum:
ſuperflue namque vigilare valde debilitat, & ſpiritus reſoluit.

Poſt autem excitationem a ſomno intendendum eſt expulſioni ſuperfluitatum, vt
capite præcedenti viſum: Poſt quæ omnia ſit occupatio ſermonibus rerum animam de-
lectan-

A ctantium, & conuerſatione prudentium; aut locutione vel narratione hiſtoriarum & nouorum delectabilium, & eorũ, quæ ſpiritus dilatant leui & moderato motu. Vnde ad ſubtiliora procedendum.

Cap. VII. *De regimine ſanitatis per electionem accidentium animi.*

Vltimvm autem propoſitum expediens: ad animi menſurandum accidentia tranſeundum. Dicendum ergo, talia fore, aut lætitiam, triſtitiam, iram, ſolicitudinem, anguſtiam, melancholiam, & ſimilia. Et quia in omnibus his paſſionib. motus fiunt in ſpiritibus inordinati: aut ſubito de centro corporis ad circumferentiam; aut econtra, quibus violenter & importune motis, acci- B dit & in virtutibus magna mutatio, cum ſpiritus ipſarum ſint inſtrumenta: talia omnia euitari debent.

Primus igitur canon. Accidentia omnia, in quibus ſubitus & fortis fit motus de cẽtro ad extra, ſummopere fugiantur. [Canon 1.] Nam in breui tempore vt frequenter exſtinctioni ſpirituum præparant regalia membra. Hæc autem ſunt lætitia maxima, quæ gaudium perintenſum a Medicis nuncupatur, vehemens riſus, ira & anguſtia fortiſſimę. Similiter econtra ea, in quibus fit motus maximus de circumferentia ad centrum, euitari debent. Exceſſus tamen iſtorum æqualitate, minus malum eſt, quam in aliis: Poſtponantur igitur omnia iſta, vt Galeno placuit. Exterminant & mutant hæc omnia corpus ab ea, quæ ſecundum naturam, conſiſtentia. Gal. *lib. de arte paru. cap. 3.* ¶ Denuo vero: quia apud hæc C accidentia coitus annecti ſolet, ideo eius exceſſum, inquam, tanquam venenum peſtiferum fugiendum, ita etiam, quod natura ad ipſum ſtudioſe nullatenus inuitetur; immo econtra. Extenuat enim & exanimat corpus ſuperfluus eius vſus. Incitante igitur vos natura ad coitum, & non aliter fiat in ſeptimana bis vel ſemel: licet minus in ęſtate. Et ſit mane prima iam & ſecunda digeſtione completis, ſcilicet, ſtomachi & epatis, fiatq; ſuauiter, non cum impetu: & poſt ipſum modicum dormiendum. Neque eadem die exercitandum valde. Nec mirandum ex his, quæ de coitu dixi. Eius enim exceſſus vltimos medullis immittit aculeos: vt accedẽte ſenio incurabiles & effrenatas paſſiones: quibus mors præeligenda foret, adducat. Eſt igitur ab eius, ſicut & alterius cuiuſcunq; ſupradictorum exceſſu, fugiendum. Et expulſis his, freno ſobrietatis & reliquis animi acciden- D tibus intellectis, libra recte penſatis, felicem, iucundam, & ſoſpitem vitam agetis; quam vobis annuat cunctipotens ille Deus, qui cuncta regit, alieno minime motu vel regimine vectus. Amen.

Consilivm II. *De regimine transfretantium, & cura accidentium eis contingentium, quæ ſunt: Nauſea, conturbatio ſtomachi, & immoderatus vomitus: Fluxus vẽtris, & proprie Diarrhœa. Dolor capitis. Valida ſitis. Vigilia immoderata. Debilitas virtutis. Debilitas appetitus & abominatio cibi. Extenuatio immoderata.*

AD reuerendiſſimum in Chriſto patrem & dominum, dominum Abbatem Camaraſcenſem, de prouincia Angliæ, trans mare nauigantem in terrã ſanctam Hieroſolymitanam ad ſepulcrum ſaluatoris noſtri domini Ieſu Chri- E ſti. ¶ Vir deuotiſſime atq; benigniſſime Pater, accidentia, quæ transfretantibus accidere poſſunt, plurima ſunt numero. ¶ Primum quidem eſt fortis nauſea, cõturbatio ſtomachi & immoderatus vomitus. ¶ Secundum eſt fluxus ventris, vt plurimum, & diarrhœa. ¶ Tertium eſt dolor capitis ex agitatione materierum adueniens, vt in pluribus. ¶ Quartum eſt valida ſitis. ¶ Quintum vigilia immoderata. ¶ Sextum, debilitas virtutum omnium prædicta accidentia neceſſario concomitans. ¶ Septimũ eſt, abominatio ciborum omnium, aut appetitus ablatio vel corruptio. ¶ Octauum & vltimum eſt macrefactio vel immoderata extenuatio.

Et primum quidem accidens, ſiue contingat propter agitationem in humoribus prouenientem inundationibus & fluctibus aquarum: ſiue proueniat ab accidente ani- F mi, quod eſt timor magnus, omnino difficile eſt, & magni nocumenti, indigens cita & conuenienti procuratione. [Primum accidens trans mare nauigantium eſt nauſea.] ¶ Prouideat itaq; primo huic accidenti, antequam eueniat, accipiendo poſt cibum coriandri conditi cum bono ſaccharo cochlear: aut & melius accipiantur poſt cibum fruſta duo vel tria diacitonite ſine ſpeciebus. Ego vero multis Gallicis, qui viſitauerunt terram ſanctam, confeci confectionem hanc. [Confectio pro nauigantibus.] ℞. *conſeruæ cydoniorum abſque ſpeciebus* ℔ ß. *maſticis,* ʒ j. *granorum myrti, ameos, coriandri præparati puluerizato-*

rum, an. ℈ *ij. incorporentur ſimul cum mina cydoniorum: & fiat confectio ſolida.* Et eſt multum ef- A ficax. Cuius vſus præſeruat ab euentu accidentium prædictorum: immo curat cum iam euenerint.

Cum vero accidentia prædicta inualuerint, ad ſubueniendum cito primo ligentur brachia & genua ſuper iuncturas per quatuor digitos ligaturis, dolorem aliqualiter facientibus. Et ſi contulerint, bonum eſt: ſi non cõtulerint, ponatur ventoſa magna, in medio ſtomachi abſq; ſcarificatione. ¶ Secundo fiat ei ſuppoſitorium, ſi non fuerit fluxus complicatus, cum melle aut cum candela, de pinguedine inuoluta, cum modico puluere coloqu. aut ſupponatur radix bliti, ſpica allei inuoluta cum modico puluere ſcamoneæ: Et ſi non fuerint ſedata accidentia, imponantur ſubito pedes in aquam frigidam.

Vnguentum ſtomachale. Poſt hoc autem inungatur ſtomachus hoc vnguento. ℞. *olei de maſtice, olei de myrto,* B *ana* ℥ ß. *olei de cydoniis* ℥ j. *ambræ, muſci an. gran. j. laudani puriſſimi, Galliæ mu. ligni aloes ana* ʒ j. *reſinæ electæ* ℥ j. *roſ. coriandri præparati, ſpodii, ciperi, ſquinanti an.* ℥ ß. *gari, menthæ, ana* ℈ *ij. ceræ quantum ſufficit, fiat vnguentum bene glutinoſum & applicetur ſtomacho pluries in die.* *Ceratum ſtomachale.* Et ſi fortius deſiderares, fiat cerotum tale. ℞. *reſinæ* ʒ *vj. picis naualis* ʒ ß. *laudani, Galliæ muſc. an.* ʒ *ij. colophoniæ* ʒ j ß. *acatiæ, hypocyſtidos, thuris, ſandaracæ an.* ʒ j. *ceræ quantum ſufficit. fiat cerotum ſtomachale, & eſt elegans medicina.*

Sexto iterum, ſi non quieta fuerint, accidentia, accipiat ℥ j. ſyrup. de berberis: aut de ribes: aut de granatis: aut oxyſachari: aut ſyrupi de mentha: aut minæ cydoniorum: aut ſyrup. de ſucco fructuum: cum aqua decoctionis coriandri præparati: aut granorum myrti: aut maſticis: aut granorum ribes: aut cum berberis & ſimilibus. Cuius aquæ portio C ſit dupla aut tripla ad ſyrupos prædictos, de quibus omni mane, & pluries in die accipi poteſt. Et comedãtur cibaria facilis digeſtionis, vt pulli, carnes vitulorum caſtratorum, iuuenum hædorum, columborum, omnes conditi cum aceto: & melius, cum ſucco arãciorum, aut agreſta vel vino granatorum. Confectiones vero in caſu iſtæ conuenientes ſunt: coriandrum præparatum: auellanæ aſſatæ: cydonia condita: pyra condita: mirabolani chebuli conditi. Hæc ſunt, quibus ſtomacho prouideri poteſt.

2. *Fluxus ventris.* Pro regimine vero ſecundi accidentis, ſcilicet, fluxus ventris, conferunt omnia prædicta ſtomachalia. *Clyſter.* Item confert hoc clyſtere. ℞. *granorum myrti, capularum glandium, acatiæ, hypoquæſtidos, thuris, cyperi, ſandaracæ, balauſtiæ ana M j. coquantur omnia in* ℔ *viij. aq. vſque ad conſumtionem medietatis: & exprimantur fortiter: & de hac colatura.* ℞ ℔ j. *minæ cydonio-* D *rum, ſyrup. de myrto an.* ℥ ß. *electuarii de thure* ℥ j. *olei cydoniorum, olei de myrto an.* ℥ j ß. *diſſoluantur omnia ſimul, & fiat clyſtere.* ¶ Pro iſto etiam confert inungere ventrem inferiorem cum *Vnguentum ad inungendum ventrẽ* hoc vnguento. ℞. *olei roſ. olei de myrto, an.* ℥ *i. trochiſ. de ſpodio, de bolo ar. de balauſtiis, an.* ʒ *ij. ceræ q. ſ. fiat vnguentum molle, quod bulliat in* ℥ *iiij. ſucci plantaginis, vſque ad conſumtionem ſucci.* ¶ Pro iſta intentione confert ſæpe apponere ventri ventoſam magnam, inter vmbilicum & pectinem ſine ſcarificatione. *Suffumigiũ.* ¶ Suffumigium bonum ad fluxum ventris. ℞. *corticum granatorum, balauſtiarum, colophoniæ, ana* ʒ *i. thuris, ſtoracis calamitæ, Galliæ muſ. acatiæ, granorum myrti, coriandri præparati, hypocyſtidos, ana* ℥ ß. *boli arm. ſan. dra. ana* ℥ j ß. *fiat puluis ſubtilis, ex quo proiecto ſuper carbones ignitos ſuffumigentur partes inferiores.* *Potus.* Confert etiam ad hoc hic potus. ℞. *electuarii de thure* ʒ *iij. minæ cydoniorum* ℥ ß. *aquæ decoctionis coriandri præparati* ℥ *ij. & detur* E *in potu in aurora tepidum.*

3. *Potus. Dolor capitis.* Sedatur autẽ dolor capitis accipiendo de ſyr. prædictis quietantib. agitationẽ materierum. Item cum diuerſionib. antepoſitis. ¶ Et iterum potus bonus ad illud. ℞. *ſyrup. de papauere* ℥ j. *oxyſachari* ʒ *iij. aq. decoct. coriandri præparati* ℥ *ij. detur in potu poſt cœnam per duas horas.* *Linimentũ.* Linimentum bonum ad dolorẽ capitis. ℞. *olei de nenuphare, olei roſ. an.* ℥ j ß. *ſem. lactucæ, papaueris albi an.* ʒ j ß. *aniſi, fœniculi an.* ℈ j. *roſ. ſief. memitæ ana* ʒ j ß. *thuris, acatiæ, hypocyſtidos, ana* ℈ j. *ceræ quantum ſufficit. fiat vnguentum molle: quod bulliat in* ℥ *ij. emulſionis papaueris, vſq; ad conſumtionem eius:* & eſt medicina conueniens.

4. *Sitis. Potus.* Curatur & quartũ accidens, ſcil. ſitis cũ ſyr. ſuperius poſito in ſedando fluxũ, & agi- F tationem ſtomachi. ¶ Appropriatus potus bonus ad illud eſt. ℞. *ſyr. de nenuphare* ℥ ß. *ſyr. acetoſitatis citri* ℥ j. *aqu. decoct. maluarum, aut ſublimationis earum, vel aquæ hordei duplum, & bibatur de hoc ſæpe in potu.* ¶ Melior autem eſt hoc. ℞. *ſyr. de limonibus* ℥ *ij. aquæ fontis, cum eſt valida ſitis, tantundem.* ¶ Communior autem & melior eſt iulep violarum, aut roſarum, ſimul aut diuiſim accipiendo ℥ ij. cum æquali pondere aquæ hordei.

Ad hanc

A Ad hanc intentionem valet retinere in ore ſacculos paruos rotundos. Fiat ex prædictis mucilago: cui addantur pulueres iſti. ℞. *ſeminum lactucæ, papaueris al. ſucci liquiri. ſem. ſcariolæ & acetoſæ, ana ʒ ß. conficiantur ſimul & impleantur ex eis ſacculi, qui ſemper teneantur in iulep roſ. & vnus eorum in ore teneatur permutando ipſum ſæpe.*

5. *Inſtantia vigiliarum. Potus.*

Curatur autem aliud accidens, ſcilicet, inſtãtia vigiliarum primo cum ſyrup. iam prædicto de papauere. Item cum linimento ſuper fronte ſupraſcripto. ¶ Item cum potu iſto accepto in ſero per duas horas poſt cibum. ℞. *Syru. violarum: ſyru. de nenuphare: ſyr. de papauere. ana ℥ ß. aquæ decoct. papaueris al. ℥ iij & accipiatur, &c.* ¶ Confert ad illud abluere pedes in ſero cum hac decoct. ℞. *florũ nenupharis: violarum: lactucarum: ſolatri: foliorum vitis & ſalicis: florum chamomill. ana M j. coquantur omnia in aqua, ex qua mediocriter calida abluantur pedes vſque ad coxas & manus & brachia per horam ante cœnam.* ¶ Confert etiam ad hanc intentionem odorare ſæpe poma mandragoræ & flores violarum: aqua nenupharis extremorum vitis, & foliorum ſalicis: & ſimilia frigida & humida.

B *Decoctũ pro ablutione pedum.*

6. *Debilitas virtutis.*

Pro curatione ſexti accidentis, ſcilicet, debilitatis virtutis conferunt brodia pullorum conuenientis decoc. cum aqu. bugloſſ. & modico vini aro. dulcis & ſuauis ſæpe bibita. Item aqua ſublimationis caponum vel gallinarum. Item electuarii regis, ex quo mane ante cibum aſſumatur cochlear vnum, & in die pluries. Item optima eſt cõfectio de hyacintho Auicen. *quinto can. ſumma prima.* Item confectio diamargariton Nicolai *in Antidotario.* Et hæ omnes conferunt maxime, quando debilitas conuenit cum ſignis frigiditatis. ¶ Quando vero debilitas complicatur caliditati, conferunt primo condi-

C tũ de roſis: de floribus bugloſſ. aut boraginis aut de violis, quæ ſæpe in potu accipiatur, cũ aqua ſublimationis pulli: aut aqua bugloſ. aut aqua recenti, & modico vini maluatici, vel alterius dulcis aromatici & ſuauis. ¶ Confert etiam ad intentionem iſtam ſæpe odorare pomum hoc. ℞. *Violarum roſ. florum nenupharis, ſandal. alb. boli ar. ana ʒ j. camphoræ ℈ j ſem. baſiliconis. gr. Keſmes, garũ, ſem. acetoſ. coriandri præparati, ana ʒ ß macis. ʒ j ß. puluerizentur omnia cum aqua roſ. muſcata: & ℥ ß lau. puriſſimi, fiant poma, quæ ſæpe odorata potẽter viuificant virtutem vitalem & animalem, & in euacuationibus & in accidentibus aliis.* ¶ Similiter etiam ad hanc intentionem accipere poteſtis *pulueris deſcrip. prædicta ʒ j. aquæ bugloſſ. aqu. roſ. ana ℥ j ß. muſci. ambræ. ana g̃ j. camphoræ gran. iij. aceti, vini maluatici, ana ℥ j. piſtentur omnino in mortario, & ex eo ſæpe madefiat ſtomachus, facies, nares, volæ manus, pulſus brachiorum, cauillæ & plantæ pedum,*

Pomum odoriferum.

D *& eſt vtile valde, &c.*

7. *Ablatio appetitus.*

Penultimum vero accidens, quod eſt ablatio appetitus, & abominatio ciborum omnium, ſi bene cõſideretur, facile remoueri poteſt cum his, quę ſedant conturbationẽ & vomitum ſuper his factis cum ſuccis aranciorum: vino cydoniorum, & aqua roſ. muſcata, vino maluatico, & modico aceti. Bonus enim odor excitat appetitiuam ſtomachi, & proprie cum fuerit in nutritiuis, vt ex fen. 13. lib. 3. colligi poteſt. ¶ Linimentum bonum ad illud eſt hoc. ℞. *micæ panis aſſatæ & infuſæ per quatuor horas in vino citoniorum: & aceto ana ℥ ij. poſtea teratur in mortario vltima contritione. & cum iſtis. ℞. reſinæ diſſolutæ cum vino maluatico ℥ j. ſumach, granorum myrti ameos, coriandri præparati ana ʒ j ß. macis garyophil. ana ʒ ß. incorporentur ſimul in mortario vſque ad bonam glutinoſitatem, & ſtomacho ſuperponatur.*

Linimentũ.

8. *corporis extenuatio.*

E Pro cura vltimi accidentis, ſcilicet macrefactionis & reſolutionis obſeruentur omnia, quæ dicta ſunt in regimine ſexti accidẽtis, ſcilicet, debilitatis omnium virtutum. ¶ Compoſita vero duo nunc elegantia ſcribenda ſunt. Primum eſt hoc. ℞. *albumina ouorum recentium numero 10. ſacchari al. ℔ j. aquæ bugloſ. ℥ iij. conquaſſentur ſimul omnia in caceola diligenter. Deinde ſuper cineribus calidis abſque flamma cum ſpatula agitando coagulentur, & in fine ſuperaſpergatur modicum vini cydoniorum.* ¶ Aliud cõpoſitum ad hoc. ℞. *pulpæ pulli pinguis & iuuenis bene cocti ℔ ß. ſpecierũ electuarii regis ʒ j ß. trochiſ. de violis. ʒ ß amili ʒ ß. ſacchari. al. ℥ j. granorum pinearum infuſorum in aqua calida per tres horas. ℥ iij. incorporentur ſimul, & fiat electuarium.* De quo omni fere tempore accipere poteſt cochlear vnum bibendo poſt illud vinum album, dulce & ſuaue, commixtum æquali quantitate aquæ fontis electi, &c.

F

CONSILIVM III. *De præſeruatione corporum debilium in aere ſubtili.*

QVONIAM aer ciuitatis Florentiæ, multa ſui ſubtilitate facile penetrando in corpora, alterat ea, ſi fuerit in diebus frigiditatis vel caloris, occurrẽs corporibus facile alterabilibus: aut ratione raritatis eorum; aut ratione debilitatis totius corporis, quæ

diſponit corpora,vt valde admodum alterentur, vel ratione debilitatis quarundam determinatarum partium corporis. A

Et quia vir egregius dominus Baptiſta a liguamine valde paratus eſt, lædi ſecundum totum corpus propter debilitatem, quæ eſt in eo: Secundo propter texturæ raritatem.

Et tertio iterum propterea,quia caput eius & pectus frequenter laborat lapſu frigido ex materia ſuperiori ad ipſum pectus catarrhizante. Inſuper etiam ſtomachus eius naturaliter eſt debilis:Ideo oportet eidem aliquod præſeruatiuum regimen ſecundum rationem præparare.

Præſcribenda itaque mea opinione ei erunt remedia, quorum vſus ſit a principio menſis Martii,per totum menſem Septembris: Deinde aliis quinque remediis vtatur a principio menſis Octobris,per totum menſem Februarii. B ¶ Primum itaq; remedium, quo vti poteſt ſecundum primum ordinem iam dictum eſt hoc. ℞. *aloes infuſi in ſucco endiuiæ,per quinque dies.* ℥ j. *maſticis,thuris.corallorum amborum,cubebarum ana* ℈ ß. *exſiccetur aloes cum ſucco illo in ſole vel ſub tegula.Deinde ſuperaddantur pulueres prædicti cum* ℥ j *rheubarbari electi:& fiant pillulæ ex omni* ʒ vj. *de quibus in ſeptimana perparum ante cœnam accipere poteſt vnam.* Et ſi caput eius notabiliter graue percipitur,accipiat aliam per duas horas poſt cœnam: vt dictum eſt multotiens. ¶ Secundum vero remedium eſt confectio iſta,de qua ſæpe accipiat ſaltem in ſeptimana quater, parum ante cœnam vel ante prandium rotulam vnam ponderis ʒ iij ¶ Cuius deſcriptio eſt hæc. ℞. *ſpecierum electuarii de ligno aloes.ſpecierum diambræ.ana* ℈ ij. *liquiritiæ aniſi, violarum ana* ℈ j. *ſacchari albi libram* ß. *fiat confectio cum aqua menthæ in rotulis iam dictis.* C ¶ Tertium vero remedium principale eſt;hic puluis,de quo ſaltem in ſeptimana bis, hora dormitionis ſuperaſpergat commiſſuræ ſagittali capitis quantitatem granorum hordei quinq;. ℞. *ligni aloes.* ʒ j. *garyophillorum,* ʒ ß *ſandaracæ roſarũ ana* ℈ ij *violarum.* ℈ j. *fiat puluis ſubtilis.* ¶ Quartum vero inſtrumentum eſt illud compoſitum,de quo aliquando accipiat tribus vel quatuor diebus continuis. Cuius deſcriptio eſt hæc. ℞. *aquæ menthæ,aquæ abſinthii,aquæ cicoreæ ana* ℥ jß *miſce.*

Rotula. *Puluis.* *Pilulæ.*

Primum vero remediorum, quibus vti debet a menſe Octobris, vſque per totum menſem Februarii,ſunt pilulæ iſtæ,de quibus accipere poteſt, ſicut de prædictis dictum eſt. ℞. *ſpecierum hieræ abſque aloe,* ʒ j. *aloes infuſi in ſucco vel in aqua maioranæ per octo dies* ℥ ij ß *ſalis indi.gran.* vj. *reubarbari electi* ʒ j ß. *reformentur pilulæ cum ſyrupo,de ſtecade ex omni* ʒ vij. Secundum vero remedium principale eſt, vt deſcriptioni pulueris capitalis ſupra poſiti addantur *folia ameos,amomi,ana gran,* v. *ambræ.gran.* ij. *& fiat puluis,cuius vſus ſit, vt de prædicto dictum eſt.* D

Puluis. *Electuariũ.*

Tertium vero ſpeciale remedium eſt electuarium hoc:de quo accipiat omni tempore dicto ſaltem tribus vicibus,in ſeptimana in aurora & tardetur poſt ipſum cibus horis quinq;,aut ſaltem quatuor. ℞. *ſpecierum pliriſarcoticon,* ℥ iij. *ſpecierum diatrion pipereon* ʒ ij. *capillorum veneris liquiritiæ,violarum labruſcæ.foliorum nenupharis,ana* ʒ j. *ſeminis endiuiæ, acetoſæ ſcariolæ ana* ʒ. ij *ſyrup.conſeruationis zinziberis,* ℔ j *penidiarum,* ℥ j ß. *fiat electuarium.*

Puluis.

Quartum vero ſpeciale remedium eſt puluis iſte,qui ligatus in ſyndone frequenter odoretur. ℞. *ligni aloes,* ʒ ij. *gallæ muſcatæ,* ʒ j. *ſtoracis calamitæ, been albi & rubei, zedoariæ cubebarum,an.* ℈ ij. *corallorum rubeorum ſandalorum alborum,coriandri præparati,roſarum labruſcæ,ana* ʒ j ß. *ſeminis baſiliconis, macis ana* ʒ iij. *fiat puluis:* vel ex eo cum electo laudano fiat pomum. E

Gargariſma.

Quintum vero ſpeciale remedium,quo vti debet,eſt,vt ſæpe in diebus hyemis faciat gargariſma ex hac mixſtione bis vel ter in ſeptimana per vnam horam ante cœnam. Cuius deſcriptio eſt hæc, ℞. *aquæ ſublimationis maioranæ,* ℥ iij *ſyrup.de calamento.* ℥ j. *oximellis ſquillitici,* ℥ ß *miſce totum & calidum in ore gargarizando teneatur:* & ſufficit quantitas iſta pro duobus aut tribus diebus.

De regimine autem,per cibos & potus obſeruando per applicationem ſex rerum non naturalium teneat ordinem, quem alias ſermone meo, declaraui ei,& literis mandaui.Ad laudem Dei.Amen. F

Bartholomæi Montagnanæ Medici præclariſſimi.De ægritudinibus cerebri, Conſilia.

A **Conſilivm I.** *De ſoda, ſeu dolore capitis a cholera vitellina partim per eſſentiam in capite, partim per colligantiam ſtomachi, veſicæ, fellis, & epatis.*

VIr humaniſſimus, & eximius legũ Doctor, dominus Antonius Bertoldus,
dilectiſſimus gener meus, moleſtatur diſpoſitione, quæ apud Arabes ſoda: a-
pud Græcos iam cephalæa dicitur. Et eſt dolor capitis, caput totum com-
prehendens, ſatis intenſus tempore, quo periodicat. Nam eſt affligẽs ipſum
non ſemper; ſed quodam determinato tempore, vt inferius apparebit: qua-
re periodicus, id eſt, reuerſiuus dicitur talis dolor. ¶ Eſt autem talis dolor partim per eſ-
ſentiam appropriatus capiti; partim vero per colligantiam a ſtomacho dependens. ¶ Et
B primum quidem declaratur, propter permanẽtiam doloris, licet non multum intenſi, a
quo non euacuatur magna parte ſuæ vitæ, & occupationum eius. ¶ Secundum vero de-
claratur eo, quod iſte dolor reuoluitur de intenſo ad remiſſum, ſecundũ varietatem diſ-
poſitionis ſtomachi. Et mirabile quidem dictu, nouum genus accidentis eſt. Nam cum
vir iſte ieiunat, ſicut ſæpiſſime ſua deuotione conſueuit, illa die parum aut nihil moleſta-
tur a dolore. Sed die ſequenti cum cibatur, ſiue parum, aut multum, vel mediocriter,
quocunq; cibo accepto, quacunque qualitate participet, dolorem tantæ intentionis in-
currit, vt ipſum vix tolerare poſſit. ¶ Et ad ſoluendum hoc problema, quare iſte dolor
intendatur die ſequente ieiunium, & non eadem die, opus parumper phyſice contem-
plari. ¶ Supponatur igitur primo; quia vir iſte a generatione ſanguineus eſt. ¶ Secundo,
C quod maxime epar eius ſanguineum eſt. ¶ Tertio: quod ſanguis huius viri notabiliter
groſſus eſt, quod ex multis declarari poteſt. Primo, quia compreſſis venis eius tumeſcẽ-
tibus, ſanguis eius motu admodum lento mouetur in eis. ¶ Secũdo probatur, quia pro-
pter amplam humiditatem ſtomachi, magna copia phlegmatis mucilaginoſi per viam
indigeſtionis generatur: Humiditas enim membri maior, quam debet, redditur, &c.

Adhuc idem probatur tertio: quia ſanguis eius ingroſſatur a phlegmate defluente
a cerebro eius. ¶ Et quarto iterum, quia propter notabilem caliditatem epatis, magna
pars vnctuoſitatis, & (vt ita dicam) aerietatis & calidæ partis, ſanguinis reſoluitur: Ergo
reliquum remanet ſpiſſius.

Et quinto iterum probatur, quia propter caliditatem renum & amplitudinem via-
D rum vrinalium magna pars aquoſitatis educitur per vias vrinæ: Ergo reliqua maſſa ſan-
guinis remanet ſpiſſa. ¶ Præmittendum ergo, quod in epate huius viri, vel in veſica fel-
lis eius, cholera, quæ reperitur, etiam notabiliter groſſa eſt: quod facile probari poteſt
per ſex rationes, quibus probata eſt craſſities in ſanguine: & maxime per tertiam ratio-
nem, ſcilicet, per commixtionem groſſi phlegmatis cum ipſa cholera. Ad talem enim
cõmixtionem generatur cholera, nota & famoſa, vitellina dicta, quæ & ſine dubio groſ-
ſior eſt, quam bilis rubea & citrina. ¶ Præmittendum vltimo, quod omne epar, in quo
vitellina cholera multiplicatur, valde paratum eſt ad oppilationes & frequentes. ¶ Iſtis
præmiſſis ſoluitur problema primum dicendo, quod tempore ieiunii ſanguis & choleri-
ca materia facile ingroſſatur, ſcilicet, quæ eſt inuenta in epate magis, quam quando ho-
E mo non ieiunat: ſed ad talem ingroſſationem ſequitur oppilatio in concauo & gibbo e-
pãtis. Ergo prohibitio tranſitus conſuetæ quantitatis choleræ, per vias vrinæ, & per vias
ventris: Ergo cholera iſta retẽta retrocedit, & multiplicatur per canalem a ciſtula fellis
ad profundum ſtomachi, & per clauſionem gibboſæ partis epatis inferioris materia
cholerica multiplicatur in vena chyli aſcendente: Ergo poterit ad caput cum maiori
quantitate & poteſtate ſua aſcendere. Probatur conſequentia hæc: quia materia multi-
plicata in ſtomacho, ad ipſum delata, facile poteſt euaporãdo dolores efficere, & inten-
ſos in capite. Et multiplicata per concauum venæ cauæ aſcendentis corporaliter pote-
rit fluere ad caput per venas a caua aſcendente ramificatas & caput interius ingredien-
tes. Primæ autem rationis maior ſuſtentatur ex ſuppoſitione quarta, cum ſuis probatio-
F nibus. Minor vero probatur ex ſuppoſitione quinta. Ergo ſequitur veritas cõſequentiæ,
ſcilicet, quod propter talem oppilationem dolor capitis intenditur in hoc viro.

Contra, quia data illa reſponſione ſequitur, quod in die ieiunii non minus debet
dolere caput, quam in die ſequenti. Probatur conſequentia. Quia in die ieiunii non mi-
nor poteſt accidere oppilatio, quam in die ſequente ieiunium: Sed ad talem oppilatio-
nem ſequebatur euaporatio, vel delatio cholerę ad caput, vt conceſſum eſt. Ergo etiam

in die ieiunii huic viro debet vehementer dolere caput, conſequens autem repugnat experientiæ. Huic viro nunquam manifeſtè dolet caput in die ieiunii, & in die ſequenti ſeipſum fortiſſimo dolore moleſtatur. A

Obiectio. Ad hoc motiuum reſpondendum eſt negando illam conſequentiam. ¶ Primo quidem ad conſequentiam dicendum eſt, quod dato, quod in die ieiunii intendatur caliditas in ſtomacho & in epate: & etiam multum reſoluatur de aqueo aereo. & vnctuoſo ſanguinis & choleræ. Et adhuc dato, quod ſanguis & cholera ingroſſentur magis, quam tempore cibationis. Non valet tamen conſequentia; caliditas reſolutiua eſt intenſior. Materia attracta inuenta eſt notabilis groſſitudinis & quantitatis. Ergo ab eis maior fiet oppilatio. Illa conſequentia fallit: Non enim fit oppilatio membrorum, præcipue a materia, vt multa & groſſa: & adhuc in viis poſita: Sed oppilatio principaliter fit propter impotentiam virtutis materiam a viis expurgare non potẽtis: cum enim fortior ſit virtus tempore ieiunii ad prohibendum oppilationes, quia non eſt aggrauata ſimul a cibo & materia humorali. Sequitur quod ipſa prohibebit oppilationes. Die autem ſequente ieiunium iam a duplici cauſa grauatur virtus, videlicet a materia in ſtomacho inuenta attracta & ingroſſata & a cibo, qui de nouo acceptus eſt. Ergo ipſa virtus tunc minorem habebit proportionem ad reſiſtendum fiendis ſeu inſtantibus, & inceptis oppilationibus, quam quando non erat aggrauata cibo, vt in tempore ieiunii. B

Vnde oppilatio membrorum.

Et ex fundamento conſideranti apparet pulchra ſolutio ad problema ſecundum. ſcilicet, quare hic vir magis dolet caput in die ſequente ieiunium, quam in eadem.

Apparet ſecundo principaliter, quod ſequela illa nihil poſſit concludere: Nam talis conſequentia non probat hunc dolorẽ capitis ſuperuenire niſi in virtute conſequentiæ. Sed deſtructa conſequentia deſtruitur & ſequela: quoniam ad deſtructionem conſequentis ſequitur deſtructio antecedentis: vt in ſermonibus logicis apparere poteſt. ¶ Et ex hoc fundamento iterum ſequitur tertio, quod hic vir nunquam fere a leui dolore euacuatur. Probatur concluſio, quia tota habitudo eius & epar notabiliter ſunt calida. Ex prima & ſecunda ſuppoſitionibus & in eo inuenitur cholera multa euaporatiua ex ſuppoſitione quarta. Et præſentia oppilationum aliquarum in concauo, aut in gibbo epatis ex ſuppoſitione quinta. Ergo ſequitur, quod cholera poteſt euaporando ad caput illum dolorem efficere. C

Et ex dato fundamento iterum ſequitur quarto, quod dolor in aliis temporibus diuerſis a die ſequẽte ieiunium fit paruus & leuis. Probatur corolarium, quia dato, quod in his temporibus adhuc multa cholera feratur, & euaporet ad caput; tamen non poteſt in eo grandem efficere dolorem. Propterea quia virtus non grauata cibo fortior eſt ad reſiſtendum impreſſioni materierum & rectificationi earum. Fortis enim virtus omnia contemnit & ſuſtinet. Imbecillis & debilis ab omnibus contriſtatur. *vndecimo terapeuticæ.* Etiam forti virtuti nihil reſiſtere poteſt in expellendis nociuis. *ſeptima aphoriſmorum, commento 55.* D

Adhuc ex præfato fundamento ſequitur quintum corolarium. Quod talis ægritudo in hoc viro ſit partim per eſſentiam diſpoſitio capitis. Partim per colligantiam ſtomachi, veſicæ, fellis, & epatis. E

Et ſequitur penultimo inuentio cauſæ materialis huius ægritudinis. Eſt enim ipſa cholera vitellina, vt ſupra ex ſuppoſitione tertia & quarta patet. ¶ Et ſequitur vltimo, quod hæc diſpoſitio in hoc viro non leuiter ſit ferenda. Eſt enim ægritudo duorum membrorum principalium, ſcilicet, cerebri & epatis & duorum notabilium membrorum, quorum vnum ſeruit toti miniſterio præparatorio & latorio, vt ſtomachus: qui ſcilicet tranſmutat cibum in chylum: & defert ipſum ad epar per meſaraicas venas. ¶ Et eſt diſpoſitio alterius membri, ſeruientis epati, & toti virtute latoria, in quantum trahit choleram ab epate purificando ſanguinem ab ea. Et defert partem eius ad inteſtina in vigorando ſolutionem & ad fundum ſtomachi vigorando digeſtiuam. F

Ex quibus tandem concluditur, quod oportet hunc virum ſolertem eſſe, & aſſiduum in ſui curatione, ſi modo velit, vt cura feliciter ſuccedat: eius itaque regimen totum in duo capita diſtribuam.

Cap. *De regimine per diætam.*

Et pri-

A ET primum quidem capitulum ſex continebit particulas, ſecundum numerum
ſex rerum non naturalium, quæ conuenienter adminiſtrari oportet. Prima
particula erit de regimine per conuenientem applicationem aeris: & ſic de a-
liis. ¶ Quantum autem ad primam particulam præmittendum eſt, quod oporteat eli-
gi aerem ciuitatis loci vel cameræ inclinatum ad infrigidationem, & humectationem,
gratia conſeruandi naturalem diſpoſitionem, quæ calida eſt notabiliter, vt ſupra proba-
tum eſt. Etiam, quia remiſſa caliditas remittit intenſam caliditatem, igitur &c. ¶ Re-
gimen ſex rerum non naturalium quæratur in illo conſilio, quod incipit. Ne mens
mea.

CAPVT. *De regimine per medicinalia.*

B PRo regimine vero cephaleæ huius viri, occurrunt inſtrumẽta quatuorde-
cim, neceſſario obſeruãda; quorum primum eſt, vt ſi contingeret propter
varietatem occupationum ſecularium, hũc virum eſſe remotum a pręſentia
Medicorum, ſaltem per duos annos ſtatim in fine mẽſis Februarii, aut in
principio Martii faciat ſibi fieri purgationem vniuerſalem per hunc modum. ¶ Primo *Primũ principale remedium.*
quidem diſtanter a præaſſumta cœna per nouem horas in aurora, accipiat iſtas pillulas.
♃. *Pillularum aurearum & cochiarum, an. ℈ ij. reformentur pillulæ cum ſucco roſar.* & dormiat
poſt eas &c. ¶ Die vero immediate ſequenti, per horam vnam, & mediam poſt or-
tum ſolis phlebotometur baſilica ſub cubito dextri brachii inuenta, per quam educan-
tur ſanguinis ℥ v. ¶ Tertia vero die immediate ſequenti hora pillularum præcedentium
C accipiat hunc potum. ♃. *aquarum cichoreæ, ſcariolæ & eupatorii, an. ℥ j. miſce & calidæ acci-
piantur* continuando eas per ſex vel ſeptem dies, vſq; quo in fundo vrinalis appareat hy-
poſtaſis alba, coniuncta æqualis diaphana, & figuræ pyramidalis. Aliter non dimitta-
tur potus, niſi apparente aqua cum maiori parte conditionum prædictarum. ¶ Cum er-
go ita fuerit, tunc iterum purgetur cum iſtis pillulis. ♃. *pillularum cochiarum, ℥ j. pillula-
rum aurearum ſcrup. j. formentur pillulæ vij. cum ſucco roſarum, & accipiantur vt prædictæ.*
Secundum vero principale remedium ab hoc viro obſeruandum eſt hoc. ♃. *aloes *Secundum principale remedium.*
abluti vnc. ſem. pulpæ colocynthidos drach. ſem. bdellii mollis & ſubalbidi, ſcrup. j. formentur pillu-
læ cum ſucco roſarum, de quibus omni tertia die accipiatur vna,* tempore quo aſſumit digeſti-
uum prædictum. Præter, quod non accipiat ipſam die immediate ſequente purgatio-
D nem vltimo factam. ¶ Et nota, quod iſtis pillulis etiam vti poterit per totam vitam ſu-
am, accipiendo de eis vnam vel duas immediate ante cœnam, ſecundum maiorem &
minorem ventris ſtipticitatem. Et ſi contingeret ventrem eius, non eſſe multum ſtipti-
cum, & maiorem in capite percipi grauitatem, tunc accipiat de iſtis pillulis vnam vel
duas poſt cœnam per horam cum dimidia, & ſpero, multum eas pro futuras.
Tertium inſtrumentum principale neceſſarium eſt, quod iſte vir iterum in men- *Tertium.*
ſe Septembri, aut in principio Octobris purgetur per hunc modum. ¶ Primo, namq;
vno mane in aurora hora purgationis veris accipiat hoc. ♃. *caſſiæ nuper de canna prępara- *Bolus.*
ta cum aqua cichoreæ drach. vij. reubarbari electi ſcrup. ij. ſpicæ nardi gr. v. ſalis gemmæ, gran. j.
miſce & totum accipiatur cum medio cyatho aquæ decoctionis calidæ ſeminum quindecim me-
E lonum contritorum.* ¶ Die vero immediate ſequenti hora præaſſignata, accipiat
hunc potum. ♃. *ſyrupi roſarum, ſyrupi de enduia, ana drach. vj. aquæ abſynthii & cichoreæ, *Potus.*
ana vnc. j. ſem. & ipſum accipiat hora prædicta, calidum toties,* quod in vrina videatur hypo-
ſtaſis circumſtantiis ſupra dictis menſurata.
Tunc ergo die immediate ſequenti purgetur cum hoc. ℞. *pillularum aurearum, dr. *Pilulæ*
j. pillularum cochiarum, ſcrup. j. formentur pillulæ vij. vel viij. cum ſucco roſar.* & accipiatur ho-
ra & conditionibus obſeruandis, quæ ſupra dicta ſunt, &c. ¶ Et attende, quod in pur-
gatione autumnali non feci mentionẽ de phlebotomia, aut quia fortaſſis vernalis phle-
botomia excuſauit ab iſta: aut quia æſtiuo tempore non ita multiplicatur ſanguis: ſcil.
materiæ acutæ pharmaco educendę conuenientius ſunt pręſcripto. Aut quia autumnus
F eſt aduerſus ſanguini, ſecundum contrarietatem complexionis eius: ſi tamen in hoc
tempore perciperentur ſigna repletionis & exuberantiæ ſanguinis circa ſuperiores par-
tes, tunc laudarẽ, quod ita in autũno poſt minoratiuũ præaſſignatum die immediate ſe-
quenti applicaretur phlebotomia cephalicæ in parte ſuperiori cubiti inuenta: aut inter
pollicẽ & indicẽ. Per q̃ educerẽtur ſanguinis ℥ iiij. ad plus. Amplior n. ſanguinis quãtitas

educi poteſt a baſilica & nigra, quam a cephalica, vt notum eſt intelligenti cauſſas. ¶ Et A
nota, quod in iſtis purgationibus veris & autumni ſuſtentatur principium eradicationis ſuarum ægritudinum, & præſeruationis corporis a nocumentis epatis & ſtomachi, & adhuc conſeruationi ſanitatis huius viri.

Quartum principale remedium. Electuariũ.

Quartum principale inſtrumentum eſt, vt inter aſſignatas purgationes, hic vir vtatur hoc electuario, accipiendo de eo omni ſeptimana ter, vel ſaltem bis quantitatem. ʒ ß. deglutiendo ipſum mane, ante prandium per horas quatuor. ¶ Cuius deſcriptio eſt hæc. ℞. *ſeminum quatuor communium frigidorum, an. ʒ ij. ſeminum endiuiæ, acetoſæ, ſcariolæ, an. ʒ j. adianti, polytrichi, ceterach, capillorum Veneris, bedeguar an. ℈ ij. ſpodii, raſuræ eborum. an. ℈. iiij. roſar. ſanaalorum amborum, corallorum amborum, ana drach. ß. croci. ſcrup. j. cinamomi electi, liquiritiæ, ana ſcrup. v. macis. ſcrup. iiij. phiſticorum mundatorum. vnc. ij. ſacchari ſecundæ co-* B
ctionis. vnc. iiij. oxymellis compoſiti, vnc. iij. infundantur per diem naturalem phiſtici in aquam ſcariolæ: Deinde coquantur ſaccharum ſimul & oxymel, in quibus incorporentur phiſtici vltimata contritione contriti, & tandem vehementi contritione & longa addantur aliæ ſpecies, & fiat electuarium reſeruandum in vaſe vitreato ſtricti orificii: hoc enim medicamen magnum iuuamentum facit in vigorando digeſtiuam ſtomachi & epatis, & aperit oppilationes eorum, diuertendo motum choleræ ad ſuperiora, & præcipitando ipſam cum phlegmate per vias vrinæ & ventris, & tu conſidera ex virtute componentium.

Quintum.

Rotula.

Quintum principale inſtrumentum eſt hoc. ℞. *conſeruæ cydoniorum ſaccharinæ ℥ ij. ſpodii & corallorum rub. in atomales reſolutiones reductorum. an. ℈ ij. hyacinthi, ſmaragdi, ſaphiri ana. ℈. ß. ſeminis acetoſæ, puluer. ſumach. an. ℈. ij. ſacchari candi ℥. j. diſſoluatur ſaccharum cum* C
ſyrupo de mentha, & vltimo conterendo incorporetur diacitoniten cum aliis ſpeciebus, fiant igitur formulæ in rotulis, drach. ij. vel iij. de quibus accipiat ſemper in finem prandii & cœnæ vnam, bibendo vel abſtinendo poſt ipſam ſuo libitu.

Sextum. Puluis.

Sextum vero inſtrumentum principale eſt hoc. ℞. *florum nenupharum. drach. 2. roſarum violarum, ſeminis endiuiæ, acetoſæ & portulacæ, ana drach. j. macis drach. j. ß. camphoræ ſcrup. j. ligni aloes, ſcrup. ij. terantur omnia ſubtiliſsime per ſe, deinde ligentur in ſyndone retorta bene tenſa, & ſæpe odoretur hic puluis.* Confortat enim cerebrum, ab eo repellendo impreſſiones cholericas, & aliorum calidorum humorum. Et ſi deſideraret rem hanc ſolidiorem efficere: tunc accipiantur reſinæ electæ, & laudani puriſſimi, ana gran. v. & diſſoluta inuicem vel per ſe incorporentur cum aqua roſar. muſcata, & modico aceti, D
cum prædictis ſpeciebus: & fiat pomum, quod odoretur vt prius.

Pomum.

Septimum.

Enema.

Septimum, principale inſtrumentum eſt hoc. ℞. *aquæ decoctionis foliorum bliti, violarum mercurialium, & furfuris, ana ſimul coctorum libr. j. ſacchari rub. caſsiæ fiſtulæ, benedictæ, hieræ ſimplicis. an. ʒ. ij. olei violarum ℥ iij. in diebus caloris: & olei oliuarum ℥. iij. in diebus frigoris, ſalis communis vnc. ſemis. miſce totum ſimul; & fiat ex eo clyſtere per horam vnam, cum dimidia ante cœnam.* Et nota, quod huius clyſteris vſus debet fieri poſt purgationem veris, per totum menſem Maii omni ſeptimana ſemel: & poſt purgationem autumni per totum menſem octobris, iterum omni ſeptimana ſemel.

Octauum.

Octauum inſtrumentum eſt, vt poſt purgationem veris, vſq; ad autumnum omni menſe bis diebus intermediis aſſumtioni clyſteris per vnam vel duas horas ante cœnam E
abluat pedes a planta, vſque ad inguina, cum aqua calida huius decoctionis. ℞. *foliorum ſalicis, vitis, violarum, roſar. chamomillæ, ana. M. j. coquantur in aqua, quouſque fiat bene viridis.* Poſt purgationem vero autumni, ſaltem in menſe ſemel prædictam faciat ablutionem cum aqua decoctionis foliorum lauri, maioranæ, ſaluiæ, roriſmarini, & ſimilium calidorum.

Decoctio pro ablutione pedum.

Nonum. Puluis.

¶ Nonum vero inſtrumentum eſt hoc. ℞. *macis drach. j. ß. ſandaracæ. ſcrup. ij. ligni aloes, ſpodii, ana ſcrup. j. maſticis, drach. ß. pulverizentur omnia per ſe. Deinde commiſceantur, & caluaria capitis cum ſetula diligenter pectinata, veſperi, cum vadit ad lectum, cum hoc puluere ad quantitatem quinq; granorum frumenti, aſpergatur inter capillos ſaltem in ſeptimana bis cum ſetula deponendo primum puluerem, quando vult ponere ſecundum.*

Decimum.

¶ Decimum vero inſtrumentum eſt hoc, quod iſte vir ſæpe ante prandium vel cœnam, ſaltem bis in ſeptimana, comedat vnam radicem petroſelini recentis, longitudine digiti medii cum dimidio, minutiſſime maſticando eam: & hoc ſaltem per mediam horam ante prandium & cœnam. F

Vndecimũ.

¶ Vndecimum inſtrumentum principale eſt, vt ſæpe ante prandium vel cœnam ſaltem bis in ſeptimana aſſueſcat maſticare quantitatem grani ciceris rubei, de electo agari-

A ςto agarico, nihil deglutiendo de eo: & eſt mirabile ingenium in attrahendo phlegma
aquoſum, mucilaginoſum vitreum & ſalſum, & ſuperfluitates etiam cholericas a capi-
te eradicando cephalæas antiquas, ſi non timet eius amaritudo nihil deglutiendo de eo,
vel de humiditate inuenta in ore. Et adhuc ſi deglutiretur, non eſſet eius nocumentum,
de quo curandum. ¶ Duodecimum inſtrumentum eſt, vt diebus intermediis pulueri- 12.
ſationi capitis aſſueſcat hora intrandi lectum, deglutire vnum vel duo grana maſticis e-
lecti & clari. Confortat enim ſtomachum reprimit fumoſitates, & aperit vrinæ vias.
¶ Tertiumdecimum inſtrumentum principale eſt, vt quantum poteſt, caueat a decu- 13.
bitu reſupino. Et ſaltem in ſeptimana ſemel vel bis totam ſpinam inungi faciat ex oleo
nardino & cydoniorum æqualiter mixtis leuiter calidis, & ſuperponat pannum ſiccum
B non valde calidum. ¶ Vltimum vero inſtrumentum principale eſt hoc. *℞. oxymellis* 14.
ſquillitici, vnc. j. aquæ maioranæ, aquæ lauri, ana vnc. j. ſem. miſce, & ex hoc actu calido, ſal- Gargariſmus.
ſaltem omni menſa ter colluat os ſuum & gargariſma etiam cum eo faciat: Et proprie, quando per-
ciperet ſibilum vel tinnitum in auribus, grauitatem in palato & oppillationem in ſupe-
riori parte naſi. Tollentur hæc omnia facile per ablutionem & gargariſma auxilio illi-
us, quæ ſanat &c. Ad laudem Dei. Amen.

CONSILIVM II. *De dolore capitis a cholera vitellina per colligantiam epatis & renum cauſato.*

REVERENDVS vir Dñs Antonius, de ſancto Ioanne laborat dolore capitis
C a materia cholerica per modum euaporationis ad caput delata: & proprie
per colligantiam epatis & renum ad ipſum caput: quæ materia cholerica
proprie vitellina eſt. Et non facit hunc dolorem ſolum in capite, per mo-
dum euaporationis: Sed etiam per modum ſubſtantialis delationis eius ad caput per ve-
nam cauam aſcendentē a gibbo epatis: quia epar eius notabiliter calidum eſt. Ideo hic
dolor diuturnus eſt: Et cum etiam ſecundum complexionem ſuam vergat in aduſtum
non eſt mirabile, ſi dolor capitis eius cum acuitate notabili lędit eum.

Pro regimine igitur ipſius licet multa dicenda & declaranda eſſent. Septem tamen
modis videtur mihi huic conſulendum eſſe.

Primus modus eſt, vt in cibariis ſuis euitet calida, & ſicca & acuta euaporabilia, op- Primum remedium.
D pilantia caput & ventoſabilia in ipſo: velut ſunt vnctuoſa brodialia, ſalſa omnia multæ
ſalſedinis & acuta. Velut alleum, cæpe porrum, ſinapi, oliuæ conditæ, raphanus: &
ſimilia. Effugiat vſum vinorum valde potentium, & adhęreat vſui vini magis ad debili-
tatem, quam ad fumoſitatem tendentis. ¶ Secundus vero modus eſt, vt vtatur facien- 2.
tibus lubricum ventrem: & diſtrahentibus materias, ne repant ad caput. vt *℞. aloes* Pilula.
abluti cum ſucco endiuiæ, vnc. j. reubarbari electi reupontici, ana drach. iij. diagridii, ſcrup. j. vio-
larum ſpicæ maſticis, roſarum ſem. endiuiæ an. drach. viij. ſalis indi, ſcrup. ſem. cum ſucco roſarum
fiant pillulæ de omni drach. vj. ¶ Tertius modus eſt, vt in tempore caloris ſaltem tribus 3.
vicibus in ſeptimana lauet ſe ab inguinibus, vſq; ad pedes cum aqua decoctionis viola- Ablutio pedum.
rum, ſolatri, roſarum, foliorum ſalicis in vna ſitula aquæ ponendo de prædictis herbis,
E plenas manus, & bene coquendo, & ſit hora ablutionis vna ante cœnam: & ſit aqua ca-
lida. ¶ Quartus modus eſt, vt aſſueſcat frequenter facere ſibi fricationes cum pan- 4.
no aſpero incipiendo a principio ſpatularum apud collum trahendo inferius, vſque ad
finem natium.

Quintus modus eſt, vt aſſueſcat ſæpe pectinare caput, cum ſetula & fricare ipſum 5.
cum pannis mane ieiuno ſtomacho.

Sextus, vt ipſe ſaltem bis in ſeptimana, quādo vadit ad lectum, ponat ſuper anterio- 6.
ri parte capitis ſui a ſummitate eius, vſque ad frontem, de hoc puluere quantitatem
quatuor granorum frumenti, ſpargendo ipſum inter capillos per latitudinem quatuor
digitorum, a dextro in ſiniſtrum. Cuius deſcriptio eſt hæc: *℞. maſticis drach. j. ſemin.* Puluis.
F *caryophilorum, drachm. j. roſarum, florum nenupharis, an. ſcrup. ij. ligni aloes, drach. ſem. fiat*
puluis. ¶ Vltimus vero modus eſt, vt ipſe ꝓcuret aperire ſibi hæmorrhoidas fricādo ipſas 7.
cum recētibus foliis fici: aut conſolidæ ma. vel mediæ. Et ſi non poſſet ꝓuocare hæmor-
roidas, ſaltē in menſe Martii & ſeptemb. duob. annis ſucceſſiuis faciat ſibi apponi ven-
toſas ſup natibus cū bona ſcarificatione. Attendat a. quod ſupradictis pillulis vti poteſt

ſemel in menſe accipiendo ſeptem ex eis in aurora, dormiendo parum poſt eas; & tardando cibum horis ſaltem ſex, quibus pillulis etiam vti poteſt; accipiendo de eis ter in ſeptimana vnam, quandoq; immediate ante cœnam: quandoq; vero per duas horas poſt cœnam. A

CONSILIVM III. *De triplici mala diſpoſitione, videlicet. De mala complexione cerebri calida & ſicca: De motu cordis, qui proprie ſaltus dicitur per colligantiam ad os ſtomachi. De mala complexione calida & ſicca in toto a corde communicata.*

TRIPLEX eſt diſpoſitio, qua hic iuuenis vrbis Vicentinæ ciuis honorabilis, laborat. Et prima quidem eſt mala complexio cerebri: ipſius ad caliditatem inclinata, & ſiccitatem: licet maior ſit ad caliditatem, quam ad ſiccitatem lapſus: quam tamen caliditatem accidentalem, credo magis eſſe prouenientem a caliditate cordis; quæ in eo multiplicata eſt, vt paulo poſt dicetur, propter quam communicantur cerebro a corde vapores igniti malæ qualitatis, modi ſubſtantiæ inflammantes cerebrum: quod facile deduci poteſt ex continuatione corruptionis in ſomno. Eo, quia habet terribilia ſomnia & furioſa, velut rixas & contumelias ipſum impetuoſe excitantia, & vehementer timere facientia. ¶ Apparet etiam hoc probari poſſe ex parte totius corporis, in quo color apparet melancholiæ aduſtæ ſignificatiuus. ¶ Tertio iterum hoc deduci poteſt per maciem & extenuationem corporis totius, & maxime faciei. ¶ Quarto per oculorum concauitatem ſolito maiorem, quæ conſecuta eſt conſumtionem pinguedinis & humorum, quorum præſentia eminens redditur oculus & magnus. B C

Motus iectigatiuus eſt idem quod tremor cordis, vide Auic. fen. 11. lib. 3. tr. 2. c. 1

Secunda diſpoſitio eſt motus cordis præternaturalis, qui non eſt iectigatiuus: eo quia ille eſt motus notabiliter paruus. Neq; eſt tremulus propter eandem cauſſam: & etiam, quia tremulus motus omnino frequens eſt. Sed iſte cordis motus eſt proprie ſaltus nominatus, eo, quia iſte motus viciſſibili reuolutione ſua, notabiliter magnus eſt: ꝓpter quod elongatur a iectigatione. Et cum ſua magnitudine notabilem habet raritatem: propter quam ſecedit a tremulo motu. Eſt autem hic motus in ſpecie nominatus proprie Caſſacam: eo, qua eſt motus cordis per colligantiam oris ſtomachi ad ipſum: vt colligendum eſt ex Auicen. *fen. 11. lib. 3. capitu'o de tremore cordis. Et partim tertia decima tertii, capitulo de ægritudinibus ſtomachi.* D

Tertia diſpoſitio ex hoc fundamento correlarie concluditur, quæ in hoc viro apparet, eſt mala complexio calida & ſicca, in toto dominans principaliter, a prædicto lapſu cordis proueniens. ¶ Vnde non eſt mirabile concludere, quod hic vir exſiſtat debilis in operationibus omnium virtutum: eo, quia ægritudo in eo eſt vniuerſalis toti, & eſt appropriata cordi, tanquam primo principio omnium virtutum & operationum. ¶ Et ex hoc fundamento concluditur ſecundo, hanc diſpoſitionem eſſe ſæuam & verendam. ¶ Et ſequitur tertio ad ipſius remotionem intendendum, tam cito, quam ſit poſſibile. Aliter enim videtur eſſe parata hæc diſpoſitio ad tranſmutationem ipſius in hecticam, aut ſaltem in maraſmum. Et hæc quidem eſt huius viri diſpoſitio, taliter complicata ſuis cauſſis & ſignis aperte manifeſta. E

Pro huius itaq; diſpoſitionis curatione canonica, & ſi ſermone prolixo opus eſſet: Duo tamen principalia huic curationi ſufficientia ſaltem proponam. ¶ Primum eſt, vt aliqualiter diſcurramus per regimen rerum non naturalium. Secundum, vt quinq; vtilium medicinalium adminiſtrationem ponamus. ¶ Itaq; pro expeditione primi euitet hic vir manſionem in ciuitate, loco vel camera frigida & humida, antiquorum ędificiorum, vel habentem teſtudinales reuolutiones, vel propinquam curſibus aquarum. Similiter euitet omne exercitium forte: & proprie poſt cibum factum. Effugiat materiam omnem clamandi, vociferandi, vel rixandi, vel vehementis iræ, triſtitiæ aut furioſitatis. Item effugiat multam ciborum aſſumtionem in quacunq; ſui cibatione. imo conuenientius eſt ei parcius accipere cibum, quam completa ſaturitate ſe implere. ¶ Et ita etiam de potu dicendum eſt. Item effugiat omnem materiam notabiliter vigilandi: imo vigilia omnis eſt valde verenda, ita quod declinare ab æquali per augmentum dormiendi, ſit ei conuenientius, quam per multitudinem vigilandi. ¶ In cibis vero ita ſe diſcrete regat, vt euitet cibos craſſos, oppilatiuos, viſcoſos & difficilis digeſtionis. F

Quid inter res non naturales fugiendum.

¶ Sit

A ¶ Sit itaq; eius cibus panis recens vnius, vel duorum dierum, puriſſimus & candidiſſi-
mus. Et carnes eius ſint, velut pullorum, agninæ, hœdinæ, vitulinæ & capreolorum
iuuenum. Reliquas autem dimittat. Piſcium paruorum recentium vſum, & cancro-
rum fluuialium laudo ei. ¶ Lacticinia cibaria ex lacte caprino, vel de vitulo iuuene ac-
cepto. Caſeus recens ſine ſale eſt ei optimus, & melior eo eſt ei recocta. Coloſtrum *Coloſtrum*
vero, quod eſt lac congelatum, non eſt ita conueniens ei. ¶ Fercula ex beta, ſpinachiis, *quid.*
maluis, lactucis, porculacis, chryſolocanna, cucurb. & ſimilibus ſuis temporibus
ſunt conuenientia. Ptiſana hordeacea, & cicer rubeum, contritum & panicum cum
lacte eſt etiam conueniens. Salſa autem cibaria notabilis ſalſedinis & acetoſitatis di-
mittantur. Ceraſa ſuo tempore ſunt ei conuenientia. Auellanæ, amygdalæ, pyra,
B muſcata, melones dulces, & ſimilia talia collaudanda ſunt ei. Vino vtatur albo ſubtili, *Potꝰ*
non valde fumoſo ad mediocrem dulcedinem inclinato: quod ſemper ſit diluendum
cum quarta vel tertia parte aquæ bugloſſæ, vel boraginis. Et hæc de cibis & poti-
bus.

De rebus vero medicinalibus primum eſt, quod vſque ad duos vel tres dies in au-
rora accipiat hoc minoratiuum cum vnc. iij. aquæ lactis calefactæ, & tardet poſt ipſum
cibum horis vj. & poſt quintam prædictarum horarum accipiat cyathum aquæ hordei
calidæ: & ſexta ſequenti hora prandeat. Cuius præſcriptio eſt hæc: ℞. *caſſiæ fiſtulæ de* *Bolus.*
ſua canna extractæ cum aqua bugloſſæ drachm. x. reubarbari electi, ſcrup. iiij. ſquinanti, zedoariæ
an. gran. v. ſalis gemmæ gran. j. miſce.

C Secundum medicinale inſtrumentum eſt hic ſyr. quem incipiat aſſumere die im- 2.
mediate ſequenti poſt minoratiuum, & continuet ipſum decem diebus continuis in
aurora calidum accipiendo. Cuius deſcriptio. ℞. *ſyrup. de corticibus citri, ſyr. de byzan-* *Syrupus.*
tiis, ſyrup. de endiuia, an. vnc. ß. aquæ bugl. ℥ j. ß. aquæ cichoreæ, aquæ capill. Ven. an. ℥ j. miſce.
¶ Tertium inſtrumentum medicinale ſunt pilulæ iſtæ, de quibus tempore, quo aſſu- 3.
mit digeſtiuum, accipere debet vnam omni alterna veſpera parum ante cœnam gratia
diuerſionis materierum: dummodo ipſam non accipiat in ſero immediate præcedente
noctem aſſumtionis ſequentis purgationis. De quibus etiam pilulis accipere poterit
poſt purgationem omni quarta vel quinta veſpera vnam immediate ante cœnam: pro-
pter conſumtionem reſidui materierum. Eſt autem deſcriptio talis. ℞. *ſucci endiuiæ, ſucci* *Pilulæ.*
D *bugloſ. ſucci fumiter. an. ℥ j. ß. reub. electi ʒ j. ß. l e: cpatici ℥ ij. agarici, thymi, epithymi an. ʒ j.*
lapidis armeni, lapidis lazuli præparati ana ſcrup. iiij. ſpicæ nardi, capitum roſar. rub. ſem. citri fo-
liorum auri, ana ſcrup. j. puluerizentur omnia, infundantur in prædictis ſuccis, conquaſſentur dili-
genter, & exponantur ſoli vſq; ad conſumtionem ſuccorum, & ita ter fiat renouatio & exſiccatio: &
de hac materia fiant pilulæ pro omni drach. vij. & accipiantur vt ſupra.

Quartum principale inſtrumentum eſt ſolutiuum hoc: quod accipiat illa imme- 4.
diate die ſequenti aſſumtionem ſyrupi in aurora eodem modo & conditionibus obſer-
uatis, quæ de præcedente minoratiuo ſcripta fuerunt ſupra. Et eſt eius deſcriptio ta- *Bolus.*
lis. ℞. *tripheræ perſicæ, vnc. ß. reubarbari electi, drachm. ß. caſſiæ fiſtulæ extractæ cum a-*
qua cichoreæ drachm. vj. ſquinanti, roſar. ſpodii, ana grana ij. fiat omnium mixtio conueniens &
E *accipiatur vt ſupra.* ¶ Vltimum remedium & ſpeciale eſt, vt facta purgatione iam præ- 5.
dicta, hic vir de electuario infra ſcripto, accipiat omni mane hora ſyrup. drachm. iiij.
deglutiendo ipſum: & bibat poſt ipſum, vnc. j. aquæ bugloſſ. cum cochleari vno mal-
uaſiæ, vel alterius vini boni aromatici. Cuius deſcriptio. ℞. *limaturæ auri & foliorum* *Electuariū.*
eius, ana ſcrup. j. oſſis de corde cerui, doronici, hyacinti, ſmaragdi, ſaphiri, ana drachm. ß.
coral. rubeor. drach. ij. ſem. baſiliconis, garyophillorum ana drachm. iij. florum boraginis, bugloſ.
meliſſ. roſarum, violarum, an. drachm. j. pul. interiorum vel exteriorum corticum fiſticorum,
drachm. j. ß. corticum citri, drachm. j. myrobalanorum Indorum, drachm. x. chebulorum, z.
v. ſpecierum lætificantis Almanſ. drachm. j. ſem. granorum phiſticorum vnc. iij. ſacchari candidi
vnc. iiij. cinamomi folii, garyophillorum, macis, been al. & rub. an. ſcrup. j. terantur igitur mine-
F *ralia, & omnia alia per ſe: infundantur phiſtici per duos dies naturales in vnc. iiij. ſucci bugloſ. &*
vnc. ij. vini al. dulcis & aromatici. Deinde extrahantur & vltima contritione terantur & coqua-
tur ſaccharum candidum cum lib. j. ſacchari taberzet cum aq. bugloſ. Cum igitur per coctionem re-
ceperint mediocritatem ſpiſſitudinis, tunc apponantur aliarum rerum ſpecies diligenter commixtæ: &
conterantur longa contritione, vſq; ad debitam electuarii formam.

Hoc enim compoſitum ſi bene conſideretur, in ſe aggregat principatum omnium medicinarum cordialium & capitalium. Sit igitur eius vſus ſecundum formam & modum prænarratum. Et iſtis actis ſcribat diſpoſitionem ſui ſtatus: & prouidebitur vlterius de locabilibus & aliis opportunis, ſecundum quod melius conuenire videbitur. A

CONSILIVM IIII. *De quadruplici diſpoſitione: videlicet, De cephalæa periodica a materia phlegmatica dominante: & cholerica ſubdominante, & proportionali, vt eſt aquoſitas & ventoſitas communicata. De nauſea & vomitu cum diminutione appetitus, & corruptione ciborum & potuum. Et de oppilatione ſtomachi a mala complexione, cum materia phlegmatica aquoſa, & mucilaginoſa dominantibus, & cholerica effuſa ab epate ſubdominante. De ſtypticitate ventris ex diſtractione choleræ ab inteſtinis, & diminutione quoque humiditatis naturalis inteſtini meſenterii: & debilitate expulſiuæ inteſtinorum. De lipothomica diſpoſitione cum tremore cordis per colligantiam ad ſtomachum. De præſeruatione ab ægritudinibus renum & veſicæ.* B

ADOLESCENS Vbertinus de Marino, filiali mihi zelo coniunctus, quadruplici laborat diſpoſitione in quocunque verenda: maxime autem in adoleſcentia, vbi virtus in vigore ſuo potentiſſime florere ſolet. ¶ Primum itaque horum accidentium eſt dolor capitis, vel cephalæa periodice moleſtans ipſum. ¶ Secundum eſt nauſea ſtomachalis cum diminuto appetitu, & læſione diminutionis & corruptionis ciborum & potuum in eo: immo, quandoque perducitur ad vomitum intenſiue & extenſiue magnum. ¶ Tertium vero accidens eſt C lipothomica diſpoſitio vel defectus animoſitatis & virtutis cum tremulo motu cordis. ¶ Quartum vero principale eſt ventris ſtypticitas valde magna.

Materia mala complexionis ſtomachi.

Et horum quidem accidentium cauſſæ inueſtigandæ ſunt. Videtur enim rationale, omnia iſta accidentia radicem habere & dependere a mala complexione ſtomachi. Eſt enim ſtomachi ſui mala complexio materialiter phlegmatica, mucilaginoſa & aquoſa, dependens a materia, cui etiam propter viarum latitudinem inter ſtomachum & epar eius, quod eſt valde magnum, & choleræ multæ generatiuum, commiſcetur huius choleræ quantitas notabilis cum prædicto phlegmate: quare laborat ſtomachus mala complexione frigida & humida; phlegmatica dominante, & mala complexione cholerica ſubdominante. Multiplicatur autem in ſtomacho eius phlegma duplex prædictum per D viam indigeſtionis prouenientis a prædicta mala complexione: quam non dubito a generatione coniunctam: eo, quia mater eius, quæ fuit mihi conſors dilectiſſima, laborauit conſimili diſpoſitione ſtomachi; ex qua tandem defecit.

Non igitur mirabile videtur, ſi hæc materia ſemper in ſtomacho ſuo inuenta nauſeam facit & inclinationem ad vomitum: Etiam ſi dimminuit appetitum remolliendo ſtomachum. ¶ Item tertio, ſi diminuit digeſtionem, minorando calidum innatum ſtomachi. ¶ Et quarto, ſi corrumpit digeſtionem, propter cholericam materiam tali phlegmati commixtam: cuius eſt efficere nocumentũ corruptionis: propter quod cibaria in aquoſitates vt in pluribus conuertuntur: quandoque vero in ventoſitates: non raro in materias acutas, dolores pungitiuos & extenſiuos efficientes in ſtomacho, E tantę intenſionis, quod oportet præternaturaliter moueri ſtomachum, ad vomitum cuiuſcunq; rei, quæ reperitur in eo.

Ad hæc autem accidentia ſtomachi notabiliter intendenda, non parum iuuat ſtypticitas ventris ipſius inferioris. Quæ poteſt contingere, primo propter multæ choleræ augmentum in ſtomacho: propter latitudinem pori fellei, a canali ciſtulę fellis aſcendentis ad fundum ſtomachi: propter quam etiam viæ amplitudinem infelices ab Auicenna nuncupati ſunt, qui talem diſpoſitionem patiuntur. Cum ergo materia cholerica diſtrahitur ab inteſtinis, quæ alias ſui præſentia expulſiuam eorum ſtimulabat: ita quod per eius diuerſionem ab inteſtinis ad ſuperiora debilitatur expulſiua inteſtinorũ, F vigoratur retentiua ipſorum.

Poteſt etiam ſecundo hæc ventris ſtypticitas in hoc viro contingere propter debilitatem inteſtinorum acquiſitam in eis, propter colligantiam ipſorum a ſtomacho patiente. ¶ Poteſt iterum tertio ſtypticitas hæc contingere propter humiditatis priuationem ac minorationem, quæ ſolet reperiri in glandoſis carnibus

meſenterii

A meſenterii gratia finis: propter glandoſas carnes ibidem multiplicatas aquoſitate re-
pletas,a qua irrorantur inteſtina,vt lubriciora forent.Cum ergo talis aquoſitas non ab-
undauerit in carnibus glandoſis prædictis,eo quod per frequentatos vomitus educitur,
ſequitur neceſſario ſequi ſtypticitatem in inteſtinis:cuius enim præſentia tanquam agẽ-
tis poſitiui aliquis effectus induci ſolet, eius remotione eiuſdem effectus euentus prohi-
betur. Et ſic apparet ſtypticitas ventris huius adoleſcentis cauſſari multipliciter.
At vero iterum non eſt difficile, videre cauſſas defectus animoſitatis vel lipothymicæ *Cauſſa de-*
diſpoſitionis, quæ non eſt aliud formaliter quam vitalis virtutis caſus. Quis enim du- *fectus ani-* *moſitatis.*
bitat,quod propter malam complexionem,imo propter malam compoſitionem,vide-
licet oppilationem ipſius ſtomachi, non læditur cor? Poteſt enim per compaſſionem
B abſolutam ſimplex nocumentum ſtomachi communicari cordi,& ab ipſo ſtomacho i-
terum materia phlegmatica cõmixta cum cholerica ſubſtantialiter aſcendere ad cor:
& ab ipſo ſtomacho præternaturaliter incitato propelli ad ipſum cor: & quod iterum,
vapor aut ventoſitas ab his membris delegari cordi:& tunc complebitur in eo excellen-
tia nocumenti,ſcil.per duplicem colligantiam abſolutam ex diſcurſu primo: & non ab-
ſolutam ex diſcurſu ſecundo cordi communicatam. ¶ Et quia hæc diſpoſitio in hoc vi-
ro chronica eſt,cum durauerit menſibus & annis,non eſt mirum cõcedere in corde ſuo
contractam eſſe diſpoſitionem malæ complexionis frigidæ & humidæ factæ a cholerica
materia prædicta: ergo iterũ in corde eius aſſignabitur nocumentum eius per eſſentiã:
ſed nullum fere videtur nocumentum maius,quam id,quod eſt per eſſentiam, & per o-
C mnem modum colligantiæ.Simul ergo in hoc viro non eſt mirum accidentia prædicta
eſſe intenſiue magna,& extenſiue quidem, quod multo tempore durauerunt.
Rurſus facile eſt videre cauſſas cephalęe huius adoleſcẽtis. Efficiens enim vel produ- *Cauſſa ce-*
ctiua cauſſa vel ſpecies malæ complexionis in cerebro huius viri, & panniculis eius per *phalea*
colligantiam a ſtomacho dependens vtrumq; ſc.abſolutam & non abſolutam: aut pro- *huius pa-* *tientis.*
prie de corde demonſtratum eſt.¶ Et iam quidem opus concedere,in cerebro acquiſi-
tam eſſe ſpeciem malæ complexionis fixæ,frigidæ& humidæ,quæ generat malam com- *Efficiens.*
plexionem fientem ſecutam ad permutantem & doloris effectiuã:ita quod duplici ma-
la complexione laborat cerebrum,prima per dependentiam eius a ſtomacho, ſecunda
per eſſentiam acquiſitam in eo temporis diuturnitate.¶ Cauſſa vero materialis huius ce *materia-*
D phalęæ eſt materia phlegmatica dominãter, & cholica ſubdominãter,& proportionale *lis.*
ei,vt aquoſitas & ventoſitas in cerebro multiplicate. ¶ Cauſſa vero propter quã hic do- *Cauſſa*
lor non eſt aſſiduus,eſt quod materia non eſt in panniculis cerebri:nec in venis & arte- *propter*
riis eius contenta:ſed in inferioribus effuſa & communicata. ¶ Ex quo apparet facile *quam hic* *dolor non*
ſolui poſſe, quare hic dolor periodice reuertatur,aliquando omni ſero,& proprie hora *eſt aſſidu-*
motus phlegmatis,cuius eſt intrinſece ſingula die periodicare:quandoq; vero hic dolor *us.*
tertiana circulatione reuertitur,& hoc propter dominium choleræ poteſtatiuum qui-
dem & non quantitatiuum,vt ſuperius declaratum eſt. Non raro vero cephalæę perio-
dicæ moleſtant ipſum de quarto in quartum: & hoc quoniã prædictis materiebus phle-
gmaticæ & cholericæ permiſcentur,aliquãdo poteſtatiue melancholicæ materiæ. Quæ
E dato,quod non ſint efficiens cauſſa&materialis prædictorum accidentium:tamen pro-
pter vehementẽ agitationẽ in lipothymia, in nauſea, ſubuerſione & vehementi vomitu
ſtomachi communicatam ipſi ſpleni,effundi poteſt ad ſtomachum aliqua materia me-
lancholica, quæ commiſcebitur prædictis.Poteſtate igitur eius totum mouebitur ad af-
fligendum de quarto in quartum,ſicut de phlegmate & de cholera iam fieri demõſtra-
tum eſt.
Ex hac igitur contemplatione theorica inferuntur plura corollaria. ¶ Primum quod *Corolla-*
radicalis cauſſa ægritudinis huius viri & principalis eſt mala diſpoſitio ſtomachi ipſius. *ria.*
¶ Secundum quod efficiens cauſſa horũ accidentium ſit mala complexio ſtomachi cõ-
F poſita ex frigida dominante & calida ſubdominante. ¶ Tertiũ q; non euacuatur ſtoma-
chus ab ægritudine compoſitionali, ſc. ab oppilatione tunicarum ſtomachi: & proprie
intrinſece magis. ¶ Quartum,quod ſi hæc ægritudo procederet de cõpoſitionali ægri-
tudine,facile permutari poſſet in compoſitam videl.in apoſtema,de quo nõ raro in hoc
adoleſcente dubitaui.¶ Quintum,quod materialis cauſſa harum diſpoſitionum eſt ma-
teria mixta ex phlegmatica materia aquoſa & mucilaginoſa dominãtibus,& cholera ab

A epate effuſa prædictis cõmixta ſubdominanter. ¶ Sextum quod nauſea, diminutio appetitus & digeſtionis principaliter proueniunt a materiebus illis frigidis. ¶ Septimũ q corruptio digeſtionis in eo principaliter ꝓuenit a materia cholerica in ſtomacho multiplicata a cannali veſicæ fellis effundẽte ipſam ad fundũ eius. ¶ Octauũ q ſtypticitas ventris huius viri auget & extendit nocumenta prædicta. ¶ Nonũ q; ſtypticitas talis ventris huius viri prouenit ex diſtractione cholericæ materiei ab inteſtinis ad ipſum ſtomachũ. Prouenit ſecundo a debilitate virtutis expulſiuæ inteſtinorũ acquiſita per colligantiã ipſorũ ad ſtomachũ. Prouenit tertio hæc ſtypticitas per minorationẽ aquoſitatis in glandoſis carnibus, cuius præſentia irrorata inteſtina lubriciora redduntur: & cõtra. ¶ Decimũ quod nocumenta cordis in eo ꝓueniunt a mala cõplexione a ſtomacho B cõmunicata cordi per colligantiã abſolutam & non abſolutam. ¶ Vndecimũ quod iterũ in corde acquiſita eſt ſpecies malæ cõplexionis frigidæ & humidæ dominantis: propter q hic adoleſcens eſt factus puſillanimis & eſt facta cõuerſio coloris, de rubicunditate ad ſqualiditatem. ¶ Duodecimũ quod nocumenta cordis in eo ꝓueniunt a mala cõplexione a ſtomacho cõmunicata cordi per colligantiã abſolutam & non abſolutam. ¶ Tertiũdecimũ quod cauſſa materialis horũ accidentiũ eſt materia vel proportionale materiebus phlegmaticis dominantibus & cholerę ſubdominanti. ¶ Decimũ quartũ, quod caſus virtutis aut lipothomica diſpoſitio huius viri prouenit a magno nocumento percepto in partibus cordis propter cuius fugam mouetur cor motu cõtractiuo ad quã ſequitur multorũ ſpirituũ, qui ſolent inueniri in ſiniſtro ventriculo, eius expulſio aut for C taſſis aliqualis & magna reſolutio. Sicut ergo multorum vitaliũ ſpirituũ præſentia potẽs eſt cor ad operationes eius: ita eorũ euaneſcentia, reſolutione aut ſuffocatione debilitatur neceſſario. Et ſunt ſermones principis Auicennæ *fen.11.lib.3.cap.de ſyncope in definitione eius.* ¶ Decimũ quintũ eſt q cephalæa huius viri eſt mala & verenda ſatis. Quoniã eſt in cerebro diſpoſitio per eſſentiã & partim per colligantiam. ¶ Decimũ ſextũ, q ſi hæc cephalæa perſeueraret, dubitabile eſt quod non lædat organũ auditus, viſus aut olfactus læſione diminutionis aut corruptionis propter dilatationem & multiplicationẽ materierum vel ventoſitatum in organis prædictorũ ſenſuũ. ¶ Ex quibus omnibus decimum ſeptimum concluditur quod magna ſagacitas & ſolertia requiratur ad procurandam & recuperandam ſanitatem. D

Regimen per ſex res nõ naturales eſt in illo cõſilio magno quod incipit, Vir inſignis eximius vtriuſq; legis doctor dominus Antonius de Pergamo. ¶ Cura autem diſpoſitionũ huius viri multipliciter variãda eſt ſecundũ varietatẽ ægritudinũ accidẽtiũ ſupradictorũ. ¶ Itaq; primo ponam regimen malæ diſpoſitionis ſtomachi cõplexionalis. ¶ Secundo vero ponam modũ curationis oppilationũ ſtomachi & aliorum membrorũ, quę conſequuntur has diſpoſitiones. ¶ Tertio ponam aliqua inſtrumenta rectificantia malam diſpoſitionem cordis & confortatiua eius. ¶ Quarto vero ordine nonnulla ponam remedia ſtypticitati ventris conferentia. ¶ Quinto ponam ea, quæ conueniunt ad diſpoſitionem renum ad prædicta conſecutiua. ¶ Sexto loco ponam inſtrumenta conferentia cephalęę ſupradictæ. Ex quibus tandem apparebit cõplementũ regiminis diſpoſitionum huius viri per ſex capita diſtincta. E

Caput *De rectificatione malæ diſpoſitionis ſtomachi.*

ITaq; pro rectificatione malæ diſpoſitionis ſtomachi neceſſarium videtur mihi quod iſte adoleſcens purgetur ſaltem per duos annos in vere & autumno. ¶ Pro veris purgatione hunc obſeruet modum. Verſus finem enim Februarii, a
Potus in vere. quinto die lunaris vſq; ad 20. eius vno mane in aurora accipiat hunc potũ ℞. *aquæ melliſſæ & abſinthii an. ℥j. hieræ ſimplicis Gal. ʒ vij. ſacchari alb. ʒ vj. caleſiant aquæ & commiſceantur cũ electuario, & totum calidum per vnam horam vel duas ante diem bibatur. Et poſt ipſum immediate per horam dormiat & tardet prandium 5. horis &c.* In quarum fine accipiat cyathum vnum aquæ ſaccharatę calidæ: aut cyathum brodii macri pulli per quod brodiũ iterũ tardetur F
Digeſtiuũ prandium per vnam horam. ¶ Die vero immediate ſequenti accipiat hoc digeſtiuũ. ℞ *oxymellis compoſiti, mellis roſ. co. an. ʒ v. aquæ eupatorii, abſinthii & cichoreæ an. ℥ j. miſce & totum calidum accipiatur diebus octo continuis, poſt quod tardetur prandium horis ad minus quatuor.*
Pillulæ. ¶ Nono vero die immediate ſequenti purgetur cum hoc. ℞ *pillularum de hiera compoſita, pillularum aurearum an. ʒ ß. reformentur pillulæ 6. vel 7. cum melle roſ. & accipiatur hora & con-*

ditionibus

A *ditionibus omnibus obſeruandis vt ſupra.* ¶ Propter purgationem autẽ in autũno celebran- Pilulæ pro purgatione in autumno.
dam modus obſeruetur talis. ℞. *pillularum cochiarum ʒ ß. reformentur pillulæ 6. vel 7. cum ele-*
ctuario roſ. & accipiantur omnia in eis obſeruando &c. ¶ Die vero immediate ſequenti ac-
cipiat hoc digeſtiuũ, 8. vel 10. diebus incipiendo à 20. die Septembris, cuius deſcriptio Digeſtiuũ
eſt hæc. ℞. *ſyr. dinarii vel de byzantiis ℥ ſyr. roſ. ℥ ß. aquæ viol. ſcariolæ & abſynthii an. ℥ j. miſce*
& calidũ accipiatur tardando cibum horis &c. ¶ Cũ ergo acceperit ipſum diebus tot quod appa-
reat vrina in ſubſtantia &c. tunc die immediate ſequenti accipiat hunc potum. ℞. *aquæ* Potus.
decoctionis menthæ & nucis muſcatæ ſimul ℥ iij. electuarii de epithymo ʒ ij. ß. electuarii roſ. ʒ i. ß. v-
trumq; æqualis ponderis, commiſceatur ergo cum prædicta aqua actu calida eligendo horam & alias
regulas iam obſeruatas in ſolutiuis præcedentibus. ¶ Secundũ vero principale remedium pro Secundum principale remedium
B rectificanda mala complexione ſtomachi eſt hoc. *Rec. aloes epaticæ electæ ℥ iij. maſticis, ſpicæ*
nardi, macis, roſ. ſeminum, endiuiæ acetoſæ & ſcariolæ an. ℈ i. ſalis Indi ʒ i. ß. puluerizentur omnia
per ſe, deinde commiſceantur & infundantur in ſucco menthæ & exiccentur ſub radiis ſolis, deinde
iterũ remoueatur ſuccus duabus vicibus & exiccetur. De hac ergo materia fiãt *pillulæ de quibus*
iſte omni fine v. vel ſex dierũ vnã accipiat per mediã horã ante cœnam, quando in ſtomacho eius pe-
perit nauſeam & anguſtiam, aut prædictam pillulam accipiat per duas horas poſt cœnã
quãdo magis moleſtabit a dolore capitis. Et iterũ attendat quod in diebus in quibus
accipit ſyrupos antedictos ſi venter eius nõ eſſet bene fluxibilis, de iſtis pillulis poteſt
accipere vnã paruã parum ante cœnã, immo earum vſus in magna parte vitę ſuæ erit ſuf
ficiens rectificare ſtomachum, caput & omnia mẽbra prædicta, quæ læſa ſunt. ¶ Ter- Tertium.
C tium principale remedium eſt, vt iſte adoleſcens omni ſeptimana ſaltẽ ſemel in aurora
deglutiat cochlear vnum xylobalſami conditi. Eſt enim vigoratiuum diſpoſitionis ſto-
machi, carminat ventoſitates, & digeſtionẽ procurat & capiti & cordi magnum affert
iuuamentum. ¶ Quartum principale remedium eſt vt iſte iuuenis longis diebus in fine Quartum
ſuarum cibationum comedat ℥ ß. ſolidæ cõfectionis factæ de corticibus & carne citri,
& eſt ſublime remediũ ad omnia prædicta. ¶ Quintũ eſt hoc. *Rec. cinnamomi electi ℥ i. ligni a-* 5
loes, ſpicæ nardi, macis an. ℈ i. pulueris menthæ folii, & leucopiperis, an. ʒ ß. puluerizentur omnia per Puluis.
ſe, deinde commiſceantur & iſtis aromatibus vtatur in omnibus fere condimentis ſuis. ¶ Sextũ eſt 6
vt aliquando ante prandium ſaltem per duas horas comedat duo grana carpobalſami
bene maſticata & deglutita. ¶ Septimũ eſt hoc. *Rec. laudani electi ʒ ij. reſinæ claræ & mun-* 7
D *dæ ℥ i. folii xyloaloes, ameos, calami aromatici, cardamomi maioris an. ℈ i. menthæ ʒ ij. diſſoluitur* Ceratum ſtomachale.
reſina cum ſufficienti quantitate ceræ albæ ſimul cum laudano, & coquantur vſq; ad bonam glutino-
ſitatem. Ex hac quidẽ materia fiat extenſio ſuper panno de grana figuræ ſcutalis magnæ
amplitudinis, ita vt cõprehendat medietatẽ hypochondriorum & applicetur a pomo
granato vſq; ad vmbilicum, & ibi per multum tempus portetur renouãdo ipſum ſi opor
tuerit & proprie cum a calore naturali fuerit diſſolutum. ¶ Vltimum eſt vt faciat ſibi fieri 8
plumatiolum de fuſtaneo & impleat pluma vulturis aut ſaltem minutiſſima pluma an-
ſeris, & ipſum amplexatum magna parte noctis ſuper ſtomacho hypochundriis & toto
ventre retineat bene calidum, & ita rectificabitur diſpoſitio ſtomachi ſui.

De cura oppilationis ſtomachi.

E Oppilationes in ſtomacho ſolitæ ſunt accidere coartatoriè vt in pluribus a ma-
teria genita in eo per viã indigeſtionis, & quandoq; aliunde propulſa ad ipſum
vt a capite, pectore, epate, ſplene, veruntamen vt in pluribus oppilationes ſuc-
cedunt malæ complexioni debilitanti virtutem digeſtiuã, vnde ſuperfluitates in fun-
do ſtomachi & in ore eius inferiori exiſtentes etiam tunicæ eius in interiori inuiſcatæ
inferius orificium frequenter claudunt. Et ſi contingat eas eſſe ſubtiles, imbibuntur in
tunica ſtomachi per ſe, & ſi phlegmaticæ fuerunt commixtæ cum cholera, acquirunt
penetrationem a ſubtilitate ipſius. Ex quo fundamẽto apparet, quod intentio in earum
cura ſit quadruplex. Prima eſt euacuatio minoratiua earũ, ſecunda eſt digeſtio ipſarum, 1. intentio
tertia eradicatiua eductio, quarta, conſumptio & exiccatio eius cum medicinis confor-
F tantibus ſtomachum. ¶ De rebus vero cõmunibus & magni iuuamenti ad omnẽ ma- Potus ad omnem materiam.
teriam prædictam eſſet hic potus. *Rec. hieræ ſimplicis ℥ ß. reubarbari electi agarici an. ℈ 15. ſpi-*
cæ zinzibe. an. ℈ ij. ſalis gemmæ ℈ i. miſce & totum in potu accipiatur cum ℥ ij. aquæ decoctionis a-
ſari calidæ. ¶ Similiter ad hanc intentionem vtiles eſſent hę pillulæ. *Rec. pillularum de hie-* Pilulæ.
ra maiori, pillularum de agarico, an. ℈ i. boni ponderis fiant pillulæ vi. cum electuario roſ. & acci-
piantur cum conditionibus obſeruandis &c. ¶ Secunda intentio completur per adminiſtra- 2 intentio.

tionē huius ſyrupi.*Rec.ſyr.compoſiti acetoſi,ſyr.de calamento an.℥ ß.aquæ fæniculi,& aſari an.℥* A
j.ß.*miſce,& totum accipiatur calidum obſeruando vt de aliis ſyrupis.*

3.intentio. Completur autem intentio tertia eradicandi materiam cum hac infuſione. *Infuſio.* *Rec. aquæ eupatorii,aquæ aſari ana ℥ j.ß. agarici electi ℥ j.ß. reubarbari ℈ ij. zinziberis ℈ ß. ſpicænardi g̃ v. ſalis gemmæ g̃. ij. ſachari albi ʒ ß. pulverizentur omnia & infundantur in aquis prædictis calidis per naturalem diem: deinde calefiant & colentur cum expreſſione vehementi: quorum colatura bibatur in aurora cum obſeruatione regularum.* Si quis autem deſideraret habere ſolutiuum delectabilius, accipere poteſt ʒ iiij. ß. de electuario Indo, aut ʒ iij. electuarii de dactylis vel diaphœniconis, quod idem eſt
4. cum vino calefacto obſeruando. ¶ Quarta vero intentio compleri poteſt, per ea, quæ prætacta fuerunt in prædicto cap. & proprie per adminiſtrationem duarum confectio- B
num, & ceroti ibidem deſcripti, & electuarii de xyloaloes: quæ pro hac intentione optima eſſent.

Inſtrumēta remouentia debilitatem & laſſitudinē ſtomachi, & materias eius conſumētia. Verumtamen tria ponam inſtrumenta debilitatis & laſſitudinis ſtomachi remotiua & materierum in eo exiſtentium conſumptiua. ¶ Quorum primum eſt.*Rec. olei de maſtice ℥ j. olei nardini & abſinthii ana ℥ ß.ſpicæ,calami aromatici,xylobalſami,xyloaloes,ameos an.ʒ ß.menthæ ʒ j.ß.ciperi,roſ.ſpodii an.ʒ j.conquaſſentur omnia pulverizata in mortario diu:& de hoc linimento ſaltem per xv.dies ante prandium & cœnam calefacto ſtomachus inungatur,& ſupponatur ſtupa canabina diligenter calefacta.* ¶ Secundum vero remedium eſt hoc.*Rec. electuarii diacalamenti ʒ ij.aquæ aſari & aquæ menthæ ana ℥ j.miſce, & accipiatur in aurora calefactum hoc totum v. vel vj diebus.* ¶ Tertium vero remedium ſpeciale eſt, vt in C
1. Linimentum. aurora quibuſdam diebus: vt x.vel.xij.continuis deglutiat grana iij. maſticis claræ & electæ: hæc quidem remedia facere poterit quando percipit maiorem eſſe læſionem in
2. Potus. ſtomacho quam in capite: licet etiam ipſa eadem vtilia forent, quando ſimul ſtomachus & caput ægra & debilitata perciperet.
3.

De regimine nocumenti cordis.

NOcumentum cordis in hoc adoleſcēte non eſt ægritudo per eſſentiam, ſed per colligantiā eius ad caput. Cum ergo ipſe percipit vehementem caliditatē totius corporis per reſolutionem, quæ aſſociat ſibi motus quaſi ſyncopales, & defectus quaſi animoſitatis: tunc primum remediorum eſt fre- D
quentare aſſumptionem xylobalſami conditi duobus capitulis præcedentibus prætactis.

Secundū principale inſtrumentū eſt, vt tribus vel quatuor mane in aurora bibat ʒ j. electæ theriacæ andromachi ætatis ad minus 12.annorum cum ℥ ß. aquæ roſ. muſcatæ tepidæ.

Tertium inſtrumentum principale eſt, vt ſæpe accipiat de confectione diamuſci dulcis quantitatem vnius nucis muſcatæ: bibendo poſt ipſam ℥ j. aquæ ſublimationis, foliorum baſiliconis garoyphilati. ¶ Quartum remedium eſt, vt quaſi ſemper portet appenſum collo ſuo fruſtum ſmaragdi electi: aut ſaltem radicem vnam corallorū E
rubrorum electorum. ¶ Quintum eſt hoc.*Rec. roſ.rub.quæ nondum expanſæ fuerunt ʒ j ß.labruſcæ,florum ſalicis an.ʒ j.ben albi & ru.florum baſiliconis & ſeminis eius,dendrolibani,maioranæ, an.ʒ j.melliſſæ ʒ j.ß.camphoræ ℈ j.ambræ electæ ℈ ß.muſci g̃. ij. pulverizentur omnia per ſe, deinde ligentur in ſyndone retorta de grana: & ſæpe odoretur.* *Puluis odoratus.*

Si autem iterum per hoc non alleuiaretur cordis debilitas & lipothymia, quæ mihi valde ſuſpecta ſunt: tunc iterum eidem prouideatur cum hoc epithemate. *Rec.* *Epithema cordiale.* *aquæ melliſſæ lib.j.aquæ roſ.muſcatæ, violarum, florum ſalicis, & labruſcæ an.lib. ß. ſpodii roſ. ſandalorum amborum,oſſis de corde cerui,foliorum & ſeminis baſiliconis ana ℈ ij.muſci g̃.ij. ambræ gran. v. vini maluatici metretam vnam,ſpecies omnes aliquandiu bulliant cum aquis,& vino per* F
quartam partem horæ,in quibus infundatur quadratum fruſtum panni de grana: & calidum mediocriter applicetur cordi omni hora quater vel quinquies. Et ſi in prædictum liquorem iterum infunderetur fruſtum ſpongiæ mollis, & ſæpe odoraretur, etiam grandi iuuamento conferret.

Adhuc

A ¶ Adhuc iterum ſi cordis nocumenta prædicta non tam facile & celeriter alleuiarẽtur, quantum oporteret: tunc accipiantur ℥ ij. ſpecierum epithimatis immediate ante ſcripti: & commiſceantur cum ℥ ij. farinę hordei, & ℈ j. croci: & bulliant cum ſufficienti quantitate vini antiqui aromatici vſq; ad conuenientem ſpiſſitudinem. Deinde in mortario conterantur cum quatuor foliis auri, & ʒ j. pulueris margaritarum non vitiatarum: & de hac materia extendatur ſuper panno de grana prædicto, & calidum applicetur regioni cordis: mirabiliter enim omnem reſolutionem & lipothymicam diſpoſitionem cordis per ipſum alleuiari vidi in ſpatio minori octauæ partis horæ.

De regimine abſcindente ſtypticitatem ventris.

B CAuſſæ ſtypticitatis ventris in hoc viro in primo huius operis capitulo declaratæ ſunt: & licet ſtypticitas in ipſo multipliciter & multis remediis abſcindi poſſit: quinq; tamẽ meliora & ſecuriora inſtrumẽta deſcribã. ¶ Primum itaq; ipſorum 1 eſt hoc enema. ℞. *radicum altheæ, & liliorum alborum an. M. j. maluarum, betæ, mercurialis, an. M. j. ß. ſeminum fœniculi, petroſelini, carui, an. pug. j. bulliant in lib. 5. aquæ vſque ad conſumptionem medietatis, & de colatura cum expreſſione ipſarum accipiat lib. 1. olei oliuarum ℥. iij. ſalis communis ʒ ß. ſachari ruffi, caſſiæ fiſ. an. ʒ iij. miſce & totum accipiatur per horam ante cœnam.*

Quinque præcipua remedia.

Enema.

¶ Secundum vero remedium eſt, quod accipere poteſt per mediam horam ante cœnã 2
fruſtum vnum caſſiæ fiſtulæ longitudinis digiti indicis extra cannam confractam ſugendo medullam eius. ¶ Tertium, quod accipiat, ℈ j. ſenæ præparatæ ſecundum deſcri- 3
ptionem meam immediate ante cœnam cum medio ſcutellino brodii carnium vel vi-
C ni electi calefactorum. ¶ Quartum, quod parum ante cœnam deglutiat, ʒ iij. electua- 4
rii de epithymo ſecundum deſcriptionem meam. ¶ Quintum & vltimum & melius o- 5
mnibus aliis eſt, vt ante cœnam immediate deglutiat electuarii de pſyllio quantitatem ℥ ij. vel trium aut quatuor ſecundum ſtypticitatem maiorem aut minorem. Recordando tamen in hoc cap. quod non minus vtile eſſet vti pillulis ſupra compoſitis in cap. de purgationibus veris & autumni ſecundum modum ibi datum.

De præſeruatione ab oppilatione, apoſtemate, lapide & excoriatione veſicæ vel renum.

IN hoc capit. parumper contemplandum eſt, ne adoleſcens iſte incurrat oppilationem, apoſtema, lapidem vel excoriationem veſicæ vel renum. Nam pleri-
D que eueniunt dolores eidem in renibus diſtenſi. Et etiam per ſpinæ partes inferiores, qui non ſunt in lumbis exterioribus, ſed in partibus interioribus prædictis. Et hoc quidem verificatur per ſignum ſumtum ab exeunte mutato, quod eſt vrina. Nam plerumq; poſt dolores ſtomachi & ventris inferioris ſuperuenit ei mictus vrinæ in quãtitate diſcreta. Idem frequenter qui ſecundum modernos στραγγουρία nominatur vel diſtillatio vrinæ. Etiam in quantitate continua. Quia multã ſingula vice emittit vrinam, quæ iterum conturbata eſt phlegmate, mucilaginibus, trumbis, arenis, & petaloidibus commixta quam multis. Et hoc quidem perſeuerando prouenire non poteſt ab altera parte, quam a renibus & vrinalibus viis. Et ſunt Auicẽ. ſermones, 18. *tertii colligendi, cap. de ægritudinibus renum.* Dum inquit: *Et cum aliquis habet diſpoſitionem, propter quam*
E *ad mingendum ſurgit multoties & multum: tunc ſcias, quod in renibus eius eſt ægritudo.* Patet autem intelligẽti, quod materia ſaltem craſſa facile poſſit oppilationes efficere in viis vrinalibus, & ipſa eadẽ multiplicata in eis & retenta leuiter apoſtemare poterit prædictas partes. Et ſi ibidem materia putreſceret aſque apoſtemate, facile poſſet propter acuitatem ſuam prædictas excoriare partes, & vlcera in eis efficere. Cum autem materia talis non multum craſſa eſt, & a calore excoquitur, in arenas conuertitur. Maxime quando ipſa non diu retinetur in renibus ante colatorium panniculum eorũ. Vbi econtra quando retinetur & craſſo phlegmati commiſcetur, & maiori coctione aduritur, in lapides conuertitur. Et ſi contingat, illos dolorem efficere in panniculo colatorio, nõ raro pro-
F pter vehementem impulſionem a virtute factam, nõ ſolum debilitabit poros colatorii, verum etiam frangitur & ſcinditur ab eis intantum, quod renes, vreteres, & non raro etiam veſicam ad mala vlcera perducit frequentius incurabilia quam ſanabilia.

Propter quod antequam hic adoleſcens perducatur ad hæc accidentia, ſeptem remediis eidem prouidere decreui. ¶ Quorum primum principale eſt, vt cum iſte perceperit dolores in ſpina & iliis, ſtatim accipiat hunc potũ. ℞. *caſſiæ nuper extractæ cũ aqua milii ſol. ʒ vij. reubarbari electi ℈ j. ſpicæ nardi ℥ v. ſalis gemmæ ℥ j. miſce & totum accipiatur in*

Septem remedia prohibentia accidentia prædicta.

potu cum ℥ ij. aquæ decoctionis duorum ſebeſten calefactæ, & obſeruet omnia in ſolutiuis omnibus or- A
dinata. ¶ Secundum eſt hoc. *Recipe aquæ aſparagi ℥ ij. aquæ apii, ſyrup. de ſebeſten*
Potus. *an. ℥ i. miſce, & calidum accipiatur ſicut ſupra dictum eſt de aliis ſyrupis.* ¶ Tertium vt cum
3. acceperit hunc potum per vnam ſeptimanam, tunc die immediate ſequenti euacuetur
4. materiei reſiduum cum ʒ iij. electuarii Indi Meſuæ cum ℥ ij. aquæ apii. ¶ Quartum vt
Tragea ſemper recipiat ante prandium & cœnã cochlear vnum huius trageæ. *Rec. ſeminũ endi-*
uiæ acetoſæ, ſcariolæ, calamẽti, politrici, ca. Ve. an. ʒ ß. granorum milii ſol. ʒ iiij. orobi ʒ i. ß. ſachari tri-
5. *plum ponderis omnium, puluerizentur omnia per ſe, deinde cum ſacharo commiſceantur.* ¶ Quintũ
Vnguentũ eſt hoc. *Rec. olei nardini ℥ ij. olei amygdal. amararum ℥ i. olei de ſiſamo ℥ j. ß. butyri non ſaliti ℥ j.*
croci, ſpicæ nardi, ana ℈ ij. ceræ albæ quantum ſufficit, fiat vnguentum molle, cum quo partes ilio-
rum omnes & ſpinæ a furcula ſpatularum inferius bene calefacto inũgatur mane & ſero B
6. ante cibum: & ſuper ligentur cum lana mollificata. ¶ Sextum. *Rec. capil. Ve. ʒ j. ſpicæ nar-*
Vnguentũ *di, ſeminis apii, fœniculi, & petroſelini an. ℈ ij. aniſi, liquiritiæ, milii ſolis an. ℈ iiij. ceræ albæ quantũ*
ſufficit: & fiat vnguentum molle, quod in fine coctionis conſpergatur cum aceto ſquilliti-
7. co. ¶ Vltimum eſt, vt frequenter aſſueſcat bibere cyathum ß. aquæ decoctionis rubiæ
tinctorum recentis calefactæ cum ʒ ß. penidiarum per duas horas ante cœnam. quibus
vero ex tali potu contingit nauſea, ſoleo dare radicem vnam prædictæ plantæ recen-
tis longitudine digiti medii præſcripta hora comedendam ante cœnam, & ſane in op-
pilationibus renum medicinam huic parẽ vix inuenies: aut tamen niſi cum magna dif-
ficultate meliorem.

De inſtrumentis conferentibus cephalææ. C

LIcet plurima, imo fere remedia omnia, quæ in quinque antecedentibus cap. poſita ſunt, tam ex parte purgationum vniuerſalium, quam ex parte digerentiũ & diuertentiũ, & eorum, quæ confortant membra, poſſent conferri in hoc cap. nihilominus hic ponam octo tantum inſtrumenta, quæ multum appropriata erunt & conferentia cephalææ, i. magno dolori capitis huius adoleſcentis, & cum hoc poſt vniuerſalia prædicta leuius, & cum minori occupatione approximari poterunt.

Prima medicina conferens cephalææ. Et primum quidem eſt: vt omni ſeptimana bis aut ſaltem ſemel ante cœnam per cõ-
pletam horam abluat ſibi extrema inferiora ab inguinibus vſq; ad pedes cum hac de-
coctione calida a ſuperioribus ad inferiora trahendo cum fricatione conuenienti. *Rec.*
1. *foliorum lauri, calamentæ, mentaſtri, hederæ & eupatorij an. M. j. roſ. M. iiij. incidantur & coquã-* D
Lotio crurum. *tur cũ quatuor ſitulis aquæ vſq; ad conſumptionem medietatis, de qua fiat vt dictum eſt.* ¶ Secun-
dum principale remedium eſt: vt diebus intermediis inter ablutionem primam & ſe-
2. cundam aſſueſcat ſibi fieri fricationem prædictis extremis a ſuperioribus ad inferiora
Frictio crurum. trahendo vt dictum eſt, & ſi non poteſt tempus terere in fricationibus, quæ indigerent
tempore horæ ſaltem mediæ, loco earum faciat ſibi fieri ligaturas ſuper clauicula pedũ
per duos digitos bene conſtringendo cum chordina vel laqueo. Altera autem vice
faciat eas fieri ſuper genu per duos digitos, & melius eſſet vt aliquando applicaret
duas ventoſas carnoſæ parti tibiarum domeſticæ vel intrinſecæ: quas ibi teneat ſaltem
per mediam horam abſq; aliqua ſcarificatione. Et altera vice applicaret illas ventoſas
domeſticæ parti coxarum in loco ligaturæ. Et tertia vice iterum applicaret eas inferio- E
ri parti natium, & ita reuoluendo procederet applicando ventoſas de tibiis ad coxas &
de eis ad nates reuoluendo, & hæc quidem inſtrumenta meliora forent quam ablutio-
nes & ligaturæ prædictæ. Et ſi prædictas ventoſas ſemel aut bis in anno in vere ſcil. & in
autumno applicaret poſt purgationem cum ſcarificatione, omnino eſſet eligibilius.
3. ¶ Tertium principale remedium eſt vt in ſeptimana ſemel aut bis maſticet electi agari-
ci quantitatem vnius grani fabæ, expuendo totum quod attrahitur a capite, & nihil
deglutiendo de illo. Et ſi terreretur ex amaritudine agarici, loco illius maſticet radicẽ
vnam calami aromatici aut duo vel iii. grana carpobalſami, vel totidem grana cubeba-
rum ſaltem per quartam partem horæ. ¶ Quartum eſt hoc. *Rec. ligni aloes ʒ j. ß. florum* F
4. Puluis odoratus. *hederæ, ſtachados, ſpicæ nardi an. ʒ j. macis, maioranæ an. ʒ ij. aſari, origani ana ℈ ij. labruſcæ ʒ j. ß.*
puluerizentur omnia per ſe, deinde commiſceantur, & ligentur in ſyndone retorta de grana & ſæpe
odoretur. ¶ Quintũ vt cum quærit ablutionem capitis, faciat ipſam cum aqua cineris, in
5. Lotio capitis. qua prius decoquantur *aſari, pannis porcini, ligni aloes & extremitatum hederæ ana M. j. maio-*
ranæ M. ij, & faciat ablutionem cum ſapone, in cuius ℥ j. incorporentur ʒ ß. pulueris ireos. ¶ Sextũ.
6. ℞. ga-

A *℞.garyophillorum,ligni aloes ana ʒ j.roſarum labruſcæ,ſandalorũ alborum ana ʒ ß. puluerizentur o-*
mnia per ſe:deinde cõmiſceantur,& de hoc puluere in tempore veris & autumni poſt deſcriptas pur- Puluis.
gationes vtatur ſuper aſpergendo parti anteriori capitis a ſummitate eius vſq; ad frotem excluſiue per
medietatem capitis quatuor digitos,ita vt amplectatur locum commiſſuræ ſagittalis & coronalis con-
tinuando hunc modum puluerizandi ſaltem per vnum menſem:ita tamẽ quod ſemper pectinando de-
ponat primum puluerẽ quando vult apponere ſecundum,& forte quod hoc inſtrumentũ melius eſſet ei
quã ablutio capitis,licet etiã ipſa non ſit reprobãda.¶Septimum.*℞.hieræ Gal.℥ ii.ſalis Indi.℥ j.ß.fiat* 7.
electuarium,de quo ℥ j.ß.ponatur in lib.j.decoctionis malaarum,betæ mercurialis,& violarũ in dieb. Electuarium.
caloris:quib.addãtur aſari,maioranæ,ſtœchados ana M.ß.in dieb.frigoris.&hęc tota materia mi
xta poſt purgationes veris & autumni, accipiat clyſteria quatuor in quatuor ſeptima-
B nis applicanda.

Vltimũ vero inſtrumentũ eſt,vt,ſi per hęc particularia remedia nõ inuenit manifeſtũ
iuuamentum in eradicatione ſuæ cephalęæ omni tẽpore anni, vtat̃ pillulis ſupraſcriptis
accipiendo de eis vnã vel duas poſt cœnã per duas horas. Et ſi quęreret habere remediũ Pilulæ.
particularius appropriatum, vtatur iſtis pillulis.*℞.pillularũ aſſaiaret (ſecundũ deſcriptionẽ A-*
uicen.prima tertii.cap.de canonibus curationis capitis.) ʒ j.ß.pillularum de ſarcocolla (Auicen.quinto
*canonis ſumma prima tractatu de pillulis) ʒ j.incorporẽtur ſimul,& fiãt pillulæ de omni ʒ vj.*de qui-
bus accipere poteſt vnam bis in ſeptimana per duas horas poſt cœnã,eradicabunt n.ma-
teriam ſuæ cephalææ quæ mixta eſt ex cholera & phlegmate reprimendo & prohibẽdo
cõmunicationem vaporum ad cerebrum,quod ipſi ſua miſericordia concedere digne-
C tur altiſſimus per infinita ſecula benedictus. Amen.

CONSILIVM V. *De ſoda ſeu dolore capitis a materia cholerica citrina proueniente partim per colligantiam ab epate, & partim per eſſentiam nocumenti ipſius cerebri.*

HIc nobilis adoleſcens Veronẽſis ægrotat ſoda,i.dolore capitis magno:qui apud
Gręcos cephalęa nominatur, & eſt dolor medietatis anterioris capitis pertin-
gens vſque ad frontem.

Prouenit autem dolor iſte partim per colligãtiam ab epate ad caput, partim per eſſẽ-
tiale nocumentum cerebri in quo inualuit mala cõplexio calida cum dominio cholerę
citrinæ factæ ex mixtione phlegmatis aquei cũ cholera rubea, quæ materia ſiue in cere-
D bro eius generet̃ per viã mixtionis choleræ delegatæ ab epate ad caput, & phlegmatis a-
quei in venis panniculorum cerebri abundantis: ſiue plurima in epate generetur ex cõ-
mixtione duarũ materierũ prędictarũ adinuicẽ: nõ tollit̃ ex hoc tñ quin ægritudo ſit ꝑ
colligantiã & per eſſentiã denominanda, ꝙ ẽt apparet demonſtrari poſſe: qm̃ quãdo eſt
diſcraſia epatis, ꝓpter cibos vel alias cauſas notabiliter intẽditur dolor in capite: & ecõ-
uerſo, dum bene diſponitur ẽpar, manifeſte remittetur dolor capitis, ꝓpter ꝙ apparet ꝙ
cura huius diſpoſitionis dependet ex rectificatione epatis, mundificatione cerebri &
confortatione eorũ amborum ſimul. ¶Signa aũt vlteriora hãc diſpoſitionẽ notificantia
non eſt neceſſarium hic adducere, qm̃ res eſt per ſe nota, ſi diligenter perquirãtur ſigna Signa.
a tactu capitis & epatis accepta, & a pulſu magno, veloci, & frequenti etiã in temporibus
E percepto, & adhuc a vigilia, ſiti, amaritudine oris & ſputo aliquãdo ad ſalſedinẽ licet le-
uem: aliquãdo ad amaritudinem tendente: & ſic de alijs: propter quod regendus eſt iſte
vir regimine conuenienti, vt in ſequentibus nunc apparebit.

Euitet ergo ſtationẽ in locis calidis & vehemẽter ſiccis, ſed aer eius declinet ad leuẽ Vitanda in 6. rebus non naturalibus
caliditatem, & euentatus exiſtat & elongatus a curſibus aquarum & conuallium, & a lo-
cis reumaticis terraneis & antiquorum ædificiorum: caput eius in nocte ſaltem leui co-
opertura tueatur, quin etiam caueat a ſtatione aquilonaris vẽti, propterea quia talis re-
cludit poros & materias in cerebro cõfirmat. ¶ Fugiat etiam cibaria rebus acutis con-
dita, velut raphanum, cæpe, allium, & conſimilia, & dimittat omnia, quæ humores cor-
poris exacuunt & inflammant, velut crocus, piper, & reliqua aromatica calida. Caueat
ab vſu rerum multa ſua euaporatione replentium cerebrum: velut ſunt legumina, lac,
F brodia pinguia & fructuum multitudo, dimittat viſcoſa & oppilantia epar & venas, pro-
pter quæ intenditur caliditas in membris ob prohibitam euentationem. Salſa et-
iam cibaria multum non ſunt ei conuenientia. In reliquis habeat licentiam ſuo modo.

¶ Dimittat etiam, quãtum poteſt, exercitia & fortes motus tam animi quã corporis & A
proprie a cibo. Imo cõuenientius eſt ei quieſcere ſaltẽ vſquequo erit ſanitati reſtitutus,
Obſeruãda in cibo & potu. quod cito fiet. ¶ In modo aũt ſuæ cibationis modeſte & lente comedat, & nõ impetuoſe
deglutiat cibos & potus abſq; cõgrua maſticatione. Et q̃a cholericus eſt, nõ cõfert ei ab-
ſtinentia lõga, ne inflãmetur epar: ſed cõuenientius eſt ei ter comedere in die, inter cœ-
nam & prandiũ aliquid accipiẽdo circa horã 20. q̃ abſtinere ſuperflue: aut q̃ bis ſtoma-
In ſomno. chũ multo cibo & potu replere. ¶ In dormiẽdo tẽpus expẽdat cõdecens, ne ꝑpter mul-
tas vigilias virtus debilitet̃ & cerebrũ ei⁹ ad exſiccationẽ ꝑducat̃, q̃ ſit cauſſa attractionis
materierũ ab interiorib. mẽbris ad ſeipsũ, ꝑpter q́ tẽporib. cõdecentibus laudo dormi-
Animi motus. tionẽ ꝑ octo horas in naturali die magis, q̃ pauciori tẽpore. ¶ De paſſionib. vero animi, B
qm̃ cõplexione choleric⁹ eſt, & habet materias humorales facile acetoſabiles, ideo eui-
tet animi accidẽtia, quib. velox & vehemẽs mot⁹ cauſſat̃ ſpiritib. & humorib. vt ſunt ira,
furor, iracundia, velocitas & fortitudo cõturbati ſermonis. Et in ſum̃a omniũ horũ acci-
dentiũ euitet intẽperiẽ: ꝑpter q̃ cor & pect⁹ vehemẽter inflãmant̃ & perducũtur ad an-
helitũ magnũ, velocẽ & frequẽtẽ q́ corollarii loco adiicio. Parcus exſiſtat in aſsũtione
potus, vini ſaltẽ fumoſi & valde potẽtis: & caueat deniq; a multo & frequenti coitu: hæc
n. fortaſſe perducerent ipſum ad antiquam ſodam vel cephalæam incurabilem & malo-
rum accidentium productiuam.

Regimen itaq; medicinale hui⁹ cephalææ cõpletur octo remedis cõgruis tẽporib.
Octo remedia, quib. cephalæa hæc eradicari poteſt. adminiſtrãdis: vt nũc ſcribit̃. ¶ Primũ itaq; horũ eſt q́ aduenïẽte medietate Septembris C
patiẽs purget̃ hoc modo. ℞ *ſyrupi roſati ℥ j. ſyrupi cõpoſiti acetoſi ℥ ß. aquæ acetoſæ, aquæ cichoreæ*
& abſinthii ana ℥ j. miſce. ¶ Item *recipe pillularũ cochiarum & de reubarbaro ana ʒ ß. boni ponde-*
ris cum electuario roſ. formentur pillulæ vij. & accipiãtur vno mane in aurora dormiendo poſt eas per
1. Syrupus. Pilulæ. *horã vnam, poſt quinq; horas ab aſſumtione earum bibat cyathũ vnũ aquæ hordei ſacharatæ calidæ: &*
poſtea prandeat per horã vnam poſt iſtã aquam. ¶ Poſt illud minoratiuũ accipiat digeſtiuũ ſu-
praſcriptum eadẽ hora calidũ ſeptẽ dieb. continuis: & poſt ipſum abſtineat a cibo horis
quatuor. ¶ Aſſumto ergo digeſtiuo octaua ſequẽti die purget̃ ꝑ hũc modum. ℞ *caſſiæ nu-*
per præparatæ cum aqua endiuiæ ʒ vii. reubar. electi ʒ i. ſpicæ nardi g̃ v. ſalis gẽmæ g̃ v. aquæ lactis ℥
2. Potio purgans. *iiii. miſce, & parum calidũ accipiat obſeruando poſt ipſum cõditiones quæ ſcriptæ ſunt poſt pillulas præ-*
cedentes. ¶ Secundũ vero principale remediũ eſt, q́ adueniente vere circa finẽ Februarii D
i. principiũ Martii purget̃ hoc modo. ℞ *electuarii roſarũ ʒ i. electuarii Indi ʒ iii. vtrũq; æquari põ-*
deris, miſce & bibat cum tertia parte cyathi vini albi aromatici & calefacti, & poſt hoc obſeruẽtur con-
Syrupus digeſtiuus *ditiones quæ ſuperi⁹ dictæ ſunt obſeruari debere poſt pillulas.* ¶ Die vero ſequẽti accipiat hoc di-
geſtiuũ hora & modo dicto de digeſtiuo autũni. ℞ *mellis roſati, ſyrupi cõpoſiti acetoſi, ſyrupi*
de abſynthio ana ℥ ß. aquæ bethonicæ ℥ i. ß. aquæ cichoreæ ℥ ii. miſce. ¶ Poſt illud vero digeſtiuum
Pilulæ. mane immediate ſequenti purget̃ cũ iſtis pillulis. ℞ *pillularũdie hiera maiori ℈ ii. pillularum*
cochiarũ ℈. i. fiãt pillulæ vii. cũ ſyrupo cõpoſito aceto, & accipiãtur obſeruãdo cõditiones in aliis pillulis
3. Pilulæ. *narratas.* ¶ Tertiũ remediũ eſt hoc. ℞ *aloes epaticæ electæ ʒ. iiii. reubarb. electi & agarici ana ʒ*
j. diagridii ℈ ß. maſticis, roſarũ, ſem. acetoſæ, endiuiæ, & cichoreæ, zinzib. ſpicæ. ana ℈ ß. ſalis Indi ℈ j.
puluerizẽtur omnia per ſe, deinde cõmiſceantur & infundant̃ in ℥. iii. ſucci endiuiæ & ℥ j. ſucci maio-
ranæ, commiſceantur & ponantur ſub radiis ſolis, vſq; quo exſiccentur, deinde iterum ſuper-
addantur ſucci & permittantur exſiccari, vt dictũ eſt trib. vicib. renouãdo. De hac igitur E
materia fiant pillulæ de omni ʒ vi. vel vii. de quibus tẽpore, quo aſſumit, digeſtiua & aliis
temporibus omnibus in ſeptimana bis vel ter accipere poteſt: Vnã parum ante cœnã &
ſecundam per duas horas poſt cœnã, continuando eas ſecundũ q́ viderit neceſſitatem
maiorem vel minorem cum capitis alleuiatione, aut grauitate eius: & non dubito has
pillulas eſſe potentes ad eradicandũ patientis dolorem & p̃ſeruandum ipſum ab incur-
ſu in ipſum, & ſunt ſolennes ad mundificandum ſtomachum, epar & caput eius mundifi-
4. Rotulæ. catione tẽperata. ¶ Quartum. ℞ *trochiſcorũ de violis, & de ſpodio ana ʒ j. trochiſcorũ dyarodon*
℈ ii. ſachari albi lib. ß. cum aqua cichoreæ fiat confectio in rotulis magnis, de qua per totum mẽſem Iulii
accipiat ℥ ß. ante prandium & tantundem ante cœnam immediate. Et ſi non timeret expenſam F
laudarem quod vteretur ea per totum mẽſem Septembris ſaltem quater vel ter in ſepti-
5. Puluis. mana accipiendo de ea quantitatem prædictam horis iam ſcriptis. ¶ Quintum. ℞ *ſpodii*
coralliorum ru. labruſcæ, coriãdri præparati ana ℥ ß. macis ℈ j ß. roſarum ſcrup. ij garyoph. ʒ j. & pul-
uerizentur omnia per ſe, deinde commiſceantur, & de hoc puluere ſaltem bis in ſeptimana quando

vadit

A *vadit cubitũ*, pulueriʒet̃ prora capitis ei⁹ im̃ediate ꝑ latitudinẽ quatuor digitorũ a ſupe-
riori parte frontis vſq; ad ſummitatẽ capitis. ¶ Sextum. ℞. *ſucci morſus gallinæ habentis flores* 6.
rubeos ʒ j. *ſucci radic. betæ* ℥ ß. *aquæ mellis* ℥ *iii. miſceãtur & calefiant: & impleto ore aqua frigida leui* Aqua per
tractu traiiciat per vtramq; narẽ dextrã & ſiniſtram valde ſuauiter ſemel in ſeptimana ante prandiũ nares at-
per duas horas per totũ menſem Septẽbris. ¶ Septimũ, ꝙ poſtq̃ fuerit purgatus vere & autũno trahẽda.
vt p̃dictum eſt, ſi remanſerit grauitas in capite, fronte & circa oculos, ante prandium per 7.
duas horas bis in ſeptimana inter dies caputpurgii ſupraſcripti inſufflet̃ in nares eius cũ
penna de hoc puluere ad quantitatẽ vnius grani frumenti: ꝓuocabit n. ſternutationẽ di-
latando & mundificãdo meatus cerebri. ℞. *pulpæ nigellæ* ʒ j. *florũ roriſmarini* ℈ j. *pulueris elle-* Sternu-
bori al. ℈. ß. *ſubtiliter puluerizentur & cõmiſceantur.* ¶ Octauum & vltimũ vero principale re- tatoriũ.
B medium eſt hoc. ℞. *conſeruæ roſarum* ℥ *ii. cõſeruæ boraginis, & violarũ ana* ℥ j. *ſe. acetoſæ, cicoreæ,* 8.
endiuiæ, & ſcariolæ ana ʒ *i. violarum, florũ nenupharis ana* ʒ *i.* ß. *coriandri præparati* ℈ *iii. vini gra-* Electua-
natorum ℥ *i.* ß. *ſachari al.* ℥ *iii.* fiat electuarium. Cuius doſis eſt coclear j. vel mediũ diebus & rium.
horis, quib. ſitit, amaricatum habet os & ſentit caliditatẽ hypochondriorũ & ſtomachi
pulſationẽ & ſaltum in tẽporibus, de eo poteſt ſumere ter vel quater in die ad libitũ ſuũ
bibẽdo poſt ipſum cyathũ aquæ hordei bene ſacharatæ, ſi deſiderat bibere. Et his reme-
diis ita diligenter obſeruatis, non dubito quin ſanitatem proſpere obtinebit & confir-
mabitur in eo: quam ſibi miſericorditer concedat altiſſimus per infinita benedictus ad
laudes eius perpetuas.

C CONSILIVM VI. *De duplici mala diſpoſitione, videlicet De mala complexione frigida cerebri a cauſſa primitiua inducta cũ præſentia materiæ phlegmaticæ ſubtilis, caliditate etiam participantis. Et De mala cõplexione ſtomachi calida & ſicca a materia calida & acuta.*

CONſideranti diligenter apparere poteſt, ꝙ ægritudines, quib. moleſtat̃ Ioannes de Mediolano Teruiſinus, multum verendæ & moleſtæ ſunt: ſiue ipſas plures ægritudines cõplicatas inuicẽ cõceſſerim, ſiue vnicã dicã etiã eſſe ægritudinem, q̃ aſſociat ſibi aliam ab ea dependentẽ: nihil n. defectus in theoria medicinæ neq; in ope apparebit, quæcunq; iſtarum duarũ viarũ teneatur, q̃libet n. diſpoſitionũ, de quib. paulo
D poſt dicet̃ propter vehementiam læſionis earum per ſe poſtulat curationẽ, ita vt remota vna, nõ tamen apta eſt remoueri altera cum non ſimpliciter dependeat ab ea.

Eſt a. prima huius viri diſpoſitio mala cõplexio fixa in cerebro eius q̃ fuit a primitiua Prima pa-
cauſſa ꝓducta, ſ. a vehementi triſtitia animæ, quæ cõſecuta eſt mortẽ filiæ ei⁹, ſiue igitur tientis diſ-
propter vehementẽ reſolutionẽ ſpirituum ſubſtantiæ cerebri & materierũ laudabilium poſitio.
in eo, quæ fuerunt conſecuta omnia, aut ꝑpter vehementẽ euacuationẽ in effuſione lachrymarũ contingentẽ, aut propter immoderatiſſimũ motũ in ſpiritib. & humorib. cerebri acquiſita fuit in capite eius inflãmatio in materiebus, & acuitas in eis, q̃ virtutẽ expulſiuã cerebri irritauerunt ad materiã expellendã. ¶ Vnde ex hoc fundamẽto deduci poteſt cerebrum eius ægrotare mala cõplexione frigida & priuatiua denominanda tali,
E eo quia conſecuta eſt reſolutionẽ euacuatiuam ſpirituũ & materierum laudabiliũ, vt iam deductum eſt. Et quia in humoribus & ſpiritib. tam in ſubſtantia cerebri, q̃ panniculis in venis, & arteriis eius inuentis remanſit motus inflammatiuus, non eſt ſane mirum, ſi iterum inuenitur alia ſpecies malæ complexionis calidæ denominanda, ad ꝙ videtur iuuare innata cerebri complexio, quã a generatione credo fuiſſe calidam, vt in altera ægritudine in ipſo per me curata iam verum inueni. ¶ Ad primam autẽ ægritudinẽ inueniendam plures ſunt motiuæ. ¶ Prima quidem eſt ſumpta a primitiua cauſſa, quæ fuit paſſio animi valde fortis, quæ perduxit virum hunc ad paucificationem innati caloris. ¶ Secundum motiuum eſt vehemens penetratio in vigiliis, quæ etiam finaliter infrigidat. ¶ Tertium eſt grauitas capitis ipſius. ¶ Quartum ſubſtantia materiei, quæ deſcen-
F dit, quam omnino oportet eſſe ſubtilem, argumento ſumto a velocitate deſcenſus eius. ¶ Quintum eſt, quia caput & adiacentes partes tangenti non repræſentãtur cum caliditate: imo cum percepta frigiditate: & ſic de aliis. ¶ At vero materias iſtas phlegmaticas & fluxibiles caliditate participare plura argumenta concludunt. ¶ Et primum quidem eſt, quod patiens cõſueuit in ciuilibus occupationibus agere capite diſcooperto ſemper reuerẽtia cõſuetæ honeſtatis. Ex caſu a. filię ſuę oportuit ipſum capite cooperto

exercitari & maxime cum magna caputeorum vana gloria, ſicut hodie moris eſt. ¶ Secundo vero deducit͛ hoc ex velocitate materierũ & reſolutionis earum. Cum n. deſcẽdunt materiæ ꝑ venas poſt aures laterales colli & arterias ei⁹ per muſculos, chordas & neruos a cerebro ꝓdiẽtes citò imprimũt ſenſationẽ triſtẽ, ꝙ arguit potentiã materierũ in penetrãdo & imprimẽdo. Quomodo n. materia frigida & craſſa poſſet tã cito dolorẽ ingentẽ efficere. ¶ Tertiũ motiuũ eſt velox remotio doloris & abſẽtia poſtq̃ euenit, neq; n. materia frigida vel craſſa quãtuncunq; multa tã cito deſcẽdere poſſet neq; poſt ei⁹ deſcenſum tam cito abſolueret͛ a mẽbro & ceſſaret dolor. ¶ At vero iterũ nõ leuiter deducunt acuitatẽ materiæ duo motiua penultima, ſ. ꝙ iam materia, q̃ deſcendit, excoriauit linguã eius, & fecit ſciſſurã labiorũ magnã: exſiccauit guttur & partes oris, q̃ omnia a materierum acuitate & caliditate prouenire cõcedendũ eſt apud eos q̃ aliquid veritatis guſtauerunt ex philoſophia & medicina. ¶ Apparebit a. iterum horũ veritas ex inſtrumẽtis curationis, q̃ ſcribã inferius, a quibus nõ dubito ipſum ſanari ſine magna anxietate: & hæc de diſpoſitione prima dicta ſufficiant. A B

Secunda diſpoſitio. Secunda vero hui⁹ viri diſpoſitio eſt circa ſtomachũ cõuerſa, iuxta opinionẽ patiẽtis eſt frigiditas imoderata ſtomachi, ꝙ tñ minime credendũ eſt: imo ſtomach⁹ eius ægrotat mala cõplexione calida & ſicca poſitiue proueniẽte a materia calida & acuta: ꝙ oſtẽdũt motiua q̃plurima. ¶ Primũ: quia ꝙ diſtẽperãtię ægritudinales iuueni͛t͛ a cõtrariis aliis parib. hoc tñ nõ ſemper eſt verũ ꝓpter accidẽtia conſequentia ægritudinis. Scribit͛ n. ꝙ cũ iſte vir deglutit aliq̃d actu frigidũ ſiue aqua ſit, ſiue vinũ, vehemẽtiſſime lędit: & videt͛ ei ꝓpter hoc cõcludere lapſum frigidũ oris ſtomachi: ſed in veritate in ſtomacho inuenitur lapſus calid⁹ iã dict⁹: qui intendit͛ ex aſſũtione rerũ frigidarũ ſibi contrariarũ: ſiue cõtingat q̃a mala cõplexio calida & ſicca in ore ſtomachi vigorat͛ in ſtomacho per antiperiſtaſin: ſiue accidat hoc, quia in ore ſtomachi inuenit͛ materia ſubtilis & acuta: q̃ vehemẽti⁹ ꝓfundat͛ a frigiditate, q̃ refugit: ſiue iterũ cõtingat illud, quia materia acuta in ore ſtomachi exiſtẽs ibi fecit excoriationẽ quãdã cui⁹ nocumẽtũ auget res frigida, ꝓpterea quia omne frigidũ corp⁹ nocet vlcerib. & omni ſolutioni cõtinuitatis, *Hipp. ſect. 5. aph. 20.* Hãc a. excoriationẽ ineſſe ori ſtomachi, ꝑſuadẽt accidẽtia in eo inuẽta q̃ ẽt ꝑſuadẽt lapſũ & caſũ materialẽ ei⁹. Et primũ eſt ſitis, ſecundũ amaritudo oris, tertiũ punctio in ore ſtomachi pcepta, quartũ excoriatio lingue, quintũ ſciſſura labiorũ, & plura alia motiua adducerẽ, niſi ꝓlixitatẽ timerẽ. ¶ Ex quib. omnib. primũ corollariũ annectit͛, ꝙ poſſibile ſit tenere vnã fuiſſe ęgritudinẽ in viro iſto, ſ. malã cõplexionẽ calidã in cerebro ei⁹ inuẽtã, a quo materia deſcẽſum habuit ad ſtomachũ & ad alias partes, & ſic ęgritudo ſtomachi fuiſſet ꝑ colligantiã ei⁹ ad caput &c. ¶ Sequit͛ ſecũdo ꝙ ęgritudo hui⁹ viri ſit cõplicata ex ęgritudine cerebri & ſtomachi: quantumcunq; n. in principio ſtomachi ægritudo ei⁹ fuit ad caput, tñ facta eſt in ſtomacho fixa nõ remouibilis omnino remotione ægritudinis cerebri. ¶ Sequit͛ tertio, ꝙ hæc ægritudo rationabiliter ſit per colligantiã & per eſſentiã vtriuſq; horũ mẽbrorum ſimul: ꝓbatur cõcluſio, quia ſi ęgritudo ſtomachi fuerit per cõſenſum cerebri & ſtomach⁹ nõ minus lędere poteſt cerebrũ quã lędi ab eo, ergo etiã ægritudo cerebri pendebit ab ægritudine ſtomachi. ¶ Vtrum a. hæ duæ ægritudines in his duobus mẽbris inueniantur & non in aliis? credendũ eſt ꝙ nõ. Raro n. ſtomachi ægritudines perſeuerant aliquandiu quin lędant epar: & lęſum epar nocet ſtomacho, vt poteſt colligi *ex 2. tech. & tertio can. xiii. & xiiii tertii.* & tu ipſe cõſidera. Ex quibus ſequitur vltimo in cura harum diſpoſitionum huius viri neceſſarium eſſe attendere ad epar & ſtomachum, vt nunc ſequitur. C D E

Vtriculum patientis laborare cõplexione calida & ſicca.

Circa res non naturales quæ mutãda. Iam a. diſcurrendum eſt per adminiſtrationem regiminis rerũ nõ naturalium huic viro cõuenientium: cõſequenter autẽ medicinalium. ¶ Euitet igit͛ patiẽs noſter manſionẽ in loco & camera vehementis caliditatis, imo aer in eo ſit ad caliditatẽ mediocriter declinãs ad leuem ſiccitatẽ: nec ſenſibiliter neq; multum intenſe calefiat & caput teneat mediocriter erectũ. ¶ Secundo principaliter quanto magis poteſt triſtitiã omnem procul abigat & excludat. quid n. opus occupare animũ circa rem amiſſam cuius recuperatio eſt impoſſibilis? Eſt n. addere ſtimulũ ſtimulo ꝙ eſt incurrere vitium officiperdi. Cõformet itaq; memoriã, voluntatẽ & animũ omnino volũtati altiſſimi. Iudicia n. Dei abyſſus multa. Fortaſſe triſtitiam maiorem recepiſſet ex longa ſuæ filiæ vita: quæ ab humanis periculis fere infinitis non erat tuta: & maxime in hoc tempore noſtræ infelicis ætatis ſubiectę tribulationib. inſidiarũ, odii, belli & aliorum diſcriminũ. Æquo itaq; F

animo

A animo tolerandum eſt, quod & prouiſum & factum euenit. Quod ni fecerit, periculum vitæ grande admodum ſibi ipſi præparat. Tales enim paſſiones exterminant & mutant corpus ab ea, quæ eſt ſecundum naturã conſiſtentia, *tertio techni.* ¶ Similiter tertio in ciborum aſſumptione ex parte quantitatis menſurã habeat vt ter aut quater paulatim cibetur in die naturali magis quam ſemel aut bis: ſtomachus n. propter ſui debilitatem nõ multã toleraret cibi aſſumptionẽ, nã ꝓrſus ſpargere cum debilitate virtutis eſt ſecurius, teſte Auic. *fen. 1. l. 4. c. de cibatione febricitantiũ*, propterea etiã non multũ tẽporis inter vnã cibationem & aliam interueniat, ne nocumentum inferat ex inanitione nimia, oportet enim vt neq; in vno die venas inaniri permittas propterea quia deterior eſt fertilitas in B tẽpore ſterilitatis q̃ ſterilitas in tẽpore fertilitatis, *teſte etiam Auic. fen. 3. lib. 1. cap. de regimine per cibum.* ¶ Quarto, principaliter vir iſte ſummopere occupari debet in dormiendo ꝓlixe, primo vt ceſſet mot⁹ animi a triſtitia: ita vt quieſcat corp⁹ eiusq; organa & inſtrumẽta, ſecundo vt intercipiat fluxus, quia ſomnus fluxus oẽs ſiſtit præter eũ qui per ſudorem fit, *teſte Auicen. 2. primi cap. de his quæ proueniunt ex ſomno*, ſed multitudo ſudoris eſſet ei cõueniẽs diuertẽdo lapsũ ergo &c. ¶ Vltimo cõſulo vt in omni cibario ponat emulſionis ſeminis papaueris al. ſcutellam vnam vel mediã ad minus. ¶ Item grã huius inſtantibus vigiliis per horam poſt acceptionẽ cœnæ accipiat hãc mixturã tepidam. ℞ *emulſionis ſeminum papaueris al. factæ cum aqua violarũ ℥ iii. ſyr. nenupharis ℥ j. aut loco ſyru. nenupharis apponatur ℥ j. ß. ſyrupi de papauere al.* & erit melius ſomniferũ. Secundũ licet minus extinctiuũ C primum tñ magis eſt extinctiuum & minus ſomniferũ. ¶ Et ſi deſideraret ſomnũ inducere abſq; re potabili conferente ex deſcẽſu eius, vt iam deſcripſi: tunc ſalubre remediũ eſt vt hora præſcripta deglutiat ʒ j. diapapaueris Nicolai, erit ei iuuamentum excellẽs. ¶ Quinto conformiter loquẽdo prædictis, abſtinere debet a motu corporis vel exercitio fere omni. Si .n. maior fit in corpore humano agitatio ꝓpter animi exercitia, quãto maior fit in corpore agitato ꝓpter motum corporis & partium eius: quare loco exercitii ſalubre remediũ erit, omni mane per tres horas ante prãdiũ exhibere fricationes a genib. vſq; ad pedes, ſecũdario ab inguinib. vſq; ad pedes, tertio a ſpatulis vſq; ad nates ſemper trahendo inferius vſq; quo mẽbra caleant, & rubeant, eſt conſiliũ bonum in alleuiãdo caput diſtrahendo materias. ¶ Sexto vero principaliter in qualitate ciborũ agẽdum D eſt, ita vt cibaria eius leuia ſint tam ex parte quantitatis, vt in *4. cap.* dictum eſt, quam ex parte qualitatis, quia digeſtioni valde facilia & boni chymi generatiua cõtrarietatẽ habentia ad lapſus prædictos: vt in ſequẽtibus per exempla videri poteſt in aqua decoctionis vel emulſionis ſeminũ, primo ſeminũ portulacæ, ſecundo ſeminũ quatuor cõmuniũ frigidorum, tertio ſeminũ lactucę, quarto & vltimo ſeminũ papaueris al. primũ n. & duo vltima ſufficiẽtia ſunt ad ſanandũ ipſum &: fiãt hęc iuſcula cũ brodio pullorũ & caponũ mediocriter pinguiũ & cũ emulſionib. p̃dictis, aut cũ mica panis macerata in illis emulſionib. aut cũ vitello oui eodem modo p̃parato & magnũ ſecretũ inueniet, ſi fecerit ſibi iuſculũ cũ p̃dictis emulſionib. & pulpa perdicum vel pulpa pullarũ inuenũ diligẽter decoctis: & ſi bene cõſideras hęc omnia cõferunt lapſui cãę materiali & accidẽtibus cõſequentib. Deglutiat ẽt vitellũ oui in aqua nenupharis vel papaueris albi longo tẽpore in-E fuſi: q̃ remediũ cũ p̃dictis emulſionib. erit vtiliſſimũ. Et ſimiliter iuſculũ de farina hordei cũ ſem. papaueris: adhuc ẽt fercula facta cũ brodio decoctionis betarũ, ſpinachiarũ ſunt ei laudabilia: & aqua carnis accepta ex pulpis phaſianorũ, perdicũ vlt. cõtritis & violẽter expreſſis, adhuc ẽt & vitell⁹ oui cũ mica panis macerata, vt dictũ eſt, & cocta in aqua lactis cuiuſcũq; vſualis laudabilis erit: plura de cibis nõ dicã, quoniã ſpero ꝑ hæc dicta ſanatiõnẽ facile ſecuturã. ¶ De potu aũt ei⁹ dicẽdũ nũc, q̃ debeat eſſe aqua cocta cũ ſacharo multo abſq; hordeo: cũ aliquãtis granis papaueris ſecundũ hunc modũ. Accipe aquæ *veri fõtis* ℔. *x. ſachari ſecundæ coctionis* ℔. *ii. granorũ papaueris al.* ℥ *i. bulliãt pri⁹ in ſimul aqua & papauer vſq; ad cõſumtionẽ tertiæ partis: deinde ſuperaddatur ſacharũ & iterum ſuperebulliãt in vaſe* F *lapideo cum cochleari diligẽter diſpumando vſq; quo cadat quarta pars tribus remanentib. ipſi⁹: hoc permittatur infrigidari & coletur totũ per pãnum bis ſpiſſum: & bibat hunc potũ ſimplicẽ & extra ipſam etiã.* ¶ Et ſi deſideraret aliq̃d extinctiuũ magis: tunc ℞ hui⁹ pot⁹ partes quinq; ſyru. vel iulep, nenupharis partẽ vi. & bibat ſimul. ¶ Si a. ꝓpter cõſuetudinẽ aut ꝓpter ætatem nõ poſſet omnino dimittere vinũ: aut q̃a ex p̃dictis pot⁹ aſsũtione debilitatẽ virtutis incurret, tunc eligat vinum colore album, ſubſtãtia diaphanum, odore ſuaue, ſapore vero dulce notabiliter: & miſceat ea cũ altera medietate ſupraſcripti pot⁹: & hęc de regimine ſex rerum non naturalium dicta ſufficiant, &c.

Emulſio.

Potio quotidiana.

Septem medicamenta pro capite.

Iam vero de regimine ex parte inſtrumentorum medicinalium agere neceſſarium A
eſt. Septē autem inſtrumēta medicinalia applicabo capiti, & quandoq; ſtomacho. Itaq;
ſi conſtat virtus huius viri, principium curationis eius & ſecurus modus operationis eſ-
ſet, vt fieret phlebotomia venæ cephalicæ, per quam educerentur ſanguinis ℥.iii. aut
1 parum plus tolerante virtute. ¶ Secundum vero remedium eſt, vt poſt factam phlebo-
2 tomiam, de cuius applicatione nō debet eſſe timor ex parte ætatis, ſi tolerat eam virtus:
& ſi non toleraret virtus, adhuc phlebotomiam: poſt phlebotomiam procedam cum
applicatione horum clyſteriorum. Et iterū, ſi non fieret phlebotomia, omni die per ho-

Clyſter.

ram vnam poſt ortum. Solis vnum applicetur clyſtere hoc modo factum. ℞. *decoctionis
maluæ, blitæ, mercurialis li.* I. *& fiat hæc decoctio tamdiu, quoad aqua viridis fiat*, tunc ℞. *hieræ ſim-
plicis.* ℥ ß. *hieræ Ruffi.* ʒ. *ij. caſſiæ, ſachari rub. an.* ʒ. *iij, olei viol.* ℥ *iij. butyri.* ℥ ß. *ſalis communis* ʒ. B
iij. miſce & totum accipiatur in vna vice ſaltem tribus diebus. Et per illos tres dies ſufficiat illi
3 accipere omni die ſolum medietatē prædictæ quantitatis. ¶ Tertium remedium eſt, vt
prora anterioris partis capitis omni ſero inter capillos eius de hoc puluere ſpargatur ad
quantitatem ſex granorum, ſemper cum pectine deponendo puluerem primū, quando
4 ponit ſecundum. ¶ Quartum ſpeciale remedium eſt, vt teneat ſemper hunc puluerem
5 ligatum in ſyndone de grana retorta in manu ſua, & odoret ipſum. ¶ Quintum ſpeciale
eſt, per ſpatium vnius ſeptimanæ omni mane per duas horas ante cibum faciat hoc
gargariſma: ℞ *aquæ maioranæ: aquæ ireos: & arthanitæ an.* ℥ j. *hieræ Ruffi.* ʒ *ij. ſacchari alb.* ℥

Gargariſma.

ß. calefiant omnia ſolum vſq; ad liquefactionem, deinde ex hoc impleatur os, & diu te-
neatur: poſt fiat cum eo gargariſma. ¶ Sextum principale remedium eſt hoc. ℞. *olei de* C
6 *croco & de chamomilla an.* ʒ j. ß. *olei de myrto: & de maſtice an.* ℥ *ij. gallarum cypreſſi, ſpodii, roſa-
rum, & granorum myrti, an.* ℥. ß. *coriandri præparati & ſubtiliter puluerizati,* ʒ. *ij. farinæ vola-
tilis molendini, quantum ſufficit, fiat linimentum bene viſcoſum:* de hoc igitur actu calido, ex-
tenſo ſuper panno, extēdatur ſuper ſpatulas, & ſuper partes omnes, per quas dolor extē-
7 ditur. ¶ Septimum & vltimum remedium eſt hoc. ℞ *linimenti immediate ſcripti.* ʒ. *ij. olei*

Linimentum.

de myrto, & de croco, an. ℥. j. *muſci, ambræ. an.* g̃. *ij. pulueris arthanitæ vel cyclaminis,* ℥.
j. ß. terantur ſimul in mortario ſubtiliſſime: deinde cum hoc vnguento omnes partes
capitis omni ſero diligenter inungantur, excepta parte cōmiſſuræ anterioris, ſuper qua
puluis ſupraſcriptus apponatur.

Medicamenta ſtomachalia

Modus vero prouidendi diſpoſitionibus ſtomachi conſiſtit in his remediis. ¶ Primū D
eſt hoc. ℞ *ſyr. iuiubini.* ʒ. j. *aquæ farfarellæ.* ℥. *ij. aquæ menthæ.* ʒ. j. Et ſi abominaretur ſyru-
1 pus. ℞. *aquæ farfaræ & menthæ an.* ℥ j. ß. *vini cydoniorum,* ℥ j. *miſce, & detur ei in potum actu te-*

Syrupus.

pidum per duas horas ante diem, & proderit ei, ſolemniter continuando ipſum ſaltem, 8. vel
2 10. diebus. ¶ Secundum. ℞. *conſeruæ violarum.* ℥. *iij. conſeruæ bugloſſæ,* ℥ j. ß. *trochiſcorum*

Electuarium.

ſtellæ, ʒ ß. *trochiſcorum de violis,* ʒ j. ß. *vini granatorum muzorum & dulcium. an.* ℥ j. *ſacchari al.*
℥ *ij. fiat electuariū. de quo ſemper per horam cum dimidia ante prandium* & cœnam, & immedia-
3 te poſt prandium & cœnam, deglutiat quantitatem vnius nucis maioris. ¶ Tertium.
℞. *aquæ portulacæ & lactucæ an.* ℥. j. *dragaganti: gummi arabici. an.* ʒ. *ij. pulpæ ſebeſten.* ʒ. j. ß.

Loch.

ſacchari alb. ℥ j. *penidiarū.* ℥ *ij. incorporentur omnia ſimiliter vltimata* contritione: & fiat loch,
de quo continue in ore teneat ad quantitatem vnius fabæ: ita vt permittat deſcendere E
4 paulatim ad inferiora. ¶ Quartū. ℞. *olei de nenuphare, & cydoniorum. an.* ℥. ß. *olei de mentha*

Vnguentum.

vel origano, ℥. j. *galliæ muſ.* ʒ. j. ß. *violarum, florum nenupharis, ſem. cuſcutæ. an.* ʒ j. ß. *roſarum.
ſpodii, menthæ, maſticis, corallorum rubr. garyophyllorum. an.* ℈. *iij. ceræ al. quantum ſufficit: fiat
vnguentum molle,* de quo quater in die naturali actu calido liniatur ſtomachus ab ore e-
ius vſq; ad vmbilicum, & ſuperponatur ei pannus duplicatus calidus, & ſuffumigatus cū
5 puluere galliæ muſcatę. ¶ Quintum & vltimum remedium eſt hoc. ℞. *mannæ electæ.* ℥. j.
aquæ lactis caprini. ℥. *v. diſſoluatur manna in aqua lactis calefacta. deinde calef. & bibatur totū be-*

Potio.

ne calid. Hoc enim erit vtile valde poſt aſſumtionem ſupraſcripti digeſtiui per quatu-
or vel quinq; dies accepti, vbi appareant ſigna digeſtionis & materierū mobilium: licet
ego credam non eſſe opus euacuandi materias altera ſpecie euacuationis, quam per cly- F
ſteria ſuperius deſcripta. Ipſa enim per ſe electiue attrahendo & diuertendo materias
cōuenienter euacuant a capite & ſtomacho mundificando. Si tamen ꝓpter hæc omnia
tardaret aduentus ſanitatis, reſcribatur de ſtatu ſuo, & prouidebitur de remediis fortio-
ribus, ſi erit opus, ad laudem Dei.

CON-

A CONSILIVM VII. *De ſuperflua vigilia ab immoderata ſiccitate organi primi ſenſitiui cum corruptione operationum imaginatiuæ & cogitatiuæ cum participatione epatis & totius.*

SVPERFLVA vigilia huius nobilis viri prouenit ab immoderata ſiccitate organi, primi ſenſitiui; & eſt ventriculus anterior cerebri, qui licet reſpectu medii, & generis a generatione declinet ad caliditatem & ſiccitatem, quia hic vir cholericus fuit, & eſt tamen poſitiua ſiccitas inuenta in cerebro eius toto: & maxime in anteriori parte, multiplicatur ibidem a vaporibus choleri-
cis poſitiue, & per ſe exſiccantibus: & quia hi vapores ſimul cum aliis ab vniuerſa membrorum inferiorum congerie multiplicantur etiam in cerebro, inducunt in ipſo priua-
B tiuam ſiccitatem per viam reſolutionis. ¶ Adde præterea prædictis quod epar eius, quod eſt notabiliter calidum, non euacuatur ab adurendo materias cholericas: propter quam aduſtionem tranſmutantur in melancholicas. Et iſte eſt vnus de illis, qui per decidentiā in ætate pagmaſtica tranſmutantur in melancholiam, iuxta illud *2. techni.* Decidēte vero calida & ſicca craſi. ¶ Et hoc totum demonſtrari poteſt ex pluribus ſignis. Primo, quia tactu percipitur caliditas, & cum acuitate notabili. Secundo, quia habitudine macer eſt, & extenuatus. Tertio ex velocitate & frequentia pulſus eius, in quo non ſeruatur magnitudo propter debilitatem virtutis eius. Quarto, quia color eius eſt rubicundus cum claritate. Quinto ex immoderata ſiti. Sexto, ex ventris conſtipatione, & ſic de aliis. Vnde non eſt mirum, ſi vir iſte aliqualiter operationibus imaginatiuæ potentiæ, & cogitatiuę
C corruptionem habet: quoniam hæc omnia, quæ dicta ſunt, minantur patienti non leue periculum corruptionis operationum interiorum ſenſuum. Vnde oportet iſtum eſſe ſollicitum & bene attentum in curatione ſui, aliter non bene terminabitur res eius.

Occurrunt ergo mihi decem conſcribenda. Quorum primum eſt, vt abſtineat a *Decem remedia.*
cibis ſalſis. Secūdo ab acutis. vt aromatibus omnibus, præterquam a croco, & ab anetho, *1.*
quæ ſunt duæ medicinę cum ſua caliditate ſomnū inducētes. Item abſtineat ab anetho.
Item abſtineat a rebus valde pinguibus & proprie commixtis cum prædictis mediocriter: brodialia non ſunt vituperanda præter iſta: aliis cibis vtatur ad libitum. Vinum vero eius ſit album, ſubtile, dulce, non valde fumoſum. Et ſi non eſſet bene dulce, dulcoretur cum ſaccharo, aut cum aqua decoctionis radicum liquiritiæ mundatarum. Si valde ſit
D fumoſum, frangatur cum aqua boni fontis, aut cū aqua cyſternæ quæ melior eſt. ¶ Se-
cundum inſtrumentum eſt, vt procuret habere ventrem eius mundum, & proprie cum *2.*
vſu electuarii de ſebeſten, ſecundum hunc modum. ℞. *electuarii de ſebeſten* ℔ ß. *electuarii* *Electuariū.*
de pſilio ℥ *iij. incorporentur ſimul longa contritione. De hoc accipiat ſemper ante prandium & cœnam*
quantitatem vnius nucis muſcatæ, aut ſaltem parum ante cœnam, quantitatem prædictam duplicatā. *3.*
¶ Tertium eſt, vt omni ſero cum vadit ad lectum ſuper totam caluariam capitis ſui ponat *Puluis.*
quantitatem vj. gr. frumenti, de hoc puluere. ℞. *florum nenupharis* ʒ j. ß. *ſem. lactucæ, ſcario-*
læ, croci, corticum papaueris, an. ʒ ß. *fiat omnium per ſe puluis,* deinde commiſceātur. ¶ Quartū *4.*
eſt, vt omni ſero cum vadit cubitum, totam ſpinam inungi faciat ex hoc linimento mi- *Linimentū.*
nus calido quam tepido. ℞. *ol. de ſeminib. lactuc. olei viol. & de ſiſamo an.* ℥. ß. *olei de nenuph.* ℥ j.
E *trochiſcorum de viol.* ʒ j. ß. *ceræ alb. quantum ſufficit. Fiat vnguentum molle, & poſtea bulliat in* ℔. ß.
emulſionis papaueris albi, vſq; ad conſumtionem illius. ¶ Quintum. ℞. *corticum mandragoræ, ſem.* *5.*
ſcariol. lactuc. & portul. an. ʒ ß. *florum nenupharis, corticum papaueris an.* ʒ *iij. fiat omnium per ſe* *Puluis odoratus.*
puluis: deinde commiſceatur, & aſpergatur, & imbibatur cum ſucco foliorum papaueris albi. Poſtmodum exſiccetur ſub radiis ſolis, renouando ſuccum & exſiccando ipſum. Hic ergo puluis ligetur in ſyndone de grana retorto, & ſemper, aut quā multū olfaciat ipſum pati-
ens. ¶ Sextum principale remedium eſt hoc. ℞. *foliorum maluarum, violarum, ſcariolæ, & la-* *6.*
ctuc. an. M. ij. mandragoræ, foliorum nenupharis, & papa. an. M. iij. bulliant hæc omnia in decem *Lotio.*
ſitulis aquæ, vſq; ad conſumtionem tertiæ partis, & cum iſta decoctione tepida, omni ſero per horam ante cœnam abluātur extremæ partes inferiores a pedibus, vſq; ad inguina: & a natibus, vſq; ad humeros
F *cum facie tota & collo.* ¶ Septimum. *Rec. ſem. anethi, croci, florum liliorum alb. violarum an.* ʒ j. ß. *7.*
florum nenuphar. lactuc. an. ʒ j. *pulueris foliorum mandragoræ* ʒ *ij. puluerizentur omnia per ſe, &* *Pilula.*
cum ſucco foliorum papa. fiāt pilulæ de omni ʒ *vij. vel viij. de quibus omni ſero vel nocte, quando dormire non poterit, deglutiat duas vel tres continuando eas.* ¶ Octauum. *Rec. loch de papa.* ℥ j. *pul. flo-* *8.*
rum narciſci, pul. florum lilior. citri, quæ naſcūtur in vallibus, an. ʒ *ii. & ſi nō reperiuntur prædictorū* *Electuariū.*

flores, tunc accipiant folia ipſorum loco florum papaueris albi ℥ ij. pinearum mundatarum vnc. iij. A
pomorum mandragoræ numero j. ſiue maturum aut immaturum, ſiue recens ſiue ſiccum haleatur; amili vnc. j. ſem. lactucæ & florum nenupharis an. ℥. ß. macis, capil. Vener. an. drach. v. ligni aloes drach. j. mell. viol. ℔. j. ſacchari albi vnc. iij. fiat electuarium, de quo patiens iſte accipiat ante cibum cochlear medium, & tantundem poſt ipſum immediate. Frangit n. caliditatem epatis & choleræ & prohibet aduſtionem & euaporationem acutam ad caput, facit humectationem conuenientem, & ingroſſationem in vaporibus & cerebro.

9. *Apertio hæmorrhoidū.* ¶ Nonum remedium eſt, vt attendat & procuret ſibi aperire hæmorrhoidas fricando eas frequenter cum felle tauri vel garzelli, aut cum panno aſpero. Et ſi prouocatæ fuerint hæmorrhoides, permittat eas fluere mediocriter, nullum enim remedium eo felicius inueniri poſſet. Si autem ſuperueniret ipſarum hæmorrhagia, tunc conſtringatur empla- B
ſtrando eas cum ſtupis infuſis in aceto, & expreſſis vel madefactis in albumine oui, conquaſſato cum puluere thuris, maſticis, ſan. dra. boli armeni, corallorum rub. & hæmatitis ana.

10. ¶ Vltimum ſpeciale remedium eſt, vt ſi in hoc viro non poſſent hæmorrhoides aperiri per ingenia prædicta, tunc tentetur apertio tibiarum in locis, in quibus aquoſitas & virulentia emanare ſolebat: & hoc quidem fieri poteſt ſuperponendo emplaſtrum, factum de foliis apii ranini, quod in ripis fluminum reperitur, bene conterendo: & ſuper cruribus applicetur tamdiu, vt fiat ibi veſicatio. Cum videris tibiarum apertionem, intēdatur earum mundificatio cum hoc vnguento. *Vnguentū.* ℞. *vnguenti baſiliconis, & apoſtolorum an. ℥ j. litargiri, ſarcocollæ, ſandaracæ an. ſcr. ij. incorporentur ſimul, & bis vel ter medicetur membrum patiens cum eo.* Et ſic tandē non eſt dubitabile, ꝙ res eius terminabit̃ ad bonū, ſiue ad ſalutē, C
ſi cōtinuent̃ hæc remedia, ꝙ nō ſpero ipſum eſſe facturū: ſicut ſoluit ad laudē Dei. Amē.

CONS. VIII. *De duplici mala diſpoſitione, videl. De mala cōplexione frigida & humida cerebri a multo phlegmate aquoſo & mucilaginoſo proueniente. Et De ſonitu in auribus repræſentante ſonum aquæ fluentis, aut venti reuerberati ad parietes montium.*

VENERABILIS in Chriſto pater & ſacræ Theologiæ Doctor Hieronymus de ordine ſancti Auguſtini laborat duplici diſpoſitione multum verenda. ¶ Eſt enim prima mala complexio frigida & humida cerebri materialis, a multo phlegmate aquoſo & mucilaginoſo proueniens, ſiue iſtud phlegma in capite eius multiplicatum fuerit a mala complexione præcedente, quod rationabilius eſt, ſiue aliunde ad caput propulſum generauerit ibidem malam complexionem, frigidam & D
humidam propter multam moram. Et qualitercunq; concedatur, neceſſe eſt, quod cū ægritudo eius longa fuerit, quod ambæ cauſſæ iſtæ reperiantur ibi, quarum vna eſt effectus alterius, & econuerſo, ita quod reciproce ſe inuicem efficiunt & augmentant. Propter quod non eſt mirum, ſi vir iſte hyeme nuper præterita paſſus eſt torturam oris. Propter n. phlegma aquoſum, infuſum in muſculis & neruis ſuſpendētibus & ſuſtētantib. oſſa maxillarū ad oſſa tēporū, fuit facta mollificatio, & cū pars materiei in altera cōtraria parte craſſa mota fuit in p̄dictis muſculis & neruis, ēt genarū & faciei pars iſta cōtracta fuit, & fortaſſis, ꝙ tūc laborauit duplici ęgritudine, ſc. ſpaſmoſa in vna parte, & paralytica in alia parte, ꝙ tamē nō credo, quoniā ęgritudo iſta nō ita facile curata fuiſſet, niſi cura ipſius ęgritudinis fuerit cauſſa ſubtilis ꝓuidentia ſapientū doctorū, q. pertractauerūt ipſum. E
Veriſimilius a. eſt argumēto ſumto ab ætate, cōplexione eius, ꝙ materia iſta phlegmatica fuerit craſſa & effuſa ad muſculos & neruos faciei, genarū & tēporū in eiſdem imbibita, & contraxerit p̄dictas partes ſecūdū lōgitudinē abbreuiādo, & ſecūdū latitudinē extēdēdo: ita, ꝙ ſpaſmus acciderit, qui formaliter nō eſt aliud, q̃ actualis contractio partiū mobiliū verſus principiū ſuū cū impotētia dilatationis vel expāditionis p̄dictarū partiū de ſpaſmo in fieri intelligēdo tantū harū deſcriptionem. Vnde hęc tortura fuit ęgritudo ſolū ſpaſmoſa: ita, ꝙ p cōtractionē partiū, vbi erat ſpaſmus in altera parte cōtraria de neceſſitate cōtigit tract⁹ & extēſio ad inferius, ꝓpter ꝙ pars iſta apparet magis mollificata, & magis ægra, & tamen nō eſt. Cuius apparētię mollificationis efficiēs cauſſa fuit attractio torti, vt colligit̃ *ex fen. 2. l. 3. c. de tortura*, ſubtiliter intelligēdo cōtra opinionē Alex. Peripatetici, quē Auic. ibidē allegat, ſi bene intelligit̃. ¶ Propterꝙ ex p̄dictis nō valde arduū F
eſt intelligere cauſſas euētus ſecundæ malę diſpoſitionis huius viri, quæ eſt ſonitus in auribus, repræſentans ei auditum aquę deſcendentis, & impetuoſe fluentis, aut colliſionem ventorum reuerberatorum ad parietes montium vel ſyluarum &c. ¶ Eſt ergo diſpoſitio huius ſecunda verenda multum, eſt n. corruptio in operatione ſenſus auditus, nullo ei obiecto, vel cauſſa in medio exteriori exſiſtente talis ſonitus effectiue percipit̃

exteri-

A exterius ſonatiuum eſſe: quod non ſonat, quod eſt formale in corruptione operationis
auditiuæ potentiæ. ¶ Eſt autem huius diſpoſitionis immediata cauſſa mala complexio *Cauſſa corruptina diius.*
in toto cerebro, & meatu auditorio. Cauſſa vero materialis vel eidem proportionata eſt
vapor vel ventoſitas craſſa in prædicto, & neruis veniẽtibus a quinto pari neruorum ad
ipſum. Auditus enim fundatur in 5. pari neruorũ, ſicut guſtus fundatur in quarto, vt *prima*
primi colligendũ eſt *in c. de anatomia neruor. 14.* a medullari ſubſtantia cerebri orientiũ. Cũ
ergo cõtingit vt vapor iſte ſit mollis & fluẽs, repreſentatur ſonitus conſimilis impetuoſo
decurſu aquarum. Cum autem ventoſitas iſta groſſior eſt, & vehemẽter ad prædicta or-
gana colliſa, tunc accidit ſonitus agitationi ventorũ conſimilis. ¶ Ex quibus omnibus
corollarie concluditur, ꝙ hæc diſpoſitio huic viro minatur ingentia pericula. Multipli-
B cata enim materia iſtorum vaporum & ventoſitatum & cauſſa exſiſtens in venis & rimo-
ſitatibus cerebri minatur ei apoplexiam, ſi fecerit oppilationem completam, & epile-
pſiam, ſi fecerit incompletam: multiplicata vero iſta materia in organis primi ſenſiti-
ui, futurum ſubeth prænuntiat ei. In poſteriori vero parte multiplicata litargicam pro-
tendit ei ſuſpectionem: ſicut ſi materia aquoſa fuerit, & ſubtilis, & a poſteriori parte ce-
rebri defluens per nucham, ſuſpicandam paraleſim: & cum fixa fuerit in organis au-
ditus completam ibi efficiens oppilationem, neceſſario ſurditatem, eamq; fortaſſe in-
curabilem: & proprie, quando fuerit confirmata: vt colligendum eſt *fen. 4. lib. tertii in
proprio cap.*

Pro regimine autem curatiuo prædictarum diſpoſitionum multo quidem & accu-
C rato ſermone intendendum eſſet. ¶ Et primo quidem oporteret dirigere regimen di-
ſtinctum & conuenienter electum circa omnes ſex res non naturales vniuerſaliter vel
particulariter conſiderandas. ¶ Secundo nota, ꝙ idem modus de electione inſtrumen-
torum & intentionum curatiuarum extendẽdus eſſet. Verũ, quia vir iſte religioſus eſt &
officio diuino inſtanter obligatus: & adhuc etiam, quia diſpoſitio eius ad melius promta
eſt: immo fere ad perfectam curationẽ ex parte torturæ oris: licet remanſerit nocumen-
tũ corruptionis in operationibus auditus, vt declaratum eſt: Ideo videtur mihi ſufficere,
vt deſcribamus regimen eius in octo particulas diuiſum: vt nunc ſequitur.

Primo quidem vir iſte effugiat vſum ciborum omnium caliditate & humiditate *Cauenda in ſex rebus non naturalibus.*
ſua nimia euaporatiuorum. Exemplum horum eſt alleum, cæpe, bulbus, legumina o-
D mnia & proprie elixa, pinguia omnia brodialia: & ſic de aliis. Item effugiat vſum re- 1.
rum acutarum nimia ſua euaporatione promouentium materias ad caput, & facienti-
um eas a capite colliquari, velut eſt raphanus, ſinapi & alia. Euitet etiam cibaria omnia
frigida actu & potentia: vt betam, ſpinachiam, portulacam, lactucam, endiuiam, ſe-
mina communia, & conſimilia. Effugiat tertio viſcoſa & oppilatiua ſua euaporatio-
ne capitis grauatiua, velut lac & lacticinia cibaria, & piſces, & proprie elixa, & paſtilia
omnia, & ſimilia digeſtioni difficilima, & materierum phlegmaticarum & frigidarum
generatiua: vt antiquæ carnes omnes, panis azymus, aut non bene coctus, & ſimilia.
¶ Secundum vero principale in eo obſeruandum eſt, vt caueat, quantum poteſt a mul- *Secundum obſeruandum.*
titudine potus, & proprie vini dulcis craſſi & conturbati: immo recte loquendo bonum
E eſſet ei, vt omnino vinum dimitteret, ſaltem per totam hyemem futuram, & vteretur
aqua mellis infrá ſcripta. Si vero aliquid cogeret ipſum ad potum vini, velut ætas,
conſuetudo & debilitas ſtomachi, & non bona tolerantia aquæ mellis: tunc ſaltem eli-
gat vinum colore ſubrubeum aut album, dulcedine omnino priuatum, & commixtum
cum medietate ſui dictæ aquæ mellis, factæ ſecundum hunc modum. ℞. *Aquæ fontis* *Aqua mellis.*
*vel fluminis electi, aut ſaltem aquæ ciſternæ, quæ melior eſt propter ſubtilitatem, lib. xv. florum
roriſmarini drach. ij. bulliant ſimul lento igne, vſquequo aqua iſta odore florum conuenienter par-
ticipabit: tunc ergo addatur prædictis mellis electi lib. j. ß. mediocriter coquendo, & continue cum
cochleari deſpumando, vſque quo cadat tertia pars, duabus remanentibus, & tunc coletur per pan-
num ſpiſſum, bis aut ſaltem ſemel. Et reponatur in vaſis vitreis bene mundis, & ſeruetur ad vſum.*
F Tertium vero principale remedium eſt, vt vtatur medicinis, per tertiam operationem 3.
earum mundificatiuis, & confortatiuis organi auditus, quæ etiam pronum & expurga-
tum conſeruent ſpiritum animalem, qui eſt inſtrumentum auditionis. Tamen iſtæ me-
dicinæ debent eſſe calefactiuæ ſubtiliatiuæ, vehementer, velociter penetratiuæ, abſter-
ſiuæ & exſiccatiuæ viarum prædictarum.

Denumero autem horum ſimplicium ſunt, aſarum, cinamomum, lignum aloes, A
amomum, amios, ſtœchas, pulegium, calamentum, amaracum, & dendrolibanum.
¶ Compoſita electa ad iſtud ſunt ſotyra deſcripta *5. canon. ſumma prima.* Et confectio alke-
kengi magna theriaca, mithridatium, & inter reliqua electuaria eſt electuarium Eſdræ
intitulatum, deſcriptum a Nicolao in antidotario eius, & ſimilium prædictorum vſus
eſſe debet, accipiendo ex eis omni ſeptimana ſemel vel bis ʒ j. cum ℥ j. aq. ſaluiæ vel ro-
riſmarini calefactæ per duas horas poſt cœnam: hoc enim electuarium & aliud ſotyra di-
Antiquam ctum gentes quam plurimas ab antiqua ſurditate ſanāt per longum eius vſum: licet hoc
ſurditatem aduerſetur ſententiæ Auic. *4. tertii, in cap. proprio,* vbi dixit: quod antiquata ſurditas non
poſſe curari. recipit curationem. Etiam ego intelligo literam illam, ſed non niſi cum magna difficul- B
tate & temporis prolixitate. Experimentum enim eſt contradictorium literæ Auic. vt
patet in fratre Thoma Anglico, in conuentu eremitarum ſancti Auguſtini de Padua, qui
4. ſanatus eſt de ſurditate 12. annorum. ¶ Quartum eſt, vt ſæpe aſſueſcat ſupponere aurem
læſam, aut ambas, ſi notabiliter læſæ ſunt, ſuper tabulam de ligno cypreſſi vehemēter ca-
lefactam, in ſero, quando vadit cubitum: ſed ſi vellet remedium elegantius, tunc iſti ta-
bulæ calefactæ ſuperponat bonam quantitatem pulueris foliorum origani: hoc enim
eſt remedium ſublime præ ceteris. Et eſt illud, quod illuſtres viri nominauerunt fante-
5. negi ignoratum a quam pluribus & fere ab omnibus. ¶ Quintum principale remedium
& proprie ſonitus prædictos in auribus repræſentatos ex fractione vel colliſione medii
intranei eſt, vt applicet auribus ſuis mane ab aurora, vſq; diſtanter a prandio per horam C
vnam ter vel quater ſacculum infra ſcriptum, & eundem ſuperponat per duas horas an-
Sacculus au- te cœnam. Cuius deſcriptio eſt hæc. ℞. *aſari, calamenti, pulegii, ſtœchados ana M. ij. ſpicæ nar-*
ribus appro- *di, & Romanæ, florum roriſmarini, foliorum baſiliconis an. M. j. ß. ligni aloes ʒ ii. macis ℥ j. origa-*
ximandus. *ni ℥ ii. pulueri zentur omnia per ſe ſubtiliter, & fiant ſacculi quantitatis pedalis, calefiant ſuper ta-*
bula in quarto remedio ſcripta, & ſuperponat toti medietati dextræ vel ſiniſtræ capitis, aut vtriuſq;,
6. *ſi ambæ aures ægrotabunt.* ¶ Sextum eſt, vt aſſueſcat mane ante prandium, & ante cœnam,
etiam infundere auribus, aut alteri tantum vnam vel duas guttas de oleo infraſcripto:
obſeruatis tamen regulis medicandi aures, quæ ſunt infra ſcriptæ.
Regulæ in Prima, quod nullum medicamen auri imponatur, niſi vniuerſali corporis euacuati-
cura aurium one præmiſſa, & particulari capitis. ¶ Secunda, nunquam auri imponatur aliquid, niſi
obſeruandæ.
2. venter conuenienter a fæcibus expurgatus fuerit. ¶ Tertia, vt auri nihil imponatur, D
3. niſi præmiſſa mundificatione & abſterſione foraminis auditus, & proprie in profundo
4. eius anfractuoſo & tortuoſo multum. ¶ Quarta, vt nihil auri imponatur actualibus
qualitatibus vehementer aperitiuum, quare liquor auri imponendus omnis debet eſſe
non vehementer calidus actu nec frigidus: & ſequitur ex hoc, quod debet eſſe actu te-
pidus, licet liquor omnis poſſit eſſe vehementer exſiccatiuus, & ſunt ſermones 10.
tractatuum, & ſecundo terapeu. Organum enim auditus vehementer paſſibile eſt tenuita-
te, raritate & ſubtilitate ſui, & vehementer ſiccum eſt naturali ſiccitate conſeruan-
5. da per plura, vt deducit ibi Galenus. ¶ Quinta regula, quod medicamen, quod im-
ponitur auri, non ſit multæ quantitatis: propter enim impletionem foraminis auditus,
prohibetur expulſio fumoſitatum ab intus ad extra: adhuc receptio ſpecierum audibi- E
lium ab extra ad intus.
Oleum auri- Deſcriptio autem prædicti olei talis eſt. *Rec. olei nardini facti ſecundum artem, & non*
bus imponen- *per infuſionem ℥ iii. olei de origano vnc. v. pulpæ colocyntid. ſubtiliter pulueriza tæ drach. x. origani,*
dum. *ligni aloes an. vnc. iiii. omnia in vaſe vitreato diligenter commixta, bulliant lento igne, vſque ad*
conſumtionem tertiæ partis: deinde cum expreſſione condecenti colentur bis per pannum ſpiſſum,
& reponantur in vaſe vitreo expoſito radiis ſolis. Hoc enim medicamen eſt ſublime admo-
dum. In eius enim laudibus conuenerunt omnes illuſtres viri, quod ſit de melioribus
medicinis ad omnes ægritudines frigidas materiales vel immateriales organorum au-
ditus.
7 Septimum principale remedium eſt, quod aſſueſcat accipere omni menſe ſemel, F
ſcrup. ij. maiorum pilularum de ſarcocolla in aurora: & abſtineat a cibo horas ad minus
ſex cum conditionibus ſæpe in aſſumtione pharmacorum obſeruandis, quas dimitto p-
lixitatem effugiens: legantur autem pilulæ iſtæ apud Meſue de conſolatione medicina-
rum capitulo de ſarcocolla.

Si autem

A Si autem haberet ventrem, non bene fluxibilem, & materiæ propter illud inclinarent
ad caput; tunc poteſt vti pilulis alephanginis deſcriptis a Meſue in antidotario, *deſcripti-
one octaua, capitulo primo.* Stomachum enim, caput & inſtrumenta ſenſuum mundifi-
cant: vtibi ſcribit Meſue; & omnes alii concordes cum eo: de quibus tamen perce-
pta grauitate ſtomachi accipiat 1. vel 2. parum ante cœnam. Cum inſtante vero capi-
tis grauitate accipiat eas per duas horas poſt cœnam. ¶ Vltimum remedium eſt, vt aſ- 8.
ſueſcat ſuperaſpergere proram capitis per totum ſpatium extenſionis commiſſuræ ſuæ
ſagittalis in ſero, quando vadit cubitum cum infra ſcripto puluere, quantitatem ſex *Puluis capiti inſpergendus.*
granorum frumenti, bis vel ter in ſeptimana. Cuius deſcriptio eſt. ℞. *florum roriſma-
rini, ſtœchados, maioranæ an.* ℥ j. *garum,* ℥ *iij.* Aſperſio enim caryophilorum ſuper prora ca-
B pitis omnem malam complexionem frigidam materialem, vel immaterialem emen-
dat, vt ſcripſit Auenzoar *in ſuo theiſir. lib. & cap. primis.* Pulverizentur autem omnes me-
dicinæ per ſe & ſubtiliter, deinde conquaſſentur in mortario. Laus Deo.

Consilivm IX. *De quadruplici mala diſpoſitione: videlicet, De mala complexione frigida & humida cerebri cum multis accidentibus complicata. De mala complexione frigida & humida ſtomachi cum debilitate virtutis digeſtiuæ communis in eo. De doloribus renum a mala complexione humorali, Arenulis & lapide. De doloribus ſpatularum, vſq; ad collum & hypochondriorum, & ventris totius anterioris. Diuiditur autem conſilium in capitula quatuor ſecundum quatuor diſpoſitiones in eo tractatas.*

C Capvt I. *De diſpoſitione mala cerebri, & eius cura.*

SI mentis acuitate profunda: ſi ſtudii complexione ſublimi complexionis in
humani corporis diſcrimine, vel languore ſumma cũ affectione contẽplan-
dum eſt; maxime tamen illis oportunum hoc eſſe videtur, qui ſunt languo-
res ſæui & periculoſi, adhuc & numero plures. Et iterum, quando accidunt
illis, quos videmus nobis dilectione benigna coniunctos: & eſſe de numero virorum
honeſtiſſimorum & moralium, quorum pauci reperiuntur hac noſtra ætate.

Propterea ergo nobilis & honeſtiſſimus vir, Dominus Marcus, quadruplici & in-
genti valetudine laborat, cui non ſolum afficior, ſed tantum ei compatior, quantum a-
D micus amico concedere poteſt. Ideoq; cum magna mentis meæ oneroſitate calamum
aſſumſi propter dolorem amici: & vehementi auiditate contemplationem aggreſſus
ſum, vt eidem ſubueniam fideliter & opportune. ¶ Laborat hic vir primo mala comple-
xione frigida & humida cerebri, quæ magis in eo reperitur ex tempore, quam a genera-
tione contracta. Credo enim, cerebrum eius reſpectu temperati cerebri a generatione
declinaſſe ad ſiccitatem, vel ad valde remiſſam humiditatem & aliqualem caliditatem:
Plaſma enim partium capitis, venarum ipſius multitudine & magnitudine, viarum aper-
tione: faciei colore rubicundo ſatis: imo velocitas in operationibus interiorum ſenſuũ,
& mobilis perfectio in eis ad actiones, actualis caliditas in omnibus partibus capitis tactu
E percepta: capillorum ſoliditas; & craſſitudo; hæc inquam decem ſigna caliditatem ca-
pitis arguunt, magis, quam oppoſitum. Sed humanorum actuum occupationes ad ma-
gna negotia, & plurima expedienda propter neceſſitatem operationum ſenſuum inte-
riorum & exteriorum etiam ſunt cauſſæ permutationis complexionum radicalium ca-
lidarum ad frigidas, propter vehementem reſolutionem in ſpiritibus & humoribus, &
ſubſtantia cerebri aduenientem ex eis, ad quæ etiam concurrere poteſt regimen ex par-
te ſex rerum non naturalium, permutans ad humiditatem & frigiditatem. ¶ In ſumma
igitur, ſiue contingat propter diſpoſitionem cerebri per eſſentiam frigidam & humi-
dam materierum frigidarum multiplicatiuam, ſiue etiã magnificetur hæc, propter col-
ligantiam ſeu conſenſum inferiorum partium: & proprie ſtomachi & epatis, de quibus
F dicetur paulo poſt: Veritas eſt, quod huic nobili viro accidunt oppilationes in meatibus
& ventriculis cerebri: propter quas clauduntur viæ euentationis cerebri, partium naſi,
palati, pororum & aurium eius: vnde non poteſt conuenienter anhelitum complere: &
maxime inſpirationem & reſpirationem per partes naſi & palati. ¶ Et ex hoc fundamẽ-
to intelligere poteſt hic vir cauſſas plurium accidentium, quæ ſuperueniunt ei. Primo
contingit ei, quod clauditur pars naſi ſuperior: ita, quod non bene attrahit aerem, ne
perinde aliquid a caliditate euacuetur. Materia enim prædicta oppilans loca cerebri

apud caruncuIas eius eſt cauſſa huius accidentis. ¶ Sequitur ſecundo, quod patiens co- A
gitur vehementer inſufflare per naſum; patet, quia natura conatur mouere aerem, ſpiritum, vaporem & ventoſitatem: vt reuerberet materiam oppilantem & ſpargat ipſam. Vnum enim de iuuamentis ventoſitatum eſt, vt reuerberent in faciem ſecum ſpargendo eas, vt ex *prima primi finali capitulo* colligendum. ¶ Sequitur tertio, quod hic vir percipit quandoq; magnam grauitatem in capite, patet propter materiã infuſam in panniculis facientem in eis dolorem extenſiuum grauatiuum. ¶ Sequitur quarto, quod quãdoq; percipere debet in aere aperitionem vaporum, linearum & figurarum per aerem volitantium. ¶ Quinto, quod quandoq; percipit lachrymas deſcendentes ad oculos. Patet quoniam materiei pars ſubtilior & aquoſior fertur ad anteriorem partem capitis. ¶ Sexto, quod quandoq; percipit punctionem in naſo cum coryza, vel deſcenſum materierũ B
acutarum ad ipſum. Patet propter diuerſitatem materierum, quarum aliquæ partes acutæ pelluntur per eãdem partem. ¶ Septimo, quod quandoq; percipit pondus & grauitatem in concauo palati. Patet propter deſcenſum materiei ad colatorium. ¶ Octauo, quod percipit tumorem & punctionem in glandoſis partibus tonſillarum, & partibus vuulæ. ¶ Nono, quod quandoq; percipit deſcenſum & dolorem in muſculis colli poſterioris partis eius & gulæ. ¶ Decimo & vltimo, quod non raro incurrit difficultatem anhelitus ex parte pectoris, & non ſolum ex parte inſpirationis & reſpirationis per partes naſi & colatorii, de quibus dictum eſt. ¶ Ex quibus omnibus vltimo concluditur, quod hic vir non leuibus periculis eſt paratus, quæ hic ſcribere non curo, ſed magis eius vtili- C
tatem intendens ad remedia pertranſeo.

Cum ergo hic nobilis vir perceperit aliquod de nocumentis iam prætactis, ſtatim ei prouidendum eſt, ſecundum infra ſcriptum modum: Decem inſtrumenta, decem intentiones complentia eidem ordinando, vt nunc ſequitur. Si igitur apparet in ipſo vehementia accidentium prædictorum, & ſubito & impetuoſe euenientium; tunc oportet de neceſſitate concludere, materiam eſſe multam.

Prima intentio curationis. Primam ergo intentionem complere debet primum inſtrumentum ſic. A prima die principii motus eius ventre exſiſtente mediocriter lapſo, fiat eidem phlebotomia venæ cephalicę brachii contrariæ parti, ad quam materia deſcendit. ¶ Si autem venter eſſet ſtypticus, tunc ante phlebotomiam adminiſtretur hoc clyſtere, ſecundum
Clyſter. hunc modum. ℞. *aquæ decoctionis maluæ, betæ mercurialis & furfuris lib. j. olei violarum ℥ ij. caſſiæ fiſtulæ, ſacchari rubei, & ſalis communis an. ℥ ß. miſce totum & fiat clyſtere, ſaltem per tres horas, ante phlebotomiam.* D

2. Secundam intentionem complet ſecundum inſtrumentum, quod poſtquam facta fuerit phlebotomia, ſtatim applicetur: quod eſt hoc. ℞. *decoctionis maluarum, betæ mercurialis, & furfuris lib. j. cum expreſſione eorum diligenter facta, ſacchari rubei, caſſiæ fiſtulæ,*
Clyſter. *hieræ ſimplicis & benedictæ an. ʒ ij. olei de ſiſamo & viol. an. ʒ j. ß. miſce, & totum accipiatur in aurora:* & hoc etiam clyſtere præcedere debet phlebotomiam cui ſuccedere conſueuit ſtypticitas ventris, vel propter euacuationem materierum ab ea, vel propter diſtractionem ipſarum de centro ad circumferentiam.

3. Tertiam intentionẽ complet tertium remedium ſpeciale & memorandum, quod E
eſt, vt ſubiungantur diuerſiones, quæ licet multis inſtrumentis & viis adminiſtrari poſſint, ſex tamen diuertendi inſtrumenta in hoc viro ſecuriora & meliora videntur vltra phlebotomiam & clyſtere prætactum: quæ etiam duo euacuando diuertunt. ¶ Primum itaq; ipſorum eſt apertio hæmorrhoidarum: quarum euentum in hoc viro ſperatem eſſe optimum inſtrumentum curationis omnium ſuarum ægritudinum. Aperiri autem
Apertio hæmorrhoidũ. poſſunt hæmorrhoides multis inſtrumentis, de quorum numero primum & leuiſſimum eſt fomentatio vel encathiſma, factum ſæpe in aquam fluuialem bene calidam. ¶ Secundum & fortius illo eſt, vt fiat decoctio cum radicibus fœniculi. ¶ Tertium quod adhuc fortius, vt fiat decoctio ex radicibus liliorum alb. & eſt notabile remedium & F
ſublime. ¶ Quartum eſt decoctio radicum ireos recentium. ¶ Quintum adhuc melius decoctio radicum cyclaminis recẽtium. ¶ Sextũ q̃ principatum habet ſuper alia, eſt decoctio radicum ellebori albi. ¶ Septimũ eſt fricatio hæmorrhoidarũ cum panno aſpero, vt foliis fici, aut foliis conſolidę maioris. ¶ Octauum earum confricatio cũ omni felle, & ꝓprie cũ taurino. ¶ Nonũ, hæmorrhoidarũ fricatio, & leuis excoriatio cũ vngue. ¶ Decimum

A cimum applicatio ſanguiſugarum ſuper eis. ¶ Vndecimum eſt ventoſarum applicatio. Duodecimum & vltimum eſt ſectio earum cum acuto phlebotomo poſt tumeſcentiam earum inailqua primarum decoctionum, quæ poſitæ ſunt.

Cum ergo æger perceperit pondus & grauitatem in alchatim & iliis, apparebit tenſio & pondus, quod magnum percipietur: in fieri tumor & excreſcentia, prædictarum venarum pruritus: In eo loco tunc ſtatim applicetur aliquid de prædictis inſtrumẽtis & permittatur exire ſanguis cum altero trium modorum cognoſcendi ſufficientiã euacuationis. *Modi cognoſcendi ſufficientiam euacuationis.* ¶ Quorum primus eſt cum perſeuerantia alleuiationis & roboris virtutis. ¶ Secundus: quod euacuata fuerit materia nigra melãcholica, ſimplex aut commixta. ¶ Tertius: quod fiat permutatio exitus a ſanguine prædicto ad ſanguinem rubicundũ
B leuiter purpureum & calidũ: cuius euacutionis debilitas ſubſequetur. ¶ Si ergo tũc conſtringetur a virtute regulãte ſemper cũ materierũ fluctuatione cũ ſui potentia, bonũ eſt. Si non, tunc tranſeat operator ad conſtringendam hæmorrhagiam ipſarum, cum aliquo duorum inſtrumentorum conuenientium. ¶ Quorum primum eſt hoc. ℞. *micletæ* *Potus.* ℥ *ij. aq. decoctionis ſumach vel ſem. myrti vel ſem. plantaginis* ℥ *ij. miſce, detur in potu tepidum ſtatim, cum fuerit oportunum:* tamen couenientius operabitur, quando ſtomachus & venter erunt munda. Eſt autem micletæ electuarium multorum iuuamentorum deſcriptum *Michleta quid.* a Nicolao in antidotario a zarpellantibus medicis nominatum michileta. ¶ Secundum vero inſtrumentum eſt: vt in potu dentur ℈ ij. pilularum de bdelio, quæ deſcriptæ ſunt a Raſi. *9. almanſoris in proprio cap.* ¶ Tertium vero principale diuerſiuum materierum eſt 3.
C applicatio ventoſarum: nunc carnoſis partib. tibiarum & crurium: nunc vero natibus: aliquando vero ſpatulis applicatarum, ſecundum quod emergit intentio ſuperioribus, inferioribus, & intermediis partib. quæ applicantur aliquando cum euacuatione inſenſibili. Verum ſine ſcarificatione. Aliquando vero econuerſo, cũ ſcarificatione. ¶ Quartum vero principale diuerſiuum materierum eſt diſtractio earum ad cutaneam partem, 4. cum fricationibus aut veſicatoriis, de quibus prolixe ſatis in altera materia ſum locutus in magno tractatu compilato ad 12. accidẽtia ad ſpectabilem militem Florentinum nomine Iulianũ de Banſatis. ¶ Quintum vero diuerſiuum eſt materierũ diſtractiuum per 5. vrinales vias, & eſt ſecurius & feliciſſimus modus diuertẽdi materias, qui compleri poteſt quinque inſtrumentis. *Diuerſiuum complertur quinque inſtrumentis.* ¶ Quorum primum eſt, vt exhibeantur patienti ℥ v. aquæ li-
D toſpermatis, cum ſaccharo calefactæ in aurora. ¶ Secundum & fortius illo eſt, vt in potu dentur ℥ iij. ſucci fœniculi ſicut eſt. ¶ Tertium: vt in potu dentur ℥ ij. ſucci apii, vt ſupra. ¶ Quartum vero compoſitum & adhuc melius eſt, vt in potu dentur ℥ v. aquæ ſublimationis corticum interiorum auellanarum. ¶ Quintum compoſitum elegãtius omni altero, vt in potu detur ℥ j. horum trochiſcorum. ℞ *granorum orobi lentiſci ana* ℥ j ß. *ſpicæ nardi,* *Trochiſci.* *rubiæ tinctorum ſem. apii & ſcord. eleleos phu. & meu. puluerizentur & fiat troc. cum ſucco vel aqua phu,* quod eſt valeriana. ¶ Sextum vero diuerſiuum, de authẽticis eſt: vt in potu detur ℥ ß. electuarii Iuſtini cum ℥ ij. aquæ apii: Eſt enim honeſtum laudes conferre illuſtribus, qui pro nobis inſudauerunt aſſidue contemplando, in quorum inuentis oportet adhibere 6. gratos. Vltimum & melius diuerſiuum materierum, per vias vrinæ eſt, vt in potu detur
E ℥ ß. electuarii de ſeminibus deſcripti ab Auic. *v. canone, ſumma prima.* & a Me. in antidotario *diſtinctione prima, proprio cap.* Vltimum principale diuerſiuum materierum eſt per vias ventris. Et licet nonnulla eorum, quæ dicta ſunt, & inferius dicenda, diuertere poſſint materias præcipitando eas per ventrem: Ego tamen ſcio, quod inſtrumentum optimum ſit dare in potu ℥ iiij. calidæ aquæ decoctionis limonotis: & eſt in rei veritate planta in magno vſu Medicorum fere continue applicata: licet multi ignorent eius complexionem: & locum etiam, vbi de ea ſcribitur. Ego autem adæquatum de ea capitulum inueni apud Gal. Oribaſium & Dioſcoridem.

Quartam intentionem, quæ eſt rectificatio regiminis ex parte ſex rerum non na- *4. Intentio.* turalium, complere debet quartum inſtrumentum: pro qua intentione & eius inſtru-
F mentis vniuerſaliter & particulariter ponendis fiat recurſus ad vltimum cap. huius tractatus. In ipſo namque ponetur doctrina cõueniens regiminis omnium diſpoſitionum huius patientis, per ſingulas res non naturales.

Quintã intentionẽ quintũ inſtrumetum principale cõplet, videl. digeſtionis materierũ. Cum n. materiæ fuerint euacuatæ vniuerſaliter: vt ſupra ꝑ phlebotomiam actum

eſt:etiam cum fuerit per intentionem ſecundam euacuata materia communis inteſti- A
norum,& aliqualiter appropriata:vt patere potuit per clyſteria iam poſita.Cumque et-
iam fuerit facta materierum diuerſio per regiones ſex, vt apparet in ordine tertio : & ta-
ctus fuit modus regiminis per res non naturales , vt immediate apparuit.

Iam oportet ſubiungere quintam intentionem digeſtionis materierum.Et quia in
præmiſſo cap.iam dictum eſt, materias dominantes in capite etiam phlegmaticas eſſe a
dominio : licet eiſdem aliquid de materia cholerica ſit commixtum. Ideo deſcribam
1\. hic digeſtiua,quæ mihi conuenientiora videntur ad materias. ¶ Leue igitur digeſtiuũ
Leue digeſtiuum. poteſt eſſe primum hoc.℞.*aquæ ſaluiæ,aqu.lauri, ana* ℥ j ß.*aquæ violarum.* ʒ j. Primæ enim
duæ aquæ ſunt digeſtiua capitalia calida,licet de ſaluia non inueniam mirabilia, quæ di-
cuntur a Doctoribus modernis. Auic. enim de ea *102. canone*, non facit aliquod capitu- B
lum : licet ſcribat duo capita,de ſaliua oris. Sed de ea legi poteſt apud Dioſcoridem &
Serapionem in cap. de elilisfago.

2\. Secundũ vero digeſtiuum & fortius illo eſt hoc.℞. *aquæ roriſmarini , aquæ maioranæ,*
Digeſtiuum fortius. *ana* ℥ *ij.aquæ violarum,* ℥ j.& erit longe melius primo.
Tertiũ longe adhuc melius illo eſt hoc. ♃.*ſyr.de calamento.*℥ j. *mellis roſati cocti.* ℥ ß.
3\. *aq.hyſſopi,* ℥ *ij aquæ menthæ,*℥ j.*miſce.* ¶ Quartum iterum elegantius eſt hoc. ♃.*ſyrup.de ſtæ-*
4\. *chade,*℥ j.*aquæ endiuiæ.*℥ j ß.*aq.betonicæ,*℥.*ij.miſce.* ¶ Quintum ſublimius omni alio poterit
5\. eſſe hoc.♃.*ſyrup.de calamẽto.ſyrupi de hyſſopo,an.*ʒ *vj.aq.ſcariolæ* ℥ j ß.*aq.ruthæ* ℥ *ij.miſce.* ¶ Etiã
digerere poſſunt materias,electuaria quædam velut eſt mithridatium:Cuius ʒ j.in potu
data cum ℥ j aquæ betonicæ per tres horas poſt cœnam,magnum affert iuuamentum. C

Secundum vero remedium eſt electuarium diambra deſcriptum ab Auicen. *5. ca-*
*none.ſum.*1.vel a Meſue *in antidota.diſ.1.* quod exhibeatur vti præcedens. ¶ Tertium vero
iterum remedium non minus elegans aliis eſt electuarium diamuſci dul. deſcriptum v-
bi ſupra:& eodem modo in potu datum. Hæc enim electuaria, etiam ſi dantur mane in
aurora,ſublimius iuuamentum afferunt, vt quotidiana experientia comprehendere
potui.

6\. Sextam intentionem complet inſtrumentum ſextum ſic.Cum hæc omnia diligẽ-
Intentio. ter adminiſtrata fuerint,& apparuerit remiſſio ægritudinis & accidentium eius:& vrina
ſubſtantiæ mediocritati fuerit vicina,in cuius fundo apparuerit ſedimen album,cõiun-
ctum & æquale in ſubſtantia ſatis:tunc oportet ſubſequi intentionem ſextam euacuan- D
Remedium. do. ¶ Primum remedium ℞.*electuarii Indi.*ʒ *ij.agarici electi.*℈ j.*boni ponderis.zinzib.*℈ ß.*a-*
quæ decoctionis ameos,aniſi vel feniculi,℥ *iij.totum calidum detur in potu.*

Secundum remedium eradicatiuum & melius eſt hoc. ♃.*hieralogodion* ℥ ß.*& detur*
in potu cum ℥ *ij.aquæ betonicæ.* Eſt enim ſolutiuum æquale ſatis de melioribus & ſecuriori-
bus,quæ fuerint vſitata ab antiquis. Si autem volueris ſolutiuum æquale in potentia, tũc
detur in potu,℥ j. hieræ Gal.cum aqua ruthæ vel lauri calefactis.

Hæc omnia electuaria cum magno ſuo iuuamento etiam ſunt abominabilia pro-
pter ipſorum amaritudinem.Ideo modus euacuandi cum abominatione leuiore eſt cũ
pilul.quarum deſcriptio eſt hæc.♃.*pilularum de hiera ſimplici Gal.* ℈ *iij. & exhibeãtur in au-*
Pilulæ. *rora,cum iam cibus a ſtomacho deſcenderit.* ¶ Aliæ pilulæ fortiores iſtis ſunt hæ. ℞.*pilularum* E
de ſarcocolla.pilularũ de agarico ana ʒ ß.*fiant pil.vij.* ¶ Iterũ & tertio,pilulæ fortiores iſtis ſunt
hæ. ♃.*pilularum cochiarum* ʒ ß.*pilularum de ſarcocolla inuentarum in cap.de ea,*℈ j *formentur pi-*
lulæ vj cum electuario roſ. Si intentio eſt ad choleram aliquam:aut cum electuario Indo,
ſi intentio verteretur ad phlegma magis.

7\. Et ſi fiat intentio ad materiam parumper ad humiditatem participantem , tunc,
Intentio. ℞.*pilularum cochiarum,*℈ j.*pilularum aurearum,*ʒ ß.*formentur pilulæ vj. vel vij. exhibeantur ho-*
ra prædicta,dormiatur per horam cum dimidia poſt eas,& non amplius : & tardetur cibus quinq;
horis:Tunc ergo accipiatur cyathus vnus aquę ſaccharatę calidæ,poſt quam per horam
accipiat prandium:neque ſuper his euacuantibus fiat exercitium aliquod.

Septimam intentionem complet inſtrumentum ſeptimum,quod complet inten- F
tionem cõſumendi reſiduum materierum: Igitur reliquias poſſunt prima inſtrumenta
conſumere:& de æqualibus melioribus eſt, vt patiens noſter per 15. dies accipiat xylo-
balſami conditi cochlear.j.& tardet comedere per quatuor horas. ¶ Secundum reme-
dium eſt,vt comedat myrobalanum vnum chebulum conditum faciendo poſt ipſum:

vt di-

A vt dictum eſt. ¶ Tertium vero, & fortius illo, vt maſticet & deglutiat radicem vnam e-
legantis zinzib. conditi.
Quartum vero & nobilius prædictis eſt hoc. ℞. *ſpecierum diambræ & diamuſci dul. ana* Electuarium
℥ ß. *ſpecierum electuarii de ligno aloes* ʒ ij. *ſacchari al.* ℥ iiij. *coquatur ſaccharum cum aqu. maioranæ*
& cum ſpeciebus illis: fiat electuarium, de quo huic nobili viro per duas horas cum vadit cubitum de-
tur quantitas mediæ nucis muſca. in aurora vero de ipſo accipiat quantitatem vnius nucis
muſc. deglutiendo ipſum omni mane per 15. dies, & abinde omni quarta die in aurora a
principio mẽſis Octobr. vſq; ad finẽ Februarii: & in hoc ſtat fundamentũ ſanitatis eius.
Octaua intentio eſt confortandi caput huius viri: licet plurima, immo fere o- 8.
mnia, quæ in præcedenti cap. ſunt poſita, ſint ad huius intentionem conuenientiſſima.
B Tria tamen placuit mihi inſtrumenta conſcribere, quæ complexionis & ſub-
ſtantiæ cerebri vehementer ſunt rectificatiua. ¶ Quorum primum eſt hoc. ℞. *pul-* Rotulæ
ueris florum roriſmarini ʒ ij. *folii, ligni aloes, zinzib. ana* ʒ ß. *garyophillorum* ℈ ß. *radicum li-*
quiritiæ mundæ ʒ j ß. *ſacchari al.* ℥ iiij. *& cum aqua roriſmarini fiat confectio in rotulis*, de quibus
ſemper comedat j. in fine cibationis omnis. ¶ Secundum remedium eſt hoc. ℞. *aſari, pu-* Puluis
legii, origani, ſtœchados ana ʒ ß. *folii, ligni aloes ana* ℈ ij. *macis* ʒ j ß. *violarum, ſpecierum nenupharis*
ana ʒ ß. *corallorum al.* ℈ ij. *pulverizentur omnia per ſe. deinde commiſceãtur adinuicem, & de hoc*
puluere omni ſero cum vadit ad lectum, ſaltem omni ſeptimana per totam hyemem pulueriʒetur pars
anterior capitis ſecũdum inceſſum commiſſuræ ſagittalis per tres vel quatuor digitos longitudinis vſ-
que ad ſummitatem capitis. ¶ Tertium remedium ad hanc intentionem eſt hoc. ℞. *maioranæ* Puluis aliud
C *folii, florum roriſmarini, aſari ana* ʒ j. *fiat omnium per ſe puluis, & ligetur in ſyndone de grana: & o-*
doretur ſæpe.
Nona intentio eſt rectificatio membrorũ mandantium. Et quia in hoc viro mẽbra 9.
mandantia, vt certiſſime video, ſunt tria, videlicet renes, epar & ſtomachus, pro rectifi-
catione renum fiat recurſus ad ea, quæ dicentur in cap. 3. ſubſequenti, vbi erit ſermo de
diſpoſitionib. renum. Secundum vero membrum mandans eſt ſtomachus eius, pro cuius
rectificatione lege ea, quæ ſcribuntur inferius cap. 2. ad iſtud. ¶ Tertiũ eſt epar, quod ſui
caliditate euaporando vel tranſmittendo choleram notabiliter alterat cerebrum. ¶ Pro
cuius rectificatione plurima tangentur in regimine per res nõ naturales: etiã ſupra poſi-
ta fuerunt duo inſtrumenta nobiliſſima, videl. xyloaloes conditum, & myrobalani che-
D buli. Ego tamen ſcio quod, cũ percipitur caliditas in epate cũ multa euaporatione cho-
lerica ab eo facta, ſit ſanum remedium comedere ante cibum ſex vel octo auellanas tor-
refactas, cum non apparuerit lapſus ad calidum valde intenſus. Et ſi apparuerit ille, tunc
ſecretum magnum eſt comedere a x. vſq; xx. grana ribes, aut loco illorum grana grana-
torum xx. acrium, cõminutis & maſticatis diligenter eorum arillis & deglutitis.
Decima intentio eſt correctio accidentium: ſunt autem accidentia, quæ conſue- 10.
uerunt hunc virũ moleſtare, principaliter quatuor ab eadẽ radice euenientia. ¶ Et pri- Accidentia
mum quidem horum eſt obturatio & conſtrictio rizæ vel partium naſi radicalium. ¶ Se- patientem hunc moleſtantia.
cundum vero eſt materierum rheumatiſmus ad partes colli, faucium, amygdalarum &
palati. ¶ Tertium vero accidens eſt catarrhus ad pectus defluens. ¶ Quartum: diſpnœa,
E vel orthopnœa: quæ omnia quatuor accidentia ab eadem radicali cauſſa ſunt prouenĩẽ-
tia; videl. a materia phlegmatica in partib. cerebri, vt in primo cap. diffuſe & aperte de-
monſtratum eſt. ¶ um ergo materia defluxerit ad rizam oppilando eam, tunc pmiſſis
minoratiuis euacuationibus & diuerſiuis, vbi materia fuerit multa, ſtatim applicetur ni-
gella torrefacta in ſyndone ligata, quæ ſæpiſſime odoretur: aut loco illius applicetur pul-
uis maioranæ, & ſæpe modicum ſuperaſperſus & ſiccatus, aut tertio loco illius applice-
tur puluis ligni aloes, folii aſari, cum granis fœniculi torrefactis aut cum aqua calida ſub-
limationis maioranæ per nares trahatur leuiter. ¶ Pro accidente vero ſecundo apparet
conueniens, vt huic viro adminiſtretur gargariſma tepidum remiſſe ſecundum hunc
modũ. ℞. *aquæ hordei* ℥ iij. *rob nucũ* ℥ j. *miſce & fiat ex eo gargariſmus.* Et leuius illo eſt, vt garga- Gargariſma
F riſmus fiat cum aqua hordei & electuario de moris. Collo vero, & partibus gulæ euapo-
ratio fiat cum aqua decoctionis camomillæ, & tertia parte roſarũ pannis lenib. vel ſpon-
giis imbibitis in eis circũplicatis. ¶ Pro tertio vero accidẽte intendatur mundificationi
pectoris cum excreantibus lenibus: velut eſt in ore tenere loch iſtud. ℞. *loch diapenidion,* Loch in ore tenendum.
loch de papauere ana ℥ ß. *incorporentur ſimul & teneatur in ore, quaſi ſemper velut loch.*

Potus. Secundum remediũ eſt, vt mane, & ſero huic viro detur hic potus. ℞. *penidiarum ℥ ß. loch de pino ʒ ij. aquæ hordei ℥ ij. ß. totum hoc in potu tepidum exhibeatur.* A

Pro remotione vltimi accidentis, quod ſuſpectius eſt, prouidendum eſt, & contẽplandum ſubtilius. Omne enim nocumentum anhelitus leuiter perducere poſſet hunc virum ad emphyema, aut ad apoſtema partium pectoris & finaliter ad phtiſim. Eſt enim diſpnœa nocumentum in anhelitu contingens in inſpiratione & reſpiratione ſimul. Orthopnœa vero eſt tantæ malitiæ nocumentum, quod cogit hominem rectum ſtare, ſi debet anhelitus opera complere: & quodlibet horum prouenit vt plurimum a mala complexione materiali a multo phlegmate mucillaginoſo & vitreo replentibus cannulas pulmonis. Vnde videlicet aeris quantitas neceſſaria conuenienter non attrahitur, atque fumoſitates & vapores in pectore congretati conuenienter expelluntur: B propter quod creſcit caliditas in corde & in toto pectore: quæ eſt cauſſa putrefactionis materierum in eo; & tactus ipſarum ad apoſtemandum.

Quare cum patiens iſtic percepit nocumentum in anhelitu, dolorem in pectore, & in partibns poſterioribus ſpatularum perſeuerantem tuſſim, & multitudinem ſputi aut ſaltem incitationem ad illud: Tunc ſtatim accipiat hoc minoratiuum. *Potio.* ℞ *medullæ caſſiæ fiſtulæ, & mucillaginis ſebeſten, quorum vtrumq; ſit præparatum cum aq. hordei, ana ℥ ß. reubarbari electi ʒ ß. agarici tertiam partem ℈. ſpicenardi gran. v. zinzib. gra. ij. miſce totum, & bibatur cũ medio cyatho aqu. hordei calidæ & benæ ſaccharatæ*: & poſt illud tardetur cibus, per horas ſex aut quinque.

Potus. Secundum vero principale remedium eſt hoc. ℞ *ficuum pinguium numero 10. violarũ, liquiritiæ raſæ, capil. Ve. aniſi, & ſem. fœniculi ana M ß. gr. ſebeſten num. v. hyſſopi M j. paſſularum nigrarum ʒ vj. bulliant omnia in lib. 10. aq. vſque ad conſumtionem medietatis, de qua in potu detur ante ſomnum cyathus vnus: in aurora cyathus ſecundus, & ante cœnam per horam cum dimidia tantundem.* Et ſi de ea biberit aliquid pluries in die bonum eſſet ei. Digerit enim materias dilatando pectus, prouocando ſputum, & diuertendo materiam ad inferiora. C

Loch. Tertium remedium eſt hoc. ℞. *loch de papauere ℥ ß. loch de pino ℥ j. incorporentur ſimul in mortario & de iſto patiẽs, quaſi ſemper in ore ſuo tenens, præmittit ipſum lubricando deſcendere ad inferiora.*

Vnguentum, Quartum vero ſpeciale remedium eſt hoc. ℞ *olei de ſiſamo & amygdalarum dulcium ana ℥ j. croci ℈ j. viol. enul. farfaræ, ireos, fœniculi, aniſi, ana ℈ j. ceræ alb. quantum ſufficit, fiat vnguentum molle*: quo quater in die inungatur pectus: vt in aurora parum ante prandium; hora vigeſima, & hora introitus in lectum præponendo magnum fruſtum lanæ pectinatæ, vel coti vel ſtupæ molliſſimæ diligenter ligando cum ligatura. D

Quintum eſt hoc. ℞. diapenidionis Nicolai rotulam vnam: & de ea ſemper teneat in ore ſuo alternatim permutando: ſicut ſuperius dictum eſt.

Vltimum vero remedium, quantum ad hoc, memoretur in cibariis eius ſemper accipere aliquid croci, & de enula cocta comedere, aut de brodio eius bibere, & per hæc inſtrumenta, ſi bene perpẽdis, poteſt ſimul compleri cura omnium ſpecierum diſpnœæ & materierum, quæ catarrhizando deſcenderunt ad pectus euacuando per ſputum faciliter. Et ex omnibus iſtis apparet cura conueniens & completa nocumentorum capitis & pectoris huius nobilis viri. E

Cap. II. *De complexione frigida & humida ſtomachi.*

Secũda diſpoſitio patiẽtis, quæ eſt mala complexio ventriculi. IAM vero videtur inſtare tempus declarandi ſecundam diſpoſitionem huius ingenioſiſſimi viri. Eſt autem ipſa mala complexio frigida & humida ſtomachi, per quam debilitata eſt digeſtiua communis in eo, ſcilicet, ipſorum ciborum & potuum: & non ſolum ipſa, ſed etiam proprie eius digeſtio, quæ eſt nutrimenti in propriam ſubſtantiam ſui conuerſio: propter quæ multiplicantur in eo ſuperfluitates communis digeſtionis: quæ ſunt phlegmata per indigeſtionem genita: & aquoſæ ſuperfluitates: & ex mala conuerſione ſanguinis in propria ſubſtantia ſtomachi naſcuntur oppilationes in tunicis eius, dolores extenſiui, & quandoq; pungitiui & mordicatiui ex F corruptione prædictarum materierum aduenientes. Et credo iſtam malam ſtomachi diſpoſitionem fuiſſe primariam cauſſam ægritudinum eius in alterando & nocendo capiti & pectori: de quibus dictum eſt in cap. præcedenti. Quæ etiam ſtomachi diſpoſitio nulla eſt cauſſa effectiua & conſeruatiua omnium nocumentorum huius viri. Cum ergo per-

A go percipiat in ſtomacho ſuo frigiditatem lenitiue, pondus, tenſionem in eo multi ſali-
ualis aquoſitatis aut mucillaginoſæ, & pulſus eius ſit paruus, tardus, & rarus, & vrina in
ſubſtantia & colore aquoſitati vicina: ſtatim deduci poteſt ſtomachi lapſum eſſe a phle-
gmatica humiditate prouenientem. Si autem percipitur ſitis, amaritudo, aut ſiccitas in
ore, caliditas & inflammatio in ſtomacho, linguæ ſiccitas, punctio & mordicatio in regi-
one ſtomachi, pulſus velocitas, aut frequẽtia vrinæ tinctura a citrangulari vſq; ad igneã:
tunc concedendum eſt ſtomachi lapſum eſſe calidum. *Remedia pro diſpoſitione frigida ſtomachi.*

In primo ergo caſu ſeptem inſtrumentis eidem prouidendum eſt. In ſecundo ve-
ro ſex mihi videntur ſufficere poſſe medicamina. ¶ Primum principale remedium & 1.
conueniens in præmiſſo lapſu. Primo ſtomachi eſt clyſtere deſcriptum in præcedenti
B cap. quod mane aut ſero hora maioris alleuiationis exhibeatur ad lenificãdum ventrem
& diuertendum materias a ſtomacho.

Secundum remedium eſt hoc minoratiuum. ℞. *aquæ eupatorii, aqu. abſynthii ana* ℥ jß. 2.
agarici electi ʒ ij. *turbith al. leuis & gummoſi* ʒ ß. *zinzib.* ℈ j. *diagridii gran.* j. *infundantur omnia* Potio.
*in prædictis aquis calefactis per diem naturalem: deinde calefiant & colẽtur cum expreſſione vehemẽ-
ti & colaturæ, addantur caſſiæ fiſtul.* ʒ iiij. *& totum bibatur calidum obſeruando regulas, quæ in præ-
cedenti cap. ſcriptæ ſunt in aliis ſolutiuis.* ¶ Tertium eſt: vt in cibis ſuis accipiat ſemper radi- 3.
cem fœniculi vel petroſel. & comedat fercula ex eis facta: & brodium caulium, cicerum
al. & ru. & panicum in bono brodio, cappares, & carotas in ſuis temporibus, limones in
C brodio, ficus ſiccas ante cibum, auellanas modicum torrefactas poſt cibum, ſemina fœ-
niculi, & aniſi, & nigellæ, menthã, ſerpillum, hyſopum, ſaluiam, roremmarinum: Et cõ-
ſimilia vegetabilia calida, carnes pullorum, columbellorũ caſtrati & vituli. Et vinum bi-
bat album vel rubeum bonæ potentiæ abſque aqua. Et effugiat betam, ſpinachiam, por-
tulacam, cucurbitam, lactucam, endiuiam, & omnia frigida, dimittat piſces elixos: ſalitis
autem vti poteſt mediocriter.

Quartum remedium eſt hoc. ℞ *ſyrup. compoſiti acetoſi* ℥ j. *ſyrup. de eupatorio* ℥ ß. *aquæ* 4.
hyſſopi & eupatorii an. ℥ j ß. *miſce, & calidum accipiatur in aurora tardando cibum horas ad minus* Potio.
quatuor.

Quintum: poſtquam acceperit digeſtiuum adeo, quod apparuit rectificatio 5.
D ſtomachi, vrina in colore, & ſubſtantia mediocritati vicina, cum hypoſtaſi alba coniun-
cta æquali & in fundo ſedente, tunc ſtatim purgetur cum iſtis pilulis. ℞. *pilularum de aga-* Pilulæ.
rico Meſuæ in antidotario ʒ ß. *pilularum cochiarum* ℈ ß. *fiant pilulæ ſex cum electuario roſ. & exhi-
beantur obſeruando regulas ſcriptas in aliis ſolutiuis.*

Sextum remedium eſt hoc. ℞. *ſpecierum diacinamomi Meſuæ.* ʒ j. *ſpecierum diacalamenti* 6.
ʒ ß. *ſacchari al.* ℥ iij. *fiat confectio cum aqua abſynthii in rotulis* ij. ʒ. *de qua ſemper rotula vna ante* Rotulæ.
omne cibarium comedatur.

Septimum. ℞. *olei de mentha, olei de origano & de croco ana* ℥ ß. *zinziber. cinamomi ſo-* 7. Vnguentum
lii origani ana ℈ j. *ligni aloes, Galliæ muſcat. ana* ʒ ß. *ceræ albæ quantum ſufficit, fiat vnguen-
tum cum reſina bene tenax.* extendatur ſuper pannum de grana: & ſemper ſtomacho
E applicitum teneatur. Et hæc de prima ſtomachi frigida diſpoſitione ſufficiant.

Remedia pro diſpoſitione ventriculi calida.

In ſecunda diſpoſitione ſtomachi calida parum ante notificata primum adiuto-
rium eſt hoc. ℞. *caſſiæ nuper præparatæ cum aqua cichoreæ* ʒ vj. *reubarbari electi* ℈ ij. *aut* ʒ j. *ſpicæ*
nardi, ſalis gemmæ gran. j. *miſce & totum in potu accipiatur cum medio cyatho aquæ calidæ ſacchara-* 1. Potio.
tæ, decoctionis ſem. communium.

Secundum vero remedium eſt, vt ad inferius materia diuertatur cum hoc clyſtere 2.
℞. *decoctionis maluæ, betæ & mercurialis* ℔ j. *caſſiæ fiſtulæ hieræ ſimplicis & ſacchari rub. ana* ℥ ß. *ſa-* Syrupus.
lis gemmæ ʒ j. *olei violarum* ℥ iij. *miſce:* & ex tota iſta materia fiat clyſtere mane vel ſero hora
maioris alleuiationis, quod continuetur omni die ſaltem per ſeptimanam vnam.

F Tertium eſt hoc. ℞. *ſyrup. de endiuia* ℥ j. *ſyrup. ſimplicis acetoſi* ℥ ß. *aquæ cuſcutæ, & endiuiæ* 3.
ana ℥ j ß. *miſce & hoc digeſtiuum accipiat* v. *vel* vj. *vicibus cum conditionibus obſeruandis, quæ di-* Syrupus.
ctæ ſunt in lapſu frigido ſtomachi præordinato.

Quartum: ℞. *pilularum de reubarbaro* ℈ ij. *pilularum cochiarum* ℈ j. *auari pond. formentur* 4.
pilulæ ſex vel ſeptem, cum ſucco roſ. & exhibeantur obſeruatis conditionibus dictis in aliis ſo- Pilula.
lutiuis.

5. Quintum: ℞.*trochiſcorum diarodon ʒ j.ſpecierum triaſandalorum abſque camphora ʒ j.ß.* A
Rotulæ. *ſacchari al.℥ iiij.cum aqua anguriæ fiat confectio in rotul.ij.ʒ. de qua ſemper ante cibum accipiat ro-*
6. *tulā vnā & aliā poſt cibū.* ¶ Sextū: ℞.*olei de maſtice & de myrto an.℥ ß.olei cydoniorū ℥ j.corallorū*
Vnguentum *amborū, roſarū, ſpodii, ſandalorū, Galliæ muſcatæ ana ʒ ß.ceræ al. quantū ſufficit, cū ſufficiēti reſina*
fiat vnguentum mediocriter viſcoſum, cum quo ſtomachus quater totus inungatur & ſuper-
ponatur pannus triplicatus calidus: & cum thure ſuffumigetur. Vigorat enim ſtomachū
prohibendo fluxum materierum ad ipſum, & exſiccat materias in eo contentas, remit-
tendo etiam caliditatem & acuitatem ipſarum.

Cap. III. *De ægritudinibus renum.*

TERTIA vero ægritudo præfati viri crudelior in renibus eiuſdem, cuius licet
poſſint aſſignari quam plurimæ cauſſæ particulares: Vna tamen generalis & B
vniuerſalis cauſſa omnium accidentium eiuſdem eſt mala complexio eius,
quæ notabiliter calida eſt, licet humiditati accidentali etiam coniungatur.
Et modus eius eſt: vt quia propter multā caliditatem attractio fit fortis a circumſtantib.
partib. ad ipſos renes, & proprie materierum, quæ inueniuntur in illis membris. ¶ Præ-
terea propter debilitatem, quæ conſecuta eſt malam complexionem ſuorum renum:
generantur enim materiæ phlegmaticæ per indigeſtionem & accumulātur in renibus.
Et tu adde iſtis, quod ſi fuerit in renibus acquiſita debilitas ab exterioribus cauſſis, vt
multitudine coitus, frequenti decubitu, ſuper ſpina & vehementi ſtrictura iliorum a ve-
ſtibus, vel ſtrictura facta a lumbalibus partibus, tunc plures aſſociatæ cauſſæ debilitatis,
plurimū materierum eſſent generatiuæ & congregatiuæ. ¶ Qualitercunque igitur cō- C
tingat, ſiue vna, ſiue plures inueniantur cauſſæ debilitatis: oportet de neceſſitate conce-
dere, quod materiæ illæ diu permanentes in renibus a caliditate magna amplius coctæ
conuertuntur in ſubſtantiam duram. Et ſiquidem in anguſtis partibus illæ contineantur
ab aquoſitate vrinali lauante & abſtergente ducantur ad extra, tunc potiſſimum erit a-
renarum generatio. Si autem ampliori tempore remaneant & vehementius excoquan-
tur cum hoc, quod non euacuantur a viſcoſitate, & phlegmate etiam viſcoſo commiſce-
antur genitis, per viam indigeſtionis in renibus: probatur quod omnino in renibus in
loco ante colationem generabuntur lapides. Multæ enim arenæ inuiſcatæ & ſuperfluæ
coctæ ſunt materiæ lapidibus: quorum efficiens cauſſa eſt caliditas egreſſa a tēperamen-
to. teſte Auicen. *fen.18.lib.3.cap.de cauſſis generationis lapidum in renibus*. Ex iſtis ſermonibus D
Corollaria. ſequuntur corollaria plura. ¶ Primum: quod renes iſtius viri ſemper ſint in ægritudine
complexionali. Secundo: quod etiam ægrotent ægritudine compoſitionali, quia oppi-
lationem habent. ¶ Tertio: quod ægritudo compoſitionalis eorum eſt in via. ¶ Quar-
to: quod ægritudo compoſitionalis iterum eſt in numero: Probatur, quia eſt lapis in re-
nibus. ¶ Quinto: quod paratus eſt hic noſter patiens permutari facile de ægritudi-
ne compoſitionali ad compoſitam. Probatur concluſio; quia materia oppilans valde fa-
cile trāſire poſſet ad apoſtemandū. ¶ Sexto: quod quaſi ſemper in renib. huius viri inue-
nitur dolor grauatiuus, propter materierum retentionem, quæ ponderoſæ ſunt. ¶ Se-
ptimo: quod dolores in eo non raro inueniuntur extenſiui, propter materiam replen-
tem & extendentem membra. ¶ Octauo: quod dolores in iſto viro cum hoc, quod ſunt E
fixi, etiam non raro fiunt mobiles de loco ad locum, propter materierum conuerſionē
in ventoſitates & impulſionem earū a virtute factā. ¶ Nono cauſa aduentus doloris ex-
tenſiui, & in renibus magis, quæ eſt talis. Cum enim retinentur lapides & arenæ groſſæ,
extendentes ipſum colatorium, faciunt dolores extenſiuos & magnos, quorum etiam
cauſſa eſt fortis conatus virtutis ad eorum expulſionem. Quomodo enim imaginari
poteſt, quod lapides notabiliter craſſi deſcendere poſſint ad poros vreteres, niſi vehe-
menti impulſione virtutis frangatur panniculus colatorius, & perducat ad vlcera valde
raro curabilia. aut expellitur lapis per colatorium, eo, quia impulſione facta virtute cum
grauitate materierum a ventoſitatibus ampliantur pori colatorii: per quorum amplitu-
dinem deſcendunt lapides, arenæ, & trumbi. ¶ Et ex hoc fundamento iterum ſequitur F
quod non ſit mirum, ſi mictus ſanguinis ſequitur eductionem lapidis a renibus. Erupto
enim panniculo erumpuntur venæ & arteriæ in eodem contextæ.

Et vltimo ex hoc deducitur verificatio multorum. Cum enim fracto colatorio de-
ſcendit lapis ad veſicam, apparet in latere ſpinæ dolor chordoſus: ac ſi eſſet chorda tē-
ſa in-

A ſa inferius diſtracta. Et hoc quia lapis deſcēdit per poros vreteres, qui ſunt cannales val-
deanguſti, & quando dolor apparet ſtans in ſuperiori parte natis prope ſpinā. Illic enim
terminant pororum vreterum extremæ partes inferiores, propter quod etiam nō raro
contingit materias in veſicam propulſas a ſuperioribus detineri, & oppilare collum ve-
ſicæ ſimul cum humoribus, lapillis, arenis, & lapillorum fragmentis: ex quibus in collo
veſicæ putreſcentibus non raro excoriatur veſica, quare aſpiciendum eſt quantis &
quot periculis ſubiecta ſint corpora ægrotātia dolorib. renū prouenientibus a lapillis &
arenis. In quorū curā prouenienduū eſt cū inſtrumētis cōuenientib. & velocis iuuamēti.
Horum igitur cura conuenienter fieri poteſt ſex intentionibus adminiſtrādis cir- *Sex intentiones curandi renes.*
ca taliter ægrotantes. Et prima quidem intentio eſt materierum minoratiua euacuatio.
B Secūda vero erit diſtractio ipſarū ad alias partes. Tertia, materierum adæquatio. Quar-
ta, particularis ipſarum eradicatio. Quinta, rectificatio regiminis. Sexta, completa via-
rum vrinæ mundificatio cum rectificatione compoſitionis earum.
Primam igitur intentionem complere poſſunt fere omnia inſtrumenta euacuati- *1.*
ua, quæ in duobus pręcedentibus capit. poſita ſunt. Vere itaque & ſcientifice magis lo-
quendo oportet inſtrumenta non ſolum materiebus educendis eſſe appropriata: ſed ea-
dem ad præcedentia membra proprietatem habere per operationē a virtute tertia me-
dicinarum prouenientem: A patiente n. particulari ſemper oportet principium curati-
onis aſſumere, *quarta primi*, *cap.* 1. Propterea tria hic deſcribam remedia materierum a
renibus leniēdo euacuatiua. ¶ Quorum primum eſt hoc. ℞. *mucillaginis muchetæ extractæ,* *Pimum remedium materiam a renibus euacuans.*
C *cum aqua ſublimationis altheæ, caſſiæ præparatæ cum aqua capil. Ve. miſce, & totum in potu accipiatur*
cum medio cyatho aquæ tepidæ decoctionis mercurialis. Secundum ſpeciale remedium eſt hoc.
℞. benedictæ ſimplicis ℥ ß. quæ leuiter mundificat renes & veſicam, caſſiæ nuper extractæ cum aqua *2.*
paritariæ ʒ vj. & totum accipiatur in potum cum ℥ iij. aquæ farfaræ vel agrimoniæ. ¶ Tertium. ℞. *3.*
agarici electi, hermodactylorum, & reubarbari ana ℈ ij. ſpicæ nardi gr. v. zinzib. ℈ ß. infundantur o-
mnia diligenter pulueriᵹata in tribus ℥. aquæ capill. Ven. per diem naturalem: tunc in aurora calefiāt
& colentur cum expreſſione forti, & colatura illa detur in potu, hora & conditionibus omnib. obſer-
uandis in pharmacando, quæ in cap. primo particulariter & complete ſcripta ſunt.
Secunda vero principalis intentio compleri poteſt per inſtrumenta diuertendi *2. intentio.*
quamplurima, quę tacta ſunt in ſecundo cap. ad quod te relegatum volo, quatuor tamen
D principalia memorię reducendo ibidem tacta. Primum eſt diuerſio cum clyſtere ibi po-
ſita. Secundum, diſtractio cum medicina ſolutiua immediate ante hoc cap. deſcripta.
Tertium, prouocatio vel apertio hęmorrhoidarum, cuius ibidem plura potes legere in-
ſtrumenta. Quartum, diſtractio materierum a renibus ad ſuperiora per vomitum, vt in
eodem cap. legere potes, & eſt de melioribus & ſecurioribus a renibus diuertendi mate-
rias, vt colligere potes ex *fen. 4. lib. 1. cap. de iuuamentis, quæ affert vomitus.*
Tertia intentio nunc adminiſtrari debet, quæ eſt materiæ adæquatio. ¶ Cum e- *3. intentio.*
nim in renibus materiæ ſpecie diuerſæ congregentur & declinent ad eos & in eis gene-
rētur per viam indigeſtionis: oportet digerētia materias multas reſpicere: velut in hoc.
℞. aquæ cichoreæ ad calidas materias, aquæ eupatorii ad frigidas, aq. iris ad groſſas & ad viſcoſas ana *Potiones.*
E *℥ j ß. miſce: & cum modico ſacchari al.* ¶ Secundum vero remedium eſt hoc. *℞. aqu. capil. Ven. ℥*
iij. aq. geniſtæ ℥ j ß. miſce. ¶ Tertium, melius illo eſt hoc. *℞. ſyrupi compoſiti acetoſi ℥ j. aq. lupulo-*
rum ℥ ij. aq. fu. ℥ j. miſce & ad frigidas materias. ℞. oxymellis compoſiti ℥ j. & ad materias difficilis
eradicationis ſyrupi eupatorii ℥ ß. aq. apii ℥ iij. miſce. ¶ Quartum digeſtiuum ad materias vlti-
mæ reſiſtentiæ eſt hoc. *℞. oxymellis ſquilitici ℥ j. oxymellis de treiſim ℥ ß. aqu. paritariæ & milii*
ſol. ana ℥ j ß. miſce. Plura potuiſſem deſcribere digeſtiua: Sed hæc poſſunt ſufficere ad o-
mnem digerendam materiam, ſi bene inſpiciantur eorum virtutes.
Quarta vero intētio, quæ eſt materierum eradicatiua euacuatio per plurima præ- *4. intentio.*
dictorum in antecedentibus capitulis & etiam per ea, quæ in hoc capit. de lenitiue eua-
cuantibus ſcripta ſunt, compleri poteſt: ſi doſis eorum aliqualiter augeatur.
F Ad materias autem plurimas magnum iuuamentum affert dare in potu ℥ ß, ele- *1. remedium*
ctuari de pſilio, cum ℥ ij. aquæ decoctionis mercur. calefactis.
Secundum remedium fortius illo eſt dare in potu ʒ iij. electuarii Indi Meſuæ in *2.*
antidotario.
Tertium vero eſt id ad materias reſiſtentiæ fortioris dare in potu ʒ j. pilularum fœti- *3.*

4 darum. ¶ Quartum vero non ita potens, conferens materiebus diuerſis: & diuerſæ cor- A ruptionis eſt hoc. ℞. *electuarii de epithymo ℥ ij. electuarii eleſcof. ℥. j ß. caſſiæ paulo ante de medulla extractæ cum aqua capill. Ven. ℥ iij. miſce, detur in potu cum aqua lupulorum, aut cum aqua paritariæ calida*, memorando canones in qualibet purgatione poſitos.

5. intentio. Quinta vero intentio præmiſſa eſt rectificatio regiminis, & circa ipſam non extendo ſermonem, quia vltimo capit. huius tractatus hęc materia ampliſſime pertractabitur, eo recurre: niſi quia oportet rememorare, quod vſus aquę lactis, imo & lactis ouini & ciborũ cũ eo conditorũ habet magnam intentionem & proprietatem ad confortandum renes debilitatos. *Lactis ouini præſtantia ad confortandos renes* Lacti enim ouino nulla medicina compar eſt in debilitate renum, Auicen. *18. tertii cap. 3.* verum quia renum ęgritudines plurimum fiunt ab oppilationibus aut complicantur cum eis: Ideo ſecurius eſt in vſu lactis commiſcere aquam capil. Ven. aut alion. B & eſt aſparagus. In diſcraſia calida velut aquam viol. nenupharis & ſcariolæ. In diſcraſia vero frigida apponere aquam eupatorii phu & meu. In frigidiori vero apponere aquam apii, milii ſolis, ireos, polii montani, & ſaxifragiæ.

6. intentio. Sextam autem intentionem complendo nunc videtur hora adminiſtrandi medicinas, quæ completæ mundificent renes & vrinales vias omnes, & erit hæc mundificatio completa prohibitiua regenerationis nouæ materiæ in eiſdem. Ego itaque hanc intentionem ſoleo complere tribus ſolennibus & appropriatis medicinis. Prima eſt electuarium lithontribon. Secunda eſt electuarium Iuſtinum. Tertia eſt electuarium ducis: quæ omnia tria deſcripta reperiuntur a Nicolao in antidotario, ſaltem duo prima, vt in pluribus. C

Lithôtribon vnde dictũ. Primum autem electuarium aperit, lauat, & abſtergit renes, educit arenas & frangit lapillos: propter quod lithontribon nominatum eſt, a τρίβω, quod eſt contero & percutio, & λίθος ſeu λιθὶς, id eſt, lapis ſeu lapillus.

Iuſtinum. Secundum vero Iuſtinum nominatum, quia a Iuſtino imperatore compoſitum iſtis ægritudinibus, cui Romana ſchola compoſuit hoc compoſitum. ¶ Tertium electuarium ducis, Duci Siculorum compoſitum fuit. Ex ſpeciebus ergo alicuius iſtorum cum ſaccharo fiat confectio cum aqua capil. Ven. milii ſolis aut ſaxifragiæ, de qua ſemper ante cibum omnem patiens comedat rotulam j. duarum ℨ. aut ex eorum ſpeciebus cum oxymelle compoſito fiat electuarium, quod ſi velis efficere fortius, fiat cum tribus ℥. medullæ fiſticorum & cum oxymelle compoſito, aut cũ oxymelle ſquillitico, ſi ipſum D poſtea fere vltimo efficere volueris.

Ego autem experientia certe ſcio, quod ſi nephritici & circa veſicam dolentes vtantur theriaca Andromachi poſtquam tranſierunt decimũ ætatis annũ curabuntur & ſecurabũtur ab euentu & recidiua ægritudinum renum. *Theriacæ præſtantia ad calculos renum.* Theriaca n. talis confert doloribus & ægritudinibus renum a plurimis cauſſis prouenientibus, vt *5. can. ſumma 1. c. de ſublimit. theriacæ*, legere poteris. *Confectio alkekengi.* Confectio etiam alkekengi mag. deſcripta eodem loco præallegato non decidat a memoria tua. Quodcunque autem iſtorum delegeris, exhibe ipſius in aurora ℨ j. vel j ß. dando in potu cum medio cyatho aquæ cicerum rubeorum. His enim modis gentem quamplurimam curaui, & præſeruaui a prædictis. ¶ Vltimo vero ſuperadde iſtis, quod oleum factum ex opoponaco molli, reſina & pice ſublimatis exte- E rius inunctum calidum mirabile iuuamentum efficit in renum diſcraſiis frigidis: ſicut oleum de nenuphare & de floribus cucurbitæ confert in calidis, quod tu conſidera. Hæc de tertia ægritudine, qua vir iſte moleſtatur, ſufficere poſſunt.

Cap. IIII. *De doloribus ſpatularum vſque ad collum & hypochondriorum & ventris totius anterioris.*

Quarta ægritudo patientis. QVARTA vero ægritudo huius viri iterum vertens ad ſecuram in hoc noſtro patiente eſt multiplicitas doloris exterior in diuerſis partibus corporis. Quandoque enim apparent dolores in ſpatulis & aſcendentes vſque ad F collum eius, quorum quidem cauſſa poteſt eſſe mala complexio partium pectoris & capitis vehementi commutatione communicata prædictis partibus. Aut materia per viam defluxus aut paulatinæ congeſtionis ibidem multi-

A multiplicata dolores iſtos efficere poteſt, alterando ſubito vel oppilando, in quorum cognitionem tactus peruenire poteſt. ¶ Et horum quidem dolorum, qui plurimum fiũt a materia phlegmatica commixſta ſanguini, cura fit per ea, quæ tacta fuerunt in primo cap. huius tractatus. ¶ Inter localia autem appropriata ad iſtos dolores eſt hoc. ℞. *olei de* *Linimentũ.* *violis citrinis* ℥ j ß. *olei de coſto* ℥ j. *ſpodii, roſarum, ſandalorum amborum ana* ʒ j. *amili* ℥ j ß. *croci* ℈ ß. *vitellos oui numero 2. puluerizentur medicinæ ſubtiliter & incorporentur cum aliis longa contritione in mortario æneo cum ſuo piſtillo.* ¶ Secundum vero locale conueniens ad iſtos dolores, & proprie quando participant caliditate a ſanguine vel a cholera dominantib. erit hoc. ℞. *mucillaginis pſilii, amili ana* ℥ j ß. *croci* ℈ j. *roſarum, ſem. plantaginis, acetoſæ, & ſcariolæ ana* ʒ *Aliud.* ß. *vitelli ouorum numero 2. fiat linimentum in mortario, vt ſupra: & applicetur tepidum actu, cum*
B *fricatione leui: ſicut præcedens applicatur calidum actu: & cum fricatione magna.* & conferunt hæc localia doloribus etiam totius ſpinæ & renum.

Conſimiliter etiam a prædictis cauſſis non raro eueniunt dolores in hypochondriis, & in toto ventre anteriori. Et ſi fuerint complicati cum ſtypticitate ventris, tunc remoueatur ſtypticitas cum clyſtere & medicinis ſolutiuis: quorum multa fuerunt tacta *primo, 2. & 3. cap.* antecedentibus. ¶ Et ſi neque remoueantur per illa: tunc triplici inſtrumento ei prouidendum eſt, quorum primum eſt, de dolentibus partibus, ei etiam ſitualiter contrariis ſæpe applicentur ventoſæ magnorum orificiorum, abſque aliqua ſcarificatione. ¶ Et ſi non conuenienter abſcindantur dolores per eas: fiat hoc euaporatiuum *Euaporatiuum.* ſiccum. ℞. *furfuris groſſi ſcutellas quatuor magnas, milii non confracti ſcutellas duas, cimini* ℥ ij. *ca-*
C *momillæ M. vj. calefiant omnia ſi per cineribus calidis in fundo caldariolæ ſiccæ: præter chamomillam quæ debet apponi verſus finem, tunc ponantur in ſacculis magnis & actu bene calidi ſæpe applicentur toti ventri.* ¶ Cum autem dolores tales iterum remoti non fuerint per prædicta, tunc fiat *Fomentatio* hæc fomentatio humida, quæ non ſolet mihi deficere in iuuamento. ℞. *arthemiſiæ, matricariæ & rutæ recentium ana M ij. hederæ arboreæ vel muralis M ij. camomillæ M vj. capitum papaueris numero 10. radicum peucedani M iij.* incidenda incidantur, reliqua cõtundantur & bulliant in tribus ſitulis aquæ lento igne vſque ad conſumtionem tertiæ partis. Infundantur in hanc decoctionem calidam magnæ ſpongiæ, quæ inter duo inciſoria magna expreſſæ & actu calidæ toti ventri applicentur, & ſæpe permutentur vſque ad completam doloris ſedationem & felicitatem eius curæ auxilio æterni Saluatoris miſericordia huic viro
D ſubuenire dignetur, ad laudes eius immortales. Amen.

CONSILIVM X. *De mala complexione cerebri frigida & humida cum multitudine phlegmaticæ materiei mucillaginoſæ & partim aquoſæ, cum octo malis accidentibus coniuncta quæ ſunt: Dolor capitis: Conturbatio in ſomno: Nocumentum in prolatione ſermonis: Vrinæ retentio: Dolor ſpatularum & brachiorum grauatiuus & extenſiuus: Hæmorrhoidarum reſtrictio: Debilitas genuum & fere omnium iuncturarum: Dolor & grauitas in ſtomacho.*

ADOLESCENS quidam Vicentinus famoſa ſatis diſpoſitione multum verenda & ſociata pluribus accidentibus non minus attimendis moleſtatur. Eſt autem diſpoſitio eius mala complexio cerebri frigida & humida, cum
E multitudine phlegmaticæ materiei mucillaginoſæ, & partim aquoſæ, quæ in capite eius multiplicata eſt propter multam euaporationem a ſtomacho eius capiti communicatã, cum iuuamento multæ euaporationis ab epate, & ab aliis membris inferioribus proueniente: Alia vero pars materiei in cerebro & ſuis concauitatibus genita eſt propter debilitatem digeſtiuæ eius. Quæ quidem ambæ materiæ in capite multiplicatæ cauſſæ ſunt plurium accidentium, non minus moleſtantium ipſum, quam faciat principalis ægritudo: quæ proprie ſoda vel dolor capitis grauis & antiquus denominari ſolet ab auctoribus vel cephalæa.

Primum igitur accidens eſt ipſe dolor capitis iam dictus ab illa mala complexione *Primum accidens huius* proueniens. *patientis.*

F Secundum, eſt nocumentum in operationibus animalium virtutum, ſicut contur- 2.
batio in ſomno proueniens. ¶ Tertium eſt nocumentum in ſermonis prolatione con- 3.
tingens. ¶ Quartum, vrinæ retentio. ¶ Quintum, dolor grauatiuus & extenſiuus in ſpa- 4.
tulis & brachiis ſæpe proueniens & aliquando in muſculis pectoris apparens. ¶ Sextum, 5.
hæmorrhoidarum reſtrictio. 6.

7. Septimum genuum & vniuerſaliter fere omnium iuncturarum debilitas in motu A
progreſſiuo & ſuſtentatione corporis apparens.

8. Octauum mala diſpoſitio ſtomachi, quam pro nunc credo, eſſe magis accidens a
nocumento capitis proueniens, quam nocumentum capitis ab eo proueniret: licet for-
taſſis nocumentum capitis prius a nocumento ſtomachi incipiendo prouenerit. Ægri-
tudines enim per colligantiam ſeu conſenſum euenientes, frequenter ſunt cauſa, vt vna
eueniat & intendatur ab altera & econtra, teſte Auic. *fen. 2. lib. 1. doctrina 1. 8. cap. & eſt cum
ſocietas prouenit ad caſum: quemadmodum cum cerebrum ægrotat, aſſociatur ei ſtomachus. Debilita-
tur enim tunc digeſtio, & mandat ipſi ſtomacho vapores malos, & nutrimentum non digerit, & au-
get ipſius cerebri ægritudinem. & ſic ex hac ægritudine proueniunt patientes ad debilitatem & circui-
tionem.* Et rurſus alibi apud eundem, *& ſic hæc ſocietas, id eſt colligantia cadit in iudicium per-* B
manentiæ & circuitionis, qui ſenſus eſt clarior. Siue igitur nocumentum cerebri a ſtomacho
quãdoq; proueniat & intendatur, ſiue econtra contingat, tamen non videtur in hoc ac-
ceptandam eſſe controuerſiam: cum amborum membrorum prędictorum nocumen-
tum fixionis euidenter appareat ab eadem cauſa materiali & efficiente prouenire: ita vt
non diuerſificetur curationis modus neque ratione humoris, neq; inſtrumenti, niſi pa-
rum, vt apparebit.

Reliqua etiam accidentia nonnulla apparent in hoc adoleſcente, vt debilitas renũ
quæ prouenit per colligantiam a cerebro. Et eſt modus colligantiæ per tertium. Renes
enim colligantur cerebro: Propterea, quia colligantiã habent cum epate, & epar colli-
gantiam habet cum cerebro. Et ita cerebrum renibus colligatur propter epar: vt videre C
Aliud accidens. eſt apud Auic. *fen. 2. lib. 1. cap. de complendis diſpoſitionibus.* ¶ Aliud autem accidens eſt, ven-
tris rugitus, vel gurgulatio, & quãdoque ſtypticitas, & aliquando hæmorrhoidarum ali-
quantulum tumeſcentia, quę omnia ab eadem radice, tanquam cauſſa efficiente proue-
niunt, vt cõſideranti facile apparere poteſt. Et ne ea, quæ dicta ſunt, gratis & voluntarie
ſcribi videantur, eorum aliqua rationibus & autoritatibus confirmabo. Quod enim pri-
mum accidens ſoda vel cephalæa nominari debet, manifeſtum eſt ex communi aucto-
rum & Doctorum concordia: & colligi poteſt ex *1. tertii. tractatu 2. cap. 1.* Quod autem
proueniat a mala complexione totius capitis probat fixio nocumenti grauitatis & of-
fenſionis in capite apparentiũ. Quod vero materialis cauſſa ſit phlegma, apparet ex ac-
cidentibus, quæ ſequuntur ad ipſum: etiam quia ægritudines chronicæ. Ægritudo enim D
huius cũ tempus prolongatum eſt, eſt frigida ſecundum omnem eſſentiam, id eſt, tam
frigida eſſentialiter quam materialiter. *1. tertii, tractatu 2. cap. vltimo* colligendum. ¶ Alio-
rum autem accidentium cauſſas etiamnum reddere videtur vtile. Materia enim phle-
gmatica congeſta in cerebro, ſiue fuerit in ipſo aliunde recepta, ſiue per viam debilitatis
digeſtiuę ipſius multiplicata per venas & arterias, per neruos, chordas & poros a cerebro
propulſa, vel deſcendens elementaliter, vt ſua grauitate vel fluxibilitate recepta in mu-
ſculis ſpatularum & pectoris ibidem dolores extenſionis ſoluendo continuum aliquali-
ter facit. Vltimo generat in ipſo malam complexionẽ frigidam, quę eſt illorum dolorũ
cauſſa ſecunda. Altera vero materiei pars in cerebro retenta quibuſdam acutis vaporib.
vel humoribus commixta ſpiritus inficiens eſt cauſſa nocumenti in operationib. interi- E
orum virtutum eminentis, & eſt etiam cauſſa conturbationis & corruptionis in ſomno
prouenientis. Qualem enim impreſſionem receperunt ſpiritus, talem repræſentant or-
ganis ſenſuum interiorum: quare non eſt difficile videre, ſi quandoque in dormiendo
murmurat homo, conqueritur, & alias corruptas operationes interiorum ſenſuum ha-
bet, & exteriorum, vt ſæpe ſonitum & ſibilum in auribus habere videatur, & corruptio-
nem in ſenſu viſus; vt imaginationes & ſimilia. ¶ Ex quo fundamento clare videri poteſt
quod ſi materia iſta dominans aquoſa eſſet & ſubtilis, facile videtur, ipſum promptum
& pronum eſſe ad paralyſin. Hæc enim materia, ſi multiplicaretur in poſterioribus par-
tibus cerebri facile deferri poſſet, per concauitatem ſpondilium & in nucham recipi &
paralyſin efficere, eo, quia nucha a parte poſteriori cerebri oritur, & ei ſeruit latorie: vt F
teſtatur Auic. *fen. 1. lib. 3. c. 2.* Nucha n. eſt vicarius cerebri in curſu dorſi. Et ex horũ omniũ
fundamẽto facili negotio deduci poteſt cauſſa aliorũ omniũ accidentium: q̃ quia parua
ſunt, omittuntur, cũ ad ſapientes ſermo noſter dirigatur. Ex quib. omnibus vltimo huius
diſpoſitionis timor & grauitas apparere poſſunt. Eſt n. vir iſte obnoxius ægritudinib. re-
pen-

A pentinæ & malæ terminationis,ſicut ſquinãtiis,ſi materia in partibus gulæ detineretur,
aut ſuffocationis ſubitæ,ſi multa materia & cito ad pectus efflueret: aut dolori iunctura-
rum,ſecundum quod materia ad diuerſas partes efflueret. Et ita doloris genuum, quod
eſt vnum de aliis accidentibus, cauſſa facile apparere poteſt. Quæ omnia conſideranti
dimitto,& ad curationem propero: quam in duos tractatus diſtribuam. Primus erit de
regimine eius per ſex res non naturales. Secundus vero de curatione diſpoſitionis ipſi⁹
per medicinale regimen: vt inferius videri poteſt.

Cap. I. *De aere.*

PRIMVS itaq; tractatus ſex capita continebit,ſcil.ſecundum numerum ſex
rerum non naturalium.In primo igitur cap. menſura aeris, regionis & loci
B eligi debet, vt ſit loci vel cameræ eius aer ad ſiccitatem & caliditatem a-
ctualiter inclinatus: magis tamen per ſiccitatem excedere debet, quã per
caliditatem: ne per ipſum perueniat ad inflammationem, argumento ſumto ab ætate,q̃
conſiſtentia eſt: Etiam quia naturalis eius complexio ad caliditatem infallibiliter incli-
nare videtur: ſi etiam non poſſet haberi aer ita notabiliter ad ſiccitatem inclinatus,ſup-
pleri debet cum electione, ab arte proueniente: inhabitet cameram ædificio parietibus
conſtructam vel hypocauſtum ſiccum in ſe habentẽ. Aut tertio, cum magno igne: aut
quarto,cum ſuffumigationibus ſpecierum ſiccantium aer corrigatur, vt comburendo
ligna iuniperi,abietis,lauri,&c.aut cum puluere hoc carbonibus ignitis ſæpe aſperſo ca-
meram ſuffumigando. ℞.*laudani,ſtoracis calamitæ ana* ℥ ß.*ligni aloes,ſandaracæ,myrrhæ,Galliæ* Puluis pro ſuffumigio.
C *muſcatæ ana* ʒ ij.*aliptæ muſcatæ* ʒ iij.*fiat puluis.* Si verſus finem hyemis & autumni frangatur
cum altera medietate pulueris gallarum,cypreſſi,aut nucis muſcatæ. ¶ Ad hãc comple-
xionem conferunt combuſtio ſtoracis,calamenti,pulegii,origani,mentaſtri,& ſimiliũ:
quorum ſiccitas cum aromaticitate ſua lapſus cerebri conuenienter rectificat. ¶ Et ite-
rum prædictarum medicinarum puluis, in ſyndone colligatus & ſæpe odoratus magnæ
vtilitatis exiſtit. Et ſi adhuc ex prædictis formentur poma, quæ in manibus ſæpe odorẽ-
tur,vtiliſſimum erit.Rurſus bonum eſt alia cõuenienter limitari. Caput igitur bene mu-
niatur byreto, ſeu tiara notabiliter & multum calida ſuffulta pellibus vulpinis, aut ſaltẽ
de doſibus variorum,vel de pellibus agnorũ nigris,& ſimilium. Et veſtes dorſo & ven-
tre adiacentes prædictis pellibus muniri debent: propter quod etiam iuncturæ ab hu-
D miditate prouidendę ſunt,& calciamentis notabiliter calefacientibus. ¶ Et ex his facile
conſideranti apparere poteſt, quod euitari debent aquis decurrentibus propinqua, &
ventis ſeptentrionalibus expoſita loca: Vt & manſiones terreæ & antiquis ædificiis mu-
rorum conſtructæ. Hæc de aere & ſibi annexis.

Cap. II. *De motu & quiete.*

SI non inſtat huic adoleſcenti paroxyſmus dolorum, aut aliorum accidentium prohi-
bentium motum corporis,nullo modo eſt ei laudanda quies. Eſt enim cauſſa fixionis
& permanentiæ materierum in iuncturis & capite & reflexionis vaporum: ex quorum
commixtione cũ ſpiritibus laſſitudinis ſpecies aduenire poſſet in iuncturis, & toto cor-
pore: vt colligitur 2.*primi.cap.de his,quæ proueniunt ex motu & quiete.* Exercitium itaq; vni-
E uerſale: vt motus progreſſiuus equitatio mediocris,& ſibi ſimiles,multum vtiles ſunt ei,
quia iuncturas confortãt excutiendo materias laxantes & doloris & omniũ accidentiũ
ſupra nominatorũ. De particularib. autẽ exercitiis optima ſunt ei frequens capitis fri-
catio,abſterſio vel pectinatio. Similiter & materierũ a capite abſtractio per multiplicẽ
loquelã,eleuationẽ vocis,calidorum pãnorum applicationẽ & frequentẽ ſternutatio-
nem regulariter adminiſtratã poſt vniuerſales euacuationes: & paucã repletionẽ capi-
tis ſenſatã,q̃ ꝑ abſentiã doloris capitis cognoſci pôt. Igitur mane & ſero ſtomacho non
grauato cibis, prouocetur ſternutatio cũ puluere hoc narib. inſufflato vel attracto. Cui⁹
quantitas non tranſcendat quantitatem grani frumenti, & ſit leuiter eius attractio vel
inſufflatio. Eſt autem pulueris hæc deſcriptio. ℞.*coſti,piperis albi,ſtaphyſagriæ, arthanitæ,py-* Puluis naribus inſufflãdus.
F *retri ana* ℈ ß.*ellebori al.* ℈ j.*partes* ij.*puluerizentur, & fiat, vt dictum eſt.* Exercitium etiam ſpe-
ciale iuncturarum ad defendẽdum eas a fixione materierum in eis, eſt fricatio leuis ea-
rum, & proprie facta cum his, quæ calefaciendo, reſoluendo & exſiccando medio-
criter materias a iuncturis excutiunt: ſicut frequens aſperſio earum cum aqua ſalſa ma-
ritima vel artificialiter tali,& cum fricatione earum facta cum oleo & ſale contrito. qua-

Embrocatio

lis deſcribitur *breuiarii 4. cap. de præſeruatione iuncturarum a doloribus*. Et ex eis, quæ cuſtodi- A
unt hominem, ne accidat ei podagra, eſt embrocatio cum aqua ſalſa, quando funditur
ſuper duos pedes ſemper, & ſal tritum, quando aggregatur cum oleo, & fit ex eis empla-
ſtrum in pedibus vel ſuperfricatio. Hæc de motu & quiete & annexis.

Cap. III. *De menſura ſomni & vigiliæ.*

Qua hora conuenientior dormiendi.

PRO menſura itaq; horum præmittendum, quod conuenientior hora dor-
miendi ſit nox, quam dies: licet propter contingentias non paucas dormi-
tio etiam diurna interdici non debeat: vt cum contingeret laxitudo ſuc-
ceſſiſſe motibus corporis & animalibus fortibus, quare *2. primi cap. vt ſupra*,
inquit Auic. *Naturalis n. dormitio eſt, & ſecundum curſum naturæ facta, quæ noctē*
non effugit & diem non impedit. Vbi autem adoleſcens iſte non multum ex laſſitudine de- B
bilitatus eſſet, & magnam in ſpiritibus animalib. reſolutionem non haberet, quorum
reſtaurationis gratia partim inuentus eſt ſomnus; non conuenit ei aliquo modo diurnus
ſomnus. Quare *2. primi, doctrina 2. ſumma 5. cap. 13.* inquit Auic. In die dormire malum eſt,
& ad malas præparans ægritudines: generat enim ægritudines humectantes & rheuma-
tiſmos, corrumpit colorem, & inflat ſplenem, laxat neruos, & efficit pigritiam. Ex quib.
concludi poteſt, quod etſi ſomnus gratia digeſtionis & reſtaurationis animalium ſpiri-
tuum, huic iuueni conueniens eſſet, tutius tamen eſt ei a temperata dormitione rece-
dere parumper per remedium vigiliarum, quam econtra. Itaq; dormiendum eſt ei, ca-
pite notabiliter eleuato: talis enim præparatio materias ad caput euaporare minus facit,
eo quia non fit tanta membrorum vtriuſque ventris inferioris inuicem copula. ¶ Omni- C
no autem euitare debet dormitionem reſupinam: quoniam materias ad poſteriora, vt
ad nucham & neruos, declinare facit: *vt 2. primi. allegato cap. colligendum*. Et ſi omnia æque
bene in opere ſicut in verbo librari poſſent, prius quidem ſuper dextro, deinde ſuper ſi-
niſtro latere dormiendum eſſet: & tertio iterum ſuper dextro latere. Talis n. dormien-
di modus organa digeſtionis omnia conuenienter rectificat, & vigorat. Neq; attenden-
dum eſt, quod frequenter a multis dicitur: quod dormiendum ſit ſuper lecto pleno coto
aut ſimilibus. Tales enim phantaſiæ, neq; a poſteriori neq; a priori veritatē habent. Ego
enim tales dimitto phantaſias & lectum ex pluma molli eligo: quia vtilius.

Quando & quib. conueniat ſomnus diurnus.

Cap. IIII. *De regimine accidentium animi.*

NISI aliqualiter promoueret me argumentum ab ætate ſumtum, pronunciarē au- D
dacter, conuenire huic iuueni omnes animi paſſiones, per quas fortis, & ſatis ve-
lox fieret in humoribus & ſpiritibus motus. Quare iracundia ei quandoque bona
eſſet: Similiter etiam & fortis, & longa meditatio circa delectabilia & triſtantia: vt fre-
quens conuerſatio in locis, vbi hiſtoriæ delectabiles proferuntur, riſum notabiliter mo-
uentes, aut rerum triſtantium memoriam adducantur. Ex quibus omnibus facto in ſpi-
ritibus & humoribus notabili motu, vaporum vel ventoſitatum conſumptio, & humorū
digeſtio, & excuſſio melius fieret: quare tamen hoc facilius dici, quam adminiſtrari ſe-
curius eſt. Caueat ergo ne frequenter in iram & ſimiles paſſiones animi vehementer a-
gitantes incidat, nec maxime in iis perſeueret. Exterminant enim hæc omnia, & mutāt
corpus ab ea, quæ eſt ſecūdum naturam, conſiſtentia. *tertio techni.* ¶ Et quia apud illuſtres E
phyſicos, vt in pluribus ſub accidentibus animi & coitus collocari ſolet: propter vehe-
mentem animi affixionem ad appetitum eius, aut propter delectationem ingentem, q̄
in eo contingit: ideoque de ipſo pauliſper agendum. Neq; igitur multotiens appeti de-
bet coitus, neque etiam eius ludo frequenter inſiſtendum eſt. Nihil enim eſt, quod
corpus exterminet magis & exanimet, quam coitus: & nihil etiam eſt, quod iſchias, id
eſt; coxendicum dolores & incurabiles ægritudines humano corpori irradicet magis, q̄
coitus multus, vt clare colligi poteſt ex Auic. *fen. 20. lib. 3. cap. de nocumentis coitus*. Raro igi-
tur huic iuueni coeundum eſt, & proprie vſquequo non plene curatus fuerit. ¶ *Ad officiū*
igitur coitus nemo accedere debet, niſi prius incitatione ab appetitu naturali inclinante debite
facta. Neque naturaliter promoueri debet ab obiecto extrinſecus frequenter occurrente. Fiatque F
prima iam digeſtione completa, & ſecunda etiam, quod videtur eſſe tempus auroræ in dieb. hyemis, &
ab hora decima vſque ad duodecimam, tempore æſtatis. Sicque vt prætactum eſt ad coitum in-
uitante appetitiua virtute tranſiri poteſt ſemel aut bis in ſeptimana ad plurimum ex-
pediendo actum eius abſque magna concuſſione, ſed motu ſuaui corporis delitiam

Coitus immodici incōmoda.

Quando coeundum.

Quoties coeundum.

eius

A eius vltimo exequendo. Poſt quem actum eius dormitioni accubandum eſt, & ab exer-
citio abſtinendum ſaltem forti, & per interuallum horæ ad minus vnius corpus cibariis
facilis & boni nutrimenti cum menſura rationis aſſumti reſtaurari debet.

Cap. V. *De regimine per inanitionem & repletionem.*

PRÆTEREA repletionem omnem euitare debet, eo, quia caloris naturalis ſuf-
focatiua eſt. De humorali autem repletione nihil in præſenti, quia in regimine
medicinali de eo aliquid agetur. Solum autem hic intelligitur de repletione ꝓ- *Regulæ circa*
pter cibos & potus eueniente. Pro qua aliquę regulæ breuiter obſeruentur. ¶ Prima eſt, *repletiones*
quod nunq̃ cibum aut potum accipiat, ſtante faſtidio aut abominatione ſtomachi: tunc *cibi & potus*
enim neq; cum delectatione aſſumentur, nec bene digerentur. ¶ Secunda regula, nun- *obſeruandæ.* 1.
B quam accipiendus eſt cibus ſtante ventris ſtypticitate ſaltem magna vel retentione alia- 2.
rum ſuperfluitatum. ¶ Tertia, quod nunquam aſſumatur cibus, niſi fames aut appetitus 3.
ad ipſum inuitauerit. ¶ Quarta, quod nunquam aſſumãtur cibaria ex pluribus & diuer- 4.
ſis cibis & potibus facta. Quinta, quod leuiora cibaria aliis præmittantur, de quibus in- 5.
ferius. ¶ Sexta, ne in cibatione diu moretur æger, aut multum inſumat temporis, ſic e- 6.
nim diuerſitas digeſtionis in nutriente acquiritur. ¶ Septima, vt cibus omnis antequam 7.
deglutiatur conuenienter præmaſticet. ¶ Octaua, quod nunquam ciborum & potuum 8.
tanta quantitas accipiatur, vt ex ea grauetur ſtomachus, deterior enim cibatio eſt, quæ
in ſtomacho grauitatem efficit: Sicut deterior potus eſt, qui in ſtomacho fluctuat.
¶ Vltima regula, quod euitentur cibi qualitates malas ratione intenſionis gradus habẽ- 9.
C tes vel venenoſa qualitate participantes, ſicut fungi omnes & ſimilia. ¶ Itaq; cum con-
tigerit vt ex aliqua dictarum cauſſarum facta ſit repletio, ad ipſam euacuãdã ſubito feſti-
nandum eſt. Si enim ciborum corruptorum in ſtomacho ſigna apparuerint, ex odore
vel fœtore ipſorum, eructuatione diuerſa, aut alio ſigno cognoſcibili, ſaltem cibus ille
per vomitum educi debet, qui vtilis eſt, non ſolum gratia euacuãdi corrupta cibaria, ſed
etiam gratia minorandi & eradicandi materias ęgritudinum, quę naturaliter lõgæ ſunt.
De ęgritudinibus enim dignioribus, vt in eis fiat vomitus, ſunt chronicæ, vt hydrops, e-
pilepſia, melãcholia, lepra, podagra & ſciatica, teſte Auic. *fen. 4. li. 1. c. de vomitu, & 2. tertii,*
& 22. eiuſdem. ¶ Neq; etiam inſtantia eſt conueniens, quia vir iſte non appareat habitu-
dine & complexione cholericus, quoniam regulæ illæ intelliguntur de operatione re-
D gulari. Inſtante autẽ neceſſitate vomitus prouocari debet, ſemper non exiſtente magna
diſtractione ad oppoſitum: & maxime in iuuene iſto, cuius collum, pectus & ſtomachus
in ſua formatione videntur ſatis fortia. ¶ De melioribus autem inſtrumentis ad prouo-
candum vomitum eſt hoc & leue. ℞ *aquæ decoctionis granorum vel carnoſitatis raphani* ℥ *iij.* *Vomitorium.*
ſyrupi ſimplicis acetoſi ℥ j. ß. exhibeatur totum tepidum: & ſi non vomuerit poſt illud per
vnam horam intromittatur digitus vſq; ad radicem linguæ, aut penna inuncta oleo, &
fiat ibidem titillatio, & euomet. ¶ Si autem vomitiuum fortius facere volueris deco-
ctioni granorum raphani, quando fiat, addantur grana duo ellebori nigri: & fiat vt di-
ctum eſt. ¶ Si autem repletionis in ventre inferiori ſigna apparuerint, euacuandum eſt
cum clyſtere. Cuius deſcriptio. ℞. *decoctionis foliorum betæ, maluæ & mercurialis* ℔ j. *olei* *Clyſter.*
oliuarum vnc. iiij. ſalis communis drachm. iij. benedictæ drachm. iij. ſacchari, caſſiæ fiſtul. an. drach.
E *vj.* In tempore autem hyemis prædicto clyſteri addantur hierę pigræ drach. vj. aut
hieralogodion tantundem, & melius eſt propter impedimentum, quod quandoq; cõ-
tingit ei in prolatione ſermonis: poteſt ẽt multiplicari doſis benedictæ a medio Septẽ-
bris, vſq; ad principium Aprilis, & loco olei communis prædicti clyſteris in tempore æ-
ſtatis poni oleum violarum. ¶ Quantum vero ad inanitionem, euitet omnem inaniti- *Inanitio.*
onem ſuperfluentem propter debilitatem virtutis, quæ neceſſario ſequitur omnem e-
uacuationem fortem: hæc de inanitione & repletione.

Cap. VI. *De regimine per cibum & potum.*

DE cibis autem & potibus nunc vltimo dicendum eſt. Sit igitur panis eius *Panis.*
F plus fermenti habens & ſalis, quam communis panis, & conuenienter co-
ctus, etſi tempore veris vteretur pane hordeaceo, aut de ſpelta facto, meli-
or eſſet ei propter maiorem exiccationem. Euitet autem omnino panem
azymum, aut non bene coctum: ſimiliter etiam effugiat cibaria omnia de paſta, vt
laganas, vel de farina frumenti facta, niſi prius fuerint in furno bene cocta,

Carnes. farina autem hordei non eſt ei vituperabilis, neq; iuſcula ptiſana de ea facta. ¶ Carnibus A
autem vtatur, quæ non habeant ſuperfluam humiditatem actualem vel potentialem,
ſed magis ad exſiccationem inclinent: vt ſunt carnes leporum, caprarum & apri, & o-
mnium auium ſylueſtrium in aqua non degentium, vt ſunt colũbi, & proprie ſylueſtres,
turtures, phaſiani, perdices & ſimiles. ¶ De quadrupedibus, vt ſunt carnes vituli lactentis
etiam annualis, carnes hœdinæ. Rarius autem aſſumantur carnes agninæ & caſtratinæ.
Carnium vero ſalitarum non valde pinguium vſus valde conueniens eſt ei, ſiue fuerint
elixæ, vel aliter coctæ. In ſumma igitur in pluribus adhæreat carnibus pullorum & co-
lumborum, & maxime, quia digeſtio in eo videtur eſſe fortis: Nam ſi talis non eſſet ita,
non laudaretur ei vſus carnium columborum: ſunt enim tardæ digeſtionis & longę mo-
ræ in ſtomacho, teſt. Auic. *fen. 13. lib. 3.* licet ſylueſtres columbi, immo & omnes carnes ta- B
les ſint meliores domeſticis, quare *3. Almanſoris cap. 32.* ſylueſtres carnes meliores exiſti-
mantur, & ſanguis ex eis genitus paucas habet ſuperfluitates: caro etiam magnæ auis,
quæ habet dentes in ſuo palato, ſoletq; inueniri ſæpe in montibus Vincentinis, eſt ei vti-
Piſces. lis: & quam auem incolæ illius loci vocant perlonem. ¶ Piſcium autem vſus nullo mo-
do conuenit. Et meliores forent ſaliti, quam recentes, & frixi, quam elixi. Raro igitur eis
vti debet. ¶ Et ſi quandoq; accipiat ex eis, ſint ſicut lucii, marſiones torrẽtinæ & ſimiles,
Lac. anguillas aut tenchas & cancros dimittat aliis. ¶ Lactis autem vſus omnino reprobabilis
Caſeus. eſt, qualitercunq; accipiatur. ¶ Caſei s vero vnius anni mediocriter ſalitus, ſolidus, & per
inciſionem frangibilis ei concedi poteſt &c. ¶ De oleribus autem euitentur omnia fri-
gida & humida potentia, vt betæ, ſpinachiæ, portulaca, endiuia, cucumeres, cucurbitæ C
Olera. & pepones ſaltem multi vſus. ¶ Olera vero minuta, vt ſaluia, roſmarinus, & petroſeli-
num, fœniculus, apium, bugloſſa, ſerpillum, hyſopus, mentha, caules, omnia illi con-
Radices. uenientia ſunt. Ex radicibus autem vti poteſt, aliquando raphano, & cæpe ſub cine-
ribus cocto, oleo, melle & ſale condito & bulbo. ¶ Alleum vero & porrum, & ſi ratione
caliditatis conuenire videntur, dimitti tamen debent propter multitudinem ventoſi-
tatis prouenientis ex eis, alleum enim ſiſam facit, *4. de regimine acut.* ¶ Rapæ autem & na-
pi omnimodæ præparationis ipſi vtiles ſunt. Similiter paſtinacæ ſylueſtres & dome-
ſticæ, & in ſumma radices omnes caliditatem & ſiccitatem habentes notabilem abſque
Fructus. ventoſitate eorũ ¶ De fructibus autem euitentur omnes horarii, vt ſunt ceraſa, quorum
vſus propter ſuperfluam humiditatem eorum non placet, niſi raro & gratia mollitionis D
ventris accipiantur. Apud Italos a. quædam ſpecies ceraſorum inueniuntur, quę acetoſa
ſunt, amarilia nominata, & aliqua inueniuntur ſolida, dura, quę vtraq; frequentius ei cõ-
cedi debent: eo, quia minus humida ſunt, immo aliqua ſiccitate participantia: propter
eãdem etiam cauſſam non placet mihi frequens vſus perſicorum, iuiubarum, pomorũ,
apium & ſimilium. Fructus vero omnes notabili dulcedine participantes, & ſolidi ſub-
ſtantia proſunt ei: vt ſunt ficus & vuæ bene maturæ. Poma & pyra notabiliter dulcia, auel-
lanæ, amygdalæ dulces, & nuces etiam conueniunt. Caſtaneæ vero omnino dimittant,
licet enim caſtaneas in nutriendo, quaſi pares frumento ipſas fecerit Gal. *lib. 2. alim. capit.*
36. quod quidem intelligi debet eas comparando ad alios ſylueſtres fructus: quia tamen
earum nutrimentum ventoſum eſt, compactum, groſſum & viſcoſum, dimittatur earum E
vſus. ¶ Grana item pinearum licet communi auctorum ſententia neruis videantur ha-
bere iuuamentum, tamen, quia parua caliditate ſua, & vnctuoſitate multa remollitiua
ſtomacho nocent, vt *fen. 13. lib. 3.* colligitur *cap. de nocentibus ſtomacho.* Ideo dimittantur: &
in tãtum ſcripſit Auicen. *2. canon.* qui voluit ipſa infundi debere in aqua calida, & condiri
cum melle ad homines frigidæ complexionis, cum ſaccharo vero ad calidos. ¶ Fiſtici
autem, quia a Rhaſe ponuntur calidi & ſicci in ſecundo *22. continentis, cap. 53.* auctoritate
Bimaſii, conuenientes ſunt ei, eo, quia aperiunt meatus ventris, & expurgant canales
pulmonis, teſte Gal. *lib. 8. de ſimplici medicina.* ¶ Dactyli vero non videntur eſſe conueni-
entes, eo, quia ventrem conſtringunt, punctionem in ore ſtomachi inferunt, dolorem
in capite faciunt, & oppilationes in epate & ſplene, *23. continentis, 2. cap. de palma.* Licet F
etiam calidi ponantur in primo. De ſecunda vero qualitate paſſiua eorum fuit diſcor-
dia apud ſapientes, vt patet in aggregatore *cap. 65.* nominant eos inter medicinas calidas
& ſiccas. Auicenna vero de eis parum ſcripſit: vt patet *capitulo de palma, ſecundo canone,*
vbi dicit: quod præteriit ſermo de eis, cap. de dactylis. Licet in multis voluminibus
non

A non inuenerim cap. de dactylis, neq; de fenichia, neq; de rotab. & ſunt termini, quibus cognoſcuntur qualitercunque tamen ſit: ſiue in ſiccitate parum notabiliter eleuentur, non conueniunt ei propter ea, quæ dicta ſunt. ¶ Mora vero celſi vel parui, & cryſomilla non placent propter humiditatem eorum. ¶ Granata dulcia aliquando conuenire poſſunt. Pontica vero & muza non ſiat ei in vſu, niſi gratia lenitionis ventris & exſtinctionis caloris aut ſedationis ſitis. ¶ De ſaporibus autem vti poteſt aceto prætérquam tempore paroxyſmi, ipſum enim nocet neruis, *primo cap. ſecunda tertii.* Agreſta mediocriter ſalſa melior eſt ei. Meliores etiam ſunt ei limones propter caliditatem, a ſquilla acquiſitam. Succus etiam citrangulorum conuenire poſſunt ¶ De conditis autem vtatur zinzibere condito a principio menſis Octobris, vſq; ad finem, ſimiliter acci-
B piendo de eo radicem vnam bis in ſeptimana: & tardetur poſt ipſum cibus ſaltem quatuor horis. ¶ Cydonia vero condita, aut qualia ſunt, non placent, eo, quia debilitant iuncturas, vt patet *ſecundo canon.* quia tamen ſtomacho notabiliter conueniunt, poteſt ex eis aliquando accipere poſt cibum, & proprie mane. ¶ Cortices etiam citrangulorũ & citri conditi, & ſecacul conditum, omnia ei vtilia ſunt. Accipere autem bis in ſeptimana mirobalanum vnum chebulum conditum eſſet ei vtiliſſimum. Oliuę etiã conditę, cappares, rapæ & napi optimæ ſunt ei. ¶ De granis autem dicendum, primo, quod omnis leguminum vſus ſit abhorrendus, incurreret enim debilitates neruorum, propter comeſtionem leguminum, vt patet ex *ſect. 2. aph. comm. 17.* ¶ Legumina autem, quibus veſci poteſt, ſunt cicera rubea, & proprie ius eorum coctum cum radicibus aperiti- *Grana.* *Legumina.*
C uis: tale enim neruis & iuncturis laudatur, eo, quia materias ab eis diſtrahit, vt *3. canon. cap. de cura paralyſis*, & non deberet comedi in principio, neq; in fine cibationis, ſed in medio, vt *2. canon. cap. de cicere.* ¶ Panici etiam vſus mihi placet, ipſum enim propter ſuam ſiccitatem parum & bene nutrit, & propter ſuam lenitatem vrinam prouocat, licet frigidum & ſiccum ſit in ſecundo, teſte Rhaſe *li. 21. continentis c. 109.* & colligi poteſt *2. canon. c. de gegueris.* ¶ Oryza etiam conueniens eſt ei, quia calida ſicca in primo, *21. continẽtis cap. 126.* & quia etiam conuenienter nutrit & exſiccat, non tamen commẽdatur cũ ſtypticitate: eo, quia aliquam ſtypticitatem habet, teſte Gal. *lib. 8. ſimplic. cap. propr.* ¶ Lentes ſaltem abiecta prima decoctione aliquando comedi poſſunt propter exſiccationem, quam habent. Si vero aſſumantur cum prima decoctione, magis aperitiuæ ſunt, earum
D tamen vſus non multus ſit. ¶ Fabæ vero, phaſeoli & cicera alba dimittant', eo, quia caput & neruos lædũt, & iuncturas debilitant: hæc de cibis dicta ſufficiant &c. ¶ De potu autẽ pauliſper agendum. Præmittendum primo vini vſum abſcindendum eſſe, & proprie tẽpore inſtantiæ doloris capitis, & iuncturarum: in quo tempore cõueniens eſt ei vſus hydromellis facti ex ſedecim partibus aq. & 17. mellis. Cuius decoctio ſit vſq; ad conſumtionem tertię partis. Et ſi propter nocumentum ſtomachi noceret, loco mellis bibat aquã ſacchari, cui admiſceatur ſexta pars ſucci vel vini granatorum ſuis temporibus Reliquo autem tempore bibere poteſt vinum, & argumento ſumto a nocumento capitis & ſtomachi conuenientius eſſet ei vinũ albũ: eo, quia digeſtibilius & mentem, i. caput minus percutit, *2. de regimine acutorum*, verum propter maiorem apertionẽ eius, per quã materię *Potus.*
E ad iuncturas inclinant, non det' eidẽ, quare vinum eligendum eſt ſubſtantia non valde ſubtile, colore cerę, ſolũ ſapore mediocre, aut ad aliqualem ponticitatem inclinatũ, & ad remiſſam dulcedinem, habens & odorẽ delectabilẽ: ꝙ quidẽ ſi non fuerit vehementer vinoſum, bibatur ſimplex: Si autem potens valde, frangatur cum aqua frigida in diebus caloris & cruda: Cocta vero in diebus frigoris. Hæc de cibis & potibus &c.

Tractatus ſecundus de regimine per medicinalia.

EXPEDITO itaq; primo regimine huius adoleſcentis per menſuram rerum non naturalium, ad regimen medicinalium tranſeundum eſt. Et erit hic tractatus in tot capitula partiendus, quot ſunt intẽtiones in regimine harũ diſpoſitionũ neceſſarię. Prima intentio erit materierũ euacuatio minoratiua. Secũda erit diuerſio earũ.
F Tertia materierũ digeſtiua narrabit. Quarta, materias eradicãdas euacuabit. Quinta erit accidẽtiũ correctio. Sexta vero & vltima mẽbrorũ recipiẽtiũ cõfortatiua & mandantiũ rectificatiua.

CAP. I. *De phlebotomia & euacuatione minoratiua.*

IN hui⁹ ca-materia oportet paulo diuti⁹ morari, eo ꝗ a eximii Doctores paulo ante hãc diſpoſitionẽ magno rõis ſcrutinio ꝓcurauerũt. Verũ, ꝗ a hominũ diſpoſitiones nõ ſũt

fixæ,necpermanentes,immo maxime mobiles, & frequenter contingit renouare re- A
pletiones, aliqua circa intentionem hanc gratia pulchritudinis opuſculi leuiter percur-
ram.¶ Apparentibus igitur ſignis vniuerſalis pletoræ phlebotometur huic iuueni vena
nigra dextri brachii educendo ſanguinis vnc. iiij. vel v. ad plus, & ſi viderentur ſigna la-
pſum epatis oſtendentia,phlebotometur eius brachii baſilica ſub cubito inuenta,aut ra-
mus eius ſaluatella nominatus inter auricularem & anularem digitos apparens,& extra-
hatur ſanguis, vt dictum eſt. ¶ Apparentibus autem ſignis pletorę non neceſſitantis ad
phlebotomiam euacuanda erit materia cum pharmaco electiue educente materias:
quarum dominium apprehendetur: & quia veriſimile eſt, & deducibile ex his,quæ po-
ſita fuerunt in capit. primo huius opuſculi, dominari materias phlegmaticas notabili-
ter, choleræ vero parum & multo minus apparere ſanguinis, ideo euacuetur hæc ma- B
Pilulæ. teria cum hoc appropriato pharmaco. ℞. *pillularum de hiera galli* ʒ j. *agarici electi ſcrup.* j.
zinzi. grana iiij. reformentur pilulæ vij. vel ix. cum electuario ſucci roſarum, & exhibeātur in au-
rora: & dormiat poſt eas per horam vnam, & hora quinta poſt aſſumtionem earum bi-
batur cyathus aquæ coctæ cum ſaccharo, & tardetur cibus per horam vnam. ¶ Melius
Potus. autem minoratiuum materierum iſtarum eſſet hoc. ℞. *pulueris hermodactylorum, agarici
electorum an. drach.* j. *turbith electi drach.* ß. *zinzi. dauci, cinamomi electi an. ſcrup.* ß. *ſalis Indi
grana ij. aquæ folliculorum vel lupulorum & capil. Vener. an.* ℥ *ij. fiat omnium horum infuſio per di-
em naturalem*: deinde calefiat totum, coletur, exprimatur & detur in potu, & obſeruen-
tur omnia, quæ de præcedentibus pilulis ſcripta ſunt.

Ego vero inter reliqua minoratiua magis laudarem apertionem hęmorrhoida- C
rum: eo, quia iam conſueuit habere eas. Et quia earum euacuatio magnum affert iu-
uamentum omnibus chronicis ægritudinibus: vt patet apud Auicen. *fen. 17. lib. 3.* Ideo
cum opportunitate temporis aperiantur fricando eas cum foliis ficus, aut cum panno
aſpero, aut fricando eas cum radice arthanitæ recentis, aut radice ireos, vel cum pauco
puluere euphorbii, aut cum phlebotomo, aut ſanguiſugas eis applicando, quæ magis
tumentes apparebunt, qui modus erit ſatis facilis. Et ſolet earum euacuatio vna vel
duabus ſeptimanis durare: deinde per ſe reſtringuntur vt in pluribus. ¶ Hanc etiam
intentionem complet, ſed longiori tempore, abſtinentia a quantitate ciborum, quia
ipſa exſiccat corpora, *ſect. 7. aphor. 59.* Similiter adminiſtratio clyſteriorum & vomitus,
qui ſupra ſcripta ſunt. ¶ Pilulæ bonæ ad minorandum materias, ſi accipiatur ex eis o- D
mni die, vel ſaltem tertia die vna ante cœnam. ℞. *aloes ſuccotrinæ* ℥ j. *agarici hermodacty-*
Pilulæ. *lorum, turbith electorum an.* ℥ ß. *maſticis, zinzi. ſpicæ, cinnamomi electi an. gran. v. fundantur o-
mnia pulverizata in* ℥ *iiij. ſucci foliorum ireos, & exponantur ſoli, vt exſiccentur, deinde iterum ſu-
peraddatur ſuccus: & ita ter renouetur: & fiant ex eis pillulæ ex omni drachma v.* quæ exhibean-
tur vt ſupra.

CAPVT II. *De modo diuertendi materias.*

APPARET ex pręmiſſis in præcedenti cap. eſſe difficile imaginari poſſe, quod ali-
qua ſint inſtrumenta materias euacuantia minoratiue, quin eas diuertant. Itaq;
pars huius intentionis in præcedenti cap. ſubincluſa videtur, & maxime vbi de
Sectio venarum. hæmorrhoidibus actum eſt. ¶ Si autem diuerſioni fortiori magis eſſet opus inſtante ne- E
ceſſitate aperiatur ſaphena dextri pedis ſuper cauicula illius poſita & extrahatur ex ea
minus de ſanguine, quam de aliis dictum eſt, eo, quia phlebotomia venarum inferiorũ
magis debilitat, quam ſuperiorũ, teſte Auic. *fen. 4. lib. 1. c. 20.* ¶ Similiter etiam conferunt
Ventoſæ. ventoſæ cum ſcarificatione natibus appoſitæ, aut ſpatulis, ſecundũ exigentiam diuerſio-
nis diſtantioris aut propinquioris, quæ fieri debet per plus, quam per vnam diametrum,
& minus, quam per duas, vt ex Auic. *fen. 4. lib. 1. cap. 1.* colligendum. ¶ Frequens etiam &
fortis extremorũ fricatio, & eorum ligaturæ doloroſæ materias a ſuperioribus ad inferi-
ora, & a centro ad circumferentiã conuenienter mouent. ¶ Amplius 24. medicinæ ru-
bificantes & deſiccantes extremis membris appoſitæ conuenienter materias diuertere
poſſunt, ſicut appoſitio exempli cum fermento & aceto, & corporibus cantharidarũ F
facti, vt ſuper carnoſis partibus tibiarũ & coxarum, aut ſuper natibus vel ſpatulis applica-
ri debet, ſecundum quod videretur opus diſtrahendi ab vna parte magis, quam ab alia, quod
penes iudiciũ eſto exercitati viri. ¶ Domeſticũ a. diuerſiuũ poteſt eſſe hoc. Recipiantur
recentia folia flammulæ vel apii ranini, & diligenter conterantur & apponãtur, vt ſupra.

CAP.

A CAPVT III. *De regimine per digerentia, &c.*

DE digerentibus autem communia ſunt ſicut geleniabin, & oxymel vtrūq;, & ſyrupus de ſtœchade & de calamento, & compoſitus acetoſus ſaccharinus. ¶ De domeſticis autem compoſitis eſt hoc. ℞. *aq. meliſſæ, quæ aduerſatur phlegmati* ℥ vj. Et fortius illo eſt. ℞. *aquæ meliſſæ* ℥ ij. *aq. iris* ℥ iij. *miſce.* Et iterum fortius illo eſt hoc. ℞. *aq. ſpatulæ fœtidis, aq. iris an.* ℥ ij. ß. Et iterum fortius illo eſt, *ſyrupus de ſtœchade, ſyrup. de abſinthio anà* ℥ vj. *aq. meliſſæ, aquæ abſinthii an.* ℥ ij. miſce. ¶ Et ſi propter ætatem timeretur ex iſtis caliditas epatis, frangantur digeſtiua prædicta commixtione aquæ cichoreæ vel endiuiæ ad epar & ſplenem, & aquæ lupulorum, & ſimilium ad renes: & ſic de aliis. ¶ Digeſtiuum bonū ad materias phlegmaticas, quod eſt ſtomachale, cerebrale ſeu cephalicum,

B iunċturis & omnibus membris conueniens, de quo magnam inueni vtilitatem, & ipſemet compoſui. ℞. *meliſſæ, pulegii, ſaluiæ, florum roriſmarini, betonicæ, an.* M ij. *herbæ paralyſis, peucedani, ameos, aſari, ſtœchados, eupatorii an.* M j. *galangæ, nucis muſcat. granorum paradiſi, baccarum lauri, granorum pœoniæ an.* M ß. *infundantur omnia in* ℔ viij. *aquæ per duos dies: deinde coquantur lento igne, vſque ad conſumtionem medietatis, poſtea colentur, & fortiter exprimantur, & colaturæ addatur ſacchari* ℔ j. ß. *aceti ſquillitici* ℥ iij. *deinde leuiter bulliant in decoctione, bulliant ſpecies iſtæ in ſyndone ligatæ.* ℞. *ambræ muſci an. gran.* iij. *amomi, granorum paradiſi, radicum pœoniæ, acori, calamenti, galangæ an. ſcrup.* ß. *omnia ſubtiliter puluerizentur, & fiat ex eis ſyrupus longus, de quo aſſumantur vnc.* v. *in aurora, calidæ, & tardetur poſt eius aſſumtionem cibus, quatuor horis.* Si autem velis ipſum facere completæ decoctionis, accipiantur

C ex eis ℥ ij. cum tribus ℥. aquæ maioranæ, aut betonicæ, vel meliſſæ, vel ſaluiæ. Hæc de intentione tertia.

CAP. IV. *De euacuatione eradicatiua materierum.*

ERADICANT materias omnia minoratiua ſuperius tacta, ſi doſis illorum augeatur in ſeſquialtera magis, quam ſit ſcriptum, aut ſecūdum tenorē virtutis comprehenſum ab eo, quæ fuerit doctrina & experiētia Doctoris. ¶ Inter euacuantia autem materias phlegmaticas ſecura & conuenientia ſunt pilulæ de ſarcocolla Meſ. maiori & minori, quarum doſis ſit a ℈. ij. vſq; ad iiij. ſed medium tenere, quam complete euacuare tutius eſt. Item pilulæ de hiera Auicenn. 5. *canon.* ¶ Pilulæ bonæ & ſe- Pilulæ.

D curæ ad hanc intentionem ſunt hæ. ℞. *arthanitæ, hermodactylorum, agarici ele. an. ſcrup.* ß. *turbith ſcrup.* j. *partes* ij. *zinzi. aniſi, dauci, ameos, an. gran.* ij. *formentur pilulæ cum ſucco maioranæ, & exhibeantur, & ſunt vna doſis, & mediocris ſatis.* ¶ Eradicatiuum vero liquidum & conueniens poterit eſſe hoc. *Rec. hieræ ſimplicis vnc.* ß. *agar. elect. ſcrup.* j. *zinzi. gran.* iij. Potio. *totum hoc detur in potu cum aq. decoctionis macis, aut ſublimationis ſaluiæ, vel maioran.* In omnibus autem ſolutiuis iſtis obſeruētur canones qui ſupra poſiti fuerunt in *primo c. de minoratiuis.* ¶ Solutiua vero fortiora hincinde plurima ab auctoribus eligere potes, ſed non ſunt ſecura.

CAP. V. *De accidentium correctione.*

HÆc itaq; accidentia correctione indigentia plurima ſunt. Quorum primum eſt Accidentia.

E Soda. Secundum conturbatio in ſomno. Tertium impedimentum proferendi ſermonem expedite. Quartum dolor & grauitas in ſtomacho non raro apparēs. Quintum dolor ſpatularum. Sextum vrinæ retentio. Septimum hæmorrhoidarum reſtrictio. Octauum & vltimum iuncturarum fere omnium manifeſta debilitas.

CAP. VI. *De cura doloris capitis.*

PRIMVM itaq; ſc. dolor capitis extenſiuus & grauatiuus toti capiti communis, & maxime poſteriori parti, qui ab Arabibus ſoda, a Græcis vero cephalæa nominatus eſt, & ſecundum q in altera parte magis nocet, quam in aliis, monopagia nominari poteſt. Si totū caput inuadit, galea ab antiquis dictus eſt, omnes inquā hæ ſpecies doloris, p ea, quæ poſita ſunt, in 4. cap. antecedētib, curari poſſunt, nā & minora-

F tiuæ euacuationes, digeſtiones & eradicatiuæ euacuationes materierū cōueniētes ſunt imo neceſſariæ. Ex particularib. a. exiccantib. materias ad caput & dētes, & ſoluētib. eas ſunt pilulæ aſſaiaret Auic. *1. tert. c. vlt.* & proprie ſi eis addatur tertia pars agarici, & fiat ex eis pilula j. magna, quæ exhibeatur per duas horas poſt cœnam. ¶ Ex exſiccantibus vero non reſolutiuis ſunt, ſicut theriaca Hermetis, mithridatum, & aurea Alexandrina,

ex quibus exhiberi poteſt ʒ j. per duas vel tres horas poſt cœnam cum modico aquę ma- A
ioranæ. Ego vero libentius exhibeo talia per ſeptem horas poſt aſſumtionem cibi. ¶ Lo-
Medicamentum locale ad dolorem capitis antiquum. *Emplaſtrũ.*
cale bonum ad dolorem capitis antiquum, & leue eſt hoc. ℞. *rutæ recentis M iij. ſola-
tri recentis M j. ß. croci ʒ j. ſalis communis ℥ ß. farinæ hordei ℥ j. cum albumine vnius oui, & appli-
cetur calidum dolentibus caput vel toti capiti.* ¶ Fortius illo eſt hoc. ℞. *radicum bryoniæ recenti-
um ℔ j. abſinthii, calamenti, origani recentium an. M j. farinæ hordei ℥ ij. croci ʒ j. ſcamoneæ ʒ j. ß.
olei liliorum alb. vnc. ij. fiat emplaſtrum omnibus minutiſſime contritis, & calidum applicetur vt
ſupra.*

Secundum accidens, quod eſt conturbatio in ſomno.
Corrigitur ſecundum accidens, ſcil. conturbatio in ſomno cum electuariis ſupra
poſitis, & proprie cum theriaca Hermetis. Et ſi apparerent agitationes in ſomno ma-
gnæ, melior eſt aurea Alexandrina exhibita cum decoctione ſem. papau. ¶ Ego autem B
tales conturbationes ſæpe remoui, dando in potu ℥ ij. ſyrupi de papauere cum ℥ iij. aquę
deſtillationis florum camomillæ: aqua etiam deſtillationis recentium florum croci mi-
rabilis eſt: ſi dentur ex ea tepida ℥ iiij. eunti dormitum. Et dignæ quidem, quia crocus
eſt de medicinis calidis ſomnum prouocantibus, vt patet ex *2. canon. cap. de croco.*

Tertium accidens ſc. impedimentũ proferendi ſermonem. *Collutio oris.*
Tertium vero accidens ſc. impedimentum proferendi ſermonem, corrigitur ex-
hibendo bis in ſeptimana ʒ j. ß. hieralogodion cum aq. decoct. roriſmarini. ¶ Item
cum oris collutione ſæpe facta, & ex coctione iſta. ℞. *pulpæ colocyn. ʒ i. herbæ biſtortæ, quæ
vocatur Sula, ʒ ij. zinzib. electi, galangæ, coſti, gran. paradiſi an. ʒ ß. Coquantur omnia in ℔ ij. aq.
vſq. ad conſumtionem medietatis: deinde colentur & fortiter exprimantur, addatur oxymellis ſquil-
litici lib. ß. & iterum aliquamdiu bulliat.* Ex iſta igitur decoctione calida ſæpe retineatur in C
ore, & fiat ex ea collutio, & non fallit.

4. *Dolor ſtomachi.*
Quartum vero accidens, quod erat dolor ſtomachi extenſiuus vel grauatiuus cum
nocumento digeſtiuæ eiuſdem, etiam notabiliter corrigitur per ea, quæ in quatuor im-
mediate præcedentibus capitulis poſita ſunt. ¶ Ex expertis autem ad illud eſt hoc. ℞. *pul.
garyoph. ℈ ij. aquæ decoct. origani ℥ iii. ſacch. al. vnc. j. detur calidum in potu, in aurora, & tardetur
cibus quatuor horis*, ſolet ſedare ſtomachi dolores & ſingultum a frigido prouenientes.
¶ Decoctio etiam aſari & calamenti vtiliſſimæ ſunt. Et quædam laudant ſuccum recen-
tem camomil. ſi ex eo calido vnc. ii. dentur in potu. ¶ Inter ea autem, quæ laudauit Auic.
eſt puluis ameos, & proprie datus cum aqua menthæ calida. ¶ De localibus autem ex-
pertis illud eſt, vt inungatur ſtomachus cum calido oleo de neridem. Deinde empla- D
ſtretur cum emplaſtro ad dolorem frigidum ſtomachi deſcripto a Raſi *9. Alm. cap. de
dolore ſtom. verſus finem.* ¶ Si autẽ inſtaret vehemens in ſtomacho dolor, vt euitemus apo-
ſtema eius periculum maius, neceſſe eſt quandoq; tranſire ad opiata, detur itaq; patien-
ti ʒ j. nouellæ theriacæ cum modico vini dulcis præcalefacti. Et ſi non habes illam, detur
ʒ ß. philonii bene fermentati ſecundum canones cum eodem vino, vt dictum eſt.

5. *Dolor ſpatularum.* *Vnguentum.*
Quintum accidens ſupra tactum, quod fuit dolor ſpatularum, cum his, quę de diuerſi-
onibus ventoſis rubificantibus & veſicantibus dicta ſunt, facile curari poteſt. Et ſi vehe-
mentius inſtaret, inungant ſæpe ſpatulæ vnguento aregon calido, ſecundũ deſcriptionẽ
Nicol. in antidotario, & fortius illo eſt vnguentũ marciaton ibi poſitũ. ¶ Locale bonum
& æquale magis eſt hoc. ℞. *olei de croco, olei vulpini, pingue, dabaon, & eſt taſſus, ana partes æ- E
quales, calefiant, & fiat ex eis vnctio.* Ego a. ſcio a poſteriori experientia ductus, quod oleum
de pyrethro & oleum de euphorbio omnes antiquos dolores ſpatularũ potẽter curant.

6. *Vrinæ retentio.* *Eius cauſſa.* *Potio.*
Sextum vero accidens, quod me iudice difficilius eſt, fuit vrinæ denegatio. Et i-
pſum quidem diſcreta multum & feſtina curatione indiget, quamuis accidens plurimis
& diuerſis indigeret inſtrumentis ſecundum diuerſitatem cauſſarum, a quibus proue-
nit. ¶ Videtur tamen in adoleſcente iſto a duplici prouenire cauſſa. Prima eſt multitu-
do materierum phlegmaticarum obturantium collum veſicæ adhærentia & viſcoſitate
ſua, & forte etiam contingit a materiebus eiſdem oppilari vias tranſitus aquoſitatis ab
emulgentibus ad renes, aut a renibus ad vreteres vel ab eis ad veſicam. ¶ Et ſecunda
cauſſa poteſt eſſe prohibitio tranſitus debitæ quantitatis animalium ſpirituum per quos F
dilatari & cõſtringi debet veſicæ collum, quæ omnia adeo difficilia ſunt, quod non ſubiacẽt
recte cognitioni, niſi cum cõiectura magna, vt patet ex *fen. 2. lib. 1. doctr. 1. cap. 8.* ¶ Si igitur
hoc accidens ab hac vel illa cauſſa proueniat, curetur cum his duobus. ℞. *decoctionis
granorum milii ſolis vnc. iii. ſpecierum litontripon Nicolai drachm. i. detur totum calidum in potu.*

Aliud

A Aliud & fortius illo eſt hoc. ℞. *radicis rubiæ tinctorum, ſpicæ nardi an.* ℈ *ij. detur totum* Alia.
calidum in potu cum ℥ *iij. aquæ deſtillationis capilli Veneris.*

7. Hæmorrhoidarū cōſtrictio
Septimum accidens, ſ. hæmorrhoidarum cōſtrictio completur his quæ ſupra ſcripta fuerunt cap. de euacuantibus minoratiue: ad quem locum refugias.

8. Iuncturarum debilitas.
Octauū ſ. membrorū iūcturaliū debilitas vniuerſalis corrigitur his quæ ſupra partim ex cibis in primo tractatu habita ſunt, partim ex euacuātibus & diuertentibus, quæ ſcripta fuerunt. Et pro complemento horum videtur mihi ſalubre fore, quod anno iſto vere & autumno exponat ſe balneis naturalibus, præmiſſis euacuationibus & cum conſilio ſapientum.

CAP. VII. *De confortatione membrorum mandantium & recipientium.*

B VLTIMÆ vero intentionis finis acquiritur per ea, quæ in quinque aliis intentionibus tacta fuerunt: vnum ſuperaddendo tantum, quod vſus confectionis de acoro mirabile ſit ad rectificandum membra mandantia, & ad fortificandum recipientia ad laudem Dei. Amen.

CONSILIVM XI. *De mala complexione frigida & humida cerebri accidentali cum naturali complexione totius calida & ſicca, cū malis diſpoſitionibus ſenſibus tā interioribus quam exterioribus complicatæ, & diuiditur in quatuor capita.*

CAP. I. *De cauſis & ſignis dictarum diſpoſitionum.*

C SI diligenter conſideretur diſpoſitio venerabilis patris & ſerui Dei fratris Thomæ Bononienſis ex ordine Prædicatorum, videbitur quod duo ſint principalia puncta in eo conſideranda. ¶ Quorū primū eſt vniuerſalis eius complexio quæ indubitanter declinat ad calidum & ſiccum per ſe & notabiliter. Secundum vero punctum eſt mala cerebri eius diſpoſitio ad frigiditatem & humiditatem accidentaliter conuerſa. Et primum quidem ex multis deduci poſſet. Sed ſufficit argumentum ſumptum a tactu caliditatem in toto percipiente. Secundo ex gracilitate habitudinis. ¶ Tertio ex conuerſione coloris eius ad citrinum cum aliquali opacitate commixtū propter aduſtionem alicuius partis cholericæ materiei ¶ IV. ſignū eſt caliditas a patiente percepta, quæ coegit ipſum vti longo tempore vino granatorum & reliquis infrigidantibus. ¶ V. argumentū eſt vrinarum intenſa citrinitas perſeuerans. ¶ VI. velocitas & frequentia pulſus. ¶ Septimum paſſibilitas eius a calore.
D Facile enim ex applicatione aeris & aliorum calidorum inflammatur patiens iſte. Et licet frequenter lædatur ex applicatione frigidorum ad ipſum, hoc cōtingit propter raritatem ſubſtantię eius magis, quam propter frigiditatem complexionalem. ¶ Et quod confirmat totū, eſt, quod ex applicatione potus dulcis & aliorū calidorum ille ſtatim inflammatur.

Signa cerebri naturaliter calidi & ſicci

Secunda vero principalis diſpoſitio eius eſt mala cōplexio cerebri frigida & humida, quam credo magis eſſe accidentalem quam naturalem. ¶ Siue permutatio cerebri prouenerit ex malo regimine non bene cooperiendi caput, & exponendi ipſum ad extrinſecus infrigidantia: Siue contigerit propter vehementiam & longitudinem ſtudii, ad quod ſequitur reſolutio ſubſtantialis cerebri ſpirituum & humorum laudabilium. Siue huiuſmodi conuerſio cerebri facta ſit propter longam & profundam dormitionē
E replentem caput. Aut quarto huiuſmodi mala complexo frigida & humida in cerebro acquiri potuit propter vehemētes vigilias: quæ licet primo occurſu calefaciant & exiccent: finaliter tamen propter longitudinem vigiliarū fit reſolutio ſubſtantialis in cerebro, ad quam ſequitur multiplicatio materierum frigidarum per viam indigeſtionis. Et vigiliæ calefaciendo poſſunt eſſe cauſſa attractionis materierum ad caput. ¶ Similiter etiam aſſumptio ciborum & potuum multorum frigidorum & humidorum. Et coitus poſt repletionem. ¶ Et capitis ablutio & humectatio abſq; exiccatione. Quacūque igitur harum vel conſimiliū cauſſarum data facile percipi poteſt totum caput eius, & maxime cerebrum humidum eſſe humiditate infuſiua, quæ eſt aquoſa & mucillaginoſa in omnibus partibus cerebri infuſa: & maxime in anteriori. Et niſi eſſet eleuatio
F vaporum cholericorum ab inferiori regione ad caput, quæ eſt cauſſa reſoluendi partē prædictarum materierum, aut aliqualiter rectificandi eas in modo ſubſtantiæ: & faciendo eas penetrare profundatas magis, quam per ſe penetrarēt, neceſſarium eſſet, quod noſter hic patiens continue perſeueraret & affligeretur magna effuſione & fluxu materierum a capite per radices narium, per palatum, per aures & oculos.

1. Corollarium.

1. Corollarium. Ex hoc igitur fundamento conſideranti elici poſſunt corollaria plura. ¶ Primum quod patiens non euacuatur a nocumento operationum imaginatiuæ potentiæ interioris. patet propterea, quia aliquando habuit corruptionem in ſomno terribilem, propter quam clamando timere faciebat aſtantes & ſocios excitationibus valde corruptis: & adhuc aliquando corrumpuntur operationes etiam nunc imaginatiuæ potētiæ propter nocumentum communicatum per neruos ſecundi & tertii paris deſcendentes ad maxillas, & ad gingiuas, ſiue huiuſmodi nocumentum fiat in gingiuis per colligantiam abſolutam, vel per ſimplicem condolentiam, ſiue accidat hoc per colligantiā non abſolutam, vt aliquid vaporeum vel humorale feratur ad gingiuas, inferius patet: quia miranda ſpecies nocumenti percipitur a ſenſitiua potentia gingiuarum & duorum dentium anteriorum in ſiniſtra parte ſuperiori: & videntur eſſe diuiſi rari, in quorum medio B imaginatiua potentia in ſui operatione corrupta percipit rem fixam oblongam in medio duorum dentium prædictorum ſtantem & fixam, quaſi eſſet neruus in medio illorū dentium poſitus. Vide ergo, quam ſubtiliter & ſublimiter oporteat virum ſapientem cōtemplari cauſas mirabilium effectuum in corpore hominis apparentium. ¶ Quod vero lædatur iterum læſione corruptionis operatio imaginatiuæ potentiæ, iterum a poſteriori manifeſte demonſtrari poteſt per corruptam operationē ſenſus viſus comprehenſam per imaginationes & diuiſiones oculorū. Siue n. defendatur opinio Pythagoricorum, quæ ponebat fieri extramittendo, hoc facile tolerari poteſt. Spiritus enim viſibiles cū vaporibus ſecum commixtis extra pulſi ab oculo recipiuntur in medium imprimentes in ipſum idola vel ſimilitudines materierum, ex quibus ſunt geniti vapores, C qui ſunt comixti ſpiritibus viſibilibus. Si vero vapor fuerit eleuatus a cholera ſubtili, acuta & leui, mouebitur talis ſpiritus motu recto ſurſum: & apparebit linea vel punctus coloratus colore citrino, quæ parum durabit, & reſoluetur: & ſuccedente alio vapore cū ſpiritu, perſeuerabit huius diſpoſitio longo tempore corrupte diiudicante imaginatiua potentia corpora taliter colorata & mota eſſe in aere, quæ nequaquam erunt. ¶ Ex quo fundamēto contēplatur peritus in ſcientia, quare quandoq; appareant in imaginationibus corpora extra ferri motu circulari aſcenſus vel deſcenſus vel ad latera: & quare quādoq; iſta corpora appareāt biangularia, triangularia, citrina, alba, ſubrubea, & ſic

2. de aliis. ¶ Secundum corollarium eſt quod hic vir eſt facilis ad phreneticas diſpoſitiones, per phreneſim intelligendo corruptionem factam in operationibus imaginatiuæ D aut cogitatiuæ potentiarum: aut per phreneſim intelligendo verum apoſtema panni-

3. culorum cerebri. ¶ Tertium corollarium eſt, quod eſt paratus ad vigiliā compoſitā cū ſomno corrupto, patet quia in eo inuenitur augmentū phlegmatis facientis dormitionem prolixam & profundam oppilando & mixtū materiei cholericæ facientis vigiliā calefaciendo & reſoluendo: quare erit diſpoſitio compoſita ex dormitione vigilatiua

4. & vigilatione dormitiua. ¶ Quartum corollarium eſt, quod tales diſpoſitiones minantur huic viro cæcitatem facile venturam, patet quia aqua deſcendens multiplicata in

5. oculo facile congelari poterit: ita vt fiat ex ea pannus cæcitatis inductiuus. ¶ Quintum quod hic vir nō euacuatur a ſuſpicione corruptionis operationum auditiuæ potentiæ, videlicet a ſibilo, tinnitu, & ſimilibus: patet propter malam complexionem prædictam E

6. cum ſuis vaporibus corruptiuam organi auditus & ſpirituum eius. Sextū quod paratus eſt ad nocumēta corruptionis olfactus & ablationis eius. Primum patet per præſentiam vaporum cholericorum, qui poſſunt corrumpere organum olfactus & eorum ſpiritus:

7. ita vt fœtidum percipiatur aromaticum, & e conuerſo. ¶ Septimū quod huic viro immineat periculum repentinæ ſuffocationis, quia materia multiplicata in cerebro & ventriculis eius, facile poterit deſcendere ad torcular vel lacunā cerebri & infundi in rete mirabili ſuperſtrato oſſi petroſo, quod eſt baſis totius capitis hominis. Hęc in ſumma videtur eſſe diſpoſitio huius viri ex tactis periculis aggregata, ꝓpter q̄ concludit̄ virū iſtum oportere eſſe valde diligentē in regimine ſuo ſecundū q̄ in poſterum declarabitur.

Cap. II. *De intentionibus habendis in cura harum malarum diſpoſitionum.* F

Tria in hoc patiente corrigenda. ITAQVE ex præmiſſis apparet, q̄ regimen huius viri debeat adminiſtrari circa tria in ipſo principaliter corrigenda. ¶ Primum eſt circa nocumenta in cerebro præſentia & futura fieri a materia in ventriculis eius congregata læſiuā operationum interiorum eius. ¶ Secundum principale eſt circa nocumenta corruptionis operationum viſiuæ potentiæ. ¶ Tertium regimen debet attendere ad ægri-

A ad ægritudines cholericas: & etiam ad augmentum nocumentorum cerebri & viſus, propter magnam euaporationem ab epate ad caput communicatam.

Ex quorũ fundamẽto appatet quod iſtud regimen eſſe debeat complexũ ex his quæ, calefaciendo, exiccando, reſoluendo & ſubtiliando corrigant lapſum ſtomachi & cerebri in quibus augmentatur phlegmatica materia: & q; ipſum etiam oporteat eſſe cõmixtum ex regimine infrigidante & humectante & corrigente lapſum epatis & cholericam materiam in eo inuentam. Et quia longe maior eſt lapſus frigidus & humidus materialiter & effectiue in cerebro & ſtomacho, quam ſit lapſus calidus in epate: ideo oportet omnia inſtrumenta moderare ſecundum iuris modum. & hic oſtenditur ſapientia periti viri qui omnia inſtrumenta medicinalia adminiſtrare debet ex his, quæ ſunt calida & ſicca in prima manſione tertii gradus, & ex his, quæ ſunt frigida & humi-
B da in prima & ſecunda manſione ſecundi gradus, vt omnia talia deducant ad medium: quia ſecundam manſionem ſecundi gradus. Qui ſermones colliguntur ex *tertio techni*, §. *illo. Si de:em quidem numeris:* & commento illius partis ab Haly Rhodoan. & pluſquam commentatore: & adhuc *fen. 4. lib. 1. cap. 2. Curationis malarum complexionum:* & §. *illo. Amplius ſi ſanatiua complexio:* hæc tamẽ ſunt mihi difficilia: dato quod illa credam eſſe leuiſſima viro magnæ vtilitatis & celeberrimo Doctori domino Bernardo de Garzonibus: qui facile admodum omnia complere potuit: cum iam omnia Heſperiæ ſtudia ſua profundiſſima ſcientia decorauerit, &c.

CAP. III. *De regimine aeris, ſomni & reliquarum rerum non naturalium.*

C AT nunc vero pauliſper diſcurrendo dicamus, quod aer climatis, regionis, ciuitatis, & cameræ ſeu domus, quem inhabitat hic noſter patiens, declinet ad caliditatem & ſiccitatẽ, qualis & quanta eſt caliditas & ſiccitas quæ inuenit in prima parte æſtatis comparata ad vltimam partem veris: & quanta eſt caliditas quæ inuenitur in hypocauſto ſicco remiſſe calefacto; comparata ad idẽ intẽſe calefactum. Et quia inuenitur talis aer nõ vbiq; locorum artificialiter præparetur accendẽdo in camera ignem non valde magnum & fumigando locum habitationis cum thure, aut colophonia vel ligno aloes: quorum alterum proiiciatur ſuper carbones ignitos: & comburantur in loco ligna abietis, iuniperi, pomorum lauri & cõſimilium: & teneat patiens veſtes ſtomacho decenter applicatas, pannum magnum de grana ſuper ſtomacho portando: aut plumaceolum de pelle vulturis: aut cerotum factum ex ℥ j. re-
D ſi. cum ℥ j. maſticis & garyoph. Et caput ſuum quantum eſt, teneat munitum infulis calidis de grana vel altero de lana duplicato vel de pellibus agninis artificialiter factis. Et muniat etiam pedes ſuos rebus bene calefacientibus. *Aer.*

Pro altera vero re non naturali, hic vir quieſcat ab omni exercitio poſt cibum tã corporali quam ipſius animi ex parte proficiendæ contemplationis in ſtudio: & hoc ſaltem per quatuor horas, licet exercitium orandi pſalmodias, lectiones legendi & leuiter vociferandi non noceat ei: ab aliis autem exercitiis omnibus quieſcat. *Quies & motus.*

Pro tertia euitet dormitionem poſt cibum ſubito factam: cum enim propter reciprocationem caloris in ſomno fiat augmentum in eo, tunc fumi & vapores craſſi & rudes a cibo eleuantur, qui replent caput repletione non bene corrigibili: elapſis igitur duabus horis ab aſſumptione cibi dormiat capite ſuo bene cooperto notabiliter eleua-
E to: recumbendo ſuper dextro latere prius; deinde reuoluendo ſe ad latus ſiniſtrum & tandem ſuper ſpinam. ¶ Et examinatis diligenter omnibus circumſtantiis non eſſet conueniens ipſum frequenter dormire reſupine magis, quam incuruari ſuper latere dextro: vt euitetur caliditatis augmentum in epate & cholericæ materiei. ¶ Dormitionem autem ſuper facie & pectore omnino fugiat velut ignem, ne materiæ inclinentur ad oculos. ¶ Menſura autem ſomni huic viro eſt ſatis conueniens a ſex vſq; ad octo horas, conuenientius tamen eſt ei dormire octo horas quam præciſe ſex: vt melior fiat in cerebro digeſtio & materierum & vaporum rectificatio conuenientior: alia vero temporis parte vigilandum eſt propter conſumptionem & diſtractionem, quæ ſe-
F quuntur ad vigilias. *Somnus & vigilia.*

Pro quarta euitet animæ accidentia contriſtatiua: vt anguſtiam, melancholiam, triſtitiam, meditationes prauas & horribilium hiſtoriam, lectiones repræſentantes martyria ſiue mortes, & ſimilia. Similiter etiam omnes impetuoſæ animi paſſiones, per *Accidentia animi.*

quas fortis & feſtinus imponitur motus ſpiritibus & humoribus euitandæ ſunt : velut A
ira fortis & furor magnus, ad vindictam magnus appetitus, per hæc enim omnia debilitatur cerebrum, materierũ digeſtio prohibetur & augmentum caliditatis in eis acquiritur, &c.

Repletio & inanitio. Pro quinta effugiat malum regimen penes repletionem ciborum & potuum. ¶ Primo namq; nunquam cibum accipiat, niſi verus ad ipſum accipiendum inducat appetitus.

Secundo nunquam accipiat cibum niſi præcedentem aſſumptum cognouerit a ſtomacho expulſum : quod per eius alleuiationem percipiet. ¶ Tertiò vero nullum accipiat cibum vel potum ſubito vel ingluuioſe.

Quarto omnis cibus calidus actu melior erit, quam frigidus, vt eius actualis calidi- B
tas & potentialis contemperet frigiditatem potus, qui communiter accipitur frigidus.

Quinto non accipiat cibos potentia, ſapore & ſubſtantia multum diuerſos.

Sexto non accipiat ciborum ſpecie, colore & ſubſtantia diuerſorum multiplicitatem.

Septimo non deglutiat cibum niſi optima maſticatione præcedente.

Sacerdotes diu morantur in menſa. Octauo in comedendo non expendat temporis multiplicitatem, *quod ſolet eſſe proprium ſacerdotibus*, quid multum temporis expendunt in comeſſationibus : neq; etiam velociter deglutiat, quia illud eſt proprium falconibus & guloſis. Et idem de potibus dicendum eſt. C

In ſumma igitur ciborum & potuũ menſura debet eſſe tanta, vt per eã non percipiatur in ſtomacho grauitas, tenſio & fluctuatio. Colliguntur hi ſermones ex *fen. 3. lib. 1. cap. de regimine hominum per cibum & potum.*

Electio ciborum. Pro vltima vero re non naturali, ſ. per cibum & potum in eligendo debitam quantitatem in cibis & potibus & qualitatem, oportet præmittere, quod quia materia ægritudinum huius viri videtur eſſe heterogenea in ſpecie & in ſubſtantia. Dico autem in ſpecie: quia dato, quod maior pars eius exiſtat phlegmatica & mucillaginoſa & aquoſa: tamen ei commiſcetur aliquid materiei cholericæ habentis gradum aduſtionis a caliditate notabili epatis huius viri, propter quod oportet omnia cibaria participare caliditatem non valde intenſam. In ſiccitate tamen poſſent eſſe magis eleuata. Exemplum D
horum eſſet velut panis bene coctus, & quantitatem fermenti & ſalis habens plus quã panis communis, propter quæ omnia cibaria de farina & de paſta euitanda ſunt ab eo.

Carnes antiquæ difficilis digeſtionis & craſſi nutrimẽti dimittãtur: & adhæreat carnibus de pullis, de perdicibus & phaſianis, merulis, turdis & auibus minutis: & capreoli, lepores etiam ſunt ei vtiles. Carnes pullinæ & columbinæ placent mihi, francolini & ſtarnæ.

Piſces vero omnes fere dimittendi ſunt, maxime in vſu multo, & tincæ & anguillæ, cancri, & molles & viſcoſi piſces omnes, & antiqui dimittantur: & meliores ei forent ſaliti piſces & frixi quam elixi.

Propter quæ ſimiliter omnino dimittere debet lactucas, ſpinachiã, betam, portu- E
lacam, chryſolicanam, cucumerem, & cucurbitam, citrulum : Melonum autem vſum mediocrem non vitupero.

Omnium vero leguminum vſus & proprie elixorum diſplicet mihi : licet aſſumptio leguminum cum bonis carnibus, cum ſaluia & roremarino non omnino reiicienda ſit.

Herbarum vero calidarum & proprie opthalmicarum vſus mihi placet : vt ſunt fœniculus, origanum, ſerpillus, betonica, mentha, hyſopus & conſimilia. Caules vero omnino dimittantur & caputii: quia obtenebrant viſum.

Lactis autem & lacticiniorum vſus omnino fugiatur. Butyrum etiam pro condi- F
mento ciborum non mihi placet: quoniam oculos & ſpiritus multa vaporoſitate replet: ſed melius eſt oleũ oliuarum & de amygdalis dulcibus. ¶ Itẽ oleum de nucibus nõ mihi diſpliceret. Siſaminũ v. diſplicet, ꝓpter magnã vnctuoſitatẽ & humiditatẽ eius. Caſeo a-

vti poteſt

A vti poteſt ſaltē habente ætatem plus quam ſex menſium. Mollis autem caſeus & coloſtra & recocta dimittenda ſunt. ¶ Fructus conuenientes ſunt ficus recentes & ſiccæ ante cibum comeſtæ, & vuæ albæ bene maturæ recentes & exiccatæ, amygdalæ, fiſtici, poma granata dulcia & mediocris ſaporis tempore ſuo non ſunt vituperanda, amygdalæ item recentes & ſiccæ mihi placent, & caſtaneæ coctæ poſt cibum, & vti etiā quandoq; pyris dulcibus coctis poſt cibumcū aniſo & fœniculo bonum eſt: & carobæ & paſtinacæ recentes & conditæ, & oliuæ conditæ iterum ſunt ei laudabiles, vt zinziber conditum, & mirobalani Indi, & chebuli conditi. ¶ Ex peregrinis vero ſpeciebus conueniunt piper vtrumque, crocus, galanga, ciminum, macis, zinziber & conſimilia, ſiue ſint ſimplicia, ſiue condita cum ſacharo vel melle. ¶ Vinum vero coctum ha- *Electio potus.*
B beatur in paruo vſu, & acetum rarius: ſed agreſta & vinum granatorum & aranciorum ſuccus placent. ¶ Pro potu autem eligat vinum remiſſum in potentia, album vel ſubrubeum, clarum, & ſaporem habens, quem diligat guſtus & ſtomachus eius: & ſi eſſet in locis in quibus vina non reperiuntur, niſi valde potentia & fumoſa: tunc laudo vt cōmiſceat cum aqua eufragiæ: aut ſaltem coquat aquā cum floribus eufragiæ: & bene colatum miſceat cum vino per tertiam vel quartam partem, ſecundum quod ei videbitur opportunum propter fumoſitatem vini. Menſura vero potus & cibi tanta ſit, vt ex ea nō percipiatur in ſtomacho grauitas, neq; tēſio aut fluctuatio, neq; gurgulatio multa. Hęc ſunt in ſumma, quæ videntur mihi huic viro opportuna pro regimine, & ex parte eius obſeruando in rebus non naturalibus, &c.

C

CAP. IIII. *De regimine per medicinas.*

VENIAMVS ad quartam partem regiminis ſcil. per medicinas. Et iterū purgetur in tempore huius hyemis per hunc modū. Primo quidē circa horā x. ja principio huius menſis, ſ. Decembris, per totū mēſem Ianuarii accipiat iſtas pillulas. ℞ *pillularum de hiera compoſita* ℈ *ij. pillularum de ſarcocolla* ℈ j. *Pillulæ.*
pillularum cochiarum ℈ ß. *formentur pillulæ vij. cum electuario roſ.* & accipiantur in aurora dormiendo poſt eas immediate per horam cum dimidia & non amplius. Deinde ſedeat & expectet euacuationem vſq; ad v. horas, & tunc accipiat cyathū j. aquæ coctæ cum granis fœnicu. bene ſacharatæ & calidæ: & poſt illā tardet comeſtionem ad minus per horā j. ¶ Die vero ſequenti hora præſcripta accipiat hunc potum calidū: & poſt ipſum cō-
D edere tardet etiam per iiij. horas: poſt quem potum exercitetur & dormiat pro libitū. Huius autem potus deſcriptio eſt hæc. ℞. *aquæ arthanitæ* ℥ *ij. aquæ fœnicu.* ℥ *j. aquæ eufragiæ* ℥ *j. ß. miſce.* ¶ Et ſi deſideraret habere potum maioris impreſſionis, capiat iſtum. *Rec. ſyrupi compoſiti acetoſi* ℥ *j. ſyr. roſ.* ℥ *ß. aquæ nenupharis* ℥ *j. ß. aquæ chelidoniæ* ℥ *ij. miſce.* Totiens igitur aſſumenda ſunt huiuſmodi digeſtiua, vt appareat vrina colore & ſubſtantia ſatis mediocriter reducta: & fit in ea ſedimē in fundo album coniunctum & æquale. ¶ Et tunc purgetur cum hoc. *Rec. hierelogodion* ʒ *vj. aquæ fœniculi, & eufragiæ an.* ʒ *j. ſachari ſecundæ decoctionis* ʒ *vj. miſce, & totum accipiatur vt ſupra, obſeruatis canon qui dicti ſunt poſt minoratiuum præaſſumptum.* ¶ Cum ergo fuerit purgatus per hunc modum, tunc vtatur iſtis tribus remediis vſque ad medietatem menſis Februarii. *Potus. Alius. Alius.*

E Quorum primum eſt hoc. *Rec. ſucci fœni. depurati per reſidentiam* ℥ *j. ſucci foliorum ſerpentariæ* (quam vocant iaron) ℥ ß. & eſt illa cuius folia aſſimilantur figuræ ſagittæ barbulatæ, de qua materia iſte ſeruus Dei ſaltem quater in die in aurora ante prandium per horam & ante cœnam bis cum vadit cubitum liniat oculos ſuos interius & exterius: & erit ei præſidium ſingulare. ¶ II. remedium eſt hoc. *Rec. aloes epaticæ* ʒ *ij. pulueriz etur ſubtiliter: & cum ſucco roſ. formentur pillulæ*, ex omni ʒ vj. & a quarta die purgationis deinceps omni quarta veſpera recipiat vnam cum vadit ad lectum. *Pillula.*

Tertium remedium eſt hoc. *Rec. ligni aloes* ʒ *j. ß. foli* ʒ *j. macis* ʒ *ij. violarum, florum endiuiæ & acetoſæ an.* ʒ *j ß. puluerizentur omnia per ſe. Deinde commiſceantur bene conquaſſando. De hoc puluere hic vir vſq; ad finem Martii cum vadit ad lectum puluerizet: & anteriorem partem ca-*
F *pitis per medium eius per quatuor digitos ſuper aſpergendo quantitatem ſex granorum hordei*, & cum apponet ſecundū, tunc in ſetula confricando deponat primum. Et hæc quidem inſtrumenta videntur ſatis conuenientia vſque ad medietatem menſis Martii vel finem eius. *Puluis capiti inſpergendus.*

Cum autem aduenerit medietas menſis Martii, tunc omni mane in aurora cum con-

ditionibus euacuandi ſuperius tactis accipiat iiij. ʒ hieræ ſimplicis Galeni cum ij ʒ aquæ maioranæ calefactæ, & obſeruet poſt ipſum, ſicut de aliis euacuantibus dictum eſt. ¶ Secundum vero ſpeciale remedium eſt hoc. ℞. *Peucedani, arthanitæ, vtriuſq; ariſtolo. baccarum*
Lotio pedum. *lauri an. M j. bulliant in bona quantitate aquæ vſq; ad conſumptionem medietatis: & cum hac aqua calida per horam ante cœnam abluat omni die pedes ſuos a genibus vſq; ad plantas.* ¶ Tertium remedium eſt, vt memor ſit apponere capiti pulueres: vt in capitulo præcedenti dictum eſt, ſolum omni quarta die ſemel. Et cum accipit iſtum puluerē ſuper caput, ſemper accipiat vnam de pillulis ante ſcriptis. ¶ Quartum remedium eſt hoc. ℞. *coſti, ſtaphyſagriæ, piperis al. calami aromatici & cubebarum an. ʒ j. liquiri. mundatæ & minutim inciſæ ʒ j. pyretri bene triti ʒ ij. ß. bulliant in vj lib. aquæ vſq; ad conſumptionem medietatis, & ex hac aqua calefacta accipiatur cyathus cum ℥ j. ſachari duarum coctionum*: & tunc patiens accipiat de ea in B os ſuum bis bene lauando ipſum, & tertia vice gargarizet: & ſic reuoluat operationem a colluſione ad gargariſmum, & e conuerſo, vſq; ad conſumptionem dicti cyathi: ac ita faciat per horam & dimidiam ante cœnam, ſolum medium cyathum illius decoctionis conſumendo vſq; ad complementum totius decoctionis: & hæc ſufficiant ei continuata vſq; ad principium Geminorum vel medietatem Maii.

Quinq; remedia æſtate vſurpanda. Cum autē aduenerit æſtatis principium, vtatur quinque remediis infraſcriptis. ¶ Primum. ℞. *aquæ verbenæ, aquæ euſragiæ an. ℥ j. aquæ fœniculi ℥ ij. miſce*, & accipiantur in aurora mediocriter calefactæ, poſt quarum ſumptionē immediate deglutiat pillulam
1. Potio. vnam factam de aloe abluto a. vj. pro ʒ cum ſucco roſ. Erit enim modus digerendi materias & attrahēdi eas a ſuperioribus ad inferiora a medio tractu diuerſionis &c. ¶ Secū- C
2. Aqua per nares attrahenda. dum remedium eſt hoc. *Rec. ſucci arthanitæ ʒ ij. aquæ mellis ʒ iij. calefiat totum, & de eo actu tepido vel mediocriter calido circa horam xxj. omni die ſemel a fine Maii per totum menſem fiat tractus leuiter per nares ter ex vna quaq; ipſarum in ſpatio vnius horæ.* Et attendat, quod quando attrahit hanc aquam, habeat ſemper os plenum aqua tepida & ſacharata, vt melior fiat
3. illius caputpurgii ingreſſus, aliter nihil faciet. ¶ Tertium remedium eſt, vt cum aduenerit principium menſis Iulii, ſingula vel tertia aurora deglutiat cochlear vnum xylobalſami conditi. Et ſi propter neceſſitatem celebrandi non poſſet recipere illud
4. Collyriū. mane, recipiat ipſum veſperi per tres horas ante cœnam. ¶ Quartū remedium eſt. *Rec. fellis gazelli, vel caprioli, fellis ſaboth piſcis* (eſt lucius fluuialis) *an. ʒ ij. fellis caprini ʒ ij. ß. aquæ mellis lib. ß. euſragiæ, ligni alo. an. ʒ j ß. pulueri zentur omnia puluerizanda, & miſceantur bene adin-* D *uicem in ampulla bene groſſa, & circundetur ipſa argilla bene emplaſtrata ad craſſitudinem vnius digiti. deinde ponatur in furnum poſt extractionem panis, & ibi relinquatur tota nocte*, deinde extrahatur ab ampulla argilla illa & reſeruetur collyrium in ſua ampulla bene obturatum. De iſto enim poſt finem mēſis Iulii incipiat mane ante cibum imponere cuilibet oculo vnam guttam decumbendo ſuper ſpinam in antro obſcuro: & hoc collyrium erit ipſi
5. ſemp vtile omni pceſſu vitæ ſuæ: & eſt remediū magnæ vtilitatis. ¶ V. remediū eſt hoc. ℞. *gran. fœni. aniſi, carui, leuiſtici an. ʒ ß. ſem. gallitrici vel florū eius ʒ ij. aloes præparatæ ʒ j ſalis gēmæ ʒ ß. cū ſuc. raparū viridiū, fiant pillulæ, de quibus hic vir a principio menſis Auguſti vſq; ad mediū Octobris accipiat vnā parū ante cœnam, & aliā tertio ſero poſt ipſam per duas horas poſt cœnā*: & ita reuoluēdo pcedat ab illa, q̄ ante ad illā q̄ poſt cœnā accipit vſq; ad mediū Octobris, &c. E

Primū remediū vſurpandū in principio hyemis. Cum ergo iam aduenerit medietas Octobris, tunc incipiat vti tribus remediis infra ſcriptis continuando ea vſq; ad medium Nouembris: & tunc incipiat vti remediis diuinis, quæ poſita ſunt ſuperiori cap. regiminis medicinalis. ¶ I. a. inſtrumētorū eſt hoc. ℞. *reſinæ electæ bene attritæ ʒ ij. ameos, amomi, ligni aloes an. ʒ ß. ambræ ℈ vj. muſci g. ij. macis ʒ j. ß. vio-*
Ceratum. *larū, florū nenupha. an. ℈ ij. diſſoluatur reſina cū ſuc roſ. & cum ſufficienti quantitate ceræ, fiat cerotū bene tenax, de quo extendatur ſuper panno de grana latitudinis mediocris ſpithamæ*, & applicet raſis pilis anteriori parti medii capitis: & ibi continue adhæreat: & ſi deponeret creſcētib.
2. Ceratum. pilis, reiteret raſura & apponat ſecundū cerotū. ¶ II. v. remedium eſt hoc. ℞. *opoponacis, ſerapini an. ʒ j. ß. reſinæ ʒ iij. euforbii ʒ j. calami cōbuſti, auripigmenti an. ʒ ij. incorporentur ſimul cū aqua ſalis armoniaci: & fiat cerotū longitudinis ſubmiſſis*: & applicet poſteriori parti, q̄ dicit alteraten: & eſt locus vbi coniungit finis colli cū principio ſpatularum: adhæreat ergo F cerotū illud tanto tpe, vt partem excoriet: ita vt educat virulentia ab ipſa, & tūc curet cū
3. vnguento apoſtolorū p ſpatiū duorū vel triū menſium. ¶ III. remediū eſt vt ſ. hoc tēpore omni ſeptimana ter vel ſaltem bis maſticando deglutiat vnum myrabolanum conditum: & ſic reuoluēdo curā perintegrū annū reducet vt ſpero ad ſanitatē, & præſeruabitur ab euētu prædictorū accidētiū, ad q̄ paratus eſt. Et hæc ad laudē omnipotētis ſuffi-

A cere poſſunt ad recuperãdam ſanitatem, quam ipſi impartiri dignetur miſericors Deus,
qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

CONSILIVM XII. *De plenitudine capitis ex multa materia phlegmatica, quæ in ſpatulis & lumbis recepta & renibus, cauſſat dolores, & etiam diſponit ad dolores iuncturarum.*

NOBILIS iſte German⁹ ægrotat plenitudine capitis a multa materia phlegmatica
deſcendente ad partes inferiores, quæ recipitur in muſculos ſpatularum, &
quandoq; multiplicata trãſit vſq; ad lumbos renales: & recipitur etiam in renes,
& eſt cauſſa doloris extenſiui & grauatiui in prædictis partibus. ¶ Et quandoq; hæc ma-
teria multiplicata & in renibus retenta a calore potenti epatis & renum conuertitur in
multas arenas, ex quibus ſatis præparatus & procliuis eſt ad generationẽ lapidis in renib.
B & proprie ſi erit homo multo coitu vtẽs & multitudine vini albi & valde fumoſi ac mul-
titudine aromatum & forti equitatione ſuper equis laborioſe incedentibus. ¶ Ex quib.
etiam omnibus facile eſt videre, qualiter iſte ſit pronus ad dolores iuncturarũ, & iam ap-
paret in eo principium ſuſpectionis talium dolorum in eo, quia iam pluribus ante die-
bus paſſus eſt dolores in coxis vſq; ad genua.

Pro regimine igit᷑ eius euitet vſus ciborũ multorũ, & proprie pinguium & lactici-
niorum, paſtilium, leguminum, & reliquorum vẽtoſorum, vt cæpę, allii, raphani, enulæ,
porrorum, & ſimilium. Euitet etiam vina fumoſa, vt tactũ eſt, & coitum, forte exercitiũ,
& propriè poſt cibum. ¶ Procuret purgare ſe a tempore præſenti per totum hunc men
ſem, aut ſaltem vſq; ad medietatem Maii, cum hoc minoratiuo. ℞. *electuarii Indi* ʒ *iii. a-* Potio purgans.
C *garici electi* ʒ ß. *ſalis gemmæ gra. ii. zinzi. gra. vi. accipiatur totum calidum cum aqua mellis in au-
rora: & tardetur cibus eius per ſex horas, accipiendo tamen poſt quintam horam vnam ſcutellam bro-
dii macri cum* ʒ ß. *ſachari albi.* ¶ Accepto minoratiuo accipiat hoc digeſtiuum, quod con-
tinuet ſex vel vij. vicibus vtẽdo toto hoc tempore regimine laudabili ciborum & potuũ.
℞. *ſyrupi de eupatorio, ſyrupi de calamento, oxymellis compoſiti an.* ʒ ß. *aquæ betonicæ, aquæ abſinthii,* Potio digeſtiua.
& ſaluiæ an. ʒ *i. miſce, accipiatur calidum & poſt ipſum tardetur cibus quatuor horis.* ¶ Accepto
digeſtiuo mane in aurora accipiat hoc ſolutiuum. ℞. *pillularum de ſarcocolla* ℈. *ii. pillularum
de reubarbaro* ʒ ß. *boni ponderis reformentur pillulæ vii. cum electuario ſucci roſ.* Si autem dieb. Pilula ſolutiua.
quibus aſſumit digeſtiuum, venter eſſet ſtipticus, accipiat omni ſero vnam de pillulis
iſtis. ℞. *aloes lotæ cum modico aquæ maioranæ calidæ,* ʒ ß. *maſticis, cubebarũ, ireos an. g̃. iii. ſalis In-* Pilula alia.
D *di gra. v. reformentur pillulæ cum ſucco roſ. ex omni* ʒ *vi. & accipiatur ex eis omni ſero immediate
ante cœnam.* ¶ Poſtquam vero fuerit purgat⁹ diligenter, omni mane cum ſurget a lecto,
lauet ſe ab inguinibus vſq; ad plantas pedis cum forti lixiuio, in quo coctæ fuerint nuces
cypreſſi vſq; ad xl. & ſit calidum. ¶ Et iterum tẽpore, quo ſe abluit, accipiat ſemper ante
prandium & cœnam per ſemihorã rotulã vnam iſtius cõfectionis. ℞. *ſpecierum electuarii de* Rotula.
acoro ʒ *ii. ſpecierũ pliriſarcoticon* ʒ *i. ſachari al. lib.* ß. *cum aqua maioranæ fiat confectio in rotulis me-
diæ* ʒ. ¶ Cõpletis a. iſtis, ſi remanebit ſanus, bonũ eſt, ſin minus, exponat ſe ad balnea, quæ
inueniunt᷑ in diœceſi ciuitatis Paduæ, in quib. balneet bis in ortu ſolis: & in xxiii. hora:
nõ tamẽ ſtet in balneo infuſus ampli⁹ quã per mediã horã, caueat ſibi a potu omni, dum
eſt in balneo, & poſt illud per horas duas, & etiam a coitu & conuerſatione mulierum.

E CONSILIVM XIII. *De mala complexione cerebri frigida & humida cum multa materia phlegmatica, aquoſa & mucillaginoſa multoties: Aliquando autem ſalſa & acetoſa cum dolore capitis grauatiuo, cum tuſſi catarrhoſa: Et cum conturbatione viſus & auditus a cholera euaporante aut aſcendente ad caput propter malam complexionem calidam & ſiccam epatis.*

DISPOSITIO huius nobilis Raguſei principalis eſt mala complexio cerebri frigida
& humida cũ multa materia phlegmatica aquoſa & mucillaginoſa vt in pluribus.
Raro autem ſalſa & acetoſa. Ex quibus prouenit in toto capite dolor grauatiuus &
frequenter multarum ventoſitatum & vaporum in eodem motus & congregatio. Vnde
non raro materię prædictæ catarrhizantes ad pectus multiplicant in eo ſputum cum
multa raſcatione frequentius, & raro cum tuſſi: in quo quidẽ ſputo quandoq; ſapor acris
F repręſentatur, quia ꝑpter multam eius quantitatem & frigiditatem ſapor talis acquiri-
tur. ¶ Cauſſa vero propter q̃ in eo frequentius ſalſedo q̃ ſapor acris reperit᷑ eſt ꝑpter ma-
teriam cholericã in epate ſuo quod a generatione valde calidũ eſt multiplicata: q̃ choli-
ca materia potuit capiti cõmunicari per modum euaporationis: aut q̃a ſimul per venas
cum ſanguine in propria ſubſtantia ad caput delata eſt, ꝑpter quã cauſſam etiam in eius

oculis citrinitas continua ſemper apparet: & totius faciei color ad citrinum vergit,& in A
organo auditus eius quandoq; tinnitus pręſentia non abſcedit. Vnde & facile videri po-
teſt, propter quid ante oculos eius deluſiones appareant interiorum. *tertio & tertia tertii,*
tractatu quarto imaginationes appellante. ¶ Ex quorum iterum fundamento aperte deduci
poteſt cuiuſdam difficultatis anhelitus interpolata exacerbatio, quæ ad ſpeciem aſmatis
quandam, ad quam paratus eſt, ex prædictarum materierum defluxu deduci poteſt: vt
colligit̃ *decima tertii, tractatu 2. cap. de aſmate.* hæc enim ægritudo quandoq; reuoluitur per
periodos, vt in exordio cap. illius legendũ. ¶ Leuiter igitur poteſt concludi inſuper fre-
quens oppilatio in eius epate aduenięs cũ tenſione aliquãta & dolore nõ leui moleſtans
ipsũ. Qualiter enim materiæ ab epate ad caput delegari poſſunt, taliter & facilius phle-
gma a cerebro ad epar facile effundi poſſe non videtur difficile. ¶ Colligit̃ igit̃ in ſumã, B
lapsũ iſtũ cõplicatũ eſſe ex mala cõplexione frigida & humida materiali ipſi⁹ cerebri,
mala cõplexione calida & ſicca epatis: quæ ambæ deteriorẽ lapſum efficiũt inter alios,
vt quinta tertii. c. de cauſſis catarrhi in litera colligitur. ¶ Sunt a. lapſus iſti variis accidentib. ſu-
peri⁹ tactis cõcomitati, vt grauitati, vẽtoſitatib. capitis: Tinnitui auris & imaginationib.
oculorũ, multitudini ſputi excreatiui: tenſionibus & oppilationib. epatis & dolorib. e-
ius, quæ omnia valde facile ſignis propriis mõſtrari poſſunt, quia q̃ in enarratione cau-
ſarum virtualiter includuntur, dimittantur ad præſens. ¶ Colligendum igitur ex prędi-
ctis, quod diſpoſitio talis difficulter & cum magno labore curari poteſt. Et indiget regi-
mine per res non naturales & medicinales multũ ſciẽtifice menſuratas. Quod apparet,
quia ea, quæ caput calefaciendo & exiccando conferrent, omnia fere talia epatis diſcra- C
ſiam prædictam deteriorem efficerent.

Regatur igitur primo ciuitate, regione, camera vel loco habitationis aerem habẽ-
tibus parumper ad calidum & ſiccũ inclinatũ & non excellenter. Quare fugiat locũ vẽ-
toſum, humidum, ſubterraneum, antiqua & teſtitudinalia ædificia habentẽ: & propea-
quas & flumina, & reliqua humectatione multa nocentem. Similiter euitet pileos ſeu tia-
ras & veſtes multo ſudore infuſas, caput, pectus & corpus ad oppilationes pręparantes. ¶
Cibi. Dimittat etiam cibos vaporoſos, vt ſunt pinguedines omnes, legumina & aquoſa cibaria
omnia, vt fructus recẽtes, ceraſa & fabę: effugiat etiã frigida cibaria valde; vt lac & huic
ſimilia. Item & viſcoſa omnia cibaria, vt piſces, cutes, ventres, neruoſas & viſcoſas anima
lium partes. Dimittat etiam acuta cibaria valde, vt alleum, cępas, bulbum, raphanum, ſi- D
napi, & genera omnium ſalſamentorum. In reliquis autẽ cibariis præter hæc genera re-
Potus. gatur ſuo modo. ¶ Vino autem vtatur non valde acuto vel fumoſo, opaco, craſſo vel
viſcoſo: vinum autem eius ſit colore album vel gaurum, cereſoleum dictum, ſubſtantia
ſubtili, nullo modo craſſum, & ſit diaphanum & non turbidum. In ſapore ad aliquantam
dulcedinem, non tamen excellenter, ſed mediocriter eleuatũ: aut ſit mediocriter pon-
ticum & bruſcum: licet non ita mihi placeat hoc ſecundum ſicut primũ. ¶ Omne autem
tale aromaticitatem habeat notabilem. ¶ Aqua vero ei⁹ ſit ex bono fonte vel fluuio ac-
cepta, diaphana, ſubſtantia ſubtilis vnctuoſitatis & limoſitatis, partẽ omnẽ excludens:
aut ex puteo electam mineram habente, aut de ciſterna accepta. Ab aqua ſalſedo omnis
excludatur, qualis ſolet haberi ſalſedo in ciſternis ciuitatis Venetiarum, vt in pluribus. E
Exercitium. ¶ Exercitio autẽ vtendum eſt mane in recentiori diei parte: & hoc in diebus caloris: vt
a principio Aprilis vſq; ad medium Octobris. Reliquo vero tempore exercitari magis
conueniret veſperi & ante cœnam. Melius autem exercitium eſt paſſim mediocri fre-
quentia ambulare, aut equis ſuperſedere, quam nauibus vehi & curru. Multam autẽ ci-
borũ inanitionẽ euitare debet, & maxime in diebus caloris propter debilitatem & inflã-
mationẽ ad q̃ paratus eſt, argumento accepto a diſtemperie epatis ſupraſcripta: licet ad
abſtinentiã inclinare magis q̃ ad ciborum quantitatem multũ ſibi cõuenientius videret̃
propter malã cõplexionẽ frigidã & humidã ſupraſcriptam. In ſumma igit̃ ab abſtinẽtia
diſcedat ſaltẽ frequenti. Vtatur aũt ciborũ quantitate conuenienti, qua ſtomachus non
grauetur: neque in eo potus fluctuare percipiatur. Ex quibus vires corporis reſtauratas F
perſeuerare percipiat. Et ſi quandoq; a mediocri ciborum & potuum quantitate ſece-
dendum contingeret probabiliter defendi poteſt, quod minus ſit malum ad menſuram
auctam aſcendere, argumento ſumpto ab ætate: quia conſiſtens eſt & a digeſtiua ſtoma-
chi quæ conuenienter ſe habet, & a temperamento epatis ſuperius aſſignato.

A ¶ In ſomno a. ſicut & in ciborum menſura non minus ſapienter agere debet. Somnus *Somnus.*
enim longus parumper æquali amplior videtur conuenire magis , quam breuior, vi-
uificat n. animalem virtutē, lapſum cerebri corrigit, materias frigidas digeſtioni diſpo-
nit, digeſtiones primā & ſecundā melius perfici facit, neq; ex eo augmentum phlegma-
ticum in cerebro & reumatiſmum ad pectus timenda ſunt, & non ampliori capite con-
uenienter eleuato & tecto, ſuper dextro latere prius, deinde ſuper ſiniſtro dormiendo.
Reſupinas autem dormiendi figuras & alias præter iſtas euitet propter cauſſam notam.
¶ Accidentium autem animi triſtantium, timere facientiū & occupationes melancho-
licas imprimentium, euitet occurſum, & maxime omnē propter quē & a ſomno & ex-
ercitio & hora conuenienti aſſumtionis cibi ſeparetur, aliter non leuis periculi onus ei
B incumbet.

De regimine vero medicinali ſolicitus etiā eſſe debet. Igitur die decima quinta
huius mēſis mane duabus horis ante diem accipiat hoc minoratiuum cū medio cyatho
aquæ calidæ cum ſacharo coctæ commixtum: poſt cuius aſſumtionem immediate dor-
miat per horam vnam, deinde vigilet horis quatuor, poſt eas bibat cyathū magnū aquæ
hordei coctę cum ſacharo, & demum, poſt horam accipiat prādium. ¶ Eſt autem mino- *Potio mi-*
ratiuum tale. ℞. *mannæ electæ ℥ j.ß. reupontici electi ʒ j. ſalis gemmæ ℈ j. ſquinanti, aniſi an. ℈ ij.* *noratiua.*
aquæ cicoreæ, aquæ eupatorii an. ℥ j.ß. remaneant infuſa per diem naturalem, deinde colentur & cō-
uenienter exprimantur, & bibatur totum vt ſupra. ¶ Poſt minoratiuum prædictum accipiat
hoc digeſtiuum, quouſq; videbit in vrina nubem albam in fundo coniunctam & tranſpa-
C rentem: & accipiat hora prædicta calidum: & poſt eius aſſumptionem tardet cibū qua-
tuor horis ad minus. ℞. *ſyrupi de endiuia ℥ j. ſyrup. de ſtœchade ℥ ß. aquæ cicoreæ* ꝓpter epar, *a-* *Digeſti-*
quæ abſinthii propter ſtomachū, *aquæ meliſſæ* propter cerebrum, *an. ℥ j. miſce.* ¶ Poſt illud *uu.*
autem digeſtiuum eradicetur materia cum hoc ſolutiuo. ℞. *pillularum de hierapa. pil-* *Pilulæ e-*
lularum de reubar. an. ℈. j. pillularum de ſarcocolla ℈. ß. reformentur ſex cum modico caſſiæ, & ac- *radican-*
cipiantur hora & conditionibus, vt de minoratiuo ſtomachi dictum eſt. ¶ Facta eradicatione ma- *tes.*
terierum tranſeat ad confortationem prædictorum membrorum cū hoc electuario cō-
plicante virtutes cephalicas, ſtomachales, pectorales, & epaticas. ℞. *florum anthos M. ii.* *Electua-*
ipericonis, ſaluiæ, betonicæ, ſtœchados, pulegii, hyſopi, liquiritiæ, cinamomi electi an. ʒ j. ß. roſarum, *rium cō-*
violarum, ſpodii, florum eupatorii an. ʒ j. ß. ſem. endiuiæ, ſcariolæ, cuſcutæ an. ℈. j. capil. Ve. praſſii, *fortans.*
D *ariſto. rotun. phu. meu. an. ℈ ß. granorum ſiſticorum per diem naturalē infuſorum in aqua maioranæ*
℥ iiii. ſachari albi ℥ iii. mellis roſ. colati lib. ß. fiat electuarium, de quo omni mane in aurora accipia-
tur vſque ad quantitatem ℥ ß. & in hoc ſtat fundamentum curationis omnium diſpoſitio-
num prædictarum.

Adhuc etiam ſi poſt prædictam purgationem ſtipticitas ventris inualeſceret, aut
gratia completæ abſciſſionis reliquarum materierum, vtatur iſtis pillulis, ex quibus
accipiat quandoque vnam vſq; ad duas bis in ſeptimana, & parum ante cœnam, aut acci-
piat ex eis bis in menſe in aurora quinq; vt de minoratiuo & eradicatiuo dictum eſt, &
ſunt iſtæ. ℞. *al. epaticæ electæ ʒ vj. infundantur in ℥ v. aquæ cichoreæ cum iſtis ſpeciebus.* ℞. *maſticis,* *Pilulæ.*
reupontici, agarici, zinz. ſpicæ nardi an. ʒ ß. diagridii gra. v. exponatur ſoli vſque ad conſumptio-
E *nem aquæ, deinde iterum renouetur, & ſic fiat ter, & formentur ex eis pillulæ ex omni ʒ. vi.* ¶ Ad
hanc etiam intentionem confert talis confectionis vſus, ex qua per totam iſtam ætatem
vti poteſt accipiendo rotulam vnam immediate ante prandium & cœnam. ℞. *trociſco-* *Rotulæ.*
rum de viol. deſcriptione Meſuæ in antidotario, electuarii de xyloaloe Auic. 5. canone. ſumma prima.
an. ʒ i. ſpecierum diarodon vſualis ʒ ß. ſachari albi lib. ß. fiat confectio ſolida in rotulis paruis.

Confert inſuper frequens vſus ablutionis pedum cum aqua decoctionis viol. roſ.
foliorum ſalicis & nenupharis & camomillæ in æſtate, quibus addantur folia ſaluiæ, lau-
ri, & roriſmarini in hyeme: & fiat ablutio ſemper ante cœnam.

Vtile etiam multum eſt ſæpe caput fricare & frequenter pectinare. Ablutione au-
tem capitis non vtatur frequenter: ſed ſufficit bis in menſe caput abluere, facta ſem-
F per illico ipſius exiccatione conuenienti. ¶ Confectio bona ad attrahendum catar-
rhos a capite, & faciendum expuere, & excreare materias viſcoſitate & frigiditate in
colatorio gutture & iſofago inuiſcatas. ℞. *penidiarum ℥ iii. praſſii, hyſopi, opoponacis,* *Rotulæ*
ariſto. ro. ana ʒ ß. ireos, ſeminis vrticæ an. ℈ i. liquiritiæ, aniſi, capillorum Veneris an. *paruæ.*
ʒ vi. croci, piperis albi, & longi ana ℈. ii. ſachari albi ℥ iiii. aquæ ſublimationis praſſii,

quantum ſufficit, & fiat confectio ſolida in rotulis paruis. hæc ſunt quæ iudicio meo cum vtili- A
tate fieri poſſunt in caſu conſimili.

CONSILIVM XIIII. *De octo malis diſpoſitionib. videlicet ¶ De Soda ſiue monopagia periodica, a cholera vitellina. ¶ De ablatione odoratus. ¶ De diſpoſitione ſcotomica cum imaginationibus coniuncta. ¶ De diminutione & corruptione digeſtionis ſtomachi cum ardoris ſenſatione. ¶ De dolore renum interpolate affligente. ¶ De mala cõplexione calida & ſicca epatis cum frequenti febricitatione, propter ipſam. ¶ De conſtrictione fluxus hæmorrhoidalis conſueti. ¶ De motu tremulo cordis cũ frequenti lipothymia & etiam ſyncopi. Diuiditur autem conſilium in ſectiones tres. ¶ Quarum prima continet vnum cap. de enumeratione ægritudinum ſiue accidentium curandorum.*

NE mens mea ocioſa fortaſſe, vt credo, delitiis vileſceret, ne quoq; fructuoſa mi- B
hi & conſueta contẽplatio in ſcientificis & operabilibus ſapiẽtię medicinalis ab
honeſta exercitatione deſiſteret: Rem mihi nuper ardua contẽplatione dignã,
humanæ ſpeciei pendula fragilitas condonauit. Eſt enim nobilis quidã Ziliolus de Vrſi-
nis, & cõmendatiſſimus adoleſcẽs, q. variis diſpoſitionib. & anxioſe ſatis affligitur, ex ali-
quibus, quarũ neuter decidentiæ & tertii ſignificati denominati poteſt: nõnullis vero æ-
gritudinibus laborans dici poteſt. ¶ Etenim vir iſte laborat ſoda periodice affligente i- *Ægritudines quibus patiens diuexatur.*
pſum aliquando poſt 20. dies, aliquando vero frequentius. Et eſt cũ hoc dolor iſte capi-
tis in anteriori parte eius vſq; ad oculum eueniens & perdurans non raro xv. vel xx. die-
bus, qui non ſolum ſenſu tactus intrinſecus, ſed in exteriori parte etiam percipitur. ¶ Se-
1. cunda vero principalis diſpoſitio ipſius eſt ægritudo ſimplex ſemper in eo exiſtens, & eſt C
2. apta permanere propter fixionem ſuã, niſi aliter eidem diuina prouidentia, aut medici-
nale beneficium ſubueniat: quæ quidem eſt odoratus ablatio, per quam a cuiuſcunque
3. odorabilis perceptione priuatus eſt. ¶ Tertium vero principale accidens eſt diſpoſitio
ſcotomica, quæ etiam coniuncta eſt imaginationibus quæ non aliud important, quam
corruptam eſſe operationem viſiuæ potentiæ: ita vt eidem appareat in aere exterius
percipere ſenſata vel formas vel colores, qui nequaquam in aere reperiuntur, velut ſunt
nebulæ ceruleo & rubeo colore coloratæ, a quibus cum contingit ipſum liberari, rema-
4. net eidem in toto capite dolor. ¶ Quartum eſt complicata diſpoſitio ſtomachi ex dimi-
nutione & corruptione operationis digeſtiuæ ipſius. Scribit enim, quod diminute di-
gerat & ſentiat in ſtomacho ſuo ardorem, qui non aliud importat, quam corruptionem D
digeſtionis, per quam obiectum, quia cibus, in quod debet operari digeſtiua potentia,
5. permutatum eſt ad inflammationem vel aduſtionem. ¶ Quintum eſt dolor in renibus
6. interpolate affligens ipſum & non aſſidue. ¶ Sextum eſt epatis ipſius a proprio tempe-
ramento permutatio ad caliditatem & ſiccitatem notabiliter intenſas, per quam etiam
7. notabiliter ſolet & pluries cholerice febricitare. ¶ Septimum eſt fortis & fixa fluxus hæ-
8. morrhoidarum conſtrictio: quæ tamen in eo non raro fluere ſolebãt & multũ. ¶ Octa-
uum eſt motus tremulus cordis propter quem frequẽter cõducitur non ſolum ad defe-
ctum animoſitatis, ſed lipothymiã, & etiã ad veram ſyncopen. ¶ Hęc in ſumma eſt hui9
viri diſpoſitio aggregata, in qua ſi contemplator quiſpiam ſubtiliter meditari debet, ap-
paret quod difficile ſatis erit inuenire modũ ſaluandi euentum horũ accidẽtium, an ab E
vna & eadem cauſa proueniant, an a pluribus & diuerſis. Et in dubio non minus videtur
eſſe, num curationis inſtrumenta conuenientia reperiri queãt, propterea circa ea vide-
tur mihi contemplandum eſſe, vt nunc ſequitur.

Sectio ſecunda narrat cauſſas illorum accidentium & declarat ea per ſigna conue-
nientia, & continet octo capita ſecundũ numerum accidentium prædictorum.

CAP. I. *De cauſſa monopagiæ periodicæ.*

PRIMVM caput inueſtigat cauſſas primi accidentis, ſcilicet doloris capitis huius viri: quoniam nemo intromittere debet manum ſuam ad medicinam, niſi doceatur imprimis, vt ſcripſit *Gal. lib. 2. de dieb. crit. cap. 3.* Ideoq; antequam enuntiem aliquid de modo curationis harum diſpoſitionum, oportet vt in F
primis doctus ſim de eſſentia ipſarum. ¶ Eſt itaq; dolor huius viri per eſſentiale nocumentum cerebri ipſius, & per colligantiam ipſius capitis ad cor & ſtomachum, & epar principaliter, quod quidem facile intelligi poteſt: quoniam in capite huius viri per viam indigeſtionis multiplicatum eſt phlegma accidentaliter craſſa magis, quam naturaliter

A raliter, quoniam habet epar & renes notabiliter calidos. Vapor ergo a ſanguine
& cholera a prædictis membris eleuatus occurrens phlegmaticę materiei in cerebro in-
uentæ per modum reſolutionis, reddit phlegma groſſius quam naturaliter exiſtat. Et
quoniam habet ex naturali compoſitione cerebri vias anguſtas, vt ex ſenſu viſus
comprehendi poteſt. Et etiam hoc apparet eo, quia per communes vias effuſionum ni-
hil euacuatur, aut parum de eo, quod in cerebro abundat, imo materia hæc phlegma-
tica commixta choleræ valde facile membrum, vel vias cerebri naturaliter ſtrictas, op-
pilare poteſt, cum non deficiat ex parte membri vel viarum, vel ex parte materiei. Hæc
igitur materia in cerebro multiplicata & in panniculis, eius dolores facit vt plurimum
extenſiuos & g auatiuos ex parte dominii phlegmatis, & pungitiuos ex parte mixtionis
B choleræ.
Vnde ex his cõcluditur, ꝙ hæc eſt ſoda ꝓueniens a materia phlegmatica craſſa &
cholerica inuicẽ cõmixtis. ¶ Et ſequitur ex illo, ꝙ hic dolor ſit a cholera vitellina proue-
niens. ¶ Tertio ꝙ ſit dolor anterioris partis capitis. ¶ Quarto quod debeat denomina-
ri monopagia vnius partis. ¶ Quinto quod nõ hemicraneus denominandus, quoniam
licet iſte dolor ſit vnius medietatis anterioris, ſcil. diſtinctæ a poſteriori, non tamen eſt
hemicranea, eo quia hemicranea importat dolorem vnius medietatis capitis, ſ. diſtin-
ctæ a ſiniſtra vel econuerſo, vt ſcripſit Cornelius Celſus, *primo practicæ, capitulo de hemicra-
nea.* ¶ Vltimo, ſequitur quod hic dolor ſit periodicus nominandus, eo quia reuoluitur
reuolutione afflictionis per numerum dierum inter vnã periodũ & alterã interpoſitarũ. *Quare*
C At vero iterum ex prædictis declaranda ſunt tria. ¶ Primum quidẽ eſt, quare dolor *dolor hic*
iſte magis anteriorem partem occupet quam aliam capitis. ¶ Dicendũ itaq; ꝙ cauſſa eſt *magis oc-*
duplex. Vna quidẽ aſſignanda eſt, vt hic dolor eueniat partim per colligantiam ſtoma- *cupet vnam par-*
chi aut mirach, hæc enim duo mẽbra talem dolorem faciũt in anteriori parte: *vt prima tem capi-*
tertii tractatu 2. cap. 7. dum inquit. *Sed ad illud, i. ſoda quandoq; ſignificatur ex parte doloris, quæ cũ tis, quam*
ſit cum communitate ſtomachi, plerumq; incipit in anteriori parte capitis & infra parum & quæſ ſo- aliam.
da ſit cauſſa mirach, declinat ad anteriora valde. ¶ Et ex hoc fundamento ſoluere potes facile *Mirach,*
quare dolor iſte occupet omnem partẽ frontis vſq; ad medietatem commiſſurę ſagitta- *id eſt, hy-*
lis, dum dicit Auic. *ad anteriora valde*, id eſt, ad totam anteriorem partem declinat talis *pochondria.*
dolor.
D Poſſunt autem prædictæ partes, ſ. ſtomachus & mirach cõmunicare magis anterio- *Cur ſto-*
ribus partibus capitis, quam aliis propter plura. ¶ Primũ eſt, ꝙ ſi talis ſoda fieret per col *machus*
ligantiam non abſolutam ab anterioribus partibus ad anteriorem aliis paribus, facilius *& hypochondria*
poteſt eleuari vapor vel materia ad anteriorem partem capitis, quã ad alias propter re- *dolorem*
ctitudinem aſpectus. ¶ Secundum motiuum eſt, quia vapor vel materia maiorem pro- *magis cõmunicent*
pinquitatem & rectitudinem habet ad anteriorem partem, dum eleuatur a ſtomacho *anteriori*
vel mirach, quam ad poſteriorem vel ad aliam partem capitis: probatur, quia venarum & *parti capitis.*
arteriarũ, per quas a mirach & a ſtomacho tranſire poteſt ad caput, velut vapor vel ma- *1. Ratio*
teria, maior eſt rectitudo ad anteriorem, quã ad alias partes capitis, igitur &c. cõſequen- 2.
tia patet, & antecedens arguitur, eo quia a ſuperiori parte venæ cauæ aſcendentis rami-
E ficantur venæ quæ immergũtur in panniculos cerebri interiores & exteriores. ¶ Tertia 3.
ratio eſt, quia cum hoc, quod hæc membra ſunt rectiora & propinquiora ad caput, venę
etiam prædictæ & arteriæ iterum latiores & apertiores exiſtunt. ¶ Quarta ratio eſt eui- 4.
dens, eo quia cum ſtomachus ſit ſubſtantia a prædominio neruolus, communicat in na-
tura cũ ſubſtantia panniculorũ cerebri: imo in ſe maiorem ſenſationẽ habet, quantũ ad
os ſuum, quam habeant panniculi ipſius cerebri. ¶ Quinta, quia aliis paribus quodlibet 5.
vere leue nocumentum illatum ori ſtomachi lædere poteſt caput vel panniculos cere-
bri magis quam nocumentum exiſtens in renibus, epate & ſplene potentius. ¶ Vltima 6.
ratio & adhuc euidentior eſt propter colligantiam ſtomachi ad ipſum caput, & maxime
ad panniculos cerebri eſſe maiorem alicuius membrorum inferiorum ad ipſum cere-
F brum, eo quia os ſtomachi colligatur panniculis cerebri & cerebro per neruum reuer-
ſiuum inuoluentem os ſtomachi circumquaque ramificatum ſexto pari neruorum a
medulla cerebri ſeruientium: vt patet ex Auic. *fen. 1. lib. 1. doctrina quinta, ſumma tertia.
& cap. 2.* ¶ Per has itaque rationes aut ipſarũ plures apparet, ꝙ rationale ſit per colligan-
tiam ſtomachi & mirach ad ipſum cerebrũ nocumentũ in prædictis exiſtẽs facilẽ poſſe

communicari anteriori parti quã poſteriori.¶ Et ſi argueretur cõtra hoc nõ videri veri- A
ſimile dolorem in anteriori parte capitis prouenire ſaltẽ per nocumentum mirach,cum mirach ipſum non habeat tantam colligãtiam ad cerebrũ & panniculos,quantã ſtomachus,huic reſpondetur ꝙ licet ipſum mirach non habeat ad cerebrum colligantiã tantam,quantam habet ſtomachꝰ ad ipſum, neq; ita immediate,tamẽ nocumentum ipſius mirach facile cõmunicatur ſtomacho, & exinde facile peruenit ad cerebrum.

Quare dolor hic capitis ſit periodicus Secundũ vero principale declarandũ in materia hac eſt: quare dolor iſte periodicus ſit: videť n.ꝙ debeat eſſe ꝑpetuus,ſiue mãſiuus,eo q̃a in cerebro inueniť mala cõplexio accidẽtalis frigida & humida a multitudine phlegmatũ cõtracta: q̃a fixa eſt in cerebro, igiť cõtinue ab eadẽ peruenit dolor.¶ Itẽ materia cõmixta phlegmate, & cholera ſemꝑ reperitur ibidẽ,vt dictũ eſt,& panniculi ſunt mẽbra ſenſibilia, & materia conuenienter B
applicata,ergo ſemper ibi debebat eſſe dolor. ꝓbatur cõſequentia ex altiori ſcientia eo quia ibi eſt agens paſſo diſpoſito ſufficiẽter applicatũ cũ tẽporis circumſtãtia,igitur &c. ¶ Amplius materia illa in panniculis eſt quantitatiue & ꝑ̃ternaturaliter aucta,ergo ſaltẽ in panniculis cerebri debebat agens facere extenſiuum dolorem.conſequens repugnat formali rationi doloris periodici & experientiæ,igitur,&c.

Pro ſolutione horũ motiuorum verificãdus eſt primo modus, quo dolores periodici in cerebro fiãt: deinde ſoluẽdæ rationes prędictę & tales cõſimiles, ex illo fundamẽto. *Periodi in ægritudinibus quomodo & quotupliciter accidant.* ¶ Supponendũ itaq; primo,ꝙ periodi accidunt in ægritudinibus dupliciter, vt ꝓpoſito ꝑ̃ſenti ſpectat.Primo quidẽ ratione ſpecificæ proprietatis inuentæ in humorib. & hanc intellexit Auic.*prima quarti,tractatu quarto,cap.de febribus apoſtematũ*,dum inquit, quod v- C
nicuiq; humori inſit periodus, quæ ipſi cõuenit. ¶ Supponendũ ſecundo ꝙ iterũ periodicatio a materiebus prouenire reperitur propter quantitatem auctam materierum vel diminutã:& propter modum ſubſtantiæ earum,craſſitudinem, vel ſubtilitatẽ, fluxibilitatem,vel viſcoſitatem. Et ſunt ſermones *Gal. lib. 2.de diff. febrium penul. cap.* Et intellexit hanc ſententiam princeps *prima quarti tractatu allegato,cap. de febre ſextana*, dum inquit, melancholiã generare quartanam non propterea,quod ſit melancholia: imo propterea,quod ſit pauca craſſa,vult ergo Auic. periodum quartanariorum nõ ſolum ſequi ſpecificam proprietatem melancholiæ: imo etiam quantitatem paucam & craſſitudinem eius:& per hoc conatur probare aliquam materiam poſſe facere ſextenam & ſeptenam febres. Si enim materia determinatæ quantitatis & craſſitudinis facere poteſt paroxy- D
ſmum quartanarium,quid repugnet,quod materia minoris quantitatis & minoris craſſitudinis quam prædicta poſſit facere paroxyſmum tardius euenientẽ? ſed prima facit paroxyſmum quartanarium propter aliquantam actiuitatem ex parte quãtitatis & modo ſubſtãtię eius:ergo ſecũda faciet paroxyſmum tardiꝰ euenientem:patet cõſequentia, quia ſic ex augmẽtata ꝓportione actiuitatis cũ aliis partibus prouenit velocitas effectus.

Iſtis poſitis ponuntur concluſiones reſponſiuę ad quęſitũ. ¶ Et prima concluſio eſt, ꝙ dolor capitis huius viri quandoq; ſit periodicus periodo proprie dicta , q̃ conſequitur ſpecificã proprietatem humoris.probatur cõcluſio,quia talis dolor cõſequitur tanquã cauſſam agẽtem,choleram vitellinam,ergo debet periodicare periodo de tertio in tertium reuoluta:ſed talis eſt ordinata aliis paribus,igitur&c.¶ Secũda cõcluſio quod con- E
tingit hũc dolorẽ in hoc viro eſſe cõtinuum.ꝓbatur cõcluſio, quia ſicut a cholera vitellina extra vaſa mota vel extraneata fit dolor tertianariꝰ, ita ab eadẽ in venis cõtenta mota vel alterata ꝓuenit dolor cõtinuus. cõſequẽtia patet ,eo quia materia in venis cõtenta aut ſui multitudine aut maiori ſua caliditate vel acuitate,aut quia pãniculis cerebri propinquior eſt, poteſt continue in eis ſubitam alterationem inducere magis, quam cum materia fuerit extra venas poſita.

Solutiones problematum. Ex hac cõcluſione potes ſoluere duo ꝓblemata.¶ Primũ eſt,quare hic dolor quãdoq; ſolũ intendatur de tertio in tertium, & iam apparet eius cauſſa ex ꝑ̃dictis. ¶ Secundum ꝓblema,quare hic dolor licet ſit periodicꝰ,quãdoq; durat trib. vel quinq; dieb.& nõ pluribus:cauſſa n.accipitur ex parte obedientiæ materiei ad digeſtionẽ & reſolutionẽ,& ex F
parte ſubtilitatis & paucitatis.¶ Solutio ſequitur,& ex hoc ſolutio ꝓblematis tertii, quare quãdoq; hic dolor durat ꝑiodice, tñ reuolutus xv. vel xx. diebus: hoc n. accipitur ex parte multitudinis & craſſitudinis ipſius materiei & inobedientiæ eius ad virtutem. ¶ Et ſolui poteſt iterũ quartum problema,quare quãdoq; hic dolor appareat pungitiuus

inflam-

A inflammatiuus & pruritiuus, totum enim hoc prouenit ex parte caliditatis intenſæ materiei & ex parte ſubtilitatis eius. ¶ Ex rationibus aduerſis ſoluitur quintum problema, quare hic dolor quandoq; fit grauatiuus, quandoq; extenſiuus. Primũ n. ſolum ſequitur ad magnam proportionem phlegmatis ſupra choleram. Secundum ad ventoſitates ex tali materia genitas. ¶ Sequitur vlterius declarari poſſe problema ſextũ, quare hic dolor omni die affligat ægrũ: ſicut enim ex dominio cholericę materiei ſuper phlegma periodice proueniebat tertionarius: ita ex dominio phlegmatis ſupra choleram periodice ꝓuenit quotidianarius. cõſequẽtia patet, quia non minus ſpecifica proprietas phlegmatis facit periodum quotidianam, quam choleræ tertianam. ¶ Itaq; ſolutio problematis de continuitate doloris apparet facile ex prædictis.

B Iam iterum apparet neceſſariũ eſſe, vt ſoluamus difficultatẽ tertiã, q̃ eſt, quare hic dolor quandoq; xv. quandoq; viij. quandoq; plurib. diebus duret, & quandoq; acceleret magis euentus eius, quandoq; vero tardet. ¶ Dicendũ igitur primo ꝙ cauſſa minoris & maioris prolixitatis eius poſſit eſſe multiplex. ¶ Prima, quia virtus aliquãdo inuenitur potentior ſuper materiam in vna periodo, q̃ in altera, eo quia ipſa non fuit debilitata ab exceſſu & regimine ſex rerum non naturalium vel aliorum plurium contingentium. ¶ Secunda vero cauſſa paucæ durationis eſt materiei paucitas & ſubtilitas, & econtra vero maioris durationis. ¶ Tertia poteſt eſſe pororũ & viarũ expulſionis maior aptitudo vna vice quã altera. ¶ Quarta propinquitas materiei ad vias expulſionis, propter quã ſequitur velocitas expulſionis eius ad extra, & mortalis reſolutio, ſicut ad materiei ſitũ oppoſitum ſequitur ægritudinis elongatio. ¶ Propter has itaq; cauſſas apparet, ꝙ vbi mate- *Quare hic dolor quandoq; duret lõgius quãdoq; breuius.*

C ria fuerit pauca & valde craſſa, tunc periodum faciet euenientẽ de ſeptimo in ſeptimum, de octauo in octauum, & ſic de aliis. Et econtra variata faciet periodum velocioris euẽtus. ¶ Apparet etiam ſecũdo, ꝙ vbi materia fuerit craſſa & multa, multo tẽpore durabit periodus, & ecõtra: & ſic de aliis corollariis quæ concludenda tibi ipſi remitto.

Et ex omnibus iſtis inuicem collectis diligens conſiderator colligere poterit ſigna ſpecierum huius ſodæ diſtincta. ¶ Quandocunq; n. in vitellina cholera inuenitur quãtitas & acuitas ei⁹ valde potẽs ſuper phlegmate, tunc dolor iſte percipitur cũ inflammatione faciei, pulſatione venarum, capitis inflammatione, ipſius punctione, & mordificatione eius cũ vigiliis, ſiti, amaritudine oris, appetitu ad iracũdiam & rixã, cõturbatione

D in ſomno, velocitate mobilitatis in operationib. & ſic de aliis. ¶ Cum a. contingit phlegma multũ cholerę commiſceri, tunc faciũt oppoſita ſigna. ¶ Primum grauitas & ponderoſitas capitis. ¶ Secundum ſomni profunditas vel prolixitas. ¶ Tertium corporum aqueorum in dormitione aperitio. ¶ Quartum oris ſalſedo vel inſipiditas. ¶ Quintũ viſcoſæ materię in palato inuentæ. ¶ Sextum faciei pallor aliquali ſubcitrinitate refractus & pulſus, non magna velocitas vel frequentia vel magnitudo, ſicut econtra dominante cholera cum aliis partibus de cauſſis contentiuis pulſuum &c.

CAP. II. *Sectionis ſecundæ de cauſſis ablationis odoratus huius viri.*

E LICET nocumentum huius viri in olfactu completum ſit, quia ablatus eſt, huiuſmodi tamen olfactiuæ potentiæ quandoque diminuuntur, quandoq; corrumpuntur, quandoq; auferuntur, ſicut communium aliarum virtutum operationibus triplex nocumentum iam dictum accidere poteſt. ¶ Pro conuenientiori itaque harum intellectu præmittendum, quod membrorũ quæ olfactus operationem complẽt aliqua dicta ſint attrahentia, aliqua defendentia, altera recipientia vel colligantia, reliqua vero perficientia. ¶ Primum itaque ipſorum eſt lacertus ſparſus per ſubſtantiam panniculi interioris partis naſi velantis, qui quidem mouetur per animalem ſpiritum delatum ſibi ab anteriori parte cerebri per panniculos coöperientes ipſum. Et hic quidem lacertus iuuat olfactum attrahendo aerem ab extra ad interiora naſi, qui aer neceſſarius eſt ad deferendum ſpecies odorabiles vel fœtidas vel vapores ab eodem eleuatos, *Membrorum olfactum cõplentium varia officia. 1. Attractiuum*

F quoniam ſine aere tanquam medio nihil contingit olfieri. Et hic etiam lacertus eſt ille, per quem fit aeris & vaporum inſpiratio ab extra, & eorundem ad extra ab intus expiratio.

Secundum vero membrum olfactus defenſiuum eſt os concauum cum inferiori cartilagine naſi per, quæ duo defertur aer vel fumus ad cerebrum. *2. Defenſiuum.*

3. Aerem colligens & conſeruans.

Tertium vero membrum colligens illum aerem vel fumum detinens vel conſeruans ipſum, ſunt cartilagines naſi ſuperiores nominatæ rizæ multiplicibus foraminibus concauatæ, in quibus aer vel fumus receptus conſeruatur, in quo aere obiecti odorabilis ſpecies recipiuntur abſq; neceſſitate alicuius vaporis a corpore odorabili vel fœtido eleuati. Et hoc ſecũdum opinionẽ q̃ eſt, quod ad hoc, quod odoratus perficiatur, nõ ſit neceſſarium ab obiecto odorabili eleuari fumum medii organi, & potentiæ olfactiuæ immutatiuum. Licet opinio plurium ſit illã euaporationẽ eſſe neceſſariam, & maxime illorum, qui dicunt, ꝙ odor ſit fumalis euaporatio, i. ꝙ odoratio fiat per fumalẽ euaporationem. Et colliguntur hæ ſpeculationes, *ex lib. ſecundo de anima, quarto de accedenti & morbo, & quinta tertii cap. primo.* Qualitas vero odoratus iam dicta eſt in cap. virtutũ, ſed odoratus fit in aere, i. per aerem delatum ad cerebrũ cum paſſione ipſius ſ. aeris a ſpeciebus odorabilib. in aerem impreſſis. Aut ſupple, odoratus fit ꝑpter vaporẽ, qui reſoluitur & qui eleuatur a corpore odorabili. has duas opiniones in paruo ſermone intellexit Auic. determinans has duas quæſtiones, quantum ad propoſitum pertinet. Inquit, quod Medicus recipiat, ꝙ odoratus ſit aut perficiatur in radice, ſ. in principio ſenſuum immediate, ꝙ eſt cerebrum propter conuerſionem aliquã, ideſt, impreſſionẽ in aere factam ſiue a ſpeciebus, ſiue a vapore a corpore odorabili eleuato ſecundum vias delationis, ſ. ipſius aeris ad carunculas mamillares immutantis eas & potentiã olfactiuã, q̃ fundatᷣ in eis. ¶ Quartum vero mẽbrum olfactus perfectiuũ ſunt duo additamẽta ſimilia papillis mamillarũ, q̃ nominantur ab auctoribus carunculæ mamillares, quæ in rei veritate ſunt de ſubſtantia cerebri, in quibus mediantibus poris, earum recipitur aer, cui commixtus eſt vapor ab odorabili corpore eleuatus, aut quia aer a ſpeciebus odorabilibus alteratꝰ eſt abſq; neceſſitate alicuius vaporis in eodem aere commixti: hic igitur aer recipitur in poris harũ caruncularum tranſiens per foramen panniculi cooperientis illas carunculas, quem oportuit eſſe perforatum propter hanc cauſſam: Et iterum propter aliam cauſſam quæ eſt, vt ſuperfluitates in duobus anterioribus ventriculis cerebri congregatæ facilius a cerebro propulſæ ad extra expelli poſſent.

Odoratus quomodo fiat. — A, B

4. Perfectiuum. — C

Cum attractione igitur huius aeris immutantis organa prædicta, ſ. carunculas & ſpiritum animalem a cerebro ad eas prouenientem immutatur potentia olfactiua ibidẽ radicata taliter, quod exit in actum ſentiendi, ſenſatione ſ. olfactiua nominata. Et potes omnes iſtos ſermones colligere pulcherrime *quinta tertii, præallegato cap.* cuius litteram in alio tractatu de hac materia per me particulariter expoſitam conſideranti nunc dimitto. D

Cur infrigidati & obſtructi circa nares nõ odorant.

Et ex horum fundamento plura potes ſoluere problemata. ¶ Primum propter quid infrigidati aut oppilati circa prædictas vias nequaquam odorent odorabilia neque percipiãt fœtida aut diminute hoc faciant. Sicut enim parua exiſtente oppilatione parum odorant & diminute: Ita completa exiſtente eadem nullo modo odorare poſſunt. ¶ Secundum problema eſt, quare quidam hominum praue odorent. Alii vero non ita praue odorant, humidis enim & repletis in anteriori parte cerebri malus eſt odoratus, vt patet in cholericis comparatis ad phlegmaticos, & in melancholicis ad ſanguineos: licet enim ſanguineo propter augmentum humiditatis deberet eſſe imperfectio olfactus, in melancholico vero perfectio eius propter maiorem expurgationem & exiccationem organorum olfactus, quæ in eis eſt, tamen quia virtus fortior eſt in ſanguineo, quam in melancholico, ipſa cum maiori augmento humiditatis perfectius odorat, quam virtus melancholicorum, quæ debilis eſt cum minori quantitate humiditatis eorum.

Cur quidam praue odorẽt, quidam non. — E

Et ex collatis in hoc cap. elicitur, quod nocumentum in odoratu contingere poſſit ex parte ſex nocumẽtorum diuerſas partes concernentium. ¶ Quorum primum eſt ex parte virtutis. ¶ Secundum ex parte inſtrumenti. ¶ Tertium ex parte organi principalis perficientis olfactum. ¶ Quartum ex parte membri ſuſcipientis & colligentis aerem immixtum vel informatum ſpeciebus vel vaporibus ab odorabili corpore eleuatis. ¶ Quintum propter nocumentum inuentum in membro attractiuo aeris. ¶ Sextum & vltimum ex parte membrorum vel viarum, per quas prædictus aer defertur ad organum olfactus. F

Et

A Et primum quidem horum declaratur, quoniam cum virtus totius mẽbri debilis *1. Nocumentum*
fuerit, tunc membra non poſſunt operationes producere, quæ neceſſariæ ſunt ad bene *odoratus*
eſſe indiuidui. Vnde & ꝑ hoc in ſenib. & in debilibus a generatione & reſolutis in longis *ex parte*
ægritudinibus & in fortibus euacuationibus odoratus vt in pluribus aufertur, aut ſaltem *virtutis.*
vt in pluribus diminuitur.

Secundum nocumentum ex parte inſtrumenti, ſ. ſpiritus animalis qui defertur a *2. Ex par*
cerebro ad carũculas mamillares declarat: quoniã potẽtia olfactiua nõ exit in operatio- *te inſtru-*
nẽ ſuã aut ꝓpter penuriã ſpiritus ꝑdicti, q̃ contingere poteſt propter oppilationes cadẽ- *menti.*
tes in pari neruorum, quę oriuntur ab anteriori parte cerebri. ¶ Si igitur in principio eo-
rum ortus a cerebro, aut in medio eorũ, aut in altera extrema parte ipſorũ terminata in
B ſubſtãtiã caruncularũ cõtingit oppilatio, tũc aut erit cõpleta, & negabit omnino trãſitus
ſpirituũ ꝑdictorũ, & accidet inde ablatio olfact⁹, ſicut credo in hoc viro cõtingere. Si aũt
oppilatio ſemicõpleta fuerit, tunc accidet diminutio in operatione ſenſus olfact⁹, vt pa-
tet intelligẽti. ¶ Cõtingit ẽt quandoq; penuria vel paucitas ſpirituũ ꝓpter fortes euacua-
tiones a capite diſtrahẽtes. ¶ Similiter etiã quandoq; cõtingit nocumentũ in olfactu ex
parte qualitatis ſpiritus vel intemperiei in cõplexione ſua: & nõ poteſt eſſe inſtrumentũ
operationũ conueniens, quia non bene mobilis, nec penetrabilis in ſubſtantiã caruncu-
larum ꝓpter frigiditatẽ ſuã, eo quia ſine calore, ſ. actuali vel potẽtiali ſentiri nõ cõtingit,
vt apud Ariſtot. lib. 3. de anim. videre eſt. ¶ Similiter etiã ſi contingit ſpiritũ in ſui cõplexione
valde intemperatũ eſſe in calore, tunc dato quod expellatur a cerebro cũ debita ſui quã-
C titate, tamẽ nõ poterit eſſe conueniens inſtrumentũ potentiæ olfactiuæ, aut quia in via
tranſit⁹ eius a cerebro ad carunculas iã receptus prius inſenſibiliter exhalabit, q̃ recipiat
a carunculis temperamentũ, quo producatur olfactiua operatio. ¶ Et iterũ ſimiliter cõ-
tingit nocumentum in olfactu propter permutationẽ ſpiritus in ſubſtãtia, vt quia nimiũ
craſſus & vaporibus turbulentis cõmixtus non poterit debite mundificari forma carun-
larum: ita vt fiat inſtrumentum olfactui cõueniens. Et etiam poterit hoc contingere ꝓ-
pter permutationem ſpiritus ad magnam ſubtilitatem & euaporationem. ¶ Ex quibus
nocumentis in olfactu apparet, ꝙ contingere poſſit ex parte inſtrumẽti valde pauci ſub-
tilis & tranſpirabilis: ſicut econtra, quando cõtingit ſpiritum eſſe craſſum & frigidis va-
poribus commixtum. Vtrum a. operatio olfactiua lędi poſſit per augmentum quantita-
D tiuum cũ debita ipſius complexione & modo ſubſtantiæ, quæſtio eſt, quę nõ indiget diſ-
cuſſione: ſed ego credo, ꝙ ſtante temperamento ſpiritus in qualitatibus primis & ſecũ-
dis, & ſi quantitatiue augeatur ſpiritus, non poſſit tamen operatio olfactiua per ipſius au-
gmentum lædi aliqua læſionis ſpecie, licet aliqui crediderint oppoſitum.

Tertium vero de pręmiſſis declarandum eſt, quod propter nocumentũ contingẽs *3. Ex par-*
in principali organo olfactus imperficit operatio ipſius. De hoc autẽ huiuſmodi opera- *te organi.*
tionis olfactiuæ organo, varię ſunt inuentæ opiniones. ¶ Quidã n. crediderunt tale or- *Organon*
ganum eſſe duos ventriculos anteriores cerebri, ponentes additamẽta mamillaria cere- *olfactiuæ*
bri nõ eſſe principale organum olfact⁹, ſed ſolum receptiuum aeris vel ſpecierum obie- *operationis quale*
ctorum, eo quia aut illæ carunculæ mamillares ſunt de ſubſtantia cerebri, aut nõ: ſi dici- *ſit.*
E tur primum, habetur intentum, eo quia illa additamenta ſunt partes cerebri, quæ com- *Variæ opiniones.* *1.*
municant cum eo nomine & definitione, ergo erunt productiuæ operationis cerebri, cũ
ſint cerebri partes. Si vero dicatur ꝙ tales non ſint de ſubſtãtia cerebri, tunc apparet ne-
ceſſario collocare eas ſub denominatione alicuius mẽbrorum ſimplicium aut cõpoſito-
rum. Et nõ poterit aſſignari hoc, niſi quod ſint de eſſentia medullæ. Et tũc neceſſario ꝓ-
babitur, ꝙ erunt de eadem medullari ſubſtantia, q̃ in cerebro eſt. Et ita ſtabit veritas diſ-
curſus pręcedentis, & hæc operatio olfactiua appropriabitur cerebro, vt prius deductũ
eſt. ¶ Si autẽ dicatur, quod reponendæ ſint ſub denominatione aliorum membrorum
ſimplicium, tunc hoc videtur impoſſibile: quoniam carunculæ mamillares non ſunt
caro, non neruus, non os, nec cartilago, ergo &c. Et pari ratione non poterit dici, quod
F ſit membrum compoſitum, quia nec brachium, nec pes, nec cor, nec epar, & ſic de a-
lijs, igitur &c. Relinquitur igitur ſecũdum hanc opinionem, quod principale organum
olfactus ſit cerebrum, quod erat deducendum. Et poteſt aliqualiter trahi ex ſententia
Auicen. *quinta tertii cap. præallegato*, dum inquit, quod odoratus ſit in radice, id eſt, in
cerebro, quod eſt organum manifeſtatiuum ſenſuum omnium. ¶ Altera autem opinio *2. Opinio.*

ponit,quod principale organum olfactus ſint carunculæ mamillares,eo quia quam cito A aer cũ ſpeciebus odorabilibus vel vaporibus eius defertur ad eas,tam cito &in inſtanti fit ſenſatio,ſed non tam cito & in inſtanti videtur aer talis deferri poſſe ad cerebrum, ergo non poterit fieri tam ſubita vel inſtantanea odorabilis obiecti ſenſatio:conſequens autẽ repugnat experientiæ. Igitur relinquitur quod in carunculis fundetur vis vel potentia olfactus. Et clare tetigit hanc opinionem *in quinta tertii,primo capitulo*,vbi inquit: Et anatomia *inſtrumentum,quo fit odoratus*(*ſupple*)*comprehendit* anotomia naſi,quia naſus includit carunculas in ſui anotomia.& ſubiungit: *Illud quidem,ſ.inſtrumentum odoratus,ſunt duo additamenta mamillaria,quæ ſunt in anteriori cerebro,& extenduntur*, id eſt, extra prominenta
3. Opinio. *duobus ventriculis anterioribus cerebri.* ¶ Tertia vero opinio poſuit, ꝙ principale organum olfactus ſit cerebrum ſimul cum prædictis carunculis mamillaribus. Credidit hæc opi- B nio in carunculis mamillaribus præciſe non poſſe produci operationem olfactiuam abſque aliis partibus duorum ventriculorum anteriorum cerebri. ¶ Et clare expreſſit hanc opinionem Aui. *præallegato cap.5.3.* vbi inquit, *Et ex duabus extremitatibus eius recipiunt cerebrum & duo additamenta*,ſcilicet mamillaria,*nata ex eo*, ſ.cerebro,*odorem*, id eſt, ſpeciem
Opinio auteris. odoris, *cum attractione aeris.* ¶ Ego autẽ credo quod in partibus mamillaribus iam prædictis radicaliter fundetur operatio olfactiua,propterea quia velociter potentia ipſarum exit in actum olfaciẽdi cum debitis circumſtantiis ad operandũ requiſitis. ¶ Iterum ol-
Quid olfactus. factus eſt *potentia exterior ſenſitiua*,ſed omnes aliæ potentiæ ſenſitiuæ exteriores habent membrum adæquatum,in quo fundantur, igitur & iſta debet habere. ¶ Item quia ſicut in determinatis quibuſdam aliis partibus cerebri eſſentialibus fundantur diuerſæ virtu- C tes diuerſarum operationum productiuæ: Ita non inconuenit in carunculis, quæ ſunt eſſentiales partes cerebri, fundari potentiam olfactiuam. ſed prima pars antecedentis eſt vera,eo quia in anteriori ventriculo ſenſus communis & phantaſia, in medio vero ventriculo cerebri virtus imaginatiua & cogitatiua locantur:in poſteriori vero memoratiua: igitur & in partibus mamillaribus ſimili ratione poterit olfactiua potẽtia collocari. ¶ Amplius ex ſola caruncularum læſione complexionali, compoſitionali & vnitatis abſque aliqua partium cerebri læſione læditur operatio olfactiua ,& nõ econuerſo, ſ. quod per læſionem partium aliarum cerebri neceſſario lædatur operatio olfactiua, igitur in carunculis mamillaribus principaliter potentia olfactiua collocatur,quod erat deducendum. Et nota,quod motiua prima ſatis perſuadendo probant , hoc vero vlti- D mum motiuum videtur & a priori & a poſteriori probare ſatis,ſi bene conſideras.

4. Ex parte aduenientis accidentis. Et ex horum omnium ſententia cõcluditur,ſi læditᷣ operatio olfactiua læſione appropriata mẽbro ipſiꝰ ꝓductiuo:ꝙ talis læſio conſequi poſſit omnẽ ſpeciem malæ complexionis immoderatæ,poteſt enim nimia caliditas,frigiditas, ſiccitas & humiditas immaterialis eſſe cauſſa diminuendi,corrumpendi &auferendi operationes olfactiuæ potentiæ.Quoniam omnis immoderata diſcraſia deiicit actum proprię virtutis,*aphoriſmorum 2.commento. In morbis minus periclitantur.* ¶ Et adhuc fortius omnis ſpecies malę complexionis hoc nocumentum efficere poteſt, vt intelligenti apparet. ¶ Et iterum quod olfactiuæ potentiæ operatio lædatur per ſpecies malæ compoſitionis accidentis ſuperficiei in figura & in poris eius organi,velut cum accidunt oppilationes, clarum eſt videre. E
5. Ex parte membri attrahentis aerẽ. ¶ Etiam ægritudines compoſitę iterum,vt apoſtemata in naſo vel carunculis eueniẽtia, vt hæmorrhoides,polypus,cancer noceant olfactui,vnuſquique experientia concedit. ¶ Et iterum quod ſolutio cõtinuitatis,caſus,percuſſio,attritio, excoriatio a fortibus caputpurgiis facta olfactui noceant ab omnibus vniuerſaliter conceſſum eſt.

Cur foramina in naribus ſint adeo multa. Iam autem ex pręmiſſis facile conſideranti patere poteſt,quomodo nocumentum in operatione olfactiua contingere poſſit ex parte membri concurrentis ad hanc operationem per modum ſuſcipiendi & colligendi aerem iam inſpiratum , quæ foramina etiam multum anguſta ſunt.

Et fuit multitudinis horum foraminum cauſſa, vt aer iam inſpiratus in multas diuideretur partes. Si enim multum vnitus aer deferretur ad carunculas & ad pan- F niculos ac cerebrum, tunc notabiliter læderet ipſum propter ſui frigiditatem aut ſubitum impetum.

Cur anguſta. Fuit vero anguſtorum horum foraminum cauſſa , vt ibidem aer in anguſtis partibus detineretur , ita vt aliqualiter remitteretur in frigiditate ſua & ſubtiliaretur,

ſi craſſus

A ſi craſſus fuerit: aut ſaltem paulatim afferretur & attraheretur ad cerebrum. Patet au-
tem ꝙ ſi foramina illa pauca & ampla fuiſſent, & aer vnitus magis velocius ad cerebrum
perueniret, & non ita conuenienter reſtauraretur. ¶ Hæ videntur eſſe multiplicitatis
horum foraminum & ſtricturæ ipſorum cauſſæ neceſſariæ ad hoc propoſitum faciētes:
licet aliæ ipſorum foraminum poſſint aſſignari ex parte ſuperfluitatum, quæ in eis deti-
nentur: vt non continuę oris & naſi operationes impediant deſtillando ad ea.

Vnde ex omnium horum fundamento apparet, quod lapſus complexionales fri-
gidi diminuant & auferant operationem olfactiuam: vt patet in infrigidatis circa cere-
brum anterius. Et fortius hi lapſus hanc operationem impediunt cum fuerint materia-
les. ¶ Similiter etiam lapſus compoſitionales, vt prędictorum foraminum coanguſtatio
B a generatione vel a tempore prouenięs, & ipſorum exaſperatio, & tanquam receptacu-
lum repletio, apoſtemata, & ſoluta continuitas eorum in olfactu nocumentum diminu-
tionis, ablationis aut corruptionis efficere poſſint.

Et ex horum omnium ſermonum conſideratione in ſimul apparet, quod nocumē-
tum in olfactu contingere poſſit ex ſex cauſſis ſuperius enarratis. ¶ Prima quidem ex de-
bilitate virtutis impotentis ad productionem operationis olfactiuæ: vt patet in debili-
tatis longis & fortibus ægritudinibus. ¶ Secunda vero ex parte inſtrumenti, quia ſpiritus
in quantitate & qualitate variatur. ¶ Tertia vero ex parte nocumenti principalis orga-
ni, quod eſt cerebrum aut carunculæ mamillares vel vtrumq; ſimul. ¶ Quarta ex parte
aduenientis accidentis in oſſe radicis naſi, riza nominati. ¶ Quinta ex parte membri at-
C tractionis aeris, quod eſt lacertus prædictus. ¶ Sexta vltima ex parte viarum, quæ deferre
debent aerem iam attractum: vt quia ſolutę clauſæ vel exaſperatæ ſunt. Et ex iſtis vltimo
concluditur, quod ad perfectam curationem huius diſpoſitionis neceſſe ſit cognoſcere
partem vel partes, ex quarum nocumento contingat læſio in operatione olfactus: qua-
rum rectificatio in vera curatione eſt neceſſaria.

Cap. III. *Sectionis ſecundæ de cauſſis imaginationum vel corruptæ viſionis.*

IAm vero ex prædictis videtur eſſe acceptum fundamentum verificationis ha-
rum diſpoſitionum, ſ. imaginationum, eo quia in cerebro huius viri & toto ca-
D pite eius propter debilitatem generantur & congregantur vapores multi, qui
commiſcentur ſpiritui animali & deferuntur ad organū viſionis, quod eſt cry-
ſtalloides: & ſecundum quod contingit hos vapores turbulentos eſſe vel opacos vel co-
lorem habentes ſubcitrinum vel ſubrubeum. Ita contingit potentiam viſiuam corrupte
iudicare de ſpeciebus obiectorum viſibilium: Ita quod quandoque viſiua iudicat vel ap-
prehendit colores illos, qui commiſcentur ſpiritibus obiectorum exteriorum eſſe ex-
terius, dato quod in aere nullus talis color exiſtat, qualis repræſentatur organo & po-
tentiæ viſiuæ a prędictis vaporibus, qui commixti ſunt ſpiritui viſibili & colorati talibus
coloribus.

Et ex iſtis ſecundario concluditur, quod ſimili modo potentia viſiua corru-
E pte iudicat vel percipit quandoq; corpora in aere exterius moueri circulariter vel late-
raliter vel ſecundum aſcenſum & deſcenſum, vel perforata, vel in modum retis, ſecundū
quod cōtingit vapores prædictos ſpiritui viſibili commixtos in ſpiritu prædicto efficere
motū rotationis vel alterum de prędictis: & ſecundum quod contingit ipſos vapores va-
riis ſitibus ſituari, qui commixti ſunt ſpiritui iam prædicto. ¶ Propter quod apparet, ꝙ
volens canonice curare operationes prædictas neceſſe habeat huius nocumēti cauſſas
productiuas conuenienter cognoſcere: & horum ſententiam colligere potes ex *tertia
tertii, tractatu quarto, cap. partim de imaginationibus*, dum inquit: *Imaginationes ſunt colores, qui
ſentiuntur coram viſu.* & ſiquidem longo tempore tales vapores in cerebro permaneant
tanto tempore, vel per viam infrigidationis conuertantur in aquam, quæ defluens ad
F organum viſionis impediat receptionem ſpecierum ab obiectis: tunc patet quod para-
tus eſt æger de imaginationibus tranſire ad aquam, quæ eſt cataracta, id eſt, defluxus
denominatur: & tandem de aqua ad pannum. Ad cuius confirmationem ſequitur cæ-
citas. Et hos ſermones intellexit Auicenna *præallegato tractatu de aqua*, dum inquit: *De-
ſcenſus aquæ eſt ægritudo oppilatiua ſtans.*

CAP. IV. *Sectionis ſecundæ declaratiuum cauſſarum diminutionis digeſtionis a ſtomacho.* A

LICET cauſſæ diminuentes digeſtionem & corrumpentes illam plurimæ poſſint
eſſe: ego tamen eas tantum tangã quæ videntur mihi ad propoſitum magis cõ-
uenientes. ¶ Vna igitur cauſſarum nocumenti diminutionis digeſtionis in ſto-
macho huius viri eſt multitudo humiditatis partim ab epate communicati ſtomacho, q̃
etiam ſui frigiditate diminuit calorẽ naturalem ſtomachi. ¶ Secunda vero cauſſa eſt
paucitas caloris communicati ſtomacho a membris circumſtantibus; quorũ iuuamẽto
perficitur ſtomachi digeſtio. Sunt enim muſculi ventris longitudinales & latitudinales
paucæ carnoſitatis, mirach etiam eſt exile vel tenue paucæ pinguedinis: & epar eius licet
ſit ad caliditatem & ſiccitatem lapſum, tamen quia in eo multæ aggregantur humidita-
tes per modum indigeſtionis ab hoc lapſu prouenientis, quæ attinent naturæ phlegma- B
tis: Ideo propter hæc omnia ſtomachus diminute digerit.

Cauſſa diminuentes digeſtionem per nocumentum eſſentiale

Inter cauſſas vero per eſſentiale nocumentum ſtomachi digeſtionem diminuẽtes,
Prima & cõmunior eſt mala cõplexio frigida & humida ipſius ſtomachi cum multitudi-
ne humiditatum iam dictarum. ¶ Secunda vero eſt multitudo ventoſitatum, quæ in ei
ſtomacho generantur, quæ ſunt cauſſa diminutæ digeſtionis inquietando & ſpargendo
cibũ, qui debet in ſtomacho vnitus & cõgregatus permanere ſi debet cõueniẽter digeri.

Cauſſa diminuentes per accidentale.

Cauſſæ vero accidentaliter diminuentes digeſtionem ſunt primum multitudo
potus. ¶ Secũda multitudo cibi. ¶ Tertia frequens ciborum aſſumtio; vt indigeſtũ ſu-
perueniat indigeſto. ¶ Quarta motus per exercitium forte poſt cibi aſſumtionem.
¶ Quinta frequens & multus coitus. ¶ Sexta frequens euacuatio per ventrem, per flu- C
xum ſanguinis, & per euacuationes artificiales. ¶ Septima eſſe poteſt paucitas dormien-
di & multitudo vigilandi ſiue vigiliarum. ¶ Octaua aſſignari poteſt ex parte ciborũ diffi-
cilis digeſtionis, de quibus omnibus in poſterum videbitur.

Inter quas omnes cauſſas quinq; principaliter in hoc viro diminutam digeſtionẽ
mihi videntur efficere: quarum prima vna eſt eſſentialis; diminuta caliditas ſtomachi.
¶ Secunda ex parte paucæ communicationis caloris ſtomachi a circumſtantibus mem-
bris. ¶ Tertia & quarta paulo ante dictæ: & ſexto etiam videntur in hoc viro digeſtio-
nis efficere nocumentum iam prædictum.

At vero iterum cauſſa corruptionis digeſtionis in eo mihi videtur eſſe multitudo
delegationis cholericæ materiei a veſica fellis ad ſtomachum ipſius, eo quia non dubito D
in hoc patiente eſſe amplitudinem canalis ramificatiuã veſicæ fellis, per quem portatur
materia cholerica ad fundum ſtomachi, quod perſuaderi poteſt ex multis. ¶ Primo ꝓ-
pter multitudinem materiei cholericæ in ſtomacho eius quandoq; perceptæ. ¶ Secun-
do propter velocitatem incurſus ardoris in ſtomacho. Si enim materia eſſet pauca &
tranſiret per anguſtam viam: non ita cito & æque magnum efficeret nocumentum:
¶ Item tertio, quia aliæ viæ ſatis amplæ comprehenduntur in eo, & proprie ſuper ven-
tre. ¶ Secunda vero cauſſa corruptionis digeſtionis in ſtomacho ipſius poteſt eſſe mala
cõplexio calida epatis ipſius ſtomacho cõmunicata adhuc ſine materia cholerica. Sicut
n. vt in plurib. operationũ diminutio & ablatio proueniũt a frigiditate: ita & ipſarũ cor-
ruptio ꝓuenit a caliditate: *vt prima 3. & 2. techni colligendũ.* ¶ Tertia etiã cauſſa corruptio- E
nis digeſtiuæ ſtomachi & ardoris in eo poteſt eſſe materia ſalſa a capite defluens ad ſto-
machũ: ſicut in eo quandoq; cõtingit. ¶ Quarta eſſe poteſt ex parte ciborũ pluriũ, qui in
quorundã hominũ ſtomachis corrũpi cõſueuerunt, vt patet de ouis & ſimilib. Et ad hãc
cauſſam corruptionis cõcurrere poſſunt plurimę de cauſſis quę aſſignatę ſunt in diminu
tione digeſtionis, quas tu conſidera. Vnde neceſſe eſt debentem curare talia accidentia
ſecundum canon. cognoſcere cauſſas illorum productiuas.

CAP. V. *Sectionis ſecundæ de cauſſis dolorum renum.*

CONTINGVNT autem in renibus huius viri nobilis dolores ab interio-
ri cauſſa ꝓpter oppilationes in renibus factas, & maxime in principio
pororũ vreterũ: vndeq; a ab eis aquoſitas humoralis nõ euacuat' cõueni- F
ẽter & q̃ cito oportet, imo retinet' circa partes renũ ſimul cũ materieb.
q̃ cũ ea cõſueuerunt euacuari: accidit in eis dolor ꝓpter ſubitã altera-
tionẽ ꝓuenientẽ a materieb. frigidis vel calidis. ¶ Aut eueniunt in his
dolores propterea; quia materiæ ibidem retentæ ventoſantur, & faciunt ſolutionem
continui-

A continuitatis per modum extenſionis. ¶ Aut iterum tertio dolor in renibus ipſius euenire poteſt, quia materiæ phlegmaticæ aut mixtæ cum cholera & phlegmate propter oppilationes in renibus longo tempore conſeruatas excoquantur a forti calidita-te. Vnde ex eis generantur arenæ vel lapilli, qui retenti in colatorio panniculo renum, cauſſæ ſunt doloris vehementis. Natura enim tentat emittere arenulas vel lapillos illos, nec tamen poteſt niſi per vehementem extenſionem vel dilatationẽ pororum colatorii, quæ non poſſunt fieri abſq; vehementi dolore. Vnde in viro iſto ſæpe eueniuut dolores a mala complexione frigida vel calida ſolutione continuitatis iã prædictæ. ¶ Cognoſcuntur autem dolores a mala complexione frigida per vrinarum albedinem & colorem aquoſum earum. ¶ Oppilationes vero per ipſarum tenuitatem vel ſubtilitatem, *Cauſarũ ſigna.*
B quoniam vrinæ oppilationum ſunt tenues & claræ. ¶ Cognoſcuntur arenarum & lapillorum diuerſitates, quoniã arenæ rubeæ ad opacitatem tendentes fiunt ex ſanguine aduſto; phlegmati commixto; & rubeæ claræ vel citrinæ fiunt ex choletica materia, phlegmati commixta: ſicut albæ fiunt ex phlegmate vehementi coctione in renibus putrefacto. ¶ Et ex ſignis, quæ in eo comprehendi: dolores renum eius ſunt ab oppilationibus & ab arenulis a mala complexione calida prouenientes.

Cap. VI. *Sectionis ſecundæ declaratiuum complexionis calidæ & ſiccæ epatis ipſius.*

Omplexionem epatis huius viri declinare ad ſiccitatem & caliditatem multa motiua declarant. ¶ Et primo quidem caliditatem eius declarat tactus, eo quia tangendo totum corpus & proprie hypochondrium dextrum percipitur ibidem manifeſta caliditas *Signa caliditatis.*
C

Secundo v. declarat illud ſignum ab operationibus ſumptum, eo quia totum corpus calefit caliditate ſanguinis & ſpiritus naturalis ab epate toti communicata. Apparet enim in eo veſtigium caliditatis intenſæ prouenientis ab epate magis, quam a corde; quoniam neque animoſitas vel audacia, non furor, neq; pulſus magnus, velox & frequens notabiliter, non etiam pilorum multitudo ſuper pectore, neq; alia ſigna cordis calefacientia verificantur in eo. Igitur caliditatis augmentum in hoc viro in totum corpus prouenit magis ab epate quam a corde. ¶ Amplius coloris rubicunditas, vrinæ tinctura notabiliter, ſuperfluitas indigeſtionis atteſtantur calorẽ auctũ epatis eius. ¶ Siccitatem v. epatis declarant paucitas carnis, venarum amplitudo non multa, ſitis, oris a- *Signa ſiccitatis.*
D maritudo, vrinæ tenues acutæ & tinctæ: & vniuerſaliter totius corporis habitudo gracilis vel macra. ¶ Præterea naturalem ſiccitatem & caliditatem arguit frequens euentus ægritudinum cholericarum & vigiliarum inſtantia; niſi oppoſitum contingat propter euaporationẽ multam a ſtomacho delatam capiti propter phlegma in eo congregatum per viam indigeſtionis. Et plura alia ſigna huic propoſito conuenientius adducere poſſem, niſi breuitati ſtudendum eſſet. ¶ Neq; etiam deficit, quin in hoc viro frequenter multæ humiditates in epate ipſius congregentur. Nam propter lapſum calidum & ſiccum notabiliter intenſum per viam debilitatis epatis chylus in multas partes aqueas cõuertitur. Non enim contemplanti exteriora difficile videntur concedere in eodem membro duos lapſus contrarios: vel vnum & eundem lapſum duorum vel plurium cõtrariorum effectuum productiuum. A caliditate enim & ſiccitate ipſius per ſe prouenit *Signa v-triuſq;*
E macies & extenuatio & priuatio humiditatis: & ab eo per accidens debilitando digeſtiuam prouenire poteſt humiditatis augmentum; ſicut in viro iſto de facto contingit. Epar enim eius eſt lapſum ad caliditatem & ſiccitatem poſitiuam & naturalem: vt ſupra oſtenſum eſt, & ad humiditatem multam infuſiuam per viam indigeſtionis.

Cap. VII. *Sectionis ſecundæ inueſtigans cauſas retentionis fluxus hæmorrhoidalis.*

Icvt ex his quæ ex ore eius & aſtantium ei familiarium accepi, ſolitus eſt habere fluxum hæmorrhoidarum periodicum: ita quod quãdoq; euacuatio per eas perduret a ſpatio xx. dierũ vſq; ad integrum menſem. A tpe v. v. vel vj. ann. citra iã eſt facta retentio earũ, & non dubito q̃ magna cauſſa
F grauitatis capitis & aliorum accidentiũ ſit ipſarũ retẽtio. Sicut n. per earũ apertionẽ educitur ſanguis vel aliæ materiæ cũ eo cõmixtæ, q̃ poſſunt grauare caput debilitãdo ſtomachũ, epar & omnia alia mẽbra, dum retinentur; poteſt corpus ſecurari ab euẽtu prædictorũ accidentiũ, immo & de facto curari ab eis, ſi iã euenerit: ita non dubito earũ retentionẽ in hoc viro maximã cauſſam fuiſſe p̃dictorũ accidẽtiũ: ſiue q̃ a maſſa ſanguineã

retenta per modum alterationis calefaciendo vel infrigidando grauauerit epar, renes A
& ſtomachum: ſiue materiæ prædictæ retentæ comprimendo membra nocuerint; ſi-
ue materiæ prædictæ retentæ per modum euaporationis fecerint ſodã ventoſam vel va-
poroſam, tremorem cordis & alia iam prædicta nocumenta, potuit in eo fieri retentio
1. *Cauſa.* hæmorrhoidarũ multis ex cauſis. ¶ Et prima quidem cauſſa poteſt eſſe debilitas virtu-
2. tis expulſiuę ¶ Secũda ex parte lapſus poteſt eſſe frigiditas & ſiccitas cõtractiua vel clau-
3. ſiua venarũ. ¶ Tertia paucitas ſanguinis eius & craſſities cũ remiſſa ipſius humiditate.
4. ¶ Quarta diuerſio ipſius ſanguinis ad ſuperiores partes propter dolorem. ¶ Quin-
5. ta & vltima clauſura extremitatum quandoq; venarum, quæ diſſeminatæ reperiuntur
in inferiori parte inteſtini recti, ſiue ſit clauſio a frigiditate & ſiccitate, vel a renibus ſty- B
pticantibus, vel ab euētu apoſtematum in inteſtino iam dicto. Vnde propter hãc clau-
ſionem neceſſe eſt materias ſuperioribus partibus nocumentum efficere, vt iam di-
ctum eſt.

Cap. VIII. *Sectionis ſecundæ explicans cauſas tremoris cordis huius adoleſcentis, &c.*

Consideranti diligenter ex prædictis facile videbitur inuenire cauſſas mo-
tus tremuli cordis. Poteſt enim mala complexio humida & remiſſe calida cor-
dis ipſius eſſe cauſſa tremoris, ſ. ipſius, ſiue per viam debilitatis virtutis motiuæ
cordis hoc efficiatur, ſiue quia multa humiditas reddit cor inconſtans & fluidum; ſi-
ue propter debilitatem caloris multus vapor vel ventoſitas in corde generetur; ſicut in
iſto iuuene credo contingere; cum credam, cor eius frigidum & humidum magis quã C
alia complexione complexionatum.

Poteſt iterum ſecunda cauſſa huius tremuli motus aſſignari ex parte colligantiæ mē-
brorum, quæ in eo lapſa ſunt; vt ſtomachi, epatis & renum ipſius: licet veriſimilius ſit, ꝙ
nocumentum hoc cordi venerit propter retentionem ſanguinis, qui ſolitus eſt eua-
cuari per hæmorrhoidales vias: & erit colligantia per tertium denominanda, quoniam
venæ habent ad cor colligantiam mediante epate a quo oriuntur. Qualitercunq; au-
tem contingat, rationabilius eſt concedere hunc tremulum motum cordis per nocu-
mentum eſſentiale cordis & etiam per colligantiam, quam per alterum ipſorum tan-
tum. ¶ Et ex iſtis omnibus concluditur, quod non leui ſollicitudine oporteat attendi
huic tremulo motui cordis, cum a multiplici cauſſa proueniat. Et iterum quia eſt ægri- D
tudo vel accidens valde tremēdum, quoniam ille, qui habet tremorem cordis ſibi con-
tinuum, cauere debet ne ſubita intercipiatur morte, *tertia primi cap. de his quæ pronoſtican-
tur ægritudines.* Et hæc ſufficiant pro verificatione prædictorum accidentium octo, quæ
moleſtant hunc nobilem virum, &c.

Sectio III. *De regimine horum accidentium, continens duos articulos: quorum primus ponit re-
gimen per conuenientem adminiſtrationem ſex rerum non naturalium. Secundus vero per admini-
ſtrationem intentionum & inſtrumentorum medicinalium. Primus articulus continet
ſex capitula ſecundum numerum ſex rerum non naturalium.*

Cap. I. *De regimine aeris & ei annexorum.*

Caput primum ponit regimen eius per aerem & annexa. Si diligenter cõſide- E
retur lapſus epatis huius viri & renum ipſius, & etiam dolor capitis proueni-
ens a cholera vitellina; vt *primo cap. ſecundæ ſectionis* viſum eſt: Apparet quod
aer & omnium aliarum rerum non naturaliũ applicatio fieri deberet cũ infrigidatione
& humectatione eorum: quod etiam confirmatur ex ætate eius, quia adoleſcens eſt, &
ex habitudine eius, quia ſatis macer. huiuſmodi autem macredo caliditatem & ſiccita-
tem arguit magis, quam frigiditatem & humiditatem: verum quia in eo inuenitur ſto-
machi frigiditas & humiditas & motus tremulus cordis a frigiditate & humiditate pro-
ueniens, inuenitur & tertio in ipſo multarum humiditatum augmentum, quod con-
ſecutum eſt remiſſionem caloris innati, quæ ſucceſſit retentioni euacuationis conſue-
tæ, vt ſupra viſum eſt *penultimo cap. ſectionis ſecundæ.* Ideo propter hãc ſecundam conſide- F
rationem oporteret adminiſtrari res non naturales in caliditate & ſiccitate eleuatas. In
eo vero, quia tales augerent lapſum epatis & renum, & dolorem capitis, & ex altera fri-
gida & humida augerent lapſum ſtomachi & cordis: Ideo neceſſarium eſt medium te-
nere; ita vt adminiſtrentur calefacientia & exiccantia primi gradus & remiſſæ doſis.

Talia

A Talia enim reſpectu caliditatis & ſiccitatis epatis & renum quæ intenſa eſt per paulatinam adminiſtrationem eruntremiſſiua lapſus illorum membrorum : & erunt contraria lapſui ſtomachi & cordis: quare videntur ei conuenientia.

Igitur aer loci vel habitationis eligatur ad leuem caliditatem eleuatus : & notabiliter ſiccior, quam calidior, minime autem frigidus & humidus. ¶ Domus itaq; eius habeat aſpectum orientalẽ: & ſit camera tabulis condecenter munita a flatu venti & a curſibus aquarum vel a propinquitate fontium elongata. Et ſi non eſſet in ea aer naturaliter talis, tunc ſæpe in ea accendatur ignis cum lignis oliuarum, lauri, iuniperi, abietis & ſimilium. ¶ Et aer ipſius ſæpe ſuffumigetur cum ſandaraca, colophonia, thure, ligno aloes, aut cum ſtyrace calamita proprie, vel cum hoc compoſito. *Rec. puluæris menthæ, ſtyracis calamitæ, ligni alo. an. ℥ ij. thuris, colophoniæ, laudani an. ℥ iij. fiat puluis craſſus, de quo* Puluis pro ſuffim.
B *aſpergantur carbones igniti, & ſuffumigetur locus ſaltem tribus vicibus in ſeptimana:* cum quo puluere etiam ſuffumigẽtur infulæ & byreta, quibus vtitur. Et attendat quod caput eius conuenienter defendatur a frigore cum tiaris de grana ſuffultis pellibus agnorum & variorum & aliorum animalium notabiliter inferentium calorem & augmentantium ipſum in capite.

Cap. II. *Particulæ primæ ſectionis tertiæ de adminiſtratione ſomni & vigiliæ.*

DORMITIO huius noſtri patientis non debet eſſe breuis, immo longior, quam conſueuerit, antequam ægrotaret prædictis diſpoſitionibus; eo quia per talem vigorabitur digeſtio tam cibi quam humorum in ſtomacho & in capite propter
C meliorem applicationem digerentis ad digeſtibile, quæ fit in ſomno, quoniam ipſe eſt cauſſa reditus & congregationis ſpirituum ad interius. Menſura igitur dormiendi non ſit in eo minor, quam ſeptem horarum : & eſſet ei melius declinare ad octo horas quã ad ſex.

Si autem contingeret, quod in eo accideret vigilia propter lationem materierũ Auxilia
& vaporum calidorum, vt ſupra viſum eſt, tunc prouideatur eidem cum altero iſtorum contra vi-
trium remediorum. ¶ Primum quod in cibis eius quandoq; coquantur grana papaue- gilias.
ris albi, & ſimul cum cibo comedantur. ¶ II. Quod quandoq; comedat lactucas elixas 1.
cum aliis cibis. III. Quod ante cœnam per vnam horam faciat ablutionem pedũ & cru- 2.
D rum vſq; ad inguina, manuum, brachiorum & faciei cum calida aqua huius decoctionis. 3.
Rec. florũ ſalicis, vel florum violarum, roſarum, nenupharis foliorum lactucæ & ſolatri an. M. ij. aſari M. j. camõ. M. ij. coquantur omnia in ſitula vna aquæ vſq; ad conſumptionem tertiæ partis. Decoctio pro lotione pedũ, &c.

Si autem in eo quandoq; ſuperfluerit ſomnus, tunc prouideatur ei triplici reme- Auxilia
dio. ¶ Primum quod fiant fricationes a ſpatulis vſq; ad nates, pedes & brachia vſque contra im-
ad manus cum pannis calidis cutem rubificantibus ad inferiora trahendo. ¶ Secun- moderatũ ſomnum.
dum vt abluatur caput eius cum lixiuio ſatis acuto & ſapone albo & diligenter exicce- 1.
tur. ¶ Tertium vt accipiat mane ʒ j. theriacæ antiquæ cum ℥ j. aquæ roriſmarini calefa- 2.
ctæ: & tardetur cibus horis quinque: dormiat itaq; elapſa hora cũ dimidia poſt cibum, 3.
capite notabiliter eleuato ſuper dextro latere prima dormitione, deinde reuoluat ſe
E ad ſiniſtram partem dormitione ſecunda.

De motu & quiete.

NISI eſſet tremulus motus huius viri, videretur exercitium paulo fortius mediocri ei eſſe conueniens, argumento ſumpto a nocumento capitis, ſtomachi, epatis, renum & aliorum omnium accidentium & a materiali cauſa ipſorum; eo quod per exercitium tale, qualis eſſet motus ꝓgreſſiuus, & equitatio ſuper gradario equo, eſſet etiã cõueniens, quoniã per talia exercitia cõſumeretur aut ſaltẽ minoraretur materia illorum accidentium, & diuerteretur ad vias expulſionis, velut ad poros, ad viam vrinæ vel ventris aut ſputa & ſimilium. Verum quia propter motum vel exercitium materiæ
F ponuntur in fluxum: & motæ communiter fluunt. vel expelluntur ad debilia membra: ideo dubitandum eſt, ne propter motũ vel exercitium materiæ per modum fluxus vel euaporationis tremorem cordis adaugeant : quod quidem facile poteſt experiri hic adoleſcens in ſeipſo, quia plerunque poſt exercitium forte augmentatur ille

tremor cordis,& fit magis lædens: itaq; diligẽter attendat quod ab omni exercitio for- A
ti omnino abſtineat,& proprie ab equitando equum inconuenientis inceſſus & vehe-
menter agitati. Item caueat ab omni exercitio & proprie poſt comeſtionem facto; ſicut
enim motus ante comeſtionẽ eſt ſanitatis conſeruatiuus; ita poſt comeſtionem ægritu-
dinum inuenitur generatiuus. *teſte Rhaſe, 4. Almanſ. 2. cap.* In ſumma igitur conuenientius
eſt huic viro ad plurimum quietare,& raro & parum exercitari.

De inanitione & repletione.

QVONIAM accidentia octo prædicta omnia proueniunt ex plenitudine totius
corporis & membrorum, quæ læſa ſunt: Ideo apparet repletionem omnem e-
uitandã eſſe. & quoniam materiales repletiones augentur in corpore propter
multam ciborum & potuum aſſumptionem & inordinatum modum vſus eorum: Ideo B
vir iſte a ciborum & potuum repletione omnino ſibi cauere debet. Quantumcunq;
enim cibi exiſtant cibales, tamen multitudo eorum dupliciter nocere poteſt: aut enim
augent materias quantitatiue, vel quia propter eorum multitudinem calor naturalis p
modum fere ſuffocationis minuitur & augẽtur materiæ per viam indigeſtionis genitę.

Regulæ in cibo & potu obſeruandæ.

Igitur in cibis & potibus ſint regulæ tales obſeruandæ. ¶ Prima quod nunquam
comedat, niſi verum & naturalem appetitum eueniſſe perceperit. ¶ Secunda quod quã
cito talis appetitus euenerit, cibetur. ¶ Tertia quod in cibatione leuiora præponantur
1. craſſioribus; quorum notitia vltimo cap. huius articuli haberi poterit. ¶ Quarta quod
2. menſura ciborum & potuum conueniens ſit, per quam omnis grauitas, tenſio & fluctu-
3. atio a ſtomacho excludantur. ¶ Quinta quod nunquam accipiat cibum neq; potum, C
4. niſi cum ſenſerit præaſſumptũ cibum a ſtomacho deſcendiſſe. ¶ Sexta quod nunquam
5. cibetur cum præſentia abominationis, faſtidii, acredinis vel nauſeæ, quæ in ſtomacho
6. percipiantur. Cum autem neutrum iſtorum adfuerit illico cibari debet.

De paſſionibus animi.

PASSIONVM animi contriſtantium & mentem & corpus anguſtare facientium
omnis applicatio euitari debet; quoniam ſpiritus aut ſuffocatus detinetur, &
coarctatur in iſtis; aut per continuum & repẽtinum motum reſoluitur & con-
ſumitur: aut quia motu ſpirituum magno inordinato ad diuerſas differentias poſitio-
nis materiæ nunc de intus ad extra, aliquando vero econtra diſtrahuntur: quare ſæpe
& magna corruptione corrumpuntur. Similiter etiam paſſiones animi, per quas in mo- D
tum vehementiorem ponuntur ſpiritus & humorales materiæ, euitari dabent: velut ira
vehemens, furor & conſimilia accidentia, propter cauſas allegatas,& maxime, quia p-
pter tales vehemens fit motus in ſpiritibus & humoribus. Vnde augmentatur neceſſa-
rio motus tremulus præexiſtens & fixus. Si enim iracundia magna in homine ſano
nullum habente cordis motum præter naturalem talia euenire poſſunt, vt ſenſus oſtẽ-
dit, quanto fortius contingere poſſunt in his, qui iam læſi ſunt & ægrotantes: quare o-
mnia euitanda ſunt propter vehementem corporis agitationem, quam efficiunt. Ipſa
enim exterminant & mutant corpus ab ea, quæ eſt ſecundum naturam, conſiſtentia.
tertio techni.

De cibo & potu. E

CONFORMITER prædictis ſermonem faciendo de regimine huius viri per admi-
niſtrationem ciborum & potuum: Apparet quod regimen eius per cibos proprie
cibales dictos conueniẽter fieri deberet. Tales enim cibi inquantum operantur
præcipue a materia non augerent lapſum totius nec partis alicuius. Verum quia raro
& pauci tales inueniuntur cibi & potus, quoniam nutrientia, quibus humanus actus ve-
ſcitur, plurimum ſunt operantia a qualitate & a materia ſimul. Ideo de talium ciborum
applicatione dicendum, quod omnes tales cibi & potus huic viro ſint conuenientes,
qui ſunt a materia operantes & habent qualitates remiſſas, vt caliditatem, frigiditatem,
humiditatem & ſiccitatem: & quod inter reliquos conuenientiores ei ſint omnes, qui
non tranſcendunt qualitates primi gradus aut primæ manſionis ſecundi gradus. Et ſi F
cibi tales raro inueniantur, aut pauci, tũc oportet alterum contemperare cum altero, vt
frigidum cum calido, ſicut lactucam commiſcerem coquendo & infundendo pulueri-
zando cum carnibus pullorum, columborum vel ſimilium, & cinamomum vel aliud
aroma commiſcere cum acribus vel acetoſis cibariis: & ſic de aliis. In diſcurrendo autẽ

facile

A facile per ſpecies prædictorũ eligatur ab eo panis de vera ſimula vel polline farinæ fact⁹, *Panis.*
parũ fermenti recipiens plus quã communis panis, & parũ ſalis etiã. Et ſit bene coctus, nõ azymus & aduſtus, nec factus ex frumento ex locis malis collecto ætate ſua duorum dierũ vel triũ ad plus terminũ non tranſcendens. ¶ De carnibus a. quadrupedũ, vituli lactantis, capreti iuuenis, caſtrati iuuenculi bene pinguis, aliquando iuuenum porcellorum domeſticorum, & proprie partes eorũ non valde pingues, quoniam inter alias nutribiles maxime ſunt, *teſte Gal. lib. 11. terapeutica c. primo.* Carnes etiã agninæ & proprie cũ fuerint de animali bene nutrito non tranſcendente annũ, etiam laudabiles ſunt ei: Neq; timeatur de humiditate eorum, quoniam ea ſunt boni nutrimenti & velocis digeſtionis. ¶ Ex quadrupedibus vero ſylueſtrib. laudabiles ſunt carnes capreolorũ. Ipſæ *Carnes.*
B enim inter ſylueſtres carnes meliores exiſtunt: & ſanguis ex eis genitus paucas habet ſuperfluitates. *3. Almanſ. 32. cap.* Caro enim leporis conuenire poteſt propter augmentũ ſiccitatis, quæ aduerſatur multiplicationi phlegmatis, & proprie, quando conditur cũ cinamomo, croco & ſimilibus: & conditur etiam conuenienter cum pinguedine remouente præparationem eius ad generationem ſanguinis melancholici. ¶ Caro autem iuuenis porci ſylueſtris conueniens eſt ei, quoniam augmentum humiditatis eius refrangitur ab exercitio vehementi, quo venatur cibum ſuũ: qui plurimum eſt ex glandib. nucibus & radicum, olerũ caliditate participantium. ¶ Etiam eidem conuenire poſſunt ceruorũ carnes propter elongationem earum ob exceſſus humiditatis, & proprie cum
C fuerint animalium iuuenum, quorũ carnes facilis digeſtionis exiſtunt, propter augmẽtum humiditatis inuẽtæ in ætate pueritiæ vel patria eorũ. ¶ Carnes etiam cuniculorũ & proprie non nutritorum in carceribus, ſed in ruribus degentium, conuenire poſſunt. ¶ Ex volatilibus v. & proprie domeſticis laudabiles ſunt pulli non multum parui, immo bene adulti, & capones etiã & gallinæ proprie. ¶ Caro namq; gallinarum eſt omni alia *Carnis gallinarũ præſtãtia.*
carne melior, teſte Rhaſe *24. continentis cap. 97.* Laudabiles etiam ſunt carnes columborũ iuuenum completas pennas habentium. Pulli enim columborum dantur in cibo illius cuius corp⁹ euacuatũ eſt ſanguine, aut infrigidatũ ex lõgo morbo. *24. continentis prællegato c.* ¶ Carnes iuuenum pauonum vtiles ſunt cum bene digeruntur. ¶ Anſerum v. & anatum carnibus non vtatur niſi valde raro. Caro enim anatum habet ſuperfluitates & faſtidium multum facit. *3. Almanſ. c. 29.* ¶ Carnibus v. ſylueſtrium animaliũ volatiliũ, vt
D perdicum, phaſianorum, coturnicis & trancolini. Similiter & carnes minutarum auiũ in dumetis degentiũ: vt ficedulæ, meruli, turdi, carduelis, & ſibi ſimiliũ non improbant: quemadmodũ volatiliũ ſylueſtriũ, aquatiliũ, & ꝓprie quando nutriuntur in ſtagnis & paludib. maxime. ¶ Inter plantas vtiles ſunt omnes calidæ, decoquendo cibaria cũ eis *Planta.*
& condiendo: & proprie cum ex eis parum accipitur: vt ſunt fœniculũ, petroſel. apium, mentha, ſaluia, roſmarinũ, ſerpillũ & ſimilia: & proprie quando coquuntur cum frigidis vt refrangant & refrangantur ab eis: ſicut ſunt ſpinachia, beta, lactuca, endiuia, cucurbita & his ſimilia. ¶ De granis vero vtile eſt hordeum & condimenta ex eo facta, oryza cũ mul- *Grana.*
to lacte amygdalarum facta: far etiam ſimiliter præparatum, cicer ru. al. & panicum etiam cum lacte amygdalarum præpar. Robilia vero, fabæ, phaſeoli & dorellæ dimittantur. ¶ Inter radices v. laudantur aſparagi, locuſtæ, rapuncioli, & napi, bauciæ, & carotæ. *Radices.*
E Rapis etiam vti poteſt, & proprie in igne coctis vel cum brodiis pinguibus. Aliæ autem radices: velut allium, cæpe, porrum & bulbus dimittantur. Raphano etiam non vtatur niſi raro. Lactis & proprie coagulati vſus non eſt laudabilis propter caput & ſtomachũ *Lac.*
principaliter. Cibaria vero cum eo cocta & præparata non ſunt vituperanda. Poteſt a. vti caſeo non multum molli nec tenero, ſed aliqualiter frangibili. Butyrum etiam non placet. ¶ Oleum vero recens oliuarum in cibariis omnibus conueniens eſt, licet per aliquantum tempus vſque ad duos vel tres annos. In vſu vero magis placeret mihi oleum amygdalarum dulcium. Aromatum vero vſus, vt zinzib. piperis, cinamomi, garyoph. galangæ & ſimilium multum calidorum non eſt conueniens; ſed *Caſeus. Butyrum. Oleum. Aromata.*
F croci vſus in omni cibario concedi poteſt: & ſimiliter macis, quod temperatum eſt capitale, cordiale & ſtomachale. ¶ Inter ſalaticia vero laudantur cappares: Item extremitates lupulorum, & cichorea, bugloſ. endiuia, ſcariola, creſſones fontales & locuſtæ, vt ſupra dictum eſt. Portulaca vero & lactuca non comedantur ſimplicia, niſi commixta cum herbis calidis ſupra tactis. Lactuca enim cum hoc, *Herba.*

quod multa ſui frigiditate ſtupefacit:etiam oppilat & viſui nocet: multus enim vſus e- A
ius obtenebrat viſum: *vt ſecundo canone in proprio capitulo*:alii laudant vſum eius,quia eſt
temperata.Et rutha etiam,quia corrumpit ſanguinem,ideo dimittenda eſt. Similiter
Succi. portulaca, quia eſt difficilis digeſtionis.Inter ſuccos vero,quibus condiuntur ſapores,
laudabilis eſt ſuccus aranciorum & limonum non valde ſalitorum,granatorum & agre-
ſta non multi ſalis,acetum mediocris acuitatis,vinum coctum,& proprie cum aperiti-
uis refrangentibus ipſum ab aptitudine oppilationis, quam habet. Succus citri nō eſt
vtilis niſi tempore magni æſtus.

Condita. Inter condita placent mihi pineæ,napi conditi & oliuæ non multum ſalitæ, citrū
conditum,cucurbitæ & myrobalani,chebuli & xylobalſamum conditum:zinzibere ve- B
ro condito non vtatur frequenter,& parum aſſumendum eſt de eo.Cydonia autem cō-
dita non placent mihi,niſi poſt cibum & in pauca quantitate:carotæ autem & napi con-
Confectiones. diti & pyra condita poſt cibum omnino laudabilia ſunt.¶ De confectionibus v. placēt
pineæ confectæ amygdalę,ſed pinearum vſus debet eſſe vt infundantur in aquam cali-
dam,vbi ſtent per vnam diem naturalem renouando eam bis. ¶ Fiſtici autem conditi
magni ſunt iuuamenti ad omnes fere diſpoſitiones noſtri patientis. ¶ Et coriandrum
poſt cibum etiam conueniret.¶ Auellanæ vero conditæ & proprie cum fuerint depila-
tæ & bene torrefactæ mirabilis laudis exiſtunt, eo quia conueniunt cerebro intantum,
vt augmentum efficiant in eo,& ſunt ſtomachales & mirabilis laudis dignificantur ad
epar.¶ Cinamomum etiam cum ſacharo confectum, cucurbita confecta,citrum & ꝓ- C
prie cum ſacharo albo laudabilia ſunt.Confectio vero de oleo amygdal.dul.cum ſacha-
ro & amylo facta, quam multi Itali vocant marzapan, non eſt laudabilis: eo quia re-
mollit & nauſeat ſtomachum,licet reſtaurationē efficiat corporibus extenuatis. ¶ De
confectionibus vero,quæ intentioni medicinali ſubſeruiunt magis quam cibali,erit
ſermo inferius, vbi cuiuſcūq; prædictorum accidentium particulare regimen conſcri-
Vinum. betur.hæc de cibis ita ſufficiant. ¶ Potus autem eius exiſtat vinum album vel clarum,
colore cereſoleum nominatū,vt nullo modo nigrum valde, ſubſtantia vero ſit tenue a
fumoſitatibus limoſis & terreis partibus denudatum,odore ſuaue & bene aromaticū,
ſed ſapore non valde,ſed leuiter dulce,aut ad leuem ponticitatem inclinatum. Poſt-
ea vero ſatis fumoſum magis quam aquoſum. Et ſi tale haberi non poterit,bibatur pu- D
rum & nullo modo aquæ commixtum.Si autem inueniretur vinum fumoſum & ab his
conditionibus elongatum,frangatur cum aqua laudabili cyſternæ,aut ſaltem cum aqua
Aqua. puteali vel fluuiali præcoctis & deſiccatis. Et ſi cum prædicta aqua tempore hyemis co-
queretur quantitas duorum granorum frumenti, laudabile foret cum prædictis aquis
coquere ℈ ß.de ſeminibus cichoreæ in qualibet phiala.¶ Mellis vero vſus vel ſachari in
decoctionibus aquarum potabilium non eſt mihi dilectus multum, licet ſacharum in
cibariis laudabile ſit,nō in multo tamen vſu,mel autem nequaquam mihi placet in eis.
Hæc in ſumma de ſectione ſecunda ſufficiant.

Pars ſecunda ſectionis tertiæ de cura accidentiū ſuperius poſitorum,quæ diuiditur in octo capita ſecundum numerum illorum octo accidentium.

CAP. I. *De cura ſodæ periodicæ hunc virum moleſtantis.*

QVONIAM igitur primum accidens erat Soda periodica affligens ipſum a chole- E
ra vitellina prouenienſ,ideo canon curationis ipſius,ſicut & aliorum acciden-
tium,ſingulariter eſt ponendus. ¶ Itaq; cum acciderit dolor ille cum venarum
temporum & faciei extenſione & plenitudine cum rubicunditate coloris ad citrinita-
tem inclinati cum pulſatione,& aliquanta punctione & caliditate perceptis in capite:&
pulſus magnus ac velox apparuerit,& vrina craſſa in tinctura notabiliter eleuata fuerit:
ſtatim phlebotometur eiuſdem cephalica lateris in manu,& educantur ſanguinis ℥ iij.
vel quatuor: præmiſſa tamen ventris lenitione congrua, naturaliter aut artificialiter
2. remediū adminiſtrata. ¶ Secundum vero remedium eſt, vt poſt phlebotomiam die immedia- F
Potio. te ſequenti venter eius ſoluatur hoc medicamine.℞. *caſſiæ nuper de canna extractæ cum a-
qua lupulorum ℥ j.reubarbari,agarici electorum an.ʒ j.ſpicæ nardi gra.iiij.ſalis gemmæ g̃. j.accipia-*
℞ *tur cum ℥ ij.aquæ lupulorum calefactæ, & tardetur cibus per horas ſex præmittendo aſſumptionem
brodii pulli macrioris cū ſacharo calefacti poſt horas quatuor.* ¶ Tertium inſtrumentum eſt,vt
mane immediate ſequenti accipiatur hoc digeſtiuum calidum:& tardet cibum poſt i-
pſum

A pſum ſaltem per horas tres. *Rec. ſyrupi de nenuphare, ſyrupi de endiuia an. ʒ vj. aquæ ſaluiæ, aquæ betonicæ an. ℥ j. aquæ cuſcutæ boni ponderis ℥ j. miſce*: & continuet ipſum diebus decem. *Alia potio*
¶ Quartum vero ſingulare remedium eſt vt frons & tempora eius in ſero & mane diligenter liniantur hoc linimento expertiſſimo. *Rec. terræ ſigillatæ ʒ viij. tuciæ præparatæ ʒ ij. acatiæ ʒ vj. pul. corticis papaueris ʒ v. ſumac. ℥ j. ſcamoneæ, croci an. ℈ iiij. vitellos ouorum numero ij. & aquæ roſarum ℥ j. puluerizentur hæc omnia per ſe, & longa contritione inſpiſſando ipſa cum puluere amili ad ſufficientiam.* 4. *Linimētū.*

Quintum eſt ſingulare, vt in ſero, quando vadit cubitum, inſpergatur caput eius per inceſſiuam commiſſuræ ſagittalis vſq; ad ſummitatem capitis hoc puluere inter capillos proiecto ad quantitatem quatuor granorum hordei. *Rec. pulueris florum camomillæ* 5.
B *ʒ j. ß. croci ℈ ß. ligni aloes ℈ ij. corticis mandragoræ gra. v. ſem. plantaginis, ſumach, acatiæ ana ℈ ij. & commiſceantur.* ¶ Sextum eſt, quod ſemper ante cibationem accipiat clyſtere ſecundum hanc formam. *Rec. aquæ decoctionis viol. maluarum ſiclæ lib. j. olei viol. ℥ iij. electuarii de pſilio ℥ j. ſalis gemmæ ʒ j. miſce, & accipiatur ſemel in die hora maioris alleuiationis.* *Puluis capiti inſpergendus.* 6. *Clyſter.*
¶ Septimum remedium iterum eſt, quod ſemper ante cibationem omnem fiat extremitatum fricatio trahendo verſus inferius. Cum enim cibas, inquit Auic. habentem dolorem capitis, frica ei extrema. *prima tertii, tractatu primo in fine.* 7.
¶ Octauum remedium eſt, vt poſtquam acceperit digeſtiuum, iterum reuertatur ad accipiēdum ſolutiuum ſupra dictum minorando vel ſubduplando caſſiam cum aliis conditionibus ibidem tactis. 8.

Cap. II. *De cura ablationis odoratus.*

C IN cura autem ſecundi accidentis, ſ. ablationis olfactus contemplandū eſt. Si n. nocumentum hoc prouenerit a debilitate virtutis animalis in cerebro, quæ contracta fuerit a principiis generationis, vel poſt illa, & fuerit hoc nocumentum fixum coniunctum paucitati ſpirituum animalium aut indiſpoſitioni eorum propter cruditatem & craſſitudinem eorū; & adhuc etiam, quod hæc duo coniuncta fuerint cū nocumento partis organicæ ſeruientis ad operationē, quæ eſt cerebrū, & carunculæ mamillares, patet ſi hæc nocumenta confirmata fuerint, non recipient curationem; & ſi recipere poſſent, illud fieri non poſſet, niſi cū magna difficultate & ꝓlixitate temporis. Quomodo enim poſſunt ſaluari operationū integritates & reduci, quādo
D ſimul nocumentum concernit virtutem, organa & inſtrumenta? Et ſi forte quidē hoc eſt, quod a ſapientibus ſcribitur, quod odoratus ablatio confirmata non recipit curam; confirmatio autem nulla poteſt eſſe fortior, quam ex parte nocumenti virtutis inſtrumenti & organi prouenientis cum temporis prolixitate.

Propter quod intentio in cura talis ablationis olfactus eſſe debet primo ad vigorādum virtutem; Secundo ad reſtaurandum ſpiritus & cerebrum, quod eſt organicum principium huius operationis. ¶ Et primum quidem completur cum cibis velocis digeſtionis & boni nutrimenti, appropriatis capiti; velut ſunt aqua carnis vitelli ouorum, cerebella & teſticuli gallorū, & vinum album, ſubtile, mediocris fumoſitatis, & carnes pullorum columborum, pullorum perdicum, phaſianorum, & lactentis vituli, oua ſorbilia, & proprie cum vino albo ſubtili cocta & conquaſſata: Cibaria omnia cocta cum
E ſaluia, maiorana, betonica & roſemarino: & cerebrum leporis quod habet in hoc proprietatem, & auellanæ comeſtæ, quæ in cerebro augmentum faciunt, & omnia ſimilia iſtis. ¶ Ea vero quæ ventriculos cerebri & poros caruncularum mamillarum & venas, & arterias earum expurgatas detinent, ſunt prædicta omnia. ¶ Et de medicinalibus magis ſunt ambra, roſmarinus, cinamomum, garryoph. lignum aloes & nigella, quæ diu odorata omnes oppilationes cerebri aperiunt, quemadmodum etiam ruta, & proprie ſicca, & camedrix & camepithis, calamentum, origanum: & ſternutatio facta cum inſpiratione ligni aloes, piperis al. & ſtaphyſagriæ. ¶ De numero prædictorum eſt gargariſma factum cum hac decoctione aperiente oppilationes cerebri omnes. *Rec. radicū*
F *ſcord. caſtorei ſerapini an. ʒ ß. coſti dul. ſtaphyſagriæ, ligni aloes, pyretri, origani an. ℈ ij. corticis agarici ʒ ij. liquiritiæ, aniſi, peucedani, collocyntidæ ana ℈ ij. ſalis Indi gran. j. coquantur omnia mediocriter contuſa in lib. ij. aquæ vſq; ad conſumptionem tertiæ partis, deinde colentur & fortiter exprimātur.* Cum hac colatura calefacta fiat omni mane in mediis tertiis gargariſma quatuor vicibus: & iterum ante cœnam per horam vnam continuando ipſum per integram ſe-

Odoramentum.] primanam. ¶ Deſcriptio odoramenti bona ad illud eſt. *Recipe nigellæ torrefactæ prius* A
tamen in aceto infuſæ ℥ j. caſtorei, nucis muſcatæ ana ʒ j. ß. been al. & rub. galangæ, piperis al. origa-
ni, calamenti ana ℈ ij. coſti ſerapini, rutæ, ſem. baſiliconis ana ℥ j. puluerizentur omnia per ſe: & ligen-
tur in ſyndone retorta, & ſæpe odorentur. Et conferunt hæc omnia nocumento odo-
ratus a mala complexione frigida materiali cum oppilationibus, vel ſine eis eue-
niente.

Si autem in odoratu contingeret nocumentum, ex parte narium per quas fit attra-
ctio & delatio ſpecierum odorabilium, vel aeris habentis in potentia ſpeciem odora-
bilem, tunc neceſſe eſt, quod aut in prædictis partibus ſit oppilatio, aut apoſtema, aut ca-
ro addita, aut cruſta, aut vlcus, aut excoriatio.

Si autem in odoratu nocumentum contingat propter oppilationem, tunc aut erit B
hæc oppilatio a natura contracta, aut aduentitia. Si autem eſſet primo modo inuen-
ta, ſicut contingit in multis melancholicis, aut multum frigidis corporibus, tunc ipſius
curatio perfici poteſt in his, quæ paulo ante dicta ſunt aperientia oppilationes cerebri.
Et iterum fieri poteſt huius oppillationis cauſſa, aut a frigiditate pura, vel ſimul cum ma-
teria prouenientis, tunc curatio fieri debet cum iſtis quinque inſtrumentis, quorum
primum eſt deſcriptio huius ſyrupi. *Recipe pulegii, cardamomi ma. & mi. granorum paradiſi,*
Syrupus. *betonicæ, hyſopi, ſtœchados, gummi Arabici an. M. j. florum nenupharis & violarum an. M. ß. maio-*
ranæ, florum roriſmarini, acori, peucedani, calami aromatici an. M. j. ß. ſem. pæoniæ excorticatorum,
ligni aloes an. ʒ vj. galangæ cinamomi, nucis muſcatæ an. ℈ ij. ambræ muſci an. gra. ij. Hæc omnia
bulliant in lib. x. aquæ in quibus ſteterint infuſa per dies duos, & coquantur vſque ad C
medietatem, deinde cum vehementi expreſſione colentur: huic itaque colaturæ ad-
dantur aceti ſquillitici ℥ iiij. mellis diſpumati, & ſachari al. ana lib. ß. in ſimul lento igne
coquantur vſque ad conuenientem inſpiſſationem aromatizando eadem cum muſci
& ambræ ana g̃. j. de hoc itaque ſyrupo decem diebus continuis in aurora exhibeantur
℥ ij. cum aquæ roriſmarini & ſaluiæ an. ℥ j. ß. calefactis, & tardetur poſt ipſum cibus ſal-
tem horis quatuor.

Secundum remedium eſt: quod vndecimo ſequenti die mane ſoluatur venter
cum hoc compoſito. *Recipe pillularum cochiarum ℈ j. pilul. ſtomacharum alkindi ℈ ij. ß. refor-*
Pillulæ. *mentur pillulæ vij. cum aqua maioranæ, vel roriſmarini: & ſunt valde ſolennes:* quia pillulæ ſto-
machicæ alkindi cum ſua euacuatione ſenſus omnes & eorum organa confortant. ¶ D
Tertium remedium ſingulare, cui nullum inueni par in aperiendo oppilationes cere-
bri anterioris, & colatorii eius eſt hoc. *Recipe nigellæ tribus diebus in aceto acutiſſimo infuſæ &*
Aqua per nares attrahenda. *exiccatæ ʒ ij. agarici electi, ligni aloes, caſtorei, oppoponacis an. ℈ iij. laudani puriſſimi ʒ ij. pulueri-*
zentur omnia & infundantur in ℥ iij. ſuc. maioranæ aut ſaltem aquæ ſublimationis eius ita quod ſub
radiis ſolis, vel ad ignem exiccentur. Ex hac igitur maſſa accipiatur ʒ j. miſceatur cum ℥ iij. aquæ
ſublimationis maioranæ, & ore prius impleto aqua traiiciatur leuiter per nares. Hæc mixtio
ter vel quater per ſingulam noctem cum viciſſitudine & interpolatione aliquanta facta:
videbis enim mirabilẽ eius effectum. ¶ Quartum inſtrumentum eſt, vt ſero & mane
Linimentum. aliquando nares liniantur cum hoc linimento. *Recipe olei philoſophorum ℥ ß. ambræ g̃. ij. cõ-*
terantur ſimul, & cum penna liniantur nares cum hoc tepido. ¶ Quintum compoſitum, quod
continuatum non eſt minoris efficaciæ, eſt hoc. ℞. *radicis bryoniæ, ligni aloes, granorum para-* E
diſi an. ʒ j. maioranæ, garyophyl. an. ʒ. ij. caſtorei ſiccioris ℈ j. muſci, ambræ an. g̃. j. ß. puluerizentur o-
mnia per ſe & miſceantur. Et de hoc compoſito inter capillos a fine capillorum vſque ad
ſummitatem capitis conſpergatur quantitas quatuor granorum hordei per inceſſum
ſagittalis commiſſuræ per quatuor digitos omni ſero, quando vadit cubitum, cum pe-
ctine deponendo primum puluerem, quando vult ponere ſecundum.

Et nota quod per hæc inſtrumenta iam paulo ante tacta facile curari poteſt o-
mnis cerebri oppilatio tam a tempore quam a natura contracta. Vnde ex iſtis inſtru-
mentis apparet ſufficienter euacuari poſſe nocumentum olfactus proueniens a debili-
tate virtutis cerebri. II. ex defectu ſpiritus animalis, qui eſſe debet eius inſtrumentum: F
III. ex defectu lacerti ad attrahendum aerem ordinati: & fuerunt tres de cauſis nocu-
menti olfactus poſitæ ſupra ſectione ſecunda capitulo ſecundo in fine.

Cum autem contigerit quod nocumentum in odoratu accidat, propter apoſte-
ma in concauo viarum exiſtens, tunc neceſſe eſt, quod illud apoſtema ſit profundum

&c pro-

A & prope rizam magis ſenſum viſus effugiẽs, aut ſit inferius in via manifeſtiori, & ſenſu
viſus diſcernibile, & quomodocunque contingat illud apoſtema, erit illud, quod com-
muniter morum nominant, aut polypum, aut cãcrum, vel hæmorrhoides naſi. ¶ Si au-
tem hoc apoſtema exiſtat polypus, vel hæmorrhoides & extrinſecus apparens: tunc cu-
ra eorum facilior eſt propter multa. ¶ Primum quia materia talium apoſtematum, vt in
pluribus, eſt ſanguis aquoſitati phlegmaticæ cõmixtus, licet quãdoq; fiat ex phlegmate
ſalſo ſanguini commixto: tales autem materiæ ſunt obedientes ad curam magis, quam
melancholicæ vel acutæ. ¶ Item quia hæc apoſtemata non ſunt ita profunde membro
immerſa, *vt 2. techni.* quare facilius & cõuenientius poſſunt eiſdem applicari localia re-
media. ¶ Tertio iterum, quia operatio manualis ad caput ea conuenientius peruenire
B poteſt. ¶ Quarto adhuc quia talia apoſtemata ſunt elongata magis a ſuperioribus par-
tibus rizæ venarum & arteriarum, circa quas cum localibus & cum operatione manua-
li procedi non poteſt ſine magno labore & timore.

Itaq; cum talia apoſtemata Medico occurrerent cum repletione corporis totius
notabili, phlebotometur baſilica lateris oppoſiti nari patienti, aut ſaltem vena nigra,
vel media, ſi fuerit repletio maior, ſi autem non tanta fuerit repletio, ſufficit phleboto-
mare cephalicam aduerſi lateris extrahendo ſanguinis ℥ iiij. vel v. ſecundum coniectu-
ram viri in ſcientia & opere periti. ¶ Facta vero phlebotomia ſequenti die digerat ma-
teriam cum hoc compoſito. *Rec. oxyſaccaræ, ſyrupi nenupharini an. ʒ vj. aquæ acetoſæ, & fœni-* Syrupus
culi an ℥ j. ß. miſce, & exhibeatur in aurora, vt de aliis dictum eſt. ¶ Sumpto autem ſyrupo o- digerens.
cto vel decem diebus euacuetur cum hoc medicamine. *Rec. ſucci roſ. ℥ j. caſſiæ cũ aqua vio-*
C *larum nuper extractæ ℥ j. ß totum hoc cum ʒ ij. aquæ hordei parum calidæ ſumatur, & fiat poſt ipſum* Potio.
obſeruatio eorum, quæ de aliis euacuantibus ſcripta ſunt.

Poſtquam autem euacuatus fuerit, tunc procedatur ad curam cum tribus locali-
bus, quæ per me vtilia reperta fuerunt præ aliis. ¶ Quorum primum eſt linimentũ hoc, Linimen-
cum quo totus naſus exterius & partes adiacentes & partes intermediæ fontis, per quas tum.
extenditur vena recta in eo, intermedium vtriuſque ſupercilii inungatur, cuius deſcri-
ptio eſt. ℞. *ſucci vermicularis, ſuc. plantaginis, & burſæ paſtoris an ℥ j. albumina duorum ouorum,*
camphoræ ſubtiliſſime tritæ ℈ iiij. tutiæ præparatæ, acatiæ, ſumach ana ʒ j. corallorum combuſtorum,
carabe ana ℈ ij. amili ℥ j. ß. terantur omnia ſimul vltima contritione in mortario plumbeo cum
D *ſuo piſtillo, & ter vel quater in die renouetur eius applicatio.* Secundum inſtrumentum eſt vt
ſæpe ſaltem in die quater per nares traiiciatur ſuccus foliorum virgæ paſtoris: & eſt car-
dus maior vocatus a quibuſdam ſemper ſitiens. Et ſi timeres audacem infrigidationem
eius, tunc eidem commiſceatur tertia vel quarta pars ſaluiæ vel betonicæ. ¶ Tertium
compoſitum eſt horum apoſtematum conuenienter exiccatiuum, cum quo magnum
decus in pluribus acquiſiui. *Recipe tuciæ præparatæ, & propriè cum vrina infantis annorum duo-* Linimen-
rum, ceruſſæ an. ʒ ij. ß. plumbi vſti ʒ iij. lithargyri ſpumificati ℥ j. camphoræ ʒ j. ß. ſuc. ſemperuiui ℥ v. tum.
terantur hæc omnia ſaltem tribus diebus longo tempore in mortario plumbeo cum ſuo piſtillo, & ex-
ponantur ſoli, cumque exiccata fuerint, bis vel ter renouetur ſuccus, ex quo medicamine ter vel
quater in die liniantur apoſtemata prædicta: & hoc medicamen eſt tantæ nobilitatis, quod
E cum eo multitudinem hominum habentium cancrum & polypum vlcerata blandien-
do perduxi vſque ad finem vitæ, corruptiones frequenter ſerpentes prohibendo & re-
mittendo, tu vero conſidera virtutem ſimplicium ex ſententiis illuſtrium virorum ac-
ceptam, & videbis veritatem.

Quarto iterum prædictis ſuperaddendum eſt: quod ſi prædicta apoſtemata mol-
lia fuerint, & non obedierint curationi per prædicta inſtrumenta: ſapientes ſcripſe-
runt curam operatione manuali tripliciter fieri debere.

Et primus quidem modus eſt cum acutis forficibus ſuperadditam illam carnoſi-
tatem a naribus incidendo; deinde poſt eius inciſionem reſiduum conſumendo cum
vnguento viridi, quod ſic componitur. *Recipe mellis ℥ ij. aceti ℥ j. ß. ſarcocollæ, ammoniaci ana* Vnguentum
F *℥ j. bulliant omnia lento igne ſuper carbonibus ignitis abſque flamma vſque ad conuenientis glutino-* viride.
ſitatis acquiſitionem. Et cum hoc liniatur tenta, & ponatur in naſo, & eſt efficax linimen-
tum ſecundum deſcriptionem Raſis *quarto Almanſ. ſeptimo cap.*

Secundus vero modus operationis manualis eſt, vt prædictis iam non valentibus

cauterizentur apoſtemata illa cum cauterio ignito planæ figuræ per cannulam ære-am circum circa madefactam aqua roſ. immiſſo vſque ad conſumptionem illorum apoſtematum & pluries reiterato, deinde locus inungatur cum recenti butyro vſque ad caſum eſcarę, poſtea curetur cum æquali permixtione vnguenti baſilicon. & de ceruſſa, vel cum vnguento ſupraſcripto ante operationem manuum. A

Modus ſecandi apoſtemata narium. Tertius modus deponendi prædicta apoſtemata eſt per viam ſectionis, & modus eſt talis, vt accipiatur ſeta de cauda equina, cuius vna extremitas in naſo per foramen eius in os trahatur, & extra dentes, & alia eius extremitas extra naſum ſit tendens. Tale ergo filum ſurſum & deorſum per contrarias extremitates trahendo latera prædicti apoſtematis amplectatur, & iſta continuetur operatio vſque quo per filum apoſtema radicitus complete ſecetur. Cum ergo ſectum fuerit, reſtringatur ſanguis cum hoc pul- B

Puluis ad reſectum apoſtema narium. uere. *Recipe myrrhæ, ſarcocollæ, boli ar. ſan. dra. ana ʒ j. tuciæ præparatæ ʒ j. ß. pulueri zentur ſuper loco, vel inuoluatur in ipſum tenta cum albumine oui, & imponatur.* Cum ergo reſtrictus fuerit ſanguis, curetur cum vnguento ante manuales operationes iam deſcripto.

At vero iterum ſi prædictis locis ſcliroticum fuerit apoſtema, vt iam tranſiuerit menſuram ſex menſium, nunquam vidi illius perfectam operationem, ſed melius eſt blandiendo cum ipſo procedere. Et de melioribus inſtrumentis ad illud cum rectificatione regiminis & digeſtiuis, & euacuatiuis melancholia eſt, vt ſæpe fiat oris collutio cum oleo amygdal. dul. ſimplici, vel compoſito cum aqua violarum vel nenuphar. ana, de quo etiam ſæpe per naſum interius traiiciatur vſque ad rizam, ita vt etiam per os C deſcendat.

Cum autem contigerit in prædictis locis cancroſum apoſtema, tunc ſiue fuerit vlceratum, ſiue non, nunquam ipſius curationem vidi, neque ab aliquo ſapientum inueni: ſed omnium ſapientum communitas communiter ac concorditer concedit, quod in cura ipſius palliando & blandiendo procedatur cum phlebotomiis melagogis, id eſt, euacuatiuis melancholiæ & digeſtiuis appropriatis, quæ hic propter breuitatem omitto: tu vero require in aliis conſiliis, quæ de hac materia non raro compilaui.

Apparet inſuper ex fundamento prædictorum, quod nocumentum ablationis odoratus proueniens propter excoriationem, vel vulnera vel vlcera prædictarum par- D tium naſi eodem fundamento curari poteſt: quoniam præmiſſis euacuationibus prætactis interius in naſo præponatur vnguentum, quod ante manualem operationem ſcriptum fuit, quod omnia talia vlcera cum rectificatione regiminis illius breui tempore curabit, &c.

Nunc autem tria ſingularia remedia ad nocumentum odoratus deſcribam.

Et primum ex expertis mihi ſæpe eſt caputpurgium hoc, quod virtute ſua aperit, dilatat vias odoratus, abſtergit, & educit materias in eis contentas, reſoluit & conſumit eas, & confortat organa omnia olfactus, & proprie continuatum ter vel quater in ſeptimana actu calidum ſex vicibus viciſſim iniectum ieiuno ſtomacho: cuius deſcri-

Caputpurgium. ptio eſt. *Recipe ſuc. cucumeris aſinini ℥ iiij. ſalis armoniaci, ſubtiliter puluerizati ℥ ß. miſceantur, ponantur in ampulla: & infundatur aqua vſque ad medium ampullæ. De hac igitur aqua ſæpe traiiciatur in nares modo dicto.* E

Secundum vero eſt ſuccus origani & pulegii antequam exponantur ad ſolem & ad quamcunque ℥ eorum addantur muſci gra. ij. & fiant vt de alio dictum eſt.

Tertium compoſitum eſt hoc. *Recipe pulegii, origani, calamenti ana ʒ j. granorum*

Puluis odoratus. *paradiſi ʒ iij. fiat puluis, ligetur in panno & ſæpiſſime odoretur.*

Et ſi bene conſideras, iam apparet ſufficienter eſſe poſitam curam omnium ſpecierum nocumenti olfactus, quæ prouenire poſſunt ex ſex cauſis, ſ. ex parte debilitatis virtutis olfactiuæ, aut cerebri, aut caruncularum mamillarum, aut vtriuſque ſimul, F aut inſtrumenti, quod eſt ſpiritus, aut ex parte nocumenti in oſſe rizæ contingentis: aut quinto ex parte lacerti attrahentis aerem vel ſpecies odorabilium: vel ſexto & vltimo ex parte viarum ad hoc deſeruientium: & ſic apparet, ſufficienter & laborioſe

A ſatis aſſignatum fuiſſe modum curationis ſecundi accidentis: quod erat ablatio odoratus, vt ſupra viſum eſt.

CAP. III. *Sectionis ſecundæ de cura ſcotomiæ & imaginationum principale.*

SICVT videri poteſt ex his, quæ leguntur *tertia tertii cap. de imaginationibus.* & ex his quæ intelligi poſſunt ex *prima tertii tractatu 5. cap. de vertigine.* Omnes hæ diſpoſitiones, videlicet ſcotomia; vertigo & imaginationes ſiue deluſiones cõmunicant in hoc, quod ſunt nocumenta corruptionis ſenſus viſus; differt tamen parumper vertigo à duobus prædictis, quod in vertigine aſſignetur nocumentum corruptionis viſus, tamen in eo etiam eſt nocumentum motiuæ põtẽtiæ: quia apparent in eo corpora quieſcentia circulariter moueri: & eſt in ea nocumentum diminutionis ſubſtantiuę vel retentiuæ potentię, quia apparet homini quandoq; quod cadat: & per hoc ſufficienter apparet differentia inter vertiginem ex vna parte, ſcotomiam & imaginationes ex alia parte, tamen a ſapientibus poteſt colligi differentia etiam eſſentialis inter prædicta, eo quia cauſſa nocumenti in vertigine ponitur in cerebro, quia motus in ſpiritibus, in ventriculis, aut in rimoſitatibus cerebri cõtentis rotatiuus aſſignatur. Cauſſa vero nocumenti ſcotomiæ ponitur in ſpiritibus contentis in neruis opticis. Cauſſa vero eſſentialis imaginationum ponitur in cryſtalloide & in organis actionum cerebri. Quia tamen hæc differentia ex parte locorũ aſſignata leuis & parua non eſt magna differẽtia curationis intentionibus & inſtrumentis medicinalibus ab auctoribus aſſignata, & maxime, quia omnia prædicta accidẽtia cõueniunt in genere cauſæ efficientis, ſ. materiæ humoralis phlegmaticæ, vel vaporum vel ventoſitatum eius.

Vertigo quomodo a ſcotomia & imaginatione differat. (B)

Et quomodo inter ſe conueniant.

Quæ harũ omnium cauſa.

C

Idcirco non video cur prolixior eſſe debeam in multiplicatione inſtrumentorum curationis earum: niſi quod quinq; ſingularia remedia ponam per me frequenter experta. ¶ Quorum primum eſt electuarium Sotyra nominatum. ¶ Secundum vero eſt electuarium de ambra maius, dando ex hoc vel illo ʒ vj. mane hora ſyruporum per menſem continuum, præmiſſis ſufficienter euacuationibus. ¶ Tertium vero remedium & mihi magis vſitatum eſt confectio Hermetis deſcripta ab Auic. *22. tertii capitulo de cautela a doloribus iuncturarum.* cuius motus & doſis ſit, vt dictum eſt de prædictis. ¶ Quartum remedium eſt vt omni fine x. dierum accipiatur ʒ j. infraſcriptarum pillularum & tardetur poſt eas cibus horis ſex obſeruando regulas in aſſumptione pharmacorum ordinatas: quorum deſcriptio eſt hæc. *Rec. pilul. de ſarcocolla, pilul. fœtidarum an.* ℥ j. *arthanitæ* ℈ ß. *fiant pillulæ cum ſucco foliorum bryoniæ, de quibus detur* ʒ j.

Electuarium ſotyra.

D

Pilulæ.

Quintum remedium tempore vſus prædictorum medicaminum eſt, vt aſſueſcat ſaltem tribus vicibus in ſeptimana ponere in oculũ quẽlibet guttas duas huius collyrii. *Rec. ſuc. roſ.* ℥ j. *ſucc. arthanitæ* (& eſt porcinus panis) ʒ ij. *fellis piſcis ſaboth* (& eſt lucius fluuialis) ʒ iij. *ſuc. violarum* ʒ vj. *ponantur in ampullam, & exponantur ſoli ſaltem per dies xv. deinde ſit ex eo vſus, vt dictum eſt, &c.*

Collyrium

CAP. IV. *De cura nocumenti digeſtionis.*

E IAM pro nocumento huius decẽ tanguntur, quorum q̃libet ad diminutã & ablatam digeſtionem confert, immo ad corruptam notabiliter iuuat. ¶ Primum memorabile eſt, quod longus vſus ſyrupi de abſynthio ſolẽniter iuuat, & proprie ſecundum hunc modum. *Rec. ſyrupi de abſynthio* ℥ j. *aquæ decoctionis granorum paradiſi, cimini* ℥ ij. *miſce.* ¶ Secundum inſtrumentum ſimplex eſt frequenter deglutire duo vel tria grana carpobalſami ieiuno ſtomacho. ¶ Tertium eſt communis vſus zinziberis viridis ſaltem ter in ſeptimana aſſumpti. ¶ Quartum eſt vt ſæpe fiat inunctio ſtomachi cum oleo de mentha facto, de maſtice, garyophillis & mace. ¶ Quintum eſt frequens vſus electuarii de ligno aloes, deſcripti ab Auicen. *quinto canonis ſumma prima rubrica illa.* Electuarium de xyloaloes.

Syrupus.

F Sextum frequens calefactio ſtomachi, & euaporatio eiuſdem facta cum cimino & granis orobi, mentha & labruſca, æqualibus partibus calefactis in calderiola ſicca & poſitis in ſacculo.

Septimum eſt defendere ſtomachum cum hoc ceroto portato ſuper ipſo. *Rec. reſinæ electæ* ℥ j. ß. *maſticis* ʒ j. *garyoph.* ℈ ij. *diſſoluatur reſina cum bono aceto: & fiat cerotũ ſcutale ſuper panno de grana.*

Cerotum.

A

Octauum remedium & cum ſignis etiam frigiditatis & ventoſitatis; ſ. vt poſt ci-
bum cum modico aromatici vini bibatur ℈j.pul.ameos,de quo dixit Auic. quod ſit mi-
tabile,& eſt verum. ¶ Nonum eſt vſus confectionis diaconitæ cum aromaticis ſpe-
ciebus,quæ colliguntur a Meſue *in antidotario*,& ab Auicenna *quinto canone.* ¶ Deci-
ma & vltima medicina infallibilis iuuamenti eſt electuarium alkekengi deſcriptum ab
Auic.*quinto canone*.& accipiatur ex eo omni alterno mane in aurora ʒj.&tardetur cibus
ſaltem horis v.nullum enim ſtomachum quaſi complexione debilitatum eſſe vidi ex v-
ſu eius non fuiſſe ſanatum.

Cap. V. *De cura dolorum renum huius viri.*

B

IAM vero ſuperius apparuit dolores in renibus huius viri conſequi oppilatio-
nes & ventoſitatum congregationes in eiſdem eſſe. ¶ Pro canone igitur
curationis eorum præmittendum primo; quod abſtinendum ſit a frequentia
coitus:& maxime inſtantia frequentium dolorum. ¶ Secundo quod euitetur ſum-
mopere ſtipticitas vẽtris,cui,ſi euenerit,prouideatur cum enemate ſuperius tacto:aut
cum pillulis poſitis in cap.de olfactu. ¶ Tertio quod euitetur frequens equitatio:
& proprie ſuper equo ſiniſtræ gradationis.¶ Quarto quod ſummopere euitetur decu-
bitus ſuper ſpinam tam euigilando quam dormiendo, &c.

Deinde prædictis doloribus ſubueniendum eſt tribus remediis. ¶ Quorum
Emplaſtrum. primum eſt,quod tempore doloris *accipiantur olei nardi ℥ v.paritariæ recentis vltimo contri-* C
tæ lib.j.coquantur ambo ſimul in ſartagine ſuper carbonibus ignitis abſque flamma,& in fine appo-
natur croci ʒj. & extenſis ſuper panno calidis actu fiat emplaſtrum ſuper renes, ſedabit enim
dolorem fere in inſtanti. ¶ Secundum remedium eſt deſcriptio huius trageæ, de
Tragea. qua tam tempore paroxyſmi doloris, quam gratia præſeruandi accipiatur cochlear
vnum ante omnem cibum,aperit enim oppilationes,ſoluit ventoſitates & prouocat v-
rinam mundificando materias. *Recipe granorum milii ſolis ʒj.granorum pinearum ℥ ij.ſem.*
portulacæ,lactucæ,endiuiæ,ſcariolæ ana ℥ ß.granorum papaueris al.ʒj.ß. ſach.al.duplum pondus o-
mnium, terenda terantur, incidenda incidantur & commiſceantur adinuicem. ¶ Tertium re-
medium & infallibile eſt,quod ſæpe patiens ſaltem in ſeptimana ter accipiat ʒj. electæ
theriacæ andromachi cum ℥j. ß. aquæ ſublimationis milii ſolis:& eſt nobile medica- D
men. ſcripſit enim Auicenna *quinto canone*, theriacam andromachi conferre dolorib.
renum ex pluribus cauſis,&c.

Cap. VI. *De cura malæ complexionis epatis huius viri.*

SI bene & diligenter conſiderentur inſtrumenta & intentiones cura-
tiuæ in præcedentibus capitulis poſita,intelligi poterit,quod plura il-
lorum malitiam complexionis epatis huius viri ſuperius poſitam &
declaratam curare poterunt. At vero nunc memoranda ſunt octo in-
ſtrumenta,quæ partim a natura communi intemperiem epatis corri-
gere poſſunt. ¶ Recordandum ergo primo,quod omnes endiuiæ E
ſpecies competunt nocumento epatis,ſiue earum pulueres; decoctiones ; ſublimatio-
nes & ſyrupi,& confectiones exhibeantur.¶ Secundum ſpeciale eſt limacum vſus, præ-
ſertim earum quæ inueniuntur in rubis, quarum carnes elixæ comedantur: & proprie
ſecum decoctis radicibus ſcariolæ taraxacon. ¶ Tertium vero ſimplex eſt:vt ſaltem
in ſeptimana ter hic vir accipiat ʒj.pul. epatis lupi abluti cum aqua endiuiæ,& in furno
exiccati,&accipiatur cum ℥ ij.aquæ endiuiæ,& hæc quidem tria aſſumi debent tempo-
re apparitionis diſcolorationis faciei,& extenuationis eiuſdem : etenim in inſtanti do-
lorem & tenſionem in epate ſedant:& colliguntur hæc tria a principe Auic.*decima ſexta*
tertii capitulo de iuuantibus & nocentibus epati. ¶ Quartum v. famoſum compoſitum &ap- F
probatũ ab omnib. fere electũ eſt dialacca maius cum ſach.reductũ in formã ſolidã, de
quo ſemp ante cibum rotulã ß.ij.ʒ.&proprie factã cũ aqua cichoreę accipiat.¶ Quintũ
compoſitũ eſt vſus pillularũ ſtomachicarũ alkindi deſcriptarum ab Auic. *quinto canone,*
ſum. prima, tractatu nono. ¶ Sextum eſt confectio xyloaloes ſuperius nominata fre-
quenter. ¶ VII. eſt vſus ſuffuf hobede,cuius pul.detur in ſeptimana bis vel ter ʒj.cum

℥ ij.aquæ

A ℥ ij. aquæ eupatorii, cuius laudes & deſcriptiones collegi *5. canone ſumma prima tractatu 4.*
¶ Octauum & vltimum expertum eſt electuarium poſitum ab Auicen. *quinto canone*
ſumma prima, eſt confectio kimia Medici quæ facit ad malitiam complexionis & apoſte-
ma epatis: & ſoleo vti ea, dando eius ante cibum rotulam ℥ ij.

Cap. VII. *De cura & inſtrumentis aperiendi hæmorrhoidas conſtrictas.*

Quoniam alias vir iſte hæmorrhoidales venas fluentes & apertas habere ſolitus
eſt, non eſt dubitabile ex retentione curſus earum plura de nocumentis ſupra-
poſitis eueniſſe, aut ſaltem augmentata fuiſſe. Reſtrictio enim curſus earum eſt
B cauſſa plurium nocumentorum: quare *17. tertii c. 3.* inquit Auic. *Scias quod in ſanguine, qui*
currit ab hæmorrhoidalibus & ex ano, eſt ſecuritas ab herpete, & mania, & melancholica, epile-
pſia melancholica, eryſipelate, & ex aliis, quæ ſunt ſicut milium, & cancro, excoriatione, ſcabie, lepra,
pleuriſi, peripleumonia, phreneſi, & quando retinetur ſanguis ex eis conſuetus, timetur aliqua harum
ægritudinum, ſupple prædictarum, *& timetur etiam hydrops propter illud, quod accidit in epate*
de apoſtemate malo & duro, & corruptione malæ cõplexionis, & timetur phthiſis & dolores pulmo-
nis propter expulſionem ſanguinis mali ad ipſum. ¶ Cum ergo vir iſte aliquod dictorum acci-
dentium iam inciderit, quam citius eſt poſſibile, inſiſtendum eſt apertioni venarum
hæmorrhoidalium: quod quinque infraſcriptis ingeniis & inſtrumentis fieri poteſt,
a leuioribus inchoando. ¶ Primum itaque eſt vt æger ſæpe cum digito vel cum can-
C dela titillationem faciat in circumferentia intrinſeca inteſtini. ¶ Secundum vero pa-
rumper fortius illo eſt, vt confricet loca prædicta cum foliis fici. ¶ Tertium adhuc for-
tius vt confricet eas cum cæpa ſquillæ circuminciſa. ¶ Quartum quod ſi prædicta nõ
aperirent, fiat plurium illorum decoctio, & in aquam calidam ſedeat, deinde loco exi-
ſtente bene calido actu fiat confricatio earum cum aliquo de prædictis. ¶ Vltimum ve-
ro eſt, quod ſi ex prædictis ingeniis tales venæ aperiri non poſſunt, quod tamen apud
me nunquam contigit, tunc fiat inteſtini compreſſio ad extra; & cum phlebotomo a-
periatur vna vel duæ de prædictis venis quæ craſſiores fuerint.

Cap. VIII. *De cura tremoris cordis virum hunc moleſtantis.*

D Regimen tremoris cordis in hoc loco in duas diuiſi intentiones. Prima qui-
dem eſt reſpiciens tempus paroxyſmi & augmenti tremoris illius qui tunc ma-
xime debilitat. Secunda vero eſt regere ipſum tempore, quo non ita frequen-
ter moleſtatur.

Pro expeditione vero primæ quinque ponam ingenia; pro cõplemento ſecundę
ſaltem tria inſtrumenta. ¶ Primum itaq; inſtrumentum primæ intentionis eſt vt cum
Medicus occurrit ægro moleſtato a reſolutione nimia conſequente velocem & fortem
motum & ſpirituum & humorum de circumferentia ad ipſum cor, ſtatim ſollicitus eſſe
debet de augmento reſolutionis illius prohibendo, quoniam ſi perſeueraret, facile poſ-
ſet ægrũ ad completã extinctionẽ pducere iuxta ſentẽtiam Hipp. *ſect. 2. aph. 41.* vbi inq̃t:
E *Qui exoluuntur frequenter & fortiter ſine manifeſta cauſſa, repente moriuntur.* Itaque primum
inſtrumentum eſt vt ſtatim facies & extremę partes irrorentur cum hac mixtione actu
frigida. ℞. *aquæ roſ.* ℥ *iiij. aquæ menthæ* ℥ *ij. roſ. ſpodii, ſandal. al. & ru. ana* ℈ *ii. muſci, ambræ o-*
rientalis an. g̃. *ii. aceti* ℥ *ii. vini maluatici* ℈. *iiij. prædictarum ſpecierum pulueres per ſe contriti* *Irroratio faciei.*
cum liquoribus vehementi contritione conquaſſentur in mortario. hæc enim irroratio virtutem
vitalem reſolutam tam in febribus, quam in aliis diſpoſitionibus reſeruare ſolet, & col-
ligitur ex ſermonibus *Auic. ſecunda primi in fine capituli illius: In arena ſepelire, &c.* Secun-
dum inſtrumentum ad hoc eſt iſtud. ℞. *vini aromatici, aquæ bugloſ. an.* ℥ *j. ſpecierum diamuſci*
dul. ℈. *j. miſce, & detur in potu calidum.* ¶ Tertium inſtrumentum eſt hoc. ℞. *fol. baſilico-*
nis ſiccorum, roſ. violarum, ſpodii, oſſis de corde cerui an. ℥ *j. camphoræ* ℈. *ii. muſci, ambræ electo-*
rum an. gra. iiii. ſandalorum amborum, corallorum amborum an. ℥ *i. puluerizentur per ſe & miſce-*
F *antur & ligentur in ſyndone de grana, & odoret ipſum æger quaſi continue.* ¶ Quartum inſtru-
mentum eſt hoc. ℞ *diamuſci dul. ſpecierum electuarii de gemmis, ſpecierum lætificantis Almanſ.*
an. ℥ *i. vini aromatici maluatici* ℥ *iiii. aquæ bugloſ. aquæ acetoſæ, cichoreæ & viol. an.* ℥ *i. fragmento-*
rum hyacinthi, ſmaragdi & ſaphyri an. ℈ ß. *margaritarũ* ℈ *ii. cõquaſſentur omnia in mortario, deinde*
leuiter caleſiant & intingatur in eis pannus qui applicetur ſuper mamilla ſiniſtra frequẽter, releuabit

enim & reſtaurabit virtutem breui tempore.¶ Quintum remedium & forti⁹ aliis ſi frequentaretur tremor & reſolutio virtutis, eſt puluis iſte, de quo detur in potu ʒ.ß. cũ aqua roſ. bugloſ. & vini maluatici omnium trium an. ℥ j. cui⁹ deſcriptio eſt hęc. ℞. *coral. ru. hyacinti, ſmaragdi, ſaphyri ana gra. v. limaturæ ſubtiliſſimæ auri gra. iii. margaritarum ʒ ß. dentur in potu ſuperaſpergendo prædictis aceti al. cochlear i. & nota remedia talia.* A

Puluis.

Pro ſecunda vero intentione ſ. præſeruandi in tempore minoris moleſtię, quia vir iſte non euacuatur ab aliquali motu tremulo cordis: Ideo non eſt deſiſtendum ab applicatione remediorum præſeruantium. ¶ De modo ergo eorum primum eſt memorandum, quod in omni cibario ſuo ſemper ponatur aliquid croci; ad quantitatem ſcil. vnius grani frumenti; & in eius cibariis bulliant ſemper folia bugloſ. recentis & comedat ea, aut ſaltem pul. ipſius exiccatum immiſceat cibis. Eſt enim præceptum Auic. *11. de curatione tremoris cordis*. dum inquit: *Super bugloſſam vero ſis audax, & non timeas malitiam eius, & vtere ea in omni quod in potu tribuis & in cibo das.* B

Secundum vero remedium eſt electuarium hoc, de quo ſaltē ter in ſeptimana accipiat cochlear vnũ in aurora & abſtineat a cibo ſaltē horas quatuor, & ſi cogeret bibere poſt ipſum, bibat ℥ ß. vini aromatici cum aliquali quantitate aquæ roſ. mixtę adinuicem. Eſt autem huius electuarii deſcriptio. ℞. *ſpecierum lætificantis Almanſ. ſpecierum diamuſci dul. & ſpecierum electuarii de gemmis an. ʒ vj. ſandal. & coral. amborum an. ʒ j. ſpodii, oſſis de corde cerui an. ℈. ii. viol. roſ. an. ʒ ß. ſyru. roſ. ſyru. acetoſitatis citri. ſyru. ſimplicis acetoſi an. ℥ v. ſach. al. ℥ iij. coquantur ſyru. cum ſacharo vſq; ad ſpiſſitudinem & poſt infrigidationem ponantur ſpecies.* C

Electuarium.

Tertium remedium eſt ſacculus iſte, quem ſemper conſutum portet, & renouet ipſum reuoluendo ſemper de latere in latus. Et melius eſſet vt haberentur ſacculi duo, qui alternatim renouarentur. ℞. *ſem. baſiliconis, florum bugloſſæ, boraginis, origani, capitis roſ. coral. & ſandalorum amborum an. ʒ ß. hyacinti, ſmaragdi, ſaphyri an. g̃. v. camphoræ ℈ j. labruſcæ ʒ ij. macis ʒ j. ß. terantur omnia ſimul, & fiat ſacculus in ſyndone de grana retorta.*

Sacculus.

Et ſpero remedia hæc beneficio ſummi & dulciſſimi ſaluatoris ipſum eſſe curaturā ab inſtantia prædictorum accidentium & præſeruatura a tranſitu in diſpoſitionem deteriorem, quod totum miſericordia ſua cōcedat omnipotens altiſſimus ad laudem eius ſempiternam. Amen.

D

CONSILIVM XV. *De decem malis diſpoſitionibus, videlicet, De mala complexione frigida & humida cerebri cum nocumento in operationibus virtutum intrinſecarum ipſius, videlicet apprehenſiuæ, imaginatiuæ, demonſtratiuæ &c. De profunditate ſtomachi cum corruptis phantaſiis in eo, cum difficili excitatione ab eo & cum timore. De diminutione viſus. De multitudine aquoſitatis in oculis. De debilitate digeſtiuæ ſtomachi & appetitiuæ. De ablatione operationis olfactiuæ. De debilitate motus progreſſiui. De fluxu hæmorrhoidali frequēter moleſtante. De motu pulſatiuo, ſiue de tremore cordis. De frigiditate multa membri genitalis cum difficultate coeundi. Diuiditur autem conſilium in tres particulas: quarum prima continet duo capita.*

E

CAP. I. *De diſcuſſione & enumeratione accidentium curandorum.*

LABILIS humanæ naturæ compago multiſque lapſibus promptiſſima rem mihi magna ſpeculatione digniſſimā nuper obtulit. Vir enim quidam ex his, qui noſtro latio florētiſſimi exiſtunt, ſpectabilis miles legũq; peritia & philoſophię mediocriter eruditus, alio vero nomine pro nunc occultandus, videtur plurimis accidentibus & difficilibus moleſtari. ¶ Primo in operationibus virtutum cognitiuarum vel memorabilium, quoniam ipſe tardius apprehendit ea, quæ per operationem apprehenſiuam celeriter apprehendere ſolebat. Similiter etiam non eſt bene diſpoſitus in operationibus imaginatiuæ potentiæ componendo & diuidēdo, & adhuc fortius, quoniam memorabilia non conuenienter nec diu retinet. ¶ Secundo etiam vir iſte ſomno profundo moleſtatur, a quo non niſi difficulter excitatur, etiam in dormiendo ſomniis corruptas phantaſias repræſentantibus agitatur, & adhuc licet raro cum timore excitat a ſomno. ¶ Tertio principaliter in viſu eius nocumentũ percipit diminutionis notabile; ita quod non niſi cum magna difficultate legere poſſit. ¶ Quarto principaliter in oculis F

ſuis

A ſuis multitudo repręſentatur aquoſitatis, ita vt quaſi ſemper madefacti ſint, ex quo percipitur lapſus cerebri ad humiditatem, & quoniam retenta eſt multæ aquoſitatis præſentia, quam facere ſolebat. ¶ Quinto principaliter moleſtatur debilitate digeſtiuæ ſtomachi. ¶ Sexto quaſi priuatus eſt operatione olfactiua, obiecta enim odorabilia aromatica vel fœtida fere non percipit. ¶ Septimo in operationibus motus progreſſiui manifeſtam percipit læſionem & lapſum in tantum, vt genua eius non videantur habere potentiam ſuſtentandi conuenienter corporis molem. ¶ Octauo inſuper moleſtatur fluxu hæmorrhoidali bis vel ter in menſe. ¶ Nono percipit pulſationem in parte ſiniſtra cordis ſub mamilla, quam dicit eſſe tremorem cordis cum aliquali grauedine in anhelitu. ¶ Decimo ingenti moleſtatur accidente, quod eſt multæ frigiditatis ſenſatio in toto genitali mēbro, & maxime in burſa eius ſeu ſcroto, ita quod ad B Venereum actum valde raro & difficulter incitetur, & ipſum non niſi cum magna difficultate complere poſſit. Quædam alia iterum in eo accidentia apparent, quæ tamen a radice iſtorum accidentium prædictorum dependent. Hæc in ſumma videtur eſſe diſpoſitio huius viri prædictis x. accidentibus complicata, quæ omnia ſui abſciſſionem velociter citaque manu requirunt.

Cap. II. *De inueſtigatione cauſſarum ægritudinum & accidentium prædictorum.*

C Oportet autem parumper contemplari theorice cauſſas prædictorum accidentium, antequam curationis inſtrumenta exprimantur. In operationibus enim prius quidem corporum diſpoſitio, & accidentium cognitio haberi debet, deinde & ſalubrium cauſſarum inuentio, *primo techni.* quomodo enim inſtrumenta curationis & præſeruationis eligi & cognoſci poſſunt ſine præcognitione cauſarum ægritudinum & accidentium earum. ¶ Oportet autem hic fundamentum accipere, quod omnium prædictorum accidentium vna & ſufficiens cauſſa ſit mala complexio frigida & humida in toto corpore huius viri multum aucta. ¶ Hoc autem ex pluribus ſignis deduci poteſt. Primo quidem ab inhærentibus ſubſtantiæ, quia per tactum in quacunque parte eius mollities repręſentatur & frigiditas etiam, licet ſit remiſ- D ſior quam humiditas. Lapſus enim huius viri ad humiditatem magis eſt quam ad frigiditatem inclinatus, quod apparet ex vehementi omnium partium corporis mollitie & remiſſa in eis rubedine, carnoſitatis augmento cum magna ipſius mollitie ex pluribus aliis nunc reſecandis. *Cauſſa horum malorum in genere.*

Iterum prædictus lapſus demonſtrari poteſt per ſigna ſumpta ab operationibus. ¶ Primo quidem virtutis pulſatilis, quia pulſus eſt mollis & tardus, licet enim humiditas haberet arterias reddere molles, multitudo tamen eius indiſponit ad motum, vt patet in paralyſi. Eſt etiam paruus propter remiſſam caliditatem, & auctam humiditatem, & propter hoc non eſt velox, ſed ad frequentiam inclinatus. Cum enim virtus E ſuæ neceſſitati per magnitudinem & velocitatem non ſufficienter ſatisfaciat, ſupplet cum aliquali frequentia. ¶ Apparet etiam hoc percipi poſſe per nocumentum anhelitus huius viri, quod in veritate eſt anhelitus conſtrictio. Multa enim humiditas comprimendo membra anhelitus, eſt cauſſa anhelitus conſtricti, ita quod videatur patienti eum dilatare organa anhelitus comprimentis hanc dilatationem impedire.

Et ex hoc fundamento iterum declarari poteſt cauſſa alterius accidentis, ſcilicet motus tremuli cordis; virtus enim recompenſans neceſſitati cordis, non poteſt facere diaſtolem magnam propter ipſius debilitatem & inobedientiam, quare humiditas augmentata laſſitudinem faciet in partibus mobilibus cordis, quare accidit F motus tremulus cordis; quoties enim virtus mouet cor ad efficiendam diaſtolem, multa humiditas, & eius vapor impediendo motum laſſitudine & debilitate, quam facit, eſt cauſſa motus tremuli cordis, & eſt accidens valde verendum, maxime ſi perſeueraret. Vnde qui habet motum cordis tremulum continuum, caueat ne ſubita intercipiatur morte, *quinta primi cap. de ſignis prognoſticantibus ægritudines.* *Cauſſa motus tremuli cordis.*

¶ Et adhuc & tertio mala complexio frigida & humida corporis declarari poteſt ex A
multo & prolfxo ſomno, qui reducitur ad operationes animales. ¶ Quod etiam
apparet ex nocumento moralium virtutum contingente in hoc viro, cum difficultate
enim apprehendit & imaginatur & memorat, vt ſupra declaratum eſt. ¶ Inſuper talis
mala complexio ab operatione appetitiuæ ſtomachi cognoſci poteſt, quoniam appeti-
tus eſt a multa humiditate ſopitus, ſiue propter oppilationem a materia tali cadente in
neruum reuerſiuum oris ſtomachi, per quem deſcendere debet animalis ſpiritus a ſexto
pari neruorum cerebri appetitus excitatiuus. ¶ Similiter etiam ex diminuta ſtoma-
chi digeſtione exceſſus frigiditatis & humiditatis deduci poteſt, tarde enim & non niſi
longo tempore digerit, & fluctuant in eo cibaria, ita vt eorum digeſtio in ventoſitates
permutetur. ¶ Præterea prædicta mala complexio demonſtratur facile ex notitia & B
operatione generatiuæ potentiæ, quæ in eo dici poteſt nocumentum, ſcilicet diminu-
tionis, quia parum appetit, & minus poteſt in operatione Venerea. ¶ Etiam poten-
tia tranſmutatiua ſanguinis in ſpina in operatione ſua corrupta eſt. ¶ Debilitata inſu-
per eſt expulſiua vaſorum ſeminalium, quia ſemen effundere non poteſt, niſi cum tem-
pore longo & cum labore magno; quæ omnia ordinantur operationibus vegetatiuæ po-
tentiæ. Et rurſus iterum augmentum frigiditatis & humiditatis pulchre demonſtra-
tur ex magno nocumẽto in motiua potẽtia huius viri apparente, ſiue motu progreſſiuo,
quantum ad totum corpus, ſiue partiali membrorum, vt capitis; quod non bene ſuſti-
neri poteſt, brachiorum & pedum, quorum motus ad omnes differentias poſitionis eſt
in viro hoc valde difficilis. ¶ Et videtur hæc diſpoſitio in hoc viro non ſolum eſſe a C
tempore contracta, ſed a principio generationis maculat. Refert enim genitorem
ſuum, cum in tali parte ætatis eſſet, in qua ipſe nunc conſtitutus eſt, neruorum frigidita-
te & humiditate cum magna debilitate fuiſſe moleſtatum, & adhuc intenſam frigidita-
tem in membris genitalibus fuiſſe paſſum, propter quod huius viri ægritudo hæredita-
ria denominari poteſt, & eſt peior, quam ſi eſſet a tempore præcipue contracta aliis pa-
ribus.

Adde iterum quod longa & frequens euacuatio hæmorrhoidum hunc virum
perduxit ad conſimilẽ diſpoſitionem vehementer augmentandam. Omnis enim eua-
cuatio intenſiue magna a longo tempore durans perducit ad laſſitudinem & debilita-
tem membrorum motus & deſtructionem innati caloris, augmentum frigiditatis, pro D
pter quam diminuuntur & corrũpuntur operationes mẽbrorum, *vt 14. tertii cap. de aſclite
Auic. t ſtatur.* ¶ Ex quorum omnium fundamento iam manifeſte apparet, quod huius vi-
ri diſpoſitio ſit mala cõplexio frigida & humida totius corporis materialis, quæ eum in-
uadit magis in capite, ſtomacho & membris genitalibus, vt iam deductum eſt. ¶ Appa-
ret ſecundo, quod ægri diſpoſitio cum ſuis accidentibus ſit valde verenda. ¶ Et tertio
quod ad eius curam citiſſime ſit properandum. Quarto quod cura accidentium prædi-
ctorum vana eſſet & paucæ vtilitatis ſine permutatione eius ad ſubtractionem frigidita-
tis & humiditatis materialis, de qua dictum eſt. ¶ Quinto, quod cura huius viri fundari
debeat ſuper debito regimine menſurato multum accurate & diſcrete per res non na-
turales & medicinales, vt nunc ſequitur, &c. E

Particula ſecunda huius tractatus de conuenienti regimine huius viri per res non naturales continens capita ſex.

Cap. I. *De habitatione & loco conuenienti.*

QVONIAM huius viri diſpoſitio, vt apparuit in præcedente cap. eſt lapſus ad frigi-
dum & humidum notabiliter intenſus: Ideo indiget regimine reductiuo ad diſ-
poſitionem meliorem, quod per contraria fieri debet, ergo locus vbi habitare
debet, eligendus eſt ad caliditatem & ſiccitatem decliuis, ſed hoc regimen huic viro nõ
niſi cum magna difficultate eligi poteſt, quoniam ipſe propter magnas Italiæ diſcolias F
oratoriæ dignitate, vel officio diuerſas vrbes, & loca neceſſario cogitur perambulare,
quicquid tamen contingat, eligat ſibi habitaculum a vento & curſibus aquarũ elongatũ.
Et caueat moram in habitaculis antiquorũ ædificiorũ & ꝓprie puluerulẽta humiditate
corruptorum, & frigiditate magna, propter quod eligat locũ ſatis cõueniẽter ornatũ &
munitum

A inunitum, in quo etiam ignis accendatur non ex carbonibus, ſed ex lignis abietis, quercus, lauri, pomorum iuniperi, & conſimilium. ¶ In quo etiam ſæpe ſuffumigatio cum puluere ſtyracis calamitæ ſuperaſperſo prunis ignitis, aut cum laudano, thure, ligno aloes, ſandaraca, colophonia, reſina bene dura. ¶ Vel cum trociſcis. ℞. *galliæ muſcatæ, laudani lecti ana* ℥ j. ß. *ſtyracis calamitæ* ℥ vj. *ligni aloes* ℥ j. *baccarum lauri* ʒ iiij. *pul. foliorum cupreſſi* ℥ ʒ ij *pulueriʒentur omnia per ſe & incorporentur cum ſuc. foliorum lauri, & fiant trociſci ponderis* ʒ iij. *quos poterit ſecum portare ſuffumigando ex eis cameram, veſtes capuceos & tiaras.* Similiter etiam quantum ad annexa, ſtet veſtibus in nocte conuenienter tectus, imo & adhuc in æſtate caput eius pellibus ſuffultis & dorſis variorum, aut pellibus vulpinis conuenienter tegatur. *Trociſci pro fumo.*

B Frequenter pomum iſtud die noctuque in manibus odorando teneat. ℞. *croci* ʒ ß. *maioranæ, roriſmarini, ſtœchados, folii ana* ʒ i. ß, *ambræ orientalis* ℈ ß. *muſci* ℥ ß. *ſtyracis calamitæ, laudani ana* ℥ ß. *diſſoluantur hæc duo in vino aromatico, & fiat pomum, vt dictum eſt.* *Pomum odoratum.*

CAP. II. *De regimine eius per exercitium.*

EXERCITIVM equeſtre & melius pedeſtre ipſi conuenientiſſimum eſſet, quoniam ipſum eſt calefactiuum & materierum conſumtiuum inſenſibiliter, & ſenſibiliter: verum, quod corpora plena materia frigida & humida multa non ſine ſuſpicione exercitari poſſunt, niſi præeuacuentur, quoniam ex motu materiæ mouerentur ad membra, vt ad caput, ſtomachum, genitalia & neruos: Idcirco exercitium,
C quod nunc ei adminiſtrandum eſt, debet eſſe leue, gradatio etiam ſuauiter ambulare, aut paſſibus lentis per vnam horam incedere, & melius eſſet loco exercitii vt adminiſtrarentur fricationes extremarum partium, incipiẽdo a genubus vſq; ad pedes, & ab inguinibus vſq; ad os, tertio a ſpatulis vſq; ad nates cum fricatione conuenienti vſquequo manifeſte rubeant. Et per interuallum horæ poſt illud pectinetur caput eius a ſurſum in deorſum & econtra, & a dextro in ſiniſtrum, demum cum pannis mediocriter calidis confortari licet ſuauiter & non violenter. Laudo autem ego hoc tempore magis quietem quam exercitium, vſquequo euacuabitur: vt in tertia particula ſcribetur.

CAP. III. *De regimine eius per ſomnum & vigiliam.*

D PROPTER iuuamentum, quod acquiritur ex longitudine vigiliarum, quæ corpus exiccant & calefaciunt magis quam infrigident, propter motum corporis, qui eſt in eis, quoniam ſicut ſomnus quieti attinet, ita vigilia motui, vt apparet *ſecunda primi cap. de his, quæ proueniunt ex ſomno & vigilia.* Ideo huic viro conuenit inclinari magis ad augmentum vigilandi quam ad ſomnum prolixum, & eius perſeuerantiam, propterea laudo quod non tranſeat in nocte ſex horarum ſpatium, aut ſeptem ad plus. *Tempus dormiendi.*
¶ Et melius eſt vt ipſe nullo modo in die dormiat, niſi gratia recuperãdi ſomnum quem propter occupationes mundanas nocte habere non poteſt.

De modo vero dormiendi ponuntur aliqui canones. ¶ Primus canon eſt, quod *De modo dormiendi canones.*
E nunquam exponat ſe ad dormitionem poſt cibum, niſi tranſiuerit ad minus hora vna cum dimidia. ¶ Secundus, quod incipiat prius dormire ſuper dextro latere, deinde reuoluat ſe ſuper ſiniſtrum in ſecunda dormitione: licet minorem horam contrahere de- 1.
bet ſuper ſiniſtro quam ſuper dextro: propter tremorem cordis, qui ex tali decubitu 2.
intenderetur. ¶ Tertius, quod dormiat capite conuenienter eleuato & nullo modo 3.
decliui. ¶ Quartus, quod omnino caueat a decubitu reſupino, talis enim præparat ad 4.
malas ægritudines, ſ. ſpaſmum, epilepſiam, paralyſim, nocumentum anhelitus, & maxime in hominibus præparatis ad hoc infrigiditate & humiditate, & multam materiam replentem neruos habentibus, ſicut eſt in hoc viro. ¶ Quintus, quod fugiat dor- 5.
mitionem ſuper ventre, licet videatur aliquantulum iuuare ad digeſtionem ſtomachi,
F inclinat tamen materias ad ventrem, medium cerebri, & conſequenter ad oculos. Vnde facile incurret reumatiſmos, cœcitatem, aut debilitatem viſus, ad quam alias mirum in modum eſt procliuis propterea, quia nocumentum viſus in eo eſt notabiliter auctum & læſum læſione diminutionis & corruptionis, vt in primo cap. declaratum eſt. ¶ Sextus, quod in dormiendo, quantum poteſt, euitet agitationes 6.

reuolutiuas de latere in latus,& maxime propter ſomni interruptionem.¶ In modo autem quieſcēdi ſe habeat ſecundum figuram iacendi aut ſedendi ſecundum debitos modos ſuperius tactos. A

CAP. IV. *De accidentibus animi.*

MODICVS exceſſus in aliquali iracundia & perſeuerare aliquātulum in paſſionibus animi vocem exaltantibus, eſſet huic viro valde cōueniens, tales enim motus ad reſolutionē & conſumtionē diſponunt humores frigidos & humidos: dummodo non ſuperfluant. Inducentia lætitiam ei maxime conueniunt, vt ſonus organorum & tubarum & oratorum: fugiat paſſiones generantes anguſtiam & triſtitiam animi, quoniam exterminant corpus a naturali conſiſtentia, vt *tertio techni.* legitur. B

CAP. V. *De inanitione & repletione.*

IN hac re non naturali medium tenere debet ita vt ad nullum extremorum inclinetur, licet in parce comedendo & potius bibendo ſit ei data licentia amplior quam replendo. ¶ In modo ergo comeſtionis obſeruentur hæc documenta.

Documēta in modo comeſtionis.

1. ¶ Primum quod nunquā accipiat cibum niſi cum naturali appetitu irritante. Comedere enim ſine conuenienti appetitu diſponit ſtomachum ad abominationem, quę eſt ciborum corruptionis cauſſa.
2. ¶ Secundum ꝙ comedendo optima maſticatione deglutiat & potū paulatim, qui cōtrarium facit, odit vitam ſuam, *ſecunda primi.*
3. ¶ Tertiū quod non multā moram cōtrahat in aſſumtione ciborum, ne primum cibum ſumptum C digerat antequā vltimū recipiat, & ita corrumpatur totus.
4. ¶ Quartū quod non accipiat cibaria plura & diuerſorum ſaporum in vno prandio, nec acetoſa cum dulcibus.
5. ¶ Quintum quod vitet cibaria in ſubſtantia multum denſa cum cibis ſubtilibus, cum craſſis, viſcoſis & fluxibilibus.
6. ¶ Sextum vt euitet cibaria grauia cum leuibus, ſtypticamultū cū leuibus & ventoſis, nec faciat quod leuia ſupernatent, ſed præponantur.
7. ¶ Septimum eſt quod diſcedat a menſa cum aliquali appetitu, ſed non cum ſtomacho fluctuante propter nimium potum ſeu cibum &c.

CAP. VI. *De electione ciborum & potuum.*

IAM vero videtur inſtare tempus ordinandi regimen huius viri ex parte ciborum & potuum. Et quia quandoque huic viro molienda eſt ſubtractio materierum frigidarum & humidarum, vt conſtitit ſuperius in quarto capitulo præcedenti: Ideo dicendum primo, quod hic vir ſit regendus regimine ciborū præciſe cibalium. D

Tales enim cibi, qui ſunt operantes ſolum a materia, non conuenienter calefacerent & exiccarent quantum oporteret. Vnde ipſi ſemper ſunt commiſcendi medicinis cibalibus ad calidum & ſiccū notabiliter inclinātib. licet eius corpus non indigeat regimine præciſe præſeruatiuo, vel reductiuo ſolum, ſed curatiuo proprie, quod per cōtraria fieri debet. ¶ Itaq; panis huius viri eſſe debet ex frumento debitę meſſis factus, & plus fermenti & ſalis recipere, quam panis communis, & ſit vnius vel duorum dierum E ad plus conuenienter coctus abſq; aduſtione ipſius, propter quod panis azymus humidus & non bene coctus euitari debet. Et ideo ſi ſæpe vteretur pane biſcocto & proprie artificiato cum granis fœniculi vel aniſi aut ſimilium, laudādus eſſet, gratia cuius omnia condimenta paſtilia qualitercunq; cocta & præparata ſunt dimittenda.

De carnibus autem dicendum primo, quod conueniens eſſet ei comedere carnes de volatilibus domeſticis, vt carnes pullorum omnium, quacunq; præparatione coctas, & proprie ac frequentius aſſatas quam elixas. Tales enim carnes & ſi ſubſtantifice nutriunt magis cum bene digeruntur, qualitatiue tamen minus humectando alterant, & proprie, quando coquūtur cum diureticis calidis & ſiccis, vt fœniculo, petroſel. ſerpillo, cinamomo, mace & aliis. F

Conueniunt enim ei inter cætera carnes columborum pullorum incomplete pennatorum, dūmodo parūper poſt eorū mortem cōſeruentur. Tales enim caliditate eorū & ſiccitate cerebro, neruis & omni lapſui frigido materiali & immateriali cōueniunt ei, pulli etiā columborū dantur illi in cibo, cuius corpus euacuatum fuit a ſanguine aut in-

frigi-

A frigidatum ex longa ægritudine, *24. continentis cap. 69.* Vnde licet omnium columborum carnes conueniant, maxime tamen ſylueſtrium, de quibus apud ſimpliciſtas duplex eſt opinio. ¶ Quidam enim credunt, per tales intelligi debere magnos columbos in ruribus habitantes, magna voce murmurantes, & plurimũ arboribus nidificantes, qui nominantur palumbi in medicina proprie. ¶ Alii vero dicunt per iſtos intelligi debere columbos quantitate ſui corporis minores domeſticis, & prædictis in volatu ſuo leuiſſimos, qui rubeos habent pedes, & raro pariunt in turribus & ruribus habitantes: & hæc via teneri debet, quia melior & verior. Carnes vero anatum non placent mihi, ideo dimittantur, generant enim ſuperfluitates melancholicas, & faſtidium ſtomachi, *tertio Almanſ. cap. 10.* ¶ Similiter carnes anſerum ſylueſtrium & domeſticorum euitari

B debent, ſunt enim difficilis digeſtionis, & humorem generant ſatis humidum & craſſum. ¶ Inter ſylueſtres vero volatiles laudantur carnes phaſianorum & perdicum propter laudabilitatem repletionis eorum, & quia generant ſanguinem ad exſiccandum promtum, & propter cordialitatem, quæ inuenitur in eis, ac propter eandem cauſſam, omnium auium ſylueſtrium carnes, quæ cibum ſuum quæritant, & venantur cum volatu & labore magno, laudabiles exiſtunt. Tales enim ex numero a ſapientibus ponuntur cardueles, philomelæ, alaudæ, & paſſeres etiam, reliquę vero præter iſtas dimittantur.

Conueniunt etiam coturnices, quæ multum abundant apud Siculos, & francolini, quorum copia eſt apud Tridẽtinos, & ſturni, quæ multum abundant in diœceſi Aqui-

C legienſi, ſiue per ſturnum animal ſpecie diſtinctum a perdice intelligas, ſiue perdicem, vtraq; eorum eiuſdem complexionis ſcribitur: & ideo tales vtiles ſunt huic viro, quoniam caro perdicis auget ſanguinem valde, & conueniens eſt, ſi ea vtatur conualeſcens, cuius corpus fuit infrigidatum, & ſanguine diminutum, *23. continentis cap. præallegato.* Et eadem ratione laudantur phaſiani, vt dictum eſt, quoniam caro eorum eſt melior carne pullorum, *ſecundo canone, capit. de duragi.* ¶ Caro vero volatilis, quam Lombardi dicunt quaculam, Græci autem vertiginem, & Ianuenſes ſquiſcalam, raro accipi debet, quoniam generat ſanguinem humidum & ventoſum, & ſua pinguedine facientem laſſitudinem in neruis, & nauſeam in ſtomacho. Ideo vſus eius ſit paucus, & cum aromatibus condita. ¶ Inter carnes quaprupedum laudantur capretinæ, propter inclinationem *Carnes quadrupedum domeſticorũ*

D complexionis eorum ad leuem frigiditatem cum augmento ſiccitatis, bonæ etiam ſunt vitellinæ.

Carnes vero caſtrati, & proprie valde pinguis, & iuxta valles nutriti dimitti debent, licet enim Auerroes *quinto colliget*. eas videatur præferre carnibus vitulorum: Dicendum eſt, eum locutum eſſe de his, quæ oriuntur in climate vel regione magnæ caliditatis & ſiccitatis, qualis eſt regio Hiſpanorum, vnde ipſe oriundus fuit, erat enim Cordubenſis, vt in ſcriptis inuenio. Similiter etiam intellexit de caſtratis, qui nutriunt plantis calidis exſiccantibus, vt meliloto, andachocha, thymulo, trifolio & ſimilibus, propter quod & carnes caſtratorum in montibus Vicentinis nutritorum, & in conſimilibus propter caliditatem & ſiccitatem a nutrimento acquiſitam ita collaudari debent,

E ſicut carnes plantis frigidis & humidis nutritas reprobare conueniens eſt. ¶ Caro vero agni propter excedentem humiditatem eius non habeatur in vſu, niſi raro, & cum ſpeciebus aromaticis calefacientibus & exſiccantibus condita. Et adhuc conuenientior eſt ei aſſata quam elixa. ¶ Caro vero domeſtici porci recens omnino dimittatur, generat enim mollitiem in neruis, cerebro & iuncturis.

Ex quadrupedibus ſylueſtribus poſſunt ei concedi carnes ſylueſtris porci, raro tamen & in pauco vſu, & meliores erunt ei carnoſæ partes in pinguedine minoratæ & proprie conditæ cum aromatibus & plantis calidis & ſiccis. ¶ Caro vero capreoli eſt ei valde laudabilis bonitate ſui nutrimenti leuis a ſuperfluitatibus expurgati, ipſę enim inter *Carnes quadrupedum ſylueſtrium.*

F ſylueſtres carnes meliores exiſtunt, & ſanguis ex ea generatus paucas habet ſuperfluitates, *tertio Almanſ. cap. nono.*

Caro leporis iterum conueniens eſt ei ratione paucæ humiditatis, & multæ ſiccitatis, quæ inuenitur in nutrimento eius, licet ratione remiſſæ caliditatis non videretur aduerſari frigiditati ſuperacutæ. Inuenio tamen, ſi artificialiter præparetur cum pipere, croco, zinzibere & ſimilibus, eſſe valde conueniens, tunc enim per ambas

qualitates aduerſabitur generationi phlegmatis. ¶ Carnes vero ceruorum, quorum ma- A
gna copia eſt apud Romanos, & in vſu habetur ibi, non ſunt adeo inconuenientes, &
proprie cum aromatibus conditæ. ¶ Caro vero cuniculi omnino reprobanda eſt. ¶ A-
liæ carnes ſylueſtres non ſint multum in vſu, præter vrſorum, quorũ vſum abſcindat a ſe
propter craſſitudinem & viſcoſitatem, & remiſſam caliditatem ſanguinis geniti ex eis.
In ſumma igitur omnium animalium carnes a medio in ſpecie ſua multum elongatę per
augmentum frigiditatis & humiditatis meliores erunt ei ſalitæ & aſſatæ, quam elixæ.

Quantum ad piſces, eorum omnium vſus generaliter reprobandus eſt, & proprie
Piſces. in quantitate multa. Et melius eſt vti ſalitis, quam recentibus, & in oleo frixis vel aſſatis,
quam in aqua elixis. Sint tamen piſces minus inconuenientes eligendi, ſc. illi, quorum
complexio caliditati & ſiccitati vicinior eſt, & eorum ſubſtantia duritiei. De quorum B
numero elegãtiores ſunt carpiones in comitatu Veronenſi & Brixienſi abundantes. Se-
cundo etiam ſunt torrentinæ fluuiales, vel principio maris vicinæ, ſicut in extremitati-
bus Attaſis & Padi mare attingentibus. Similiter etiam piſces alii varioli nominati, de
quorum numero eſt ſpherę ſolis ſemilunarem figuram in ſquamis eius habẽs: etiam cõ-
ueniunt ei more dicto lucii in aquis non limoſis inuenti; & aliquando, qui vocantur ca-
pedani, ſturiones & temali boni ſunt & oradę.

De maritimis ſunt rumbi, menolæ, ſardellæ, & alii omnes ſolidarum carnium in-
uenti, & in mari nutriti, a limoſitatibus & ciuitatibus elongati. ¶ Conchilia & oſtrachæ,
quarum propter laſciuiam magis, quam propter vtilitatem & iuuamentum noſtris tem-
poribus cibatio libet, non placent, nec patienti noſtro vtiles ſunt. Talia enim animalia C
genita ſunt ex limoſitatibus & fæcalibus partibus in fundo maris & ripis inuentis magis
per modum putrefactionis, quam propagatione ſeminis, de quibus alias ſermonem pro-
lixum feci rationibus & auctoritatibus reprobantibus animalia talia, vt patet in conſilio
ſcripto ad Anglicum abbatem Camaricẽſem. ¶ Propter quod anguillæ, tincæ, & omnes
piſces mollium carnium & magnorum corporum non ſunt accipiendi. Vnde & cancri
abhorreantur fluuiales & marini ſimiliter, quos Maſanctos vocant.

Lac & lacticinia. Lac vero & lacticinia omnia conſimiliter euitentur, vſus enim eorum ſenſibus in-
terioribus nocitiuus eſt, amentiæ generatiuus & mollitiei & diſpẽſationis paralyſis au-
gmentatiuus, vt colligitur *ſecundo canone in proprio cap.* vbi dixit: *Lac enim propter declinatio-
nem eius ad frigus aliquod nocet phlegmaticis*, quoniam eorum caliditas non conuertit D
ipſum ad ſanguinem, ſicut oportet. Et *in aureola oculi* dicit, quod lac faciat euenire tene-
broſitatem viſus ad caliginem.

Propter quod etiam caſeus mollis & recens euitari debet. ¶ Similiter & butyri v-
ſus omnino eſt ei inconueniens propter magnam mollitiem & relaxationem ſtomachi
& neruorum. Eſt tamen calidum & humidum in primo, humiditas tamen eius eſt am-
plior caliditate ipſius ¶ Vnde propter hoc conuenientior eſt ei vſus olei oliuarum be-
ne maturarum. Eſt enim calidum in primo, & humidum in fine eius. ¶ Propterea &
conuenientius eſſet oleum de nucibus ſolenniter approbatum ad diſpoſitiones neruo-
rum: & oleum de amygdalis dul. & adhuc conuenientius oleum de fiſticis. Fiſtici enim
calidi ſunt, vt infra patebit de fructibus. E

Mel. Similiter etiam & mellis vſus conueniens eſt in cibariis &c. Mel enim potenter
aduerſatur phlegmati, vt colligitur *ſecundo canone, & 6. de regimine ſanitatis.* vnde & melli-
ta cibaria conuenientiora ſunt, quam ſaccharata, ſaccharum enim licet in paſſiuis tem-
peramentum obtineat, ad caliditatem tamen parumper inclinatur, propterea non eſt
ſufficiens vſus, ſed gratia laſciuiæ, cum aromatibus calidis.

Condimẽta. Ea vero, quibus condiuntur cibaria, quæ attrahentia ſunt, licet in multo vſu non
conueniant, minus tamen nociua ſunt tibi, quam acetoſa. Acetum enim potenter no-
cet neruis, vt patet *ſecundo canone, & ſecunda tertii, capit. primo.* Et loquitur de eo Sera-
pio, auctore Galeno, quod valde noceat neruis, vt experientia docet. Et ſi bene conſi-
deres, acetum, quanto magis acre & minus acutum, tanto minus nocumentum erit. F

Oua. Oua inſuper laudanda ſunt non valde dura, quocunq; modo coctio præparetur, præ-
Aromata. terquã frixa. ¶ Ex aromatibus vero, quibus fercula condiuntur, conueniunt calida &
ſicca: Talia enim capiti, cordi & ſtomacho ſunt vtilia, omnia enim aromata diliguntur a
membris principalibus, vt quarta primi & ſecunda tertii colligitur.

A Iam verò de leguminibus parumper agendum eſt,& præmittendum primo,quod ab omnium talium vſu abſtinendum eſt, propter eorum ventoſitatem & ventoſatio-nem, quæ replent neruos euaporatione eorum ad caput proprie,velut piſa,fabæ,phaſe-oli & cicera alba. Vnde Græci incurrerunt nocumenta iun&urarum propter comeſti-onem multam eorum. ¶ Si qua tamen conuenire poſſunt, ſunt cicera rubea, quæ cali-da ſunt & ſicca, & conueniēter aperitiua & præcipitatiua materierum phlegmaticarum per vias vrinæ, non tamen ſint in multo vſu, eo, quia inflatiua ſunt,& non debent acci-pi in principio, nec in fine cibi, ſed in medio ſolum, *ſecundo canon. proprio cap.* ¶ Laudo panicii vſum, licet enim ſit frigidum & ſiccum, quia tamen parum nutrit, & propter ſui leuitatem & ſiccitatem conueniens eſt, & vrinam prouocat, teſte Rhaſe *11. continentis* B *capitulo 99.* Legumina.

Similiter etiam conueniens eſt tibi oryza: eſt enim calida in primo, & ſicca in ſecundo, teſte eodem *21. continentis cap. 26.* conuenienter nutrit & exſiccat, & confortat etiam, quia habet aliquam ſtypticitatem, teſte Gal. *lib. octauo, de ſimplici medicina, primo cap.* Alia autem legumina non placent mihi propter allegatas cauſſas.

De oleribus autem hoc ſcias, nullum tibi eſſe conueniens, quod ſit frigidę comple-xionis & humidę, nec habens humiditatem multam facile ebullientem & putredini ob-noxiam, qualia ſunt ſpinachia, beta, portul. lactuc. cucurbit. endiuia, creſſio ſeu naſturti-um hortenſe, & conſimilia, *22. continentis.* Quod ſi aliq: od iſtorū olerū contingit accipe-re, frangatur cum calidis & ſiccis, vt mentha, ſerpillo, fœniculo, petroſel. & aliis. Aut ſal-C tem iſta ante prędictorum aſſumtionem accipiantur. ¶ Dicendum tertio, quod olera ti-bi conuenientia cum ſint calida & ſicca, debeant eſſe aperitiua mediocriter, vt materias conſumant & præcipitent per vias vrinæ. De quorum numero eſt ſaluia ſæpe laudata, *3. canon.* ab Auic. licet ſpeciale caput non fecerit in *2. canone.* Dioſcorides vero *capit. de lili-phago* videtur aſſcribere operationes a caliditate & ſiccitate eius prouenientes, licet eum non graduet, ſicut neque aliquod aliorum ſimplicium, niſi valde raro. Iohannes ve-ro Serap. *in aggregatione ſimplicium capit. 49.* enumerat ipſam inter medicinas calidas, & ſiccas in ſecundo, & dicit eſſe calidam caliditate manifeſta, & parum ſtypticam. De hac planta multi modernorum ampla dicunt in ægritudinibus, quod tamen non ita authenticum inuenio ab illuſtribus antiquis. ¶ Laudo etiam fœniculi vſum, non tamen D in magna quantitate, eſt enim calidus in tertio, & ſiccus in primo, teſte Galen. *libr. octa-uo ſimpl.* tamen propter eius iuuamentum ad nocumenta viſus, quæ grandia ſunt in te, & quia calefaciendo diuertit materias a remotis partibus per vias vrinæ educendo, con-uenit recens in quantitate maiori, ſiccus vero minori. Olera.

Similiter etiam & ſecunda ſpecies apii, petroſelinum nominata, conuenit, eſt enim calidum & ſiccum in tertio, teſte eodem Gal. *8. ſimpl.* licet aliqui ponant ipſum in tertio gradu caliditatis, & in ſecundo ſiccitatis, quicquid tamen ſit, eſt conueniens in prouocando, caput confortando, & ſtomachum, vt a pluribus colligitur: licet Ruf-fus dixerit, nocere ſtomacho attrahendo ad ipſum materias acutas aliunde. Sed ſi be-ne conſideretur, intentio eius fuit de apio, vt eſt prima ſpecies, ambo enim ponuntur E eiuſdem ſpeciei, vt patet *ſecundo canone, primo cap. & 8. ſimpl. præallegato loco, & 21. continentis cap. 63.* & a Serapione *ſimpl. 4.* Aliter autem ad Ruffum dici poteſt negando conſequenti-am eius, non enim eſt argumentatio bona, petroſel. trahit materias acutas aliunde ad ſtomachum, ergo nocet ei. Cum hoc enim, quod attrahit eas, abſtergendo & aperi-endo, cito etiam educit, ita, quod in eo non contrahant moram tantam, vt poſſint lę-dere. ¶ Menthæ vero cuiuſcunq; ſpeciei vſum laudo: ſiue igitur per ipſam intelligatur ſpecies eius, cuius folium parumper rotunditati attinet, & ſtipes eſt ſubrubeus, parum plus ſemipedali a terra eleuatur, & eius odor eſt ſuauis & amœnus, & talis ponitur calidę & ſiccæ complexionis *in ſecundo canone,* legiturque ibidem, quod confortet ſtomachum calefaciendo ipſum, ſedat ſingultum, digerit & prohibet vomitum phlegmaticum. ¶ Et F ſi per mentham intelligatur alia ſpecies ſiſymbrium nominata, quæ apud Venetos men-tha reputatur, etiam hæc planta conueniens eſt, quoniam eius caliditas & ſiccitas per-ueniunt vſq; ad tertium gradum.

Si autem per mentham intelligatur tertia ſpecies eius, quæ balſamina vocatur, et-iam conuenit, eſt enim in aſtantia caliditatis & ſiccitatis ſicut ſecunda, & çapiti & ner-

uis conuenientiſſima, quod eius aromaticitas amœna declarat. ¶ Propter quod & mentaſtrum, quod eſt eius ſpecies agreſtis, etiam conſimiliter laudandum eſt. A

Nemen iterum, quod Auicen. *2. canon.* & Dioſcorides ſerpillum vocat, conuenit. Auicenna ponit ipſum calidum & ſiccum in ſecundo, & dicit ipſum aromaticitate ſua ſtomacho & capiti conueniens eſſe, prouocat vrinam, licet Serapio enumeret ipſum inter medicinas calidas in tertio. ¶ Adhuc & ſaget almarina, quam roſmarinum Serapio nominat, laudanda eſt propter caliditatem & ſiccitatem eius in tertio gradu, & conuenit ſtomacho, capiti, neruis & oculis. ¶ Amaracos etiam, quam maioranam vocant, propter virtutem eius attenuatiuam & diſſolutiuam a caliditate & ſiccitate tertii gradus prouenientem, teſte Galeno *libr. octauo ſimpl.* conuenit valde, & eo fortius, quoniam aperit oppilationes cerebri & colatorii, & conuenit doloribus capitis a phlegmate & ventoſitatibus prouenientibus, vt *ſecundo canone, ſuo cap.* colligendum. B

Ocimum etiam conuenit, ſed illud magis, quod aromaticitatem habet ſimilem garyophillis, & magna folia extenſa, & minus etiam, quod aromaticitatem amœnam habet ſimilem garyophillis, conueniens eſt ei calidum & ſiccum in 2. vt Iohannes Serapio de Begereſen. ¶ Propter quod dicendum eſt, quod licet multa ſint olera, præter iſta, quæ vſui hominum in cibis conſueta ſunt, vt origanum, calamentum, daucus, & ſimilia, omnia tamen aromatica, quorũ aroma emanat a caliditate & ſiccitate, & nõ a frigiditate & ſiccitate, velut in camphora, laudant in vſu. ¶ De aliis a. oleribus, cum iam excluſerim ea, nihil ad præſens, niſi de rebus, quarũ communis eſt vſus: primo de caulibus. Prima enim apparẽtia videntur quidẽ conuenire, quia calidi ſunt in primo, & ſicci in ſecundo, maturant, leniũt, ſc. vẽtrem, exſiccant & prouocant. *ſecundo can. ca. proprio,* licet *21. continentis, cap. 641.* ſcribatur auctoritate Gal. & Bimaſii ſanguinem generatum ex caulibus, eſſe horribilẽ & mali odoris, quare melius eſt ab eis recedere. ¶ Borago etiam, licet ſit in vſu multum, mihi tamen non placet propter ventoſitatem ſuam, per quam nocet digeſtioni, inquietando cibum in ſtomacho, etiam quia non habet tantum caliditatis, quantum vobis oportunum eſſet. Ponitur enim temperata, quia eſt ſpecies bugloſſæ, vt colligendum eſt *ſecundo canon. primo cap.* cum ſpeciale capitulum de ea non habeatur ibidem. ¶ Medicinæ autem temperatæ ad lapſum frigidum & humidum, notabiliter intenſum, non habent ſufficiẽtem actiuitatem, quoniam a proportione minoris inæqualitatis non prouenit actio ſufficiens. ¶ Chærefolium etiam, quod eſt in vſu non paruo, calidum in principio ſecundi & ſiccum, in eo conueniens eſt tibi ſubtiliatiuum, diureticum & confortatiuum. C D

Quia vero antiquorum conſuetudo erat numerare inter olera citrullos, cucumeres, angurias & pepones, dicendum eſt de eis parumper. ¶ Et primo quidẽ anguriç, cucumeres, citrulli parui omnino euitandi ſunt. Et licet ſit communis vſus vtendi cucurbitis, verum vſus eius apud te omnino euitari debet, quoniã generat humores frigidos, humidos, crudos & malæ ſubſtantiæ, vt apparet *lib. 2. alimen. c. 3.* tamen ſecundum quod ibi tangitur, poteſt artificialiter ita componi, vt inclinetur ad generationem laudabilis humoris, propter quod conſuetudo fere communis artificialiter faciendi ipſam cum modico croco & caſeo tibi eſſet laudabilis: cũ agreſta vero non. Similiter & portulaca, ſpinachia, beta & criſolacana omnia dimittantur. ¶ De melonibus vero dicendum, quod pari ratione dimitti debent, quia ſunt frigidi & humidi: quia tamẽ eo minus frigidi ſunt, quanto maiori dulcedine participant, & ſui ſubſtantia ſoliditati attinentes, ideo magis vtiles videntur eſſe: de eis itaq; comedere potes, præcipue ante cibum, & bibendo poſt eos laudabile vinum in quantitate conuenienti abſq; aqua: vt colligitur *libr. ſecundo alimentorum, cap. quinto.* E

Inter fructus omnes actu & potentia frigidi & humidi dimittendi ſunt. Et propterea etiam ceraſa, dulcia enim licet etiam ſint lenitiua ventri, tamen ſunt nociua ſtomacho, acria vero licet ſtomacho videantur vtilia, & aliqualiter inciſiua: hic tamen non ſunt laudanda, quia ventrem retinent, vt teſtatur Dioſcor. In ſumma tamen aliquando potes accipere de illis, quæ ſunt ſubſtantiæ cõpactæ & craſſç, ſaporis medii inter dulcẽ & acrẽ, quç vocãt maraſche. ¶ Perſica ẽt ꝓpter frigiditatẽ eorum in primo & humiditatẽ in ſecundo, non ſunt cõuenientia, licet enim ſtomacho ſint bona & appetitus incitatiua, vt *2. canon.* tamẽ nõ ſit eorũ vſus multus, & eligantur cõpacta, dura, aromatica, citrini F

Perſica.

coloris

A coloris & ſaporis ad dulcedinem eleuati ab oſſibus non ſeparabilia, niſi per inciſionem.
¶ Eadem de pomis dicendum, quod eligantur, quæ aromatica ſunt, colore rubea & *Poma.*
citrina, ſubſtantia ſolida, in ſapore dulcedine notabiliter participantia, tamen ſit eorum
vſus rarus. ¶ Propter quod & pyra minus conuenire videntur propter ſiccitatem eo-
rum, quæ aduerſatur humiditati, ſunt enim frigida in primo, & ſicca in ſecundo, *21. con-*
tinentis cap. nono. Ex eis tamen eligantur, vt de pomis dictum eſt. ¶ Ficus ſiccæ ſunt ca- *Ficus.*
lidæ in primo, ſiccæ in principio ſecundi, humidæ vero non tantam caliditatem & ſic-
citatem habent, ſed magis nutriunt, quam ſiccæ, licet non ita conueniant ſtomacho
vt ſiccæ, quicquid tamen ſit, conuenientiores ſunt tibi inter alios fructus, & etiam me-
liores aliis fructibus in terris & regionibus, in quibus eſſe conſueuerunt, *tertia primi cap.*
B *de regimine per cibum & potum*, ſunt enim ſtomacho, ſpleni, renibus & epati vtiles aperi-
endo, abſtergendo & mundificando: in eis enim eſt lenificatio vltima, & nutricatio
maior, quam in aliis fructibus, *ſecundo canon. proprio cap.* ¶ Paſſulæ vero ſtomacho, & *Paſſula.*
pectori approbantur & enumerantur a ſapientibus inter ea, quæ ſunt calida ad calidita-
tem declinantia. In ſumma igitur ex eis meliores tibi ſunt illæ, quæ habent arillos, &
bene comeduntur, debent perfecte maſticari, talis pars arilloſa terrea eſt & ſicca, fran-
git earum vnctuoſitatem & humiditatem ſuperfluam, propter quam ſunt nociuæ lapſi-
bus humidis.

Nuces numerantur inter edulia & medicinas calidas & ſiccas, propterea tibi con- *Nuces.*
ueniunt, verum, quia propter vnctuoſitatem multam earum nauſeant ſtomachum, &
C grauant caput & pectus, ideo non conueniunt. ¶ Caſtanearum vſus licet ratione ſicci- *Caſtanea.*
tatis videtur vtilis, earum tamen nutrimentum, quia eſt craſſum, & ſunt difficilis tranſ-
mutationis, earumq; humiditas eſt in craſſas ventoſitates conuertibilis, non placent, &
adhuc, quia ſunt nutrimentum brutorum, tractatur enim de eis in cap. de glande, vt col- *Chryſomela*
ligitur *ſecundo canon.* ¶ Chryſomela vero, quæ nonnulli anteperſica & falſe vocant, quo-
niam anteperſica ſunt parua, quæ matureſcunt in menſe Iulii, non conueniunt tibi, quia
frigidæ & humidæ complexionis ſunt in ſecundo: generant enim febres malas velocita-
te putrefactionis, & præcipitur a ſapientibus, quod ſi aliquando comedantur, accipia-
tur cum eis anethum vel ſemen eius. ¶ Propter eandem etiam cauſſam non laudo iuiu- *Iuiuba.*
bas, licet frigidæ ſint in primo & temperatæ in paſſiuis, vt dicit de eis Galenus, *non repe-*
D *ri iuiubas, nec in conſeruando ſanitatem, nec in remouendo ægritudinem aliquid conferentes*, ſed eſ-
ſe difficilis digeſtionis, pauci nutrimenti, & malas ſtomacho, & in earum graduatione
eſt diſcordia magna inter auctores, quam hic non diſputabo. ¶ Mora autem bene matu- *Mora.*
ra & dulcia declinant ad caliditatem & humiditatem: quia tamen ſtomacho nocent,
dimittantur, illa vero, quæ non ſunt matura, ponuntur frigidæ & ſiccæ complexionis,
de quibus aliquando comedere poteſt, quia confortant ſtomachum, ante cibum tamen
ſumantur.

Dactyli bene maturi vniuerſa hominum concordia ponuntur calidi in primo, in *Dactyli.*
paſſiuis tamen de eis diſcordant ſapientes fere omnes. Serapio enim *in aggregatore* enu-
merat eos inter medicinas calidas & ſiccas in primo gradu. Auic. vero *ſecundo canon. capit.*
E *de palma*, parum de eis dicit, ſc. quod præterierit ſermo de eis, ſed in pluribus volumini-
bus non inuenio de eis capitulum, neq; ſub titulo dactyli, neq; de fenikia, neq; de rotab.
23. continentis cap. de palma ſic ſcribitur. *Dactyli maturi calidi ſunt in ſecundo, humidi in primo.*
Auctoritate Bimaſii *octauo ſimpl.* legitur, quod cum hoc, quod abundanter nutriunt,
ventrem ſtipticant, & inferunt dolorem pungitiuum ſtomacho & oppilationes epati
& ſpleni, quare dimittantur. ¶ De pineis iterum dicendum, quod in paſſiuis grana *Pinea.*
earum temperata ſint parum ad caliditatem declinantia: Ideo non multum curandum
eſt de eis. Si tamen accipere placeat, aut in conuiuiis apponantur, meliores ſunt, cum
infundantur per noctem in aqua calida, & ſic remouebitur ab eis acuitas, acrimonia
& mordicatio, & efficientur optimæ ad nutriendum, & proprie magis conditæ cum
F melle, & calefactæ cum ſaccharo. ¶ Fiſtici ponuntur calidi in fine ſecundi, & eſt in *Fiſtici.*
eis humiditas non limitata. *Raſ. 22. continentis ſimplici 53.* auctoritate Archigenis & Bima-
ſii ponuntur calidæ & ſiccæ. In ſumma igitur laudo tibi eos, aperiunt enim meatus nu-
trimenti & oppilationes epatis, expurgando ipſum & canales pulmonis, teſte Galeno *Malagrana*
lib. octauo ſimpl. ¶ Iam de granatis dicendum: trium ſpecierum inueniuntur, propter *ta.*

quod non raro, & parum eorum complexio diuerſificatur: dulcia ſunt frigida & humida, A acria vero frigida & ſicca in ſecundo & muza tenent medium. Dulcia & bene matura comedere poteſt, conueniunt enim ſtomacho propter ſtypticitatem ſubtilem.

Partes animalium. Quoniam vero parum differunt ſpecies alimentorum inter ſe ſumtę ex carnibus propter partes animalium: Ideo dicendum eſt de eis parumper. Et primo, quod omnium animalium membra vel partes ſua potentiali vel actuali humiditate nimium molles, & laſſitudinis membrorum poſitiuæ euitandæ ſunt, de quorum numero cerebrum, medullæ partes medullares & pinguedines omnes: multipliciter enim lædunt, aut multa euaporatione implente cerebrum, aut nimia eorum mollitie lędendo ſtomachum & neruos. ¶ Secundo etiam, quod omnes partes animalium viſcoſitatem habentes notabilem dimittendæ ſint, velut cutis, membrana vel partes cutaneæ, neruoſæ & B ligamentales. ¶ Præmittendo tertio, quod omnes partes, quæ ſubſtantia earum difficilis tranſmutationis, & craſſi nutrimenti ponuntur, dimitti debent. Sicut caro cordis, epatis, ſplenis, renum, & fere omnium inteſtinorum. ¶ Propter quod inferendum eſt, quod ſolę & laudabiliores animalium partes exiſtunt carnes muſculoſæ, non multum pingues, ſubſtãtiæ ſolidæ, mediocri colore rubeæ, odore ſuaues, & de iuuenibus animalibus acceptæ poſt occiſionem animalium, non diutius, quam per diem vnum, vel duos conſeruatæ. Hęc in ſumma de regimine cibationis ſufficere poſſunt.

Potus Vinum. Iam autẽ conueniens videtur, dicere de potu, ſecundum conuenientiam. ¶ Pręmittendo primo, ꝙ vina vinoſa ſua vinoſitate, & ſubtilia in ſubſtantia actuali vel potentiali, vt nimium penetratiua euitari debent, licet conueniant ſtomacho rectificando C digeſtionem eius, tamen, quia multum replent caput & neruos, maius eſſet nocumentum eorum, quam iuuamentum, præparant enim aduentum, non ſolum paralyſi, ſed etiam appoplexiæ & tenebroſitati viſus, quare dimittenda ſunt.

Amplius cum aliis, quę rectificant organa digeſtionis & generationis, non minus tibi prouideri poteſt, quam vino: plurimi enim medicinales potus ſunt tibi vtiliores vino, vt ſtatim dicetur. ¶ Si tamen non placeret dimittere vinum, argumento ſumto a conſuetudine bibendi, vel incurrendi nocumenta ex potu aquæ cuiuſcunque, aut propter laſciuiam, qua de omnes fere homines accuſandi propter blanditiem magis, quam veritatem. Ideo condeſcendẽdo dicendum, quod vinum conuenientius eſſe debet odore ſuaue, ſubſtantia diaphanum, colore rubeum & vinoſitate ſua mediocre, de- D clinatum magis ad paruam caliditatem, quã ad multã. ¶ Quod ſi tale vinum nõ inueniretur prædictis circumſtantiis conditionatũ, permiſcendũ eſt cum aqua fontis accepta liberi aeris & decurſus, cœlo & aeri expoſita, a lacunis & limoſis partibus denudata, in qua non inueniatur multitudo ranarum vel ſanguiſugarum, vel plantæ fœtorem ha-

Aqua. bentes, velut lenticulæ, tribuli, & ſimilium. Et ſi talis aqua præcoqueretur, & præcipue, quando ſcaturit a montibus, & decurrit per riuulos lapidoſos, melior omnino eſſet: propter quod vltimo concludendum, quod aqua ciſternæ melior eſſet, quam altera quædam. ¶ Dico autem conſilio ſalubriori vtens, quod melius eſſet tibi ſpatio integri anni vti mellicrato ſimplici aut compoſito, quod nonnulli veterum laudant. ¶ Talis enim potus ſua conueniente caliditate & ſiccitate potenti, etiam, quia diureticus eſt, E iterum, quia mundificatiuus eſt capitis, neruorum & inſtrumentorum ſenſus: & tertio, quia ſatis conuenienter eſt nutritiuus: Ideo omnino eligendus eſt. ¶ Cum igi-

Syrupus pro potu. tur quæritis habere ſyrupum, deſcribatur per hunc modum. ℞. *aquæ ſuprascriptæ lib. 25. mellis citrini odoriferi cum ſua dulcedine habentis aliquid acuitatis* ℔ *ij. coquantur ſimul in lapideo vaſe, vſque ad conſumtionem tertiæ partis ſpumificando ſucceſſiue & continue abiiciendo: deinde coletur bis per ſtamineam ſpiſſam, & cum infrigidatum fuerit, reponatur in vaſis lapideis, quo vti poteris ad libitum & conſeruari per menſem.*

Cum autem deſideraueris efficere ipſum compoſitum, tunc quidem accipienda eſt deſcriptio, qualiter reperitur in receptariis, ſed compoſitio eius fundari debet ſuper virtutibus medicinarum habentium contra ietatem ad lapſum, ideo debent eſſe ca- F lidæ & ſiccæ, & habentium eleuationem ad cerebrum per virtutem tertiam, quales ſunt galanga, nux muſcata, macis, pœonia & ſimilia. ¶ Et iterum eorum, quæ poſſunt calefacere & confortare ſtomachum, velut macis, garyophil. maſtix, piper al. & ſimilia. ¶ Et iterum recipere debet hic potus virtutem medicinarum per tertiam operationem re-

ſpicienti-

A ſpicientium neruos; velut acorus, grana pœoniæ, cardamomum vtrumque. ¶ Recipere etiam debent medicinas confortantes membra generationis, velut daucus, petroſelinũ crocus, ambra, muſcus, arthemiſia, matricaria, ſemina bauciæ & conſimilia. ¶ Propter quod eligendum tibi eſſet hoc compoſitum magiſtrale, quod omnes prædictas amplectitur virtutes & operationes, cuius deſcriptio eſt hæc. ℞. *ambræ orientalis ℈ ß. muſci gra. vj. zinzib. de mecha, nucis muſcatæ, galangæ, coſti, olei piperis al. ana ʒ ß. cinamomi ſubtilis & acuti ʒ j ß. cubebarum, granorum pœoniæ ſem. bauciæ, liquiritiæ ana ʒ ij. maſticis ℈ ß. garyoph. ℈ j. aquæ laudatæ ℔ xl. mellis prædicti ℥ xlv.* coquantur vſque ad conſumtionem tertię partis deſpumatione facta conuenienter; & eædem ſpecies ligentur in panno raro, & prius in aqua modicum coquantur antequam imponatur mel, & poſt reſeruetur, vt dictum eſt. *Compoſitũ magiſtrale propotu.*

B Particula tertia huius tractatus de regimine accidentium huius viri, quæ continet capita ſeptem.

Primum eſt, de regimine vniuerſali per euacuationes vniuerſales appropriatas ſecundum tempora anni.

Secundum, de electione medicinarum corrigentium lapſum frigidum & humidum materialem cerebri.

Tertium, de medicinis conuenientibus nocumento diminutionis & corruptionis viſus.

Quartum, de medicinis curatiuis lapſus frigidi & humidi ſtomachi & rectificatiuis eius.

C Quintum, de medicinis præſeruatiuis a paralyſi & confortatiuis neruorum.

Sextum, de medicinis rectificantibus membra generationis & diſponentibus ea ad Venereum actum.

Septimum, de medicinis & inſtrumentis correctiuis quorundam accidentium, quæ in hoc viro perſeuerant & curationem ad ſe vocant.

Cap. I. *De purgatione in vere, &c.*

Itaqve pro declaratione capituli primi præmittendæ ſunt medicinæ neceſſariæ ad purgationes regulares, quæ fieri debent in vere, iuxta ſententiam ſummi Hippoc. *ſect. 6. aphor. 2.* vbi inquit, *Quibuſcunque pharmacia aut phlebotomia neceſſaria*
D *eſt, eos in vere pharmacare, aut phlebotomare conuenit.* Et ex hoc fundamento apparet, quod euacuationes in autumno celebratæ, ſi vtiles exiſtant, non tamen ſunt ita regulares, ſicut illæ, quæ in vere fiunt.

Igitur a principio menſis Martii vſque ad medium Aprilis conueniens eſt, vt patiens noſter purgetur bis, ſcilicet omni 20. die per hunc modum. Nam mane in aurora accipiat hanc infuſionem calidam, poſt quam dormiat per vnam horam completam: non tamen diutius, ieiunetque poſtmodum vſq; ad horas ſex: & quinta pręcedente horam ſextam accipiat cyathum vnum aquæ coctæ cum ſaccharo & calefactæ. Eſt autem infuſionis deſcriptio talis. ℞. *turbith electi, pulueris hermodactylorum ana ʒ j. agarici albi, leuis, frangibilis & non nodali ʒ ij. zinzib. cinamomi, aniſi, dauci, ſpicæ ana ℈ ß. ſalis gemmæ gr. ij. aquæ* *Infuſio.*
E *mellis ℥ iiij. calefiat aqua, & infundantur in ea pulueres cum ℥ j. penidiarum, & ita conſeruetur per diem naturalem, hora vero ſuperius tacta calefiant omnia ſimul, diligenter colentur & exprimantur: & bibat de colatura illa calida obſeruatis conditionibus iam paulo ante dictis.*

Cum ergo fuerit hac minoratiua euacuatione mundificatus, ſequenti immediate die mane accipiat hunc ſyrupum calidum ſupraſcripta hora: cuius deſcriptio eſt hæc. ℞. *ſyrupi de ſtœchade ℥ j. ſyrupi acetoſi compoſiti ℥ ß. aquæ betonicæ, ſaluiæ & eupatorii ana ℥ j. miſce, & totum accipiatur calidum, & tardetur cibus poſt ipſum horas ad minus quatuor.* *Syrupus.*

Cum ergo ſumſerit hoc digeſtiuum, ſex vel ſeptem diebus, aut toties, quod in vrina eius appareat mediocritas in ſubſtantia & in colore citrinitas & hypoſtaſis in fundo
F vaſis alba coniuncta & æqualis; tunc mane immediate ſequenti purgetur iſtis pilulis. ℞. *pilularum fœtidarum ʒ ß. & de ſarcocolla Meſuæ ʒ ß. formentur pilulæ vij. cum ſucco roſa. & accipiantur in aurora.* quibus acceptis poſt eas obſeruentur regulæ, quæ in minoratiuo propoſitæ ſunt. Cum autem tranſiuerit ſpatium 16. aut viginti dierum, iterum purgetur hac ſecunda purgatione, quæ virtualiter a prædicta differre debet aliquantulum. *Pilulæ.*

Primo, quia ſecunda purgatio non debet eſſe in gradu & potentia ſua æque fortis A
& calefaciens, vt prima, quia tempore huius ſecũdæ virtus eſt aliquo modo eleuata, pro-
pter ſubtractionem partis materiei.

Et caliditas continentis tunc eſt maior & potentior ad mobilitandum materias.
Purgatio 2. ¶ Et viæ euacuationis ſunt paratiores: propter quod pro minoratiuo recipiat hoc. ℞. *ele-
ctuarii Indi ʒ ij. agarici electi ℈ ß. medullæ cartami ℈ ß. zinzib. aniſi, cynamomi ana gr. iiij. miſce, ac-
cipiatur hoc totum, cum ℥ ij. aquæ ſublimationis radicis acori calefactæ, & tardetur cibus vt de mino-
ratiuo dictum eſt.* Et nota, quod agaricus & cartamus vehementer conferunt in diſpoſiti-
onibus neruorum, quod colligitur *ex fen. 2. lib. 3. cap. 1. in fine.* ¶ Poſt illud vero minoratiuũ
mane immediate ſequenti accipiat hoc digeſtiuum. ℞. *ſyrupi de eupatorio ℥ j. mellis roſ. co. ℥
Digeſtiuum ß. aquæ abſinthii, fœniculi & cichoreæ ana ℥ j. miſce, & accipiatur vt ad operationem bonæ digeſtionis,* B
ſicut ſupra ſcriptum eſt, in primo ſyrupo. Cum ergo acceperit hoc digeſtiuum, mane ſequenti
euacuetur hoc medicamine. ℞. *agarici electi ʒ ß. medullæ cartami ℈ j. caſſiæ fiſtulæ, ſyrupi viola. a-
na ℥ ß. zinzib. gra. iij. accipiat cum cyatho medio aquæ hordei calefactæ, & fiat poſt hoc ſicut ſcriptum
fuit poſt minoratiuum primum.*

De purgatione vero in principio autumni ſuſceptanda ſic procedat. In fine nam-
que menſis Septembris, vel in principio Octobris vno mane in aurora accipiat hoc mi-
Minoratiuũ noratiuum. ℞. *theriacæ Hermetis, deſcriptione Auicen. (22. tertii.) ʒ j. electuarii Indi ʒ. ij ß.
Potio purgãs aquæ hordei, & ſaccha. calidæ ℥ iij. miſce totum in ſimul & accipiatur obſeruatis conditionibus in mi-
Syrupus di- noratiuo dictis.* ¶ Poſt hoc autem digeratur materia ſex vel octo diebus hoc ſyrupo. ℞. *ſyr.
gerens. byzanti. mellis roſ. co. ſyrupi de eupatorio ana ℥ ß. aquæ melliſſæ, lupulorum & cichoreæ ana ℥ j. totum* C
calidum accipiatur, vt ſupra de aliis dictum eſt. Et ſi bene comprehendes hoc digeſtiuum,
conueniens eſt ad materias frigidas & calidas, & aliqualiter ad materias aduſtas, quas eſt
rationale fuiſſe reſeruatas & genitas in conſiſtentia æſtatis, & exercitiis fortibus & ſi-
milibus.

Solutiuum. Accepto itaq; digeſtiuo, accipiatur hoc ſolutiuũ. ℞. *benedictæ ſimplicis ʒ iij. caſſiæ fiſtu-
læ ʒ iiij. electuarii ſuci roſ. electuarii Indi ana ʒ j. totũ accipiatur cum cyatho medio aquæ hordei ſacch.
calidæ, conditionibus omnibus obſeruatis,* quæ in aliis ſolutiuis dictæ ſunt. Et nota, quod hoc
ſolutiuũ educit electiue materiã calidã a iuncturis virtute electuarii ſucci ro. materiã fri-
gidam vero ab eiſdem, & a remotis locis virtute electuarii Indi, materias phlegmaticas
& aquoſas a ſtomacho & neruis virtute agarici, & demum materias cholericas, phle- D
gmaticas & partim aduſtas a ſtomacho, epate & venis virtute caſſiæ fiſtulæ. ¶ Prædictis
autem ſuperaddendum eſt, quod ſi tempore iſtarum purgationum, quando accipit di-
geſtiua, venter non eſſet bene fluxibilis, intus mittatur aliquod clyſtere in aurora, com-
poſitum hoc modo. ℞. *foliorum betæ, maluæ, mercurialis ana M ij. polypodii, cartami ana M j ß.
Clyſter. furfuris bene cribellati M ij. coquantur omnia in ℔ quatuor aquæ vſque ad conſumtionem duarum
partium, & de hac colatura bene expreſſa accipiatur ℔ j. benedictæ, caſſiæ fiſtulæ, ſacch. rubei ana ℥ ß.
olei oliuarum ℥ iiij. ſalis communis ℥ ß. miſce,* & totũ mediocriter calidũ iniiciatur & quieſcat
poſt eius aſſumtionem, & calidos pannos ſuper ventrem frequenta.

Quod ſi patiens abominaretur clyſteriorum aſſumtionem, ſicut mos eſt plurium,
& maxime dominorum Germanorum, tunc omni die aut ſaltem tertia quaque parum E
ante cœnam accipiat vnam de iſtis pilulis. Et placent mihi magis propter aſpectum, quẽ
habent ad ſtomachum, neruos, caput & genitalia membra, quarum deſcriptio eſt hæc.
Pilula. ℞. *cinamomi, zinzib. maſticis, nucis muſcatæ, radicis pæoniæ ana ʒ ß. ſalis Indi ʒ j ß. radicis fœniculi
℈ ij. agarici elect. ʒ iij. hermodactylorum, turbith ana ʒ j ß. croci, liquiritiæ ana ℈ ß. aloes epaticæ elect.
ʒ v. pulueriʒentur omnia per ſe, & infundantur in ℥ v. ſucci maioranæ, & ℥ iij. ſucci ſaluiæ, ℥ iiij.
ſucci cichoreæ, diligenter commiſceantur & ponantur ſub radiis ſolis vſque ad conſumtionem ſuccorũ.
Deinde iterum renouentur ſucci & exſiccẽtur: & ita tertio fiat, vt dictum eſt:* videbis enim opera-
tionem diuinam in euacuando materias prædictas a prædictis locis & confortando ea.

Cap. II. *De cura lapſus cerebri frigidi & humidi materialis.* F

CVM vir iſte fuerit euacuatus, vt ſupra dictum eſt, procedendum eſt ad conſumti-
onem materierum phlegmaticarum, quæ in cerebro eius principaliter abun-
dant. Et primo quidem cum medicinis ſimplicibus.

Et inter leuiora ſimplicia eſt ſpica nardi, de qua ſoleo dare veſperi, quando æger
vadit

A vadit cubitum, pilulas duas factas cum puluere eius & modico theriacæ Hermetis, per 1. Spica nardi
duas horas poſt cœnam, eſt enim potiſſima ad prædicta, vt ſcripſit filius Serapionis in
ſuo capitulo, dum inquit: *Spica nardi exſiccat humiditates in capite aggregatas, confortat cere-
brum & prohibet reumatiſmos.*

Secundum ſimplex prædictis appropriatum eſt ambra, & proprie partibus patiē- 2. ambra.
tibus apoſtema, de ea enim accipio ℥ iij. & cum ʒ ij. ſyrupi de calamento commixtam
exhibeo in aurora, cum ʒ iij. aquæ maioranæ calefactæ. Ambra enim aſſumta confortat
cerebrum & corroborat ipſum, ſenſus omnes & cor etiam, & proprie in ſenibus frigidis
complexione. ¶ Tertium ſimplex eſt caputpurgium factum cum muſco per hunc mo-
dum. ℞. *pulueris muſci gr. ij. aquæ maioranæ ʒ ij. calefiant ambæ ſimul, & in mediis tertius aut per ho-* 3. caputpurgium ex moſcho.
B *ram ante cœnam ore prius repleto hydromelle tepido, plena palma manus de prædicta mixtione leui*
ter calida traiiciatur per naſum leui tractu per vtranque narem bis in ſpatio mediæ horæ. Eſt enim
remedium valde efficax. ¶ Quartum ſimplex valde conueniens eſt comedere ſex vel o- 4. auellana.
cto auellanas torrefactas poſt cibum. ſcribit enim de his Auicen. *2. cano. in 1. cap.* quod au-
gmentum efficiat in cerebro.

Ex compoſitis autem medicinis mirabiliter confortatiuis cerebri & exſiccatiuis 1.
humiditatum abundantium in eo, & de conferentibus neruis; eſt electuarium ab Auic. Sotira magna.
deſcriptum, *5. can. ſumma 1.* & denominatur ſotira magna, id eſt, ſaluatrix. Ego enim mi-
rabiles eius effectus cognoui de ea exhibendo de ipſa ℈ ij. cum ʒ j ß. aquæ ſublimatio-
nis fo. herbæ roriſmarini, in aurora modo prædicto. ¶ Secundum compoſitum ad eaſ- 2. Selite.
C dem intentiones & eodem modo exhibitum, eſt electuarium ibidem deſcriptum, ſelite
ab Auicen. nominatum, quod tamē ab Haly Abbate *decimo practicæ c. 6.* nominatur *ſelphe.*
& ipſum mirū in modū probat. ¶ Tertiū compoſitum eſt xylobalſamū conditū: & ſunt 3.
virgulæ ex arbore balſami recentes acceptæ & conditæ cum ſyrupo ſacchatino, modico
muſci, quæ mane acceptæ bene maſticatæ & deglutitæ mirabiliter cerebro & neruis cō-
ferunt, vt elici poteſt ab auctoribus *cap. de ligno balſami & balſamo.*

Quartum compoſitum vſuale ſunt myrobalani, chebuli conditi, quorū vſus veſpe- 4.
ri & in aurora eſt bonus, licet difficile ſit inuenire ipſos electos, quoniam omnia fere
medicamina ab arboribus paganis aſportata, corrupta ſunt & ſophiſticata. ¶ Ego autem
experientia certa ſcio, quod inunctio omnium ſpondylorum a primo colli vſque ad a-
D num facta cum infraſcripto oleo calido potenter confert locis neruoſis laxatis & para- Oleum pro inunctione
lyticis. Cuius deſcriptio eſt hæc. ℞. *olei de coſto, olei liliorum alborum ana ʒ ij. ambræ orientalis ʒ* vertebrarū.
ß. terantur ſubtiliter in mortario. Deinde incorporentur & ponantur in ampulla ſtricti orificii bene
obturata ſaltem 20. diebus, teneantur ſub radiis ſolis, calefacto cochleari vno ex eo & facta inunctio-
ne, videbis rem tibi valde gratam.

Cap. III. *De cura nocumenti diminutionis & corruptionis viſus.*

QVONIAM autem in viſu huius viri diminutionis & corruptionis notabile
nocumentum conſecutum eſt ad malam complexionem frigidam & hu-
E midam ſtomachi & cerebri: Ideo in hoc cap. leuius tranſeundum eſt & ſuc-
cincte magis. Omnia medicamina, quæ cerebro, neruis, & ſtomacho ſcri-
pta ſunt, & dicentur, viſui eius notabile iuuamentum afferunt. Materia e-
nim phlegmatica & vapor eius ſpiritui viſibili & neruis opticis & humoribus oculi com-
mixta & immerſa, nocumentum prædictum in viſu efficiunt, vt ſupra in primo cap. de-
ductum eſt.

Propter quod hic quatuor ſolum ponam inſtrumenta: Duo quidem prohibitiua
lapſus, & duo prohibitiua nocumenti eius.

Primum itaque ex prohibitiuis eſt vſus pilularum in *primo cap. tertiæ particulæ* ſcri-
ptarum, quas dum volueris efficere efficaciores, commiſcere debes cum tertia ſui par-
F te pilularum lucis Meſuæ (*in antidotario.*) Et accipiat ex eis vnam per duas horas poſt cœ-
nam: & proprie, quando ex ʒ j. ſex pilulæ factæ fuerunt. ¶ Secundum inſtrumentum eſt
pectinatio leuis capitis per duas horas poſt cœnam. Poſt quam ſuperaſpergatur toti me-
dietati anteriori capitis ℈ ß. pulueris garyophill. In hoc enim medicamine magnum iu-
uamentum poſuit Auenzoar *primo Theiſir cap. 1.*

Tertium inſtrumentum de abſcindentibus nocumentum diminutionis & corru- A
ptionis viſus, eſt, vt ſæpe oculi lauentur cum aqua cineris capitali & medietate ſui aquæ
maioranæ.

Linimentū oculorum. Quartum & elegantius illo eſt hoc. ℞. *balſami electi* ʒ ß. *aquæ maioranæ* ℥ ij. *miſce, & pone in amphora obturati orificii, & exponatur radiis ſolis ſaltem per octo dies.* De hoc ergo lini-
antur oculi intus & extra: & eſt notabile medicamen.

Cap. IIII. *De medicinis curatiuis lapſus frigidi & humidi ſtomachi rectificatiuis eius.*

CONVENIENS eſt nunc eligere inſtrumenta curationis lapſus frigidi & humidi
ſtomachi, quæ & conſumendo materias in eo inuentas ipſum cōfortare poſſint. B
De numero igitur illorum eſt ſuccus abſinthii aſſumendo de eo ℥ j. cum a-
quæ menthæ & melliſſæ ana ℥ j ß. & continuetur ſaltem per decem dies. ¶ Secundum
conferens ſtomacho etiam euacuando materiam, eſt hiera ſimplex Gal. accipiendo de
ea ℥ j. cum ℥ ij. aquæ calamenti, & eſt valde efficax, obſeruando poſt eam conditiones ſu-
perius tactas in ſolutiuis.

Tertium valde conueniens ſtomacho calefaciendo ipſum, conſumendo ſuper-
fluitates, carminat etiam ventoſitates, & eſt ſemen carui, de quo facio patientes in auro-
ra maſticare ʒ j. vel ß. per horas tres ante cibum. Eſt enim bonum ſtomacho, calefacit &
corroborat, facit digeri cibum & nutrit in confectionibus medicinarum facientium
deſcendere cibum: vt Serapio *in aggregat. cap. 1.* ſcripſit. ¶ Quartum eſt maſtiche, cuius C
ſaltem ter in ſeptimana facio deglutire ℈ ij. vel iij. Eſt enim medicina ſtomachica, epar,
& ventrem, defectos corroborat, & ad inflationes eorum iuuat abſque moleſtia, vt ſcri-
pſit Dioſcorides *cap. proprio.*

Ad hanc etiam intentionem confert electuarium diaciminum, & præcipue de-
ſcriptum a Nicolao *in antidotario*, accipiendo de ipſo ante cibum rotulam vnam drach-
mæ vnius & mediæ. ¶ Nobiliora autem medicamina ad vigorandum ſtomachum, &
conſumendum materias, duo ſunt mihi experta compoſita. ¶ Primum eſt electuarium
Electuariū ex ambra. de ambra Meſuæ (*in antidotario diſtinct. 1. deſcriptione 2.*) & eſt medicina ſublimis cerebrū
confortans, cor, ſtomachum & omnia membra nutricationis, digeſtionem procurat, &
vtentem ea lætificat; conuenit ſenibus & frigidis natura & mulieribus, & ad ægritudines D
matricis, doſis eius eſt, vt ſcribitur ibi ʒ iij. in aurora; cum ℥ ij. aquæ menthæ gratia ſto-
machi, cum aqua meliſſę propter cor, cum aqua abſinthii propter epar, aut omnium aut
plurium ſimul, cum intendit ad omnia ſimul aut ad plura eorum. ¶ Secundum com-
poſitum expertum eſt electuarium de aromatibus, deſcriptum etiam a Meſue ibidem
Elect. ex aromatib. *diſtinctione prima, & cap. 1.* & debent dari ex eo ʒ ij. cum vino odorifero in aurora calefa-
cto, aut cum aquis modo dictis.

Hic etiam adduco duo medicinalia ſimplicia, & partim etiam cibalia. ¶ Primum
ſunt caricæ, id eſt, ficus ſiccæ, quę ſecundum Dioſcoridem ſtomacho ſunt vtiles, acceptę
ante cibum. ¶ Secundum ſunt fiſtici poſt cibum accepti, qui etiam ſtomacho conue-
nientes exiſtunt auctoritate eiuſdem Dioſcoridis. Plurima etiam medicinalia præter E
Cerotum ſtomachale. dicta inueniuntur confortantia ſtomachum. ¶ Et primum quidem eſt cerotum iſtud,
quod ſuper ſtomachum cōtinue portetur. ℞. *laudani electi* ʒ ij. *reſinæ* ʒ vj. *galliæ muſcatæ, ſty-
racis calamitæ, ligni aloes ana* ʒ ß. *menthæ, abſinthii ana* ℈ j. *maſticis* ʒ ß. *diſſoluantur gummi, cum
modico aceti, vini cydoniorum*, & fiat maſſa bene glutinoſa, proiiciatur ſuper pannum de
grana ſecundum figuram ſcutalem cum extenſione conuenienti, & ſuper ipſum pulue-
rizetur puluis garyoph. aſperſione leui.

Si quis autem deſideraret habere medicinam leuioris applicationis & facilioris
permutationis, componat ſibi hunc ſacculum in ſyndone de grana retorta & porteti-
Sacculus ſtomachalis. pſum ſuper ſtomacho maioris temporis parte. Cuius deſcriptio eſt hæc. ℞. *ameos, carui, ſi-
leris montani, cimini ana M ß. menthæ, origani, abſinthii M j. ligni al. folii ana* ʒ ij. *roſarum, ſpodii,* F
maſticis ana ℥ ß. *pulueri zentur omnia per ſe, deinde miſceantur & mittantur in ſacculum ſecundum
longum & latum.*

Aut ſi ſtomachus inungatur mane & ſero cum ſupradicto oleo de balſamo actu ca-
lido, & portetur ſuper eo pēnus calefactus ſuffumigatus cum puluere galliæ muſcatæ in
breui

A breui tempore vigorat ſtomachum debilitatum,vt experientia propria multoties obſer-
uaui.Quemadmodum etiam puluinar magnum plumis vulturum adimpletum conti-
nue ſuper ſtomacho portatum,eum mirabiliter vigorat & rectificat.

CAP. V. *De medicinis præſeruatiuis a paralyſi & confortatiuis neruorum.*

IN hoc cap.diligenter contemplandum eſt,requiruntur enim medicinę,quæ ho-
minem paratum ad eneruationem vel paralyſim præſeruare, & eos, qui iam æ-
grotent, curare poſſint, memorando primo, quod oportet præintelligere ea,
quæ dicta ſunt in regimine per cibos & potus:ita vt ea quę ibi conceſſa ſunt,accipiantur,
reliqua vero prohibita dimittantur. ¶ Præmittendum ſecundo, quod talia inſtru-
B mentaquæ dicentur, felicius operantur poſt euacuationes in vere & in autumno cele-
bratas.

Ex his ergo medicinis,aliquæ ſunt interius aſſumendæ,nonnullæ vero exterius ap- *Interna.*
plicandæ.Ex his vero,quæ applicandæ ſunt interius,nonnullæ ſunt cibales & medicina-
les,ſicut dicitur de cerebro leporis,de andachocha & plurib. aliis, in *ſecunda tertii.* Sicut
de carne columborum & proprie ſylueſtrium,comeſtio enim eorum confert ad relaxa-
tionem neruorum, membrorum omnium,tremori totius & cordis trahentibus poſt ſe
crura & pedes,membris priuatis ſenſu & motu & interfectioni loquelæ. *primo Theiſir.1.
cap.* ¶ Nonnullæ vero harum ſunt medicinales penitus, de quarum numero commu-
nis eſt acorus conditus, accipiendo de eo mane radicem vnam vel duas. ¶ Secũdum eſt
C ſotira magna,de qua dictum eſt ſupra. ¶ Tertium theriaca Hermetis etiam ibi tacta.
¶ Quartum confectio anacardina deſcriptione Auicen *5.canone,ſumma prima:* & doſis e-
ius eſt a ℈j. vſque ad ʒj. ¶ Quintum & ſpeciale de ſoluentibus eſt compoſitio pilularũ
almaraſceni,quæ deſcribuntur ab Auicen. *tertia tertii.* pilulæ fœtidæ & pilulæ de ſarco-
colla,mundificant neruos & cerebrum,& materias frigidas attrahunt ab eis aquoſas &
craſſas. ¶ Ego autem expertus ſum ſæpe electuarium hoc faciendo hominem vti ex eo,
per integrum annum accipientẽ ʒ ij.in aurora cũ ℥ ij. aquæ ſublimationis andachochæ,
& tardetur poſt ipſum cibus horis quatuor. Homines plures relaxatione decumbere
coactos, vidi eo reſtitutos ad progreſſiuũ motum & ad alias operationes vigoroſe ſatis.
Cuius deſcriptio eſt hæc. ℞. *florum roriſmarini,florum ſaluiæ & maioranæ ana ʒ iij.ſem.ruthæ,* *Electuarii.*
D *herbæ paralyſ.radicis acori ana ʒ v. cinamomi electi ʒ ij.galangæ,zinzib.trium piperum, nucis mu-
ſcatæ ana ʒ j ß.croci ʒ ß.ſtæchad.Arabicæ ℈ iiij.radicis pæoniæ ℈ v.muſci gr.iij. ambræ ℈ ß. pulueris
cerebri leporis cõbuſti ʒ ß.balſami electi ʒ j ß.mellis deſpumati ℔ ij.ſacchari ℔ j.coquantur ſimul ſac-
charum & mel vſque ad conuenientẽ inſpiſſationem, & cum inceperint infrigidari,imponantur pul-
ueres aliarum medicinarum per ſe puluerizatarum, quæ tamen conuenienter conquaſſando incorpo-
rentur diu & vſui reſeruentur in vaſe vitreo bene obturato.*

De his autem medicinis,quæ exterius applicandæ ſunt paralyticis & paratis, com- *Externa.*
muni omnium auctorum ſententia ſunt aquæ balneorum naturalium, non tamen o-
mnium,ſed eligendæ ſunt ſulphureæ proprie & cimericiæ,& etiam aſphaltinæ: Alumi-
noſæ vero propter ſtypticitatẽ & atramentinæ conſimiliter,ferreę & quę ſcaturiunt per
E riuulos chalybeos dimittendæ ſunt. ¶ Cũ ergo deſideriũ fuerit intrãdi balnea,eligantur
ſulphureæ aquæ aeri,cœlo & aſtris conuenienter diſcoopertæ, & a paludibus & vallibus
fœtidis elongatæ,quæ recipiunt in alueum arenoſum vel lapidoſum naturaliter vel arti-
ficialiter factum.Et ventre conuenienter mundificato a cibo & potu vacuo, in ortu ſo-
lis fiat introitus in balneum, & conueniens erit fricatio cum luto inuento in aquis bal-
neorum a principio nuchæ vſque ad finem ſpinæ,& contrahatur mora in balneo vſque
ad tolerantiam,quæ excludat debilitatem. ¶ Tunc ergo corpore diligenter cooperto a
balneo exeat in lectum vſque quo reducatur calor ad priſtinam temperiem, & tũc acci-
piat cibum in moderata quantitate diminutum magis, quam completæ ſatietatis. Poſt-
quam autem tranſiuerint horæ ſeptem & in die, iterum fiat in balneum introitus, cum
F fricatione prædicta,& ex eo in lectum,& alia vt iam dicta ſunt.

Cum ergo ingreditur lectum,tota ſpina eius a fine vſque ad principium nuchæ le-
uiter confricando inungatur cum oleo de ambra calido,vel cum oleo de andachocha,
aut oleo philoſophorum.

Et cum ita pertranſiuerint duo dies, accipiat aquam ſuper capite ſuo cadentem ex A vaſe eleuato a capite per quatuor pedes, quod vas impleatur aqua balnei virginea, vel a primo fonte ſcaturiente abſque contactu hominum vel aliorum. Cannula ergo ſit craſſitudinis digitalis, a laterali parte exterius apud fundum poſita, aperiatur & cadat ſuper proram capitis fronte eius & aliis partibus circumquaque coronatis panno lineo ſatis craſſo: Deinde voluat ſe a prora ad dextram & a dextra ad ſiniſtram, & de ſiniſtra ad poſteriorem, vſque quo percipiat caliditatem aquæ in profundum cerebri conuenienter perueniſſe: & poterit etiam corpus cum conuenientia tolerandi infuſum ſtare vſque ad ſpatulas vel medietatem corporis.

Poſt hoc autem cum ſtillicidio ſatis vſus fuerit, aliis quinque vel ſex diebus, & horis cõuenientibus laudo, vt dimiſſa balneatione omni ingrediatur ſtuffam ſeu hypocau- B ſtum prope balneum factam; vt communiter fit, & cum eadem aqua balnei & non cum dulci, in qua permaneat hora vna tam mane quam ſero. Hæc in ſumma eſt balneandi forma conuenientior, quæ obſeruari poteſt. ¶ Poſtquam ergo a balneo diſceſſerit, neceſſarium eſt, vt quibuſdam diebus intendat ad ſubtractionem materierum, quæ diſſolutæ ſunt: & de his, quæ trahunt materiam a cerebro, quale proprie eſt caputpurgium

Caputpurgium. hoc. ℞. *pulueris nigellæ, quæ per quatuor dies infuſa ſteterit in aceto,* ℥ j. *aquæ maioranæ* ℥ iiij. *miſceantur ſimul & calefiant & traiiciantur per naſum ſecundum modum ſuperius dictum.* ¶ De his vero, quæ materiam abſcindunt a nucha, neruis & muſculis, eſt oleum de pyrethro, cum quo calefacto fiat inunctio, ipſum enim torpidos & paralyticos iuuat, teſte Galen. *libr. 6.*

Puluis. *ſimpl. med. primo cap.* ¶ Etiam conueniens eſt oleum de caſtoreo & oleum de croco. C ¶ Item conueniens exſiccatiuum & confortatiuum hoc. ℞. *olei amygdalarum dul.* ℥ iij. *ſandaracæ, baccarum lauri, piperis nigri, coſti ana* ℥ j ß. *terantur diu in mortario, deinde calefiant & applicetur, vt dictum eſt.* Plura alia deſcribere potuiſſem, quæ dimittuntur: quoniam iſta meliora & elegantiora ſunt.

Cap. VI. *De medicinis rectificantibus membra generationis*

PRIVSQVAM explicentur inſtrumenta curationis actus Venerei, oportet inquirere cauſſas horum nocumentorum, neque enim ſermo eorum rationabiliter adimpleri poteſt ſine iſtis. D

Propter quod præmittendum primo, quod cauſſæ propter quas cõtingit hominem lædi in actu coitus, duæ principaliter exiſtunt. ¶ Prima includit cauſſas primitiuas vel extrinſecas corpori applicabiles. Secunda vero cauſſa huic oppoſita a ſapientibus partitur in viij. modos cauſſarum efficientium hoc. Quarum prima aſſignatur propter principale nocumentum in virga ipſa. ¶ Secunda, ex parte defectus in membris ſpermatis. ¶ Tertia, in membris principalibus. ¶ Quarta, in membris, quæ ſequũtur principalia. ¶ Quinta, ex parte nocumenti aduenietis membris, quæ ſunt intermedia inter membra principalia & membra coitus. ¶ Sexta, propter nocumentũ proprium in membris, quæ ſunt vicina membris coitus. ¶ Septima, ex parte paucitatis ventoſitatum in toto corpore inuentæ. E

Prima cauſſa impediti coitus. Pro declaratione itaque primæ cauſſæ exterioris, dicendum primo, quod quæcũque cauſſa primitiua data, quæ applicetur corpori aſſidue, finaliter perducit ad permutationem corporis, ad lapſum complexionalem vel compoſitionalem. ¶ Secundo, quia non ſemper cauſſæ ita permutant corpus, immo remanent tenentes ſe ex parte animæ, aut ex parte agentium, quæ corpori applicata alterant ipſum, imo impediunt ab operationibus naturalibus, & de numero eorum dicuntur veneficæ incantationes, maleficia, faſcinationes & conſimilia, velut pluries inuentum eſt, viros & mulieres ab operatione coitus eſſe priuatos, in tantum, quod ſpeculationes & phyſica inſtrumenta nihil valuerunt in curatione eorum, ſed oportuit applicari nonnulla inſtrumenta ab occulta proprietate permutantia corpus; vt ſæpe contigit me vidiſſe, audiuiſſe, & curauiſſe, & ſunt F tres cauſſæ conceſſæ a ſapientibus, de quibus paulo poſt dicetur.

Aliquæ etiam de numero harum cauſſarum ſunt ex parte animi, vel propter anguſtiam vel triſtitiam, quæ prohibent homines ab actu Venereo.

Contingit etiam defectus iſte quandoque ex parte timoris, in quo fit velox & for-

tis re-

A tis retractio ſpirituum a membris, in quibus elaborari debet ſemen. ¶ Tertio iterum ex parte verecundiæ in animum impreſſæ, ſicut contingit aliquem verecundari a contactu mulieris: vt puſillanimibus contingit hominibus.

Quarto iterum contingit hoc ex parte impreſſionis in animum receptæ propter abominationem, quę quandoque reperitur in actibus coeundi: frequenter enim aliquis videns aut audiens inhoneſtum modum Sodomitice coeundi aut more brutorum, abominationem recipit in animo, ob quam non ſolum coitus dimittitur, ſed frequenter illo priuatur, & poteſt colligi hæc ſententia ex *vigeſima tertii.* ¶ Quinto iterum hoc contingit ex parte impreſſionis in animo factæ per amorem caſtitatis ex lege vel ex religione, ſeu deuotione poptata, vti contingit viris ſanctis in lege Dei militantib. & in eremo Deo B ſeruientibus propter deuotionem non ſolum caſtos, ſed quandoque (licet raro) virgines permanere in tota ſua vita.

Sexto iterum hoc contingere poteſt propter nocumentum in anima reminiſcitiua factum propter longam dimiſſionem coitus: frequenter enim membra generationis propter longam abſtinentiam a coitu intantum debilitantur, quod animus non recordatur, neque ſolicitus eſt de generatione ſeminis, ſicut contingit mulieri, quæ ablactauit puerum, & dimittit ipſum incurrere nocumentum prohibitionis lactis. Et omnes hi ſermones pulcherrime colliguntur ex *fen.20.lib.3.* & valde ſubtiliter capitulo de diminutione coitus, dum inquit Auic. *Et de eis, quæ debilitant coitum & virtutem eius, ſunt res meditatiuæ quãtum ad actum imaginatiuæ potentiæ, vel ſicut horribilitas coeundi, aut verecundia eius,* C *quantum ad actum cogitatiuæ virtutis, aut anteceſſio intellectus ad cor*, id eſt actualis operatio intelligendi: quæ intelligentia, immo omnis operatio interior & exterior ponitur in corde ab Ariſtot. vt patet *1. de ſenſu & ſenſato*, quam etiam operationem in parte hac ſecutus eſt Auic. *fen.20. lib.3. c.1. in fi.* vbi dicit: *Et apud me principium eius ſcilicet operationis eſt ex corde.* Et ſubiũgit, quod omnes tales impreſſiones in animo debilitãt a coitu, id eſt, diminuũt, immo faciunt deficere, vel abſcindunt, & proprie, quando ſine aduertentia vel a caſu contingit hominem incurrere has impreſſiones in animo, ſicut ſi aliquis inopinate videret aliquem inhoneſte vel Sodomitice coire. Et ſenſit hoc ſubtiliter Auic. dum inquit: *Et proprie cum illud aliqua hora caſu accidit*, ſupple, *decurrere*: tunc quoties euenit iteratio, aſſimilatur illud in mente, id eſt reiteratur impreſſio in animo per ſpecies in organo me- D moriæ reſeruatas. tales ſpecies velut phantaſmata mouent animam intellectiuam ad abhorrendum & fugiendum coitum. Et iterum ſubdit: *Et ſit cauſſa in illo, ſcilicet, nocumento diminutionis vel ablationis coitus dimiſſio*, id eſt, abſtinentia, *& quod animus obliuiſcitur eius, propter quod ſubſequitur conſtrictio*, id eſt priuatio, *membrorum coitus ab eo.* Et iterum ſubdit: *quantum ad vltimam cauſſam, quod paucitas præparationis naturæ in generatione ſpermatis, ſicut accidit in deuotis & religioſis, eſt cauſſa, vt non generetur ſemen, nec moueantur membra in generatione illius, immo neque ad appetitum: ſicut natura non eſt ſolicita in generando lac in mamilla remouendo filium a lacte.*

Vide quantum ſpeculationis oportet habere in intelligendo primitiuas cauſſas, quæ diminuere aut auferre poſſunt coitum. Reliquas autem cauſſas primitiuas, quę no- E cumentum hoc efficere poſſunt, nolui hic recenſere, quoniam omnes eodem modo curationis fere abſcindi poterunt.

Cauſſa corporales inter miſſionis coitus.

De cauſſis autem corporalibus primo ordine dicendis poterit eſſe nocumentum eſſentiale in virga contingens, & ipſum poteſt eſſe lapſus complexionalis & compoſitionalis, & de natura communi. ¶ Lapſus complexionalis poteſt eſſe caliditas & ſiccitas: frigiditas & ſiccitas: Caliditas & humiditas: frigiditas & humiditas materiales in ipſa virga inuentæ. Nec tamen volo negare, quod lapſus complexionales ſimplices & materiales in eo accidere poſſunt. Sed quia ibi raro contingunt, & etiam quia curantur curatione compoſitorum, vel materialium lapſuum, in quo facile permutantur: Ideo de his principaliter tractatum eſt.

F Quomodo autem cognoſcantur lapſus calidi & ſicci, facile eſt videre ex caliditate ſenſus tangentis repręſentata, & etiam per ægrum percepta ex rubore virilis membri, extenſione venarum & arteriarum partis: & iuuamento percepto ex applicatione frigidarum rerum: & ſic de aliis.

Frigiditas vero & humiditas virilis membri percipitur ex actuali frigiditate ipſius,

venarum anguſtia & paruitate membri, mollitie & ipſius ponderoſitate, & ipſum iuuari A
a calidis, & noceri a frigidis, debili tarda & difficili ſeminis emiſſione per canalem ſuum: & ſic de aliis. Signa lapſuum calidorum & humidorum cognoſcuntur per ſigna contraria his, quæ nunc dicta ſunt. ¶ Et ita ſigna lapſuum calidorum, frigidorum & ſiccorum per ſigna oppoſita lapſibus calidis & humidis haberi poſſunt.

Poteſt iterum in virili membro inueniri lapſus compoſitionalis ſimplex, vt oppilatio venarum eſſentialium illius membri. ¶ Aut oppilatio cum paralytica diſpoſitione completa, ſicut quando contingit oppilari venas, tranſitus ſpiritus animalis ſenſibilis & motiui intantum, vt nullo modo erigatur nec moueri poſſit. ¶ Et ſi fiat clauſio viarum, per quas fit tranſitus ſpiritus ſenſibilis tantum, tunc membrum mouetur & non ſentit, vt aliquando vidi. ¶ Et econuerſo: ſi fiat clauſio viarum, per quas in virga recipitur ſpiritus motiuus, tunc ſentit & non mouetur, & iſtud ſæpe contigit in multis, in quibus membrũ ſentit obiecta tangibilia omnia ſibi applicata, non tamen mouetur ad aliquam differentiam poſitionis, nec erigitur. B

Quomodo et vnde membrum interdum ſentiat & non moueatur, aut moueatur et non ſentiat.

Vnde vero nerui ramificantur, quibus in virgam defertur animalis ſpiritus ſenſibilis & motiuus? Patet q̃ veniunt a vertebris caudæ: vt colligitur *ex fen. 3. lib. 3. primo cap. prope fin.* ¶ Lacerti vero, per quos virga mouetur, quatuor ſunt; duo quidem in ipſa laterales in dextra & ſiniſtra parte inueniuntur, qui cum deſcendũt, ſunt cauſſa dilatationis corporis virgæ & apertionis canalis, per quem facile ſemen cum vrina effunditur extra. ¶ Alii vero duo lacerti a femore exeunt & ſecundum tranſuerſum per virgam incedunt, quorum contractio cum eſt verſus ſuperiora, virgam erigunt ſecundum illam partem: & econuerſo. C

Muſculi mouentes virgam.

Et ex hoc corollario concludere potes quædam corollaria apparentia. ¶ Primum eſt, quare in quibuſdam hominibus virga contrahatur verſus ſcrotum, in aliis vero verſus mirach, in quibuſdam verſus dextrum, in quibuſdam verſus ſiniſtrum. Cum enim contingit contractionem fieri in muſculis vnius partis, tunc membrum inclinatur verſus illam, & econuerſo. ¶ Secundum corollarium, quare in quibuſdam hominibus virga reperiatur tetanoſa: Hoc enim contingit propter ſpaſmum in vtraque partium muſculorum. Cum enim fuerit tanta potentia materierum ad contrahendum verſus ſupra ſicut verſus infra: & tanta vis in materia fuerit ad contrahendum ad dextrum, ſicut ad ſiniſtrum, neceſſe erit membrum remanere rectum & extenſum, quod eſt ſpecies ſpaſmi, D
Tetanus nominata ab Auic. *fen. 2. lib. 3. c. de ſpaſmo.* ¶ Qui differt a priapiſmo vel a ſatyriaſi ſecundum alios, licet enim in omni priapiſmo ſit immoderata membri diſtenſio, in illa tamen non eſt ſpaſmus neceſſario: ſicut neque in ſpaſmo inuenitur multitudo ventoſitatis, quæ eſt effectiua vel materialis priapiſmi cauſſa.

Priapiſmi materialis cauſa.

Amplius euenire poteſt nocumentum compoſitionale virgæ conſequens apoſtema cuiuſcunque generis & ſpeciei, quorum quodlibet impedire poteſt, immo priuare a Venereo actu, vnde horum omnium oportet meminiſſe.

Similiter etiam ſolutio continuitatis in ligamentalibus partibus, neruoſis, arterialibus & venalibus genitalibus membri poterit eſſe cauſſa impediendi, imo auferendi Venereum actum, ſiue ſolutio continuitatis fuerit vulnus, ſiue vlcus longum, latum, profundum biangulare & triangulare: & ſic de aliis. E

2. cauſa ex parte membrorum ſpermaticorum propinquorũ vel eſſentialiter concurrentium.

Secunda cauſſa nocumenti actus Venerei contingere poteſt ex parte membrorum ſpermaticorum propinquorum vel eſſentialiter concurrẽtium. Sunt autem hæc membra duo eſſentialiter ſ. recipientia & generantia ſperma, de quibus eſt diſcordia non parua inter Philoſophos & Medicos illuſtres. ¶ Ariſtoteles namque *lib. 4. de partibus animalium* credidit ſperma generari in vaſis inuolutis mediante caliditate ſpiritus genitiui prouenientis ex aggregatione ſpiritus vitalis, animalis & naturalis, ita quod purior pars ſanguinis elaborati in vena caua & in aliis ſibi propinquis per vaſa ſpermatica deferatur ad ſcrotũ & recipiatur in illis vaſis inuolutis, vbi mediante influxu cordis ſanguinis illa pars in vaſis inuolutis vltimo elaborata ſpermatis formam recipere poterit, & quod teſticuli ad generationem ſpermatis effectiue non concurrant, niſi coadiuuatiue ad effuſionem ſpermatis in matricem, pondera enim teſticulorum ipſorum diſtenſa & apta magis redduntur talia vaſa, vt per ea liberius ſemen effundatur in matricem. F

Membra ſpermatica. Vbi generetur ſemen.

Illu-

A Illuſtriſſimi vero Medicorum plurimi: vt Gal. *in libello de ſpermate nouæ translationis:* & Haly Abbas collega eius fideliſſimus; & Haly Rodoã ſuper *2.techni.* poſuerunt in teſticulis temperamentum factum a gignitiuo ſpiritu ex commixtione ſpirituum, ſc. vitalis, animalis & naturalis. Dixerunt ergo, materiam ſanguineam purã iam prætactã recipi in vaſis inuolutis, & ibi detineri. Cum ergo fit copula viri cum muliere, materia talis expellitur & trahitur ad teſticulos, & ibidem mediante temperamento aggregato ex prædictis conuertitur in verum ſperma. Et hæc veritas authẽtica eſt a principe Auic. *fen.20.lib.3.cap.1.in exordio*, dum inquit: *Sublimis Deus creauit duos teſticulos, ſicut ſciuiſti, qui inter membra principalia, in quibus generatur ſperma ex humiditate delata ad eos de venis ſuperioribus, vel in venis ſcilicet ſuis, quæ eſt quaſi ſuperfluitas cibi in corpore toto: & eſt ſanguis magis digeſtus & magis* B *ſubtilis.* ¶ Ex quo fundamento apparet, quod ſiue teneatur Ariſtotelis opinio, aut alia ſecunda, nocumentum in coitu contingere poteſt propter lapſum complexionalem & compoſitionalem & vnitatis inuentum, tam in vaſis inuolutis, quam in ſubſtantia teſticulorum & panniculo veſtiente eos. Quid autem intelligendum ſit per vaſa inuoluta, patet, quod ipſa ſunt extremæ partes vaſorũ ſpermaticorũ, de quibus parũ poſt dicetur.

An & quomodo ſemen ab omnibus partib. principalibus decidat.

Tertia cauſſa nocumenti ex corporalibus iterum aſſignatur ex parte nocumenti in membris principalibus inuenti; propter quod intelligendum eſt, quod licet ſecundũ Ariſtotelem, ſperma materialiter non decidat a principalibus membris omnib. tamen quia a corde principaliter, & a cerebro & ab epate delegantur ſpiritus, ex quorum commixtione gignitiuus ſpiritus fit, ideo ſecundum partem virtualem ſperma decidit ab C omni membro principali. Virtualem autem partem intelligo virtutem impreſſam in teſticulis vel vaſis inuolutis a ſpiritu gignitiuo producto, qui eſt inſtrumentum animi ad dandum virtutem prædictis membris in generatione ſeminis neceſſariam. Licet Hippo. Gal. & Haly Abbas collega eius poſuerint ſperma mate[illegible]aliter decidere a cerebro & delegari per venas, quæ ſunt poſt aures ad vaſa ſeminaria; quod probatur, quoniam ſectio illarum duarum venarum prohibet generationem, & perducit ad ſterilitatẽ; q̃ opiniones tantorum virorum licet diſcoliam habeant contradictoriam, conatus tamẽ fuit Auic. talem diſcoliam conciliare caute in his ſermonibus, dum inquit: *imo oportet, vt ſit ei, ſcilicet ſpermati, & cum membro principali fons, & vt ſit ex membris aliis deſudatio etiam ad iſtas radices.* Quicquid tamen de prædicta opinione tibi tenere placet, concedendum eſt, tam D a corde, quam a cerebro vel epate in fluxum neceſſario omniũ trium membrorũ principalium concurrere ad generationem ſeminis, ad coitum & ad fœcũditatem: & ſunt ſermones collecti ex *fen.20.lib.3.1.cap.prope finem*, dum inquit: *Et ſcias, quod virgæ accidit virtus erectionis & ventoſitatis a corde, & aduenit virtus ſenſuum ex cerebro & nucha:* & aduenit ei virtus ſanguinis æqualis & ſubtilis & deſiderium naturale ex epate.

Et ex hoc fundamento facile poteſt intelligi, quod oporteat prolificum ſemen ad generandum & ad coitum neceſſarium eſſe ſanitatem membrorum principalium. ¶ Et ſequitur etiam, quod ſi membra principalia ſunt intemperata aut non ſana, non erit poſſibile verum ſemen & prolificum generari. ¶ Sequitur tertio, quod cauſſa multarum ægritudinum, quæ a principio generationis contrahuntur, admodum facile poſſit aſſi- E gnari ex nocumento & ægritudinibus principalium membrorum. ¶ Quarto, non eſſe mirum, quod hic vir ſit impotens ad coitum & ad generationem. In omni enim principali membro ipſius deputato ad conſeruationem indiuidui inuenitur lapſus frigidus & humidus materialis. ¶ Quinto non eſſe mirum, quod complexio membrorum generationis huius viri tranſmutata ſit ad lapſum frigidum & humidum, difficile enim eſt imaginari, & difficillimum inueniri membra generationis eucrata aut ſana cum diſcraſia ægritudinum membrorum principalium: temperamẽtum enim membrorum generationis dependet a temperamento principalium membrorum, & non econuerſo.

Quarta cauſa principalis, propter quam contingit nocumentum in coitu & generatione, etiam aſſignabatur ſuperius ex parte nocumenti membrorum, quæ ſequuntur F principalia membra, & hoc intelligere multum neceſſarium eſt; cum enim ſpiritus & virtus ſenſibilis deferatur a cerebro ad membra generationis, neceſſe eſt aſſignari vias, per quas ille ſpiritus deferatur. Cum ergo delator ſpiritus & virtutis ſenſibilis & motiuæ ſit neruus vel nucha, aut alia membra, proportionalia iſtis, vt cor, patet, quod ex nocumento talium membrorum deſeruientium cerebro ſeruitute latoria neceſſe erit varia-

re temperamentum ſenſus in membris genitalibus multipliciter. A

Primo quidem ſi erit lapſus frigidus in membris prædictis, quantumcunque cerebrum effundat ſpiritum animalem ſenſibilem & motiuum, quanto & quali conuenientem propter frigiditatem illorum membrorum, prohibebitur delatio illorũ ſpirituum ad organa generationis.

Primo quia frigiditatis eſt immobilitare ſeu immobile reddere: Caliditatis vero mobilitare. ¶ Secundo, quia frigiditas illorum membrorum remittit caliditatem ſpirituum, per quam conſtat temperamentum eorum. ¶ Tertio, quia frigiditatis eſt coarctare poros vel vias & trãſitus eorum ſpirituum. ¶ Quarto iterum, quia frigiditas incraſſat ſubſtantiam ſpiritus animalis, qui ſubtilior eſt, propterea quia tranſit per ſubtiliores vias. ¶ Quinto & vltimo frigiditas aduerſatur potentiæ virtutis. ¶ Propter has itaq; cauſſas vide quanta temperies complexionalis & compoſitionalis neceſſaria ſit in membris quæ ſeruiunt cerebro virtute delatoria. B

Si autem iterum contingat cum intemperamento membrorum taliter ſeruientiũ cerebro, etiam eſſe intemperatum cerebrum lapſu frigido & humido materiali, tunc neceſſe eſt, concedere magnum nocumentum in membris generationis & coitus, quãtum ad ſenſationem neceſſariam, & ad Venereum actum, qui inuenitur in membris generationis propter dependentiam eorum a cerebro, vt dictum eſt. ¶ Et ex hoc manifeſte apparet, quare in viro iſto inueniatur debilitas ſenſus in membris coitus: hoc contingit propter immoderatum lapſum frigidum & humidum materialem in cerebro eius magnificatum. ¶ Et pari ratione dicendum eſt hoc nocumentum in membris generationis & coitus in hoc viro dependere ſecundum magnã intemperantiam nuchæ, neruorum, renum, & aliorum a nucha oriẽtium, per quos animalis ſpiritus ſenſibilis & motiuus ad membra generationis delegari debet. C

Similiter etiam contemplari oportet per alia membra, quæ ſequuntur principalia, intelligere poſſe ſtomachum, epar, ſplenem, arteriam aortam, venam cauam aſcendentem & deſcendentem. ¶ Si ei nocumentum contingat in ſtomacho, diminutionis, corruptionis aut ablationis operationum, quæ proprie ſunt ſibi attributæ, ſcilicet, appetitiuæ & digeſtiuæ primi alimenti, quomodo poterit generari ſanguis laudabilis, ex cuius puriori parte generatur ſemen? Ex nocumentis n. ſtomachi & proprie priuationis eius acquiruntur ægritudines numero plures & malæ, immo omnes fere propterea, quia nocumentum digeſtionis mater eſt & fundamentum fere omnium ægritudinum corporis, teſte Auic. *fen. 13. lib. 3. c. de nocumento digeſtionis.* D

Et ex hoc fundamento facile eſt intelligere, quomodo nocumentũ epatis ſit cauſſa nocumenti coitus. ¶ Et iterũ, ſi potentia ſplenis non conuenienter mundificet & depuret melancholiam a ſanguine, tunc patet, quod ſanguis non erit conueniens generationi ſpermatis, quia ſanguis eſt frigidior & craſſior, quam oportet: ſiue fuerit ſpumoſus, aut quia non erit virtuti tranſmutatiuæ proportionatus, vt ex eo ſequeſtretur pars purior ſubtilitate, aeritate, caliditate, vnctuoſitate eius. Adhuc etiam quarto habens nocumenta complexionalia vel compoſitionalia, vel in natura communi renum, non poteſt conuenienter generare ſperma, neque tantum caliditatis influere membris generationis & coitus, quantum oporteret. Deſiderium enim naturale, ſcil. coeundi, quandoq; prouenit in membris generationis cauſſa renum, teſte Auic. *fen. 20. lib. 3. c. 1. inſi.* ¶ Ex hoc fundamento volo eſſe manifeſtum, quod propter nocumenta complexionalia vel naturæ communis exiſtentia in vena portæ deſcendente, & ſimiliter in vena caua, non paruum, ſed excellens & magnum nocumentum accidit in membris generationis & cordis. E

Membra partib. coitus ſeruitute latoria in ſeruientia.

Quinta cauſa principalis nocumenti coitus aſſignabatur ex parte nocumenti inuenti in membris, quæ ſunt intermedia inter principalia membra generationis. Sunt autem membra hæc, quæ ſeruiunt membris coitus ſeruitute latoria proprie iſta, quæ ſpermatica vaſa nuncupantur: & duplicia ſunt, ſ. dextrum & ſiniſtrum. ¶ Dextrum vero vas oritur ab emulgente vena, & deſcẽdit inferius vſque ad ſcrotum velatum extremis inferioribus partibus ſifac: quorum velamẽtum a ſapientib Didymus nominatum eſt. Et hoc quidẽ ſpermaticũ vas a ſapiẽtib. poſitũ eſt deferre materiã generationis ſpermatis, ſcil. ſanguinis iã depurati in vena caua & aliis ramificatis ab ea, a quarũ cõcauitate & F

con-

A continuatione earum adinuicem ſanguis ille delegatur ad emulgentem venam. ¶ Cum ergo ab illa oriatur vas prædictum, ſequitur, quod conuenienter deferre poterit materiam talem, quæ prius recipitur in inuolutis vaſis in ſcroto inuentis, in quibus Ariſt. poſuit talem materiam in ſperma conuerti, licet Hypp. & Galen. & collegæ ipſorum poſuerint ſperma illud vltimam ſuam perfectionem acquirere in teſticulis, vt ſupra. ¶ Secundum vero ſpermaticum vas eſt ſiniſtrum, quod oritur a ramo arteriæ aortæ deſcendentis, & hoc quidem tale a ſapientibus ponitur ad membra generationis deferre obiectũ quod tenet locum formalitatis magis, & eſt ſpiritus vitalis, ex cuius temperamento in membris coitus & generationis defertur virtus formalitatis ſpermatis in membra generationis ſpermatis. ¶ Vtrum autem per hoc vas ſpermaticum ad membra generatio-
B nis deferatur præcipue ſpiritus vitalis, aut ſimul cum ipſo ſanguine arteriali, eſt quod quam pauci ſapientum aggeſſi ſunt, & raro de ea inuenitur bene determinatum. ¶ Credo tamen ego, quod ſicut per dextrum vas ſpermaticum defertur ſanguis & ſpiritus naturalis ad membra generationis, ita per vas ſiniſtrum ſpermaticum defertur ſpiritus vitalis & ſanguis arterialis. ¶ Dico ſecundo non eſſe neceſſarium, ſanguinem arterialem ad membra delatum ita materialiter tranſmutari in ſperma, ſicut ſanguis venalis tranſmutatur in ipſum, quoniam trãsfertur in vas dextrum, licet etiã probabiliter ſtatui poſſet hoc, ſcilicet, quod ſanguis arterialis poſſet eſſe materia ſpermatis. In ſumma ergo ex hoc fundamento pulchre intelligi poteſt, quomodo ex intemperie vaſorum ſpermaticorũ accidat nocumentum in coitu & generatione.

C Sexta cauſſa principalis nocumenti coitus aſſignabatur ex parte nocumenti inuenti in membris vicinis membris coitus. Membra autem talia plura ſpecie diſtincta intelligi poſſunt. Quorum primum ſunt ſpondyli caudæ. ¶ Secundum eſt, ſphincter vel circulus ani. ¶ Tertiũ eſt muſculoſa vel carnoſa pars ſphincteri circumappoſita. ¶ Quartum eſt venæ hæmorrhoidales in extremitate inteſtini recti imbibitæ. ¶ Quintum etiã eſt attractio, conquaſſatio vel dislocatio in ſpondylis prædictis: magnum enim inde nocumentum nuchæ communicari poteſt & coitui, eo quia a ſpondylis alkatim & caudę ramificantur arteriæ ſpiritum animalem & ſenſibilem portantes ad prædictas partes & membra generationis, vt poteſt legi *fen. 1. lib. 1. doctrina quinta, ſumma quarta, cap. vlt.* ¶ Adhuc etiam ſi contingat apoſtema in circulo ani, & partibus adiacentibus propter com-
D preſſionem factam in vaſis ſpermatis, poteſt fieri impedimentum in coitu. ¶ Dolor etiam magnus in circulo ani & hæmorrhoidalibus partibus magnum nocumentum efficere poteſt in coitu proſternendo virtutem, & facit fluere materias ad prædicta loca. ¶ Similiter & immoderata euacuatio hæmorrhoidalis idem efficere poteſt, propterea quia muſculorum, qui ſunt mouentes circulum ani, continuitas eſt magna cum muſculis virgæ, vt poteſt videri *prima primi, doctrina 5. ſumma tertia, cap. 25. & 26.*

Membra vicina membris genitalibus.

Vltima vero cauſa nocumenti coitus poſita fuit quantitas ventoſitatum in toto corpore & in membris coitus. Cum enim in actu coitus neceſſaria ſit erectio per efficiẽtem cauſſam caliditatis, quæ ſufficienter poſſit dilatare & ampliare partes virgæ ſubſtantiales & in breui tempore mouere cauſſam materialem aut ſibi proportionatam, quæ
E ſcilicet eſt ſanguis arterialis & venalis ſpirituum animalium, naturaliũ & vitalium, multitudo & ventoſitas notabilis quantitatis.

Quantitas ventoſitatũ in toto corpore & in membris genitalibus.

Cum ergo quodlibet iſtorum a naturali caliditate membris prædictis influxa a corde valde facile moueri, rarefieri & dilatari poſſit: Patet quod neceſſariæ ſint concauitates, in quibus talia corpora recipi, contineri, rarefieri & dilatari poſſint: tales ſunt poroſæ partes virgæ ipſius, ampla concauitas, venarum & arteriarum multitudo, in quibus cũ talis recipitur ventoſitas & ſpiritus eorum, rarefactione fit virgæ tenſio. Multitudo ergo ventoſitatum in magna parte ambitus corporis, inuenta in partibus etiam, quę ſunt propinquę mẽbris coitus, eſt cauſſa coitus & cõſequẽter generationis. Et ecõuerſo defectus ventoſitatum in partibus remotis & propinquis membris generationis eſt cauſſa defe-
F ctus in coitu & generatione. Et omnes iſti ſermones pulcherrime colligi poſſunt *ex fen. 20. lib. tertii c. 1.* dum inquit Auic. *Virga enim eſt membrũ inſtrumentale generatũ ex membris ligamentoſis, venoſis & carnoſis. Et principium originis eius eſt corpus ortum ex carne pectinis ligamẽtali, & eſt plurimæ concauitatis latæ, quamuis ſit generatum in pluribus diſpoſitionibus coopertum. & ideo cum ipſum impletur, ventoſitate ſit erectio.* Et infra in *eadem fen. cap. de diminutione coitus*

inquit: *Et ſcias quod electionis cauſſa eſt ventoſitas procedẽs a ſpermate, aut non a ſpermate:* ſed ſupple a toto corpore & partibus propinquis iam declaratis. ¶ In hoc autem tractatu nõ curaui oſtendere, quomodo in coitu & generatione nocumenta contingant propter ęgritudines veſicæ & colli eius. Hæc enim in alio loco per me bene iam declarata fuerunt. A

Et patet etiam, quod ſi nocumentum accidere poteſt in membris generationis per colligantiam ad remota membra, manifeſtum erit, quod propter nocumẽta eſſentialia veſicæ vehementer lædi poſſunt membra coitus; quoniam veſica eſt eis colligata, non ſolum colligantia ſitus vel propinquitatis, ſed colligantia proueniente a ligamentalibus neruoſis & muſculoſis partibus, vt patet intelligenti per ea, quæ ſcripta ſunt. ¶ Ex quorum omnium fundamento iam apparet, quantam oporteat habere ſpeculationem in declarando & explicando nocumenta coitus & generationis, quæ omnia in prædicta B
particula declarata ſunt. Et propterea nihil ſpeculabile haberi poteſt, quod non ſit in prædictis contentum aut ad ea reducibile: & hic eſt finis particulæ huius tractatus.

CAP. *De rectificatione coitus.*

Præmittẽda 1. OPORTET, inquam, diſcurrere per regimen ad rectificationem coitus diminuti. ¶ Pro cuius declaratione præmittendum primo, quod cum lapſus ſit frigidus & humidus materialis, vt in prima particula huius declaratũ eſt, neceſſe eſt, vt intendatur ad ipſius regimen per euacuantia materiam, digerentia ipſam & rectificantia membra generationis, reducentia ipſa ad temperamẽtum
2. ſatis conueniens. ¶ Præmittendum ſecundo, quod tam canones & inſtrumenta euacuandi materiam, quam digerendi ipſam pateant ſupra in cap. vbi deſcriptæ fuerunt eua- C
3. cuationes tẽpore veris & autumni conuenientes. ¶ Tertio, quod regulæ & inſtrumenta rectificationis malę complexionis membrorum generationis poſſint accipi ex his, quæ
4. nunc dicentur immediate. ¶ Quarto, quod aliqua ſint, quæ euitari debeant a quocunq;
Quæ diminutionem coitus patiẽtibus ſint vitanda. habente diminutionẽ coitus, ſiue procedat a caliditate, ſiue a frigiditate, ſiue ab aliqua de numero ſeptem cauſarum diminutionis coitus, quæ in hoc cap. ſerioſe declarata fuerint. ¶ Et primum quidem horum eſt, quod habentes diminutionem coitus, dimittant multam repletionem ſtomachi & nauſeatiuam ſatietatem, quæ prouenit ab ea ad hoc,
I. quod ſtomachus reddatur alleuiatus & ad conuenientius digerendum. ¶ Secundũ prin-
II. cipale eſt potus aquæ frigidæ: Eſt enim res nocibilior eis, teſte Auic. *fen. 20. lib. 3. cap. de cu-*
III. *ra diminutionis coitus.* ¶ Tertium principale eſt, quod euitentur omnia nutrimenta vehe- D
mentis caliditatis & ſiccitatis: talia enim producunt vehementer reſoluendo corpus ad vehementem ſiccitatẽ ſanguinis bene cocti, qui deberet eſſe materia ſpermatis, & reſoluunt & exſiccant ſpiritus & ventoſitates, quæ debebant concurrere ad erectionem. Talia autem ſunt rutha, maiorana, rutha ſylueſtris, marmacor, & eſt gallitricum, vel ſal-
IV. uia domeſtica, ciminum, ſemen agni caſti & ſimilia. ¶ Quartum, quod euitentur infrigidantia vehementis exſiccationis, quia congelant ſpiritus & materiam ſpermatis, & claudunt vias tranſitus eorum: & proprie, quando ſunt exſiccatiua: tunc enim contrariantur duobus principiis vitæ & augmento coitus, quæ vigoratur per calidum & humidum. Talia autem ſunt ſicut lentes, xylocalaræ & carubiæ ſumac, milium, ſolatrum & ſi-
V. milia. ¶ Quinto euitentur acetoſa, quoniam ſunt frigida & plurimum exſiccatiua pro- E
VI. pter cauſſas dictas. ¶ Sexto iterum dimittantur ſtyptica omnia, aut quia talia ſunt vehe-
VII. menter calida, vt patet in atramento, aut vehementer frigida, vt patet in galla, quercu, cypreſſo & balauſtiis, aut quia ſunt vehementer exſiccatiua, vt patet in ſandaracha, aut quia habent ſtypticitatem valde potentem reſolutioni coniunctam, vt patet in calidis & ſiccis in fine tertii gradus, ſubſtantia terreis & ſolidis.

Septimo euitentur etiam omnia ſtupefacientia inſtrumenta, ſiue ſint frigida & ſicca, ſicut opium, camphora, hyoſcyamus & mandragora, ſiue ſint frigida & humida, ſicut nenupharis, pſyllium, & lactuca. & propter hanc cauſſam papauer licet ſit de ſtupefacientibus; quia tamen leuiter hoc facit, non prohibetur eius applicatio. Secundo iterum, quia in eo eſt pinguedo quædam ventoſabilis, quæ iuuat ad erectionem. F
Vnde *vigeſima fen. lib. tertii, præallegato cap.* licet in ſemine papaueris ſit parum ſtupefactionis, tamen eius pinguedo & quod ipſum commouet ventoſitatem, ſuccurrit ei, ſcilicet, coitui diminuto & addit ſuper ipſum.

VIII. Octauo euitetur multus diureticorum vſus, ſiue quia diuertunt materias a membris

A membris coitus, ſiue quod acuunt & exſiccant eas & ſpiritus, vel quia debilitant orga-
na delationis ſpermatis. ¶ Nono euitari debet coitus cum muliere ægra, ſiue ęgritudo ſit IX.
complexionalis calida, ne reſoluendo & exſiccando debilitet, ſiue ægritudo fuerit fri-
gida, & debilitet congelando, ſiue fuerit compoſitionalis, vt fortis oppilatio & apoſte-
ma in matrice vel collo eius, quæ debilitant virgã reſiſtentia ſui, aut quia fuerit ægritudo
compoſitionalis, vt excoriatio matricis partium eius, aut rhagadiæ, i. fiſſurę vlceroſæ in
ea, aut alia vlcera, quæ virile membrum inficere poſſunt. ¶ Et propter hanc cauſſam ta-
les homines euitare debent copulam cum vetulis, frequens enim contactus earum de-
bilitat virile membrum. Similiter propter idem fundamentum effugiant iſti tactũ pu-
ellarum, quæ nondum peruenerunt ad ætatis complementum, anguſtia enim viarum in
B talibus debilitat mẽbrũ eius, qui conat & ſtudet ſæpe deuirginare eas. Vnde ẽt coire cũ
muliere, quæ nondũ venit ad ætatẽ perfectã, & adhuc eſt virgo, deducit ad debilitatem
mẽbri virilis, vt iã dictũ eſt. ¶ Adhuc etiam habentes diminutionẽ coitus euitare debent X.
aſpectũ eorũ, qui im̃unde & inhoneſte, aut contra legem coeũt, aut coire ſoliti ſunt, imo
etiam effugere debent eos, qui ſermocinantur, & qui ſcribunt de inhoneſto & vitupe-
rato coeundi modo, omnium enim talium impreſſiones factę in anima mouent abomi-
nationem coitus in tantum, quod quãdoq; ex impreſſionibus talibus in anima receptis
multi deſtiterunt coire, & fuerũt membra coitus tamdiu ab eius exercitio priuata, quod
nunquam aut non niſi cum magna difficultate deinceps coire potuerunt. Hæc omnia
in ſumma euitari debent ab eo, qui habet diminutionem coitus a quacunque cauſſa
C contigerit.

Præmittendum quinto, quod inſtrumẽta, quibus vigorantur homines in coitu, di- *Quintum præmittendum.*
minutionem habentes, ſunt diuerſa: aut enim ſunt cibi cibales, aut cibi medicinales, aut
medicinæ, aut quatuor ſunt inſtrumenta a ſpecifica proprietate hoc efficientia. ¶ Et de *Cibi cibales quot modis diminutionem coitus patientibus conueniant.*
numero iſtorum inſtrumentorum meliora & magis eligenda ſunt ea, quæ ſunt ex parte
ciborum cibalium, ſi per ea cura compleri poterit: talia enim conueniunt multipliciter.
¶ Primo, quia vigorant virtutem, quæ non conſiſtit & conſeruatur, niſi in nutrimento
bono. ¶ Secundo, quia tales cibi reponunt partem materialem, ſc. ſanguinem laudabilẽ, 1.
quæ eſt materia ſpermatis. ¶ Tertio, quia ex eis generatur amplior & melior ſpirituum 2.
quantitas. ¶ Quarto, quia non tollitur ab eis multitudo ventoſitatis, quæ eſt erectionis 3.
D mẽbri cauſſa ſufficiens, vt ſupra declaratum eſt. ¶ Talia ergo inſtrumenta ſunt, quę pe- 4.
nitus in humanum corpus operantur a materia nullum gradum qualitatis primæ vel
ſecundæ manifeſtum reponentia. ¶ Panis laudabilis & vinum ſubtile dulce conuenien-
tis potentiæ. ¶ Et carnes laudabiles, vt pullorum, phaſianorum, perdicum, & caro vituli
lactentis, capreti annualis, agni, teneri caſtrati, & vitelli ouorum: Et reliqua, quę ſuperius
declarata ſunt in regimine per cibos & potus. ¶ Secundi vero generis inſtrumenta ſunt,
ſicut illa, quæ multam partẽ ſanguinis & nutrimenti reponunt, cum pauca tamen altera-
tione per qualitates primas ab eis facta, ſicut eſſet panis hordeaceus, & vinum ponticũ
acre, acutum vel notabiliter fumoſum, & carnes leporum & cuniculorum, columbo-
rum, & ſimilium, quorum eſt alteratio cum frigiditate, vt leporis, cum humiditate mul-
ta, vt agnus & cuniculus, cum caliditate magna, vt pulli columborum, & ſic de aliis.
E ¶ Eorum vero inſtrumentorum, quæ ſunt in tertio genere, & magis alterant, quam nu-
triunt, magna diuerſitas a ſapientibus in ſcriptis reperitur, quorum aliquæ ſunt medul-
læ, aliquæ cortices, aliquæ ſucci, quædam gummi, aliquæ radices, nonnullæ aquæ, a-
liquę fructus, aliquę olera, & tandem aliquæ animalium partes.

Quæ vero in primo loco poſita ſunt, augmentant coitum multis de cauſſis, aut
quia ſunt ventoſitatum materialiter generatiua, vt ſemen napi, lupinus, eruca, baucia,
ſemen melonis, & ſimilia. ¶ Secundo efficiunt hoc, quia aperitiua membrorum, ſper-
matis dilatatiua, vt aſparagus, ſemen raphani, vrticæ, apii, petroſelini. ¶ Aut tertio iu-
uant, quia diſſoluunt materiam & ſperma in viis incraſſatum & congelatum, vt grana
F alkerua, carui & piper longum. ¶ Vel quarto iuuant ad illud actuali vel potentiali leni-
ficatione earum, propter quã materias & vias fluxibilitati paratas efficiunt, vt ſemen li-
ni, fœnugræcum, grana azelini & conſimilia. ¶ Hæc igitur in ſumma contemplanda
ſunt, vt vnumquodq; ipſorum ad ſuam cauſſam contrariam remouendam cõuenienter
approximetur: & ſic de omnibus aliis ſequentibus intelligendum eſt.

Grana. A De granis vero eſt granum been a ſapientibus approbatum, calidum enim eſt & humidum in ſecundo, vt patet in *aggregatore Serap. in proprio capit.* ſcribendo been per ſimplex e, & non per duplex: grana etiam azelini, vel grana cannabis, & cicer, & fabæ, ac phaſeoli ſunt huius generis. *Cortices.* ¶ Cortices vero, quibus vtimur, ſunt ſicut macis, in omni fere diſpoſitione propter temperiem ſuam, tenet enim locum corticis, ſicut cortex in recenti auellana, & cinamomum in diſpoſitione frigida & humida, qualis eſt pręſentis noſtri patientis, & ſic de aliis. *Fructus.* ¶ Quæ vero tenent locum fructuum & granorum, ſunt ſicut fiſtici, & grana pini, & grana viridia, & ſunt ſemina albotin, ſiue cotinus coriaria, & amygdalæ dulc. & tribuli marini, & conſimilia, vt lingua auis, ſemen fraxini, & reliquæ medullæ iſtis proportionales. *Gummi.* ¶ Gummi vero vel ſucci ſunt, aſſa fœtida in diſpoſitione frigida & humida, dragagantum, & gummi Arabicum in diſpoſitione ca- B lida & ſicca, & ſic de aliis. *Radices.* ¶ Radices ad hanc diſpoſitionem vtiles ſunt illæ principaliter, quæ cum ſua caliditate materialiter ſunt etiam ventoſæ, ſicut eſt teſticulus vulpis i. ſatyrion cum ſpeciebus ſuis, & proprie radix eius, quæ mollis eſt. Illa enim, quæ ſicca eſt, ſemper eſt diminutiua in coitu, & coitui aduerſatur. Recens vero eſt vehementis potẽtiæ ad faciendum erectionem, & de melioribus iſtorum eſt ſecacul: & eſt eryngium dutiæ ad faciendum erectionem, & de melioribus iſtorum eſt ſecacul: & eſt eryngium duarum ſpecierum potens valde ad erectionem virgæ & napi, bauciæ domeſticæ, cæpe aſſatum, & radix cardi ma. & pyrethrum recens, & omnes ſpecies hermodactylorum recentium ſunt ad omnia prædicta conuenientes.

Aqua. De aquis vero & proprie medicinalibus laudantur aquæ ferreæ, quod intelligendum eſt, vbi contingat nocumentum in coitu venire propter lapſum humidum, tales e- C nim aquæ bibitæ vel exterius applicatæ potenter exiccando ad hanc intentionẽ iuuant. Aquæ autem ſublimationis bauciæ domeſticæ, radicis eryngii, & omnium ſpecierum ſatyrionis in cibo & potu poſitæ mirabiliter iuuant. *Fructus.* ¶ Fructus iuuantes ad hanc diſpoſitionem ſecundum partem expoſiti ſunt ſuperius. Sed amygdalæ, phiſtici, pineæ, auellanæ, & conſimilia, ſed inter reliquos ficus recentes vtiles exſiſtunt: dactyli bene maturi, niſi aduerſetur oppilatio, & vuæ recentes, & proptie albæ, & dulces conueniunt. *Olera.* ¶ Olera vero conuenientia ſunt, ſicut eruca, fœniculus, herba bauciæ, daucus, ſilamus, fœnug. recens & herba tribuli marini, vel fontalis.

Partes animalium. Deinde iterum inueniuntur inſtrumenta coitum vigorantia, quæ ſumuntur ex animalibus. ¶ Et de his quædam, quæ exterius miniſtrantur & corpori appenduntur, ve- D lut ſcribitur a Rhaſi, qui dicit, fel vrſi alligatum femori hominis ipſum facere coire. ¶ Dicitur etiam, quod cauda lacerti ab homine portata faciat coire potenter. ¶ Et nodus ſpinæ ſtinci, ſpinę hominis alligatus, reddit ipſum vigoroſum ad coeundum. ¶ Kiranides autem ſubdit, quod lapis inuentus in dextro laterunculo ſtinci appenſus collo excitet coitum. ¶ Similiter extremitas teſticuli vulpis appenſa, facit tenſionem vehementem. ¶ Et ſcribitur mirabile, quod a fide digno habui, quod ſi inungantur aures hirci cũ oleo, ſpermatizabit potenter, ſi ergo colligatur ſperma illud, & cum eo inungatur virga hominis, tenſionem facit inexpugnabilem a muliere quaq;. ¶ Auic. vero *fen. 2. lib. tertii*, duo mirabilia ſcripſit ad hanc intentionem, eorum ſc. quæ currunt curſu proprietatis in augmentando coitum. E

Et primum eſt, vt accipiatur virga tauri, & exſiccetur in tegula calefacta, deinde puluerizetur, & huius pulueris quantitas ponatur ſuper oua ſorbilia, & eſt res verificati iauamenti, & maxime, quando quis vtitur eo frequẽter. ¶ Secundum vero mirabile eſt, quod accipiatur coagulum cameli maſculi iuuenculi, & diſſoluatur de eo quantitas ciceris cum duabus tertiis aquæ, vel ℥ viij. & bibat duodecies ante voluntatem coeũdi, quę quidem duo videntur cum ſua proprietate conuenientius iuuare coitum, quam iſta, quę exterius adminiſtrantur. Verum ex numero partium animalium, iſtæ conuenientius iuuare videntur, quæ operantes a materia in humano corpore ſanguinẽ multum vnctuoſum, ventoſum generantia ſunt, velut piſces parui, aſpratiles nominati, qui habent ſquamas ſolidas, vt carpiones, lucii, torrentinæ, varioli, percæ, & conſimiles, & oua recentia F gallinæ, perdicis & columbi, & cerebra pullorum pinguium, anatis, arietis, gallinarum & ſimilium, genera lactis ſuperius nominata & laudata, & oua ſorbilia frequentata, & proprie cum ſale ſtinci, aut cum puluere carnium eius exſiccatarum. In his quidem omnibus eſt potentia magna excitandi & vigorandi coitum.

¶ Ex

Compoſita. Electuariū.

A Ex compoſitis tria ſunt mihi experta, & ſublimiora inter cætera alia, quæ nunc ſcribo: primum eſt iſtud. ℞. *dactylorum pinguium, numero 25. fænugræci ℥ ij. coquantur in ℔ vj. aquæ vſque ad ipſorum diſſolutionem: deinde extrahantur oſſa a dactylis, & terantur ſimul vltimo, cum fænugræco, & ℔ ß. mellis diſpumati, & bene cocti, fiat electuarium, in cuius fine apponere ſoleo ℥ j. pulueris radicis ſatyrionis.* De hoc ergo electuario exhibere ſoleo ℥ ß. per duas horas ante cœnam, & tantundem ex eo per duas horas poſt cœnam cum cyatho dimidio vini alb. dul. & eſt medicamentum efficax, & completæ ſecuritatis. ¶ Secundum eſt confectio de medullis, deſcripta ab Auic. *20. tertii, in fine cap. 18. tract. 1.* vbi inquit: *Et de medicinis bonis eſt confectio de medullis &c.* talis autem confectio ea eſt. ℞. *amygd. dul. auell. excorticatarum, granorum phiſticorum, & neregil, quod apud Veronenſes vocatur futraſinum, nucleorū*

Confectio de medullis.

B *pineæ, granorum alkekil, granorū azelini, granorum viridium an. ℥ ß. neremiſch. piperis lon. zinzib. an. ℥ ij. terantur omnia perfecta contritione, & cum ℔ ß. penidiarum diſſolutarum & coctarum cum vino albo dul. fiat electuarium,* cuius ante prandium & ante cœnam comedatur ad quantitatem oui vnius, & eſt in eo iuuamentum efficax & ſine periculo. Tertium medicamē & cognitiuæ deſcriptionis expertum, & bene ſecurum eſt electuarium diaſatyrion, quod ſecundum meliorem deſcriptionem inuentum eſt poſitum a Nicolao in antidotario ſuo, quam in aliis locis, cuius vſus eſſe debet ſicut primi præcedentis. De numero iſtorū tria hæc ſunt, quæ meliora & ſecuriora reperiri potui inter cetera.

Electuariū diaſatyrion.

Cap. vltimum. De memoria quorundam medicaminum ad diuerſa membra læſa, & accidentia conferentium. Et primo de confortandis omnibus virtutibus cerebri.

C LICET ex his, quæ ſupra dicta ſunt *in particula tertia, cap. primo de regimine huius viri* per euacuationes in vere & autūno faciendas, & ex eis, quę vniuerſaliter viſa ſunt in quinq; capitulis pręcedentibus poſſit haberi ingenium prouidendi accidentibus decē, quæ in primo cap. huius operis poſita moleſtare ſolent virum iſtum, tamen in hoc cap. fiet memoria quorundam inſtrumentorum ſimplicium & compoſitorum, quę laudata ſunt a ſapientibus ad diuerſa accidentia, quæ in hoc patiente apparent. ¶ Et primum quidem inſtrumentū eſt vt accipiatur ℈ j. *ambræ electæ, & ligni al. gr. v. de quibus per ſe diligenter tritis, cum vino aromatico formentur pilulæ pro omni ʒ viij. de quibus omni ſero per duas horas ante cibum deglutiantur duæ.* Eſt enim in eis iuuamentum magnum per me expertum ad confortandum cerebrum, & vigorandum ſenſus omnes, & ad acuendum virtutes eo-

Pilula.

D rum. ¶ Compoſitum vero electuarium ad hoc eſt electuarium de ambra deſcriptione Meſuæ *in antidotario, diſtinctione prima*, de quo accipiat in aurora ℥ j. ß. cum ℥ j. aquæ maioranæ calefactæ, & abſtineat poſt a cibo ad minus horis quatuor.

Electuariū de ambra.

De moleſtia in profunditate ſomni.

Remedium principale correctiuum accidentis, quod eſt moleſtia in profundo ſomno, eſt hoc. ℞. *caſtorei electi ʒ j. ſtaphyſagriæ, coſti, an. ℈ ß. aceti ʒ j. ß. cucumeris aſinini ʒ ij. terantur ſimul minutiſſima contritione. Et de iſto actu calido inungat totum caput veſperi, quando vadit cubitum.* ¶ Secundum remedium appropriatum ad hoc eſt, vt mane ante prandium & ante cœnam per horam j. ß. & poſt cœnam fiat fricatio ſub lingua eius, cū modico mithridatio antiquo: hoc enim diſtrahendo materias a capite, a ſomno profundo

Inunctio capitis.

E excitat & ſecurat, & proprie ſi eius vſus frequens exſiſtat.

De fluxu lachrymarum.

Tertio accidenti ſc. fluxui lachrymarū experta habeo hęc duo remedia. ¶ Primum eſt hoc. ℞. *myrrhæ drach. ß. lapidis hæmatitis ʒ j. ſucci tenerrimarum partium rubi, & extremitatum plantæ roſar. an. ℥ j. miſceantur ſimul in ampulla, & clauſo orificio eius bulliant in caldario aquæ bullientis, vſq; ad conſumtionem medietatis: deinde coletur & ponatur gutta vna actu frigida, ſaltem 4. vicibus in die in oculos.* ¶ Secundum remedium eſt, vt frons & tempora eius ſæpe liniantur aut ſaltem veſperi, & leniter fricentur cum ſucco roſato.

Collyrium.

De nocumento olfactus.

Quartum accidens, cui prouidendum eſt, eſt nocumentum olfactus, cui conſcri-

F bo duo appropriata remedia. ¶ Primum. ℞. *ſucci maioranæ ℥ j. ß. ambræ electæ ʒ j. arthanitæ ℈ ß. terantur ſimul in mortario ſubtiliſſime, & ponantur in ampulla ſtricti orificii, exponatur ſoli, & de iſto ſucco actu tepido, mane ante prandium ſæpe attrahatur per nares,* aperit enim potenter vias olfactus & vigorat ipſum. ¶ Secundum remedium eſt, vt frequenter olfaciat puluerem maioranæ cum quarta parte pulueris de origano.

Succus per nares attrahendus.

Puluis odoratus.

De debilitate in motu progreſſiuo. A

Quintum accidens, ſc. debilitas in motu progreſſiuo fundamentum accipit curationis ex his, quæ ſcripta ſunt ſupra *cap. 3. huius tractatus, & cap. 2. & 5.* ſed hic apponitur hoc remedium leue & multæ vtilitatis, & eſt vt æger ſæpe lauet crura ſua cum lixiuio decoctionis baccarum lauri, & granorum pœoniæ excorticatorum.

De fluxu hæmorrhoidali.

Sextum accidens erat multitudo fluxus hæmorrhoidalis, cui principaliter eſt prouidendum, eo, quia inſtantia eius perducit ad augmentum omnium prædictorum nocumentorum: propterea, quia reſoluit & educit ſanguinem laudabilem & ſpiritus, quæ ſunt inſtrumenta virtutum omnium. Huic ergo accidenti prouideatur tribus infra ſcriptis remediis. ¶ Primum eſt hoc. ℞. *oſſium myrob. Indorum combuſtorum ʒ iij. ſcoriæ ferri præ-* B
Linimentum ani. *paratæ ʒ ij. lapidis hæmatitis ʒ j. ß. gypſi ʒ ij. terantur ſimul in mortario minutiſſime cum ſucco plantaginis: & de hoc ſæpe liniatur circulus ani exterius & interius.* ¶ Secundum inſtrumentum, ſi
Emplaſtrũ. prædictum non valet, eſt emplaſtrũ, quo emplaſtretur totus ſphincter. ℞. *ſucci extremitatum roſ. ℥ ij. albumina duorum ouorum, pulueris gypſi ʒ iij. terantur ſimul in mortario, & fiat emplaſtrum, vt dictum eſt.* ¶ Si vero nec hoc ſecundum profecerit, tunc ad tertium accede, & iube vt per octo dies continuos accipiat omni mane in aurora quinq; pilulas de bdellio, deſcriptas *9. Almanſ.* & poſt eas tardetur cibus horis ad minus quinq;. Et ſi venter eius fieret ſtypticus valde, prouideatur ei cum aqua decoctionis mercurialis, cui commiſceatur ℥ j. olei recentis amygdalarum dulcium.

De pulſu cordis. C

Septimum accidens emendari poteſt cum hoc experto remedio, quod eſt tale. ℞. *lapidis ſmaragdi electi, karabe an. ℈. ß. ſem. baſiliconis, hyacinthi ℈ j. fiant pilulæ, de quibus deglutiat quinq;, tempore, quo pulſus cordis vehementer moleſtat eum.*

De frigiditate membri genitalis.

Hoc equidem ſcio, quod octauum accidens, vtpote frigiditas membri genitalis curatum fuerit in viro decrepito cum frequenti lenitione illius membri cum ſucco foliorũ origani. ¶ Reliquis vero accidentibus vigentibus in hoc viro omnino, & complete ſatis prouideri poteſt per ea, quæ ſcripta ſunt particulariter in ſex capitibus tertiæ partis, quæ omnia in ſalutem huius ſpectatiſſimi militis & celeberrimi Doctoris dirigat altiſſimus ad laudes eius perpetuas. Amen. D

CONSILIVM XVI. *De ſeptem malis diſpoſitionibus, videlicet, De mala complexione frigida & humida cerebri, cum ſex accidentibus, quæ ſunt: Dolor capitis, conturbatio vel corruptio in ſomno: Corruptio in ſenſibus interioribus: Nocumentum diminutionis & corruptionis in ſenſu auditus, vel eius operationibus: Defluxus phlegmatis a capite ad inferiora: & debilitas in omnibus fere articulis. Diuiditur autem conſilium in capitulum vnum prœmiale, & duos tractatus curatiuos.*

Cap. proœmiale inueſtigans accidentia, & eorum cauſſas.

MAXIMA clementia & ampliſſima pietas venerandæ memoriç, excelſa benignitas & generoſa vetuſtiſſimorum Illuſtriſſimorum patrum progenies E Sereniſſimi ac Illuſtriſſimi Principis Domini Ludouici Comitis Palatini Rhenenſis, grauiaq; & numero plura accidentia, quæ in ipſius Illuſtriſſima Celſitudine videntur me compellere, quantum ex ingenio colligere potui, vt regimen debite commenſuratum in non naturalibus & medicinalibus ſibi conſcribam, quo diuina interueniente gratia tantis, & tot alleuiari poſſit accidentibus. Videntur enim numero ſex accidentia principaliter ipſum moleſtare.

Primum eſt dolor capitis: Secundum conturbatio vel corruptio in ſomno: Tertium, corruptio in ſenſibus interioribus: Quartum, nocumentum diminutionis & corruptionis in ſenſu auditus, vel eius operationibus: Quintum, defluxus phlegmatum a capite, quandoq; faucibus, quandoq; rizæ, quandoq; pectori reumatizans: Et Sextum F debilitas fere in articulis omnibus, maxime tamen in inferioribus, a capite vſq; ad pedes. ¶ Siqua autem accidentia alia his inueniuntur complicata, vtpote raucitas, appetitus diminutio, digeſtiuæ debilitas, & ventoſitatum in omnibus viſceribus magna quantitas: Omnia hæc ab eadẽ videntur pendere radice, & eiſdem ingeniis curari poſſe.

Horum

A Horum autem accidentium omnium & ſi particulares cauſſæ aliqualiter diuerſæ
aſſignari poſſent, ab vna tamen generali omnium ipſorum effectiua cauſſa prouenire
videntur, vt a mala complexione cerebri frigida & humida, quæ ſiue a principiis gene-
rationis, ſiue a tempore talis exiſtat, facile admodum & plurimis ex ſignis declarari po-
teſt. ¶ Primo quidem tactu in partibus capitis & annexis frigiditas cum mollitie nota-
biliter percipiuntur. ¶ Secundo vero ex his, quæ a capite decidunt, ſuperfluitatibus. Eſt
enim materierum phlegmaticarum, quæ aquoſæ & mucoſæ ſunt, & quandoq; craſſio-
res, continuus a ſuo capite fere defluxus. ¶ Adhuc etiam ex colore faciei & capillorũ &
ipſorum tenuitate, paucitate & reliquis hoc videri poteſt. ¶ Ex operationibus animaliũ
virtutum & naturalium. ¶ Ex paucitate carnis & cutis raritate & ſubtilitate cranei,
B maxime in caluaria hoc liquere poteſt. ¶ Ex nauſeatiuo ſermone vel voce. ¶ Ex capitis
grauitate, ventoſitatibus & pluribus aliis. ¶ Ex quorum genere ſignorum aſſumtis pro-
bari poſſet rationibus.

Cauſſa dictorum accidẽtiũ in genere

Cauſſa doloris capitis.

Erit igitur illa mala complexio ægritudinis & omnium illorum accidentiũ prædi-
ctorum effectiua cauſſa. Nam ex debilitate in cerebro ipſius, vel ex mala complexione,
ſine materia, quod non credo, aut raro, cõtingere poterit dolor in toto capite proueniens;
aut ex mala complexione cũ materia frigida & humida, vel ſibi proportionatis ventoſi-
tatibus & vaporibus in medulla cerebri, & in vtriſq; panniculis & neruis a cerebro oriẽ-
tibus credo caput eius diuerſis dolere partibus. Cum enim in aliquo ſeptem parium ner-
uorum a cerebro orientium materia vel vapor infunditur, dolor in fundo cerebri nota-
C biliter percipitur. Cum autem a medulla cerebri ad eius connexum, & vtrunq; panni-
culum cerebri materia vel vapor impellitur, dolor in concauo cranei magnus percipi-
tur: Et ſi verſus commiſſuram coronalem impellitur, vel ſagittalem, monopagiam fa-
cit. Si vero in magna panniculorum aut omni eorum extenſione materia propellatur,
dolorem capitis ouum a ſapientibus nominatum facit. Si vero per ſuſpenſoria pannicu-
lorum interiorum cerebri in miringam connexum cranei velantem ad exterius mate-
ria propellatur, dolorẽ in cute capitis & exterius velanti panniculo vniuerſalẽ vel parti-
cularem facit, quẽ manus ſenſu tactus demõſtrando ſentit. Ex quibus liquide declarari
poteſt, quare dolor in capite huius ſereniſſimi principis, quandoq; profunde, quandoq;
exterius, quãdoq; partibus intermediis percipiatur. Materia enim ad omnes delata par-
D tes talem efficit dolorem, quem veteres ſoda vocant. ¶ Hęc igitur mala complexio con-
turbationis in ſomno euenientis effectiua cauſſa aſſignari debet. Fumoſitates enim tẽ-
pore ſomni interius concluſæ ex colliſione caloris notabiliter ignitę ſpiritibus commi-
ſcentur, & talem in organis ſenſuum impreſſionem faciunt, quale in ſe idolum habuerũt.
Præſentata igitur potentiæ ſenſitiuæ alicui ſenſatione triſti, virtus motum imperans par-
tibus mobilibus cerebri ipſum a ſomno excutit, quandoq; clamo'um, quandoq; velut
a bello & rixa fugientem, quandoq; ſtupidum & impreſſionibus fere melancholicis agi-
tatum. ¶ Ad hoc autem non parum conferre poſſunt impreſſiones melancholicæ, aut
alia animi accidentia triſtia, a cauſſis primitiuis originem habentia, vt amiſſio affinium,
amicorum vel filiorum, quæ omnia per ſereniſſimum principem moderari debere cum
E humilitate & patientia conſulo. Exterminant enim hæc, & mutant corpus ab ea, quæ ſe-
cundum naturam, conſiſtentia, *tertio techni.* ¶ Ex his igitur elici poteſt cauſſa ſecundi ac-
cidentis, ſc. corruptionis in ſomno, & iterum tertii, ſc. corruptionis in ſenſibus interio-
ribus. ¶ Ex quibus etiam diligens conſiderator facile deducere poſſet, quare & qualiter
nocumentum quandoq; contingat in operationibus ſenſus communis aut phantaſiæ,
quandoq; imaginatiuæ, quandoq; cogitatiuæ, & aliquando memoratiuæ potentiæ. Vn-
de, quia aliorum ſenſuum interiorum operationes ordinantur ad cogitatiuam, velut ad
finem ex corruptione in operatione cogitatiuæ potentiæ accidens, vel ægritudo deſi-
pientia nominata; ex eius vero diminutione ſtultitia, ex eius ablatione dementia facile
ſequi poſſet, vt *tertio de accidenti & morbo ſecundo cap.* colligi poteſt. Verendæ quidem &
F omnino effugiendæ diſpoſitiones hę quemlibet ſapientem ad earum remotionem pro-
mouere debet. ¶ Accidẽtis vero quarto loco ſupra tacti facile cauſſę patere poſſunt. Ma-
la n. cõplexio frigida & humida, aut frigida tantũ, aut humida tantum, facile indiſponere
poſſunt organum auditus ad debite operandum, cum ipſa fuerit poſſidens partem ante-
riorem cerebri in duobus eius lateribus, & in loco originis quinti paris neruorum,

Ouum quid.

Vnde cõturbatio in ſomno.

Vnde corruptio in ſenſibus interioribus.

Diminutio & corruptio in ſenſu auditus vel eius operationibus.

in quo ponit principium auditiuæ potentiæ, *vt prima primi, doctri. quinta, ſumma tertia & capitulo ſecundo* colligendum, vnde ibidem auditus in 5. ſc. pari neruorum & parum ſupra. A
Cui quidem origo eſt a duobus cerebri lateribus. Siue igitur ab hac mala complexione indiſponantur nerui quinti paris, vel organum auditus ex parte qualitatum primarum, vt quia nimium humectentur, caleſiant, infrigidentur & exſiccentur, ſimiliter ex parte qualitatum ſecundarum, vt quia indurentur & exaſperantur, & aliter indiſponantur, ſiue propter paucitatem ſpiritus ſenſitiui ad organum auditus tranſire debentis, ſiue propter indiſpoſitionem eius.

Propter complexionem, aut aliam efficientem cauſſam hæc contingere facile in operationibus auditiuæ potentiæ nocumentorum ſpecies diuerſę demonſtrari poſſunt. Cum propter ſiccitatem priuatiuam vel poſitiuam organum auditus reddatur magis ſo- B
norum debito perceptiuum, leuiter tinnitus & ſibilos ad hæc ſequi deduci poteſt. Cum a mala complexione frigida, vel ab humiditate, vel ſpirituum defectu obtuſum redditur organum in ſenſu auditus, diminutionem euenire oportet. Cum autem hæc omnia, aut horum plura multum augmentari contingunt, ablationis auditus cauſſæ facilime comprehenduntur. Omnis enim immoderata diſcraſia deiicit actum propriæ virtutis, *aph. ſecunda.* ¶ Poſt hæc inſuper quinti accidentis, ſiue ipſum tale, ſiue ægritudinem nomi-

Defluxus phlegmatis a capite. nare velis, quia curam ad ſe vocat, ſicut & de aliis intelligi poteſt, non niſi magno labore aſſignari poſſunt cauſſæ. Si enim mala complexio frigida & humida anterioris partis cerebri in digeſtiuam ſui debilitando procedat leuiter, reumatis a ſapientibus coryza nominati deducetur cauſſa. Si vero hęc mala complexio anteriorē in ſui fine & medium C
partem cerebri poſſederit, catarrhum efficiet, βρόγχον nominatum, ſi ceciderit in fauces: tuſſes vero, aſmata, & varias difficultates anhelitus in pectus decidendo generabit. Eſt autem maxime ſuſpicandum, ne materiæ ad poſteriorem partem cerebri propulſæ ibidem cumulentur, ad nucham deferantur, & paralyſis, & ſimilium ægritudinum generationem efficientes cauſſæ fiant: aut ibidem ſtantes ad obliuionem, aut forte ad lithargiam diſponant. Poſterior enim cerebri ventriculus meatum non habet ſingularē,

Debilitas articulorum. ſicut anterior oculos & nares, vt *decima tertii, ſecundo cap.* colligendum. Sexti autem accidentis ex præmiſſo fundamento leuiter cauſſæ elici poſſunt. Poteſt enim prędicta mala complexio frigiditatem & humiditatem communicare nuchæ. Vnde in virtute ſuſtentatiua, motiua, & aliter operatiua neruorum omnium ab ipſo orientium debilitas D
generabitur, qualem enim ad cerebrum influxum recipit, talem omnibus membris ſenſus inferioribus delegat. Eſt enim nucha vicarius cerebri incurſu dorſi, *prima tertii, 2. cap.*

Nucham eſſe vicarium cerebri. Siue igitur diſcraſietur, ſiue oppiletur a mala complexione cerebri, facile in omnibus membris, ad quæ per ipſum ſenſus delegatur, & motus, nocumentum contingere poteſt in prædictis. Ex quibus omnibus clare deduci poteſt, debilitatem omnium pedum magnam, quæ in ſereniſſimo principe & illuſtriſſimo Domino in ciuitate Venetiarum apparuit, originem habuiſſe a mala cerebri complexione prædicta. Quod etiam a poſteriori apparere poteſt. Nam ex calefacientibus leuiter, & exſiccantibus calidis capitalibus conferentibus pulueribus, ſyrupis & clyſteribus iuuamentum habuit manifeſtum.

Hæc ſunt accidentia & ægritudines, quæ in ſereniſſimo præfato principe longa E
mihi inueſtigatione apparuerunt, & contemplatione inquirenda, quibus cum horum quodlibet & difficilimum ſciri, & valde circa ipſum operari difficilius exiſtat, quoniam prouideri poteſt leuius & ſecurius ex claro ſermone ordinandi: duxi horum regimen in duos partiendum tractatus. Primus erit de regimine eius per adminiſtrationem ſex rerū non naturalium. Secundus vero medicinalis operationis modum & ordinem inſtrumentorum pronuntiabit aperte. ¶ Primus igitur tractatus in ſex diſtinguitur capitula, ſecundum numerum ſex rerum non naturalium.

CAP. I. *De regimine ſeruando per adminiſtrationem aeris & ſibi annexorum.*

QVONIAM igitur corporibus parum ab eucraſia propria lapſis aerem, & ſimilia parum diſtantia in complexionibus adminiſtrari oportet, & iſte lapſus ad F
frigiditatem & humiditatem notabiliter deductus ſit, oportet aerem non omnino in qualitatibus ſimilem, ſed in eis oppoſite qualificatum adminiſtrare, taliter enim corpora ad deperditam ſanitatem reduci poſſunt, maxime autem aerem moderari oportet. Si enim in ægritudinibus pedum abſtinentiam obſeruamus a

contra-

A contrariis, vt *primo Theiſir, tractatu octauo, cap. 24.* colligendum, quanto magis in diſpoſi-
tione præfati principis tot accidentibus & variis complicata. ¶ Eligatur itaq; aer ad cali-
ditatem & ſiccitatem notabiliter inclinatus naturaliter, ſimiliter domus, locus & ca-
mera, in quibus habitat. Et ſi non fuerit aer in qualitatibus ita naturaliter diſpoſitus,
artificialiter diſponatur magno igne in camera accenſo, aut hypocauſto ſicco, vel aliis
ingeniis mundificato aere. Aer hypocauſti humidi, actu & potentia omnino di-
mittatur. ¶ Amplius etiam aerem diuerſas figurarum impreſſiones habentem, vt
motus circulares in aere comprehenſos euitet. ¶ Similiter etiam aerem nebuloſum,
caliginoſum, magna ventorum turbine variatum, tales enim in aere impreſſiones verti-
ginis magnæ, qua alias moleſtatus fuit, poſſunt eſſe cauſſæ faciliter.

B Adhuc etiam aer igne calefiat accenſo in arboribus bonos odores emittentibus, vt
iuniperi, lauri, abietis, tamariſci, & his ſimilium. Si autem ligna talia non ſunt preſentia,
odorem in aere cameræ ex ſuffumigationibus in ea factis imponamus. ¶ Suffumigium *Suffumigiũ in æſtate.*
bonum in æſtate, quando propter aeris frigiditatem vel aliam cauſſam oportet in aere
cameræ commorari. ℞. *ſtyracis calamitæ* ℥ j. *galliæ muſcatæ* ℥ ß. *camphoræ* ʒ ij. *puluerizentur*
& fiant trochiſci cum aqua roſa. pondere ʒ ij. *& exſiccentur in vmbra*, & cum opus fuerit, puluis
eorum carbonibus ignitis, & a fumo priuatis aſpergatur, ex quo diligenter camera vel
hypocauſtum ſuffumigetur. ¶ Suffumigium bonum in autumno. ℞. *ſtyracis liquidæ* ℥ ß. *Suffumigiũ in autũno.*
ſandalorum alb. ſpodii an. ʒ j. *thuris, ſtyracis calamitæ ana* ʒ v. *fiant trociſci cum aqua mellis, & fiat*
ex eis ſuffumigatio, vt ſupra cum vino maluatico, vel ſibi ſimili, & adminiſtretur vt ſupra. *Aliud in vere.*

C ¶ Suffumigium bonum in vere. ℞. *violarum, florum boraginis, camphoræ ana* ʒ j. *ligni aloes*
ʒ j. ß. *laudani, ſtyracis an. drach. ij. fiant trociſci cum aqua violarum, & adminiſtrentur vt ſupra.*

Quia vero aer non parum cameræ, vel alterius habitabilis loci varietatem reci-
pit ex varietate aſpectus ad diuerſas mundi plagas: Ideo eligatur locus aſpectum habens
orientalem aut meridionalem, parum vero occidentalem. ¶ Sitq; locus a defluxibus
fluuiorum, paludum, & aquarum notabiliter elongatus, neq; habeat hypocauſtum, vel
camera teſtudineas reuolutiones ex muro conſtructas, neq; ex lapidibus antiquiſſimo
magiſterio laboratis ædificiis.

Et quia aeris applicatio ad corpus humanum propter veſtes multis modis variari *De veſtimẽtis.*
poteſt: Ideo veſtes ſub determinatione aeris reponi ſolent. ¶ Primo quidem caput ſe-
D reniſſimi principis cum decentibus coperturis optime muniri debet, eo, quia eſt ani-
mæ rationalis domus, *primo theoricæ*, & quia debile, & prædictorum accidentium omni-
um videtur eſſe principium effectiuũ, vt *antecedenti c.* deductum eſt. ¶ In ęſtate igitur in no-
cte infulis, & tiaris, ex dorſis variorum pellibus bene ſuffultis cuſtodiatur. Et ſint infu-
læ habentes appendices, vſque ad alkeel, i. locum, vbi collum cum ſpatulis coniungi-
tur. ¶ In vere autem muniantur infulæ ex pellibus martium. ¶ In hyeme ex pellibus
agnorum lanoſitate bene pinguibus. Et ſi equitare contigerit præfatum principem, in-
fulæ ſint ex pellibus vulpium bene munitæ, vt pileolo de lana bene cooperto. ¶ In au-
tumno vero eligantur pelles remiſſius calefacientes, vt de mediocribus agnis, marti-
bus & aliis. Neque placet, quod infra pelles tales portetur infula de panno de grana
E facta, ſed melius eſt pelles illas cuti capitis immediate applicari. Qualitercunque ta-
men contingat, infulæ omnes debent ſępe permutari & calefieri, vt deſiccetur vnctuo-
ſitas eis adhęrens.

Similiter etiam reliquæ partes corporis conuenientibus veſtibus notabiliter cali-
dis, ſuis temporibus muniri debent, factis ex panno tincto, ex keſmes, i. grana, vt decet
principem, & aromatizatis in ſua capſa cum muſco & ambra, ligno aloes, aut reponan-
tur in capſis pulueres deſcriptionis pomorum, quæ, ſupple, compoſui, quæ in hoc capi-
tulo infra perlegantur. ¶ Partes autem inferiores, vt crura, tempore hyemali caligis
ex pelle vulpina factis, bene muniantur, aut ex pelle leporina. Eſt enim neruorum con-
fortatiua, vt Auenzoar *primo theiſir.* neque placet, vt ſotulares portentur ita ſtringentes
F cauillas & pedes, vt Venetiis vidi. Similiter neq; caligæ tanta applicatione ſtringentes
portari debent. Hęc enim prohibent ſanguinem & ſpiritus ad prædicta membra inde-
terminata quantitate diffundi.

Quia vero ſecundum determinatos corporum cœleſtium & planetarum influxus, &
coniunctiones noſtris temporibus peſtilentiæ multæ multiplicantur: ſiue propter hoc,

ſiue quia ſummus opifex hominum contagioſas labes vltione puniat tali. Ideo aliquid A
de præſeruatione ab impreſſione epidemiæ narremus. Eſſet autem opus bene contem-
planti ponere canones præſeruandi ab epidemia æſtiua, diſtinctos ab epidemia vernali,
hyemali & autumnali: vt alias ſermonẽ completum ſatis, in hac materia cõſcripſi. Quic-
quid autem ex communibus contra peſtilentiam omnem valentibus ex ſententiis illu-
ſtrium auctorum haberi poteſt, eſt vt ad multum in vſu eorum, quæ nunc ſcribam, reda-
Canones de præſeruatione a peſte. ctum. ¶ Euitetur igitur humoroſa repletio ſanguinis ſc. & aliorum humorum. Nã ſum-
ma præſeruationis & curationis ab epidemia eſt exſiccatio corporum, *prima 4. tractat. 4.
& 4. Almãn. 25. c.* ¶ Corpora igitur robuſta, craſſa & ſanguinea, notabiliter repleta conue-
nienter euacuari debent per phlebotomiam venæ nigræ, i. communis vel ſaluatellæ. Si
Pharmacũ præſeruans a peſte, & mẽbra principalia confortans. vero aliis fuerint repleta humoribus diuerſis conuenientius pharmaciis purgetur. ¶ Cõ- B
mune tamẽ pharmacum, quo in quibuſdam peſtilẽtiis vſus ſum in communitate gentiũ,
quod euacuat ſuperfluitates choleræ, phlegmatis & melancholiæ aduſtas, ſanguinẽ cla-
rificat, & cor & principalia confortat, eſt hoc. ℞. *ſucci fumi terræ, boraginis, vel bugloſſæ, vini
aromatici albi ſubtilis an. ℥ iij. reubarbari electi ℥ iiij. agarici ℥ ij. aloes ſuccotrinæ electæ ℥ ij. campho-
ræ, boli ar. margaritarum, ligni aloes, ſmaragdi, hyacinthi, omnium an. dr. j. ſe. citri dr. ß. zinzib. ſpicæ
nardi, maſticis, croci, nitri an. ℈ ij. puluerizentur omnia & infundantur in prædictis, & exſiccen-
tur ſoli, & ſic fiat ter: deinde fiant magdaleones & reſeruentur. Cum autem opus fuerit. ℞. prædictæ
compoſitionis dr. j. diagridii gr. j. & formentur pilulæ, quæ exhibeantur mane, & tardetur cibus ad
minus quinque horis præmittendo hauſtum aquæ hordei calidæ cum ſaccharo, per horam vnam ante
prandium.* C

In cibariis vero vertatur vſus ad acetoſa & acria, ad carnes laudabiles non valde pin-
gues ad plurimum aſſatas. ¶ Vſus etiam boraginis, bugloſſæ, ſerpilli, menthę, ſaluiæ, & a-
liorum aromaticorum olerum conueniens eſt. ¶ Vino etiam vtendum albo, aromatico,
ſubtili, claro, aliqualiter pontico, minime dulci. Et optimum eſt, vt conſueui facere, vi-
num diluere ex aqua ſublimationis bugloſſæ, boraginis vel acetoſellę, quę proprietatem
habent in hoc. ¶ Specialia vero medicinalia, quorũ vſus ab illuſtribus auctoribus appro-
batur, ſunt pilulæ ex aloe, myrrha & croco, quæ ponuntur *prima quarti*, & fuerunt pilulæ
Ruffi. Ex quarum vſu dixit Ruffus, omnino corpora a peſtilentia præſeruari, vt *17. conti-
nentis, 3. cap.* colligendum. ¶ Similiter ẽt mithridatii vſus conueniens eſt accipiẽdo omni
mane in aurora ℈ j. vel ʒ ß. cum modico vini ſubtilis, & ieiunando quinq; horas ¶ Adhuc D
etiam & theriaca, aſſumendo ex ea hora eadem omni mane ʒ j. vel ß. cum vino eodem o-
ptima eſt. Qui enim vtitur ea, ſecurus erit ab ęgritudinibus peſtilentiæ in *5. canon. tractatu
Simplicia. primo, & primo c.* ¶ De ſimplicibus vero valet puluis margaritarum, dando ex eis in potu
& in cibis quacunq; die ſimpliciter, ſimiliter lignum aloes. Item ſemen ocimi, garyoph.
ſemen citri, quia contrariatur veneno omni, *vt ſexta quarti, tractatu tertio, cap 2. colligendũ.*
¶ Poteſt ante omnium horum ſimplicium ſingula die exhiberi ʒ j. vel ß. cum vino aro-
matico ſubtili. Varientur autẽ doſes ſecũdũ ætates, complexiones & virtutes & alia, libi-
to tuo. ¶ Lutũ etiam armenũ, dando ex eo omni die ℈ j. cum vino præſcripto, optimum
eſt auxilium, teſte Gal. *lib. 6. ſimpl.* & Rhaſe *17. continentis, allegato cap. & canon. 2. primo capit.*
Vnde Serapio ſimplici; 6. quando datur ex eo in potu cum vino ſubtiliſſimo mediocri- E
ter diluto, confert febribus peſtilẽtialibus valde. Et qui aſſueſcit potui eius tempore pe-
ſtilentiali, præſeruatur a nocumento peſtilentiæ. ¶ Conferũt etiam ſuffumigationes fa-
ctæ in camera cum aromatib. ſimplicibus, vt thure, ſtyrace calamita, laudano, colopho-
Suffumigiũ. nia, myrrha, & ligno aloes. ¶ Suffumigium vero. ℞. *colophoniæ, vſnen*, quod eſt lanugo in
corticibus vetuſtiſſimarum arborum inuẽta, *myrrhæ, ſtyracis calamitæ, an. ʒ j. camphoræ, muſci
an. ℈ ij. colophoniæ, laudani a. ℥ ß. puluerizẽtur & fiãt trochiſci põdere ℥ ß. cũ vino prædicto & exſic-
Pomum odoratum. cẽtur, & cũ opus fuerit vnus eorũ, puluerizetur & carbonibus ignitis apponatur.* ¶ Cõfert etiã odo-
rare ſæpe aromatica ſimplicia, vt ocimũ, rutã, mẽtham, camphorã, ambram, muſcũ, & ſi-
milia. ¶ Et cõpoſitũ in forma pomorũ, tranſmiſſum veſtrę ſerenitati, cuius deſcriptio eſt
talis. ℞. *ſtyracis calamitæ, granorũ lauri, ſandaracæ, gari, croci, ſquinãti, zinzib. an. ʒ ß. ligni aloes, cã-* F
*phoræ, nucis muſcatæ, reſinæ pini, macis an. ʒ ß. laudani drach. iiij. ſem. baſiliconis drach. ij. muſci dr.
ij. ß. ambræ drach. ß. puluerizentur, & fiant poma cum vino maluatico, vel cum ſucco baſiliconis, vel
cum aqua roſar. de Damaſco apportata, vel Hieroſolymitana, & ſæpe odorentur.* Ex eorum pulue-
re ſuffumigia fiant, vt dictum eſt.

Princi-

A Principaliter autem a coitu & maxime ab vſu eius in aere peſtilentiali fugiendum eſt, quia innatum calorem debilitat, ſuperfluitatem vltimi alimenti & ſpiritus euacuando. ¶ Similiter etiam & exercitium forte euitandum eſt, propterea, quia anhelitus magnitudinem & frequentiã facit, per quem multus & ſæpe aer inſpirat infectus. ¶ Similiter etiam & piſces euitandi ſunt, qui non conceduntur, niſi cum fuerint aſſati ſuper carbones, vt 4. *Almanſ. allegato cap.* colligendum. ¶ Et vniuerſaliter omnia cibaria ad velocem corruptionem prona habitantibus in aere epidemico euitari debent. Hæc de acre.

Cap. II. *De regula & menſura in cibis & potibus obſeruandis.*

B CIBORVM conuenientiam omnium in regimine diſpoſitionum pręfati sereniſſimi principis eligere oportet, aliquas præmittendo regulas obſeruatione dignas. *Regula de cibo & potu.* ¶ Prima, nunq̃ eſſe comedendũ, niſi vera & vniuerſalis fames affuerit, patet, quia 1. ſi ſic aſſumantur cibi ſine naturali appetitu, aut ſignificat cibum præaſſumtum non digeſtum, aut ſtomachum plenum eſſe humoribus maturatione indigentibus. ¶ Secunda regula, non tardetur comeſtio, dum verus appetitus aduenerit, patet, quia tolerare 2. famem, ſtomachum putridis replet humoribus. ¶ Tertia, nullum cibarium actu vel potentia frigidum ſit patienti noſtro in multo vſu, patet indicatione ſumta ab humiditate 3. & notabili debilitate ſtomachi. ¶ Quarta, dum appetitus fuerit intenſus, nunquam 4. eſt vſque ad ſaturitatem completam comedendum, patet, quia ſtomachus non eſt tantæ potentiæ ad digerendum, quantæ frequenter eſt ad appetendum. ¶ Quinta, nun- 5. C quam comedendum eſt, niſi percipiatur præaſſumtum cibum a ſtomacho ad inteſtina deſcendiſſe, & in hoc conſideret tempus quantitatis & qualitatis præaſſumti cibi. Securum autem eſt, vt inter vnum & alterum cibum interueniant horæ octo, vel ad minus ſeptem. ¶ Sexta regula, nunquam comedendum eſt, donec ſentiatur in ſtomacho fa- 6. ſtidium, quoniam generat morbos melancholicos & phlegmaticos. ¶ Septima, ſub- 7. tilia cibaria craſſis ſemper præmitti debent, quæ inferius apparebunt. ¶ Octaua, men- 8. ſura quantitatis in cibis & potibus talis & tanta ſit, vt ex eis non grauetur ſtomachus. Deterior enim comeſtio eſt, quæ ſtomacho grauitatem facit, ſicut deterior potus, qui temperamentum egreditur, & in ſtomacho natat.

Nona, quouſq; ex aſſumtis cibis & potibus ſentitur in ſtomacho grauitas, a cibo ab- 9. D ſtinendum eſt, donec ſequatur leuitas, patet, quia adiungeretur debilitas debilitati. ¶ Decima, dum percipitur in ſtomacho debilitas, a comeſtione abſtinendum eſt, mul- 10. ta etiam, ſi multus fuerit neceſſarius cibus, patet vt præcedens. ¶ Vndecima, ſtante ne- 11. ceſſitate cibationis cum debilitate ſtomachi cibus & potus in plures ſunt partiendi partes. Spargere enim, i. diuidere cibum in partes plures, cum debilitate caloris optimum eſt. ¶ Duodecima, ſtante debilitate ſtomachi, cum neceſſitate cibandi, cibus & 12. potus debent eſſe medicinales, ita, vt ſuis qualitatibus conueniant debilitati ſtomachi & ſuę cauſſæ. ¶ Hæc omnia legi poſſunt *tertia primi, de regimine eius, quod comeditur, & quarto Almanſ. capitulo quarto, & primo practicæ, 20. & 21. capitulis, & 21. continentis primo capitulo.*

E Eligatur igitur panis de frumento bene mundo conuenienti meſſe collecto, ſitq; *Panis.* ſolenniter elaboratus & determinata fermenti quantitate ſpumificatus, mediocriter coctus, non aſſatus, colore candidus, pondere leuis, ſubſtantia non compactus, mediocriter ſalitus, duorum vel trium dierum ætatem non tranſcendens. ¶ Et ſi quandoq; acciperetur panis leuiter opirus, i. furfuraceus, conueniens eſſet, talis enim non eſt multi nutrimenti & viſcoſi, ſed facilis deſcenſus, *21. continentis, 21. cap.*

De carnibus autem videndum eſt primo, quorum animalium carnes conueniant. *Carnes domeſtica quadrupedum.* Secundo, quorũ membrorũ. Tertio, quis præparationis modus vel coctionis. In primo autem de domeſticis: Secundo de ſylueſtribus carnibus tranſeundum. ¶ Generaliter a. euitentur carnes omnes difficilis digeſtionis, craſſi & viſcoſi nutrimenti, & multum ſu- F perflui, vt bouinæ, vaccinæ, ouinæ, anſerinæ & aquaticæ fere omnes, & animalium partes viſcoſitatem habentes, vt capita, collum & cutis. ¶ Ex animalibus autem domeſticis quadrupedibus conuenietes ſunt carnes vitulinæ non multum natiuitati propinquę: ſed a diebus quinquaginta vſq; ad centum limitatę. ¶ Similiter carnes hędinę non tranſeuntes dies 40. Conueniunt etiam agnorum & caſtratorum carnes ſuis temporibus.

Sylueſtres. Porcinæ vero ſalitæ, macræ tamen, aliquando conueniunt. ¶ De ſylueſtribus au- A
tem conueniunt & bonæ ſunt capreolinæ, ipſæ enim inter ſylueſtres carnes meliores ex-
ſiſtunt, & ſanguis ex eis genitus, paucas habet ſuperfluitates, vt *tertio Almanſ. 32. capit.*
¶ Caro etiam leporis laudatur, quia vtraque qualitate aduerſatur frigiditati & humidi-
Volatilia domeſticorum. tati capitis, ponitur enim calida & ſicca, *canone ſecundo, capit. de carnibus.* ¶ Caro autem
vrſi, cuniculi, ericii, & ſimiles dimittantur. ¶ De volatilibus autem domeſticis con-
ueniunt pulli, non valde parui, capones & gallinæ: Caro namque gallinarum omni alia
carne eſt melior, *24. continentis, cap. 66.* ¶ Eligantur etiam carnes ſturni & coturnicis,
quæ inter reliquas volatilium ſylueſtrium carnes ponuntur laudabiliores, *tertio Alman.*
cap. 43. Laudantur etiam carnes iuuenculorum columborum complete pennatorum
volare incipientium. Pulli etiam columborum dantur in cibo illius, cuius corpus eua- B
cuatum eſt de ſanguine & infrigidatum ex longo morbo, *24. continentis, vbi ſupra.* ¶ Ca-
ro autem anatum non placet, quia multas habet ſuperfluitates & faſtidium multum ge-
nerat, 3. *Almanſ. 39. cap.*

Sylueſtrium Similiter caro anſeris propter difficultatem digeſtionis eius dimittatur. ¶ Inter
volatilia autem ſylueſtria magis laudantur pernices, quia ad caliditatem & ſiccitatem
declinant & conueniunt conualeſcenti, cuius corpus fuit infrigidatum & ſanguis dimi-
nutus, *24. cont. allegato cap. in fine.* ¶ Optimi etiam ſunt phaſiani, eorum n. caro eſt melior
carne pullorum, *ſecundo canone, capitulo de durach.* ¶ Aues etiam minutæ in ſyluis, vel du-
metis degentes bonæ ſunt, vt turdi, merulæ, cincli, cardueles, philomelæ, ficedulæ,
alaudæ, caudæ, tremulæ, & quandoque paſſeres, omnes enim nutrimentum ſuperflui- C
tatibus expurgatum & exſiccatum reddunt. ¶ Caro vero attiginis vel quatulæ videtur
eſſe conueniens, cum ſit reſumtiua ad caliditatem & ſiccitatem inclinans, vt colligitur
ſexto de ingenio ſani. cap. antepenultimo. Reliquæ vero aues, vt picæ, picus, hyrundines &
ſturnelli dimittantur.

Piſces. Quantum ad piſces Illuſtriſſimo huic noſtro patienti non eſt continuus eorum v-
ſus conueniens: ſi quo vero modo conuenire poſſunt, eligantur piſces ſubſtantia me-
diocriter ſolida, humiditate ſuperflua, & viſcoſitate priuati, vt ſunt torrentinæ, aura-
Piſces, quomodo præparandi. ti piſces, vel varioli, marſiones petrini, thymalli, lucii, ſtelliones, capedani, carpiones
oratæ, tumbi, menulæ, & hiſce ſimiles. ¶ Melior autem eorum præparatio eſt, vt co-
quantur cum oleo oliuarum, cum petroſelino, millefolio, mentha, aniſo, fœniculo & ſi- D
milibus. ¶ Anguillæ vero, tincæ, reginæ, cephali graues: & omnes craſſarum & molliũ
carnium dimittantur, & iſtorum ſalitorum vſus eſt melior, quam recentium. ¶ Can-
crorum etiam vſus non eſt valde conueniens, niſi coquantur in vino, aut lixiuio, aut in
aqua mediocriter ſalita cum mentha, petroſelino, & reliquis aromaticis calidis &
ſiccis.

Partes animalium. Deinceps autem, quæ animalium partes conueniunt, declarandum eſt. ¶ Præmit-
tendum primo, quod omnium membrorum carnes frigidum, craſſum, viſcoſum & op-
pilatiuum nutrimentum exhibentes dimittantur. ¶ Secundo, quod ſi tales animalium
partes quandoq; placent, melius ſit conditas eſſe cum ſapore aliquo inciſiuo, ſubtiliati-
uo, aromatibus & aceto compoſito, quam ſimpliciter acceptas eſſe. ¶ Tertia regula, ꝙ E
omnium animalium anteriora calidiora ſint, & digeſtioni meliora, poſteriora vero e-
Cerebrum. contra. Colligit̃ hoc *in diætis vniuerſalibus, & alimentorum tertio, primo c.* ¶ Cerebrũ igitur
animalium non ſit C. T. in vſu multo, quoniam ſtomacho nocitiuum frigidi craſſi & vi-
Cerebrum leporinum vtile ad neruos. ſcoſi nutrimenti generatiuum, *3. alimentorum, 7. cap.* Melius tamẽ eſt ſylueſtriũ animaliũ
cerebrũ, quam domeſticorum, & maxime cerebrũ leporis, quod maxime & mirabiliter
laudatur ad neruos. Et adhuc volatilium cerebrũ eſt ſuperfluũ, minus quam peditantiũ,
Medulla. & vnũquodq; taliũ melius eſt cum aromaticis conditũ, quã ſimpliciter acceptũ. ¶ Me-
dullæ vero vniuerſaliter, quia ſtomachum perturbãt & mollificãt & appetitũ tollũt, dif-
ficulter etiã digeri poſſunt propter vnctuoſitatẽ, quæ ipſas leuigare facit, malæ ſunt. Mi-
nus tamen mala eſt medulla ſpinalis, quam aliorũ oſſiũ, omnes tamen cum calidis aſſumi F
Vbera. debent: q̃uis melius ſit eas omnino dimittere. ¶ Vber frigidum ponit̃ & ſiccũ, quo tamen
quandoq; vti potes, vt caliditate cõtinentis, accepto ex animali pingui lac habente & cũ
Pulmo. aromatibus cõdito. Pulmo frigidus eſt & humidus, & nõ boni nutrimẽti, ideo dimittat̃.
Cor. Cor a. calidũ eſt & ſiccũ, difficilis digeſtionis, pauci & craſſi nutrimẽti, ideo dimittendũ.

Epar

A Epar licet calidum & humidum ſit, tarde tamen digeritur; ideo non placet. Meli- *Epar.* us tamen inter alia eſt epar gallinæ & anatis, porcelli & hædi. ¶ Splen frigidus eſt & ſic- *Splen.* cus, mali nutrimenti & craſſi, & tardæ digeſtionis. Melior tamen inter eos ponitur ſplē porci. Dicitur enim conferre ſtomacho ponticitate & ſtypticitate ſua. ¶ Renes autem *Renes.* in caliditate licet æquales exiſtant, in ſiccitate tamen excedunt, & nutrimentum exhibent paucum & craſſum, & ſunt difficilis digeſtionis. Meliores tamen ſunt porcini & hędini, ex quibus poteſt accipi, licet non frequenter. ¶ Stomachus & inteſtina animalium *Stomachus & inteſtina* frigidæ complexionis & ſiccæ ſunt, ideo pauci nutrimenti phlegmatici & craſſi. Si autem accipiantur aromatibus condiri debent. ¶ Ventres tamen auium magis laudantur, quam quadrupedum. Ventres autem gallorum & gallinarum, ſi bene digerantur, ſto-
B macho conferunt, maxime interior pellicula ſtomachi in vino aromatico pluries ablu- ta, & in furno exſiccata & puluerizata, magnum ſtomacho prębet iuuamentum. ¶ Ani- *Cauda.* malium cauda calida ponitur, & cholerā generare, & in ſtomacho faſtidium facere, ideo dimittat. Animaliū pedes non multum a ſapientibus vituperantur, quia nutrimentum *Pedes.* exhibent paucarum ſuperfluitatum, & humor ex eis genitus eſt laudabilis, & ſunt boni & non multi nutrimenti, licet viſcoſi, ideo Ç. T. eis vti poteſt ſimpliciter, & quandoq; in aceto maceratis. ¶ Teſticuli animalium calidi ſunt & humidi, quantum vero anima- *Teſticuli.* lia craſſiora ſunt & maiora, tātum eorum teſticuli digeſtioni difficiliores exiſtunt, plurimi tamen nutrimenti, ſi bene digerantur. Et melior teſticulus eſt iuuenis animalis. Et inter teſticulos volatilium meliores ſunt gallorum, perdicum & phaſianorum. Quadru-
C pedum vero animalium teſticuli meliores ſunt, vt agnorum, vitulorum & hędorum annualium: meliores tamen teſticuli ſunt elixi, quia nutrimentum præbent laudabilius, quam alio præparationis modo. ¶ Omnium vero animalium alæ & notabili exercitio *Alæ.* exercitatæ partes, & debitum influxum habentes ſanguinis ab epate, & ſpirituum a corde laudabiliores inter alias partes exſiſtūnt. ¶ Caro igitur muſculoſa rubea, omnibus aliis melior exſiſtit, & proprie cum non fuerit multa pinguedine confuſa, nec ab ea denudata. ¶ Pingues autem excellenter carnes nutrimentum humidum exhibent, & multarum ſuperfluitatum. Vnde caro virgulis pinguibus ſubdominantibus, & carnoſis prædominantibus, confuſa nutrimentum exhibet æquale ſatis & conueniens. ¶ Caro vero oſſibus & membris ſpermaticis propinqua craſſum & viſcoſum nutrimentum ex-
D hibet, licet ſaporoſum magis. Hæc de animalium partibus ſuccincte dicta ſint.

De modo vero coctionis & pręparationis parumper dicendum. Præmittendo pri- *Regula circa modum coquendi & præparandi carnes.* mo quinq;. ¶ Primum, quod omnium animalium habentium corpora craſſa, ſolida, macra, carnes elixæ meliores ſint, quam aliter præparatæ. ¶ Secundum, quod volatilium auium pinguium carnes aſſatæ ſint meliores, quam elixæ, macrorum autem econtra. ¶ Tertium, quod carnes omnes cum cibis craſſis, viſcoſis, frigidis & corruptibilibus co- *1.* ctæ omnino euitari debeant. Exemplum primi, vt carnes coctæ cum corpore legumi- *2.* num, vt fabæ, oryzæ, & ſimilium. Exemplum ſecundi, vt carnes coctæ cum neruis, *3.* cutibus & paſtilibus. Exemplum tertii, vt carnes coctæ cum lentibus, & condimentum de pomis vituperabile, quo vtuntur Germani, & ſimilium frigidorum. Exem-
E plum quarti, cibi omnes cum lacte præparati cum dulcibus & acetoſis, vel acribus & ponticis rebus. ¶ Quartum, quod ſuperficies aſſatorum ciborum, cum fuerit torrefa- *4.* ctione candens, nullo modo comedatur. ¶ Quintum, quod nullo modo comedantur *5.* carnes aſſatę, poſtquam fuerint in vaſe per modum ſuffocationis conſeruatæ, tunc enim reponuntur in ſpecie venenoſorum, *vt 6. quarti colligendum.*

Inter reliquas igitur carnium præparationes elixa ſufficienter cocta, præ aliis eligi debent. ¶ Caro autem in veru aſſata conueniens eſt, ſi bene digeratur, quia tamen tarde digeritur, non debet ex ea fieri repletio. ¶ Caro vero cum pinguedine frixa faſtidiū generat, ſtomachum nauſeat, caput grauat, neruos emollit, & digeſtioni grauior eſt, quam aſſata ſuper prunas. ¶ Caro ſuper prunas aſſata, ſi bene digeritur, multum nutrit,
F & corpus robuſtum reddit, quia tamen a ſapientibus adeo difficilis digeſtionis eſſe ponitur, quod nunquam tota digeratur, ideo ſine aliis aſſumi cibariis debet, vt ſtomachus potentior reddatur ad bene digerendum ipſam.

Carnes in fornace vel furno aſſatæ, vel ſuper craticulas præparatæ, licet digeſtioni graues exſiſtant: tamen, quia nutrimentum dant ſolidum, non vaporoſum, licet pau-

cum, ſi bene digerantur, laudabiles ſunt. ¶ Carnes conſeruatæ in moriolis cum fœni- A
culo & aliis ſpeciebus conditę farcimina vel lāductuli nominatæ, bonū, laudabile, exſic-
catiuum præbent nutrimentum. ¶ Reliquæ vero carnes cum canabit, i. caulibus caputiis
nominatis & reliquis cibariis & laganellis de paſta ſylueſtribus & ruriculis condimentis,
dimittantur. ¶ Carnes in aceto conditę almoſos in Arabico & gelatina in Italico idio-
mate nominatæ, conuenientes ſunt: choleras enim reprimunt, epar confortant, appe-
titum incitant, & bonum nutrimentū exhibent conuenienter acceptę. ¶ Succida vero
vel ſalſa nominata ſapor aceto, garyophillis, amygdalis, pipere, & petroſelino compoſi-
tus, conueniens eſt. ¶ Caro etiam cum ouis, ſpeciebus, mica panis, & caſeo condita con-
ueniens eſt, ſi caſeus non fuerit excedens, in quo Germanorum vſus peccare ſolet, &
maxime dum fuerit pinguior caſeus, quæ via nutrimenti deteſtabilior eſt, ſed delectabi- B
lior. ¶ Carnes a. commixtæ cū condimēto ex allio, nucibus & mica panis confecto, quā-
doq; laudari poſſunt, ſi grauitas capitis aut ventoſitatū moleſtia non prohibeant. Alliū
enim ſiſani, id eſt ventoſitatem facit, *quarto regiminis acutorum*.

Oua. De ouis paulo dicendum breuius. Oua enim licet ad æqualitatem tendant, in par-
tibus tamen eorum determinatas habent operationes. ¶ Vitellus nāq; in caliditate tem-
peratus eſt, nutrimentū facilis permutationis, cōuenientis qualitatis, delectabile & mul-
tū affert. ¶ Albumē vero frigidū eſt, difficilis digeſtionis, nutrimentū exhibet viſcoſum,
& ſanguis ex eo genitus, non eſt bonus, *3. Almanſ. c. 89.* ¶ Oua vero inter reliqua meliora
ſunt ex animalibus gallinarum & phaſianorum, deinde anatum: peiora vero anſerum.
¶ Et ſecundum etiam præparationis modum diuerſificantur, ſorbilia enim a tremuloſi- C
tate remota minus nutriunt, ventrem magis lubricant, & aſperitatem vocis in canna
pulmonis leniunt. ¶ Tremula, i. per coctionem aliqualiter inſpiſſata magis, vt in manu
tenentis in cortice ſuo confecta tremere videantur, meliora ſunt aliis.

Dura vero per coctionem facta ad digerendum ſunt difficilia & nutrimentum ex-
hibent craſſum, & tarde penetratiuum: adhuc cum fuerint in aqua durificata, & for-
tius cum fuerint in cineribus cocta. ¶ Omnium autem peſſima ſunt frixa, peſſimum
enim generant alimentum.

Eligantur igitur tremula & ſorbilia, reliquæ autem eorum præparationes dimit-
tantur: de his lege Gal. *lib. alimentorum tertio, cap. vigeſimo primo.*

Lac. De lacte vero pauliſper dicendum, nullius enim lactis vſus C. T. conueniens eſt, D
quoniam propter declinationem ſuam ad frigus aliquid nocet phlegmaticis, quoniam
caliditas eorum non conuertit ipſum ad ſanguinem bonum, & vniuerſaliter inconue-
niens eſt ei, qui indiget regimine ſubtiliatiuo. ¶ Amplius non eſt conueniens haben-
tibus ſodam, vertiginem & aurium tinnitum, & capita debilia, vt *canone ſecundo, pro-
prio capit.* colligendum, & *tertio alimentorum, 14. capit.* ¶ Si autem quandoq; lactis pla-
ceat vſus, eligatur caprinum a fœmina iuuene, per quatuor ſaltem menſes a ſuo partu
diſtante & menſes 16. a ſuo partu non tranſeunte: Et ſit ex capra rubea, velut ex ſangui-
nea lapſum ſuæ ſpeciei corrigente, in monticuloſis paſcuis, aut ſaxeis, non paludoſis nu-
tricata.

Neque ſit lac a tempore ſuæ mulctionis notabiliter elongatum, & coctum magis, E
Caſeus. quam crudum eligatur. ¶ Similiter & caſeus ſit ætate non multum grauis, nec iu-
uentute mollis, & admodum viſcoſus, ſed in partes leuiter ſeparabilis, non multa vi-
ſcoſitate & compacitate reſiſtens. ¶ Forte autem eligibilior eſſet caſeus, quem Galen.
libr. tertio alimentorum, capite decimo ſexto, nominat Oxygalaeticum, i. ex lacte acetoſo fa-
Butyrum. ctum. ¶ Batincicus autem caſeus eſt, qui de lacte buffularum fit, quæ Romani diui-
tes in delitiis habent, *lege ibidem vt ſupra.* ¶ Butyri vero vſus C. T. non eſt conueniens,
propter multam eius humiditatem, & quia ſtomachum debilitat, & qui vtitur eo in cō-
eſtione phlegmaticas ægritudines incurrit. Remollit etiam neruos, & caput euapo-
ratione replet. ¶ Recocta autem poſt caſeum accepta C. T. poteſt vti, quia ad æqua-
litatem tendit. ¶ Coloſtrum autem, quia tardæ digeſtionis, & craſſi nutrimenti, non F
multum habeatur in vſu, niſi cum zinzibere, fœniculo, petroſelino, aniſo, & multa
ſacchari quantitate ſuperaſpergatur. ¶ Caſeus vero ad ſalſedinem aliqualiter, licet non
excellenter eleuatus, conuenire poteſt.

Oleum. Olei oliuarū vſus bene maturarum conueniens eſt, licet calidum ſit in principio
primi,

A primi, & humidum in primo; forte autem conuenientius eſt oleum de nucibus; quia
calidum eſt in ſecundo & humidum in primo: licet caput aliqualiter grauet: quare primũ
eligatur.

Mel autem concedendum eſſe videtur, quia calidum eſt & ſiccum in ſecundo, & *Mel.*
nihil videtur phlegmaticis eo conuenientius: vt apud Gal. *lib. 6. de ſan. tu. videre eſt.* Si ta-
men dominium choleræ perciperetur in ſtomacho, ſiti magna, amaritudine oris, aut a-
liis cauſis dominantibus, eius remoueatur vſus. ¶ Hydromel vero ex eo factum, & *Hydromel*
proprie cum decoctione ſpecierum capitalium & ſtomachalium inter reliqua mihi
ſumme placeret. Poteſt autem hydromellis deſcriptio vtilis taliter aſſignari. ℞. *mellis al.*
vel citrini mediocriter ſpiſſi, boni odoris, & non valde antiqui, ℔ ß. *ameos* ℥ ß. *florum roriſmarini,*
B *galangæ, aſari, ſtœchados, herbæ paralyſis ana* ℥ j ß. *zinzib. cinamomi electi ana* ʒ iij. *granorum para-*
diſi ʒ j. *aquæ fontis* ℔ v. *coquantur vſque ad conſumtionem tertiæ partis ſemper diſpumando, dein-*
de coletur per colatorium ſpiſſum vna vice, & vtatur eo.

Sacchari etiam vſus quouis modo conueniens eſt, quia calidum in fine primi aut *Saccharum*
æqualem paſſiuis vel ſiccum in eo, ſecundum quoſdam confert ſtomacho & abſtergit
phlegma, *ſecundo can. proprio cap.*

Ex condimentis autem & ſaporibus conueniunt omnia compoſita ex ſpeciebus *Condimenta.*
aromaticis, vt piper, vtrunque cinamomum, craſſum & ſubtile, crocus, nux muſ. garyo-
philli, zinzib. cardamomum vtrumque, galanga, carui, ciminum, fœniculum, petroſeli.
ami, mentha, origanum, calamẽtum & ſimilia. Hæ igitur ſpecies cũ aceto, cum agreſta,
C cum ſaccharo, melle, amygdalis dulcibus, nucibus, phiſticis, paſſulis, auellanis & mica
panis in diuerſos ſapores a perito coquo condiantur. ¶ Sapa etiam cum talibus ſaporibus
conueniens eſt, ſimiliter ſuccus aranciorum & limonum.

Inter condita autem primo placet zinziber conditum, ex quo T. C. bis vel ter in *Condita.*
ſeptimana radicem vnam accipere poteſt, confert capiti, ſtomacho & renibus: & con-
uenientior eſt eius vſus a medietate autumni, vſque ad medietatem veris. ¶ Conueniunt
etiã myrobalani cõditi, æſtate magis, & ſecacul & pulpa exterior citri cõditi in altera par-
te veris & autumni. ¶ Nuces cõditæ optime ſunt capiti & ſtomacho conuenientes. ¶ O-
liuæ etiam conditæ placent, & napi conditi. ¶ Cappares & lupuli conditi conuenien-
tes ſunt ſecundum exigentiam & tempus.

D De leguminibus autem nunc dicendum eſt, non tamen de eis ſermo prolongan- *Legumina.*
dus eſt, cum non ſit apud principes, immo vero apud germanos eorum vſus. ¶ Gratia
tamen decoris operis præmittendum, quod leguminum omnium genera ventoſa & in-
flatiua ſint; ideo dimittantur ad placitum. ¶ Secundo, quod inter reliqua phaſeoli, fa-
bæ & cicera alba caput & neruos lædunt & iuncturas debilitant; ideo dimittantur. Cice-
re tamen rubeo, & eius brodio C. T. quandoque vti poteſt, quia calidum eſt & ſic-
cum in principio ſecundi, conuenienter nutrit uum, aperitiuum & lauatiuum; ma-
terias diuertit ad vrinæ vias, & non comedatur in principio, neque in fine cibi, ſed in
medio eius, *can. 2. proprio cap.* Et melius eſt, ſi coquantur cum radicibus fœniculi, petro-
ſelini, dauci in tempore hyemis; aut cum prædictis & radicibus endiuiæ, cichoreæ & ſi-
E milibus in tempore æſtatis.

Panici etiam vſus placet mihi, licet enim frigidum ſit in primo, & ſiccum in ſecun-
do. *21. continentis, cap. 199.* ipſum tamen propter ſuam ſiccitatem parum & bene nutrit: &
propter ſuam lenitatem vrinam prouocat ibidem.

Oryza calida eſt in primo & ſicca in ſecundo. *21. cõntinentis, cap. 126.* licet enim ha-
beat aliquam ſtypticitatem, teſte Galeno *lib. 8. ſim. in proprio cap.* non conueniret ſtante
ventris conſtipatione; quia tamen conuenienter nutrit & exſiccat, ideo placet. ¶ Pa-
pauere autem albo & nigro, cum vtrumque ſit ſtupefactiuum ſenſuum & organorum i-
pſorum, & ſpiritibus maxime contrarietur, nullo modo eſt vtendum; immo neque olei
ipſius & aliorum mucillaginoſorum ſeminum: vt lini, fœnugræci, ſiſami, dorellæ & ſi-
F milium.

Lentes abiecta prima decoctione frigidæ & ſiccæ complexionis ponuntur, ideo
euitari debent: Cum prima vero decoctione quandoque ex eis accipi poteſt.

De oleribus vero præmittendum primo, quod olerum ſylueſtrium *Olera.*

non bene cognitorũ vſus omnino ſit fugiẽdus,& debeat eſſe apud principes hæc cautela,cũ ſæpe contingat eos diuerſa perquirere climata cũ exercitib.& ſimilibus. ¶ Secundo, quod multus & continuus vſus olerum frigidorum & humidorum ſit euitandus. ¶ Tertio, quod partes omnes olerum antiquorum in paludoſis & vmbroſis locis orientium, & in cauernis montium dimittendæ. ¶ Quarto, quod omnium olerum calidorum & ſiccorum aromaticorum vſus ſit conueniens. ¶ Saluiæ igitur bolus T.C.conueniens eſt,de qua licet apud modernos magna ſit opinio iuuamenti eius ad cerebrum & ad neruos, non tamen ab autoribus authenticatum aut parum de ea ſcriptum eſt,quia tamen calida & ſicca, vt teſtatur Serap.*ſimplici 149.* dum dicit,quod ſit calida caliditate manifeſta & parum ſtyptica; & Dioſcorides cap.de elilifphago,ideo placet eius vſus. Auicen.vero *2.canon.*& Raſis *5.continentis vſque ad 24.incluſiue*,nihil de ea ſcripſerunt.¶ Fæniculus autem calidus in tertio,ſiccus in primo laudatur,quia confert capiti & viſui,materias ad vrinæ vias diuertit,& aquoſitates a ſtomacho deducit,& ventoſitates, ideo placet. A B

Petroſelinum calidum eſt & ſiccum in ſecundo.*8.ſimpl.in ſuo cap.* licet Auicen. ponat ipſum calidum in primo,ſiccum in ſecundo,propter tamen ſuam prouocationem & exiccationẽ,& quia ſtomacho & capiti confert, T.C.cõueniens eſt.¶ Et licet Ruffus de eo ſcripſerit,q̃ noceat ſtomacho,attrahẽdo materias ad ipſum aliũde,nõ proprie de petroſelino, ſed apio intellexit,ſi bene conſideretur litera *2.can.c.2.de apio.* Nã petroſelinũ eſt ſpecies apii,& de eo ſimul ſit mentio cum *cap.de apio.vt 2.can.& 8.ſimpl.allegatis locis*, & in *Aggregatore Serap.cap.274.& 23.continentis cap.649.*¶ Menthæ, & omnis ſpeciei eius vſus conuenientiſſimus eſt, quia ſtomachum, cor, caput & viſcera fere omnia confortat,& eſt calida & ſicca in ſecũdo,*23. continẽtis,732.& 2. can.proprio cap.*¶ Serpillum etiam quia calidum & ſiccum in ſecundo,vt *2.can.cap.de nemen.* licet in *aggregatore*, numeretur inter medicinas calidas & ſiccas in tertio,quia tamen ſua aromaticitate & prouocatione cordi,pectori,ſtomacho,capiti conueniens eſt,valde placet. ¶ Laudo etiam roremmarinum,quia calidum & ſiccum in tertio,vt aggregator *cap.de lageralmarien*, & quia capiti, cordi,pectori & ſtomacho conueniens,& ad confortãdum neruos magnam habet proprietatem. ¶ Maiorana etiam vtiliſſima eſt,quia calida & ſicca in tertio,& habet virtutem attenuatiuam,diſſolutiuam,vt *8.ſimpl.cap.prop.*conſtat, aperit enim oppilationes cerebri & confert doloribus capitis a phlegmate & ventoſitate venientibus. *vt 2.can. in areola membrorum capitis colligendum*; ſæpe igitur ipſam cibis immiſcẽdo, ipſos moderando, puluerem eius ſagittali commiſſuræ ſuperponendo, veſtes ex ea aromatizando T.C.omnino vti debet. C D

Ocymum etiam garyophil.ſolenniter laudatur,quia capitale,cordiale & calidum eſt & ſiccum in ſecundo, *vt in aggregatore cap. de berengemiſch.* frequens tamen eius vſus non bene placet,quia comeſtio nocet viſui,vt *tertia tertii,tractatu 5.cap.de nocentibus viſui.* ¶ Anetum autem,quia calidum in ſecundo gradu longo aut in tertio breui: & ſiccum in ſecundo in principio aut in primo in fine eius: vt *6.ſimp.* quia tamen maturatiuum eſt humorum frigidorum,ſedatiuum & carminatiuum,in hoc placeret,niſi quia aſſiduatio comeſtionis eius nocet viſui:nocet etiam ſtomacho,immo ſemen eius vomere facit, vt *2.can.ſuo cap.*colligendum. E

Betæ vero compoſitarum ſunt virtutum:illæ namque, quæ coloris aliqualiter exiſtunt opaci,maculis rubeis coloratæ ad caliditatem & ſiccitatem declinant. Albæ vero ad frigiditatem & humiditatem: quia tamen in omnibus eſt aquoſitas cũ quadam nitroſitate, & lenitiuæ ſunt & aperitiuæ oppilationum epatis,bene coctæ placent,& proprie cum petroſelino.

Caules,quia calidi ſunt in primo,ſicci in ſecundo,& quia maturant & leniunt, deſiccant & prouocant,conuenire videntur,licet *23.continentis,cap.651.*autoritate Galen.& Bimaſii ſcribatur,quod ſanguis ex eis genitus ſit malus & horribilis odoris. ¶ Cichorea etiam, quia ſtomachale, aperitiuum & ſubtiliatiuum eſt, placet. ¶ Boragine etiã vti potes, quia temperata ponitur:Eſt enim ſpecies bugloſſæ. De ipſa tamen parum authenticum habetur,& ſingulari cap.ab autoribus traditum. F

Lactucam,endiuiam,ſpinachiã & portulacam,creſſiones,ſtrinchiones,tribulum, epaticam & reliquas frigidas & humidas plantas in fontibus,vallibus, vel ſtagnis commorari

A morari ſolentes,a continuo vſu veſtro prolongari debent. Raro itaque ex eis accipien-
dum eſt,vt tempore caumatis lactucam & portulacam,aut gratia ſubueniendi appetitui
ſenetiones & creſſiones,aut gratia confortandi epar, endiuiam & cichoream, aut alte-
rius intentionis medicinalis gratia accipi poſſunt. Securius tamen eſt eas mentha,fœ-
niculo & petroſelino commiſcere,quam ſimplices accipere. Hæc de oleribus.
De radicibus poſt hæc, quia non parum dictandi vſus conſuetudinis in cibis ac- Radices
cepit,vtendi eis ex plantis acceptis paruin iudicio rationali, quam conueniant diſcer-
nendum eſt.¶ Raphanum igitur omnibus fere communius in eduliis, de domeſtico
intelligendo,calidum eſt in primo,humidum in ſecundo. Ideo propter hoc, & quia
aperitiuum,diſſolutiuum, & phlegmatis per vrinam eductiuum eſt, melius eſt ipſum
B comedere poſt cibum contra communẽ vſum:& folia lõge meliora ſunt,q̃ radix.¶ Bul-
bus autem,cæpe paruum,ſcalonia nominatum apud Italos, quia ſtomacho conueniens
eſt,& facit digeri cibum,conueniens eſt,tamen in paruo vſu,quia nocet oculis. ¶ Al-
lium licet calidum ſit & ſiccum in tertio,hic tamen non eſt laudandum. Et licet contra-
rietur phlegmati,& maxime,quia grauat caput,viſum debilitat, & caput, & neruos fu-
moſitatibus implet,dimitto fœtorem eius, principibus non conuenientem vel compe-
tentem. ¶ Cæpe autem eſt calidum in tertio:quod licet habeat humiditatem ſuperfluã;
tamen quia inciſiuum,aperitiuum & ſubtiliatiuum eſt,conuenire poteſt. Melius tamen
eſt ipſum coctum & conditum cum melle aut ſaccharo & aceto, quam ſimplex accipi.
¶ Porrum ſimiliter licet ſit calidum & ſiccum in tertio,quia tamen caput grauat,& facit
C videri mala ſomnia,& neruos fumoſitatibus implẽdo relaxat & viſui nocet,dimittatur:
ſi tamen libeat ex eo quandoq; comedere,accipiatur cum melle. ¶ Rapæ iterum,quia
ſuperfluam humiditatem habent & difficilis digeſtionis ſunt,non laudantur. Democri-
tus damnauit eas, tanquam corpori nociuas & inflationum in ſtomacho excitatiuas
prædicauit;quamuis Diocles & Dionyſius oppoſitum ſentiãt. Si tamen conditæ forent
cũ aceto,melle & ſpecieb. conſuetis,non videntur reprobabiles eſſe. ¶ Carotis autem,
quia calidæ ſunt in primo aperitiuæ,conuenientes ſtomacho & præcipitantes phlegma;
C. T. vti poteſt. Baucia autem,id eſt,paſtinacha,quia calida eſt & exſiccatiua, ſiue per ſe,
ſiue per accidens, diuretica & mundificatiuá, conueniens eſt. ¶ Napi idem iudicium
videntur habere,quod de rapis dictum eſt; propter tamen eorum humiditatem ſuper-
D fluam,non eſt multum eis vtendum, quare frequens cibus eorum, & modus præpara-
tionis in brodio caulium apud Germanos conſuetus, licet ſit minus malus, non tamen
laudatur.
De aliis autem partibus plantarum, vt extremitatibus ſuperiorib. aſparagi vniuer-
ſaliter a Gal. nominati, *2. alimen. cap. 55.* vti poteſtis, ſiue fuerint aſparagi vere, vel aſparagi,
id eſt,extremitates a plãtis aromaticis calidis aperitiuis a ſtomacho,epate & neruis ma-
terierum phlegmaticarum attractiuis; vt aſparagi lupulorum & aſparagi proprie accepti
qui ponuntur temperati ab aggregatore *cap. de halion.* ¶ Similiter cappares conditi, quia
calidi ſunt & ſicci in ſecundo,diuretici,& abſtergunt phlegma,conuenientes ſunt.¶ Hę
vero,ex quibus ſimul cum radicibus folia comeduntur,ſunt ſicut locuſtæ, id eſt, rapon-
E cioli,quia calidi,aperitiui & bene nutritiui,ideo placent.
De fructibus vero generaliter præmittendum,quod fructus omnes,quia vaporoſi, Fructus
ventoſi,humidi,& corruptibiles,vt in pluribus,dimittendi ſint. ¶ Secundo, quod fru-
ctus omnes humidi deteriores ſint,quam ipſi ſicci. ¶ Tertio, quod fructus lenitiui vẽtris
præmittendi ſint aliis cibis,conſtipatiui vero econtra. ¶ Quarto, vt plurimum fructus,
qui comeduntur poſt cibum,cocti meliores ſunt,quam crudi. ¶ Ab horariis igitur fru-
ctibus incipiendo,ceraſa quanto magis dulcia tanto videntur nutritiua magis: minima
tamen mollificatione & relaxatione ſtomacho nocent.¶ Acria vero ceraſa amarilia vo-
cata apud Italos, licet ſint inciſiua aliqualiter, & aliquo etiam modo aperitiua & ſto-
macho quodammodo vtilia, quia tamen ventrem conſtipant, ideo neque prima ne-
F que ſecunda in vſu placent.
Perſica tanquam frigida in primo & humida in ſecundo videntur quidem dimit-
tenda quia tamen ſtomacho videntur conuenientia & appetitum excitantia,ideo con-
cedi poſſunt:& melius eſt ea ante,quam poſt cibum aſſumere.

Depomis autem dicendum,quod quando bene matura fuerint & ſolida ad calidi- A
tatem declinare videntur. Acria vero vel pontica, quia ad frigiditatem inclinata ſunt, neruis conuenire non poſſunt,ideo dimittantur. Aſſiduatio enim comeſtionis eorum facit dolorem neruorum.*2.can.proprio cap.*

Pyra ſimiliter,quia frigida in primo,& ſicca in ſecundo, licet frigida ſint propter terreſtrem partem,propter aqueam vero ad æqualitatem inclinantur,& proprie dulcia: vt *8.ſimpl.* Ideo eis coctis cum aniſo, fœniculo & ſaccharo vti poteſt, & iterum meliora ſunt elixa,quam cruda. ¶ Auellana licet ex parte qualitatum primarum conueniens videatur,quia calida eſt & ſicca in primo gradu, non ſit multus & frequens eius vſus, quia euertit ſtomachum & eſt tardæ digeſtionis. Torrefacta igitur in primis & comeſta non multum vituperabilis eſt. Exiſtimauit n. Hippocrates, ipſam facere augmẽtum in cerebro. ¶ Amygdalæ vero,quæ in calore æqualitati vicinæ ſunt,quia & boni nutrimenti,& aperiunt,& abſtergunt,conuenientes ſunt,ſi bene digerantur,melius eſt eas coctas vel crudas cum ſaccharo comedere, ne grauent ſtomachum & impediant. ¶ Ficus autem ſiccæ ſunt calidæ in primo,ſiccæ in principio ſecundi,& ideo albæ & citrinæ bonæ maturæ ex eis collaudantur,quia conferunt ſtomacho, aperiunt oppilationes epatis, renũ, & ſplenis,& eſt in eis lenificatio vltima & nutricatio maior,quam in aliis fructibus, vt *2. can.* colligendum, ideo placent. B

Humidæ vero,id eſt, & recentes ficus magis nutritiuæ ſunt, quam ſiccæ: licet ſtomacho non ſint ita conuenientes,poſſunt tamen accipi,ſed caueatur aſſumptio fumoſi vini poſt eas propter aptitudinem corruptionis earum. ¶ Paſſulæ etiam placent; quia epati,ſtomacho,pectori laudantur,& ſunt boni nutrimenti, quocunque ſumantur modo:& licet numerentur inter æqualia,videntur tamen ad caliditatem & ſiccitatem aliqualiter inclinare,quare placent. ¶ Nuces licet numerentur inter fructus calidos & ſiccos,tamen quia ſunt ſtomacho graues ad dirigendum vomitiuæ pectori & capiti nociuæ dimittendæ ſunt: & eo maxime,quia impedimentum ſermonis & linguæ paralyſim faciunt. C

Caſtaneæ iterum frigidæ ſunt & ſiccæ in primo gradu. Et ſua pauca dulcedine parũ nutriunt,comedi poſſunt,vel cum ſaccharo, & maxime,quia eorum nutrimẽtum,dum bene digeruntur,ſatis congruum eſt, & omnia membra confortant,ſecundum Auicen. ſententiam,licet in nutriendo Galenus ipſas quaſi pares frumento dixerit, *libr.2.de alim. fac.cap.36.* quod tamen intelligendum eſt comparãdo eas ad alios ſylueſtres fructus,quia tamen earum nutrimentum craſſum eſt, ventoſum, compactum & viſcoſum: ideo dimittantur. ¶ Chryſomela inſuper,quæ ſunt perſicorum ſpecies, frigidæ ſunt & humidæ in ſecundo,quia tamen ſunt velocis corruptionis,non habeantur in vſu, ſi tamen quandoque accipiantur,ſit ante cibum,& poſtea comedatur aniſum conditum & bibatur vinum bonum. D

Grana pini temperata ſunt in paſſiuis declinantia ad paruam caliditatem : & ideo multum ſua vnctuoſitate remollitiua & ſtomacho nociua : vt *in 13. tertii cap. de nocentibus ſtomacho.* quare dimittantur,niſi infundantur in aqua calida & ſint condita cum melle ad homines frigidæ complexionis:cũ ſaccharo vero albo ad homines calidos, *vt can. ſecundo ſuo cap.* colligendum. ¶ Fiſtici vero calidi ſunt in fine ſecundi & habentes humiditatem non graduatam,ſunt ergo conuenientes,quia aperiunt meatus nutrimenti, expurgant canales epatis & pulmonis, *8.ſimpl.* Et adhuc magis:quia *22.continentis,cap.53.* auctoritate Bimaſii ponuntur calidi & ſicci in ſecundo. Dactyli vero bene maturi & dulces calidi ſunt in primo:Licet de ſecunda qualitate eorum ſit diſcolia inter ſapientes. Nam aggregator *cap.65.* nominat eos inter medicinas calidas & ſiccas in primo. Auicen. vero *cap. de palma.* dicit parum,& quod præteriit de dactylis ſermo: licet in libro meo non inueniam ab eo capitulum,neque de dactylis,neque de fenikia,neque de rotab, ſed *23. halaui. cap. de palma.* auctoritate Bimaſii. Dactyli maturi recentes calidi ponuntur in ſecundo, humidi in primo. Quia vero cum hoc, quod abundanter nutriunt,ventrem conſtringunt, & inferunt punctionem in ore ſtomachi & dolorem in capite faciunt, & oppilationes in epate & ſplene, nunquam accipiantur,niſi raro & poſt cibum. E F

Iuiubæ frigidæ ſunt in primo,temperatæ in humiditate & ſiccitate, & quia malæ ſunt ſtomacho,pauci nutrimenti,vt Galenus ſcripſit de eis,quod non inueniat eas vtiles

A in conſeruanda ſanitate, neque ægritudine remouenda; ideo dimittantur. ¶ Mora vero Celſi, quia calida ſunt & humida, cum ſunt bene matura, quandoque accip poſ-ſunt ante cibum ad confortationem, quam in ſtomacho faciunt. Non ſit tamen frequens eorum vſus propter humiditatem præparantem ea ad corruptionem facilem.

Granata vero dulcia, quæ ponuntur frigida & humida in primo & ſtomacho conuenientia accipi poſſunt. Acria vero frigida & ſicca non placent, niſi eorum ſuccus in ferculis cum aliis condiatur. Muza vero, id eſt, medii ſaporis conuenire non poſſunt in plurimis cibis. Pruna frigida ſunt & humida, & ideo quandoque concedi poſſunt bene matura gratia leniendi ſtomachum & incidendi & aliqualiter prouocandi: & ſint citrina vel rubea a ſuo cortice depurata. B ¶ Cydonia vero licet frigidæ complexionis, & ſiccæ ponantur, tamen conuenire poſſunt poſt cibum accepta: Cocta vero cum ſaccharo, vel cum melle condita; non tamen in magno vſu: multitudo enim comeſtionis eorum læditiunćturas, vt 2. *canone* colligendum, ante cibum, poſt vero accipi non debent, niſi gratia confortandi ventrem, & remouendi lenitatem vel ſtomachi lubricitatem. Hæc pauca de cibis ſufficiant.

De potibus congruis poſt hoc dicendum eſt. ¶ Præmittendo primo, quod vinum conuenientius debet eſſe colore album, ſubſtantia clarum & diaphanum, potētia ſub i atiuum, exſiccatiuum & aperitiuum. Sapore vero aliqualiter dulce, non multum & aromaticum. *Potum*

C Vinum vero odore abominabile, craſſum, turbidum, non bene defæcatum omnino euitari debet. ¶ Vini operatio non paruam diuerſitatem accipit a loco, vnde ortum habuit. ¶ Melius eſt vinum ex montibus vel planis acceptum, a paludoſis & vmbroſis locis elongatum. *Vini diuerſitas a loco.* ¶ Et ſi dum componitur vinum cum aromaticitate, caliditate, ſiccitate, & apertione valentibus artificiaretur, bonum eſſet. ¶ Fiat igitur vinum, cuius vſus in æſtate, meo iudicio conueniens erit. ℞. *muſti* ℔. *centum, florum roriſmarini, florum ſaluiæ ana* ℔ ß. *ſem. fæniculi* ℥ *iij. paſſul. nigrarum* ℔ ß. *acetoſæ, ſem. cichoreæ ana* ℔ ß. *mellis electi* ℔ *v. ponantur omnia ad bulliendum ſuo modo.* *Vinum in æſtate vſurpandum.* ¶ Pro hyeme vero placeret mihi vinum hoc modo confectum. ℞. *florum ſtæchados, florum roriſmarini, florum ſaluiæ, ana* ℔ j. *galangæ, zinziberis, granorum paradiſi ana* ℥ ß. *paſſul.* ℔ ß. *fiat, vt ſupra.* *Vinum compoſitum pro hyeme.* ¶ Iterum hydromel huiuſ-

D modi deſcriptionis in hyeme conueniens eſt. ℞. *ſpecies nunc vltimo deſcriptas, aquæ fontis electæ* ℔ *200. mellis electi* ℔ *25. coquantur ſimul lento igne, vſque ad conſumtionem octauæ partis, deinde per filtrum bene ſpiſſum colentur.* *Hydromel pro hyeme.* Poſſet etiam hic potus in æſtate eſſe conueniens duplicato pondere aquæ reliquis remanentib. Quomodocunque tamen ſine his potibus vel vino vti libet, in eo aliqui canones obſeruentur. *Canones circa hos potus.* Primo, quod ſi propter æſtum vel exercitia inualeſcat ſitis & multa potus quantitas neceſſaria ſit; tunc parum de cibo eſſe aſſumendum. 1. Secundus, quod ſi vinum diluere oporteat, fiat per quatuor horas antequam bibatur. 2. Tertius, quod in æſtate lymphetur cum aqua decoctionis aniſi & fœniculi vel cinamomi in hyeme. 3. In æſtate vero cum aqua ſimpliciter cocta, vel decoctionis paſſularum, vel ſem. cichoreæ. Quartus, quod non debeat bibi vinum poſt cœnam vel

E prandium cum iam tranſiuerit quarta pars horæ aut media hora ad plus, quare non eſt laudandus vſus eorum, qui apud ſomnum bibunt. 4. Talis enim potus digeſtionem ſtomachi impedit, ſpiritus rudibus permiſcet vaporibus, caput, ventriculos cerebri & omnes neruos vaporibus & ſuperfluitatibus implet & laxitudinem in articulis & dolores iuncturarum hereditare facit. Quinto, Euitetis bibere vinum ieiuno ſtomacho; eſt enim de rebus maxime nociuis ad neruos & ad iuncturas. 5. & iterum non accipiatur vinum niſi prius de cibo aliquid notabiliter ſit aſſumtum. Trahitur enim faciliter ad remotas partes antequam digeratur bene & in neruis accedat, & ad plura nocumenta perducit.

Sextus, quod potus vini non ſit conueniens poſt comeſtionem fructuum recen- 6.

F tium & humidorum, facit enim eorum aquoſitatem in venas labi, quia penetrator eſt bonnus.

Septimus, quod ſi ex tempore caput læderetur ex aſſumtione vini, bonum eſt poſt cibum comedere quatuor vel ſex grana myrti; maxime enim conferunt ad prohibendum nocumenta talia. 7.

Octauus: quod ſi adhuc notabile nocumentum ex aſſumto vino perciperetur & A
perſeuerans poſt ipſum, illico prouocandus ſit vomitus, vt ſequenti capit. colligendum.
¶ De aqua vero ſimplici regulas non pono, quia hic approbari non poteſt. Et hæc de
potu dicta ſufficiant.

Cap. III. *De menſura repletionis & inanitionis.*

QVONIAM itaque diligenter immoderatam plenitudinem ciborum & po-
tuum; immo & omnium aliorum humorum euitari oportet: (Eſt enim hoc
principium omnium ægritudinum materialium:) ¶ Ergo euitetur repletio
ex cibis omnib. & maxime malas qualitates habentibus, de quibus ſatis vi-
ſum eſt; immo optimum eſt comedēti reliquias famis, velut theſaurum cō- B
ſeruare ſibi, tunc enim potentior eſt ſtomachi calor ad bene digerendum, ex ſaturitate
vero vel repletione ſuffocatus detinetur. ¶ In comedendo igitur ſæpe potum accipere,
& parum, melius eſt quam raro & multum bibere. ¶ Amplius cum ventris conſtipatio-
ne & vniuerſaliter cuiuſcunque ſolitæ euacuationis retentione non eſt comedendum,
immo prius mane corpus a communibus ſuperfluitatibus ventris & vrinæ ſputo & nariū
mundificationibus & leui exercitio euacuari debet. Poſt hæc autem comedendum ita,
vt nulla ex potu & cibo grauitas vel fluctuatio in ſtomacho percipiatur, vt ſupra ta-
ctum eſt.

Si autem grauitas in ſtomacho ex cibis & potibus, vel nauſea, vel alia doloris
ſpecies contigerit, illico vomitus prouocandus eſt, maxime enim confert ægritudini- C
bus chronicis, vt *quarta primi, cap. de vomitu.* Et ægritudines, quæ ſunt digniores, vt in
eis fiat vomitus, ſunt chronicæ: vt hydrops, epilepſia, melancholia, lepra, podagra, ſcia-
tica. Idem etiam ſcribitur *ſecunda tertii.* Amplius etiam laudaretur vomitus, quantum-
cunque magna aut nulla perciperetur in ſtomacho grauitas, quoniam complexio ve-
ſtra eſt de illis, quæ non ſunt ſuſpectæ ad vomitum. Vnde *quarta primi cap. de iuuamentis
vomitus*: Et ille quidem, cui maius iuuamentum affert vomitus, eſt, cuius complexio
prima eſt cholerica, & eſt macer.

Si autem liberet prouocare vomitum, modus eſt, vt accipiatur fruſtum coti, & ſu-
perponatur oculis, & ligetur adhærenter cum vitta. Poſt autem digito in ore poſito
& titillatione facta cum eo in radice linguæ vel cum penna oleo prius vncta, vel ſine o- D
leo, prouocetur vomitus. Melius enim eſt taliter, quam cum medicinis vomitum
prouocare.

Canones circa vomitum obſeruandi.

Sunt autem canones in hoc obſeruandi: ¶ Primus, quod conuenientius ſit vome-
re in fine veris vel æſtate, quam aliis temporibus. ¶ Secundus, quod nunquam fiat vo-
1. mitus ſtante conſtipatione ventris: Immo ſemper ante leniatur venter. ¶ Tertius, quod
2. ſi fuerit neceſſarium cum medicinis prouocare vomitum, ſunt leuiores præmittendæ.
3. ¶ Quartus, quod ſi vomitum prouocare oporteat in hyeme, eligatur hora ſexta diei vel
4. calidior. ¶ Quintus, quod ante vomitum repleatur ſtomachus cibis multis, in ſub-
5. ſtantia, odore & ſapore diuerſis & craſſis, ſubtilibus, ventoſis, vnctuoſis, dulcibus, aceto-
ſis & acerbis. Talibus enim faſtiditus ſtomachus ad vomitum facilius inclinatur. Cum E
igitur taliter faſtiditus eſt ſtomachus, exercitari debet corpus, tunc facilius euomet.
6. Motus enim magis facit euomere, & quies minus. *quarta primi cap. de vomitu.* ¶ Sextus,
7. quod poſt vomitum lauetur facies cum aqua roſ. ¶ Septimus, quod poſt vomitum
8. non fiat repletio ex cibis, neque ex potibus, & maxime euitanda eſt aqua frigida. ¶ O-
ctauus, quod poſt vomitum quieſcendum ſit per duas horas antequam cibus accipiatur.
9. ¶ Nonus, quod poſt vomitum comedantur aſſata leuis digeſtionis, vt ſunt perdices, aues
10. minutæ & ſimilia. ¶ Decimus, quod ſi poſt vomitum remanſerit in ſtomacho mordi-
11. catio; comedantur fercula pinguia, portetur lana infuſa in oleo calido. ¶ Vltimus,
quod ſi poſt vomitum remanſerit ſingultus, bibatur aqua calida ſæpe & paulatim, &
prouocetur ſternutatio cum tactu pulueris piperis per nares. F

Vomitoriũ.

De medicinis vero vomitiuis ſecurior eſt hæc & famoſior vſitata. *℞. ſyrupi acetoſi
ſimplicis ℥ ij. aquæ fontis ℥ iij. ſacchari albi ℥ j. detur hoc totum in potu tepidum non calidum. Exſol-
uunt enim omnia tepida robur ventris, id eſt, ſtomachi, 11. terapeuticæ.*

Similiter accipi poteſt *aceti ℥ j. aquæ ℥ ij ß. ſacchar. ℥ ß. & tepide bibatur.* ¶ Si autem
cum

A cum iſtis leuibus non prouocaretur vomitus, accipiatur hæc mihi ſæpe experta medici-
na ℞. *ſucci radicum liliorum alborum, olei communis ana ℥ ß. ſalis gemmæ grana vj. aquæ fontis ℥ j.
bibatur tepidum.* ¶ *Vel ſumatur ſucci corticum radicis ſambuci ℥ j ß. & tepidum bibatur.* ¶ Vo-
mitiua vero cum elleboro parata, & reliquis fortioribus omnia euitari debent. ¶ Si
autem contingeret repletionem ex ſanguine vel aliis humoribus fieri, prouidendum eſt,
vt in ſecundo tractatu videbitur.

Ad repletiones vero ex fecibus muſcoſis, ſuperfluitatibus, & aquoſitatibus in ſto-
macho & inteſtinis & vicinis partibus tollendas laudo prius ad hæc conuenientia clyſte-
ria. Clyſtere bonum in æſtate fiendum. ℞. *foliorum violarum M ij. foliorum betæ & mercuri-* Clyſtere.
alis ana M j. ſacchar. rub. ℥ j ß. ſalis communis ʒ iij. olei viol. ℥ ij. olei de camomilla ℥ j. miſce cum lib. j.
B *decoctionis prædictorum.* ¶ Aliud temperatum magis. ℞. *brodii bulli lib. j. ſacchar. rub. ℥ ij. vi-
tellum vnum oui, ſalis communis ʒ ij. miſce, & fiat, vt ſupra.* ¶ Clyſtere bonum pro autumno.
℞. *foliorum betæ M ij. violarum, mercurialis ana M j. ſacchari rubei ℥ j. benedictæ ſimplicis ʒ ij.
ſalis communis ʒ iiij. olei oliuarum ℥ ij. fiat clyſtere.* ¶ Aliud conueniens magis cum adſunt
ventoſitates & eodem tempore. ℞. *foliorum camomillæ M j ß. foliorum betæ, foliorum maluæ a-
na M j ß. olei de baccis lauri ℥ j. olei violarũ, ſacchar. rub. an. ℥ j ß. ſalis gemmæ ʒ j. cum lib. j. prædictæ
decoctionis fiat clyſtere.* ¶ Clyſtere bonum pro hyeme. ℞. *foliorum maluæ & betæ, & foliorum
camomillæ ana M j. granorum aniſi & fœniculi ana M ß. olei de ſiſamo & amygdal. dulcium ana ʒ j.
ß. ſalis gemmæ ʒ j. ß. miſce.* ¶ Clyſtere ſecundum pro eodem tempore cum adſunt
ventoſitates & grauitas capitis. ℞. *aniſi, fœnic. ameos, ſem. aneti ana M j. brodii bulli vel caponis*
C *vel galli antiqui, quod melius eſt lib. j. ſalis nitri ʒ ij. olei oliuarum ℥ ij. olei de aneto ℥ ij. fiat clyſtere.*
¶ Clyſtere bonum pro tempore veris. ℞. *brodii pulli lib. j. olei de camomilla, olei liliorum albo-
rum ana ℥ j ß. ſacchari rubei ℥ j. vitellos ouorum duos, butyri ℥ j. ſalis communis ʒ j. fiat, vt ſupra.*
¶ Aliud ſimile huic, ſed minus calidum. ℞. *olei de ſiſamo, amygdalarum dulcium ana ℥ ij. vi-
tellos oui numero ij. butyri ℥ j ß. croci ℥ j ß. brodii pulli vel decoctionis maluarum vel violarum lib. j.
fiat vt ſupra.*

Conferunt etiam ad minorandas materias & repletiones membrorum nutrica-
tionis & capitis etiam & aliarum partium electuaria quamplurima ab auctoribus hinc-
inde tradita, vt electuarium de ligno aloes deſcriptione Auicen. *quinto canon. ſum. prima.*
¶ Electuarium de piperibus acceptum a Galeno in ſecretis ad Omonteum deſcriptione
D ſecunda, pro Albucaſe religioſo, vbi vidi magnas eius laudes, & eſt mihi domeſtica me-
dicina. ¶ Confectio diamuſci deſcriptione Auicen. *5. cano. ſumma prima.* vel Meſue *in an-
tidotario diſtinctione prima.* ¶ Confectio aromatici roſ. deſcriptione Gabrielis a Me. *ibidẽ.*
¶ Deſcriptio trageæ ſerenitati veſtræ tranſmiſſæ, quæ talis. ℞. *ligni aloes ʒ ij. liquiritiæ &* Tragea.
*ſucci eius, aniſi ana ʒ j ß. violarum, roſarum, ſandalorum amborum ana ℥ ij. macis, galangæ, nucis mu-
ſcat. folii ameos, granorum paradiſi ana ʒ ß. cinamomi electi ʒ ij. ſem. baſiliconis ʒ j ß. margaritarum
contritarum ſicut alcohol ʒ j ß. foliorum lauri numero 10. ſacchari albiſſimi duplum pondus, omnium
de hac accipi poteſt ſemper ante cibum ʒ j ß. & poſt cibum ʒ j.* ¶ Ad hanc etiam intentionem
confert electuarium ſerenitati veſtræ tranſmiſſum. Cuius deſcriptio eſt talis & accipia-
tur ex eo cochlear medium per duas horas ante diem omni ſeptimana ter, & dormiat
E ſuper eo. ℞. *florum ſquinanti, ſpicæ, ameos, galangæ, cinamomi, cimini ana ʒ ij ß. maſticis, fœniculi,* Electuariũ.
*aniſi, piperis nigri & longi, calamenti ana ʒ v. folii ciperi, croci, aſari, caſſiæ ligneæ, ſem. apii, garyo-
phillorum, cardamomi maioris & minoris, cubebarum, nucis muſcatæ, macis, carpobalſami, xylobal-
ſami, pyrethri ana ʒ j ß. mellis diſpumati, quantum ſufficit: fiat electuarium ita quod pro lib. j. mellis
ponantur ſpecierum ℥ ij ß.* ¶ Item ad eandem intentionem confert elegans mea confectio
tranſmiſſa ſerenitati veſtræ. Cuius deſcriptio eſt talis. ℞. *galangæ, caſſiæ ligneæ, calami aroma-* Confectio.
*tici, ciperi, croci, ſpicæ nardi, garyophillorum, cardamomi maioris, croci, coſti dulcis, cinamomi, carpo-
balſami, ameos, aſari, amomi, ſem. myrti, cinami, trium piperũ ana ʒ j. maſticis ʒ ij. pirethri, ſem. ru-
tæ ana ʒ ß. florum hypericonis, florum ſaluiæ & roriſmarini ana ʒ j ß. ſacchar. al. quantum ſufficit
cum aqua betonicæ fiat confectio ſolida in rotulis magnis.*

F Conferunt enim hæ deſcriptiones tres iuuamento magno omnibus ægritudini-
bus de materia frigida, conſumendo eas, & digerendo, carminant ventoſitates capitis,
pectoris, ſtomachi & omnium membrorum nutricationis digeſtionem procurant, ci-
bum penetrare faciunt, ſpiritus clarificant, neruos confortant & oppilationes appe-
riunt & exterminant, deſcriptiones earum ex theoria medicinæ deduci poſſunt. ¶ So-

lent autem regibus, ducibus & magnis prælatis ad hæc & ſimilia compoſita adiungi mi- A
neralia: vt hyacinthus & ſmaragdus, ſapphirus, limatura auri & ſimilia, quæ qualiter & quantum ſint neceſſaria, non vitupero; nec talia multæ neceſſitatis eſſe credo.

Ad minorandas etiam repletiones, plurima reperiuntur inſtrumenta, materias exſiccantia ab illuſtribus autoribus hincinde collecta: vt pilulæ de hiera ſimplici deſcriptæ a Galeno *ſeptimo terapeuticæ. vndecimo cap.* Ex quibus in ſeptimana poteſt accipi ʒ ß. parum ante cœnam, aut ʒ j ß. ſemel vel bis in menſe in aurora tardando cibum per ſex horas, præmittendo per vnam horam ante prandium abſterſiuum ex vno cyatho aquæ hordei cum ℥ j. ſacchari rubei calidum acceptum. His autem pilulis moderniores nonnulli addunt agaricum ſubtriplum eius: aut ſubquadruplum cum eis componendo: vt,
Pilula. ℞. *pilularum de hiera ſimplici* ʒ j. *agarici electi* ℈ j. *ſecundum primum modum, aut gran. xv. iuxta ſecundum, zinziberis gr. v. reformentur cum melle roſ. & accipiantur, vt prius.* ¶ Conferunt etiam ad hanc intentionem pilulæ alephangine deſcriptione Meſuæ. Ego vero ſerenitati veſtræ tranſmiſi pilulas in hũc modum deſcriptas, quæ caput, neruos & omnium ſenſuum organa & membra nutritiua emundando confortant: nec magna cuſtodia in- B
Pilula. digent. ℞. *aloes epaticæ electæ* ℥ ij. *agarici electi* ℥ ß *ſalis gemmæ* ʒ ij. *infundantur in ſucco maioranæ, vt ab eo bene ſint cooperta & exponantur ſoli vel conſeruentur in loco calido bene, vſque ad conſumtionem ſucci tertia vice factam.* Poſt hoc. ℞. *ameos. florum roriſmarini, ſtæchados, aſari, nucis muſcatæ, galangæ ana* ℈ ß. *nitri gr.* vj. *maſticis, croci ana gran. viij. formentur pilulæ cum aqua maioranæ:* & de eis poſſunt accipi vna vel duæ vel tres ante cibum, & poſt cœnam per duas horas ad libitum. C

Ad hanc etiam intentionem confert puluis iſte, de quo accipi poteſt ℈ j. aut
Puluis. ℈ ß. parum ante cœnam. ℞. *turbith electi* ʒ ij. *polypodii* ʒ j ß. *folliculorum ſenæ* ʒ ij ß. *zinzib. ameos, cinamomi, fœniculi ana* ℈ j. *aniſi, liquiritiæ ana* ʒ ß. *tartari* ʒ j ß. *fiat puluis ſubtilis.* ¶ Ad minorandum vero partialem repletionem capitis conferunt pilulæ aſſaiaret ab Auic. deſcriptæ. *1. tertii cap. de canon. curationis capitis.* & accipi poſſunt duæ vel tres ex eis per duas horas poſt cœnam.

Inanitionem vero immoderatam ex longa cibi abſtinentia ſimiliter S. T. eſſe euitandã conſulo: Vnde longa ieiunia aut fortia valde, vt pane & aqua celebrata, & ſi propter reuerentiam legis & deuotionem approbari debeant: ipſa tamen loquendo phyſice omnia hic reprobari debent, perducerent enim ad debilitatem non facile recuperabilem, quare dimittantur. ¶ Similiter inanitiones per omnia loca immoderate factas D
euitare oportet: vt per nares, per vomitum, per vrinam, per ſudationem, per ventrem & per hæmorrhoidas, & ſimilia loca. Hæc de repletione & inanitione dicta ſufficiant.

CAP. IIII. *De conuenienti menſura adminiſtrandi exercitium & quietem.*

QVIA in præſeruatione a diſpoſitionibus ſupraſcriptis, & earum euacuatione completa exercitium non modicum videtur afferre iuuamentum: Ideo de eo pauliſper dicendum eſt. ¶ Præmittendo primo, quod ſtante notabili dolore capitis & iuncturarum, exercitium equitandi aut peditandi, E
non ſit conueniens. Patet, quia ponere materias in fluxum ad maiora nocumenta inducit, quam vtilitatem afferat. ¶ Secundo, quod ſtante notabili plenitudine corporis ab exercitio iterum abſtinendum ſit, immo quieſcendum, vt patet ſupra. Tertio, quod menſura exercitii tanta debeat eſſe, vt hominem perducat ad laſſitudinem excluſiue. ¶ Quarto, quod cum contingeret propter exercitium laſſitudo, abſtinendũ eſt ab eo, iuxta illud famoſum: *In omni motione corporis, &c.* ¶ Quinto, quod conſueta exercitia conuenientia ſint, & minus nocumentũ adducunt cum maiori etiam facilitate toleranda; immo & apud debilem, iuxta illud famoſum ſermonem Hippo. *ſect. 2. aph. 49. Aſſueti aſſuetos ferre labores.* ¶ Sexto, quod ſecundum diuerſitatem partium diuerſificentur exercitia. Vniuerſale autem exercitium omni alio melius eſt ieiuno corpore F
longo tempore mediocriter peditare aut gradarium equum equitare aut fricationem toti corpori applicare, incipiendo a pedibus vſque ad genua, & a genubus vſque ad radices coxarum: a manibus vſque ad humeros cum ſicco panno, aut manibus inferius trahendo & mediocriter membra comprimendo, vſquequo notabiliter ru-

bedine

bedine participent:tales enim fricationes materias conuenienter a ſuperiori ad inferi-
ora & a profundo corporis ad exteriora deducunt. ¶ Quantum vero ad particularia ex-
ercitia: mane expulſis communibus ſuperfluitatibus, vrina, ſputo, & fecibus, fieri poſ-
ſunt prædictæ fricationes, poſt ipſas autem caput pannis calidis mediocriter fricari o-
portet, vt pectine pectinari, ſi non ſentitur in eo dolor capitis: Stante enim dolore ca-
pitis eius fricationes non conueniunt, primæ conuenientiores ſunt. In tali enim capitis
pectinatione non debet multum caput diſcoopertum detineri, in quo non parum er-
rat ſerenitas veſtra: vt Venetiis vidi. Immo frequenti pannorum coopertura muniri
debet, & adhuc tempore caliditatis. Cum enim in nocte caput fuerit conuenienter
infulis bene calefactum ex eius diſcoopertura a matutinali, vel nocturna frigiditate fa-
B cile percutitur: quare ad nocumenta multa perducit. ¶ Poſt autem exercitium con-
ueniens oculis eſt applicari mediocrem legendo literam, remota non valde obiecta
reſpicere, a flamma ignis oculos elongare & reliqua ſimilium facere. Voces aliquali-
ter alte ſubleuando, hymnos Deo & pſalmos cantando pectus exercitant.

Iuncturæ autem exercitio ſibi conuenienti fatigentur, vt non ſuperfluat. Quo-
niam exercitium ſuperfluum excitat podagram & dolorem iuncturarũ. *vigeſima ſecunda
tertii.* Neque igitur laudandum eſt, vt caligæ multum coxas & crura, & iuncturas ſtrin-
gant, vt eſt multorum Germanorum vſus. ¶ Similiter etiam iuncturas genuum &
pedum, vel ancharum longo tempore incuruatas detinere nocet. Prohibet enim hoc
innati caloris, ſanguinis & ſpiritus debitam quantitatem ad iuncturas influere: quare
C complexio eorum debilitatur, & ad dolores, & ad reliqua nocumenta præparat. Vnde
licet deuotis frequenter conſuetudo ſit longo tempore flexis genibus orare, quod apud
theologos approbandum eſt: In ſcholis tamen phyſicorum non videtur approbãdum,
immo omnino fugiendum. Forte enim verus theologus non approbaret ea, quæ pro ſa-
lute animæ detrimentum corporis inducunt, ſi euitari poſſunt: & tu conſidera. ¶ Loco
autem exercitii iuncturarum conferunt fricationes præſcriptæ. Iterum & embrocatio-
nes & fricationes cum aqua & ſale, aut cum oleo ſali commixto ſuper iuncturis factæ:
quare *breuiarii 4.* Serap. ſcripſit: Et ex eis, quæ cuſtodiunt hominem, ne accidat ei poda-
gra, eſt embroca cum aqua ſalſa, quando funditur ſuper duos pedes ſemper: Et ſal, quan-
do aggregatur cum oleo, & fit ex eo emplaſtum in pedibus vel ſuperfricatio. ¶ Quiete
D autem vtendum eſt maxime ſuper cibum, & tempore laſſitudinis vel debilitatis vel ne-
ceſſitatis dormiendi & reliquorum. Hæc de motu ſufficiant.

Cap. V. *De conuenienti menſura ſomni & vigiliæ.*

PRo quibus præmittendum primo, quod conuenientior hora dormiendi
ſit nox, quam dies. Naturalis enim dormitio & ſecundum curſum naturæ
facta eſt, quæ noctem non effugit, & diem non impedit. ¶ Secundo, quod
non eſt dormiendum immediate poſt cibi aſſumtionẽ: immo diſtanter ab
eo ſaltem per ſpatium duarum horarum vel vnius. ¶ Tertio, quod nullo
modo dormiendum diſcooperto exiſtente. ¶ Quarto, quod quantum fieri poteſt eui-
E tetur ſomnus diurnus. In die enim dormire malum & ad malas præparans ægritudines;
generat enim ægritudines humectantes & reumatiſmos, corrumpit colorem & grauat
ſplenem, laxat neruos & efficit pigritiam. *tertia primi, doctrina ſecunda, ſumma prima, cap. 9.*
¶ Quinto, quod eleuato capite dormiendum ſit. Talis enim ſitus caput minus ad re-
pletionem vaporum diſponit. ¶ Sexto, quod non ſit reſupine dormiendum: Quoni-
am materias ad poſteriora, vt ad nucham & ad neruos declinare facit. ¶ Septimo, quod
naturalis ſomnus menſuram horarum 7. 8. vel 9. non tranſeat. ¶ Octauo, quod dormitio
ſuper ventrem digeſtionem roboret, ſed oculis noceat. ¶ Sit ergo canon talis, quia aſ-
ſumta cœna vel prandio occupetur tempus in lectionibus ſacrorum, narrationibus hi-
ſtoriarum, pertractationibus negotiorum communium ducatus veſtri, vſque ad ſpa-
F tium duarum horarum: Deinde ſubito exuto corpore lecto diſponamini. ¶ Non enim
laudo, vt diſcalciando pedes, diſcooperiendo caput, detegendo pectus & corpus reli-
quum introitum lecti tarderis, vt Venetiis vidi. Talis enim modus corpus veſtrum ad
malas ægritudines præparat ſubito. Igitur vt prætactum eſt, lectum ingredi debetis, ca-
put altum conuenienter decumbendo tenere, prius ſuper dextro latere primum ſo-

mnum occupare. Deinde ſuper ſiniſtro. Poſt hæc autem ſuper dextro retrocedendum, A
ſi opus fuerit. Talis enim dormitio organa digeſtionis ad bene digerendum optime diſponit. ¶ Neque ſit ſtratus ex rebus actu vel potentia frigidis artificiatus, immo de molli pluma vel bene carpinato cotto conſtructus, linteolis ſerici vel mollibus ſecũdum principatum veſtrum decenter ornatus, muſco, ambra, ligno aloes, garyophillorum, galanga, nuce muſcata, foliis lauri, meliſſæ, menthæ, rutæ decenter aromatizatus; quæ omnia aut ipſorum plura in loco conſeruationis linteaminum & reliquorum pannorum reponi debent: & maxime puluis vel materia pomorum deſcriptorum ſupra *cap. de menſura aeris.* ¶ Vigiliæ autem, quæ & ſi propter exſiccationem, quam inducunt, eſſent proficuæ, quia tamen multum reſoluendo ſpiritus & humores laudabiles, multum deconuenire videntur, euitandæ ſunt. Cum igitur 8. vel 9. horarum ſpatium in die naturali conueni- B
enter dormiendo expenſum fuerit, reliquo tempore vigilandum laudabilius approbatur.

Vigiliæ.

Cap. VI. *De conuenienti menſura accidentium animi.*

Vellem igitur tam veſtri moderari poſſe animi paſſiones quantum ego opto. Quis enim eſt, qui phyſica induſtria, qui ornato ſermone, qui accuratiſſima dilectione accidentia animi principum metiri poſſet. Nunc enim & frequenter eis triſtia & frequentius quam dulcia, quam delectabilia ex nouis huius fragilis mundi caſibus enarrata & pertractata porriguntur. ¶ At quia quantum potui phyſicorum induſtria diligenter inſpicere ex paſſionibus animi, quandoque mo- C
tus fiunt repentini in humoribus & ſpiritibus de centro ad circumferentiam; vt in forti riſu vel gaudio, tales euitari debent. ¶ Secundo, quod motus etiam oppoſiti repentine facti, vt in timore forti, verecundia & ſimiles, euitari debent. ¶ Tertio, quod accidentia animi tantum metiri oportet cum ſcrutinio rationis, vt eorum excellentia motus iam dictos prohibere poſſit. Neque igitur conſiliarii, non ſecretarii neque familiares hiſtorias, aut noua magnę triſtitię inductiua principibus debent explicare. Nec cum percipiét eos mediocriter in intelligenda diſpoſitos contenta mente exercitatos, experientia & doctrina rerum mundanarum attractos & eruditos, & maxime cum contigerit eos eſſe ægritudinibus, doloribus & ſimilibus corpus affligentibus impeditos. Et licet plurimorum illuſtrium ſententia de coitu ſermonem faciat, quandoque ſuper cap. de exercitio D
propter agitationẽ corporis & motũ, quo exercitantur humana corpora cũ ſua miſeria delitiam illam effectantia. Similiter & alii ſub cap. inanitionis ipſum repoſuerũt propter euacuationẽ laudabilis materiæ in coitu neceſſariã. Mihi autem placuit ſub accidentib. animi collocare propter affectionẽ & propter delitiã magnam, quæ ſequũtur ad ipſum. ¶ Neq; igitur multus affectandus eſt coitus, immo neq; coeundum eſt. Effœminat enim ſuperfluus vſus coitus, & exanimat corpus, & nihil eſt, quod magis iſchias, id eſt, ancharum dolores & incurabiles ægritudines humano corpori irradicet. ¶ Nunquam igitur ad coitum accedendum, niſi cum incitatione a natura intrinſecus, abſque exteriori inuitatione perducatur corpus. Tunc enim, ſi fuerit prima digeſtio completa cum ſecunda, quod videtur eſſe tempus auroræ in diebus hyemis, & horæ nonæ vel decimæ in die- E
bus æſtatis, ad ipſum iam irritante natura exequendum tranſiri poteſt bis in hebdomada, aut ter, plus eius actum expediendo, nõ magna concuſſione in ipſum elaborando; ſed ſuaui motu corporis eius delitiam acquirendo, & poſt eius tempus in dormitione occupandum eſt. Et poſt illud ab exercitio ſaltem forti abſtinere oportet. Et cibis conuenientibus cum menſura rationis acceptis oportet nutriri corpus. Hæc de tractatu primo.

Tractatus ſecundus de regimine ægritudinum & acidentium prædictorum per medicinalia.

Declarato igitur regimine penes ſex res non naturales pro correctione F
malæ complexionis frigidæ & humidæ cerebri & accidentium ſequentium ad ipſam, quod obſeruandum eſt per illuſtriſſimum præfatum principem, tanquam principium curationis illorum accidentium: Iam reſtat ponere canones curationis illorum accidentium.

Et cum

A Et cum iam in prooemiali cap. præcedentis tractatus deductum fuerit omnium prædictorum accidentium cauſſam principaliter eſſe malam complexionem frigidam & humidam cerebri: Videtur curatiuum regimen principaliter ad ipſum dirigendum eſſe. Poſt hæc autem, ſi qua haberi poſſunt remedia, accidentibus præfatis appropriata, illa ordinate ſcribenda ſunt, & qualiter obſeruari debeant, particulariter declarandum. ¶ Partietur igitur regimen in duo capitula: Vt in ſequentibus nunc legendum.

Cap. I. *De regimine malæ complexionis frigidæ & humidæ cerebri.*

ITAQVE in regimine malæ complexionis cerebri præfatæ, per quod conuenienter curari poſſit ab ea præfatus ſereniſſimus princeps, & ab accidentibus i-
B pſam conſequentibus ſex videntur principales intentiones obſeruari debere. ¶ Prima intentio eſt euacuatio minoratiua materierum phlegmaticarum in cerebro abundantium & in nutritiuis membris congeſtarum. ¶ Secunda eſt digeſtio prædictarum materierum. ¶ Tertia euacuatio eradicatiua dictarum materierum. ¶ Quarta membrorum mandantium rectificatio. ¶ Quinta cerebri tanquam ſuſcipientis membri confortatio. ¶ Sexta & vltima materierum in cerebro fixarum & in aliis membris exſiccatio.

Prima igitur intentio completur per hæc inſtrumenta, materias a capite, neruis, pectore & membris nutritiuis educentia. Poſſunt autem eſſe inſtrumenta hæc, medicinæ fortes, debiles, aut debiles fortes nuncupatæ. ¶ Prima igitur medicina fortis debi-
C lis erit, attrahens materiam viſcoſam, craſſam & multæ reſiſtentiæ in cerebro exſiſtentem de communibus vſualibus: vt, ℞. *pilularum de hiera ſimplici Galen. agarici electi ana* ℈ j. *Pilula.*
zinzib. gran. v. reformentur pilulæ vj. cum ſucco maioranæ & exhibeantur. ¶ In ipſis autem accipiendis, & quocunque alio pharmaco tales regulæ obſeruari debent. ¶ Prima, quod accipiantur in aurora a præaſſumta cœna diſtanter nouem horis aut ſaltem octo. ¶ Secunda, quod ſuper eas dormiatur per mediam horam, ſuper pharmaco vero forti completa hora dormiendum eſt. ¶ Tertia, quod exercitium poſt horam prædictam ſit leue, & non perſeuerans, vt leuis ambulatio. ¶ Quarta, vt applicentur panni frequenter mediocriter calidi ſuper totum ventrem inferiorem. ¶ Quinta, quod non fiant fricationes aliquæ ſaltem fortes. Sexta, quod poſt quinque horas ab aſſumtione prædicta-
D rum accipiantur ℥ vj. aquæ hordei calidæ cum ℥ ß. ſacchari in æſtate; in hyeme vero tot ℥ brodii pulli macri cum prædicto ſaccharo. Septima, quod poſt aſſumtum brodium vel aquam non accipiatur cibus, niſi tranſeat vna hora.

Secundum vero minoratiuum commune poteſt eſſe hoc. ℞. *agarici electi* ʒ ij. *aquæ* *Potio minoratiua.*
ſaluiæ ℥ j ß. *aquæ maioranæ vel lauri* ℥ j. *zinzib.* ℈ j. *infundatur agaricus in prædicta aqua per diem naturalem. deinde in aurora caleſiat totum, coletur & exprimatur, & colatura illa detur calida in potu: vt ſupra ſcriptum eſt.*

Tertia vero medicina fortis debilis, de mihi expertis eſt, vt detur in potu ℈ j. aut ʒ ß. pilularum de ſarcocolla maiorum deſcriptione Meſ. Si autem velis facere medicinā debilem fortem, & apropriatam ad educēdum phlegma liquidum & mucillaginoſum,
E poteris deſcribere taliter. ℞. *ſtæchados, hyſopi ana* ʒ ß. *puluer. hermodactylorum* ℈ iij. *maſtic.* *Alia.*
zinziber. florum roriſmarini ana gran. vj. agarici ℈ ij. *turbith* ℈ j. *aquæ ſaluiæ, aquæ hyſopi ana* ℥ j ß. *Pulueres omnes infundantur ſimpliciter in aqua, hermodactylus vero agaricus & turbith ligentur in ſindone & infundantur in ea per diem naturalem:* poſt hæc autē calefiant, colentur & exprimantur, & cum ℥ j. mellis roſati colati hæc aqua in potu exhibeatur. Alia vero medicina huic conſimilis poterit eſſe talis. ℞. *hieræ ſimplicis* ℥ ß. *agarici electi* ℈ j. *zinziber. gran. iij. aquæ ſaluiæ, betonicæ, maioranæ vel lauri* ℥ j. *exhibeatur, vt ſupra.* Ad hanc etiam intentionem ſeruiunt omnes diuerſiones materierum a capite, vt lotiones pedum cum aqua decoctionis maioranæ, ſaluiæ, meliſſæ, pulegii, ſtœchados, calamenti, foliorum lauri, origani, anthos & ſimilium. Similiter & ligaturæ extremis partibus applicatæ, vt ſuper cauil-
F lis, genubus, manibus, cubitis & adiutoriis.

Adhuc etiam fricationes ſuper eiſdem. Item ſpatularum fricationes cum furfuribus, puluere ſtœchados, maioranæ, pulegii & ſimilium. Et denique ventoſitates ſine ſcarificatione ſuper ſpatul. factæ, & ſimilia ingenia gratia breuitatis omiſſa. hæc de intentione prima leuiter tacta.

Secunda intentio digerendi materias eſt, vt ſequenti die poſt præmiſſum euacua- A
tiuum digeratur materia aſſumendo omni mane infraſcripta, vel ipſorum aliquid ho-
ra nona poſt cibum, dormiendo poſt ea horis duabus, & tardando cibum horis qua-
tuor ſaltem euitando forte exercitium, vt currendi, equitandi, clamandi, rixandi & ira-
ſcendi. Et hæc eſt conditio in digeſtiuis obſeruanda, vt toties aſſumantur, quouſque ap-
pareat rectificatio vrinarum in colore, ſubſtantia cum nube alba, æquali coniuncta in
fundo ſedente. ¶ Horum igitur digeſtiuorum primum poteſt eſſe tale deſcriptione
Potio. communitatis. ℞. *ſyrupi ſtæchados ℥ j ß. aquæ ſaluiæ, betonicæ ana ℥ j. aquæ meliſſæ ℥ j ß. miſce, &*
calidum exhibeatur in potu. ¶ Secundum vero & inciſiuum, & ſubtilitatiuum magis eſſe
poterit hoc. ℞. *oxymellis compoſiti ℥ j. ſyrupi de ſtæchad. ℥ ß. aquarum, vt ſupra.* Tertium vero
poterit eſſe ſubtilitatiuum magis abſterſiuum & materierum difficilis eradicationis ex- B
tirpatiuum. ℞. *oxymellis ſquillitici ℥ j. ſyrup. de hyſopo ℥ ß. aquæ lauri ℥ j. aq. maioranæ ℥ j. miſce.*
¶ Quartum & melius eſt hoc materierum phlegmaticarum, viſcoſarum & craſſarum,
& ventoſitatum in capite rectificatiuum. ℞. *ſyrupi de calamento ℥ j. oxymellis ſquillitici ℥ ß.*
aquæ decoctionis macis ℥ iij. miſce. ¶ Melius autē præter hæc omnia & magis expertum eſt
Digeſtiuum digeſtiuum hoc compoſitionis meæ. ♃. *florum roriſmarini, florum ſaluiæ, meliſſæ, pulegii, be-*
tonicæ ana M ij. herbæ paralyſis, peucedani, ameos, aſari, ſtæchados, eupatorii, ana M j. galangæ, nu-
cis muſcatæ, granorum paradiſi, baccarum lauri, granorum pæoniæ ana M j ß. Infundantur omnia in
℔ viij. aq. per duos dies: deinde coquantur lento igne vſque ad conſumtionem medietatis. Deinde
colentur cum forti expreſſione, colaturæ ſuperaddatur ſacchari ℔ j. aceti ſquillitici ℥ iiij. & leui ebul-
litione coquantur: & in hac decoctione bulliant hæ ſpecies in ſyndone raro ligatæ. ♃. ambræ muſci ana C
gran. iij. amomi, granorum paradiſi, radicum pæoniæ, acori, calamenti, galangæ ana ℈ ß. omnia ſub-
tiliter puluerizentur: & mixta cum prædictis fiat ſyrupus longus, de quo aſſumantur ℥. vt ſupra. pla-
cebit enim inter cætera; quia rectificat cerebrum, digerit materias in eo abundantes, ſoluit
vētoſitates, confortat organa ſenſuum omnium, interiorum & exteriorum, & principa-
liter cum ipſo ſæpe auditus nocumenta remoui. Hæc de intentione ſecunda.

Tertiam autem intentionem complent eradicantia materias iam digeſtas. ¶ De
quorum numero elegantiores ſunt pilulæ de ſarcocolla iam prætactæ, dando ex eis, a ʒ ß
vſque ad ℈ ij. & non tranſcendendo doſim, quia fortes ſunt. Item pilulæ de hiera com-
poſita deſcriptione Auicen. 5. *canon.* ¶ Bonum etiam ſolutiuum & ſecurum inueni hoc.
Potio. ℞. *pulueris arthanitæ, hermodactylorum, agarici ana ℈ ß. turbith ℈ j. partes ij. zinzib. aniſi, macis,* D
dauci, ameos an. gr. ij. formētur pilulæ cū ſucco maioranæ vel ſaluiæ, & totum exhibeatur in potu. ¶ A-
liud vero eradicatiuum bonum, ſecurum & liquidum poterit eſſe hoc. ℞. *hieræ ſimplicis ʒ*
ß. agarici electi ℈ j. zinziberis gran. iij. miſce, & dentur in potu cum decoctione macis, calamenti
vel alterius capitalis. Fortiora autem ſcribere non curaui, cum multa ſint, ſed non ita
ſecura.

Quartam intentionem complent omnia inſtrumenta rectificantia cor, quod fre-
quenter in ſereniſſimo principe læditur ventoſitate iectigationem in ipſo faciente: ſimi-
liter rectificantia ſtomachum humidum multarum ventoſitatum & tardæ digeſtionis.
Amplius etiam confortantia epar, in quo facile corrumpitur chylus ex indigeſtione in
ipſo propter frigiditatem & aliquando propter caliditatem aduſtiuam in eo a fortibus E
exercitiis & paſſionibus prædictis membris; poterunt eſſe plura, vt troch. de camphora
deſcripti *nono Almanſoris*, cum aqua cichoreæ ad caliditatem epatis; vel acetoſæ ad cali-
ditatem ſtomachi & cordis; vel cum aqua abſinthii ad frigiditatem omnium prædicto-
rum. ¶ Item electuarium diamuſcum *in nono Almanſ.* ad cauſſam frigidam cum aqua
decoctionis ligni aloes aut ſimiliū. ¶ Electuariū de ligno aloes *in præcedenti tractatu & 3.*
Syrupus. *cap. deſcriptum.* ſyrupus iſte mirabilis iuuamenti ad diſpoſitiones pectoris, ſtomachi, epa-
tis, pulmonis, ſplenis & conſimilium. ♃. *cæpæ, ſquillæ minutim inciſæ ℔ j. ſem. fœniculi, aniſi,*
petroſelini, pyretri, hyſopi, ſem. ocimi, garyoph. coſti, aſari ana ℥ ß. ſem. apii, piperis, cimini, ana ʒ vj.
dauci, ameos, leuiſtici, rauſeni, cordumeni ana ʒ ij. foliorū ocimi, garyoph. ʒ vj. aceti ℔ ij ß. mellis lib.
ij. ſapæ lib. ij ß. Terantur omnes medicinæ & infundantur in aceto prædicto per dies tres, coquantur cū F
prædicto aceto vſque ad conſumtionem medietatis: & tunc ſupereffundatur ſapa, vſque ad conſumtio-
nem medietatis: deinde colentur & fortiter exprimantur: & cum fuerit infrigidatum totum,
ſuperaddatur mel. Deinde coquatur vſque ad ſpiſſitudinem. De hoc igitur recipiantur in potu
℥ ij. ß. cum tribus ℥. aquæ bugloſſæ.

Rectifi-

A Rectificantia vero lapſum calidum membrorum prædictorum eſſe poſſunt, ſicut trociſ. de camphora deſcriptione Meſue, & Auicc. *5. canon.* ¶ Item trociſ. de violis deſcriptione Nicolai. ¶ Syrupus roſar. ſyrupus acetoſitatis citri, ſyrupus de berberis, ſyrupus de ribes. ¶ Item compoſitum bonum. *℞. violarum, roſarum, ſem. endiuiæ, lactucæ, ſandalorum alborum & rubeorum, ſpodii, ſumach, berberis, ſemin. acetoſæ, ſcariolæ, oſſis de corde cerui an. drach. ß. aq. bugloſſæ, aquæ cichoreæ, aquæ menthæ, an. lib. ij. croci, anthos, macis, ſem. baſiliconis an. drach. ß. Infundantur omnia per tres dies: deinde coquantur vſque ad conſumtionem duarum partium prædictarum aquarum. Poſt hæc autem colentur, & fortiter exprimantur, & colaturæ addantur vini granatorum, ſyrupi acetoſitatis citri an. lib. ß. ſacchari alb. lib. ij. ß. deinde coquantur & aromatizentur cum puluere dr. j. ſpodii & ſcrup. ß. camphoræ, & dentur ex eo in potu ℥ ij. cum vnc. ij. aquæ bugloſſæ.*

B Ad hanc etiam intentionem conferunt ſaccellationes, vnctiones, illinitiones, embrochæ, emplaſtra, epithemata, & reliqua ſimilia, de quibus non curaui propter faſtidium applicationis earũ, & quia ex prætactis facile componi poſſunt, quæ conſidera.

Quinta vero intentio ſupra præmiſſa compleri poteſt per ea, quæ tacta ſunt in intentione præcedente. ¶ Item & melius omnia, quæ tacta ſunt ſupra *tractatu primo, capit. 3.* de electuariis, confectionibus, trageis, pulueribus, & reliquis ibi videndum. ¶ Ad quam etiam intentionem magnifice confert vſus theriacæ maioris mithridatii. ¶ Domeſtica autem magis ſunt electuarium dianthos, & lætificans Almanſoris, & multa talium, quæ ſcribere non vidi opus, cum ſufficiant ea, quæ ſupra dicta ſunt.

C Sextam & vltimam intentionem complẽt omnia faciliter ſuperius tacta, *tertio capitulo primi tractatus.* ¶ Item gargariſmata, collutiones, caputpurgia, ſternutatoria, ablutiones & pulueres capiti ſuperaſperſi. ¶ Gargariſma bonum poſt præmiſſas euacuationes poterit eſſe tale. *℞. aquæ decoctionis maioranæ & zinzib. ℥ iij. oxymellis ſquillitici vnc. j. ß. miſce, & ex ipſo calido fiat gargariſma.* Gargariſma

Secundum poterit eſſe ex decoctione rutæ, ſtœchados, pulegii, calamenti, betonicæ & arthanitæ. ¶ Tertium & melius prædicto eſt hoc. *℞. radicum arthanitæ, hyſopi, calamenti, folii ameos, pulegii, ſtœchados an. ʒ ß. pyrethri drach. j. ireos ℈. iij. aquæ fontis lib. ij. mellis deſpumati* ℔. j. *coquantur omnia ſimul, & de hoc calido ieiuno ſtomacho in mane, & veſpere fiat gargariſma:* ex hoc etiam poteſt fieri collutio abſque exercitio gargaleonis. Gargariſma Maſticatorium

D commune poteſt eſſe maſticare ceram, fruſtum ligni, corii, glutinis & maſticis. ¶ Meliora autem maſticatoria, licet non ita delectabilia ſunt, vt maſticatio ireos, arthanitæ corticis, agarici, galangæ, granorum paradiſi, & plurima talium. Caputpurgium autẽ optimum ex aqua maioranæ calida cum ſaccharo in ea diſſoluto, attracta per nares mane & veſperi ore prius pleno aqua ſaccharata. ¶ Item attractio aquæ mellis cum ſubtriplo ſucci radicis betæ. ¶ Attractio aquæ mellis cum modico piperis & puluere agarici ſimiliter facta. Sternutatoria vero communia ſunt inſufflatio pulueris piperis, vel attractio eius per cannulam, vſque ad rizam facta, vel inſufflatio pulueris ellebori, vel pulueris ſem. vrticæ, aut granorum paradiſi. Vel euaporatio facta ſuper aceto calido, in quo cocta fuerunt ſtaphyſagria, zinzib. galanga, grana paradiſi & ſimilia, ita, ꝙ vapor per nares attrahatur. *Maſticatoria.* *Succi per nares attrahendi.*

E ¶ De ablutionibus vero bona eſt ablutio cum lixiuio facto ex aqua decoctionis maioranæ, rutæ, ſtœchados, hyſopi, pulegii, calamenti, ameos, baccarum lauri & ſimilium. ¶ Item ablutio aliquando facta cum vino aromatico ſubtili. ¶ Et ablutio in diebus frigoris ante facta cum aqua vitis calida. ¶ Ego vero infundere ſoleo cinerem in aqua iris calida, & ex ea facio lauari caput cum ſapone albo, in quo parum muſci & ambræ fuit incorporatum. *Ablutiones.*

Pulueres vero capiti ſuperaſpergendi fieri poſſunt ex omnibus ſupra dictis. Melius autem, quod fieri poteſt, eſt ſuperaſperſio pulueris garyophillorum ſuper commiſſuram ſagittalem, vt ſcripſit Auenzoar *in prœmio theiſir.* ¶ Item puluis iſte. *Rec. pulueris maioranæ ℥ ß. ſtœchados, betonicæ, florum roriſmarini, galangæ an. ʒ ß. ſandaracæ ʒ. ij. ſuperaſpergantur capiti, vt ſupra.* *Pulueres capiti aſpergendi.*

F

Cap. ſecundum ſecundi tractatus deſcribens remedia ſingularia ſimplicia & compoſita remouentia accidentia ſex, quorum dearticulata expreſſio facta fuit in prœmio huius operis.

Remedia ad dolorem capitis. Pilula.

PRIMVM, quorum fuit dolor capitis, ad quod duo ponantur ſingularia medi- A camina per me ſæpius experta. ¶ Quorum primum eſt. ℞. *aloes epatic.* ℥ j. *infundatur in tribus* ℥ *ſucci caulium, & exponatur ſoli, vſq; ad conſumtionem ſucci, & ita fiat bis, deinde ex eo fiant pilulæ ex vna* ʒ *v j.* de quibus accipiantur vna vel duæ per duas horas poſt cœnam, & mirabili iuuamento conferunt, vt quiuis experiri poteſt. ¶ Secundum eſt locale exterius applicandum, hoc ſc.

Emplaſtrũ.

℞. *foliorum rutæ recentis, M iiij. foliorum artemiſiæ M j. ß. foliorum ſolatri M j. foliorum betonicæ M ij. croci* ʒ j. *ſalis comeſtibilis* ℥ ß. *terantur omnia ſimul cum albumine oui, reducantur in emplaſtrum, ex quo frons & tempora & prora capitis liniantur, & remouentur dolores omnes a cauſſa frigida facti iuuamento ſolenni.*

Cura conturbationis in ſomno.

Secundum vero accidens malam complexionem calidam & humidam cerebri cõſequens, erat conturbatio in ſomno corrupta, quæ amplius ſcriptura non extenditur. B ¶ De his ergo, quæ experta a ſapientibus pronuntiata ſunt, eſt adamantem lapidem annulo ligatum vel collo, aut alteri parti ſuſpenſum habere, & ſub capite dormiendo tenere, aut aliter quomodolibet prope ſe geſtare. ¶ Compoſitum bonũ ad hanc intentionem expertum eſt hoc. ℞. *myrobalanorum, chebulorum & Indorum an. lib.* j. *folliculorum ſenæ lib.* ß. *infundantur in aqua violarum & bugloſſæ an.* ℔ *iij. per quinque dies: deinde coquantur cum prædicta aqua, vſque ad conſumtionem medietatis.* ¶ *Poſt hæc autem prædictis apponantur*

Syrupus.

ſpecies iſtæ. ℞. *ambræ electæ ſcrup.* j. *granorum pæoniæ, & paradiſi, amomi, ameos, cubebarum, florum roriſmarini ana M j. granorum papaueris albi* ℥ j. *violarum ſiccarum* ℥ j. *croci, ſeminis aneti, aſari, caſſiæ ligneæ ana* ʒ j. *Bulliant hæc omnia cum prædictis, vſque ad conſumtionem medietatis remanentis: deinde cum lib.* j. ß. *ſacchari albi.* & fiat ſyrupus plenę coctionis, de quo per C duas horas poſt cœnam accipiantur vnc. ij. cum vnc. ij. aquæ decoctionis macis ſaccharatæ.

Corruptio in ſenſibus interioribus

Tertium autem accidens ſc. corruptio in ſenſibus interioribus, remoueri poteſt cum his, quæ poſita ſunt in *primo tractatu cap. tertio, & in ſecundo tractatu, vbi de confortantibus cerebrum, & de exſiccantibus materias in ipſo viſum eſt.* ¶ Ego autem experientia certa ſcio, quod maſticatio horum trociſcorum facta ſtomacho ieiuno omnium ſenſuum in-

Maſticatoriũ.

teriorum operationem ſolenniter rectificat. ℞. *agarici elect.* ℥ ß. *muſci, ambræ an.* ℈ ß. *cubebarum, ligni aloes an.* ℈ j. *infundantur omnia in aqua ſublimationis radicis iris vſq; ad exſiccationem aquæ: deinde formentur trociſci & exſiccentur in ſole, & fiat vt ſupra.* ¶ Ad hanc intentionem valet anacardina confectio, de qua omni ſeptimana bis accipiatur in mane ʒ ß. cum mo- D dico vini maluatici calidi, & quieſcat poſt quatuor horis. ¶ Valet etiam ad hanc diamuſcus, diambra, confectio de hyacyntho, ſotira & ſimilia ab auctoribus hinc inde collecta.

Diminutio aut corruptio auditus. Succus in aures inſtillandus.

Quartum vero accidens erat nocumentum diminutionis aut corruptionis in organo auditus eueniens, cuius quidem correctio duobus compleri poteſt inſtrumentis. ¶ Primum eſt. ℞. *olei amygdalarum amararum* ℥ *iiij. ſucci raphani, qui comeditur* ʒ *vj. pulueris muſci electi drach.* ß. *Bulliant omnia ſimul in phiala bene obturata ſuſpenſa in aqua bulliente, vſq; ad euaneſcentiam ſucci, & remanente oleo inſtillentur in quamlibet aurem guttæ duæ, hora eundi ad lectum, & eſt medicina potens.* ¶ Secundum compoſitum eſt hoc. ℞. *foliorum hederæ recentis & muralis M ij. cæpe, quod comeditur lib.* ß. *coquantur in hydromelle ſufficienter: deinde terantur minutiſſime in mortario, & de hoc calido bis vel ter in ſeptimana poſt præmiſſas euacuationes,* E *& purgationes emplaſtrentur aures, foramine tamen prius cum ſindone cooperto.* ¶ Aut fiat aurium euaporatio cum aqua decoctionis vnc. ß. euphorbii, & quatuor vnc. maioranæ.

Defluxus materierum a capite.

Quintum vero accidens erat defluxus materierum a capite ad pectus, & remouentur per diuertentia, quæ ſuperius in hoc tractatu in prima intentione ſunt tacta, & ſecunda ſimiliter per confortantia & exſiccantia. ¶ Compoſitum bonum ad illud. ℞.

Puluis odoratus.

laudani puriſſimi vnc. j. *nigellæ vnc.* j. ß. *ambræ, muſci an. gr. iij. torrefiant omnia ſuper patella ferrea, & ligentur in ſindone, & ſæpe odorentur.* ¶ Secundum ad illud & conueniens eſt. ℞. *thuris drach.* ß. *ſandaracæ vnc.* ß. *macis drach.* j. *puluerizentur omnia ſubtiliter: de puluere hoc ſuper-*

Puluis capiti inſpergendus.

aſpergatur prora capitis hora dormitionis & optime confert. ¶ Tertium ad illud eſt compoſi- F tum hoc. ℞. *ſandaracæ vnc.* ß. *thuris gummoſi, maſticis, raſuræ eboris, amomi, florum roriſmarini, cubebarum, baccarum lauri, an. drachm.* j. *aluminis crudi, vitrioli an. ſcrup.* j. *ſaponis ſoli-*

Lotio capitis.

di vnc. ij. ß. *fiant trociſci ponderis* ʒ *ij. cum quibus & lixiuio calido fiat capitis ablutio in ſeptimana ſemel, & omnes catarrhizantes materias & phlegmata in capite ſtantia conſumunt.*

Sextum

A Sextum vero accidens; ſcilicet debilitas in articulis fere omnibus, & maxime infe- *Debilitas articulorum*
rioribus remouetur per regimen ſupraſcriptum, per euacuationes, confortationes &
exſiccationes. ¶ Et ſummopere prouidendum eſt, vt poſt euacuationes ſerenitas
veſtra exponat ſe balneis ſulfureis, in quibus moram ſaltem 8. dierum, vel 10. contrahat,
corpus omni die ab anchis vſq; ad plantas pedum in tales aquas infundendo, & cum eo-
rum luto articulos omnes diligenter confricando: Rarius vero totum corpus in eis in-
fundendo, quod tamen omni die tertia fieri poteſt. ¶ Et ſic in iuncturis fortitudo diui-
na gratia concedenda acquiretur, & ſoliditas. Hæc ſunt ſereniſſime princeps, quæ de re-
gimine veſtro, & canone curationis diſpoſitionum præmiſſarum, cum ſolerti conſide-
ratione ex illuſtrium auctorum ſententiis & experientia quotidiana accipere potui.
B Quæ omnia in ſalutem veſtram ille ſummus, & clementiſſimus ſaluator dirigat, qui cun-
cta nutu ſuo gubernat. Amen.

CONSILIVM XVII. *De ſeptem malis diſpoſitionibus, videlicet: De dolore grauatiuo capi-
tis a materia frigida & humida, & maxime tempore incuruationis: De debilitate viſus, cum
quibuſdam imaginationibus: De ſibilo & ſonitu velut aquæ currentis, & titillatione ſenſatis
in aure, cum deſtitutione virium corporis: De fluxu reumatis ad nares, pectus, ſtomachum
& dorſum: De tuſſi cum emiſſione ſputi tenacis, & clari, & maxime ex aſſumtione ſacchari
mota: De dolore ſtomachi tempore repletionis, cum nauſea, tempore inanitionis: Et de dolore
contractiuo viſcerum, ſi viſcera conſtringerentur.*

C NE laudabile, manſuetum & generoſum exercitium ocioſæ quietis argumen-
tis moleſtari poſſit, & ne etiam ego ferreæ mentis, & ab omni manſuetudine
elongatæ aculeis deteſtari poſſim, decreui potius voluminibus ſapientum in
contemplationibus phyſicis, laboribus ingentibus tempus expendere, quã
quod mihi quiete blandiens ab opere tantæ nobilitatis & vtilitatis deſiſtam. Quid enim
viro præclaro ſublimius? quidue commodius indigentibus, & quid fructuoſum magis, q̃
languentibus opem afferre congruam, & maxime his, qui valitudinibus ingentibus lon-
go tempore afflicti ſunt, & proprie magis illis, qui cõtemplationi in operibus diuini cul-
tus ſumma cum affectione intenti. Ea propter ſi cui pia atq; manſueta affectione condo-
lendum eſt, & non minus auxiliandum, maxime reor id tribuendum eſſe viro huic, imo
D vni de cultoribus ſacroſanctæ fidei feruentiſſimo animo laboranti, D. Dño Epiſcopo
Friſigienſi. Eſt enim huius viri viuendi modus tanta manſuetudine, tantaq; deuota cha-
ritate & morum venuſtate ornatiſſimus, quo nedum ego, ſed quilibet animi, quantum-
cunq; duriſſimi, compos moueri deberet.

Vt itaque neceſſitatibus huius viri ope fructuoſa magis, quam ſermonum ornatu
complacere poſſim: Primo enũtiabo valetudines & earum accidentia, quibus ille mo-
leſtatur, a capite initium faciens: deinde ad alia deſcendendo membra, inſuper aliquid
phyſicæ contemplationis adiiciã, quo valetudinis eius varietates, & earũ cauſſæ cogno-
ſci poſſint. Tandem iſtis adiicientur auxilia, ſecundum oportunitatem. ¶ Primum itaq;
membrorum omnium eſt caput, in quo grauatiuum percipit dolorem, & maxime tem-
E pore declinationis eius, id eſt, incuruationis. ¶ Secũdum vero membrorũ capitis eſt or-
ganũ viſus, ꝙ eſt totus oculus vel ambo oculi, & dicit, quod viſus eius ſit tepidus, & inter-
dum appareant ei res motæ. ¶ Tertium membrum de partibus capitis ſunt aures, in qui-
bus dicit percipere ſibilum velut aquæ currentis, quinimo etiam titillationes, & ſonus,
ac ſi aliquid in eis moueretur. Et cum accidit ſibilus, fit cum deſtitutione virium cor-
poris. ¶ Quartum eſt naſus, per quem dicit reuma defluere, quandoq; ad pectus, quan-
doque ad ſtomachum & partim ad dorſum. Subiungit etiam, quod per naſum eius
deſcendat phlegma perſpicuum, & cum per ipſum bene purgatur caput, deſcendente
phlegmate craſſo, & nõ bene perſpicuo bene ſtat. ¶ Quintũ de mẽbris læſis eſt pectus, in
quo dicit ſupuenire tuſſim aſſumto ſaccharo: per q̃ tuſſim parum, aut nihil educitur, illud
F vero, ꝙ educitur per eã, tenax eſt & clarum, & dicit, quod in iacendo anhelitus eius gra-
uior ſit, & ſimiliter in motu progreſſiuo. ¶ Sextum eſt ſtomachus, in quo repletionis tẽ-
pore extenſionis ſequitur dolor, & ſimiliter in pectore vel ſub eo, & cum ille dolor intẽ-
ditur, accidit in toto corpore virium debilitas. Subiungit etiam, quod tempore vacui-
tatis ſtomachi nauſea percipiatur, quæ tamen aſſumto cibo parum conualeſcit, in quo

tempore eructuationes & graues, non raro euenire ſolent. ¶ Vltimum membrorum eſt A
venter, ſc. inferior, in quo dicit apparere nocumentum, ac ſi viſcera conſtringerentur. ¶ Hæc in ſumma eſt viri huius diſpoſitio variis & grauibus valetudinibus & accidentibus non leuioribus complicata &c.

Ad contemplanda itaque hæc accidentia, accipiam mihi tria fundamenta, quorum verificatione ea omnia demonſtrabuntur euenire. ¶ Primum itaq; horum eſt, quod complexio huius viri vniuerſalis declinet a medio per augmentum frigiditatis & humiditatis &c. ¶ Secundum, quod cerebri complexio etiam notabiliter ſit frigida & humida, licet amplius humiditatis exſiſtat in eo, quam frigiditatis. ¶ Tertium, quod ſtomachus eius notabiliter frigidus ſit & humidus.

Complexionem patientis declinare ad frigiditatem & humiditatem. Probatur fundamētis.

Prima autem concluſio multis motiuis declarari poteſt. ¶ Primum, quod corpus hoc tactu repræſentatur frigidum & humidum. ¶ Secundum, quia ſubſtantia membrorum eius ad mollitiem declinat notabilem, ſed mollities maior æquali arguit frigiditatis augmentum, & eſt illius cauſſa, & econuerſo etiam frigiditas intenſa eſt cauſſa augmenti humiditatis, *vt prima primi capit. de complexionibus colligitur §. illo: Frigiditas maior, quam debet, reddit corpus humidius, quam oportet.* Hæc ſunt ſigna a ſubſtantialiter inhærentibus accepta. B

1.

2. Secundum principale motiuum eſt ſumtum ab operatione virtutis vitalis, vt pulſus eius declinet ad paruitatem, tarditatem & raritatem reſpectu ætatis eius, & ſimiliter anhelitus. Sed hæ differentiæ proueniunt ab augmento frigiditatis, vt colligendum eſt *10. & 11. tertii ſuis locis, & ſecundo techni. cap. illo: In frigidiori vero corde &c.* ¶ Accipitur etiā hoc C
ex operationibus animalis virtutis motiuæ: motus enim progreſſiuus & omnis alius mēbrorum declinat ad tarditatem & ad debilitatem in exercitiis, & in perſeuerantia in eis. ¶ Similiter etiā hoc deducitur ex operationibus virtutis naturalis, vel vegetatiuę: propter enim augmentum frigiditatis & humiditatis in toto, hic vir extenuatus, & ad marcedinem declinās reperitur. ¶ Cum ergo ex operationibus trium membrorum principalium, ſc. cordis, a quo pulſatilis originatur virtus, & cerebri, a quo animalis motiua dependet, & epatis, quod eſt principiū vegetatiuæ potentiæ, hoc deducatur ex ſignis ſumtis ab operationibus eorum, quæ ſunt euidentiora aliis generibus ſignorum, vt *ſecunda primi de ſignis complexionum*, patet, manifeſtum eſſe per ſubſtantialia ſigna operationum
3. eius, quod eius complexio vniuerſalis frigida ſit & humida. ¶ Tertium principale motiuum eſt ſumtum a caſibus: Color enim omnium membrorum huius viri ad albedinem declinat. ¶ Amplius idem inuenitur in coloribus capillorum declinantibus ad albedinem leni citrinitate refractam, & iterum capillorum paucitate, & eorum etiam lenitie & planitie. ¶ Vltro hoc declarari poteſt ex effuſionibus materierum a capite & exitus materiei aquoſæ & mucilaginoſæ per palatum, per naſum, & per emiſſionem vrinarum: quarum color eſt infra citrinum, & omnis talis color frigiditatis augmentum declarat, *ſecunda primi capit. de ſignis vrinarum ſumtis a coloribus.* Et iterum eius vrinæ tenues, & aquoſæ ſunt. ¶ Similiter ſuperfluitates ventris vel ſtomachi ſunt ſputamina multa aquoſa & mucilaginoſa. ¶ Et ventris etiam inferioris ſuperfluitates exſiſtunt molles & diſcoloratæ, & omnia talia ſigna ſumuntur a caſibus, ſicuti intelligenti patet. D E

Cum ergo non ſint alia genera ſignorum, quam ea, quæ ſumuntur a ſubſtantialiter inhærentibus, ab operationibus & caſibus, & per ea deductum ſit huius viri complexionem vniuerſalem ad frigiditatem & humiditatem declinare, vt ex ſingulis inducendo declaratum eſt: Patet primę concluſionis veritas, quod complexio huius viri tota declinet ab æquali per augmentum frigiditatis & humiditatis: quæ quidem concluſio vigorari poteſt per ea, quæ ſumuntur ab extrinſecis alterantibus, hic enim vir ab occurſu rerum frigiditatem & humiditatem imprimentium, notabiliter læditur, ſicut iuuamentum recipit a calidis & ſiccis conuenienter applicatis.

Secunda concluſio, cerebrum huius patientis eſſe frigidum & humidū.

Secunda vero principalis concluſio paribus argumentis deduci poteſt, ſcil. quod F
cerebri huius viri complexio frigida ſit & humida, tangenti enim tibi omnes capitis partes, repræſentatur frigiditas, vel ſaltem remiſſa caliditas cum humiditate & mollitie ¶ Et in operationibus ſenſuum interiorum non eſt valde promtus ad apprehendendū, imaginand..m, cog..tandum & remouendum, imo magis declinat ad tarditatē in eis, & etiā eſt longi ſomni: multæ etiam effuſiones a cerebro fiunt magis, quam paucæ.

Et ca-

A Et capillorum ſubſtantia & color & planities hoc declarare poſſunt. ¶ Non dilige-
re applicationem infrigidantium & humectantium ſuo capiti ſine læſione notabili. ¶ Et
lædi catarrhoſis defluxibus, in oculis humiditatis augmentum, & in palpebris inuiſcatio
mucoſa, & vniuerſaliter lædi a frigidis & iuuari a calidis. Hæc omnia augmentũ frigidita-
tis & humiditatis declarant in cerebro huius viri. ¶ Et tu quidem conſiderando ex præ-
dictis deducere potes dominari humiditatem ſuper frigiditate magis, quam e contra.

Tertia vero principalis concluſio etiam intelligi poteſt, & ex prædictis verificari; 3.
ſcil. quod complexio ſtomachi huius viri frigida ſit & humida, propter quod licet in hoc *Stomachum*
viro ſaluetur, vt in pluribus appetitus bonitas; non tamen in eo æque bene ſaluatur di- *eſſe frigidũ*
geſtionis communis, vel propriæ perfectio, non enim æque bene digerit & tranſmutat *& humidũ.*
B cibum in chylum, ſicut appetit ipſum, neq; etiam ſanguinem in propriã ſubſtantiã trãſ-
mutat, quantum eſſet ei opportunum: propterea, quia ſtomachus frigidus in appetẽdo
bonus, in digerendo vero non æque talis eſt; *vt 2. techni. & 13. tertii cap. de nocumento dige-
ſtionis legi poteſt.*

Mollities etiam & remiſſa caliditas ſuper ſtomachi regione percepta, & paucitas
carnoſitatis ibidem, pilorum nuditas & gurgulationis aut rugitus perſeuerãtia in ſto-
macho cum eructuationibus: Hæc omnia augmentum frigiditatis & humiditatis in eo
declarant. ¶ Et tarditas digeſtionis, vel longa mora ciborum in ſtomacho plene de-
monſtrant ſtomachi huius viri complexionem frigidam eſſe & humidam. Ex quibus o-
mnibus apparet fundamentum prædictarum trium concluſionum ſatis aperte declara-
C tum eſſe. Et quia loquor ad ſapientes, non curaui hic particulari ſermone, quantum po-
tuiſſem has materias extendere, prolixitatem euitans.

Ex hoc itaq; fundamento verificari poſſunt omnia accidentia in hoc viro apparẽ- *Dolor grauã-*
tia, quæ præmiſſa fuerunt. ¶ Primo enim non eſt mirum, ſi vir iſte grauitatem habet in *tiuus capitis*
capite. Nam grauitas capitis non eſt aliud, quam grauatiuus dolor eiuſdem, ſed talis *Grauitas ca-*
prouenire poteſt a mala complexione, ſcil. a frigiditate cerebri huius viri: propterea, *pitis quid.*
quia frigiditas & aliæ qualitates ſunt obiecta ſenſus tactus, vt patet *ſecundo de anima, & ſe-
cunda primi, cap. de cauſſis dolorum*, quare frigiditas intenſa in cerebro huius viri poteſt ef-
ficere dolorem grauatiuum: ſicut enim frigiditas & aliæ qualitates primæ ſenſu tactus
percipi poſſunt: ita & durities & lenitas, grauitas & leuitas percipi poſſunt, & proprie;
D quando tales lapſus præſentãtur cum membris grauitatis effectiuis, ſicut cum phlegma-
te diuerſarum ſpecierum, quale & quantum dominatur in cerebro huius viri, quantum
ad partes ſenſibiles eius in panniculis, neruis, & ſimilibus. ¶ Vnde ex hoc fundamento
plura colligi poſſunt corollaria.

Primum, quod hic dolor in hoc viro manſiuus ſit, & quaſi ſemper affligens, pro- *Corollariũ*
batur, quia cum hic dolor ſit effectus pendens a mala complexione ſubito permutante 1.
& a multitudine materierum, quæ ventoſæ extendunt, & corpulentia ſua cum pon-
dere grauitant, & cauſſæ huius doloris in cerebro ſemper aſſiſtant; & dolor prædictus
ab eis dependeat in fieri & conſeruari, ſequitur, quod nunquam erit reperire hunc vi-
rum, niſi cum nocumento prædicti doloris, conſequentia tali, propterea, quia in effecti-
bus a ſuis cauſſis dependentibus, remanentibus cauſſis eorum, neceſſe eſt effectum con-
E tinue remanere. ¶ Secundum corollarium eſt, quod hic dolor intendatur & remittatur, 2.
patet, quia ſecũdum quod intenditur frigiditas cerebri, aut remittitur cum motu mate-
rierum prædictarum, aut quiete earum, ita neceſſe eſt accidens hoc intendi & remitti.
¶ Tertium ſoluit apparentiam, quæ eſt in eo, videlicet, quod tempore inclinationis ca-
pitis grauatur magis a dolore, quam quando non inclinatur caput. ¶ Huius accidentis
cauſſa multiplex eſt: quia, quando inclinatur caput, id eſt, ad interiora curuatur, tũc mo-
uentur materiæ motu recto deorſum magis, quam prius mouerentur, ſed materiæ magis
nocent mobilitate, quã quieſcente, vt patet *ſecundo interiorum*: igitur &c. ¶ Secunda cauſ-
ſa eſt, quare in tali motu materiæ pluribus partibus communicentur, quam quieſcente;
F ergo ſequitur, quod dolor in tali incuruatione maior fiet ſaltem extẽſiue. ¶ Tertia cauſ-
ſa eſt, quia materiæ in tali motu magis profunditus immerguntur membris ſentire para-
tis, ergo dolor in tali motu intenſior percipietur. ¶ Quarta cauſſa eſt, quia in tali motu
materierum pars ventoſatur, quæ magis præparata eſt ventoſationi, ſed in tali motu ex-
tenduntur panniculi, & alia membra ſenſibilia magis, quam quando quieſcebant.

Cum ergo extenſio præter naturam ſit ſpecies ſolutionis continuitatis, quæ eſt ſe- A
cunda cauſſa principalis doloris, bene ſequitur, quod dolor talis intendatur tempore in-
curuationis capitis, quod erat deducendum. ¶ Cum ergo in capite huius viri inuenian-
tur duæ cauſſæ principales omnium dolorum effectiuæ, videlicet, mala complexio fiens
vel diuerſa & ſolutio continuitatis, non erit mirũ, ſi patienti noſtro ſemper grauatur ca-
put grauitate etiam multiplicata tempore incuruationis, quod fuit primum accidens in
capite huius viri exſiſtens, & ſuperius præmiſſum.

Debilitas viſus, cum quibuſdam imaginationibus.

Secundum vero nocumentum huius viri eſt in operatione viſiuæ potentiæ. ¶ Cu-
piens ergo intelligere cauſſas huius, poterit facile intelligere, quod mala complexio
cerebri, frigida & humida de neceſſitate communicatur oculis, qui ſunt membra geni-
ta ex ſuperfluitate materiæ generationis cerebri: Sunt etiam cerebro propinqua ſitua- B
liter, vt ſenſus oſtendit in anatomia: Tertio ſunt ei propinqua per colligantiam eſſen-
tialem, videlicet neruorum duorum cruciatorum, qui exeunt a prora anterioris ventri-
culi, & ſunt de materia eius. ¶ Quarto iterum, quia ſunt nerui ſatis craſſi, magnæ,
immo maioris concauitatis, quam reperiantur in toto corpore. ¶ Et quinto adhuc
continuitatem habent cum cerebro per panniculos inuoluentes neruos opticos, &
per venas & arterias, quæ ramificantur a venis & arteriis panniculorum cerebri. ¶ Quid
igitur mirum, ſi principale membrum, quod eſt cerebrum, notabiliter læditur a mala
complexione dicta, quod etiam oculi, qui ſunt debilia membra, & tanta propinqui-
tate & colligantia propinquata cerebro, lædi debeant, ex qua debilitate accidit nocu-
mentum tepiditatis, i. debilitatis viſionis in ipſo viſu. ¶ Amplius & ſecundo confir- C
matur, quoniam cum in cerebro abundet phlegmatica materia aquoſa, quæ facile de-
ſcendere poteſt per concauitatem prædictorum membrorum & arteriarum & venarũ,
non eſt mirum, ſi oculi eius madefacti, molles vt in pluribus, & aliquando lachryman-
tes efficiuntur.

Et rurſus iterum arguit, quia talis aquoſitas & mucilaginoſa materia vias tranſitus
ſpiritus animalis ad oculum facile admodum oppilare poſſunt, ſed per negationem
tranſitus debitę quantitatis animalis ſpiritus accidit in viſu tepiditas prædicta, quare &c.
¶ Et iterum quinto arguitur, quia talis materia ſpiritui viſibili per modum euaporatio-
nis commixta conturbat ipſum. Cum ergo animalis ſpiritus incraſſatus & conturbatus
a virtute cryſtalloidis rectificari non poſſit, ſequitur, quod obiecta viſibilia, quorum ſpe- D
cies in cryſtalloide receptæ ſunt, percipientur ſub modo tepiditatis & debilitatis, vel di-
minutionis viſionis. ¶ Poteſt autem hæc tepiditas vel debilitas viſionis a te imaginari
diuerſimode. ¶ Primo, vt obiecta viſibilia non videantur a tanta diſtantia, quanta pri-
us ſolebant: Licet enim obiecta viſibilia per medium extrinſecum, quod eſt aer exte-
rior, & per medium intraneum, quod eſt aer etiam limitatus, multiplicent ſpecies ſu-
as, vſque ad organum viſionis, quod eſt cryſtalloides, tamen, quia ſpecies illę ab orga-
no non conuenienter dearticulantur propter debilitatem & propter defectum ex par-
te ſpiritus viſibilis contingentem, qui iam conturbatus eſt, patet, quod oportebit ob-
iecta viſibilia non apprehendi, niſi de propinquo, quod erat deducendum. ¶ Et hanc
tepiditatem intelligere potes ex parte varietatis obiectorum viſibilium, vt, quia ipſa non E
apprehendantur tantæ extenſionis, quantæ ſunt: neque eorum colores determinati &
diſtincti percipiantur a potentia viſiua, neq; etiam taliter ſituata, ſecundum eleuatio-
nem & depreſſionem obiectorum, qualiter ſituata ſunt, & ſic de aliis. Et hoc totũ eſt ex-
primere tepiditatẽ, i. debilitatẽ viſionis ex parte diſtantiæ conſuetæ, ex parte quantita-
tis, ex parte colorũ, & ſituationũ & figurarũ, & integritatis & diminutionis eorũ, quę ſunt
differentiæ viſioni attributæ, & ſpeculandum eſt *tertia tertii cap. de debilitate viſus, & tertio
de accidenti & morbo, in capitulo de nocumento ſenſus viſus, & pluries alibi.* ¶ Et ſic apparet
formale tepiditatis viſus, & apparet, quæ ſint cauſſæ efficientes huius, quia complexio-
nales, vt frigiditas & humiditas cerebri, præter naturales & complexionales cauſſæ, vi-
delicet oppilationes prædictæ, & materiales cauſſæ, quia ſubiectiuæ, ſcilic. cruciatio F
neruorum opticorum, in qua fit viſio ſecundum opinionem quandam, aut cryſtalloides
& ſpiritus animales iam viſibiles facti, ſi tenetur poſitio, quod cryſtalloides & ſpiritus illi
formaliter ſint animati, aliter autẽ tenendo non eſſent ſubiectum denominationis talis
ægritudinis, propterea, quia ſubiectum denominationis cuiuslibet diſpoſitionis ſanæ

neutræ

A neutræ vel ægrę præciſe eſt membrum & ſpiritus copulatiue. Si autem teneret ſpiritum
eſſe animatum, tunc concederetur opinio prima, ſ. quod ſpiritus eſſet ſubiectum deno-
minationis huius nocumenti viſionis, propterea quia eſſet corporis humani viuens par-
ticula, cui accidere poteſt ſanitas, ægritudo aut neutralitas, & aliis partib. non, propter-
ea, quia ſanitatē & ægritudinē impoſſibile eſt accidere carentib. vita, *teſte Ariſtot lib. primo
de ſenſu & ſenſato prope principium.* ¶ Quod vero ſubiungit ſecundo, q cum tali tepiditate
appareant res motæ, etiam indiget ſpeculatione nō leui, ſiue teneatur apparitio rerū, q̄
mouentur in exterioribus, ſiue in interioribus: & vtrunq; horū concedi debet apud ſpe-
culatores. Statuēdo enim viſionē fieri intus ſuſcipiēdo, vt contra Pythagoricos pulchre
probauit Ariſtoteles *lib. primo de ſenſu & ſenſato,* non eſt difficile cōcedere etiam ſpecies
B obiectorum viſibilium, quę mobilitantur extra multiplicare ſpecies ſuas per mediū vſq;
ad cryſtalloidem. ¶ Et adhuc ſubtilius dicendo imaginandum eſt, quod licet obiecta;
quæ prius mouebantur, euanuerint vel remota ſint, tamen ſpęcies ab eis deciſæ prius in
medium reſeruatæ per ipſum deferri poſſint ad organum viſionis prædictum. Et ſi po-
tentia viſiua percipiat obiectorum motus viſibilium tantos & tales & a tanta diſtantia &
ſituatione, quanta de facto ſunt, non erit aliud quam aſſignare perfectionem viſionis.
Si autem obiectorum motus percipiantur ſub maiori velocitate, tarditate, diſtantia & ſi-
tuatione, quam de facto ſint, patet, quod hoc erit aſſignare nocumentum in operatione
potentiæ viſiuæ. Si autem contingat in cerebro generari, & in oculo multiplicari vapo-
res & ventoſitates, quę commiſceantur ſpiritui viſibili, tunc patet, quod vapores ab intus
C in medium exterius propulſi, & ſpiritus etiam cum eis in aerem ſigillabunt idolum ſuæ
ſimilitudinis. Cum ergo aer tranſmutatus erit ab eis per multiplicationem iterū ſpecie-
rum a prædictis, per medium deferetur ad cryſtalloidem. Cum ergo potentia non exeat
in actum, niſi ſecundum q mutabitur ab obiectis & inſtrumentis, quę ſunt ſpiritus, patet,
quod potentia viſiua deludetur, & decipietur in apprehenſione obiectorum apparenti-
um exterius, quæ tamen de facto non ſunt ibi, & hoc eſt formale nocumentum viſionis,
quod corruptio nominatur. ¶ Quare non immerito hæc diſpoſitio a quibuſdam anti- *Deluſio*
quorum deluſio viſionis nominata eſt. ¶ Collige igitur quam pulchre poſſis intelligere *viſionis.*
nocumētum tepiditatis viſionis ex apparitione rerum, quę mouentur aut motæ fuerūt,
quod tamen totum minime conuenienter capere potes, niſi peritus in naturali ſcientia,
D & in ſpeculabilibus theoricæ medicinæ, & tu ſuperadde iſtis vt libet & cætera.

Tertium nocumentum in ſuperioribus præmiſſum, quo moleſtatur hic prælatus, *Sibilus &*
videlicet ſibilus & reliqua nocumenta aurium abſq; anxietate multa, intelligi poteſt cū *reliqua*
ſuis cauſſis. Multitudo enim vaporum & ventoſitatum, quæ generantur & congregan- *nocumē-*
tur in cerebro propter ipſius debilitatem a mala cōplexione frigida & humida eius pro- *ta auriū.*
uenientem, eſt cauſſa nocumentorum tantæ varietatis in auribus euenientium. Quis e-
nim dubitabit quod mala complexio frigida & humida auribus a cerebro communica-
ta ſit cauſſa ventoſationis materierum in ipſa aure, quæ cum fuerint eleuatæ a materia
terreſtreitate aut acuitate participante reuerberare ad organum auditus; quod eſt te-
nuiſſimus panniculus ſuperextenſus oſſi auris mirifice & tortuoſe compoſitus, ſonitum
E in eo cauſant cum colliſione etiam medii intranei ipſarum aurium. ¶ Propter quod co-
rollarie cōcluditur: Primo, quod a tali materia terreſtri & acuta cauſſetur ſonitus ſibilus
proprie dictus. ¶ Secundo quod ſi vapor ille participans natura aquea actu & potentia
reuerberatur ad organum prædictum, in eo cauſſabit ſonitum ſimilem aeris fractioni
facto a decurſu aquarum, & ſi talis vapor cum prædicta ventoſitate acuta commiſcea-
tur; tunc cauſſabit ſonitum compoſitum ex ſibilo & ſonitu aquarum decurrentium vel
colliſarum a littore maris vel fluuiorum. Si autem vapor ille craſſitudine participaue-
rit in ſubſtantia ſui & vehementi impulſione frangat aerem intraneum & reuerberet in
panniculum auditus, cauſſabit in eo ſonitum cōſimilem colliſioni ventorum in aere, aut
reuerberationum eorum ad parietes montium, ſyluarum vel ædificiorum. ¶ Ex qui-
F bus quarto concluditur veritas apparentiæ, quæ eſt, quod quibuſdam hominum reprę-
ſentantur in auribus ſimul ſonitus, ſibili, decurſus aquarum & fractiones ventorum. Pa-
tet corollarium, quia tales oporteat percipi ſonitus & effectus; quales reperiuntur in
multiplicitate & potentia cauſſarum efficientium; ſed contingit cauſſas efficientes eſſe
commixtas ex ventoſitate terreſtri, vel acuta, & ex vapore aqueo & craſſo ſimul agitatis

& agitantibus medium intraneum aurium & miringam auditus, quare corollarium ve- A
rum. ¶ Et tandem igitur concluditur, quod in auribus ægrotantium, & proprie huius
viri percipiatur quandoq; motus aquæ decurrentis, quod totum verum eſt, quando a-
quoſitas aliqua ſubtilis multiplicatur in venis & arteriis organi auditus & partium pro-
pinquarum, quæ aquoſitas decurrẽs & agitata motũ fluxibilitatis repræſentat in organo
auditus, ita ꝙ hominibus eſt ac ſi in eorum aurib. aquoſitas deflueret, & per eas, quæ ite-
rum aquoſitas ſi a concauo venarũ & arteriarum & poris panniculi auditus effundatur
ad foramen vel concauitatem auriũ, non raro deſtillabit ad extra, & erit aquoſitatis de-
fluxus ab auribus. ¶ Et ex hoc fundamento apparet intelligi poſſe cauſſam titillationis
ante miſſæ. Cum enim aliquid ventoſitatis tenuis vel vaporis includitur & detinetur in
poris miringæ auditus aut in venis vel arteriis, tunc cum in talibus ventoſitatibus inſit B
naturaliter mobilitas & aptitudo ad exitum & ad eleuari ſurſum, & viæ vel pori ſunt
clauſi, ſequitur quod talis motus ad partes laterales & non ſurſum vel deorſum repræ-
ſentabit partibus ſenſibilibus ſimilitudinem motus ad prædictas differentias poſitionis:
ſed hoc eſt formale titillationis, igitur in auribus huius viri quandoque apparent titilla-
tiones & rationabiliter. ¶ Quod vero vltimo ſcribitur ſuperuenire deſtitutionem viri-
um corporis, cum accidit ſibilus, non eſt credendum, quod ſibilus per ſe poſſit eſſe cau-
ſa tantæ debilitatis in viribus corporis euenientis, ſed intelligi debet, quod cum moue-
tur materia vel vapor ſibilum faciens per agitationem ipſius reſolutio fit in ſpiritibus &
ſubſtantia cerebri, ad quam ſequitur debilitas in virtute ſuſtentatiua membrorum, ita ꝙ
appareat patienti caput & membra cadere & detineri non poſſe. Idem accidere poteſt C
in virtute vitali, propterea quia patiente cerebro patitur etiam cor, & conſequenter vi-
talis virtus, quæ radicatur in eo. Et iſta eſt cauſſa deſtitutionis, id eſt, magnæ debilitatis
virtutis vitalis & ſuſtentatiuæ & motiuę totius corporis, vt præmiſſum eſt. hæc in ſumma
eſt verificatio tertii nocumenti apparentis in hoc venerando patiente.

Fluxus reumatis ad nares, pectus, ſtomachũ & dorſũ.

Quarti autem nocumenti oportet iterum reddere cauſſas apparẽtis in quarto mẽ-
bro quod eſt naſus. ¶ Cũ ergo materiæ aquoſæ & mucillaginoſæ fuerint in cerebro con-
geſtæ propter debilitatem, incitata virtus a nocumento materierũ, quæ motæ ſunt, ſpar-
git eas & expellit per vias expulſionis. Cum ergo naſus ſit via & meatus expulſionis ſu-
perfluitatum cerebri, expellitur inde phlegma aquoſum, quod eſt perſpicuum, i. clarum
reuma, velut ſcribitur. ¶ Pars autem huius materiei fertur per medium ventriculum D
cerebri ad colatorium quod eſt foramen oſſis baſilaris in medio ſuperioris palati inuen-
tum, illud ergo materia violenter impulſa per ſputum extra deducitur. ¶ Nonnulla
vero pars huius materiei ab ore deſcendens per tracheam arteriam immerſa pulmoni
tuſſes efficere poteſt dyſpnœam, aſthma & orthopnœam & alias ſpecies difficultatis an-
helitus.

Et ſi contingeret, materiam acuitate participare vel ſalſedine, non eſſet mirum,
iſti viro incumbere periculum tranſitus in phtiſin aut empyema, & proprie ſi materies
craſſior eſſet ad concauitatem pectoris propulſa vel defluens. ¶ Si autem materie-
rum pars fertur ad ſtomachum, vt ſæpiſſime contingit, tunc non eſt mirum, ſi ab eadem
materia remollitione ſua cadat appetitus, ipſe enim vt vigoratur ſicco, ita debilitatur E
humido. ¶ Quod vero ab eadem materia digeſtionis accidat impedimentum pro-
batione non indiget propter ipſius frigiditatem, quæ contrariatur calori vel calido, a
quo fit omnis digeſtio, quæ eſt perfectio a proprio & naturali calore, *methaurorum quar-
to.* ¶ Pars autem materierum a cerebro propulſa per venas & arterias deſcendentes,
aut per poros carniformium membrorum vel per neruos deſcẽdentes ab eo ſi retinere-
tur in viis intermediis, & in loco colatorii, minatur huic viro apoplexiam. ¶ Si autem
propinquius pelleretur ad poſteriora, minatur ei apoſtemata in collo & in amygdalis e-
uenientia, & ſi paulo magis deſcenderet materia & detineretur in muſculis gulæ pericu-
lum eſſet euentus anginæ.

Harum ergo materierum aliqua particula ſi contingenter expelleretur per in- F
teriores cerebri partes ad nucham, minatur huic viro euentum paralyſis comple-
tæ, & proprie cum materia aquoſa foret vel multa. ¶ Si cerebro pelleretur ꝑ exteriores
partes in ſpatularũ muſculis & ſpina recepta patet ꝙ in eis efficiet dolores extẽſiuos aut
com-

A compreſſiuos vel aliarum ſpecierum ſecundum diuerſitatem illarū materierū in ſpecie ſua & in modo ſubſtantiæ. ¶ Et ſi contingeret huius viri virtutem expulſiuam potentiorem eſſe, tunc imminet periculū euentus dolorū iuncturarū variarum ſpecierum, doloris ſpinę, ancharum, genuum aut pedum ſecundū diuerſum raptum materierum ad illas partes. ¶ Et ex hoc fundamento intelligenti apparet facile poſſe reddi cauſſas, propter quas, cum euacuatur phlegma per naſum craſſum aut ſubtile, iſte vir melius ſe habeat, patet quia ſicut retentio huius phlegmatis eſt cauſſa incitationis virtutis ad expellendū ipſum per varias regiones prædictas, ita euacuatio illius phlegmatis per naſum eſt cauſſa alleuiationis & ſecuritatis huius viri ab euentu prędictorum accidentiū & ęgritudinum: quæ tu conſidera, quia hoc eſt demonſtrabile a priori & a poſteriori, & ſic apparet verifi-
B catio nocumentorum quarti membri ſuperius præmiſſi.

Quintum nocumentum ſuperius poſitum fuit propter quintum mēbrum in hoc viro læſum fuiſſe pectus, & iam in præcedentibus immediate duobus capitulis apparuit, quomodo materia diuerſos raptus habens ſecūdum partē expellebatur ad pectus, & quas, quales & quantas facere poterat ægritudines, vt varias ſpecies nocumēti anhelitus, apoſtemata in pectore, empyema, & ſic de aliis. Ex quib. facile intelligi poteſt, quare aſſumto ſacharo incitetur tuſſis. ¶ Hoc enim non poteſt eſſe propter aliud, niſi quia ſacharum cōmixtum materiebus, quibus obuiat leniendo & abſtergendo mobilitates, ſiue fuerint infuſæ ſubſtantiæ pulmonis & cannæ eius, ſiue fuerint inuiſcatæ ſuperficieb. cōcauis eorum. ¶ Cum ergo materiæ effunduntur ad concauitatē prædictorū mēbrorum, neceſſe
C eſt virtutem moueri ad expellendū eas, ad hoc vt poſſit cōuenienter euentatio fieri pulmonis & cordis, ſtante enim potentia prædictarum materierū in trachea arteria & in cānulis pulmonis, nō poſſet ingredi quantitas aeris ſufficiens ad refrigerandū, quare intēderetur caliditas in toto pectore. Et iterū ſtantibus materiebus in cōcauitatibus pdictis, non cōuenienter expelli poſſent fumus capinoſus & aer iā factus inutilis a pulmone; ſed per receptionē talium fumorum intenderetur. ¶ Amplius & tertio ſuperexcreſcēte caliditate non naturali creſcit proportio colliquationis & reſolutionis aliarum materierū in pectore, igitur fieret repletio maior, quam prius eſſet; ſed ſi aliquantā repletio incitabat virtutem ad expulſionē materierum replentium, ergo repletio magna magis incitabit, & ſic apparet manifeſta cauſſa, quare ſacharum aſſumtum incitet tuſſim. ¶ Contra,
D quia ſacharum tollit & ſedat tuſſim ex ſententia omniū auctorum: Iterum temperatum exiſtens aut temperamēto propinquum, remittit caliditatē factam in pectore. ¶ Et tertio iterum, quia leniendo tollit ſiccitatē pectoris. ¶ Et adhuc quarto, quia ipſum abſtergendo, vias anhelitus liberiores efficit, & per hæc omnia videtur ſedare tuſſim & nō incitare, ergo cōcluditur contradictoriū eius, quod dicebatur, ſcilicet ꝙ ſacharum incitat tuſſim. ¶ Ad hæc omnia dicendū eſt primo, quia ſacharum per occurſum eius ad materias leniendo & abſtergēdo & effundendo materias in concauitatē, neceſſario eſt cauſſa tuſſis. Cum autē materiæ prędictæ per tuſſim expulſę fuerint, ſtatim ceſſat tuſſis: ſacharū ergo diſſoluendo & leniendo materias eſt cauſſa tuſſis modo prædicto. Accidentaliter ergo ſedat tuſſim, in quantum eſt cauſſa vt moueat virtus ad expulſionē materierū, qui-
E bus expulſis ceſſat tuſſis. ¶ Ad motiua ergo facile reſpōdetur. Auctores ergo voluerunt ſacharum ſedare tuſſim pręparatiue; quia pparat vel digerit materias vt pmptę ſint ad expulſionē earum cum iam præparatę ſunt. ¶ Ex quibus facile intelligitur, quare expellātur materiæ ſubſtantia diuerſæ aquoſæ aut mucillaginoſæ: ex quarum eductione alleuiatur pectus & anhelitus. Similiter apparet cauſſa, quare quandoque per tuſſim nihil aut parum educatur de materia. Illud enim cōtingit, quia materia aut eſt imbibita aut eſt inuiſcata multum parietibus intrinſecis pulmonis, quod apparet, quia illud, quod educitur, eſt tenax & viſcoſum, ſi fuerit indigeſtum, incitat virtutem ſymptomatice ad ſui expulſionem, ſi autem fuerit aliqualiter digeſtum, acquiſiuit tenacitatem, quia fuit deductum ex aquoſitate ad craſſitudinem ſubſtantiæ, materierum enim aquoſarum dige-
F ſtio eſt ipſarum aliquantulum incraſſatio. ¶ Quod vero ſcribitur quandoque in anhelitu nocumentum contingere, in progreſſiuo motu, eſt facile videre, mot⁹ enim progreſſiuus aut calefaciendo aut ſpargendo vel diuidendo materias facit eas profundari magis in concauitatibus pulmonis & membrorum anhelitus. Cum ergo in quiete corporis & animi materiæ non ita profundentur aut aſpergantur ad plurimas anguſtas partes, an-

De tuſſi cū emiſſione ſputi tenacis & clari.

Quomodo ſacharum incitet tuſſim & quomodo eādem ſoluat.

helitus, ſequitur neceſſario alleuiatio in anhelitu tam inſpirãdo quam exſpirando. & ſic eſt declaratum nocumentũ quinti membri cum eius cauſſis, varietatibus & ſignis, quod fuerat ſupra præmiſſum. A

De dolore ſtomachi, tempore repletionis cum nauſea, tempore inanitionis.

Sexti nocumenti contemplanti ſuper prædictis facile apparere poteſt verificatio, ſcilicet nocumentorum ſtomachi, quis enim dubitat propter malam complexionem cerebri vehementer lædi poſſe ſtomachum, & econuerſo. ¶ Nullum enim membrorum noſtri corporis fere tantam habet colligantiam cum cerebro, quantam habet ſtomachus. Eſto enim quod ſtomachus ſit de natura neruoſa; Cerebrum vero de medullari: non tamen tollitur ex hoc, quin ſtomachus magnifice colligetur cerebro propter ſubſtantiam pannicularem piæ & duræ matris. ¶ Secundo iterum talis colligantia demonſtratur, quoniam a ſexto pari neruorum deſcendit neruus ad os ſtomachi B eidem circumuolutus, & iterum reaſcendens ad ipſum cerebrum, propter quod neruus reuerſiuus nominatus eſt. Vnde enim tanquam a principio deſcendebat ad os ſtomachi, ab ipſo ore ſtomachi aſcendendo reuerſiuus nominatur. Et ex hoc apparet error illorum, qui credunt, iſtos eſſe duos neruos. Eſt vnicus tantum, cuius partes omnes continuæ ſunt; ſed continua ſunt, quorum extrema ſunt vnum, teſte Ariſt. *lib. ſexto phyſicorum*. ergo &c.

Propter hanc cauſſam infertur, quod non raro lædatur ſtomachus a cerebro per compaſſionem abſolutam, & econuerſo cerebrum a ſtomacho. Tanta enim vtriuſque horum membrorum eſt colligantia per prædictum neruum, quod ſenſatione triſti ente in cerebro doleat, nauſeetur & euomat ſtomachus, vt patet in cephalæis & percuſſio- C nibus capitis, & econuerſo, vt apparet in ſingultu, vomitu & doloribus oris ſtomachi. Nullo ergo corporeo vel vaporeo delato a cerebro ad ſtomachum, nec a ſtomacho ad ipſum cerebrum, patiente tamen ipſorum altero vel vtroque nocumentum eſt dictum per colligantiam abſolutam, *prima tertii tract. 2. & primo c.* quare &c. ¶ Et ſi tu concedis vtrunq; horum membrorum poſſe lædi alternatim per colligantiam iam prædictam, tunc qua opinione vti potes ad negandum hęc duo membra alternatim lędi poſſe per colligantiam non abſolutam. Materia ergo hęc vel illa aut vapor vel vẽtoſitas ab vno horum membrorum ad alterũ delegata, & econuerſo, potentior eſt ad nocendũ, quam ſimplex condolentia aut diſcraſia, ꝓpterea, quia materia aut ſibi proportionata nocent qualitatibus eorum actualibus aut potentialibus, ſimplicibus vel compoſitis, calidis vel D frigidis, & ſic de aliis alterando ſubito, aut nocent materiæ ſuis quantitatibus, & modo ſubſtãtiæ comprimẽdo, conculcando, grauando, & ſic de aliis: ſed hoc eſt formale cõpaſſionis vel condolentiæ non abſolutæ, vt *prima tertii præallegato cap.* vbi ſupra. ¶ Species igitur malæ complexionis materialis vel immaterialis quæcunq; fuerit præternaturalis ori ſtomachi applicata, magis nocebit, ita, ꝙ appetitus cõmunis vel diminuatur aut corrumpatur aut auferatur, & ſi fuerit inuenta in profundo ſtomachi talis mala cõplexio, nocebit digeſtiuę cõmuni & ꝓprię ipſius. ¶ Et ſi tam in fundo, q̃ in ore ſtomachi reperiatur mala cõplexio, vtraq; harum operationũ lædetur, ita ꝙ quandoq; diminuatur appetitus in tantum, ꝙ ſaturatur vno vel duob. bolis, aut corrumpitur appetitus adeo, quod non appetit, niſi extranea & valde cõtraria, q̃ etiã non ſunt cibaria vel potabilia. ¶ Et quandoq; E in tantum inuenitur hęc diſcraſia intẽſa, ꝙ omnino æger priuetur omni appetitu, & hęc proprie contingunt, quãdo ſtomachus mollificatus, lenitus & humectatus efficitur a multo aquoſo & mucillaginoſo phlegmate. ¶ Similiter etiã contingit, vt diminuatur operatio digeſtiuæ potentiæ taliter, ꝙ non tranſmutet cibũ niſi valde diminute, aut corrumpatur operatio eius taliter, ꝙ cibaria & potabilia tranſmutet in ventoſitates, fumoſos vapores, & aquoſos. ¶ Aut quandoq; intantum augetur virtutis digeſtiuæ nocumẽtum, quod nullatenus tranſmutatur ipſe cibus a ſtomacho, etiam ſi notabili tempore detineatur in eo, & accidit diſpoſitio lienterica nominata a ſapientibus. ¶ Si ergo contingat hæc nocumenta reperiri cum inuentione frigiditatis in ore & fundo ſtomachi & omnib. partib. eius cũ multitudine ſputaminis ſaliualis, cũ nauſea, abominatione & faſti- F dio, ſignificãt hęc omnia mala cõplexionẽ frigidã & humidã phlegmaticã. ¶ Si vero ſtomachi regio tactu ꝑcipiatur calida cũ ſiti, cũ amaritudine oris, incẽdio & amaritudine eius & linguæ rubedinę, cũ ſciſſione & inflãmatione, patet, hęc omnia ꝓuenire a lapſu cholerico in ſtomacho multiplicato. ¶ Si a. frigiditas in ſtomacho percipitur cum tenſione

ali-

A aliquanta duritie, oris acredine, paucitate ſputi, aut nulla emiſſione eius cum ventoſita-
tibus & murmurationib. fortibus, hæc omnia lapſus melancholici erunt ſigna propria.
¶ Lenities autē ſtomachi cum caliditate in eo, multitudine ſalivalis humiditatis & dul-
cis & actu calidæ, venarū ſtomachi tenſione, ſignificant dominium materiæ ſanguineæ.
Ex quibus hic patiens multa corollaria elicere poteſt. ¶ Primum eſt, propter quid
quandoq; dolores repentē in ſtomacho eueniant pungitiui & mordicatiui, quia fiunt
a lapſu cholerico. Secundum, propter quid in hoc viro multum & ſæpe perſeuerat ſitis,
hæc enim ab eadem radice proueniunt. ¶ Tertium, propter quid repente quandoq; in
hoc viro fiat nauſea & ſubuerſio in ſtomacho cum ſiti, amaritudine & caumate magno
B partibus coſtarum & oris ſtomachi percepto, hæc enim omnia proueniunt a raptu ma-
terierum cholericarum ad ſuperiora. ¶ Quartum, propter quid talia accidentia quan-
doq; hunc virum moleſtant ſemper indeſinenter. ¶ Quintum, propter quid quandoq;
accidit interpolatio in iſtis accidentibus, & q̄ aliquando affligunt & aliquando nō, hoc
enim contingit, quoniā materiæ effuſæ ſunt & natantes in ſtomacho. Non enim tūc ap-
plicantur tunicis ſtomachi cum potentia ſui nocumenti. Sicut econuerſo contingit ve-
rificari de imbibitis materiebus, quæ cum ſemper ſint applicatæ paſſo parato pati, ſemp
eſt earum nocumentum ipſum inſeparabile. Colligi poſſunt hæc omnia & alia quāplura
quæ prætermitto, *decima teria tertii, partim capitulo de ægritudinibus ſtomachi, & partim capi-
tulo de modis ſignificationis ægritudinis ipſius*. ¶ Propter quod vltimo concluditur, q̄ non ſit
mirum ſi huic viro aliquādo ſuperueniat deſtitutio virium corporis: ideo propter nocu-
C mentum ſtomachi vehementer colligati cerebro, cordi & epati vehementer læduntur
omnium membrorum principalium operationes, vitalis & animalis, motiua, ſenſitiua
& naturalis vegetatiua, quæ ſunt fere omnes corporis humani virtutes, a plurimis ſapi-
entum lipothymiæ & quādoq; vere ſyncopes nominatæ, & proprie cum fuerint appro-
priatæ cordi. Taceo hic de caſu alterius virtutis, videlicet generatiuæ nominatæ.
Multis enim hominum habentibus longam ſtomachi debilitatem inuentum eſt, hanc
virtutem ſeminis generatiuam ita debilitari, quod priuati ſint coitu, & conſequenter ge-
neratione: & hæc poſſunt colligi *vigeſima prima tertii, cap. de ſterilitate* quæ ibidem legere
potes. Ex quibus apparent cauſſæ nocumentorum ſtomachi complexionalis huius viri.
D ¶ Timui autem hic extendere ſermonem de lapſibus complexionalibus ſimplicibus, vt
oppilationibus, extenſionibus & conſumtionibus ſtomachi, quæ vocantur maraſmo-
deę, & contrahuntur de ægritudinibus compoſitis eius quæ apoſtemoſæ ſunt, tu ſu-
peradde iſtis, ſi tibi libet.

Septimi nocumenti iam tempus eſt inueſtigare & reddere cauſſas, ſ. nocumenti 1. *De dolore cōtractiuo viſcerū & eius cauſſis.*
ſeptimi membri, & eſt venter inferior, in quo vir ille percipit motum ac ſi viſcera cōtra-
herentur, qui motus prouenire poteſt propter multam ſtipticitatem vētris, propter quā
fæces in colon & inteſtino recto multiplicantur & congregantur, q̄ propter extenſio-
nē & grauitatē in illis inteſtinis facta ſunt cauſſa cōtractionis aliorum inteſtinorum ver-
ſus ea. ¶ Secunda cauſſa huius poteſt eſſe multitudo ventoſitatū, q̄ congregatæ ſunt in 2.
E illis inteſtinis. Propter ergo vehementiam doloris conſequentis ad illatum ventoſita-
tum extēſionem, ſequitur tractus ſpirituum & humorū verſus illas partes, & de circum-
ferentia ad profundum corporis, ita vt percipiantur inteſtina illa contrahi & comprimi.
¶ Tertia cauſſa huius cōtractionis poſſet eſſe apoſtema in aliquo illorum inteſtinorum, 3.
propter quod fieret cōtractio aliorum ad apoſtematum locum. ¶ Quarta poteſt eſſe 4.
vehemens & tortuoſus motus a ventoſitatibus immerſus in ileon inteſtinum. Cum er-
go illud inteſtinum pluribus reuolutionibus in vētre inferiori reuoluatur ad omnes dif-
ferentias poſitionis: vt ſenſu in anatomia diſcernitur, ergo ventoſitates in eo vehemen-
ter impulſæ ad omnes prædictas partes faciunt triſtem ſenſationem in diuerſis partibus:
Ita quod cum impellitur ventoſitas a dextro in ſiniſtrū, percipit ſenſus tactus quaſi mo-
tum inteſtinorum de dextro in ſiniſtrum latus, & econuerſo, & de ſurſum in deorſum, &
F de ante & retro, & econuerſo. ¶ Et quinta cauſſa huius contractiui motus inteſtinorum 5.
poteſt eſſe, & ſic eſt de facto mala cōplexio fiens calida vel frigida a ſtomacho cōmuni-
cata inteſtinis inferioribus, quomodo enim non, cum inteſtina ſint omnino de eſſentia
ſtomachi & eidem cōtinua, vt *16. tertii primo cap.* colligendum eſt. ¶ Plures cauſſas ad ve-
rificationem huius accidentis adducere potuiſſem, ſed iſtæ ſufficiant tanquā potiores,

A de quarũ numero penultima &poſtrema nõ ſolũ hãc veritatẽ ꝑſuadent,ſed etiã demõſtrant,& tu conſidera.¶Hæc in ſumma eſt hui⁹ venerandi ꝑlati ex variis accidẽtibus cõplicata diſpoſitio,quorũ inueſtigatio & verificatio nõ cũ paruo labore inuẽta eſt, &inueniri poteſt, & q intelligit,diiudicet.¶ Cũ ergo hæ diſpoſitiones in hoc viro q̃ maxime ſint timoroſæ,oportet eiſdẽ ingeniis auxiliatricis ſapientiæ medicinæ prouideri.¶Prætermiſſo itaq; regimine ſex rerũ nõ naturalium,ꝙ ad caliditatem &ſiccitatẽ notabiliter eleuatam declinare debet,huius viri ægritudinib. ac ſuis accidentibus ſubuenire tentabõ cum quindecim inſtrumentis vel adiutoriis medicinalibus conuenientibus.¶Quãtum vero ad ſecundum,oportet in cura ſuarum ægritudinũ facere euacuationes in vere & in autumno appropriatas, quæ erunt præſeruatiuæ eius a prædictis,ſic n. procedendũ B eſt in chronicis ægritudinibus,q̃ ſecundum plurimum reuoluuntur reuolutione veris & autũni , vt clauditur in ſententiis Hippoc.& Gal. *ſect. 6. aph.47.* vbi inquit Hipp. *Quibuscunque venæ ſectio aut medicamentum conducit, his vere venam ſecare aut medicamentum purgans exhibere conuenit.* Nam cõmentator ibi dicit ſe multa corpora præſeruaſſe ab euentu taliũ ęgritudinũ euacuando ea in fine hyemis aut in principio veris,&ſimiliter de autũno.

Appropinquante igitur medietate mẽſis Februarii,hic vir vno mane in aurora ac-

Potio. cipiat hanc infuſionem calidam. ℞.*aquæ eupatorii & abſinthii an.*℥ j. ß.*aquæ cichoreæ* ℥ j. *agarici electi* ʒ j.ß.*hermodactyli,reubarbari an.* ℈ *ii. zinzib.* ℈ ß.*ſpicæ nardi* g̃.*ſex,ſalis gemmæ* g̃.*i. ſach.albi* ℥ *i.*ß.*penidiarum* ʒ ß.*calefiant aquæ & diſſoluantur cum eis ſacharum & penidiæ,& remaneant ita per totam noctem, in aurora vero calefiant & exprimantur ,& colatura illa actu calida tota* C *bibatur,& poſt ipſam dormiat per horam vnam aut per horam i.*ß.*& quieſcat vſque ad horam quintam ſæpe applicando pannos calidos toti ventri.* Cum ergo tranſiuerint horæ quinq; , bibat ſitulam vnam brodii pulli macri & poſt ipſum pertranſita hora prandeat. Mane vero im-

Digeſtiuum. mediate ſequenti accipiatur hoc digeſtiuum. ℞.*ſyrupi de calamento* ℥ *i. oxymellis compoſiti* ℥ ß.*aquæ betonicæ,aquæ melliſſæ an.* ℥ *i.*ß. *calefiat totum & accipiatur per nouem horas poſt cænam,* tardando cibum horis ad minus quatuor,quod continuet ita vſq; ad ſeptem dies aut totiens quouſq; videat vrinas colore &ſubſtantia rectificatas &habentes hypoſtaſim vel ſedimen in fundo album,æquale,coniunctum &diaphanũ. ¶ Tunc ergo purgetur cũ iſtis pillulis. ℞.*pillularum de ſarcocolla denominatione inuenta a Meſue in cap. de ea, pillularum de hiera compoſita vel maiori an.* ʒ ß. *formentur pillulæ vi. cum hieralogodion & exhibeantur in aurora* D *ſeruatis conditionibus omnibus in minoratiuo præcedenti deſcriptis.*

Secundum vero principale inſtrumentum tale eſt,ꝙ fiat ei euacuatio autumnalis.

Pilulæ. Aduenięte igitur medietate vel fine menſis Auguſti euacuetur cum iſtis pillulis. ℞.*pillularum cochiarum* ℈.j. *pillularum de agarico communi deſcriptione* ℈ *ii. boni ponderis formentur pillulæ vii. cum electuario roſato,& accipiantur hora & conditionibus in minoratiuo vernali deſcriptis.*

Syrupus. ¶ Mane vero ſequenti. ℞.*ſyrupi compoſiti acetoſi* ℥ j.*ſyrupi de endiuia* ℥ ß.*aquæ fumiterræ,aquæ cichoreæ & ſalutæ an.* ℥ j.*miſce.* Et ſi velis digeſtiuum leuius & delectabilius. ℞. *aquæ abſinthii*

Potio digeſtiua. *& fumiterræ an* ℥ j.*aquæ eupat.* ℥ *ii.*ß.*miſce & accipiatur hora & diebus omnib. obſeruatis deſcriptis in digeſtiuo veris.* ¶ Cum ergo viderit rectificationem vrinarum in ſubſtantia & colore

Potio purgans. contentis, tunc ſequenti die euacuetur hoc potu. ℞. *hieralogodion* ʒ *iij. electuarii hameth* ʒ *ii.*ß.*miſce, & totum accipiatur cum aqua fœniculi calida & ſacharata.* Et diligentibus euacua- E

Pilulæ. tionem cum pillulis tunc. ℞ *pillularum aurearum,pillularum de ſarcocolla an.* ʒ ß. *incorporentur cum ſuc. roſ. & accipiantur limitando modum cum his, quæ dicta ſunt de euacuatione veris.* Non timeat aliquis exhibere hieralogodion,quia eſt pharmacum laudabile & ſecurũ in tantum,quod illuſtres antiqui nullo fere pharmaco vtebantur,niſi ipſo,vt legere potes *5. canon. ſumma prima in deſcriptione.* Neq; moleſtare me debet aliqs,quia in digeſtiuo & euacuatiuo autumni poſuerim medicinas choleræ & aduſtæ materiæ eductiuas. Tales enim materiæ multiplicari ſolent in autumno,propter relictas impreſſiones æſtatis.

Pilulæ. Tertium inſtrumentum medicinale eſt hoc. ℞.*aloes epaticæ elect.lib.*ß.*agarici electi candidi, leuiſſimi & a nodoſitatibus mundi* ℥ *iii. hermodactylorum* ℥ j. *turbith al. plani, cannuloſi & mundati* ℥ ß.*maſticis* ʒ j.ß.*zinzib.* ʒ *ii.ſtæchados,hyſopi,abſinthii,eupatorii,ſcolopẽdri an.* ℈ j.*ſalis* F *Indi* ʒ *iii.ſucci cichoreæ,ſucci ſcariolæ & roſarũ an.* ℔.ß.*puluerizẽtur omnia per ſe,deinde infundãtur in prædictis ſuccis mediocriter calidis diligẽter agitãdo,& exponãtur radiis ſolis vſq; ad ſuccorum cõſumptionẽ ſæpe agitãdo,deinde iterũ bis renouẽtur ſucci prædicti. Cũ ergo materia illa fuerit indurata ex ea fiant pillulæ cum opus fuerit de omni* ℥ *vij. de quibus omni tertia vel quarta die vnam accipiat parum ante cænam ſecundum maiorem & minorem fluxibilitatem , & hoc tempore, quo aſſumit digeſtiua prædicta , ſi venter non eſſet bene fluxibilis.* Eiſdem etiam pillulis vti debet in omni

A temporè anni & vitæ ſuæ accipiendo vnam omni quinta vel ſexta die parum antc cœnam, & proprie,cum perceperit ſtomachum eius grauatum, abominationem habentem & ventoſitatibus plenum. Capite dolente ergo vel grauato reumatizante accipiat ex eis vnā p duas horas poſt cœnā.Ego n. credo magnam partē recuperandi ſanitatem eius ſuſtentari in illis pillulis.Nā ſi bene conſideras virtutē ſimplicium,ex quibus cōponuntur,videbis quod diſtrahere poſſunt materias a capite, pectore,ſtomacho,epate & a toto prædicta membra confortando& ventoſitates reſoluendo:& teneat eas ſecretas.

Quartū v. principale remediū eſt,a quo non diſcedat,vt celebratis iā euacuationib. prædictis,ſtatim in aurora deglutiat cochlear vnū xylobalſami cōditi,& tardet cibū ſuū ad minus horis tribus.Credo n.hoc eſſe potentiſſimū inſtrumentū cōfortandi caput,pe-B ctus,ſtomachum, quæ principaliter in hoc viro læſa ſunt,& continuet per menſem vnū.

Quintum principale remedium eſt. *Recipe ſpecierum diambræ ʒ ij. ſpecierum electuarii de xyloaloes deſcripti s.can ſumma prima ʒ v.ſpecierum diacimini deſcription Nicolai in antidotario ʒ ij.ſachari ſecundæ coctionis lib.ß.granorum phiſticorum mundatorum ʒ iiij. infundantur phiſtici minutim inciſi per duos dies naturales in lib.j.aquæ menthæ,deinde extrahantur & vltimo conterantur & coquantur cum ſacharo & lib. ß. mellis roſati cum folijs conditi. Effundantur autem poſtea ad mortarium & incorporentur ſi cum aliæ ſpecies & fiat electuarium: de quo comedat & deglutiat quantitatem duarum ʒ per duas horas ante cœnam: & tantundem per duas horas poſt cœnam*:& eſt optimum rectificatiuum omnium ſuorum membrorum. *Electuarium.*

Sextum medicinale inſtrumentum eſt.℞. *ſpecierum electuarii dianthos ʒ ij. ſpecierum* *Morſell.* C *diacinamomi ʒ j. ſach. al.lib.j. granorum phiſticorum vt ſupra infuſorum lib.mediam,coquatur ſach.cum aqua menthæ:& fiat confectio in fruſtulis velut pineata.* De hac ergo confectione hic prælatus venerandus ſemper poſt omnem cibum comedat vnum vel duo fruſta,bibendo poſt ipſum vinum non valde fumoſum.

Septimum medicinale inſtrumentum eſt hoc. *Rec.ambræ orientalis ʒ j. ligni aloes ʒ j.* *Confectio* *muſci g.j quia timeo fumoſitatem eius, ſtyracis calamitæ,ſpodii,ſandaracæ,garyoph. ana ℈ melliſſæ, betonicæ,ameos ana ʒ ß.florum roriſmarini ʒ ij.ſach.al.lib.j.coquatur ſach.cum aqua menthæ,& fiat confectio.* Cum itaq; patiens fuerit vſus confectione immediate ante ſcripta per quatuordecim dies,tunc dimiſſa illa permutet ſe ad accipiendum de hac hora eadem, deinde iterum de iſta reuoluat ſe ad aliam ſic cōtinuando pro maiori parte ſui regiminis.

D Octauum medicinale inſtrumentum eſt.*Rec.laudani electi aromatici & bene mollis excludentis ſenſibilem arenoſitatem ʒ ß.ſtyracis calamitæ ʒ ij.ambræ orientalis ℈ j.ſandaracæ ʒ j.gallarum,cupreſſi,maſticis,corallorum amborum, ſpodii ana ℈ ij.reſinæ electæ ʒ vj.diſſoluantur ſimul laudanum & reſina in vino antiquo & coquantur vſq; ad viſcoſitatem bonam, omnibus ergo ſimul incorporatis fiat cerotum latitudinis quatuor digitorum & longitudinis tantæ,vt cooperiat principium commiſſuræ & finem eius vſq; ad laudam incluſiue.* Depoſitis ergo capillis cum nouacula hoc cerotum extenſum ſuper panno tincturæ keſmes locis prædictis ſemper affixum conſeruetur:antiqua n. reumata & catarrhos in plurimis hominū hoc modo cōſumpſi. *Ceratum cephalicū.*

Nonum inſtrumentum eſt,vt cum contigerit materias per motum defluxus reumatizare ad membra iam præaſſignata,factis euacuationibus per duas horas poſt cœnā hic dominus& pater venerandus deglutiat duas de ſequentib. pillulis.℞.*coriandri præpa-* *Pilulæ.* E *rati,granorū myrti,cupularū glandiū,ſpodii ana ℈ j.gallarum,cupreſſi, corallorum amborū ana ℈ ß. maſticis ʒ j.ß. cum mina cydoniorū formētur pilulæ de omni ʒ vj.de quibus deglutiantur duæ*,intercipiunt enim & exiccant reuma frigidum excellenter confortando cerebrum.

Decimū inſtrumentū eſt,cum adhuc materierū fluxus a capite & ſputamina multiplicata fuerint a ſtomacho vltra cōſumptiones & diuerſiones,quas faciūt pilulę,confectiones&electuaria ſupra ſcripta,diuertat͂ materia.¶ Primo q̃dē cōfricationib. vtriq; magno pedi ante cibū p duas horas applicatis,& ſimiliter manib. magis cū panno aſpo calido trahendo inferius vſq; quo rubeant partes.Et ſi vir iſte nō eſſet delicatus,conuenientiſſime diuerterent͂ materiæ p applicationē ventoſarū abſq; ſectione ſup carnoſis domeſticis partib.tibiarū,coxarū & ſup inferiorib.partib.natiū& ſpatularū.¶ Tertiū a. F inſtrumentū diuertendi optimū eſt,vt vere & autumno aut ſaltē ſemel in anno ,puocarentur & aperirent͂ hæmorrhoidales venæ.Non n.ſolū per eas defenditur corpus ab ægritudinib.melancholicis vel aduſtis,ſed etiā a phlegmaticis tā diſtinctis ex parte ſaporis, quam modi ſubſtantiæ,vt teſtatur Gal.ſect.6. aph.com.12.vbi inquit Hipp. hæmorrhoidas ſananti antiquas, ſi non vna ſeruata fuerit, periculum eſt hydropem aut

tabem accedere,& legitur pulchre 17. *tertii de iuuamentis ſequentibus hæmorrhagiam hæmorrhoidalem.* A

Vndecimum inſtrumentum eſt. *Recipe dendrolibani, maioranæ, ligni aloes, folii meliſſæ ana ʒ j. macis ʒ. ij. puluerizentur omnia & ligentur in ſindone aromatica & ſæpe odorentur: & eſt bonum rectificatiuum cerebri & viarum anhelitus.* Iuuamenta enim melliſſæ collige *ſecundo can.* vbi voluit, quod ipſa confert omnibus ægritudinibus phlegmaticis cerebri, &c.

Sacculus odoratus.

Duodecimum inſtrumentum eſt. *Recipe ſpecierum electuarii de ligno aloes ʒ j. florum bugloſſæ, melliſſæ, foliorum baſiliconis, hyacinthi, ſmaragdi, oſſis de corde cerui, been al. & rub. croci ana ℈ ij. macis ʒ j. ß. margaritarum virginearum ʒ ij. puluerizentur omnia per ſe ſubtiliſſime, deinde commiſceantur & conſuantur in ſindone retorta aromatica ſacculo quadrāgulari, & ponantur ſuper mamillam ſiniſtram cum capite vno ſuper medium thoracis applicato, & altero verſus latus tranſuerſaliter.* B

Tertiumdecimum medicinale inſtrumentum eſt hoc: vt cum iſte vir percepetit materias in pectore fixas, quæ non conuenienter & cito expelluntur cum tuſſi, tunc accipiat de hoc electuario; quod ſæpe in ore ſuo teneat, cum lingua reuoluendo per os abſque maſticatione quantitatem grani fabæ: & permittat deſtillando id quod colliquabitur in ore: hoc enim leniendo membra pectoris, æquando materias & præparando eas eductioni per ſputum, cōfert etiam alleuiando anhelitum. Cuius deſcriptio.

Electuarium.

Rec. granorum pinearum ℥ ß. granorum ſebeſtē numero xx. paſſularum nigrarum ʒ vj. liquiritiæ raſæ ʒ j. ß. capilli veneris ʒ ij. hyſopi ʒ j. granorum phiſticorum ʒ ij. infundantur grana & ſebeſten in aquam decoctionis liquiritiæ per diem & noctem: deinde coquantur cum ea vſq; ad conſumptionem aquæ: tunc ergo abiectis oſſibus ſebeſten vltimo conterantur in mortario & incorporentur cum ℥ iij. penidiarum, ℥ iiij. ſachari ſecundæ coctionis, & fiat electuarium vltimo conterendo. Huic enim viro neceſſarium eſſet habere ſecū de hoc electuario ſemper; propter enim mutationem diuerſarum qualitatum aerearum, & propter varietatem ciborum & potuum & exercitiorum mouentur & fluctuant materiæ, quæ frequenter in pulmone & pectore receptę pariunt accidentia valde difficilia, a quibus huius electuarii vſus feliciter pręſeruabit ipſum. C

Ceratum.

Quartumdecimum inſtrumentum eſt. *Recipe reſinæ electæ ℥ j. ß. laudani ʒ ij. ligni aloes, Galliæ muſcatæ an ʒ j. menthæ balſamitæ, garyophilatæ, ana ʒ ß. macis garyophillorum ana ʒ j. cymini, ameos, carui ana ℈ j. ſtyracis calamitæ ʒ ij. diſſoluantur & coquantur gummi cum vetuſto vino potenti & cum ſufficienti quantitate ceræ fiat cerotum bene tenax, quod extenſum ſuper panno de grana ſphærico & bene magno*, ita vt apprehendat regionem a granato vſque ad vmbilicum & medietatem hypochondriorum, potenter rectificat ſtomachum, epar & inteſtina. D

Vltimum vero inſtrumentum eſt vt ſi in hoc viro quandoque præſentarentur vrinæ albæ, ſubtiles, velut aqua aut ſerum, tunc dubitandum eſt de euentu doloris in renibus eius, de quibus non habeo ſuſpicionem leuem; tunc ergo fiat illinitio a principio ſpatularum per totam ſpinam vſq; in finem cum hoc vnguento actu calido ter vel quater in die ſupponendo pannum lineum duplicatum calidum. Vnguenti compoſitio eſt hæc. *Recipe olei de violis citrinis ℥ ij. olei liliorum al. ℥ j. ſpodii ʒ j. ſeminis endiuiæ, ſcariolæ ana ℈ ij. ſpicæ nardi ʒ j. violarum, florum nenupharis, florum eupatorii ana ℈ ij. ceræ albæ quantum ſufficit, fiat vnguentum mediocris mollitiei: in cuius fine addantur camphoræ g. v.* hoc enim vnguentum defendit renes ab agitatione materierum reſoluendo materias & ſedando dolorem: quod totum & omnis ſanitatis eius complementum concedat ei altiſſimæ miſericordiæ ſaluator cunctipotens dominus noſter Ieſus Chriſtus ad laudes eius immortales. Amen. E

CONSILIVM XVIII. *De quinque malis diſpoſitionibus; videlicet, De dolore capitis inordinato, periodo affligente per communitatem ad inferiora: De debilitate digeſtionis ſtomachi per quam magna pars cibi mutatur in ventoſitates & phlegma: De debilitate cordis & totius corporis: De laſſitudine doloroſa renum & totius ſpinæ: De mala diſpoſitione matricis a multitudine materierum congeſtarum in ea.* F

A PRo nobili viro & generoſa domina coniuge præfati Spectabilis viri prouidendum vtile vidi cum quinque remediis, quibus accidentia quinque, a quibus moleſtantur, conuenienter releuari poſſunt. ¶ Primum itaq; eſt capitis dolor in ordinata periodo affligens ipſam. ¶ Secundum eſt ſtomachi debilitas in digerendo cibum, per quam magna cibi quantitas in ventoſitates & phlegma permutatur. ¶ Tertium cordis & totius corporis debilitas. ¶ Quartum renum & totius ſpinæ laſſitudo doloroſa. ¶ Quintum vero & vltimum mala diſpoſitio matricis eius, proueniens a multitudine materierum, quæ congeruntur in ea.

Et primum quidem accidens contingit in capite per colligantiam eius ad ſtomachum, & ſecundario ad matricem, a quibus partibus materia & vapor multus communicatur cerebro & panniculis eius; vnde in toto capite grauatiuus & extenſiuus accidit dolor. Et huic quidem accidenti prouideri & prouidendum omnino credo cum iſtis tribus remediis. ¶ Quorum primum eſt hoc. *Rec. electuarii Indi ℥ iij. benedictæ ſimplicis ℥ iij. ß. aquæ ſublimationis matricariæ, vel arthemiſiæ ℥ ij. miſceatur totum & calidum in potu detur in aurora, & tardetur cibus horis quinq; ad minus.* (B) *Dolor ex ſitu periodicus.* *Potio.*

Secundum vero inſtrumentum eſt ſacculus iſte, quem calidum ſæpe teneat ſtomacho ſuo applicatum. *Rec. rutæ, camedreos, camepitheos, menthæ, abſinthii ana M. ij. agarici cymini, macis, an. ℥ j. Galliæ muſcatæ ℥ ß. puluerizentur omnia per ſe, & fiat ſacculus magnus amplectens ſtomachum totum & partem hypochondriorum.* ¶ Tertium vero inſtrumentum eſt, quod vtatur pillulis iſtis, de quibus accipiat omni quarto ſero aut ſexto vnam immediate ante cœnam: quarum deſcriptio eſt huiuſmodi. *Rec. pillularum alephanginarum ℥ j. ß. agarici, collocyntidos ana ℥ ß. ſalis Indi grana v. reformentur pillulæ cum mirra cydoniorum aromatizata, &c.* *Sacculus ſtomachalis.* (C) *Pilulæ.*

Secundo vero accidenti principali, ſ. ſtomachi debilitati iam bene ſufficienter prouiſum eſt per remedia ſupra ſcripta: quibus nihil aliud mihi videtur addendum, niſi, quod aſſueſcat ſæpe in aurora accipere rotulam vnam huius confectionis. *Recipe ſpecierum electuarii de ligno aloes ℥ j. ß. ſpecierum electuarii de ſeminibus ℥ ij. ſach. al. ℥ iiij. cum aqua abſinthii fiat confectio in rotulis ℥ ij. & vtatur, vt dictum eſt.* *Stomachi debilitas.* *Rotulæ.*

Tertium vero accidens fuit cordis debilitas & totius corporis, proueniens per compaſſionem non abſolutam cordi ipſius ad ſtomachum, renes & matricem. ¶ Et huic quidem accidenti prouidendum eſt per remedia duo, quorum primum. *Recipe doronci, been albi & rub. oſſis de corde cerui ana ℥ ij. ſem. baſiliconis ℥ j. ß. hyacinthi, ſmaragdi, ſaphyri ana ℈ j. macis, foliorum baſiliconis ana ℥ ß. ligni aloes, garyophillorum, cinamomi ana ℈ ij. margaritarum electarum ℥ iij. puluerizentur omnia per ſe & conſuantur in ſindone retorta, & fiat ſacculus amplitudinis ſemiſſis & portetur ſub mamilla ſiniſtra continue adhærens.* (D) *Cordis debilitas.* *Sacculus cordialis.*

Secundum vero inſtrumentum huic propoſito ſeruiens eſt electuarium hoc. *Recipe ſpecierum electuarii de ligno aloes ℥ ij. ſpecierum electuarii cordialis deſcripti a Raſ. nono Almanſ. cap. de ægritudinibus cordis, ℥ vj. pulueris ſaphyri, hyacinthi, & ſmaragdi ana ℈ ß. margaritarum ℥ ij ſyrupi de calamento ℥ v. ſachari albi ℥ iiij coquantur ſimul ſacharum & ſyrupus vſque ad bonam glutinoſitatem, deinde ponantur ſpecies & totum diligenter incorporetur cum decem foliis auri & accipiatur ex eo mane ante prandium per horas quatuor ℥ ß. deglutiendo ipſum & bibat poſt ipſum ℥ j electi maluatici vini, &c.* *Electuarium.* (E)

Renum vero diſpoſitioni confert hoc vnguentum, de quo ſæpe ſpina eius tota a furcula ſpatularum vſq; ad caudam inungatur calido, mediocriter confricando vſque ad finem ſpinæ & ſuperponatur pannus calefactus & ſuffuinigatus cum puluere ſtyracis calamitæ. Et eſt eius deſcriptio. *Rec. olei de violis citrinis ℥ iiij. muſci, ambræ, ana gra. ij. roſarum, ſpodii, ſeminis plantaginis ana ℥ j. ſpicæ nardi, coſti, xylobalſami & carpobalſami ana ℈ j. ceræ quantum ſufficit, & fiat vnguentum mediocris glutinoſitatis cum modico reſinæ electæ, & applicetur vt ſupra.* *Laſſitudo doloroſa renum, Vnguentū pro renibus.* (F)

Diſpoſitioni v. matricis eius, q̃ ꝓuenit ab oppilatione venarũ hæmorrhoidaliũ ab humorib. craſſis & viſcoſis in eadẽ multiplicatis prouidendum eſt duplici inſtrumẽto. ¶ Quorũ primũ eſt. ℞ *fœni. menthæ, aſari, caſſiæ ligneæ, ariſtologiæ rotundæ, calamenti, origani, ameos ℥ ß. ſpicæ nardi ℥ j. myrrhæ ℥ vj. bulliant omnia in ſitulis duabus aquæ vſq; ad conſumptionem tertiæ partis. Et huic decoctioni actu calidæ infundatur lapis albus, rotundus, in fluuiis inuentus, cali-* *Mala diſpoſitio matricis.* *Suffumigium.*

dus ex fumo illius, ſuffumigetur hæc domina tali ſituatione, vt matricem ingredi poſſit. A

Pilula.

¶ Secundum vero ſpeciale remedium huic dominæ opportunum, eſt hoc. *Recipe rubeæ tinctorum, ſeſeleos, enulæ, aſari, pulegii, origani ana ℥ ß. ſeminis apii, petroſelini, aniſi ana ℈ ij. ſpicæ nardi ℥ ij. croci ℥ j. muſci ℈ j. aloes infuſæ per quatuor dies in ſucco matricariæ vel arthemiſiæ ℥ ij. coquatur aloe lento igne vſq; ad conſumptionem prædictæ aquæ, & incorporentur cum eo ſpecies ſupraſcriptæ per ſe puluerizatæ, & fiant pillulæ de omni ℥ vj.* Accipiantur ergo ex eis omni menſe bis ℈ iiij. in aurora, & tardetur poſt eas cibus per horas vj. Et his obſeruatis felicitatem ſuæ terminationis habebit ad laudem Dei omnipotentis.

CONSILIVM XIX. *De ſoda phlegmatica proueniente per eſſentiale nocumentum in cerebro, & per colligantiam ſtomachi ad caput cum multitudine lachrymarum, difficultate maſticationis & nocumento dentium & aliis nocumentis triſtis ſenſationis in partibus exterioribus & interioribus capitis accidentibus.* B

Diuiditur autem Conſilium in ſectiones tres.

Sectio prima eſt capitulum vnum verificans eſſentiam diſpoſitionis, & oſtendens neceſſitatem ſequelæ accidentium ad ipſam & varietatis ipſorum.

DILIGENTER examinatis omnibus, quæ per informationem ex relatione & literis comprehenſa ſunt, diſpoſitio generoſi viri, domini Andreæ Bernardo eſt ſoda per eſſentiam nocumenti in cerebro & panniculis interioribus & exteriori etiam communicata: quæ quidem non ita proprie eſt per eſſentiam; quinetiam per colligantiam ſtomachi ad caput vehementer intendatur & foueatur; & quia ſtomachus euaporat multitudinem fumorum ad caput, vt paulo poſt videbitur. ¶ Eſt autem materialis cauſſa huius ſodæ phlegmatica materia locis prædictis infuſa cum præſentia multorum fumorum, qui fumi licet ſecundum partem aliquam eleuentur a materia in capite contenta, ſecundũ tamen maiorem partem euaporant a phlegmatib. in ſtomacho contentis, quorum quidem vaporum pars maior tamen ſpirat inſenſibiliter per poros cranei & commiſſuram ſagittalem propter caliditatem naturalem reſoluentem & expellentem ipſos: & propter raritatem cranei in loco bregmatis etiam hanc expulſionẽ iuuantem. ¶ Quæ quidem omnia facile videri poſſunt, ſi diligenter adſcripta & informata inſpiciatur. Diſpoſitio enim iſta minus nocet tempore quietis & iuuatur ab ea: & læditur ab exercitio; eo quia motus corporis vaporationem ad inferius ad caput excitat, materias etiam in capite contentas euaporare facit. Cum ergo incipit exercitiũ; incipit nocumẽtum augeri adeo, quod caput coopertum detineri ſubtiliter nocet ei, immo neceſſe eſt ipſum diſcooperiri, vt melius tranſpirare poſſit, ꝙ euaporat. ¶ Quod vero materia in capite contineatur, denotat nocumenti perſeuerantia. Et quod etiam per colligantiam ſe habeat hæc diſpoſitio a ſtomacho ad caput, apparet eo, quia tempore, quo ſtomachus non bene digerit, & quando ventoſitates in eo & inteſtinis congregantur, tunc primo efficitur hic morbus. Adhuc etiam, quia poſt aſſumptionem cibi alleuiatur; licet in principio aliqualiter inflammetur caput, quæ tamen inflammatio cito remouetur. ¶ Quod autẽ materia huius morbi phlegmatica exiſtat, apparet ex priuatione ſenſationis ſitis & amaritudinis oris vel dulcedinis & aliorum ſaporum calidas materias ſignificantium. ¶ Et iterum phlegma ſalſum frequenter ſpuitur, cuius quidẽ ſalſedo prouenit ex fumo a materia cholerica eleuato, vel a mixtione modicæ quantitatis choleræ cum prædicto phlegmate. Adhuc etiã, quod materia phlegmatica ſit, apparet ex frigiditate, grauitate & reumate ad oculos, dentes & maxillam ſiniſtram perceptis. ¶ Quod etiam iuuamentum percipiat hic nobilis ex mora in aere frigido & tẽpore anni frigido, facile declarari poteſt: licet n. morbus iſte materialiter ſit frigidus, cum actuali tamẽ caliditate ſociatur, quæ prouenit a multitudine vaporum; qui generantur in cerebro, & qui etiam effunduntur ab inferioribus partibus ad cerebrum. Cũ ergo vapores tales exiſtant actualiter calidi percipit patiens inflammationem & caliditatem augmentatas: cum vero vapores illi reſoluti ſunt, ceſſat prædictæ caliditatis ſenſatio & remanet effectus a materia phlegmatica proueniens, cogens & incitans ipſum ad tecturam

C D E F

Cauſa materialis huius cephalalgia.

A tecturam capitis cum pileo vel tiara.¶ Ex quibus facile deduci poteſt, quare iuuetur i-pſe ex mediocriter calefacientibus caput & lædatur a vehementer inflammantibus & calefacientibus. Mediocris enim caliditas a virtute dirigitur melius ad materierum digeſtionem & expulſionem. Fortior vero nocet magis vaporum quantitatem augendo, quam conſumendo.¶ Ex quibus iterum facile concludi poteſt, diſpoſitionem iſtam eſſe complicatam ex malitia complexionis frigidæ & calidæ vnius potentialiter, alterius vero accidentaliter.¶ Tertio concludi poteſt, quare lædatur a cibis & potibus calidis. ¶ Quarto quia legumina nocent, eo, quia ventoſa.¶ Quinto intelligi poteſt, quare ex motu capitis ad diuerſas differentias poſitionis lædatur, eo quia ex tali motu agitantur materiæ & euaporant magis.¶ Sexto, quare caleat frons, quia fumi illi ſunt huius effe-B ctus cauſſa. ¶ Septimo videri poteſt, quare non ſudet caput, eo, quia vapores illi primo inſenſibiliter tranſpirant quam in aquoſitatem ſudoralem cõuertantur.¶ Ex quorum etiam fundamento facile intelligi poteſt fricationem capitis eſſe iuuatiuam & pectinationem.¶ Similiter etiam intelligi poteſt, quod vapor materialiter ad hanc ægritudinem conficiendam concurrat per præſentiam iectigationis in ſuperficie cutis cõprehenſæ.¶ Et vltimo facile intelligi poteſt iuuamentum ſequi ex potu pillularum de myrobalanis; educunt enim materiam minoratiuæ, & ſua ſtipticitate vaporationem prohibent.

Accidentium autem, quæ ſibi eueniunt, reddere cauſam nõn eſt difficile, cum enim materia multiplicatur in capite, communicatur in profundũ eius a frigiditate cõ-C tinentis, parte ſuperioris eius expulſa ad oculum lachrymas accidere contingit.¶ Cum vero nonnulla eius pars pellitur ad maxillam, prohibetur maſticatio conueniens.¶ Ex parte vero materiei, quæ confert ad dentes, nocumenta in eis contingere eſt neceſſe. *Cauſæ prædictorum accidentium.*

Palam igitur replicando diſpoſitionem videri poteſt, quod diſpoſitio huius nobilis ſit ſoda, id eſt, læſio vel offenſio in mẽbris capitis, vt in cerebro, in panniculis interioribus & in exteriori & cuti capitis: & eſt ægritudo per eſſentiam magis in prędictis partibus: licet non leuiter per colligantiam ſtomachi ad caput talis diſpoſitio foueatur & intendatur, vt ſupra præmiſſum eſt.¶ Et ex hoc vltimo colligendum eſt, quod cura huius diſpoſitionis cõpleri debeat conuenienti regimine per ſex res non naturales & per con-D uenientem medicinarum exhibitionem, vt deinceps ſequetur.

Sectio ſecunda ponit regimen huius diſpoſitionis per conuenientem adminiſtrationem ſex rerum non naturalium, & continet cap. ſex.

CAP. I. *De regimine huius diſpoſitionis per aerem.*

IGITVR habitatio eius, conuerſatio & mora eſſe debet in climate, regione, ciuitate, loco & camera ad caliditatem mediocrem, immo etiam parumper a mediocri caliditate ad intẽſam eleuatis. Siccitas vero in omnibus his debet eſ-E ſe caliditate intenſior: propter quod conuerſatio in hypocauſtis ſiccis & ſimilibus, loca humida, loca terranea, humida, frigida & ventoſa ſummopere euitando: iuxta quorum regimen etiam caput & proprie poſt euacuationem conuenienter calidum conſeruari debet, tecturas eius habẽdo ſuffultas pellibus & dorſis variorum, aut de pellibus agninis & ſimilibus.

CAP. II. *De regimine ipſius per motum & quietem.*

DE motu autem dicendum; quód motus, vt nunc, & exercitia non ſint eidem conuenientia; & proprie, quia aſſumit nocumentum ex eis: ergo quieſcere melius eſt ei, donec materiæ eius ægritudinis F conuenienter digerantur & euacuentur, tunc enim exercitium ſibi conuenientiſſimum eſſet ad excitandum caliditatem innatam, & prohibendum materierum multiplicationem, & ad conſumendum & diuertendum vapores, qui quotidie ad caput effunduntur.

Cap. III. *De regimine ipſius per ſomnum & vigiliam.*

Dormitio mediocris in quantitate conueniens eſt ei, cum ipſa vigoret virtutem animalem & ſpiritus eidem ſeruientes & faciat ad bonam digeſtionem materierum, quæ in capite reperiuntur & in membris inferioribus. Longa autem dormitio, vt excedens menſuram ſeptem, vel ſex horarum, non videtur mihi eidē eſſe conueniens niſi ad oppoſitum permoueret me conſuetudo, quam etiam corrigere vellem interpolatis ſubtractionibus dormitionis longæ. Longa enim dormitio materias in capite multiplicat propter attractionem earum ad ipſum, quæ fit ex reuocatione & vnione caloris tempore dormitionis. Reliquo autem tempore præter menſuram dictam vigilare melius eſt ei. ¶ Debet autem dormitio eius ſemper fieri capite notabiliter eleuato: & inchoari ſuper dextro latere primo, a qua fiat permutatio ad ſiniſtrū poſt ſomnum primum & ab eo iterum ſuper dextrum latus reuolutio. ¶ Reſupinus decubitus omnino non conuenit: decubitus autem ſuper ventre anteriori factus conueniens eſſet ei, & proprie quando ſtomachi læſionem in appetendo, digerendo & ventoſitates multiplicando percipit. B

Cap. IIII. *De regimine eius per inanitionem & repletionem.*

Ciborum & potuum quantumcunq; laudabilium quanto magis contrariorum multam quantitatem omnino euitare debet: palam enim eſt, quod naturalem caliditatem ſtomachi ſuffocando minorāt & extinguunt: menſura igitur ciborum & potuum canonica eſt, quæ non efficit in ſtomacho grauitatem vel extenſionem, faſtidium, nauſeam, abominationem vel ſimilia, ſicut potus menſura conueniens eſt, q̄ in ſtomacho non natat, fluctuat, vel eſt cauſa rugituum, *tertia primi, de regimine per cibum & potum.* Neq; etiam tempore, quo verus & non mendoſus inſurgit appetitus a cibi aſſumptione deſiſtendum eſt. Tolerare enim famem, ſtomachum putridis replet humoribus, *vbi ſupra:* ſiue fit eo, quia tempore famis intenſiór facta caliditas humores aliunde nociuos attrahat, aut illos, qui in ſtomacho inueniuntur, extraneet & corrumpat. C

Cap. V. *De regimine eius per accidentia animi.*

Animi etiam accidentia ſapienter moderari oportet, licet enim aduentu melancholiæ, vt in curſu in ipſam aut in iram vel indignationem comprehendat, aliquando iuuamentum ſequi vt retulit: hoc tamen fieri non videtur fore rationale; niſi quia tempore harum paſſionum ebullitione quadam in humoribus facta fiat vaporum conſumptio vel diminutio vel prohibitio aſcenſionis eorum ad caput: maius tamen nocumentum ex talibus paſſionibus rationabiliter ſequi decet propter ebullitionem, ad quam ſequitur euaporatio & extraneatio humorum; quam propter conſumptionem ipſorum. ¶ In ſumma igitur ſi quæ ſunt animi accidentia, per quæ fiat ſpirituum motus de circumferentia ad centrum, quæ non valde repente & fortiter poſſunt fieri, talia iuuamentum afferunt, vt prædictum eſt, ſed longe melius eſt niti vel inſtare animi paſſionibus lætificantibus, conſolantibus & aliter animam lætantibus, quam oppoſitis. D

Cap. VI. *De regimine per cibos & potus.*

Poſt hæc autem in adminiſtratione ciborum & potuum amplius ſpeculandum eſt, qui, quales, qualiter & quando conueniant: ſi diligenter inſpiciatur fundamentum in capitulo primo ſtabilitum, videbitur conſideranti, quod oporteat cibos & potus eſſe mediocriter calidos, amplius autem exiccatiuos, aperitiuos materierum, ad inferiora deriuatiuos. Similiter etiam per operationē vel virtutes tertiam vel quartam ſtomachum & caput reſpicere debent tales cibi & potus omnes. ¶ Igitur vtatur pane puriſſimo conuenienter cocto, & habente fermenti quantitatem ampliorem, quam panis communis. Et ſiquidē quãdoq; percepta fortitudine ſtomachi acciperetur panis opirus i. parum furfuraceus, conueniens eſſet. Panem autem azymum antiquum, humidum, exuſtum aut non bene coctum omnino vitet. Carnibus autem vtatur pullinis, vitulinis, caſtratinis iuuenibus & nō antiquis & mediocriter pinguibus. Item carnibus ſylueſtrium animalium, vt leporum, apri, & ſimilium: omnium enim animaliū carnes ſuum victum lōgo labore venãtium ſiue de peditantibus aut volatilibus ſint, omnino conueniunt. ¶ De his vero, quæ elegantiora ſunt aliis, ſunt, ſicut carnes gazelli, i. capreoli vel domeſtici capreti. ¶ Ex volatilibus carnes phaſianorum, perdicum, merulorum & E F

Panis.

A rum & minutarum auium aliarum, quas conſuetudo victui condonauit humano, & ꝓprie carnes columborum paruorum domeſticorum vel ſylueſtrium, quę meliores ſunt. ¶ Piſcium & omnium animalium in aqua degentium euitandus eſt vſus indicando a materiali cauſa ægritudinis, & a poſteriori, quia nocumentum percipit ex vſu eorum. *Piſces.* ¶ Si tamen quãdoq; opportunũ eſſet vti eis complacentia nobilium aut ex pręcepto legis veſtræ, ſit piſcium vel ſimilium vſus aſſatorum magis quam elixorum, qui cũ aliquibus aromatibus mediocriter condiantur cum ſeminibus vel foliis vel pulueribus plantarum ſtomachalium, vel capitalium, vt menthæ, fœniculi, petroſelini, maioranæ, betonicæ, ſaluiæ, vel ſimilium. ¶ Sint autem piſces omnes ſolidarum carnium & non mollium, neq; ſint antiqui vel ætate parua degentes, ſed mediocres inter primam & B ſecundam ætates dictas. ¶ De melioribus autem ſunt torrentinæ, auratæ, menulæ, rumbi: de maritimis lucii aut his ſimiles de fluuiis vel lacunis. ¶ Olera autem inconuenientia eidem ſunt omnia frigida & humida, vt lactuca, endiuia, ſpinachia, portulaca, citruli, cucumeres, cucurbitæ, peponum vſus & omnium aliorum fructuum materialiter & effectiue ſanguinem aquoſum generantium. *Olera.* Licet enim iuuamentum aliquod percipiat ex talium olerum vel fructuum vſu, eo, quia ventrem emolliunt & lubricant: Fortius tamen nocent materias frigidas multiplicando, & vapores multos effundendo ad caput: & proprie in fructibus hoc attendi debet. Nihil enim æque vaporoſum eſt ſicut fructus, 5. tertii, capitulo de catarrho colligendum. *Fructus omniũ maxime eſſe vaporoſos.* ¶ Olera autem illa, quæ conueniunt, ſunt ſicut tacta dum de piſcibus eſſet ſermo, & aliæ etiã ſimiles &c.

C ¶ Rapæ vel borago, quæ multum ventoſæ ſunt, non ſunt ei conuenientia. ¶ Caulibus autem aliquando vti poteſt & aliis ferculis herbas recipientibus. ¶ Legumina etiam omnia dimittere debet propter eorum vaporationem, licet brodiis eorum aliquando vti poſſit. *Legumina.* Meliora autem inter hæc ſunt ſicut cicera rubea confracta, oryza, far, & panicum & ſimilia. ¶ Etiam paſtiles cibos euitari oportet & maxime recentes. Vti vero minutellis & ſimilibus cibis paſtilibus ſolerti induſtria cum fermento laboratis & exiccatis ſaltem poteſt, quales ſunt hi, qui a regione Siculorum ad nos apportantur. Reliqui autem dimittantur. ¶ De ſaporibus autẽ vti poteſtis aceto, & agreſta & ſucco aranciorum, raro tamen; limonum autem ſuccus & ſubſtantia mihi placent magis propter exſiccationem & apertionem, quam habent. *Condimenta.* placet etiam præcipue poſt mundifica- D tionem ſinapi mediocris vſus, vt etiam oliuæ. Rapæ conditæ etiam conuenientes ſunt, & maxime argumento ſumpto a condimento earum. Et cortex arancii. Cucurbita vero confecta etiam dimittenda eſt. Cibaria lacticinia omnia omnino fugiat. Caſeus vero mediocriter exiccatus & mediocriter antiquus conueniens eſt ei, & proprie poſt cibum etiam in condimentis aſſumptus: & ſi declinauerit ad aliqualem ſalſedinem, melior erit, quam ſi fuerit dulcis, vel ſalſedine priuatus. *Lacticinia.* ¶ De confectionibus ſunt confectio de phiſticis ſiue pineis, eo quia grana pini nocent ſtomacho. *tertia tertii cap. de iuuantibus & nocentibus eidem.* *Confectiones.* Auellanæ conditæ placent & confectio de aniſo, cinamomo, & cum zinzib. & galanga & tragea craſſa & imperialis. ¶ Coriandri vero confecti vſus non placet propter frigiditatem eius & propter nocumentum, quod infert E ſtupefaciendo, niſi bene corrigatur: & difficile eſt ipſum bene corrigi ab apothecariis. *Vires confectionis coriandri.* ¶ Xylobalſamum vero cõditum, zinz. & ſimilia laudo, proprie myrobalanorum vſum mane accipiendo vnum, tamen dando cibum poſt ipſum per quinq; horas. ¶ De potu autem aquæ vſus multus euitari debet, & ſi conſuetudo longa duceret ad oppoſitum, melius eſſet aquam eſſe præcoctam & paulatine quantitatem eius minorari. *Potus.* Neq; enim aliquis conuenit ei potus, qui infrigidando & humectando rugitus & ventoſitates generando nocet ſtomacho. ¶ Igitur potus eius ſit vinum colore album, vel aureũ, ſiue cereſoleum, non valde nigrum, ſubſtantia ſubtile, potentia mediocre, ſapore leuiter dulce, non ponticum vel acre. ¶ Quantitas autem aquæ commiſcendæ ſit quarta F aut tertia pars ſecundum regimen a diſcreta cognitione proueniens, &c.

Sectio tertia de regimine huius ſodæ per medicinalia cõtinens cap. vnum, in quo diuerſa ponuntur inſtrumenta medicinalia pro cura huius diſpoſitionis neceſſaria.

DE regimine vero eorum, quæ per medicinas fieri oportet, videtur mihi ſic procedendum eſſe. Primo quod omni vere & autu mno conuenienter purgetur euacuatione vniuerſali, caput tamen & ſtomachu m magis reſpiciente. Et

modus purgationis vernalis talis eſſe debet. ¶ Menſe Aprilis vel Martii hora a ſe- A
Potio pur- xta diei vſque ad 23. nouilunaris accipiat hoc minoratiuum. *Recipe agarici electi ʒ ij.*
gans. *zinzib.* ℈ *j. aquæ ſaluiæ, aquæ menthæ ana* ℥ *ij. reubarbari electi ʒ. ß. ſpicæ nardi gra. vj. infundan-*
tur omnia ſimul per vnam diem naturalem, deinde calefiat in aurora & conuenienter exprimatur
& coletur, & colatura illa miſceatur cum ʒ vj. hieræ Galen. deſcriptæ 7. terapeuticæ c. de cura ple-
nitudinis materialis ſtomachi, & ieiunet poſt aſſumptionem huius per ſex horas: præmit-
tendo poſt quintam horam aſſumptionem vnius cyathi brodii macri de pullo cum ſa-
charo calefacti tempore hyemis aut debilitatis perceptæ. Tempore vero æſtatis & for-
titudinis ſtomachi loco eius accipiatur aqua hordei cum ſacharo tantundem: & ſimili-
ter tardetur cibus quinque horis. Continuetur ipſum octo diebus continuis. ¶ Item
tempore, quo aſſumit digeſtiuum ſi eſſet ſtipticus venter, accipiat parum ante cœnam B
vnam pillulam alephanginam deſcriptione Meſuæ, aut loco eius accipiat clyſte-
Clyſter. re hoc. *Rec. decoctionis maluæ, betæ & mercurialis lib. j. ß. olei communis* ℥ *iiij. ſalis* ℥ *ß. ſachari ru-*
bei, caſſiæ fiſtulæ, ana ʒ v. hieræ ſimplicis ʒ ij. Et ſi vellet vti hoc clyſteri tempore caloris loco
olei ponendum eſt olei violarum ℥ *iiij. & loco hieræ* ℥ *ß. electuarii de pſyllio vel alterius ſibi ſimilis.*
Digeſtiuũ. ¶ Acceptandi digeſtiui deſcriptio eſt talis. ¶ *Recipe mellis roſati* ℥ *j. ſyrupi de calamen-*
to ℥ *ß. aquæ abſinthii* ℥ *j. ß. aquæ betonicæ, ſaluiæ an.* ℥ *j. miſce & calidum totum accipiatur.* ¶ Sum-
pto itaque digeſtiuo immediate prædicto euacuetur materia cum iſtis pillulis. *Recipe*
Pilula. *pillularum de hiera maiori* ℈ *ij. pillularum cochiarum* ℈ *j. reformentur pillulæ vj. cum aqua vel ſyru-*
po de hyſopo, & detur in aurora obſeruando poſt eas omnia, quæ aſſumptione minoratiui ſuprascripti
obſeruari debere ſcripta ſunt. C

Euacuatio vero tempore autumni inſtituenda poterit eſſe talis. *Recipe ſyrupi aceto-*
Syrupus. *ſi compoſiti* ℥ *j. ſyrupi de ſtœchad.* ℥ *ß. aquæ violarum, betonicæ, abſinthii ana* ℥ *j. miſce & accipiatur*
calidum & obſeruetur poſt ipſum ea, quæ ſuper alio ſyrupo ſcripta ſunt obſeruari debere. ¶ Verum
Potio pur- ſi tempore autumni perciperet plenitudinem ſtomachi, capitis, aut vtriuſque ſimul, vel
gans. totum bonum eſſet ante digeſtiuum prædictum præmittere minoratiuum tale. *Reci-*
pe electuarii diaphœniconis ʒ j. electuarii Indi ʒ ß. accipiatur cũ aqua ſaluiæ calefacta obſeruatis his,
quæ tacta ſunt in alio. ¶ Et ſi velis minoratiuum leuius accipere. Accipe ℈ *ij. pillula-*
Pilula. *rum de hiera compoſita cum* ℈ *ß. pillularum aurearum.* ¶ Accepto itaque digeſtiuo præ-
Pilula. dicto, accipiat hoc præſens eradicatiuum materierum. *Rec. pillularum de hiera cõpoſita* ℈ *ij.*
auari ponderis, reformentur pillulæ cum ſyrup de ſtœchades, & poſt eas obſeruentur omnia quæ in pri- D
mo minoratiuo ſcripta ſunt.

Confectio. Celebratis itaque his euacuationibus temporaneis procedat cum his. ¶ Et primo
vtatur confectione hac accipiendo de ipſa ℥ ß. parum ante cœnam in ſeptimana. *Recipe*
ſpecierum diamuſci dulcis, ſpecierum diambræ ana ʒ j. ſpecierum triaſandalorum ℈ *j. ſach. albi* ℥ *v.*
fiat confectio ſolida cum aqua menthæ. ¶ Item vtatur hoc puluere, quo bis ſaltem in ſeptima-
na pulverizet locum bregmatis, quando vadit cubitum, ponendo de eo quantum
Puluis. eſſent quatuor grana frumenti. *Recipe ligni aloes ʒ j. ambræ gra. v. ſtyracis calamitæ, ſandara-*
cæ, roſarum, laudani, an. ʒ ß. florum roriſmarini ℈ *ij. fiat puluis ſubtilis.* ¶ Item ſæpe odoret hũc
Puluis odo- puluerem, quem in ſindone ligatum habeat. *Recipe granorum keſmes, ſunt grana tincto-*
ratus. *rum, ʒ j. ß. maioranæ ſiccæ, roſarum ana ʒ ij. ligni aloes, folii, ſtyracis calamitæ an. ʒ ß. fiat puluis ſub-* E
tilis. ¶ Item ſi abluit caput, quod debet eſſe raro, fiat lixiuium eius ex aqua in qua prius
Cinis pro bullita fuerint iſta ante poſitionem cineris. *Rec. aſari, calami aromatici, ligni aloes, maioranæ*
lixiuio. *ana ʒ ß. & ſemper fiat eius ablutio cum ſapone aromatico & exiccetur condecenter caput eius.*
¶ Item ad confortationem capitis & ſtomachi vtatur ſæpe electuario de ligno aloes
deſcripto ab Aui. *v. canone ſum. prima,* & accipiat ex eo in aurora ʒ ß. abſque potu & ci-
bo per tres horas.

Et ad hanc intentionem etiam optimus eſſet vſus ʒ j. optimi mitrhidatii, & con-
fectionis de tribus piperibus.

Mirabilis autem deſcriptio & multum laudata ponitur in libello ad Omonthe- F
um, & eſt confectio de tribus piperibus deſcriptione tertia: quam vide ibi. ¶ Fricatio-
nes etiam & ligaturæ inferiorum partium, & brachiorum ſtricturæ interiectæ fre-
quenter conueniunt. ¶ Similiter & ablutiones extremitatum inferiorum fa-
ctæ cum frondibus ſaluiæ, betonicæ, roriſmarini, calamenti, pulegii & ſimilium,

¶ Adhuc

A Adhuc etiam ſi aliquando caputpurgium fecerit, trahendo aquam maioranæ, in qua prius decoctum fuerit de ligni aloes, calefactam per nares eius hora veſpertina. ¶ Fomentatio bona pro maxilla & auribus facienda tempore quo reuma deſcendit ad partes illas eſt. *Recipe calamenti, pulegii, ſtœchados Arabicæ, betonicæ, hyſopi, ſeminis aneti, ameos ana M. j. cymini M. ij. camomillæ M. iij. conquaſſentur omnia & calefiant in tegula leui igne: impleantur ſacculi eius & ſuperiaceat ipſis.* ¶ Compoſitum bonum pro reumate ad oculos & lachrymas eorum eſt. *Recipe ſief de olibano ij ligni aloes, roſarum ana ℈ j. aquæ chelidoniæ, aquæ verbenæ, rutæ ana ℥ ß. fiat collyrium, de quo in oculum eius vtrumque ponatur gutta vna vel duæ ter vel quater in die.* ¶ Pro reumate vero ad dentes eius fluente fiat hæc decoctio, quæ reuma prohibebit, collectum reſoluit, & dentes confirmat. *Recipe corticis radicis capparorū,*

B *corticis radicum mori balauſtiarum ana ℥ j. zinzib. calami aromatici, peucedani pyrethri ana ʒ j ſeminis hyoſcyami al. corticis mandragoræ ana ℈ j florum roriſmarini ℈ ij. coquantur omnia in vino mediocri rubeo ſtiptico vſque ad conſumptionem medietatis. Et de hac decoctione calida ſæpe in ore teneatur, & collutio ex eo fiat;* & erit ei iuuamentum ſublime ad prædicta. Hæc ſunt quæ mihi in diſpoſitione huius generoſi viri meliora viſa fuerunt, quæ omnipotens altiſſimus ad ſanitatem eius feliciter dirigat. Amen.

Fomentatio. Collyriū. Decoctio pro confirmandis dentibus.

CONSILIVM XX. *De ſex malis diſpoſitionibus; videlicet: De dolore grauatiuo capitis a mala complexione frigida & humida cum materia: De grauitate & tenſione in muſculis colli & ſpatularum & partium omnium adiacentium: De laſſitudine & impotentia ad motum o-*

C *mnium quaſi partium corporis: De dolore renum extenſiuo & grauatiuo communicato quandoque etiam anchis: De ineptitudine ad fœcunditatem, de cuius cura nihil loquitur: De difficultate anhelitus, quaſi ſemper moleſtante: proprie tamen in aſcendendo ſcalas & montes.*

SPECTABILIS quidā vir de militari & celeberrima progenie nobiliū de Sabrognano de patria Aquilegienſi dominus Vrbanus multis diuerſis & grauibus moleſtatur ægritudinibus & accidentibus; quorum quidem Primum eſt capitis grauitas vel grauatiuus dolor totius capitis, & maxime poſterioris partis. ¶ Secundum vero accidens eſt grauitas & tenſio in muſculis colli & ſpatularum omnium & adiacentium partium. ¶ Tertium laſſitudo quædam vel impotentia ad motum o-

D mnium partium ſpatularum & ſpinæ vſque ad finem eius in tantum, quod cum conatur exercitari peditando, poſtquam ſedit aliquandiu, eſt ei difficile multum erigere ſeipſum & flecti ad differentias poſitionis in motu progreſſiuo neceſſarias. ¶ Quartum eſt renum extenſiuus dolor & grauatiuus, qui quandoque communicatur etiam vſque ad anchas. ¶ Quintum eſt ineptitudo ad eſſe fœcundum, etiam cum muliere prolifica, nedum quod cum ſterili. ¶ Sextum vero & vltimum eſt difficultas anhelitus, quaſi ſemper aliquantum moleſtans ipſum; dato quod non raro habeat intenſiones periodicas, quibus magis ingenter moleſtatur, & proprie in ambulando, ſcalas vel montes aſcendendo, & ſic de aliis. ¶ Et licet iſtis accidentibus nonnulla alia ſint complicata, velut multitudo ſputaminis, debilitas digeſtionis, multitudo ventoſitatum congregatarum in ſtomacho & toto ventre inferiori, hæc tamen tria & alia ac-

E cidentia eundem modum habent theoriæ, cognitionis & curationis eorum, cum dependeant fere omnia ab vna primaria & radicali cauſſa, vt inferius demonſtrabitur. Hæc in ſumma videtur eſſe huius generoſi viri diſpoſitio congregata & copulata accidentibus iam prædictis.

Vt autem prædictæ diſpoſitionis aliquid ſcientifice haberi poſſit, præmittendum primo, quod cerebrum huius viri declinet a medio generali & ſpecifico, id eſt, cerebro per augmentum humiditatis excellenter & frigiditatis, quam credo in eo accidentaliter acquiſitam eſſe. ¶ Et Primum quidem horum ex multis declarari poteſt ſignis demonſtratiuis: vt primum eſt mollities vel lenitas cutis capitis, colli & omnium partium faciei. ¶ Secundum vero eſt ex ſuperfluitate humiditatum, quæ generan-

F tur in cerebro eius propter frigiditatem acquiſitam etiam ex multarum humiditatum dominio & potentia, propterea quia iſta duo inuicem reciproce ſe adiuuant. Frigiditas enim maior, quam debet, reddit ipſum humidius, quam oportet, ſicut e conuerſo humiditas maior, quam debet, reddit corpus frigidius, quam oportet. *13. tertii capit. de complexionibus.* Apparet autem humiditatum augmentum ex abundanti expulſione

carum,per ſputum,per nares & per oculos ita vt etiam admodum facile ad lachryman- A
dum promptus exiſtat. ¶ Tertium ſignum principale deducitur augmentum humi-
ditatum propter ipſum valde facile pati & permutari a caliginoſo & pluuioſo aere,pro-
pter facilitatem tranſmutationis a genere proportionali.

Quarto hoc probari poteſt ex profunditate & longitudine ſomni & inclinatione
ad ipſum. ¶ Quinto iterum ex intentione & fractione ventoſitatum in capite ſuo,
quæ multiplicantur inter concauum cranei & connexum duræ matris, ſicut etiam in-
ter ambos panniculos & inter concauitatem eorum & connexam cerebri partem : ita
quod etiam per venas & arterias diſſeminatas in cerebro, & per rimoſitates eius multi-
plicantur ventoſitates vſq; ad organum auditus,& cauſant in eo corruptionem opera-
tionum, & ſonitum, tinnitum,ſibilum & his ſimilia. ¶ Et ſexto ac vltimo dominium B
multarum humiditatum in inferiori parte capitis & lacuna & colatorio,quæ non faci-
le poſſunt eſſe cauſſæ oppilationis aut clauſionis colatorii propter quod non leue incũ-
bit ſibi periculum apoplexiæ & aliarum diſpoſitionum ei proximarũ. Plura alia potuiſ-
ſem adducere ſigna augmentum humiditatum in ſuo cerebro demonſtrantia, ſed iſta
ſufficiunt,ſi bene perpendis: quoniam aliqua ipſorum ſumpta ſunt a ſubſtantialiter in-
hærentibus,alia ab operationibus, & nonnulla a caſibus.

Quod vero in viro iſto naturalis cerebri complexio fuerit calida, ex pluribus de-
duci poteſt ſignis. ¶ Primo,quia bene carnoſum eſt caput,facies & omnes eius par-
tes.¶ Secundo quia bene coloratæ ſunt partes.¶ Tertio quia effuſiones cum ſua humi-
ditate calidæ ſunt actu.¶ Quarto quia valde facile ſudant partes capitis. ¶ Quinto quia C
etiam tactu calidæ percipiuntur,licet remiſſe.¶ Sexto ex mobilitate in opinionibus &
operationibus interiorum ſenſuum,vnde ex iſtis probaretur augmentum caliditatis in
cerebro. ¶ Verum quia ſuperius dixi, & iterum affirmo, complexionem cerebri eius
frigidam eſſe ſaltem permutatiue propter augmentum humiditatum in eo: Ideo facile
poſſunt ſolui motiua iam dicta. ¶ Dicendo ad primum,quod licet ſit in eo carnoſitas,
non tamen eſt vera carnoſitas,ſed a ſanguine multo phlegmati commixta genita. ¶ Et
ad ſecundum negandum eſt,quod color eius ſit rubeus verus & viuax;imo mixtus ex eo
& ſubalbido. ¶ Ad tertium quod caliditas repræſentata per humiditates eſt valde re-
miſſa,& aggregata ex caliditate innata & aduentitia a multis vaporibus ad caput eleua- D
tis impoſita. ¶ Ad quartum,quod ſi ſudat,non eſt,quia materia ſit calida,ſed quia ſub-
tilis & aquoſa, cui parum choleræ commixtum eſt. ¶ Ad quintum iam dictum eſt,
quod remiſſa caliditas potius arguit frigiditatem, quam caliditatem, propter tertiam
menſuram caloris inuentam.¶ Ad ſextum,quod mobilitas in opinionibus & operatio-
nibus ſenſuum interiorum prouenit a multitudine humiditatis organorum ſpirituum
& multarum ventoſitatum præſentia. Quare ex omnibus congregando videtur ſecuri-
us eſſe dicendum,quod cerebrum huius viri declinet ad frigiditatem & humiditatem
multum intenſam reſpectu ſuæ frigiditatis. Et ſi iuuenilis intellectus ſubtiliari vellet,
poſſem dicere quod cerebrũ eſſet frigidum frigiditate accidentali iam declarata:& ca-
lidum caliditate naturali. De humiditatis autem augmento eius nullus neceſſe habet
dubitare. E

Cauſa dictorum accidentiũ.

Et ex horum fundamento facile ſaluari poſſunt accidentia,quæ in hoc viro appa-
rent.¶ Et primo quidem grauitas capitis prouenit a multa humiditate grauitante. Eti-
am,quia frigiditas debilitando calorem innatum & permutando complexionem &
ſubſtantiam ſpirituum,eſt cauſſa,vt grauiter caput eius magis quam leue fiat. ¶ Et ite-
rum facile eſt videre cauſſam grauitatis,id eſt grauatiui doloris partium colli ſpatularum
& adiacentium. Materia enim frigida & humida immerſa muſculis, panniculis & liga-
mentis eſt cauſſa illius accidentis.¶ Tertii vero accidentis cauſſa eſt debilitas in omni-
bus orientib.neruis a ſpondilib.colli vſq; ad infimas ſpinæ ipſius partes. Materiæ n.cum
hoc,ꝙ infrigidando ſubito alterant etiã humiditate ſua laxant muſculos & neruos a nu-
cha orientes per ꝙ nõ ſunt organa conuenientia virtuti ad motiones faciẽdas ſecundũ
opportunitatẽ.¶ Rurſus iterũ nõ eſt difficile intelligere cauſſã nocumẽti in renib.eius.
Sunt n.renes eiꝰ multo phlegmate pleni,ꝙ quãdoq; cauſſa eſſe debet difficultatis mictꝰ
ꝓpter frigiditatẽ ipſius & vẽtoſitatẽ.¶ Et iterũ mala cõplexio frigida cũ phlegmate illo
eſt cauſſa doloris extẽſiui & grauatiui in eis,ꝓpter caliditatẽ,ꝗ dominatᷣ ratione decur-
ſus ætatiui;nõ dubito,ꝙ in renib.eiꝰ genitæ ſint arenulę multę,imo & lapilli. Caliditas
enim

A enim vincens agens in materiam illam frigiditate & viſcoſitate ſua aptam indurari, valde facile terminat ipſam ad lapideitatem: vt colligendum eſt ex *decimaoctaua tertii cap. de generatione lapidis in exordio eius*, & hoc poteſt eſſe accidens aliud conſecutiuum ad diſpoſitionem vel nocumentum quartum ſuperius prætactum. ¶ Præter hæc autem intellige, quod ſi materia illa diu figeretur in renibus, dolores extenſiuos faceret, & iam facit in eis. ¶ Et ſi materia illa a venis & arteriis effuſa colligeretur in carnoſa parte renum & poroſitatibus eorum, facile admodum apoſtema generaret in eis. His enim modis apoſtemata generantur, vt colligendum eſt *tertio techni. § illo: Periculum eſt effundi in medias regiones.* ¶ Si autem materiæ tales a putredinali caliditate euerterentur, tunc facile cum hoc, quod generarent febres permixtas in renibus & in poris vrinalibus, excoria-
B tionem veſicæ efficere poſſent. Vide ex iſtis quot & quam arduis periculis humanum genus expoſitum ſit.

At vero iterum circa quintum accidens principale non leuius ſpeculandum eſt. Eſt enim de ſecretis naturæ indiuiduum non eſſe fœcundum, oportet enim fœcunditatem conſequi debitam diſpoſitionem complexionalem & compoſitionalem membrorum, quæ generant inſtrumēta & materias generationis. patet autem, quod inſtrumentum generationis principale effectiuum ſit ſpiritus gignitiuus, aggregatus ex animali, vitali & naturali ſpiritibus. Oportet igitur hæc membra eſſe debite diſpoſita, ſcilicet cor, cerebrū & epar, ſi debēt generare ſpiritū vitalē, animalē & naturalē; ex quorū omniū cōmixtione fit ſpiritus gignitiuus nominatus, ſiue huius generatio fiat p occurſum &
C cōmixtionē vtriuſq; triū adinuicē; ſiue fiat per alterationē ipſorū inſimul; ſiue fiat per conuenientē cōmixtionem & tranſmutationē ſubſtantialem vtriuſq; illorum trium; per quam corrumpantur & tranſmutentur in alterum; ſicut in qualibet vera commixtione neceſſarium eſt fieri. Corrumpuntur enim omnia, quæ commiſcentur, ſupple vera commixtione, teſte Ariſt. *lib. 1. de gen. & inter. in fine.* & tu conſidera: quia iſte eſt punctus eximiæ ſpeculationis. Conceſſo enim iſto, oportet dari quartum ſpiritum in corpore humano perfecto & non orbato generationis & productionis ſui ſimilis apto.

Tamen non eſſet valde difficile ſtatuenti tres eſſe ſpiritus neceſſarios ad indiuidui humani conſtitutionem, quartum vero ſpiritū eſſe ad ſpeciei conſeruationem. *Quot & quotuplices ſint ſpiritus in corpore humano.*
D & primi quidem tres, vitalis, animalis & naturalis ſpiritus nominati ſunt, quartus vero gignitiuus nuncupatur. Vtrum autem hic gignitiuus ſpiritus generetur in corde ſicut vitalis, quem peripatetici volunt eſſe quodammodo materiam animalis & naturalis: aliter tamen & aliter modificatorum in cerebro & epate: vt ſimul concederent Ariſtoteles & philoſophantes Medici, non eſt vt hic curioſe diſputemus. Omnes concorditer concedunt, quod ad hoc, vt ſpiritus fiat inſtrumentum conueniens animæ ſenſitiuæ & motiuæ, neceſſe eſt ipſum recipere primam perfectionem in cerebro: & ita dicunt de naturali ſpiritu, quod ipſe recipiat vltimam perfectionem in epate. Et ita concederent quod gignitiuus ſpiritus vltimam recipiat perfectionem in vaſis inuolutis ſecundum Ariſtotelem & in teſticulis ſecundum Medicos, licet originaliter habuerit
E principium ſuæ productionis in quolibet membro principali. & hoc quidem colligitur expreſſe ex principe Auic. *22. tertii capit. de cauſis ſpermatis*, cum dixit, quod oportet vt ei, ſ. ſpermati & gignitiuo ſpiritui inſit ex omni principali membro fons & origo: propter quod ex hac materia videntur conſequi corollaria plurima. ¶ Primum, quod fatui, amentes, ſtolidi & melancholici raro generant, & hoc propter intemperiem in ipſis ægritudinibus neceſſario inuentam in cerebro. ¶ Secundum corollarium, quod iracundi, furibundi, triſtes & anguſtiam habentes magnā raro generant, propterea iſtæ ægritudines arguunt magnam intemperiem cordis, propter quam etiam cauſſam frequēter reſoluti lipothymici & ſyncopizantes non bene generant, imo raro, niſi in muliere
F re viragine. Tertium corollarium eſt, quod hydropici, tympanitici, leucophlegmatici, & aſcytici nunquam generant. & ſi generant, corrupte efficiunt. ¶ Propter quod vltimo concluditur, quod quicunq; intendit ad generationem & fœcundus eſſe, vitam ſuam regulare debet in accidentibus animi, & operationibus virtutum vitalium & naturalium medium tenere, quam magis eſt poſſibile. & hæc quidem tam in viro, quam in muliere eſt neceſſariæ veritatis concluſio. ¶ At vero quantumcunq; conceditur gigni-

tiuum ſpiritum in quanto & in quali perfectum reperiri,niſi ſeminalis materia conuẽ- A
nientiam haberet ad generationem,nunquã fieret conuenienter generatio. ¶ Varian-
tur enim effectus in ſphæra actiuorum & paſſiuorum multum excellẽter propter indiſ-
poſitionẽ,aut diſpoſitionẽ materierũ,in quibus agunt agentia,quantũcunq; n. cœleſtia
corpora & impreſſiones aereæ,quæ generant hominẽ per ſe,bene diſpoſita reperirẽtur,
ſi ſanguis mẽſtruus eſſet nimiũ aquoſus,fluxibilis, non debitæ retentiuus impreſſionis
in ipſum factæ aut nõ eſſet illius impreſſionis receptiuus ꝓpter frigiditatẽ ipſi⁹, craſſitu-
dinẽ aut viſcoſitatẽ,nequaq̃ eſſet ad mẽbrorũ fœtus generationẽ diſpoſitus. Et ſi ſupue-
niret ei ſperma aquoſum frigidũ pauci ſpiritus,nequaquã poſſet fieri generationis rece-
tiuũ. ſicut n. fermentũ nimiũ aquoſum,antiquatũ,craſſum & ſemicorruptũ farinæ & a- B
quæ mixtis adinuicẽ ſuppoſitũ non bene fermẽtat eã, & ẽ conuerſo,quando ſemini vi-
ri miſcetur ſperma mulieris,ſi habet ſperma prolificũ negatum ab Ariſt. aut permiſce-
tur ei ſanguis menſtruus nimium frigidus, extinguit ſemen viri aut exoluit ipſum ; aut
nimium humidus & facit ipſum fluxibile & inconſtans:nequaquam poterit vera & cõ-
ueniens inueniri prolificatio. ¶ Ex quibus omnibus tanquam ex fundamento intelligi

Cauſæ ſte-rilitatis in hoc pati-ente.

poteſt cauſſa prohibitionis generationis in hoc viro. Cum enim ampliſſima inueniatur
humiditas in cerebro & aliis principalibus,vt prædictum eſt,non eſt mirũ ſi hic non eſt
bene fœcundus quantumcunq; eius conſors & vxor ſana exiſtat ; quid ergo affirman-
dum eſſet ſi vxor eius etiam in prædictis intemperata exiſteret ? Ex quibus omnibus

Nullã eſſe medicinã impregna-tionis.

collige quantum ſit difficile intelligere cauſas ſterilitatis in viro & muliere. Collige
2. quantum ſit difficile reducere ad fœcunditatem virum & mulierem ſteriles. ¶ 3. Con- C
tra Ciaryelliones Medicos,quod non ſit data medicina impregnationis & fæcunditatis
effectiua cauſa,ſicut dicitur mandragora a quibuſdam,& etiam affirmatur ac ridiculo-
ſum creditur de nepita,quod ſcripſit Macer *cap. de calamento*,dum inquit ; *fertur quod ca-
ſtas impregnet odore ſuo.* ¶ Vltimo concluditur verificatio quinti accidentis, videli-

Cauſa dif-ficultatis anhelitus.

cet huius viri ineptitudo ad generationem. ¶ Iam vero apparet ſatis facile intelligi poſ-
ſe cauſſas ſexti accidentis,videlicet difficultatis anhelitus. Multæ namq; materiæ phle-
gmaticæ a capite ad pectus eius effuſæ cannulas pulmonis,& vias eius anguſtas oppila-
uerunt & totum pulmonẽ debilitauerunt a conuenienti dilatatione & ſyſtole ipſius, ꝓ-
pter quod cum non recipiatur debita quantitas aeris euentare debentis, creſcit calidi-
tas,quæ facit ad neceſſitatem magnificãdi aut velocitandi motum pulmonis , & iam fu- D
moſitates & materiæ receptę incitant virtutẽ ac cogunt ipſam ad magnificandũ aut ve-
locitandũ & frequentandũ ſyſtolẽ. ¶ Cum ergo iſtorum cauſſæ perſeuerant,tũc neceſ-
ſe eſt lædi anhelitũ magnitudine,velocitate,frequentia,tarditate, raritate & paruitate,
ſecundũ q̃ cauſſæ harũ differẽtiarũ ꝓductiuę dominant̃ & ſubdominant̃ aut aliter va-
riãt̃. ¶ Et hoc totũ non eſt aliud,q̃ eſſe nocumẽtũ in anhelitu ita vt quandoq; nõ poſſint
bene dilatari pulmo & pectus,quando facta eſt caliditas intẽſa in corde ; debilitas virtu-
tis & inobedientia organorũ anhelitus ꝓpter multitudinẽ materierũ & intemperiẽ ea-
rũ. ¶ Vnde quãdoq; in hoc viro anhelitus eſt paruus,velox & frequens: quãdoq; v. ma-
gnus,tardus & rarus ꝓpter debilitatem virtutis,inobedientiã organorũ , & frigiditatẽ E
materierũ,& quãdoq; parũ aut nil moleſtãs,quandoq; v. multũ. Et hoc eſt illud,q̃ intel-
lexit princeps *10. tertii cap. de aſmate.* dum inq̃t,q̃ hæc ægritudo quãdoq; reuoluat̃ p paro-
xyſmos. ¶ Et iterũ ex hoc apparet facile intelligi poſſe,ꝓpter q̃d iſte vir grauetur magis,
quando poſt quietẽ longã incipit ambulare,& quãdo p ſcalas vel mõtes aſcendẽdo ꝓ-
gredit̃,tũc n. in motu dilatant̃ & extendũtur materiæ & magis infunduntur in mẽbris,
vnde magis canales & vias replẽdo pulmonis ſunt cauſæ nocumẽti maioris in anhelitu.
¶ Et eadẽ ratione cũ infundant̃ materiæ in muſculis & mẽbris voluntariis & animalis
motus,magis nocet:& ſic apparet,quomodo ſit leue quærere conſilium circa accidẽtia
& ægritudines diuerſas. Difficilimũ a. eſt declarare & ſoluere eas,quoniam ſoluere vin-
culum non eſt ignorantis.teſte Ariſt. *lib. Elenchorum primo.* F

Cauſa o-mnium a-ccidentiũ.

Ex omnium igitur horum fundamento colligitur,quod cauſa omnium acciden-
tium & nocumentorum huius viri ſit mala complexio frigida & humida cerebri cor-
dis & genitalium membrorum ipſius. Concluditur 2. quod materialis cauſſa huius
ſit phlegma mucillaginoſum & aquoſum,quibus commiſcetur aliquid ſeroſitatis ; cho-
leræ,licet parum. ¶ Sequitur tertio,quod antecedens cauſa harũ diſpoſitionũ ſit con-

tenta in venis panniculorum cerebri, pectoris & genitalium. ¶ Quarto quod con-
A iuncta cauſſa eſt immerſa poris cerebri, pulmonis & membrorum anhelitus & generationis. ¶ Quinto quod non videtur aliquod membrũ in hoc viro remanſiſſe conuenienter ſe habens magis, quã epar, argumento ſumpto ab operationib. cõmunibus attributis ei, ſ. cõuenienter attrahendi alimentũ primũ, ſ. chylũ in quatuor humores primos, retinendi, conuertendi ipſum & virtutem habens expellendi vel depurandi humores quatuor a ſuperfluitatibus, & delegandi ipſos ad loca nutricationis, apponendo, vniendo & aſſimilando. Et quoniam hæc accidentia prædicta videntur eſſe ſuſpecta & timoroſa multum, apparet in hoc viro neceſſarium eſſe regimen feſtinæ & ſollicitæ procurationis eius, quod nunc ſequendo declarabitur particulariter.

B *Regimen ſex rerum non naturalium continetur in illo conſilio, quod incipit, Vir egregius & in iure canonico licentiatus.*

Cap. *De regimine medicinalium.*

EXPLANATO itaque regimine huius viri per res non naturales, medicinale regimen eidem declarandum eſt. Propter cuius fundamentum præmittendum primo, quod licet accidentia nouem moleſtent hunc generoſum virum, principalis tamen ægritudo ſit mala complexio frigida & humida totius corporis, & maxime cerebri ipſius, quæ ſiue fuerit a generatione talis, ſiue a tempore, nõ eſt modo diſcutiendum, cum appareat in viro iſto multitudo materierum frigidarum, quæ ſunt aquoſæ, & mucillaginoſæ, imo etiam ſecundum partem ſunt phlegmata vitrea quæ nullo modo generari & multiplicari poſſunt vera generatione in epate ſuo aut æquiuo-
C ca generatione in cerebro, ſtomacho & in aliis locis, niſi complexio naturalis aut accidentalis declinaret a medio per augmentum frigiditatis & humiditatis. Cum igitur hæc omnia in hoc viro nobili ſint manifeſta, vt in *primo principali capitulo* demonſtratum eſt: Oportet regimen omnium inſtrumentorum medicinalium ſuſtentari ſuper hoc fundamento.

Propter quod in applicatione medicinarum, quæ aduerſari debet malæ complexioni & materialibus cauſſis prædictis, ſeptem videntur mihi neceſſariæ intentiones curatiuæ, penes quas diuerſificatur regimen omnium inſtrumentorum medicinalium. ¶ Et prima intentio erit minoratiua materierum euacuatio. ¶ Secunda vero illarũ diuerſio. ¶ Tertia ipſarum rectificatio & digeſtio. ¶ Quarta regiminis in qualitatibus pri-
D mis & ſecundis quarundam ſimplicium medicinarũ conferentium ad prædicta accidẽtia electio. ¶ Quinta eradicatiua prædictarũ materierum euacuatio. ¶ Sexta plurima inſtrumenta correctiua malæ complexionis frigidæ & humidæ huius viri. ¶ Septima vero & vltima ſollicitabit completam cõſumtionem materierũ prædictarũ, & ponet quędam inſtrumenta cordi, cerebro, ſtomacho & renibus conuenientia, in qua etiã nõnulla ſimplicia & cõpoſita medicamina ſecundũ ſentẽtiã illuſtriũ auctorum conſcribentur, quæ virum & mulierẽ de ſterilitate reducũt ad fœcunditatem, & tandem erit opuſculi finis.

Pro intentione prima executioni mandãda præmittendũ, ꝙ oporteat inſtrumẽta minoratiua materias habere virtutẽ attrahendi phlegmaticas materias prædictas a capite, ſtomacho, a pectore & renibus, & a muſculis & iuncturalibus partibus, cũ iſte nobilis
E non leuiter ſit præparatus ad nocumẽta iuncturarũ. ¶ Cũ itaq; vno mane in aurora fuerit diſtans a cœna præaſſumta per nouem horas accipiat has pillulas. ℞. *pillularum cochiarum, pillularum de ſarcocolla deſcriptione Meſuæ in cap. ſuo an.* ℥ ß. *incorporentur cum hiera ſimplici & fiant pillulæ vii. & aſſumantur omnes*, poſt quarũ aſſumtionem quinta hora accipiat cyathũ vnum plenũ aqua hordei ſacharata, & poſt per vnã horã accipiat prandium. Neq; ſuper eas dormiat, niſi valde parum, quia debiles ſunt. ¶ Si autem nõ diligeret accipere pil. accipiat hanc medicinam. ℞. *mellis roſ.* ℥ j. ß. *agarici electi* ʒ j. *pal. hermodactylorum* ℈ j. *zinziberis, viol. cinamomi an.* ℈. *iiii. ſalis gemmæ* g. j. *ſach.* ℥ ß. *incorporentur omnia ſimul & accipiatur totũ.* Pillulæ. Bolus.
¶ Et ſi adhuc propter amaritudinem abominaretur hanc medicinã, accipiat hãc tertiã.
F ℞. *electuarii Indi* ʒ j. ß. *benedictæ* ℥ j. *hermodactylorum* ℈ j. *zinziberis, macis gra. iij. miſce & accipiatur cum medio cyatho vini albi ſubtilis & aromatici.* ¶ Et qualiſcunq; de numero harum medicinarum accipiatur, poſt eam obſeruandæ ſunt conditiones, quæ ſcriptæ ſunt in aſſumtione pillularum ſupraſcriptarum obſeruari debere. Et hæc de minoratiua euacuatione ſufficiant. Potio

Primus modus diuerſionis. A

Secunda vero intentio eſt materierum diuerſio, pro qua præmittendum primo, quod ſi patiens in ætate adoleſcētiæ vel pueritiæ ſolitus habere fluxū hęmorrhoidarum, nulla melior poſſet inueniri ſpecies diuerſionis, quam aperire eas, vel fricando ipſas cum felle tauri, aut cum foliis fici recentibus vel ſiccis: vel tertio cum foliis conſolidæ maioris: quarto cum panno biſello bene aſpero: aut quinto pungendo eas cum ſetis porcinis vel cum phlebotomo: aut vltimo ſuperponendo paruam ventoſam circulo ani. Et qualitercunque aperiantur, permittatur exire ſanguis vſque ad debilitatem virtutis excluſiuę. ¶ Si autem, vt frequenter contingit, fluxus ſanguinis ſuperflueret, tunc ſuperponatur hoc medicamen. ℞. *acatiæ, lapidis hæmatitis, gummi Arabici, draga ganti, fuliginis inuentæ ante faciem furni an.* ʒ *ii. pulu erizentur omnia ſubtiliſſime & conquaſſentur cum albumine oui, cum quo cotum vel ſtupa de lino prius in aceto nigro infuſa & bene expreſſa madefiat, deinde cum eo emplaſtretur.* B

Emplaſtrum ſiſtens fluxum hæmorrhoidum.

Et ſi iterum perſeueraret earum hæmorrhagia, tunc exhibeantur ei pilulæ de bdellio deſcriptione Raſis 9. *Almanſ. cap. de hæmorrhoidibus, ragadiis & fiſtulis in ano*, de quibus patiens ſemper ante prandium & cœnam per duas horas accipiat tres, & in aurora ſeptem vel octo, & felicitabitur eius cura. ¶ Secundus modus diuertendi materias eſt cum prouocantibus vrinam, de quorum numero tria ſunt inſtrumenta ſecura & elegantiora. Quorum primum eſt hoc ℞. *aquæ milii ſolis* ℥ *v. & bibantur in aurora calidæ.* ¶ Et ſi volueris fortius illo: Accipe *aquæ apii, rubeæ tinctorum & phu. an.* ℥ *i.* ß. *Accipiatur totum, vt ſupra.* ¶ Et ſi iterum volueris medicamen fortius. ℞. *rubeæ tinctorum, ſpicæ nardi, granorum orobi, phu. meu. ſem. apii, aniſi, fœniculi, an.* ʒ *i. pulu erizentur omnia per ſe: deinde commiſceantur, & cum ſucco apii fiant ex eis pillulæ, de quibus in aurora accipiantur* ℈ *iiii. aut* ʒ *i.* ß. Et de eis etiam accipiātur ante prandium & cœnam per horam cum dimidia, quatuor vel quinque: ſunt enim vtiles & magnæ prouocationis & ſecuræ. Et credo ego, quod poſt diuerſionem per hæmorrhoidas nulla ſit ſpecies diuerſionis melior & ſecurior, quam vrinæ prouocatio. C

Secundus modus diuerſionis.

Potio.

Pilula.

Clyſter.

Si quis autem diligeret magis materierum diuerſionem per ventris prouocationem, tunc poſſet fieri hoc clyſtere. ℞. *foliorum maluæ, mercurialis & betæ an. M. i. foliorum altheæ M. ii. ſem. lini M. i.* ß. *furfuris M. ii. coquantur omnia in quatuor ſitulis aquæ vſque ad conſumptionem medietatis. Et de tali colatura cum expreſſione bona accipiatur lib. i. olei de ſiſamo, olei liliorum alborum & de aneto an.* ℥ *i.* ß. *ſalis communis* ℥ ß. *benedictæ* ʒ *vi. ſach. rub. caſſiæ fiſtulæ an.* ℥ ß. *miſce omnia, & cum eis mediocriter calidis fiat clyſtere.* ¶ Conuenienter etiam per ventrē diuerterent materias hæ pillulæ. ℞. *al. epaticæ ponderoſæ & bene pinguis* ℥ *ii. maſticis, ſem. apii, fœniculi & aneti an.* ℈ *ii. diagridii* ʒ ß. *macis, cinamomi an.* ℈ *i. ſalis Indi* ℈ *ii. infundantur omnia ſubtiliter pulu erizata in lib.* ß. *ſucci lupulorum, & ponantur ſub radiis ſolis, & exiccētur, poſtea autem bis renouetur ſuccus, & exiccentur, & de materia remanente fiant pillulæ de omni* ʒ *vi. de quibus accipiantur ante cœnam duæ vel tres.* Aperiunt enim ventrem cōuenienter, & mediocriter educendo materias fecales, & alias in venis propinquis inuentas. ¶ Poſſunt etiam quarto diuerti materię per fricationes adminiſtratas a pedibus vſque ad genua, & ab illis vſque ad inguina, de iis vſque ad nates, de natibus vſque ad ſpatulas, & de manibus ad humeros reuoluendo cum panno aſpero ſemper ad interiora trahēdo, vſquequo fricatæ partes efficiantur rubeæ & bene calidæ actu. ¶ Quinto iterum diuerti poſſunt materiæ per applicationem ventoſarum abſque ſcarificatione, quæ apponantur domeſticis partibus carnoſis tibiarum & coxarum, aut ponantur ſuper nates, aut tertio ſuper ſpatulas, intelligendo ipſas ſemper applicari debere abſque ſcarificatione. ¶ Et ſi quis deſideraret materierum diuerſionem cum euacuatione manifeſta, nullum eſſet inconueniēs adminiſtrare phlebotomiam in hora electa venę nigrę purpureę, vel communis in brachio dextro vel ſiniſtro in curuatura eius, aut venę baſilicę ibidem apud cubitum inuentę, per quam extraherentur quatuor vel v. ℥. ſanguinis. In viro enim iſto multiplicatur ſanguis notabiliter propter bonam diſpoſitionem epatis, & hæc de intentione diuerſionis materierum conuenienter ſufficiant. D E F

3. Pilula.

4.

5.

Tertia vero intentio præmiſſa laborabat ad materierum digeſtionem, quæ cum infraſcriptis inſtrumentis compleri poteſt. ¶ Quorum primum eſt hoc. ℞. *aquæ capillorum Veneris, aquæ milii ſolis, aquæ hyſopi, an.* ℥ *i.* ß. *miſce & calidæ aſſumantur in aurora, poſt quæ tardetur cibus horis quatuor.* Capillus enim Veneris reſpicit pectus, cor & vias vrinales,

qui

A qui licet temperatus exiſtat, tamen eſt tantæ prouocationis, quod de eo ſcribit Auerrois *quinto colliget.* quod ſit prouocatiuus in tertio gradu. Milium ſolis autem reſpicit epar, ſtomachum, ſplenem & vias vrinales digerendo materias in eis, hyſopus eſt de melioribus medicinis capitalibus, pectoralibus, ſtomachalibus, epaticis & ſpleneticis, & aduerſantur phlegmati conuenienter in digerendo & diſtrahendo ipſum a membris illis. ¶ Secundum vero digeſtiuum delectabilius illo eſſet hoc. ℞. *ſyrupi de hyſopo* ℥ j. *ſyrupi compoſiti acetoſi* ℥ ß. *aquæ fœniculi, abſinthii & apii an.* ℥ j. *miſce & totum calidum exhibeatur.* ¶ Tertium digeſtiuum conueniens eſt hoc. ℞. *ſpecierum diacinamomi, ſpecierum electuarii de ligno aloes & diamuſci dul. ana* ʒ j. *ſach. ſecundæ decoctionis, quia calidius eſt, tabarzet* ℥ v. *cum aqua betonicæ fiat confectio in rotulis duarũ* ʒ. *de quibus ſemper vna immediate ante*
B *cibum, & altera poſt ipſum, & tertia in aurora accipiatur.* Tales enim confectiones licet non ſint liquiditate ſua adeo facile penetrantes ad remotas partes, non minori tamen virtute digerere poſſunt materias propter moram, quam trahunt, eiſque cito penetrant. Et fortaſſis iſta fuit cauſſa, propter quam illuſtres viri veteres materias digerebant cum confectionibus, electuariis, trochiſcis, & pul. quos pul. Arabici veteres nominant viur, Græci ſuffuf. Itali vero Medici trageas.

Milium ſolis. *Hyſopus.* *Potio digeſtiua.* *Rotulæ.*

Et iterum quartum digeſtiuum eſt hoc. ℞. *trochiſcorum de ſpica deſcriptione Raſ. 9. Almanſ. trochiſcorum de eupatorio deſcriptione Auic. quinto canon. an.* ʒ j. *cum ſucco abſinthii formẽtur trochiſci & exiccentur in vmbra, de quibus cum exiccati fuerint, detur* ʒ i. *in potu poſt vltimam contritionem eorum cum* ℥ ii. *aquæ maioranæ vel betonicæ.* Et ſi patiens timeret abominatio-
C nem vel amaritudinem, tunc ex eis puluerizatis formentur pil. v. vel vj. & accipiantur in aurora. Ego autem ex eis exhibere ſoleo pillulas tres per horam vnã ante prandium & totidem ante cœnam & quinque ex eis offero in aurora, & ita conuenienter, & ſine nocumento digero materias febrium & omnium ægritudinum. ¶ Similiter etiam digeri poſſunt materiæ conuenienter per adminiſtrationem electuariorum mollium, ſicut erat antiquorum conſuetudo, propter quod optima eſſent electuarium diambra nominatum, diamuſcum dulce, diacinamomum, aromaticum roſatum deſcriptione Gabriel. diacalamentum, diairis, & electuarium de gemmis, & electuarium de ligno aloes deſcriptum ab Auic. *5. can. ſumma prima*, hæc enim omnia conuenientia ſunt ad digerendum materias phlegmaticas & frigidas alias immerſas in profunditate membro-
D rum quoruncumque & aromaticitate ſua vigorant membra illa, & a multiplicatione ſuperfluitatum defendunt ea. Soleo autem ego in aurora exhibere ℥ ß. ſimpliciter deglutitam aut ſaltem cum aqua calamenti, betonicæ vel ſaluiæ calefacta potatam. Neq; timeo de eis exhibere quãtitatem caſtaneæ vnius immediate vel parum ante prandium & cœnã. Et video omnia proſpere & cõuenienter mihi ſuccedere: Altiſſimi tñ ꝓuidẽtia magis, quã induſtria mea. Et hæc de intentione digeſtionis & inſtrumẽtis eius talia ſint.

Trochiſci

Quarta intentio laborabat ad inueniendum aliqua medicamina accidentibus huius viri conuenientia, capitis grauitati & oppilationibus cerebri & ſpatularum, & pectoris repletioni conuenientia ſunt hæc omnia inſtrumenta. ¶ Primum eſt xylobalſamũ conditũ, de quo cochlear vnum in aurora deglutiẽdo comedat. Et etiam aliquid de
E eo accipi poteſt immediate poſt cibum. ¶ Similiter etiam huic intentioni conferunt cubebę 3. vel 4. in mane maſticatæ expuendo ſuperfluitates diſſolutas per eas. ¶ Et radix etiam gentianæ maſticatæ optima eſt, ſi non timetur eius amaritudo. ¶ Et nux muſcata diu in ore retenta magnifice confert capiti & omnibus oppilationibus cerebri. ¶ Confectio de acoro poſt cibũ comeſta vſq; ad mediam ℥. Et calamentum recens in principio prandij & cœnæ comeſtum cũ hyſopo & ſine illo eſt valde conueniens. ¶ Spatularũ autẽ tẽſioni & grauitati cõfert fomẽtatio facta cũ folijs betonicæ, calamẽti, lauri, roriſmarini, & ſimiliũ calidorũ, & inunctio ipſarũ cũ oleo irino calefacto, vel cum oleo de violis citrinis, aut cum oleo de andacocha, quod adhuc melius eſt, vel cum oleo de piperibus & de croco. Hæc omnia aut ipſorum aliqua vel ſimpliciter aliquid ex eis acci-
F piẽdo ſolenniter conferũt. ¶ Et madefacere pannos de lino in aqua vini bene expreſſos calefactos apponere ſpatulis, tollit omnẽ earum laſſitudinẽ, ſiue ꝑ eam intelligatur nocumentum in ſenſu vel in motu inuentum. ¶ At vero ſi huius viri pectꝰ conſtipatum percipiatur, quod apparebit per aliquam ſpeciem dyſpnœæ, eidem prouidendũ eſt veſperi ante ſomnũ deglutiẽdo ʒ j. electuarij de calamẽto deſcriptione Nicolai in antidotario,

¶ Et ſi rauca percipietur vox eius, eadem hora deglutiatur electuarii diaris ʒ.j. deſcripta **A** vbi ſupra, aut ſaltem bibatur diſſoluta cum modico vini albi dulcis præcalefacti. Dilatant enim talia pectus, aperiendo oppilationes eius, diſſoluendo materias, & prouocando ſputum. ¶ At vero ſi motus tremulus cordis adeſſet, tunc accipiatur puluis

Zedoaria. zedoariæ ʒ j. & diſſoluatur cum aqua decoctionis croci, & fiat ex ea linimentum ſuper mamilla ſiniſtra, zedoaria enim confert tremori cordis admodum vehementer, & proprie a frigore & frigiditate facto. Si autem ſtomachus eius nauſearetur & abominationem haberet, tunc conferunt eidem pillulæ ſupraſcriptæ in intentione diuerſionis & electuarium de xylobalſamo ſupra ſtatim poſitum. ¶ Et optimum inſtrumentum eſt ad hanc intentionem inunctio ex oleo nardino cum puluere ameos facta, in qua etiam infundantur cotum vel lana, & ſtomacho actu calida ſuperponantur. ¶ Si autem per- **B** ciperetur in epate oppilatio per tenſionem ibidem repræſentatam, tunc conueniens inſtrumentum de localibus ad extra eſt eupatorium recens calefactum, fomentando ipſum epar ſub hypochondrio dextro. ¶ Aut detur ʒ j. trochiſcorum de ſpica cum ℥ j. aquæ abſinthii præcalefactæ.

Aut ſaltem eidem exhibeatis in aurora electuarii de ligno aloes ʒ j. ß. cum ℥ ij. aquæ iris aut capillorum Veneris calefactis. ¶ Dolori vero renum eius, ſi ſuperueniret, prouidendum eſt fomentando eos cum parietaria recenti calefacta, aut cum furfuribus & milio. ¶ Et melius illis eſt fomentum factum cum ſerpillo recenti calefacto & renibus applicato, & eſt de expertis meis. ¶ Et ſcio etiam, quod tales dolores conuenienter aufert offerre ℥ iiii. aquæ capillorum Vener. calefactæ cum medio ℈ croci in aurora. **C** ¶ Et experientia certificatus ſum, quod exhibere ʒ j. theriacæ Andromaci cum ℥ j. ß. aquæ eupatorii, ſit valde conueniens, ipſa enim confert doloribus renum ex plurib. cauſis aduenientibus & pluribus etiam modis iuuamenti, *in 5. canon. ſumma prima de laudibus theriacæ* colligendum. hæc in ſumma videntur mihi ſufficere pro intentione quarta eligendi medicinas non nullas conuenientes accidentibus quampluribus moleſtantibus hunc virum, neque exiſtimandum eſt, quod hæc omnia vel eorum plura ſimul confundi debeant. Sed ſapienter intelligẽdum eſt. Nequaquam enim eſſet poſſibile tot & tanta medicamina confuſa adminiſtrare. Cum neq; virtus pati poſſet eorum operationem, nec illa conuenienter actuare.

Pro quinta vero intentione principali aperienda deſcribatur primo hoc compo- **D**

Potio. ſitum. ℞. *agarici electi ʒ i. hermodactylorum ℈ ii. turbith albi leuis & gummoſi ʒ ß. zinzib. ℈ i. ſalis gemmæ ℈. iii. diagridii gra. ii. pulverizentur hæc omnia per ſe & miſceantur in ℥ iij. aquæ eupatorii per diem naturalem, poſt hæc calefiant & commiſceãtur, & fiat eorum colatura cum expreſſione forti, & illi colaturæ addatur ſach. ℥ ß. & totum hoc calidum bibatur obſeruando poſt illud regulas in primo minoratiuo deſcriptas.* ¶ Si vero æger abominaretur hanc infuſionem, tunc exhibean-

Pilulæ. tur ei pillulæ iſtæ. ℞. *pillul. fœtidarum, pil. de agarico, & de hermodactylis ana ℈ j. fiant pillulæ vii. vel viii. cum ſuc. roſarum, & exhibeantur omnes.* ¶ Tertium eradicatiuum poteſt eſſe puluis

Puluis. iſte. ℞. *turbith electi, pulueris hermodactylorum ana ʒ ß diagridii granum vnum, zinziberis, aniſi, ameos, liquiritiæ ana gra. v. pulverizentur omnia per ſe & commiſceantur, & totus hic puluis bibatur cum ℥ ii. aquæ eupatorii ſacharatæ & calefactæ, obſeruando poſt hoc modos in aliis euacuantibus* **E** *obſeruandos & deſcriptos.* ¶ Si autem æger deſideraret accipere electuaria, tunc conueniens erit electuarium Indum, electuarium de dactylis & diaphœnicon nominatum, electuarium eleſcoph deſcriptione Meſ. *in antidotario.* Et plura alia, quæ hic propter breuitatem pertranſeo, cum prædicta ſufficiant.

Pro ſexta vero intentione expedienda præmittendum primo, quod plurima illorum quæ ſcripta ſunt in intentione prima de minorantib. in intentione 3. de digerentibus, in intentione 4. de conferentibus ad accidentia diuerſa, ad hanc intentionem adaptari poſſunt. Quis enim dubitat, quod minoratiua, digeſtiua, correptiua accidentium, & eradicatiua medicamina ſufficienter corrigere poſſint malam complexionem frigidam & humidam huius viri, verum adhuc inueniuntur plurima a ſapientibus lau- **F** data. ¶ Primum eſt vſus theriacæ Andromaci propter multas cauſſas, & proprie, quia ipſa confortat calorem innatum, 5. cano. vbi ſupra. ¶ Secundum vero eſt vſus mithridatii. ¶ Tertium, vſus electuarii diantos. ¶ Quartum, ſotyra magnum, id eſt, electuarium nominatum ſotyra, id eſt, ſaluatrix. ¶ Quintum, electuarium alkekengi magnum.

¶ Sextum

A ¶ Sextum electuarium dialacca. ¶ Septimum electuarium diacurcuma. ¶ Octauum eſt electuarium diambr?, quorum omnium accipiatur ana ℥ j. vſque ad duas degluticndo ipſum aut diſſoluendo & bibendo cum aqua calida diſtillationis maioranæ, vel roriſmarini propter cerebrum, buglosſæ vel melliſſæ propter cor, hyſopi vel praſſii propter pectus, abſinthii & menthæ propter ſtomachum, eupatorii & apii propter epar, tamariſci vel ſcolopendrię propter ſplenem, meu, & phu, & capillorum Veneris propter renes, quæ omnia aut ipſorum aliqua tepida, aut parum calida exhibeantur cum aliquo de prædictis electuariis in aurora vel per tres horas ante cibum. Hæc enim ſufficienter complexionem hominum a temperamento ſuo elõgatam a frigiditate reducere poſſunt conuenienter ad temperiem conſuetam: tu conſidera prædictorum virtutes B primas, ſecundas, tertias, quartas, & inuenies horum veritatem. & hæc de intentione ſexta.

Pro ſeptima vero intentione principali iam apparet manifeſtum eſſe, quod omnia inſtrumenta, quæ poſita ſunt in intentione 6. præcedente, cõſumere poſſunt & exiccare materias in prædictis membris remanentes. Verum tamen ſcitum eſt, quod galanga ſit de medicinis conſumentibus materias frigidas in cerebro abundantes. ¶ Et grana tria cubebarum deglutita hora dormitionis multum etiam cõferunt ad hoc. ¶ Flores roriſmarini comeſti poſt cibum mirabiliter ad hoc conferunt. ¶ Odor maioranæ ſiccæ & recentis etiam eſt valde vtilis. ¶ Et ſuper aſpergere parti anteriori capitis ſero & mane aliquid de puluere garyophillorum eſt potẽs medicina ad conſumptionem ſuperfluita- C tum frigidarum capitis, ſicut placuit Auenzoar *primo theiſir cap. primo*. ¶ Ego vero non minus iuuamentum inueni in puluerisatione prædictę partis cũ puluere de electo ligno aloe facto. Praſſii autem, hyſopi, enulæ, & calamẽti vſus in cibis conſumunt materias frigidas in pectore hærentes. ¶ Cordis autem ſuperfluitates exiccat & educit ſuccus enulæ, melliſſæ, ſaluiæ, maioranæ, macis, croci, & zedoariæ. ¶ Puluis vero chamedrios, mentaſtri, ſtyracis calamitæ & ſerpilli mũdant ſtomachum a ſuperfluitatibus frigidis. ¶ Splenem vero expurgant adiantum, cortex capparorum, tamariſcus, ſcolopẽdria & ſimilia. ¶ Epar mundificant & in eo materias exiccãt calamus aromaticus, opobalſamum, carpobalſamum, & xylobalſamum, phu, meu, & ariſtologia longa & rotunda. ¶ Renibus vero conferunt grana milii ſolis deglutita, ſemen apii, rubea tinctorũ, radix liquiritiæ, cha- D mepytheos, dampneta, & vcuen proprie, id eſt, matricaria, cuius laudes vide in diſpoſitionibus renum *ſecundo can. cap. de vcuen.* ¶ Si enim hæc ſimplicia condiuntur cũ cibis & ex aliquib. fiãt decoctiones, ſyrupi, iulep, trociſci, cõfectiones, & trageæ, & dẽtur ad comedendum vel ad bibendum, non eſt dubitandũ, tales poſſe producere operationes rectificantes prædicta mẽbra, conſumentes materias in eis abundantes, & tu an hæc ſint vera conſidera per quaternas virtutes in medicinis inuentas, vt ſupra tactũ eſt. & hęc de intentione ſeptima ſufficere poſſunt.

CONSILIVM XXI. *De dolore capitis compoſito ex hemicrania & cephalea a mala complexione frigida & humida capitis cum materia cum cõplicatione plurium accidentiũ, quæ ſunt: Dolor muſculorũ, lacertorum, & panniculorũ faciei. Nocumentum viſionis. Nocumentũ auditus. Nocumẽ-* E *tum in ſenſibus interioribus. Profunditas ſomni cum grauitate capitis. Tinnitus aurium. Saltus oculi. Difficultas motus brachii & manus. Inſtantia doloris capitis.*

DISPOSITIO huius nobilis & laudatiſſimæ dominæ vxoris celeberrimi Baptiſtæ de valle Marana, ſi diligenter inſpicitur, abſq; dubio eſt hemicrania, quod facile deduci poteſt ex accidentibus multum accurate notatis ſubtilius atq; profundius inueſtigatis per clariſſimos doctores, Petrum Salmonenſem, & Baptiſtam Vicentinum, qui huius diſpoſitionis veritatem accurate multũ rimati ſunt. Et principalis ægritudo in ea eſt mala complexio frigida & humida ſubſtantiæ cerebri, imo totius capitis cum materia phlegmatica, panniculis intrinſecis immerſa, & ſui multitudine per commiſſuras ad extra propulſa, tanta enim & tot accidentia non bene ſaluari poſſunt, vt præ- F ciſe fiant a mala cõplexione cerebri & panniculorum intrinſecorum, propter quorũ colligantiam exterior pãniculus patiatur. ¶ Etiã quia ægritudo longa fuit lapſusq; magnus, rationabiliter cõmunicata mala cõplexio partib. exteriorib. fuit, & potuit eſſe cauſſa generationis materierũ phlegmaticarũ per viã indigeſtionis exteri⁹ congeſtarũ. ¶ Poſſibile etiam eſt plurimũ materiei effuſum eſſe ab intus ad extra, licet nõ videat necessarium

propter ineptitudinem tranſitus materiei per [illegible]guſtas, cum ſit ipſa craſſa & viſcoſa A
& torpidi motus. ¶ Adhuc ægritudines etiam [illegible]ligantiam cum perſeuerant, tranſ-
Cauſſa doloris muſculorum faciei. eunt in eas, quæ per eſſentiam nominantur. ¶ [illegible] dolor perceptus in muſculis man-
dibulatum, & panniculis partium faciei, & in [illegible]mporibus & profundis partibus a mala
complexione prædicta cum profundata ventoſitate in eis indubie accidit. ¶ Eſt autem
in ſuperficie cutis faciei ſtupor ꝓpter oppilationē cadentē in 2.4. pari neruorū orientiū
a cerebro propter quod ſenſus in iſtis viget partibus. ¶ Stupor autem in brachio apparēs
non præciſe nocumentum in cerebro factum arguit, ſed etiam communicatum primo,
2. & 3. paribus neruorum a tribus primis ſpondylis veniētium, ex quo facile deduci po-
teſt cauſſa difficultatis motus brachii & manus & tremoris eius aliquādo & nonnunquā
nocumenti eius in capiendo & retinendo prouenietis. ¶ At vero ſaltus in oculo princi- B
Saltus in oculo. paliter a nocumento panniculorum cerebri contingit. Deinde per concauos neruos fa-
cile ventoſitas ad oculum pellitur, licet ex motibus non naturalibus, cerebro & eius pan-
niculis aduenientibus ſaltus in oculo abſq; aliquo vapore corporeo contingere poſſit. Et
inſuper horum videtur accidentium diſpoſitio fixa ſiniſtræ partis, magis quam dextræ.
Et ita per hunc terminum hemicrania proprius importatum, vt in diuiſionibus *4. cap.*
colligendum, & in viatico abſolute *cap.2.* legi poteſt. ¶ Mirabile quid videtur, quare in
operationibus ſenſuum exteriorum nocumentum diminutionis, corruptionis vel abla-
tionis quandoque vniuerſaliter contingit. In ſenſu quidem viſus operationis diminutio
Tinnitus aurium. vel corruptio perturbationem importare videtur. In ſenſu auditus corruptio per tinni-
tum & fragorem intellecta. Adhuc etiam ſomnus profundus non videtur per ſe conſe- C
Somnus profundus. qui diſpoſitionem hanc, cum ad ipſam non fiat neceſſario nocumentum in organo pri-
mi ſenſitiui aut rete miraculoſo. Adhuc etiam, quare nocumentum vtrique oculo con-
uenit & auri, cum diſtinctæ ſint ab inuicem dextra & ſiniſtra pars capitis per lineam ſe-
cantem cerebrum in duas medietates cum ventriculis eius partientem, *prima tertii cap.2. interiorum 3. cap.8.* determinat etiam alterutramque partem corporis dexterā & ſiniſtrā
diametrum, quæ ſecundum longitudinem extenditur, quæ inter oſſium lineā, quæ me-
dium cerebrum diuidit, ordinata eſt, ad quam vtriq; peruenit diſtinctio interiorum duo-
rum ventriculorum cerebri. ¶ Propter quod fortaſſe diſpoſitionem hanc non puram
hemicraniam credo, ſed ex hemicrania & cephalæa compoſitam, terreri enim a ſtrepi-
tu & actibus fere omnibus & aluminoſitate fere quacumq; & ab his dolorē excitari, te- D
nebras & ſolitudinem, diligere reſupinationem & taciturnitatem, & ſimilia accidentia
omnia, q̄ patitur hęc generoſa domina, proprie vidētur potius ſub cap. cephalęę collo-
cari, quam hemicraniæ appropriari. Reliqua vero eidem propria ſunt. ¶ Hāc igitur diſ-
poſitionem ex kautari & ex hemicrania compoſitam credo, vt de his legi poteſt, *3. primi tractatu 2. penultimo & vltimo cap. & interiorum tertio cap.* ¶ Nec obſtat, quod ouum dicat
quia comprehendat caput totum, quia de comprehenſione, aptitudine & non de actu
intelligitur, vt ſeipſum Auic. declarat. Hęc pauca ſcripſi clariſſimi doctores vt vobiſcum
aliquid theorice agerem. Et quia vos ipſi ſublimius veſtro ingenio iſtam diſpoſitionem
inueſtigando cognouiſtis, neq; in his mirandum, cum diſpoſitiones valde raro ita ſim-
plices videantur, vt per auctores capitulantur. E

Et quia diſpoſitio hæc valde verenda videtur, quia longa & fortis eſt, & principali
membro propria accidentia multa & ſuſpecta ſibi complicat, & lapſui naturali cōtraria:
Ideo in regimine ipſius accelerare magis, quam amplius theoriæ indulgere decreui. Et
ſi regimen ipſius in duo capitula partiendum ſit, ſcilicet non naturalium primo, deinde
medicinalium adminiſtrationem congruam primi ordinis expediēdum decurram, cū
ſapientibus non ſit opus extendere capitula. ¶ Cum itaque diſpoſitio iſta ſit mala com-
plexio frigida cum materia phlegmatica in toto capite, neruis & pluribus adiacentibus
partibus communicata & communicari apta: Ideo aeris, cibi & potus, exercitii & alia-
rum regimen inclinare debet ad moderate calefaciendum & audacius exiccandum, in
terminis tamen inſtrumentorum non tranſeuntium ſecundum ſiccitatis gradum & ca- F
liditatis primum. Itaque aer, cibus & potus artificialiter præparentur. ¶ Adhuc etiam
eum in hac diſpoſitione multum inueniatur ex vaporibus fieri nocumentum, in omni-
bus talibus exterminandis & carminandis virtus immiſceatur moderato vſu. Et ex his
quæ non ſunt in gradu eleuata multum, hæc enim & talia grauant caput multum ſiue
calida

A calida ſint, ſiue frigida, propterea quia aperiunt viam vaporum ad cerebrum, *tertia primi tractatu ſecundo cap. 7.*

His itaq; menſuratis ad medicinalium regimen accedendum duxi. Et cum in particula patiente & in diſpoſitione ipſius vtraq; materiali conueniamus, vt alias in ſimili diſpoſitione & nobili quadam domina Vtinenſe ordinaui, curam in 8. intentiones diuidam. ¶ Prima eſt materierum ad contrarium diuerſio. ¶ Secunda ipſarum minoratiua euacuatio. ¶ Tertia earum digeſtio. ¶ Quarta eradicatiua euacuatio. ¶ Quinta accidentium correctio. ¶ Sexta reſidui materierum conſumtio. ¶ Septima mandantium particularum rectificatio, ſi qua ſunt. ¶ Et Octaua capitis & neruorum confortatio.

Prima intentio fulcitur per diuertentia abſq; manifeſta euacuatione, vel cum his,
B quæ euacuando diſtrahunt. ¶ Primum genus completur per fricationes extremorum ante cibum factas iuxta illud *tertii tractatu primo cap. vltimo.* Cumq; cibas patientes ægritudines capitis materiales, frica extrema & incipiatur ab inferioribus cum mediocri fricatione aſcendendo, quæ tanto leuior eſſe debet, quanto capiti vicinior. ¶ Secundum eſt in ieiunio facta. ¶ Tertium eſt ſola fricatio pedũ. ¶ Quartum effuſio aquæ calidæ ſuper eis. hæc enim aſſidue facta frequenter reſoluit ſodam, *prima tertii tractatu ſecundo cap. 10.* ¶ Quintum pannorum calidorum ſuper extrema poſitio. ¶ Sextum & fortius ligatura extremorum cum ſtrictura. ¶ Septimum ventoſarum abſque ſcarificatione poſitio ſuper domeſticã partẽ carnoſitatis tibiarum, crurum & ſpatularum, hæc enim omnia maximum afferunt iuuamentum caput grauatis a materia, imo plura eorum conferunt
C dolori in materiali & in omni ſoda, cui non coniungitur reuma: Et ſi eorum aliqua in reumatica ſoda vtilia forent. Quæ vero cum euacuatione manifeſta diuertunt, ſequenti intentione ponentur. *Materierum ad contrariã diuerſio.*

Secunda vero principalis intentio remouẽdi materias completur pluribus inſtrumentis. ¶ Primum eſt, vt conſentiente virtute cum habitudine conuenienti fiat ei phlebotomia, nec in hoc erraueris, quamuis non appareant ſigna dominij ſanguinis manifeſta, quoniam quandoque humores occultantur. ¶ Secundo, quia alleuiat plenitudinẽ. ¶ Tertio, quia diuertit, ſi conuenienter fiat. ¶ Quarto, quia eſt euacuatio communis humores etiam a ſanguine diſtinctos euacuans aut euacuationi diſponens. Vnde *tertio practicæ vltimo cap.* Et ſi alij etiam dominentur humores, tamen ab ea incipimus, quo-
D niam phlebotomia eſt euacuatio communis humorum. ¶ Sit autem in hac phlebotomia conſideratio, quoniam ſi ſuſpicamur aliquid de membris inferioribus ſua diſcraſia in nocumento communicato adhibendo vel alterando materias in capite, fiat apertio venæ illud membrum aſpicientis, & nõ debet eſſe phlebotomia multa, ſed leuis quãtitatis. ¶ In qua etiam inſpiciatur conſuetudo euacuationis conſuetæ iuxta quale & quãtum. nam ſi ſita fuerit ſuis temporibus debite menſtruari, & accidat varietas in tempore & in quantitate euacuationis, mittantur prope tempus conſuetæ menſtruationis ex ſaphena ſiniſtra ℥ iiij. ſanguinis ſecundum iudicium clariſſimorum doctorum aut plus aut minus. *Materiarum minoratiua euocatio.*

Similiter ſi epar aliquid communicet in cauſſa, & iterum ſi ſplen, aperiatur ſalua-
E tella dextra aut ſiniſtra. ¶ Si autem nullum inferiorum membrorum cõmunicet, phlebotometur cephalica aduerſæ partis, vt maior fiat in ſanguine motus & in humorib. diſtractio etiam, quia debilitas partis ſiniſtræ inuitat ad illud. ¶ Si autẽ euitet phlebotomiam, aut ſapiẽtibus non placeat, quibus credere debeo, tunc ad alia deueniatur diuerſionis inſtrumenta, prouocentur menſtrua, ſi iuuamẽtum ſperatur ex illis, & ne magna fiat alteratio cum medicinis leuioribus, fiat naſeale ex radice cyclaminis recentis vel ireos vel peucedani. ¶ Aut fiat ex folijs mercurialis cum muſco, croco & myrrha, an. ℈. iiij. & interponatur poſt mediam noctem, forte autẽ phlebotomia excuſabitur ab iſtis. ¶ Tertium inſtrumẽtum eſt prouocatio hęmorrhoidarum facta cum fricatione foliorum fi-
F cus aut panno biſello aut ſeta tamiſij aut alia re aſpera, aut cum vngue ſcalpẽdo aut cornua vel ventoſas apponendo ſuper ſphynctẽrẽ abſq; ſcarificatione. ¶ Quartum inſtrumẽtum eſt ventoſarũ cum ſcarificatione poſitio ſuper domeſticã partẽ carnoſam tibiarum vel crurum, aut ſuper nates vel ſpatulas hac vel illa parte vel partibus ſecundum iudicium doctorum præfatorum. ¶ Quintum inſtrumentum eſt clyſteriorum adminiſtratio & partes capitales euacuantium, quæ ſunt 108. ſed talium inhibemus vſum.

℞. colocynth. cyclaminis an. ℨ i. betæ, ſaluiæ, ſtœchados an. M.ß. maluæ, violarum an. M. ii. Ex hac A *decoctione. ℞. lib. i. hieræ Galeni ℥ ß. hieralogodion ℨ ii. benedictæ ℨ iii. olei irini ℥ ii. olei liliorum al. ℨ ii. ſalis communis ℨ ß. miſce & fiat clyſtere.* ¶ Sextum inſtrumentum eſt per euacuantia ebibita, vt pillulæ de hiera maiori, ſimplex enim hiera hic non conuenit. ¶ Soleo autem hoc facere cum ℈ ij. pillularũ de ſarcocolla maiori aut cum pillulis lucis & de hiera dando an. ℈ i. ¶ Aut cum infuſione hac. ℞. *aquæ betonicæ ℨ iiii. agarici electi ℨ iiii. nitri gra. iii. zinzib. ℈ i. infuſa maneant per tres dies, deinde colentur & cum ℨ ß. penidiarum colatura tribuatur cum obſeruatione in pharmaciis conuenienti.*

Materierum digeſtio.

Tertia intentio principalis, quæ eſt digeſtio materierum, fiat cum iulep aliquo vel ſyrupo caput & orta ab eo & phlegma reſpicientibus, vt ſyrup. de hyſopo, de calamento, de ſtœchados cum aqua ſaluiæ, roriſmarini, maioranæ, betonicæ, & ſimilibus. ¶ Speciale tamen in hoc eſt ſyrupus iſte. ℞. *foliorum hederæ, lauri, betonicæ, roriſmarini, rutæ an. M. i.* B *origani, hyſopi, pulegii, calamenti, aſari an. M. ii. acori ſtœchados, arteticæ, hypericonis, paralyſis ana M. iii. macis, ſatureiæ, ireos ana ℨ i. ſquillæ ℨ ß granorum pæoniæ, cubebarum, ameos, ſeſeleos, amomi ana ℨ j. Infundantur hæc omnia per dies 4. in lib. x. aquæ, & deinde coquantur vſque ad medium, poſtea fortiter exprimantur & colaturæ addãtur pulueris ſach. lib. ii. aceti ſquillitici ℥ ß. coquantur & aromatizentur cum galanga, & fiat ſyrupus longus ex quo dentur ℨ v.* Si vero fiat plenæ decoctionis, dentur ex eo ℥ ii. cum aqua iris, ſaluiæ, betonicæ. ¶ Digerunt etiam materiam hanc confectiones magnæ, vt diamuſcus, diambra, diaolibanum, diacinamomum, diamacis, & ſimiles. ¶ Adhuc etiam non parum iuuat quies ab excellẽtia motuum corporeorum animalium, conueniens dormitio etiam hora & quantitate conuenientibus, & C lætari, bonam habere de ſalute ſpem, Deo placabilem eſſe, & non naturalium omnium rerum adminiſtratio congrua.

Eradicatiua euacuatio.

Quarta pręmiſſa intentio fuerat eradicatio euacuans materiam antecedentẽ, quę cõpletur per medicinas, per tertias & quartas virtutes hoc faciẽtes, parũ vero & raro ſperando, ꝙ educant materiã coniunctã, niſi in longo & forti vſu, ſed hoc cõuenientius dicet in intentione ſexta. ¶ De numero autem omnium inſtrumentorũ ſunt pillulæ iam dictæ, & infuſio itidẽ dicta, quæ vbi prius erãt debiles, cõuertantur in fortes, & econuerſo additione doſis penes virtutes cum leuitate conueniunt, & maxime pillulis de ſarcocolla precioſa ſunt hæc, vt videtur finaliter. ¶ Sũt autẽ plurimæ & expertæ ex antedictis medicinis, vt hieralogodion, qua multos chronicos extirpaui dolores capitis, & hiera D phaneligoris & buſicus ex *quinto canon. tractatu ſecundo*, & do eas cum decoctione ſeminũ pœonię.

Infuſio ſolutiua domeſtica.

¶ Infuſio ſolutiua domeſtica ſatis. ℞. *arthanitæ ℨ i. acori, pæoniæ, nucis muſ. heyl. an. ℈ i. agarici ℨ i. ß. pulpæ colocynth. ℨ i. diagridii gra. i. ſubtiliter omnia bene trita infundantur in ℥ ii. aquæ mulſæ per diem naturalem, deinde calefiant, colentur, exprimantur, & additis ſach. al. ℨ x. totum calidum exhibeatur in potu, leuis eſt & conueniens.* ¶ Pillulæ etiam alephanginæ conueniunt aucta doſi, & reliqua ſimilia.

Accidentium correctio.

Quinta intentio, quæ fuerat accidentium hanc diſpoſitionẽ cõcomitantiũ correctio per adminiſtrationẽ præſcriptarum acquiritur, verũ quia frequenter debilitas partium naturalis vel accidẽtalis eſt cauſſa fixionis & augmẽti accidẽtium, bonum eſt vnicuique ſuo conuenienti prouidere auxilio. ¶ Decoctio maioranæ, camomil. cum nuce E muſcata, cum ſpõgia optima eſt doloribus muſculorũ, lacertorum & panniculorum faciei & temporum. ¶ Nocumentum autẽ viſionis corrigitur per comeſtionem eufragiæ in omni cibo & potu. ¶ Madefacere etiam oculum omni mane cum aqua cineris eſt vtile valde. Et ſimiliter cum vrina propria. ¶ Aqua vero decoctionis colocynth. auditum roborat actualiter aurib. calida inſtillata, & ſuperponere ſacculũ heyl & pœoniæ factum cũ maiorana. ¶ Vigorat a. interiores ſenſus theriaca maior parũ ex ea deglutiendo. ¶ Cõfectio ẽt anacardina aut pliriſarcoticõ optima ſunt. Auferũt ẽt grauedinẽ capitis, ſomni ꝓfunditatẽ. Et doloris fixionẽ, lotiones, odoramẽta, ſaccelli & plurima in tribus ſequẽtibus intentionibus tacta. ¶ Tinnitum a. auriũ conuenienter tollit ſuccus ellebori nigri mane & ſero calidus in eaſdẽ inſtillatus. ¶ Saltũ vero oculi cõuenienter amouet made- F factio bis in die facta cum lixiuio infuſionis ligni aloes & cãphoræ in ſubduplo. ¶ Difficultati amplius motus brachij, & manus ſubuenit inunctio facta ſuper ſpondylis quatuor primis colli cum oleo de lauro, de ruta, vel de cinamomo. ¶ Mihi autem expertum eſt oleum ſpicæ per ſublimationem factum. Inſtãtiæ vero dolorũ multũ ſubuenit exhibere

in ſero

A in ſero diſtanter a cœna ſatis ℈j. aureæ Alexandrinæ aut ſotyræ magnæ aut theriacę, nec
timeatur in iſtis. ¶ Et lixiuium factum ex decoctione pœoniæ & bryoniæ antiquos ca-
pitis dolores aufert ablutione cum hac facta. ¶ Ego autem in forti & longo dolore ca-
pitis vltimam inueni linitionem factam ex dialthæa ad quamlibet ℥ eius incorporando
duo grana muſci ſubtiliſſime triti, &c.

Reſidui materierum conſumtio.

Sexta vero intentio præmiſſa reſidui materierum conſumtio, quam multiplicibus
adimplebimus inſtrumentis. ¶ Primum eſt phlebotomia venæ frontis, quæ in caſu iſto
prædicto mihi placeret conſentiente virtute. ¶ Secundum eſt phlebotomia venæ ſini-
ſtræ partis poſt aures cum euacuare & diſtrahere intendimus. ¶ Tertium ſectio vena-
rum temporum ſiniſtræ partis, quæ omnem antiquam ſodam eradicat. ¶ Quartum po-
B ſitio ventoſarum ſuper locum coniunctionum colli cum capite & cum ſcarificatione.
¶ Quintum gargariſma ex hac decoctione factum mane & ſero per mediam horam an-
te cibum. ℞. *arthanitæ, colocynth. agar. an.* ℥ j. *ſtaphyſagriæ, pyrethri, coſti, iris, piperis al. an.* ℥ ß.
galangæ, garyoph. llorum, zinzib. an. ℥ ß. *macis* ℥ j. *coquatur in* ℔. *x. aquæ vſq; ad conſumtionem me-*
dietatis, deinde exprimendo colentur, & colaturæ addatur mellis mundi lib. j. aceti ſquillitici ℥ ß. *&*
coquantur vſque ad medietatem. De hac aqua accipiatur pars vna aquæ decoctionis paſſularum &
maioranæ partes tres, & fiat gargariſma. ¶ Ad hoc etiam confert gargariſma factum ex mi-
thridatio cum aqua prædicta. ¶ Sextũ eſt collutio ex decoctione iris cum melle ſæpe fa-
cta & calida. ¶ Septimum maſticatio ſæpe repetita cum maſtice aut pyrethro & zinzib.
ſimul, aut cum galanga & heyl. ¶ Octauum caputpurgium cum modico mumiæ & a-
C quæ maioranæ calidum, aut cum ſucco arthanitæ, aut cum ſucco betæ, & aqua maio-
ranæ: ſed primum melius eſt. ¶ Nonũ illinitio ſuper naſum & tempora veſperi facta cum
theriaca vel mithridatio. ¶ Decimum vſus electuariorum magnorum, vt theriacæ & mi-
thridatii. ¶ Ego vero experientiam magnam habeo in confectione anacardina ſecun-
dæ deſcriptionis *Auic. quinto can. ſecunda.* ¶ De ſimplicibus ad exiccandum materias
capitis optima eſt pillula vna facta ex ligno aloes per duas horas poſt cœnam accepta in-
corporata cum ſucco maioranæ.

Mãdantium particularũ rectificatio.

Septima & penultima intentio erat rectificatio membrorum mandantium, ſi quæ
ſunt, difficile tamen in chronicis ægritudinibus reperiri aliquod membrorum, quin in
cauſſa morbi vel in augmento accidentium non communicet. ¶ Igitur quodcumque
D fuerit membrum læſum, malitia complexionis naturalis regatur ſibi appropriato regi-
mine digerentium & euacuantium, vt pluribus locis ab auctoribus colligendum. ¶ Poſt
mundificationem attendatur confortationi, vt pulmoni & pectori, cum enula, hyſopo,
croco, diahyſopo, diacalamento, diairis. ¶ Stomacho autem cum ami, abſinthio, a-
momo, mace, & mentha, cum diacinamomo, diamace. ¶ Spleni etiam cum ſcolo-
pendria, tamariſco, cortice capparorum, diamace, diacurcuma. ¶ Epati cum ſpo-
dio, endiuia, cipero, ſquinanto, cum diarodon, dialacca, cõfectione de ſeminibus cum
aqua radicis & hæmorrhuſia. ¶ Cordi vero cũ hyacintho, ſmaragdo, oſſe de corde cerui,
margaritis & croco cum lętificante, diamuſco, trochiſcis de croco, electuario diambrę,
cõfectione de hyacintho. ¶ Matrici cum arthemiſia, matricaria, betonica, cum tryphe-
E ra magna theodoricon, anacardina, confectione de ſeminibus, benedicta, electuario
de gallia muſcata, & ſimilibus. ¶ Renibus, aut lumbis, aut ſpinæ ſubuenimus cum ſpica,
dauco, comeſtione renum animalium, lacte ouino & reliquis cum nuce condita, diama-
ce, confectione de ſeminibus, benedicta, iuſtino & ſimilibus, cum oleo ſcorpionum,
nardino & ſimilibus.

Capitis & neruorum confortatio.

Octaua & vltima intẽtio erat confortare caput ſ. ipſius partis virtutes. Et licet hæc
intẽtio ex ſupradictis conueniẽtius impleatur, aliqua tamẽ vtilia prætacta in intentione
ſexta hic apponere mihi vtile viſum eſt. ¶ Cõfortat itaq; caput & virtutes eius ſemẽ mel
liſſæ capiti ſuperaſperſum, comeſtum & bibitum. ¶ Et ſpica nardi confortat cerebrũ &
ꝓhibet reumatiſmos *ſecundo cap.* ¶ Xyloaloes, vt dicit Auicen. etiã cerebrũ & ſenſus cõ-
F fortat vt ſupra. ¶ Similiter ambra cõfert cerebro & ſenſibus. ¶ Caſtoreum etiam in ſero
deglutitũ, quantũ eſt granũ ciceris, eſt mirabile in caſu iſto. ¶ Cinamomum in cibis huic
diſpoſitioni eſt valde vtile, mũdat enim cerebrũ attrahẽdo ſuperfluitates ex eo, & poni-
tur in medicinis aureis Auicennæ. ¶ Auellana torrefacta & comeſta poſt cibum caput
confortat. ¶ Ex rebus a. ad extra approximatis bonum confortatiuum eſt ſuffumigium

factum ex laudano, ligno aloes, ſtyrace ſicca & ex decoctione camomillæ, quæ ſpecialis A eſt in hoc, cum ſępe caput ſuper eius fumo inclinatur. ¶ Eximie etiã confert capiti ſuper puluerisatio ex puluere garyoph. cõmiſſuræ coronali & ſagittali facta. ¶ Sacculi etiam ex ſpecieb. diamuſci, diambræ & diaxyloaloes mirabiliter caput cõfortant. ¶ Odoriferũ bonum ad iſtud. ℞. *origani, folii, ameos an.* ℈ j. *ligni aloes* ʒ j. ß. *ſtyracis calamitæ, maſticis, ciperi. an.* ʒ ß. *ambræ* ℈ ß. *fiat pomum cum* ℥ j. *boni laudani, vel ligentur in panno de ſindone.* ¶ Lotio bona capitis confortatiua. ℞. ex lixiuio facto cũ camo, & folijs hederę arboreę. ¶ Aut ex lixiuio cum ſapone. ¶ Trochiſci boni cum quib. illiniat̃ caput & poſtea exiccet̃, valde confortat. ℞. *maſticis, ſtyracis calamitæ, granorum catapuciæ, pyrethri, gypſi an.* ʒ ß. *euphor.* ℈ j. *ſpicæ, garyoph. laudani, florum roriſmarini, cubebarum an.* ℈ *ii. & fac trochiſcos cum ſucco maioranæ ponderis* ʒ *ii. & ex eis vnus accipiatur.* Omnipotens autem ſaluator hæc dirigat in ſalutem B animæ & corporis huius nobiliſſimæ matronæ.

Pomum odoriferum. *Lotio capitis.* *Trochiſci*

CONSILIVM XXII. *De octo malis diſpoſitionibus; videlicet, De mala complexione frigida & humida cerebri cum materia. De mala compoſitione cerebri, ſ. de oppilatione eius coarctatoria. De vertigine. De debilitate retẽtiuæ membrorum mortuorum, ſcil. mollificatione & paralyſi. De ſcotomia. De impotentia motus brachiorum & crurum. De doloribus crurum. De defædatione cutis in manibus & pedib. periodice eueniente. Diuiditur autẽ conſilium in tres particulas. Particula prima hæc accidẽtia enumerãdo diſtinguit, & eorũ cauſſas & ſigna ponit; & cõtinet capita nouem.*

CAP. I. *De vniuerſali ſermone narratiuo prædictorum accidentium.*

ODORICVS de Coloreto vir notabilis diuerſis accidentibus laborat ingẽter, ſiue ipſa ægritudines aut accidentia nominare volum⁹. ¶ Primũ itaq; horum eſt ma- C la cõplexio frigida & humida materialis cerebri illi⁹, ſiue ipſam a generatione aut a tempore cõtractam intelligere velim⁹. ¶ Secunda vero ipſius diſpoſitio eſt cerebri mala cõpoſitio, ſ. in via cadens vel in poris, & eſt oppilatio coarctatoria vel impletoria ꝓueniens a multitudine mucillaginoſi phlegmatis in p̃dictis locis. ¶ Tertium a. principale accidens eſt vertiginoſa diſpoſitio alternatis vicib. eidẽ eueniens. ¶ Quartum, eſt debilitas in cõtentiua vel retentiua virtute, q̃ etiã includit in ſe ſpeciẽ corruptionis in operatione motiua & ſuſtentatiua, ita quod ei appareat quandoq; ac ſi velit cadere, licet nõ cadat, quãdoq; tñ euenit nocumentum ablationis in operatione ſuſtentatiuæ potentiæ, ita vt nedum inclinet̃ timendo cadere, ſed de facto cadit. Et eſt loc⁹ iſte punct⁹ altiſſimę ſpeculationis, vt videbit̃. ¶ Quintum, eſt ſcotomica diſpoſitio, per q̃ ei apparet quãdoq; D ac ſi volãtes muſcas, & ſimilia animalia in medio mobilitata varijs differentijs videret, q̃ tamen nequaquã inueniuntur in medio. ¶ Sextum, eſt impotentia ad motus interiores in brachijs eius fortius & in omnibus cruribus minus eueniens. ¶ Septimum, eſt dolor extenſiuus & contractiuus in ſiniſtro crure eueniens, magis tamen in muſculis tibiæ apparens. ¶ Octauũ, eſt periodica puſtularum cum rubore & infectione cutis, tibiarum & manuum apparens, determinato tamen tempore anni, & nõ in omni, quoniã hoc ei accidit p̃cipue in vere & in autumno. hęc in ſumma eſt ipſius diſpoſitio ex tã varijs nocumentis cõplicata difficilibus, nõnulla tamen alia accidentia frequenter in membris alijs apparent, vt aliquãdo leuis tuſſis cum facili anhelitus cõſtrictione, & quãdoq; ſtomachi dyſcraſia cum debilitate digeſtiuæ, & non raro lũborum & renum dolores extenſiui, ad E quos quandoq; leuiter conſequitur difficultas vrinãdi. Sed hęc vltima quatuor accidentia, & quia leuia ſunt, & quia ab eadem radice pendentia in fieri & in conſeruari a qua pẽdent, ideo præmiſſa octo accidentia non ſunt multum mentem moleſtantia ægrotantis neq; medicantis.

CAP. II. *Principale declarans prædictarum diſpoſitionum cauſſas & ſigna, & primo mala complexio cerebri per cauſſas & ſigna eius declaratur.*

QVONIAM impoſſibile videtur alicuius diſpoſitionis rationalem oſtendere curam ſine ipſius diſtincta cognitione, q̃ haberi debet primo ex cauſſis diſpoſitionis cuiuſcumq; ꝓductiuis. Secũdo iterũ ex ſignis vniuerſalibus & particularibus demõſtratiuis cuiuslibet, ægritudinis. Et 3. iterum ex accidentibus cõmunibus & proprijs vnã- F quamq; ægritudinem cõcomitantibus, ex quibus ægritudines omnes ſpecificãtur. Ideo in præmiſſis diſpoſitionibus declarandis parumper eſt theorice contemplãdum. Et rationibus & autoritatibus differẽdum, eo quia iniuſtum eſt vni præ alijs credere demonſtrationi, teſte Gal. *lib. 1. de alim. fac. cap. 1.*

Prima

A Prima igitur huius viri diſpoſitio erat mala diſpoſitio frigida & humida cerebri, q̃ aut eſt a generatione talis aut a tempore, quoniam hæc definitio cuiuſcumq; ægritudinis eſſentiam euacuat. ¶ Videtur autẽ quod cerebrum eius a generatione nõ ſit dyſcraſiatũ in frigore & humiditate. ¶ Primo quidẽ ex ſignis a caſib. hoc declarari poteſt. facies enim huius viri & tota cutis capitis ipſius manifeſta rubedine coloratur. ¶ Secundo capitis capilli & plurimi ſunt & ſatis craſſi, licet ad molitiem tendẽtes, & ſunt manifeſta rubedine colorati. ¶ Tertio vero cutis eius ex parte eſſentialiter inhęrentium tactu percipitur calida notabiliter & leuis. ¶ Iterum effuſiones, quæ ab operatione digeſtiuæ potẽtiæ emittuntur, mediocriter ſunt digeſtæ in ſubſtantia ſatis adæquatæ in colore ſuo albedine manifeſta participantes. Et vt in pluribus actu calidæ, licet multa in actu expulſionis percipiantur accidentia, ex quibus hoc facile declarari poteſt. ¶ Ex parte ta-
B men operationum animalis potentiæ ſenſitiuæ ſenſibus exterioribus aperte oſtenditur. ¶ Et quod obiectorum tangibilium omnium impreſſiones & facile & cõuenienter percipiuntur & diſtinguuntur & reſeruantur. ¶ Similiter in ſenſu viſus naturaliter fuit bene diſpoſit⁹ in cõprehẽdendo obiecta omnia vſq; ad diſtantiã magnã in ſuo colore, vt alba & rubea in ſui quantitate, vt magna vel parua in ſui figura, vt oblonga vel ſphęrica in eorum ſitu, vt interius vel ſuperius ſituata in eorum ſubſtantia vel partium cõtinuitate vel ſeparatione, vt ſolida vel perforata in eorum ſe habendi modo, vt mobilia vel quieta, & ſic de alijs, quæ omnia arguunt bonitatem & perfectionem viſiuæ potẽtiæ. ¶ Adhuc etiam & guſtatiua potentia exit in actũ conuenienter percipiendi dulce, amarum, ponticũ & acumen, & ſic de alijs, & diſtinguendi inter illa. Et iterum olfactiua potẽtia obiectum
C omne debiliter aut potenter ſub modo delitiæ vel triſtitiæ imprimens apprehendit & percipit & inter illa diſtinguit. ¶ Similiter etiam exteriores motus diuerſos ſanandi modos ſibi aſſociãtes ſub ſpecie acuitatis, vt tinnitus, ſub ſpecie grauitatis, vt tonitru magnũ, & ſic de aliis conuenienter percipit. Igitur apparet, quod in operationibus exteriorum ſenſuum & cito & conuenienter cerebrum ipſius ſit bene diſpoſitum. ¶ Amplius iterum diſpoſitio caliditatis in cerebro huius viri aſſumi poteſt ex parte operationum interiorũ ſenſuum, ſenſus enim communis operatio velox eſt & vehemens in diſcernendo vel diſtinguendo operationes exteriorum ſenſuum. ¶ Similiter etiã phantaſia, quę ponitur in poſtrema interiori parte anterioris ventriculi cerebri & facile ſpecies a ſenſu communi ſibi delatas recipit & modificat. ¶ Inſuper etiam imaginatiua potentia velociter exit in
D actum comprehẽdendi & diuidendi. ¶ Similiter altioris potentiæ quæ cogitatiua eſt operatio & feſtina eſt, & conueniens in eligẽdo & proſequendo hoc, in euitando & fugiendo aliud. ¶ Similiter & facit memoratiua potentia, & detinet ſpecies eidem delatas, & quamprimum eſt neceſſarium reminiſci de pręteritis, tam cito rememoratur omniũ, quę iam ꝑ ſpecies in cellula ſua reſeruata fuerũt. ¶ Hæc autẽ omnia videntur atteſtari iudicio caliditatis & humiditatis in cerebro ſuo, *vt 2. techni. proceſſu multo & 2. complexionum, & prima tertii tractatu primo.* colligi poteſt in radicib. theoricæ medicinæ, quæ omnia ſatis nota ſunt. Ex quibus omnibus videtur cerebrum huius viri nulatenus debere poni frigidæ complexionis naturalis, ſicut ſupra pręmiſſum fuit. Neq; enim eſt alius modus demonſtrandi alicuius membri complexionem naturalem, quã ſimilitudo ſuper ipſam
E ex ſignis ab operationibus a ſubſtantialiter inhęrentibus aſſumtis & a caſibus quæ tu omnia vidiſti, quare &c.

Cauſſa mala diſpoſitionis frigida & humida cerebri.

Rationes quod cerebrum huius patientis nõ ſit natura frigida cõplexionis.

Nunc autẽ oportet ſumere principium aliud declarandi lapſum cerebri huius viri ad frigiditatem & humiditatem naturalẽ. Pro cuius declaratione præmittẽdum primo, ꝙ omnes cauſſæ primitiuæ infrigidantes & humectantes cum ſua excellentia applicatæ membro cum diuturnitate applicationis earum & diſpoſitione membri ad pati ab eis de neceſſitate inducent infrigidationem & humectationem, ſed cerebro huius viri potuit applicari vehemens humiditas ab aere vel aquã cũ frigiditate agens in ipſum. ¶ Similiter & multitudo ciborum talium & potuum, & medicinarum infrigidantium
F & humectantium fortis & diuturna applicatio. ¶ Et paſſionum animalium multitudo & impreſſio fortis, vt triſtitia, vehemens cogitatio & timor magnus. ¶ Et iterum longitudo & perſeuerantia in dormiendo, vt eſt conſuetudo nobilium, quoniam ſuperfluus ſomnus infrigidat & humectat, ſicut vigilię multę calefaciunt & exiccant, *vt ſecunda primi cap. de his quæ proueniũt ex ſomno & vigilia.* ¶ Ampli⁹ exceſſus in altera re nõ naturali, ſ.

Vnde cerebrum huius patientis factum ſit frigidum.

Conſuetudo nobilium eſt, vt multũ dormiãt.

in multa replętione, quoniã qui ingluuioſe comedunt & cibũ ſine conuenienti maſti- A
catione deglutiunt & potum voraciſſime hauriũt, omnino calorẽ naturalem ſtomachi
debilitando perducunt ad augmentũ generationis humiditatũ phlegmaticarum, quę
poſtea in chylo remanentes cauſſę ſunt generationis aquoſi ſanguinis, qui deinde in
cerebro frigiditatis & humiditatis augmentum generat. Et iterũ facilius & citius mate-
riæ frigidæ & humidæ in ſtomacho genitæ per modum euaporationis delatæ ad caput,
& ibidẽ retẽtę ꝓpter frigiditatẽ cerebri incraſſant̃ & in aquã conuertuntur, q̃ per totum
cerebrum ſparſa & communicata, malam complexionem frigidam & humidam effici-
unt in eo. ¶ Pariter etiam exceſſus in ſuperfluitate motus & exercitii per viam reſolutio-
nis eſt cauſſa, vt in cerebro acquiratur mala cõplexio frigida & humida materialis. Per
quorum n. p̃ſentiã mẽbrum aliquod eſſentialiter eſt calidũ & humidũ, ꝑ eorum remo-
tionẽ efficitur frigidum & ſiccum; ſed per pręſentiã ſpirituum multorum & ſanguinis in B
cerebro ipſũ reddit̃ calidũ, ergo ꝓpter remotionẽ ipſorũ ipſum efficit̃ frigidũ. Sed ſup-
fluũ exercitiũ ipſum eſt cauſſa cõſumtionis ſpirituũ in ipſo cerebro per modũ reſolutio-
nis ſpirituum, humorũ & innati caloris, igit̃, &c. ¶ Similiter etiã ad hoc cap. adde, quod
vna de cauſſis cerebrum notabiliter infrigidantibus ſit multitudo coitus & ſuperfluitas
in eo. Coitus enim multiplicatus perducit ad infrigidationẽ totius corporis, ad debilita-
tem innati caloris, ad mortificationẽ virtutis, ad debilitatẽ ſenſuum, ad epileſiã occultã,
ad caluitiẽ & debilitatem iuncturarum, quæ omnia ꝓueniunt a frigiditate & humiditate
cerebri materialibus. *vt 20. tertii tractatu primo cap. de nocumento ex coitu colligitur.* ¶ Quare
apparet quod plurimæ harum cauſſarum poſſint in hoc viro augmẽtum frigiditatis effi-
cere, & ipſe debet eſſe conſiderator circa iſtas cauſſas, & inueniet veritatem in eis ex p̃- C
terito regimine ſuo deducendam. Ex quibus omnibus ſatis leuiter concluditur, quod
mala complexio frigida & humida materialis in iſto accidentalis ſit & a tempore, ꝓpter
inconueniens regimẽ ex parte prædictorũ & male obſeruatum. Et ex hoc vltimo ap-
paret declaratio primæ diſpoſitionis eius, ſ. quod iſte vir ægrotat mala cõplexione frigi-
da & humida cerebri & accidentaliter in eo acquiſita. Ex quorum etiam fundamẽto
conſiderãs intelligere poterit, quod hæc mala cõplexio ſit fixa magis quã fiens, ꝙ arguit
longitudo ipſius, licet ẽt in eo poſſit aſſignari aliqua ſpecies malæ complexionis fientis
per colligantiam in fieri & in conſeruari dependens a mẽbris inferioribus, vt ſtomacho,
ẽpate, vel aliis, vt in poſterum videri poterit. hęc in ſumma eſt primæ diſpoſitionis ipſius
aperta declaratio, &c. D

CAP. III. *De mala compoſitione cerebri.*

NVNC autem declarandũ eſt in hoc c. 3. nocumentũ cerebri huius viri ꝓueniens
ex cõpoſitione nõ naturali ſui cerebri. Eſt a. mala cõpoſitio eius oppilatio coar-
ctatoria quidẽ proueniẽs a multitudine materierũ coarctãtium vias cerebri, per
quas intelligo arterias & venas in panniculis eius, & medullari ſubſtãtia diſſeminatas, in
quibus & circa quas mucillaginoſa materia multiplicata per indigeſtionẽ coarctationẽ
fecit, ad q̃ ſequitur materierum intẽtio & augmẽtatio, quę eſt aggrauatiua. Vnde caput
eius dolore grauatiuo moleſtat̃ magis aut minus, ſecundũ augmentum quantitatis extẽ-
dendo eas. ¶ Et quia etiam inter panniculos cerebri & in ſubſtantia eorum detinentur,
ideo ſecundã ſpeciem doloris efficere poſſunt extenſiuum nominatim. ¶ Et ſi cõtingat E
huic materiei admixtionẽ fieri materiei acutę aut ſalſę, cũ tũc p̃dictis doloꝛib. cõplicari
poſſunt dolores pungitiui & mordicatiui, & ſecundũ ſpeciẽ materiei, q̃ cõmiſcet̃ phleg-
mati mucillaginoſo. Et iterũ ſi magna pars huiꝰ materiei cõtineat̃ in cõcauitate arteria
rũ, ad ipsã ſequit̃ pulſatiuꝰ dolor, & ſic de aliis ſecundũ materierũ diuerſitatem. ¶ Ex quo
fundamẽto facile admodũ intelligi poteſt, quare vir iſte quãdoq; ꝑcipiat cũ grauitate ca
pitis extẽſionẽ ac ſi magnificaret̃ caput eiꝰ, aut pũctionẽ ac ſi pungerent̃ pãniculi cũ ſpi-
na vel acu, & pulſationẽ magnã in tẽporib. & in toto capite. ¶ Et iterũ ex hoc fundamẽ-
to cõcluditur, ꝙ ſi materia iſta nõ ſolum in venis & arteriis aut poroſis cerebri partibus
cõtinetur, ſed ẽt in originibus neruorum de ſeptem parib. q̃ oriuntur a cerebro, tunc F
neceſſario cõtingẽt nocumẽta diminutiõis in operationib. illorũ mẽbrorũ, ſi oppilatio
illa ſemicõpleta fuerit, aut nocumẽta ablationis operationũ in p̃dictis mẽbris, ſi oppila
tio cõpleta fuerit. ¶ Ex quo fundamẽto iterũ ſubtiliꝰ & pulchre particulariꝰ deduci poſ-
ſunt nocumẽta operationum ſenſus, tactus. ſi n. ſemicompleta fuerit oppilatio in neruis
qui expanduntur per cutem capitis, tunc nocumentũ diminutionis in ſenſu tactus ſen-
titur

A titur in tota cute capitis exterius. Et iſte eſt ille ſtupor, qui in cute capitis percipitur.
¶ Et ſi contingat iterū, ꝙ hæc oppilatio accidat in neruis diſperſis p cutim totius corpo-
ris, tūc in toto pcipiet̃ ſtupor, ſicut patet in tota ſpina ipſius. ¶ Si a. huic materiei cōmi-
ſceatur aliq̃d vētoſitatis vel vaporis petētis exitū ad extra, tūc patet ꝙ, cū ſtupore vel di-
minuta ſenſatione in cute ipſius pcipietur motus iectigationis. Et iſte vere eſt ille mot⁹
vel ſenſatio præter naturā, quē hic vir formicationē nominat in ſua ſpina perſeuerantē.
¶ Nolo hic declarare, quæ & qualia nocumenta cōtingāt in operationib. aliorū ſenſuū,
quia hoc facile intelligi poteſt ex hoc fundamento, & maxime a viro perito in notitia o-
riginis ſeptē pariū neruorū a cerebro orientium: & tu per te conſidera, quia talia nō ſunt
multū de ꝓpoſito iſto: & a me ſæpe in aliis conſiliis declarata fuerūt. Hæc de acciden-
B te ſecundo præmiſſo ſuperius.

Cap. IIII. *De vertigine.*

VIDETVR iterum neceſſarium eſſe declarare modū euentus vertiginis in hoc viro.
¶ Eſt a. vertigo iſta, per q̃ homini habenti ea apparet ac ſi mediū & res altiores ſu-
per ipſum exiſtentes voluantur in gyrū: ita vt appareat ægro cerebrū ipſius reuol-
ui adeo vt ſe a caſu continere nō poſſit, immo aliquando cadit. ¶ Prouenit a. hæc diſpo-
ſitio a multitudine vaporū vel ventoſitatū, q̃ in anteriori parte cerebri cōmiſcent̃ ſpiri-
tui animali & reuolutione circulari mouēt ſpiritū. Ex cuius motu potētiæ ſenſitiuæ ſenſu
tactus apparet, quaſi cerebrū & omnes partes capitis rotatim moueāt̃. Neq; n. aliter po-
tētia ſenſitiua ſentire poteſt, q̃ ſibi offert̃ ab obiecto vel ſpecieb. eius: tale a. obiectū eſt
C vapor vel ventoſitas circulariter mota, q̃ ſpiritū eadē ſpecie mot⁹ mouet circulariter, ex
quo mouent̃ in ſpiritu taliter motu facto, & imitāt̃ organa motus, vnde potētia etiā ſen-
ſitiua immutat̃: ex motu n. obiectorū mouentur inſtrumēta, quorū motu mouentur or-
gana, ex q̃b. immutant̃ potentiæ. Vnde licet obiectū & ipſius immutatio ſit interius, po-
tentia tamē ſenſitiua indicat motū in exteriorib. Et ideo apparet, ꝙ in hoc ſit corruptio
in ſenſu tactus pcipientis moueri exterius, quod nequaquā mouet̃. ¶ Vnde ex hoc fun-
damēto apparet vertiginē eſſe diſpoſitionē ꝑcipue ſenſui tactus appropriatā. ¶ Apparet
ſecundo, ꝙ poſſit eſſe talis diſpoſitio interiori ſenſui etiā appropriata, ſ. imaginationi. Si
n. hoc nocumentū & ſua cauſa cōmiſcentur anteriori parti ventriculi ipſius cerebri ſe-
cundi, tūc patet, ꝙ nocumētū accidet imaginationi, vt iā dictū eſt. ¶ Et ſequitur ex hoc
D fundamēto iterū, ꝙ declarari poteſt, vertiginē eſſe nocumentū corruptionis eueniēs vi-
ſiuæ potentiæ. Si n. vertiginoſus intuitiue inſpiciat mediū ꝓpter motū a ventoſitatib. fa-
ctū in ſpiritib. vt declaratū eſt, pcipiet viſiua potētia corpora in mediū poſita circulari-
ter moueri, eo quia ſpiritus viſibilis tali motu prælteratus, q̃ refert̃ ad cryſtalloidē, rep̃-
ſentauit in eo motū circularē. Errans ergo potentia viſiua pcipiet moueri in exteriorib.
corpora, q̃ quieſcūt, iā ꝑdictū eſt. ¶ 4. Iterū ex hoc fundamēto aperte colligit̃, ꝙ hæc diſ-
poſitio ſæua & verenda ſit eo, quia vt in plurib. nocumentū eius in viſiua potentia, tacti-
ua & imaginatiua cōmunicatur. Et adhuc hoc ex hoc ſermone apparet, ꝙ hæc diſpo-
ſitio cū perſeuerat, poſſit enuntiare epilepſiam aut apoplexiam, multiplicata materia i-
pſius, ita vt non ſolū euaporādo noceat: ſed incōplete aut cōplete oppilādo ventriculos
E cerebri, vt intelligēti apparet. Præter hæc etiam conſiderādū eſt, ꝙ hæc diſpoſitio a
primitiuis cauſis nō raro ꝓcedat, ſicut apparet in pueris aut in aliis ſuper ſuū caput circu
lariter inuolutis. Et ſicut apparet etiā homini, qui diſtrahit̃ a ſomno circulari, & cō-
tingit etiā, ꝙ homo ſeipſum circulariter reuoluit intantū, ꝙ cū a motu tali ceſſat, ad ter-
ram cadit. Et ſicut apparet in cerebro hominis reſeruari motū diſcurrentiū aquarū, q̃
in ſyluis aut in montib. apparuerūt, vt nauiganti cōtingit. Species n. ab obiectis deciſę &
receptæ & reſeruatæ in organis ſenſuū, rep̃ſentant in eis imagines conſimiles, q̃ ſi lōgo
tpe impreſſæ detineantur, faciunt apparere accidentia conſimilia. Et ſimiliter hæc
diſpoſitio contingere poteſt ꝓpter aſpectū corporū, q̃ rotatim mouentur, ſicut in rota
fabri & molendini percipi poteſt. Et hæc omnia pulcherrime ſentit princeps, *prima ter-*
F *tii tractatu quinto*, dū inq̃t, *Et hæc quidē vertigo quādoq; accidit homini propter ꝙ reuoluit ſeipſum*
ſ. inferiores partes eleuādo & caput deponēdo circulariter, ꝓpter quē motū reuoluūt̃ ſpirit⁹ &
vapores in ipſo, ſ. cerebro, ſicut reuoluit̃ vas plenum aqua, poſtquam circūductū fuerit,
& ab impellente dimiſſum: vas enim mouetur, dimiſſa, ſupple, impulſione. Et quan-
do reuoluuntur ſpiritus, ſ. vaporib. ſibi cōmixtis, imaginatur homo, ꝙ res voluant̃, ſ. ex-
teri⁹. Et ꝓpter hoc ſupius dixi, ꝙ nocumētū iſtud etiā cōtingat imaginatiuæ potētię. Et

ſubdit de ratione huius rei demonſtratiua dicens: *Nam æquale, id eſt ſimile eſt ſiue diuerſifice-* A
tur proportio partium ſpiritus ad partes mundi, id eſt ad corpora, *quæ in medio inueniuntur: vel*
ad partes mundi, id eſt ad partes ipſum ſpiritũ continentes. *Ex parte ſpiritus, ſ. moti circulari-*
ter, ſiue diuerſificetur illud, id eſt nocumentum illud contingat, *ex parte mundi*, id eſt ex par-
te corporum, *quæ exterius in medio mouentur cum pro quando fuerit ſenſibilitas per eas, ſ. partes*
mundi, id eſt res in medio poſitas, *facta fuerit ſenſibilitas*, id eſt impreſſio. *Et ſunt*, ſupple ta-
les reuolutiones, *quæ ſunt propter oppoſitionem, nam cum pro quando ſentiens mouetur*, ſupple
cum ſpiritus ſenſibilis mouetur, *& mouet organa & potentiam, permutātur oppoſita*, id eſt a po-
tentia ſenſitiua percipitur obiecta permutari, *ſicut cum pro quando ſenſatum mouetur*, id eſt
quando obiectum imprimit in inſtrumenta & organa mouendo potentias: & ſubdit:
Et hæc quidem vertigo quandoq; fit propter conſiderationem ad res, quæ reuoluuntur, ſ. continua- B
tim & fixim, ita vt infigatur, id eſt imprimatur, *forma illa ſenſati in anima*, id eſt ſpecies ab
obiecto infixa inſtrumento & organo moueat potentiam: vt iam dictum eſt. Hæc lite-
ra magnæ ſpeculationis in ſumma plus non laborat oſtendere, quam quod a ſpeciebus
obiectorum exterius in mundo circulariter reuolutorum in ſpiritibus & in organis poſ-
ſit imprimi & remanere impreſſio vertiginis effectiua cauſſa ſufficiens: ſicut ſi contin-
gat circularem motum in ſpiritibus ab interioribus ventoſitatibus & vaporibus factum
permutare organa, potentias, vt prædictum eſt. Quare iterum ſubiungit princeps: *Et*
propter hoc dicitur, quod omnes operationes ſenſibiles pendeant ex inſtrumentis corporeis compati-
entibus, quorum primum & dignius eſt ſpiritus ſenſibilis & remanet in ipſo ab omni ſenſato forma,
id eſt ſpecies ipſius, *poſt eius*, ſ. obiecti *ſeparationem cum pro quando ſenſatum*, id eſt obiectum C
fuerit forte, id eſt potens *ad imprimendum. Omne enim ſenſatum non efficit in inſtrumẽto ſenſi-*
bili niſi formã, id eſt ſpeciem vel actionem, *quæ eſt ſibi ſimilis: deinde conformatur forma illa in*
anima propter quod conformatur etiam diſpoſitio propter ſpecies in organo reſeruatas & retentas, &
euaneſcit, id eſt, *dato quod remoueatur obiectum vel eius impreſſio in quantitate*, id eſt, *cum vehe-*
mentia vel diſpoſitione receptionis inſtrumenti, ſ. ſpiritus & fortitudine ſenſati, ſ. obiecti vehemen-
ter imprimentis. Hæc quidem ſunt puncta ſublimis ſpeculationis propter quod ſubiun-
git, *huius vero, ſ. ſpeculationis expoſitio continetur in ſcientia naturali.* ¶ Vide quam ſubtili-
ter contemplando oporteat ad intelligendum diſpoſitiones humani corporis eſſe Me-
dicum ſpeculantem. Ex hoc ſermone notabiliter apparet, quod licet hæc diſpoſi-
tio in hoc viro a primitiua cauſſa fieri potuerit, ipſa tamen adhuc poſt ſuæ cauſſæ effici- D
entis remotionem reſeruata & fixa remanſit. Fuit autem ipſius cauſſa vehemens & ſu-
bitus motus in ſpiritibus animalibus & in cerebro factus a ſubito & vehementiſſimo mo-
tu, propter quod ad terram proſtratus notabili tempore permanſit, & maxime verifica-
tur hoc, quoniam excellentiæ ſenſibilium corrumpunt ſenſus, teſte Ariſt. *lib. 2. de anima.*

Cap. V. *De debilitate retentiuæ potentiæ facta in muſculis & membris molem corpo-*
ris ſuſtentantibus.

Si diligenter conſideretur præcedentis cap. ſententia, apparebit ſatis leuiter de-
duci poſſe debilitas ſuſtentatiuæ potentiæ. Cũ n. in cerebro, quod eſt organicum
principium motus & quietis effectiuum, in ſpiritibus & organis motuum impo-
nendo quietem impletum fuerit multitudine vaporũ & ventoſitatũ, quæ etiam muſcu- E
lis & neruis totius corporis infunduntur. Si contigat ab illis ventoſitatibus motum
fieri circularem vel inclinatum ad dextram, tunc potentia ſenſitiua periculi caſus per-
ceptiua conatur erigere & figurare corpus ad differentiam poſitionis oppoſitam. Et
ſiquidem potentia vel actiuitas ventoſitatum perſeueret & continuando reſiſtat, ita vt
vincat ſuſtentatiuæ potentiæ actiuitatem, tũc patet quod virtute victa neceſſe ſit ægrũ
cadere. Et ſiquidem virtutis actiuitas vel reſiſtentia tanta fuerit, vt caſum prohibeat ſal-
tem ex actiuitate vel perſeuerantia motus facti a ventoſitatibus, fit inclinatio corporis
vt moueatur ad differentiam ad quam inclinat ventoſitas. Et ex primo ſequitur caſus
qui eſt ablatio operationis ſuſtentatiuæ potentiæ & ex 2. ſequitur diminutio operatio-
nis illius. ¶ Si autem contigat, quod motus in ſpiritib. factus a ventoſitatibus non ſit val- F
de excellens neq; manifeſte inclinatiuus corporis ad aliquam differentiam poſitionis,
ſed per modum impreſſionis eius nocumentum percipiat ſenſitiua potentia, ac ſi incli-
naretur ad caſum, tunc nocumentum iſtud corruptionis denominari debet, per poten-
tiam n. ſenſitiuam percipitur, qualiter non ſit & quale ei non offeratur, ſed hoc eſt eſſe
corruptio-

A corruptionē in operationib. ſenſitiuæ potentiæ ſiue ipſa fuerit imaginatiua vel tactiua, igitur, &c. ¶ Et ex hoc fundamento apparet, ꝙ hæc diſpoſitio iterū verēda ſit: patet ꝙ valde facile pducere poſſit ad epilepſiā, ꝓpter ꝙ *prima tertii tractatu 5. cap. de epilepſia* inqͭ princeps: *Aut*, ſupple fit epilepſia, *propter vētū craſſum retentū in tranſitib. ſpirituum*, ſecūdū ꝙ viſum eſt philoſopho magno Ariſt. Et vidit ipſam vnā cauſarū epilepſiæ, quare leuiter de hoc viro timendum eſt, ne talem incidat ægritudinem infeliciſſimam.

Cap. VI. *Verificatiuum ſcotomiæ in hoc viro apparentis.*

Scotomiam appellauerunt antiqui nocumentū corruptionis in operatione viſiuæ potētiæ, ꝓueniens ex multitudine vaporū, qui ſpiritui viſibili cōmiſcēt: ſicut n. hi vapores ſpiritui cōmixti & rotatim moti in anteriori cerebro ꝓpter
B neruos opticos vertiginē faciunt: ita ꝙ hi vapores ſpiritui viſibili cōmixti in cōcauitate neruorū opticorū & interpolatim moti aut ꝓpter paucitatē aut ꝓpter ſubtilitatē eorū in organo viſionis imprimunt ſpeciē cōſimilē motui muſcarū volitantiū vel pulicū. Potentia itaq; viſiua ꝓpter impreſſionē interius factam videtur apprehēdere obiecta exterius mota, q̄ nequaquā ibi ſunt, nec mouētur; vnde merito hæc nominatur corruptio in operatione imaginatiuæ potentiæ. Hæc de accidente quinto.

Cap. VII. *Demonſtratiuum cauſarum nocumenti vel impotentiæ motus brachiorum & crurum.*

Si nos recte cōtemplando huius nocumenti cauſas aſſignare velimus, neceſſe eſt cōcedere, ꝙ hoc nocumentū ꝓueniat aut ex parte debilitatis virtutis motiuæ p̄dictarū partiū, aut ex parte inſtrumentorū, q̄ ſunt ſpiritus animales, aut ex parte organo-
C rū, quæ ſunt nerui vel ſibi ꝓportionales partes: vel muſculorum, qui ſunt volūtarii motus inſtrumenta, aut ſaltē contigit hoc ex parte omniū prædictorū. Nō quidē rationale videtur hoc deduci poſſe ex parte debilitatis virtutis, eo quia vir iſte in ætate cōſiſtētiæ poſitus eſt cōplexione a generatione ſanguineus, neq; aliq̄ fortes cauſæ debilitatis virtutis ipſi applicatæ fuerunt, velut reſoluentes ex multo exercitio, potu medicinarum calefacientiū euacuātiū, & ſui acuitate ſpiritus & laudabiles humiditates cōſumentium, neq; aliqua euacuatio ab interiori cauſa ꝓueniēs, vt ſudor, fluxus ſanguinis, hæmorhoides, diaria & cōſimiles. Et pari ratione nō videtur aſſerēdū eſſe nocumētū iſtud cōtingere ex parte paucitatis ſpirituū ꝑ conſumptionē ipſorū ſubſequentis. Videtur igitur, ꝙ
D cauſa debilitatis ſuſtentādi molē corporis cōtingat & ex parte oppilationis cadentis in neruos octaui paris de his, q̄ naſcuntur a cerebro: ſimiliter ex parte oppilationis eueniētis in neruis ſeptimi ſpondyli colli, & primæ & ſecundæ de ſpondylis dorſi, a quorū ramulis ad brachia & ſpatulas cōmunicatis pertrāſit ſenſibilis ſpiritus & motiuus. Facta igitur aliquāta oppilatione in originib. p̄dictorū neruorū a cerebro & a nucha venientiū, neceſſe eſt potentiā actiuā ꝓpter neceſſitatē inſtrumentorū motus debiliter operari. Et ſi cōtingat ꝓpter oppilationē talē diminute pertranſire ſpiritum tā ſenſibilē q̄ motiuū, tunc neceſſe erit aſſignare diminutā paralyſin quandā. ¶ Et ſi vlterius oppilatio magnificaretur & cōpleta fieret, ſequeret̄ cōpleta paralyſis particularis in brachiis aut pedib. ¶ Et ſi oppilatio talis fieret in altera medietate nuchæ, tunc iam fieret vniuerſalis paralyſis vnius medietatis corporis. *vt ſecunda tertii cap. de paralyſi videre eſt, &c.*

E Cap. VIII. *De aſſignatione cauſæ doloris in ſiniſtro crure huius noſtri patientis.*

Licet dolor in crure huius viri apparens fieri poſſit a mala cōplexione frigida partis illi⁹: tamē rationabili⁹ eſt cōcedere ipſum fieri a ſpecie ſolutionis cōtinuitatis extēſiua, q̄ ꝓuenit ꝓpter multitudinē materierū, quæ in muſculis immerſæ ſunt extenſionē in ipſis facientes. Vnde erit accidens ſimiliter a mala cōplexione frigida & ſolutione cōtinuitatis eueniēs. Et ſi materia iſta a quantitate & actiuitate ſua multiplicaretur, ita vt nocumētum imponeret nuchæ & cerebro, tunc patet ꝙ vir iſte ſpaſmū incurrere poſſet. Et ſi materia illa ad iuncturas multiplicata deſcenderet, infundendo ligamenta iuncturarum valde leuiter in eis efficerent dolores multum moleſtantes.

Cap. IX. *De aſſignatione deſœdationis cutis in cruribus & manibus eius euenientis.*

F Nocumentum deſœdationis cutis, quod manibus huius viri tempore veris & in pedibus ipſius in fine autumni accidere ſolet cum prurítu prædictarum partium, omnino contingit a materia ſalſa, phlegmate aquoſo multo in venis eius reperto commixta. Periodice autem in tempore veris materiam iſtam virtus ad extra propellit ſui fortitudine, ad cuius expulſionem adiuuat viarum

apertio quæ in tempore veris facta eſt a caliditate in cõtinente vigorata, quæ etiam ad- A
iuuat ad attractionem harũ materierum de centro ad circumferentiã. Cauſa v. propter
quam tempore vehementis frigiditatis iterũ hæ materiæ multiplicantur, eſt quia cum
partes aliquæ ſubtiliores & acutiores materierũ continuæ a virtute expellantur de cen-
tro ad extra frigiditate continentis oppilante poros, tales in partibus ſubcutaneis deti-
nentur & incraſſantur, ita ꝙ neq; inſenſibiliter, neq; ſenſibiliter expelli poſſent ad extra
in ſubcutanea. Igitur partis retentæ pruritũ, dolorẽ & ruborem efficiunt ſecundũ eſſen-
tiã ipſarũ. ¶ Ex quo apparet, quod talis diſpoſitio in extremis apparens ſit per modum
criſis facta, quæ nequaquam cohiberi debet, vt inferius apparebit. ¶ Ex quibus omnib.
tandem vltimo apparet accidentium prædictorũ viri declaratio ex ſuis cauſis, ſignis, & B
diuerſitatib. aſſignata, reliqua v. accidentia ſubiuncta leuiter ex fundamento declarati-
onis prædictorũ haberi poſſunt, quæ tu conſidera. ¶ Nã ex fundamento omniũ prædi-
ctorũ conſideranti apparet, quod ad prædictarum diſpoſitionum regimen præſeruati-
uũ, ne augeantur, & curatiuum feſtinanter accedendũ ſit, ſicut mox ſequetur.

*Particula ſecunda. De modo inuentionis regiminis obſeruandi circa prædictas diſpo-
ſitiones in ſex rebus non naturalibus: & continet cap. ſex.*

Cap. I. *De electione aeris & loci habitationis.*

ESt igitur regimen huius viri partiẽdũ in duas potiſſimũ partes. Primũ quidem
in electionẽ adminiſtrationis rerũ non naturaliũ ſecundũ debitam eorum cõ-
uenientiam. Secundo v. in electionem intentionum & inſtrumentorũ medi- C
cinalium & modi adminiſtrationis earũ, vt nunc apparet conſequendo. Prima itaq; ha-
rum duarum partiũ partitur in ſex cap. ſecundũ numerũ ſex rerum non naturalium. Pri-
mum a. horum cap. eſt de electione aeris & loci habitationis huic noſtro patienti con-
uenientium. Eligatur itaq; aer & omnium aliarum rerum menſura, ita vt ſint caliditatis
& ſiccitatis inductiuæ: verum tamen amplius exiccatiuæ, quã calefactiuæ. Lapſus n. hu-
ius viri licet ſit ad frigiditatem & humiditatem, tamen eſt intenſiue maior ad humidita-
tem, quam ad frigiditatẽ: ꝙ maniſeſtiſſime apparet ex ſignis *in ſecundo principali cap. pri-
mæ partis ſuperius poſitis.* Et ideo quantum theorice dici poteſt, aer & reliquæ res non na-
turales debent adminiſtrari ita, quod inducant menſuram primi gradus caliditatis, per
talem n. menſuram naturalis complexio, quæ calida eſt, conſeruabitur, & per frequen- D
tem adminiſtrationem talium corrigetur & delebitur frigiditas iam inducta. Et conſi-
militer oportet quod res non naturales ita menſurentur, vt in corpus inducant ſiccitã-
tẽ ſecundi gradus aut paulo minorem illa, vt frequẽs earum applicatio corrigat lapſum
ad humidũ, qui tranſcendit gradum ſecundũ & fortaſſis complete attingit ad finem ter-
tii: quod apparet ex conuerſione corporis eius ad vehementẽ humiditatẽ læſiuã ope-
rationũ motiuæ potentiæ, quod non accidit niſi ꝓpter remollitionẽ organorum motus
& ꝓpter oppilationẽ viarũ, per quas motiui ſpiritus ad mẽbra penetrare debent in quã-
titate eius & qualitate conuenientib. Hæc tamen longe facilius ſermone proferuntur,
quã opere compleantur, & indigent viro in ſcientia & operatione canonica nõ me-
diocriter erudito. Et confirmatur hæc ſententia *tertio techni. vbi ſic ſcribitur: Si v. regere &
permutare volueris iterum in altero loco & quidem, &c.* Et iterum inferius magis, *curatio vero* E
vnum habet modum. Et ſuſtentatur etiam in ſermonibus Auicen. *quarta primi cap. 2. illo,
quoniam ſanatura complexio:* & pluries alibi. Itaq; eligatur ab eo locus habitationis eius v-
niuerſalis & particularis, vt cameræ eius, habens aſpectum orientalem vel meridionalẽ.
Et ſit a terra eleuatus notabiliter, elõgatus etiam a decurſibus aquarum, vallium vel ſta-
gnorũ, non habens ædificia vel parietes antiquitate ſemiputridos & corruptos: ſed ta-
bulis de abiete vel larice conuenienter ſuffultos. ¶ Et ſi non poterit inueniri naturali-
ter talis, artificialiter fiat hoc, accendẽdo ignes magnos & frequenter in camera, qui re-
linquent veſtigiũ & potentiã caliditatis cum calefactione & exiccatione confortatiua
neruorũ, velut eſſet ignis factus ex iunipero, abiete, larice, lauro, quercu, pomis, auella-
nis & ſimilibus. Aut ſaltẽ ſuffumigetur eius camera frequẽter fumo thuris, laudani, ſty- F
racis calamitę, colophonię, myrrhę, ligni aloes, reſinæ ſiccæ, cedriæ & ſimiliũ. ¶ Cõpo-
ſitũ bonũ ad illud. ℞. *ſtyracis calamitæ, ligni aloes an. ℥j. laudani, thuris, ſandaracæ an. ℥ij. colopho-*
Magdaleo-nes pro ſuffitu. *niæ ℥j. cum terbentina formentur magdaleones & exiccentur, & cum opus fuerit puluerizetur ex eis
vnus, & carbonibus ſuperaſpergatur igneis.* ¶ De his a. q̃ annexa ſunt, vtatur veſtib. ſuffultis

pellibus

A pellibus agninis vel vulpinis,& caput eius tecturis bene calefaciētib. muniatur, etiā a frigore ſummopere cuſtodiatur,& proprie in nocte.¶ Et adhuc attendat,quod inter reliqua ſibi neceſſaria optimum eſſet,vt maiori parte ſui temporis habitaculum contraheret in hypocauſto ſicco diligenter & ſæpe ſuffumigato,vt prædictum eſt.

Cap. II. *Secundæ partis de regimine huius per exercitium & quietem.*

QVies longa huic viro omnino euitanda eſt,ne per ipſam fiat augmentū in mate- Quies riebus,q̄ euaporando capiti & remolliēdo iūcturis & neruis vehementer nocerēt. Sicut n. exercitiū,& ꝓprie poſt euacuationes vniuerſales cōuenies eſt ad cōſumēdū ſuperfluitates,quæ per digeſtionem ſecundā & tertiā multiplicari ſolent,ita dimiſſio illius eſt cauſa augmenti ſuperfluitatū illarū,non quidē,quia ociū & quies poſitiue hu-
B mectēt;ſed q̄a ad eorū longā applicationem ꝓhibeatur reſolutio & conſumptio eorū, q̄ conſumi debent p exercitiū:quare 2.*primi doctrina* 2.*& ſumma prima cap.* 12.inq̄t Auicen. *Quies ſemper eſt infrigidans propter priuationē viuificationis caloris & propter conſtrictionē, quæ eſt ſuffocās & humectat propter reſolutionē ſuperfluitatū.* In hoc tamen attēdat, ꝙ exercitium omnino,quo exercitari debet,excludat omnē potētiā humectādi, ſicut eſſet exercitiū piſcādi & circa aquas negociādi vel nauigandi. Sed vtatᷣ exercitio equitādi, per montes Exercitiū aſcēdendo & deſcēdēdo,ſæpe peditādi vſq; quo corp⁹ ei⁹ ꝑducatᷣ ad augmentū rubicūdi coloris & caliditatis ꝑducētis ad anhelitū magnū, aliqualiter velocem & ſpiſſum.

Cap. III. *Secundæ partis de adminiſtratione ſomni & vigiliæ conuenientiū huic viro.*

COnformiter loquēdo ꝓmiſſis lōgus ſomnus ab hoc viro fugiend⁹ eſt & adhærē-
C dū exceſſui vigiliarū magis q̄ ſomni, ſi in vno peccare oporteat. Sicut n. per ociū ſuperfluitates multiplicantᷣ,ita & p ſomnū longū. Et ſicut per exercitii cōueniētis menſurā naturalis calor vigoratur & ſuperfluitates conſumuntᷣ,ita & p vigilias:& in hoc vidētur hæc in ſumma habere cōuenientiā,quare 2 *primi ſumma prima* 2.13.c.*ſomnus quieti vehementer ſimilis exiſtit,* ſupple effectiue,& *vigiliæ valde ſunt motui ſimiles.* Menſura itaq; naturalis ſomni eſt,vt vir iſte dormiat ſaltē horas ad min⁹ ſeptē vſq; ad octo quolibet tpe, licet dormiēdi mēſura amplior cōueniat ei in hyeme,q̄ in æſtate,& in vere,q̄ in autūno, tūc n. per tantā dormiendi menſurā naturalis calor vigoratᷣ & ei⁹ operationes fortificātur;eo quia nō tanta fit caloris exhalatio in ſomno,q̄ in vigilia. Mēſura v. vigilādi amplior eſſe poteſt,q̄ dormiendi,ꝓpterea quia licet aliq̄ p reſolutionē nocumentū acq̄reretur in vigilando,iuuamentum tamen maius eſſet conſumendo ſuperfluitatem, quam
D in reſoluendo naturalem calorem paucificando.

Cap. IIII. *Secundæ partis de conuenienti electione repletionis & inanitionis.*

IN hac parte non intendo aliquid dicere de repletione materierū humoraliū, neq; de euacuatione earū,quoniā illud ꝑtinet ad regimē medicinaliū magis, q̄ nō naturaliū rerū:ſed de repletione p cibos & pot⁹ hic ꝑtractandū eſt. Vt igitᷣ vir iſte omnino fugiat ſtomachū ſuū replere cibis & potib. imo remanēte operatione appetitiuæ potentiæ naturaliter ſe habēte adhuc minus cibi & potus aſſinere debet,q̄ omnino eidē comedēdo vel bibēdo plene ſatisfacere,quare 3 *primi.* Conſeruator ſanitatis cū deſiderio vel appetitu tātū comedere vel bibere iubetᷣ,vt reliquię famis vel ſitis adhuc in ſtomacho rema-
E neāt. Cuiuſcūq; igitᷣ cibi & pot⁹ aſſumpti menſura talis exiſtat, vt omnē grauitatē & fluctuationē a ſtomacho excludat,tūc n. cōuenientius cibis & potib. applicatᷣ ſtomach⁹ calefaciendo,rarefaciendo,reſoluendo, diſgregādo & vniendo vel commiſcēdo cibi,& pot⁹ partes craſſas cū ſubtilib. calidas cū frigidis,molles cū humidis, vt ꝑtiſanatia maſſa, q̄ chylus eſt æqualior & cōueniētior generetᷣ,ex qua velut materia quatuor primi humores in ſua ſpecie cōueniētes generentᷣ & a ſupfluitatib. cōueniēter ſeparētᷣ & illas ſupfluitates potēs exiſtens calor ad loca ſuarū expulſionū cōuenienter inclinet,& ab eis a corpore cōueniēter extra ducat,ꝙ totū cōueniēter videtᷣ effici poſſe,ſi non aſſumatᷣ menſura cibi & potus amplior,q̄ oportet. Et tu conſidera ꝙ ſermones iſti a poſteriori verificari debent,& proprie per effectus poſt cibationem conſecutos,&c.

F Cap. V. *Secundæ partis de electione paſſionum animalium.*

OMnes mot⁹ & alterationes in humanū corp⁹ inductæ a paſſionib. animalib. p quas iñatus calor ſuffocetᷣ,euitari debēt. Et ꝓprie illæ,q̄ inducūt ad extinctionē iñati caloris celeriter,velut timor,& ſimiliter oēs paſſiones animi q̄ lēte & paulatim ꝑducūt ad extinctionē iñati caloris,euitādę ſūt,ſicut eſt triſtitia vehemēs:quare 2.*primi*.vbi ſupra c.15. inq̄t Auic. *Et motus quidē ad exteriora aut fit ſubito,ſicut fit,cū eſt ira ſupple magna,aut fit leniter &*

paulatim, ſicut cõtingit cũ adeſt triſtitia, & ſuffocatio quidẽ & reſolutio prædictæ, nunquã ſequũtur A
niſi illud quod ſubito euenit: diminutio v. & phthiſis, id eſt cõſumptio naturæ, *nunquã ſequũtur,*
niſi id quod leuiter & paulatim & non ſubito, ſ. fit: & ꝓpter hoc 3. *techni.* ſcribit, ꝙ paſſiones a-
nimales multũ exterminantes innatũ calorẽ reſoluendo vel ſuffocando exterminẽt &
mutẽt corpus ab ea, quæ eſt ſecundũ naturã, conſiſtentia. Lætari a. & bene ſperare de ſa-
lute ſua ſum̃o omnipotẽte contribuẽte multũ adiuuat ad ipſam recuperandã, teſtimo-
nio ſummi Hippo. *ſect. 2. aph. 33. vbi inquit, In omni morbo valere mente & bene ſe habere ad ea,*
quæ exhibentur, bonum, contrarium vero malum.

Cap. VI. *Secundæ partis, de adminiſtratione ciborũ & potuũ in qualitatibus conuenientium.*

EX his, quæ in cap. de aere dicta fuerunt, apparet, ꝙ cibi conuenientes huic viro ma-
gis debeant eſſe cibi medicinales aut medicinæ cibales, q̃ cibi abſolute, quia virtus B
in ipſo nõ eſt adeo debilitata, vt oporteat intẽdere ꝑciſe ad reſtaurationẽ cum cibis
cibalib. ſed oportet ꝓcedere in ipſo cum cibis, q operantes a materia nutrientes relin-
quant: gradum remiſſę caliditatis & notabilis ſiccitatis, ꝙ nequaq̃ in cibalib. cibis inue-
nitur cũ ſint præciſe a materia operantes, ſed hoc eſt bene reparabile in cibis medicina-
Panis. lib. aut in medicinis cibalib. nominatis, de q̃b. in poſterum apparebit. Eligatᷣ igitᷣ panis,
qui de fermento & ſale aliquid magis habeat, q̃ cõmunis panis, & ſi eſſet modicũ vel le-
uiter furfuraceus, eſſet conuenientior, q̃ panis de pura ſimula: quoniã eſſet maioris ex-
iccationis effectiuus. Sit etiã conuenienter coctus, nõ aduſtus, vel torrefactus. Panis a. a-
Carnes. zymus nõ bene coctus, & farinacei vel paſtiles cibi omnino dimittantur. ¶ De carnib. a.
eligantur omnes leuis digeſtionis & boni nutrimẽti, & virtualiter exiccationẽ accipiãt C
cũ apertione viarũ vrinæ ſibi datã, ex decoctione fœniculi, petroſel. ſaluiæ, roriſmarini,
ſerpilli, & ſimilium in eis factã de q̃b. conuenientes ſunt. ¶ Ex volatilib. domeſticis car-
nes pullorũ gallinarũ, phaſianorum, & meliores ſunt carnes columborũ, & ꝓprie in tur-
rib. degẽtium, quib. etiã meliores ſunt ſylueſtrium columborum omnes. Anſerulorum
a. & anſerũ carnes & vniuerſaliter omniũ auiũ in aquis degentiũ non ſunt laudandæ. De
ſylueſtrib. a. cõueniunt ei fere omnes carnes volatiliũ vſui humano conſuetorum, velut
perdicũ, phaſianorum, auiũ minutarum & conſimiliũ. ¶ De domeſticis v. quadrupedib.
laudabiles ſũt ei carnes vitulorũ vſq; ad vnũ annũ vel duos. Et caſtratinę etiã bonæ ſunt,
& meliores illis inter omnes capretinæ & agninæ, ꝓprie aſſatæ, & cum exiccatiuis ſapo-
rib. conditæ. Carnes v. porcorũ domeſticorũ & ꝓprie valde pingues non comedantur, D
niſi valde raro & paruo vſu. Carnes a. quadrupedũ ſylueſtrium, ſicut gazelli, leporis & a-
pri ſunt vtiles: omniũ n. talium animalium cum ſua cõuenienti nutricatione ſolidum &
exiccatiuũ exhibent nutrimẽtum. ¶ De carnib. a. ſalitis datur eis licẽtia ampliſſima ſiue
fuerint aſſatæ, vel elixæ. ¶ Piſciũ a. vſus recẽtium omniũ dimittatur, imo raro valde acci-
Piſces. piatur: Et nõ niſi cõditi fuerint pipere, cinamomo, mace, aniſo, petroſel. & ſimilib. Sa-
litorũ a. piſciũ vſus laudabilis eſt quocunq; præparationis modo ꝓpter accidentalẽ nu-
Lac & lacticinia. tricationẽ & nutrimẽti pauci exhibitionẽ. ¶ Similiter lactis & lacticiniorũ ciborũ vſ⁹ o-
mnino fugiẽdus eſt ꝓpter ampliſſimã infrigidationẽ & humectationẽ, q̃ efficiunt in to-
to corpore, & remollitionẽ in neruis etiã, quia lac nocet grauatis capite, vertiginoſis &
ſcotomicis, vt patet *ſecundo can. in proprio cap.* ¶ Propter ꝙ ſimiliter dicẽdum ꝙ caſeus re- E
cẽs & mollis omnino dimittendus ſit, ſalito a. caſeo & ꝓprie ſolido frangibili vti poteſt.
Oleum. Olei a. vſus oliuarũ vel nucũ cõueniẽs eſt: vt ſimiliter oleũ de amygdalis dulcib. expreſ-
Butyrum. ſum. ¶ Butyri a. vſus nõ mihi placet propter nauſeã ſtomachi & remollitionẽ, q̃ facit in
Oua. neruis & in toto corpore. Oua v. omni modo ꝑparationis cõueniunt ei, ꝑterquã frixio-
ne cocta, quoniã talia ꝓpter nimiã euaporationẽ ſuã vertigini nocẽt & laborantib. ægri-
Mel. tudinib. oculorũ. ¶ Mellis v. & mellitorũ ciborũ vſus ei omnino vtilis eſt ꝓpter calidita-
Sacharũ. tẽ & exiccationẽ ſuã p q̃ cõfert corporib. ampliſſime humectatis. Sachari etiã vſus eidẽ
Aromata. laudabilis exiſtit. De aromatib. v. & ꝓprie calidis omnino dicẽdũ, ipſa eſſe conueniẽtia,
velut piper, zinziber, cinamomũ, galãga, macis. nux muſcata, ciminũ, grana paradiſi &
Olera. cõſimilia. ¶ De olerib. v. euitet omnia, q̃ infrigidãtia & humectãtia ſunt & iuncturas & F
neruos remolliẽtia, velut ſũt portulaca, beta, ſpinachia, lactuca, endiuia, & cõſimilia. Et
Fructus. de horariis fructib. effugiat ceraſa, recẽtes auellanas, pyra mollia, cucumeres, cucurbitã
anguriã & cõſimiles: peponib. a. aliquãdo vti poteſt ꝓpter aptionẽ ſuã & nutrimentũ,
quod minus eſt laudabile in eis, quam in prædictis. ¶ De fructibus vero dimittat pyra
& poma mollia & multa aquoſitate participantia, vt perſica, iuiubas & granata dulcia

multo

A multo vſu. ¶ Reliqua vero fere omnia tam olera, quam fructus videntur eſſe eidem cō-
uenientia, prę̨ter iſta, propter quod mentha, ſiſymbrium, ſaluia, roſmarinus, fœniculum,
petroſ. ſerpillum, ruta, & conſimilia placent. ¶ Et de fructibus ficus & amygdalę recentes
vel ſiccæ, & granata muza eidem conuenientia ſunt. ¶ De radicibus autē laudantur bau-
ciæ, cichoreæ, raphanus, bulbus, rapæ & proprie napi, ſiue elixi, ſiue in prunis cocti, ſecū-
dum conſuetudinem. ¶ Allium non placet propter grauitatem, quā in capite facit. Cæ-
pis autem quandoq; vti poteſt, & proprie conditis cum melle & ſpeciebus. Aſparagi au-
tem & cappares iterum ſunt ei conuenientes ſuis temporibus, & ſecundum conſuetum
aſſumendi modum. ¶ De partibus a. animaliū euitentur pinguedines, medulla, cauda, ſi- *Partes animalium.*
militer & ventres, niſi in raro vſu. ¶ Cerebrū ēt vitandum eſt, niſi rariſſime cū multis aro-
B matibus cōditum, ſed cerebrum leporis cū proprietate, quam habet ad caput & neruos,
eſt ei valde laudabile. ¶ Similiter ſplen & renes, & neruoſæ animalium partes non pla-
cent. ¶ Epar autē & muſculoſæ partes penitus eligendæ ſunt. ¶ Aceti vſus propter nocu-
mentum, quod efficit in neruis, non placet mihi, ſed loco eius vtendum eſt agreſta, & ꝓ-
prie ſalita, ſucci aranciorum & proprie limonum addito ſale. Vinum autem granatorum
in pauco vſu eſt habendum. Et hæc in ſumma de cibis obſeruari debent.

Potus autem eius eſſe debet vinum rubicundum diaphanū, terreis partibus & va- *Potus.*
poroſis bene priuatum, aromaticum, ſapore laudabili, non valde dulce, ſed ponticitate
quadam, aut leui dulcedine participans. ¶ Et ſi quidem ſaltem a principio menſis Octo-
bris, vſque ad finem Februarii commiſceatur eidem hydromel tenue, erit eidem valde
C conueniens. ¶ Fumoſa autem vina omnino euitet, & proprie ieiuno ſtomacho, aut in
principio cibationis, ne penetratione multa, aut veloci intrent neruos, melius autem
eſſet ei, vt frangerentur aliqualiter vina cum aqua prę̨cocta, ſi non placeret ei hydro-
mel. ¶ Sed omnino credere debet, quod potus hydromellis excellentior eſſet ei,
quam vinum, & proprie facti ſecundum hunc modum. ℞. *aquæ electiſſimi fontis lib. 25.* *Hydromel.*
mellis electi lib. j. ß. cinamomi, macis, garyophil. granorum paradiſi, cymini, aniſi an. drachm. ß.
fiat omnium per ſe ſubtilis puluis, & ligetur in ſindone rara, fiat ergo decoctio vſq; ad conſumtionem
tertiæ partis diſpumando ſemper. Et bulliant cum eo prædictæ ſpecies: deinde colentur per pannum
ſpiſſum vel ſacculum. Sit ergo eidem potus huius compoſitus, ſimplex, aut ſaltem fiat eius
commixtio cum reliquis potibus, ſecundum tertiam vel quartam partem. Hoc in ſum-
D ma eſt regimen huius viri, per ſex res non naturales.

Particula tertia de electione inſtrumentorum medicinalium, & continet capit. nouem.

Cap. I. *De euacuationibus inſtituendis in determinatis temporibus anni, ſcil. vere & autumno.*

IAM quidem videtur reſtare prædictarum diſpoſitionum regimen per inſtru-
menta medicinalia. Erit igitur in hac materia per nouem capitula ſeu par-
tes procedendum. ¶ In primo namq; ponētur inſtrumenta euacuandi virū iſtū
in determinatis partibus anni, ſc. vere & autumno conuenientia. ¶ In ſecundo ponentur
inſtrumenta 12. malam complexionem cerebri frigid. & humid. naturalem corrigentia
virtutem eius & ſenſus, & motus omnes confortantia. ¶ In tertio quinq; ponentur in-
E ſtrumenta oppilationes omnium partiū cerebri & neruorū remouentia, & materias fri-
gidas a prę̨dictis membris educentia. ¶ In quarto conabor eligere medicamina experta
vertiginoſis a phlegmatica materia laborantibus ſimplicia vel compoſita. ¶ In quinto
eligam medicamina nonnulla relaxatis & mollificatis conuenientia, ſimplicia vel com-
poſita, quæ ad paralyſin a ſapientibus ſunt approbata, & quotidiana experientia verifica-
ta. ¶ Sexto tria ſingularia compoſita deſcribam, quæ ad ſtomachos cholericos electio-
ra ſunt, vt apparebit. ¶ In ſeptimo debilitati motiuæ virtutis & brachiorum & extre-
morum me opponam cum decem ſingularibus & compoſitis expertis medicaminibus.
¶ In octauo quinq; ponentur medicamina ad dolores crurum a ſapientibus hinc inde
collecta. ¶ In nono vero & vltimo ponentur canon. & inſtrumenta curationis defæda-
F tionis cutis, vel impetiginoſæ diſpoſitionis in cruribus & in manibus periodice euenien-
tium, & ſic terminabitur huius operis finis.

Pro expeditione vero primi cap. vir iſte adueniente fine menſis Februarii vno ma- *Pilula, tempore veris vſurpanda,*
ne accipiat iſtas pilulas. ℞. *pilularum de ſarcocolla maiori deſcriptione Meſuæ in antidotario*
ſcrup. ij. pilularum aurearum ſcrup. j. boni ponderis fiant pilulæ vij. cum hiera Galeni. Et poſt aſſum-

tionem earum dormiat per horam vnam, aut vnam cum dimidia. Deinde ſurgat paucis & lenis paſſibus raro ambulando pertranſeat, vſque ad horam quintam, tunc ergo accipiat cyathum vnum aquę hordei, ſacchar. calefactæ, & per horam poſt iſtam accipiat prandium ſuum. A *Potio digeſtiua.* Sequenti vero mane immediate accipiat hoc digeſtiuum calidum & continuet ipſum viij. vicibus. ℞. *ſyrupi de calamento compoſiti, ſyrupi de ſtœchade ana vnc. ß. aquæ ſaluiæ, aquæ roriſmarini ana vnc. j. aquæ abſinthii vnc. j. ß. miſce.*

Pilula. Nona die ſequenti accipiat hoc eradicatiuum. ℞. *pilularum fœtidarum ſcrup. ij. pilularum cochiarum drachm. mediam, reformentur pilulæ octo cum ſyrupo de ſtœchade, & capiantur hora & conditionibus de præcedenti minoratiuo dictis obſeruandis.* ¶ Attendendo etiam, *Alia.* quod ſi diebus, quibus aſſumunt digeſtiuum, venter eius non eſſet bene fluxibilis, tunc omni ſero, parum ante cœnam poteſt accipere vnam de infra ſcriptis pilulis. ℞. *pilularum alephanginarum deſcriptione Meſuæ ℈ ij. fiant vj.* B

Purgationes autumnales. Adueniente autem fine menſis Septembris vir iſte purgetur per hunc modum. ℞. *electuarii diacaſtorei deſcriptione Nicolai drachm. ij. hieræ Galen. drach. vj. accipiatur cum vnc. ij. aquæ ſaluiæ hora & conditionibus obſeruandis, quæ de minoratiuo tempore veris dicta ſunt.* *Potio. Digeſtiuum* ¶ Sequenti vero mane accipiat hoc digeſtiuum calidum, quod continuet octo diebus. ℞. *ſyrupi compoſiti acetoſi vnc. j. ſyrupi de eupatorio vnc. ß. aquæ fœniculi vnc. ij. aquæ cichoreæ vnc. j. ß. miſce & accipiatur ſecundum quod de prædicto digeſtiuo in vere ſcriptum eſt.* *Pilula.* ¶ Sumto vero digeſtiuo mane immediate ſequenti euacuetur cum hoc. ℞. *pilularum cochiarum, pilularum de ſarcocolla an. drachm. ß. reformentur pilulæ vij. cum hiera ſimplici, & obſeruentur poſt eas hora & canones de aliis ſolutiuis dictis.* ¶ Et memor ſit iterum, quod ſi tempore quo aſſumit digeſtiuum, venter eius eſſet ſtypticus, prouideatur eidem cum pilulis ſuperius poſitis, & eodem modo aſſumendis &c. C

Cap. II. *De regimine malæ complexionis cerebri, frigidæ & humidæ per inſtrumenta medicinalia.*

Medicamenta ſimplicia. Pro materia huius capit. ponenda ſunt vii. ſimplicia & quatuor compoſita, quę ſua caliditate & ſiccitate malam complexionem prædictam corrigũt, & proprie per operationem & virtutem tertiam in cerebro efficiunt. ¶ Primum quidem *Xyloaloe quid.* ſimplex eſt xyloaloe, quod eſt calidum & ſiccum in quarto, ſecundum Auic. licet alii dixerint audacius ipſum eſſe calidum & ſiccum in tertio. Eſt a. xyloaloe radix arboris, q̃ recẽs ab eo colligitur & ſepelit' in terra, vſq; quo cortex exterior putrefiat & ab eo excoriet', & tunc obſeruatur ita vt exſiccet', & licet habeat plures ſpecies ſecundũ diuerſitatẽ locorũ, a quibus colligit', melius tamẽ eſt xyloaloe Indum, q, põderoſum eſt, vario colore coloratum ſub citrino refracto ab opaco, quod proiectum in aquam, ſtatim ſubmergitur in profundũ. Cuius vſus apud me eſt faciendo pilulas ex puluere ipſius cum aqua maioranæ, de quibus tres tranſglutiantur hora introitus lecti, aut ſaltem ex puluere ipſius ſuffumigetur caput ipſius & infulæ, quæ portantur. D *Spicanardi.* ¶ Secundum vero ſimplex eſt ſpica neridem vel nardus, nominata a loco vbi colligitur, & eſt calida in primo, & ſicca in ſecundo, apertiua & reſolutiua, prohibet reumatiſmos, & confortat cerebrum, vt *ſecundo canon. ſuo cap.* colligendum. ¶ Tertium ſimplex principale correctiuum lapſus prædicti, E *Staphyſagria.* & proprie expurgando caput, & attrahendo ab eo materias, eſt ſtaphyſagria, & eſt ſemen plantæ nominatum vua lupina, calidum & ſiccum in tertio, cuius ſemen ſi maſticetur, attrahit a cerebro materias per colatorium & nares. *Stœchas.* ¶ Quartum ſimplex eſt ſtœchas, planta quidem calida in primo, ſicca in ſecundo, quæ reſoluit & ſubtiliat amaritudine ſua, & aperit oppilationes ægritudinũ frigidarum in neruis, quare oportet, vt aſſidue vtatur eo, qui debiles habet neruos, & qui ex frigiditate in ipſo patitur, vt *ſecundo canon. 1. cap.* colligendum in areola iuncturarum. *Ruta.* ¶ Quintum ſimplex eſt ruta, ſcil. domeſtica, quæ calida eſt & ſicca in ſecundo, dũ fuerit recens, & calida & ſicca in tertio, ſi fuerit exſiccata, & eſt inciſiua, reſolutiua, carminatiua valde & mundificatiua venarũ, & confert paralyſi, torturæ, iſchiaticis & doloribus iuncturarum, bibita, modo emplaſtri F ſuperpoſita, & cum melle contrita. *Acorus.* ¶ Sextũ ſimplex eſt acorus, planta gladiolus nominata, cuius radice vtimur, calida quidẽ eſt & ſicca in ſecũdo, vſq; ad mediũ ei', aperitiua, inciſiua, vẽtoſitatis & inflationũ reſolutiua, neruorũ & iuncturarũ confortatiua, quę tantæ excellentiæ ab auctoribus ponitur, quod radice eius, electuario de ipſa exſiccata facto,

confidunt

A confiduntauctores correctionem cuiuſcunq; malæ diſpoſitionis frigidæ neruorum & iuncturarum,& proprie,ſi frequẽs fuerit eius vſus. ¶ Septimũ ſimplex eſt ambra, de qua nonleues fabulæ in medicina dicuntur, quidam enim dicunt eſſe ſpumam maris calore ſolis & aſtrorum terminatã & induratã, nonnulli eſſe ſperma ceti, eſt piſcis maior, quam vnquam natura produxit. Effunditur ergo ab animali illo ſemen ſuum, quod in aqua congelatum tandem caliditate continentis induratur. Alii eſſe ſtercus animalis marini. Verior tamen ſententia, quæ ab illuſtribus de ea reperitur eſt, quod ſit humiditas craſſa, pinguis & viſcoſa a fontibus in mari exſiſtentibus emiſſa, quę tandem caliditate continetur, & caliditate ſalſedinis maris congelatur. Hæc ergo a ventis vndas maris agitantibus propellitur ad ripas, & ab incolis colligit ſubſtãtia quidẽ denſa, velut cera, colore vero gypſea, odore aromatica delectabili, ſapore aliquantulũ acuta perceptibilis, calida tamẽ quidem & ſicca in ſecundo, habet calorẽ ſubtilẽ, quo cerebrũ confortat & ſenſus omnes interiores vel exteriores. Et ꝓprie, quãdo ex ea cum aqua auriculę muris decocta frequẽs facta fuerit collutio oris, aut in pilulas redacta hora ſomni deglutiẽdo ex eis duas vel tres, & eſt medicina illa, de qua auctores diuerſa compoſita ſcripſerunt caput vigorantia, vt in poſterum videbitur. ¶ Octauũ ſimplex eſt caſtoreũ, quod in rei veritate non eſt aliud, quã teſticuli biffali marini, vel gazelli marini, ſeu caſtoris, ꝙ quidẽ calidũ eſt in fine 3. vſq; ad principiũ 4. & ſiccũ in ſecũdo, ꝙ quidẽ cõfert mirabiliter neruos calefaciẽdo, & cõfert tremori & ſpaſmo humido, alcuſen humido, ſtupori & paralyſi, obliuioni & lithargiæ, & eſt ſubtiliatiuũ, & fortius omni alia re, quæ calefacit & exſiccat. Lege *2. canõ. in areolis de natura & de iuncturis, & de membris capit.* & videbis eius laudes, quare de eo taliter ęgrotãtes ſæpe conſulo deglutire pilulã 1. hora dormitionis, & eſt mirabilis iuuamẽti.

Ambra. — B — *Caſtoreum.* — C

De compoſitis autẽ quatuor inueniuntur inter reliqua ꝓbatiſſime laudata. ¶ Quorũ primũ eſt electuarium diãbrę deſcriptũ ab Auic. *5. can. ſumma prima.* Aut velis accipere illud, quod Meſue ſcribit *in antidotario diſtinctione prima.* ¶ Secundum vero cõpoſitũ eſt electuarium de moſcho dulce, & quod valet vt prædicta. ¶ Tertium vero eſt electuariũ Indum. ¶ Quartum principale eſt electuarium mithridatium. Cuius vſus eſſe debet poſt euacuationes in ſeptimana accipiendo ex eo aur. j. aut ʒ j. ß. cum ℥ ii. aq. roriſmarini calefactæ. ¶ Aliorum vero præcedentium medicaminum vſus eſt faciẽdo ex eis cum ſaccharo ſolidas confectiones, aut electuaria cum melle diſpumato, & aſſumi poſſunt ex eis ʒ ij. aut ʒ iij. in aurora: Et per duas horas ante cœnam, & apud dormitionẽ. Et omnia hæc electuaria mirabile iuuamentum in cerebro ſigillant, quæ tu altius conſidera.

Medicamenta cõpoſita. *Electuar. diambra.* *Elect. de moſcho dulce.* *El. Indum.* *Mithridatium.* — D

Cap. III. *De regimine malæ compoſitionis, vel oppilationis cerebri per medicamina ipſum exoppilantia.*

Mala vero cerebri compoſitio vel oppilatio, vt in tertio cap. principali viſum fuit, remoueri poterit per ea, quæ exoppilãt cerebrum & vias prędictas, attrahendo materias ab eis, quæ tamen ſecurius adminiſtrantur præmiſſis euacuationib. vniuerſalib. de quibus in primo ca. huius tertii principalis viſum eſt. Ponentur etiam pro huius ca. complemento tria ſimplicia, quę aperiunt prædictas oppilationes. ¶ Et primum quidem horum & ſecurum eſt maſticatio agarici mane E facta, quæ potens eſt in attrahendo materias phlegmaticas & melancholicas a capite, & proprie, ſi pluribus diebus fiat. ¶ Secundum vero principale ſimplex eſt capurpurgium factum ex ſucco arthanitæ, & altera æquali portione hydromellis, qui attrahitur leuiter per vtramque narem alternatim temporis interpolatione aliquanta facta, ore etiam prius exſiſtente pleno aqua calida. ¶ Tertium vero principale eſt gargariſma, factum cũ aqua calida decoctionis maioranæ, quæ ſimiliter aperit, vt dictum eſt.

Primum vero & proprie de compoſitis eſt electuarium, quod ſelite denominat Auic. *quinto can. ſumma prima,* Haly Abbas vero *5. practic. ſexto ca.* vocat ipſum ſelfe. ¶ Secundum compoſitum eſt electuarium ſotyra nominatum, quod exponitur ſaluatrix, & merito, quia ſanat ab omnibus fere ægritudinibus cerebri materialibus frigidis. Cuius eleF ctuarii, ſicut præcedentis, vſus eſſe debet, veſperi hora introitus lecti, accipiatur ex eo ʒ j. deglutita cum vnc. ij. aquæ ſublimationis maioranæ calefactæ. Et ſimiliter de eiſdẽ accipi debet mane in aurora, vt dictum eſt. Et ſunt tam excellentis virtutis, quod eorum vſus ſanet omnes prædicti cerebri diſpoſitiones tam materiales complexionales, quam oppilatiuas. Hæc de cap. tertio

Cap. IV. *De inſtrumentis curationis vertiginis.* A

Canones obſeruandi circa curam vertiginis.

IN hoc cap. intendo ponere nouem medicamina appropriata ad vertignem materia-
lem, proprie frigidam & ventoſam vel vaporoſam. ¶ Præmittendo primo quoſdam
canon. obſeruari dignos, quorum primus eſt, quod euacuationibus vniuerſalibus pre-
1. miſſis non prætermittatur, quin fiat phlebotomia venarum poſt aures, ipſa enim eſt o-
ptima in curatione omnium ſpecierum vertiginis materialis, *prima tertii, tractatu quinto,*
2. *cap. primo.* ¶ Secundus canon, quod frequens appoſitio ventoſarum ſuper ſummitatem
capitis, abſque ſcarificatione optima ſit in cura prædictæ vertiginis, & proprie, quando
3. eſt ventoſa magis vel vaporoſa. ¶ Tertius canon, quod in diuturna vertigine ſummum
remedium ſit applicatio cauterii potentialis ſuper locum coniunctionis commiſſuræ ſa-
gittalis cum coronali. Per tale enim cauterium longo tempore vigilans materias con- B
ſumunt omnes in cerebro fixas, & de nouo adducentes materias non permittit fieri fi-
xas & vapores & ventoſitates exhalare facit notabiliter.

Quinq; ſimplicia pro vertigine.

His præmiſſis ponuntur quinq; ſimplicia. ¶ Primum eſt lignum balſami condi-
tum, mirabile in hac diſpoſitione; ſi de eo ſæpe accipiat æger cochlear medium deglu-
1. tiendo ipſum mane & ſero, & tardando cibum horis ad minus tribus. ¶ Secundum vſus
2. mirobalanorum, chebularum cum optima maſticatione deglutitarum, vt melius euapo-
3. rent ad caput, & horis prædictis aſſumi debent. ¶ Tertium ſimplex eſt frequens odoratio
ſeminum aniſi calefactorum & euaporatio facta cum eis calefactis in tegula circum ap-
plicata capiti in ſacculis in prædicta vertigine mirabiliter confert. Euaporatio enim
eius & odor ipſius naribus attractus ſedat ſodam & vertiginem ſc. frigidas. Eſt enim ca- C
4. lidum & ſiccum in tertio gradu, teſtimonio Galeni, & Dioſcoridis. ¶ Quartum ſimplex
quod in talibus ſpeciebus vertiginis confert, eſt vſus coriandri poſt cibum aſſumti cum
ſaccharo conditi, & proprie cum fuerit præparatum & infuſum in aceto decoctionis
maioranæ. Scripſit enim de ea Auicenn. *ſecundo canon. in areola membrorum capitis,* quod
conferat vertigini factæ a vapore phlegmatico vel cholerico, & epilepſiæ factæ ex hoc,
5. & eius proprietas eſt prohibere vapores ad caput. ¶ Quintum ſimplex eſt caputpurgi-
um factum ex ſucco cucumeris aſinini. Ego enim ſoleo ipſum adminiſtrare cum aqua
mellita decoctionis maioranæ, quæ omnia mixta inuicem attrahantur per nares ore pri-
us pleno aqua, vt ſupra, & proprie deſcribendo ſic. ℞. *ſucci cucumeris aſinini* ℥ j. *hydromel-*
lis facti cum aqua decoctionis maioranæ ℥ ij. *miſce & attrahatur vt prius.* D

Compoſita.

De compoſitis primum medicamen eſt confectio anacardina, de qua ʒ j. pluribus
1. continuatis diebus aſſumatur in aurora cum vnc. j. ß. aquæ ſublimationis maioranæ: &
tardetur poſt eam cibus horis quatuor.

Electuariũ.

2. Secundum eſt hiera Hermetis, & proprie quæ ponitur ab Auic. *22. tertii, in cap. de cura*
iſchiadis, ſecundum hunc modum. ℞. *chamedrios, gentianæ an.* ℥ *ix. ariſtologiæ ro.* ℥ *ij. ſem.*
rutæ lib. j. *terantur omnia per ſe, & cribellentur, & cum x. lib. mellis diſpumati, & conuenienter co-*
cti fiat electuarium, hoc enim electuarium multum iuuit operationes meas in omnibus diſ
poſitionibus frigidis ſtomachi, cerebri & neruorum, quando ex eo cum cochleari de-
3. glutito ʒ ij. in mane do; poſtea tardetur cibus horis quatuor. ¶ Tertium medicamen
de compoſitis eſt electuarium de ambra magnum, cuius vſus omnem malã cerebri diſ- E
poſitionem frigidam & oppilatiuam abſcindit. Et ſi proprie ex eo cum itur cubitum, de-
tur ʒ j. deglutiendo, & tantundem ex ea in mane omni alterna vel tertia die. ¶ Et nota,
quod in compoſitione ipſius ſoleo quandoq; doſin hyoſciami & opii inuentam in com-
poſitione ſua, vſq; ad medietatem diminuere, timeo enim illorum ſtupefactionem au-
dacem, & proprie in hominibus cerebrum a generatione vel tempore debile habenti-
bus. ¶ Adhuc etiam attende, quod propter penuriam olei de balſamo fui contentus
in deſcriptione illa loco magnæ doſis balſami accipere drach. j. balſami cum iij. drachm.
terebintinæ, ſic enim a ſapientibus præcipitur in permutationibus medicinarum ob-
ſeruandum eſſe. ¶ Amplius memorandum eſt, quod electuarium iſtud, & reliqua an-
tidota magnarum deſcriptionũ non debeant exhiberi, nec in vſu haberi, niſi poſt ipſo- F
rum fermentationem. Et hoc eſt, quod voluerunt intelligere ſapientes pleriq;, de conſi-
milibus medicinis ſcribentes: non detur, niſi poſt ſex menſes, &c.

Cap. V. *De electione inſtrumentorũ conuenientium mollificatis & paralyticis membris &c.*

MVLTA hincinde apud ſcriptores inueniũtur annotata medicamina, quæ relaxata
& molli-

A & mollificata membra corporis reſtaurare dicuntur. Ego ſolummodo tangam remedia mihi quotidiana experientia vtilia & vera comprobata. ¶ Et primum quidem ex his eſt frequens inunctio membrorum eneruatorum & confricatorum cum calefacto oleo de pyrethro facto, ſecundum artem collectam a Meſue *in antidotario in cap. de oleis*, membra enim illa fortificat & ſanat a relaxatione, & adhuc notabiliter fixa. Et colligitur ex ſententia Galen. *libr. 8. ſimpl. in proprio capit.* dum inquit, quod oleum de pyrethro torpidos & paralyticos iuuat, & per torpidos tu intellige ſtuporem habentes: eo, quod ſtupor & torpor nomina ſynonyma ſunt. Secundum vero compoſitum eſt. ℞. *piperis, coſti, ſandaracæ, baccarum lauri an.* ʒ j. *olei amygdalarum dulcium vnc. iiij. coquantur inſimul vſque ad conſumtionem medietatis, & de hoc calido inungatur ſpina tota.* ¶ Tertium compoſitum & adhuc efficacius illis eſt hoc. ℞. *vnguenti marciati deſcriptione Nicolai vnc. ij. olei de croco vnc. j. ß. de cinnamomo facti ſecundum artem vnc. j. diſſoluantur & incorporentur inſimul: & ex eo fiat inunctio totius ſpinæ & membrorum relaxatorum.* ¶ Quartum compoſitum eſt de expertis meis, & longo tempore continuetur ſaltem diebus 15. aſſumtio ʒ j. mithridatii electi cum ℥ j. aq. roriſmarini. Hoc enim electuarium releuauit multos paralyticos, vt patuit in honorabili viro Burgeſio notario, qui adhuc eſt in viuis. *Inunctio ſpinæ.* *Alia.*

B Ex ſimplicibus autem primum eſt, quod aqua thermarum homines relaxatos ad ſanitatem reducit, & proprie poſt euacuationem & poſt adminiſtrationem conuenientem ſex rerum non naturalium. Intellige tamen per aquam thermarum, aquam naturalium balneorum actu, & potentia calidorũ, quæ ſunt aquæ ſulphureæ, æneæ, cineritiæ, calciæ, attramentinæ, & cõſimiles, & mixtę ex eis. ¶ Secundũ ex ſimplicib. medicinale & cibale ſimul eſt frequẽs comeſtio columborũ ſylueſtrium. Cõfortant enim relaxationem membrorum & tremori totius corporis, trahentibus poſt ſe crura & pedes, & habentib. priuationem ſenſus & motus, & interfectionẽ loquelę mirum in modum opitulantur, vt ſcripſit Auenzoar *theiſir lib. & cap. 1.* ¶ Tertium ſimplex eſt, q patientes ſæpe accipiant ʒ. ß. pulueris ſem. abrotani cum ℥ ij. hydromellis calefacti inſimul in aurora, & tardet cibũ 3. horis. Et eſt de expertis *in aggregatore cap. de abrotano.* ¶ Quartum ſimplex eſt, quod patientes ſæpe faciant caputpurgium ex nigella, quæ ſteterit infuſa per duas horas in aceto, & inſuffletur in nares, mundificat enim cerebrum, & prohibet raptum materierum ad neruos.

C

D CAP. VI. *De inſtrumentis appropriatis ad ſcotomiam.*

EX his, quæ in tribus præcedentibus capit. ſcripta ſunt, apparere poteſt, q omnia remedia in ipſis poſita, quę a capite materias euacuant & exſiccant eas, & conſumunt ventoſitates & vapores in cerebro inuentas, vtilia ſint in cura cuiuſq; ſcotomiæ. Tria enim compoſita ponentur hic, quæ experta ſunt, & iuuamento mirabili approbata. ¶ Primum eſt hiera Archigenis, & proprie illa, quæ ſcribitur ab Auicc. *5. canon. ſumma prima, tractatu 2. capit. 7.* Ipſa enim confert ad vertiginem, ad epilepſiam, & ad inceptionem ægritudinum viſus omnium. Et proprie ſi ex ea omni ſeptimana exhibeantur aur. iij. vel ʒ iij. ß. cum decoctione granorum fœniculi facta. ¶ Secundum vero compoſitum & ſublimius primo eſt theodoricon, i. medicamen a Deo datum, collectũ

E ibidem deſcriptione 9. & datum ſecundum eundem modum. ¶ Tertium compoſitum eſt hoc locale. ℞. *liquoris, qui emanat ab epate hirci, dum aſſatur in veru* ℥ j. *tutiæ præparatæ* ʒ. j. *licii, ſarcocollæ nutritæ in aq. an.* ℈ j. *miſceantur inuicem, & teneantur ſub radiis ſolis,* & de hoc collyrio vna gutta in quemlibet oculum, quatuor vel ſex vicibus actu frigido imponatur. Et quieſcat æger ſuper ſpina decumbens in aere tenebroſo, & oculis clauſis ſaltem per octauam partem horæ. *Collyrium.*

CAP. VII. *De inſtrumentis appropriatis ad debilitatem pedum & brachiorum.*

NON minus videt' vtile in hoc capit. conſcribere medicamina quædam, quæ vtilia ſunt ad debilitatem in brachiis & pedibus magnis remanentem. Preter plurima autem & vtilia & proprie ea, quæ ſcripta ſunt hoc cap. præcedenti ponuntur hic *Simplicia ad debilitatem brachiorum & pedum.*

F quatuor ſimplicia, & tria compoſita, quæ vtilia ſunt ad debilitatem prædictam. ¶ Et primum quidem de expertis meis eſt, quod accipiatur ſuccus vehuen, in quem infundantur panni aut lamina de ſpongiis, & eſt melius, & calidus actu conuenienti adhærentia circumligetur prædictis membris. Eſt enim hæc planta calida in tertio & ſicca in ſecundo. Et ſi bene perlegeris, eſt illa planta, quam Italorum nonnulli nominant ma- *1.*

tticariam. Alii vero morellam, & nonnulli matricalem, de qua lege Hiſtoriam mulie- A
ris Arabicę, habitam a principe illo verificatore medicinarum ſimplicium Simone Ia-
2. nuenſe. Secundum vero ſimplex ad hoc vtile eſt, vt ſæpe membra prædicta lauentur &
conuenienter fricentur cum calida aqua cineris bene acuta, quam Itali lixiuium vocant.
3. ¶ Tertium vero ſimplex & principale inter iſta eſt, vt ex oleo antiquo oliuarum ſæpe
4. membra confricentur actu calido, & quanto vetuſtius erit, tanto melius. Quartum vero ſimplex eſt iterum de expertis mihi, vt patientes ſæpe deglutiant pilulam vnam, factam ex caſtoreo pingui & proprie hora introitus lecti, faciendo ex vna drachma caſtorei pilulas ſeptem.

Compoſita. De compoſitis vero primum eſt, vt membra debilitata ſæpe embrocentur ex hac
1. Lotio. decoctione. ℞. *raditum artetica, bryoniæ, peucedani, biſtortæ filipendulæ, gentianæ, ſtæchados an.* M.iij. *coquantur in magna quantitate lixiuii capitalis, in quo calido totum corpus, aut ſaltem brachia & pedes ſæpe infundantur, aut ex eo ſuperfuſo embrocentur.* B

2. Secundum vero compoſitum eſt, vt membra ſæpe illinantur, & confricentur ex
Lotio. hoc compoſito. ℞. *caſtorei drach. ij. gallarum cupreſſi lib. ß. terantur ſimul cum lib. 20. vltimæ aquæ capitelli, & cum eo ſæpe confricentur membra*, vt dictum eſt. ¶ Tertium vero compoſi-
3. Frictio. tum conuenienter exſiccatiuum & confortatiuum neruorum eſt hoc. ℞. *ſucci mentaſtri lib. ij. ſtæchados, chamedros, centaureæ minorum an.* ℥ j. ß. *pulueris pæoniæ & hermodactylorum an.* ℥. iij. *terantur in mortario longa contritione, & ex eo actu calido ſæpe fricentur.*

Cap. VIII. *De inſtrumentis conferentibus ad dolores crurum.*

IN hoc cap. non intendo ad dolores crurum, prout hoc completo termino inclu- C
duntur dolores in iuncturis coxarum vel pedum, ſed reſpicio ad dolores in carnoſis vel muſculoſis partibus crurum vel tibiarum euenientes, qui proueniunt a mala complexione fiente in partibus prædictis, quæ poteſt ibi conſeruari propter præſentiam materierum, quæ in venis maioribus & minoribus prædictarum partium immerſæ & coarctatæ remanent. ¶ Et poſſunt hæ materiæ ſpecie caliditatis extraneæ alterari ſine putredine & cum putredine, & erunt doloris cauſſa effectiua in prædictis locis alterando. ¶ Et ſi fuerint quantitatis notabiliter auctæ, tunc patet, quod extendendo faciet ſpeciem ſolutæ continuitatis, & ſic erunt duæ cauſſæ doloris vehementer alteran-
Tria inſtrumenta curationis. do, & continuum ſoluendo. ¶ Ex quibus apparet, quod oporteat intendere ad alteratio- D
nem & corruptionem illius malæ complexionis & conſumtionem materierum ibidem
1. immerſarum, propter quod hic ponentur tria inſtrumenta curationis. ¶ Primum itaq; iſtorum eſt, vt ſi materia appareret notabilis quantitatis & ſupercutaneæ magis, poſt pręmiſſas euacuationes in domeſticis vel poſterioribus partibus carnoſitatis tibiarũ vel co-
Tempus apponendi ventoſas. xarum apponantur ventoſę cum ſcarificatione per tres ſeptimanas pro qualibet ipſarum ſemel in hora augmenti luminis lunæ, taliter enim poni debent ventoſæ, teſte Auicc. 4.
2. Emplaſtrũ. *primi cap.* 21. ¶ Secundum inſtrumentum, vt ſi apparuerint ſigna caliditatis in membro, tunc emplaſtretur ipſum cum hoc compoſito. ℞. *ſucci vermicularis maioris & minoris an.* ℔ ß. & ipſa quidem eſt ſemperuiua duplex, *farinæ hordei* ℥ ij. *farinæ fabarum* ℥ iij. *albumina ouorum duorum, gallarum cupreſſi, gallarum perforatarum an.* ℥ ij. *menthæ recentis, vel portulacæ loco ipſius* ℥ iij. *ſpodii, roſarum, gummi Arabici, dragaganti, torrefactorum, hypocyſtidos an.* ℥ j. ß. *fiat emplaſtrum ſuper omnibus calidis, vſq; ad bonam ſpiſſitudinem ſemper agitando cum ſpatula, iterum vehementi contritione conteratur in mortario.* Eo igitur emplaſtretur membrum bis in die, & eſt E
3. Aliud. efficax multum. ¶ Tertium vero compoſitum adhuc vtile, & proprie cum ſignis frigiditatis eſt hoc. ℞. *abſinthii, eupatorii an.* M. iiij. *rutæ recentis* M. ij. *chamomillæ, meliloti an.* ℥ j. ß. *farinæ hordei* ℥ iij. *vitellos oui numero ij. croci* ℥ j. *fiat omnium emplaſtrum cum decoctione plantarum minutiſſimæ contritionis, & ex eo emplaſtretur membrum.*

Cap. IX. *De remotione defœdationis cutis in manibus & pedibus huius viri periodice euenientis.*

PRÆMITTENDVM primo pro intellectu huius capituli, quod ſi hæc cutis in- F
fectiua diſpoſitio prouenerit per modum criſis, nullo modo ſit cohibenda, imo mandantia membra vigoranda & viæ præparandæ ad expulſionem talium materierum. Cum autem contigerit membra præmundificata fuiſſe, tunc procedatur ad reſolutionem & conſumtionem talium materierum.

Et quia

A Et quia materiæ tales non euacuantur acuitate per modum ſalſedinis, aut per modum adustionis vel per modum permixtionis cholericatum materierum cum aquoſa materia: ideo remedia localia debent eſſe compoſita ex his, quæ refrangunt acuitatem, reſoluunt & conſumunt materias cum tali acuitate aſſociatas. Pro quibus duo ponentur compoſita. ¶ Primum eſt hoc, & proprie adminiſtrandum cum ſignis caliditatis intenſe. ℞. *ſucci foliorum enulæ, vel radicis eius ℥ iiij. ſuccirof. ℥ vj. amyli ℥ iiij. vitellos oui numero ij. plūbi vſti ℥ iij. ceruſſæ, lythargirii ſpumificati ana ℥ j. thuris, ſarcocollæ ana ʒ j. olei omphacini ℥ ij. terantur omnia ſimul in mortario plumbeo ſubtiliſſima contritione: & fiat linimentum, quo totum membrum diligenter circumtegatur.* ¶ Secundū compoſitū & proprie cum ſignis frigiditatis eſt hoc. ℞. *olei de granis frumenti, olei de iunipero an. ℥ ij. thuris, ſarcocollæ, ſandaracæ, ſerapini aa. ʒ j ß.* Linimentū. Aliud.

B *plūbi vſti ℥ iiij. albumina ouorū duorū, croci ℈ j. terātur omnia ſimul in mortario prius bene piſta vſquequo acquirāt conuenientē glutinoſitatē: tunc ergo ex eo liniatur membrū tepido vel calido actu, & ſanabitur interueniente omnipotētis miſericordia ampliſſima.* Et hæc ſunt, quæ in ſumma in curatione diſpoſitionis huius viri nobilis colligere potui. Omnia autem ea clementia ſaluatoris in vtilitatem eius erigere dignetur ad laudem eius ſempiternam. Amen.

CONSILIVM XXIII. *De mala complexione frigida & humida cerebri a phlegmate mucillaginoſo cum communitate ſtomachi & epatis. Diuiditur autem conſilium in tria capita.*

CAP. I. *Diſpoſitionem ipſam & cauſſas eius & ſigna inueſtigat.*

DISPOSITIO literatiſſimi adoleſcentis Antonii de Riſi de Ianua eſt mala complexio frigida & humida cerebri; non a generatione, ſed a tempore contracta:

C quoniā argumento ſumpto a rubicunditate faciei; notabili carnoſitate, venarū amplitudine & earum repletione videtur naturalem complexionem cerebri eius ad caliditatem fuiſſe naturaliter inclinatam. Fuit autem in eo multiplicata materia phlegmatica per modum euaporationis a ſtomacho eius, qui ſatis humidus eſt. Vapores igitur illi in cerebro ſucceſſiue multiplicati cōuerſi fuerūt in phlegma mucillaginoſum ſatis, & ab hoc phlegmate generata fuit in cerebro accidentalis complexio frigida & humida, quæ præternaturalis eſt; licet eius naturalis diſpoſitio totius & cerebri calida & humida fuerit a generatione. ¶ Multum autem ad hanc diſpoſitionem acquirendam adiuuit caliditas epatis eius notabiliter intenſa, quę multiplicat choleram, & ipſa eadem cholera vaporibus prædictis & phlegmati commixta reddit maioris actiuitatis, quam

D per ſe forent: quoniam materia cholerica phlegma reddit fluxibile magis, ſubtiliat & penetrare facit ipſum in rimoſitates & profundas partes cerebri, in quas per ſe penetrare non poſſet. Quouſque igitur hoc phlegma remanebit mucillaginoſum, hæc diſpoſitio tranſibit ſecundum hunc modum. Si autem phlegmati tali ſuperadderetur multitudo aquoſi phlegmatis, cui commiſceretur cholerica materia, de facili generaretur in eo phlegma ſalſum, quod eſſet in eo ſuſpectum magis, ne decidendo inferius, pectus, ſtomachum aut alia membra excoriando vel vlcerando læderet. ¶ Quod autem in hoc viro tale phlegma mucillaginoſum abundet, ex multis deducitur. Primo ab exeuntibus; quoniam materia, quæ a palato decidit & naſo, viſcoſa eſt notabiliter. ¶ Et iterum vrinæ eius colore ſuo ad palliditatem tendunt cum leui citrinitate a prædicta cholera prouení-

E ente. ¶ Et adhuc contentum in vrinis eius apparens in fundo reſidet velut mucillaginoſum in pluribus vel quaſi ſemper. ¶ Similiter hoc videri poteſt, quia pulſus eius ad lenitatem tendit, quod eſt ſignum humidi lapſus complexionalis. Totum etiam corpus, cutis capitis & adiacentium partium tactu percipitur mollis. ¶ Et plura alia ſigna his adiungere potuiſſem, ſicut de longitudine & profunditate ſomni, de frigiditate capitis, & ſic de aliis. Vnde ex his omnibus recolligendo conſideranti apparere poteſt; quod hæc diſpoſitio ſit ſatis difficilis; eo, quia ipſa eſt lapſus ad contrarium complexioni, ætati, regioni, tempori, anno: & ſic de aliis. Vnde ad ipſius curationem accelerandum eſt per hunc modum, diſcurrendo per regimen rerum non naturalium; & deinde tangetur regimen per medicinalia conueniens.

F CAP. II. *De diæta.*

PRO expediendo igitur primum præmittēndum. Primo, quod omnium rerum non naturalium inclinatio fieri debeat ad calida & ſicca, eo, quia talia aduerſantur duabus qualitatibus phlegmatis, quibus nocet ei: nec propter ſiccitatem & caliditatem multiplicari & inflammari poteſt cholerica materia, quoniam lapſus ab ea proueniens eſt naturalis, qui conſeruatione indiget per ſua ſimilia. Q 4

Aer. ¶Eligatur igitur aer calidus & ſiccus notabilis gradus, ſicut imaginamur aerem effectiue calidum & ſiccum, vſque ad finem ſecundi gradus. A
Cibus. ¶Similiter etiam idem & de cibis
intelligi debet. Cibaria enim eius ſint effectiue calida & ſicca in ſecundo. Propter quod
euitari debent frigida & humida notabiliter, vt lac, piſces, beta, ſpinachia, portulaca, a-
Potus. triplex, violæ, malua, cucumeres, cucurbita, anguria, melo: ſaltem in multo vſu. ¶Et vi-
num eligatur mediocre ad leuem ponticitatem tendens; nequaquam vero dulce. ¶Et
Somnus. omnino euitetur potus aquæ, & quocunque modo aſſumtionis. ¶Et adhuc tertio effu-
giat, quantum poteſt, dormitionem longam & profundam, immo melius eſt ei breui-
bus & interruptis dormitionibus agere, quam longis & profundis inſiſtere. ¶Similiter
Ocium. & quarto ocium prolixum euitare debet: immo exercitium paſſim tactum prolixo tem-
pore in ieiuno velut eſſet per arenam incedere potens, & ſcalas diu & frequenter aſcen- B
Repletio & inanitio. dere, & veloci paſſu incedere. De quinta vero re non naturali in accipiendo cibum
ita procedat, quod ſemper in quantitate eius parcus exiſtat, ita vt a menſa recedat cum
aliquali appetitu conſeruato magis, quam cum completa ſaturitate procedendo. ¶Et
propter hoc etiam omnia animi accidentia timoroſum, ſollicitum & anguſtioſum effi-
cientia ipſum euitare debet. Hæc de regimine per res non naturales.

Cap. III. *De cura per medicinalia.*

Decem remedia. VT autem regimen eius per medicinalia congruum aſſignetur, decem re-
mediis eidem prouidendum eſſe decreui. ¶Quorum primum eſt vſus iſta-
1. rum pilularum, de quibus omni menſe bis accipiat ʒj. in aurora: & non C
dormiat ſuper eas vltra horam vnam: & poſt quintam horam ab aſſumtio-
ne earum bibat cyathum vnum aquæ hordei calidæ cum ſaccharo, & poſt
Pilulæ. per horam vnam prandeat. Quarum deſcriptio. ℞. *pilularum aurearum, pilularum cochia-*
2. *rum & de ſarcocolla ana* ℈j. *reformentur pilulæ vij. cum electuario ſucci roſ.* ¶Secundum reme-
dium eſt, vt diebus intermediis ter vel quater accipiat hoc clyſtere gratia diuerſionis a
Clyſter. capite. ℞. *decoctionis factæ ex furfuribus, beta, malua, ſtœchade & arthanita* ℔j. *olei violarum &*
de aneto ana ℥ij. *ſalis gemmæ* ℈iiij. *hieræ ſimplic.* ℥ß. *diacaſtorei* ʒiij. *ſacchari* ℥j. *miſce totum: & fi-*
3. *at clyſtere mane per horam poſt ortum ſolis.* ¶Tertium principale inſtrumentum eſt, vt ſem-
per antequam aſſumat pilulas ſupraſcriptas, hora eadem accipiat de iſtis aquis ter vel
Potio. quater ante eas. ℞. *aquæ betonicæ, aquæ hypericonis & maioranæ ana* ℥jß. *calefiant cum modico* D
4. *ſacchari. Et poſt eas tardetur cibus horis quatuor,* &c. ¶Quartum, vt in ſero quando vadit cu-
Puluis capiti inſpergendus. bitum ſuper commiſſura ſagittali ſpargat gr. v. huius pulueris inter capillos. ℞. *betonicæ,*
pulegii, origani, calamenti, ſtœchados puluerizatorum, ana ℈j. *macis, ligni aloes ana* ℈jß. *maioranæ,*
5. *garyophillorum ana* ℈ij. *fiat omnium per ſe puluis & commiſceatur.* ¶Quintum, vt ſaltem bis in
Electuarium. ſeptimana quando vadit cubitum accipiat ʒj. huius electuarii. ℞. *ſpecierum diatrionpipe-*
reon, ſpecierum pliriſarcoticon ana ʒj. *mithridatii* ʒiij. *ſyrup. de ſtœchad.* ℥j. *cum modico ſacchari, fi-*
6. *at electuarium & bibat ipſum cum* ℥j. *aquæ maioranæ.* ¶Sextum eſt, vt diebus intermediis,
quibus aſſumit prædictum electuarium, bis inungat ſibi interiora naſi cum modico ele-
7. ctuarii diacaſtorei deſcriptione Nicolai, &c. ¶Septimum, vt portet in manu puluerem
Puluis odoratus. iſtum in ſindone ligatum, quem frequentiſſime odoret: cuius deſcriptio. ℞. *garyophillorũ,* E
ligni aloes ana ʒj. *macis, maioranæ ana* ʒij. *folii rutæ, ſtœchados, nucis muſcatæ ana* ℈iij. *ambræ, mu-*
8. *ſci ana gr. iij. puluerizentur omnia per ſe & commiſceantur.* ¶Octauum, vt ſaltem in ſeptimana
Lotura capitis. ſemel in mediis tertiis caput ſuum lauet cum hac decoctione. ℞. *radicis arthanitæ, ſerpen-*
tariæ & pæoniæ ana ʒij. *foliorum hederæ, lapideæ, maioranæ, betonicæ, roriſmarini ana* M ij. *coquãtur*
in ſitulis duab. aquæ vſque ad conſumtionem tertiæ partis: deinde ſuperadiungatur cineris cribellati
ſcutella j. *vehementer agitando: poſtea coletur diligenter. Et poſtquam caput fuerit ablutum diligen-*
9. *ter exſiccetur.* ¶Nonum, vt aſſueſcat facere ſaltem in ſeptimana bis gargariſma cum ℥j.
10. oxymellis ſquillitici, & ℥ij. aquæ maioranæ diligenter calefactæ. ¶Decimum & vltimũ
eſt, vt ſaltem in ſeptimana ſemel apponi ſibi faciat ventoſas ſuper carnoſas partes ſpatu-
larum lateraliter, & teneat eas ſaltem per horam, ſed ſine ſcarificatione. Si autẽ contin- F
geret, quod loca ventoſata denigrarentur notabiliter, bonum eſſet ei per totum mẽſem
Septembris ſemel facere eas ſcarificari ab octaua die lunari vſque ad 13. quoniam illud eſt
tempus augmenti luminis lunæ, in quo ventoſæ apponi debent, teſte Auic. *quarta primi,*
cap. 21. Hæc ſunt, quæ mihi meliora viſa fuerunt in hac diſpoſitione.

CON-

A CONSILIVM XXIIII. *De quadruplici mala diſpoſitione: videlicet, De mala complexione frigida & humida cerebri a materia phlegmatica mucillaginoſa. De mala diſpoſitione ſplenis. De debilitate memoriæ. De debilitate ſtomachi per defluxum materierum a capite. Diuiditur autem conſilium in tria capitula.*

CAP. I. *Has malas diſpoſitiones, & earum cauſſas, & ſigna inueſtigat.*

LICET vnicuique languentium ſumma cum affectione & charitate Chriſtianum
& pium ſit prouidere, reor tamen ego his præcipue ingenti charitate prouiden-
dum eſſe, qui non ſolum Deo altiſſimo ſe dedicauerunt, ſed etiam toti mundo
maximam conferunt vtilitatem, & proprie hominibus, quorum animas dirigendo ad
complacendum altiſſimo & bene agere, & beatificari faciunt. Idcirco viro manſuetiſſi-
B mo & de religione ſancti Franciſci fratri Georgio mihi nunc decretum eſt ſubuenire
quoſdam languores ſacris medicinæ ſubſidiis ſubleuando. ¶ Quorum primum eſt ma-
la complexio frigida & humida cerebri eius, propter quam congeritur in eo phlegma
mucillaginoſum & aquoſum in operationibus eum multum infeſtantia. ¶ Et primo
quidem hic vir habet defluxum materierum, nunc quidem ad palatum, propter quod
frequentiſſime læditur, & ad ſpuendum incitatur: quæ materia cum ſua mala comple-
xione eſt cauſſa, vt magis multiplicetur tempore ſermocinationis, quam quando ſilet.
Cum enim in exprimendo ſermones, per vocem laboret anima; eo quia vox eſt ſonus *Vox quid ſit*
aeris inſpirati & colliſi ad arteriam vocalem, cum imaginatione ſignificandi aliquid vel
aliqua. *2. de anima.* idcirco in tali motu defluunt materiæ plures, quam in quieſcendo ab
C eo. ¶ Et ſequitur ſecundo ex hoc fundamento poſſe intelligi cauſſam, propter quam hic
vir frequenter efficitur raucus. ¶ Tertio poſſe ſolui problema; quare quandoque ſint
dolores & inflationes in partibus faucium. ¶ Quarto inueniri cauſſam; quare quandoq;
grauetur in anhelitu. ¶ Et vltimo reddi cauſſam; quare quandoque moleſtetur a tuſſi.

At vero iterum; quia hic vir a generatione epaticus eſt, & ad caliditatem choleri-
cam lapſum eſt eius epar: quod ex multis argumentis deduci poteſt, vt ex faciei eius ci-
trinitate & caliditate actuali percepta in hypochondrio dextro: Idcirco eſt facile intel-
ligere cauſſam, propter quam ſputum huius viri quandoque ſalſum eſt; quando mixtio
materiei calidæ terreſtris & paucæ cum multa aquoſa, eſt cauſſa ſalſedinis; vt patet *prima
primi, c. de generatione humorum. § illo: Omnis vero ſalſuginis cauſſa.* & colligitur etiã a philoſo-
D pho. *libr. 2. meteor.* vbi eſt ſermo de ſalſedine aquarũ. ¶ Et ex hoc fundamento ſecundo
deducitur periculoſitas huius viri, & præparatio eius ad ægritudines pectorales, valde
verendas. Quis enim dubitat, quod ſi materiæ ſalſæ effunderentur ad pulmonem ibidẽ
permanentes, excoriare poſſent & præparare ad phtiſin: Effuſæ vero ad concauum pe-
ctoris perducere poſſent ad empyema.

Poſt hoc autem iterum ſubiungendum eſt, ꝙ hic vir præparatus ſit ad ſpleneticas
ægritudines: eſt enim in eo ſplen notabiliter magnus & magnam quantitatẽ melancho-
liæ in ſe detinens, licet ad magnitudinem membri ſequatur potentia illius, vt in pluribus
propterea, quia in multitudine materiæ plus eſt de multitudine formæ, quam econtra,
& propterea ſplen ipſius magnam quantitatem melancholiæ ab epate trahit, Non tamẽ
E tantum de ea digerit & expellit, quantum attrahit. Ideo apparet huius viri color fuſcus
in facie & ambitu totius, intelligendo per colorem fuſcum illum, qui conſurgit ex nigro
dominante & albo ſubdominante. ¶ Et ex hoc fundamento plura poſſent deduci co-
rollaria plurium accidentium in hoc viro manifeſtatiua. ¶ Primum eſt, quare hic vir in
ſtudio & contẽplationibus ſuis non raro mobilis ſit. Hoc enim eſt propter ſpiritum ipſi-
us factum quaſi ſylueſtrem ad opera ſenſuum interiorum, videlicet ſenſus communis,
phantaſiæ & imaginatiuæ potentiarum: propter quas homo moralis & rationalis dici-
tur *vndecimo problematum.* vbi quærit philoſophus, quare ſapientiſſimum & prudentiſſi-
mum ſit animalium homo. ¶ Sequitur ſecundo ex hoc fundamento ſolui problema,
propter quid in hoc viro ſit memoriæ debilitas, dato, quod organum memoratiuæ po-
F tentiæ, quod eſt cerebri ventriculus poſterior, exiſtat ſiccum mediocriter, & humores
etiam illam partem nutrientes ſint ſatis eucrati in quanto & in quali: Non tamẽ ſequitur
actus memoratiuæ potentiæ debere eſſe bonos: quoniam imperfecti redduntur ex no-
cumento facto in inſtrumento, quod eſt ſpiritus animalis illi organo & inſtrumento ne-
ceſſarius. ¶ Tertio ex hoc fundamento iam dicto, quod hic paratus ſit ad oppilationes,

dolores & tenſiones in ſplene ſuo. Probatur, quia materiæ in eo multiplicatæ talia ac- A
cidentia facere poſſunt & multiplicare. ¶ Quarto, quod ſi natura huic prouidiſſet de a-
pertione venarum hæmorrhoidalium, ipſe longo tempore ſanus maneret, & in omnib.
operationibus perficeretur egregie.

Quod vero adhuc in hoc apparet nocumentum in operationibus ſtomachi, in ap-
petendo & digerendo, ſatis eſt facile deducere ex multitudine materierum, quæ deflu-
uunt a capite ad ſtomachum: & propter malam complexionem frigidam & ſiccam a
ſplene ſuo ad ſtomachum communicatam. Omnis enim immoderata dyſcraſia lædit a-
ctum propriæ virtutis, id eſt, operationis, teſte Hippocr. *ſect. 2. aph. 34.* vbi inquit: *in mor-
bis minus periclitantur, quorũ naturæ & ætati & habitui, &c.* Neque etiam omnis frigiditas &
ſiccitas eſt cauſſa perficiendi appetitum: immo frequenter corrumpendi & auferendi, B
quæ tu altius conſidera.

Hæc igitur in ſumma eſt huius religioſi complicata diſpoſitio, ita ad compendium
declarata, quoniam eius diſpoſitiones & accidentia minantur ei terminationem angu-
ſtioſam, vt iam probatum eſt. Idcirco eiſdem prouidendum eſſe decreui. ¶ Et primo
quidem malæ complexioni cerebri prouidebitur per ſeptem remedia. ¶ Secundo vero
malæ diſpoſitioni ſplenis per ſex alia opportuna. ¶ Tertio pro vigoratione memo-
riæ ſcribentur tria ſapientibus appropriata. ¶ Quarto vero debilitati ſtomachi ſcriben-
tur duo ſolennia medicamina.

Cap. II. *De regimine per ſex res non naturales.* C

QVANTVM autem ad expeditionem omnium iſtorum, oportet diſcurrere ge-
neraliter per rectificationes ſex rerum non naturalium. ¶ Igitur argumento
ſumto a lapſu vtriuſque membri, qui frigidus eſt & humidus, oportet vti calefa-
cientibus & exſiccantibus: quare tam ex parte aeris, quam aliarum rerum non naturali-
Aer. um vtendum eſt eis. ¶ Primo quidem aerem eligendo & cameræ & loci habitationis
Cibus. calidum & ſiccum. ¶ Similiter etiam in cibis dicendum eſt. Et ſiquidem haberi non
poſſent cibaria calida & ſicca naturaliter, artificialiter corrigenda ſunt coquendo cum
eis fœniculum, petroſelinum, aniſum, betonicam, ſaluiam, hyſopum, aut ſaltẽ eis com-
miſcendo puluerem piperis, & proprie albi, quod confert ſtomacho, cerebro, ſpleni &
materiebus peccantibus in eis. ¶ Similiter intelligendum eſt de aliis rebus non natura- D
Motus & quies. libus: vt quia exercitium eius debet eſſe mediocriter calefactiuum, velut deſcenſus &
aſcenſus montium gradatus & leuis: & vti quandoque aliqua re caliditatem excitatiua,
ſicut ſubtilizari in ſtudio rerum profundæ ſpeculationis erit ei vtile pro paſſionibus ani-
Motus animi. mi: quoniam animus in tali exercitio fatigat non ſolum ſpiritus; ſed etiam membra ca-
lefaciendo & exſiccando. ¶ Amplius oportet potum iſtius eſſe calidum & ſiccum, velut
Potus. eſt vinum ſubtile, clarum, aromaticum, bene potens: craſſum aut conturbatum, in-
ſipidum, fumoſum, acerbum & ponticum omnino dimittatur. ¶ Si autem hic vir a
principio menſis Decembris per totum finem Ianuarii vteretur hydromelle facto ex
xv. lib. aquæ, & j lib. mellis decoctis cum ʒ ij. cinamomi ſubtilis, eſſet ei vtile valde ad o-
mnes diſpoſitiones eius. Et ſi permutaretur multum in operationibus ex potu huius hy- E
dromellis ſimplicis, ſaltem ipſum permiſcendum eſt cum vino cum altera medietate
ſui. Et hæc ſufficiant circa regimen rerum non naturalium.

Cap. III. *De cura per medicinalia.*

DE medicinalibus conuenientibus capiti: Primum eſt, vt ſaltem a medietate vel
fine menſis Octobris vſq; ad principium Februarii caput eius teneat bene cali-
dum infulis & coopertuis bene munitum. Et ſi coperturas capitis haberet ex
panno de grana ſuper renouato aut abluto, multum vtile foret. ¶ Deinde poſtquam
conuenienter purgatus eſt, primum remediorũ eſt, ꝙ omni ſero aut ſaltem alterno pul-
uerizetur pars anterior capitis eius per directum ſagittalis commiſſuræ vſq; ad zenit ca- F
Puluis capiti inſpergẽdus. pitis cum hoc puluere. ℞. *macis* ℥ ß. *folii* ʒ j. *ligni al.* ʒ ij. *maioranæ, florum roriſmarini ana* ʒ ij ß.
puluerizentur omnia per ſe: deinde commiſceantur. ¶ Secundum vero ſpeciale remedium ad
Pilula. cerebrum eſt hoc. ℞. *pilularum de ſarcocolla, quæ inueniuntur in cap. eius a Meſue* ʒ j. *pilularũ
aſſaiaret deſcriptione Auic. 1. tertii, tract. 1. final. cap.* ʒ ij. *formentur pilulæ ex omni* ʒ vj. *cum ele-
ctuario*

A *ctuario roſarum, de quibus omni fine 6. dierum deglutiat vnam quando vadit cubitum*: ita vt ſit
tempus vnius horæ cum dimidia poſt cœnam eius. Tales pilulę caput mundificant, op-
pilationes aperiunt & leui quadam ſtypticitate confortant cerebrum exſiccãdo humi-
ditates phlegmaticas & diſtrahendo eas. ¶ Tertium vero ſpeciale inſtrumẽtum eſt hoc.
℞. *ſpecierum pliriſarcoticon ℥ j ß. ſpecierum diatrionpipereon ℥ j ß. ſacchari albi ℔ ß. cum aqua ma-* Rotula
ratri, fiat confectio in rotulis magnis, de qua hic vir ſignato tempore ſemper in hyeme accipiat ante
prandium rotulam vnam ℥ ij. & ante cœnam tantundem. Patet enim in ea maxima virtus con-
fortandi cerebrum propter pliriſarcoticon, quod interpretatur plurium iuuamento-
rum. ¶ Quartum vero ſpeciale remedium eſt hoc. ℞. *theriacæ andromachi tranſcendentis* Electuariũ.
ætatem 10. annorum, mithridatii conſimiliter ana ℥ ij. ſpecierum confectionis anacardinæ deſcriptæ 5.
B *can. ſumma prima ℥ j. fiat electuarium cum ſyrupo de calamento, de quo omni fine 15. dierum per horas*
5. poſt cœnã accipiat ℥ j. cũ cyatho medio hydromellis deſcripti in regimine rerum non naturaliũ, & totũ
ſit calidum. Ego enim in confortatione cerebri non inueni medicinam huic parem, & ſi-
militer in reparatione ſenſuum interiorum. Et non eſt mirum, ſi conſiderabis virtutem
eorum, ex quibus componitur. ¶ Quintum ſpeciale remedium eſt hoc. ℞. *oxymellis ſquil-* Gargariſma
litici, ſyrupi de calamento ana ℥ j ß. ſtœchados, galangæ, hyſopi ana ℈ j. ireos, pyrethri ana ℈ ß. pulueri-
zentur & commiſceantur ad inuicem & de compoſito accipiatur quarta pars cyathi & miſceatur cũ
hydromelle ante ſcripto. & de ipſo actu calido fiat gargariſma omni die per horam cum dimidia ante
cœnã per totã ſeptimanam vnã in illo menſe. videbis enim in eo magnum iuuamentum in at-
trahẽdo materias a capite & confortando ipſum. ¶ Sextum ſpeciale remedium eſt hoc: Puluis odoratus.
C ℞. *ligni al. ℥ j ß. macis ℥ iij. folii ℥ ij. capillorum Veneris, corticum citri ana ℥ j ß. puluerizẽtur omnia*
ſubtiliter. Deinde cõmiſceantur & ligẽtur in ſindone retorta & teneat in manu frequenter olfaciẽdo.
¶ Vltimũ eſt, vt a principio menſis Februarii vſq; per totum menſem Maii vtatur pilulis
alephanginis, id eſt, de ſpeciebus odoriferis deſcriptis a Meſue in antidotario *deſcriptione*
1. de pilulis, vtendo ex eis quandoq; vna vel duabus ante cibũ accipiendo, & proprie quã-
do ſtomachũ eius grauatum ſentit. Poſt cibũ vero per horas duas accipiat vnã vel duas,
& proprie, quando caput eius ſentit grauatum magis. Tanta enim in iſtis pilulis eſt po-
tentia, quod mundificant caput, ſtomachum & omnia inſtrumenta ſenſuum, vt ſcripſit
Meſue de ipſis: tu eadem ibidem lege.

Gratia prouidendi diſpoſitioni ſecundæ principali huius præmittendum, quod
D multotiens ægrotet ſplen ægritudinibus complexionalibus & non minus vel rarius æ-
gritudinib. officialibus: dato, ꝙ hæc ſententia ſecundũ partẽ ſit aduerſa Medicis de ſe-
cta Archiſtrati, qui voluerunt, membra non dici infirma, niſi propter vulnera aut craſſi-
ties vel apoſtemata euenientia in eis, ꝙ quidẽ tanq̃ alienũ a veritate ſupponendum eſt.
Multitudo n. materiei melancholicæ congregatę in ſplene poteſt malam complexionẽ
frigidã & ſiccam in eo generare: immo in epate & membris aliis, ad quæ colligantiã ha-
bet: quoniã agentia applicata paſſis cum debita circũſtantia tẽporis & diſpoſitione paſ-
ſorum, agunt in eis ſecundũ naturalẽ potentiã ipſorũ: ſed materia melancholica eſt agẽs
infrigidans & exſiccans, ꝙ applicatum paſſo, quia ſpleni cũ ſufficienti quantitate tẽporis
agit in ipſum, etiã facit labi ad frigiditatẽ & ſiccitatẽ ꝑter naturã. ¶ Et ex hoc fundamẽ-
E to apparet facile deduci poſſe, quomodo ſtomachus, epar, cerebrũ, & cor per colligan-
tiam ſplenis ad ea lædi poſſunt: quorũ primũ apparet in appetitu canino melancholico.
Secundum in fluxibus epaticis melancholicis. Tertiũ, in ægritudine melancholica facta
in cerebro per colligantiam ſplenis ad ipſum. Et quartum in tremorib. cordis & melan-
cholicis paſſionibus in eo factis a ſplene, cum contingat, vt in pluribus nocumentũ ſple-
nis prouenire a mala complexione materiali melãcholica. Patet quod in hoc viro opor-
teat magnam habere procurationem ad ſplenem eius: & poſſunt hi ſermones colligi, 15.
tertii, de ægritudinibus ſplenis, & pulchrius interiorum 5. c. 9. Modus autem prouidendi diſpoſi- Modus prouidendi diſpoſitionibus ſplenis.
tionibus ſplenis huius viri talis eſt. ¶ Primũ omni mẽſe ſemel in aurora accipiat ℥ v. ele-
ctuarii dialenæ deſcriptione Nicolai in antidotario ſuo cum ℥ ij. vel iij. aquæ bugloſſæ
F calefactæ & ſaccharatæ. Et tardet poſt aſſumtionem eius comeſtionem ſaltem per horas
v. ¶ Secundum ſpeciale remediũ eſt hoc. ℞. *capillorum Veneris, ſeminis acetoſæ & plantaginis* Rotula.
ana ℥. ſem. boraginis, bugloſſæ, ſcolopendriæ, tamariſci, corticum capparorum ana ℥ j. ſacchari ſecunda
decoctionis ℥ v. cum aq. tamariſci vel ſcolopendriæ fiat confectio in rotulis ℥ iij. de qua ſemper ante
prandium parũ accipiat rotulã vnã continuando ipſam a principio menſis per totũ menſem Februarii.

Pilulæ. Tertium remedium eſt hoc. ℞. *armoniaci pinguis & mollis* ℥ j. *tamariſci, ſcolopendriæ, ſeminis agni caſti ana* ℈ ß. *cum ſyrupo compoſito acetoſo fiant pilulæ de omni* ℥ vj. *de quibus poſt purgationem prædictam per dies viij. continuos accipiat omni ſero vnam parum ante cœnam.* Intelligo autem purgationem præſcriptam factã cum electuario diaſene. ¶ Quartum eſt hoc. ℞. A
Potio. *aquæ tamariſci, ſcolopendriæ & cichoreæ ana* ℥ j ß. *aceti ſquilltici* ʒ ij. *ſacchari albi* ℥ ß. *miſce totum & accipiatur in aurora poſt aſſumtionem pilularum immediate præſcriptarum de armoniaco continuando hunc potum diebus ad minus* 10. Non enim eſt mirum, quod hic potus cum pilulis immediate præſcriptis ſint duo remedia efficaciſſima ad curationem fortem cuiuſcunque malæ diſpoſitionis ſplenis. ¶ Quintum vero eſt hoc. ℞. *armoniaci mollioris & bene*
Ceratum. *pinguis* ℥ j. *bdellii mollis & ſubalbidi* ʒ ij. *ſeminis agni caſti, corticum capparorum, tamariſci, ſcolopẽdriæ ana* ʒ ß. *ſeminis plantaginis* ʒ j. *cum ſufficienti quantitate ceræ fiat cerotum ſuper panno lineo &* B *conſpergatur aceto ſquillitico & ſit figuræ ſemilunaris, quod ſpatio 6. menſium ad minus portetur applicatum regioni ſplenis in hypochondrio ſiniſtro.* Oportebit enim, vt ſplen eius magnifice confortetur. Vltimum eſt, vt ſaltem omni ſeptimana ſemel per quatuor horas ante prãdium comedat myrobalanum Indum conditum numero 1. & eſt potens remedium in omni ſplenis ægritudine materiali.

Reparatio memoriæ. Pro reparatione vero memoriæ, quod fuit vltimum intentum, præmittendum eſt primo, quod electuarium de theriaca & de mithridatio ante ſcriptum in regimine diſpoſitionum cerebri valde vtile ſit. ¶ Secundum vero ſpeciale remedium eſt, vt vtatur electuario deſcripto ab Auicenna *quinto can. ſumma 1.* & vocat confectionem philoſophorum; cuius vſus eſſe debet poſt cœnam per tres horas accipiendo de eo quantitatem C ʒ j. cum modico vini aromatici bene potentis. ¶ Tertium vero eſt, vt vtatur hoc remedio mihi experto.
Pilulæ. ℞. *ſmaragdi electi* ʒ j. *ligni aloes* ʒ j ß. *limaturæ ſubtiliſſimæ auri* ℈ j. *florum roriſmarini* ʒ j ß. *cum ſucco aſari formentur pilulæ ex omni* ʒ v. *de quibus ſaltem quinq; vicibus omni menſe accipiat vnam quando vadit ad lectum per horas duas poſt cœnam.* Si conſideras virtutem ſimplicium, ex quibus componuntur, quorum omnium operationes & virtutes ſint in ſalutem diſpoſitionum huius viri.

Confortatio ſtomachi Propter debilitatem autem ſtomachi, præmittendum eſt, quod omnia fere remedia quæ capiti huius ſunt conferentia, etiã ſint ſtomacho iuuatiua, propterea quia nocumenta ſtomachi huius viri ſecundum maiorem partem dependent a cerebro per colligantiam: quoniam cerebrum eius multitudine materierũ, q̃ abundant in eo, cõmunicat D ſtomacho per viam defluxus. Et præter ea, quæ tacta ſunt, duo obſeruãda ſunt ſingularia remedia ſtomachum vigorantia. ¶ Primũ itaq; ipſorum eſt, vt multis vicibus hic vir poſt cibum deglutiat ij. vel iij. grana maſticis, aut ſaltem thuris gummoſi electi. ¶ Secundum vero remedium ſpeciale eſt, vt quandoque, poſtquam celebrauit per horam deglutiat cochlear vnum xylobalſami conditi, & eſt potens medicina in rectificando ſtomachum & caput huius viri ad laudem Dei omnipotentis. Amen.

CONSILIVM XXV. *De mala complexione frigida & humida cerebri cum deſcenſu materierum ad pectus, vnde fit tuſſis: & ad ſtomachum, vnde debilitatur digeſtio & appetitus & inflatur ſplen.*

PRo altero ſeruo Dei domino Marco Veneto prædicti ordinis profeſſore E ſummopere intendendum eſt in adminiſtratione remediorum; quoniam diſpoſitio eius in harmonia pluriũ membrorũ videtur eſſe peruerſa. ¶ Caput enim eius, tam in complexione, quam in compoſitione eſt frigidum & humidum, lapſum vero in viis & apertum in poris, ita vt facile labatur ab exceſſu cuiuſcunq; qualitatis alterantis ſiue calefaciendo, ſiue infrigidando, ſiue humectando. ¶ Amplius caput eius effundens materiam multam ad pectus ipſius implet pulmonẽ eius incitando ad tuſſim & exſcreationem frequẽtem, & non raro pars illius phlegmatis in ventoſitates conuerſa pectus eius inflat, & in coarctationem ſæpe deducit. ¶ At vero iterum nonnulla illarum materierum pars a capite in ſtomachum præcipitata appetitiuam aufert in eo frequenter & diminuit. Frequenter autem digeſtiuam eius impediendo per- F ducit ipſum ad laſſitudinem quandam poſt cibum acceptum, vt appareat ei, ac ſi ipſum non poſſet bene mouere: & ſi appeteret propter quod & harum ventoſitatum pars multa per venas intermedias ſpleni cõmunicata rugitũ, murmurationes & extenſionẽ in ipſo facit. Vnde a debita operatione anhelitus vociferandi & cantandi impeditur.

Propter

A Propter hæc igitur omnia iam manifeſtum eſt, quod opôrteat omnibus iſtis ſublimi *Tria remedia cephalica.* ingenio prouidere & ordinatim applicando remedia 12. permutatim & ſucceſſiue, ſicut nunc ſequitur; quorum tria capiti principaliter applicabuntur, quinque deſcribentur appropriata pectori, de quo maxime dubitandum: tria ſtomacho, & vnum ſpleni applicanda erunt, vt nunc ſequitur. ¶ Primum itaque de his, quæ capiti eius conueniunt, eſt electuarium hoc, de quo omni mane in aurora accipiat quantitatem mediæ nucis deglu- *1. Electuariũ* tiendo ipſum, & tantũdem accipiat in ſero, quando vadit ad lectum, omni die bis continuando ipſum per totum menſem Aprilis. Poſt illud autem ſufficiet ei accipere de eo quater in ſeptimana, bis in mane, & bis in ſero alternatim permutando ipſum de mane & ſero: cuius deſcriptio. ℞. *ſpecierum pliriſarcoticon, ſpecierum electuarii diatrionpipereon*
B *ana ℥ ß. violarum. florum nenupharis, roſ. ana ʒ j. corallorum amborum ana ℈ ß. mellis roſ. ℥ vj. ſacch.* *2. Pilulæ.* *℥ v. coquantur ſimul mel & ſaccharum & fiat electuarium.* ¶ Secundum inſtrumentũ pro capite eſt, vt vtatur pilulis iſtis, de quibus ſaltem bis in ſeptimana in ſero, quando vadit cubitũ omni quarta die accipiat vnam, quarum deſcriptio. ℞. *pilularum aſsaiareth ʒ j. pilularum alephanginarum deſcriptione Meſ. ʒ ij. fiant pilulæ pro omni ʒ vij. cum ſyrupo de calamento.* ¶ Tertiũ eſt, quod per totum menſem Maii portet ſuper capite ſuo per directum commiſſuræ ſagittalis, & eſt locus vbi apparet linea diſcernẽs capillos in dextram & ſiniſtram partem, quæ vocatur ſemita. ℞. *ambræ ℈ ß. moſchi gran. v. ligni aloes, ſtyracis calamitæ, laudani electi ana* *Puluis.* *ʒ j. macis ʒ j. ſpodii, corallorũ rub. an. ℈ ß. pulueriʒentur omnia per ſe & poſt cõmiſceantur.*

De his, quæ conueniunt pectori eius, primum inſtrumentum eſt, quod poſt medi- *Quinque pectoralia.*
C etatem menſis Aprilis fiat ei purgatio ſecundum hunc modum. ℞. *pilularum de agarico ℈ ij. pilularũ de ſarcocolla ℈ j. reformentur pilulæ vij. cum electuario Indo & accipiat eas in aurora, & nõ* *1. Pilula.* *dormiat poſt eas, niſi per vnam horã cum ß.* & poſtea ſtet ieiunus horis v. deinde accipiat cyathum vnum aquæ hordei calidæ bene ſaccharatæ: & poſt ipſam tardet prãdium per horam vnam. ¶ Secundum remedium eſt, vt poſtquam fuerit minoratiue euacuatus, acci- *2. Digeſtiuum* piat hoc digeſtiuum in aurora calidum, quod continuet octo diebus. ℞. *ſyru. de praſſio, de hyſopo, mellis roſ. colati ana ℥ ß. aqu. meliſſæ ℥ j. aquæ farfaræ ℥ ij. miſce.* ¶ Tertium inſtrumentum *3. Electuariũ.* eſt, quod die ſequenti 9. ſcilicet, poſt aſſumtionem digeſtiui accipiat hoc electuarium. ℞. *electuarii Indi ʒ iij. diſſoluatur cum cyatho ß. vini al. dulcis calidi, & bibatur in aurora:* poſt quod obſeruentur ſolennitates ſcriptæ ſupra poſt pilulas obſeruandæ. Et attendat, quod ſi die-
D bus, quibus accipit ſyrupum, venter eius non eſſet bene fluxibilis, tunc omni tertia die parum ante cœnã accipiat vnã de pilulis ſupraſcriptis pro diſpoſitione capitis. ¶ Quar- *4.* tum eſt iſtud, poſtquam fuerit euacuatus, tunc vtatur hoc electuario, de quo omni ſero, *Electuariũ.* quando vadit cubitum per dies 10. accipiat ʒ j. cum modico aquæ hyſopi calidæ: cuius deſcriptio. ℞. *loch de pino deſcriptione Meſuæ ℥ j. electuarii diairis ℥ j ß. incorporentur ſimul cum modico ſyrup. de liquiritia.* ¶ Quintum eſt, vt poſtquam vſus fuerit electuario prædicto; tũc *5.* teneat in ore ſuo mane & circa veſperam & quando vadit cubitũ modicum de iſto loch, *Lambitiuũ.* & pmittat ipſum diſſolui a calore naturali: cuius deſcriptio. ℞. *loch de ſquilla ℥ ß. loch de pino ℥ j. electuarii diairis ʒ iij. incorporentur ſimul cum modico ſyrup. de praſſio & ℥ j. penidiarum.*

Ex appropriatis ſtomacho primum inſtrumentum eſt hoc. ℞. *ſpecierum electuarii de* *Tria ſtomachalia.*
E *gemmis deſcript. Auicen. 5. canon. ſumma prima, ʒ ij. ſpecierum pliriſarcoticon ʒ j. ſacchari ſecundæ* *1. Rotula.* *decoctionis ℔ ß. cum aqua meliſſæ fiat confectio in rotulis magnis, de qua per totum menſem Maii accipiat fruſtulum ʒ ij. ante prandium & ante cœnam.* ¶ Secundum inſtrumentum de conue- *2. Puluis cibo commiſcendus.* nientibus ſtomacho eſt hoc. ℞. *cinamomi electi ℥ j. zedoariæ, granorum paradiſi, galangæ ana ℈ ij. aniſi, ſem. rutæ, ſyſeleos, leuiſtici ana ʒ ß. fiat puluis de quo ſemper aliquid ponat in cibis eius.* ¶ Ter- *3. Ceratum.* tium eſt ceratum commune, quod ſemper debet habere applicatum ſtomacho ſuo, & proprie cum percipit rugitus, murmurationes & inclinationes ad vomitum & humiditatem in ſtomacho natantem. cuius deſcriptio. ℞. *reſinæ electæ ʒ vj. laudani ʒ j. garyophillorum, nucis muſcatæ, galangæ ana ʒ ß. ligni al. galliæ muſcatæ ana ʒ j. diſſoluantur gummi cum modico aceti montani & infundantur ſpecies: & fiat cerotum ſuper pannum de grana ſecundum figuram*
F *ſcutalem.*

Spleni autem eius vltimum inſtrumentum appropriatum eſt cerotum hoc, quod fiat figuræ ſemilunaris & applicetur ſub hypochondrio ſiniſtro: cuius longitudo attin- *Ceratum ſpleneticum.* gat vſque ad totum ilion incluſiue & latitudo vſque ad vmbilicum: ℞. *ſem. agni caſti, tamariſci, ſcolopendriæ, ſem. plantaginis, cichoreæ & cuſcutæ ana ʒ ß. armoniaci mollis ʒ v. bdellii mollis &*

ſubalbidi ʒ ij ß. ſem. rutæ ℈ ij. ceræ al. ʒ j ß. diſſoluantur gummi cum aceto fortiſſimo: & coquantur ſimul cum cera, & cum cœperint infrigidari, ſuperaddantur ſpecies & effundantur ſuper corium ſecundum figuram ſuprascriptam. ¶ Hæc eſt ſumma omnium inſtrumentorum, quæ pro diſpoſitionibus huius patientis eligere potui. Attendat autem, quod ſi perceperit aliquando ſtomachum moleſtari magis, quam caput, tunc incipiat vti remediis ſtomacho appropriatis, & econuerſo de capite dicendum eſt, & ſimiliter, ſi nocumenta pectoris maiora eſſe perciperet, vtatur remediis, quæ ordinata ſunt pro pectore, & econuerſo ſemper ex fundamento ſcientifici habitus intelligendo, quod quando in eodem corollarie plures ægritudines & accidentia complicantur, incipiendum eſt a cura illius, quæ ſuſpectior & moleſtior, ſine cuius curatione altera curari non poteſt. A

CONSILIVM XXVI. *De quinque malis diſpoſitionibus, videlicet, De mala complexione frigida cerebri multiplicante phlegma aquoſum frigidum actu, &c. De difficultate anhelitus dicta aſthma. De debilitate digeſtiuæ ſtomachi a mala complexione frigida cum materia. De motu tremulo cordis. De retentione menſtruorum.* B

Cerebri diſpoſitio frigida & eius curatio.

IOANNES de Venetiis vir commendabilis filiam habet, quæ grauibus accidentibus & numero pluribus moleſtata eſt iamdiu. ¶ Primum quidem eſt cerebri diſpoſitio frigida, propter quam per viam indigeſtionis in ipſo generatur materia phlegmatica aquoſa multa, quæ adeo intenſæ frigiditatis exiſtit, quod cum decidit per colatorium in os, quandoq; ſenſui tactus repreſentetur velut glacies. Et hæc quidē materia raro decidit per viam naſi, niſi poſtquam beneficio medicinarum viæ rizæ apertæ fuerint. Et huic quidem diſpoſitioni iam præmiſſis vniuerſalibus digeſtionibus & euacuationibus tria ſolennia adhibui medicamina, quæ magnifice contulerunt rectificando digeſtiuam, & prohibendo tantæ materiei generationem, exſiccando eam. C

Puluis capiti inſpergendus.

¶ Quorum primum eſt puluis iſte, de quo omni ſero a principio capillorum vſque ad ſummitatem per inceſſum commiſſuræ ſagittalis per quatuor digitos latitudinaliter per capillos ſpargi debet vſque ad quantitatem ſex granorum hordei: cuius deſcriptio. ℞. *folii Indi, tubebarum. ſtyracis calamitæ, baccarum lauri ana ʒ j. ligni aloes, garyophillorum ana ℈ iij. fiat omniū per ſe puluis, & poſtea miſceantur.*

Aqua per nares attrahenda.

Secundum principale remedium eſt hoc compoſitum, de quo actu calido impleatur manus, & iam prius ore ſuo pleno aqua leuiter ipſe traiiciat per narē dexterā. Deinde per ſiniſtram aliquanto temporis interuallo facto: & ita per omnem narem tribus vicibus traiiciat demutando materiam, quæ de capite deſcendit: & hoc faciat ſaltem quatuor vicibus in ſeptimana per duas horas poſt exitū a lecto. Cuius deſcriptio. ℞. *aq. ſublimationis radicis ireos, aq. maioranæ ana ℥ j. aq. mell. ℥ j ß. miſce.* D

Electuarium.

¶ Tertium principale inſtrumētum eſt hoc electuarium, cuius vſus debet eſſe ſaltem duabus vicibus in ſeptimana per ij. vel iij. horas poſt cœnam, de eo accipiendo ʒ j. cum quarta parte cyathi vini al. calefacti: cuius deſcriptio. ℞. *aureæ Alexandrinæ, mithridatii ana ℥ ß. ſyrup. de calamento ʒ iij. ligni aloes ℈ j. incorporentur ſimul.*

Aſthma & eius curatio

Secundum principale accidens huius iuuenculæ eſt anhelitus difficultas, quę proprie aſthma denominari debet, & ei contingit hoc accidens ex oppilatione pulmonis facta a prædicta aquoſitate, quæ deſtillat a capite ſuo, & maxime dormiendo, quæ aquoſitas etiam in corpore poſuit ſpeciem malæ complexionis frigidæ & humidæ, ad quam ſequitur viarum anhelitus coanguſtatio. E

Eclegma.

¶ Et huic quidem diſpoſitioni duplici prouidēdum eſt remedio: quorum primum eſt. ℞. *loch de pino ℥ ß. loch de ſquilla ʒ ij. incorporentur ſimul, & de hoc mane & ſero quantitatem vnius grani fabæ in ore ſuo teneat,* ita vt deſtillando per cannam pulmonis recipiatur in concauitate pectoris.

Syrupus.

¶ Secundum remedium eſt, cum moleſtatur hoc accidente, vt tribus vel quatuor diebus in aurora accipiat hunc ſyrupum calidum aq. ℞. *ſyrupi de praſſio ℥ j. aq. vngulæ caballinæ, aq. hyſopi ana ℥ j ß. miſce, & poſt eum tardetur cibus ſaltem horis quatuor.*

Stomachi debilitas.

Tertium principale accidens eſt ſtomachi debilitas in digerendo, quæ contingit ei a mala complexione frigida & humida materiali ſtomachi ſpecie conſimili diſpoſitionibus capitis & pectoris iam prædictis: propter quas etiam diſpoſitiones omnes hæc mulier maraſmodea facta eſt adeo, vt a pluribus dubitatum fuerit, ipſam laborare hectica primæ ſpeciei: cuius tamen non apparuerunt ſigna. Et huic quidem diſpoſitioni duplici prouiſum eſt inſtrumento, & mirificum inuentum. F

¶ Primum

A ¶Primum itaque inſtrumentum eſt adminiſtratio huius electuarii, de quo in aurora ac-
cipere debet quantitatem nucis muſcatæ deglutiendo ipſum, & tardet cibum poſt horis
quatuor; cuius deſcriptio. ℞ *muſci ℈ j. ſpicæ Indæ caſ. lig. folii, laccæ ablutæ, reuſeni ana ʒ ij. ſem. a-* *Electuariũ.*
meos, ſem. apii, maſticis ana ʒ iiij. gentianæ ℥ ij. cinamomi, piperis, ariſt. ro. ana ʒ iij. ligni aloes, garyo-
phill. ana ʒ j ß. terantur omnia per ſe diligenter, cribrẽtur & fiat electuarium cũ melle deſpumato, cu-
ius quantitas ſit ℔ *iij.* Soleo ego huius electuarii medietatem conficere ad euitandos ma-
iores ſumtus, & eſt mirabilis operationis ad omnia prædicta, ſi conſiderentur ſimpliciũ
virtutes. eſtq; ex deſcriptionibus Auic. *5. can. ſumma prima, deſcriptione 2. confectionis de mu-*
ſco. Lege ibi. ¶Secundum remedium ad ſtomachi diſpoſitionem eſt hoc ceratum, quod
ſuper panno de grana factum bene tenax ſuper ſtomacho ſuo quaſi ſemp ſuſtentet: cu-
B ius deſcriptio. ♃. *laudani, reſinæ electorum ana ℥ ß. myrrhæ, maſticis, ligni aloes, folii, gary. ameos,* *Ceratum ſtomachale.*
abſinthii, cubebarũ, menthæ ana ʒ j. nucis muſcatæ ana ʒ j ß. ſem. ruthæ, cymini, piperis al. ana ℈ j. ſty-
racis calamitæ ʒ vj. picis naualis coctæ cũ vino fumoſo & aromatico ℥ j. colophoniæ ʒ j ß. ceræ quantũ
ſufficit, fiat cerotũ ſcutale magnũ & ſtomacho applicetur cũ pyramide eius ſuper pomo granato poſita.
Quartum accidens principale in hac muliere inuentum, eſt motus tremulus cor- *Mot9 tremulus cordis.*
dis, qui valde verendus eſt in ea: & maxime, quia continuus eſt; quoniam ille, qui tremo-
rem habet cordis ſibi aſſiduum caueat, ne ſubita intercipiatur morte. *3. primi, c. de his quæ*
prognoſticant ægritudines. & huic quidem diſpoſitioni duo conferunt ſolennia remedia.
¶Primum quidem eſt confectio de moſcho iam immediate ante ſcripta. ¶ Secundum
remedium eſt ſacculus huiuſmodi, cuius deſcriptio. ℞. *ſpecierum electuarii de ligno aloes de-* *Sacculus cordialis.*
C *ſcriptionis Auic. 5. can. ſum. 1. rubrica illa: Electuarium de ligno al. ℥ ß. ſpecierum electuarii de gem-*
mis ʒ iij. ſem. ocimi, garyoph. ʒ iij. foliorum roſ. corallorum rub. ana ʒ j. miſce & in ſindone de grana
retorta fiat ſacculus quantitatis ſemiſſis & ſemper ſuper corde eius appenſus teneatur.
Vltima vero diſpoſitio ſeu accidens huius iuuenculæ eſt paucitas menſtruorum, q̃ *Defectus menſtruorum.*
indubitanter prouenit ex paucitate ſanguinis in ea inuenti; cum hæc mulier iam mara-
ſmodea ſit, vt ſupra præmiſſum eſt. Et poteſt etiam prouenire propter debilitatem ex-
pulſiuæ potentiæ cũ craſſitudine ſanguinis & aliarum materierum ſibi commixtarum.
Et huic quidem diſpoſitioni prouidendum eſt duplici inſtrumento. ¶Primum eſt ſemi- *Balneum.*
cupium hoc, in quo ſedeat ſæpe infuſa vſque ad vmbilicũ, & ſit calidum ℞. *matricariæ M.*
iiij. arthemiſiæ M ij. ſem. rutæ recẽtis M j. coquantur in aqua diu & fiat ex eo, vt dictum eſt. ¶Secun-
D dum inſtrumentum eſt, vt ſi huic mulieri contingat menſtruorum retentio fortis, acci-
piat ipſa propinqua eruptioni tribus diebus in aurora tres vel quinque de iſtis pilulis in-
fraſcriptis. ♃. *oppoponacis pinguioris ℥ j ß. ſerapini mollis ʒ j. caſſiæ ligneæ, croci, rub. tincto-* *Pilulæ.*
rum ana ʒ j ß. cum ſucco rutæ reformentur pilulæ ex omni ʒ vij. & adminiſtrentur, vt ſupra di-
ctum eſt. ¶ Abſtineat autem hæc mulier ab omni cibo oppilatiuo, viſcoſo, frigido &
craſſo, quorum exemplum eſt lac & cibi omnes lacticinii, paſtiles, partes neruoſæ & pã-
niculoſæ animalium, & legumina elixa, & panis azymus, vel male coctus, aut combuſtus,
pyra, cydonia, meſpila & talia ſimilia. Effugiat potum vini nigri craſſi & conturbati ſty-
ptici & pontici vel bruſci: & aquæ frigidæ potum ſummopere fugiat. Hæc ſunt meliora,
quæ accipi poſſunt ex ſententiis illuſtrium virorum hinc inde collectis.

E CONSILIVM XXVII. *De quinque malis diſpoſitionibus; videlicet, De mala complexione*
frigida & humida cerebri, humiditate tamen dominante. De mala complexione frigida & hu-
mida ſtomachi cum multo phlegmate. De motu cordis præter naturam per communitatem ad
ſtomachum. De mala complexione calida & humida epatis, humiditate tamen dominante. Et
de mala complexione frigida & humida renum cum impotentia coeundi & gonorrhæa. Diui-
ditur autem conſilium in vnam ſummam & duas ſectiones.

Summa ipſa accidentia & eorum cauſſas & ſigna diſputatiue inueſtigans.

VIR nobilis Vagnolus de mõte ſancto de Marchia Anchonitana prouincia celeber-
rima variis & multis accidentibus & ægritudinibus infeſtatur. ¶ Et primum quidẽ
horum eſt dyſcraſia cerebri ſui ad humiditatem notabiliter eleuata, & ad frigiditatem:
F æſtimandum tamen eſt cerebrum eius a generatione reſpectu mediæ ſpeciei fuiſſe cali-
dum magis, quam frigidum. Sed in eo eſt mala complexio frigida propter multitudinẽ
vaporum phlegmaticorum ab inferiori corpore & proprie a ſtomacho eleuatorum. *Cerebrũ humidũ patientis eſſe humidũ probatur.*
Quod autem augmentum humiditatis exiſtat in eo, ex multis declarari poteſt. Si-
militer & frigiditatis remiſſæ. ¶Primo quidem quod tangenti repræſentatur cutis capitis &

partes eius adiectæ remiſſæ caliditatis & notabilis mollitiei. ¶ Secũdo vero, quia ex par- A
te viſus color eius vergit ad aliqualem palliditatem immixtæ valde rubedini confractã.
¶ Tertio ex operationibus naturalium virtutum cerebri hoc apparet: quia diminute di-
gerit & ſuperfluitates lente admodũ expellit. Quarto ex operationib. ſenſuũ exteriorũ,
eo quia viſiua eius quibuſdã imaginationib. qñq; corrupte operatur. Et iterũ in ſenſum
tactus qñq; diminute percipit obiectorũ impreſſiones. Tertio, quantũ ex hoc: quia ol-
factus eius diminutus eſt clauſione viarũ, per quas vapor ab odorabilib. vel fœtidis eleua
tis obiectis ad cerebrũ, vel ad carunculas mamillares deferri debet. Et adhuc quia in ſen
ſu guſtus in operatione cadit diminutio. Propterea quia pãniculus in ſupficie linguę cõ-
tentus multis humiditatib. infuſus & limoſis ſuperfluitatib. eſt velatus. Inſuper etiã in
ſenſu auditus, qñq; in eo apparet corruptio in operationib. & diminutio. Percipit n. non B
raro diminute ſonos & ſtrepit⁹ in aere exiſtẽtes, & qñq; ei⁹ apparet ſonit⁹ & motus ven-
toſitatũ velut agitantium aquã, ꝙ eſt in ſenſu auditus corruptio nominatũ. Quinto prin-
cipaliter cerebri ipſius lapſus ad ampliſſimam humiditatẽ & ad remiſſimã frigiditatẽ in-
telligi poteſt ſignis ſumtis ab operationib. virtutũ cognitiuarũ interiorum, quas philo-
ſophi morales appellãt. ¶ Eſt enim in operationibus ſenſus communis, imaginatiuę po-
tentiæ & phantaſiæ & cogitationis quandoq; nocumentum diminutionis; quandoque
corruptionis: vt inductiue ex ſingulis facile deducere poſſem. ¶ Senſus n. communis di-
minute apprehendit. ¶ Et ſimiliter phantaſiæ ſpecies a ſenſu communi delatas non cõ-
uenienter detinet & moderatur. ¶ Propterꝙ imaginatio eius diminuta eſt in cõponendo
& diuidendo. Quare potentia cogitatiua nõ conuenienter eligit ex ſenſatis. ¶ Vnde nõ C
mirum eſt, ſi in operatione memoratiuę nocumentũ aſſignatur. ¶ Species n. obiectorũ
nõ conuenienter in organo memoratiuę recipiũtur nec retinentur. ¶ Horũ autẽ omni-
um cauſſa eſt multitudo phlegmatis in cerebro eius, q̃ cũ hoc, ꝙ infundunt organa, vel
ventriculos cerebri etiã diſtẽperant inſtrumentũ, ſ. ſpiritũ animalẽ, ipſum ꝑmutando in
cõplexione ad frigiditatẽ & humiditatẽ, & in modo ſubſtantiæ ipſum craſſum & nõ be-
ne mobilẽ & penetrabilẽ reddendo, quando & quare oportet: vnde & potẽtiæ interio-
res propter indiſpoſitionẽ inſtrumentorũ, quib. operantur, & organorũ, in quib. locan-
tur, nequaq̃ conuenienter operari poſſunt. Et clare colligi poſſunt horũ ſermonũ ſentẽ-
tiæ, *1. primi, doctrina 6. c. de virtutib. animalib. cõprehendentib. & 3. de accidenti & morbo. & vbi-
cũq; 3. colliget.* & virtualiter trahũt originẽ ex his q̃ a philoſopho & cõmẽtatore eius ſcri- D
pta ſunt in *3. de anima.* ¶ *6*. principaliter lapſus ad humiditatẽ & frigiditatẽ in cerebro co-
gnoſci põt per ſignũ ſumtũ a iuuantib. eo quia ꝑ applicationẽ calidorũ & ſiccorũ iuua-
tur, & iterũ a nocentib. quia cerebrũ eius per occurſum ad infrigidantia & humectantia
vehementer lęditur. Lapſus n. non naturales iuuantur a contrariis. Naturales vero nota-
biliter eleuati facile lædũtur a ſimilib. eo quia cõuerſio in genere ꝓportionali facilior eſt
2. primi, c. de ſignis complexionũ. ¶ 7. principaliter iterũ hoc ẽt apparere põt ꝑ ſigna ſumta
ab exeuntibus. Si enim contingit cerebrum eius moueri, aut naturaliter aut ſymptoma-
tice ad expellendum aliquid per congruas regiones, materia quæ expellitur ab eo ꝑ pa-
latũ, per nares, per oculos, ſubſtantia & colore eſt phlegmatica, aquoſa, mucillaginoſa, &
alba. ¶ 8. iterũ hoc apparere poteſt eo, quia impedimẽtũ aliquod in lingua ipſius aſſigna- E
tur indebite mouendo ipſam, & ſermocinando. Neq; n. aer ab ea conuenienter frangi
poteſt ad voces dearticulandas. Propterea quia virtus pigra reddita eſt ab augmẽto hu-
miditatis: & muſculi linguæ infuſi ſunt ab eadem ita, quod non poſſunt conuenienter
moueri, quando & quare oportet. Et confirmatur hoc ſignum, cum multa ſit lenitas ſeu
lenitio in ſubſtantia linguæ per tactum percepta; & cum albedine & mucillaginoſitate
ibidem apparente. Nono iterum prædicta cerebri diſpoſitio intelligi poteſt per ſignum
ſumtum, ꝙ inter animales operationes enumerari ſolet. Propterea quia virtus animalis
motiua retrahit ſpiritus & innatum calorem de circumferentia ad centrum: & etiam
quia virtutum ſenſitiuarum exteriorum & interiorum operationes detinentur & ligan-
tur in ſomno ſecundum placitum earum. Eſt enim in hoc viro ſomnus prolixus & pro- F
fundus, a quo nõ facile excitari poteſt, & ſignificat augmentũ humiditatũ, ꝓpter ꝙ va-
pores ab eiſdẽ eleuati ſunt multi, & profunditas ipſius ſignificat craſſitudinẽ materierũ
effundentiũ vapores craſſos, q̃ nõ niſi longo tẽpore a virtute reſolui pñt. At vero vltimo
mala cõplexio humida materialis a multo phlegmate pendens deduci poteſt ex laſſitu-
dine totius motiuæ virtutis & impotentia non ſolum ad incipiẽdum, ſed etiam ad con-
tinuandum motus progreſſiuos & alios inchoatos.

Simi-

A Similiter etiam & in muſculis colli & ſpatularum præſentantur in eo dolores ex-
tenſiui ex multa materia ab eiſdem infuſa prouenientes. Et ex his facile probari poteſt
eius cerebri mala complexio iam prædicta, quæ videtur eſſe cauſſa magis ſuarum diſpo-
ſitionum, & clarius apparebit inferius.

Secunda diſpoſitio principalis huius viri eſt mala complexio ſtomachi ipſius frigi- *Mala complexio frigida & humida ſtomachi cum multo phlegmate.*
da & humida. Propter quam phlegma multum per viam indigeſtionis in eo congrega-
tur. licet enim vt plurimum in fundo ſtomachi reperiatur phlegma: *vt 13. tertii, cap. de æ-
gritudinibus ſtomachi* apparet. In hoc tamē viro amplius de phlegmate generatur propter
prædictum lapſum, quam in communitate hominum reperiatur. ¶ Hæc in phlegmata
ſunt magis nō naturalia inquantum non ſunt vere dicta phlegmata. Nullum enim eſt ve-
B rum phlegma denominandum, niſi illud, quod ſecunda digeſtione generatur in epate.
Alia vero phlegmata æquiuoce talia dicta ſunt. ¶ Ex hoc autem phlegmate contingit
intendi prædictam malam complexionem & confirmari in ſtomacho & ipſam eandem
eſſe generationis ipſius cauſſam. Vnde effectus eſt ſuæ cauſſæ augmentatiuus & econ-
uerſo. Hęc autem ſtomachi patientis mala complexio a me creditur eſſe radicalis cauſſa
omnium malarum diſpoſitionum aliorum membrorum, de quibus paulo poſt dicetur.
¶ Hanc igitur malam complexionem ſignificat debilitas appetitus & digeſtiuę ipſius *Signa huius cōplexionis.*
propter augmentum humiditatum prædictarum. ¶ Secundo vero ſignificat ipſam per- 1.
ſeuerans ſtomachi lenities ad tactum perceptibilis. ¶ Tertio facilitas læſionis ab aſſum- 2.
tione humectantium. ¶ Quarto demonſtrat eandem iuuamentum contrahens ex aſ- 3.
C ſumtione cuiuſcunque rei calefacientis & exſiccantis ſatis notabiliter. ¶ Quinto per in- 4.
tenſionē rugitus, murmurationis, vel fractionis vētoſitatū in ſtomacho. ¶ Sexto multi- 5.
tudo ructus. ¶ Septimo ſaliualis humiditatis multitudo; quæ tamen in eo non multum 6.
perſeuerat: propterea, quia caliditas epatis minorat humiditatem & exſiccat eam. ¶ O- 7.
ctauo ventris lenities aut ſaltem priuatio ſtypticitatis: Superfluitates enim primæ dige- 8.
ſtionis multa humiditate commixtæ lenitionis ventris & priuationis ſtypticitatis ſunt
cauſſæ: reliqua ſigna dimitto aliis, quia hæc meliora ſunt.

Tertia diſpoſitio huius viri eſt motus præter naturam cordis, qui non poteſt eſſe *Motus cordis præter naturam.*
iectigatio ipſius propter ſui magnitudinem: quæ repugnat iectigationi. Nec eſt hic mo-
tus tremulus; quia non eſt paruus, neque multum ſpiſſus: neque eſt ſaltuoſus ab auctori-
D bus nominatus, quoniam iſte eſt melior illo, neque habet augmentum diaſtolis magnū
notabiliter interpolatum ſuccedentibus vel præcedentibus quieti aut ſyſtoli. Eſt igitur
hic motus cordis nominatus ſtomachalis; quem Auic. *11. tertii, cap. proprio.* cauacan nomi- *Cauacan.*
nauit. ¶ Poteſt autem in hoc viro hic tremor prouenire propter malam complexionē
ſtomachi per colligantiam abſolutam nihil corporeum cordi communicantis. ¶ Sed
continuatio huius motus præternaturalis facit me euidentius credere, quod proueniat
a ſtomacho per colligantiam non abſolutam: Ægritudines enim membrorum per col-
ligantiam dictæ abſolutam, & ſi quandoque fiant, raro tamen perſeuerant quin tranſeāt
in colligantiam non abſolutam: vt colligi poteſt *2. primi cap. de complendis diſpoſitionib.* ¶ Et
arguitur ratione pariter, quoniam omnis ægritudo per colligantiam abſolutam dicta,
E debilitat naturalem complexionem membri, in quo ipſa eſt. ¶ Amplius & fortius vide-
tur debilitare naturalem complexionem membri; a quo ipſa communicatur alteri. Sed
ad debilitate membri cōmunicantis ſequitur generatio materierum per viam indige-
ſtionis & multiplicationis in eo. Igitur ab illo mēbro hæc materia vel eius vapor ad cor
delegari poteſt: ſed illa eſt ratio formalis colligantiæ, non abſolutæ, *1. tertii, tract. 2. c. 1.* col-
ligendum. Igitur intenta concluſio vera ſ. ꝙ ægritudines, q̄ per colligantiam abſolutam
proueniunt, in aliquo membro raro perſeuerent, quin tranſeāt in ægritudines per colli-
gantiam non abſolutam; ꝙ fuit concluſio demonſtranda. ¶ Non eſt autem hæc cordis
diſpoſitio leuiter conſideranda propter plura. Primo, quia nocumentum cordis omnib.
aliis membris corporis cōmunicatur. ¶ Secundo, quia ſpiritus vitalis, qui eſt generale in-
F ſtrumentum omnium operationum, paucificatur: & in complexione & modo ſubſtan-
tiæ ſylueſtris efficitur. Tertio, quia hic motus & proprie cum perſeuerat, a peritioribus
Medicis ſuſpectus eſt habitus & proprie cum eſt tremulus. Ille qui habet tremorē cordis
aſſiduum, caueat ne ſubita intercipiatur morte. *3. primi de ſignis prognoſticantib. ægritudines.*
¶ Quarto iterum, quia motus pręter naturam cordis frequenter ſolet aſſociare ſibi lipo-

thymiam aut ſyncopem: ſed omnis caſus pluriũ virtutũ aut maioris partis earum eſt valde verendus: igitur concluſio vera. A

Quarta principalis diſpoſitio eius eſt mala cõplexio calida & humida epatis: licet n. credam, ꝙ diſpoſitio epatis eius a generatione contracta fuerit calida & ſicca: tamen in poſterum conuerſa eſt in humiditatẽ materialem notabiliter. ¶ Potuit autẽ hoc contingere in hoc viro plurib. ex cauſis. Primo ex primitiuis, eo quia hic vir habuit concluſionẽ notabilẽ ſup finib. pectoris & hypochondriis; ſed ad ipſam propter debilitatẽ per viam indigeſtionis multiplicata fuerũt phlegmata: q̃ naturalẽ complexionẽ euerterunt ad humidã. ¶ Secunda vero huius permutationis cauſſa potuit eſſe mala cõplexio frigida, humida ſtomachi prædicta, q̃ per colligãtiã abſolutã, vel non abſolutam, vel p vtrãq; ſimul permutauit complexionem epatis. ¶ Tertia vſus rerum infrigidantium & humectantiũ longus. B ¶ Quarta cauſſa, de remotis tamen eſſe potuit multitudo deſcenſus materiei phlegmaticæ a capite ipſius, ꝙ receptũ in ſtomacho permixtum fuit chylo reddẽdo ipſum frigidum & humidũ. Epar ergo cum non potuerit rectificare diminutã digeſtionem ſtomachi, permutatũ fuit p illa & in humiditatẽ cõuerſum. ¶ Quinta perſeuerãtia oppilationũ in epate huius a materieb. iã p̃dictis. Humorales n. materiæ citius & fortius pmutant mẽbrorũ cõplexiones, qñ in eis fixæ pmanet: ſed oppilationes ſunt cauſſæ fixionis materierũ in epate ſuo. Et ſi bene cõſideras, hæ quatuor cauſſæ inuicem cõnexæ hui⁹ rei veritatẽ manifeſte aperiũt. ¶ Põt autẽ aliquis in huius lapſus cognitionẽ deuenire p multa. ¶ Primo quia tãgens hypochondriũ, vt plurimũ percipit in eo frigiditatẽ, aut remiſſam caliditatẽ cũ manifeſta mollitie. ¶ 2. quia in eo abũdat ſanguis multũ aquoſus. C ¶ 3. quia color in corpore proueniẽs ab aquoſo ſanguine cũ remiſſa rubedine ad palliditatẽ tendit, vel remiſſam citrinitatẽ. ¶ Quarto, q̃a totũ corpus molle & lapſum eſt. Quinto, quia in eo apparet multitudo vrinæ, vt plurimũ crudæ & aquoſæ, aut ſaltem leui tinctura tinctæ, & inuenitur in ea nubes pẽdula in medio & ſupremo vaſis diuiſa ad colorẽ aquæ vſq; tẽdẽs. ¶ Sexto, quia ſupfluitates inteſtinales mucoſæ & aquoſæ vt plurimũ expelluntur. Septimo, hypochondriũ dextrũ pilis eſt denũdatũ propter augmentũ humiditatis. Octauo, quia choleræ rubeę paucitas in eo reperitur & paſſiones & accidẽtia ei⁹. Nono & vltimo, quia in toto fere corpore apparet diſpoſitio, quaſi cachexia. Hæc autẽ aſſignari non põt pprie dicta ſine nocumento epatis plurimũ cõtingente ab augmento humiditatis in epate. Et ex omnib. iſtis inuicẽ cõgregatis & pprie ex virtute vltimi ſigni D cõcluditur, quod vir iſte pronus admodũ ſit ad hydropẽ aſcitẽ, niſi diſcrete puideatur: vt infra tangetur. Hæc de epatis ipſius diſpoſitione.

Complexio epatis calida & humida.

¶ Quinta diſpoſitio principalis eſt mala cõplexio in renib. eius: q̃ eſt frigida & humida; ſiue ipſa fuerit per eſſentiã in renib. incipiens, ſiue per colligantiã ſecundũ partẽ ab epate & a ſtomacho eiſdẽ cõmunicata. Et veriſimilius eſt, ꝙ hęc diſpoſitio in renib. eius ſit magis accidentalis & temporanea, q̃ naturalis, & iterum per colligantiam denominanda talis, q̃ per eſſentiã, qualitercunq; tamen contigerit, videtur quod ſit perſeuerãs, quod per multa declarari poteſt ¶ Primo per ſignum ſumtũ ab operationib. virtutis naturalib. digeſtiuæ eo, quia proprie digeſtiua ipſorum multas ſuperfluitates congregat in renibus propter debilitatem, quæ ſuperfluitates cognoſcuntur, quia in aquoſitate vrinali ſedimen apparet & nubes craſſa; quãdoq; E capillaris, non raro crinoidalis vel herbina, & aliquando furfurea: ſed hæc cõtenta ſignificant renum debilitatem. *16. tertii, c. 3.* Item vrina mingitur vt plurimum multa in quantitate continua & diſcreta: vt *præallegato loco* colligẽdum. Et ille, qui mingit vrinam, propter quod multotiens ad mingendum ſurgit, in renib. eius eſt ægritudo. Et ſimiliter qui habet vrinam, in qua eſt ſedimen carnoſum, capilloſum, & herbaceum. ¶ Secundo illud declarari poteſt ex ſubſtantia vrinæ: quæ vt in pluribus aquoſa eſt, & perſeuerat frequenter in ea remiſſa tinctura palearis vel ſubcitrina: omnes autem gradus colorũ, qui ſunt infra citrinum, ſignificant frigiditatis augmentum. *2. primi, c. de ſignis colorum vrinæ.* ¶ Cõtra; quia vrinæ huius viri nõ raro oſtendũt tincturã notabiliter eleuatã: ita vt qñq; inteſe citrinæ, ruffæ aut ſubruffæ videantur: ſed omnes hi colores caliditatis augmentum ſignificant. F *2. primi, vbi ſupra.* Item vrinæ illæ frequentius ſunt craſſæ, & nubem craſſam in medio vaſis pendentem & colore citrino coloratam habent, ſed multitudo nubis arguit potentiam caliditatis ſeparantis, & craſſitudo arguit materiam calidam & proprie complicatam cum colore citrino. Igitur in renibus eius caliditatis dominium ſignificatur & non frigiditatis.

Complexio ſeu intemperies frigida & humida renum. Hanc intẽperiem eſſe perſeuerantem.

Qui colores in vrinis ſignificent frigiditatem.

¶ Tertio

A ¶Tertio ad idem in renibus eius apparet generari nõ raro multitudo arenarũ, vt ab effe-
ctu in vrina cõſpicit᷑, ſed ipſe ſignificat caliditatis augmẽtũ; *16. tertii cap. de lapide renũ*, cauſ-
ſa enim vincens in generatione lapidis & arenarũ eſt caliditas egreſſa ab æqualitate. Et p̱
eaſdem rationes & conſimiles pariter probari poſſet, quod in epate eius vincat caliditas,
& non frigiditas, cuius oppoſitum apparuit poſſe colligi ex præcedenti c. Ad hæc omnia
reſpondetur. ¶Et primo ad vltimũ dicitur, quod ex ſignis in præcedenti ca. tactis omni-
bus vel ipſorũ aliquo, non bene cõcludatur in epate huius viri dominari frigiditatẽ, imo
principalis cõcluſio inueſtigata in pręcedẽti cap. fuit, ꝙ epar eius erat lapſum ad calidũ &
humidũ. verũ caliditas in eo eſt ita notabiliter ab humiditate ipſius ſuperata, ꝙ appareãt
manifeſta omnia humiditatis epatis ſigna, occultę vero caliditatis reſpectu illius ſigna p̱-
B cipiuntur. Licet enim in aliquo corpore caliditas vincat frigiditatem, ipſa tamen remiſ-
ſa reſpectu humiditatis eſt cauſſa generationis & multiplicationis plurium phlegmatũ.
¶Hæc igitur phlegmata caliditatis naturalis actus ſua humiditate opprimunt in tantũ, ꝙ
non appareãt manifeſtę caliditatis impreſſiones, ꝓpter ꝙ ad motiua prędicta facile ſolui
poteſt. ¶Et primo ad primũ dicendũ, quod non ſemper ex tinctura vrinarum neceſſe ſit
arguere caliditatem epatis aut renum, cõtingit n. materias, quæ ſunt tincturę vrinarũ ef-
ficientes cauſſę, aliunde decidi, & ad vrinam effundi, licet in membris vrinalibus nullum
caliditatis augmentũ percipiatur. ¶Ad formã igitur argumenti cum dicebatur, ꝙ vrinæ
An vrina non ſatis tincta ſemper ſignificat frigiditatem.
huius viri ſint notabiliter tinctæ, conceditur illud, & ſimiliter conceditur, quod tinctura
illa ſignificet augmẽtũ caliditatis in omni loco, vbi ipſa oſtẽdit principiũ effectiuũ & ma-
C teriale, ſed negat᷑ cõſequentia, quoniã neq; in maiori, neq; in minori cõcludit᷑ intẽpera-
mentum eſſentiale in epate, nec in renibus eſſe, ſed eſt, quia cholerica materia multa
quandoque detinetur in veſica fellis, & in venis epatis & renum circumſtantibus pro-
pter aliquas oppilationes: cum ergo aperiuntur illæ, effunditur materia cholerica ad vias
vrinales, & tingit aquoſitatem. Et ſimile eſt de hac materia accidentaliter tingẽte vrinas,
ſicut accidit in criticis tranſmutationibus completis vel incompletis. ¶Et ſimiliter mo-
tiuum 2. ſoluendum eſt, quia dato, ꝙ multitudo & craſſities vrinarum cum tinctura atte-
ſtetur caliditati: non tamen concludunt caliditatem illam inualuiſſe in renibus neq; in
epate. ¶Ad 3. aũt licet videatur difficilius dicitur quod arenarum & lapidis generatio fi-
ant a caliditate egreſſa temperamentum: vt pulchre arguebatur, non tamen cõcluditur
D in renib. eſſe auctam caliditatẽ arenarum & lapidis generatiuam. Contingit. n. ad ipſa-
rũ generationem fortius concurrere caliditatẽ circumſtantium mẽbrorum & calidita-
tem accidentaliter in renibus genitam, quã caliditatem propriam ipſorum renum. Exẽ-
plum primi. ſicut multotiens ab epate a ſanguine in arteria aorta deſcẽdente, & in vena
caua frequẽter intenſa caliditas in renib. producitur. Exemplum ſecundi. ſicut cum per-
ſeuerant oppilationes, & multiplicantur circa renes, intẽditur caliditas & multiplicatur
in eis. Ad formã igitur argumenti, a renibus expelluntur lapilli & arenæ, quæ generan-
tur a caliditate egreſſa tẽperamẽtũ, ergo illa caliditas eſt neceſſaria a renib. patet ꝙ con-
ſequẽtia fallit ex p̄dictis. ¶2. principaliter hęc renũ diſpoſitio poteſt ꝓbari ex nocumen-
to in operatione coitus cõtingẽte, debilitat᷑ n. ꝓpter frigiditatẽ & humiditatẽ in renibus
E Venereus actus, ita, ꝙ quandoq; nõ ſolũ diminuitur, ſed ẽt aufertur, quare *18. tertii cap. præ-
allegato de ægritudinib. renũ inquit princeps: Et comitatur quidẽ debilitatẽ renũ qualitercũq; defectus
in coitu.* ¶Eſt a. ſubtiliter cõmemorãdum ꝓpter q̇d renũ debilitas ſit cauſſa defectus coit⁹.
Quare debilitas renum ſit cauſſa defectus coitus
Dicendũ itaq;, quod actus Venereus a virtute gignitiua perficitur multipliciter. ¶Primo
ex parte cõuenientiæ materiæ ſeminalis in quãto, & in quali debite diſpoſitæ. ¶Secũdo
ex debita diſpoſitione organorũ, in quib. p̱ficitur ſemẽ. ¶Tertio ex debita diſpoſitione
ſpirituũ, qui neceſſarii ſunt ad illius materiei generationẽ. ¶Quarto ex debita diſpoſiti-
one viarũ, p̱ quas effunditur materia ſeminis. ¶Quinto ex debita diſpoſitione membro
rũ, in quibus ſeminalis materia generatur. ¶Exemplũ primi. ſicut materia ſeminalis me-
diocris quãtitatis, & cõueniẽter cõplexionata effuſa ad teſticulos recipit ab eis tempera-
F mentũ, quo ad delectationẽ & generationis aptitudinẽ recipit, neq; n. aliqua materia p̱
cannale tertiũ in mẽbro virili ſpermaticum nominatum, effuſa delectationem in coitu
& fœcũditatem efficere poteſt, niſi tẽperamẽtum prædictum a teſticulis accipiat. ¶Pro-
pter ꝙ corollarie cõcluditur, ꝙ multoties exeat aliqua ſpermatica materia, aut ſibi con-
ſimilis a mẽbro genitali ſine aliqua penitus delectatione, vt patet in multis gonorrhœis;

Et hæc eſt proprie huius viri diſpoſitio, qui habuit longo tempore ſpermaticæ ma- A
teriei eductionem multum vt in pluribus abſq; aliqua delectatione, aut cum eadem re-
miſſe valde. ¶ Exemplum ſecundi multiplicem habet dubitationem ſecundum mul-
tiplicitatem membrorum, quidam enim poſuerunt ſpermaticam materiam generari in
vena caua & ſibi propinquis temperamento epatis per renum ad illius generationem
concurrentibus, vt colligendum eſt *18. tertii cap. de cauſſis ſpermatis*, & aliqualiter *21. tertii*
cap. 1. Et eandem materiam per prædictas venas effundi per vaſa ſpermatica, quorum al-
terum, quia dextrum oritur ab emulgentibus, ſiniſtrum vero ab arteria aorta. Hæc igi-
tur materia per prædicta vaſa effunditur ad teſticulos. ¶ Alii autem voluerunt hanc ſe-
minalem materiam generari in vaſis inuolutis circa teſticulos, a quorum temperamen-
to ſanguis effuſus dealbatur, & in ſperma conuertitur, & eſt opinio impoſita Ariſtoteli, B
lib. 9. animalium cap. de ſpermate.

Nonnulli autem voluerunt materiam illam pręciſe in teſticulis generari, vt iam
viſum eſt. ¶ Et ſi bene conſideras, facile inter iſtas apparenter diſſonas opiniones con-
ciliari poteſt. Sperma enim completiue generatur in teſticulis. Materia vero illius ali-
qualiter remota, temperamentum recipit in vaſis inuolutis. Materiam vero remotam
magis neceſſe eſt prędiſponi a membris ſuperioribus, in quibus digeſtiua virtus poten-
tior eſt, ſc. in epate & in renibus. Patet autem, quod impoſſibile ſit ſperma verum gene-
rari, niſi organa vel membra prædicta ſint debite complexionata & organizata in com-
plexione & vnitate eorum. ¶ Tertium prædictorum iterum neceſſarium eſt, niſi enim
debita quantitas ſpirituum vitalium, animalium & naturalium concurreret, & eorum C
complexionale temperamentum, quomodo poſſet talis materia generari? ¶ Exemplũ
quarti eſt, vt ſi bene vaſa ſpermatica, & viæ iam prædictæ, per quas ſeminalis materia ef-
funditur & recipitur, non eſſent bene diſpoſitæ, nequaquam poſſet ſperma generari.
¶ Exemplum quinti iam apparuit declarationem habuiſſe in declarando membra ad
generationem ſpermatis neceſſario concurrentia. ¶ Ex his omnibus diligenter conſi-
deratis apparere poteſt cauſſa, propter quod hic vir a copula Venerei actus ſit priuatus.
¶ Tertio principaliter hæc renũ debilitas apparere poteſt ex debilitate motus progreſſi-
ui, & ſuſtentatione totius corporis ſuper cruribus, renum enim debilitas multoties per-
ducit ad ægritudines iuncturarum, & hoc quidem eſt ſatis rationale, quoniam ſuperflui-
tates ab epate ad renes valde facile delegari poſſunt per venam renibus ab epate adueni- D
entem, vt *18. tertii, cap. primo prope finem.* ¶ Similiter etiam a renibus ad iuncturas inferio-
res valde facile declinare poſſunt materiæ fluxibilitate & grauitate earum. ¶ Et iterum
per ramum venę cauę deſcendentis in duas partes ramificatę, & deſcendentis per coxas.
¶ Et adhuc etiam propter colligantiam ſitualem ad nucham, & ad ſex paria neruorum
deſcendentium ad alkatin, qui oriuntur a nucha valde leuiter materiæ a renibus ad præ-
dicta membra delegari poſſunt. Vnde & habentes debilitatem in renibus, in motu pro-
greſſiuo ſunt læſi. Et plurimum aliquam ſpeciem doloris iuncturarum inferiorum inci-
dunt: plura alia ſigna debilitatis renum demonſtratiua adducere potuiſſem, ſed hæc
cum his, quæ ſuperius dicta ſunt de nocumentis in vrina contingentibus ſufficere poſ-
ſunt. ¶ Et ex omnibus in hoc c. & in præcedentibus declaratis ſummatim colligi poteſt E
huius viri diſpoſitio, ita, quod complexio eius ex omnibus aggregata particulis declinet
ad frigiditatem & humiditatem, magis tamen ad humiditatem, quam ad frigiditatem,
temperamentum enim naturale epatis non ſufficienter poteſt contra operari frigiditati
ſtomachi, epatis & aliorum, & cum humiditate intenſa ſtat augmentum ſuccedere fri-
giditati, vt *prima primi, cap. de complexionibus*, humiditas enim maior, quam debet, reddit
corpus frigidius, quam oportet. ¶ Secundo ex prædictis corollarie concluditur, quod
oporteat huic viro conuenienter & celeriter prouidere, eo, quia reſpectu complexionis
eius a generatione contractæ, & reſpectu ætatis hic lapſus ſit ſibi ad contrarium, & o-
mnis talis, vt in pluribus eſt verendus, & malæ terminationis iuxta ſermonem ſenis *ſect.*
2. aph. 34. vbi inquit: *In morbis minus periclitantur ægrotantes.* &c. F

Sectio prima de adminiſtratione regiminis debiti per ſex res non naturales continens capitula ſex.

CAP. I. *De electione aeris & loci habitabilis.*

REGIMEN autem eius in duas partes diuiditur. Et prima quidem rectificauit rerum
non

A non naturalium adminiſtrationem. Secunda vero medicinalium exhibitionem. ¶ Pri- *Locus habitationis:*
ma autem harum ſectionum ſex continebit breuia cap. ¶ Quorũ primum eſt de loci ha-
bitabilis electione. Eligatur igitur clima, regio, ciuitas, domus vel camera ad caliditatẽ &
ſiccitatem tendẽtia, magis tamen ad ſiccitatem, quam ad caliditatẽ, & ſit locus eius par-
tialis oriẽtali & meridionali aere detectus, a ventis humidis, borealibus & occidentalib.
elõgatus, & a decurſibus aquarũ, vel vallium remotus, in quo frequenter ignis accẽdatur
ex lignis lauri, abietis, pomorũ, iuniperi, pini, & frondibus herbarum cõſimiliter calida-
rum. In quo ẽt ſæpe ſuffumigium fiat ex colophonia, ſtyrace calamitæ, reſina, pice, ſan-
daraca, thure, laudano, & conſimilibus. ¶ Et gratia annexorum aeri veſtes eius ſint bene *Veſtes.*
calefacientes, & membris adhærentes conuenientis ſtricturæ. Et in hyeme ex conueni-
B entibus pellibus diploidem muniat, & caput eius pileolo agninis pellibus ſuffulto in hy-
eme, & leuioribus in æſtate tegendum eſt.

Cap. II. *De regimine per repletionem & inanitionem.*

QVONIAM huius viri diſpoſitio a multa repletione dependet: Ideo ciborũ quã-
titatẽ mediocrem accipere debet, melius eſt ei a diæta communi media æque di-
ſtanti declinare ad latus ſubtilitatis, q̃ e conuerſo, quare ciborũ & potuum quan-
titatẽ accipiat, nec appetitum excludentẽ, imo decens eſt ei a menſa ſurgere reliquiis fa-
mis & ſitis in ſtomacho remanẽtib. vt cõdecentius amplectente ſtomacho cibos & po-
tus digeſtio perficiatur & laudabilior. ¶ Si ã. iterum contigiſſet ciborum repletionẽ fuiſ-
ſe acceptam ad eorũ eductionem, priusq̃ corrũpantur, properãdum eſt vomitu aut ſub-
C ductione p inferius. Et primum quidẽ horum perficitur imponendo digitum, aut pen-
nam oleo inunctam, vſq; ad principium meri titillando. ¶ Et ſi non vomeret per hoc fa-
ciliter, tunc accipiatur cyathus aq. decoct. radicis raphani, & eidem addantur ℥ ij. aceti,
& totum hoc bibatur tepidum, poſtq̃ plenus fuerit ſtomachus cibis in ſubtilitate, craſſi-
tie, dulcedine & amaritudine, acredine & acuitate variatis. ¶ Si autem per hæc conueni-
enter euomuerit, bonum eſt: Sin minus, fiat ei clyſtere conuenientis attractionis ad in- *Clyſter.*
feriora. *℞. decoctionis quatuor plantarum maluæ, ſcil. mercurialis, betæ, & viol. lib. j. olei vio-*
larum ℥ iiij ſalis communis ʒ vj. benedictæ hieræ Galeni an. ʒ iij. ſacchari ru. caſſiæ fiſtulæ an. ℥ ß. mi-
ſce, & totum hoc accipiatur hora conuenientiori vt apparebit.

Cap. III. *De regimine per quietem & exercitium.*

D EXERCITIVM exiens a mediocri huic viro conueniens eſſet propter neceſſi-
tatẽ conſumtionis ſuperfluitatum, quæ in ipſo abundant, verum, quia in ipſo laſſi-
tudo notabilis apparet: Ideo exercitium propter hoc non videtur eſſe conueni-
ens. Leuiter ergo incedendo aut gradariũ equum equitando ſtomacho exſiſtẽte a cibis
vacuo exercitetur, aut montis diſtantiam aliquantam aſcendendo vel deſcendendo, ita
vt cadat in eo actualiter, & in membris calor auctus percipiatur. Si autẽ ex tali exercitio
laſſitudinem incurrat, deſiſtat ab eo iuxta ſententiam ſenis, inquiẽtis: *In omni motione cor-*
poris, &c. ¶ Et loco exercitii fricationibus corporis vtatur a genubus, vſq; ad pedes: dein-
de ab inguinibus vſq; ad eos, a ſpatulis, vſq; ad nates, & ab humeris vſq; ad manus inferius
trahendo cum fricationibus rubedinem aliquam in membris inducentibus, hora qui-
E dem, qua iam prima completa eſt digeſtio, & venter á ſuperfluitate mundificatus fuerit.
Reliquo autem tempore conueniẽtius eſt ei quieſcere, quam exercitari, eo, quia motus
materierum digeſtionem impedit, *22. tertii cap. de doloribus iuncturarum.*

Cap. IV. *De regimine per ſomnum & vigiliam.*

EX his, quæ in præcedentibus declarata ſunt, patet huic viro neceſſariũ eſſe recedere
magis ab æquali, parumper per augmentum dormiendi, quã vigilandi, vt melior in
eo fiat digeſtio vtriuſq; materiei, & inſenſibilis earũ expreſſio, & licet in ipſo multa-
rum materierũ augmentũ exſiſtat, quę exſiccatione indigent, & per vigiliã exſiccarẽtur
magis, tamẽ, quia per ipſam maior fiet in hoc viro laudabilium materierum reſolutio, q̃
oportet: Ideo ꝓpter hoc amplior ſomnus ei conuenit, quã breuis. ¶ Sõnus itaq; vel dor-
F mitio competit ei diſtanter a cibo, per horam vnam vel duas ſuper dextro prius: deinde
ſuper ſiniſtro latere figura corporis mediocriter erecta.

A decubitu ſuper ſpinam omnino caueat, immo conuenientius eſſet ei ſuper
ventrem, quam ſuper ſpinam dormire. ¶ Caueat dormire in camera antiquæ
conſtructionis, habente teſtudinales reuolutiones, in quam etiam radius lunæ

nullo modo pertingat, nocet enim vehementer capiti eius, & reumatiſmum faciendo ſanguinem vel alterum; *ſecunda tertii, tractatu primo.* A

CAP. V. *De accidentibus animi.*

PASSIONES animi, & maxime contriſtantes omnino euitari debent, fortaſſis enim ita credo in hoc viro triſtitia magna fuit cauſſa corruptionis ſanguinis, & aliarũ materierum in eo. Aut per viam congelationis, quę ſucceſſit ſuffocationi innati caloris, & in membris acẽtratis, aut per viam aduſtionis materierum illarum, licet primam cauſſam a poſteriori viderim verificatam magis, quoniam iſte vir expulit materiam melancholicam ſanguine commixtam, cum ſignis frigiditatem teſtificantibus magis, quam caliditatem. ¶ Fuit enim illa materia nigra & obſcura penitus, abſq; aliqua luciditate. ¶ Secundo fuit ſecundum partes omnes compacta multum. ¶ Tertio vero fuit aſſociata fœtori horribili. ¶ Quarto non habuit ſecum commixtas ſpumoſas partes aliquas, neq; colore citrino coloratas, & omnia iſta ſigna exſtinctionis caliditatis demõſtratiua ſunt, ſicut iſtis oppoſita caliditatis augmentum ſignificant ſeu oſtendunt. ¶ Igitur omne accidens animi per quod moueantur materię, & ſpiritus ad extra ab intus erunt cauſſa prędictę ſuffocationis innati caloris, ſicut furor, iracundia eſſet cauſſa inflammationis & aduſtionis earum, propter velocem & fortem motum in ſpiritibus & humoribus contingentem iracundis & ſimilibus. Et forte, ſi bene conſideras, innati caloris diminutio, quę per modum ſuffocationis contingit, potuit eſſe vna de cauſſis, quæ fecit hunc virum ad Venereos actus impotentem. ¶ Ex qua cauſſa compleretur ſatis numerus cauſſarum diminutionem in coitu efficientiũ. Itaq; neceſſarium eſt huic viro, vt has paſſiones a ſeipſo ſoluat, & hilaris & iucundus exiſtat, vt confortata anima potentior ſit ad ſalutem inducendam bene regendo materias & membra corporis. B C

CAP. VI. *De electione ciborum & potuum conuenientium.*

NVNC autem in hoc cap. pauliſper ſubtilius procedendum eſt. Videtur enim difficile ſatis, poſſe eligi cibaria ſuis qualitatibus, & proptie medicinalibus vnicuique membro lapſo conuenientia propter contrarietatem lapſus in diuerſis membris eius in primo principali cap. inueſtigatam. ¶ At vero vt rationali iudicio modus diætandi in cibis eligatur, præmittendum eſt primo, quod cibaria penitus cibaria dicta ſaltem alicuius quantitatis nõ eſſent huic viro conuenientia, eo, quia augmentum efficerent in materiebus, & iterum, quia non conuenienter aduerſarentur lapſibus prædictis. Cibi enim tales & potus penitus a materia operantur, & non a qualitate. ¶ Præmittendum ſecundo, quod tales cibi debeant eſſe medicinales, aut medicinalibus commixti, ſi cibales fuerint. ¶ Tertio, quod tales cibi debeant eſſe leuiter calidi non tranſcendentes primum gradum, aut primam manſionem ſecundi, quia lapſus ad frigidum in hoc viro eſt parum intenſus. ¶ Quarto, quod tales cibi debeant eſſe in ſiccitate notabiliter eleuati, vt in ſecundo gradu, & adhuc in prima manſione tertii. Probatur, quia lapſus ad humidum in hoc viro eſt amplior, in duplo maior, & amplius, quam ad frigidum, quare &c. ¶ His præmiſſis fiat huic viro panis modicum ſubtilis furfuris habens de fermento, & ſale magis recipiens, quam communis: & ſi comederet aliquanto tempore panem ex farina ſpeltæ factum, eſſet ei vtile magis, aut ſaltem in quacunque cibatione ſemper comedat ante cibum, & poſt tortellos 10. & eſt bis coctus panis. ſit autem bene coctus panis ætatem habens duorum aut trium dierum ad plus. ¶ De carnibus autem eligantur capreti bene adulti, quorum carnes exſiccatiuæ ſunt magis, quam eorum, quorum ætas menſem non tranſcendet, ſint etiam vituli adulti & carnes gazelli, & ſylueſtris porci, & leporis, & ceruí, agni aut caſtrati, & domeſtici porci dimittantur. ¶ De volatilibus autem vtatur omnibus domeſticis & ſylueſtribus, præterquam in aquis degentibus. Vnde pulli, perdices, phaſiani, coturnices, & minutæ aues conuenientes ſunt. De melioribus autem, quibus vti poteſt, ſunt columbi iuuenculi, eorum vero carnes conueniunt ei, cuius corpus infrigidatum eſt & ſanguis eſt paucus. Vnde *ex continentis cap. 669.* Pulli columborum dantur in cibo illi, cuius corpus euacuatum fuit ſanguine aut frigidatum ex longo morbo. Similiter & capreolinæ carnes de quadrupedibus optimæ ſunt ei, ipſæ enim inter ſylueſtres carnes meliores exiſtunt, & ſanguis ex eis genitus, paucas habet ſuperfluitates. Almanſ. 3. *cap. 32.* Carnes vero animalium multæ humiditatis, velut ſunt agni caſtrati, & recentis porci de quadrupedibus, & anates, anſeres, & ortigiones, i. qualliæ de volatilibus non conue- D E F

Panis. Carnes.

A conueniunt,niſi coquantur cum plantis & exſiccatiuis, non multæ caliditatis, velut ſal-
uia,hypericon,aut cum aromatibus notabilis exſiccationis, de quib. tamen pauca quã-
titas apponatur, ne propter caliditatem lædant, propter quod gratia huius ſalitæ carnes
huic viro ſunt conuenientes,& ſimiliter carnes in mortatiolis cõditę,& in vẽtribus con-
ſeruatę. ¶ Ex plãtis conueniunt ei ſaluia,mentha,ruta,ſerpillũ,& ꝓprie maiorana,fœni. *Plantæ.*
petroſ.daucus,i.baucia ſylueſtris & domeſtica. Caules ẽt conueniunt ei, & in ſumma o-
mne vegetabile,cuius caliditas non eſt excedẽs multum, & ſiccitas eſt notabilis,propter
quod lactuca,portulaca,beta,ſpinachia, viola,malua, cucurbit. cucumer. citrulli, & an-
guria omnino dimittantur,niſi in pauca valde quantitate & raro vſu. ¶ Fructus vero ho- *Fructus.*
rarii,vt ceraſa,dimittãtur & auellanæ recentes Ficus vero ſolationę, vel fabationæ,& a-
B mygdalæ recẽtes, & pyra ad notabilem dulcedinem inclinata, & pepones bene dulces
conueniunt ei. ¶ Ex ſiccis fructibus conueniunt ei ficus ſiccæ,phiſtici,xylokaractæ,i. ka-
rabe,auellanæ, caſtaneæ elixæ,& proprie ꝓpter renes,& amygdalæ ſiccæ & conſimiles;
& vuæ recentes bene & maturæ etiam vtiles ſunt ei, niſi,quia non ſit vſus eorum frequẽs
& multæ quantitatis. ¶ Ex radicibus cõueniunt ei rapæ,& napi ꝓprie: eo,quia mundifi- *Radices.*
cant renes, & exſiccant coitum. Et cæpe etiam & proprie cocta cõueniunt ei, & p̃cipue
bulbus cũ confortatione ſtomachi,quam efficit. Alliũ vero & porrum dimittantur,karo-
tis autem cuiuſcunq; ſpeciei vti poteſt,& quouis præparationis modo. Aſparagus & lupu-
lus,& cappares cum mundificatione & exſiccatione ſua etiã ſunt laudabiles. ¶ Ex condi-
tis placent oliuę,& baucię,napi conditi,& proprie ſecacul,i.eryngium conditũ,propter
C renes,& cydonia condita,iterum poſt cibum ſunt ei bona. ¶ Ex peregrinis conditis cõ-
ueniunt ei inter reliqua extremitates balſami conditi, & dicitur confectio xylobalſamũ
conditũ,zinzib.etiam conditum, quod viride dicitur. Hæc duo ſunt,in quibus magna
ſuæ curationis vis conſiſtit,chebulos ẽt cõditos laudo. Et erit omnium iſtorum canõ ad-
miniſtrationis in regimine medicinali declarãdus. ¶ Ex his vero,q bus cauſſa delectatio
nis cibi condiunt,placet vſus aceti acutiſſimi,& agreſtę conuenienter ſalſę,& limonũ ẽt
vſus cum apertione,inciſione & exſiccatione ſua conueniens eſt. Citrangulorum vero &
granatorum acrium vſus non eſt ei conueniens, ſuccus autem muzorum, & dulciũ gra-
natorũ omni modo. ¶ Oleũ oliuarum bene maturarũ non multum arridet: eo,quia hu-
midum eſt in fine primi,in quantũ vero calidum eſt in principio primi,conueniret,ſed ſi
D erit in ſuo artificio conuenienter ſalitũ,conueniet ei. ¶ Butyri vſus omnino dimittatur *Butyrum.*
ꝓpter ampliorem eiꝰ humiditatẽ,quam in oleo oliuarum. Si autem hic vir vellet vti oleo
conueniẽti,non eligat oleum præter factum de nucibus. Ipſum enim cum exſiccatione,
calefactione,& aptione ſtomacho,epati & omnibus vrinalibus viis conuenientius eſt,q̃
p̃dicta. ¶ Oleũ ẽt amygdal. dulciũ,& de phiſticis ſumme conueniunt ei. ¶ Oleũ de pineis
& de ſiſamo omnino dimittantur. ¶ Mel vero & cõdita omnia cibaria laudabilia ſunt,cũ *Oleum. Mel.*
n. calidum ſit & ſiccũ in ſecundo,& potenter aduerſetur phlegmati vbicũq; reperiat,cõ-
ſumendo ipſum & præcipitando per ventrẽ & per vrinam,non euacuatur ab euacuatio-
ne cõuenienti,& ꝓprie in vigorãdo & mundificãdo,ꝓpter ꝙ oportebit,ꝙ vir iſte vtatur
non raro hydromelle,cuius deſcriptio & vſus in ſequenti cap. declarabitur.

E Quo ad potũ conuenit ei vinum ſubſtantia purum,vel diaphanum, colore album, *Potus.*
vel citrinum,odore ſuaue, potentia ſua mediocrem fumoſitatem habens, quod tamẽ ſi
fumoſum fuerit, aqua confringendũ erit, ſecundum tertiam vel quartam partẽ eius cõ-
mixta,quæ menſurari poterit ſecundum diſcretionem patientis,& vini fumoſitatẽ,& ſit
aqua ab electo fonte collecta,quę ſit cœlo & aeri diſcooptus,a vallib.& limoſis ſuperflui-
tatibus,& corruptibilib. plantis in eo natis denudatus,in quo neq; ranarũ,neq; ſanguiſu-
garum,vel piſcium multitudo reperiatur. ¶ Eligibilior autem aqua eidem eſſet aqua ci-
ſternæ,quæ cum velocitate ſuæ penetrationis, & ſubſtantię tenuitate penetrabilior eſt,
& proprie,ſi cum ſaccharo commiſceatur & coquatur,ſaccharum enim & proprie tertiæ
decoctionis tabarzet nominatũ a medicis conuenit ei, cum eo quidem nutrit calefa-
F ciendo & exſiccando. Eſt enim calidum in fine primi, & ſiccum in eodem, & confert *Tabarzet quid.*
ſtomacho abſtergendo ab eo phlegma, & a membris nutricationis.

Sectio ſecunda continens cap. vnum. De regimine harum diſpoſitionum per inſtrumenta medicinalia.

IN electione autem medicinarum diſpoſitionibus huius viri conuenientiũ præmittẽ,

dum primo, quod difficile ſit eligere inſtrumenta omnibus diſpoſitionibus ſimul con- A
uenientia, propter varietatem ipſarum, quod n. eſſet conferens diſpoſitioni renum & epati eius, non videretur vtile ad diſpoſitiones ſtomachi, capitis & neruorum ipſius. Ideo ſecurius eſt intendere ad rectificationem alicuius de numero harum diſpoſitionum, & maxime ei, quæ ſuſpectior eſt, deinde permutatim tranſire ad regimen aliarum, ſecundum quod magis videtur infeſtare neceſſitas. ¶ Præmittendum eſt ſecundo, quod regimen huius viri per medicinalia permutandum ſit, ſecundum reuolutionem partium anni. Harum autem diſpoſitionum quędam magis infeſtare ſolent in vere, quam in æſtate, & ſic de aliis. ¶ Ideo pręmittendum eſt tertio, quod reſpectu eius in principio veris fiat eductio materierum, a quibus hæ diſpoſitiones fieri & augeri ſolent, vt nunc ſequitur, & ſic de aliis temporibus. B

Potio minoratiua. Itaq; in principio menſis Martii circa ſextum vſq; ad decimum diem lunarem eius adminiſtretur hoc primum minoratiuum. ℞. *agarici electi, hermodactylorum an.* ʒ j. ß. *zinziberis, aniſi, viol. an. ſcrup.* ß. *ſalis Indi gran. iij. aquæ eupatorii, aq. viol. an.* ℥ *ij. aquæ abſinthii* ℥ j. ß. *penidiarum* ʒ *vj. infundantur ſpecies pulueriſatæ in prædictis aquis, per vnam diem naturalem: deinde calefiant omnia, & bene miſceantur & colentur, colaturæ illi admiſceatur electuarii Indi* ʒ j. ß. *& totum calidum in potu exhibeatur*, & poſt ipſum dormiat per horam vnam, & tranſactis horis quinq; accipiat cyathum vnum aquę calidæ hordei cum ſaccharo, & poſt iterum tardet cibum per horam vnam. *Potio digerens.* ¶ Accepto igitur hoc minoratiuo, die immediate ſequenti, accipiat hoc ſecundum remedium. ℞. *ſyrupi compoſiti acetoſi* ℥ ß. *ſyrupi de eupatorio* ℥ j. *aq. menthæ, aq. abſinthii an.* ℥ j. *aq. cichoreæ* ℥ j. ß. *miſce & accipiat ipſum, vſq; quo appareat* C *in eius vrina hypoſtaſis alba æqualis coniuncta, & in fundo ſedens.* ¶ Tertium inſtrumentum eſt, *Bolus.* vt in die immediate ſequenti purgetur hoc medicamine. ℞. *hieræ Galeni* ℥ ß. *caſſiæ fiſtulæ, paulo ante de canna extractæ cum aq. eupatorii* ℥ j. *agarici electi* ℈ j. *zinziberis gr. iij. miſce & obſeruētur poſt ipſum hora, & conditiones omnes, quæ de minoratiuo ſuperius poſitæ ſunt.* ¶ Quartum inſtrumentum eſt, vt poſtquam præſcripto modo purgatus fuerit intēdet ad mundificati- *Gargariſma* onem capitis eius cum hoc gargariſmate. ℞. *corticum agarici, colocynth. an.* ʒ ß. *coſti, pyrethri, ſtaphyſagriæ, zinziberis, cinam. an.* ʒ j. *pulueri zentur omnia & bulliant in lib. iij. aq. vſq; ad conſumptionem medietatis. De hac igitur coctione colata accipiatur lib.* ß. *& ſuperaddatur eidem oxymellis ſquillitici* ℥ j. ß. *electuarii diairis deſcriptionę Nicolai* ʒ *iij. miſce, & cum hoc actu calido, poſtquam pauliſper fuerit in ore retentum fiat gargariſma, mane & ſero per horam* j. ß. *ante cibum diebus ſex* D *vel octo continuis.* ¶ Quintum inſtrumentum eſt, vt poſt illud gargariſma gratia confortandi caput & cerebrum, vtatur omnibus iſtis inſtrumentis ſimplicibus & compoſitis. ¶ Quorum primum eſt ſpica Indica, quæ ſuper bregmate pulueriƶata confortat cerebrum. Vnde in aggregatore Io. Serap. *in ſuo cap.* Spica Indica exſiccat humores in capite congregatos, confortat cerebrum, & prohibet reumatiſmos. ¶ Item ad hanc intentionem confert excellenter ambra pulueriƶata ſuper bregmate. Vnde vbi ſupra cap. de ambra: *Ambra ſuperpoſita capiti confortat cerebrum & corroborat ipſum, & ſenſus eius & cor.* ¶ Item ad eandem intentionem confert auellanarum comeſtio, ipſæ enim augmentum efficiunt in cerebro, *2. canon. auctoritate Hip. cap. de auellana.* ¶ Sextum inſtrumentum eſt, vt, poſtquam vſus fuerit prædictis, per aliquot dies per vnam completam ſeptimanā, omni ma- E ne ore eius pleno traiiciat per nares eius de hac mixtione. ℞. *aquæ ſublimationis maioranæ,* *Aqua per nares attrahenda.* ℥ *iij. moſchi electi gr. v. tepefiat totum, & adminiſtretur vt ſupra.* Ego enim tota ætate mea nullum inueni remedium melius, celerius & efficacius cerebri & neruorum confortatiuū. ¶ Septimum eſt, vt aſſueſcat ſæpe comedere xylobalſamum conditum non ſophiſticatum, quod fit ex recentibus virgulis ligni balſami cum ſaccharo conditis, & accipiatur in mane completa iam prima digeſtione cochlear vnum ex eo, & tardetur cibus ſaltem horis quatuor. ¶ Octauum, quod communicat iuuamentum magnum omnibus fere diſpoſitionibus eius, eſt vſus ſotyræ magnæ poſitæ ab Auic. *5. can. ſum. 1.* quę ſotyra, i. ſal- *Selfe quid.* uatrix interpretatur, licet Haly Abbas *4. practic. ca. 6.* hoc electuarium nominauerit ſelfe. Et accipiatur ex eo ʒ j. ß. in aurora cum aqua maioranæ gratia cerebri, & cum aq. roriſ- F marini propter neruos, & cum aq. abſinthii, vel menthæ propter ſtomachum.

Remedia cordialia. Pro corde nonum remedium eſt, & magis inferioribus conferens membris, ſtomacho, pectori, & epati eius, & cum apparuerit in prędictis, vel ipſorum aliquo nocumentū manifeſtum, incipiat ſibi prouideri & primo lipothymiis & debilitatibus cordis & defe-

ctui ani-

A ctui animoſitatis cum hoc digeſtiuo. ℞.*aq.ſublimationis melliſſæ & bugloſſæ an.* ℥ *ij.ſyrupi de* Potio.
corticibus citri ℥ *j.ſyrupi de byzantiis* ℥ *ß. detur hoc actu calidum in aurora per 8. vel 10. dies conti-*
nuos. ¶ Decimum inſtrumentum eſt, vt hic vir accipiat hoc euacuatiuum die immedi-
ate ſequenti. ℞.*aq.ſublimationis foliorum baſiliconis, aq.radicis enulæ, an. vnc.j.ß.reubarba-* Potio purgãs
ri, agarici electorum an. drach.j.ß.zinziberis ſpicæ nardi an.ſcrup.ß.ſalis gemmæ gran.iij. infun-
dantur omnia per diem naturalem in prædictis aquis: deinde calefiant, & colentur & exprimantur,
& colaturæ addantur drachm.ij.electuarii ad melancholiam ſolutiui, deſcriptione Auicen.ſecundo
de viribus cordis, capit.penultimo, & obſeruetur poſt iſtud totum, quod poſt alia ſolutiua ſcriptum
eſt. ¶ Et attende, quod præſcriptum digeſtiuum immediate, & hoc ſolutiuum com-
municant intentiones ſuas materiebus, aut lapſibus calidis & frigidis. Vnde ſi tua in-
B tentio inclinaretur magis ad aduerſandum choleræ, quam phlegmati, tunc multiplice-
tur doſis reubarbari, & e conuerſo ad frigidam intendendo cauſſam, addatur in doſi a-
garici ſecundum coniecturam tuam. ¶ Vndecimum inſtrumentum ſpeciale & vltimum
eſt hoc compoſitum. ℞.*aq.meliſſ.* ℥ *ij.pulueris zedoariæ* ʒ *j. vini aromatici* ʒ *ij. miſce & qua-* Potio.
tuor vel quinq; diebus calidum exhibeatur in potu, & fuit de expertis vetutiſſimi auctoris Alkaſis,
ſcripſit enim in lib.ſimplicium, zedoaria confortat cor, lætificat ipſum, & medetur ſynco-
pi, melancholiæ & tremori cordis, & multum corroborat ipſum & epar. ¶ Ego vero do-
ctrina Dioſcoridis, & experientia ab eo habita ſcio, ſi quibuſdam diebus omni mane in
potu dentur gran.iiij.electi moſchi cum ℥ ij. aquę ſublimationis foliorum aut florũ cro-
ci, mirabiliter releuet ſyncope laborantes, & reſolutos omnes, a quacunq; cauſſa conti-
C gerit ipſos defeciſſe, ſiue calida ſiue frigida. Vnde Dioſ.*in ſuo cap.moſchus potatus confortat*
cor & omnia membra interiora, ſiue ſuperpoſitus. Vnde eſt dans vigorem omnibus membris,
vel ſolatium, vt habet alia litera, fortitudinem eius augendo. ¶ Duodecimum inſtrumē-
tum de his, quæ cordi, cerebro & omnibus principalibus vtilitatem afferunt, eſt electu-
arium de gemmis deſcriptum a Meſue *in antidotario ſuo diſtin.prima c.3.* & fuit de medici-
nis Gal. collectis ab eo *in libr.10.tract.* de quo exhibeantur omni mane ʒ iij. & ſi volueris
ipſum cerebro appropriare magis, detur cum ℥ ij. aq. ſublimationis betonicę, vel ſaluiæ
in frigida cauſſa, in calida cum aq.roſ.vel viol. & cum intendis ad lapſum frigidum cor-
dis cum eo, detur cum aq.enulæ vel meliſſ.ad calidum cordis lapſum detur cum aq. ace-
toſæ vel florum ſalicis, vel bugloſ.quæ temperata eſt, & reſpectu lapſus calidi infrigidati-
D ua, eo, quia remiſſum additum intenſo remittit ipſum, vt ex principiis theoriæ deductũ
eſt: ſimiliter etiam ſi hoc electuario volueris vti ad ſtomachum calefactum, detur cum
aqua labruſcę, vel decoctione eius, vel cichoreæ, vel florum ſalicis, & ad frigiditatem ei⁹
cum aq. abſinthii, menthæ, vel betonicæ. Et quando volueris cum eo vigorare epar ca-
lefactum, detur cum aqua endiuiæ, epaticæ vel cichoreæ, ſicut ad ipſum infrigidatum
confert aqua eupatorii, hypericonis & ſimilium.

Pro ſtomacho tertium decimum inſtrumentum eſt rectificans ſtomachum, in quo
propter amplam humiditatem eius per viam indigeſtionis materiæ frigidæ generantur
& congregantur, cuius deſcriptio.℞.pulueris carui ʒ ß.maſticis ℈ ß.detur in potu cum ℥
j.aquæ decoctionis grani piperis longi. Eſt enim inſtrumentum magnæ efficacię, quod
E in quam plurimum hominum, & in me ipſo vidi, vt ex cõponentibus videri poteſt. Vnde
Dioſ.ca.de maſtice: Maſtix euſtomaticha eſt, epar & ventrem defectos corroborat, & in
actiones eorũ iuuat abſq; moleſtia. De carui vero in aggregatore Serapionis ita ſcripſit:
Carui bonum eſt ſtomacho, calefacit & corroborat ipſum, & facit digeri cibum, & intra
in confectionibus medicinarum facientibus deſcendere cibum. Piperis lõgi vſus ad ſto-
machum infrigidatum in cibis eius eſt optimus. Decimum quartum inſtrumentum eſt
ad ſtomachum calefactum experimentum hoc.℞.pulueris labruſcę ʒ j.detur in potu cũ
℥ j.ß.aq.acetoſæ, aquæ frigid. Ego etiam experientia certa ſcio, quod ſi ʒ ij.roſatæ nouel-
læ deſcriptione Nicolai dentur in potu cum ℥ iij. aq. acetoſæ mirabiliter confert. ¶ De-
F cimũ quintum inſtrumentum eſt, & proprie de his, quę ſtomacho, cordi, cerebro & epa-
ti mirabile afferunt iuuamentum, vt vir iſte frequenti vſu accipiat in aurora cochlear
vnum phiſticorum conditorum ſecundum modum de eis ab auctoribus inuẽtum. Ego
vero ſine multa anxietate ſoleo exhibere mũdificatos cũ ſubdupla quãtitate ſacch. albi.

Pro epate decimum ſextum inſtrumentum, & proprie de his, quæ appropriantur Epatica.
epati, in quo multum oportet ponere attentionem, eo, quia forma huius viri ſine dubio

corrupta eſt, ſiue per formã colorẽ aut habitudinẽ intelligere velimus. Eſt n. color eius ex citrino & albo compoſitus, forma eius eſt cachectica, vt videnti apparere poteſt: vnde talia, & ꝓprie ſi perſeuerent, venturam hydropem huic viro pronuntiant. Cum igitur ad epar eius calefactum intendens, adminiſtretur ei hoc digeſtiuum quod continuet ꝑ plures dies. *♃. aquæ epaticæ, aquæ cuſcutæ an. ℥ ʲ. ß. ſyrupi de byzantiis, ſyrupi de eupatorio an. ℥ vj. miſce, & totum detur in potu parum calidum.* ¶ Decimumſeptimum inſtrumentum eſt educens materias calidas & corruptas ab epate. *♃. triphera perſica deſcriptione Meſuæ in Antidotario ℨ ij. reubarbari electi dr. j. ſquinanti gran. vj. detur in potu cum medio cyatho aquæ lactis caprini, & fiant poſt ipſum omnia, quæ de primo minoratiuo ſunt ſcripta.* ¶ Decimum octauum inſtrumentum eſt, vt intendatur ad epatis confortationem poſt ipſius euacuationem cum hoc compoſito. *♃. ſemin. cuſcutæ, cichoreæ, ſcariolæ, ſpodii an. dr. j. electuarii diaꝉaccæ deſcriptione Auicenn. quinto can. vnc. ij. vini granatorum vnc. j. ß. ſacchar. candi. vnc. ij. fiat electuarium, de quo omni mane in aurora accipiat drach. v. cum aqua cichoreæ*, & confortat valde, & tardetur cibus poſt ipſum horis quatuor. Et ſi volueris epar cum his, quæ a proprietate conferunt, rectificare, congrue da ei in potu quibuſdam diebus drach. ß. epatis lupi exſiccati cum vnc. j. aquæ cichoreæ in materia calida, cum aqua eupatorii in materia frigida. Epar enim adib enumeratur inter res epar confortantes a proprietate ſua, quæ ſunt tres deſcriptæ *14. tertii, cap. de confortantibus epar in fine*, quæ ſunt omnes ſpecies endiuiæ. Caro limaciorum & ſunt cochleæ, quæ reperiuntur in dumetis, & epar adib. lege ibi. ¶ Decimum nonum inſtrumentum ad frigidum lapſum epatis intende cum hoc digeſtiuo. *♃. aquæ eupatorii, aquæ abſinthii an. vnc. j. ß. ſyrup. diarodon deſcriptione Meſuæ in antidotario vnc. j. ſyrupi de eupatorio vnc. ß. miſce, & detur in potu pluribus diebus cum apparitione hypoſtaſis ſupra limitatæ.* ¶ Vigeſimum inſtrumentum & proprie mundificatiuum materierum frigidarum ab epate eſt hoc. *♃. electuarii Indi drach. ij. agarici electi ſcrup. ij. zinziberis gran. vj. ſyrup. de eupatorio ℨ j. detur totum in potu cum decoctione exteriorum corticum phiſticorum cum conditionibus in ſolutiuis obſeruandis vt ſupra.* ¶ Et ſi volueris adminiſtrare pillulas. *♃. pilularum aggregatiuarum deſcriptione maiori drach. j. pilularum de reubarbaro ſcrup. j. cum ſuc. endiuiæ reformentur pilulæ viij. & dentur in potu.* ¶ Vigeſimum primum inſtrumentum, & poſt prædicta rectificatiuum epatis eſt hoc. *℞. electuarii diacurcumæ deſcriptione Auicen. 5. canon. ℥ iij. florum eupator. ℨ j ß. ſpicæ nard. ſquinanti, xylobalſami, chamed. an. ℈ ij. ſyr. de eupa. ſacch. al. an. ℥ ij. fiat electuarium, de quo omni mane aſſumat ℨ ij. in aurora & tardet poſt ipſum cibum horis quatuor.*

Digeſtiuum. — *Potio ſolutiua.* — *Electuariũ confortans.* — *Syrupus ad epar frigidum.* — *Potus mundificans materias frigidas ex epate.* — *Pilulæ.* — *Elect. rectificans epar.*

Pro neruis & iuncturis: ſi autem in hoc viro appareret relaxatio in neruis vel in iuncturis, ſicut ſatis in eo ſuſpicor & apparere poterit per impedimenta in motu progreſſiuo contingentia, tunc vtatur his remediis ſimplicibus a ſcriptoribus collaudatis. Quorum primum eſt &c. ¶ Vigeſimum ſecundum eſt frequens vſus comeſtionis pullorum columborum. Auenzoar enim mirabilia dixit de eis, ita ꝙ comeſtio pullorum columborum, & proprie ſylueſtrium confert relaxationibus membrorum omnium, tremori totius corporis, trahentibus poſt ſe crura & pedes, priuationi ſenſus & motus, & interſectioni loquelæ.

Remedia pro neruis & iuncturis.

Item gratia huius a prædicto auctore collaudantur aquæ thermarum, i. balneorum naturalium & proprie ſulphureorum. Vnde & huic viro his diebus libenter balneum conceſſiſſem, niſi multitudo humiditatum in eo, de quarum putrefactione dubitaui, & membrorum principalium debilitas obſtetiſſet, quare cum per regimen prędictũ ſufficienter rectificatus fuerit in medio autumni ſummo iuuamento, credo balneum ei collaturum. ¶ Vigeſimum tertium inſtrumentum eſt experimentum nobile mundificans cerebrũ, & a neruis materias infuſas attrahens. Cuius deſcriptio. *♃. pul. nigellæ, quæ per quatuor dies naturales infuſa ſteterit in aceto acuto ℨ j. ſucci radicum ſiclæ ℥ j. hydromel. ℥ iij. miſce & tepefiat, & de eo fiat caputpurgium, ſicut de alio ſuperius ſcriptum eſt debere fieri.* ¶ Vigeſimum quartum inſtrumentum, & proprie de compoſitis eſt vſus continuus electuarii de acoro, aut ſaltem conditum de acoro, & eſt radix eius humida vel tenera, cum melle condita, vt per varia volumina hinc inde colligi poteſt, quorum alterũ, vel quodlibet accipiatur in aurora vſq; ad quantitatẽ ℥ ß. tardando poſtea cibum horis 4. ¶ 25. inſtrumẽtum eſt, vt q habẽt laſſitudinẽ in neruis & iũcturis, aſſueſcãt inungere ſpinã ſuã freqũter

Caputpurgium.

ex oleo

A ex oleo de pyrethro actu calido, quare *octauo ſimpl.* oleum de pyrethro torpidos & paralyticos iuuat.

Pro renibus vigeſimum ſextum inſtrumentum principale, & reliqua quinq; ſequẽtia ſunt de appropriatis ad diſpoſitiones renum huius viri, & hoc quidem confert ad gonorrhœam, quæ multum moleſtauit ipſum intantum, quod perduxit ipſum ad impotẽtiam Venerei actus. Vnde aſſueſcat in aurora accipere ʒ j. pulueris florum nenupharis cũ ℥ ij. vini nigri ſtyptici. Ego vero maius iuuamentum expertus ſum in radice nenupharis, quam in flore eius: tu elige, quæ magis placent. ¶ Vigeſimum ſeptimum inſtrumentum eſt hoc. ℞ *ſem. portulacæ, & lactucæ an. ʒ ß. ſucci extremitatum cannæ humidæ, i. recentis vnc. ij. miſce & tepidum in potu detur in aurora tardando cibum horis quatuor, & dormiat poſt ipſum ad* B *libitum.* Et hæc duo licet a proprietate conferãt in omni gonorrhœa, excellentius tamẽ iuuant in calida. ¶ Vigeſimum octauum inſtrumentum, & proprie ad gonorrhœam frigidã eſt hoc. ℞ *ſe. agnicaſti ℈ ij. aq. menthæ ℥ ij. detur in potu totũ, vt ſupra dictum eſt.* ¶ Vigeſimum nonum inſtrumentum, & proprie ad cuiuſcunq; ſpeciei gonorrhœam conferẽs, eſt hoc. ℞ *ſem. roſ. coriandri præparati, maſti. acatiæ, ſumach, granorum myrti, capularum glandiũ, ſpodii de canna an. ʒ j. ß. ſem. rutæ, & agni caſti torrefactorum, & conſperſorum cum aceto mẽthæ, macis, pyrethri an. ℈ ij. corallorum rub. ʒ iij. minæ cydoniorum ſacch. an. ℥ iij. fiat electuarium, & accipiatur ex eo 30. diebus, omni die in aurora ℥ ß. cum aqua ſublimationis gallarum cypreſſi, vel decoctionis earum vnc. ij. & tardetur cibus poſt ad minus horis quatuor.* ¶ Trigeſimum eſt de his, quæ appropriata ſunt viris effœminatis, qui coire non poſſunt, & ad virgæ erectionem impo- C tentes ſunt. ℞ *rad. eryngii mundificatarum conuenienter lib. j. ſem. porri, bauciæ domeſticæ, & ſylueſtris, ſem. cæpæ an. ʒ iij. radicum ſatyrionis recentium, ℥ viij. macis, been alb. & rub. radicis liquirit. mundæ an. vnc. ß. caudarum ſtincorum vnc. ij. cerebrorum paſſerum aſſatorum vnc. j. ß. ſacchar. alb. lib. ß. coquantur radices omnes in lib. viij. aq. fontis, vſque ad conſumtionem medietatis eius lento igne factam: deinde ſuperaddatur lib. j. vini dulcis tribiani, de monte ſancto: coquantur igitur omnia inſimul minutim inciſa, vſquequo diligenter conteri poſſunt, tunc addatur ei ſaccharum diſſolutum, & coctum cum aqua erucæ: deinde addantur ſpecies ſubtiliſſime puluerizatæ.* Hoc enim electuarium mirabiliter confert ad coitum rectificando renes & omnia mẽbra ad ſeminis generationẽ conuenientia. ¶ Trigeſimum primũ eſt hoc, & breuius & maximæ efficaciæ ad hoc, vt *omni mane tres vitelli ouorum coquantur lento igne cum lib. ß. vini dulciſſimi* D *præſcripti, in fine autem coctionis addantur penidiarum ʒ vj. pulueris ſatyrionis ʒ j. macis ℈ ß. miſce & hoc totum bibatur in aurora, & dormiat poſt ad libitum*, eſt enim coitui bonum, cum quo gentes multas ad Venereum actum impotentes ſæpe deduxi. ¶ Trigeſimum ſecundum & vltimum ſunt pilulæ quædam, quarum vſus confert cerebro, cordi, epati, & membris generationis & vrinalibus, mundificando phlegma, & materias omnes mixtas, & expellendo ventoſitates ab eis, & aperiunt etiam oppilationes eorum, quarum deſcriptio. ℞ *ſuc. abſinth. ℥ iiij. ſuc. endiuiæ, ſuc. roſ. an. ℥ ij. ß. alo. epaticæ electæ lib. ß. agarici alb. leuis ſine nodis ℥ ij. hermodactylorum, carthami an. ℥ j. maſticis ʒ j. ß. zinzib. dauci, aniſi, cymini an. ʒ j. ſem. baſiliconis, ſpicæ nar. xylobalſa. ſem. apii an. ʒ ß. ſalis Indi ℥ ß. omnia per ſe, & in diebus canicularibus infundantur in prædictis ſuccis, & exponantur ſoli ſæpe agitando, vſq; ad conſumtionem ſuccorum, & ſic* E *fiat ter permutando ſuccos.* Cum ergo tota maſſa exſiccata fuerit, puluerizetur, & ex ea fiant pilulæ ex omni ʒ vj. vel vij. & de eis accipiantur duæ parum ante cœnam, & poteſt etiam ex eis omni medietate menſis accipi ʒ j. vſq; ad ℈ iiij. & obſeruando ea, quæ de minoratiuo ſuperius ſunt dicta, & ſi bene conſideras materiam compoſitionis earum, videbis in eis includi iuuamenta multiplicia ad has vel alias diſpoſitiones plurimas ad laudes Dei omnipotentis, qui omnes languores ſanat & curat, &c.

Remedia pro renibus.

Potio.

Alia.

Electuariũ.

Electuariũ.

Pilulæ.

Consilivm XXVIII. *De mala complexione frigida & humida cerebri a materia phlegmatica aquoſa & viſcoſa, aliquando ad inferiora deſcendente.*

F DISPOSITIO nobilis viri Guidonis eſt mala complexio frigida & humida cerebri a materia phlegmatica aquoſa & viſcoſa, quæ cum multiplicatur in capite ſuo, neceſſe eſt, vt deſcendat per aliquam viam expulſionum materierum, aliter immineret ei periculum aut ſuffocationis, aut alterius malæ diſpoſitionis cerebri, & cum materia talis in cerebro & in venis eius multiplicata eſt, incitat virtutem ad ſui expulſio-

nem, & virtus incitata transfert materiam per locum non valde ſuſpectum, quando A
deſcendit ad palatum & ad os. ¶ In quantum vero ſecundum partem tranſlata eſt ad pectus materia, maiorem dubitationem oſtendit. Si enim permanſiua fieret ibidem, fortaſſis virum iſtum perduceret ad empyema, aut ad aliam pectoris diſpoſitionem non leuiter verendam. Quod autem ſcribitur de cauſſis huius diſpoſitionis effectiuis, ſcilicet dormitione cum veſtibus, non eſt neceſſarium credere, ſed longa vigilia, aut interruptio ſomni, aut multa ciborum aſſumtio plus in cœna, quam in prandio, vt communiter fit, aut fortes motus, & veloces poſt cibum & ventris conſtipatio, ſeu ſtypticitas, & dormire in locis humidis in multitudine frondium, caput in dormiendo decliue tenere, & non bene coopertum, ſunt cauſſæ fortiores ad intendendum diſpoſitiones ſimiles ei, quam patitur. ¶ Prima itaq; intentio eſt caput rectificare, ne materia illas B
ita ſuccedendo multiplicet. ¶ Secunda intentio eſt materias diuertere. ¶ Tertia eſt pectus mundum & apertum efficere.

Caput rectificantia, ne materia illas ita ſuccedendo multiplicet. Prima autem intentio completur abſcindendo vel diminuendo cibum in ſero de quantitate conſueta. Itaq; parum comedat & omnia fercula & brodialia euitet, & vina valde fumoſa, neq; dormiat poſt cœnam niſi tranſeat hora j. & ß. & caput eius in dormiendo ſit bene coopertum pannis, nulloq; modo decliue, imo eleuatum dormiẽdo teneat. Euitet dormitionem in vmbris & frondibus arborum, & proprie in locis, ad quæ radius lunæ peruenire poſſit, & caueat a cibis acutis & ſalſis, vt cæpis, alleo, raphano & ſimilibus, euitet lac & omnia cibaria lacticinia, & vinum, quod bibit veſperi in cœna, omnino dilutum ſit. C

Materiarū diuerſio. Pro complemento vero ſecundę intentionis multa neceſſaria ſunt inſtrumenta huic magnifico viro. ¶ Et primum quidem horum eſt, vt mane hora electa, ſc. per vnam horã poſt ortum ſolis phlebotometur cephalica vena dextræ manus inter policem & indicem poſita, & educantur ſanguinis ℥ iiij. vel v. ventre eius exſiſtente fluxibili, & hoc eſt curationis eius primum principium omnino præ aliis eligendum & præmittendum, euacuat enim materiam, & diuertit, & ſubtrahendo ipſam cerebrum fortius efficitur. ¶ Secundum inſtrumentum eſt, vt mane ſequenti phlebotomiam, in aurora accipiat vj. de iſtis pil. poſt quarum aſſumtionẽ non dormiat, niſi per horam vnã immediate, & abſtineat a cibis horis vj. & eo mane cibus in quantitate ſit aliqualiter minoris quãtitatis, q̃ ſoluerit,
Pilula. quarum deſcriptio. ℞. *pil. aurearum dr. j. aloes ablutæ dr. ij. ireos, arthanitæ, ſandaracæ, an. gr. vj. agarici, colocynthid. an. dr. ß. ſtyr. calamitæ* ℈ j. *formentur pilul. ex omni.* ℥ *ix. cum mina cydoniorũ.* D
¶ Tertium inſtrumentum eſt, vt poſt diem euacuationis immediate dictæ omni mane
Gargariſmus abluat os ſuum, & gargarizet cum hoc gargariſmate. ℞. *aq. decoctionis, aniſi cyathum j. mellis roſ. com. vnc. j. ß. miſce, & tepidum accipiat in os*, & cum eo fiat gargariſma. ¶ Quartum
Puluis odoratus. eſt, vt vir iſte ſemper in manu ſua teneat hunc puluerem in ſindone ligatum. ℞. *puluer. immediate infra ſcripti* ℥ ß. *nigellæ torrefactæ drach. vj. miſce ſimul & odoretur.* ¶ Quintum, quod omni ſero, quando accommodat ſe ad lectum, pulueriz et totam partem anteriorem capitis, imponendo quantitatem vj. granorum frumenti de prædicto puluere, & continuet hoc ad minus xv. diebus, & cum ponit ſecundum puluerem, abſtergat primũ
Puluis capiti inſpergendus. cum pectine, vel aliter: cuius deſcriptio eſt hæc. ℞. *ſpecierum capitalium drachm. j. ſpodii, corallor. rub. maſticis an. gran. vj. ſandaracæ, laudani ſicci an. drachm. j. pulueri zentur omnia per ſe: deinde miſce.* ¶ Sextum & ſalubre eſt, quod ſaltem omni tertia nocte, quando ponit ſe ad dormiendum, deglutiat duo grana maſticis electæ, quantitatis granorum cicerum. ¶ Septimum & vltimum inſtrumentum huius intentionis eſt, quod ſemper poſt omnẽ cibum comedat tria vel quatuor fruſta huius confectionis. ℞. *diacitonitem cum maſtice lib. ß.* E

Pectus mundificantia. Vltima vero intentio ſatis facile complebitur obſeruando ea, quæ in duobus præcedentibus capitulis ſunt dicta, tamen ne in hac intentione fiat tranſitus abſq; remediis, duo ſunt ei obſeruanda remedia.

Primum eſt, vt ſæpe in ore ſuo quandocunq; placet ei, teneat de hac confectione F
non maſticando ipſam, ſed permittendo ipſam diſſolutam inferius deſcendere: dilatabit enim anhelitum aperiendo & leniendo vias, & habilitando materias ad exitum. *Rec. diapenidionis rotulam vnam in lib. ß.*

Secũdũ inſtrumentũ principale eſt, q̃ ipſe in memoria habeat accipere omni 4. vel 5.

ſero,

A ſero, quando vadit ad dormiendum, vnam de ſcriptis pilulis. In his enim modis fundatur intentio ſuæ curationis & reductionis ſanitatis feliciter; quod ei concedat altiſſimus, qui omnia ſanare & benedicere poteſt, ad laudes eius perpetuas. Amen.

CONSILIVM XXIX. *De frigiditate & humiditate cerebri, cum remiſſa caliditate ſtomachi, quæ diſpoſitiones ſunt neutralitas decidentiæ, continens tria capitula.*

CAP. I. *De inueſtigatione diſpoſitionis huius viri.*

B CARLINVS de Norimberga vir commendabilis & prudens neutrali diſpoſitione laborat in duobus membris, ſcil. capite & ſtomacho. Eſt autem hæc neutralitas decidentię, per quam facile paratus eſt labi ad ægritudinalem diſpoſitionem, cerebrum enim eius licet credam a generatione fuiſſe calidum & humidum, tamen vt ex ſignis apparet, ad præſens frigidum eſt, aut remiſſa valde caliditate calidum, excellenti autem humiditate humidum. ¶ Quod autẽ veſtigia caliditatis in eo remanſerint, oſtendunt caliditas tactu in capitis parte percepta, capillorum criſpitudo aliquanta, & nigredo eorum, & color cutis & faciei ad rubicunditatem notabiliter eleuatus, & alia ſigna, quæ euitandæ prolixitatis cauſſa dimittuntur. ¶ Multam autem eius humiditatem oſtendunt, primo lenities totius capitis, magna multitudo effuſionis materierum a capite, facilitas mobilitatis in operationibus ſenſuum interiorum & ſimilia. ¶ Quod autem caput eius non ſit ægrum vere denominan- *Signa humiditatis cerebri.*
C dum, oſtendit primo leuitas nocumenti pręternaturalis, & paucitas eiuſdẽ. Sed ꝙ lęſio ſit præternaturalis, apparet propter multitudinem ventoſitatum & vehementiam perſeuerationis earum per oculos, nares, & per palatum, & aliqua capitis grauitas, quæ quandoq; ſatis notabiliter impediunt eum, & cogunt ipſum laborare in vehementia expulſionis prædictarum ſuperfluitatum, quæ tamẽ non ſunt nocumenta ægritudinalia. Si enim propter cuiuſcũq; nocumenti in corpore euenientis præſentiam corpus ægrũ denominari debet, periculum eſſet ſempiternæ paſſionis arripere dogma nullo corpore habente optimas operationes corporis vniuerſas, *ſecundo techni.*

Pari etiam ratione deduci poteſt diſpoſitionem ſtomachi ipſius laborare neutralitate decidentiæ: & primo quidem argumento ſumto ab operatione eius propria, ſc. ap- *Stomachum huius patiẽtis laborare neutralitate decidentia.*
D petitiua, appetitus enim eius notabiliter eſt remiſſus, ſimiliter etiam ab operatione cõmuni, quæ eſt digeſtio ciborum, qui non bene, neq; perfecte permutantur, imo per viam diminutæ digeſtionis materiæ phlegmaticę æquiuoce dictę de phlegmate generantur in eo. Ex quo etiam apparet, quod rationale ſit ipſum eſſe læſum in altera eius propria operatione, quæ eſt forma chyli debita & conueniens introductio. Cum enim cibus non eſt perfecte ſubtiliatus, calefactus, comminutus & colliquatus, non poteſt eſſe materia conuenientis formæ chyli receptiua, & cum digeſtio ſecunda, quæ eſt epatis, non poſſit conuenienter corrigere nocumentum digeſtionis primæ, ſc. ſtomachi, relinquitur, quod in vniuerſo eius corpore multa generabitur humiditas, quę præternaturaliter innatum calorem a ſua operatione diminuit, licet inſenſibiliter & non valde manifeſte.
E Ex quibus apparet, quod iſte vir paratus ſit facile labi in ægritudinem ab exceſſu humiditatis innatum calorem in ſuis operationibus impedientis, propter quod ſollicitus ſit in ſui regimine conuenientis obſeruando ei adminiſtrato.

CAP. II. *De regimine harum diſpoſitionum per conuenientem applicationem ſex rerum non naturalium.*

REGATVR itaq; vir iſte per conuenientem menſuram ſex rerũ non naturaliũ: ita, vt quantum poteſt, euitet equitare, vel exercitari tempore pluuiæ, & moram multam contrahere in locis antiquorum ædificiorum, quę propinqua ſint fontibus & decurſibus aquarum. Et commodius, quam poteſt, effugiat commorari ſub flatu venti ſeptentrionalis & cuiuſcunq; valde frigidi. ¶ Veſtibus conuenienter defenden- *Aer.* *Veſtes.*
F tibus ipſum in applicatione frigiditatis & humiditatis ſe muniat & conſeruet. ¶ Caput ſuum conuenientibus infulis & pileolis bene calidis coopertum teneat, & proprie in nocte, & omnino caueat ipſum madefactum habere poſt ablutionẽ, vt apud plurimos Germaniæ incolas conſuetum eſt, & male, quia exeunt ex hypocauſtis, & cum capite humido per ciuitatem diſcurrunt, aut alia loca.

Cibus. In cibis vero & potibus ſimiliter procedat, vt euitet cibos omnes actû & potentia A
valde humidos, imo omnino ſit eorum aſſumtio parua & valde rara, velut ſunt mucila-
Carnes. *Piſcis.* ginoſæ carnes, antiquæ valde & difficilis digeſtionis, & piſcium multitudo ſaltem elixa-
torum, frixis autem vti poteſt quandoq;, & proprie aſperſis cum granis fœniculi vel ani-
Lac. ſi. Cancro autem, anguillis & tenchis vti non debet. ¶ Similiter euitet lac & lacticinia ci-
Plantæ. baria omnia, & cibos paſtiles, vt laganas, & ſibi ſimiles. ¶ Effugiat etiam plantarum fri-
gidarum vſum, vt ſunt lactucæ, portulacæ, ſpinachia, atriplex, endiuia, niſi agreſta, quæ
cichorea dicitur. Beta autem quãdoq; vti poteſt, & proprie cum fœniculo, petrol. & ite-
rum cucurb. comedere poteſt in brodio coctas carnium, & caſeo ſalito confectas. Pepo-
nibus etiam aliquando vti poteſt. ¶ Cucumeres autẽ & angurias nullo modo tãgat. Ace-
Legumina. to vero & agreſta ſalita, & limonibus vti poteſt. ¶ Leguminũ vſum apud ſe non habeat, B
Butyrum. niſi cicerum rubeorum: reliqua non placent. ¶ Butyrum etiam dimittere debet, licet ſit
contra communem fere vſum Germanorum, ſed melius ei eſt oleũ oliuarum aut oleum
de nucibus. Carnibus ſalitis & caſeo ſalito aliquando vti poteſt. ¶ Poma vero & pyra, ce-
raſa, chryſomela, perſica & ſimilia valde humida, facile putreſcẽtia euitet, niſi fuerint cũ
ſaccharo, croco, cinamomo, & aliis ſpeciebus condita. Radice a. raphani vti poteſt & ꝓ-
prie poſt cibũ. ¶ Cæpas, porros, allium & ſimilia effugiat. ¶ Pręter has autem res, quę ſibi
prohibitæ ſunt, vt in hoc cap. apparet, vti poteſt quibuſcunq; aliis carnibus, plantis, ſemi-
Potus. nibus, ſpeciebus & radicibus iam virtualiter tactis. Vino autem vtatur claro bene fumo-
ſo, & aromatico albo, aut ſaltem roſei coloris, & non valde nigro vel opaco, cui ſi opor-
tuerit aquam adiungere propter conſuetudinem vel aliam cauſſam, omnino ſit pauca, C
& de bono fonte vel ciſterna collecta.

Repletio & inanitio. Circa tertiam autem rem non naturalem caueat multorum ciborum & potuum aſ-
ſumere quantitatem, cum enim calor innatus a materierum multitudine lædatur in a-
ctionibus ſuis, non eſt dubium, ꝙ multitudo ciborum ſit cauſſa diſponendi ad meliorem
ipſius caloris naturalis ſuffocationẽ, itaq; nunquam comedat neq; bibat, vſq; ad amplã,
vel completam ſaturitatem a cibis & potibus, ſed potius a menſa ſurgat, relictis adhuc in
ſtomacho veſtigiis appetitus ad cibum & potum aliquantis.

Somnus & vigiliæ. Pro quarta vero re non naturali vel perfectiori digeſtione cibi & potus, & materiæ
phlegmaticę in ipſo augmentatæ digerantur, conuenit ei dormitio conſueta aliqualiter
amplior, vt ſi conſueuerat dormire horas vij. inter diem & noctem, cõuenit ei dormitio D
viij. horarum, neq; ad dormiendum ingrediatur, niſi poſt cibum trãſiuerit hora vna, aut
vna cum dimidia, caueat dormitionem reſupinam, quantum poteſt, & incipiat dormire
prius in dextro latere pro primo ſomno, & reuolutione in ſiniſtro pro dormitione ſecũ-
da, & dormiat capite notabiliter eleuato, curuatio enim capitis fluxum materierum in-
clinat ad ipſum, reliquo autem tempore vigilandum eſt.

Motus & quies. Circa quintam rem non naturalem conueniens eſt ei exercitium non ſolum me-
diocre, ſed amplius notabiliter ipſo, ſiue ſit ipſum exercitiũ equeſtre, ſiue pedeſtre, quod
tamen, quantum poſſibile, fieri non debet poſt cibum immediate, neq; cum magno co-
natu, & ꝓprie equitando, q̃uis id ſit cõtra communem Germanorum modum, qui prõ-
ti & feſtinantes ſunt ad properam equitationem, per exercitium enim taliter celebra- E
tum calor naturalis augetur, & potentior ſit ad materias digerendas & ſuperfluitates ex-
cutiendas & conſumendas.

Accidentia animi. De vltima vero re nõ naturali, ſc. de accidentibus animi, dicendum eſt, ꝙ omnia a-
nimi accidentia, quæ in ſpiritibus & humoribus notabilẽ efficiunt motum, cõuenientia
ſint ei, velut cãtandi modus, mediocri vociferatione tamẽ, & orandi vel pſalmiſandi cũ
vocis eleuatione notabili, & paſſiones animi vehementi imaginatione, cogitatione &
contemplatione mouentes ſpiritum & innatum calorem. ¶ Adhuc ẽt aliquę paſſiones,
vt mediocris ira, non tamẽ valde perſeuerans, ei cõuenire poteſt. In motu n. ſpirituum &
humorum, qui primo occurſu ſit de circumferentia ad centrũ, & in 2. de cẽtro ad circũ-
ferentiam habilitant materię ad reſolutionem & conſumtionẽ. Et virtutes naturales ex- F
pulſiuę maiorẽ habent potentiã ad humorales ſuperfluitates expellendas ſenſibiliter vel
inſenſibiliter. ¶ A ſuperfluo autem coitu, qui inter paſſiones animi enumerari ſolet,
propter appetitum, imaginationem & delectationem, quæ in ipſo neceſſariæ ſunt, ſibi
omnino cauere debet, ne materierum decurſus augmentetur ad renes, cum etiam ad
diſpoſitio-

A diſpoſitiones renales paratus exiſtat velut ad generationem lapidis & oppilationem in eis, ſicut facile videri poteſt & cognoſci per contenta, quæ in eius vrinis frequentantur, velut ſunt trumbi, petala, crinoides, arena & ſimilia.

Cap. III. *De regimine medicinalium per ipſum obſeruando per vndecim medicamina conuenientia.*

QVONIAM diſpoſitio iſta, vt in primo cap. apparet, complicata eſt ex neutrali lapſu diuerſorum membrorum, ſcilicet capitis, ſtomachi, pectoris, & renum: Ideo pro regimine tali videtur mihi ipſi 11. inſtrumentis medicinalibus eſſe prouidendum. ¶ Quorum primum eſt, vt omni vere ſaltem vſque ad annos tres purgetur ſecūdum ordinem infraſcriptū. Et purgetur etiam B in autumno ſemel. Scio enim, quod iſtis purgationibus & cum obſeruatione eorum, quę de rebus non naturalibus ſunt dicta ſuperius, vir iſte ad bonam ſanitatem ſolenniter reduci poſſit. Itaque pro purgatione veris a medietate menſis Martii incipiendo a quinta die lunaris illius vſque ad quintam lunarem & vſque ad medietatem menſis Aprilis purgetur ſecundum hunc modum: accipiat in aurora pilulas iſtas, poſt quas dormiat hora vna: & abſtineat a cibo horis 5. & tunc accipiat cyathum vnum aquæ calidæ coctæ cum ſaccharo & hordeo: & poſt illam aquam adhuc per horam vnam tardet accipere cibum. Pilulæ autem ſunt iſtæ. ℞. *pilularum cochiarum ℈ j. pilularum aggregatiuarum ℈ j. & tertiam alterius, reformentur pilulæ v. vel vj. cum oxymelle compoſito.* ¶ Poſt iſtas autem pilulas accipiat C hoc digeſtiuum, quod continuet ſaltem 8. diebus. ℞. *ſy. acetoſi compoſiti, mellis roſ. ſyr. de ſtæchad. ana ℥ ß. aquæ ſaluiæ, abſinthii, cichoreæ ana ℥ j ß. miſce.* ¶ Sumto digeſtiuo accipat hoc medicamen. ℞. *electuarii Indi ʒ iij. electuarii ſucci ro. ʒ j ß. & accipiatur cum cyatho ß. vini albi bene fumoſi calidi*, & poſt ipſum obſeruetur totū, quod dictum eſt poſt minoratiuum obſeruandum.

Vndecim medicamēta. 1. *Pilulæ tempore veris vſurpandæ.* *Digeſtiuum.* *Potio.*

Secundum vero principale inſtrumentum eſt deſcriptio purgationis in autumno ſufficientis. Itaque ex decima die menſis Septembris vſq; ad finem illius menſis vno mane in aurora accipiat iſtas pilulas. ℞. *pilularum cochiarum, pilular. de reubarbaro ana ℈ ij. reformentur pilulæ viij. cum electuario ſucci roſ. & accipiantur, & poſt ipſas obſeruentur ea, quæ poſt præſcriptas purgationes veris dicta ſunt obſeruari debere.* ¶ Poſt iſtud minoratiuum incipiat aſſu- D mere hoc digeſtiuum, quod continuet 8. diebus, & tardet cibū ſuum poſt ipſius aſſumtionem horis ſaltem 4. ℞. *ſyr. diarodon. ſyr. compoſiti acetoſi, ſyrup. de eupatorio ana ℥ ß. aquæ cichoreæ ℥ ij. aquæ abſinthii, ſaluiæ ana ℥ j. miſce.* ¶ Poſt iſtud vero digeſtiuum ſequenti immediate die accipiat hoc eradicatiuum. ℞. *pilularum de hiera compoſita vel maiori, pilularum aurearum, cochiarum ana ℈ j. boni ponderis reformentur pilulæ viij. vel vij. cum electuario ſucci roſ. & accipiantur cum conditionibus & modis poſitis in præcedentibus purgationibus.* ¶ Tertium vero principale inſtrumentum eſt deſcriptio harum pilularum, de quibus vir iſte accipere poteſt omni vel alterna die vnam parum ante cœnam temporibus, quibus aſſumit digeſtiua prædicta. Si vero venter eius fuerit ſtypticus aut non bene fluat; iſtis pilulis etiam toto tempore ſui regiminis vti poteſt poſt purgationes; accipiendo de eis vnam ſemel E vel bis in ſeptimana ſecundum maiorem vel minorem fluxibilitatem ſui ventris: & eſt deſcriptio talis. ℞. *aloes electæ, agarici ana ʒ j ß. infundantur in ℥ ij. ſucci endiuiæ cum maſticis, & zinzib. ana ℈ ß. & reformentur pilulæ ex omni ʒ vj. de hac maſſa poſtquam fuerit exſiccatus ſuccus a ſole.* ¶ Quartum inſtrumentum principale eſt electuarium hoc, quo vti debet accipiendo de eo omni mane per 15. dies continuos poſt purgationes: & eſt in eo intētio mundificandi ſtomachum, pectus & caput a ſuperfluitatibus, & carminat & conſumit ventoſitates in eis congregatas ℞. *ſpecierum electuarii diatrionpipereon ℥ ß. ſpecierum electuarii de gemmis ℥ ß. ſpecierum electuarii de ligno aloes & aromatici roſ. deſcriptione Gabrielis ana ʒ vj. mellis roſ. co. ℔ ß. aceti ſquillitici ℥ j. ſacchari ſecundæ decoctionis ℥ iiij. coquantur ſimul ſacch. & mel vſque ad conuenientem glutinoſitatem & cum infrigidari cœperit, dentur ſpecies & fiat electuarium bene con-* F *tritum, & quantitas quæ debet ſumi, eſt ʒ iij.* ¶ Quintum vero inſtrumentum principale eſt puluis iſte, de quo per 15. dies omni ſero aſpergere debet locum coronalis commiſſuræ vſque ad finem ſagittalis quantitatis v. vel vj. granorum hordei. ℞. *ligni aloes ʒ j. macis ʒ j ß. ſandaracæ, garyophill. ana ʒ ij. cubebarum, ſtyracis calamitæ ana ℈ ij. puluerizentur omnia per ſe; deinde inuicē commiſceantur.* Poſtq̃ autē per 15. dies vſus fuerit p̄dicto puluere & p̄dicto ele-

2. *Pilulæ in autumno ſumendæ.* *Digeſtiuum.* *Pilulæ eradicatiuæ.* 3. *Pilulæ.* 4. *Electuarium.* 5. *Puluis capiti aſpergendus.*

ctuario,eis ambobus vti poteſt ſaltem duabus vicibus in ſeptimana horis & modis præ- A
dictis.

6. Sextum inſtrumentum principale eſt,vt poſtquam fuerit purgatus & acceperit e-
Gargariſma lectuarium,omni mane faciat gargariſma cum hoc. ℞.*oxymellis ſquillitici* ℥ *ij. aq.decoct.ra-
di.ireos* ℥ *iiij.caleſiat totum & impleatur os,& cum fuerit in ore parum*, fiat cum eo gargariſma
omni mane & ſero ante cœnam ſaltem vicibus ſex.

Poſtquam autem prædictum gargariſma fecerit per ſeptimanam vnam: tunc omni
Pilula. mane per duas horas ante prandium maſticet vnam de iſtis pilulis. ℞. *dragaganti, gummi
Arabici ana* ʒ j ß. *amyli* ʒ *ij.pyrethri, ſtaphyſagriæ, coſti, ariſtologiæ lon. liquiritiæ ana* ʒ j. *pulueri-
zentur omnia*,deinde incorporẽtur cum aqua,in qua diſſoluta fuerit ʒ j.armoniaci. ¶ Se-
7. ptimum inſtrumentum principale eſt, vt poſtquam iterum gargarizauerit per ſeptima- B
Caputpurgium per nares attrahendum. nam vnam,omni ſero per duas horas ante cœnam faciat caputpurgium cum hac medi-
cina.℞.*ſucci radicis betæ* ℥ *ij.macis* ʒ ß.*pulueris ireos* ℈ ß.*aquæmellis* ℥ *iiij. & pleno prius ore aqua
frigida accepto hoc medicamine in vola manus leui attractione attrahatur per narem dextram primo
& modica temporis interpolatione facta iterum fiat eius attractio per ſiniſtram narem & iterum pro-
8. *cedat reuoluendo ab vna ad reliquam per quamlibet narem tribus vicibus.* ¶ Octauum eſt,vt poſt-
Vena ſectio. quam has ſolennitates in medicando obſeruauerit,tunc vno mane in hora electa faciat
ſibi fieri phlebotomiam baſilicæ dextræ partis in domeſtica parte brachii apud cubitũ
9. inuenta & extrahantur ſanguinis ℥ iij.aut v. ¶ Nonum, vt propter diſpoſitionem ſuo-
Puluis præſeruans a calculo. rum renum, propter quam videtur mihi pronus eſſe ad euentum lapidis, in eo ſaltem o-
mni menſe quatuor vicibus in aurora accipiat ʒ j. huius pulueris cum ℥ iij. aquæ calefa- C
ctæ decoct.radicis ſtaphyſagriæ & poſt illum puluerem tardet cibũ ſuum horis quatuor.
℞.*vitri combuſti* ʒ ß.*lapidis ſpongiæ, lapil.Iudaici, radicis ſtaphyſagriæ ana* ℈ j.*pulueriz entur omnia
10. per ſe,poſtea commiſceantur.* ¶ Decimum eſt, vt propter diſpoſitionem renum iterum vta-
Confectio renalis. tur hac confectione, de qua ſæpe ante cibum accipiat ℥ ß.bis vel ter in ſeptimana, ſecun-
11. dum commoditatem, quam habet.℞.*ſpecierum Iuſtini, ſpecierum litontripon ana* ʒ *ij. ſacchari
ſecundæ decoct.* ℥ *iiij. cum aqua ſaxifragiæ fiat confectio in rotulis* ʒ ß. ¶ Vltimum inſtrumentum
eſt,vt vir iſte tentet iuxta poſſibile aperire venas hæmorrhoidales in ano exiſtentes, cir-
culum ani interius fricando ſæpe cum panno aſpero vel foliis conſolidę maioris,vel cor-
ticibus radicis ſerpentariæ,aut cũ felle tauri: ſi enim hæ aperirẽtur,nullum in eo inueni-
ri poſſet ſecundũ iudiciũ meum remedium magis præſeruatiuum ab ægritudinib. præ- D
dictis,& ad conſeruandum,immo ad reducendum ipſum ad ſanitatem meliorem.Sunt
itaque hæc inſtrumenta efficaciora, quæ reperire potui pro regimine huius viri per
res non naturales & medicinales, in nomine eius, qui omnem remouet languorem.
Amen.

CONSILIVM XXX. *De duplici mala diſpoſitione, videlicet, De mala complexione frigida
& humida cerebri a phlegmate ſalſo. Et de ardore vrinæ a phlegmate ſalſo in epate genito.*

SAMVEL Hebræus de Reuoredo duplicem ægritudinem habet moleſtã
ſatis & ſuſpectam. Prima eſt mala complexio cerebri ſui frigida & humi-
da materialis, propter quam in ipſo congeruntur ſuperfluitates phlegma- E
ticæ quamplurimæ, quæ vt in pluribus acquirunt ſalſedinem in capite ſuo:
ſiue illud contingat propterea, quia illæ materiæ oppilantes partes venarũ
& arteriarum capitis prohibent debitam euentationem, propter quã ſuperexcreſcente
calore excoquuntur illæ materiæ: aut ſecundum partem putrefiunt adeo, vt ſalſæ effi-
ciantur.

Siue iterum materiæ illæ ſalſedinem acquirant propter mixtionem materiei cho-
lericæ cum eiſdem, & non dubito, quod ambæ iſtæ cauſſæ ſalſedinem efficiant in phle-
gmate inuento in capite. ¶ Hoc igitur phlegma ſalſum retinetur in nocte & non eua-
cuatur, propter quod ſomnus eſt cauſſa prohibitiua euacuationis materierum omnium
præter eas, quæ fiunt per ſudorem: cum ergo verſus auroram expergefit, tunc materię F
tales incitant virtutem ad expulſionem ſui; quare fit in eo multiplicatio ſputi ſalſi. ¶ Cõ-
cedendum etiam eſt, immo non ſolum veriſimile, quod pars aliqua harum materierum
cadat in pectus, propter quod incitatur in eo tuſſis & exſcreationis multitudo. ¶ Et ali-
qua etiam pars horum phlegmatum non raro deſcendit ad ſtomachum & corrumpit in
eo di-

A eo digeſtionem; multas etiam ventoſitates in eo generando, quod apparet ex multitudine ructuum & rugitus in ſtomacho eius perſeuerantium. ¶ Et circa curam huius diſpoſitionis debet eſſe valde ſollicitus, quoniam praua eſt, vt apparet ex dictis.

Secunda vero principalis ægritudo eius eſt ardor in vrina: qui licet poſſit a multis prouenire cauſſis, materialis tamē illius cauſſa eſt phlegma ſalſum ſalſedine acquiſita in epate ex commixtione multi phlegmatis aquoſi cum cholera rubea, quæ multa in eo generatur; quoniam eſt homo epatis notabiliter calidi. ¶ Ad hanc etiam ſalſedinem augmentandam concurrere poteſt phlegma ſalſum in ſtomacho multiplicatum per deſcenſum ipſius: vt ſupra dictum eſt: quod phlegma cibis commixtum in chylo ex eis generato reddat ipſum diſpoſitum, vt humoralis materia, quæ ex eo generatur in epate,
B ſalſa efficiatur. ¶ Ex quo fundamento colligendæ ſunt tres cauſſæ ſalſedinis phlegmatis. ¶ Prima eſt efficiens, ſcilicet, caliditas epatis. ¶ Secunda materialis, vt phlegma prædictū. ¶ Tertia formalis proueniens ex ambarum applicatione adinuicē acquiſitione modi ſubſtantiæ & ſaporis in prædicto phlegmate. ¶ Qualitercunque igitur contingat vrinalis aquoſitas, quæ eſſentialiter ſalſa eſt, maiorem acquirit ſalſedinem ab hoc phlegmate. Qualitercunq; enim virtus ſeparatiua emulgentium venarum & ſequeſtratiua panniculi colatorii renum ſit potens ad colandum aquoſitatem vrinalem a materiebus ſibi ante commixtis, non tamen ipſa eſt potens ad colandum & mundificandum eandem aquoſitatem a qualitatibus vrinalibus impreſſis in eandem aquoſitatem a phlegmate iam prædicto. ¶ Hoc igitur phlegma per poros vreteres ad veſicam delatum, propter acui-
C tatem ſuam in collo veſicæ poſuit ſpeciem malæ complexionis, quę eſt immediata cauſſa doloris mordicatiui in vrinando apparenter: & ipſa etiam materia efficit ſolutionem continuitatis in ſuperficie colli veſicæ intrinſeca, quæ eſt cauſſa immediata doloris iam prædicti. ¶ Cum ergo vrina iam eſſentialiter & accidentaliter ſit acuta, mordicat collū veſicæ: & fortius eo, quia ipſum eſt paſſibile magis propter ſolutionem continuitatis in eo ipſo ab illa vrina factam.

Tres cauſſæ ſalſedinis phlegmatis.

Quod autem in eo talis exiſtat ſolutio continuitatis in collo veſicæ: ſuperficialis tamen & nondum profundata apparet ex grauedine in inferiori parte femoris & in loco inter radicem teſticulorum & ſphynctere intermedio, cum acuitate quadam & punctione ibidem. ¶ Secundo apparet hoc ex vrina frequenter micta, quam cito enim i-
D pſa offertur collo veſicæ iam læſo, tam cito mouetur veſica ad expulſionem eius tanquā obiecti triſtantis, & ita expellit. Sed hæc eſt ratio formalis frequentis mictus nominati dyſſuria. ¶ Tertio iterum apparet hoc ex ardore in actu vrinandi & poſt ipſum reſeruato parumper. ¶ Quarto ex furfureis reſolutionibus & minutis corticibus multis in vrina apparentibus, qui proueniunt a collo veſicæ excoriato, teſtimonio Hippocratis *ſect. 4. aph. 77.* illo ſermone: *Quibuſcunque in vrinis furfureæ reſolutiones apparent, his veſica ſcabie laborat.* Et lege commentatorem ibi. ¶ Et ex hoc fundamento apparet, quod iſte vir moleſtetur duabus prauis ægritudinibus, quæ non ſunt curabiles, niſi magna difficultate & ſollicitudine: vt nunc ſequitur.

Collum veſicæ huius patientis eſſe læſum.

Ab aere igitur incipiendo ciuitatis, habitationis & cameræ aer calidus & ſiccus
E conueniens eſt, vt & loca omnia talia exiſtentia; propter quod nec laudo ei habitaculum neque moram in hypocauſto ſecundum conſuetudinem Rouerentium, & proprie, in quo dormiunt, comedunt, & bibunt: in talib. enim ſtuffis aer vaporoſus & plurimum ſemifœtidus & corruptus reperitur, & non bene euentatus vel euētabilis: talis igitur aer ſuo capiti valde nociuus eſt.

Aer.

Caput etiam ſuum caputeis bene tectum conſeruare debet, & præconſeruare, & proprie in nocte cum tiaris bene calefacientibus, vt de pellibus vulpinis, agninis & ſimilibus. ¶ Lotionem etiam capitis dimittat, aut ſaltem raro faciat ipſam, & proprie cum lixiuio bene acuto, & celeriter exſiccet ipſum. Frequens autem pectinatio capitis & fricatio cum pannis calefactis & ſuffumigatis thure & ſtyrace calamita eſt ei valde con-
F ueniens.

De cibis autem primo euitet omnia acuta naturaliter vel artificialiter, vt cæpe, allium, porrum, ſinapi, raphanum, oliuas valde ſalitas, erucam, tarconem, rutam & ſimilia. Similiter euitet omnia ſalſa & condita ex eis, vt notum eſt in diſpoſitione ſua. ¶ Tertio brodialia valde pinguia, niſi cum oleo condita. ¶ Quarto cibaria

Cibus.

Qui cibi vitandi, & qui vſurpandi.

fumoſa & vaporoſa multum, velut legumina & condimenta mellita. ¶ Quinto omnia A cibaria, quæ multa ſua humiditate aquea & viſcoſa caput grauant & replent, velut lac & omnia cibaria cum eo condita & fructus molles & humidos & proprie non lenitiuos, vt ceraſa, auellanæ, pyra muſcata, cucumer, anguria, cucurbita & ſimilia illis. ¶ Sexto dimittat cibaria omnia craſſitudine ſubſtātiæ oppilatiua, inuiſcatiua & materierum notabiliter incraſſatiua, vt ſunt paſtiles cibi omnes, frumentum coctum, fabæ confrictæ, neruoſæ, ligamentales & panniculares partes animalium, & proprie antiquorum, & piſces conſimiles, vt cancri, tinchæ, anguillę & ſimiles. Luceos vero, themalos, capedanos, carpiones recentes laudo, & etiam omnes tales leuiſſime ſalitos, vt ſunt carpiones primæ frixionis in oleo abſque ſale multo.

Piper autem vtriuſque generis, ziuziber, cinamomum, galangam, nucem muſca- B tam, manna, garyophillos, & conſimilia aromata in paruo vſu & quantitate in cibariis appoſita laudo, & adhuc magis leuiſtici ſemen & omnia ſimilia, præter apium, quod euitare debet, vt ignem, ne diſponat ipſum ad epilepſiam vel apoplexiam, ad quæ fortaſſe paratus exiſtat. Oleum vero oliuarum electum bonum eſt.

Butyrum vero & recentem caſeum omnino dimittat: & ſi quis caſeus eſt ei laudabilis, eſt anni ætatem habens, frangibilis, aromaticus & mediocriter ſalſus, cuius tamen quantitas ſit pauca. ¶ Acetum aut agreſtam, ſuccum aranciorum aut limonum collaudo, & granata dulcia & muza, hæc omnia ter vel quater in ſeptimana accepta aut ipſorũ aliquod.

Potus. Vinum autem huic viro conueniens eſſe debet album vel cereſoleum vel gaurum C ſubſtātia ſubtile & bene clarum, aromaticum & mediocris fumoſitatis. Vina vero rubea craſſa, valde fumoſa & omnia dulcia euitare debet. Aquæ vſum dimittat & proprie eius, quæ reperitur in Roueredo. Omnis enim talis ſcaturit a montibus multa calce & gypſeis lapidibus plenis, vt ſenſus oſtendit, & ideo nocent capiti, ſtomacho, epati, & renibus, infrigidando, oppilando, inuiſcando materias in eis & alias malas qualitates dimittendo: propter quod in ſimilibus locis ſumme laudo vſum aquæ cibalis & potabilis per arenam bene deſtillatæ: & eſt Hebræorum Ferrarienſium & plurimum hominum conſuetudo.

Laudo inſuper huic viro, vt mane ante cibum exercitetur motu calefaciēte ipſum & ad leuem ſudationem perducente, vt paſſim ambulando, colles montium aſcenden- D do, aut equitando per miliaria duo: reliquo autem tempore quieſcat. ¶ Etiam diligēter attendat in cibationibus ſuis, vt nunquam comedat, neque bibat niſi naturali vtriuſque appetitu inducente ipſum, neque in cibando ſe complete ſaturet, neque in potando, immo a menſa diſcedat appetitu ad cibos & potus adhuc aliqualiter reſeruato magis, quam complete victo. ¶ Hoc iterum attendat, ne poſt aſſumta cibaria immediate dormiat: ſed exſpectet ſpacium duarum horarum, aut ſaltem vnius: & tunc demum dormiat, in die non amplius, quā per horam, & ſemper capite eius notabiliter eleuato, & effugiat dormitionem reſupinam nocturnam vel diurnam.

Paſſiones animi. Ex paſſionibus autem animi effugiat iracundiam, furorem & motus conſimiles materias in fluxum & vaporationem ponentes. Hæc de rebus non naturalibus. E

Cura autem prædictarum diſpoſitionum cōcordiam habere poteſt in medicinalibus inſtrumentis, quod ambo conueniunt in formalitate ſua; ſunt enim complexionis frigidæ & humidæ caput & renes. Conueniunt etiam in cauſſa materiali, quia in vtriſq; multiplicatur phlegmatica materia ſalſa. ¶ Si ergo in inſtrumentis medicinalibus conuenire poſſunt intentiones curatiuæ in calefaciendo, exſiccando, incidendo, ſubtiliando, & aliqualiter remittendo caliditatem accidentalem a phlegmate poſitam a caliditate extranea vel a materia cholerica, videtur, quod talia omnia confricta eſſe debeant ab infrigidantibus & humectantibus, ſicut eſſet commiſcere ſyrupum de endiuia cum aqua abſinthii, hyſopi & ſimilium, & proprie quando talia vtramque particulam patientem reſpiciunt per operationem prouenientem a virtute tertia medicinarum, F ſicut in compoſito dicto. Aqua enim hyſopi aſpicit caput, aqua abſinthii ſtomachum, ſyrupus de endiuia & aqua fœniculi epar & renes: & eſt in eo confrictio ex infrigidante & humectante, cum calefaciente & exſiccante, vt notum eſt: quare regimen iſtarum diſpoſitionum in duo capitula partiri decreui. Primo quidem tangendo ea, quæ mihi

vtilio-

A vtiliora viſa ſunt ad diſpoſitionem capitis. Secundo ea, quæ ad diſpoſitionem renum
principalius conueniant. Licet vtrumque ſit complicandum cum attentione ad alte-
rum; & econuerſo.
Primo itaque pro diſpoſitione ſui capitis ſeptem pono remedia: quorum primum *Septem remedia pro diſpoſitione capitis.*
eſt, quod in medietate menſis Februarii præſentis anni in mediis tertiis a quarta die lu-
naris vſq; ad 22. faciat ſibi fieri phlebotomiam baſilicæ dextri brachii ſub cubito poſitæ,
per quam educantur ſanguinis ℥ v. quia ſatis pletoricus eſt. ¶ Secundum eſt, vt die im- 1.
mediate ſequenti accipiat hoc euacuans minoratiuum. ℞. *pilulæ de hiera maiori, pilul. co-* 2. *Pilulæ.*
chiarum ana ʒ ß. *ſalis gemmæ diagridii ana gran.* j. *cum ſucco cyclaminis fiant pilulæ vij.* quas acci-
piat per horas nouem poſt cœnam & poſt eas dormiat hora vna, & poſt quintam horam
B accipiat cyathum vnum aquæ hordei calefactæ, & ſaccharatæ poſtquam comedat per
horam vnam. ¶ Tertium eſt, vt mane immediate ſequenti accipiat hoc digeſtiuum cali- 3.
dum in aurora: quod continuet per dies 8. & tardet cibum quatuor horis poſt ipſum. ℞. *Digeſtiuum*
ſyrupi compoſiti acetoſi ℥ j. *ſyrupi de ſtœchad.* ʒ vj. *aquæ milii ſolis, aquæ cichoreæ & meliſſæ ana* ʒ ß.
miſce. ¶ Quartum, vt nona die immediate ſequenti accipiat hoc eradicatiuum poſt aſ- 4.
ſumtionem digeſtiui. ℞. *pilularum de ſarcocolla, cochiarum ana* ℈ ij. *cum ſyrup. violato & accipi-* *Pilulæ.*
at eas hora & modis omnibus obſeruatis in minoratiuo ſupra ſcripto. ¶ Quintum, vt poſtquam 5. *Puluis capiti aſpergendus.*
purgatus fuerit in ſeptimana ter, quando vadit ad lectum ſuper tota caluarie ſui capitis
aſpergat huius pulueris quantitatem ſex granorum frumenti inter capillos cum pectine
mundificando primum puluerem cum ponere vult ſecundum. ℞. *corallorum ru. ſpo. ro. an.*
C ʒ j. *folii ligni aloes, garyophil. ana* ℈ ij. *macis* ʒ ij. *ſandaracæ* ʒ iij. *pulueris betonicæ* ʒ ij. *puluerizentur*
omnia per ſe & miſceantur. ¶ Sextum, vt poſt purgationem per 15. dies omni mane & ſero 6.
per horam ante cibum faciat hoc gargariſma: ℞. *aquæ decoctionis vel ſublimationis radicum* *Gargariſma.*
cyclaminis cyathum vnum, oxymellis compoſiti ʒ ij. *pyrethri* ℈ j. *ſtaphyſagriæ, coſti ana* ℈ . *miſce totũ*
& calefiat & gargarizetur duabus vicibus per horam vnam. ¶ Vltimum eſt, quod per totum 7.
mẽſem Maii omni quarta die accipiat vnam de infraſcriptis pilulis a prima incipiendo *Pilulæ.*
poſt duas horas poſt cœnam, ſecundam vero accipiat per mediam horam ante cœnam,
& ita reuoluat ſe de vna ad aliam. ℞. *pilularum alephanginarum Meſuæ, pilularum aſſaiaret a-*
na ʒ iij. *pulueris colocynth. malaxatæ cum oleo amygdalarum dulcium* ʒ j . *pulueris arthanitæ, aga-*
rici ana ʒ j. *cum ſucco violarum fiant pilulæ ex omni* ℥ vj. *& conſulo iterum quod quolibet menſe bis*
D *accipiat ex eis* ℈ iij. per totum menſem Maii obſeruando poſt eas, quæ in ſolutiuis ſupe-
rioribus dicta ſunt.
Pro ardore vero in vrinando eueniente prouidere debet quinque remediis infra- *Remedia pro ardore vrinæ.*
ſcriptis. ¶ Primum eſt hoc. ℞. *olei omphacini vel crudi* ℥ iij. *olei nardi* ℥ ij. *gran. alkekengi cum*
prædicto oleo optime contritorum numero 20. ponantur omnia in ampulla; cuius orificium argilla vel 1.
paſta ſit bene obturatum, & ſuſpendatur in aquam bullientem bene ſubmerſa, vſque ad medietatis olei *Inunctio.*
conſumtionem. Tunc ergo remoueatur, & ex eo omni die ſemel a furcula ſpatularum vſque ad caudam
calido tota ſpina vngatur quando vadit ad lectum. ¶ Secundum. ℞. *aquæ paritariæ, aquæ milii ſolis* 2.
ana ℥ j. *aquæ portulacæ* ℥ ij. calefiant cum ſaccharo & vtantur eis ſaltem in ſeptimana ter in *Potio.*
aurora accipiẽdo, ſicut de ſyrupo ſupraſcripto dictũ eſt. ¶ Tertiũ. ℞. *ſacchari albi* ℔ ß. *ſem.* 3.
E *lactucæ, portulac. an.* ℥ j. *granorum papaueris al.* ℥ j ß. *granorum pinearum minutim inciſorum* ℥ ij. *fiat* *Tragea.*
ex iſtis tragea: de qua accipiat ante prandium & cœnam immediate cochlear vnum per
tres menſes aut ſaltem omni die ſemel. ¶ Quartum inſtrumentum eſt hoc. ℞. *granorum* 4.
ſebeſten numero 40. radicum liquiritiæ mundatarum ʒ j ß. *radicum eryngii & doronici ana* ʒ j. *lauẽ-* *Decoctio pro potu.*
tur prius ſebeſten cum aqua calida: deinde bulliat in ℔ v. *aquæ cum aliis rebus minutim inciſis ad*
conſumtionem medietatis. De hac ergo decoctione quater in ſeptimana bibat ipſe cyathum vnum tepi-
dum per horam & mediam ante cœnam. ¶ Vltimum eſt hoc. ℞. *foliorum cupreſſi, corticum inter-* 5.
mediorum caſtanearum ana ʒ j. *pul. liquiritiæ* ʒ j ß. *ſem. lactucæ, portulacæ, endiuiæ, & acetoſæ ana* ℈ *Puluis.*
j. *corticum papaueris al.* ℈ ij. *pulueris hyoſcyami, mandragoræ ana* ℈ ß. *puluerizentur omnia per ſe &*
miſceantur, & cum ſuperuenerit magni ardoris inſtantia omni nocte accipiat ʒ j. *huius pulueris cum*
F ℥ ij. *decoctionis immediate ſcriptæ calefactæ.* Eſt enim mirabilis ad hanc intentionem & pro-
prie apud non effrenitantes in coitu. In quo iſte homo valde auarus eſſe debet, &c.

CONSILIVM XXXI. *De dolore capitis circa partem dextram protenſo ad muſculos colli & ſpatularum vſque ad adiutorium cum contractione digitorum manus partis eiuſdem.*

CONCEPERAM & non minus neceſſarium fuiſſet in accidentibus huius hone- A
ſtiſſimæ matronæ calamum erigere, idq; accurate multum; eo quia accidentia,
quę patitur, ſatis valida ſunt. Primum etenim accidens, quod eſt dolor circa dex-
tram partem capitis, protenſus ad muſculos colli & ſpatularum & vſque ad adiutorium,
oportet materiam multam a capite deriuatam eſſe ad illas partes. Et quoniam multipli-
catur dolor in manu illius partis adhuc maioris dubitationis exiſtit, propterea, quia con-
iungitur cum ſtupore manus illius partis etiam impediente motum ad manus conſtri-
ctionem. Sed minus dubitandum eſt, eo, quia deficiente dolore remouetur etiam ſtu-
por illius partis, ſed in hoc conſideratio habenda eſt non leuis: quia fixio doloris in lo-
co adiutorii ſuſpicatur euentum apoſtematis in eo: & adhuc oportet materiam eſſe in
cerebro, quæ ſucceſſiue funditur ad inferiora. B

Propter quod apparet in regimine ſuo attendendum eſſe ſimul cerebro & parti-
bus læſis & dolentibus prædictis cum quatuor. ¶ Primum eſt, vt abſtineat a cibis cali-
dis & vaporoſis multum, vt ſunt brodia pinguia, aromata, vinum album potens & fumo-
ſum & dulce, & ſalſa cibaria & acuta, vt allium, cruca, raphanus & ſimilia, & cibi paſtiles
& lacticinii, piſces elixi & conſimilia. ¶ Secundum eſt, vt procuret omni die habere
beneficium ventris ſaltem bis cum clyſtere habente hieram ſimplicem, benedictam, &
ſaccharum rubeũ. ¶ Aut ſaltem cum iſtis pilulis, quæ mihi placet magis, de quibus acci-
Pilulæ. piat omni tertio ſero ʒ j. per duas horas poſt cœnam. ℞. *ſpecierum completarum hieræ ſimplic.*
ʒ j. aloes ablutæ ʒ ij. pulpæ colocynth. ℈ j. bdellii mollis & ſubalbidi ℈ ß. formentur pilulæ de omni ʒ vj
cum ſucco maioranæ vel ſaluiæ. ¶ Tertium eſt, quod hæc mulier omni die poſt prandium C
Rotulæ. & cœnam in fine accipiat fruſtum vnum huius confectionis. ℞. *ſpecierum aromatici roſa. ʒ j.*
maſticis ℈ j. coriandri præparati ʒ ß. ſacchari al. ℥ iiij. cum aqua aceto ſ. fiat confectio in rotulis ℥ ß.
¶ Quartum remedium eſt, vt incipiat inungere collum, ſpatulas & totum brachium
cum hoc vnguento mediocriter fricando: & poſt ſuperponat pellem agninam calefa-
Vnguentum. ctam & bene applicatam. ℞. *olei de coſto, de piperibus & de croco ana ℥ ß. ſandaracæ ʒ ij. maſticis*
℈ ij. boli ar. ſan. dra. aca. hypocyſtidos ana ʒ ij. ceræ albæ quantum ſufficit, fiat vnguentum mediocris
tenacitatis, &c.

Remedia pro contractione digitorũ. Pro contractione digitorum manus. ¶ Primum remedium. ℞. *medullæ crurium bo-*
um ℥ j. pinguedinis taxi, butyri recentis, pinguedinis anatis ana ℥ ij. croci ʒ j. mucillaginis fœnugræci,
1. *ſebeſten. ſiſami ana ℥ ij. olei liliorum cæleſtium, olei de croco, olei violarum citrinarum ana ℥ ij ß. ceræ* D
Vnguentum. *al. q. ſ. fiat vnguentum molle.* ¶ Secundum remedium eſt hoc. ℞. *radicum altheæ ℔ ß. radicum*
2. *ſaponariæ maior. ℔ j fœnugræci, granorum ſiſami ana ʒ ij. coquantur in quatuor ſitulis aquæ vſque ad*
3. *conſumptionem quartæ partis.* ¶ Tertium remedium eſt. ℞. *hyſopi humidæ ℥ iij.* ¶ Quartum re-
4. medium eſt. ℞. *ammoniaci, bdellii diſſolutorũ cum aceto forti ana ℥ j. emplaſtri de mucillaginibus ℥*
Vnguentum. *iij. amurcæ, olei recentis ℥ v. ceræ albæ quantum ſufficit, fiat vnguentum molle.* ¶ Quintum reme-
5. dium eſt. ℞. *pul. de polyp. ℥ j. & diuidatur in 24. partes æquales.* ¶ Modus procedendi in ſupra-
ſcriptis eſt iſte. Primo per octo dies continuos faciat ablutionem cum aqua calida pedũ
& manuum ſcripta in ſecundo cap. deinde membris bene exſiccatis fiat inunctio eorũ
cum vnguento tepido deſcripto in tertio cap. ¶ Tranſactis vero octo diebus, dimittat
vnctionem pręſcriptam & aliis octo diebus ſequentibus inungat prędicta membra cum E
vnguento ſcripto in primo cap. & teneat membra cooperta cum lana molli ſeu ſuccida
calefacta. Deinde tranſactis aliis octo diebus dimittat ſecundum vnguentum & inun-
gantur membra omnia cum vnguento ſcripto in quarto cap. ¶ Et completis iſtis vltimis
octo diebus reuertatur iterum ad ablutionem membrorum cum aqua prædicta & vn-
ctionem poſt ipſam: & ſic tranſeat de illis octo ad vngendum cum ſecunda vnctione: &
aliis octo diebus cum tertia. Et ita continuet iuxta poſſe per totum iſtum annum. ¶ Vlti-
mo vero omni fine ſex dierum parum ante cœnam accipiat partem vnam de puluere
ſcripto in vltimo cap. Et ita continuet per totum proceſſum ſuæ curæ, &c.

CONSILIVM XXXII. *De dolore capitis a materia phlegmatica mixta cum cholera,* F
dominante tamen materia phlegmatica.

NOBILIS vir Iacobus Romanus moleſtatur dolore capitis a materia phlegmati-
ca cum cholera commixta, dominante tamen materia phlegmatica ſuper chole-
ricam: ita tamen, quod non denominetur cholera vitellina. Hæc autem materia
facit

A facit ægritudinem in cerebro ipſius per eſſentiam & partim per colligantiam ſtomachi
ad caput, in ſtomacho enim eius multiplicatur phlegma mucillaginoſum, quod euapo-
rat ad caput eius, & iterum eadem materia commiſcetur cum chylo aut refrangit ipſum
in qualitatibus ſuis, vnde ſanguis redditur a phlegmate notabiliter alteratus. ¶ Materia
igitur hæc aliquando euaporans capiti fertur ad organa auditus, & ibidem facit ſonitus
extraneos, quandoque vero panniculis cerebri immerſa dolores efficit extenſiuos in
eis: & ſi talis vapor ſpiritu viſibili commiſceatur, quandoque facit ei illuſiones & ima-
ginationes in viſu. ¶ Amplius ſi contingat has materias, inferius per arterias, venas &
neruos deferri, motus non raro ſaltuoſos, extenſiuos & contractiuos in cruribus facit
apparere.

B Vnde oportet, quod in iſtis diſpoſitionibus prouideatur cum his, quæ prohibent
phlegmatis illius multiplicationem in ſtomacho & capite cum cibis & euacuationibus
opportunis, vt nunc ſequitur. ¶ Primum itaque hic vir euitet omnes cibos & potus *Cibus.*
actu & potentia phlegmaticos, velut eſt panis azymus, piſces, cancri antiqui & carnes
molles, beta, ſpinachia & cætera, quæ non accipiantur, niſi raro. Dimittat etiam vſum la-
ctis & lacticiniorum ciborum & paſtilium & multum vſum fructuum frigidorum: &
proprie in quibus non eſt potentia mundificationis, velut in ceraſis dulcibus. Auellanas
molles, pyra muſcata, poma mollia & alios fructus ſimiliter actu & potentia humidos e-
uitare debet ſaltem ad annum vnum. ¶ Omnino etiam dimittat multæ aquæ frigidæ
potum ſimplicis vel vino commixtæ. Bibat vinum rubeum vel album nō valde craſſum,
C clarum, aromaticum, vinoſitate participans & non acuitate: nec ſit valde bruſcum vel
valde ponticum. Vltra prædicta accipiat cibaria omnia ad libitum ſuum.

De medicinalibus autem quatuor ei conuenientia conſcribo. ¶ Primum eſt, *Quatuor medicinæ huic patienti conuenientes.*
quod ipſe accipiat vnam de infraſcriptis pilulis omni fine vj. dierum immediate ante
cœnam & vnam aliam accipiat per horam j. vel ij. poſt cœnam: & ita in curatione ſua v-
tatur intentione reuolutionis ab illa, quæ ſumitur ante cœnam, ad illam, quæ ſumitur 1
poſt cœnam, & econuerſo. Taliter enim ſtomachum ſuum mundificabit & caput & no-
uam materierum generationem effugiet. Sunt autem pilulæ iſtæ. ℞. *agarici electi* ℈ j. *tur-* *Pilulæ.*
bith, pul. pulpæ colocynth. ana gran. viij. zinziber. electi ℈ j. *aloes præparatæ* ℥ ß. *ſalis nitri gran. viij.*
formentur pilulæ cum ſucco roſ. pro omni ʒ vj.

D Secundum inſtrumentum principale eſt, quod vtatur hac confectione, de qua 2
accipiat immediate ante prandiū rotulā vnā & ſimiliter ante cœnā, excepta die, qua ac-
cipitur pilula ante cœnam, & bibat poſt ipſam modium vini electi vſque ad tertiam par-
tem cyathi: & faciet hoc vſque ad medietatem menſis Iunii. Cuius deſcriptio. ℞. *ſpecie-*
rum electuarii de ligno aloes, ſpecierum diambræ ana ʒ j. *ſacchari ſecundæ decoctionis* ʒ v. *& cum aqua* *Rotula.*
meliſſæ fiat confectio in rotulis ʒ ij. ¶ Tertium eſt, quod ter in ſeptimana per duas horas ante
prandium maſticet vnam de infraſcriptis pilulis per quartam partem horæ. ℞. *dragaganti* 3 *Pilulæ maſticandæ.*
gummoſi & electi ℥ ß. *pyrethri, coſti dulcis, ſtaphyſagriæ, zinziber. electi ana* ʒ ß. *diſſoluantur cum*
modico aceti, & prope diſſolutionem eius incorporetur cum pulueribus, & fiant pilulæ ad modum a-
uellanæ & ſeruentur in pyxide ſicca cum modico puluere nucis muſcatæ. ¶ Quartum accipiat pur- 4
E gationem infraſcriptam a decima die menſis Septembris vſque ad vigeſimam eius, & ſi-
militer in menſe Aprilis futuro ſecundum hunc modum. ℞. *pilul. cochiarum, pilul. aurea-* *Pilulæ purgantes.*
rum ana ʒ ß. *reformentur pilulæ vij. cum ſyrupo de ſtœchad. & accipiat eas in aurora & dormiat per*
horam poſt aſſumtionem earum, & tardetur cibus poſt per horas ſex.

Poſt autem iſtud minoratiuum ſequenti die accipiat hoc digeſtiuum. ℞. *ſyrup. acetoſi* *Digeſtiuum.*
compoſiti ℥ ß. *ſyrup. de ſtœchad.* ℥ j. *aquæ acetoſ. meliſſæ, & violarum ana* ℥ j. *miſce ſumendo ipſum ca-*
lidum in aurora 7. diebus continuis. Quod ſi tempore aſſumtionis huius digeſtiui venter
eius non eſſet lubricus, tunc omni alterna die accipiat vnam de pilulis ſupraſcriptis in
primo cap.

Octaua vero ſequenti die immediate accipiat has pilulas. ℞. *pilul. de ſarcocoll. cochia-* *Pilulæ aliæ.*
F *rum, de hiera compoſita ana* ℈ j. *reformentur pilulæ vij. cum ſucco roſ. & accipiantur hora dicta de*
minoratiuo & obſeruentur conditiones, quæ circa ipſum dictæ ſunt. ¶ Et ſimiliter cum eiſdem
medicinis purgetur in vere, niſi quia in ſyrupo ſupraſcripto adiungatur ℥ j. aquæ viola-
rum: & loco pilularum de hiera compoſita ponatur ℈ j. pilularum fœtidarum. In aliis
autem obſeruet omnia, quæ ſcripta ſunt.

Consilivm XXXIII. *De mala complexione frigida & humida cerebri, pulmonis* A
& pectoris a phlegmate mucillaginoſo & vitreo, ad quã ſequuntur accidentia ſuſpecta, diffi-
cultas anhelitus, tuſſis fortis & elongatio vuulæ ex deſcenſu materiei a capite vſque ad illas
partes.

Verenda multum eſt diſpoſitio nobilis viri Hieronymi de Ponte, pro-
pterea quia ipſa eſt diſpoſitio membrorum plurium, nobilium partium
corporis humani: eſt enim mala complexio frigida & humida cerebri eſ-
ſentialiter proueniens a multitudine mucillaginoſi phlegmatis, cui etiam
non dubito commixtam eſſe partem vitrei phlegmatis propter vehemen-
tem frigiditatem in exterioribus & interioribus partibus cerebri perceptam, immo et-
iam in profundo. ¶ Eſt etiam hæc diſpoſitio ægritudo pectoris ipſius: quia ſpatium illius B
a multo phlegmate prædicto repletum eſt. ¶ Magna etiam pars illius phlegmatis im-
merſa eſt pulmoni & diaphragmati: quod declaratur ex vehementia difficultatis an-
helitus & ex tuſſi cum expuitione multa, vt in pluribus difficulter facta. ¶ Propter quod
impoſſibile eſt nocumentum notabile non eſſe communicatum cordi: ſimiliter etiam
ſtomacho & epati eius. Vnde non eſt mirum, ſi iſte ex forti & vniuerſali debilitate factus
eſt debilis. ¶ Ex quibus apparet diſpoſitionem ipſam genere eſſe vnam, & lapſum com-
plexionalem frigidum & humidum a phlegmate mucillaginoſo dominante & vitreo
ſubdominante dependentem. ¶ Apparet ſecundo, quæ ſint loca patientia, quia cerebrũ,
pulmo, diaphragma & pectus totum. ¶ Apparet tertio, quæ ſint accidentia ſuſpecta, vt
difficultas anhelitus, tuſſis fortis, deſcenſus materiei ad pectus. Et ex iſtis facile deduci- C
tur cauſſa mollificationis vel elongationis vuulæ, quia ſcilicet repletur phlegmatica ma-
teria mollificante ipſam. ¶ Vnde vltimo concluditur, quod oporteat ipſum eſſe diligen-
ter ſollicitum ad procurationem ſui, ne materia pectori immerſa vertatur in ſaniem, pro-
pter quam fiat empyicus & de empyemate tranſeat ad phtiſim, ad quam ſatis eſt paratus
propter maciem pectoris & reliqua ſigna gratia breuitatis omiſſa.

Pro regimine itaque diſpoſitionis huius commendatiſſimi viri attendat primo,
Cibus. quod vtatur iuſculis factis ex farina hordei cum altera medietate farinæ amyli cum bro-
dio gallinæ vel caponis. ¶ Vtatur etiam ouis recentibus & pipionibus & panatellis & iu-
Potus. ſculis factis in prædicto brodio & proprie alterato cum foliis violarum, maluæ, betæ, ſpi-
nachiæ & atriplicis: & vtatur carnibus prædictis & capretinis etiam. ¶ Et vinum bibat D
album ſapore dulce cum altera medietate commixtũ aquæ decoctionis quatuor ſemi-
num communium frigidorum, aut ſaltem cum aqua decoctionis liquiritiæ raſæ minu-
Croci cõmoditas ad nocumenta anhelitus. tim inciſæ: aut tertio cum aqua decoctionis paſſularũ enucleatarum. ¶ Et in omni ciba-
rio ſuo ſemper ponat quantitatem duorum granorum frumẽti de croco: eſt enim opti-
mus in hac diſpoſitione, & eſt de ſumma medicinarum conferentium nocumẽto anhe-
litus *decima tertii apparens.* Conuenit etiam ei, quãdoq; accipere parum eius in aqua lactis
infuſi. ¶ Carnes capretinæ & gazellinæ eſſent ei vtiles. ¶ Et melius eſſet, vt cibum acci-
peret paulatine deglutiendo, & in quantitate pauca quatuor vicibus in die magis, quam
duabus ſpargere, id eſt, partiri cibum cum debilitate virtutis prorſus melius eſt. *1. quarti.*
c. de cibatione febricitantium. ¶ Euitet etiam neruoſas & cutaneas partes & piſces & paſtiles E
cibos & fructus omnes, præter ficus, quarum tres aut quatuor comedere poteſt ante ci-
bum ſemper. ¶ Caueat etiam dormitionem vel moram contrahere in loco frigido &
humido maxime propinquo aquis & expoſito flatui venti ſeptentrionalis, turbidi & va-
poroſi. ¶ Caueat etiam ab omni exercitio vſque ad octo dies vel decem: & maxime
poſt cibum in tantum, quod exercitium animale etiam euitare debet: vt ſtudii prolixi-
tatem & profundarum rerum ſpeculationem, immo iracundiam & triſtitiam, & omnes
animi paſſiones euitare debet. ¶ Item dormitionem immediate poſt cibum; immo
elongetur ab eo per horam vnam ſaltem, & dormiat capite mediocriter eleuato ſuper
dextro latere: minime vero ſuper ſpinam, vt quia grauat anhelitum, *ſecunda primi,*
colligendum. Et hæc de regimine huius viri rerum non naturalium ſuccincte per- F
tranſeant.

Pro regimine vero per medicinalia licet multa & diuerſa medicamina neceſſa-
ria forent ad curam huius diſpoſitionis, & accidentium eius: tamen quia in cura æ-
gritudinum & accidentium variorum eiſdem complicatorum oportet attendere his,
quæ

A quæ ſunt ſuſpectiora, ſine quorum cura talia feliciter curari non poſſunt. ¶ Idcirco ſex ponam remedia omnino neceſſaria in cura huius diſpoſitionis: neque enim omnia inſtrumenta, quæ in ſuarum diſpoſitionum curatione a principio vſque ad finem forent neceſſaria, ita deſcribi poſſunt vtiliter, propter varietatem ægritudinum & interciden-tiam variorum & multorum accidentium, quæ emergunt. ¶ Si qua autem præter hæc ſex medicamina erunt auxilia, oportebit ea adminiſtrari ſecundum tranſmutationem, quæ apparebit in hoc viro ex adminiſtratione ſex inſtrumentorum prætactorum: & totum hoc complebitur ſecundum quod per calamum fiet notitia de prædictis horum inſtrumentorum. *Sex remedia in hac cura neceſſaria.*

¶ Primum eſt hoc. ℞. *radicum altheæ, ſeminis lini, fœnugræci ana M j. betæ, maluæ ana M ij. coquantur omnia in ℔ v. aquæ vſque ad conſumtionem medietatis.* Deinde ℞. *huius* 1 *Enema.*
B *expreſſæ decoctionis libram vnam, olei violarum & de ſiſamo ana ℥ j ß. ſacchari rubei, caſſiæ, benedictæ ana ℥ ß. ſalis gemmæ granum vnum, miſce totum & clyſterizetur omni ſero per horam vnam ante cœnam.* ¶ Secundum inſtrumentum eſt hoc. ℞. *mannæ electæ ℥ ij. electuarii de pſyllio ʒ ij. infundantur in ℥ iiij. aquæ lactis caprini per noctem vnam: in aurora vero caleſiant, colentur & exprimantur & eiſdem addantur aquæ decoctionis granorum ſebeſten ℥ ij. & totum parum calidius tepido aſſumatur: & tardetur cibus horis ad minus quinque.* 2 *Potio.*
¶ Tertium eſt hoc. ℞. *diapenidionis rotulã vnam,* ſi haberi non poterit, loco eius accipiat *penidiarum ℥ j ß. diſſoluantur in ℔ ß. aquæ hordei calidæ, in quam infundantur 25. vel 30. grana ſebeſten prius lota:* cum ergo turgeſcent, teneat ſemper ex eis granum vnum in ore leuiter comprimendo ipſum, vt deſcendat ex eo mucillago leniendo membra anhelitus: materiam diſponet ad expulſionem & facilitabitur 3
C anhelitus. ¶ Quartum. ℞. *aquæ ſublimationis radicum altheæ, aquæ anguriæ ana ℥ j ß. ſyrupi de liquiritia, ſyrupi violati ana ʒ v. miſce & totum in aurora accipiatur omni mane & tardetur poſt ipſum aſſumtio cibi per horas ad minus tres.* 4 *Potio.*
¶ Quintum. ℞. *aloes præparatæ ʒ j. croci, liquiritiæ, hyſopi, vngulæ caballinæ ana ℈ ß. colocynthidæ, bdellii mollis & ſubalbidi ana ℈ j. ſalis Indi gr. v. cum ſyrupo de hyſopo formentur pilulæ ex omni ʒ vij. de quibus omni ſero accipiat vnam per duas horas poſt cœnam.* 5 *Pilulæ.*
¶ Vltimum inſtrumentum eſt hoc. ℞. *corallorum rubeorum, ſpodii, roſarum ana ʒ ß. ſandaracæ ʒ ij. folii ℈ ß. ligni aloes ℈ j. macis ℈ iiij. fiat omnium per ſe puluis, deinde commiſceantur. De hoc ergo puluere omni ſero tota prora capitis caluaries nominata pulurizetur ſemper primum puluerem cum pectine deponendo, quando ſecundum vult apponere.* 6 *Puluis capiti aſpergendus.*
Accipe igitur zelanti charitate mi Hieronyme hæc prædicta auxilia ſolenniora. Cumque horum vſum per qua-
D tuor dies continuaueris, accipe calamum, & ne ſis piger in ſcribendo ſtatum tuum, tantum enim tibi charitatis oſtendam, quantum ſcio ab optimo amico te credere poſſe ad laudem Dei. Amen.

Consilivm XXXIIII. *De ſoda a materia melancholica contenta in ambobus panniculis cerebri.*

ISTE adoleſcens ægrotat ſoda melancholica, quæ eſt dolor capitis proueniens a materia melancholica contenta in ambobus panniculis cerebri, ſua mala complexione & grauitate dolorẽ in eis facit extenſiuum & grauatiuum: cuius tamẽ
E maior pars in anteriori ventriculo continetur, quam in poſteriori. ¶ Et ſigna quidem huius ſunt dolor grauatiuus compreſſiuus, & magis quidem in ſiniſtra, quam in dextra parte fixus. Licet quandoque augeatur in dextra magis, propter caliditatem, quæ influit ab epate: ſiue ſit caliditas ſimplex, ſiue a vapore cholerico proueniens: eo, quia complexio eius a generatione videtur eſſe cholerica ad aduſtionem tendens, quæ reddit materiam melancholicam acutioris actiuitatis per accidens, quam eſſet per ſe ſola. *Signa maiorem partem huius materiæ eſſe in anteriore ventriculo cerebri.*
Secundũ 1
ſignum ſumi poteſt a complexione totius, quæ ad melancholiam per aduſtionem genitam inclinatur. 2

Tertium a diſpoſitione ſplenis, quoniam propter exercitium plerumque materia melancholica agitata vel ventoſata dolorem facit in ſplene eius. 3

F Quartum eſt deſcenſus ſputi acris vel pontici a capite deſcendentis. 4

Quintum ſumi poteſt ab habitudine, quæ ad ſiccitatem videtur eſſe inclinata, & non quidem proueniente a ſimplici ſiccitate vel a materia cholerica. Igitur a melancholica. 5

Sextum eſt durities pulſus ſine velocitate & frequentia, & abſque ſpaſmo & apo- 6

ſtemate duro in aliquo membro. Igitur videtur eſſe a ſiccitate melancholica. ¶ Septimum poteſt eſſe apparitio ſomniorum magis triſtantium, quam delectantium: & plura alia ſigna ſubiũgere potuiſſem, quæ ſignificarent præſentiam materierum in capite: ſed iſta ſufficiant. ¶ Ex his clare concludi poteſt, quod iſte iuuenculus obnoxius ſit ægritudinibus melancholiæ. Si enim melancholia multiplicaretur aut tranſiret de pannicu-lis eius ad ventriculos & medullam cerebri, ita vt permutaret complexionem eius & ſpirituum temperamentum, tunc neceſſario incurreret melancholiam, quæ eſt permutatio extimationum & cogitationum a curſu naturali ad corruptionem & malitiam propter complexionem melancholicam facientem ſylueſtrem ſpiritum cerebri interius & facientem ipſum timidum propter tenebras ipſius. Et ex hoc concluditur vltimo quod neceſſarium ſit ei ſubuenire celeriter. A B

Aer. Regatur igitur hic adoleſcens hoc regimine: Primo quidem euitet manſiones & loca valde frigida & excellenter calida & ſicca & conetur contrahere moram in aere ad caliditatem inclinato & humiditatem. *Exercitia corporis.* ¶ Et euitet exercitia & labores ſuperfluos ſaltem vſquequo curatus erit: quieſcat inquantum poteſt: & ſummopere conetur euitare *Animi.* iracundiam, furorem & triſtitiam & cogitationes malas & in loco tenebroſo commorari ſolus.

Inanitio & repletio. Caueat a multa quantitate ciborum replentium: Licet tamen credam ſibi melius eſſe aliquantulum magis declinare ad quantitatem ciborum, quam ad multam ſubtractionem ipſorum & potuum. Timeo enim, ne augmentum ſiccitatis in ipſo perducat ipſum ad aliquam melancholiæ ſpeciem. *Somnus & vigilia.* ¶ Adhuc etiam propter hanc cauſſam effugiat multitudinem vigiliarum, immo oportet ipſum parum amplius dormire, quam cõſueuerit ad hoc, vt in eo melior fiat digeſtio & corpus humectationẽ coueniẽtẽ accipiat. C

Cibi & potus. ¶ In cibis autẽ ita ſe regat, vt omne genus acetoſorũ & acriũ ciborũ quãtum põt, effugiat: vniuerſaliter n. vſus aceti nocet melancholicis, teſte Gal. *lib. 2. de vict. acut.* ¶ Euitet etiã cibos valde calefacientes, vt ſunt aromata, & vinũ valde potens & vegetabilia calida, ſicut rutam, roſmarinum, petroſelinum, ſatureiam, mentham, calamentum & ſimilia. ¶ Effugiat vaporoſa multum & proprie calida, velut allium, porrum, cæpas, bulbum & raphanum. ¶ Dimittat facientia ventoſitatem, velut legumina & proprie fabas, phaſeolos, lentes, caules & ſimilia. ¶ Effugiat inuiſcantia & incraſſantia materias, velut cibos paſtiles, cutes & animalium partes neruoſas. ¶ Et iterum caueat ab vſu omnium rerũ acuentium humores, velut ſalſa, ſinapi, & conſimilia. ¶ Vtatur igitur pane recenti bene fermentato, non multum cocto neque combuſto & carnibus bene pinguibus, facilis digeſtionis & boni nutrimenti. Item carnibus pinguium pullorum caſtrati, agni & hœdi & recẽtis porcelli: brodiis etiã mediæ pinguedinis. Macras vero antiquas & craſſas carnes dimittat. Et comedat de piſcibus fontilibus habentib. carnes non valde molles, nec fœtidas elixis vel in dulci oleo oliuarum aſſatis, & placẽt etiam cancri non multæ tamẽ conſuetudinis: & cibaria ex lacte cocto præparata, niſi ex eis percipiatur grauitas capitis. Caſeus mollis mediocris pinguedinis placet. Ex ferculis vero placẽt betæ, ſpinachia, portulaca, atriplex, borago & bugloſſa, cum quibus ponuntur aſparagi, pauca folia petroſelin. & ſaluiæ, fæniculi & ſimilium edilium: & placent etiam omnia cibaria condita cum ſapa & ſucco pomorum dulcium & ſaccharo. D E

Et de fructibus concedãtur ei ceraſa, auellanæ, & proprie recentes amygdalæ, pyra muſcata, poma, ficus recentes, vuæ, tamen dulces, pepones, cucumeres, iuiubæ, & fructus omnes, quorum caliditas aut frigiditas eſt pauca cum augmento humiditatis aut proprietatis ad cerebrum velut amygdalæ & auellanæ.

Ex conditis vero vti poteſt ſaccharo violaceo; ſed couenientius eſt ei conditum cum bugloſſa & boragine æqualiter mixtis, de quibus accipiat cochlear in mediis tertiis aut in veſperis.

Vino vero vtatur dulci aut ſibi vicino & ſit album; ipſum enim mentem, id eſt, cerebrum minus percutit, teſte Galeno *lib. ſecundo de vict. acut. textu & commento primis.* & ſiquidem tale vinum eſſet mediocris fumoſitatis, purum bibatur. F

Si autem valde potens, ſicut ſolent eſſe vina Brixienſia, frangenda eſt eius potentia cum bona aqua fontis, ſecundum diſcretionis menſuram. Et hæc de regimine non naturalium.

De his

A De his vero, quæ per medicinales adminiſtrationes neceſſaria ſunt ei: Primum
quidem & principalius eſt, vt dum fuerit domi quietus, a quarta die inſtantis menſis vſ-
que ad 20. fiat ei phlebotomia cephalicæ dextræ partis inter pollicem & indicem poſita
& extrahantur ſanguinis ℥ iij. vſque ad quatuor. ¶ Et facta phlebotomia licet per inſignẽ
doctorem dominum Baptiſtam fuerit conuenienter purgatus, tamen propter vehe-
mentem agitationem in humoribus factam a balneis: Etiam quia vrinæ eius ſubſtan-
tia & contenta notabiliter arguunt repletionem: Et tertio, quia pulſus affirmat ipſam:
Et quarto iterum, quia non habuit alleuiationem ex præcedentibus ſenſibilibus eua-
cuationibus: Ideo videtur omnino mihi opportunum, vt poſt phlebotomiam accipiat
hoc digeſtiuum in aurora calidum & continuet ipſum 10. vel 12. diebus. ℞. *aq. bugloſ. ℥ iij.* **Digeſtiuum.**
B *aq. meliſſæ ℥ ij. & eſt valde leue.* ¶ Et ſi volueris digeſtiuum potentius vel efficacius illo. ℞. *ſy-
rupi de epithymo ℥ j. ſyrupi violati recentis ℥ ß. aquæ bugloſſæ & capil. Veneris ana ℥ j ß. miſce.* ¶ Et ſi
deſiderares cum digeſtiuo materiam educere acuitatis aliquid habẽtem vel aduſtionis.
℞. *ſyrupi de thymo & de fumo terræ ana ℥ j. aquæ violarum & nenupharis ana ℥ j ß. miſce.* Si autem
diebus intermediis, quibus digeſtiuum aſſumitur, venter eius eſſet ſtypticus, accipiat v-
nam de iſtis pilulis. ℞. *aloes electæ per tres dies infuſæ in ſucco boraginis ℥ ß. maſticis, violarum, e-* **Pilula.**
*pithymi, foliculorum ſenæ, ſalis Indi ana ℈ ß. formentur pilulæ cum ſucco boraginis ex omni ʒ vj. ex
quibus accipiat vnam omni alterna die parum ante cœnam.*

Accepto igitur digeſtiuo purgetur cum altero eorum. ℞. *pilularum Indarum, pilula-* **Alia.**
rum de lapide lazuli ana ʒ ß. reformentur pilulæ vj. cum ſyrup. violarum & accipiatur in aurora dor-
C *miendo poſt eas per vnam horam & tardando poſt cibum ſex horis.* poſt quarum quintam acci-
piat vnum cyathum aquæ hordei calidæ ſaccharatæ, & in altera hora comedat. ¶ Poſt
purgationem itaque ſequenti die tertia fiat ei appoſitio ventoſarum in ſpatulis cum ſca-
rificatione mediocri. ¶ Adhuc etiam omni ſero abluantur pedes eius vſque ad inguina
cum hac decoctione. ℞. *foliorum violarum, nenupharis, ſalicis & ſolatri ana M ij. florum cha-* **Ablutio pedum.**
*momillæ M j. coquantur in ſufficienti quantitate aquæ & abluantur cum aqua calida prædicta ex-
tremalia.*

Itaque ſi per hoc caput eius a doloribus curatum aut notabiliter alleuiatum erit,
tunc vtatur hac commixtione, de qua accipiat omni mane hora, qua ſumebat ſyrupum,
cochlear vnum tardando poſt ipſam cibum per tres horas. ℞. *conſeruæ violarum, bugloſſæ &* **Electuariũ.**
D *boraginis ana ℥ j. incorporentur cum melle roſ.* ¶ Et ſi velis ipſum cordialius & cerebrale ma-
gis, tunc adde ſpecierum diamuſci dulcis & diambræ ana ʒ j. & conuenit etiam hoc ele-
ctuarium, ſi non fuerit curatus ex primis inſtrumentis. ¶ Poſt hoc iterum, ſi inſteterit
dolor, fiat ei hoc gargariſma. ℞. *oxymellis ſquillitici ℥ ij. electuarii diairis & diacalamenti* **Gargariſma**
*ana ʒ ß. incorporentur ſimul & accipiantur ex eo ʒ iij. & miſceantur cum aqua decoctionis radicum
betæ & cum hoc bene calido omni mane & ſero fiat gargariſma per duas horas ante cœnam.* ¶ Con- **Lixiuia pro capite.**
fert etiam ei tempore doloris capitis ablutio talis. ℞. *foliculorum ſenæ M ij. florum ne-
nupharis, violarum, bugloſſ. ana M j. fol. maioranæ M ß. coquantur conuenienter in aqua & addi-
to ei cinere fiat lxiuium, ex quo caput eius conuenienter abluatur omni alterna die.* ¶ Adhuc etiam
confert ei caputpurgium hoc. ℞. *aquæ maioranæ ℥ ij. aquæ ſublimationis radicum betæ ℥ iij. ſac-* **Caputpurgium per nares attrahendum.**
E *chari albi ℥ ß. diſſoluantur ſimul & proiiciatur ex eo calido leuiter per vtramque narem omni ſero per
horam ante cœnam quatuor vel quinque vicibus cum aliquanta temporis interpolatione & prius os
impleatur aqua, ne per palatum deſcendat in os.* ¶ Si autem per hæc omnia complete adhuc
non eſſet curatus, laudo, vt bis in ſeptimana per duas horas poſt cœnam accipiat ℈ ij. au-
reæ Alexandrinæ cum ℥ j. vini dulcis calidi. ¶ Aut in aurora accipiat, vt prædictum eſt,
ʒ j. theriacę recentis cum vino iam prædicto. ¶ Scio etiam, quod ſi natura vel ars proui-
deret ei de apertione hæmorrhoidarum, omnino curaretur. Hæc ſunt, quæ in diſpoſi-
tione iſta meliora colligere potui, &c.

CONSILIVM XXXV. *De ſoda a materia melancholica immerſa panniculis
per communitatem inchoatiue a ſplene.*

F

AFFLVENTIA, bonitas cum copia bonorum morum & honeſtiſſimæ vi-
tæ ſ. Franciſcus Bondei deduxerunt me ad erigendum quinque remedia
pro ſua honeſtiſſima conſorte vel vxore neceſſaria: Pro mala diſpoſitione
capitis eius, quæ eſt ſoda melancholica ab eadem materia cerebri panni-

čulis immerſa, quæ licet inchoatiue fuerit diſpoſitio in cerebro per colligantiam a ſple- A
ne huic honeſtiſſimæ matronæ: tamen propter diuturnitatem temporis non ita nunc ſe
habet per colligantiam, quin etiam inſit cerebro per eſſentiam. Itaque prouideat ſibi
per hunc modum.

Cibi & potus. Primo quidem abſtineat ab vſu carnium antiquarum, & proprie paludeſtrium, &
dimittat omnia legumina, & proprie lentes, & vſum etiā multi ſalis & ſalitorū ciborum,
ſiue fuerint carnes vel caſeus: & inter reliqua dimittat lentes, caules, cæpas, allium, por-
rum & multi raphani vſum & aquæ frigidæ ſimplicis potum: & vtatur vino albo, ſubtili,
dulci & claro & nullo modo bruſco vel pontico.

Pilula. Secundum vero principale remedium eſt hoc. ℞. *epithymi Cretenſis ℥ j. polypo-
dii, foliculorum ſenæ, thymi, agarici ana ℥ ß. zinzib. cinamomi, macis, violarum ana gran. iiij. ſalis* B
*Indi grana viij. cum ſucco apii formentur pilulæ ex omni ℥ vij. de quibus hæc noſtra patiens omni fine
15. dierum per horam ante diem accipiat vj. & tardet cibum accipere 5. horis,* de quibus etiam pilu-
lis omni quarta die accipiat j. quando vadit ad lectum. ¶ Tertium principale remedium
Electuariū. eſt hoc. ℞. *conſeruæ, bugloſſæ ℥ iij. conſeruæ roſ. & violarum ana ℥ j. hyacinthi, ſmaragdi, doronici, oſ-
ſis de corde cerui ana ℥ ß. margaritarum ℥ iij. ſacchar. al. ℥ iij. fiat electuarium: in cuius fine ponantur
folia auri numero 8.* de hoc itaque electuario hæc humilis domina omni mane aut ſaltem
alterno per tres horas ante prandium deglutiat quantitatem vnius nucis muſcatæ.
Rotulæ. ¶ Quartum principale eſt hoc. ℞. *ſpecierum lætificantis Almanſ. ℥ ß. hyacinthi, ſmaragdi, ſa-
phyri, margaritarum ana ℥ ß. ſacchari al. ℔ ß. fiat confectio in rotulis ℥ ij. de qua ſemper in fine cibi
comedat fruſta duo aut ſaltem vnum.* ¶ Quintum & vltimum eſt hoc. ℞. *violarum, florum bu-* C
Sacculus capitalis. *gloſſ. & boraginis, folii, ligni aloes ana ℥ ß. roſ. ſpodii, ſandaracæ, macis ana ℥ j. fiat omnium per ſe pul-
uis: ex quo fiat ſacculus capitalis in ſindone retorta.* hunc ſacculum ſemper portet ſuper capite
ſuo, quando moleſtatur vehementi dolore: & ſic beneficio miſerationis diuinæ ſanita-
tem conſequetur, quam ſibi ſua largitate concedat altiſſimus. Amen.

CONSILIVM XXXVI. *De ſoda dicta cephalæa a ſanguine melancholico, cui etiam multum phlegmatis admiſcetur.*

SODA huius viri proprie debet denominari cephalæa ſecundum ſenten-
tiam veterum: eo quia eſt dolor chronicus fortis & manſiuus: & totum ca-
put comprehendens intantum, quod non ſolum huius materia morbi D
contineatur in cerebro & panniculis eius, immo & multiplicata per venas
interiorum partium prædictarum per commiſſuras effunditur ſecundam
Materia. partem ad panniculum cranei exterius inuoluentem. ¶ Eſt autem huius morbi materia
ſanguis melancholicus, cui multum phlegmatis admiſcetur, quod apparet ex colore mi-
xto ex albo & fuſco plumbeo nominato. ¶ Apparet ſecūdo ex magna capitis grauitate.
¶ Tertio ex diuturnitate eius & fixione. ¶ Quarto ex dolore non ſolum interius, ſed et-
iam exterius cutem capitis tangendo percipitur, & eſt maior huius doloris pars in ſini-
ſtra parte fixus apparens: quod contingit per colligantiam ſplenis ad illam partem me-
lancholicum ſanguinem effundentis vel concomitantis, aut ſaltem, quia ſpeciem malæ
complexionis augmentat in cerebro per communitatem principaliter non abſolutam: E
Licet etiam probabiliter defendi poſſet, ipſum ſplenem nocumentum in eadem parte
capitis augmentare per compaſſionem abſolutam, ſed hoc raro cōtingit ſaltem in chro-
nicis ægritudinibus.

Ex iſtis facile concludi poteſt, quod hæc ægritudo difficilis ſit & parata, vt ex ea a-
poſtema in capite generetur. ¶ Et ſequitur ſecundo, quod oporteat ad ipſius curationē
feſtinantius accedere, vt nunc ſequitur.

Curatio per ſex res, non naturales. Abſtineat itaque vir iſte a cibis infrigidantibus, oppilantibus & materiam in capi-
te viſcoſam multiplicantibus: vt ſunt cibi paſtiles, caſei multitudo & lactis crudi vſus, le-
gumina, ſalitæ carnes, animalium neruoſæ & panniculares partes, & vinum rubeum & F
craſſum: & acrium omnium vſum euitet. Aceto autem ſecurius vti poteſt. ¶ Et caueat a
motu & exercitiis ſuperfluis, & proprie poſt cibum. Somnus prolixus conuenientior
eſt ei, quam vigilia: caueat tamen ſubitam poſt cibum dormitionem. ¶ Caueat
ſe replere cibis multæ quantitatis: immo parce comedere eſt ipſi vtile magis,
quam

A quam vſq; ad ſaturitatem, & nullum cibum deglutiat, niſi optima maſticatione contri-
tum. ¶ Effugiat ſtationem ſub radiis ſolis, morari tamen in aere calido abſque flamma
ſolis vel ignis pertingente ipſum eſt valde conueniens. ¶ Effugiat ventris ſtypticitatem,
imo fluidus fiat per ea, quæ inferius ponuntur. ¶ Et euitet triſtitiam, iracundiam & reli-
quas animi paſſiones humorum inflammatiuas & colliquatiuas.
De regimine vero medicinali octo videntur mihi inſtrumenta neceſſaria. ¶ Quo- Octo remedia.
rum primum, vt circa ſeptimum diem menſis Maii fiat huic viro phlebotomia ſaluatel- 1.
læ ſiniſtræ partis inter annularem & auricularem digitos poſita, & extrahatur ſanguinis Vena ſectio.
vnc. *iij.* ad plus. ¶ Secundum vt poſt iſtam phlebotomiam accipiat hoc minoratiuum 2.
cum cyatho vno aquæ calidæ decoctionis boraginis in aurora, & cibum ſuum tardet ſal- Electuarium.
B tem horis ſex, cuius deſcriptio eſt hæc. *℞. electuarii de pſyllio, electuarii diaſenæ an. drach.*
iij. boni ponderis, miſce & totum accipiat, vt dictum eſt.
Tertium, vt poſt minoratiuum prædictum ſequenti die hora præſcripta accipiat 3.
hoc digeſtiuum, & continuet ipſum diebus octo hora prædicta accipiendo cali- Potio.
dum, cuius deſcriptio eſt hæc. *℞. ſyrupi compoſiti acetoſi vnc. j. ſyrupi de epithymo vnc. ß.*
aquæ bugloſſæ, meliſſæ & bethonicæ an. vnc. j. miſce. ¶ Quartum vt poſt digeſtiuum nona 4.
ſequenti die in hora præſcripta accipiat hoc eradicatiuum. *℞. pilularum Indarum, pilu-* Pilulæ.
larum de lapide lazuli an. ſcrup. j. pilularum de ſarcocolla ſcrup. j. boni ponderis, reformentur pilulæ
vj. cum electuario ro. & accipiatur hora, qua primum minoratiuum acceptum eſt, & poſt ipſas ob-
ſeruentur conditiones ibidem ſcriptæ omnes. ¶ Quintum, vt accepto eradicatiuo per tres 5.
C dies, poſtea huic viro fiat phlebotomia cephalicæ *dextræ partis, & extrahantur ſanguinis* Vena ſectio.
vnc. iij. vel quatuor & ß.
Sextum, vt tempore, quo aſſumit digeſtiuum, & etiam poſtquam fuerit purgatus, 6.
vtatur iſtis pilulis, de quibus accipiat omni quarto vel quinto ſero, vnam parum ante Pilulæ.
cœnam, & alia vice ſecundam per duas horas poſt cœnam, & ita reuoluendo procedat
ad vſum earum ab ea, quæ eſt ante cœnam, ad eam, quę eſt poſt cœnam, & continuet eas
toto tempore vſq; ad medietatem Iunii, deinceps vero vſq; ad principium Septembris;
rarius vtatur eis, & tunc poterit eis vti toto tempore anni ſecundum primum ordinem
deſcriptum, cuius deſcriptio eſt hæc. *℞. aloes præparatæ vnc. ß. ellebori nigri gran. viij. thy-*
mi, epithymi, ſalis Indi an. ſcrup. j. diagridii gran. ij. formentur pilulæ de omni drach. vij. cum ſuc- 7.
D *coroſar.* ¶ Septimum inſtrumentum eſt, vt poſtquam fuerit purgatus, ſequenti die in Linimentum.
ſero, quando vadit ad lectum, omni die totum caput prius abraſum ab auribus ſuperius
liniatur hoc linimento. *℞. radicum bryoniæ, aſari, ſtœchados, bethonicæ, calamenti, pulegii*
an. vnc. j. amyli vnc. j. ß. croci drachm. j. ß. macis drachm. iij. galangæ, nucis muſcat. garyophil. an.
drachm. j. ß. ſandaracæ vnc. j. ſalis communis ſubtiliſſime triti drach. v. ſucci ſolatri, quantum ſuf-
ficit, fiat linimentum, & adminiſtretur vt prius. ¶ Octauum vero & vltimum inſtrumen- 8.
tum eſt, vt tempore, quo vtitur prædicto linimento, omni ſeptimana ter; ſcil. poſt duos Pilulæ.
dies interpolatos inter vtrunq; maſticet vnam de infra ſcriptis pilulis in mane nihil de-
glutiendo ex eis, neq; de eo, quod diſſoluitur ab eis, imo exterius expuendo, quarum
deſcriptio eſt hæc. *℞. maſticis drach. j. ß. pyrethri drach. iij. dragaganti, gummi Arabici, gluti-*
nis piſcium an. drachm. ij. ß. macis, galangæ, zedoariæ, liquiritiæ, aniſi an. ſcrup. ij. diſſoluantur
E *gummi & gluten cum aceto, & cum infrigidari cœperint, formentur pilulæ craſſæ ſicut auellana; qua-*
rum vſus ſit, vt prius dictum eſt. His actis ſi ſanus fuerit, laudetur Deus altiſſimus; ſin
minus, reſcribat de ſtatu ſuo, & prouidebitur ſibi ad laudem Dei. Amen.

CONSILIVM XXXVII. *De nocumento diminutionis & corruptionis imaginatiuæ potentiæ & cogitatiuæ, quod proprie deſipientia dicitur.*

OPTAREM vt fortuna tam mihi adduxiſſet acceptabilem & dilectã, quãtum
arduam & difficilis conſiderationis materiam nuper accepi. Etenim ex mi-
hi zelatiſſimis amicis quidam adoleſcẽs variis paulo ante moleſtatus eſt acci-
F dentibus, vir quidem complexione a generatione calidus, ſecundum epar,
frigidi tamen cordis & humidi & cerebri conſimiliter, quibus niſi fieret ab e-
pate contra operantia priuatiua, fieret in eo in vniuerſis membris malæ complexionis
frigidæ & humidæ augmentum notabile. Hic vir etiam ſplenem habet magnum
ſatis & debilem in virtute ſua non conuenienter attractiuum & mundificatiuum

melancholiæ, quę delegatur cũ ſanguine per vniuerſum corpus, permutãs ipſum ad me- A
lancholiã, & ſi tanta fuiſſet in epate ſuo potẽtia aduſtionis ſanguinis & choleræ, conuer-
teretur iſte vir in complexionẽ melancholicã in ætatẽ ꝑ augmaſticam, per decidentiam
acquiſitam. Quicquid tamẽ ſit multitudo melancholiæ abundantis in venis ꝓpter cauſ-
ſam p̃dictam & ẽt ipſius melancholiæ pars notabilis cordi communicata per communi-
tatẽ abſolutam, vel ſimplicem alterationẽ, ſimiliter & ad cerebrũ multiplicata, acciden-
talem fecit p̃mutationẽ cõplexionis cordis & cerebri & ſpirituũ vitalium & animalium
in cerebro, vnde ꝑmutatę ſunt operationes cordis & cerebri ad accidentia melãcholię.

Signa caliditatis epatis.

Horũ a. ſermonũ declarare veritatẽ non eſſet difficile, ſi non timeret ꝓlixitas ſermonis.
Põt n. caliditas epatis deduci ex ſenſatione caliditatis in hypochondrio dextro ꝑcepta,
ſimiliter ẽt ex magnitudine hypochondrii illius, & ex venarum amplitudine notabili, & B
quarto ex tinctura notabili in vrinis apparẽte.

Signa frigiditatis cordis.

¶ Cordis vero frigiditas deducetur ex re-
miſſione caliditatis circa mamillam ſiniſtram perceptę. Item ex declinatione pulſus ad
paruitatem, tarditatem & raritatẽ: adhuc etiam, quia pectus totum ſatis eſt nudum pilis.

Complexionis cerebri.

¶ Et ex eodem fundamento deducetur etiam cerebri complexio per ſigna ſubſtantialia
a caſibus & operationibus ſumta, quæ hic dimitto.

Signa complexionis accidentaliter mutata.

Quod vero accidentaliter permutata ſit complexio huius viri ad accidentia melã-
choliæ ex multis apparet. Primo quidẽ, quia operationes imaginatiuæ & cogitatiuæ po-
tentiæ, læſæ ſunt læſione diminutionis & corruptionis. Cum enim imaginatiua poten-
tia conuerti debet ad aliquid imaginabile, diminute apprehendit ſpecies illius a phan-
taſia ſibi delatas & laborat in actu diuidendi & componendi notabiliter, quod non eſt a- C
liud, quam nocumentũ diminutionis in operatione imaginatiuæ potentię iam factum.
¶ Cumq; imaginat̃ inſidias, rixas, contumelias & offenſas, nunquam tamen ſibi factas, &
perſiſtit circa illud, tunc aſſignandum eſt nocumentum corruptionis eſſe in operatione
ipſius imaginatiuæ. ¶ Cumq; cogitatiua potentia non elicit, niſi diminute ex ſenſatis;
tunc patet, quod ſit nocumentum in operatione cogitatiuæ potentiæ diminutionis no-
minatum. ¶ Cum autem loquitur & in iudicium exit non qualiter, quando, quantum &
vbi deberet, patet ꝙ illud ſit nocumentum corruptionis in operatione cogitatiuæ potẽ-
tię. ¶ Et ſi contingat ſimul aſſignari nocumentum in operationibus duarum potentiarũ
prædictarum, patet, quod illud ſit verendum maxime & proprie, quando corruptæ ſunt
operationes iſtarũ duarũ potentiarũ. Cũ n. homo cum hoc, ꝙ corrupte imaginat̃, corru- D
pte ẽt iudicium affert, patet operationes earum potentiarũ brutorũ operationibus eſſe
cõſimiles: ſicut n. homo per conuenientem operationẽ iſtarum duarum virtutũ eſt pru-
dentiſſimum animal, nominibus & ratione degens: Ita e cõuerſo per corruptionẽ ipſa-
rum virtutum reponendus eſt inter animalia bruta. ¶ Propter quod plurimi illuſtrium
virorum talem diſpoſitionem & merito denominauerunt deſipientiam, vt *tertio de acci-
denti & morbo, ſecundo cap.* colligendum. ¶ Aliqui a. talem diminutionem nominauerunt
ſtoliditatem, vt Auic. *prima tertii, tractatu 4.* Hæ autem diſpoſitiones frequenter contin-
gunt a cauſſis accidentibus, quę corporales nominatę ſunt. ¶ Et modus imaginandi euẽ-
tũ harum eſt talis. Supponendo primo, quod potentię interiores non exeant ad actum,
niſi cum debita diſpoſitione organorum, in quibus aſſignantur imaginatiua, ergo & co- E
gitatiuę potẽtię non poſſunt cõuenienter operari, niſi per debitam diſpoſitionem com-
plexionalẽ & compoſitionalẽ medii ventriculi, q̃ eſt ſedes earum, *vt prima primi, doctrina
6. cap. 5. de virtutibus animalibus comprehendentibus literaliter colligendum*, nec eaſdem opera-
tiones ſine illius ventriculi temperamento debito poſſunt conuenienter efficere, *primo
ſexti naturalium, cap. proprio.* ¶ Præmittendum ſecundo, quod potentię ſupradictæ adhuc
non poſſint operationem conueniẽter efficere cum tempore organorum, niſi cum de-
bita quantitate & qualitate inſtrumẽtorum, qui ſunt ſpiritus animales mediocriter ſub-
tiles, diaphani, clari & debita qualitate calidi & humidi, ſiue ſpiritus tales non ſint eſſen-
tialiter diſtincti a vitali ſpiritu, a corde delato ad cerebrum, ſed ſolum accidentaliter di-
ſtincti caliditate & ſubtilitate, aut aliquali dearticulatione limitati, vt ſtatuunt peripate- F
tici, ſiue illi ſpiritus animales a cerebro cum ſuo temperamento geniti ſint ex tenui &
temperato vapore ſanguinis in cerebro inuenti, vt multi Galeniſtæ opinantur. Quali-
tercunq; tamen contingat, imaginemur ſpiritui prædicto commiſceri fumum eleuatũ
a multa melancholia, quæ abundat in iſto viro. Et patet quod neceſſarium ſit ſpiritum

A reddi ſylueſtrem,i. inconueniens inſtrumentum ad opera prædicta,& eo fortius,quãdo
a melancholia non ſolum in ſpiritu, verum etiam in cerebro complexio melancholica
acquiſita eſt. ¶ Hoc igit̃ conceſſo patet, q̃ ſpiritus ꝑmutabitur ad frigiditatẽ & ſiccitatẽ
ꝓprie contrariã cõplexioni ſuę,& iã efficiet̃ turbidus,opacus contra cõuenientiã eius in
modo ſubſtãtiæ & claritate,qualiter ergo ꝑmutatus erit ſpũs,tali ꝑmutatione ꝑmuta-
bit & organa,ſed potẽtię nõ pñt operari, niſi ſecundũ q̃ immutant̃ ab organis & inſtru-
mentis ex ſuppoſitione 1.& 2.ergo ſi ſpiritus & organa iam ſunt corrupta,vt declaratum
eſt, patet,quod neceſſarium ſit,corruptas eſſe operationes ambarum potentiarum.

Et ex hoc fundamento deducuntur corollaria plura. Primũ, quod ſi imaginatio &
cogitatio corruptas faciunt operationes abſq; ſaltu,rixa,furore & dęmoniacis operatio-
B nibus,talis diſpoſitio proprie melancholia denominari debeat. Et prouenit a mala com- *Melancho-lia.*
plexione melancholica naturali,materiali vel immateriali. ¶ Si autẽ fuerit cum rixa, in-
iuriis, ſaltu, & ſic de aliis,talis diſpoſitio proprie denominatur mania cum ſuis ſequacib. *Mania.*
ſc. dęmoniaca lupina,& canina,& ꝓueniũt hę a mala cõplexione melancholica in cere-
bro acquiſita a melancholia, genita ex aduſtione choleræ. ¶ At vero, ſi tales corruptio-
nes in prædictis operationibus contingant cum riſu, manſuetudine & mulcebritate, o-
mnino fiunt ex melancholia genita ex aduſtione ſanguinis; quæ minus mala eſt ceteris,
iuxta illud Hip. *ſect.6.aph.53. Deſipientiæ quidẽ cũ riſu factæ ſecuriores ſunt; cũ ſtudio vero ſerio; peri-
culoſiores &c.* ¶ Et ſi cõtingat has diſpoſitiones cõſeq̃ impreſſionẽ a melancholica materia
genita ex aduſtione, tales q̃dẽ ſpecies omnib. aliis deteriores exiſtũt,& omnes operati-
C ones ꝓducunt maniacas & dęmoniacas,vt trahitur ex ſentẽtia principis *prim.3.tract.4.c.
de melancholia,§.illo: Et quibuſdam Medicorũ viſum eſt; quod melancholia generetur a dæmonio.* Et
eadem ſententia colligitur capit. de mania in exordio dum inquit: *Expoſitio maniæ eſt
dæmonium lupinum; canina vero eſt ſpecies eius.* Et poſſunt hi ſermones magno fundamen-
to colligi ab Auicen. *vt ſupra:* Diciturque melancholia mutatio exſtimationum & co-
gitationum a curſu naturali ad corruptionem &c. vide ibi, quia pulcherrimus ſermo
eſt & profundus. ¶ Ex hoc fundamento iterum diligens conſiderator poterit intelli- *Nocumento-*
gere cauſſas, & formalitatem omnium nocumentorum ſenſuum interiorum,quæ per *rum ſenſuũ*
12. terminos importata colligunt̃ in variis voluminibus ſapientũ. Quorũ primus eſt per- *interiorum*
mixtio vel lęſio ſenſus. Secũdus deſipientia. Tertius ſtoliditas. Quartus amentia. Quin- *duodecim nomina.*
D tus infantilis diſpoſitio. Sextus craſileos. Septimus phreneſis vel karabitus. Octauus
melancholia. Nonus zibare. Decimus mania. Vndecimus cuthubuth. Et duodecimus
iliſthi. Et ſi non timerem ſermonis prolixitatem, aperirem; quid importetur omni-
bus iſtis terminis definitione materiali. Hæc autem colligi poſſunt ex prædictis, quia
omnia quaſi declarata ſunt: De nocumentis vero memoratiuæ potentiæ nihil ad præ-
ſens propoſito meo pertinet; ſed de nocumentis contingentibus in operationibus alio-
rum duorum ſenſuum interiorum; videl. ſenſus communis & phantaſiæ, non intromit-
to me ad pręſens in materia talis ſpeculationis; reliquerunt n. hoc omnes auctores me-
dicinę,nihil tamen de eis ſermocinãtes; q̃ mirabile eſt. Non leuiter a. potuit auctoribus
hoc contingere,quia viderunt hos duos ſenſus & eorũ operationes ordinatas eſſe ad ſub-
E limiores potentias & perfectiores, ſc. imaginatiuam & cogitatiuam,quę tu cõſidera. ¶ Et
ſicut iam paulo ante declaraui; diminutas ac corruptas operationes imaginatiuæ & co-
gitatiuæ potentiæ contingere poſſe a cauſſa corporali, ita facile deducerem ipſas fieri
poſſe a cauſſis primitiuis vel exterioribus: ¶ Primo ex parte animæ exſiſtentibus, ani-
ma enim eſt aliud a corpore, ergo eſt primitiua cauſſa; *ſecunda primi doctrina ſecunda, &
primo capit.* Tantæ enim impreſſionis ſunt paſſiones animæ in corpus, quod extermi-
nant & permutant ipſum ab ea, quæ eſt ſecundum naturam conſiſtentia; *tertio techni. tra-
ctatu primo.* ¶ Quis etiam dubitat, quod fortis timor & occurſus feſtinus ad tenebroſi-
tatem magnam corpus exterminent & permutent, ſimiliter etiam; quod cibi & potus
melancholicas impreſſiones efficiant, propter vſum eorum longum permutantem cor-
F pora ad melancholicam complexionem, vt dictum eſt.

Ex quibus omnibus vltimo colligitur, quid ſpeculandum ſit de hac ęgritudine, eſt
enim nocumentum diminutionis & corruptionis in operationibns imaginatiuę poten-
tiæ. Secundo principaliter ex iſto infertur cognitio cauſſarũ interiorũ & exteriorũ iſtarũ
diſpoſitionũ. Sequit̃ 3. poſſibilitas inuentionis ſignorũ ſignantiũ has diſpoſitiones. ¶ Se-
quitur 4. quod neceſſarium ſit, huic viro tam feſtinanter prouidere, quam ſit poſſibile;

ne nocumentum illud communicetur parti poſteriori cerebri, ita vt fiat inſipiens. Et ſic ad regimen eius diſtinguendum nunc tranſeo. A

Regimen itaq; diſpoſitionum huius viri per applicationem rerum non naturaliũ menſuretur hoc modo, quia inclinetur ad leuiter calefaciendum & parum humectandũ: neq; propter hoc moleſtari debeo, cũ ſuperius dixerim, epar huius viri declinare a medio generis per augmentum caliditatis, nam illa caliditas aut reperitur tantæ intenſionis intra terminos ſuæ ſanitatis, & tunc indiget conſeruatione. Si autem notabiliter ſit lapſa & parata vlterius labi, tunc indigeret reductione, & hoc per contraria faciendum eſſet, ſed medicina paucæ caliditatis lapſui intenſo applicata, remittit ipſum tenendo viam philoſophantium, quam credo veriorem, quod remiſſum applicatum intenſo remittit ipſum, igitur ſi lapſus eſſet ad calidum in tertio gradu, medicina calida in primo reduceret ipſum ad medium, igitur eſſet conueniens. B Itaq; omnium regimen ex parte rerum non naturalium inclinetur ad leue calefaciendum, & multum humectandum, talia enim ſufficienter corrigent complexionem melancholicam huius viri.

Cibus & potus.

¶ Eligat itaque panem de puriori parte farinæ, quæ dicitur ſimila, bene coctum & fermentatum, quæ non tranſcendat ætatem trium dierum aut duorum. Caueat ab omni cibo paſtili, velut de farina facto. ¶ Carnibus vtatur laudabilibus ætate, & nullo modo vetuſtis, quæ ſint bene pingues, pinguedo enim eſt inſtrumentum conuenientis curationis harum diſpoſitionum, imo intentio ſapientum fere non laborat ad aliud, quam ad impinguandum talia corpora. Igitur carnes vitulinæ lactentium, agnorum, caſtratorum annualiũ, & pulli gallinæ, capones erunt ei valde vtiles. C ¶ Et de ſylueſtribus conueniunt illi anates etiam domeſticæ & caro capreti, & apriculi trium vel quatuor menſium, & gazelli bene pingues, & in ſumma omnes carnes domeſticæ vel ſylueſtres animalium iuuenum & bene pinguium laudant ei. ¶ Ex oleribus autem conuenientia ſunt ei ſpinachia, beta portulaca, endiuia, chryſolocanna. ¶ Ex fructibus optimę ſunt ei amygdalæ & auellanæ recentes, ceraſa bene dulcia & pepones, cucurbitæ, anguriæ dulces, ficus recentes, vuę, pyra & poma bene dulcia, recentia vel ſicca ſunt ei conuenientia. ¶ Oleum etiam oliuarum & amygdalarum dulc. & de ſiſamo in diebus reuerentiæ legis ſunt conuenientia. ¶ Similiter etiam butyrum, ſed in pauco vſu habendum eſt propter aptitudinem ſuæ inflammationis. ¶ Ex ſaporibus vero caueat ab aceto, in quantum poteſt, aut ſi adminiſtretur, frangatur cum multa aqua & ſaccharo, ſed melior eſt ei agreſta etiam dulcorata cum ſaccharo, D & citranguli etiam laudantur, raro tamen limones accipiendi ſunt, niſi multo ſaccharo dulcorati. ¶ Mellis autem vſum non laudo, ſed ſi aliquo dulci ſaporizanda ſunt fercula eius, non eligat ſupra ſapam, quæ eſt vinum coctum, & quanto dulcius erit, tanto melius. ¶ Ex ſeminibus vero, quibus condiuntur, ex ſpeciebus conueniens macis & cortex citri & capilli Veneris, hæc omnia temperata ſunt, fœniculum autem, petroſ. cyminum, ſi talia in ſe calida non ponantur in cibis, niſi raro, & in pauca quantitate, & proprie, quando accipiuntur refracta cum ſeminibus frigidis, ſicut lactucæ, endiuiæ, acetoſæ, ſcariolæ & conſimilibus. ¶ Salſa vero cibaria, ſiue de carnibus, ſiue de condimentis intelligatur, dimittenda ſunt omnia, quoniam efficiunt augmentum materiæ melancholicæ, & diſponunt ſanguinem, & choleram ad aduſtionem, E quod non poſſunt ei deterius eſſe, vt ſupra declaratum eſt.

Pinguedo quantum praeſtet melancholicis.

Potus.

De potu autem huius dicendum, q; eligatur vinum album colore, ſubſtantia tenue & bene diaphanum, & ſapore dul. q; magis eſſe poteſt, velut eſt vinum de thiennis, & cõſimilia, tale enim vinum mentem, i. cerebrum minus percutit, q̃ reliqua vina, conueniẽtius a. erit ei, ſi confringat ipſum cũ aq. electi fontis, clara & ab omni fœtore purgata, ita, quod in alueo nõ inueniatur multitudo ranarum, limacum, ſanguiſugarum & viperarũ, neq; habeat alueus multitudinem plantarum fœtidarum & putribilium, velut gladiolus & ſimilia; cum hac ergo aq. frangatur fumoſitas vini, vtrumq; partiendo per medietatẽ, & erit ei ſecurius, & proprie in diebus caloris, aut ſaltem vnam partem vini duabus parti- F bus aq. commiſcendo, cum intenditur ad virtutem magis, dum debilis eſſet propter aliquam euacuationem aut propter vigilias multas, quæ ſunt accidentia inſeparabilia iſtis ęgritudinibus, ſi autem aliter effrenitaretur in potu, quam vt dictum eſt, tunc poſſet perducere ad alienationem multiplicatam per modum repletionis capitis a fumoſitatibus vini, & ſic incurreret diſpoſitionem ſupra tactam, quæ craſileos nuncupatur, & non eſt aliud,

Quid craſileos.

A aliud, quam ebrietas, vt ſcripſit Commentator Gal. *ſect. 4. aph. 4. &c.* ¶ De ingeniis tamen
prohibendi nocumentum conſecuturũ in cerebro ex hauſtu vini propter moderamen
ipſius ex parte quantitatis bonum eſt, vt frangatur cum aqua ciſternæ, minus n. noceret
vinum fontalis aq. pauca quantitate commixtũ, eo, q̃a faceret ipſum penetrare, & ad in-
feriora deſcendere ſubtilitate & prouocatione ſuis, talis n. aq. duplicem habuit expurga-
torem ſufficientẽ & ſubtiliatorẽ. Quorum primus fuit vehemens agitatio & colliſio eius
a ventis confringẽtib. & exprimentib. ab ea ſuperfluitates. ¶ Secundus mũdator eius eſt
tranſitus eius per rimas terræ vehementer compreſſæ & crepatę, velut eſt argilla & arena
ſecundum modum congruũ conficiendi ciſternas. ¶ At vero iterum ſemen coriandri p̃- *Prohibentia*
parati, ſemen caulis, ſemen acetoſæ, portulacæ & nenupharis infuſa, & in muſco bullita *ebrietatem.*
B diſponunt vinum ad non faciendũ ebrietatẽ. ¶ Et dicitur ẽt de lapide gagate, de lapide
calaminari & de margaritis recentibus, i. virgineis non maculatis, quod omnia hæc, aut
ipſorum plura infuſa in vino nõ permittunt ipſum ebrietatem inducere, & plura alia di-
cto huic ꝓpoſito conuenientia prolixitatem effugiens ¶ Si autem ſtomachi appetitus &
inclinatio ad bibendum aquam promtius reperiretur, laudabile quidem foret, & propri-
um, ꝗ biberet aq. ciſternæ cum multo ſaccharo, tabarzeth & albo commixto, aut ſaltem
cum ſaccharo candi, aut cum decoctione radicum liquir. mundatarum. ¶ Et ſi in fine ę-
ſtatis vt a medietate Auguſti, vſq; ad medietatẽ Septembris biberet aquam ſublimationis
bugloſ. ſaccharo commixtam, vt dictum eſt, non eſſet inſtrumentum ſuę curationi con-
uenientius, inquit enim princeps *2. tertii cap. de canonibus curationis cordis. Super bugloſſam ſis*
C *audax, & non timeas adminiſtrare eam in omni re, imo & in cibo & in potu.* Et hæc de prima re
non naturali ſufficere poſſunt, &c.

De modo vero exercitandi non videtur mihi huic viro fore vtile exercitium pedi- *Motus & quies.*
tandi, equitandi vel nauigandi, ſi tñ ante cibũ leui exercitio pergendo moueretur p pla-
team, domum, vel cubiculum aut lento paſſu aſcenderet templũ ſanctæ Mariæ de mon-
te ſaltem in ſeptimana ter, placeret mihi. ¶ Loco a. exercitii vniuerſalis fiat exercitium
particulare leuiter pectinando caput, aut eleuata voce mediocriter cantando aut exer-
citium in pſalmodeis orationibus aut exercitum imponẽdo animę cum harmonicis in-
ſtrumentis, talia quidem omnia ſumme conferunt melancholicis omnibus, viri n. pauci
non multũ languẽtes, nõ rarius curati fuerunt per exercitium animi, quam per exercitiũ
D corporis, vt ſcripſit Gal. *in libel. de exercitio ad Epigenem prope principium.* ¶ In ſumma igitur
quieſcere corpus a motibus & animam exercitari in prędictis ei valde eſt vtile.

At vero iſte nobilis adoleſcens in modo ſuę cibationis auertat primo, ꝗ nunquam
aſſumat cibum, niſi cum verus appetitus inſurrexerit, ſi autem mendoſus & vorax appe-
titus apparuerit ei, ſicut conſueuit, credendum enim eſt, quando vir iſte cum appetitus
voracitate tanta, & tãtum comedat, illum non fuiſſe verum appetitum, ſed non naturalẽ
aut fortaſſis præter naturam, proueniebat n. in eo multitudine materiei melancholicæ,
quæ effundebatur a ſplene ad os ſtomachi per venam magnam a ſplene ramificatam, &
ori ſtomachi circumuolutam. Ei ſi talis appetitus in eo multiplicaretur & perſeueraret *Canones circa cibum & potum.*
omnino perduceret ipſum ad appetitum caninum, quod Deus auertat. ¶ Cum ergo ap-
paruerit talis appetitus, ſummum remedium eſt, vt bibat brodialia pinguia cum tertia 1.
E parte vini dulcis & nigri, vt trahitur ex ſermonibus commentatoris commẽto illius ſer- *Remedia nimii & præternaturalis appetitus.*
monis, *Potus indigẽtiam ſoluit. §. illo, Omnium velociter & multum nutrientium eſt vinum*, lege
ibid. ¶ Et de expertis ad hoc eſt, vt bibat mane ℥ j. ß. ol. recẽtis amygd. dulciũ cum altera
medietate vini dulcis iam dicti. ¶ Secundus canon in hoc ca. cum ſuperuenerit ei appe- 2.
titus naturalis, illico dandus eſt cibus & non differendus, tolerare enim famem ſtoma-
chum putridis replet humoribus. ¶ Tertius, hic adoleſcens nullum cibum vel potum ac- 3.
cipiat ingluuioſe & repentine, ſed moderate deglutiendo & tarde. ¶ Quartus, in menſa 4.
vna non accipiat multitudinem ferculorum ſubſtantia, ſapore ac virtute variorum, imo
ſit contentus ferculis duobus vel tribus ad plus. ¶ Quintus, nullum cibum deglutiat ſine 5.
F maſticatione optima, qui enim odit vitam ſuam cibum deglutiat ſine illa. ¶ Vltimus ca- *Quantũ præſtet maſticatio.*
non eſt menſura cibi huius viri, quæ debet eſſe tanta, vt in ſtomacho non percipiatur ten-
ſio, grauitas & dolor, & potus menſura ſit etiam tanta, vt non fluctuet in ſtomacho a ſur- 6.
ſum in deorſum, & a dextro in ſiniſtrum regurgitando, colliguntur hi ſermones *tert. pri-
mi cap. de regimine cibi & potus, & 25. continentis cap. primo.*

Somnus & vigiliæ. Poſt hæc menſuret iſte vir dormitionem ſuam ita vt longiori tempore domiat, quã in ſanitate ſua facere ſolebat, ſic enim vigorabitur virtus digeſtiua ſtomachi & epatis ei⁹, quæ plurimum corrumpitur in hac ægritudine, fortificabitur virtus animalis cerebri & digeſtiua ipſius, rectificando materias in iuuatiuo & nocitiuo, & prohibebitur animaliũ ſpirituum reſolutio, quorum eſt magna neceſſitas in ægritudine iſta, in qua ſylueſtres efficiuntur ad operationes, vt in præcedenti cap. dictum eſt. ¶ Modus autem talis dormitionis talis eſt, quod poſt aſſumtionem cibi per horam cum dimidia dormire incipiat pannis mediocriter coopertus capite eius eleuato ſatis notabiliter, ſuper dextro primum latere quieſcendo, deinde reuolutio fiat ad ſiniſtrum, & tandem iterum ad dextrum, talis enim dormitionis figura laudatiſſima eſt, *ſecunda primi capit. de his, quæ proueniunt ex ſomno & vigilia, & prima tertii, tractatu quarto*, tangitur cap. de cura vigiliarum & ſahara, *& 13. tertii, tractatu ſecundo, cap. de cura nocumenti digeſtionis.* ¶ Decubitum autem reſupinum omnino fugiat velut ignem propter ea, quæ tanguntur *ſecunda primi præallegato capit. verſus finem.* §. *illo*; *Reſupine vero dormire malum, & ad malas præparat ægritudines.* B

Motus animi. Pro regimine vero ad ſextam rem non naturalem, ſc. per accidentia animi iam ſatis declaratum eſt in pręcedenti cap. quod omnia animi accidentia, per quæ velox & vehemens imponatur motus ſpiritibus & humoribus, euitanda ſunt, & in illo cap. vbi iam de exercitio diſputatum eſt, apparet, quod omnia animi accidentia ſuauitatem, delectationem & mulcebritatem in animę potentia ſunt huic viro applicanda propter cauſſas notas. ¶ Hoc in ſumma eſt regimen huius viri per ſex res non naturales debitæ menſurandas. Vide itaq;, quam magno labore & ſpeculatione ſit opus Medico menſurati inſtrumenta conuenientia ad lapſus corporis humani. C

Regimen per medicinalia. Vt autem regimen medicinale conuenienter adminiſtretur huic generoſo adoleſcenti, præmittendum primo, quod hæc ęgritudo frequenter reuoluatur periodice, vt colligitur *prima tertii, cap. de melancholia verſus finem.* Præmittendum ſecundo, quod ſuppoſito regimine conuenienti, ſi iſtæ ægritudines periodicent, earum periodus frequentius in vere, & verſus finem autumni ſoleat euenire, quam aliis temporibus. ¶ Prima pars verificatur: eo, quia cum materiæ tempore hyemis craſſæ ſint, minus mobiles, & in profundis partibus corporis immerſæ remanſiſſent, adueniente caliditate veris diſgregantur, colliquantur, & per poros & vias exteriores, quæ iam ſunt raræ a caliditate continẽtis & apertæ conuenientius effunditur cordi & cerebro, quare accidunt hæ diſpoſitiones in eo, & ſunt ſermones commentatorum *ſect. 3. aph. 20.* ¶ Et 2. pars huius ſuppoſitionis arguitur quandoq; in æſtate præcedente autumnum materiæ melancholicæ ſunt generatæ & multiplicatę per viam aduſtionis, cum ſuperuenit autumnus per complexionem eius aſſimilari complexionis materiæ mouentur materiæ tales, quoniam ſimile additũ ſimili facit ipſum furere, auctoritate Diocriſ. *ſect. 2. aph. 34. In morbis minus periclitantur. &c.* ¶ Tertia ſuppoſitio, quod omnes tales ægritudines chronicę ſint: omnes enim ęgritudines de frigida materia ſunt chronicę, ſed iſtæ ſunt tales, ergo concluſio vera, patet conſequentia cum maiori, & minor eſt commentatoris *ſect. 2. aph. 39. Senes iuuenibus plerunque minus ægrotant.* ¶ 4. ſuppoſitio, quod materiæ talium ægritudinum non ſint digeſtibiles, vt in pluribus vnica digeſtione ſed purificata, concluſio patet propter fortem reſiſtentiã materierum frigiditate, compacitate & heterogeneitate earum. ¶ 5. ſuppoſitio, q; ſicut talium ægritudinum materiæ non ſunt vnica digeſtione digeſtibiles, ita neq; vna euacuatione conuenienter euacuabiles, ſed plurificata. ¶ 6. quod nunquam debet relinqui curra iſtarũ ægritudinũ, quouſq; appareat earũm aterias ſufficiẽter eradicatas eſſe, ꝓbat cõcluſio, q a ex oppoſito veritatis eius poſſet frequẽter talis ęgritudo ꝑiodicare motu quartanario propter diſpoſitionem intrinſecam talium materierum ad talem motum. D E

Iſtis poſitis elici poteſt modus curationis & regiminis huius viri per intentiones & inſtrumenta medicinalia. ¶ Prima enim intentio debet eſſe ad complete eradicandum materias prædictas ex ſuppoſitione ſexta, ſed tales materiæ non poſſunt conuenienter & complete euacuari, niſi per iteratas euacuationes ex ſuppoſitione quinta, ſed frequentata euacuatio harum materierum non conuenienter fit, niſi per reiteratas digeſtiones ex ſuppoſitione quarta, eo, quod tales materiæ ſunt fortis reſiſtentiæ, & facientes ægritudines longas ex ſuppoſitione tertia. F

Igitur

A ¶ Igitur ex premiſſis prima intentio eſt ponere regimen abſolutæ abſciſſionis materie-
rum. ¶ Secunda intentio erit deſcribere digeſtiua reiteranda frequenter. ¶ Tertia a-
perire inſtrumenta conuenientia talium materierum eradicatiua. ¶ Quarta in confor-
tando virtutem totius corporis. ¶ Quinta deſcribere quædam inſtrumenta cordi ap-
propriata. ¶ Vltima tangere quædam experta ad rectificandum & confortandum ce-
rebrum: & tandem erit huius tractatus finis.

Prima intentio completur tribus inſtrumentis, quorum primũ euacuat materias
abſq; agitatione forti, diuertendo eas per vias vrinæ & ventris: cuius deſcriptio. ℞. *epithy-* *Prima intentionis tria inſtrumenta.*
mi, polypodii, ſenæ, centaureæ mi. ana ℥ j. lapidis armeni præparati ℥ j. ß ellebori nigri ℥ ß. diagridii
℈ ß. myrobal. Indorum ℥ iij. violarũ, florum nenupharis, bugloſſ. & melliſſæ, cinam. electi, macis, ſem. 1.
B *baſiliconis, been albi ana ℥ ß. puluerizentur omnia per ſe & incorporentur cum ℥ ij. paſſularum ni-* *Electuariũ*
grarum minutiſſime contritarum cum ſyrupo conſeruationis myrobal. Indorum, & ſi haberi nõ pote-
rit, loco illius ponatur ſyrupus de corticibus citri, & cum ℥ ij ſachari al. hoc n. electuarium eſt ſecretum
magnum in euacuando materias melancholicas tam hypoſtaſiuas, quam ex aduſtione genitas, & doſis
eius ſunt ℥ v. per nouem horas poſt aſſumptam cœnam, bibatur cum ℥ iij. aquæ lactis caprini, & *Aqua lactis.*
tardetur cibus horis ad minus ſex, non dormiat poſt ipſum, niſi per horam. aquæ enim
lactis & proprie a qua extractus eſt caſeus & butyrum, ineſt virtus mundificandi, ablu-
endi & aduerſandi materiebus melancholicis, immo poſt mundificationes cibi lacticí-
nei in ſua diſpoſitione valde conuenientes erunt, & caſeus mollis leuiter ſalitus eſt ei cõ-
ueniens. ¶ 2. Inſtrumentum eſt, vt euacuentur materiæ cum iſtis pillulis, ſi æger abomi- 2.
C naretur potabile pharmacũ, quarum deſcriptio eſt hæc. ℞. *myrobal. Indorum & emblicorũ* *Pilulæ.*
an. ℥ j. foliculorum ſenæ, polypodii an. ℥ j. lapidis lazuli & armeni præparatorum an. ℈ iiij. croci, vio-
larum, nenupharis & ſem. acetoſæ an. ℈ ß. ſalis Indi ℥ j. formentur pillulæ cum ſucco roſ. & de eis mol-
libus exhibeantur ℈ iiij. obſeruatis conditionibus in præcedenti pharmaco poſitis. ¶ Terti-
um iuſtrumentum & optimum inter alia eſt, vt ſollicitudo ſit circa iſtum virum in aperi- 3.
endo ſibi hæmorrhoides, nam ſpleneticis & melancholicis hæmorrhoides innatę bo-
næ. inquit Hippoc. *ſect. 6. aph. 11.* ¶ Mod⁹ a. aperiẽdi eas multiplex eſt. primo fricãdo eas
cũ foliis cõſolidæ ma. aut ficus, cũ pãno biſello bene aſpero. ¶ Et ſi iſta nõ ſufficerẽt, tũc
fricent cũ felle tauri, imo fel omne cõueniẽs eſt. Et ſi ꝑ hæc nõ obedirẽt apertioni, fiat
encatiſma, id eſt ſeſſio in calida aqua decoctionis radicũ filipendulæ, arthanitæ & ſan-
D guinariæ. eſt a. hæc planta a terra eleuata per brachia fere duo, cuius ſtipes nodoſus eſt &
folia omnino foliis perſici ſimillima, quia denſiora ad obſcuritatem tendentia & macu-
lis nigris tranſuerſaliter maculata, producens flores minutiſſimos ex refractione colo-
rũ rubei & albi coloratos: hæc itaq; planta fricata hæmorrhoides aperit & inſtrumenta
& ſanguinem etiam a naribus educit. ¶ Cum ergo diu ſederit æger in tali decoctione ſi
non aperirentur venæ, tunc voluntarie comprimat inteſtinum ad extra & phlebotome-
tur vna vel duæ ex eis vulnere valde paruo. ¶ Quidam adminiſtrant ſuper inteſtinum
ventoſam ignitam notabiliter, quod tamen mihi non placet propter vehemẽtiam do-
loris, quem ſemper inducit.

Secundam vero intentionem complent inſtrumenta quinque: quorum tria ſunt
E ſimplicia & duo compoſita. ¶ Primum ergo ſimplex digeſtiuum eſt, vt æger pluri- *Quinq; inſtrumenta intentionis ſecundæ.*
bus diebus in aurora aſſumat ℥ iij. ſucci bugloſſæ, tempore n. & proprietate ſuis mul-
tũ aduerſat̃ melancholiæ vnicuiq;. Secundũ v. digeſtiuum ſimplex eſt, vt exhibeant̃ ℥ ij
ſucci lupulorũ depurati, in eo n. non depurato inuenitur virtus ſolutionis lenitiuæ. cum 1.
autem per reſidentiã deputatur, nõ ita manifeſte lenit, quia morã non contrahit pene- 2.
trãdo. ¶ 3. Digeſtiuũ ſimplex eſt, vt infirmo omni die in aurora & in mediis tertiis & an-
te cœnam per duas horas exhibeatur cochlear vnum corticum citri cõditorũ, & inue- 3.
nies ipſum efficaci⁹ omni alio. ¶ 4. & principale de compoſitis eſt ſyrupus de corticib.
citri factus, de quo exhibeantur ℥ ij. cum ℥ iij. aquæ vngulæ caballinæ ſecundũ Italos, & 4.
ipſam in aggregatore Serapio denominat farfarã. vide ibi. ¶. Vltimũ digeſtiuũ eſt hoc,
F ℞. *aquæ ſublimationis florum croci cum foliis & fructu aquæ boraginis ana ℥ j. ß. ſyrupi de thymo, de* 5.
epithymo & de corticibus citri ana ℥ ß. miſce & totum tepidum aut parum calidum exhibeatur in *Syrupus.*
aurora tot diebus quouſq; appareat vrinam in ſubſtantia mediocritatem tenere & in colore rectifica-
tam eſſe, & in fundo eius immerſa videbitur hypoſtaſis alba, coniuncta, æqualium parti-
um, diaphana & figuræ pyramidalis, tunc ergo apparebit ſecundam intentionem ſuffi-

cienter eſſe completam, nullo enim argumento euidentiori deducere potes a poſteri- A
ori perfectionem digeſtionis, quam cum prædicto.

III. Intentio. Tertia intentio vt compleatur & reiteretur euacuatio, vt nunc ſequetur. ¶ Soleo a. ego gratia huius exhibere patienti ℈ ij. pulueris lapidis lazuli, ℈ ß. lapidis armeni præparatorum cum ℥ ij. aquæ bugloſſ. & ℥ ß. vini al. ſubtilis, aromatici & bene dulcis: lapis enim lazuli & lapis armenus exhiberi poſſunt cum ſecuritate, ſicut elleborus albus & niger cum cautela & timore. *prima tertii cap. de canon. curationis capitis.* ¶ Secundum vero & mihi domeſticum eſt hoc. *Recipe electuarii de epithymo deſcriptione mea facti in altero tractatu de melancholia ʒ v. aquæ lupulorum ℥ iij. exhibeatur in potu in aurora.* ¶ Tertium inſtrumentum eſt mirabile compoſitum deſcriptum ab Auic. *cap. de viribus cordis finali cap.* & eſt electuarium ſolutiuum ad melancholiam: cuius doſis ſint ʒ v. cum ℥ ij. aquæ ſublimationis florum violarum purpurearum. ¶ Si quis a. diligenter pharmacum nobile expertiſſimum inter alia facere deſideraret. ℞. *decoctionem de epithymo deſcriptam a Raſi 9. Alman. cap. de melancholia, de qua exhibere potes ab ℥ ij. vſq; ad iij. de elleboro nigro nũquã dedi niſi vſq; ad ℈ ß.* (Potio.) B

Confortatio virtutis totius corporis. Quartam intentionem iam reſtat complere, ſ. confortandi virtutem totius corporis, quæ proprie vitalis & animalis intelligi debet. Pluribus itaq; inſtrumentis confortantur totius corporis virtutes. ¶ Primo quidẽ per conuenientẽ electionẽ nutrientiũ in quantitate & qualitate debite menſuratorũ. & hæc quidẽ pficitur partim per capitulũ pcedens, in quo fuit facta determinatio ciborũ & potuũ ſibi cõuenientiũ: quare apud illa nihil fere addẽdum eſt, niſi q; deſcribatur electuariũ quoddã virtutũ confortatiuũ modis pdictis quod eſt tale. ℞. *carnium perdicum ſufficienter coctarum lib. j. been al. florum boraginis & bugloſſæ, zedoariæ ana ʒ j. croci ℈ j. macis, capil. Ve. ana ℈ ij. hyacinthi, ſmaragdi, ſaphiri, oſſis de corde ceruι ana ℈ ß. limaturæ minutiſſimæ auri ʒ ß. foliorum auri numero iij. margaritarum non vitiatarum ʒ j. granorum pinearum recentium ℥ iij. grana pini & carnes prædictæ per vnum diem naturalem permaneant infuſæ in ℥ iiij. vini dulcis albi & ſubtilis & in ℥ ij. vini cydoniorum: omnia autem minutiſſime terantur per ſe & cum lib. j. ſachari al. cocta cum infuſione prædictorum fiat electuarium perfectæ contritionis, & detur de eo prope diluculum cochlear vnum bibendo poſt illud ℥ ij. aquæ bugloſſæ, & de eo medietas detur ante prandium & cœnam, eſt enim de vtiliũs mihi expertis in vigorando virtutes.* (Electuarium.) C

Potentia coitus in debilitando virtutes. ¶ Secundo vero principaliter confortantur virtutes corporis abſcindendo cauſas debilitatis earum, de quarum numero eſt exceſſus & effrenatio in coitu; eſt enim tantæ potentiæ ad debilitandum virtutes hominis & diſſoluendum compagines membrorum & ponendum malam complexionẽ in omne principale membrum, vt nihil fere huic corpori deterius ſit quam ipſe coitus, & proprie melancholica diſpoſitione laborantibus, propter quod determinat Epicurus ipſum omnino ſanitati hominis & longitudini vitæ eſſe nocitiuum, vt legitur *3. techni. cap. illo, Venereorum v. ſecundum Epicurum nullus eſt ſalubris vſus.* ¶ Amplius demonſtratur hoc ratione palam, quodcunq; n. corpori humano exhibitum, propter quod euacuetur vltimi alimẽti vtilis ſuperfluitas, eſt compaginis humani corporis deſtructiuũ. Sed coitus eſt illud, ergo, &c. concluſio vera. patet conſequentia cum maiori, per cuius pſentiã conſtat humani corporis compago & harmonia, per remotiuum illius deſtruitur. & minor colligitur *20. tertii.* Coitus enim non eſt aliud, quam copula viri cum muliere, per quã educitur ſperma, q; eſt ſupfluitas vltimi alimẽti vtilis, ſi ergo talis ſupfluitas educit' p coitũ quantũcũq; moderate & moraliter regulatũ, tũc q̃ opinio negare poteſt, quod per immoderatũ coitum non diſſoluat' humanũ corpus. ¶ Amplius omne illud vires humani corporis deſtruit & diſſoluit, per quod euacuantur principia vitæ, quæ ſunt calidum & humidum in concreto, ſed per coitum euacuantur ſperma & ſpiritus, quorum vtrunque eſt calidum & humidum, igitur &c. ¶ Age igitur inſignis adoleſcens in hoc actu cum moderamine morali agendo ſemel in hebdomada. Si enim propter aliud huic verecundo actui non eſt complacendum, ſaltem ab eo diſcedendum eſt propter puſillanimitatem & infamiam, quæ acquiritur in eo. quid enim vilius & deteſtabilius morali viro imponi poteſt, quam ſe ipſum ſubiectum facere mulierculæ per laſciuiam & delectationem in momento temporis euaneſcentem. ¶ At vero iterum tertio membrorum & totius corporis debilitantur vires propter multam, frequentem & laborioſam agitationem in ſpiritibus & humoribus. Cum ergo propter inſtantiam vigiliarum, propter corruptas operationes imaginatiuæ potentiæ, & propter localem motum (Coitus quid.) E F

corporis

A corporis hincinde diſcurrentis agitentur ſpiritus&humores,&conſuetudo mot⁹ materierum ſit,q ipſe inclinent magis moueri & de facto moueantur ad mēbra debilia, q̄ ad fortiora. Etiā hac ægritudine duo principalia mēbra, videlicet cerebrū & cor magnifice ſint læſa,ergo erunt receptiua materierū:q̄ conſequentia pendet ex ſententia principis.*prima primi cap.de mēbris in fine*:mēbra a.fortia ſuperfluitates eorum expellunt ad debilia:& ꝓpterea iuuentus eſt tertius modus confortandi membra faciendo ipſa non eſſe receptiua ſuperfluitatū prædictarū,& totum hoc cōpletur cum ſtipticis, vt colligit 3. *techni*.authētico ſermone:repellūt n.a ſe ſuperflitates,ſupple,vaſa cōfortata ſtipticis pharmaciis. ¶ Igitur in confortatione cordis quatuor tanguntur experta medicamina, duo inquam ſingularia,& duo compoſita. ¶ De ſingularibus ergo eſt zedoaria po-
B tens pharmacum in confortando corde,& proprie ſi fiat ex.ea linimentum cum aqua ſublimationis ocimi garyophillati ſuper regionē cordis.¶ Famatum etiā eſt per omnes illuſtres,quod puluis feluzaharagi in potu datus cum vino electo prædicto mirabili iuuamento ſubleuet deperditam virtutem cordis;eſt autē feluzaharagi ſmaragdus viridis electiſſimus.¶ De compoſitis a.ad vigorandū cor primū & electiſſimū eſt electuarium lætificans deſcriptione Raſis 9.*Alman.cap.de melācholia*,de quo exhiberi debent ℥ iii.vel iiij.cū aqua ſublimationis meliſſæ& bugloſſæ,ſed ſecretum maius eſt dare ipſum in potu cum aqua ſublimationis corticis citri.¶ Secundum compoſitum eſt deſcriptio electuarii mirabilis poſita a Conciliatore differentia 196. Quod quantum approbet ipſum, lege ibidem.& hoc fuit electuariū,quod deſcripſit Gentilis in conſiliis ſuis, & dicit quod Feluzahā ragi quid
C acceperit ab ſocio quodam fideli, eſt autem doſis ſeu quantitas ʒ iiij.in aurora cum prædictis liquoribus.& hæc de intentione 4.& 5.ſimul.

Pro complemento vltimæ intentionis præmittendū primo,q inſtrumenta quām plurima quæ poſita ſunt in 2. cap.per regimen ſex rerum non naturaliū ad hanc intentionē adduci poſſunt. Plurima etiā imo fere omnia inſtrumenta immediate ante poſitā in 4.& 5.intentionib.huic ꝓpoſito ſunt conuenientia.Raro n.inuenies aliquā medicinā cordialē,q̄ non ſit cerebralis in eodē genere cordialitatis. Quæcūq; n. medicamina frigida&ſicca ſunt cordialia contrariādo lapſui calido & humido cordis,eadem ſunt cerebralia & contraria calido & humido lapſui cerebri: & ſic de aliis. ¶ Etiā quæcūq;
D inueniunt cordialia per operationē ꝓuenientē a 3.& 4.virtutib. medicinarū, eadē ſunt cerebralia,ꝓpter illud, ſi n. aliqua dat medicina per proprietatē cordis vigoratiuā vt corallus, hyacinth⁹, ſmaragd⁹,margarita,been albū & rūbeū, ocimū garyophilatū & cortex & ſemen citri & lignū aloes ponant confortatiuā cordis per proprietatē ſpecificā ipſorum,non repugnat,imo ita de facto eſt,q talia per eandem proprietatē cerebro ſint conferentia, vt moſchus & ambra, melliſſa,& ſic de ſimilib.per olfactū inſpirata cerebrū ſimul confortant &cor.Præter pdicta a.de famoſis eſt electuariū diamuſcū dulce,electuariū diambra deſcriptione Meſue in antidotario,electuariū dianthos deſcriptione Nicolai in eodem, electuariū de xyloal. & electuarium philoſophorum, q̄ ambo deſcripta ſunt *5.can.ſumma & tractatu primis.*¶ Scio a.ego quod ſi in potu dent ℈ ij.ſubtiliſſimi pulueris de electo ligno aloes cū ℥ ij.aquę auriculæ muris,virtutem cerebri reſolu-
E tam melācholicis impreſſionib. miro iuuamēto reſtauret & ad veram ſanitatem perducat,quam ſibi donare dignetur ſolum ille omnium opifex, qui cuncta ſanat & benedicit ad laudes eius immortales. Amen.

Consilium XXXVIII. *De apoſtemate vlcerato in ſummitate capitis a materia melancholica cum ſanguine dominium habente.*

Ex his,quæ mihi per nunciū iſtum narrata fuerūt de diſpoſitione generoſi adoleſcentis,ſpectabilis domini Vicentini filii,apparet,quod ægritudo iſta non leuiter ſit verenda,eſt enim apoſtema vlceroſum in ſumma ſui capitis parte: q enim ſit apoſtema,patet,quia eſt eminentia magna in prædicto loco.vlcerationē autem illius demonſtrat ſolutio continuitatis iam vetuſta cum continua virulentæ materiei
F effuſione&multa. At vero ipſius tumorem oſtendit partis durities cum ſimilitudine verucæ.¶ Quod nullo modo alteri cauſſæ appropriari poteſt,quam materiei melācholicę cum ſanguine dominium habenti:omne a.tale apoſtema & maxime vlceri coniunctū paratum eſt,vt facile permutetur in cancrū.¶ Neq; iterum tollitur rei huius timor, eo quia in apoſtemate aliquando appareat mollities, contingit n. illud quandoq; propter

retentionem virulẽtę humiditatis prouenientem ex debilitate virtutis digeſtiuæ & ex- A
pulſiuæ partis. Cum ergo fortificatur virtus & expellitur ab vlcerata parte materia viru-
lenta, tunc remouetur mollities & remanet apoſtematis ſubſtantia ſolida & compacta:
& hoc eſt formale, ipſius ægritudo leuiter conſtituenda.

Ex præmiſſis apparet quis debeat eſſe hui⁹ ægritudinis curationis modus, oportet
enim patientem hunc euitare cibos craſſi ſanguinis & melancholici generatiuos: velut
eſt omnium leguminum vſus multus, panis non bene coctus, carnes antiquæ & caſeus
antiquus.

Euitare etiam debet res acutas; velut ſunt ſalſa omnia, nuces, cæpæ, rapha-
nus, allium & ſimilia, vt & omnia cibaria multum calida, velut ſpecies omnes brodialia
pinguia & reliqua corruptibilia, velut eruca, & fumoſa ac potentia vina, niſi cum magna B
quantitate aquæ.

Tria medicamẽta. 1. De regimine autem medicinali tria pro nunc videntur mihi patienti noſtro appli-
canda eſſe. ¶ Quorum primum eſt, quod omni tertio ſero per duas horas poſt cœnam
accipiat vnam de infraſcriptis pillulis, quarum deſcriptio eſt hæc. *Recipe lapidis armeni
præparati ʒ ß. epithymi ℈ j. aloes præparati ʒ j. ß. reformentur pillulæ de omni ʒ vj. cum ſucco
roſarum.*

2. Vnguentũ ¶ Secundum vero principale remedium eſt, vt ſuper locũ patientem omni die ter ap-
ponatur de hoc vnguento, leuiter tangendo partem non exprimendo cum violentia;
immo cum coto vel ſubtiliſſimo panno abſtergatur ab eo virulenta tota materia, & ſu-
perponatur vnguentum cum filis ſubtiliſſimis, & eſt eius deſcriptio talis. *Recipe mel- C
lis libram ſemis, floris æris ʒ ß. vitrioli combuſti ℈ ij. aceti ℥ duas, tutiæ præparatæ ℥ j. litargyri ʒ iij.
terræ ſigillatæ ℥ j. coquantur ſimul leui igne mel & acetum vſque ad conuenientem glutinoſitatẽ, de-
inde permittatur in mortario infrigidari, & tunc ſuperponantur aliæ medicinæ puluerizatæ & lon-
ga contritione incoporentur in mortario & apponatur,* vt iam dictum eſt.

3. Vnguentũ Tertium remedium conueniens eſt, & circa locum apoſtemoſum incipiendo
apud radicem eius fiat inunctio per quinq; digitos circumquaque cum hoc vnguento:
*Recipe boli arme. ℥ ij. ſanguinis draconis, terræ ſigillatæ ana ℥ ß. ſandaracæ, thuris, hypocyſtidos, galla-
rum cypreſſi ana ʒ j. ß. amyli ℥ j. albumina duorum ouorum, & fiat omnium ſimul longa & ſubtiliſ-
Linimentum. ſima contritio, donec habuerit viſcoſitatem bonam. de hoc ergo fiat omni die ter linimentum vt di- D
ctum eſt.* ¶ Oportet igitur per quoſdam dies ægritudinem iſtam diligenter præcu-
rari, vt præſcriptum eſt, & terminabit ad finem laudabilem, & tunc habebitur inten-
tum. ¶ Si autem aliter procedere videretur, tunc conſulo, quod tunc & nunc ad-
uocetur eximius doctor Petrus Sulmonenſis, qui huius ægritudinis ſigna & accidentia
ſecundum habitum phyſicum & ſcientificum cognita conſcribat, tunc enim aliter ei
prouideretur, quam iam factum ſit, & ſæpe diſpoſitionem videat, profundiſſima ſcien-
tia ſua extimet ipſum & procuret: ignarus enim nuntius eum ſatis informare non po-
tuit.

Consilivm XXXIX. *De corruptione ſenſuum interiorum, & proprie phantaſiæ, imaginatiuæ & cogitatiuæ.* E

Desideranti mihi quietem habere ab exercitio & maxime circa
res difficillimas, nunc fortuna obtulit ſpeculandi in ſcibilibus medici-
næ materiam arduam & non minus difficilimam.

Vir enim quidam nobilis dilectione religionis captus & ſacro-
ſanctæ fidei cultum zelantiſſime anhelans incidit in nocumenta cor-
poris in ſenſibus interioribus. Eſt enim in eo nocumentum in ope-
rationibus phantaſiæ, neque enim per eam apprehendit rerum vel obiectorum ſpe-
cies, niſi ſub modo corruptionis: quod enim ſibi offertur ab aſtantibus gratia pla-
candi ipſum & quietandi in operationibus interiorum ſenſuum & exteriorum, ſub F
forma contrarietatis recipit aut doli vel fraudis, quod non eſt aliud, quam phan-
taſiæ operationes eſſe corruptas.

Et ſicut corruptæ recipiũt in eo ſpecies obiectorũ, ita corruptæ deferunt ab vltima
parte

A parte anterioris ventriculi cerebri, in qua locatur phantaſia ad primam partem ſecun-
di ventriculi cerebri, in quo locatur imaginatiua potentia. Species ergo tales corruptæ
delatæ & receptæ in organum imaginatiuæ immutant ipſum, qualiter eſt eis impoten-
tia: & proprie quia iam debilitatum eſt organum illud a cauſſis infra videndis. ¶ Et
ſi ſpecies illæ poſſunt immutare organum, tunc neceſſe eſt cõcedere, ꝙ immutentur in-
ſtrumenta, quæ ſunt ſpiritus animales. Cum ergo taliter ſe habeant potentiæ ad opera-
tiones educendas, qualiter ſe habent organa & inſtrumenta ipſarum potentiarũ: & illa
duo iam corrupta ſunt, vt dictũ eſt. Igitur neceſſarium eſt ipſius imaginatiuæ potẽtiæ i-
maginationes produci corruptas. ¶ Cũ igitur altioris potentię, ſ. cogitatiuæ non produ-
cantur operationes ab anima niſi mediante organo ſuo, quod eſt ſecunda pars vẽtricu-
B li medii & mediantibus inſtrumentis ſuis, q̃ ſunt ſpiritus animales, in quibus iã facta eſt
alteratio ſeu permutatio vel corruptio, neceſſe eſt cogitatiuæ potẽtiæ operationes ſecũ-
dum formas corruptorum produci: & hæc omnia poſſunt colligi in exemplis a Galen.
datis. ¶ Quidã n. erat qui omnes ipſum viſitãtes corrupte reprehẽdebat & inimicos ei
eſſe pronuntiabat iubebatq; expelli, operatio enim phantaſiæ in ipſo corrupta erat &
corrupte apprehendens, operatio tamen cogitatiuæ integra permanſerat, quia ꝑcipie-
bat expellendos eſſe eos vt inimicos. Alter a. fuit cuſtodiens vaſa domini ſui vitrea & ſtãs
ad feneſtrã vocabat tranſeuntes, an vellent illa vaſa habere & proiiciebat ea ad terram
& frangebantur: corrupta n. erat in eo operatio imaginatiuæ potentiæ, quia non imagi-
nabatur illa vaſa vitrea eſſe frãgibilia. ¶ Alter autem diſcolus a dogmate patris fugiebat,
C pater inſequebatur ipſum, ipſe autem retrocedens verberabat patrem, pater acri-
ter reprehendebat eum, & ipſe reuoluens ſe ad patrem veniam petiit ab eo, operatio n.
phantaſiæ & imaginatiuæ corrupta erat, quia non comprehendebat ipſum eſſe patrem,
ſed poſtea a patre monitus cognouit errorem ſuum: vnde apparet, quod integra erat o-
peratio cogitatiuæ potentiæ, & multa exempla iſtis ſimilia adducere potuiſſem. Simile
accidit huic viro, in quo læſa eſt operatio phantaſię & imaginatiuæ potentiæ, imagina-
tur enim dæmones aſſiſtere ei, quærentes martyrium eius & læſionem. Vnde timore
illo concitus verba timoris profert & multum ſedule aſtantibus & in ſeipſo corruptos
ſermones frequentiſſime profert & timoris magni ſimilitudines exprimit, & quando-
que corrupte elicit ſtandum & eundum eſſe ad loca, a quibus fugiendum eſt & e con-
uerſo. ¶ Vnde ex his concluditur, quod diſpoſitio huius viri ſit valde verenda. ¶ Si enim
D ſuccederet ei nocumentum in operationibus memoratiuæ potentiæ ſecundum dimi-
nutionem, tunc fortaſſis ingrederetur capitulum ſtoliditatis & amentiæ aut diſpoſiti-
onis infantilis, cum iam ingreſſus ſit nocumentum corruptionis trium virtutum inte-
riorum, ſ. phantaſiæ, imaginatiuæ & cogitatiuæ potentiarum. Itaq; collocanda eſt e-
ius diſpoſitio ſub caput de permixtione ſenſus *prima tertii tractatu quarto.* & ſub cap. de
ſtoliditate & amentia poſt cap. illud, in quibus, vt ex prædictis apparet, ſubtiliſſime con-
templandum eſſet, ſi bene, ſubtiliter & accurate conſiderentur ea, quæ ſcripta ſunt ibi,
& tertio de acci. & mor. in capitulis appropriatis, quæ tu lege ibidem.

Horum autem nocumentorum licet cauſæ aſſignentur quam plures a ſapientibus, *Cauſæ nocumẽtorũ huius patientis.*
E in plurimo tamen contingentiæ caliditas & ſiccitas immoderatę in cerebro ſunt potẽ-
tiores præ aliis. ¶ Aut quia immoderata caliditas & ſiccitas cerebri eſt diſpoſitio diſpro-
portionalis, vt ab omnibus conceditur. ¶ Aut quia intenſa caliditas nimium mo-
biles reddit ſpiritus animales: vel quia ipſa multum reſoluendo ſpiritus conſumit ſecũ-
dum partem magnam atq; ipſos efficiẽdo ſubtiles exhalationi diſponit. Aut quia eadẽ
ventriculos cerebri nimiũ exiccando indiſponit ad operationes. ¶ Aut fortaſſe quia
vehemens caliditas diſponit ſibi vehementem ſiccitatem ad quam ſequitur vehemens
ſiccitas, ad quam poſtea oppilationes per partium cerebri concidentiam, ſiue velis eas
attenuatorias, ſiue coarctatorias dicere oppilationes. ¶ Aut quia diſtemperies talis hu-
midum ſubſtantificum conſumit & humidum nutrimentale contentum in arteriis &
F venis ebullire facit. ¶ Vel quia lapſus ille ſpiritus & humores cerebri conuertit in vapo-
res corruptos, vel nimiũ aliũde attrahit vapores ad cerebrũ; quæ omnia alterando me-
dium & alterando & permutando ſpiritus & organa neceſſario immutant potẽtias in
operationibus ſuis, ſed corruptio in operationib. vt plurimum fit a caliditate & ſiccita-
te, ſicut ablatio & diminutio a frigiditate & humiditate. *prima tertii cap. de ſignis ſumptis ab*

Cauſæ ſpeciales. *operationib. moralium virtutum*, cuius principium has operationes ingreditur læſio. Speciales cauſæ horũ lapſuum ſunt ſicut immoderatum exercitium vehementer conſumptiuũ, ſiue fuerit corporale ſiue animale longa & ſubtili & acuta contemplatione. Fortes etiam euacuationes corpora exterminantes & vſus ciborum calidorũ & ſiccorum actu & potentia. Et frequens aſſumptio aromatum calidorũ & ſiccorum. Et immoderata vigilia proprie, & commorari in aere calido & ſicco vehementer; frequens balneatio in aquis thermãticis velut ſulphureis & atramentinis. Item retentio euacuationum ſolitarum ſicut menſtruorũ in muliere & hæmorrhoidarũ in viro, ex quib. accidit ebullitio vel corruptio in humorib. Et frequens comeſtio fungorũ & aliarũ vegetabiliũ medicinarũ, ſicut dicitur de hyoſcyamo & bengi. Hæc n. omnia poſſunt eſſe cauſæ acquirendi ſpeciẽ malæ complexionis calidæ & ſiccæ in cerebro exterminantis organa & ſpi- B ritus & immutantis operationes potentiarum organorũ interiorũ, vt iam dictũ eſt, quare de eis omnibus ab aſtantib. conſiderandũ, an aliquę vel plures de numero p̃dictarum cauſarũ in hoc viro applicatæ fuerint, ex quibus apparebit fundamẽtũ inuẽtionis ægritudinũ eius. ¶ Cauſas a. ex parte aliarũ qualitatũ hic prætermitto tanquam non multũ proprias ægritudini huius viri & timendo magis prolixitatẽ ſermonis, quam inquiſitionis veritatis. ¶ Si igitur vir iſte in facie & habitudine tota extenuatus eſt. ¶ Et oculi concaui. ¶ Et tertio ſitiens eſt. ¶ Et quarto amaritudinem habet oris. ¶ Et quinto linguam aduſtam vel denigratã. ¶ Et ſexto color eius conuerſus eſt ad opacitatẽ. ¶ Et ſeptimo aſperitate & ſoliditate eius participant membra. ¶ Octauo multũ vigilans eſt. ¶ Nono inquietus & agitatus. ¶ Decimo rixa, ſaltu & agitationib. corporis moleſtatus. ¶ 11. fre- C quenter & multũ abunde loquitur & corrupte. ¶ 12. euomit cholerã rub. vel viridẽ vel opacitate participantem. ¶ 13. appetit potus & cibos frigidos & humidos, velut aquam. 14. vẽter eius ſtipticus eſt & ſupflua, q̃ a ventre ſuo educũt, ſolida ſunt & aduſta. ¶ 15. pulſus eius eſt velox & freq̃uẽs ad magnitudinẽ tendẽs. ¶ 16. vrina ei⁹ in tinctura notabiliter eleuata, velut crocea aut ignea ad opacitatẽ aliquantã tẽdens, velut color roſæ nuperrime expanſæ, tũc nõ remanet aliqua dubitatio, quin iſti morbi prouenerint a caliditate & ſiccitate temperamentũ notabiliter excedente & materiali magis quã immateriali.

Quib. iã cõprehenſis applicent̃ inſtrumenta curationis ſex intentionib. cõplenda.

I. Intentio curationis. Prima itaq; eſt euacuatio vniuerſalis, ita ꝙ huic viro ſtatim phlebotomet̃ cephalica dextræ man⁹ inter pollicẽ & indicẽ poſita & extrahant̃ ſanguinis ℥ iiij. vel v. ſecũdũ ꝙ præ- D ſentabitur pulſus magnus vel paruus: & fiat hoc mane prope ortũ ſolis ventre iam mundificato & ſtomacho euacuato a cibis. & vocat̃ hæc hora electa. *4. primi cap. de phlebotomiã.* Si a. apparerẽt ſigna repletionis vniuerſalis: tũc ſecurius eſſet phlebotomare nigrã: & ſi diſpoſitio per colligantiã dependeret a ſplene vel epate, tũc phlebotometur in primo ſaluatella ſiniſtra. In ſecũdo ſaluatella dextra, q̃ inueniũt̃ in dorſo man⁹ inter digitũ mediũ & annularẽ. Itẽ ꝓ hac intẽſione ſoluat̃ venter ei⁹ ſequẽti mane imediate cũ hoc potu. ℞. *aquæ lactis caprini ℥ iij. mannæ ℥ j. diſſoluantur & colẽtur & colaturæ addantur epithymi Cretenſis ʒ j. diagridii ℈. j. miſceãtur omnia & totũ accipiatur actu calidũ & tardetur poſt cibus horis ad minus ſex.* Tertiũ inſtrumẽtũ in hac intẽtione eſt, vt attẽdat̃ lenificationi vẽtris cũ clyſteri cõmuni, in quo apponãt̃ ℥ j ß. caſſiæ fiſtulæ; aut ſaltẽ vir iſte accipiat ante cœnã pil- E lulam vnam factam de ℈ ß. aloes ablutæ cum duobus granis lapidis lazuli præparati.

II. Intẽtio. Aer. Secunda v. intẽtio principalis eſt regiminis ex parte ſex rerũ nõ naturaliũ rectificatio, vnde ſtet in aere humido & frigido, vt vtat̃ lactuca, portulaca, ſpinachia, beta, cucũcur. & ſimilib. Et non bibat vinũ, niſi albũ & dulce & multa aqua permixtũ, euitet cibos oẽs mellitos & multo ſacharo cõditos. Ponat̃ in cõpedib. elõgãdo ab ipſo lapides, fuſtes, gladios & omnia cũ q̇b. lædere poſſit ſeipſum aut alios: frequenter n. interficiũt ſe & aſtãtes, aut acriter percutiunt & vulnerãt, ꝓpter ꝙ ſemper aſſiſtãt eis viri honeſti morales & mãſueti, corrigẽtes & diſtrahẽtes eos a corruptis operationib. intantũ, ꝙ oportet ægrotãtes iſtis diſpoſitionib. frequẽter alapis & verberib. moleſtari & percuti, ita vt re- F deat ad ipſos ratio, & ꝓprie cũ virtus fuerit fortis & eorum cerebra non fuerint apoſtemata; *vt prima tertii cap. de cura permixtionis ſenſus.* ¶ Similiter vir iſte abſtinere debet a *Motus & quies.* motibus corporeis, ita vt non occurrat ei aliquis verbis timoroſis & ſibi ingratis moleſtans ipſum. ¶ Et de his cibariis, quæ virtutem ſuſtentare poſſunt, cõuenientius eſt, vt bi- *Cibus & potus.* bat aquã carnis, quæ diſtillabitur ab aſſaturis animaliũ iuuenum & pinguiũ, & ſimiliter

bona

A bona eſt ei aqua ſublimationis pulli. ¶ Aqua vero conſumtionis carnium, quam vniuer-
ſa gens Venetorum nominat conſumatum, non placet mihi, & proprie, quando cum ea *Conſumatum quid.*
diſſoluũtur medullæ & neruoſæ partes, ſed ſi pura caro excoriaretur ab oſſibus & minu-
tim inciſa coqueretur in phiala vſq; ad conſumtionẽ & diſſolutionem carniũ, tunc illa
melior eſſet. Et modus vſus eius eſt, vt de ea ponatur medi⁹ cyathus in omni ferculo aut
bibat de ea cum vitello oui ſecum diſſoluto & ℥ j. aquæ lactucæ, aut papaueris, aut bibat
ipſam cum modico vini dulcis & aqua viol. aut miſceatur aqua illa cum medietate aquæ
nenupharis, & quãtitate dupla brodii gallinæ pulli vel caponis, aut teratur ipſa cum ce-
rebellis pullorum, aut teſticulis eorum, & detur in potu cum brodio & modico vini dul-
cis, in quibus omnibus ſemper ponatur aliquid de minutiſſimo puluere foliorum auri
aut limaturæ eius tenuiſſimæ aut cum puluere margaritarum, quas artificium aliquod
B non maculauerit, ſed nouellæ & puriſſimæ fuerint.

Tertia vero intentio eſt digeſtio materierum, pro qua ponũtur remedia tria omni- *III.*
bus elegantiora. ¶ Quorum vnum eſt hoc. ℞. *ſyrupi de corticibus citri ℥ j. ſucci cydoniorum* *Digeſtio materierum.*
vel vini eorum ℥ ß. aquæ bugloſ. ℥ iii. dentur in potu. ¶ Secundum & leuius eſt vt omni mane
bibat ℥ v. aquæ bugloſſæ, imo de ea ſemper ponatur in omni potu & cibo ſuo. ¶ Tertiũ *Pótio.*
eſt hoc. ℞. *ſyr. de byzantiis, ſyrupi de corticibus citri an. ʒ vi. aquæ florum violarum & nenupha-* *Syrupus.*
ris an. ℥ i ß. miſce, & quodlibet horum detur in potu in aurora actu frigidum his diebus.

Quarta intentio eſt accidentium correctio & de numero accidentium cõmunius
& magis verenda eſt inſtantia vigiliarum, cui multipliciter prouidendum eſt. ¶ Et pri- *IV.*
mo quidem vt omni mane cõſtante virtute fiat ei ablutio capitis cum hac decoc. ℞. *vio-* *Accidentium correctio.*
C *larum, corticum papaueris, ſem. lactucarum, florum nenupharis, ſem. maluæ & altheæ, rad. mandra-*
goræ omnium an. M. j. camõ. M. ß. ſem. baſilic. M. i. partes ii. coquantur omnia in duabus ſitulis *Ablutio capitis.*
aquæ vſque ad conſumtionem tertiæ partis, & de hac aqua actu tepida embrocetur caput ante cibum
per vnam horam. ¶ Secũdum vero remedium ad hoc eſt, vt ſemper odoret puluerem iſtũ. *Puluis odoratus.*
℞. *corticum papa. al. ʒ ii. violarum, nenupharis, ſem. portul. lactucarum & ſcariolæ an. ʒ i. ß. corticũ*
mandragoræ vel pulueris pomorum eius ℈ ii. ligni aloes ʒ ß. croci, ſem. aneti an. ℥ v. pulverizentur
omnia per ſe & ligentur in ſindone & odorentur. ¶ Tertiũ eſt vt in cibis eius coquatur aliquid
de papauere al. ¶ Quartum, vt ſemper cum cibariis omnibus aut ante bulliãt folia lactu-
cæ & comedant. ¶ Quintum, vt madefiat pannus in linimento infraſcripto, & circumli-
gentur tempora actu tepido. ℞. *ſem. lactucæ, nenupharis & papaueris al. an. ℥ ß. terantur optime* *Linimentum.*
D *cum aqua nenupharis, ita quod vertantur in eam, deinde addantur eis amyli ℥ ii. lactis iumentæ ℥ iii.*
& in mixtione hac immergatur pannus, vt dictum eſt. ¶ Sextum eſt, vt iterum omni die ante
cibum omnẽ abluantur manus & pedes eius cum decoctione ſupraſcripta, cum qua ca-
put embrocandum eſt. ¶ Septimum & vltimum, vt cõnſtante virtute prædictis non va-
lentibus, detur ei poſt prandium & cœnã per mediã horã ℥ ß. antiqui philonii cum ℥ ß. a-
quę ſublimationis chamomill. per remotionẽ enim huius accidentis reſtauratur virtus
naturalis & vitalis & non ſolum animalis, cuius reſolutionis reſtaurationẽ efficit ſomnus,
vt colligitur *prima tertii tractatu 4. cap. 21.*

Quinta vero intentio eſt materierũ diuerſio quę conuenienter fieri poteſt cũ eua- *V.*
cuationib. iam p̃miſſis diligẽter adhibitis. ¶ Et iterũ de melioribꝰ modis eſt, vt huic viro *Materierum diuerſio.*
E p̃uocentur hæmorrhoides & proprie cũ fricatione facta cũ foliis fici, felle tauri aut cum
modico euphor. aut cũ leui phlebotomia illarũ venarũ aut apponẽdo illis locis ſangui-
ſugas electas ſecundũ ſentẽtias ſapiẽtum. ¶ Tertius diuertẽdi mod⁹ eſt fortis fricatio do-
meſticę partis crurum. ¶ Quartus attractio ſanguinis ad varicales venas cum forti attra-
ctione facta cum vẽtoſis ignitis abſq; ſcarificatione, melancholicis n. & maniacis varices
innatæ bonũ, teſte Hipp. *ſect. 6. aph. 21.* ¶ Huic ẽt intẽtioni ſubſeruire poteſt frequẽs vẽto-
ſatio cum ſcarificatione facta ſuper domeſtica parte tibiarum ſuper natibus & ſpatulis.

Sexta & vltima intentio eſt, vt vigoret virtus vitalis & animalis q̃ licet vigorari poſ- *VI.*
ſet per inſtrumẽta tacta in intẽtione ſecunda, tñ ſcribent tria ſolennia remedia ad reſtau *Corroboratio virtutis vitalis & animalis.*
F rãdum virtutes p̃dictas. ¶ Quorum primum eſt electuarium infraſcriptum, de quo ſępe
in die detur cochlear vnum & medium patiẽti ad deglutiendum. Cui⁹ deſcriptio. ℞. *cõ-*
ſeruæ violarum, conſeruæ bugloſ. & boraginis an. ℥ ii. fragmẽtorum ſaphyri, hyacinthi, ſmaragdi *Electuarium.*
an. ʒ j. doronici, oſſis de corde cerui, ſpodii, zedoariæ an. ℈ i. moſch. electi, ambræ an. ℥ iiii. cinamo
mi, garyoph. an. ℥ v. ſyr. infuſionis myrobalanorum, chebularũ ℥ iii. ſachari al. ℥ ii. margaritarum
puriſſimarum ʒ ii. incorporentur omnia ſimul, & confringantur in eis folia auri numero 10.

ſpero enim quod ex hoc habebitur iuuamentum. ¶ Secundum verò eſt vt eidem omni A
mane in aurora exhibeatur ʒ. j. ß. lætificantis deſcripti à Raſi *cap. de melancholia.* & tandem detur ei circa mediam noctem cum aqua florum nenuphä. lactucæ vel papa. ¶ Scio autẽ ego experientia notiſſima quod patienti exhibere in die pluries, ʒ i. de diamuſco dulci in molli ſubſtantia facto ſecundum ſententias auctorum, & proprie cum ℥ ß. aquæ roſarum muſcatæ & cum ℥ ß. vini dulcis clari & aromatici animalem, vitalem & naturalem virtutes viuificat, quod ſibi concedere dignetur altiſſimus, qui per infinita ſecula viuit. Amen.

CONSILIVM XL. *De mala diſpoſitione capitis complicata ex vertigine & ſtrepitu vel fragore in auribus.*

ACCIDENTIA, quæ apparuerunt in nobili viro Domino Chriſtophoro de Muzano, omnino arguunt difficultatem cauſſæ a qua prouenerunt, & eſt cauſſa illa B
diſpoſitio complicata ex vertigine & ſtrepitu vel fragore in auribus, quę ambo in ſpecie ſua ſunt ægritudines vel accidentia difficilia & prolixæ curationis & ſemper difficilis, eo maxime, quia apparuerunt in viro forti & bonæ complexionis, quia calidæ & humidę ſecundum vniuerſam habitudinem membrorum, verumtamen, quia in ipſo inuenitur exceſſus humiditatis ſuper caliditate non multum eleuatus, & proprie in capite eius, in quo videtur dominium cholericæ materiæ, argumento ſumpto a tinctura vrinarum eleuata & phlegmaticæ materiei, quæ iudicatur ex multitudine ſputaminis, & ex alijs gratia breuitatis omiſſis. ¶ Ideo ex omnibus colligendo apparet, quod neceſſarium ſit tam feſtinanter quam eſt poſſibile incipere curationem eius & inceptam ſedulo con- C
tinuare circa ſex inſtrumenta attendendo, vt nunc ſequitur, aliter res ingentia pericula minatur eidem, *vt prima tertii tractatus 5. cap. de vertigine, & quarta tertii cap. de ſonitu & ſibilo & pluries alibi colligendum eſt.* ¶ Primum itaq; inſtrumentum eſt, vt ipſe effugiat vſum o-
Quæ huic patienti euitanda. mnium euaporabilium implentium cerebrum multitudine fumoſitatum, limoſitatum & humiditatum oppilatiuarum. ¶ Secũdo effugiat vſum acutorum omnium, vt allij, cæparum, raphani & erucæ proprie. ¶ Tertio dimittat omnia acuta acuitate ſalſedinis. ¶ Quarto vina fumoſa, acuta, & eligat vinum al. ſubtile non fumoſum, dulce & aromaticum, refractum tamen ſaltem 4. parte aquæ ab electo fonte acceptæ. ¶ Quinto effugiat vſum coitus ſaltem frequentis, imo nullus eſt ei conueniens. ¶ Sexto attenuet diætam ſuam vſque ad aliquot dies ſaltem abſcindẽdo quartam partem eius, quod acciperet vel conſueuit accipere. ¶ Secundum inſtrumentum eſt hoc. ℞. *pillularum cochiarum* ℈ *ii. pil-* D
Pilulæ. *lularũ de ſarcocol.* ʒ *ß. formentur pillulæ vii. cum electuario roſarum & recipiatur in aurora nõ multum dormiendo poſt eas & tardet comedere vſq; ad ſextam horam*, dum tamen in quinta hora acceperit cyathum vnum aquæ ſacharatæ calidæ. ¶ Tertium inſtrumentum eſt, vt mane tempeſtiue mediocribus paſſibus exercitetur eundo & redeundo vſque ad portam ſancti Bartholomęi, deinde reuerſus faciat ſibi fieri phlebotomiam cephalicæ ſuper manu poſitæ inter pollicem & indicem dextræ manus, per quam educantur ſanguinis ℥ ad
Potio. minus quinque. ¶ Quartum inſtrumentum eſt hoc. ℞. *ſyr. de calamento* qui optimus eſt ad ventoſitates, *ſyrupi de byzantiis* ad materiam mixtam ex cholera & phlegmate, *ſyrupi compoſiti acetoſi an.* ℥ ß. *aquæ betonicæ* propter caput, *aquæ cichoreæ* propter epar eius, *aquæ capillorum Veneris* propter prouocationem, *an.* ℥ ß. *miſce*, & omni mane in aurora accipiatur E
calidum toties, vt videatur vrina remiſſa in colore, rectificata in ſubſtãtia cum hypoſtaſi alba coniuncta æquali & in fundo reſidente omnibus aut pluribus harum circumſtantiarum acceptis. ¶ Cum ergo talia apparuerint, ſtatim ſubueniatur ei cum inſtrumento
Potio. 5. quod eſt hoc. ℞. *hieralogodion* ʒ *v. hieræ Galeni* ʒ *v. ß. miſce & totum calidum in aurora accipiatur cum ii.* ℥ *aquæ ſaluiæ calefactæ & obſeruentur poſt illud regulæ poſitæ in altero ſolutiuo.* ¶ Non miretur aliquis de doſi huius ſolutiui, ipſa enim eſt æqualis, quoniam hierę Galeni doſis tranſcendit ʒ xii. & hieralogodion doſis attingit ad aur. iij. & iiij. nec aliquis credat hieralogodion eſſe pharmacum forte, imo eſt debile ſatis, & omnium antiquorum teſtimonio probatiſſimum intantum, quod veteres nullo modo alio pharmaco vtebantur, F
præterquã iſto, & non dubito, quod ſi vir iſte omni ſeptimana ſemel vteretur hoc, ſana-
Gargariſma. retur perfecte abſque alio. ¶ Sextum & vltimum inſtrumentum eſt hoc. ℞. *coſti, pyrethri, ſtaphyſagriæ, ligni al. zinzi. nucis mu. an.* ʒ *i. radi. arthanitæ & dragonteæ an.* ʒ *i. ß. incidantur minutim & coquantur in vi. lib. aquæ vſque ad medietatem, deinde omni mane ex hac materia*

colata

A *colata accipiantur ℥ v. oxymellis ſquillitici, ſyrupi de calamento an. ʒ j. totum caleſiat & ex eo implea-turos, & fiat cum eo gargariſma* ſaltem omni mane decies in ſpatio vnius horæ, & ſi iterum per vnam horam cũ dimidia ante cœnam ſimiliter faceret eſſet ei conueniẽtius. ¶ Hęc itaque ſunt mihi viſa meliora quę fieri poſſent in diſpoſitionibus pręmiſſis, de quibus nõ leuiter hęſitandum eſt: & maxime quia ęgritudo contraria eſt virtuti, complexioni & ætati, vt ſpeculanti patere poteſt. hęc ad laudem dei. Amen.

CONSILIVM XLI. *De mala complexione ſtomachi frigida & ſicca cum extenuatione totius & debilitate renum.*

SPECTABILIS & generoſus vir, dominus Ambroſius Contareno pluribus moleſtatus fuit ægritudinibus. ¶ Et prima quidem earum fuit vertigo, propter quam percipiebat obiecta viſibilia moueri motu circulari cum intuitiue aſpiciebat ae-
B rem extra, & ſequebatur illud capitis tanta debilitas, vt vix tolerare poſſet multarũ gentium conuerſationem & aſpectum. ¶ Secunda vero principalis diſpoſitio ipſius fuit *motus tremulus cordis*, qui erat cauſſa magnæ debilitatis velut ſyncopalis in eo. ¶ Tertia erat mala complexio ſtomachi frigida & ſicca, ꝓpter quam corrumpebatur digeſtio ciborũ & potuum in eo cum conuerſione ipſorum ad ſubſtantiam melancholicam, ad q̃ nõ parum iuuabat mala cõplexio calida a renibus eius communicata ſtomacho. ¶ Quarta, multiplicatio materiei melãcholicæ in ſplene ei⁹, q̃ cõſecuta eſt retentionẽ hęmorrhoidalis fluxus, quem ſolebat habere ingentem, vnde & propter multiplicationẽ materiei melancholicæ in ſplene ſuo nõ raro effundebatur ab eo materia melancholica ad os ſto-
C machi, quę tantum in eo intendebatur, ꝙ finaliter erat in diſpoſitione tranſitus ad appetitum caninum. ¶ Quinta vero eſt vniuerſalis totius corporis arefactio vel conſumtio a mala complexione frigida & ſicca in toto corpore eius multiplicata, propter quod non eſt mirum, quod vir iſte fuerit debilis in operationibus motiuis ſenſitiuis tam in interiori, quam exteriori ſenſu, vt iam declaratum eſt, quando notabiliter debilitata erat operatio nutritiuæ potentiæ, igitur neceſſario concluditur, ꝙ ſi hæ diſpoſitiones in eo perſeueraſſent, dubium erat extinctionis eius breui tẽpore futuræ. ¶ Licet igitur hæ fuerint diſpoſitiones præter naturam huius viri generoſi, non omnes tamen in eo remanſerũt, plurimæ namq; ipſarum longo labore & ingenti exercitio fuerunt ab eo remotæ, vertiginoſa enim diſpoſitio, qua laborabat, curata eſt, & motus etiam tremulus cordis ſecun-
D dum magnam partem abſciſſus eſt. Inſuper motus materiei melancholicę in ore ſtomachi curatus eſt, vt & fames, quæ in ipſo intendebatur fere tota, & mala complexio calida renum, propter quam laborabat in pollutione ſecundum magnam partem eſt fugata. ¶ Solum igitur videtur mihi tria remanſiſſe nocumenta in eo curatione indigentia. ¶ Quorum primum eſt mala complexio ſtomachi frigida & ſicca, notabiliter tamẽ minorata reſpectu præcedẽtis. ¶ Secundum, extenuatio vel macrefactio. ¶ Tertium, debilitas, quæ in renibus remanſit propter quam adhuc laborat pollutione, licet raro valde. ¶ Cum igitur hæ diſpoſitiones tres remanſerint in eo, eis attendendum eſt ſecundũ quod nunc ſubſequitur, primo quidem percurrendo regimen ab ipſo obſeruandum ex parte ſex rerum nõ naturalium, ſecundo vero quorundam medicinalium ponetur me-
E moria, quæ interpolate adminiſtrari debet.

II. D. ſpaſmo

III.

IV.

V.

CAP. II. *De diæta.*

PRIMO itaq; quantum eſt poſſibile, abſtineat ab exercitio corporis, & proprie *Motus & quies.* poſt cibũ, niſi tranſiuerint horæ quatuor ad minus, tunc ſi oportet ipſum exercitari, faciat quam ſuauius poteſt, & maxime ſedendo & non ambulando, neq; recte ſtando. ¶ Similiter caueat a manſione vel quiete ſub flatu venti, & proprie orientalis vel occidentalis. ¶ Nec moram contrahat in cameris terraneis, ſed notabiliter ab aqua eleuatis. ¶ Et pectus ſuum & ſtomachum diligenter cooperta conſeruet cum diploide ſuffulta pellibus agninis bene calidis. Et frigiditatem pedum & extremitatum quanto magis poteſt, euitet. ¶ In cibatione ſua expendatur tempus notabile bene ma-
F ſticando cibum & non velociter deglutiendo, & ſtomacho complaceat accipiendo menſuram cibi, tamen vt ex ea non repleatur ſtomachus & tenſus fiat, neque fluctuet in eo potus & regurgitet. ¶ Procuret quantum poteſt dormire prolixe, & a vigilia caueat maxime, primo ſi in die naturali dormiret decem horis, melius eſſet, quam vigilare præter illas, imo exceſſus in dormiendo longe melior erit.

Aer

Inanitio & repletio.

Somnus & vigiliæ

Motus animi. ¶ Effugiat etiam quantum poteſt immoderatas animi agitationes, velut iram, triſtitiam A
& anguſtiam. *Cibus & potus.* ¶ In cibis vero ſumma ſit vt vtatur laudabilibus quanto & quali, vt pane recenti vnius diei & carnibus de vitulo & caſtrato bene pinguibus, & pullis columbinis mollibus, pullis caponum, gallinarum & phaſianorum, perdicum bene pinguium, & animalium quadrupedum partes frequenter comedat vel pectorales & mamillares & conſimiles bene pingues, & non neruoſas neque cutaneas, ex quorum brodijs faciat fercula velut cicera rubea & iuſcula de hordeo, de amylo & de amygdalis & betis etiam, & ſpinachiis quandoque vti poteſt, licet raro. Fercula etiam de rapis & naponibus placent mihi, vt & panatella cum ouis facta, ex pane ſupraſcripto: Et oua etiam omni modo præparationis. Fercula vero paſtilia & de leguminibus omnia dimittantur, oryzam etiam cum pingui brodio & amygdalarum lacte coctam & fercula facta cum oleo oli- B
uarum electo laudo. Aceti vſus dimittatur, ſed granatorũ dulciũ & medii ſaporis ſuccus bonus eſt, & agreſta non multum ſalita, & fercula omnia cum ſapa vel vino cocto condita. Et gratia ſalatitij vti poteſt carotis & locuſtis, quæ rampuncioli dicuntur, & oliuis etiam conditis in ſeptimana ter, vt & rapis conditis: vinum autem ſit album clarum conuenienter aromaticum & dulce, quod purum bibat ſi non fuerit valde potẽs, aut ſaltem commixtum cum quarta vel tertia parte aquæ ciſternæ. ¶ Præparationes etiam carnium prædictarum elixæ vel aſſatæ placent, licet aſſatis frequẽtius adhęrere debeat. Oryza etiam & omnia cibaria cum lacte animalium condita & bene cocta ſunt ei vtilia, a ſalſedine autem quantum poteſt abſtineat, hoc in ſumma eſt regimen ab ipſo obſeruãdum, & inter reliqua attendere debet, quod per totum menſem futurum non exercite- C
tur in coitu pluries, quam in ſeptimana ſemel, deinceps autem poterit abundantius expendere.

Cap. III. *De cura per medicinalia.*

De regimine ex parte medicinalium videntur mihi ab eo obſeruari debere. ¶ Primum, quod non deſiſtat ab applicatione ſui remedij ſtomachalis. ¶ Secũdum, quod iterum vtatur ſuo cordiali per totum futurum menſem. ¶ Tertium, quod a ſpatulis inferius omni die mane & ſero inungat totã ſpinã cum iſto vnguento, ꝙ ſecum portat. ¶ Quartum, quod frequenter vtatur ſaltem in ſeptimanã ter ablutione pedum cum aqua decoctionis foliorum nenupharis & violarum. ¶ Quintum, quod vtatur confectione ſua de xylobalſamo, ſicut facere ſolebat, ſi careret illa, loco ipſius ac- D
cipiat ter in ſeptimana ante prandium per duas horas radicem vnam zinziberis conditi nominati viridis a vulgo. ¶ Sextum, vt omni tertio ſero parum ante cœnã accipiat cochlear medium electuarii, quod ſecum portat, poſt cuius aſſumtionem immediate cœnet. *Confectio ſolida.* ¶ Septimum & vltimum, quod aſſueſcat vti confectione iſta, de qua ſemper poſt prandium & cœnam accipiat fruſtum vnum, cuius deſcriptio eſt hæc. ℞. *granorum phiſticorum lib. ß. violarum, maſticis, ſeminis endiuiæ, ſcariolæ & acetoſæ an. ℥ j. ſeminum communiũ frigidorum ℥ j. granorum papaueris albi ℥ ß. infundantur phiſtici minutim inciſi in aquam bugloſſæ per diem naturalem, deinde optime terantur ſimul cum ſeminibus communibus & papauere prædictis & coquantur in lib. j. ß. ſachari albi electi & aquæ bugloſſæ ℥ iii. cum ergo ceperit incraſſari & tepeſieri, tunc addantur reliquæ ſpecies, & fiat confectio in fruſtulis velut pineata, & erit ei valde vtilis,* E
per quæ inſtrumenta non dubito plenam obtineri ſanitatem, dummodo certum me faciat omni ſeptimana ſemel de re, ad laudem Dei.

Consilivm XLII. *De quinq; malis diſpoſitionibus, videlicet, De oppilationibus cerebri cum nocumento in ſenſibus tam interioribus, quam exterioribus. De repletione pectoris propter materias a capite deſcendentes. De doloribus colli, ſpatularum & dorſi. De humiditate ſuperflua ſtomachi cum ſuperflua caliditate epatis. De varicali mala diſpoſitione. Diuiditur autem conſilium in capitula ſex.*

Cap. I. *De accidentibus diſtinctis.*

Reverendvs in Chriſto pater dominus Petrus de monte ſacroſanctæ eccleſiæ F
protonotarius & collector condigniſſimus pluribus diſpoſitionibus in diuerſis membris moleſtatur, q̃ licet ipſum in rei veritate non reddant manifeſte aut notabiliter ægrum, nuntiant tamen ei fortaſſis nocumenta non leuia prouentura, vt ex eorum diſcurſu haberi poteſt. ¶ Laborat enim oppilationib. cerebri, q̃ viciſſim augmẽtant nocu-

A nocumentum diuerſum in operationibus capiti appropriatis & cõmunibus. ¶ Secundo iterum quadam pectoris diſpoſitione moleſtatur, per quã non raro peruenit ad materierum in pectore collectionem, q̃ ſi perſeuerarent, indubitanter ipſum ad empyema producerent aut ad oppilationes vel apoſtemata eiuſdẽ. ¶ Iterũ & tertio nõ raro moleſtat doloribus quibuſdã in collo eius, ſpatulis, dorſo & per partẽ adiutoriorũ extenſis. ¶ Et quarto iterum complicationẽ habet caliditatis epatis notabilis ad multã humiditatẽ ſtomachi eius, quæ humiditas ſi a prædicta epatis caliditate notabili nõ conuenienter corrigeretur, frequenter ipſum ad varias perduceret ægritudines. ¶ Quinto iterum moleſtatur quadam ſua varicali diſpoſitione, licet nunc melius, quam tempore præterito ſe habeat. hæc in ſumma eſt eius diſpoſitio taliter congregata.

B CAP. II. *De cauſſis & ſignis primi accidentis & de eius cura.*

QVOD autem primum nocumentum in eius capite exſiſtat licet ex multis demõſtrari poſſit, his tamen valde facile motiuis aperiri poteſt. Quoniã in operationibus ſenſuum exteriorũ aliquale nocumentũ apprehenditur, ita vt in viſu eius quandoq; vehementi intuitu aerẽ aſpicientis quarundã figurarum & linearũ in aere apparentium & nõ exiſtentium formæ percipiãtur, hæc quidẽ corruptio in ſenſu viſus nominatur, vel mutatio a curſu naturali, vt imaginet homo, q non inuenitur exterius, *prima tertii 6. cap.* ¶ Amplius etiam hoc declaratur ex nocumento diminutionis in operationibus auditus, contingit enim, quod cum augmẽtantur oppilationes etiã circa quintum par neruorum orientium a cerebro, fieri nocumentum diminutionis auditiuæ potentiæ.
C ¶ Similiter etiam quandoq; in eo odorabilium ſpecies non conuenienter recipiuntur in carunculis cerebri, in quibus ponitur olfactiua potentia; vnde olfactus diminutionem notabiliter percipit, ſicut enim ſanę operationes ſenſuum ſignificant cerebri ſalutem, ita ſenſuum operationes læſæ ſignificant læſionem in cerebro *prima tertii cap. 5.* ¶ Fortius autem cerebri nocumentum demonſtraretur, ſi notabiliter læſio perueniret in operationibus auditus & guſtus. ¶ Reliqui autem ſenſus quãdo ſuis læduntur ſenſatis ſignificant nocumentum in ipſis caliditatis & ſiccitatis non prouenientium ad hoc, vt virtutem proſternant. Auditus etiam & guſtus ſecundum plurimum ſignificant, quod iſta complexio ſit in cerebro, *prima tertii cap. ſexto & nono de acci. & mor.* ¶ Harum autem ſpecierum debilitatis in cerebro ſignificata ſunt, quod omnino corruptio in operatio-
D nibus ſenſuum tam exteriorũ quam interiorum ſignificet caliditatis augmẽtum, diminutio autem & ablatio in operationibus eorum ſignificet frigiditatis augmentũ. ¶ Sermo n. vniuerſalis in ſignificationib. operationum eſt, quod ipſarum diminutio & deſtructio fiunt ꝓpter frigus & craſſitudinẽ ſpiritus & humiditatẽ, & nõ fiunt ex caliditate, niſi magnificet & perueniat ad hoc, vt deijciat virtutem, permutatio autẽ, id eſt, corruptio operationum & q̃ motui operant, fiunt ex caliditate & fiunt ex ſiccitate, *vt prima tertii, quinto cap.* expreſſe ſcripſit princeps. ¶ Et ex hoc fundamẽto diligens contemplator intelligere poterit, quales ſint lapſus in homine prouenientes demonſtrandi ex ſpeciebus læſionum, q̃ adueniunt in operationibus ſenſus interiorum & exteriorum. ¶ Et ſecundo iterum ex hoc fundamento deducitur modus cognoſcendi nocumentum in determi-
E nata capitis parte proueniens, cum enim in operationibus ſenſus viſus prouenit nocumentum diminutionis, ſignificatur lapſus anterioris partis cerebri a frigiditate & humiditate & ſpirituum viſibilium craſſitudine.

Cuiꝰ quidẽ nocumẽti curatio pẽdet ex plurib. inſtrumẽtis. ¶ Quorũ primũ eſt, vt Curatio
cũ illud nocumẽtũ perſeuerat, euacuet caput cũ iſtis pillulis. ℞. *pillularũ de hiera cõpoſita,* oppilationum ce-
pillularũ de ſarcocolla, an. ℈ j. *formẽtur pillulæ v. & accipiãtur in aurora & tardetur prãdiũ v. horis* rebri.
accipiẽdo in hora quarta cyathũ brodii pulli calidi cũ ſacharo, tẽpore debilitatis aut frigoris aeris. Pilulæ.
In dieb. vero caloris accipiat aqua hordei, vt dictũ eſt. ¶ Secundũ vero inſtrumentũ eſt, vt eo tẽpore fricationes fiãt a ſpatulis vſq; ad nates retrahẽdo, mane & ſero per horã ante cibũ. ¶ Tertiũ, vt digerat materia hoc modo. ℞. *aquæ ſaluiæ & betonicæ an.* ℥ j. *aquæ fœniculi* Potio.
F ℥ ij. ß. *miſce & accipiãtur v. vel ſex vicib.* ¶ Quartũ, vt eradicet materia cũ ꝓdictis pillulis ſuperaddẽdo eis ℈ j. ß. ambarũ ꝓdictarũ pillularũ ana g. iiij. & accipiat ʒ j. completa ex eis. Quintum, vt ſuper commiſſura capitis eius poſt purgationem omni ſero ſpargatur de Puluis
hoc puluere quantitas v. gran. hordei. ℞. *ligni aloes* ℈ j. *garyophillorum, galangæ ana* ℈ capiti in-
ß. *macis* ℈ ij. *fiat puluis ſubtilis.* ¶ Sextum eſt, vt oculis imponatur ſæpe aliquid de a- ſpergendus.
qua iſta. ℞. *aquæ roſar.* ℥ ß. *aquæ fœniculi, eufragiæ ana* ℥ j. *tutiæ præparatæ* ℈ j. *ſalis* Collyrium.

gemmæ ℥ *v. miſce, & ſæpe cum hoc abluantur oculi.* Et ſi velis aquā fortiorem iſtā, accipias lixi- A
Quæ in 6. reb. non naturalibus eligenda & vitāda. uii ʒ j. & ponantur in ea ℥ vi. ſalis gemmæ, & fiat vt dictum eſt. ¶ Caueatur autem tempore huius nocumenti à comeſtione multæ ſalſedinis, a raphano, cæpis, allio & aliis acutis, a lacte, paſtilibus & rebus viſcoſis, a coitu & vehementi motu, & proprie poſt cibum, quare nocumentum hoc iterum a genubus eſſet valde verendum, & euitet aquam frigidam & vina valde fumoſa, melior itaque potus eſſet vinum album, ſubtile, boni ſaporis, mediocris vinoſitatis, exceptum purum, ſi autem vinum eſſet valde fumoſum, frangatur cum aqua decoctionis florum eufragiæ. & hæc de nocumento viſui contingente velut vtiliora ſufficiant.

Cap. III. *De repletione pectoris ex materiebus ad ipſum a capite catarrhizantibus.* B

At vero nocumentum, quod pectori huius venerandi patris contingit, eſt, quia materiæ multæ a capite ipſius effunduntur & per ſe etiam defluunt per arterias & venas interiores & profundiores, adhuc etiam non raro cadit a capite materia per foramen colatorii, quod eſt in concauo palati. ¶ Et hæc quidē materia recepta in ſpatium pectoris, tenſionem & grauitatem facit in mediaſtino panniculo pectoris, vnde in medio thoracis vſq; ad poſteriorem partem ſpondylorum extenſiuus dolor & grauatiuus percipitur in partibus illis. ¶ Et ſi contingat materiam iſtam diffundi in diaphragma, non euacuabitur a nocumento anhelitus & tuſſi humida, & proprie cum fuerit materia phlegmatica, ſi autem fuerit materia cholerica, non euacuabitur a ſimili inflammatione & pungitiuo dolore in pectore perceptis, & erit, vt in pluribus, tuſſis ſicca, C eo quod materia ſui ſubtilitate membris pectoris impreſſa non facile per ſputum educi poteſt, niſi præ nimia ſui multitudine virtutem ad expulſionem vehemēter incitaret, ſicut patet in pleuriſi, in cuius principio materia euacuatur, licet omnino indigeſta. ¶ Ex quibus facile apparet, quod oporteat Medicum eſſe intentum circa patientem ad feſtinam harum materierum eductionem, ne in pectore morantes apoſtema aut vlcus efficiant in eo, cuius cura fiet, vt nunc ſequitur.

Itaque pro curatione huius diſpoſitionis omnes hæ intentiones & inſtrumēta neceſſaria ſunt. ¶ Et prima quidem intentio eſt per abſciſſionem materierū a capite ad pectus catarrhizantium, abſcinduntur autem materiæ iſtæ per inſtrumenta euacuātia, diuertentia, digerentia & conſumentia ſuperfluitates cerebri, quæ omnia in præcedenti D cap. videri poſſunt. ¶ Secundo principaliter abſcindūtur materiæ per gargariſma iſtud.
Gargariſma. ℞. *loch de papauere* ʒ *i. maſticis torrefactæ* ℈ *i. aquæ decoctionis capitum roſarum cyathum vnum, miſce & totum tepidū gargarizetur omni mane per duas horas ante prandium, & ſimilter ante cœnam.* Et ſi velis gargariſma fortius prædicto, *adde prædictis rob nucum* ʒ *i. pulueris ſandaracæ*
Pilulæ. ℈ *i. & erit efficaciſſimum.* ¶ Tertio iterum abſcinduntur materiæ a capite catarrhizantes per aſſumptionem iſtarum pillularum. ℞. *myrrhæ, ſtyracis calamitæ, croci an.* ℈ *i. opii* ℈ *vnius partes duas cum ſyrupo roſ. fiant pillulæ, de quibus tres aut quinque accipiantur per duas horas poſt cœnam & mirabiliter conferunt in abſcindendo catarrhos,* nec de opio in eis dubitandum eſt,
Eclegma. quoniam modicum eſt & bene correctum. ¶ Materiæ iam ad pectus effuſæ educuntur cum hoc medicamine. ℞. *olibani* ʒ *iiii. myrrhæ* ʒ *ii. vini cocti* ℥ *iii. mellis* ℥ *ii. coquantur ſimul mel & ſapa vſque ad ſpiſſitudinem, deinde addantur pulueres prædictorum ſubtiliſſimi, & fiat loch, de quo teneatur in ore multo tempore, & de ipſo etiam deglutiatur ſæpe quantitas vnius grani fabæ.* E

Aliud medicamen & leuius iſto eſt. ℞. *ſucci caulis* ℥ *iii. mellis* ℥ *iii. coquantur ſimul vſque ad ſpiſſitudinem, & fiat de eo, vt dictum eſt in præcedenti,* & ſunt medicinæ ambæ ſecuriſſimæ & vtiles ex ſermone Auic. *x. tertii cap. de medicinis pector.* ¶ Ad hanc etiam intentionem multum confert loch de pino, deſcriptione Meſuæ *in antidotario,* & loch de ſquilla, & proprie cum materia craſſa fuerit inuiſcata in membris pectoris profundata. ¶ Confert etiam ad hanc intentionem acceptio ficuum ſiccarum ante cibum: comeſtio enulæ, & crocus ſemper in cibis acceptus, & vinum album dul. & ſubtile cum F aqua leuis decoctionis florum hyſopi, & abſtinere a rebus paſtilibus, piſcibus & leguminibus, elixis, a rebus valde ſalſis & craſſis, vino pontico & acetoſo vel bruſco, ab aqua frigida & rebus omnibus ſtipticitatem habentibus. Et hæc de nocumento pectoris.

Cap.

A CAP. IV. *De regimine dolorum ſpatularum & colli.*

VT autem accidens tertium facile remoueri poſſit, quod erat ſpatularũ, colli & partium adiacentium dolor. ¶ Præmittendum primo, quod varius ſit curandi modus ex varietate cauſſarum, q̃ dolorem efficiũt, & quia dolor in hac parte eueniens vt in pluribus fit a ſolutione cõtinuitatis, quę extenſiua dicit᷑ & non ſeparatiua partium. ¶ Ideo huic dolori prouidẽdum eſt cũ inſtrumẽtis, quę huic aduerſantur, qualia ſunt mollificantia & lenitiua cum tẽperamento caliditatis aut parũ ab eo diſtantia, quæ materiam conueniẽter abſq; ſuperfluitate reſoluere poſſent, & talia omnia inſtrumenta ſunt complexionis mutatiua & materierum reſolutiua, per quæ completur curatio per duas ſpecies doloris, ſ. per ſtupefacientia nequaquam conſulo in B hoc viro intromittendum eſſe, quoniam talia falſe ſunt dolorem ſedãtia & non vere, eo; quia ſenſum a membro auferunt, & non cauſſam doloris effectiuam. Et ſunt ſermones principis *quarta primi penultimo cap.* dum inquit: *Et ad ſummum id, quod dolores ſedat, eſt aut illud quod complexionẽ mutat aut quod reſoluit materiam aut ſtupefacit, & ſtupefaciens quidem remouet dolorem, quoniam deſtruit ſenſum membri.* ¶ Modus igitur ſedandi dolores ex multis canonibus dependet & inſtrumentis. ¶ Et primum quidem eſt, vt ſi fuerit doloris inſtãtia grandis, prius incipiendum ſit a ſedatione eius, quam ab euacuantibus & diuertentibus, iuxta illud *quarta primi primo cap.* Cumq; ad diuerſum trahere volueris, mẽbri, a quo protrahis, dolorem prius ſeda. *Canones modi ſedandi dolores.* Eſt autem inſtrumentum bonum ad ſedandum dolorem, vt membrum fomentetur cum ſpongia infuſa in aqua decoctionis horum. ℞. *chamomillæ, meliloti an.* *M. iiij. ſem. aneti M. ij. & ſi velis ipſum lenitiuũ facere magis, huic decoctioni adde ſem. lini M. iiij. ſi autẽ velis ipſum magis reſolutiuum & ſubtiliatiuum facere, adde ei ſem.* *Fomentũ.* C *apii, amygdalarum amararum an. M. iij.* ¶ Cum ergo mẽbrum fuerit quinque vicibus fomentatum cum ſpongia, ab hac decoctione diligenter expreſſa exiccetur, deinde inungatur hoc linimento. ℞. *olei amygdalarum dul. olei de ſiſamo an. ℥ ß. olei de chamomilla ℥ j. conquaſſentur ſimul cũ vno vitello oui, & liniatur ex eis membrum.* ¶ Aliud vnguentum & conuenientius eſt hoc. ℞. *olei de chamomilla, olei de aneto ana ℥ j. olei liliorum al. ʒ vj. pinguedinis anatis ℥ ß. croci ℈ ß. ceræ al. quantum ſufficit, fiat vnguentum molle.* *Inunctio.* & hæc quidem remedia dolorem ſedãt mutando complexionem & reſoluendo materiam. ¶ Si autem propter magni doloris inſtantiam oporteret tranſire ad ſtupefacientia, nullo modo adminiſtren- D tur ea, neque valde pura, ſed prædicto vltimo vnguento addi poſſet ʒ ß. opii, & tunc eſſet efficax & ſine aliquo periculo vel nocumento.

CAP. V. *De regimine caliditatis epatis & humiditatis ſtomachi, & primo ſtomachi.*

PRo intentione vero remouendi quartum accidens oportet ſubtilius contẽplari ex eo, q; ipſum cõplicatum eſt ex humiditate ſuperflua ſtomachi & lapſu epatis ad caliditatem intenſam nõ ſolum reſpectu ſtomachi, ſed cõparatione ad medium generis. ¶ Neq; enim hic diſputandum eſt, an ſtomachus eius reſpectu medii generis ſit humidior, quã epar reſpectu illi⁹ ſit calidius, ſatis enim facile conſideranti apparet horum declaratio, eo q; bonitas coloris, habitudinis diſpoſitio mediocritatẽ tranſcendens, mẽbrorũ a generatione plaſmatio, grãdis venarũ magnitudo, & extẽſio, & ſanguinis multi- E tudo ſignificat epar nõ eſſe vehemẽter lapſum ad caliditatẽ; quoniã ad ipſam ſequeret᷑ macrefactio & ſanguinis paucificatio per viã exiccationis a reſolutione ꝓueniẽtis; q̃ facit calor ¶ Tarditas igit᷑ digeſtionis ſtomachi, mollities ad tactũ percepta, multitudo ſalíualis humiditatis, ventoſitates in ſtomacho a multitudine ſuperfluitatum primę digeſtionis, & reliqua ſigna prauiora iſtis, quæ nunc propter breuitatem abſcindo, ſignificãt augmentum humiditatis in ſtomacho magis, quã ex ſignis ſupraſcriptis deduci poſſit in epate lapſus ad calorem. ¶ Neque iterum ſpeculatio iſta impedit Medicum a recta curatione, eo, quia in cooperantiis iſtorum membrorum maxima habetur vtilitas, & non imperfectio, videtur enim ſtomachi operationes perfici & meliorari a caliditate epatis prædicta magis quam impediri.

F Vt tamen vtriq; illorum conuenientibus inſtrumentis prouideri poſſit, præmittendum primo, q; lapſus complexionalis ad humiditatẽ exiſtat, oporteat neceſſario aut q; materia in ſtomacho contenta ſit in tunicis eius imbibita aut ſuperficiei cõcauę ipſius adhærens aut in eius concauitatem effuſa & natãs. Neq; aliter imaginari poſſumus, materiam in ſtomacho ſe habere, vt colligẽdum eſt expreſſe ex *13. tertii cap. de ægritudinibus*

ſtomachi. ¶ Cum igitur contigerit materiam effuſam eſſe ad regionem ſtomachi infe- A
riorem, tunc ſtatim minoratiue euacuanda eſt cum hoc medicamine. ℞. *aquæ decoctionis*
Potio minoratiua. *ſem. ameos* ℥ j. ß. *hieræ ſimplicis* ʒ x. *miſce totum calidum & exhibeatur in potu.* ¶ Si autem cõtin-
geret te indigere euacuatione fortiori, eo quia materia eſt maioris reſiſtentiæ, tunc e-
Alia fortior. ducenda eſt cum electuario iſto. ℞. *electuarii Indi* ʒ ij. ß. *benedictæ ſimplicis* ʒ ij. *miſce & de-*
tur in potu cum aqua decoctionis macis calefacta. ¶ Et ſi velis adhuc ſolutiuum melioris expe-
Pilula. ditionis. ℞. *pillularum de hiera compoſita* ʒ j. *reformentur pillulæ vii. & accipiantur vt ſupra cap.*
de euacuantibus a capite dictum eſt. ¶ Et ſi iterum propter hoc minoratiuum non totaliter
educeretur materia, quin oporteret ipſam adhuc eradicari, tunc digeratur cum hoc
Potio digerens. ſecundo inſtrumẽto. ℞. *mellis roſati colati* ℥ j. *ſyrupi de abſynthio* ℥ ß. *aquæ eupatorii, abſynthii*
& cichoreæ ana ℥ j. *miſce & calidum detur in potu in aurora, & tardetur prandium horis quatuor.* B
¶ Si autem velles digeſtiuum leuius illo, tunc accipiatur iſtud. ℞. *aquæ abſynthii, aquæ be-*
tonicæ & cichoreæ ana ℥ j. *miſce.* ¶ Cum autem materiam eſſe digeſtam apparuerit, tunc
eradicetur cum ʒ j. pillularum ſtomachicarum deſcriptione Auic. *5. canone ſumma pri-*
ma tractatu 9. lege eas ibi. ¶ Aut ſoluatur venter cum his. ℞. *pillularum de ſarcocolla, pillu-*
Pilula. Rotula confortãtes ſtomachum. *larum de hiera compoſita ana* ℈ ij. *reformentur pillulæ vii.* & fiat ex eis vt dictum eſt. ¶ Poſt-
quam autem materia iam eradicata fuerit, tunc attendatur ad ſtomachi cõfortationem,
& proprie cum confectione iſta. ℞ *ſpecierum electuarii de ligno aloes deſcriptione Auic. 5. can.*
ſumma prima tractatu 3. ſpecierum aromatici roſ. ſecundum Gabrielem ex Meſ. in antidotario di-
ſtinctione prima ana ʒ *ii. ſachari al.* lb. ß. *cum aqua abſynthii fiat confectio in rotulis* ʒ *v. & vna*
ex eis accipiatur per horam vnam ante prandium ſine potu alicuius liquoris. ¶ Ad hanc intentio- C
Linimentum. nem confert linimentum ſtomacho ſuperpoſitum confectum in hunc modum. ℞. *olei*
nardini ℥ *iiii. ceræ al.* ℥ j. ß. *aloes, maſticis an.* ʒ j. ß. *incorporentur ſimul & in fine ſuæ decoctionis*
conſpergantur cum agreſta, hoc enim medicamẽ ſuperfluas ſtomachi humiditates exiccat
& ipſum defendit a receptionibus materierum, & fuit de compoſitionibus Gal. *in libro*
decem tractatuum auctoritatum ab Auicen. decimatertia tertii cap. de cura debilitatis ſtomachi.
Lege ibi, quia domeſtice ſatis rectificauit deſcriptionem illam.

Diſpoſitio epatis calida. Pro diſpoſitione vero epatis, quæ declinat ad calorẽ, licet cum eo ſanitas eius con-
ueniens exiſtat, oportet primo præmittere, q̃ res conuenientes epati ſunt amara omnia
& omnia aperitiua cum aliquanta ſtypticitate, ſicut myrtha, abſynthium, eupatorium in
diſpoſitionibus frigidis ipſius, cichorea, heliotropion, ciperus, cydonium & ſimilia. Aut D
debent eſſe medicinæ aromaticæ, ſicut ſquinantũ, cinamomũ & conſimiles. Aut debẽt
eſſe abſterſiuæ & mundificatiuæ cũ aromaticitate, ſicut crocus & cõſimiles: aut medici-
næ velocis penetrationis & mundificationis aromaticitatẽ habẽtes, velut vinũ odorife-
rum aut paſſulæ cũ arillis, ficus & ſimilia. Et quando in vna & eadẽ re aggregant proprie-
tates iſtæ, tunc illa cõuenientior eſt, & ꝓprie, ſi nõ fuerit recipiens putrefactionẽ facile,
velut auellana torrefacta, ataraxacon & endiuia campeſtris & hortulana. Et eſt de rebus
etiã eidem maxime conferentibus propter aromaticitatem ſuã & ſtypticitatẽ cum pe-
netratione, confortatione & mundificatione, viarum ſunt, vt ſcribitur *13. tertii cap. de*
rebus conuenientibus epati. ¶ De rebus vero compoſitis conferentibus epati calido conſer-
uantibus ipſum in ſanitate ſua, & prohibentibus lapſum eius ſunt ſicut electuarium hoc. E
Electuarium. ℞. *ſpecierum diarodon deſcriptione Nicolai in antidotario* ℥ ß. *ſem. acetoſæ, cichoreæ, ſandalorum al.*
& ru. an. ʒ j. *ſyrupi de endiuia* ℥ iij. *fiat ex omnibus electuarium cum* ℥ *iiii. ſachari al. de quo accipiat*
omni mane, quando a lapſu moleſtatur, aut ſaltem omni ſeptimana bis vel ter cochlear vnum,
Electuarium de ſcoria ferri. quando lapſus non ita moleſtat. ¶ Secundum vero inſtrumentũ huic conueniens eſt e-
lectuarium de ſcoria ferri, de quo loco prædicti electuarii accipere poteſt frequẽter ʒ iij.
Rotula. in aurora, vt prædictum eſt. ¶ Domeſticũ remediũ eſt vſus iſtius confectionis. ℞. *ſpecie-*
rum diarodon ʒ *i.* ß. *ſpodii ſubtiliſſime triti* ʒ *i. ſem. endiuiæ* ℈ *ii. ſem. acetoſæ & ſcariolæ an.* ℈ *i. ſach.*
al. ℥ *iii. fiat confectio in rotulis* ℥ ß. *cum aqua cichoreæ,* & ex ea ſemper ante omnem cibum ac-
cipiatur rotula vna. ¶ Vltimum vero inſtrumentum epatis calidi conſeruatiuum & vi-
Vnguentum. goratiuum eſt vnguentum hoc. ℞. *olei de abſynthio* ℥ ß. *olei de maſtice* ℥ *i. roſarum, ſandalorum* F
amborũ, ſpodii, maſticis ſem. cichoreæ an ʒ ß. *myrrhæ, florum ſquinanti vel extremitatũ eius, caſſiæ li-*
gneæ ana ℈ *ii. ceræ quantum ſufficit, fiat vnguentum molle, ex quo vngatur hypochondrium dextrũ*
ab vmbilico & ore ſtomachi tranſuerſaliter vſq; ad ſpinam mane quando ſurgit a lecto & ſuperpona-
tur pãnus bene ſiccus prius bene ſuffumigatus cum laudano carbonib. ignitis aſperſo. & hæc de cura
quarti accidentis complicati, vt ſupra dictum eſt, ſufficiant.

Cap.

A **Cap. VI.** *De cura diſpoſitionis varicoſæ.*

VLTIMVM vero accidens huius venerandi patris eſt principium varicoſæ diſpoſitionis, de cuius quidem regimine licet alias fecerim tractatum conuenientem: Nunc tamen de nouo placet mihi duo experta conſcribere medicamina, vbi contingeret varices illas augmentari & maiores fieri. Quorum primum eſt emplaſtrum iſtud, quo tota pars domeſtica cruris & tibiæ mane & ſero emplaſtranda eſt, cuius deſcriptio eſt hæc. ℞. *farinæ lupinorum* ℔. j. *ſtercoris caprarum exiccati* ℔. *iii. aceti nigri non valde acuti, in quo extinctum fuerit chalybis fruſtum igniti quinque vicibus quātum ſufficit ex ipſo aduenietem formam emplaſtri, & liniatur ex eo membrum, vt prædictum eſt.* Emplaſtrum.

¶ Secundum vero inſtrumentum eſt embrocatio infraſcripta, de qua mane & ſero mediocriter calida cum ſpongia principio inguinis vſq; ad cauillam pedis fiat embrocatio, B & eſt eius deſcriptio talis. ℞. *gallarum cupreſſi, gallarum perforatarum, an.* ℔. ß. *ſcoriæ ferri maceratæ per octo dies in aceto partem* j. *draganti, gummi Arabici torrefactorum ana* ℥ j. ß. *bulliāt hæc omnia in aqua pluuiali longa ebullitione*, deinde ex ea fiant, vt dictum eſt. Embrocha.

Poſt hæc autem ſcribenda ſunt remedia quatuor, quibus videtur ipſum vti debere per tranſitum ſui itineris, & iterum hæc talia remedia quouis tempore erunt ei vtilia. ¶ Quorū primum eſt harum pillularum vſus, ex quibus accipere poteſt omni tertia vel quarta die vnā parum ante cœnā, & ſi contingeret ipſum permeare regiones epidimiis infectas, bonum eſt, vt ex eis omni die accipiat vnam mane in ortu ſolis aut ſaltē in ſero ante cœnā. Eſt autem earum deſcriptio talis. ℞. *maſticis* ʒ *i. croci, myrrhæ an.* ʒ ß. *ſem. citri.* ℈ Pilula. C *ii. hyacinthi, ſmaragdi, corallorum rubeorum, an.* ℈ ß. *infundantur omnia in* ℥ *iiii. ſucci endiuiæ & diligenter agitentur, deinde exiccentur ad ſolem, & iterum fiat ſucci renouatio cum eius exiccatione vſque ad quatuor vices, de materia igitur illa fiant pillulæ, quæ dentur vt dictum eſt.* ¶ Secundum vero inſtrumentū eſt vſus huius cōfectionis, de qua ſemper ante cibum accipiatur rotula j. aut ſaltem in ſero ante cœnā. ℞. *ſpecierum electuarii de ligno al.* ʒ *i. ſpecierum diacinamomi, trochiſcorum de ro. deſcriptione maiori ana* ℈ *i. ſach. al.* ℥ *v. fiat confectio cum aqua abſynthii in rotulis* ʒ *iiii.* Rotula. ¶ Tertium eſt, vt ſi contingeret ipſum moleſtari dolore capitis grādi, accipiat harum pillularum vnam per duas horas poſt cibum, quarum deſcriptio eſt hæc. ℞. *ſpecierum de hiera ſimplici* ʒ j. *pillularum aurearum* ʒ ß. *reformentur pillulæ x. ex omni* ʒ *vi. cū ſucco roſ. & fiat ex eis vt dictum eſt.* Pilula. ¶ Quartum vero inſtrumentum eſt harum ſpecierum D vſus, de quibus accipiat in cibis ſuis & ferculis quantitatem idoneam ad libitum, quarum deſcriptio eſt hęc. ℞. *cinamomi electi* ℥ *i. florum nenupharis, roſ. labruſcæ an.* ʒ ß. *croci* ʒ *i.* ß. *ſpodii* ʒ *ii. fiat puluis omnium per ſe ſubtiliſſimus.* Puluis. hæc in ſumma ſunt, quæ mihi vtiliora viſa ſunt: & omnipotens Deus in ſalutē eius perfecte dirigat iuxta optata ad laudem Dei. Amen.

CONSILIVM XLIII. *De epilepſia aut diſpoſitione ad epilepſiam reducibili a materia phlegmatica mucillaginoſa cum mixtione alicuius choleræ rubeæ. Diuiditur autē cōſiliū in capitula tria.*

Cap. I. *Aegritudinis eſſentiam inueſtigat per ſigna propria & diſtinctiua ab aliis ægritudinibus, & eius cauſas ponit.*

NVPER mihi diſpoſitio ſæuiſſima oblata eſt, eſt enim religioſus quidā de ordine eremitarum ſancti Auguſtini laborans inordinata periodo caſuum virtutis eius, ſecundum modum infraſcriptū, nā aliquando exiſtens in ſermone cū aliquo ſibi E coniuncto ſocio quidā modus defectus virtutū omnium accidit ei, ita vt nō ſolū in operationibus ſenſuum exteriorum, ſed etiam interiorum nocumento ne dum diminutionis ſed & ablationis moleſtiſſime vexetur. ¶ Similiter etiā hoc accidit ei non ſolū ſermocinanti, ſed etiā oranti, & quandoq; miſſam quantumcunq; ſuauiſſime celebranti, & cū hac quidē diſpoſitione multis iā mēſibus vexat⁹ taliter pertrāſiuit &c. ¶ Nunc a. denuo res ipſa permutationē ad deteriorē cōuerſa eſt trib. modis. Primo, qa diſpoſitio iſta multo frequētius inuadit ipſum, q̃ ſolebat: 2. quia ipſa eſt intēſiue maior effecta, eo quia vehemētior læſio operationib. virtutū interiorū omniū nunc apparet magis, quā ſolebat. Et iterū, quia nocumentū hoc extēſiue maius factū eſt, ſ. quia continua potētia mēbrorum F omniū & maxime cerebri adeo debilitata eſt, q; nō ſolū lædit᷑ in operationib. interiorū & exteriorū ſenſuū & mot⁹ ēt, imo violentia diſpoſitionis illi⁹ ad terrā cadere coarctat᷑. hæc quidē in ſumma eſt huius viri collecta diſpoſitio, circa quā oportet contēplari diligēter in ei⁹ exquiſita cognitione, ſi conſiliū eidē ſapiēter ordinari debet, vt nūc ſequet᷑.

Licet itaq; plures ægritudines a ſapientibus poſitæ cognoſcant᷑, a quib. operationes

ſenſuum & motuum auferunt,ſicut patet de apoplexia,congelatione,lethargo,ſubeth, A
forti ꝑfocatione matricis,ſyncopi grādi &epilepſia ſaltē in ſtatu eius,videt̃ tñ mihi hanc
diſpoſitionē nunc reduci nō poſſe niſi ad epilepticos paroxyſmos. ¶ Subethico n. non
accidit priuatio ſenſuū & motuū, niſi p̄cedente ſomnio prolixo, nec etiā hoc accidit ei
niſi cū magna cerebri permutatione cōplexionali& cōpoſitionali p̄cedētibus,in longo
Diſpoſitionem præſentis patientis eſſe epilepticam.
tñ tempore.¶ Epileptico autem propriū eſt auferri operationē ſenſuū & motuū in bre-
ui tempore in tantum,q̧ fere cognitio ipſius,quantum ad principiū & augmentū parti-
cularia occulta eſt valde,ēt viris ꝓfunde & lōgo tempore in medicina peritiſſimis. ¶ A-
poplectico a. accidunt priuationes ſenſus & mot⁹ fere inſtantaneę & nullo p̄cedente ſi-
gno euentus eius patiēti cognito, niſi fuerit ſignū illud,q̧ ſcribitur ab Auic. *prima tertii*,
Cur non ſit dicēda apoplectica.
& eſt quod apoplecticus clamat,cum enim materia,q̄ facit apoplexiam,ſit multa, quod B
apparet, quia complete oppilat ventriculos cerebri,etiā cum ipſa valde ſubito moueat̃:
Ideo propter vehementem & velocem motū eius omnes ventriculi cerebri & neruorū
origines ſubito clauduntur & diſtenduntur,vnde neceſſarium eſt ad diſtenſionem talē
& tantā ſequi dolorē magnū,propter quem apoplectic⁹ clamat. ¶ Amplius apoplexia
non eſt ægritudo paroxyſmalis,ſicut epilepſia,omnino n. ipſa vel interficit, dum fortis
fuerit,vel in paralyſim conuertitur, ſi fuerit debilis, ſed epilepſia vt plurimum eſt mul-
tis paroxyſmis reuolubilis, & iterum ſanabilis. Et 3. quia paroxyſmus eius raro pertran-
ſit v. vel vj. horas, quare nō poteſt credi talem diſpoſitionē apoplexiā dicendā eſſe,quā-
tumcunq; minorem. ¶ Neq; etiam in hoc viro aliqua ſigna fuerunt enuntiantia apoſte-
ma poſterioris ventriculi cerebri lethargicum nominatum,nec enim lente febrit & cō- C
tinue, neq; in operationib. memoratiuæ potentiæ læſus permanet ante paroxyſmū ſuū
Cur non cōgelatio.
vel poſt ſolutionē eius ab eo.¶ Adhuc etiā nō videtur ipſum congelatum eſſe dicendū,
quoniā mala complexio cerebri & neruorum frigida & ſicca vt in plurib. aut frigida &
humida materialis non habuit ſigna pronuntiantia eius euentū. ¶ Adhuc etiā cum iſte
incurrit paroxyſmum ſuū,diuerſis figuris & ſituationibus totius corporis & membrorū
permutatur,hoc autem eſt impoſſibile verificari de congelatione,cōgelati enim oculos
apertos tenent,& fixa remanet totius corporis & membrorum figura, eo modo, quo re-
periebātur cum principium congelationis incepit. ¶ Quare oportet neceſſario dicere
hanc diſpoſitionē epilepſiam eſſe nominandā vel ad illā eſſe reducendā.¶ Et ſi bene cō-
ſideras,ex hoc fundamēto ſolui poſſunt arduæ difficultates & differētia inter lethargū D
& congelationem,apoplexiā & ſubeth ex vna parte & epilepſiā ex alia parte. Et ſunt ſer-
mones colligēdi pulchre 3. *de accidenti & morbo & 3. interiorum cap. de nocumentis contingen-
tibus operationibus virtutum ſenſuum interiorum & exteriorum & motuum ipſorum*. Et de his et-
iam lege 9. *theoricæ & 4. colliget*. & ſunt ſermones principis *prima tertii tractatu 5. capitulis de
epilepſia & apoplexia, & differentia inter eas*. quę tu ibidem, ſi placet,lege, quia pulchra ſunt.
¶ At vero iterum quia altera diſpoſitio reperit̃, per quā ſenſuū prædictorū operationes
auferuntur,& maxime cum fortis eſt & confirmata,vt patet in ſtatu eius, & eſt ſyncope
fortis nominata & dicta ſyncope a ꝑpoſitione σὺν,quod eſt ſimul vel inſtātanee eueniēs;
& κοπὴ, quod eſt defect⁹,ideo magnā videt̃ habere vicinitatem ſyncopis fortis ad diſpo-
An hæc diſpoſitio ſit dicenda ſyncope.
ſitionem huius viri.¶ Ideo parumper cōtemplandum, an hæc diſpoſitio ſit dicēda ſyn- E
cope an epilepſia,ſi n. in ſyncopi deſtruuntur,i. auferuntur operationes motiuæ virtutis
& ſenſibilis propter debilitatē cordis,ſupple,nō potentis expandere ſpiritū ſenſibilem
& motiuum ad mēbra,neceſſe eſt,a membris auferri operationes ſenſus & motus, po-
tentiæ namq; tales non mouēt organa productiua taliū operationum,niſi cū p̄ſentia in-
ſtrumentorū talium,q̄ ſunt ſpirit⁹ ſenſibiles & motiui.¶ Ad hæc etiā ſpiritu vitali pauco
exiſtente,auara eſt virt⁹ cordis ad delegādum ipſum ad exteriora,imo detinet ipſum in
ventriculis cordis gratia cōſeruationis ipſius.¶ Ampli⁹ & dato, quod virtus cordis fortis
exiſteret & vitalis ſpiritus in eo multus reperiret̃,ſi ſuperueniret cauſſa oppilationis co-
arctationis vel p̄focationis ſpirit⁹ in corde, quomodo poſſet ſpirit⁹ talis ad exteriora de-
legari,qa incarcerat⁹ eſſet.¶ Vnde videre potes tres cauſſas, ꝓpter quas priuant̃ mēbra F
operationib. ſenſus & mot⁹. Cū n. aufert̃ ſpirit⁹ vitalis trāſiturus ad mēbra, ſtatim ipſa
priuant̃ operationib. illis. Siue cōtingat hoc, quia animalis ſpirit⁹ reſoluit̃ a mēbris & e-
uaporat ſublato influxu cordis: Siue quia ſpiritus animalis ſenſibilis & motiuus adhuc
remanens in membris abſoluitur a temperamento ſuo,quod eſt per dependentiam
ſe ha-

A ſe habens ab influxu cordis. Siue q̃a ſpiritus animalis ibidē inuentus corrumpatur, aut a
complexione ſua vel modo ſubſtantiæ permutetur a complexione diuerſa partium
membrorum plurium, quorum aliqui frigidæ ſunt complexionis & ſiccæ, vt ſpermatica,
reliqua vero frigidæ complexionis & humidæ, vt pinguedines, & ſic de aliis. Et tu conſi-
dera, quod alter fere modus aſſignari non poſſit phyſicæ ſubiti caſus operationum vir-
tutum ſenſus & motus, ad quæ vt in pluribus, cum perſeuerant, ſubſequitur mors, vt
ſcripſit magnus Hippocrates, *ſection. 2. aphoriſmo 41.* vbi inquit *Qui exoluuntur fre-
quenter & fortiter, ſine manifeſta cauſſa repente commoriuntur.* & ſuſtentantur etiam ſermo-
nes iſti ex ſententia Commentatoris ibidem, pulchrius autem *ſecunda tertii cap. de ſynco-
pi in exordio,* dum dicit, *Syncopin eſſe caſum vel deſtructionē plurium virtutum motiuæ & ſenſibi-
lis propter debilitatem cordis aut congregationem ſpiritus ad ipſum factam propter aliquam cauſſam
B mouentem ſpiritum ad intra, aut propter cauſſam præfocantem ipſum ſpiritum interius, ita quod
non inuenit reſpiraculum,* id eſt, euentationem ſufficientem, *aut propter paruitatem & ſubti-
litatem ſpiritus vitalis, qui reſeruatur in corde propter ipſum non eſſe ſufficiens pro membris exte-
rioribus.* ¶ Propter quod ex ſententia ſermonum præſentium diligens conſiderator
concedere poſſet, quod diſpoſitio huius eſſet complicata ex caſu virtutis prouenien-
te in paroxyſmo epileptico, & ex caſu virtutis ſuccedente motui ſyncopali iam prædi-
cto. ¶ Et proprie hoc vltimum concedendum eſſet, ſi præceſſerunt euentum ſyncopis
cauſſæ ſufficienter productiuæ. Et iterum, ſi accidentia ſolita comitari ſyncopales mo-
tus concomitentur hanc diſpoſitionem, velut eſſet pulſus paruitas, tarditas & raritas in
principio ſyncopis plurimũ apparens & anhelitus nocumenta iſtis conſimilia. ¶ Secun-
C dum eſt pulſus velox & fortis profundatio, anhelitus apparens ablatio. ¶ Tertium eſt
pulſus diuerſitas ordinē non ſeruans: & ita de anhelitu dicendum. ¶ Quartum eſt o-
mnium exteriorum membrorum infrigidationis euentus velox. ¶ Quintum, coloris
faciei & totius corporis ablatio, & conuerſio in colorem mortuorum colori ſimillimũ.
¶ Sextum pulſus cordis in principio euentus lipothymiæ magnus. ¶ Septimum, tre-
mulus motus eius. ¶ Octauum plurimum interiorum ſenſuum operationum ablatio, &
ſimiliter exteriorum, & proprie in confirmatione ſyncopis. ¶ Cum enim hęc acciden-
tia principium caſus in lipothymia huius viri præſentata fuerint cum aliis accidentibus
epilepticum motum pronuntiantibus, neceſſe eſt concedere hanc diſpoſitionem com-
plicatam eſſe ex caſu virtutis ſyncopali & epileptico, quoniam accidentia inſeparabilia
D ſyncopis omnia vel ipſorum plura neceſſario abſoluuntur & diſtinguuntur ab acciden-
tibus, quæ motus epilepticos concomitari ſolent, & econuerſo. ¶ Vnde ex hoc funda-
mento apparet hanc diſpoſitionem maxime periculoſam debere concedi, & maxime
ſi complicata eſt, vt iam dictum eſt ſupra. Verum quia ex relatis nõ apparent mihi ſigna
pręſentia eſſe totidem & ita fortia, quæ ſignificent ſyncopales motus cordis, ſicut ap-
parent ſigna motus epileptici: Ideo potius affirmo hanc diſpoſitionem ſub cap. de e-
pilepſia collocandam eſſe, quam ſub materiã de ſyncopi. Similiter etiam ſi quid de no-
cumento cordis concludi poteſt, rationabilius eſt ipſum nocumentum tale in corde
reperiri per colligantiam cordis cum cerebro, quam econuerſo.

E Supereſt autē iam materialem cauſſam hui⁹ diſpoſitionis inueſtigare, quam credo
eſſe materiam phlegmaticam mucillaginoſam dominantem, quæ tamen actiua multũ
redditur mobilis & impreſſiua per commixtionem alicuius choleræ rubeæ, quæ in tale
phlegma ebullitionem facit velocem & multum, abſq; putrefactione tamen phlegma-
tis illius, non enim videtur rationale motum tantum & tantæ velocitatis & nocumenti
poſſe attribui phlegmati ſimplici propter frigiditatem, viſcoſitatē & craſſitudinem eius.
¶ Et ſi iterum illi phlegmati commixtus eſſet ſanguis, deberēt in corpore huius viri eſſe
præſentia ſigna motus eius, & multitudinis eius oſtenſiua, velut venarum extēſio, colo-
ris rubedo, corporis torpor & grauitas ad motus exteriores, & ad operationes interio-
rum ſenſuum & ſimilia, q̃ non videntur in hoc viro præſentia. ¶ Et ſi iterũ hoc phlegma
F actiui⁹ redderetur per cõmixtionē materiei melãcholicæ cum ſanguine, mirũ videret̃,
ꝙ in operationibus interiorũ ſenſuum nõ appareret corruptio vel diminutio, q̃ vſq; nũc
non apparuerunt. ¶ Propter ꝙ repetēdo cõcludit̃, ꝙ materia huius ægritudinis effectiua
cauſſa, q̃ phlegmatica eſt, mucillaginoſa, & aliqualiter aquoſa, calefit, diſſoluitur, rarefit,
& mobilitatur, vt facile poſſit ingredi ventriculos cerebri incomplete oppilando ipſos,

vt patet ex diſpoſitione ipſi⁹ *prima tertii tractatu 5.* vbi inquit, quod epilepſia ſit ægritudo A
prohibens animata a ſenſu & motu & erectione non integre, id eſt, cōplete, & illud pro-
pter oppilationem cōtingentem, ſ. incompletam in ventriculis cerebri. ¶ Vnde ex o-
mnibus inuicem collectis manifeſte deducitur diſpoſitionē huius viri adeo eſſe verendā
quod vel ipſa incurabilis ſit, aut ſi curabilis, nō niſi a viro in ſciētia & opere quam plurimū
exercitato, vt nunc ſequitur. ¶ Itaque regimen huius viri accelerando xv. inſtrumentis
medicinalibus complendum eſſe deduxi. Poſt iſta autē leue fiat capitulum, vbi ſuccin-
cta memoria per res non naturales pertractabitur.

Cap. II. *De regimine per medicinalia continens 15. inſtrumenta.*

Vena ſectio.

PRimvm itaque de prædictis inſtrumentis eſt, vt cum viro iſto appareant manifeſta
vniuerſalis repletionis ſigna, antequā pertranſeat medietas futuri mēſis Aprilis, fiat B
ei phlebotomia baſilicæ brachij dextri ſub cubito poſitæ hora electa, colligenda *4.*
primi c. 20. & educant per ipſam ſanguinis ℥ iiij. vel v. ¶ Secundum vero inſtrumētum eſt,

Potio purgans.

vt die immediate ſequenti euacuetur minoratiue materia prædicta cum infuſione tali.
℞. *agarici electi ʒ i. ß. pulpæ colocynth. ℥ i. reubarbari elec. ℈ iiii. ſpicæ, ſalis gemmæ ana gra. iii. zinz.*
dauci, aniſi ana gra. iiii. infundantur hæc omnia per ſe diligenter puluerizata in ℥ iiii. hydromellis
calidi per diem naturalem, deinde in aurora calefiant & colētur cum expreſſione notabili, & tota co-
latura accipiatur in potu bene calida dormiendo poſt ipſam per horam tantum. deinde permaneat
in camera bene calida pannis calidis ventrem calefaciēdo & leui ac raro motu progreſ-
ſiuo exercitetur, & cum tranſiuerint horæ quinque, bibat aquæ hordei calefactæ cya-
thum vnum cum ſacharo, & poſt vnam horam prandeat. ¶ Tertium inſtrumentum eſt, C
vt die immediate ſequenti incipiat accipere hoc digeſtiuum, quod calidum continuet

Digeſtiuum.

diebus ad minus x. in aurora, & poſt ipſum tardet cibū horis ad minus iiij. ℞ *oxymell. ſquil-*
litici. ſyrupi de ſtœchade, & de calamento, ana ℥ ß. aquæ bugloſ. vel mel. ℥ i. aquæ ſublimationis radi.
pæoniæ aut ſaltem decoctionis eius ℥ ii. miſce, & totum accipiatur. ¶ Quartum eſt, vt nona die

Pillulæ.

immediate poſt aſſumtionem digeſtiui eradicetur materia cum iſtis pillulis. ℞. *pillularū*
de ſarcocol. ma. ℈ ii. ß. pillularum aurearum ℈ i. reformentur pillulæ vii. vel viii. cum ſyrupo aceto-
ſo compoſito, & accipiātur in aurora, & poſt eas ſeruentur conditiones omnes de ſuprascripto minora-

Præſtantia pillularum de ſarcocolla maiorum Meſuæ.

tiuo dicto. ¶ Attende autem hoc, quod pillulæ de ſarcocol. maiores non intelliguntur a
quibuſdam in medicina ſciolis, & vt verius dicā, parum exercitatis. Si n. aliquādo ſcripſe-
rim pillulas de ſarcocolla, maiores auctoritate Meſuæ, non iniuſte & ſine ſcientia dictū
eſt. Lege n. ab ipſo de conſolatione medicinarum *ſectione ſecunda in ſuo loco*, vbi merito D
pillulæ tales maiores nuncupari poſſunt, & quia in ſua deſcriptione recipiunt medicinas
elegantioris operationis & iuuamenti, dicit n. Meſ. illas eſſe mirabiles ad decē iuuamē-

Pillulæ ſarcocollæ minores.

ta, q̄ ibidem ab eo colligere potes: educunt enim materiam crudam, craſſam, & difficilis
eradicationis, & a remotis locis, & fuerunt compoſitæ a quodam famoſo ſene. Minores
autē pillulæ de ſarcocolla legātur in antidotario deſcriptione decima, quę ſunt multum
leuiores ad omnia prædicta, propter quod non oportet calumniari de re incognita. Se-
dentes & intuentes ad pauca de facili enuntiāt *primo de generatione & corruptione.* ¶ Quin-
tum inſtrumentum eſt, vt poſtquā hic vir fuerit particulari euacuatione inanit⁹ per dies
quinque, poſt ipſam iterum fiat ipſi phlebotomia cephalicæ dextri lateris, & ꝓprie ſu- E
per cubito eiuſdē in ſuperiori parte vel prope ſylueſtrē, & educantur per eā ſanguinis ℥
circa quatuor. Verum vt ad intelligentes loquar, ſi apparet, materiam moueri ad ca-
put & contineri circa regionem cordis, tunc conuenientius eſſet fieri phlebotomiam
ſalu. tellę ſiniſtri cubiti ſub cubito. ſicut enim baſilicæ dextræ phlebotomia euacuat re-
pletionem materialem, ita & ſiniſtra euacuat repletionem vaporoſam, *decima tertii cap.*
de canonibus curationis cordis. ¶ Sextum inſtrumentum eſt, vt ſi diebus, quibus aſſumit di-
geſtiua, & ēt poſt euacuationes, ventrē haberet ſtipticum, intendat facere ipſum fluxi-
bilē, & proprie cū pillulis infraſcriptis, de quib. accipiat omni tertio ſero aut ſaltē omni

Pillulæ.

alterno ſero vnā parum ante cœnam, quarum deſcriptio eſt. ℞. *pillularum alephanginarum* F
deſcriptione Meſ. ʒ i. pulpæ colocynth. ʒ ß. agarici electi ℈ ii. ſalis Indi, granorum pæoniæ, ligni aloes,
ſeſeleos ana ℈ i. pulueris oſſis cranei humani ℈ ß. fiant pillulæ cū ſucco vel aqua maioranæ de omni ℥
vii. & ſit earū vſus ſaltē per annum integrum accipiēdo de eis omni ſeptimana bis vel ter, vt dictum

Lotio extremorū.

eſt. ¶ Septimū inſtrumētū & ꝓprie de diſtrahētib. materiā ad viliora mēbra & ſeruantib.

ab euen-

A ab euentu paroxyſmi eſt hoc. *Recipe granorum & radicum pœoniæ ana M. ij. viſci querzini, quod a quibuſdam lignum crucis nominatur, M. iij. granorum paradiſi, ligni aloes, ſtyracis calamitæ ana ℥ ij. Conterantur omnia ſubtiliter & coquantur in lib. x. aquæ uſq. ad conſumptionem tertiæ partis, & cum decoctione tali omni ſero per horam ante cœnam abluantur extrema inferiora & ſuperiora & manus & facies eius.* ¶ 8. eſt, vt omni mane & ſero ſaltem per horam ante ci-bum faciat ſibi hoc gargariſma. *Recipe hieræ luf quod eſt ſerpentaria ℥ ij. hieralogodion ℥ j. aquæ decoctionis pœoniæ ℥ iij. calefiant omnia & fiat gargariſma ſaltem in decem vicibus conſumendo ho-ram vnam.* 9. eſt concedendo reuerentiam illuſtribus auctoribus: vt fiat cannula argẽ-tea, in qua ſuſpendantur radices pœoniæ, quamuis aliqui eligant ſemen. Alii vero vi-dentur intelligere de pœonia maſculo, ego autem ad euitandas omnes dyſcolias ſoleo Gargariſma.

B facere ligare in cannulam argenteam radices pœniæ non facientis ſemina & facientis ea cum ſeminibus, & patet quod pœonia, quæ non eſt faciens ſemina, eſt maſculus. Mira-bilia enim ſcripſit Galen. de pœonia, & maxime experimentaliter, cum dixit, quod vo-lens experiri iuuamentum eius ſuſpendit eam collo patientis, & nunquam euenit ei pa-roxyſmus, cum autem depoſuit eam ab eo, reuerſus eſt paroxyſmus, & quod ego pro certo affirmare poſſum, quia hanc experientiam propriis meis oculis ſæpe vidi. Prin-ceps vero *2. can.* hoc idem affirmãs laudat etiam mirabiliter corallum rubeum collo ſuſ-penſum. Similiter & laudatur lapis ſmaragdus & plurima talium, quæ propter breuita-tem omitto. ¶ 10. eſt, vt vir iſte ſemper in ſindone retorta ligatum portet hunc puluerẽ ſæpiſſime odorando ipſum. *Recipe pulueris rutæ & proprie montanæ ℥ ß. ſeſeleos ℥ ij. ſtyracis ca-* Praſtatio pœoniæ. Corallũ rubra.

C *lamitæ ℥ j. ß. radicum pœoniæ ℥ iij. pulueri zentur omnia per ſe & commiſceantur, & fiat, vt dictum eſt ex eis.* ¶ 11. eſt electuariũ hoc cuius experientiam apud Deum teſtor millies me vidiſ-ſe, ſanauiſſe homines ab epilepſia, & ſi non vis mihi credere, audias religioſum in loco beatæ Magdalenæ in Padua ſocium domini archangeli, paroxyſmus enim epilepticus inuadebat eum quandoq; decies in die, quia minabatur ei mortẽ iuxta ſermonẽ prin-cipis *prima tertii tractatu 5.* vbi dicit; *cum frequentant paroxyſmi epilepſiæ, tunc ſcias, quod ipſa interficit.* Eſt autem huius electuarii deſcriptio talis. *Rec. pyrethri, ſtœchados, coſti ana ℥ x. a-garici ℥ v. caruí, ſeminis aneti, aſæ fœtidæ, ariſto. ro. ana ℥ ij. ß. ſucci ſquillæ, mellis electi ana lib. j. & ℥ ij. Coquantur ſimul ſquillæ & mel lento igne vſq. ad bonam viſcoſitatem, deinde ſuper ad dantis ſpe-ciebus fiat electuarium, cuius doſis ſit omni mane ℥ iij. & tardetur poſt ipſum cibus horis ad minus quatuor.* ¶ 12. inſtrumentum eſt, vt ſaltem tribus vicibus in ſeptimana cum vadit cubitũ Pulnis odoratus. Electuari. um praſtã ſſimũ cõ-tra epilepſiam.

D inungat ſibi nares interius cum modico de hoc vnguento leuiter confricando eas, ita quantitas eius non ſit maior vno grano milii. *Recipe fellis tauri ℥ ij. amyli ℥ ß. nigellæ ʒ ß. maioranæ gra. vj. ellebori al. gra. v. euphorbii grana iij. terrantur ſimul ſubtiliſſime & fiat vnguentũ molle.* ¶ 13. inſtrumentum eſt electuarium hoc, de quo omni die in aurora, quan-do ſumit digeſtiuum, deglutiat poſt ipſum quantitatem vnius nucis muſcatæ, quando vero aſſumit electuarium aliud, tunc dimittat iſtud, ſed de iſto aſſumat per horam v-nam & dimidiam ante cœnam & prandium quantitatem vnius nucis muſcatæ. Cuius talis eſt deſcriptio. ℞. *granorum phiſticorum mundatorum ℥ iij. doronici, oſſis de corde cerui, florũ boraginis & bugloſſæ, violarum, roſ. ana ℥ ij. been al. & rub. ana ℥ j. ß. baſilıconis, corallorum rub. an.* Vnguentũ. Electua-rium.

E *℥ ij. ß. hyacinthi, ſmaragdi & ſaphyri ana ʒ j. folii, ligni aloes, granorum paradiſi an. ʒ ij. florũ ne-nupharis, raſuræ eboris ana ʒ iij. foliorũ auri numero v. moſchi, ambræ ana grana v. mellis roſati & ſyrupi de corticibus citri ana ℥ v. ſachari al. ℥ iii. fiat electuarium, quod poſtea bulliat in ℥ iiij. ſucci bu-gloſſæ vel boraginis vſq. ad conſumptionem ipſius.*

14. Remedium eſt hoc. *Recipe ſpecierum electuarii de gemmis, ſpecierum lætificantis Al-manſ. ana ℥ ij. macis ℥ j. origani, folii, ligni aloes, ſtyracis calamitæ ana ℥ ß. puluerizentur omnia per ſe, deinde miſceantur & confuantur in ſacculo facto de ſindone retorta, & portetur ſacculus ſuper mamilla ſiniſtra, & ſudor exiccetur ſæpe.* Sacculus.

Vltimum vero inſtrumentum eſt; vt poſt vniuerſales euacuationes ſaltem in ſe-ptimana ſemel per totum menſem aurora aſſumat ʒ j. optimi mithridatii cum ℥ ij. aquæ

F melliſſæ & permaneat in lecto poſt ipſum dormiens horis ad minus quatuor, & quando accipit hoc vltimum, illo mane dimittat omnium aliarum medicinarum aſſumptionẽ; continuetitaque modum iſtum permutando de vno remedio ad aliud, ſecundum or-dinem præſignatum, & obtinebit ſanitatem cum auxilio ſaluatoris.

Cap. III. *De regimine per ſex res non naturales.*

PRo regimine vero per res non naturales obſeruando euitet ciuitatē & locum frigidum & humidum, ventoſum, apud valles & decurſus aquarum poſitum.¶ Et caueat a cibis frigidis & humidis, viſcoſis & oppilatiuis, velut ſunt paſtiles cibi, lac, piſces, cucurbita, lactuca, beta, ſpinachia, portulaca, cucumeres, &c. Et caueat ab vſu carniū & brodialium valde pinguium. Effugiat acuta & acria cibaria, velut ſunt cæpæ, allium, porrum, bulbus, raphanus. Item fumoſa & euaporantia cibaria, velut caules, erucam, legumina elixa, res multum ſalitas & aromatum immoderatum vſum.¶ De potu vero effugiat aquæ frigidæ vſum & cuiuſcunq; vini albi ſiue nigri potentis & valde dulcis & proprie craſſi & turbidi: vtatur autem vino ſubſtantia ſubtili, colore rub. vel ſubrubeo, minime nigro vel obſcuro, ſapore leuiter pontico cum aqua bugloſſæ aliqualiter fracto, vel ſaltem cum aqua leuis decoctionis granorum pœoniæ.¶ Caueat etiam ſibi a multa ciborum aſſumptione in menſa vna & a veloci ciborum deglutione ſine maſticatione congrua & aſſumptione ciborum frequenti, & nunquam comedat niſi ſtomachum ſenſerit præaſſumpto cibo bene alleuiatum.¶ Etiam exercitium non eſt ei conueniens quodcunq; fuerit, & proprie ante mundificationē corporis reiteratā, immo quieſcere eſt ei omnino neceſſariū.¶ Effugiat etiam omnino dormitionē omnem prolixam, & maxime poſt cibum immediate factam & diurnam, ita q; menſura dormitionis eius non tranſeat ſpatium horarum vij. aut viij. ad plus, & ꝓprie cum ſenſerit in ſe debilitatem.¶ Accidētia v. animi omnia ſunt ei euitāda, & ꝓprie ea, quorum applicatione vehemens & velox in humoribus & ſpiritib. fit agitatio: materiæ enim motæ inclinantur ad motum ad partes debiliores. hæc ſunt, quæ de prædicta diſpoſitione verenda mihi taliter collecta ſunt, dominus autem omnipotens dirigat ad ſalutem eius. Amen.

CONSILIVM XLIV. *De epilepſia, & proprie in hora paroxyſmi.*

Regimen extra paroxyſmū. REGIMEN obſeruandum in his, quæ moleſtantur paroxyſmo epileptico, eſt duplex, ante paroxyſmū ſ. & in paroxyſmo. primum completur variis inſtrumētis, primo cum clyſteri acuto. *Rec. radicum arthanitæ, ellebori nigri, centaureæ minoris, hermodactylorum recentium an ʒ j. cartami bene contriti ℥ ß. coquantur in lib. aquæ tribus, cuius colaturæ ℞ lib. j. hieralogodion ℥ j. olei de euphorbio ʒ x. ſalis Indi ʒ j. ß. fiat clyſtere potenter diſtrahens materiam, quæ moueri debet.* (*Clyſter.*) ¶ Secundo coxarum interioribus carnoſitatibus applicentur ventoſæ magni orificii bene ignitæ in inferiorib. partibus natiū.¶ Tertio. *Rec. dianacardini ʒ j. electuarii diacaſtorei ʒ j. ß. diſſoluantur cum aqua maioranæ calida, & de ipſa ante paroxyſmū abluatur os & traiiciatur per nares ter vel quater*, ſæpe enim diuertendo materias inclinat extra corpus, & euadunt a paroxyſmo. (*Aqua prō ablutione oris & in nares trahenda.*)

Regimen in paroxyſmo obſeruandum. Regimen obſeruandum, cum iam incipit paroxyſmus, xv. inſtrumentis completur.¶ Primo cum ligaturis fortibus & ventoſis.¶ Secundo cum fricationibus tempore ligaturarum.¶ Tertio remotis ventoſis prædictis ſuper locis ventoſarum fiat fricatio cū diacaſtoreo & auripigmento.¶ Quarto cum collyriis longioribus digito medio, & inuoluantur ſale gemma ſubtiliſſime pulueriżato.¶ Quinto, ſi non poterit retineri collyrium, vt ſæpe contingit violenter &c. vel cum candela conſimilis craſſitiei intincta in diacaſtoreo titilletur anus diu.¶ Sexto quantitas magna rutæ circumponatur.¶ Septimo. *Rec. ſucci arthanitæ vel cyclaminis quæ vere ſunt eadem, ſem. rutæ, coaguli leporis an. ʒ ij. conquaſſentur in mortario in forma electuarii & de ipſo in naſum inſuffletur cum penna vulturum, vidi ex hoc miracula.* (*Electuariū in nares inſufflandū.*) ¶ Octauo aurib. eius ſtrepitus horribiles omnis generis fiant.¶ Nono aperto ore liniatur palatum anacardino.¶ Decimo eleuato corpore & erecto capite apertis palpebris ſubito offerantur luminaria magna.¶ Vndecimo. *Recipe foliorum maioranæ, florum roriſmarini an ℥ ß. ligni aloes ℥ j horum puluis per ſe factus diligenter conquaſſetur in mortario æneo cum ℥ iij. vini aromatici & in fine incorporentur omnia cum ℥ farinæ hordei & ℥ ij. farinæ amyli: hoc emplaſtrum extendatur ſuper pannum de grana & raſo capite applicetur bene calidum proræ capitis incipiendo a capillis frontis vſq; ad poſtremum commiſſuræ coronalis & ſagittalis circumquaque per tres digitos*: (*Emplaſtrū.*) mirabili enim confortatione ſolet releuare de paroxyſmo.¶ Duodecimo. *Recipe olei rutacei, de caſtoreo & de piperib. an. ℥ j. coſti dulcis, pyrethri, zinz. albi, galangæ & ſem. rutæ an. ʒ j. ß. fiat linimentum in mortario, de quo omnes ſpatularum partes copioſe liniantur actu calido.* (*Linimētū.*) ¶ Decimotertio de potentioribus, ſi per prædicta non releuetur,

A tur, tunc accipe chordulam de corio arietis, & cum ea mediocriter ſtricta ligetur ſcrotum apud radices, infallibile eſt. ¶ Decimoquarto. *Recipe ellebori al.℥j. caſtorei ſiccioris, arthanitæ, folii, origani, ligni aloes ana ℈j. fiat puluis inſufflandus in nares, potenter agit.* ¶ Decimoquinto. *Recipe foliorum & ſeminis baſiliconis, origani, florum roriſmarini, maioranæ ana ℥ ß. hyacinthi, ſmaragdi, ſaphiri, oſſis de corde cerui ana ʒ ß. zedoariæ ʒ j. ß. croci ℈ ij. farinæ amyli, farinæ purioris frumenti ℥ ij. cum aqua roſata muſcata: hæc omnia leui coctione coquātur, & de hoc medicamine actu calido pectoris medietas ſiniſtra & retro & diligenter emplaſtretur*, cum conſtet in hac ægritudine vehementer læſum eſſe cor, cui hoc medicamen appoſitum confert. *Ligatura ſcroti.* *Puluis naribus inſufflandus.* *Emplaſtr.*

Consilivm XLV. *De epilepſia ſiue matre puerorum ſeu morbo infantili.*

B

Diuiditur autem conſilium in tria capita.

Cap. I. *Aegritudinem inueſtigat & diſtinguit.*

PAVLO ante ad me venit diſpoſitio cuiuſdam pueri ætatis annorum quinque, quæ quidem diſpoſitio ad tria capitula reduci poteſt. ¶ Et primum quidem eſt, quod hęc diſpoſitio mater puerorum vocari poteſt. ¶ Secundum eſt, quia dici poteſt quod ſit vna ſpecies epilepſiæ ſyncopalis. ¶ Tertium eſt quod ipſa ſit ſpecies epilepſiæ, quæ proprio nomine analepſia nominari debet. ¶ Et primo quidem declarari oportet cũ aliis, vt diſputatiue diſcernatur, ad quam de numero harum diſpoſitionum reduci debeat illa, de qua nunc tractandũ eſt. ¶ Eſt igitur C circa hunc complexum terminum mater puerorum hincinde ab auctoribus dyſcolia reperta: quidam enim per matrem puerorum penes notitiam termini intelligũt diſpoſitionem iſtam, quæ eſt ſpecies epilepſiæ eueniens pueris, propter quod & ipſe infantilis morbus nominatus eſt, vt patet apud Hip. *6. epidem cap. 5.* dum inquit: *Epilepſia eſt proprie morbus puerorum & proprie nominatus morbus infantilis & mater puerorum.* & idem fere literaliter colligitur apud Rhaſ. *primo continentis cap. primo.* quare idem, *præallegato cap.* ſic inquit: *Inueni in quodam libro, quod morbus, qui appellatur mater puerorum, ſit ſpaſmus &c.* & eadem eſt eiuſdem ſetẽntia *in libello de ægritudinibus puerorum cap. 8.* dũ in rubrica inquit de alia ægritudine, quæ dicitur mater puerorum: *Hæc ægritudo accidit pueris in prima eorum ætate frequenter.* Et hanc ſentẽtiã etiam colligere poſſumus *ſeptimo breuiarii cap. 8.* dum in- D quit: *Epilepſia eſt ſacra, quæ accidit pueris & infantibus.* vide hunc ſermonem in deſcriptione, quæ nominatur kebiſgeni, & eſt confectio perſica, vnde *prima tertii tractatu 5. cap. de cauſis epilepſiæ, & illa, quæ apud quoſdã proprio nomine dicitur mater puerorum, interficit multum* ex quorum omnium ſermone concorditer apparet, quod hic terminus *mater puerorum vel morbus infantilis* importet ſpeciem epilepſiæ accidentem pueris non multum a natiuitate diſtantibus. ¶ In eo vero, quod importat per terminum, magna eſt dyſcolia inter ſapientes: quidam enim videntur intelligere per matrem puerorum ſpaſmum proueniẽtem a materia calida, aduſta, & ſicca faciente febrem acutam, cum qua inuenitur vrina alba, & quod ex hac ægritudine liberentur pueri propter multam humiditatem exiſtentem in eorum neruis, ſi enim hæc diſpoſitio accidat pueris, quorum ætas eſt E annus ſeptimus, eſt eis morbus difficilis & non liberantur, qui ſunt ſermones Raſis *primo continentis cap. 5.* auctoritate Georgii, & iterum *in eodem cap.* inquit enim Raſis explicando hanc diſpoſitionẽ clarius: *Inueni in quodam libro, quod morbus, qui appellatur mater puerorum, ſit ſpaſmus ſuperueniens ex ſiccitate & non liberantur ex eo, niſi pueri, & patiens ipſum plorat multum, eritque cum hoc morbo febris acuta, ſiccitas cutis & nigredo linguæ*: horum autem ſermonum contradictorium fere ibidem reperitur a Raſi allegante Hip. *in libro de morbo Dei*, quem nondum vidi, dum inquit: *quod hic morbus accidit ex humiditate madefaciente cerebrum & manifeſtatur per pecudes.* Cum enim accidit eis hic morbus, ſi aperiretur earum cerebrum, inueniretur humiditate multa plenum. clarius a. *præallegato cap. quinti continẽtis* collige præteriti ſermonis cõfirmationẽ auctoritate Hip. *in libro epidemiarum ſupra* F *ſcripto in cap. quinto*, dum inquit: *Hic morbus vt pluries accidit pueris ex humiditate tantum, & non omnino ex cholera, & quandoque eſt difficilis*, ſupple penes intentionem & accidẽtia multi pueri moriuntur ex eo. *Quid per matrẽ puerorũ ſit intelligendũ.* *Kebiſgeni quid.*

Et tangit mortis cauſam ſubiungẽdo dicẽs ex eo; *quia eorũ venæ ſunt arctæ & nõ poſſunt recipere multum phlegma currens. Cũ n. in cerebris puerorũ multiplicatur phlegmatica materia & a*

virtute impellente vel conante tranſmutare materiam, & a cerebro per venas, non poteſt materia talis & tanta in venis recipi propter anguſtiam compoſitionalem earum, quare accumulata remanet in cerebro & ſuffocat innatum calorem. ¶ Vide quantum apparentis contradictionis accipi poſſit ex auctoribus præallegatis. Vt autem hæc apparens contradictio non remaneat ambiguitatem faciens, collige ex ſermonibus prædictis, quod duplex ſit ſpecies epilepſiæ nominatæ mater puerorum vel morbus infantilis. ¶ Vna quidem ſpecies eſt, quæ eſt ſpaſmus ex inanitione proueniens a materia calida & ſicca & aduſta conſumente humidum ſubſtantificum neruorum cerebri, propter quam contrahuntur verſus principium ſuum, & hæc quidem coniungitur cum febre acuta, quia materia calida eſt & in membro principali inuenta & accidunt in ea vigiliæ propter ſiccitatem & planctus multi propter nocumentum in cerebro perceptum ſenſu tactus: & lachrymarum multitudo aduenit eis, propter eliquationem humiditatum inuentarum in cerebro: Accidit ſiccitas & nigredo linguæ ab aduſtione forti. & hæc eſt illa ſpecies mala ſuperius allegata auctoritate Georgii, per quam ſpaſmantur maxillæ puerorum, ita vt dilatari & claudi non poſſint, & fame cruciati moriuntur, vt propriis meis oculis vidi plus quam quingentis vicibus. & non eſt mirum ſi morbus iſte, cum eſt intenſus, vt plurimum ſit mortalis, eo quia eſt morbus valde diſproportionalis ætati puerili, quæ humidiſſima eſt inter alias. Alia vero eſt ſpecies epilepſiæ dicta morbus infantilis, quæ prouenit a materia frigida & humida implente ventriculos cerebri, ſemicomplete & oppilante tranſitus ſpirituum ſenſibilium & motiuorum ad organa ſenſus & motus, propter quod ſit contractio horum verſus principium: & hæc eſt illa, quam affirmauit, Hip. *in libello de morbo Dei, & 6. epidemiarum præallegatis capitulis.* Et affirmat hanc ſpeciem princeps *prima tertii tractatu 5. cap. præallegato,* dum inquit: *Epilepſia vero plurimum accidit infantibus propter humiditates eorum, & plerunque apparet in eis quam primum naſcuntur, & quãdoq; poſt pubertatẽ eorum.* Tertia iterum inuenitur epilepſiæ ſpecies, quæ dicitur morbus infantilis proueniens ex corruptione lactis in ſtomacho, propter quam per colligantiam eius ad cerebrum, ſiue propter ſimplicem condoleſcentiam ſiue propter compaſſionem abſolutam contingat, contrahuntur nerui ad principium & cerebrum verſus centrum ipſius ita, vt accidat ſpaſmus. Et hanc quidem ſpeciem confirmat Rhaſes *in libro de ægritudinibus puerorum præallegato cap.* dum inquit, *hæc ægritudo accidit pueris in prima ætate frequenter, & ſignum huius eſt ploratus multus, timor in ſomno, vigilia, augetur calor & ab ore eorum egreditur calor fœtidus, & cauſa huius eſt acceptio lactis pluſquam digerere poſſunt, quare corrumpitur & facit ſpaſmum iam prædictum.* ¶ Ex quibus in vnam redigendo ſummam patet, quod morbus infantilis ſit triplex. ¶ Primus eſt ſpaſmus de inatione proueniẽs, vt iam dictum eſt. ¶ Secundus eſt ſpaſmus de repletione iam declaratus. ¶ Tertius eſt ſpaſmus per colligantiam capitis ad ſtomachum proueniens ex corruptione lactis in eo: & hæc quidem ſpecies magis proprie analepſia nominari debet, vt inferius declarabitur.

Morbus infantilis. — *Epilepſia ex corruptione lactis.* — *Morbum infantilẽ eſſe triplicẽ.*

A — B — C — D

Secundum principale eſt, quod morbus infantilis denominatur epilepſia ſyncopalis, per quam quidem non poteſt aliud intelligi, niſi aut quod eſt ſpecies epilepſiæ vna, quæ coniungitur cum ſyncopi, quæ tamen non eſt accidens illius epilepſiæ. Aut quia eſt vna ſpecies epilepſiæ, a cuius cauſa efficiente ſimul proueniunt epilepſia & ſyncope. Aut tertio, quod reperibilis eſt vna ſpecies ſyncopis, ad quam ſequitur epilepſia. & ſentit hoc princeps *præallegato cap.* dum inquit: *Et eſt quidem epilepſia modus compoſitus cum ſyncopi, quem forſitan Medici extrahunt de capitulo epilepſiæ.* verum in ipſo eſt, & eſt ſpecies eius. E

Signa epilepſia ſyncopalis.

1 Modus autem, quo ſaluari poteſt, quod ſit quædam epilepſia, cui coniungitur ſyncope, non tamen proueniens ab ea, eſt, vt ſi exiſtat epilepſia per eſſentiam nocumenti cerebri ipſius, aut per colligantiam ad aliquod membrum, & materia illa quę mota facit epilepſiam, prius tempore moueatur ad cor, facere ſyncopim poterit. patet hoc, ꝙ hic erit complicatio ſyncopis cum epilepſia, quorum tamen nullum erit alterius cauſa. ¶ 2. vero facile intelligi poteſt, quod homini ſoleat accidere epilepſia, in cuius agitatione magna, antequam confirmetur, contingit materias iuxta cor ſtantes propinquas vel elongatas ad cor moueri, neque tamen iſta erit accidens epilepſiæ, immo contingit propter debilitatem cordis aut propter præparationem materierum ad motum ad ipſum cor. F

2 ¶ Secundus vero modus intelligendi epilepſiam ſyncopalem eſt facilis

imaginati

A imaginanti,quod materiæ in aliquo membro motæ ſecũdum partem eleuentur ad cerebrum & ad cor & faciant nocumenta adeo intenſa, quod ex primo fiat epilepſia, ex 2. ſyncope , & patet ex hoc, quod ſimul & ſemel hæ duæ ægritudines vel accidentia fieri poſſint,aut quod epilepſia præcedat ſyncopen, ſicut quando prius & fortius materia mouetur ad cerebrum,quam ad ſtomachum,aut econtra ¶ Tertius modus intelligendi ſyncopis complicationem cum epilepſia eſt , quod fiat ſyncope per nocumentum eſſentiale cordis vel per colligantiam ad aliud membrum,tunc propter nocumentum cordis ipſius lædi poteſt cerebrum, ita vt fiat in eo epilepſia,& erit ipſa accidens ad ſyncopen ſequens,vt intelligenti apparet. ¶ Et apparet,quod hæc ſpecies epilepſiæ & ſyncopis valde facile ſaluari poſſint multis modis,licet frequẽtior modus earum eue-
B niendi ſit per colligantiam ſtomachi ad cerebrum ex præſentia vermium in ſtomacho repertorum,& proprie magis,quando corrupti ſunt. ¶ Aut frequenter valde euenit hæc diſpoſitio propter materierum corruptionem in matrice & in aliis locis. Vnde *prima tertii* vbi ſupra: *Ex hoc autem capitulo eſt epilepſia,quæ accidit propter vermes aut aſcarides*, & infra parum , *aut propter diſpoſitionem matricis* , & vltra hoc nominat̃ præfocatio matricis,& eſt vt mulieri accidit,quando eius menſtrua retinentur non in hora ſua,aut cõſtringantur, cum retinentur ab ea propter dimiſſionem balnei conuertitur id in matricem ſuam ad caliditatem venenoſam & adſunt ei motus & vaporationes aut cum periodis aut ſine periodis , cum periodis quidem tertianariis , ſed retenta materia vera choleræ participet,& ſic de aliis.

Pro declaratione vero eius,quod 3. principaliter præmiſſum eſt,dicendum , quod
C triplex inueniatur huius diſpoſitionis denominatio. ¶ Prima quidem dicitur epilepſia. ¶ Secunda analepſia. ¶ Tertia catalepſia. ¶ Eſt autem epilepſia ſecundum veritatem *4. Species epilepſiæ.* illa proprie, quæ fit per nocumentum eſſentiale in cerebro, quod prouenit in pluribus a mala complexione frigida & humida cum multitudine materiei phlegmaticæ incõplete oppilantis ventriculos cerebri & origines neruorum ab eo orientium, ¶ Licet etiam ipſa quandoque fieri poſſit a multitudine ſanguinis in cerebro contenti modo prædicto.

Et etiam tertio fieri poſſit a vento vel vapore craſſo cauſato in viis tranſitus ſpirit°, vt viſum eſt magno philoſopho Ariſtoteli & Auic. *vt prima tertii cap. de epilepſia ſcripſit.*
D ¶ Quarta v. ſpecies eius poteſt fieri a materia melancholica in locis prædictis contenta faciente oppilationem eo modo,quo de aliis dictum eſt. ¶ Iſtæ quidem ſunt quatuor famoſæ ſpecies epilepſiæ per eſſentiam ex nocumento cerebri prouenientis, & omnes tales merito denominantur epilepſia ratione deriuationis ipſius nominis. ¶ Secunda ſpecies eſt analepſia nominata, quam ſapientes dicũt prouenire propter malam cõ- *Analepſia* plexionem aut materiam in ſtomacho retentã,quæ nocumentum eius cerebro cõmunicat & efficit hunc ſpaſmum,qui ita dictus eſt. ¶ Tertia ſpecies eius nominata eſt ca- *Catalepſia.* talepſia,quæ prouenit ex nocumento cerebri in eo recepto per colligantiam toti° corporis ad ipſum cerebrũ aut determinatas partes ad ipſum; ſicut mirach matricis,ſplenis, epatis,& ſic de aliis. ¶ Et mod° quidẽ intelligendi vnãquãq; ſpeciem ſpaſmi aut de inani-
E tione vel de repletione facientis epilepſiã,velut eſt quilibet ſpaſm° ex defectu materiæ, vel eius abundantia ꝓueniẽs,vel ſpaſmus nulli materiei ꝓportionatus, velut eſt a veneno inficiente aerẽ interius inſpirato;velut a potu alicuius medicinæ ſpaſmũ efficiẽtis,ſicut ſpecies ellebori. ¶ Vel a medicinis venenoſis,vt napello,hyoſcyamo & ſimilib. ¶ Vel a venenis ſic abſolute dictis,vt accidit ex punctura ab animali venenoſo facta; & ſic de aliis. ¶ Quacunq; enim harum efficientium cauſarum applicata,tunc nocumentum cerebro impreſſum a potentia ſenſitiua eius perceptum mouet expulſiuam virtutem ad fugam illius nocumẽti,contrahitur igitur cerebrum in ſeipſum;cui° etiã contractione nerui contrahũtur verſus ipſum. ¶ Et ſi quidẽ iterũ materia vel fumus craſſus dilatet cerebrũ & neruos,tunc cõuenit elongatio & dilatatio neruorum a cerebro. ¶ Et cum ite-
F rũ materia claudit vias,ita vt contractio ſuperueniat,tunc ſuccedit dilatationi noua cõtractio,& econuerſo. ¶ Et hæc eſt cauſa aſſignandi fortẽ agitationẽ in pedibus & brachiis factã & torturã mãdibularũ,oculorũ,colli,capitis & aliarũ partiũ,q̃ omnia tãdiu ꝑdurãt, q̃ diu epilepſia eſt ſpaſm° in fieri. cũ a. ipſa iã tranſiuerit finẽ augmẽti & ꝑducta fuerit ad ſtatũ,tunc ipſa eſt ſpaſmus in facto eſſe, & tũc mẽbra omnia priuãt̃ motu nõ integre, i. incõplete,aut priuant̃ ſenſu nõ integre,i. non complete, cũ in aliqua particula corporis

remaneat quandoque ſenſus tactus, aut membra omnia priuantur erectione non quidẽ integre, id eſt nõ totaliter, ſicut patet in epilepſia reuolubili per plures paroxyſmos, a quibus æger erigitur & eleuatur, & poteſt etiam totum corpus priuari completa erectione, vt patet in epilepſia mortali, qua æger defecit in vltimo paroxyſmo. ¶ Et pulchre omnes iſti ſermones colliguntur in definitione eius data a principe *præallegato cap.* dum inquit: *Epilepſia eſt ægritudo*, ſupple conditionalis, *quia mala complexio plurimũ frigida*, vel compoſitionalis, *quia oppilatiua prohibens membra animata*, ſupple, quæ ſunt inſtrumẽtum ſenſus & motus, *eo quia iſta lædantur læſione diminutionis aut corruptionis*, a principio incluſo vſq; per totum augmentum eius, & prohibens etiam membra, ſupple ab erectione, ſupple cum eſt in ſtatu non integre, id eſt non complete, quin poſſit æger iterum releuari, & illud quidem totum contingit propter oppilationem contingentem, ſ. in ventriculis cerebri & in panniculis eius, & in originibus neruorum orientium ab eo. Et legi poteſt hoc totum parum infra, dum inquit: *Et cum fuerit humor oppilãs aut ſ. ventus craſſus, tunc cerebrum cum hoc etiam contrahitur vt expellat illud, quod impedit, ſicut accidit ſtomacho ex ſingultu, nauſea, & ſicut accidit ex tremore, cũ pro quãdo eſt contractio & oppreſſio, principium ſ. effectiuum in expulſione membrorum eius, quæ ipſa expellunt, ſupple, materiei vel nocumentum, & cum cerebrum contrahitur, motus eius diuerſificatur, & ſequitur contractio neruorum in facie & in aliis, & diuerſificantur motus ipſorum, & hoc quidem totum intelligi poteſt tam de epilepſia per eſſentiam, quam per colligantiam facta.* ¶ Ex quibus omnibus pulchre intellectis poſſunt comprehendi ſigna epilepſiæ in fieri & in facto eſſe, & iterum ex iſtis poteſt reddi ratio, quare accidat in ore epileptici ſpuma: propter enim clauſionem partium eius colatorii incompletã a materia phlegmatica factam, incitata virtute ad ipſius expulſionẽ forti agitatione in materiam illam facta, commiſcetur cum ipſa aër vel vapor vel ventus aut ſpiritus, & cum materia ſit notabiliter viſcoſa, incluſum tenet aërem vel vaporẽ, & neceſſario efficitur ampulla & multæ ampullæ inuicem inuiſcatæ faciunt ſpumam, quare &c. ¶ Et ex his omnibus vltima concluditur difficultas huius diſpoſitionis, eo, quia ſi compleretur oppilatio, tunc ex epilepſia fieret tranſitus in apoplexiam, quæ magis periculoſa eſt, & ſi multiplicarentur materiæ quantitate & actiuitate, ita vt frequentarent paroxyſmi ipſius, eſſet mortalis iuxta ſermonem Auic. dicentis: *Et quando continuantur paroxyſmi epilepſiæ, tunc ipſa interficit.* Ex quibus omnibus iam concluditur feſtina neceſſitas curandi hanc diſpoſitionem, vt nunc ſequetur.

Signa epilepſiæ in fieri & in facto eſſe.

Vnde epilepticis appareat ſpuma.

Itaq; pro regimine huius tremendæ diſpoſitionis præmittendum primo, quod oporteat regimen ordinari ſecundum contrarietatem ad cauſam ipſius morbi, quę etiam habet proprietatem rectificandi particulas læſas. Cum igitur morbus ipſe, qui eſt mala complexio frigida & humida ſtomachi & cerebri, licet amplius ſit humida, quam frigida, vtraq; conuenientiam habet cum materiali, quæ eſt phlegmaticus humor in ſtomacho multiplicatus, & per colligantiam eius ad cerebrum delatus, patet, quod omne regimen eidem conueniens debet eſſe ad caliditatem & ſiccitatem inclinatum, magis tamen ad ſiccitatem, quam ad caliditatem. Et cum membra hæc ægrotantia ſint ſtomachus & cerebrum, quod magis per colligantiam ipſius ad ſtomachum læditur, quam per proprium nocumentum ab ipſo cerebro, patet, quod omnia medicinalia inſtrumenta, ſtomachum & epar reſpicere debent tam per operationem eorum prouenientem a tertia virtute medicinarum, quam quarta, quare prius diſcurrẽdum eſt per regimen ex parte rerum non naturalium, ſecundo medicinalium, vt nunc ſequetur.

CAP. II. *De cura per regimen ſex rerum non naturalium.*

Aer.

TENEATVR igitur hic puer in camera bene calida, vento, vaporibus, nebulis & humiditate denudata, cuius aër ſiccus ſit potẽtia magni ignis in camera facti, & ſæpe ſuffumigetur cum ligno aloes, ſtyrace calamita & colophonia, & ſimiliter pellibus vel pannis aut de dorſis variorum ſtomachum cooperientibus, aut ſaltem ſuper ſtomacho ſuo teneatur quadruplicatum pannũ in optima grana intinctum, qui ſtomachum ſuum in laterales partes diligenter amplectatur, qui pannus ſæpe calefiat & ſuffumigetur cum puluere garyoph. ligni aloes & galliæ muſ.

Motus & quies.

De modo vero exercitandi ipſum, bonum eſt, quod mane ante aſſumptionẽ cibi motu progreſſiuo exercitetur ſaltem per horã mediam, & caueatur a regentib. ipſum, vt non permittant ipſum equitare vel nauigare vel in curru vehi ſaltem vſq; ad ſpatium

vnius

A vnius anni,quouſq; fuerit ſanitati plene reſtitutus. ¶ Si autē propter aliquā contingentiā non poſſet ambulare,vt dictum eſt,tunc ſæpe fiant eidem fricationes a radicibus coxarum vſq; ad plantas pedum,aſcendendo etiā vſq; ad nates eius intātum, quod per fricationem membra ipſius rubea fiant,reliquo a tempore ſedeat & quieſcat, & ſaltem ab omni motu prohibeatur poſt cibum, euitet etiā omne exercitium,per quod caput eius incuruatum detineatur.¶ Et ſi propter exercitium calefieret puer iſte, vt ſudaret, & ex ſecūdo ſudore humidus fieret pannus, quē ſuper ſtomacho portat,tunc ſemper calefiat ille pannus, & exiccetur & ſuperponatur ſtomacho : & melius eſſet, quod haberentur duo panni tales,ita quod de vno fieret permutatio ad alium, & econtra.

Oportet etiam vt huic puero adhibeatur regimen conueniens ex parte quantitatis *Inanitio* B ciborum & potuum ita,quod non permittatur comedere vſq; ad plenā ſaturitatē,immo *& repletio* blanditiis agendum eſt,vt a menſa recedat cum voluntate amplius comedendi , quā cū plena ſaturitate ſtomachi ſui. Et ſimiliter etiam potus eius in quantitate pauca aſſumatur,& ſæpe magis,quam multum ex eo,& raro.

Non permittatur dormire niſi poſtquā trāſiuerit hora j.ß. ab aſſumpto cibo,& dormiat capite bene eleuato ſuper dextro aut ſiniſtro latere. Caueat omnino dormire ſu- *Somnus & vigilia* per facie ſua,immo conuenientius eſſet ei dormire ſuper ſpina,quam econtra. ¶ Menſura vero dormitionis eius non tranſcendat ſpatium horarum ſeptem,& melius eſſet q; dormiret tempore minori horas ſeptem,quā amplius eaſdem excedere.in ſumma itaq; melius eſſet ei declinare ad exceſſum in vigilia, quam in longitudine ſomni, quoniam C ſomnus materiam eliquat & infundit in organa ſenſuum & eas a toto corpore ad caput effumare facit,cum fuerit prolixus.

Pro ſexta re non naturali, ſ.pro accidentibus animi dicendū,q; ei conuenientior *Accidētia* eſſet leuis ira,& conturbatio animi,quam fortis triſtitia & timori,propterea, quia in ira *animi.* leui excitatur & intenditur calor,ad quam ſequitur materierum reſolutio, & aptitudo ad inſenſibilem & ſenſibilem euaporationem.¶ Paſſiones v. animi triſtantes , propter quas caloris naturalis retractio de centro ad circumferentiam, magis ſunt ſuffocatiuæ innati caloris,ad quod ſequitur materierum incrudatio & augmentatio.

De modo v.regendi eum penes cibos & potus pauliſper magis oportet dilatare *Cibus.* ſermonem,præmittendo primo generaliter,quod omnia cibaria frigida & humida actu D & potentia eidem ſint valde nociua,propter cauſam ſuperius tactam. ¶ 2. quod omnia pinguia & vnctuoſa cibaria & corruptibilia,velut lac,omnino ſint euitanda. ¶ 3.quod omnia vaporoſa cibaria & ventoſa ab eodem elongari debent,velut legumina omnia & proprie elixa,& maxime ſubſtātia eorū,omnes fructus recentes & humidi. ¶ 4. quod omnia cibaria difficilis digeſtionis euitari debent ab eo,velut ſunt carnes craſſæ, panis azymus,vinum craſſum & conturbatum,& ſimilia.& cauſa eſt,quia hæc diſpoſitio eſt materies puerorum analepſia dicta proueniens a colligantia ſtomachi ad caput,vt ſuperius deductum eſt. ¶ Itaq; particulariter deſcendendo euitet carnes omnes nimium humi- *Carnes.* das humiditate connaturali, velut ſunt anatuli , anſeruli , & omnes in aquis viuentes & genitæ carnes, & etiam carnes humidas humiditate ætatiua, velut ſunt natiuitati pro- E pinquæ multum,& etiam decrepitorum animalium,in quorum vtriſq; exiſtit ſuperflua humiditas per indigeſtionem congregata. ¶ Secundo etiam euitari debent omnium animalium partes conſimiliter humidæ,velut butyrum,lac & pinguedines omnes. Vaporoſa etiam omnia multum effugere debet,velut legumina , fructus recentes , iura pinguia,& proprie pinguedine rancida vel antiqua. Nocent etiam acria cibaria omnia, acetoſa v. aliquando , vt ter in ſeptimana accepta,& proprie conſtricta cum calidis,ſicut mace,nuce muſcata,cinamomo,galanga & pauco pipere ſunt ei iuuatiua. ¶ Ex olerib. *Olera.* effugiat caules principaliter & betas,ſpinachias,lactucas,endiuiā,portulacam, cucum. cucur.ceraſa,& maxime valde mollia,ſolitis vero ceraſis & peponib. vti poteſt. ¶ Plātæ *Plantæ.* eidē conuenientes,a quibus cibaria ſua non debent elongari,ſunt mentha,ſerpillū, ori- F ganū,hyſopus,maiorana,betonica,thymus,anetū,petroſ.fœniculum , ruta & vniuerſaliter plantæ omnes calidæ & ſiccæ ſtomachum & caput aptæ confortare & eas aperire.¶ Aromatica ei conuenientia,quibus cibaria ſua cōdiri poſſunt,ſunt macis, nux mu- *Aromatica.* ſcata,cinamomum,zinziber,galanga,piper album,grana paradiſi, garyophilli, proprie antophylli & conſimilia.¶ Fructus v.qui poſſunt eidē conuenire, ſunt amygdalæ, & a- *Fructus.*

uellanę,q̃ augmentũ in cerebro efficiunt &confortant ipſum;&proprie torrefactæ poſt A
cibũ ſumptę.¶ De rebus,cũ quib.condiunt̃ fercula,placet mihi oleũ oliuarũ antiquum
magis q̃ recens,&conueniret etiã ei meli⁹ oleũ amygdalarũ dulciũ & pinguedo porci
Modi præparationis ciborum. mediocris quantitatis,aliæ v.pinguedines dimittantur.¶ De modis p̃parationis ciborũ
euitet cibaria omnia multæ humiditatis & euaporationis,&ꝑprie ſicut frixa,q̃ ſunt ca-
put valde lædẽtia,ꝑpter ꝙ aſſata & ꝑprie in ſero meliora ſunt ei,q̃ elixa, effugiat omni-
no cibaria omnia,q̃ cocta & p̃parata ſunt in vaſis æreis,immo talia præparent̃ in vaſis la-
Condita. pideis&non in aliis.¶ De cõditis v.optim⁹ eſt ſinapi vſus,oliuæ cõditæ,rapæ cõditæ,na-
pi cõditi,&cydonii poſt cibũ,& pyra cõdita& diacytonitẽ ſine ſpecieb. optima ſunt ei.
Panis. ¶Panis v.eius ſit bene fermentat⁹ &parũ ſalis habẽs,ampli⁹ tamen, q̃ cõmunis panis,&
multũ placeret mihi ꝙ panis,quo vtit̃ ſeu vti debet,eſſet fact⁹ cũ aqua ſublimationis ra- B
dicũ pæoniæ recentis.¶ Cibaria mellita aliquando cõcedi poſſunt,licet ſacharum ſit ei
Potus. melius q̃ mel,argumento ſumpto a materia& ab ętate ſimul.Pot⁹,quo vti debet,ſit vinũ
albũ,ſubtile& tranſparẽs,nõ valde fumoſum,aut ſit vinũ coloris granatini vel rubicũdi,
non ſpiſſum neq; craſsũ,& multũ placet mihi,ꝙ vinũ illud cõmiſceatur ſemper cũ tertia
parte aquæ ſublimationis pœoniæ,aut ſaltẽ aq̃ decoctionis pul.corall.ru.¶ Laudarẽ et-
iã magis,ꝙ ægrotãs iſte a fine mẽſis Febr.vſq; per totũ mẽſem Aprilis vteret̃ hoc hydro-
melle,ꝙ nũc ſequit̃,de quo accipiat parũ aut ſaltẽ cũ quarta parte vini ſecũ cõmixti. eſt
Oxymel ſingulare. autẽ illius deſcriptio talis.℞.*radicis pæoniæ minutim inciſæ ℥ß.corall.rub.craſſo modo contritorũ
℥ ii.bulliant in lib.4.aquæ fontis aut fluuii bene claræ& ab omni fœtore mundatæ vſq; ad conſumpti-
onẽ tertiæ partis,deinde eidẽ ſuperaddãtur mellis electi ℥ xii.& coquãtur in ſimul lẽto igne cũ diſpu- C
matione continua vſque ad conſumptionem tertiæ partis,deinde coletur per pannum bene ſpiſſum &
vtatur eo, vt dictum eſt.*

Cap. III. *De cura per medicinalia.*

Octodecim remedia pro puero epileptico. DE his vero, quæ mihi opportuna videntur ad regimen medicinale,octodecim ap-
parent mihi obſeruanda remedia. Quorum primum eſt,vt puer iſte per totum
menſem Maii omni tertia die parum ante cœnam accipiat de pillulis infraſcri-
1. ptis; quarum deſcriptio. *Recipe ſem.petroſelini ſeſeleos,ſtæchados ana ℥ x agarici ℥ v.carui, a-*
Pillula. *ſæ fœtidæ,ariſtol.rot.ana ℥ j.ß.fiant pillulæ cum melle diſpumato.* ¶ Secundum remedium eſt,
2. vt gratia lubricationis ventris qualibet ſeptimana ſaltem tribus vicibus immediate
ante cœnam accipiat vnam de iſtis ſecundis pillulis,& ſi contingeret, quod venter eius D
eſſet magis ſtrictus,poſſet de eis accipere frequentius,vt omni die aut ſaltẽ omni alter-
na die.Si autem venter eius nimium fluidus redderetur,tunc eas dimittat, aut raro de
Pillula. eis accipiat,quarũ deſcriptio. *Recipe aquæ maioranæ,aquæ ſublimationis pæoniæ,aquæ menthæ
ana ℥ ii.aloes epaticæ electæ ℥ iii.aſari,pæoniæ,ſtæchados,folii,maioranæ ana ℈ ß.ligni aloes ℥ ß.ma-
cis grana xii. ſalis Indi ℈ ß.diagridii gran.xv.infundantur omnia per ſe puluerizata in prædictis
aquis per vnam diem naturalem, deinde exiccentur ſub tegula mediocris caliditatis ſæpe agitando&
cõmiſcendo,poſtea iterum renouetur infuſio prædictarum aquarum,& iterum exiccetur, & ſic fiat
quatuor vicibus.* De illa itaque materia fiant pillulæ de omni ℥ iiij.& aſſumantur vt ſupra.
Et nota,quod quando hæ pillulæ ſecundæ exhibentur ei,tunc pillulas primas aſſumere
debet per duas horas poſt cœnam. ¶ Tertium remedium eſt puluis iſte,de quo ſuper E
3. commiſſura ſagittali a principio frontis vſque ad ſummitatẽ capitis omni ſero, quando
Puluis capiti aſpergendus. vadit ad lectum,ponatur quantitas gra.iiij. vel v.frumenti, & quando ſecunda vice ſu-
perponitur,tunc fiat ei prius pectinatio bona, vt deponatur puluis primo ſuperpoſitus.
cuius deſcriptio. *Recipe ligni aloes ℥ j.ſtyracis calamitæ, galliæ muſ. ana ℥ ß. folii ℈ j. maioranæ,
betonicæ, pæoniæ ana ℥ ii.ambræ electæ ℈ j. puluerizentur omnia per ſe, & vtatur eis vt dictum eſt.*
¶ Quartum eſt odoriferum hoc,quod quaſi ſemper portet ligatum in pila de ſindone
4. retorta de grana,cuius deſcriptio. *Recipe rutæ ℥ ij.macis ℥ iij. folii, foliorum baſiliconis, origa-*
Pomum odoriferum. *ni,ameos,menthæ ana ℥ ß.puluerizentur omnia per ſe,deinde miſceantur.* ¶ Quintum eſt, vt
5. ſemper in cibariis eius bulliant quatuor vel quinq; grana pœoniæ ab exteriori cortice F
purgata.¶ Sextum vt in vino, quod datur ei in potu, ſemper infuſæ teneantur radices
6. pœoniæ,ſcilicet in libris quindecim vini ponant̃ pœonię minutim inciſæ ℥ j.¶ Septimũ
7. vt collo eius teneatur appenſa radix vna pœoniæ cum fruſto coralli rubei electi.¶ Octa-
8. uum, vt ſaltem ter in ſeptimana, quando vadit ad lectum, inungantur ei intrinſecę

partes

A partes naſi cum grano vno huius vnguenti. *Rec. oppoponacis grana quinque, ſtaphyſagriæ,*
coſti, pæoniæ, folii, arthanitæ ana ℈ j. fellis tauri ʒ j.ß. ſucci maioranæ vel foliorum lauri vel betonicæ *Vnguẽtũ.*
ʒ ij. incorporentur ſimul in mortario minutiſſima contritione, & fiat ex eo, vt dictum eſt. ¶ No-
num ſpeciale eſt, vt ingenium fiat circa ipſum, ita vt omni mane maſticet a tribus vſque 9.
ad ſex de ſeminibus ſeſeleos. ¶ Decimum, vt ſaltem tribus vicibus in ſeptimana ante 10.
prandium per tres horas fricetur palatum eius cum hoc electuario. *Recipe mithridatii*
electi ʒ ß. liquiritiæ, aniſi, polypodii ana ℈ ß. gra. pæoniæ, pyrethri, caſtorei ana ℈ j. incorporentur ſi-
mul in mortario vltima contritione cum ſyrupo de calamento & cum grano ciceris rubei fiat fricatio, *Electuariũ palato affricãdũ.*
vt dictum eſt. ¶ Vndecimum remedium eſt gargariſma hoc, cum quo per tres horas an-
te prandium omni quarta die gargarizet calide. cuius deſcriptio. *Recipe arthanitæ, piperis* 11.
B *albi, rutæ, pæoniæ, pyrethri, coſti, ana ʒ j. ſtaphyſagriæ, acori, ireos, peucedan. ana ʒ j. ß. coquantur o-* *Gargariſma.*
mnia ſimul in lib. ij. aquæ vſq; ad conſumptionem medietatis, deinde colentur & colaturæ ſuperad-
dãtur oxymellis ſquillitici ℥ ij. coquantur vſq; ad conſumptionem tertiæ partis, de hac igitur decocti-
one accipiantur ℥ iiij. aceti ſquillitici ℥ ß. caleſiat totum, & fiat ex eo gargariſma hora prædicta.
¶ Duodecimum eſt, vt iterum bis in ſeptimana maſticet vnam de iſtis pillulis. *Recipe*
dragaganti, gummi Arabici ana ʒ j. infundantur in ℥ j. aquæ lauri, deinde remoueatur ab eis aqua, & 12.
incorporentur cum his ſpeciebus. Rec. ſtaphyſagriæ, coſti dulcis an. ʒ ß. pyrethri ʒ ß. ſeſeleos. ſem. rutæ, *Pilulæ.*
aſari gra. paradiſi ana ʒ ß. incorporentur ſimul & fiant pillulæ pro omni ʒ ij. & maſticetur vna pro
ſingula vice ſemper expuendo totum, quod eliquatur a capite per maſticationem illam. ¶ 13. vt iſti
patienti duabus vicibus in ſeptimana ante cœnam per horam vnam fiat ablutio pedum 13.
C cum hac decoctione. *Recipe ſem. ſeſeleos, hypericonis, rutæ ſiccæ, arthanitæ, baccarum lauri ana* *Ablutio pedum.*
M. j. radicum pæoniæ M. ij. coquantur in ſitula vna aquæ magna vſq; ad conſumptionem medieta-
tis, de illa ergo aqua calida fiat ablutio pedum, vt dictum eſt. ¶ Decimumquartum, vt puer iſte
continue ſuper mamilla ſiniſtra ipſius portet ſacculum huius deſcriptionis. *Recipe doro-* 14.
nici, foliorum baſiliconis, florum boraginis & bugloſſ. ana ʒ ij. hyacinthi, ſmaragdi, granati, oſſis de *Sacculus cordialis.*
corde cerui an ʒ ß. foliorũ auri numero vj. margaritarum ʒ iiij. roſ. garyoph. cinamomi, ligni aloes,
corallorum rub. & alb. an. ʒ ß. macis ʒ j. pulucrizentur omnia per ſe, & fiat ſacculus quadratus vel ro-
tundus ſicut hoſtia, & ponatur ſuper mamilla ſiniſtra conſutus vel appenſus. ¶ Decimumquin-
tum, vt hic ſuper ſtomacho ſuo portet ſemper iſtum ſacculum. *Recipe origani, menthæ, ab-* 15.
ſinthii, folii, betonicæ, ameos ana M. j. ß. galangæ, granorum paradiſi, cinamomi, ſeſeleos, ſem. rutæ, *Sacculus ſtomachalis.*
D *cinami, apii an. ʒ iiij. macis ℥ j. ß. fiat omnium puluis per ſe & conſeruetur in ſacculo quantitatis ſpi-*
thamæ bene depreſſo, de quo fiat vt dictum eſt. ¶ Decimumſextum, vt iſti puero detur ſæpe
ante cœnam huiuſmodi puluis quantitatis granorum quinq; hordei vel frumenti cum 16.
℥ ß. aquæ menthæ, vel ſublimationis radicis graminis. *Recipe ſem. attriplicis, cymini torrefa-* *Puluis.*
cti, ſeminis ſancti ana ʒ j. moſchi g̃ v. fiat omnium puluis per ſe, & vtatur vt dictum eſt. ¶ Deci-
mumſeptimum eſt vſus huius confectionis, de qua accipere poteſt ante cibum & poſt 17.
cibum vſque ad quantitatem ℥ ß. *Recipe granorum phiſticorum minutim inciſorum ℥ iij. ſacha-* *Confectio.*
ri albi lib. ß. cinamomi electi ʒ j. ſem. attriplicis ʒ iii. moſchi g̃. vj. infundantur phiſtici per diem na-
turalem in aqua decoctionis rad. pæoniæ, deinde conterantur vltima contritione & coquatur ſacha-
rum prædictum cum aqua menthæ, & fiat confectio ſicut pineata, & exhibeatur vt dictum eſt. ¶ De-
E cimumoctauum remedium eſt, vt puer iſte vſq; ad duos annos purgetur ſemper in prin-
cipio veris & in fine æſtatis ſecundum modum infraſcriptum, qui eſt talis. ¶ In vere ita- 18.
que in mane vno ex ſeptima die lunaris vſq; ad 22. eius accipiat has pillulas gratia eua- *Pilulæ.*
cuationis minoratiuæ. *Recipe pillularum de hiera compoſita ʒ ß. reformentur pillulæ tres cum*
ſucco vel aqua maioranæ, & accipiat eas & poſt ipſas tardet cibum horis quinque, quinta
autem hora accipiat ſcutellam mediam brodii macri calidi cum ſacharo.

Sequenti vero mane incipiat hoc digeſtiuum aſſumere, & continuet ipſum octo
diebus. *Recipe aquæ iris, aquæ maioranæ, aquæ ſublimationis rad. pæoniæ ana ʒ vj. miſce & cum* *Digeſtiuũ*
modico ſachari detur in potu, & tardet cibum horis ſaltem tribus.

Aſſumpto digeſtiuo ſequenti mane accipiat pillulas iſtas. *Recipe pillularum cochia-*
F *rum, pillularum de ſarcocolla ana ℈ ß. reformentur pillulæ tres cum aqua maioranæ, & dentur ſicut de* *Pilulæ.*
primis dictum eſt, & obſeruetur de his ſicut de illis. Euacuatio vero conueniens ei in fine men-
ſis Septembris ſit iſta. *Recipe pillularum de ſarcocolla, pillularum aurearum ana ℈ ß. reformen-*
tur pillulæ tres cum electuario diacaſtoreo vel Indo, & dentur ſibi gratia minorationis. ¶ Se- *Pilulæ.*
quenti die accipiat hoc aliud digeſtiuum, & continuet ipſum aliquibus mane. *Recipe*

Digeſtiuū. *aquæ cuſcutæ, aquæ betonicæ ana ℥ j. aquæ pæoniæ ℥ ß. miſce, & accipiat eas calidas cum ſacharo.* A
Pilula. ¶ Sequenti die accipiat ℈ j. *pillularum cochiarum*, de quibus fiant tres cum ſyrupo violarũ,
& poſt eas tardetur cibus, & fiant omnia, quæ de primis dicta ſunt.

Poſt hæc autem attendat, quod patiens iſte elongetur ab omnibus infraſcriptis.
¶ Primo ab exercitio vel curſu ſuper cibo. ¶ Secundo a ſtatione vel manſione in aere
vaporoſo & nebuloſo. ¶ Tertio ab aſpectu inundationis aquæ ſaltem a vento notabili-
ter agitatæ. ¶ Quarto ab aſpectu ab alto ad infimum locum. ¶ Quinto ab aſpiciendo
radium ſolis & corpora valde luminoſa ſicut ſpecula vel alia, ad quæ fiat radiorum ſolis
reflexio fortis. ¶ Sexto euitetur ab incurſu odoris rerum a proprietate agitantium ma-
terias in cerebro, ſicut apii, myrrhæ, galbani, caſtorei, aſſæ fœtidæ & ſimilium. ¶ Septi-
mo effugiat ſummopere, ne comedat epar hircinum. Et in ſumma melius eſt ipſum ab- B
ſtinere a comeſtione cuiuslibet epatis. ¶ Octauo vero inter cætera edulia euitet len-
tes, fabas & phaſeolos. ¶ Nono & vltimo caueatur ne puer aliquod faciat exercitium
reuolutionis corporis ipſius & capitis ſui. Hæc ſunt vtiliora in ſumma, quæ hincinde di-
uerſis voluminibus reducere potui.

Consilivm XLVI. *De debilitate cerebri & pectoris, non quidem per eſſentiam in membris prædictis, ſed per dependentiam ad matricem.*

Accidentivm, quæ generoſam & egregiam heram iſtam moleſtant, reddere
cauſas, ſatis mihi videtur non facile ex his, quæ præſenti anno ex ſua diſpoſitio- C
ne multis applicata nocumentis ſcripta fuerunt. Sunt enim hæc accidentia ſi-
ue capiti ſiue pectori contingentia, non quidem per eſſentiam in membris prædictis e-
uenientia, ſed per dependentiam ſe habẽt ad matricem per colligantiam ipſius ad prę-
dicta membra, immo ad quam plurimas fere humani corporis particulas. ¶ Siue igitur
hæc accidentia ſaluentur per compaſſionem abſolutam vel ſimplicem alterationem a
matrice communicatam prædictis membris, ſiue per aliquod vaporeum vel materia-
le a matrice ad illa membra communicatum, quod fuerit aut ſperma in matrice corru-
ptum vel in venis adiacentibus ei, vel fuerit in menſtruo ſanguine, quod in omni vera &
naturali imprægnatione retinetur, corruptio ſuperaduenìens, propter quam tranſmu-
tetur in materiam malam qualitatum primarum malitia vel ſecũdarum, & quia ſanguis D
menſtruus in quaſdam venenoſas partes conuerſus fuerit, totum hoc ſatis facile proba-
ri poteſt, eſſe cauſam horum accidentium ſufficienter inductiuam. ¶ Neque ta-
men hic moleſtari volo, vt ego credam, hanc diſpoſitionem ſimpliciter reperiri in
matrice, quin per eius etiam nocumentum ſpecies malæ complexionis propter diutur-
nitatem & fortitudinem accidentium acquiſita ſit in ſtomacho, in corde & in capite,
& fortaſſis etiam in epate eius accidere potuit corruptio in eius ſubſtantia aut ſanguine
ipſius.

Quod apparere poteſt & demonſtrari ex permutatione coloris eius ad ſquali-
dum, humidum, citrinum vel ſubuiridem. ¶ Et etiam ex permutatione habitudi-
nis eius & proprie ſi fuerit epatis complexio ad frigidum & ſiccum corrupta. ¶ Aut E
etiam hoc videri poteſt ex tumore & inflatione faciei vel conuerſione habitudinis ad
cachecticam ſimilitudinẽ, qualis euenit in epaticis ita nominatis, de quibus ſpeculandũ
eſt *14. tertii in cap. de ægritudinibus epatis interiorum 4. & hoc ſigillatis capitulis. & 5. de accidẽ-
ti & morbo. capitulis ſecundo & tertio in antiqua translatione ſecundum quotationem meam.*

At vero iterum neque credo malam complexionem vel compoſitionem in epa-
te, ſtomacho, corde vel capite quibuſcunq; horum, qualitercunq; contingat, eſſe ma-
gnam intenſiue, quia cum accidentia in hac æſtate fuerint extenſiue & intenſiue ma-
iora, quam præſentia, ſi lapſus in prædictis membris fuiſſet notabiliter intenſus, nõ poſ-
ſem ego credere, quod hæc domina imprægnata fuiſſet, & ſi adhuc conceptionem & F
impregnationem incidiſſet, non fuiſſet felicitatus fœtus propter diſpoſitionem ma-
lam aut in matrice præinuentam aut aggregatam ex mala complexione prædictorum
membrorum & matricis ipſius.

Ex quibus omnibus in vnam ſententiã congregatis apparet, ꝙ modus regiminis
huius

A huius nobiliſſimæ mulieris pẽdeat ex curatione & rectificatione ad membra ſuperiora
neceſſaria & ad matricem principaliter inclinando; ſecundum quod inferius mihi
regulariter videtur per xxv. inſtrumenta procedendum eſſe, quorum primum eſt, vt *Viginti*
nunc ſcribitur. ¶ Eſt itaq; ipſum ordine conuenienti primum adminiſtrãdum cly- *quinq; inſtrumenta*
ſtere hoc in hora electa, quando nondum paroxyſmaliter affligitur, & eſſet ab hora vna *medicinalia.*
vſq; ad xxi. aut mane in principio diei eligenda, verum conſtante virtute, non timerem *1.*
ego prædictum adminiſtrare clyſtere cum inſtantia accidentium paroxyſmi; ſubdupli- *Clyſter.*
cando tamen vel aliter minorando eius acuitatem, & deſcribitur per hunc modum. ℞.
granorum ſeſami, fænugræci, radicum althea minutim inciſa, ſeminis lini ana M. j.ß. chamomillæ,
meliloti, ſem. aneti, fœni. an. M. j.ß. ſem. maluæ & altheæ ana M. ij. coquantur omnia in lib. aquæ iij.
B *vſq; ad conſumptionem medietatis & colentur cum expreſſione forti, & huius liquoris accipiatur lib.*
j. olei violarum citrinarum, olei de ſeſamo ana ℥ ij. croci ℈ß. ſalis communis ℥ j.ß. ſachari rub. ℥ ij. &
fiat clyſtere. Et ſi quis cum clyſteri deſideraret conuenientius attrahere ventoſitates, prædictæ deco-
ctioni addatur cymini, carui, ameos ana M. j. ¶ Facto vero prædicto clyſteri nocte ſequen- *2.*
te vel tertia præter illam ſoluatur cum hoc ſecuro medicamine; in quo eſt intentio in *Potio.*
mundificando inteſtina a pectore & a matrice diuertere, cuius deſcriptio. *Rec. aquæ bu-*
gloſſæ, aquæ capill. Ven. an. ℥ ij. reubarbari electi ℥ ij. mannæ electæ ℥ j.ß. croci, doronici, florum bugloſ-
ſæ ſem. aneti & cymini an. ℈ ß. ſalis gemmæ grana iij. penidiarum ℥ j.ß. ſqinanti grana v. fiat omni-
um horum infuſio, quæ ita remaneat per diem vnam naturalem & in aurora ſequentis diei calefiat
totum cum expreſſione conuenienti, coletur & addatur ei ℥ j. ſachari albi & calidum bibatur. ¶ Et
C ſi contingeret: quod non voluiſſet accipere clyſtere prædictum, ante hanc medicinam
ſaltem antequam accipiat eam, fiãt ei ſuppoſitoria de melle duo vel vnum vſquequo fę-
cum collectio fuerit educta, neque tamen ex oblatione huius medicinæ vel clyſteris
hæſitandum eſt, eo quia prægnans propter duas diſpoſitiones principales. ¶ Et pri-
ma, quia ipſa eſt in menſibus prægnationis, in quibus data eſt euacuandi licentia per Hy-
pocratem *ſect. 5. aph. 29. Prægnantes purgate ſi conuenit.* ¶ Et ſecundo iterum, quia da-
to, quod adhuc eſſet prægnans in aliis temporibus, hæc tamen inde ſunt verẽda, propter
ea quia ſunt medicinæ debiles & non violentæ, & ſententiæ auctorum non excludunt
debiles, immo fortes medicinas. ¶ Poſtquam vero mulier præeuacuata fuerit, quod
omnino neceſſarium eſſe videtur, tũc procedatur circa ipſam faciendo diuerſiones le-
ues, quæ materias a matrice ſuperioribus partibus communicatas diuertere poſſunt, le-
D ui tamen tractu propter periculum embryonis, & eſt inſtrumentum tertium conueni-
ens; vt fiat leuis crurum fricatio a genu inferius attrahendo verſus pedes vſquequo ali- *3.*
qualiter membra eius incraſſentur & rubefiant, & debet hæc fricatio fieri cum pannis
medioctis aſperitatis actu calidis &c. ¶ Quartum vero inſtrumentum ſuper adden-
dum eſt, ſi mulier non fuerit per præcedentia alleuiata, quod ſuper cauillis pedum eius *4.*
per menſuram quatuor digitorum fiant ligaturæ cum inſtitis latitudinis duorum digi-
torum, quæ mediocrem faciant compreſſionẽ, & frequenter, vſquequo appareat, quod
dictum eſt per fricationes fieri. ¶ Quintum inſtrumentum eſt vbi prædicta non con-
ferant, quod fiat applicatio ventoſarum ſuper carnoſis partibus interioribus tibiarum; *5.*
E & frequenter ſine ſcarificatione, vſquequo aliquid de iuuamento per earum applicati-
onem ſubſequi videatur.

Prædictas autem ventoſas & ligaturas nequaquam intelligo applicari debere cõ-
xis ſecundum quod fieri conſueuit, ne propter fortem agitationem in fœtu & in humo-
ribus matricis fiat de aborſu ſuſpicio. ¶ Sextum vero inſtrumentum iterum conueni-
ens ad diuertendum, vbi prædicta non bene contulerint, eſt diuerſio; quæ magis cõfert *6.*
accidentibus cordis & capitis, & eſt, quod in adiutoriis apud principium ſpatularum in-
ferius fiant ligaturæ cum ſtrictura ad leuem dolorem producentes. ¶ Septimum
vero ad hanc intentionem eſt vẽtoſarum ſine ſcarificatione applicatio in carnoſis par- *7.*
tibus lateralibus colli ſupra oſſa ſpatularum inuentis. ¶ Octauum vero ingenium
F & ſublimis operationis eſt vt prohibeatur matricis ſuperaſcenſus & ventoſitatum ad ſu- *8.*
periora eleuatio cum medicinis interpoſitis inter ſtomachum & matricem, in quibus
ſit virtus frangendi ventoſitates & repellendi eaſdem cum virtute carminationis & ſty-
pticitatis, quæ omnia fundantur in medicinis remiſſæ caliditatis habentibus aliqualiter
fœtore leui faſtidium & abominationem imponere matrici, velut eſt deſcriptio ceroti

huius. *Recipe ſumach, gallarum cupreſſi, maſticis, acatiæ, ſeminis plantaginis ana ʒ j. cymini modi-* A
Ceratum. *cũ torrefacti, carui, fœniculi ana ʒ j.ß. ſeminis petroſ. ʒ j. coriandri præparati ʒ ij. reſinæ claræ ℥ j. gal-*
bani ʒ v. diſſoluantur gummi cum aceto cydoniorum & mundificentur a ſuperfluitatibus per cola-
turam, deinde cum infrigidari cœperint, apponantur ſpecies prædictæ, & fiant cerota duo ſphærica,
quorum vnum ſuperponatur vmbilico, & ibidem reſeruetur, & aliquando permutetur
9. de ipſo ad alterum ſecundum opportunitatem. ¶ 9. eſt, vt ſi ſupradicta mulier nol-
Linimentũ. let prædictum acceptare cerotum, fiat hoc linimentum ab vmbilico ſuperius per omnẽ
regionem ſtomachi & hypochondriorum. *Recipe olei cheir. ʒ ij. olei de myrto ℥ ij. laudani e-*
lecti ʒ ij. ſtyracis calamitæ ʒ iij. ſquinanti, cyperi, calami aromatici, ſpodii ana ʒ ß. coriandri præpa-
10. *rati ʒ ij. ceræ quantum ſufficit, fiat vnguentum molle & calidum applicetur vbi prædictum eſt.* ¶ 10.
vero inſtrumentum & magnæ neceſſitatis eſt, vt ſi comprehendatur in ſtomacho eius B
corruptam eſſe materiam cibalem & humoralem, quæ multum inclinetur ad ſuperius
ſtomachi, quando cognoſcitur ex nauſea & appetitu ad vomitum, tunc educatur mate-
Vomitoriũ ria illa cum leui & conſueto vomitiuo hoc. *Recipe ſyrupi ſimplicis acetoſi ℥ j. ß. aquæ putealis*
craſſæ & viſcoſſæ ℥ iij. fiat hoc totum tepidum & detur in potu: & ſi poſt ipſius aſſumptionem per ho-
ram vnam vel duas non euomuerit, imponatur ori digitus aut penna cũ quibus titillatio fiat in prin-
cipio æſophagi & materia educatur. Si autem contingeret, quod corpulenta materia ad ſto-
machũ non aſcenderet, immò interius præcipitaretur, tunc tentetur eius ſubductio cũ
Potio leni- hoc leui lenitiuo & abſterſiuo. *Recipe aquæ decoctionis tamarindorum ℥ iij. geleniabin ℥ ij. mi-*
tiua. *ſce & da totum in potu calidum, hoc liniendo, incidendo & abſtergendo ſtomachum conuenienter mũ-*
11. *dificare poteſt.* ¶ 11. eſt, vt ſi cauſa nocumenti illatiua in ſtomacho perciperetur eſſe mul- C
titudo ventoſitatum, quod cognoſcitur extenſione ſtomachi cum murmuratione, ru-
gitu & multitudine eructuationum, tunc ſubueniatur ei cum electuario deſcripto ab A-
uic. *21. tertii cap. de appetitu prægnantis in fine,* ſecundũ hunc modũ. *Rec. cymini infuſi in aceto*
Electuariũ *per triduum, deinde exiccati & torrefacti, origani, olibani omnium ana ℥ j. caſtorei ʒ ij. geleniabin*
lib. 1. fiat electuarium de quo in mane ante cibum & ante cœnam in ſero dentur ʒ ij. vel iij. cum aqua
12. *decoctionis garyoph. & indubitanter iuuamentum excellens percipitur.* ¶ 12. vero remedium &
Epithema cordiale. magnæ neceſſitatis propter ſyncopen & pulſum cordis eius eſt epithema iſtud, quod ca-
lide cum panno de grana applicetur ſub mamilla ſiniſtra ipſius ante prandium quatuor
vicibus & poſt prandium per vnam horam vſq; ad horam cœnæ ſaltem octo vicibus, &
erit in eo iuuamentũ reprimendi fumoſitates & materias ad pectus, cuius eſt hæc deſcri- D
ptio. *Rec. aquæ acetoſæ, aquæ cichoreæ & melliſſæ an ℥ j. doronici ʒ j. ß. oſſis de corde cerui, fragmento-*
rum hyacinthi, ſmaragdi, & ſaphyri an. ℈ j. margaritarum ʒ j. foliorum auri cum prædictis contrito-
rum numero ſex, macis, garyophillorũ, ligni aloes an. ʒ j. croci ʒ ß. aceti ℥ j. vini maluatici vel alterius
bene fumoſi & antiqui ℥ iij. miſce totum & inuicem ebulliat quibuſdam ebullitionibus & fiat ex eo, vt
13. *iam dictum eſt.* ¶ 13. eſt, vt ſi generoſa hæc mulier non vellet epithema, & iterum dato,
quod ipſum applicaretur horis iam prædictis, intermedio vero tempore ſuper regione
Sacculus cordialis. cordis eius continuo teneat hunc ſacculum collo alligatum: cuius deſcriptio. *Rec. ſpecie-*
rum electuarii de gemmis ʒ ij. ſpecierum electuarii de ligno aloes ʒ j. hyacinthi, ſmaragdi & ſaphyri
an. ℈. oſſis de corde cerui ʒ ij. omnia per ſe ſubtiliter puluerizentur, & conſuantur in ſacculo de ſindo-
ne de grana quantitatis ſemiſſis, & applicetur, vt prædictum eſt. E
14. Decimumquartũ conueniens ad mũdificandũ ſtomachũ & ꝓhibendũ aſcenſum fu-
Potio prohibens aſcenſum fumoſitatũ. moſitatum a matrice & ab ipſo ad cor & ad caput, eſt mundificatiuum ſtomachi ei ad-
miniſtrandum ſecundum hunc modum. *Recipe mel. roſ. colati ℥ ij. ligni aloes puluerizati ℈*
j. detur hoc totum in potu cum ℥ ij. aquæ acetoſæ & bugloſſæ, & eſt fere de remediis Auic. deſcriptis 21.
tertii cap. de vniuerſali regimine prægnantis.
Decimumquintũ eſt, quod ſemper ante cibũ accipiat rotulã vnam hui⁹ confectionis
15. per horã ante. *Recipe ſpecierum electuarii de margaritis deſcriptione Auic. cap. ſtatim allegato ʒ ii.*
Rotulæ. *ſach. albi lib. ß. aquæ menthæ q. ſ. ad coquendum ſacharum & fiat confectio in rotulis.* ¶ 16. ad inten-
16. tionem omnium prædictorum & rectificationem ſtomachi, conſumptionem materie-
rum eſt vſus theriacæ Andromachi cũ tertia ſui parte de electuario de ſeminibus, quo- F
rum amborum commixtorum accipiatur ʒ ß. aut ℈ j. in mane aliquando cum ℥ ij. aquæ
decoctionis granorum myrti, & inueni in eo iuuamentum notabile, vt apparere poteſt
ex virtute componentium.
17. Decimũſeptimũ, vt continue poſt cibũ omnẽ accipiat fruſtum vnũ diacytonitẽ facti
Diacytonites. ſecundum

A ſecundum iſtum modum. *Recipe pulpæ cydoniorum conſeruatæ lib. ß. doronici, maſticis, macis*
ana ℈ i. garyoph. ligni aloes ℈ ß. fiat confectio in rotulis ℥ ß. ¶ 18. vt ſemper in manu ſua te- 18.
neat puluerem iſtum in ſindone ligatum, quē ſæpiſſime odoret. *Recipe coriandri non præ-* *Puluis odoratus.*
parati ʒ iii. caſtorei ʒ i. ſem. naſturtii, ſem. erucæ ana ℈ i. laudani ʒ ß. fiat omnium puluis, de quo fiat vt
ſupra. ¶ 19. quod ſuper caput eius teneat ſacculum iſtum a principio capillorum vſque 19.
ad zenit capitis ſuperextēſum. *Recipe ambræ ǧ. vi. moſchi ǧ. ii. melliſſæ, ſem. baſiliconis, ligni a-* *Sacculus capitis.*
loes, maioranæ, aſari, ſtœchados ana ʒ ß. garyoph. ʒ i. ß. roſ. ʒ ii. fiat puluis ſubtilis omnium per ſe &
conſuantur in ſacculo de ſindone de grana facto habente latitudinem quatuor digitorum. ¶ 20. eſt, vt 20.
locus matricis eius a ſpondylis renum vſque ad finem ſpinæ ſæpe inungatur hoc linimē- *Inunctio renum.*
to. *Recipe olei de violis citrinis, olei de myrto ana ʒ i. ß. trociſcorum de roſis ʒ i. ſandaracæ, galliæ*
B *muſ. ſquinanti, cyperi ana ʒ ß. pulueris melliſ. ℈ ii. ceræ q. ſ. fiat vnguentum molle & liniatur locus ille*
cum ipſo calido. ¶21. eſt, vt ſæpe maſticet folia menthæ ſubrubeæ in ſtipite ſuo aut ſaltem 21.
menthæ aquaticæ in ripis fluuiorum inuentæ, quæ a quam plurimis ſapientibus balſa-
mita nominata eſt. ¶22. vt aliquando ſaltem in die ſemel inter coxas eius retineat fruſtū 22.
coti magnum calefactum & ſuffumigatum cum puluere galliæ muſ. proiectæ ſuper
carbones ignitos. ¶ 23. vt genitalia eius vel inguina aliquando inungantur cum calido 23.
oleo ita compoſito. *Recipe olei de maſtice & de myrto an. ℥ ß. galliæ muſ. ʒ i. terantur ſimul mi-* *Inunctio genitalium.*
nutiſſime & ex calido ipſo fiat linimentum, vt prædictum eſt. ¶ 24. vt mulieri iſti omni mane 24.
ante prandium fiat pedum infuſio & eorum ablutio vſque ad medietatem tibiæ cum a- *Lotio pedum.*
qua calida huius decoctionis. *Recipe roſarum, granorum myrti, coriandri præparati ana M. i.*
C *ß. melliſſæ recentis vel ſiccæ M. ii. coquantur omnia & fiat ex eo vt prædictum eſt.* ¶ 25. vt ho- 25.
ra paroxyſmi cum apparent ei accidentia priuationis ſenſus & motus ſuper caput eius
effundatur oleum calefactum de maiorana aut oleum nardinum aut oleum liliorum al-
borum commiſſura ſagittali vſque ad locum coniunctionis colli cum ſpatulis, vt ſecure- 26.
tur a tranſitu in ſubeth vel apoplexiam vel alteram diſpoſitionem malam. ¶ Vlti-
mum vero ſuperaddendum omnibus prædictis eſt, quod in regimine ex parte ciborum
& potus hæc generoſa domina inquantum poteſt, euitet omnia vina multum fumoſa,
calida & aromatica, ipſum enim euitare docuit *Auicen. 21. tertii cap. de curatione præfocatio-*
nis. & gratia huius affirmauit Hippocrates vinum nigrū eſſe in his caſibus conueniēs, &
non album, ad hoc vt aliqualiter confortet matricem & cotylidones, & ſic capiti & ſu-
D perioribus minus effumatiuum, & omne tale conueniret ei, & proprie cum aqua extin-
ctionis chalybis, ſimiliter etiam euitare debet carnes & cibaria craſſa difficilis digeſtio-
nis, & effugiat etiam iura omnia pinguia valde & vnctuoſa & aromatum effumantiū ca-
piti & excitantium ventoſitates vſum. ¶ Reliqua autem iſtis ſuperaddenda & horum
omnium canonicam applicationem relinquo peritiſſimo phyſico ſuo, qui tanquam ſa-
pientiſſimus horum omnium regimen & maiorem gubernare poſſet. ¶ Et his ita
regulariter applicitis altiſſimus omnipotens huius generoſæ dominæ ſanitatem reſti-
tuet, & eam a periculoſis accidentibus præſeruabit, quod ſua miſericordia dignetur
facere, qui cuncta bene facit & regulat. Amen.

Pro vxore ſupraſcripti domini Galaſii de Piis. ¶ Poſt conſilium factum tranſ- *Electuarium.*
E miſſa fuerunt remedia iſta 7. Ianuarii pro conſeruando partu & felicitando eam ne pe-
riclitetur. *Recipe ſpecierum diamargaritonis ℥ ß. ſpecierum electuarii de ligno aloes ʒ ii. ſach. roſ. an-*
tiqui ʒ ii. conſeruæ cydoniorum ʒ iii. foliorum auri numero vi. margaritarum ʒ i. fiat electuarium cū
ſyrupo de corticibus citri. ¶ ℞. *ſpecierum roſatæ nouellæ ʒ i. ß. trociſ. de roſ. ʒ ii. ſachari albi ℥ v. fiat* *Rotulæ.*
confectio in rotulis ʒ iii. ¶ ℞. *aloes abluti ʒ i. ß. galliæ muſ. ℈ ß. maſticis, corallorum, thuris an. gra.* *Pilulæ.*
vi. fiant pillulæ cum ſacharo roſarum & deaurentur. ¶ ℞. *pulueris gallarum ʒ ii. maſticis, corallorū* *Linimētū*
rubeorum, acatiæ, hypocyſtidos an. ʒ i. ß. ſucci roſ. aquæ plantaginis ana ℥ ß. amyli ʒ. iij. croci ℈ ß. fiat li-
nimentum in mortario.

Consilivm XLVII. *De melancholia a materia melanchelica fæcali.*

Diuiditur autem conſilium iſtud in tria capitula.

F *Inueſtigatio ipſius ægritudinis & eius cauſæ per ſigna prognoſtica.*

Baptista Vicentinus adoleſcens de honoranda familia Cripię, condolendum eſt,
laborat ęgritudine, quæ proprie melancholia dici debet, eo quia eſt corruptus in o-
perationibus virtutis imaginatiuæ & cogitatiuę, imaginatur enim corrupte ſe eſſe

prælatum & ſeruum Dei deuotiſſimum & catholicæ legislatorem magnum, cum neq; A
habeat diſpoſitionem ad hoc, neq; ingenium, neq; exercitium ad talia potentem pro-
mouere ipſum. ¶ Neque etiam ſolum corrupta eſt in eo imaginatio, vt dictum eſt, ſed
cogitatiuæ potentię operationes in eo corruptæ producuntur, ex falſe enim imaginatis
ſpecies talium imaginationũ corrupte deferuntur ad organum cógitatiuæ & permutãt
ipſius complexionem & ſpiritum etiam, qui eſſe debet inſtrumẽtum operationis ipſius
cogitatiuæ, vnde ex permutatione organi & inſtrumenti cogitatiuæ potentiæ oportet i-
pſam cogitatiuam corrupte exire in operationes eligendi & elieiendi. Igitur potentia
talis elicit & exit in actum orandi, prædicandi, & de lege Dei ſermocinandi; quod to-
tum in eo apparet eſſe ſecundum ſpeciem corruptionis in operationibus ambarum vir-
tutum prædictarum, ſcilicet imaginatiuæ & cogitatiuæ, vnde deterior eſt hæc ſpecies, B
quam fuerit illa, quam narrat Galenus de illo, qui corrupte imaginabatur tubicines eſſe
in camera ſua, & iubebat expelli eos, imaginabatur enim quod nõ erat, ferebat tamẽ iu-
dicium quod afferre debebat, eo quod pulſationes inſtrumentorũ expelli debent á cã-
meris, in quibus ſunt homines talem læſionem cerebri habentes. ¶ Eſt autem hęc me-
lancholiæ ſpecies proueniens a materia melancholica fæcali, eo quod excludit omnem
rixam, furiam, vel querimoniam, quæ ſunt accidentia inſeparabilia maniæ & ſuarum
ſpecierum, ſcilicet caninæ, lupinæ & demoniacæ, de quibus tribus non ad propoſitũ in-
gredi debeo, quia adoleſcens hic iſtis nõ moleſtatur ægritudinibus, neq; enim vnquam
aliquis demoniacus aut maniacus dicitur, niſi cum ægrotat per melancholiam peradu-
ſtionem genitã, quare *prima tertii cap. 4. cap. de melancholia.* Cumq; melancholia compo- C
nitur cum ſaltu & rixa & ſcintillis permutatur, nominatur mania. ¶ Et neq; dicitur me-
lancholia aliquã ſpecies, niſi illa, cuius euentus eſt a cholera nigra nõ aduſta. hæc autem
melancholiæ ſpecies partim ꝓcedit per eſſentiã malę cõplexionis frig. & ſic. in cerebro
multiplicatæ, partim per ſpeciem malæ complexionis frig. & ſic. multiplicatæ in corde
propter dominiũ melancholicæ materiæ multiplicatæ in ſplene, quæ ab eo non conue-
nienter digeritur, reſoluitur vel expellitur ad membra, ad quæ naturaliter expelli ſolet.
Similiter etiam epar eius notabiliter debilitatum eſt in expellendo melancholiã & de-
purgando ipſam a ſanguine. Et ſplen ipſe iterum debilitatus eſt in attrahendo melãcho-
liam ab epate, quare per vniuerſum corpus & ad ipſum cor melancholica materia multi-
plicatur, quæ inficit ipſum cor permutando cõplexionem eius & ſpiritum ipſum facien- D
do ſylueſtrẽ, i. ineptum ad operationes cõuenientes. cũ igit' ipſe vitalis ſpiritus hac mala
cõplexione cõplexionatus delegatur ad cerebrũ, neceſſe eſt permutari complexionem
cerebri ad melancholicã diſpoſitionẽ & ſylueſtrẽ, licet enim in eo ſit fixa mala cõplexio
frigida & ſicca, vt p̃dictum eſt, patet tñ magnam partem huius diſpoſitionis pendere á
nocumento epatis & ſplenis, & proprie in depurando ſanguinẽ, *vt prima tertii cap. præal-
legato*, & vniuerſaliter quidem cholera nigra multiplicatur & generat' quandoq; cauſſa
membri operantis nutrimentum, quod eſt epar, cũ debilitatur ab expulſione ſuperflui-
tatis melancholicæ, i. quandoq; multiplicatur melancholica cauſſa membri, quod eſt e-
uacuatiuum cholerę nigrę, & eſt ſplen, quandoq; debilitatur in duabus rebus, quarũ vna
eſt attractio fæcis ſanguinis & cinereitatis ei9 ab epate, & altera eſt expulſio ſuperfluitatũ; E
q̃ ad ipſum ex eo trahitur ad locũ qui eſt ei p̃paratus. ¶ Et ex hoc fundamento intelligẽti
apparere poteſt, hanc diſpoſitionem eſſe grauem ſatis & verendam; quoniam ipſa ſe-
quitur nocumentum epatis, ſplenis, cordis & cerebri, vt declaratum eſt.

Quod hæc diſpoſitio pendeat ex materia melancholica fæcali.

Quod autem diſpoſitio ipſius depẽdeat a materia melancholica fæcali, ex mẽbris
apparere poteſt. ¶ Primo ex permutatione coloris ad liuiditatẽ quaſi plũbeã. ¶ Secũdo;
ex habitudinis extenuatione, q̃ euerſa eſt in maraſmum vel cõſumtionẽ totius corporis.
¶ Tertio ex fixione imaginationũ & æſtimationũ corruptarũ, in quib. cõtinue laborat
deluſiue orãdo, p̃dicãdo, & ſic de aliis. ¶ Quarto ex vẽtris ſtypticitate. ¶ Quinto ex ſu-
perfluitatũ primæ digeſtionis trãſmutatione ad colorẽ liuidum vel opacum. ¶ Sexto ex
ſomni paucitate, qui tñ ꝓfundus eſt in tẽpore, in quo dormit. ¶ Septimo, q̃ vrinæ eius F
limpidæ vel aquoſæ cũ remiſſa albedine cũ aliquali liuiditate apparent & tenues & clarę
cũ cõtento crinoidali vel cineritio ad liuiditatẽ tẽdẽte. ¶ Octauo ex diminuta ipſius di-
geſtione quacunq; hoc videri poteſt. ¶ Nono ex timoris inſtãtia & fixione. ¶ Decimo &
vltimo ex luctu eius, in quo frequẽter laborat. Nõ dico depulſu, quia notũ eſt omnibus,

quod

A quod ſit paruus, tardus & rarus cũ duritie & ſiccitate repręſentatus. ¶ Vnde ex omnibus coadunatis adinuicẽ deducitur hãc diſpoſitionem eſſe verendam ſatis & ad ipſius curationem tranſeundum.

Cap. II. *De cura per diætam.*

Regimen itaq; huius iuuẽculi per res nõ naturales ſuccincte trãſibo, quoniã eidem & aſtãtibus ſatis diffuſe pertractaui illud. Itaq; omnino omniũ rerũ nõ naturaliũ operationes ab eis calefaciẽdo & humectãdo ꝓuenire debent, vt fiat ad lapſum cõtrarietas, quoniã ipſe eſt frigidus & ſiccus. ¶ Habitet igit in loco & in camera mediocris caliditatis & humiditatis, & panis eius ſit puriſſimus, nullo modo furfureus, non habẽs ætatẽ niſi vnius aut duorũ dierũ ad plus. Omnes ẽt carnes, quibus vtitur, ſint Aer. Cibus.
B multũ pingues vt pullinę, agninæ, vitulinæ, capreolinæ & ſibi ſimiles. ¶ Et vtatur ſæpe lacticinijs cibis, & ꝓprie de recocta & caſeo recẽti abſq; ſale. ¶ Et de herbis comedat beta, ſpinachiã, maluã, cryſolocannã, cucur. ceraſa, melones, amygdalas & auellanas recẽtes & pyra dulcia & reliqua iſtis ſimilia. ¶ Salſa vero cibaria & acria & acetoſa omnino euitent, & ſibi paſt les, opp latiui, viſcoſi & difficilis digeſtionis, vino vtatur albo, ſubtili, aromatico, claro & dulci, commixto ſemper cũ tertia vel quarta parte ſui aquæ buglos. & melius eſſet eidẽ cibum in quatuor vicibus in die partiri, quã vnã cibi menſuram in duabus vicibus exhiberi, omnino n. ſpargere cũ debilitate virtutis eſt ei melius. ¶ Caueat a ventris ſtipticitate, imo prouideat ei cũ inſtrumẽtis infra dicendis. ¶ Et extendatur mora eius in ſomni prolixitate & nullo modo in vigilia. ¶ Omnino a. in eo procedat ad di- Somnus & vigilia.
C uertendum eius corruptas imaginationes inducendo eidẽ omnẽ modum conſolationis & lætitiæ, ita quod conuerſentur apud ipſum cãtantes & diuerſis muſicalibus inſtrumentis continue laborantes, & narrẽtur ei hiſtorię delectabiles, & ꝓprie tales, q̃ negotia mulierum concernunt. ¶ Omnino autẽ euitet acceſſus monachorũ & gabadeorum ad eum, & proprie eorum, qui pannos induunt nigros & retorto capite triſtantes & lugentes. hæc de regimine rerum non naturalium breuiter expedita ſufficiant.

Cap. III. *De cura per medicinalia.*

Hvic autem penes rerum medicinalium adminiſtrationẽ duodecim inſtrumẽtis mihi viſum eſt ꝓuideri debere. ¶ Quorũ primũ eſt, vt huic puero fiat hæc e- Duodecim instrumenta medicinalia.
D uacuatio, quã facere intendebã, ſi tẽpus expectaſſet. ℞. *aquæ lactis caprini ℥ iiij. epithymi ʒ ij. polypodii foliorum ſenæ ana ʒ ii. ſalis Indi, diagridii, ana gra. ij. penidiarum ʒ j. & ſ infundantur omnia in ℥ iiij. prædictæ aquæ per diẽ naturalẽ, deinde colentur & exprimãtur & prædictæ colaturæ ſuperaddatur electuarii diaſenæ deſcriptione Nicolai ʒ iii. & totũ calefactũ in aurora bibatur & poſt dormiat per horã vnam & poſt quintam horam accipiat aquæ bugloſ. ℥ iiij. cum ℥ j. ſacchari calefacti, & poſt per horam vnam accipiat prãdium.* ¶ Sumpto minoratiuo adminiſtretur ei hoc ſecundũ inſtrumẽtum. ℞. *violarũ. ſyr. de thymo, ana ʒ vj. aquæ bugloſ. ℥ ij. aquæ melliſ. ℥ j. miſce, & accipiat ipſum diebus x. continuis & hora in præcedenti minoratiuo deſcripta.* ¶ Tertium eſt, q̃ ſi diebus, quibus aſſumit digeſtiuum, vẽter eius eſſet ſtypticus, vtatur iſtis pillulis, de quib. omni ſero accipiat vnã vel duas immediate ante cœnã continuãdo j. vel ij. ſecundum q̃ 1. Potio purgans. 2. Potio digestiua. 3. Pilula.
E conuenientius operabuntur, quarum deſcriptio. ℞. *epithymi, polypo. agarici ana ʒ ß. ſalis Indi g̃ vj. lapidis armeni, lapidis lazuli præparatorũ ana ℈ j. aloes præparatæ, cum ſucco endiuiæ, ʒ ij formẽtur pillulæ pro omni ʒ vii. cum ſucco roſarum.* ¶ Quartum eſt, vt poſt digeſtiui aſſumptionem euacuetur cum medicina parũ fortiori vel audaciori, quãm fuit p̃cedens, ſicut cum tali. ℞. *pillularum Indarũ ℥ ß. lapidis armeni ℈ j. diagridii gra. ij. ſalis Indi gra. j. fiant pillulæ cum ſucco roſ. & exhibeantur hora & conditionibus in primo medicamine deſcriptis.* Quintum, vt ſequentibus x. diebus poſt minoratiuum accipiat hoc digeſtiuum prædicto parum fortius. ℞. *ſyr. de epithymo ℥ i. ſyrupi de corticibus citri ℥ ß. aquæ melliſſæ, bugloſſæ ana ℥ i. ß. miſce & accipiatur vt in præcedenti digeſtiuo dictum eſt.* ¶ Sextum, vt poſt ſecundum digeſtiuum euacuetur cum hoc medicamine. ℞. *electuarii ſolutiui ad melancholiam deſcriptione Auicennæ in* 4. Pillula fortiores. 5. Digestiuum. 6. Electuarium.
F *ſecundo de viribus cordis ʒ v. lapidis armeni ʒ ß. accipiatur calidum, vt ſupra de euacuatiuo dictum eſt.* ¶ Septimum, vt poſtquam fuerit ſecundo euacuatus, vtatur hoc electuario de quo omni mane in aurora accipiat ad quantitatẽ nucis deglutiẽdo ipſum, & tardet cibũ poſt ad min⁹ trib. horis. Et ſoleo ẽt ex ipſo exhibere quãtitatẽ auellanæ immediate ante prãdiũ & ante cœnã vt in cibis ei⁹ ſigillet vis cõfortandi cor & cerebrũ & purificãdi 7. Electuarium.

ſanguinem & defendēdi ſpiritum ab impreſſionibus qualitatum melancholicarū, cuius A
deſcriptio. ℞. *florum boraginis & bugloſ. ſem. acetoſ. ſcariol. end. violarum, adianthi, politrichi, capill. Ve. ana ʒ ii. gra. phiſticorum infuſorum in ſucco bugloſ. per duos dies naturales, ʒ iiii. pinearum ſimiliter præparatarū ʒ iii. corticis myrobalanorum Indorum ʒ i. hyacinthi, ſmaragdi, ſaphyri ana ʒ i. oſſis de corde cerui, doronici, zedoariæ an. ʒ ii. ß. lapidis armeni, lapidis lazuli præparatorum ana ℈ ii. ſachari ſecundæ decoctionis libram i. ß. foliorum auri numero 10. margaritarū electarum ʒ i. ß. coquatur ſacharum lento igne cum ℔. i. ſucci pomorum apiorum vel aliorum dulciſſimorum vſq; ad ſucci ipſius conſumtionem, deinde cum ceperint tepeſieri, ſuperaddātur aliæ ſpecies minutiſſime pulueriʒatæ per ſe, & in fine apponantur g̃. ii. moſchi & g̃ iiii. ambræ, & fiat electuarium, hoc enim electuarium eſt efficaciſſimum, diligenter eius deſcriptio examinetur.* ¶ Octauum inſtrumen-

8. tum & principale eſt deſcriptio huius emplaſtri, de quo ſemper ſuper mamilla ſiniſtra B
portet petiam vnam quadrangulatam latitudinis ſpithamæ, & ſit calefactum & ſuffici-
Emplaſtrum. enter ſuperligatum, cuius deſcriptio. ℞. *capill. Ven. florum boraginis, bugloſ. & acetoſæ, recentium aut ſiccorum an. M. v. roſ. recentium nondum apertarum complete ℔. ß. farinæ hordei ʒ iii. terebentinæ clariſſimæ ʒ ii. been alb. & rub. an. ʒ i. doronici, oſsis de corde cerui, florum roriſmarini, violarum ana ʒ ii. ß. croci ℈ ii. ſucci boraginis ℔. ß. coquantur ſimul ſuccus cum terebentina & farina hordei, deinde aliis ſuperadditis diligenter incorporentur, & fiat emplaſtrum, & applicetur,* vt dictum eſt. ¶ Nonum inſtrumentum eſt vſus pulueris, quem fere continue

9. *Puluis odoratus.* olfaciat. ℞. *macis ʒ ß. garyoph. cinamomi electi, ſem. baſiliconis, ligni aloes an. ʒ ii. moſchi, ambræ an. g̃ i. ß. fiat puluis & ligetur in ſindone de grana retorta & continue odoret ipſum.* ¶ Decimum

10. eſt, vt poſtquam tenuerit ſuper corde ſuo emplaſtrum immediate dictum, tunc C
faciat iſtud epithema per alios *12.* dies continuos infundendo in ipſo pannum de grana duplicatum mane ante prandium tribus vicibus & per horam poſt prandium vſq; ad cœnam ſaltem quinq; vicibus, & iterum poſt cœnam apud ſomnum aliis duabus vicibus, & ſit iſte pannus tepidus aut paucæ caliditatis, cuius deſcriptio. ℞. *aquæ bugloſſæ, meliſſæ ana ℔. i. aquæ roriſmarini, maioranæ an ℔. ß. moſchi, ambræ ana g̃ ii. been al. & ru. ſem. baſiliconis, coral. ru. ana ʒ ii. hyacinthi, ſmaragdi, ſaphyri an. g̃ iii. vini maluatici vel alterius vini aromatici cyathum vnum, miſceantur omnia & leuibus bullitionibus bulliant, deinde cum leui panno ſuperponantur, vt dictum eſt.* ¶ Vndecimum eſt puluis hic, de quo vir iſte omni ſero,

11. *Puluis capiti inſpergendus.* quando vadit ad lectum, aſpergat a principio capillis vſque ad ſummitatem capitis per medium ipſius latitudinis quatuor digitorum ponendo de eo ad quantitatem granorū D
vj. hordei: cuius deſcriptio. ℞. *macis, corticum citri an. ʒ i. ligni alo. ʒ i. ß. ſtyracis calamitæ, florum roriſmarini, ſtœchados, betonicæ, pulegij an. ℈ i. pulueriʒentur omnia ſubtiliter & diligenter omnia ponderata miſceantur.* Vltimum eſt vnguentum hoc, cum quo ſtomachus & omnia

12. *Vnguentum.* hypochondria imo vſque ad inguina inungantur ipſo calefacto, & ſuperponatur pannus calefactus & duplicatus prius & ſuffumigatus cum puluere ligni aloes carbonibus ignitis ſuperaſperſo, cuius deſcriptio. ℞. *olei de maſtice, olei de mentha an. ʒ i. ß. olei de ruta, olei de croco an. ʒ vi. garyoph. ʒ i. ſem. leuiſtici, carui, ſeſeleos & rutæ an. ℈ ii. gra. paradiſ. ʒ ß. ceræ albæ quantum ſufficit, fiat vnguentum mediocris tenacitatis, & fiat vt dictum eſt.* ¶ Hæc ſunt, quæ mihi vtiliora & magis neceſſaria in hac diſpoſitione apparuerunt.

De ægritudinibus neruorum ſequuntur conſilia. E

Conſilia ægritudinum neruorum.

CONSILIVM XLVIII. *De paralyſi continens capitula quatuor.*

LICET in hac diſpoſitione paralytica ſermo prolixus neceſſarius eſſet, vtilitatem afferens huic domino, quia tamen operam dare non poſſum ſecundum quod eſſet neceſſarium: Ideo quantum commodius potero, ea, quæ mihi vtiliora videbuntur, enuntiabo quatuor particularibus capitulis.

CAP. I. *De regimine paralyſis per adminiſtrationem debitam cibi & potus.*

QVORVM primū eſt hoc, vt hic dominus vtatur cibis virtualiter calefactiuis & ex- F
ſiccatiuis abſcindendo omnia infrigidatiua & humectatiua cibaria: panis ergo eius plus ſit fermenti & ſalis habens, quam communis. Et carnibus vtatur perdicum, phaſianorum, turturum & auiū minutarū. Carnes vero caſtrati & vituli nō ſunt ita conuenientes ei, niſi coctæ cum roremarino, ſerpillo, mentha, ſaluia, & ſimilib. Carnes porcinæ

A porcinæ ſalitæ ſunt vtiles, recens vero porcelli caro nequaquã, niſi cum prædictis herbis & raro etiã. ¶ Nullus piſcis vſus eſt ei cõueniens, niſi p̃paratus cũ prædictis herbis, piſcib. tamen ſalitis vti poteſt. ¶ Lac & lacticinia cibaria omnia dimittant & fructus oẽs etiam, præter ficus, amygdalas, auellanas & phiſticos, omnes a. alios fructus omnino dimittat. Caſeus non conuenit, niſi ſalſus & antiquus. ¶ Caules betæ, rapæ, ſpinachiæ dimittantur, & omnia legumina p̃ter cicera rubea, q̃ comedere debet cũ mentha, ſerpil. hyſopo, ruta, petroſelino & fœniculo. ¶ Butyri vſus omnino dimittatur, ſed oleũ oliuarum proprie antiquum eſt ipſi valde vtile. ¶ Omnia aromatica calida ſunt ei vtilia, vt zinz. cinamomum, galanga, crocus & ſimilia ¶ Vinum dimittat omnino, quantum poteſt, ſi autẽ propter ætatẽ aut cõſuetudinem hoc fieri non poteſt, eligat vinum rubeũ antiquũ, q̃ tñ
B ſemper dilutum bibat cum tertia aut quarta parte aquæ roriſmarini. Et ſi abominaretur ex mixtione tali, ſaltem ſemper ante prãdium & cœnã bibat cyathum vnũ de decoctione aut aqua roriſmarini. Si autẽ propter conſuetudinem nollet aut non poſſet bibere vinum rubeum & inclinaretur ad album, tunc eligat vinum album pauciferũ lymphatum cum aqua decoctionis ij. g̃ paradiſi poſitorum in vna phiala conſumptione facta quartę partis trib. remanẽtibus. ¶ In qualibet cibatione caueat a potu & cibo replẽtibus ſtomachum cum extenſione grauatiua & pondere; vtatur quiete, omne exercitium corporale dimittens.

Cap. II. *De regimine per medicinalia.*

C De regimine vero medicinali in ſecundo cap. deſcribam, quæ videntur mihi neceſſaria pro euacuationib. eius. ¶ Primo itaq; omni mane bibat ℥ v. de aqua roriſmarini calida in aurora per quinq; dies & tardet cibũ ad minus horis quatuor. ¶ Sexta die ſequenti euacuetur cũ ʒ iiij. hieralogodion acceptis cum ℥ ii. aquæ eupatorii calefactę, & tardet prãdere per vj. hor. aut ad minus per quinq;. ¶ Licet n. pillulæ fœtidæ huic viro & ægritudini eius cõuenientiores eſſent. ℞. *agari. elect.* ℈ *ij. aſæ fœt.* ℈ *ß. zinz. gra. xii. diagridii gra. ß. fiat pillulæ cum ſucco apii, & omnes exhibeãtur in potu.* ¶ Poſtquã ergo ſemel purgatus fuerit, tunc iterum reuertatur ad accipiendum hoc digeſtiuũ cõtinuatum per dies viij. hora ſupra ſcripta. cuius deſcriptionis. ℞. *aquæ diſtillationis eupatorii, ireos & abrotonian.* ℥ *i. ß. & calide accipiantur cum modico ſacharo,* quantum enim hæc tria ſunt neruorum mundificatiua, legatur apud Serapion. Auic. & oẽs alios. ¶ Cũ ergo digeſta fuerit mate- Pilulæ. Digeſtiuum.
D ria his diebus, iterum euacuetur cum aliqua prędictarũ medicinarũ, & ita fiat in ſua cura reuolutio de digeſtiuo ad euacuans, & ecõtra, tales enim ægritudines per ſe aliter eradicari non poſſunt phyſico beneficio. ¶ Si a. diebus, quibus accipit digeſtiua, intermedijs venter eius non eſſet bene fluxibilis, tunc omni ſero accipiat vnã de infraſcriptis pillulis parum ante cœnã. ℞. *pillularum de ſpeciebus, quæ dicuntur alephanginæ* ʒ *i. pulpæ colocynth. & agarici an.* ℈ *ß. ſalis Indi gra. v. formentur pillulæ cũ ſucco apii de omni* ʒ *xi. & accipiãtur vt dictũ eſt.* Pilulæ.

Cap. III. *De quibuſdam medicinis materierum conſumptiuis.*

Tertium capitulum exprimit quaſdam medicinas materierum conſumptiuas: & ſunt quatuor. ¶ Quarum prima eſt, q̃ hic dominus accipiat omni tertio mane per duas horas ante diẽ ℥ ß. confectionis anacardinæ cum ʒ i. ß. aquæ rutæ
E calefactæ, & tardet comedere ad minus per quatuor horas. ¶ Secũdum ſpeciale & melius eſt, vt hora prædicta accipiat tres de iſtis pillulis. ℞. *caſtorei & aſæ fœtidæ ana* ℈ *ß. ligni aloes electi* ℈ *i. formentur pillulæ de omni* ʒ *ix. cum electuario mythridat.* Tertium ſpeciale remedium eſt hoc. ℞. *mythridat. vetuſtioris, quam haberi poteſt* ʒ *i. & bibatur hora prædicta cum* ℥ *i. ß. aquæ ſaluiæ calefactæ.* Et ſi aqua illa eſſet de ſaluia ſylueſtri, longe melior eſſet. hæc enim medicamina omnia ab omnibus illuſtrioribus approbata ſunt. Ego autem experientia certa ſcio, quod ſi æger aſſueſcat omni mane accipere ℥ iij. de aqua roriſmarini cum tribus granis pulueris pyrethri, mirabili iuuamento ei confert. Pilulæ. Potio.

Cap. IV. *De inſtrumentis localibus.*

F Quartum vero & vltimum cap. deſcribit quædam inſtrumenta localia. Primũ, itaq; eſt, quod ſi æger balneetur aut membra ſępe infunderet vel embrocet in aquis thermarum, ſecurant hominẽ a priuatione ſenſus & motus, ſed omnis paralyſis eſt priuatio ſenſus & motus, igit̃, &c. ¶ Secũdũ locale eſt hoc. ℞. *pul. pyrethri* ℥ *i. bulliat cũ* ℔ *.i. olei oliuarũ vſq; ad conſumptionem tertiæ partis. Et de oleo iſto calefacto membra omnia læſa* Paralyſis quid. Inunctio.

quater aut ſaltem ter in die naturali vngantur, magnifice confert. & ſcribitur hoc à Serapione A
cap. de pyrethro authenticatum a Gal. 8. ſimpl. ¶ Tertiũ remediũ eſt, vt mẽbra inungã-
tur oleo cucumeris aſinini calefacto. ¶ Quartum, vt membra ægra liniantur & fricen-
tur cum vernice liquida, & eſt præſidium ſingulare, ſcripſit enim Serap. quod conferat
fluxibilitati neruorum membroſorum prouenientia repletione frig. hum. materiæ.
¶ In iſtis tamen inſtrumentis ordo teneatur, quod ante applicationem ipſorum mem-
bra euaporentur cum vapore fumoſi vini proiecti ad lapidem molarem bene calefactũ,
ita quod fumus ille recipiatur ſuper membra omnia læſa. cum ergo membra diligenter
fuerint cum pannis exiccata, tunc inungatur ex aliquo prædictorum linimentorum ca-
lidorum permutando ſemper vnum linimentum poſt aliud; nam ex continuata appli-
catione vnius medicinæ ſuper membro, non ſequitur impreſſio exoptata, propter quod B
quarta primi præcipit Auic. in meditatione non eſſe ſtandum in vna medicina, imo per-
mutandum ab vna ad alteram, non tamen virtute differentem. Cum ergo membra fue-
rint decẽter linita, tunc ſtatim cooperiantur cum pelle vulpina bene calefacta. Et ſi ha-
beri poſſet pellis dabaon, longe melior eſſet ad laudem Dei. Amen.

Pro eodem de paralyſi. ℞. *radicum pæoniæ, hermodactylorum, arthanitæ, rutæ ana M.
i. coquantur in duabus ſitulis aquæ marinæ vſque ad conſumtionem tertiæ partis.* ¶ Item. ℞. *olei de*
Vnguentum. *caſtoreo ℥ i. ß. olei de euphorbio ℥ i. ariſtol. ro. arthanitæ, abrotoni, ſtæchados, & andacochæ
ana ʒ ß. ligni aloes ʒ i. moſch. gra. ii. ceræ albæ quantum ſufficit, fiat vnguentum mediocris molli-*
Aliud. *tiei.* ¶ Item. ℞. *olei nardini ℥ iiij. piperis albi, camepytheos, chamædrios, centaureæ minoris ana
ʒ ii. trociſ. ʒ ß. ceræ albæ quantum ſufficit, fiat vnguentum molle.* ¶ Supraſcripta tria remedia C
applicata continuentur per x. dies hoc modo, primo omni mane ante cibum infundan-
tur ſpongiæ magnæ in ſupradictam decoctionem bene calidã, & applicetur omnib. par-
tibus ſtupidis & dolentibus, & vniuerſaliter omnibus iuncturis læſis, quater renouando
ipſas membris bene applicatas. ¶ Item de ſecundo vnguento diligenter inungantur p̃-
dictę partes. ¶ Item tertio de tertio vnguento extendatur ſuper pannis, & ponatur ca-
lidum ſuper omnibus membris prædictis, & ſemper hoc poſt applicationẽ ſpongiarum
mane & ſero per duas horas ante cibum continuando per decem dies iam prædictos.
¶ Cum ergo continuauerit x. diebus prædicta remedia, tunc reuoluat ſe ad ſequẽtia per
alios decem dies. ¶ Primo quidem accipiatur fruſtum lapidis molaris ferramentorum
& calefiat in igne, & tunc illi lapidi ſupereffundatur phiala vna, vel ℔. j. ß. vini albi ſub- D
tilis & antiqui & bene potentis paulatim ſuper illo lapide ſtillati, mẽbro ſemper diligen-
ter cooperto cum ſclauina, quando ita ſuffumigatur. ¶ Cum ergo ita ſuffumigatus fue-
rit, exicca bene membrum per decimam partẽ horæ, poſt illud inungatur cũ hoc oleo
diligenter calido, poſt cuius vnctionem membra inuoluantur, & ligẽtur cum ſtupa ca-
Linimentum. nabina bene calida. Eſt autem linimentum tale. ℞. *olei de euphorbio ℥ iiii. olei de ruta ℥ i. ca-
ſtorei, pyrethri, trium piperum an. ʒ i. viol. ʒ i. ß. conquaſſentur ſimul in mortario, & applicetur vt
dictum eſt x. diebus, & poſt illud reuoluat ſe ad altera remedia per alios decem dies, & de his ad iſta
remedia reuoluendo ſe, & econuerſo vſque ad medietatem madii*, & ſpero, habiturum conua-
leſcentiam egregiam. ¶ Vt autem ſupradicta remedia ſalubrius conferant, vtatur con-
fectione ſequenti, de qua ſemper poſt cibum accipiat fruſtum vnum. ℞. *ſpecierum diaco-* E
*ri ʒ i. xylobalſami, liquiritiæ, aniſi an. ʒ ß. ſach. albi lib. ß. cum aqua pæoniæ, vel acori fiat confectio
in rotulis ʒ ß.*

CONSILIVM XLIX. *De tortura oris & faciei cum paralyſi totius dextræ partis.*

ÆGRITVDO huius viri multum verenda eſt, quoniã non eſt ſimplex, imo eſt com-
poſita ex generatione ægritudinũ malæ cõplexionis & malę cõpoſitionis. Eſt n.
mala complexio frigida & humida in partibus omnibus cerebri ſui & in parte
cerebri poſteriori, a qua oriunt̃ nerui motus & ad plurimũ & in parte anteriori cerebri,
à qua oriunt̃ nerui ſenſus, qui exiſtũt ibi à prędominio, licet in eadẽ anteriori parte etiã
inueniãtur vili neruorũ mot⁹, ſicut in parte poſteriori multi inueniunt̃ vili neruorũ ſen-
ſus, licet immixti cũ aliis. ¶ Eſt ergo hæc ægritudo fortis, quoniã eſt paralyſis, q̃ eſt com- F
poſitionalis ægritudo, pueniẽs ex oppilatione neruorũ orientiũ a nucha & ſecundũ par-
tem ipſi⁹ nuchæ. Eſt ẽt verẽda ægritudo, ppterea, q̃a cõplicat̃ cũ ſpaſmo muſculorum fa-
ciei mouentium, vel mouere debentium mandibulas, in quorum origine muſculorum
& neruorũ immerſa eſt materia dilatãs eos ſecũdũ latũ, & abbreuiãs ſecũdũ longum:
vnde

A vnde facta eſt tortura, quæ eſt morbus officialis, i. membrorũ officio motus, vel ſeruitio motus inuentorum corrumpens, vel permutans faciem humanam a formoſitate ſua, per quam mandibulæ contrahuntur ſurſum verſus principium, ſc. cerebrum, & remouetur per eam bonitas obuiationis duorum labiorum, ſc. in parte contracta. ¶ Cum enim labium ſuperius cõtrahit᷑, & inferius contrahitur verſus latera, accidit ex illo, quod amborũ labiorũ ſuperficies nõ bene apponant᷑ ad inuicem, itaq; in extremitate illorũ labiorũ apparet quaſi foramen inter ea, ita vt eorum lingua ab aſpicientibus videri poſſit. ¶ Et ſequ-tur ẽt ex hoc, quod æger exſufflare non poſſit ab intus ad extra. ¶ Et quod iterum pomũ maxillę partis contractæ tuberoſum fit. ¶ 4. quod facies diſcoloratur propter priuationem trãſitus ſpirituum, & ſanguinis ad ſuperficiem genarum. ¶ Quinto, quod ſupercil-
B liũ inferius cõcipit verſus pomũ maxillę, ſupius a. labiũ eleuat᷑ verſus tempus lęſum. Inferius n. labiũ declinat & cõcidit, cũ a virtute non conuenienter ſuſtentet᷑, non, q̃a moueat᷑ motu recto deorſum; quia immobile eſt, ſupercilium autem ſuperius eleuatur, quia contrahitur a ſpaſmo tẽporaliũ partiũ. ¶ Propter quod ſequitur ſexto, quod habẽtes torturã habent oculum tortę partis, quaſi ſemi apertum. ¶ 7. quod habentibus torturam, remouentur rugę, quę ſolitę ſunt apparere in frõte. ¶ Ex quibus omnibus ſpeculator colligere poteſt, quod tortura ſit morbus complexionalis & officialis, per quam corrumpitur, i. ꝑmutat᷑ humana facies a formoſitate ſua, & cõtrahuntur labia ſuperiùs verſus latera, & prohibet᷑ bonitas obuiationis duorũ labiorũ ſimul, ita quod exſufflare non poſſint patientes, neq; expuere per illam partem, & ſenſus viſus percipiatur eorũ lingua detecta, pomũ ma- *Tortura q̃ ſit quid.*
C xillę tuberoſum fiat, ſupercilium inferius concidat, & ſuperius eleuet᷑ & remoueatur, aut debiliter appareãt rugę frontis & temporum. ¶ Eſt autem huius viri paralyſis ægritudo complexionalis, quia a mala complexione cerebri frigida & humida proueniens & cõpoſitionalis, quia & multa materia in cerebro multiplicata contingit, & niſi virtus cerebri fuiſſet fortis ad percutiendum & expellendum materiam, fuiſſet neceſſarium, quod hic vir fuiſſet factus apoplecticus maiori apoplexia. Expulſio enim materierum ad anteriorem partem cerebri & poſteriorem eius arguit fortitudinem virtutis & multitudinẽ materierum, pauca enim materia non potuiſſet duo replere loca & virtus debilis ipſam expellere non fuiſſet potens. ¶ Eſt autem ex hoc hæc paralyſis verenda dupliciter, primo, quia ægritudo fortioris partis, ſcil. dextræ, ſecundo, quia eſt vniuerſalis, quia totius
D dextræ partis ablatio ſenſus, licet non motus.

Hoc igitur in ſumma eſt fundamentum intelligendi formale harum ægritudinũ cauſſas & ſigna earum, propter quod ad curam, quam citius eſt poſſibile, feſtinandũ eſt, incipiendo a cura torturæ, quæ morbus eſt deterior, etiam quia homines aſpectu reddit horribiles. Et tertio, quia vt in pluribus plene curabilis eſt, cum non fuerit confirmata. Hominum enim multos perſæpe ab hac tortura complete ſanaui. Hoc autem raro admodum euenit in paralyſi. ¶ Propter quod hic primo incipiam ponere regimen dicendo, quod iſte vir bonam habeat proſperitatem ſuę ſanitati acquirendę, eo, quia non bibit vinum propter quod in potu ſuo vtatur aqua mellis per hunc modum facta. ℞. *aquæ fluuialis lib. xxv. florum roriſmarini* ℥ ß. *bulliant ſimul per mediam horam: deinde ſuper addantur* *Aqua mellis*
E *mellis lib. ij. & coquantur lento igne vſque ad conſumtionem tertiæ partis cum cochleari ligneo ſemper abiiciendo ſpumam, tunc ergo reſeruetur in vaſis vitreis colatum, & bibat de hoc ad libitum, & non aliud.* ¶ Carnes eius ſint vitulinæ, capreolinę pro maiori parte, & capretinæ, ſi inueniuntur, & leporinæ plurimum aſſatæ in veru, vel ſuper craticula cum roremarino, ſaluia, origano, & calamentho, mentha, pulegio, ſatureia & ſerpillo: his duobus proprie in omni cibario poſitis. ¶ Et comedat in ferculis cicera rubea, far, & oryzam, caules & rapas recentes cum foliis ſuis, & oua quouis modo præparata. ¶ Lac autem, caſeum, & omnia ſua condimenta & paſtilia, & neruos cuteſq; animalium effugiat tanquam ignem, & fructus omnes, & in ſumma regimen eius ſit attenuatiuum, i. paucę quãtitatis. ¶ Quieſcat autem & non exercitetur, & dormiat non valde prolixe eius capite ſemper eleua-
F to in aere vel camera bene calidis, & proprie in camera, vbi ligna abietis, orni, iuniperi & ſimilium plantarum calidarum incendantur. ¶ Caput muniatur pileolo, facto de pellibus vulpinis omnino, aut ſaltem de agninis. Et hæc de regimine penes generalia, &c.

Regimen a. circa medicinalia in hac prima ſeptimana conſiſtit in 10. inſtrumentis *Decem in-*

ſtrumenta medicinalia conſequentibus. ¶ Primum eſt, quod apparente vrina bene colorata fiat ei phleboto- A
1. mia venæ ſaluatellæ, in manu dextra inuenta inter annularem & auricularem digitos,
Venæ ſectio. per quam educantur ſanguinis ℥ iij. ¶ Secundum inſtrumentum eſt hoc. ℞. *pilularum*
2. *cochiarum, pilularum de ſarcocolla, & de hermodactylis maioribus an.* ℈ j. *diagridii gran. ij. formen-*
Pilulæ. *tur pilulæ vij. cum ſucco rutæ, & accipiantur per ij. horas ante diem, & dormiat modicum poſt eas: &*
3. *tardet comedere vſque ad vj. horas.* ¶ Tertium inſtrumentum eſt, quod caput eius totum
Frictio capitis. raſum aut tonſum cum pannis calidis bene fricetur, leuiter tamen vſquequo parum ru-
4. beat cutis mane & ſero. ¶ Quartum. ℞. *ſucci arthanitæ, quæ eſt panis porcinus, ſcutellam*
Illinitio capitis. ß. *ſtœchados, pulegii, calamenti, hyſopi drachm. ij. violarum drachm. iij. incorporentur omnia in*
mortario perfecta contritione ſimul cum ſuc. de quo totum caput abunde liniatur post fricationem di-
5. *ctam.* ¶ Quintum inſtrumentum eſt, vt ſemper in manu ſua habeat rutam recentem B
6. odorando ipſam, & ſi de ipſa in cibariis & per ſe comederet, optimum eſſet ei. ¶ Sextũ
eſt, quod ſemper in ore ſuo teneat mediam nucem muſcatam vel quartam partem.
7. *Vnguentum* ¶ Septimum inſtrumentum eſt hoc. ℞. *olei de coſto vnc. j. ß. olei de euphorbio vnc. ß. cala-*
menti, ſem. rutæ, ſtœchados, pulegii, ligni aloes an. ℈ j. ß. *olei de caſtoreo vnc. j. ceræ albæ, quantum*
ſufficit, fiat vnguentum molle aſpergendo ipſum cum aceto ſquillitico, de quo quater in die natu-
rali totum collum eius a principio occipitis vſq; ad finem actu calido inungatur. ¶ Octa-
8. uum inſtrumentum eſt hoc. ℞. *arthanitæ, recentis vnc. ß. maioranæ drachm. vij. ligni aloes*
Decoctio per nares attrahenda. *drachm. j. ß. bulliant omnia in vna phiala aquæ, vſq; ad conſumtionem medietatis. Hic itaq; patiens*
impleat os ſuum aqua mellis, aut ſacchari tepida: deinde impleat manum ſuam decoctione prædicta
actu calida, & leuiter traiiciat de ea ter per narem dextram, & totiens per ſiniſtram, & hũc modum C
medicandi faciat tribus vicibus in mane, videlicet apud ortum ſolis, in meridie, & per
9. horam ante cœnam, & pendet hic magnum fundamentum ſuæ curationis. ¶ Nonum
eſt, vt iſte vir ſaltem in die ſemel ante prandium vel cœnam ſubiiciat ſibi ſuppoſitorium
vnum, factum de radice panis porcini recentis ad quantitatem vnius glandis. ¶ Deci-
10. mum & vltimum remedium eſt, vt hic patiens omni ſero per duas horas ante cœnam, vel per tres deglutiat duo grana myrrhæ bene pinguis & citrinæ, & ſic procedendo ſimul habet ingenia & inſtrumenta curationis tam paralyſis, quam torturæ ſi peritus in medicina bene perpendat, tranſacta autem ſeptimana vna, oportet ſcire de ſtatu ſuo, & tunc prouideretur ei de opportunis, quoniam tales ægritudines magnitudine ſui aduocant Medicum ſemper aſſiſtentem eis, quæ tu conſidera. D

CONSILIVM L. *De tortura oris & vniuerſali paralyſi dextri lateris & cura per duodecim modos.*

ÆGRITVDO huius viri per ſe cognita eſt, ideo non oportet multum ſubtiliando procedere in theoria, verum tamen in ea accelerare remedia conuenientia, quam magis eſt poſſibile, quoniam ægritudo valde ſæua eſt. Eſt enim cõpoſita ex ſpaſmo & paralyſi, & eſt pars ſpaſmus particularis in muſculis faciei & mandibularum, propter quæ iam ſuperuenit ei tortura oris, & eſt vniuerſalis paralyſis dextri lateris. Tortura enim oris magis eſt in ſiniſtra parte ꝓpter quod cõcluditur vniuerſaliter magnam partem capitis fuiſſe repletam cum ab ipſo E
capite materia ſecundum partem propulſa fuerit ad dextram, ſecundum vero aliã partẽ ad ſiniſtram. ¶ Eſt ẽt ægritudo hæc difficilis cum ipſa ſignificet materiã in cerebro multam congeſtam, eo, quia ipſa per modum defluxus tẽpore quaſi inſtantaneo ꝓpulſa fuit ad ꝑdictas partes, propter ꝙ non oportet hic blandiri, ſed conari attrahere materiã, & euacuare ꝑ diuerſas partes, ſi enim moraret̃, dubitabile eſſet, ꝙ multum de materia multiplicaretur ad partem tortã & paralyticam, non n. eſt rationabile credere totã materiã a cerebro ad prædictas partes fuiſſe tranſlatam, imo reliquias multas ipſarum materierum adhuc in cerebro remanſiſſe, ex quarum præſentia dubitabile eſſet de permutatione ad epilepſiam, aut apoplexiam, quæ ſuperuenire poſſent, propter quod feſtinanter prouideatur ei ſecundum 12. modos. ¶ Primus igitur modus curationis communicans paraly- F
Regimen per res non naturales. ſi & torturæ ſuſtentatur in regimine per res non naturales. Et primo quidem vtatur bro-
Cibus. diis cicerum & farræ, & brodio caulium cum petroſ. fœn. & ſem. aneti, aut aliquo iſtorũ coctorum in brodio gallinæ vel caponis, aut perdicum, aut phaſianorum, ſi potens eſt, quibus etiam carnibus vti poteſt, & proprie aſſatis, & etiam elixis.

Ex qui-

A Ex quibus etiam fiant iuſcula cum farre vel ciceribus confractis, & conferunt etiam
vitelli ouorum in prædicto brodio cocti, & aliud non comedat ſaltem per primam ſepti-
manam. ¶ In potu vero omnino abſtineat a vino, & vtatur aqua cocta per iſtum mo- *Potus.*
dum. ℞. *florum roriſmarini drach.* j.ß. *mellis electi lib.* j. *aquæ fontis lib.* xv. *coquantur omnia lento*
igne in vaſe lapideo bene diſpumando: flores tamen ligentur in panno raro, donec bulliant
cum aliis. ¶ Secundus modus eſt, vt in ſequenti nocte in aurora dentur ei pilulæ iſtæ,
ſuper quas parum dormiat immediate, & tardet cibum horis ſex, & per mediam horam
ante accipiendo ſcutellam vnam macri brodii carnium ſupraſcriptarum, cuius deſcri-
ptio eſt. ♃. *pilul. de ſarcocolla ſcrup.* ij. *pilul. fœtidarum ſcrup.* j. *formentur pilul.* vj. *cum hiera* *Pilula.*
Galen. conuenientius enim operabuntur magnæ exſiſtentes quam paruæ. ¶ Tertius modus regi-
B minis eſt, vt die immediate ſequenti in aurora accipiat hunc potum, quem continuet
diebus ad minus vj. ♃. *ſyrup. de ſtæchade vnc.* j. *aquæ betonicæ, roriſmarini an. vnc.* ij. *totum* *Potio.*
hoc calidum accipiatur in aurora, & tardetur cibus horis quatuor.

Quartus eſt, vt die immediate ſequenti accipiat iſtas pilulas. ♃. *pilul. fœtidarum* *Pilula.*
drachm. j. *boni ponderis fiant* vij. *cum electuario Indi, & obſeruentur poſt eas omnia quæ dicta ſunt*
de primis. ¶ Quintus eſt, vt diebus intermediis, quibus ſumit ſyrup. tactum omni die
parum ante cœnam præter vltimam diem, qua accipit ſyrup. accipiat pilul. j. de pilulis
iſtis. ♃. *aloes ablutæ drachm.* j. *agarici, ſerapini, colocynthid. an. ſcrup.* j. *fient pilul. de omni dr.* *Pilula.*
vij. *cum hiera pigra.* ¶ Sextus modus eſt, vt ſemper in ore ſuo teneat mediam nucem
muſcatam, & teneat ibi quaſi ſemper. ¶ Septimus, vt ſuper capite ſuo a principio fron-
C tis per medietatem capitis per quinq; digitos, vſque ad principium ſpatularum pulueri-
ſentur omnes iſtæ partes cum iſto puluere in bona quantitate leuiter confricando. ℞.
ſtæchados, pulegii, calamenti, betonicæ an. drachm. j.ß. *pyrethri, coſti, ſtaphyſagriæ an. drachm.*
j. *puluer. maioranæ vnc.* ß. *fiat omnium per ſe puluis, & poſtea commiſceantur.* ¶ Octauus, vt to- *Inunctio.*
ta ſpina ipſius a principio ſpatularum vſque ad finem ipſius tribus vicibus in die naturali
inungatur cum oleo de coſto calido bene confricando, & toti ſpinæ ſuperaſpergatur
puluis ſupraſcriptus.

Nonus, vt tota pars ſiniſtri capitis & tympus illius partis omni mane & ſero em- *Emplaſtrũ.*
plaſtretur, cum hoc medicamine rationali calefacto. ♃. *betonicæ recentis lib.* ß. *ſtæchados*
Arabicæ vnc. ij. *calamenti, mentaſtri, pulegii, origani an. vnc.* j. *farinæ orobi vnc.* j.ß. *farinæ fa-*
D *barum vnc.* ij. *croci drachm.* ß. *coquantur herbæ omnes recentes in bono lixiuio: deinde incorporen-*
tur cum aliis & cum iſtis oleis. ♃. *olei de caſtoreo, olei de piperibus & de ruta an. vnc.* ij. ¶ Deci-
mus eſt, vt ſemper in manu ſua teneat magnam quantitatem rutæ, & olfaciat eam.
¶ Vndecimus eſt, vt ſemper ante cibum per vnam horam accipiat rotulam vnam hu-
ius confectionis, & poſt ipſam bibat cyathum vnum ſui potus dicti in primo modo re-
giminis, cuius deſcriptio eſt hæc. ℞. *ſpecierum pliriſarcoticon, triumpipereon an. drachm.* j. *Rotula.*
ſacchari ſecundæ decoctionis vnc. v. *cum aqua roriſmarini fiat confectio in rotulis drach.* iij. ¶ Duo-
decimus, vt poſt ſecundam purgationem ſupraſcriptam omni mane hora ſyruporum
accipiat vnc. ß. electuarii de acoro, & bibat poſt ipſum cyathum vnum medium ſui po-
tus calidi. Hæc ſunt remedia ſublimiora, quæ in hac ægritudine fieri poſſunt, ſaltem
E pro prima ſeptimana & ſecunda, poterit tamen patiens in proceſſu ſcribere de ſtatu
ſuo, ſi fuerit opportunum, fortaſſe ſibi prouideretur vberius ad laudem Dei. Amen.

Consilivm LI. *De tortura oris.*

IN viro iſto oportet de neceſſitate concedere fuiſſe multum de mate-
riebus contentis in cerebro, quantum ad poſteriorem partem, vnde
motiui nerui, & ſexti paris, & ſeptimi per ramos ab eis prouenientes
effundunt animalem ſpiritum, qui debet eſſe inſtrumentum motus
mandibularum, & quia agitatio in materiebus in cerebro facta non
fuit fortis in mandibulis, neque in muſculis earum, nec materia illuc
F propulſa fuit vnita, nec tantæ potentiæ, vt faceret torturam fortem:
Ideo oportet de neceſſitate concedere virtutem innitentem contra materias eſſe for-
tem, & materiam paucam, & expulſione inſenſibili & ſenſibili per os, & palatum fuiſſe
euacuatam, & a profundis cerebri partibus inclinatam ad exteriora, quare hæc diuer-

ſio ſecurabit virum iſtum a forti tortura ſpaſmoſa, & fortaſſe etiam a tortura paralytica. A
¶ Et quia non eſt rationabile materias inuentas in principali membro frigido oppilabi-
li & debili, velut cerebrum ita conuenienter & totaliter euacuatas fuiſſe; ideo exiſtima-
bile eſt, quod partes, quæ remanſerunt, iterum poſſent facere vnam recidiuam para-
lyſis & torturæ, aut epilepſiæ & apoplexiæ, ſi facere contingeret materias multiplicare
in cerebro diu permanere, vnde propter hoc apparet mihi huic viro citiſſime ſubueniri
Decem inſtrumenta medicinalia. debere, ſecundum decem inſtrumenta iſta.
Primum, quod abſcindat a ſe vinum ſaltem per menſem futurum, a quo vino ſe-
1. cedat, ſeu omnino dimittat ipſum, & bibat de hydromelle, ſecundum hunc modum.
Hydromel. *℞. aquæ fontis lib. xv. pul. foliorum roriſmarini drach. ij. mellis electi lib. j. bulliant ſimul paulatim* B
2. *a decoctione vſq; ad conſumtionem quartæ partis: deinde coletur & vtatur illo.* ¶ Secundo prin-
Pilulæ. cipaliter mane ante diem per horam aſſumat has pilul. minoratiuas diſtrahentes mate-
rias a capite. ℞. *pil. de ſarcocolla deſcriptione Meſ. in cap. de conſolatione ʒ ß. pillul. cochiarum ℈*
j. formentur pil. ſex cum electuario Indo, & poſt eas tardet cibum per horas ſex. ¶ Tertio, prin-
3. cipaliter intendat digeſtioni materiei cum hoc. *℞. aquæ iris, betonicæ an. ℥ j. ß. aquæ flo-*
Digeſtiuum. *rum roriſmarini ℥ j. miſce & calidum in potu recipiatur totum per v. horas ante prandium per dies*
ad minus viij. ¶ Quarto principaliter in tempore, quo aſſumit hoc digeſtiuum, ſi ven-
4. *Pilulæ.* ter eius non eſſet fluidus, parum ante cœnam accipiat vnam de iſtis pilul. *℞. agarici, her-*
modactyl. an. ℈ ß. zinzib. electi, ſalis Indi ana gran. v. pil. de ſpeciebus ʒ ß. formentur pil. de omni
5. *drachm. vj. cum ſyrup. de ſtœchade.* ¶ Quinto principaliter poſt aſſumtionem digeſtiui C
Potio ſolutiua. ſoluatur venter cum hoc. *℞. hieralogodion drach. ij. electuarii de pſyllio ʒ ij. ß. miſce & aſſu-*
matur totum cum aqua ſua hydromellis. ¶ Sexto principaliter maſticet ſæpe per horam an-
6. *Maſticatio.* te cibum omnem fruſtum vnum nucis muſcatæ expuendo, quod attrahitur. ¶ Septimo
7. principaliter puluerizetur tota caluaries capitis eius cum hoc puluere. *℞. ſtœchados, be-*
Puluis capiti aſpergendus. *tonicæ, arthanitæ, ligni aloes, garyoph. an. ſcrup. ij. macis drachm. j. fiat omnium per ſe puluis ſub-*
tilis, & pectinando abſtergatur primus, cum ponitur ſecundus. ¶ Octauo principaliter vtatur
8. hac confectione, de qua ſemper ante cibum accipiat rotulam vnam. *℞ ſpecierum electu-*
Rotulæ. *arii de ligno aloes, ſpecierum diambræ amborum deſcriptione Meſ. in antidotario an. drac. j. ſaccha-*
9. *ri albi lib. ß. cum aqua betonicæ, fiat confectio in rotulis trium ʒ.* ¶ Nono principaliter recor-
Ablutio pedum. detur ſæpe ante cibum ſuum facere ablutionem pedum ſuorum, vſq; ad inguina cum aq. D
decoctionis foliorum hederæ bene calida. ¶ Vltimo vero effugiat omnium piſcium re-
10. centium vſum, nocent enim cerebro & neruis *ſecundo canon. in areola membrorum capitis,*
meliores ſunt ei piſces ſaliti quam recentes. ¶ Et caueat a leguminibus & proprie elixis,
a cibis paſtilibus & lacticiniis omnibus, & proprie ab omnibus vniuerſaliter actu frigidis
ad laudem Dei. Amen.

CONSILIVM LII. *De tortura oris.*

Septem vlteriora remedia contra torturã oris. VLTRA remedia alias ordinata pro hac adoleſcẽtula occurrunt mihi ſeptẽ
alia remedia ꝓ diſpoſitione ſua adminiſtranda, quæ curabunt ipſam com-
plete ab illa pauca tortura oris, quæ illi remanſit & præſeruabunt ipſam, ne
tranſeat & permutetur ad peius. ¶ Sed tamen primo præmittendum, quod E
abſtineat a cibis valde vnctuoſis euaporoſis multum, vt cæpis, allio, eruca, raphano &
Cibus. ſimilibus. ¶ Et ab illis, quæ ventoſitatibus replent caput & vaporibus abſq; acuitate,
vt ſunt legumina omnia, lac & omnes partes lactis præterquam recocta, quæ eſt ei vtilis
& caſeus mollis, & recens, item caules, betæ, ſpinachiæ, & omnes fructus valde humidi
corruptibiles velut ceraſa, chryſomela, cucumeres, anguriæ dimittantur, & ad vltimũ
omne cibarium, ad quod accipiendum neceſſaria ſit maſticatio fortis & longa, dimit-
Potus. tendum eſt. ¶ Potus vero eius ſit vinum rubeum, bene clarum, non valde potens, &
adhuc refractum cum medietate aquæ de ciſterna, omnino autem caueat a vino ſibi
valde fumoſo, quod non debet tangere. ¶ De remediis autem medicinalibus primum
1. *Remedium.* eſt, vt omni tertia veſpera per horam ante cœnam abluantur pedes tibiæ, coxæ, manus, F
brachia, collum, facies, & gula, cum hac decoctione. ℞. *foliorum lauri M. ij. foliorum iu-*
niperi M. iij. coquantur in magna quantitate aquæ, vſquequo fiat bene aromatica, & cum ipſa
Ablutio pedum *calida lauentur partes prædictæ.* ¶ Secundum remedium eſt hoc, quod omni ſero,
2. quando vadit ad lectum, ponat collum, & ſpatulas ſuas ſuper tabulam de ligno
cupreſſi

A cupreſſi bene calefactam & ſuperueſtitam panno ſubtiliſſimo, & teneat collum & ſpa-
tulas ſuper ea vſquequo tepefiat, & tunc vngatur cum hoc linimento. ℞. *olei de coſto, olei* Linimentũ.
irini an. ℥ ß. *olei de ſeſamo* ℥ j. *olei de ſtæchade, pæoniæ, rutæ, abrotoni an.* ℥ j. *conquaſſentur ſimul in*
mortario, & accepta quantitate conuenienti de hoc calefacto diligenter vngatur collum & ſpatulæ, &
ſuperponatur pannus ſiccus leuiter calefactus ſuper quo decumbere debet. ¶ Tertium ſpeciale re- 3.
medium eſt, vt poſt prædictam vnctionem ſuper parte anteriore capitis a ſuperiori par- *Puluis capiti inſpergendus.*
te frontis per quatuor digitos longitudinaliter, vſq; ad ſummitatem capitis inſpergatur
de hoc puluere quantitas quatuor gran. hordei inter capillos, & ſi non curaret interpo-
nere puluerem capillis, tunc fiat ſacculus de ſindone de grana retorta, qui ſit longitudi-
nis vnius ſemiſſis, & latitudinis quatuor digitorum, in quo ponatur ʒ j. huius pulueris.
B ¶ Puluis autem iſte eſt. ℞. *gra. pæoniæ* ʒ ij. *macis* ʒ ij. *garyophil. ligni aloes, maioranæ, florum*
roriſmarini an. ʒ j. *fiat omnium puluis per ſe: deinde commiſceantur.* ¶ Quartũ vero remedium 4.
ſpeciale eſt hoc. ℞. *aureæ Alexandrinæ ſaltem ætatis annorum quinque, mithridatii an.* ℥ ß. *pæo-* Electuariũ.
niæ, maioranæ, nucis muſcatæ, ſeminum rutæ an. ſcrup. j. *incorporentur diligenter: deinde poſt pul-*
ueriſationem ſupradictam, vel poſt ſacculum deglutiat de hoc electuario quantitatem vnius fabæ.
¶ Quintum eſt, vt omni mane ante prandium & cœnam etiam per duas horas impleat 5.
os ſuum de aqua decocta cum ſaccharo: deinde in manum ſuam accipiat de decoctione
infraſcripta calefacta, & traiiciat de ipſa leuiter per naſum ſuum ſaltem quatuor vicibus
per quamlibet narem, & ita continuet diebus ad minus octo. Decoctio vero, quam tra- *Decoctio per nares attrahenda.*
here debet per nares eſt iſta. ℞. *folii, ligni aloes, ſtæchados Arabicæ, radicum cucumeris aſinini*
C *an.* ʒ j. *maioranæ* ʒ ij. *ſacchari ſecundæ decoctionis* ℥ j. ß. *coquantur omnia in libris* vj. *aquæ* vſq; ad
conſumtionem duarum partium lento igne, deinde colentur, & reſeruetur colatura in
vaſe vitreo expoſito radiis ſolis, & cum opus fuerit, de prædicta coctione accipiatur cya-
thus vnus & calefiat, & per nares traiiciatur, vt dictum eſt. ¶ Sextum eſt, quod iſta ado- 6.
leſcentula ſemper poſt prandium & cœnam accipiat fruſtum vnum infraſcriptæ confe- Rotulæ.
ctionis. ℞. *ſpecierum diamuſci dulcis, ſpecierum diambræ an.* ʒ j. *ſacchari ſecundæ decoctionis* ℥ v.
& cum aqua maioranæ fiat confectio in rotulis ʒ j. ß. ¶ Vltimo vero hæc adoleſcentula vti de-
bet infraſcriptis pilulis. ℞. *pilularum alephanginarum deſcriptione Meſuæ in ſuo antidotario* ʒ Pilulæ.
j. ß. *bdellii mollis, pulpæ colocynth. an.* ℈ ß. *fiant pilulæ cum ſyrupo de ſtæchad. de omni* ʒ j. *& circum-*
aurentur. ¶ Deſcriptio aliarum pilularum eſt hæc. ℞. *aloes ablutæ* ʒ j. *agarici electi* ℈ j. *zinzib.* Aliæ.
D *ligni aloes gran.* iij. *fiant pilulæ cum ſucco roſ. de omni* ʒ x. Sit autem harum pilularum vſus iſto
modo, quia de pilulis aureatis accipiat vnam per duas horas poſt cœnam, quando fece-
rit fomentum cum tabula cupreſſi, & vnctionem poſt ipſam pulueriſationem ſuper ca-
put, & cum acceperit electuarium ſupraſcriptum, tunc illo ſero non accipiat pilulam,
ſed duobus diebus ſequentibus, & quando accipit illam pilulam, dimittat electuarium
iam prædictum. ¶ Quarta vero ſequenti veſpera per mediam horam ante cœnam acci-
piat vnam de aliis pilulis, ita reuoluendo de iſta, quam accipit ante cœnam, ad iſtam, quã
accipit poſt cœnam continuando modum, vt quando acceperit electuarium, dimittat
pilulas, & econtra, & erit perducens ad ſanitatem.

E CONSILIVM LIII. *De impotentia motus progreſſiui, quæ tamen paralyſis vere dici non poteſt.*

NOBILIS vir Ludouicus de Garzonibus laborat diſpoſitione, quæ eſt impo-
tentia ad motum progreſſiuum, & tamen paralyſis vere dici non poteſt, o-
mnis enim vera paralyſis aufert ſenſum & motum, & maxime cum ipſa fue-
rit vniuerſalis, i. alteram medietatem corporis, dextram aut ſiniſtram inua-
dens. ¶ Neq; etiam hæc diſpoſitio poteſt dici paralyſis in ſenſu, cum experientia ſit in
oppoſitum, eo, quia vir iſte in ſenſu tactus medietatis dextræ, quæ paralytica fuit, vt di-
citur, ſenſum habet conuenientem omnium obiectorum tactus perceptiuum. ¶ Simili-
ter neq; dici poteſt paralyſis in motu, eo, quia membra mouentur, vt ſenſus oſtendit, o-
F portet igit' de neceſſitate concedere, quod hæc diſpoſitio ſit impotentia ad ꝓgreſſiuum
motum, extenſiuum & contractiuum, quæ eſt accidens paralyſim conſequens. ¶ Poteſt
autem huius accidentis verificatio haberi, vt remanſerit aliqua oppilatio in neruis oriẽ-
tibus a ſpondylis cordis vel colli, per quos ſenſibilis ſpiritus & motiuus ad brachia defer-
ri ſolebat. Similiter etiam potuit remanere aliqua oppilatio in neruis orientibus a ſpon-

dylis renum, alkatim & caudę, per quas ſpiritus motiui deferri debent ad pedes magnos. A
¶ Secunda cauſſa poteſt eſſe debilitas, q̃ remanſit in neruis ſenſus & motus totius dextræ
partis, ꝓpria enim debilitas illatum partiũ abſq; aliqua oppilatione cadente in nucha, &
in neruis ab ea orientibus, poteſt eſſe cauſſa debilitatis & impotẽtiæ ad motum progreſſi-
uum vel alium. ¶ Credo autem ego, quod vtraq; iſtarum cauſſarum in hoc viro concur-
rat ad impediendum motum brachii & progreſſiuum. ¶ Etiam confirmari poteſt ſatis
propter longitudinem ægritudinis, quoniam a ſex annis circiter moleſtatur hac ægritu-
dine. ¶ Secundo etiam hoc confirmari poteſt a poſteriori, quia remedia, quæ fuerunt ei-
dem applicata a principio colli, vſq; ad caudam, notabiliter profuerunt ei. Vnde in mo-
tu brachii dextri & progreſſiuo ſecundum pedem totum manifeſtam habuit alleuiatio-
nem, propter quod bene ſperandum eſt, quod ſi proceſſerit in cura ſua conuenienter & B
diſcrete, notabilem habebit conualeſcentiam, vt nunc ſequetur.

Modus itaq; regiminis eius pendet ex debita electione rerum non naturalium pri-
mo, 2. ex debita adminiſtratione inſtrumentorũ medicinaliũ. Pro declaratione itaq; pri
Res non naturales. mi 1. eligatur aer ſibi conueniens in cõtrariũ dyſcraſiæ, & ſimiliter totũ regimen ſex rerũ
non naturaliũ. ¶ Regimen vero medicinale huic viro cõueniens 12. remediis mihi com-
plendũ eſt. Quorũ primum eſt, vt iſte vir purgetur omni vere a principio menſis Martii
vſq; ad medietatem eius, a 20. die Septembris vſq; ad principium Octobris per hunc mo-
1. *Duodecim inſtrumẽta medicinalia* dum. ¶ Primum itaq; remedium eſt hoc minoratiuum, quod in menſe Martii recipiat in
aurora cum ℥ iij. aq. mellis calefactæ, & tardet cibum ſuum poſt aſſumtionem ipſius per
horas vj. accipiens in quinta hora cyathum vnum aquæ hordei ſaccharatę calidæ, & C
Potio minoratiua. poſt ſex horas prandeat. ℞. *electuarii Indi drachm. ij. agarici electi drahm.* ß. *reupontici ſcrup.*
2. *j. zinzib. ſpicænardi an. gran. v. ſalis gemmæ gran. j. miſce cum aqua prædicta, & fiat vt dictum eſt.*
Digeſtiuum ¶ Secundum remedium eſt, vt ſumto minoratiuo iam dicto accipiat in aurora hoc di-
geſtiuum calidum, & continuet tota ſeptimana ipſum, & tardet cibum quatuor horis.
℞. *ſyrup. de calamento, ſyrup. de ſtœchade, oxymel. compoſiti an. vnc.* ß. *aquæ acori, betonicæ, & i-*
3. *reos an. vnc. j. miſce.* ¶ Tertium inſtrumentum eſt, quod poſt digeſtiuum præſcriptum
Pilula. octaua ſequenti die in mane purgetur cum iſtis pilulis. ♃. *pilularum de ſarcocolla, pilula-*
rum fœtidarum an. drachm. ß. *reformentur pilulæ vij. cum melle roſato, & accipiantur vt dictum eſt.*
4. ¶ Quartum remedium eſt, vt in fine Septembris accipiat hoc minoratiuum, & poſt
Pilula alia. ipſum obſeruet conditiones, vt de primo minoratiuo iam ſcriptum eſt. ♃. *pilul. de aga-* D
rico, pilularum de hermodactylis an. drachm. ß. *boni ponderis reformentur pilul. vij. cum electuario*
5. *ſucci roſarum.* ¶ Quintum inſtrumentum eſt, vt poſt aſſumtionem præſcripti minora-
Potio digeſtiua. tiui accipiat hoc digeſtiuum, quod continuet ſeptimana vna hora, & modis obſeruan-
6. dis in ſyrupo præſcripto in purgatione veris. ♃. *aquæ betonicæ, aq. ſaluiæ, aquæ iuæ an. vnc.*
Pilula. *j.* ß. *ſyrup. de eupatorio vnc. j. miſce.* ¶ Sextum inſtrumentum eſt, vt poſtquam accepe-
rit digeſtiuum prædictum octaua ſequenti die in mane purgetur cum iſtis pilulis. ♃.
pilularum de hermodactylis ſcrup. ij. pilularum fœtidarum ſcrup. ij. reformentur pilul. vij. cum ſucco
7. *roſarum, & accipiantur hora & conditionibus ſcriptis & obſeruandis in purgationibus.* ¶ Septimũ
Vnguentũ. principale inſtrumẽtum eſt, vt tempore, quo aſſumit digeſtiuum, ſemper tota ſpina eius
inungatur bis in die, ſc. in mane, quando ſurgit & ſero, quando vadit ad lectum, cum hoc E
8. vnguẽto, incipiendo a principio colli, vſq; ad finem ſpinę leuiter confricando. ℞. *olei iri-*
Puluis purgans. *ni, & de coſto an.* ℥ *j. de piper.* ℥ ß. *miſce.* ¶ Octauum eſt, vt tempore, quo aſſumit digeſtiua p̃-
dicta, ſi vẽter eius foret ſtipticus vtatur hoc puluere: de quo omni tertio ſero parum ante
cœnam accipiat ℈ j. cum medio cyatho brodii, vel aquæ hordei ſacharatæ: cuius deſcri-
ptio eſt hæc. ℞. *turbit electi* ʒ *j. hermodactylorum* ℈ *ij. polypod. drach.* ß. *folliculorum ſenæ drach.*
ij. cinamomi electi, macis, zinziberis, violarum, garyophillorum an. ℈ *j. tartari* ℈ *ij. ſalis Indi drach. j.*
9. *puluerizentur omnia per ſe, demum commiſceantur diligenter.* ¶ Nonum inſtrumentum eſt,
poſtquam purgatus fuerit, vtatur confectione diacori, aut electuario de acoro, de quo
10. omni mane per quatuor horas ante cibum accipiat cochlear vnum deglutiendo ipſum
Mixtura ex ſpeciebus. ſicut Paduæ facere ſolebat. ¶ Decimum, vt poſt prædictas purgationes ſaltem ter in F
ſeptimana accipiat omni ſero cum vadit ad lectum vnc. j. huius mixtionis. ℞. *ſpecie-*
rum diambræ, ſpecierum pliriſarcotici an. vnc. ß. *oxymellis compoſiti vnc. iij. ſyrup. de calamento* ℥.
iij. ſacchar. albi vnc. ij. coquatur ſaccharum cum ſyrup. & cum inſpiſſatum fuerit, ſuperaddantur
11. *ſpecies prædictæ, cum iam tepeſcit.* ¶ Vndecimum, vt diebus iſtis interpolatis aliquando
bis in

A bis in ſeptimana in aurora bibat cum aqua ſaluiæ calefacta ℥ j. confectionis Hermetis,
poſt quam tardet cibum horis ad minus quatuor. ¶ Duodecimum vero eſt, vt in ſe- 12.
ptimana vicibus ſaltem quatuor collutionem oris ſui faciat cum ℥ iiij. aquæ mellis,& ℥ j. *Ablutio*
ß.confectionis anacardinę inuicem mixtis & calefactis,hoc enim erit ei ſingulare reme- *oris.*
dium ad impedimentum ſermonis. ¶ Sicut ad impedimẽtum motus digitorum in ſcri-
bendo ſingulare remedium erit frequens ablutio facta cum lib. x. aquæ cineris, & lib. ß.
ſulphuris viui decoctis vſque ad conſumptionem tertiæ partis.ſpero enim per tale reme-
dium manus eius ad laudabilem diſpoſitionem reduci poſſe: ſicut & totum corpus cum
aliis remediis ſupraſcriptis ad bonam conualeſcentiam reſtituetur: quod totum altiſſi-
mus miſericordia ſua concedere dignetur ad laudes perpetuas. Amen.

B CONSILIVM LIV. *De tremore capitis & brachiorum exceſſione ad cephalicam frigidam.*

TREMOR, quo moleſtatur nobilis iſte vir, eſt morbus difficilis valde:& mina-
tur ei periculum ingens aduentus ęgritudinũ neruorum; vt paralyſis & fortaſ-
ſis ſpaſmi & ægritudinum cerebro appropriatarum: vt epilepſia & fortaſſis et-
iam apoplexia. Cum enim iſte tremor ſecundũ partẽ ſit ęgritudo capitis, ſimi
liter etiam ſit ægritudo dextri bracchii, patet quod materia, quæ facit hunc
tremorem, facile poteſt eſſe cauſſa epilepſiæ aut apoplexiæ. Multiplicata enim ipſa in
multis partibus cerebri, propter aliquam de cauſis multiplicationis eius, facile poteſt
complete vel incomplete oppilare omnes ventriculos cerebri: & iam fuit vir iſte epile-
pticus, aut apoplecticus. ¶ Et cauſſa quidem multiplicationis eius facile intelligenti ap-
C paret, velut eſt ſuperfluitas in potu, & proprie vini fumoſi dulcis & vinoſitatem habẽtis,
velut etiam eſſet immoderatus coitus & exercitium ſuper cibatione factum: & commo-
rari in aere frigido & exercitari exercitiis, per quæ oportet caput incuruatum tenere: &
veſtibus collum valde ſtringentibus veſtiri, & ſic de aliis. Propter enim hæc omnia mul-
tiplicaretur materia: quę ſi fluxibilis & aquoſa perſeueraret moleſtando virtutem ad ex-
pulſionem ſui, ad originem nuchæ delata, vniuerſaliter paralyſim in aliqua medietatum
totius corporis oppilando efficeret. ¶ At vero iterum, ſi materiam iſtam contingeret &
adhuc quantitate non multiplicatam, ſiue in modum ſubſtantiæ craſſiorem fieri inci-
tante virtutem ad illius expulſionem, per neruos propulſa extendendo eos ſecundum
latitudinem, facile poteſt eſſe cauſſa contractiui motus neruorum & lacertorum verſus
D cerebrum, & incurreret ſpaſmum. ¶ Amplius iterum oportet concedere hanc ægritu-
dinem neceſſario eſſe verendam ex nocumento cerebri & neruorum: quod apparet ex
tremore ambarum partium. ¶ Adhuc quarto oportet hãc ægritudinem eſſe ſuſpectam,
quoniam ipſa eſt facta ſucceſſione ad cephalæam frigidam, quæ non fuit canonice cura-
ta. Propter quod concluditur in cerebro non ſolum remanſiſſe reliquias materiei huius
ægritudinis: ſed etiam debilitatem cerebri, quæ eſt cauſſa continua generationis harum
materierum per viam indigeſtionis. ¶ Cum ergo materia huius ægritudinis inueniatur
præſens in venis & neruis & cauſſa generationis ipſius continue fixa permaneat, neceſ-
ſe eſt concedere ægritudinem ipſam ingẽtis periculi eſſe neceſſitatiuam, niſi aliter pro-
uideatur ei. Verum quia res iſta longa & accurata multum inquiſitione indigeret, & iam
E non inſtat temporis commoditas in particulariter deſcribendo regimen, quod eſſet cõ-
ueniens ex parte rerum non naturalium & medicinalium: Ideo nonnulla puncta regi-
minis eius ex parte regiminis non naturalium & medicinalium ſuccincte percurram
reſeruans intentionem ad ſupplendum illa, ſi in poſterum fuerit neceſſarium. ¶ Igitur *Regimen in*
vir iſte omnino abſtinere debet ab vſu ciborũ & eorũ, q̃ ſunt frigida & humida, vt piſces *ſex rebus nõ*
omnes, & proprie elixi: cancer & anguillæ. Et longe meliores ei ſunt piſces ſaliti, quam *naturalibus*
recentes: & euitet ſpinachias, betas, cucu. portul. & ſimilia. ¶ Et caueat ſummopere a re- *Cibi.*
bus craſſitudine & viſcoſitate ſua oppilantibus: vt ſunt paſtiles, panis azymus non bene
coctus. ¶ Effugiat etiam leguminum omnium ſubſtantiam, ſed brodio cicerũ rub. & al-
borum, farro oryza amygdalato vti poteſt. ¶ Et panis ei melior modicum furfuraceus,
F ſalis & fermenti modicum habẽs, quam communis panis. ¶ Comedat carnes tempore
ſuo vitulinas, capretinas, & minus frequenter capretinas, & caro ſalita non pinguis eſt ei
vtilis. ¶ Fructus recentes omnes vitare debet. limonibus autem & aranciis & citro con-
dito cum ſpeciebus vti poteſt. ¶ Lac & lacticinios cibos nullo modo tangat, nec caſeum
dulcem: ſed caſeus ſalitus Cretenſis omnino melior eſt ei.

Fœniculum vero & petroſelinum, mentham, & roriſmarinum, ſaluiam, ſerpillum, omnia talia & eorum radices in multo vſu habeat. paſtinachiæ, karotæ, cappares & conſimilia bene placent. A

Potus. De potu autem eius dicendum omnino, ipſum debere dimittere vinum, ſi diligit ſanitatem propriam, propter quod placeret mihi ſumme, vt vteretur iſto potu, videlicet

Potio artificialis. quod accipiat *de aqua bonæ ciſternæ* ℔ *xxv. florum roriſmarini ſiccorum* ℥ j. *bulliat aqua cum his floribus vſque ad conſumtionem tertiæ partis eius, deinde ſuperaddantur ei mel. citrini electi* ℔ *ij.* & iterum in ſimul bulliant ſucceſſiue bene diſpumando cum cochleari, vſquequo quarta pars conſumatur. Demum coletur per ſtamen bene ſpiſſum & reſeruetur hæc decoctio in vaſis mundis vitreis bene cooperta. De hac autem aqua bibat ad libitum ſuum loco vini, ſi autem propter aliquam cauſam recipere non vellet, ſaltem miſceatur ei tertia vel B quarta pars vini rubei clari non valde craſſi neque fumoſi.

Decem obſeruanda. De regimine vero medicinali incipiendo curã rationabiliter, decem videtur mihi ab eo obſeruari debere.

1. *Phlebotomia.* ¶ Primum eſt, quod ab hac die præſenti quinta Martii vſque ad duodecimam eius vno mane ventre eius vacuo fiat phlebotomia baſilicæ dextri brachii ſub cubito, aut ramo ſiue ſaluatella eius in manu inuenta inter digitum annularem & auricularem, & educãtur ſanguinis ℥ iiij vel v. quod non mireris: Phlebotomia enim iſta indicationem accipit a repletione corporis, & proprie epatis a materia phlegmatica & cholerica ſubdominante: quod apparet ex pulſu eius magno, veloci & frequenti: & colore corporis verſo ad citrinitatem: & tinctura vrinæ ad igneitatem cum craſſitudine inclinatam. Cholerica igitur materia illud phlegma diſſoluens & ſubtilians, facit ipſum C velocius & magis penetrare in principia neruorum: & addere in nocumentum huius ægritudinis magnificæ.

2. *Pilulæ.* Secundum inſtrumentum eſt, quod facta phlebotomia ſequenti mane ſoluatur venter eius cum iſtis pilulis. ℞. *pilul. cochiarum, de ſarco. deſcriptione Meſ. ana* ʒ ß. *formentur pilulæ vij. cum ſuc. roſ. & tardet cibum poſt horis ſex præmittendo quinta hora potum cyathi vnius aquæ calidæ ſaccharatæ.*

3. *Digeſtiuum.* Tertium, quod in die immediate ſequenti poſt ſolutionem dictam accipiat continue hunc potum, quem continuet ad minus per menſem. ℞. *aquæ diſtillationis andacochæ, betonicæ, roriſmarini ana* ℥ j. *ſyrup. de ſtœchad. oxymel. ſimplicis ana* ʒ *vj. miſce & calidum in aurora accipiat & tardet cibum horis quatuor.* D

4. *Pilulæ.* Quartum, vt omni fine 12. dierum purgetur cum his pilulis poſt aſſumtionem digeſtiui præcedentis. ℞. *pilul. fœtidarum* ℈ *ij. pil. cochiarum* ℈ j. *formentur pil. vj. & accipiantur hora prædicta & conditionibus obſeruatis, quæ in aliis pilulis ſcriptæ ſunt.*

5. Quintum, vt omni ſero cum vadit ad lectum accipiat cochlear vnum radicum acori conditi: & bibat poſt ipſum cyathum medium aquæ andacochæ calefactæ & ſaccharatæ.

6. *Inunctio.* ¶ Sextum, vt omni ſero hora ſtatim dicta & omni mane antequam ſurgat a lecto applicet pannos calefactos ab origine nuchæ per totas ſpatulas vſque ad finem coſtarum: & cum ſenſerit penetraſſe in membra, tunc inungat ea ex oleo de andacocha bene calido diligenter confricando. Habet enim in cura huius ægritudinis proprietatẽ mirabilem: vt *ſecunda tertii cap. de cura tremoris*, colligitur. E

7. *Puluis cerebri leporis.* ¶ Septimum, vt omnino procuret vti frequenter puluere cerebri leporis combuſti: cuius ʒ ß. ante omnem cibum per horam vnam ſemper accipiat cum hydromelle ſuo, aut cum aqua andacochæ vel matricariæ.

8. *Pilulæ.* ¶ Octauum, vt tempore aſſumtionis digeſtiui, & tempore intercedente inter purgationes ſaltem omni tertio die parum ante cœnam accipiat j. vel ij. de iſtis pilulis, quæ ſubducendo ventrem trahunt aliquid de materia antecedente huius ęgritudinis. ℞. *aloes electæ infuſæ & conſeruatæ per decem dies in aqua maioranæ* ℥ *ij. agarici electi* ℥ ß. *colocynth.* ℈ß. *zinzib. electi* ʒ ß. *formentur pilulæ de omni* ʒ *vj. cum aqua roriſmarini.*

9. *Appoſitio ventoſarum.* ¶ Nonum inſtrumentum, vt poſtquam bis purgatus fuerit, aſſueſcat omni die ante cœnam per horas ij. facere ſibi apponere ventoſas ſuper ſpatulis verſus nucham, quæ ſint vehementer ignitæ abſque ſcarificatione, & permutentur diuerſis locis aſcendendo & deſcendendo. F

10. *Puluis capiti inſpergendus.* Decimum, vt omni ſero cum vadit ad lectum, faciat ſibi puluerizari totam poſteriorem partem capitis a ſummitate eius verſus collum cum puluere iſto, prius tamen cũ digitis leuiter madefaciendo cutim abraſam cum aqua vitis. Eſt autem deſcriptio pulueris hæc. ℞. *artheticæ, herbæ paralyſ. ligni aloes, ireos, pul. hermodactylorum, ſtœchad. origani, calamenti*

menti

A *menti ana ʒ ß folii grancrum paradiſi, foliorum rutæ ana ℈ j. puluerizentur omnia per ſe. Deinde*
commiſceantur. Hæc in ſumma ſunt remedia meliora, quæ huic noſtro patienti fieri poſ-
ſunt: quæ omnia in ſui vtilitatem & ſanitatem ſummus ſaluator dirigere dignetur ad lau-
dem eius ſempiternam. Amen.

CONSILIVM LV. *De ſtupore digiti minoris dextræ & ſiniſtræ manus cum aliqua contra-*
ctione eorum verſus domeſticam partem manus per communitatem ad pectus apoſtemoſum, &
ad caput caterizans, cum 5. accidentibus: videlicet, Oppilatione colatorii: Clauſione viarum
naſi in loco rizæ: Difficultate anhelitus: Debilitate digeſtiuæ ſtomachi: Et ſtypticitate ventris.
Diuiditur autem conſilium in tres tractatus.

Tractatus primus continens caput vnum, de inueſtigatione diſpoſitionum præ-
dictarum per cauſſas & ſigna.

B IAM paulo ante diſpoſitio quædam & ſciri difficilis: & quo ad opus difficillima
ad manus meas peruenit. Adoleſcens n. quidam Spineta nuncupatus honora-
bilis ciuis Vicentius ab anno circiter his accidentibus velut aculeis ſpinis mole-
ſtatus eſt. ¶ Primo quidem in digito minori dextræ manus, vt in pluribus licet etiam in
eodem digito ſiniſtræ, immo & in omnibus ambarum manuum ſtuporem habuit cum
aliquali prædictorum digitorum contractione verſus domeſticum manus, plus tamen in
dextra, quam in ſiniſtra. ¶ Cui cum talia accidebant, tantum nocumentum fere inſtan-
tanei doloris capiti eius accidebat, vt ſenſuum exteriorum operatione fere quampluri-
mum priuabatur. Etenim auditiua potentia olfactiua, guſtatiua & viſiua operationibus
C ſuis priuantur omnino. In ſenſu etiam tactus adeo magnifice lædebatur, vt niſi forti cō-
cuſſione & diſtenſione partium agitatus eſſet, in ſenſationem obiectorum tactus debitā
exire non poterat. Adde quoq; ꝙ in operationib. etiam ſenſuum interiorū nocumentū
notabile contingebat ita ꝙ neq; ſenſus communis phantaſia, imaginatiua & cogitatiua
potentia ipſi debite ſeruiebant ad opera ſua: in quibus etiam virtutibus inferioribus ope-
rando corrupte lædebatur: ita ꝙ murmurando extraneos ſermones proferebat, & neq;
ſeipſum neque aſtantes bene cognoſcebat. ¶ Perſeuerabat autem diſpoſitio hæc in eo
tempore longiori, quam duarum horarum affligendo ipſum. Cumque autem poſtea in-
ualeſceret virtus in materiam vel cauſſam huius læſionis, de qua poſtea inueſtigatio pro-
cedit, remanebat eidem ſoda grauis, quę merito a iunioribus galeata paſſio nuncupatur:
D eo quia totum caput ingenter moleſtabat per integrū diē naturalē. ¶ Et cū hac quidem
exacerbatiua diſpoſitione permanſit fere anni circulo completo moleſtatus: cui quidē
diſpoſitioni virtutis debilitas vniuerſalis in operationib. vitæ, ꝓgreſſiui mot⁹ ſuperuenit:
& etiam nocumentū nutritiuæ potentiæ tantū incidit, ꝙ extenuari & notabilius macre-
fieri cæpit, vbi in membrorū habitudine mediocritatē carnoſitatis tranſcēdere ſolebat.
Poſt hoc autē circa principiū Aprilis præſentis anni 1433. incepit ab eius capite ca-
tarrhus defluere materia ſalſa, quæ ſemper eidem ſuperabundat per v. vel vj. horas poſt
aſſumtum cibum. Et huius quidem materiei pars multa catarrhizauit ad pectus & ibidē
in medio thoracis eius adeo eſt collecta, vt dolorem in mediaſtino panniculo ſatis gran-
dem continuum & inſeparabilem efficiat. ¶ Cuius etiā materiei particula nonnulla cor-
di delata eſt, & in eodem tremulum motum efficit adhuc perſeuerantem: ſiue ita ſit, ꝙ
E vapor propter materiei illius nocumentum in cor fecerit: ſiue ipſum cor per compaſſio-
nem abſolutam pectori condolendo lædatur: inde eſt, quod a tremulo motu cor eius nō
deſeritur. ¶ Propter eandem cauſſam etiam in pulſu eius diuerſitas apparet vnius diaſto-
lis, quæ maior eſt, quam altera poſt quatuor vel quinque pulſationes & eadem diaſto-
les, quæ aliis comparata minor eſt, etiam notabiliter frequentior eſt, & ita etiā diaſtoles
cordis cū conſideratione bona tactu percepta diuerſitatē ſeruant inter magnitudinē &
paruitatē, velocitatē & tarditatē. ¶ Hæc in ſumā videtur huius viri diſpoſitio aggregata:
cui etiā ꝓdicta accidētia conſecuta ſunt, vt inſomnietas, id eſt, dormiendi difficultas, cō-
turbata dormitio & cōmotio a ſomno cogens ipſum mittere materiā melancholicā cū
F tuſſi, ſcreatu, exſcreatione violēter expellēdo materiā ſalsā multā & vehemētis viſcoſita
tis, &c. ¶ Quæ quidē diſpoſitio ſi diligenter a viro in ſcientia exercitato cōſideretur, ap-
parebit eſſe & cognitu & opatione difficillimā. ¶ 1. quidē eſt diſpoſitio ętati & cōplexio-
ni diſꝓportionata ſatis. 2. q. arguit duorū mēbrorū principaliū, vt cerebri & cordis no-
tabile nocumentū: licet etiā epar læſum ſit excellenter, ꝙ arguit diſpoſitio quaſi mara-

ſmodæa, quam incurrit. ¶ Et tertio iterum, quia hæc diſpoſitio immo diſponens ſocia- A
tæ ſunt accidentibus, quæ non ſunt verenda minus, quam diſpoſitio, quæ fuit illorum cauſſa. Cum ergo credam horum accidentium quamplurima fixa eſſe, & amplius a cauſ-

Deſcriptio eorum, qui ſunt proni ad phtiſim.

ſa non dependere. ¶ Quarto iterum hæc diſpoſitio ſæua eſt, eo quia inuenitur in viro priuilegiis præparantibus ad phtiſim inſignito: eſt n. vir longæ ſtaturæ, habitudinis macerrimæ, cerebrum habens humidum: & vias ad ipſum notabiliter latas vel apertas, vt ſunt nares & earum alæ, ſtricturam habet in riza, tempora ſatis nutrimento priuata, collum longum & gracile, compoſitionem pectoris adeo longam, quod finis coſtarum eius quaſi principium ancharum attingat. Eſtque pectus eius a diametro ab ante & poſt notabiliter anguſtum: & carne priuatum, humeri excarnati & eleuati cum ventris ſty- B
pticitate notabili & crurum gracilitate & excarnatione: & continuum habet materierum ſalſarum a capite defluxum: Ergo ad phtiſim paratus eſt. conſequẽtia neceſſaria eſt intelligenti terminos. ¶ Adhuc etiam quinto hæc diſpoſitio difficilis eſt, eo quia prolixitate ſua videtur eſſe ſubiecto infixa, velut conſuetudinaria facta, tales autem non faciliter remouentur, &c.

Propter hæc itaque omnia, ſi conuenienter curatiuum regimen adminiſtrari debet, oportet inueſtigare plura. ¶ Et primum quidem eſt, quæ ſit ægritudo principalis omnium aliarum effectiua cauſſa.

Secundo, quæ ſit ægritudinis vel ægritudinum ſpecies.

Tertio, quod ſit membrum cui dignius & principalius intendi debet.

Quarto, a qua diſpoſitione incipiendum ſit exigere curationem, eo quia plures C
ſunt inuicem complicatæ: vt ex prædictis apparet.

Quæ ſit ægritudo principalis omniũ aliarum effectiua cauſa.

Videtur autem mihi omnino aſſerendum eſſe, quod prima omnium diſpoſitionũ eius, quæ ſit aliarum effectiua cauſſa, ſit mala complexio frigida & humida cum multa materia phlegmatica in pectore fixa: & proprie in loco poſteriori pectoris magis, quã anteriori: materia in venis diſſeminatis per pleuritidem, panniculum etiam in vena caua deſcendente. ¶ Adhuc etiam tertio in ſpatioſitate pectoris continetur multa materia phlegmatica, cuius partem patebit eſſe mucillaginoſam: partem vero vitream: quæ ambæ eſſe poſſunt veri humores in epate geniti: & poſſunt eſſe phlegma etiã hic æquiuoce dictũ tale per viam indigeſtionis in pectore congenitum. Omnis enim humoralis materia alibi, quam in epate genita æquiuoce dicitur de ſua ſpecie: vt patet *2. colliget. cap. de iuuamentis phlegmatis.* ¶ Neque extimare poſſum, quod materia hæc contineri poſſit D
in digitis & in manibus ſupra tactis: quoniam in eis tumorem faceret. ¶ Adhuc etiam ſi talis materia inueniretur ibidem, mirum videretur, quod tanta & tam breui tempore poſſit in cerebro efficere nocumenta quæ ſupra tacta ſunt.

Et tertio, quia etiam cum digiti manus colligantiam habeant ad ſpondyli colli & dorſi, vt patet *interiorum cap. penult.* ¶ Si materia hæc contineretur in digitis & manibus, quare non apparet nocumẽtum manifeſtum in ſpondylis colli & dorſi, quando talis materia periodice moueretur? Rationale enim eſt vnam partem alteri colligatam citius ab eo pati & condolere, quam aliam partem non ita immediate colligatam, ſed neruorum deferentium ſpiritum ſenſibilem & motiuum ad digitos prædictos manuum E
colligantia immediata eſt ad ſpondyli colli magis, quam ad caput. Igitur in talibus ſpõdylis nocumentum prius & maius apparere debet. Conſequens autem repugnat experientiæ in viro iſto: igitur & fundamentum ex quo ſequitur.

Cur non doleant magis & citius partes pectori propinqua quam digiti.

Oportet igitur hanc ægritudinem intelligi taliter, quia cum mouetur materia in locis venarum pectoris contenta per colligantiam abſolutam, compatiuntur digiti manus ad pectus, & non contra, ſcil. quod pectus compatiatur digitis vel manibus tãquam illam continentibus. Prius enim tempore mouetur materia & nocet pectori. Secundario vero nocumentum in digitis manus tanquam in partibus debilioribus apparet. Cum igitur nocumentum perſeuerauerit tempore aliquanto in manibus & in pectore, poſtea per colligantiam abſolutam vel non abſolutam læditur caput ſpeciebus læſionis ſu- F
pra tactis.

Contra, quia materia, quæ mouetur in pectore, prius nocumentum doloris ſaltem extenſiui efficere debet in pectore quam in manibus: partes enim illæ non ſunt minoris ſenſationis: & materia continetur in eis & non in manibus. Igitur nocumentum in eis & dolor

A dolor prius apparere debet, conſequentia tenet, eo quia agens rationabilius prius agit in
propinquam partem, quam in remotam. Huic motiuo reſpondendum eſt negando cō-
ſequentiam illam. Licet enim materia nocumenti illatiua ſit partibus pectoris propin-
quior neceſſario cōtenta in eis, & partes illæ non ſint minoris ſenſationis, vt bene argue-
batur, quia cætera non ſunt paria ex parte fortitudinis virtutis: Ideo in manib. vel digitis
tanq̃ in membris debilibus nocumentum apparebit excellentius, quā in membris for-
tibus. Recolligendo igitur ex prædicto fundamento valde facile ſaluari poſſunt omnia
accidētia ſupra primo ſenſuum interiorum propter intemperiem communicatam or-
ganis ſenſuum exteriorum & interiorum: & etiam propter permutationem tempera-
menti ſpirituū, q̃ ſunt inſtrumenta p̄dictarum operationum fiet in operationib. neceſſa-
B rio nocumētum. Virtus enim adhuc fortis non poteſt conuenienter operari ſtante intē-
perie in organis & inſtrumentis: immo fortius, quando contingit in vtriſq; intempera-
mentū. ¶ Modus autē ſaluandi dolorem capitis eſt propter ſubitā permutationē tempe-
ramenti capitis: aut propter diſtenſionē panniculorū cerebri, quæ eſt ſpecies ſolutę con-
tinuitatis. Dolor n. omnis neceſſario prouenit, aut a ſubita alteratione, aut a ſolutione *Dolor omn. vnde preniat.*
continuitatis. *2. techni.* ¶ Nocumentum ablationis viſionis prouenire poteſt, aut propter
fortem diſtractionem ſpirituum a cryſtalloide, propter quod cryſtalloides quantumcū-
que in omni natura bene temperata non poteſt operari propter carentiam inſtrumēti.
¶ Adhuc etiā facile defendi poteſt, q̃ vapor multus a materia in pectore contenta eleua-
tus delatus ad principiū originis neruorū opticorū ibidē oppilationē cōpletam efficere
C poſſit: eo quia craſſus & viſcoſus eſt. ſed hoc dato, ſubito amitteretur viſio, igitur, &c. ¶ Et
pari fundamento facile defendi pōt nocumentū diminutionis, corruptionis & ablatio-
nis veniens in operationib. tam olfactiuæ, quam guſtatiuæ potētiæ. ¶ Quod vero nocu-
mentū accidat corruptionis in operationib. ſenſuū interiorū, ita vt alienādo corruptē
ſermocinetur, imaginetur & corruptū iudicium ex ſenſatis eliciat, facile iterū ex prędi-
cto fundamento deduci poteſt. Idē etiam concedendū eſt de nocumētis diminutionis
& ablationis in operationibus interiorum ſenſuū prouenientibus. Quorum etiam no-
cumentum ſenſuum omnium non eſt credendum ita fieri præciſe per colligantiā iam
aſſignatam: quin etiā nocumentū malæ complexionis in cerebro acquiſitū fuerit. Hoc
quidē facile probari pōt propter fixionē nocumenti in capite, q̃ neceſſariū eſt aſſignari
D ꝓpter continuū defluxū materierū a capite catarrhizantiū ad pectus. Et ēt quia talia no-
cumenta per euacuationes & abſtinentiā non remanēt; plurimū n. nocumenti ipſius ſc.
cerebri, q̃ purgatione & complexionis menſuratione non remouetur, eſt ex cerebro.

Ex quibus omnibus facile intelligi poteſt, quæ ſit ægritudo præſens. Eſt enim mala
complexio frigida & humida materialis inualeſcens in pectore & in capite. ¶ Patet et-
iam ex his complicatio diſpoſitionum harum inuicem: Ipſæ enim ſeipſas reciproce in-
tendunt. Materiæ enim, quæ euaporant a pectore ad caput implendo & alterando, no-
cent cerebro, & cerebrum ſui frigiditate non bene digerit materias illas, immo in eodē
multiplicatæ deſcendunt in pectus & pectoris ægritūdines augmentant. Et ſenſit hæc
princeps *5. tertii, cap. de catarrho*, dum inquit, *Cerebrum enim frigidum non digerit illud, quod*
E *peruenit ad ipſum ex nutrimento & non reſoluitur, quod ad ipſum aſcendit ex vaporib.* cōuertun-
tur ergo ſuperfluitates nutrimenti & conuertuntur in vapores, ſicut cōuertitur in alem-
bico id, quod aſcendit ad ipſum ex cucurbita. ¶ Patet iterum tertio ex prædictis, quod ſit
membrū vel membra, quibus principaliter in regimine intendendum eſt. Sunt n. pectus
& cerebrum. ¶ Et iterum ex prædictis facile videri poteſt, quæ & qualis ſit materia huius
ægritudinis, phlegma ſcil. mucillaginoſum, ſecundum magnam partem, quod eius vi-
ſcoſitas declarat. eſt etiam aquoſum ſecundū notabilē partem, q̃ eius fluxibilitas oſten-
dit, & eſt phlegma hoc notabiliter ſalſum, ſalſedine in eo acquiſita per cōmixtionē pau-
cæ cholerę cum multo phlegmate aquoſo. Nec moleſtari debeo, ſi phlegma illud, vt nūc
craſſum valde & viſcoſum appareat: quoniam pars aquoſa eius notabiliter conſumta eſt
F diuturnitate actionis caloris naturalis in ipſam. ¶ Ex his finaliter concluditur, quartum
ſupra inueſtigari promiſſum, ſcil. a qua ægritudine & membro incipiendū ſit in cura, nā
canonice procedendo incipiendum eſt ſimul procurare cerebrum, ne materias conti-
nue ad pectus effundat, & cum hoc etiam pectori attendendum eſt, eradicando materiā
quæ in ipſo continetur & fixa eſt, quod dolor oſtendit continuus.

Et gratia quidē huius intelligendum, q̃ materia hæc contineatur in partibus ſupra

tactis, & in panniculo mediaſtino diuidente pectus in duas partes, dextram & ſiniſtram, A
quæ iam apoſtematis principium in eo fecit. Dolor n. perſeuerãs in medio thoracis ſic-
ut tactus oſtendit ipſum, arguit materiã ibidẽ apoſtemantẽ contineri, vt ſumitur *10. ter-
tii tractatu 4. cap. de principiis ſpeculationis ſcientiæ apoſtematum partium pectoris præter cor.* ¶ VI-
timo vero ex prædictis facile ſaluari poteſt omnium aliorum accidentium euentus, ſcil.
vniuerſalis debilitatis totius corporis, conſumtionis & extenuationis illius. lęditur enim
potenter vitalis virtus & naturalis: quare membra conuenienti nutrimento depaupera-
ta, maraſmodæam diſpoſitionem incidunt. ¶ Et ex eodem fundamento facile reddi
poteſt cauſſa vehementis ſtypticitatis vẽtris, materiæ enim, quæ irrorando inteſtina flu-
xiua reddere ſolent, exſiccatæ & conſumtæ ſunt: & virtus expulſiua debilitata eſt etiam;
quare, &c. Hæc ſunt, quæ de diſpoſitione huius viri multipliciter complicata theorice B
præmitti oportebat, vnde ad regimen illius tranſeundum eſt.

Tractatus ſecundus de adminiſtratione ſex rerum non naturalium, continens capita ſex.

Cap. I. *De aere.*

REGIMEN itaque huius diſpoſitionis partiendum eſt in debitam cõmen-
ſurationem rerum non naturalium. Secundo vero in debitam menſuram
rerum medicinalium conuenienter applicandarum. Primum autem parti-
tur in ſex capita ſecundum numerum ſex rerum non naturalium. ¶ Pro ex-
peditione ergo aeris & illi annexorum, euitet aerem frigidum & humidũ: C
euitet etiam ipſum frigidum & ſiccum, & adhuc etiam euitet aerem in caliditate & ſicci-
tate notabiliter eleuatum. quod idem de regione, climate, ciuitate & camera dicendum
eſt. ¶ Sit igitur locus habitationis eius orientali & meridiolani plagæ detectus, medio-
cris caliditatis & ſiccitatis: excellentias enim qualitatum virtus debilis non pateretur, &
camera eius a terra eleuata ſit, neque antiqua habens ædificia, neque teſtudinales reuo-
lutiones lapidum, a decurſibus aquarum, a flatu vẽti & nebuloſi aeris ſecura. ¶ Et ſi locus
naturaliter talis haberi non poſſit, artificialiter præparetur tabulis & ædificiis aliis: etiam
in quo fiat ignis ſæpe ex abiete, lauro & iunipero & ſimilibus odoriferis plantis. Sæpe et-
iam ſuffumigetur cum puluere laudani, colophoniæ, thuris, ſandaracæ & conſimilibus,
Veſtes. & proprie etiam in hyeme ſi potens eſt. ¶ De annexis vero aeri ſit veſtibus condecenter D
munitus, & proprie cum ſuffultis pellibus agninis in diebus frigoris, ita vt omnino caue-
at ſibi a frigore pedum, pectoris & capitis, quod conuenienter debet eſſe munitum tia-
ris ſuffultis prædictis pellibus, aut dorſis variorum, vel conſimiliũ. Laudo etiam ad hanc
intentionem, vt veſtes eius ſuffumigentur, aut cõſeruentur in capſa, vbi notabilis quan-
titas xyloaloes condita fuerit ex eo, quia cerebri & pectoris eſt maxime cõfortatiuum.
Hæc de aere.

Cap. II. *De motu & quiete.*

DE eo autem, quod pertinet ad exercitium & quietem, dicendum primo, quod
huic viro quies magis, quam exercitium ſit neceſſaria: eo quia virtus eius ſatis
debilis eſt, etiã quia corpus eius notabiliter repletum: propter ꝙ exercitium & E
motus omnis ſaltem fortis magis eidem nocet materias in fluxũ ponẽdo, quam eaſdem
reſoluendo. Si autem eidem aliquod videatur eſſe conueniens exercitium, erit ſicut le-
uis deambulatio, vel equitatio ſuper gradario equo facta ante cibum. De natura enim
motus eſt, quod quando ante comeſtionem fit, calorem accreſcere facit innatum, quã-
obrem & cibus calorem inuenit accenſum, id eſt, aliqualiter auctum: & corpus tum, id
eſt, propter illud exercitium, craſſitudinem, id eſt, potentiam ad reſiſtendum, & tolera-
bilitatem, ſcilicet, ad patiendum, & vires acquirit, ſupple, ad agendum. Poſt cibum autẽ
omnino quieſcere debet. Sicut enim motus ante comeſtionem ſanitatis eſt cõſeruator,
ita poſt comeſtionem ægritudinum inuenitur generatiuus, vt *4. Almanſ. 1. cap.* colligen-
dum. Si autem neceſſitate vrgente cogeretur exercitari forti exercitio poſt cibum aut F
alio tempore, bonum eſt, vt pectus eius faſcia bene adhærenti circumligetur: & tamdiu
ita teneatur, quamdiu exercitatus fuerit. Similiter & caput eius inſtita leui adhærentia
circumligetur, ne propter exercitium materiæ in eo vehementer agitentur, ne etiam
caput ad receptionem vaporum & materierum aliũde venientium præparetur. ¶ Si au-
tem

A tem quæreret ſuperfluitatum quartæ digeſtionis conſumtionem, loco exercitii poteſt
fricari conuenienter mane vel ſero per duas vel vnam horam ante cibationem:& mun-
dificatis communibus ſuperfluitatibus incipiat fricari a genubus vſq; ad pedes infra tra-
hendo. Deinde deſcendat fricatio ab inguinib. vſq; ad pedes. Tertio iterum a principiis
natium vſq; ad pedes infra trahendo. ¶ Fricationes autem partium pectoris ante & poſt
ſuſpectas habeo ſaltem nunc ſtante plenitudine prædictarum partium: acquiretur enim
ex eis plus nocumenti, quam iuuamenti propter agitationem materierũ in eis membris
factam. Similiter etiam & fricationem omnem circa caput factam vel fiendam deteſtor
propter eandem cauſſam, quare pectinare caput, & pannis fricare adhuc quantumcun-
que leniter, nõ eſt laudabile: quia per leuem pectinationem vel fricationem capitis agi-
B tarentur materiæ & non conſumarentur: cuius oppoſitum per motus intenditur; laudo
tamen exercitium hoc, ſiue quietẽ nominare velis: quód eſt anhelitus retentio, propter
quem ex aucto calore melior fit materierum conſumtio & adæquatio. In ſumma ergo
ex prædictis apparet, quod quieſcere melius ſit, quam exercitari: ſiue exercitiũ vniuer-
ſale, ſiue particulare intelligatur de exercitio & quiete dicta.

Cap. III. *De ſomno & vigilia.*

DE modo autem vigilandi & dormiendi præmittendum, quod caueat ſibi adole-
ſcens iſte vigilare multum, eo quia debilis eſt & reſolutus ſatis: & per vigilias am-
plius conſumeretur & debilitaretur. Vigiliæ etiam prohibent debitam materie-
C rum digeſtionem & choleram rubeam furere faciunt. De qua ei multum timẽdum eſt:
eo quia eſſet cauſſa augmenti ſalſedinis in materia febricitandi acute: quod omnino in
eo valde timoroſum eſſet. quare *4. Almanſ. cap. 3.* ita ſcribitur: *Vigiliæ multæ calorem incendũt
& formam corrumpunt, corpuſque deſiccant, atque choleram rubeam in ipſo augmentant, quod præ-
cipue operantur cum corpora ſunt macra. Oportet itaque, vt anima vigilare non cogatur, cum diſſolu-
ta & ſtupida fuerit.* ¶ Ex quibus facile intelligi poteſt: quod huic viro ſomni menſura ſatis
ampla concedi debeat. Itaque eidem melius eſt a temperata dormitione recedere per
augmentum dormiendi, quam vigilare æqualiter, vt ſolitus eſt: aut plus ſolito. ¶ Itaque
dormiat per horam poſt aſſumtam cœnam prius ſuper dextro, deinde ſuper ſiniſtro la-
tere, capite notabiliter eleuato, & omnino dormitionem effugiat reſupinam. Dormitio
vero facta ſuper vẽtrem etiam vitetur, licet minus mala ſit ei, q̃ reſupina. ¶ Diurnus vero *Incõmoda*
D ſomnus per vnam horam factus ſaltem in temporibus longiorum dierum aliqualiter eſt *circumuolu-*
ipſi vtilis, cum vero noctes longiores fiunt, diurnus ſomnus euitandus eſt, niſi neceſſitas *tionis in ſo-*
aliqua nocturnam dormitionem interrumpat: propter quã ſupplere oportet cum dor- *mno.*
mitione diurna. Omnino autem caueat ſibi dormire reuolutionibus pluribus: vt agita-
tionibus de dextro in ſiniſtrum: aut ecõtra ſæpe factis. Tales enim ſunt cauſſa corruptio-
nis cibi in ſtomacho & in ventre toto, & faciunt augeri ſuperfluitates, & prohibent ma-
terias debite digeri & ad loca naturalium expulſionum deriuari. Hæc autem huic viro
ſunt ingenia couenientia valde: & de ſomno dicta ſufficiant.

Cap. IIII. *De accidentibus animi.*

E ACcidentia animi omnia, quæ velocis & fortis motus in ſpiritibus & humo-
ribus in pectore contentis eſſet effectiua fortaſſis, prima conſideratione viden-
tur ei conuenire: ſicut ira velox & furor, & in ſumma accidentia omnia, per quæ
fieret caloris & ſpirituum reuocatio de circumferentia ad profundum corporis. Verum
quia in motibus talibus magis dubitabile eſt, quod materiæ prædictæ putreſcant magis,
quam reſoluantur & digerantur: Ideo hæc accidentia fortium & velocium motuum e-
uitanda ſunt. ¶ Quæ enim animi accidentia triſtari faciunt omnibus ſanis nocent, exce-
ptis his, quæ carnis minoratione indigent. Cum ergo hoc corpus non ſit ſanum nec car-
nis minoratione indigeat, immo ſit extenuatum vehementius q̃ oporteat, non conueni-
unt ei accidentia animi triſtari facientia, neq; fortes motus efficientia. Accidentia ergo
F animi gaudere facientia conueniunt potius: eo quia robur tribuunt & nunc vires exci-
tant, & ea in ſuis rationibus adiuuant, *4. Alm. 9. cap.* Etiam conuerſari cum viris veneran-
dis & dilectis: vbi hiſtoriæ & ſermones delectantes in medium adducantur, omnino eli-
gendum eſt. ¶ De coitu autem, qui propter delectationem & concupiſcentiam ad ani-
mi paſſiones reduci ſolet, dicendum, quod omnino euitari debeat: eo quia per ipſum e-

uacuatur materia laudabilis: cuius conſumptione non indiget ipſe propter extenuatio- A
nem. ¶ Etiam ſecundo propter laborioſum motum, qui in tali opere neceſſarius eſt: ex
quo ſequeretur agitatio fortis in ſpiritib. & humorib. ¶ Et tertio forte, quia talis extenſio
in coitu neceſſaria præparat ad operationem venarum in pectore vel ſputum ſanguinis
ex compreſſione vel reſudatione contingentis: nequaquam igitur danda eſt opera coi-
tui: immo fortaſſis ſcientifice loquendo non conueniret actus eius ſemel in menſe expe-
ditus. Hæc de accidentibus animi dicta ſufficiant.

Cap. V. *De inanitione & repletione.*

De quinta autem re non naturali, quæ eſt repletio & inanitio, pertranſeundum
eſt leuius. Nam de repletione & inanitione reſpiciente materias humorales di-
cetur inferius in regimine medicinali. ¶ De illa autem repletione, quę ciborum B
Cũr repletio ciborũ huic patienti vitanda.
& potuum menſuram reſpicit, dicendum, quod omnino talem repletionem euitare de-
beat propter plura. ¶ Primo quidem, quia debilis eſt eius digeſtiua. ¶ Secundo, quia ta-
lem ſequitur diaphragmatis compreſſio & conſequenter materierum in pectore con-
culcatio & nocumentum in anhelitu. ¶ Et tertio præter hæc omnia augmẽtantur mate-
riæ humorales. ¶ Et licet eidem ſit neceſſaria reſtauratio, non tamẽ conuenit ei alimen-
torum repletio. Immo ſi quandoque contingeret repletionem fuiſſe factam ad euacua-
tionem ipſius ſubito feſtinandum eſt. ¶ Et primus modus & ſecurior eſſet cum admini-
ſtratione tenuiſſimæ diætæ: aut ſaltem cum illa, quæ huic eſt vicina. ¶ Secundus autem
modus eſſet vomitus, & proprie, quando replẽs materia reperiretur in ſtomacho. ¶ Ve-
rum ſuſpectum habeo vomitum, eo quia propter agitationem fortem, quæ in ipſo ne- C
ceſſaria eſt, corruptioni diſponentur materiæ. Et membra etiam pectoris præparantur
ad diſtenſionem & forte ad eruptionem. ¶ Et tertio etiam, quia vomitus replet caput, quod
in viro iſto eſt valde repletum. ¶ Et quarto, quia debilitat ſtomachum. Habet etiam hic
vir conditiones vomitum negantes: ſcilic. pectus ſtrictum a diametro, quæ eſt ab ante ad
poſt: etiam nocumentum in anhelitu, & aptus eſt ad ſpuẽdum ſanguinem propter mul-
tam materiam in pectore contentam: collum præterea longum & gracile: neque etiam
vomitui aſſuetus eſt. Sed iſtæ ſunt conditiones, propter quas euitari debet vomitus: vt 4.
primi, 2. cap. eligi poteſt. Igitur vir iſte vomitum euitare debet. ¶ Si ergo in ſtomacho eius
inueniretur materia cibalis aut altera, conuenientius erit ei diuertere ipſam ad inferiora
cum clyſteribus, de quibus in regimine medicinalium dicetur: aut ad illam repletionem D
minorandam procedetur cum prætacta attenuata diæta & fricationibus. ¶ Similiter et-
iam adoleſcens iſte abſtinentiam ciborum & potuum multam euitare debet ex parte
quantitatis: ſufficit enim abſtinentiam facere ex parte qualitatis, vt in ſequenti capit. vi-
debitur. Et credo, quod ſi minoraret ciborum quantitatem, ita quod partem tertiam
ſubtraheret cibi & potus, quibus vtebatur, cum ſanus erat, eſſet hæc electiua & canonica
diætatio ipſi conueniens. Hæc de quinta.

Cap. VI. *De cibis & potibus.*

De cibis autem & potib. parum diffuſior ſermo videtur eſſe neceſſarius. Itaq;
cibus in qualitatibus illi conueniens debet eſſe calidus & ſiccus & ſubtiliati-
uus, aperitiuus, materierum conſumtiuus, abſterſiuus & mundificatiuus. Ta- E
les n. virtutes & operationes earum neceſſarię ſunt, vt aduerſentur lapſui qui
frigidus eſt & humidus. ¶ Similiter & contrarientur materieb. quę craſſæ ſunt per ſubti-
liationẽ. ¶ Tertio, vt viæ reddantur apertæ, quæ oppilatæ ſunt a materia viſcoſa. ¶ Quar-
to minorandæ ſunt materiæ, quod per conſumtiua efficitur. ¶ Quinto a parte, cui infi-
xæ ſunt vel adhærentes, ſunt abiiciendæ, quod conueniẽter per abſterſiua perficitur. ¶ Sex-
to etiam, quia oportet cannales & vias, quibus retinentur ſuperfluitates, ab eis euacuari.
Hæc quidem efficitur per virtutem aperitiuam, inciſiuam, abſterſiuam & expulſiuam
in cibis exiſtentes. ¶ Ex quibus apparet, quod cibus huius adoleſcentis & potus magis
medicinalis, quã cibalis debeat eſſe propter has intentiones immediate prædictas. ¶ Et
quia etiam ipſe notabiliter debilitatus & extenuatus eſt, videtur, quod in cibis reſtaura- F
tio magis quam medicinalis intentio ſit neceſſaria. ¶ Ex quibus vlterius ſequitur diffi-
cillimum eſſe adminiſtrare eidem debitam regulam cibationis, niſi proueniat hæc ab
accurata multum & ſolerti prouidentia, tam ex ſcientia, quam ex parte medicinæ edu-
cta: leuius enim verba cantantur, quam operationes manifeſtentur.

Verum,

A Verum vt mihi & legentibus complaceam, videtur quod principalis intentio in principio ſuę curę in cibis eſſe debeat magis ad qualitates medicinales comparata quam ad reſtaurandi neceſſitatem. Neque enim ipſe adhuc eſt ita debilis nec ita extenuatus quod reſtaurandi intentio in cibis vincere debeat qualitates prætactas.

Itaque cibus eius ſit panis bene coctus, fermentatus, de pura farina, non quidem ſi- *Panis.*
mula dicta, ſed parum furfuris virtutem habens. ¶ Carnes vero eius ſint lactentis *Carnes.*
vituli, agni, capreti, iuuenis porcelli, caſtrati, iuuenis leporis, gazelli & ſimilium.

Ex volatilibus vero ſint carnes pullorum iuuenum. antiquas enim gallinarum carnes aliqualiter ſuſpectas habeo: eo quia excitant præfocationẽ, niſi fuerit acetoſæ, vt legitur *2. can. cap. de carnib.* Placent etiam carnes columborum paruorũ domeſticorum &
B ſylueſtrium. ¶ Et ex ſylueſtrib. phaſiani, perdices, turtures iuuenes & aues minutæ degẽtes in rubis: & caro iuuenis pauonis & parlonis, qui eſt animal habens dentes in palato inuentum in montibus Vicentinis: & nõ in alia ciuitate Marchiæ Taruiſinæ. Et in ſumma omnium animalium carnes, quæ non ſunt valde antiquæ, duræ, viſcoſæ, difficilis digeſtionis & mali nutrimenti placent. ¶ Ex præparationib. autem carnium elixæ placent mihi magis, quam aſſatæ: neq; etiam vituperandę ſunt aſſatę, ſi fuerint molles per coctu- ram & animalium iuuenum, vt pinguium, nõ quidem pinguedine porci ſalita: ſed colatura eius aut recenti adipe vituli aut caſtrati perguttatæ. Frixiones vero carniũ non pla-
cẽt propter nauſeam & vnctuoſitatem, quam efficiunt. ¶ Ex ſaporib. autẽ placet ſuccus *Sapores.*
granatorum dulcium & muzorum, nõ quidem acrium propter ſtypticitatem eorum &
C frigiditatem: Similiter dulcis citranguli ſuccus. Limonẽ vero, acetũ acutũ & agreſtam ſalſam & valde ponticam deteſtor, vt & continuum vſum iſtorum trium. Si autem fieret agreſta ex vuis manifeſte maturentibus & abſq; ſale, non eſſet improbanda. Sapæ autem vſus omnino conueniens eſt, quocunq; modo præparatę. ¶ Adde quoq; quod cũ talium ciborum præparationibus ſemper immiſceatur aliquid de radicibus vel ſeminibus plantarum ſubtiliantium, aperitiuarum & mundificantium, ſicut ſunt fœniculus & petroſel. aſparagus, bruſcus, daucus, & horũ ſemina, vel ſimiliũ eis propter cauſſas ſuperius dictas.
¶ De conditis autem non placent oliuæ, neque cappares ſaliti. Napi autem & rapæ con- *Condita.*
ditæ & nuces, & eryngium &c. admodum: cum non ſint acuta & acetoſa multum. ¶ Ex
ferculis placent caules, rapæ & omnia olera leuis caliditatis. Beta vero, portulaca, cu- *Fercula.*
D curbita, ſpinachia & omnia ſimilia frigida nullo modo ſimplicia, niſi fuerint refracta cũ
calidis: ſicut ſaluia, mentha, ſerpillo, roſmarino & aliis prædictis. ¶ Inter fructus placent *Fructus.*
amygdalę, auellanę, ficus recentes & ſiccę, vuæ bene dulces: & mora etiam bene matura & poma dulcia, apia, dactylia vel ſimilia, & paſſulæ cuiuſcunque materiei exiſtant. Fructibus autem frigidis & humidis: ſicut perſicis, cerafis, pyris & melonibus vti quidem poteſt, attamen valde raro. ¶ Reliqui autem fructus, vt putribiles, humidi & ſtyptici omnes dimittantur, vt ſunt cucumeres, chryſomela, cydonia, ſorbæ, meſpilæ & ſimilia. prunis autem dulcibus & bene maturis vti poteſt, & proprie a cortice mundatis prõ| t :r
acetoſitatem, frigiditatem & ſiccitatem, quæ eſt in eis. ¶ Lacte cocto vel crudo vti non *Lac.*
debet nunc, ſed in poſterum bene ipſi conueniet. ¶ Caſeo autem recenti leuis ſalſedinis
E vti poteſt ſatis abunde. ¶ Oleum non probo, & proprie antiquum & multi ſalis, licet re- *Oleum.*
centi oleo oliuarum maturarum aliquando vti liceat. Vſus autẽ butyri non ſaliti conue- *Butyrum.*
niẽtior eſt, & ſi poteſt inter cætera in omni fere cibario vtatur oleo recenti ex amygda-
lis dulcibus excorticatis omni hebdomada facto. ¶ De leguminibus autem placent mihi *Legumina.*
optime cicera rubea quocunque modo vſus, & etiam alba, & cibus omnis de hordeo factus vel de ſpelta vel de dorella. Far vero, phaſeoli, lentes & oryza non placent propter ventoſitatem, frigiditatem & ſiccitatem eorum: panici autem vſus arridet, ſi fuerit tamẽ cum pingui brodio bene coctus. Robilia autem & piſa & his ſimilia non videntur vtilia.
¶ Ex piſcibus autem placent fluuiales non multæ viſcoſitatis, ſicut lucii, torrentinæ, ca- *Piſces.*
pedani, ſquali, marſiones & alii conſimiles bene conditi, tincæ autem & anguillæ non
F placent, niſi vſu valde rariſſimo. Canceris aliquando vti poteſt, & proprie bene coctis, eo quia ſunt difficilis digeſtionis.

Ex ſpeciebus vtatur croco in omni fere cibario ſuo mediocri vſu, pipere autem ſal- *Aròm. ta.*
tem frequenter & multæ quantitatis non vtatur nunc, ſed poſtquam fuerit euacuatus, eo quia confert capiti & pectori aduerſando materiebus ſupradictis, & eas per vias vrinæ

præcipitando. Cinamomo maiori & minori vti poteſt: ſimiliter & nuce muſcata & cor- A
tice eius, quæ macis appellatur, galanga autem, zinzib. & rebus acutioribus non vtatur, niſi raro & in pauco vſu. Hęc de cibis dicta ſufficiant. ¶ *Hora cibādi* Cibandi autem hora relinquatur cōſuetudini aut ſaltem horæ, in qua hic vir percipit ſe magis alleuiatum, aut ſapientum doctorum conſilio vtatur circa hæc.

Potus. Pro potu autem vtatur vino albo vel ſubrubeo colore granatino ſimili, potētia mediocri, magis tamen ad virile vinum, quam debile inclinatum: Sapore vero dulce & ſuaue mediocriter propter iuuentutem: Odore aromaticum & delectabile. Subſtantia clarum & diaphanum, fumoſitatibus & craſſis partibus expurgatum: & bibatur omnino ſimplex abſque aquę commixtione.

Verum, ſi vinum fuerit in potentia nimium audax, ſecundum conſuetudinem ſuæ B
vrbis opulentiſſimæ frangatur ipſum cum aqua clara ſubtili & electa, turbiditate & prauitate odoris denudata, quæ ſit ſimplex aut ſaltem cum x. vel xv. ℥. fœniculi bene cocta & poſt infrigidationem eius bene colata: & hoc proprie in hyeme. ¶ Si etiam a principio menſis Octobris vſque per totum menſem Februarii vteretur hydromelle facto ex xx. partibus aquæ & vna parte electi mellis vſque ad conſumtionem quintæ partis, quatuor remanentibus, valde vtile ipſi foret & efficaciſſimum remedium in cura ſua, & proprie ſi in præſcripta quantitate coqueretur ʒ ß. electi cinamomi minutim inciſi. Hæc ſunt, quę de cibis & potibus mihi meliora viſa ſunt: & ſufficere videntur de hac re non naturali.

Tractatus tertius continens cap. vnum de cura diſpoſitionum prædictarum per medicinalia continens octo intentiones. C

REGIMEN autem diſpoſitionis huius adoleſcentis per medicinalia complendum, oportet partiri in octo intentiones. ¶ Et prima quidem eſt materierum huius morbi euacuatio minoratiua. ¶ Secunda ipſarum diuerſio. ¶ Tertia earum digeſtio. ¶ Quarta materierum eradicatiua euacuatio. ¶ Quinta materierum in pectore contentarum velox & promta conſumtio. ¶ Sexta capitis rectificatio. ¶ Septima pectoris confortatio. ¶ Octaua & vltima accidentium correctio.

1. intētio eſt materierum euacuatio minoratiua. Prima igitur intētio completur per euacuationem minoratiuam. Primo per phlebotomiam factam: & dato, quod ſimiliter capiti intendendum ſit & pectori, principaliter tamen propter inſtantiam doloris phlebotomia fieri debet, quæ a pectore euacuet: D
& hæc quidem eſt phlebotomia baſilicæ, quæ euacuat directius & immediatius ab omni parte pectoris: vt patet *2. regiminis acutorum, text. commen. 10.* & ibidem a Gal. pulcherrime *Hora ſecandi venam.* declarante hoc, & extrahantur ſanguinis ℥ v. in hora electa. Eſt autem electa hora, quan- *Obiectio.* do phlebotomia fit parum poſt ortum ſolis & complementū expulſionis ſuperfluitatū communium: *vt 4. primi, cap. 2.* legendum. Si quis autem vellet per phlebotomiam immediatius a capite & propinquis partib. educere, & propterea phlebotomare vellet cephalicā, quæ euacuat a prædictis partibus, vt patet *4. primi allegato loco.* Mihi tamen placet magis baſilica dextræ partis iam dicta, quam cephalica, eo, quia per ipſam facilius a capite poteſt euacuari materia propter fluxibilitatem & grauitatem ſui, quam per cephalicam euacuari poſſit materia in pectore contenta. ¶ Contra: quia phlebotomia baſilicæ E
Reſponſio. euacuat illud, quod eſt a parte ſuminis ventris inferius: Igitur per ipſam non habetur in pectore notabile iuuamentum. ¶ Huic reſpondetur dupliciter. Primo, quia licet phlebotomia baſilicæ euacuat a parte ſuminis, vt dictū eſt, per talē euacuationē poteſt ſufficienter deſcendere ſanguis a pectore: & hoc ſufficit Medico, vt a parte patiente diuertatur materia ibidem contenta. ¶ Dicendum ſecundo, quod phlebotomia baſilicæ euacuet directius a pectore, quam a ſumine: ſicut ex Hipp. & Gal. dictum eſt ſupra. Textus autem Auic. videtur pro iſta parte facere magis, eo, quia ſi phlebotomia baſilicæ euacuat a partibus ſuminis tanquam inferiori parte, fortius & facilius euacuare debet a ſuperioribus partibus: facilius enim eſt materias deſcendere quam aſcendere. ¶ Facta igitur phlebotomia prædicta cum his, quæ neceſſario fieri debent ante ipſam, ſcilicet leni- F
Minoratiuū tione ventris, ſequenti mane materia euacuatur cum hoc minoratiuo. ℞. *agarici electi* ʒ j ß. *reu.* ʒ j. *zinziber.* ℈ ij. *ſpicæ nardi tertiam partem* ℈ j. *pulueris ſtæchados* ʒ ß. *infundantur omnia in* ℥ iij. *aquæ ſaluiæ &* ℥ j. *aquæ hyſopi & caſſiæ fiſt. & ſacchar. ana drachm. vj. & ita per vnam diem naturalem remaneant & in ſequenti mane fortiter calefiant, & fortiter exprimantur, & colatu-*

ra illa

A *railla in potu accipiatur & poſt ipſam dormiat æger per vnam horam: deinde vigilet & ieiunus permaneat vſque ad quintam horam: & tūc bibat cyathum vnum aquæ hordei calefactæ & ſaccharatæ: & poſt illud per vnam horam prandium accipiat.* ¶ Sequenti vero die in mane iterum gratia minorationis accipiat hoc clyſtere: ℞. *foliorum betæ, maluæ, mercurialis & hyſopi ana M j. furfuris bene cribellati M j ß. coquantur omnia vſque ad conſumtionem medietatis: & de hac colatura accipiatur* ℔ j. *ſacchari ru. benedictæ ſimplicis ana* ℥ j. *olei liliorum & de aneto ana* ℥ j ß. *ſalis gemmæ* ℈ *iij. fiat clyſtere.* Clyſter. Et ſi timeres eius caliditatem, loco prædictorum oleorum ponantur ℥ iij. olei violarum purpurearum, & proprie in diebus caloris. Hæc de intentione prima.

B Pro ſecunda verò intentione, ſcilicet, diuertendi materias apparet, quod omnia; II. quæ in præcedenti intentione poſita ſunt, cum hoc, quod euacuant minorando materias, etiam diuertunt eas. Materierũ diuerſio. ¶ Diuertentia autem reliqua vltra hæc videntur eſſe conuenientia excludendo vomitũ, quæ mihi non placet, vt ſupra viſum eſt *cap. 6.* ¶ Securiora autem diuertentia eſſe poſſunt prima per fricationes, de quibus ſupra viſum eſt *cap. 3.* ¶ Secundò per prouocantia vrinam mihi meliora videntur: eo quia materia pectoris frequẽtius reticeat per vias vrinæ, quam per ventrem: vt patet *10. tertii de clyſterib. pleuriſis.* Igitur repeto bonum eſſe, vt ſemper in cibis ſuis coquantur radices fœniculi, petroſel. in diebus frigoris. In diebus vero caloris ſumantur radices endiuiæ vel cichoreæ citrinæ. ¶ Pro hac etiam intentione laudo, vt ſæpe accipiat ſyrupum iſtum. ℞. *radicum ſe. petroſel. ſparagi, bru-* Syrupus diureticus.
C *ſci, dauci & apii ana omnium M j. granorum milii ſolis, capil. Vener. ana M j ß. ſem. endiuiæ, cuſcutæ acetoſæ & cichoreæ ana M ß. ſeminum communium frigidorum omnium quatuor ana* ℥ *ij. phu & meu ana* ℥ *iij. coquantur omnia in* ℔ *viij. aquæ vſque ad conſumtionem medietatis. Deinde colentur & colaturæ addatur ſacchari al.* ℔ j. *vel pulueris eius* ℔ j ß. *& erit melius: & fiat ſyrupus plenæ decoctionis & clarificatus, de quo dentur in potu in aurora* ℥ *ij. cum* ℥ *iij. aquæ fœn. & eſt bonũ diureticum.* ¶ Diuerſionem cum ventoſis in hoc caſu non multum diligo: eo quia tales magis partẽ ſubtilem ſanguinis diſtrahunt, quam craſſam, & magis attrahunt acute, quam a profundis partibus. Sed materiæ huius ægritudinis ſunt craſſæ & profundæ: vt ſupra viſum eſt. Igitur, &c. Laudo etiam magis in caſu iſto diuerſionem per hæmorrhoidas, ſi natura ipſi conceſſiſſet illas. Si autem deficiunt ex opere naturæ, ſupplendum cum arte, prouocando eas pungendo loca ani exterius vel comprimendo cum ſetis porcinis vel tricãdo eas
D cum biſello panno vel de ſartia vel cum ſetatio vel cum foliis ficus aut conſolidæ ma. aut ad vltimum cum felle tauri vel cũ aliis acutis, ita vt ſanguis inde educatur cuius euacuatio continuare dimittatur, & vſque ad euentum debilitatis virtutis excluſiuæ.

Tertia autem intentio eſt materierum digeſtio: digerunt autem materias prædictas digerentia multa, vt ſyrupi, iulep, decoctiones & electuaria & ſublimationes. III. Materierũ digeſtio. ¶ De quorum numero primum & leuiſſimum eſt hoc. ℞. *aquæ farfaræ* ℥ *iij. aquæ ſaluiæ* 1. ℥ j. *miſce cum* ℥ ß. *ſacchari & calidum bibatur in aurora tardando cibum horis quatuor.* Potio. ¶ Secundũ digeſtiuum & fortius illo eſt hoc. ℞. *aquæ betonicæ, aquæ capillorum Ven. ana* ℥ *ij. ſyrupi de ſtæchad. oxymellis ſimplicis ana* ℥ *vj. bulliant omnia ſimul cum modico ſacchari & clarificentur & dentur in potu, vt prius.* 2. ¶ Tertium digeſtiuum & fortius iſtis eſt ſyrupus iſte. ℞. *ſyrupi de hyſopo* 3.
E ℥ ß. *ſyrupi de calamento* ℥ j. *aquæ praſſii* ℥ j ß. *aquæ farfaræ* ℥ *ij. miſce, & detur in potu, vt prius.* ¶ Quartum digeſtiuum & melius omnibus poteſt eſſe hæc decoctio. ℞. *betonicæ, ſaluiæ,* 4. *roriſmar. maioranæ, hæderæ ana M ß. hyſopi, praſſii, fœniculi ana M j. piperis al. liquiritiæ, aniſi, capil. Ven. ana M j. partes duas, coquãtur omnia in* ℔ *v. aquæ vſq; ad conſumtionem medietatis, de quarũ colatura in potu dentur* ℥ *vj.* ¶ Digerunt etiam materias tales electuaria multa: ſicut electuarium diamuſcum, diambra, diatrionpipereon, diairis, diapraſſium, & ſimilia. ¶ Ego etiam ad has intentiones vtor mixtione tali. ℞. *electuarii diairis, diacalamenti ana* ℥ ß. *ſpecierum diambræ* ℥ *ij. trochiſcorum de viol.* ℥ j. *ſyrupi violati & penidiarum ana* ℥ j *fiat electuarium, de quo in mediis tertiis & per duas horas ante cœnam detur cochlear medium vel* ℥ *iij. & eſt med. ſolennis.* Electuariũ. ¶ Et ſi velles hanc mixtionem efficere delectabilem magis, fiat ex illis ſpeciebus cõ-
F fectio ſolida in v. ℥ pulueris ſacchari & hyſopi, roriſmarini vel maioranæ aquæ dentur ex ea horis prædictis a ℥ iij. vſque ad v. hæc de intentione tertia.

Quarta intentio eſt ad eradicandum materias poſt earum digeſtionem: licet autẽ IIII. multa inueniantur medicamina ſimplicia & compoſita apud auctores: ſolum tamen illa Materierũ ſcribam, quæ mihi ſecuriora & vtiliora comprobaui experientia quotidiana. eradicatio. ¶ Primum

Pilulæ. *Alia.* *Potio.*

quidem eſt pilulæ iſtæ. ℞. *pilularum de ſarcocolla ex maiori deſcrip. Meſ. in antidotario diſtinctione 10.* ℈ *ij. pilurarum cochiarum deſcrip. Raſ. 9. Almanſ. cap. 1.* ℈ *j. incorporentur ſimul cum ſyrup. de hyſop. & fiant pil. vj. vel vij. & accipiantur in aurora.* ¶ Eradicatiuum vero leuius iſto eſt hoc. ℞. *pilularum de agari.* ℈ *iij. renouentur pilulæ vij. cum ſyrupo de ſtœchad. & dentur omnes.* ¶ Tertium eradicatiuum poterit eſſe hoc. ℞. *electuarii Indi* ʒ *ij. agarici electi* ℈ *j. zinzib. gran. v. incorporentur cum ſyrup. & dentur in potu cum aqua decoctionis liquiritiæ & maioranæ.* ¶ Quartum eradicatiuum poterit eſſe infuſio ſuperius ſcripta in intentione minorationis & proprie ſi augmentetur eius doſis vniuerſalis & particularis. ¶ Omnes autem hæ medicinæ limitari debent ſecundum tenorem virtutis ægrotantis, memorando, quod ſemper melius eſt euacuationes iteratas frequentare in omnibus morbis, & proprie in chronicis, quam in vnica euacuatione ad moderationem ducere. Iterum poſt iſtas medicinas aſſumtas B obſeruentur omnia, quæ ſuperius ſcripta ſunt obſeruari debere poſt aſſumtionem minorantium eradicatiue minoratiue, vt melius earum euacuatio felicitetur: quę tu ipſe legere potes. Et hæc de intentione quarta ſufficiant.

V. *Materierũ in pectore contentarũ velox & promta conſumtio.*

Quinta intentio ſequitur. licet à capite huius materia continue ad pectus effundatur: maior tamẽ debet eſſe intẽtio ad materiam in pectore cõgeſtam, quã ad illam, quę continue effundit: eo quia materia ibi ſtans facile putrere poſſet, & ad phtiſin perducere: ſicut ſuperius eſt oſtenſum, quapropter ad eius eductionem, quam citius eſt poſſibile, properandum eſt. Hæc autem materia non intelligitur eſſe omnis materia in pectore inuẽta, ſed ſolum illa, quæ eſt cõiuncta cauſſa doloris apoſtemoſi: ſatis enim per intentiones euacuationum, diuerſionum & digeſtionum, quæ ſupra poſita ſunt, ad materiam antece- C dentem videtur eſſe intentum. Quapropter ſolum hic intendo educere coniunctam materiam, & licet ſyrupi & prædicta exſcreantia hanc ſecundam partem educere poſſunt, conueniẽtius tamen cum his, quæ modo ponuntur, materia prædicta educi poteſt.

Eclegma.

¶ Primum quidem eſt deſcriptio huius loch. ℞. *loch de ſquilla* ℥ *j. de papauere* ℥ *ß. miſceantur cum modico oxymellis compoſiti & incorporentur ſimul, & de hac ſæpe teneat in ore non maſticando ipſam: immo conducendo per os adeo vt diſſoluta tranſeat per cannam pulmonis vſq; ad pectus.* ¶ Ad hanc etiam intentionem ſeruiunt omnia electuaria recipiẽtia enulam, hyſopum, liquiritiam, crocum, piper, ireos, praſſium, grana fœniculi, ariſtologiam ro. oppoponacum, ficus, paſſulas, capil. Ven. & ſimilia.

Electuariũ.

¶ Deſcriptio bona electuarii facientis ad intentionẽ iſtam eſt hæc. ℞. *granorum pinearum, amygdalarum dulcium mundatarum ana* ℥ *j. granorum,* D *phiſticorum* ℥ *ij. radicum ireos recentis minutiſſime inciſarum* ℥ *ß. capil. Vener.* ʒ *iij. liquiritiæ, aniſi ana* ʒ *vj. croci* ʒ *j ß. piperis, hyſopi, praſſii ana* ʒ *ß. radicum enulæ* ʒ *v. ficuum pinguium & dactylorum ana numero vj. paſſularum* ℥ *ij. ſacchari ſecundæ coctionis* ℔ *j. pulmonis vulpis præparati ſecundum artem. ſapæ* ℔ *ß. coquatur ſimul ſaccharum cum ſapa vſque ad conuenientem ſpiſſitudinem & additis reliquis contritione longiſſima fiat electuarium, de quo mane hora ſyruporum in mediis tertiis, & per horam ante cœnam, & quando vadit ad lectũ, accipiat circiter* ʒ *ij.* vſus n. huius electuarii deglutiti eradicat omnes materias, quæ in pectore contineri ſolent, & proprie craſſas ac viſcoſas. Et ſi quis timeret eius caliditatem, quæ tamen non eſt valde intenſa, poteſt refringere ipſum cum tertia vel quarta parte ſacchari violacei. ¶ Memorandum etiam pro complemento huius intentionis, quod decoctio ſuperius ſcripta cap. de intentione E diuerſionum ſit æqualis huic electuario. Etiam ſit memor in omni cibatione ſua ſemper ponere de croco quantitatẽ vnius vel duorũ granorũ frumẽti. Hæc de intẽtione quinta.

VI. *Capitis rectificatio.*

Sexta intentio ponit rectificantia caput, quæ licet multa eſſe poſſunt hincinde collecta, tria tamen principaliter ſcribam, quæ mihi vtiliora videntur.

Puluis odoratus.

¶ Et primum eſt odoriferum hoc, cuius puluis ſæpe in ſindone de grana ligatus odoretur. ℞. *ligni aloes* ʒ *j. macis* ʒ *ij. ambræ* ℈ *j. vel ß. propter expenſam florum roriſmarini, maioranæ, ſtœchad. nigellæ ana* ℈ *ij. puluerizentur omnia per ſe: & fiat vt dictum eſt.*

Gargariſmã

¶ Secundum vero capitis confortatiuum eſt gargariſma hoc. ℞. *nucis muſcat. galangæ, ligni aloes, cubebarum, ireos, pyrethri ana* ℈ *j. maioranæ, betonicæ, florum roſmarini ana* ʒ *j ß. roſarum, violarum ana* ʒ *j. bulliant omnia in* ℔ *ij. aquæ vſque ad conſumtionem medietatis, & de hac aqua calida cum puluere ſacchari ſæpe teneatur in ore: aut* F *fiat ex ea gargariſma calida facta: aut caputpurgium aliquid de ipſa leuiter trahendo per nares ieiuno ſtomacho.*

Puluis capiti aſpergendus.

¶ Tertium principale eſt puluis iſte, de quo omni ſero, quando vadit dormitum, id eſt, ad lectum, ſupponatur capiti a principio ſyncipitis vſque ad ſummitatem capitis quantitatis granorum quatuor frumenti, & ſpargatur intus capillos.

A capillos. Deſcriptio huius pulueris eſt hæc. ℞. *cubebarum, nucis muſcat. piperis long. betonicæ ſtœchados ana. drachm. ß. ligni aloes, roſ. an. 1 drachm. 1. macis, maioranæ, ſandalorum al. an. drach. ij. fiat omnium per ſe puluis.* Sequenti vero ſero cum debet iterum apponi puluis, cum pectine mundificetur cutis a puluere prædicto, & a ſuperfluitatibus cutaneis. Hæc de intentione ſexta.

Septima vero intentio tria ponit remedia pectoris confortatiua. ¶ Et primum quidem eſt ſacculus cordialis talis. ℞. *been al. & rub. zedoariæ, doronici, ligni aloes, oſſis de corde cerui, croci, an. ʒ j. florum boraginis, bugloſſæ, anthos, roſarum, violarum an. ʒ ß. fragmentorum hyacinthi, ſaphyri ſmaragdi an. ſcrup. ß. margaritarum an. ʒ j. macis, ſem. baſiliconis, garyophil. an. dr. ij. fiat ſacculus in ſindone de grana quadratus aut longus, qui ſemper portetur ſuper mamilla ſiniſtra ſuſtentatus.* (VII. *Pectoris confortatio.*)

B ¶ Secundum vero ſpeciale eſt ceratum hoc. ℞. *emplaſtri de mucillaginibus vnc. ij. croci dr. ß. ligni al. ſpicæ nardi, florum hyſopi, radicum enulæ an. dr. ß. oppoponacis, reſinæ electæ an. dr. j. ß. diſſoluantur gummi cum vino aromatico, & incorporentur cum emplaſtris,* & addidis ſpeciebus, fiant cerata duo ſuper pāno de grana lōgitudinis maioris expanſa, & latitudinis digitorum v. quorum vnum portetur ſemper in directo thoracis a furcula pectoris ſuperioris vſq; ad pomum granatum. Aliud vero in parte poſteriori oppoſita ſimiliter ſituetur. (*Ceratum.*) ¶ Tertium vero remedium cordis confortatiuum eſt deſcriptio electuarii poſiti 9. *Almanſ. cap. de tremore cordis,* quod incipit: Electuarium diamuſcum, vide ibi, quod cum ſaccharo al. factum in forma ſolida exhibere ſoleo, vſq; ad quantitatem dr. j. ante & poſt cibum ſemper aut maxime. Hæc de intentione ſeptima.

C Octaua vero intentio quinque corrigit accidentia, indigentia correctione. Primum eſt oppilatio colatorii. Secundum clauſio viarum naſi in loco rizæ. Tertium difficultas anhelitus. Quartum, debilitas digeſtiuæ. Et quintum ventris ſtypticitas. (VIII. *Accidentium correctio.*) ¶ Primum quidem accidens corrigit retentio quantitatis vnius grani frumenti de antiqua theriaca in ore facta. Secundum vero eſt expertum, maſticatio croci integri. Tertium vero & fortius illis, quantum ad operationem, eſt retentio aquæ maioranæ calefactæ in ore patientis. (*Correctio primi.*) Secundum vero accidens remouetur traiiciendo per naſum decoctionem ſuprapoſitam in capit. de confortantibus caput. Secundum eſt, vt ſæpe per naſum traiiciatur aqua maioranæ, & aqua iris calefactę per nares patientis leui traiectione. Tertium odoratio ſæpe facta ex vnc. j. nigellæ non torrefactæ cum drach. ij. laudani puriſſimi. (*Secundi.*)

D ¶ Tertium vero accidens remouetur ex vſu electuarii pectoralis ſupra deſcripti in cap. immediate præcedenti. (*Tertii.*) ¶ Ego autem ſcio, quod ſi quis accipiat medium granum moſchi cum ſcrup. j. pulueris croci, & bibat cum ß. cyatho vini alb. aromatici & calefacti, difficultatem anhelitus potenter abſcindere, a quacunque cauſſa prouenerit, niſi a caumate vehementiſſime. ¶ Quartum accidens, quod eſt debilitas digeſtiuæ, rectificari poteſt cum electuario de moſcho, *ex 9. Almanſ. allegato cap. immediate præcedenti.* (*Quarti.*)

Ego autem ſcio, quod ſi diuturno tempore inungatur ſtomachus ex hoc vnguento, potenter omne nocumentum frigiditatis tam a debilitate virtutis, quam a raritate texturæ, & frigiditate & humiditate conuenienter ſubleuari. (*Vnguentum ſtomachale.*) ℞. *olei de maſtice, olei de croco, olei de pice an. ℥ j. laudani puriſſimi, myrrhæ electæ an. drach. j. ß. macis, menthæ, abſinthii, cyperi an. dr. ij. garyoph. x. ij. ß. roſarum, ſpodii, maſticis an. dr. j. ß. ceræ, quantum ſufficit, fiat vnguentum bene viſcoſum, & applicetur, vt ſupra.*

E ¶ Quintum vero & vltimum accidens, ſcilicet ſtypticitas ventris, remoueri poteſt cum iſtis duobus inſtrumentis. (*Quinti.*) ¶ Et primum eſt hic puluis. ℞. *polypodii dr. ij. folliculorum ſenæ drach. j. ß. ameos, tartari, aniſi, liquiritiæ, cinamomi, macis an. dr. ß. ſalis Indi ſcrup. ij. fiat puluis ſubtilis, de quo accipiatur immediate ante cœnam cum modico brodii, vel vini calidorum.* (*Puluis.*) ¶ Secundum vero principale eſt hoc: ℞. *penidiarum, ſacchari rub. an. ℥ j. ß. pulueris hermodactylorum, folliculorum ſenæ an. drach. iiij. mucilaginis pſyllii vnc. iiii. cinamomi, aniſi an. drachm. j. macis, nucis muſcatæ, garyoph. an. ſcrup. j. coquantur ſimul penidiæ cum ſaccharo & mucillagine pſyllii leui decoctione: deinde cum eis incorporentur ſpecies aliæ, & fiat electuarium conuenientis conglutinoſitatis.*

F De quo ante cœnam immediate omni alterna die accipiatur a ʒ. iij. vſque ad v. ſecundum maiorem & minorem ſtypticitatem continuando & interpolando ipſum.

Hæc ſunt, quæ cum laude omnipotentis meliora mihi apparuerunt in diſpo-

ſitionibus huius viri eligenda. Summus autem & omnipotens ſaluator omnia hæc diri- A
gat in finem optatę ſalutis. Amen.

De ægritudinibus oculorum conſilia.

CONSILIVM LVI. *De triplici mala diſpoſitione, videl. De debilitate viſus, imaginationibus complicata a mala complexione frigida & ſicca cerebri cum materia. De mala complexione frigida & humida ſtomachi cum materia phlegmatica, mucillaginoſa & aquoſa, epati etiam communicata: Et de hernia compoſita ex ruptura & ventoſa. Diuiditur autem conſilium in ſectiones duas quarum prima duo capitula continet.*

CAP. I. *De diſpoſitionibus dictis per cauſſas & ſigna.*

QVIDAM curialis vnus ex amicis noſtris mihi dilectiſſimus triplici diſpoſitione grauatur. Cuius etiam particulam animus meus non parum moleſte ge- B
rit. ¶ Et prima quidem eſt debilitas viſus imaginationibus complicata. ¶ Secunda vero eſt mala diſpoſitio ſtomachi ipſius, per quam digeſtiua læditur nocumento diminutionis & corruptionis, quandoque etiam epati ſuo communicata. ¶ Tertia vero eſt herniæ ſpecies non leuis, ſed grauiora & futura accidentia pronuntians ei.

Mala complexio frigida & ſicca cerebri cum materia.

Et prima quidem diſpoſitio dicta eſt mala complexio ſui cerebri frigida & ſicca materialis dominanter, licet etiam ſit refracta ab humiditate phlegmatis. Cerebri autē diſpoſitio talis cognoſcitur ex grauitate capitis eius, & frigiditate in partibus eius percepta cum exſiccatione & pauca carnoſitate earum, & modica etiam effuſione per aures, nares & reliquas vias euacuationis, & fortiora fierent hæc omnia accidentia, niſi, C
quia phlegma cum tali materia in venis commixtum ſua humiditate refrangendo contemperaret accidentia prædicta, ſiue illud phlegma propter debilitatem digeſtionis in capite generetur, ſiue illud ſit verum phlegma in epate genitum, aut non verum in ſtomacho congregatum, quæ capiti effumando vel fluendo communicentur. ¶ Et qualitercunq; concedatur propter frigiditatem in cerebro eius inualeſcētem etiam propter anguſtiam viarum eius minoratur & refrangitur ſpiritus animalis in cerebro, & prohibetur tranſire in quantitate debita per neruos opticos ad organa viſionis, quare apparet

Zohar quid.

in eo nocumentum diminutionis viſiuæ operationis, & eſt ſpecies mala, quam zohar nominauit debilitatem viſus ex penuria viſibilis ſpiritus prouenientem. ¶ Adhuc etiam, quia calor innatus cerebri talis debilis eſt, phlegma in eo in multos cōuertitur vapores. D
Quorum etiam vaporum particula nonnulla ab inferioribus membris cerebro communicatur, propter quod vapor iſte ſpiritui viſibili commixtus, cum talis ſpiritus defertur ad cryſtalloidem, repręſentat in ipſum ſpecies colorum motus & figurarum ſibi proportionalium, vnde receptis ſpeciebus viſibilium in cryſtalloidem iam taliter permutata potentia viſiua percipit & iudicat in mediū exterius figuras & formas, colores & motus eſſe, quæ nequaquam ſunt, propter quod ab illuſtribus antiquis diſpoſitio talis nomi-

Deluſio viſus.

nata fuit deluſio viſus, in tantum, quod patiens quandoq; cum manu tentat capere muſcas vel culices, quas in aere credebat eſſe, deluditur ergo, quia nihil venatur. Et hæc diſpoſitio iterum ſolet nominari imaginatio, *vt tertia tertii tract. quarto* dum inquit Auicen. E
Imaginationes ſunt colores, qui ſentiuntur coram viſu. Ex quo colligitur, quod ſi hæc diſpoſitio perſeuerabit & augebitur, minatur ſibi pannum. Vapores enim phlegmatici in capite multiplicati tandem conuertuntur in aquam, & aqua illa defluens ad oculum ibi congelata conuertitur in pannum, vt legendum eſt *præallegato cap. ab Auic. cap. de aqua,* dum

Deſcenſus aquæ.

inquit: Deſcenſus aquæ eſt ægritudo oppilatiua &c. Sed aqua congelata conuertitur in pannum & facit cæcitatem, quare hæc diſpoſitio minatur ei ablationem viſus. Hæc de diſpoſitione huius viri prima.

Mala complexio frigida & humida ſtomachi.

At vero iterum inueſtigari oportet ſecundæ diſpoſitionis eſſentiam, varietates & accidentia eius. Eſt enim ipſa ſtomachi ſui mala complexio frigida & humida cum materia phlegmatica mucillaginoſa & aquoſa, quæ generatur in ipſo per viam indigeſtionis a prædicta frigiditate prouenientis, & eſt ei ægritudo per eſſentiam, quæ etiam epa- F
ti ſuo per colligantiam communicata eſt, quoniam non eſt poſſibile aut ſaltem difficilimum caliditatem epatis complete poſſe corrigere frigiditatem ſtomachi, & maxime cum fuerit diuturna & manſiua, propter hanc igitur cauſſam epar eius debilitatum ſanguinem generat in eo remiſſius calidum & aquoſum magis, quam feciſſet a generatione

ſua,

A ſuã, a qua epar eius videtur contraxiſſe caliditatem ſatis auctam reſpectu medii genera-
tionis. ¶ Propter has igitur duas diſpoſitiones malas epatis & ſtomachi non eſt mirabile,
ſi multiplicentur in inteſtinis eius phlegmata mucillaginoſa & aquoſa, quæ in vapores
multos conuerſa ventrem eius non raro extenſum rugitu, & murmurationibus plenum
efficiunt. Hæc de diſpoſitione ſecunda, & de accidentibus eam conſequentibus.

Tertia vero huius diſpoſitio eſt hernia in inguine ſiniſtro, quæ cum bene conſide- *Hernia in inguine ſiniſtro.*
ratur, non eſt relaxatio vel dilatatio præciſe, ſed eſt ruptura vera in parte, ſifac ſuper-
poſita foramini oſſis femoris. Cum igitur in ventre huius viri generentur & congregen-
tur ventoſitates quam plurimæ, quæ partibus inferioribus propulſæ, ſecundum partem
magnam recipiuntur in didymum, non eſt mirum, ſi tales ventoſitates per didymum
B deſcendentes per foramen iam dictum recipiantur in ſcrotum, & faciant in eo tumorē
& extenſionem cum dolore quandoq;, vnde apparet, quod hæc ſit ſpecies herniæ com-
poſita ex ruptura & ex ventoſa, ſicut iam declaratum eſt. Propter quod merito hic vir in
ſui gubernatione ſollicitus eſſe debet, ne pars didymi in concauitate ſcroti tumoroſa fa-
cta tandem conuertatur in apoſtema, quod periculoſum eſſet. ¶ Ex quibus omnibus
intelligentibus apparet, quod quælibet harum diſpoſitionum in hoc viro non leuiter ſit
ſuſpecta, & proprie in ætate ſua, vnde aliquid de regimine ſuo, quod melius eſt, & ab eo
obſeruandum ipſi conſcribere determinaui per modum, qui nunc ſequitur.

CAP. II. *De cura per diætam.*

QVONIAM autem ægritudines huius viri tres principales differunt inuicem rati-
C one patientium locorum, etiam tertia differt ab aliis ſpecie, quia ipſa eſt ſolutio
continuitatis, ſifac in parte inguinis cooperiente inteſtina, videretur aliarum
ægritudinum curationes debere eſſe diuerſas, quod quidem conceditur ſecundum par-
tem, veruntamen, quia omnes illæ diſpoſitiones conueniunt inuicem in cauſſa materi-
ali & ſibi proportionata, quia vtriuſq; illarum materialis cauſſa eſt phlegmatica materia
& vapores, vel ventoſitates ab ea eleuati, ideo in canone curationis videntur habere cō-
uenientiam ſatis, tā penes regimen rerū non naturalium, quā medicinaliū. Si quid a. di-
uerſitatis in curatione haberi ſit neceſſariū, videbit' infra in regimine herniæ ſuæ. ¶ Di-
cendū itaq;, ꝙ regimen huius viri per debitā menſurā ſex rerum non naturaliū fundari
debet; ita, quod omnes res non naturales debent eſſe calefactiuæ, exſiccatiuæ, aperitiuæ
D & cōſumtiuæ ventoſitatum. ¶ Eligatur itaq; ab eo locus habitationis notabilis caliditatis *Aer.*
& ſiccitatis. Et ſit camera, in qua poſſit fieri ignis, elongata ab aere aquilonari, & ab omni
humiditate ſuperflua. Caput ſuum tectuꝛis conuenienti pelle ſuffultis tueatur. Et ven-
trem etiam ac pectus diploide bene calida cuſtodiat.

Ex cibis vero effugiat primo lacticinia omnia. Item cibos paſtiles ſaltem elixatione *Cibus.*
factos. Tertio dimittat cibaria omnia ventoſitatum exſiccatiua, velut ſunt legumina o-
mnia, cæpæ, allium, porrum, bulbus, raphanum & ſimilia. Quarto dimittat omnes fru-
ctus frigidos & crudos. Quinto, valde pinguia cibaria, quacunq; pinguedine condita,
præter oleum oliuarum, quod non eſt ipſi reprobandum. Butyrum vero, adeps porci &
ſimilia non placent mihi. Similiter etiam euitet ſpinachiam, betam, cucurbitam, portu-
E lacam, anguriam, cucumeres, citrulos, & ſimilia. Aceto autem cum aliis condito, agre-
ſta, ſucco limonum & aranciorum vti poteſt. Et caſeo etiam dulci & ſalito, non multum
tamen molli & viſcoſo. ¶ Piperis autem, croci, zinzib. cinamomi vſus eſt ipſi vtilis. ¶ Vi- *Potus.*
num autem eligat ſubſtantia tenue & bene potens, ſapore mediocri inter dulce & acre,
dulcia autem, quia multum ventoſa & oppilatiua, ſunt ei diſconuenientia, vt & acria &
acerba frigiditate & oppilatione. Aquā autem omnino dimittat, etiam in æſtate. ¶ Su-
perflui motus huic viro non conueniunt, & maxime poſt cibum, quoniam agitatione *Somnus &*
ſua materias ponunt in fluxu ad debilia membra. ¶ Somnus longus huic viro conue- *vigiliæ.*
niens eſt, quia vigorat digeſtionem, quæ a mala complexione ſtomachi frigida & hu-
mida debilitatur. Si tamen caput eius reumatibus & catarrhis moleſtaretur, vigilare
F ipſi conuenientius eſſet, quam prolixe dormire. ¶ Cum autem vir iſte ſtum cibum acci-
pit, ab ingluuioſa comeſtione ſe abſtineat, ita vt cum aliquali appetitu ſurgat a menſa
magis, quam a ſaturitate completa. Et caueat deglutire cibum, niſi bene ſolenniter
prius maſticauerit ipſum. Et ita potum ſuum accipiat parum, & ſæpe magis quam mul-
tum & raro bibendo.

Paſſiones animi & iterum triſtantes melancholicæ,afflictiones anguſtioſæ & furor A
vel iracundia ab eo euitari debent propter exterminationem magnam& motum,quem
imponunt humoribus. Hæc de regimine non naturalium.

Sectio ſecunda continens capitula tria.

CAP. I. *De rectificatiuis diſpoſitionum ſtomachi.*

MODVS autem curationis prædictarum trium diſpoſitionũ partietur in tria
capitula. ¶ Quorum primum erit rectificatiuum diſpoſitionum ſtomachi
eius. ¶ Secundum nocumenta ſui capitis remouere procurabit. ¶ Tertium
ponet inſtrumenta ad herniam ſuam appropriata. ¶ Quoniam igitur diſpo-
ſitio ſui ſtomachi eſt mala complexio frigida & humida cum præſentia multi phlegma- B
tis mucillaginoſi & aquoſi in eo, tam per viam indigeſtionis congregati, quam tranſmiſ-
ſionis eorum ab epate, oportet prius hoc præcognoſcere. ¶ Igitur leuis caliditas aut fri-
giditas in regione ſtomachi percepta ſenſu tactus, murmuratio & ventoſitas in eo perſe-
uerans, lenities partium eius, tarditas & debilitas digeſtionis ſuperfluitatum vẽtris, mol-
lities & lenitas, eructuationes acidæ vel inſipidæ, multitudo ſputaminis abſq; tuſſi palam
ſignare poſſunt ſtomachi frigiditatem & humiditatem. Pro quarum diſpoſitionum re-
gimine laudo, quod ſaltem per tres annos omni menſe Martii & Septembris purgetur,
Quinq. remedia poſt purgationem vſurpanda. ſecundum quod inferius ipſi conſcribam: facta vero purgatione vtatur iſtis 5. remediis
infraſcriptis. ¶ Primum eſt hoc. ℞. *pilularum alephanginarum, vel de ſpeciebus in antido-*
tario Meſ. diſtinctione prima drachm. ij. ſpecierum diacalamenti deſcriptione Nicolai ſcrup. ß. ſalis C
1. *Pilulæ.* *Indi gran. iiij. cum ſyrupo compoſito acetoſo, fiant pillulæ de omni dr. vj. de quibus per totum menſem*
Aprilis omni quinta die accipiat vnam per octauam partem horæ ante cœnam. ¶ Secundum in-
2. *Electuariũ.* ſtrumentum eſt hoc. ℞. *ſpecierum electuarii de ligno aloes, ſpecierum diambræ an. dr. v. ſpecierum*
diacalamenti ℥ iij. granorum phiſticorum ℥ iij. ſacchari al. ℥ iiij. mellis roſ. ℥ v. ligni aloes electi ʒ. j. in-
fundantur phiſtici in bono vino montano calefacto per tres dies: deinde terantur & incorporen-
tur cum melle & ſaccharo bene coctis vſq; ad viſcoſitatem terendo in mortario: deinde additis ſpecie-
bus, fiat electuarium, & accipiat de eo, poſtquam fuerit purgatus ter in ſeptimana in auro-
3. ra quantitatem mediæ nucis, & poſt ipſum tardet cibum per horas quatuor. ¶ Tertium
remedium eſt, vt diebus intermediis electuario ſaltem bis in ſeptimana deglutiat hora,
4. prædicta iij. gran. maſticis. ¶ Quartum remedium eſt hoc. ℞. *laudani electi, gal. muſcatæ,* D
Ceratum ſtomachale. *ſtyracis calamitæ, ana ʒ ij. reſinæ electæ ʒ ß. garyophil. ℈. ij. diſſoluatur gummi cum vino fumoſo, &*
fiat ceratum vnum figuræ ſcutalis, quod ſemper aut in pluribus portet ſuper ſtomacho ſuo.
5. ¶ Quintum vero ſpeciale remedium eſt. ℞. *cinamomi electi ℥ j. triumpiperum an. ʒ iij. galan-*
Puluis. *gæ, ligni aloes, granorum paradiſi, zinzib. an. ʒ ij. pulueriʒentur omnia, & miſceantur. De hoc pulue-*
re vtatur ſemper in cibariis ſuis ad quantitatem, quæ repleret corticem auellanæ. Et hæc remedia
etiam iuuamentum non leue communicabunt capiti.

CAP. II. *De rectificatione nocumentorum capitis ſectionis ſecundæ.*

Corruptio & diminutio viſus tollitur ſex remediis. PRo diſpoſitione vero capitis eius & nocumenti corruptionis & diminutionis vi-
ſus oportet ei adminiſtrare remedia ſex. ¶ Primum eſt hoc. ℞. *foliorum roriſma-* E
rini, calamenti, origani, pulegii, an. ʒ j. ligni aloes ʒ ij. maioranæ, macis an. ʒ ij. ambræ mo-
1. *ſchatæ an. gran. ij. fiat omnium per ſe puluis, & commiſceatur & ligetur in ſindone de grana retorta &*
Puluis odoratus. *odoretur ſepiſſime.* ¶ Secundum eſt hoc. ℞. *garyoph. ʒ ij. ligni aloes, betonicæ, ſandaracæ, ſpodii,*
ſtyracis calamitæ an. dr. ß. fiat puluis, de quo ſæpe aſpergatur ſuper prora ſui capitis a fine capillorum,
2. *vſq; ad ſummitatem per quatuor digitos per medietatem capitis.* Et ſemper cum apponitur pul-
Puluis capiti inſpergendus. uis, diligenter pectinetur caput. ¶ Tertium vero inſtrumentum eſt, vt iſte vir duabus vi-
cibus in menſe, quando vadit ad lectum, accipiat dr. j. ß. confectionis diambræ deſcripti-
3. one Meſ. & teneat ipſum in ore ſuo, vſq; ad diſſolutionem deglutiendo eam. ¶ Quartũ
4. eſt, vt omni fine decem dierum duobus diebus continuis mane & ſero per horam ante
Gargariſma cibum faciat hoc gargariſma. ℞. *aquæ decoctionis maioranæ & liquiritiæ cyathum vnum,* F
hieræ ſimplicis dr. ij. calefiat aqua, & incorporetur cum ea hiera, & ex eo calido fiat gargariſma circa
octo vices in ſpatio vnius horæ. ¶ Quintum eſt, vt cum ipſe attendit ad caput propter mole-
5. *Rotula.* ſtiam, quam infert ei magnam, poſt cibum accipiat ſemper rotulam vnam huius confe-
ctionis. ℞. *ſpecierum diambræ dr. j. ß. euſra. chelidoniæ, fœniculi, verbenæ an. ℈ j. ſem. rutæ, ſeſeleos*
an. dr.

A *an. dr. ſachari alb. drach. v. cum aq. eufragiæ; fiat confectio in rotulis iij. ʒ.* ¶ Sextum & vltimum remedium eſt. *℞. aq. rutæ, chelidoniæ & eufra. an. ℥ ij. ſucci fœni. ſucci verbenæ, an. vnc. j. fellis lucii ʒ iij. ligni aloes, ſubtiliſſime triti ʒ ß. ſem. rutæ, chelidoniæ, maioranæ an. dr. j. ponantur omnia ſimul bene puluerizata cum prædictis aqua & felle in vaſe vitreo, quod diligenter cooperiatur & obturetur cum paſta molli: deinde ponatur in furno poſt extractionem panis bene calido. Sequenti vero die extrahatur de furno, & mundificetur a paſta & orificio bene clauſo exponatur ſoli per x. dies vel xij. poſt illud autem per pannum ſpiſſum coletur ſine expreſſione & reponatur in vas vitreum bene obturatum:* De hoc ergo collyrio omni ſero cum vadit ad lectum, & mane cum ſurgit, imponat guttam vnam vnicuiq; oculo, & quieſcat reſupinus, videbit enim vtilitatem ad nocumenta ſuæ viſionis notabilem.

6. Collyrium.

B

CAP. III. *De inſtrumentis ad herniam appropriatis.*

PRo diſpoſitione vero herniaca prædicta quatuor videntur mihi neceſſaria remedia, cum enim vir iſte moleſtetur a deſcenſu magnæ quantitatis ventroſitatum implentium oſeum ſeu ſcrotum, tunc ſtatim intendat ad earum reſolutionem cum hoc emplaſtro totum ſcrotum notabiliter cooperientem. *℞. furfuris frumenti bene cribellati ſcutellas duas, cymini, dauci an. ℥ j. aniſi, fœni. carui, ſeſeleos an. vnc. ß. bulliant furfures in ij. phialis vini nigri bene potentis, & in fine inſpiſſationis earum ſuperaddatur farinæ hordei ℥ j. ß. & demum finaliter aliarum ſpecierum puluis ſuperponatur, & fiat emplaſtrum, quod calidum applicetur ſicut dictum eſt.* ¶ Secundum remedium eſt. *℞. pellis arietis, quæ minutim inciſa & depilata in aceto nigro ſteterit infuſa per x. vel xij. dies, ammoniaci, ſerapini, oppoponacis an. ℥ ß. picis naualis, colophoniæ an. vnc. j. ß gallarum cupreſſi vnc. j. thuris, ſandaracæ, hypocyſtidos, acatiæ, corallorum amborum, ſpo. an. drachm. ij. mumiæ drachm. v. reſinæ bene citrinæ vnc. j. ß. glutinis piſcium & cartæ an. vnc. ß. gummi diſſoluantur in aceto nigro: deinde incorporentur cum glutine, & tandem cum pelle arietina, & additis aliis ſpeciebus fiat cerotum fortis tenacitatis.* ¶ Extendat ergo de eo ſuper corio figuræ ſcutalis cum parte lata & pyramide inferius inguinibus lateraliter applicetur, & ſuper eo portetur ligatura conuenientis compreſſionis: hoc enim remedium eſt de vltimis in hac diſpoſitione. ¶ Tertium vero principale remedium eſt hoc. *℞. gummi Arab. dragaganti torrefactorum, glutinis cartæ, an. drachm. j. gallarum cupreſſi, mumiæ, ſpodii, ſeminis roſarum an. drachm. ij. fiant pilulæ cum ſucco plantaginis, de omni drachm. ix. de quibus vir iſte aſſueſcat aſſumere ſaltem omni ſeptimana bis ex eis iij. per octo horas poſt cibum.* ¶ Quartum vero principale remedium eſt hoc. *℞. pulueris viticellæ, piloſellæ an. drachm. iij. roſarum, ſpodii, mirtillorum, coriandri præparati & ſeminis plantaginis an. vnc. j. ß. ſcoriæ ferri præparatæ drachm. iij. ſacchar. alb. vnc. iij. mellis roſ. colati lib. ß. coquantur mel & ſaccharum ſimul, vſque ad bonam ſpiſſitudinem, & additis ſpeciebus fiat electuarium, de quo vir iſte a medio menſis Aprilis vſq; per totum menſem Septembris duabus vicibus omni ſeptimana in aurora accipiat cochlear vnum, & poſt ipſum tardet cibum quatuor horis.* Hæc in ſumma ſunt remedia meliora, quæ pro iſtis diſpoſitionibus mihi apparuerunt. Altiſſimus dirigat omnia in ſalutem patientis.

Procuranda hernia 4. remedia. — 1. Emplaſtrũ. — 2. C — Ceratum. — 3. Pilula. — D — 4. Electuariũ.

Modus purgationis in vere talis eſt. *℞. pilularum de hiera compoſita ſcrup. ij. pilularum cochiarum ſcrup. j. & fiant vij. cum hiera ſimplici, & obſeruentur quæ debent obſeruari in aſſumtione medicinarum.* ¶ Digeſtiuum quo vti debet diebus 7. capiendo eſt hoc. *℞. ſyrupi de ſtœchad. ſyrup. de abſinthio an. drachm. vj. aquæ abſinthii, betonicæ, calamenti an. ℥. j. miſce.* ¶ Deinde purgetur cum hoc. *℞. electuarii Indi drachm. iij. benedictæ ſimplicis drachm. ij. accipiatur cum modico vini albi potentis & calefacti cum conditionibus debitis.* ¶ Purgatio vero facienda in autumno a medietate Septembris, vſq; ad finem eius. *℞. electuarii de pſyllio drachm. iij. hieræ ſimplicis vnc. ß. miſce cum aqua cichoreæ, accipiatur vt ſupra.* ¶ Digeſtiuum eſt hoc. *℞. ſyrupi de byzantiis vnc. j. ſyru. de roſ. vnc. ß. aquæ cichoreæ, cuſcutæ & abſinthii miſce vij. diebus; vt ſupra.* ¶ Poſt purgetur cum hoc. *℞. electuarii de pſyllio vnc. ß. & accipiatur cum aqua hordei diebus, quibus accipit digeſtiuũ.* ſi venter eſſet ſtypticus, vtatur pilulis dictis ſupra ante cœnam.

Modꝰ purgationis in vere. — E — Pilula. — Digeſtiuum. — Purg. his. — Purgatio in autumno. — Digeſtiuum. — Purgatio.

F CONSILIVM LVII. *De nocumento diminutionis in viſu a mala complexione frigida & humida materiali ſtomachi, cerebri & oculorum, cum ſex accidentibus, quæ ſunt: Oppilatio epatis: Tenſio & rugitus in ſtomacho: Nocumentum diminutionis & corruptionis digeſtionis in ſtomacho: Fluxus materierum a capite ad pectus: Dolor grauatiuus capitis: Lachrymarum multitudo. Diuiditur autem conſilium in capitula quatuor.*

CAP. I. *De diſpoſitione & eius cauſſis.* A

LICET nocumentum in viſu contingens ex pluribus cauſſis euenire poſſit exterioribus & interioribus, quodlibet enim nocumentum viſus eſt triplex, videlicet diminutionis, corruptionis & ablationis; aſſignari poteſt, aut propter læſionem aduenientem tunicæ oculi. Secundo, propter nocumentum adueniens humoribus. Tertio in ſpiritu viſibili. Quarto in viis, per quas ſpiritus viſibilis a cerebro delegatur ad oculos. Vltimo vero, quando nocumenti cauſſa illatiua omnibus prædictis communicatur partibus. Et hæc quidem nocumenti ſpecies peſſima eſt: quomodo enim potentia viſiua viſionem perficere poteſt, cum ſpiritui viſibili viis tranſitus eius ad oculum, & toti oculo nocumentum contigerit? propter quod in fortibus contuſionibus & percuſſionibus capitis, & in tranſmutatione multarum materierum a caliditate ſymptomatice B deriuantium ad oculum, & impetuoſe, non eſt mirum, ſi ſubito viſione priuatur homo, vt ſæpe contingere vidi, vt patet in altero tractatulo per me compoſito ad notabilem quandam mulierem de Monachio ciuitate famoſa Germaniæ, cui fere inſtantanee ablatus fuit viſus ex defluxu materierum a capite ad oculũ. *Offenſio viſus ex parte tunicarum.* ¶ Multipliciter autem ex parte tunicarũ offendi poteſt viſus. Et primo quidẽ, quando contigerit corneam propter ſpeciem malæ complexionis frigidæ aut calidæ & ſiccæ in ſui ſubſtantia reddi non peruiam vel diaphanam, ſed opacam & tenebroſam, neq; enim ſpecies obiectorum per medium ab ea poterunt conuenienter recipi. Similiter autem ſi contingat in pupilla eſſe clauſionem, ſpecies non conuenienter deferri poterunt ab ea per araneam ad cryſtalloidem. Et idem etiam intelligi poteſt de conturbatione & obſcuritate araneæ. Et nocumenta C iſtarum trium tunicarum fortiora ſunt ad lædendum viſum, quam nocumenta ſimilia contingentia in ſclirotica ſecundina & retina. Dato etiam, quod nocumentum iſtarum trium tunicarum poſteriorum viſum imperficere poſſit. ¶ Amplius etiam nocumentũ viſioni contingit ex parte intemperantiæ humorum oculi in quãtitate & qualitate: quis enim dubitat, quod ſi paucificetur craſſus & turbulentus humor, fiat albugineus, non erit conuenienter ſpecierum receptiuus, neq; earum delatiuus ad principale organum viſionis, quod eſt cryſtallinus humor. Similiter etiam paucificatio peruiæ, vel diminuta diaphaneitas cryſtalloidis magnifice faciunt ad nocumentum viſionis, ſicut magna ipſius profundatio, & ad exterius eminentia cum tenebroſitate ipſius ſemper magni nocumenti in viſione eſt effectiua cauſſa. Et eodem modo de nocumentis contingentibus D ex parte humoris vitrei. Eius enim turbulentia, paucitas & ſpiſſitudo cauſſæ ſunt nocumenti magis in viſione euenientis.

Adhuc etiam cum ſpiritui viſibili accidit intemperies, aut in quanto aut in quali, & ſi multitudo ſpiritus viſibilis non ſemper ſit viſui nocitiua, tamen propter ipſius nocumentum in quantitate præcipue poteſt ita immoderate oculus calefieri, vt fiat in eo humorum inſpiſſatio, aut nimia rarefacto reſolutio vel diſgregatio ſpecierum obiectorum viſibilium in tunicis & humoribus oculorum. Plurimum tamen nocumenti, & frequentius euenientis in viſione ex parte viſibilis ſpiritus eſt, quia ipſe paucificatur aut rarior vel ſpiſſior fit, quam oportet, aut turbulentior, propter quod non eſt ſufficiens viſionis E inſtrumentum perfectiuum, imo impeditiuum. At vero iterum nocumentum in viſu contingere ex parte viarum, & totius organizationis oculi iam deductum eſt. ¶ Qualitercunq; autem oculo nocumentum contingat, vt quia diminuatur, aut corrumpatur viſio, erit aut per nocumentum eſſentiale partibus integrantibus oculum adueniens, aut per nocumentum accidentale, vel per colligantiam dictum, aliunde proueniens, vt a cerebro, a neruis opticis, pulmone, ſtomacho, & ſic de aliis. ¶ Si autem nocumentum eſt accidentale, tunc prouenire poterit a cauſſis exterioribus, vt ab aeris intemperantia, quia nimium craſſi, caliginoſi, frigidi exſiccantis vel reſoluentis, quia lędere poterit tam panniculos, quam humores diſtemperando & ſpiritus. Aliter aduenire poterit ex ſuperfluo motu, vel immoderato exercitio, & proprie poſt cibum. Aut ex multa balneatione, & proprie poſt repletionem. Aut ex immoderato coitu, vel aſſumtione F ciborũ ſua frigiditate, caliditate, exſiccatione, craſſitudine vel viſcoſitate aut altera mala qualitate de venenoſis inficientium ſpiritum viſibilẽ, humores, & tunicas, velut accidit vtentibus comeſtione fungorum & aliorum ciborum medicinalium, qui habent aptitudinem conuerſionis ad corruptionem. Similiter etiam accidit hominibus iracundis &

ſæpe

A ſępe ſcandala incurrentibus. Aut his,qui multam moram contrahunt in aſpiciendo mo-
tum corporum rotatim agitatorum,de quorũ numero ẽt eſt freques̃ aſpectus ex alto fa-
ctus ad concauitates vallium inter montes poſitarum.¶ De his etiam, qui exercitia faci-
unt, per quæ eorum capita conſuetudine non bona aut neceſſitate operationum curuã-
tur & curuari oportet,vt multo vſu ſcribendi cum capite valde decliui.¶ Ea vero,quę vi-
ſui nocent, de interioribus contingentia, ſunt malæ complexiones frigidæ & humidæ
materiales,vt a multo phlegmate mucillaginoſo,vitreo & aquoſo in ſtomacho vel cere-
bro multiplicato,& in membris aliis, quæ humorales materiæ nocere poſſunt ſpiritum
infrigidando,incraſſando, opacum & obſcurũ faciendo,aut vias tranſitus eius oppilan-
do, aut propter nocumentum, quod efficiunt in tunicis, vt cornea pupilla, & humori-
B bus prædictis, ſicut etiam contigit in his, qui ætatiuo decurſu peruenerunt ad paucita-
tem ſpiritus viſibilis, & diſtemperantiam eius in frigiditate & modo ſubſtantiæ, vt quia
craſſius, vel conuenienti diaphaneitate priuatus eſt ſpiritus. ¶ Et forte, quod iſta eſt
propria cauſſa nocumenti viſionis huius nobilis viri. Eſt enim vir ætate grauis, quia fe-
re ſeptuagenarius, & etiam homo humoroſus valde, quod arguit habitudo eius medi-
ocritatem tranſcendens per augmentum Eſt etiam vir in cuius ſtomacho & capite non
parum abundat materiæ mucillaginoſæ, vitreæ & aquoſæ quantitas, & eſt in eo penuria
ſpiritus viſibilis, quæ poteſt ab ætatiuo decurſu neceſſario adueniens aſſignari,etiam in
eo inuenitur numerus cauſſarum, promouentium ad augmentum materierum phle-
gmaticarum: propterea, quia fuit homo vtens cibariis craſſis,multum vaporoſis & op-
C pilatiuis, vt ſcribitur.

Vnde ex omnibus iſtis in vnam veritatem redactam infertur primo, quod diſpoſi-
tio huius viri ſit mala complexio frigida & humida materialis ſtomachi cerebri & ocu-
lorum. ¶ Sequitur ſecundo, quod materialis cauſſa huius ſpeciei nocumenti viſionis ſit
aggregata vel commixta ex phlegmate mucillaginoſo, vitreo & aquoſo.¶ Sequitur 3. ꝙ
hæc diſpoſitio non faciat ſimplex nocumentum viſioni, ſed ſit aggregatum ex ſpecie
nocumẽti diminutionis & corruptionis.¶ Quarto,quod hæc diſpoſitio minetr̃ ipſi pro-
pinquam cæcitatem, niſi Deus ſubueniat ei cum beneficio medicinarum, de quibus in-
fra. ¶ Et ſequitur vltimo, quod res curationis eius magis afferat ambiguitatem, quam
curationis ſpem. Ne vero horum aliquam calumniam a mordentibus accipiant, ratio-
D nabile eſt aliqualiter ea ratione demonſtrare. Multitudo namq; phlegmatis deducitur
a diminuta digeſtione ſtomachi, quomodo enim ſtomachus perficere poteſt digeſtio-
nem cum diminuta caliditate,& ſi caliditas eius diminuta eſt, vt patet a poſteriori ex in-
uentione multorũ phlegmatũ in ipſo.Ergo diminuta coctione generabitur chylus, igitr̃
ex eo diminute cocto generabit phlegma,ꝙ eſt materia ſanguinis diminute decocti. Et
cum digeſtio ſecunda epatis ſufficiẽter corrigere non poſſit nocumentũ in prima dige-
ſtione eueniens, ergo ſanguis frigidus vel remiſſe calid⁹ tranſmittetur ad cerebrũ. Et cũ
cerebrũ ẽt ſit infrigidatũ & humectatum, ſequitr̃,ꝙ nedum poterit corrigere nocumen-
tum in ſanguine & phlegmate inuẽtũ, imo potius augmẽtare ipſum: hoc igitur phlegma
ſua cõplexione & ſubſtãtia poterit oppilare vias tranſitus, incraſſare,& cõturbare, & hu-
E mores,& tunicas oculi dyſcraſiare in cõplexione & cõpoſitione,igitur facere nocumen-
tũ diminutionis viſus. Et ſi vapor a phlegmate eleuatus cõmiſceatur ſpiritui viſibili, im-
ponit in ipſum ſpecies corruptionis cõturbando ſpiritũ & mobilitãdo ipſum variis diffe-
rẽtiis poſitionis,ita,ꝙ imaginatiua potẽtia corrupte apprehendat corpora exterius line-
alia ſphærica, vel triangularia in aere moueri, quæ nequaquam ſunt, & iſta eſt corruptio
in ſenſu viſus eueniens, vt patet *3. tertii. tract. 4. c. de imaginationibus*. Igitur a materia vna &
eadẽ ſpecie, ſecundũ tamen diuerſas menſuras duplex nocumentũ in viſu contigere po-
terit, ſc. diminutionis & corruptionis, vt demonſtratũ eſt,& quandoq; materia cum ali-
quãta quãtitate oppilando, vel aliter dyſcraſiando hęc nocumẽta efficere põt, ergo iſta
F eadẽ multo & vehementius dyſcraſiata poterit facere nocumentũ excellentius p̃dictis,
ſed prędicta nocumenta erant diminutionis & corruptionis viſus, ergo nocumentũ ex-
cellentius illis erit ablationis viſus denominandum, quod formaliter eſt cæcitas.¶ Qua-
re iam apparet ſufficienter demonſtratas eſſe ſpecies nocumenti viſionis huius nobilis
viri: quę etiam plenius aliqualiter demonſtrabuntur prædictorum nocumentorum ſpe-
cies tangendo ſigna inſeparabilia, vt nunc ſequitur.

CAP. II. *De ſignis.*

Signa lapſus calidi & ſicci.

CVM accidit nocumentum viſus per eſſentiam a mala complexione calida; Signa ſumta a ſubſtantialiter inhærentibus ſunt hæc. Primo, quia tactu oculi & totum caput percipitur calidum. Secundo cum aliquali ſoliditate vel denſitate repræſentatur cutis. Tertio, quod partes prædictæ magis ad macredinem, quam pinguedinẽ ſunt inclinatæ. A caſibus vero ſigna ſunt, quia parum ſuperfluitatis in angulis lachrymalibus oculorum apparet, niſi lapſus fuerit valde magnus. Item tales ſuperfluitates magis ſpiſſæ ſunt, quam fluidæ. Item ſatis mordicatiuę. Oculi tales parum lachrymantur, & adhuc pruritu magno moleſtantur & in colore ad citrinitatem tendunt notabilem. ¶ Signa vero ſumta ab operationibus ſunt, quia in ſubſtantia macrefacti magis, quam pingues apparent. Item, quia mobiles ſunt valde tales oculi. Item, quia viſionem habent acutam ſatis in diſcernendo obiecta de longe & de prope, niſi lapſus vltimetur. ¶ Per ſigna vero contraria prædictis poteſt intelligi lapſus capitis, & cerebri frigidi & humidi.

Signa lapſus calidi & humidi.

In lapſu vero calido & humido percipitur in oculis caliditas, mollites, magnitudo, pinguedo eorum, rubedo ipſorum & mobilitas & viſus hebetudo aliqualis cum augmẽto & multitudine lachrymarum & aliarum ſuperfluitatum in angulis oculorum abundantium cum inuiſcatione palpebrarum, & aliquali grauitate eleuationis & clauſionis earum. ¶ Per ſigna iſtis oppoſita cognoſci poteſt lapſus frigidus & ſiccus cum hoc, quod oculi tales cum fuerint quatuor prædictis ſpeciebus lapſuum intemperati offenduntur a ſimilibus, & iuuantur a contrariis cum applicatione conuenienti. Si autem tales lapſus fuerint non multum eleuati, ſicut intemperati intemperantia ſibi naturali, tunc conſeruantur a ſimilium applicatione, ſicut offenduntur approximatione cõtrariorum, & hæc quidem cadunt ſub cognitione virorum in canonibus & diuturno opere peritorum, etiam, quia iſti lapſus manſiui & fixi ſunt.

Signa lapſus per colligantiam.

Si vero contingat nocumenta viſus eſſe per colligantiam ab aliis membris prouenientia, tunc patet, quod non ſit neceſſarium nocumentum eſſe ſemper permanẽs propterea, quia ipſum deficiet, aut ſaltem notabiliter minorabitur, cum temperie membri, ꝙ mandabat, vel minoratione lapſus illius mẽbri notabiliter minorabitᷣ. ¶ Exemplũ eſt, vt ſi ꝓpter plenitudinẽ ſtomachi multa materia phlegmatica, mucillaginoſa, aquoſa, vel vitrea læderentur oculi, & cõtingeret ſtomachũ mundificari vomitu, vel pharmacia aut minorari materiam ſtomachi ꝑ abſtinentiã vel diętã tenuẽ, aut cibari hominem cibis in ſuis qualitatibus contrariantibus phlegmati & digerentibus ipſum, neceſſe eſſet, aut nocumentum viſus abeſſe, aut ſaltem notabiliter minorari, per quorũ enim præſentiam in aliquo membro ponitur nocumentũ & intenditur, per eorum remotionem vel remiſſionem neceſſe eſt nocumentũ remoueri, aut ſaltem remitti. Hoc enim neceſſario ſequitur ex ordine dependentiæ effectus a cauſſis. ¶ Cum igitur nocumenta viſionis per colligantiam inuenta dependeant a membris mandantibus, ſequitur, quod illorum mẽbrorum correctione corrigentur nocumenta prædicta, vt deductum eſt. & hi quidẽ ſermones veritatem continent, tam de colligantia abſoluta, quam non abſoluta dictis. ¶ Cum autem iam in viſu nocumenta contigerint ꝑ læſionem in aliis naturis euenientem, tunc ſi fuerit nocumentũ in vnitate eueniẽs, aut erit ꝓpter ſolutã cõtinuitatẽ corneæ in altera, vel pluribus de quatuor corticibus eius, in cuius cura profunda ſpeculatio neceſſaria eſt. ¶ Aut ẽt propter ſolutã continuitatẽ in vuea panniculo euenientem diſtanter, vel in circumferentia pupillæ, ita, quod ſtrictior fiat, quam oportet propter ſolutã continuitatem contrahentẽ ad centrũ, aut latior ſit pupilla, quam exigat diſpoſitio naturalis eius a centro ad circunferentiam, ita, ꝙ etiam eſt curationis difficilis in tantũ, quod Auic. ſcripſit, ꝙ cum ſit confirmata non recipiat curã *3. tertii in proprio c. ſuo.* ¶ Similiter etiam ſi accidat ſolutio cõtinuitatis in tenuiſſimo panniculo aranea, cryſtalloidi antepoſita, ꝙ viſio offendatᷣ non eſt dubitabile, ſed quantum ad cognitionem eius & curã, eſt ita difficile, quod viri, quicunq; fuerint illuſtres de hac cura valde modicum tractauerint, quod credo eis accidiſſe propter rei difficultatem ſub ſpeculatione & operatione cadente. Et ſi propter ſolutionem continuitatis trium panniculorum prædictorum neceſſe eſt offendi viſionem, tunc quæ erit opinio tua de nocumento viſui contingente cryſtalloidi, ſi tenetur membrum, quia pars animata corporis, vt plurimi philoſophantium

ſpecu-

A ſpeculando conceſſerunt. Et qualitercunq; concedatur, tunc ex ſolutione partium eius neceſſe eſt offendi viſionem, ſi enim alicuius membri læditur operatio ꝑpter nocumẽtum adueniens partibus, quæ non ſunt organa vel inſtrumẽta propria illius operationis, neceſſe eſt cum paucitate cauſſarum excellentius lædi operationem illam per nocumẽta organi vel inſtrumenti illius operationis. ¶ Poſtremo autem iterum ex nocumento tertiæ naturæ compoſitionalis poteſt offendi viſio nocumento in partium creatura aſſignato, vt in figura, ſuperficie, via & receptaculo, ſiue etiam læderetur viſio propter indebite locari partes oculi organice vel inſtrumẽtaliter viſionis perfectiuas, ſicuti ſi in ſummo multum ponerentur cryſtalloides, vel in profundo, vel aſpera; vel torta fieret cornea in ſuis partibus, quæ omnia tu ipſe conſidera, quia ſpeculatio eſt ſolennis, cuius diſtinctã
B & claram doctrinam pertranſiui longitudinem effugiens. Licet ex prædictorum fundamento elici poſſit modus intelligendi talia. ¶ Collige ex prædictis, quam difficile ſit intelligere materiam nocumentorum in viſu contingentium, propter quod cum anxietate dolendo, doleo & querimoniam facio de imperitia idiotarum & vulgi, qui fidem adhibent viris imperitis & illiteratis mundum trufatorie circuientibus, qui acceperunt licentiam medicandi ægritudines oculorum penitus incognitas eis.

Cap. III. *De curatione diſpoſitionum prædictarum per regimen adminiſtrandum ſibi ex parte ſex rerum non naturalium.*

PRIVSQVAM modi curationum ægritudinum huius viri aſſignentur, neceſſarium eſt rectificari adminiſtrationem ſex rerum non naturalium. Non enim inſtrumen-
C ta medicinalia conuenienter operari poſſent in eo, niſi debita menſura ſex rerũ non naturalium præmitteretur.

Itaque pro electione loci habitationis eius generaliter præmittendum eſt primo; *Aer.*
quod aeris intemperies quæque poſſet nimia frigiditate aut caliditate, nebuloſitate vel flatu venti acuti & impetuoſi in tunicis oculorum, & humoribus, & ſpiritibus eorum efficere permutationem ſoluendo continuum, nimium congregando vel diſgregando, aut ſpiritus & humores reſoluendo & cõgregando euitari debet. ¶ Propter quod caueat habitare loco vel camera valde frigida, ventoſa, & vbi caliditatis & humiditatis excellẽtia diſtemperetur aer. Quare inhabitet locum a terra eleuatum, & diſtantem a fluxibus aquarum vel lacunarum, & euitet manſionem in loco particulari, vbi eſſet reuolutio
D teſtudinalis, & proprie antiquorum ædificiorum & lapidoſorum. ¶ Et vt camera eius orientali & meridionali plagæ expoſita bene clauſa, & feneſtris prohibentibus ingreſſum aeris frigidi & nebuloſi fulcita, quorum etiam gratia caput eius bene coopertum teneat coopertuтis pelle agnina aut vulpina, aut de variorũ dorſis duplicatis. ¶ Et vtile multum eſſet ei, quandoq; ſuffumigationem facere in camera ſua. ℞. *florum eufragiæ, fæn. maioranæ an.* ℥ ß. *pulueris ligni aloes* ℥ j. *thuris* ℥ vj. *pulueriꝫentur; & cum opus fuerit, ſuperaſpergatur cochlear vnum carbonibus ignitis.* ¶ Et multum vtile eſſet ei cameram ſuam calidam *Suffitus camera.*
reddere accendendo in ea ignem ex lignis abietis, lauri, iuniperi, teclæ & ſimilium arborum aromaticarum.

E De modo vero exercitandi præmittendum primo, quod exercitium corporis ma- *Motus & quies.*
gnum non eſſet ei conueniens, niſi prius corpus euacuaretur, ſecundum quod inferius ordinabitur. Exercitium enim ſuper repletionẽ factum magis eſt cauſſa, vt materię fluãt ad cerebrum, vel ſaltem per modum euaporationis augeantur in eo, ſcil. cerebro & oculis. Leue tamen exercitium motus progreſſiui ieiuno ſtomacho factum per cameram, & leuiter aſcendẽdo & deſcendendo ꝑ ſcalas, eſſet ipſi vtile propter materierũ diuerſionẽ ad inferiora. ¶ Animale tamẽ exercitiũ orãdo, moraliter ſermocinando, ſermones ꝓferendo, & conſimilia confert ei. ¶ Et iterum gratia exercitii particularis laudo ei leuem capitis fricationem & pectinationem cum pectine, vel vnguibus mediocriter fricando cutem, vt fumoſitates capitis liberius tranſpirare poſſint, poſt euacuationes vero prædictæ fricationes capitis melius conuenirent, & fortiores iſtis.

F De modo vero ſomni & vigiliæ præmittendum, quod exceſſus in multum vigilan- *Somnus & vigilia.*
do, & ſimiliter dormiendo ſit euitandus, quia primus motus vigiliarum agitando materias augmentaret in capite, & diſponeret fluxum ad oculos. Secundus vero auget & generat catarrhos & reumatiſmos, & materias in fluxu ad oculos diſponit. ¶ Propter quod nunquam poſt cibationem dormiat, niſi tranſierint ad minus horæ duæ, & tunc

dormire incipiat capite eius eleuato conuenienter, vt dictum eſt; bene tecto, & prius A
dormiat ſuper dextro. Deinde ſecunda reuolutione reuoluat ſe ſuper latus ſiniſtrum. ¶ Et euitet dormitionem diuturnam quantum poteſt, niſi multum vigilauiſſet in nocte. ¶ Et caueat dormire in locis, ad quæ radius lunæ in nocte peruenire poſſet, multa enim aeris luminoſitas multum diſgregando ſpiritus & humores, & trahendo eos ad loca debilia, & faciendo humores fluere ad oculos, eſſet ipſi valde nociua, ſicut e cõtra nimia tenebroſitas, & ſtatio in ea, & in aere caliginoſo, & permutatio de ipſa ad aerẽ luminoſum eſt cauſſa cæcitatis in breui tempore futuræ. ¶ Propter quod Dionyſius Syracuſanus tyrannus inimicos punire volens, faciebat eos diu in carceribus tenebroſis valde detineri: Deinde ſubito permutabat eos ad aulam, valde luminoſas & multas habentem feneſtras vitreas, & fiebant cæci. B

Accidentia animi. De animi vero accidentibus dicendum primo, quod omnes animi paſſiones, propter quas vehemens & multus imponatur ſpiritibus motus, & humoribus, maxime nociuæ ſint. Propter quod euitet iracundiam, furioſitatem & vehementiam riſus. ¶ Similiter & e contra animi paſſiones, per quas ſpiritus & humores multum accentrãtur, vt ſunt triſtitia, vehemens imaginatio rerum & effectuum terribilium euitari debent. Talibus enim motibus in animo factis propter ſubitam & multam retractionem ſpirituum a cryſtalloide, & a toto oculo, non ſolum accidit diminutio, imo corruptio, & quandoq; ablatio viſionis, exterminant enim talia & mutant corpus ab ea, quæ eſt ſecundum naturã conſiſtentia, *tertio techni.* ¶ Multi etiam perſæpe ex longo fletu fuerunt facti ceci, ſicut etiam ſæpe contingit ex multitudine lachrymarum inuoluntariarum, ſicut actus earum C
perſæpe colliquando & reſoluendo, ſunt cauſſa ſubitæ delationis materierum ad neruos opticos, propter quod in inſtanti homo omnino priuatur viſu.

Inanitio & repletio. Iam vero de quinta re non naturali, ſc. inanitione & repletione parumper dicendum. ¶ Propter quod præmittendum primo, quod hic non erit ſermo de inanitione inſtituenda poſt repletionem. Hęc enim materia inferius reſeruatur ad cap. de canonibus & inſtrumentis euacuandi hũc virum, ſed hic eſt ſermo de modo applicationis ciborum & potuum in quantitate excedentium & diminutorum, & in modo aſſumtionis eorum. ¶ Itaq; omnino caueat a deglutione ciborum, niſi bene & conuenienter maſticatorum. ¶ Secũdo nullo modo accipiat cibum, niſi præuenerit in eo appetitus conueniẽs. ¶ Tertio cum venerit appetitus ad cibum, eum accipiat non contrahendo morã poſt præſen- D
tatum appetitũ, aliter enim impleretur ſtomachus materiebus corruptis & corruptibilibus. ¶ 4. non multam prolonget moram in comedẽdo. ¶ 5. vero ſemper cibaria leuis digeſtionis & lubricatiua præmittat his, quæ ſunt duriora digeſtioni & lenitione priuata. ¶ 6. effugiat aſſumtionem ciborum ſpecie diuerſorum & diuerſis ferculis permutatorũ. ¶ 7. effugiat omnem ciborum aſſumtionẽ, per quam ſtomachus percipiatur extenſus & grauitas ab eo apud vmbilicum & hypochondria percipiatur. ¶ Octauo, caueat aſſumere potum tãtum, vt in ſtomacho eius efficiat rugitum & fluctuationem, propter quod melius eſt ei poſt cibationem quieſcere, quam ambulare, vel aliter exercitari.

Cibus. De ſexta vero re nõ naturali ſc. de cibo & potu ſermo diffuſior eſt neceſſarius. ¶ Propter quod præmittendum primo, ꝗ omnia, quæ naturaliter aut artificialiter ſunt acuta E
multũ, vt cæpæ, allium, porrum, raphanus, ſinapi & bulbus, euitanda ſunt. ¶ Similiter effugiantur cibaria nimia ſua euaporatione caput replentia, vt lac, nuces, pinguedines & ſimilia. ¶ Tertio euitentur omnia frigiditate & humiditate ſua participante viſcoſitate notabili, vt ſunt piſces, & proprie anguillæ, tinchæ, cancri & vniuerſaliter omnes limoſis paludibus inuenti. ¶ Quarto euitentur ea, quæ nimium calefaciendo mordent, pungunt & exſiccant, & multum ſaliti vſus & carnium, & piſcium ſalitorum. Quæ vero ſunt euaporoſa, multum fumoſa & ventoſa, vt legumina omnia, & oua frixa, & fructus frigidi & humidi, ſimiliter euitari debent propter cauſſam notam.

Panis. Itaque panem eligat bene fermentatum & coctum, non tamen aduſtum de puriori farina factum, in quo ſit aliquid de fermento, plus in communi pane recens vnius, F
aut duorum dierum ad plus, & ſi poſt cibum ſuum acciperet mipam parumper torrefactã de pane biſcocto, in vino rubeo & aliqualiter bruſco factam, optimũ eſſet ei, panis aũt azymus, aut non bene coctus dimittať, ſimiliter cibi omnes de paſta facti, prǽterq̃ tri. ꝙ nõ videtur inconueniens ꝓpter exſiccationem ſuã & priuationẽ a ſuperflua humiditate.

Ex car-

A Ex carnibus autem conueniunt ei vitulinæ, caſtratinæ capretinæ & columborum paruorum & maxime ſylueſtrium. Carnes vero anſerum & anatum, de agno non multũ placent mihi. Similiter caſtratinæ non ſunt multum laudabiles, & proprie valde pingues & antiquæ. Carnes etiam omnium animalium volatilium in aquis degentium non ſunt ei laudabiles, niſi aſſatę, & raro, aut elixę, & proprie pręparatę cum ſaporibus & ſpecieb. infra dicendis. ¶ Ex carnibus vero quadrupedum ẽt conueniunt ei vitulinæ, & de ſylueſtri porco, rarius tamen: leporinæ vero carnes bene placent, & ceruinæ apud conſuetos non ſunt inutiles, ſicut etiam omnium animalium caro, ſiue volatilium, ſiue peditantium, quæ multo exercitio acquirunt cibum ſuum, laudabilis eſt. Propterea, quod non habent multas ſuperfluitates. ¶ Oua vero omnimodæ præparationis ſunt ei vtilia, pręterquam frixa. ¶ Lac vero dimittatur omnino, quia facit venire tenebroſitatem viſus & caliginem. *Carnes.* *Oua.* B *Lac.*

De leguminibus vero placet mihi far & oryza, quæ eſt calida in primo, ſicca in ſecundo, & conuenienter nutrit & exſiccat. Similiter etiam & pannicum laudabile eſt ei propter ſiccitatem & apertionem aliquantam, fabæ vero & phaſeoli, cicera rub. piſa & ſeſamus omnia dimittantur &c. *Legumina.*

De oleribus effugiantur caules omnino & beta & ſpinachia, citruli, cucurbita, cucumer, portulaca & omnia talia, niſi raro & in pauca quantitate & proprie commixta cũ calidis & aperitiuis infra dicendis. ¶ Peponis vero vſum non vitupero, dum fuerit bene ſolidus, dulcis & maturus ¶ Plantas vero calidas ſicut fœniculum, eufragiam, chelidoniam, petroſelin. roriſmarin. menthæ ſpecies omnes, & ſerpillum, & ſibi conſimiles bene comedendo, ipſis vtendo, ſolis aut pluribus inuicem commixtis, & etiam cum aliis. *Olera.* C

Ex fructibus vero laudo recentes ficus, & etiam ſiccas, & vuas ſuis temporibus bene maturas penſiles nominatas, amygdalas & auellanas, & proprie torrefactas, & eaſdẽ etiam recentes. Conueniunt etiam ei ceraſa bene dura & ſolida, amarilia nominata ꝓprie, non valde acetoſa. Acribus vero vti non eſt ſecurum, niſi valde parum. Pyra vero muſcata pauca poſt cibum ſuis temporibus accepta, & conuenienter matura poſſunt ei conuenire, & poma apia, vel citrina dulcia, & magni odoris poteſt ẽt accipere, & frequentius cocta, quam cruda, & raro, & non in magna quantitate. Pyra vero conuenientiora ſunt ei aromatica bene dulcia, & meliora ſunt cocta, quam cruda. Nuces aut caſtaneæ, ſorbæ, meſpilæ omnia dimittantur. *Fructus.* D

Ex radicibus vero plantarum, quibus communis eſt vſus, vt cæpæ, allium, porrũ, bulbus, raphanus, & ſimiles dimittantur. Paſtinaca vero domeſtica & ſylueſtri vti poteſt, radix alba, quæ rapiali ſpecies eſt, & ideo rapiolus nominata, ei vtilis eſt. Propter hoc, quia declinat ad caliditatem, & conuenienter nutrit cum aliquali apertione, quam habet. *Radices*

Ex conditis vero conueniunt ei rapę cõditę, paſtinacæ & ſecacul, vel eryngium: Itẽ oliuæ conditæ, ſecundum conſuetum modum propter apertionem & exſiccationem ſuam cum virtute fœni. notabiliter impoſita eis ſunt ipſi vtiles. *Condita.*

E Ex ſpeciebus vero, quæ conueniẽter in vſu ſuo adminiſtrari poſſunt, ſunt ſicut macis, nux muſcat. cinamomum, galanga, garyophilli, zinzib. vtrunq; piper, ſemen petro. & leuiſtici, ſemen aniſi, apij & aneti non dimittat, & in ſumma omnium aromatum calidorum ſubtiliatiuorum, aperitiuorum vſus mediocris eſt ei conueniens, omnia enim talia ſtomacho, cordi, cerebro & oculis ſunt conuenientia minorando phlegma in prædictis membris, & depurando, & mundificando ab eis, & meatus cerebri, & oculorum purgatos efficiendo. *Species ſeu aromata.*

Ex ſaporibus vero in ſumma acetum acre valde, arancia, limones crudi, & ſuccus granatorum, & proprie acrium non conuenit ei, ſed acetum acutum notabiliter & agreſta cum ſale, limones infuſi, & ſuccus granatorum muzorum & dulcium, cum ſapa & ſine ſapa eſt ei conueniens. *Sapores* F

Ex partibus vero animalium dicendũ, ꝙ caput, ventres, pinguedo, cauda & conſimilia omnia vituperanda ſint, & cerebrũ ẽt, oculus ꝓpter frigiditatẽ ſuam licet generali conuenientia membri ad membrũ collaudandus ſit oculus, & proprie animalium non valde humidorum, quia omne membrum videtur confortare ſibi ſimile alterum. *Partes animalium.*

Condimēta.

Ex his vero, quibus cibaria condiuntur, pinguedines animalium abiiciendæ ſunt, A & butyrum etiam, propterea quia replet caput fumoſitatibus obtenebratiuis, ſed olei vſus eſt ei conuenientior, & proprie ſi fuerit factus de oliuis non valde maturis, nec multo tempore maceratis.

Modus præparandi cibos.

De modo coctionis. Cibaria omnia aſſata in vſu frequenti meliora ſunt, quam elixa, licet elixa ſemel in die non ſint ipſi reprobanda, niſi valde pinguia, & in vaſis multũ coopertis conſeruata cum humiditate, quæ emanat ab eis. Hęc de cibis & adhærentibus eis.

Potus.

Omne principale membrum diligere aromatica.

De potu vero dicendum primo, quod vinum, quod poſſit ei eſſe cõueniens, debet eſſe ſubſtantia clarum, conuenienter aromaticum, colore ſubrubeo, non obſcurũ, potẽtia ſua mediocriter vinoſum, cuius tamen vſus ſit moderatus, & non ſuperfluus. multis n. B modis & cauſſis videtur ei tale vinũ conuenire. ¶ Primo quidem, quia mediocriter nutritiuũ eſt, ꝓpter quod virtutem reſtaurat & conſeruat. ¶ Secũdo, q̄a aromaticitate ſua cordi & cerebro cõuenit, ꝓpterea, quia omne principale membrũ diligit aromatica. ¶ Tertio, quia non eſt valde euaporatiuũ, recipit n. minorationẽ euaporationis ab arilis & racemis vuarum. ¶ Quarto, quia vapores ab eo eleuati ſubtiles & conſumtibiles ſunt de leui. ¶ Quinto, quia cum qualitate ſua virtutem exſiccatiuam recipit ab arilis & racemis. Propter quod conuenit ad exſiccandum phlegma, & conſumendum vapores. ¶ Sexto, conuenit huic viro ratione decurſus ætatiui, licet enim fuerit homo a generatione ſanguineus, vt ex informatione accepi, nunc vero in eo facta eſt conuerſio ad frigiditatẽ, aut ſaltem ad humiditatem notabilem remiſſione caloris facta propter ætatem, caliditas e- C nim naturalis poſt tempus conſiſtentiæ incipit diminui, *prima primic. de ætatibus*. ¶ Septima ratio eſt, quia tale vinum conuenit ratione oppilationum in cerebro, quæ ſunt accidens inſeparabile ſenibus, & proprie decrepitis. ¶ Octaua ratio, quia vinum magnã cõuenientiã habet ad virtutem hominis ratione aptitudinis facilis cõuerſionis eius in ſanguinẽ & ſpiritum. ¶ Nono ratione cõuenientię eius cum ſanguine & ſpirituoſa ſubſtãtia. Eſt n. vinũ calidũ & humidũ, licet cũ racemis factũ minus humidũ ſit, q̄ abſq; eis. ¶ 10. & vltima ratio eſt ſumta a cõſuetudine, ſi n. homo cõſueuit vti vino, difficile eſt trãſmutare eũ ſubito ad oppoſitũ. ¶ Neq; n. natura repẽtinas tolerat trãſmutationes ſine nocumẽto magno, *3. techni.* propter quod vituperãdus eſt Medicus ille Siculus, cuius nomẽ ignoro, qui improbat aſſumtionem vini in muliere quadam Sicula habente imaginationes, de- D crepita enim erat & melancholica, & laborabat complexione frigida cerebri cũ phlegmaticis vaporibus ſpiritui ſenſibili commixtis. ¶ Neq; oportet terreri argumentis per eũ inductis. Ariſt. *enim 1. de ſenſu & ſenſato.* Meſue, Auic. & omnes viri illuſtres quãtũcunq; & quicunq; fuerint, non improbauerunt vinum in curis ægritudinum oculorum, niſi cũ vinum contingebat eſſe calidum, valde craſſum & vaporoſum, cum magna repletione aſſumtum, & in quantitate non moderata acceptum. ¶ Neque rationibus credendum eſt, quia ipſum ſit vaporoſum, vaporoſitas enim vini ſubtilis, & aliqualiter fumoſi non multa eſt, nec multo tempore permanet, quin tranſpirando exeat, aut reſoluatur, immo notabiliter valde confert calefaciendo, aperiendo, confortando & mũdando ſpirituoſam ſubſtantiam humidam, & panniculos oculorum, propter quod melius E fuiſſet huic viro tacuiſſe, quam cum prauo lumine ſcientię approbanda redarguiſſe, euntes enim, intuentes, & ad pauca reſpicientes facili enuntiant, propter quod fiunt motiua equitantis, & non bene conſiderantis, & quieti hominis, ſicut de ſeipſo dicit, *Sedendo enim & quieſcendo fit anima prudens*, teſte Ariſt. *libr. 7. phyſicorum*, & non vacillando & vagando.

Poſt hæc autem ſi qua videtur aqua conueniens, eſſet aqua cocta cum ſaccharo, & nullo modo cum hordeo. Propterea, quia communis aqua hordei inflatiua & vaporoſa eſt, ſed coqui debet cum ſaccharo taberzet, vſque ad dulcedinem conuenientem, & ſit aqua accepta ex fonte aeri & cœlo detecto, non a locis vmbroſis, nec inter magnos montes incluſis, & proprie cum aqua ab inferiori parte montium ſcaturit, & ſit dia- F phana multum, omni odore priuata, & ſapore extraneo a limoſitate, vel a putredine plantarum impoſito ei, vel ab intentione & ſtatione ranarum, ſanguiſugarum, & viperarum in ea inuentarum, aut corruptione eorum, vel aliorum cadauerum, quæ aliquando in aquis corrupta malam corruptionem in ipſa imponunt.

Propter

A Propter quod & laudabilior fieret aqua ciſternæ; aut ſaltem petroſi fontis, vel arenoſi orientali & meridionali plagæ expoſiti. ¶Si autem vir iſte eſſet ex illis, qui prudenti regimine ſe gubernant, propterea, quia *prudentia eſt recta ratio agibilium, 6. Ethic.* Ideo laudarem ei potum infraſcriptum, cum quo gentem quamplurimam a tenebroſitate viſus ab imaginationibus & ſcotomia vertigine defendi & præſeruaui: vt patet ex virtute ſimplicium, ex quibus componitur, qui talis eſt. ℞. *eufragiæ, ſileris montani, roſarum quæ nondum ſunt expanſæ, florum chelidoniæ, rutæ ana ʒ ij. radicum fœn. chelidoniæ, verbenæ & rutæ ana ʒ j ß. ſeminis fœn. florum hypericonis, macis ana ℥ ß. coquātur omnia in ℔ aquæ 50. vſquequo conſumatur tertia pars duabus remanentibus: Deinde cum vehementi expreſſione colentur, & illi colaturæ apponantur mellis citrini mundi odoriferi & valde dulcis ℔ ij ß: & lento igne iterum coquā-* B *tur conuenienter deſpumando vſquequo iterum tertia parte cadente remaneant duæ. & in hac ſecunda decoctione aromatizetur cum iſtis ſpeciebus ligatis in panno raro & laxo de ſindone. Tunc ergo coletur totum per ſtamen ſpiſſum & reſeruetur in vaſis vitreis vel vitreatis vel lapideis; & ſit eius vſus in potu ſolius aut ſaltem medietatem eius cum vino miſcendo.* Eſt enim diuinum medicamen. Specierum autem, cum quibus aromatizari debet, deſcriptio talis eſt. ℞. *ligni aloes ʒ j ß. granorum fœni. & aniſi ana ʒ ij. macis ʒ iij. pulueris florum eufragiæ ʒ ij ß. puluerizentur omnia per ſe: deinde commiſceantur in mortario conquaſſando, & fiat de eis, vt dictum eſt.*

Prudentia quid. — *Potio artificialis diuina dicta.* — *Species potioni immiſcendæ.*

Cap. IIII. *De regimine tenebroſitatis viſus huius viri per intentiones & inſtrumenta medicinalia.*

C IAm vero videtur inſtare tempus & hora cōueniens ſubueniendi huic viro cum medicinalibus. Vnde cura huius diſpoſitionis completur ſex intentionibus. ¶ Prima eſt materierum in eo ſuperfluentium euacuatio minoratiua. ¶ Secunda earum diuerſio. ¶ Tertia organorum & inſtrumentorum viſus confortatio & totius corporis. ¶ Quarta materierum digeſtio. ¶ Quinta earum eradicatiua euacuatio. ¶ Sexta & vltima accidentium correctio.

Prima itaque intentio compleri poteſt quatuor inſtrumentis medicinalibus. Primo quidem euacuare per pharmacum ſolutiuum. Secundo vero per vomitiuum. Tertio per apertionem hæmorrhoidarum. Quarto vero per euacuationem per vias vrinæ factam. *Materierū ſuperfluentium minoratiua euacuatio.*

D Et quoniam materia diſpoſitionis huius viri dominantis phlegmatica eſt adhuc propter ætatem, non curo hic aliquid de phlebotomia tangere. Et tamen, ſi videretur iſte in virium fortitudine conſtans eſſe & colore rubeus & bene carnoſus, & eſſet ſolitus habere euacuationem ſanguinis per nares aut per hæmorrhoidas, & vrina eius eſſet craſſa cum declinatione ad tincturam, non inconueniret ei adminiſtrare phlebotomiā baſilicæ vel cephalicæ dextri brachii, per quam educerentur ſanguinis ℥ iiij vel v. ¶His autem non apparentibus euacuetur minoratiue per hunc modum. ℞. *pilularum cochiarū, pilularum de ſarcocolla deſcriptione Meſuæ in Antidotario ana ʒ ß. formentur pilulæ vj. cum electuario Indo & exhibeantur ei in aurora per horas 9. poſt cœnam. & tardetur aſſumtio cibi per ſex horas accipiendo cyathum aquæ calidæ decoctionis ſacchari per horam vnam ante prandium.* ¶Facta hac E euacuatione, ſequenti die immediate accipiat hunc potū. ℞. *aquæ eupatorii, roriſmarini & betonicæ ana ℥ j. oxymellis ſquillitici ℥ j. mellis roſati ℥ ß. totum calidum accipiatur in aurora & tardetur cibus horis quatuor continuando hoc digeſtiuum per dies octo completos.* *Vena ſectio.* — *Pilulæ.* — *Potio digeſtiua.*

Die vero nona ſequenti accipiat hunc potum. ℞. *electuarii Indi ſecundum Meſ. ʒ v. accipiatur in aurora cum ℥ ij. aquæ ſaluiæ, aut cum tertia parte vini aromatici calefactorum, & obſeruetur totum in hac euacuatione, quod dictum eſt obſeruari debere in pilulis immediate ſupraſcriptis.* & omnino procuret facere hanc euacuationem bis in hoc vere, ſcil. ſemel in menſe Martii & ſecundo in menſe Aprilis huius anni 1441. *Potio euacuans.*

Similiter etiam procuret facere euacuationem in autumno bis ſecundum hunc modum, ſcil. ſemel in principio Septembris, & ſecunda vice in menſe Octobris. ℞. *pilula-* F *rum aurearum & de hiera compoſita ana ʒ ß. reformentur pilulæ vij. & fiat de eis ſicut ſcriptum eſt de alijs.* *Pilulæ.*

Die vero immediate ſequenti accipiat hoc digeſtiuum calidum, & continuet octo diebus. ℞. *ſyrup. de eupatorio, ſyrup. de ſtœchad. ſyrup. violar. ana ʒ ß. aquæ cichoreæ ℥ j ß. aquæ ſaluiæ ℥ ij. miſce.* *Potio digeſtiua.*

Potio euacuatiua. Poſt aſſumtionem huius digeſtiui nona die immediate ſequenti accipiat hoc euacuatiuum. ℞. *hieræ ſimplicis* ʒ *vj. agarici electi* ℈ *ij. zinzib.* ℈ ß. *miſce & totum calidum in aurora bibatur obſeruando cum ipſo ea, quæ dicta fuerunt de aliis ſolutiuis.* A

Pilulæ. Ad hanc etiam intentionem minorandi materias per pharmaca conueniunt pilulæ iſtæ. ℞. *aloepaticæ* ℥ *iiij. agarici electi* ℥ j. *turbith* ʒ *ij. diagridii* ℈ j. *macis* ℈ ß. *zinziber. croci ana gra. xvj. ſalis Indi gran. xij. pulueriʒentur omnia per ſe: deinde infundantur in* ℔ ß. *aquæ diſtillationis maioranæ in vaſe vitreo & ponatur in furno poſt extractionem panis ab eo toties quod aqua exſiccetur, quæ iterum bis renouetur & exſiccetur, & ex maſſa illa fiant pilulæ ex omni* ʒ *vj. de quibus omni alterna die accipiat vnam parum ante cœnam.* immo ſi vtetur iſtis pilulis toto tempore vitæ ſuæ vnam accipiendo omni quarta die hora prædicta, mirabile iuuamentum percipiet ex eis in videndo. B

Vomitoriũ. Secundum vero inſtrumentũ minorandi materias conueniẽs eſt hoc vomitiuum. ℞. *ſyrup. ſimplicis acetoſi* ℥ j ß. *aquæ fluuialis* ℥ *ij. bibatur tepidum poſt aſſumtionem prandii per vnam horam: ita quod in prandio accepit cibos multos in ſapore & ſubſtantia diuerſos ſtomachum aggrauantes.*

Et ſi vir iſte eſſet ex illis, qui non facile euomunt, tunc accipiat hoc vomitiuum, quod eſt paululum fortius primo. ℞. *oxymellis ſquillitici* ℥ j. *aquæ decoctionis radicum vel granorum raphani* ℥ *iij. bibatur totum tepidum poſt prandium hora prædicta: Deinde per vnam horam poſt prandium imponat digitum medium in os ſuum vſque ad radicem linguæ: aut ſaltem imponat pennam in prædicto loco tinctam oleo ibi titillando vſquequo vult prouocare vomitum, liget oculos ſuos cum globo coti & cum inſtita ligando eos: & eſt ei remedium ſingulare.* C

Apertio hæmorrhoidarum. Tertium vero minoratiuum vel inſtrumentum eſt, vt procuret ſibi aperire hæmorrhoidas fricando cum foliis fici aut cum panno biſello, aut cum cortice quercus, vel cum modico fellis tauri vſquequo aperiantur. Eſt enim in eis iuuamentum magnum minorandi repletionem a toto. & bonum eſſet ei, quod hanc euacuationem efficeret bis in anno poſt euacuationes veris & autumni ſupraſcriptas: ita, quod illas euacuationes & iſtam efficeret duobus vel tribus annis.

Prouocatio vrinæ. Vltimum vero minorationis inſtrumentum eſt per vrinæ prouocationem: & hæc quidem fiet conuenienter comeſtione radicum dauci, fœnic. petroſ. in cibis eius. Sed prouocatiuum congruum eſt. ℞. *aquæ milii ſolis* ℥ *v. bibatur calida quinque vel ſex diebus in aurora, & nõ comedat poſt eam, niſi tranſierint horæ quatuor.* D Hæc quidem omnia optima ſunt in minorando materias phlegmaticas & alias diuerſas, ſi bene perpendis virtutem prædictarum.

Materierũ diuerſio. Secunda intentio: diuertunt autem materias a capite inſtrumenta quamplurima, de quorum numero aliqua in præcedenti intentione: immo omnia, quæ ibi dicta ſunt, materias a capite diuertere poſſunt. *Clyſter.* ¶ Ex diuertentibus autem præter illa, primum poteſt eſſe clyſtere hoc. ℞. *foliorum betæ, paſtinacæ, violarum & mercurialis ana M j. ſeminis lini, fœni. recentis aut ſeminis eius ana M. ij. coquantur in lib. x. vſque ad conſumtionem medietatis & huius decoctionis accipiantur* ℥ *xij. olei violarum & de ſeſamo ana* ℥ j ß. *ſalis communis* ℥ ß. *hieræ ſimplicis* ℥ j. *miſceantur omnia ſimul & infundantur, mane conuenienter calidum omni tertia vel quarta die.* E *Frictiones.* ¶ Secundum vero diuertens eſt, vt fiant fricationes incipiendo a genubus vſque ad pedes & ab inguinibus vſque ad eos: deinde a ſpatulis vſque ad nates inferius trahendo, adeo, vt membra rubeant & leuiter tumeãt, & hoc in mane per horam vnam & mediam ante prandium: & ſimiliter ante cœnam. *Appoſitio ventoſarum.* ¶ Tertium inſtrumentum diuerſiuum eſt frequens appoſitio ventoſarum abſque ſcarificatione vna die appoſitarum natibus, altera quarta die ſpatulis. Prius tamen melius eſſet eas applicare carnoſis partibus intrinſecis tibiarum, ſecundo coxarum, tertio natibus, quarto ſpatulis: ita quod in locis ſemper applicatis permaneant ſaltem per horam. *Ligatura.* ¶ Quartum diuerſiuum eſſe poteſt frequens applicatio ligaturæ bene ſtringentis in ſuperiori parte adiutorii apud humeros. *Maſticatio.* ¶ Quintum eſſe poteſt maſticatio ante prandium pluribus diebus facta cum coſto aut maſtice aut ſtaphyſagria: & melior eſſet ſine comparatione maſticatio ſuper fruſtulo agarici, ſi non timeret amaritudinem eius. F Ego enim excellens iuuamentum in eo inueni. *Collutio.* ¶ Sextum conuenienter diuertens eſſe poteſt hoc. ℞. *aquæ decoctionis aſari* ℥ *iij. oxymellis ſquillitici* ℥ j. *ſyrup. de calamento* ℥ ß. *mixtis omnibus & bene calefactis ſæpe fiat ex his collutio.* *Frictio.* ¶ Septimum inſtrumentum diuertendi materiam eſt: vt ſuper ſpatulis frequenter fri-

catio

A catio fiat cum radice ſerpentariæ, cum radicibus flamulæ vel pedis coruini. Hæc enim
rubificantia materias conuenienter a capite diſtrahere poſſunt. ¶ Octauum eſſe poteſt
adminiſtratio medicinarum veſicantium ſuper partibus carnoſis ſpatularum infra col- *Veſicantia.*
lum lateraliter. ¶ Nonum applicatio potentialis cauterii ſuper ſpondylos in loco alka- *Locus alkatim quid.*
tim: & eſt locus, vbi finis colli coniungitur cum principio ſpatularum circa tertiam vel *Cauterium*
quartam de ſpondylis colli vſque ad quintam. Poteſt autem potentiale cauterium eſſe *potentiale.*
tale. ℞. *arſenici citrini, ꝙ eſt auripigmentum, chalcanti combuſti. ana* ʒ j ß. *argenti ſublimati* ʒ j. *in-*
corporentur ſimul bene puluerizata cum ſapone nigro: & fiat ex his pilula magna quæ compreſſa capiat
ſpatium aleæ cum qua luditur & circum tegatur coto diligenter ſuperligato, & ibi ſuperpoſita, dimit-
tatur per ſpatium duarum vel trium horarum vſquequo nigram fecerit eſcharam. tunc ergo inde re-
B *moueatur & ſuperponatur butyrum vſquequo cadat eſchara:* deinde curetur cum vnguento
Ægyptiaco æqualiter mixto, &c. Penultimum vero diuerſiuum eſt, vt circa principium
primi de ſpondylis colli applicetur laqueus vel ſetonus eleuando cutim cum tenaculis
perforatis & cum ſtylo acuto accenſo perforetur cutis, per quem imponatur chorda de
ſerico. ¶ Aliud autem diuerſiuum potens eſt, vt rubificatorium veſicatiuum vel poten-
tiale cauterium apponatur ſuper tempora, & erit conueniens ad diuertendum & inter-
cipiendum tranſitum materierum ad oculos: & proprie, quando aliqua de venis, quę ibi
inueniuntur, cauterizatæ fuerint.
Vltimum inſtrumentum diuertendi eſt, vt ſuper bremate capitis (eſt locus, vbi in *Brema capitu quid.*
nouiter natis craneum eſt incompletum) applicetur potentiale cauterium perueniens
C vſque ad panniculum excluſiue. & procedatur ſuper eſchara ſua & curatione eius: ſicut
de aliis cauteriis adminiſtrandis dictum eſt: ita tamen, quod vlcus illud non conſolide-
tur vſque ad duos menſes vel tres, memorando, &c. ¶ Et cum iſta diuerſiua applicantur,
in eorum adminiſtratione obſeruetur ordo, a leuioribus eorum incipiendo, & ad inten-
ſiora tranſeundo, ſicut ordinate ſcriptum eſt: & fiat permutatio de vno ad reliquum: ita
quod nõ prætermittatur hic modus curationis, quin omni ſeptimana bis vel ter aliquod
iſtorum diuerſiuorum applicetur. Eſt enim in his iuuamentum ſublime. Si tamen mate-
ria ad oculos ita fluxiſſet, vt feciſſet pannum nominatum cataracta, parum conferunt *Confortatio oculorum.*
hæc diuertentia: & proprie cum iam pannus confirmatus eſſet. Hæc de intentione
ſecunda.
D Tertia vero intentio confortandi oculos & viſum multipliciter compleri poteſt, *Confortationis varia*
præmittendo primo, quod confortatio multipliciter intelligi poſſit. Primo naturaliter *ſignificatio.*
pro omni alleuiatione capitis a materiebus, quæ ipſum ad oculos grauare conſueuerunt.
¶ Secundo vero accipitur confortatio pro diſtractione materierum a capite ad oculos
ſiue fluxerint, ſiue iterum fluant, vbi primus modus intelligitur ſolum de materiebus,
quæ iam fluxæ ſunt. ¶ Tertio vero & proprie magis accipitur pro vigoratione oculorum
per quam redduntur inepti ad recipiendum materias aliunde fluentes. & hæc quidem
intentio compleri poteſt per ea, quæ ſtypticitate ſua membrum reddunt vnitum & cõ-
pactum: ita quod non ſit ſuperfluitatum receptiuum: immo expulſiuum, iuxta illud *3. te-*
chni. repellit a ſiccis vaſa cõfortata ſtypticis pharmaciis. Et duo quidem primi modi cõ-
E fortationis oculorum in præcedentibus intentionibus complebuntur. ¶ Confortantur
autem oculi remouendo nocentia multipliciter. Primo quidem cum his, quæ tunicas o-
culorum abſtergendo clarificant & diaphanas efficiunt. Secundo vero cum his, quæ hu-
mores oculi claros efficiunt & ſuperfluitates aqueas & vaporoſas ab eis expurgant. Ter-
tio cum his, quæ ſpiritum viſibilem augmentant, conſeruant & clarum & luminoſum
efficiunt. Quarto cum illis, quæ ſubſtantiam eius conſeruant & a nocumentorum im- *Simpliciá ó-*
preſſione defendunt. ¶ Et primũ quidem horum completur medicinis quamplurimis, *culos confortantia.*
ſimplicibus & compoſitis. ¶ Famoſa autem & experta ſimplicia ſunt ſuccus fœniculi a
reſidentia depuratus. ¶ Secundum, ſuccus plantæ, quæ nominatur cartaphilag[illegible]etiam
depuratus. ¶ Tertium ſuccus callitrichi, qui vocatur centrum galli. aut ſecundum ali-
F quos ſaluia ſylueſtris, eo quia magnam habet conuenientiam ad ipſam. ¶ Quartum ſuc-
cus roſ. etiam depuratus, qui etiam mirabilis eſt. ¶ Quintum ſuccus chelidoniæ. ¶ Et
adhuc ſuccus memitæ depuratus. Item ſeptimum ſuccus verbenæ. Et hæc duo magis
in lapſu calido. Octauum eſt ſuccus rutæ & proprie in lapſu frigido. Nonum inſtru-
mentum eſt abluere oculum frequenter cum vrina infantis.

¶ Decimum eſt ablutio eius cum lixiuio capitali. Et hæc duo vltima, licet ſint leuia, tamen multum vtilia ſunt. ¶ Vndecimum eſt ſæpe aliquid imponere oculis de felle & pro- A

Saboth piſcis. Variolus piſcis. prie volatilium rapacium, ſicut vulturis, accipitris & ſimilium: aut cum felle piſcis nominati ſaboth, qui ſecundum quoſdam eſt lucius: ſed verius eſt, quod ſit piſcis fluuialis variolus nominatus. ¶ Duodecimum ſimplex eſt balſamus, qui mirabiliter abſtergendo ſubtiliat & omnes tunicas oculi diaphanas efficit.

Compoſita. Ex compoſitis autem & illuſtribus plura poſita ſunt collyria. ¶ Et primum eſt fa-

1. Collyria. ctum de ſucco fœni. depurato cum tertia ſui parte mellis electi, quæ coquantur adinuicē & ſæpe ponantur in oculos.

2. Secundum eſt collyrium de fellibus, & proprie deſcriptum *9. Almanſ. cap. de imagi-* B
nationibus. in quo magnum inueni iuuamentum.

3. Tertium eſt, vt accipiantur *ſucci granatorum muzorum ℥ ij. mellis electi ℥ j ß. bulliant modicum ſimul: deinde ſuperaddantur tuciæ præparatæ cum aqua roſ. ℈ v. & diligenter commiſceantur: & ponantur in vaſe lapideo detecto ſub radiis ſolis per duos menſes expoſito: & de hoc imponatur oculis, & eſt medicamen bonum.*

4. Quartum medicamen compoſitum & iterum bene conueniens eſt hoc. ℞. *aquæ fœnic. ℥ iij. balſami electi ʒ v. tuciæ præparatæ ℥ j. commiſceantur ſimul diligenter & exponantur radiis ſolis per duos menſes, poſt adminiſtretur oculis ex eo modicum quatuor vicibus in die.*

5. *Collyrium ex fellibus.* Quintum compoſitum & bonum eſt collyrium cum fellibus compoſitum ſcriptū ab Auic. *3. tertii, tract. 4. c. de cura debilitatis viſus*, collectum ibi medicamen, de quo dicitur, quod ſit tanti iuuamēti, vide laudes eius ibi, cōmunicat enim iuuamenta quamplurima C
tam in abſtergendo tunicas, quam mundificando humores & ſpiritum viſibilem illuminando & conſeruando.

Vapores & ſuperfluitates oculorū expurgantia. Ea vero medicamina, quæ viſui conferunt, vapores & ſuperfluitates expurgando ab humoribus, quamplurima poſita ſunt a ſapientibus. Et licet plurima prædictorum conferant ad hanc partem, ſpecialia tamen collaudanda ſunt plurima. ¶ Et primum

1. *Cohol de antimonio.* horum eſt collyrium de antimonio puluerizato, quod melius eſt dicere cohol quam collyrium. ¶ Secundum vero eſt, vt aliquando oculo imponatur de ſucco aſari depura-

2. to. Tertium aqua roriſmarini ſublimata cum floribus ſuis. Quartum aqua florum hy-

3. periconis. Quintum puluis florum fœniculi ſubtiliſſimus oculis inſufflatus. Sextum

4. vero & mirabile: vt accipiatur quantitas electi ligni aloes, & ſublimetur in alembico vi- D

5. treo, & de aqua illa ſæpe imponatur oculo: eſt ſecretum magnum.

6. Medicamina vero compoſita, quæ humores oculi diligenter expurgant, licet

Compoſita. quamplurima ſint, vnum tamen ſpeciale reperitur: & eſt liquor, qui emanat ab epate caprino aſſato ſecundum artem, collectum a Raſi *9. Almanſ. cap. de noctilopis.* Ego autem experiētia ſcio, quod ſi accipiatur ℥ j. aquæ roriſmarini calida & diſſoluantur in ea ℈ ij. clariſſimi ſalis gemmæ, & pluries in die de ea imponatur oculis, mirabiliter clarificat humores oculi intantum, quod etiam mirabiliter confert ad imaginationes & principium aquæ.

Spiritum viſibilem confortantia & augmentantia. Ea vero, quæ ſpiritum viſibilē confortant, & augmentant, ſunt cibi conuenientes, quibus determinatio præceſſit huius tractatus. *cap. 3. principali.* Quam plurima etiam me- E
dicamina ab illuſtribus auctoribus comprobata, reperiuntur præter plurima prædictorum, quæ etiam in hac parte conferunt. Et primum quidem eſt, vt cum aqua fœni. fiat collyrium ex puluere margaritarum ſuper lapide porphyrio diu confricando eo modo, quo pictores colores eorum conterendo componunt, & de hoc puluere ſæpe oculis imponatur.

Ad hanc etiam intentionem mirabiliter confert comeſtio carnium viperarum, quæ præparatæ ſint eo modo, quo in theriaca ponuntur. Et ſi velis habere medicamen

Collyrium diuinum. valde conueniens, lege collyrium poſitum a Raſi *9. Almanſ. cap. de debilitate viſus, litera illa: Confectio alcohol, quod valde acuit viſum & adminſtra ipſum*: vt ibi ſcribitur. Conſeruāt autem ſpirituoſam ſubſtantiam in oculis quamplurima medicamina. De melioribus autem, F
quæ reperire potui, eſt hoc. ℞. *myrobalanorum Indorum ℥ ij. tuciæ extinctæ aut præparatæ cum aqua ſampſuchi ʒ j. ſucci fœnic. depurati ℥ iij. puluerizentur medicinæ, ſicut alcohol, & conquaſſentur cum ſucco & exponantur ſoli per duos menſes; deinde imponatur oculis: & eſt medicamen diuinum.*

Scio autem etiam, quod ſi accipiatur ſuccus fœnic. depuratus & miſceatur cum al-

tera

A tera parte ſucci roſ. recentium & tota ſumma fuerit quantitas ℥ ij. in quibus ponatur ʒ j.
electi balſami, & exponantur radiis ſolis per duos menſes; deinde inſtilletur in oculum
ter vel quater in die gutta vna parua homine iacente reſupino per ſextam partem horæ,
intantum conſeruat ſpiritus & eos efficit claros & luminoſos, quod reſtauret viſum fere *Puluis ci-*
in decrepitis. ¶ Vltimo vero de electis eſt hoc. ℞. *maſticis electæ, pulueris eufragiæ ana* ℥ j. *ſac-* *bis immi-*
chari duplum ponderis omnium ex hac mixtione in omni cibario ponatur: & ante cibum & poſt acci- *ſcendus*
piatur. & eſt in eo ſecretum magnum.

Quartam vero intentionem principalem complent digerentia, quæ ſupraſcripta *Materierũ*
ſunt in intentione prima. ¶ Et iterum de leuibus primum eſt hoc. ℞. *aquæ betonicæ, abſin-* *digeſtio.*
thii, roriſmarini ana ℥ j ß. *miſce, & accipiatur* vj. *vel octo diebus calidum in aurora, vt dictum eſt.* *Potio.*
B ¶ Aliud digeſtiuum & fortius illo eſt hoc. ℞. *oxymellis compoſiti* ℥ j. *ſyrup. de calamento* ℥ ß. *a-*
quæ eupatorii & betonicæ ana ʒ j ß. *miſce.* ¶ Tertium digeſtiuum & melius prædictis eſt hoc.
℞. *ſyrup. de ſtœchad.* ℥ j ß. *aquæ lauri, hypericonis & abſynthii ana* ℥ j. *miſce & accipiatur calidum in*
aurora totiens, quotiens in vrina videatur rectificatio in ſubſtantia mediocri & hypoſtaſis in fundo
alba, æqualis, vnita & mediocriter diaphana. Tunc ergo tranſeatur ad intentionem quintam.

Quinta autem intentio completur per ea, quæ materias conuenienter eradicare *Materierũ*
poſſunt, quæ ſupra fuerunt tacta in intentione prima. ¶ Et iterum prædictis poſſunt *eradicatiua*
addi hæc tria eradicatiua. Primum eſt hoc. ℞. *agarici electi, pulverum hermodactylorum ana* ℥ *purgatio.*
ß. *turbit* ℈ ß. *zinzib. aniſi ana gran.* v. *ſalis Indi gran.* ij. *diagridii gran.* j ß. *formentur pilulæ* vij *vel* *Pilula.*
viij. *cum electuario ſucci roſ.* ¶ Secundum vero euacuatiuum poteſt eſſe hoc. ℞. *pilularũ* *Alia.*
C *fœtidarum* ℈ ij. *pilul. cochiarum* ℈ j. *boni ponderis, formentur pilulæ* vij. *cum ſucco roſ.* Tertium
vero euacuatiuum, quod mihi placet magis, eſt hoc. ℞. *hieræ ſimplicis* ℥ j. *electuarii Indi* ʒ j *Potio.*
ß. *miſce, & totum accipiatur cum* ℥ ij *vel* iij. *aquæ ſaluiæ calefactæ.* Et poſt iſta euacuatiua & in eo-
rum aſſumtione obſeruentur omnia, quæ ſupra ſcripta ſunt debere obſeruari in minora-
tiuis in prima intenſione poſitis.

Sexta & vltima intentio eſt, per quam corrigi debent accidentia, quæ diſpoſitio- *Accidentiũ*
nes prædictas concomitari ſolent. Sunt autem accidentia, ſcilicet, epatis oppilatio & *curatio.*
ſtomachi tenſio & rugitus in ſtomacho euenientes, nocumentum diminutionis dige-
ſtionis & corruptionis eius. Quartum nocumẽtum eſt materia a capite ad inferiora ca-
tarrhizans. Quintum eſt capitis dolor grauatiuus. Sextum lachrymarum multitudo.
D Primum autem nocumentorũ prouenit a multitudine materierum phlegmaticarum, 1
quæ præcipitantur a ſtomacho aut commiſcentur chylo: aut etiam materiæ tales poſ- *Accidens*
ſunt in epate generari per viam indigeſtionis. Et hæc omnia facile remoueri poſſunt cũ
hoc medicamine. ℞. *radicum fœnic. petroſel. aſparagi, apii & bruſci ana M* j. *coquantur hæ radi-* *Oppilatio*
ces bene mundatæ in aqua fontis lib. tribus vſque ad conſumtionem tertiæ partis: deinde colentur & ex *epatis.*
decoctione tali accipiantur ℥ v. *calefactæ cum* ℥ j. *ſacchari & continuetur diebus* v. *vel* vj. *& eſt me-* *Potio.*
dicamen nobile.

Secundum vero accidens prouenit a multitudine materierum phlegmaticarum, 2
quæ ſunt multiplicatæ in ſtomacho: vt phlegma aquoſum & mucillaginoſum, quæ am- *Tenſio &*
bo ibidem ventoſantur. & quandoque hæc ventoſitas multiplicatur inter tunicas ſto- *rugitus ſto-*
machi aut in concauo eius dolores extenſiuos efficiendo. Et hoc quidem nocumen- *machi.*
E tum remoueri poteſt cum hoc medicamine. ℞. *ameos, ligni aloes, galangæ ana* ℈ j. *biba-*
tur cum modico vini aromatici. Tertium accidens, ſcilicet nocumentum diminutionis *Potio.*
digeſtionis & corruptionis cibi in ſtomacho remoueri poteſt per hæc duo remedia. 3
Primum eſt comedendo per duas vel tres horas ante cibum ℥ ß. confectionis diatrion- *Nocumentũ*
pipereon de ſcriptione Meſuæ *in antidotario. diſtinctione prima.* nihil bibendo poſt ipſam: *digeſtionis*
aut ſaltem bibendo modicum vini ſubtilis & aromatici, ſi fuerit opportunum. Secundũ *& corrupti-*
remedium ad hãc intentionem eſt, vt ſuper ſtomachum apponatur hoc vnguentum. ℞. *onis cibi in ſtomacho.*
reſinæ albæ & mundæ odorifferæ ℥ j. *galliæ muſ.* ʒ j. *garyophil. macis, galangæ, granorum paradiſi, pi-* *Vnguentũ.*
peris albi & longi ana ℈ j. *laudani* ʒ ij. *ceræ quantum ſufficit. fiat vnguentum bene tenax & applice-*
F *tur ſtomacho renouando diebus plurib.* Quartum accidens, ſc. defluxus materierum a capite 4
ad pectus rectificari poteſt cum his duobus inſtrumentis. Primum eſt, vt quando vadit *Defluxus*
ad lectum per horas duas poſt cœnam accipiat ℈ ij. *aureæ Alexandrinæ cum aqua maiorana* *materierum*
℥ j ß. *calefactæ ambobus diſſolutis ad inuicem.* Secundum vero remedium eſt: vt ſuper locum *a capite ad*
bregmatis omni ſero ponatur de hoc puluere quãtitas ſex granorum hordei ſpargendo *pectus.*

ipſum a commiſſura coronali vſque ad finem ſagittalis inter capillos per quatuor digitos lateraliter. A *Puluis cephalicus.* ℞. *macis ʒ j ß. ſandaracæ ʒ iÿ. ſpodii ʒ j. maſticis, florum roriſmarini & maioranæ, ſtœchad. aſari ana ℈ j. pulueri zentur omnia per ſe: deinde omnia diligenter commiſceantur.* ¶ Quintum accidens, *5. Dolor grauatiuus capitis.* ſcilicet dolor grauatiuus capitis remoueri poteſt per ſtatim dicta remedia duo. ¶ Itẽ per euacuationes minoratiuas in intentione prima, & per euacuationes eradicatiuas in intentione quinta deſcriptas. ¶ Item per diuerſiones cum ventoſis & aliis *Gargariſma* tactis in intentione ſecunda. ¶ Et adhuc remedium bonum ad illud. ℞. *oxymellis ſquillitici ℥ j. aquæ decoctionis pyrethri & ſtaphyſagriæ ℥ iiÿ. calefiant ſimul & bene diſſoluantur. Et cum mixtione calida omni mane per horas duas ante prandium, & omni ſero per horam vnam ante cœnã fiat collutio oris & gargariſma, eiiciendo tamen ea.* ¶ Confert etiam hoc remedium. ℞. *foliorum lauri. ſaluiæ, roriſmarini, ſtœchados & aſari ana M j. coquantur in magna quantitate aqua vſquequo* B *Lotio crurũ.* *bene aromaticata ſit aqua, & in hanc aquam bene calefactam per horas duas ante prandium & ante cœnam infundantur pedes vſque ad genua, & brachia vſque ad cubitos: & ibi teneantur per horam vnam aut ſaltem mediam.*

6. Multitudo lachrymarum. Vltimum vero accidens eſt multitudo lachrymarum, quæ prouenit a frigiditate & multa repletione cerebri a phlegmatibus aquoſis dominantibus, & etiam a debilitate contentiuæ virtutis eius. & hoc quidem accidens vehementer aduocat ad ſe curam: quoniam ſolet eſſe cauſſa tractus materierum multarum ad oculos, & adhuc etiam frequentia & multitudo lachrymarum debilitat cerebrum & nocet viſui. *3. tertii, tractatu 4. & cap. 1.* ¶ Et huic quidem nocumento ſuccurrere poſſunt ea, quæ paulo ante dicta ſunt *Collyrium* in hac intentione. ¶ Et confert ei hoc remedium potenter. C ℞. *lapidis hæmatitis puluerizati & conquaſſati in mortario marmoreo cum aqua frigida decies renouata ʒ ÿ. roſ. ſpodii, corallorum amborum, karabe, myrobalanorum citrinorum ana ʒ j. ſucci extremitatum rubi ℥ iiÿ. conquaſſentur omnia ſimul in mortario lapideo & obturata conſeruentur.* De hoc ergo collyrio ſæpe in die imponatur oculis & lauentur palpebræ & madefiant diligenter, & hoc remedium eſt ei congruum in exſiccando lachrymas & defendendo oculum a receptione ſuperfluitatũ. Hæc in ſumma ſunt, quæ in diſpoſitionibus huius viri meliora & ſecuriora eligere potui, quæ omnia in ſalutem huius viri benedicat & dirigat altiſſimus, qui cuncta ſanare & benedicere poteſt ad laudem Dei omnipotentis. Amen.

CONSILIVM LVIII. *De ablatione viſionis, quæ per tranſmutationem criticam accidit.* D

Diuiditur autem conſilium in ſummam vnam & duos tractatus.

Summa ægritudinem per cauſſas & ſigna declarat.

DILIGEREM inſignis Doctor ægritudinem huius honeſtæ matronæ tam facilis eſſe curationis, quam facilis eſt cognitionis. Eſt enim viſionis ablatio quæ criticam tranſmutationem materierum in capite latentium eſt conſecuta, partim propter earum multitudinem, partim propter indiſcretam & irregularem narcoticorum applicationem. Dum enim ſtante materierum in capite multitudine notabili & in toto, quod facile concluditur ex ſignis diligenter *Vbi materia huius ablationis viſus in capite latent.* ſcriptis, ſcilicet, continuo capitis dolore, & inſomnietate, vomitu, conſtipatione, phreneſi, & ſudoribus: E virtus materierum digeſtionem & victoriam tentaret, vbi cum leuib. diuerſionibus & digeſtiuis adiuuari debuiſſet. non ſolum impedita paupercula natura, verum etiam a propriis operationibus priuata, maxima commotione materiam vibrans auxilio quidem diuino potius, quam medicinali tranſmutauit materiam ad vias oculorũ non ſolũ per neruos concauos, ſed per venas etiam & arterias diſſeminatas per panniculos opticos neruos inuoluentes. Colligantur n. oculi cerebro per panniculos. vt Auic. *3. tertii, in princip.* teſtatur, dũ inquit: *Cum nerui & panniculi, qui eis aſſociantur, licet fortius colligantur cerebro per neruos dictos, quam per panniculos, cum nerui ſint nobiliores omnibus aliis neruis capitis, vt Ieſus Haly in primo cap. 19. colligantur etiam cerebro mediantibus venis & arteriis in panniculis illis cõtextis. Cum enim ex foramine, quod in oſſe eſt, oculorum egrediuntur nerui, ſcilicet optici, egrediuntur,* F *quæ circa eos venæ & arteriæ. tertio theoricæ. per has equidem vias potuit materia pelli vſque ad extremitatem neruorum & panniculorum prædictorum terminatam excluſiue vſque ad humorem vitreum vtriuſque oculi.* Ex quo colligitur cœcitatis huius dominæ cauſſa prima. ¶ Poteſt iterum ſecundo hæc materia contineri in infima parte duorum ventriculorum

A lorum anteriorum cerebri apud caruncuIas mamillares,vnde oriuntur prædicti optici: vbi oppilationem faciens erit cœcitatis cauſſa,dato etiam, quod in opticis & oculis nullum genus ægritudinum per eſſentiam inueniatur. ¶ Inter hanc autem cauſſam cœcitatis & primam,licet difficillimum ſit per ſigna diſtinguere,& fortaſſis ſapientia non comprehenſibile:aliqualiter tamen eſt ratiocinari poſſibile. Si enim eſſet in foraminibus neruorum opticorum contenta materia, mirabile videtur, quod aliqua eius quantitas tanto tempore non fuiſſet cum vitreo & glaciali humore commixta, quare oculum cõturbauiſſet,& tunicas & varietatem coloris induxiſſet ſecundum ſpeciem humoris peccantis.

Adhuc etiam oculum ad calorem,frigus, ſiccitatem & humiditatem, punctionẽ, B mordicationem,leuitatem, grauitatem & magnitudinem vel paruitatem permutaſſet. ¶ Et confirmatur,quia quanto diutius materia in oculo permanet, tanto magis in digerendo ipſum debilitat: ſed maior debilitas eſt cauſſa multiplicationis materierum in ipſo.Igitur debent ſigna concomitantia materias apparere. Cõſequens repugnat experientiæ,quia oculi ſunt mundi,clari a maculis & reliquis:quare,&c. ¶ Amplius vt etiam virtualiter tactum eſt, ſi materia in concauo neruorum ipſorum multiplicaretur, igitur eos extendere deberet.Cum igitur ſint magnæ ſenſationis : igitur dolore extenſiuo dolebunt.¶ Rurſus,ſi extenduntur,igitur intra oculos in orbitam trahũt: igitur oculi profundiores apparere debent.¶ Et ſi argueretur contra,quia ſi materia oppilans non ſtant in neruis dictis:ſed in medulla cerebri ante originem ipſorum opticorum, pari ratione C debent ad ipſam ſequi omnia accidentia prædicta:neganda eſt conſequentia. Et quantum ad primum inductum,dicendum, quod materia in cerebro ſtans a glaciali & vitreo humoribus eſt diſtantior,quare non eſt apta commiſceri eis. Et ad ſecundum dicendũ, quod quia diſtantior eſt, ideo non conturbauit oculos & propter idem non variauit oculorum colores. Neque etiam eos ad aliquam ſpeciem malæ complexionis permutauit.Similiter dolor ibidem non percipitur,cum medulla cerebri non ſit ſenſitiua. Et ad vltimum dicendũ,q ſi materia ſtaret imbibita in ſubſtantia opticorum & neruorũ ſecũdi paris,ita vt extenderet eam per latum,quia craſſa,bene fieret eorũ abbreuiatio, & cõſequenter profundarentur oculi, ſed quia eſt in medulla cerebri, non eſt neceſſarium, vt fiat talis profundatio.¶ Neque etiam hæc materia continetur in neruis ſecundi paris, D nec in muſculis ſex,per quos mouentur oculi. Non enim in neruis ſecundi paris: quia tunc neceſſario impedirentur oculi in motu ſuo. ¶ Secundum enim par neruorum ita ſolum mouet lacertos oculorum , ſicut a primo pari ſenſus viſus mandatur interiorum quarto cap.2.Neque etiam hęc materia in muſculis continetur oculorum,vel in eorum chordis.Nam appareret neceſſario naturalis ſitus oculorum variatio verſus aliquam differentiam poſitionis præternaturalis:vt pulchre legendum allegato ſtatim loco. Ex quibus omnibus mihi colligendum videtur,quod ſi hæc ægritudo eſt materialis, continea- tur materia in loco iam dicto,ſcilicet in infima parte duorum ventriculorum anteriorũ cerebri,vnde nerui oriuntur concaui & optici.

Quod etiam a poſteriori deduci facile poſſet, primo , quia rationabiliter materiæ E per naſum & palatum abundare debent.Secunda,quia potentia olfactiua in operatione ſui rationabiliter debet eſſe impedita diminutionis corruptionis vel ablationis nocumento aliquo.Pars n. iſta cerebri , in qua duo nerui oriuntur optici , propinqua eſt parti,a qua potentia locatur olfactiua,primi namque paris neruorum, ſc.a cerebro orientiũ principium eſt ex fundo duorum ventriculorum cerebri antecedẽtium apud duorum additamentorum vicinitatem mamillarum extremitatibus ſimilium , quibus fit odoratus.*1.primi.doctrina 5.ſumma 3.cap.2.*

Aduerte autem, quia dixi , *ſi eſt ægritudo materialis*,poſſet n. mala complexio frigida abſq; materia in partibus prædictis intendi,adeo, quod opticorum viæ clauderentur. Et iterum probabiliter defenderetur de mala complexione ſicca pura: licet hoc ſit a mentibus quorundam diſſonum. Non enim concederent in membro principali tantæ hu- F miditatis,quantæ eſt cerebrum, malam complexionem ſiccam,puram adeo magnificari,quod ſequeretur ad ipſam opticorum clauſio ſtante vita.

Poſſet etiam ibidem fieri attritio & apoſtema. Sed hæc omnia excluduntur hic per abſentiam ſuarum cauſſarum efficientium. Cum enim mulierem hanc repletam eſſe

cognoſcam, lapſus immateriales excludo. ¶ Dixi iterum ſuperius, quod materialis cauſ- A
ſa huius morbi contineri poſſet in venis, arteriis & panniculis inuoluentibus opticos.
Primum autem non videtur, apparerent enim oculorum venæ plenæ ſanguine ſplendi-
do, ſi miſceretur cum cholera. Subalbido cum phlegmate. Obſcuro, ſi cum melancho-
lia: vel purpureo, ſi purior eſſet ſanguis. Amplius caliditas, mollities, punctio, grauitas
& cetera in oculis perciperentur.

Si autem in arteriis cōtineretur materia calida, in oculis & partib. adiacentib. per-
ciperetur intenſa pulſatio, fortis rubedo, &c. ¶ Si autē in panniculis inuoluentibus con-
tineretur, mirabile foret tanto tempore ſtetiſſe materias ibidem abſque ſignis conco-
mitantibus eas. ¶ Si autem materia in vno ſolo contineretur optico, & eſſet aqua non
multum craſſa: tunc facta compreſſione notabili ſuper oculo patiente dilataretur pu- B
pilla ſani. ¶ Si vero fuerit oppilatio a materia non curſibili facta, ſed fixa, tunc quātum-
cunque compreſſio fieret, non ſequeretur dilatatio aliqua, vt *tertia tertii, tract. vltimo, c.
de aqua.*

Si autem oppilatio caderet in cruciatione neruorum prædictorum, tunc ſubi-
to ambo oculi viſione priuarentur. Et ex hoc multum admirantur Medici: ſed non eſt
admiratio illis, qui ſciunt anatomiam. vt *Zoar primo theiſir. tractatu 8. capit. vigeſimoquarto.*
¶ Mihi autem videtur, quod materia huius ægritudinis non ſit in neruis prædictis, ſed
in cerebri loco prædicto, vt ſatis perſuaſum eſt ſupra. Diſtinctio tamen huius videtur eſ-
ſe difficilis & fortaſſis ſapientia non comprehendere. *tertia tertii, tractatu vltimo, cap. ante-*
penultimo. Qualitercunque tamen contingat, cura huius rei ſi poſſibilis eſt, eandem ha- C
bet procedendi ſemitam ſine diſcordia.

Hæc aliqualiter difficilia ex illuſtriū auctorū ſententiis aggregata theoricis placet
mihi conferre tecū inſignis domine Doctor: & quantum clarius colligere potui. Qui-
bus ante miſſis regimen procuratiuum duos tractatulos continebit. Primus rerum non
naturalium regimen ſuccincte tranſibit, quia loquor ad peritum virum. Secundus vero
prolixior parum medicinalium ſemitam diſtinctius enunciabit. Primi tractatus capit. e-
runt ſex ſecundum rerum non naturalium a Medicis vocatarum numerum. Secundi
vero tractatus capita erunt ſeptem ſecundum numerum ſeptem intentionum, quibus
ad curam procedendum eſt.

Cap. I. *Tractatus primi: De menſura aeris & annexorum ei.* D

Aerem igitur & omnem aliam rem non naturalem oportet in hac diſpo-
ſitione maxime a contrariis denudatum eſſe. Si enim in ægritudinibus
pedum abſtinentiam ſeruamus a contrariis, quanto magis in iſta, cuius ſa-
nitas tantum neceſſaria eſt. *primo theiſir. vbi ſupra.* Dimiſſa igitur imperi-
torum deceptorum conuerſatione ſapientis Medici conſilio eſt adhęren-
dum, decipientium ribaldorum propulſata verſutia.

Eligatur igitur aer ad calidum & ſiccum notabiliter inclinatus, naturaliter talis vel
artificialiter cum igne accenſo in cameris ex lignis lauri, iuniperi, tamariſci, pomorum
& ſimilium. Sit etiam clarus, nebulis, vaporibus craſſis priuatus, vt ſpiritus de centro E
moueat ad oculos. Sitque Orientalis prius: deinde Septentrionalis: Occidentalis vero
non; & Auſtralis nequaquam. Aer enim Meridionalis oculorum ægritudinem facit.
tertio Almanſ. vigeſimoquinto capit. Idem de ventis Meridionalibus intellige. Sitque
domus habitationis eius ab aquis, fluuiis & fontibus elongata, ſolarata, non terreſtris:
neque in camera habitet antiquorum murorum teſtudinales tecturas habentium, ne-
que ſit cameræ aer fumoſus, puluere ſæpe turbatus, lacunis & fœtidis vaporibus infe-
Puluis pro ſuffitu. ctus. Sed in hyeme hoc puluere aromaticus factus. ℞. *colophoniæ, ſandaracæ, gall. muſc. ana*
drachm. ij. ſtyracis calamitæ, thuris ana ℥ ß. fiat puluis groſſus, de quo ignis aſpergatur & ſuffumige-
tur camera. In æſtate vero gallia muſc. ſuffumigentur, vt confortetur virtus & dila-
tentur ſpiritus ad extra: & ita de infulis eius dicendum. Calorem igitur capitis ex- F
citet byretis de dorſis variorum factis, vel de pellibus martum, vel pannis in tin-
ctura de keſmes poſitis: & aliis, quæ in medicinarum regimine ponuntur inferius,
& cetera.

Cap. II.

A CAP. II. *De regimine per cibos & potus.*

DE numero autem ciborum euitentur omnes difficilis digeſtionis, craſſi, viſcoſi
& phlegmatici nutrimenti exiſtentes. ¶ Euitet igitur panem azymum non be-
ne fermentatum & coctum antiquum & aſſum. Eligatque panem fermenti
plus quam habeat communis panis habentem. Sitque a ſuo fermento conuenienter *Panis.*
ſpumificatus ad ſoliditatem conuenientem ſine pondere per ſuam decoctionem per-
ductus, obſcuro candore aut opacitate priuatus. Et ſi fieret de farina modicum furfura-
cea, melior eſſet. Talis enim non multi nutrimenti & viſcoſi eſt & facilis deſcenſus. *vige-
ſimoprimo continentis, capit. 22.* Sal namque, fermentum & bona coctio remouent ab eo vi-
ſcoſitatem & reddunt ipſum digeſtionis facilioris.

B De carnibus autem euitentur omnes difficilis digeſtionis, vt bouinæ, vaccinæ, por- *Carnes.*
cinæ, ouinæ, caprinæ, anſerinæ, anatinæ & animalium partes viſcoſitatem habentes: vt
capita & collum. Collum enim & capita proprietatem habere probantur in faciendo
cœcitatem: vt Zoar *cap. de debilitate viſus.* ¶ Eligantur itaque carnes gallinarum, capo- *Carnis gal-*
num & pullorum iuuenum. Caro namque gallinarum eſt omni alia carne melior. *conti- linarum pra*
nentis 24. cap. 665. ¶ Eligantur etiam carnes ſtarnæ & coturnicis, quæ inter reliquas vola- *ſtantia.*
tilium ſylueſtrium carnes ponuntur laudabiliores. *3. Almanſ. cap. 43.* ¶ Laudantur etiam
carnes perdicum, quæ ad caliditatem declinant & ſiccitatem. ſunt etiam valde conue-
nientes ei, cuius corpus infrigidatũ eſt & ſanguis paucificatus. *vigeſimoſecundo continentis,
allegato cap.* ¶ Caro etiam phaſiani huic matronæ conueniens eſt, cum ſit melior carne
C pullorum. *ſecundo can. cap. de durat.* ¶ Columbi etiam iuuenculi complete pennati vola-
re incipientes laudantur & proprie ſylueſtres. Proprietatem enim in eis poſuit Zoar ad
debilitatem viſus ex penuria ſpiritus viſibilis: & maxime, ſi coquantur cum rapis. Rapæ
enim non modicam proprietatem oculis habere probantur: vt Zoar *allegato tractatu, cap.
19.* ¶ Caro autem anatum non placet: quia multas generat ſuperfluitates & faſtidium,
tertio Almanſ. cap. 39. ¶ Aues autem minutæ omnes & in dumetis degentes placent: vt
fringillæ ſiue ſpini, philomelæ, cardueles, turdi, meruli, ficedulæ, alaudæ, caudæ tremulę
& paſſeres: Stornelli vero, hyrundines, picus & picæ non placent. ¶ De quadrupedib.
vero laudatur caro hædi, vituli lactentis & annualis agni: licet raro & rarius caſtratinæ,
nunquam vero porcinæ. ¶ Ex ſilueſtribus bonæ ſunt capriolinæ. ipſæ enim inter ſylue-
D ſtres carnes meliores exiſtunt, & ſanguis ex eis genitus paucas habet ſuperfluitates. *3. Al-
manſ. 32. cap.* Caro etiam leporis conueniens eſt.

De præparationib. vero carnium, elixæ cum fœniculo recenti vel ſicco cum rapis, *Modus præ-*
& proprie cum euphragia ſemper accipiantur. Aſſatæ etiam placent, frixæ vero cum *parationis.*
pinguedinibus & oleo dimittantur.

De piſcibus autem dimittantur omnes. Si qui tamen conuenire poſſent, quando- *Piſces.*
que propter reuerentiam legis, ſunt ſicut habentes ſubſtantiam mediocriter ſolidam
humiditate ſuperflua & viſcoſitate priuati: vt torrentinæ, varioli, marſiones, temali, lucii
& ſimiles. Sint tamen ſemper calidi actu & ſpeciebus & aromatibus conditi. Omnes aliæ
piſcium ſpecies dimittantur, licet de ſalitis aliquid quandoque & non multo vſu accipi
E poſſit.

Lactis autem vſus omnis dimittatur. Facit enim euenire tenebroſitatem viſus & *Lac.*
caliginem. *ſecundo canon. in ſuo capit.* Similiter caſeus & caſeata omnia cibaria ſunt
mala.

Oua recentia trementia dum ſunt cocta igne vel aqua, bona ſunt. Frixa autem & du- *Oua.*
ra dimittantur.

De condimentis autem & ſaporibus placent mihi omnia condita cum aceto. A- *Condimen-*
greſta vero, granata, arancia & omnium horum ſucci non placent. Limonibus etiam vti *ta.*
poteſt & eorum ſucco.

Species, quibus condimenta præparari poſſunt, præ aliis ſunt puluis fœniculi, eu-
F phragiæ, maioranæ & ligni aloes. Hæc quatuor confortant cerebrum & ſpiritum viſibi-
lem acuunt & abſtergunt vias.

Adhuc & cinamomum, quod confert panno & tenebroſitati. *2. can.* ¶ Et crocus,
qui abſtergit viſum, & prohibet fluxum ad ipſum. ¶ Et zinziber, quod abſtergit tene-
broſitatem oculi. Omnia hæc in *ſecundo can.* & ruta, quæ viſum acuit ibidem. ¶ De melle

autem, quia calidum eſt & ſiccum in ſecundo, & quia abſtergit oculum, *can. 2.* placent o- A mnia condita. ¶ Adhuc oleum oliuarum eſt tibi commendatum magis, quam oleum nucum & butyrum. Oleum namque oliuarum & bene maturum calidum eſt in principio primi, humidum in fine eius. Olea enim omnia ex oliuis bene maturatis facta confortant corpora & ex oleo antiquo fit collyrium tenebroſitati. non minus igitur interius aſſumtum confert aut ſaltem non nocet. Oleum autem de nucibus calidum eſt in ſecũdo, humidum in primo & caput grauat. ¶ Butyrum calidum & humidum in primo: crudum autem non placet: quia faſtidium facit & ſuperius ad os ſtomachi aſcendit. *tertio Almanſ. cap. 95.* coctum iterum non laudo. qui enim in comeſtione vtitur eo, phlegmaticas patietur ægritudines. *ibidem cap. 96.* ¶ Saccharum etiam, quia calidum in fine primi, & æquale in paſſiuis aut parum ſiccum, placet mihi: & proprie ſaccharum non laboratũ B puluis ſacchari nominatum. Tale enim calidius eſt & non minus potens in abſtergendo & mundificando, quam mel: & tale oculo impoſitum abſtergit eum, de quo infra. In ſumma vero magis placet mihi mel. ¶ Aliæ autem ſpecies, quibus vti patiens noſtra poteſt, ſunt macis, garyophilli, nux muſcat. cardamomum maius & minus, galanga, carui, petroſel. ameos, origanum, ſerpillum, calamentum & reliqua.

Legumina. De leguminibus autem dicendum primo, quod leguminum omnium vſus euitari debeat. Brodium tamen cicerum rubeorum, quia calidum eſt & ſiccum in principio ſecundi diuertit materias, & diureticum eſt, poteſt vti eo & proprie cum radicibus & ſemine aut herba fœniculi cocto. ¶ Pannicum etiam placet, nam licet ſit frigidum in primo, ſiccum in ſecundo, *21. continentis, cap. 199.* tamen quia propter ſui leuitatem & ſiccita- C tem vrinam prouocat, hic laudatur. ¶ Oryza autem licet ſit calida in primo, ſicca in ſecundo, *21. continentis. cap. 126.* non tamen placet: quia aliqualiter ſtyptica eſt, teſte Gal. *lib. octauo ſimplic. ſuo capit.* ¶ Fabas autem & phaſeolos, piſa, lentes, cicera alba omnino fugiat.

Olera. Ex oleribus autem vtatur omnibus calidis & ſiccis, aperitiuis & facilis digeſtionis, quæ materias a capite diuertant & ei approprientur. Ex quorum numero eſt ſaluia, de qua multi modernorum prædicant Medici, licet parum de ea in paſſionibus capitis & oculorum ab auctoribus inueniatur. Fecit enim de ea Dioſco. capitulum de lilifago, & in ſumma ex eo trahitur, quod ſit valde ſtyptica. In aggregatore vero Serap. *cap. 149.* numeratur inter medicinas calidas & ſiccas in ſecundo. & totum dicit, quod Dioſ. ſcripſit, D & nihil de ea capiti aut oculis appropriat. Auicen. vero *can. 2.* & Raſis *21. vſque ad 24.* nihil dixerunt.

Etiam famoſus eſt vſus fœniculi: licet enim ſit calidus in tertio, ſiccus in primo. *8. ſimpl.* quia tamen maximum iuuamentũ præbet viſui, & eſt diureticũ, placet. Petroſelinũ etiam competit: quia calidum & ſiccum in ſecundo. *8. ſimpl.* Mentha etiam, quia calida, & ſicca in ſecundo, placet, & eſt ſtomachalis. Serpillum, tanquam calidum & ſiccum in ſecundo, quia etiam capitale, placet.

Roſmarinum calidum & ſiccum in tertio, conuenit capiti & oculis, placet. Maiorana etiam vtilis eſt, calida eſt & ſicca in tertio, attenuatiua, diſſolutiua. *octauo ſimplic.* & quia aperit oppilationes capitis & confert doloribus eius a phlegmate & ventoſitate fa- E ctis, *can. 2.* optima eſt.

Baſiliconem autem vitet: licet enim ſit calidus & ſiccus in ſecundo, tamen comeſtus nocet viſui. *tertia tertii, tractatu quinto, de nocentibus viſui.* vbi dicit Albederogi. Similiter euitare oportet anetum, allium, porrum, cępas, oliuas & caules. ibi videndum. Lactuca etiam tenebrat viſum. quare dimittatur.

Betæ cum ſua humiditate non placent. Boragine vti poteſt, licet de eo parum ab auctoribus habeatur. ¶ Chærefolium etiam placet, quia diureticum. Alias autem radices: vt raphanum, ſcalonias, paſtinacas, &c. dimittat.

Rapis autem in cibis coctis ſemper vtatur. Omnes enim auctores in hoc concordant, quod oculis & viſui magnifice conferant. & ſimiliter conditæ rapæ meliores F ſunt.

Karotis autem (quia calidæ in primo & aperitiuæ ſunt) vti poteſt. ¶ Aſparagi etiam ſuo tempore placent, quia temperati: vt Serap. *capit. de Halyon.* aut ad paruam

calidi

A caliditatem inclinantur. ¶ Cappares etiam conditi placent, quia diuretici & abſterſiui phlegmatis & calidi & ſicci in ſecundo.

Ex fructibus vero euitentur omnes frigidi & humidi, vt ceraſa. Dulcia enim ex eis ſtomacho ſunt nociua. Acria vero licet ſint inciſiua phlegmatis, tamen ventrē retinent, ideo neutra placent. ¶ Perſica vt frigida in primo, humida in ſecundo, dimittantur. Pyra vero, vt frigida in primo, ſicca in ſecundo, non placent. licet eis coctis cum puluere fœniculi & aniſi quandoque vti poſſit poſt cibum. ¶ Auellanæ etiam non placent: quia caput grauant propter ſuam vnctuoſitatem, ſi tamen quandoque accipiuntur, ſint torrefactæ & cū ſaccharo præparatæ ſecundū vſum. ¶ Amygdalas, quia in calore æquales, quia abſtergunt, aperiunt & ſunt boni nutrimenti, laudo. ¶ Ficus ſiccæ calidæ ſunt in primo, Fructus.

B ſiccæ in ſecundo, cōueniunt ſtomacho præ aliis fructibus: & proprie ante cibū. Conueniunt enim epati, ſtomacho, & renibus aperiendo, abſtergendo & mundificando & in eis eſt lenificatio vltima. *2. can.* Recentes magis nutritiui ſunt: licet non ita ſtomachales: poteſt tamen vti eis. Paſſulæ etiam placent, quia boni nutrimenti ſtomacho & pectori conuenientes & epati aperiendo æqualiter: quia ponuntur inter æqualia. ¶ Nuces autē licet inter res calidas & ſiccas ponantur, quia tamen grauant ſtomachum in digerendo pectori & capiti nociuæ ſunt, dimittantur. Caſtaneæ etiam licet frigidæ & ſiccę ſint, quia ventoſæ & craſſi nutrimenti, dimittantur. ¶ Chryſomela etiam fugiantur, quia frigida & humida in ſecundo: & caput implent fumoſitatibus. ¶ Pineæ, vt in paſſiuis temperatæ ad aliqualem calorem inclinantes infuſæ in aquam calidam per noctem & conditæ cum

C melle ad infrigidatos & cum ſaccharo ad calefactos bonæ ſunt. ¶ Nam tollitur ab eis acuitas & acrimonia. Phiſtici vero calidi ſunt in fine ſecundi, & eſt in eis caliditas non limitata, ſunt ergo vtiles. Nam aperiunt meatus nutrimenti, expurgant canales epatis & pulmonis, teſte Galen. *lib. 8. ſimpl.* Dactyli vero dulces calidi ſunt in primo, de ſecundis qualitatibus diſcordant auctores. Serap. namque ponit eos calidos & ſiccos, Auic. *cap. de palma* dicit, *præteriit eorum ſermo: licet in libro meo non inueniam.* Gal. vero *lib. 8. ſimpl.* ſcribit, quod cum hoc, quod abundanter nutriunt, ventrem ſtypticent: punctionem in ore ſtomachi & dolorē capitis faciant & oppilationes in epate & ſplene: Dimittantur ergo. Iuiubæ etiam frigidæ ſunt in primo, quia tamen in conſeruanda ſanitate, & remouenda ægritudine dixit Galen. quod non inuenit eas vtiles: immo difficilis digeſtionis, dimit-

D tantur. Mora etiam, quia ſtomacho nocent & facile corrumpuntur, non ſunt vtilia. Granata vero dulcia, quia frigida & humida in primo, & ſtomacho conuenientia, quandoque accipi poſſunt. Acria vero, frigida & ſicca in ſecundo non placent. Muza vero quandoque tangi poſſunt. Paſtiles etiam omnes dimittat cibos & oppilatiuos.

Quia inſuper animalium carnes nō parum diuerſificantur ex parte membrorum, ideo euitandæ ſunt omnes animalium partes: quarum nutrimentum craſſum eſt difficilis digeſtionis: vt cor, pulmo, ſtomachus, renes, & ventoſum & nauſeatiuum: vt pinguedinis & mamillarum. Cerebrum leporis capitale eſt, cerebrum columborum viſum acuit & ſenſus fortiores efficit. Item animalium anteriora calidiora ſunt & ad digeren- Partes animalium.

E dū facilia, poſteriora vero econtra. Ex melioribus autem partibus animaliū ſunt carnes rubeæ, muſculoſæ, paucæ pinguedinis, non multum extremis animalium vicinæ. Tales namque melius omnibus exhibent nutrimentum, & proprie cum fuerint ex alis coxis elixæ mane: aſſatæ veſperi. Frixa vero caro omnino non placet. Caro vero omnibus aliis melior & probata magis eſt, quæ in veru & ſuper craticulis coquitur. Caro vero ſalſa in pauca quantitate paucæ ſalſedinis & raro non nocet. Caro inſuper fœniculo & quibuſdam aromatibus condita in veſicis vel inteſtinis ſeruata non nocet, niſi fuerit multum ſalſa. Nam omnia cibaria ſalſa, acuta, vaporoſa & os ſtomachi mordicantia ſunt mala: vt ſupra tactum. & *tertia tertii, vt ſupra*, colligendum. Hæc de cibis.

Deinceps autem de potu dicendum & præmittendum primo, quod vinum eliga- Potus.

F tur album, ſubtile, clarum, aromaticum, conuenienter vinoſum. Melius autem eſt, vt bibatur ſemper cum aqua ſublimationis eufragiæ vel fœniculi mixtum, & aſſumatur in quantitate diſcretione gubernata. Repletio enim vini eſt vna de cauſis efficientibus cœcitatem.

Cereuiſia autem de hordeo facta non placet: quia caput dolere facit & inflat. *tertio*

Almanſ.cap.26. Quæ vero de vinulo fit, minus mala eſt, ſed tamen non placet. ¶ Potus A vero vltimus eſſet talis melior illi, quam vinum. ℞. *aquæ fontis* ℔ *x. mellis mundi libram vnam, fœniculi ℥ ß. florum eufragiæ ℥ vj. ligni aloes ℥ ß. coquantur mel & aqua, & bene diſpumentur: deinde addantur ſpecies & bulliant vſque ad conſumtionem tertiæ partis: & vtatur potu tali & bene erit ei, vt ſpero.*

Potus artificialis.

Cap. III. *De motu & quiete.*

EXERCITIVM ante euacuationes infra dicendas non eſt bonum, quia agitat materias & effumare facit ad caput: poſt ipſas autem conueniens erit omni mane media hora feſtine ſatis per domum ambulare. ¶ Aut fiant ſæpe fricationes pedibus & tibiis primo: deinde cruribus: tertio coxis & natibus vſque ad ſpatulas, vt ru- B beſcant partes.

Sæpe etiam vtatur capitis pectinatione, quæ eſt valde iuuatiua: immo omni die multoties: quoniam attrahit vapores ad ſuperiora & remouet eos a parte oculi. *tertia tertii. de cura debilitatis viſus.* quieſcat autem ad placitum & maxime aſſumto cibo, &c.

Cap. IIII. *De inanitione & repletione.*

EVACVATIONES fortes omnes ventris, menſtruales, hæmorrhoidales, & per vomitum & fluxum a naribus omnino vitentur: & maxime illæ, quæ fiunt cum medicinis laborioſe ſoluentibus, & proprie ſine digeſtione præmiſſa. Nihil autem ipſam ad melius reducere poterit, quam euacuationes C regulariter adminiſtratæ, de quibus infra. ¶ Repletionem autem ciborum omnino fugiat: immo a comedendo diſcedat reliquiis famis adhuc in ſtomacho exiſtẽtibus: neque vnquam accipiat cibum, niſi appetitus inſurgat: & tunc comedat, & non tardet & accipiat cibum bene maſticatum & nũquam tantum, vt ex eo grauetur ſtomachus. Deterior enim cibationum eſt, quæ ſtomachi grauitatem facit: ſicut deterior potuum eſt, qui in ſtomacho natat & fluctuat. *3. primi, & 4. Almanſ. 4. cap. & 5. continentis primo cap.* Accipiat itaque potum ſæpe & parum, vt melius cum cibo miſceatur. Abſtineat etiam a ventoſatione frequenti: quia attrahit ſubtilem humorum partem & craſſam firmari magis facit.

D

Cap. V. *De ſomno & vigilia.*

Vigiliarum vſus.

SVPERFLVVS ſomnus omnino vitandus: quia humectat & phlegma proprie in capite multiplicat. Melius igitur eſt aliquantulum ad exceſſum in vigilia, quam ad ſomnum declinare. ¶ Vigiliæ igitur ſecundum conſuetudinem naturalem moderatæ corpus roborant, virtutes animales excitant & membra calefaciunt. ¶ Somnus autem vel dormitio naturalis ſecundum naturæ curſum facta eſt, quæ noctem non effugit, & diem non impedit. ¶ Neque dormiendum immediate poſt cibum, ſed diſtanter ab eo per ij. horas aut j. tantum ſuper ſtrato molli odorifero, ſuper quo multa ſpargatur ruta: & melior eſt maiorana. Sitque de pluma coto vel ſerico. Dormiendoque prius ſuper dextro, deinde ſuper ſiniſtro latere, ca- E pite multum eleuato, ei melius eſt reſupine dormire, ſuper faciem autem verti & capite inclinato, vt ab igne fugiat, caueatque dormire in loco, ad quem lunæ radius penetrare poſſit, &c.

Cap. VI. *De accidentibus animi.*

POST euacuationes dicendas ſuperinducere aliquid iracundiæ vtile erit, aliquando hiſtorias delectabiles, q̃ dilatent ſpiritus & moueant materias, cõferret in cura. Alternatim igitur ſuper ipſam ab ira ad gaudium: & econtra permutatio fiat. Multas autem paſſiones & afflictionem in triſtitiis afferre malũ eſſet. ¶ Delitio- F ſam autem ſenſationẽ coitus, & maxime ſuperflui omnino fugiat. Eſt n. de reb. cœcitatẽ inducentib. & confirmantib. quia animalem ſpiritũ a cerebro extrahit: quare ipſum exanguem reddit. Raro igitur in ipſum nitendum, niſi iã potenter inuitãte natura, & cũ iã cib⁹ in ſtomacho digeſt⁹ credit: & cũ virtus ad coitus cõplementũ ſine multo labore po-

tens

A tẽs eſt & poſt eius executionẽ ſentitur corpus forte, & nõ laxatũ. Aliter enim cæcitatem confirmabit. Hæc de rerum non naturalium adminiſtratione pauca ſunt ſcripta.

Tractatus ſecundus continebit capitula ſeptem. ſecundum intentiones ſeptem curam diuino auxilio complentes. Sunt autem iſtæ. Euacuatio vniuerſalis. Inclinatio materierum ad oppoſitum. Digeſtio materierum communium & appropriatarum. Euacuatio eradicatiua earum. Exſiccatio particularis earum. Confortatio capitis cum apertione oppilationum. Et rectificatio rerum mandantium.

Cap. I. *De euacuationibus vniuerſalibus.*

CORPVS huius fœminæ vniuerſaliter eſſe repletum, ea, quæ ſcripta ſunt, aperte de-
B monſtrant & ægritudo ipſa teſtatur. Non enim a pauca materia potuiſſet tam ſubito fieri cæcitas, licet illius cauſſa principalis indubitanter penes conſcientiam meam fuerit narcoticorum applicatio. Hæc enim materiam ſui frigiditate in profundo corporis coarctauerunt & congelauerunt ſpiritus, quibus a tota ſpecie contrariantur. Nullus etiam viſus eſt, qui narcoticis vteretur, qui non incurreret corruptionem ſenſuum interiorum & cæcitatem. Et ideo oportet eam diligenter euacuare. ¶ Prima igitur huius capituli intentio completur inſtrumentis quatuor. ¶ Quorum primum eſt, vt per dies octo, omni mane accipiat clyſtere tale. ℞. *maluarum, betæ, violarum, furfurum ana M j. chamomillæ M ij. aniſ. fœnic. an. M ß. ex hac decoctione accipiatur lib. j. olei de lilio vnc. ij. olei de abſinthio vnc. j. ſalis communis vnc. ß. vitellos ouorum duorum, caſſiæ fiſtul. bene-*
C *dictæ hieræ hermetis vel logodion, & ſi neutra habetur, accipiatur hiera ſimplex Gal. omnium an. ʒ. ij. fiat &c.* ¶ Secundum eſt, quod omni ſero parum ante cœnam accipiat vnam ex his pilulis. ℞. *aloes ſuccotrinæ vnc. ß. aquæ fontis vnc. iij. agarici drach. ij. zinzib. ſcrup. ij. diſſoluantur agaricus, & zinziber in mortario cum prædicta aqua calida, & conquaſſentur diu, deinde exprimantur, & in aqua illa infundatur aloe per triduum: Deinde coletur ab ea, & addatur ei maſticis ſcrup. ß. & in mortario agitando reducatur in pilulas ex omni drachm. faciendo v j.* ¶ Tertium inſtrumentum eſt, vt poſt illa clyſteria hora 21. die ſequenti phlebotometur ſaphena ſiniſtræ partis, & extrahatur de ſanguine vſque ad vnc. iiij ne debilitetur, quia phlebotomia venarum inferiorum magis debilitat, quam ſuperiorum. *4. primi 20. capit.* ¶ Iterum poſt hanc phlebotomiam accipiat omni tertia die hora iam dicta vnam ex
D prædictis pilulis, vſque ad dies octo, ſequenti vero die aperiatur ſibi in mane ſaluatella dextræ manus, & extrahantur ſanguinis vnc. v. ¶ Quartum vero, ſequenti die accipiat vnc. ß. electuarii Indi deſcriptione Meſuæ, & tardet cibum ſex horis accipiendo cyathum aquæ hordei ſaccharatæ poſt quintam horam. ¶ Et ſi non haberet electuarium illud, accipiat has pilulas. ℞. *pilularum cochiarum, & de hiera compoſita ana ſcrup. j. fiant vij. & dentur, vt dictum eſt.*

Quatuor inſtrumenta medicinalia. — 1. *Clyſter.* — 2. *Pilula.* — 3. *Phlebotomia.* — *Sectionem venarum inferiorum magis debilitare, quam ſuperiorum.* — 4. — *Pilula.*

Et attendat incipere has euacuationes circa medietatem menſis Februarii, quia tempus erit idoneum valde ad ſequentia, & non tardet, quia periculum ſibi maximum incumbit. Et partiatur iſtis & ſequentibus euacuationibus tempus. Itaq; accipiat a coniunctione lunari diſtanter per tres ſaltem dies ante & poſt.

E

Cap. II. *De canone inclinandi materias ad inferius.*

MAterias in capite ſtantes ex propinquo ſummopere debet intendere Medicus ad contraria deducere. Et ſi quidem fluentes fuerint a matrice ad caput menſtrua multiplicare, vt dando hieræ ſimplicis vnc. j. croci ſcrup. ß. & eſt mihi ſecretum. ¶ Aut ℞. *pilularum de oppoponaco ſcrup. ij. moſchi ſcrup. ß. fiant cum ſucco apii, & tardet cibum ſex horis.* ¶ Si vero ab epatis gibbo & renibus fluerent, cum diureticis diuertantur, vt ℞. *ſyrup. de radicibus ſine aceto vnc. j. ß. granorum milii ſolis drachm. ß. detur hæc v. diebus vel ſex.* ¶ Si autem ſtomachus mandaret, mundificetur cum hiera ſimplici vel pilulis de ea. ¶ Si a concauo epatis, trahatur per clyſtere iam ſcriptum. ¶ De com-
F munibus autem diuertentibus ſunt fricationes, de quibus ſupra *tractatu primo, capit. 3.* viſum eſt. Aut ligentur extrema primo prope clauiculas manuum & pedum. Secundo ſupra genua & adiutoria. Similiter & tertio apponantur domeſticis coxarum, parum ſuper genu vẽtoſæ vitreæ aut lapideæ, aut corneæ ignitæ potenter ſine ſcarificatione. ¶ De tractu autem materierum in capite ſtantium infra erit canon. capit. 5. has etiam diuerſiones iuuant phlebotomiæ præmiſſæ & clyſteria præcedenti capitulo tacta.

Pilula. — *Syrupus.*

Cap. III. *Intentio digerendi materias.* A

Iam enim præceſſerunt euacuationes vniuerſales, quæ euacuationem minora-
tiuam materierum propriarum reſpiciunt, ſi bene conueniret, debent igitur di-
geri materiæ digeſtione appropriata, plethoram primo vniuerſalem, ſecundo
particularem reſpiciente. ¶ Digeratur igitur cum hoc meæ inuentionis diuino lumine
Syrupus. experto ſyrup. ad hæc & ſimilia. ℞. *florum ſtœchados, thymi, epithymi, calamenti, pulegii, ori-
gani, herbæ paralyſis, ſpicæ neridem, flo. bug. boraginis, radicum eryngii, myroba. chebulorum, enulæ,
fœn. euſragiæ, ireos, rutæ, maioranæ, nigellæ, an. ℥ ij. ſeminis & radicum pæoniæ, folii, ameos, carda-
momi maioris flor. anthos an. ℥ j. infundantur in aqua fontis per dies v. deinde extrahantur & di-
mittatur exire aqua per diem mediam, ponantur itaq; in alembico, & cum ſapientia ſublimentur, &
huius ſublimationis. ℞. aq. lib. ij. mellis electi lib. ß. aceti ſquillitici ℥ ij. coquantur, & cum bullit, hæ* B
*ſpecies in ſindone ligatæ ſecum bulliant. Et ſi velis longum facere ſyr. vt ſoleo, dentur vnc. v. vel ſex in
aurora calidæ, ſi vero complete coquatur, dentur ex eo ℥ ij. cum ℥ ij. aquæ maioranæ, & tantundem*
Species cum deſtillato miſcenda. *aq. fœniculi.* Species ſunt iſtæ. ℞. *macis, nucis muſc. an. ʒ j. ß. galangæ, granorum paradiſi, cubeba-
rum an. ʒ j. ß. euſrag. fœnicu. an. ʒ ij. ambræ, moſchi an. gran. v. fiat &c.* ¶ Alia digeſtiua quam
plurima accipere poteſtis ex illuſtrium auctorum ſententiis, vt ſyrup. ſquillitici omnes,
& proprie deſcriptione Democriti: ſyrupus de calamento, de ſtœchade, ſecaniabin de
Potio digeſtiua. keiſim, & ſyrupus de hyſopo, & de lilio. ¶ Domeſticum vero & bonum digeſtiuum eſt
hoc. ℞. *aquæ maioranæ, fœniculi, euſragiæ, rutæ an. vnc. j. miſce: & calidum detur vt ſupra.*

Cap. IV. *De euacuatione appropriata eradicante.*

Apparente digeſtione conuenienti ex nebula alba, vel hypoſtaſi in fundo ſe- C
denti iuncta æquali, diaphana, pyramidalis figuræ & rectificatione coloris & ſub-
Pilulæ. ſtantiæ vrinæ: ilico ſoluatur venter cum his pillul. ℞. *pil. lucis* ℈ j. *pilularum de ſarco-
colla, quæ mirabiles mihi expertæ ſunt in ſimilibus* ℈ ij. ß. *fiant vij. vel viij. cum ſucc. fœniculi, &
dentur vt ſupra, & teneatur modus in primo cap. huius tractatus poſitus.* ¶ Si vero abhorreret
Potio. pilul. dentur *hieræ ſimplicis* ʒ x. *cum aq. fœniculi.* ¶ Scribuntur etiam *quinto can. ſumma pri-
mo, tractatu nono,* pil. ſtomachicæ alkindi, quæ multum vtiles ſunt, & doſis earum eſt ʒ j. ß.
¶ Pilulæ etiam ſine quibus eſſe nolo Nicolai bonæ ſunt, meliores tamen aureæ eiuſdem,
placent autem mihi magis ſupraſcriptæ primo.

Cap. V. *De exſiccatione particulari materierum.* D

Octo inſtrumenta exſiccantia. Facta purgatione ad particularem exſiccationem eſt deueniendum, quę com-
pletur inſtrumẽtis octo. ¶ Primũ eſt gargariſma hoc. ℞. *piper. alb. coſti, ſtaphyſagriæ,
agarici, pyrethri, ireos an. ℥ j. ß. bulliãt in duab. libris aquæ, vſq; ad conſumtionẽ tertiæ partis:*
1. Gargariſma. *deinde ex hac colatura accipiatur medius cyathus, & tantundẽ hydromellis, & caleſiat: & fiat gargari-*
2. *ſma mane & ſero.* ¶ 2. eſt maſticatio cubebæ longo tẽpore, vel neruoſi alicuius corporis, vel
Maſticatio. radicis ireos, vel agarici, quod melius eſt omni alio, & fiat hora iam dicta. ¶ 3. eſt caputpurgiũ
3. factum cum ſuc. cyclaminis, aut cum hydromelle. ¶ Si a. non habetur cyclamen, accipia-
Caputpurgium. tur ſuc. radicis bliris. ¶ Quartum eſt fortis fricatio, facta in fine colli, cum pulpa ſquillæ,
4. vel cum fricatione puluerum euphorbii. ¶ Quintum eſt veſicatio ſuper iam dicto loco E
Fricatio. facta cum pede coruino, vel ..eandro cõtritis, vel cum cãtharidibus contritis, cum ace-
5. to & fermento. ¶ Nota, non valentibus aliis, poſt veſicationem apponatur parti poſte-
Veſicatio. riori chorda, vel ſetonus cum cauterio. ¶ Sextum eſt cauterium potentiale, factum ibi-
6. dem cum capitello, vel cum cauterio tripunctali. ¶ Septimum eſt cauterium potentiale,
Cauterium potentiale. factum ſuper commiſſura coronali & ſagittali, vel cum cauterio circulari tali. ¶ Octauũ
7. ſi materia videretur finaliter in arteriis remanſiſſe, eſt arteriotomia ipſarum. Et eſt vt ra-
8. ſo capite aſpiciatur arteria, quæ maior eſt, & facta ſuper ea ſciſſione eleuetur cum duob.
vncinis parum, & apud vncinos ligetur, & tunc in medio incidatur, & ibidem cauteri-
zetur, & filum extra pendens dimittatur, & curetur locus cum baſilicone, & ſimilibus.
Si autem materia continetur in venis, fiat applicatio ſanguiſugarum venis temporum,
aut phlebotomentur venæ angulorum, domeſticorum oculorum. ¶ Attendendumq; F
ſemper toto tempore, quo patiens aſſumit digeſtiua, & quo poſt purgationes fiunt ea,
quæ in hoc 9. capit. ſunt poſita, debet venter eſſe fluxibilis naturaliter vel artificialiter cũ
prædictis clyſteribus & pilulis. ¶ Non potui clariſſime domine D. particularia hæc
omnia accuratius percurrere, quia multis occupationibus diſtrahor, & quia loquor ad
ſapien-

A ſapientem, ſed legantur hæc *3. tertii 13. de ingenio ſanitatis in fine*. Et in hoc cap. ſtat veritas curationis, quam Deus præſtet.

Cap. VI. *De confortantibus.*

IN genere confortantium quædam reſpiciunt caput, quædam oculos cum ſpiritu viſiuo, alia vtrunq; ſimul. de primis ergo plura ſunt.

Primum odorum omnes calidi, vt macis, nucis muſc. galangæ, garyoph. folii, ambræ, moſchi. ¶ Secundum ſunt ſacculi ex his facti, & ſuper prora capitis portati, aut puluereſ ex his ſuper commiſſuris iam dictis aſperſi. Et placuit Zoar *primo capitulo theiſir*, inter cetera pulueriẓando cum garyophil. & eſt efficax valde, vt milies vidi. ¶ Tertium eſt maſticatio cubebæ, vt ſupra. ¶ Quartum acceptio modici mithridatii in B ſero cum modico aquæ lauri. ¶ Quintum confectio diambra Meſuæ ſolida, teneatur in ore multoties. ¶ Quæ vero oculum & viſiuum confortant ſpiritum, ſunt ſicut eufragia ſæpe comeſta. ¶ Vidi etiam homines & decrepitos fere ad cæcitatem perductos integre fuiſſe viſioni reſtitutos cum hoc puluere. ℞. *macis vnc. j. eufrag. vnc. iij. fiat puluis ſubtilis, de quo cochlear medium ſemper ante cibum deglutiatur.* ¶ Item fœniculus ſępe maſticatus. ¶ Succ. eius oculis iniectus. ¶ Odor maioranę frequens ſecretum eſt magnum. ¶ Item collyrium de fellibus rapacium animalium. ¶ Sextum eſt iniectio balſami in oculos. ¶ Septimum ſuccus chelidoniæ coctus cum hydromelle &c. ¶ Octauum pul. mirabilis iuuamenti, quem habui a quodam religioſo, & ego rectificaui, ſæpeque expertus ſum, & ſpero videbitur eius in hac domina iuuamentum. ℞. *ſileris montani, cinaC momi, cinami an. drachm. iij. ſem. euf. agiæ, aniſi, fœn. an. vnc. ß. flor. anthos vnc. j. cubebarum macis, garyoph. gran. paradiſi ana drachm. j. omnia per ſe terantur: poſtea bene incorporentur, & detur ex eo drachm. j. ß. omni mane ante prandium, & modicum ex eo ante cænam.* ¶ Confortantia vero vtrunque ſunt ſicut vſus theriacæ magnæ mane per quinque horas ante cibum deglutitæ, confectio diamuſci dulcis, theriaca, diateſeron & reliqua.

Puluis.

Puluis.

Cap. VII. *De rectificatione membrorum mandantium.*

IAM aliquid de hoc tactum eſt in ſecundo capit. huius tractatus, cum de diuertentibus fuit ſermo. ¶ At vero correctificamus cum odoriferis, vt citro, meliſſa, moſcho & ſacculis ex iſtis, & electuariis, vt de gemmis, & etiam de hyacintho, *quinto canon.* D & lætificante Almanſ. ¶ Epar cum diarodon, in frigida, triaſandal. in calida cum ſpodio, cichorea, & ſimilibus. ¶ Stomacho cum abſinthialibus confectionibus omnibus, diacinamomo, diamargariton, cum ſagenea, & ſelite, & ſimilibus. ¶ Splen cum diacapparis ſquinanti, ſcolopen. tamariſ. & ſimilibus. ¶ Matricem cum triphera vtraque, confectione de ſeminibus, artemiſia, matricaria, meliſſa, & mithridatio &c. ¶ Pulmonem vero cum diahyſopo, diagalanga & ſimilibus. ¶ Hæc ſunt inſignis Doctor, quę in diſpoſitione huius mulieris occurrunt. Tu autem clara ſapientia tua, & addes, vbi diminute ſcripſi, & reges, & gubernabis vt ſolertia tua grandis monſtrabit. Amen.

Conſilivm LIX. *De imaginationibus oculorum, de corruptione ſenſus viſus a materia phlegmatica prouenientè per colligantiam a toto & a ſtomacho præcipue. Et de dolore iſchiadi-* E *co; continens tria capitula.*

Cap. I. *De cauſſis imaginationis.*

FRATER Iacobus Brixienſis de religione ſancti Dominici multis laborat accidentibus, quæ tamen ſunt duo principaliter ponderanda prouenientia ab vna & eadem cauſſa efficiente materiali. ¶ Sunt autem eius accidentia principalia hæc. ¶ Primum imaginationes oculorum. ¶ Secundum vero dolor iſchiadicus. ¶ Proueniunt autem in hoc ſeruo Dei imaginationes a mala complexione frigida & humida totius, & principaliter capitis, propter quam in epate eius generatur ſanguis phlegmaticus multum, & in cerebro propter F diminutam digeſtionem generatur & congregatur phlegma multũ, cuius vapores ſpiritui viſibili permixti permutant ipſum a complexione naturali infrigidando ſpiritum, & in ſubſtantia metallando ipſum, & ſui craſſitudine & turbulentia reddunt ſpiritum viſibilem opacum. ¶ Et adhuc etiam pars aquoſa phlegmatis deſcendit a cerebro per vias neruorum opticorum, venarum & arteriarũ ad cryſtalloidem & araneã pãniculũ vſq;

pupillam & corneam. Et huius quidem aqua deſcendens, niſi Deus iuuabit ipſum in- A
craſſata frigiditate continentis perducet ipſum ad perfectam cæcitatem. Et trahuntur
hi ſermones a ſententia principis *3. tertii, 4. cap. de aqua*, vbi inquit: *Deſcenſus aquæ eſt ægritu-*
do oppilatiua &c. vide ibi. Cum ergo permanet vapor ille prædictus ſpiritui viſibili permi-
xtus, cum defertur ad cryſtalloidem, percipit potentia viſiua impreſſionem eius in or-
gano, propter quod aſpiciendo aerem extra corrupte iudicat vaporem illum in aere im-
preſſum, cum tamen interius lædat organum viſionis totaliter & partialiter. Et eſt mo-
dus facile intelligendi nocumentum operationis in potentia viſiua operatione conti-
nentis, tenendo etiam adhuc, quod viſio fiat intus ſuſcipiendo, nam ſpecies obiectorũ
viſibilium per medium exterius receptæ in ſpiritu & organo viſionis permutantur ad B
corruptionem viſionis.

Et ex hoc fundamento poterit hic vir ſoluere plura problemata. ¶ Primum, pro-
pter quid, quando & quanto magis dolet caput, tanto fortiores ſunt imaginationes. pa-
tet hoc propter maiorem debilitatem in oculo tunc exſiſtentem. ¶ Secundum, propter
quid imaginationes fortiores efficiuntur tempore repletionis, quam vacuitatis. patet
hoc propter debilitatem eorum & multitudinem vaporum. ¶ Tertium, propter quid
cum alteratur caput a frigidis intus & extra, creſcunt imaginationes. patet propter au-
gmentum dyſcraſiæ tunc magis, & ſpirituoſam ſubſtantiam permutari magis. ¶ Quartũ,
propter quid in vigilia & abſtinentia minus male ſe habeat. ¶ Quintum, propter quid
ſtyptico exſiſtente ventre deterius ſe habeat. patet, quia tunc augetur magis euapora-
tio. ¶ Sextum, propter quid deterius ei ſit tempore hyemis, quam tempore æſtatis cõ- C
ſpicere obiecta. patet, quia illo tempore augetur dyſcraſia. ¶ Septimum, propter quid
deterius ſucceſſiue ſemper de anno in annum corrumpatur ei viſio. patet propter debili-
tatem ætatiuo decurſu acquiſitam, eſt enim ætas eius in fine conſiſtentiæ, vbi calor nota-
biliter incipit minui, *prima primi cap. de ætatibus*. ¶ Octauum, propter quid lineæ, vapores,
aut aliæ figuræ repræſententur viſioni ſub ſpecie albedinis. patet, quia vapor aqueus pro-
ueniens ab albo phlegmate repræſentat viſioni ſimilitudinẽ ſuã. ¶ Nonum, propter quid
quãdoq; in hac viſione corrupta appareat formas & figuras illas aliquãdo ferri ſurſum, ali-
quando deorſum. Patet primũ, quoniã ſpiritui viſibili commiſcetur vapor valde leuis, cui⁹
eſt moueri motu recto ſurſum, & ecõtrario, quãdo ei cõmiſcetur aqua aut vapor grauis,
quorum eſt moueri intrinſece motu recto deorſum. Ex quibus concluditur, quod ſi tan- D
tum vapor moueret ſurſum, quãtum aqua mouet deorſum, neceſſe foret imaginationes
repræſentari ſecundum figuram motus circularis. ¶ Ex quo fundamento vltimo ſoluit
problema magnum, videlicet, quare in hac diſpoſitione percipiatur quandoq; in capi-
te motus circularis abſq; hoc, quod homo aſpiciat aerem, vel alia obiecta exteriora, mul-
toties enim homini quieſcenti repræſentatur vertiginoſus motus in cerebro ſuo, pro-
pter quem homo iudicat, quod omnia corpora exteriora voluantur in gyrum, nullo ta-
lium corporum viſu percepto exterius. Et huius diſpoſitio eſt vertigo circularis, vt po-
teſt pulchre & ſubtiliter comprehendi ab Auic. *prima tertii, tractatu quinto, capit. 8. in ex-*
ordio. Vertigo eſt, vt habenti eam appareat, quaſi res mundi voluantur in gyrum. Cum
enim in ventriculis cerebri, vel inter ipſum & panniculos multiplicatur vapor, qui ſe- E
cundum figuram loci ſpiritui viſibili commixtus mouet ipſum rotatim. Quis audet du-
bitare, quod ſpecies illius motus circularis percipiatur a potentia tactiua partium ſenſi-
bilium panniculorum & neruorum oriẽtium ab anteriori parte cerebri, qui ſunt inſtru-
menta ſenſus. Et quod ſpecies illius motus recepta in ſpiritu per medium intraneum de-
lata ad organa potentiæ imaginatiuæ repræſentet ei motum circularem: hoc idem o-
mnino rationabile & neceſſarium eſt, quia motus eſt ſenſibile commune pluribus, quã
vno ſenſu perceptibilis, cuius ſpecies percipiuntnr a potentia tactiua, & a potentia inte-
riori ſenſitiua, videlic. imaginatiua: Propterea, quia ſpecies ſenſatę in ſpiritum, & in me-
dium receptæ, & in organo mouent potentias, quæ operantur ſecundum impreſſionem F
ab obiectis & ſpeciebus in medio & organo factam. & ſunt ſermones Auic. in *præallegato*
cap. poſiti aperiendi per hunc modum.

Ex hoc fundamento collige pulchre differentiam inter ſcotomiam, vertiginem
& imaginationes oculorum. ¶ Prima enim diſpoſitio prouenit propter corruptionem
in operatione imaginatiuæ potentiæ interioris, alia vero non euacuatur a nocumento
in ſenſu

A In ſenſu viſus contingente, quæ tu ipſe conſidera. ¶ Et hæc quidem manifeſtat huic viro
cauſſam, quare caput eius non raro percipiatur moueri circulariter. ¶ Et ſequitur vlte-
rius ex hoc fundamento, quod hic vir contigenter diſpoſitus ſit ad epilepſiã & apoplexi-
am. Si enim vapor ille in aquam conuerteretur, & materia, ex qua generatur, multiplica-
retur in tantum, quod ventriculus cerebri oppilaretur incomplete, faceret epilepſiam,
ſi vero complete, faceret apoplexiam, quę omnia colliguntur in definitionibus epilepſię
& apoplexiæ collectis *prima tertii vbi ſupra.* ¶ Et 4. ſequitur ex hoc fundamento, quod nõ
ſit mirum, ſi viſus huius viri obtenebratus eſt, intelligendo per tenebroſitatem viſus im-
pedimentum eius in apprehendendo obiecta viſibilia non clare & diſtincte, neq; vſque
B ad diſtantiam conuenientem. ¶ Et tandem 5. concluditur, quod perſeuerantibus huiuſ-
modi nocumentis religioſus iſte cito priuabitur viſione, aut, quia vapor ille incraſſabit,
& aqua incraſſata totaliter oppilabit panniculum araneam, antepoſitum cryſtalloidi,
aut quia vapor ille in aquam conuerſus implebit ipſam pupillam, aut ille idem & aqua, ex
qua generat', incraſſabitur ante pupillam, & conuertetur in pannum completæ cæcita-
tis effectiuũ. Et ſunt ſermones principis *3. tertii, tractatu 4. capit. de aqua, in exordio:* ſic incip.
*Deſcenſus aquæ eſt ægritudo oppilatiua, ſtans inter corneam, quantum ad ſuperficiem vltimæ corticis
eius, & inter pupillam, quantum ad ſuperficiem conuexam eius.* ¶ Ex quibus omnibus in vnum
collectis apparet, quod iſte vir indigeat regimine curatiuo multum accurate eligendo
& adminiſtrando, quam citius eſt ei poſſibile, ne cadat in peius.

C
Cap. II. *De cura per diætam.*

ITAQVE regimen huius viri vniuerſaliter adminiſtrandum, deinceps diui-
detur in duo capitula, quorum alterum (& eſt ſecundum in ordine) diſcur-
ret per adminiſtrationem ſex rerũ non naturalium: Aliud vero, quod eſt ter
tiũ in ordine, declarabit regimen per medicinalia. ¶ Pro declaratione igitur
primi, diſcurrendo ꝑ cibaria & potabilia, ꝓmittendũ primo, ꝙ omnes cibi,
tã medicinales, q̃ medicinæ cibales difficilis digeſtionis, aut quia difficulter, aut non niſi
in longo tẽpore tranſmutabiles, a virtute ſeponendi ſunt. patet, quia cũ lapſus huius viri
in ſtomacho in toto exſiſtat a frigiditate & humiditate; patet digeſtionem in eo debilem
eſſe. ¶ Secundo præmittendum talia omnia cibaria debere eſſe calida & non frigida. pa-
D tet, quia calida corrigent lapſum, vbi frigida augerent ipſum. ¶ Tertia concluſio præ-
mittenda eſt, ꝙ talia neq; debeãt eſſe excellẽter humida. patet, quia talia commutabilia
ſunt in aquã & vaporẽ multũ. ¶ Itẽ, quia talia augerent lapſum, probatur, quia humiditas
maior, quam debet, reddit corpus frigidius, q̃ oportet. ¶ Exemplum primorum eſt, vel-
ut carnes laudabiles, vinum mediocriter bonum. Exemplum ſecundorum eſt, velut
fructus omnes humidi potentia & actu, vt ſunt pyra, poma non bene dulcia, citrulli, cu-
cumeres, perſica & ſimilia. ¶ Quarta cõcluſio, talia cibaria nõ debent eſſe multũ humida
materialiter, vt lac, piſces, aqua multa, & vinũ aqueum, & brodialia multa ſaltem macra.
¶ Quinta, ꝙ talia non debeãt eſſe humida humiditate effectiue tali nec naturaliter. Exẽ-
plũ ſicut porrũ, alliũ, cæpę, bulbus, raphanus, omnia n. talia habent humiditatem multã,
E & euaporabilẽ, & habent caliditatem potentialiter euaporantem. Sexta, quod talia de-
beant eſſe viſcoſa, in quantum eſt poſſibile. patet, quia talia generarent humorem valde
facile glutinabilem & viſcoſum. ¶ Septima, quod talia non debeant eſſe materialiter ef-
fectiue humida & corruptibilia, velut lac & ſimilia. patet, quia eſſent cauſſa corruptionis
nutrimenti boni & ſubſtantiæ ſpirituoſæ. ¶ Octaua, quod talia edulia debeant eſſe per
operationem a tertia virtute prouenientem calefactiua, aperitiua & conſumtiua, ſubtili-
atiua & vltimo viſus iuuatiua. ¶ Primum patet, quia talia oculum & ſpiritum continen-
tis conſeruabunt. ¶ Et ſecundum declaratur, quia aperitiua faciunt euaporare ſuperflui-
tates ab oculo. Tertium cum quarto, quia ſubtiliatiua & exſiccatiua ſpiritum incraſſatũ
a vaporibus ad medium deducent, & ab humiditate ſuperflua expurgabunt. ¶ Nona
F concluſio eſt, quod prædicta omnia debeant eſſe habentia operationes & virtutes viſui
conferentes, & ipſum confortantes, ſiue ipſum confortent ſpiritum viſibilem ſuſtentan-
do, & a reſolutione prohibendo, velut corallus, margarita, & lapis armenus lotus. ¶ Siue
ſpiritum clariorem efficiendo, & magis diaphanum, velut ſuccus rutæ, fœniculi & eu-
fragiæ. ¶ Siue ſpiritum viſibilem a magna reſolutione, & frequenti prohibeant, velut
ſuccus roſarum, & verbenæ, quam quidam frigidam ponunt.

Siue talia conferant viſui abſtergendo panniculos, velut fella omnia & humiditas A
colliquata ab epate caprino, ſecundum Doctores conuenienter aſſato. His quidem o-
mnibus diligens contemplator debet talia cibaria diligenter coquere, commiſcere &
præparare, vt oculus reddatur viſui conueniens inſtrumentum. ¶ Decima concluſio,
quod, quia hæ virtutes & operationes nunquam aut valde rariſſime inueniuntur in ſim-
plici inſtrumento vel medicina: ideo oportet Medicum eſſe cognitorem medicina-
rum ſimplicium, quæ has operationes producere poſſunt.

Panis. Particulariter autem quædam ipſorum pertranſeundo: Panis taliter ægrotantium
debet eſſe plus fermenti, & ſalis aliqualiter habens, quam communis panis, bene coctus,
non antiquus, ſed duorum vel trium dierum ad plus, ex cuius farina euitentur laganæ, &
coctiones in aqua, & placentulæ ſine fermento. ¶ Sint carnes eorum velut vituli lacten- B
Carnes. tis, caſtrati iuuenis, pinguis capreoli, capreti domeſtici, leporis & iuuenculi apri, licet
raro. ¶ De volucribus vero domeſticis ſunt pulli, gallinæ, capones, & columbelli, &
Pulli columborum ſylueſtrium confortant cerebrum. proprie ſylueſtres, qui magnam proprietatem habent in confortando cerebrum.
¶ Perdices & phaſiani, meruli, turdi, & conſimiles probatæ & laudatæ carnes, vel co-
turnices, & francolini in diſtrictu Brixienſi & Tridentino, & ſtarnæ, cobbugi in regione
Piſces. Sicula, ſiue frixæ, ſiue elixæ accipiantur hæ carnes. ¶ Piſcium autem vſus recentium
& elixorum, & proprie lacunarum in aquis ſtantibus degentium, non placet mihi, ſal-
tem in frequenti vſu. ¶ Maritimi autem piſces, & proprie aſſati vel frixi, cum pipere &
zinzibere, fœniculo, aniſo, petroſelino & conſimilibus calidis & oculi plantis præpa- C
rati, velut fœniculo, verbena, eufragia, ruta concedi poſſunt, præter anetum, quem o-
mnino vitet, quia facit oculorum caliginem. ¶ Cancri vero, anguillæ, tinchæ, & o-
Oua. mnes limoſi piſces omnino dimittantur. Oua vero omni modo præparationis mihi pla-
cent, licet frixa non ſint ita laudabilia. ¶ Lac autem & lacticinia cibaria omnia dimittē-
da ſunt. Caſeum dico dimittendum eſſe, niſi ſit habens ætatem ampliorem, quam ſex
menſium, ac aliquid ſalſedinis. ¶ Sacchari & mellis vſus omnino placet. ¶ Acetum
autem propter ſuam punctionem ſit in raro vſu, niſi cum ponitur cum ocularibus me-
dicinis. ¶ Sed acria, velut agreſta, limones, & citranguli conceduntur.

Granata vero & eorum ſuccus non multum mihi placent, niſi cinamomo, pipere
& ſaccharo vehementer condiantur. ¶ Olera omnia, & proprie actu & potentia frigi-
Olera. da & humida dimittantur, velut endiuia, beta, ſpinachia, portulaca, cucumeres, cu- D
curbitæ, & proprie caules, quorum eſt obtenebrare viſum. ¶ Plantæ vero calidæ, aper-
tiuæ, ſubtiliatiuæ cerebrales, & oculiſtæ apertiuæ ſunt, velut ſaluia, mentha, & dendroli-
Radices. banum, calamentum, pulegium, hyſopus, ſatureia & ſimilia. ¶ Ex radicibus dimittan-
tur allium, porrum, cæpæ, bulbus, imo raphanus raro accipiatur. ¶ Rapæ vero & napi
comedi poſſunt, quia magnam habent proprietatem ad oculos in tantum, quod ſemina
vtriuſq; ſaccharo condita, notabiliter ſint viſus confortatiua. ¶ Karote autem & radicu-
la, quæ dicitur rampunceolus in cibariis eius vti poteſt. ¶ Omnium vero leguminum v-
Legumina. ſus omnino ab hoc viro dimitti debet, propter ipſorum euaporationem multam, quia
replent caput, & propterea ſolent lædere iuncturas efficiendo dolorem in eis, vt patet a E
Gal. *ſect. 2. aph. com.* vbi dixit, quod Græci propter comeſtionem leguminum incurrerūt
dolores iuncturarum. ¶ Si qua autem leguminis ſpecies ei concedi poteſt: videtur hoc
rationabiliter dici poſſe de pannico, oryza, & farre, chondro nominato ab Hipp. ¶ Fru-
Fructus. ctus autem omnes potentia & actu frigidi & humidi dimittantur, niſi paruus & rarus ſit
eorum vſus, & proprie illi conueniunt, qui ſunt dulces, non valde molles, velut poma a-
pia, dactylica & calamana, muſeta & gayolica, poma famoſo nomine in diſtrictu Taruiſi-
no inuenta, quæ ſua dulcedine omnium fere aliorum fructuum ſapores excedunt. ¶ Ce-
raſa vero & pyra muſcata poſſunt concedi, quia paruo tempore durant, niſi eorum fiat
crapula magna. ¶ Ficus vero recentes, & amygdalæ placent, & iterum auellanæ,
quia in cerebro efficiunt augmentum, ſcil. virtuale reſoluendo, & phiſtici etiam ſunt ei
conuenientes, & caſtaneæ ſiccæ coctæ poſt cibum comeſtæ laudari poſſunt. ¶ Vuæ au- F
tem paſſæ & proprie albæ minutæ in Italia inuentæ, & a Romania exportatæ, quas vocat
Auicen. Aromaniacas, omnes conuenire videntur. Oleum vero, quo cibaria condiun-
Oleum. tur, ſit oleum oliuarum, aut de nucibus, aut de amygdalis dulcibus factum. ¶ Butyro au-
tem vti poteſt, licet non ita frequenter.

Species

Species & ſemina.

A Species vero & ſemina, quibus vti poteſt & condiri cibos, ſunt ſicut piper omne, galanga, garyophilli, nux muſc. macis, zinziber, cinamomum vtrunq;, grana paradiſi, & lignum aloes, crocus, cyminum, ſemina rutæ, daucus & ſimilia. Et hæc videntur ſatis cõuenienter includere regimen conueniens ex parte ciborum.

Potus.

In potu eligatur vinum ſubſtantia ſubtile, aromaticum, clarum. Hoc n. inter reliqua vina mentem & rationalem partem hominis minus percutit, teſte Gal. *lib. 2. de vict. acut.* Et debet eſſe potẽtia mediocriter vinoſum, ex quo tamẽ nõ fiat magna repletio, neq; in vſu eius delitia. ¶ Neq; timeant argumẽta, ſi quę ſunt apparentia, ꝙ vinũ nõ competat in ægritudinibus oculorũ. Hoc quidẽ negandũ eſt, dummodo vſus eius fuerit mediocris, & ſapienter reſeruatus, & proprie in hominibus conſuetis ad ipſum, complexione & ætate B frigidis, ſecundũ vniuerſum corpus, & maxime ſecundũ caput. His enim abſq; dubio cõferret vini vſus & non noceret. ¶ Si quis a. deſideraret habere potum his diſpoſitionibus conferentẽ, & non eſſet conſuetus vino, imo careret eo, tunc poterit vti potu infraſcripto omnibus diebus vitæ ſuæ, & proprie a principio menſis Octobris, vſq; ad medium Martii. Cuius deſcriptio eſt hæc. ℞. *florum vel ſeminum verbenæ, chelidoniæ, rutæ, & eufragiæ an. dr. ij. coquantur omnia in centum libris aquæ fluuialis ſubtilis & diaphanæ, vſque ad conſumtionem tertiæ partis, & tunc abſque colatura ſuperaddantur mellis citrini benemundi lib. 20. & leuiter omnia bulliant, vſque ad conſumtionem alterius tertiæ partis, ſemper cum cochleari conuenienter deſpumando ipſa, tunc ergo per ſaccum mundum & bene ſpiſſum coletur bis, & reſeruetur in vaſe vitreo, & bene obturetur.* Hic ergo ſit potus eius ſimplex. Et ſi deſideraret agere, C poteſt ſecum commiſcere quintam vel ſextam partem vini ſuperius electi. Vidi ego multos ad magnam tenebroſitatem perductos etiam in fine primi ſenii ab ea fuiſſe cõplete ſanatos, & tu conſidera virtutem ſimplicium, ex quibus conficitur hic potus, & poteris inuenire veritatem.

Potus artificialis.

Iam enim tempus eſt conſumendi tertium capitulum huius regiminis, annunciando inſtrumenta medicinalia, quæ conuenire videntur, in quo capite hæc ſeruabo, quia primo ponam in ipſo ea, quæ videntur conuenire in toto tempore hyemis, & erunt inſtrumenta quatuor. Secundo declarabo ea, quæ conueniunt in vere, & erunt inſtrumẽta quinq;. Tertio ea quæ cõueniunt in ęſtate, cuius inſtrumẽta ſunt tria. Quarto vero tãgam ea, quę videntur conuenire in autumno, & erunt inſtrumenta duo. Vltimo vero de- D ſcr bam tria inſtrumenta iſchiadicæ conuenientia, & erit huius tractatus finis.

Cap. III. *De cura per medicinalia.*

Pro ſatisfactione vero ad primam partem huius capituli, adueniente fine menſis Nouembris, aut principio Decembris, vſq; ad decem dies hic vir purgabitur per iſtum modum. ¶ Primo quidem vno mane in aurora accipiat pilulas intraſcriptas, & poſt eas dormiat per vnam horam cum dimidia, & ita ieiunus permaneat, vſque ad horas quinq;, tunc accipiat ſcutellam vnam brodii macri de pullo cum ſaccharo calidi, & poſt ipſum per horam prandeat. Sunt autem pilulæ iſtæ. ℞. *pil. de ſarcocol. ſcrup. ij. pilularum cochiarum ſcrup. j. formentur pil. vj. cum ſucco roſarum.* Hæ enim trahunt potenter a iuncturis, & maxime ab ancha propter ſarcocollam, & trahunt a ſto- E macho, capite & oculis præter cochias.

Pilulæ

Digeſtiuum

Die vero ſequenti immediate accipiat digeſtiuum infraſcriptum hora præſcripta calidum, & tardet comedere per quatuor horas poſt ipſum. ℞. *ſyrup. de ſtœchade, ſyrup. compoſiti acetoſi an. dr. vj. aquæ fœniculi vnc. j. ß. aquæ apii & eupatorii an. ℥. ß. auari ponderis, miſce & calidum accipiatur totum toties, quod appareat vrina in ſubſtantia mediocriter craſſa, & colore aliqualiter citrino colorata habens in fundo eius hypoſtaſim albam æqualem & coniunctam.* ¶ Quæ cum apparuerit, euacuetur cum hoc compoſito. ℞. *benedictæ ſimplicis drach. iij. hieræ Gal. dr. v. hieralogodii, drach. ij. aut æqualis ponderis miſce totum cum cyatho medio aquæ fœniculi calefactæ, & quatuor cochleariis vini albi ſubtilis.* Et poſt aſſumtionem huius obſeruet modum & regulas, quæ poſitæ ſunt in minoratiuo præcedenti ¶ Secundum remedium princi- F pale eſt, vt poſtquam fuerit vniuerſaliter & particulariter euacuatus, deinceps omni ſexto & quarto die accipiat vnam de infraſcriptis pil. parum ante cœnam, altera vero ſecũdam ex eis accipiat per 2. horas poſt cœnam. ¶ Quarum deſcriptio. ℞. *pil. de ſarco. pilul. de hiera compoſita an. ℈. j. aloes ablutæ ʒ ij. pil. lucis ʒ ß. cum ſuc. fœniculi formentur pil. de omni dr. vij.* Sic enim a ſtomacho, capite & iuncturis materias particularibus euacuationibus eradi-

Pilulæ

dicabit. ¶ Tertium inſtrumentum eſt, vt iſte vir omni mane per tres horas ante ci- A
bum accipiat radicem vnam zinzib. conditi, & erit vtilis ad omnia prædicta. ¶ Quartum principale remedium eſt, vt ſemper in fine prandii & cœnæ comedat vnc. ß. huius confectionis. ℞. *ſpecierum de ligno al. deſcriptione Auic. 5. canon. & ſumma prima dr. ij. ſpecierum diacinamomi ʒ j. cum aqua fœniculi, fiat confectio in rotulis magnis.* Et hæc de regimine hyemis.

Rotula.

Adueniente autem vere prope finem menſis Februarii per octo dies continuos omni mane in aurora accipiat vnc. iiij. huius decoctionis. ℞. *zinzib. electi, piperis alb. & calami aromatici an. drach. j. florum eufragiæ, macis, xylobalſami an. drachm. ij. hermodactylorum electorum mundatorum numero iij. Terantur omnia ſimul, & coquantur in v. lib. aquæ, vſque ad conſumtionem duarum partium: deinde colentur & reſeruentur in vaſe vitreo, & accipiantur ante prandium per quatuor horas.* ¶ Secundum remedium eſt hoc. ℞. *ſucci roſarum drachm. j. aquæ cineris, aquæ eufragiæ an. vnc. j. miſce & teneantur in vaſe vitreo ſuſpenſo ad ſolem, & per totum tempus veris hic vir omni die per duas horas ante prandium, & cœnam madefaciat oculos ſuos.* ¶ Tertium eſt, vt vir iſte in tota latitudine veris ante cœnam per vnam horam, vel duas accipiat medium cochlear xylobalſami conditi, & ſi non poſſet ipſum habere, loco illius accipiat medium cochlear acori conditi: ſed primum melius eſt. ¶ Quartum eſt. ℞. *gallarum quercus, maſticis, terræ ſigillatæ, acatiæ an. drachm. j. ſandaracæ vnc. j. ſucci roſarum quantum ſufficit. Terantur omnia ſimul in mortario vltima contritione, & fiat linimentum bene viſcoſum*, cum quo hic patiens omni tertio ſero, cum vadit ad lectum, leuiter confricando cum eo actu frigido frontem leniat & tempora.

Decoctum. B Collyrium. Linimentum.

Quintum eſt hoc. ℞. *macis, eufragiæ ana drachm. j. ß. ligni aloës drachm. ij. fœniculi, carui, ameos an. drachm. ß. carabæ ſirup. ij. & ponitur propter exſiccationem ſuam, & prohibitionem curſus humorum.* Eſt autem carabe idem, quod cachabre, & eſt gummi acceptum ab arbore, quæ dicitur populus ſylueſter, vel populus alba. Et multi incolæ Marchię Taruiſinæ nominant hanc arborem albarum, aliter arborem ſtultam, & eſt magna eius copia apud eos in nemoribus, & prope valles, & eſt gummi colore aureum & aromaticum, quod dureſcit velut lapides. Ex prædictis ergo omnibus cum lib. iij. aquæ fœniculi fiat decoctio, vſq; ad conſumtionem medietatis, de qua decoctione capiantur vnc. iiij. calefactæ cum ſaccharo ter vel quater in ſeptimana ante cibum per tres horas. Hæc de regimine veris.

C Carabe. Cachabre.

Pro regimine vero æſtatis primum inſtrumentum eſt, quod hic vir recordetur accipere de pilulis anteſcriptis in regimine frequentando eas, vt ibi ſcribitur, aut rarius accipiendo propter caliditatem continentis. ¶ Secundum vero principale remedium eſt hoc. ℞. *ſucci roſar. ſucc. fœniculi, ſucci rutæ, an. vnc. iij. ſacchar. candi lib. ß. pendiarum vnc. iiij ſacch. alb. lib. ß. granorum fœni. liquiritiæ, violarum, roſarum, eufragiæ an. vnc. j. granorum phiſticorum drach. iij. infundantur phiſtici in aquam eufragiæ tepidam per v. dies: deinde extrahantur & permittantur ſiccari in vmbra. Deinde perfecte terantur & incorporentur cum aliis, de quo hic patiens omni mane in aurora deglutiat cochlear vnum.* Et ſi propter reuerentiam legis, & propter neceſſitatem vacandi cultui diuino, non poſſet ipſum recipere in mane, recipiat ipſum per duas horas ante cœnam & ſufficiet ei. ¶ Tertium ſpeciale remedium eſt hoc. ℞. *ſucc. verbenæ vnc. ij. ſucc. roſar. vnc. j. aquæ fœniculi factæ cum decoctione radicis liquiritiæ raſæ vnc. ij. fellis ſabolt drachm. j. miſceantur ſimul, & in ampulla exponantur ſoli, aut ſaltem teneantur in ſtuffa ſicca ſaltem per xv. dies: deinde in ſubtiliori parte iſtius madeſiat per horam ante cœnam, & prandium ſemel vel bis.* Et eſt collyrium valde conueniens & ſecurum.

D Confectio. E Collyrium.

Cum ergo venerit tempus autumni, memorandum. ¶ Primo de pilulis anteſcriptis. ¶ Secundo de electuario iam deſcripto. ¶ Tertio de linimento frontis & temporum. Et quarto de ſpeciebus capiti ſuperponendis, quæ ſunt iſtæ. ℞. *ligni aloes, eufragiæ, ſerpilli, ſaturciæ, hyſopi, ſtœchados an. drachm. j. macis drachm. vj. violarum drachm. j. ß. puluerizentur omnia per ſe: deinde commiſceantur. Et de hoc puluere omni ſero per duas horas poſt cœnam ſuperaſpergatur anteriori parti capitis quantitatis vnius ſcrup. per commiſſuram ſagittalem a coronali commiſſura, vſq; ad zenit capitis, ſecundũ latitudinem quatuor digitorum, ita tamen, quo primus puluis cũ ſetula deponatur, quãdo ſuperponitur ſecundus, & hoc ſaltem omni tertia vel 4. die,*

Puluis capiti inſpergendus.

& eſt

A &eſt auxilium magnum in diſpoſitionibus ſuis. ¶ Secundum vero ſpeciale remedium
eſt hoc. ♃. *extremitatum hederæ arboreæ, ſem. vel foliorum callitrichi, ameos, ligni aloes, ſtœcha-
dos an. drach. j. calamenti, origani ana drach. j. ß. radicum ſaponariæ vnc. j. radicum altheæ vnc. ß.
bulliant omnia ſimul in duabus ſitulis aquæ, vſque ad conſumtionem tertiæ partis:* deinde ſuper-
effundatur cibis ſubtiliſſime cribratus. De hac igitur aqua cineris, bis vel ſemel in
ſeptimana lauetur caput leuiter confricando cum ſapone albo. Exſiccat enim ma-
terias & vapores attrahendo eos ad extra, & vigorando cerebri ſubſtantiam, & ocu-
lorum.

Vltima vero pars huius capituli declarat inſtrumenta dolori iſchiadico conueni-
entia Quorum primum eſt hoc. ℞. *picis naualis bene coctæ vnc. ij. reſinæ vnc. ij. Armonia-* Ceratum.
B *ci, ſerapini, oppoponatis ana drach. ij. ſarcocollæ, ſcordeon, pæoniæ, & hermodactylorum an. ſcrup.
ij. coquantur omnia cum ſucco roſ. & cera,* & fiant bene & conuenienter glutinoſa. De hac
igitur materia fiant cerata rotunda ſuper panno de lana, quorum vnum applicatum
ſemper portetur ſuper iſchiade & continuatum ſolet eradicare ab ea omnem dolorem
frigidum. ¶ Secundum vero ſpeciale remedium eſt, quod ſaltem in ſeptimana bis po-
nat ſibi collyrium factum de recenti radice cyclaminis ad quantitatem glandis, ſi fuerit
inhabitans loca, in quorum montibus reperitur copia magna, ſicut Veronæ, Brixiæ, Vi-
centiæ, Tridenti, & ſic de aliis. ¶ Vltimum vero remedium eſt, vt ſi per hæc omnia non
conuenienter remoueretur dolor iſchiadicus, tunc clyſterizetur æger in ſeptimana ter Clyſter.
cum vnc. viij. huius decoctionis calidæ. ♃. *radicis arthanitæ recentis minutim inciſæ vnc. ij.
C pæoniæ, hermodactylorum, ſarcocollæ, agarici an. vnc. j. ſalis Indi vnc. ß. coquantur omnia in libr.
v. aquæ, vſque ad conſumtionem medietatis, & accipiatur, vt dictum eſt.* Et per hæc omnia
miſericordia & benignitate cuncti potentis DEI & dulciſſimi Saluatoris noſtri IESV
Chriſti ducetur ad ſalutem.

CONSILIVM LX. *De imaginationibus oculorum.*

NOBILIS iſte vir in oculis ſuis ægrotat diſpoſitione multum verenda, quæ
quidem ſecundum ſententiam ſapientum nominatur imaginatio, & eſt ap-
parentia quarundam figurarum, quæ quoniam in aere apparent lineæ, vel
ila, aut ſicut culices, vel muſcę volantes, quę tamen in aere inueniuntur ne-
D quaquam, propter quod a ſapientibus plurimis tales apparentiæ illuſiones denominatæ
ſunt, eo, quia patiens ab eis ſæpe illuditur, ita vt proiiciat manũ tentans capere, quod cre-
dit videre, & tamen non videbat, quia obiecta illa in medio non erant. ¶ Contingit
autem hęc diſpoſitio ab humiditate multa cerebri, quę conuertitur in vapores, qui com-
miſcentur ſpiritui viſibili, & imprimunt in ipſum figuras iam prædictas, & ſpecies colorũ
variorum, ſecundum varietatem materierum in cerebro ſuperabundantium. ¶ Et hæc
quidem diſpoſitio timoroſa eſt, ſicut iam dictum eſt, eo, quia ipſa portendit tranſitum e-
ius in aquam deſcendentem, cum vapor in cerebro & organo viſionis dominatur & per-
ſeuerat ibidem frigiditate cerebri incraſſatus & congelatus conuertitur in aquam, quæ
E a cerebro deſcendens per vias neruorum opticorum, aut per vias venarum vel arteria-
rum in oculo recepta, recipitur inter ſuperficiem concauam panniculi corneæ, & con-
nexam vueæ, & proprie ante locum perforationis eius, qui nominatur pupilla. ¶ Et
iterum hæc diſpoſitio minatur cæcitatem, eo, quia hæc humiditas congelata, quando-
que ita incraſſatur, vt fiat quaſi panniculus, cum in veritate non ſit panniculus, ſed eſt
aqua congelata & incraſſata in figuram panniculo ſimilem conuerſam ex neceſſitate
continentis, eo, quia ipſa congregatur inter duas ſuperficies planas corneæ & vueę iam
prædictas. ¶ Et ex hoc fundamento manifeſte apparet, quod hæc diſpoſitio non re- Cataracta.
cte nominetur pannus, ſed cataracta, cum non ſit pannus, vt prædictum eſt, ſed dici-
tur ſuperfluitas talis cataracta, eo, quia per defluxum ad oculum genita eſt, qui Græcis
nominatur κατάῤῥοος ſeu κατάῤῥυς, Latinis vero defluxus. ¶ Et ex hoc vltimo concluditur,
quod neceſſe ſit patientem eſſe multum ſollicitum, & ſapientem, in intendendo ad ſui
curationem, vt nunc ſequetur.

In cura autem diſpoſitionis pertranſeundum compendioſe per ſex res non natu-
rales. Primo quidem per conuenientem menſuram, ex parte aeris, vnde euitare debet
aerem climatis, regionis, ciuitatis, vel cameræ frigidæ & humidæ, & totum corpus eius

veſtibus bene calidis omni fere tempore tenendum, & proprie caput cũ byretis, pellibus A
vulpinis, vel aliis bene calidis diligenter muniri debet, & etiam flatum humectatim venti nebulas & caligines deferẽtis euitare, & frequentẽ aſpectum aquarum, & proprie quas

Motus & quies. venti impetuoſe agitant. Penes autem hęc ſollicitus ſit, ne poſt cibum exercitetur motu aliquo, quantum eſt poſſibile, & proprie fortis nauigationis per aquas; per curſus, vel per equos, imo tunc omnino quieſcere debet in tantum, quod ſi poſſibile foret, ẽt abſtinendum eſſet ab exercitio ſcribendi, vſq; ad tres horas poſt aſſumtum cibum. Si autem illud non eſt poſſibile, figurari debet, & melius quidem eſſet, vt ſcribendo ſe volueret ſup altero temporum, dextro & ſiniſtro, quam ante ſuper faciem incuruatus ſe inclinet. Pro

Inanitio & repletio. tertia re non naturali, ſc. circa menſuram cibi & potus, ita ſe habeat, quod ſaturitatem B completam euitet, quantum eſt poſſibile, imo melius eſt a menſa ſurgere reliquiis appetitus adhuc in ſtomacho remanentibus magis, quam a multitudine ipſius ſepultus. ¶. Si tamen contingenter quandoq; in cibis quantitatem conuenientem excedendo delinqueret, quanto citius eſt poſſibile, procuret eorum a ſtomacho depoſitionem, ac-

Puluis. cipiendo puluerem iſtum. ℞. *tartari, carthami, folliculorum ſenæ an.* ℨ j. *aniſi, fœniculi, eufragiæ, cinamomi an. lib.* j. *fiat puluis, de qua cum modico aquæ vnius folliculi ſenæ calidum in potu de-*

Vomitum nocere oculis. *tur drachm.* ß. *aut ſcrup.* ij. Et gratia emundandi ſtomachum a ſuperfluitate ciborum, omnino euitet vomitum, quoniam ipſe nocet oculis, vt *4. primi cap. de nocumentis vomitus & 3. tertii cap. de rebus nocentibus oculis.* ¶ Si autem abhorreret pul. aſſumtionem, tunc conetur accipere clyſtere ſatis attractiuum, vt factum ex decoctione communi adiungen- C do eidem ℥ j. hieræ ſimplicis Gal. aut ſaltem ad corrigendum ſuperabundantiam ciborum in ſtomacho, & abſtineat a cibo vno die naturali completo, & ſit ad hæc ſollicitus.

Accidentia animi. ¶ Pro quarta re non naturali, ſcil. pro accidentibus animi, effugere debet omnia, quæ vehementem motum agitatiuum & colliquationem in toto corpore, & proprie in capite efficere poſſint, velut eſſet ira vehemens, & furioſus impetus, & fortis animi contriſtatiua paſſio, & longus fœtor, imo quilibet talis: talia enim materiei effluentis motum ſuperaugent maxime læſiuum.

Somnus & vigilia. Quinta vero res nõ naturalis eſt ſomnus & vigilia. Vnde omnino ab exceſſiua vigilia diſcedere debet, licet enim ad ipſam ſequatᷣ exſiccatio ſuperfluitatum in toto corpore, fortius tamẽ nocerent vigiliæ nimiũ debilitando caliditatem, & reſoluendo animalem D ſpiritum, quam exſiccando materias. ¶ Itaq; accepto cibo poſt mediam horam incipiet dormire capite ipſius decenter eleuato ſuper ſpina decumbendo ad ſiniſtrum ſe reuoluendo, & caueat omnino ſuper faciem recurue dormire, & ſpatium dormiendi in eo rationabiliter concedi poteſt, non minus ſex horis, & non plus horis 9.

Cibi. De modo autem regiminis circa ſextam rem non naturalem, hincinde diſcurrendo, ſc. penes ciborum conuenientiã & electionẽ. ¶ Primo quidem euitare debet panem

Panis. azyinum, multam humiditatem & vſtionem recipientẽ coctionem ſuam, & diminutionem ab ea, & ſit panis eius de puriſſima farina frumenti, fermenti, & ſalis amplius habentis parum, quam communis panis. In quo etiam nonnulla fœniculi grana commiſceantur, dum conficitur, & melius quidem eſſet ſi puluis granorum fœniculi cum eo in- E

Carnes. corporetur. ¶ De carnibus vero accipiat omnes, quæ boni ſunt nutrimenti, & leuis digeſtionis, ſicut carnes pullorum columborum, qui in hoc ſpecialem habent proprietatem, ſecundam ſententiam Auenzoar. Conueniunt etiam ei carnes anatulorum, non tamen in aquis degentium. ¶ Ex quadrupedibus bonæ ſunt ei carnes hædi, lactentis vituli, caſtrati. ¶ De ſylueſtribus volatilibus conueniunt ei auiculæ minutæ, phaſiani, perdices, iuuenculæ, turtures. ¶ Item carnes leporis, gazelli, id eſt, capreoli, porci, & omnes in ſumma, quæ ſanguinem reponunt paucæ humiditatis, viſcoſitate, vapo-

Fercula. roſitate, & ventoſitate priuatum. ¶ De ferculis vſus raparum eſt vtilis & naponum, & oua in brodiis iſtius ſparſa cum mica panis, fœnicul. & petroſ. mentha, ruta, ſaluia, F origanum, roſmarinum, ſerpillum, & in ſumma plantæ omnes calidæ & ſiccæ non

Lactuca obtenebrat viſum. vaporoſæ. ¶ Vegetabilia itaque frigida & humida, velut beta, ſpinachia, borago & endiuia dimittantur omnino, & proprie lactuca, cuius vſus obtenebrat viſum, *2. can. cap.*

Radices. *proprio*, & ſimiliter caules ſunt nocitiui nimia eorum vaporoſitate. ¶ Ex radicibus fu-

Lac. giat raphanum, porrum, allium, cæpas, bulbum, & ſimilia. ¶ Lactis etiam vſus valde nocitiuus eſt. Caſeus vero frangibilis ſapore ſuo ad ſalſedinem inclinatus

conuenit

A conuenit, & ſimiliter oliuæ, cappares, napi & rapæ conditæ; & oua omni præparatio-
nis modo, præterquam frixa. ¶ Vnctuoſa omnia euitari debent, præterquam oleum
oliuarum, vel de nucibus, vel de amygdalis dulcibus, & aſſata omnia cibaria & elixa
conueniunt, nequaquam autem frixa. ¶ De leguminibus autem conueniunt ei oryza; *Legumina.*
hordeum, pannicum, cicera rub. lentes in brodio pingui præparatæ. Alia vero legumi-
na dimittantur. ¶ Ex fructibus concedi poſſunt caſtaneæ poſt cibum, ficus ſiccæ, poſt *Fructus.*
cibum auellanæ torrefactæ, amygdalæ, phiſtici. Nuces vero dimittantur. Ante cibum
conueniunt ei paſſulæ, & propriе nigræ, & omnes vuæ ſiccæ, pyris vero & pomis raro v-
tatur, & ſemper coctis poſt cibum cum ſaccharo conditis. ¶ Ex ſaporibus conueniunt *Sapores.*
ei acetum & agreſta, ſalita & limones. Vinum vero granatorum & citranguli dimittan- *Confectio-*
B tur. ¶ Ex confectionibus optimæ ſunt ei auellanæ conditę cum ſaccharo, prius tamen *nes.*
torrefactę, & confectio de amygdalis & de phiſticis facta, aniſum conditum, & tragea
omnis cum ſpeciebus aromaticis. Confectionem vero de granis pini omnino dimitte-
re debet. ¶ Et de expertis confectionibus ſunt grana fœniculi confecta ſicut aniſum.
¶ Et mirabile iuuamentum inueni in confectione facta de ſeminibus raparum conditis,
ſicut aniſum.

De potu autem dicendum primo, quod vinum ei conueniens debeat eſſe album *P.*
colore, ſubſtantia ſubtile & bene diaphanum, potentia ſua vinoſum magis, quam aquo- *Quinq; regu-*
ſum, imo nullo modo placet ſimplicis aquæ vſus. ¶ Modus tamen in potu, quo ſe rege- *la in potu ob*
re debet, eſt, vt obſeruet regulas 5. ¶ Prima, vt euitet omnis vini potum tempore, quo *ſeruanda.*
C ieiunus eſt ſtomachus. ¶ Secunda, quod in cibatione ſua frequenter bibere debeat ma- 1.
gis, quam raro & in quantitate multa: eo, quia per talem modum conuenientius cibi & 2.
potus commiſcentur adinuicem, neque contingere poteſt motus & fluctuatio ciborum
in ſtomacho: per quæ caput multa vaporoſitate repleatur. ¶ Tertia, vt cum acceperit 3.
cibum, caueat a bibitione præcedente ipſum, imo aliquam cibi quantitatem prius co-
medat, quam bibere incipiat. ¶ Quarta, quod vinum ſibi conueniens melius ſit purũ, 4.
quam aliqua aqua commixtum. ¶ Quinta regula eſt, quod ſi propter conſuetudinem 5.
aut reuerentiam aſtantium non poſſit bibere vinũ purum, melius eſt commiſcere ipſum
cum tertia parte aquæ, per tres vel per quatuor horas antequam bibatur, quam prope
tempus potus ipſum permiſcere. ¶ Si autem neceſſitas vrgeat ad bibendum aquam, &
D propriе ſicut in diebus canicularibus, tunc ſit aqua illa ex ciſterna, vel laudabili fonte
vel flumine accepta, & cum ſaccharo cocta vel commixta, ſic etiam eſſet a medietate
Iunii, vſq; ad medietatem Septembris. ¶ Aliis autem temporibus vltra hæc, ſi deſide- *Potio artifi-*
raret aquam & bibere cogeretur, tunc melior eſſet potus aquæ huius decoct. ℞. *macis* *cialis.*
drach. j. ß. fœniculi, extremitatum eufragiæ an. dr. j. ß. aq. ciſternæ lib. 25. mellis electi lib. j. coquan-
tur inſimul omnia, puluere tamen fœniculi & eufragiæ in ſubtiliſſima ſindone ligato laxa ligatura.
Deinde coquantur inuicem ſemper abiiciendo ſpumam mellis, & coquatur vſquequo
remaneant partes tres: deinde per ſpiſſum pannum coletur & reſeruetur vſui, & bibat ex
eo ſimplici vel commixto vino ad placitum ſuum, eſt enim medicina, quæ gentes mul-
tas liberauit a cæcitate, cui propinquæ erant; quare hæc habeat in memoria. Hæc de re-
E gimine per res non naturales dicta ſufficiant.

Pro regimine autem medicinalium intentionum & inſtrumentorum in cura hu-
ius diſpoſitionis ordinate aſſignando ſermo ſatis prolixus habendus eſſet, verum, quia
diſpoſitio hæc iam in ſtatu eſt & fixa vel confirmata: Ideo generales intentiones, quibus
intendere debet ad materiam antecedentem minoratiue euacuando ipſam diuerten- *Decem regu-*
do & eradicando, hic non videntur eſſe magnæ neceſſitatis. Videtur autem mihi, quod *la & quin-*
ſufficiat huic diſpoſitioni attendere ſolum cum 10. regulis, & 15. inſtrumentis medicina- *decim inſtru-*
libus curam huius diſpoſitionis complentibus. *menta medi- cinalia*

Prima itaq; regula eſt, vt iſte vir bis in anno purget ſe cum reſpicientibus totum, *I. Reg.*
& principaliter caput, & eligat primæ purgationis tempus a medietate menſis Martii,
F vſq; ad medietatem Maii, ſecundæ vero purgationis conuenientiam eligat per totum
menſem Septembris. ¶ Itaq; complendo primam purgationem poſt quintam diem lu-
naris renouari vſq; ad vigeſimam eius vno mane in aurora diſtanter a cœna per 9. horas
gratia euacuationis minoratiuæ accipiat iſtas 5. pil. ℞. *pil. de ſarcocolla ʒ ß. pilul. cochiarum* *Pilulæ.*
℈ ß. *reformentur pil. v. vel vij. cum ſyrup. de ſtœchade*: & poſtquam acceperit eas, immediate

dormiat per mediam horam, deinde permittas eas euacuare per horas v. deinde accipi- A
at cyathum aquæ calidæ cum ſacch. aut tantundem brodii macri pulli, & poſt illud per
vnam horam prandium accipiat. ¶ Accepto itaq; minoratiuo, ſequenti mane immedia-
Digeſtiuum te hora deſignata, accipiat hoc digeſtiuum. ℞. *aq. ſublimationis, fœniculi, euſragiæ & roriſmarini an. ℥ j. oxymellis compoſiti ℥ ß. ſyr. de ſtœchad. ʒ j. miſce, & calidum accipiat, & tardetur cibus ſaltem horis quatuor, & continuet ipſum pluribus diebus quamdiu apparuerit nubes vel hypoſtaſis in fundo ſedens coniuncta æqualis & alba.* ¶ Tunc igitur ſequenti mane ſoluatur vēter eius cum
Pilula. iſtis pilul. ℞. *pilularum lucis de hiera, de ſarcocolla an. ℈ j. reformentur pilulæ vij. cum ſyrup. de ſtœchad. & accipiatur obſeruando poſt eas canones, ſicut de minoratiuo dictum eſt:* & hæc quidem
purgatio erit ei conueniens pro tempore veris. ¶ Pro purgatione autem conueniente
pro principio autumni attendendum, quod non oporteat vti medicinis tam audacis ca- B
liditatis, argumento ſumto a caliditate continentis, quæ præceſſerit & tunc adeſt. ¶ Etiam, quia phlegmatica materia quantitate paucior eſt, igitur erit minoris reſiſtentiæ, vt
euacuetur a virtute. ¶ Tertia ratio eſt, quia phlegma in tempore illo aut eſt magis dige-
Digeſtiuum ſtum, vel ad digeſtionem magis præparatum, & ſimiliter ad euacuationem. ¶ Quare digeſtiua & euacuatiua poterunt eſſe leuiora, velut iſtud. ℞. *aq. ſaluiæ & fœniculi an. ℥ ij. oxymellis compoſiti ℥ j. miſce, & accipiatur toties, quoties de prædicto dictum eſt.* ¶ Minoratiuum hoc
Pilula. tempore conueniens erit hoc. ℞. *pil. de hiera ſimplici ℈ iij. pil. de reub. ℈ j. cum geleniabin for-*
Eradicatiuum. *mentur pil. vij. & dentur hora prædicta, & obſeruetur poſt eas, quod de aliis dictum eſt.* ¶ Eradicatiuum hoc tempore conueniens erit hoc. ℞. *pil. de hiera compoſita ℈ ij. pilularum cochiarum ℈ j. fiant pil. vij. vt dictum eſt, & attendantur de eis omnia, quæ in ſuperioribus.* ¶ Secunda regula C
II. Regula. obſeruanda eſt, vt omni mane aut ſaltem omni altera die per totum tempus æſtatis maſticet vnum granum maſticis, aut ſaltem maſticet fruſtum nerui exſiccati, aut ſaltem
cubebam vnam. ¶ Poſt purgationem vero autumni maſticet aliquid calami aromatici.
Aliquando vero fruſtum vnum nucis muſc. quandoq; vero modicum galangæ, & quandoq; de agarico, maſtice quan[illegible]tatem vnius grani fabæ. Per has omnes maſticationes equidem ſemper exſpuendo totum, quod eliquabitur, & nullo modo deglutiendo illud.
III. ¶ Tertia regula obſeruanda eſt, vt innitatur frequentibus aſpectibus ſpeculorum & fe-
IV. neſtrarum vitrearum nobilis perſpicuitatis. ¶ Quarta, vt ieiuno ſtomacho aſſueſcat le-
V. uibus pectinationibus capitis & fricationibus. ¶ Quinta, vt aſſueſcat frequenter ante
cœnam pedes ſuos lauare cum aqua calida decoctionis foliorum lauri, ſaluiæ, betoni- D
VI. cæ, ſtœchados, pulegii, origani, & reliquorum aromaticorum, præterquam aneti &
apii, quæ ambo euitari debent. ¶ Sexta, vt tentet omni vere & autumno venas hœmorrhoidas aperire poſt purgationes factas, pungendo eas cum porcinis ſetis, aut fricando cum foliis rubiæ tinctorum, aut boraginis, aut conſolidæ maioris vel ſimilium.
VII. ¶ Septima, vt gratia diuerſionum fumoſitatum & vaporis ſæpe aſſueſcat ſiccis ventoſis,
IIX. ſeu nates ventoſare infra medietatem earum. ¶ Octaua, vt frequenter fricationem faciat a principio colli, vſque ad finem ſpatularum inferius trahendo cum panno aſpero
IX. actu calido. ¶ Nona regula eſt, vt poſt purgationes iam prædictas in appendiciis auri-
um in parte occulta verſus collum applicet fricationem cum flammula vel perſicaria, vt
veſicationem percipiat fieri in parte illa, quæ prius rumpatur ita, vt aqua ibidem con- E
tenta effluere poſſit.

X. Vltima regula eſt, vt ſtudeat euitare omnia prouocantia tuſſim, ſicut occurſum ad pulueres, locum fumo plenum, aut ad flatum venti multum ſeptentrionalis. Et eadem ratione pariter euitare debet occurſum eorum, quæ frequenter & multum ſternutare faciunt, velut eſſet ſubitus occurſus faciei ad ſplendorem ſolis, & ſubita inſpiratione aeris in forti qualitate acuta, vel odor piperis, granorum paradiſi, ſinapi & ſimilium.

Nunc autem pro complemento operis ponenda ſunt 12. medicamina, ſecundum quotidianam operationem non ſolum mihi vtilia, ſed & plurimum experta viſa. F
Puluis capiti aſpergendus. ¶ Primum itaque horum eſt puluis iſte. ℞. *ligni aloes, garyoph. granorum paradiſi ana drachm. ß. ambræ ſcrup. j. euſragiæ, fœniculi, florum chelidoniæ, capitum roſarum non expandidarum an. ſcrup. j. macis drachm. j. fiat puluis ſubtilis, de hoc itaq; pul. frequenter puluerizetur caput eius a principio coronalis commiſſuræ, vſque ad finem ſagittalis per latitudinem trium digitorum, & fiat, quando vadit ad lectum, ponendo de eo quantitatem vj. granorum hordei,* & cum ponit ſe-

cundum

A cundum puluerem, ſemper cum petia abſtergat primum. ¶ Secundum remedium eſt
frequens odoratus pulueris maioranæ in panno ſindoneo ligati. ¶ Tertium remedi-
um eſt frequens fumigatio pannorum ſiue tegmentorum capitis facta cum pul. ligni a-
loes ſuper carbonibus aſperſo. ¶ Quartum eſt frequens comeſtio recentis fœniculi, eu-
fragiæ, & luminellæ, id eſt, cartifilago. ¶ Quintum nobile eſt hoc, ex cuius vſu diminu-
tam magnifice viſionem reſtaurari vidi: & proprie, quando de ipſo accipitur ℈ j. ante
cibum: ℞. *eufra.* ℥ ß. *macis* ʒ ij. *fiat omnium pul. ſubtil. & miſce.* ¶ Sextum eſt, vt ante confir- *Puluis interius vſurpandus.*
mationem & conuerſionem eius in pannum bis in ſeptimana accipiatur ʒ j. hieræ archi-
genis in aurora cum ℥ j. aquę decoct. granorum fœniculi calidum, & tardetur poſt ipſam
cibus ſaltem horis quatuor. ¶ Septimum frequens comeſtio raparum & naponum in ci-
B bis & ſeminis eius vſus, vt ſupra tactum eſt. ¶ Octauum pilul. iſtæ, de quibus omni ſe-
ptimana ſemel accipiatur vna poſt cœnam per duas horas. ℞. *ſpecierum hieræ ſimplicis* ℈ j. *Pilulæ.*
aloes infuſi per tres dies in ſuc. fœniculi ℥ j. *incorporentur ſimul & fiant pil. ex omni* ʒ *vij. de quibus*
ter in menſe accipiatur ʒ ß *in aurora ſeruando can. ſuperius poſitos de ſolutiuis.* ¶ Nonum eſt vſus
hieræ ſimplicis, de qua ſaltem omni menſe cum aqua fœniculi ʒ xiiij. obſeruando cano-
nes, vt ſupra ſcriptum eſt, & non timeas illam doſim, quia debilis eſt valde. ¶ Decimum
eſt frequens vſus centaureæ minoris, de qua in potu cum aqua fœniculi omni ſeptimana
ſemel accipi poteſt ʒ ß. vſque ad ℈ ij. & tardetur poſt eam cibus horis ſex. ¶ Vndeci-
mi loco ſunt aliæ quatuor medicinæ locales, quarum aliquæ applicari non debent, niſi
poſt euacuationes vniuerſales in anno faciendas: quæ poſitæ fuerunt ſuperius etiam poſt
C euacuationes particulares, quæ fieri debent, vt immediate ante ſcriptum eſt. Prima ita-
que medicina localis a ſapientibus laudata eſt, vt aliquoties in oculum ponatur gutta v-
na pinguedinis vel liquoris, qui diſſoluitur ſeu ſtillatur ab epate hirci aſſato ſecundum
doctrinam, quæ talis eſt: quod ſani hirci accipiatur epar recens, & poſtquam ablutum
fuerit, conuenienter vulneretur pluribus perforationibus, & impleatur granis piperis,
fœniculi & eufrag. foliis, & ponatur in veru ad aſſandum lento igne, quouſque conueni-
enter coctum ſit. Cum igitur coquitur, ſubſternatur eidem ſartago ænea, vt colligatur *Collyrium.*
in ipſa humiditas, quæ deſtillat ſeu cadit ab ipſo, & de hac oculus collyrizetur, vt dictum
eſt. Secunda medicina localis eſt: vt ſæpe in oculum ponatur lixiuium factum cum ci-
neribus ſtipitum fœniculi. Tertia, vt cum vrina pueri non polluti ſæpe collyrizetur o-
D culus. Quarta, vt accipiatur ſuccus fœniculi in fine menſis Aprilis & ponatur in vas vi-
treum longum & ſtricti orificii: & permittatur ſub radiis ſolis quindecim diebus, vt be-
ne deſiccetur: & tunc accipiatur leuiter, ita quod a fæce non conturbetur. Ponatur in
alterum vas: & ad quamcunque ß. lib. eius addatur ʒ j. ſubtiliſſimi pulueris ligni aloes, &
iterum aliis quindecim diebus ſub ſole dimittatur. Tunc igitur accipias ipſum & cole-
tur bis per pannum ſpiſſum, reponatur in vas vitreum bene obturatum & collyrizetur
oculus in eo. Vltimum medicamen, quod expertum dicitur ab auctoribus, eſt iſtud.
℞. *cineris capitis hyrundinis combuſti* ʒ ij. *mellis electi* ℥ iij. *ſucci fœniculi* ℥ j. *miſceantur: & ponantur*
in ampulla vitrea, & claudatur orificiū eius. Deinde coquatur in caldario pleno aquæ bullientis quouſ-
que vna medietas cadat, & altera remaneat: itaq; collyrizetur oculus mane tempeſtiue, & pa-
E rum ante cœnam: & quando itur ad lectum, ex eo guttam vnam in oculos ponendo: ex
quo & aliis mihi vtiliora inter alia viſa ſunt per vniuerſa volumina collecta. ſummi omni-
potentis ſaluatoris clementia ad optatum perducat.

Consilivm LXI. *De fiſtula in oculo.*

GENEROSA domina Blancha Malipetro ægrotat ægritudine in angulo
domeſtico oculi ſiniſtri, quæ garab dicitur ab Auic. *tertia tertii*, & eſt fiſtula *Garab.*
in lachrymali illo. Cuius quidem vltima & perfecta curatio fieri debet ma-
gis per cauterium ex auro, vel ferro, vel chalybe. Veruntamen, quia fiſtula
F illa non videtur eſſe antiqua multum, ſicut patet ex narratione ſua: Ideo ſa-
tis veriſimile eſt, aut quod in oſſe non ſit corruptio, cuius oppoſitum credo eſſe verum:
aut ſi qua eſt ibi corruptio, non ſit profunda; immo leuis & ſuperficialis multum: &
ideo in ipſius cura videtur incipiendum eſſe a leuioribus, prius quam ad cauterium
tranſeam.

Pro cuius quidem leuis & tentatiuæ curæ acquiſitione rectificetur regimen ex par- A te ciborum & potuum primo, deinde purgetur caput & corpus eius. Secundo procedẽdum eſt cum localibus patienti particulæ applicandis, quæ habeant vim attrahendi materiam ex profundo: & exſiccandi eam, & cum ſua ſtypticitate confortandi locum, ne ſit receptiuus materierum in poſterum, quod quidem regimen videtur mihi debere eſſe infra ſcriptum.

Diæta. Pro primo igitur abſtineat hæc domina a rebus valde euaporantibus: & cibis pinguibus, lacticiniis & leguminibus, & fructibus humidis. ¶ Similiter abſtineat a rebus acutis, vt ſunt cæpæ, allium, bulbus, ſinapi, eruca, & valde ſalſis & variis omnibus. ¶ Adhuc etiam abſtineat ab omnibus, quæ ſua caliditate & vaporabilitate caput replere conſueuerũt, vt ſunt aromatica omnia fumoſa, & cito poſt cibum dormire & forti exercitio, & B reliqua de numero talium. ¶ Pro ſecundo vero principaliter euacuetur corpus prius & argumento ſumto a complexione & habitudine prius eſt corpus euacuandum vniuerſaliter. Deinde canonice procedendo tranſeundum ad partialem capitis euacuationẽ. verum quia talia omnia ſcribi facilius calamo & verbo commendari poſſunt, quam operari, ideo apparet mihi cum partialibus & repetitis euacuationibus facile ſuppleri poſſe vniuerſalibus euacuationibus.

Pilulæ. Igitur prius corpus minoratiue euacuetur cum his pil. ℞. *pil. de hiera maiori ſiue compoſita ʒ j. reformentur pilulæ vij. cum ſyr. de calamento vel alio eidem proportionato: & exhibeantur cum ſeptem conditionibus*: quę ſuper omni pharmaco exhiberi debent ſparſim colligendis *4. primi, c. 3. & 10. practicæ Haly Abbatis.* & ab vſu communiter operantium. ¶ Euacuatione C *Digeſtiuum.* minoratiua præmiſſa, digeratur materia cum hoc digeſtiuo & ſatis leui. ℞. *Aquæ betonicæ ℥ iij. aquæ roriſmarini ℥ ij. miſce.* Diaolibanum eſt medicina potens in exſiccando materias, & proprie capitis & neruorum. ¶ Digeſtiuum efficacius prædicto poteſt eſſe hoc. *Aliud efficacius.* ℞. *ſyru. de calamento ℥ j. oxymellis compoſiti ℥ ß. aquæ decoct. macis ℥ iij.* Et ſi timeres epatis caliditatẽ, frangantur hæc digeſtiua cum aliquo remittente eorum caliditatem, vt aquæ cichoreæ & ſimilibus, & accipiatur hoc digeſtiuum per ſeptimanam completam. ¶ Et ſi tempore, quo aſſumitur digeſtiuum, venter eſſet ſtypticus, accipiat omni ſero aut alternatiue pilulam vnam alephangi. aut de aloe abluta parum ante cœnam. ¶ Digeſtione materierum apparente euacuetur materia cum his pilulis. *Pilulæ.* ℞. *pilul. de ſarcocolla ℈ ij. cochiarum ℈ j. reformentur pilulæ vij. cum electuario ſucci roſarum & exhibeantur vt ſupra.* Factis e- D uacuationibus iam prędictis omni mane bis collyrizetur oculus cum collyrio immediate infraſcripto duas vel tres guttas imponendo. Poſt illud autem imponatur vna petia huius ſequentis compoſitionis angulo domeſtico oculi & ligetur firmiter & adhærenter cum plumaceolo lachrymali angulo ſuppoſito cum debita adhærentia. Deſcriptio *Collyrium.* collyrii prænominati eſt hæc. ℞. *antimonii, tuciæ præparatæ ana ℈ j. ſarcocollæ in lacte nutritæ ſecundum doctrinam ℈ iij. licii. ſang. dra. ſpodii, draganti torrefacti. ſcoriæ ferri præparatæ ſecundum artem ana ʒ iij. aquæ rutæ, ſolatri & chelidoniæ ana ʒ j. ex pulueribus ſupraſcriptarum rerum. fiat ſief cum ſucco rutæ, & exſiccetur. Deinde cum prædictis aquis fiat collyrium fricando ſuper cote.* Deſcri- *Emplaſtrum* ptio emplaſtri ſupponendi loco eſt talis. ℞. *mumiæ, boli ar. acatiæ, ſang. dra. thuris, hypocyſtidos, maſticis ana ʒ iij. cupularum glandium, nucis cypreſſi, gallarum perforatarum ana ℥ j. glutinis piſcium, draganti, gummi Ara. ana ʒ j. diſſoluatur gluten cum aceto nigro fortiſſimo & ceteris additis* E *fiat emplaſtrum ſolidæ ſubſtantiæ.* Hæc mihi viſa meliora pro nunc fuerunt. Amen.

Consilivm LXII. *De palpebra inuerſa.*

Pilulæ. Patiens hic purgetur cum his pilulis primo, & tardet cibum per horas ſex, ſumatque mane. ℞. *pilularum aurearum ℈ ij. cochiarum ℈ j. fiant vj.* Sequenti *Digeſtiuum* vero die ſumat hoc digeſtiuum per totam ſeptimanam. ℞. *ſyrup. roſ. ℥ j. ſyrup. acetoſi compo. ℥ ß. aquæ fœniculi, cichoreæ ana ℥ j ß. miſce.* Poſt complementum F vero digeſtiui ſumat iterum pilulas ſupraſcriptas immediate: & poſtea omni quinto die conſulo, vt ſumat vnam de ſupraſcriptis pilulis, per duas horas poſt cœnam.

Super carnoſitate vero palpebræ inuerſæ fiat linimentum pluries in die cum ſucco apii ranini per octo dies: Deinde per alios 8. dies madefiat locus leuiter cum aqua ſalis armo-

A armoniaci: & ſemper poſt primum ſuccum & aquam vltimam ſupponatur carni additæ hoc vnguentum. ℞. *emplaſtrum de mucillaginibus ℥ ij. aluminis crudi, vitrioli combuſti ana ʒ j. diſſolue emplaſtrum cum vino antiquo: & incorporentur cum eo pulueres: & fiat vnguentum bene glutinatum.* de quo vngatur palpebra, vt dictum eſt. Amen. *Vnguentum*

CONSILIVM LXIII. *De opthalmia a ſanguine mixto phlegmati ſalſo.*

OPHTHALMIA huius generoſæ dominæ iudicio meo pendet a materia commixta, vt ex ſanguine, phlegmati ſalſo. Neque credo ipſam materiam eſſe commixtã ex cholera & ſanguine. Et mouẽt me ad illud plura motiua. ¶ Primum eſt longitudo huius ophthalmiæ, quæ prolixo tempore durauit: cholerica autem ophthalmia non eſſet tantæ longitudinis propter acuita-
B tem materiei, cuius periodus per ſe non tranſit 14. diem. ¶ Secundum vero motiuum eſt vehemens pruritus cum mordicatione commixtus, qui ambo ſunt accidentia materiei ſalſæ: ſicut pungitiuus dolor eſt accidens choleric æ. ¶ Tertium vero motiuum eſt expenſio vel dilatatio huius materiei ad frontem & ad faciẽ: Cholericæ autẽ materiæ vehementius exhalant & citius euaneſcunt, quam fixæ permaneant membris. ¶ Quartum vero motiuum eſt, ꝙ pars huius materiei communicata eſt pectori: & facit vlcerationes in mamillis: materiæ autem cholericæ prius euaporant, quam in ſaniem conuertantur. Et plura alia motiua ad hanc intentionem, ſi non effugerem longitudinem, recenſere poſſem. Neque iterum credo, quod huius ophthalmiæ longitudo principaliter proueniat propter retentionem menſtruorum, propter impræghationem, quoniam fre-
C quenter videmus prolixas ophthalmias in viris & mulieribus non prægnantibus. ¶ Et adhuc iterum, quia cum menſtrualis materia ſit multiplicata propter longitudinem temporis impræghationis, mirum eſſet, quod ipſa non feciſſet in oculo corruptionem magnam in vuea, cornea vel coniunctiua: aut ſaltem viſui magnum feciſſet nocumentũ; quoniã videmus ophthalmias a quarta vſq; ad ſeptimã diem quandoq; auferre viſionẽ.

Qualitercunque tamen contingit, diſpoſitioni huic prouiderem quinque remediis infraſcriptis. Regimen vero per euacuationes & digeſtiones conuenientes non dubito eſſe conuenienter adminiſtratum, ſicut conuenienter fieri potuit. Scio tamen in ea quæ de hoc regimine neceſſaria fuiſſent, non potuiſſe eidem conuenienter adminiſtrari propter impræghationem: propter quam hæc ægritudo difficilior eſt reddita, quã ſi
D non fuiſſet ꝓgnans, licet tamẽ hanc diſpoſitionem magis credam eſſe per eſſentiam, quã per colligantiam matricis principaliter: vt ſupra præmiſſum eſt. Regimen per illa quinque remedia ita adminiſtrarem ego, ſi eſſem patiens. Primum itaq; horũ remediorum eſt puluis iſte, quo mane & ſero pulueri zetur caput eius a principio commiſſuræ coronalis vſq; ad finem ſagittalis ſpargendo de eo inter capillos vſq; ad quantitatẽ ſex granorum hordei cum ſetula ſemper aſpergendo primum poſitum puluerẽ deponendo, quãdo poni debet ſecundus: & eſt eius deſcriptio talis. ℞. *florum nenuphar. ʒ j. corticũ citri ʒ j ß. viol. ro. ana ʒ ij. camphoræ gran. iij. ligni aloës ʒ j. fiat omnium per ſe puluis ſubtilis & commiſceatur.* *Puluis capiti aſpergendus.*
¶ Secundum vero remedium ſpeciale eſt linimẽtum hoc, ex quo magnum in ophthalmiis & fluxib. materierũ ad oculos iuuamentum inueni, maius ꝙ in aliis fere remediis o-
E mnib. & liniantur ex eo frõs & tẽpora bis in die actu frigido vel tepido. ℞. *amyl. ʒ j ß. terræ ſigillatæ ʒ vj. tuciæ præparatæ ℥ ß. ſief memitæ ʒ j. ro. ſpodii, ſan. rub. acatiæ, hypocyſtidos an. ʒ ij. gũmi Arabici torrefacti ℥ j. ſucci plantaginis, ſucci conſolidæ ma. an. ℥ iij. fiat vnguentũ in mortario plũbeo longa contritione cũ ſuo piſtello.* ¶ Tertiũ remedium ſpeciale eſt remedium iſtud. ℞. *ſief albi ſacti ex mucillagine dragaganti ℥ ij. ſarcoc nutritæ ʒ j. tuciæ præparatæ ℈ ß. ſuc. ro. ℥ ß. aq. viol. ℥ j. collyrizentur omnia ſuper cote & de hoc ſaltẽ ſex vicib. in die naturali collyrizetur oculus.* ¶ Quartum ſpeciale remediũ huic diſpoſitioni cõueniẽs eſt epithema hoc. ℞. *aq. ſolatri, aq. viol. an.* ℔. *ß. papauer. albi ℥ ij. terãtur ſimul vltima contritione vſque quo papauer fere vertatur in aquã: deinde prædictis addantur iſti pulueres. ℞. amyli de hordeo ℥ iij. ſief memitæ ij. ſandaracæ ℥ ß. cõquaſſentur omnia ſimul & infundatur in ea pannus, qui expreſſus ſuperponatur oculo, frõti & temporib.* Quin- *Collyrium* *Epithema*
F tum vero ſpeciale remediũ & vltimum eſt iſte puluis, de quo bis in die naturali oculo imponatur ad quantitatem vnius grani milii & per duas horas aut ſaltem per vnam in loco opaco teneatur oculus clauſus. Deinde oculo imponantur guttæ duæ collyrii ſupraſcripti: ita continuetur in operatione procedendo, & non ſubito ſanabitur.

De egritudinibus aurium ſequuntur conſilia.

CONSIL. LXIV. *De vlcere in aure cũ exitu virulentiæ, cũ ſonitu quodã & diminutione auditus.*

HÆc domina habet vlcus in aure cum exitu virulentiæ, & cum ſonitu quodam A & diminutione auditus, vnde apparet, quod habeat nocumentum diminutionis & corruptionis in operatione ſenſus auditus: propter quod oportet conſiderare magnum in ea eſſe periculum tranſitus in completam ſurditatem, cui ſic prouideatur. ¶ Primo igitur abſtineat a ſuperflua quantitate ciborum & potuum grauantium ſtomachum & caueat comedere cibos de paſta, lac & lacticinia omnia & piſces elixos, & proprie tinchas & anguillas. Et legumina omnia, & caules etiam dimittat & omnia fercula brodialia in ſero maxime. Similiter effugiat vinum dulce, album, craſſum, turbidũ, & valde fumoſum: ſed bibat ipſum cum aqua recenti commixtum addendo de ea quartam partem. Et caueat fortia exercitia & labores ſuper cibo, & effugiat ſemper caput tenere decliue. B

Sex inſtrumenta medicinalia.

De medicinalibus vero ſex ſibi ſunt neceſſaria. ¶ Primum eſt, vt conſtante virtute & reliquis fiat ipſi phlebotomia ſuper manu dextra venæ cephalicæ, quæ eſt inter pollicem & indicem, ex qua extrahantur ſanguinis ℥ iiij. vel quinque. ¶ Secundum vero remedium eſt, vno mane in aurora comedat ℥ v. diaturbit cum reubarbaro, poſt quam dormiat per horam & tardet comeſtionem poſt eius aſſumtionem per horas ad minus quinque aut ſex. ¶ Tertium vero remedium eſt, vt faciat ſibi ſacculum plenum de puluere radicum aſari, & ſic latitudinis ſpithamæ vndequaque, & calefaciat ipſum ſemper ſuper vna tabula ligni de ladice aut cypreſſo bene calefacta, & ſuperponat aurem infirmam ſaltem per quartam partem horæ, aut per mediam horam calefaciendo ipſam: deinde quieſcat per quartam partem horæ. ¶ Quartum principale remedium eſt, vt omni die naturali quatuor vicibus imponat in aurem ſuam de hoc medicamine duas vel C tres guttas tepidas, iacendo ſuper aure contraria per viij. partem horæ & ſemper mundificando aurem cum tenta facta de panno lini ſubtili. ℞. *olei de pice* ℥ j. *ol. de coſto* ℥ ß. *ol. omphacini* ℥ j ß. *ellebori al.* ℈ j. *armoniaci* ʒ j ß. *oppoponacis, ſerapini ana* ʒ ß. *ligni aloes* ℈ j. *macis* ℈ j. *partes duas: pulueriʒentur omnia pulueriʒanda & terantur ſimul in mortario minutiſſime.*

Oleum auribus infundendum.

Quintum remedium eſt, vt poſt aſſumtionem ſupraſcriptæ confectionis hæc domina vno ſero parum ante cœnam accipiat vnam de infraſcriptis pilulis. Secundum vero ex eis accipiat per horam poſt cœnam continuando hunc modum accipiendi eas de quarto in quartum vſquequo ſanata erit. ℞. *pilularum cochiarum* ʒ ij. *pilularum aurearum* ʒ j. *formentur pilul. vij. ex* ʒ. *cum ſucco roſarum.*

Pilula.

¶ Sextum & vltimum remedium eſt, vt poſtquam medi- D cauerit aurem per decem dies cum prædicto vnguento, tunc aliis decem diebus imponat auri quater in die naturali tres guttas de ſucco cyclaminis vel panis porcini tepido: Deinde reuertatur de ſucco ad vnguentum & econuerſo ſemper medicando aurem, & ſic continuando vſquequo ſana erit, ad laudem Dei omnipotentis. Amen.

CONSILIVM LXV. *De triplici mala diſpoſitione in aure, videlicet, De nocumento diminutionis auditus. De ſonitu præter naturam in aure percepto. Et de exitu humiditatis corruptæ ab aure.*

HIc reuerendus in Chriſto pater & generoſus vir de nobili progenie Barbaro, ſicut nuper accepi, ægrotat nocumento auris triplici. ¶ Primum quidem E eſt nocumentum diminutionis auditus. ¶ Secundum ſonitus præter naturam in aure perceptus. ¶ Et tertium fluxus vel exitus humiditatis ab aure corruptæ interpolatim eueniens. ¶ Et hæc quidem nocumenta licet non appareant excellentia, ſunt tamen verenda multum: minantur enim completam ſurditatem ſubſecuturam ad ea. Ipſa quoque nocumenta prædicta inuicem ſunt dependentia vnum a reliquo, ſicut nunc deſcendendo apparebit. Neceſſe enim eſt omnem humiditatem præter naturam vel corruptam emanantem ab aure, aut eſſe propter nocumentum proprium auri, aut propter colligantiam. Si erit propter proprium nocumentum auris, aut materia illa corrumpitur in venis & arteriis minutiſſimis diſſeminatis per panniculum veſtientem os anfractuoſum auris interius. Et hic quidem modus exiſtendi exitus hu- F miditatis raro contingit ſimplex, & eſt humiditas pauciſſima: a paruo enim membro non poteſt multa per ſe emanare humiditas: & comprehenditur hic motus per hæc ſigna. Primum eſt paucitas, ſubtilitas humiditatis exeuntis & raritas euentus eius. Secundum eſt ſenſatio mala complexionis calidæ cum titullatione, pulſatione vel pruritu in ea.

Secun-

A ¶ Secũdus modus deſcenſus humiditatis ab aurẽ & frequentius eueniens eſt ab vlceribus inuentis in panniculo iam prædicto, quæ potuerunt ſubſequi ſolutionem continuitatis factam a primitiua cauſſa: vt ſpina, acu, ariſta & conſimilibus, aut ſubſecuta fuerunt vlcera iſta ad apoſtemata cholerica prædicti panniculi: & hæc frequenter eueniunt. ¶ Et venitur in cognitionem horum vlcerum per hæc ſigna. Primum quod præceſſerunt dolores & febres, ad quas conſecuta fuit ſubita eruptio cum eductione materiæ ſanioſæ, virulentæ, fœtidæ vel corruptæ: & hæc quidem materiei corruptæ emanatio frequenter multo tempore perſeuerat: ita quod 10. vel 15. anni ſpatio vix bene curetur, niſi a viro ſcientia & opere bene trito. ¶ Perducit autem huiuſmodi materiei præſentia quandoque ad nocumentum diminutionis auditus, aut quia ipſa oppilat vias tranſitus
B ſpiritus animalis a cerebro ad organum auditus prædictum: Aut quia prædictæ humiditates mala complexione corrumpunt complexionem panniculi auditiui. Aut quia propter infuſionem prædicti panniculi a membris illis ſpecies ſonorum non bene recipiuntur in organo vel panniculo iſto: neque in medio intraneo auditus: & propter hoc diminute audiunt taliter patientes. ¶ Poteſt etiam ab his vlceribus generari nocumentum corruptionis auditus: vapor enim vel fumus, qui eleuatur ab humoribus prædictis, receptus in panniculum iſtum repræſentat ei varios motus ſecundum quantitatem, ſubtilitatem vel craſſitiem, acuitatem, punctionem vel mordicationem in organo auditus factam ex vaporibus illis. Ex hoc fundamento concluditur intellectus plurium apparentium: ſi enim vapor iſte acutus multus fuerit & pars panniculi iſtius motus & neruorum
C venientium ad ipſum a cerebro, percipiat auditiua potentia motum ſimilem percuſſioni aeris, armorum vel aliarum rerum valde ſonatiuarum, & hic motus talis a ſapientibus tinnitus appellatur. ¶ Si autem talis vapor eſt multus & craſſus, aqueæ naturæ participans fuerit & vehementer agitatus, ſubito repræſentat auditiuæ potentiæ motũ aquæ fluentis. ¶ Quod ſi prædictos vapores contingit vehementi colliſione reuerberari ad panniculum non vehementer infuſum, repræſentatur auditiuæ potentiæ motus conſimilis colliſionis & reuerberationis aeris a flatu venti vehementer colliſi ad ſyluas vel parietes vel ad alia: & hæc omnia a viris illuſtribus nocumenta corruptionis auditus nominantur. Tales enim motus in medio intraneo, panniculis & neruis cauſſa repræſentant ſeipſos eſſe exterius in aere inuẽtos, vel in medio extrinſeco, in quo nequaquam *Tinnitus aurium.*
D ſunt. ¶ Ex quibus omnibus tanquam ex fundamento concluditur, quod hæc nocumenta tam diminutionis, quam corruptionis in auditu contingentia facile perducere poſſint ad deſtructionẽ auditus, ſiue propter maiorem corruptionem in materia complexionali euenientem. ¶ Siue propter oppilationes vel apoſtemata vel alias ægritudines compoſitionales vel ſubſequentes. ¶ Siue propter magnificatam ſolutionem continuitatis in prædictis partibus: ſolutio enim continuitatis membrorum eſt maxima cauſſa debilitatis membrorum: vt *ſecunda primi, capit. de cauſſis debilitatis membrorum, & primo de accidenti & morbo*, colligendum. ¶ Siue propter talia vlcera contingat in auribus multiplicari ſorditiem, quæ prohibeat receptionem ſpiritus animalis in organo auditus: quæ etiam ſordities prohibeat receptionem ſonorum in organo auditus declarato:
E ¶ Aut contingat poſt talia vlcera remanere cicatrices magnas in organo auditus, ex quibus ipſum fiat non bene ſonorum. ¶ Iam autem declarare oportet, quod nocumenta prædicta auditus contingere poſſint per colligantiam a medullari ſubſtantia cerebri cum panniculis eius: vt patet in ſirſen vel carabito in lethargia vel congelatione in ſubet, apoplexia, epilepſia & conſimilibus. Etiam contingere poſſunt prædicta nocumenta per colligantiam organorum auditus a toto, vt in febribus & aliis partibus, vt pectore, pulmone, ſtomacho, ſplene, renibus, matrice, & ſic de aliis. Quorum quidem nocumentorum inuentio habetur per conuenientia ſigna deducentia in cognitionem nocumentorum totius aut aliarum partium corporis. ſed quia hæc non videntur multum ad propoſitum facere, iam reſecaui effugiens etiam prolixitatem. Si quod autem
F de inferioribus membris frequentius eſt cauſſa augendi nocumentum in auditu, illud ſaluatur euidentius & frequentius a ſtomacho prouenire, quam ab aliis membris. In cuius quidem nocumenti cognitionem communicati auribus ex parte ſtomachi peruenitur per inuentionem ſignorum ſignificantium nocumenta repletionis, doloris, tenſionis aut alterius nocumenti ſtomachi, quoniam terminus

diſcretiuus horum nocumentorum eſt ſenſibilis læſio in operationibus membri eueni- A
ens a quo per colligantiam læditur alterũ. ¶ In ſumma igitur diſpoſitio huius reueren-
diſſimi patris domini protonotarii Barbaro reducitur ad nocumenta ſecundum ordinẽ
declarata, quæ fuerunt vlcera ad ſolutiones continuitatis in organo auditus exiſtentia.
In cuius quidem curationis diſpoſitione 12. mihi videntur neceſſaria obſeruari, vt nunc
in poſterum ſequetur.

Aer & veſtis. Primo itaque percurrendum eſt regimen ſex rerum non naturalium abbreuiate:
licet multum diffuſe oporteret extendere calamum, ſi tempus adeſſet. Itaque vir iſte
morã contrahat in ciuitate, domo & camera bene calidis, & omnino effugiat flatũ venti
Orientalis & Occidentalis magnũ, vt & ſtrepitus omnes & fortes motus ſonantium cor- B
porum aerem impetuoſe collidẽtium: Item cantum & approximationẽ ad cantus mul-
tum excellentes: quoniam excellens ſenſibile corrumpit ſenſum, teſte Ariſt. *lib. 2. de ani-
ma.* ¶ Et caueat ab habitatione in locis habẽtibus teſtudinales reuolutiones: immo mo-
rari & diu ſtare in eis, non eſt tutum. ¶ Caueat quin etiam a ſtrictura veſtium comprimẽ-
tium pectus, ventrem, inteſtina & hypochondria: & omnino caput eius ſit bene munitũ
infulis ſuffultis dorſis variorum, pellibus vulpinis & agninis.

Cibi. In cibis vero euitet omnia multũ vaporoſa, vt brodialia, pinguia, lacticinia, fructus
multos, betas, ſpinachias, portulacas & alias frigidas plantas. ¶ Caules vero & rapæ, men-
tha, fœniculũ, petroſel. ſerpillũ, ruta, ſaluia, roſmarinus, & reliquæ ſimiles calidæ plantæ,
optimæ ſunt: Vt radices calidæ, paſtinacæ, karotæ, rampunceoli & ſimiles. Legumina
vero dimittantur, præter oryzam, panicum, far de hordeo & cicera rubea confracta. C
De carnibus laudantur vitulinæ, capreolinæ, caſtratinæ & leporinæ: & de pullis omni-
bus & proprie columbellis, qui ſingularem habent proprietatem in hoc caſu, & phaſia-
ni, perdices, ſtarnæ, francolini, meruli: & ſic de ſingulis minutis auibus. ¶ Fructus vero
dimittantur omnes, præter ficus ante cibum, & auellanæ torrefactæ, optimæ ſunt etiam
& proprie poſt cibum, & amygdalæ & phiſtici, & nuces etiam non ſunt malæ. De ſemi-
nibus vero fœniculus, aniſum, grana paradiſi, cyminum, & cardamomum omnia vtilia
ſunt, & proprie flos & ſemen origani mirabiliter laudata ſunt. Aceti vſus in condimen-
tis laudandus eſt, & ſuccus limonum ſalitorum. Agreſta granata & citranguli non pla-
cent. Cinamomum autem & nux muſcat. galanga, piper, crocus, zinzib. & omnia
talia optima ſunt. Lac & lacticinia omnia ac paſtiles cibi omnino dimittantur. Ca- D
ſeo vti poteſt non valde frequenter, & proprie frangibili, ad ſalſedinem aliquantam de-
clinante. Carnes ſalitæ & macræ & cum ſeminibus conditæ in landutulis ſunt bonæ. Ce-
rebrum inſuper, ventres, cor, epar, renes & caudæ animalium dimittantur, & vniuerſali-
ter omnes neruoſæ, panniculoſæ & cutaneæ partes.

Potus. Vino autem vtatur albo, ſubtili, claro, bene aromatico & mediocris ſaporis, ten-
dente tamen ad fumoſitatem magis, quam ad aquoſitatem. Et ſi tempore aliquo cauſa,
æſtus aut conſuetudinis oporteret ipſum aqua commiſceri, ſit aqua ciſternæ aut altera a-
qua, in qua diebus frigoris coquantur pauci flores origani, & in diebus caloris coquatur
ſimpliciter aqua, & commiſceatur quarta pars eius cum tribus partibus vini: aut ſaltem
tertia cum duabus. E

Motus & quies. De modo autem exercitandi dicendum, quod omnino quieſcat poſt cibum, im-
mo alio tempore, neque video exercitium ſaltem magnum fore ei vtile. Exercitium au-
tem peditatiuum paulatim & longo tempore factum ita vt ducat corpus ad augmentum
ſuauis caliditatis, eſt ei conueniens. ¶ Loco tamen exercitii vtatur frequenter fricatio-
nibus primo factis a genubus vſque ad pedes; Deinde ab inguinibus vſq; ad genua. Ter-
tio a ſpatulis vſque ad nates. Et quarto ab adiutoriis vſque ad manus. ¶ Loco etiam exer-
citii particularis conuenit ei frequens pectinatio capitis cum ſetula vel pectine abſque
fricatione pannorum: licet panni calidi ieiuno ſtomacho capiti frequenter applicati
ſint conuenientes etiam abſque fricatione.

Somnus & vigilia. De ſomno autem ita regat, quod poſtquam cibatus fuerit per horam vnam cum F
dimidia dormiat capite conuenienter tecto: vt ſupra dictum eſt: & decenter eleuato,
nequaquam inclinato ante vel ad latera: & ſit eius dormitio prima ſuper latere dextro,
ſecũda ſuper ſiniſtro facta. Et ſi perciperet capitis grauitatem magnam, caueat dormire
poſt cibum, niſi trãſactis horis trib. dormitio enim ſuper repletione cito facta caput re-
plet,

A plet,&reumatiſinos in eo facit,ſed reumata mota fluunt ad membra debilia,ſicut ad aures & ſimilia, quare &c.

Circa modum vero aſſumptionis ciborum euitet cibum aliquem accipere,niſi vero & naturali appetitu incitante ad illud, corpora enim faſtidiata & non pura non ſunt cibanda prius, quam materia digeratur replens. ¶ Secunda concluſio, nullum cibum accipiat, niſi conuenienter diu & ſubtiliter maſticatum, qui enim odit vitam ſuam, cibum deglutire debet ſine maſticatione congrua. ¶ Tertia concluſio, cibaria multa numero & ſpecie diuerſa non ſunt in vnica cibatione accipienda: patet, quia ſecundum diuerſitatem odoris, coloris & ſaporis ciborum variatur ſubſtantia & qualitas eorum & facilitas digeſtionis ipſorum. ¶ Quarta, in nulla cibatione diu eſt comedendum. B hæc concluſio eſt contra prælatos, & probatur ſic, quia quando multum temporis in comeſtione expenditur, primus aſſumptus cibus aliqualiter digeritur & cibus vltimo aſſumptus crudus exiſtens commiſcetur ei, ergo incrudabit primum. ¶ Quinta concluſio, quantitas conueniens aſſumendi cibi eſt illa, quæ excludit tenſionem, grauitatem & dolorem ſtomachi, quare ſemper accipiatur cibus tantæ quantitatis qua nō grauetur ſtomachus. ¶ Sexta, potus non accipiatur multus in quantitate continua, ne grauetur ab eo ſtomachus, ergo omnis potus melior eſt in quantitate diſcreta factus. hæc concluſio eſt contra multos ingluuioſe bibentes:& probatur ſic, quia melius amplexatur ſtomachum & cum minori labore recipit vnam libram potus partiti in quatuor vel quinque vices, quam ſemel accepti. ¶ Septima concluſio, moderata potus quantitas C eſt omnis illa, quæ excludit omnem fluctuationem, rugitum vel murmurationem in ſtomacho: patet quia aliter non bene digeruntur cibi & potus, niſi quando bene quieſcunt in ſtomacho,ſed rugitus & fluctuatio ſunt motus inquietātes cibos & potus in ſtomacho, igitur &c.

Inanitio. & repletio.

Prælatos diu comedere.

Pro menſura igitur ſextæ rei non naturalis ſcilicet accidentium animi, dicendum quod omnes animi paſſiones vel accidentia, propter quæ fortis & perſeuerans fit in ſpiritibus & humoribus agitatio, euitari debet, talia enim accidētia ſunt ſicut ſubitus & fortis timor, immoderatum gaudium, ſuperfluus riſus, ira, aut vehemens iracundia, propter quæ omnia vehemens fit motus & euaporatio ad cerebrum, & omnes partes capitis. ¶ Similiter etiam paſſiones animi per quas a circumferentia ad centrū fortis fit mo- D tus in ſpiritibus, humoribus & membris, euitādæ ſunt,& talia ſunt anguſtia, triſtitia, ſollicitudo, cogitatio vel contemplatio profunda de rebus triſtantibus. Hæ enim omnes paſſiones exterminant & mutant corpus ab ea quæ eſt ſecundum naturam conſiſtentia, *techni.tertio.*

Accidentia animi.

Secundus vero principalis canon de duodecim ſupra tactis obſeruandus eſt, quod diligenter fiat aduertentia, ſi nocumentum auditus cōtingeret propter præſentiā multi ceruminis aut ſuperfluitatem in aure, intēdatur cōuenienti mūdificationi eius. ¶ Et primo quidem cum pānis ſubtiliſſimis diligenter & ſæpe reuolutis in aurē. ¶ Secundo vero cum eiſdem ſæpe madefactis in tepidam aquam mellis cum decoctione origani factam. ¶ Tertio vero & melius cum aqua mellis & pulpę colocynthidos facta. ¶ Quarto vero E cum auris mundificatorio facto ex auro, argento, ære, id eſt, aurichalco, ſed primum & vltimum meliora ſunt alijs. ¶ Quinto ſæpe imponatur auri licinium factum de panno ſubtili lineo intincto in melle & ſucco cæpæ madefacto, & hoc ſimul cum ſecundo & tertio remedio experta ſunt.

Tertius canon principalis obſeruandus eſt, ꝙ ſi nocumentū auditus ꝙ fuerit de p̄dictis tribus, contingat propter cicatrices, q̄ remanſerunt in organo auditus, q̄ ſunt magnæ & confirmatæ, hæc diſpoſitio penitus erit incurabilis. ¶ Probatur cōcluſio, qa per tales cicatrices organum auditus redditur nō bene ſonorū. ¶ Secūdo, quia in loco cicatrizato non poteſt recipi ſufficiens quantitas ſpiritus animalis neceſſarij ad operationē auditiuā, eo quia locus cicatrizatus non eſt poroſus. ¶ Et tertio iterum, quia remedia, q̄ F eſſent neceſſaria ad extenuandā & ſubtiliandam cicatricē, nō poſſunt conuenienter applicari tali panniculo propter anfractuoſam reuolutionē ipſius exiſtentis ſuper oſſe auris. ¶ Si autem comprehenderet vir in ſcientia peritus & remanſiſſent cicatrices tenues poſt conſolidationem vlcerum, in hoc tria ſunt mihi experta remedia. ¶ Primum eſt, quod in aurem præmundificatā a ſorde infundatur media guttula electi balſami tepidi.

¶ Secundum eſt & expertum, vt imponatur in eã ſuccus praſſij tepidus cum pauco pulnere moſchi. ¶ Tertium, vt auri imponatur oleum amygdalarum amararum bullitũ per medietatem, hæc enim tria etiam cum teſtimonio auctorum ſunt probatiſſima. A

Quartus canon eſt, ꝙ cura huius diſpoſitionis eſt, vt iſte vir omni vere & autumno euacuetur per hunc modum, aliter proceſſus eius non felicitabitur. Et quia nunc inſtat autumni tempus, euacuetur cum iſtis inſtrumẽtis. *Pillulæ.* ℞. *pil. aurearum & de ſarcocolla, an.* ʒ ß. *formentur pil. vj. aut vij. cum electuario roſ. & accipiantur per viii. horas poſt cœnã, & nõ dormiat poſt eas niſi per horam, & poſt v. horas accipiat cyathum vnum aquæ calidæ bene ſacharatæ,* & elapſa hora vna comedat. ¶ Die immediate ſequenti accipiat hoc digeſtiuum. *Digeſtiuum.* ℞. *ſyr. de calamẽto* ℥ j. *ſyru. compoſiti acetoſi* ℥ ß. *aquæ ſaluiæ, betonicæ & lupulorum an.* ℥ j. *miſce, & calidum accipiatur in aurora, & expectet poſt ipſum per quatuor horas continuando ipſum dieb. octo.* ¶ Nona vero die immediate ſequẽti purgetur cum iſtis pillulis. B *Pillulæ.* ℞. *pillularũ de hiera compoſita, pillularũ cochiarum & de ſarcocolla an.* ℈ j. *formentur pillulæ vj. cum electuario roſ. & accipiatur in aurora obſeruatis conditionibus, quæ dictæ ſunt in præcedentibus.* ¶ Pro purgatione autẽ veris. *Potio ſolutiua.* ℞. *agarici electi* ʒ j. ß. *reupontici* ʒ ß. *penidiarum, ſachari an.* ʒ vj. *aquæ ſaluiæ & origani vel decoctionis eorum ana* ℥ ij. *zinziberis electi* gr. viij. *ſpicæ nardi* gr. v. *ſalis gemmæ* gr. ij. *infundatur pulueres in prædictis aquis per diem naturalem, deinde caleſiant & diligenter exprimantur, quæ colatura accipiatur in aurora calida obſeruando conditiones in prædicto ſolutiuo autumnali dictas.* ¶ Die vero ſequẽti hoc minoratiuum accipiat hoc digeſtiuum, quod continuet vij. vel viij. diebus, obſeruando ea, q̃ ſcripta ſunt in digeſtiuo autumnali. *Digeſtiuum.* ℞. *ſyr. de byzantiis* ℥ ß. *ſyr. compoſiti acetoſi* ℥ j. *aquæ fœniculi, apii, & abſynthii an.* ℥ j. *miſce hoc totũ calidum ſic acceptum.* ¶ Nona vero die ſequenti purgetur cum hoc. C *Potio ſolutiua.* ℞. *electuarii Indi* ʒ j. ß. *hieræ Gal.* ʒ *vii. accipiatur cum aqua calida bene ſacharata.* ¶ Et ſi abominaretur hiera propter amaritudinem, tunc loco eius *accipiat pillularum de hiera compoſita* ℈ ij. *pillularum cochiarum* ℈ j. *formentur pillulæ cum electuario roſa. vj. vel vii. & accipiantur in aurora, obſeruatis conditionibus quæ de aliis pillulis dictæ ſunt.*

Quintus canon principalis eſt, vt poſt iſtas euacuationes regulares iterum vtatur pillulis nunc ſcribendis, de quibus accipiat vnam parum ante cœnam omni v. vel vj. die cum rugitu, tenſione & abominatione ſtomachi. Si autem nullum accidentium horum haberet, tunc accipiat vnã de iſtis pillulis per duas horas poſt cœnam die ſexta vel ſeptima, vt dictum eſt. Sunt autem pillulæ iſtæ. D *Pillulæ.* ℞. *ſucci eupatorii, ſucci liquiritiæ ana* ℈ i. *ſalis Indi* ʒ ß. *zinziberis, cinamomi, garyoph. cubebarum, florũ roriſmarini, nucis muſc. ana* ʒ ß. *ligni aloes,* ℈ i. *aloes epaticæ electæ* ℥ iiii. *agarici, hermodactylorũ ana* ʒ ii. *pulpæ colocynth.* ʒ i. *puluerizentur omnia & fundantur in* lb. ß. *aquæ maioranæ, diligenter commiſcendo, & ita quater vel quinquies fiat exiccando eam, de iſta ergo materia fiant pillulæ ex omni* ʒ i. *quarum vſus ſit, vt dictum eſt.* & poterit etiam de eis omni fine xv. dierum accipere ʒ j. in mane obſeruando conditiones, quæ ſcriptæ ſunt de aliis pillulis. In his enim pillulis eſt magnum ſecretum mundificandi caput & omnium ſenſuum inſtrumenta, etiam confortando ea, ſiue de interioribus ſiue de exterioribus ſenſibus intelligam.

Sextus canon principalis eſt, vt adminiſtretur ei hoc aromaticum. *Puluis odoratus.* ℞. *ligni al. maioranæ, florum roriſmarini, ſem. baſiliconis an.* ʒ i. *cubebarũ, granorum paradiſi, florum vel ſem. andacochæ, zinziberis electi, garyoph. an.* ℈ ii. *moſchi. ambræ an.* gr. iii. *roſ. corti. citri an.* ℈ j. *origã.* ʒ iiii. E *puluerizentur omnia per ſe, & ligẽtur in ſindone de grana retorta, & ſæpiſſime odorentur:* hoc enim aromaticum aperit oppilationes cerebri etiam profundas, confortat ipſum & expurgat materias ab auribus, oculis & palato.

Septimus eſt, vt iſte vir ſaltem omni ſeptimana ter quando vadit ad lectum pulueriſet totam caluariem capitis cum hoc puluere, ſuperaſpergendo de ipſo quantitatem octo granorum frumenti, ſemper quando ponit puluerem ſecundum cum ſetula mundificando primum: hic enim puluis magnifice confortat cerebrum; commiſſuras & poros capitis aperiendo & materias conſumendo. *Puluis capiti aſpergendus.* Cuius deſcriptio eſt hæc. ℞. *ſtæchados, origani, calamenti, pulegii, ſem. andacochæ, ariſtol. rotundæ, aſari, maioranæ ana* ʒ *iii. beton. florum hyperic. macis an* ʒ *ii. puluerizentur omnia per ſe, deinde commiſceantur, & ſit eius vſus, vt iam dictum eſt.* F

Octauus, vt hic vir conetur materias a capite diuertere inferius diſtrahendo nunc cum fricationibus ſuperius tactis, nunc cum ablutionibus pedum, cum decoctione lauri

maioranæ

A maioranæ,ſaluiæ &ſimilium: nunc vero adminiſtrãdo apertionem hęmorrhoidarum,
de quibus ſi natura ſibi prouidiſſet,ſummum iuuamentũ obtineret. ¶ Et ſi hęmorrhoi-
des non ſunt naturaliter apertę, quandoq; fricentur cum foliis fici aut cõſolidę maioris
aut panno aſpero vel felle tauri. ¶ Si autem non obediunt hæmorrhoides apertioni,tũc
ſaltem materię ad inferiora diuertantur,&cum hoc clyſtere accepto mane per duas ho-
ras ante prandium. *℞. aſari, origani, arthanitæ, pulegii, calamenti, betonicæ, maioranæ an. M. ß.*
fol. maluæ & mercurialis an. M. ij. furfuris craſſi ℈ iii. coquantur omnia in tribus phialis aquæ vſque
ad conſumptionem medietatis, de hac igitur aqua cum conuenienti expreſſione colata accipiatur ℔. j.
electi diacaſtorei ʒ i. hieræ Gal. ʒ ii. ſachari rubei, caſſiæ fiſtulæ an. ℥ ß. olei de lilio & de ſiſamo an. ℥ i.
miſce: & accipiatur hoc clyſtere,& non timeatur,quia non eſt violentum,ſed ſummo iu-
B uamento attrahit materias à capite ad inferiora.

Nonus, vt ſaltem ſemel in vere,quantum ad medietatem eius & in medietate au-
tumni in loco,vbi finis colli coniungitur cum ſpatulis,applicetur huic viro emplaſtrum
ad quantitatem palmę manus factum cum tribus partibus flãmulę ſubtiliſſime tritę cum
quarta parte fermenti,ſex vel ſeptem dierum cum modico aceti,hoc enim emplaſtrum
ibi per quatuor horas retentum,cum ſua rubificatione & potenti caliditate leuiter veſi-
cantia cutis materias attrahit a capite quantumcumq; profundas. Non miretur aliquis,
quia ſi circa virum iſtum non fiet diligentia curationis,expectatur in eo completa ſurdi-
tas, *vt in primo cap. demonſtratum eſt.*

Decimus canon iterum prætermitti nõ debet pro materia à profundo auris ad ex-
C trahenda & conſumenda &in vaporem conuertenda ſecundum hunc modum,accipia-
tur enim tabula de cupreſſo bene polita &vehementer calefiat ante cœnam &ante prã-
dium, & iterum quando vadit ad lectum,& tunc ſuperponat aurem ſuam cum tolerãtia
iſtius caliditatis vſq; ad mediam horam auri magis læſę applicando ipſam aut vtriq; per-
mutatim de vna ad aliam aurem. ¶ Et ſi volueris hoc remedium efficacius facere, tunc
℞. florum origani ʒ iiii. pulpæ colocynth. ℥ i. contundantur minutim & ponantur in ſacculo, qui ſac- Sacculus.
culus bene calidus ſuperponatur tabulæ prædictæ & ſuperponatur auris ſacculo prædicto, ita vt vtri-
uſq; virtutem & iuuamentum accipiat auris tam ſacculi,quam tabulæ.

Vndecimus, vt auri imponatur mane in aurora,& ſemel in nonis,& tertio per me-
diam horam ante cœnam,& quarto per duas horas poſt cœnã vna gutta olei de pice ſub-
D limati diligenter tepidi poſiti & non valde calidi,præmedicãdo aurem eo modo,quo in
ſecundo can. principali ſuperius eſt declaratum.

Duodecimus vero & vltimus canon eſt,vt reliquis non conuenienter valentibus
imponatur auri hoc compoſitum,quod mirabili iuuamento conferre vidi ſurditati, &
adhuc forti:& hoc remedium inuentionis meæ paucis viris cõmunicaui in diebus meis.
Cui⁹ deſcriptio eſt hęc. *℞. origani, pulpæ colocynth. florũ ſerpilli & maioranæ an. ʒ i. moſch. electi* Oleum
quod tubapiriũ nominatur ℈ i. ambræ orientalis ℈ i. cubebarũ, laudani, macis, ſtyracis calamitæ an ʒ ß. præſtans.
olei amygdalarũ amararum, olei liliorũ alborũ an. ℔. ß. puluerizentur omnia per ſe & diligenter cõ-
quaſſata ponantur in ampulla ſtricti orificii cum prædictis oleis, iſta igitur ampulla cũ argilla vel paſta
diligenter clauſa diligenter ſuſpendatur in caldario aquæ per vnam horam magnifice bullientis, dein-
E *de accipiatur ampulla iſta ab igne & permittatur refrigerari.* Cum hoc igitur oleo actu tepido
quater in die medicetur auris, vt prædictum eſt in xj. præcedenti can. videbis enim po-
tentiã Dei mirabiliter operantẽ in ſeruis ſuis, quod feliciter cõcedat ſumm⁹ ille hierar-
cha Nazarenus,qui ſanat omnes lãguores, ad laudes ei⁹ ſemper immortales. ¶ Accipe
igitur reuerendiſſime in Chriſto pater mihi ſumma charitate cõiunctæ Hermolae pro-
tonotarie de celeberrima progenie Barbaro, quæ tibi non leui labore cõpoſui ſalubria
remedia in tui ſubſidium,& gratias age altiſſimo ipſum pro me orando,&pro venerabili
in Chriſto patre domino protonotario de monte,qui vires ſuas ad hæc efficiendum to-
ties, & tam ſedula charitate interpoſuit, quod manifeſtari illud tibi mihi eſſet difficili-
mum. Age igitur feliciter vt ſpero.

F CONSILIVM LXVI. *De triplici mala diſpoſitione, videl. De mala complexione frigida & hu-*
mida cerebri generatiua multorum phlegmatum per indigeſtionem. De nocumento ablationis
& partim diminutionis & corruptionis auditus. De confirmata cæcitate in vno oculo & nocu-
mẽto diminutionis & corruptionis viſionis in altero. Diuiditur autem cõſiliũ in duas ſummas.
Summa prima diſpoſitiones dictas per cauſſas & ſigna inueſtigat.

MANSVETISSIMA humanitas ampliſſimaq; pietas, quas multũ florere video A
in reuerendæ religionis viro domino Galeſio Epiſcopo &c. ſatis anguſtioſe
mouerunt mentem meã, propterea quia video ipſum diuerſis ægritudinib.
& accidentibus inconuenienter moleſtatum, ſed tamẽ venerãdus pater hic
Nocumẽtum auditus. terreri non debet, imo animoſior fieri ad expugnandum labores corporeos
& animales: ſic enim generoſos animos labor nutrit, & extimandum eſt abſq; dubio aliqua
talia nocumenta in meliorẽ partem ſalutis animæ ſuæ a ſummo omnium conditore
fuiſſe collata. Nunquã n. bella bonis, nunquã diſcrimina deſunt. ſic propter hoc pſalmigraphiſta
David pſal. xxxi. ſcripſit. *Multa flagella peccatorum, ſed ſperantes in domino miſericordia
circundabit*, propter q̃ & ego ſpero ſatis in domino, rogito & exoro miſericordiã ſuã;
vt aperiat mihi viã ſubueniendi languorib. eius. ¶ Sunt a. huius venerandi patris diſpoſi- B
tiones tres principales omnia alia accidẽtia cõprehendentes. ¶ Et prima quidẽ eſt mala
cõplexio frigida & humida materialis cerebri multorũ phlegmatũ generatiua & cõgregatiua
per viam indigeſtionis. ¶ Secunda principalis ei⁹ diſpoſitio eſt nocumentũ ablationis
& partium diminutionis & corruptionis auditus. ¶ Tertiũ vero nocumẽtum eſt cõfirmata
cæcitas in vno oculo & nocumẽtum diminutionis & corruptionis in operatione
viſiua alteri⁹ oculi. ¶ Et prima quidẽ eius diſpoſitio eſt principiũ ſuorũ accidentiũ &
q̃ plurium aliorũ principaliũ & euenire potentiũ, ꝓpter n. malã cõplexionem frigidã &
humidam corporis augmentant̃ ſuperfluitates in anteriori & medio ventriculo cerebri,
q̃ per partem deſcẽdunt ad quintum par neruorũ, q̃ fecerunt ibi oppilationẽ in tota ſub-
ſtantia nerui deferentis aut deferrẽ iubentis ſpiritũ animalem ad panniculũ tenuiſſimũ C
Os aſamac. cooperientẽ os aſamac, i. petroſi & anfractuoſi ſuperficiẽ concauã, qui ſecundũ rei veritatem
cũ annulis eidẽ cõmixtis, a quibus trahit originẽ, eſt organum auditus. cum igit̃
auditiua potẽtia nõ poſſit exire in operationem ſuã, niſi ſecundũ ꝙ mouet̃ ab obiecto, &
obiectum quantuncunq; excellẽter ſonãs exterius, eius ſpecies ſufficienter diffundit per
Cauſſa ſurditatis huius viri. medium extraneũ, ꝙ eſt aer exterior vel in concauo auris exiſtens. Et adhuc ſuppoſito,
ꝙ ſpecies corporum ſonantiũ reciperent̃ in medium, quod eſt aer intraneus in poris p̃-
dicti pãniculi & neruorũ eius inuent⁹ & quietus, videlicet cum per talia agentia potẽtia
auditiua nõ poſſit operari ſufficienter ſine inſtrumento partiali, ꝙ eſt ſpirit⁹ animalis p̃
dictus partialiter iam modificat⁹ in aure, ſequit̃ ꝙ erit impoſſibile auditionẽ fieri. & hęc
eſt vna & principaliſſima cauſſa ſurditatis huius viri. ¶ Hæc a. ſurditas a ſpeculatorib. di- D
uiſa eſt dupliciter. Aut enim a natura i. a generatione contracta, aut a tempore. Si autem
fuerit a natura, aut ꝓuenit ab oppilatione materiali neruorum & panniculi p̃dictorum,
aut ab apoſtemate ipſorum, aut cõtingit ꝓpter multitudinem ſordis vel ſaniei, aut accidit
hoc propter ſoliditatem oſſis anfractuoſi, quæ contracta eſt a generatione quaſi mõ-
ſtruoſe, ita quod os illud nõ fuerit concauum a virtute generatiua ꝓductum, & ſi ita fuerit,
hęc ſpecies ſurditatis omnino eſt incurabilis. Et tales homines ſunt; qui ſurdi a natiuitate
plurimũ ſunt ſtulti, vt ſcripſit Philoſoph⁹ *primo de ſenſu*. ¶ Si autem oppilatio fuerit
in prædictis locis prohibens delationem animalis ſpiritus a cerebro ad organum audit⁹
aut hæc oppilatio nõ pertrãſit multũ tempus, ita vt cõfirmata fuerit, aut ecõuerſo, ſi pri-
mo modo, tũc erit adhuc curabilis, licet cũ difficultate, tales a. infantes cognoſci poſſũt, E
quia cantus & vociferationes auri frequenter approximatos non percipiunt niſi parum.
Et cum fuerint excellẽtes motus taliũ aut plurium; ſæpe curari poſſunt, quãdo creſcunt
in ætate ꝓuectiori ratione caloris minoratiui humiditatũ, & aliquã'do curant̃ beneficio
ſapientis viri cõtrahentis regimẽ nutriẽtium ad calidũ & ſiccũ & ſubtiliationẽ humorũ
& diuertẽtis materias cũ rubificãtib. attrahẽtib. materias ad extra, & cũ his, q̃ ponuntur
aurib. appropriata ad aperiendũ & exiccandũ mediocriter, de quib. inferi⁹ deſcriptiones
vtiles apparebunt. Si a. talis ſurditas tunc & generatione vel natiuitate contracta lõ-
gum tempus habuerit, minime curari poterit, arguit enim debilitatem membrorum
& diſpoſitionem fixam. & hæc eſt ſententia omniũ auctorũ, vt colligit̃ *4. quarti & 3. conti-
nentis primo c.* in quãpluribus paſſib. & pluries alibi. ¶ Si autẽ ſurditas a tẽpore prouenerit F
non valde confirmata, ita quod nõ trãſierit vni⁹ anni, aut duorũ ſpatiũ, & tunc curari po-
Antiquã ſurditatẽ non eſſe impoſſibile curare. terit, tamẽ tanto facili⁹, quanto minus lõga fuerit, & ecõuerſo, tãto difficilius, quãto antiquior
fuerit hæc ſurditas. Non enim eſt impoſſibile in viro bene regulabili & a Medico
ſcientia & experientia trito aliquam antiquam ſurditatem poſſe curari, vt patuit in
fratre Thoma Anglico, qui ſurditatem habuerat pluribus quam xij. annis & fuit
per-

A perfecte curatus, & adhuc in ſanitate viget, dummodo compoſui hæc dicta. ¶ Et ſi illuſtrium ſententiæ in contrarium appareant, dicendũ, quod ipſi locuti fuerint de his quæ ſecundũ plurimum contingunt, & nõ eſt neceſſariũ nunquam credere poſſe contingere oppoſitũ eius, quod a ſapientib. ſcribitur, ꝓpter diuerſitatẽ climatum, regionũ & locorũ, & propter diuerſitates cõplexionũ regiminis hominum & aliorũ particularium, q̃ fere innumerabilia ſunt. Et hæc eſt illa ſpecies ſurditatis, quam Auic. vocat tarax natiuã, licet tarax poſſit importare etiã ſurditatẽ a tempore contractã cõtra diſtinctam ei, q̃ importat nocumentum diminutionis operationis auditus. ¶ Propter quod Auic. *4. tertii*, quatuor declarat terminos nocumentum in auditu proueniens importantes, ſ. ablationis, & eſt tarax vel ſurditas natiua vel a tẽpore cõtracta. ¶ Et nocumentũ diminutionis, ſ. quod *Tarax.*
B non poſſint ſoni vel voces auditi, niſi a propinquo, & adhuc qualitercumq; audiant cum difficultate ab audiente audiuntur, ita vt voces & ſermones non vere & diſtincte ab auditu percipiuntur, & hoc nocumentum ibidem grauedo auditus nominatur. ¶ Tertium vero nocumẽtum auditus eſt alterationis, quod vocat corruptio, propter quod audiens percipit ſtrepitus vel ſonos in aure, quales & quanti nõ ſunt ibi, ꝓpter quod merito non eſt alteratio in auditu vel corruptio, quia auditus in forma ſua vel in eſſentia ſua tranſmutatus & corruptus eſt. Modus autem intelligendi tale nocumentũ eſt, vt quia frequenter a toto corpore patiẽte velut in febribus, aut ab aliqua particula inferiori, velut a matrice, in qua humores vel ſpermata corrupta inueniuntur & eleuant vapores vel vẽtoſitates a renibus, epate, ſplene, ſtomacho vel cõcauo pectoris ad ipſum caput, aut illi vapores vel *Grauedo auditus.*
C ventoſitates in ipſo capite propter debilitatẽ innati caloris aut ſpeciẽ malæ complexionis eiuſdem generantur in venis & arteriis, aut in ventriculis vel meatibus cerebri generantur vapores & ventoſitates, quæ deferuntur per neruos quinti paris ad panniculum cooperientẽ os auris interius, huiuſmodi ergo vapores immiſcentur aeri quieto exiſtẽti in panniculo dicto & immiſcentur etiam ſpiritui animali alterantes ſpiritum & mobilitantes aerem ꝓdictum, velut inundare facientes, cum ergo in iſtis vaporibus fuerit facta impreſſio ſtrepitus vel ſoni ex magna colliſione vel agitatione in ſpiritibus & panniculo dicto facta a prædictis vaporibus, repræſentantur potentiæ auditiuæ ſtrepitus tales, ſic anima percipit illos ſtrepitus vel ſonos, ac ſi exterius prouenirent, & hoc eſt formale corruptæ auditionis dum bene conſideras.

D Ex iſto fundamẽto poteſt apparere ſolutio ad plura ꝓblemata. ¶ Primũ, quare corrupta auditio aliquãdo appareat & aliquãdo nõ. Poteſt n. quandoq; corrũpi auditus per colligantiã totius ad partes inferiores, non eſt a. neceſſarium inferiores partes delegare ſemper vapores vel ventoſitates ad ſuperiora ſufficienter permutantes potentiam auditiuam. Et iterum dato, quod ſemper aliquis vapor vel ventoſitas in capite congregata inueniatur, nõ omnis tamẽ quantitas eſt ſufficiens ad alterãdum organa auditus & inſtrumenta ad corruptionẽ. ¶ Et adhuc ſubtilius, ſi in organo auditus reperiret multitudo vaporum, nõ tamen illi ſufficerent ſemper corrumpere auditũ, niſi ex percuſſione vel colliſione vehemẽti ipſorum. ¶ Et ex hoc fundamẽto ſequitur 2. ſ. alterius quęſiti, ſ. quare in ſtatu febrium plurium appareat nocumentũ corruptionis in auditu: patet, quia tali tem-
E pore plurimũ vapor eſt maioris quantitatis & velocioris motus. ¶ De 3. quare quãdoq; nocumentum corruptionis auditus ſit cõtinuum, fit n. ita, quod nocumẽtum eſt per eſſentiam in partibus cerebri, & neruorum ꝓdictorum. ¶ Sequit 4. quare quibuſdã appareat corrupte audientib. percipere ſemper decurſus aquarũ, eſt enim, quia vapor ille eſt humidus & fluxibilis, aut vehementer colligunt humiditates ad neruum, ad panniculũ & ad oſſa prędicta. ¶ De 5. quare quibuſdam appareat cõtinue percipere ſibilũ: patet, q̃a vapor ille eſt ſubtilis & vehementer mot⁹. ¶ 6. quare cõtinue ſemper appareãt ſtrepitus ꝓdicti auditui repręſentati, hoc enim contingit in habentibus corruptionem auditus ꝓuenientẽ ab eſſentiali nocumento ipſius cerebri, quæ eſt mala complexio ipſius frigida & humida materialis, aut vehemens colliſio in humoribus & ſpiritibus cerebri & vapo-
F ribus inuentis ibidem. ¶ 7. quare quibuſdã hominum repręſentantur ſonitus in auribus harmonia bubarum & aliorum inſtrumentorum, ꝓpter n. humores exiſtentes in locis longo tempore, vbi perſeuerant tales ſoni & harmoniæ, contingit quod ſpecies ſonorũ imprimuntur & reſeruantur in medium intraneum auris & mouentur tantum ſpiritus & organa, & ipſa mota mouẽt potentiã, cui videt percipere ſonitus illos in exteriori aere,

qui tamen nequaquã ſunt ibi. ¶ Et ex hoc fundamento ſequit᷑ corrollarie intelligi poſſe A
difficultatẽ curationis harũ corruptionũ auditus. Plurib. n. hominũ in tota ſua vita per-
manſit ſibilũ ſonitus aut aliter ſtrepitꝰ, & hi ſunt viri, in quorũ cerebro vel organo auditꝰ
inuenit᷑ eſſentialiter nocumentũ aliquod de numero ꝑdictorũ. ¶ Et apparet 8. valde fa-
cile intelligi, ꝓpter quid aliq̃ ſpecies corruptionis auditꝰ faciliter curent᷑, hoc n. cõtingit
quia nocumentũ in cerebro, licet ſit per eſſentiã, eſt tñ parũ, aut licet ſit per colligãtiam
ab infrigidantib. partib. vir tñ in ſciẽtia & opere bene doctus cauſſam efficientẽ & ma-
terialem nocumenti in mẽbris mãdantibus conuenienter digerendo & euacuãdo facile
perducit homines ad ſanitatẽ, vt mihi frequẽtiſſime verificatũ contingere vidi. ¶ Ex qui-
bus omnib. bene cõſideratis poſſunt elici ſigna horum nocumẽtorũ auditꝰ, quorũ tamẽ
particularem notitiam videbis inferius, vbi erit ſermo de cura harum diſpoſitionum. B

Mala cõplexio frigida & humida cerebri.

Secũdo vero principale nocumentũ in hoc viro inuentũ eſt mala cõplexio frigida
& humida & cerebri & totius capitis eiꝰ cum abundãtia materierũ phlegmaticarũ, quæ
mucillaginoſæ ſunt a dominio & aquoſæ & a dominio vitreæ: huiꝰ n. cõplexionis cerebri
ſigna poſſunt facile videri. ¶ Tactu n. partes capitis frigidæ & remiſſe calidæ percipiunt᷑,
eſt ẽt ſubſtãtia mẽbrorũ mollis & facile cedens cõprimenti. ¶ Et hoc quidẽ apparet ex
exeunte mutato, plurimas enim emittit ſuperfluitates ſputãdo & exſcreãdo mucillagi-
noſas & aqueas, per vniuerſas vero fere partes effuſionũ capitis per oculos, per nares, per
palatũ, & per aures. ¶ Tertio iterũ cognoſci poteſt, quia pili eius ſunt molles, plani & non
criſpi & velociter canitiẽ inciderunt & color in albedinẽ & palliditatẽ inclinatꝰ, & vena-
rum paucitas extẽſionis, iuuat᷑ & a calidis & offendit᷑ a frigidis, quia dyſcraſia eſt multum C
eleuata & ſomnolẽtus eſt & capitis grauitatẽ & lenitatẽ habens. ¶ Adhuc etiã in opera-
tionib. virtutũ ſenſitiuarũ ſenſu exteriori declaratũ eſt nocumentũ diminutionis & cor-
ruptionis aut ablationis in ſenſu auditus & viſus & olfactus etiã notabiliter læſus eſt. ¶ Si-
militer etiã in hac mala cerebri diſpoſitione demonſtrari poteſt ex nocumẽtis in opera-
tionibus ſenſuum interiorum: operatio enim phãtaſię imaginatiuæ & cogitatiuæ & po-
tentiæ memoratiuæ notabiliter ſunt læſæ, quod melius eſt ſub nube pertranſire, quam
amplius extendere. hoc de nocumento ſecundo huius viri.

Nocumẽtum viſionis.

Tertium vero ſpeciale nocumentũ eſt in ſenſu viſus quodãmodo, ꝙ nocumentũ li-
cet poſſit plurib. & diuerſis cõtingere cauſſis, ſpecialiter tñ reduci poteſt ad triplex no-
cumentũ ſ. diminutionis, corruptionis & deſtructionis, quorũ tamẽ licet plurimæ poſ- D
ſint aſſignari cauſſæ, cuiuslibet tamẽ nocumẽtum cõtingere poteſt, aut ꝓpter læſionẽ in
tunicis oculi. ¶ Secundo ꝓpter læſionẽ vel permutationẽ in humorib. ¶ Tertio propter
alterationẽ in ſpiritib. aut in his ſimul & quodlibet triũ ꝑdictorũ nocumentorũ, videlicet
diminutionis, corruptionis & ablationis poteſt eſſe ægritudo per ſe oculo prouenienſ.
¶ Nocumẽta itaq; per colligãtiã in viſu reperta cõtingere poſſunt aut a cõplexione mala
calida totiꝰ corporis, ſicut patet in febribus. Aut ꝓpter tantã caliditatẽ magna ſit reſolu-
tio in humorib. ſpiritib. & tunicis oculorum, vt ſæpe cõtingit verificari in declinatione
febrium acutarum. Aut idem cõtingere poteſt in febribus a multa materia pẽdentibus,
q̃ euaporat capiti replendo vias tranſitus ſpiritus animalis a cerebro ad oculũ, eſt cauſſa
diminutionis viſus, & quandoq; cæcitatis, cum fuerit multiplicata potẽter. Et ẽt ꝑdicti E
vapores ſpiritui viſibili cõmixti poſſunt eſſe cauſſa corruptionis viſus. cũ n. vapor ille ſpi-
ritui viſibili cõmixtus eſt, imutat organũ immutatione ſui. Et ſi fuerit vaporoſitati motꝰ,
videtur potentiæ viſiuę percipere motũ exterius, qui tñ nõ reperit᷑ ibi, eo quia vapor iſte
ſpiritui viſibili & aeri intraneo cõmixtus facit potentiã viſiuã errando iudicare res mo-
ueri circulariter in medio exteriori, quas tñ cõtingit reperiri ibi. ¶ Et ex hoc fundamẽ-
to apparet, quod non ſolum per colligantiam totius ad oculum, imo propter colligan-
tiam partialem, vt a matrice, renibus, epate, ſplene, ſtomacho, pectore, pulmone pro-
pter euaporationem a prædictis membris eleuatam & ſpiritui viſibili & intraneo aeri
commixtam inficitur viſio. ¶ Et ex hoc fundamento iterum concluditur, quod ſimi-
liter a cerebro, vẽtriculis & pãniculis eius poſſit fieri nocumẽtum in viſu, vt ſi oppilent᷑ F
viæ tranſitus ſpiritꝰ animalis, qui dicit᷑ trãſire ad cryſtalloidẽ, ita vt nihil trãſeat de illo ad
oculũ ſubita fiet cęcitas, qualis cõtingit in notabili quadã muliere ex ciuitate Monaci fa-
moſa vrbe Germanię cui ſubita cęcitas ꝓuenit ex oppilatione iã dicta, & tñ ꝑfecte ſanata
fuit per ea, q̃ in conſilio altero ſuper hac materia a me ipſi cõſcripta fuerũt año Dñi 1422.
¶ Si-

A ¶Similiter etiam poteſt accidere nocumentũ diminutionis in viſu ex oppilatione nõ
cõpleta in principio neruorũ opticorũ aut in medietate ipſorũ aut in vltima parte ipſo-
rũ ad oculum terminata: & ideo omnes ſpecies ipſorũ nocumentorũ viſus ꝑ colligantiã
a ſapientib. nominatæ ſunt. Solę n. ægritudines per eſſentiam oculi euenientes ſunt, quæ
cadunt aut in tunicis aut in humorib. aut in ſpiritu viſibili, qui iam eſt a tẽperamento
cryſtalloidis mundificatus. Poteſt a. nocumentũ in tunicis multipliciter contingere. ¶
Primo quidẽ ex parte coniunctiuæ eius nocumentũ non per ſe & immediate neceſſario
facit ad læſionẽ viſus, cũ neq; per ipſam deferant ſpecies viſibiliũ ad cryſtalloidẽ, neq;
fit ꝑ tunicã corneam, cum ſpecies per iſtam non recipiantur, neq; etiã deferant, velut fit
per pupillã, & ſimiliter etiã fit per araneã: hæc n. tunica per ſe & immediate nõ facit ad
B viſionẽ perficiendã & imperficiendã, ſicut nec aliæ tres tunicæ poſteriores, ſicut reti-
na, ſecundina & ſclyroticalis, cũ faciãt magis ad ſuſtentandũ oculũ deferendo ei nocu-
mentũ & cõſeruandũ cryſtalloidẽ, & ſic de aliis. ¶ Propter a. nocumentũ in cornea cõ-
tingens in aliquo de numero quatuor corticum eius, poteſt accidere nocumentum ab-
lationis viſus, vt ſi totaliter obſcura fiat vel oppilata, ita vt ſpecies viſibiliũ deferri non
poſſent, aut contingat vt ſit ita exiccata vel infrigidata, vt ſpecies non poſſit recipere vi-
ſibilium neq; deferre eas ad pupillam, patet quod homo cœcus erit. Et ſi contingat in
aliquo corticum eius fieri maculam vel punctum rubeum vel veſtigium cicatricis. ¶ Si-
militer etiã accidit nocumentũ ablationis, ſi cadat in tota parte ante pupillam, & ſi fue-
rit aliquod tale veſtigium in parte verſus angulũ exteriorem, tunc obiectorum viſibiliũ
ex parte illius oculi non percipietur pars dextra, aut econtra accidet, ſi erit cicatrix vel
C macula verſus angulũ domeſticũ, ſiniſtra n. pars obiectorum viſibilium non percipiet,
ſi ceciderit macula vel cicatrices in ſuperiori parte corneæ antepoſitæ pupillæ. Ex quo
fundamento etiam apparet, quod ſi punctus maculæ vel cicatricis fuerit in parte cen-
trali æque diſtante vel circumferentiis antepoſitis pupillæ taliter obiecta viſibilia appa-
rebunt in medio ſubſtantiæ perforata, velut punctus opacus in circulo. Et ex hoc fun-
damento etiam plura ſpeculabilia corollaria multorum problematum declaratiua ad-
duci poſſunt. Ex quo fundamento etiam clare colligere potes nocumenta, quę ſequun-
tur in viſu propter turbulentiam, oppilationem, apoſtema vel aliud genus ęgritudinum
complexionalium euenientium in pupilla, quæ eſt pars vueæ panniculi &c. ¶ Et ſimili-
ter eadem nocumenta contingere poſſunt propter complexionales & compoſitiona-
D les ægritudines araneæ & pãniculi & ſolutionẽ continuitatis eius, q̃ tu cõſidera, quia fa-
moſa nocumẽta ab auctorib. vniuerſaliter ſcripta aſſignant magis ex parte defect⁹ cor-
neæ & vueæ ꝓuenire, q̃ ex parte araneæ ſecũdinæ vel ſclyroticæ, vt hincinde legere po-
tes. ¶ At v. iterũ in viſu nocumentũ cõtingit ex parte ſpirituũ viſibiliũ. voco a. ſpiritũ vi-
ſibilẽ ſpiritũ animalẽ, q iã de cerebro delatus eſt ad cryſtalloidẽ, qui dicitur viſibilis in
potẽtia, quando nondũ ad viſionẽ dearticulatus eſt ꝓpter tẽperamentũ cryſtalloides.
cũ n. fuerit iã mundificatus a temperamento ꝑdicto, tũc eſt actu inſtrumentũ viſionis:
patet a. ꝙ prædictus ſpiritus tam primus, q̃ ſecundus poſſit eſſe paucus, & fiet nocumentũ
diminutionis in viſu, etiã ſi fuerit turbulentus & craſſus vaporib. cõmixtus. ¶ Si ergo cõ-
tingat ei vapores cõmiſceri mobiles circulariter, apparebit vidẽti ꝑcipere rotulas in ae-
E re circũgyratas. ¶ E ſi cõtingat vaporẽ illũ eſſe craſsũ & ponderoſum, apparebit in aere
linea deſcendẽs, ac ſi eſſet aq̃ guttula cadens. ¶ Et ſi acciderit vaporẽ illũ eſſe ſubtilẽ &
leuẽ, apparebit velut linea ſemꝑ aſcendẽs. ¶ Et ſi cõtingat illũ eſſe paucũ & valde diſgre-
gatũ, apparebit videnti ꝑcipere pulices, muſcas vel alia animalia ꝑ aerẽ volitãtia hincin-
de, ſecũdũ ꝙ erit intrinſeca diſpoſitio vaporis ad ferri ſurſũ motu recto vel deorſum aut
motu gyratiuo: & ſic de ſingulis. ¶ Quæ tu cõſidera, q a hæc omnia ſubtilia ſunt & nõ be-
ne intelligibilia, niſi a viro ſciẽtia & opere doctiſſimo, ꝑ quorũ fundamẽta multæ varie-
tates corruptionũ opationũ ſenſus viſus intelligere poteris, ſine quorũ cognitione eris
potens ad conuenienter curandum eas, ita vt ſit muneris tui & non alieni. ¶ Et vltimo
iterũ ꝑ horũ fundamẽta poteris intelligere, qualiter & quot modis nocumẽtũ in viſu cõ-
F tingat ex parte indiſpoſitionis triũ humorũ. ¶ Si n. cryſtallinus humor paucus, denſus &
turbulẽtus, fiet aut accidet cæcitas aut diminutio viſus, & ſi ei⁹ partes diuerſę ſunt, vt q̃dã
min⁹ denſæ aliæ ſemiturbidæ aut nõ bene cõſtantes, poterit varietate hui⁹ aſſignari no-
cumẽtũ corruptionis in viſu. ¶ Necnõ etiã ſi vitre⁹ humor, q cõtinet & in ſe imbibit ma-
iorẽ partẽ cryſtalloidis, fuit mult⁹, turbulẽtus & opac⁹, offendit viſio, aut quia parum de

cryſtalloide detectum ab eo relinquetur, aut quia pondere vel frigiditate vel craſſitie A
ſua alterabit & indiſponet animalem ſpiritum & ipſam cryſtalloidem ad conuenienter
videre. ¶ Et idem intelligendum eſt de varietate contingibili in humore albugineo.
Cum enim contingit, quod multus vapor inueniatur in oculo cõgregatus ſiue fuerit i-
bidem genitus propter debilitatem caloris ipſius, ſiue fuerit a cerebro, ſiue aliunde ꝓ-
pulſus ad oculum, oportebit, quod commiſceatur ſpiritui viſibili, & propter eius com-
mixtionem variis modis corruptionis lædetur viſus. cum enim ſpiritus alteratur, neceſ-
ſe eſt medium intraneum & alias in cryſtalloide iterum alterari; vapor enim ille eſt a-
gens applicatum medio & organo immediate viſionis, quod eſt cryſtalloides, & rema-
net ibi multo tempore ſufficienter agens in prædicta: ergo taliter alterabit eadem, qua-
liter eſt ei in potentia. ¶ Cum ergo talis vapor multipliciter poſſit alterare prædicta, aut B
ſui craſſitudine ſpiritum animalem incraſſando, aut ſui opacitate ipſum turbulentum
efficiendo vel ſui frigiditate claudendo vias tranſitus animalis ſpiritus ad oculum, po-
terit eſſe cauſſa nocendi viſionem nocumento diminutionis & corruptionis. Diminu-
tionis quidem, quia non erit debita quãtitas inſtrumenti viſibilis viſionis effectiua aut
perfectiua. Corruptionis vero, quia ſi vapor ille ſatis erit leuis, mobilitabit ſpiritum ani-
malẽ motu recto ad ſuperius. ¶ Et econtra ſi vapor valde grauis mobilitabit ipſum mo-
tu recto deorſum, & ſi tanta erit potentia vaporis mouentis ſpiritum ad ſurſum, quanta
ad deorſum, & ita perſeuerauerit motus in ſpiritu, vapore ſibi impreſſo, neceſſe erit, ꝙ
ſpiritus & medium intraneum oculi continue moueatur motu circulari. ¶ Et ex iſto
fundamento colligenda eſt ſolutio plurium problematum, quæ neceſſarium eſt intel- C
ligere in operatione viſiua contingentium. Ipſa enim omnia hæc facillime ſoluuntur
in vna ſuppoſitione præmiſſa, quæ eſt, quod omnis potentia ſenſitiua interior vel exte-
rior exeat in operationem hanc vel iſtam, ſecundum quod obiecta mouent medium, &
medium alterat ſpiritus, & per hoc alterantur organa; tunc ergo potentia operatur ſe-
cundum quod ſibi offertur, ergo ſi offertur ſibi a vapore vel ſpiritu alteratiuo motus
ſurſum vel deorſum, & ſic de ſingulis, taliter percipit potentia & operabitur, qualiter ſi-
Problemata & eorũ ſolutiones. bi oblatum eſt a prædictis. ¶ Solue ergo primum problema, quare eſt, quod a quibuſ-
dam hominibus medium aſpicientibus, appareat aliquis vapor in aere moueri motu
ſurſum, hoc enim eſt propterea, quia talis homo habet caput plenum humoribus, vapo-
ribus ſubtilibus cholericis ſucceſſiue mouentibus ſpiritum ſurſum. ¶ Et econuerſo ap- D
paret quibuſdam, quod vapor ille ſemper deſcendat inferius, hoc eſt, propter grauita-
Cur aer ſemper moueatur motu circulari. tem & terreſtreitatẽ n ipſius. ¶ Soluitur tertium, quare quibuſdam appareat, quod aer
ſemper moueatur motu circulari, ſpecies enim talis motus in ſpiritu impreſſa a vapore,
qui tantum ſui leuitate mouet ſurſum, quantum ſui grauitate deorſum, facit potentiam
viſiuam corrupte percipere motum circularem in aere exteriori, qui tamen non eſt
ibi: licet tamen talis motus inueniatur in ſpiritu & aere intraneo, propter quod potẽ-
tia viſiua idolum talis motus circularis corrupte percipit motum eſſe exterius; cum ta-
men non ſit ibi, hoc autem totum teneri debet ſecundum ſententiam Ariſtotel. tenen-
tis fieri viſionem intus ſuſcipiendo; licet aliter dicendum eſſet ſecundum ſententiam
Pythagoricorum, qui dicebant viſionem fieri extra mittendo, vt colligitur *primo de ſen-* E
ſu & ſenſato. & tu conſidera, quia hoc ſubtiliandum eſſet aliqualiter ſecundum poſitio-
nem ſecundam. ¶ Ex hoc iterum fundamento ſolui poteſt aliud problema, videlicet,
quare quibuſdam hominum appareat percipere vaporem in aere mobilitatum coloris
nigri, aliquando rubei, nõ raro citrini, & frequenter ſubalbidi Species enim talium co-
lorum imprimuntur in aere a ſpiritu & vaporibus ſecundum determinatas ſpecies qua-
tuor primorum humorum his coloribus propriis coloratorum. ¶ Et apparet etiam vl-
timo ex hoc fundamento, quare quibuſdam hominum appareat vapor coloribus inui-
cem confuſis coloratus, hoc enim contingit propter commixtionem materierum hu-
moralium diuerſarum ſpecierum, quapropter diuerſis ſpeciebus vapores alterant ſpi-
ritum & medium intraneum oculi. Et plura alia problemata iſtis proportionata ſolue- F
re poſſem, ſi non effugerẽ prolixitatem. ¶ Et vltimo ex omnium horum fundamento
concluditur, quot & quantæ ſpeculationes Medico ſint neceſſariæ ad conuenientem
curam ſpecierum corruptionis viſus, harũ n. diſpoſitionum cura perfici non poteſt cõ-
uenienter a Medico, ita vt ſit ſui muneris, niſi ipſe diſtincte & diligenter cognoſcat, ſed
euidens

A euidens cognitio horum nocumentorum neceſſario præſupponit ſuarum cauſſarum notitiam, ergo ad perfectam curam omnino neceſſarium eſt cauſſarum & ægritudinum ipſarum diſtincta cognitio, propter quod ſubtiliter ſcripſit Galen. *ſecundo techni* quod alias primo in actionibus, id eſt operationibus prius quidem corruptarum cauſarum cognitio neceſſaria ſit, deinde ſalubrium cauſarum inuentio, vnde & propter hoc neceſſarium primo ordinare regimen, quod neceſſarium eſt in cura harum diſpoſitionum ex parte ſex rerum non naturalium, ſecundo v. ex parte medicinalium & inſtrumentorum, quæ conueniunt eis &c.

Summa ſecunda de regimine prædictarum diſpoſitionũ, per medicinalia continens cap. quinq.

B IAm autem inſtat neceſſitas ordinandi regimen medicinale huic viro neceſſarium pro cura ſuarum diſpoſitionum & præſeruatione a caſu in lapſum deteriorem, quod regimen in quinq; capitula volo eſſe diuiſum. In primo enim cap. ponam aliqua inſtrumenta, per quæ poterit præſeruari a decidentia in lapſum maiorẽ, tam cerebri, quam auris, qua adhuc audit, & oculi, quo adhuc videt, non n. per beneficiũ phyſicum ſpero ipſum oculum, qui iam habet pannũ confirmatũ poſſe ſeruari, nedũ ad melius tranſire, rationabile tamen eſt ingeniũ phyſicum poſſe facere aurem tranſire ad melius, qua iam ſurdus effectus eſt. Igitur in primo capitulo deſcribam vniuerſales can. in ipſo obſeruandos. In ſecundo vero cap. ponam regimen conueniens diſpoſitioni capitis. In tertio intentiones & inſtrumenta diminutioni auditus conueniẽtia ſiue neceſſaria. In quarto remedium conueniens corruptioni & diminutioni viſus. In quinto
C modum deponendi pannum iam in oculo confirmatum.

CAP. I. *De regimine vniuerſali obſeruando per purgationes veris & autumni.*

PRo complemento itaq; primi capituli deſcribã primo purgationẽ ipſi neceſſariã in tempore veris; ſecundo v. in tempore autumni: tertio v. deſcribã duo remedia conuenientia ad præſeruandum ipſum, tam cerebro q̃ aurib. q̃ oculo appropriata.
¶ Itaq; ꝑ executione primi circa finẽ menſis Octobr. vel principiũ Nouembris in anno *Potio minoratiua*
1441. vno mane in aurora accipiat hunc potum cum ℥ iij. aquæ fœniculi calefactæ, & *in Octobri*
poſt ipſum immediate dormiat per vnam horam & mediam, & tranſactis v. horis, bibat *ſumenda.*
cyathum vnum aquæ calidæ coctæ cum granis fœniculi & bene ſacharatæ, & poſt iſtam aquam per vnam horam accipiat prandium, & iſto mane ſtet in camera a frigore & ven-
D to denudata. eſt autem iſtius potus deſcriptio. *Recipe hieræ Galen.* ʒ *j. hieralogodion* ʒ *iij. miſce, & fiat de eis, vt ſupra.* ¶ Facta iſta minoratiua euacuatione, die immediate ſequente hora prædicta accipiat hoc digeſtiuum calefactum, poſt quod nõ comedat, niſi pertranſeant horæ quatuor. *Recipe ſyr. de calamento, ſyr. de ſtœchade, oxymellis ſquillitici ana* ℥ *ß. miſce, & totum accipiatur, vt ſupra.* *Digeſtiuũ.*
¶ Accepto iſto digeſtiuo in vno die immediate ſequente purgetur cum iſtis pillulis. *Recipe pillularum de ſarcocolla & cochiarum ana* ℈ *j. ſalis Indi gra. iij. formentur pillulæ vij. cum ſyr. de ſtœchade & accipiantur hora & conditionibus obſeruatis, quæ dicta ſunt de primo minoratiuo.* *Pilulæ.*

Cum autem euenerit tempus veris in fine menſis Februarii vel circa principium Martii vno mane hora prædicta, cum luna habuerit dies v. vel ſex a reuolutione ſua, ac-
E cipiat has pillulas. ℞ *pillularum fœtidarum* ʒ *ß. cochiarũ, & de hiera compoſita ana* ℈ *ß. accipiantur obſeruatis conditionibus in primo minoratiuo dictis.* ¶ Die vero immediate ſequenti, accipiat hoc digeſtiuũ, q̃ cõtinuet octo dieb. calidũ, obſeruando ea, q̃ de alio digeſtiuo ſunt dicta. ℞. *ſyr. de calamento, ſyr. de hyſſopo, oxymellis cõpoſiti ana* ℥ *ß aquæ lauri, ſaluiæ & betonicæ an.* ℥ *ß. miſce.* Die v. octaua immediate ſequẽte, accipiat hoc ſolutiuũ. ℞. *hieræ diacolo* ʒ *ß. electuarii Indi* ʒ *j. ß. miſce, accipiatur cũ cyatho vini calefacti & bene ſumoſi, & obſeruet ea quæ in aliis ſolutiuis obſeruari debere ſunt dicta.* ¶ Et ſi careat hiera diacono, aut nõ poſſet ipſũ aſſumere, tũc ℞. *pillularũ fœtidarũ deſcriptione Raſis 9. Alm. ca. de paralyſi* ℈ *j. pillularũ de hiera cõpoſita* ℈ *j. & accipiatur vt dictũ eſt, inuicẽ incorporatæ.* Poſt hoc a. fiat hoc tertiũ cõpoſitũ. ℞. *macis, garyoph. ſtœch. florũ roriſmarini an.* ℈ *ß. folii, ligni al. zinz. ana* ℈ *j. pulpæ colocynth. turbit. an.* ʒ *j. ß. radicum*
F *hermodactylorum electorum* ʒ *ij. ſalis Indi* ʒ *ß. aloes epaticæ electæ* ʒ *v. pulueriz ẽtur omnia ſubtiliter & per ſe, deinde conquaſſentur in mortario, & infundãtur in* ℥ *v. aquæ fœniculi & totidẽ de maiorana & diligẽter in catino vitreato exponãtur ſub radiis ſolis ſæpe cõmiſcẽdo vſquequo exiccẽtur, tũc ergo infundãtur ſecunda vice ꝑdictis aquis calidis bene cõmiſcẽdo & ponẽdo ſub ſole & exiccãdo, vt dictũ eſt, & ita fiat quatuor vicib. de hac igitur materia fiãt pillulæ ex omni* ʒ *vj. de quib. accipe poteſt omni ſero aut ſaltẽ omni alterno ſero vnã parũ ante cœnam & alterã per duas horas poſt cœnam,* toto tẽpore

Margin notes: *Pilulæ vernales.* *Digeſtiuũ.* *Potio ſolutiua.* *Pilulæ.* *Pilulæ.*

quo accipit ſyr. deſcriptos & etiam per totum annum poterit eis vti ſaltem in ſeptimana A
j. vel ij. accipiendo hora prædicta, & ſi de eis iterum acciperet ʒj. omni fine xv. di-
erum, tardando cibum & conditiones obſeruando tactas in aliis ſolutiuis, ſaluberrimū
eſſet ei. In his enim pillulis eſt potentia mundificandi ſtomachum, caput & omnia in-
ſtrumenta ſenſuum, ſi bene conſideras. ¶ Secundum principale inſtrumentum huic vi-
ro conuenientiſſimum, cum quo aliquando ſurditatem confirmatam & frequēter gra-
uitatem auditus & caliginem oculorum vidi ſanari, eſt hoc. *Rec. ſpecierum ſotyræ magnæ* ℥
Electuariū ad ſurdidatē & caliginē oculorū j. *ſpecierum oppoſitæ* ℥ ß. *amborum deſcriptione Nicolai in Antidotario, mellis electi cocti & deſpu-
mati libram mediam, granorum phiſticorum mundatorum* ℥ *iiij. ligni aloes electi* ʒ *ij. infundantur
phiſtici per biduum in aqua fœniculi & maioranæ, & ſtent bene cooperti, deinde minutiſſime conte-
rantur & coquantur & incorporentur cum melle prædicto, & poſt tepiditatem eius fiat electuarium* B
*cum ſpeciebus prædictis, de hoc itaq; electuario patiens quantitatem nucis muſcatæ inter tempus aſ-
ſumptionis pillularum ſupraſcriptarum in ſero, quando vadit ad lectum, aſſumat & bibat poſt ipſum*
℥ j. *aquæ fœniculi vel maioranæ calefactæ, & videbit rem gratiſſimam.* Hæc itaq; ſufficiant pro
primo capitulo.

Cap. II. *De regimine conuenienti diſpoſitioni capitis.*

SECVNDVM vero capitulum regiminis medicinalis explicare debet ea, quę malæ
complexioni frigidæ & humidæ ſunt conuenientia. & licet ea, quæ ſcripta ſunt
in præcedenti cap. omnia ſint vtilia & neceſſaria, pro diſpoſitione capitis, hic ta-
men ponam ea, & inſtrumenta deſcribam capiti multum conuenientia & neceſſaria.
1. medicamentum. ¶ Primum itaq; ipſorum eſt hoc. *Rec. folii, granorum paradiſi, pulegii, origani, calamenti, ſer-
pilli ana* ʒ j. ß. *rutæ ſiccæ, ſtœchados, maioranæ ana* ʒ *ij. macis* ʒ *iiij. garyophillorum, ſtyracis calami-* C
tæ ana ℈ *ij. ambræ orientalis* ℈ j. *moſchi* ℈ ß. *fiat omnium per ſe puluis, cuius medietas ligetur in ſindo-
Puluis odoratus. ne de grana retorta, altera vero medietas cum vino aromatico incorporetur cum* ʒ j. ß. *electi lau-
dani; & fiat pomum:* vtrunq; enim iſtorum alternatim odorare debet, & erit præſidium
magnum in confortando cerebrum, exiccando materias & aperiendo vias eius. ¶ II. re-
2. medium eſt hoc. *Rec. ſpecierum aliptæ muſcatæ* ℥ ß. *ſtyracis calamitæ, galliæ muſcatæ ana* ℥ j. *lauda-
Suffumigiū ni electi, thuris gummoſi ana* ʒ ß. puluerizentur omnia, & de hac materia ſæpe carbonibus
3. accenſis fiat ſuæ cameræ ſuffumigatio. ¶ III. inſtrumentum eſt hoc. ℞. *granorum paradiſi,
Puluis capiti aſpergendus. garyophillorum, ligni aloes, folii, amomi ana* ʒ j. *maioranæ* ʒ *ij. florum nenupharis* ʒ j. ß. *puluerizen-
tur omnia per ſe, deinde conquaſſentur in fine ponendo ambræ* ℈ ß. *& moſchi grana v. de hac igitur* D
*materia ſæpe puluerizetur media pars anterior capitis a principio capillorum vſq; ad ſummitatē eius
per latitudinem quatuor digitorum, & aſſuefaciat hunc puluerem a principio menſis Nouembris per
totum menſem Februarii ſaltem tribus vicibus in ſeptimana, quando vadit ad lectum, & quando
4. ponit puluerem ſecundum cum pectine deponat primum.* ¶ IV. vero ſpeciale remediū eſt, vt ſę-
pe aſſueſcat ante prandium & ante cœnam apponere pānos calidos triplicatos toti ca-
piti & eos ibidem tenerę compreſſos, & poſt illud cum ſetula pectinando caput leuiter
5. abſtergat limoſitatem ſupercutaneam. ¶ V. vero ſpeciale remedium eſt vt ſaltem omni
ſeptimana tribus vicibus mane incipiat ſibi facere fricationes a genubus vſq; ad pedes,
deinde ab inguinibus vſq; ad eos, tertio a ſpatulis vſq; ad nates ſemper inferius trahendo
6. vſquequo membra rubeſcant, tunc a fricatione deſiſtat. ¶ VI. eſt vt bis in ſeptimana vel E
ter in mane per quinq; horas ante prandium longo tempore maſticet vnam de pillulis
infraſcriptis expuendo totam materiam, quę per eas attrahetur a capite, & nullo modo
Pilulæ maſticandæ. deglutiendo ipſam. quarum deſcriptio eſt hæc. *Rec. maſticis diſſolutæ cum aceto* ℥ j. *gummi,
Arabici, dragaganti mollificatorum cum mucillagine ſebeſten ana* ℥ ß. *pyrethri, coſti, ſtaphyſagriæ
an.* ℈ *iiij. ireos* ℈ ß. *pul. hermodactylorum* ℈ *v. incorporentur omnia, & fiant pillulæ ſicut auellanæ, &
7. exiccentur ſub tegula calefacta, & fiat ex eis vt dictum eſt.* ¶ VII. quod vidi efficaciſſimum in o-
mnibus diſpoſitionibus ſuis, eſt hoc. *Rec. ligni aloes electi* ʒ *ij. foliorum lauri, ambræ, croci, ga-
Pilula. langæ ana* ℈ j. *puluerizentur, & fiant ex eis pillulæ de quibus per longum tempus in cœna poſt ipſam
8. immediate deglutiantur duæ vel tres.* ¶ Vltimum remedium pro iſto capitulo & effica-
ciſſimum eſt, vt hic patiens a principio menſis Decembris vſq; ad medietatem Februa- F
rii omni tertio ſero, quando vadit dormitum, comedat vnum myrobalanum, chebulū
conditum & electum, & poſt ipſum bibat ℥ j. aquæ maioranæ calefactæ cum modico ſa-
charo, & hoc omni tertio ſero per quinq; horas poſt cœnā, quando exponit ſe ad dor-
miendū. In hoc n. capitulo ſtat magnū fundamentū curationis omniū diſpoſitionum.

A Cap. III. *De inſtrumentis neceſſariis nocumento auditus.*

NVnc autẽ conueniens eſt explicare regimen conueniens pro nocumento auditus. Pro quo premittẽdum primo, quod omnia quæ poſita ſunt in duobus capitulis pręcedentibus, ſint ẽt vtilia ad nocumentum auditus. Itaq; pro horum intentione curatiua ſeptem ponam inſtrumenta partim ſurditati, partim diminutioni & corruptioni eius cõuenientia. ¶ Primũ itaq; inſtrumentũ poſt vniuerſales purgationes in vere & autumno celebrandas, & etiam poſt frequentẽ aſſumptionem pilularum, quę poſitę ſunt in ſecunda parte huius tractatus, eſt vt habeant tabulæ magnæ cypreſſi, & calefiãt notabiliter, deinde ſuperponãt tempora alternatim nunc vnũ nũc aliud vſque quo poterit tolerari caliditas prędictarũ tabularum cum auribus diſcoopertis: hoc n. *Septem inſtrumẽta medicinalia.* *1. Fomentatio.*

B erit ei ſingulare auxilium in curatione ſua. ¶ .II. v. principale remedium eſt hoc. ℞. *pulpæ colocynth. ℥ i. ſerpil. rutæ, abrotani, ſtœchad. pulegii, calamenti an. M. i. ß. origani M. v. nitri. ℥ ß. bulliant hæc omnia in lib. xxv. aquæ vſque ad conſumptionem medietatis, deinde ponatur in cucuma magna, ſuper qua ponatur embotum, & aure diligenter mundificata inclinetur ipſa ſuper extremitatem emboti.* In cucuma igitur prius poſitus ſit lapillus calefactus, ita quod effumare faciat potenter liquorem, & ſuffumigetur auris per quartã partem horę: hoc quidem remediũ aperit oppilationes aurium, neruorũ cerebri, reſoluit & cõſumit materias aquoſas craſſas & viſcoſas & ventoſitates & vapores genitos ab eis, & ſi vtraq; aurium patietur, vtriq; applicetur hæc fomẽtatio. ¶ Et ex eadem materia medicinarum ſolitus ſum ſæpe facere ſacculos magnos, qui calefiant ſuper tabulis cypreſſi, & ſuper eis diu teneantur tempora, *2.*

C imo eoſdem ſacculos non raro conſueui ponere ſuper tabulas calefactas de cypreſſo, ita ꝙ vtrunq; ſimul operetur in aures. ¶ Verũ quia nocumenta diminutionis & corruptionis auditus frequenter fiunt a diuerſis cauſſis, ideo hic diuerſa particularia deſcribam remedia diuerſis nocumentis auditus conferentia.

Si ergo nocumentũ prouenerit in auditu ab apoſtemate calido in auribus, tunc p̃miſſis vniuerſalibus euacuationibus & diuerſionibus applicentur auri hęc duo remedia. ¶ Primum. ℞. *ſucci ſolatri, ſucci nenupharis, olei r. ſ. an. partes æquales, bulliant omnia ſimul vſq; ad conſumptionem ſuccorum, & de hac materia imponatur auribus cum can. obſeruandis medicando eas, qui ſunt quinq; particulares.* ¶ Prim⁹ canon eſt, quod nunquã aliquid imponatur aurib. niſi *Apoſtema in aurib. Succus auribus imponendus. Quinque canones.*
prius facta diligenti mundificatione ceruminis, & aliarum ſuperfluitatum quæ ſunt ibi. 1.
D ¶ Secundus, quod nunquam aliquod medicamen imponatur auri notabiliter calidũ aut 2.
frigidum, imo ſemper tepidũ. ¶ Tertius, ꝙ nunquã de aliqua medicina ponat̃ quantitas 3.
multa, imo niſi vna gutta vel duæ ad plus. ¶ Quartus, quod poſtquã medicina fuerit im- 4.
poſita auri, decumbat æger ſuper parte ſana per horam vnã aut mediã ad minus, & ſi ambæ aures ægrotauerunt, tũc prius imponat in vna & quieſcat ſuper alia, & ecõuerſo permutetur. ¶ Quintus, quod nunquã imponatur ſecunda medicina auri, niſi prius fuerit mun- 5.
dificatum apoſtema. ¶ Secundũ vero remedium ad apoſtema calidũ eſt hoc. ℞. *olei violarum de nenuphare an. ℥ i. pinguedinis capræ ʒ ii. croci ʒ ß. diſſoluantur ſimul & imponatur auri:* hoc enim conueniens medicamen eſt in principio. *Secundũ remediũ.*

Si autẽ apoſtema fuerit a materia frigida phlegmatica, tunc ſolenne remedium eſt

E hoc. ℞. *olei amyg. an. ℥ i. olei de coſto ℥ ß. croci ℈ i.* ¶ Et ſi velis remedium melioris efficaciæ: tunc ℞. *olei de pentadactylo & imponatur auri, vt ſupra.* ¶ Et ſi materia eſt mixta ex melancholica & phlegmatica, tũc commiſceantur adinuicem oleum de amygdalis amaris & oleum de ſiſamo, deinde cooperiatur auris cum magno fruſto lanæ aut coti. *Si nocumentũ ſit a materia frigida phlegmatica.*

Cum autem contingit lędi auditum propter plenitudinem ceruminis aut aliarum ſuperfluitatum: tunc ℞. *ſucci marubii, ſucci porrorum, mellis electi ana ℥ i. aceti ℥ ß. bulliant ſimul & imponantur vt ſupra.* *Si a plenitudine ceruminis.*

Adhuc ſi contingat nocumentũ auditus a punctura vermiũ vel pulicũ exiſtentium in auribus, tũc auri imponatur ſucc⁹ mẽtaſtri aut ſucc⁹ rutæ. Ego a. ſcio, ꝙ ſi *accipiatur ſucci abſynthii, aceti an. ℥ ß. ſcamo. ʒ ß. & imponatur aurib.* cito admodũ interficit animalia omnia *Si a vermibus.*

F Dum autem offenditur auditus propter ſanguinem in auribus congelatum, tunc accipiatur *coaguli leporis ℥ ß. aceti ℥ i. caſtor. ℈ i. coquantur & diſſoluatur in auribus gutta vna de hoc tepido.* *Propter ſanguinẽ intus congelatum.*

Si vero auris multa aquoſitate fuerit plena, exiccari ſolet cum noua ſpongia bene ſicca ſuperligata auri. ¶ Confert etiam huic diſpoſitioni, vt accipiatur ramulus iunci *A multa aquoſitate.*

exiccatus & imponatur vna extremitas auri, altera vero extremitas accendatur, tunc A
enim per eam attrahetur & conſumetur aquoſitas.

Si quid extetius in aures inciderit.

Et ſi contigerit, quod in aurem ceciderit feſtuca, puluis, lapillus aut granum fabæ vel ciceris, vt ſæpe vidi, tunc ingenium ſolenne eſt, vt auris liniatur & impleatur oleo, ſecundũ quod eſt poſſibile, deinde æger ingrediatur balneum vt bene calefiat, poſtea exeat a balneo, deinde inſuffletur in nares eius modicum pulueris ellebori albi, & claudatur os & aliqualiter nares vt fortiter ſternutet, tunc enim exibit, quod in eã præternaturaliter ingreſſum eſt.

Si a ſorditie & ſanie.

Quando autem contingit reperiri aurem plenam ſorditie & ſanie, tunc optimũ eſt medicamen, quod ſcripſit Alexander. *Rec. arſenici ruffi* ℥ j. *teratur diligenter cum melle, deinde fiat licinium ſubtile, & inuoluatur eo, & imponatur auri*, quoniam mundificat eam & ex- B
ſiccat vlcera & ſaniem & non nocet, & fiducialiter vtendum eſt eo, quoniam expertum eſt, & ſcribitur de eo *primo practicæ cap. de ſordibus aurium, & allegatur idẽ 3. continentis cap. primo*. Et ſi volueris remediũ efficacius iſto, tunc ℞. *ſarcocollæ, ſanguinis draco. ſief memitæ, thuris, memirem ſpumæ maris, ſalis armoniaci, conuenienter mundificata ergo aure accipiatur hic puluis cum melle commixtus*, & cum licinio imponatur in aurem mane & ſero, curat n. vlcera aurium, corrodit carnem additam & corruptam & generat ſanam, & ſanat ipſam, & ſunt ſermones Rhaſis *3. continentis primo cap. auctoritate Aaron*. ¶ Hic tamen intellige, ꝙ cum in deſcriptione dixit Aaron conuenienter, hoc eſt, refertur ad ſalem armoniacum, neque n. de eo in deſcriptione debet accipi tantũ, quantum de aliis propter vehementiã acuitatis & caliditatẽ eius, aliter n. cõpoſitio eſſet inartificialis, propter ꝙ vbi in cõpoſito de C
aliis quinq; medicinis accipietur an. ℥ j. ſufficiet ℈ j. ſalis armoniaci, & forte quãtitas minor.

A ventoſitate & vaporibus.

¶ Deniq; quando nocumentũ auditus prouenit ꝓpter ventoſitates & vapores, tũc nullũ medicamen melius reperitur, quam quod ſcripſit Theodoſius, vt allegatur *3. continentis primo cap.* & eſt vt de caſtoreo electo accipiatur quantitas lenticulæ, & minutiſſime conteratur cũ oleo nardino. Ego a. ad vapores & ventoſitates in aurib. incluſos facientes tinnitũ & ſibilũ & alios ſtrepitus diuerſos, ſecũdũ diuerſitatẽ ipſarũ ventoſitatum, vt probatum eſt, nullã potui parem inuenire medicinam ei, quam ſcripſit Rhaſis *3. continentis allegato cap.* ℞. *ellebori al. croci, nitri, caſtorei ana* ℨ j. *aceti, mellis electi an.* ℥ j. *bulliant ſimul, & linito licinio pluribus vicibus auri imponatur*, complectitur n. hæc medicina quatuor ſimplicia ſublimitatem laudis & operationis vltra omnes medicinas habentia, & D
confert grauitati auditus & aliis ſpeciebus corruptionis eius, & cognouit Auic. hãc medicinam *4. tertii cap. de ſonitu & ſibilo verſus finem*: licet dimiſerit Auic. ibi caſtoreũ, quod forte fuit defectus exemplaris vel ſcriptoris.

Si ſurditas fuerit confirmata.

Dum a. ſurditas fuerit confirmata, nõ omnino deſperandũ eſt, qn & experta debeant applicari remedia, licet n. tale nocumentum ſcribat ab auctorib. incurabile, vt ſupra demonſtratũ & declaratũ eſt, nihilominus & frequẽter apparent in ægritudinib. monſtra vel effectus, quorũ euentus philoſophorũ induſtria nõ bene poteſt cõprehendi diſcurſu rationis, ſiue cõtingat hoc ꝓpter fortitudinẽ virtutis, ſiue ꝓpter diſpoſitionẽ paſti, ſiue ꝓpter frequentẽ applicationẽ & cõtinuationẽ medicinarũ, q̃ applicant. ¶ Propter ꝙ hic deſcribã medicamẽ, cũ quo multas gẽtes reduxi ad bonã auditionẽ, quę multo tpe ſurda remãſerant, ſicut inquirere potes a fra- E
tre Thoma Anglico de ordine eremitarũ in Padua qui xii. annis paſſus fuerat cõpletam

Si ef pro ſurditate confirmata.

ſurditatẽ vnius auris, & iã plene curatus eſt cũ hac ſolenni medicina deſcripta *3. continẽtis præallegato cap.* auctoritate inſignis viri nomine carentis, § illo. *Abſq; auctore*: ad põderoſitatẽ in aurib. & ſurditatẽ fortem diſtemperet aloe, pulpa colocynth. & euphorbiũ ſubtiliſſime trita cũ felle vaccino, deinde ex eis fiãt ſief, & ꝑmittantur exiccari, cũ ergo opus fuerit, fricent ſup cote, vt ibidẽ dicitur & cũ ſucco raphani imponant auri, & forte, ꝙ

Fautenegi

hoc eſt medicamẽ fautenegi, ꝙ Deus creauit, ꝙ allegat *Auic. 4. tertii præallegato cap.* cuius vſq; ad hos dies nõ potui plenam habere expoſitionẽ, licet multũ vigilauerim ad id, & lectori concedo partem laboris. Hæc in ſumma de remedio nocumentorum auditus.

Cap. IV. *De remediis conuenientibus diminutioni & corruptioni viſus.* F

IN 4. cap. ponendus eſt modus curæ imaginationum & aquæ deſcendentis, inter quæ duo poteſt aſſignari differentia, quoniam imaginationes, vt ſupra viſum eſt, non important aliud, quam nocumentum corruptionis operationis viſiuæ prouenien ſa multitudine vaporum, qui commiſcentur ſpiritui viſibili & repræ-

ſentant

A ſentiãt cryſtalloidi ſimilitudines eorũ tã ex parte caloris, q̃ ex parte mot⁹ ipſorũ, immo & ꝓpter iſtã cauſſam deluditur potẽtia viſiua, ita ꝙ & potentia imaginatiua imaginatur res eſſe exterius, quæ non ſunt ibi. Aqua v. importat nocumentũ deſcenſus aq̃ a cerebro vel pãniculis ad oculos, q̃ recip: t quãdoq; inter tunicã corneã & vueã; quãdoq; v. inter vueã & araneã, & ſi cõtingat ipſam ſecundũ partẽ aliquã ſituari magis verſus angulũ domeſticũ, ita vt obiecti viſibilis ſpecies viſibilis nõ recipiatᷣ in parte iſta; quia oppilata eſt, tũc patet ꝙ pars ſiniſtra obiecti viſibilis nõ poterit videri, ſi fuerit oppilatio illa in angulo domeſtico; & ecõuerſo dextra pars nõ poterit videri, ſi fuerit in angulo ſylueſtri oppilatio. Et ita ſi ab aqua fluẽte incraſſata oppiletᷣ pars ſupior obiecti viſibilis, pars eminetior videri nõ poterit. & ſimiliter eiuſdẽ inferior pars nõ videbitᷣ, ſi oppilatio eadẽ in inferiori
B parte ipſius pupillę, & ſic erit de diuiſione medietatis obiecti; ſi oppilatio cadet in medietate pupillę. Et pariformiter intellige, ꝙ ſi oppilatio cadet ſolum in centralẽ partẽ pupillę, tũc nullũ percipietᷣ obiectũ, niſi velut perforatũ, vt ſuperius declaratum eſt. ¶ In ſumma igitur differentia vera inter aquam & imaginationes eſt, quod ipſa aqua eſt morbus compoſitionalis ab oppilatione proueniens, imaginationes vero nõ ſunt morbus cõpoſitionalis; propter quod *3. tertii vltimo cap.* ita ſcribitᷣ. Deſcenſus aquæ ægritudo oppilatiua & humiditas eſt extranea ſtans in foramine vueæ inter humorẽ albugineum & ſifac, id eſt, corneam: quare prohibet penetrare formas, videlicet viſibilium ad viſum. ¶ Ex quo fundamento concluditur, quod ſicut aqua deſcendẽs poteſt recipi inter tunicam corneam & vueam, vel in foramine eius; ita deſcendere & recipi poterit inter
C albugineũ & cõuexũ araneæ, & ſicut ipſa congelata facit pannũ inter cõuexũ vueæ & concauum corneæ tunicæ, ita poterit facere pannũ inter concauũ albuginei & conuexum araneæ: & eſt vnus pannus, qui quãdoq; difficulter apparet, quia valde ꝓfundus eſt & beneficio manualis operationis curari nõ poteſt; ſicut alter, vt infra videbitᷣ. Propter quod corollarie concluditᷣ, ꝙ aqua iſta nõ dicatur eſſe ęgritudo, niſi cauſaliter; quia eſt immediata cauſa oppilationis & materialis cauſa generationis panni, quæ dicitᷣ cataracta, & im ꝓprie. cũ n. catarõ vel cataracta importet deſcẽſum, patet ꝙ talis pãnus nõ poſſit recte dici deſcenſus, defluxus cataracticus, niſi ad hunc intellectum, quia eſt pannus generatus ex conuerſione aquę in ipſum a congelante cauſa antepoſitus pupillæ vel in foramine eius ſolum. ergo hæc ægritudo denominatur aqua, i. ab ea defluente ꝓueniẽs,
D quæ nondum congelata eſt. ¶ Propter quod ẽt intelligi poteſt eſſentia alterius ægritudinis, q̃ aliqui oculiſtæ, vt Alchanomoſali, Ieſu Haly & plurimi modernorũ denominãt *Gutta ſerena.*
guttam ſerenam. Eſt n. ęgritudo proueniens ab humiditate multa aquoſa & conturbata in cerebro & panniculis eius abundante, quę frequenter impetuoſe expellitur, & deſcendit a cerebro in neruos opticos oppilando eos complete; & facit cæcitatem completam aut in oculo vno tantum, ſi oppilauerit ſolum opticum neruum vnum; ita vt in inſtanti homo fiat cæcus in vno oculo, ſicut ſæpe contingit in fortibus percuſſionib. capitis, in motibus criticis, in crapula ciborum & potuũ, multum & immoderate coeuntib. & in his; qui exercitantur motibus per quos neceſſario inclinatur caput ad anteriora & ad inferiora: & hæc quidem ægritudo licet pauci intelligant ipſam, recte denomi-
E natur gutta ſerena. Gutta quidem, quia per modũ guttarum deſcendentiũ eueniẽs. Serena v. quia per eã oculus ad extra nõ apparet cõturbat⁹ neq; oppilat⁹: imo clarus & ſerenus, ꝓpterea quia humiditas illa nõ oppilat anteriores partes oculi viſu cõprehenſibiles *Cur quidã repẽte fiant cæci.*
ſed ſolũ poſteriores, videl. neruos opticos; ad quos non peruenit viſus hominis exterius aſpiciẽtis. Et nota, ꝙ hic ſermo aperit tibi viã intelligẽdi ſentẽtias pluriũ illuſtriũ oculiſtarũ & reſpõdẽdi ad quæſitũ, ꝓpter ꝙ homini inſtãtanea accidit cęcitas, cũ tamẽ a ſubſtãtia ſua, colore, quãtitate & diaphaneitate oculus nullo modo conturbatus appareat.

Vnde ex horũ fundamẽto elicitur modus curationis harum diſpoſitionum; vt tibi legenti apparere poteſt triplici ſermone ſequenti. ¶ Et primus ponet canones & inſtrumenta curationis guttæ ſerenæ. ¶ Secundus ponet inſtrumenta curationis & in-
F tentiones habendas ad aquam deſcendentem priuſquam congeletur. ¶ Tertius vero tanget modum & inſtrumenta curationis aquæ, quæ congelari incepit. ¶ Pro complemento itaq; primi ſermonis quatuor ſunt neceſſarię intentiones. ¶ Prima eſt materierum euacuatio. ¶ Secunda ipſarum diuerſio. ¶ Tertia cerebri & partiũ eius rectificatio. ¶ Et Quarta materiei vltima & omnimoda conſumptio.

I. Curatio guttæ ſerenæ per materierũ euacuationem. Prima quidem intentio completur per tria inſtrumẽta. quorũ primũ eſt, euacuatio A
minoratiua materierũ. ¶II. digeſtio earũdẽ. ¶III. eſt eradicatiua earũ euacuatio. ¶Pri-
mũ itaq; completur euacuãdo materias antecedẽtes, q̃ partim in mẽbris inferiorib. in-
ueniunt, & ꝓprie in ſtomacho, cũ hęc diſpoſitio fuerit ꝑ colligantiã totaliter aut ſecũdũ
Serapini ſubſtantia ad guttã ſerenam. partẽ ẽt completur cũ his, q̃ materias aquoſas attrahũt a capite cũ ꝓprietate reſpiciẽdi
oculũ & aquoſã materiã in cerebro congeſtã, & ad oculos fluentẽ, de quarũ medicinarũ
numero tres prę omnib. aliis excellentes ab auctorib. illuſtrib. poſitæ ſunt, vbicũq; lega-
Sequanabum quid. tur. Et prima eſt ſerapinũ, quod Arabice denominat ſequanabũ, propter quod pilulæ
ex eo factæ, collectæ 5. *can. ſumma prima tractatu de pilulis & a Meſue diſtinctione de eis*, ſunt
valde ſolẽnes, ita vt ex eis detur ʒ j. cum aqua ſublimationis vel decoctionis fœniculi vel
eufragiæ, & obſeruentur poſt ipſas canones ſupraſcripti in purgationibus veris & autũ- B
mni. Gal ergo lib. 6. ſimpl. ſerapinũ ſic deſcripſit, vt allegat Serapio in aggregatore cap.
286. quod ſubtiliet & abſtergat maculas, quæ ſunt in oculo, & eſt de melioribus medici-
nis aquæ deſcendenti ad oculos & tenebroſitati viſus, quę accidit ab humoribus craſſis.
Dioſcor. v. ita dixit de eo, *ipſum abſtergit veſtigia vlcerum oculorum, & confert obſcuritati viſus*
& aquæ, quæ deſcendit ad oculum & prohibet eam. ¶II. vero medicamen appropriatũ ad hanc
intentionẽ eſt euphorbiũ, ꝙ calidũ eſt & ſiccũ in 3. gradu aut in prima manſione quar-
ti, ſicut ſerapinum, licet hoc ſit parũ calidius illo, & dixit de eo Serapio *ſimplici 336.* aucto-
ritate Dioſ. ꝙ quando fit cohol cũ eo, habet virtutẽ abſtergendi aquam oculi, licet eius
mordicatio duret tota die, quare miſceatur cum melle & conficiatur cũ ſief, ſupple al- C
bo, & cum cautela: ꝓpter quod ob acuitatẽ eius bonũ eſt cõmiſcere ipſum cũ aqua viola-
rũ. ¶III. medicina calida appropriata oculis & maxime humiditatib. eorum, eſt colo-
cynthis, quæ inter cæteras medicinas ſalutiferas fere principatũ obtinet in attrahendo
materias phlegmaticas aquoſas & craſſas a cerebro & neruis, propter ꝙ medicamina o-
mnia cõpoſita ſolutiua ex ea facta, elegãtia ſunt in caſu iſto. Si ergo velis cõueniẽter eua-
Pilula. cuare. ℞. *pilul. de ſerapino ℈ ij. colocynth kirat iij. bdelli kirat j. formẽtur pilulæ cũ ſucco fœniculi &*
Kirat, id eſt, grana quatuor. *exhibeantur vt ſupra.* ¶II. vero inſtrumentum principale complens hãc intentionem eſt
hoc. ℞. *ſyr. de ſtœchad. ℥ j. aquæ ſublimationis iris & melliſſæ ana ℥ j. ß. miſce & totum exhibeatur*
Potio digeſtiua. *calidum in aurora, vt ſupra.* ¶ II. vero digeſtiuum & leuius iſto, licet perfectius, eſt hoc.
Alia. ℞. *aquæ maioranæ ℥ j. ß. aquæ ſublimationis aſari ℥ ij. ß. miſce, & hæc duo, cum hoc, quod ſunt dige-*
ſtiua materierũ antecedẽtiũ ẽt diuertunt eas per vias vrinæ. ¶III. hãc euacuationẽ minoratiuẽ D
Pilula. complens eſt hoc. ℞. *pil. de hiera ſimplici ℈ ij. ſerapini, pulpa colocynth. an. g. iij. bdellii g. ij. for-*
mentur pilulæ vj. & exhibeãtur vt in euacuationibus dictum eſt, & per hoc ſi bene conſideras,
minorabit materia, q̃ in chronicis ægritudinibus non eſt minoranda ſemel, imo quan-
doq; ter vel quater ꝓpter reſiſtentiã materierũ frigidarũ ex parte hui⁹ qualitatis, multi-
II. Diuerſio materierũ perficitur tribus inſtrumẽtis. tudinis, craſſitudinis & viſcoſitatis. hæc de intẽtione prima. Pro inſtrumento v. ſecun-
dę intentionis, ſ. diuerſionis, iterum tria alia ſcribentur inſtrumẽta. ¶Primũ eſt admini-
ſtratio huius clyſteris. ℞. *radicum ireos recentis, polypodii an. M ß. pulpæ colocynth. tertiã partem*
M j. foliorũ betæ, ſem. lini, furfuris an. M j. coquãtur in li. iij. aquæ vſq; ad cõſumtionẽ medietatis, dein-
1. Clyſter. *de ℞. hieralog. ℥ ß. olei de ſiſamo ℥ ij. ſalis gẽmæ ʒ j. & cũ ℥ viij. ꝑdictæ decoctionis fiat clyſtere.* ¶II. in-
2. frictio extremorum ſtrumẽtũ diuerſiuũ, eſt freqũẽs fricatio extremorũ a genubus vſq; ad pedes, ab inguinib. E
vſque ad genua, a ſpatulis vſq; ad nates & a ſuperioribus partibus ſpatularũ vſq; ad cu-
bitos inferius ſemper trahendo cum fricatione vſque ad caliditatẽ auctam perducendo
3. membra, & ad rubedinem. ¶ III. diuerſiuum & tamen conuenientius eſt hoc. ℞. *colo-*
cynth. gra. v. agarici g. x. liquiritiæ, aniſi an. ʒ j. ſachari ℥ j. ß. puluerizentur omnia cũ ʒ j. zinzi. ele-
Maſticatio *cti, & ex hoc puluere per duas horas ante omnẽ cibum fiat maſticatio*, per octauam partem horæ.
Hęc de ſecunda intentione.
Pro tertia vero principali intentione rectificationis cerebri conferunt inſtrumen-
III. Rectificatio cerebri ta multa. ¶ Primum & authenticum omnium auctorum ſententia, & proprie Gal. *in li-*
bello de commoditatibus theriacæ, eſt, vt ſæpe in aurora patiẽs bibat ʒ j. electæ theriacę An-
dromachi cum ℥ j. aquæ fœnic. calefactæ. ¶ Secundum v. eſt pulverizare caput cum F
deſcriptione ſuperius poſita. ¶ III. eſt frequens odoratio pulueris maioranæ. ¶IV. aſ-
ſumptio duarum pilularum, quæ fiunt ex puluere electi ligni aloes. ¶ V. Electuari-
um diambra, de quo per duas horas poſt cœnam accipiatur ℥ ß. ¶ VI. frequens v-
ſus myrobalani chebuli conditi. ¶Septimum vt aliquando in mane cum aqua fœniculi
deglutiat

A deglutiat infirmus ℥ j. electæ ſotyræ deſcriptione Auic. 5. *can. ſumma prima*, eſt enim medicina vehementis iuuamenti. ¶ Octauum & vltimum eſt, vt patiens vtatur ſæpe poſt cibationem accipere ℥ ij. de confectione diatrion pipereon tertiæ deſcriptionis, quæ poſita eſt a Galen. *in ſecretis ad Omontheum*, quæ tu legas. & hæc ſufficiant pro tertia intentione huius ſermonis.

Materiei conſũptio

Pro quarta v. intentione eiuſdem primi ſermonis iã apparet, quod ea, quæ poſita ſunt immediate ante ipſam, omnia octo ſunt conuenientia. ¶ Et præter hæc vti poteſt hoc electuario, quod aggregabit omnes intẽtiones exiccandi complete materias & ꝓhibendi regenerationem ipſarum, cõfortando epar, ſtomachum, cor & cerebrũ. Cuius

Electuariũ

B deſcriptio eſt hæc. ℞. *ſpecierũ electuarii diamuſci dulcis deſcriptione Meſ. in antidotario, ſpecierũ electuarii de ligno al. deſcriptio. Aui. 5. can. ſumma prima an. ℥ ß. granorũ phiſticorũ mundatorũ ℥ ij. ſachari al. lib. ß. coquatur ſacharum lento igne cũ ℥ iij. ſyr. acetoſitatis citri. deinde cum eo & ſpeciebus fiat electuarium, de quo ægrotans per horam vnam ß. ante prandium & ante cœnam accipiat ℥ ß.* complebit intentiones dictas, ſcilicet conſumendo materias antecedentes. & hoc de primo ſermone principali taliter ſufficiat.

Curatio aquæ deſcẽdentis.

Pro notitia ergo ſermonis ſecundi, principaliter ſciendum eſt, quod ſicut ab illuſtribus colligitur, aqua diſtinguitur diſtinctione temporanea, aliqua enim dicitur aqua initiens, aliqua quæ augetur, tertia vero confirmata eſt, & idẽ videtur dicere; quod quædam aqua ſit in principio, quædam in augmento, quædam in ſtatu, & per talem ſermonem intelligũt particulares textus aliquorum oculiſtarum; quod aqua ſit quædam

Differentia huius aquæ deſcendentis.

C ſubtilis, quædã craſſa & quædã media inter iſtas, & dicũt ꝙ ſubtilis phyſico beneficio curari poſſit, media v. curat ꝑ chirurgicale beneficiũ, vt in ſequenti cap. videbit ad plenũ. Tertia v. nullo beneficio phyſicali & manuali curari poteſt. ¶ Et prim⁹ quidẽ ſermo facile verificari poteſt. cũ n. aqua incipit cõgregari & fluere ad ipſũ oculũ, priuſquã manifeſte debilitet ipſũ, tũc dicitur principiũ aquæ. cũ a. iã manifeſtũ fecit nocumentũ in oculo diminutionis viſus aut corruptionis, iã eſt in augmẽto, ſed ꝓpter applicationẽ phyſici exercitii, oẽs iſtæ duæ ſpecies curari poſſunt euacuãdo minoratiue, diuertẽdo materiã, digerẽdo & eradicãdo, cerebrũ & mẽbra mãdantia rectificando, igitur talis aqua in principio & augmẽto exiſtẽs curari poteſt. ¶ Secunda v. cõcluſio facile deduci poteſt.

D ſi n. aqua ſit ꝓpe tẽpus trãſeũdi in cõfirmationẽ, licet ſit difficile, nõ eſt tamen impoſſibile rectificando regimẽ ſex rerũ nõ naturaliũ, euacuando, digerendo, eradicãdo & apponẽdo medicinas locales ſubtiliatiuas, diſſolutiuas & cõſumptiuas, ergo talis aqua in fine augmenti exiſtẽs, & in prima parte ſtatus adhuc curari poteſt, per prædicta. Cum a. aqua iſta fuerit cõfirmata, i. potẽtia frigiditatis incraſſata & cõgelata, aut reſolutis partibus aeris & fluxibilib. fuerit inſpiſſata, talis eſt, q̃ non obedit phyſicæ operationi, ꝑ medicinas euacuantes digerẽtes aut reſoluẽtes eã. & hæc eſt ſpecies iſta aqua nominata, ſ. a ſecunda parte ſtatus vſq; ad finẽ eius cõfirmata, q̃ ſolũ beneficio manualis opationis curari poteſt deponẽdo ipſam, vt paulopoſt videbit. ¶ Tertia v. ſpecies craſſa nominata, quæ inuenit in fine ſtat⁹ diuturnitate tẽporis aut vehementia reſolutionis vel potentia

E frigiditatis cõgelata eſt, quæ neq; medicinali ingenio obedit. Nec n. adhuc inuẽta ſunt medicamina tãtæ potẽtiæ, q̃ ſufficiant ipſam mollificare, reſoluere, exiccare, abſtergere & cõſumere. neq; ẽt manualis operatio cũ actu poteſt ipſam deponere, eſt n. iam facta tantę reſiſtentiæ ex parte duritiei & craſſitudinis eius, ꝙ prius per acũ frãgit & ſeparatur in partes, quam inferius deponi poſſit. Sola ergo illa manuali operationi obediens eſt, quæ non eſt ita aquoſa, vt propter ſuam fluxibilitatem fluat, refluat & reuertatur, nec ita dura eſt, quod prius frangatur, quam per acum colligatur.

Simplicia ad princi piũ aquæ.

Si vero aliqua ſunt ingenia & inſtrumenta, quæ in initio curare poſſint & augmento, erunt de numero xii. quæ ſequuntur, & non inuenies aliam medicinam expertam atque authẽtice approbatam, & legas vbique, ſi legere ſcis. ¶ Primum ergo horum xii.

F inſtrumentorũ de ſimplicib. eſt expertũ, ꝙ ſcripſit Haly Abbas 5. *practicæ cap. 47.* intitulato de diſpoſitione aquæ oculorum medela. & eſt vt accipiatur lapis marchaſitę & ponatur in crucibulo, vbi coquitur vitrũ, & tamdiu permaneat ibi, vt vertatur in cinerem, de hoc ergo puluere ſoleo accipere ʒ j. & commiſcere cum ℥ j. aquæ ſublimationis radicũ raphani ſylueſtris, & eſt excellentis iuuamenti. ¶ Eſt autem marchaſita lapis pyretes nominatus, & eſt lapis, quo in nocte oportet me accendere lumen, & docet Haly Abbas

Marchaſita quid.

inter ipſos accipi ſubrubeum, cuius color vertitur ad citrinum, de quo magnam inueni A
2. copiam in celeberrimo monte Richo prope montē Silicem. ¶ Secundū verò principa-
le ſimplex in initio aquæ proficuum, ſed eſt potentius & acutius primo, & eſt vt accipia-
Iarus Galeni. tur ſuccus ex radicib. ſerpentariæ minoris, quæ iarus nominat a Gal. li. 6. ſimpl. Cū ergo
ſuccus iſte fuerit defæcatus per ſui reſidentiā, accipiatur purior pars eius, de qua quater
vel ſex vicib. imponatur gutta vna oculo, & ſi velis hoc remediū facere fortius, accipiat
pars fæcalis reſidens & exiccetur ſub radiis ſolis, deinde puluerizetur velut athomi, & fi-
3. at ex eo quater in die cohol in oculo. ¶ III. inſtrumentū ſimplex & adhuc fortius prædi-
ctis eſt, vt accipiatur ſucc⁹ rutæ ſyluestris, & proprie in montibus naſcentis, educatur ex
ea ſuccus & ſine alia defæcatione collyrizetur ex eo oculus: ſi velis hoc iterum efficere B
fortius, permittatur iterum exiccari ſuccus cum fæcali parte eius, vt de prædicto dictum
4. eſt, fiat de eo. ¶ IV. inſtrumentum de ſimplicibus & iterum prędictis fortius eſt, vt col-
lyrizetur oculus perſæpe cum gutta vna fellis, & licet fel omne mirabili iuuamento cō-
ferat in prohibendo euentum panni in oculo & curando ipſum, qui iam inceperit ſua
vehementi ſubtilitate, abſterſione & exiccatione, ac reſolutione inſenſibili materierū,
quę fit a vehementi caliditate, eo quod omne fel eſt calidum & ſiccum in quarto gradu,
nihilominus iterum fel ex alia ratione dicitur eſſe potenter calidum, eo magis, quando
accipitur ab animali cuius paucitas choleræ per vias vrinæ & ventris educitur. Et ꝓpter-
ea infertur corollarie, quod fel accipitris, perdicis, & gruis elegantiora ſunt aliis felli-
bus, talia enim animalia non emittunt choleram per viam ventris: quod a poſteriori ve- C
rificatur, eo quia eorum fæces albæ ſunt vt ſenſus oſtendit, neq; etiā talia animalia min-
gunt, ita quod cum aquoſitate vrinali educatur cholera. cum ergo in talibus multa cho-
lera retineatur, poterit ipſa maiori quantitate commiſceri igneæ ſpumoſæ & aereæ par-
ti maſſæ ſanguineæ quæ eſt materia cholerę, vt patet *prima primi cap. de generatione humo-
rum. Nutriens maſticatione bene &c.* ¶ Et ſimiliter corollarie concluditur, quod omnium
quadrupedum fel ſit cōuenientius ad hanc intētionē, quod accipitur ab animalibus pa-
rum mingentibus & fæces nigras & ſquibaloſas educentibus. & hæc eſt cauſſa, quare fel
hirci, capræ, elephantis in hac materia prælaudentur aliis, licet quidam non docti in ſci-
5. entia medicinæ credant, illud prouenire in fellib. eorū a forma ſpecifica. ¶ V. inſtrumē-
Lazar gumi. tū iterum de ſimplicib. eſt Lazar, cuius recens ſuccus imponatur in oculo, ſi haberi po D
teſt, ſin a. diſſoluatur aut minutim teratur & oculo ter vel quater imponatur, vt prius dictū
6. eſt. eſt a. Lazar aſſa fœtida nominatū. ¶ VI. & vltimū inſtrumentū de ſimplicib. & elegā-
tius prædictis & fortius eſt, vt de aqua ſublimationis ſalis armoniaci guttula parua qua-
ter in die oculo collyrizetur. ſi a. hoc non ꝓfecerit, labores ardenter inuenire meli⁹, ꝙ
nō credo. & hæc ſex inſtrumēta meliora ſunt ad principiū aquæ, q̃ ad augmentum eius.

Cōpoſita aquæ generanti aquæ. De compoſitis primum inſtrumentum, & proprie de his, quæ valent ad augmen-
tum aquæ, tunc, cum iam imagines, quę manifeſtæ erant, diminuuntur & quotidie ma-
1. gis obtenebratur viſus. & primum de compoſitis eſt hoc. *Recipe piperis al. gran. iij bal-
ſami electi ℈ ij. miſce, & guttula vna ter vel quater oculo imponatur & non timeas mordicationem
2. quæ fit ab eo,* quoniam ſolenniter iuuat in caſu iſto. ¶ Secundū principale ad hanc inten- E
tionē eſt hoc. ℞. *balſami electi, ſucci, qui diſtillat ab epate hirci ſecundū artē aſſato, vt ſcribitur ab
omnib. & maxime a R. ſ. 9. Almāſ. cap. de noctilopa an. ℥ i. miſce & imponatur oculo, vt prius dictū eſt.*
3. Tertiū cōpoſitū & adhuc forti⁹ ꝑdictis, eſt hoc. ℞. *fellis accipitris, balſami electi an. ℈ ij. ellebori
Collyrium al. piperis an ℈ ß: cōquaſſentur cū ℥ ij. aquæ raphani & ponātur in ampulla vitrea diſcoogta ſub radi-
4. is ſolis clauſo tamē ſuo orificio, deinde poſt x. dies collyrizetur eo eo oculus,* vt de aliis dictū eſt. Quar-
tum compoſitum & adhuc fortius omnibus prædictis eſt hoc. *Recipe opoponacis, armo. ſe-
rapini ana ℥ j. fellis hirci ℥ j. ß. balſami ℥ j. ſucci raphani ſylueſtris per defæcationem depurati ℥ j. ß.
conquaſſentur omnia iam per ſe ſubtiliſſime puluerizata in æneo mortario, deinde in ampulla vitrea
diſcooperta & orificio obturata ſub radiis ſolis per quindecim dies:* deinde ex tali liquore colly-
5. rizetur oculus perſæpe, eſt enim ſecretū magnū. ¶ Quintū & penultimum de compoſitis F
cōferens aquæ & adhuc in principio confirmationis eſt illud, quod ſcribitur 9. *Almanſ.
cap. de debilitate viſus,* & eſt de melioribus per me expertis. Cuius deſcriptio eſt hæc.
*Recipe tuciæ ablutæ ℥ xx: ſucci maioranæ facta reſidentia, qua cooperiatur prædicta tucia per digi-
talem quantitatem, conquaſſentur inuicem & exiccentur ſub ſole vel ſub tegula calefacta. Cum
igitur fuerint exiccata: Recipe iſtius compoſiti ℥ v. zinziberis, piperis nig. & lon. chalidoniæ
ana gra.*

A *ana gra.xx.ſalis ammoniaci grá.ij.terantur omnia per ſe ſubtiliſſime,deinde incorporentur inuicem*
*cum ſucco recenti fœniculi,& fiat ex eis ſief.*cūm ergo fuerit opus,confricetur ſuper cote cum Sief.
aqua fœniculi & ſæpe in diè collyrizetur oculus ex eo,compoſitio enim hęc eſt mirabi-
lis & multū artificioſe compoſita. Vltimum vero inſtrumentum & omni alio fere perfe- 6.
ctius,eſt collyrium de fellibus deſcriptum a Raſi *9. Almanſ.cap.de aqua deſcendente.* ℞.*v.fel-* Collyrium de fellibus
lium ana ʒ j ß.*cum fuerint exiccata,ſerapini,euphorbii,colocynth.ana* ℈ ß.*puluerizá tenuiſſime,&*
cum prædictis fellibus,& cum dupla quantitate ſucci fœniculi depurata commiſceantur:cum ergo fu-
erit opus imponatur ex eo collyrio toti oculo ſaltem in die quater, parem enim medicinam in iu-
uamento poteris inuenire,ſed non meliorem ea,propter quod collaudat ea Raſ.dicens
quod conferat aqua in initio dilationi pupillæ non videntibus in ſero & debilitati vi-
B ſus; lege ibi.¶ Sunt autem quinq; materies fellium prædictæ,& communi illuſtriū viro- Quinq; ſpecies fellui
rū ſententia approbatæ:Fel gruis,fel perdicis,& accipitris,fel hirci & fel ſaboth piſcis,
quod a pluribus creditur eſſe variolus piſcis. Ego autem inuenio,quod ſit lucius fluuia-
lis,& ſic accipio,& collyrium ex eo compono,ſi per hæc quidem inſtrumenta non po-
teris curare aquam incipientem & tendentem ad confirmationem,non credo per alia
inſtrumenta curari poſſe,quã per operationẽ manualẽ,quę in ſeq̃ẽti capitulo aperiet.

Cap. V. *De modo deponendi pannum confirmatum in oculo per operationem manualem.*

IGITVR iam videtur inſtare tempus ponẽdi canones,& modũ deponendi aquã
quæ non fuit obediens medicinis:ſcribantur inquam primo cõditiones præ- Conditiones præponenda curationi manuali.
C mittendæ ante ipſius depoſitionem. ſunt ergo a peritioribus inuentæ quinq;.
¶ Et prima quidem conditio eſt; vt antequam peruenias ad opus,experiaris de confir-
matione illius, aliter enim operatio tua euaneſceret,neq; enim voluit Galenus aliquem 1.
in medicina operari,niſi doceatur in primis *2.creticorum 7.cap.* ¶ Secunda conditio eſt, 2.
quod ſi pannus non fuerit bene confirmatus & non potuit per reſoluentia & exiccantia
conſumi,regatur corpus cum cibis & potibus ſanguinis & humorum craſſorum gene-
ratiuis,propter quod cibetur pedibus animalium,caſeo & lacticiniis,cibis,leguminibus
& his ſimilibus:& potus eorum ſit vinum rubeum,craſſum,aut cereuiſia de hordeo craſ-
ſa,& non bene purificata.¶ Tertia conditio,vt prius tempore,quam perueniatur ad a- 3.
ctum,conſideretur corporis diſpoſitio,& ſi inueniat repletum valde materiebus ſimul
D commixtis,fiat phlebotomia venæ mediæ aut baſilicæ extrahendo ſanguinis quantita-
tem conuenientem repletioni & tolerantiæ virtutis,& hoc per v.vel x.dies ante tempus
operationis manualis.¶ Et iterum poſtquam fuerit minorata repletio vniuerſalis appli-
cetur phlebotomia cephalicæ diuerſæ partis ſuper manu apud pollicem.¶ Deinde ſub-
ſequenti die applicet clyſtere mundificatiuum fæcum ab inteſtinis. ¶ Si autem cõ-
tingat replentem materiam non eſſe ſanguinem, ſed alteram materiam ſanguini non
commixtã,tunc fiat euacuatio appropriata ſecundum ſpeciem materiei dominantis;
vt cum medicina phlegmatis melancholiæ aut choleræ eductiua,aut reſpiciente com-
mixtionem omniũ prædictarũ materierũ ſimul,aut aliquarum,tales n. euacuationes ex
multis cauſis præmittendæ ſunt.¶ Et prima quidẽ eſt,vt cũ applicatur operatio manua-
E lis propter dolorem non fluat materia multa apoſtemans,oppilans aut vehementi ſuo
motu dolorẽ in oculo efficiens.Et ſecunda cauſſa eſt,quod propter agitationẽ,quæ fit
in membris,ſolutionẽ continuitatis non acquiratur in eis vehemens ebullitio in parti-
bus capitis & oculorum.Tertia cauſa eſt,ne propter reſolutionem continuitatis ex flu-
xu materierum ad oculũ fiat noua repletio aliarum imaginationum materialis & effe-
ctiua cauſa.¶ Quarta conditio ante manualem operationem perquirenda eſt,vt eliga- 4.
tur tempus proportionale huic operationi,quod vniuerſa omnium ſapientium cõcor-
dia ponitur eſſe tempus veris aut autumni, & ſane intelligendo debet intelligi pars ve-
ris æſtati propinqua & non hyemi,tali n.tempore ſi qua materia replens fuerit hyeme
generata; rationale eſt, q̃ iam ſit diſſoluta ad exteriores partes corporis,ꝓpulſa vel at-
F tracta ad exteriora a caliditate continuitatis, igitur non remanet tanta defluxu nouæ
materiei ad oculũ verſus finẽ veris,ſicut in principio & in media parte eius. ¶ Similiter
ẽt declarãda eſt pars autũni cõuenienter,q̃ eſſet medietas eius,in tali n.parte autũni ca-
liditas eſt facta remiſſa reſpectu primæ partis eius,vnde non ſit apta ponere materias in
fluxu tãtũ,quantũ faceret in prima parte eius.Adhuc ẽt in hac medietate autũni poterit

cōueniẽter fieri cōſolidatio ſolutę partis priuſquã ſupueniat frigiditas cõtinuitatis,q̃ no- A
5. tabiliter maior eſt in fine autũniq̃ in media parte ei⁹. Quinta cõditio eſt,vt priuſquã fiat
opatio manualis, cõſideret oculi diſpoſitio,ne in ipſo aut in palpebris ei⁹,neq; in angu-
lis exiſtat tumor,dolor,pruritus,ſcabies,excoriatio, vel diſruptio,attritio, vel cõtuſio:ſi
enim oculus apparet læſus,aliquarum vel plurium iſtarum diſpoſitionum non felicita-
retur operatio manualis propter motum materierum ad ipſum oculum.

Signa an aqua curationi poſſit obedire. Præmiſſis a.his conditionib.iam declaratis iterũ prius quam ad opus perueniatur
manuale,præmittenda eſt cognitio aquæ obedientis ad curã,& ſimiliter inobediẽtis:&
iã apparuit,ꝙ cognitio aquæ obediẽtis ex parte modi ſubſtantiæ declarata ſit in pcedẽ-
1. ti cap.Oportet n.medicinã eſſe inter craſſam & ſubtilẽ,aliter operatio vana eſt. Opor-
2. tet 2.ipſam cognoſci primo p aſpectũ,vt non appareat craſſa valde.cũ n.patiens aſpicit B
aerẽ luminoſum,ſi percipit lumẽ neq; colorẽ aliquem,iſta eſt de illis,q̃ non recipiũt cu-
rã ppterea,quia ipſa ſignificat tantã eſſe craſſitiẽ in ea, ꝙ ſpecies viſibiliũ per corneam
nõ poſſint deferri ad pupillã,& ſimiliter,quãdo æger aſpicit aerẽ & percipit lineas, co-
3. lores,figuras in aere,q̃ non ſunt,tũc ſignificatur ex hoc ꝙ aqua non ſit cõfirmata. Ter-
tiũ ſignũ ſumptũ ex parte modi ſubſtantiæ eſt,vt cum artifex poſuerit manũ ſuã oculo
clauſo ſup pupillã & cõprimẽdo interius,ſupius,& inferius,ad dextrã vel ſiniſtrã,rema-
nebit pãnus non ſparſus,neq; diuiſus,imo in eadẽ diſpoſitione remanẽs cognoſcitur ex
hoc,ꝙ talis pãnus ſit nimiũ incraſſatus nec obedit depoſitioni, imo prius frãgeret per
pannũ,q̃ deponeret.¶ Quartũ ſignũ eſt,vt cũ ſanus oculus claudit,non dilatet pupilla
4. neq; rarificetur pannus,ſed in eadẽ diſpoſitione remaneat:ſi n.pãnus nõ eſſet ita dẽſus, C
erit ppter multitudinẽ ſpirituũ ꝙ in ægro oculo dilataretur pupilla,rarefieret & diſgre-
garet aqua.¶ V. ſignũ ponit ab experimentatorib.& eſt,vt accipiat fruſtũ coti carmina-
5. ti & anteponatur oculo vehementer inſufflando in ipſum:ſi n. per talẽ inſufflationẽ ali-
qualiter ſpargitur & rarefiat pãnus,tũc eſt obediens curę,ſi v.nõ,tũc non eſt obediens.
ſed hoc experimentũ nõ eſt verũ,quia in panno,q. depoſitus fuit, vidi hãc inſufflationẽ
6. fieri pluries,& nõ mouebat pãnus.¶ VI.ſignum eſt ſumptũ a colore panni,& iam cõue-
niũt ſapientes,ꝙ pannus iſte vel aqua,quę obedit depoſitioni,ſit,quia habet albedinẽ a-
quæ vel aeri conſimilẽ,velut margaritarũ,colores n.tales ſubiectantur in ſubſtãtia dia-
phana,ergo ſignificat ſubſtãtiã paratã cedere & deponi p cõuenientẽ applicationẽ ac⁹.
Cũ ergo aſpicis pannũ & videbis coloratũ colore gypſi aut albuginis oui p decoctionẽ D
indurati,patet ꝙ talis pãnus nõ obedit curationi,arguit n.tales colores in ſubſtãtia dẽ-
ſa & ſolida poſitos,quæ prius frangetur,q̃ inferius deponatur. ¶ Et ſimiliter intellige,
quando tibi aſpicienti apparebit pannũ eſſe liuidũ,rubeum,obſcurũ, citrinũ, viridẽ vel
æruginoſum,neuter iſtorũ pannorum obediens erit curationi propter ſoliditatem, du-
ritiem vel ſiccitatem eorum,propter quæ omnia vehemẽter inuiſcant & adhærẽt, & tu
inuenies rationes ex præmiſſis declarantes veritatem.

Vltima conditio de ppinquiorib.obſeruãdis apud manualẽ operationem eſt, vt
Obſeruanda in cura manuali. æger ſedeat ſup ſcãno,& adminiſtra vt cũ ligaturis firmet caput & pectus ei⁹ & ſit facies
ei⁹ in aere claro non valde luminoſo,tũc igitur operator præcipiet ægro vt vertat ocu-
lũ ad aſpiciendum verſus angulum domeſticum, verſus naſum,operator autem accipi- E
at acum in manum ſiniſtram ſi oculus patiens erit dexter,aut in dextrã, ſi oculus pati-
ens erit ſiniſter: ſic enim per contrapoſitionem faciei hominis ad faciem pars dextra
vnius opponitur dextræ alterius & econuerſo ſiniſtra ; ita quod ſedeat miniſter ſuper
ſcamno parũper altiori,quã æger.accepto itaq; acu inter pollicem & indicem, qui am-
bo ſuſtententur cũ medio digito faciat extra digitos ſuos eminere acũ per quantitatẽ ʒ
j.digiti,deinde intromittat acũ in coniunctiuã verſus angulum ſylueſtrem vel exterio-
rem,& proprie in medio æquidiſtantiæ eius inter angulũ ſylueſtrẽ vel ægylopã.i. capri-
nũ & circũferentiam corneæ:impellat ergo ſuauiter acũ torquẽdo & retorquẽdo verſus
pfundũ,vſquequo poterit coniecturari ſe penetrauiſſe coniunctiuã, tũc ergo inclinet
manũ verſus angulũ ſylueſtrẽ vel temp⁹ ſemper ſucceſſiue paulatim vel ſuauiter impel- F
lendo ipſum verſus corneam.cũ ergo peruenit extremitas acus infra corneam, videbit
ipſum acum ppter tranſlucẽtiam corneæ.ſic acus videri poteſt ſub vitro;impellat itaq;
acũ ſuauiter verſus pupillã ad ſuperiorẽ partẽ circumferentialẽ eius intantũ, ꝙ ptrãſeat
quaſi vſq; ad alterã partẽ,tũc ergo incipiẽdo a ſupiori parte rotũditatis pupillæ reuoluẽ-
do acũ imbibitũ in pãno verſus inferi⁹ torquẽdo deponat ipſã verſus circũferẽtiã infe-
riorem

A riorē eius ſub inferiori parte cõiunctiuæ tenēdo ipſum ibi aliqualiter fixū, aperiat oculū ægri & aſpiciat pupillā. ſi ergo videbit ipſam clarā & diaphanā, opus eius felicitatū eſt, ſi autem apparebit in aliqua parte non bene diaphana, ſed obſcura, tunc iterū cum acu reuoluendo laboret deponēdo ipſam vſquequo omnino clara & ſerena remaneat pupilla, tunc ergo habeat cotum imbibitum in albumine oui agitato cum pauca aqua roſa. cum modico pulueris ſief de ceruſa, & emplaſtret oculum & frontem, ita vt fixus bene permaneat, & ſic dimittat vſq; ad tertiam diem, deinde bis vel ter permutet ipſum & ſanatus erit. ¶ Faciat autem ægrum omnino abſtinere a potu vini, imo non bibat, niſi aquā cum ſacharo coctam & vino granatorum decenter commixtam. Et abſtineat a cibis fumoſis craſſis vaporoſis & vnctuoſis acutis & ſalſis. Et comedat oua ſorbilla in aqua diu B infuſa, & iuſculum de hordeo, betas, & ſpinachias: hæc & alia bibendo ſine maſticatione ſaltem vſque ad x. dies. ¶ Vide quanta ſit neceſſitas Medico contemplari corpus & animam domitam facere in continua ſpeculatione circa ea, quæ neceſſaria ſunt in curatione languorum humani corporis. ¶ Propter quod non poſſum deſiſtere a continua triſtitia, fletu magno, & magna cordis & animi conturbatione, cum videam te omnium aliarum contemplationum præter diuinam & naturalem merito reginam & dominam ſacratiſſimam & altiſſimam. O medicinalis contemplatio, quis enim poſſit me a tanto fletu deuiare, cum videam te ab idiotis rudiſſimis & illiteratis viris ſæuiſſimis aſtutijs & cautelis, & deceptionibus dilacerari continuo. ¶ Hic enim ſe magnum facit oculiſtam, & caret oculis corporis & intellectus. ¶ Alter circuit ciuitates deponendo pannum & cæcos facit homines. ¶ Alius vero ſecat fiſtulas hæmorrhoidalium partium, & non cognoſcit eas, & martyrio cruciat homines. ¶ Nonnulli vero lapidem a veſica deponere tentantes, magnam turbam hominum annuatim interficiunt. ¶ Alter vero bezel in hydropicis teſtificatur ſe & bene ſcire operari, qui tamen hæc nō intellexit, nec cognouit. ¶ Multi deniq; cataractam olfacientes & guſtantes pomponiis veſtibus, graui inceſſu, cautelosis & fraudulentis verbis populos decipiunt, quibus non aliter dicendum eſt, quam quod Gal. dixit ad eos *ſecundo de accidenti & morbo*, quod remaneant cum ignorantia ſua, & ſi non terrētur alio motiuo, terreantur in poſterum cruciatu gehennæ. ¶ Ego vero corpus & animam tibi o ſacratiſſima corporis humani ſubleuatrix, corpus & animam in laudes cuncti potētis domini a primis diebus ætatis meæ ſumma omni diligen-
D tia & maximo feruore deuoui, vt altiſſimarum rerum, quarum tu notitiam pſupponis aliquam mihi particulam fructuoſę ſpeculationis concedat altiſſimus, vt ſcibilium tuorum veritatē guſtare poſsim aliqualiter iuxta illud poeticum: *Me vero primum dulces ante omnia muſæ, Quarum ſacra fero ingenti percuſſus amore, Accipiant, veriq; vias & dogmata monſtrant.* Ad perpetuas & immortales laudes omnipotentis. Amen.

Diæta poſt talē operationem manualē obſeruanda.

Exclamatio contra agyrtas.

Consilivm LXVII. *De ſibilo.*

GENEROSA mulier vxor domini Simonis de Porto laborat ſibilo in ſiniſtra aure eius cõtinue fixo: vnde apparet, q̃ ſit ægritudo per eſſentiā in cerebro eius, vē- toſitates enim vel vapores in cerebro ſuo multiplicatæ effunduntur ad concaui-
E tatē auris, & ingrediuntur in poros pāniculi cooperientis os anfractuoſum auris, qui pāniculus valde neruens eſt organum auditiuæ potentiæ. hæc igitur ventoſitas mouet medium intraneum, quod eſt aer exiſtens in poris prædicti panniculi, & motu vel colliſione in prædicto intraneo medio facta ad panniculum ſonatiuum accidit, ſonitus repræſentatus, ergo auditiuæ potentiæ percipitur ab ea, ac ſi ab extra ad intus delatæ fuiſſent ſpecies talis motus vel colliſionis: & quia ventoſitates ſubtiles exiſtunt & potentia ſiccæ, & organum eſt valde ſonorum, & medium eſt aer tenuis in poris prædictæ miringæ contentus, ideo repræſentatur ſonitus vel ſpecies ſibili. ¶ Hæc etiam diſpoſitio incrementū recipit a regione ſplenis, in quo cum contingit aliquam adeſſe oppilationem & ventoſitatis congeſtam eſſe multitudinem, quæ ad ſuperiora tanquam ad
F propriam lationem aſcendit magis, quam ad inferiora per concauitatem venarum & arteriarum recipitur in panniculis cerebri, a quibus tandem effunditur ad organum auditus. Vnde ex hoc fundamento apparet, quod hæc ægritudo in ea ſit corruptio in operatione ſenſus auditus per eſſentiale nocumentum in cerebro exiſtens, & per colligantiam ad ſplenem etiam adueniens.

Diata. Abſtineat igitur a vaporoſis & ventoſis cibarijs & frigidis & humidis, velut ſunt, A
lac, piſces, paſtiles cibi, fructuum recentiũ multitudo, legumina, & ꝓprie elixa: Spina-
chia, beta, porculaca, lactuca, cucurbita & cõſimilia. Et euitet aquæ frigidę potum ſim-
plicis vel cum vino commixtæ. ¶ Conueniunt autem ei ſalſa cibaria & carnes laudabiles
& aromatum vſus & petroſel. fœni. ſaluia, roſmar. & ſerpillum proprie & vinũ album &
rubrum, ſubtilis ſubſtantiæ, mediocris ſaporis, & conuenienter potens.

Curatio fit per quatuor inſtrumẽta medicinalia. De rebus vero medicinalibus vtatur iſtis quatuor inſtrumentis. ¶ Primum eſt, vt
accipiat vnã de iſtis pillulis ante cœnã parũ, & ſecundã accipiat ꝑ horas duas poſt cœnã,
& ſic reuoluendo tranſeat ab vna ad reliquã, quarum deſcriptio. ℞. *caſtorei gra. v. pillularũ
de ſarcocolla* ʒ j. *aloes ablutæ* ʒ ij. *fiant pillulæ cum ſucco calamenti, & accipiantur omni quarta die al-
ternatim, vt dictum eſt.* ¶ Secundũ vero inſtrumentũ eſt, vt euaporationẽ faciat in aurẽ B
1. Pillulæ. ſuam hoc modo. Accipiat enim vrceum nouum vitreatũ & in ipſum imponat ℈ ß. fecis
olei oliuarum antiquioris, quam habere poteſt, & cooperiat ipſum emboto habente o-
2. Euaporatio. rificium tenue: ponatur ergo vrceus ſuper carbones ignitos vſquequo ferueat amurca in
eo exiſtens. Inclinetur ergo auris ſuper orificiũ emboti & circundet̃ cum pannis vel co-
to, ita vt fumus vnitus in concauum auris recipiatur, & fiat, vſquequo amurca euaporare
3. deſinat, bis in die, mane & ſero ante cibũ per totam ſeptimanam. ¶ Tertium inſtrumẽ-
Sacculus. tum eſt, vt cum recedit a prædicta euaporatione, tunc calefiat ſacculus iſte ſuper tegula
munda, & applicetur auris ſuper ipſum tãdiu, vt ſacculus tepefiat, recedat ergo ab eo, &
ante orificium auris ponat̃ modicum de coto, in quo moſchus conſeruatus fuerit. ¶ Eſt
autẽ ſacculi deſcriptio. ℞. *calamenti, mentaſtri, pulegii, origani & rutæ ſiccorum an. M. ij. macis* C
ʒ j. *cymini, ameos, ſem. leuiſtici, carui an. M. j. corticum papaueris al. numero iiij.* puluerizentur
ſubtiliter & imponantur ſacculo lõgitudinis quaſi pedalis, qui amplectatur totam ma-
4. xillam & tempus vſque ad ſummitatem capitis & occiput. ¶ Quartum inſtrumẽtum eſt,
Puluis capiti aſpergendus. puluis iſte, de quo omni ſero cum vadit ad lectum puluerizet proram capitis a ſui ſummi-
tate vſq; ad frontem per quatuor digitos longitudinaliter. cuius deſcriptio. ℞. *ſpecierũ pli-
riſarcoticon, ſpecierum diamuſci dulcis an.* ʒ j. *miſce.* Iſtis factis, vt ſpero, ſana erit. Ad laudem
Dei omnipotentis. Amen.

CONSILIVM LXVIII. *De ſonitu & ſibilo aurium.*

POSTVLASTI Doctor eximie, vt tibi generalẽ curationis modum ſonitus & tinnitus
conſcriberem, quibus perſæpe te moleſtatum dicis: faciã equidẽ & perbreuem tibi D
Tinnitui varia cauſſa. dabo viam. Eſt igit̃ horũ varia curatio ex varietate cauſſarũ, quoniã ſonit⁹ & tinnit⁹,
q̃ fiunt a fame & in conualeſcentibus, curantur per reſtaurationẽ & regimen cõualeſcẽ-
tium. ¶ Factus a criſi, vomitu, fluxu & ſimilibus, ex iſtorum perfectione curat̃, i. ſi fiunt ꝑ-
fectæ hæ euacuationes, poſt ipſas ceſſat, & ſi non fuerint perfectę, curant̃ cura iſtorum.
¶ Similiter pendens a febribus cura earũ curatur. ¶ Pendens a ſuppuratione curatur a-
poſtematum cura. ¶ Si fuerit a fortitudine ſenſationis percipiens leuiſſimos motus in
aere vel vapore, qui eſt in miringa, & talis non indiget cura, ſed ſi iſta intenſa ſenſatio in-
ſequitur læſionẽ organi, etiam illa nõ indiget cura, vt Rhaſes nono, & Auic. *in tertio pro-
priis capitulis.* Veruntamẽ Rhaſes dicit, *quod ſi propter eius ſuperfluitatem oportet fieri, diſſoluen-
tur duo grana opii in oleo & deſtillentur in aurem.* Et Auic. dicit, *ſunt quidam homines, qui præci-* E
*piunt vtendum eſſe ſtupefacientibus, ſicut oleo ro. decocto cum aceto, quaſi velint dicere quod deſtrue-
re ſenſum eſt noua cura, vel etiam debilitare ipſum.* Vbi vero inſequeretur paucitatem ſpirituũ
quærenda eſt reſumptio. ¶ Et ſi malam complexionem ſequitur, remoueat̃ per alteran-
tia ad oppoſitum appropriata. ¶ Sequẽtem autem principia generationis malam com-
plexionem vel raritatem texturæ, tãquam deſperatam relinquamus, niſi quod aliquib.
confortantibus aliquãdo vti poſſum⁹. ¶ Tinnitũ factũ a vẽtoſitate craſſa generata in ce-
Curatio tinnitus a ventoſitate craſſa. rebro vel in meatibus eius, curamus his intentionibus. ¶ Prima eſt adminiſtratio debiti
regiminis ſex rerum non naturalium, in quo omnes cauſſæ multiplicantes ventoſitatẽ,
prohibeatur: vnde Rhaſes monet cibaria minuenda & dimittẽdum vinũ. ¶ Secunda eſt
1. digeſtio humiditatis, ex qua multiplicatur ventoſitas cum ſubtiliantibus, incidentibus: F
Intentio. aperientibus &c. vel ſyr. de ſtœchade, mel. ro. co. & ſimilia. ¶ Tertia eſt euacuatio in qua
2. velut minoratiuam, ſi conuenerit, ipſam fieri ante digeſtionem, fiat materia exiſtente
3. multa, vel etiam minores poſt digeſtionem paulatim euacuando & digerendo, donec
poſtea eradices totum. Et hæc completur cum notatis, vt pillulis aſſaiaret de hiera
ſimplici

A ſimplici vel compoſitá, agarico, pillulis cochijs, electuariis, vt hiera picra, hiera ma.
hiera logodion, hiera dyacoloquintidos & ſimilibus. ¶ Quarta eſt diuerſio, quæ partim
completur cum euacuationibus ſupraſcriptis, vel alijs ſimilib., & cum fricationibus, lo- 4.
tionibus, ventoſis, ſanguiſugis, prouocationibus vrinę & ſeceſſus fluxus hæmorrhoidalis
vel menſtruorum, cauterizationibus, & alijs ſæpe ſupra declaratis. ¶ Quinta eſt reſolutio 5.
ventoſitatis iſtius, & aliqualis exoppilatio auris, in qua Rhaſes cõmẽdat oleum de ſemi-
ne raphani cum oleo amygdalarum amararum & ro. in quib. caſtoreum ſit diſſolutum.
Item *9. Almanſ.* laudat euaporationem cũ aqua decoctionis ſampſuchi, id eſt, maioranæ,
ſtœchados Arabicę & abſinthii, mẽtaſtri, origani, an. M. j. Et ſi vis bene operari, poſt ipsã
euaporationem deſtilla olea ſupraſcripta. ¶ Auicenna vero laudat trociſ. expertũ ex el-
B lebori albi partis v. nitri partis x. diſſoluatur in oleis ſupraſcriptis. ¶ Sexta intẽtio eſt cõ- 6.
fortatio, quæ completur cũ eiſdẽ. & ſi plura vis, lege apud auctores. ¶ Vbi vero eſſet hic
tinnitus per colligantiã, tunc cura partitur in regimen mãdantis, ſcil. cũ confortatione,
digeſtionibus, euacuationibus & aliis: Et in regimen mẽbri, i. cerebri & auris recipiẽtis,
prohibendo ne recipiat, vnde Auic. iubet confortari cerebrũ cum oleo myrtino, & aurẽ
cum oleo amygdalino & ſimilibus. ¶ Pro quib. intellige, ꝙ ſi materia non ſit in cerebro
vel aure peccans, quod ſis audax in repercutiendo materiam & trahẽdo inferius & alia
faciendo, vt in dolore capitis per colligantiam. Hęc in ſumma doctor inſignis generalẽ
cõplet curã tinnitus & ſonitus auris. Ad laudes eius immortales, q. cuncta moueri iubet.

Curatio tinnitus per colligantiã.

C CONSILIVM LXIX. *De vndecim malis diſpoſitionibus: videlicet, De inſtantia ſibilationis in auribus. De reumate a capite deſcendente. De nocumento diminutionis in operatione memoratiuæ potentiæ. De inuentione & ſenſatione frigiditatis in partibus nuchæ. De debilitate ſtomachi cum appetitu vomendi. De debilitate renum. De motu & tenſione a ventoſitate in femore facta. De deſcenſu humorum ad teſticulum ſiniſtrum. De tremore cordis. De imaginationibus oculorum. De immoderata ſiti per duas horas poſt cibum. Diuiditur autem conſilium in tres tractatus. Tractatus Primus cõtinens capitula duo, diſpoſitiones p cauſſas & ſigna inueſtigat.*

CAP. I. *De accidentibus omnibus, cauſſis & ſignis ſibili in auribus, qui eſt primum accidens.*

ANTONIVS Porro Mediolanenſis de nobili progenie Portorum ſatus, obtulit mi-
D hi portum ſapore quidem & maſticatione valde horridum, digeſtioni autem
difficillimũ. Laborat enim accidentibus quampluribus & ægritudinibus, vt mihi
ſcribit, quæ omnes & multum verendæ & nocitiuę exiſtunt ſimul in eodem corpore in-
uentæ, imo quælibet illarum per ſe diligenter conſiderata ſcientia & opere non medio-
criter erudito diuerſis corporibus magnam ſpeculationem ad ſe aduocat, vt diligenter
capitulari poſſit. ¶ Accipiam itaq; diſpoſitiones ei⁹ ordinate, velut ipſe ſcribit. ¶ Et pri-
ma quidem earũ eſt inſtantia ſibilationis in auribus. ¶ Secunda, reumatis a capite deſcẽ-
ſus. ¶ Tertia, nocumentum diminutionis in operatione memoratiuæ potẽtiæ. ¶ Quar-
ta inuentio & ſenſatio frigiditatis in partibus nuchæ. ¶ Quinta, debilitas ſtomachi cum
appetitu vomendi aliquando eueniente, licet non ſemper. ¶ Sexta, debilitas renũ. ¶ Se-
E ptima, mot⁹ & tenſio a ventoſitatibus in femore facta. ¶ Octaua, deſcenſus humorum ad
teſticulum ſiniſtrum. ¶ Nona, tremor cordis. ¶ Decima, imaginationum inſtantia. Et
tandem Vndecima immoderata ſitis per duas horas poſt cibum eueniens, & plurib. et-
iam alijs moleſtatur accidẽtibus ad hanc ſummã reducibilibus. ¶ Cum ergo hęc omnia
accidẽtia vel ægritudines in eodem viro complicatæ ſint, oportet inueſtigare an omnia
talia accidentia ab vna radicali cauſſa proueniant, an habeant cauſſas productiuas eo-
rũm diuerſas, ſecundum diuerſitatem membrorum, quorum hæc accidentia ſunt paſ-
ſiones, & ſecundum diuerſitatem materierum, quæ ſunt ipſorum productiuæ & quæ
ſunt ipſorum efficientes & materiales. ¶ Per hunc igitur modum poterit inueniri prin-
cipium productionis, cognitionis & curationis talium accidentium vnum ſolum ſuffi-
F ciens aut plura neceſſaria ad contemplationem & curationem talium. ¶ Videtur igi-
tur apud rationabiliter ſpeculantes, quod horum accidentium vel ægritudinum diuer-
ſitas ſit, ꝙ quędam ſint diſpoſitiones per eſſentiam quibusdam membris, q̃dam vero per
colligantiam, nonnullę autem ſimul per eſſentiam & per colligãtiam diuerſorum mem-
brorum ſunt diſpoſitiones.

Accidentia, quib. vexatur patiens.

Cauſſa ſibili in auribus, & primo efficiẽs os aſſamach Igitur ſibilus in auribus præſentatus & continuus omnino prouenit, & immediate A
a ventoſitate incluſa in concauitate oſſis aſſamach: & eſt os durum & tortuoſum valde i-
pſarum aurium. ¶ Poteſt etiam huius vẽtoſitatis pars immerſa eſſe in poris tenuiſſimi pã-
niculi, q inuenitur in concauitate ꝑdicti oſſis eã veſtiendo. ¶ Poteſt iterum & 3. hæc ven-
toſitas inueniri in neruis immerſa a quarto pari neruorũ cerebri ramificatis, per quas ef-
funditur a cerebro, animalis ſpirit⁹, qui eſt inſtrumẽtum auditionis. ¶ Et poteſt etiã vltro
in omnibus prædictis inueniri mẽbris, & ſimul. Qualitercumq; igit̃ cõtingat hęc vẽtoſi-
tas, immixta aeri intraneo auris agitatur cũ eo & colliſionẽ reuerberãdo facit in pãnicu-
lum & os ante ſcripta. ¶ Cauſſat̃ itaq; ſibilus ꝓpterea, quia ventoſitas eſt exhalatio terre-
ſtreitate participans, & tenuis exiſtens reuerberata ad mẽbra illa, q̃ ſonora ſunt, repræ-
ſentat potentiæ auditiuæ ſpeciem confractionis ſub ſimilitudine ſibilandi. Cum autem B
ventoſitas omnis a calido diminuto, nõ tñ excellenter generetur. Si n. eſſet intenſa fri-
giditas, non fieret generatio vaporum nec vẽtoſitatis, ſicut ſi eſſet exceſſiua caliditas, di-
gereret̃ aut conſumeretur materia in ventoſitates reſolubilis & vapores. Oportet igitur
calidum vel calorẽ eſſe diminuta reſpectu tẽperamenti ꝓprii patientis. Hęc igit̃ frigidi-
tas aliqualiter intenſa vel diminuta caliditatis eſt ſpecies malę cõplexionis frigidæ in ce-
rebro abundãtis, & eſt cauſſa efficiẽs prædictorũ. Materialis a. cauſſa remota eſt materia
phlegmatica terreſtreitate participans acquiſita in ea, aut a materia aliquanta cholerica
aut melancholica, aut phlegma vitreum, a quo per continuã actionem caloris reſolutæ
fuerunt partes aereæ & aqueæ ipſius, & deductum fuit ad terreſtreitatẽ, erit materia an-
Materia cõiuncta. tecedens prædicti ſibili. ¶ Coniuncta vero materia vel locum eius tenens, eſt ventoſitas C
in prædictis locis immerſa repræſentans auditiuæ potẽtiæ ſpeciem ſibilandi, quare cor-
rupta eſt auditiuæ potẽtiæ operatio: percipit enim in aere exiſtere ſibilantis ſpeciẽ, a qua
aer ipſe euacuatur, ſed hoc eſt formale corruptionis in operatione auditiua, vt patet in
Cauſſa formalis. ſpeculationibus *2. techni cap. illo: Læditur autem operatio tripliciter.* ¶ Formalis vero cauſſa
huius accidentis eſt actualis refractio & colliſio ventoſitatũ prædictarũ ad organa ſono-
Finalis. ra ꝓpter quæ percipitur actualiter ſenſatio rei exterioris nequaquã exiſtẽtis. Finalem a.
cauſſam in operationibus animi attributis in omnibus aſſignare nõ eſt facile. Neq; enim
animus vnquam intẽdit per ſe, & primo hunc ſibilũ tanquã operationẽ corruptã. Sed fi-
nalis cauſſa eſt conatus ad expulſionem illarũ ventoſitatũ a profundis partibus cerebri,
vnde orit̃ quartum par neruorũ, qui ſunt inſtrumenta auditus organice ſeruientia illi a- D
nimo, in quem conat̃ ad expellendũ illas ventoſitates. Cũ igit̃ nullã viã habeat animus ꝑ
quã cõuenienter expelli poſſint ventoſitates illæ quã per os aſſamach anfractuoſum, &
per neruos prædictos, patet ꝙ ventoſitas illa violenter impulſa ſibilũ faciat ꝑdictum. So-
nat enim cum percutitur, teſte Hipp. *ſect. 7. aph.* ſermone illo: *Sternutatio fit a capite &c.* Ex
quo apparet completa declaratio primi accidentis, videlicet ſibili auriũ. ¶ Vide quanto
labore opus ſit ſpeculantibus ad inuentionem effectuum per quatuor cauſſas, efficientẽ;
materialem, formalem & finalem, quæ immediate declaratæ ſunt.

Cap. II. *De ſecunda mala huius viri diſpoſitione, quæ eſt reumatis a capite deſcenſus.*

EX fundamento p̃lecti cap. diligenter conſideranti facile eſt videre cauſſam ſe- E
cundi accidentis ſupra præmiſſi, videlicet reumatis a capite deſcenſus. Cũ n. in
toto cerebro exiſtat ſpecies malæ cõplexionis frigidæ & humidæ, & materiei
phlegmaticæ mucillaginoſæ, & vitreæ multitudo, quę ibidem multiplicantur per viam
indigeſtionis & euaporationis ab inferioribus partibus ad ipſum caput; multiplicata
prædicta materia cogit virtutem ad expellendum materiam illam, vt exoneretur cere-
brum ab accidentibus & ægritudinibus, quæ propter retentionem illarum materierum
eſſent apta conſequi. ¶ Et quia materia fluxibilitate ſua & grauitate apta eſt moueri in-
ferius ſecundum maiorem partem; ideo materia illa deſcendens aliquãdo retinetur in
locis glandoſis lateraliter apud vuulam poſitis, & tumeſcere facit illas & apoſtemari:
¶ Quandoq; v. materia illa ſecundũ partẽ retineri poteſt in vuula extẽdendo & mollifi- F
cãdo ipsã. ¶ Et nõnulla pars ẽt hui⁹ materiei deſcendit ad loca ſub faucib. & facit ibi tu-
mores, q branchi nominãt̃. ¶ Et ſi materię illi⁹ aliqua pars deſcẽderet interi⁹ & retineret̃
in muſculis gulæ & colli, facere poſſet apoſtemata angina nominata. ¶ Si autem illi⁹ ma-
teriei pars aliquanta deſcẽderet ad pectus, faceret diſpoſitionẽ, q̃ catarrhus nominatur.

Ex

A Ex quo patet, quod ſi iterum huius materiei pars aliqua deſcenderet ad ſtomachum, no-
ceret eidem appetitum & digeſtionem eius impediendo ipſum vaporibus multum mo-
leſtātibus. Non curaui ponere, quod hæc materia faceret coryzam, quoniam ipſa quaſi
tota craſſa eſt. Sed coryzæ materialis cauſſa eſt aquoſa. quare &c. ¶ Multiplicantur autẽ
hę materię iterum in capite ex cauſſis exterioribus, de quarum numero poſſet eſſe mul-
titudo ciborum & potuum, & præciſe potus poſt vnam horam apud cœnam multipli-
catus: Exercitia fortia ſuper cibum immediate facta: Coitus etiam tunc multiplicatus,
ingluuioſa comeſtio, & cibis vti vaporoſis & brodialib. pinguibus, dormitio ſubita poſt
cibum, & prolixitas in ea: Et rixari & alterari cum ſociis & agitari in paſſionibus animi
anguſtioſis & furibundis, & alia, quæ eſſent conſimilia iſtis. Ex quibus valde facile poſ-
B ſet intelligi eſſentia reumatis a capite deſcendentis & eorum nocumenta & pericula,
quæ minantur. hæc de ſecundo accidente.

Cap. III. *De tertia mala diſpoſitione, quæ eſt nocumentum diminutionis in operatione memoratiuæ potentiæ.*

IAm apparet, ex prædictis intelligendam eſſe cauſſam nocumenti diminutio-
nis memoriæ. Cum enim in cerebro huius viri mala complexio frigida & ma-
teriæ conſimiles multiplicatæ ſint, patet, quod organum memoratiuæ poten-
tiæ, cuius eſt recipere & conſeruare ſpecies ſenſibilium, lædi poſſit dupliciter: aut quia
non conuenienter recipit ſpecies & congruãt quantitatem ſpiritus animalis neceſſarii
ad memoriam, aut quia propter magnam mollificationem a phlegmatibus factam ven-
C triculus poſterior cerebri nõ conuenientes cõſeruat & theſaurizat ſpecies ſenſibilium.
humiditas enim multa, dato, quod præparet ad facile recipi poſſe formas vel ſpecies re-
rum, ipſa tamen non minus facit ad non bene detinendum eas: humidum enim licet
formas figurales facile ſuſcipiat, ipſas tamen valde facile amittit. *prima primi cap. de ele-
mentis.* propter quod non eſt mirum, ſi iſte adoleſcens diminutam habet operationem
memoratiuæ potentiæ. Et hæc ſufficiant de accidente tertio.

Cap. IV. *De quarta mala diſpoſitione, quæ eſt inuentio & ſenſatio frigiditatis in partibus nuchæ.*

PRo declaratione vero quarti capituli & accidentis in eo comprehenſi, non expedit
D multum extendere ſermonem. Cum iam appareat ex poſitis in præcedenti capite,
quod mala complexio frigida & humida poſterioris partis cerebri, & materia phle-
gmatica ibidem multiplicata cauſſæ ſufficientes ſint frigiditatis in nucha multiplicatæ,
& in neruis ſpondylorum colli & dorſi ſuperioris ab eo orientibus. Nucha enim eſt vi-
carius cerebri in curſu dorſi, *prima tertii 2.c.* ¶ Cũ ergo exeat & oriatur immediate a po- *Nucha vicarius cerebri*
ſteriori cerebro & generata ſit ex materia poſt cerebi generationem remanente, opor-
tet de neceſſitate concedere, ꝗ materia in poſteriori cerebro multiplicata nuchã infri-
gidet & humectet & neruos etiam ab eo orientes, quare ſi materia fluidior eſſet & aquo-
ſior, ingens eſſet periculum & ſuſpicio in hoc viro de tranſitu in paralyſin. ¶ Quomodo
autem mala complexio frigida acquiratur in nucha, communicata ſibi a poſteriori ce-
E rebro ſatis facile eſt videre, ſi ipſa generetur a materia phlegmatica ad nuchã effuſa, ſiue
a cerebro alterante partes ſibi propinquas generet in nucha frigiditas & humiditas per
ſucceſſiuam alterationem vnius partis ad aliam. Et apparet ex hoc fundamento, quam
ſuſpectum ſit accidens quartum & moleſtum. Minatur enim huic viro ſtoliditatem aut
amentiam aut paralyſin, vt planum eſt ex præmiſſis.

Cap. V. *De quinta mala diſpoſitione, quæ eſt debilitas ſtomachi cum appetitu vomendi aliquando eminente, licet non ſemper.*

QVintum autem accidens ſuperius poſitum in hoc quinto cap. declarandum le-
uiſſime, intelligitur ex his, quæ dicta fuerunt *in 2. cap. de cauſſis reumatis ad inferio-
ra deſcendentis.* Non ſolum enim materia a capite deſcendens ad ſtomachum, po-
F teſt debilitare digeſtiuam eius, & nauſeam & vomitum inducere ſuis alterationibus, ſed
ſola etiam ſtomachi compaſſio abſoluta ad ipſum cerebrum per ſimplicem alterationẽ
hæc & talia accidentia efficere poteſt, quod facile percipi poteſt eo, quod quanto cere-
brum deterius ſe habet, tanto ſtomachus indigeſtiuæ debilitate, nauſea & vomitibus a-
gitatur magis. Et hæc de accidente quinto dicta ſufficiant.

Cap. VI. *De ſexta mala diſpoſitione, quæ eſt debilitas renum.* A

RENVM debilitas, quæ eſt accidens ſextum, etiam cõtingere poſſet propter materiã per viã indigeſtionis multiplicatã in ſtomacho & in inteſtinis, quibus hæc materia communicaretur renib. per venas in meſentereo multiplicatas. ¶ Sed huius debilitatis aſſignari etiam poſſunt cauſſæ aliæ. ¶ Prima eſt frequens & longus decubitus ſuper ſpina, qui facit multiplicari materias in renibus, quæ infrigidando & mollificando, debilitant eos. ¶ Secunda cauſſa poteſt eſſe frequentia coitus. ¶ Tertia, multa vrinæ retentio & indebita eius euacuatio per colatorium & vreteres. ¶ Quarta, oppilatio in prædictis renibus, propter quam multiplicantur in eis materiæ laxantes & debilitantes eos. & hæc cognoſcentur per frequentiam mictus & paucitatẽ emiſſionis vrinæ claræ & tenuis ad ſubalbedinem tendentis. hæc ſufficiant de accidente ſexto. B

Cap. VII. *De ſeptima mala diſpoſitione, quæ eſt motus & tenſio a ventoſitatibus in femore facta.*

CVM ergo in præcedenti immediate cap. declarata fuerit debilitas renum cum ſuis cauſſis: Non eſt dubitandum, propter malam cõplexionem & materias inuentas in partibus inferioris ventris multiplicari vapores & ventoſitates, & proprie cum materia craſſior fuerit, vt phlegma vitreum præaſſignatum in cap. primo. Hæ igitur ventoſitates pelluntur a virtute, & per concauitates inteſtinorũ, vt expellãtur per inferius, quarum etiam pars in tranſpirando per poros recipitur inter ſuperficiẽ cõuexã inteſtinorum & concauam ſifac. Ipſa igitur ibidem multiplicata extendit ſifac innexũ oſſi femoris, quare ibidem neceſſario facit dolores extenſiuos. ¶ Vnde ſi hęc ventoſitas C multiplicabitur in didymo, qui eſt oriens a ſifac & deſcẽdens per locum vaſorum ſpermaticorum ad oſeum indubitanter in hoc adoleſcente faciet, vt iam fecit, principiũ herniæ ventoſæ. ¶ Et ſi amplius a vẽtoſitate diſtenderetur foramen ſifac, per quod deſcendunt didymus & pori vreteres, aut rumperetur ſubſtantia ſifac, nõ eſt dubium quin iſte incurreret, aut forte incepit in eo crepatura vel hernia, per quam inteſtina apta ſunt deſcendere in oſeum, quare maxime neceſſarium eſt huic adoleſcenti, vt magnam habeat cautelam & ſollicitudinem in defendendo ſe ab euentu prætacti periculi. & hæc de ſeptimo accidente.

Cap. VIII. *De octaua mala diſpoſitione, quæ eſt deſcenſus humorum ad teſticulum ſiniſtrum.* D

OCTAVVM vero accidens ſuperius memoratũ eſt humiditatis deſcenſus & multiplicatio in ſiniſtro teſticulo, cuius quidem accidentis iã clare apparent cauſſę ex præcedenti immediate cap. Materia enim deſcendens per didymum & venas & arterias, quæ portant nutrimentum ad teſticulum præternaturaliter, ibi multiplicata, dolorem in teſticulo facit grauatiuum & extenſiuũ; & ſi ei aliquid materiei calidæ commiſceretur, acutus eſſet prædictus dolor & cum pruritu aſſociat⁹, aut cum caliditate notabili abſque pruritu, ſicut de ſanguine; ſi commiſceretur cum prædicta materia. Ex quibus apparet, quod hoc accidens huic viro minetur euentũ apoſtematis in teſticulo ſuo, quare prudenter agat, & de re ſua ſollicitus exiſtat.

Cap. IX. *De nona mala diſpoſitione, quæ eſt tremor cordis.* E

MOTVM vero tremulum cordis, qui poſitus fuit ſuperius tanquã nouum accidẽs, oportet concedere quod ſit aut diſpoſitio cordi per eſſentiã aut per colligantiã a cerebro pueniens, quod apparet rationabilius, cum diſtemperamento namq; cordis cõplexionali aut cõpoſitionali tãto, quãtus eſt neceſſari⁹, vt ab eo fiat tremor cordis, nõ video bene, q̧ ſaluari poſſet fortitudo virtutis vitalis, quãta perſeuerat in hoc viro. ¶ Similiter etiam neq; ſaluaretur bonitas pulſus, qui magn⁹ eſt & mediocris inter velocem & tardum & ſpiſſum & rarum. ¶ Neq; etiam ſaluaretur bonitas coloris, audacia & animoſitas, q̃ adhuc notabiliter in hoc viro vigẽt. ¶ Quare videtur mihi ſecurius eſſe dicendum, quod hic motus tremulus cordis ſit per colligantiam ipſius cordis ad ipſum caput, propter enim malam complexionem in cerebro inuentã cum materierum multitudine phlegmaticarũ dyſcraſia fit in corde frigida & humida, & vapores multi a phlegmate deſcendente ad pectus claudunt vias euentationis cordis multiplicatæ in arteria venali & in articulis & oſtiolis cordis, quare virtus cordis mouetur ad expellendum illos vapores & ſpargendum eos tanquam obiectum triſtatiuum. Sed ex fortitudine conatus F

& mo-

A & motus cordis ad expellendum, & fortitudine reſiſtētiæ prædictorum vaporum ad re-
ſiſtendum naſcitur motus tremulus, qui ſi perſeueraret, maxime verēdus, imo mortalis
eſſet. Iuxta illud authenticum, *3. primi colligendum*. Qui enim habet tremorē cordis cōti-
nuum, caueat, ne ſubita intercipiat morte; quare audiat patiēs periculum huius.

C A P. X. *De decima mala diſpoſitione, quæ eſt imaginationum inſtantia.*

NON eſt neceſſarium, me anxiari multum in inueſtigatione & declaratione deci-
mi accidentis, ſ. imaginationum. Nihil enim aliud importatur per eas, quam no-
cumentum corruptionis in operatione viſiuæ potentiæ. Deluditur n. viſiua po-
tentia taliter, ꝙ apparet ei percipere formas, figuras & colores in medio exteriori, qui
nequaquam reperiuntur in eo: quare potentia viſiua percipit ſe videre quod non videt:
ergo deluditur. Et quia imaginatur, imaginatiua exterius eſſe obiecta in medio, quæ non
B ſunt, ideo vocantur imaginationes, quæ ſunt colores, formæ vel figuræ, quæ percipiunt
in aere, cum neq; ſint in eo. ¶ Cum ergo in cerebro huius viri multiplicata ſit materia
phlegmatica quamplurima, vapores ab ea eleuati commiſcentur ſpiritui viſibili, qui de-
latus ad cryſtalloidem, & abinde exterius illuminans medium, ſigillat in ipſum ſpecies
motus illorum vaporũ, q. quandoq; mouentur motu circulari, quandoq; vero motu re-
cto aſcenſus & deſcenſus, & ſic quandoq; apparet alicui videre lineas vel alias figuras a-
ſcendentes aut deſcendentes aut circulariter motas. ¶ Et ſecundum quod cōtingit, illos
vapores eleuatos eſſe a materia colore valde aquea, ita apparet color conſimilis in figuris
ꝑdictis. Et ſimiliter quādoq; percipitur in eis citrinitas a cholera, rubedo a ſanguine, o-
pacitas a melancholia, prædictis vaporibus repręſentantibus horum ſimilitudines ſecū-
C dum ſpecies prędictarum materierum. Species ergo harum formarum vel colorum im-
preſſæ in medium vel aerem, ſuſcipiunt intus vel extra, quibus potentia viſiua corrupte
dijudicat, vt iam apparet. ¶ Vnde ex iſtis recolligendo concluditur, quod ſi horum va-
porum multitudo perſeuerat in cerebro, minentur aquam vel deſcenſum aquę, cum de
aquea materia exſiſtāt. Et hic deſcēſus aquę catarracta nominatur a catarrho Gręco, ꝙ Catarra-
importat defluxum in Latino. ¶ Et ſiquidem cōtingat, hāc aquam congelari vel incraſ- cta quid.
ſari inter concauam ſuperficiem corneæ, & conuexam pupillæ, tunc facit ægritudinem,
quæ nominatur pannus ſubitæ cœcitatis effectiuus. Ex quo apparet, quod improprie lo-
quitur vulgus, hunc pānum nominādo catarractam cum catarracta non ſit aliud, quam
aquæ deſcenſus iam prędictus.

D C A P. XI. *De vndecima mala diſpoſitione, quæ eſt immoderata ſitis per duas horas poſt cibum euueniens, & pluribus aliis accidentibus ad hanc ſummam reducibilibus.*

VLTIMI vero accidentis & vndecimi, videl. ſitis validę, q̄ per duas horas poſt cibū
in hoc viro multiplicatur, oportet intelligere cauſſam, & excluſis acuitate & ſalſe-
dine in cibis & potibus quandoq; exſiſtente, ¶ Dicendū, ꝙ cauſſa huius acciden-
tis ſit multitudo choleric æ materiæ inuentæ in fundo ſtomachi & venis eius, q̄ tempore
vnionis & reuocationis caloris ad ipſum ſtomachū gratia digerēdi cibos excitatur & in-
flammatur, & ad os ſtomachi delata, vel illius inflammatiua, ſitim efficit ita validam. Nō
enim efficit ſitim illam in principio cōprehenſionis cibi, cum nōdum cholera illa adeo
E ſit inflammata, quod ſuffecerit reſoluere & exſiccare humidum roridum oris ſtomachi,
cuius conſumtione fit ſitis. Et poteſt hoc experimento a poſteriori demōſtrari, quia ſi
patiens iſte tolerat ſitim, finaliter liberatur ab ea, quia cholerica materia digeritur aut re-
ſoluitur, quare ceſſat ſitis, q̄ fiebat ab ea. ¶ Hæc in ſumma eſt verificatio & inueſtigatio
vndecim accidentium principalium, quæ hunc adoleſcentē ingenter moleſtant & peri-
cula non minora eis ſibi portendunt. Si qua a. præter hæc vndecim eueniunt acciden-
tia, radicem habent a prædictis vndecim: quare de eis extendere ſermonē non eſt opor-
tunū, quorum quidem accidētium ꝓcurationē fieri oportet, ſicut nunc ſequit ordinate.

Tractatus ſecundus continens capitula ſex de regimine dictarum diſpoſitionum per ſex res non naturales.

F C A P. I. *De electione aeris & ſibi annexorum.*

PRIVSQVAM modi curationum accidentium huius viri aſſignentur, neceſſarium eſt
rectificare adminiſtrationem ſex rerum non naturalium. Non enim inſtrumenta
medicinalia conuenienter operari poſſent in eo, niſi debita menſura ſex rerum nō
naturalium præmitteretur. Itaque pro electione eius loci, habitationis eius generaliter

prouidendum eſt. Primo quod aeris intemperies quæcunque poſſet nimia frigi- A
ditate aut caliditate, nebuloſitate, vel flatu, venti acuti & impetuoſi in cerebro & in
tunicis oculorum in humoribus & ſpiritibus eorum efficere permutationem, ſoluendo
continuum, nimium congregando vel diſgregando, aut ſpiritus & humores reſoluen-
do & congregando, euitari debet. ¶ Propter quod caueat habitare in loco vel camera
valde frigida vẽtoſa, & vbi humiditatis & caliginis excellẽtia diſtẽperetur aer, quare in-
habitet locum a terra eleuatum: & diſtantem a fluxibus aquarum vel lacunarum: & eui-
tet manſionem in loco particulari, vbi eſſet reuolutio teſtudinalis & proprie antiquorũ
ædificiorũ & lapideorum: & ſit camera eius orientali & meridionali plagæ expoſita bene
clauſa: & feneſtris habentibus ingreſſum aeris frigidi & nebuloſi fulcita. quorum etiam
gratia caput eius teneat bene coopertum pelle agnina aut vulpina: aut de variorũ dorſis B
duplicatis. ¶ Et vtile multum eſt ei, vt quandoq; ſuffumigationem faceret in camera ſua
Suffumigium. ℞. *florũ euphrag. ſeminis maioranæ an.* ℥ ß. *pulueris ligni al.* ʒ j. *thuris* ʒ v. j. *puluerizẽtur, & cũ opus
fuerit, ſuperaſpergat cochlear vnum carbonibus ignitis.* Et multum vtile eſſet cameram ſuam
calidam reddere accendendo in ea ignem ex lignis abietis, lauri, iuniperi, cedri, & ſi-
milium arborum aromaticarum.

Cap. II. *De motu & quiete.*

De modo autem exercitandi præmittẽdum eſt primo, quod exercitium corporis
magnum non eſſet ei conueniens, niſi prius corpus euacuaretur ſecundũ q; infe-
rius ordinabitur. Exercitium enim ſuper repletionem factum magis cauſſa, vt
materiæ fluant ad cerebrum, vel ſaltem per modum euaporationis augmentatæ in eo, ſ. C
cerebro & oculis, licet tamẽ exercitium motus progreſſiui ieiuno factum per cameram
& leuiter aſcendendo per ſcalas eſſet ipſi vtile propter materierum diuerſionẽ ad infe-
riora. Aliter tamẽ exercitium orando, moraliter ſermocinando, ſermones proferendo,
& conſimilia conferunt ei. ¶ Et iterum gratia exercitii laudo ei leuem fricationem ca-
pitis, & pectinationem cum pectine vel vnguibus mediocriter fricando cutem vt fumo
ſitates capitis liberius tranſpirare poſſint. Poſt euacuationes vero prædictæ fricationes
capiti conuenirent fortiores iſtis.

Cap. III. *De ſomno & vigilia.*

De ſomno & vigilia præmittendum, quod exceſſus in multum vigilando & dor-
miendo ſimiliter euitandus ſit, quia primus motus vigiliarum agitando mate- D
rias augeret in capite & diſponeret fluxum ad oculos. Secundus vero auget &
generat catarrhos & reumatiſmos & materias in fluxu ad oculos diſponit. ¶ Propter q;
nunquam poſt cibationem dormiat, niſi tranſierint ad minus duę horę, & tunc dormire
incipiat capite eius eleuato conuenienter, vt dictum eſt bene recto, & prius dormiat ſu-
per latere dextro, deinde ſecũda volutione ſe reuoluat ſuper ſiniſtrum, & euitet dormi-
tionem diuturnam, quantum poteſt niſi multum vigilauiſſet in nocte. ¶ Et caueat dor-
mire in locis, ad quæ radius lunæ in nocte peruenire poſſet, multa enim aeris luminoſi-
tas & ſtatio in ea & in aere caliginoſo, & permutatio de ipſo ad aerem luminoſum eſt
cauſſa cæcitatis in breui tempore futuræ, propter quod Dionyſ. Syracuſanus tyrannus
inimicos punire volens faciebat eos diu in carceribus tenebroſis valde detineri, deinde E
ſubito permutabat eos ad aulam valde luminoſam, & magnam habentem multas fene-
ſtras vitreas & fiebant cæci.

Cap. IV. *De accidentibus animi.*

De animi vero accidentibus dicendum primo, quod euitare debeat omnes animi
paſſiones, propter quas vehemẽs & multus imponatᷣ ſpiritibus motus & humoribꝰ
propter quod euitet iracundiã, furioſitatem & vehementiã riſus. ¶ Similiter & e-
cõtra animi paſſiones, ꝑ quas ſpiritus & humores multũ cõcentrantᷣ, vt ſunt triſtitia, ve-
hemẽs imaginatio rerũ & effectuũ terribiliũ euitari debẽt. Talibus.n. motibus in animo
factis ꝓpter ſubitam & multã retractionem ſpirituũ a cryſtalloide & a toto oculo non ſo-
lũ accidit diminutio, & quãdoq; ablatio viſionis & læſio in operationib. ſenſuũ interio- F
rũ, & ẽt nocumẽtũ in corde & in operationib. eius. Exterminãt n. talia accidẽtia & mu-
tãt corpꝰ ab ea, q̃ eſt ſecundũ naturã cõſiſtentia. *3. techni.* ¶ Multi ẽt perſæpe ex lõgo fletu
fuerũt facti cæci, ſicut ẽt ſæpe cõtingit ex multitudine lachrymarũ inuolũtariarũ, ſicut a-
ctus earũ ꝑſæpe colliquãdo & reſoluẽdo fuit cauſſa ſubitæ delationis materierũ adner-
uos opticos propter quod in inſtanti homo omnino priuatur viſu. Cap.

A Cap. V. *De quinta re non naturali, ſ. inanitione & repletione.*

IAM vero de quinta re non naturali, ſ. inanitione & repletione parumper dicen-
dum. ¶ Propter quod præmittendũ eſt primo, quod hic non ſit ſermo de inani-
tione cum medicina, hæc enim inferius reſeruatur ad capitulum de canonibus
& inſtrumentis euacuandi hunc virum: ſed erit ſermo de modo applicationis ciborum
& potuum in quantitate excedentium & diminutorum, & in modo aſſumptionis eorũ.
Itaque omnino caueat iſte vir a deglutione ciborum niſi bene & conuenienter maſtica-
torum. ¶ Secundo nullo modo accipiat cibum, niſi præuenerit in eo appetitus conue-
niens. ¶ Tertio cum venerit appetitus ad cibum, eum accipiat non contrahendo morã
poſt præſentatum appetitum, aliter enim impleretur ſtomachus materiebus corruptis
B & corruptibilibus. ¶ Quarto non multum prolonget moram in comedendo. ¶ Quinto
vero ſemper cibaria leuis digeſtionis & lubricatiua præmittat his, quæ ſunt duriora di-
geſtione & lenitione priuata. ¶ Sexto effugiat aſſumptionem ciborum ſpecie diuerſorũ
& diuerſis ferculis permutatorum. ¶ Septimo effugiat omnem ciborum aſſumptionẽ,
per quam ſtomachus percipiatur extẽſus & grauitas ab eo apud vmbilicũ & hypochon-
dria percipiatur. ¶ Octauo caueat aſſumere potus tantum, vt in ſtomacho eius efficiat
rugitum & fluctuationem, propter quod melius eſt ei poſt cibationem quieſcere, quam
ambulare, vel aliter exercitari.

Cap. VI. *De cibo & potu.*

DE ſexta vero re non naturali, ſcil. de cibo & potu ſermo diffuſior eſt neceſſarius.
C ¶ Propter quem præmittendum primo, quod omnia, q̃ naturaliter aut artificia- *Qui cibi vitandi.*
liter ſunt acuta multum, vt cæpe, allium, porrum, raphanus, ſinapi & bulbus eui-
tanda ſunt. ¶ Similiter effugiat cibaria nimia ſua euaporatione capitis impletiua, vt lac,
nuces, pinguedines & ſimilia. ¶ Tertio euitentur omnia frigiditate & humiditate ſua
participantia viſcoſitate notabili, vt ſunt piſces, & proprie anguillæ, cancri, & vniuerſa-
liter omnes limoſis paludib. inuenti. ¶ Quarto euitent ea, q̃ nimiũ calefaciẽdo mordẽt,
pungunt & exiccant, vt multi ſaliti vſus & carniũ & piſcium ſalitorũ. Quæ vero ſunt eua-
poroſa, multũ fumoſa & ventoſa, vt legumina omnia & oua frixa & fructus frigidi & hu-
midi ſimiliter euitari debent propter cauſſam notã. Hæc enim omnia nocent principa-
libus membris & omnibus operationibus eorum, & maxime ſenſuum interiorum & ex-
D teriorum, ſicut ſuperius declaratum eſt in duobus capitulis præcedentibus.

Itaq; panẽ eligat bene fermentatũ & coctũ, nõ tñ aduſtum, de puriori farina factũ, *Panis.*
in quo ſit aliquid de fermento plus, q̃ in cõmuni pane, recens vnius, aut duorum dierum
ad plus. ¶ Et ſi poſt cibũ ſuũ acciperet micã parũper torrefactã de pane biſcocto in vino
rubeo & aliqualiter bruſco facto optimum eſſet ei. ¶ Panis autem azymus aut non bene
coctus dimittatur. ¶ Et ſimiliter cibi omnes de paſta facti, præter quam tri. quod non vi-
detur inconueniens ꝓpter exiccationem ſuam & priuationẽ a ſuperflua humiditate.

De carnibus autẽ conueniunt ei vitulinæ, caſtratinæ, capretinæ & columborũ par- *Carnes.*
uorum, & maxime ſylueſtrium. ¶ Carnes vero anſerum & anatum & de agno non multũ
placent. Similiter & carnes animalium volatilium in aquis degentium non ſunt ei lau-
E dabiles, niſi aſſatæ, & raro, aut elixæ, & proprie præparatæ cũ ſaporibus & ſpeciebus infra
dicendis. Similiter & caſtratinæ carnes nõ ſunt multum laudabiles, & proprie valde pin-
gues & antiquæ. ¶ Ex carnibus vero quadrupedum etiam conueniunt ei vitulinæ & de
ſylueſtri porco, rarius tamẽ: leporinæ vero carnes bene placẽt, & ceruinæ apud incon-
ſuetos non ſunt inutiles. ¶ Sicut etiam omnium animalium caro, ſiue volatiliũ, ſiue pe-
ditantium, q̃ multo exercitio acquirunt cibum ſuũ laudabilis eſt, propterea ꝙ non habẽt
multas ſuperfluitates. ¶ Oua omni modo præparationis vtilia ſunt ei, præterquam frixa. *Oua.*
¶ Lac dimittatur omnino, propterea quia facit euenire tenebroſitatẽ viſus & caliginem *Lac.*
& ſtupefacit ſenſus omnes tam interiores quã exteriores, & oppilationes efficit in cere-
bro, & in hoc viro omnino corrumperetur propter augmentum choleræ rubeæ in eo.

F Ex leguminib. vero placet etiam far & oryza, q̃ eſt calida in primo & ſicca in ſecun- *Legumina.*
do, cõuenienter nutrit, & exiccat. Similiter etiã & pãnicũ laudabile eſt ei ꝓpter ſiccitatẽ
& aptionẽ aliquãtam. Fabæ v. & phaſeoli, cicera rubea, piſa & ſiſamus omnia dimittãtur.

Ex oleribus vero effugiãtur caules omnino & betę & ſpinachia, citrulli, cucurbitæ, *Olera.*
cucumeres, & portulacæ, niſi raro & in pauca quãtitate, & ꝓprie commixta cum calidis

& aperitiuis infra dicendis. ¶ Peponum vero vſum non vitupero, dum fuerint bene ſo- A
lidi, dulces & maturi. ¶ Plantas vero calidas, ſicut fœniculum, euphragiã, chelidoniam,
petroſelinum, roſmarinum, menthæ ſpecies omnes, ſerpillum & his cõſimiles, bene cõ-
mendo ipſis, vtendo ſolis aut pluribus commixis inuicem, & etiam cum aliis.

Fructus. De fructibus vero laudo recentes ficus & etiam ſiceas, & vuas ſuis temporibus
bene maturas, penſiles nominatas, amygdalas & auellanas, & proprie torrefactas, & eiſ-
dem etiam recentibus vti poteſt. ¶ Conueniunt etiam ei ceraſa bene dura & ſolida, ama-
rilia nominata, & proprie non valde acetoſa. Acribus vero vti non eſt ſecurum niſi valde
raro. ¶ Pyra vero muſcata pauca poſt cibum ſuis temporibus accepta & conuenienter
matura poſſunt ei conuenire. ¶ Et poma apia vel citrina, dulcia, & magni odoris, poteſt
etiam accipere, & frequentius cocta, quam cruda, & raro, & non in magna quantitate. B
¶ Pyra vero conuenientiora ſunt ei, aromatica, bene dulcia, & meliora cocta, quam cru-
da. Nuces autem & caſtaneæ, ſorbæ, meſpila omnino dimittantur.

Radices. Radices vero plantarum, quibus communis eſt vſus, vt cæpæ, alliũ, porrum, rapha-
nus & bulbus omnino dimittat. ¶ Paſtinaca vero domeſtica & ſylueſtri vti poteſt. ¶ Ra-
dix alba, quæ rampioli ſpecies eſt, & rampiolus nominata, ei vtilis eſt, propter hoc, quia
declinat ad caliditatem & conuenienter nutrit cum aliquali apertione, quam habet.

Condita. Ex conditis vero conueniunt ei rapæ conditæ & paſtinacæ, & ſecacul vel Eryngiũ.
¶ Etiam oliuæ conditæ ſecundum conſuetum modũ propter apertionem & exſiccatio-
nem ſuã cum virtute fœniculi notabiliter impoſita eis, ſunt illi vtiles.

Species. Species vero, quæ conuenienter in vſu ſuo adminiſtrari poſſunt, ſunt ſicut macis, C
nux muſc. cinamomum, galanga, caryoph. zinziber, vtrumq; piper, ſemen petroſelini
& leuiſtici. Semen autem apii & anethi omnino dimittat. ¶ Et in ſumma omniũ aromatũ
calidorũ, ſubtiliatiuorũ, apertiuorũ, vſus mediocris eſt ei conueniens: omnia n. talia ſto-
macho, cordi, cerebro & oculis ſunt cõuenientia, minorando phlegmata in p̃dictis mẽ-
bris, & depurãdo & mundificãdo ab eis, & meatus cerebri & oculorũ purgatos efficiẽdo.

Sapores. Ex ſaporibus vero in ſumma, acetum acre valde, arancij, limones crudi, & ſuccus
granatorum, & proprie acrium, non conueniunt ei. Sed acetum acutum notabiliter &
agreſta cum ſale, limones infuſi & ſuccus granatorum muzorum & dulcium cum ſapa
& ſine ſapa concedi poſſunt.

Partes animaliũ. De partibus vero animalium dicendum, q̃ caput, ventres, pinguedo, cauda & con- D
ſimilia omnia vituperanda ſint: & cerebrum etiã & oculi propter frigiditatem & humi-
ditatem ſuam: licet generali conuenientia membri ad membrum collaudandus ſit ocu-
lus, & proprie animalium non valde humidorum, propter generalem regulam, q̃ omne
membrum videtur confortare ſibi ſimile alterum.

Ex his vero, cum q̃bus cibaria condiuntur, pinguedines animaliũ reijciendæ ſunt,
& butyrum etiam, propterea quia replent caput fumoſitatibus obtenebrantibus. ¶ Sed
olei vſus eſt ei conuenientior, & proprie, ſi fuerit oleum de oliuis non valde maturis nec
multo tempore maceratis.

Modus cibationis. Quantum ad modũ cibationis. Cibaria omnia meliora aſſata in vſu frequẽti, quam
elixa, ſemel in die nõ ſunt ipſi reprobanda, niſi valde pinguia, & in vaſis multũ coopertis E
cõſeruata cũ humiditate, q̃ eueniat ab eis. Et hæc dicta ſufficiãt de cibis & adhærẽtib. eis.

Potus. De potu vero dicendum, q̃ vinum quod poteſt eſſe ei conueniens, debeat eſſe ſub-
ſtantia clarũ, cõuenienter aromaticũ, colore ſubrubeũ, nõ obſcurũ, potentia ſua medio-
criter vinoſum, cuius tñ vſus ſit moderatus & nõ ſuperfluus. Multis enim modis & cauſſis
videtur ei tale vinum conuenire. ¶ Primo quidem, quia mediocriter nutritiuum eſt,
Membra principalia diligũt aromatica. ꝓpter q̃ virtutem reſtaurat & cõſeruat. ¶ Secundo, quia aromaticitate ſua cordi & cere-
bro conuenit: ꝓpterea quia omne principale mẽbrum diligit aromatica. ¶ Tertio, quia
non eſt valde euaporatiuum. Recipit enim minorationẽ euaporationis ab arillis & ra-
cemis vuarum. ¶ Quarto, quia vapores ab eo eleuati ſubtiles & conſumtibiles ſunt de-
leui. ¶ Quinto, quia cum caliditate ſua virtutem exſiccatiuam recipit ab arillis & race- F
mis; propter quod conuenit ad exſiccandum phlegma & conſumendum vapores.
¶ Sexta ratio, quia vinum magnam conuenientiam habet ad virtutem hominis, aut
ratione aptitudinis facilis conuerſionis eius in ſanguinem & ſpiritum. ¶ Septima,
eſt conuenientia eius cum ſanguine a ſpirituoſa ſubſtantia. Eſt enim vinum calidum
& hu-

A & humidum, licet in racemis factum nimium humidum ſit, quam abſque eis. ¶ Octaua ratio eſt ſumpta a conſuetudine. Si enim homo conſueuit vti vino, difficile eſſet tranſmutare eum ſubito ad oppoſitum, neq; natura repentinas tolerat tranſmutationes ſine nocumento magno. *tertio techni.*

Poſt hoc autem ſi qua videtur aqua conueniens, erit aqua cocta cũ ſacharo, & nullo modo cum hordeo, propterea quia omnis aqua hordei inflatiua & euaporoſa eſt. Sed coqui debet cum ſacharo tabarzet vſq; ad dulcedinem cõuenientem, & ſit aqua accepta ex fonte aeri & cœlo detecto, non a locis vmbroſis & inter magnos montes incluſa, & proprie cum aqua ab inferiori parte mõtium ſcaturit, & diaphana multum omni odore priuata & ſapore extraneo, a limoſitate vel a putredine plantarum impoſitarum ei vel ab B inuentione & ſtatione ranarum, ſanguiſugarum & viperarũ in ea inuentarum, aut corruptione eorum & aliorum cadauerum, quæ aliquando in aquis corrupta malam corruptionem in ipſa imponunt; propter quod & laudabilior foret aquæ ciſternæ aut ſaltem petroſi fontis vel arenoſi orientali & meridionali plagæ expoſiti. ¶ Si autem vir iſte eſſet de illis, qui prudenti regimine ſe gubernant, propterea quia prudentia eſt recta ratio agibilium, *6. ethicorum.* Ideo laudarem ei potum infraſcriptum cum quo gentẽ quamplurimam a tenebroſitate viſus, ab imaginationibus, a ſcotomia & vertigine defendi & pręſeruaui, vt patet ex virtute ſimplicium, ex quibus componitur, quæ talis eſt. ℞. *eufragiæ, ſileris montani, roſarum, quæ nõdum ſint expanſæ, florum chalidoniæ, rutæ ana ʒ ij. radicũ fœni. chælidoniæ & verbenæ, ana ʒ j. ß. ſem. fœni. florum hypericonis, macis an. ℥ ß. coquantur omnia in ℔.* C *x. aquæ vſquequo conſumatur tertia pars duabus remanentibus, deinde cum vehementi expreſſione colentur, & illi collaturæ apponantur mellis citrini mundi odoriferi & valde dulcis ℔. ij. cum ß. & lento igne iterum coquatur conuenienter deſpumando vſquequo iterum tertia parte cadente remaneant duæ, & in hac ſecunda decoctione aromaticetur cum iſtis ſpeciebus ligatis in panno raro & laxo de ſindone, tunc ergo coletur per ſtamen ſpiſſum & reſeruetur in vaſis vitreis vel vitreatis vel lapideis,* & ſit eius vſus in potu ſolius aut ſaltem medietatem eius cum vino miſcendo in cœna & prandio, eſt enim diuinum remedium & medicamen. Specierum autem, cum quibus aromatizari debet, deſcriptio talis eſt. ℞. *ligni aloes electi ʒ j. ß. granorum fœniculi & aniſi an. ʒ ij. macis ʒ iij. pulueris florum eufragiæ ʒ ii. ß. puluerizentur omnia per ſe; deinde commiſceantur in mortario conquaſſando, & fac ex eis, vt dictum eſt.*

In cõmoda aqua hordei.

Prudẽtia quid.

Potio artificialis.

Species pro potu.

D *Tractatus tertius de regimine dictorum accidentium per medicinalia continens capitula duodecim.*

Cap. I. *De purgationibus vniuerſalibus faciendis in vere & in autumno.*

Modus autem neceſſarius pro cura omnium accidẽtium ſupraſcriptorum videt mihi principaliter fundari in duabus intentionibus: quarum prima eſt ordinare huic viro regimen purgationis in fine hyemis & æſtatis, ex quo poſſit præſeruari ab euentu illorum accidentium, imo manifeſte alleuiari ab illis, q̃ modo inualeſcũt. Primo itaq; deſcribam purgationem in vere ſibi conuenientẽ. Secundo vero in autũno.

E ¶ Itaque poſt medietatem menſis Februarij a ſeptima die lunaris illius menſis vſque ad vigeſimam mane per horam poſt ortum ſolis iam mundificatis ſuperfluitatibus vrinalibus & fæcalibus, & hora nona ante poſt præaſſumptam cœnam faciat ſibi fieri phlebotomiam venę nigrę, vel medię dextri brachij, per quam educantur ſanguinis ℥ iiij. aut v. ¶ Die vero immediate ſequenti phlebotomiam mundificetur cum hoc minoratiuo. ℞. *reubarbari electi, agarici, an.* ℈ j. *zinz. ſpicæ nardi ana gra. iii. ſalis gemmæ* g̃ i. *caſſiæ parũ ante præparatæ cum aqua abſynthii vel ſaluiæ ʒ vii. miſce & totum calidum ſumatur poſt nouem horas a præaſſumpta cœna,* & poſt ipſam dormiat per horam tantum, & tardet comedere per ſex horas poſt ipſius aſſumptionem. ¶ Die vero immediate ſequenti incipiat aſſumere hoc digeſtiuum in aurora, poſt quod dormiat ad libitum, & tardet cibum ad minus horis qua- F tuor. Cuius deſcriptio eſt hæc. ℞. *oxymellis compoſiti ℥ j. ſyru. de byzantiis ℥ ß. aquæ betonicæ, cichoreæ & abſinthii an ℥ j. ß. miſce.* Accipiat ergo ipſum toties quouſque appareat in vrinali hypoſtaſis in fundo ſedens alba, coniuncta, in partibus æqualis & diaphana omnibus, aut plurib. harum conditionũ circumſtãtionata. ¶ Tunc ergo die immediate ſequenti purgetur iterum cum iſtis pillulis, quarum deſcriptio eſt hæc: ℞. *pilularum cochiarum*

Vena ſectio.

Minoratiuum.

Digeſtiuum.

Pilulæ.

ʒ ß. pilularum aurearum & de reubarbaro ana ℈ j. miſceantur & incorporentur pilulæ viij. vel vij. cum hiera ſimplici, & aſſumantur cum conditionibus præſcriptis in minoratiuo obſeruandis. A

Minoratiuum.

Pro purgatione vero autumni celebrãda poſt viginti dies menſis Septembris, mane vno accipiatur hoc minoratiuum, cuius deſcriptio eſt hæc. ℞. *pilularum aurearum ʒ mediam, pilularum de hiera compoſita, & de reubarbaro an. ℈ j. formentur pilulæ vij. vel viij. cum electuario roſato, & ſumantur hora & conditionibus obſeruatis, quæ ſcriptæ ſunt in ſolutiuis aliis.*

Digeſtiuum.

¶ Die vero immediate ſequenti accipiat hoc digeſtiuum, poſtq; teneat modum in digeſtiuo vernali deſcriptum, cuius deſcriptio hæc eſt. ℞. *ſyr. compoſiti acetoſi ℥ i. ſyr. violati ℥ ß. aquæ lupulorum & abſynthii an. ℥ i. ß. miſce, & calidum accipiatur hora & conditionibus poſt digeſtiuum veris obſeruandis*: quod iterum totiens aſſumi debet quouſque vrina fuerit rectificata colore, ſubſtantia & contento, vel hypoſtaſis ſuperius demonſtratis. B

Electuarium purgans.

¶ Itaq; die immediate ſequenti purgetur cum hoc electuario, cuius deſcriptio eſt hæc. ℞. *electuarii Indi ʒ. j. ß. miſce, & totum accipiatur cum aqua decoctionis ſachari, aut cum aqua fœniculi, aut pauco vini albi ſubtilis & dulcis*, cum quibus etiam ſuperiora lenitiua & ſolutiua pariter aſſumi debent cum omnibus conditionibus prætactis. ¶ Quorum etiam gratia attendere debet, vt ſi tempore, quo aſſumit digeſtiua tam veris quam autumni, venter eius non eſſet bene aut mediocriter fluxibilis, tunc omni ſero parum ante cœnam accipiat vnam aut ſaltem alterna die, dummodo tamen pilulam illam non accipiat die immediate ſequẽte purgationis aſſumptionem, ne coniungat duorum ſolutiuorum operatio in vna die. Si enim acceperit pilulam in ſero præcedente aſſumptionem purgationis in nocte, tũc C cum talis pilula non operet in nocte illa complete propter debilitatem ſuam, & etiam ꝓpter longitudinem ſomni, tunc cum ipſa ſuam compleret operationem in die ſequenti, in cuius aurora iam aſſumpſiſſet ſolutiuum aliud, patet quod duorũ ſolutiuorũ operatio cõiungeretur in vna die, vt præmiſſum eſt. & hoc nõ fieret ſine agitatione nociua, quod omnino euitandum eſt. ¶ Et attendat etiam, quod iſtis pilulis vti poterit in magna parte vitæ ſuæ cum magno iuuamento ipſarum, quarum deſcriptio talis eſt.

Pilulæ.

℞. *agarici ℥ ß. hermodactylorũ, turbith, omnium electorum an. ʒ ij. ſalis Indi ʒ j. diagridii ʒ ß. aloes epaticæ electæ ℥ iiii. ſucci lupulorum, ſucci endiuiæ & ſaluiæ ana ℥ ij. puluerizentur omnia per ſe, deinde infundantur in prædictis ſuccis bene commiſcendo, & exponantur radiis ſolis ſæpe commiſcendo vſq; ad conſumptionem ſuccorum. Tunc ergo ſecunda vice renouentur ſucci ſuperaddendo zinzib. ſpicæ nardi, cubebarũ, caryophyllorum, been albi & rubei an. ʒ ß. & iterum ſupponantur radiis ſolis vehementer commiſcendo vſque ad conſumptionem ſuccorum. Et ſic iterum tertio renouentur ſucci ſuperaddendo prædictis ſalis Indi ʒ j. & ſupponantur radiis ſolis vſque ad conſumptionem vt dictum eſt.* D Hæ igitur pilulæ magnificum huic viro iuuamentum afferunt, materias phlegmaticas, cholericas, & ſecundum partes melancholicas diſtrahendo a cerebro & pectore & a partibus cordis ſtomachi & epatis oppilationes ipſorum aperiendo & prædicta membra confortando, vt patet ex deſcriptione ſimplicium, quę compoſitum hoc ingrediuntur. Hęc de primo cap. expediente purgationes vniuerſales huic viro cõgruas & opportunas dicta ſufficiãt.

Cap. II. *De regimine abſciſſionis tinnitus & ſibili aurium.*

SECVNDVM vero cap. ponit regimen abſciſſionis tinnitus & ſibili aurium eius. E Pro cuius capitis introductione & aliorum ſequentium, præmittendum eſt primo, q quando contingit, hunc virum maxime moleſtari tinnitu vel ſibilo vel altero de decem accidentibus ſupra memoratis, tunc vti debet regimine in quolibet illorum capitulorum per ſe deſcripto. ¶ Si autem moleſtetur vno vel duobus vel tribus de numero illorum accidentium, tunc in cura illorum commiſceat regulam vnius capitis cum altero, attendendo tamen ſemper illi accidenti principaliter, a quo præ aliis moleſtatur magis, & ſic continue in ſuo regimine diſcrete procedat.

Quinque intentiones pro tinnitus inſtãtia.

¶ Itaq; pro tinnitus inſtantia quinque videntur mihi neceſſariæ intentiones. quarum prima eſt minoratiua euacuatio, ſecunda materierum diuerſio, tertia ipſarum digeſtio, quarta eradicatiua materierum euacuatio, & quinta capitis totius & organi auditus confortatio.

1. Euacuatio minoratiua.

Primam autem intentionẽ cõplere poterit minoratiuũ tale, cui⁹ deſcriptio eſt hęc. F ℞. *hieræ ſimplicis ℥ ß. electuarii Indi ʒ ii. ß. miſce & totũ accipiatur cũ medio cyatho vini actu calidi.*

Potio.

¶ Si autem æger abominaretur accipere minoratiuum potabile, & quia etiam amarum eſt excellenter, tunc accipiat iſtas pilulas.

Pilulæ.

℞. *pilularum cochiarum, pilularum de*

ſarto-

A *ſarcocollæ poſitarum a Meſ. in cap. de ea, ana ʒ ß. & accipiantur in aurora.* ¶ Iterum tertium ſo-
lutiuum poterit eſſe hoc. ℞. *turbith, hermodactylorũ an. ʒ ß. diagridii* g. j. *zinzib.* ℈ ß. *pentidia-*
rum ʒ ß. & cum ſufficienti quantitate caſſiæ fiſtulæ cum ſacharo albo fiat vnus dactylus, & comeda- *Bolus.*
tur in aurora obſeruando poſt ipſum circumſtantias, quæ ſcriptæ ſunt in ſolutiuis veris & autumni.
¶ Et nota, quod tales euacuationes etiam ſupplere poſſunt pro quarta intẽtione era-
dicandi materias, dummodo eis parumper adiungatur potentia ſolutionis ex parte do-
ſis, quæ omnia a vito dogmate & experientia perito limitari debent.

Secunda vero intentio diuerſionis compleri poteſt per inſtrumenta quinque, & *2.*
dimitendo clyſteriorum applicationem, quæ non ita congrue peragrantibus mundum *Materie-*
adminiſtrari poſſunt. ¶ Primum & ſaluberrimum diuerſiuum eſſet adminiſtrare hæ- *rũ diuer-*
B morrhoidarum prouocationem, quæ virum iſtum præſeruarent ab omnibus fere ac- *ſio.*
cidentibus in duobus capitulis prænominatis. ¶ Secundum eſt fortis fricatio inferi-
orum partium a genu vſque ad pedes, & a ſpatulis vſque ad nates, vſquequo membra
ruborem incurrerent manifeſtum. ¶ Tertium diuerſiuum eſſet prædictarum parti-
um ligatura conſtringens, proprie facta ſuper cauillas, deinde ſuper genua, & tandem
in ſuperiori parte coxarum apud inguina. ¶ Quartum eſſet frequens applicatio
ventoſarum ſuper natibus & ſpatulis abſque ſcarificatione, aut etiam cum illa, ſi ven-
toſatus locus manifeſteruberet rubedine coloris moti propinqui ſuæ maturationi.
¶ Quintum vt apparente inflatione faciei cum tumore & tenſione venarum faciei &
temporum prædicto viro adminiſtraretur phlebotomia cephalicæ dextrę, per quam
C ſanguinis educerentur ℥ ii. vel tres. Hæc videntur diuertendi materias inſtrumenta
conuenientiora.

Tertia vero intentio completur inſtrumentis iſtis, quorum primum eſſet hoc le- *3.*
ue & delectabile multum. ℞. *aquæ ſaluiæ, aquæ roriſmarini ana ℥ j. aquæ violarum & betonicæ* *Materie-*
an. ℥ ß. miſce, & totum accipiatur in potu. ¶ Et ſi fortius illo volueris habere digeſtiuum, erit *rum digeſtio.*
hoc. *Rec. ſyr. de calamen. de ſtæchad. an. ℥ vj. aquæ violarum ℥ ij. aquæ maiora. ℥ j. miſce.* ¶ Ad- *Potio.*
huc autem ſi quis deſideraret habere digeſtiuum elegantius prædictis, tunc *Rec. oxymel-* *Alia.*
lis ſquillitici ℥ j. ſyr. compoſiti acetoſi ℥ ß. aquæ rutæ, aquæ origani vel centaureæ minoris an. ℥ j. ß. mi- *Alia.*
ſce. ¶ Scio etiam ego, quod ſi in nocte poſt aſſumptam cœnam per duas horas accipia-
tur ß. j. aureę Alexandrinæ cum quinta parte vini albi tepidi, ſolenniter iuuat ad digeſti-
D onem materierum chronicarum, & fractionem ventoſitatum, & ad prohibitionem ge-
nerationis earum in capite. ¶ Et ſimiliter ad idem confert electuarium mithridatium
& ſotyra magna, quorum laudes & memoriam vide *quinto canone, ſumma prima, in eorum*
deſcriptionibus.

Quarta intentio: pro qua expedienda iam apparuit memoria ſolutiuorum, quæ *4.*
poſita fuerunt in prima intentione minorandi materias. ¶ Ego autem non dubito, ꝙ *Eradica-*
ſi acciperetur ʒ j. ß. pilularum, quæ deſcriptæ ſunt ſupra poſt purgationem autumni *tiua ma-*
mirabili iuuamento conferrent. ¶ Si autem iterum ſolutiuum fortius etiam & ſecurum *teriarum*
quis habere cuperet, tunc accipere poterit pilulas, quæ dicuntur fœtidæ magnæ, colli- *euacuatio.*
gendæ *quinto canon. ſumma prima, tractatu nono, deſcriptione ſexta.* Ponuntur enim ibi tres
E deſcriptiones pilularum fœtidarum, quarum primæ dicuntur pilulæ fœtidæ magnæ, *Pilulæ fœ-*
ſecundæ maiores, tertio vero minores. ¶ Et ſi deſiderares habere ſolutiuum maioris *tidæ quo-*
nobilitatis ad omnia fere accidentia numerata ſuperius, tunc dare poteris ʒ iiij. hiera- *tuplices.*
logodion fermentatæ poſt ſex menſes a compoſitione ſua cum tertia parte cyathi vini
aromatici. Verum quia multum abominabilis eſt guſtui & olfactui, ego in pilulas con-
uerto ipſam formatas cum ſucco roſarũ faciẽdo pilulas vii. vel viii. ex vna drachma ſpe-
cierum eius. Diuinum enim eſt medicamen vocatum ab Auic. benedictum, & me-
rito propter ſuas virtutes colligendum *quinto canon. ſumma prima, tractatu ſecundo, deſcri-*
ptione tertia.

Pro vltima vero intentione confortatur caput etiam per auream Alexan- *5.*
F drinam, & reliqua electuaria apud ipſam poſita. ¶ Et iterum ſolenniter conforta- *Capitis*
tur caput & cerebrum, ſuperaſpergendo toti caluariæ puluerem ligni aloes. *& organi*
Iterum puluerem cubebarum. Placuit autem magis Auenzoar ad confortan- *auditus*
dum caput ſuperaſperſio pulueris caryophyllorum ſuper prora capitis. ¶ Ego autem *cõfortatio*
in operationibus meis ſoleo vti puluere tali. *Recipe ligni aloes electi ʒ ij. folii, cubebarum,*

Puluis capiti ſuper aſpergendus.

caryoph. na ʒ j. *ſandaracæ, roſarum ana* ʒ ij. *macis* ʒ iij. *fiat omnium per ſe puluis, deinde commiſceatur & ſuper totã caluariã ponatur diſtanter a cœna*, per duas horas poſt eam & mane, in aurora etiam. ¶ Secundum v. confortatiuum capitis, quo vtor ego, eſt hoc. ℞. *ambræ orientalis* ʒ j. *moſchi electi* ℈ j. *ligni aloes* ℈ ij. *pulueris maioranæ* ʒ ß. *been albi & rubei, croci, caryoph. an.* ℈ j. *roſarũ non expanſarum, labruſcæ, ſpodii de canna ana* ʒ j. *puluerizentur omnia per ſe, deinde commiſceantur & ligentur in ſindone de grana retorta in ſimilitudinem pomi.* hoc ergo quaſi ſemp in manibus teneat & olfaciat æger. Eſt enim mirabile præſidium in confortando caput. Et tu conſidera virtutem ſimplicium ex quibus componitur.

Pomum odoratum.

Cap. III. *De regimine reumatiſmi a capite.*

A

Sequitvr caput tertium, in quo ponere oportet regimen reumatiſmi deſcendentis a capite. & hoc quidem accidens indigeret diſcuſſione ſolenni pluribus ex cauſis. ¶ Et prima quidem eſt, quia tale reuma arguit malam complexionem frigidam & humidam materialem in principali membro, quod eſt cerebrum. ¶ II. cauſa eſt, quia arguit materiei multitudinem ad inferiora deſcendentis. quid enim aliud eſt reuma niſi materierum motus de membro ad membrum, vel de membris ad membra. ¶ III. cauſſa eſt, quia ſi talis deſcẽſus eſt paulatim factus, arguit debilitatem fixam in mẽbro, a quo deſcendit, & vocatur reuma vel ſtillicidium. Si autem eſt impetuoſe factus & cum multæ materiei deſcenſu, qui vocatur defluxus, tunc minatur periculum ingens. cum enim materia multa deſcẽdit ad aurem, ad rizam, ad palatum, ad vuulam, & amygdalas & ad gulam, tunc in talibus minatur aut fortia apoſtemata vel oppilationes aut ſubitam ſuffocationem a tali defluxu futuram, vt ſuperius in cap. inueſtigationis huius ſecundi principalis inueſtigatum & probatum fuit. ¶ Et quarta cauſſa eſt, quia materias multas & impetuoſe deſcendentes conuenienter regere non eſt bene poſſibile & a viro adhuc ſcientia & opere bene exercitato.

B

Reuma quid.

C

Cum ergo contingit, cum grauitate capitis percipi deſcenſum materierum ad aliquã determinatã partẽ, tunc ſi deſcẽſus eſt ad viles partes & periculo & ſuſpicione nõ dignas, melius eſt vigorare virtutẽ capitis expulſiuam, vias expulſionis apertas efficere & conſeruare localia calida membris & recipientibus adminiſtrare, ita quod ad ea ſummopere trahatur materia & multiplicetur in eis, per talia enim ingenia alleuiatur principale membrum & reliqua ſibi vicina & nobilia. Neq; per tractum illum nocumentũ acquiritur, de quo ſit curandum: Melius eſt n. membro vili & exteriori nocumentũ efficere, quam materiam in principalibus & nobilibus membris retinere. & ſunt ſermones colligendi 5. *tertii cap. de cura catarrhi, & partim 4. primi cap. 25.* vbi in medicatione apoſtematum intantum proceſſit, quod voluit ſummopere materias extrahendas eſſe ad ignobilia membra cũ emplaſtris calidis, cum ſanguiſugis & ventoſis cum ſcarpellatione; propter quod ſummopere errant, qui tales materias retinent cum repercuſſiuis. Non raro vidi Medicorum multos non bene dogmaticos errauiſſe. ¶ Si a. materia reumatizans deſcenderet iterum ad aurem, aut ad vuulam vel ad amygdalas vel ad muſculos gulę, tunc ſi materia pauca eſt, ſtatim attrahatur ad inferius ad remota & exteriora loca primo cum clyſteri aliquid acuitatis habente, vt ℞. *foliorum mercurialis, maluæ, betæ & lizonotis ana M i. furfuris craſſi M j. ß. coquantur in aqua vſq; ad diſſolutionem ipſarum, de qua accipiatur lib. j. olei communis* ℥ iij. *ſalis gemmæ* ℈ iij. *ſach. rubei* ℥ j. *hieræ maioris* ℥ ß. *miſce & totum accipiatur hora electa tam mane quam ſero.* Intelligo autem hieram maiorem, quæ aſcribitur Gal. *quinto can. ſum. prima tract. 2. deſcriptione 17.* ibi hiera Gal. deſcriptione vniuerſitatis. ¶ Attrahitur etiam materia ad inferiora & remota cum his pilulis, quarum deſcriptio eſt hæc. ℞. *pilularum aurearum deſcriptione Nicolai in antidotario, pilularum cochiarum Raſis 9. Almanſ. cap. primo an.* ℈ j. *formentur pilulæ ſex & exhibeantur ſecundum modum ſupra poſitũ in purgationibus veris & autumni.* ¶ Tertio iterũ attrahi & diuerti poteſt materia cũ fricationibus, rubificationibus & ventoſis abſq; ſcarificatione, & cum his, quæ ſtatim ſubiunguntur.

D

Clyſter.

E

Pilulæ.

Si autem catarrhizans materia multa eſſet & deſcendens ad prædicta loca, magna rationis indagatione procedendum eſt. ¶ Si enim deſcenderet ad aurem & multa, non eſt abſq; periculo apoſtematis, oppilationis & ſurditatis celeberrimæ. ¶ Si vero deſcenderet ad vuulam, apoſtemare aut mollificare poſſet eam. ¶ Et ſi ad colatorium palati effunderetur, tunc in pluribus ſuffocationem efficit ſubitam, oppilationem efficiendo in rete

F

A in rete mirabili. ¶ Cum autem deſcendit ad amygdalas, tumorem & apoſtemata magna efficit in eis. ¶ Eius vero deſcenſus ad gulam exterius non eſt ita ſuſpectus. ¶ Sed ad partes interiores deſcendens & intermedias, anginas efficit non raro acutas & plurimum ad mortem terminabiles, iuxta ſententiam ſenis *ſect.5.aph.10. vbi dicit, quicunq; anginam effugiunt, his ad pulmonem vertitur, & in ſeptem diebus moriuntur, ſi vero has effugerint, ſuppurati fiunt.* ¶ Ex deſcenſu vero materiei a capite ad pectus nõ eſt euadere ſine magno periculo, & proprie cum materia multa fuerit & acuta, quæ vt plurimum oppilationes & apoſtemata vlceratiua in pulmone & pectore efficere ſolet. ¶ Igitur cum viro exercitato apparuerit æger cum magna capitis grauitate, cum faciei extenſione, & venarum
B & temporum & faciei magnitudine, & difficultate inſpirationis & reſpirationis per naſum, & cum magno dolore auris, cum grauitate auditus, cum vuulæ caſu ſuper meri & canna pulmonis, impediente deglutitionem & inſpirationẽ, aut rubent, tumeſcunt & valde dolẽt amygdalæ, aut incurrit æger ſuffocationem cum nocumento motus & ſenſus ſimili apoplexiæ, vel tumeſcunt partes gulæ interius tumore vix perceptibili tactu & viſu, offenditur inſpiratio & reſpiratio & deglutitionis actus: Necnon etiã excluſis iſtis cum apparet magnum nocumentum in anhelitu ſuffocatiuum cum tuſſi ſicca, pectoris extenſiuo & compreſſiuo doloribus. Hæc omnia quidem magnum oſtendunt periculũ & ægritudines timoroſas in prædictis membris, & malæ terminationis, vt in pluribus. Quibus apparentibus ſignis illuſtrium auctorum ſententiis quinq; intentionibus in cu-
C ra harum diſpoſitionum vtendum eſt.

Et prima quidem eſt euacuatio communis per phlebotomiam ſtatim in principio, immo in prima die cum magna corporis repletione phlebotomando baſilicam aut communẽ venam, extrahẽdo ſanguinis a iiij. ℥ vſq; ad lib. ß. Immo ſi talis rheumatiſmus anginam effeciſſet, phlebotomia fieri debet eradicatiua, cum talis ægritudo non ferat inducias. Eſt enim hæc ægritudo de vehementer periculoſis, in cuius cura auxilium velociſſimum neceſſarium eſt, vt *9. tertii cap. de cura ſuffocationum & apoſtematum gulæ colligendum.* ¶ In ſecũda v. parte illius diei adminiſtretur clyſtere paulo ſuperius deſcriptũ gratia diſtractionis & euacuationis materierum, quod etiam clyſtere non ſolum nunc, ſed etiam ante phlebotomiam pręmitti debet. Phlebotomia enim inconuenienter admi- *1. Intentio. Euacuatio communis* *Venæſectio*
D niſtratur cum ſtipticitate ventris, vt legitur *quarta primi canon. cap. 20.* ¶ Die vero ſequenti cum virtutis conſtantia adminiſtretur phlebotomia venę cephalicæ contrariæ partis, & educantur ſanguinis ℥ iij. vel iiij. ¶ Si autem appareret materiam rheumatizantem, quæ antecedens eſt, non conuenienter commixtam eſſe ſanguini, tunc adminiſtrato clyſteri ante dicto communis euacuatio & appropriata adminiſtrari debet. Voco autem communem, quæ plurium materierum eductiua: particularem v. econtra. Tunc ergo exhibeantur patienti pilulæ iſtæ. ℞. *pilularum cochiarũ, pilularum aurearũ & de hiera compoſita an.* ℈ j. *& ǧ. v. formentur pilulæ vij. vel viij. cum electuario roſato, & patienti offerantur omnes, vt in purgationibus ſuperius dictum eſt.* ¶ Si autem æger non eſſet aſſumtioni pilularum familiaris, tunc exhibeantur ei ℥ v. hieræ Ruffini. Hæc enim medicina primum cognita & *Pilulæ.*
E vſitata a Medicis, vt 5. *can. ſumma prima, tractatu ſecundo & cap. primo colligendũ eſt.* Aut dent ergo ℥ iij. vel iiij. vel v. hieralogodion vt ſupra ¶ Et ſi tu quæris medicinã guſtui & olfactui delectabiliorẽ. ℞. *electuarii Indi ℥ iij. electuarii roſati ℥ j. ß. exhibeatur totum cum pauco vino dulci diſſolutum cum conditionibus in ipſo obſeruandis*, vt ſupra de aliis. *Electuariũ*

Secunda v. intentio eſt regiminis ægri rectificatio. ¶ Primo vt verſet in habitaculo mediocris caliditatis. ¶ Secundo vt quieſcat a motu corporis & loco exercitii adminiſtrentur ei fricationes a pedibus vſque ad genua, a genubus vſque ad inguina & nates, & ab eis vſque ad ſpatulas inferius trahendo vſquequo membra rubeſcant. ¶ Tertio caueat a ſomno prolixo, immo vigiliis longis inſiſtendum eſt circa ipſum. ¶ Quarto abſcindantur accidentia animi triſtantia; vt anguſtia, & triſtitia, & ea quæ motum efficiunt magnum & velocem in ſpiritibus & humoribus, vt ira, furor & conſimilia. *II. Regiminis ægri rectificatio.*
F ¶ Quinto vero pauco cibo regendus eſt & potu. Patientes enim rheumatiſma vigilent, & ſitiant, & famem patiantur, quoniam, ſunt initium curæ, lege quinta *tertii cap. de cura catarrhi.* ¶ De cibo vero & potu dicendum primo; quod cum iſtæ ægritudines omnes ſint acutæ velocitate ſui tranſitus, in eis vtendum eſt diæta tantæ tenuitatis, quod conſtante virtute nihil debes ei dare. Ad vltimas enim ægritudines vlti- *Inedia principiũ eſt curationis catarrhi.*

mæ curationes ad perfectionem ſunt potentes, teſte Hipp. *ſect. 1. aph. 6.* propter quod ſi A
virtus non conuenienter conſtaret, vtendum eſt prima & ſecunda diebus ptiſana hor-
dei valde aquoſa, quæ colata dicitur a ſapientibus, vt *primo regiminis acutorũ & prima quar-*
Potus. *ti cap. de cibatione febricitantium legere poteris.* ¶ Potus vero eius ſit aqua hordei paucæ de-
coctionis & rubedinis, aut aqua ſimplex cocta cum modico vini granatorum commix-
ta, & ſimilem diætandi modum obſeruare debes vſq; ad primam quartam radicalem.
¶ Cum ergo pertranſiuerit ipſa, tunc poteris dare ptiſanam aut iuſculum ſubſtantię ſo-
lidioris, & ita in potu eius adiungere de ſacharo & aquam, & proprie de ſacharo candi-
Sal Cõſtã-tinopolitanũ quid. do, quod illuſtres viri nominant ſalem Conſtantinopolitanum, vt colligendum eſt *pri-*
ma quarti, de cura ſitis in febribus. ¶ Tranſacta vero ſeptimana poteris dare panem lotum B
in brodio pulli cum extremitatibus eius cum agreſta cum vino granatorum & ſucco a-
ranciorũ offerendo. ¶ Pro multiplicitate v. ciborum & potuum & electione ipſorum re-
gredere ſuperius ad regimen ex parte rerum non naturalium aſſignatum: & per hæc
compleri poteſt intentio ſecunda.

III. Tertia vero intentio, quæ eſt materierum diſtractio vel diuerſio multiplicibus in-
Materierũ diſtractio. tentionibus & inſtrumentis complenda eſt. ¶ Cum ergo perpenderit Medicus mate-
riam deſcendiſſe ad colatorium, tunc præmiſſis euacuationibus vniuerſalib. & particu-
larib. & diuerſionib. & proprie cum ligaturis fortibus apud axillas in ſuperiori parte ad-
iutorii factis & cum multis ventoſis & vehementer ignitis applicatis ſpatulis: ſimiliter
etiam applicata ventoſa in loco ſagittalis commiſſuræ vehementer ignita cum omnib. C
iſtis inſtandum eſt, & proprie cum vltimo, quod eſt mihi ſecretum magnum, cum quo
gentem plurimam curaui & a ſubita morte liberaui. ¶ His igit. celebratis ſtatim ad loca-
lia pcedendũ eſt. Et primum mihi conſuetũ & vtiliſſimũ eſt, vt fricent palatũ & colatoriũ
cũ caſtoreo diſſoluto & contrito cũ aceto ſquillitico, hoc n. mirabili quadã virtute co-
latorii aperit oppilationes etiam a materia frigida valde craſſa & viſcoſa factas. ¶ Secun-
dum vero inſtrumentum eſt vt partes illæ conſimiliter fricentur cum theriaca magna,
cuius ætas tranſiuerit decem annos. ¶ Smiliter & tertio fricetur locus ille cum ſucco a-
maraci cum quarta parte aceti ſquillitici commixto: & eſt hoc ſecretum magna laude
dignum. ¶ Quartum vero remedium ad hanc intentionem eſt hoc. ℞. *oxymellis ſquilli-*
Gargariſma. *tici ℥ j. ſucci radicum cyclaminis recentium ℥ ß. aquæ mellis ℥ iij. calefiant hæc omnia & cum eis fiant* D
collutio & gargariſma pluribus vicibus in hora.

IV. Quarta vero intentio eſt materierum illarum digeſtio, & proprie quando ægritu-
Materierũ digeſtio. do offert inducias in curatione ſui, & licet per collutiones oris & gargariſmata pręta-
cta aliqualiter poſſint digeri materiæ, tamen hic proprie quatuor appropriata digeſtiua
deſcribam. ¶ Quorum primum horum leue & ſecurum eſt hoc. ℞. *aquæ ſaluiæ ℥ ij. aquæ*
betonicæ ℥ j. ß. miſce. ¶ Secundum vero & fortius illo eſt hoc. *Recipe aquæ lauri & cala-*
menti ana ℥ ij. miſce. ¶ Tertium remedium principale eſt hoc. *Recipe oxymellis compoſiti ℥*
ß. ſyr. de ſtæchad. ℥ j. aquæ iris & maioranæ ana ℥ j. ß. miſce. ¶ Quartum remedium & dige-
ſtiuum fortius prædictis eſt hoc. *Recipe oxymellis ſquillitici, ſyr. de hyſopo & de calamento ana*
℥ ß. aquæ roriſmarini & maioranæ ana ℥ j. ß. miſce & exhibeantur hæc in aurora actu calida, poſt E
quæ tardetur cibus horis ad minus tribus vel quatuor, & exhiberi debent toties quouſq;
appareat accidentium remiſſio & ſedimen in fundo vrinę ſedens album coniunctum,
æquale & rarum ſatis.

V. Quinta intentio poſt hæc inſurgit, quæ eſt materierum eradicatio, quæ perfici po-
Materierũ eradicatio. teſt cum adminiſtratione hierarum, quarum ſuperius memoria facta fuit. Item poteſt
Potio. fieri cum hoc potu congruo & ſecuro. cuius deſcriptio eſt hæc. ℞. *agarici, turbit, electorum*
ana ʒ j. zinz. ℈ ij. aquæ betonicæ, hyſopi ana ℥ j. ß. ſalis gemmæ gra. ij. diagridii gra. j. ſachari rubei ℥
j. calefiant aquæ & per vnam diem naturalem infundantur in eis ſpecies. In aurora vero calefiant &
diligenter exprimantur & colatura bibatur obſeruatis conditionibus dictis poſt alia ſolutiua. ¶ Se-
cundum vero euacuans has materias eſt hoc. *Rec. pulpæ colocynth. ʒ ß. agarici, turbit, ana ℈ ß.*
diagridii gra. i. bdellii, zinz. cinamomi ana ℥. ij ſalis Indi ℥ ij. cum ſucco roſarum formentur pilulæ F
vii. vel viii. & exhibeantur ſecundum quod de aliis dictum eſt. ¶ Et ſi volueris ſolutiuum leui-
us, tunc detur ʒ i. vel ʒ j. ß. pilularum de hiera ſimplici Galeni, & hæc ſufficiant ad euacu-
ationem eradicatiuam materierum.

Cap. IIII. *De remediis appropriatis nocumento memoratiuæ potentiæ.*

Iam

A IAm autem ſequitur caput quartum, in quo ponenda ſunt remedia appropriata ad nocumenta memoratiuæ potentiæ, quæ ſunt diminute memorare eorum, quorum memoria conueniens eſſet neceſſaria. ¶ Et quia hoc nocumentum prouenit a mala complexione frigida & humida materiali poſterioris partis cerebri, quæ licet faciat ad receptionem ſpecierum in organo memoratiuæ potentiæ, faciliter tamen magis nocet augmentum humiditatis, quia non conuenienter fit apprehenſarum ſpecierum retentio. Non enim theſaurizat eas poſterior ventriculus cerebri multum humectatus, ſicut enim in leui corpore faciliter fit impreſſorũ euaneſcẽtia. ¶ Propter quod apparet, quod in cura huius diſpoſitionis oporteat vti rectificatione cerebri, euacuatione materierum ab eo & diſtractione & fortificatione ipſius, ne ap-
B paratum habeat ad facile alterari ab excellentia humiditatis. Et licet oporteret hic memoriam agere de digeſtiuis & euacuatiuis: hæc tamen ab hoc loco reſecanda ſunt & & accipienda ex præcedenti cap. de cura reumatiſmi. Solum ergo hic memorabo v. remedia appropriata ad vigorationem memoratiuæ potentiæ. ¶ Quorum primum eſt hoc. ℞. *cubebarum, calamenti, maſticis, nucis, muſc. caryophillorum ana ʒ j. ambræ orientalis ʒ ß. moſchi, gra. v. formentur pilulæ cum ſucco maioranæ, de omni ℈ vi. de quibus patiens omni ſero cum vadit ad lectum deglutiat vnam. In aurora vero accipiat duas & tardet comedere per quatuor horas: eſt enim ſecretum bonum.* Ego enim vidi literatum virum, qui vſus eſt per vnum menſem continuum & bonitatem memoriæ reſtaurauit excellenter. ¶ Secundum vero de authenticis & probatis remediis eſt hoc. *Recipe confectionis anacardinæ & proprie deſcriptæ no-*

Vigoratio memoriæ. Pilula.

Pilula.

C *no Almanſ. ʒ j. & cum puluere maioranæ fiant ex ea pilulæ cum vino aromatico, qui accipiantur vt præcedentes.* Ego vero magis inueni iuuamentum dando huius electuarii ℥ ß. in ſero apud ſomnum & ʒ j. in aurora cum ℥ 1. aquæ ſublimationis roriſmarini calidæ. ¶ Tertium vero ſpeciale remedium eſt hoc. *Recipe ſtœchados, origani. ameos. amomi ana ʒ ij. cubebarum, calamenti, caryophillorum ana ʒ v. pulegii, ſolii, florum roriſmarini & ſaluiæ ana ℥ j. fiat omnium per ſe puluis tenuis & fiat ſacculus totam partem poſteriorem capitis amplectens ſecundum medietatem eius, qui ſemper in nocte teneatur ibidem,* erigit enim potenter & vigorat partem poſteriorem cerebri, vt in pluribus gentibus non raro ſum expertus. ¶ Quartum vero ſpeciale remedium eſt hoc. *Recipe mythridatii electi & antiqui ℥ j. caryoph. ʒ ij conquaſſentur ſimul & ex eo linimentum fiat toti poſteriori medietati capitum diligenter confricando mane & ſero,*

Sacculus cephalicus

Linimentũ.

D *deinde ſuperponatur pannus cum thure ſuffumigatus & calefactus* ¶ Quintum remedium. Scio etiam ego experientia infallibili, quod omni ſero cum æger vadit ad lectum, vnũ myrobalanum chebulum conditum mirabiliter confert, licet etiam non minus iuuamentum inuenerim in myrobalano Indo, quam in chebulo condito, & hæc de reparatione memoriæ ſufficiant.

Cap. V. *De remediis appropriatis ſenſationi frigiditatis in partibus nuchæ.*

QVartvm vero accidens huius viri erat vehementis frigiditatis inſtantia in partibus nuchę, quod accidens non parum augmentum facit in nocumento memoriæ reſpectu cauſſæ efficientis ipſum propter quod oportet etiam attende-
E re huic accidenti & ſuæ cauſæ. Etiam ſi huius accidentis perſeuerantia fuerit, arguit apparatum huius viri ad paralyſin. Nam ſi perſeueraret frigiditas, quæ eſt huius accidentis effectiua cauſa, tunc per viam indigeſtionis congregarentur materiæ in poſteriori parte cerebri & communicarentur ad nucham & ipſam facile oppilare poſſent complete faciendo paralyſin, vt quilibet adhuc parum ſciens intelligere poteſt. ¶ Propter quod in correctione huius accidentis ſex remediis opportunis mihi viderur eſſe procedendum, memorando tamen, quod illa remedia, quæ in duobus capitulis præcedentibus immediate ſcripta ſunt etiam in cura huius accidentis iuuamentum afferre poſſint. ¶ Primũ itaq; horũ inſtrumentorũ eſt, vt præmiſſis euacuationib. p̃ractis omni ſero, cũ ęger vadit ad lectũ, p̃ xv. dies cõtinuos deglutiat vnã de iſtis pilulis. ℞. *ambræ electæ. ℈ j. cube-*
F *barũ num. v formẽtur pilulæ de omni ℈ vij. de quib. æger accipiat, vt dictũ eſt.* ¶ II. v. ſpeciale remediũ eſt hoc. ℞. *theriacæ Andromachi, cuius ætas exiſtat ad minus decem annorum ℥ ij. diſſoluatur cum modico vini aromatici calefacti & exhibeatur in aurora ſuper dormiendo ſaltem per duas horas.* ¶ Tertium ſpeciale remedium ad hanc intentionem eſt hoc. *Recipe calamenti, folii, ſtœchados, origani, pulegii, betonicæ, ana M. ij. foliorum lauri & hederæ ana M. iij.*

Pilula.

chamomillæ M. vi. florum ſaluiæ & roriſmarini an. M. viij. bulliant hæc omnia in quinq; ſitulis aquæ A *vſque ad conſumtionem tertiæ partis, & in hac decoctione infundatur ſpongia magna, quæ diligenter expreſſa & actu bene calida applicetur a ſuperiori parte colli vſq; ad medietatem ſpatularum omni mane ante cibum ſex vicibus, deinde loco ſuperponatur pannus ter vel quater calefactus vſque ad cõuenientem exſiccationẽ, omnes partes prædictæ diligenter vngantur ex hoc vnguento actu bene calido, & ſuperponatur & circumligetur pellis vulpina bene calefacta.* Eſt autem vnguenti deſcriptio hæc. ℞. *olei de ruta, olei de coſto & liliorum alborum ana ℥ j. piperis albi & nigri an. ʒ ß. folii roriſmarini, galangæ an. ℈ j. croci ℈ ß. euphorbii ℈ ij. ceræ albæ quantum ſufficit, fiat vnguentum molle cum modico reſinæ, & applicetur vt ſupra.* ¶ Quintum vero ſpeciale remedium eſt hoc. ℞. *picis naualis lib. j. galbani, ammoniaci, ſerapini an. ℥ j. ſtœchados, galãgæ, pulueris artheticæ, arthanitæ, & pulegii ana ʒ j. caſtorei ℥ j. ß. ceræ quantum ſufficit, fiat ceratum amplectens collum & ſpatulas &* B *ibidem applicetur & longo tempore portetur.* Eſt enim remedium infallibiliter auferens frigiditatem illam. ¶ Si quis autem potens eſſet & deſideraret habere remedium facilis applicationis & laboris, tunc faciat inungi collum & ſpatulas cum balſamo electo calefacto, & non inueniet fortaſſis remedium æque potens, licet ſit impenſæ non minoris quam iuuamenti.

Fomentũ. *Vnguentũ.* *Ceratum.*

Cap. VI. *De remediis appropriatis nauſeæ & appetitu vomendi.*

FVit autem accidens quintum in hoc viro nauſea cum appetitu vomendi, aliquando & non ſemper moleſtans hunc virum, & hoc quidem accidens abſcindendum eſt. Non enim eſt poſſibile, nauſeatum virum caput habere bonum, propterea, quia ſtomachus propter magnam ſui colligantiam ad caput notabiliter nocet ei, augmentando accidentia, & generando ea in capite. ¶ Tunc ergo ſuppoſito, quod hæc nauſea non proueniat in hoc viro a multitudine aſſumtionis ciborum, vel ab ingluuie comedendi, de quibus tactum eſt ſuperius, & proueniat in ſtomacho per eſſentiale nocumentum eius, tunc modus curationis exſiſtit ſuſtentatus in quatuor intentionibus. Quarum prima eſt mundificatio ſtomachi. Secunda prohibitio generationis materierum in ipſo. Tertia ipſarum materierum diſtractio. Quarta vero ipſius ſtomachi cõfortatio. C

Nauſeati nõ poſſunt habere caput abſq; offenſione.

Prima igitur intentio compleri poteſt per mundificantia ſtomachum, quæ ſunt duo principaliter. ¶ Primum, vt prouocetur vomitus cum decoctione ſeminum raphani, tepida aſſumta. Et ſi hoc non prouocaret vomitum conuenienter, tunc ℞. *prædictæ decoctionis raphani ℥ iij. ſyr. ſimplicis acetoſi ℥ j. miſce, & totum tepidum detur in potu* poſt repletionem ſtomachi a multitudine ciborum dulcium acrium leuis digeſtionis & difficilis ſimul aſſumtorum, & accipi debet hoc vomitiuum per duas horas poſt cibationem prædictã. ¶ Secundum vero principale mundificatiuum ſtomachi & diſtractiuũ per inferius eſt hoc. ℞. *hieræ ſimplicis ℥ j. electuarii Indi ℥ j. miſce, & totum calidum accipiatur cum medio cyatho vini albi ſubtilis & aromatici, poſt quem tardetur cibus horis ad minus quinque.* ¶ Si quis autem effugeret aſſumtionem hieræ propter eius amaritudinem, tunc accipere poterit ℈ iiij de pilulis ex ea factis. Meliores tamen ſunt pilulæ ſtomachicæ alkindi, colligendæ ab Auic. *quinto can. ſumma prima, tractatu nono.* Sunt enim vtiles multum & iuuatiuæ, accipiendo de eis ʒ j. aut ℈ iiij. & tu elige, quod tibi magis gratum exſiſtit. D E

Mundificatio ſtomachi. *Vomitorium.* *Potio.*

Secunda vero intentio completur per quatuor inſtrumenta. ¶ Quorum primum eſt, vt omni alterna die patiens comedat j. nucem conditam & tardet poſt eam cibum per horas ad minus iij. ¶ Secundum ſpeciale remedium eſt, vt æger ante cibum ſemper deglutiat duo vel tria grana maſticis. ¶ Tertium vt potum ſuum limphet cum aqua decoctionis maſticis, quæ eſt remedium ſingulare. ¶ Quartum v. remediũ ſpeciale eſt ceratum iſtud, quod ſuo ſtomacho applicatum portet ſaltem per xv. dies, in quo inuenitur iuuamentum bonum, cuius deſcriptio eſt hæc. ℞. *reſinæ ℥ j. laudani ℥ ß. picis naualis ℥ ij. ſquinanti, caryoph. maſticis, cyperi, thuris ana ℈ j. caryoph. cinamomi, menthæ ana ʒ ß. fiat ceratum ſcutale cum partem pyramidali, ſuperappoſitum ori ſtomachi & cum parte ampla pertingens vſq; ad vmbilicum.* ¶ Adde etiam huic, quod vſus comeſtionis menthæ in cibariis potentiſſime defendit ſtomachum a multitudine generationis materierum in eo. F

Prohibitio generationis materierum in ſtomacho. *Ceratum.*

Tertia intentio ſic completur: diuertuntur a ſtomacho materiæ communi diuer-

Materierũ diſtractio.

A diuerſione per vomitum, de quo dictum eſt. ¶ Poſſunt etiam diuerti de intus ad extra per applicationem cerati ſtatim deſcripti. ¶ Tertio diuerti poſſunt per adminiſtratio-nem clyſteriorum ſupra tactorum. ¶ Et quarto etiam diuerterentur per adminiſtra-tionem huius collyrii. ℞. *mellis bene cocti ℥ iiij. diagridii ℈ j. colocynth. ℈ ij. ſalis Indi ʒ iij. cyclami-nis, ſeminis rutæ, caſtorei ana ʒ j.* fiant ſuppoſitoria quantitatis digiti minoris, quorum vnum ſubiiciatur omni die bis aut ſaltem ſemel ante cibum. ¶ Ego etiam ſæpe ſoleo diuerte-re materias a ſtomacho, faciendo ægrum ante cœnam ſemper per horam pluribus die-bus infundere pedes in aquam calidam decoctionis ſaluiæ, rutæ, roriſmar. menthæ & o-rigani: & valde iuuat. Collyrium.

Quarta intentio apparet ex prædictis, quod ſtomachus etiam conuenienter con- Stomachi confortatio.
B fortari poſſit per multa de his, quæ ſcripta ſunt proprie, ſicut eſt maſtiche, comeſtio nu-cis & myrobalanorum ſupradictorum & adminiſtratio cerati iam deſcripti. ¶ Gratia cu-ius etiam non raro compoſui ego hunc ſacculum. ℞. *menthæ ſiccæ electæ, balſamitæ, & proprie aquaticæ ana M ij. origani, abſynthii, cyperi, ſumach, maſticis ana ʒ j. garyophillorum, labruſcæ, nucis muſ. ana ʒ j ß. macis ℥ j. puluerizentur omnia & conſuantur in ſacculo, qui portetur ſuper ſtomacho ſæpe ipſum exſiccando & ſuffumigando cum puluere galliæ muſ. ſuperaſperſo carbonibus ignitis.* Hæc quidem de cura quinti accidentis ſufficere poſſunt. Sacculus.

Cap. VII. *De remediis appropriatis debilitati renum.*

C FVIT autem accidens ſextum huius viri renum debilitas: cuius quidem cauſſæ & varietates fuerunt narratæ ſuperius, de quarum numero euidentior & fre-quens euentus in hoc adoleſcente aſſignari poteſt oppilatio frequenter eueniẽs in eis a multitudine materierum, quæ funduntur ad eos a ſuperioribus membris & ge-nerantur in eis per viam indigeſtionis. ¶ Igitur ne materiæ iſtæ diu perſeuerantes in eis perducant eos ad oppilationes & apoſtemata, aut ad generationem arenarum & lapil-lorum in eis quinq; inſtrumentis, videtur mihi in eo neceſſarium eſſe prouidere. Quo-rum primum eſt, vt ſemel in ſeptimana, quando percipit illam renũ debilitatem mane comedat ſemiſſem vnam, caſſiæ, ſugendo medullam eius à meditullio, & tardet cibum ad minus horis quatuor. Eſt enim in eo magna virtus mundificandi epar, renes & vias vrinarum omnes: imo confert ad oppilationes & apoſtemata eorum, ad arenas & lapil-
D los: vt clare legere potes *14. tertii, in proprio ſuo cap.* ¶ Secundum vero ſpeciale remedium eſt, vt iſte iuuenis omni die ante prãdium & cœnam deglutiat cochlear vnum huius tra-geæ. cuius deſcriptio hæc. ℞. *granorum pineorum recentium ℥ j ß. medullæ phiſticorum ℥ iij. ſeminis endiuiæ, ſcariolæ, acetoſæ & lactucæ ana ℥ ß. aniſi ʒ v. violarum, florum nenupharis, capillorũ ven. adianti, politrichi ana ʒ iij. florum altheæ ℥ j ß. puluerizentur omnia per ſe, deinde commiſce-antur cum ſaccharo al. quod ſit triplum ponderis omnium:* mundificat enim potenter renes, tollit dolores & præſeruat ab eis. ¶ Tertium ſpeciale remedium eſt, vt ſaltem in ſe-ptimana bis omni fine quatuor dierum accipiat iiij ℥. huius mixtionis. ℞. *aquæ parietariæ, capillorum veneris & milii ſolis ana ℔ ß. aquæ altheæ ℔ j. miſce, & calidæ accipiantur in diebus frigi-dis, frigidæ vero tempore caloris.* ¶ Quartum ſpeciale remedium eſt hoc. ℞. *olei de nenu-*
E *phare, olei de floribus cucurbitæ ana ℥ j. olei cydoniorum ℥ ß. ſpicæ nardi ʒ j ß. ſeminis acetoſæ & plan-taginis ana ʒ ß. roſarum, ſpodii ana ℈ j. amyli ʒ vj. vitellos oui numero duos, incorporentur omnia in mortario cũ ſuo piſtillo, & fiat linimentum.* de quo vngãtur renes in die ter: mane, ſero, & me-ridie. ¶ Quintum vero ſpeciale remedium eſt hoc. ℞. *reſinæ electæ ʒ ij. galbani ʒ iij. croci ℈ j. ſpicæ nardi ʒ ß. ſpodii, coriandri præparati, maſticis, ſandaracæ ana ʒ ß.* diſſoluatur & coquatur reſina cum aceto mediocri, & prope tepiditatem incorporentur cum eo ſpecies, & fiat ceratum latitudinis ſemiſſis, & tantæ longitudinis, vt comprehẽdat vtroſque renes dex-trum & ſiniſtrum. Apponatur igitur hoc ceratum, quãdo laſſitudo fuerit intenſiue ma-gna, & in curatione non obediuerit remediis anteſcriptis. Potio. Linimentũ. Ceratum. Tragea.

Cap. VIII. *De remediis appropriatis ventoſitatibus extenſiuis circa partes femoris.*

F SVPRA declaratum fuit, huic viro accidere ventoſitates extenſiuas in partibus femoris, & in oſſeo: propter quod dubitabatur futuram eſſe in hoc viro herniã, imo fortaſſis incepiſſe. Ergo in cura iſtorum dolorum intendendum eſt ſe-ptem remediis infraſcriptis. Septem remedia.

1 Primum quidem eſt, vt cum percipit dolores in prædictis partibus, ſtatim fiat ei A
Clyſter. clyſtere ſecundum hunc modum. ℞. *granorum fœnic. aniſi, cymini ana M j. ſeminis altheæ, mal-*
uæ M ij. hordei M j ß. foliorum maluæ M iij. betæ M ij. furfuris craſſi M j ß. bulliant omnia in phi-
alis aquæ quatuor vſque ad conſumtionem medietatis, & huius confectionis ℞. ℔ j. *olei de aneto & a-*
mygdalarum amararum ana ℥ j ß. *ſalis gemmæ* ℈ iij. *caſſiæ fiſtulæ, benedictæ, electuarii de baccis lau-*
2 *ri, ana* ʒ ij. *miſce & totum calidum applicetur ſero ante cœnam.* ¶ Secundum vero ſpeciale re-
Fomentum. medium eſt, vt fomententur inguinales partes & euaporentur cum hoc compoſito: cu-
ius deſcriptio eſt hæc. ℞. *furfuris craſſi ſcutellas iiij. milii ſcutellam vnam, cymini, ſeminis aneti,*
fœniculi, ameos & carui ana M j. calefiant omnia in fundo caldariolæ ſuper cineribus calidis abſque
flamma ponantur in ſacculum magnum, & extendantur ſuper femoralibus partibus & mirach ab
vmbilico inferius ante & retro bis in mane & totiens in ſero renouando ipſum: immo pluries in die ſi B
3 *moleſtaretur a dolore.* ¶ Tertium vero ſpeciale remedium eſt, vt ſi per talia non cõuenien-
Suppoſitoria ter alleuiaretur dolor, tunc ter vel quater in die accipiat vnum de ſuppoſitoriis infraſcri-
ptis. ℞. *ſeminis rutæ, arthanitæ, cymini, carui, ſeſeleos ana* ʒ j. *ſalis Indi* ʒ vj. *mellis bene cocti lib. ß. fi-*
4 *ant ex eis ſuppoſitoria malaxata cum oleo de baccis lauri: & applicentur, vt dictum eſt.* Si autem ad-
huc dolorum inſtantia perſeueraret & non obediret curationi couenienter, tunc fre-
quenter applicetur ventoſa magni orificii ſupra ſumen in medio & lateralibus partibus
abſque ſcarificatione aliqua, ipſa enim conuenienter attrahit & cõſumit ventoſitates in
5 omni loco congeſtas. ¶ Quintum vero ſpeciale remedium eſt: vt ſi adhuc per iſta non
conuenienter alleuiaretur æger, tunc fiat plumaceolus in panno de ligno plenus pilis le-
porinis, qui applicetur partibus inguinalibus vtrique comprimendo ibidem, diligenter C
ligetur, & maiori parte temporis portetur. Compreſſio enim per ipſum facta inclinat
materiam ad deſcenſum & exitum per viam inteſtinorum & alleuiãtur inguinales par-
tes a compreſſione ventoſitatum, a quibus futura eſſet hernia. Et adhuc hæc expreſſio
prodeſt, ſi iam incepiſſet ipſa. ¶ Cum autem infirmo aut Medico manifeſtum eſſet iã
incepiſſe herniam, tunc ſi tumor apparet in inguinibus nondum communicatis ſcroto,
per compreſſionem & præmiſſa remedia conuenienter alleuiari poterit. ¶ Si autem
iam tumor apparuerit in oſſeo & tenſio in ipſo fuerit cum rubedine & dolore, tunc ſta-
tim patienti fiat phlebotomia ſaphenæ contrariæ partis poſitæ ſuper cauilla per quam
educantur ſanguinis ℥ iiij. vel v. deinde loco inguinum ſuperponatur emplaſtrum ſe-
Emplaſtrũ. cundum hunc modum. ℞. *foliorum plantaginis recentium, foliorum cydoniorum & viticellæ an.* D
M iij. coriandri præparati, granorum myrti, acatiæ, ana ʒ ij. *mumiæ* ℥ j *gallarum cupreſſi* ℥ iij. *bulli-*
ant folia in lixiuio capitali vſque ad eorum teneritatem bonam & cum eis incorporentur ſpecies præ-
ſcriptæ cum ℔ ß. *farinæ fabarum, &* ℔ ß. *farinæ volatilis molendini, & fiat emplaſtrum, quod bene*
ſtrictum alligetur femoralibus partibus: & iaceat tunc æger ſuper ſpina ſua: & omnino a motu
progreſſiuo caueat vſquequo apparuerit tumoris abſentia & membri reductio ad quãti-
tatem naturalem. Si autem in oſſeo tumor prædictus apparuerit abſque magna tenſio-
ne & rubore & in ipſo oſſeo gargulatio vel rugitus comprimendo apparuerit & etiam
in ventre & in inguinibus ventoſitatum motus & fractio percepta fuerit, tunc iam ince-
pit hernia ventoſa, in cuius quidem regimine dato, quod ſuperiora omnia fere remedia
Aliud. ſint vtilia, tamen huic ſpeciali tumori cum hoc ſeptimo prouidendum eſt remedio. ℞. E
pulueris cymini & gallarum cupreſſi ana ℥ ij. *farinæ fabarum* ℔ j. *farinæ volatilis molendini* ℔ ß.
pulueris oſſiũ boũ combuſtorum, mumiæ ana ℥ j ß. *hæc omnia bulliant ſimul in vaſe vitreato in* ℔ vj.
aceti nigri & bene acuti cum ℥ iij. *glutinis piſcium, vſquequo fiat maſſa grandis viſcoſitatis.* De hac
ergo materia extendatur ſuper pannum & emplaſtretur eo totum femur & oſſeum: &
diligenter comprimendo ligetur. Eſt enim vtile valde, vt intelligenti materiam & modũ
compoſitionis apparere poteſt. Et hæc de accidente ſeptimo ſufficere poſſunt.

CAP. IX. *De remediis appropriatis deſcenſus humorum ad teſti-*
culum ſiniſtrum.

FVIT octauum accidens humorum deſcenſus ad teſticulum ſiniſtrum: cu- F
ius quidem curationis modus ex his, quæ poſita ſunt in capit. immediate
præcedenti, haberi poterit ſufficienter: quando tumorem in oſſeo iam ac-
cidiſſe contigerit.

Sed

A ¶Sed in hoc accidente octauo intelligitur tumor teſticuli, quantum ad ſubſtantiam e-
ius: ita quod ſi tumor ille fuerit præſentatus cum rubore, dolore, tenſione & pulſatione
partium illarum, tunc fiat ei phlebotomia ſaphenæ contrariæ partis: vt iam paulo-
ante dictum eſt. Et adminiſtretur emplaſtrum illud: & omnia fiant, quorum materiam
& modum adminiſtrationis collige inde. ¶Si autẽ in teſticuli ſubſtantia tumor appareat
cum duritie notabili & frigiditate ibidem percepta, tunc ſtatim fiat memoria admini-
ſtrandi clyſtere in præcedenti capit. poſitum omni die ſemel per plures dies, ne materia
induretur, & lapideum vel ſephyroticum fiat apoſtema. Deinde locus medicetur hoc *Aliud.*
remedio. ℞. *olei amygdalarum dulcium & de ſeſamo ana ℥ iiij. fecis olei liliorum alborum ℥ viij.*
pul. cymini ʒ j. croci ʒ ß. miſce hæc omnia ſimul & calefiant & infundatur in eis magnum fruſtum la-
B *næ ſuccidæ & calidum diligẽter applicetur oſſeo & omnibus femoralibus partibus ſaltem quater in die*
renouando ipſum. ¶Dum autem Medico innotuerit oſſei tumorem eſſe cum mollitie, al-
bedine loci & frigiditate abſque pulſatione in loco perceptis, tunc patet materiam col-
lectam iam eſſe phlegmaticam, in cuius regimine præmittat aliqua de euacuationibus
phlegmatis ante dicta, & fiat etiam memoria applicationis clyſterii parum ante deſcri-
pti. ¶Poſt hoc autem emplaſtretur locus hoc emplaſtro calido diligenter applicato &
bene ligato oſſeo & femoralibus partibus: cuius deſcriptio eſt hæc. ℞. *farinæ hordei, oro-* *Emplaſtrũ.*
bi, pul. furfuris bene piſtati & cribellati ana ℔ ß. ſandaracæ ℥ j ß. ſerraturæ ligni cupreſſi ℔ ß. farinæ
ſiliginis ℔ j. bulliant hæc omnia in vaſe vitreato ſimul vſque ad bonam viſcoſitatem & applicentur
vt ſupra. Et ſi volueris ipſum efficere fortius, ſuperadde prædictis *roſarum, ſan. dra. boli ar.*
C *ſpodii ana ℥ ß.* & erit ad exſiccandum magis efficax.

Cap. X. *De remediis appropriatis tremori cordis.*

ACcidens vero nonum, quod eſt tremor cordis, quo moleſtatur iſte ado-
leſcens, magis eſt ſuſpectum, cum ipſum contingat eſſe in membro princi-
paliſſimo omnium: quod cum prolongatur, nunquam euacuatur, quin ad
mala perducat accidentia & labores difficiles: cuius quidem regimen, & ſi
partim haberi poſſit per omnia fere remedia, quæ capiti applicata fuerunt,
nihilominus eidem prouidendum eſſe determinaui quatuor remediis infraſcriptis.
¶Quorum primum eſt hoc. ℞. *conſeruæ roſarum & bugloſſæ ana ℥ j ß. croci ℈ ß. been albi & ru-* *Electuariũ.*
D *bei ana ʒ ß. garyophillorum, cinnamomi ana ℈ ij. gran. paradiſi, zinzib. electi, galangæ ana ℈ ß. hyacin-*
thi. ſmaragdi, ſaphiri, oſſis de corde cerui ana ℈ j. foliorum auri numero vj. margaritarum pariſſima-
rum ʒ ij. puluerizentur omnia per ſe & cum ℔ ß ſacchari fiat electuarium cum ſyrup. de corticibus ci-
tri. De hoc igitur electuario mane in aurora accipiat æger cochlear medium: vt in
mediis tertiis & ante cœnam per horam vnam, & cum vadit ad lectum accipiat tantun-
dem bibendo poſt ipſum cochlearia duo vini aromatici albi ſubtilis & dulcis. ¶Secundũ
ſpeciale remedium eſt hoc. ℞. *croci ℈ j. macis ℥ ß. pulueris corticum citri ʒ ij. ligni aloes ʒ j ß. be-* *Pomum odoratum.*
en albi & rubei, foliorum baſiliconis ana ℈ iiij. puluerizentur omnia per ſe cum granis duobus moſchi,
℈ ß. ambræ, & ligentur in ſindone retorta de grana, & ſæpe & quaſi ſemper olfaciat ipſum æger. Ter-
tium eſt hoc, vt patiens iſte aliquotiens aut ſaltem bis, cum moleſtatur vehemẽter a mo-
E tu tremulo cordis, accipiat hunc potum. ℞. *ligni aloes ℈ j. ambræ gran. ij. moſchi gran. j. miſce* *Potio.*
& bibat ea in mediis tertiis & per horam ante cœnam mediam vnciam aquæ roſatæ & eadem quanti-
tate vini ſupraſcripti. ¶Vltimum eſt hoc. ℞. *foliorum baſiliconis & ſeminum eius, corticum citri,* *Sacculus odoratus.*
florum bugloſſæ & boraginis ana ʒ j. ligni aloes ʒ j ß. ſpecierum lætificantis deſcripti 9. Almanſ. cap.
de melancholia ℥ ß. miſceantur omnia, & fiat ſacculus quadrangularis in ſindone de grana retorta.
qui ſemper applicatus portetur ſuper mamilla ſiniſtra.

Cap. XI. *De remediis appropriatis imaginationibus oculorum.*

SEqvitvr vndecimum cap. in quo oportet memorare remedia confe-
F rentia ad imaginationes oculorum in hoc viro.
Pro quorum gratia dicendum eſt, quod hic non intelligam imagina-
tiones prout important diminutam aut corruptam operationem ſolius i-
maginatiuæ potentiæ: ſed intelligo per eas nocumentum corruptionis in
potentia viſiua: propter quod ipſa percipit ſe videre, quod non videt, aut quale aut quã-

cum aut qualitercunque moueri aut in aere exterius apparere. ¶ Oportet autem con- A
cedere, illud prouenire propter malam complexionem in totali organo viſionis, ſcilicet in oculo, aut in proprio inſtrumento viſionis, quod eſt cryſtalloides, accipere. Et neque illud conuenienter intelligi poteſt, niſi conſideremus malam complexionem in toto oculo ſuperueniſſe, cum præſentia materierum nobilium, quæ commiſcentur humoribus oculi, a quibus nutritur, aut illorum cauſſam eſſe vapores aut ventoſitates, quæ immerguntur & commiſcentur ſpiritui viſibili ponentes in eis colores & ſpecies motus circularis aſcenſus & deſcenſus, vt iam declaratum eſt in prima parte inueſtigationis horum accidentium.

Igitur apparet, quod in curatione horum accidentium quinque videantur intentiones neceſſario obſeruandæ. ¶ Quarum prima eſt rectificatio regiminis ægri, vt in- B
clinetur ad calefaciendum mediocriter, & ad exſiccandum potenter, vt ſupra in regimine ſex rerum non naturalium diffuſe declaratum eſt. ¶ Secunda vero intentio eſt materierum euacuatio minoratiua & appropriata, de qua ſuperius in regimine diſpoſitionum cerebri ſatis conuenienter declaratum eſt. ¶ Tertia ipſarum materierum digeſtio, quæ ibidem declarata eſt, vbi digeſtiua leuia, fortia & mediocria ſcripta fuerunt. ¶ Quarta eſt materierum prædictarum poſt digeſtionem eradicatiua euacuatio: vbi licet multa poſita fuerint inſtrumenta conuenienter materierum a capite eradicatiua, viſum eſt mihi hoc compoſitum magis appropriatum ad euacuationem materierum ab oculis appropriate eradicatiuum. Cuius deſcriptio eſt hæc. ℞. *pilularum lucis deſcriptio-*
Pilulæ eradicatiuæ. *ne Meſuæ in antidotario* ℥ ß. *pilularum de ſarcocolla deſcriptarum a Meſue cap. de ea, & pilularum* C
cochiarum Almanſoris ana ℈ j. *formentur pilulæ v. vel vij. cum ſucco fœniculi & exhibeantur obſeruatis conditionibus, quas in aliorum ſolutiuorum aſſumptione obſeruandas eſſe deſcripſimus.* ¶ Quinta vero intentio in cura imaginationum eſt confortatio totius capitis & principaliter organi viſionis totalis, quod eſt oculus aut cryſtalloides. Et quoniam oculi rectificatio non perficitur, niſi per applicationem medicinarum, quæ teneant ſubſtantiam neruorum opticorum conuenienter apertam. ¶ Secundo etiam neceſſaria ſunt ea, quæ ſpirituoſam ſubſtantiam claram, ſubtilem, & a vaporibus & a ſuperfluitatibus expurgatam côuenienter obſeruent: deinde cum his, quæ panniculorum ſubſtantiam claram & mundificatam efficiant, & principaliter corneæ, vueæ, & araneæ. Neque etiam opera-
tio viſiuæ potentiæ conuenienter effici poteſt, niſi per debitam quantitatem claritatis D
& mundificationem humoris albuginei a ſuperfluitatibus eidẽ commixtis & commiſcibilibus. Et amplius quia operatio viſiua non poteſt perfici, niſi mediante debita quantitate & qualitate humorum trium oculi, & principaliter cryſtalloidis: Ideo placuit mihi hac in parte eligere decem medicinas; quarum quælibet eſt appropriata omnibus prædictis.

Quæcunque ergo medicina fuerit conuenienter ſpiritus viſibilis ſuſtentatiua & clarificatiua & viarum tranſitus eius aperitiua conuenienter: & fuerit panniculorum oculi abſterſiua & lucidatiua: amplius quæ fuerit humorum oculi in quantitate conuenienti conſeruatiua, & ſubſtantiæ illorum conturbatæ rectificatiua conuenienter:
hæc erit vera medicina oculorum & viſionis perfectiua. Sed hæc decem inſtrumenta E
inferius ponenda harum operationum conuenienter ſunt effectiua. Ergo ſunt vere viſus vel viſionis rectificatiua. conſequentia neceſſaria eſt: quoniam ex ſufficienti effectus cauſarum productione neceſſarium eſt effectum ſubſequi: & maior probatur, quia tota ſpeculatio ſapientum non aliter dixit poſſe perfici operationem viſiuam, niſi aut ex parte organorum, viarum, panniculorũ & humorum, quæ ad viſionem a natura inuenta fuerunt: & minor probari poterit ab eo, qui cognoſcet naturam medicaminum ſubſequentium.

Quorum primum eſt, vt ille, qui intendit rectificationi obtenebrationis viſus, ſemper ante cibum, & poſt ipſum accipiat cochlear medium huius trageæ, cum qua ego
multos hominum reſtauraui ad videndum, qui notabiliter obtenebratum habebant vi- F
Tragea. ſum: cuius deſcriptio eſt hæc. ℞. *eufragiæ cũ ſuis florib. collectæ, & in ſubtilem puluerem reductæ, macis ana* ℔ ß. *ſileris montani* ℥ iij. *ſacchari albi duplum pulueris omnium, fiat tragea.* ¶ Secun-
Pilula. dum ſpeciale remedium eſt hoc. ℞. *pilul. lucis, ſem. rutæ ana* ℥ j. *cum ſucco roſarum, formentur*

pilulæ

A *pilulæ de omni ʒ xiij. de quibus patiens omni ſero accipiat vnam cum vadit ad lectum.* ¶ Tertium eſt hoc, quod cum iſte vir aut alter ſibi ſimilis intendit ad corruptionem vaporum & conſumtionem ventoſitatum, quæ abundant in oculo & commiſcentur ſpiritui viſibili: tunc ſuperponat caluariei ſui capitis omni ſero infraſcripti pulueris quantitatem ſex granorum frumenti, cuius deſcriptio eſt talis. ℞ *ſem. rutæ, ſem. callitrichi, euphragiæ, pulueris verbenæ & plantæ, quam Itali quidam luminellam, alii vero carthaphilaginem vocant, ana ʒ j. ligni aloes ʒ ij. garyophil. ʒ j ß. puluerizentur omnia per ſe: deinde commiſceantur.* Eſt autem carthaphilago planta creſcens a terra per ſpithamam vnam aut parum plus, virgulas habens quamplurimas tenuiſſimas, foliis minutiſſimis & cādidiſſimis ornata ſubſtantia molliſſima pilis innumerabilibus albis & ſubtiliſſimis cōſerta. ¶ Quartum ſpeciale remedium *Puluis capitis ſuperaſpergendus.*
B eſt hoc. ℞ *laudani puriſſimi ℥ ß. reſinæ electæ ℥ ij. pulueris chelidoniæ, ligni al. ana ʒ j. garyophil. ʒ ß. diſſoluantur cum aceto acuto & bulliant & coquantur cum vino antiquo aromatico & fiat ex eis ceratum, quod applicatum conſeruetur ſuper commiſſura ſagittali capitis amplectens eam a loco coniunctionis prædictæ commiſſuræ cum coronali vbi ambæ lineæ orthogonaliter, id eſt, rectitudinaliter ſibi inuicem coniunguntur.* Huius enim inſtrumenti applicatio ad illas partes calefaciendo mediocriter exiccando ſubſtantiam cerebri, & ſpiritum animalem conuenienter confortat. ¶ Eſt autem hæc per me intellecta chælidonia per plantam, quæ a terra eleuatur per pedem cum dimidio cum multis virgulis a radicibus earum eleuatis, quę ſunt quamplurimæ: & florem producit citrinum & ex fractione foliorum & radicum eius emittitur ſuccus citrinus: planta quidem calida & ſicca in ſecundo gradu ab Auic. *ſecundo can.* *Ceratum.*
C nominata caucum, de qua dixerunt Dioſcor. & Auicen. quod hyrundines ex ſucco foliorum eius in prima ſeptimana abſtergunt pullos ſuos, qui naſcuntur cœci. Ex quo fundamento apparet, quod memithe non ſit chælidonia, vt ſcripſerunt quidam medicinā olfacientes & non guſtantes. ¶ Quintum vero ſpeciale remedium eſt, vt æger aſſueſcat ſæpe madefacere ſuos oculos & palpebras cum lotio proprio, quod eſt vrina eius. Eſt enim hoc & ſpirituum & humorum & panniculorum cerebri mundificatiuum, vt a multis auctoribus hincinde colligi poteſt. ¶ Sextum eſt hoc, vt ſi apparuerit per prædicta *Memithen non eſſe chælidoniam.* non conuenienter rectificari operationem viſiuam, quantum oporteret per adminiſtrationem prædictorum: tunc applicetur hoc collyrium, quod licet ſit in gradu qualitatiuo non multum eleuatum: non tamen eſt in virtute approbatum minus. Cuius deſcri-
D ptio eſt hæc. ℞ *ſucci fœniculi, lixiuii capitalis ana ℥ ij. tuciæ præparatæ cum vrina pueri ʒ j ß. miſceantur ſimul*, & exponantur radiis ſolis ſaltem per viginti dies: de hoc ergo collyrio apponatur oculo: vt dictum eſt de prædicto immediate. ¶ Septimum eſt hoc. ℞ *maioranæ, fœniculi, & baſiliconis recentium ana ʒ ij. rutæ recentis ʒ iiij. vini montani ſubtilis & clari ℔ ß. ſucci eufragiæ vel aquæ ſublimationis eiuſdem ℥ iij. bulliant omnia ſimul in caldariola magnæ quantitatis aquæ contentiua*, ita quod prædicta medicamina ſuſpenſa in vaſe vitreo clauſi orificii coquantur vſque ad conſumtionem medietatis, deinde ſub radiis ſolis exponantur iniectis in eis drachmis duabus tuciæ pręparatæ: Deinde ex liquore illo collyrizentur oculi & exterius etiā madefiant, videbis enim iuuamentum harum imaginationum notabiliter repreſſiuum. ¶ Octauum eſt, vt patiens ſæpe inungat tempora ſua, & fron- *Collyrium.* *Aliud.*
E tem totam cum ſucco expreſſionis foliorum roſarum rubearum. Nonum, vt patiens ſæpiſſime aſpiciat & conetur aſpicere parietes & domos coloratos coloribus contrariantibus cauſis imaginationū. Exempli gratia, conetur aſpicere colores alurgos vel cœruleos in imaginationibus, quæ fiunt a vapore phlegmatico, colores opacos in his, quæ fiunt in imaginationibus a vapore ſanguinis prouenientibus. Diaphanos & multum claros & virides in his, quæ fiunt a materia cholerica. In his vero, quæ fiunt a vaporibus melancholicis, aſpiciat colores claros & candidos factos ex picturis ierſeis, id eſt, de ſerua factis.

Vltimum remedium principale eſt hoc, quod æger ieiuno ſtomacho & ventre mundificato ſæpe inclinet faciem apertis oculis & ſuffumiget eam vapore eleuato ab a-
F qua decoctionis chælidoniæ, eufragiæ, fœniculi & luminellæ. Hæc enim omnia multū conueniunt ad correctionem imaginationum, vt ſupra argutum eſt.

Cap. XII. *De remediis appropriatis ſiti.*

IAM vero hora videtur congrua deſcribendi remedia ſitis huius viri correctiua. Et licet nonnulla fuerint ſuperius poſita, vbi de ſale Conſtantinopolitano, & aliis remediis

memoria fuit habita. Tamē præſuppoſitis euacuationibus cholericæ materiei:quę effe- A ctiua & materialis cauſſa eſt huius accidentis; vt ſupra declaratum eſt, quinque ponam inſtrumenta ſtomachum irrorantia & prohibentia ipſum a receptione choleræ & alteratione in eo facta.

Quorum primum eſt, vt æger aliquoties in mane ter vel quater in ſeptimana deglutiat ℥ j ß. vel duas aquæ roſatæ tepidæ in diebus frigoris: & frigidæ in diebus caloris: & tardet cibum horis duabus vel tribus. ¶ Secundum principale remedium eſt, vt ſæpe in die in ore teneat duo vel tria grana muchetæ prius ablutæ leuiter & infuſæ in aquam tepidam, ita vt creſcant & turgeſcant in ea. ¶ Tertium eſt, vt ſaltem patiens per duas horas ante cibum cum aqua decoctionis ſeminum communium bibat ʒ ij. roſatæ nouellæ: (Potio) & eſt electuarium a Nicolao deſcriptum in antidotario ſuo. ¶ Quartum. ℞. *ſyrup. de* B *berberis ℥ j. aquæ anguriæ ℥ ij. miſce & totum in potu detur actu frigidum bis vel ter in die, & proprie in diebus caloris.*

(Aqua lactis) Scio autem ego, & eſt quintum remedium, quod aqua lactis vaccini ſimplex in aurora aſſumta vſque ad ℥ iiij. mirabiliter prohibeat euentum ſitis a quacunque materia calida euenientis. Intelligo autem ego per iſtam aquam lactis illam, à qua caſealis pars & butyroſa, quæ includitur, in recocta extractæ fuerunt: remanet enim tunc aqua ſimplici elemento aquæ ſimillima.

Hæc ſunt accidentia huius viri, in quorum correctionem ingenium meum & interiorum virtutum actus non parum anxietatis habuerunt. Dirigat autem hæc omnia in auxilium huius viri illius omnipotentia, qui omnia moderatur & regulat affluenter. C In cuius laudes immortales hoc & omnia alia opera mea ſemper componere ſum conatus.

CONSILIVM LXX. *De ſex malis diſpoſitionibus, videlicet, De ſonitu & ſibilo auris. De immoderato fluxu hæmorrhoidarum: De apoſtemate in ſphinctere. De mala digeſtione ſtomachi epati communicata. De mala complexione calida cordis cum pulſu ſiue tremore eius. Et de debilitate cerebri. Diuiditur autem conſilium in duos tractatus. Cuius primi duo ſunt capitula.*

CAP. I. *De diſpoſitionibus ipſis per cauſſas & ſigna.*

VIRO acutiſſimo & clariſſimæ ſcientiæ domino Hieronymo de Prima Fo- D roiulienſi clariſſimo artium & medicinæ Doctori Magiſter Bartholomæus de Montagnana ſalutem optat ingentem. Gaudeo celeberrime Doctor, quod video te non inertem ſtudio, ſed magna contemplatione aſſiduum & ſpeculatorem in cognitione diſtincta ægritudinum, ex cuius negligentia non eſt poſſibile aliquam ægritudinem bene curari, quoniam falluntur non minus Medici in curationibus ægritudinum, quam in digeſtionibus earum, Galen. 1. *ad Glauconem capit.* 2. Auge itaque & adde contemplationem ſpeculationi, & felicitabuntur opera tua. Ex quibus enim diſpoſitionibus arduis & ſpeculabilibus augetur labor, etiam ex eiſdem augetur gloria & fama, velut ex diſpoſitionibus cuiuſdam nobilis & legum Doctoris de celeberrima ſtirpe Baldanorum ex celeberrima patria Vtinenſi, E in quo remanſerunt debilitas ſtomachi, epatis, cordis, cerebri & inteſtinorum, ex quibus perductus eſt ad accidentia varia.

Quorum primum eſt ſonitus vel tinnitus continuus in aure.

Secundum, pulſus cordis.

Tertium, eructuatio fortis & continua.

Quartum, ventris tumor & tenſio.

Quintum, ſonitus in parte ſuminis ſimilis ſono tympani.

Sextum, tumor pedis.

Septimum, debilitas magna, quam demonſtrat pulſus velocitas, frequentia, duricies, longitudo. Similiter etiam vrina aquoſa, ſubſtantia & colore cum hypoſtaſi vel ne- F bula diuulſa: quæ omnia portendunt ſuſpicionem ingentem futuræ tympanitis aut iam inceptæ. ¶ Apparent autem hæc omnia accidentia fieri propter apertionem venarum hæmorrhoidalium, & maxime in eminentiori parte longationis prope infimam inteſtini colon: quod etiam rationabile eſt procedere propter conuerſio-

nem

A nem inteſtini neceſſarii in tempore aſſellationis, ita, quod videatur tunc in ſubſtantia
inteſtini, quaſi fruſtum carnis; quod non poteſt bene cognoſci, an ſit hæmorrhois, an
condyloma, vel aliud; ad quod ſequitur accidens vltimum, quod eſt vehemens dolor
in tempore aſſellationis propter reuerſionem inteſtini prædicti. ¶ Hæc ſunt in ſumma,
quæ tua clariſſima conſideratio enuntiat de hoc viro. In quorum quidem vtilem con-
templationem, licet multum extendendo calamum ſcribere poſſem. Solum tamen ea
puncta percurram, quæ mihi propoſito magis pertinentia cum vtilitate videntur. ¶ Pla-
cet ergo mihi, imo neceſſarium eſt, concedere ad febrem phlegmaticam ſubſequi, imo
aſſociari debilitatem ſtomachi, tam in appetendo, quam in digerendo, imo, hoc eſt ei
B proprium ſignum, *quarta primi cap. de febre phlegmatica, & cap. de ſignis differentiam ponenti-
bus inter febres humorales.* Et ratione declarari poteſt. Si enim in ſtomacho etiam ſano per
viam indigeſtionis, vt plurimum reperitur phlegma, *13. tertii, ca. de ægritudinibus ſtomachi*,
etiam celerius adueniet in eo debilitas, quando iam febris adeſt. Ex quo fundamento
etiam neceſſarium eſt concedi debilitatem communicari inteſtinis. ¶ Similiter ſequi-
tur neceſſario propter perſeuerans, & magnum nocumentum ſtomachi, debilitatem
ſuccedere epati. Neq; enim epar corrigere poteſt nocumentum indigeſtionis ſtoma-
chi: ita vt perficiat chylum in ſtomacho iam genitum per viam indigeſtionis. ¶ Quod
etiam accidat nocumentum cordi a nocumento ſtomachi, patet per colligantiam eius,
& maxime, quando ſtomachus offenditur, & proprie in febriente. ¶ Quod etiam *Accidentiā*
C nocumentum a phlegmatica febre communicetur cerebro, patet, quia tumor faciei *febris phle-*
fere cachecticus, grauitas capitis & profunditas ſomni accidentia ſunt inſeparabilia fe- *gmaticæ.*
bri phlegmaticæ. Sed hæc non fiunt abſque nocumento cerebri. ¶ Iterum propter
hoc cerebri nocumentum, & propter vaporum communicationem ab inferioribus ad
ſuperiora, accipere tinnitũ & ſonitum in auribus eſt neceſſariũ. ¶ Et quod cum iſtis diſ-
poſitionibus perductus fuerit ad debilitatem cordis cũ pulſu veloci & frequenti, duro &
lõgo, licet exiſtimari poſſit, tamẽ non credo, has prędictorum membrorũ diſpoſitiones
vel accidentia eſſe immediatas cauſſas, & ſufficientes pulſus velocis, frequentis, duri &
longi. Cum n. talia accidentia omnia deducantur procedere a diminuta digeſtione, quę
arguit remiſſam caliditatẽ, rationabile eſt cum paruitate pulſus tarditatẽ quoq; & rarita-
D tẽ, velocitatẽ & frequentiã adeſſe. Neq; ẽt durities ſequeretur ad lapſum frigidũ & pro-
prie cachecticũ rationabiliter. ¶ Credo itaq; in viro tali remãſiſſe adhuc febrẽ, licet for-
te remiſſam, aut ſaltẽ ſpeciem malę cõplexionis calidę in corde ſuo. Vnde virtus non po-
teſt neceſſitati ſatisfacere cũ paruitate, quare recurrit ad velocitatẽ, quia cum paruitate
diaſtolandi nõ tantũ attrahit de aere, quantũ eſſet neceſſarium ad euentationẽ, quare o-
portet, ꝙ recurrat ad velocitatẽ, & cũ in breui tempore compleatur motus arterię velox,
ita, quod nõ ſit capax & receptiuus tanti aeris, quantus eſſet neceſſarius, neceſſe eſt, quod
velocitas recompenſetur per frequentiã. ¶ Hæc igitur videtur mihi cauſſa frequentiæ,
velocitatis & paruitatis pulſus, ſiue cauſſa exſiſtat reliquia febris, ſiue mala complexio
calida. ¶ At vero duritiei ipſius cauſſa exſiſtit ſubſtantifica conſumtio arteriarum: cum
E augmento enim humiditatis aduentitiæ & qualitatiuæ ſtat ſiccitas poſitiua, quæ potuit
fuiſſe in membris adepta a præcedentibus febribus & euacuationibus pulchre deſcri-
ptis. Conatur igitur virtus mouere arterias magna extenſione per longitudinem, cor-
pus enim ſiccum non eſt aptum æque bene eleuari & dilatari latitudinaliter, ſicut
longitudinaliter. In ſummæ igitur ex prædictis concludo, quod vna de diſpoſitio-
nibus huius viri ſit mala complexio calida aut febris, quæ remanſit in eo. ¶ Con-
cludo ſecundo, quod accidentia prædicta remanſerint poſt febres & ægritudines
longas, quas perpeſſus eſt. ¶ Concludo tertio, quod hæc accidentia intendantur
& grauiora fiant propter nocumentum, quod remanſit in inteſtino recto ſuperius
pronuntiatum, in cuius quidem inteſtini diſpoſitionis inueſtigatione non mihi
F videtur magna neceſſitas ampliandi calamum. Eſt enim hæc diſpoſitio altera dua-
rum, vel ipſa immoderata plenitudo venarum multarum, quæ in inteſtino recto
ſenſu viſus apparent in anatomiis, & ſunt venæ, quarum extremæ partes inferiores
hæmorrhoidales nominantur a ſapientibus: quia ſanguinis eductiuæ melancholici,
aut inuentæ ad educendum ipſum. Cum ergo ſanguis iſte frigidus & craſſus exſiſtat,
tumere facit venas & poroſitates inteſtini, quas ingreditur. Et ſi quidem remaneat

materia iſto modo; tunc erit oppilatio in inteſtino iſto a materia extendente ipſum A & corpora venarum; vnde in parte iſta neceſſario ſentitur pondus & grauitas, & plurimum cum frigiditate aſſociata, & cum conatur virtus educere materiam, ſi ipſa fuerit materia craſſa, aut fex, additur grauitas grauitati, i. dolor grauatiuus dolori grauatiuo. Incitatur enim inteſtinum ad expellendum & fugiendum rem nocitiuam, ſed cum non poſſit ſufficienter applicari, perſeuerat neceſſitas impulſionis, virtute obtinente, expellitur inteſtinum, & euertitur cum nocumēto magno. Et, quia expulſa fuit fex poſt euerſionem inteſtini, & remanſit eius tumor & extenſio: Ideo etiam cum grauitate non fere minori reintromittitur, quam fuit expulſum. ¶ At vero color & ſubſtantia carnoſitati fere conſimilis conſequuntur præſentiam melancholici ſanguinis, ibidem exiſtentis, neque enim ibi eſt fruſtum carnis, niſi ſimilitudinarię modo dicto. ¶ Si autem materię B prædictæ in inteſtino ſtarent repræſentantes ipſius corpulentiam, vel ſubſtantiam, tunc ſi ibi eſſet materia calida ſanguinea, ſentiretur grauitas, pulſatio, tenſio magna, coloris opacitas, & venarum extenſio & arteriarū. Si autem materia eſſet ex cholera & ſanguine, mixtis prædictis ſignis complicaretur punctio, mordicatio, inflammatio & corroſio. ¶ Si vero ſanguis eſſet phlegmati coniunctus & commixtus, mollities in parte perciperetur cum colore ſubalbido, frigiditate percepta abſq; punctione & mordicatione, & locus, quaſi ſemper humiditate rorida madefactus perciperetur. Primum tamen apoſtemata in his locis fiunt ſolida ſatis a ſanguine cum melancholia permixto prouenientia, quam a phlegmate, & talia apoſtemata calida apta ſaniari condylomata nominata, licet mala ſint & verenda, tamen ſuſpectiora magis fiunt apoſtemata in illis locis eueni- C entia a ſanguine melancholico acuto, apto magis corrumpi, quam ſaniari, & iſta ſunt vehementiſſimi timoris, apta enim ſunt tranſire in cancrenam eſtiomenum & aſchakilon. Et maxime video in hoc viro diſpoſitiones, vel ipſarum aliquas conſecutiuas, & proprie ſi tumor iſte, vel apoſtema in inteſtino diu perſeuerabit abſq; ſanatione ipſius. Poſt hæc autem prædictis ſuperaddendum eſt, quod nedum accidentia omnia prædicta apta ſint augmentari ab vltimo accidēte, quod prouenit ex nocumento inteſtini huius, quod eſt immoderata hæmorrhagia ſanguinis puri & clari, qui indubitanter emanat ab arteriis, proprius enim color ſanguinis venarum eſt albedo, cum opacitate, craſſitudine ſubſtantiæ, & remiſſiori caliditate ipſius, ſicut propria ſigna ſanguinis arterialis ſunt claritas eius ſubſtantiæ tenuis, & ſpumoſitas cum intenſa claritate ipſius exeuntis. ¶ Cum ergo in- D teſtinum neceſſario magnifice debilitetur propter exitum ſanguinis, neceſſario congregantur ibidem ſuperfluitates, & ipſum eſt paratum recipere eas: Quia infimum eſt. ¶ Et adhuc, quia ipſum eſt via exitus ſuperfluitatum. ¶ Tertio, quia eſt via receptionis ipſarum a toto corpore propter venas hæmorrhoidales. ¶ Quarto, quia membrum eſt multæ ſenſibilitatis. ¶ Quinto, quia materię in ipſo receptæ difficulter ſunt euacuabiles, quia frigidæ & craſſæ multum. Ideo non eſt mirum, ſi ſubſtantia huius inteſtini remanet ſemper tumens, ſiue tumor ſit oppilatiuus ſiue apoſtemoſus, vt veriſimilius. ¶ Quod autem ſuprema ſanguinis euacuatione debilitetur totum corpus, oſtendit ſenſus. Ergo longe magis debilitatur cor, epar & reliqua membra principalia ab exitu ſanguinis arte- E rialis, quam venalis. Hæc in ſumma videtur mihi ſententia, qua vere cognoſcuntur ægritudines huius viri.

Ex quibus omnibus concluditur primo, quod principalis ægritudo vel accidens, ad quod intendendum eſt in cura huius viri, ſit fluxus ſanguinis immoderatus, ſine cuius curatione impoſſibile eſt virum iſtum vnquam reduci ad ſanitatem; imo neceſſario periclitabitur, ſiue per reſolutionem im̃oderatam, ſiue propter ſequelam tympanitis & aſcitis ad prædictum fluxum. ¶ Sequitur ſecundo, quod omnino opportunum ſit intendere ad curam tumoris, vel apoſtemationis inteſtini, ſine quorum curatione fruſtra laborabit induſtria phyſici. ¶ Sequitur tertio, quod neceſſarium ſit rectificare ſtomachū eius & epar, principalius intendendo ei, quam epati. Licet enim epatis diſpoſitio periculoſior ſit, quam ſtomachi, quia tamen ipſa dependet a mala diſpoſitione ſtomachi & F non e conuerſo: Ideo intendendum eſt prius ad ſtomachum, quam ad epar. ¶ Quarto, quod etiam cordi ſummopere intendendum ſit ad remouendum malam complexionem, facientem in ipſo pulſationem fortem. ¶ Quinto, quod rectificatione facta prædictorum quatuor facile rectificabitur nocumentum cerebri, & corruptio in ſenſu audi-

tus, quæ

A tus, quæ ſonitus vel tinnitus eſt. Ex quorum omnium fundamento neceſſarium eſt concludere, quod vir iſte attentus & ſollicitus eſſe debeat in ſui curatione, vt inferius continebitur.

Cap. II. *De regimine dictarum diſpoſitionum per ſex res non naturales.*

ITaqve pro curatione prædictarum diſpoſitionum ſuccincte percurratur regimen quarundam rerum non naturalium. Cum enim ſermo meus dirigatur ad virum ſapientem in contemplatione naturalium & medicinalium rerum, non eſt mihi opus dilatare. ¶ Reſecando itaque cibaria, & ſimiliter res non naturales, applicentur ei cum intentione & effectu infrigidandi, & mediocriter exſiccandi.
B Similiter etiam cum his, quæ in parua quantitate multum de nutrimento exhibent. ¶ Propter quod iuſcula omnia & brodialia ex laudabilibus carnibus, leuis digeſtionis, & multi nutrimenti repoſitiui ſint, & confrangantur cum decoctione burſæ paſtoris in eis. ¶ Sed precioſior omni medicina mundi eſt portulaca, a qua cibaria ſua nullo modo euacuentur, imo ſemper in eis coquatur. ¶ Et ſi aqua ſublimationis portulacæ in potu ſuo ſemper miſceretur, optimum eſſet ei, conueniret etiam aqua roſarum, burſæ paſtoris & cuſcutæ. ¶ Et placerent mihi cibaria omnia aceto, agreſta, vel ſucco arantiorum condita. Et ſi fierent ei ſapores & condimenta cum vino de ribes vel criſpino delectabili facto cum ſacchare, bonum opus eſſet. ¶ Et quod vtatur oryza & cicere confracto & cocto cum brodialibus & aliquibus granis ſumach, aut ſaltem ſuper cibos eius
C apponatur puluis granorum myrti, aut puluis coriandri præparati, ſummum eſſet præſidium in hac cura. ¶ Memorando, quod neque cibaria eius iterum euacuentur a coctione gummi Arabici vel draganti in eis, aut ſaltem vnum vel duo grana ex ipſis deglutiantur ante omne cibarium. ¶ Neceſſe enim eſt vim inglutinationis, incraſſationis, inuiſcationis ſanguinis & membrorum ſigillari in cibis eius, & generabitur ex eis ſanguis conuenienter contrarius ægritudini & laxitudini membrorum. Et virtus potentior erit ad regulandum iſta latentia in cibariis medicinalia, quam ſimpliciter exhibere.

Portulacæ præſtantia in hoc caſu

¶ Et idem dico de potu ſuo, qui debet eſſe vinum ſubſtantia aliqualiter attinens craſſitudini, ſapore dulce aut ſibi vicinum, odore ſuaue. ¶ Cum vino ſemper commiſcendum eſt aliquid medicinale, ſicut aqua portulacæ, aut aqua florum ſalicis, aut aqua ſublimati-
D onis chryſomelorum, quæ tria in hac diſpoſitione mirabilia efficiunt iuuamenta. ¶ Et ſi abominarentur talia, tunc frangatur vinum cum aqua, in qua extinguatur chalybs bis vel ter, & ſummopere laudarem cibarium eius coquendũ eſſe cũ tali aqua chalybeata, & ipſam potui eius commiſcendam eſſe. ¶ De mẽſura vero aeris apparet, quod declinare debeat ad infrigidationem & exſiccationem aliquam. ¶ Similiter etiam, quod omnino a motu corporis & animi qeſcere debet, propter quod animi accidentia, per quæ velociter & multum mouent ſpiritus & humores, euitari debẽt. ¶ Similiter & euitet ciborum aſſumtionẽ multã, imo longe melius eſt ei quater in die cibari cibo medicinali in quantitate pauca multum habente qualitatis & nutribilitatis, quam in quantitate multa raro cibum accipere. Prorſus enim ſpargere, i. diuidere cibum in plures cibationes cũ debilitate virtutis me-
E lius, *4. primi cap. de cibatione febricitantium.* Et altera cauſſa eſt cum frequens & multa fiat in eo reſolutio, indiget frequenti cibatione: aut vt prædictum eſt. ¶ Quod licet cachectica diſpoſitio inuitaret ad vigilias, tamen, quia ipſa dependet ab immoderata hæmorrhagia in fieri & conſeruari, ideo ſomnus competit ei adhuc amplior & pluribus horis, quam tempore ſanitatis propter neceſſitatem melioris reſtaurationis & digeſtionis, & hæc de rebus non naturalibus ſuccincte ita pertranſeant &c.

Potus.

Aer.

Motus corporis & animi.

Tractatus ſecundus de cura harum diſpoſitionum per medicinalia continens capita ſex. De regimine autem diſpoſitionum huius viri per medicinalia, hunc ordinem obſeruabo. Primo enim deſcribam ea, quæ mihi videbuntur vtiliora in cauſſa fluxus immoderati ſanguinis ab inteſti-
F *no prouenientis. Secundo principaliter tangam ea, quæ videntur mihi congrua ad curam ipſius apoſtematis, vel tumoris & doloris eius. Tertio principaliter deſcribam ea, quæ videntur mihi neceſſaria in diſpoſitionibus ſtomachi eius & epatis ſimul. Quarto principaliter deſcribam ea, quæ pulſui cordis & eius malæ complexioni conuenientia videntur. Quinto aliqua percurrã remedia cerebrum confortantia. Sexto & vltimo tinnitui afferam remedia quædam &c.*

Cap. I. *De cura fluxus immoderati ſanguinis hæmorrhoidalis.* A

Pilula. PRo executione itaque primi quinq; deſcribam remedia, quorum primum eſt hoc. ♃. *pilularum de bdellio deſcriptione Raſ. 9. Almanſ. ʒ ij. karabe, ſpodii, hæmatitis, corallorum rub. an. ℈ ß. formentur pilulæ cum ſucco burſæ paſtoris de omni dr. vij. de quibus hic vir accipiat per horam ante prandium & ante cœnam ſemper ij.* In nocte vero per 7. horas poſt cœnam, accipiat ex eis tres vel quatuor. ¶ Secundum vero ad hoc eſt. ℞. *ſumach, ſem. plantaginis, ſem. porri torrefacti, acatiæ, coriandri an. ſcrup. j. karabe, hæmatitis an. ʒ j. pulverizentur omnia per ſe ſubtiliſſime: deinde commiſceantur & incorporentur cum lib. ß. ſacchari al. vſq; ad*
Rotula. *glutinoſitatem decocti cum aqua portulacæ, & fiat confectio in rotulis iij. ʒ. de quibus vna ſemper ante cibum accipiatur.* ¶ Tertium remedium eſt hoc. ♃. *olei de myrto, olei de maſtice an. vnc. j. trochiſcorum de karabe, glutinis, chartæ, pulueris oſſium dactylorum combuſtorum, ſpodii, ſan. dra.* B
Vnguentum *hæmatitis an. ʒ j. ceræ, quantum ſufficit, fiat vnguentum molle, & ex eo actu frigido vel tepido vngatur tota pars alkatim & circulus ani.* ¶ Quartum ad hoc remedium eſt puluis iſte. ♃. *gal-*
Pulvis exterius inſpergendus. *larum cupreſſi, gallarum quercus perforatarum an. dr. ß. ſan. dra. mumiæ, dragaganti, gummi Arabici torrefactorum an. ʒ j. pulueris gypſi ad pondus omnium, pulverizentur omnia per ſe, & diligenter conquaſſentur: de hoc igitur puluere totum inteſtinum ſuperpuluerizetur, quando in aſſellando emittitur.* Eſt enim remedium, quod nunquam decipit intercipiendo fluxum ſanguinis immoderatum, quod non protelaui diebus meis bis alicui. ¶ Vltimum remedium in hoc primo principali eſt hoc. ℞. *olei de chryſomelis vnc. iij. olei de maſtice vnc. j. olei omphãcini lib. ß. acatiæ, gummi Arabici, dragaganti, glutinis piſcium longo tempore diſſolutorum & cõtritorum cum prædictis oleis an. vnc. j. ß. infundatur in prædictis oleis fruſtum coti, & quaſi ſemper* C *ſuper circulo ani teneatur actu frigidum vel tepidum*, ſpero, quod propter hoc fluxus intercipietur.

Cap. II. *De cura apoſtematis in ſphinctere.*

PRo his vero, quæ opportuna ſunt, pro ſecundo principali, ſc. pro cura apoſtematis ita procedatur. Si enim per applicationem prędictorum videbitur apoſtema minorari & reſolui, quia talia remedia abſcindunt materias aliunde fluentes & non euacuantur a reſolutione ſubtili: Ideo cum ipſis aliquanto tempore procedendum eſſet. Si autẽ perciperetur ex prædictis iuuamentum leue, aut fere nullum, tunc procedatur hoc
Linimentũ. inſtrumento triplici. ¶ Primum eſt hoc. ♃. *olei de chryſomelis vnc. ij. bdellii mollis, & ſubalbidi vnc. ℈. ſtyracis liquidæ ʒ x. butyri recentis abſque ſale, pinguedinis anatis an. vnc. j. amyli dr. vij. ceruſæ dr. j. ß. permiſceantur omnia & multo tempore in mortario conterantur, fiat linimentum & ex eo actu tepido, cum euertitur inteſtinum, diligenter inungatur, quoties aſſellat, & videbitur iuuamentum bonum.* ¶ Secundum vero huic appropriatum eſt. ♃. D
Emplaſtrũ. *maluarum recentium, fœnugræci, granorum ſiſami, ſemin. lini an. libr. ß. bulliant omnia vſque ad eorum fere diſſolutionem in aqua: deinde colentur ab ea, & incorporentur cum lib. ß. farinæ ſiliginis, croci dr. j. olei de chryſomelis, omphancini & amygdalarum dul. an. vnc. j. apii, corticis mandragoræ an. drach. ß. fiat emplaſtrum, ſuper quo actu calido ſedeat patiens cum ſphinctere*, & de eo etiam emplaſtretur anus & partes natum & alkatim, & eſt remedium excellens. Si autem per prædicta non conuenienter reſolueretur apoſtema, neq; ſedaretur dolor, tunc fiat enkatiſma tale. ♃.
Enkatiſma. *olei oliuarum recentium vnius anni, quod eſt magis mitigatiuum, quam antiquum (licet ſit magis reſolubile, quam ipſum. Sexto de ingenio ſanitatis) lib. x. ſapæ vel vini cocti, aut ſaltem vini valde dulcis, & proprie nigri lib. xxv. croci dr. j. ß. bdellii mollis & ſubalbidi vnc. j. bulliant omnia ſimul, vſque ad diſſolutionem, & ſedeat poſt in ea infuſus, vſque ad inguina quater in die tepefacta, aut ſaltem leuiter calida*: & ſpero, quod diuino ſubſidio ſedabitur dolor & euacuabitur. E

Cap. III. *De cura ſtomachi.*

VT autem ſubſidium afferatur ſtomacho, quod fuit tertium principale, eidem tribus inſtrumentis videtur mihi ſubueniendum eſſe. ¶ Primum itaq; ipſorum eſt hoc. ℞. *minæ, cydoniorum, muſcatæ, & aromatizatæ vnc. j. mellis roſati, & proprie facti cum foliis vnc. j. aquæ eupatorii & abſinthii an. vnc. j. ß. miſce.* ¶ Et ſi abominaretur ſyrupum, tunc ℞. *aquæ eupatorii & abſinthii an. vnc. ij. vini cydoniorum vnc. j. miſce, & ſtante fluxu ſanguinis abſcindatur aqua eupatorii & loco eius apponatur aqua portulacæ, cuſcutæ, & quoduis eorum aſſumatur tepidum, vel leuiter calidum in aurora*, & tardetur cibus horis ad minus quatuor. ¶ Cum ergo acceptum erit digeſtiuum toties, quouſq; apparet vrina in ſub- F
Syrupus.
Potio.

ſtantia

A ſtantia vicina craſſitudini in colore citrina, & ſubſidere ſibi contentum in colore albũ, ſubſtantia æquale, vnitum & diaphanum, tunc ſi erit opus euacuandi aliqua euacuatione non apparentibus ſignis euacuationis materierum a natura factis, vel faciendis ſtatim eſt euacuanda materia, ſummoq; opere dico ſemper abſtinendũ eſſe ab omni pharmaco forti, & non ſecedendum a manna vel caſſia cum emulſione tamarindorũ. ¶ Aut ſaltem exhiberi debere de electuario, de pſyllio cum medicina compreſſiua vel contractiua dicta, qualis eſſet decoctio balauſtiorum cum radicibus & volubilis minoris, vt *aq. prædictæ ℥ ij. ß. medullæ, caſſiæ fiſtulæ & pulpæ tamarindorum an. ʒ ij. mannæ dr. v. miſce & detur in aurora.* ¶ Secundum huic intentioni ſubſeruiens eſt hoc. ℞. *ſacchari albiſſimi lib. ß. pulueris corticis citri, menthæ, labruſcæ an. drach. j. ſpodii, gummi Arabici dragaganti, acatiæ, maſti-* Confectio.
B *cis an. ℈ ij. macis, cinamomi, croci an. ℈ ß. coquatur ſaccharum cum aqua menthæ, & fiat confectio, de qua parum ante prandium, & ante cœnam, & poſt ipſam immediate accipiat quantitatem duarum vel trium drach.* Cum vero minori anxietate dicendum, quod æque bene conueniret ei citri carnoſitas cum ſaccharo ſolido condita, & non ſyrupizata. ¶ Tertium remedium ad hoc eſt. ℞. *laudani puriſſimi ℥ ß. reſinæ claræ ℥ j. ſtyracis calamitæ ʒ vj. corallorum ru. ſpodii, ſumach, granorum myrti an. ʒ ß. macis ʒ j. ß. colophoniæ, picis naual. an. ℥ j. coquantur cum tribus ʒ. ceræ, & fiat ceratum ſcutale bene glutinoſum, quod leuiter aſpergatur puluere menthæ, & calidum applicetur ſtomacho.* Si bene conſideras hæc remedia, efficacia ſunt ad ſubueniendum ſtomacho, epati & nocumentis eorum, & tu diſcurre per eorum virtutes. Ceratum ſtomachale.

C

Cap. IV. *De cura pulſus cordis.*

PRo quarto principali tria videntur mihi ſufficienter pulſui cordis, & eidem malæ complexioni contrariari poſſe. ¶ Quorum primum eſt hoc. ℞. *macis, foliorum baſiliconis, florum boraginis & bugloſ. an. drachm. j. croci drachm. ß. ſpodii, oſſis de cordi cerui, corallorum amborum, roſar. an. ſcrup. ij. hyacinthi, ſmaragdi & ſaphiri an. ſcrup. j. margaritarum drachm. j. puluerizentur omnia per ſe ſubtiliter: deinde ponantur in ſacculo quadrato, & applicetur cordi, vt ſemper aſſiſtat ibi.* Sacculus cordialis. ¶ Secundum vero remedium eſt hoc. ℞. *aquæ bugloſſæ drachm. ij. karabæ drachm. j. pulueris ſmaragdi, foliorum auri commixtorum an. gra. viij. vini aromatici vnc. ß. conquaſſeatur omnia, & tepidum hoc bibatur in aurora, & videbitur mirabile.* Potio. ¶ Tertium, quod etiam cerebro confert, eſt tale. ℞. *ligni aloes, ſtyracis calamitæ, ze-* Nodulus odoratus.
D *doariæ, karabæ an. drac. j. ambræ ℈ j. moſchi electi gran. viij. roſarum contritarum ʒ j. corallorum, ſe. baſilico. maioranæ an. ʒ ij. macis ʒ ij. puluerizentur omnia ſubtiliter per ſe: deinde ſimul conquaſſentur & ligentur in ſindone retorta, & quaſi ſemper odorentur.*

Cap. V. *De cura debilitatis cerebri.*

PRo quinto vero principali duo remedia conſcribuntur debilitati cerebri ſubuenientia potenter. Primum itaq; horum eſt hoc. ℞. *mithridatii electi, aureæ Alexandrinæ an. ſcrup. j. ambræ orientalis ſcrup. ß. bibatur in ſeptimana bis per tres horas poſt cœnam cũ ℥ j. vini antiqui ſubtilis aromatici.* Potio. ¶ Secundum vero ſeruiẽs huic diſpoſitioni eſt hoc. ℞. *florum roriſmarini, aſari ana ℈ ß. ligni aloes ʒ j. ambræ ℈ ß. garyoph. ʒ ij. fiat omnium per ſe ſubtilis puluis, deinde diligenter commiſceatur: de hoc igitur puluere, quando vadit ad lectum prora capitis eius* Puluis capiti ſuperinſpergendus.
E *puluerizetur a coronæ commiſſura per ſpatium quatuor digitorum aſcendendo ad ſummitatem capitis*, & eſt remedium vtile multum in releuando cerebrum a debilitate proueniente a mala complexione frigida & humida eius, & a multitudine vaporum in eo congregatorum.

Cap. VI. *De cura auditus.*

IN ſubleuatione vero corruptionis auditus, quod erat ſextum principale accidens: duo ſolennia remedia ponam.

Primum eſt hoc, vt accipiatur tabula arboris cupreſſi & calefiat ſolenniter, & ſemper ante cibationem mane & ſero approximetur auri & toti tempori partis
F patientis. Et ſi ambæ aures moleſtarentur, ambabus partibus tabula iſta, vſquequo ad tepiditatem perueniat, approximetur, & ita fiat continuis diebus vſque ad conſumptionem ventoſitatis, quæ ſonitum efficit. Scio autem ego, quod ſuccus origani tepidus inſtillatus auribus pluribus vicibus in die tollat omnem ſonitum a ventoſitatibus, & a mala complexione frigida & humida materiali prouenientem, qui ægros ſolet inquietare, & a naturali dormitione prohibere, a quo tinnitu & reliquis acciden-

tibus virum iſtum miſericordia ſua tueatur altiſſimus per infinita benedictus ſecula ſe- A
culorum. Amen.

De ægritudinibus narium conſilia.

CONSILIVM LXXI. *De ſephiro non puro in naſo. Et diuiditur conſilium in duos tractatus. Quorum primus continet caput vnum de eſſentia ægritudinis & eius per cauſſas, & ſigna diſtinctione ab aliis.*

Sephiros quid. NOBILIS iſte Raguſeus ægrotat apoſtemate duro in ſuperiori parte naſi ex
latere oculi ſiniſtro apud orbitam oculi & domeſticum lachrymale ſiniſtrū
propter quod medicatione ſumta a particula patiente oportet contempla-
ri in hac diſpoſitione vt conueniens inueniri poſſit curationis canon. Eſti-
gitur hoc apoſtema frigidum naturaliter, & non quidem phlegmaticum: eo, quia non B
eſt apoſtema fluxum apud Italos nominatum vel molle, neq; zimia, quod idem impor-
tat apud Arabicum. Neq; eſt apoſtema glandoſum ex phlegmate indurato proueniens,
ſiue illius duritiei cauſſa fuerit frigiditas congelans, vel caliditas inſpiſſans. Igitur hoc a-
poſtema non poteſt reponi ſub aliquo genere phlegmaticorum apoſtematum a ſuffici-
enti diuiſione in duas prædictas ſpecies. ¶ Relinquitur igitur neceſſario, concedendū
eſſe, hoc apoſtema eſſe melancholicum. Et ipſum quidem non eſt cancer, neq; nodus,
neq; ſcrophulæ. Igitur neceſſario oportebit ipſum nominare durum apoſtema apud Ita-
los, vel Scliroticos apud Græcos, vel Sephiros apud Arabes. Et capiunt hi ſermones
fundamentum *ſecunda primi, quinto cap. & 14. terapeuticæ cap. 3. penes finem.* Et ne præaſſum-
ta videantur gratis dicta, oportet eadem demonſtratione confirmari. ¶ Quod igitur C
hoc apoſtema non ſit fluxum phlegmaticum, apparet eo, quia in apoſtemate phlegma-
tico prædicto inuenitur lenities ad ſenſum tactus, coloris albedo a naturali partium co-
lore parum elongata. Neq; eſt illud apoſtema eleuatum a membro valde, propter quod
a quibuſdam nominatum fuit æſtuatio vel excitatio, i. parua membri in tumorem ele-
uatio, *ex tertia quarti, tractatu ſecundo, c. de zimia vel vndimia.* ¶ Amplius in tali apoſtema-
te ex compreſſione per digitum facta remanet in membro fouea. In apoſtemate autem
huius viri nullum prędictorum ſignorū eſt verificabile, igitur tale apoſtema nullo modo
Glandula, denominari poteſt fluxum. ¶ Similiter & hoc apoſtema nullo modo dici poteſt glan-
Hoc apoſtema non eſſe dula, eo, quia glandula eſt apoſtema in membro collectum, & notabiliter eleuatum cum
glandulam. duritie manifeſta, vt in pluribus, & ſeparabile vel mobile in membro, cui adhæret: ſed D
iſtius viri apoſtema nequaquam habet iſta ſigna, quare non erit ipſum glandula nomi-
Apoſtemata nandum. ¶ Amplius cum omnia apoſtemata melancholica ſufficiēter ſub vna trimem-
melancholica omnia bri diuiſione comprehendantur, quoniam eorum aliqua ſunt dura, alia vero cancer, &
ſub triplici alia glandulæ, ſub quibus reponuntur ſcrophulæ & nodi, vt colligendum *ſecunda primi*
eſſe differentia. *literaliter ab Auic.* ¶ Et tale iſtius viri apoſtema nullo modo poteſt dici cancer. Licet n.
Sephiros & ſephiros & cancer conueniant ſubſtantialiter in materia, eo, quia vtrunq; eorum ſit a
cancer quomodo conue materia melancholica, tamen inter hæc duo aſſignatur differentia non per ſe, ſed pe-
niant, & dif nes accidentia inſeparabilia, quæ profluunt ab eis, quare *ſecunda primi præallegato cap.* Ne-
ferant. que multum diſtat, quin differentia inter cancrum & duritiem exſiſtat propter accidē- E
Hoc apoſtema non eſſe tia inſeparabilia, & non propter differentias ſubſtantiales, ſcil. ab eorum materiis acce-
cancrum. ptas. ¶ Cum igitur accidentia inſeparabilia cancro ſint hoc, quia cancer eſt apoſtema
Accidentia mobile. ¶ Secundo, quia eſt addens, i. velociter augmentum accipiens. ¶ Tertio, quia
inſeparabilia cancri. eſt lædens ſc. ſenſatione triſti. ¶ Quarto, quia non eſt deſtruens ſenſum, niſi propter
longitudinem temporis corrumpat & mortificet membrum. ¶ Et quinto, quia habet
radices multas membro innexas, quæ vndequaq; apparent ſicut brancæ cancri, & etiā,
quia apparet in eo dolor acutus cum rubore & maxime in augmento eius. Et hæc ſunt
eidem accidentia inſeparabilia. Ergo tale apoſtema huius viri nullo modo poteſt di-
ci cancer, & clauduntur hi ſermones in definitione cancri collecta *ſecunda quarti capit.*
Cancer quid *de cancro,* dum inquit: *Cancer eſt apoſtema melancholicum a materia melancholica genitum, aut*
in qua combuſta eſt materia cholerica: & non a pura fæculenta. Et conſidera, quia hæc eſt for- F
Quatuor accidentia inſe malior cancri deſcriptio, quę dari poſſit. ¶ Et confirmatur iterum, quod hoc apoſte-
parabilia a- ma non ſit cancer per quatuor accidentia inſeparabilia ſephiros attributa. ¶ Primum
poſtematis eſt, quod hoc apoſtema eſt quietum, ſupple a membro non ſeparabile. ¶ Secundum
Sephiros. eſt, quia eſt ſedatum, i. velocitatem augmenti excludens. ¶ Tertium, quia ipſum aufert
ſenſum,

A ſenſum,& propriecum fuerit purum. Quartum, quia longo tempore in vna & eadem
extenſione ſine aliqua additione eius in membro permanet, ſed hæc accidentia non
ſunt ꝓpria cancri ſigna, ergo huius viri apoſtema magis ſephiros, q cancer denominan- *Hoc apoſtema non eſſe purum ſephiros.*
dus eſt. ¶ At vero iterũ, ne legentibus extraneum videatur, hoc apoſtema nõ eſt vere pu-
rum ſephiros nominandum. ¶ Et primo quidẽ, q a puri ſephiros color ad cinereitatẽ, vel
ſubplumbeũ colorẽ vergit. In hoc a. apoſtemate nõ eſt notabilis variatio coloris partis.
¶ Amplius in eo remanſit cuiuſcunq; obiecti tangibilis ſenſatio, ſiue calefaciendo, aut
aliter alterando imprimentis, quare iterum non erit hoc apoſtema purum ſephiroticũ
nominandum. Vnde *tertia quarti tract. 2. cap. de ſephiros. Si remanet cum eo ſenſus & dolor par-*
uus, tunc non eſt illud ſephiros purum. ¶ Et ex hoc fundamento concludi poſſent duo corol-
B laria apparentia contradictoria. ¶ Primum eſt, quia hoc apoſtema minatur ſuſpicionem
difficilis curationis. ¶ Secundum, quia ipſum portendit ſpem facilis curationis. ¶ Et pri-
mum quidem declaratur eo, quia omne purum apoſtema, quanto fuerit magis materiei
aptæ facere corruptionem propinquum, tanto ipſum eſt difficilioris curationis, ſed in
tali apoſtemate inuenitur commixtio acutæ materiei cum melancholica, igitur videtur
ipſum habere inclinationẽ ad corruptionẽ. Et probatur minor duplici motiuo. ¶ Primũ
eſt, quia quandoq; in loco apoſtemato ſentit̃ dolor, aliquantam habens acuitatem. ¶ II.
motiuum eſt, eo, quia lachryma, quæ ab angulo huic apoſtemati ꝓpinquo emanat, acu-
ta eſt, vt patiens percipit, ſed hæc materia multũ facile tranſit in coniunctam apoſtema-
tis prædicti, igitur &c. ¶ Secũdũ vero principale corollarium deducit̃, eo, quia hoc apo-
C ſtema quanto purius eſt & materiei aptæ facere corruptionẽ minus commixtũ & paruũ
extenſiue & pauci temporis, & in membro ſatis raro poſitum, tanto curationi paratũ eſt
magis, ſed apoſtema iſtius viri omnes habet prędictas conditiones, quare facilioris vide-
tur eſſe curationis. ¶ Tu a. inter hęc contradictoria apparenter tenere debes veritatem,
& dicere, q illud apoſtema ſi nõ fuerit purũ, facilioris erit curationis, aliis parib. de quã-
titate eius, longitudine temporis & aliis ſimilibus. ¶ Et ad argumentũ, quo probat ipſum
eſſe difficilioris curationis, eo, quia pendet a materia corruptioni diſpoſita, negãda eſt
conſequẽtia, & dicendũ, quia ingeniũ curatiuum poteſt adminiſtrare inſtrumenta con-
uenienter corruptibilitatẽ materiei rectificantia, ẽt quia difficilius eſt duritiẽ aliquam a
mẽbro raro & calido abſcindere, q̃ acuitatẽ materiei reprimere, eo, q a durities in tali lo-
D co eſt morbus diſproportionalis, quare &c. Et colligitur minor ex ſermone veteris, &
cõmentatoris *ſect. 2. aph. 34.* vbi inquit: *In morbis minus periclitantur, quorum naturæ, ætati, ha-*
bitui, & tempori morbus magis affinis fuerit, quam hi, quibus non affinis in aliquo horum exſiſtit. Et
ex hoc iterum fundamento apud intelligentes concludi poteſt, quod hęc diſpoſitio ite-
rum ſit difficilis curationis, quantumcunq; ſit durũ apoſtema & non purũ, ꝓpterea, quia
eſt parti diſproportionalis. ¶ Amplius & ſecundo, ꝓpterea, quia ſi hoc apoſtema magni-
ficaret̃ valde, facile eſſet cauſſa corruptionis oſſis orbitę inferioris oculi. ¶ Et tertio hoc
demonſtrat̃, eo, quia talia apoſtemata raro perſeuerant, quin ꝑducant ægrum ad apoſte- *Garab.*
ma garab, i. anguli lachrymalis propter vicinitatem eorum ad illum, & de tali apoſtema-
te, quaſi ſemper peruenitur ad fiſtulam in lachrymali, vt patet *tertia tertii, tractatu 3. de apo-*
E *ſtemate algarab.* quare &c. ¶ Adhuc quarto, & fortius demonſtratur huius apoſtematis
periculoſitas, eo, quia ipſum eſt in oſſe ſiniſtræ partis compoſitionis naſi, & iuxta colla-
teralem cartilaginem eius. De numero enim oſſium 55. componentium caput huma- *Quinquaginta quinq; oſſa capitis humani.*
num, duo ſunt oſſa naris, & ſuperiorem humani naſi patẽ componẽtia, quorũ amborum
oſſium figura eſt, vt imagineris duos triangulos habentes duos angulos, parum eleuatio-
res alteris, qui duo anguli coniungantur ad vnum punctum, & alii duo inferiores anguli
coniungantur ad alium punctum, ergo erunt quatuor anguli circa duo puncta coniun-
cti, & præter hos duo erunt alii anguli ab eis ſeparati, igitur de neceſſitate fiet humani
naſi compoſitio ſuperius pyramidalis & inferius latam baſim habens, qua demonſtra-
bilis eſt. ¶ Amplius & quinto inter medium amborum oſſium ponitur cartilago quæ-
F dam tenuis, & a quolibet laterum dextro vel ſiniſtro ponuntur aliæ duæ cartilagines.
Vnde naſi compoſitio integratur ex duobus oſſibus & tribus cartilaginibus, ſed quodli- *Partes naſi*
bet illorum oſſium & cartilaginum raritate & tenuitate ſubſtantiæ ſunt ſatis facile cor-
ruptibilia. Ergo apoſtema in eiſdem eueniens notabilem curationis ſuſpicionem oſten-
dit, argumento ſumto a partibus componentibus, vt deductum eſt.

Et ſexto iterum arguitur diſpoſitionis periculoſitas, eo, quia perſeuerans apta eſt nocere tribus operationibus vel iuuamentis, quæ faciunt humanæ nares. ¶ Et primo quidem eſt, quia ſunt via & locus, per quem ad carunculas mamillares odorabilium A ſpecies deferuntur, vnde homo diſcernit inter odorabilia aromatica & fœtida, ſed propter apoſtema etiam in loco illo valde facile claudi poſſunt viæ illæ mirabilis & neruoſæ compoſitionis pforatæ humani naſi, igitur valde facile poterit hoc nocumentum diminutionis aut ablationis odorādi incurrere. ¶ Secundū naſi iuuamentum eſt, vt in illo numeroſæ perforationis oſſe retineatur aer, qui aliqualiter modulatus & fractus faciat ad bonitatem prolationis ſermonis, & ſectionem literarum & ſyllabarum, & formationem vocis, ſed ſtante clauſſione aut oppilatione prædictarum partium, aer non poterit ibi detineri, collidi aut modificari, propter quod non conuenienter poterit ſermo proferri: vnde experimēto videmus, q habentes clauſionē talem, loquūtur naſantes. ¶ Tertiū B vero ſpeciale iuuamentū eſt ipſarum nariū, vt per loca illa emungātur ſuperfluitates in duobus vētriculis cerebri anteriorib. abūdantes, ex quarum cōpleta retētione homines non raro ſuffocati ſubitam mortē incurrunt, ſed per clauſionem prędictarū viarū hæc omnia facile contingere poſſunt, quare facile ex fixione talis apoſtematis in pdictis locis tria prædicta narium iuuamenta phiberi poſſunt. Et ſunt ſermones principis *prima primi doctrina 5. ſumma prima, & cap. tertio ibi: Naſi vero iuuamenta &c.* Apparet itaq; hæc omnia in vnam colligendo ſententiam, quod ægritudo huius viri non tantum ſit difficilis, quantum, ſi extenderetur, magnæ periculoſitatis argumentum oſtendat. ¶ Ex iſtis vltimo corollarie ſequitur, quod melius ſit ei alia humana negotia parūper ſeponere, & C ſuæ curationi diligenter inſiſtere, quam talibus periculis contingenter accidere potentibus ſubiacere.

Tractatus ſecundus, de cura dictarum diſpoſitionum continens cap. duo. Igitur ad huius diſpoſitionem curandam accedens eius regimen in duo cap. partiendum decreui. Primum quidem eſt ſermonem pertranſire in ſex rerum non naturalium adminiſtratione & conuenienti applicatione earum. Secundum vero in adminiſtratione inſtrumentorum medicinalium conuenienter applicabilium.

Cap. I. *De regimine per ſex res non naturales.*

ITAQVE locus habitationis eius omnino ſit elongatus a conuallibus & locis valde humidis & nullo modo habens aſpectum meridionalem, qualem habet D Raguſea ciuitas, propter quod manſionem ſuam corrigat recipiendo & faciendo aerem cameræ orientalem, aut ſaltem aquilonarem. ¶ Et de annexis aeri euitet ſuffumigia camerarum, ex rebus calidis aromaticis facta, velut thure, myrrha, ſandaraca, & ſimilibus, & euitet etiam gratia huius tecturas capitis multum calefacientes, propter quod omnino deponere debet pileolum, quem nunc portat a principio Aprilis, vſque per totum menſem Septembris. Reliquo autem tempore calidioribus capitis ornamentis vti poteſt: effugiat etiam veſtes corpus eius, & illa notabiliter ſtringentes.

Motus & quies. ¶ De motu vero & quiete eius omnino melius eſt ei quieſcere, quam fortibus exercitari exercitiis. Caueat tamen ab omni exercitio, quo neceſſarium ſit caput curuatum tenere, & verſus faciem inclinatum, imo erectum, quantum eſt poſſibile, debet eſſe E caput eius, & ſi ad aliquam poſitionis differentiam inclinare ſe debet, melius eſt vt ad poſterius vel ſiniſtrum latus inclinetur, quam ad alia.

Repletio & inanitio. ¶ De menſura vero cibi & potus accipiendi caueat ab omni faſtidiente repletione, propterea, quia omnis talis materias euaporantes multiplicat & caput replentes, vnde materialis apoſtematis cauſſa augetur: & in ſumma melius eſt ei ſaluato appetitu adhuc a menſa recedere, quam ciborum quantitatem multam accipere.

Accidentia animi. ¶ De accidentibus animi amplius conſiderandum eſt ſubtilius. Cum enim apoſtema illud, vt ſupra demonſtratum eſt in primo capite proueniat a materia melancholica, omnino ſollicitudines melancholicas, triſtantes & ſpiritum in profundo ſepelientes euitare debet. ¶ Et iterum, quia apoſtema tale non euacuatur a mixtione materiei pauliſper calidæ, ideo effugere debet omnia accidentia, ex F quibus vehemens in humoribus & ſpiritibus agitatio ſequatur, vt de circumferentia ad centrum, aut econtra, velut furor, ira, inſania, iracundia & ſimilia, & ſi non alia de cauſſa euitare debet talia, ſaltem propter hoc, quoniam exterminant & mutant humanum corpus ab ea, quæ ſecundum naturam, conſiſtentia 3. *techni.*

¶ De an-

A Deannexis autem accidentibus animi, quemadmodum ſolet eſſe coitus: ideo cau-
tus in eo debet eſſe, quia ratus debet eſſe eius vſus, ita, quod non fiat plus, quam ſemel
in ſeptimana, & euitetur eius actus proprie poſt cibum etiam violenter & impetuoſe fa-
ctus, imo moroſe & phyſice multum in tali actu negociandum eſt. ¶ De ſomno & vi- *Somnus & vigilia.*
gilia dicendum, quod ſomnus ei, vel dormitio amplior conſueta laudabilis ſit, ita, quod
melius ſit ipſum vna vel duabus horis amplius conſueto dormire, quam in vigilando
menſuram ſolitam excedere. Et forma dormitionis eius eſſe debet eleuato capite plus,
quam mediocriter & reſupine, aut ſuper dextro latere iacere, vt iam dictum eſt.

De cibo autem eius & potu dicendum primo, quod omnino euitet cibos omnes *Cibus.*
melancholici ſanguinis generatiuos, velut ſunt carnes craſſæ, quibus Raguſei domini
B vt in pluribus vtuntur: Legumina omnia, & proprie lentes, fabæ & oryza. Item cau-
lium vſus abominandus eſt, & caro ſalita omnis, & caſeus bubalinus, & omnis alius an-
tiquus, ſiue dulcis fuerit, ſiue ſalitus, & panis antiquus, non bene fermentatus. ¶ Et,
quia in materia illa aliquid eſt de calido, vt prædictum eſt: ideo euitet multum aroma-
tum vſum & ſalitos cibos, vel ſapores, velut ſinapi, raphanum, cæpas, allia & ſimilia.
¶ In ſumma itaque vtatur pane recenti duorum vel trium dierum ad plus bene fermen-
tato, & per coctionem non adusto, carnibus vitulinis, hœdinis, caſtratinis, & pullinis
pinguibus, & de annuali agno, & carnibus minutarum auium vti poteſt. Quæ vero ſunt
ſicut carnes leporum, ceruorum, & ſylueſtris porci dimittendæ ſunt. ¶ Conueniunt
etiam eidem cibi cum lacte cocto præparati, & coloſtra, & recocta, & caſeus recens,
C abſque ſale. ¶ Et ex ferculis beta, ſpinachia, portulaca, lactuca, endiuia & ſimilia o-
lera frigida & humida. ¶ Et de fructibus bona ſunt ei ceraſa, pyra dulcia, auellanæ, a-
mygdalæ recentes, pepones, cucumeres & ſimilia. ¶ Aceti vero vſum dimittat, niſi
valde raro, & loco eius vtatur agreſta non ſalita, ſucco citrangulorum, & huiuſmodi.
¶ Butyri etiam vſus modeſta quantitate ei conuenit & oleum oliuarum dulcium, non
valde ſalitum. ¶ Et ex aliis fructibus vuæ dulces, ficus recentes, & poma dulcia ipſi
conueniunt. Caſtaneas autem, ſorba, neſpila, & cydonia omnino dimittat. Vinum *Potus.*
vero, quo vti debet, nullo modo ſit nigrum, ſed album, ſubtile, aromaticum, medio-
cris fumoſitatis, & ſi tale non poſſit haberi, miſceatur cum quantitate conuenienti a-
quæ ciſternæ, & caueat ab aquis ſuis craſſis. Et conueniens eſſet ei in diebus caloris bi-
D bere aquam ciſternæ cum multo ſaccharo commixtam. Mellis autem & ſimilium cali-
dorum vſus non placet mihi, Hoc in ſumma eſt regimen ei conueniens ex parte ſex re-
rum non naturalium ita limitatum.

Cap. II. *De regimine eius per inſtrumenta medicinalia.*

PRo regimine vero per inſtrumenta medicinalia videtur mihi ipſum debere *Sedecim inſtrumenta medicinalia*
habere inſtrumenta 16. in quorum adminiſtratione curatio eius rationabiliter
compleri debet. ¶ Primum quidem eſt, vt ante omnia procuret, ſi eſt poſſi- 1.
bile facere apertionem venarum hæmorrhoidalium, fricando eas cum panno biſello *Apertio hæmorrhoidarum.*
bene aſpero, aut cum radice ſerpentariæ vel foliis ficus, vel cum fruſto cæpæ ſquillitici,
E aut cum foliis conſolidæ minoris deſcendendo, vſque ad fel tauri. In harum enim
venarum apertione maior erit mihi curationis fiducia, quam in altero fere inſtrumen-
to, neque enim phlebotomia aut ventoſatio æque conuenienter emanarent, & diuer-
terent materias iſtas, velut hœmorrhoidarum fluxus, & clauditur in ſententia Com-
mentatoris commento illius *ſect. 6. aph. 11. Melancholicis & varicibus hæmorrhoides innatæ*
bonum. Idem enim ſermo haberi poteſt de prouocatis artificialiter, ſicut de innatis hœ-
morrhoidibus. ¶ Secundum vero inſtrumentum eſt, vt adueniente fine Septembris 2.
accipiat hoc euacuans minoratiuum. ℞. *pilularum de lapide lazuli, pilularum Indarum dr.* *Pilulæ.*
ß. *reformentur pilulæ vij. cum ſucco roſarum, & accipiat eas in aurora dormiendo poſt eas per horam*
vnam: & poſt quinque horas accipiat cyathum vnum aquæ hordei ſaccharatæ calidæ. Et poſt ipſam
per vnam horam prandium ſuum accipiat. ¶ Tertium eſt, vt poſt minoratiuum præ- 3.
F dictum accipiat hoc digeſtiuum, quod continuet octo diebus. ℞. *mellis violati vnc.* ß. *Digeſtiuum.*
ſyrupi de epithymo vnc. j. aquæ boraginis, & violarum an. vnc. j. ß. *miſce, & calidum accipiatur.*
¶ Quartum eſt, vt poſt digeſtiuum illud accipiat hoc euacuatiuum die immediate ſe- 4.
quenti. ℞. *electuarii hamech deſcriptione maiori, electuarii diaſenæ an. drachm. ij. aquæ ſubli-* *Potio euacuans.*
mationis vel decoctionis lupulorum vnc. ij. ß. *miſce, & totum ſimul calefiat & accipiatur hora præ-*

dicta, & poſt ipſum obſeruentur omnia, quæ poſt minoratiuum ſupraſcriptum ſcripta A
ſunt, obſeruari debere.

5. *Pilulæ.* Quintum, vt poſt euacuationem prædictam vtatur iſtis pilulis, de quibus accipiat vnam vel duas bis, vel ſemel in ſeptimana parum ante cœnam, quarum deſcriptio. ℞. *aloes epaticæ vnc. ij. thymi, epithymi, folliculorum ſenæ an. drachm. j. ß. reubar bari electi drachm. ij. diagridii gran. xij. infundantur omnia per triduum in decoctione folliculorum ſenæ: deinde exponantur ſoli vſque ad exſiccationem eorum, & ita fiat ter, eorum decoctionem renouando ſemper & exſiccando: huic itaque compoſitioni addantur lapidis armeni præparati drachm. iij. & omnia ſimul diligenter conterantur, & fiant ex eis pilulæ cum ſucco roſarum ex omni drachm. vj. de illis ergo accipiantur duæ vel vna, vt iam prædictum eſt.*

6. Sextum eſt, vt vir iſte ſæpe in os ſuum mane accipiat gran. j. maſticis, ipſum den- B
tibus conterendo & maſticando ſaltem per quartam partem horæ, & exſpuendo totum
7. illud de aquoſitate, vel altera materia, quæ per ipſum a cerebro educitur. ¶ Septi-
Caputpurg. per nares attrahendum. mum, vt poſtquam purgatus fuerit, per ſex dies poſt, omni ſero per horam ante cœnam faciat ſibi hoc caputpurgium. ℞. *aqua decoctionis foliorum maioranæ vnc. iiij. oxymellis ſimplicis, ſyrup. violati an. drachm. ij. totum calefiat ſimul, & tunc impleat os ſuum aqua fontali vel puteali, & accipiat in palma manus decoctionem prædictam, & traiiciat ex ea leui tractu per narem dextram.* Deinde permittat exire emungendo a naſo illud, quod exibit poſt eam: deinde iterum ex eadem traiiciat per ſiniſtram narem, per interuallum temporis, quo diceretur decies Pater noſter. Poſt illud iterum de eadem decoctione tra-
iiciat per dextram narem: ita, quod tribus vicibus per vtramque narem traiiciat hoc C
caputpurgium omni die per integram ſeptimanam hora prædicta, ſecunda vero ſeptimana ſufficiat ei ſolum facere caputpurgium illud, omni tertia die vel quarta, continuando ipſum per totum menſem Iunii proxime futuri. ¶ Octauum inſtrumen-
8. tum eſt, vt poſt purgationem ſuam omni tertia nocte, quando vadit ad lectum, ſuperaſpergat proram ſui capitis a principio frontis, vſque ad ſummitatem capitis cum hoc puluere per medium capitis latitudine trium digitorum, & eſt pars illa, quam Medici vocant commiſſuram ſagittalem, de quo puluere omni vice ponatur quantitas quatuor vel quinque granorum hordei, & immergatur in capillos, & cum ponit puluerem illum ſecunda vice, cum pectine vel ſetula abſtergat pulucrem præcedenti die ſu-
Puluis capiti ſuperaſpergendus. perpoſitum. Et hunc etiam modum continuet per totum menſem Iunii. Eſt au- D
tem eius deſcriptio. ℞. *folii drachm. j. ligni aloes drachm. ß. violarum, florum nenupharis, ana ſcrupul. vnum, pulueris maioranæ ſcrupul. ij. omnia per ſe ſubtiliter pulueriꝫentur: Deinde*
9. *miſceantur.* ¶ Nonum eſt, vt vir iſte aſſueſcat ſaltem quater in ſeptimana mane per duas horas vel tres ante prandium facere ſibi fricationem cum panno aſpero incipiendo a principio colli, vſque ad medium ſpinæ inferius trahendo, vſquequo cutis eius
10. *Ablutio crurum.* rubicunda fiat. ¶ Decimum inſtrumentum eſt, vt ſaltem in ſeptimana bis abluat membra ſua ab inguinibus, vſque ad plantas pedum cum hac decoctione calida per horam ante cœnam. ℞. *aſari, pulegii, foliorum lauri an. M. j. florum ſalicis, foliorum violarum an. M. ij. fiat eorum in aqua decoctio, vſquequo virtus herbarum ſufficienter accipiatur*
11. *in aqua, & fiat ex ea, vt dictum eſt.* ¶ Vndecimum debet eſſe locale parti patienti ap- E
proximandum, in cuius quidem applicatione præmittendum eſt, quod cura apoſtematum durorum perfici debeat ex intentione mollificandi ad intentionem reſoluendi compoſita, ita, vt per ſpatium vnius ſeptimanæ applicentur inſtrumenta lenificantia. Sequenti vero ſeptimana tota applicentur reſoluentia moderate, nequaquam enim materia indurata poſſet conuenienter reſolui, niſi mollificaretur, immo per applicationem pure ſoluentium materia continue ſucceſſiue magis petrificaretur: vt ſunt ſermones Galen. *decimo quarto terapeuticæ capit. tertio*, & colligitur ab Auicenna, *quarta primi, capit. vigeſimo quinto, & tertia primi, tractatu ſecundo, leguntur clarius capit. de cura ſephiros.* ¶ Igitur canonice procedendo, ad curam applicanda ſunt remedia, has in-
tentiones complentia. Et ego quidem ſcribam inſtrumentum vnum a Galeno acce- F
ptum *præallegato capit.* in quo inuenitur excellentia iuuamenti, & eſt compoſitum ex radice altheæ, quam vocant arborificatam cum pinguedine anſeris vel gallinæ, aut cum recenti pinguedine porci.

Althæa arborificata. Eſt autem althæa arborificata planta, quandam radicē habens ſatis magnam, albam colore,

A colore,ſapore dulcem, ſimillimam radicibus maluauiſci a qua eleuatur ſtipes altitudi-
nis hominis,& folia eius penes radicem inueniuntur eleuata. Et ſimiliter per ſtipitem
tota protenſa appendiculum habentia longius, quam integra ſpithama craſſum,humo-
re multum plenum, qui mucillaginoſus eſt tactu, & ſapore dulcis, & colore viridis, &
ſunt folia eius plurima in figura rotunda, in ſubſtantia rugoſa ſatis & tactu aſpera, & flo-
res producit quaſi per totam ſtipitem ſuam colore rubicundos ad purpuream ſimilitu-
dinem inclinatos in figura campanellæ ſimiles, in cuius floris medio appendiculum in- *Malua hor-*
uenitur colore album & molle,ſimile tintinabulo campanę.Et hęc quidem eſt illa plan- *tulana.*
ta, quam multi vocant maluam hortulanam. Paduanæ vero mulieres vocant ipſam ro- *Roſa malua.*
ſam maluam, quam propter decorem ſui floris anteponunt ſpectaculis & feneſtris ſuis,
B & multi vocauerunt ipſam maluam althæam propter eleuationem eius in altum. Vnde *Malua al-thæa.*
de ea ſcripſit Macer in ſimplicibus, dicimus althæam, quaſi, quod creſcat in altum.
¶ Et propter eam cauſſam Galenus *allegato loco*,vocauit ipſam althæam arborificatam,eo
quia velut arbor in altum creſcit, & ramos producit quam plurimos,& ſemina omnino
ſeminibus maluauiſci ſimilia, licet illis ſint minora, quam quidem propter excellentiā
iuuamenti eius ita deſcribere volui, licet eius notitia non ſine labore magno variis volu-
minibus hincinde colligatur. ¶ Soleo autem ego hanc medicinam ex fundamento Ga-
leni ita deſcribere. ℞. *radicum prædictæ plantæ libram vnam, adipis anſerini, adipis gallinacei* *Emplaſtrū.*
an. vnc. iiij. farinæ hordei ℥ j. ß. *olei Sabini, i. a loco penes Romam inuento ita nominati* ℥ ij. Et ego
loco Sabini olei accipio oleum de granis ſiſami, genſeminum nominatum, *mundentur*
C *itaq; & abluantur radices prædictæ diligenter: deinde ſubtiliſſime conterantur, & finaliter additis*
pinguedinibus & farina incorporentur ſimul in formam bonæ tenacitatis. De hac igitur materia
locus emplaſtretur per ſeptimanam vnam, vt iam dictum eſt. ¶ Aliud autem compo-
ſitum huic intentioni ſeruiens accipitur ex ſermonibus Auic. *tertia quarti, tractatu ſecun-*
do, præallegato cap. Et ego ſoleo ipſum componere taliter. ℞. *bdellii mollioris diſſoluti cum* *Ceratum.*
modico aceti ℥ j. *œſypi humidæ vnc.* ß. *ceræ albi* ℥ ij. *incorporentur omnia ſimul, & fiant cerata con-*
uenientis glutinoſitatis, quæ quidem patienti parti applicentur eo modo, quo Paduæ ce-
ratum eidem applicui, verum oporteret ceratum illud eſſe latius, vt maiorem partem
amplecteretur patientis membri. Et elicitur hoc compoſitum ex Auic. *ibi*. Et de leniſi-
cantibus, in quibus eſt reſolutio, eſt bdellium Sicilienſe, & oleum antiquum, & œſypū
D humidum. Verum hoc remedium facere potes magis mollificatiuum, & minus reſo-
lutiuum multiplicando œſypum humidum, aut e conuerſo, ſi bdellium in compoſitio-
ne dominabitur ſuper oleo. ¶ Duodecimum inſtrumentum eſt, vt poſtquam per ſe- 12.
ptimanam vnam continuata fuerit mollificationis intentio, perueniatur ad reſoluen-
tium applicationem. Et de numero quidem reſoluentia plurima compoſita a ſapienti-
bus hincinde licet colligi poſſint: Ego tamen ſolum illa ſcribam, quæ mihi auctoritas,
ratio, & quotidiana experientia notiora fecit, & eſt modus, quem ſapientes homines
tenere debent, & præceptum Galeni *præallegato capit.* poſitum, dum inquit: Rogantes
Medicum, quæcunq; experientia inuenta ſunt, & quæcunq; de ratione ſola,& demum
cum his, quæcunq; conferentibus vtriſq; adinuicem. omnibus enim his recte vtetur ſo-
E lus, qui exercitatus eſt in hac methodo. ¶ Et primum quidem compoſitum eſt ab A-
uicenna acceptum *cap. de cura ſephiros*, quod ego ſoleo taliter deſcribere. ℞. *galbani, am-*
moniaci, bdellii, diſſolutorum cum modico aceti, & bene colatorum an vnc. j. *fæcis olei liliorum al-*
borum vnc. ij. *mucillaginis fænugræci, mucillaginis ſemi. lini an. vnc.* j. ß. *ceræ albæ vnc.* ß. *bulliant*
ſimul, & incorporentur oleum & cera: Deinde ſuperaddantur gummi diſſoluta, vt dictum eſt, &
ſimul cum mucillagine incorporentur omnia, & fiant magdaleones. & ſi bene conſideres, hæc eſt *Diachylon*
illa deſcriptio, quam ſapientes Italici Medici vocant diaquilonem cum gummi, & pa- *cum gummi*
rum ab ea differens, ſi bene aſpicis volumina ſapientum. ¶ Secundum vero compoſi-
tum & commune ſatis ad hanc intentionem eſt diachylon ſimplex album, ex quo fiat
ceratorium, vt iam prædictum eſt.

F Ego vero præter prædicta, alias conſcripſi compoſitum hoc, in quo inueni excel- *Ceratum.*
lentiam iuuamenti. ℞. *mucillaginis fænugræci, ſem. lini, & granorum ſeſami an. vnc.* j. *bdel-*
lii ſubalbidi & mollis vnc. ij. *lithargyri drachm.* j. *radicum geniſtæ, foliorum cupreſſi, radi. hyperico-*
nis, radi. ſcrophulariæ ſiccarum an. drachm. j. ß. *ceræ albæ vnc.* j. *olei de ſiſamo, olei vulpini an. vnc.*
ij. *incorporentur omnia ſimul ſecundum artem, & fiant cerata conuenientis glutinoſitatis multipli-*

cando ceram & bdellium ſi oportuerit. Hoc igitur eſt inſtrumentum magnæ efficacię, ſi be- A
13. ne perpendis de compoſitione ipſius, quod applicari debet, vt dictum eſt. ¶ Decimum-
tertium eſt, vt ſi contingeret, quod materia hæc reſolutioni non conuenienter obedi-
ret poſt reſoluentium prædictorum adminiſtrationem fomentetur locus cum lana ſuc-
cida bene pectinata infuſa in oleum calidum de granis pinearum factum, & fiat eius ap-
plicatio in die ter mane, meridie & ante cœnam, & poſt illius applicationem adminiſtre-
tur aliquid de lenificantibus ſcriptis ſupra ante adminiſtrationem reſoluentium appli-
14. candis. ¶ Decimum quartum iterum eſt, quod ſi diſpoſitio non conuenienter obedi-
ret curationi, poſt prædicta euaporetur locus cum aceto & marchaſita, in qua quidem
euaporatione eſt iuuamenti ſublimitas, vt ab omnibus auctoribus hincinde colligitur.
Marchaſita quid. Et forma quidem applicationis eius eſt in hunc modum, vt accipiatur lapis marchaſitę: B
& eſt lapis molaris rubei coloris, qui igniatur & habeatur in vaſe aliquo poſitus lapis, &
ſuper ipſum effundatur acetum album notabiliter acutum. Cuius vapor recipiatur per
cannulam vitream ſimilem tubæ, cuius vna extremitas ſit tantæ amplitudinis, vt totum
locum patientem comprehendat, & aliquam partem loci ſani, & altera eius extremi-
tas ſit lata, in quam recipiatur fumus, qui per concauitatem illam perueniat ad particu-
lam patientem, & euaporetur ſaltem per quartam partem horæ. Si autem huius euapo-
rationis applicatio non poſſet conuenienter fieri, tunc accipiatur mollis ſpongia, & in-
fundantur in prædictum acetum cum decoctione pul. marchaſitæ factum, & applicetur
illa ſpongia actu calida ſuper patiente particula ſex vel octo vicibus, vſquequo in pro-
15. fundo loci ægrotantis percipiatur penetraſſe caliditatem. ¶ Decimum quintum eſt, vt C
Oleum. poſt euaporationem cum aceto prædicto factam ſemper adminiſtretur hoc oleum. ℞.
*olei de granis pineæ vnc. ß. olei de phiſticis vnc. ij. mucillaginis radicum altheæ drachm. iij. miſce-
antur omnia, & bene conquaſſentur, & calefiant, & infundatur in eis fruſtum lanæ rotundum &
calidum applicetur patienti particulæ, & continuetur ipſius applicatio cum euaporatione prædicta a-
ceti per quinque dies.* Deinde tranſeatur ad reſoluentia iam prædicta. ¶ Decimum-
16. ſextum & vltimum inſtrumentum eſt, vt ſi percipiatur, quod hæc durities paulo ma-
gis interius communicetur, fiat ſæpe linimentum narium interius cum hoc compoſi-
Vnguentum to. ℞. *olei amygdalarum dulcium, fæcis olei liliorum alb. olei de ſiſamo an. vnc. ß. medullæ cru-
rium bouis vnc. j. ß. diſſoluantur omnia ſimul, & cum vnc. ß. ceræ alb. conuenienter incorporen-
tur. Hoc igitur totum compoſitum bulliat in vnc. iij. mucillaginis radicum altheæ, vſque ad con-* D
*ſumtionem prædicti mucillaginis. Cum iſto igitur tepido interius nares conuenienter duabus vel tri-
bus vicibus inungatur:* quorum omnium adminiſtratione terminabit ad ſanitatem inte-
gram, quod concedat ille, qui ſolus languores omnes ſanare poteſt, altiſſimus ex ſui
miſericordia & omnipotentia. Ad cuius laudem hæc omnia conſimiliter conſcripta
ſunt. Amen.

Consilivm LXXII. *Pro polypo circa finem curæ.*

PRo egregia & honeſtiſſima matrona domina Leona videtur mihi taliter
prouidendũ eſſe. ¶ Primo, quod vtatur ſacculo ſuo ſuper capite poſito, ſecun-
dum modum datum. ¶ Secundo, quod vtatur ſparſione pulueris, ſuper E
poſteriori parte capitis, ſicut conſueuit. ¶ Tertio vtatur pilulis compoſitis
ei, quas habet ſecum, accipiendo ter in ſeptimana ex eis, i. modicum ante
cœnam, & proprie ſi perceperit grauitatem ſtomachi. Si a. caput grauius eſſet, tunc acci-
piat vnam vel duas ex eis, per duas horas poſt cœnam. ¶ Quarto, quod nari ſuæ imponat
quatuor diebus continuis bis in die de hoc pul. cum ſtylo inuoluto coto madefacto cum
Puluis naribus immittendus. ſaluia, cuius pul. deſcriptio eſt hæc. ℞. *radicum ſerpentariæ, pul. hermodactylorum an. ℨ j. ſarco-
collæ rubeæ ℨ ß. tuciæ præparatæ ſcrup. iij. fiat puluis ſubtilis omnium per ſe, & poſt commiſceatur.*
¶ Quinto, quod elapſis quatuor diebus prædictis madefaciat carnem ſuperadditam in
naſo cum aqua ſaponis, tertia bis vel ter in die, vt ſibi libet &c. ¶ Deſcriptio autem F
Sacculus. ſacculi primi eſt hæc. ℞. *caſtorei, pyrethri, ſtœchados, pulegii, calamenti an. drach. ß. corallorum
rub. ſpodii an. ſcru. j. fiat puluis omnium per ſe: deinde miſce & ponatur in ſacculo de grana retorta, &
applicetur poſteriori parti capitis.* ¶ Deſcriptio vero ſecundi ſacculi eſt hæc. ℞. *ſpecierum
Alius. pliriſarcoticon, folii, ligni aloes, amomi an. drachm. iij. fiat puluis omnium per ſe. Deinde
miſce & ponatur in ſacculo, vt ſupra dictum eſt:* & applicetur anteriori parti capitis.
¶ De-

A ¶Deſcriptio pulueris pro aſperſione eſt iſta. ℞. *pulueris ſupra ſcripti pro parte ſuperiori capitis* Puluis capiti ſuperaſpergendus.
℥ ß. ¶Deſcriptio autem pilularum eſt hæc. ℞. *pilularum cochiarum* ʒ j. *aloës ablutæ* ʒ ij. *fiant*
pilulæ cum electuario ſucci roſarum vj. *pro drachma.* ¶Item fuit ordinatum ei, vt odoraret ſæ- Pilulæ.
pe hunc puluerem, qui ſit ligatus in ſindone retorta. ℞. *cardamomi maioris & minoris, galliæ* Nodulus odoratus.
muſc. nucis muſc. garyophil. ana ʒ j. *camphoræ* ℈ j. *moſchi gran.* ij. *ſandaracæ* ʒ j ß. *fiat puluis omnium*
per ſe: deinde miſce & fiat, vt dictum eſt.

Consilium LXXIII. *De quinque malis diſpoſitionibus, videlicet: De congregatione multarum materierum phlegmaticarum in cerebro & earum deſcenſu ad partes inferiores, & eſt catarrhus: De corruptione coloris cutis faciei ad rubedinem intenſam: De nocu-*
B *mēto anhelitus, quod aſthma dicitur: De diminutione vel corruptione digeſtionis ſtomachi. Et de mala complexione calida & ſicca epatis. Diuiditur autem conſilium in duos tractatus:*

Tractatus primus diſpoſitiones prædictas enumerans, & earum cauſſas & ſigna ponens continet cap. quinque.

IAm paulo ante querelam hic fecit de diuerſis diſpoſitionibus & accidentibus commendatiſſimæ prudentię & non mediocriter in iure ciuili peritus vir Baptiſta Firmanus.

Et primum quidem accidentium ipſius eſt multa materierum phlegmaticarum;
quæ plurimum falſæ ſunt congregatio: & earum præcipitatio vel deſcenſus ad nonullas
C capitis partes & ad inferiores etiam. ¶Secundum accidens corruptio eſt coloris & cu-
tis faciei infectio a materia ſanguinea rubeæ cholerę commixta cum aquoſitate phle-
gmatis. ¶Tertium eſt nocumentum anhelitus, ſiue quis diſpnœam, ſiue aſthma nomi-
nare velit. ¶ Quartum diminutio vel corruptio digeſtionis primæ, ſcilicet ſtomachi.
¶Quintum mala complexio epatis eius ad caliditatem & ſiccitatem notabiliter incli-
nata. Licet magis ad caliditatem, quam ad ſiccitatem permutata ſit.

Cap. I. *De cauſſis & ſignis congregationis materierum in capite & earum deſcenſus ad partes inferiores.*

D QVoniam autem volenti ſcientifice conſulere neceſſe eſt inuenire principium & effectiuam cauſſam horum accidentium: ideo ſupponendum primo, quod cauſſa congregationis materierum in capite & alterationis earum dupliciter proueniat.

Primo quidem per nocumentum eſſentiale cerebri. ¶ Secundo vero per colligantiam eius ad partes ſtomachi, pectoris & epatis. Eſt autem nocumentum eius eſſentiale proueniens a mala complexione frigida & humida cerebri: cui etiam ſiccitas priuatiua aſſociatur.

Et primum quidem horum duorum ex multis deduci poteſt. Primo ex tactu, quia
tangentibus caput, vt in pluribus eius partibus frigiditas magis, quam caliditas per-
E cipitur. ¶ Secundo vero, quia molle percipitur, idque magis, quam aſperum & ſic-
cum. ¶Secundo vero principaliter ex ſenſu viſus; eo quia in maiori parte capitis albe-
do magis, quam alter color præ ſe fertur. ¶ Secundo vero quia viſu percipitur carno-
ſitatis mediocritas, quæ tamen ad mollitiem declinare percipitur per tactum. ¶ Ter-
tio vero per alia ſigna: quoniam capilli in viro iſto plani ſunt & molles. ¶ Et iterum,
quia iam apparet in eo caluicium intempeſtiuius, quam rationabile ſit. Ipſum autem
in viro iſto prouenit: propterea, quia vapor aduſtus, qui eſt materia pili, non reperi-
tur in parte anteriori capitis, niſi paucæ quantitatis & non bene congelabilis in poris.
Adhuc etiam caluities in viro iſto prouenire poteſt ex priuatiua ſiccitate: & accidentali
in cerebro: eo quia inuenitur ſanguis delegatus ab epate notabilis caliditatis, ſed talis
F per viam reſolutionis conſumere poteſt materiam vel vaporem radicis capillorum
& materiei eius continuatiuum. Vnde caluities in eo a duplici videtur cauſſa pro-
uenire. ¶ Primo propter augmentum humiditatis multæ.
¶Secundo propter exſiccationem priuatiuam materiei, ex qua capilli generari debent.

¶ Contra, quia caput huius viri eſt lapſum ad malam complexionem frigidam & humi- A
dam materialem: Ergo in capite eius debent multiplicari pili. Patet conſequentia: quia
conceſſis cauſſis ſufficientibus effectus productiuis, produci debet effectus: ſed frigiditas
eſt potens ad congelandum vaporem, qui eſt capillorum materia: Et multitudo mate-
rierum inuenitur ibidem, eo quia lapſus eſt humidus materialis, vt ſupponitur, igitur e-
rit de neceſſitate ibi capillorum multitudo.

Huic motiuo & ſibi ſimilibus reſpondendum eſt, negando conſequentiam vlti-
mam. Non enim arguitur ſufficienter, eo quia minor non aſſumitur conuenienter.
Licet enim in cerebro ipſius inueniatur multitudo materierum humidarum: Tamen i-
pſæ non ſufficienter congelantur, eo quia nimium aquoſæ ſunt. Vapor autem, ex quo
capilli generari debent, eſt aduſtus & terreus poteſtatiue: ideo aptus congelari facile: B
vapor autem aqueus valde minime.

Dicendum ſecundo, quod licet mala complexio frigida & humida capitis ſit prin-
cipalis ægritudo: Et adhuc, ſi concederetur, quod in capite ipſius inuenirentur vapores
multi aduſti & terrei diſpoſiti ad congelationem: Tamen in cerebro iſto inuenitur acci-
dentalis cauſſa non ſolum prohibitiua congelationis prædictorum vaporum, immo eo-
rum conſumtiua cauſſa, ſcilicet, mala complexio calida cerebri ipſius per colligantiam
epatis ſibi contrariatam. ¶ Ex quibus apparet, quod bene negabatur minor, cum dice-
batur, ſed in cerebro huius viri inuenitur mala complexio frigida & humida: Et adhuc
ſufficienter vaporum congelatiua: igitur, &c. Negabitur conſequentia illa, ad hoc enim,
vt concedenda foret illa conſequentia, oportebat in minori ſubiungere, in cerebro tali C
inuenitur frigiditas & humiditas materialis per ſe ſufficienter vaporum congelatiua. Et
in eo inuenitur aliqua cauſſa prohibitiua congelationis, ſcilicet, mala complexio calida
ab epate communicata cerebro, quæ per viam reſolutionis materiam capillorum con-
tinuatiuam conſumit: hunc cerebri lapſum adhuc ſignificare poteſt paucitas capillorũ
capitis & tarditas ortus eorum.

Quarto vero principaliter idem cognoſci poteſt per augmentum humiditatum
in capite, & per defluxum ipſarum per diuerſas euacuationis vias. ¶ Et adhuc quinto
per ſigna ſumpta ab operationibus virtutum interiorum, nam habentes hanc cerebri
complexionem, faciles ſunt apprehenſionis & difficilis conſeruationis, quantum ad o-
perationes memoratiuæ potentiæ. Non enim ita bene memorantur, ſicut apprehendũt D
& imaginantur, licet etiam in imaginationibus & in iudicio cogitatiuæ potentiæ ſint fa-
cile permutabiles. ¶ Adhuc etiam ad motus & exercitia ſatis tardi ſunt: & facile laſſi,
vel per exercitia delectabiles. ¶ Amplius ſunt homines, prolixi & profundi ſomni, ¶ Et
pulſus habẽt ad paruitatem & tarditatem, & raritatem cum mollitie decliues magis, quã
ad differentias oppoſitas. ¶ Et eorum vrinæ ſunt ſubſtantia tenues & colore remiſ-
ſæ tincturæ, & ſedimen habent humoroſum ſatis. Hæc quidem omnia verificabilia ſunt
& a mala complexione frigida & humida prouenientia, niſi prædictæ malæ complexio-
ni contra operetur epar ſui caliditate & humiditate: quoniam facile per has qualitates
epar cerebro contra operari poteſt per caliditatem & ſiccitatem eius. ¶ Et ſimiliter
etiã cordis complexio cerebro contraoperari poteſt per caliditatẽ & ſiccitatẽ eius ¶ Per E
hæc itaque omnia leuiter cognoſci poteſt, cerebrum huius viri ægrotare mala comple-
xione frigida & humida ſibi per eſſentiam inhærente, a calida & ſicca per accidens eidẽ
ab epate communicatam per delationem ſanguinis cholerici ſatis.

Cap. II. *De cauſſis & ſignis corruptionis coloris cutis faciei: & conuerſionis pomorum & maxillarum ad rubedinem intenſam.*

Num intenſa rubedo faciei ſit ægritudo.

PRo intellectu vero ſecundi accidentis, ſcilicet, corruptionis coloris & ſubſtan-
tiæ pomorum maxillarum cum conuerſione eius ad rubedinem intenſam.
¶ Præmittendum primo, quod harum defædationum faciei aliquæ in rei veri- F
tate non ſint ægritudines, ſed conſuetum eſt a ſapientibus numerare eas inter æ-
gritudines. Neque enim corruptio coloris aut eius permutatio eſt ægritudo comple-
xionalis, compoſitionalis vel vnitatis, quare, &c. ¶ Et de numero harum diſpoſitionũ
primę ſunt velut permutatio coloris facta a ſtatione longa ſub radiis ſolis & occupari ar-

A tibus fabrilibus vel igneis ſimilibus contrariis, vt frigore multo & flatu venti frigidi contingit denigrari faciem in hominibus, aut palleſcere. ¶ Et de numero talium ſunt veſtigia leuia poſt curationē vlcerum ſubſequētia: & proprie, quando nō fuerint valde calloſa, aut dura, aut contractionis cutis productiua. ¶ De numero etiam harum diſpoſitionum eſt ſanguis mortuus & lentigines magnæ & paruæ, ad quem ſub cute mortuum ſanguinem reduci poteſt huius viri diſpoſitio.

Pluribus enim modis contingit ſanguinem ſub cute mortificari. ¶ Et primo quidem, quando ſanguis multus & impetuoſe fertur ad cutim, velut accidit in contuſione: & in phlebotomiis indiſcrete factis: & in delatione materierum malæ qualitatis ad mēbra. *Quot modis ſanguis ſub cute mortificetur.* Propter quod ſanguis mortificatur ibidem: aut quia eſt obiectum virtuti tranſmuta-
B tiuæ ipſius inconueniens. Quare a virtute derelictum corrumpitur ibidem: Ex cuius corruptione conſequuntur colores varii. ¶ Si enim ſanguis fuerit cholericitati commixtus, relinquitur in membro rubedo cum claritate, quam clarificatam denominat Auicenna *tertia quarti, tractatu tertio, capit. de eryſipila.* ¶ Si vero ſanguis phlegmaticæ fuerit naturæ, relinquitur in cute rubedo remiſſa, qualis repræſentatur in leui lotura carnium. ¶ Cum autem ſanguini commixta fuerit melancholia apparebit in cute color, qualis in moro perfectæ maturationi vicino comprehendi poteſt. ¶ Dum autem ſanguis puritati vicinior eſt, remanebit color rubeus a fuſcedine quadam refractus, qualem colorem contemplator poteſt imaginari medium inter colorem a ſanguine cholerico & melancholico prouenientem. & poſſunt intelligi hi ſermones a Galeno in libello *de*
C *cholera nigra cap. 3.* in ordinatione mea. ¶ Et attende, quod ſi ſanguis ille cholericitati commixtus in parua particula colligatur, diſpoſitionem efficiet, quæ lentigo nominatur. *Lentigo vnde.* Dum autem per amplam membri partem expanditur, nominatur pannus: vt *ſexta quarti, tractatu ſecundo & ſexto cap.* colligendum: vt virtualiter *quinto Almanſoris capit. decimoſexto.* in rubrica ipſius. Et ſunt ſermones Galeni virtualiter *quinto decem tractatuum, cap. quinto.* Et colligi poſſunt etiam horum ſententiæ, *quinto continentis cap.* Et taliter conſideranti apparet, quod huius viri diſpoſitio ſub corruptione coloris, quæ non eſt ægritudo, collocari poſſit.

At vero iterum ſubtilius contemplando hæc diſpoſitio ad ægritudines reducenda eſt, & maxime ad genus ægritudinum compoſitarum & ſolutionis continuitatis. Nam
D in parte cutis faciei, quæ infecta eſt panno, apparent non raro puſtulæ quædam paruæ, quæ corruptæ aquoſitatem emittunt tendentem ad virulentiam: igitur locus ille ægrotat apoſtematibus, quæ nominantur eminētiæ, id eſt bothor paruæ & non profundæ. *Bothor.* Eminentiæ enim ſunt apoſtemata parua, ſicut apoſtemata ſunt eminentię magnæ, *ſecunda primi, 1. cap. prope principiū.* *Eminentiā. Apoſtemata.* Et non poteſt ab apoſtemate emanare virus, niſi fuerit ſoluta membri continuitas. Ergo in membro tali ſunt eminentiæ, quæ ſunt apoſtemata parua, & ſolutio continuitatis, quod fuit principale concludendum.

Ad quam vero de numero defœdationum faciei, quæ a ſapientibus numerantur, reducenda ſit hæc diſpoſitio, difficile tenetur. ¶ Quidam enim tenere poteſt hanc diſpoſitionem in facie apparentem denominādam eſſe ſaphati, cum ipſa ſit coloris corru-
E ptio, & puſtularum bothoralium apparitio. Ego autem huic opinioni non adhæreo; quoniam in loco iſto inueniuntur vlcera cruſtoſa. ¶ Amplius puſtulæ illæ non ſunt accedentes fixæ, immo accedentes & recedentes. Licet enim quædam de paſſionibus ſaphati inueniantur in facie huius viri: non tamen differentiæ omnes in diſpoſitione ſaphati denominatæ in hac diſpoſitione inueniuntur. Saphati n. nihil aliud eſt, quam *multitudo puſtularum*, quæ fixæ ſunt lenes vel leues, & eſt litera melior: & diuiſæ numeratione *Saphati quid.* locorum, id eſt, in pluribus membri locis abſque contactu earum adinuicem: Deinde ſuccedit eis vlceratio cruſtoſa cum permutatione membri ad rubedinem. ¶ Collige hanc ſententiam *ſexta quarti. tractatu tertio, cap. primo.* Poſſet autem iterum alicui apparere, quod hæc diſpoſitio impetigo denominari poſſet, ſed non videtur hoc rationabiliter
F aſſerendum eſſe, eo, quia impetigo multum in eſſentia & in accidentibus conuenit cum ſaphati. Neque enim poteſt hæc impetigo nominari ſaphati, quia neque humida, quæ nominatur ſerengi, *Serengi.* neque ſicca, quæ prouenit a mala humiditate corroſiua melancholica expulſa ad cutem cum corruptione & corroſione ipſius. ¶ Neque nominari poteſt aſſaphati balkiati, quæ deterior eſt ſpecierum ſaphati. *Aſſaphati balkiati.*

Saphati al natim. Neque etiam eſt ſaphati alnatim, eo quia ipſa ſunt vlcera melancholica apparen- A
tia: in cute prouenientia a materia homogenea materiei varicum. Quare videtur hanc
diſpoſitionem non poſſe denominari impetiginem de genere ſaphati, vt deductum eſt.
Niſi quis dicere vellet & concedere, hanc eſſe ſpeciem impetiginis leuiorem,
quæ prouenit ex ſubtiliori parte ſanguinis emanante a loco in ſimilitudinem roris cum
ſuperficiali corruptione cutis & leui. Et taliter facile diſpoſitio huius viri ſub cap. de im-
petigine collocari poteſt. vt *6. quarti tractatu 3. c. 2. princip.*

Ego autem verius credo diſpoſitionem hanc denominandam eſſe bothor lenia:
quæ ſunt apparentia in lepore naſi: & ſuper pomum maxillarum: & proprie prouenien-
tia a materia malæ qualitatis eleuata a toto corpore vel ab epate vel altero membro ma B
gnæ quantitatis. ¶ A quo ſi eleuetur vapor phlegmati propinquus & paſſionibus eius: fi-
ent bothor in prædictis partibus lenia & alba. ¶ Si autem vapor ille a materia eleue-
tur commixta cum ſanguine & cholera, fient bothor talia colore rubicundo colorantia
magnam partem, quam occupant; neque enim in minorem aptitudinem videntur ha-
bere intrinſece vapores cholerici & ſanguinei, quam vapores phlegmatici, ſed ex eleua-
tione vaporum phlegmaticorum fiunt puſtulæ tales in prædictis locis lacteo colore fa-
ciem inficientes. Igitur ex vaporum cholericorum & ſanguineorum eleuatione ad fa-
ciem color eiſdem conſimilis apparebit in ea. Et poſſunt omnium horum ſententiæ
ſpeculandæ ſumi, *6. quarti, tract. 7. & c. 3. dum inquit: Quandoque ſparguntur ſuper naſum & ſu-*
per pomum maxillarum bothor albæ quaſi ipſæ ſint puncta lactis, id eſt, paruæ puſtulæ punctis aſſimila- C
tæ, & a lacteo colore coloratæ. Et alia litera habet, *quaſi ſint puncta acus aſſimilatæ prouenientis pro-*
pter materiam virulentam expulſam ad ſuperficiē cutis de vapore corporis. Vnde recolligendo ex
his apparere poteſt, quod huius diſpoſitionis regimen curatiuum debeat eſſe puſtulis
talibus & corruptioni coloris appropriatum, quæ tu conſidera.

Cap. III. *De cauſſis & ſignis nocumenti anhelitus quod aſthma dicitur.*

IAm vero nocumenti anhelitus, quod fuit tertium accidens, conueniens eſt aſſignare
cauſſas. ¶ Et licet aſthmatis cauſſæ omnino ſint reducendæ ad nocumentum orga-
norum anhelitus: (ſine enim læſione eorum diſpnœa vel aſthma, vel borthomia fieri
non poſſunt.) tamen hic dicendum, quod huius aſthmatis cauſſa ſit mala complexio D
pectoris per colligantiam communicata magis, quam in eo exiſtat nocumentum per eſ-
ſentiam. Si enim proueniret hic anhelitus difficultas propter nocumentum eſſentiale
partium pectoris, oporteret concedere ſemper aliquam moleſtiam in anhelitu intēſam
& remiſſam ſecundum intenſionem & remiſſionem ægritudinis complexionalis pe-
ctoris vel compoſitionalis eiuſdem, vt oppilationis. ¶ Adhuc etiam ſi nocumentum
in pectore fixum eſſet, non ita facile remoueretur ab ea dyſpnœa. ¶ Itaque ex his con-
cluditur, quod hoc nocumentum anhelitus, quod credo aſthma denominari debere,
Aſma. proueniat principalius per colligantiam pectoris ad caput & ſtomachum. Eſt enim aſth-
ma ægritudo pulmonalis, cum qua patiens non inuenit excuſationem ab anhelitu fre-
quenti: ſicut eſt anhelitus, quo laborat præfocatus feſtinatus vel currens, *decima tertii in* E
exordio, cap. de aſthmate.

Modus autem, quo anhelitus difficultas huic viro accidit, eſt: quia cum materiæ
in capite iam multiplicatæ effundantur a virtute propulſæ ad partes pectoris, recipiun-
tur in cannalibus maioribus & minoribus pulmonis, quibus etiam recipiuntur, quando-
que non per modum expulſionis a virtute factæ, ſed per intrinſecum principium fluxi-
bilitatis, quod eſt inuentum in quocunque corpore fluxibili. Omne enim tale inclina-
tur labi ad inferiorem partem, teſte Ariſt. *lib. 2. de cælo & mundo.* Cum ergo materia in
prædictis locis eſt recepta, ſui viſcoſitate ibidem adhæret, quare prohibet fieri debitam
partium pectoris euentationem & fumoſitatum pectoris ad extra pulſionem. Igitur
neceſſitatur virtus ad magnam, velocem & frequentem pectoris diaſtolem, per quam
multus & cito & frequenter attrahitur aer euentatus cordis arteriarum & totius corpo- F
ris. Igitur neceſſe eſt, motum anhelitus eſſe magnum, velocem, & frequentem conſtan-
te virtute cum paritate aliarum duarum cauſſarum contentiuarum pulſus. Cum ergo
aer attractus non bene ſufficiat ad euentationem, neceſſario creſcit, proportio calidita-
tis. Igitur multiplicabuntur in pectore fumi capinoſi vel alii neceſſitantes virtutem ad

ipſorum

A Ipſorum expulſionem: & fieri debet per ſyſtolem partium pectoris, quare erit nocumē-
tum in attrahendo aerem & in expellendo fumos iam prædictos. Igitur diaſtoles & ſy-
ſtoles pectoris erunt magnæ, veloces & frequentes cōſtante virtute cum paritate aliarū
cauſſarum, vt prædictum eſt. Cum autem contingit virtutem debilitari remanente alia-
rum duarum cauſſarum anhelitus paritate, tunc erit neceſſario anhelitus paruus, fre-
quēs. Si autem cum debilitate virtutis augmentetur proportio neceſſitatis, tunc opor-
tebit de neceſſitate eſſe paruum & magnum velocitate velocem: Et ſi adhuc maiori au-
gmento creſcat proportio, erit anhelitus vltimatus fere paruus velox & frequens. qualis
eſt anhelitus in præfocato exſtinctioni fere propinquo. Et ſi bene conſideras, hęc anhe-
litus difficultas in hoc viro, licet non ſit valde magna, minatur tamen in poſterum peri-
B culum ingens decidentiæ ex ea in tantum, quod in ſecundis ſenibus confirmatur valde
raro. & fortaſſis nunquam ſanatur. quare *10. tertii, præallegato cap.* Hæc ægritudo cum acci-
dit decrepitis, non forſitan maturatur neque ſanatur. quo modo enim non, cum ipſa etiā
iuuenibus ſit difficilis vt plurimum.

Poſthæc autem iterum dicendum eſt, quod hoc nocumentum anhelitus nōn fiat
præciſe per colligantiā cerebri ad pectus: ſed fieri poſſit per colligantiam aliorū multo-
rū membrorum, & proprie per colligantiam epatis & ſtomachi. Cum n. in epate & ſto-
macho multiplicentur materiæ oppilantes, aut apoſtemantes, quantitate ſua compri-
munt diaphragma: cuius compreſſione comprimitur pulmo, aut aliqua membra anhe-
litus, quare neceſſe eſt in anhelitu nocumentum accidere, vt ſupra viſum eſt. Et poſſunt
C iterum materiæ tales epatis & ſtomachi ab eiſdem defluxæ ad organa anhelitus, ipſum
impedire. & adhuc etiam per ſpeciem malæ complexionis pectori communicatam a
membris illis poteſt in anhelitu nocumentum accidere. ¶ Et per aliqua eorum, quæ di-
cta ſunt, comprehendi poteſt, quod hoc nocumentum anhelitus frequentius & velociꝰ
proueniat poſt plenitudinem ſtomachi a cibis & a potibus, quam tempore euacuatio-
nis ipſius.

Non ſum autem ille, qui negare velim, hoc aſthma etiam poſſe contingere per
ſpeciem malæ complexionis iam factæ per eſſentiam in pectore. Sed principaliter hæc
ægritudo prouenit per colligantiam magis, quam per eſſentiale nocumentum pectoris.
Hæc de accidente tertio.

D

Cap. IIII. *De cauſſis & ſignis debilitatis vel corruptionis digeſtiuæ ſtomachi.*

QVARTVM vero accidens, ſcilicet diminutio vel coruptio digeſtiuæ ſto-
machi. Et diminutio quidem vel debilitas digerendi licet poſſit fieri a ma-
la complexione frigida in materiali: In viro tamen iſto prouenit a mala
complexione frigida & humida materiali. ¶ Cuius ſigna ſunt paucitas ſi-
tis, inflatio ventris, multitudo vel abundantia ſaliualis humiditatis in ore,
multitudo enim ſputi & ſaliuæ ſignificat malitiam complexionis frigidæ & humidæ ſto-
machi. *13. tertii, cap. 15.* ¶ Quartum vero ſignum eſt nauſeæ perſeuerantia. Si enim ſtoma-
cho fuerit nauſea, tunc materia eſt viſcoſa & imbibita. *13. tertii, de modis ſignificationum diſ-*
E *poſitionis ſtomachi in vndecimo genere ſignorum.* ¶ Quintum ſignum eſt velocitas deſcenſus
cibi non bene elaborati a ſtomacho, cuius cauſſa nota eſt. ¶ Sextum eſt eructuatio
multa, quæ conſequitur debilitatem caloris ſtomachi, propter quam in eo multiplican-
tur fumoſitates. ¶ Septimum eſt tenſio vel grauedo in ſtomacho percepta. ¶ Poteſt
autem dolor extenſiuus in ſtomacho prouenire a multitudine ventoſitatum, quæ in ſto-
macho humido generantur & congregantur. quæ materię iterum ſui quantitate & cor-
pulentia dolorem faciunt grauatiuum. Dolor enim extenſiuus ſignificat ventoſitatem;
ſicut grauatiuus repletionem. *13. tertii, vndecimo cap.* ¶ Octauum eſt horum accidenti-
um multiplicatio & moleſtatio maior in nocte, quam in die facta: quoniam hoc eſt tem-
pus motus phlegmatis. Phlegma namque dominatur a tertia hora noctis vſque ad ſex-
F tam. vt Galen. *ad Mæcenatem primo cap.* ſcripſit. Et hæc ſufficiant pro verificatione quar-
ti accidentis. &c.

Debilitatē ſtomachi in hoc viro prouenire a cōplexione frigida & humida materiali probatur ſignis.

Cap. V. *De ſignis malæ complexionis calidæ epatis.*

EPATIS vero ipſius caliditas cognoſcitur per amplitudinem & repletionem ve- A
narum & rubedinem corporis & multitudinem generationis cholerę in iuuen-
tute, & velocitatem ſitis, & bonitatem appetitus, & digeſtionis, & multiplicati-
onem carnoſitatis: & pulſus horum eſt plenus & magnus, & ſiccitas vētris vt in pluribus,
& vrinæ tinctæ a magna citrinitate vſque ad rubicunditatem, & hoc totum intelligi de-
bet prouenire ab epate per ſe, niſi multitudo phlegmatis per viam indigeſtionis congre-
gati in ſtomacho, & in corpore contra operetur iſtis: Similiter frigiditas cordis contra-
operetur. ¶ Cum igitur epar eius ad caliditatem notabiliter intenſam ſit lapſum, non
eſt mirum ſi in ſanguine totius corporis frequenter percipitur ebullitio abſque putredi-
ne, & quandoque putredinalis. ¶ Et iterum ex tali caliditate & multitudine choleræ B
cum ſanguinis ebullitione facilitatur aſcenſus ad caput, ex quo ſaluatur euentus rubedi-
nis faciei, vt ſupra viſum eſt.

Tractatus ſecundus, De cura dictarum diſpoſitionum continens cap. duo.

EX omnibus itaq; in vnam ſententiã collectis videtur, quod regimē huius viri de-
beat eſſe correctiuũ caliditatis intēſę epatis, & malæ complexionis frigidæ & hu-
midæ cerebri & ſtomachi. & iſti ſunt lapſus contrarii, Et debet etiam regimen e-
ius eſſe appropriatum ad curam trium accidentium principaliter, ſcilicet, corruptionis
coloris faciei, difficultatis anhelitus, & debilitatis digeſtionis; per quod etiam regimen
poterit rectificari corruptio digeſtionis; quæ tamen rarius contingit cum ipſa; vt in plu-
ribus fiat ab aucta caliditate: ſicut debilitas digeſtionis fit ex augmentata frigiditate. Cu- C
ius quidem regimen partiendum eſt in conuenientem applicationem ſex rerum non
naturalium, & in menſuram debitam intentionum & inſtrumentorum medicinalium:
vt nunc ſequitur.

CAP. I. *De cura per adminiſtrationem ſex rerum non naturalium.*

ITAQVE diligenter conſiderando ea, quæ in præcedenti particula dedu-
cta ſunt, oporteret aerem & alias res non naturales inclinare ad infrigidan-
Aer. dum & humectandum, argumento ſumto a dyſcraſia epatis. Et oporteret i-
pſum eundem aerem eſſe calefactiuum & exſiccatiuum indicatione ſum-
ta a mala complexione frigida & humida ſtomachi & cerebri. Quia tamen D
fortius eſt nocumentum, quod reperitur in cerebro & ſtomacho, ꝙ apparet ex accidē-
tibus ſupra tactis: Ideo regimen ipſius aeris inclinetur ad caliditatem & ſiccitatem æ-
quales, quoniam ea, quæ in primo gradu caliditatis & ſiccitatis approximantur, reſpe-
ctu intemperantiæ epatis non ſunt eidem nociua, eo quia lapſus talis non eſt multum
notabiliter intenſus. Licet enim epar ſit lapſum ad caliditatem notabiliter magis, quam
ad ſiccitatem, tamen quia talis lapſus non eſt a medio notabiliter elongatus, ideo per re-
miſſa calida & ſicca reſpectu illius non poteſt notabiliter intendi. Et per continuatas ap-
plicationes poterit conuenienter aduerſari lapſui frigido & humido cerebri & ſtoma-
chi. ideo erit conueniens regendi modus.

Eligatur igitur aer eleuatus in caliditate non notabiliter alterante, velut eſſet cali- E
ditas vernalis aeris, & ſit eius ſiccitas parumper intenſior caliditate: velut eſſet ſiccitas
proueniens a calore aeris in fine veris comparata ad ſiccitatem prouenientem a calore
prædicto principio ipſius veris. Hæc tamen facili ſermone proferuntur magis, quam a-
ctu reperiri poſſint.

Cum autem contingit, ſicut in pluribus de facto eſt, aerē in talibus qualitatibus nō
reperiri naturaliter ſe habentem inclinetur ad tales qualitates artificialiter, velut eſſet
aerem habitationis, cameræ & domus eligere elongatum a decurſibus aquarum, vel a
nimia humiditate ex lacunis, vel puteis aut ædificiorum antiquitate prouenientibus.
¶ Aut aer talis inclinetur ad prædicta cum igne accenſo in cameris habitationis, facto ex
lignis abietis, lauri, iuniperi & ſimilium plantarum calidarum: aut ſæpe ſuffumigando F
cameram cum puluere thuris, maſticis, laudani, terbentinæ, reſinæ, colophoniæ & ſimi-
libus pulueribus, quorum tamen quantitas ponatur pauca, vt a ij. ʒ. vſque ad quatuor.
¶ Similiter & veſtes eius & capitis tecturæ ſuffumigentur cum prædictis. & ſit etiam co-
operimentum capitis eius ex pannis tincturæ keſmes vel granæ: quod idem eſt. ¶ Suffu-
migium

A migium bonum ad illud. ℞. *ſtyracis calamitæ, laudani, thuris ana ℥ ß. ligni aloes ʒ iij. pulverizen-* *Suffumigiũ.*
tur omnia ſimul, & vtatur eis vt dictum eſt.

Exercitium factum tempore ieiunii pedeſtri motu, aut equitatione gradarii equi, *Motus & quies.*
aut deſcenſu montium velocius facto, aut aſcenſu eorũdem ſuauius & tardius celebrato
conueniens eſt. ¶ Amplius & exercitium interiorum virtutum cogitatiuarum, vt
ſpeculari in lectione vel re difficilis comprehenſionis & intelligentiæ: & laborare in re-
miniſcendo eorum, quæ a memoria iam deciderunt, eſt etiam conueniens. Tales enim
motiones fieri non poſſunt, niſi per notabilem motum in ſpiritibus ſeruientibus virtu-
tibus ſenſitiuis interioribus. Et hoc quidem adiuuat ad expurgandum cerebrum, & con-
B fortandum ipſum & conſumendum & expellendum ſuperfluitates in ipſo congeſtas
propter diminutam digeſtionem, aut ad ipſum aliunde tranſmiſſas. In ſuma itaq; exer-
citium quodcunque fiat quod perducat ad ſenſationem caliditatis in corpore toto no-
tabiliter intenſæ vſque ad euentum debilitatis excluſiue.

Indicatione ſumta ab his, quæ prædicta ſunt, apparet, quod excedere ad vigiliam *Somnus & vigilia.*
aliquantam huic viro conueniens eſſet, eo, quia vigiliæ ita ſunt corporis exſiccatiuæ
cauſſæ dum ampliores ſunt, ſicut prolixus ſomnus eſt cauſſa humectandi corpora. ¶ Et
ideo dormiendi menſura ſit tanta, vt per reuocationem caloris ad intro factam fiat con-
ueniens materierum digeſtio & reſolutio & virtutis animalis refocillatio. Hoc autem
fieri poteſt, ſi dormitio ſit horis ſeptem a medio veris vſque ad medium Septembris aut
C octo ad plus. Reliqua vero parte temporis menſura ſomni ſit octo horarum & medieta-
tis alterius, reliquo autem tempore eſt vigilandum. ¶ Et attendat, quod dormitio diur-
na euitari debeat, ſi per nocturnam dormitionem prædictæ quantitatis fuerit a dormi-
tione diurna excuſatus. Nam dormire in die malum eſt, & ad malas præparat ægritudi- *Incommoda*
nes, humectantes & reumatiſmos, corrumpit & grauat ſplenem, laxat neruos, pigritiam *ſomni diurni.*
efficit, debilitat deſiderium & appetitum, & generat apoſtema & febres. *tertia primi do-*
ctrina prima, cap. nono. ¶ Similiter etiam in quantum poteſt, euitet dormitionem reſu *Incommodi decubit. ſ*
pinam, eo quia per ipſam prohibetur ſuperfluitatũ eductio per conuenientes v a & ad *reſupini.*
ſpinã & nucham & neruos declinare facit materias. Vnde *tertia primi vbi ſtatim. Reſupine*
vero dormire eſt malum, & ad malas præparans ægritudines, ſicut ad apoplexiam, ad phrene-
D ſim & incubum; quoniam ſuperfluitates ad poſteriora declinare facit & retinentur: &
per ſuos non incedunt canales, qui ſunt ab anterioribus, ſicut nares & palatum. Figura
itaque dormiendi & decubitus debet eſſe, vt poſt cœnam per horam cum dimidia re-
uoluat ſe ſuper latus dextrum, capite notabiliter eleuato & conuenienter tecto byreto
de dorſis variorum vel triplicato ex panno de grana facto. & melius eſſet, vt ex pelle a-
gnina caput ſuum bene muniretur.

In quantitate vero cibationis conſiderandum, quod omnino caueat ſtomachi re- *Inanitio & repletio.*
pletionem a cibis & potibus grauitatem, dolorem & rugitum includentibus, morbus e-
nim iſte prouenit a repletione humorali magna, quæ ſtomachum debilitat. Si igitur ſu-
peruenIat debilitas ex ciborum quantitate coarctante calorem innatum ſtomachi, pa *Regula circa hanc parte*
tet quod augmentabuntur ſuperfluitates per viam indigeſtionis ciborum & potuum. *obſeruanda.*
E In hac igitur parte regulæ quædam obſeruandæ ſunt. ¶ Prima eſt, quod nunquam I.
accipiatur cibus, niſi ipſum aſſumendum vera & naturalis fames induxerit: patet hoc,
quoniam accipitur cibus ſine aliquo appetitu: tunc patet, quod præaſſumtus cibus non
ſit bene digeſtus, & ſtomachus non fuit ab eo inanitus. Si enim fuiſſet bene digeſtus &
ab eo mundificatus, tunc ſucceſſiſſet conſumtio humidi ſubſtantifici ab ore ſtomachi,
quæ eſt cauſſa veræ famis. Cum igitur ipſa non ſit præſens, ſequitur, quod cibus adhuc
erit in ſtomacho non bene digeſtus: ſed ponere indigeſtum ſuper indigeſto eſt cauſſa
corruptionis virtutis, quare, &c. ¶ Si autem accipiatur cibus ſuper mendoſo appetitu:
patet quod talis fiat propter malam complexionem ſtomachi & multitudinem mate-
rierum & malæ qualitatis. Igitur ex ſuper aſſumto cibo creſcet eius repletio & nocu-
F mentum valde notabiliter. ¶ Secunda regula non tardetur comeſtio, dum verus ap- II.
petitus euenerit. probatur: quia tardare cibum in illo tempore ſaltem in corpore reple-
to, replet ſtomachum putridis humoribus. ¶ Tertia, cibaria actu frigida & etiam no- III.
tabilis frigiditatis potentialis ab iſto viro nõ ſunt accipienda. probatur hæc regula argu-
mento ſumto a lapſu & materiebus in ſtomacho inuentis. ¶ Quarta: ſtante appetitu IV.

notabilis intenſionis non debet accipi cibus vſque ad ſaturitatem completam, immo A
comedendum eſt reliquiis famis aliquantæ adhuc in ſtomacho manentibus: probatur,
quia appetitus eſt intenſior naturali & conſueto, ſi accipiatur cibus eiuſdem ſatiatiuus:
tunc talis cibatio non erit naturalis. probatur: quia ipſa correſpondet appetitui & appe-
titus eſt naturali intenſior: vt ſupponitur. ergo cibatio erit amplior, quam conueniat.
V. ¶ Quintus canon, non eſt accipiendus cibus, niſi poſt deſcenſum ſuperfluitatum a ſto-
macho. probatur, quia ſi accipiatur cibus percepta adhuc ſuperfluitate tali in ſtomacho
VI. ambo commiſcebuntur ad inuicem: quare fiet nocumentũ cacochymiæ. ¶ Sextus: nun-
quam comedendum eſt, dum adhuc ſentitur in ſtomacho faſtidium: patet, quia ex tali
comeſtione eo tempore facta generantur durities epatis & ſplenis & morbi melancho- B
lici phlegmatici. propter quod bonum eſt, quod inter cibum vnum & alium interueni-
VII. at ſpatium octo horarum ad minus. ¶ Septimus ſubtilia cibaria ante craſſa ſemper acci-
pienda ſunt. patet: quia talia prius digeruntur. ergo prius per venas meſaraicas ad epar
attrahentur. Si autem prius acciperentur craſſa cibaria: ſubtilia corrumperent, quod
VIII. non haberent conuenientem penetrationis locum. ¶ Octaua: menſura cibi & potus tã-
ta debet eſſe, ꝙ ſtomachum grauitando & extendendo vel fluctuando nõ aggrauet. de-
terior enim comeſtio eſt, quæ ſtomachi grauitatem efficit, ſicut deterior potus eſt, qui
IX. temperamentum egreditur & in ſtomacho natat. ¶ Nona: cum ſentitur grauitas in ſto-
macho aliqua, ſemper a cibatione abſtinendum eſt, donec alleuietur ſtomachus ab ea,
X. patet quia dato oppoſito, adderetur grauitas grauitati. ¶ Decima: ſtante debilitate C
in ſtomacho cum appetitus aliquanti præſentia cibus aſſumendus debet eſſe quantita-
tis paucæ: & in qualitate laudabili. patet, quia ſtante debilitate ſtomachi cibus paucæ
quantitatis corpulentia ſua non grauabit ipſum a qualitate ſua conuenienter reſtaura-
bit. igitur, &c. Hæc omnia ſatis apparenter colligi poſſunt *tertia primi, capit. de regimine
per cibum & potum, & quarto Almanſ. quarto cap. & vigeſimoquinto continentis, quinto cap.* vt de
cibo dictum eſt. Similiter & prædictæ regulæ de potu intelligendæ ſunt. ¶ Eodem
modo etiam vehemens abſtinentia a cibis euitanda eſt, ne per ipſam perueniatur ad
debilitatem, quæ multum ſuſpecta eſſet ſaltem cum plenitudine magna, quanta in viro
inuenitur.

Accidentia animi.

Accidentia omnia animi, quæ aliquantum faciunt motum in ſpiritibus abſque de- D
bilitate huic viro conuenientia ſunt, ſicut eſt lectionum & ſtudii applicatio, vt ſupra di-
ctum eſt: & etiam motus in ſpiritibus & humoribus, orando vel contemplando factus.
¶ Reliquę vero paſſiones, quæ vehementi & veloci motu ſpiritum de centro ad circum-
ferentiã trahunt, & ſimiliter paſſiones per quas ſpiritus & humores remanent congre-
gati in interioribus & oppreſſi a multitudine fumoſitatum, humorum & ſuperfluitatum
euitari debent: velut triſtitia, melancholicæ paſſiones, impreſſiones anguſtiæ & ſimilia;
Exterminant enim & mutant corpus a naturali conſiſtentia, *tertio tegni.* Lætari itaque,
iocunde agere & bene ſperare de recuperanda ſanitate optimum erit auxilium. ¶ De
coitu autem, qui propter delectationem & affectionem enumeratur inter paſſiones ani-
males caueat ipſe ab exceſſu eius in quantitate diſcreta & in hora inconuenienti. Aliter
enim diſſolutioni corporis & corruptionis ipſius vehemens exſiſtit cauſſa. igitur ad i- E
pſius actum nunquam peruenire debet quis, niſi naturali deſiderio ad ipſum inuitante.
Et hora, qua cibus in ſtomacho iam complete digeſtus eſt. Et cum ſenſerit homo, ſe po-
tentem ad ipſum complendum, poſt cuius etiam expeditionem hilaris factus fuit coiẽs
& non feſſus vel debilitatus ab eo, aliter autem effugiatur, &c.

Cibi quales eligendi & vitandi.

Iam vero ſatis patet ciborum & potuum electionem fieri debere ſecundum con-
trarietatem ad diſpoſitiones prædictas & earum cauſſas. verum, quia diſpoſitio epatis ad
caliditatem notabiliter eleuata eſt, & ſiccitatem remiſſam, quæ tamen magis acciden-
taliter remiſſa eſt, quam eſſentialiter, quia licet a generatione credam epar huius viri eſ-
ſe calidum & ſiccum, tamen apparent in eo magis ſigna caliditatis quam ſiccitatis au-
ctæ. quoniam ſiccitas epatis magis remittitur a multa humoroſitate ſtomachi, quam ca- F
liditas ipſius. ¶ Adhuc etiam quia caliditas intenſa epatis notabiliter debilitat digeſtiuã
eius, quoniam omnis immoderata dyſcraſia lædit actum propriæ virtutis, & ideo in epa-
te augmentantur humiditates per viam indigeſtionis: quæ deberent in epate calido
& ſicco minorari & prohiberi generari, ſi naturalis epatis complexio nõ eſſet impedita.

Oportet

A Oportet igitur, vt eligantur cibi medicinales in caliditate & ſiccitate contrarian-
tes lapſibus cerebri & ſtomachi: a quibus magis ſumitur indicatio, quia difficiliores ſunt:
& quia difficile eſt cibos his qualitatibus ita conuenienter poſſe adminiſtrari cum iuua-
mento ſuo ad epar & ſtomachum, quin ipſi aliqualiter noceat epati calefaciendo ipſum;
ideo confringendi ſunt adinuicē calidi cum frigidis, ita, vt eligat epar, quod ſibi conue-
niens eſt, & attrahat ipſum: & ſeparat natura inter calidos & frigidos, & inter humidos
& ſiccos, delegando ad lapſus frigidos & calidos: & ſiccos ad humidos. virtus enim diſ-
cretiua membrorum in lapſibus contrariis ſeparat inter medicinas compoſitas contra-
riarum qualitatum delegando eas ad membra ſecundum opportunitatem, vt patet *5. ca-
non. ſumma prima, & cap. primo, & prima quarti, cap. de cura hæmitritei.* Igitur poterit fortius
B ſeparare inter cibos contrariarum qualitatum. Probatur conſequentia, quia maior eſt
fortitudo virtutis ad cibos medicinales & ad medicinas cibales, quam ad puras medici-
nas. Et cum hoc cibi medicinales ſunt parati facilius pati a virtute & eis minus reſiſtere. i-
gitur, &c. ¶ Eligatur itaque panis ex parte puriori farinæ factus, leuis ſalſedinis, bene fer- *Panis.*
mentatus & coctus abſque vſtione, quo vti debet a medietate veris, vſque ad medietatē
Septembris. Reliquo vero tempore conuenientius eſſet vti pane opyro aliqualiter, id
eſt, furfuraceo. Cibaria vero ex farina humida facta, paſtilia nominata, omnino di-
mitti debent.

De carnibus autem eligendæ ſunt omnes, quæ ad caliditatem eleuentur. velut ſunt *Carnes.*
carnes columborum & conſimilium. & ſi tales naturaliter haberi non poſſint, vt in pluri-
C bus reperiuntur: quia magis operantur a materia, quam a qualitate, eleuari debēt ad ca-
liditatem accidentalem cum decoctione radicum plantarum & foliorum eorum, & cū
ſeminibus & aromaticis: velut ſunt radix fœniculi, petroſel. & ſem. eorū, & macis, cina-
momum, & pul. eorū ſimplices vel compoſiti. ¶ Itaque de domeſticis quadrupedib. eli-
gantur vituli lactantes, aut paulo maiores eis. Item caro capreti, quæ naturaliter inclina-
tur ad remiſſam caliditatem & ſiccitatem: & proprie quando fuerit ætatis duorum men-
ſium vel circa. ¶ Item carnes iuuenum caſtratorum, quas videtur excellentius laudare
Auerr. *5. colliget.* quam carnes vituli: & proprie carnes caſtratorum iuuentorum in regio-
ne ſua, quas excellenti ſatis laude dignatur. ¶ Carnes autem domeſticorum porcellorū,
ouinæ & agninę dimittantur propter excedentem humiditatem earum. ¶ Similiter ei
D conuenire poſſunt de ſylueſtribus carnes gazelli. Caro enim gazelli melior eſt omni ſyl-
ueſtri carne: vt *3. Almanſ. 32. cap.* licet placuerit Auic. collaudari magis carnes apri ſylue-
ſtris inter alias auctoritate Chriſtianorum. Inquit enim: *Chriſtiani vero dicunt, & qui eos i-
mitantur, quod melior ſit caro ſylueſtris, eſt porci ſylueſtris.* Et probat illud ratione cum inquit:
Nam cum hoc, quod eſt leuior carnibus ſylueſtribus, eſt etiā fortis & plurimi nutrimen-
ti & eſt velocis digeſtionis, & melior quam eſſe poteſt. Raſ. vero in commendando car-
nes gazelli ſic inquit: *Ipſæ enim inter ſylueſtres carnes meliores exſiſtunt & ſanguis ex eis genitus
paucas habet ſuperfluitates.* ¶ Carnes vero cuniculorū, quæ propter laſciuiam ad eos a mul-
tis collaudantur, dimitti debent, generant enim ſanguinem humiditate aquea ſatis ab-
undantem. ¶ De volatilibus & domeſticis collaudantur carnes pullorum a ſua natiuita-
E te ſaltem per tres menſes elongatorum. Cum enim fuerint de adultis animalibus aſſum-
tæ, meliores ſunt, quouiam per ætatiuum decurſum refrangitur humiditas a generatio-
ne contracta. Carnes itaque caponum & gallinarum optimæ ſunt. Caro enim gallinarū
eſt omni alia carne melior. *24. continentis, cap. 669.* ¶ Poſt iſtas autem carnes cobugi, id eſt,
perdicum, & adurem, id eſt, phaſiani, & alterim, id eſt, francolinorum. ¶ Caro autem
magnarum volucrum: vt proprie in aquis degentium, & animalium habentium collum
longum & corpora magna, vituperanda ſunt: præter pauones, quorum nutrimentum
eſt ei laudabile ſatis: cum inclinetur ad notabilem ſiccitatem & ad remiſſam caliditatē.
¶ Caro vero palumborum de ſylueſtribus ſimpliciter volantibus & non peditantibus
conueniens eſt ei & laudabilis. ¶ Caro inſuper anatis, & proprie volantis, conueniens eſt
F ei, quare *2. can. præallegato cap.* Caro quidem anatis eſt multi nutrimēti, non tamen in bo-
nitate ſua cum carnibus gallinarum. ¶ Neque etiam credēdum eſt, de domeſticis vola-
tilibus fore meliores carnes, quam canes columborum: quare *24. continentis, præallegato
cap.* Pulli enim columborum cum dantur in cibo illi, cuius corpus euacuatum eſt de ſan-
guine aut infrigidatum cum longo morbo, valde conuenientes ſunt. ¶ Caro vero anſeris

& iuuenculæ anatis dimittenda eſt, eo quia multas reponit ſuperfluitates & faſtidium A
generat. 3. *Almanſ. 39. cap.* de ſylueſtribus etiam volatilib. carnes ſtarnæ; quæ ſpecie diffe-
runt a perdice: & caro coturnicis conueniunt ei: eo quia ſunt factę laudabiliores inter
volatilium ſylueſtrium carnes. *3. Alm. cap. 430.* Auium minutarum carnes in dumetis nu-
tritæ, & magno labore victum ſuum venantes bonæ ſunt, vt meruli, fringillæ ſiue ſpini
cardueles, philomenæ, alaudæ, ficedulæ, caudæ tremulæ. ¶ Paſſeres vero, ſtornelli, hy-
rundines & picæ, neque ſunt in vſu, neque laudabiles. ¶ Caro vero ortiginis vel quiſculæ
quam Itali quatulam nominant, etiam laudabilis eſt: & neſcio propter quam cauſſam a
quibuſdam modernis vituperata ſit, niſi propter multam pinguedinē eius eſſet: ſed pari
ratione omnes aliæ carnes notabiliter pingues vituperandæ forent.

Piſces. Quoniam autē propter legis reuerentiā, ad cuius obſeruationē non ſolum catholi- B
ci, verum etiam omnes legis cultores intenti ſunt, non licet ſemper comedere carnes:
ideo de piſcibus aliqualiter dicendum eſt. ¶ Præmittendo, quod omnes piſces magno-
rum & antiquorum corporum & viuentium in limoſitatibus aquarum & in aquis fœti-
dis ſtantibus & corruptis plantis vitiatis dimittendi ſint. ¶ Si qui autem videntur piſces
conuenire, eligendi ſunt velut torrentinæ, varioli, marſiones, ſteriliones, themali, car-
piones, lucii, oradę, capedani, rumbi, & menulæ. & in ſumma omnium piſcium, quorum
caro ſolida eſt & limoſitate priuata & viſcoſitate multa, cōueniens & melior frixa, quam
elixa. abſque tamen eorum piſcium inuolutione in farina, vt communiter & male fit.
Augetur enim viſcoſitas viſcoſitati: propter quod & laudabiliter ſuperaſpergi debent
piſces aniſo, fœniculo, cymino & cinamomo vel ſimilibus. ¶ Qui vero piſces ſunt velut C
anguillæ, tinchæ, cephali, reginæ & conſimiles, dimittantur, & pari ratione cancri in
multo vſu dimittantur, & valde raro accipiantur.

Lac. Lactis vero vſus omnino fugiēdus eſt. ſimiliter & caſeus recēs pinguis & mollis valde.
& lacticinia cibaria. Lac enim propter declinationem ſuā ad frigus aliquod, nocet phle-
gmaticis, quoniā caliditas eorū non conuertit ipſum ad ſanguinem, ſicut apparet *2. c. de
lacte.* Si qua autem lactis pars quādoq; conuenire poſſet, eſt illa, quam recoctam vocant.

Oua. Oua vero, quia facile digeſtibilia ſunt, & ad æqualitatem tendentia, laudari poſ-
ſunt, & proprie, quando cocta ſunt ſub cineribus aut in aqua, quæ tamen effundatur
ab eis. frixa vero & aliter in oleo cocta, quia remolliunt ſtomachum & replent caput
craſſis fumoſitatibus dimittantur. D

Legumina. De leguminibus vero rarus ſit vſus & paucus. ¶ Cicerib. autem rubeis quādoq; vti
poteſtis. licet enim rubeum cicer ſit inflatiuum, eſt tamen conueniens, quia nutrit, ape-
rit & lauat, & vt euitetur nocumentum inflationis ab eo proueniens, intantum proceſſit
Auic. quod voluit ipſum non debere comedi in principio, neq; in fine cibi, ſed in medio
eius, vt *2. can. in proprio c. aperte legitur.* Pannicum vero, quia frigidum in primo & ſiccum
in ſecundo, ratione frigiditatis non videtur eſſe conueniens: quia ipſum parum nutrit, &
propter ſuam lenitatem & ſiccitatem. Et quia etiam prouocat vrinam, vt *21. continentis,
capit. 199.* conuenire poteſt. Oryza vt calida in primo, & ſicca in ſecundo: vt patet *21. con-
tinentis, c. 126.* vtilis eſt, conuenienter enim nutrit & exſiccat, & habet aliquam ſtypticita-
tem, teſte Gal. *lib. 8. ſimpl. proprio. cap.* ¶ Alia vero legumina, vt fabæ, phaſeoli, lentes, cicera E
alba, piſa, tanquam difficilia digeſtioni, oppilatiua & ventoſa dimittantur.

Olera. Ex oleribus & ſimiliter eligenda ſunt omnia, quæ calida ſunt & ſicca, ita tamen cō-
uenienter menſurata, vt in quibuſcūque fuerit caliditas, velut in petroſelino, roremari-
no, origano, ſerpillo & ſimilibus fiat cōmixtio & refractio cum his, quæ ſunt frigida: aut
atriplex, beta, ſpinachia, aut ſaltem cum remiſſe calidis, ſicut cum eupatorio, mentha &
ſimilibus. ¶ Ex his vero, quæ ipſi conueniunt, eſt ſaluia, de qua licet non ſcripſerit Auic.
2. can. calida tamen poteſt teneri ſicca, vt patet ex Dioſc. *cap. de elilisfago.* licet aggregator
Serap. ponat eā calidā & ſiccā in ſecūdo, vt patet *ſimpl. 149.* dicit n. q̄ ſit calida caliditate
manifeſta & parū ſtyptica. ¶ Cōuenit ēt ei fœniculus ꝓpter ꝓuocationē, & quia diuertit
aquoſitatem in ſtomacho. Non ſit tamē eius vſus multus ꝓpter inflationē, q̄ facit. nā eſt F
calidus in tertio & ſiccus in primo. teſte Gal. *lib. 8. ſimpl.* ¶ Petroſelinū propter caliditatē
ſuam & ſiccitatem & vrinæ prouocationem competit. Ponitur enim calidum & ſiccum
inſtantia ſecundi gradus, teſte eodē Gal. *lib. 8. ſimpl. c. proprio.* licet Auic. poſuerit ipſum in
primo gradu caliditatis & in ſecūdo ſiccitatis: q̄ tamē cōuenit capiti & ſtomacho. bonū

eſt tibi,

A eſt tibi: licet Ruffus dixerit, quod ipſum noceat ſtomacho attrahendo ad ipſum materias acutas aliunde. Si tamen bene conſideretur, intellexit Ruffus de apio: quoniam eſt ſpecies petroſel. aut econuerſo: Petroſel. enim ponitur in capite de apio, vt patet *2. can. capit. 116. & 8. ſimpl. præallegato capit. 23. continentis ſimplici. 649.* & a Serap. *in aggrega. ſimplici. 244.* ¶ Mentha in omni cibario conueniens eſt. Eſt enim calida & ſicca in ſecundo, calefacit ſtomachum, confortat ipſum & digerere facit, & ſingultum remouet, *23. continentis cap. 732.* ¶ Serpillum eſt valde conueniens, propterea, quia calidum eſt & ſiccum *in ſecundo, vt patet in ſecundo can. cap. de nemen.* Licet Serapio numeret ipſum inter medicinas calidas & ſiccas in tertio. Quicquid tamen ſit, vtile valde eſt ei: eo, quia prouocat vrinam & confert capiti & ſtomacho caliditate, ſtypticitate & aromaticitate ſua.

B Dendrolibanum vero ſica Græcis nominatū, id eſt, roſmarinum, eſt capiti & ſtomacho conueniens, & neruis, & eſt calidum & ſiccum in tertio gradu, vt patet a Serap. cap. de laietalmarien. ¶ Maiorana etiam huic viro valde vtilis eſt, velut calefaciens & exſiccans in tertio, & habet vim attenuatiuam & diſſolutiuam, vt *libro octauo ſimplic. in proprio cap.* colligitur. Aperit etiam oppilationes cerebri & confert doloribus capitis a phlegmate & ventoſitate prouenientibus: vt colligitur *ſecundo can. in areola membrorum capitis.* ¶ Baſilicon etiam & proprie garyophillatum in cibis commixtum conueniens eſt aromaticitate ſua. & quia calidum eſt & ſiccum in ſecundo, vt patet a Serapione cap. de berengemiſch. ¶ Plantæ vero natura & actu frigidę & humidæ; & fructus conſimiles non conueniunt ei, immo ſit eorum rarus & paucus vſus, velut ſunt lactuca, endiuia, C ſpinachia, atriplices, creſſiones, ſenetion ſiue naſturtium, & portulacæ. ¶ Anetum etiam conuenire videtur, & ſui caliditate & ſiccitate & prouocatione. Eſt enim calidum in gradu ſecūdo longo, id eſt in fine eius: & ſiccū in tertio breui, id eſt, in prima māſione eius: licet alia litera reperiatur, q̄ dicit, quod ſit calidum in ſecundo longo, aut in tertio breui, id eſt in fine ſecundi & principio tertii: & ſiccum in ſecundo & principio eius. vt *6 ſimpl. ſuo cap.* legitur, quia tamen ipſum eſt maturatiuum humorum frigidorum, ſedatiuū dolorum, & carminatiuum ventoſitatum, vt in ſuo cap. apparet. *2. can.* ideo conueniens eſt tibi.

D Betæ vero ſecundū diuerſitatē earū diuerſis participant qualitatib. Quæ n. earū colore ſubcitrino coloratæ ſunt cum quibuſdam maculis rubeis in folиis earum apparentibus, declinant ad caliditatem & ſiccitatem. Illæ vero, quæ ſunt ad opacitatem tendentes, ad frigiditatem & humiditatem. Cum autem in earum aquoſitate nitroſitas inueniatur, per quam lenitiuæ ſunt & ſolutiuæ, & oppilationum epatis aperitiuæ, cōuenientes ſunt & propriæ, quando ſparguntur cum eis folia petroſ. fœniculi, & cōſimilium. ¶ Cauleſ etiam, quia calidi ſunt & ſicci: calidi in primo & ſicci in ſecundo, vtiles ſunt tibi, & proprie quia maturant, leniunt, exſiccant & prouocant. *2. can. in ſuo cap.* licet *23. continentis. cap. 651.* ſcribatur auctoritate Galen. & Bimaſii, quod ſanguis eorum ſit malus & horribilis odoris. Cherefolium iterum tibi eſt valde vtile, quia calidum & ſiccum in principio ſecundi, ſtomachale, epaticum & ſubtiliatiuum & aperitiuum. ¶ Borago autem non placet; quia planta multum ventoſabilis & ventoſitatiua. quod oſtenditur propter multitudinem eructationum, quas efficit: & licet ponatur temperata, & quia eſt ſpecies bu- E gloſſæ, quæ temperata eſt, de eo parum ab auctoribus ſcribitur: & plura de ea credunt, quam ratione & auctoritate verificari poſſint. Auic. enim de ea nihil dixit. *Radices.*

Ex radicibus autem, quibus veſcimur, omnia acuta: vt allia, cæpæ, bulbus, porrum, raphanus & ſimilia dimittantur, & ſimiliter rapæ & napi. ¶ Poteſtis autem vti karotis ſecundum conſuetum præparationis modum. Extremitatibus autem plantarum poteſtis vti, vt aſparagis. ¶ Cappares vero propter nitroſitatem eorum non ſunt tibi vtiles, niſi longo tempore macerentur in aqua auferente ſalſedinem. *Fructus.*

De fructibus vero vituperabiles ſunt tibi omnes actu & potentia frigidi & humidi ſaltem intenſe, niſi raro & valde pauco vſu: velut ſunt ceraſa, perſica, chryſomela, grana- F ta, iuiubæ, mora & conſimilia. ¶ His vero, quæ declinant ad caliditatem cum ſiccitate, vti potes, velut auellanæ, amygdalæ, ficus, phiſtici, & conſimiles. ¶ De declinantibus vero ad frigiditatem cum ſiccitate & ſtypticitate vſus ſit valde rarus & paucus; velut ſunt pyra & poma, caſtaneæ & granata. ¶ Qui vero declinant ad humiditatem aperitiuam, velut ſunt paſſulæ recentes, ficus, conuenientes ſunt. ¶ Et quandoque etiam vti

Kk 3

Dendrolibanum quid.

poteſt his,quæ declinant ad humiditatem cum apertione notabili,velut ſunt pepones, A
amygdalæ recentes,mora dulcia & bene matura, & granata dulcia & muza.

Condita. Ex conditis vero illa ſunt tibi vtilia, quæ declinant ad apertionem cum inciſione, velut ſunt compoſitiones omnes factæ cum calidis, ſinapi, cinamomo, zinziber.aniſo, dauco,pipere,croco,& cimino,garyoph.nuce muſ.& mace cum aceto nõ valde acuto, agreſta,& ſuc.aranciorum & ſimilium,& melle,ſacch.cum oleo oliuarum laudabili.Butyrum autẽ non placet propter nimiam ventoſitatem, & quia nauſeat ſtomachum cum vnctuoſitate.

Vinum. Vinum vero,ꝙ in vſu ſuo habere debet,ſit colore album,ſubſtantia tenue & diaphanum,ſatis ad fumoſum eleuatum,remiſſæ dulcedinis & ſuauis aromaticitatis. ¶ Et ſi loco vini vteremini,aqua mellis facta cum xv. lib. aq. & lib.j.mellis vſque ad conſumptio- B
nem tertiæ partis bene diſpumando ipſam,omnino eſſet conuenientiſſima ei ſaltem a medietate menſis Septembris vſque ad finem Februarii. ¶ Si vero propter conſuetudinem aut aliam cauſſam deſideraret diluere vinum,tunc ligatur aqua ex fonte cœlo libero,in cuius aqua non inueniatur multitudo ranarum vel ſanguiſugarum,vel teſtudinum,neq; etiam in ea ſit multitudo herbarum fœtidarum;& ſit eius aqua ſubſtantia ſubtilis, diaphana & a fecibus expurgata, & ab omni horribili fœtore denudata. Hæc de menſura rerum non naturalium dicta ſufficiant.

Cap. II. *De cura dictarum diſpoſitionum per medicinalia.*

SI diligenter quis conſideraret complicationem diuerſarum diſpoſitionum,quæ C
reperiuntur in iſto viro,regimen curatiuum earum oporteret ſubtiliter & accurate diſtingui in plures intentiones. ¶ Quarum prima eſt euacuatio minoratiua materierum in ipſo peccantium. ¶ Secunda diuerſio materierum ad vias oppoſitas illis, ad quas effluunt materiæ. ¶ Tertia regiminis per res non naturales conueniens adminiſtratio. ¶ Quarta abundantium materierum digeſtio. ¶ Quinta earum completa euacuatio. ¶ Sexta membrorum mandantium rectificatio. ¶ Septima partium recipientium confortatio. ¶ Et octaua completa materierum conſumtio vel exſiccatio.

Viginti quinque remedia huic caſui conferentia. Verum quia præſuppono, harum intentionum principales & vniuerſaliores iam eſſe expeditas per clariſſimos Doctores,qui ſubtili multum & claro ingenio & accurate pertractauerunt ipſum: Ideo hic decreui ſolum xxv. remedia tangere,quorum aliqua D
appropriata epati,nonnulla ſtomacho,alia capiti,altera defœdationi faciei:& reliqua erunt nocumento anhelitus ſubuenientia. ¶ Primum itaque horum inſtrumentorum
1 eſt,vt omni anno in principio menſis Februarii purgetur ſecundum iſtum modum. Accipiat enim vno mane hoc electuarium gratia minorationis materierum per nouem horas poſt aſſumtam cœnam cum cyatho medio aquæ eupatorii: cuius deſcriptio eſt
Electuariũ minoratiuũ. hæc. ℞.*electuarii de pſillio deſcriptione Meſ.* ʒ *iij.electuarii de ſucco roſarũ* ʒ *ij.miſce.* ¶ Sumto au-
Pilula. tem ſyrupo,per dies ſex aut octo,ſequenti nona die aut ſeptima purgetur cum iſtis pilul. ℞.*pilularum de hiera maiori,pilularum cochiarum ana* ℈ j.*pilul. de fumo terræ* ʒ ß *formentur pilul. viij.cum ſyrupo acetoſo compoſito:& dormiat poſt eas per horam vnam.* & cum tranſierint horæ v.accipiat cyathum plenũ aqua hordei calefacta:& ſexta ſequenti hora prandeat. ¶ De- E
Syrupus. ſcriptio autem ſyrup.eſt hæc.℞.*ſyrup.compoſiti acetoſi,ſyrup. de abſinthio & eupatorio ana* ℥ ß.
2 *aquæ abſinthii,aquæ ireos,ana* ℥ j ß.*aquæ cichoreæ* ℥ j.*miſce.* ¶ Secundum principale inſtrumentum eſt,vt omni principio autumni a decem diebus principii Septembris incipiat pur-
Pilula. gari per hunc modum.℞.*pil.de reubarbaro* ℈ *ij.pil. aurearum* ℈ j.*pil.cochiarum* ℈ ß.*formentur pilulæ viij.cum ſucco roſarum:& accipiantur obſeruando poſt eas ea,quæ dicta ſunt poſt purgationem*
Digeſtiuum. *veris.* ¶ Die vero immediate ſequenti incipiat aſſumere hoc digeſtiuum,ꝙ continuet 8. diebus.℞.*ſyrup.diarodon* ℥ ß.*de eupatorio,mellis roſati colati, ana* ʒ *vj. aquæ cichoreæ, fumi terræ, ana* ℥ j.*aquæ fæniculi* ℥ j ß.*miſce.* ¶ Poſt ſyrup.autem purgetur cum iſtis pilulis,quas accipiat
Pilula. nona ſequenti die cum conditionibus in purgatione veris iam deſcriptis. Pilulæ autem ſunt iſtæ. ℞.*pilul. aurearum, pilul. de hiera compoſita vel maiori ana* ℈ *ij. reformentur pilul. viij.* F
3 *cum ſucco roſarum & exhibeantur,vt dictum eſt.* ¶ Tertium eſt, vt ſi venter eſſet ſtypticus, tempore quo aſſumit digeſtiua prædicta vere & autumno,accipiat omni die j.aut ſaltem alterna die *pil. de aloe & agarico ana* ʒ j ß.*& infundantur in* ℥ *ij. ſucci endiuiæ cũ maſtice & zinz. ana* ℈ ß.*& formentur pil. de omni* ʒ *vj. de hac maſſa poſtquam ab ea exſiccatus fuerit ſuccus a ſole.*

Quartum

A Quartum, vt poſtquam fuerit purgatus, incipiat aſſumere omni mane per ſpaci- 4.
um 16. dierum, drachm. tres huius electuarii: Cuius intentio eſt conſumere materiam *Electuarium.*
phlegmaticam in ſtomacho inuentam, & prohibere generationem ipſius. ℞. *ſpecierum*
aromatici roſati, ſecundum Gabrielem, ſpecierum electuarii de ligno aloes deſcriptione Auicenn.
quinto canon. ſum. 1. ana vnc. ß. trociſcorum diarodon drachm. ij. mellis roſati colati vnc. iiij. co-
quatur lento igne mel, vſque ad bonam viſcoſitatem, poſtea incorporentur cum eo ſpecies, poſt eius aſ-
ſumtionem tardetur cibus horis iiij. ¶ Quintum, vt ſemper per horam ante cœnam & 5.
prandium accipiat rotulam vnam huius confectionis, poſt cuius aſſumtionem non bi- *Rotula.*
bat, aut ſaltem bibat cyathum medium aquæ decoctionis ſacch. Eſt autem deſcriptio
B confectionis huius. ℞. *ſpecierum aromatici roſati drachm. j. ſpecierum diarodon drachm. ß. ſem.*
acetoſæ, ſem. endiuiæ ſylueſtris an. ſcrup. j. ſacchar. alb. ℥ iiij. fiat confectio in rotulis velut alia. ¶ Sex-
tum, vt poſtquam fuerit vſus prædictis inſtrumentis per xv. dies aſſumendis, quæ ha- 6.
bent principaliter operationem efficere ad epar & ſtomachum, tunc per xv. ſequentes
dies incipiat accipere hæc quatuor inſtrumenta, quæ ſequuntur, in quibus intentio
principalis eſt ad mundificationem pectoris & organorum anhelitus, licet ipſa confe-
rant ſtomacho & epati, ſed non ita conuenienter. ¶ Quorum primum eſt hoc. ℞. *aquæ* *Potio.*
ſublimationis enulæ, aquæ praſſii an. vnc. j. ß. aquæ farfarellæ vnc. j. miſce, & cum vnc. ß. ſacchar.
accipiatur hoc totum calidum actu, & tardetur poſt ipſum cibus horis quatuor. ¶ Septimum in- 7.
ſtrumentum eſt, vt omni alterna die poſt cœnam per duas horas accipiat hunc potum.
℞. *aquæ decoctionis paſſularum nigrarum vnc. j. ß. electuarii diairis drachm. vnam, oxymellis*
C *ſquillitici drachm. ij. miſce.* ¶ Octauum, vt omni mane quatuor vicibus ab ortu ſolis, 8.
vſque ad prandium, & tribus vicibus ab hora decima nona, vſque ad horam cœnæ ex-
cluſiue teneat in ore drachm. j. loch de bryonia deſcripti a Meſ. *in antidotario diſtinctione*
quinta, deſcriptione octaua. ¶ Nonum, vt his diebus ſemper in omni cibario ſuo po- 9.
nat croci puluerizati quantitatem vnius grani hordei. ¶ Decimum, vt ab hora aſſum- 10.
tionis prandii, vſque ad ſextam horam poſt illud omni die ante cœnam quatuor vel *Electuarium.*
quinque vicibus deglutiat modicum huius electuarii ad quantitatem medietatis auel-
lanæ. ℞. *ſpecierum diacalamenti drachm. j. ß. radicum enulæ, liquiritiæ, vngulæ caballinæ an. dr.*
ß. ireos ſcrupul. j. violarum, paſſarum an. ſcrup. iiij. oxymellis compoſiti ſyrupi compoſiti acetoſi an.
vnc. j. ß. coquantur inſimul ſyrupi, vſque ad aliquantam viſcoſitatem: poſtea incorporentur cum eo
D *ſpecies, & fiat electuarium.* Et debet aſſumi electuarium hoc per integram ſeptimanam,
poſt xv. dies ſecundo loco immediate dictos, & quantum accipit de hoc electuario omni
die ante cœnam, tantundem accipiat in mane ab hora ſurrectionis ſuæ, vſque ad pran-
dium. Cum autem curationi ſuæ intentus fuerit, ſpatio 40. dierum per reuolutionem re-
giminis ſtomachi & epatis ad regimen epatis mundificatiuum, vt prædictum eſt, ſatis
rationabile eſt, pectus & ſtomachum conuenienter procurata & rectificata fuiſſe. Et
iam videtur inſtare tempus prouidendi capiti cum pluribus inſtrumentis, quorum
primum & vndecimum principale eſt, vt vir iſte faciat ſibi fieri phlebotomiam cephali- 11.
cæ in curuatura cubiti in domeſtica parte & ſuperiori, & extrahantur ab ea ſanguinis ℥
iij. vſq; ad quinq;. ¶ Duodecimum, vt poſt phlebotomiam illam ſequenti mane in me- 12.
E diis tertiis fiat ſibi hoc gargariſma. ℞. *oxymel. ſquillitici vnc. ij. ſem. vrticæ, pyrethri, cube-* *Gargariſma*
barum, ſtaphyſagriæ an. ʒ j. croci ſcrup. ß. ireos ſcrup. j. partes ij. miſceantur omnia ſimul, & fiat ele-
ctuarium: De iſto itaq; electuario accipiatur vnc. j. aquæ decoct. radicum betæ vnc. iiij. miſceantur
ſimul omnia, & actu bene calidis ex eis accipiatur octaua pars, & teneatur in ore aliquanto tempore.
Poſt illud autem gargarizetur ex eo, & ita octo vicibus faciat omni mane. ¶ Decimum 13.
tertium eſt, vt poſtquam gargarizauerit per quinq; dies vel ſex, tunc faciat ſibi apponi
duas ventoſas cum ſcarificatione inter alas humerorum, & extrahantur per eas ſangui-
nis vnc. ij. vel iij. &c. ¶ Decimum quartum, vt poſt ventoſas illas omni mane maſti- 14.
cet de radice pyrethri & zinzib. ante quantitatem duorum granorum frumenti, & com-
pleta maſticatione cibum ſuum tardet vna hora. ¶ Decimum quintum eſt, vt poſt- 15.
F quam maſticauerit diebus ſex vel octo, tunc omni ſero per integram ſeptimanam faciat
ſibi hoc caputpurgium. ℞. *oxymellis ℥ j. aquæ maioranæ ℥ ß. ſucci radicum bliti ʒ vj. miſce-* *Caputpurg. per naris at-*
antur omnia ſimul & caleſiant actu, impleat itaq; os ſuum aqua: deinde de hac mixtione in manu re- *trahendum.*
tenta traiiciat leuiter per narem dextram ſemel, & altera vice per narem ſiniſtram, per interpolatio-
nem temporis aliquantam: ita quod per quamlibet narem traiiciat tribus vicibus.

16. ¶ Decimumſextum eſt, vt poſtquam hæc perfecerit, remoueat ſe ab operatione omni A
ſaltem per ſeptimanam, verum tamen ſi venter eius remaneret ſtypticus, accipiat omni
die vel alterna, vnam de iſtis pilulis, de quibus etiam conſulo, vt accipiat omni tempo-
re ſuæ medicationis, vel poſt ipſam ſaltem accipiendo ex eis vnam parum ante cœnam.
Pilulæ. ¶ Sunt autem pilulæ iſtæ. ♃ *.aloes epaticæ ℥ ij. reubarbari electi ʒ vj. agarici ʒ iij. turbit electi ʒ j.
ß. maſticis ℈ j. zinziberis, ſpicæ nardi, cymini, ligni aloes an. gran. vj. ſucci maioranæ, ſucci endiuiæ
& abſinthii an ℥ ij. omnia per ſe prius puluerizata infundantur in prædictos ſuccos diligenter commi-
ſcendo, & exponantur radiis ſolis vſque ad ſucci conſumtionem: deinde iterum ſuperaddatur ſuccus
& iterum exſiccetur, & ita fiat tribus vicibus. De hac ergo materia fiant pilulæ, de omni ʒ vj. vel*
17. *vij. de quibus vna accipiatur, vt ſupra bis vel ter in ſeptimana.* ¶ Decimum ſeptimum, vt poſt-
Prouocatio hæmorrhoidum. quam quieuerit ab operatione, vt prius dictum eſt, ſi remanſerit apparitio accidentis B
notabilis in facie & catarrhizantis materiei deſcenſus, procuret quantum poteſt pro-
uocare ſibi hæmorrhoidas cum fricatione earum, cum recentibus foliis fici, aut foliis
boraginis, aut conſolidæ maioris, vel cum fricatione ex felle tauri, aut panni biſelli val-
de aſperi, & permittat ſanguinem exire, niſi immoderata fuerit euacuatio. Si autem ſu-
Emplaſtrũ hæmorrhoidas nimium fluentes reſtringens. perflueret hæmorrhagia, tunc emplaſtretur anus cum hac mixtione. ♃ *.albumina trium
ouorum, farinæ volatilis molendini ℥ j. dragaganti, gummi Arabici, ſanguinis dra. boli armeni,
thuris, myrrhæ an. ʒ ʲ. conquaſſentur & emplaſtretur ei anus, vt prædictum eſt.* ¶ Decimum o-
18. ctauum, vt ſi per prædicta inſtrumenta non poſſint aperiri hæmorrhoides, vt ſæpe con-
Veſicatoriũ. tingit, fiat veſicatorium in domeſtica parte carnoſitatis tibiarum in medio earum cum
hoc. ℞ *.pedis recentis coruini ℥ ij. fermenti antiqui ℥ j. terantur minutiſſime ſimul, cum ℥ j. aceti* C
ſquillitici, & applicentur parti, verum ab hoc inſtrumento fieri poteſt excuſatio per hæ-
19. morrhoidarum apertionem. ¶ Decimum nonum, vt poſtquam hæc omnia perfecerit,
per tres menſes diſtanter a purgatione ordinaria veris & autumni, tunc intendendo ad
principale accidens, quod eſt defœdatio faciei, faciat ſibi fieri phlebotomiam venę, de
numero duarum maiori, quæ reperiuntur in temporibus, quæ, vt plurimum eſt ſuperi-
or, & extrahantur per eam ſanguinis ab ℥ ij. vſq; ad iij. quæ quantum panno faciei con-
ferat phlebotomia, lege *4. primi 20. cap.* fiat autem hora electa, quam lege ibidem, & eſt in
mane iam expulſis ſuperfluitatibus communibus, & digeſtione prima conuenienter
celebrata. ¶ Vigeſimum, vt poſt prædictam immediate phlebotomiam omni ſero li-
20. niat totam faciem eius cũ lithargyro ſpumificato vel albificato, molliori facto cum ſucco D
foliorum ſerpentariæ. Sequenti vero mane abluat faciem cum aqua infuſionis furfuris,
quæ fuerit præcedenti ſero facta per totam noctem. ¶ Vigeſimum primum, vt poſt-
21. quam hæc omnia conſecutus fuerit per ſpatium 25. dierum, tunc fiat eidem altera phle-
botomia venæ temporum aduerſæ partis cum conditionibus de quantitate ſanguinis
modo ad horam prædictam phlebotomia declaratis. ¶ Vigeſimum ſecundum, & pro-
22. prie faciei elegantiſſimum eſt, vt poſt phlebotomiam iſtam ſequenti ſero liniat faciem
ſuam cum hoc linimento ad hanc diſpoſitionem mihi ſæpe experto, quod teneat ſuper
faciẽ ſuam per totam noctem. Sequenti vero mane abluat ipſam cum aqua ſublimatio-
Linimẽtum. nis radicum cyclaminis. Eius autem linimenti deſcriptio eſt hæc. ♃ *.ſeminum recentium* E
*maluauiſci ℥ j. ß. terantur ſimul vltima contritione: deinde ſuperaddantur eis gummi oliuarum
diſſoluti cum modico aceti acris ʒ vi. ſtyracis liquidæ ʒ iij. olei de frumento facto ſuper incude ſecun-
dum doctrinam ſapientum ℥ j. pulueris exſiccatorum corticum medianorum vlmi ʒ x. terantur ergo
omnia inſimul vltima contritione, & fiat faciei linimentum, vt dictum eſt.* ¶ Vigeſimum ter-
23. tium ad eandem intentionem faciei eſt, vt poſtquam inſteterit linimento immediate
ſcripto per decem dies, tunc omni die ſaltem quinq; vicibus madefaciat & lenificatione
fricet faciem ſuam cum ſucco radicum cyclaminis, eſt enim magnæ potentiæ ad illud
auctoritate Serap. *ſimplici 243. auctoritate Galeni*, curat enim alopecias, impetigines, len-
tigines & ægritudines alias, ſimiles iſtis. Et de eo iterum dixit auctoritate Dioſcor. quod
ſi coquatur ſuccus eius vſq; ad ſpiſſitudinem mellis, euacuet liuores, qui fiunt in corpo-
24. re, & mundificet faciem, & auferat bothor. ¶ Penultimum eſt deſcriptio huius electu- F
Electuariũ. arii, quod confert aſthmati mundificando pectus, & abſtergendo etiam materias à tra-
chea arteria, a palato, & confert etiam ad conſumendum ſuperfluitates in cerebro cõ-
tentas. ♃ *.extremitatum hyſopi, praſſii, radicum enulæ an. ℥ ß. ireos ʒ j. capillorum vener. ℥ j. ani-
ſi, cinamomi, liquiritiæ raſæ, & minutim inciſæ an. ʒ vj. triumpiperum an. ℈ j. paſſularum nigra-
rum, ſi-*

A *rum, ficuum pinguium an. vnc. ij. coquantur ſimul omnia in libris octo aquæ, vſque ad conſumtionem duarum partium. Deinde prædictis ſuperaddantur mellis vnc. v j. ſacchari albi vnc. iij. & omnia coquantur cum prædicta decoctione colata, & expreſſa vſque ad conuenientem coagulationem. Tunc ergo prædictis addantur ſucci liquiritiæ, ſeminis apii, fœnicul. an. drachm. iij. ſeminis vrticæ infuſi in aqua decoctionis liquiritiæ per diem naturalem drachm. ij. cordumeni drachm. j. piperis nigri & albi an. ſcrupul. ij. incorporentur omnia ſimul, & fiat electuarium.* Cum ergo inſtat paroxyſmus aſthmatis, ſemper de eo, & ſæpe deglutiat vſque ad quantitatem grani ciceris: Et de eo iterum ſine deglutitione tantundem ſæpe teneat in ore in forma loch, aperit enim oppilationes colatorii, & canales pulmonis, & alleuiat anhelitus difficultatem. ¶ Vltimum vero inſtrumentum ad nocumentum faciei propriiſſimum, ex cuius 25.
B frequenti lenitione cum leuiſſima fricatione faciei mundificatur facies, & redditur decora a maculis & panno & ſimilibus defœdationibus mundificata, eſt hoc. ℞. *radicum ſerpen. vnc. ij. incorporentur cum aqua roſarum odorem moſchi habente, & fiant ex eis pilulæ, ſicut* Linimentū
auellanæ, & exponantur ſoli, vſque ad exſiccationem earum. Poſtea iterum terantur, & ex eis ſuperaddatur quarta pars ceruſæ, ſcil. vnc. ß. deinde incorporentur cum aqua roſata, ſicut prius, & exſiccentur ſub radiis ſolis. Poſt tertiam autem exſiccationem pulverizatis ipſis addatur pulueris oſſis ſepiæ piſcis drachm. j. ß. Et iterum cum aqua roſata incorporentur & ad ſolem exſiccentur. Cum ergo opus fuerit diſſolue ex iſtis troci vnc. ß. cum altera vnc. ß. aquæ ſublimationis radicum cyclaminis: & leniatur ex eis in ſero, & mane, & meridie facies. Efficiet ergo operationem prædictam iuuante ſummi ſaluatoris benignitate & complacentia, cui ſint laudes infi-
C nitæ. Itaque hæc ſunt inſtrumenta magis electa & vtiliora, quæ mihi in hac diſpoſitione occurrerunt.

Conſilivm LXXIIII. *De Catarrho.*

Ex his, quæ mihi per literas allata fuerunt, videtur, quod catarrhus iſtius viri ſit partim per colligantiam inferiorum membrorum ad caput, & maxime ſtomachi, vt patet ex debilitate digeſtiuæ & tarditate ipſius, & ex aliis ſignis, quæ propter breuitatem dimittũtur. Et eſt etiam catarrhus iſte per eſſentiam proueniens a mala complexione frig da & humida materiali cerebri, quoniam ægritudo catarrhalis valde difficulter inueniri poteſt fieri per colligantiam membrorum inferiorum ad caput:
D quinetiam diſpoſitio illa eſſentialiter in capite inueniatur, imo non ſolum in fieri inuenitur & dependens, immo, vt in pluribus habituatur & fixa ſit, & maxime, quando extenditur per dies.

In hac igitur diſpoſitione quinque videntur mihi conſideranda reſpicientia diſpoſitionem ſtomachi, imo etiam epatis, & totidem etiam reſpicientia caput ipſum. ¶ Primum quidem eſt, quod per plures dies per duas horas ante ortum ſolis accipiat hunc potum bene calidum, & poſt ipſum tardetur cibus ſaltem horis iiij. ℞. *aquæ abſinthii, aquæ betonicæ & meliſſæ an. vnc. j. ß. ſacchari alb. drachm. j. miſce, & detur, vt prius dictum eſt.* ¶ Secundum vero remedium ad hoc eſt, vt ſemper in fine ſex dierum accipiat vnam pilulam alephanginam parum ante cœnam, & ſecunda vice accipiat ipſam per Potio. Pilulæ.
E duas horas poſt cœnam, & ſint pilulæ iſtæ j. drachm. componendo in ſeptem pilulas. ¶ Tertium vero remedium ad hoc eſt, vt portet ſuper ſtomacho ſuo ſemper ſacculum quantitatis vnius ſpithamæ, & duorum digitorum per omnem quadraturam, in quo ſacculo ſint conſutæ iſtæ ſpecies. ℞. *menthæ, abſinthii, origani, pulegii, ſtœchados, betonicæ, calamenti, aſari an. Mj. macis Mij. roſarum Miiij. maſticis, galliæ muſc. an. Mj. ß. pulueri zentur omnia per ſe & fiat ſacculus.* ¶ Quartum vero ſpeciale, vt vtatur hac confectione, accipiendo ſemper ex ea ante cibum vnam rotulam. ℞. *ſpecierum aromatici roſati, ſecundum Gabrielem drach. j. ß. ſpecierum diarodon drach. ß. ſacchari alb. vnc. v. cum aqua cichoreæ fiat confectio ſolida in rotulis drach. ij.* ¶ Quintum ſpeciale eſt, vt ſemper poſt cibum accipiat fruſtum vnum huius alterius confectionis. ℞. *conſeruæ cydoniorum vnc. iij. maſticis, cori-* Sacculus ſtomachalis. Rotulæ. Aliæ.
F *andri præparati an. drachm. ß. incorporentur ſimul cum modico ſyrupi, de mentha in rotulis vnc. ß.*

Remedia vero caput reſpicientia magis vtilia mihi videntur iſta, quę ēt cōmunicant intentionē ſtomacho & aliis membris. Et primum quidem eſt, vt ſemper ante omnem cibum ſaltem per vnam horam fiat eidem fricatio a genu vſq; ad pedes, adeo vt rubeſcant mēbra: deinde fricatio etiam fiat a natib. vſq; ad genua, & poſtremo a ſpatulis Remedia caput reſpicientia.

vſq; ad nates inferius trahendo ſemper. ¶ Secundum vero inſtrumentum eſt, vt ſaltem quater in ſeptimana apponantur ventoſæ ſine ſcarificatione per vnam horam ante cœnam, vnam apponendo ſuper nate dextra, aliam ſuper ſpatula ſiniſtra, tertiam vero ſuper nate ſiniſtra, & vltimam ſuper ſpatula dextra, & ita fiat reuolutio ab vna ad reliquam. A

Nodulus odoratus, Puluis capiti ſuperaſpergendus.

¶ Tertium remedium eſt, vt vtatur ſemper odorifero iſto ligato in ſindone. *℞. ligni aloes dr. ij. roſarum, florum nenupharis an. ℈ iiij. maioranæ ſiccæ dr. v. macis ℥ ß. puluerizentur, & fiat vt dictum eſt.* ¶ Quartum inſtrumentum eſt, vt omni ſero, quando vadit cubitum, puluerizetur caput eius per medium capitis a fine frontis, vſque ad ſummitatem capitis cũ puluere iſto. *♃. garyoph. macis, calamenti, pulegii an. dr. j. maſticis, roſ. an. ℈ ij. fiat puluis ſubtilis omnium de per ſe: deinde commiſceantur.* ¶ Vltimum vero ſpeciale eſt hoc, vt ſaltem bis in ſeptimana in aurora accipiat ℥ j. optimæ theriacæ andromachi antiquæ cum ℥ j. ß. aquæ maioranæ, & tardetur poſt ipſam cibus ad minus per horas v. De euacuationibus vero vniuerſalibus hic nullam facio mentionem, quoniam non dubito, omnes iſtas ſuis temporibus fuiſſe ſapientiſſime factas. Et hæc ad laudem Dei ſufficiant. B

CONSILIVM LXXV. *De ſex malis diſpoſitionibus, videlicet: De catarrho a capite defluente ad partes inferiores, & maxime ad pectus. De difficultate anhelitus periodica & moleſta. De nocumento in appetitiua & digeſtiua ſtomachi. De oppilatione renum. De doloribus iuncturarum in pedibus & genubus. Et de immoderato fluxu hæmorrhoidarum. Diuiditur autem conſilium in capitula tria.*

CAP. I. *De enumeratione diſpoſitionum prædictarum, & de earum cauſſis & ſignis.* C

SPECTABILIS & generoſus vir, Dominus Iohannes Gradanico variis laborat accidentibus ipſum nimium moleſtantibus. ¶ Quorum primum eſt catarrhus a capite defluens ſecundum magnam partem eius ad pectus, licet ſecundum aliquam particulam etiam deriuetur ad fauces, & nõ raro aliqua eius particula declinet ad rizam, notabilis etiam huius materiæ particula declinat ad palatum, quæ non eſt quantitate maior, quam ſit materia, quæ deriuat ad pectus. ¶ Secundum vero accidens principale eſt difficultas anhelitus, multum acriter ipſum periodice infeſtans. ¶ Tertium eſt nocumentum in appetitiua ſtomachi contingens, licet maius exſiſtat in digeſtiua, quam in appetitiua. ¶ Quartum eſt renum diſpoſitio, quæ frequenter eſt oppilatio magis, quam ægritudo altera. ¶ Quintum eſt iuncturarum dolor eidem in pedibus, & quandoq; in genubus adueniens. ¶ Sextum vero & vltimum eſt immoderatus hœmorrhoidarum fluxus, qui inter alia accidentia magis eſt verendus & ſuſpicandus. D

Signa frigidi cerebri.

Et horum quidem omnium accidentium duæ videntur fuiſſe productiuæ cauſſę principales. Prima quidem eſt mala complexio frigida & humida cerebri in eodem a generatione contracta, quæ ẽt non parum incrementum habuit ab exceſſu in ſex rebus non naturalibus non conuenienter ei applicatis. ¶ Primam autem diſpoſitionem ex ſuis ſignis declarari ſatis videtur facile. ¶ Et primo quidem, quia partes capitis eius tactu frigidæ percipiuntur. ¶ Secundo per ipſarum mollitiem. ¶ Tertio per capillorum lenitatem & velocitatem caniciei. ¶ Quarto per colorem prædictarum partium; qui ſubalbidus eſt, aut verſus citrinitatẽ inclinatus valde remiſſam, quæ contingit propter mixtionem vaporis cholerici cum materia phlegmatica, & etiam propter ſpeciem corruptionis ſanguinis a mala complexione frigida & humida factam. ¶ Quintum ſignum eſt venarum gracilitas & occulta apparentia. ¶ Sextum, velocitas paſſionis ab infrigidantibus cauſſis. ¶ Septimum, longitudo ſomni, & eius profunditas per ſe a tali diſpoſitione proueniens, niſi fieret propter paſſiones animi triſtantes, aut propter accidentia corporis, velut dolor & ſimilia. ¶ Octauum, multitudo effuſionis materierum phlegmaticarũ, per ſputum, per palatum, aures & oculos. ¶ Nonum eſt ex parte virtutum moralium, velut temperies in paſſionibus ad iram & furiam inducentibus, quoniam hæc omnia remittuntur propter augmentum humiditatis & frigiditatis in cerebro, ſicut eadem intẽduntur propter cauſſas aduerſas, & alia quam plura ſigna huic propoſito adduci poſſent, tamen hæc intelligenti ſufficiant. ¶ Hæc iterum mala complexio ab exteriori cauſſa non parum recepit augmentum, cum enim hominem contingit diuerſas mundi E F

plagas

A plagas circuire, & maxime transfretando neceſſe eſt ipſum diuerſis qualitatibus aeris applicari. ¶ Ciborum etiam diuerſitatem magnam ei accidere, non ſolum ex parte complexionis earum; ſed ex parte quantitatis auctæ vel diminutæ, & ex parte præparationis eorum indebitæ ex parte horæ, ex parte ordinis; eſt enim difficile multum homini, quantumcunque commoditatem regiminis habenti ex parte pollitici vſus applicari cibos in qualitate, quantitate, hora, ordine, & præparatione ſibi conuenientes: Quare amplius valde difficile videtur homini transfretanti, aut varias vrbes peragranti tale regimen applicare. Aliud autem regimen neceſſarium eſſet homini quieto, quam exercitato: Aliud iracundo, quam manſueto: Aliud calefacto vigilanti, quam infrigidato vel dormienti. propter quod difficilimum eſt hæc omnia diſcrete moderari;
B propter repugnantiam occupationis humanæ vitæ per diuerſa miniſteria. Quare regimen ſanitatis per ſex res non naturales conuenienti libra menſuratum non eſt poſſibile applicari homini, niſi qui fuerit liber magna prudentia, curioſitate & obedientia ad medicinale regimen cuſtodiendum tam conſeruatiuum, quam præſeruatiuum, vel aliarum dyſcraſiarum remotiuum. ¶ Itaque cum hic vir longa circuitione mundum peragrauerit, non dubito, quod tam in cibo & potu, quam in aere, exercitio & quiete, ſomno & vigilia, euacuatione & repletione, & accidentibus animi multum fecerit exceſſum, quæ fuerunt cauſſa augendi potius exceſſum in dyſcraſia cerebri frigida & humida, quam corrigendi ipſum. Quare iam duæ verificatæ ſunt huius lapſus cauſſæ præmiſſæ. ¶ Hæc itaq; mala complexio cerebri frigida & humida non ſolum eidem vide-
C tur appropriata, ſed in ſumma vniuerſa ipſius complexio reſultans ex coalteratione principalium membrorum & aliorum videtur eſſe frigida & humida, licet principaliter frigiditatis exceſſus in cerebro & ſtomacho eius repræſentetur magis, quam in aliis membris, propter quod non eſt mirum, ſi in vtroque eorum congregatur multa phlegmatica materia tam generatione prima, quam generatione æquiuoca dicta phlegmatica.

Et ex hoc fundamento facile admodum deduci poteſt cauſſa accidentium omnium prænarratorum, præterquam vltimi, quod eſt hœmorrhoidalis fluxus, licet & ipſum ab illa mala complexione frigida & humida prouenire potuerit, eo, quia humiditas exceſſiua, debilitas contentiuarum venarum & omnium membrorum, etiam, quia exceſ-
D ſus frigiditatis concurrit ad illud, quoniam omnis immoderata dyſcraſia aufert operationẽ cuiuſcũq; virtutis. ¶ Ego tñ exiſtimo aliã cauſſam im̃oderati fluxus hœmorrhoidalis. Cũ n. vir iſte habuerit a generatione epar ſuũ notabilis caliditatis, in eo fuit per adustionem in tẽpore conſiſtentiæ generata multa materia melancholica, q̃ in eius ſplene congregata cauſſa fuit hœmorrhoidalis fluxus, cũ nõ habuerit cauſſam ſui regiminis alterã, q̃ naturæ opus. Sunt n. hœmorrhoides venæ quinq; in extremitate inteſtini recti a natura ordinatę ad recipiendum & euacuandũ ſanguinẽ melancholicum, qui in humano corpore abundat, & in hoc officio venę tales in viro vicariæ ſunt venis menſtrualibus in muliere, vt colligendum eſt *17. tertii, & 21. eiuſdem*. ¶ Quod etiam hic fluxus hœmorrhoidalis a prædicta mala complexione frigida & humida augeri potuerit, planum eſt in-
E telligenti. ¶ Et adhuc iterum, quod talis fluxus effrenitans malæ complexionis frigidæ & humidæ ſit augmentatiua cauſſa, apparet *14. tertii, cap. de cauſſis aſcitis*, omnis enim immoderata euacuatio perducit ad extinctionem innati caloris, & maxime euacuatio ſanguinis, lege ibi. ¶ Amplius iterum cum prædicta diſpoſitio totius corporis multas materias augmentari faciat phlegmaticas, & proprie circa epar & renes abundantes; non eſt mirum, ſi mala diſpoſitio & huius materiei multiplicatio ſit cauſſa doloris in iuncturis eiuſdem, arthetici enim dolores plurimum proueniunt *a ſuperfluitatibus digeſtionis tertiæ non bene celebratæ*, vt colligendum eſt *22. tertii cap. de cauſſis dolorum iuncturarum*. ¶ Etiam ex prædictis apparet, quod hæ membrorum diſpoſitiones reciproce ſe inuicem iuuant in producendo accidentia prædicta, & in augmentando ea, debilitas enim
F innati caloris, quę neceſſario prouenit ab immoderata euacuatione hœmorrhoidali, eſt cauſſa, vt in capite, ſtomacho, epate & renibus huius viri generent materię frigidę & humidæ p indigeſtionẽ. Et mala cõplexio toti⁹ fere corporis frigida & humida eſt cauſſa, q multiplicẽt phlegmaticę materię, q̃ reddũt ſanguinẽ aquoſũ & valde fluxibilẽ, & reddũt venarũ orificia lapſa & nõ conſtantia, nec apta cõuenienter detinere ſanguinẽ, quãdo &

Cauſſa fluxus hœmorrhoidalis.

Quæ & quot hœmorrhoides.

Dolores arthritici vnde plerunque fiant.

quantum oporteret, quare ad illam ſuccedit debilitas etiam aliis membris communi- A
cata, propterea circularis eſt effectus a ſua cauſſa dependentis, & econuerſo in diuerſita-
te dependentiæ effectus a ſua cauſſa, vnus enim effectus reſpectu vnius cauſſæ eſt cauſſa
alterius effectus in genere cauſſandi, vt patet.

Cap. II. *De cura harum diſpoſitionum per regimen ſex rerum non naturalium.*

Propter hæc itaq; neceſſe eſt virum hunc magna ſollicitudine curam habere
diſpoſitionis ſuæ, quæ tot accidentium productiua eſt. Itaq; licet in hac re ſer-
Aer. mo ſatis prolixus neceſſarius eſſet, ego tamen ſuperflua reſecabo, meliora pun-
cta commemorans, ad quæ attendere debet. Et primo quidem circa rerum non natu-
ralium adminiſtrationem ſuccincte percurram. Deinde vero medicinalium inſtrumẽ- B
torum & intentionum, quę ſibi neceſſariæ ſunt, ordinẽ pertractabo ſecundũ congruita-
tem. ¶ Itaq; locus & habitatio viri iſtius notabiliter ſit calidus, magis tamẽ ſiccus ad cor-
rigendũ exceſſum humiditatis in eo inuentę, Propter quod habitatio vrbis Venetiarum
& aliarum mari, fluuiis & ſtagnis propinquarum omnino eſt ipſi inconueniens. ¶ Euitet
itaq; cameras habentes introitum aeris nebuloſi, ventoſi & aquoſi, & aſſueſcat in came-
ris ſuis accendere grandem ignẽ, & aerem cameræ ſæpe ſuffumigare cum ſtyrace cala-
mita, colophonia, thure, ſandaraca, myrrha, ligno aloes & ſimilibus. ¶ Et aſſueſcat
caput eius tenere bene coopertum, & proprie pileolis bene calidis & pellibus agninis
vel dorſis variorum, aut aliis bene calidis, & ſimiliter pectus eius, & ſtomachum pan-
nis & pellibus bene munitum obſeruet, & ſi ſuper ſtomacho ſuo & pectore, & ventre C
toto portaret fruſtum magnum duplicati vel quadruplicati panni de grana, ipſi valde
vtile eſſet.

Cibus vitandus. In cibis vero abſtineat ab omnibus ſequentibus, vltra quos in omnibus habet li-
centiam. ¶ Itaque abſtineat ab omnibus frigidis & humidis cibariis, ſicut ſpina-
chia, beta, portulaca, cucurbita, lactuca, endiuia & ſimilibus. ¶ Et caueat etiam a vi-
ſcoſis, velut eſt multitudo piſcium elixorum, velut ſunt tinchę, anguillę, & etiam paſtiles
cibi. ¶ Tertio etiam abſtineat ab omni acuto cibario, ſicut ſalſedine multa, a nucibus,
cæpis, allio, porro, raphano, ſinapi, eruca & ſimilibus. ¶ Quarto, effugiat ventoſa
cibaria omnia capiti, pectori, & ſtomacho inimica, vt ſunt lacticinii cibi, legumina o-
Potus vitandus. mnia, mellita cibaria, & fructus frigidi, & recentes, & crudi. ¶ Quinto, abſtineat a D
potu aquæ ſimplicis, vel cum vino commixtæ. Et ſi non poſſet aliud facere propter
conſuetudinem, quin cum vino ſuo commiſceret aquam, eligat aquam mellis a
principio menſis Octobris per totum menſem Februarii, quæ ſit facta ex libr. 40. aquæ
ciſternæ & lib. vna mellis, ita quod per coctionem cadat quarta pars tribus remanentib.
A principio vero menſis Maij, vſq; ad finem Septembris, vtatur aqua cocta cum ſaccha-
ro miſcendo tertiam aut quartam partem aquarum prædictarum cum vino, & non plus.
¶ Vinũ autem eius melius eſt album, clarum, odoriferũ, bene potens, & nullo modo cõ-
turbatum, mediocris dulcedinis, aut remiſſæ magis, quam intenſæ, acre vero & ponticũ
Carnes eligendæ quæ. vinũ eſt ei inconueniens ¶ Carnes vero laudabiles ei ſunt carnes pullorum, vitulorũ, ca- E
ſtrati, capreti, agni, anatum, capreolorum, leporum, ſylueſtris porci & omnium ſylueſtri-
um auiũ, prẹterq̃ in aquis inuentarum. Salſę vero carnes & in mortariolis contritæ & cõ-
ſeruatæ in pauco vſu accipiantur, licet parum ex eis aſſumere non ſit ei valde nociuum.
Fructus. ¶ Fructus conuenientes ei ſunt auellanæ, ceraſa, muſcata, pyra, melones, perſica, ficus
recentes, & vuæ etiam quandoque conueniunt. Fructus vero ſicci conueniunt ei, vel-
ut amygdalæ, phiſtici, auellanæ, pineæ. Ficus vero propter nimiam apertionem, quam
habent, non ſunt valde laudabiles, & meliores ſunt ei poſt cibum, quam ante. Paſſulę
etiam, cubebę & conſimiles vuæ ſunt ipſi bonæ. ¶ Ex ſaporibus vero conueniunt ei li-
mones, arancii, vinum granatorum, & agreſta non multi ſalis. Acetum vero ſit in pauco
Species. vſu apud ipſum, & mediocris acredinis, nullo modo acutum. ¶ Species vero conueni-
entes ſunt, cinamomum, garyophilli, macis, nux muſc. & crocus. Piper vero, zinziber, F
galanga, & aliæ ſpecies acutæ ſint pauci vſus apud ipſum, & in parua quantitate accipi-
Motus & quies. antur. ¶ Exercitium vero nullo modo conueniens eſt ei, tam propter agitationem,
q̃ facit in humorib. & ſpiritib. per quam materię diſcurrunt ad ægrotantia membra, quã
etiam propterea, quia diſponit venas hœmorrhoidales ad apertionem, ſanguinem & flu-
xibilita-

A xibilitatem. Exercitium tamen nauigandi minus malum eſt ei, quam equitādi vel peditandi. ¶ In menſura vero ciborum caueat ab exceſſu vehementis ieiunii, eo, quia materias multas in eo inuentas diſponit ad putredinē. ¶ Effugiat autem cibi & potus aſſumere quantitatem multam, quæ perducat ad grauedinem & fluctuationem in ſtomacho perceptas. ¶ Mēſura vero dormitionis conueniens ei poteſt eſſe longitudo 8. horarum, aut ſaltem 7. & in dormitione ſua ſummopere caueat dormire ſuper ſpina & capite decliui, vel curuato. In dormiendo itaq; caput eius teneat eleuatum & decubitum faciat ſuper dextro latere prius, deinde ſuper ſiniſtro. ¶ In accidentibus autem animi euitet omnia, quæ vehementem & multum motum imponere poſſunt ſpiritibus & humoribus, vt furor, iracundia & alia accidentia, per quæ ſuffocatus detineatur ſpiritus & innatus B calor, imo melius eſt contemplationi & meditationi lætitiæ & bonæ ſpei ſe occupare magis, quam aduerſis inſiſtere. Hæc de rebus non naturalibus ſufficere videntur.

Inanitio & repletio.

Somnus & vigilia.

Accidentia animi.

Cap. III. *De regimine dictarum diſpoſitionum per inſtrumenta medicinalia. Et primo ad catarrhum.*

Quinq; remedia aduerſus catarrhum.

ET primo quidem catarrho prouidendum mihi videtur, tempore, quo periodice moleſtat, quinq; remediis omnino neceſſariis. Quorum primum eſt, vt ſtatim a diuerſionibus incipiatur per euacuationem materiam a capite diſtrahentibus. ¶ Et primum diuerſiuum eſt, vt vir iſte immediate ante cœnam accipiat puluerem iſtum cum ß. cyatho aquæ decoctionis radicum aſari calefactæ & ſaccharatę. ℞. *hermodactylorum, turbith electi an. ℈ j. partes ij. diagridii gran. ß. ſalis gemmæ gran. j. ſacchari duplum* C *ponderis omnium.* ¶ Ego enim in caſu iſto vereor exhibere pilulas aloeticas, cuiuſcunq; deſcriptionis exſiſtant: eo, quia maius, quod dubitem in eo, eſt vehementia fluxus hæmorrhoidalis. Cum igitur aloe aperiat orificia venarum, ideo verendum eſt de ea. ¶ Similiter etiam timeo clyſteris adminiſtrationem propter hæmorrhoidas, frequenter enim ex fricatione cum canna clyſteris magnificatur fluxus, & dolor hœmorrhoidarum, & præparatio fit ad vlcera loci illius. ¶ Et ſi prædictus puluis non conuenienter euacuare videretur, loco illius exhibeatur alter puluis iſte. ℞. *folliculorum ſenæ, polypodii, carthami an. drachm. j. thymi, epithymi an. ſcrup. ij. aniſi, dauci, ſeminis fœnicul. ſpicæ nardi, tartari an. gran. vj. diagridii gran. iij. fiat omnium per ſe puluis: deinde commi-* D *ſceantur. Et ex hoc quidem puluere cum vnc. j. vel ij. aquæ maioranæ accipiatur ante cibum, vt iam dictum eſt.* ¶ Secundum vero principale euacuando diuerſiuum eſt hoc. ℞. *agar. electi drachm. j. polypodii, turbith, carthami an. ſcrup. ij. diagridii gran. ß. reformentur pilulæ ex omni ʒ vij. & exhibeantur iij. poſt cœnam per ij. horas.* ¶ Tertium vero inſtrumentum diuerſiuum catarrhi eſt gargariſma hoc. ℞. *aſari, ſtæchados, folii, maioranæ, polypod. an. dr. j. ameos, ſtaphyſagriæ, coſti an. dr. ß. coquantur omnia in lib. j. aquæ vſque ad conſumtionem medietatis: deinde colentur & exprimantur, & huius colaturæ accipiantur vnc. iiij. oxymellis ſquillitici vnc. j. & totum calidum mixtum pluribus vicibus per ij. horas ante prādium & ante cœnam gargarizetur.* ¶ Quartum eſt odoriferum hoc. ℞. *nigellæ torrefactæ, laudani an. dr. j. ß. ſtæchados, betonicæ, aſari, origani, folii an. ʒ j. ſtyracis calamitæ, ligni aloes, macis an. ʒ. ij. roſarum drach. j. ß. pulueriz entur omnia* E *per ſe & ligentur in ſindone retorta, & ſæpe odorentur.* ¶ Quintum materierum catarrhizantium abſciſſiuum & conſumtiuum eſt hoc. ℞. *ſtyracis calamitæ, laudani an. drach. ß. ſtæchados Arabicæ, pulegii, origani, florum roſma. an. dr. j. ß. ligni aloes ſcrupul. ij. ſandara. caryoph. an. ſcr. iiij. fiat puluis, de quo omni ſero ſuperaſpergatur prora capitis, vſq; ad ſummitatem per latitudinem quatuor digitorum.*

Puluis in potu ſumendus.

Alius.

Pilulæ.

Gargariſma.

Nodulus odoratus.

Puluis capiti ſuperinſpergendus.

Ad aſthma ſiue difficultatem anhelitus.

Secundum accidens principale eſt nocumentum anhelitus, quod prouenit ex defluxu materierum a capite ad pectus, & propter ventoſitates in hypochondriis genitas ex indigeſtione proueniente a debilitate caloris innati. ¶ Et huic quidem nocumento obuiandum eſt cum hoc loch, de quo ſępe teneat in ore ſuo, ita, quod inferius deſcen- F dat abſq; maſticatione vel deglutione. Et eſt quidem remedium valde efficax. Cuius deſcriptio. ℞. *mucillaginis ſebeſten vnc. iij. penidiarum vnc. ij. ireos, ariſtologiæ longæ, florum hyſopi, radicum enulæ, ſeminis maluæ, althææ an. drachm. j. liquiritiæ vnc. ij. ß. aniſi drachm. j. ß. capillorum vener. drachm. iij. fœnugræci vnc. j. granorum ſiſami vnc. j. ß. piperis albi & nigri an. ʒ ß. coquantur hæc omnia in lib. aq. ij. vſq; ad conſumtionem duarum partium: deinde prædicta*

Eclegma.

decoctioni addatur ſacchari ſecundæ coctionis lib. ß. *& coquantur ſimul vſq; ad conuenientem gluti-* A
noſitatem: poſtea incorporentur in mortario ſimul cum penidiis & mucilagine ſebeſten, & in fine ap-
ponatur croci ʒ ß. *& fiat loch, cuius vſus ſit vt ſupra.* ¶ Secundum vero inſtrumentum ad an-
helitus difficultatem appropriatum eſt hoc. ℞ *.chamomillæ* ℥ ij. *hyſſopi, origani an.* ℥ j. *cymini*
Sacculus pectoralis. ℥ iij. *fœnicul. aniſi an.* ℥ j. *ameos* ℥ ß. *puluerizentur omnia, & fiat ex eis ſacculus magnus, qui conue-*
nienter calefiat ſuper tabula de lariſio ligno bene calefacta, & applicetur pectori & hypochondriis.
¶ Tertium ad hanc intentionem eſt, quod tempore, quo moleſtatur difficultate anhe-
Decoctio. litus, ſæpe in mane accipiat cyathum j. huius decoctionis, quæ mirabili iuuamento con-
fert. ℞ *.radicum vngulæ caballinæ M* j. *radicum enulæ M* ij. *liquiritiæ raſæ M* j. *partes* ij. *incidan-*
tur minutim, & coquantur in lib. ij. *aquæ, vſq; ad conſumtionem medietatis, deinde colentur & ex-*
primantur, & huius decoctionis accipiatur quantitas præſcripta cum ℥ j. *ſacchari, &* ℈ ß *croci, & ac-* B
cipiatur totum calidum, & tardetur poſt ipſum cibus horis quatuor.

Ad nocumentum digeſtiuæ & appetitiuæ ſtomachi.

Tertium accidens principale eſt complicatum ex nocumento digeſtiuæ & appe-
titiuę ſtomachi, & vtrumq; quidem horum procedit ex fluxu materierum ad ſtomachũ,
& a debilitate eius p colligantiam eius ad caput: prouenit ẽt propter debilitatẽ, quę con-
ſequitur euacuationem immoderatã iã pdictam. Et huic qdem accidẽti licet ſupraſcri-
pta conferant inſtrumenta, & maxime puluis ſupraſcriptus vterq;, euacuando materiã,
q̃ eſt huius materiei effectiua cauſſa, tria tamen ſpecialia remedia videntur mihi cõſcri-
Potio. benda. ¶ Quorũ primum eſt potus iſte, quem ſæpe ſaltem alternis diebus in aurora acci-
piat calidum ſecundum hunc modum. ℞ *.aquæ menthæ & abſinthii an.* ℥ ß. *electuarii diacala-* C
menti ʒ j. ß. *miſce totum & accipiatur.* ¶ Secundum, eſt vſus huius confectionis. ℞ *.phiſticorum*
Morſelli. *mundatorum a teſta ſua* ℥ iij. *cinamomi electi* ʒ j. *ameos, macis, galangæ, piperis longi an.* ℈ j. *pulueris*
aniſi ʒ j. ß. *infundantur grana phiſticorum in vinum maluaticum calidum per duos dies naturales,*
deinde optime terantur, & coquantur in libra vna ſacchari, & lib. ij. *aquæ roſ. muſc. poſtremo autem*
incorporentur cum eis ſpecies, & fiant fruſta, ſicut pineata, & cooperiantur foliis auri. De hac itaq;
confectione ſemper ante & poſt cibum accipiatur fruſtum vnum, vſq; ad ij. Et quando
intendit ad ſtomachum cum hac confectione, dimittat alias. ¶ Tertium inſtrumentum
huic diſpoſitioni proprium eſt deſcriptio huius ſacculi tantæ amplitudinis, vt cooperiat
Sacculus ſtomachalis. ſtomachum, & vtraq; hypochondria. ℞ *.maioranæ. origan. menthæ, abſinthii, foliũ florum roſmar.* D
ſcolopendriæ an. M iij. *roſ. ſquinanti, labruſcæ an. M* ij. *macis* ℥ j. *pulueriz. omnia per ſe, & ſuantur in*
ſacculo cũ textura conuenienti. Calefiat ſacculus, ſuffumigetur cum ſtyrace calamita, & mane ante ci-
bum per 2. vel 3. horas, & ante cœnam per horam vnam fomentetur ex eo ſtomachus: deinde ſuper
ſtomacho portetur pannus de grana, de quo ſupra in regimine per aerem dictum eſt.

Ad oppilationem renum.

Quartum ſpeciale accidens fuit diſpoſitio renum, quę eſt mala complexio eorum
calida, proueniens magis ppter ebullitionem materierum in eiſdem, quæ conſequitur
prohibitam tranſpirationem eorũ ab oppilationib. in eo factis ex delapſu materierum
phlegmaticarũ ad eos. Vnde valde facile nocumẽtum ab eiſdẽ, & materia per colligan-
tiã venæ cauæ effunditur ad iuncturas. ¶ Et hęc eſt cauſſa principalis dolorum iunctura-
rũ periodice in eodẽ euenietium, licet huius doloris coadiuuatiua cauſſa, & valde potẽs E
poſſit eſſe exceſſus in coitu pcedẽtib. tẽporibus, & in pſentiarum factus. ¶ Et huic qdem
accidenti puident omnia ſupraſcripta remedia, & pprie confectio de phiſticis deſcripta
ſuperi⁹: phiſticis n. ineſt tãta virtus aperiẽdi, vt ẽt arenas, lapillos & trombos ex renib. ex-
Potio. pellant. *18. tertii c. de cura lapidis renũ.* ¶ Huic ẽt diſpoſitioni nobile remedium eſt hoc & in-
fallibile. ℞ *.aq. ſublimationis milii ſolis, ſcolopẽdriæ & apii an.* ℥ j. ß. *aq. tamariſci* ℥ j. *miſce & totũ*
Aquam apii non lædere caput, ſicut facit herba. *calidũ cum* ℥ j. *ſacchari in potu accipiatur in aurora 4. vel 5. vicibus.* Et ſi timeretur adminiſtratio
aq̃ apii ppter dolorẽ capitis, loco ipſius ſumatur aqua petroſ. Non eſt tamẽ verum, q aqua
apii lædat caput, ſicut herba illius: quoniã velocitas tranſitus vel penetrationis eſt cauſſa,
vt non poſſit capiti nocere ſicut herba. ¶ Tertium remedium expeditum & vtile eſt, q
in aurora accipiant ℥ v. aquæ ſublimationis capillorum Vener. Licet enim capill. Veneris
ſit medicina temperata a quam pluribus poſita, eſt tamẽ eius apertio in tertio gradu po-
Linimentũ. ſita. *5. colliget. c. de medicinis aperitiuis.* ¶ Quartum inſtrumẽtum huic intẽtioni ſeruiens eſt
linimentum hoc. ℞ *.pulueris lapidis Iudaici* ʒ j. ß. *lapidis ſpongiæ* ʒ j. *rubeæ tinctorum, ſpicæ nardi,*
orobi an. drachm. j. ß. *olei oliuarum antiqui* ℥. iij. *terantur omnia ſubtiliſſime cum prædicto oleo:*

deinde

A *deinde bulliant cum eo vſq; ad conſumtionem medietatis.* Et ſi quis huius olei caliditatem time-
ret, addantur deſcriptioni prędictę florum nenupharis ℥ ij. & mane & ſero fiat ex eo lini-
mentum a furcula ſpatularum inferius, vſq; ad caudam.

Ad dolorem iuncturarum.

Quintum principale accidens fuit iuncturarum dolor, cui quidem nocumento
iam aſſignatæ ſunt cauſſæ. Et eidem prouidendum eſt cum iſtis tribus remediis, licet
omnia, quæ ſtomacho, pectori & renibus ſunt aſſignata remedia, huic etiam conferant.
¶ Horum itaq; inſtrumentum primum eſt hoc. ℞. *olei omphacini ℥ iij. ſanda. ℥ ß. croci roſ.* Linimentū.
an. ʒ ß. campho. ſubtiliſsime tritæ ſcrup. ij. lactis vaccini ſcrup. iiij. ſief memitæ drach. ij. terantur o-
mnia inſimul perfectiſsime, & ex eo tepido liniantur iuncturæ omnes dolentes, & infunda-
B tur etiam in prædictum linimentum pannus, ex quo tepido iuncturæ liniantur. ¶ Secū-
dum inſtrumentum doloribus iuncturarum conferens ad alleuiandum dolores, imo et-
iam, quando moleſtiſſimi ſunt, eſt hoc. ℞. *farinæ hordei lib. ß. amyli ℥ ij. roſarum ℥ iiij. maſti-* Emplaſtrū.
cis ʒ j. ß. ſandaracæ ʒ ij. bulliant omnia in lib. j. vini albi Planenſis, vſq; ad conſumtionem ipſius: de-
inde minutiſſime terantur in mortario cum vitellis ij. ouorum, & hoc totum tepidum
applicetur dolentibus iuncturis. ¶ Tertium ſpeciale eſt decoctio hæc, cum qua perſæpe
calida abluantur iuncturæ dolentes, & diligenter exſiccētur. ℞. *gallarum cupreſſi lib. ß. ſco-* Embrocha.
riæ ferri ſub incudibus inuentæ lib. ß. roſarum, cupellarum glandium an. ℥ j. fœnugræci ℥ iiij. bulliant
omnia ſimul in aqua extinctionis ferri vel chalybis, quantitate lib. 40. vſque ad conſumtionem tertiæ
partis: De hac igitur decoctione embrocentur iuncturæ dolentes, & teneantur in ea infuſæ, ſecundum
C *placitum, & eſt efficax remedium.*

Ad immoderatum fluxum hæmorrhoidarum.

Apparuit ſuperius in primo cap. quod vltimum accidens, quo moleſtatur hic ge-
neroſus vir, ſit immoderatus hœmorrhoidalis fluxus, qui ſatis verendus eſt, a quacunque
cauſſa contingat ipſum fieri, ſiue a debilitate virtutis retentiuæ, aut digeſtiuę propter ni-
miam reſolutionem virtuti vitali contingentem propter reſolutionem ſpiritus & ſan-
guinis euacuationem, & hoc quidem accidens verendum eſt, quia minatur huic viro
hydropem futuram, propter debilitatem epatis ad eādem euacuationem conſequentē,
neq; tamen laudo huius viri fluxus ſubitam retentionem, imo, ſi contingeret euacua-
tionē fieri per hunc fluxū ſemel aut bis in anno non ſuperfluente, ſpero hanc ei fore lau-
D dabilem, & nullo modo cohibendam. ¶ Cū itaq; contigerit propter aliquam cauſſarum Signa fluxū
hunc fluxum totaliter cōſtringi, prouocari debet, ſignis tamen pręcedentibus demon- hæmorrhoi-
ſtratiuis neceſſitatis euacuationis illius, quę ſigna plurima ſunt. ¶ Vt primū, grauitas toti- dalem male
us corporis & membrorum omnium. ¶ Secundum, laſſitudo vel impotentia ad progreſ- eſſe conſtri-
ſiuos motus. ¶ Tertium, grauitas vel pondus in loco ſphincteris. ¶ Quartum, exceſſiuus ctum.
dolor eueniens, poſtq̄ homo a læſione ſurgit, ita, quod apparet in coxis & in natibus do-
lor & pigritia magna in motu corporis. ¶ Quintum eſt pruritus & feruor in circumfe-
rentia ſphincteris, & concauitate inteſtini. ¶ Sextum, grauitas per ſpinam percepta pro-
pter repletionem venę cauę deſcēdentis. ¶ Septimum, grauitas ſub hypochondrio dex-
E tro aſcendens quandoq; vſq; ad furculam ſpatularum. ¶ Octauum, anhelitus difficultas
proueniens ex compreſſione diaphragmatis a materia replente facta. ¶ Nonum vero
eſt vertiginoſa aut ſcotomica diſpoſitio ſuccedens, ita, quod homini appareat aerem
exterius reuolui circulariter, & ante oculos eius in aere percipitur muſcarum vel culi-
cum volatus, falſus tamen & non exſiſtens.

Quando igitur hæc omnia ſigna, aut ipſorum plura apparuerint, tunc facile con- Remedia
cludi poteſt, quod hœmorrhoidalium venarum retentio facta eſt maior, quam opor- fluxum hæ-
teat. Itaque ad apertionem procedendum eſt diuerſis ingeniis. ¶ Quorum primum morrhoida-
eſt ventoſa abſq; ſcarificatione domeſticis partibus crurum & coxarum facta &c. ¶ Se- lem prouo-
cundum, earum ſcarificatio, ſi ventoſæ non contulerint abſque ipſa. ¶ Tertium, fri- cantia.
catio prædictarum partium cum aſpero panno, facta ante cibum & potum per horam
F vnam. ¶ Quartum, rubificatio prædictarum partium facta cum calamento vel apio ſyl-
ueſtri partibus prædictis appoſitis calidis poſt eorum contritionem. ¶ Quintum, orificii
ani fricatio cum felle tauri, vel alio quocunq;. ¶ Sextum, earum confricatio cum foliis fi-
cus ſiccis vel humidis, vel cum foliis conſolidæ maioris. ¶ Septimum, earum punctio cū
ſetis porcinis. ¶ Octauum, applicatio vētoſarum ſuper extremitate inteſtini. ¶ Nonum,

vero &vltimum orificiorum hæmorrhoidaliũ venarũ apertio cum phlebotomo. ¶Igitur prædictarum venarum apertione facta permittatur exire ſanguis a quatuor vſq; ad octo dies: vſquequo ad illius exitum magna non conſequatur debilitas, aut impotentia motus corporis. A

Fluxum hæmorrhoidalem reſtringentia.

Si autem contingeret, q huic euacuationi ſuccederet magna debilitas, & per plures dies perſeueraret fluxus ſanguinis, tunc ſtatim reſtrictioni huius euacuationis prouidendum eſt cum infraſcriptis ingeniis. ¶ Quorum primum eſt, vt ligentur manus ſuper cauillis cum corrigiis bene ſtringentibus. ¶ Secundum, vt ventoſa magna apponatur pluries in die ſine ſcarificatione ſub hypochondrio dextro, vbi eſt locus epatis. ¶ Tertium, vt ſedeat in hac decoctione tepida bis vel quater in die. *℞. dragacanthi vnc. ß. gummi Arabici vnc. ij. glutinis piſcium vnc. iij. ſcoriæ ferri præparatæ vel frixæ in aceto lib. ß. ſumach. granorum myrti, corticum granatorum, cupullarũ glandium an. M. iij. contundantur omnia; & bulliant in libris L. aquæ, vſq; ad conſumtionem tertiæ partis, & fiat ex eo vt dictum eſt.* ¶ Quartum, vt ſuper ſphyncterem & circumſtantes partes ſimul per ſemiſſem vnum applicetur hoc emplaſtrum calefactum. *℞. mumiæ hæmatitis, ſang. draconis, boli armeni, acaciæ an. gr. iij. gypſi puluerizati vnc. j. ß. conquaſſentur omnia diligenter cum albumine oui, & infundantur in prædictis faldellæ ſtuppæ prius infuſæ in acetum nigrum & lene expreſſæ, & cum bona adhærentia applicentur partibus.* ¶ Si autem per hæc ingenia non reſtringeretur fluxus hæmorrhoidalis, tunc omni mane in aurora patiens accipiat *drachm. iij. electuarii de thure, vnc. ij. aquæ decoctionis ſeminis plantaginis calefactæ*, & quære electuarium illud *nono Almanſ. in capit. de fluxu ventris.* ¶ Si autem adhuc fluxus ille non reſtringeretur, omni mane in aurora patiens accipiat ſex vel octo de infraſcriptis pilulis, de quibus etiam ſoleo ſemper ante cœnam & prandium per horam exhibere tres vel quatuor. Et eſt earum deſcriptio. *℞. oſſium dactylorum combuſtorum drachm. j. corallorum alborum & rub. ſandarachæ, thuris gummoſi, hypociſtidos, acaciæ, granorum myrti an. ſcrupul. ij. karabæ, hæmatitis an. drachm. j. [illegible] ſeminis porri torrefacti, naſturtii torrefacti an. ſcrupul. iiij. bdellii molli & ſubalbidi drachm. v. terantur omnia per ſe: Deinde ſimul incorporentur in mortario cum piſtillo ſæpius calefacto, & fiant pilulæ de omni drachm. vii. quarum vſus exiſtat, vt iam ſcriptum eſt*, & ſunt non fallentes me in caſu iſto, qui quandoque perduxit hominem ad pulſum vermicularem, a quo tamen diuina gratia releuati fuerunt plurimi, ſicut ſpero, hunc generoſum virum etiam liberatum iri, quod ſua miſericordia concedere dignetur altiſſimus, ad laudem eius ſempiternam. Amen. B C D

Balneum. *Emplaſtrũ.* *Electuariũ.* *Pilulæ.*

Consilium LXXVI. *De Catarrho.*

PRo altero vero ſeruo DEI prædicti ordinis, fratre Iohanne de Comis, prouidendum eſt remediis habentibus intentiones mundificandi caput, & pectus, & ſtomachum a phlegmate vitreo & mucilaginoſo catarrhizante, & per viam indigeſtionis genito in prædictis membris: propter quod oportet ipſum prouidere ſibi, vt caput, pectus & ſtomachum pannis bene coopertis cuſtodiat, & ab vſu lactis, ciborum paſtilium, a multitudine piſcium, ab vſu betæ, ſpinachiæ, lactucæ & aquæ frigidæ potu omnino ſibi caueat, & vtatur remediis tribus ſecundum hunc modum. ¶ Accipiat omni quarto ſero parum ante cibum vel ante collationem nocturnam, quando adeſt ieiunii tempus, vnam de iſtis pilulis, alteram vero pilulam accipiat per horas duas poſt cœnam. *℞. aloes ablutæ drachm. ij. ß. arthanitæ, colocynth. agarici, turbit, hermodactyl. an. gran. vj. diagridii gran. v. zinzib. caryophil. macis, ligni aloes an. gran. iij. cum hiera ſimplici formentur pilulæ ex omni drachm. vii. de quibus fiat, vt dictum eſt.* ¶ Secundum remedium eſt, vt die intermedia inter vnam & alteram pilulam, quando vadit ad lectum, cum ß. cyatho vini alb. calefacti ſubtilis & dulcis accipiat huius electuarii drach. j. ß. *℞. electuar. diacalamenti vnc. ß. electuarii diairis vnc. j. amborum deſcriptione Nicolai in antidotario incorporentur ſimul cum modico ſyrupo de hyſſopo.* ¶ Tertium vero inſtrumentum eſt puluis iſte, de quo vir iſte omni tertio ſero, quando vadit ad lectum, ſuper prora capitis ſui per directum ſagittalis commiſſuræ in latitudine quatuor digitorum apponat quantitatem vj. gr. hordei ſpargendo ipſum inter capillos. Cuius deſcriptio. *℞. folii granorum paradiſi, ligni alo. ſtyr. c. calamitæ an. drach. ß. corallor. rub. ſcrupul. j. macis drach. j. ß. caryoph. drach. ß. fiat omnium pe[r] ſe pulvis & commiſceatur.* E F

Pilulæ. *Electuariũ.* *Puluis capiti ſuper inſpergendus.*

A CONSILIVM LXXVII. *De octo malis diſpoſitionibus, videlicet: De catarrho cum mala complexione frigida & humida cerebri. De mala complexione calida & ſicca epatis. De aſthmate & tuſſi cum ſputo. De nocumento digeſtionis ſtomachi. De dolore muſculorum ſpatularum & colli. De diarrhœa periodica. De febre cholerica aliquando ſuperueniente. Et de ardore vrinæ. Diuiditur autem conſilium in capitula tria.*

CAP. I. *De eſſentia & de cauſſis & ſignis diſpoſitionum.*

Catarrhum hunc pendere a diſpoſitione duplici membri principalis.

NON eſt dubitabile apud peritos in theoria medicinæ, quod catarrhus nobilis viri Ioannis Franciſci de Triſſeno pendeat a diſpoſitione duplici membri principalis. ¶ Et prima quidem eſt diſpoſitio cerebri per eſſentiam. Secūda :patis per colligantiam. ¶ Et diſpoſitio quidē cerebri naturalis, licet a prin-
B cipio fuerit calida, vt ex ſignis deduci poſſet, vt ex calore in toto capite percepto, ex nigredine capillorū, craſſitudine & aliquali criſpitudine eorum, ex velocitate operationū interiorum: ſimiliter ex aliis ſignis congregatis ¶ Tamē diſpoſitio præſens cerebri ipſius videt̃ magis eſſe frigida & humida denominanda, quam calida, quod ex multis contingere potuit, vt ex frequenti applicatione ad aerem frigidum, & ex vſu infrigidante a quacunque rerum non naturalium proueniente ſiue ex cibis, ſiue ex potibus, ſiue ex multo coitu prouenerit illud, ſiue contigerit permutatio cerebri a cauſſis corporalibus, vt propter debilitatem digeſtiuę ſtomachi, epatis vel totius iam manifeſte videri poteſt, quod in capite eius congeratur multa materia mucillaginoſa & aquoſa. Quæ & ſi ab inferioribus membris ad caput tota propulſa fuiſſet, ipſa tamen propter temporis longitu-
C dinem de neceſſitate permutauit cerebrum ad frigiditatem & humiditatem, quoniam omnes ægritudines chronicæ ſecundum omnem diſpoſitionem ſunt frigidæ, vt colligitur *prima tertii, cap. de cauſſa hæmigraneæ.* ¶ Ex quo fundamento apparet intelligi poſſe, quare ægritudo iſtius viri fuerit fortis, eo, quia ipſa eſt lapſus ad contrariū complexioni cerebri, ætati & plurib. aliis. At vero, ꝙ hęc diſpoſitio ſit ꝑ eſſentiā, apparet ꝓpter diuturnitatē temporis. ¶ Secūda vero ꝓpter cōtinuā fere effuſionē materierū a capite. Si n. ęgritudo foret p̃ciſe ꝑ colligantiā ab epate, impoſſibile foret, epar ipſum tādiu & tantā materiā tranſmittere capiti, quāta effunditur ab eo. ¶ Et tertio iterum, ꝙ hęc ægritudo ſit per eſſentiam, apparet ex dolore capitis, grauitate eius, & extenſione eius ægritudinis ad frontem, tempora & poſteriores partes. oportet igitur dicere, quod ægritudo hæc ſe-
D cundum magnam partem ſit diſpoſitio cerebri per eſſentiale nocumentum eius.

Hanc ægritudinem vt plurimum pendere ab hepate.

Quod vero hæc ægritudo ſecundum partem notabilē dependeat ab epate, ex multis deduci pōt. Primo, q̃a maius nocumētū, ꝙ in capite videl. fixū apparet, eſt in tota medietate dextra capitis eius, ſed hoc ponit̃ eſſe ſignū nocumenti cerebri per colligantiā eius ad epar, vt *1. tertii, c. 14.* ¶ Et iterum ſecūdo hoc deducit̃ ex parte materiei, q̃ in ſapore ſuo ſalſedinem, quaſi ſemper & aliquando amaritudinem repræſentat, amaritudo autem non poteſt prouenire, niſi a cholera aut vapore eius ab epate communicato ad cerebrum. ¶ Et tertio iterum, quia ſalſedo in tali materia euidentius aſſignari poteſt peruenire per mixtionem choleræ cum phlegmate aquoſo augmentato in cerebro ꝑ viam indigeſtionis. Ex quorū duorū commixtione adinuicē acquiritur ſalſedo *1. primi. c. de hu-*
E *morib. in facto eſſe.* Et licet ſalſedo in materia acquiri poſſit per modum putrefactionis, q̃a tamen in viro iſto nō apparēt ſigna putredinalē calorē teſtificātia, & apparet ꝑmanſiua ſalſedo in materia, ideo euidētius deducit̃, ipſam ꝓuenire ex mixtione p̃dicta materierū, q̃ ex putrefactione ipſarum. ¶ Similiter licet phlegmatica ſalſa materia quādoq; in ore huius viri repræſentet̃ cum ſenſatione fumoſę aduſtionis: deduci tñ poſſet manifeſte, ꝙ talis materierū aduſtio nō fiat in ipſo cerebro: Apparēt n. multę vigilię, inquietudo dormitionis, corruptio vehemēs, ſitis & roris amaritudo, ſpecies alienationis, vel corruptionis in operationib. ſenſuū interiorū, quorū neutrū in hoc viro apparet, ideo ſubtili⁹ videt̃ eſſe dicendū, ꝙ in epate eius aſſignet̃ caliditas aduſtiua materierū cholericarū, q̃ cholerica materia aliqualiter aduſta, ſiue ſubſtantialiter tranſeat ad caput, ſiue ꝑ modū euapo-
F rationis cōmixta aquoſo phlegmati, cuius multitudo reperit̃ in cerebro, ſimul in eo ponit ſalſedinem & odorē, vel ſaporem ſimilem ei, qui prouenit a corporib. quæ adurunt̃.

Veſtigium aduſtiuæ caliditatis in

Quod autem in epate huius viri veſtigium aduſtiuæ caliditatis aſſignari poſſit, ex multis deduci poteſt. ¶ Primo quidem ex colore eius, qui ad rubedinem cum obſcuritate eleuatus eſt. ¶ Secundo ex venarum extenſione. ¶ Tertio ex habitudinis ariditate.

hepate huiꝰ patientis aſſignari poſſe.

¶ Quarto ex tactu caliditatis acute imprimentis. ¶ Quinto ex cutis aliquanta ſoliditate. A ¶ Sexto ex multitudine generationis choleræ rubeę. ¶ Et ſeptimo, quia in hoc viro videtur apparere ſigna decidentiæ cõplexionis eius in aduſtã, q̃ permutationẽ non credo ipſum euadere poſſe, niſi fiat cõtra operãtia ex parte regiminis ipſi cõuenienter aſſignãdi. ¶ Ex quib. omnib. diligẽter conſideratis, volo mihi ſatisfactũ eſſe de eſſentia ægritudinis huius viri varietate eius, & accidẽtibus ipſius. Eſt n. ægritudo eius mala complexio frigida & humida materialis cerebri iam declarata. ¶ Varietas autem eius eſt, quia mala complexio diuerſa inuenitur in cerebro eius. ¶ Primo quidẽ diuerſa, quia compoſita ex facta, quæ eſt in cerebro fixa, & fiente, quæ dependet ab epate. ¶ Et iterũ diuerſa, quia ex diuerſitate materierum ꝓueniens, vt declaratum eſt. ¶ Et tertio aſſignatur diuerſitas ex parte accidentium cõmunicantium materiã, quę quãdoq; ſalſa cum aduſtionis veſtigio, B quandoq; ſine eo reperitur, aliquando vero cũ aliquali amaritudine, aliquando ſine ipſa repręſentatur. ¶ Accidẽtia vero ægritudinis ſunt catarrhus; qui quandoq; & raro ad partem rizę conuertitur. ¶ Quandoq; ꝑ partes muſculorum, chordarum, venarum, & arteriarum colli & gulæ deſcendit ad ſpatulas. ¶ Aliquando vero per palatum & venas deſcendit ad pectus, quod demonſtratur ex nocumento anhelitus, tuſſi & ſimilibus. ¶ Et quandoq; deſcendit ad ſtomachum, quod apparet ex diarrhœa vel fluxu ventris periodicæ apparente, inordinata tamen periodo magis, quam ordinata. Hęc ſunt, q̃ de diſpoſitionibus huius viri, velut veriora contemplari potui. ¶ Et ex hoc fundamento facile apparere poteſt, quod talis ægritudo minetur ipſi accidentia aſthmatis, empyematis, phtiſis, dolorũ iuncturarum, læſionis ſtomachi, & plurium aliorum, vnde oportet, quod C hic vir & promtus & ſollicitus fiat ad curationem ſui, aliter male ſe habebit.

CAP. II. *De cura dictarum diſpoſitionum per regimen ſex rerum non naturalium.*

REGATVR igitur ex parte ſex rerum non naturalium regimine confracto ex calefacientibus & exſiccantibus, quæ aduerſentur diſpoſitioni cerebri, & infrigidantibus & humectantibus, quæ diſpoſitionem epatis reſpiciant, quare, ſi bene conſiderentur ea, quæ de cibariis alterata ex prædictis in primo gradu caliditatis & ſiccitatis erunt, erunt conuenientia lapſui cerebri, & erunt corrigentia caliditatem & ſiccitatem epatis, quę notabiliter eleuata eſt. Et quia caliditas & ſiccitas primi gradus com- D parata ad caliditatem & ſiccitatem ſecundi gradus erit ſufficiens remittere ipſam, quoniam remiſſum remittit intenſum, ſecundum veriorem viam, vt patet de aqua remiſſe calida, quę remittit intenſe calidã, ideo tale regimẽ videretur eſſe conueniens. ¶ Poſſem a. ego dicere dulcius & cum minori anxietate cibaria calida & ſicca commiſceantur frigidis & humidis, & e contra, ſperans, ꝙ diſcretiua potentia ad ægritudinem calidam & ſiccam tranſmittet frigida & humida, & ecõtra, vt ſcribitur *1. quarti de cura hæmilritri cõtra Alexandrum, & quinto can. ſumma & cap. primis in compoſitione medicinarũ ex contrariis.*

Aer. ¶ Aer itaq; ipſius ad caliditatẽ & ſiccitatẽ parumper inclinetur & locus habitationis conſimiliter, & omnino euitet exceſſum humiditatis & ingreſſum aquarum, & maxime frigiditatem capitis & extremorum, percipit enim maximum nocumentum ex illis.

Cibi. ¶ Hi euitet cibaria velociter corruptibilia, vt lac, vnctuoſa multũ, & conſimilia. ¶ Item vehementer E vaporoſa & acuta, vt allium, cæpas & ſimilia illis. ¶ Vaporoſa cibaria omnia, velut legumina, fructuum multitudinem & brodialia pinguia. ¶ Et iterum cibaria magnæ viſcoſitatis, velut paſtilia, piſcium multitudinem, carnium partes cutaneas, neruoſas & panniculares, & inter reliqua ab omni genere ſalſorum ciborum abſtineat, & in cibariis ſuis valde modicum ſalis accipiat, & acuti etiam aceti vſum effugiat. Et propter eãdem cauſſam

Potus. etiam caueat a potu aquę frigidæ & vſu eius cum vino, niſi fuerit diligenter præcocta. Et vinum eius ſit album nõ dulce, neq; illi vicinũ, ſed mediocritate ſaporis, leui ſtypticitate participans.

Motus & quies. ¶ Et tertio principaliter a fortibus exercitiis abſtineat, & propriе ſuper cibo, & in ſumma quieſcere vtilius eſt ei, quam vehementer exercitari, licet motus pro- F greſſiuus mediocris ſit ei cõuenienter vtilis.

Inanitio & repletio. ¶ Quarto adhuc in modo ſuę cibationis euitet cibi quantitatẽ magnã, imo melius eſt ei parce comedere, quã in cibatione ſaturitatẽ complere, nã abſtinentia, ꝑ quam corpus inanit in exſiccando reumata & catarrhos eſt valde conueniens.

Somnus & vigilia. ¶ Quinto vero dormitionem effugiat immediate poſt cibum factam, & etiam diurnam in quantum poteſt, imo nõ dormiat prope cibum, niſi ſaltẽ tranſierit

hora

A hora completa & dormiat eleuato capite nullo modo reſupinus, ſed ad latera declinans, & prius ſuper dextro: deinde ſuper ſiniſtro latere: reliquo vero tempore vigilet, ita quod menſura ſomni in die naturali non fiat amplior, quam ſeptem horarum. ¶ Pro altera vero re non naturali omnino effugiat accidentia animi, velocem & fortem motum in ſpiritibus & humoribus imprimentia; ſicut iracundiam, furiam & conſimilia; immo ſpem bonam in ſua curatione lætanter accipiat in altiſſimo Deo confidens. *Accidentia animi.*

Cap. III. *De cura dictarum diſpoſitionum per medicinalia.*

PRo regimine vero huius viri per medicinalia præmittendum eſt, quod quia in hoc viro diuerſæ ſunt ægritudines & accidentia, diuerſis etiam vti oporteat intentionibus & inſtrumentis curatiuis, cum quælibet illarum ægritudinum & accidentiũ vertat ad ſe curationẽ neceſſariã. Sunt autẽ ægritudines in hoc viro. Prima quidẽ mala cõplexio cerebri frigida & humida, cuius accidẽs eſt deſcẽſus materiæ catarrhizans ad pectus. Secundũ accidens eſt aſthma. Tertiũ, tuſſis fortis cũ multitudine ſputi. Quartũ, corruptio vel impedimentũ digeſtionis. Quintũ, fluxus diarrhœtic⁹ qñq; eueniens. Sextum, dolor circa ſpatulas & collum eueniens, qui quandoq; extenditur vſq; ad genu. Secunda principalis ægritudo eſt mala cõplexio epatis calida & ſicca: cuius accidens eſt quandoque cholerica febris ſuperueniens. Secundũ ardor in vrina qñq; ſupueniens. Cum igitur hæc accidentia ſint quamplurima, ideo viſum eſt mihi vnicuique illorum per ſe ordinare prouidere. ¶ Præmittendum primo, quod in curationibus variarũ ægritudinum complicatarum principium aſſumi debeat ab ea, ſine cuius curatione reliqua curari non poſſunt. Cum igitur diſpoſitio cerebri videatur eſſe ſuſpectior omnibus aliis, oportet neceſſario ab eius curatione etiam incipere eique principaliter attendere. Et quia poſt ipſam nocumentum in anhelitu eſt multum periculoſius: ideo primo ponã inſtrumenta rectificationis cerebri. ſecundo, epatis. tertio, pectoris. quarto, ad aliorum accidentium curam pertranſibo, &c.

De catarrho.

Itaq; pro regimine ad cerebrũ cõuenienti 8. inſtrumenta mihi neceſſaria viſa administrabo. Quorum primum eſt vt ægro iſto mane hora electa phlebotometur baſilica dextri brachii, per quam educantur ſanguinis ℥ v. ad alleuiandum epar, & diuertendum materias ad caput ſolitas effundi. Secundum eſt, vt ſequenti die purgetur cũ ʒ j aut duobus ℈. pilularum cochiarum. educunt enim materiam cholericam & phlegmaticã a capite, & inferioribus. & ſunt vtiliſſimæ omnib. in quibus perſeuerant catarrhi, in æſtate & in hyeme. vt *ſ. tertii, c. de cura catarrhi.* literaliter colligendum. Exhibeãtur itaq; in aurora & dormiat æger poſt eas præcipue per horã, & quinta hora ab aſſumtione earũ accipiat cyathum aquæ hordei cum pauco ſaccharo calefactæ: & in ſexta hora prandeat. Tertiũ inſtrumentum eſt, vt vir iſte, poſtquam fuerit euacuatus, accipiat hoc digeſtiuum calidũ hora prædicta, & continuet ipſum ad minus diebus 10. Cuius deſcriptio. ℞. *ſyr. de endiuia, mel. ro. ſyr. de ſtœchad. an.* ℥ ß. *aquæ cichoreæ, & betonicæ an.* ℥ j ß. *miſce.* Quartum eſt, vt tempore quo aſſumit hoc digeſtiuum, ſaltem omni tertio ſero per vnam horam vel duas poſt cœnam accipiat vnam pilulam aſſaiaret deſcriptione Auic. *1. tertii, tract. 1. & vlt. cap.* diſtrahunt enim a capite & reprimunt materias ad ipſum aſcendentes. Quintum, vt tempore digeſtiui prædicti intẽdatur ad diuerſionem materierum. & de numero eorum, quæ leuiter & ſecure diuertunt, eſt longa & fortis fricatio membrorum inferiorum cum pannis calidis ab inguinibus vſque ad pedes, trahendo inferius a ſpatulis vſque ad nates, & ab humeris vſque ad manus. Motus enim membrorum inferiorum eſt valde iuuatiuus pro catarrho, propter attractionem materierum ad inferiora. Secundum diuertens & fortius eſt adminiſtratio clyſteris huius. ℞. *foliorum betæ, mercurialis, maluæ, furfuris an. pugillum vnum, aſari, betonicæ ana pugillum mediũ, coquãtur conuenienter, & ex hac decoctione diligenter expreſſa accipiatur lib. j. olei violarum & de croco ana* ℥ j ß. *hieræ Gal. & ſacchari ru. ana* ʒ vj. *ſalis communis* ℥ ß. *applicetur in mane.* Tertiũ diuertens & remedium inter iſta eſt frequens appoſitio ventoſarũ ſuper natibus & ſpatulis, & non ſcarificentur, niſi in loco appoſitionis earũ vehemens appareat ſanguinis veſtigium. Quartum diuertens & vtile inter cætera eſt prouocatio hæmorrhoidarum: ſed proprie conuenientior eſt magis poſt euacuationes iteratas. fricentur itaque extremæ partes inteſtini cum foliis fici aut conſolidæ maioris, vel cum aliquo rugoſo cortice arboris: aut cum panno aſpero, vel cum felle tauri

Margin notes: *Octo inſtrumenta medicinalia ad catarrhum neceſſaria.* — *Digeſtiuum.* — *Clyſter.*

Margin letters: A, B, C, D, E, F.

calefacto, cum modico ſalis vel pulueris arthanitæ. ¶ Sextum inſtrumentum principale A
eſt, vt poſt aſſumtionem ſyrupi vir iſte euacuetur cum pilulis cochiis iam prædictis, qui-
bus addi poteſt ℈ j. pilularum de ſarcocolla & obſeruētur in hac euacuatione, quæ dicta
ſunt in prima. ¶ Attendendo tamen, q ęger non debeat eſſe contentus vna vel duab. e-
uacuationib. ſed debeat eas reiterare toties, quoties digeſtionis veſtigia complete appa-
reant. quoniam talis eſt regula in curatione ægritudinum chronicarum obſeruanda: &
ſi videretur viro ſapienti regenti hunc ægrum prædicto ſyrupo, poſſet fieri additio ſy-
rupi de calamento aut ſyrupi de praſſio gratia capitis & ſyr. ro. oxyſacch. & ſimilium gra-
tia epatis. ¶ Septimum inſtrumentum principale eſt, vt vir iſte poſt prædicta aſſueſcat o-
mni die ſemel lauare caput ſuum cum lixiuio acuto & cum ſapone, deinde bene diligen-
ter exſiccare ipſum & hoc continuare per ſpatium 10. dierum, memorando ſemper in B
hoc tempore accipere aliquam de pilulis aſſaiaret ſuperius tactis, & tempore harum ab-
lutionum caueat exponere ſe aeri frigido, fulciendo caput ſuum cum tecturis conueni-
entibus. ¶ Octauum eſt, vt poſtquam omnia prædicta expleta fuerint, quieſcat æger per
quatuor vel quinque dies. Et tunc prius raſo capite applicetur ei per totum hoc empla-
Emplaſtrū. ſtrū. ℞. *ſucci calamenti vel mentaſtri ℥ ß. farinæ fabarum & orobi ana ℥ iij. pulueris coſti, macis a-
na ℥ ß. gran. ſinap ʒ j. pulueris ſtercoris columbini ℥ ij. pulueris maioranæ ʒ vj. bulliant lento igne: li-
niatur ergo totum caput ex eo*, quoniam rubificando veſicat & materias a profundo cerebri
attrahendo conſumit, & in cerebro confortationem notabilem relinquit, ſi bene con-
ſideras componentia. Hæc de diſpoſitione cerebri ſufficere videntur. C

De mala complexione epatis.

Quatuor remedia pro mala complexione epatis. Iam vero ad curam epatis tranſire oportet, cui quatuor remediis mihi prouidendū
eſſe apparuit. ¶ Primum itaque eſt, vt æger iſte pluribus dieb. accipiat ℥ iiij. aq. endi. cū ʒ
ß. pulueris epatis lupi in furno exſiccati & puluerizati. ¶ Secūdū vero, vt aſſueſcat come-
dere carnes codiarum elixatas, quoniam a proprietate confortāt hæc omnia epar, *14.*
I. *tertii c. de curis vniuerſalibus epatis.* Sunt autem codiæ limaces magnæ cum teſtis rubeis ſu-
II. per ſpinas & dumeta inuentæ. ¶ Tertium eſt, vt quaſi ſemper ante omne cibarium per
III. longum tempus accipiat rotulam vnam confectionis diarodon deſcriptione Nicolai in
IV. antidotario, q ſit ponderis ʒ ij. ¶ Quartum, vt ſæpe in diebus caloris aſſueſcat epithema-
re epar ſuum cum panno lineo longitudinis ſpithamæ & latitudinis v. digitorum infuſo D
Epihema epatis. in hanc mixtionem actu tepidam. ℞. *aqu. abſinthii, cichoreæ & roſarum ana lib. ß. ſpodii ʒ j ß.
croci ℈ j. roſarum. ſandalorum amberum ana ℈ ij. camphoræ gr. vj. aceti cochlearia v. miſce diligēter.*

De Aſthmate.

Pro regimine tertii accidentis, quod eſt aſthma, tribus remediis mihi viſum eſt cō-
ueniens prouidere. ¶ Quorum primum eſt, vt mane & apud veſperas & iterum in ſero
Loch. tempore introitus ad lectum vir iſte ſæpe teneat in ore de hoc electuario. ℞. *loch de papa-
uere, loch de pino ana ʒ ß. incorporentur cum bona contritione.* ¶ Secundum medicamen eſt, vt
vir iſte omni quarto mane in aurora accipiat ʒ iij. electuarii diapraſſii deſcripti a Nico-
lao in Antidot. cum ℥ ij. aquæ decoctionis radicum liquiritiæ munda. cum pauco croci
& calefactæ. mundificat enim & expurgat pectus dilatando vias anhelitus. ¶ Tertium E
eſt, vt omni ſero, cum vadit ad lectum, faciat inungi pectus ſuum cum hoc linimento. ℞.
Linimentū. *olei de croco, olei liliorum albor. ana ℥ j. pulueris ireos, croci, ariſto. ro. opoponacis an. ℈ j. terātur omnia
minutiſſime ſimul:* & ex eo calidum fiat, vt dictum eſt.

De nocumento digeſtionis ſtomachi.

Pro regimine quarti accidentis, ſcilicet nocumenti digeſtionis conferre poſſunt
quatuor inſtrumenta. ¶ Primum eſt vſus frequētatus menthę aromaticæ: cuius ſtipes ad
rubedinem tendit in cibis acceptæ. ¶ Secundum, vt ſemper ante omnem cibum accipi-
at rotulam vnam ʒ ij. huius cōfectionis. ℞. *ſpecierum electuarii de ligno al. deſcriptione Auicen-
Rotula. næ ſ. can. ſumma 1. ʒ j. ſpecierum aromatici ro. ſecundum Gabriel. ʒ ß. ſacchari al. ℥ iiij. cum aqua ab-
ſinthii fiat confectio in rotulis ʒ ij.* ¶ Tertium, quod cum medio cyatho aquæ decoctionis F
macis calidæ ſaltem bis in ſeptimana accipiat ℈ j. pulueris ameos. ¶ Quartum, vt ſæpe fa-
Vnguentum ciat inungi ſtomachum ſuum cum hoc vnguento. ℞. *olei nardini, olei de maſtice ana ℥ j. macis,
menthæ, ameos, ſpicæ, aſari ana ℈ j. caryophyll. ℈ ij. ceræ quantum ſufficit, fiat vnguētum mediocris te-
nacitatis cum ℥. media reſinæ.*

De

A *De dolore colli & ſpatularum.*

Ad curam vero alterius, ſcilicet quinti, quod eſt dolor muſculorum colli & ſpatularum, conferunt omnia mundificãtia caput, & ventoſarum applicatio, ſupra poſita in regimine capitis: & affert ei iuuamentum notabile hoc linimentum ſpatulis frequenter applicatum & collo. ℞. *olei omphacini ℥ j. olei de euphorbio ℥ ß. ſalis communis torrefacti & bene* Linimentũ *triti ʒ ij. conquaſſentur ſimul, & ex eo actu calido fiat, vt dictum eſt.*

De diarrhœa periodica.

Ad regimen vero alterius accidentis, quod eſt periodica diaria, videtur mihi, quod conuenientius ſit ipſam naturæ regimini dimittere, quam intercipere, niſi ſuperfluen-
B do debilitaret. Si autem perduceret ad hoc, prouideatur ei duplici inſtrumẽto. ¶ Primũ Rotula. eſt, vt ſemper ante cibũ accipiat rotulam vnam huius confectionis. ℞. *conſeruæ cydoniorum ℥ iij. maſticis ʒ j. menthæ, macis ana ʒ j. cum modico vini cydoniorum diligenter incorporentur in mortario, & fiat confectio in rotulis ℥ iij. & accipiatur vna ex eis.* ¶ Secundum vero inſtrumentum eſt clyſtere hoc. ℞. *coriandri præparati, granorum myrti, cupularum glandium, ſeminis plan-* Clyſter. *taginis, & acaciæ ana M j. fœniculi, cymini, aniſi ana M ß. granorũ granatorum exſiccatorum M ij. de earum decoctione accipiatur ℔ j. olei roſarum ℥ iij. mellis roſati colati ℥ j. pinguedinis renum hirci ℥ ij. diſſoluantur omnia ſimul, & fiat clyſtere.*

De febre cholerica.

Si autem ſuperueniret huic viro febris cholerica, ad ipſius curationem conferunt
C digeſtiones & euacuationes ſuperius dictæ: attendẽdo tamẽ, quod in digerentibus & euacuantibus, medicinæ debeant eligi aduerſantes choleræ valde potenter, parum vero aut minus debent eſſe phlegmati appropriatæ.

De ardore vrinæ.

Pro cura vero vltimi accidẽtis, ſcilicet ardoris vrinæ, qui prouenit ex acuitate cholericæ materiei & ſalſi phlegmatis, cũ illud continget, vtatur iſta tragea, de qua ſemper Tragea. accipiat cochlear vnum ante cibum & medium poſt cibum. Cuius deſcriptio. ℞. *ſeminũ endiuiæ, ſcariolæ, acetoſ. an. ʒ ij. ſeminum portu. lactucæ ana ʒ iij. granorum papaueris alb. medullæ pinearũ minutim inciſæ ana ℥ j ß. ſeminis hyoſcyami ʒ j ß. pulucrizentur pulucrizanda: & commiſceantur cum duplo ponderis omnium de ſaccharo albo, & accipiatur vt dictum eſt.* Ego enim vtilio-
D ra & ſecuriora remedia, vt nunc huic viro eligere non potui. Omnipotens autem & miſericors hæc omnia dirigat in ſalutem illius. Ad laudem eius. Amen.

CONSILIVM LXXVIII. *De phlegmate ſalſo.*

NON leuiter conſiderandum eſt circa diſpoſitionem huius viri commendatiſſimæ vrbis Vicentiæ ciuis. Eſt n. diſpoſitio ipſa in capitulum acuti catarrhi collocanda; quæ cum ineptitudine ſuæ curationis magna plurimum perducit ad accidentia praua inferius declaranda. ¶ Vniuſcuiuſque autem ſalſi Species ſalſi phlegmatis. phlegmatis videntur tres principales ab auctoribus colligi ſpecies ſecundũ triplicem cauſſarum effectiuarum reſpectum. Eſt enim vna de cauſſis ſalſi phlegmatis
E caliditas putrefactiua ipſius: propter quam partes eius aquoſæ terreis vehementer commixtæ in ſalſedinem conuertuntur. ¶ Secunda cauſſa eſt aduſtiua caliditas, quæ vertit partes phlegmatis in cinerem, & ipſæ cum aquoſis partibus phlegmatis commixtæ ſalſedinem efficiunt eo modo, quo *prima primi, capit. de humoribus*, exemplificat Auicenna de cineribus cum aqua coctis facientibus ſalſedinem in aqua fieri. ¶ Tertia cauſſa ſalſi phlegmatis eſt famoſior, quia ab auctoribus vſitata magis eſt, quia frequentius in homine multiplicata reperitur. Et eſt, vt multis partibus aqueis inſipidi phlegmatis commiſceantur cholericæ materiæ multum amaræ: quia aduſtæ commixtione æquali. Non intelligo autem ego æqualitatem mixtionis ponderalis, vt j. lib. phlegmatis, j. lib. choleræ commiſceatur, ſed intelligo æqualitatem actiuitatis choleræ in phlegma &
F paſſibilitatem phlegmatis ab illa. Si proportio eſſet æqualis arithmetica, non dubito, quod in tali compoſito remaneret amaritudo fortis propter maiorem actiuitatem amaritudinis in cholera, quam inſipiditatis in phlegmate. Et poſſunt colligi ſermones iſti *1. primi, c. præallegato, & 2. naturalium virtutum.* Et ex hoc fundamento verificari poteſt famoſa & per ſcholas ventilata diuiſio triũ ſpecierũ ſalſi phlegmatis, quoniã aliquod fit

taleper modum putrefactionis, aliquid per viã aduſtionis, & aliquid per viam cõmix- A
tionis. ¶ Vtrum autem omnes tres prædictæ phlegmatis ſalſi ſpecies in quacunque par-
te corporis fieri poſſint, dicendum eſt, quod non, ſed vt in pluribus hoc phlegma ſalſum
efficitur, aut in epate, aut in venis magnis, aut in ſpatioſitate membrorum magnæ con-
cauitatis & extenſionis. velut ſunt amplitudines cerebri inter conuexum eius & conca-
uum piæ matris, & inter panniculos prædictos, aut inter ipſos & cranei concauitatem, ſi-
militer in concauitate pectoris, ſtomachi, veſicæ & ſimilium. Credo autem ego, vt pluri-
mum hoc phlegma fieri ſalſum in venis magnis, a quacunq; de numero illarum triũ cau-
ſarum fieri contingat ipſum ſalſum. ¶ Et ex hoc fundamento contemplator facile pote-
rit intelligere cauſſas omnes ſalſi phlegmatis effectiuas. Si enim tales cauſſæ primitiuæ B
fuerint, patet quod aer calidus, interim diebus canicularibus & ſub radiis ſolis multum
morari: & frequens vſus ablutionis capitis abſque conuenienti exſiccatione, frequenter
conuerſari in thermis & in ſtuffis, in cibis & potibus crapulando excedere, & multum
luxuriari: & proprie cum repletione agere, vini fumoſi & acuti multitudo, iuriũ pinguiũ
cum aromatibus frequens vſus & ſumere frequenter confectiones calefacientes cum ci-
bis: ſicut zinziber. confectio de cinamomo, de nuce muſ. de galanga & ſimilibus: vt eſt
modus prælatorum noſtris temporibus diuitum & potentum. Et conſimiliter multa
ſtomachi repletione vti & accidentibus animi furiam & iracundiam inducere ſolentib.
& vehemens, ſcilicet, ſuper cibatione motus ſeu exercitium & feſtina & prolixa poſt ci-
bum dormitio. ¶ Hæc inquam omnia omnium cauſſarum primitiuarum, quæ ſalſum C
phlegma poſſunt efficere, per ſe vel reductiue complectũtur numerum. ¶ Ex iſtis conſi-
deranti facile apparere poteſt ſufficientia cauſſarum corporalium vel antecedentium
phlegmatis iam prædicti. ¶ Et ex iſtis vltimo concluditur, quæ ſit cauſſa coniuncta ca-
Cauſſa catarrhi ſalſi. tarrhi ſalſi. eſt enim ipſa materia, quæ a venarum concauitate effuſa & in poris recepta,
per vias expulſionis educitur. ¶ Ex quo iterum quarto facile intelligere potes varietatẽ
catarrhorum a via effuſionis acceptam. ¶ Si enim materia multiplicata in capite deſcen-
dat ad pectus, tunc catarrhi proprie denominationem accipit ſecundum ſententiam
veteris & Commentatoris, *ſection. 7. aphor. 38.* vbi dicit, *defluxiones in ventrem ſupernum,*
in 20. diebus ſuppurantur. ¶ Si materia deſcendat ad fauces & circa collum, branci no-
men ſibi ſortitur. ¶ Cum autem materia talis & proprie acuta deſcendat ad naſum per
rizam, tunc denominatur κόρυζα. Et patet ex hoc, quod ſi materia deſcendat ad partes D
colli poſteriores, tumorem & dolorem efficit in eis, propter quam vulgus dicit collum
eſſe inchordatum. ¶ Et adhuc attende, quod quilibet de numero catarrhorum prædi-
ctorũ fieri poteſt per viam defluxus, & ita vt in pluribus contingit, quod materia in mul-
ta quantitate & in tempore breui per prædictas vias a capite deſcendit. ¶ Aut fieri poteſt
per modum tranſitus materiei paucæ aut paulatinæ per prædictas vias. & hæc eſt ſpecies,
quam nonnulli ſapientes & vulgus etiam vocat reuma vel ſtillicidium.

Vnde ex omnibus iſtis inuicem bene collectis diligens conſiderator poterit intel-
Signa catarrhi futuri. ligere ſigna catarrhorum. De numero enim ſignorum aliqua a ſapientibus dicuntur
1. pronoſtica futuri catarrhi, quæ ſunt plura. ¶ Primum, quia patiens ante deſcenſum
materierum longo tempore ſentit caput eius grauatum eſſe, vt in plurib. patet a præſen- E
2. tia multi phlegmatis poſſe prouenire ¶ Secundum ſignum eſt, quia iſti, quando capi-
ta ſua ſentiunt leuia, hoc eſt, propter ebullitionem cholericæ materiæ vincentis phle-
gma a qua eleuãtur vapores ſubtiles multæ mobilitatis, qui ſpiritui ſenſibili cõmixti ce-
rebrum & panniculos alterant alteratione leuitatis cũ mobilitate. Et patet quod hoc ſi-
gnum appropriatum ſit potentiæ tactiuæ. ¶ Si autem ſpiritus ipſi talibus vaporibus cõ-
mixti alterant organum imaginatiuæ potentiæ: tunc patet, quod corrumpatur operatio
eius: ita vt imaginentur aliqui, quod volare velint. Senſata enim imprimunt ſuas ſpecies
in ſpiritum & organa, vnde immutentur potentiæ ſentientes. ſed ſenſatũ eſt vapor ſubti-
lis & ad ſuperiora mobilis, quare, &c. Et poſſunt hi ſermones colligi apud Ariſt. *lib. 2. de a-*
3. *nima, circa fin.* & apud Auic. *1. tertii, tract. 5. c. 1.* ¶ Tertium ſignum principale eſt, q; patien- F
tes quandoq; ſentiunt caliditatis vaporoſæ ſubitam impreſſionem, quãdoq; in cerebro
ſuo frigiditatem inualeſcentem: ac ſi per ipſum & panniculos fluens aqua actu frigida
moueretur ad diuerſas differentias poſitionis. Et primum quidem ſuſtentatur, eó, quia
dum ebullit cholerica materia, magna percipitur ab ea caliditas: & quia vapor, qui a tali
mate-

A materia eleuatur, eſt reſolubilis: ideo cito euaneſcit illa caliditas: & remanent partes
phlegmatis mobilitatę & fluidæ in venis, hinc inde diſcurrentes, quia remota fuit cauſſa
actu notabiliter calefaciẽs: ideo tunc phlegmata habent potentiam infrigidandi, quam
primo non habebant. Et ex hoc ſigno colligitur verificatio cuiuſdam apparentis. Iſtis
enim hominibus apparet continua moleſtatio nunc tegendi, nunc detegendi caput,
nunc ſentiendi ſudorem calidum, nunc frigidum. ¶ Quartum ſignum eſt ſequens ex 4.
prædictis, ꝙ quandoq; caput & adiacentes partes, quandoq; calidæ, quandoq; actu frigi-
dæ percipiuntur a tangente. ¶ Quintum eſt, ꝙ color capitis & faciei nunc declinet ad al- 5.
bedinem claram, nunc ad albedinem palliditati cõmixtam. ¶ Sextum, varietas in dor- 6.
miendo & vigilando: quandoq; enim vigilatiui ſunt, quandoque vero dormitatiui. ¶ Se- 7.
B primum eſt, quod talis diſpoſitio pronũtiatur in habentibus inferiora membra calida,
ſuperiora vero frigida. ¶ Octauum completiuum eſt cõuenientia aliorum particulariũ, 8.
vt quod homo nunc vtatur regimine calefactiuo: vt exercitio & cibis calefacientibus, a-
liquando infrigidatiuo: vt otio, lactuca: & ſimilibus. & proprie fructibus horariis. Nihil
enim ita vaporoſum eſt: velut fructus, teſte Auicen. *quinta tertii, cap. 5.*

Nihil tam eſſe vaporoſum quam fructus.

Reliqua vero huius diſpoſitionis ſigna demõſtratiua dicuntur a ſapientibus. ¶ Pri-
mum ipſorum eſt actualis materiei deſcendentis ſenſatio a patiente per aliquam prædi-
ctarum viarum. ¶ Secundum, punctio, mordicatio; vel excoriatio in viis deſcenſus 1.
notabiliter percepta. ¶ Tertium, frequens ſternutatio: eo, quia hæc eſt materia hu- 2.
mectans: & multa ventoſitate replens caput, calefaciendo ipſum, propter quod incita- 3.
C tur virtus expulſiua ad vehementer & cito agitandum materiam, vt expellat ipſam, in
quo motu accidit ſonitus, ſternutatio nuncupatus. ¶ Quartum eſt, oris & totius palati 4.
ſiccitas cum repræſentata ſalſedine notabili. ¶ Quintum eſt, ſitis in ore percepta, & cum 5.
potu non ſedatur. ¶ Sextum, eſt nocumentum notabile a ſuperueniente febre perce- 6.
ptum. ¶ Septimum, faciei rubicunditas ſine magna venarum extenſione. ¶ Octa- 7. 8.
uum, naſica, intelligendo per eam prolationem ſermonis in naſo reſonantis. Alia au-
tem litera dicere ſolet nauſitas. Et eſt, vt quandoque multiplicata materia ſecundum
partem ad ſtomachum deſcendens inclinat ipſum ad euomendum: & eſt nauſeæ inter-
pretatio. ¶ Nonum eſt, ab exeunte mutato, quia quandoque exiens eſt materia ſub- 9.
tilis calida & acuta: quæ ſenſu tactus & guſtus percipitur, & ſalſa, & non amara. ¶ Ali-
D quando vero materia eſt ſubtilis & aquoſa: licet ſalſa percipiatur, & hæc ſunt proprie au-
gmenti huius diſpoſitionis ſigna. ¶ Aliquando exiens eſt materia craſſa, in ſubſtantia æ-
qualis, q̃ vehemẽter calida percipitur & ſalſa. Et hoc ꝓprie accidit in ſtatu, in quo vehe-
menter eſt in ſalubri catarrho putrefactio & digeſtio materierum. ¶ Decimum, eſt 10.
pulſus varietas in ſuis differentiis. Eſt enim pulſus magnus & velox, quandoque duritiei,
quandoque lenitiei attinens, ſecundum varietatem indiſpoſitionis arteriarum: aliquan-
do a cholera, aliquando a phlegmate tactæ. Non raro hic pulſus magnus, velox eſt, &
proprie in augmento & ſtatu. Aliquando vero paruus, velox & frequens, vt in princi-
pio & declinatione. ¶ Vndecimum eſt, quod vrinæ iſtorum in colore ſuo inutili prin- 11.
cipio in gradu citronitatis notabiliter ſunt eleuatæ: In augmento vero & ſtatu ad ignei-
E tatem tendunt notabilem. Subſtantia autem ipſarum craſſitiei magis attinet, quam ſub-
tilitati: eo quod plus de phlegmate reperitur, quam de cholera: quia ipſa euaporat, &
non poteſt vrinas tenues efficere, cum non remaneat. Circularis autem regio in hac diſ-
poſitione, id eſt, contentum tale in colore ſuo ad citrinitatem tendit notabilem cum
granulis per eius corpulentiam vndique diſſeminatis propter vapores cholericos in
phlegmatica materia ſua viſcoſitate incluſos, iuxta illud authẽticum Ægidii: *In circuli ſe-
rie ſi granula fixa tenentur, In cerebro ſecreta latet confuſio cauſſa.* In regione vero aerea vrinarũ,
id eſt, in ea, quæ per digitalem menſuram aeri vicina eſt, plurima ſunt granula in eius ſu-
perficie ſparſa, quæ demonſtrant ægritudinem eſſe actu in paroxyſmo, iuxta illud: Gra-
nula rheumaticæ ſemper ſunt neceſſaria cauſſæ. Et nota, quod hęc ſigna potẽtiſſima ſint
F eo, quia ſufficienter complectũtur explicite vel implicite omnia genera ſignorum, quæ
in medicina ſciri poſſunt, quocunque volumine accuratiſſime ad hoc bene perlecto.

Signa demõſtratiua catarrhorum.

Vnde ex omnibus prædictis apparet, diſpoſitionem iſtam eſſe valde difficilem. O-
mnes enim Medicos quantumcunque Illuſtriſſimos in ſui comprehenſione vehemen-
ter fatigauit, vt ab eorum ſententiis perlegere potes. Eſt iterum hæc diſpoſitio valde
verenda. Ipſius enim materia in cerebro multiplicata & toto capite, aut ibi fixa

Incommoda ex hac diſpoſitione ſubſequi poſſint.

remanebit & ſucceſſiua ſui læſione & dilatatione poterit incomplete oppilare omnes A
ventriculos cerebri,& facere epilepſiam:aut complete,& facere apoplexiam:aut colle-
cta in anteriori parte organica ſenſus communis facit ſubeth:aut in poſteriori parte ce-
rebri multiplicata magis & per aduſtionem conuerſa in melancholiam poterit facere
congelationem: vel ipſa eadem aduſta in aliqua parte cerebri collecta apoſtema in ipſo
Sibare. ſibare vel demoniū nominatum. Et ſi iſta materia ſine aduſtione,ebulliēs tamē in cere-
Demonium. *Carabitum.* bri pāniculis,collecta fuerit aut in medullari ſubſtātia, efficere poterit apoſtema Cara-
Sirſen. bitum nominatum.*prima tertii,tract.3.*aut ſirſen.*9.Almanſ.cap.3.* ¶ Si autem hanc diſpoſi-
tionem materia efficiens non fuerit in cerebro quieta, ſed virtutem ſtimulans propella-
tur ab ea ad aures pulſa per ventriculum medium,in eis apoſtemata efficere poterit. ad
oculos vero,ophthalmiam aut cœcitatem ſubitam. ad colatorium ſubito depulſa ſuffo- B
cationem.Si per venas interiores talis expellatur materia,anginam periculoſam.¶ Si ad
pectus, facile phtiſin & peripneumoniam. ¶ Si ad meri concauum aut venas deferatur
ad ſtomachum,nauſeam,abominationem,faſtidium,ſubuerſionem & vomitum & no-
cumenta digeſtionis inducere poterit. ¶ Et ſi per poſteriorem partem cerebri propulſa
fuerit ad originem nuchæ,ibi vtriuſque medietatis nuchæ completā faciens oppilatio-
nem ad vniuerſalem paralyſin.Vide quantum verenda ſit hæc diſpoſitio; propter quod
ad ipſius curam feſtinandum eſt.

Cap. II. *De cura per diætam,& primo de aere.*

OPORTET itaque laborantes hac diſpoſitione regi per res non naturales C
omnes inclinatas ad infrigidationem notabilem,cum leui humectatione,
quæ tamen non euacuetur a refractione ipſius cum exſiccātibus. Et primū
quidem horum probatur, quia in mixtione talium materierum poteſtati-
ue dominatur cholera,quæ indiget refrigidante remittente caliditatem &
acuitatem eius,& ipſa eadem ſiccitate ſuas partes phlegmatis aduſtas vel ingroſſatas ef-
ficit, vnde indiget humectante ſibi contrario. ſubdominante tamen reſpectu infrigi-
dantis. ¶ Similiter cum in tota mole materierum quantitate aut ſaltem æqualitate in-
ueniatur phlegma,oportet quod corrigatur augmētum humiditatis eius per commix-
tionem exſiccantium ſibi contrariorum. & iſta eſt vna & principalis de cauſſis, propter
quas ego conſideraui maximam eſſe difficultatem catarrhorum acutorum. difficile e- D
nim eſt adminiſtrare inſtrumenta ita moderatæ refractionis, vt ipſa conferant exceſſui
vnius vel duorum,non nocendo alteri de prædictis,& econuerſo:& tu conſidera,quod
facilius proferuntur,quam opere compleantur. ¶ Propter quod vir iſte moram con-
trahat in aere vel camera in æſtate frigida,in hieme vero remiſſæ caliditatis.cuius etiam
Veſtes & indumenta. aer in ſiccitate non multum eleuetur. ¶ Similiter veſtes eius, quæ corpus mediocri-
ter calefaciant,& proprie tamen caput eius ſuffulturis decenter calefacientib.cuſtodia-
tur,ne ab aere frigido,& multorum vaporum eius præſentia lædatur,vt conſueuit. ¶ E-
uitet manſionem terraneam,& fontib. vel aquarum curſui vicinam. propter q; vtile fo-
ret ei in camera nouiſſimis tabulis ſuffulta commorari,in qua tamen ignis multæ flam-
mæ & fortis non accendatur:& inter reliqua ſummopere ſtudeat, ne exponat ſe flatui E
venti valde frigidi multam humiditatem ſpirantis in aere,& proprie poſt flatum meri-
dionalis venti.

Cap. III. *De regimine per cibos & potus.*

DIFFICILLIMVM eſt reperire aliquem cibum vel medicinam cibalem,quæ
ſimul aduerſari poſſit tribus ſupradictis. & de primo non eſt dubium,cum in
corpore humano operetur a materia præciſe medicinali,vel medicina ciba-
li,non inueniuntur ſimul infrigidatio & humectatio & exſiccatio: Niſi fue-
rit medicina contrariarum partium, cum humiditate ſuperflua actuali, vt
poſſint inueniri in coriandro humido,in radice altheæ,baucia & ſimilibus.¶ Et propter F
hanc cauſſam neceſſaria fuit ſpeculatio Medicorum ad inueniendum compoſita habē-
tia omnes operationes,quæ neceſſariæ forent,per plura ſimplicia in compoſitum reda-
cta:quæ in eodem ſimplici medicamine inuenire non potuerunt, vt *5.can.ſumma 1.cap.*
2.& 10.pract.cap.primo & 7.breuiarii cap.5.

Vnde

A ¶Vnde in propoſito ſi brodialia & reliqua cibaria omnia coquerentur cum radicibus
Petroſelini dominantibus, & radicibus endiuiæ ſubdominantibus, aut ſaltem præpa-
rentur cum radicib. feniculi, & emulſione ſeminum cõmunium quatuor frigidorum,
poſſet haberi regularis curationis modus vtriuſq; prædictorum correctiuus. ¶In ſum-
ma igitur audacter infrigidantibus & humectantib. vir iſte vti poteſt, à principio men-
ſis maij vſq; ad finem ſeptembris, reliquo vero tẽpore faciat eadẽ refracta magis cum
calefacientibus & exiccantibus: vincente tñ frigiditate in tota mole. ¶Sit igitur panis
eius parumper ſimilagineus, bene fermentatus & coctus abſque toſtura. ¶Ex carnibus
laudabilibus & piſcibus conuenientibus vtatur, non aromatibus aut paucis, ſed
bene croco rationabiliter. ¶Paſtilia & condimenta mollia non conueniunt, etiam vi-
B tet fructus ſpecialiter recentes. ¶Potus ſit vinum ſubrubei coloris, dimittat fumoſa. *Potus.*
¶Quies prolixa non mihi placet, nec forte exercitium: quia ponit ſpiritus & humores
in motum: ſed fricationes extremitatum conueniunt. ¶Caueat à multa & prolixa vi-
gilia. ¶Securius eſt à menſa recedere appetitu remanente, quam ventre ſaturato.
¶Accidentia animi vitet nimia.

Cap. IV. *De regimine per medicinalia.*

CVRA huius diſpoſitionis completur per ſex intentiones. ¶Quarum prima eſt v-
niuerſalis euacuatio materierum. ¶Secunda diuerſio materierum. ¶Tertia di-
geſtio. ¶Quarta eradicatio. ¶Quinta particularis materierũ à capite euacuatio. ¶Se-
xta & vltima capitis rectificatio.

C Prima itaque intentio quadruplici inſtrumẽto compleri poteſt. ¶Primum, quod *1. Intentio*
hora electa fiat phlebotomia cephalicæ poſitæ inter pollicem & indicem, per quam *vniuerſalis*
ſanguis educatur in quantitate ℥.iiij. vel v. ¶Secundum: vt die ſequenti poſt phlebo- *euacuatio*
tomiam ſoluatur venter eius his pilulis in aurora ſumptis, poſt quas dormiat per vnam *materie-*
horam tantum, nec comedat vſque ad horas quinque, & tunc accipiat cyathum aquę *rum.*
hordei cum ſacharo, & poſt ipſam per horam vnam prãdeat. ¶Tertium vt ſi natura in-
uitaret ipſum, aperiant ei hæmorrhoidas fricãdo extremitatem inteſtini intrinſecus
cum foliis ficus recentibus vel ſiccis vel cõſolidæ maioris, aut exprimatur inteſtinum
& fricetur cum panno aſpero, cortice quercus cum aceto aut cum phlebotomo, quo-
uſque educatur quantitas ſanguinis, debilitatem tamen excludentis. ¶Quartum ad
D hanc intentionem, vt poſt phlebotomiam vel euacuationem iam dictam prouocetur
ei vomitus, imponendo digitum vel pennam vel aliud inſtrumentum agitatiuum œ-
ſophago, aut detur ei in potu ℥ j. ſyru. ſimplicis acetoſi cum ℥.iij. aquæ decoctionis ra-
dicum vel ſe. raphani minoris comeſtibilis.

Secunda intentio principalis multis completur inſtrumentis. ¶Primo cum frica- *2.*
tionibus, de quib. iam dictum eſt. ¶Secundo cum frequenti applicatione pannorum *Materie-*
multæ caliditatis ad extremas partes. ¶Tertio cum applicatione rubificantium me- *rum diuer-*
dicinarum ſuper intrinſecas carnoſas partes coxarum & tibiarum & nates: cum intẽ- *ſio.*
tio eſt diſtrahere ad remota: aut ſuper ſpatulas, brachia & collum, cum intentio diſ-
trahere ad propinqua. ¶Quarto fit materierum diſtractio per ventoſarum applica-
E tionem in locis iam dictis: & proprie ſine ſcarificatione. ¶Quinto cum apertione
hæmorrhoidarum iam dicta. ¶Sexto cum diureticis vrinam prouocantibus, velut eſt
decoctio quinque ſe. maiorum calidorum, ſ. feni, Petroſelini, bruſci, aſparagi & apii.
¶Septimo per frequentem pedum ablutionem cum decoctionibus calefacientibus
ante cœnam ſatis prolixi ſpacio applicatis, velut ſunt calamentum, mẽtaſtrum, ſiſym-
brium, folia maioranę betonicę, ſtœchados, pulegii, aſari & conſimilium. ¶Octauo fi-
unt diuerſiones cum applicatione veſicantium medicinarum, quę applicentur extre-
mis partibus iam prædictis cum his, quæ ſunt ſicut folia flammulæ perſicariæ, maioris,
apii ranini, & emplaſtro cantharidarum & fricatione facta cum radice ſquillæ.

Tertia principalis intentio multis completur inſtrumentis materiam digerenti- *3.*
F bus. ¶Primum & leue eſt hoc ℞. *aquæ endiuiæ* ℥. *iij. aquæ epaticæ vel abſynthij* ℥.j. ß. *miſce &* *Digeſtio.*
ter detur in aurora tepidum & tardetur cibus poſt ad minus quatuor horis. ¶Secundum digeſti-
uum & proprie ad materiam valde acutam & ſubtilem eſt hoc. ℞. *ſeminum quatuor cõ-*
munium frigidorum an. M.j. ſe. lactucæ granorum papaueris, florum nenupharis, violæ. an. M. ij. ſe. en-
diuiæ, ſcariolæ acetoſæ fumiterræ, adianthi, pollitrichi capil. vene. an. M.j. ß. *raſuræ eboris* ℥. *ij. ſe. por-*

tulacæ ℥.j ß. roſ. ſpodij an. M. j. ſandalorum alborum, macis an. ʒ. ij. rad. feni. Petroſel. an. numero A
ij. coquantur in lib. 10. aquæ vſque ad conſumptionem medietatis aquæ lento igne: deinde colentur cum
expreſſione forti & colaturæ addatur ſach. ſecundæ coctionis ℥. x. vini gra. acrium lib. ß. & coquantur
Syrupus. lento igne, & de hoc ſyrupo clarificato & longo dentur ℥. v. ſi vero plene coquantur vſq; ad eius viſco-
ſitatem, tunc ex eo dentur ℥. ij. cum aqua nenupharis, violarũ, & abſinthij an. ℥. j. hoc tepidũ in aurora
ſumptum continuetur dieb. 10. ¶ Attende iterum pro hac intentione melius complenda, &
ſi materiei perſeuerarent acuitas, inflamatio, punctio & mordicatio: per horas duas
poſt cœnam apud ſomnum detur ei ℥. j. ſyru. de papauere al. cum ℥. iiij. aquæ hordei
frigidæ cum emulſione ſeminũ cõmunium maiorum: & totum hoc tepidum vel frigi-
dum accipiatur in potu ſecundum maiorẽ vel minorem materiei flãmam, & hæc am- B
bo vltima ſunt de ſecretis meis optime operatiua.

IV. Materierũ eradicatio. Quarta intentio principalis completur per eradicationem materierum per eua-
cuationẽ multis inſtrumentis cõplendam. ¶ Primum itaq; inſtrumẽtorum eſt, vt die
immediate ſequẽte poſt digeſtiuũ euacuetur materia cum ʒ. j. pilularũ aurearum. Eſt
n. in eis virtus educendi materias ex frigida & calida cauſa. ¶ Secundũ inſtrumentũ &
Pilula. melius prædicto eſt hoc, ℞. pilularum cochiarum, pilularum de hiera maiori an. ℈. ij. reformẽtur
pilulæ octo cum ſyru. nenupharino & exhibeantur. ¶ Tertium inſtrumentũ fortius prædictis &
Alia. proprie cum materia declinat ad craſſitiem, eſt hoc. ℞. pilularum de ſarcocolla deſcriptio-
ne Meſ. in antidotario diſtin. 8. ʒ. ß. pilularum cochiarum ℈. ij. cum electuario ſucci roſarum, formẽtur
Alia. pilulæ octo & exhibeantur vt prius. ¶ Quartum euacuatiuum, & proprie cum materia fue- C
rit acuta multum. ℞. pilularum cochiarum ℈. ij. diagridij gra. v. ſtœchados, fumiterræ, ſalis indi
an. gr. ij. cum ſucco roſarum formentur pilulæ octo. ¶ Quintum & proprie cum æger nõ potue-
Electuarium. rit aut voluerit accipere pilulas: eſt hoc. ℞. electuarij ſucci roſ. ʒ. ij. ß. electuarij indi ʒ. j. miſce
Potio. & totũ accipiatur in potu cum aqua decoctionis ſeminum communium ſæpe dicta. ¶ Sextum & pro-
prie quando materia tendit ad craſſitiem cum aliquanta aduſtione, eſt hoc: ℞. hieral. e-
lectuarii diacaſtorei an. ʒ. j. electuarii ſucci roſarum ʒ. ij. miſce totum in potu, detur hora & conditio-
nibus vt ſupra in minoratiuo.

V. Particularis materierum ex capite euacuatio. Quinta intentio principalis eſt debita adminiſtratio ſex rerum non natu-
ralium.

Sextam autem intentionem complere poſſunt inſtrumenta omnia, quę materias D
à capite educere poſſunt. ¶ Et nota, quod difficile videtur aliquam euacuationẽ par-
VI. capitis rubificatio. ticularem adminiſtrare capiti abſq; diuerſione ſecum cõplicata, ſicut diſcurrere po-
tes per omnes modos & vias euacuationis à capite. ¶ Primum itaq; horum eſſe poteſt
fricatio capitis cum pannis calidis. ¶ Secundum adminiſtratio rubificantium ſuper
locis commiſſurarum. ¶ Tertium eſſe poteſt veſicatio ſuper pregmate facta. ¶ Quar-
tum eſt cauterij ſuper loco coniunctionis ſagittalis commiſſuræ rectitudinaliter ca-
dentis ſuper commiſſura ſagittali applicatio: & eſt locus, qui experientia in quo-
cunq; homine mirabili verificatus eſt: & non fallit, ita quod extremitati naſi poſita
ſuper linea, quæ tranſuerſaliter inuenitur in raſeta. i. in loco, vbi finis brachii cõiungi- E
tur cum manu: & extenſo rectitudinaliter indice per medium frontis & calculata vel
reuoluta eius extremitate verſus ſuperius mirabili cõpoſitione diuinitus data inuen-
tum eſt, q illa ſit verus locus coniunctionis ambarum commiſſurarum, ad quẽ primus
nodus digiti attingit. ibi enim applicari debent cauteria, ſiue actualia fuerint, ſiue po-
tentialia. ¶ Gratia igitur complementi operis cauterij figura circularis exiſtat: inter
medium tamen cruce interſecata, cuius circuli extenſio vnguis pollicis quantitatẽ,
non tranſcendat. ignitum igitur cauterium ferreum vel chalybeum prędicto loco ap-
plicetur vſq; ad cocturã oſſis excluſiue. Melius tamen & ſecurius & dulcius canteriũ
eſt ex auro factum, *vt 4. primi c. antepenultimo.* ¶ At vero iterum particularis à capite ma-
terierũ euacuatio fieri poteſt cum his, quę in nares iniiciuntur, de quorum numero F
Oleum de pentadactylis. eſt oleum de caſtoreo, oleum de lauro. Et de ſecretis meis eſt oleum de pentadactylo,
de quo lege *doctri. 13. tertii tracta. 5 c. de can.* dandi in potu oleum de kerua: & eſt penta-
dactylus vel cataputia maior. ¶ Sexto iterum particulariter euacuare potes materiã à
capite per tractũ materierum à capite, lachrymas inducendo cũ fricatione oculorum
cum

A cum pipere, caſtoreo, vel inungendo eos cum oleo. ¶ Septimo iterũ euacuentur particulariter materię à capite phlebotomãdo venas poſt aures in catarrho anteriori: vel coryza & venam frontis in materia per palatũ: catharrhizante: & ad partes poſteriores diuertente. ¶ Octauo iterũ fiat phlebotomia venarum tẽporum ad hoc. ¶ Nono per gargariſmatis applicationẽ, velut eſt hoc. *℞. ſeminum ſtaphyſagriæ coſti, piperis, cymini, caſtorei, ireos, ana. ʒ. ß. aniſi, feniculi, liquiritiæ ana ʒ. j. corticum agarici, pulpe colocynt. ana ℈. ij. macis ʒ. ij. coquantur in lib. ij. aquæ fontis vſque ad conſumptionem medietatis. Deinde huius colaturæ accipiantur ℥. v. oxymel. ſquillitici ℥ j. & calidum in os accipiatur. deinde fiat eius agitatio in inferiori parte gargaleonis: & eſt locus vbi ſimiliter cõiunguntur extremitates laringæ & pharingæ. i. via aeris & cibi.* ¶ Item per maſticatoria radicis gentianæ. ¶ Secundum & fortius eſt B radix arthanitæ. ¶ Tertium radix ireos & proprie cum penidiis aliis excoriat partes oris. ¶ Quintum eſt maſticatio ſeminum ſtaphyſagriæ. ¶ Sextum & leuius maſticatio granorum cubebarum. ¶ Item adhuc leuius eſt maſticatio maſticis. ¶ Item caput purgium per naſum attractum, ore aqua pleno de aqua maioranæ. ¶ Secundum & fortius illo eſt ſuccus betæ, cum hydromelle. ¶ Item compoſitum bonum ad liniendum partes naſi interiores vſque ad rixam excluſiue. *℞. caſtorei ʒ. j. pulueris euphorbij gr. v. incorporentur ſimul vltima contritione.* ¶ Vltimum abraſo capite toto cooperiatur linimento facto ex ſtercore columbino cum aceto, & addo ego tertiam partem de fermento, &c. Iſta omnia prædicta materiã potenter de capite eradicant & conſumunt.

Gargariſma.

Pro complemento ſeptimę intentionis hic ſcribam remedia quæ caput conue- C nienter confortare ſolent, & maxime in tali lapſu compoſito ex contrariis qualitatibus & materiebus, ſ. ex cholera & phlegmate. ¶ Primum itaque illorum inſtrumentorum eſt puluis iſte, de quo vir hic ex nunc vſque ad totum menſem februarij omni ſero, cum vadit ad lectum, ſuper commiſſura capitis ſagittali ſupraſpergat vſque ad quantitatem granorum v. vel vj. hordei. Cuius deſcriptio. *℞. macis, ſandaracæ an. ʒ. j. roſ. ſpodij, corti. citri, coriandri præparati, an. ℈. ij. pulueriƷetur omnia per ſe & miſceantur.* ¶ Secundum principale inſtrumentũ eſt hoc electuariũ, de quo vir iſte ter in ſeptimana hora ſcripta immediate deglutiat quantitatẽ ʒ. j. ß. aut ſaltẽ bibat ipſum cũ ℥. j. aquę tepidæ nenuph. *℞. loch. de papauere ℥. j. ſpodij cora. al. & ru. maſticis an. ℈. ß. incorporentur omnia ſimiliter cum ſyru. roſ. vſque ad conuenientem ſpiſſationem.* ¶ Tertium eſt vſus iſtarum pilularum, D de quibus diebus intermediis, quibus accipit electuarium, ſaltem bis in ſeptimana hora introitus lecti accipiat, j. vel ij. & eſt in eis intentio attrahendi materias à capite attractione leui & prohibendi aſcenſum fumoſitatum ad caput & conſumendi materias & vapores in capite aggregatos: quarum deſcriptio. *℞. aloes præparatæ in ſucco endiuiæ ℥. j. myrobo. citri ʒ. ij. reupontici ʒ. j. ſalis indi ℈. ß. ſandaracæ coral. ru. an. ʒ. v. cum ſucco roſ. fiant pilulæ ex omni ʒ. vj.* ¶ Quartum eſt confectio iſta. Cuius vſus notabiliter confortat cerebrum & ſenſus interiores omnes. *℞. ſpecierum electuarij de ambra ʒ. ij. trociſ. de roſ. ma. deſcriptionis ʒ. j. ſcoriæ ferri præparatæ ſecundum artem ℈. ij. cum aqua acetoſ. fiat confectio in rotulis magnis.* Cuius vſus eſt poſt omne cibarium ſemper ex ea accipiens rotulam vnam ʒ. iij. Et ſi ex eadem quando intrat lectum, accipiat quantitatem grani fabæ & E teneat in ore vſque ad ſui diſſolutionem, optimum erit ei auxilium ad prædicta. Ambra eſt medicina inter alias capitis excellentiſſima & confortatiua. ¶ Vltimum vero eſt puluis iſte, quem quaſi ſemper in ſindone ligatum teneat & odoret iuxta poſſibile ſibi. *℞. roſ. ʒ. j. ß. cãphoræ ℈. j. ſandaracæ ʒ. j. labruſcæ ℈ ij. ſandalo. al. & ru. an. ℈. v. macis ʒ. j. puluericentur omnia per ſe & ligentur in ſindone: aut ſaltem expuluere iſtorum cum laudano & vino aromatico fiat pomum quod odoret*, vt dictum eſt. &c.

Puluis capiti ſuper inſpergendus.

Electuarium.

Pilulæ

Rotulæ.

Ambra.

Rodulus odoratus.

CONSILIVM LXXIX. *De catarrho à mala complexione frigida & humida cerebri & totius capitis cum materia phlegmatica.*

DEſcenſus materiei catarrhizantis à capite huius Nobiliſſimę Matronæ cauſam oportet generationis ſcire effectiuam ipſius, antequam inſtrumenta F curationis ipſius exhibeãtur, ſecundo oportet inuenire cauſam corruptionis vel putrefactionis ipſius, ʒ. intelligi locum, vbi hæc materia generetur & congregetur & putrefiat. ¶ Præmittendum igitur primo pro declaratione iſtorum, ꝙ licet à principio huius materiei generationis vel congregationis cauſa efficiens potuiſſet eſſe mala cõplexio inferiorum mẽbrorum: vt pectoris ſtomachi, epatis, renũ & matricis:

non tamen principaliter prędictorum membrorum dyſcraſiis aduertendum eſt, licet A.
inueniretur in eis, quia ægritudines, quæ fiunt in eis ꝑ colligantiã ipſorum ad alia mẽ-
bra, non diu perſeuerant: quin fiãt in mẽbris appropriatæ. ¶Itaq; rõnabile eſt, ꝙ cauſa
generatiua harum materierum in capite ſit mala cõplexio ſui cerebri & totius capitis
frigida & humida, propter q̃ generantur in cerebro materiæ phlegmaticæ per viam
indigeſtionis, quæ nõ ſunt vere phlegmata, eo quia nullus humor vere & proprie dici
poteſt talis, niſi fuerit in epate genitus, tanquam in principio generationis organico.
¶Poteſt iterũ hæc mala cõplexio eſſe cauſa, vt ſanguis, qui debet eſſe materia nutrica-
tionis cõmixtus phlegmati aut remiſſe calidus, ꝓpter digeſtiuę debilitatẽ in cerebro
nõ bene regatur & cõuenienter cõuertatur in humiditates ſecundas. remanebit igi-
tur magna ex eo ſuperfluitas in venis congregata. ¶ Ex quo apparet declaratio cauſæ B
efficientis & materialis: efficiens n. cauſa eſt mala cõplexio frigida & humida cerebri
& totius capitis: materialis vero eſt materia phlegmatica aut ſuperfluitas indigeſti
ſanguinis, vt declaratum eſt, & ſic patet declaratio primi, quod præmiſſum fuit.

Secundum vero principale verificandum eſt, quæ fuerit huius materiei cauſa ex-
traneationis. ¶Dicendum itaque, ꝙ cum prędictę ſuperfluitates per quamlibet dimi-
nutam digeſtionem cõgregantur, tunc derelictę à calore naturali, qui eſt debilis, ex-
traneantur. ¶Et poteſt ad hanc extraneationem cõcurrere oppilatio in venis vel pan-
niculorum cerebri interioris & exterioris: & etiam pororum cranei & cutis aurium,
narium & aliarum viarum, quoniam oppilatio omnis notabilis & perſeuerans eſt cau-
ſa prohibendi euentationẽ in cerebro, ſed prohibita euentatione eius intẽditur ca- C
lor & præternaturalis efficitur, igitur aget in materias ꝑdictas extraneãdo eas. ¶Ter-
tio iterum ad hanc extraneationem cõcurrere poteſt multitudo caloris aggregati ex
vaporib. actu calidis, vt phlegmaticis, vel actu & potentia calidis, vt cholericis & ſan-
guineis. Fumi n. & vapores ſui caliditate materias prędictas facile extraneare poſſunt:
& ita apparet declaratio ſecundi principaliter præmiſſi.

Quis vero ſit locus vel loca congregationis talium materierum, patet ex ꝑdictis,
ꝙ locus, in quo materiæ prædictæ, vel generari vel multiplicari poſſunt, aut erit ſub-
ſtantia eius, ſ. cerebri, aut venæ per eius anfractuoſitates immerſæ: & ſimiliter arteriæ,
aut erit in ventriculis cerebri, aut in pãniculis eiꝰ, aut inter pãniculos cranei & cerebri
cõtenta. ¶Primum a. horum declaratur per ſubſtãtiam cerebri; intelligẽdo medulla- D
rem eiꝰ & ſubtiliſſimos villos neruorũ, q̃ oriuntur ab eo, qui ſunt paria ſeptẽ, in quorũ
poris cõtineri poteſt materia, vt patet vnicuiq;, & poteſt materia ibi cõtenta eſſe cauſa
antecedens & coniuncta huius diſpoſitionis, antecedẽs inq̃, ſi in venis reperiatur hęc
materia abſq; putredinę eius, deinde putrefiat extra vaſa. Coniuncta poterit eſſe hęc
materia, ſi putreſcat in venis: & ita putrens expellatur ad extra per vias naſi colatorii
aut auriũ, vt ſæpe cõtingit. ¶At vero, ꝙ hęc materia in vẽtriculis cõtineatur, ibi putrẽs,
intelligere non poſſum, qm̃ cum ſit ſubſtãtia, aut oppilaret complete, tunc neceſſario
ſequeretur apoplexia, aut incõplete, tunc epilepſia, aut ſi pauca eſſet & tunc putreret
ibi neceſſariũ eſſet lędi operationes ſenſuũ interiorum. Quomodo n. ſaluaretur inte-
gritas operationũ imaginatiuę & cogitatiuę potẽtiarũ, ſi in medio vẽtriculo ipſius ce- E
rebri inueniretur materia ſui putredie extraneans organa, & ſpiritus ibi inuẽtos: aut
ſui quãtitate oppilãs vel apoſtemãs? operationes n. virtutũ ꝓportionãtur inſtrumẽtis
& organis per q̃ iſtæ operationes ꝑduci debẽt, igitur cũ intẽperie ipſorũ incõueniẽtes
ꝓducerentur opationes, ꝙ erat deducẽdum. videtur igitur ex iſtis deducẽdum, ꝙ ma-
teria huius diſpoſitionis nullo modo cõtineatur in aliquo ventriculorũ cerebri. ¶In-
telligo a. hic vẽtriculos cõcauitates manifeſtas in profundo cerebri inuentas, in qui-
bus cõtinentur ſubſtantiæ quædam quaſi carnoſæ vermibus aſſimilatæ terreſtrib. in
quibus producuntur operationes ſenſuũ interiorum: *vt prima tertij ca. 1. eſt colligendum.*
¶Quod vero hæc materia in panniculis cerebri cõtineri poſſit, ſatis facile eſt videre.
eo ꝙ hæc materia recipitur in poris, & ibidem à naturali colore derelicta putreſcit. F
¶Ex quo fundamento apparet declaratio quarti pręmiſſi. ſ. quod hæc materia cõtine-
ri poteſt in diuerſis locis. Nam ſi hæc materia effundatur à panniculo piæ matris ver-
ſus cerebrũ, tunc recipietur inter ſuperficiẽ concauã piæ matris & conuexã cerebri.
¶Et ſi expellitur prædicta materia à pia matre verſus duram matrem: & à dura matre
ver-

A verſus piam matrẽ, tunc neceſſario ipſa cõgregabitur inter duas ſuperficies pię matris
&duræ matris. ¶Si vero materia iam dicta à virtute propellatur à pia matre verſus cra-
neum, vel à craneo verſus ipſam, tunc ipſa neceſſario cõgregabitur inter ſuperficiem
concauam & conuexam duræ matris & craneum. ¶ Et qualitercunq; contingat talis
materia, in omnibus prædictis locis putrere poteſt & à virtute expelli verſus interio-
rem partem cerebri vſq;ad carcunculas mamillares, quæ veſtiũtur panniculo cerebri
in eorum inferiori parte perforato, per cuius foramen defluens vel propulſa materia
recipitur in caiſim & in riza naſi & de ea per concauitatẽ naſi ad extra mittitur.¶Hęc
in ſumma eſt ſpeculatio inueniẽdi ſitum materierum intra craneum inuentarũ & lo-
cum expulſionis earũ & viam & modum, quãtum ad exteriorem partem cerebri. Si a.
B materia in media parte cerebri inueniretur magis, &à virtute ad extra propelleretur;
tunc neceſſarium eſſet, quod emanaret per aures, aut per palatum; vt ſæpe contingit,
materiam ſanioſam per aures& per palatum longo tempore emanare. ¶Quod autem
materia ſuperfluens in omnibus prædictis poſſit inueniri locis, lege *prima tertij tractatu
1. ca. 2.* cuius textus ſeriem hic pertranſeo. ¶ Et ex horum omnium fundamento ſatis
clare apparet, quod oporteat huic nobiliſſimæ mulieri prompte & conuenienter ad-
miniſtrari ſubſidia, aliter enim in breui & facile perducetur ad diſpoſitiones & acci-
dentia mala. Regimen autem ipſi adminiſtrandum nunc ita ſubſequitur.

Cap. II. *De cura huius diſpoſitionis & regimine eius per res non naturales.*

Regimen itaq; eius per res nõ naturales particulariter hic videtur eſſe ſuper-
C fluum, hæc enim omnia clariſſimus vir & doctor eximius Petrus Sulmonen-
ſis magnifice ſupplebit. ¶ Primo abſcindendo ab ea aerem vel habitacu-
lum magnæ caliditatis & frigiditatis, eligendo aerem tam in paſſiuis, quam in actiuis
qualitatibus mediocrem, tamen inclinetur magis ad caliditatem & ſiccitatem quam
ad alias qualitates: euitabit aerem nubiloſum, ventoſum & vaporoſum. In cibis con-
uenient ei mediocriter calefactiui: ſubtiliatiui, aperitiui & exiccatiui, neq; conueni-
unt ei cibaria craſſa, vt legumina, antiquæ carnes & ſimilia, neq; viſcoſa, vt piſces &
neruoſæ partes animalium: neque oppilatiua, vt caſeus & ſimilia, neque cibaria cali- *Teſt. Hip.*
da & proprie aromatica, quæ multũ ſunt capitis grauatiua. Euitet etiam cibaria mul- *ſect. 5. aph.*
ta pinguedine artificiata, quæ multum capitis ſunt repletiua. ¶ Effugiat etiam vina *28. vbi in-*
D fumoſa valde & acuta & vtatur vino albo & ſubtili aromatico paucæ fumoſitatis. A- *quit: menſas ducit a-*
qua autem frigida&proprie ſimplex non conuenit ei, commixto autem vino bibi po- *romatum ſuffitus &c.*
teſt & proprie ſi vinum fuerit valde fumoſum. ¶ Adhuc etiam euitet multam quanti-
tatem ciborum & potuum grauantium ſtomachum, & fluctuantium in eo. ¶ Quarto
iterum dormiat capite aliquantulum eleuato ſuper dextra vel ſiniſtra parte, effugiat
diurnum ſomnum, ſi dormierit in nocte conuenienter. ¶Exercitium autem eſſet ei-
dem conueniens ante cibum factum paſſim ambulando per horam mediam, in ma-
nibus aliquid ferendo vel aliquid exercitium cum eiſdem faciendo, quod materias à
capite deſcendere facit, ſicut eſſet gladio aliquid incidere vel in manibus rem aliquã
ponderoſam portare. Accidentia animi omnia, quę velocem&vehementem motum
E in ſpiritibus & humoribus efficiunt, ſunt euitanda, vt ira, furor, triſtitia fortis: & ſic
de aliis.

Cap. III. *De regimine huius diſpoſitionis per medicinalia.*

Sex videntur mihi intentiones in cura huius diſpoſitionis eſſe ſufficientes. *Sex intentiones in*
¶Prima eſt euacuatio minoratiua materierum. ¶ Secunda digeſtio earum. *cura hac*
¶Tertia eradicatio. ¶Quarta diuerſio. ¶Quinta materierum completa con- *neceſſaria.*
ſumptio. ¶Sexta & vltima capitis confortatio.

Primam itaque intentionem cõplent duo inſtrumenta. ¶Primum eſt, vt ſi virtus, *I.*
ætas&cõplexio cõueniunt, fiat eidẽ phlebotomia baſilicę brachii dextri, & extrahan- *Euacuatio*
tur ſanguinis ℥.iij. vel iiij. hęc eſt neceſſaria, ſi in cauſa materiali & efficiente cõmuni- *minoratiua.*
F cat epar ipſi capiti. ¶Secundũ vero inſtrumentũ eſt, vt ſi non apparebit phlebotomã- *Vena ſectio.*
di inclinatio aliqua, in aurora recipiat has pilulas. R. *pilul. aurearũ, pilul. de hiera compoſita* *Pilula.*
*an. ℈. ij. vel ʒ. ß. & accipiat & tardet cibum ſex horis & poſt accipiat aliquid lauatiuum per horam
ante prandium.*

Secunda vero principalis intentio cõpleri poteſt per inſtrumenta tria. ¶Primum *II. Digeſtio.*

eſt & leue hoc. ℞ *aquæ ſaluiæ, aquæ betonicæ an.* ℥.j.ß. *aquæ acetoſæ* ℥.j. *miſce cum modico ſach.* A
& totum calidum in aurora accipiatur & tardetur poſt cibus ſaltem horis iiij. ¶ Secundum fortius illo. ℞. *mellis ro. colati* ℥.j. *ſyru. de hyſopo.* ℥. ß. *aquæ betonicæ, aquæ ſaluiæ an.* ℥. j. ß. *miſce.* ¶ Tertium fortius prædictis. ℞. *ſyru. de calamento ſyru. de ſtæchade an.* ℥. vj. *aquæ iris, aquæ acetoſæ, aquæ betonicæ an.* ℥.j. *miſce & omnia dentur vt prius.*

3. *Eradicatio. Potio.* Tertia principalis intentio cõpletur per duo inſtrumenta. ¶ Primum eſt hoc. ℞. *hieræ Ga.* ʒ. j. *aga. electi* ʒ. ß *ſachari al.* ℥ ß. *miſce: & totum hoc bibatur cum aqua ſaluiæ calefacta.* ¶ Secundum inſtrumentum eſt, vt ſi non poſſet ſumere prædictam medicinam propter eius amaritudinem, capiat has pilulas. *Pilulæ.* ℞. *pil. cochiarum & aurearum an.* ʒ. ß. *reformentur pil. ſeptem cum ſyrupo de ſtæchade:* & exhibeãtur in aurora: & poſt eas obſeruentur omnes conditiones quæ poſt ipſum minoratiuum dictę ſunt. B

4. *Diuerſio.* Quarta principalis intentio eſt materierum diuerſio, ſaltem particularis, quę fieri poteſt pluribus inſtrumentis. ¶ Primo diuertendo abſque euacuatione ſenſibili, vt per fricationes à pedibus vſque ad ſpatulas adminiſtratas. ¶ Secundo per ligaturas ſuper genua & cauillas manuum & pedum factas. ¶ Tertio per ventoſas cum ſcarificatione appoſitas ſuper ſpatulas & nates. ¶ Et poteſt iterũ & ſecũdo principaliter diuerti materia ad remotas partes cum euacuatione ſenſibili, vt Menſiũ prouocatio: vel hæmorrhoidarum adminiſtrãdo clyſteria cum hiera ſimplici vel hieralis à capite diſtrahẽtia. ¶ Et adhuc diuerſiones fieri poſſunt ſenſibiliter & particulariter à capite euacuantes, & primo quidem plebotomando cephalicam, aut ventoſando partes colli cum ſcarificatione, aut tertio prouocando ſanguinem à naribus. Si hæc 3. aut ipſorum al- C
terum videbitur opportunum cum apparitione dominij vel mixtionis ſanguinis cum aliis. ¶ Quartum diuertens particulare eſt maſticatio facta cum pyrethro, zinzibere, agarico, maſtice, arthanitá & ſimilibus. ¶ Quintum de numero horum diuertentium eſt collutio facta cum aqua decoctionis rutæ, ſtœchados, pulegij, calamenti, liquiritiæ & hyſopi, cum quorum decoctione calida ſæpe fiat oris collutio. *Gargariſma.* ¶ Sextum diuertens eſt gargariſma factum cum hac decoctione ℞. *coſti, ſtaphyſagriæ, ireos, arthanitæ, rutæ, ſtæchados an.* M. ß *liquiritiæ* M. j. *incidantur & contundantur, & cum lib. ij. aquæ &* ℥ *iiij. mellis vſque ad conſumptionem medietatis coquantur de hac 6 vel 8. vicibus fiat gargariſma ante prandium & ante cœnam.* ¶ Septimum diuertens eſt caput purgium hoc. *Caputpurgium per nares attrahẽdum.* ℞. *aquæ mel.* ℥. *iij. ſucci radicum betæ* ℥.j.ß. *calefiat totum, & pleno prius ore aqua traiiciatur per na-* D
ſum mane & ſero ante prandium & ante cœnam.

5 *Materierum completa conſumptio.* Quinta principalis intentio completur per vnum inſtrumentum, & eſt vt per vnam ſeptimanam continuam omni ſero, quando vadit ad lectum, accipiat ℥. ß aureę Alexand. cum ℥ j. ß. aquæ maio. calefactæ & poſt vnam ſeptimanam ſufficit ei accipere bis vel ter in ſeptimana.

6. *Confortatio capitis.* Vltima intentio, quæ eſt confortandi caput, per tria inſtrumenta completur. ¶ Quorum primum eſt vt omni ſero, quando vadit ad lectum, ſaltem per dies decem accipiat rotulam vnam vel ʒ ij. confectionis diamuſci dulcis, & bibat poſt illud tertiam partem cyathi vini albi cum altera ſui medietate aquæ commixtæ ¶ Secundum inſtrumentum eſt, vt omni ſero cum vult ingredi lectum, à principio capillorum vſq; E
ad ſummitatem capitis per commiſſuram ſagittalem per tres digitos latitudinaliter de hoc puluere puluericet vſque ad quantitatem v. granorum hordei inter capillos *Puluis cephalicus exterius aſpergendus.* ſpargendo ipſum. ℞. *macis* ʒ *ij. caryoph.* ʒ j *ligni aloes* ℈ *ij. omnia per ſe puluericentur ſubtiliſſime, deinde miſceantur & fiat vt dictum eſt.* ¶ Tertium inſtrumentum eſt odoriferum hoc, quod ſemper in manu teneat odorando ipſum. ℞. *galliæ muſ. ſtyracis calamitæ cala. aromatici an.* ℥. ß. *ligni aloes.* ʒ j. *caryoph. nucis muſ. an.* ʒ j. ß. *moſchi, ambræ, an. gr.* j. *pulue. maio.* ℥. ß. *fiat omnium per ſe puluis & ligentur in ſindone de grana retorta.* *Nodulus odoratus.*

CONSILIVM LXXX. *De catarrho ſalſo deſcendente ad pectus & ad naſum cum excoriatione & puſtulis in parte exteriori.* F

Nobilis vir & Reuerendus in Chriſto pater Dominus prior S. Antonij de Vienna diſpoſitionem capitis habet, per quam in eo generatur materia acuitatem habens accidentalem, eo quia materia talis eſt phlegma ſubtile ſatis, cui cholerica materia commiſcetur, reddens ipſum ſalſum vel acutum, & ſæpe contingit,

A tingit, quod hæc materia decidit in pectus eius & efficit in eo tuſſes & ſputa acuta & ſuſpecta ſatis. ¶ Et quandoq; materia prædicta ſtillat per naſum & facit ei coryzam ſatis mordicatiuam & quandoq; excoriatiuam partium interiorum naſi. ¶ Et tertio iterum hæc materia quandoq; effunditur per exteriores partes & recipitur in lepore naſi faciens ibi puſtulas vel bothor parua colore roſeo colorata. & acuitate ſua erumpentia cutem ſine ſanie tamē, eo, quia materia ſui ſubtilitate citius euaporatur, quam in ſaniem conuerti poſſit.

His itaq; diſpoſitionibus prouidēdum eſſe exiſtimaui quatuor remediis. ¶ Quorum primum eſt loch infraſcriptum: Cuius vſus debet eſſe in mane & per horas tres poſt prandium vſque ad horam cœnæ, teneat d[illegible] ipſo in ore ſuo quantitatem grani *Eclegma.*
B fabę. Et permittat ipſum à calore diſſolui & in pectus per tracheam arteriā recipi abſque maſticatione aliqua. *℞. loch de pino ℥ j. pilularum bechicarum deſcriptione Raſis 9. Almanſ. cap. de tuſſi. ʒ. ij ſucci liquiritiæ ʒ. j oxymellis compoſiti ℥. j. ſach. cand. ʒ. x. terantur omnia ſubtiliſſime in mortario. Et fiat electuarium bonæ viſcoſitatis: cuius vſus ſit vt ſupra.* *Confectio.*
¶ Secundum remedium ei conueniens eſt hoc. *℞. granorum pinearum ℥. iiij. granorum phiſticorum ℥. ij aquæ violarum, aquæ capillorum ve. an. ℥. iij grana prædicta infundantur in prædictis aquis: & nutriantur in eis tribus diebus naturalibus. deinde cum ſacharo albo diſſoluto & coctio cum aqua capillorū veneris incorporentur prædicta grana integra vel contuſa ſuo modo. Et vtatur ea ante cibum vel poſt ſuo libito.* Eſt enim ei valde conueniens ad confortandum cor, mūdificandum pectus, aperiendum oppilationes, & eſt reſtauratiua mirabilis, & ideo ei
C conueniens eſt: quia macer & extenuans eſt notabiliter. ¶ Tertium remediū conueniens eſt vſus harum pilularum: de quibus accipere poteſt bis in ſeptim[illegible]na parum ante cœnam cum ſignis grauitatis vel plenitudinis ſtomachi. aut accipiat eas per duas horas poſt cœnam cum ſignis grauitatis & deſtillationis à capite: quarum deſcriptio. *Pilulæ.*
℞. magdaleonis pil. alephanginarum, aloes ablutæ an. ʒ. ij reubarbari. ℈. ij. agarici electi ʒ. ß. ſpicæ, gran. v. Zinz. gran. iij. cum ſucco roſarum fiant pilulæ pro omni ʒ. vij. ¶ Quartum remediū principale & propriè ad defœdationem naſi eſt hoc. *℞. amyli de hordeo ʒ. ij lythargiri ſpumificati ʒ. vj. olei de vitellis ouorum ʒ. ß. tuciæ præparatæ ceruſæ an. ʒ. j. ß. incorporentur ſimul ſubtiliſſima contritione in mortario plumbeo cum ſuo piſtillo. De hoc igitur liniantur omnes partes naſi infectæ in ſero abundanter*: in mane vero abluatur cum coto madefacto in *Linimentum.*
D aqua decoctionis ſeminum melo[illegible]um non excorticatorum & reddentur partes illæ formoſæ. Ad laudem Dei omnipotentis. Amen.

CONSILIVM LXXXI. *De ſex malis diſpoſitionibus, videlicet: De fluxu materierum acutarum à capite. ¶ De dolore in partibus colli & ſpatularum cum iectigatione. ¶ De mala digeſtione ſtomachi cum multitudine ventoſitatum: ¶ De mala complexione calida & ſicca epatis cum materia; ¶ De mala complexione renum cum multitudine trumborū, arenarum & petalorum. ¶ De fluxu humiditatum albarum à matrice. ¶ Diuiditur autem conſilium in duo capitula.*

CAP. I. *Diſpoſitiones per cauſas & ſigna diſtinguit.*

E MAgnifica & Generoſa Domina de Mirandula variis laborat accidentibus & ægritudinibus. ¶ Primū eſt fluxus materiæ acutæ à capite eius. ¶ Secundū dolor in partibus colli & ſpatularum conmixtus iectigationi cuidā. ¶ Tertium mala diſpoſitio ſtomachi ipſius cum multitudine ventoſitatum & phlegmatum in eo genita. ¶ Quartum mala complexio epatis calida & ſicca materialis. ¶ Quintum mala complexio renum cum multitudine trumborum, arenarum & petalorum. ¶ Sextum eſt materierum albarum à matrice defluxus fere continuus.

Præterea diſpoſitio prouenit à mala complexione epatis prædicta & mala complexione ſtomachi frigidi & humidi. ſiue ergo phlegmata per viam indigeſtionis generata & congregata in ſtomacho faciant chylum generari frigidum & humidum &
F aquoſum, propter quem epar non poſsit generare maſſam ſanguineam conuenientem in complexione. vnde ex magna parte phlegmatum euaporantium ad caput & multitudine materiæ cholericæ: vel prius in epate poteſt generari phlegma ſalſum: vel vapor ex phlegmate & cholera in capite eius conuerſus in phlegma ſalſum: quod multiplicatum in capite per ſe ipſum fluendo deſcendit: aut ſaltem in virtute pellitur

pars eius per palatum expulſa in os repræſentet ſalſedinem : & cum nonnulla illius A
pars per venas & arterias deſcenderit, in ligamentis, chordis & muſculis colli & ſpa-
tularum immergitur : & pars eius acuta ſatis dolorem efficit pungitiuũ. poſtea vapo-
roſior circulis intercluſa iectigationem facit, quæ incluſa in poris quærens exitũ mo-
uetur motu eleuationis & depreſſionis in particulis muſculorum. ¶ Patet ergo ꝙ ce-
rebrum ęgrotet dupliciter, ſ. mala cõplexione frigida & humida phlegmatis aquoſi:
& mala cõplexione calida à vapore cholerico ab epate cõmunicato. Patet etiã cauſa
doloris in ſpatulis. Item quod ſtomachus ægrotet mala complexione frigida & hu-
mida, iudicatur ex frigiditate ſenſata. ¶ Secundo ex copia ventoſitatum & ructuum.
¶ Tertio ex debilitate digeſtionis. ¶ Quod epar etiam ſit calidum & ſiccum, patet ex B
tactu calido hypochondrij dextri, & ex velocitate & frequẽtia pulſ⁹, & extinctura vri-
næ ſecundũ plurimum igneę vel ſubigneæ, & ex ſuperfluitate primæ digeſtionis, quæ
eſt ſicca & citrina, & ex valida ſiti perſeuerante, ex tenuitate venarum & ex paucitate
carnis. ¶ Ex quibus arguitur etiam caliditas renum: cum ergo multiplicatur in ſto-
macho phlegma, & etiam ab epate pellatur ad renes calidos: & ſic ab eorum calidi-
tate inuiſcatur in lapidem: Et pulſa ad matricem incitant ipſam ad expulſionem : ita-
que frequenter laborat fluxu materierum albarum à matrice ſua. ¶ Etiã debilitas ma-
tricis poteſt eſſe cauſa congregationis phlegmatum in ipſa propter ſpeciem malæ cõ-
plexionis acquiſitam propter indebitam mundificationem eius, quæ completius fit
in muliere fœcunda. Phlegmata igitur per viã indigeſtionis multiplicata in matrice
non minus impellunt ipſam ad ſui expulſionem, quam materia aliunde ad ipſam pro- C
pulſa faciat. quare hæc diſpoſitio eſt ſatis difficilis: quia eſt complicata ex reciproca
alteratione & communicatione nocumẽti cerebri ad ſtomachum, & econuerſo ſto-
machi ad epar & epatis ad renes & matricem & econuerſo.

Capvt II. *De cura dictarum diſpoſitionum.*

IN cura ſupponitur, quod licet diſpoſitiones membrorum hui⁹ Mulieris ſint
diuerſæ, quoniã complexio epatis & renũ eſt calida & ſicca, & cerebri, cor-
dis, ſtomachi & matricis ad frigidum & humidum eleuata: quia tamen in toto
dominatur virtus frigidi & humidi, igitur eligantur inſtrumenta calefactiua medio- D
criter & ſiccatiua potentius. quia maior eſt lapſus per humiditatem, quam per frigi-
ditatem.

Curatio catarrhi. Catarrho eius ad ſtomachum vel ad pectus. Primo ſtante materia multa, quaſi
ſuffocatiua phlebotometur baſilica. ¶ Secundo diuertatur materia ad inferiora cum
Clyſter. clyſteri cõi additis ſal gemmæ ʒ. iiij. hieræ ſimplicis benedictæ an. ʒ. vj. ¶ Et cum a-
Pilula. liis generibus diuerſionum aperiantur hæmorrhoides, ventoſentur ſpatulæ &
contra. ¶ Vel ℞. *pilularum aurearum* ʒ. j. *trociſcorum de ſtela* ʒ. j. *mirabiliter ſiſtunt catar-
rhum.* dentur per horam poſt cœnam.

Curatio dolorũ ſpatularum. Spatularum dolor, ſi inualeſcit auferens ſomnum, ℞. *olei amygdalarum dul. ſiſami:
an.* ℥. ß. *olei de* Keiri *citrina* ℥. j. ß. *croci, pinguedinis anatis & taſſi an.* ʒ. j. *cum cera fiat vnguen-* E
tũ liniaturq́. ¶ Vel *recipe foliorũ camomillæ, meliloti, ſeminis aneti, ameos, meliſſæ, maioranæ. an.*
℥. j. *fiat decoctio, & cum veſicis applicetur vel cum ſpongiis.* ¶ Vel ℞. *foliorum caulium, betoni-
cæ, meliſſæ an. M. ij. farinæ fabarum* ℥. ij. *farinæ frumenti & ſeminis lini an.* ℥. j. ß. *croci* ʒ. j.
Emplaſtrũ. *vitellos oui numero ij. coquantur plantæ in aqua ad bonam earum mollificationem: poſt ſecum alia in-
corporentur ad formam emplaſtri.*

Correctio indigeſtionis ſtomachi. Stomachi eius indigeſtioni cum multiplicatione ventoſitatis. Primo ℞. *ſyru-
pi de calamento, mellis roſ. col. ſyrupi de eupatorio an.* ʒ. *ij. aquarũ abſynthij, menthæ, meliſſæ an.* ℥.
ij. continuetur vſq́ ad apparitionem digeſtionis. ¶ Poſt ℞. *hieræ Gal.* ʒ. *vj. benedictæ.* ʒ. *ij cum*
Confectio. *modico vini.* ¶ *Poſt* ℞. *ſpecierum electuarij de ligno aloes* ʒ. j. *ſpecierum diamuſci dul.* ℥. ß. *gra-
norum paradyſi an.* ʒ. ß. *ſach. al.* ℥. *iij. cum aqua menthæ fiat confectio. Doſ.* ʒ. *ij. ante omnem ci-* F
bum ſuperbibendo modicum vini. ¶ Poſt ℞. *ameos, ſpicæ, ligni aloes, menthæ, origani an.* ʒ. j. *ma-
cis.* ℥. *ij. ſachari quadruplum omnium ponderis, puluerizentur omnia per ſe & miſceantur: & fiat*
Tragea, Ceratum ſtomachale. *tragea. Doſis cochlear vnum poſt omnem cibum deglutiendo ſine maſticatione.* ¶ Item ℞. *ligni a-
loes, menthæ, macis, origani, cinamomi, caryophillorum, ſpicæ an.* ℥. ß. *trociſcorum, galliæ muſc.* ℥.
j. ß. *olei menthæ, olei maſticis, nardini an.* ℥. j. *laudani* ℥. *ij. reſinæ* ʒ. *vj. cerotum fiat cum cera*
quantum

A *quantum ſufficit, applicetur ſtomacho & ſolenniter conuenit omni debilitati ſtomachi prouenienti à mala complexione frigida & humida materiali & immateriali.*

Epati eius calido quidem, capiti & ſtomacho etiam confert in modica quantitate. ℞. *trociſcorum de ſpodio, trociſcorum diarodon. an. ʒ. j. laccæ præparatæ ʒ ß. ſach. al. ℥. iiij. & aquæ cichoreæ, fiat confectio doſ. ʒ. ij ante & poſt cibum cum oportet.* ¶ Vel ℞. *aquæ cicchoreæ, aquæ epaticæ an. ℥. j. aquæ eupatorij ℥. ß.* ¶ Etiam ℞. *olei nardini, olei cydoniorum ana ℥. j. ſpodii, roſ. corallorum amborum, ſandalorum ana ʒ. j. ß. ceræ albæ quantum ſufficit pro vnguento molli ad epatis regionem.*

Correctio mala complexionis Epatis.

Confectio. Vnguentũ.

Renib⁹ iſta competunt tamẽ ipſi & vreteres & emulgentes teneantur conuenienter apti, vt materiæ non figantur in eis conuertendæ in trumbos vel arenas & petala. B cui opponitur primo. ℞. *aquæ milij ſolis ℥. ij aquæ ſaxifragiæ ℥. j. ß. pluribus mane expertum.* ¶ Secundo ℞. *ſeminis aſparagi, petroſelini, aniſi, feniculi ana ℥. j. granorũ hederæ ſiccorum, milij ſolis an. ℥ iij. lapidis lincis, lapidis iudaici an. ℥. j. ß. ſachari albi triplũ ponderis omniũ fiat tragea.* & cũ ꝑcipit dolorẽ renum & ſpinæ, & vrinas eſſe factas tenues valde, tunc de iſta tragea ſemꝑ accipiat cochlear j. ante cibũ, educit enim trũbos, arenas, lapides, vrinas prouocando notabiliter. ¶ Tertio vinũ eius habeat cõtinue infuſa grana hederæ vel ſumantur ſine maſticatione, vel cum ea, viij. grana hederæ ſæpe. ¶ Quarto infallibile. ℞. *ſublimationis apii ℥. ij. pulueris radicum ſaxifragiæ combuſti ſecundum artem an. ʒ. j. bibe totũ, credo non poſſe remanere lapillos nec arenas cum vſu huius inſtrumenti.*

Correctio renum.

Tragea.

Fluxui materierum albarum matricis quæ ægritudo eſt chronica & difficilis cura- C tionis. ſiue enim proueniat ex tranſmutatione critica materierum phlegmaticarum corruptarũ vel non corruptarũ à toto: vel à determinatis membris difficilis eſt. ¶ Similiter ſi ꝓueniat ꝓpter nocumentũ digeſtionis ſtomachi & epatis, q̃ ambo ſunt cauſa multiplicationis taliũ materierũ à matrice. Similiter tertio ſi ꝓueniat propter colligantiã totius vel partiũ vel ꝑ propriũ nocumentũ ipſi⁹ matricis tamen. ¶ Primo ℞. *ſublimationis vchuẽ ℥. iij. per xxx vel xl. dies mundificat enim &* educit lauando & abſtergendo epaticas, renales, vrinales & matricales vias. ¶ Secundo de mihi expertis. ℞. *galbani electi ℥. iij. oppoponacis ℥. j. ſandaracæ thuris hipocyſtidos ana ℥. j. diſſoluantur gũmi cum aceto acuto & fiat cerotum rotundum ſuper panno de grana per digitalem menſuram maius, quã nebula ſuper vmbilico ponatur eius centrum.* Penetrabit per venam vmbilicalem termina- D tam ad matricem. ¶ Tertio omni mane & ſero fiat encatiſma. ℞. *gallarum quercus perforatarum oſſium pinearum non conſeruantium medullam an. M. iij. aluminis rochæ lib. I. aluminis ſciſſi. i. iameni lib. ß trociſcorum aliptæ muſcatæ, trociſcorum neræ an. numero j. coquantur omnia in ſitulis aquæ xij. ad conſumptionem medietatis fiat encatiſma in vaſe ligneo per ſpatium mediæ horæ.* ¶ Vltimo ℞. *ſpecierum benedictæ completarum ℥. j. ß aloes tribus diebus infuſæ in ſucco vchuen ℥. iij: confectionis vel trociſcorum neræ ℥. j. maſticis ʒ. ß. croci gran. xv. cum vino aromatico antiquo valde fumoſo. fiant pilulæ pro omni ʒ. vij. doſis numero j. ante cœnam parum omni quinta die.* Scio enim quod materias ſuperfluas corruptas vel corruptioni paratas cõuenienter attrahunt & educunt à matrice. per quæ quatuor inſtrumenta ꝑdicta plurimæ mulieres ab hac ægritudine difficili ſanatæ ſunt integre. Ad laudẽ Dei. Amen.

Curatio fluxus albi matricis.

Cerotum.

Pilulæ.

E ¶ De ægritudinibus oris & faciei conſilia.

Consilivm LXXXII. *De vndimia in gena partim per eſſentiam, partim per cerebri reumatizantis colligantiam genita: continens tria capitula.*

Cap. I. *De verificatione ægritudinis cauſarum eius & ſignorum.*

REuma quoddam nuper virum honorandum Proſdocimũ de Taruiſio vehemẽter infeſtat. Etenim à menſe februarij vſque ad hoc præſens tempus ad totã genam & ad oculum dextrum reumatizauit materia, quæ omnes prædictas partes tumeſcere fecit ſine duritie: & abſque magno rubore & partium prædictarũ inflammatione: & taliter ꝑſeuerauit menſibus trib⁹ vt ſcribitur. Cui ſi remediũ aliquod ca- F nonice exhiberi debet, oportet, ꝙ hæc diſpoſitio ad cognitionẽ adæquatã ꝑducatur cum notitia eorum quorum contemplatio opportuna eſt. ¶ Oportet itaque materiam hanc vel in prædictis partibus eſſe congeſtam propter debilitatem ipſarum ꝑ ſe cauſam cõgeſtionis illi⁹, & erit ægritudo per eſſentiã in partibus prædictis: aut neceſſe eſt hanc materiam ad prædictas partes aliunde defluxiſſe, & tunc erit ægritudo partiũ ꝑdictarũ per colligantiã denominanda. nõ n. inuenitur aliqua ægritudo, q̃ ſub

hac diuiſione non cadat. ¶ Si itaque hæc diſpoſitio eſt partium prædictarum per eſ- A
ſentiam, aut ineſt ei mala complexio frigida & humida: & tunc locus viſu percipitur
cum pallore, cum mollitie, cum frigiditate tactu percepta, & cum digitus parti impri-
metur, remanebit in ea impreſsionis veſtigium, & erunt ſigna dominij phlegmatis in
parte. ¶ Quod confirmatur ex accidente quod de nouo ſuperuenit, ſ. ex deſcenſu
aquoſæ humiditatis per labia deſtillantis actualiter. ¶ Vnde ex omnibus iſtis neceſ-
Vndimia quid. ſe eſt concludere, hoc membrum pati vndimiam, id eſt, apoſtema phlegmaticum à
phlegmate dulci, mucillaginoſo vel aquoſo proueniens. ¶ Et ex his iterum ſecundo
concluditur, quod ſi materia illa in prædictis partibus multiplicaretur & profunda-
retur in lacertis & neruis interioribus, periculum eſſet euentus torturæ oris in hoc
viro. & diligenter inſpiciatur, quia fortaſſe ſunt ſigna principij torturæ illius. ¶ Et B
tertio iterum concluditur, quod ſi materia iſta multiplicata deſcenderet ad partem
capitis poſteriorem, fortaſſe minaretur ei paralyſin. ¶ Si vero raptum haberet prædi-
cta materia ad inferiores partes, minaretur ei empyema aut alias ægritudines pecto-
rales non modicum verendas. ¶ Si autem prædicta membra ægrotarent mala com-
plexione materiali calida & humida, tunc ſigna illius eſſent ſigna phlegmonis, ſcili-
cet tumor in parte notabilis, caliditas intenſa cum mollitie in parte percepta, loci ru-
bor & pulſatio notabilis cum partium tenſione grauitate percepta. Etſi præ-
dicta membra lapſu materiali calido & ſicco ægrotarent cum partium tumore: tunc
ibi perciperetur caliditas cum punctione, acuitate & pruritu magna inflammatione
& poſtularum cholericarum apparitione. ¶ At vero iterum ſi in prædictis partibus C
eſſet materialis ægritudo frigida & ſicca per eſſentiam, aut in tumore illarum parti-
um neceſſario perciperetur frigiditas partium ſoliditas & durities reſiſtentia ad tactũ
digiti coloris partium opacitas vel nigredo & ſuperfluitatum exitus à loco priuatiuo.
& hæc ſunt ſigna ſephiroticæ vel ſclirotica diſpoſitionis. quorum omnium prædicto-
rum ſententiæ colliguntur à Gal. *in libello de tumoribus præter naturam, & tertio terapenti-
cæ primis capitulis. & tertia quarti primo & ſecundo tractatu. in capitulis phlegmationis Eryſipela-
tis* vndimię & ſephiros. & tu collige ſermones inde, ſi placet. ¶ Videtur autem mi-
hi ex prædictis omnino concludendum eſſe, quod apoſtema ſub cap. de vndimia col-
locandum ſit. vt ex ſignis in primo loco tactis manifeſte deduci poteſt. ¶ Contra,
quia in loco tumoris percipitur aliqualis rubedo, ſed ipſa cum fuſcedine remiſ- D
ſa, ſignificat ſanguinis dominium: cum claritate vero choleram oſtendit. igitur tu-
mor ille non eſt vndimicus. concluſio patet. eo quia apoſtema vndimicum exclu-
dit colorem rubeum & participat colore albo eſſentialiter: & maior apparet ſenſu
viſus. & minor probatur per paſsiones vel proprietates ſanguinis & cholerę; quoni-
am primi paſsio eſt rubedo purpurea. ſecundi vero paſsio eſt rubedo clara. ¶ Ad
huius motiui ſolutionem dicendum, quod motiuum illud veritatem includit de ſi-
Apoſtemata raro inueniri ſimplicia. gnis conſequentibus apoſtemata ſimplicia: ſed quia raro inueniuntur apoſte-
mata ſingularia, immo plura eorum ſunt compoſita, vt tertia quarti primo cap. col-
ligendum. Ideo dicendũ eſt, ꝙ dato, quod cũ materia phlegmatica miſceatur aliqua
parua quantitas ſanguinis, non tollitur tamen quin illud apoſtema vndimicum E
denominari debeat. quoniam à tumore quantitate & virtute prædominante debet
fieri denominatio. *ſecunda primi, quinto cap. de ægritudinibꝰ cõpoſitis.* quare ſuſtentatur iã
p̃miſſa cõcluſio, ſ. ꝙ particulæ patientes ægrotent apoſtemate vndimico vt dictũ eſt.

Poſt hoc igitur parumper vberius ſpeculandum eſt iuxta ſecundum membrum
præaſſumptę diuiſionis. Si enim partes prædictæ ægrotant ægritudinibus per colli-
gantiam. aut erit hoc per colligantiam propinquitatis partium adinuicem aut diſtã-
tiæ ipſarum. ¶ Et ſi primum tunc erit ibi ægritudo per colligantiam à cerebro pro-
ueniens. & hoc videbitur rationale propter plura. ¶ Primo, quia in eo congregan-
tur phlegmaticæ materiæ per viam indigeſtionis ex conuerſione vaporum phlegma-
ticorum in eas, qui eleuantur à toto corpore. ¶ Et ſecunda cauſa eſt. quia ipſum F
iterum nutritur ſanguine phlegmatico. ¶ Tertia cauſa eſt propter aptitudinem cur-
ſus materierum liquidarum ad inferiora. ¶ Et quarta eſt propterea, quia venæ & viæ
effuſionis materierum à capite ad maxillas plures ſunt & amplæ ſatis. quare videtur
omnino aſſerendum, quod ægritudo partium prædictarũ ſecundum magnam partẽ

ſe habeat

A ſe habeat per dependentiam à colligantia ipſarum ad cerebrum ¶ Ex quibus diligens conſiderator in vnam ſententiam redactis facile concludet ægritudinem in prædictis partibus eſſe per colligantiam ſimul & per eſſentiam, permanentia enim & fixio tumoris longi temporis arguit ægritudinem partium per eſſentiam. Velox vero additio tumoris arguit defluxum aliunde prouenientem. Igitur ægritudo harum partium eſt ſimul per colligantiam & per eſſentiam cenſenda. ¶ Ex his corollarie concluditur, quod hæc ægritudo ſit difficilis multum, quod ſatis facile patet, quia eſt diuturna. Igitur dependens à materia frigida, quæ difficulter curationem recipit. Omnes enim chronicæ ægritudines à materia frigida dependent. *Senes iuuenibus plerunque minus ægrotant*, & eſt ſententia principis *ſecunda tertij tracta. ſecundo cap. de hæmicranea.* Teſte Hip. Sect. 2. aph. 39. vbi inquit.

B ¶ Vtrum vero iterum hæc ægritudo contigerit, aut eſſe poſsit per colligantiam inferiorum partium denominanda, ſ. pectoris, ſplenis, epatis & aliorum membrorum, hic non diſputabo, quoniam ſatis facilius materiæ à ſuperioribus ad inferiora declinare poſſunt, quam ab inferioribus ad ſuperiora, licet verificationi veritatis nihil repugnet. ¶ Ex quibus nunc taliter præmiſsis vberius inueſtigari poterit regularis curationis modus: vt nunc ſequetur.

Cap. II. *De cura huius reumatis per adminiſtrationem ſex rerum non naturalium faciliter diſcurrendo per eas, &c.*

C Cvm ex præcedenti cap. manifeſtum ſit, materiam huius reumatis fluentem & effuſam eſſe phlegmaticã, apparet, quod regimen ipſius p adminiſtrationẽ ſex rerum non naturalium inclinari debeat ad calefaciendum & exiccandũ, & ad incidendum phlegma illud: cuius particulam aliquam non eſt dubium eſſe ſatis craſſam. Igitur locus & manſio habitationis eius debet eſſentialiter eſſe calefactiuus & exiccatiuus, aut ſaltem artificialiter cum accenſione ignis in camera & fumicatione illius cum ſandaraca, ligno aloes, thure, colophonia & ſimilibus, has enim fumigationes in hac diſpoſitione conferre multum vidi. ¶ Et ita dicendum de cibis, quod oporteat eſſe calidos & ſiccos naturaliter aut artificialiter cum decoctionibus ſaluię, roſmarini, petroſel. menthę, ſerpilli & ſimilium calidorum. ¶ Et potus eius ſit hydromel factum cum decoctione roſmarini aut andacochę vel maſticis, quod pa-
D rum bibat. aut ſi propter ætatem acciperetur augmentum, miſceatur cum hydromelle quarta pars vini rubei clari, non valde fumoſi. ¶ Exercitium vero pedibus ambulando longo tempore factum ſuauibus paſsibus ieiuno ſtomacho conueniens eſt. ¶ Somno vero vtatur breui, à quo melius eſt ipſum excitari, quam in ipſum profundi. ¶ Stomachi etiam alleuiationem faciat cum paucitate cibi, quoniam hæc tria famoſa à veteribus approbata ſunt, ſ. quod patientes hanc diſpoſitionem eſurient & vigilent, qui reumata curant, & ſunt ſermones Auicennæ, *quinta tertij cap. de cura catarrhi, verſus principium*, vbi inquit: *Euigilent, ſitient & famem patiantur: quoniam ſunt initium curæ.* ¶ De accidentibus autem animi apparet, quod nullum eorum ſit conueniens, & maxime per quod motus vehemens in ſpiritibus & humoribus acquiratur.

E

Cap. III. *De cura huius reumatis per medicinalia.*

Et licet credam ego ſine hæſitatione aliqua, quod iam diu ea, quæ opportunẽ huic diſpoſitioni conueniebant, ſolenniter adminiſtrata fuerint: vt tamẽ legentibus ſatisfaciam ſecundum materiam ſubiectam huius diſpoſitionis, egimen ſex completur intentionibus curatiuis.

Et prima earum eſt regimen per conuenientem menſuram ſex rerum non naturalium, quod ſuccincte pertranſitum eſt, eo quia non dubito particularibus appropriatis in eiſdem rebus huic diſpoſitioni fuiſſe prouiſum, etiam quia generalis intentio, ſ. calefaciendi & exiccandi & incidendi particulares intentiones includit aperte. *I. Intentio curatiua.*

F Secunda vero principalis intentio eſt materierum euacuatio minoratiua, & licet non dubitem hanc intentionem etiam fuiſſe conuenienter adminiſtratam, Veruntamen aliquid de ea tangere viſum eſt mihi vtile. ¶ Et primo quidem præmitto, quod conueniens eſſet ei phlebotomia cephalicæ aduerſæ partis, eo quia non credo totam materiam effluxiſſe, ſed particulam eius aliquam adhuc fluere: *II. Materierũ euacuatio minoratiua.*

Et ſi aſtantibus appareret quod hæc diſpoſitio augmentum reciperet à plenitudine e- A
patis: eo quia vir iſte abundat ſanguine choleræ commixto ſatis. Ideo magis canoni-
cũ eſſet, pri⁹ adminiſtrare phlebotomiã baſilicę dextrę ſub cubito, deinde interiectis
dieb⁹ quibuſdã vtiliſsimũ eſſet puenire ad cephalicæ phlebotomiã iam ꝓtactã. & qua-
litercũq; fiat, quantitas ſanguinis extrahẽdi limitetur ſecundũ ſapientiã aſtantiũ à tri-
b⁹ vſque ad quinq; ℥. ſecundũ iudiciũ meliori ratione fundatum. ¶ Neque aliquis
mirari debet, ſi phlebotomiam tantopere laudem in hac diſpoſitione. licet phleg-
matis dominium quantitatiuum immo & qualitatiuum in materia huius ægritudi-
nis poſuerim. eo quia materiam hanc comprehẽdo ſatis ſufficienter eſſe ſanguini cõ-
mixtam: quod apparet ex leui rubore apoſtemoſam partem concomitante. ¶ Et ſe-
cunda cauſa quæ mouet ad phlebotomiam, eſt: quia vnus ex canonibus concedenti- B
bus phlebotomiam in reumatibus & catarrhis eſt, quãdo materia terminatur ad fau-
ces, ad pulmonem, ad coſtas. vt *quinta tertÿ præallegato cap.* colligendum. & à Meſue
in appropriato capitulo de cura catarrhi. & pluries *alibi* colligendum. quare omnino phle-
botomia in hac diſpoſitione videtur mihi neceſſaria fore. ¶ Si autem hæſitares de
phlebotomia, loco illius laudarem applicationem ventoſarum in ſupremo ſpatula-
rum cum ſcarificatione congrua. ¶ At iterum his præmiſsis ſequenti die poſt phle-
Pilulæ. botomiam vel ventoſas bonum eſſet minorare materiam cum his pilulis. ℞. *Pilu-
larum de ſerapino ℈. ÿ pilulæ maiorum de ſarcocolla ℈. j. formentur pilulæ ſex cum ſyrupo
de calamento, & exhibeantur cum conditionibus poſt aſſumptionem pharmacorum obſeruandis.*

III. Materierũ diuerſio.

Tertia principalis intentio eſt materierum à patiente particula & à tranſmit- C
tente diuerſio: quæ plurimis ingeniis explicari poteſt. ¶ Et Primũ quidem eſt pro-
uocatio hæmorrhoidarum: quas alias in hoc viro cognoui eſſe fluentes. quæ quan-
tum conferre poſsint in hac diſpoſitione, legatur *2. tertÿ cap. 2. verſus finem
&c.* ¶ Secundum vero ingenium eſſe videtur per phlebotomiam & ventoſas
iam prætactas. ¶ Tertium eſt fortis poſteriorum partium fricatio à natibus incipi-
endo vſque ad ſpatulas aſcendendo cum protractione ad inferius facta. ¶ Quartum
eſt appoſitio medicaminis rubificatiui, immo & veſicatorÿ in ſuprema ſpatularum
carnoſitate: vt cum flamula contrita vel pede coruino, aut cum cantharidibus, fer-
mento & aceto, vel cum emplaſtro recenti de planta oleandri facto bene contrita. Et
non dubito, quod in hoc ſuſtentetur bona pars curationis huius diſpoſitionis. D

IV. Materierũ adæquatio.

Quarta principalis intentio eſt materierum adæquatio, quæ pluribus comple-
tur inſtrumentis. Quorum primum & leue eſt hoc. ℞ *aquæ betonicæ: aquæ ſublima-
tionis calamenti an. ℥. ÿ. ß. miſce.* ¶ Secundum vero melius eſt, vt patiens aſſumat o-
mni mane ℥. v. aquæ ſublimationis radicis ireos. digerit enim potenter materias
phlegmaticas & à capite diſtrahit eas per vrinæ vias educendo. Et ſpero quod hoc
ſolum remedium ſuffecerit in cura huius. ¶ Si quis autem deſideraret digeſtiuum
fortius iſto, *accipiat ſy de calamento, de ſtœcchade an. ʒ. vj. aquæ roſmari ℥. iÿ. miſce.* ¶ Den-
drolibanum eſt medicina potens ad aduerſandum omni phlegmaticæ materiei ad-
æquando & conſumendo eam, adæquat etiam frigidas materias in capite latentes vt
colligendum eſt 5. *can. ſumma prima.* ¶ Adhuc etiam vſus ſotyræ magnæ. Et vſus the- E
riacæ hermetis: & iterum adminiſtratio aureæ alexandriæ: ex quibus omnibus in
ſero apud ſomnum ʒ. ß. detur vſque ad ʒ. j. cum aqua decoc. macis calefacta. ¶ Et
pari ratione ad materierum phlegmaticarum digeſtionẽ in capite confert multum
retinere in ore fruſtum nucis muſcatæ. ¶ Et fortius illo eſt lignum aloes in ore re-
tentum: & dentibus conuenienter contritum. virtuales enim medicinarum partes
facile per colatorium ad cerebri ſubſtantiã & ventriculos peruenire poſſunt. ¶ Am-
plius etiam materias in capite latentes digerere poſſunt ſacculi aut puluerizationes
à principio coronalis commiſſuræ vſque ad finem ſagittalis factæ. quarum deſcri-
ptio eſt hæc. ℞ *macis ʒ. ÿ. lignÿ al. ʒ. j. granorum paradyſi cubebarum, nucis muſ. an. ʒ. j. mo-
ſchi ambræ an. gran. j. fiat pul. de quo ſex granorum hordei quantitas applicetur prædicto loco prius* F
madefacto duabus vel tribus guttis aquæ vitis: & eſt potens remedium in abſcindendo cur-
ſum materierum per modum conſumptionis earum.

V. Euacuatio eradicatiua.

Quinta principalis intentio eſt materierum euacuatio eradicatiua, & iam qui-
dem intentio hæc compleri poteſt per adminiſtrationem prædictarum pilularum,
qua-

A quarum doſis augeri poteſt ſecundum deliberationem ſapientum aſtantium. ¶ Et ſi quis deſideraret pharmacum eradicatiuum & magis appropriatum, exhibeat ʒ.j pil. fœtidarum deſcriptione Raſ. 9. *Almanſ. cap. de cura paralyſis.* Communicat enim huius ægritudinis materia cum cauſa paralyſis valde magnifice velut ex præmiſsis apparuit. ¶ Adhuc etiam eradicari poteſt materia per frequentem adminiſtrationē vni⁹ magnæ pil. datę per duas horas poſt cœnam, velut patet ex deſcriptione hac. ℞. *pil. aſſaiaret, aggarici electi an. ʒ. ß. turbit, colocynth. an. Ə. ß. maſticis, Zinz. aniſi an. gran. iij. reformentur pil. de vna ʒ. iiij.* Et exhibeatur hora prædicta vna: & collige hanc ſententiam *primæ tertij tractatu primo in fine. cap. de cura diſpoſitionis capitis.* vbi voluit exhiberi debere antefomnum pilulam vnam magnam, vt parum ponderis operationem efficiat ſufficientem. Pilulæ.

B ¶ Præter hæc iterū complete poſſunt exiccare materias & conſumere collutiones oris, gargariſmata & maſticationes. Collutio bona ad eandē intentionē. ℞. *ireos, Zinz. electi, maſticis, piperis al. ſtaphyſagriæ, coſti dul. an. ʒ. ß. coquantur in lib. 1. aquæ vſq; ad conſumptionem medietatis, & huius aquæ ℞. ʒ. ß. oxymellis ſquillitici ʒ. j. ß. miſceantur omnia & ex eis actu calidis impleatur os & retineatur ibidem cum inundatione eorum per totum os facta:* & ex eadem materia adiungendo eidem ʒ. j agarici, fieri poteſt gargariſma. ¶ Scio autem ego, quod gargariſma factum cum ʒ. iij. aquæ ireos & ʒ. ß. hieræ luf potenter materias omnes in capite latentes conſumere poſsit. ¶ Et ſcio etiam quod maſticatio coſti aut ſtaphyſa: illud efficiant. ¶ Et de deſiccatioribus, quæ cognoui, eſt frequens maſticatio ieiuno ſtomacho facta cum granis cubebarum. magna enim ineſt ei virtus attrahendi materias à capite & confortandi cerebrum: vt *ſecundo canon. proprio cap.* colligi poteſt. ¶ Caputpurgij autem adminiſtrationē deteſtor, eo, quia ipſum materias inclinat ad anteriora & ad partes particulæ patienti propinquas. Collutio oris. Gargariſma.

C

Vltima vero intentio eſt rectificatio particularum mandantium. & quia intentio hæc ſatis videtur eſſe completa per ea, quæ in quarta & quinta intentionibus conſcripta ſunt: Ideo ſermonem hic finio vnicum ſolum tangens remedium, quod eſt tale. ℞. *florum roriſmarini ſe. rutæ & granorum paradyſi galliæ muſ. an. ʒ. j. ligni al. ʒ. j. ß. macis ʒ. ij. ambræ moſchi an. gran. ij. fiat omnium per ſe puluis. Deinde commiſceantur ad inuicem: & ligentur in ſindone retorta de grana.* hæc tanquam pila in manu teneatur & ſæpe odoretur. Hæc ſunt quæ mihi meliora in hac diſpoſitione viſa ſunt. VI. Rectificatio partium mandantium. Nodulus odoratus.

D

Conſilivm LXXXIII. *De fiſtula in oſſe maxillæ.*

HÆc diſpoſitio, quā moleſtatur hic nobilis ſuæ cognitionis non habet difficultatem; eo quia ipſa eſt fiſtula permutatione facta & corruptione conſequente ad violentam agitationem maxillæ & conquaſſationem eius. propter quam materiæ, quæ illuc fluxerunt, non potuerunt gubernari conuenienter à virtute, immo putruerunt ibi & propter diuturnam moram, quam diu contraxerunt, etiā propter tenuitatem & virtutem ſubſtantiæ oſsis maxillarum fiunt cauſa corruptionis illius, quæ corruptio fuit ita pfundata, quod peruenit vſq; ad concauitatē oſsis genæ vſq; ad inferiorem partem orbitæ oculi. immo vſq; ad locūm oſsis naſi, qui riza nominatur, quod multis & mirabilibus foraminibus compoſitum à natura vacuis factis

E à carnoſitate, à neruis manifeſtis & glandulofis carnibus, quaſi ſemper materiebus ſtillantibus à capite ſemiplenum inuenitur. & aere exteriori attracto ad neceſsitatem euentationis cerebri, vt vaporibus à cerebro expulſis nunquam euacuetur.

Vnde ex hoc fundamento eſt facile concludi curæ huius diſpoſitionis difficultatem. propterea quod ſemper irroratur locus à materia à cerebro defluente phlegmatica, ad cuius concauitatem non niſi cum magna difficultate prouenire poſſunt medicinę mundificatiuę, abſterſiuę & regeneratiuæ, quantum oportetet: propter q; ſublimiori indiget conſideratione diſpoſitio hęc, vt in poſterum aperietur, vbi materiam conabor amplius dilucidare & extendere congruitate temporis concedente. Nunc autem quantum opportunum videtur, apparet mihi huic viro decem eſſe pro-

F uidendum inſtrumentis ad ſui curationē neceſſariis, vt nunc ſequetur. ¶ Et primum quidem horum inſtrumentorum eſt, vt ex parte ſex rerum non naturalium inclinetur ad calefaciendum mediocriter, & ad exiccandum potentius: propter quod eui tet omnia cibaria infrigidantia & humectantia, vt betas, ſpinachias, lactucas, &c. Cibaria lacticinia & omnem lactis vſum & vina fumoſa valde caput implentia & Decem inſtrumenta curatiua. I.

materias humorales in ipſo diſſoluentia. ¶ Et multorũ ciborũ aſſumptionẽ: & pro- A
prie in ſero: & omnẽ fortẽ motũ & coitũ, & ꝓprie poſt cibũ. ¶ Et inter reliqua eui-
tet irã, triſtitiã, & melãcholicas impreſsiones. ¶ Caueat à dormitione valde ꝓlixa &
ꝓprie immediate poſt cibũ: & capite dormiat cõuenienter eleuato: & in camera ca-
lidi & ſicci aeris: & expoſita meridiei & orientali plagæ. ¶ Caueat ab omni ſtrictura
veſtiũ colli & capitis & pectoris. ¶ Et ab omni exercitio capitis incuruatiuo, ſicut eſt
2. quorundam ſcribentium cõſuetudo. ¶ Secundum vero inſtrumentum eſt, vt quar-
Venæſectio. ta vel quinta die pſentis lunaris, q̃ erit die ſabbati aut dominica octaua vel nona hui⁹
menſis ſeptembris fiat ei phlebotomia cephalicæ dextræ partis, p quã euacuentur
ſanguinis ℥.iij. aut iiij.ß. ad plus hora electa: quæ eſt poſt digeſtũ cibũ & ventris mun-
3. dificationẽ p duas horas, vel duas horas cum dimidia poſt ortum ſolis. ¶ Tertium eſt, B
Pilulæ. vt ſequenti mane immediate minoretur materia cum iſtis pil. ℞. *pil. de ſarcocolla deſcri-*
ptione Meſuæ in de conſolatione ſuo cap. ʒ. j. *pilularum cochiarũ* ℈. ß. *formentur pilulæ vij. cũ ſyru.*
de calamento, & adminiſtretur per viij. horas poſt cænã obſeruatis conditionib⁹, q̃ in phar-
4. macandis obſeruari debent. ¶ Quartum eſt, vt immediate poſt minoratiuum dictum
Digeſtiuũ. hora iam pſcripta incipiat aſſumere hoc digeſtiuum, qđ continuet ſaltem dieb⁹ x. Cu-
ius deſcriptio eſt talis. ℞. *ſy. de calamento* ℥. j. *oxymel. compoſiti* ℥. ß. *aquæ betonicæ, aquæ roſ-*
marini, viol. an. ℥. j. *miſce* & calidum accipiatur tardando prandium horis ad mi-
5. nus quatuor. ¶ Quintum eſt, vt poſt digeſtiuum prædictum eradicetur materia
cum pilulis prædictis, aut cum pilulis de hiera maiori & fœtidis ana ʒ. ß. & obſer-
6. uentur ea, q̃ dicta ſunt de minoratiuo. ¶ Sextum, vt ſi iſte vir ſtipticus fuerit in tem- C
Pilulæ. pore, quo aſſumit digeſtiuum pdictum, omni ſero immediate ante cœnã aſſumat vnã
de iſtis pilulis. ℞. *aloes præparatæ* ʒ. j. *hermodactylorum, pulpæ, colocynth. an.* ℈. ß. *bdelij ſubal-*
bidi gran. vj. aniſi, dauci an. gran. ij. ſalis indi gran. iij. formentur pilulæ cum ſucco roſ. de quibus
accipiatur vna omni ſero vt dictum eſt. ¶ Septimum eſt locale neceſſarium ad curam fiſtu-
7. læ, ſecundum hanc deſcriptionem. ℞. *ſucci meliloti, ſucci conſolidæ mi. an.* ℥. ß. *florum oro-*
Lotio et linimentũ. *bi* ʒ. *vj. ariſtol. lon. oppoponacis, ſarcocollæ an.* ℈. *j. pulueriƺentur omnia ſubtiliter, & cum ſuccis præ-*
dictis & vno vitello oui incorporentur ſimiliter in mortario longa contritione, & fiat linimentum, de
quo ſtylus intingatur vel plagella, & imponatur vlceri ſecundum quod iam inceptum eſt in die na-
turaliter. ¶ Octauum eſt, vt poſtquam lotus fuerit cũ prædicto mundificatiuo procu-
8. ratus per vnam ſeptimanam imponatur cum aſaracha hoc compoſitum actu tepidũ D
in die bis cum magna ſuauitate impellendo ipſum, vt perueniat conuenienter in con-
cauitatem ipſius fiſtulæ. Cuius deſcriptio eſt hæc. ℞. *aquæ ſublimationis radicum conſoli-*
Aliud. *dæ ma. aquæ mell. factæ cum decoctione ariſtologiæ ro. an. part. centum pul. piloſellæ, caudæ equinæ*
& conſolidæ mi. omnium ſubtiliſſimorum ſicut alcochol an. ℈. j. *imponantur vt dictum eſt continu-*
9. *ando ſaltem x. diebus omni die naturali bis vel ter.* ¶ Nonum, vt poſtquam antecedenti re-
Linimentum. medio ꝓceſſum fuit per dies ad minus xij. tunc ꝓcedatur cũ hoc linimento adhuc
maioris efficaciæ, quã pdicta, cuius deſcriptio eſt hæc. ℞. *oli oliuarum, ſy. de calamento,*
farinæ orobi ʒ. *vj. pul. corticum radicis mori celſi. pul. caudæ equinæ, & ireos an.* ℈. *ij. conterantur*
ſimul in mortario: & fiat linimentum conuenientis viſcoſitatis, fiat igitur plagella vel tenta de
recenti radice ireos & intingatur in hoc linimento & imponatur vlceri, ita tamẽ cau- E
te vt extremitas ei⁹ ſit ita craſſa: vt nõ poſsit orificium vlceris totaliter ingredi: & per-
Aliud. mutetur omni die bis. ¶ Cum autẽ in cura ꝓceſſum fuerit reuolutione facta de pri-
10. mo locali vſq; ad penultimum iã dictum, tunc adminiſtretur hoc medicamen, cui⁹
deſcriptio eſt. ℞. *oppoponacis pinguioris* ℥. j. *hypocyſtidos, ſandaracæ, corticum citri an.* ʒ. j. *pul-*
ueriƺentur ſubtiliter & longa & forti contritione terantur ſimul cum oleo de vitellis ouorum. Latet
enim in hoc medicamine mirabile iuuamentum, vt perpendere potes ex virtutibus
ſimplicium diligenter conſideratorum. Gaudere tamen, qđ poſtquam hæc localia ali-
quanto tempore fuerint applicata, notificaretur mihi aliquid de ſtatu huius viri, vt
ſi eſſet opportunum, vberius prouidere poſſem, &c. F

Consilium LXXXIV. *De fœtore oris. Et continet conſilium quinq; capitula.*

Cap. I. *De cauſis & ſignis fœtoris oris.*

Licet multis ex cauſis & in plurib⁹ mẽbris ſpẽ diſtinctis poſsit in ore repſen-
tari fœtor, apparet tamẽ ex his, q̃ p informationẽ cognoſcere potui, qđ fœtor
in ore hui⁹ nobiliſſæ prouenit principaliter ex altero triũ mẽbrorũ. Primo
quidem

A quidem à cerebro. Secundo, à vilis nariũ. Tertio, ex colligantia ſtomachi ad ipſum
cerebrum & ad os. ¶ Et primum quidem horum facile declarari poteſt, eo quia in
cerebro huius mulieris ſuperfluitas cholerica & phlegmatica in partibus eius inſti-
tuere conuertuntur. Et modum, quod viatici propinquior eſt, quando materiæ
prædictæ in venis panniculorum cerebri aut propter oppilationem: aut propter de-
bilitatem digeſtiuæ cerebri extraneantur, quæ propterea quia ſtimulant expulſiuam
virtutem: aut quia reſudant à poris & orificiis prædictarum venarum: aut inter con-
uexum duræ matris & concauum cranei, aut inter conuexum cerebri & concauum
pię matris, aut inter vtrunq; panniculum, quæ poſtea ad anteriorem partem propul-
ſæ vſque ad caruncalas mamillares per locum rizæ expellunt ad naſum. Cum igi-
B tur hæ materiæ ſint putrentes, vapor ab eis eleuatus per nares expulſus fœtorem in o-
re repræſentat aſtantibus, aut idem vapor ad organum olfactiuæ potentię delatus,
quod eſt papillaris cerebri ſubſtantia cum neruis ſenſus ad eam venientibus ipſi pati-
enti fœtorem repræſentat: quoniam fœtor proſequitur putrefactionem iam dictam.
Accidit tamen rarius, vt ipſe patiens hunc fœtorem percipiat, quam aſtantes. Pro-
pterea quia prædicta olfactus organa eius ſunt infecta. Cum igitur oporteat organum
recipientis eſſe denudatum à natura recepti: vt patet *ſecundo de anima*, & organum eius
eſt infectum, eo quia ipſum eſt diſpoſitum & agens eſt potens: quia vapor prædictus
eſt ei conuenienter applicatus: ideo &c. ¶ Secundo iterum principaliter proueni-
re poteſt hic fœtor in ore à materia acuta à cerebro ad naſum propulſa, quę licet ad-
C huc non ſit putrens, tamen illuc expulſa & diu retenta extraneatur adeo, quod effi-
cit vlcera quædam & excoriationes in concauitate naſi, vnde ex tali materia proprie
in loco naſi firmata poteſt accidere fœtor in ore: & non ex cerebro, vel capite proue-
niens: ſed ab vlceribus & excoriationibus iam prædictis. Et hanc credo veram eſſe
cauſam fœtoris in ore ipſius: quod apparere poteſt ex prædictis nariũ vlceribus. ¶ Et
ex hoc fundamento patet, quod oporteat hanc mulierem in cura huius diſpoſitionis
eſſe valde ſollicitã, eo quia vlcera naſi, immo & adhuc leuia prona ſunt corruptioni &
cõcremationi ꝓpter debilitatẽ eiꝰ & materierũ acuitatẽ ꝑdictã. ¶ Tertio iterũ ꝓue-
nire poſſet in ore fœtor ex vlceribꝰ oris alcolla nominatis, aut ex putredine dẽtiũ vel
gingiuarũ. Et hæc omnia abſcindo: qa nõ audio talia in hac muliere apparuiſſe: licet
D fortaſsis ſit diſpoſita ad hęc vlcera propter delegationẽ materierũ corruptarũ à capite
vel à naſo ad ꝑdicta loca. ¶ Quarto iterũ ꝓuenire poſſet in ore fœtor ꝓpter vaporẽ ꝓ-
uenientẽ ad os expulſum ad ipſum à cerebro ꝑ cõcauum palati orificiũ à loco, qui di-
citur lacuna: & iterũ hoc excludo. ¶ Quinto iterũ ꝓuenire poſſet fœtor oris à mate-
ria putrẽte in ſtomacho aut etiã in pectore, vt patet in phthiſi & empyemate: & neu-
trum eorum videtur mihi huic diſpoſitioni conforme in hac differentia niſi primum
& ſecundum, ꝙ huic mulieri videtur eſſe proprium eo, quia iã habet in naſo quaſdam
corruptiones ꝑdictas, ꝙ iterũ verendæ ſunt ſatis, & eo maxime, quia fortaſsis excitã-
dũ vel hæſitandum: vt ſemẽ in ea maculatũ fuerit à principio generationis, ꝓpterea,
quia genitrix eiꝰ paſſa eſt nocumẽta iſtis fere ſimilia. Vnde ad huius diſpoſitionis cu-
E ram feſtinandum eſt vt infra ſcribitur. Ne tamen aliquid in hoc opuſculo intactũ re-
maneat, ego vtriuſq; harum quinq; ſpecierum fœtoris in ore repræſentati, quæ diſtin-
guuntur diſtinctione loci & cauſæ materialis, à quibus proueniunt, ſuccincte ponam
curam, vnicuiq; diſtinctam, vt nunc patebit.

Cap. II. *De cura fœtoris oris prouenientis à materia in partibus cerebri vel intra craneum generata.*

ITaq; ſi cõtingeret in ore fœtor ꝓpter malã complexionẽ & materiã à cerebro de-
ſcẽdentẽ ꝑ vias naſi, vt in primo ordine dictũ eſt: poterit ꝑ hæc ſigna cõprehendi.
¶ Quorũ primum eſt dolor capitis: aut grauatiuus, aut pungitiuus, aut extenſiuus
ſecundum diuerſitatẽ materierũ in ipſo inuentarum. ¶ Secundo vero cognoſci pote-
rit ꝑ caliditatẽ in ipſo augmentatã, cum abſq; illa nõ poſsit extraneari materia aliqua.
F ¶ Tertio per alterationẽ in operationibus ſenſuum interiorum factã, vt alienationẽ nõ
verã, vel ꝑ corruptã operationem cogitatiuæ potentiæ, vel ꝑ corruptionẽ in operationibꝰ
memoratiuæ. ¶ Quarto ꝑ corruptionẽ tẽpore ſomni apparentẽ. ¶ Quinto ꝑ pulſa-
tionẽ in frõte, in tẽporibꝰ & locis commiſſurarũ capitis manifeſtarũ. ¶ Sexto ꝑ actua-
lem deſcenſum materierum per viam narium. ¶ Septimo per continuam inclina-

Vnde fœtor oris huic patienti proueniat.

Signa fœtorem prouenire ex mala complexione & materia deſcendente à cerebro.

tionem exufflationis per eaſdem. ¶ Octauo per aliqualem excoriationem in conca- A uitate naſi iam apparentem, & per alia plura ſigna iſtis adaptanda, quæ dimitto.

Curatio talis fœtoris. Cum itaq; hæc apparuerint ſigna, procedatur in cura illius. ¶ Primo inclinando regimen per res non naturales ad infrigidationem & humectationem vel ad exiccationem ſecundum ſpeciem materiei. ¶ Secundo vero attendatur antequam materia multum extraneetur ad euacuationes capitis cum phlebotomia cephalicæ dextræ, & extrahantur ſanguinis ℥. iiij. vel v.

Diuerſio. Potio. Tertio vero fiant diuerſiones cum medicina phlegmatis & choleræ eductiua, q̃ etiam ſit ſanguinis clarificatiua, velut eſſet hoc. *℞. aquæ fructuũ ℥. ij. caſsiæ fiſtulæ cum eadẽ aqua nouiter ex canna extractæ ℥. j. reubarbari el. ʒ. ß. agarici ℈. j. ſpicæ, gr. vj. Zinz. gr. iij. miſce, & totum detur in potu.* ¶ Et ſi timeres amaritudinem agarici, loco ipſius ponere po- B tes tantundem hermodactylorum, vel turbit. ¶ Et ſi velles ſolutiuum expeditius, detur patienti electuarij diaphoen. ʒ. iij. cum aqua hordei. ¶ Et ſi timeres dominiũ choleræ, accipiantur diaphoen. ʒ. *ij electuarij, ſuc. roſ.* ʒ. j. ¶ Et ſi velis medicamentum in forma ſolida, da in potu has pil. *℞. pil. cochia. pil. de hiera ma. vel cõpoſitæ an.* ℈. j. *& poſt tardetur cibus horis v.* præmittendo lauatiuum, ſicut ꝓdium pulli in patiente debili & tempore frigoris, aut aquam hordei calidam in forti & tempore caloris. ¶ Adhuc etiam materierum diuerſioni attendatur cum appoſitione ventoſarum, cum ſcarificatione ſuper ſpatulis, aut ſup natibus: ſi vis diuertere ad diſtantius. ¶ Et ſi velis maiorem facere diuerſionem, intende ad ꝓuocandum menſtrua: aut ſaltem ad aperiendum hæmorrhoidas: fricando ipſas cum abſtergentibus & acutis. ¶ Et ſi deſiderares diuer- C tentia leuiora, fiant extremorum ligaturæ: aut eorum fricationes cum pannis aſperis hora electa, ſ. ante cibum per horas duas. Et ſic de aliis.

Pilulæ.

Digeſtio. Potio. Quarta principalis intentio in cura huius eſt digeſtio materierum cum digeſtiuo diuerſis materiebus apꝓpriato velut hoc: *℞ ſyr. de byzam. ℥ j. ſyr. acetoſi cõpoſiti ℥. ß. aquæ cichoreæ, aquæ violarũ, aquæ melliſſæ an. ℥ j. miſce.* ¶ Si velis digeſtiũ leui. *℞. aquæ abſinthij, acetoſæ & cichoreæ an. ℥. j. ß miſce.* ¶ Si autẽ deſiderares digeſtiuũ fortius ad materias fortis reſiſtentiæ, *℞. oxymellis ſquillitici ℥. ß. ſy. de byzantiis ℥. j. aquæ abſinthij, cichoreæ an. ℥. j. ß. miſce. Et quilibet horum calidum detur in potu in aurora, & poſt tardetur cibus per horas quatuor.*

Eradicatio. Quinto vero principaliter intendendum eſt ad eradicandum materias iam prædictas: vt iam apparet, quod ſolutiua ſupradicta in hac intentione efficere poſſunt, D pauliſper augmentando earum doſes. ¶ Et ſi deſiderares eradicatiuum dare familiarius, & blanditiuum magis, exhibe hoc. *℞. aggarici electi ʒ. j. ß. reuba. ʒ. ß. aquæ cichoreæ, lupulorum an. ℥. ij. peni ℥. ß. ſalis gẽ. gran. ij. fiat omnium horum infuſio per diem naturalem: deinde coletur & diligenter exprimatur: & colatura illa detur in potu, & poſt eam obſeruentur can. qui in præcedentibus ſolutius dicti ſunt.*

Potio.

Rectificatio capitis. Sexto principaliter intendendum eſt ad rectificationem capitis, & apparet, quod in hoc primum inſtrumentum conueniens ſit ablutio capitis cum decoc. iſta. *℞. viol. florum nenupha ſe. acetoſæ & por. an. M. ß. roſ. M. ij. aſari, ſquinãti, maioranæ, florum roſma. an. M. vnius partes ij. coquantur omnia in ſitula vna aquæ vſq; ad conſumptionem tertiæ partis: deinde apponatur quantitas cineris ſufficiens & fiat lixiuium*: & abluto capite ex eo ſtatim ex- E iccetur cum pannis calidis mediocriter fricando ipſum. ¶ Secundo ad hanc intentionem videtur mihi vtile, caput eius à ſuperiori parte frontis vſque ad ſummitatem capitis p inceſſum cõmiſſuræ ſagittalis puluerizare cum infraſcrip. pul. ponẽdo de ipſo quãtitate v. gr. frumẽti inter capillos ſparſo ſup cutim. Cui deſcrip. *℞ laudani ʒ. j. corticum citri ℈. ij. ſandaracæ ℈. j. roſ. vio. flo. nenupha. an. ʒ. j. pul. foll. ſenæ. ℈. ij. fiat omnium puluis per ſe & cõmiſceatur.* ¶ Tertio ad hãc intẽtionẽ vtile videtur, vt hęc mulier omni fine ſex dierum in ſero p duas horas poſt cœnã accipiat vnã de iſtis pil. *℞. pil. aſſaiaret ʒ. j. aloës infuſæ in ſuc. endiuiæ ℈. j. cũ ſy. de nenupha. reformẽtur pil. ix. ex quibus accipiatur. j. vt dictum eſt.*

Lotio capitis.

Puluis capiti extra aſpergendus.

Pilula.

Localia. Septimo principaliter intendendum eſt ad huius diſpoſitionis curam cum localibus, quæ ſunt tria, quorum primum eſt hoc. *℞. olei ro. ℥. ij. ceræ al. ℥. ß. diſſoluantur* F *ſimiliter. Deinde diſſoluta infundantur in aquam frigidã. Cum igitur fuerint congelata colligantur: & in vaſe vitreato lauentur tribus vicibus cum aqua vel ſuc. ſemper viui: & poſt illius ablutionem incorporentur cum his pul. ℞. tuciæ præparatæ ʒ. ij. lythargiri ſpumificati ʒ. j. ß. coral. ru. ʒ. j. ambræ gran. ij. omnia diligenter incorporentur: & ex hoc vnguento ſaltem quater in die liniantur*

Vnguentũ.

A *liniantur interius nares vſq; ad medietatẽ naſi.* ¶ Secundum locale eſt hoc. ℞. *flo. roſma. ſanda. al. ſpodij ro. an.* ʒ. j. ß. *campho gr. ij. ambræ. gr. iiij. coquantur omnia in lib. ij. aquæ vſq; ad conſumptionẽ tertiæ partis, & in medio decoc. illius apponatur mellis roſ.* ℥. ij. *ſy. de nenuph.* ℥. j. ß. *deinde compleatur decoctio ex qua mane & ſero ante cibum fiat gargariſma quater vel quinq; vicibus.* ¶ Tertium locale eſt caputpurgium hoc. ℞. *aquæ decoc. maiora. vel ſublimationis eius* ℥. iij. *ſy. de ſtoech.* ℥. j. *pul. minutiſſi. herm. & ſtaphyſa. an. gr. v. miſce.* Et poſtquã vnguentũ prædictum fuit adminiſtratum, quatuor diebus ſequentibus fiat gargariſma prędictum ſeptima die ſequenti impleto ore aqua tepida de hoc caputpur. in vola manus retento leuiter traijciatur per naſum quater in mane & quater in ſero per vnam narem & alteram alternatim & cum pannis leui tractu emungatur illud, ꝙ de capite deſcendit.

Gargariſma.

Caputpurgium.

B Cap. III. *De ſumma curationis fœtoris à materia per colatorium expulſa.*

PEr ea, quæ in prædicto cap. poſita ſunt, ſufficienter curari poteſt fœtor oris proueniens à materia delata ad ipſum per colatorium: quare non eſt opus aliter curam diuerſitatis intentionum eſſe ponendam.

Cap. IV. *De cura fœtoris prouenientis ex corruptione in parte oris.*

FOetor oris proueniens ex puſtulis vlceroſis, quę alcola nominatur ab auctoribus, vt patet *ſexta tertij cap. de diſpoſitionibus oris & linguæ.* Deinde iterum propter corruptionem gingiuarum colligendum ibidem *octaua tertij in cap. de vlceribus earum.* Et adhuc ex putredine vel corruptione dentium: vt ibidem etiam colligendum *ſeptima tertij in proprio cap.* ¶ Et omniũ harum curæ inuicem cõmunicare videntur in intentionibus *vij. in ſecundo principali cap.* declaratis, niſi quia ad complemẽtum operis quædam ſpecialia huic diſpoſitioni conformia cõſcribenda ſunt. ¶ Quorum primum eſt hoc conferens ad alcolla & corruptionem oris. ℞. *aluminis crudi* ℥. ß. *gal. cupreſſi, acatiæ, ſumach. gr. myrti an.* M. ß. *maſti, conſolidæ mi. & ma. an.* ʒ. j. *aceti ni.* ℥. *iiij. coquantur omnia in lib. ij. aquæ vſq; ad conſumptionem tertiæ partis. Deinde frequenter ex eo tepido* abluatur os: & poſt illius ablutionem teneatur in ore ſæpe de rob nucum: & erit conferens in tertia die. ¶ Pro corruptione gingiuarum iterum confert decoc. prædicta, de qua ſæpe tepida fiat oris ablutio, & deinde fiat gingiuarũ confricatio cũ hoc pul. ℞. *ſpodij, draga. gummi ara. torrefacti, ſandaracæ, thuris, ſang. draconis an.* ʒ. j. *boli armeni* ʒ. *iiij. camphoræ.* ℈. *ij. fiat puluis & applicetur vt dictũ eſt.* ¶ Pro emendanda corruptione dentium, ſi fuerit valde profunda, melius ingenium eſt vt extrahatur. Si autem leuis fuerit, mundificetur ſæpe dens; deinde in eius concauitate immergatur ſtylus madefactus in calefacta aqua ſublimationis ſalis armo. & fiat hoc toties quoties rectificauerit corruptionem & prohibuerit ipſam ampliari. Et ſi velis accipere remedium leuius illo, confert capitellum tertiæ ſublimationis adminiſtratum eo modo, quo dictum eſt.

Puluis dentibus affricandus.

C

D

Cap. V. *De cura fœtoris oris vitio pectoris vel pulmonis prouenientis.*

IAm vltimo oportet procurare regimẽ faciens ad curam fœtoris oris ꝓuenientis à materia in concauo pectoris, vel in pulmone ſanioſa, & hæc quidem in hoc propoſito procurare non curaui, eo quia non apparuerunt ſigna talis E diſpoſitionis in hac ægritudine manifeſtiſſima. Sed regimen huius penderet ex his, quæ ſcribuntur, *decima tertij cap. de cura empyematis, & ibidem vltimo cap.* de cura phthiſis, q̃ loca ſit placet, ipſe adeas & legas: quoniam hæ diſpoſitiones vix bene curantur, niſi fuerint leues & in ætate puerili, & virtute forti. Summa tamen curationis eius pendet in adminiſtratione decoc. confectionum & loch, abſtergendo, exiccando, mundificando, & ſputum ꝓuocando. Et de ſumma horum ſunt tria electuaria famoſa ab auctoribus approbata ¶ Et primum quidem eſt confectio diairis deſcriptione Nico. in antid. quam ego ſæpe in aurora exhibere ſoleo cum ℥. ij. aquæ decoc. centau. mi. & ℥ ß. ſach. taberzet, & tardetur poſt ipſum cibus horis iij. ¶ Secundum electuariũ ab auctoribus apꝓbatum eſt loch de pino, cuius deſcriptionem meliorem vide apud F Meſ. in antidotario, & facio ꝙ æger ſępe ex eo teneat in ore ſuo, ita vt à calore naturali diſſolutum deſcendat per concauum, vel orificium fiſtulæ ad pulmonem, aut ſaltem deſtillans ꝑ cõcauum meri ꝑ modum reſudationis ꝑ poros eius recipiatur in potis panniculi cannę pulmonis complentis ipſam in poſteriori loco, vbi cauernæ pulmonis terminant in figuram quaſi ſemicircularem. Hoc igitur loch ꝑ modum ꝑdictũ

Trapellatio. reſudationis,quē zoar vocauit trapellationē: & Gentil. cum eo. Ingreditur enim in A
concauū cānæ pulmonis: & ibidem receptum à calore naturali actuatū agit in materias tam in concauo pulmonis immediatius, q̃ in concauo pectoris mediate tamen & harum expuitionē faciēs, vide laudes ei⁹, quia deſcriptio ſolennis eſt. ¶ Tertiū vero electuarium famoſe p̄dicatū ab auctoribus, & maxime ab A. præallegato cap. eſt ſacharū *ro. nouellæ* cōpoſitionis & ꝓprie cū in ipſo immergitur pul. pulmonis vulpis p̄paratus ſecundū artē. Et bonum etiam eſt p̄dictum ſacharū ſine puluere illo, de quo in comeſtione accipi debet quantitas magna & mirabilia facit: vt A. ſcripſit de muliere illa phthiſica, q̄ proprie ad extinctionē ꝑducta erat, & vide hiſtoriam ibi, q̃ ego dimiſi ꝓlixitatē effugiens. Hæc in ſumā mihi apparuerunt meliora, q̄ in hac diſpoſitione ab auctorib⁹ hincinde accipe potui: & tu vide allegationē ab eis acceptā: q̄ etiā B
quotidiana experientia mihi veriora efficiuntur ad laudem Dei omnipotentis.

Consilivm LXXXV. *Theoricum de fœtore oris.*

SI qua diuerſitas manifeſta in diſpoſitione hui⁹ generoſæ matronæ cadit inter opinionē, q̃ ego in altera epiſtola credidi eſſe verā, ſ. in illa, quę incipit, *Licet multis ex cauſis & pluribus,&c.* Et iterū affirmo ipſam & inter alteram opinionē, q̃ ego nunc in ſcriptis redactā accurate & ſerioſe multum accepi, videtur mihi, ꝙ ipſa cadat inter duo ſpecialia. In reliquis autē nullā video diſſonantiam in ægritudine, aut accidentibus, neq; in ipſorū cauſis. ¶Primus itaq; punct⁹ eſt, ꝙ hæc opinio ponit hac diſpoſitionē eſſe naſo apꝓpriatā, cām vero ei⁹ ponit eſſe diſpoſitionē cerebri & materiā ab ipſo ꝓpulſam, q̄ ambæ antecedētes cāæ ponūtur hui⁹ diſpoſitionis. ¶2d⁹ vero punct⁹ ſpe- C
cialis eſt de loco materierū antecedentiū, q ponitur eſſe cerebrū & nō panniculi ei⁹.

Circa quæ duo puncta oportet parumper theorice agere, vt videatur, ſi per has
Primũ genus ægritudinis. apparentes dyſcolias in curatiuo actu aliquanta poſſit cadere diuerſitas ipſius impeditiua. Circa cui⁹ principium dicendum primo, quod non dubitabile, in partibus na-
Solutio vnitatis. ſi eſſe ægritudines inuicem cōplicatas diuerſorum generum. ¶ Quorū primum ſit ſolutio continuatis, q̄ eſt vlc⁹ vel vlcera, ſeu trūb⁹ ibidē manifeſta, & facile demonſtrationibus elicienda, eo quia inde virulentia emanat. amplius: quia inde cadit trumb⁹ ex phlegmate & cholera compoſit⁹, & in medio ei⁹ ꝑforat⁹ ꝓpter neceſſitatē incluſionis aeris aut vaporis in concauo ei⁹ ab ipſius trūbi viſcoſitate incluſorū. ¶ Secū-
dum gen⁹ ægritudinis ibi exiſtentis eſt mala cōplexio partis illius, quæ demonſtratur D
II. Mala complexio partis. ex plurib⁹. ¶ Primo ex citrinitate ipſi⁹ materiei. ¶ Secundo ex viridiate ipſius, q̄ ambo teſtantur exceſſum caliditatis. ¶ Tertio ex cruſtis in parte illa ſucceſſiue genitis à mala cōplexione calida materias indurante in cruſtas cōuertente, ſ. priuatiue ꝑ reſolutionē ab illa caliditate ꝓuenientem. ¶ Quarto iterum ex fœtore tam in materia, q̃
III. in aere vel fumis extra pulſis exiſtente. ¶ Tertiū gen⁹ ægritudinis eſt mala cōpoſitio,
Mala compoſitio. q̄ eſt membro multiplex intelligenda. Prima in ſuꝑficie. Secunda in via, quia via exitus aeris & vaporum & attractionis neceſſario oppilantur. Tertio iterū credo ibi eſſe quandoq; ægritudinē cōpoſitā, ſ. apoſtema vel puſtulā in ſuꝑiori parte naſi exiſtentē aut pluries ſucceſsiue eſſe genitā ſecundum ꝙ ſucceſsiue & paulatim materia cōgeri-
tur in parte, q̄ eſt illius trumbi materialis cauſa. Neceſſe eſt enim illū aut eſſe genitū E
in ſuperioribus cōcauitatib⁹ naſi, ſ. oſsis, ꝙ riza nominatur, & eſt ꝓprie loc⁹ ab Ara-
Kayſim. bibus Kayſim appellatus. ¶ Aut illius trumbi materiam in partibus ſupra illas eſſe cōgeſtam, & ſunt loca cerebri & pāniculorū, vbi ſunt carunculæ mamillares in principio naſi naturaliter poſitæ. ¶ Aut vero tertio illius trumbi generatio fit in partibus infra kayſim vel rizam & qualitercunq; contingat, in aliquo horum locorū vel vtriſque fieri illi⁹ trūbi generationem: oportebit de neceſsitate concedere, ꝙ illi⁹ trumbi generatio fiat in poris pāniculorum ſuꝑficiem intrinſecam naſi velantium: aut in poris panniculorum cerebri, quorum vtrunq; penitus eſt impoſsibile: ꝓpter magnitudinem trumbi & ꝑforationē ei⁹. ¶ Aut vero quarto hui⁹ trubi generatio fiet in fo-
raminib⁹ rizæ: aut in concauitate inter ſuperficiem cōuexam carunculārum cerebri, F
& hoc non videtur eſſe poſsibile. Si enim fieret hui⁹ generatio in foraminibus rizæ, quomodo poſſet eſſe hic trumb⁹ ita magnus? q̄a locatum debet adæquari loco, ſed loc⁹, q̄a foramina illa ſunt valde anguſta, ergo non ſunt capacia trumbi tātæ extēſionis. ¶ Si vero crederetur trumbum illum generari prope carunculas, vbi eſt ſpatioſitas ſatis ampla: quomodo trumbus vnitus & conglobatus tantæ quātitatis expelli poſſet?

neceſſe

A neceſſe n. eſſet præſentiam illius trũbi eſſe cauſam euẽtationis cerebri prohibitiuam: & ipſius à ſuperfluitatibus fumoſis mundificationis impeditiuã. & ita oporteret malam complexionem calidam neceſſario in cerebro aſſignari. ¶ Si autem hic trumbus crederetur expelli à virtute vehementi conatu hoc faciente: oporteret de neceſſitate, quod tunc trumbus non vnitus, ſed in partes diuiſus extra propelleret cũ tranſeat per anguſtas vias, vt iam oſtẽſum eſt. ¶ Et iterum huius trumbi generatio fieret in loco infra rizam, tunc oportebit imaginari illius generationẽ fieri in poris mẽbrorum & erit neceſſariũ concedere ibi eſſe, aut concauitatẽ vlceroſam, aut in poris membrorum cadere ſolutionem continuitatis cum tumore partium prædictarũ, & erit ibi neceſſario apoſtema, erit n. ibi ſolutio continuitatis: & mala cõpoſitio, quæ eſt tumor ipſius
B partis & mala cõplexio conceditur ibi eſſe: & conuincitur propter generationem & virulentiã in parte illa. Et omnia hæc tria ſunt inuicem in eodẽ coniũcta, ergo ibi erit neceſſario apoſtema. patet conſequentia ex deſcriptione illius *2. primi 5. c.* colligenda. ¶ Propter quæ nunc vltimo tacta ſi bene cõſiderentur, percipietur: quod in parte carnoſa naſi prope rizam remanebit continue aliqua ſolutio continuitatis attractiua materierum, quę nouam puſtulam ibi efficiunt, cuius materiam cũ in virulentiã conuertitur, erumpit ſubſtantiam membri & erit reuolutio de vlcere ad apoſtema: & è cõuerſo. Ita quod erunt ibi duæ ægritudines, quarum quælibet quandoq; erit alterius cauſa & non effectus pro tunc & è cõuerſo ita, quod ibi reperietur effectus proueniens ab altera ægritudine: cuius ipſe fuerit cauſa, & colligi poſſunt hi ſermones *ſecunda primi c. 1.*

C Dicendum a nunc 2. principaliter, ꝙ diſpoſitio huius generoſæ mulieris à me nõ credatur eſſe præciſe ægritudo diuerſorum generum aſſignata in præcedentibus, ſed credo ego eſſe huius diſpoſitionis complicationem ex duab. ægritudinib. quarum vna eſt prædictis partibus naſi propria, altera vero eſt iterum per eſſentiam cerebro appropriata. & hanc pono eſſe malam cõplexionem calidam & ſiccam in cerebro prouenientẽ ex ſan. cui phlegma & cholera inuicem commixtæ reperiuntur. ¶ Si n. hæc virulentia proprie conſequeretur particularẽ ægritudinẽ, quæ eſt ſolutio cõtinuitatis vel puſtula, tunc oporteret, ꝙ ſemper ipſa emanaret à naſo aut q. cõtinuo ſenſibiliter exiret, eo quia ipſa generatur in vlcerib. illius partis, ſed à quocunq; vlcere ſemper reſudat humiditas. vt colligitur *4. de igne ſa. & ſecunda primi de ſpecieb. ſolutionis continuitatis, &*
D *quarta quarti trac. 3. c. de vlceribus.* ¶ Amplius ſi hęc virulentia ſola generatur in naſo, ergo vel ex materia laudabili, vel illaudabili, ſed non poteſt poni primum, eo, quia in cerebro ponitur notabilis caliditas & ſiccitas, ergo materia ab ipſo fuſa non erit laudabilis. Nec poteſt poni ſecundum, quia tũc haberetur ꝓpoſitum. Si hæc materia ex qua hæc virulẽtia generatur, eſt laudabilis, cũ effunditur & eſt à cerebro effuſa. ergo ibi fuit extraneata. ergo oportet in cerebro aſſignari ſpeciem malę cõplexionis, & ipſa quidem non dependet à dyſcraſia aliorum membrorũ colligatorũ cerebro, ergo erit eidẽ appropriata, ꝙ erat deducendum. ¶ Et ſi diceretur, ꝙ hæc caliditas & ſiccitas cerebri nõ ſit lapſus præter naturam, imo eſt lapſus naturalis cerebro. ¶ Contra, qm̃ in cerebro aſſignatur debilitas digeſtiuæ & expulſiuæ eius: Igitur nõ videtur, ꝙ ipſa conſequatur
E naturalẽ lapſum eius. ¶ Amplius hæc caliditas & ſiccitas cerebri conceditur eſſe immediata cauſa generõis acuitatis in materieb. Sed hæ materiæ in cerebro ſunt præter naturã: ergo cauſa generõis earũ erit præter naturam. ¶ Amplius hę materiæ ſunt generatæ à mala complexione ipſius cerebri, & non videtur ipſas poſſe recipere fœtorẽ, quem habent in partibus naſi proprie: ergo ipſum receperunt aliunde, ſed non niſi in cerebro, vbi cõcipitur illa mala cõplexio calida & ſicca. Probatur minor, quoniã illa mala complexio quæ inuenitur in vlcere partium naſi, non eſt adeo intenſa, vt illas materias tam cito putrefacere poſſet, & tanta putredine, vt ad ipſam conſequatur fœtor notabilis & ab aſtantib. perceptibilis, licet nõ ſemper ab ægrotãte percipiatur. ¶ Et confirmatur, quia dato, quod hæc mala cõplexio appropriata naſo eſſet illius fœ-
F toris cauſa, tunc oporteret illum fœtorem ſemper eſſe præſentem: eo, quia illius cauſa eſt continua præſens & materia eſt diſpoſita cum applicatione cauſæ efficientis ad ipſam & temporis cõuenientia, igitur, &c. ¶ Et ſi cõcederetur totũ, ad ꝙ ratio deducit, ſ. ꝙ ſemper rep̃ſentaretur ille fœtor, ergo oportet in naſo neceſſario aſſignari vlcera non ſolũ ſupficialia, ſed ꝓfundiora. cõſequentia clara, eo q̄a in ſupficiali vlcere non poſſet generari materia tãto fœtori aſſociata: ſolet n. fœtor tãtus cõſeq extraneationẽ

materierum,quam prçcedit prohibita tranſpiratio prouenienſ à magnis oppilationi- A
bus, quæ non poſſent in ſuperficiali vlcere ſufficienter aſſignari. ¶Et ſi bene conſide-
rabitur diſpoſitio,percipietur,quod in eius cerebro quãdoq; percipietur caliditas in-
tenſa.¶Secundo ꝙ materia per colatorium exiens quãdoq; amaritudine participabit
& ſalſedine. ¶Tertio ꝙ circa partes capitis & tẽporũ percipietur pulſatio ſecundũ in-
tenſum tñ & remiſsũ variata. ¶ Quarto ꝙ circa partes capitis tactu calidę percipiẽtur.
¶ Quinto ꝙ in vigiliis quandoq; occupabitur. ¶ Sexto ꝙ à corruptis dormitionibus
quandoq; vexabitur, & alia plura ſigna conſimilia iſtis ponere potuiſſem, ſ.q̃ ſumpta
eſſent à nocumento diminutionis aut corruptionis vel ablationis in operationib. in-
teriorũ & exteriorũ ſenſuum contingente: ſimiliter à caſib ſumpta ſigna ponere potu- B
iſſem, q̃ aliis cõſideranda dimitto. ¶ Quare ex omnibus ipſis in vnum redactis finaliter
intentio mea colligitur in hanc concluſionem, ꝙ diſpoſitio huius nobiliſſæ ſit cõpli-
cata ex diuerſis generibus ægritudinum per eſſentiã in naſo exiſtentiũ & malæ cõple-
xionis, reſpectu ipſius cerebri per eſſentiã, quæ tñ reſpectũ diſpoſitionis naſi per col-
ligantiam denominari poteſt. Et elige vt libet, qm̃ à poſteriori videbitur, ꝙ erit im-
poſſibilis curatio diſpoſitionum naſi ſine rectificatione cerebri, quæ eſt illarum parti-
um conſeruatiua cauſa. hæc de primo principali ſuperius præmiſſo dicta ſufficiant.

Propter declarationem ſecundi principalis ſuperius antemiſſi, vbi videtur dici,
quod materialis cauſa antecedens huius diſpoſitionis veriſimilius contineatur in ce-
rebro quam inter conuexam ſuperficiem eius & concauam cranei. ¶ Dicendum pri-
mo, quod ex rationibus in oppoſitum adductis non conuincatur, quin materia ante- C
cedens prædicta etiam contineatur inter cerebrum, panniculos & craneum. imo nã-
que etiam negatur illud, licet credatur veriſimilius, quod materia cõtineatur in cere-
bro, quam inter ipſum & craneum: vbi pauliſper dicendum quod in hoc rationabilius
eſſe exiſtimem. Et primo quidem ſi materia illa continetur in cerebro, neceſſe eſt, ꝙ
ipſa contineatur in ventriculis: vel poris eius, vel in anfractuoſitatibus eius, aut in ve-
nis, vel arteriis ipſius, aut in poris 7. parium neruorum ab eo orientium: à ſufficienti
diuiſione enumeratæ omnes illas partes, ex quibus cerebrum reintegretur. quod au-
tem hęc materia contineatur in ventriculis cerebri, rationabile apparet, eo, quia cum
ſit multa, oppilando illos ventriculos, aut eorum partem: neceſſario impedirentur
operationes interiorum ſenſuum, quæ perficiuntur in illis ventriculis, vt ſenſus com- D
munis aut phantaſiæ quantum ad ventriculum primum, imaginatiuæ aut cogitatiuæ
potẽtiæ, quantũ ad ſecundũ & memoriatiuæ, quantũ ad tertiũ. ſed nõ apparet aliquid
nocumentum diminutionis, ablationis aut corruptionis in operationib. illorum ſen-
ſuum: Igitur non videtur, quod materia in illis ventriculis contineatur. probatur ma-
ior, quia materia illa multitudine ſui nocumentum efficeret ibi aut grauando, aut op-
pilando ventriculos ſecundum partem, & ita partiale nocumentum efficeret in eis: &
conſequentia probatur, qm̃ ſicut ex abſentia materiei à ventriculis abſoluuntur ipſi à
nocumẽto, ita ex p̃ſentia materierũ in illis accideret nocumentum. ¶Secundo iterũ ſi
hęc materia eſt in qualitatib. ſuis diſcreta, cui⁹ dyſcraſia reſultat ex cõmixtione phleg- E
maticę & cholericę materierũ: ergo ſaltẽ noceret nocumẽto pmutationis malę cõple-
xionis. Igitur apparerent ſigna nocumenti in operationib. prædictorum ſenſuum ſal-
tem corruptionis, aut diminutionis ſecundũ ſpeciem alterationis. ¶ Amplius ſi hæc
materia mixta eſſet temperata in quantitate & qualitate, quomodo moueret expul-
ſiuã cerebri ad ſui expulſionem? ¶ Quarto ad illud, qm̃ in cerebro aſſignatur debilitas
ergo ꝓueniẽs ab hac materia vel ab altera cauſa. Si 1. habetur intentũ, ſ. ꝙ hæc materia
ſit diſcreta, ergo nõ recipit alterationẽ in partib. naſi, ꝙ erat deducendũ. Si dicitur 2. ſ.
ꝙ in cerebro inueniatur debilitas ab aliena cauſa ꝓueniens: & non à dyſcraſia huius
materiei in eo: ergo hęc materia eſt ſuperfluitas, ex cui⁹ prçſentia nõ fortificatur cere-
brũ imo debilitatur. ¶ Cũ ergo debile ſit cerebrũ in digeſtiua igitur neceſſario in qua- F
litatib. ſuis erit diſtẽperatum, ꝙ erat intentũ. Ex quib. corollarie cõcluditur, ꝙ ſi hæc
materia ſuperflua cõgregetur paulatim in vẽtriculis cerebri poſsit hanc mulierem ad
grandia diſponere picula & nocumẽta. ¶ Parib. ẽt aut aliis rõnib. videtur eſſe dicẽdũ,
ꝙ materia hui⁹ ægritudinis nõ cõtineatur in poris cerebri, eo quia nunq̃ euaderet hæc
mulier à nocumentis oppilationis ſubſtantiæ medullaris cerebri in hac vel in illa par-

te ex-

A te exiſtentis. ¶Et iterũ 3. ſi locaretur hæc materia inter cerebri anfractuoſitates, quas voco partes intermedias inter portiones medullæ cadẽtes, neceſſario oporteret aſſignari oppilationes coarctatorias. ad quas ſequerẽtur nocumẽta ṗdicta. ¶Quarto iterũ ſi locaretur hæc materia in venis & arteriis diſſeminatis per ſubſtantiã cerebri, nõ poſſet bene intelligi, quin ibi faceret oppilationes aſſociantes ſibi prohibitã tranſpirationẽ, ad quã ſequeretur lapſus cõplexionalis in cerebro; probatur cõſequentia: qm̃ materia illa notabiliter eſt viſcoſa & viæ ſunt anguſtæ: igitur oppilabit. ¶Quinto principaliter, quia ſi materia locaretur in neruis orientib. à cerebro, tũc ipſa poneretur in originib. eorũ, vel in poris, vel extremis partib. ipſorũ terminãtib. ad organa ſenſuum exteriorum vel interiorum. Cum ergo materia ibidẽ poſita oppilaret eos, oporteret
B neceſſario aſſignari nocumentũ aliud de prædictis in opationib. amborũ ſenſuũ: cuiꝰ oppoſitum apparet. quare videtur ex prędictis colligendũ eſſe, ꝙ hæc materia potius ſecundũ maiorẽ ſui partẽ elõgetur à ſubſtantia cerebri, q̃ ponatur in ea. ¶Videtur igitur veriſimilius eſſe, ꝙ ponatur inter cerebrũ & craneũ, eo, quia ibidẽ poſita nõ poteſt nocumẽta facere in operationib. prędictorum ſenſuũ, q̃ta & qualia faceret, ſi locaretur in cerebro. ¶Modus vero, quo ipſa expellitur, eſt, aut quia per venas cerebri continuatas vſq; ad carcunculas mamillares effunditur in principio rizæ vel naſi exiens ab extremitatibus illarũ venarum, vel à poris ipſorum. ¶Si n. materia iſta imbiberetur in medulla cerebri, non video quin de neceſſitate perduceret ad aliqua de nocumentis prædictis. ¶Adhuc iterum dicendum, ꝙ licet hæc materia propter debilitatẽ cerebri
C à mala cõplexione ipſius, q̃ credo eſſe intemperantiã præternaturalem magis, q̃ naturalem, generetur ipſa materia, tñ per poros & venas ipſius cerebri effunditur ad loca intermedia inter ipſum & craneum, vt ſupra poſitum eſt. ¶Ad motiua vero ſ. ꝙ ſi materia contineretur inter panniculos, tunc oporteret, quod faceret ibi aliquã ſpeciẽ doloris pungitiui, grauatiui vel extenſiui, neganda eſt illa conſequentia. Non n. quælibet dyſcraſia à materia proueniens eſt ſufficiẽs cauſa doloris, ſicut illa, quæ paulatim fit, oportet n. dyſcraſiam doloris effectiuam eſſe ſubito alterantem: *vt ſecunda 1. c. de cauſis doloris.* ¶Amplius materia poſita inter ſuperficiem panniculorũ & cranei, nõ poteſt facere dolorem prouenientẽ ab extenſione; quæ eſt ſpecies ſolutionis continuitatis; eo, quia materia in ſuperficiebus poſita non extendit, ſed illa, quæ eſt imbibita. ¶Ter-
D tio iterum, quia non quælibet materia panniculo ſuppoſita poteſt grauatiuum efficere dolorẽ, ſ. qñ eſt pauca, aut notabiliter lenis aut paucæ actiuitatis. ¶Vltimo a. conceditur, ꝙ aliqua materiei pars & exigua tamen, poſſit poni in medullari ſubſtantia cerebri. ¶Hæc quidem ita ſolacioſæ collationis gratia, vt materia contigerit, ſpernendi ocium ita leuiter ſcripſi recreationẽ animo eximii doctoris & repræſentationis gratiã vtriuſq; noſtri ad inuicem. Ipſe a. ita mente grata accipiat, velut ſuperna conſcripſi. In re a. proceſſus curationis nulla cadit diſſonantia fere, ſi bene conſideretur: ſæpe autẽ diligerem exercitii cauſa tanto viro materiam habere dirigendi calamum. Si quid vero vberius in inſtrumentis curationis ſcribẽdum remanſiſſet, offero me ad libitum cum auxilio præfati doctoris paratum.

E

CONSILIVM LXXXVI. *De fœtore oris conſequente corruptionem ſanguinis in venis totius.*

LIcet fœtor ex ore progrediẽs propter quẽ principaliter erexi calamum, nunc à determinata cauſa, de qua in poſterũ fiet ſermo, ꝓueniat, vt apparebit: tñ in pñſentiarũ ne cõtingat quidẽ repetere pluries ſermonẽ vniuerſalẽ in hac materia mihi aliqualiter explere placuit. Itaq; plurimis ex cauſis: & à q̃plurib. membris corporis fœtor in ore apparere poteſt. ¶Et primo quidẽ contingit in ore repræſentari fœtorẽ ꝓpter putredinẽ in venis & arteriis totius fere corporis, ſicut cũ cõtingit in ægritudinib. acutis magnã adeſſe putrefactionẽ materierũm, à quib. per concaua venarũ & arteriarũ vapores putridi ad ſtomachũ deferũtur & ad pectus. Repræſentatur ergo in ore fœtor, ꝓ- *Fœtoris oris plurimas eſſe cauſas & locos.*
F pterea, quia hic vapor eleuatꝰ eſt à materia multæ putredinis, & eſt ſignũ malũ & ꝓprie in ęgritudinibus acutis: ſignificat n. victoriam innati caloris à putrefactione magna & conſequẽter terminationẽ ad malum, vt in pluribus. Et huius quidem ſpeciei fœtoris oris vel anhelitus manifeſta ſunt ſigna. ¶Primũ inſtantia febris intenſæ, inquietudo, magna caliditas in vniuerſo corpore: & maxime in partibus pectoris ſuffocatiua;

anhelitus velox & frequens, inſtantia ſitis & vigiliarum. Vrinæ intenſæ à gradu rubi- A
cunditatis vſq; ad igneitatis earum præſeruantes.

C a p. II. *De cura per diatam.*

HVius etiam fœtoris præſcripti, licet vt plurimum terminatio ſit ad mortem, tamen, quia non eſt inconueniens hunc anhelitum & oris fœtorem repræſentari in corpore fortis reſiſtentiæ. & vbi fœtor remiſſior eſſet, & accidentia minora & leuiora. Ideo curam recipere poſſet, quę ſecundum hunc modum canonice intelligeretur. ¶Primo quidem, vt regimen huius infirmi ex parte ſex rerum non naturalium inclinaretur ad infrigidantia & exiccantia, vt euẽtando aerem eius cum
Cibi. flatu venti ſeptentrionalis, & aſperſione cum aceto, agreſta, vino granatorum com- B
mixtis roſ. ſandal. coral. rubeis, ſumach, camphora & ſimilibus. ¶ Et cibi eius alterari debent commixtione ſucci berberis, ribes, granatorum, vel cydoniorum cum gelatina ſumachia ſulcida cum foliis ſolatri facta, & conſimilibus. ¶Potus eius ſit aqua de-
Potus. coctionis hordei cum ſumach granis granatorum, berberis: ribes & ſimilibus. ¶Et de potibus putredinem adhuc maximam rectificantibus mihi expertus eſt, vt in lib. v. aquæ coquatur ℥. ß. boliar. vſq; ad conſumptionem quartæ partis, & de hac aqua ſæpiſſime bibat æger cũ ſexta parte ſyrupi acetoſitatis citri vel de berberis, vel de limonibus aut cum vino granatorum, aut ſuc. cydoniorum. Et ita eius regimen penes alias res non naturales limitandum eſſet.

C a p. III. *De cura per medicinalia.* C

AMplius in cura talis fœtoris procedendum eſt, velut in cura fœtoris cum euacuationibus vniuerſalib. per phlebotomiã, ſi apparent vrinæ rubeæ craſſe corpus valde rubicundum, venas extenſas & inflatas habens. Si autem apparent ſigna mixtionis cholorę cum ſanguine, non aduocant phlebotomiam per ſigna contraria prædictis. tunc ſoluatur venter eius cum hac pharmacia. ℞. *aquæ decoctionis prunorum, tamarindorum & ſebeſten ℥. iij. reubarbari electi ℈. ij. ſquinanti granat.*
Potio minoratiua. iiij. *ſalis gemmæ granum j. caſsiæ fiſtulæ de canna extractæ cum aqua ſolatri ℥. ß. miſce totum & calidum in potu detur* in aurora, & poſt illud tardetur cibus per ſex horas. D

Digeſtiua. Hac autem minoratione facta digeratur materia cum altero horum digeſtiuorum. ¶ Primum & leue. ℞. *aquæ endiuiæ: vini granatorum ana ℥. j. ß. aquæ cuſcutæ ℥. j. miſce & detur in potu actu frigidum.* ¶ Secundum digeſtiuum poſſet eſſe hoc. ℞. *aquæ endiuiæ, anguriæ, ſolatri an. ℥. j ß. vini granatorum ℥. ß. miſce.* ¶ Tertium digeſtiuum & fortius prædictis eſt. ℞. *ſy. acetoſi ſimplicis, oxy ſacharæ an. ʒ. vj aquæ endiuiæ, viol. an. ℥. j. ß. miſce & detur vt prius.*

Poſt digeſtionem autem materierum reiteretur euacuatio cum prædicta medicina addendo ei reubarbari ℈. j ¶ Et ſi velis medicinam expeditiorem. ℞. *ele-*
Potio. *ctuarij de pſyllio ʒ. iij. ſuc. roſ. ℥. j. detur hoc totum in potu cum ℥. ij. aquæ fructuum ſupraſcriptæ.* E

Inſuper attende, quod talis fœtor oris ſufficienter curari poteſt & complete prouocando ſanguinem à naribus cum iſtis ſignis ¶ Primum quod homini appareat vigilanti & dormienti percipere radios & figuras ignitas in medio apparentes. ¶Secundum ſignum eſt magna faciei, frontis & temporum caliditas. ¶ Tertium prædictarũ partium pulſatio in venis earũ apparens cum velocitate, & frequẽtia magnis ¶Quartum magnus pruritus in omnib. partib. naſi, & maxime in interiorib. apparens quib. præſentibus cũ paleis, aut ſetis porcinis, vel cũ ramis poligoni titillatio fiat vſq; ad rizam adeo, vt ſanguinis exitus prouocetur, & permittatur exire vſq; ad aduentũ debilitatis excluſiue. ¶ Si a. nõ apparent ſigna leuitatis vel ſanguinis aſcenſus ad ſuperiora: imo ad inferiora, ita vt perciperetur in alchatim ponderoſitas magna cum grauitate F
& pruritu circa ſphinclerem & craſſitudine venarum & ibi exiſtẽtium & caliditate & pulſatione earum, tunc prouocentur hæmorrhoides fricando eas cum foliis ficus vel conſolidæ minoris aut cũ panno aſpero, vel cum felle tauri, vel modico euphorbij, & permittatur exire ſanguis vſque ad ſufficientem tolerantiam ægrotantis. ¶ Et adhuc

ad

A ad eandem intentionem confert ſcarificatio cum ventoſis ſub ſpatulis & natibus appoſitis, & in domeſtica parte tibiarum, & hoc totum vt complete eradicetur à ſanguine iam corrupta materia. ¶ Et iterum ad hanc intentionem confert huius clyſteris applicatio. *℞. viol. ſolatri, lactucæ & portulacæ recentium an M. j. fiat horum decoctio de qua accipiantur ℥. 15. olei violarum: & roſarum an. ℥. ij. mellis violati ℥. iij. miſce & fiat clyſtere.* ¶ Vltimo pro curatione huius confert hæc mixtio. *℞. ſach. roſati ſach. viol. an. ℥. j. viol. ſpodij, ſe. endiuiæ, actucæ: ſe. communium frigidorum an. ʒ j. ß. miſce & fiat electuarium, de quo ſæpe degluttiat ad quantitatem nucis.* Clyſter. Electuarium.

Etiam fœtor principaliter in ore prouenire poteſt ex putredine in particulari loco corporis exiſtente, velut conuenit in apoſtematibus calidis in ſphinclere acci-
B dentibus: & ex vlceribus corruptis hæmorrhoidarum gangrænis aſchachilos: vel eſtiomeno ibidem exiſtentibus. ¶ Ego enim in talibus ſæpe vidi in ore patientis maximum repræſentari fœtorem & horrendum, nil enim mirabile videtur amarum eidem, &c.

¶ De ægritudinibus dentium conſilia.

CONSILIVM LXXXVII. *De corruptione gingiuarum & de dolore dentium.*

C AD gingiuas corruptas, ita vt totæ nigræ forent & dentes omnes conquaſſarentur, fuit Nobili viro ſ. Guido renaldini præſcriptum tale. *℞. gallarum perforatarum ſumach, granorum myrti, cupellarum glandium ſe. myrti plantaginis an. ʒ. j. vitrioli albi, aluminis ſciſſi an. ʒ. j. ß. antophyli: & eſt extrema pars caryophili: & ſe. roſarum an. ʒ. ij. ß. contundantur omnia craſſo modo & bulliant in phiala vna aquæ: cui imponantur 12. cimæ rubi recentis moras in ceſſis ad bulliendum donec conſumatur medietas aquæ, qua colata & infrigidata ex eo patiens ſibi os ſæpe colluat: quo facto imponat ſuper gingiuis & dentibus de hoc infraſcripto pul. vidi enim ex hac mirabilem experientiam. ℞. maſticis, ſandaracæ, acatiæ: hypocyſtidos an. ℈. j. tuciæ præparatæ ʒ. j. vitrioli albi ℈. iiij. fiat omnium per ſe puluis & commiſceatur.* Antophyllon quid. Collutio oris. Puluis pro dentibus.

¶ *Ad dolorem dentium.*

D CApe opium in pauca quantitate & manu calefactum, ita vt molleſcat vt cera, circumpone denti dolenti & aufert omnem dolorem ſtupefaciendo. ¶ Ad dolorem dentium. *℞. camphoram*, & permitte vt in aceto eam bulliat modicum: deinde teneat æger in ore: videlicet ad omnem dentis dolorem. ¶ Ad faciendum partem dentis putridam cadere, ex qua dolor aliquando cauſatur. *℞. ſalis armoniaci quantitatem quam vis: & per alembicum deſtilla: & aquam collige:* & cum ſtylo coto ei inuoluto partem dentis tange & cadet. ¶ Loch facta pro dentibus. *℞. balauſtiarum, ſumach, granorum myrti, cupalarum glandium an. ʒ. j. ß. corticum radi. mororũ corticum capparorum an. ʒ. iij. liquiritiæ ʒ. ij. ſandaracæ, ſarcocol. thuris an. ʒ. j. ieros ʒ j. ß. radices incidantur & piſtentur craſſo modo & bulliant in libr. 6. aquæ vſque ad conſumptionem medietatis: poſtea colentur & exprimantur*
E *bene & addatur dictæ colaturæ ʒ. j. ß. ſcoriæ ferri; & iterum coletur leui expreſſione.* ¶ Ad dolorem dentium. *℞. piperis albi & longi cubebarũ, ſtaphylagriæ, corti; mororum: capparorum: corti; mandragoræ an. ʒ. j. pyrethri ʒ. ij. ß. hyoſcyami albi ʒ. ß. contundantur ſubtiliter & fiat decoct. in vino al. vſq; ad conſumptionem medietatis & poſtea teneatur in ore.* Loch. Gargariſma.

¶ De ægritudinibus membrorum gutturis conſilia.

CONSILIVM LXXXVIII. *De elongatione vuulæ à phlegmate aquoſo à cerebro, per colatorium ad vuulam deſcendente, & continet duo capitula.*

F CAP. I. *De eſſentia ægritudinis ac de cauſis & ſignis eius.*

SPECTABILIS & generoſus vir, Dominus LVDOVICVS Storlado frequenter etiam & non leniter moleſtatur mala diſpoſitione vuulæ ſuæ. & eſt diſpoſitio illa extenſio vel elongatio vuulæ, quæ prouenit à materia phlegmatica ſatis aquoſa, quæ per colatorium

à cerebro deſcendens recipitur in vuulam, venas eius& poros implens, propter quod A
ipſa magnificatur, & cum materia illa ſit fluxibilis propter ipſius aquoſitatem, patet,
quod partes vuulæ elongētur & extendantur ab ea, & ſicut accidit aliis membris dum
paralyticantur, ita vuulæ non minus: extendi enim poteſt, quoniam eſt corpus ner-
uoſum, vel panniculoſum extenſioni diſpoſitum ſatis. ¶ Cum ergo contingit ipſam
elongari, vt prædictum eſt, tunc cum homo conatur ſermocinari: occurrit ipſa ex-
tremitati cannæ pulmonis, & prohibet aerem debite attrahi & expelli cum fumis:
quare interrumpuntur ſermones à conceptu mentis prouenire debentes. ¶ Simili-
ter etiam frequentius contingit, vt eadem vuula longior facta in extremitate meri
obuians impediat actum deglutionis cibi, & moleſtat etiam alio modo, quia appa-
ret homini hac diſpoſitione moleſtato, ac ſi ſemper in fine oris habeat bolum vel fru- B
ſtum aliquod deglutibile vnde ſemper conatur deglutire rē impoſſibilē, non degluti-
bilem. ¶ Et ſequitur iterum ad hanc diſpoſitionem tertium nocumentum, quod eſt,
quia dum plena eſt vuula per modum fluxibilitatis & deſtillationis ipſa effundit ali-
quam partem ſuperfluæ humiditatis quandoq; per tracheam arteriam & recipitur in
pulmonem & pectus: & efficit quandoq; tuſſim, aſthma, dolores in pectore: aut pleu-
riſim & ſimiles ægritudines, & proprie cum materia fuerit acuta. ¶ Adhuc etiam ma-
teria ab vuula deſcendens quandoq; recipitur in ſtomacho & nocet ori eius, appeti-
tum impediendo, aut toti ſtomacho, digeſtiuam eius humectando vel corrumpēdo.
¶ Ex quibus omnibus colligitur, quod hæc diſpoſitio non ſit leuis, imo difficilis, & nō
negligenda: ideo eius curationi ſtudioſe multum intendendum eſt. ¶ Et ex hac qui- C
dem narratione intelligi poteſt, quæ ſit ægritudo talis. Ipſa enim eſt ægritudo com-
poſitionalis frigida & humida materialis à prædicto phlegmate proueniens. Et poteſt
eſſe ægritudo complexionalis calida, cum vuula impletur à ſanguine cholerico, ꝙ ta-
mē minus contingit. Et iterum tertio poteſt eſſe ęgritudo complexionalis compoſita
ex calida & frigida materiebus inuicem commixtis. Quæ vero ſit materialis cauſa, ſ.
quæ ſigna, quæ & qualia accidentia ad ipſam conſequantur, iam clare patet ex præ-
dictis.

Cap. II. *De cura.*

SEquitur autem curationis modus, qui comprehenditur in quinq; intentionibus.
Et prima quidem earum eſt regiminis rectificatio, ſecunda materierum euacua- D
tio: tertia ipſarum diuerſio; quarta fluentium materierum repercuſſio, & quinta
completa reliquiarum materierum conſumptio.

Regiminis rectificatio. Prima itaq; intentio duplici partitione indiget. Et prima quidem eſt adminiſtra-
tio regiminis cōuenientis in tempore paroxyſmi vel moleſtationis magnæ. 2. vero eſt
ipſius adminiſtratio extra paroxyſmum neceſſaria magis gratia præſeruationis. ¶ Et
Regimen in paroxyſmo. primus quidem modus regēdi in tempore paroxyſmi eſt, quod in diſpoſitione frigida
æger manſionem ſuauem eligat, locum vel cameram notabilis caliditatis & econuer-
ſo, ſi huiuſmodi diſpoſitio vuulæ calida fuerit, locum eligat frigidū. ¶ In modo vero ci-
bationis vniuerſales regulæ vtriq; diſpoſitioni neceſſariæ à ſapientib. inueniūtur poſi-
tæ. ¶ Et prima eſt, vt nullum cibū accipiat æger, in quo neceſſarius ſit labor vel conatꝰ E
deglutiendi magnus. ¶ Secunda vt euitetur maſticationis omnis actus. ¶ Tertia & ſe-
quitur ad alias, eſt, ꝙ omnis cibus ſit potabilis. ¶ Quarta vt ſit actu calidus in frigida, &
in calida actu frigidus. ¶ Quinta regula, quod in vtraque diſpoſitione conueniens
diæta eius debeat eſſe tenuis, licet in calida diſpoſitione ſubtilior debeat eſſe, quam
in frigida. ¶ Ita ꝙ iuſculum hordei ſimplex bonus erit cibus in calida diſpoſitione. I-
pſum vero cum hydromelle in frigida diſpoſitione conueniens eſt. Similiter ēt & iuſ-
culum farinę hordei & prodium carnium non valde pingue, & brodium caulium le-
uis decoctionis, ius cicerum & ſimilia, vitellus oui & iuſculum ex eo factum cum pa-
ne cōtrito & ſic de aliis. Et potus eius ſit vinum pauciferum ponticum vel acre & non
multę quantitatis in frigida diſpoſitione. In calida vero melior potus eſt aqua hordei F
cum ſucco granatorum. ¶ Similiter etiam eius dormitio non ſit longa, nec continua,
imo frequenter interrupta, quoniam prolixus ſomnus generat reumatiſmos: *vt ſe-
cunda primi ap. de his quæ proueniunt ex ſomno.* Et dormitio eius ſit ſemper notabiliter
cum capite eleuato non ad poſteriora nec ad anteriora, ſed ad latera inclinato. ¶ Abſ-

tineat

A tineat etiam ab omni exercitio,ne ponantur in fluxu materiæ, ſed loco exercitii vta-
tur fricationibus, vt tangetur inferius. ¶ Quod vero de cibis & potibus non debet fa-
cere repletionem, iam dictum eſt. ¶ Omnem etiam exceſſum in paſſionibus animi e-
uitare debet, velut iram, furorem, timorem, & ſimilia, per quæ velox & vehemens
motus ſpiritibus & humorib. imponatur. ¶ Hæc in ſumma videtur eſſe ſuccincta me-
moria applicationis ſex rerum non naturalium, quæ licet conueniens ſit in tempore
paroxyſmi, non minus etiam conueniens eſt in tempore præſeruationis: licet non
debeat eſſe diæta eius ita tenuis in tempore ſanitatis, ſicut in tempore actualis læ-
ſionis.

Secunda vero principalis intentio completur per euacuationem materierum: ſi *Materierũ euacuatio.*
B itaq; appatuerit in hac diſpoſitione motus materierum calidarum: aut iterum ſi fue-
rit materierum frigidarum cum ſanguine mixtio conueniens non apparente magna
totius corporis pletoria, ſtatim in iſtis patientibus fiat phlebotomia cephalicæ dextrę
partis ſuper manu vel ſuper cubito & extrahantur ſanguinis ℥.v. vel vj. ſecundũ quod
Medico præſenti indicatum fuerit ex complexione, ex ętate vel tenore virtutis. ¶ Se-
cunda vero ſequenti die adminiſtretur ægro medicamẽ euacuans materiam mixtam
ex choleta & phlegmate, ſicut eſt hoc. *℞. electuarij indi ℥.ß. & detur in potu cum aqua mellis* *Potio.*
calida actu. ¶ Aut dentur pilulæ iſtæ. *℞. pil. de ſarcocolla deſcriptione maiori* ℈. *ij. pil. cochiarum* *Pilula.*
℈. *j. & vtrunq; ſit auari ponderis & fiant pilulæ* vj. *cum ſyrupo de ſtœchade.* ¶ Si autem apparerent
ſigna dominii phlegmatis cum cholera, tunc detur ʒ.j. pilul. de agrico & ſunt leues.
C ¶ Et ſi deſiderares medicamen fortius, tunc detur ʒ.j. pilul. de ſarcocolla. ¶ In ma-
teria autem magis calida dentur pilulæ cochiæ aut aureæ, & tu elige ſicut tibi placet.
¶ Et ſi vir eſſet, qui non poſſet deglutire pilulas vt ſæpe contingit, aut abominaretur, *Electua-*
tunc electuarium detur eidem, & hoc eſt ad calidam materiam appropriatum magis. *rium.*
℞. reubar. electi ʒ.j. ß. *ſpicæ nardi* ℈.j. *diagridij gran. ij. ſucci roſ.* ʒ.*vj. aquæ lactis* ℥. *iij. infundan-*
tur omnia in prædictam aquam calidam per totam noctem, in mane vero colentur & diligenter ex-
primantur & exhibeatur in potu calida: & non dormiat ſuper ipſam niſi hora vna: & tardet
prandium ſuum ſaltem horis vj. præmittendo potum aquæ hordei calidæ per horam
ante cibum, & hæc de intentione ſecunda.

Tertiam vero intentionẽ complentia plura ſunt inſtrumenta neceſſaria. ¶ Et pri- *Materierũ*
D mum quidem diuerſiuum & conueniens eſt, vt in viro iſto fiat prouocatio hæmor- *diuerſio.*
rhoidarum: & proprie ſi ſolitus fuit habere earum euacuationẽ, aut menſtruorum in
muliere ſecundum conſuetudinem & ætatem. ¶ Secundum vero diuertens & leuiſ-
ſimum eſt vt fiant fricationes, & primum quidem à genubus vſque ad pedes, deinde
ab inguinibus vſque ad eos. Et adhuc à ſpatulis vſque ad nates cum panno ſatis aſpero
trahendo inferius vſq; ad aliquantã membrorũ rubificationem. ¶ Tertiũ vero diuer-
tens eſt vt ligaturæ aliqualiter doloroſæ fiant in radicibus coxarum apud inguina &
adiutoriorum prope humeros. ¶ Quartum eſt applicatio ventoſarum cum ſcarifica-
tione ſuper carnoſis partibus ſpatularum. ¶ Quintum & fortius eſt applicatio medi-
cinarum veſicantium ſuper ſpatulas accipiendo flamulam olcandrum pedem cor-
E uinum aut aliam plantam acutam bene contritam & locis prædictis appoſitam: vel
ſuperligatam ibidem ſaltem per duas horas teneatur. Domeſticum autem veſi-
catorium eſt ex cantharidibus cum fermento & aceto contritis compoſitum ſecun-
dum conſuetudinem.

Quartam vero intentionem complentia ſcribam quam plura remedia ab illu- *Fluentium*
ſtribus auctoribus hincinde collecta, quæ cadentem vel mollificatam vuulam ſuble- *materierũ percuſſio.*
uare conſueuerunt. ¶ Quorum primum eſt: vt fiat raſio capitis ſuper commiſſura
ſagittali, & applicetur ibidem ventoſa habens orificium ſatis amplum, & oblongum:
& teneatur ibidem ſaltem per horam vnam, aut mediam ter vel quater in die repo-
nendo ipſam. ¶ Secundum vero principale ſubleuatiuum cadentis vuulæ eſt hoc,
F vt ſi æger habuerit longos capillos, inuoluantur manibus ad minus robuſti hominis:
deinde ægro exiſtente reſupino ponantur pedes vel genua ſuper humeris eius & tra-
hantur violenter capilli eius ad ſurſum, ita vt cutis capitis expolietur à cæneo ſuo;
per tale enim ingenium ſtatim vuula mirabiliter ſubleuatur. Et nimirum. Hoc enim
contingit per colligantiam huius vuulæ à panniculis cerebri ad cutem capitis: & po-

teſt etiam contingere propter velocem diuerſionem materierum de inferius ád ſu- A
periora, quæ ſequitur dolorem in partibus illis vehementem, verum in genium hoc fieri non debet, niſi in caſu arduo magnæ ſuffocationis aut álterius accidentis pro- ductiuo. Et vidi ipſum fieri, & inſtantaneæ profuiſſe. & trahitur ex ſententiis Aui.9: *tertij cap. de canone curationis præfocationum.* & ſequutus eſt ipſum Damaſcenus in appro- priatis, ſumma *9. capit. de ægritudinibus faucium & gutturis in cura vuulæ.* ¶ Dulcius au- tem procedendo in diſpoſitione hac, primum remedium & infallibile eſt : *vt accipia-*

Gargariſma. *tur rob. nucum ℥.j.ß. aquæ decoctionis granorum ſumach ℥.iij. miſceantur ſimiliter & ex hoc frigido, vel ſaltem actu tepido in dies pluries fiat gargariſma.* Leuius illo eſt vt cum aqua hordei, & rob nucum fiat, vt dictum eſt, & leuiſſimum eſt cum aqua hordei vel vino granato- rum actu frigidis. B

Gargariſma fortius. ¶ Et ſi quis deſideraret gargariſma fortius, & proprie ad caliditatem & in princi- pio, conueniens eſt hoc. ℞. *aquæ roſmar. ℥ ij. aceti, & proprie nigri ℥.j. balauſtiarum, ſe. roſ. cupularum glandium, hypocyſtidos, acatiæ, aluminis ſquamoſi bene torrefacti an. ℈.j. miſce, & ex o- mnibus illis fiat gargariſma.* ¶ Ego enim non curaui in adminiſtrando gargariſma hoc præcepto Serapionis in breuiario, in ſuo capitulo, cuius deſcriptio eſt hæc. ℞. *balau- ſtiarum ʒ.ij. aluminis iameni ʒ.j. croci, camphoræ an. ℈ j. aquæ roſmar. ℥.iij. miſce & fiat ex eo garga- riſma, vt dictum eſt.* De medicinis autem ſubleuantibus elongatam vuulam ſunt pul-

Aliud. ueres nonnulli, qui mirabiliter exiccant & ſubleuant eam. ¶ Et primus quidem mi- hi expertiſſimus & infallibilis eſt puluis factus ex corticibus nucum exterioribus, qui exiccentur & puluerizentur, & ponatur puluis ille in paruo cochleari bene concauo, C & ponatur ſub vuula ſubleuando & comprimendo ipſam ad ſuperiora. ¶ Secundus & fortior eſt puluis aluminis iameni combuſti eo modo poſitus. ¶ Tertio vero eſt pul. ſalis armoniaci combuſti eodem modo adminiſtratus. ¶ Quartum vero inſtru- mentum fortius ad exiccandum materiam & vniendum vuulam, & proprie conue- niens in fine ſtatus, & in declinatione eſt hoc. ℞. *roſ. balauſtiarum, corticum gran. hypo- cyſtidos, acatiæ, an. ℈.j pyrethri ʒ.ß. cinamomi, piperis al. an. ℈ ß. myrræ gra. v. pulverizentur omnia per ſe, deinde commiſceantur ad inuicem. ex hoc itaque puluere in cochleari ſubleuatur vuula, vt iam*

Puluis. *dictum eſt.* ¶ Et intellige, quod hi omnes pul. melius operantur, quando adminiſtran- tur poſt gargariſmata, quam ſine eis: licet omni tẽpore conuenientes exiſtant, & hęc de intentione quarta. D

Completa reliquiarũ cõſumptio. Quinta autem & vltima intentio completur pluribus inſtrumentis non ſolum quidem per ea, quæ poſita ſunt in quatuor intentionibus præcedentibus, quæ ab- ſcindunt materiam & diuertunt eã à patiente loco ad alias partes, ſed etiam vlterius per ea, quibus materiæ reliquæ conſumuntur, & proprie cum his, quæ confortant cerebrum, & prohibent materierum generationem in eo: & cum medicinis etiam, quæ materiam iam effuſam ad loca vuulæ, & ad ipſam conſumere poſſunt. Primi autem generis ſunt medicinæ omnes capitales calidæ & ſiccæ non multæ caliditatis.

Et ſi fuerint in caliditate notabiliter intenſæ, tunc diminuatur earum doſis, & frequentia vſus, & remittant tunc in gradu caliditatis per ſuá contraria, vt nunc ſequitur. ¶ De numero igitur harum medicinarum eſt confectio diatrion pipe- E reon deſcripta à Gal. in ſecretis ad O M O N T H E V M, & proprie illa, quam ſcri- pſit regi H E R O D I. vide ipſam ibi & vtere ea dando in potu ex ipſa ʒ. j. cum a- qua decoctionis maſticis aut ſandalorum per duas horas poſt cœnam, aut miſcea- tur cum prædicta aqua leuiter calida gargariſma ante prandium & gargariſma ante cœnam. ¶ Secunda vero medicina conueniens eſt electuarium ſotyra magna no- minatum electum ab A. *quinto can. ſumma prima.*

¶ Tertium vero & fortius aliis eſt electuarium anacardinum colligendum vbi ſu- pra, & eorum doſis ſit ʒ. ß. aut duæ partes ex ea in aurora cum aquis prædictis: aut fiat ex eis gargariſma eo modo, quo dictum eſt, & hæc electuaria nunquam ſolita ſunt me decipere in rectificanda cerebri diſpoſitione frigida & humi- F da conſumendo frigidas materias in eo inuentas. ¶ De compoſitionibus au- tem vſitatis à Doctoribus, multum vtiles ſunt compoſitiones, vt confectio diamuſci dulcis, confectio diambræ. Et fortius illis eſt electuarium mitridaticum. Ego autem experientia certa ſcio & ratione vallata, quod ſi ſolitus pati reumata

vuulam

A vuulam & ſquinanticas diſpoſitiones, reumata gingiuarum, ranulam & alias ægritudines oris frigidas, ſæpe faciat gargariſma cum ℥.ij. aquæ decoctionis granorum mirti, & ℥.ß. electuarij diapraſſij, & proprie deſcriptione Nicolai in antidotario, quod curabitur à prædictis diſpoſitionibus& præſeruabitur ab earum euentu. ¶Et cognoui etiam experientia, quod ſi frequenter aſſumantur pilulæ duæ factæ ex puluere cubebarum cum ſucco roſ.mirabiliter conferunt. ¶Et quidam dixerunt & pro ſecreto affirmauerunt, quod gargariſma frequenter factum cum miua cydoniorum muſcata cum tripla parte aquæ decoctionis acatiæ mirabiliter conferat. ¶Abſcindit etiā materias à capite defluentes ad partes oris vſus pilularum aſſaiaret deſcriptione Aui *ter-*
B *tio can.ca.de canonibus curationis capitis:* Et proprie quando ad ʒ.illarum pilularum adiungit ℈.j.pul.maſticis,& fiant ex eis pilulæ cum ſy.de mirto de omni ʒ. vj. ex quibus accipiatur vna per ij. horas poſt cœnam apud tempus dormitionis. ¶Hæc ſunt, quæ in cura huius diſpoſitionis meliora eligere potui ex ſententiis auctorum & ex quotidiana experientia comprobata. Summus autem omnipotens ipſa omnia dirigat in ſalutem eius ad laudem ſempiternam. Amen.

Consilivm LXXXIX. *De apoſtemate gulæ nominato botio continens capitula quatuor.*

Cap. I. *De inueſtigatione botij per cauſas & ſigna.*

Nobilis & generoſa quędā mulier Marchiana laborat tumore gulę ſuę, qui in-
C cepit in ea menſib.trib.circa:&licet hic tumor paruus exiſtat&ſit leuis leuitate accidentiū,tamen ſuſpicionē aliq̄ portendit,eo,quia videtur eſſe apoſtema non quidem phlegmonoſum neq; eryſipilas aut ſephyros, neq; cancer, neq; factum ex mixtione horum, ſed in eo continetur aliquid aquoſitatis phlegmaticæ cum aliqua ventoſitate vel vapore commixto prædictis materiebus. Et ſi bene conſideretur per ſigna ipſius, videtur hoc apoſtema reponendum eſſe in denominationem botii: propter quod videtur difficultatem ſuę curationis oſtēdere,eo,quia locus ille eſt pars *Botium.* corporis fere formoſior: cui non ita bene applicari poſſunt remedia conuenientia; ſicut opportunum eſſet,tum propter difficultatem ligaturæ,quæ huic loco neceſſaria eſſet: tum propter qualitates & gradus medicinarum, quas oporteret eſſe notabiliter
D calidas & ſiccas: & in gradu notabiliter eleuatas, adhuc iterum propterea, quia iſtud eſt apoſtema,de quo modicum auxilium ab illuſtribus& vetuſtioribus auctoribus haberi poteſt.Nihil enim expreſſe videtur tractatum de eo ab Hipp.qui omniū fere ſcibilium medicinæ fuit grauiſſimus inueſtigator. Neq; etiā de hoc apoſtemate aliquid clare videtur explicitum à Gal.*14.terapeuticæ*,neq;in libro de tumorib.pręter naturam, nec etiam *lib.7.de comp.med.ſec.loc.* vbi plurima conſcripſit excellentia medicamina ad diſpoſitiones gutturis & gulæ probatiſſima.Neq; iterum ab eo aliquid tactum videtur *lib.2.prognoſticorum*, in ſermonibus, quibus commentatus eſt Hipp. circa materiam apoſtematis anginæ. Amplius ēt neq; Arabes in ſuis ſermonibus expreſſe tractauerunt
E de materia huius apoſtematis:vt videri poteſt ex Auic.*nona tertij*,per totū eius proceſſum *& tertia quarti tractatu 2.c.* de apoſtemate phlegmatico vel melancholico. Quod vero de hoc apoſtemate ſcriptū eſt ex Albuchaſi *ſecundo ſuæ chirurgiæ c.54.*&parum eſt& ſolam curam eius per operationem manualem determinans.Nec hoc mirabile videtur, nec defectum antiquorum ponens: eo quia contingit ægritudinū aliquas in quibuſdam regionibus & climatibus multiplicari & non in aliis. Similiter etiam aliquo tempore multiplicantur ęgritudines&manifeſtantur,quæ alio tēpore non videntur: vt patet de vena ciuili nominatā medē ab Aui. eo, quia in ciuitate illa multiplicatur & non in aliis. Et poſſunt hi ſermones aliqualiter ſuſtentari ex litera Aui. *prima quarti c.de febrib.quintana & ſextana,&c.* ¶Quicquid a.de hoc apoſtemate ſciri poteſt,ex con-
F ſideratione theorica,eſt,quia apoſtema iſtud fit ex materieb. per indigeſtionē genitis &congeſtis in capite &catarrhizantib.ad partes gulæ,& ibidem inter cutem,pinguedinem, muſculoſas ligamentales & neruoſas,partes penetrantibus hæc materia propter raritatem prædictarum partium gulę ſoluendo cōgregatur in tumorem,in cuius circumferentia, vt in pluribus, ex cōgelatione partium phlegmatis aut exiccatione earū generatur folliculus,qui ciſtis apud Gręcos, & burſa apud Latinos nominatur;

hanc materiam in ſe continens aggregatam. ¶Eſt a. hæc materia in hoc apoſtemate A inuenta diuerſa valde ſecundum diuerſitatem materierum, quæ multiplicātur in hominib. propter diuerſitatem complexionis, & regiminis eorum ex parte ciborum & potuū, qui multiplicant phlegmaticas materias aliquando mucillaginoſas, aliquādo aquoſas, aliquando vero ſalſas, non raro & acetoſas. Et ad illud etiam cōfert vſus quarundam aquarum ſua craſſitudine & mucillaginoſitate hæc phlegmata multiplicantium. Et concurrit etiam ad huius generationem non parum longa mora, & conuerſatio ſub flatu aquilonaris venti, propter quod quidem probabiliter referunt, hoc apoſtema botium frequenter fieri apud Germanos, in quorum regione aquilonaris venti flatus perſeuerat multus. hic igitur ventus per tracheam arteriam inſpiratus, & per concauum meri, & per poros ingrediens totius gulæ, eſt cauſa efficiens huius a- B poſtematis multiplicando phlegmata in illis partibus & congelando ea & viſcoſiora faciendo. Et iterum eſſe poteſt hic vētus cauſa huius, innatum debilitando calorem, ad quod ſequitur phlegmatum multiplicatio per viam indigeſtionis vt iam dictū eſt. Et ex hoc fundamento facile eſt ſoluere apparentias multas in ſectione huius apoſtematis comprehenſas. ¶Ego enim genitorē habui maxima mihi & veneranda ſemper memoriæ reuerentia colendiſſimum, qui manuali operatione ſua ſecando curabat hæc apoſtemata, in quib. quandoq; inuenibat folliculum aqua plenum, quæ omnino in colore & ſubſtantia elemento aquæ ſimillima erat: propter quod non immerito approbari debet ſermo quorundam Doctorum, qui de hac materia tractantes nomina-
Botium ſecundum materiam multiplex. uerunt hoc apoſtema herniā aquoſam gutturis. ¶Non raro vero p̃fatus genitor meus C in folliculo horum apoſtematum inueniebat phlegma mucillaginoſum ſimillimū ei, ꝙ emungitur à naſo. ¶Quandoq; vero reperiebat in eis humiditatē mucillaginoſam citrinomelli ſimilem. ¶Et quandoq; viſcoſam humiditatem cinereę parti cōmixtam eo modo, quo mucum à naſo emanantē cineri cōmixtum imaginareris. Et poſtremo iterū quandoq; in illius folliculi cōcauitate reperiebat parū aquoſitatis et ſimulitudine vaporū, ꝙ cognoſcebatur eo, quia per fractionē p̃fati panniculi fumus vel vapor p̱ modum exſufflationis exibat. Ex quibus tandem diligens conſiderator poterit intel-
Botium quid. ligere deſcriptionem botii. *Eſt n. apoſtema in partib. gulæ genitum à materia phlegmatica aquoſa vel vaporoſa cineritia vel ſalſa in folliculo determinato comprehenſa per viam defluxus ab alienis partibus tranſmiſſa: aut per modum indigeſtionis in eiſdem partib. generata.* Et vltimo ex prædi- D ctis apparet, quæ ſint cauſæ materiales botii: & quæ ſigna cognitionis eius generaliter & ſpecialiter ex prædictis elicienda.

Cap. II. *De canonibus duobus obſeruandis ante curationem botij.*

1. PRo canone vero curationis botii præmittendum primo, quod non debeat cura ipſius vilipendi, quando fuerit in principio. Cum n. botium confirmatum fuerit, cuius cōfirmationem ex ſententiis ſapientum intelligere debes, eo quia iam perductum eſt ad ſtatum ipſius vniuerſalem & non vane intelligendum eſt, vt quidam fabulantur de confirmatione eius: quam aſſignant in ſpacio quatuor vel ſex menſium: neq; enim apoſtematum chronicorum confirmatio taliter præfixa ſcientifice aſſignari poteſt, quandoq; enim vnius chronici apoſtematis principiū vni- E uerſale extendetur per ſpatium vnius; duorum vel trium annorum, vt patet de ſephi-
2. ros, cancro & ſimilibus. ¶Pręmittendum ſecundo, ꝙ botium ſit duplex, vnum quidem
Botium duplex. naturale, aliud vero accidentale. Et primi quidem curationem impoſſibilē dixerunt antiqui, vt patet per Albuchaſim *ſecundo pract. c. 54.* præallegato. Et tu intellige per na-
Naturale quid. turale botium omne illud, quod prouenit merito principiorum generationis, quæ macula fuerunt, ſiue velis intelligere principia generationis materialia tantum, ſiue ipſa & formalia principia ſimul, propter quod apparet, quod tale botium ēt apoſtema hæreditarium nominari poſſit. Vnde ex iſtis vltimo cōcluditur, quod ad curam eius ſalubrius ſit feſtinare in principio ipſius, quam expectare augmentum, ſtatum & confirmationem. F

Cap. III. *De cura botij per regimen ſex rerum non naturalium.*

Cibus. REgimen igitur huius diſpoſitionis, primo tranſeundum eſt per conuenientem adminiſtrationē ſex rerū non naturalium. ¶Abſtineat itaq; 1. ægrotans ab omnib. cibis, qui materialiter ſunt cāa generationis & cōgeſtionis multi phleg-

A phlegmatis, vnde effugiat panem azymum & pauci fermenti & non bene coctū & humidum actu vel potentia; velut panem de ſiligine. ¶ Euitet etiam carnes omnes ſuæ natiuitati multum propinquas & ſuæ lactationi ſi fuerint animalium quadrupedum: & dimittat carnes mucillaginoſas; neruoſas, panniculoſas, & recentis porci: & omnes valde pingues. ¶ Item omnium piſcium vſum, & proprie elixorum: ſalitis autem eis, & carnibus vti poteſt: & proprie macris. ¶ Effugiat omne genus lacticiniorum & proprie colorum, quod iuncata nominatur vel caput lactis. ¶ Dimittat cibos paſtiles omnes & frequentem vſum fructuum humidorum & recentium, velut ſunt ceraſa, auellanæ, pyra, cucumeres, cucurbitæ & pepones molles in multo vſu. ¶ Effugiat etiam recentes herbas frigidas & humidas; ſicut betam, ſpinachiam, lactucã, B endiuiam & portulaca. ¶ Agreſtæ vſum & butyri & rerum valde pinguium propter quod in vſu eius oleum antiquum eſt conuenientius, quam recens; quia reſolubilius *Teſte Gal. libr. 6. de ſan. tuend.* aliis autem cibariis humanæ vitæ conſuetis vtatur, omnibus præter iſtos. ¶ Vinum quo vtitur, ſit album, ſubſtantia ſubtile, aromaticum recens vel antiquum, aut ſaltem ſit roſeum vel cereſoleum nominatum, & ſi fieri poſſet, melius eſſet ipſum purum bibere, quam aqua commixtum, aut ſaltem commiſceatur aqua de bona ciſterna accepta. quæ tamen melior eſt, ſi coquatur, quam ſi cruda bibatur cum vino. ¶ Locus autem cameræ vel aer in quo moratur, ad caliditatem & ſiccitatem ſit notabiliter inclinatus, orientalis vel meridionalis: & maxime clarus, nebulis, vaporibus & caligine priuatus. ¶ Dormitio vero eius non ſit valde C prolixa propter magnam humectationem, quæ ſequitur ad ipſam, ſed ad vigiliam magis ſe vertere debet pluſquam conſueuerit & dormiat capite notabiliter eleuato ſuper dextra vel ſiniſtra parte decumbens, & iterum ſuper ſpina melius eſt ei iacere, quam ſuper ventre. ¶ De modo vero ſuæ cibationis caueat ne multitudine cibi aut potus ſtomachum eius impleat: imo aliqualiter fameli- cum ſe magis reddere debet, quam complete ſaturare. Et in ſumma memoria recondat, quod cibum omnem priuſquam deglutiat, ſolenniſſime ſemper maſticet. ¶ De modo vero quietis eius dicendū, quod quies ſit ei valde nociua & ociū omne, vel exercitium, quo caput eius incuruatum tenetur: & inter cætera ab omni futura effugere debet: melius autem eſſet ei mane vti exercitio longo ambulationis, quam qui- D eti & ocio ſe exponere. Et ſi quidem taliter exercitari non poteſt, ſaltem ſuppleatur cum frequenti fricatione ſpatularum ſuarum, incipiendo à fine colli vſque ad locum anguli inferius, notabiliter comprimendo vſque quo cutis eius notabiliter rubeat. Et huius etiam gratia conueniunt ei lotiones & fricationes pedum à genu inferius. ſimiliter & capitis frequens pectinatio & fricatio eſt eidem valde conueniens: frequens autem capitis lotio non mihi. Et ſiquidem aliquando fiat, adminiſtretur cum lixiuio conuenientis cineris & cum ſapone conuenienter facta, & caput eius exiccetur ſubito, ne madidum remaneat, ne incurrat pororum capitis oppilationes ad malam digeſtionē ipſam permutātes. ¶ Et gratia conſequentiæ ſermonis memor etiam ſit: ne caput eius onuſtum faciat ornamentis recta politia & moralitate deteſtandis, E quibus hodie Italicę mulieres vtuntur effrenitantes magis propter laſciuiam ornatus, quam propter humilem & honeſtum viuēdi ritum, cum capita ſua turrigeris textu ris exornent intemperatiſſime; propter quod ad ſtillicidium & catarrhos multæ earum perducuntur, & ad ægritudines incurabiles. ¶ De vltima vero rē, non naturali dicendum eſt, quod eidem conueniat quandoque leuiter ad iram concitari & pārumper conturbari, adeo vt ſpiritus & humores calore excitentur & expurgentur vapores ſuperfluitatibus & conſumantur phlegmatica, quæ ſunt materialis cauſa huius ægritudinis, vt ſupra deductum eſt. Triſtitiam autem & impreſſiones animi adeo perturbantes, vt perducant ad luctum, ſummopere euitare debet. Hæc de rebus non naturalibus ita ſuccincte ſint acta.

Caput lactis. *Potus.* *Aer.* *Somnus & vigilia.* *Inanitio & repletio.* *Motus & quies.* *Incommoda ornamētorum onuſtorum capitis, quib. mulieres Italicæ vtuntur.* *Motus animi.*

F CAP. IV. *De cura botij per ſeptem remedia.*

PRo canone vero curationis huius diſpoſitionis & inſtrumentis neceſſariis multa & accurate multum ſcribenda eſſent, verum quia ęgritudo hæc mihi videtur eſſe in prima parte vniuerſalis principii, ideo curam ipſius cum ſeptem remediis exequendam eſſe decreui, ſperans eius perfectam curationem ex his

Septem remedia pro curando botio.

compleri poſſe. Si autem in poſterum aliud apparet, Ego curam eius per vniuerſales A euacuationes & eradicatiuas & diuerſiuas cum earum digeſtione diffuſe conſcribam: vt alias in hac materia accurate ſatis perfeci. ¶ Sunt autem illa ſeptem remedia hæc, quæ nunc aperte & ordinate infra ſcribuntur. Quorum quidem primum eſt vſus huius pulueris, in quo eſt intentio diſtrahendi materias à capite & etiam à ſtomacho & confortandi cerebrum & aliqualiter conſumendi materiam huius ægritudinis antecedentem, quæ in breui tempore in coniunctam tranſire parata eſt. Et accipiatur hic puluis in aurora cum medio cyatho aquæ mellis calefactæ. Ipſius deſcriptio. ℞. *pulueris hermodactylorum & turbit electi an.* ʒ j. *zinziberis* ℈. ij. *diagridij gran.* vj. *pulueris florum eſulæ* ʒ. ß. *ſachari al.* ℥. j. Ego autẽ in eius adminiſtratione ſoleo dimittere ſacharum & diſſoluere ipſum cum aqua mellis iã prædicta & exhibeo huius pulueris a. ʒ. ß. vſq; ad ℈. ij. B omni ſeptimana ſemel: & aliquando in capite quinque dierum, & erit ei valde vtile continuatum ſcil. per totum menſem Iunij proxime futuri, &c. ¶ Secundum vero ſpeciale remedium eſt, vt vtatur aqua iſta, de qua ſaltem in ſeptimana quater in aurora accipiat cyathum medium cum ſacharo calefacta & tardet poſt ipſam cibum ſuum horis quatuor, ſicut etiam tardare debet poſt puluerem iam præſcriptum. Et eius deſcriptio. ℞. *aqua ſublimationis iris, aquæ roſmarini, aquæ cucumeris ſylueſtris an. lib.* 1. *miſce ſimiliter & accipiatur ex eis mixtis, vt iam dictum eſt.* ¶ Tertium eſt: vt accipiat odoriferũ hoc, quod ligatum in pila de ſindone retorta facta, quaſi ſemper vel manibus ſuis teneat odorando, & eſt eius deſcriptio talis ℞. *florũ roriſmarini, foliorum maioranæ, folij an.* ʒ. ij. *ligni al. electi* ʒ. j. ß. *macis, amomi, laudani, ſtyracis calamitæ ana* ʒ. j. *ambræ electæ* ʒ. ß. *omnia per ſe pul-* C *uerizentur & ligentur in pila: vt iam dictum eſt.* ¶ Quartum eſt puluis iſte, de quo omni ſero quantitatem granorum quinq; frumenti ponat ſuper prorã capitis per medium commiſſuræ capitis: quam ſagitalem vocant Medici. Et eſt huius deſcriptio talis. ℞. *cubebarũm, nucis muſ. ligni aloes, florum roſmarini; arthanitæ an.* ʒ. ß. *ſandaraca* ʒ. ij. *puluerizentur omnia per ſe: demum ſimul incorporentur diligenter, deinde vtatur eo vt dictum eſt*: aut ſaltem faciat ſacculum latitudinis trium digitorum deſcribentem ſpatium iam dictum, in quo ponatur puluis ille: qui portetur ſuper capitis prora iam ſignata. ¶ Quintum eſt, vt ſæpe aſſueſcat gargarizare in mediis tertiis, aut ante cœnam medium cyathum huius mixtionis calefactę in pluribus ficibus acceptę. Cuius deſcriptio. ℞. *oxymellis ſquillitici* ℥. j. *ſyru. de calamento* ℥. ß. *aquæ ſublimationis, radicũ ireos, aquæ maioranæ an.* ℥. ij. *miſce & ex* D *eo fiat vt dictum eſt*, & ſufficiat ex hoc gargariſmate quater in ſeptimana facere. ¶ Sextũ eſt, vt ante cibum per horam cum dimidia: & proprie ante prandium frequentius, quam ante cœnam ſemel accipiat fruſtum vnum huius confectionis. ℞. *ſpecierum aromatici roſati deſcriptione Gabriel.* ʒ. j. *ſpecierum diambræ* ʒ. ij. *ſachari albi lib.* ß. *cum aqua roſmarini fiat confectio in fruſtis longis*, ſicut pineata & accipiat vnum ex eis. ¶ Vltimum vero inſtrumentum eſt, vt mulier hæc ſuper particula patiente portet fruſtum vnum ſpongiæ, quæ cooperiat totum locum patientem & aliquid de circumſtantibus locis, quæ ſpongia infuſa ſit in aquis infraſcriptis calefactis & conuenienter expreſſa ſuperponatur loco. eſt autem aqua hæc: aqua ariſt. vel dragonteæ. Item aqua ſublimationis radicum arthanitæ. Aqua radicum cucumeris aſinini. Aqua ſublimationis roſmarini. E omnes hæ aquæ conuenientes ſunt & poſſunt omnes inſimul commiſceri, licet duæ primæ aliis multum ſint elegantiores.

Puluis.

Potio.

Nodolus odoratus.

Pulvis extra capiti aſpergẽdus.

Gargariſma.

Morſuli.

Aqua cum ſpongia applicanda.

CONSILIVM XC. ¶ *De triplici mala diſpoſitione; videlicet de catarrho ſuffocatiuo à multa & craſſa materia deſcendente à capite ad partes gutturis.* ¶ *De multitudine ventoſitatum in ventre inferiore cum dolore ilij, & rugitu plurimo cum ſtipticitate ventris. Et de nocumento digeſtionis & appetitiuæ ſtomachi cum ſubuerſione & nauſea & cum abſciſſione fluxus hæmorrhoidalis conſueti.* ¶ *Diuiditur autem conſilium in ſectiones tres.*

Sectio prima continens capitulum vnum de cauſis & ſignis dictorum accidentium. F

VNVS de inſignitis viris noſtræ marchiæ Taruiſinæ celeberrimus vtriuſque legis doctor de famoſa vrbe Taruiſina oriundus, dominus IOANNES de ſpineto ægritudinum varietate laborat, quæ etiam quam plurimis accidentibus moleſtis aſſo-

ciatæ

A ciatæ ſunt. Etiam mihi vt innotuit per ſcripturam apparet, has ægritudines & acci-
dentia ad triplicẽ narrationem eſſe reducta. ¶In ſerie namq; prima narrat catarrhum
ſuffocatiuum à multa & craſſa materia defluentẽ in eo à capite vel aliunde in partes
gutturis cõgregari & detineri cõtigit: vt fere ad ſuffocationem perducat vel ſtrangu-
lationem. Et quod mirabile apparet, patiens ab hac ęgritudine conualet, etiam alle-
uiatus cum cibum accipit, & econuerſo amplius moleſtatur cum ieiunium celebrat,
licet ꝓlixum. ¶In ſerie vero ſecunda ſuæ narrationis videtur, quod hic vir moleſte-
tur dolore ſiniſtri ilij ventoſitatum multitudine, quæ immerguntur & retinentur in
ventre inferiori cum dolore & rugitu quam plurimo: & eſt cum iſtis aſſociata magis
ventris ſtipticitas, q̃ aſſerit eſſe cauſam plurimorum accidentium. ¶In tertia vero
B narratione fit querela de nocumẽto digeſtionis & ſtomachi, propter quod non raro
perducitur ad emiſsionem cibi vel deſcenſum ad inferiora cum nocumento ſtoma-
chi abominante cibarium omne & potum cum ſubuerſione, nauſea & tenſione ma-
gnis: & eſt cum diſpoſitionibus omnibus iſtis coniuncta hæmorrhoidarum conſtri-
ctio, quæ olim in ipſo fluere ſolebant. ¶ Hæc in ſumma eſt huius præclari viri multi-
plicium ægritudinum & accidẽtium complicatio. Pro qua quæritur conſilium rectè
procedendi in curatione talium diſpoſitionum & pręſeruatione à recidiua ipſarum.
¶Cum itaq; fere in omni diſpoſitione non paruũ onus ſit, quin imò difficile recte
conſulere, quanto autem magis in ægritudinibus & accidentibus complicatis pluri-
mis, quæ ſuſpecta ſunt & timoroſa? ideo in huius rei contemplatione ſpeculando in- *De ca-rh. ſuff. catiuo.*
C troeundum eſt.

Solet autem materierum ſuffocantium cauſa effectiua duplex eſſe. ¶Prima, quæ
eſt à ſapientibus nominata mala complexio, quæ eſt ægritudo per ſe partium cerebri *Materiarũ*
aut pectoris. ¶Secunda vero, q̃ eſt ægritudo membrorum mãdantium pectori & ca- *ſuffocan-*
piti aut partium ſibi ſubſeruientium latoria ſeruitute. ¶Exemplum primi, ſicut quan- *tium cauſa*
do contingit p ꝓprium nocumentum cerebri plurimũ contingens à mala cõplexiõe *duplex.*
frigidi & humidi materiali ei⁹ generari p viã indigeſtionis & cõgregari in venis, rimo-
ſitatibus & ventriculis eius phlegmaticam materiam aquoſam, & mucillaginoſam;
quæ cerebro nocumentum inferentes complexione videlicet infrigitando &
humectando multum cogunt virtutem cerebri ad expulſionem & ſparſionem ma-
D terierum ipſarum: & quia materiæ prædictæ ſatis fluidæ ſunt & graues pelluntur ad
inferiora per poros, venas, & arterias, & retentæ in partibus gulæ p multitudinem in-
terſectionis muſculorum, ramorum, venarum, neruorum & ligamentorũ, diu aggra-
uant & conſtringunt vias illas & cãnam pulmonis: ita vt non ſufficienter dilatetur ad
attrahendum aerem, quantum, quando & moderate oportet. Nec etiam ipſæ adeo
conuenienter & opportune cõſtringuntur, vt ſufficienter expellantur fumoſitates &
aer in pectore attract⁹ iã ſupcalefactus, vilis & incõueniẽs fact⁹ ad euentandũ. ¶Et ex
hoc fundamẽto ſpeculãti poteſt apparere ſolutio & declaratio, ꝓpter qd & quia ſuffo-
cationis incipientis hui⁹ viri. ¶Et ſequitur ex hoc fundamẽto corollarie, ꝙ ſi diu talis
modus conſtrictionis anhelitus in hoc viro perſeueraret, valde facile ſuffocari poſſet.
E ¶Sequitur tertio, quod cauſa efficiens huius conſtrictionis ſit mala complexio frigi-
da & humida cerebri prædicta. ¶ Quarto, ꝙ materialis cauſa ſit phlegma aquoſum
& mucillaginoſum multiplicatum in venis & arteriis & ſanguini commixtũ, quod
eſt efficiens cã materialis & antecedens. ¶Quinto, ꝙ immediata cã hui⁹ cõſtrictionis
anhelit⁹ ſit materia imbibita in poris muſculorum & arteriarum, neruorum & panni-
culorum & aliarum partium mobilium, q̃ in gula, gutture & collo repiuntur, quarum
partium numeroſitas & diuerſitas ſecundum partem inuenitur, *prima primi doctrina 5.
de muſculis & neruis orientibus à cerebro, & partim colligi poteſt nona 3. cap. 1. de anotho. gut-
turis, & partim decima tertij: & 13. tertij capitulis de anotho. tracheæ arteriæ & meri, & tu lege ibi-
dem.* ¶Sexto, quod diſpoſitio huius viri cum hoc, ꝙ eſt cõplexionalis, vt probatum
F eſt: etiã ſit cõpoſitionalis. *Primo de accidenti & morbo, & ſecunda primi cap. de morbis compo-
ſitionalibus*, & tu lege ibidẽ. ¶7. Quod hæc ægritudo ſit verenda non leuiter, quoni-
am ab ea cadit nocumẽtũ in duplici natura, videlicet in duplici principio animę ad ꝓ-
ducendum operationes neceſſario, vel in complexione & compoſitione. ¶Et vlti-
mo, ꝙ magnifice timendum ſit, ne materiæ illæ oppilãtes diu retineãtur in gutture:

hæ enim valde facile perducere poſſunt virum ad ſquinanticas diſpoſitiones. Simili- A
ter facile hinc videri poteſt, quomodo poſsit materia coniuncta reperiri in cerebro:
poteſt enim ſtare in ventriculis, rimoſitatibus & poris eius, vnde prohibeat debitam
euentationem & mundificationem cerebri: ꝓpter quod accidit ſuffocatio incipien-
do facta à cerebro & mẽbris anhelitus cõmunicata: deinde hoc in ſuma eſt funda-
mẽtum ſcientifice intelligẽti diſpoſitionẽ huiꝰ viri in prima ſui narratione cõſcriptũ.

De dolore in ilio. At vero ſecundo narratione altera nõ leuiꝰ contemplandum eſt, dolor enim in
ilio, aut erit accidens partium exteriorum, vt muſculorum vel lumborum ſpinæ, aut
cutis, ſimiliter & partium mirach lateralium, aut erit ægritudo membrorum interio-
rum. Si primo modo, tunc facile cognoſcetur, quia ſenſus, viſus & tactus manifeſta-
bunt ipſum: ſi autẽ dolor iſte ſit accidens interiorũ membrorũ, neceſſe eſt, vt aſsigne- B
tur, aut in panniculo ſifac ſuppoſito muſculis, aut in panniculo pingui zirbo nomi-
nato, aut in renibꝰ, aut in ſubſtãtia inteſtinorũ, vel in arterijs & venis ſuppoſitis inte-
ſtinis, aut in carnibus lumbalibus lateraliter ſuppoſitis coſtis, aut in inteſtino leuca-
ras nominato à Græcis, ab Italis dicto meſenterio. ¶ Quod autem iſte dolor in ſplene
aut in epate vel ſtomacho exiſtat vel diaphragmate non apparet, quoniam dolor iſte
non eſt in aliquo hypochodriorum dextro vel ſiniſtro, neq; in loco medio immedia-
te ſubſtracto furculę pectoris inferiori. Nullũ n. aliud membrum p̃ter renes intra mi-
rach collocatur, ſi ſentẽtias anotaomiſtarũ & phraſin antaomię cognoueris. Ergo erit
neceſſe dolorem eſſe in aliquo p̃dictorum mẽbrorum, vel in panniculo ſifac: & hoc
quidem apparet, propterea, quia dolor iſte profundiꝰ ſentitur magis manſiuꝰ, q̃ ver- C
ſus exteriorẽ partẽ. ¶ Similiter in ſecundo non videtur hũc dolorẽ eſſe in zirbo ꝓpter
magnã pinguedinem eiꝰ remittentem ſenſibilitatem panniculi eius intantum, quod
ſectio in eo facta tranſuerſalis in vulneribus mirach penetrantib. nõ ꝑcipiatur, vt ſen-
ſibiliter cognoui. ¶ Similiter nõ apparet hic dolor in vmbilico: ꝓpterea, quia in pro-
fundiori parte ꝑcipiatur dolor, quẽ ſenſus tangentis non percipit. ¶ Et quarto adhuc
non videtur, quod dolor iſte ſit in meſenterio neq; in venis vel arteriis ꝓpter obtu-
ſam ſenſationem earum: & quia deberet percipi in poſteriori parte magis. Et ſimili-
ter ſi eſſet in lumbis, cuius oppoſitum apparet. ¶ Igitur videtur omnino aſſerendum
eſſe, quod hic dolor ſit cõplicatus ex dolore renum: & maxime dextræ partis & ex
dolore inteſtinorum. ¶ Et primum quidẽ apparet deduci poſſe. Primo ex locõ dolo- D
ris, q eſt locꝰ vbi ſituatur ren dexter. Item in eius ſitu in parte poſteriori vbi ſuſpendi-
tur ren, apparet dolor grauatiuus & extenſiuus notabiliter. ¶ Tertio hic dolor co-
gnoſci poteſt ex frequenti vrinæ deſtillatione. Cum enim colatorij panniculus, vnde
ramificantur pori vreteres, fuerit ſecundum partem notabiliter clauſus vel compreſ-
ſus, parum de aquoſitate vrinali fertur ad veſicam. Ideo parum de ea emitti poteſt. Et
quia ex oppilatione in renibus facta & in emulgentibus aquoſitas notabiliter ſuſcipit
ebullitionem. Ideo quando fertur ad veſicam punctione ſua totiens incitat ipſam ad
expulſionem, quoties fertur ad ipſam, ergo erit frequentia mictus. Et ex illo ſtatim
probatum eſt, vrinas eſſe paucas, ergo mictus in hoc viro erit frequens & paucus. Et
quia ad illius expulſionem contingit vehemens conatus colli veſicæ, ideo hic mictus E
ſtranguricus nominatur, capiendo ſtranguriam pro eo, ꝙ importat frequentem mi-
ctum & guttatim factũ. ¶ At vero & quarto iterũ cognoſci poteſt, hunc dolorẽ eſſe re-
nalem ex accidentibꝰ, q̃ præceſſerunt. Cum enim æger ante mingebat vrinas notabi-
lis quantitatis & craſſas mediocriter arenis, trũbis, lapillis, petaloidibꝰ & crinoidibꝰ
reſolutionibus exiſtentibus in ea: etiam poſt minguntur vrinæ colore, ſubſtantia, e-
lemento aquæ vicinæ, in quibꝰ nullũ p̃dictorum cõtentorũ apparet aut exiguum val-
de, tunc eſt ſignificatio cõpleta ſumpta à nocumento in opationibꝰ membris contin-
gente, ꝙ eſt efficaciſsimũ, eo quia terminus diſcretiuus vel diſtinctiuꝰ, ægritudinũ &
accidentium eſt ſenſibilis læſio in opationibꝰ membri, ſ. ꝓpriis, *ſecundo tegni*. Reliqua
autẽ ſigna coadiuuãtia ad diſpoſitionẽ dolorum renum omittantur, quoniã illa ſunt F
ſolẽniora. ¶ Ad hos etiam dolores renum efficiendos & augmentandos non parum
coadiuuat multitudo ventoſitatum, q̃ rationabiliter in hoc viro multiplicantur pro-
pter augmentum humiditatis in eo ſiue naturaliter inuenta fuerit, ſiue accidentali-
ter multiplicatur ex debilitate renum in tranſmutando materiam ſui alimenti ꝓpriã

hæc

A hęc n. vẽtoſitas in renibꝰ genita vel ad eos aliunde ꝓpulſa cõtineri poteſt intra panni-
culũ renũ & ſuꝑficiẽ cõuexã carnoſitatis eorũ, q̃ ibidẽ multiplicata dolorẽ extenſiuũ
in rene faciet. Et ſi qdẽ genita fuerit ex materia acuitatem habente, velut eſt phleg-
matica ſalſa, tunc ſimiliter fiet dolor extenſiuus & pungitiuꝰ, adeo vt appareat pãni-
culꝰ renũ quaſi terebello ꝑforari vel pũgi. Cuiꝰ etiã ventoſitatis nonnulla pars in con-
cauitate renũ intra colatoriũ ſtãs ibidẽ poteſt efficere dolores iã p̄dictos. Etiã ſi aliqua
eiꝰ pars ꝑ poros vreteres feratur ad veſicã, tam in eis, q̃ in veſica dolores prædictos ef-
ficere poſſet ingentes. ¶ Et ex hoc quidem facile deduci poteſt, quare dolor huius vi-
ri quandoq; alleuiatur aut remouetur per clyſteria carminantia ꝑ ſacculos & reliqua
euaporãtia medicamina, ſi diſcrete applicata fuerint: aliter n. carminãtia nõ raro ſũt
B doloris augmentatiua magis, q̃ ſedatiua. ¶ His quoq; ſuꝑaddẽdum eſt, ꝙ dolores iſtiꝰ
viri 2dũ partẽ aſſignari poſſint in regione circa vmbilicũ, vbi mala complexio ſubito
alteratiua & ventoſitates & materiæ earum cõtineri poſſunt inter lacertoſas partes, q̃
ſunt extremæ quatuor muſculorũ trãſuerſalium & duorum latitudinalium, q̃ omnes
chordoſæ partes crucialiter ſe interſecant, & ibidẽ inuoluuntur, ex quarum conne-
xione tali 2dũ partẽ cõponitur vmbilicus, qui eſt ſicut vmbo in inferiori ventre ſup- *Vmbilicus, unde & ad quid ſit factus.*
poſitꝰ ad eiꝰ defendiculũ, in quibꝰ partibus materię vel ventoſitates retentę aut ſubi-
to alterando aut extendendo dolores in eo efficere poſſunt, vt p̄dictum eſt. Et ex hoc
fundamento ſolui poteſt, quare dolores quandoq; firmantur & fortificantur circa re-
gionem vmbilici. ¶ At vero iterũ, quia dolor iſte reperiri poſſet in inteſtinis, eſt faci-
C le videre ex fundamento p̄dictorũ. Mala n. cõplexio frigida & humida cum materia
mucillaginoſa vitrea inuenta in inteſtino ilion, dolorẽ vehementiſsimum iliacum in
ipſo efficit. Et quia ilion in inteſtinum 2dum magnam partem collocatur in regione
infra vmbilicum, & reuolutiones aliquas habet in dextra parte, pauciores autem ha-
bet in ſiniſtra, q̃ occupat magna pars inteſtini colon. Ideo ꝓpter iſtã cãm apparet pri-
mo, quare dolor iſte multiplicetur in loco ſumimis. ¶ Apparet ſecundo, quare quan-
doq; moleſtet etiã partem dextrã & ſiniſtram minus. ¶ Sequitur tertio declinatio hu-
ius ægritudinis, quoniam ſi fuerit talis, erit ilios nominata cholica fortis. ¶ Quarto;
quod hic dolor etiam extendi poſsit ad inteſtinum colon mala complexione & ma-
teriali cauſa inuentis ibidem. ¶ Ex quorum omnium fundamento ſequitur vlti-
D mo, quod dolor iſtius viri ſit ex dolore renali iliaco & vmbilicali compoſitus, vnde
apparet ex eo, quod non ſit mirabile; ſi moleſtiſsimus ſit hic dolor & ſuſpectus val-
de. Et ſic apparet, quod circa narrationem ſecundam & quæſitum ſpeculari oportu-
erit. Leue enim eſt quæſtiones ponere, difficilimum vero ſoluere: quandoq; ſoluere
vinculum non eſt ignorantis, *Elenchorum primo.*

Oporet autem tertio aliquid ſpeculationis adiungere & non leuiter in eo, quod *Nocumentum digeſtionis & appetitiuæ ſtomachi.*
dictum eſt in narratione tertia. ¶ Nocumentum enim digeſtionis huius viri poteſt
eſſe accidens p̄dictę malæ digeſtionis renum, inteſtinorũ & partium, de quibꝰ dictum
eſt in cap. immediate p̄cedenti, & tunc apparet, quod erit ſatis facilis ipſiꝰ cura, dum
ſtomachi nocumentum in fieri & in conſeruari dependeat à p̄dicta malá cõplexione
E dolorum effectiua cã. Si autem iã firmata fuerit in ſtomacho ſpecies malæ cõplexio-
nis frigidæ & humidæ, tũc oportebit, ꝙ impendatur ei cura, ac ſi fuiſſet p̄cedens dolo-
res illos, & tunc oportebit cõſiderare ſpeciem nocumenti, q̃ ꝓuenit ab ea. Aut n. ab
ea fit digeſtio corrupta, aut diminuta; aut vtraq; ſimiliter. ¶ Tunc ergo diminuta
digeſtio perpendetur, propterea quia corpus macreſiet & non bene nutrietur à ma-
teria ſemidigeſta. ¶ Secundo quia pars cibi non bene digeſti deponetur à ſtomacho
tanq̃ eius grauatiua, & fiet ſpecies deſcenſus ſeu fluxus lienterici. ¶ Et tertium ſignũ
erit faſtidium, abominatio & ſtomachi ſubuerſio, quaſi continua ꝓueniens à phleg-
mate in ſtomacho multiplicato per viam indigeſtionis. ¶ Et quarto etiam ſenſu tactꝰ
percipitur frigiditas & lenitio ſtomachi. ¶ Et adhuc quinto erit in ſtomacho ciborũ
F nõ bene digeſtorũ localis motus nunc ad ſurſum & deorſum & ad varias differentias
poſitionis, cũ cibũ ipſum nõ bene amplectetur ſtomachꝰ, & in fundo eiꝰ aggregatum
non detineat. ¶ Si autem ad hanc ſpeciem malæ complexionis frigidæ adeo inten-
ſa ſequatur læſio, vt cibus corrũpatur in eo, tunc aut ꝑcipietur extenſio in ſtomacho
cũ fumoſa eructatione & parũ fœtida, & erit ſignũ corruptionis putredinalis ciborũ
in ſtomacho. ¶ Aut ſẽtietur in ore eiꝰ acetoſitas, põticitas vel acredo, & erit corruptio
ciborũ à frigiditate facta. Aut ſentietur in ſtomacho dolor, inflãmatio, pũctio, & mor-

dicatio, & erit ſignum extraneæ caliditatis in ſtomacho per accidēs generatæ. Et iſtæ ſunt ſpecies nocumenti digeſtionis, quæ omnes in hoc viro accidere poſſunt, ſi bene & diligenter conſideretur. A

Cauſæ ſtipticitatis. Alterius autem accidentis, ſ. ſtipticitatis ventris cauſæ aſſignari poſſunt. ¶ Et primo debilitas virtutis expulſiuæ & inteſtinorum, propter quā longo tempore fæces indurantur, & ꝓprie in inteſtino ilion propter longitudinem ſuam, vel inteſtino orbo vel cęco ꝓpter tortuoſitatem. Lōgo ergo tempore retentæ fæces in inteſtinis tandem exiccantur ab earum humiditate & in ſquiballas conuertuntur. ¶ Aut ſtipticitatis cauſa poteſt eſſe vehemens exiccatio humiditatis, quæ contineri ſolet in glandoſis carnibus meſenterij gratia lenitionis inteſtinorum & fæcum. ¶ Et hoc quidem cognoſcetur ꝑ extenuationem magnam inteſtinorū. Igitur quādoq; apparebit mirach adhærere ſpinæ ſicut præcedens ventris ſtipticitas per contrariū cognoſcitur ꝑ multam humiditatem & mollitiē excludentes extenuationem. ¶ Et tertia cauſa huius ſtipticitatis aſſignari poteſt ꝓpter malam diſpoſitionem renum, quæ aſſociat ſibi dyſuriam vel frequentiam mictus. Vna enim euacuatio frequenter minorat alteram diſtrahēdo materiā, teſte Hippocr. *ſect. 3. aph. 83.* vbi inqt: *vrina noctu multa facta modicū ſeceſſum ſignificat.* Et credo ego iſtam cauſam & primam efficere ſtipticitatem ventris in hoc viro. ¶ Ex quibus omnibus apparet poſſe intelligi ſigna huius variæ ſtipticitatis. ¶ Apparet ſecundo rationabiliter eſſe concedendum hanc ſtipticitatem eſſe magnam cauſam repletionis ſtomachi, renum & epatis huius viri. ¶ Tertio materias multas ꝓpter hanc ſtipticitatem in toto capite & pectore multiplicari poſſe. ¶ Ex quibus vltimo ſequitur, quod ſicut hæc ſtipticitas eſt horum accidentium cauſa magna, ita ventris mollities congrua eſt cauſa minorationis eorum. (B, C)

Reſtrictio hæmorrhoidum. De tertio vero accidente, cuius fit mentio in hac narratione tertia, etiam aliquid conſiderandum & concedendum eſt, quod reſtrictio hęmorrhiodarum, quæ fluere ſolebant, nedum horum accidentium in renibus, in ſtomacho, pectore & capite venientium poteſt eſſe cauſa, immo potentiſsima valde. Cum enim hæmorrhoides in humano corpore inuentæ ſint ad euacuandū ſuꝑfluitates melācholicas & craſſas, & omnes alias in corpore abundantes, oportet neceſſario concedere, quod per earum euacuationē congruam corpus præſeruetur ab euentu plurimarum ægritudinum, imò & frequenter curātur ab eis, cum præfuerint. ergo earum retentio erit cauſa earum, vt dictum eſt. Et colliguntur hi ſermones *ſeptima tertij cap. ſecundo, & à Gal. comm. aph. 12. ſect. 6.* vbi ſcribit Hippocr. *hæmorrhoidas ſananti antiquas, &c.* & pluries alibi. Et iterum licet in homine non pręfuerint hæmorrhoides vnq̄ tamen cholericis ſignificationibus multiplicationis materierū melancholicarum & plurium aliarum & maxime, quanpo apdaret in ſphinctere ponderoſitas grauis & in ſpina dolor extenſiuus & aggrauatiuus totius corporis ponderoſitas & in vtroq; hypochondrio tumor, tēſio & grauitas: & ſplenis augmentum & acredo oris & cōſimilia accidentia, tamen (vt iā apparet) neceſſarium eſt cōcludere apertionem hæmorrhoidarum opportunā eſſe. Vnde ex hoc colligitur, ꝙ rectum fuit iudicium eorum, qui crediderunt magnā partē ægritudinis hui⁹ viri originē cōtrahere ex hæmorrhoidarū cōſtrictione ꝑdicta: ꝓpter quid vero exiſtente inſtantia reumatiſmorū & ꝑfocationis hic vir incurrat alleuiationem ex aſſumpto cibo videbitur in ſequenti cap. ¶ Hæc igitur in ſuma ſunt ſpeculabilia, q̄ oportebat enarrare in declaratione ægritudinum & accidentium q̄ plurimorū, q̄ ab hoc viro accurate multū narrata fuerūt vt apparuit. Vndeq; a ęgritudines ꝑſcriptæ & accidētia q̄ plurima ſunt & difficilia: in eligēdo regimine ipſi conueniens ſubiungentur cap. duo. In quorum primo fiet ſermo de regimine ipſi opportuno per res non naturales, ſecundo vero per medicinales. Sectio ſecunda continens capitula ſex do regimine dictarum diſpoſitionum per ſex res non naturales. (D, E)

CAP. I. ¶ *De aere & illi annexis.*

PRo executione igitur & complemento cap. primi pręmittēdum primo, ꝙ q̄a ægritudines iſtius viri vt multū pendent à mala complexione frigida & humida partium prædictarum: Ideo omnium rerum non naturalium regimen ſuſtentari debet ſuper his, quæ applicatione ipſorum effectiue calefaciant, & aperiant mediocriter, fortius autē exiccando, ſubtiliando & abſtergendo procedant. ¶ Vnde F

eligatur

A eligatur ei aer, in quo camera & locus habitabilis quilibet ad caliditatem & ſiccitatē,
notabiliter inclinetur: immo etiam in æſtate. Si n. cum humectātibus regeretur, fa-
cile ad paralyſin, cœcitatem, ſtomachi apoſtema & hydropen duceretur. ¶ Et ſi aer
cameræ ſuæ nō eſſet naturaliter talis, artificietur cum ſtuffa ſic, aut ſuffumigationib⁹
cū carbonibus longo tempore extra camerā ignitis. Deinde in camera poſitis ſuper-
aſpergēdo aliquid ex puluere harū medicinarum, vel aliquorum, vt ligni al. ſanda-
racæ, laudani, reſinæ ſiccæ colophoniæ, thuris, ſtyra, calami, vel ſimilium. Item fi-
ant in camera ignes magni cum lignis iuniperi, lauri, tamariſci & ſimilium. ¶ Ve-
ſtes eius calidæ ſint pellibus vulpinis vel agninis munitæ, & caput eius omnino be-
ne tectum teneatur pileolum de grana dorſis variorum bene ſuffultus, & attendat q
B ſuper ſtomacho ſuo ſemꝑ portet plumaceolum pluma aut pilis leporis vel melius pi-
lis variorū plenum, quod & tota nocte amplexatum tenere debet. ¶ Omnino itaq;
camera ſua ſit ſedula ab aquis, humiditatibus, flatu venti humidi & nebuloſi.

Cap. II. *De cibis & potibus.*

Cibus & potus ipſi cōuenientes in ſuis qualitatibus ad caliditatē & ſiccitatem
debent notabiliter inclinari, magis tamen ad ſiccitatē naturaliter vel artifi- *Regula circa cibum & potum.*
cialiter, q̄ ad caliditatem. Credo n. epar eius calidum eſſe notabiliter. In cibis
igitur obſeruentur hæ regulæ. ¶ Prima, nunq̄ comedendum eſt, niſi vera fames acci- 1.
C derit. Patet q̄a ſi comedatur ſine appetitu, ſignum eſt cibū pꝛ̄aſſumptū nō eſſe digeſtū,
quare crudū accipitur ſuꝑ crudo. Item ſi accipiatur cib⁹ cum appetitu, nō augmenta-
tur illius cā ſ. repletio: nec ſequitur debilitas in ſtomacho maior. ¶ Secunda regula 2.
eſt: nō tardetur comeſtio, dum ver⁹ appetitus euenerit, patet quia tolerare famē ſto-
machum putridis replet humoribus, nullum cibariū accipiatur frigidum actu vel po-
tentia. Probatur indicatione ſumpta à lapſu & materia. ¶ Tertia, dum eſt intenſus ap- 3.
petitus, nunquā comedendum eſt vſq; ad ſaturitatem, immo reliquijs famis adhuc in
ſtomacho remanentibus: patet: quia tunc augerentur lapſus & materia ei⁹. ¶ Quar-
ta nunquam comedatis, niſi poſtq̄ ſenſeritis cibum à ſtomacho ad inteſtina deſcen- 4.
diſſe: & in hoc conſiderandū eſt tempus ita, q inter prandium & cœnam cadant ho-
ræ ad minus octo. ¶ Quinta nunq̄ comedendum eſt, dum ſentitur in ſtomacho faſti-
D dium: patet: quia generat duritiē epatis & ſplenis & morbos melancholicos & phleg- 5.
maticos, *tertia primi.* ¶ Sexta, cibaria ſubtilia præ craſsis ſemper accipiēda ſunt, qui ve-
ro ſubtiles & craſsi ſint, infra videbitur. ¶ Septima, menſura quantitatis cibis talis ex- 6.
iſtat, q̄ ſtomachū nō grauet, & ita de potu: deterior n. comeſtio eſt, q̄ ſtomachi gra- 7.
uitatē facit, ſicut deterior pot⁹, qui tempamentū egreditur in ſtomacho natat. ¶ O-
ctaua & vltima, dū ſentitur ſtomachi grauitas, abſtinendum eſt à cibo, donec ſequa- 8.
tur leuitas, & ſi ꝑcipitur debilitas in ſtomacho, nō repleatur cibis, etiā ſi adhuc eſſent
neceſſarij, immo partiendi ſunt: vt quantitas, q̄ vna vice cauſa reſtaurationis & appe-
titus videretur eſſe conueniens, in duas vel tres diuidatur partes, vt virtus ipſam me-
E lius digerere valeat, hæc omnia legantur *tertia primi, de regimine eius, quod comeditur, & quarto Almanſ. 4. cap. & quinto continentis primo cap.*

Eligatur igitur de frumento mundo bonæ meſsis panis modicum opyrus. i. furfu-
raceus ſaltem hyemali & vernali tempore factus. Æſtate vero & autumno ſit de pura
ſimila. i. polinæ farinæ. Eſt enim hic panis leuior digeſtioni, q̄ alius. ¶ Placet etiam *Panis.*
mihi, niſi ventris conſtipatio contradicat, vt ſæpe ante cibū & poſt, vtamini bis cocto
cum puluere modico aniſi facto. Quicunq; tamen panis exiſtat, ſit optime pinſatus &
bene coctus & fermentatus, & communi pane ſalitior modicum bene cruſtatus. Vi-
tetur tamen ex eo repletio & ſit trium dierum ad plus, antiquus autem & azymus &
valde aſſatus euitetur.

De carnibus autē primo quorum animalium, ſecūdo quæ de numero partiū. Ter- *Carnes.*
F tio quis ꝑparandi modus cōuenientior exiſtat, explicabitur. ¶ In domeſticis quadru-
pedibus conueniunt ei vituli lactantes, aut annuales. Item conueniunt capreti non
multū natiuitati propinqui. Item caſtratinę carnes licet rarius, agninæ vero, bouinæ,
porcinę & ouinæ fugiantur: licet quandoq; comedere poſsit ex carnibus macris ſyl-
ueſtris porci. Carnes autem porcinæ macræ ſunt illi vtiles, non ſemper tamen &

in quantitate non multa. ¶ De quadrupedibus ſylueſtribꝰ conueniunt optimæ car- A
nes capriolinæ, ipſæ n. inter ſylueſtres carnes meliores exiſtūt, & ſanguis ex eis gene-
ratꝰ paucas habet ſuperfluitates, *3. Almanſ. 32.* cap. Caro etiam leporis conuenit. Nam
etſi generet ſanguinē melācholicū, tamen quia ſiccitate aduerſatur multiplicationi
phlegmatis, & hoc ſolū cum p̄paratur cum piperata, tunc n. additur ei caliditas natu-
raliter, aut nō ita cōtrariatur phlegmati, quia non calida. Auicen. tamen *2. can.* ponit
ipſam calidā & ſiccā; quare in vtraq; qualitate contrariatur generationi phlegmatis.
Caro autē cuniculi & ericij dimittatur. ¶ De volatilibus domeſticis conueniunt pulli
non valde parui, capones, gallinæ. Caro namq; gallinarū eſt melior omni alia carne: *4.*
continentis: ſimplici 669. ¶ Cōueniunt etiā optimæ carnes colūborū domeſticorū & ſyl-
ueſtrium iuuenum non pfecte pennatorū bene coctæ, & poſt mortem aliqualiter ſer- B
uatæ. Pulli n. colūborum dantur in cibo illi, cuiꝰ corpꝰ euacuatū fuit, aut ſanguine aut
infrigidatū ex longo morbo: vt *4. continentis* vbi ſupra. Caro etiā pauonis iuuenis cō-
uenire poteſt, licet dura ſit & tardæ digeſtionis, vt *4. continentis ibi.* Anſeres & Anates
dimittantur, niſi raro valde & aſſatæ potius, quam elixæ. Caro enim anatis multas
ſupfluitates & faſtidiū multum generat. *tertio Almanſ. cap. 39.* ¶ De ſylueſtribꝰ volatili-
bꝰ eligātur carnes ſtarnæ & cortunicis: ponuntur etiam laudabiliores inter carnes vo-
latilium. *2. Almanſ. cap. 43.* Caro vero perdicū, quia ad caliditatem & ſiccitatem decli-
nat: ideo vtilis eſt. Auget n. ſanguinē valde & cōueniens eſt, ſi ea vtatur cōualeſcens,
cuiꝰ fuit corpꝰ infrigidatū & ſanguis diminutꝰ, *23. continentis allegato cap. in fine.* Carnes
phaſiani ad perdicum naturam fere inclinantur, & ideo bonæ ſunt: et meliores car- C
ne pullorum; *ſecundo canon.* ¶ Aues minutę in dumetis vel nemoribus degentes vtiles
ſunt: vt turdi, meruli, fringillæ, cardueles, philomenæ, ficedulæ, alaudę, caudæ tre-
mulæ & paſſeres, omnes n. nutrimentum exiccationi paratum exhibēt. Stornelli ve-
ro, hirundines, picæ & picus non ſunt in vſu. Caro vero quatulæ vel ortiginis dimit-
tatur: quia remollit ſtomachum & nauſeare facit.

Piſces. Quia vero ꝓpter legis reuerētiam nō licet ſemp comedere carnes: Ideo de piſcibꝰ
dicendum. p̄mittendo primo, ꝙ nullꝰ piſcis vſꝰ tibi conuenire videatur. Si qui tamē
concedātur, minꝰ mali ſunt iſti, tamen raro accipiantur, vt varioli, marſiones, oradæ,
torrentinæ, ſterliones, temali, carpiones, lucij, capedani, rūbi, menulæ & ſimiles o-
mnes ſolidarum carniū, viſcoſitate & humiditate multa priuati. Meliores tamē erunt D
oleo oliuarum cum petroſelino, millefolio & mentha, frixi, q̃ elixi & ſalſi, q̃ econtra.
Anguillæ vero, tinchæ, reginæ, cephali, geones & omnes craſſarum & mollium carni-
um dimittantur, vt & cancri fluuiales: marini vero cancri minꝰ mali forent.

Lac. Lactis vſꝰ nullo modo vtilis eſt, ſimiliter ſerū. Caſeꝰ recens pinguis & mollis dimit-
tatur, & lacticinia cibaria omnia. Lac n. ꝓpter declinationem ad frigꝰ aliquod nocet
phlegmaticis, quoniā caliditas eorum nō conuertit ipſum ad ſanguinem ſicut opor-
tet 2do *can. & proprio cap. in areola oculi.* Lac facit euenire tenebroſitatē viſꝰ & caliginē.

Oua. Oua vero quia ad qualitatem tendunt, vtilia ſunt maxime trementia & mollia in
aqua vel ſuper cineribꝰ cocta, frixa vero & valde dura difficulter digeruntur.

Legumina. De leguminibꝰ vero dicendum, ꝙ nō multum in vſu habeantur, verum ciceribus E
rub. vti poteſt. licet n. cicer ſit inflatiuū, eſt tamē cōueniēter nutritiuum, aperitiuum
& lauatiuum, & non comedatur in principio, neq; in fine cibi, ſed in medio. *2. can. pri-*
mo cap. ¶ Panico etiā vti poteſt: licet n. ſit frigidum in primo, & ſiccum in ſecundo:
Ipſum tamē parum nutrit ꝓpter ſuam lenitatem & ſiccitatē, & ꝓuocat vrinam. *21. cō-*
tinentis ſimplici 199. ¶ Laudo etiā oryzā: eſt n. calida in primo, ſic & in 2do. *23. cōtinentis*
cap. 126. & cōueniēter nutrit & exiccat, & habet aliquā ſtipticitatē, vt *8. ſimpl. proprio cap.*

Olera. ¶ Alia vero legumina, vt fabę, phaſeoli, lētes, alba cicera, piſa tāq̃ difficilia digeſtioni,
ventoſa & oppilatiua dimittantur. Ex oleribꝰ vero cōueniunt omnia calida & ſicca
aromatica, leuē ſtipticitatem habentia & apitiua viarum vrinæ materiam diuerten-
tia mediocriter, tamen apitiua eſſe debent, ꝓpter renum laſsitudinem & debilitatē, F
eorum vero aptio, licet ratione gradus fortis frequenter exiſtat, parua quantitate
minui poteſt. ¶ Ex quibus conueniens eſt ſaluia; de qua licet non fecerit Auicenna
cap. ponitur tamen calida & ſicca vt colligi poteſt ex Dioſco. cap. *de elilisfago.* & à
Gal. in libro dianimidiorum de his, quæ calefaciunt in primo gradu. Et in aggrega-
tore Sarap. *ſimpl. 149.* ponitur inter medicinas calidas & ſiccas in ſecundo gradu, &

dicit

A dicit, quod ſit calida caliditate manifeſta & parum ſtyptica. De hac planta moderniores plura dicunt ad ęgritudines neruorum, licet non inueniatur de ea aliquid fere ab auctoribus ſcriptum, vti tamen poteſt ea. ¶ Conuenit etiam vſus fœniculi propter prouocationem vrinæ, quæ diuertit aquoſitates a ſtomacho, & propter iuuamentum magnum, ꝙ præbet, non excedat tamen in vſu eius, ne multum inflammetur. Nam eſt cal. in tertio, & ſic. in primo, *8. ſimpl. med.* licet Auic. ponat ipſum in primo gradu caliditatis & in ſecundo ſiccitatis. Conueniens tamen apud plurimos eſt ſtomacho. Ruffus tamen ſcripſit, ꝙ noceat ſtomacho attrahendo ad ipſum materias acutas aliunde, ſed intellexit de apio, ſi bene conſideret litera Auic. 2. *can. cap. de apio.* Nam petroſelinum eſt ſpecies apii, & de eo fit ſermo ſimul cum cap. de apio, vt patet *2. can. proprio cap. & 8. ſimplic. allegat. cap. & 23. con-*
B *tinentis c. 649.* & a Serap. *ſimpl. 274.* ¶ Menthæ vero vſus ſit in cibis, eſt enim calida & ſicca in ſecundo, confortat ſtomachum & calefacit ipſum, ſedat ſingultum & digerit, & prohibet vomitum phlegmaticum, *ſecundo can. proprio cap. Item 23. continentis ſimplic. 732.* ¶ Serpillum etiam conueniens eſt ſui caliditate & ſiccitate, & quia prouocat vrinam, aromaticitate etiam ſua ſtomacho conueniens eſt. Et numerat ipſum Serap. inter medicinas calidas & ſiccas in tertio. Auic. tamen dicit eſſe calidũ & ſiccum in ſecundo, vt patet *c. de nemen.* ¶ Laudo etiam roſmarinum, quia calid. & ſic. in tertio, vt Serap. *cap. de ſagetai marina*, & conueniens eſt capiti & oculis. ¶ Maiorana eſt vtilis, quia calefacit & deſiccat in tertio, & habet vim attenuatiuam & diſſolutiuuam, *vt 8. de ſimpl. medicina colligitur:* aperit etiam oppilationes cerebri ex doloribus capitis & phlegmate & a ventoſitate euenientib.
C *vt ſecundo canon. colligitur in areola capitis.* ¶ Baſiliconem iterum caryophyllatum dico tibi conuenire. Eſt enim calidum & ſiccum in ſecundo, vt Serapio *capit. de beregemſif.* ¶ Lactucam, endiuiam, ſpinachiam, naſturtium, ſenetiones & reliquas herbas frigidas & humidas in fontibus vel aquis aliis degentes euitare debet. ¶ Anetum vero, quia calidum eſt in gradu ſecundo longo, aut in tertio breui, & ſiccum in ſecundo, in principio, aut in primo in fine, vt *9. ſimplic.* quia tamen maturatiuum eſt humorum frigidorum, ſedatiuum, & carminatiuum, *ſecundo canon.* ideo conuenit. ¶ Betæ compoſitarum ſunt virtutum. Nam betæ coloris opaci, cum quibuſdam maculis rubeis, declinant ad caliditatem & ſiccitatem. Albæ vero ad frigiditatem & humiditatem. Quia tamen in omnibus eſt aqueitas cum nitroſitate quadam, ideoq; lenitiuæ vel ſolutiuæ leuiter
D oppilationũ epatis aperitiuæ, vti poteſt eis, & ꝓprie cum petroſelino. ¶ Caules vero, quia calidi ſunt in primo, ſicci in ſecundo, conueniunt. Et primo, quia maturant, leniunt, deſiccant & prouocant, licet *ſecundo canon. 23. continentis capit. 651.* ſcribatur auctoritate Gal. & Bimaſii, ꝙ ſanguis eius ſit malus & horribilis odoris, intelligitur, quando ſunt multum cocti. ¶ Boragine vti poteſt, ponitur enim inter ſpecies bugloſſæ, quæ temperata eſt. De boragine autem pauci ſcripſerunt, & Auic. nihil. ¶ Cherefolium etiam ſtomachale, aperitiuum & ſubtiliatiuum eſt: ideo placet.

Ex radicibus vero vti poteſt, quandoq; raphano, quia calidus eſt in primo, humidus in ſecundo, aperitiuus, diſſolutiuus phlegmatis, per vrinam eductiuus. Melius *Radices.*
E tamen eſt ipſum comedere poſt cibum. Et folia eius meliora ſunt, quam radix. ¶ Bulbus vero ſunt cæpæ paruæ, quæ comeduntur, dictus ſcalonia, non nocet ſtomacho, & facit digeri: Ideo eſt bonus quandoq;, tamen raro. ¶ Allium autem rationabili iudicio confert, cum ſit calidum & ſiccum in tertio, licet habeat humiditatem ſuperfluam, tamen, quia eſt aperitiuum, inciſiuum & ſubtiliatiuum, eſt tibi vtile. Melius tamen eſt coctum, & ſaccharo vel melle & aceto conditum. ¶ Cæpæ calidæ ſunt in tertio, & habent multam ſuperfluitatem. Ideo raro vti poteſtis cum aceto & oleo. ¶ Porrum iterum licet ſit calidum & ſiccum in tertio, quia tamẽ nocet viſui & ſtomacho, ideo dimittatur. Si tamen quandoq; aliquid ex eo vultis comedere, comedatis cum melle. ¶ Rapę â quia ſuperfluam humiditatem habẽt, & difficilis digeſtionis exſiſtunt, ideo non laudãtur. Democritus namq; damnauit eas, tanquam corpori nociuas & inflationis excitati-
F uas, licet Diocles & Dionyſius oppoſitum ſentiant, conditæ tamen, ſecundum vſum conuenire poſſunt. ¶ Carotis autem, quia calidæ, aperitiuæ & conuenienter præcipitatiuæ, phlegmatis, vti poteſtis. ¶ Aſparagis etiam ſuis temporibus vtamini propter cauſſas notas. Oliuæ etiam placent mihi conuenienter conditæ propter caliditatem & ſiccitatem, apertionem & confortationem, ꝗ acquiſiuerũt ex cõdientib. licet per ſe ſint

difficilis digeſtionis. ¶ Cappares vero cum ſint aperitiui, reſolutiui, abſterſiui & phle- A
gmatis eductiui multum placent, etiã, quia calidi & ſicci in ſecundo, & capiti, ſtomacho
Fructus. & neruis vtiles. ¶ Ex fructibus vero euitentur omnes frigidi & humidi. ¶ Ceraſa igitur, quia frigida & humida, omnia euitentur: licet in eis virtus diuerſificetur non parum: nam dulcia ſtomacho ſunt nociua, ſed ventris lenitiua magis, acria vero ſtomacho ſunt vtilia & phlegmatis inciſiua, & ventris conſtrictiua magis, *vt Raſis primo capit. auctoritate Gal. dixit.* ¶ Perſica licet ſint ſtomacho bona, & cibi appetitum excitantia, vt Auicenn. *ſecundo canon.* quia tamen frigida ſunt in primo & humida in ſecundo non mihi placent, raro tamen accipi poterunt ante cibum.

Iudicium in pomis quantumcunque maturis eſt diuerſum. ¶ Quæ enim valde B
dulcia ſunt, ad caliditatem declinant: Ideo ea quandoque poteſtis accipere, & proprie cum fuerint bene ſolida. Acria vero vel pontica, & vniuerſaliter omnia dimittantur, aſſiduatio enim comeſtionis eorum facit euenire dolorem neruorum, *ſecundo canon.* ¶ Pyra autem ex partibus diuerſis aqueis & terreis cum ſint compoſita, diuerſitatem complexionis accipiunt. Nam propter terreſtrem partem ad frigiditatem, propter aqueam vero ad æqualitatem inclinantur, vt Galen. *octauo ſimplic.* In ſumma igitur frigida in primo, ſicca in ſecundo, vt *23. continentis ſimplici 620. auctoritate Bimaſii*, eis autem quandoque vti poteſtis, maxime cum fuerint bene dulcia & cocta, & in prunis cum aniſo & fœniculo meliora ſunt, quam elixa & cruda. ¶ Auellana iterum licet ex parte qualitatum conuenire tibi videatur, quia calida & ſicca eſt in primo, non debet eſſe in multo vſu. Nam euertit ſtomachum, & eſt tardę digeſtionis. Si tamen acci- C
peretis eam leuiter in primis torrefactam, non multum vituperabilis eſt. Exiſtimauit enim Hippocrates, ipſam efficere augmentum in cerebro. Amygdalæ autem, quia æqualitati in calore ſunt vicinæ humidiores, quam calidæ, cum ſint boni nutrimenti, & conuenienter abſterſiuæ & aperitiuæ, laudantur. ¶ Ficus vero ſiccæ calidæ ſunt in primo, ſiccæ, in principio ſecundi, meliores itaq; ſunt aliis fructibus, & proprie albæ & citrinæ, & bene maturæ, ſunt enim ſtomacho, epati, renibus & ſpleni vtiles, aperiendo, abſtergendo & mundificando. Nam in eis lenificatio vltima & nutricatio maior eſt, quam in aliis fructibus *ſecundo canon.* humidæ vero vel recentes magis nutritiuæ ſunt, quam ſiccæ, non tamen ſtomacho ita laudabiles, ſicut ſiccæ, quæ recentes non conueniunt ei, niſi fuerint collectæ per quatuor dies ante ad minus, & tunc poſſunt ei D
concedi poſt cibum. ¶ Paſſulæ vero, quia ſtomacho, epati & pectori conuenientes ſunt & boni nutrimenti: ideo laudantur, quocunque modo ſumantur, & numerantur a pluribus inter ea, quæ ſunt æqualia, aut ad caliditatem & ſiccitatem parumper inclinata. ¶ Amplius nuces, licet inter medicinas calidas & ſiccas ponantur, videntur tibi vtiles. Verum, quia ſunt ſtomacho in digerendo graues, pectori & capiti nociuæ: ideo dimittantur. ¶ Caſtanea vero cum ſit frigida & ſicca in primo ſui dulcedine, quæ pauca eſt, parum nutrit, licet Galenus in nutriendo ipſam fere parem frumento dixerit, quia tamen viſcoſum eſt eius nutrimentum & craſſum, ideo dimittatur. ¶ Chryſomela, quæ perſicorum ſpecies, ſunt frigida & humida in ſecundo, quare dimittantur, generant enim febres velocitate putrefactionis eorum. Si tamen quandoq; aſſumantur, poſtea comedatur aniſum. ¶ Grana vero pineæ, quia temperata ſunt ad paruam E
caliditatem declinantia, vtilia ſunt, & proprie cum infunduntur in aqua calida, in qua per noctem remaneant, tunc enim remouetur ab eis acuitas, acrimonia, vnctuoſitas & mordicatio, & efficiuntur optima in virtute nutriendi, & proprie cum condiuntur ad infrigidatos cum melle, & ad calefactos cum ſaccharo albo, vt *ſecundo canon.* colligitur. & per hoc patet, quomodo grana pineæ noceant ſtomacho, *vt 13. tertii, capitulo de rebus nocentibus ſtomacho.* intelligitur enim de non correctis.

De phiſticis autem ſcribitur *canon. ſecundo*, quod calidi ſint in fine ſecundi, & eſt in eis humiditas non limitata ibi, ſed *22. continentis ſimplici 53.* auctoritate Archigenis & Bimaſii ponuntur calida & ſicca in ſecundo. In ſumma igitur tibi vtiles ſunt, aperiunt F
enim meatus nutrimenti, & oppilationes epatis expurgando ipſum & cannales pulmonis. *octauo ſimpl.* colligendum. ¶ Dactyli bene maturi & dulces calidi ſunt in primo, & in ſecunda qualitate diſcordant in eis ſapientes. Serapio namque enumerat eos inter medicinas calidas, & ſiccas in primo. Auicenna vero, *capite de palma* parum

afferr

A affert, imo dicit, præteriiſſe ſermonem de dactylis; ſed in libro meo non inuenio de eis
ca. neq; de dactylis neq; de rothab. ſed *25. Alaui. i. continentis cap. de palma*, inuenitur, quod
dactyli maturi recentes calidi ſint in ſecundo, & humidi in primo auctoritate Bimaſii, 8.
vero de ſimplic. medic. fac. cum hoc, quod abundanter nutriunt, ventrem ſtypticant & infe-
runt punctionem in ore ſtomachi, dolorem capitis faciunt & oppilationes in epate, &
ſplene, quare relinquantur, niſi raro valde & poſt cibum. ¶ Iuiubæ vero frigidæ ſunt in
primo, temperatæ in humiditate & ſiccitate, & dixit de eis Gale. non reperiri iuiubas in
conſeruanda ſanitate & ægritudine remouenda aliquid operantes, ſed reperiri eas diffi-
cilis digeſtionis & pauci nutrimenti, & ſunt etiam malę ſtomacho, quare dimittantur, li-
cet in eorum gradu diſcordia nõ pauca inueniat. ¶ Mora bene matura dulcia ſunt. Ideo
B ad caliditatem declinant & humiditatem, quia ſtomacho tamen nocent, & in eo facile
corrumpuntur, renuenda ſunt, illa vero, quæ non bene matura, ſunt frigida & ſicca. Et
quandoq; ex eis accipere poteſtis propter confortationem, quam faciunt; omnia tamẽ
ante cibum accipiantur. ¶ Granata iterũ trium ſunt ſpecierum, videlicet dulcia, quæ fri-
gida ſunt & humida in primo, acria vero frigida ſunt & ſicca in ſecundo. Et muza, quæ
medium iudicii accipiunt inter ea. Dulcia vero laudantur, & ſunt ſtomacho conuenien-
tia propter id, quod eſt in ipſis de ſtipticitate ſubtili, acetoſa vero nocent ſtomacho,
Ideo renuantur. Et ita ſatis de cibis dixiſſe videor.

De condimentis vero laudantur fercula ex dulci & acetoſo compoſita omnia, vt Condimẽta.
zinzibere, aniſo, fœniculo, petroſel. croco, cinamomo, nuce muſcata, & mace con-
C fecta. Sinapi etiam placet mihi, quia cerebrale & ſtomachale eſt. Salſa ex petroſ. men-
tha, ſerpillo & aceto compoſita eſt valde vtilis. Condimentum etiam ex nucibus, mi-
ca panis, fœniculo, allio cocto factum alleata dictum eſt vtile. Et in ſumma ſapor o-
mnis ad calidum & ſiccum inclinatus confectus cum ſaccharo vel melle eſt laudandus,
licet mihi placeant magis condimenta mellita, quam ſaccharata. ¶ Adhuc etiam o-
lei oliuarum vſus eſt laudabilior, quam butyri vel olei de nucibus. Oleum namq; oli-
uarum bene maturatum eſt calidum in principio primi & humidum in primo. Humi-
dius tamen quam calidum. Oleum autem nucum calidum eſt in ſecundo, humidum in
primo. ¶ Mel vero, quia tibi laudatum, eſt calidum & ſiccum in ſecundo, & eius vſus
omnino confert. ¶ Laudarem etiam conuenienter aquam mellis, & proprie ſi coque-
D retur cum modico ameos, aqua enim mellis confortat ſtomachum, & facit appetere
cibum, *ſecundo canon.* poteſt autem fieri taliter. *℞. aquæ fontis vel fluuii lib. x. ameos ℥ j. co-* Aqua mellis.
quatur aqua in vaſe lapideo, vt cadat quinta pars, poſtea adde mellis ſubalbidi lib. j. coquatur mel,
& diſpumetur & coletur iterum vſque ad quintam intellige. ¶ Saccharo etiam quouis modo
vti potes: Licet non ita exſiccet & confortet ſtomachum, eſt enim calidum in fine
primi, & ſiccum in ſecundo, confert ſtomacho, & abſtergit eius phlegma. ¶ Species
autem, quibus poſſunt condiri cibaria, ſunt piper nigrum, album & longum, cinamo-
mum ſubtile & craſſum, macis, caryoph. nux muſcata zinzib. crocus, cardamomum,
maius & minus, galanga, carui, cyminum, fœniculus, petroſel. ameos, mentha, ori-
ganum, ſerpillum, calamentum & ſimilia.

E De carnibus autem animalium ex parte membrorum diſtinctis dicendum, quod Carnes.
euitandus vſus omnium partium difficilis digeſtionis, quarum nutrimentum eſt craſ-
ſum, vt ventris, cordis, cutis, neruorum, ſplenis & viſcerum. ¶ Et quarum nutri-
mentum eſt nauſeatiuum & mollificatiuum ſtomachi, vt cerebri, pulmonis & ſimi-
lium, & ventoſum, nauſeatiuum, vt pinguedinis, medullæ, mamillarum, ſecundo,
quia omnium animalium anteriora digeſtionis ſunt leuioris & calidiora, poſteriora au-
tem econtra. Meliores igitur animalium partes ſunt carnes rubeæ ſolidæ ſine pingue-
dine, aut paucæ pinguedini commixtæ, & proprie his non multum neruoſis exeunti-
bus, talis enim caro melius inter cæteras exhibet nutrimentum. Et primo cum fuerit
ex alis vel coxis elixa in mane, & aſſata in ſero, frixa vero caro dimittatur omnino. Ca-
F ro vero in veru & ſuper craticulas cocta omnino vtilis eſt. Similiter caro ſalſa in pauca
quantitate. Caro conſeruata, condita ſpeciebus eſt tibi optima medicina, vt mo-
rioli, farcyminum & laudutulorum. Tales enim prius in mortario cum ſpeciebus con-
ditæ & exſiccatæ laudabile tibi nutrimentum præſtabunt.

Deinceps autem de vino dicendum. Vinum debet eſſe album, diaphanum, ſub- Potus.

ciliatiuum & exſiccatiuum, ſapore vero dulce, & nullo modo ponticum vel acre. Et ſi A
ad aliquid horum inclinari deberet, melius eſt ipſum ad aliqualem dulcem, quam acrē & ponticum ſaporem vicinare. Sit etiam virtute fumoſum magis, quam aquoſum, quod tamen omnino conſulo commiſcendum eſſe aqua chalybeata, & eſt, vt accipiantur aquæ libr. 20. & extinguatur in ea quater vel quinquies fruſtum ignitum chalybis bene mundi, & a limatura & à rubigine quantitatis ſemiſſis, & iterum hæc aqua coquatur, & ea vtamini. Eſt enim mihi magnum ſecretum viſum in curatione malæ complexionis frigidæ & humidæ materialis ſtomachi. ¶ Omnino etiam placeret mihi, vt dimiſſo vino vtaris aqua mellis ſuperius deſcripta. Et ſi ipſam cum chalybe artificiares, melius eſſet. Et hæc de cibis & potibus dicta ſufficiant.

Aqua chalybeata quomodo conficienda.

CAP. III. *De exercitio.* B

PRo exercitio maxime ieiuno corpore facto ſumme laudo pedeſtre temperatum in fortitudine ſuper excedens magis longitudine temporis. Equeſtre etiam exercitium placet ſuper gradario & commodo equo factum. ¶ Si autem virtutis debilitas exercitio reſiſteret, fiant ſæpe prius fricationes pedibus & cruribus: deinde natibus & ſpatulis, & brachiis, vſque ad rubedinem membrorum. ¶ Quies autem a motibus corporis & animi omnino fiat poſt aſſumtum cibum, vſque ad completam digeſtionem.

CAP. IV. *De inanitione & repletione.*

INANITIONEM multam euitare debes, & maxime propter lienteriam, quę C
tuæ diſpoſitioni multum parata eſt accidere, ſed ſi contingeret, quia dubitabile eſt, prouideatur primo deglutiendo omni mane grana quatuor maſticis claræ. Item accipiendo coriandrum confectum ſemper ante cibum. Item diacitonitem cum maſtice & mace optimum eſt. ℞. *minæ cydoniorum vnc. j. pulueris coral. rub. drachm. ß. thuris minuti ſcrupul. ß. miſce & accipiatur in mane.* Hoc eſt de expertis meis. ¶ Repletionem autem ſtomachi omnino euites, immo reliquiæ famis ſemper diligantur aliquales poſt cibum. ¶ Cum autem contigerit plenum eſſe prouideatur ei cum ieiunio vnius diei: aut cum his, quæ minorando euacuant: vt infra prima curationis intentione videbitur.

CAP. V. *De ſomno & vigilia.* D

VIGILIAS etiam multas euitare oportet. licet enim propter exiccationem, quæ ſequitur ad eas, viderentur conuenire: tamen propter debilitatem, quæ conſequitur ſpirituum reſolutionem in eis factam, valde nocent. vigilandum eſt igitur in die tota aut fere tota, dormiendum tamen in nocte ſemper: & in die nequaquam, niſi propter debilitatem magnam. In ſomno igitur virtutibus complacendum eſt, ita vt conuenienter ciborum digeſtio & ſuperfluitatum maturatio cōpleatur. Naturalis igitur erit ſomnus ſi natura naturaliter mota inuitauit: quem fieri oportet elongatū a cibo per vnam vel duas horas ſuper ſtratos odoriferos molles de pluma, de coto vel ſerico mollibus: & prius ſuper dextro, deinde ſuper ſiniſtro latere: & demum iterum ſuper dextro.
Talis enim dormitio virtutes, inſtrumenta & organa digeſtionis ad bene digerendum E
optime diſponit. Euites dormitionem ſuper ſpina. Et frequentem in lecto iactatum hincinde. ¶ Et in camera noui vel valde antiqui ædificii, & parietum teſtudinalium lapideorum: & ſub radiorum lunæ contactu dormire fugias; ſed eleuato mediocriter capite. Super ventre etiam dormire potes ex parte ſtomachi: ſed oculis nocet.

CAP. VI. *De accidentibus animi.*

CIRCA accidentium animi menſuram diligenter inſpiciendum eſt. Omne enim accidens animi; quod ſpiritus mediocriter mouet & dilatat cōueniens eſt. Quod vero ſpiritus trahit & ad interiora ſubito propellit, vel paulatim ſepultos tenet, vt timor fortis, triſtitia, ſollicitudo & melancholicæ impreſſiones, peſſimum eſt. Similiter omne quod ſpiritus de centro ad circumferentiam extra impetuoſe mouet, vt furibundi motus & iracundi, euitandū eſt. ¶ Coitus autem, quia inter hæc accidentia propter delitioſam apprehenſionē enumerari poteſt, dicēdū ad ipſum effrenitādo nunquā inclinari debere, imo non niſi ad ipſum inuitante conuenienter natura tranſeundum. Coitus enim exceſſiuus virtutes laxat, membra eneruat & diſſipat, effeminat enim F

Coitus immodici incommoda.

corpus

A corpus &irreparabilem ſolidarum partium conſumtionem infundit. Et cum hoc, quod brutalibus actibus aſſimilatur, nihil adeo ſtomachi debilitatem & oculorum incurabilem cœcitatem facit, ſicut coitus immoderatus. Non igitur ſapientes laudauerunt eum; niſi naturaliter ad ipſum incitante natura, quod raro fit; & cum cibus eſt fere digeſtus, & corpus ad ipſius exſecutionem ſine multo labore potens eſt. Ex cuius complemento hilaris & fortis remanet coiens & non laſſus. Et hæc de ſex rebus non naturalibus dicta ſufficiant.

Sectio tertia. De regimine per medicinalia continens quatuor particulas.

B PRo regimine vero diſpoſitionis huius viri per intentiones & inſtrumenta medicinalia præmittendum primo, quod deſcribere regimen, quod omnino appropriatum ſit omnibus ægritudinibus & accidentibus, de quibus tractatum eſt ſupra in I. cap. videtur non ſolum difficile, imò fortaſſis impoſſibile apud virum ſcientia & opere non mediocriter eruditum. Quis n. conuenienter poſſet adminiſtrare inſtrumenta omnibus conuenientia, anodyna propter dolores, aperitiua propter oppilationes, comminutiua vel frangitiua, arenarũ & lapidũ eductiua, quę ſimul cõuenientia forent defluenti catarrho, pectori ſuffocationi diſpoſito, & ſtomacho nauſeato & vomitu moleſtato, quæ ſimul abſumere poſſent ventris ſtipticitatem, & rel qua amouere accidẽtia, de quibus dictũ eſt? hoc n. non videt' rationabile, nec cõueniens apud viros dogmaticos. ¶ Verũtamen ſi quis diligẽter aduertat omniũ
C prædictarũ ægritudinum & accidẽtium radicales cauſſas, quas credo eſſe malã cõplexionẽ frigidã & humidã cerebri & ſtomachi huius viri, & materialem cauſſam omniũ accidentiũ huius viri, q̃ eſt phlegma aquoſum & mucilaginoſum dominans, & vitreũ ſubdominãs, patet ex hoc fundamẽto, eſſe poſſibile deſcribere & inuenire inſtrumenta huius malæ cõplexionis correctiua, & materierũ prędictarũ digeſtiua, euacuãtia & diuertentia ipſas, vt infra patebit. Verum propter diuerſitatem membrorũ patientiũ & ægritudinũ, vel accidentiũ diuerſorũ, videtur mihi ſecutius eſſe & familiare magis, appropriare regimen mẽbris, ęgritudinibus & materieb. q̃ ipſas efficiunt ſecundũ diuerſitatem applicationis eorũ, prout hę ęgritudines & accidentia tẽmporanee reuoluunt', vno accidentium aut plurib. vel vna ęgritudine moleſtantib. magis, quam omnibus ſimul, propter q̄ hanc
D ſectionẽ tertiã quadripartitam efficiam. ¶ In prima namq; parte ponam vnũ commune regimen p̃ſeruatiuũ harũ ęgritudinum & accidentiũ. ¶ In ſecunda vero parte ponent' canones & inſtrumẽta curationis cerebri & rectificationis eius, & abſciſſionis materierum, q̃ catarrhizando quaſi ſuffocãt hũc virũ. ¶ In tertia vero particula erit ſermo de his, quæ aperiũt oppilationes renũ, & educunt thrõbos, arenas & materias omnes in eis aggregatas, in qua ẽt particula fit ſermo de lenificatione vẽtris. ¶ In quarta vero & vltima particula erit memoria de rectificantibus ſtomachũ ad appetendũ & digerendũ, & ad educẽdum ab eo vẽtoſitates, & ad prohibendum vomitũ. Ex quorũ omnium doctrina apparebit, hoc regimen eſſe ſufficiens ad defendendum hunc virum a curſu feſtino mortis, &
E ad prohibendum ipſum ab incurſu in ęgritudines chronicas, impoſſibilites, aut non niſi cum maxima difficultate curabiles. Ex quo tandem aperietur, quod negotianti ſit facile credere: ſpeculanti vero & operanti difficilimum ſit quæſita complere.

Quatuor membra huius ſectionis.

Particula prima aperiens modum præſeruationis ab accidentibus ſiue ægritudinibus ſupra tactis in principio.

PRo expeditione vero particulæ primę videtur mihi neceſſarium eſſe, hunc virum conuenienter purgari in autumno, & in vere iuxta ſentẽtiam aphoriſticã *ſect. 6. aph.* 47. Quibuſcunq; phlebotomia aut pharmacia videtur eſſe conueniens, hos in vere, ſimiliter in autumno phlebotomare, aut purgare conueniens eſt. ¶ Igitur, quia nunc inſtat tempus autumni, poſtquam erit huius lunaris die Iouis proxime futura permutatio, in 4. ſequenti die in aurora vir iſte mane accipiat pilulas. ℞. *pilularum de ſarcocolla, co-*
F *chiarum & de agarico an.* ℈ j. *formentur pilulæ ſeptem cum hiera Galeni, & obſeruentur in eis conditiones ſeptem.* ¶ Prima: accipiantur per nouem horas poſt aſſumtam cœnam. ¶ Secunda, 1.
vt dormias immediate poſt eas per horam, aut horam cum dimidia & non plus. ¶ Ter- 2.
tia, vt permittas eas operari per quinq; horas. ¶ Quarta, quod in tempore operationis 3.
earum ſæpe apponas pannum calidum ſuper toto ventre. ¶ Quinta, vt non exercitetur 4.
5.

Modus præſeruationis.

Pilula in autumno vſurpanda.

Conditiones in vſu pilularum obſeruandæ.

6. exercitio forti, imo interpolate ambulando decem vel duodecim paſſibus. ¶ Sexta, A
7. vt poſt horas v. accipiat cyathum j. aquæ calidæ ſaccharatę. ¶ Septima, poſt iſtam aquam exſpectet prandere per horam vnam. ¶ Cum ergo fuerit hoc minoratiuo conuenienter mundificatus die immediate ſequenti in aurora accipiat hoc digeſtiuum calidum, & continuet ipſum diebus ad minus viij. Cuius deſcriptio. ℞. *ſyrupi compoſiti acetoſi ſaccharini vnc. j. ſyrupi de ſtæchade vnc. ß. aquæ iris, milii ſolis & abſinthii an. vnc. j. miſce.*

Digeſtiuum

¶ Nona vero ſequenti die immediate purgetur cum hoc compoſito. ℞. *electuarii Indi, deſcriptione Meſ. dr. iij. agarici electi ℈ j. boni ponderis, zinzib. gran. v. accipiat ipſum diſſolutum cum cyatho medio aquæ calidæ decoctionis iiij. vel v. folliculorum ſenæ,* & poſt ipſum obſeruentur omnino conditiones, quæ ſcriptę ſunt, obſeruari debere poſt pilulas antedictas. B

Electuariũ purgans.

¶ Secundum vero inſtrumentum in hoc viro præſeruatiuum eſt hoc. ℞. *aloes epaticæ ℥ iij. hermodactylorum, agarici an. ʒ ij. zinzib. ʒ j. diagridii ſcrupul. ß. ſalis Indi ſcrupul. j. cinamomi, maioranæ, macis, caryophil. an. drachm. ß. infundantur omnia in lib. ß. aquæ maioranæ per diem naturalem: deinde cooperiantur ſub tegula calefacta, vſque ad conſumtionem prædictæ aquæ, quæ iterum aqua renouetur ter, & exſiccetur, poſtea de maſſa illa fiant pilulæ ex omni dr. vj. de quibus omni tertio die parum ante cœnam accipiat vnam toto tempore, quo aſſumit digeſtiuum ſuprascriptum:* dummodo pilula illa non ſit aſſumta ante diem purgationis, ſed ante diem tertiam ab illa. Et intelligatur, quod poſſit etiam vti iſtis pilulis toto tempore vitæ ſuæ, & accipiat ex eis omni tertio vel quinto ſero vnam hora prædicta. Credo enim ego in virtute harum pilularum conſiſtere partem magnam curationis & præſeruationis ſuarum ægritudinum & accidentium. C

Pilulæ.

Purgatio veris. Pro purgatione autem veris contemplandum primo, quod, quia in hyeme materiæ generantur & congregantur de facto frigidiores craſſæ, magnæ, viſcoſæ, & plures: Ideo oportet vti hoc tempore inſtrumentis parum audacioribus, propter quod poſt medietatem menſis Februarii vno mane accipiat hoc minoratiuum. ℞. *medullæ, caſſiæ fiſt. præparatæ cum aqua petroſel. ℥ ß. agarici electi ℈ ij. reubarbari ℈ j. ſpicæ, zinzib. gran. v. ſalis gemmæ gr. j. incorporentur & ſumantur cum medio cyatho aquæ calidæ, decoctionis petroſ. & ſaccharatæ.* Et poſt iſtud minoratiuum obſeruet conditiones in purgationibus autumni præſcriptas. ¶ Die vero immediate ſequenti accipiatur hoc digeſtiuum ſaltem per octo dies. ℞. *aquæ iris, aquæ hypericonis & aſari an. ℥ j. oxymellis compoſiti ℥ j. ſyrup. de eupatorio ℥ ß. miſce, & obſeruentur in eo ea, quæ dicta ſunt de digeſtiuo autumni.* ¶ Nona vero die D immediate ſequenti purgetur cum iſtis pilulis. ℞. *pilularum de ſarcocolla, de agarico & fætidarum an. ℈. j. cum electuario roſ. formentur pilulæ vij. & accipiantur ſecundum regulas poſitas in aliis ſolutiuis, memorando ſemper, quod tempore aſſumtionis digeſtiui ſuprascripti bonum eſt accipere aliquam de pilulis ſuprascriptis* Neq; enim conueniens eſt digerere materias humorales cum ſtypticitate ventris.

Potio minoratiua. *Digeſtiuum.* *Pilulæ.*

II. Particula ſectionis tertiæ ponit canones curatiuos cerebri.

Particula ſecunda, in qua ponuntur canones curatiui ipſius cerebri & abſciſſiui materierum, quæ catarrhizantes ſuffocant.

IN ſecũda vero particula huius cap. eſt multum accurate conſiderandum in modo & via proceſſus obſeruandi in cura catarrhi, & maxime in viro iſto, cuius E catarrhus eſt ſuffocatiuus. Licet cuiuſcunque catarrhi cura ſit difficilis: Catarrhi tamen huius viri curatio difficilior eſt, quia pendet a materia multa in breui tempore defluente ad inferiora fluxu ſuffocatiuo, qui fieri non poteſt, niſi a materia valde multa, propter quod regimen iſtud diuidam in duplex. Et primum erit appropriandum in tempore paroxyſmi vel ſuffocationis prædictæ. Secundum vero erit præſeruatiuum appropriandum in tempore, in quo materia non tantum impetuoſe fluit, imo neq; fluxus percipitur ſenſibilis læſionis.

Pro primo ergo exequendo præmittendum primo, quod cum æger perceperit, totum corpus eius ponderoſum & laſſatum, vel impotens ad motus exteriores. Secundo cum apparuerit in eo multiplicata ſuperfluitas dormiendi, & erit eius caput graue, ve- F næ faciei plenæ & tenſæ, grauitas in fronte cum ſtrictura rizæ, & ſuperioris partis naſi, & ſenſerit in ſuo palato grauedinem cum magno appetitu ad expuendum, deſtillat a naſo eius aquoſitas multa, & iam apparet circa fauces & gulam eius extenſio cum grauitate & illarum partium plenitudine. Ex omnibus iſtis colligendum eſt materiam multam phle-

A tam phlegmaticam in toto capite eius fore multiplicatam. Tunc ergo ſtatim ſapiens
procurator adminiſtret ei phlebotomiam dextri brachii ſuper manu ex vena poſita in-
ter pollicem & indicem: & extrahātur ſanguinis ℥ iiij. vel v. & ſi Medico perito apparue-
rit vniuerſalis corporis repletio: tunc fiat prius phlebotomia venæ mediæ eiuſdem bra-
chii, extrahendo ſanguinis quantitatam ſupradictam: hæc enim ſecunda phlebotomia
cum hoc, quod reſpicit vniuerſalem plenitudinem, non euacuatur a partiali diſtractio-
ne eius, a ſuperioribus partibus.

Secundum vero regimen eſt, vt poſtquam iam dicta phlebotomia hora ele-
cta adminiſtrata fuit; tunc in ſero ante cœnam adminiſtretur ei hoc clyſtere. ℞. *aquæ deco-* Clyſter.
ctionis furfuris, maluarum, betæ, & radicis iris recentis ℔ j. *electuarii diacaſtorei* ʒ j ß. *caſſiæ, ſacchari*
B *rub. ana* ʒ v. *olei liliorum alb. & de ſiſamo ana* ℥ j ß. *ſalis communis* ℥ ß. *miſce totum & mediocriter*
calidum accipiatur per horam ante cœnam. ¶ Tertium regimen eſt, vt mane immediate ſe-
quenti minoretur materia cum iſtis pilulis. ℞. *pilularum de hiera ma.* ℈ ij. *pilularum cochia-* Pilulæ.
rum ℈ j. *fiant pilulæ* vj. *vel* vij. *& accipiantur omnes: quia doſis eſt lenis obſeruando conditiones in*
purgationibus annualibus ſuprapoſitas. ¶ Quartum remedium eſt, vt ſero diei illius ante cœ-
nam, & etiam diebus ſequentibus per horam ante prandium & cœnam ſemper fricen-
tur partes extremæ illius viri cum panno aſpero, incipiendo a genubus vſque ad pedes,
& ab inguinibus vſque ad eos: a cubitis vſque ad manus, & ab humeris vſque ad eas: &
tandem a ſuperioribus ſpatulis vſque ad nates inferius trahendo ſemper tamdiu, donec
cutis rubere incipiat. In dolore enim aut plenitudine capitis ante omnem cibum
C præmittenda eſt fricatio extremitatum, *prima tertii, tractatu primo, cap. de canonibus cu-*
rationis capitis in fine. Quintum remedium eſt, vt die tertia, quæ ſequitur purgatio-
nem prædictam, adminiſtrentur ſuperioribus partibus natium huius viri ventoſæ duæ
habentes magna orific a cum attractione ſolemni per duas horas ante cœnam. Die vero
ſequenti ante cœnam iterũ adminiſtrentur eædem in ſuperioribus partibus ſpatularum,
in lateribus loci, qui dicitur nocrati, vt *quarta primi, cap. 21. & eſt de ventoſis.* ¶ Sextum
remedium eſt hoc: quod vir iſte adueniente die ſeptima omni mane & ſero ante cibum
per horam faciat hoc gargariſma. ℞. *oxymellis compoſiti* ℥ ij. *aquæ decoctionis radicum coſti &* Gargariſma
aſari ℥ iiij. *miſce totum. & ex eo calido per duas horas ante cibum faciat bis collutionem: tertia vice*
faciat cum eo gargariſma: ita quod quatuor faciat gargariſmata cum octo collutionib. ¶ Se-
D ptimum eſt, vt toto tempore huius defluxus & ſuffocatiui motus abſtineat a potu vini &
non tangat ipſum, immo ſit potus eius aqua ſaccharata cum ſeptima vel octaua parte vi-
ni granatorum. Et euitet etiam fercula omnia, & maxime pinguia, præterquam iuſcu-
lum de hordeo factum cum tertia parte amyli. Memoret etiam dormire parum & non
immediate poſt cibum: ſed diſtanter ab eo per horas duas & capite, eius mediocriter
eleuato, iuxta ſententiam principis, *quinta tertii, primo capit. de cura catarrhi.* ibi: *Euigi-*
lent, ſitiant & patiantur famem, quoniam ſunt initium curæ. ¶ Octauum, vt memoret ſua
curatione ſpargere diuerſiones ſuperius tactas cum fricationibus, ventoſationibus &
clyſteri præpoſito: aliter ſi curetur æger, non erit hoc ex donis ſcientiæ factum: ſed
fortunæ vel caſus.

E Nonum, vt tempore omni, quo prædicta adminiſtrata fuerint, ſollicitet æger o-
mni mane in aurora accipere hoc digeſtiuum. ℞. *geleniabin colati* ℥ j. *ſyrupi de eupatorio* Digeſtiuum.
℥ ß. *aquæ iris, betonicæ, & nenupharis ana* ℥ j. *miſce & totum accipiatur calidum.* ¶ De-
cimum, vt poſtquam apparuerit materierum fluxum minoratum eſſe, & iam æger li-
berum habet anhelitum, & materiam exſpuit velociter, vnitam aut coniunctam, vel
æqualem: tunc ſequenti mane euacuetur cum hoc potu. ℞. *hieralogodion* ʒ iij. *ſacchari*
rub. ℥ ß. *mell. roſ.* ʒ vj. *aquæ decoctionis huius hermodactyli bene mundati factæ cum* ℥ j. *zinzi. &*
bene calefactæ. Et obſeruet poſt huius aſſumtionẽ conditiones in aliis euacuationib. tactas.
¶ Vndecimum, vt poſtquam ita euacuatus fuerit per quatuor dies ſequentes omni
ſero per tres horas poſt cœnam accipiat hoc electuarium. ℞. *electuarii diatris, deſcriptio-*
F *ne Nicolai* ʒ j. *hieræ Hermetis* ʒ ß. *aquæ decoctionis liquiritiæ tepefactæ* ℥ ß. *miſce.* ¶ Duo- Electuarium.
decimum, vt poſtquam hæc omnia expleuerit, vtatur hoc electuario, de quo omni ma-
ne ter vel quater ante prandium & ſero ante cœnam in ore ſuo teneat quantitatẽ mediæ
nucis muſ. deglutiendo ipſum ſecundum q; diſſoluitur a calore naturali. ℞. *loch de pino* ʒ j
ß. *loch de papauere* ℥ ß *de ſquilla* ʒ ij. *incorporentur ſimul multum conterendo, & vtatur eo vt ſupra.* Eclegma.

Puluis capiti exterius aſpergendus.

¶ Decimumtertium communicans iuuamẽtum ſuum omni tempore poſt adminiſtratam phlebotomiam eſt, vt omni ſero per duas horas poſt aſſumtum cibum puluerizetur tota pars anterior capitis per inceſſum ſagittalis commiſſuræ & latitudinis quatuor digitorum ex hoc puluere. ℞. *ſtyracis calamitæ, roſ. ſpodii, labruſcæ an. ʒ j. caryophyllorum, ſandarachæ ana ʒ j. fiat omnium per ſe puluis & commiſceatur.* A

Præſeruatio ab incurſu ſuffocatiuo catarrhi.

Poſtquam ergo per hæc inſtrumenta conuenienter & ſufficienter fuerit facta cura catarrhi exſiſtentis in paroxyſmo: præter quæ inſtrumenta nulla inuenies meliora, quantumcunque omnium volumina ſapientum perlegeris: Iam inſtat tempus declarãdi materiam præſeruatiuam ab incurſu ſuffocatiuo catarrhi iam prædicto, quod credo quinque iſtis inſtrumentis expleri poſſe. ¶ Præmittendo primo, quod canon præſeruatiuus a diſpoſitionibus prædictis oriatur ex rectificatione malæ complexionis frigidæ & humidæ materialis ſtomachi & capitis huius viri, vt dictum eſt, Ideo oportet, quod inſtrumenta omnia rectificent & reducant hanc ſpeciem malæ complexionis verſus extremũ ad caliditatem & ſiccitatẽ. Quare oportet, quod omnia talia ſint commixta ex calidis & ſiccis refractis ab his, quæ remittunt eorum audaciam: aut ſaltem talia non tranſeundo latitudinem caliditatis & ſiccitatis primi gradus effectiue. ¶ Propter quod primum inſtrumentum conueniens videtur mihi hoc electuarium. B

Electuariũ.

℞. *ſpecierũ diatrionpipereon deſcriptione Meſ. ſpecierũ aromatic. roſ. ana ʒ ß. macis ʒ ij. cinamomi electi ʒ j ß. ſacchari albi ℥ iij. ſyr. roſ. ℥ v. coquantur ſimul ſaccharum & ſyrupus vſque ad bonam glutinoſitatem. demum incorporentur cum eis ſpecies in mortario longa & forti contritione.* Et ſi bene conſiderabis, hoc electuariũ non erit caliditate eleuatum vltra primum gradum duplici argumento. Et primo quidẽ aſſumto a ſyrupo roſ. qui frigiditate ſui refrangit caliditatẽ ſpecierum. Et ſecundum motiuum eſt, quod remiſſum additum intẽſo remittit ipſum. Sed macis, quæ temperata eſt, & ſaccharum, quod ab æqualitate recedit valde parum, per qualitatem poſſunt remittere caliditatem ſpecierum, quæ eſt in fine ſecũdi gradus. Ergo electuarium iſtud reducetur ad primum gradum caliditatis. Si autem in eo addatur ſiccitas, aut remaneat in ſecũdo gradu, hoc eſt, quod quæritur & conueniens eſt. Igitur tempore neutralitatis, decidẽtiæ, aut conualeſcentiæ harum diſpoſitionum hic vir accipiat de hoc electuario omni mane per vnum menſem ℥ ß. ante cibum per quatuor horas. Et de hoc iterum accipere poteſt, quando vult comedere, quantitatem nucis muſc. quartã partem horæ ante prandium & cœnam per ſpatium vnius menſis. deinceps autem ſufficiat ei accipere de eo bis vel ter in ſeptimana vſque ad medietatem menſis Martii futuri. ¶ Secũdum remedium C D

Rotula.

eſt hoc. ℞. *ſpecierum electuarii diambræ deſcriptione Meſ. ſpecierum electuarii de ligno aloes deſcriptione Auic. 5. can. & ſumma 1. an. ʒ j ß. violarum, florum, nenupharis ſem. acetoſæ, & ſem. endiuiæ ana ℈ j. ſacchari alb. ℥ iiij. cum aq. violarum fiat confectio in rotulis magnis, & accipiat de ea ſemper in fine cibi ʒ iij. &c.*

Ceratum ſtomachale.

¶ Tertium hoc. ℞. *laudani puriſſimi, reſinæ electæ an. ʒ v. galliæ muſ. ʒ j. corallorum, ſpodii, ſem. ſcariolæ & portulacæ ana ℈ j. diſſoluãtur gummi cum aceto acri & ſufficienti quantitate ceræ, & fiant cerota ſcutalia ſuper panno, de gr. quorum vnum ſemper tota hyeme futura portetur ſuper ſtomacho ſuo.*

Puluis capiti exterius ſuperaſpergendus.

¶ Tertium eſt hoc. ℞. *macis ʒ ij. corallo. rub. ſpodii, ſandal. amborum ana ℈ j. ſandarachæ ʒ ij. florum nenupharis ʒ j ß. caryoph. ʒ ß. fiat omnium per ſe puluis. deinde cõmiſceantur. de hoc ergo puluere ſuperaſpergatur prora capitis a ſuperiori parte frontis vſq; ad ſummitatem capitis per latitudinem quatuor digitorum:* & quando ponit puluerem ſecunda vice, abſtergat primum cum pectine, & faciat hoc ſaltem in ſeptimana ter. ¶ Quintum eſt, vt procuret aperire venas hæmorrhoidales fricando eas frequenter cum foliis fici: aut ſecundo cum foliis cõſolidę maioris: aut tertio cum felle tauri: aut quarto cum puluere ſalis nitri, aut cum frequenti ſeſſione in aqua calida decoctionis radicis ſerpentariæ & epithymi, Si enim in hoc viro aperirentur hæmorrhoides, fieret ei ſingulare iuuamentum ad omnes ægritudines & accidentia ſupra tacta, non ſolum præſeruando ab eis, ſed etiam in curando eas. Et tu conſidera hoc ex fundamento primi capituli, & videbis vera. Et hæc de ſecunda parte huius cap. ſecundi dicta ſufficiant. E

III. particula ſectionis tertiæ.

Particula tertia de his, quæ deoppilant renes & ventris ſtipticitatem leniunt. F

Inſtrumẽta quinq; renibus conuenientia.

IN tertia vero particula eius capituli duo oportet neceſſaria & vtilia expediri. Primo deſcribam inſtrumenta renibus conuenientia. Secundo ventris lenitionem in hoc viro procurantia. Pro expeditione vero primi quinque ſolemnia tangam medicamina:

por

A pro ſecundo vero duo vtilia lenitiua deſcribam. ¶ Primũ ergo inſtrumentum oppilatio- 1.
num renum aperitiuum, mundificatiuum, eorum comminutiuum arenarum & lapillo- *Electuariũ ad renes prã ſtantiſſimũ.*
rum eſt hoc. ℞. *cineris corticum ouorum, ex quibus pulli nati fuerunt* ʒ ij. *vitri combuſti, lapidis ſpongiæ, lapidis Iudaici, ana* ʒ j ß. *ſem. apii, petroſelini, bruſci, aſparagi & leuiſtici ana* ʒ j. *aniſi, liquiritiæ ana* ʒ iiij. *ſanguinis hirci præparati* ʒ v. *mucillaginis muchietæ* ℔ j. *ſacchari rub.* ℥ ß. *oxymellis compoſiti* ℥ iij. *phiſticorum mundatorum* ℥ iiij. *infundantur phiſtici in aquam cineris calidam per duos dies naturales: deinde optime cõterantur. poſtea coquantur ſimul medullæ & ſyrupus & ſaccharũ* vſque ad glutinoſitatem: deinde in mortario incorporentur cum phiſticis perfecta contritione & aliis ſpecieb. fiat electuarium. de quo tempore, quo moleſtatur a doloribus, omni mane accipiat cochlear vnum per v. horas ante cibum: & aliis tẽporibus accipiat de
B eo, omni tertio mane tantundem, obſeruando hunc modum per totum menſem Aprilis proxime futuri. Credo enim non eſſe poſſibile in epate, renibus & meſaraicis remanere oppilationes, trumbos, arenas, aut lapillos, quæ non educantur ab hoc electuario. & eſt de ſecretis meis maioris laudis: quod vnquam acquiſiuerim extractum ex ſententiis omnium ſapientum, & proprie principis *decimaoctaua & decimanona tertii.* ¶ Se- 2.
cundum remedium eſt hoc. ℞. *ſpecierum Iuſtini deſcript. a Nicolao in antidotario* ʒ ij. *ſacchari* *Rotulæ.*
alb. ℥ iiij. *vitri combuſti* ℈ ij. *coquatur ſaccharum cum aqua milij ſolis, & fiat confectio in rotulis* ʒ
iij. de quibus accipiat vnã ter in ſeptimana ante cœnam parum. ¶ Tertium ſingulare re- 3.
medium eſt hoc, quod iſte vir vtatur carotis coctis ſecundum communem modum. veruntamen condiantur cum aceto ſquillitico loco communis aceti. ¶ Quartum 4.
C ſingulare remedium eſt, cum percipit grauitatem in ſpina & in renibus, ſtatim per decem dies omni mane vtatur hoc potu infallibiliter ſanaturo & præſeruaturo ipſum. ℞. *Potio.*
ſucci limonum recentium ʒ j ß. *aquæ ſublimationis cretani marini* ℥ ij. *miſce & totum calidum accipiatur in aurora ieiunando poſt ipſum per quatuor horas.* ¶ Quintum eſt. ℞. *olei irini, olei de ſpica,* 5.
olei vulpini ana ℥ j. *trociſcorum de ſpica* ʒ ij, *ceræ alb. q. ſ. fiat vnguentum molle, cum quo calido tota* *Vnguentum*
ſpina vnguatur a medietate ſpatularum inferius.

Pro lenitione vero ventris fiat hoc electuarium. ℞. *medullæ caſſiæ extractæ de canna* ℥ *Lenitio ventris. Electuariũ.*
iiij. medullæ mucheitæ ſimiliter præparatæ cum aqua ſaxifragiæ ℥ *iij. bdellii mollis & ſubalbidi, polypodii ana* ʒ *iiij. ſem. altheæ, maluæ, macis, liquiritiæ ana* ʒ *v. cinamomi* ʒ j ß. *fiat electuarium, de quo patiens, cum ſenſerit ſe ſtypticum, accipere poteſt omni mane cochlear vnum immediate ante*
D *prandium.*

Secundum remedium ad hanc lenitionem eſt hoc. ℞. *ſacchari rub. caſſiæ fiſtul. ana* ℥ *ij.* *Aliud.*
radicum recentium polypodii optime contritarum ℥ *iij. coquantur modicum ſimul, & ſic dimittantur: de hoc ergo electuario, ſi primum videretur abominabile, accipiatur ante cibum, ſicut de alio dictum eſt.*

IV.

Particula habet rectificantia ſtomachum.

Particula quarta de rectificantibus ſtomachum ad appetendum, dirigendum & educendum ven. oſitates.

E PRo quarta vero & vltima particula huius capit. expedienda, præmittendum primo, quod omnia remedia, quæ in purgationibus ſuprapoſitis deſcripta fuerunt, necnon illa, quæ in regimine catarrhi & renum poſita ſunt, ſufficere poſſent ad rectificationem ſtomachi: verum propter complementum operis hic ponam aliqua ſimplicia & compoſita nunc appetitui, nunc vero digeſtioni, nec non etiam ventoſitatibus ſtomachi appropriata. Quæ vero conueniunt appetitui, duo erunt ſimplicia & duo compoſita, pro digeſtione vero perficienda tria compoſita deſcribam. Et pro ventoſitatibus ſtomachi duo ſimplicia & vnũ compoſitum velut vtiliora oſtendam.

Ex ſimplicibus ergo vigorantibus digeſtionẽ primum eſt mentha, in qua includi- *Simplicia pro appetitu.*
tur fere omnis potentia ſtomachalitatis, omnis enim ſtomachalis medicina quinque debet facere operationes. ¶ Prima quod calefaciat ſtomachum caliditate non multum
F intenſa. ¶ Secunda, q; habeat virtutem exſiccatiuam, & proprie phlegmatum, quæ plurimum abundant in ſtomacho, *tertia tertii, tractatu primo, capit. de ægritudinibus ſtomachi.* *Operationes ſtomachaliũ quæ & quot.*
¶ Tertia, quod habeat leuem ſtypticitatem ad tollendam lenificationem ſtomachi ab illis phlegmatibus factam. ¶ Quarta, quod habeat virtutem ſubtiliatiuam & diſſolutiuam omnis viſcoſæ materiei abundantis in ſtomacho ſecundum plurimum.

¶Quinta & vltima, quod habeat aromaticitatem, per quam cõtrarietur fœtori materie- A rum, quæ multoties corrumpuntur in eo propter debilitatem huius. Hęc omnia collige *Mentha.* *13. tertii, præallegato tract. c. de medicatione ſtomachi in generali.* Sed in mentha inueniuntur o- *Maſtiche.* mnes quinque conditiones prænominatæ: ergo eſt medicina ſtomacho conuenientiſſima. quare *2. can. in proprio cap.* mentha confortat ſtomachum & calefacit ipſum. & digerit, ſedat ſingultum, & reliqua. vide ibi, &c. ¶ Secundum vero ſimplex medicamen ad *Compoſita.* eandem intentionem eſt maſtiche, quæ omnium ſapientum concordia ſtomachum laxatum & debilitatũ in appetendo, & digerendo reſtaurat: propter quod inter reliquas medicinas ſtomachales Democritus collaudauit eam. ¶ Compoſita vero rectificantia ſtomachum ſunt duo ſuperius memorata. Et primum compoſitum eſt electuarium de aromatibus deſcriptum a Meſue in antidot. *diſtinct. 1.* quod factum in forma ſolida cum B ſaccharo taberzet habeatur in vſu ante cibum per horam vnam accipiendo de ipſo ℥ ß. cum potu pauci vini ſubtilis albi & aromatici: aut ſine illo. ¶Secundum vero medicamẽ electuarium diacyminum: & proprie compoſitum a Nicolao in Antidotario, cuius vſus ſit ante & poſt cibum accipiendo de eo ʒ ij. vel iij.

Vigorantia digeſtionem compoſita. De compoſitis vero vigorantibus digeſtionem eſt electuarium diambra deſcriptũ a Meſ. *in antidotario deſcriptione prima.* Et etiam apud Auicen. *5. can. ſumma 1.* ¶ Et melius illo, licet parum fortius, eſt confectio diatrionpipereon: & proprie deſcripta a Gal. *in ſecretis ad Omontheum, deſcrip. 2.* quoniam ibi ponit deſcriptiones tres illius electuarii. Cuius & ſimiliter aliorum deſcriptiones hic nõ appoſui; effugiens prolixitatem operis. ¶ Scio C autem ego experientia longa: quod xylobalſamũ conditum de melioribus eſt medicinis ad vigorandum digeſtionem, & ſecurum & vltimum. Et proprie ſi comedatur ante cibum per duas horas cochlear vnum de eo. ¶ Non ſolum enim ſtomacho, ſed cordi, cerebro & epati præbet auxilium in corrigendo lapſum eorum frigidum, materialem & immaterialem.

Inter hæc vero, quæ ſimplicia ſunt ſtomacho conferentia & rectificantia ipſum in appetitu & digeſtione. ¶ Primum & ſupremum fere inter alia eſt carum, cuius comeſtio intantum vigorat eum, ſiue ante, ſiue poſt cibum accipiatur, quod de eo ita ſcripſit Serapio in aggregatore. Carum eſt bonum, quia ſtomachum confortat, & cor ipſum calefacit, & facit digeri cibum, & ingreditur in confectiones facientes deſcendere cibum. Se- D cundum vero ſimplex medicamen eſt zinziber, tam ſiccum quam viride: cuius laudes ad digerendum & conſumendum ventoſitates in ſtomacho, lege *2. can.* & vniuerſali ſapientum omnium concordia. ¶ Compoſitum vero tam appetitui, quam digeſtioni cõferens & ſpargens ventoſitates a ſtomacho, eſt electuarium de ſeminibus deſcriptum a Meſ. in antidotario deſcriptione præallegata, de quo cum ſaccharo ſolido facto accipitur ʒ ß. ante cibum. Ego autem ſoleo componere cum ſyrupo conſeruationis zinziberis viridis, & multum efficiacius operatur deglutiendo ß ʒ. ex eo. ¶ Vltimum autem inſtrumentum & principaliter rectificatiuum ſtomachi, ne ventoſitates multæ generentur in eo: & adhuc ſi iam generatæ & congregatæ fuerint ventoſitates in ſtomacho, carminatiuum, conſumtiuum & expulſiuum illarum ventoſitatum eſt hoc compoſitum. ℞. *cala-* *Electuariũ.* *menti ʒ ij. macis ʒ iij. cinamomi & galangæ, maſticis, thuris, ameos carui ana ℈ ij. menthæ, origani* E *chamedrios aſari ana ʒ j ß. ligni aloes electi ʒ j. puluerizentur omnia per ſe ſubtiliter: & cum* ℔ *ß. ſyrupi de calamento & ʒ iij. ſacchari alb. fiat electuarium.* de quo ante omnem cibum accipiatur cochlear ß. & bibatur poſt ipſum ℥ ß. vel ſexta pars cyathi vini clari aromatici & bene fumoſi: & continuando ipſum ad minus per dies xv. felicitabitur ſtomachi diſpoſitio intantum, quod fortaſſis non eſt ei medicina par. Et ſic procedendo terminabitur diſpoſitio, celeberrime domine Doctor ad ſtatum felicem & optatum, ad quem perducat vos ille omniporens, qui omnia felicitat & gubernat ad laudes eius immortales. Amen.

Consilium XCI. *De ſtrangulatione ab oppilatione, aut ab apoſtemate in partibus gulæ.*

Licet videatur ad cognitionem diſpoſitionis huius adoleſcentulæ, de qua nunc F ſcribitur, peruenire non ſit poſſibile, ex certioribus ſignis, quibus Medicus ægritudinum determinatam & diſtinctam cognitionem adipiſcitur. ſcilicet ex ſenſu viſus, & ex ſenſu tactus. Aliquid tamen & ſuperficialiter ſatis in hac materia enunciari poteſt per ſenſum auditus: ex his quæ accepi a clariſſimis Doctoribus diuerſitatem huius diſ-

A ius diſpoſitionis profundiſſime aperientibus, Petro ſcilicet Sulmonenſi, & Baptiſta Vi-
centino noſtræ ætatis doctoribus clariſſimis. Neque tamen per operationem ſenſus au-
ditus hoc intelligi poteſt, niſi iuuamentum cognitionis adiungatur per operationes i-
maginatiuæ potentiæ, ad quas affirmando vel negando aliquid poterit in veritate huius
diſpoſitionis affirmari. ¶ Neceſſe eſt itaque huius tremendæ diſpoſitionis vniuerſa-
lem & primariam omnium cauſſam eſſe retentionem eius, quod euacuari cœpit a na-
tura. Si enim cum actuali euacuatione ſanguinis craſſi & nigri per nares & per rizam
cum exſcreatione etiam manifeſta ſuffocationis ſigna non apparebant; etiam poſt re-
tentionem ipſius ſubſecuta eſt auhelitus difficultas cum ſtrangulatione & dolore circa
tracheam arteriam & gulam. patet quod horum accidentium cauſſa fuerit materierum
B prædictarum, quæ euacuabantur, retentio. Et hoc quidem veritatem continet ex-
cludendo primitiuas cauſſas, ſcilicet, percuſſionis, comprehenſionis, ſtricturæ parti-
um colli & medicinarum præfocantium aſſumtionem. excludendo etiam ei nocu-
menta membrorum, quæ per colligantiam hanc ſtrãgulationem efficere poſſent. ¶ Ita-
que cum iam appareat nocumentum hoc fuiſſe conſecutum propter retentionem ma- *Cauſſa huius nocumenti.*
terierum, neceſſe eſt concludere, quod hoc contingat, aut propter præſentiam prædi-
ctarum materierum oppilando coarctantium vias anhelitus ſiue oppilent oppilatione
coarctatoria, ſiue carnoſa. Exemplum primi, vt ſi materiæ retentæ fuerint in muſculis
gulæ & quantitate ſua comprimant tracheam arteriam. Exemplum ſecundi, vt ſi ni-
mia ſiccitate ſua eſſentiali vel accidentali ſint cauſſæ coanguſtationis viarum anhelitus.
C Exemplum tertii, vt ſi materierum pars aliqua retenta fuerit in epiglottide, aut in ſpa-
tioſitate tracheæ arteriæ, aut in cannulis pulmonis. Poteſt etiam materia talis apoſte-
manda inſtrumenta anhelitus comprimere. Et ſiquidem apoſtema fuerit in exteriori-
bus partibus gulæ, ad ipſius cognitionem prouenire poterit ſenſus viſus & tactus. Simi-
liter ſi fuerit apoſtema in partibus exterioribus colli. Si autem apoſtema fuerit in mu-
ſculis intermediis meri & tracheæ arteriæ, aut in profundis valde propinquis prædictis
membris, & non fuerit quantitatis valde notabilis, tunc difficulter per ſenſum viſus ha-
beri poterit huius cognitio, cum dolore in partib. profundis gulæ percepto & cũ nocu-
mento ſenſato in organo deglutionis, aut in trachea arteria, aut in vtroq; ſimul. Sed pro-
prie ducitur de apoſtemate in panniculo cannę pulmonis cõcatenante annulos cartila-
D ginoſos eius incompletos verſus poſteriorem partẽ colli, ſuper quo loco inuenitur meri
ſuſtentari a trachea arteria ſicut eadem meri ſuſtentatur. Et credo, quod iſta ſit vera diſpoſi-
tio huius adoleſcentis. ¶ At vero iterum hæc diſpoſitio prouenire pōt propter impotẽ-
tiam virtutis vitalis & naturalis complentis opus anhelitus: & hoc non videtur ita ratio-
nabiliter credere in diſpoſitione iſta: cũ nulla manifeſta cauſſa debilitatis velocis in his
virtutib. videatur aſſignari. Neq; n. fortis euacuatio aliqua præceſſit vel abſtinentia fortis
vel medicinæ malæ qualitatis aſſumtio, niſi foret hæc diſpoſitio angina peſtilentialis de-
nominãda. ¶ Iterũ cauſſa huius nocumenti anhelitus poſſet contingere propter nocu-
mentũ malæ complexionis aut malæ cõpoſitionis oppilatiuæ & apoſtemoſæ, quæ eue-
niſſet in lacerto, vel in lacertis epiglottis complentib. anhelitũ, ad quem lacertum adue-
E niunt nerui a quarto, quinto & ſexto, paribus neruorũm nuchæ, qui oriũtur a ſpondylis
colli, propter quorũ neruorũ oppilationem aut apoſtema, aut malã complexionẽ acci-
dere pōt nocumentum ablationis in anhelitu, quando ſpiritus animales a cerebro non
delegantur ad epiglottim: aut poſſet fieri nocumentũ diminutionis, qñ ſpirituũ anima-
lium quãtitas pauca deferretur ad prædicta loca; aut nocumentum corruptionis, quãdo
animalis ſpiritus in ſubſtãtia & in cõpletione corruptus: & modo ſuæ delationis cũ trãſ-
iret moderate quantũ oporteret. ¶ Et ego credo, quod in hac difficultate anhelitus vel ſtrã-
gulatione, ſi qua de pdictis cauſſis in hac muliere aſſignari poteſt, aut erit oppilatio, aut a-
poſtema in pfundis muſculis gulæ intermediis meri & cannæ pulmonis iam prædicto,
aut erit nocumentum prouenienS ex parte lacertorum epiglottidis, aut erit in omnibus
F prædictis membris, aut in pluribus eorum factum, &c.
Ex quibus omnibus facile intelligi poteſt, quod hæc res verenda ſit valde & feſti-
næ mortis pronuntiatiua. Vnde ad ipſius curationem feſtinandum eſt celerius, quã eſt
poſſibile ſecundũ octo inſtrumẽta, q̃ nũc inferius continenť. Primũ itaq; pdictorũ eſt, vt *Vena ſectio.*
conſentiente virtute ſicut ſcribitur ſtatim, fiat ei phlebotomia cephalicæ dextræ partis,

educendo ſanguinis ℥ iiij. vel v. ſecundum tolerantiam virtutis: & debet hæc phleboto- A
mia pręmitti propter neceſſitatem ſubiti iuuamenti conſecuturi ad ipſam. ¶ Secundum
inſtrumentum eſt, vt facta phlebotomia prædicta, ſtatim adminiſtretur ſibi clyſtere
Clyſter. hoc. ℞. *decoctionis communis* ℔ j. *olei de aneto, de croco ana* ℥ j. *olei de caſtoreo* ℥ j ß. *hieralogodion* ℥
j. *& ſi non habetur hiera illa, accipiantur hieræ picræ* ℥ j. *arthanitæ* ℈ j. *diagrid.* ℈ ß. *ſalis communis* ℥
j. *miſce & applicetur hora minoris afflictionis.* ¶ Tertium inſtrumentum principale eſt, vt in
ſpatulis prope collum lateraliter ſequenti ſero in die ventoſationis ponantur duæ vento-
ſæ magnæ ignitæ cum ſcarificatione. ¶ Quartum, vt temporibus intermediis harum
euacuationum & diuerſionum, quaſi ſemper fiant ei fricationes a genubus vſque ad pe-
des, & ab inguinibus vſque ad eos, & a ſpatulis vſque ad nates, & ab humeris vſque ad ma-
nus cum pannis aſperis inferius trahendo: vt ſaltem fiant ei ligaturæ ad prædictas partes B
doloroſæ. ¶ Quintum, vt hæc mulier ſæpe gargarizet cum hoc gargariſmate actu
Gargariſma frigido a principio ſuæ ægritudinis vſque ad medium augmenti vniuerſalis. ℞. *aquæ deco-
ctionis balauſtiarum, & ſumach* ℔ ß. *rob nucum* ℥ ij. *& ſi non habetur rob nucum accipiantur dia-
moronis* ℥ ij. ¶ Sextum eſt, vt inſtante timore fortis ſuffocationis radatur caput in ſum-
mitate eius: & applicetur eidem ventoſa ſine ſcarificatione, quæ pluries applicetur rei-
teratim. ¶ Septimum, vt ſæpe eidem applicentur ſuppoſitoria facta cum ſapone albo
& longo, ſicut digitus index. ¶ Octauum & vltimum, vt poſt euacuationes per phlebo-
tomiam & ventoſas prædictas ſoluatur eius venter cum ʒ j. pilularum cochiarum, aut
cum ℈ ij. ex eis ſecundum tenorem virtutis. Hæc quidem inſtrumenta poſita ſunt pro-
pter neceſſitatem ſubiti iuuamenti, quod eſt neceſſarium in diſpoſitione tali: quæ ta- C
men regulariter ex auctoribus variis voluminibus colligi poſſunt. ¶ De modo autem
ex parte rerum non naturalium obſeruando dimitto clariſſimis Doctoribus præfatis e-
lectionem. Si autem res dabit inducias, inpoſterum poterit declarari ſermo in locali-
bus & aliis particularibus remediis diuertentibus & conſumentibus materiam ſecun-
dum opportunitatem. Dabatur raptiſſime propter feſtinantiam miſſi: oportuit enim
ſpatio vnius horæ expediri.

CONSILIVM XCII. *De apoſtematibus gutturis, quæ vulgo Dragoncelli vocantur.*

Cauſſa huius apoſtematis. FREQVENS occurſus & longa mora ſub aere nocturno contracta: & proprie D
ſub radiis lunæ & capite diſcooperto moram contrahere: & ſecundo princi-
paliter ſuper ſumto cibo cito dormire, & capite decuruo, ac corpore ſuper
ſpinam inclinato: cibariis vnctuoſis: ferculis in ſero: & vſus lacticiniorum ciborum &
multitudo comeſtionis citrullorum & peponum: & vniuerſaliter motibus fortibus ex-
excitari ſuper cibo: hæc omnia cauſæ ſunt congregationis materierum in capite, & ex-
pulſionis earum ad partes gutturis. Vnde eueniunt apoſtemata a vulgo nominata dra-
goncelli vel gauones. A ſapientibus tamen in medicina nominantur apoſtemata ſqui-
nantica. quæ cum contingit fieri in profundis partibus gulæ, acuta nominantur apoſte-
mata vt plurimum ſuſpecta & malæ terminationis. Si autem exteriora fuerint, non adeo
mala & periculoſa ſunt: intermedia vero locũ prauitatis & bonitatis tenẽt medium inter E
alia duo prædicta: quicquid tamen in hoc contingat, omnia verenda & ſuſpecta ſunt: vt
placuit ſummo Hippocrati *ſect. 5. aphor. 10.* vbi dixit: *Quicunque anginam incurrunt, in vij.
diebus pereunt. Si vero hos effugiant, empyici ſiunt.* ¶ Ex prædictis itaque apparere poteſt,
quod regimem talium diſpoſitionum duplex debeat eſſe. Et primum quidem præſer-
uatiuum: Secundum vero iam factæ diſpoſitionis curatiuum, vt nunc ſequitur.

Medicamenta ab angina preſeruantia. Præſeruant autem homines ab incurſu anginæ inſtrumenta quamplurima. ¶ Pri-
mum eſt parcitas cibi & potus in cœna. ¶ Secũdum euitare ea, quæ prædicta ſunt. ¶ Ter-
tium frequens capitis mundificatio cum aſſumptione vnius pilulæ aſſaiaret per horas
duas poſt cœnam. ¶ Quartum frequens capitis pectinatio & leuis eius fricatio. ¶ Quin-
tum gargariſma ex aqua hordei cum vino granatorũ ſæpe factum. ¶ Sextum frequens F
collutio oris cum aqua hordei & ſeptima parte rob nucis commixtorum inuicem. ¶ Se-
ptimum frequens pedum ablutio ante cœnam facta cum aqua decoctionis foliorum
hederæ, lauri, maioranæ, roriſmarini. ¶ Octauum frequens pedum fricatio a genubus
vſque ad plantas. ¶ Nonum frequens maſticatio granorum maſticis in mane facta vel
ſaltem

A ſaltem vnius grani cubebæ aut modici ligni aloes. ¶ Decimum, frequens & bona narium demucatio. ¶ Hæc & ſimilia de præſeruantibus ab ægritudine hac ſunt meliora, quæ etiam conferre poſſunt, quando iam materia fluxerit & in gula collecta fuerit. Si autem contigerit materiam in multa quantitate congeſtam eſſe in gula; tunc omnino ſubito prouidendum eſſet.

De ingeniis curatiuis, & proprie quando concomitaretur cum iſtis ſignis. ¶ Primum, quod patiens eſſet febriens. ¶ Secundum, quod appareret ei nocumentum in deglutione. ¶ Tertium & peius, quod lædatur anhelitus. ¶ Quartum, punctio, dolor fortis in profundo gulæ percepti. ¶ Quintum abſentia tumoris in partibus gulæ. ¶ Sextum grauitas capitis. ¶ Septimum vehemens pulſatio arteriarum gulæ & temporum. B ¶ Octauum vehemens rubor & inflammatio partium capitis & gulæ. ¶ Nonum ſcothomica diſpoſitio vel vertiginoſa vel vtraque ſimul. ¶ Decimum pulſus cordis veniens ex prohibitione debitæ euacuationis eiuſdem. ¶ Cum enim hæc accidentia, aut eorum aliqua & proprie quinque prima iam ſcripta apparuerunt, tunc ſtatim properandum eſt ad curationem generalibus quinque inſtrumentis ab vniverſa ſapientum concordia probatiſſimis. Primum eſt, vt ventre iam lubrico exiſtente ſtatim fiat phlebotomia cephalicæ partis aduerſæ patienti: vt ſi tumor vel dolor fuerit in dextra parte, phlebotometur in parte ſiniſtra vel econtra, per quã extrahantur ſanguinis ad minus ℥ v. hora electa ab Auicen. deſcripta *quarta primi, cap. 26.* [Vena ſectio.] Secundum inſtrumentum eſt, vt ſtatim antequam impediatur deglutitio, patientis venter ſoluatur cum ʒ j. pilularum cochiarum [Pilula.] C deſcriptione Raſ. *9. Almanſ. capit. primo.* poſt quarum aſſumtionem tardetur cibus horis ad minus vj. & parum dormiat poſt earum aſſumtionem. Tertium inſtrumentum principale eſt, vt eadem die & præcedente æger pluries faciat gargariſma cum hoc. ℞. *rob nucum* ℥ j. *vini granatorum* ℥ ß. *aquæ decoctionis roſarum, balau. & ſumach* ℔ ß. *miſce totum, & ex eo actu frigido gargariſma fiat & collutio oris.* [Gargariſma.] Quartum principale inſtrumentum eſt regiminis ad res non naturales aduertentia: propter quod quia principaliter a ſapientibus ſunt approbata, ſcilicet, longitudo vigiliæ & tolerantia excellentis ſitis, & abſtinentia a cibo fere omni, vt ſcripſit princeps *nona tertii, cap. de ſuffocationibus.* vbi dixit: Et ſitiant, & vigilent, & famem patiantur, quoniam ſunt initium curæ. Quintum eſt, inclinatio vel diuerſio materierum ad partes oppoſitas: quæ quidem multis completur in- D ſtrumentis: vt colligendum eſt *9. tertii, præallegato cap.* Quorum primum eſt frequentatio clyſteris habentis aliquid acuitatis. Secundum eſt venarum hæmorrhoidarum apertio in homine ad hoc conſueto. Tertium, frequens & fortis extremorum ligatura, & ſtrictura iuxta cauillas, genu, & inguina, aut ſpatulas & humeros. Quartum, frequens applicatio ventoſarum cum ſcarificatione ſub alis ſpatularum. Et ſi quæreretur diſtractio longior, tunc applicari poſſunt natibus & carnoſis domeſticis partibus tibiarum. Quintum, ſpatularum fricatio vehemens a ſuperioribus incipiens ad inferiora trahendo. Sextum, vniuerſa ſapientum concordia approbatum eſt, vt ſi per prædictorum applicationem materiæ antecedentes & coniunctæ non eſſent ita ſufficienter reſolutæ vel conſumtæ: quin adhuc notabiles in anhelitu & deglutitione nocumẽtum appareret, tũc E faſcia magna toti gulæ circumapplicetur leuiter conſtringendo. Fiatque apertio ambarum venarum, quæ ſunt ſub lingua, & extrahatur ſanguinis quantitas tanta, vt ex ea percipiatur in anhelitu & deglutitione notabilis eleuatio, quæ quandoque ita velox & manifeſta ſubſequitur, quod contingit hominem in eadem die ſæpiſſime liberari. Et eſt præceptum Auic. *præallegato cap.* dum inquit: *Et non prætermittatur, quin in eo cadat phlebotomia ambarum venarum, quæ ſunt ſub lingua.* Conſiderans enim excellens iuuamentum ex applicatione phlebotomiæ talis voluit ipſam prætermitti non debere, & merito. Hæc enim vtranque materiam ſimul euacuare poteſt, antecedentem & coniunctam: vt patet intelligenti ſententias anatomiæ ex ramificatione illarum venarum a vena caua aſcendentis vtriſque ramis eius cerebrum ingredientibus: & panniculos eius ex mixtione F plurimarum venarum, quæ immerguntur muſculis gulæ & gutturis. Quorum omnium ſententiam lege *prima primi, cap. de anatomia venæ ventrem habentis aſcendentis.* & *9. tertii primo cap.* clarius idem percipere poteris. Hæc in ſumma eſt compendioſa deſcriptio ingenii præſeruatiui & curatiui harum diſpoſitionum.

Sequuntur conſilia de ægritudinibus pectoris & pulmonis.

Qq

CONSILIVM XCIII. *De orthopnœa ſiue difficultate anhelitus a mala complexione* A
frigida & humida cum materia phlegmatica mucillaginoſa & partim vitrea dominante &
cholerica ſubdominante. Diuiditur autem conſilium in tria capita.

CAP. I. *De diſtinctionibus, cauſſis & ſignis difficultatis anhelitus & orthopnœæ.*

OMNIA nocumenta, quæ in anhelitu contingũunt, includuntur ſub iſto
complexo termino nocumentum anhelitus, quod quidem multiplex eſt.
¶ Aliquando enim offenditur anhelitus in inſpirando, & non in exſpiran-
do. velut accidit his, qui non poſſunt pulmonem & cannam eius & alia
membra anhelitus adeo ſufficienter dilatare; vt multa quantitas aeris attra-
hatur, per quam ſufficienter cor & alia membra euententur, & hoc contingit, quando B
longitudinales villi ſeruientes attractioni, diſtemperati ſunt in complexione: quia infri-
gidati aut aliter diſcraſiati, aut quãdo oppilati ſunt vel apoſtemati, vt patet in pleuritide,
peripneumonia & ſimilibus. ¶ Aliquando vero nocumentum contingit in anhelitu,
quo patientes non poſſunt conuenienter conſtringere membra pectoris, ita, vt expel-
latur aer in villis factus, fumoſitates vel vapores in pectore contenti: & hoc eſt, quando
latitudinales villi non conuenienter conſtringuntur. ¶ Non raro vero & tertio con-
tingit nocumentum in anhelitu, tam in inſpirando, quam in exſpirando, & hæc eſt
praua ſpecies nocumenti anhelitus, quam Græci δύσπνοιαν vocauerunt: vt colligimus ex
Paulo. *primo practicæ, cap. proprio.* ¶ Amplius autem aliter nocumenta in anhelitu diſtin-
guuntur & collocantur ſub hoc termino præparatio anhelitus, quæ non importat a- C
liud, quam nocumentum, quo æger non ſufficienter euentare poteſt partes pectoris,
niſi præparent ſe ad varias figuras corporis vel loci differentias. ¶ Contingit enim
quandoque ægrum non poſſe conuenienter anhelare, niſi accommodet ſe ſuper latus
dextrum, & eſt, quando propter frigiditatem intenſam, aut propter oppilationem
a materia multa frigida vel craſſa, aut propter apoſtema in muſculis coſtalibus & in
inferioribus & ſuperioribus neſopleuris membra anhelitus compreſſa ſunt. Si ergo æ-
ger ſuper eodem iaceat latere, grauantur illa membra adeo, quod anhelitui non ſerui-
unt conuenienter. Et quandoque ſuffocati moriuntur ægri ex decubitu tali. Cum
ergo reuoluitur ad latus oppoſitum, alleuiatur anhelitus, quia remouetur compreſ-
ſio membrorum. Ex quo apparet, quod hæc ſit præparatio anhelitus dextri, reſpe- D
ctu ſiniſtri. Vnde concluditur, quod cum alleuiatio fiat in anhelitu ex decubitu ſu-
per vna parte, nocumentum & cauſſa eius eſt in aduerſa parte: & econtra.

Similiter non raro contingit ægrum non conuenienter anhelitum perficere, ni-
ſi totum corpus & maxime pectus & collum erigat & figura recta ſe tueatur: & hoc
quidem contingit, quando nocumentum & eius cauſſa inueniuntur in omni parte
corporis multiplicata, tunc enim ſi corpus erigatur, anhelitus alleuiatur, eo quia nul-
la materia comprimere poteſt membra anhelitus a dextro vel ſiniſtro, anteriori vel
poſteriori ſitu. Remanet ergo canna pulmonis & alia membra erecta, per quorum
rectitudinem aer vberius ingredi poteſt; & vapores ab intus ad extra couenientius ex-
pelli. Aliis enim paribus ſemper vberius aer ingreditur & celerius per concauitatem E
rectam, quam per incuruatam. Et ita etiam fumoſitates & aer per eandem lineam re-
ctam vel concauitatem celerius & liberius expelluntur, quam per incuruatam. & hæc
eſt illa nocumenti anhelitus ſpecies, quam Græci ὀρθόπνοιαν appellauerunt: & cadit a ſi-
gnificato termini: ὀρθὸς enim apud Græcos rectum vel rectitudinem importat. Hæc eſt
illa nocumenti anhelitus ſpecies, qua moleſtatur generoſus vir Philippus de Scolaribus.
Hic enim anhelitum ſuum conuenienter expellere non poteſt: niſi erigat ſe ſedendo
aut ſtando.

Eſt autem iterum tertio conſiderandum, quod hæc nocumenta anhelitus quæ-
cunque dicta proueniant, quandoque a mala complexione partium pectoris per eſ-
ſentiam in eis: quandoque vero per colligantiam aliarum partium. Primo quidem F
capitis, cum defluit ab eo materia in membris anhelitus recepta. Secundo vero &
frequenter per colligantiam ſtomachi cum ventoſitates & materiæ in eo multipli-
plicatæ diaphragma comprimunt. Et ſimiliter de epate & ſplene repletis dicendum eſt:
& maxime de epate, cum in eo apoſtemata aut magnæ oppilationes accidunt per quas
graui-

A grauitante epate nocumẽtum in anhelitu contingit, propter quod comprimit diaphra-
gma, ita, vt non conuenienter diaſtolet & ſyſtolet. Non curo autem hic tangere ſpecies
nocumenti anhelitus prouenientes a matrice: nec ab aliis membris mala complexione
ſimplici materiali vel immateriali nocentibus pectori, aut a ventoſitate hoc efficienti-
bus, eſſet enim materia ampliſſima ſpeculatione & diffuſa deſcriptione indigens. ¶ Am-
plius & quarto ſpecificantur anhelitus nocumenta ex parte cauſſarum materialiũ illa
efficientium. Et hæc quidem materia vt in pluribus eſſe poteſt phlegmatica aquoſa.
Et de ea *decima tertii, fit cap. de aqua, in pulmone congregata.* Aut hæc materia contineri po-
teſt in venis & arteriis pulmonis & aliorum membrorum anhelitus. aut ipſa eadem in-
fundi poterit in poris membrorum anhelitus, & erit hæc cauſſa coniuncta, ſicut prima
B antecedens cauſſa eſt talium ægritudinum. Attende tamen, quod raro contingit talem
cauſſam coniunctam harum ægritudinum eſſe phlegma mucillaginoſum vel vitreum.
Cum propter frigiditatem & ſuam viſcoſitatem non ita facile penetrare poſſit membra
anhelitus, propter denſitatem compoſitionis & ſubſtantiæ eorum, vnde vt in pluribus
contingit, quod hæc materia ad penetrandum iuuatur ab aliqua portiuncula cholericæ
materiei ſecum commixtæ: igitur cholerica materia mobilitando, colliquando & ſub-
tilius reddendo phlegma facit ipſum penetrare in partes anguſtas membrorum anhe-
litus, in quas per ſe penetrare non poſſet, & in viro iſto contingit hæc orthopnœa
a materia phlegmatica mucillaginoſa & partim vitrea dominante & a cholerica ſubdo-
minante.

C Ex quorum fundamenro concluduntur corollaria plura. ¶ Primum, quod huius *Corollaria.*
viri diſpoſitio non ſit vere aſthma denominanda, ſi accipiatur eius formalis definitio ac- 1.
cepta *decima tertii*, dum inquit: quod aſthma ſit ægritudo, cum patiens non inuenit ex-
cuſationem ab anhelitu, quo laborat feſtinatus, aut præfocatus; ſed anhelitus talium
eſt neceſſario velox & frequens & magnus non neceſſitatus ad figurã erectionis. igitur,
&c. ¶ Sequitur ſecundo, quod ægritudo huius viri ſit mala complexio materialis fri- 2.
gida & humida partium pectoris anhelitus ſeruientium ſeruitute latoria & præparato-
ria. ¶ Tertio, quod orthopnœa non ſit ægritudo proprie ſumta. patet; quia non eſt 3.
complexionalis aut compoſitionalis aut vnitatis. igitur, &c. ¶ Quarto, quod ortho- 4.
pnœa ſit accidens. patet, quia cadit a mala complexione, aut a mala compoſitione par-
D tium anhelitus. ¶ Quinto, quod materialis cauſſa huius ægritudinis ſit phlegma cho- 5.
lericum mucilaginoſum, vel vitreum prædictis partibus inuentum. ¶ Sexto verificatio 6.
exitus ſanguinis cum ſputo ſimul. potentia enim choleræ diſſoluendo ſanguinem, & i-
pſum fluxibilem & ſubtiliorem reddendo facit ipſum poris venarum & orificiis earum
emanare. ¶ Septimo, cauſſam ſalſedinis in ſputo repræſentatę facile verificari poſſe. 7.
Cum enim partibus aquoſis phlegmatis commiſcetur cholerica materia notabiliter ca-
lida, ſalſedo acquiritur in tota maſſa: vt legitur *prima primi, cap. de humoribus. § illo. Omnis
autem ſalſuginis cauſſa.* ¶ Amplius octauo ſequitur verificatio cognitionis loci vnde talis e-
manat ſanguis. Emanat enim a remotis & profundis partibus pectoris: quod demon-
ſtratur ex forti commixtione ſanguinis cum phlegmate. Si enim emanaret a propinquis
E partibus, non poſſet adeo profundari & commiſceri cum phlegmate; cuius oppoſitum
apparet ad experientiam. Neceſſe itaque eſt concludere, quod emanet & exeat a parti-
bus remotis, aut ſaltem non a propinquis, & eſt punctus notabilis theoriæ. ¶ Nono faci-
le poſſe reddi cauſſam moleſtæ ſitis huius viri, quæ prouenit eſſentialiter ab illo phle-
gmate. ¶ Decimo, verificatio interpolati euentus ſitis. Neque enim ſemper generatur
& genitum inuenitur phlegma ſalſum potens ad exſiccandum humidum roridum par-
tium pectoris, ſolum enim tunc multiplicatur ſitis, cum multiplicatur cauſſa eius effe-
ctiua; ſed illa eſt falſa. falſum igitur. ¶ Vndecimo, ſolutio quæſtionis, quare ſitis iſta non
omnino tollitur ex potu. patet, quia potabile non cito peruenit ad iſta membra, vt poſſit
abſcindere cauſſam conſumptionis humidi roridi: aut reſtaurare illud, ita vt abſcindatur
F ſitis. ¶ Duòdecimo, quod hic vir paratus ſit ad phthiſin aut ſaltem ad empyema; niſi mi-
ſerator altiſſimus ei ſubueniat. ad phthiſin quidem, cum materia corruperit pulmo-
nem, ſine cuius corruptione non poteſt intelligi phthiſis in proprio ſignificato: ad em-
pyema vero paratus, & proprie cum materiæ prædictæ putreſcerent in ſpatioſitate pe-
ctoris. ¶ Vltimo autem deducitur, quod niſi vir iſte ſollicite ſibi prouideat, non pro-

telabitur ſuæ vitæ terminus valde multum. ¶ Hæc itaque mihi placuit tecum agere theo- A
rice clariſſime artium & medicinæ Doctor Bartholomæe Arpo. tu autem ſolito tuo ſtu-
dio acutius meditaberis; ex variis enim auctorum fontib. hæc ſcripta emollita reperies.

Cap II. *De regimine dicta diſpoſitionis per regimen in ſex rebus non naturalibus.*

PRINCIPIVM regiminis huius viri orthopnœici fundamentum aſſumit
ex applicatione congrua ſex rerum non naturalium. Et difficile quidem
eſt tale regimen conuenienter erigere propter complicationem ægritu-
dinis cum accidentibus, & proprie cum accidente ſuſpecto magis, quod eſt
ſputum ſanguinis, ipſe enim aduocaret ad ſe adminiſtrationem omnium
rerum frigiditate prohibentium inundationem & ebullitionem ſanguinis & rerum ſty- B
pticantium, coarctãtium vaſa & ſanguinem etiam incraſſantium. Et hæc quidem omnia
nocerent principali diſpoſitioni, quę eſt mala complexio frigida & humida in præcedē-
ti cap. demonſtrata. ¶ Propter ꝗ nulla de ſex rebus non naturalibus calefaciens & exſic-
cans ex vna parte conueniens eſſet. Similiter neq; infrigidantia & ſtypticantia forent
conuenientia, quare debet neceſſario dici, quod talia debeant eſſe inuicem complicata
contrariarum qualitatum inductiua. Ego autem prolixitatem ſermonum effugiens ſub
exemplaritate diſcurram per ea, quæ nocitiua ſunt & euitari debent. In reliquis autem
Aer. præter iſta poterit concedi licentia. ¶ Primum ergo euitare oportet habitationem in ae-
re magnæ caliditatis & ſiccitatis: ſed eligatur aer in iſtis ambabus qualitatibus modera-
tus naturaliter vel artificialiter, qualiter imaginari debes qualitates aeris vernalis com- C
parati ad hyemalem & æſtiualem. Minime autem aer inclinari debet ad humiditatem
Veſtimenta. propter ſuſpitionem exitus ſanguinis, ſimiliter etiam & veſtes eius non ſint pectus mul-
tũ cõſtringentes, neq; collũ. & capitis tecturas non intenſiue calefacientes habeat: imo
Motus & quies. non tranſcendat caliditatē intenſiue maiorē, q̃ inducerēt pelles de dorſis variorũ auta-
gninæ mediocres. ¶ Exercitio autē omni forti & duratiuo nullo modo exercitari debet
ꝑpterea quia tales motus materias in fluxũ ponunt, quæ ad debilia membra plurimum
defluunt. Quies ergo corporis totius, & animi etiam a fortibus meditationibus, triſtitia
& anguſtia, & ſollicitudine circa exteriora negotia ſollicitanda eſt. Et ſi diuerſionis gra-
tia aliquod eſſet opportunum exercitiũ: tunc fiat confricatio manuũ vſq; ad pedes. ne-
quaq̃ placet mihi fricatio brachiorũ nec pectoris propter ſuſpicabilem motũ ſanguinis. D
Somnus & Vigilia. & hæc ſufficiant de exercitio. Vigilias autē immoderatas effugiat propter caliditatē, q̃
ſequitur ad eas, immo adhærere prolixitati ſomni eſt ei valde cõueniens, propterea quia
in eo vigoratur digeſtio & perficitur tam in cibis & potibus, quam etiam in pręparatio-
ne materierũ pectoris & rectificatione ipſarum: & omnino in dormitione ſua euitet re-
ſupinationem & capitis curuationē, immo velut ſemiſedens dormiat, vt trachea arteria
liberior reddatur in inſpirando & exſpirãdo, & expurgatione materierum per ſputum.
Et ſi in principio dormitionis eius maſticaret mediocriter radicem vnam liquiritiæ mũ-
datæ & parumper torrefactæ ſuper lamina ferrea eſſet, ei valde conueniens.

Inanitio & repletio. In aſſumptione quantitatis ciborum memoret partiri cibũ ſuum, ita quod ex ipſo
non extēdatur ſtomachus, nec grauetur, nec in eo fluctuet potus amplitudo, propter ꝗ E
grauet diaphragma & venæ pectoris compreſſæ ſanguinem effundunt, qui in pectore
putreſcens, in empyema, vel phthiſin conuerteretur. Itaque cibum accipiat præpara-
tione & coctione ſuis ita diligenter confectum: vt quaſi ſemidigeſtus exſiſtat neque ma-
ſticatione forti egeat. propter quod fortaſſis melius eſſet cibum eius partiri in tres vi-
ces, quam ſolum bis ipſum accipere in die naturali: velut ſi tempore veris vndecima
vel duodecima hora cibaretur: vigeſima octaua iterum aliquid accipiat ex eo: & poſt-
ea iterum vigeſima tertia vel vigeſima quarta hora cibaretur tertio. & ita de potu di-
Cibus. cendum. Ciborũ autem qualitates & potuum & eorum præparationes eligēdæ nunc di-
cantur ita, quod pro horum declaratione præmittendum eſt, quod cibaria abſolute di-
cta talia conuenientia ſint gratia ſuſtentationis virtutis, cum operantur a materia & non F
Carnes. a qualitate manifeſta: & talia ſunt ſicut panis ſimilaceus, id eſt, de pura farina factus. Car-
nes molles & bene pingues, & pullorum gallinarum, & columbelli etiam & anatuli, ſyl-
ueſtres etiam aues, vt phaſiani, perdices, meruli, turdi & qualiæ bene placent mihi.
De quadrupedibus vero vituli capreti annuales, agni, caſtrati, cuniculi, porcelli
iuuenes

A iuuenes domeſtici vel ſylueſtres, lepores, gazelli & conſimiles carnes ſunt laudabiles.
¶ Et de ferculis omnia cum ouis compoſita & modico caſeo dulci ſunt ei conuenien- *Fercula.*
tiſſima & proprie propter ſputum ſanguinis. Cicera rubea & alba; & brodium fabarum
cum pinguibus carnibus, & caules optimi ſunt: & paſtinacæ domeſticæ & ſylueſtres, fœ-
niculus, petroſel. mentha, marubium, hyſſopus, roſmarin. ſerpillum, ſaluia. In ſumma o-
mnium plantarum calidarum vſus in ferculis eſt huic viro conueniens: & proprie, quan- *Plantæ.*
do cum eis miſcetur aliquid vegetabile de his, quæ prohibent venarum relaxationem
& apertionem, vt burſa paſtoris, folia cydoniorum mollia, & rubi etiam aliqualiter in
brodiis cocta in filo ligata: non tamen comeſta. Hæc omnia & ſimilia in cibis ſigillant
virtutem alicuius ſtypticitatis venas confortantes. Iuſcula vero de hordeo, de amylo,
B & conſimilibus, ſimplicia dico, non mihi placent: niſi eis commiſceatur aliquid de cale-
facientibus pectoralibus, vt hyſſopus, anetum, fœniculum, petroſelinum, ſaluia, origanũ *Lacticinia.*
& ſimilia. Similiter etiam lacticini cibi dimittendi ſunt, & maxime ex lacte crudo. Ciba-
ria vero ex lacte cocto compoſita conuenire poſſunt, & maxime, quando eis adiũgitur
aliquid croci vel cinamomi, nucis muſcatæ vel macis.

Aceti autem vſus eſt ei dimittendus, ne promoueat tuſſim, quæ maiorem facit
operationem in venis. Similiter & agreſta non placet, & minus mala eſſet ei agreſta
ſalſa cum ſaccharo commixta, quam ſimplex & ſine ſale. Limones autem dulcedini
vicini, ſunt ipſi vtiles: & ſuccus aranciorum cum ſaccharo factus etiam conueniens eſt
ei. Et ex eis omnibus ſapores componi poſſunt variarum ſpecierum ſecundum conſue-
C tudinem & modum diuerſarum ciuitatum & locorum. Olei vero oliuarum vſus non
multum placet mihi propter incitationem, quam facit ad tuſſim. nam melius eſt ei bu- *Aromata.*
tyrum. Et adhuc melius eſt oleum amygdalarum dulcium recens, quam aliquis liquor
vnctuoſus, qui reperiri poſſit. ¶ Caſeo vero ouino vel vaccino aliqualiter ſolido vti po-
teſt. ¶ Aromata conuenientia plurima dicta ſunt, vnum memorando, quod crocus ſit ei
medicina conueniens inter omnia, propterea quia dilatat organa anhelitus, confortan- *Fructus.*
do cor & ſpiritualia membra omnia: & ſua leui ſtypticitate confortat venas & vaſa ſan-
guinis, & arterias & cor. Similiter non obliuiſcatur adhærere vſui comeſtionis enulæ
frequentando ipſum. ¶ De fructibus autem recentibus bonæ ſunt auellanæ molles
& amygdalæ præ ceteris: & ficus recentes comedat audacter, & pyra muſcata, & ceraſa
D ſolida bene dulcia. Melones etiam & vuæ bene dulces ſunt ei vtiles. Et granata dulcia *Præparatio- nes ciborum.*
comedat ad libitum: & iuiubas etiam bene maturas. Perſica etiam bene dulcia quando-
que comedere poteſt. ¶ Præparationes vero ciborum meliores ei ſunt carnium eli- *Potus.*
xarum, quam aſſatarum. Et ſi tamen aſſata placent, in padellis cum pinguedine cocta
concedi poſſunt: ſi ſunt bene mollia, & non viſcoſa, propter quod paſtiles cibi omnino
dimittendi ſunt. ¶ Potus autem huic nobili viro conueniens debet eſſe vinum album
vel ſubrubeum, clarum, aromaticum, & mediocriter dulce: quod non ſit valde fumo-
ſum, & ita purum bibatur. Si autem potens & fumoſum eſſet vinum: tunc miſceri poteſt
cum aqua de bona ciſterna in diebus magni caloris ſimplici & cruda. In diebus autem
frigoris debet eſſe cocta. Gratia cuius ſuperaddendum eſt: quod ſi a principio menſis *Hydromel.*
E Octobris vſque per totum menſem Februarii biberit hydromel, nunc ſcribendum, eſ-
ſet maximum iuuamentum ad ſanitatem eius recuperandam: aut ſaltem de ipſo com-
miſceret ſuo vino. Eſt autẽ huius hydromellis deſcriptio talis. ℞. *mellis electi* ℔ j. *aq. ciſternæ*
℔ *xv. pulueris ſacchari* ℔ ß. *croci* ʒ ß. *cinamomi* ℈ j. *bulliant omnia ſimul in vaſe vitreato vſq; ad cõ-
ſumtionem tertiæ partis. tunc ergo ponatur in eo maſticis* ʒ j. *& iterum modicũ bulliat, demum coletur
bis per ſtamen bene ſpiſſum*: vt ſit vſus eius, vt iam dictum eſt. Hoc in ſumma eſt huius viri re-
gimen celebrandum ex parte ſex rerum non naturalium.

Cap. III. *De regimine dictæ diſpoſitionis per medicinalia.*

PRo regimine vero medicinali ab hoc generoſo viro obſeruando præmit-
F tendum eſt, quod omnia medicinalia inſtrumenta debeant participare
qualitatibus & virtutibus parum cõtrariis. Nam indicatio a materiebus in
pectore contentis indigentibus purgatione per ſputum conuenientia ſunt
ei calida aperitiua & abſterſiua. Indicatio vero ab exitu ſanguinis & ab a-
liquanta parte choleræ commixta phlegmati indigeret frigidis reprimentibus. Quia ta-

men maior eſt intentio ad exſiccationem tanquam ad rem maioris vtilitatis: ideo ca- A
leſacientia, abſtergentia, ſubtiliantia & aperientia dominari debent in compoſitis. & ita
ſcientifice procedendo omnia remedia ſecundum hunc modum diſponentur. ¶ Præ-
mittendum eſt ſecundo, quod tam ad curationem, quam ad præſeruationem huius viri
a frequentia paroxyſmorum inuadẽtium ipſum ingenium curationis optimum eſt: vt i-
ſte vir omni anno in vere purgetur & in autumno vniuerſali purgatione, pectori tamen
appropriata magis.

Itaque in purgatione veris taliter procedatur. Nam antequam tranſeat dies duo-
decimus menſis Iunii, optimum erit ei auxilium, vt phlebotometur baſilica ſiniſtri bra-
chii ſub cubito inuenienda: per quam educantur ſanguinis ℥. ſaltem iij. neq; timendum
eſt, quod habuit aliam phlebotomiam, ętas enim eius, fortitudo virtutis, multitudo ſan- B
guinis, & ſpecies ægritudinis, cui complicatur exitus ſanguinis, ad phlebotomiam in-
ducere debent. ¶ Facta ergo phlebotomia ſequenti die ſoluatur hoc minoratiuo. ℞.
Potio minoratiua. *mannæ electæ ℥ j ß. reubarbari ℈ ij. aga. elect. ʒ j ß. ſquinanti gran. v. zinzib. ℈ ß. ſalis gemmæ gran.
j. infundantur hæc omnia in ℥ iij. aquæ hyſſopi cum ℈ ij. pulueris maſticis, & ita aut remaneant per di-
em naturalem, & tunc in aurora calefiant, colentur & violenter exprimantur, & colaturæ tali ap-
ponatur ſaccharum ad libitum, & bibatur calidum, & dormiat ſuper eo hora vna: & non amplius
quieſcendo.* Et cum tranſiuerint horæ v. bibat ſcutellam brodii macri calidi cum multo
ſaccharo. Et poſt illud brodium per horam accipiat prandium. ¶ Die vero immediate
Digeſtiuum. ſequenti accipiat hoc digeſtiuum. ℞. *aquæ enulæ ℥ ij ß. aquæ labruſcæ ℥ j. mellis roſ. ℥ ß ſyrupi
compoſiti acetoſi ſaccharini ℥ j. calidum ſaltem bibatur per dies 8.* ¶ Nona vero die ſequenti pur- C
Pilulæ. getur eradicatiue cum iſtis pilulis. ℞. *pilularum de agarico deſcriptione Meſ. in antidot. ʒ j. pilu-
lularum cochiarum ℈ ß. formentur pilulæ vij.* & accipantur hora & modis in minoratiuo iam
dicto obſeruatis. ¶ Cum igitur hic vir fuerit euacuatus, tunc quieſcat per quatuor vel
quinq; dies. tunc ergo incipiat accipere de hoc electuario, quod eſt conuenienter pecto-
Electuariũ. ris expurgatiuum. ℞. *mellis deſpumati ℔ ß. rad. apii & pulegii ana ʒ ij. coquatur mel & deſpume-
tur in vaſe vitreato. tunc ergo cum cœperit infrigidari, ponantur ſpecies, & fiat electuarium, de quo
patiens in aurora & adhuc parum poſt ortum ſolis deglutiat cochlear ß. & per horam ante cœnam tan-
tundem.* Et ſimiliter tantundem accipiat, quando vadit ad lectum, & eſt de medicinis a
Democrito deſcriptis. Memoret etiam hic vir poſt purgationem prędictam in omni ci-
batione ſua ſemper accipere aliquid de numero 8. medicinarũ infraſcriptarũ. ¶ Prima D
eſt crocus. ¶ Secũda ficus ſiccę. ¶ Tertia enula. ¶ Quarta hyſſopus. ¶ Quinta marubiũ.
¶ Sexta fœniculum. ¶ Septima pulegium. ¶ Et octaua betonica.

Occurrente autem medietate menſis Septembris poterit purgari hoc modo. Si e-
nim clariſſimo doctori prętato apparebit, poterit fieri phlebotomia baſilicæ dextrę par-
tis: per quam ſaltem extrahantur ſanguinis ℥ ij ß. ¶ Sequenti autem mane minoret cum
minoratiuo veris aliqualiter diuerſificato: ita quod reubarbarum & agaricus ponantur
æqualiter: & hoc eſt per maiorem indicationem ad choleram inſtituendam in tempore
autumni, quod præceſſit hyems. Et eſt rationabile multiplicari magis choleram in æſta-
te, quam in hyeme. ¶ Poſt minoratiuum vero die immediate ſequẽti accipiat hoc dige-
Digeſtiuum. ſtiuum in aurora calidum: quod continuet dies 8. ſ. ℞. *ſyr. viol. ℥ j. ſyr. de hyſſopo ℥ ß. aquæ ca-* E
pil. Ven. aq. labruſcæ & hyſſopi ana ℥ j. miſce. ¶ Poſt digeſtiuum vero nona ſequenti die purge-
Electuariũ purgans. tur cum hoc electuario. ℞. *electuarii Indi ʒ iij. electuarii roſ. ʒ j. accipiatur in aurora cum modico
vini rubei calidi obſeruando poſt ipſum omnia, quæ dicta ſunt in aliis euacuationibus.* ¶ Cum ergo
ſic fuerit euacuatus, quieſcat per 8. dies, & tunc apponantur eidem ventoſę in ſpatulis cũ
ſcarificatione leui, vt attrahant aliquid ſanguinis, per quem alleuientur venę a compreſ-
ſione & dilatatione. Neque ex his timendum eſt: immo ſi perſeueraret paroxyſmorum
inſtantia & accidentiũ fortitudo, laudarem ego, q́ eligeretur alterũ horũ duorũ inſtru-
mẽtorum. ¶ Primum, q́ apponeretur thoraci eius medio per æquidiſtantiã ab extremis
Cauterium potentiale. cauterium potentiale ſecundũ hunc modum. ℞. *arſenici citrini, & eſt auripigmentum ʒ ij. vi-* F
Arſenicum citrinũ quid. *trioli rub. ʒ iij. mellis ℥ iij. pulnerizentur ambo & decoquantur cum paſta habente foramen longum
figuræ iuiubæ:* tũ ergo ibidẽ dimittatur, vſquequo fecerit eſcarã. ad cuius caſum intendat
cũ appoſitione recẽtis axũgiæ, & cũ ceciderit, mundificetur cũ vnguento apoſtolorũ. Et
ſi volueris leui⁹ vnguentum, apponas baſiliconem. Neque curandum eſt, q́ conſolidet
locus vſq; ad annum integrũ, aut ſaltem vſq; ad ſex menſes. ¶ Secundũ vero remediũ eſt

appoſitio

A appoſitio ſetonis, & hoc in ſiniſtra parte coſtarum in penultima inferiori, de quinq; coſtis mendoſis in medio coſtarũ laterali æque diſtanter a ſpina, & a pomo granato. ¶ Notà, quod ſi patiens non timeret alterum iſtorum duorum inſtrumentorum, ſuſtentatur magna pars ſpei ſuæ ſanitatis.

Cum ergo fuerit euacuatus euacuatione duplici iam prædicta, tunc mihi occurrũt 15. remedia per ipſum celebranda in reliqua parte anni, quorum 10. adminiſtrari debẽt in hyeme inter purgationem autumni & veris. Alia vero quinque in æſtate inter purgationem veris & autumni. Prima vero ſunt quinq;, quæ adminiſtrari debent a fine Menſis Octobris per totum menſem Ianuarii, & alia quinque a menſe Februarii per totum menſem Aprilis. ¶ Primum itaque de quinq; hyemalibus eſt hoc. ℞. *ſucci betonicæ vnc. j. ß. croci drachm. j. piperis nigri, epithy. an. ℈ ij. mellis electi deſpumati lib. ß. coquatur mel, & poſt infrigidationem eius apponantur ſpecies diu conterendo in mortario.* De hoc ergo electuario patiens omni ſeptimana accipiat ter in aurora cochlear vnum deglutitum, & tardet comedere ad minus per tres horas. ¶ Secundum vero remedium eſt hoc. ℞. *cinamomi electi drachm. ij. macis, nucis muſcat. an. drach. j. croci ℈ j. pulueris galangæ ℈ ß. ſacchari alb. lib. ß. cum aqua capill. Vener. coquatur ſaccharum, & fiat confectio in rotul. ij. ʒ.* de quibus ſemper comedat vnam ante prandium & cœnam. ¶ Tertium eſt hoc. ℞. *cubebarum, caryophyl. nuc. muſcat. an. ʒ j. ligni aloes drach. j. ß. ſandara. ʒ iij. roſ. viol. an. ℈ ij. puluerizentur omnia per ſe, deinde commiſceantur, & de hoc puluere diebus intermediis aſſumtioni electuarii ſupraſcripti, quando vadit ad lectum, quantitas ſex granorum hordei ſuperaſpergatur ſagittali commiſſuræ cranei ſemper cum pectine deponendo primum puluerem cum apponitur ſecundus.* ¶ Quartum. ℞. *olei de pulegio, olei de croco & piperibus an. ℥ j. olei omphacini vnc. j. ß. ſandaracæ, maſticis an. drachm. j. terantur diu in mortario, & de hoc linimento partes coſtarum anterius & poſterius, quando vadit ad lectum, diligenter inungatur actu calido.* ¶ Quintum vero & vltimum de hyemalibus eſt. ℞. *pul. roſmari. ʒ ß. corallorum rub. ℈ ß. miſce, & cum modico ſacchari bibatur in ſero per duas horas poſt cœnam*

Remedia hyemalia. 1. Electuariũ. B 2. Rotulæ. 3. Puluis capiti ſuperaſpergendus. C 4. Vnguentum 5. Potio.

Quinq; vero alia remedia, quæ adminiſtrari debẽt a principio Februarii, vſque ad medium Aprilis, rationabiliter debent eſſe a prædictis differentia parumper, incontinente enim eo tempore inuenitur caliditas intenſior, quare &c. ¶ Primum de prædictis remediis poterit eſſe tale. ℞. *diacalamenti ℥ j. croci ℈ j. puluer. liquiritiæ dr. j. incorporentur ſimul; & de hoc electuario deglutiat æger ad quantitatem nucis muſc.* omni ſeptimana tribus vicibus in aurora. ¶ Secundum eſt, vt diebus intermediis aſſumtioni prædicti electuarii ſaltem bis in ſeptimana accipiat hunc potum calidum in aurora tardando cibum horis ad minus tribus. ℞. *aquæ enulæ ℥ ij. aquæ iris ℥ j. miſce & cum ſaccharo bibatur.* ¶ Tertium eſt hoc. ℞. *liquirit. ʒ j. cinamomi, macis, florum hyſſopi & praſſii an. drachm. j. ß. aniſi drach. iij. puluerizentur omnia ſubtiliter, & miſceantur cum tertia quantitate ſacchari, & fiat tragea;* de qua ſemper ante prandium & cœnam deglutiat cochlear medium. ¶ Quartum eſt, vt quando vadit ad lectum, poſt cœnam ſaltem per duas horas deglutiat huius electuarii quantitatem nucis muſcat. ℞. *electuarii diairis deſcrip. Nicol. vnc. j. capillorum Vener, croci an. drachm j. ß. pulueris radicum enulæ drachm. j. fiat electuarium.* ¶ Vltimum vero remedium de prædictis eſt hoc. ℞. *electuarii diapraſſii deſcrip. Nico. ℥ ij. violarum, ſem. papaueris alb. an. drach. j. ß. incorporentur ſimul cum modico de liquiritia, & fiat electuarium*, de quo patiens per duas horas ante prandium deglutiat quantitatem nucis muſcatæ. Et ſunt iſta decem remedia ſuſtentamentum curationis omnium ægritudinum huius viri.

Quinq; remedia in Februario & Aprili vſurpanda. 1. Electuariũ. D 2. Potio. 3. Tragea. 4. Electuariũ. 5. Electuariũ. E

At vero iterum quinq; ſunt ponenda remedia, quibus iſte vir vti poteſt in toto proceſſu æſtatis. ¶ Primũ itaq; de prædictis eſt hoc. ℞. *mucilag. ſebeſten ℥ iij. elect. diaprunis ſimpl. ℥ ij. viol. liquirit. medullæ carthami an. ʒ ij. penidiarũ ℥ iiij fiat electuar.* de quo hic patiens omni ſeptimana ſemel in aurora deglutiat quantitatẽ mediæ ℥. & tardet cibum ſuum horis ad minus v. In hoc enim eſt magna virtus leniendi membra anhelitus, prouocandi ſputum & leniendi pectus. ¶ Secundũ remediũ eſt hoc ℞. *agarici electi ℥ ß. aloes epaticæ ʒ vj. zinzib. maſticis an. ʒ ß. ſalis Indi gr. vj. violarũ, liquir. epithym. hermodactyl. an. ʒ j. ß. puluerizentur omnia & infundantur in ℥ v. aquæ violarum, & diligenter commiſceantur & ſupponantur radiis ſolis, vel tegulæ calefactæ, vſquequo exſiccetur aqua ter renouata. De maſſa ergo illa fiant pilulæ ex omni drachm. vj. de quibus vir iſte bis in menſe accipere poterit drachm. j. in aurora tardando comedere per quinque horas ad minus:* aut ſaltem de eis accipiat omni quinta vel ſexta die.

Quinq; remedia æſtiua. 1. Electuariũ. 2. Pilulæ. F

vnam parum ante cœnam. Et attende, quod in iſtis duobus remediis conſiſtit vis leni- A
ficandi & purgandi ventrem a ſuperfluitatibus, & poterit eis vti omni tempore vitæ
ſuæ. Si enim hæc remedia conceduntur conuenienter in tempore æſtatis, non eſt du-
bitabile, quod etiam conueniant in tempore hyemis & in aliis. ¶ Tertium remedium
3. *Conſerua.* eſt hoc. ℞. *conſeruæ roſarum antiquæ ℥ ij. conſeruæ liquirit. croci, pulueris farfaræ an. ſcrupul. j.*
trociſcorum de karabe drachm. ß. capill. Vener. liquiritiæ, croci, puluer. farfaræ an. ℈ j. incorporen-
tur ſimul omnia in mortario, & de hac mixtione ſemper in fine prandii & cœnæ deglutiat cochlear
vnum. ¶ Quartum vero ſingulare eſt hoc. ℞. *maſticis drachm. ß. macis drach. j. caryo-*
4. *Rotula.* *phyl. ſcrupul. j. liquiritiæ vnc. ij. puluerizentur, & cum ſaccharo albo fiat confectio cum aqua capil.*
Vener. in rotulis magnis. De hac ergo confectione ſemper ante prandium & cœnam com-
edat rotulam vnam, quatuor ʒ. ¶ Vltimum vero remedium, quod occurrit, eſt, quod B
5. iſti viro in fine menſis Auguſti apponantur ventoſę duę cum ſcarificatione ſuper natibus
ad diſtrahendum materiam a capite & a pectore, per quæ redditur alleuiata virtus: ita
vt ſanitatem acquirat & poſſideat, quam ſibi concedat altiſſimus, trinus & vnus regnans
per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

CONSILIVM XCIV. *De apoſtemate in partibus pectoris profundo. Diuiditur autem conſilium in capita tria.*

CAP. I. *De cauſſis & ſignis ægritudinis.*

APPARET ex his, quę recepi ore tenus mihi narratis, quod diſpoſitio huius
honorandæ matronæ omnino ſit apoſtema in partibus pectoris profundũ, C
vt ex multis euidentiis demonſtrari poteſt. Et primo quidem ex his, quæ
nunc apparent ſenſu, multos enim homines hoc anno legis gratiæ 1440.
periclitari contingit, & paucos, quibus hæc accidit diſpoſitio in partibus Italiæ quam
plurimis, liberari contingit: quantumcunque etiam beneficio medicinali eos procura-
ri contigerit, propter quod hic moriendi modus ſub genere epidimiæ collocandus eſt
Ægritudinẽ hanc eſſe cõtagioſam. rationabiliter. Et eo maxime, quia in pleriſq; locorum hanc ægritudinem contagio-
ſam eſſe ſenſus oſtendit, ita, quod ægrotante vno in eadem domo plurimos ægrotare
conſimili morbo & periclitari compertum eſt. Quod non aliter apud ſpeculantes in
medicina ſaluari poteſt, niſi, quia morbus iſte cuidam venenoſitatis ſpeciei copulatus
eſt, cum ab vno homine ad alium tranſeat. ¶ Et hoc totum etiam maxime declarari D
poteſt propter accidentium multitudinem & eorum vehementiam in principio huius
morbi apparentem. ¶ Et iterum propter liuorem in vrina horum ægrotantium ſtatim
a prima aut ſecunda die huius ægritudinis repræſentatum. Huius enim liuoris cauſſa nõ
poteſt aſſignari vehementi ebullitioni, vel putredini, quæ in principio huius morbi ap-
paret. Hæc enim accidentia propria ſunt ſtatui ægritudinis, & vltimæ parti augmen-
ti eius. Quare cum hic effectus in manifeſtas cauſſas ſufficienter reduci non poſſit, o-
mnino oportet ipſum prouenire ab occultis cauſſis, quæ non ſunt conuenientes actioni
virtutis in materiam, & morbi in naturã, quæ contingere ſolẽt in principio morborum
ſimpliciter materialiũ. Igitur hi morbi hoc modo contingentes non ſimpliciter termi-
nant terminatione ægritudinibus cholericis, ſanguineis & aduſtis communiter attribu- E
ta: ſed propter aliã cauſſam, non ſolũ Medico, imo etiam Philoſopho & Aſtrologo pe-
nitus occultã. ¶ Sed de particulari cauſſa loquentes, quę eſt effectus immediate produ-
ctiua cauſſa, cuius cognitio difficilima eſt, iuxta poeticum illud in Georgicis: *Felix, qui*
potuit rerum cognoſcere cauſſas. Quid me igitur clariſſime Dñ. Doctor exagitas, vt tibi aliq̃d
theoricum ſcribam de quiditate ægritudinum talium hoc anno apparẽtium. Satis enim
ex iſtis rei veritas apparere poteſt. Cum & ego his in ægritudinibus nullum remedium
ſalubre magis afferre potuerim, quam bezaartica vnicuiq; venenoſitati cordis vere con-
traria. Quibus cũ opportuno tempore prima vel ſecunda die aduocatus fui, vſq; modo a
reuerentia veritatis depono tibi, ꝙ neminẽ in manu mea periclitari cõtingit de numero
40. ad quorum curam vocatus fui, niſi ſolum vnam decrepitam 75. annos ab ætate ſua F
Ægritudinẽ hanc eſſe apoſtema profundum. tranſeuntem. ¶ Secundo autem principaliter ægritudinem ipſam eſſe apoſtema, appa-
ret ex vehementia doloris, & profundum eſſe, quoniã tangendo exterius tactus non in-
uenit doloris locũ. ¶ Tertio apparet hoc ex continua febre, quæ eſt accidens proprium
apoſtematib. membrorum principalium & propinquorũ eis. ¶ Quarto iterum ex nocu-
mento

A mento anhelitus, a quo hæc mulier non euacuatur, & proprie a conſtrictione eius. ¶ Et hoc iterũ ex tuſſi moleſtante ipſam vehementer. ¶ Et ſexto adhuc ex apparitione ſputi ſubrubei, quæ omnia ſunt pleuritidis propria ſigna, vt *13. tertii, tractatu 4. cap. ſecundo. ſect. 1. aph. com. 12. primo de criſi, & pluries alibi colligendum eſt.* ¶ Facit autem me non parum hæſitare huius rei diſpoſitio, an ſit apoſtema diaphragmati magis, quam pleuræ factum, vel panniculo diuidẽti pectus in duas medietates, propter confuſionem ſignorum, quæ mihi relata fuerunt. Dolorem vehementem magis percipit mulier hæc in finibus coſtarum mendoſarum apud hypochondria, quod arguit materiam in diaphragmate contentam cum difficultate ſpuendi, non niſi poſt multas tuſſes. ¶ At vero in medietate pe-
B ctoris profunditus perceptus dolor materiã ſignificat in mediaſtino panniculo cõtineri. Dicit enim, quod dolor inſtet magnus a furcula pectoris, vſq; ad catenam gulæ rectitudinaliter profundatus. ¶ Quod vero pleuræ panniculus iterum ſit apoſtematus, manifeſtum eſt ex doloribus in lateribus pectoris parum ſub mamilla perſeuerantibus, cum punctione & aliis accidentibus, quæ prędicta ſunt. Vnde ex hac accidentium multitudine, fortitudine & perſeuerantia facile poteſt apparere, quod hæc ægritudo omnes aut plures prædictarum partium apoſtemando occupet, quare in ipſius curationem recto iudicio procedendo pro nunc occurrunt mihi decem principaliter obſeruanda.

Cap. II. *De cura per regimen ſex rerum non naturalium.*

PRimvm itaq; ipſorum, quod eſt regimen eius ex parte rerum non naturalium, ſit infrigidatiuum, humectatiuum & lenitiuum, non ſolum partium pectoris, ſed etiam *Decem in cu- ratione hu- ius morbi ob- ſeruanda.*
C ventris, propter quod omnia cibaria eius præparentur cum ptiſana, vel aqua hordei cum ſeminibus quatuor maioribus frigidis, cum ſpinachiis, decoctione fœnugræci, mucilagine pſyllii, ſeminis lini & ſimilibus, ita tamen, quod ſuorum iuſculorum nullum euacuetur a croco, quę eſt de ſumma medicinarum conferentium nocumento anhelitus conſtricti, pleuriſi & conſimilibus. Similiter etiam recipiant omnia cibaria eius virtutẽ, vel decoctionẽ enulę, ꝓpterea quia cordialis eſt, & pectoralis multũ, *11. tertii, de medicinis cordialibus* colligendum eſt. Vino vero in potu tempore cibationis albo, ſubtili, dulci cũ aqua prædicta commixto abſq; hordeo vtatur, niſi febris vehementia, dolor capitis, aut aliud accidens prohibuerit. Potus enim dulcis, hydromel & ſecaniabin optimus, ſit vſus tuus in iſtis rebus, *2. regiminis acutorum textu, & commento primis*, permiſcere aquam hor- *Incommoda vini cum a- qua hordei mixti.*
D dei cum vino nulla auctoritate confirmari poteſt, & vana eſt opinio credentium illud, & modus practicandi cum ea deteſtabilis eſt, cum non videam rationes, niſi concludentes aptitudinem corruptibilitatis eius a vino & corruptionis ſtomachi ab ea, propter conuerſionem eius ad acetoſitatem & ventoſitatum multitudinem, quam ipſa efficit, vnde nocet ſtomacho vehementer, vt *ſecundo canon.* colligendum.

1.

Cap. III. *De cura per medicinalia.*

SEcvndvm vero principale inſtrumentũ eſt, vt ſtatim occurrens Medicus huic diſpoſitioni conſentiente virtute faciat phlebotomiam baſilicæ contrariæ parti dolenti ſub cubito poſita, & extrahantur ſanguinis vnc. v. vel vj. quoniam mulier a generatione ſanguinea eſt. Si autem dolor eſſet in omnibus partibus pectoris com- II. *Obſeruandũ*
E municatus, adhuc competit phlebotomia partis prædictę, eo, quia dextra pars omnino fortior eſt ſiniſtra, & per ipſam phlebotomatam melius euacuatur materia a baſi ſanguinis, q̃ eſt epar. ¶ Tertiũ principale, ꝙ poſt phlebotomiam illam mane immediate ſequẽti ſoluatur venter eius cum hoc potu. ℞. *caſſiæ de ſua canna nouiter extractæ cũ aq. acet.* ℥ j. *reub. electi* ʒ j. *ſquinanti gr. v. puluer. ſem. citri gr. vj. ſalis gemmæ gr. j. miſc. totum detur in potu cum aq. decoctionis ſem. communiũ, & poſtponatur cibus horis ad minus quinq;.* ¶ Quartum eſt, vt poſtq̃ cibum acceperit patiens, per duas horas euaporetur locus cum furfuribus & milio. Si a. dolor inſtaret, fomentetur cum ſpongiis vel veſicis plenis calida aqua decoctionis chamomillæ, meliloti, ſem. aneti, capil. Vener. ſem. malue, altheę & croci &c. ¶ Quintum eſt quod ſi iterũ inſtaret dolor, apponatur hoc emplaſtrũ lenitiuũ, ſedatiuum doloris, mate- III. *Potio.* IV. V. *Emplaſtrũ.*
F riei reſolutiuũ & digeſtiuum. ℞. *radicum lilior. alb. coctar. in ſapa* ℔ j. *ſem. maluæ, althææ, violarũ, capil. Ven. ſem. communiũ frigidorum an.* ʒ ij. *farinæ lini, fœnugræci an.* ʒ iij. *croci* ʒ j. *butyri recent.* ℔ ß. *fiat emplaſtr. ſecundũ artẽ cũ decoctione prædictorũ & calidũ ponatur prædictis partib. dolentib. ita tamẽ, ꝙ leui ligatura ligetur nõ cõprimẽte pectus & ꝓprie diaphragma.* ¶ VI. eſt, vt ſi poſtq̃ trãſierit dies 4. dolor infeſtet acerrim⁹, cõſentiente virtute difficultate anhelitus, vrina cõturbata VI.

ſubiugali vel liuidia apparente cum veſtigiis rubedinis, ſtatim phlebotometur alterius A
VII. partis baſilica, & extrahantur ſanguinis ℥ iiij. vel v. ſecudum iudicium ſapientis. ¶ Septimum eſt, vt quando hanc ægritudinē concomitabitur vehemens pulſus & ſaltus cordis, applicetur cordi epithema infra ſcriptum, euitando ſemp, ꝙ ab ipſo & ab omni altero locali exterius apponendo abſint repercuſſiua, ipſa enim materiei digeſtionē impediunt nimium incraſſando ipſam. ¶ Et iterū ipſam ad ꝓfunda pectoris impellūt. ¶ Tertio, quia ipſam materiam ad principalia membra retrocedere faciunt. ¶ Et quarto, quia nocumentū in anhelitu magnum efficiunt, ſunt enim frigida & omnia talia ſunt pectori nocitiua, teſt. Hippoc. & Gal. *ſect. 5. aph. 24.* vbi inquit: *frigida velut nix, glacies, pectori inimica ſunt, &c.* ¶ Amplius iterum & talia ſtyptica materiam in loco apoſtemato congregantia dolorem augmentant. ¶ Sexto, quoniam omnia talia ſputi exitum ꝓhibent, ꝙ omnino B mortale eſt. *13. tertii, tractat. 4.* colligitur a principe, dum inquit, *quod cum retinetur ſputum, tunc ſcias, quod iam prope mors eſt,* propter quod vana eſt opinio modernorum practicantiū, qui in cura iſtarum ęgritudinum appropinquant ſtyptica omnino ægros interficientia. Et vtuntur craſſo motiuo non bene prolato nec intellecto a Meſ. qui dicit, ꝙ competant repercuſſiua in principio principiante, de quo alias a me diffuſius diſputatio perficietur.

Epithema cordiale. ¶ Eſt autem huius epithematis deſcriptio. ℞. *aq. farfaræ, viol. an.* ℔ ß. *aq. meliſſæ* ℥ *x. croci* ʒ j. *ſpecierum electuarii de gemmis, & electuarii de ligno al. an.* ʒ j. *vini aromatici* ℥ *v. bulliāt ſimul & calidum applicetur cum panno de grana, ſub mamilla ſiniſtra.* ¶ Octauum vero inſtrumentum eſt, tempore omni poſt primam phlebotomiam ſemper exhibeatur ei hoc digeſtiuum in aurora calidum cum aqua hordei. ℞. *ſyrupi violarum* ℥ j. *ſyrupi de liquiritia* ℥ ß. *miſce.* ¶ Nonum eſt, vt propter vehementiam ſitis & nocumentum in anhelitu a vehementi caliditate proueniens, & gratia exſpuitionis facilis cum aqua hordi ſæpe detur in potu iulep violatum actu tepidum vel frigidum, ſecundum iudicium ſapientis cum tribus partibus aquę hordei. ¶ Decimum & vltimum inſtrumentum eſt, quod ſi venter eius nō eſſet cōuenienter lubricus, fiat clyſtere lenitiuum cum aqua hordei, vel decoctione herbarū lenientium & infrigidantium cum ſaccharo rub. caſſia ſi. oleo violato & conſimilibus, vt iudicio ſapientis ꝓcedendū apparuerit. ¶ Vltimo, ſi ſupabundanter ad præmiſſa duo tranſmitto remedia in his ægritudinibus hoc modo per me experta, de quibus alternatim, quaſi ſemper hæc patiens in ore ſuo teneat ſine maſticatione deglutiendo, quod diſſoluetur. Leniunt enim hæc duo membra ſpuitionis, & ſputum mobilius effi- D ciunt & educunt, & vias anhelitus liberiores reddunt, quod totum concedat altiſſimus, qui omnipotentia ſua ſanat omnes languores. Ad laudem Dei. Amen.

IIX. *Digeſtiuum.*

IX.

X.

Consilivm XCV. *De pleuritide.*

DISPOSITIO huius generoſæ mulieris eſt pleuritis, quod apparet ex ſignis mihi recitatis & ſcriptis. nam dolor exſiſtit in pectore ſub coſtis eius, & laborat febre continua cum tuſſi & grauitate anhelitus, & iam apparet verū eſſe ex his, quæ vir in ſcientia & opere peritiſſimus operatus eſt circa eā. Phlebotomia n. ventris lenitio per ſuperius & inferius, fomentationes & linimenta pectori applicata ſunt ad curam ſimilis diſpoſitionis. Etiā q̄dem ad tantū ꝑducta eſt diſpoſitio, & cū omni p̄dictorū applicatione quantūcunq; conuenientiū dolor pectoris, neq; ſedatus, neq; alleuiatus exſiſtit, vt de quo curādū. Et ꝙ magis infeſtū eſt, dolor de parte vna pectoris multiplicatus eſt ad aliā. Vnde ꝓpterea hoc ſubtiliter contemplandū eſt, vt inueniri poſſit modus curationis cōueniens. ¶ Oportet igit̃ præmittere, ꝙ hæc pleuritis aut ſit permutata de vna parte pectoris ad aliam, ſicut frequēter contingit in criſibus permutationis & incompletis. Si n. pleuritidis materia tranſmutari poteſt ad caput, ad pulmonem, vt poteſt colligi *10. tertii capit. de criſibus pleurit.* tunc nihil reſiſtit, quin materia poſſit permutari de dextra ad ſiniſtram partē pectoris, & e conuerſo. Et huius permutationis habentur ſigna per alleuiationē doloris in parte in qua primo infeſtabat magis, & per repræſentationem caliditatis remiſſæ in vna parte, & quod per decubitū ſuper patiente particula minus grauatur æger in anhelitu & in tuſſiendo, q̄ prius. Eſt iterū ſecundo in hac diſpoſitione contemplandū, F ſi hęc pleuritis multiplicata vel cōplicata fiat, vel facta ſit, ꝙ quidē contigere poteſt, quia materia vna prius mota fuit, quia virtutem infeſtabat, magis ergo propulſa ad alterū laterū fecit vnam pleuritin, & contingens eſt alteram partem materiei non fuiſſe motam tempore, quo prima materia mouebatur propterea, quia non erat ita mobilis ex parte qualitatum

A qualitatum & ſubſtantiæ, nec ita acuta & virtutis moleſtatiua. Cũ ergo virtus erat pótẽs
ad reſiſtendũ ei, non poterat hæc ſecunda materia moueri tẽpore illo, quo mouebat̃ &
mota fuit materia prima. Supueniente ergo prima pleuritide ſubſecuta eſt ſecunda, aut
quia virtus debilitata nõ poteſt reſiſtere tantum, quantum primo reſiſtebat, aut quia ma-
teria magis calefacta, vel ſubtilior & mobilior reddita, acutior ẽt eſt, q̃ prius eſſet, moue-
bitur ergo ſecunda portio materiei, & fac ẽt ſecundã pleuritim non reſoluta prima, ſed
hæc erit cõplicatio duplicatæ pleuritidis, vt patet intelligenti. Igitur ſatis veriſimile eſt;
ꝙ hęc mulier ęgrótauerit, & adhuc ęgrotet duplici pleuritide, ſc. dextri & ſiniſtri lateris:
Vnde cõcludit̃, ꝙ iſta ſit pleuritis valde mala. Et ſequitur ſecundo, ꝙ non ſit mirum, ſi re-
media a ſapiẽte viro, quantũ cunq; canonice & electiſſime applicata nõ curauerũt ipſam.
B Simile n. perſępe cõtingit in cõplicatis & compoſitis febribus, ꝙ non alleuiatur ęger ab
accidentibus, quare foret conueniens ipſum alleuiari debere propter motum nouæ ma-
teriei, cuius motus impedit virtutẽ ab operatione ſua in euacuando ſenſibiliter & inſen-
ſibiliter, & in digerendo & diuertendo materias, quare ipſa virtus faceret, ſi a nouæ ma-
teriei motu non impediretur. & omnium horum ſermonum ſententia colligi poteſt, *10.*
tertii cap. de principiis ſpeculationis ſcientiæ apoſtematum pectoris & pulmonis, & ibid. *cap. de ſignis*
permutationis pleuritidis. & iterum in *c. de criſibus pleuritidis*. ¶ Et ad confirmandã hanc ve-
ritatẽ multa occurrunt motiua. ¶ Primũ eſt, ꝙ licet inſtrumenta curationis cõuenienter
fuerint approximata, non tamẽ conſecuta eſt alleuiatio accidentiũ, neq; conſtrictionis
anhelitus, neq; tuſſis, neq; doloris, neq; febris, vt aſtantibus apparet. ¶ Secundũ motiuũ
C eſt, q̃ a in dieb. quadraturę criſis, nõ apparuerũt ſigna victorię virtutis ad materiã, neq; n.
ante primã quartã apparuerat ſputũ ſubrubeũ, vt mihi dicit̃, ꝙ ſignificat breuitatẽ ęgri-
tudinis. Neq; in prima quarta apparuit aliq̃d ſputi ſubtiliter & aliqualiter digeſti, ꝙ ſigni-
ficat terminationẽ in ſeptimana. Similiter neq; apparuerunt alia ſigna demonſtratiua
fortitudinis virtutis ad materiã, ergo de neceſſitate concluditur, ꝙ hęc ęgritudo ſit lon-
ga & ſalubris, aut futura mortalis ante 40. diem, aut quod permutabitur ad empyema vel
phthiſin, *vt ſect. 1. aph. & com. 12. & 10. tertii de criſibus pleur. ſatis patet*. ¶ Tertium motiuum
eſt, quia licet hęc mulier ſit in fine ętatis conſiſtentię, vt mihi dicitur, tamen; quia longo
tempore vitã vidualẽ honeſtiſſime vixit & longis orationibus & abſtinentia ſuum cor-
pus macerauit, & vigilia & aſpero decubitu ſeipſam excellenter attriuit, argumentum e-
D uidens eſt, in ipſa genitas & congregatas fuiſſe materias multas & acutas, quare non eſt
mirum, ſi vna pleuritis in conſimili muliere alteri ſuccedere potuit. ¶ Ex quibus omni-
bus vltimo concluditur difficultas bonæ terminationis & curationis huius ægritudinis;
in qua vt mihi videtur procedendum eſt, vt ſtatim ſequitur.

Licet itaq; in diſpoſitione hac theorice & operatiue contemplatũ ſit, & proceſſum — *Primum inſtrumentum Vena ſectio.*
per virum excellentis ingenii, & ꝓfundiſſimæ ſcientiæ Doctor. Marcum Dotum, & vſq;
nunc nihil ſperari poſſit, ſcribam tamen nunc ea, quæ mihi in poſterum obſeruanda vi-
dentur. Comprehenſa eſt in quinq; modis curationis infraſcriptis. ¶ Primum itaq; cura
tionis ingenium eſt, vt ventre lenito & conſtante virtute ſtatim fiat phlebotomia venæ
ſaluatellę partis patientis nunc vltimo loco, & extrahantur ſanguinis ℥ iiij. aut v. Si autem
E poſt primam phlebotomiam adhuc apparerent ſigna magnæ repletionis, melius eſt
phlebotomare venam partis contrariæ patientis, licet ipſa iterum prius fuiſſet ſecta, &
ſi timeret operator phlebotomiam illius, fiat ſectio baſilicæ, ſub cubito poſitæ, a qua
ramificatur ſaluatella prædicta: huius enim baſilicæ phlebotomia velocius & rectiori a-
ſpectu magis euacuat, quam ſaluatella. ¶ Et adhuc tertio, ſi ſigna vberioris repletio-
nis apparerent, phlebotomanda eſſet magis vena partis contrariæ patientis. Et omnes
iſti ſermones colligi poſſunt a principe, *decima tertii, tractatu quinta, canon. de principiis*
operatiuis in apoſtematibus partium pectoris & pulmonis, & nono Almanſ. capit. de pleurit. &
pluries alibi. ¶ Secundum inſtrumentum curationis eſt, vt poſtquam phlebotomia
prædicta adminiſtrata fuerit, conſentiente virtutis fortitudine & reſiſtente magna — *Potio lenitiua.*
F lenitione ventris, die immediate ſequenti venter leniatur cum hac medicina. ℞. *pru-*
norum, ſebeſten, paſſul. an. M j. viol. liquiritiæ, capillor. Vener. ana M. ß. conquantur in lib. j.
aquæ, vſque ad conſumtionem medietatis, & cum prædicta decoctione actu calida extrahatur me-
dulla caſſiæ fiſtulæ. ¶ *De hac igitur medulla* ℞. *drachm. 10. reubarb. electi drachm. j. ſpicæ nardi*
gra. v. miſce, & totum cum cyatho ß. prædictæ decoctionis actu calidæ accipiatur in aurora, & tarde-
tur poſt ipſum cibus horis v. vel vj. ¶ Tertium ingeniũ eſt, vt ſi propter timorem debilitatis

virtutis aut reſiſtentiã aſtantium, vel altera de cauſſa non poſſet adminiſtrari phleboto- A
mia ſecunda, tunc applicentur ventoſæ infra particulas patientes cum leui ſcarificatione gratia euacuationis, aut diſtractionis materiei coniunctæ, vel propinquæ ad tranſeũdũ in coniunctam, & debet fieri ſcarificatio leuis & fortis ſecundũ iudicium præfati Dñ, Doctoris. Et forte ſi non reſiſteret debilitas virtutis, aut altera cauſſa, ingenium bonum eſſet prouocare menſtruum huic mulieri, & proprie cũ licinio impoſito collo matricis facto cum ℥ ij. opoponacis, & ℥ ß. electuarii albi incorporatis inuicem cum modico fellis tauri. Hoc enim eſt de ſecretis Auic. colligendis ab eo 21. *tertii*. literaliter. ¶ Quartum

IV. *Fomentum.* inſtrumentum, ſc. ad ſedationem doloris neceſſarium, & illud eſt ſecundum hanc deſcriptionem. ℞. *chamomil. melil. ſeminis aneti, capill. Veneris, ſeminis althææ, maluæ, vngulæ caballinæ an. M ij. paſſularum nigrarum M iij. corticum papaueris numero ſex, butyri recentis lib.* B
ß. ſapæ dulcis lib. ij. aquæ fontis phialas xv. bulliant omnia ſimul cum leui decoctione præter ſapã & butyrum, quæ ambo addantur ſolum in fine decoctionis, & tunc etiam addatur croci integri drach. j. ¶ De hac igitur materia fomentetur locus cum molli ſpongia vel lana ſuccida, quæ melior eſt, quæ amplectetur magnam partem pectoris, non ſolum patientem particulam, ſed etiam ſanam. Et poſt fomentationem illam ſuperponatur lana ſuccida infuſa in hoc

Vnguentum vnguento, & calida actu applicetur. ℞. *pinguedinis anatis, butyri recentis, amborum lotorum cum aqua hordei calida an. ℥ ij. pinguedinis gallinæ dr. vj. vitellos ouorum numero ij. croci, capil. Vener. an. ℥ ß. fiat vnguentum molle in mortario. Deinde lento igne bulliat in ℥ ij. ſapæ dulciſſimæ, vſque ad conſumtionem illius ſapæ.* ¶ Quintum inſtrumentum eſt, vt poſt hæc inten-

V. *Eclegma.* datur ad digeſtionem materierum & incitationi virtutis ad exſpuendum materiam cum C
his inſtrumentis. Si enim materia in pectore contenta eſſet, & adhuc a capite rheumatizaret ad pectus, fiat hæc mixtio. ℞. *loch de papauere vnc. ß. ſyrup. de liquiritia, mellis violati, diapenidionis an. drach. vj. terantur omnia ſimul minutiſſime*: & de hac materia ſemper teneat in ore ſuo quantitatem fabæ, vt colliquata deſcendat ad pectus per concauum cannæ pulmonis.

Aliud. ¶ Si autem in materia appareret aliquod ſignum digeſtionis, tunc debet habere virtutem facientem exſcreare, ſicut eſſet tale. ℞. *loch de pino vnciam ß. diapenidionis vnc. j. miſce cum conuenienti quantitate ſyrupi de hyſſopo, aut de liquiritia, ſi timetur caliditas.* ¶ Et ſi contingeret materiam eſſe reſiſtentiæ maioris, tunc conueniens eſſet mixtio diapenidionis cum loch de ſquilla æquatis doſibus. ¶ Hoc etiam tempore omni mane exhiberi debet ſyrup. de hyſſopo, & de liquiritia cum aqua decoctionis hor- D
dei, paſſularum & liquirit. ¶ Poſt horum enim approximationem cum ſapienti modo diætandi, qui mihi narratus eſt, ſpero ægritudinem iſtam ad viam ſanitatis peruenturã, ſi modo eſt ſanabilis, quod concedat omnipotens altiſſimus, qui effluenti benignitate ſua ſanat omnes languores, & ſit benedictus in ſecula. Amen.

CONSILIVM XCVI. *De pleuritide.*

Minoratiuũ AD pleuritin pro illo magiſtro ſcholarum de Montagnana neceſſarium eſt, vt die 29. præſentis menſis detur ei hoc minoratiuum. ℞. *electuarii roſ. drach. ij. & bibatur cum vnc. iij. aquæ lactis caprini calidi in aurora, & tardet comedere ſex horas.* ¶ Secundum remedium eſt, quod die 30. immediate ſequenti in- E
cipiat accipere infraſcriptum potum, quem cõtinuet diebus ad minus decem hora im-

Digeſtiuum. mediate præſcripta. ℞. *aquæ meliſſæ ℥ ij. aquæ violarum & radicum althææ ℥ j. ſyrupi compoſiti acetoſi ℥ ß. ſyrupi iuiubini ℥ ß. miſce.*

Vena ſectio. ¶ Tertium, quod die 31. phlebotometur ei baſilica dextri brachii ſub cubito poſita, per quam educantur ſanguinis ℥ iiij. ¶ Quarto principaliter attendat ſi tempore aſſumtionis digeſtiui præcedentis võter eius remaneret ſtypticus, omni alterno ſero accipiat vnam pilulam, ſecundum hunc modum factã. ℞. *aga-*

Pilula. *rici electi dr. ß. ammoniaci pinguis ℈ j. al. ablutæ ℥ j. ß. zinzib. gr. iij. ſalis Indi gr. ij. reformentur pilulæ cum ſucco roſ. de omni dr. vj.*

Potio purgans. ¶ Quinto principaliter attendat, ꝙ poſt 10. dies ab aſſumtione digeſtiui purgetur ſecundum hunc modum. ℞. *caſſiæ nuper præparatæ cum aqua capill. Vener. ℥ vj. reuba. electi ℈ ij. ſalis gemmæ gr. j. ſquinanti gr. iij. miſce & totum aſſumatur cum ℥ iij. a-* F
quæ lactis caprini calidum obſeruando poſt ipſum ea, quæ in minoratiuo ſuperiori poſita ſunt.

Eclegma. ¶ Vltimo vero memoret, quod ante cibum & poſt ipſum, & ante purgationem etiam & poſt ipſam aſſueſcat tenere ſæpe in ore ſuo loch de pino quantitatem vnius grani fabæ, quod a calore naturali diſſolutum ad inferiora deſcendat, ſine deglutitione artificiali.

Iſtis

A Iſtis factis ſcribat mihi de ſucceſſu & prouidebitur ei. Ad laudem Dei. Amen.

CONSILIVM XCVII. *De regimine conualeſcentis à pleuritide ne fiat recidiua.*

VENERABILIS in Chriſto pater, dominus Mapheus Contareno de ſacra religio-
ne deuotiſſima monachorum ſancti Georgii de Aliga diebus parum ante
elapſis laborauit pleuritide vera, quæ contigit in eo ex dominio materiei cho-
lericæ, licet vitellinæ, quę apoſtemauit panniculum pleuretidem dextri lateris eius.
¶ Et licet a pleuritide & ab accidentibus eius Dei gratia nunc ſit curatus, tamen quia
ægritudines omnes difficulter eradicantur in hyemę, quin remaneat aliqua portiuncu-
la materierum, quæ non raro minantur recidiuam: idcirco ad eiuſdem præſeruationē
quinque modis regiminis eius ipſum defendere videtur mihi neceſſarium eſſe, ſicut ap-
B parebit in ſequentibus. Primum itaq; regimen eſt, vt ipſe euitet manſiones terraneas
aquis propinquas, aeri ſeptentrionali & occidentali obiectas vſque per totum menſem
Aprilis futuri. ¶ Effugiat etiam vſum cibariorum inuiſcatiuorum & craſſorum ſaltem *Aer.*
per vnum menſem, qui tamen omnes cibi ſunt inſtrumenta ſuę religionis, velut paſti-
lia omnia, caſeus, lac & lacticinia, acetum & acria omnia, & nuces, cappares & olei mul-
titudo, vbi butyri vſus eſſet ei conformior. ¶ Caueat a leguminibus, elixis omnibus, li- *Cibus.*
cet cicera rubea & alba & brodium fabarum cum carnibus pullinis, vitulinis & colum-
binis ſint ei conuenientia. Non enim video ſecurum eſſe, quod vtatur regimine ſocie-
tatis eius comedentis cibaria prædicta & multa actu frigida, velut fructus, vt caſtaneas,
carubias, pyra, poma, quę omnia ſunt ei vituperanda, licet paſſulę & ficus non ſunt noci-
C uę. ¶ Ex ferculis vero vti poteſt caulibus & rapis, radicibus, petroſel. & iuſculis de hor-
deo & conſimilibus. ¶ Vinum vero eius ſit colore album, ſubſtantia ſubtile, ſapore dul-
ce, velut Tribianum, quod haberet dulcedinem ſuam naturalem & non a vino cocto da- *Potio.*
tam, & eligatur vinum Vincentinum, Taruiſinum vel Iſtrianum tribus prædictis con-
ditionibus priuilegiatum. ¶ Aquę autem vſus non placet mihi. Et ſi propter conſuetu-
dinem deſideraret limphare vinum, tunc accipiatur aqua præcocta, ad cuius phialam j.
ponatur ʒ j.ß. liquiritiæ bene mundatæ & minutim inciſę. ¶ Inſuper euitet motū fere
omnem ſuper cibo, immo quieſcat vt in pluribus, ¶ Similiter euitet vigilias, immo dor- *Motus & quies.*
mitio longa omnino eſt ei neceſſaria, propter quod non aſpiciendo reuerentiam le- *Somnus & vigilia.*
gis ſecurum erit ei ſaltem per vnum menſem vel vſq; ad medium Februarii abſtinere a
D viſitatione matutini nocturni, quod tamē poterit diurna lectione recuperare. In com-
edendo cibum & valde ſolenniter deglutiat maſticatum & non multum ingluuioſe
deglutitum, ſimiliter neq; potum. Et omnis cibi & potus menſura debet eſſe tanta, q
ad eam non ſequatur ſtomachi grauitas, neq; tenſio, & non ſtet in huius diſpoſitionis
meditatione anguſtioſus, quoniam ipſe Dei gratia perfecte ſanabitur & per hæc & per- *Inanitio & repletio.*
ſequentia. ¶ Secundum principale eſt, vt procuret habere beneficium ventris & pro-
prie cum inſtrumento ei appropriato eductiuo materierū, quæ fuerunt antecedentes
& coniunctæ cauſſæ ægritudinis, velut cum iſtis pilulis: *Recipe aloes præparatæ ʒ ij. opopo-*
nacis pinguis, pulpæ colocynth. ana ℈ j. bdellii mollis ſubalbidi ℈ j. partes duas diagridii, ſalis Indi *Pilulæ.*
ana gr. iiij. reubarbari, agarici electi ana ℈ j. cum ſucco roſarum formentur pilulæ de omni ʒ vi. de qui-
E *bus accipiat omni quarto ſero parum ante cœnam.* ¶ Tertium principale inſtrumentum
eſt hoc. *Recipe aſari, hyſſopi, praſſii, ſtœchados, pulegii, & calamenti ana ʒ vj. ſandaracæ ʒ iij. ſpicæ*
nardi ʒ ij. ſanguinis draconis, acatiæ, ana ʒ j. amyli ʒ v. terantur omnia per ſe ſubtiliſſime, deinde in- *Vnguētū.*
corporentur in mortario cum vino maluatico, reſeruetur in vaſe vitreato ſtricti orificii, de ipſo omni
ſero, cum vadit ad lectum, poſteriores coſtæ & ſpatulæ diligenter inungantur in loco bene calido,
& ſuauiter confricando, & cooperiatur locus vulpina pelle calefacta, & circumligetur. ¶ IV. vt ante
aſſumtionem pilularum ſupraſcriptarum in aurora accipiat iſtas aquas. ℞. *aquæ farfaræ ℥* *Potio.*
v. ſacchari al. ℥ j. & calidum accipiatur totum. ¶ Vltimum v. eſt, vt omnino circa xiij. vel xiiij.
diem lunaris menſis Februarii faciat ſibi fieri phlebotomiam venæ ſaluatellæ poſitæ in-
ter annularē & auricularē digitos manus dextræ, p q̃ educant ſanguinis ℥ iiij. aut v. & nō
F dubito, quin p tale regimē miſericordia ſummi ſaluatoris ad perfectam ſanitatem per-
uenerit. Si a. aliquid deficeret, ſcribatur, & paratus ero ad laudem Dei. Amen.

CONSILIVM XCVIII. *De plenitudine pectoris & anhelitus coanguſtatione a materia phleg-*
matica mucillaginoſa ſecundum maiorem partem & vitrea ſubdominante. ¶ *Diuiditur autem*
Conſilium in capita tria.

Cap. I. *De cauſis & ſignis ægritudinis.*

A

Vir nobilis, dominus Marinus laborat diſpoſitione mala & verenda ſatis, videlicet pectoris plenitudine & anhelit⁹ coanguſtatione ꝓuenientib. a materia phlegmatica mucillaginoſa ſecundũ maiorẽ partẽ, & vitrea ſubdominante, quæ ambæ cõgregatæ ſunt in pectore partim ꝑ colligantiam a capite, ꝓpter defluxũ materierum, quæ funduntur & defluunt ad pectus, & etiam aliqua pars iſtarũ materierũ diuturnitate temporis commorans ibidẽ conuerſa eſt in materias vitro colliquato ſimiles, pectus n. ei⁹ nõ eſt tantæ potentiæ, vt materias tantæ quantitatis ſenſibiliter vel inſenſibiliter expellere poſſit, & digerere digeſtione in nocitiuo conuenienti, vnde propter multitudinem ipſarum faciunt ſolutionẽ continuitatis vel extenſionem & malã complexionem, quæ ambæ excitant ad expulſionem earum materierum prius quã conuenienter digerantur. ¶ Si a. materiæ tales p̃ciſe in cerebro generentur ꝑ viam indigeſtionis, aut ſecundũ partẽ effundantur a ſtomacho vel ab epate non cõuenienter digerentib. ꝓpter debilitatẽ ſui, hoc nõ videť dubitabile, quoniã ſatis rationale videtur magnã partẽ harũ materierũ generari in epate ꝓpter debilitatem in eo conſecutã a multitudine materierũ, quæ in epate eius abundant, vnde generanť ꝓpter illam malam complexionem phlegmata proprie dicta, ſicut in ſtomacho & capite eius generantur multæ materiæ phlegmaticę æquiuoce & non vere dictæ tales. B

Cur hæc diſpoſitio ſit periculoſa. Ex quibus omnibus concluditur, diſpoſitionem huius viri eſſe multum verendam propter multa. ¶ Primo quia eſt ægritudo toti complexioni huius viri contraria, quoniam complexio eius naturaliter eſt calida & ægritudo frigida materialiter. ¶ Secundo iterum, quia hæc ægritudo contrariatur naturali complexioni epatis ipſius, quod eſt calidum & humidum; tam reſpectu medii in ſpecie, quam reſpectu medii in genere. ¶ Tertio quia ipſa eſt contraria ætati huius viri: eſt enim conſiſtens. ¶ Quarto quia ipſa eſt contraria eius exercitio, quod ſatis laborioſum eſt. ¶ Quinto quia ipſa eſt pẽdens a materia multa, quoniã materia pauca non poſſet caput eius & pectus tã cito, tam vehemẽter replere & coarctare, q̃ cito fiunt ei hæc accidẽtia. ¶ VI. quia ipſa eſt ęgritudo lędẽs tria principalia mẽbra, ſ. cerebrũ ꝓpter plenitudinẽ & generationẽ æquocã materierũ phlegmaticarũ in eo, vt dictũ eſt. ¶ Etiã quia replet hæc materia cor notabiliter & ẽt quia lædit notabiliter epar & cũ hoc ſtomachũ, vt in p̃cedẽti cap. deductũ eſt. ¶ Et vltima ratio eſt, quia ægritudo iã diu pſeuerauit & chronica facta eſt, ergo a materia frigida cõſequẽtia colligiť *ſect. 2. aph. 39 1.* vbi inquit Hipp. *Senes iuuenibus plerũq; minus ægrotant.* Propter q̧ vltimo corollario cõcluditur, q̧ iſte nobilis vir multum promptus & ſolicitus eſſe debeat in ſui procuratione, vt nunc in ſequentibus apparebit. C D

Cap. II. *De regimine per ſex res non naturales.*

Cibus. Igitur ꝓ ſui regimine p̃mittendũ eſt, primo q̧ præcauere ſibi debeat ab aſſumptione multa ciborũ & potuũ in quantitate cõtinua, imo melius eſſet ei vnã quantitatẽ ciborũ & potuũ in tres vices, q̃ in vnicã vel binã cibationẽ partiri. ¶ Secũdo q̧ nullũ cibũ deglutiat, niſi pri⁹ bene fuerit maſticatus. ¶ Tertio, q̧ euitet cibos frigidos & humidos, viſcoſos & oppilatiuos. Exemplũ, vt piſces, cibi paſtiles, mult⁹ vſus lactucæ, portulacæ, betæ, ſpinachiæ, & ſimiliũ. ¶ Quarto euitet cibaria acuta euaporabilia & fumoſa, vt ſunt cæpæ, allium, raphanum; quæ non tangat, vel valde raro & parum ex eis accipiendo. ¶ Quinto euitet grana omniũ generum leguminum. ¶ Sexto cibaria actu frigida & vaporoſa & facile corruptibilia, vt lac, coloſtram, capita lactis & omnia ex lacte condita. ¶ Septimo fructus omnes & proprie crudos: pyra etiam cocta non accipiat, niſi in paruo vſu & quantitate. ¶ De potu autem attendat, quod non bibat vinum in multa quantitate aſſumptum; ſed parum, & ſæpe bibere melius eſt ei. Vinum autem conuenientius eſt ei mediocriter dulce, clarum & aromaticum cum aqua ciſternæ confrictum in æſtate cruda. In hyeme autem cocta melior eſſet ei ¶ Vinum autem rubeũ, clarũ, aromaticũ, parũ ponticũ vel bruſcum melius eſſet ei, quia non eſt ita euaporabile: vnde quia cũ ponticitate ſua cõtrariatur digeſtioni & viatũ cerebri & pectoris, oppilatiuũ eſt; ideo dimittẽdũ. ¶ Sed eligať vinũ rubeũ vel ſubrubeũ, inclinatũ parũ ad dulcedinẽ. Vinũ a. roboliũ meli⁹ eſt ei cũ aqua cõfrictũ, q̧a cerebrũ min⁹ grauat & cũ hoc facile ꝑ vrinę vias p̃cipitat materias ſecũ educẽdo. Vinũ a. aromaticũ nõ eſt laudabile, & ꝓprie quãdo habet

Potus. E F

A habet quantitatem reſinæ&aliarum gummi,propterea quia minus calefaciendo &col-
liquando materias,facit eas ad caput euaporare.¶ Aceti autem vſus cum aromatibus &
& aliis condimentis conuenire poteſt ei. Et agreſta cõſimiliter. Et ſuccus aranciorũ, vi-
nũ cydoniorũ & ſuccus limonũ. ¶ Effugiat longã morã in aere frigido & humido & ꝓ- *Aer.*
prie caliginoſo. Et ſtationẽ ſub flatu venti meridionalis poſt flatum venti aquilonaris,&
econuerſo.¶ De modo a. ſuæ dormitionis attendat,quod nõ ponat ſe ad dormiendũ, *Somnus & vigil a.*
niſi tranſierint horæ duæ,aut ſaltem vna & media,& dormiat capite ſatis eleuato & nul-
lo modo ſuper ſpinã decũbendo,imo prius ſuper dextro latere reuoluendo ſe ſuper ſi-
niſtrũ. Et effugiat coitũ quantũ poteſt,& ꝓprie ſuper cibũ factũ vſq; ad ſex horas.¶ De *Accidẽtia animi.*
accidentibus animi euitet furorem,iracundiam, triſtitiam multam & conſimilia. Et
B hæc de regimine rerum non naturalium dicta ſufficiant.

Cap. III. *De regimine per medicinalia.*

DE regimine a. inſtrumentorũ medicinaliũ x. vident̃ mihi fore obſeruãda.¶ Quo- *Dec. ob-ſeruanda*
rũ primũ eſt,vt adueniente octaua die menſis Nouemb. de ꝓximo futuri vſq; ad
14. eius fiat iſti phlebotomia baſilicę brachii dextri,per q̃ educant̃ ſanguinis ℥ iiij.
vel v. & nõ plures.¶ II. v. remediũ eſt,vt die immediate ſequẽti phlebotomiã euacuet̃ cũ
hoc minoratiuo. ℞. *pilul. aurearũ & de hiera magna an. ℈ ij. formentur pilulæ vij. vel viij. cũ ele-* *Pilulæ.*
ctuario roſ. & accipiãtur p duas horas ante diẽ, & tardetur cibus vſq; ad horas ſex p horã vnã ante p̃-
mittẽdo aſſumtionẽ vnius ſcutellæ brodii pulli macri. ¶ III. eſt, vt die im̃ediate ſequẽti pilulas
accipiat hoc digeſtiuũ in aurora calidũ cõtinuãdo p dies octo. ℞. *ſyr. de byzantiis, ſyrupi de* *Potio digeſtiua.*
C *calamento & de liquiritia an. ℥ ß. aquarũ cichoreæ, violar. & melliſſæ an ℥ j. miſce.* ¶ IV. eſt, vt poſt
digeſtiuum iſtud euacuetur cum hoc eradicatiuo. ℞. *electuarium Indi ℥ ij. electuariũ de pſil-* *Potio eradicatiua.*
lio ℥ iij. vtrunq; auari ponderis bibatur cũ modico vini albi calefacti in aurora ſeruatis de ipſo con-
ditionibus, quæ ſcriptæ ſunt de pilulis ſupraſcriptis. ¶ V. eſt. ℞. *aloes epaticæ lectæ ℥ iij. aga. polypo.* *Pilulæ.*
an. ℥ ij. pulpæ colocynth. ℥ j. reubar. electi ℥ iij. ſpicæ nardi zinz. ſ[?]lis Ind. an. ℈ ß. fundantur in ſuccis
roſarũ, endiuiæ an. ℥ ij. & cõſeruẽtur in hypocauſto calido ſæpe agitãdo vſquequo exiccati fuerint ſuc-
ci. Deinde ſecũda vice ſuper effundantur ſucci maio. ℥ ij. & iterũ exiccentur vt prius, & tertia vi-
ce iterum ſuperfundantur eis ſucci ſcariolæ ℥ ij. croci ℈ ß. & exiccentur vt prius. De hac ergo materia
fiant pilulæ ex omni ℥ vj. quibus vtatur omni fine quinq; dierum accipiendo duas, ſed primam acci-
piat immediate ante cœnam, ſecundam vero per duas horas poſt cœnam. Et ita reuoluendo pro-
D cedat ab vna ad aliã,& poterit vti eis toto tp̃e vitæ ſuæ in quacũq; regione & climate cõ-
tingit eſſe. Et ſi venter eius nõ eſſet bene largus,tempore,quo aſſumit ſyrupũ ſupraſcri-
ptum,poterit accipere de eis omni tertio ſero vnam parũ ante cœnam,vt dictum eſt. In
iſtis n. pilulis latet virtus cõſeruandi & reducendi ſanitatẽ ſuã mundificando caput,pe-
ctus,ſtomachũ,& epar eius.¶ VI. principale eſt,vt aſſueſcat ſępe ſaltem in ſeptimana bis
vel ter accipere vnam in mane radicem zinz. viridis electi poſtquam tardet cibum ho-
ris ad minus quatuor. ¶ VII. eſt, vt poſtquam fuerit purgatus per totum men-
ſem Martii,ad minus tribus vicibus in ſeptimana cum vadit ad lectum,accipiat cochle-
ar medium xylobalſami conditi, nihil bibendo poſt ipſum. ¶ Octauum, vt vſq; ad te-
pus in cap. præcedenti aſſignatum bis in ſeptimana totam caluariam capitis pulueriz et
E cum hoc puluere. ℞. *ligni aloes ℥ j. macis ℥ ij. ſtœchados, maioranæ, origani an. ℈ j. roſ. ſpodii, ſan-*
daracæ an. ℥ j. ß. fiat omnium per ſe ſubtilis puluis, deinde commiſceantur diligenter. ¶ Nonum eſt *Puluis capitis. ſpeciẽdus*
hoc. ℞. *ſpecierum aromatici roſ. deſcriptione Gabrie. ℥ j. trociſcorum de roſ. & de ſpica an. ℥ ß. ſacha-*
ri albi libram ß. & cum aqua violar. fiat confectio in rotulis magnis, de qua poſt cibum accipiat *Rotulæ.*
quantitatẽ rotulæ vnius paruę,& ꝓprie in diebus,in quib. nõ aſſumit zinz. conditũ, de
quo ſupra dictũ eſt.¶ Vltimũ inſtrumẽtũ eſt, q. ſæpe aſſueſcat facere ſibi fieri ablutionẽ
pedũ vſq; ad inguina ante cœnã cũ *aqua calida decoctionis roſ. violarũ an. M ij. calamẽti, origa-* *Ablutio pedum.*
ni, ſtœchados an. M j. quæ bulliant in multa aqua vſq; ad conſumtionẽ tertiæ partis. & vtẽdo hoc re-
gimine altiſſimi omnipotentis gratia reſtaurabit & cõfirmabit ſanitatẽ ſuã &c. Amen.

Consilivm XCIX. *De multa materia phlegmatica ſalſa contenta in pectore*
F *& in pulmone deſcendente a capite &c.*

HIc iuuenis in cibariis ſuis euitare debet cibaria omnia craſſi nutrimenti,& ven-
toſabilia viſcoſa & oppilatiua,ſicut ſunt legumina elixa, panis azymus aut non *Cibi.*
bene fermentatus : carnes bouinæ & vaccinæ: piſces multi & proprie elixi. Eui-
tet paſtiles omnes cibos & lacticinia. Item omnia acuta, velut raphanum, alliũ, fercula &

Potus. cibaria omnia, múltum ſalis habentia. Vtatur vino albo, claro, bene vinoſo & proprie a- A
Motus & quies. liquid dulcedinis habente, & ſummopè effugiat potũ vini pōtici vel acris bruſci, & caue-
Potio digeſtiua. at a fortib: motib. & exercitiis. ¶ In regimine medicinali accipiat octo cōtinuis dieb. de
his aquis. ℞. *aquæ iris, aquæ hyſſopi & praſſii ana ℥ j. aquæ vngulæ caballinæ ℥ ij. ſachari ℥ ß. primæ*
Euacuans. *decoctionis.* ¶ Nona ſequenti die euacuetur cũ hac mixtione. ℞. *caſſiæ nuper extractæ de canna cum aqua vngulæ caballinæ ℥ j. ß. reupontici ℈ ij. vel ℥ ß. ſpicæ nardi ℈ ß. miſce & aſſumat eam cũ cyatho ß. aquæ vngulæ caballinæ calefactæ & poſt ipſam tardet cibum horas vj.* ¶ Deinde quieſcat quatuor vel quinq; dieb. & poſt illud purget cũ prædicta medicina & teneat iſtũ ordinē per totũ menſem Martii duabus vicib. purgando ſe omni menſe. ¶ Dieb. intermediis, quibus non accipit aquas, nec purgationem, & etiam tempore, quo illas accipit, omni die ſemel inũgat ſibi totũ iliũ ſiniſtrũ, a coſtis incipiendo vſq; ad inguina cũ infra- B
Vnguentũ. ſcripto vnguento bene calido, & ſuper loco portet fruſtũ vnum pellis bene calefactę. ℞. *olei de croco & de chamomilla ana ℥ j. ß. pinguedinis anatis, taxi an. ℥ ß. croci ℈ j. pulueris piperis albi, ireos & rutæ ana ʒ ß. ceræ albæ quantum ſufficit. fiat vnguentum molle.* ¶ Diebus v. intermediis, quibus non accipit aquas nec purgationem, & etiam diebus, quib. accipit aquas, ſi venter eius eſſet ſtypticus, accipiat ſemiſſem vnũ caſſiæ fiſtulæ; & comedat medullam eius ante cœnam immediate abiiciendo cortices & nodos interiores. ¶ Electuarium autem ſiue medicina ſupraſcripta, ſi componeretur adinuicem, pro pluribus vicibus, melius eſſet, quia reciperet fermentationem.

CONSILIVM C. *De aſthmate. Diuiditur autem in capita tria.* C

CAP. I. *De cauſis & ſignis.*

QVIA diſpoſitio huius nobiliſſimæ Matronæ Polliſenæ valde difficilis eſt, ideo maximā oportet eſſe attentionē in regimine ipſius tā ex parte Medici, q̃ ex parte eius in obſeruando neceſſaria. Eſt n. aſthma forte proueniēs partim ex mala cōplexione frigida & humida cerebri mittentis materiā multā pulmoni, partim ex frigiditate multa, quæ excreuit in pulmone eius, ꝓpter abſentiam vuulæ. Nā ꝓpter hoc frigus ad pulmonē ſine gradatione peruenit, ſicut per vuulæ p̄ſentiā ad ipſum gradatim ꝑueniēdo iuuat. ¶ Et ex hoc clare deducit̃ cauſa ꝑmutationis vocis huius mulieris quæ quādoq; rauca, aliquādo ſonora, quādoq; tenuis ꝓfert̃. Quorũ cauſæ facile haberi poſſunt cognitis iuuamentis vuulæ, teſte Gal. *lib. 9. de vſ. part. & 9. tertii cap. primo.* Vnde ex his cōcludit̃ fortaſſis impoſſibilitas aut maxima curationis difficultas, ſi nō poſſet vuula re- D
ſtaurari, q̃ cōuulſa eſt vel exiccata. Nō n. eſt abſciſſa manualiter vel apoſtemate aliquo corrupta, vt patiēs cōfirmat & aſtātes, & eſſet ſpeculatio pulchra in inueniēdo ei⁹ abſentiæ cauſas, cũ nihil ab auctorib. tactũ habeat̃. Cognoui ēt nocumētũ in hoc aſthmate nō paruũ fieri & augeri ꝓpter plenitudinē ēt ſtomachi & debilitatē digeſtiuę ei⁹. Quare his omnib. ꝓuidendũ eſt pri⁹ de regimine ex parte ſex rerũ nō naturaliũ aliq̃d ꝑcurrendo.

CAP. II. *De cura per diætam.*

Cibi ELIGAT igitur hæc nobiliſſa in cibis primo panem notabilem quantitatem fermenti habentem, bene fermentatum & coctum duorum dierum aut trium ad plus, in quo ponatur, dum fit aliquid; de puluere liquiritię, vt in x. panibus ponatur vna ʒ ¶ Carnes comedat, vt pullorum, vitulorum lactantium, caſtronum, agnorum, capratorũ, le- E
porum, cuniculorum, capreolorum, quæ optimę ſunt ei, perdicum item, phaſianorum, pipionum, auium paruarum, anatum & ſimilium. Alias vero carnes dimittat & comedat eas vt plurimũ elixas, aſſatæ ēt conueniunt ei non valde induratę. De ferculis accipiat brodium caulium, petroſ. fœni. mentham, ſaluiam, hyſſopum, qua ſemper in cibis vtatur. Spinachia raro vtatur, & rarius rapa, lactuca v. endiuia, portulaca; cucurbita & reliquis frigidis non. ¶ Ex radicibus vti poteſt quādoq; cæpis coctis & porris, carotæ etiā bene placent. Scalonia etiam vtilis eſt. Allium autem raro tangat, vt & raphanum. ¶ Ex fructib. vtatũr multum ficubus ſiccis ante prandium & cœnam, vuæ etiam omnes ſiccę placēt, & maxime paſſulæ nigrę de Romania. Amygdalæ bonæ ſunt omni modo & phiſtici, rapis cōditis ad dulcedinē trahētib. vti poteſt. ¶ Ex ſeminib. vtat̃ fœni. aniſo, cymi- F
no ſæpe in cibis ſuis, pipe & aliis calidis. ¶ Ex leguminib. bona ſunt cicera rubea & alba, brodium fabarum, panicum, dorella, oryza cum lacte amygdalarum & caprarũ. ¶ Lac crudũ dimittat & caſeum antiquum valde ſalitum, recens vero caſeus dulcis bonus eſt ei. ¶ Melle & ſacharo in cibis vtatur, & ſæpe. ¶ Ex ſaporibus vtetur aceto & agreſta cō-
mixtis

A mixtis cum calidis, vt croco, pipere, zinzib. nuce muſ. caryoph. cinamo. cardamo, & ſi-
milibus. ¶ Vſus autem rerum acrium ſimplicium non conuenit. ¶ Oleum & oliuas eui-
tet, & loco eius vtatur recenti butyro vel pinguedine porci, gallinæ, vel anatis, vel an-
ſerum. Specialia in cibis ponenda ſunt hyſopus, capill. Ve. marubiũ, enulã, crocus, ficus,
fœniculum, aniſum. Iſtorum aliqua ſemper in cibis vſurpet, & maxime enulã, crocum,
& hyſſopum. Vinum bibat album, clarum, odoriferum, dulce, & conueniẽter vinoſum. *Potus.*
Rubeum vero turbidum, craſſum, ponticum, acre, vel bruſcum fugiat. Etiam tempore
frigido vti poteſt aqua mellis iſta, & eſt ei valde cõueniens. Accipiantur *aquæ fontis lib. xv.* *Potus artificialis.*
cinamomi, croci, an. ʒ ß. hyſſopi ʒ j. bulliant vſq; ad conſumtionem quartæ partis, tunc addatur mellis
boni crudi lib. j. & coquantur vſq; ad conſumptionem tertiæ partis, colentur per ſaccum ſpiſſum &
B *hac vtatur in potu, vel temperet ex ea vinum, & erit valde proficua.* Habitet in camera, domo,
vel loco calidis vel ſiccis, & euitet aerem turbidum, ventoſum, nebuloſum, & humidũ, *Aer.*
& ſi habitat in hypocauſto, non ſit calidum valde, ſed mediocriter. Non dormiat ili-
co ſuper cibo, ſed tardet ire dormitum per duas horas, aut vnam & mediam, & capite *Somnus & vigilia.*
dormiat eleuato bene calido byreto vel infulis, & caueat dormire ſuper ſpina. ¶ Caueat
multũ explere ſe cibis vſq; ad ſaturitatẽ & grauitatẽ ſtomachi. Abſtinentia n. omnino i- *Inanitio & repletio*
pſi vtilis eſt: ſi ſentit ſe repletũ, vtatur pilulis infraſcribendis. Exercitiũ & ambulatio &
omnes motus corporis pedeſter & equeſter eſt ei conueniens, vt & omne exercitium *Motus & quies.*
manuale, quo non teneatur caput curuum, omnia v. exercitia vel fricationes fiant ieiu-
C na ea & non cibata. Non debet de ſua ſalute deſperare, ſed bene confidere & lætari, &
mentem quietam agere. Nam triſtitia multa curationem impedit & retardat.

Cap. III. *De cura per medicinalia.*

REGIMEN vero eius ex parte medicinaliũ quatuor cõplectitur intentiones. Pri-
ma eſt pulmonem & pectus mundificare, & munda ipſa conſeruare: ſecunda
eſt ſtomachi euacuatio, & ei⁹ digeſtiuę cõfortatio: tertia capitis rectificatio, ne
materias multas congreget, & inferius catarrhizet: quarta ad vuulam attentio.

Prima intentio completur primo purgatione pectoris omni menſe inſtituenda cũ
his. *Recipe aquæ hyſſopi ℥ j. ß. aquæ capil. Ve. ℥ ij. ſyrupi de praſſio ℥ j. ſyrupi de liquiritia ℥ ß. accipiat* *I. intentio eſt pulmonis*
in aurora calidum totum ſeptem diebus. ¶ Digeſtiuum leuius. *Recipe aquæ farfaræ, vel vngulæ* *pectoris*
D *caballinæ ℥ iij. aquæ hyſſopi ℥ j. ß. accipiat vt prius.* ¶ Euacuatiuum bonum. *Recipe pilularum* *mundificatio.*
de agarico ℈ ij. pilularum de ſarcocolla ℈ j. fiant octo, & accipiat eas in aurora, poſt quinque horas *Potio digeſtiua.*
accipiat ſcutellam brodii pulli cum multo ſacharo & per vnã horam poſt comedat. ¶ A-
liud euacuatiuum. *Recipe agarici ʒ ij. aquæ decoctionis liqui. ℥ iij. zinz. ℈ j. turbith ʒ ß. fiat in-* *Pilulæ.*
fuſio per totam noctem & accipiatur vt pilulæ. ¶ Pro hac etiam intentione ſępe teneat in *Potio purgans.*
ore aliquid de loch de pino & aliquando de loch de ſquilla. ¶ Electuarium ad hanc *Electuariũ*
intentionem bonum per me compoſitum mihi ſæpe expertum. *Recipe ireos, praſſii, ariſt.*
rot. hyſſopi ana ʒ j. ß. liquiri. ʒ v. capil. Ven. ʒ iij. aniſi, fœni. an. ʒ. ij. ſem. caulium medullæ toti. ana ℈ ij.
croci ʒ j. ß. pinearum & phiſticorum mundatorum per duas noctes infuſorum in aqua decoctionis li-
quiri. an. ℥ ij. penidiarum ℥ iij. pulmonis vulpis præparati ſecundum artem ʒ j. mellis violarum lib.
E *j. fiat electuarium,* de quo deglutiat omni mane bis vel ter medium cochlear, ita ante cœ-
nam, & de eo etiam ſępe teneat in ore modicum & videbis iuuamentum magnum.

Secunda vero intentio completur cum iſtis. Primo, vtendo ſæpe ante cibum con-
fectione diacinamomi. Item aromatici roſati. Item confert etiam vti in cibis pulue- *II. Stomachi euacuatio & digeſtiua confortatio.*
re mellis. Aqua etiam ſublimationis eius optima eſt limphando vinum, confert enim
ægritudinibus de phlegmate, cerebro & ſtomacho. ¶ Confortat etiam ſtomachum
aſſumere ſæpe hoc. ℞. *aquæ mel. aq. abſynthii ana ℥ j. ß. puluerum ameos ʒ ß. accipiatur cum ſach.*
calidum in aurora. Aliud digeſtiuum bonum. *Recipe mellis roſati ℥ j. ß. aquæ betonicæ ℥ iij ac-* *Potio.*
cipiatur vt ſupra. ¶ Aliud digeſtiuum ſimul & mundificatiuum: accipiantur ℥ iiij. aquæ *Pilulæ.*
ſublimationis radicum ireos. ¶ Euacuatiuum bonum ſunt pilulę cochiæ, de quibus
F accipiantur in aurora ℈ ij. & tardetur cibus vt ſupra. Aliud & bonum. *Recipe electuarii* *Potio.*
Indi ʒ ij. ß. agarici ℈ j. zinz. g. vj. accipiatur cum decoctione aniſi, & fiat vt ſupra. Vnguen- *Vnguentũ ſtomachale.*
tum bonum ſtomachi confortatiuum quo vngatur bis in die. *Recipe calamenti, mellis, be-*
tonicæ, maſticis, galangæ, ciperi, roſ. granorum paradiſi an. ʒ ß. laudani ʒ ij. ligni aloes ʒ. j. gal. muſ. ʒ
j. ß. olei de mentha, de abſynthio ana ℥ j. ß. ceræ q. ſ. fiat vnguentum molle. ¶ Sacculus ad idem.

Sacculus ſtomachalis. *Recipe menthæ, abſynthii, maioranæ, origani, meliſſæ, ſeminis baſiliconis an. M. ij. macis ℥ iij. granorũ* A *paradiſi ℥ ij. puluerizentur & in ſindone de grana fiat ſacculus.*

III. Capitis rectificatio. Pilulæ. Tertia vero intentio completur ſic: purgetur caput accipiendo aliquando, vt bis in menſe, has pilulas. *Recipe pilularum de hiera ſimplici ℈ ij. agarici electi ℈ j. fiant pilulæ cum ſyrupo de ſtœchade & modico zinziberis, accipiantur ſicut de purgatione pectoris ſupra intentione prima.* ¶ Item opportunum eſt, vt ſæpe vtatur pilulis de ſpeciebus Meſ. accipiendo vnam, quando vadit ad lectum, bis vel ter in ſeptimana. Item vtiles ad hoc ſunt pilulæ aſſaiaret Auic. & proprie malaxatæ cum butyro & confortatæ cum modico agarici, & vtatur vt ſupra. *Pilulæ mũdificantes caput & pectus.* ¶ Pilulæ meæ mundificantes caput & pectus, de quibus vnam exhibeo vel ij. poſt cœnam per duas horas, ſunt hæ. *Recipe aloes epaticæ electæ ℥ ß. agarici electi ℥ j. ß. infundantur per duas noctes in aqua maio. deinde extrahantur. & ℞ ſtœchados, flor. ſaluiæ & roriſmarini ana ℈* B *ß. macis ℈ ij. diagridii ℊ. vij. & formentur pilulæ ex omni ℥ vij. & dentur vt ſupra.* *Puluis aſpergendus capiti.* ¶ Ad eandẽ intentionem fiat puluis iſte, ex quo ſuper prora capitis puluerizentur. *℞. macis ℥ ij. caryophyllorum, meliſſæ, galangæ, laudani, pulegii, ſtœchados an. ℥ ß. fiat puluis.* *Sacculus cephalicus.* Sacculus bonus capiti ſuperponendus. *Rec. origani, ſtœchados, rutæ, maioranæ, aſari, calamenti an. ℥ ij. galangæ, ligni aloes, ameos an. ℥ j. caryoph. ℥ ij roſ. ℥ j. ß. ſanda. alb. ℈ iij. fiat ſacculus latitudinis quatuor digitorũ & longitudinis magnus, portetur ſuper commiſſura capitis & ſæpe exiccetur & thure ſuffumigetur.* *Lixiuium pro lotione capitis.* ¶ Lixiuium, quo caput abluitur, eſt, vt coquantur hæc cum aqua, poſtea ponatur cinis & coletur. *Recipe aſari, galan. maior. ſtœchad. ana ℥ j. ligni aloes ℥ ß.* *Sapo caput purgium.* ¶ Sapo, cum quo abluit caput, incorporetur cum iſtis. *Recipe puluerum ireos ℥ j. caryophyllorum ℥ j. ß. macis, galangæ, ligni aloes an. ℥ ß. ſaponis albi ℥ ij. fiat cum aqua vitis.* ¶ Pleno prius ore aqua tepida ſæpe leuiter in mane traiiciat per nares hoc caputpurgium. C *Recipe aquæ mellis ℥ iij. pulueris arthanitæ, ligni aloes ana ℈ j. ſucci radicum betæ ℥ j. ß. miſce ſimul & fiat calidum dum accipitur.*

IV. Attẽtio ad vuulam. Vltima vero intentio exſequi poteſt cum iſtis. ¶ Primum eſt tenere ſæpe in ore aquam decoctionis paſſul. ¶ Secundum eſt aqua decoctionis liquir. ¶ Tertiũ aqua ſublimationis ireos. ¶ Quartum maſticatiõ crebra aniſi. ¶ Quintũ maſticatio nuc. muſc. ¶ Sextum maſticatio cubebarum. ¶ Septimum fricatio loci ſæpe facta cum oleo amygdalarum dul. ¶ Item cum oleo irino. ¶ Nonum cum puluere origani. ¶ Decimum cũ puluere rutæ. ¶ Vndecimũ fricatio cum bono balſamo: & eſt melius omnibus. ¶ Duodecimum ſæpe tenere in ore fruſtum ligni aloes. ¶ Hæc ſunt, quæ mihi vtiliora viſa ſunt in cura diſpoſitionum huius nobiliſſ. collecta variis auctorum voluminibus & in ſtu- D dio Paduæ. Ad laudem Dei omnipotentis. Amen.

CONSILIVM CI. *De aſthmate propter plenitudinem pectoris.*

STRENVVS & ſpectabilis miles de Thienis Vicentiis laborat plenitudine pectoris a materia phlegmatica ſecundum partem à capite effuſa ad pectus, & ſecũdũ magnam partem genita in ipſo per viã indigeſtionis, quæ qualitercunq; cõtingat in pectore ipſius, ſecundum maiorẽ partẽ ipſius ſaniata eſt, vt ſi longo tpe ibidẽ fixa pmaneret, neceſſario pduceret ipſũ ad hecticã aut phthiſin, aut ad vtrũq; ſimul. Pri⁹ tamen q̃ pducat ad diſpoſitiones iſtas, factura in eo eſt aſthma, aut iã efficit illud. Propter igit̃ has diſpoſitiones euitandas aut alleuiandas prouidendum eſt ei per hunc modum.

Aer. Cibi. Primo quidem euitet habitaculum cameræ terrenæ, aut loci frigidi & humidi & E ventoſi. ¶ Secundo euitet omnes cibos craſſos, viſcoſos, & oppilatiuos, vt legumina, caſeum, animalium partes neruoſas, panniculoſas & glutinoſas. ¶ Item acuta omnia, velut cępas, raphanum, allium, porrum & ſimilia. ¶ Effugiat etiam cibos acres, vel acribus compoſitos, vt ſunt granata, agreſta, arantium, limones, & ſimilia. Granatorum vero vſus dulcium ei valde conueniens eſt, aceto autem vti poteſt ter vel quater in ſeptimana. ¶ Euitet etiam cibos viſcoſitate oppilatiuos, vt anguillas, tinchas, & ſimilia. Cancros a. in vſu aliquando non vitupero. Dimittat etiam omnia cibaria acuta vehementis exſic- *Potus.* cationis, velut ſunt ſalſa omnia. ¶ Vino vtatur albo, ſubtili, aromatico, dulci, & nullo modo acri. Et ſi non poteſt haberi album, accipiatur ſubrubeum, nullo modo nigrum. ¶ Et ſi ꝑpter fumoſitatẽ vini, vel ꝑpter dolorẽ iuncturarũ oportet lymphare vinũ, lym- F phet cũ aqua decoc. vni⁹ radicis liquiritiæ quãtitatis digiti minuti, mũdificatæ & in fruſta inciſæ, & imponantur in lib. xii. aquæ, & coquatur vſque ad conſumptionem ter- *Exercitiũ* tiæ partis. De exercitio v. nõ oportet in eo fieri ſermonẽ, niſi quia gratia exercitii cõuenirent ſibi fricationes a ſpatulis vſq; ad nates applicatæ ſemel in die, & proprie in mane

antequam

A antequam ſurgat a lecto, aut ſaltem bis in ſeptimana applicentur ipſi ventoſæ duæ in natibus ſine ſcarificatione. ¶ Cõtemperet omnia accidentia animi quãtum poteſt, & proprie triſtitiam & iracundiam inducentia, q̃ tamen facere nõ eſt ei leue ꝓpter accidentia mundana homines multum atterentia. ¶ Conſideret etiam in aſſumptione ciborum vti quantitate conuenienti, quæ ſtomachum nullo modo aggrauet. Neq; etiam tantus debet eſſe potus, quod in ſtomacho ipſius fluctuet.

Accidentia animi. *Inanitio & repletio.*

Pro regimine vero medicinali quinq; videntur mihi conuenientia ſufficere medicamina. ¶ Quorum primum eſt electuariũ hoc, de quo omni mane accipiat cochlear vnum, & per horam ante cœnam cochlear medium, deglutiendo ipſum abſq; maſticatione aliqua. Cui⁹ deſcriptio. ℞. *liquir. cinã. capill. Ve. an. ʒ j. piperis al. & nig. hyſſo. vngulæ cabal. ſe.* B *fœn. an. ʒ ß. paſſularum ℥ ß. pinearum, phiſticorum, amygdalarum purgatarum an. ℥ j. ireos, ſem. vrticæ an. ℈ ij. ſyr. viol. ℥ ij. mell. q. ſ. & fiat electuarium.* ¶ Secundum remediũ eſt electuariũ hoc, de quo ſæpe in die & in nocte in ore ſuo tenere debet quantitatẽ fabæ non maſticando ipſum, ſed permittendo deſcendere quod diſſoluatur ab eo. Cuius deſcriptio, ℞. *loch de pino ℥ j. ß. penidiarum ʒ ß. incorporentur ſimul in mortario optime. Et fiat vt dictum eſt.* ¶ Tertiũ eſt, vt ſi faſtidiretur loch liquido vel molli iam prædicto, loco illius in ore ſuo teneat fruſtum vnum cõfectionis diapenidionis, ſicut dictum eſt de alio. ¶ Quartum, vt omni ſero quãdo vadit cubitum a principio capillorum vſq; ad ſummitatẽ capitis latitudine commiſſuræ ſagittalis trium digitorum ponat de hoc puluere ſparſo inter capillos quantitatem quatuor granorum hordei, & cum reponit ſecundum, cum pectine deponat primũ. C Cuius deſcriptio. ℞. *ſandaracæ ʒ ij. caryoph. ʒ j. macis ℈ ij. roſ. florum nenupharis, violarum, corticum papaueris ana ʒ ß. ligni aloes ℈ j. fiat puluis omnium per ſe.* ¶ Quintum & vltimum remediũ eſt, vt pectus eius omni ſero, quando vadit ad lectum, ante & retro vngatur hoc vnguento ſecundum omnem ambitum coſtarum. ℞. *olei violarum, olei amygdalarum dulcium an. ℥ j. pinguedinis anatis, butyri recentis an. ℥ iij. croci ℈ ij. ceræ al. q. ſ. & fiat vnguentum.* Hæc ſunt remedia, quæ mihi videntur meliora, quorum vſus ſit ſaltem vſq; ad xij. dies. Et ſi res erit bonæ terminationis, referantur Deo gratiæ: ſin minus, reſcribatur, quia ſemper paratus ero, ſed defectum nuntiorum citius expedire non potui, quia extra ciuitatem maneo: quare melius eſſet determinatum habere nuntium.

Electuarium. *Aliud.* *Puluis capiti ſuperaſpergendus.* *Vnguentũ pectorale.*

CONSILIVM CII. *De difficultate anhelitus. Diuiditur autem conſilium in capita tria.*

D

CAP. I. *De cauſſis aſthmatis & orthopnœæ.*

SOLLICITAVIT me iamdiu reuerẽdiſſima veſtra paternitas, benigniſſime pater, vt cuiuſdam difficultatis anhelitus, quo plurimum cruciamini, quã clariori ſermone fieri poteſt, cõſilium curationis oſtenderem. Et licet ſecundũ illuſtrium auctorum ſentẽtiam difficultatis anhelitus plurimę ſint ſpecies, vt ego prolixiori ſermone conſtruxeram, ne tamen ſententiarũ prolixitas faſtidium ingerat perlegenti, quæ ꝓpoſito magis congruere videntur, ſolummodo tres anhelitus ſpecies declarare decreui. q̃ ſunt aſthma, dyſpnœa, & orthopnœa, earumq; inter ſe differentias & cauſſas explicare propoſui. ¶ *Eſt igitur aſthma pulmonis & pectoris ægritudo facta, propter debilitatem vel plenitudinem lacertorum latitudinalium pectoris*, vnde nõ debite expelluntur fumi & ſuperfluitates E congregati, quare frequentatur anhelitus cum non debite mundificetur cor & euentetur ab eis per tractum aeris inſpirati. ¶ *Quãdo cum plenitudine vero vel debilitate longitudinalium villorum tracheæ arteriæ & pectoris non debita quantitas aeris cor euentare debentis attrahitur, dyſpnœa nominatur.* ¶ *Sed cum vtrorumq; villorum longitudinaliũ & latitudinaliũ defectu contingit vt non ſufficiat cor euentari ex inſpirato aere, atq; nõ plene ipſum cor & pulmo a fumis mundificẽtur & reliquiis ſuperfluitatum coarctantium, orthopnœam Medici vocauerunt.* Vnde aſthma fit propter inſufficientem fumorum ſuperfluorum expulſionem & aeris exſpirationẽ: Dyſpnœa vero propter diminutam attractionẽ & inſpirationem. In orthopnœa v. vtrumq; contingere, ſ. inſpirationis & exſpirationis inſufficientiã colligam⁹. Et ſi quamplures illuſtrium antiquorum ſermones ęquiuoce forte magis his nominibus abutendo loquan- F tur, melior tamen ſignificatio eorum prætacta videtur.

Aſthma quid. *Dyſpnœa.* *Orthopnœa.*

Harũ inſuper cauſſæ quãdoq; materiales, quãdoq; im̃ateriales eſſe ponunt. Materiales ſunt malę cõplexiones cũ humorib. vel ſibi ꝓportionatis, vt vẽtoſitatib. & aquoſitatib. ſimplicib. vel cõmixtis. Itẽ harũ alię antecedẽtes & aliæ cõiunctę. Immateriales v. ſunt malę cõplexiones ſimplices vel cõpoſitæ ſiue humorũ & ſibi ꝓportionatorũ vitio. Itẽ ęgritudines iſtę quãdoq; ꝑ ꝓprietatẽ inſunt pulmoni & pectori, qñq; ꝑ cõmunitatẽ,

Cauſſa materiales antecedentes. Hos autem ſermones diſtinctos taliter intelligere cõuenit. Cauſſæ enim materiales an- A
tecedentes ſimplices vel compoſitæ ſunt humores ſimplices vel cõmixti in venis & arte-
rijs magnis aut locis vacuis pectoris, ſi fuerint ægritudines illæ per proprietatem, aut ca-
pitis, ſtomachi & aliorum, ſi fuerint hi morbi per colligantiam. ¶ Cauſſæ vero coniunctę
Materiales coniũctæ. materiales ſunt p̃dicti humores ſimplices vel cõpoſiti imbibiti in poris villorũ longitu-
dinaliũ aut latitudinaliũ, aut in vtriſq;, ſ. pectoris & pulmonis, aut in extremitatib. arte-
riarũ & cãnularũ eius, ſi fuerit ægritudo ipſi ꝓpria. Si a. per cõmunitatẽ, tunc ſtante ſani-
tate pulmonis, conuenit panniculos pectoris comprimi, ita vt eorũ prohibeatur motus
debitus diaſtol. & ſyſtol. ſicut contingere videmus in plenitudine ſtomachi & epatis. In
ſplenis quoq; duritie vel apoſtemate & in colica ſquibaloſa & ventoſa, iliaca & cholerica
paſſionibus & aliis membrorum ægritudinib. pectori colligatis. At vero iterum humo- B
res iſti quandoq; in ipſo congeruntur per defluxum ab alijs membris, vt capite & epate;
quandoq; vero in ipſo inuenitur cauſſa generationis eorũ, ſicut phlegmatis & aquoſita-
tis. Cauſſa generationis in ipſo eſt frigiditas, q̃ paulatim rorificat, vt Auic. *10. tertii tractatu*
Immateriales. *primo cap. de aſthmate colligendum.* ¶ Immateriales autẽ cauſſæ ſunt frigiditas pura pectoris
panniculos eius ſpaſmans, & motui indiſponens, aut humiditas vias anhelitus hebe-
tans, aut ſiccitas humidum pulmonis, & panniculorum exurens, partes eius in pannicu-
lorum contrahendo motui diaſtolis & ſyſtolis ineptas reddit, pura quoq; caliditas hoc
idem agit ſuo tractu, & quia maiorem, quã exigat, in corde neceſſitatem ponit euentan-
di, quare cum in vna diaſtole aeris portio inſufficiens cor euentare nequaquam ex inſpi-
ratione trahatur, cogitur virtus inſpirationem inſpirationi ſubiungere, vt ignitę neceſſi- C
tati ſufficienter ſatisfacere valeat. ¶ Ex cauſſis quoque materialibus antecedentibus in
plurimo euentu reperitur phlegma, aquoſitas, & ventoſitas in ipſo congeſtę, aut aliunde
fluẽtes. Deinde ſanguis frequenter a capite rheumatizans, vt in ſomno contingit, etiam
quia multa eius eſt quantitas in pectore propter propinquitatem epatis, cordis, & venæ
cauæ quæ ſint in humano corpore manifeſtæ mineræ. Raro autem cholera difficultatis
anhelitus eſt cauſſa, niſi per augmẽtum neceſſitatis aut ſiccitatis vel penetrationis pun-
gendo ſic faciat. Rariſſime quoq; melancholiam tales ægritudines facere videmus, cũ
eius parua quantitas in pectore inueniatur, eiuſq; craſſitie panniculos, niſi maxima diffi-
cultate ſubintrat atq; calore cordis & multi phlegmatis & aquoſitatis in pulmone reſi-
dentium in ſuis qualitatibus refrangatur. ¶ Adde quoq; aliam harum ægritudinum cau- D
ſam fore frequenter paruitatem & anguſtiam pectoris a generatione contractam, quare
non ſufficiens aeris quantitas inſpirari & detineri poſſit, vt ſpiritualium neceſſitati ſub-
ueniatur, ſicut *decima tertii allegato loco* aperte colligitur, dum Auic. inquit: *Et quandoq; fit, ſ.*
aſthma propter paruitatem pectoris. quare non ſequitur ipſum neceſſitas ex anhelitu. ¶ Contingit
etiam quandoque anhelitus difficultas a febribus peſtilentialibus, & potu venenorum,
vt viperæ & ſimilium, *vt 6. quarti trac. 3. colligendum.* Potu etiam medicinarum venenoſa-
rum, vt ibidẽ apparet ex potu ceruſæ, gypſi, opij, hyoſcyami & cõſimiliũ. hæc de cauſſis.

Cap. II. *De ſignis.*

Recitatis compendioſo ſermone ſatis quiditate & cauſſis aſthmatis, dyſpnϾ
& orthopnϾ, conuenit recte conſulere volenti vnãquamq; ſpecierum difficul- E
tatis anhelitus per ſibi propria & adæquata ſigna diſtinguere; quoniam euidens
cognitio morbi curabilis ſpem certam medelæ pollicetur: & quia in actionibus prius
corporum cognitio ex ſignis manifeſta eſſe debet, deinde & ſalubrium cauſſarũ inuen-
tio. Galenus *primo techni.* igitur erũt aſthmatis & reliquarum ſpecierum difficilis anhe-
Signa aſthmatis ſanguinei. litus ſigna hæc penes ordinẽ cauſſarum ſuperius nominatarum. ¶ Si igitur aſthma fuerit
a dominio ſanguinis in pectore & pulmone exuberantis, erit conſtrictio anhelitus per-
ſeuerans, ſcreatus dulcis non multæ viſcoſitatis, niſi calore multũ agente, & cum aliqua-
li ſanguinis interdum commixtione, & quæq; ſigna magis adhærent hora propria mo-
tui ſanguinis, vt in diluculo, & per horam vnam vel duas ante diem. Inſuper & ponde-
roſitas pectoris cum inflammatione, multitudo ſudoris circa pectus & guttur, plenitudo F
venarum pectoris & rubicunditas eius, ſomnus prolixus cum apparentiis idolorum ru-
beorum, & niſi virtus reſoluta fuerit, erit pulſus magnus, maior tamen ſyſtole q̃ diaſtole.
Eſt etiã velox & frequens ꝓpter neceſſitatẽ magnã, quam imprimit ſuo calore ſanguis.
Vrina rubea vel ſubrubea aut ruffa vel ſubruffa, craſſa in ſubſtantia turbulenta. ¶ Si vero

aſthmatis

A aſthmatis cauſſa fuerit phlegma, erit conſtrictio anhelitus grauatiua; maior tamē hora Signa
motus phlegmatis propria, ſ. ab hora 2. noctis vſq; ad matutinum, ſomnus profundus & phlegmatici.
longus, ſtupor & hebetudo ſenſuum, abundātia ſcreatus inſipidi, aut remiſſæ dulcedinis,
aquoſi, mucillaginoſi, viſcoſi, aut ſalſi ſecūdum varietatē phlegmatis in naturalitate, aut
nō naturalitate, & ſpecieb. eius diſtinctis, & ex parte ſaporis, & modi ſubſtātię, eritq; palli-
ditas faciei & oculorū, & parua aut nulla pectoris caliditas cū mollitie, plurimūq; tuſſis p̄-
ſentia cum ſcreatu multo abūdantiaq; multi vaporis in pectore, capitis grauitas, pigritia
totiꝰ, pulſus quoq; tardus, rarus & mollis, & ſi fuerit in arterijs cōtenta materia, tremulo-
ſus. Vt plurimū enim pulſus habentiū aſthma eſt tremuloſus. *10. tertii tractatu primo cap.*
B *de ſignis aſthmatis.* Vrina in dominio phlegmatis naturalis erit pallida, mediocriter ſpiſſa.
In dominio vero acetoſi vel acris pallida cum ſubſtantia tenui ad mediocritatem acce-
dētis; aut alba, quandoq; & glauca ſecundum quantitatē & ſubſtantiam phlegmatis. In
ſalſo autem phlegmate ſubcitrina erit cum ſubſtantia æquali non perturbata ad medio-
critatem vel ad ſpiſſitudinem accedenti. In vitreo autē phlegmate eſt alba mediocriter
tenuis cum hypoſtaſi petaloide & perturbata in fundo ſedente. Adde tū, quod ſi febris
adſit, variet̄ vrinæ color ad intenſum, & ſubſtātia eius & hypoſtaſis phlegmatis diſſoluti
commixtione mutatur. Egeſtiones quoq; tunc per totū ſpumoſę videntur cum palli-
tate & mollitie ſubſtantiæ. ¶ Dum autē aſthmatis cauſſa fuerit cholera, licet raro cōtin- Choleri-
gat, ſigna erunt intenſio flammæ cum ſiccitate & mordicatione pectoris, in dextra tamē ci.
parte magis, quā in ſiniſtra, cum reſolutione atq; citrinitate pectoris totiꝰ, pectus quoq;
C tactu inflāmatiuæ caliditatis exiſtit aſperitas linguæ gutturis & palati. Hęc tamē omnia
magna aderūt hora motui choleræ ꝓpria, ſ. a 3. hora diei vſq; ad nonā, paucꝰ quoq; ſcrea-
tus, & quandoq; citrinus, imo & priuatio ſputi omnino, & ꝙ ſpuit cū recipit, & admini-
ſtratur, ꝙ humectat, *x. tertii allegato cap.* Eſtq; in ſomno citrinarū vel ignitarū rerū, vt ful-
guris, vel ſcintillarum apparitio, pulſus magnꝰ, niſi virtus ſuccubuerit, velox & frequens
cū manifeſta duritie. Vrina intēſa, citrina, ruffa, vel ſubruffa cū tenuitate & claritate ſub-
ſtantiæ pinguis cū aliquāta colliquati phlegmatis admixtione. Permutant̄ etiam ſigna
hæc permutatione choleræ naturalis aut nō naturalis in quātitate, ſubſtantia & alijs diſ-
cretis penſandū & febris abſentia vel pręſentia, & alijs idē imprimere potētibus. ¶ Signa Melācho-
D autem aſthmatis a melancholia naturali facti vel pendentis, ſunt pectoris & faciei liuidi- lici.
tas, albedinis oculorum ſubnigredo, & eorum lippitudo, grauitas ſenſuū, puſillanimitas,
& ſollicitudo quāplurima, maxime cum hora motus melācholiæ ꝓpria, ſ. ab hora *9.* diei
vſq; ad horā ſecundā vel tertiam noctis. in anhelitu quoq; pōderoſitas, & cōſtrictio ma-
ior, tam in ſiniſtra, quā in dextra parte cōtingit, ſomnꝰ paucus, terribiliū & nigrorū cor-
porum apparitio, ſputum autē tenue & liuidū, ſcreationes & eructuationes acetoſæ, pul-
ſus tardꝰ, debilis, rarus, tenuis, & durꝰ, vrina alba, tenuis, clara, egeſtiones liuidæ & com-
pactæ, ventoſitas & rugitus in pectore & toto. Eſt n. quandoq; vrina liuida, ſpiſſa & ſpu-
moſa, quandoq; melancholiæ viſcoſæ vel craſſæ, vel aliter variatæ, in naturalitate, nō na-
turalitate, in modo, ſubſtantia, quantitate & alijs. ¶ Nota tamē, ſignificationē p̄dictorum
E omnium cōpleri euidentius particulariū conuenientiū cōſideratione ſuppoſita, ſ. ætatis
& regionis, exercitiorum regiminis, ciborum & potuum & aliorum immutare potentiū.
¶ Si autē aſthma prouenerit a materia aliunde defluxa, ſignificabit ipſum euentus ſubitꝰ a materia
& mittentiū mēbrorū debilitas aut ægritudo præcedens, & quod intenditur & remittit̄ aliunde
ſecundum quātitatem materiei aliunde fluentis. Dum autē fit vitio pectoris, non æque defluxa.
ſubitus, ſed paulatinus eſt eius euentus. ¶ Si vero aſthmatis cauſſa fuerint febres peſtilē- ex vitio
tiales, aut aliæ, aut venena, vel medicinarū venenoſarū potꝰ, ſignificabūt ipſū anteceſſio pectoris.
illorū ex ſignis ꝓpriis, *prima quarti tract. 4. & 6. quarti tractatu 3.* ſigillatis cap. colligendum.
¶ Si vero fuerit eruptio ſaniei ad pectus, vt in ſquinanticis, phreneticis & ſimilibus ſæpe
cōtingit ſanioſam materiā ad pectꝰ effundi, ſignificabūt illud p̄ceſſio phreneſis, anginæ
aut aliorū, quorū præſentia corpꝰ affligebatur. ¶ Si vero fiat aſthma a ventoſitate, ſigni-
F ficant illud lenitas pectoris & augmentum neceſſitatis ex aſſumptione ciborū vel medi-
cinarum vel ventoſitates generantium & ſenſatio murmurationis rugitus & tenſionis in
pectore & pulmone. ¶ Commixtorū autem humorum ſigna aſthma facientiū, cōſidera
diligēter ex pręfatis ſignis ſimpliciū humorū dominiū arguētibus. ¶ Signa autē malarū
cōplexionū ſine materia aſthma & dyſpnœā faciētiū ſub cōpendio colligant̄: caliditatē

enim ſimplicem ſine materia factiuã aſthmatis ſignificant,rubedo, etiã lenitas pectoris A
&faciei,pulſus velox,ſomnus paucus,ſitis mediocris,ſenſatio caumatis,in profundo pe-
ctoris lædi ab aere, & alijs calidis,& iuuari a frigidis. ¶ Frigiditatis autę ſine materia ſigna
ſunt,frigus ſenſibile pectoris &adiacentium,palliditas eius,venarum paruitas &exilitas,
pulſus tardus,vrina diſcolorata,ſomnus mult⁹,grauari a frigidis & iuuari a calidis. ¶ Hu-
miditatis vero puræ ſigna ſunt, mollities pectoris, ſcreatus multus, ſenſuum hebetudo,
multus ſomn⁹ & ꝙ iuuamentũ percipit ex adminiſtratione exiccantium, & nocumentũ
ex appropinquatione humectantiũ, pulſus mollis & vndoſus, vrina aquea & plurimum
ſpumoſa. ¶ Puræ vero ſiccitatis ſigna ſunt durities, aſperitas, &ſoliditas pectoris,ſomnio-
rum & ſuperfluitatum paucitas,& iuuari ab humidis & lædi ab oppoſitis. ¶ Compoſita- B
rum vero dyſcraſiarum ſimplicium immaturalium ſigna ex ſimplicium ſignis cogitan-
do percurras. hæc de ſignis &c.

Quæ cauſa aſthmatis huius patientis.

Narratis reuerẽdiſſime pater prolixo bene ſermone aſthmatis & reliquarũ ſpecie-
rum cauſſis & ſignis,vt euidentius conſulere poſſim, aſthmatis prædictarũ ſpeciem, quã
incurris,eligendã eſſe conſidero. Mihi igiť pro fundamento firmeť difficultas anhelitus
tui cauſſam eſſe plenitudinem atq; capitis debilitatẽ cõtingentem,ꝓpter pſentiã multo-
rum fumorum &vaporũ ad ipſum eleuatorum a mẽbris inferioribus,ſ.epate quod indu-
bitanteř calidum in te affirmo,nec non a ſtomacho &reliquis,ꝙ etiam adiuuat multitu-
do choleræ euaporare faciẽtis.Eſt n. vt ęſtimo,complexio tua a generatione cholerica,
niſi fuiſſet per exterius occurrẽtia permutata:confert etiam ad hoc complexio cerebri
a generatione calida. ¶ Eſt igitur modus iſte congeſtionis materierum in capite,mẽbra C
enim inferiora vaporãt.Cerebrũ quoq; ſui caliditate trahit,fumi igiť &vapores ſuperio-
rem ſtationem ſibi propriã quærentes in capite detenti cranei concauitate iuuante in-
craſſanť cerebri frigiditate,ſicq; in aquam conuerſi pectori ſtillãt, qualiter ex vaporibus
ab inferiori mũdo ad mediam regionem eleuatis creditur naſci pluuia,vt primo Meta.

Cerebrũ huius patientis a generatione fuiſſe calidum.

¶ Quod autẽ cerebri complexio a generatione calida fuerit,ſigna plura teſtanť,ſ.criſpi-
tudo capillorum & eorũ citrinitas facieſq; & alba oculorũ citrinata habitudo extenua-
ta,faciei &reliquorum ſenſuum interiorum claritas,facilitas apprehendendi,ꝓmptitu-
do ad operationes,prona ad iram & gaudium inclinatio, pulſus velox & frequens tẽpo-
rum &aliorum,&alia ſupra tacta. ¶ Et ſi igitur omnium ſpecierum aſthmatis ꝑdictarum D
regimen exponere cupiam,principalius tamẽ aſthmatis facti a materia pectori aliunde
dimiſſa regimen declarare cõcipio.In duas igiť diuiſiones diuidere volui,ſ. in præſerua-
tiuum regimen &curatiuum.Præſeruatiuum quoq; intelligere conuenit obſeruandum
tẽpore quo nõ moleſtaris. Curatiuũ vero tẽpore paroxyſmi. Eſt enim ægritudo hęc de
longis,habentibus paroxyſmos acutos ſimiles paroxyſmis epilepſię & ſpaſmi, *or.tertii al-
legato cap.* diuidatur iterum regimen pręſeruatiuum in duo, ſ. in regimen ſex rerum non
naturalium & medicinalium.

CAP. III. *De cura præſeruatiua per ſex res non naturales.*

REGATVR igitur iuxta res non naturales,quę ſunt ſex,ſ.aer,motus,quies &c. ¶ Pri-
mo eligatur aer , in quo moraris,clarus,ſubtilis,calidus &ſiccus,minime frigidus
& humidus,non ventoſus,maxime autem meridionalis euiteť ventus. Hic enim E
multoties eſt aſthmatis cauſſa,teſte Hipp. *ſect. 3.aph. 17. & ſecunda primi doc. ſecunda ,ca. de
naturis temporum,& 10.tertii ſæpius allegato cap.* ¶ Et ſi aer talis naturaliter haberi non pote-
rit,artificialiter præparetur calefaciẽdo cameram,accendendo ignem in ea cum lignis
iuniperi, lauri,cypreſſi,orni & ſimilium. ¶ Aut ſuffumigeť cum carbonibus,quib. aſper-
gatur myrrha,laudanũ,ambra, moſchus,ſtyrax calamita &olibanũ ſimpliciter vel com-

Puluis pro ſuffitu.

mixtim. ¶ Aut aſpergatur prunis ex hoc compoſito. ℞.*thur. minuti* ℥ j.*laudani* ℥ ß.*ſtyracis
calamitæ* ℥ *ij.fiat puluis.* ¶ Aut ſuperponatur prunis ignitis puluis trociſcorum, galliæ muſ.
aut ſimilium. ¶ Vel comburantur in camera herbæ aromaticæ,vt calamentum,hedera,
nepita,origanum,mentaſtrum, maiorana,ſaluia,ſerpillũ,pulegium & ſimilia. ¶ Tẽpore

Pomum odoratũ.

vero, quo ad aerem exis,rectificetur aer cum iſto odorando pomo. ℞. *folii,galangæ, macis
ana* ℥ j.*laudani electiſſimi* ℥ ß. *thuris,ſandaracæ an* ℥ ß.*ambræ,moſchi an.* ℈ *ij.fiat pomum cum mal-*

Aliud.

uaſia. ¶ Aliud pomum. ℞.*trociſ. galliæ muſ.* ℥ *ij.cãphoræ,oſſis de corde cerui,carabæ,blattæ byzan-
tiæ an.* ℥ ß.*laudani electi* ℥ *v. moſchi* ℥ ß.*fiat pomum cum ſucco vel aqua maioranæ aut cum aqua
vitis vel rutæ.* Et cõfert etiam odor pomi huiuſmodi aeri peſtilẽtiali, & rectificat cerebrũ

ſiſten-

A ſiſtendo catarrhum. ¶ Euitentur inſuper manſiones terraneæ teſtitudinales; & nouiter
conſtructæ, ſitq; camera habens feneſtras Orientales aut Septemtrionales, & claro ex-
iſtente aere aperiantur mane feneſtræ & apertæ reliquātur vſq; ad horam prandii, dein-
de claudantur, & ſole petente occaſum iterum aperiantur & teneātur ſic vſq; ad crepu-
ſculum noctis, vt aer cameræ renouetur & rectificetur, ne ſuffocatus maneat. Euitetur ēt
manſio ſuper aquis, ſtagnis & lacunis, & aer turbidus, nebuloſus & vaporoſus, fœtidus &
infectus. Et quia veſtes annectuntur rectificationi aeris prohibendo occurſum eius ad
corpus, eligantur minime pectus & collum ſtringētes cum ſuffulturis agninis membris
immediatis: aut vulpis quę meliores ſunt, & proprietate conferunt. *vt 2. tan. cap. prop. colligendum.* Aut fiant de vario & dorſis eius, aut agninis & ſimilibus. Suffulturæ autem *Veſtimenta.*
B de ludra factæ aut animali in aqua degenti vitandæ ſunt, factæ etiam de pelle lupi, leonis,
cerui, chirati & ſimiliū euitandæ ſunt. Euitentur etiam pileoli & capitis tegumenta facta
ex panno glaſti colore tincto, capiti n. nociuus exiſtit & cerebro contrariatur, ſed por-
tentur de panno tincto in grana aut cheſmes, aut baretino, & morello puniceo & ſimili-
bus glaſti tinctura carentibus. ¶ Sternantur etiam frequenter in camera herbæ calidæ
aromaticæ, vt menta, ſerpillum, ſaluia, roſmarinum, calamentum & ſupradicta, præter
rutam & apium, quæ cerebro ſunt nociua, *vt prima tertii trac. primo & 4. colligendum.* Aut
irroretur frequenter camera vino aromatico decoc. prædictarum herbarum, aut aqua
vitis & ſimilibus. Hæc de prima re non naturali.

De motu autem & quiete hic habeatur regiminis modus. Exercitamini in mane *Motus & quies.*
C expulſis communibus ſuperfluitatibus, ambulando paſſu mediocriter veloci, aut aſcen-
dēdo ſcalas, aut montem, aut equitando ſuper equo non valde ſiniſtro, aut arcu ſagittā-
do, aut ligna non velociter incidendo, aut cantus muſicos vel ſonos mellifluos cātando;
ꝙ eſt exercitium pectori proprium *3. primi doc. 2. cap. de ſpeciebus exercitii*, conſimiliter & in
veſperis ante cœnam hora completæ digeſtionis factæ exercitium fiat. ¶ Euitetur inſu-
per motus ſuper cibo, niſi temperatus. Ambulare enim ſuauiter poſt cibum per mediam
horam digeſtiuam excitat. Neceſſe enim eſt vt motus, qui fit poſt comeſtionem, ſit le-
uis & ſuauis. *3. primi doc. 2. cap. 8.* ¶ Melior vero exercitii qualitas eſt dum per ipſum ad-
huc ſentitur in operationibus agilitas; & dum calor per motum acquiſitus ſine nocu-
mento toleratur: & dum membra in motu incraſſantur & colorantur tractu ſanguinis &
D ſpirituum, æqualitatis menſurā nō excedentiū. Quod ſi propter debilitatē exercitium
fieri non poſſit, vt in paroxyſmo cōtingit, fricationes exercitij vices ſupplere debēt, ipſa
enim, ſ. fricatio ꝑ certo eſt, ac ſi eſſet altera pars exercitii, *3. primi doc. 2. c. 4.* ¶ In fricatio-
ne tamen tres cōditiones obſeruari debent. ¶ Prima eſt ex parte partium fricandarum. *Tres conditiones in fricationibus obſeruandæ.*
¶ Secunda ex parte qualitatis fricationum. ¶ Tertia ex parte eius, cum quo fricatio fieri
debet. ¶ Obſeruandum primum: fricentur primo extremitates remotæ incipiendo a
pedibus & cruribus, ſitq; fricatio fortis ſatis. Deinde procedatur ad coxas de ſuperiori-
bus ad inferiora trahendo, vt fiat diuerſio fumorum & materierum, deinde fricent̄ na-
tes & adiacentes partes. Poſtea dorſum & ſpatulæ. Vltimo vero pectus incipiendo a par-
tibus inferioribus pectoris inferius trahendo. Partes vero pectoris laterales fricētur tra-
E trahendo verſus brachia. Vltimo vero iterum fricētur extremitates remotæ prædictæ, vt
materia, q̄ ꝓfocationem pectoris & adiacentem faciens motui habilitata ſit, cum fumis
ad remotiora membra trahatur. ¶ In qualitate vero fricationis obſeruanda ſit regula
iſta. Primo enim fiant fricationes fortes propter materiam craſſiorem & multam mo-
tui fortius reſiſtentem, vnde procedendo leuiores fiant ſubtiliata iam materia motui
habiliori facta. Res vero, cum quibus fricationes fieri debent, ſunt ſicut pannus aſper
meliorem confricationem faciens propter ſenſationē, quā minus delectabilē in mem-
bro imprimit, aut fiant fricationes manib. p̄dictis membris applicatis. Aut cum panno
molli calido, aut cum oleo chamo. aut anetino aut communi. ¶ In paroxyſmo vero, ſi
fiant fricationes, hic ordo ſeruetur. In principio n. paroxyſmi fricatio fortior fiat, quia *Ordo fricationis in paroxyſmo.*
F materia magna reſiſtit corpulentia ſua & quantitate, & quia in membrorum profundo
magis ſepulta eſt. In augmento vero fricatio fiat fortis ſatis, leuior tamē ea quæ dicta eſt,
mobili iam facta materia & inualente calore digeſtiuam tentante. In ſtatu vero leuior
fiat fricatio his, quæ dicta ſunt, quia multum de materia reſolutum eſt, quia motui magis
obedit, quia virtus iam in præcedentibus temporib. multum reſoluta eſt; & quia iſta eſt

hora criſis, *ſecunda quarti cap. primo.* & quia poti apertiores exiſtunt, vnde tranſpirabilis eſt A
materia per eoſdem. In declinatione vero leuiori vtendum eſt fricatione, paucificata iã materia & vigorata virtute, & quia tunc ſalubri exiſtẽte morbo expellitur, expelli debet, *primo de criſi & prima quarti cap. 3.* ¶ Canones autem hi fricationũ moderantur, inſpecta virtute & faſtidito ægro, conſuetudine & honeſtate partium, & alijs diſcreto ingenio diligenter moderandis. ¶ Poſſunt etiam fricationes fieri debili exiſtente virtute cum pannis ſuffumigatis moſcho, ambra, cinamomo, ligno aloes, gallia muſ. & reliquis infra tangendis, aut cum pannis infuſis in vino aromatico, maluatico, ribolia decoc. caryoph. galangæ, macis, folij, ſpicę & conſimiliũ, qui in quã panni expreſſi ſuperponantur fricandis membris, & cum eis fricatio fiat, aut ſic adhærentes membro remaneant: Ita tamẽ ne vini corpulentia membrorum poris imbibatur ipſos oppilans & materierum & fumorum B
trãſpirationem ꝓhibens. ¶ In ſumma igitur colligendo motus & exercitium tẽperatum calorem naturalẽ excitat & virtutẽ viuificat. Quies vero ſuperflua ſemper eſt infrigidãs propter priuationem viuificationis caloris, & propter cõſtrictionem, q̃ eſt ſuffocans. Et humectat propter defectum reſolutionis ſuperfluitatum, *2. primi doct. 2. cap. de his, quæ proueniunt ex motu & quiete.* Auicen. tamẽ fricationem fieri docet cum abrotano & nitro.

Somnus & vigilia. Pro tertia vero re non naturali, vt ſomno & vigilia, fiat iſta diuiſio, quia limitandus eſt ſomnus & vigilia penes horã, aut quãtitatem, aut qualitatem, aut formam decubitus. *Optimus ſomnus qui.* ¶ Primum n. obſeruandum. Non eſt ſuper cibo valde cito dormiendũ, quoniã melior ſomnus eſt ille, qui fit poſtquã cibus à ſuperiori ventre deſcenderit. Neq; ẽt ſuper nimia vacuitate dormiendũ eſt, quoniã eſt virtutẽ deijciens, *3. primi doc. 2. cap. 9.* Dormiendum C
ergo eſt, vt magiſtraliter docet, trãſactis ſaltẽ horis duab. poſt prandiũ, aut cœnã. Diurna quoq; dormitio vitãda eſt, generat enim multas ęgritudines ad praua nocumẽta ꝓductiuas, vnde *3. primi allegato c.* *Tempus ſomni.* In die quoq; dormire malũ, generat n. rheumatiſmos, & ægritudines humectãtes, corrũpit calorẽ, generat ſpaſmũ, laxat neruos, & efficit pigritiã, debilitat appetitũ, generat apoſtemata, & frequenter febres, maxime tñ ſi a ſomno ſubito fiat excitatio. Somnum tñ nocturnũ interrũpentib. dormire nõ incõuenit in die tẽpore vel hora ſupplentibus vices ſomni nocte interrupti, vt cõtingit Deum orãtibus, aut aliter occupatis. *Quantitas.* ¶ Quãtitas vero ſomni, ſi cõſideret, ſpatio ſeptẽ vel octo horarũ limitãda eſt, hãc ẽt moderãdo ſecundũ dormiẽdi cõſuetudinẽ & ciborũ quãtitatẽ, hic n. ſomnus eſt tẽperatus, qui omnib. melior exiſtit, talis enim virtutẽ naturalẽ potentẽ efficit perficiẽ- D
do operationes ſuas, & eſt virtutem animalem quieſcere faciens, & in eius ſubſtantiã augmentũ ꝓbens. Quoda. ex diſpoſitione ſomni eſt ſuperãs, eſt quod in ipſo calor occultatur & frigiditas, manifeſtat' *2. primi doc. cap. 13. & 3. & 4. de re. ſa.* *Forma decubitus.* Forma v. decubitus melior eſt, iacere primo ſuper latere dextro continuatione primi ſomni, tunc enim melius vnitur cibus in fundo ſtomachi meliuſque eum amplectit' epatis calor, q ſtomacho ſubſtringit' ſicut ignis lebeti, vnde & meli' colliquat'. Poſt hoc vero fiat ſuper latere ſiniſtro reuolutio, vt melius cibi forma a cordis calore potentiori permutari valeat, & vnaquæq; pars eius vndiq; à calore patiat' cordis, ſ. & epatis vtrinq; influentiũ. Demum vero tertio iterum fiat ſuper dextrũ latus reuolutio, tunc enim cibus digeſtus & eius ſuccus habilius per portenariũ ad meſeraicas ferri poteſt, vbi aliqualiter cõuerti debet, & inde ad epar E
vehi, vt ex ipſo humoralis maſſa generetur. Super ventre autẽ dormire iuuat digeſtionẽ, ſed euitandus eſt eius vſus, oculis enim nocet. Reſupine vero dormire malũ: ad malas ꝑparans ægritudines cerebri & neruorum, apoplexiam, epilepſiam, incubũ & phreneſin, quoniã ſuperfluitates ad poſteriora declinare facit, *tertia primi allegato ca.* Vigiliæ vero tẽperatæ ſecundum naturã, cõſuetudinem, cõplexionem & tempus corpus fortificãt; virtutes animales excitant, appetitum efficiunt, & ſuperfluitates exiccant. Menſuram vero debitam, tempus, conſuetudinem & alia excedentes contrarium operantur.

Repletio & inanitio. De repletione autem & inanitione dicendum, vt enim corpus a ſuperfluitatibus mundum permaneat, valde ſtudere conuenit, quod ventris ſolutione, vrinæ atq; ſudoris prouocatione, & capitis, ac pedum & totius ablutione fieri poteſt, vt *4. Almanſ. cap. 6.* F
Generat enim retentio eorũ, q̃ euacuari debent, ægritudinẽ omnis generis, vt complexionis, compoſitionis & vnitatis, ad quas euitãdas tentãda eſt in mane debita ſuperfluitatum expulſio per ventrẽ, per vrinam & per ſputum, aut per ſudorẽ, ſi expedit: oportet enim menſuram euacuandorum proportionari aſſumtis, ſimiliter retinendorũ mẽſura

exiſten-

A exiſtentibus proportionetur. ¶ Et ſi debita euacuatio per ventrem naturaliter non habeatur, artificialiter procurari debet intentione lenitionis. Primo incipiẽdo a cibariis; quia a leuioribus rationabiliter prius inchoari debet. ¶ Quod ſi ꝑ hęc nõ cõpleatur naturę opus in expellendo, iuuetur ipſa cum hoc clyſteri primo. Cuius deſcriptio. ℞. *foliorum violarum, mercurialis, maluæ, bliti & furfuris an. M j. coquãtur in* ℔. ij. *aquæ, deinde colentur & exprimantur, & de prædicta colatura accipias* ℔. j. *olei communis* ℥ ij. ß. *aut* iij. *ſalis communis* ℥ ß. *vel* ℥ vj. *vel mellis ro. colati* ℥ j. *vitellum oui vnius, miſceantur omnia ſimul & fiat clyſtere.* Eſt n. hoc de leuib. & vtilibus, cõueniens tamẽ magis tempore æſtatis. ¶ Tempore a. hyemis prædictæ decoctioni addi poteſt *oleum chamomelinum, anetinum, liliaceũ & ſimilia ſecundũ iam dictam quantitatem, caſſiæ fiſtulæ, hieræ picræ & ſachari rub. an.* ℥ ß. & fiat vt ſupra. ¶ Poteſ ẽt *Clyſter.*

B ſi vis, in ipſo tempore æſtatis & autumni imponere olei viol. & roſati an. vt ſupra. ¶ Tẽpore autem veris, quia tunc colliquantur & mouentur humores corporis, poni poſſunt olea aliqualiter vẽtoſitatum carminatiua, quia humores in motu eorum calore naturali & cõtinentis frequẽter vẽtoſantur. Eſſet ergo cõueniens oleũ de ruta, oleum laurinum, de ſpica nardi, de amygdalis amaris & cõſimilia. Mixtio ẽtiã vnius ℥ benedictę ſimplicis cõueniẽs eſt in ꝑdicto tẽpore & hora. ¶ Aut ſi maior eſſet vẽtoſitatis aggregatio, addat ꝑdictę decoctioni ℥ ß. electuarij de baccis lauri, aut electuarii Indi, aut aliorũ cõpoſitorũ ſimiliũ. Loco a. ꝑdictę decoct. poteſt accipi quãdoq; ℔. j. brodij gallinę vel galli pinguis, & cum prædictis miſceri. Aut poteſt decoqui chamomelum, ſemen aneti, & aniſum, & de prædicta decoctione accipi vt ſupra. Aut ſi fortiorẽ vis decoctionem. ℞ *ſem. leuiſtici,*

C *rutæ, carui, ſeſeleos, fœniculi & apij an. M j. carthami M* ß. ineſt enim carthamo proprietas educendi materiam phlegmaticam pectori inuiſcatam, *& ex prædicta decoct. fac vt ſupra.* ¶ Potes autem prędicta clyſteria fortificare & eis velocitatẽ operationis imprimere ponẽdo loco ſal. communis ʒ j. aut ʒ j. ß. ſalis gemmæ. Ineſt enim ei virtus velocitandi operationem cuiuſcuq; pharmaciæ, *2. can. cap. primo.* Si vero clyſtere abhorreret æger, vt eſt Germanorũ cõſuetudo, accipias loco prædicti clyſteris remediũ vniuerſitatis Medicorũ, ſ. pilulam vnam alephanginarum deſcriptione Meſ. per horã vnã ante cœnã, & cõuenit iſta magna, dũ perciperet in ſtomacho grauitas. Si autẽ perciperetur in capite põderoſitas & alteratio, prędicta pilula ſumenda eſt per duas horas poſt cœnam. Hæc enim eſt hora conuenientior, cum materiam a capite diſtrahere intendis, *vt prima tertii, tract. 2.* *Vis ſalis gemmæ.*

D *cap. de canonibus curationis capitis.* Aut loco prædictæ pilulæ accipiatur pilula vna aſſaiaret deſcriptione Auic. *nunc allegato loco.* Aut loco prædictarum pilularum bibatur ſcutella plena de pinguiori brodio galli antiqui pręparati ſecundũ artem. Auic. *in 10. tertii,* & pluries alibi. Et eſt vt poſt laborem & exercitium multum prædictus gallus decolletur & ꝑparetur, & ponãtur in vẽtre eius hæc. ℞. *carthami, ſe. aneti an.* ℥ ij. *vel* ℥ iij. *vel* ℥ ß. *& coquatur;* aut ſi loco ſolutionis & carminationis prædictũ brodium lenitiuum facere velis, ponantur folia bliti, vel folia volubilis minoris in dyſcraſia fœtida; vel folia maluarum, violarũ & conſimilia calida. Aut loco prędictorum ſumantur ante cibum cappares ſaliti & aceto conditi, leuiter enim ſubducunt incidendo & colliquando, ſit tamen acetũ, quo cõdiuntur, nõ valde acetoſum, ſed remiſſum in acuitate; eſſet enim pectori nociuum. Aut

E accipiatur quandoq; loco prædictorum, *aquæ decoc. hordei* ℥ iij. *pulueris euphorbij ſubtiliſſime triti gra. ij. & detur in potu calidum in horis matutinis.* ¶ Aut detur *aquæ mellis* ℥ iij. *epithymi* ʒ j. *vt ſupra.* ¶ Aut aquæ decoct. ficuum ſiccarum, calamenti & rutæ, ℥ iij. ¶ Aut coquatur fœnugræcum cum ficubus & melle & aqua, & bibatur ex decoctione illa cyathus ß. antẽ cibum. Tu autem potes deſcribere ſic. ℞. *ficuum ſiccarum albarũ & magnarum numero viij. calamẽti, rutæ an. M j. epithymi M* ß. *fœnugræci* ℥ iij. *coquantur in* ℔. j. *aquæ vſq; ad conſumtionẽ medietatis, & detur in potu ex ea vt ſupra;* quia tamen fœnugręcũ nobilib. & delicatis eſt abominabile, melius eſt, vt dimittatur Saracenis, vt fuit eorum modus. ¶ Aut loco ꝑdictorum capiatur medicina communitatis, vt medulla caſſię fiſtulæ in diluculo cũ aqua hordei. ¶ Vel poteſt ſumi puluis ſenæ præparatæ ℥ j. vel j. ß. vel ij. Pręparatur autẽ ſena ipſa *Potio.*

F taliter. ℞. *foliorum ſenæ ſine ſeminib.* ℥ ß. *tartari ex vino albo & vinoſo collecti* ℥ ij. *cinamomi, zinzibe. electorum an.* ʒ ß. *& fiat puluis.* ¶ Aut ſumatur ex hoc electuario mihi lõgo vſu experto & ꝓpria induſtria cõpoſito, quod electuariũ benedictũ per me vocatum eſt. ℞. *violarũ recentium, polypodij recentis an.* ℥ ij. *ſeminũ cõmunium quatuor frigidorum, paſſularum, folliculorũ ſenæ an.* ℥ j. *capil. Ve. endiuiæ, boraginis, bugloſ. volubilis minoris, omniũ recentium, ſi haberi poſſunt, an.* *Præparatio ſenæ.* *Electuariũ benedictum.*

M j. partes ÿ: & ſi haberi non poſſint recentes ponantur ex prædict. M ß. radic. fœnu. petroſel. an. M j. coquantur omnia in ℔. *aquæ vſq; ad conſumtionem duarum partium. Deinde* ℞. *pulpæ caſsiæ fiſt. pinguis & bonæ pulpæ prunorum maturorum ana* ℔. j. *pul. ſachari* ℥ *xv. coquantur omnia ſimul cum prædicta decoct. vſque ad formam electuarÿ. Deinde deponantur ab igne & incorporentur ſpecies iſtæ.* ℞. *carthami electi* ℥ j. *reubar. boni* ℥ ÿ. *ſpicæ* ʒ j. *zinz.* ʒ j. ß. *ſenæ, tartari an.* ʒ ÿ. *cinamomi electi* ℥ ß. *piperis nigri, galangæ an.* ʒ *fiat electuarium, detur ex eo in matutinis ab* ℥ ß. *vſque ad* ℥ j. ß. *cum vino aromatico calido vel aqua calida ſacharata vel cum decoctione hyſopi, ficuū vel cymini.* Soleo etiam ex ipſo per duas horas ante cœnam dare cochlear j. vt tranſglutiatur, & eſt eius operatio nobilis & experta in ſubducendo materias communes in inteſtinis repertas, ſi detur ex eo doſis remiſſa: educit etiam materias in pectore & aliis mineris retentas, ſ. cholerā, phlegma & melancholiam ſimpliciter vel commixtim, ſi augeatur eius doſis, vt patere poteſt per ſimplicia, ex quibus componitur. ¶ De euacuatione autem per vrinam ſi minoretur ipſa, procedendū eſt cum aſſumptione diureticorum ſimplicium vel cōpoſitorum. Tempore æſtatis poteſt accipi decoctio quatuor ſem. communiū frigidorum, aut decoctio aquæ hordei, aut decoctio mercurialis, aut lebleb, i. volubilis minoris. Tempore autē hyemis accipi poteſt decoctio ſeminis fœnugręci, valerianę, ſpicę & aliorum ſimilium, aut aquæ deſtillationis peritatiæ, aut ſuccus vel aqua decoctionis vel deſtillationis ſeminū milij ſolij, quæ duo longo vſu & experiētia mihi ſecreta fuerūt. ¶ De compoſitis a. eſt Iuſtinū deſcriptione Nicolai & Lythontripon, & benedicta ſimplex deſcriptione eiuſdem, & confectio iſta deſcriptione Auicennę, *18. tertii ſparſim collecta.* Cuius deſcriptio. ℞. *ſpicæ nardi, aſari, phu, maratri, fœnu. an.* ʒ j. *dauci, carui, ſem. apÿ ana* ʒ ß. *ſem. milÿ ſolÿ ad pondus omnium, piſtentur ſubtiliter & cribellentur, & fiat trochiſ. cum ſucco apÿ & ex eis accipiatur vnus in potu in matutinis: ſit autem quilibet trociſcus ponderis* ʒ j. *aut* j. ß. **B**

Trochiſci.

Balneum. ¶ Soleo autem frequenter retentam vrinam educere faciendo ſemicupium, id eſt, balneum medietati corporis applicatum, ſ. a furcula ſpatularum inferius corpus balneo infundendo decoct. herbarum iſtarum. Quarum deſcriptio. ℞. *petroſel. Macedonici, apÿ, valerianæ, gētianæ, peucedani, biſtortæ an.* M j. *dauci, ſem. milÿ ſolis, petroſel. eupa. an.* M ß. j. *ſpica Indæ, & Celticæ an.* M ß. *coquantur in ſufficienti quantitate aquæ, &c.* C

Consilivm CIII. *De difficultate anhelitus dyſpnœæ vel orthopnœæ.*

ADolescens iſte Antonius de Coneglano ægrotat difficultate anhelitus, quæ proprie dyſpnœa denominari debet, ſiue ipſam orthopnœam nominare velis, nocumentum enim in eo eſt inſpirando magis, quam in exſpirando contingēs, & eſt nocumentum per eſſentialem ægritudinem pectoris, quæ eſt mala complexio frigida & humida cum phlegmatica materia mucilaginoſa, quæ profundatur in panniculis pectoris in ſua penetratione vigorata a quadam particula choleræ rubeæ diſſoluēte, colliquante & faciente penetrare phlegma in prædictas partes, in quas penetrare nō poſſet per ſe propter viſcoſitatem. ¶ Nam eſt etiam ægritudo huius viri non parum per colligantiam capitis ad pectus, a quo defluit, aquoſa, mucilaginoſa materia phlegmatica, quæ immergitur in pulmone in cannulis eius & carnoſa parte ipſius. Vnde non eſt mirū, ſi nocumentum eius eſt magnificum & excellens, licet enim medicinæ pectoris expurgatiuæ facilitatem habeant, vt expellant materias in pulmone contentas, difficile tamen eſt materias in panniculis pectoris immerſas cum exſcreatiuis medicinis educere & expellere, propter quod apparet, quod non fiet niſi in notabili tempore continuando remedia. ¶ Et ſequitur ſecundo ex fundamento, quod niſi aſſidue vtatur & ſollicite remediis exſcreatiuis & mundificatiuis capitis, ipſe paratus ſit futurus ad empyema vel ad apoſtemata pectoris & vlcera partium prædictarum; & finaliter ad phthiſin. ¶ Itaque regatur regimine quod nunc inſcribitur ei, partito in duo capitula ſequentia, quorum primum ponit ea a quibus omnibus ſibi cauere debet. Secundum vero cap. diſcurret per medicinalia ſibi conuenientia. D E

Cap. II. *De cura per diætam.*

PRo expeditione itaq; primi iſte vir ſibi caueat a flatu venti ſeptētrionalis, ſed ſtet in locis calidis & ſiccis, effugiat cibaria acria, acetoſa, acuta, ſalſa, frigida & humida, viſcoſa valde & ventoſabilia & conſtrictiua pectoris, vt pyra etiam & paſtiles cibos caueat, vt & vſum olei communis, & loco eius vtatur oleo amygdalarum dulcium, aut butyro recenti, & ſic de aliis omnibus. F

A

Cap. III. *De cura per medicinalia.*

PRo complemento vero ſecundi capituli penes regimen per medicinalia faciat in hunc modum. ¶ Primò quidem omni ſero, quãdo vadit ad lectum, faciat ſibi inungi totam partem pectoris & coſtarum anterius & poſterius cum hoc linimento pectorali calefacto, ſaltem per octauam partem horæ pectus mediocriter confricando. Et ſuperponat pannum de lino vel ſubtili binda leuiter inuoluendo. ¶ Secundo vero principaliter vtatur hac confectione, de qua ſemper ante cibum diſtanter per duas horas accipiat vnum vel duo fruſtula, & bibat poſt ipſam cyathum mediũ vini albi, ſubtilis, dulcis & bene aromatici. ¶ Tertio principaliter accipiat omni die quinta ſcartucium vnũ
B ſpecierum lenitiuarum cum medio ſcutellino brodii pinguis, & poſt aſſumptionem earum immediate cœnet. ¶ Quarto principaliter incipiat accipere de electuario maiori omni mane in aurora quantitatem vnius nucis muſcatæ cũ dimidia, deglutiendo ipſum abſque potu aromatico. Si tamen ſitis infeſtaret ipſum, bibat poſt ipſum cyathum medium aquæ mellis. Et de hoc electuario iterum parum ante cœnam accipiat quantitatẽ mediæ nucis muſcatę, & de eodem per horam cum dimidia poſt cœnam deglutiat quãtitatem nucis muſcatæ. Et continuet ipſum diebus continuis. ¶ Quintum principale eſt, quod poſt x. dies prædictos accipiat omni tertia die in aurora cochlear vnum electuarij minoris, & ita faciat x. vicibus, accipiẽdo de ipſo omni tertia die, vt dictum eſt, & tardet cibum quatuor horis. ¶ Sextum & vltimum eſt; quod poſtquam continuauerit
C electuarium minus per decem vices, incipiat accipere electuarium tertium per alios x. dies tribus vicibus in die accipiendo ipſum, hora & quantitate; qua accipiebat electuarium maius. Hæc medicamina ſunt adminiſtrata ad expurgationem materierum, quæ iam in pectore collectæ ſunt, ne ipſæ putreſcerent ibi propter pericula ſuperius tacta. Ad laudem Dei, Amen.

Consilivm CIV. *De ſputo ſanguinis proueniente ex ruptura vena in pectore &c.*

LIcet in ſputo ſanguinis domini Petri de Caballis nobilis ciuis Veronẽſis plura particularia ſparſim fuerint applicata remedia, nunc ægritudinem ipſam, q̃
D fuit ampla venarum pulmonis ſoluta continuitas, cum exuperant nimiũ ſanguinis eductione reſpicientia, nunc vero accidentibus ipſam ſequentibus appropriata, ea tamẽ pręciſe ſcribam, quę cæteris elegantiora & immediatius ad patientes peruenire partes poſſunt. ¶ Fiat igitur ei appropriatus hic puluis. *℞. trociſcorum de karabe & de terra ſigillata an. ʒ ß. mumiæ, boli ar. ſan. draco. an. ℈ ß. gummi Arabici, dragagãti torrefacti an. ℈ j. aquæ portulacæ, plantaginis an. ℥ j. miſce, in die accipiat hoc bis ſparſim, quando adminiſtrabitur ei hoc iulep. ℞. aquæ portulacæ, plantaginis, buglоſ. an. ℥ iiij. trociſ. de terra ſigil. & de karabe an ʒ j. boli ar. ʒ ij. bulliant ſimul modicum; deinde colentur, & colaturæ addantur minæ cydoniorum ℥ iiij. deinde clarificetur.* ¶ Contihue fere tenebit in ore loch iſtud. *℞. diadraganti frigidi ʒ iij. karabæ ʒ j. ß. conſolidæ mi. polygoni an. ℈ ij. gummi Arab. dragaganti torrefactorum an. ʒ j. amyli ʒ iij.*
E *terræ ſigil. ʒ ij. ſyrupi viol. & de myrto ana quantum ſufficit ad formam loch.* ¶ Apparente enim fixione materierum corruptarum in pectore, addita fuit loch mucilago pſyllii, & vtatur eo. ¶ Poſt iterum emanante ſanguine, pectori toti ante & poſt fuit applicatum hoc epithema. *℞. aquæ nenuphа. ℔. ß. aquæ acetoſæ ℔. j. aceti cydoniorum ℥ iij. camphoræ ʒ ß. boli ar. ʒ. j. ß. ſandal. amborum, ſpodij an. ℈ ij. croci ʒ ß. In hoc pannis lineis madefactis & expreſſis inſtante forti ſanguinis eductione iuuamentum fere illico inuentum eſt.* ¶ Poſt hæc autem ad virtutem ſubleuandam, & ad propriam ægritudinem intendendo factum ei fuit hoc electuarium. *℞. pulpæ caponis cocti in aqua exſtinctionis chalybis cum draga. & gummi Arab. ℔. ß. corallorum al. & rub. draga. & gũmi Arab. torrefactorũ an. ʒ j. ß. boli ar. karabæ, terræ ſigillatæ, mumiæ, lapidis hæmatitis an. ʒ j. ß. portulacæ & plantaginis an. ʒ iij. amygdalarum dul. lotarum cum vino cydoniorum*
F *℥ iij. iuiubarum ſebeſten, ſimiliter lotarum an. ℥ j. ſpecierum electuarii regum ʒ ij. dragaganti frigidi ℥ iiij. ſachari al. & ſachari candi. an. ℔. ij. ß.* coquatur ſacharum cum aqua decoctionis pulli, & cæteris additis fiat confectio ſolida. In cibis enim lactis ſemper vtatur hoc puluere. *℞. karabæ, dragaganti, gummi Arab. amyli, glutinis piſcium, an. quantum vis & ſufficit.* ¶ Clyſteria, ſuppoſitoria & regimina in rebus non naturalibus per aſtantes explicabuntur. Ad laudem Dei, Amen.

Puluis. Iulepiũ. Eclegma. Epithema. Electuarium.

 A

Consilivm CV. *De phthiſi.*

SPvtvm huius generoſæ iuuenculæ, quia permixtum eſt ex ſanguine & ſanie cui
fœtor aliquis aſſociatur, ꝙ etiam ſputum emittitur cũ tuſſi moleſta, coniunctũ
etiam deſcenſui fere continuo materierum a capite participãtium ſalſedine &
acuitate, & febris etiam continuo affligens ipſam cum extenuatione totius corporis cũ
immoderata vigilia. ¶ Et quia hæc ægritudo ſecundũ partẽ ſucceſſit retẽtioni, aut inde-
bitæ euacuationi menſtrualium materierum, & iterũ quia ſecundum magnam partem
& quia ægrotans eſt conditionata cõditione quorundã particulariũ præparandi ipſam
ad phthiſin, faciunt hæc omnia me parum hæſitare, imo aſſertiue credere, ꝙ hęc mulier
iam ſit effecta phthiſica & forte tranſiuit principium, & eſt in augmento phthiſis ſi vera B
ſunt ea, q̃ mihi narrata fuerunt. Et ideo ex prædictorum fundamẽto nedũ, ꝙ de ſanitate
eius futura confidã, imo indubitanter de morte eius non multum diſtante timendũ eſt
magis, q̃ de vita ſpandũ. ¶ Propter quod multiplicare ſermonẽ in deſcribendo plurima
remedia, q̃ ipſi opportuna eſſent, mihi viſum eſt eſſe ſuperfluum. Etiam quia ipſa pertra-
ctatur a Doctoribus grauiſſimis omni diligentia opportuna gubernantibus eam. Tamẽ
rogamine motus quinq; commemorabo remedia, q̃ omnibus diſpoſitionibus & acci-
dẽtibus eius ſunt conuenientia. ¶ Primum eſt ſaccharũ roſaceum recens, cuius vſus vl-
Sacchari roſati præſtãtia ad phthiſin. ceri, tuſſi, febri, & reliquis conueniens eſt accidentibus. ¶ Secundum eſt loch de cancris
fluuialibus diligenter præparatis, imo iuſcula facta ex eis eſſent ipſi conueniẽtia. ¶ Ter-
tium eſt adminiſtratio lactis aſinini, & proprie accepti ab animali nutrito plãtis appro- C
priatis, vt corrigiola, burſa paſtoris, folijs pyrorum, pomorum, rubi & ſimilib. ¶ Quar-
tum eſt adminiſtratio ſyrupi roſ. & ſyrupi de papauere recẽtium cum aqua lactis acetoſi
& ſaccharo albo. ¶ Quintum & vltimum adminiſtratio diaprunorũ per duas horas poſt
cœnam cum aqua deſtillationis paſſularum nigrarum bene ablutarum: intercipit enim
fluxum, prouocat ſomnum, & efficit ſputum facile. Ad laudem Dei, Amen

Consilivm CVI. *De phthiſi cuiuſdam mulieris. Diuiditur autem conſilium in duas ſectiones. Sectio prima continens cap. vnum, De cauſſis & ſignis phthiſis.*

DIspositionem maximi terroris & prauorum accidẽtium, nuper mihi obtulit
labilis humana cõditio. Etenim nobilis & honeſtiſſima matrona laborat diſpo-
ſitione ꝑparante ipſam ad phthiſin, quam difficile erit ipſi euadere. Et fortaſſis D
rationabilius eſt ipſam incidiſſe, vt paulopoſt declarabit, &c. ¶ Eſt n. mulier hæc in æ-
tate cõſiſtente priuilegiata cõditionib. ipſam ad phthiſin maxime inclinantibus. Cum
ætate n. iã ꝑdicta mulier macerrima eſt, macie quidem augmentũ choleræ cõſequente
magna q̃ ſiccitatẽ a melancholia vel ab alia cauſſa ꝓueniẽte. ¶ Secũdo in facie ſua color
eſt ad ſqualiditatẽ ex citrinitate, albedine & remiſſa rubedine cõmixtis. ¶ Tertio prin-
cipaliter oculos habet concauos, non quidẽ a generatione, ſed defectum nutrimẽti or-
bitarum & ſubſtantiæ oculi conſequẽtes. ¶ Quarto tempora depaſta ſunt, i. nutrimẽto
priuata, ꝓpter ꝙ cõſumpta eſt. ¶ Quinto cutis frõtis ei⁹ tẽſa eſt cũ aſperitate in eius ſup-
ficie ꝑcepta. ¶ Sexto collũ eius longum eſt & gracile. ¶ Septimo tota capitis pars acui-
tate caliditatis calida ꝑcipit notabiliter. ¶ Octauo a capite eius materiæ defluunt acutę, E
mordicatiuæ & excoriatiuæ, cuius ſignũ eſt oris ſiccitas, cũ eius aſperitate, frequẽs par-
tiũ oris mordicatio & excoriatio; q̃ omnia atteſtant iudiciũ materiei acutæ. ¶ Nono
ſitis immoderata. ¶ Decimo anhelit⁹ difficultas & cõſtrictio. ¶ Vndecimo ſalſedo in ei⁹
ſputo percepta. ¶ Duodecimo emiſſio ſputi partibus ſanguineis quibuſdã aliquãdo cõ-
mixti. ¶ Decimotertio pectoris anguſtia a differẽtia poſitionis ante & retro percepta.
¶ Decimoquarto omniũ partiũ pectoris excarnata & maraſmodea diſpoſitio. ¶ Deci-
moquinto ſpatularum eminentia ad exteriora. ¶ Decimoſexto crura eius ſunt longa
& gracilia. Decimoſeptimo ſignum orthopnœæ ſpecies indeficiens. ¶ Decimooctauo
catarrhizantis diſpoſitionis augmentum; & proprie poſt ſomnum factum. ¶ Decimo
nono ſtrictura rizæ indeficiens. ¶ Hæc & plura conſimilia ſigna, quę eis adduci poſſent, F
videntur oſtendere diſpoſitionem, quæ omnino ꝑparat ad phthiſin, aut iam effecerit
eam; quorũ plurima colliguntur *10. tertii cap. de præparatis ad phthiſin & 3. continentis* per
proceſſum magnum, & partim interiorum quinto ſermone ꝓlixo. ¶ Et arguitur ab il-
la ratiõe pariter, quoniã omnia illa ſigna ſufficiẽter ꝑparationẽ ad phthiſin demõſtrare
poſsũt: q̃ ſignificãt apparatũ corporũ ex parte habitudinis cõplexionis dñii materierũ &
conti-

A contiñui defluxus earum ad partes pulmonis, q̃ propter ſui mollitiem vlcerationi valde
diſpoſitę ſunt, ſed omnia prædicta ſigna omnino demonſtrant iſta quinq;: ergo ſequitur
quod demonſtrent phthiſin aut pręſentem, aut pronuntiẽt futurã. conſequentia neceſ-
ſaria eſt, eo quia ad cauſſas effectus neceſſario productiuas, neceſſario ſequitur effectus.
maior eſt nota conſideranti, & minor deduci poteſt inducendo ex ſingulis partibus eius
quod facere non curaui breuitatem diligens. Et ſi bene conſideras, de numero harum
rationum quædam ſatis ſufficienter probant. Et proprie, quia hæc mulier conſtituta eſt
in parte ætatis p̃parantis ad phthiſin inter alias partes, ſ. inter 18. & 35. ſuæ ætatis annos. Et
ſunt ſermones magni Hipp. *ſect. 5. aph. 9.* vbi inquit, Phthiſis fit maxime in ętatibus ab an-
no 18. ad 35. eo quia in tali ætatis parte inuenitur dominiũ & multitudo materierum acu-
B tarum naturaliter & accidentaliter. ¶ Et adhuc vlterius, quoniam cerebri huius mulie-
ris diſpoſitio non ſolum a tempore, verum etiam generatione adeo mala contracta eſt:
quare arguit principia generationis præparantia ad illud. Sed rationabile eſt, vbi princi-
pia generationis ſunt mala, ibi neceſſario aſſignari debere debilitatem virtutis, ergo tã
ex parte materierum, quam ex parte complexionis & virtutis, hæc mulier ad phthiſim
omnino eſt diſpoſita aut moleſtatur. ¶ Eſt autẽ cauſa materialis catarrhi ſui acuta, quia
ſalſa. Et licet ſalſedinis cauſſæ tres principaliter a ſapientibus aſſignentur: ¶ Prima, quod *Omnis ſal-*
ſalſum fieri poteſt phlegma propter putrefactionem in ipſo accenſam. ¶ Secundo pro- *ſedinis*
pter aduſtionem eius. ¶ Tertio propter permixtionem partium aquearum plurium, cũ *cauſæ*
materia cholerica pauca. Ideo fortaſſis ſalſedo in hac muliere aſſignari poteſt a duplici *tres.*
C prouenisſe cauſa, ſ. a putrefactione & permixtione ipſius cum cholera. & poſſunt hi ſer-
mones colligi ſecundum partem, *prima primi cap. de humoribus in fine, ibi, Omnes ſalſedinis*
cauſæ, &c. ¶ Quod vero ſalſedo in phlegmate iſto acq̃ſita ſit ex putredine ipſius, apparet
propter febrem, quæ nunquam deficit in ea, acuitatem autem eius oſtendit vniuerſa
complexio & habitudo cholerica, & epar magnifice calidum & ſiccum, oris amaritudo
cum ſiccitate, ſitis multitudo, & reliquæ paſſiones a cholera prouenientes, quæ omnes
in ea inueniuntur. ¶ At vero iterum continuitatem febris eius declarat præſentia mul-
titudinis materierum, quæ congeſtæ ſunt in pectore eius, ſiue faciant ibi apoſtema, ſiue
fecerint; ſiue oppilando ibidem ſint fixæ, quæ extraneatæ a calore præter naturam ſui
multitudine & propinquitate ad cor, continuam faciunt febrem, exacerbantem tamen
D de tertio in tertium magis. & hoc eſt proprium ſignum ad intelligẽdum phlegma iſtud
fuiſſe factum acutum magis ex permixtione choleræ cum phlegmate, quam per ſolam
putrefactionem ipſius phlegmatis. Tales enim a ſapientibus ſpecificantur febres, qua-
lis eſt earum reuolutio paroxyſmatica vel exacerbatiua: ſed hæc febris exacerbat de ter-
tio in tertium, igitur approprianda eſt motui choleræ. Ex quo corollarie concluditur,
quod hæc mulier continue laboret febre paroxyſmali de cholera. ¶ Contra, quia eius *Obiectio,*
febris fuit & eſt prolixa ſatis, ſed repugnat rationi formali febrium cholericarum, *febrim hu-*
cuiuſcunq; ſpeciei exiſtant, ipſas eſſe prolixas, igitur febris in hac patiente non poteſt eſ- *ius patiẽ-*
ſe continua cholerica. probatur conſequentia, quia continua cholerica omnis breuior *tis nõ poſ-*
eſt qualibet interpolata cholerica aliis paribus, ſed interpolatæ cholericæ periodus ter- *ſe eſſe ex-*
E minat in quatuordecim diebus, ergo continua cholerica terminabit ſaltem in fine pri- *bile.*
mæ ſeptimanæ. minor ſuperius aſſumpta legitur a Gal, *com. aph. 59. ſect. 4.* vbi ſcribit Hip.
tertiana exacta in ſeptem circuitibus ad ſummum iudicatur. addit ille *verſus finem cõmenti*, quod
quantum faciat interpolata cholerica in ſeptem periodis, vel in quatuordecim diebus,
tantum faciat continua cholerica in vna ſeptimana, quare &c. ¶ Huic motiuo & aliis cõ-
ſimilibus dicendum eſt, quod ſermones iam prædicti de periodis illarum febrium veri- *Reſpõſio.*
ficentur de illis febribus ſimplicibus, i. pendentibus á materia excludente commixtio-
nem ſui cum altera, ſicut de tertianis nothis, aut ſimplicibus diſtinctis contra compoſi-
tas & complicatas. ¶ Dico igitur, quod febris in hac muliere ſit continua cholerica, quę
F prolixa adeo ſit in ea tantum, quantum ſucceſſiua materierum deriuatio & congrega-
tio in corpore reperitur. Cum ergo aliquanta materiei portio in pectore cõgregata ſit,
& putreſcat, illa facit vnam continuam cholericam vnico paroxyſmo plures exacerba-
tiones habẽtem, ſed tempore putredinis huius alia materia paulatim defluens congre-
gatur, quę poſtea putreſcit, igitur faciet alteram febrem ſuccedẽtem præcedentis, qua-
re continuo febricitabit febribus eiuſdem ſpeciei, propter quod ſophiſta diceret, quod

hæc mulier laboret pluribus febribus continuis cholericis, & non vnica ſolum. ¶ Poſſes A
autem, ſi velles, defendere probabiliter, aliquem febrire poſſe vna febre continua cho-
lerica, durante vno & duobus vel tribus menſibus, dupliciter imaginando, primo quia
aſſignata vna portione materiei in vna determinata minera contingit accendi vnā par-
tem, quæ faciet vnam exacerbationem continue, & propter heterogeneitatem mate-
riei hanc materiā nō poſſe trāſire in coniunctā in ſeptē exacerbationibus & in pluribus
ſecundum maiorē & minorē partium materiei diuerſitatē, in modo ſubſtantiæ. ¶ Am-
plius ſubtiliter imaginari potes, ꝙ in determinata minera reperiatᷣ vna quātitas cholerę,
cui⁹ vna pars putreſcens trāſiuerit in cinerē, quod nō eſt amplius vehiculū febris, & ſic
ſecunda & tertia pars, & de aliis. Et quod interim ad prædictā mineram noua alia deue-
niens defluat materia, aut a mala complexione derelicta in parte, vbi putruit prima ma- B
teria, attrahatur ſecunda, quarum q̄libet ſiue defluēs, ſiue attracta alterius exacerbatio-
nis ſit effectiua cauſſa, patet, ꝙ hæc febris nō ſolum menſibus & annis, ſed toto tempore
vitæ hominis durare poſſit. Et tu conſidera, non ſolum enim iuuenilis ſed ſenilis intelle-
ctus talia concedere debet. ¶ Ad Gal. autem & ad alios auctores dicendum, ꝙ cum aſſi-
gnauerunt terminū cholericæ continuæ eſſe ſubduplum vel minorē termino interpo-
latæ, intellexerunt de febribus communiter inuentis & verificabilibus a poſteriori. Cū
hoc tñ ſtat, ea q̄ dicta ſunt, vera. ¶ Mirabile autē videtᷣ, ꝙ hęc mulier pauca aut fere nulla
tuſſi moleſtatᷣ, niſi interpolate, & leuiter ſatis: ſed iā cōceſſum eſt, ipſam incidiſſe phthi-
ſin, aut ad eādem præparatam eſſe propter continuum occurſum materierum a capite:
ſed ſtante congregatione materierū in pectore fixum & continuum erit nocumentum: C
ergo neceſſarium eſt ipſam debere habere tuſſim quaſi continuā. patet cōſequentia, q͞a
ſtante pręſentia cauſſæ productiuæ effectus, & ſufficienter, neceſſe eſt aſſignare effectū.

Cur & quomodo mulier hæc non laboret tuſſi, cum ſit phthiſica.

¶ Cum ergo cauſſa ſit fixa, tuſſis debet eſſe fixa. patet conſequētia, quia alium modū ex-
pellendi materias in pectore congregatas vel ingenium non habet virtus, niſi tuſſi; eo
quia tuſſis eſt motus pectoris & partium eius ad expellendū cauſſam vel nocumentum
in pectore inuentum. *10. tertii tractatu tertio propoſitione prima.* ¶ Hoc motiuum ſubtiliter
ſatis videtur infeſtare. Et ideo ad ipſum dicendum eſt ad formam reſpondendo, quod

Tuſſis quid.

ſtante phthiſi aut altera conſimili diſpoſitione continue fixum eſt nocumentum in pe-
ctore, & neganda eſt illa conſequentia: ideo præmiſſæ non ſufficienter concludunt;

Cur tuſſis hæc aliquando fere ceſſet aliquādo fiat magna.

contingit ei nocumentum in pectore fixum eſſe paucum, & cauſſam materialem ipſius D
ꝓductiuam iterum eſſe paucā, propter ꝙ non oportebit iterū fieri tuſſim, ad expulſio-
nem illius; materiæ enim paucæ aut a virtute rectificantᷣ, aut inſenſibiliter expelluntur,
aut a pectore per vias inferiores diuertuntur, vt patet *10. tertii cap. de criſibus pleuritis.* qua-
re ratio illa, quæ valde fortis apparebat, nihil concludit.

Cur phthiſici aliquando per aliquot annos non tuſſiant.

¶ Modus autem, quo ſalua-
re potes periodicam reuolutionem leuioris tuſſis ad magnam eſt, quod ſicut periodice
vel alternatim materiæ maioris vel minoris quantitatis a capite effunduntur ad pectus;
& conuenienter deterioris qualitatis: ita periodice reuoluitur tuſſis de intenſa ad re-
miſſam, & econuerſo.

Cur quibuſdam phthiſicis videatur defeciſſe febris.

Ex quarū omnium fundamēto plura problemata ſolui poſſunt. ¶ Primum, ꝓpter
quid phthiſici quandoq; quatuor, quinq; vel ſex diebus nihil tuſſiunt. Dicendum eſt, ꝙ E
contingat aliquādo in pectore paucā valde reperiri materiam, aut quia reſoluta fuit, aut
quia a pectore tranſpirata per alias vias, aut quia per præcedentes tuſſes ſufficienter ex-

Cur phthiſici frequenter nullæ aut exigua difficultate anhelitus moleſtentur.

purgata, tunc ergo deficit & minoratᷣ tuſſis, ſuperueniente vero nouæ materiei defluxū
aut noua materia ad pectus attracta, aut ibidem congeſta propter debilitatem, oportet
de neceſſitate nouiter ſubſequi tuſſim. ¶ Secundum problema, quare ſit, quod qui-
buſdam phthiſicis quandoque videatur defeciſſe febris; ſoluitur ex prædictis.
¶ Tertium problema; quare ſit, quod phthiſici frequenter nulla, aut leuiſſima anheli-
tus difficultate moleſtentur; ſoluitur, quia quando cannales pulmonis & orificia
eius ſufficienter expurgata fuerunt; ſicut frequenter fit ab electuariis & loch in ore

Cur phthiſici aliquando nullū dolorem in pectore ſentiant.

retentis; tunc libere aer inſpirari poteſt, & fumi putridi vel alteri exſpirari, ſed ex F
ſufficienti inſpiratione & reſpiratione completur anhelitus, eo quia eſt motus ex
diaſtole & ſyſtole partium pectoris compoſitus, ergo, &c. ¶ Quartum pro-
blema, quare phthiſici quandoque nullum dolorem grauatiuum vel pungitiuum
in pectore ſentiant; ſoluitur, quod contingat propter mundificationem mate-
rierum

A materierum, quæ faciebant dolorem pungitiuum, extenſiuum vel mordicatiuum. Et iterum, quia mundificatis materiebus remittitur ſpecies malæ complexionis, quæ in pectore intenſa erat, ergo in phthiſicis quandoq; nullus percipitur dolor. Patet conſequentia, quia ibi remittitur mala complexio & ſolutio continuitatis, quæ ſunt duę præcipuæ cauſæ effectiuæ doloris; vt colligitur *ſecundo techni. ibi; Dolores vero ſecundum quemcunq; locum incumbunt, aut ſolutam continuitatem, aut ſubitam alterationem oſtendunt*. Et plura alia problemata ex hoc fundamento ſolui poſſunt in hac materia, quæ propter breuitatem dimittuntur.

Eſt autem vlterius in hac materia contemplandum ſubtilius, quod materia catarrhizans a capite ad pectus quandoq; deſcendat per occultas vias & paulatim, ita quod in
B eius cognitionem a poſteriori peruenire difficillimum ſit, vt ſi materia deſcenderet a cerebro per poros aliquorum de ſeptem paribus neruorum orientium ab eo. ¶ Aut ſi eadem deſcenderet per poros muſculorum gulæ tranſlata a virtute ad illos muſculos per concauitatem venarū paruarū, quæ ramificantur a venis panniculorū & medullaris ſubſtantiæ cerebri. ¶ Tertio iterum ſi contingeret eandem materiam deſcendere per venas & arterias minores patet quod cognitio vniuſcuiuſq; horum trium modorū catarrhizandi materierum ad inferiora difficillima ſit; tamen ne in ſcientia defectus apponi poſſit, dicendum, quod adhuc in cognitione horum trium modorum catarrhi prouenire poſſimus per ſigna ſumpta a læſione operationum, quæ produ-
C cuntur, aut produci debent a neruis prædictis, eo quia terminus diſcretiuus ægritudinū eſt ſenſibilis operationum læſio. *ſecundo techni.* ¶ Igitur apparet, quod ſi materia deſcendat per neruos orientes a quinto vel quarto pari neruorum; neceſſario eueniat nocumentum in operatione guſtatiua vel auditiua, eo quia guſtus in quarto, auditus vero in quinto pari neruorum fundatur, *prima primi. doc. quinta ſumma & cap. tertiis.* ¶ Et pariformiter dicendum, quod per læſionem prouenientem in operatione motiua arguamus materiam occulte deſcendere per poſteriorem partem cerebri, a qua plurimi oriuntur nerui motus, ſicut ab anteriori parte plurimi oriuntur nerui ſenſus; *vt prima primi cap. de membris colligendum.* ¶ Similiter etiam, ſi ſecunda ſpecies catarrhi quæ prouenit per occultum deſcenſum materierum per muſculos colli & gulæ facilius cognoſci
D poteſt, eo quia ſi materia deſcendit implēdo poros, aut faciet ibi oppilationē, aut tumorē, aut dolorē. Et ex hoc corollarie habetur modus ſoluendi ꝓblemata, ꝓpter quid perſæpe hominibus, & adhuc ſanis ſuperueniat tenſio & dolor in partibus gulæ & colli, & dicunt homines ſe eſſe inchordatos. Solutio illius habetur ex præmiſſis. ¶ Adhuc & tertio ſpecies tertia catarrhi præmiſſi cognoſci poteſt, eo, quia materia per venas deſcendit, neceſſario eas extenſiores & rubicundiores aut altero colore coloratas magna efficit, ſecundum ſpeciem materierum, quę per prædictas venas deſcendunt. ¶ Si autem materia deſcenderit per arterias, adhuc facilius cognoſcitur, & ſi materia fuerit calida, de neceſſitate in pulſu arteriarum additur magnitudo, aut velocitas, aut frequentia, aut omnia alia

Cur quibuſdā adhuc ſanis fiat tenſio & dolor in partib. gulæ & colli

Et conſimiliter ſi materia per arterias deſcendens fuerit frigida, accident in pulſu
E differentiæ prædictæ, quia ad materiam frigidam ſequitur oppilatio; ſed ad oppilationem neceſſario intenditur caliditas propter prohibitam euentationem; igitur &c. Quare recolligendum eſt, quod vtraque ſpecies materierum occulte catarrhizantium ad pectus cognoſci poſſit. ¶ Si autem materiæ non paulatim ſed impetuoſe defluent ad pectus, tunc erit ſecunda ſpecies catarrhi per defluxum nominata, vbi prima ſpecies rheumatiſmus vel ſtillicidiū denominari debet, tunc patet, quod in iſtius cognitionem ſit facile peruenire, eo quia multa materia, & ſubito defluens ſeipſam facile manifeſtat. ¶ Aut propter dolorem extenſiuum, grauatiuum, mordicatiuum, pungitiuum, frangitiuum, aut alterum, qui ſequitur ad ipſam. ¶ Aut propter ſubitam alterationem vel permutationem complexionis, quam efficit in loco. ¶ Ex quibus omnibus ap-
F paret, quod in cognitionem catarrhi huius mulieris peruenire poſſimus per ſigna nunc dicta & per alia xix. ſuperius tacta, quæ ipſam præparatam ad phthiſin, aut eam ab ea captam facile pronuntiare poſſunt. Vnde ex præmiſſis apparet, quod oporteat feſtinanter incedere ad regimen huius diſpoſitionis, ſiue inceperit, ſiue principio ſui propinqua ſit, regimen eius ordinando, vt nunc ſequetur.

Sectio ſecunda continens duas ſummas. A

De inuentione ingenii curatiui prædictæ diſpoſitionis.

QVONIAM autem prædicta diſpoſitio difficillima eſt, ideo regimen eius accura-
te multum inueſtigabo. Primum itaque ordinandum eſt regimen eius ex par-
te ſex rerum non naturalium, quod conueniat eidem tam præſeruando ipſam
a deteriori lapſu, quam in curando lapſum, qui iam acciderit. Secundo vero principali-
ter ponendus eſt modus curationis intentionum, & inſtrumentorum ei conuenientiũ.
¶ Primum autem regimen in ſex diuiditur partes, ſecundum numerum ſex rerum non
naturalium. ¶ Secundum v. regimen in octo partietur partes ſecundũ numerum octo
intentionum, quæ neceſſariꝫ ſunt in cura prædictarum diſpoſitionum, vt variis volumi-
nibus hincinde ab auctoribus accipi poteſt. B

Summa prima continens cap. ſex: De regimine per ſex res non naturales.

CAP. I. *De regimine huius diſpoſitionis per aeris electionem & annexorum ei.*

CONSIDERANDO circa diſpoſitionẽ prædictam tam ex fundamento materierũ
efficientium ipſam, quæ calidæ ſunt & acutæ contemplando etiam ex parte fe-
bris indeficientis apparet, quod regimen ex parte omnium rerũ non naturaliũ
inclinari debeat ad infrigidandũ & humectandũ. Ergo aer ciuitatis, loci & cameræ, in
quibus moram contrahit, notabiliter ſit frigidus & humidus, aſpectũ habens ſeptentri-
onalem, vel partim ſeptentrionalem & partim orientalẽ, & poſitus ſit penes decurſum
aquarum. Aut ſaltem in camera eius ſæpe fiat ſparſio vel irroratio ex aqua frigida, aut ex C
aqua violarum, nenupharis, lactucæ, anguriæ, cucumeris, cucurbitæ, portulacæ, ſi non
timet expenſam. ¶ Aut ſaltem in camera ipſius ſæpe ſternantur folia violarum, nenu-
pharis, vitis, quercus, pomorum & plantarum frigidarum. ¶ Aut quarto præparetur do-
mus ad flatum venti ſeptentrionalis, vel orientalis, aut ſuffumigetur domus cum trociſ.
de violis, aut cum puluere nenuphar. ſeminum lactucæ, portulacæ, & ſimilium. ¶ Et de
annexis eſt, vt non teneat caput eius valde coopertum pannis vel pellibus valde calidis
& ponderoſis, ne vigorata in capite caliditate accidentali vel naturali maior fiat mate-
rierum attractio quam earum digeſtio vel reſolutio, &c.

CAP. II. *De regimine eius per adminiſtrationem motus & quietis*

DE motu a. dicendũ, quod motus vel exercitiũ nullũ ſit ei cõueniens, & ꝓprie ſtã- D
te plenitudine totius capitis. Et adhuc poſt euacuationes nõ eſt bonũ ipſam ex-
ercitari, eo ꝙa in talib. corporib. materierũ eradicatio totalis, aut impoſſibilis eſt
aut difficillima, propter debilitatem virtutis. Cũ ergo motus materias ponat in fluxũ, &
materiæ motæ facilius tranſeant ad debilia, quam fortia mẽbra: ideo melius eſt ei quie-
ſcere, quam moueri, quies enim efficit vt calor naturalis meliori applicatione ad mate-
rias digerendas applicetur, quare in plurimo ſui regiminis adhęrere debet quieti & nul-
lo modo motui, aut valde pauciſſimo.

CAP. III. *De regimine eius per inanitionem & repletionem.*

ITA etiam ſummopere caueat ſibi a multa ciborum aſſumptione in quantita-
te continua ſcil. multum pro ſingula cibatione accipiendo cibum, & in quanti-
tate diſcreta perſępe vel pluries in die comedendo. ¶ Menſura cibi itaq; talis E
exiſtat, quod nullam in ſtomacho grauitatem vel tenſionem efficiat, ſicut menſura po-
tus conueniens eſt, vt in ſtomacho non fluctuet vel ſuperaſcendat, deterior enim ci-
borum eſt, ſi ſtomachi grauitatem efficiat, ſicut deterior potus, qui in ſtomacho natat
& fluctuat; *3. primi cap. de regimine per cibum & potum.* ¶ Similiter caueat ſecundum aſſu-
mere cibum, niſi primus bene fuerit digeſtus, & nunquam comedat, niſi cum præſentia
veri & non mendoſi appetitus, nec etiam vnquam cibum deglutiat ſine maſticatione
congrua, qui enim odit vitam ſuam, cibum deglutiat abſque maſticatione conuenienti;
3. primi vbi ſupra. ¶ Pariformiter etiam intendat ad expulſionem ſuperfluitatum com-
munium in inteſtinis inuentarum vel ſtomacho. Si enim repletionem in ſtomacho p-
cepetit, tam diu a cibo abſtineat, vt per ipſam abſtinentiam præexiſtens repletio dige- F
rat aut corrigat. Neq; enim in hac diſpoſitione conueniens eſt vomitus, propterea quia
ꝓpter ſui agitationem ſuſpectus ad rupturã venarũ in pectore, ꝓpter magnã debilitatẽ
in eo iã factã a materieb. ibi retẽtis. Et colligũtur hi ſermones *4. primi cap. de vomitu.* ¶ Si
a. non ſufficienter per abſtinentiam corrigi poſſent materiæ ſuperfluæ in ſtomacho re-
tentæ,

A tentæ, tunc intendatur ad eductionem earum accipiendo ℈j. *pul. folliculorum ſenæ cum violis & macis an.* ℥. *iiij.* ¶ Aut ſaltẽ accipiendo ſemiſſem vnam caſſiæ fiſt. contritæ: cuius humiditatem lambendo deglutiat abiectis corticibus & ſeminibus: & ſunt remedia duo efficacia. Si v. fęcales materias induratas in inteſtinis educi oporteret, tũc pręter duo remedia iã practa adminiſtret eidẽ hoc clyſtere. ℞. *decoctionis maluarũ, betæ, violarũ, volubilis minoris an. in aqua coctarũ lib. j. olei violar. olei de ſiſamo an* ℥ j. ß. *butyri* ʒ vj. *ſalis gẽmæ* ℈ *iiij. aut ſalis communis* ℥ j. *ſachari rub. caſſiæ fiſtul. an.* ℥ ß. *miſce & adminiſtretur in mane hora electa.* *Clyſter.*

CAP. IV. *De electione ſomni & vigiliæ ei conuenientium.*

NON eſt leue ſcribere, immo difficilius adminiſtrare huic mulieri vel alteri conſimili patienti modum regiminis per vigiliam & ſomnũ, quoniã diſpoſitio capitis indigeret regimine ſubtractiuo dormitionis, vt per ipſam cõſumerent materiæ, q̃ in capite cõgregatæ ſunt, & continuo generant. Et ex alio indigeret ſomno ad B digeſtionẽ materierũ tã capitis q̃ aliarũ partiũ. Ideo contradicentib. vtrinq; intẽtionib. ſecurior modus eſt, vt dormiat in die naturali horis ſeptẽ, aut octo cũ iſtis regulis. ¶ I. ꝙ non ingrediat lectũ, niſi poſt aſſumtionẽ cibi ſaltẽ p horã vnã. ¶ II. v. ꝙ ſi poteſt conuenienter dormire nocturno ſomno, euitet diurnũ ſomnũ. ¶ III. ꝙ dormiat capite notabiliter eleuato, ac ſi eſſet ſemiſedens. ¶ IV. ꝙ euitet dormitionẽ reſupinã. ¶ V. ꝙ caueat dormitionẽ cũ capite decliui, & multa reuolutione ſuper latera. ¶ VI. ꝙ omnino fugiat dormitionẽ ſuper facie ſua, ne ꝓpter ipſam materię catarrhizantes a capite inclinentur ad palatum, oculos & reliquas partes; alio vero tempore præter menſuram aſſignatam C conuenientius eſt ei vigilare, quam magnum tempus in dormiendo occupare. *Regulæ in ſõno obſeruandæ.*

CAP. V. *De regimine eius per accidentia animi.*

MAXIMVM periculum eſt hanc mulierẽ occupari in accidentib. animi ꝓpter q̃ materię inflamment, mobilitent & acuant, ꝓpter hæc enim adaugent ipſarum fluxus & materiæ ẽt multiplicant ꝓpter debilitatẽ, q̃ conſequitur ad reſolutionẽ, ergo iracundia, furor, & ſimiles animi paſſiones euitari debent, neq; ẽt occupetur in his animi paſſionib. quæ ſpiritum in profundo corporis coarctatum detinent, vt ſunt timor, vehemens triſtitia & ſimilia. Bene itaq; & ei ſperandum eſt & lætandum, & de ſuæ ſanitatis acquiſitione ſemper contemplandum.

CAP. VI. *De electione ciborum & potuum conuenientium.*

D IN hoc cap. diligentius & ſolennius contemplandũ eſt: quoniam in eo ſuſtentat regimẽ curationis virtuti & medicinalib. intentionib. neceſſariũ. Itaq; de numero ciborũ eligat ab ea panis de ſimila puriſſima, quã florẽ farinæ laici nominant. Et ſi panis ei cõponeretur cũ aqua ſublimationis farfarellæ aut cõſolidæ mi. optimũ eſſet ei, ſit igitur bene fermẽtatus, leui coctione abſq; cõbuſtione coctus, nihil aut valde parũ ſalis recipiens, & nõ ſit antiquior ętate duorũ dierũ. ¶ Carnes v. eidẽ laudabiles eligat, ſicut pullorum pinguium, iuuenculi vituli, caſtrati, agni & anatuli etiam & minutarũ auiũ, perdicũ phaſiunculorũ lepuſculorũ ſylueſtrium, & domeſtici porci iuuenis. ¶ Carnes vero ſanguinem inflammatiuum reponentes dimittantur, ſicut ſunt columbi domeſtici, ſylueſtres paſſeres, anſeres & aues paluſtres, vel aquaticæ dimittendæ ſunt. Et montanæ lon- *Panis.* *Carnes.*

E gi & fortis exercitii, præterquam caro pauonis auis, quæ inuenitur in montibus Vicentinis, quæ conueniens eſſet ei; & eſt auis nigra maior miluo, roſtrum fortem habens & dentes in palato laudabilis nutrimenti, repoſitiua ſecundũ partes omnes. Ex piſcibus vero conueniunt fontales, omnes fluuiales, nec vituperarem aliquando comeſtionem anguillarum & tincarum propter infrigidationem, humectationem & viſcoſitatem earum, in pauca tamen quantitate, eo quia cibus hecticorum & phthiſicorum debet eſſe priuilegiatus ſex conditionib. ¶ Prima eſt, vt ſit infrigidatiuus. ¶ Secũda humectatiuus. ¶ Tertia facilis digeſtionis. ¶ Quarta vt ſit ſui viſcoſitate calori reſoluenti & exiccanti reſiſtitiuus, quod facit in eo viſcoſitas & glutinoſitas. Quinta quod non euacuet a penetratione cõgrua, q̃ tamen non tollit ſibi viſcoſitas horum animalium, quia non eſt mul- *Deſcriptio pauonis Vicentini.* *Piſces.* *Sex conditiones ciborum phthiſicorum.*

F ta. ¶ Sexta v. & vltima; ꝙ tã ſubſtantifice q̃ qualitatiue ſit prædictarũ qualitatum in mẽbris repoſitiuus, & eſſet conueniens, vt aſſumeretur actu frigidus, aut ſaltẽ leuiſſime calidus. Propter ꝙ cõueniunt ei marſiones, temali, lucii, capedani & cancri fluuiales, imo cancrorum vſus ſecundum præparationem debitã eidem eſt valde conueniẽs. ¶ Ex ferculis v. conueniunt ei plantę omnes quæ ſunt infrigidatiuæ & humectatiuæ, imo nullã

cibarium eius abſq; decoctione ipſarum fieri debet, quę ſunt ſicut lactuca, beta, ſpina- A
chia, cucurbita recens & ſicca, olus, hyamenum, quæ communicant intentionem febri
& aliis diſpoſitionibus, & olus benedictum, & burſa paſtoris, quæ ſingularem proprie-
tatem habent in iſtis glutinatione, infrigidatione & humectatione cum ſtypticitate ſu-
is. ¶ Alię vero plantæ calidæ nitroſitatem aut ſalſedinem habentes dimittantur, velut
Legumina caules, napi, rapæ amarę & conſimiles. Ex leguminibus vero vti poteſt oryza, & proprie
decocta cum aqua, in qua furfures infuſi ſteterint per diem naturalem, accipit enim ab
ea humectationem & infrigidationem, per quam corrigitur eius caliditas, & virtutem
mundificatiuam & abſterſiuam, quæ omnes neceſſariæ ſunt in diſpoſitionibus prædi-
ctis. ¶ Similiter competit ei vſus cicerum alborum & nigrorum, licet enim calidita-
tem habeāt & ſiccitatem in primo gradu: illa tamen conuenienter corrigitur per deco- B
Cicera alba maxime nutriunt pulmones. ctionem & ab aqua, & conuenit adeo excellenter pulmoni, quod nihil eſt, quod nutriat
pulmonem magis quam cicera alba, & in genere granorum, propter quod etiam con-
ueniens eſſet ei quandoq; vſus dolicorū: ſunt legumina in Marchia Taruiſina nomina-
ta piſa. ¶ Similiter etiam ei conuenit panicum, hordeum & pultes ex eo factę, & cum
lacte caprino, vbi lapides albi fontales extincti fuerint, aut ſaltem in lacte aſinino, quod
Fructus. conuenientius eſt præter humanum, *10. tertii vlt. cap. colligendum.* ¶ De fructibus v. laudā-
tur eidem auellanæ recentes & ſiccæ propter cerebrum; quæ ſi coquantur cum aqua
mellis & ſacharo condiantur, cōueniunt antiquæ tuſſi, & adiuuāt ad ſpuendum, *ſecundo
canon.* in areola membrorū pectoris. ¶ Et iterum vtiles ſunt ei amygdalæ & grana pini, ſi
ſtomachus non fuerit læſus, & ceraſa ſuis temporibus, pepones, granata dulcia & muza, C
iuiubæ, & recentes ficus, & aliquando ſiccæ, non tamen in multa quantitate. ¶ Conue-
niens eſt ei etiam caſeus abſque ſale, antiquus vero nullo modo, & cibi cum lacte cocti
quandoq; conueniunt. ¶ Butyri vero vſum, aut olei oliuarum nullo modo laudo, ſed lo-
co eorum vtatur oleo de amygdalis dul. aut de nucibus. Pinguia cibaria omnia mihi nō
placēt, ꝓpter aptitudinē inflāmationis eorum, & quia caput notabiliter replent. Ex ſuc-
Sapores. cis v. & ſaporib. omnino fugiat aceti vſum & agreſtæ valde acris & ſalitæ, ſi vtatur ea, ſit
abſq; ſale, & ſacharo cenuenienter refracta. Muzorum vero granatorum & dulcium
vel vinum eorum conueniunt ei, & ſuccus citrangulorum cum multo ſacharo. Limo-
nes qui non eſſent multum ſalſi, ſuperaſperſi ſacharo, placerent mihi. ¶ Mellis vero v-
ſum & mellitorum ciborum non laudo propter caliditatem ipſius. Si tamen cū pauca i- D
pſius quantitate pręparent cibaria eius, valde vtile foret, & eo quia eſt mundificator bo-
nus omniū materierum in pectore, & potenter defert ad cor & penetrare facit; ¶ Salſa
vero cibaria omnia & naturaliter & artificialiter omnino deuitet. Et paſtiles etiam ci-
bi euitandi ſunt, niſi quia bis in ſeptimana comedere poteſt tri. & eſt cibus de paſta
fermentata & exſiccata, quē Siculi minutelli vocāt. Et cibus etiam Vicentinus de paſtā
Aromata. factus, quem incolæ nominant oretos, bonus eſt ei. ¶ Ex aromatibus v. euitet omnia,
quę maxime calida, & multum eorum vſum, niſi ſpecies dulces & acutas commiſceret
cū multo puluere violarū aut ſem. portulacæ, endiuiæ, lactucæ aut cichoreæ dominan-
tiū in cōpoſito, ꝓpter q̄ & crocus ſimiliter refractus & frequentia eius vſus, eſt ei lauda-
bilis, eo quia eſt medicina pectori & cordi confortando & mundificando conueniens. E
Hæc de cibis.

Potus. Pro potu autem eligat vinum colore album, ſubſtantia tenue, diaphanum vel trāſ-
parens ab omni vaporoſa & fęcali parte conuenienter enudatum, olfactui ſua aroma-
ticitate amœnum, ſapore dulce, nullo modo ponticum vel bruſcum: quod ſi non fuerit
fumoſum valde bibatur ſimplex, ſi autem valde fumoſum fuerit, refrangatur cum aqua
leuis decoctionis liquiritiæ, aut cum aqua virgæ paſtoris, bugloſſæ, enulæ vel farfa-
rellæ, aut cum aqua ciſternę, præcocta tamen, quo potu vtatur in cibis. Et ſi non poterit
habere vinum album, taliter conditionatum, eligat ſubrubeum valde, cereſoleum vel
gaurum nominatum. Reliquo autem tempore extra cibos vtatur aqua hordei cū ſacha-
ro cocta, clara & defæcata. Et de potu eius iſta pertranſeant, &c.

Summa ſecunda continens cap. vnum de regimine diſpoſitionis huius per medicinalia.

QVONIAM prædicta diſpoſitio complicata eſt ex dyſcraſia cerebri ad caliditatē
& ſiccitatem eleuāta, & ex diſpoſitione pectoris ſibi conſimili, & ex tertia, quæ
eſt præparatio ad phthiſin, aut in principio eius exiſtens: ideo apparet, quod

omnia

A omnia inſtrumenta medicinalia cōponi debeant ex his, q̃ virtutē habēt capiti & pectori conuenientē, quę ēt ſint refrangentia febris indeficiētis, a qua moleſtat̃. Itaq; regimē huius diſpoſitionis non niſi magno rationis ſcrutinio & diligenti ſtudio ſcribi poteſt: & adhuc cū maiori ſolertia applicari. ¶ Propter quod ipſius regimen viſum eſt mihi colligere in octo intētiones. Quarū prima erit de modis euacuandi materias partialib. euacuationib. ¶ Secunda conabitur diuertere materias ad viliora loca. ¶ Tertia regimen digeſtionis enuntiabit. ¶ Quarta conabitur cum appropriatis rectificare malam complexionem capitis & confortare ipſum. ¶ Quinta docebit modum mundificandi pulmonem & pectus a materiebus ibi contentis. ¶ Sexta canones & inſtrumenta intercipiendi fluxum a capite declarabit. ¶ Septima conabitur enuntiare medicinas pectoris B confortatiuas. ¶ Octaua deſcribet inſtrumenta quædā contrariātia febri & reſtaurātia & pinguedinē acquirere faciētia, ſecūdū q̄ a ſapientib. acceptū inuenit̃. Et nō mireris, ſi nō intēdat̃ in hac materia ad euacuationes eradicatiuas, quoniā ſcio, q̄ illud ſit impoſſibile niſi p̱ partiales & leues euacuationes quandoq; & raro adminiſtratas; vt ſubſequetur omnia declarando, &c.

Octo intētiones huius curæ.

Prima itaq; intentio multis inſtrumentis cōpleri poteſt. Circa q̃ tamen nō multū inſiſtā, eo q̄ a tales euacuationes præmitti ſolitæ ſunt in principio vniuerſali magis ægritudinū, quā in augmento earū, q̄ credo iā incepiſſe, imo aliquas earū in vniuerſali ſtatu, ſicut defluxū a capite iā credo ꝓueniſſe. ¶ Minorāt a. p̄dictas materias, primo clyſteria C ſupius tacta in intentione regiminis de inanitione & repletione. ¶ Itē medicamē hoc, q̄ ſemel in ſeptimana exhiberi poteſt. *Rec. caſſiæ fiſt. de canna extractæ cū aqua farfaræ, capil. Ven. aut portulacæ* ℥ j. *reubarbari electi* ʒ ß. *ſquinanti* g̃. *v. miſce.* ¶ Aliud & facilius illo eſt hoc. ℞. *aloes ablutæ & præparatæ in ſucco endi.* ʒ j. *reupontici electi* ℈ j. *violarum, florum nenupharis anā* g̃. *iij. miſce & fiant ex eis pilulæ*, de quibus accipiat aliquando duas in aurora. ¶ Tertium vero ſimile eſt hoc. ℞. *pilularum aſſaiaret* ʒ ß. *diagridii* g̃. *vi. reformentur pilulæ cum ſucco roſ. de omni* ʒ *vj.*

1. partialis euacuatio materierū

Bolus.

Pilulæ.

Aliæ.

Et accipiatur ex eis vna bis in ſeptimana per duas horas poſt cœnam, & non mireris, quod in tali diſpoſitione poſuerim diagridium, quoniā ipſum & ſcamonea ēt quæ eſt mater eius, ponitur in intentionib. & inſtrumentis euacuandi materias calidas a capite cū attrahat eas, & ēt, quia quando medicinæ tales pigræ ſunt & in operando tar- D dæ, ſolent propter multā morā vehementius calefacere, quā oportet, vnde & ſcamonea eis addita velocitans purgationē earum ꝓhibet nocumentū caliditatis, & ſimiliter diagridium, & adhuc melius. Et ſunt ſermones principis *prima tertii tractatu & cap. allegatis*, dum dicit: *Et fortaſſe vſus ſcamoneæ cum aloeticis adminiſtratur propter purgationem ipſius cerebri & ſtomachi, ſi ægritudo ſtomachi eſt cum communitate, prohibet earū calefactionem ſuperfluam*, ſupple prouenientem propter ſuperfluitatem moræ ipſarum. *Et excitat eas abbreuiatas a complemento purgationis, eo quod iuuat ad purgandum.* Et voluit dicere id, quod præmiſſum eſt, ſ. quod faciat eas velocius operari, & aufert ab eis caliditatem, quam cerebrum acquirit propter longam morā earum: & hæ quidem pilulę ſunt ſolutiuum facile & ſecurū, vt *præallegato cap.* colligitur.

Cur pilulis addaturū agridium.

E Solutiua vero facilia ad purgandum caput ſunt aſſaiaret. ¶ Præter has autem medicinas nonnullæ etiam iuuamenti non minoris a ſapientibus poſitæ ſunt in diſpoſitionibus capitis complicatis cū febre & ſine febre, quæ omnes ſecuriſſimæ ſunt, vt colligendum eſt a principe *præallegato loco*, vbi dixit: *Decoctio vero prunorum & myrobalanorum*, ſupple citrinorum, *& fumiterræ, & ſyrupus de fructibus & ſyrupus violatus & decoctio caſſiæ fiſtulæ, & quæ ſunt illis ſimilia, etiam fortia cum ſcamonea & reliquis, ſ. medicinis educentibus choleram ſcil. cum reubarbaro, &c. ſecundum diſpoſitionem corporis, ætatis & virtutis, & ſecundum vacuitatem ipſius a febre & ſecundum eſſentiam, id eſt præſentiam febris, & ſecundum diſpoſitionem virtutis & horum ſimilium*, ſupple particularium conuenientium; *omnia* ſupple prædicta medicamina; *conuenientia ſunt humoribus cholericis & ſubtilibus*, ſed materia hu- F ius diſpoſitionis eſt calida valde eſſentialiter & accidentaliter, igitur talia medicamina ſunt ei conuenientia.

Neq; in intētione hac de euacuatione minoratiua p̱ phlebotomiā videt̃ mihi aliq̄d eſſe tāgēdū, quoniā maraſmodea diſpoſitio corporis & virtutis debilitas hāc euacuationem mihi auferūt. Si a. natura quādoq; ſui beneficio aut ars ꝓuocaret leuem ſanguinis

exitumæ naribus, videretur mihi laudandum conuenienter bis in menſe applicando A
ipſum leuis quantitatis aut adhuc in ſeptimana ſemel. hæc de intentione prima.

Diuerſio materiarũ ad ignobiliora loca.

Pro declaratione intentionis ſecundæ præmittẽdũ eſt primo, quod diuerſiones à ſapientibus diuerſæ poſitæ: quædam enim dicuntur diuerſiones ſine euacuatione, quędam vero cum euacuatione. Et iterum de numero diuerſionum cum euacuatione, aliquæ dicuntur diuerſiones cum euacuatione ſenſibili, aliquæ cum euacuatione inſenſibili factæ.

Diuerſionũ differẽtia.

¶ Pro intellectu tamen primæ concluſionis, ſi ſophiſta cauillare vellet, dicẽdum eſt quod nulla poſſit eſſe diuerſio ſine euacuatione. Omnis enim diuerſio fit gratia tranſportandi materiam, quæ fluit a parte, ad quam mouetur, ad aliam partem vel partes, igitur ſequitur, quod a patiente particula fiant euacuationes, verum quia intelle-

Diuerſiones cũ euacuatione inſenſibili.

ctus ſapientum fuit per diuerſionem cum euacuatione ſenſibili intelligere materiei e- B
ductionem ad extra corpus per viam nobis cognitam, aut quia materiam ſenſibiliter à corpore abiici videmus: ideo concedendum eſt, quod aliquæ ſint diuerſiones ſine euacuatione ſenſibili. Ex quo apparet, quid per diuerſionem cum euacuatione ſenſibili intelligendum ſit. Quis enim neget omnem materiei tractum ad partem contrariam ei, ad quam fluebat, eſſe diuerſionem, quod nonnulli antiqui ἀντίσπασιν nominauerunt. ¶ De quarum diuerſionum numero primarum omnibus aliis prima & leuior eſt per pannorum calidorum applicationem facta. ¶ Secunda vero illa eadem fit per fricationes membrorum factas ad partes contrarias, vt ſi materiæ fluebant ad dextram, fricationes fiant verſus ſiniſtram, & econuerſo, & ſic de aliis. ¶ Tertia v. talis diuerſio cum euacua-
tione inſenſibili fit per ligaturas partium contrariarũ, vt dictum eſt prius. ¶ Quarta per C
applicationem ventoſarum ſine ſcarificatione. ¶ Quinta per applicationem medicinarum rubificantium ſolum, per nullam enim harum diuerſionum materia ſenſibiliter, quo ad nos, à corpore educitur.

Diuerſiones cũ euacuatione ſenſibili.

Præter has autem aliæ dicuntur diuerſiones cum euacuatione ſenſibili, quæ pluribus fiunt modis. ¶ Primus eſt per applicationem medicinarum deſiccantium ſuper partibus. ¶ Secundus per appoſitionem ventoſarum cum ſcarificatione. ¶ Tertius per ſcalpellationem partium. ¶ Quartus per adminiſtrationem phlebotomiæ contrariæ partis. ¶ Quintus per adminiſtrationem clyſteriorum a ſuperioribus ad inferiora trahentium. ¶ Sextus per applicationem collutionum oris in caſu noſtro. ¶ Septimus
per maſticationem medicinarum, vt maſticis, ſtaphyſagriæ, coſti, agari. pyrethri, & ſi- D
milium. ¶ Octauus per applicationem gargariſmatum. ¶ Nonus per applicationem ſternutationum. ¶ Decimus per applicationem caputpurgiorum. ¶ Vndecimus per inſufflationem medicinarum in nares. ¶ Duodecimus per applicationem cauterii potentialis in partibus colli. ¶ Decimustertius per applicationem ſetonis vel laquei in prędictis partibus. ¶ Decimusquartus & vltimus modus eſt diuertendi per applicationem actualis & potentialis cauterii ſuper coniunctionem inferioris partis commiſſuræ ſagittalis cum coronali.

Et nota quod de numero iſtarum diuerſionum collutio oris & maſticatio, gargariſma & ſternutatio ſunt ſuſpecta valde in diſpoſitione huius mulieris, eo quia maiori
impetu mouerẽt materias ad pectus, quam actualiter deſcendant, ſed iſtud eſſet impe- E
diens operationẽ ſuæ curæ & priorẽ efficiens eã, quare dimittẽdũ eſt. De numero itaq; horũ modorũ diuertendi materias diuerſione partiali a capite laudandæ ſunt ventoſationes ſuper alkatim, rubificationes, deſiccationes & cauteria potentialia vel actualia ibidem applicata: & iterum appoſitio ſetonis. ¶ Sed nullum iſtorum mihi euidentius, q̃ applicatio cauterii potentialis vel actualis in prora capitis, vbi ſuper medium coronalis

Inueſtigãtio cõmiſſuræ coronalis.

commiſſurę orthogonaliter cadit coronalis commiſſura, in cuius loci cognitionem infallibiliter prouenire potes, in quocunq; horũ; ſi facis ipſum ponere extremitatẽ naſi inferiorem ſuper linea vltima raſetæ manus & extendat digitum medium rectitudinaliter verſus commiſſuram, & vbi attingit extremitas digiti reuoluendo primum nodum
eius, ibi in quocunq; hominum vel mulierũ eſt duarum commiſſurarũ ſibiinuicem oſ- F
ulatio: & eſt infallibile & problema mirandæ ſolutionis. ¶ Præter hæc autem nullum diuertendi ingenium mihi magis iucundum eſſet, quã prouocatio hæmorrhoidarum in muliere iſta, per quam non ſolum a capite, verum a toto corpore diſtrahuntur materiæ & conuenientius per ſenſibilem euacuationem; quarum hæmorrhoidarum fluentium

A tium iuuamentum collige *17. tertii cap. ſecundo.* Modus vero aperiendi eas eſt, vt ſæpe fricentur cum foliis fici recentibus aut ſiccis ; vel cum felle tauri. Et tu elige modo tuo.

Tertia intentio eſt rectificans digeſtionem materierum, digerunt autem materias inſtrumenta quã plurima, veruntamen in hac parte, q̃ magis appropriata ſunt & elegantia, dicenda ſunt. ¶ Primũ eſt hoc. ℞. *aquæ ſolatri, aquæ viol. & nenuph. ana* ℥ j. ß. *miſce.* ¶ Secundum vero & efficacius illo eſt hoc. ℞. *ſyrupi de nenuph.* ℥ j. *aquæ acetoſæ* ℥ iij. *miſce.* ¶ Tertium & adhuc fortius iſtis eſt hoc. ℞. *ſucci acetoſitatis citri* ℥ j. *ſyrupi roſ.* ℥ ß. *aquæ bugloſ. aquæ violar. an.* ℥ j. ß. *miſce* ¶ Quartum & adhuc fortius iſtis eſt hoc. ℞. *ſyrupi roſ. vini granatorũ ana* ℥ j. *aquæ nenuph.* ℥ ij. *aquæ violarum* ℥ j. *miſce.* ¶ Poſſumus etiam digerere materiam cũ B hac confectione. ℞. *trociſcorum diarodon* ℥ j. ß. *trociſcorum de viol.* ℥ j. *ſacchari albi* ℥ iij. *fiat confectio cum aqua roſ.* ¶ Secunda confectio eſt hæc. ℞. *violar. roſ. florum nenuph. ſem. portula. endi. cuſcu. ana* ℥ ß. *ſacchari al.* ℥ iiij. *aquæ violar. q. ſ. fiat confectio.* ¶ Poſſunt etiam digeri materiæ cum electuariis, de quorum numero bonum & efficax eſt hoc. ℞. *conſeruæ roſ. recentis* ℥ iiij. *conſeruæ violarum* ℥ ij. *ſyrupi acetoſitatis citri* ℥ ij. ß. *penidiarum* ℥ j. ß *roſarum, violarum, florum nenuph. ana* ℥ j. ß. *fiat electuarium cum conuenienti quantitate ſyrupi violati ſi expedit, &c.* ¶ De trociſcis vero digerentibus ſunt trociſci diairis, trociſci de berberis & de ribes, & trociſ. diacorallion, qui omnes intentionem habent & iuuamentum ad pectus & ad caput, & ex eis accipi debet ℥ j. vel ℈ ij. in mane cum aliqua aqua capitali & pectorali. ¶ Et continuetur horum digeſtiuorum vſus quorumcunq; contingat tanto tem- C pore, vt appareat rectificatio in ſubſtantia & colore vrinæ & hypoſtaſis ſubſedens alba coniuncta & æqualis, quæ quotieſcunque apparuerit, aduocat ad ſe aliquam euacuationem, quæ tamen leuis eſſe debet, tam ex parte gradus, quam ex parte operationis, vt ſuperius dictum eſt. ¶ Neq; pertranſeundum eſt a medicinis ſupra intentionem minorãdi deſcriptis ad fortiores, niſi cum hoc, quod quæcunq; medicina exhibeatur ei, ipſa ſit fortis, debilis, aut econuerſo, & non aliter. hæc de intentione tertia.

III. Digeſtio materierũ Potiones.

Conf. ẽis.

Alia.

Electuariũ

Quarta intentio eſt rectificandi caput & confortandi ipſum. Iam vero apparet, q̃ præmiſſis mundificationibus & diuerſionibus prætactis oporteat intendere ad rectificationem malæ diſpoſitionis, quæ inuenitur in capite & ad confortationem ipſius. ¶ Et D licet caput confortetur per adminiſtrationem trium intentionum prædictarum, quoniam euacuantia, diuertentia & digerentia rectificant ipſum & confortant, nihilo tamen minus a ſapientibus alia inueniuntur ingenia, per quę cerebrum rectificatur & cõfortatur, quæ ſub vna diuiſione bimembri continentur. ¶ Et primum eſt per applicationem eorum, quæ corrigunt lapſum per contrarietatem applicationis eorum. ¶ Secundum vero eſt per adminiſtrationem eorum, quæ caput minutum, laxatum, reſolutum & mollificatum corrigunt, quæ cum hoc, quod ſunt frigida & humida, lapſus cerebri contrariantia, non euacuantur a leui ſtypticitate cerebrum vnientia & ipſum a fluxu materierum defendentia. ¶ Et ipſorum quidem aliqua ſunt ſimplicia, nonnulla vero compoſita.

IV. Rectificatio & cõfortatio capitis.

E Et de numero ſimpliciũ primũ & conuenientius eſt ſemen roſ. vel roſa ipſa nondũ perfecte dilatata vel expanſa, pulueris cuius detur ℥ j. aut ℥ ß. frequent ita magis in ſero, cum vadit ad lectum cum ℥ j. aquæ ſolatri actu frigida. ¶ Secundum vero ſimplex capitis confortatiuum eſt frequens comeſtio auellanarum torrefactarum, & proprie poſt cibum cum ſteterint infuſæ in agreſta per diem & noctẽ & vſus earum augmentum efficit cerebro. ¶ Tertium eſt nenuphar, quod frigiditate & humiditate ſua corrigit omnem lapſum cerebri calidum & ſiccum, & proprie, ſi aqua eius exhibeatur ſæpe in ſero apud ſomnum, prouocando n. ſomnũ digeſtionẽ corroborat. ¶ Quartũ eſt frequens comeſtio acetoſitatis citri, & proprie poſt cibum : Caro enim eius eſt frigida & ſicca frangens choleram rubeam etiam ſua ſtipticitate. *ſecundo can. in proprio cap.* ¶ Quintum F vero ſimplex & omnibus efficacius ad rheumata capitis & prohibitiuum ſuſceptionis vaporum & materierum omnium, & proprie calidarum, eſt, quod in ſero hora eundi dormitum, pluribus diebus continuatis, detur ℥ j. ß. vini granatorum cum ℥ j. aquæ pluuialis & ℥ ß. ſacchari, hoc enim medicamine nullum efficacius inueni. Sed ſi timeo diſpoſitionem pectoris, ſoleo ponere loco ſacchari penidias, & efficacius operatur.

Simplicia cõfortantia caput. 1. 2. 3. 4. 5.

Ex compoſitis vero primum eſt, vt patiens ſæpe comedat myrobalan. id eſt chebu- *Cõpoſita.*

lum conditum, & bibat poſt ipſum tertiam partem cyathi aquæ fontis vel fluuii cũ mo- A
Pilula. dico ſacchari. ¶ Secundum compoſitum eſt. ℞. *trociſcorum ſtellæ* ʒ j. *violarum. ſem. endiuiæ & cichoreæ ana gra. vj. formentur pilulæ de omni* ʒ *vij*. Et deglutiatur ex eis vna alterno ſero, quando vadit ad lectum. ¶ Tertium compoſitum eſt hoc. ℞. *ſandalorum alb. & rub. roſ.*
Electuariũ. *ſpodii, ſeminis acetoſæ an.* ʒ *ij. ſem. communium frigidorum* ℥ j. ß. *ſem. portulacæ & lactucæ ana* ʒ *ij. conſeruæ viol. roſ. ana* ℥ j. ß. *penidiarũ, ſacch. al. an.* ℥ j. *fiat electuarium*, de quo in aurora accipiat cochlear medium, & tantundem per horã ante cœnam: hæc enim rectificando inferiores partes prohibent nocumentum caliditatis & ſiccitatis in cerebro. ¶ Quartum compoſitum infrigidatiuum, humectatiuum & repreſſiuum fluxus materierum ad ca-
Aliud. put eſt compoſitum ex hoc. ℞. *conſeruæ cydoniorum* ℥. *iij. violarum, florum nenupharis, ſeminis endiuiæ, lactucæ, portulacæ an.* ʒ j. ß. *roſarum rub. corallorum amborum, ſpodii an* ʒ j. ß. *ſeminum* B
communium frigidorum ℥ j. *maſticis, macis ana* ʒ j. ß. *labruſcæ* ʒ *ij*. ß. *minæ cydoniorum lib*. ß. *ſacch. al.* ℥ *iij. decoquatur ſaccharum cum mina vſq; ad ſpiſſitudinem, deinde ſuperaddantur ſpecies, & fiat electuarium*, de quo patiens mane ante cibum accipiat per quatuor horas cochlear j. & in ſero quando vadit ad lectum per duas horas accipiat cochlear ß. eſt efficax valde.
Loch de papauere. ¶ Quintum compoſitum eſt loch de papauere, de quo mulier hæc quaſi ſemper aliquid teneat in ore & permittat ipſum diſſolui abſq; maſticatione & deſcendere inferius. Ego enim abſque anxietate perquirendi alia inſtrumenta antiquos rheumatiſmos a capite ad inferius cum continuatione huius ſæpe curaui. Patet autem ex iſtis, quod iam ſufficienter alterari poſſint malæ diſpoſitiones capitis, & prohiberi catarrhi & rheumata, rectificari cerebrum: tu conſidera compoſitionem eorum. C

v. Mundificatio pulmonum. Quinta intentio cũ inſtrumẽtis mundificãtib. pulmonẽ, ſicut in primo cap. viſum eſt, nõ eſt dubitabile materias ſecundũ partẽ in pectore iã eſſe collectas. Et ideo ne amplius in ipſo ꝑmaneant & ibi putrefactę vlcerẽt pulmonẽ aut vlcera, ſiqua ſunt, augmẽtẽt, q̃ citius eſt poſſibile intendendũ ad earum eductionẽ. Et quoniã materiæ in pectore cõtentæ ſunt acutæ, ꝓpter caliditatẽ multã & ſalſedinẽ in eis exiſtentẽ: ideo oportet quod triplici qualitate, & virtute participent medicinæ omnes. ¶ Prima quidem, vt infrigident & humectẽt. ¶ Secũda vt abſtergẽdo leuiter materias a pectore ꝑcipiẽt. ¶ Tertia v. vt quadã exſiccatione ſolutionis cõtinuitatis in partibus pulmonis rectificatiua ſint.

Preſtantia portulacæ ad mundificãdos pulmones. De numero ergo harũ medicinarũ difficile eſt aliquã ſimplicẽ inuenire omnib. his operationib. participantẽ. Si a. aliquã de ſimplicib. ſapiẽtes expreſſerũt, nulla magis ap- D ꝓbata videt q̃ portulaca, ipſa n. in cibis & potib. ſublimata, pulueriʒata quoquo modo videt eſſe cõueniens. ¶ Secunda v. medicina ſimplex eſt virga paſtoris conſimili modo adminiſtrata. ¶ Tertia eſt farfara nominata & a laicis vngula caballina dicta, q̃ temperata ponit & pectoris mundificatiua & confortatiua, q̃ temperamento ſuo lapſui valde calido cõfert remittẽdo ipſum; tenendo communiorem viam philoſophantium quod remiſſum additum intenſo remittat ipſum.

De compoſitis autem plurima & elegantia a ſapientibus ſcripta reperiuntur, velut ſunt electuaria vel loch de iacur nominata ab Auic. *10. tertii cap. de medicinis pectoralib.* Et ſunt papauerata, confectiones. Similiter medicinæ elnuphare omnes, amplius ele- E ctuaria, velut diapenidion, diadragantum ad frigiditatem tendens, & conſimilia huic propoſito eſſent vtilia, verum, quia non oportet inſiſtere inuentioni medicinarum per lectiones, verum oportet adhærere ei, q̃ experta eſt, vt *quinto can. ſumma prima, cap. ſecundo* dicit, quod experta melior eſt, quam non experta: ideo tria ſpecialia pectoris conue-
Tria ſpecialia pectoris mundificantia. 1. Loch de pino. nienter mundificatiua hic deſcribentur. ¶ Et primum quidem eſt loch de pino, *ſecunda deſcriptione Meſ. in antidotario diſtinctione quinta*. Et iterum loch aliud deſcriptum ibidem *ſecundo cap*. Cuius initium, *Loch conferens hecticis & conſumtis*. Et nota quod vtrumque iſtorum duorum exhibere ſoleo, ita vt æger degluriat ex his quatuor vicibus in die quantitatem ℥ iij. ß mane in aurora, & poſt prandium per horam, & ante cœnã ſimiliter per horam, & poſt cœnã per duas horas: ita vt poſt aſſumtionem ipſorum ſemper bibat
2. Electuarium. cyathũ mediũ aquæ hordei. ¶ Secundũ vero ſpeciale compoſitum eſt confectio hæc. ℞. F *diairis facti cum ſaccharo* ℥ *ij. iulep violar.* ℥ *iij. diapruni ſimplicis* ℥ *ij. centauriæ ma.* ʒ *iij pulmonis vulpis præparati ſecundum artem* ʒ ß. *penidiarum, ſacchari al. ana* ℥ j. ß. *fiat electuariũ, & eſt cõue-*
3. Aliud el. *nienter mundificatiuũ, & caloris remiſſiuum, &c.* ¶ Tertium compoſitum per me ſæpiſſime expertum, immo & in phthiſicis vſitatum, eſt hoc. *Recipe capil. Ven. foliorum farfaræ ana* ʒ *ij. granorum pinearũ* ℥ *ij. granorum phiſticorum* ℥ j. *florũ borag. bugloſ. violar. nenuph. & ſeminũ*

portulacæ

A *portulacæ an.* ℨ *iij.pulmonis vulpis præparati ſecundum artem* ℥ *j.maſt* ℨ*j.ß.corallo.rub.& al. ana* ℨ *j.croci* ℨ *ß.piper.al.*℈ *ij.infundantur pineæ cum phiſticis in aqua roſ.per duos dies naturales,ipſis tamen minutim inciſis. Deinde optime terantur,tunc autem coquantur in melle roſ.ſacchari al.penidiarum ana* ℥ *iij.vſquequo ad ſpiſſitudinem deuenerint,deinde cum eis incorporentur pineæ & phiſtici, poſterius autem addantur aliarum ſpecierum pulueres,& fiat electuarium,in cuius fine apponantur* ℨ *ij.pulueris radicis liquiri.* ℨ *iij.pulueris conſolidæ min.* de hoc itaque electuario accipiat,vt de præcedenti dictum eſt.& hæc de intentione quinta.

Fluxus a capite interceptio.

Sexta intentio intercipiendi fluxum à quacunq; particula ad aliam ſuſpectiorem ſicut capitis ad caput,aut intercipiendi fluxum a membris aliis ad ipſum caput, magnificæ vtilitatis exſiſtit.Primo quidem,quia per ipſa duplex acquiritur iuuamẽtum.¶ Pri- B mum eſt,quia membrum,ad quod fluit materia,minus debilitat᷑, quando interpolatur fluxus,quam ſi ipſe ſit continuus.¶ Secundum vero,quia adhuc membra, a quibus materiæ fluunt,minus debilitantur,ſi fluxus intercipitur,quam ſi ſit continuus, eo quia ad continuum fluxũ,ſequitur continuo motus & fluctuatio in materieb. & ſpiritib. & mẽbris,ergo maior reſolutio,& conſequenter debilitas,igitur,&c.¶ Et licet ingenia intercipiendi materiam nonnulla tacta ſint,vbi de euacuationibus & diuerſionib. materierum actum fuit,nihilominus tamen alia intercipiendi materiam inſtrumenta ab auctorib.inuenta ſunt,de quorum numero aliqua ſunt opiata nominata vel narcotica medicamina,nonnulla vero ſunt viarum,per quas materiæ fluere ſolent, cõſtipantia, altera C vero ſunt ipſas materias ad oppoſitum trahentia cum exſiccatione&incraſſatione ipſarum materierum. Et ad hęc tria ingenia deduci poſſunt omnia ingenia intercipiendi materierum fluxus. ¶ Primum ergo inſtrumentorum eſt narcoticum omne ; quod pluribus modis confert.¶ Primo quia materiam in motu exſiſtentẽ incraſſando vel cõgelando immobilẽ reddit.¶ Secundo quia mẽbra,ꝑ quæ fit materierũ fluxus, cõſtipat ſua frigiditate,incraſſatione&exſiccatione.¶ Tertio quia triſtẽ ſenſationẽ aufert,ꝓpter quod ab eis non tanta fit agitatio vel materierũ propulſio.¶ Quarto quod talia vt plurimum inducunt ſomnum,ſed ſomnus retinet omnes fortes euacuationes&fluxus pręter eã, q̃ per ſudorem ; *ſecunda primi cap. de his ; quæ proueniunt ex ſomno* : igitur talia a ſapientib.conuenienter fuerunt electa propter quatuor prætacta iuuamenta. Verũ in eorũ exhibitione canones quidam obſeruandi ſunt. ¶ Primus canon: quod nullo modo D exhibeantur narcotica,niſi cũ altera alteratiua vel euacuatiua non iuuerint. ¶ Secundus,quod nunquam exhibeatur multũ & debile exſiſtente virtute,eo quia talia contrariantur vitæ. *decima tertii cap. de cura aſthmatis*. ¶ Tertius,quod non exhibeantur cũ manifeſto nocumento conſtrictionis anhelitus propter idem. ¶ Quartus, quod ſi eſt poſſibile,applicentur exterius magis,quã interius,quoniã non prouenit eorũ operatio ad principalia,niſi conueniẽter refracta. ¶ Quintus, nunquã exhibeantur ſimplicia,ſi adhiberi poſſunt cõpoſita,rationabiliter enim talia a contrariis, quia magis refracta, ideo minus nocitiua.¶ Sextus, quod ſi exhibeantur compoſita ſaltem per interius, nunquã exhibeãtur niſi fermentata ſaltem per ſex menſes.¶ Septimus, quod eorum doſis ſit o- E mnino auara & pluries reiterata magis,quã abunde applicata.¶ Octauus,quod plus adminiſtrentur de numero eorum,ea,quę leuiora ſunt,ſicut papauer albũ & mandragora in comparatione eorum ad hyoſcyamum & opium.¶ Nonus, quod in adminiſtrando talia compoſita eligantur deſcriptiones ab illuſtribus viris appropriatæ magis, velut philonium Tarſenſe poſitum ab Aui.5.*canon.* aut philonium Perſicum deſcriptum *9.Alman.cap.de cura colicæ,* & a Meſ. *in antidotario deſcriptione ſua.* ¶ Decimus, quod ſecurius ſit dare ea poſt cibum,quã ſtomacho ieiuno. ¶ Vndecimus, quod dentur in hora ſomno naturali conuenienter electa. ¶ Duodecimus & vltimus, quod dentur ſemper cum vino calido : quod eſt bonum correctiuum nocumenti narcoticorum.

Narcotica plurib.modis cõuenire hecticis.

Canones circa vſum narcoticorũ.

Correctio nocumẽti narcoticorum.

Iſtis præmiſſis eligantur approbata ; ex quorum numero famoſum eſt medicamen pilulæ ſcoriæ colligendę *16.tertii præallegato cap.* & pluries alibi, de quibus poſt cœ- F nam exhibere ſoleo vnam vel duas ; & raro vel nunquam exhibui ex eis tres, ſicut raro doſim eorum ℨ ß.pertranſire ſoleo.

Secundum vero philonium ex Auic.iam allegatum, quod dixit ibidem ſecurare hominem de caſibus mortis. ¶ Tertium compoſitum & domeſticum,eſt aurea Alexandrina deſcriptione Nicolai *in antidotario.* & plurima alia approbata compoſita,velut

ſelitæ ſatyra magna, colligenda ab Auicenna *quinto canon. ſumma & tractatu primis.* ¶ Et Appollonia Perſica & Græca colligenda ab Haly Abbate *decimo practicæ cap. de electuariis & antidotis magnis.* Hæc in ſumma omnibus aliis expertiora exſiſtunt. ¶ Securius tamen eſt, vt bis vel ter in ſero apud ſomnum dentur ℥ ij. ſyr. de papauere cum aqua lac. ℥ ij. & eſt ſtupefactiuum domeſticum non timoroſum. ¶ Secundum vero inſtrumentum intercipiendi fluxum completur per adminiſtrationem medicinarum ſtypticitate ſua cum frigiditate claudentium vias fluxus, de quorum numero eſt expertum, vt fiat gargariſma cum puluere ſandaracæ commiſcendo ex ea ʒ j. cum cyatho vno aquæ hordei: & fiat collutio oris, aut gargariſma cum eo frigido aut tepido. ¶ Secundum vero compoſitum eſt hoc. *Recipe trociſcorum de balauſtiis, trociſ. de ſpodio & de roſis ana ℈ j. aquæ* A

Gargariſma. *plantaginis ℥ iiij. miſce, & fiat ex eo, vt prius dictum eſt.* ¶ Tertium vero & de expertis meis eſt, vt ſæpe in die, & proprie poſt cibum collutio fiat ex hoc compoſito frigido vel tepido. *Recipe aquæ decoctionis corticum granatorum ℥ iij. rob nucum ℥ j. ß. miſce & fiat collutio vel gargariſma.* B

Aliud. Scio etiam, quod ſi æger in ore ſuo teneat grana ſumach maſticando ea, rheumatizantes fluxus conuenienter retinere ſolent.

Trahentia vero materias cum exſiccatione priuatiua, diuerſa ſunt inſtrumenta, primo applicando laqueum vel ſetonem poſterius in medio cum cauterio ignito infra cutim appoſito abſq; contactu muſculorum colli. ¶ Secundum & leuius eſt applicatio ſicciarum vel ventoſarum loco coniunctionis colli cum ſpatulis lateraliter. ¶ Tertium vero eſt compreſſio cum re ponderoſa ibi facta, &c. C

Quæ vero materiam incraſſant cum ſui exſiccatione retinendo, ſunt veſicationes toti cuti capitis applicatæ. Et primo quidem factę cum fricatione cæpæ, ſquillæ, ſæpæ ſuperinciſæ. ¶ Secundo vero appoſitio flammulę vel pedis coruini contriti. ¶ Tertium & fortius prędictis eſt appoſitio cantharidarum cum fermento & aceto compoſitarum, de quo leuiter liniatur cutis capitis. ¶ Quartum vero & eſt de medicinis a Galen. memoratis, 5. *de ingenio ſani. cap. de curis vulnerum pulmonis difficilibus,* & eſt vt tota cutis liniatur cum ſtercore columbino diſſoluto cum modico aceti acuti iſto modo. *Recipe*

Veſicatorium. *ſtercoris columbini ſic. ℥ ij. granorum ſinapi ʒ iij. pulpæ ſquil. minutiſſime contuſæ ʒ j. terantur omnia ſimul perfectiſſime in mortario & glutinoſa fiant cum ℥ iij. fermenti quatuor dierum,* de hoc enim medicamine liniatur tota cutis capitis, vbi naſcuntur capilli, dimittatur autē ibi vſquequo fuerit tota cutis deſiccata, tunc ergo cum bene creuerint ampullæ, erumpantur, & liniatur cutis cum oleo viol. vel cum pinguedine anatis vſquequo bene mundificetur, hoc enim ingenium eſt de melioribus rectificātib. ≀ cerebrum, ſicut patet ex approbatione ipſius a Galen. in præallegato loco de illa nobili Romana & de iuuene curatis ab eo in ſimili caſu. ¶ Et nota, quod ſi hoc remedium ſaltem in principio autumni reiteraretur bis vel ter in ſpatio vnius menſis, non eſſet niſi valde conueniens. ¶ Si autem timeres acuitatem medicaminum, poſſes confringere eadem, aut minorē quantitatem veſicantium apponere, aut ſaltem minori tempore applicare. ¶ Et ſi contingeret, quod veſicationes cutim vlcerarent profundius, quam cutim eius ſiue ſuperficiem, tunc mundificentur cum vnguento apoſtolorum vel alio conſimili, ita vt melius ſit eadem longo tempore vigilare facere, quam conſolidare. hæc de intentione ſexta. D E

VII. Pectoris cōfortatio. Simplicia. Septima intentio eſt de medicinis pectus confortantibus, licet ſuperius de medicinis pectoralibus nonnullæ enumeratæ fuerint in præcedentibus capitulis, vbi de digeſtiuis & mundificatiuis pectoris pertractatum eſt, aliquæ tamen ſimplices medicinæ & compoſitę leuiter enumerari poſſunt.

De numero ergo earum eſt capil. Ven. qui ponitur eſſe temperatus, & confert pectori & pulmoni mundificando ipſos, *vt ſecundo can. in ſuo cap. in areola membrorum pectoris,* & in eo eſt ſtypticitas prohibens curſum materierum, *ibidem in areola operationes & proprietates.* ¶ Secundum ſimplex eſt olus Iamenum; quod eſt frigidum & humidum in ſecundo, confert tuſſi, ſedando eam, & proprie cum oleo amygdalarum. ¶ Tertium ſimplex eſt generatum dulce, cuius ſuccus & maſticatio pectus mirabiliter leniunt. ¶ Quartum eſt ſemen batechæ. ¶ Quintum, ſemen cucumeris vel cucurbitæ, quæ tria ſunt frigida & humida, pectoris lenitiua, mundificatiua & malæ complexionis alteratiua. F

Ex-

A Ex compoſitis autem ad eandem intentionem ſumma medicina eſt compoſitio ſachari viol:roſ:ana. ¶ Secundum compoſitum bonum eſt hoc. ℞. *medullæ ſebeſten ℥ ij. olei amygdalarum dul. ℥ j.ß amyli de hordeo ℥ j. incorporentur ſimul in mortario cum ℥ iij. penidiarum.* ¶ Tertium compoſitum & melius prædictis eſt hoc. ℞. *mucilaginum cydoniorum ℥ iij. penidiarum ℥ j.ß. ſucci granatorum dul. ℥ iij. bulliant ſimul lento igne vſq; ad acquiſitionem alicuius viſcoſitatis, tunc ergo prædictis addantur ſacch. al. ℥ iij. & bulliant vſq; ad acquiſitionem formæ electuarii viſcoſi.* ¶ Quartum & nobilius prædictis eſt hoc. ℞. *ſeminum communium frigidorum ℥ j.ß. ſem. portulacæ ℥ j. amyli de hordeo ℥ ij. granorum pinearum ℥ ij.ß. ſacchari al. ℥ ij. loch de papauere ℥ ij.ß. boli ar. ℥ j. fiat electuarium.* Et eſt in eo intentio alterandi, mundificandi ſputum cum conſtrictione ſanguinis & conſolidatione partium. ¶ Qualitercunque B a,& quodcunq; horum medicaminum eligatur, accipiatur ex eo ante cibũ per tres horas cochlear vnum, & temporibus intermediis ex eis retineatur in ore quantitas auellanæ permittendo ipſum deſcendere abſq; maſticatione aliqua. ¶ Et nota, quod paucæ inueniuntur medicinæ ſimplices & compoſitæ pectorales infrigidantes, & maxime, quæ ſimul & pectori & capiti ſint conuenientes. De numero tamen quarum præſcriptæ ſunt elegantiores, quæ dari poſſunt.

Cõpoſita. *Electuarium.* *Aliud.* *Aliud.*

Octaua intentio & vltima de electione aliquarum medicinarũ febri conuenientium & deperditã ſubſtantiã membrorũ reſtaurantiũ. Non eſt hæſitandũ, quoniã plurimæ medicinarũ digerentiũ, alterantiũ infrigidando pectus & caput febri ſunt contrariantes. Si quis tamẽ deſideraret complicare intentiones ad prædicta omnia cõferentes, C febri tamen appropriatas magis, adminiſtret alterum iſtorũ trium. ¶ I. ℞. *ſyr. viol. ℥ j. aquæ ſublimationis portula. ℥ iij. miſce.* ¶ II. q; ſimul materiã ſiſtit fluẽtẽ, & pectori cõfert mũdificãdo ſolenniter. ℞. *ſyrupi iuiubini ℥ j.ß. aquæ decoctionis liquiri. ℥ iij. miſce.* ¶ III. & valde vtile eſt hoc. ℞. *vini granatorum dul. ℥ ij. aquæ ſublimationis violar. ℥ ij. miſce, &c.*

VIII. Medicamẽta cõtra febrim *Potiones.*

Ex numero vero medicinarum reſtaurantium ſubſtantificum humidum deperditum, ſunt omnes cibi laudabiles, de quibus in ſecundo cap. viſum eſt. ¶ Secundum & valde vtile ad omnia prædicta eſt. ℞. *aquæ lactis acetoſi ℥ iij. penidiarum ℥ ß. bibatur ſæpe in aurora.* ¶ Tertium compoſitum eſt adminiſtratio carnium cancrorum, quorũ caudæ & pedum carnoſitates componantur cum ſaccharo taberzet ſufficienter decocto cum aqua violar. & reducantur in formam confectionis ſicut pineata, & vtatur hac confectio- D ne ſemper ante cibum comedendo fruſtum vnũ vnius ℥ cum dimidia. ¶ Quartũ eſt cõfectio de amygdalis dulcibus & ſaccharo cum amylo, quam moderni vocant ſauoneam vel Marzipanem, cuius vſus ſit, vt prius dictum eſt. ¶ Quintum & vltimum compoſitũ eſt hoc. ℞. *carnium iuuenculi caponis lib. j. ſem. quatuor frigidorum communium ℥ j.ß. granorum pinearum infuſarum per vnum diem naturalem in aquã viol. ℥ iij. ſacchari al. lib. j. ſem. endi. ſcariolæ & lactu. ana ℥ j. amyli de hordeo ℥ iij. ſaccharum leui coctione coquatur cum lib. ß. aquæ viol. deinde incorporentur ſex grana pinearum, cum iam infrigidatum fuerit; tunc ergo ponantur ad mortarium & ſuperaddatur caro ſubtiliſſime contuſa & conterantur vltima contritione & in fine addantur ſpecies iam prædictæ, & fiat confectio ſolida in fruſtis ℥ j. vel ß.* De hac ergo confectione aſſumat ſemper ante & poſt cibũ fruſtum vnum vel duo & in veſperis tantundem, alterat E enim & reſtaurat valde potenter hoc & penultimũ iam ſcriptum. Et credo, quod in reſtaurando prædictis ambobus non inueniatur medicina melioris electionis, & tu conſidera. Hæc igitur ſunt, quæ in diſpoſitione huius nobiliſſ. electiora ſcribere potui. Miſericors & ſaluator ſummus dirigat eadem in ſalutem eius perfectam ad laudem eius.

Reſtauratio humidi ſubſtantifici. *Potio.* *Cõfectio panis Marti.* *Cõfectio ſolida de carne capon.*

Consilium CVII. *Pro ſuſpecto ad phthiſin. Diuiditur autem Conſilium in tres tractatus.*

Tractatus primus continens cap. vnum, De cauſis & ſignis pthiſis & præparati ad ipſam.

EX his, quæ mihi per literas innotuerũt maxime dubitandum eſt, quod vir iſte F ſit lapſurus in phthiſin & eo fortius, ſi ex parte naturalis compoſitionis videtur eſſe inſignitus priuilegiis phthiſin futuram vel præſentem arguentibus, quæ pulchre aſſumi poſſunt ex *to tertii cap. de præparatis ad phthiſin*, & ſunt numero hæc. ¶ Primum quidem eſt ſumptum a compoſitione capitis, vt nares habeat acutas. ¶ Secundũ vt rizæ ſint cum ſtrictura magna. ¶ Tertium, vt habeat frontẽ excarnoſam, & ſimiliter

tempora. ¶ Quartum vt maxime lædatur ſtillicidiis a capite defluentibus, nunc per naſum, vt faciant coryzam, nunc vero ad fauces, vt faciant brancos: aliquãdo vero ad pectus, vt ſit catarrhizans. Et verificantur hæc ſigna proprie cum deſcendens materia fuerit acuta tam ſenſu tactus, quam guſtus percepta, talis vt ſaltem ſit partium, per quas deſcendit, excoriatiua. ¶ Quintum ſignum eſt, vt collum eius ſit longum & gracile. ¶ Sextum, vt pectus in naturali ſua compoſitione ſit anguſtum, penes differentiam poſitionis ab ante ad retro, aut breue ſit eius ſpatium a fine gulæ vſq; ád os ſtomachi. ¶ Septimum vt moleſtari ſæpe conſueuerit a doloribus pectoris, ſiue mediaſtino panniculo, ſiue pleuritide vel diaphragmate cõtingat illos adeſſe. ¶ Octauũ eſt tuſſis continuitas aut ſaltẽ multitudo cũ emiſſione ſputi, & ꝓprie poſt illius dormitionẽ. ¶ Nonũ ſputi ſanguinis emiſſio alternata vel viciſſitudinaria. ¶ Decimũ, vt anhelitꝰ eius ab aliqua ſpecie nocumẽti diminutionis vel corruptionis nõ euacuet. ¶ Vndecimũ ipſius vẽtris, imo habitudinis excarnatio. ¶ Et duodecimũ crurũ lõgitudo & eorũ gracilitas cũ excarnatione. A B

Hæc quidem omnia potenter oſtendunt hominem ad phthiſin paratum eſſe, & proprie iſta, quæ capitis & pectoris nocumenta portendunt. ¶ Et adhuc confirmatur hic apparatus fortius proprie, quando fuerit homo in ætate poſitus a 25. vſque ad 35. vel ſecundum aliam literam a. 35. vſque ad 45. annum, eo quia in talibus ætatibus materierum acutarum dominium reperitur magis, quam in aliis. ¶ Et adhuc & tertio talis præparatio ad phthiſin euidentius affirmari poteſt, & proprie cum homo ſecundũ complexionem totius. ¶ Quarto iterum quando cerebrum eius fuerit á medio generis elongatum per augmentum caliditatis & ſiccitatis. ¶ Quinto adhuc fortius demonſtratur illud, quando homo malam cerebri diſpoſitionem contraxerit a principiis generationis ab hereditate maculatis. ¶ Amplius & ſexto propter hoc cum hominem contingeret eſſe in applicatione ſex rerum non naturalium non bene rectum, ita quod regatur cibis & potibus repletiuis capitis & generatiuis materierum acutarum & multarum. Per hæc quidem omnia phyſicus contemplator demonſtrare poteſt, corpus apparatum ad phthiſin. Cum ergo in viro iſto plurima talium ſignorum haberi poſſint, eo quia mater eſt catarrhizans acutas materias ad pectus, & tuſſi moleſtatur, ſputo acuto, anhelitus difficultate non leuiter, & aliorum prædictorum plurimis: igitur non leuiter hæſitandum eſt de phthiſis euentu in eo: & fuit propoſitio ſuperius iam præmiſſa. C

Patientẽ in phthiſin iã incidiſſe.

Et licet hic ad phthiſin apparatus ſit verendus in eo, mihi tamen non videtur eſſe timendum minus, quod iam ipſam phthiſin inciderit. Et mouent me ad hoc rationes non leues. ¶ Primo eſt, quia ægritudo iſta diu perſeuerauit, dubitabile eſt de impreſſione in pulmone ab ea facta. ¶ Secũdo, quia materia acuitate ſua eſt eius effectiua. ¶ Tertio, quia pulmo videtur eſſe ſuſceptiuus propter eius mollitiem & foraminum multitudinem. ¶ Quarto propter continuationẽ deſcenſus materierũ. ¶ Quinto ꝓpter continuationẽ tuſſis & ſputi ſimul. ¶ Sexto ꝓpter fixionẽ nocumenti in anhelitu. Per hæc omnia ſatis hæſitandum eſt de phthiſi quæ iam inceperit aut ad augmẽtum peruenerit. D

Contra, quia ſi iam eſſet phthiſis in principio, aut in augmento eius, continue eſſet nocumentum fixum, igitur continue eſſet tuſſis, ſputi & nocumenti anhelitus ꝑmanentia. Patet conſequentia, quia ex fixione & permanentia cauſarum arguitur perduratio effectus. ¶ Huic motiuo dicendum eſt, quod ſtante phthiſi proprie accepta, quæ non eſt aliud, *quam corporis colliquatio proueniens ex vlceribus in pulmone*, ſemper remanebit nocumentum fixum, quod tamen quandoq; intentis apparet, quando ſ. amplior eſt materierum congeſtio, minus vero, quando iam materiæ paucificatæ ſunt. ¶ Cũ ergo contingit materias in multa quantitate deſcendere a capite in pectus & ibi congeri, tũc neceſſe eſt ſubſequi maiorẽ & fortiorem tuſſis impetũ gratia expulſionis materierũ illarũ, q̃b. eductis videtᷣ tuſſis ceſſare aut leuiter ꝑcipi. Et hæc eſt cauſa, quare alternatis afflictionib. & apparẽti cõualeſcentiã reuoluantᷣ phthiſici. Ad formã igitᷣ argumẽti, q̃ ſtãte phthiſi, ſtat fixi nocumẽti cauſa, conceditur, & dicitur ꝙ quãdo cõtingit vlcera in pectore eſſe mũdificata notabiliter, tũc apparet alleuiatio manifeſta, licet realiter & de facto nocumẽtũ habeãt fixũ, & licet remiſſũ. ¶ Et ex his omnib. volo mihi ſatisfactũ eſſe de ſufficiẽti enumeratione cauſarũ phthiſis tã ex parte primitiuarũ cauſarũ, q̃ corporaliũ aſſignanda. ¶ Et ſequitur ſecundo ex fundamento illo poſſe videri facile materialẽ cauſſam phthiſis effectiuam. ¶ Ex quo fundamento concluditur tertio declaratiõ cauſarum accidentium q̃ phthiſin concomitantur. ¶ Et quarto iterum ex hoc fundamẽto elici poſſunt ſigna prognoſticatiua futuram phthiſin, & demonſtratiua illius actuali- E F

Obiectio phthiſin nondum incepiſſe. Reſponſio. Phthiſis quid.

A tatis. ¶ De quorũ ſignorũ numero ꝓprie ipſam demõſtrantiũ ſignũ euidẽs eſt frequẽtia ſanioſi ſputi rotũdi vel globoſi tenacitatẽ habẽtis & colorati colore citrino vel ſubrubeo cũ interpolata alicuiꝰ portiũculæ ſanguinis admixtione. ¶ Quinto adhuc ex hoc fundamẽto elici põt ingeniũ curationis huiꝰ diſpoſitionis, vt nũc in ſequẽtib. apparere põt.

Tractatus ſecundus de regimine proportionatorũ ad phthiſin per res nõ naturales, continẽs ſex capita.

REGIMEN itaq; diſpoſitionis iſtius ſuſtẽtatur in duobus. Primo in adminiſtratione ſex rerum non naturalium. Secundo vero principaliter in applicatione debita rerum medicinalium, & cum hoc ſecundum ordinem; qui nunc ſequitur.

CAP. I. *De regimine eius per aerem.*

ITAQVE circa harum rerum adminiſtrationem ſermone prolixo non vtar, eo quia iam diu hoc regimen conuenienter adminiſtratum fuit per eximios phy-
B ſicos, qui ſubtili aduertentia rexerunt ipſum. ¶ Sed vt ad alios etiã ſermo verti poſſit: eligat iſte vir regionem, ciuitatem & particularem locum, in quo morari debet, cuius aer ad frigiditatem eleuetur & aliqualiter ad ſiccitatem, licet frigidior conueniat ei aer magis quam ſiccus. Et hic euitet locum habitationis ædificiorum antiquorum, & proprie habentium lapideas reuolutiones; & ſit locus a decurſibus aquarum, & proprie aquæ ſalſæ propinquitate elõgatus. Et ſit etiã camera eius oriẽtali aſpectu & ſeptentrionali detectus; meridionali a. & occidentali non apertus. Et camera ſua ſit ab impreſſione rerum acutarum velut a vaporibus, liquoribus ſalſis & acetoſis elongata, in qua etiam camera nequaquam exſiſtat fumus neq; pulueris præſentia. Hæc n. ſemper nocent habentibus pectus tali nocumento læſum. ¶ Et caueat etiã ab his, quæ annectuntur aeri cũ
C nocumento, velut ſunt veſtes, gulam, pectus & ventrẽ conſtringentes. Similiter etiã euitet tenere caput diſcoopertum ab aere frigido lædi paratũ: quare caput eius teneat byreto pellibus agninis vel dorſis variorum vel ſimilium condecenter ſuffulto, ſecundum menſuram caliditatis, quam caput eius tolerare poteſt, abſq; nocumento apparente.

CAP. II. *De regimine eius per exercitium.*

DE exercitio vero videtur mihi nullum, quo totum corpus moueatur, ipſi fore cõueniens ſiue exercitium equitandi, ſiue nauigandi fuerit: vtrumq; enim eorum nocitiuum eſt, eo quia materias in motũ magis ponit, etiã quia caliditas per motum talẽ intẽditur in materia magis, q̃ eſſet opportunum. Et iterum, quia per tales mo-
D tus materiæ de inferioribus ad ſuperiora mouẽtur magis. Et adhuc quarto, quia propter exercitium partes pectoris diſtenduntur: & ſi contingat eas eſſe vlceratas peſſime, diſponuntur magis. ¶ Si autem partes pectoris non fuerint vlceratæ, adhuc ex forti diſtractione ipſarum amplius præparantur ad nocumentum & materierum receptionem. Si quis igitur motus totius corporis ei videretur eſſe conueniens, ille eſſet motus progreſſiuus mane vel ſero ante cibum factus paſſibus lente protractis, & ſuauiter corpore a fæcibus conuenienter emundato; & in loco conuenientis aeris factus, per quẽ corpus perducatur ad caliditatem aliqualiter eleuatam ſine aliquo nocumento, & exercitium tale nullo modo perducat ad aliquod in anhelitu nocumentum. ¶ Et quia applicare exercitiũ cũ talibus cõditionib. nõ eſt niſi valde difficile: ideo loco exercitii cõuenientius
E videt̃ mihi & ſecuriꝰ eſſe applicare qñq; fricationes incipiẽtes a genu vſq; ad pedes, & ab inguinib. ſecundario vſq; ad pedes. Deinde a natib. vſq; ad ꝑdictas partes inferiꝰ trahẽdo, poſterius a. ab adiutoriis vſq; ad manꝰ inferiꝰ mediocriter cõfricando. ¶ Nequaq̃ v. eidẽ cõueniens eſt fricatio pectori adminiſtrata ꝓpter tractũ & motũ materierũ in ipſũ. ¶ Capiti vero condecẽs eſt leuis pannorũ mediocriter calidorum applicatio & pectinatio illius, ſtomacho ieiuno facta. ¶ Lotio vero capitis omnino ab eo dimittatur, propterea, qui a ſuſpectionem portendit colliquationis, attractionis & motus materierum, ſed loco eius conuenientior eſt pectinatio iam prædicta.

CAP. III. *De regimine eius per ſomnum, & vigiliam.*

CIRCA v. id, q̃ de ſomno vel dormitione cõueniẽs eſt ei, diligẽter cõſiderandum;
F quoniã gratia digeſtionis materierũ cõueniret ei dormitio notabiliter ꝓlixa: verum quia materię in capite eius dominantes multę ſunt, ideo prolixus ſomnus euitandus eſt, quoniam rheumatiſmos generat, vt legendum eſt 2. *primi cap. de eo quod prouenit ex ſomno & vigilia.* Etiam quia materiæ in capite eius exiſtentes plurimum ſunt calidę ꝑ longam dormitionem nocumentum in eis intenderetur, quoniam in ſomno fit intẽtio caloris in ꝓfundis corporis partibus propter reuolutionẽ caloris in centrum

corporis, quare dormitio eius debet eſſe conſueta & a naturali ſibi dormitione nõ elõ- A
gata, quoniam per talem fit cõueniens reuocatio & vnio ad materias digerendas. ¶ In
modo vero dormitionis prius ſuper dextro decumbat latere. In ſecũda vero dormitio-
ne ſuper ſiniſtrum ſe reuoluat, capite eius conuenienter eleuato. Et omnino fugiat dor-
mitionem reſupinam, q̃ nocumentum efficit in anhelitu inclinando materias ad partes
pulmonis. ¶ Et caueat etiam a dormitione reſupina, ne propter nimiam compreſſionẽ
a mole pulmonis factam ſuper cor nocumentum incurrat in anhelitu vel ſibi ſimili.
¶ Propter etiam conſimilia effugiat in vigiliis prolixitatem, reſolutionem, debilita-
tem & materierum indigeſtionem vel corruptionem, quæ ſequitur ad vigilias.

Cap. IV. *De regimine eius per adminiſtrationem inanitionis & repletionis, &c.*

B

ET ſi vir iſte indigeat regimine rerum non naturalium omnium conuenientiſ-
ſime menſurando, fortaſſis tamen nulla videtur eſſe res nõ naturalis, cuius ex-
ceſſus fortius nocere poſſet, quam penes iſtam, eo quia augmentum repletio-
nis multipliciter nocere poteſt. ¶ Et primo quidem multiplicando materias huius æ-
gritudinis, aut quia materiæ cibales ſunt materierum acutarum generatiuæ, aut quia ꝓ-
pter debilitatem innati caloris ſuperacquiritur calor extraneus materierum exacuati-
uus, aut quia propter multam euaporationem a replente materia prouenientem reple-
tur caput, quod eſt valde timendum in eo, ne perducat ad ventriculorum ipſius oppila-
tiones: etiã ne materia multa a capite decidat in pectus ſubito caſu, ita vt perducat aut
ad ſuffocationem aut ad apoſtema vel aliud nocumentum ingens. Igitur in mẽſura ſuæ C
cibationis cautus eſſe debet, & nunquam accipere cibum, ex cuius aſſumptione in ſto-
macho grauitatem aut tenſionem ſentiat. ¶ Secundo aduertat, quod cibi quantitas ta-
lis exiſtat, vt ipſam ſtomachus tolerare poſſit, ita quod calor eius ſit conuenienter dige-
ſtiuus ſaltem in tempore in quo naturaliter digerere conſueuit. ¶ Tertio quod fugiat
accipere cibum, niſi poſtquam perſenſerit præcedentem eſſe digeſtum. Et in ſumma
melius eſt a conſueta cibatione recedere per ſubtractionem cibi, quam per augmentũ
eius. ¶ Et iterum diligenter attendere oportet, quod ſi præſenſerit ciborum corruptio-
nem aliquam in ſtomacho fuiſſe ſecutam propter repletionem magnam, tunc ſtatim
ad euacuandum feſtinet eos. ¶ Et modus quidem euacuationis ſecũdum plurimos po-
Vomitũ phthiſicis nõ eſſe cõuenientem. nitur per vomitum, licet vomitus in hac diſpoſitione nõ ſit mihi rationabiliter apparẽs, D
eo quia ex eius aggregatione repletur caput. ¶ Amplius quia propter motum in vomẽ-
do factum humores a capite magis ponuntur in fluxũ ad pectus, quã prius erant. ¶ Ter-
tio quia vomitus ſaltem hominibus cum difficultate facientibus ipſum præparat ad
multam diſtenſionem, & aliquando ad eruptionem venarum, & membrorum pe-
ctoris.

Igitur conuenientius mihi videtur talem corruptionem rectificare cum iſtis in-
ſtrumentis. ¶ Primo cum diacitonite cum ſpeciebus ante cibum aſſumpto. ¶ Secundo
diacinamon eodem modo. ¶ Tertio cum aſſumptione ℥ j. ſyrupi de abſynthio cum a-
qua menthæ vel eupatorii. ¶ Quarto cum depoſitione cibi corrupti facta cum pilulis
duabus vel tribus de aloe abluta ante cibum acceptis. ¶ Aut ſi intenderetur ad cholerã, E
accipiatur infuſio reubar. in aqua abſynthii & endiuiæ cum penidiis facta ſecundum
Infuſio purgans bilem. hunc modum. ℞. *penidiarum* ℥ j. *reubar. elec.* ʒ j. ß. *diagridii gra. iiij. ſpicæ nardi* ℈ ß. *infundan-
tur in* ℥ *iiij. aquæ abſynthij, deinde coletur & exprimatur & in potu detur.* ¶ Et ſi comprehen-
deret Medicus corruptum cibum a ſtomacho ad ventrem depulſum eſſe, tunc educat
Clyſter. ipſum cum hoc clyſteri. ℞. *foliorum maluarum, betæ & mercurialis an. M j. ß. furfuris M j.
hieræ ſimplicis, caſſiæ fi. an.* ℥ ß. *olei viol. & de aneto an.* ℥ ß. *ſalis gem.* ℈ *iiij. miſce has medicinas cũ*
℔. j. *decoct. prædictarum plantarum.* Et ſi velis clyſtere maioris caliditatis & vẽtoſitati pro-
prium magis, prædictæ decoctioni adde aſari & aniſi M ß. Et ſi velis cum eo ab inteſti-
nis abſtrahere & a renibus & ab epate diuertere, prædictę decoctioni addantur, *benedi-* F
ctæ & electuarij diaphœniconis an. ʒ *iiij.* ¶ Similiter ſicut de euitanda repletione ciborum
prædictum eſt, idem & de nimia inanitione intelligendum, & proprie magis cum
immoderata inanitio virtutis debilitatem maiorem ſibi aſſociaret, quam repletio ſibi
conſimilis.

A **Cap. V.** *De regimine eius per accidentia animi, &c.*

QVONIAM ad omnia accidentia animi ſequitur motus incõueniens in ſpiriti-
bus & humoribus, maior tamen in ira, furore & timore maximis, quã fiat in an-
guſtia, in triſtitia & in meditatione. Mouent enim in magno timore ſpiritus &
humores celeriter a circumferentia ad centrum & ſimiliter in ira. Poſterius autẽ in ipſa
mouentur de centro violenter ad circumferentiam, quare inflammantur ſpiritus & hu-
mores non ſolum in pectore, verum etiam in panniculis cerebri & toto capite, propter
quod augetur in lapſis & in gradu malitiæ in materiebus ſubſequente ex prædictis mo-
tibus, ideo tales omnes motus abſcindendi ſunt. In triſtitia vero & meditationibus cum
B hoc, quod mouentur ſpiritus & humores motu leui & paulatino, propter tamen accu-
bationem eorum, in profundo corporis quaſi longo tempore permanent, nõ euacuan-
tur corpora ab alteratione valde nociua, quare iterum motus tales abſcindẽdi ſunt. Igit
quantum eſt poſſibile ab his præcaueat, & maxime ab inflammantibus ſpiritus & humo-
res. Nullo enim modo cõuenienter materiæ humorales digeri & a virtute regi poſſent
permanentibus impreſſionibus illis, quare ab ægrotante hoc modo agendum eſt mẽtis
lætitia, cõfortatione & ſpe bona curationis eius. Et quoniã a pluribus ſapiẽtibus de coitu
tractari conſueuit, vbi de accidentibus animi determinãt, quoniã in coitu eſt animi af-
fectio ad ipſum exſequendũ & complẽdum, & iterum propter magnã delitiam, q̃ in ipſo
apprehenditur, ideo ne propter coitũ multum fiat in humoribus & ſpiritibus agitatio
C fortis & animi diſtractio a debita materierum digeſtione, a coitu ſecedendum eſt, cum
per ipſum euacuetur non ſolum materia vtilis, licet ſuperflua, ſed etiam multum ſpiritus
in eo fit conſumptio, ad quam ſequitur innati caloris debilitas, q̃ alias eſt conuenientis
humorum regiminis cauſſa. Si igitur in coitu licentia rationabiliter concedi poſſit, erit,
vt raro valde fiat, ad plus in ſeptimana ſemel; nunquam tamen niſi ad ipſum conueni-
enter per appetitum incitata natura; & tunc digeſtione iam prima celebrata vel com-
pleta cum ſuaui agitatione in eo poteſt concedi licentia, vt prædictum eſt, aliter au-
tem non.

Cap. VI. *De regimine per cibum & potum.*

D IAM autem oportet regimen eius pertractare per cibos & potus. Præmittendũ
itaq; primo, quod cibi omnes & potus eius inclinari debent ad cõtrarietatem
lapſus per infrigidationem & humectationem, aut ſaltem per remiſſam eorum
caliditatẽ, propter quod aut oportet cibos eſſe frigidos & humidos in primo aut in ſecũdo
gradu, aut ſaltem eſſe leui caliditate calidos, aut a prima manſione primi gradus vſq; ad
ſecundã eius ſint frigidi & humidi. ¶ Et primum quidem verificatur, ſi lapſus eſt notabi-
liter intenſus, vt perueniens ad caliditatẽ & ſiccitatẽ ſecundi gradus. ¶ Secundum verò
intelligitur, vt quia lapſus fuerit talis, remiſſe tamen calida reſpectu lapſus in caliditate
notabiliter intenſe eſſent illius corruptiua tenendo illam viam, quod cõtrarium remiſ-
ſum approximatum contrario intenſo remittit illud. Si tamen eligi poſſent cibaria pe-
E nitus a materia operantia, nullum gradum qualitatiuum inducentia, talia eſſent eligen-
da magis, verum quia raro aut nunquam reperitur aliquod cibale, quin etiam cum hoc
quod operatur a materia, ſit alicuius gradus qualitatiui inductiuum: ideo oportet præ-
miſſum notabile conſiderare, vt dictum eſt. ¶ Itaque pro regimine eius cibaria eligen-
da ſunt aut frigida aut humida aut leui caliditate calida cum temperamento in paſſiuis
naturaliter talia aut artificialiter elaborata. ¶ Itaque eligatur panis de puriori parte *Panis.*
farinæ factus, & vocatur ſimila; talis enim videtur magis elongatus a ſiccitate & ter-
reſtreitate: propterea, quia pars terrea, quæ fundatur in furfuribus, & pars aquea,
quæ in parte glutinoſa farinæ, videtur eſſe a tali pane diminuta.

Sit igitur conuenienter fermentatus, bene laboratus, mediocriter coctus, duo-
rum dierum aut trium ad plus ætatem habens; propter quod panis azymus vel alter hu-
F midus multum, ſicut multam aquam recipiens & multum furfuraceus de panico vel
de milio factus omnis euitandus eſt. ¶ Et eligantur ab eo carnes complexione ſua tem- *Carnes.*
peramẽto vicinæ & parum elongatæ ab eo, humidæ humiditate ſubſtantifica. Humidi-
tate autem terreſtri parte commixta carnes nequaquam eligantur, velut antiquæ, quo-
rumq; contingat eas eſſe animalium. ¶ Ex domeſticis itaque conueniunt ei gallinarum

& ſimilium ſpecie iuuenes exſiſtentes. Similiter anatuli & anſeruli iuuĕculi ſuo tĕpore. A
¶ Ex ſylueſtribus conueniunt minutæ aues omnes, vt ſturnæ, perdices, phaſiani & conſimiles. ¶ Et de quadrupedibus domeſticis cŏueniunt ei annuales agni, caſtrati & paruuli capreti, & iuuenculorum vitulorum carnes, & proprie lactentium & recentes, porcelli & ſibi conſimiles. ¶ Ex ſylueſtribus vero vſuales omnes ei cŏueniunt, & proprie iuuenculorum animalium, cuniculorum, leporum, gazelli ſylueſtris, porcelli iuuenes &
Piſces. his ſimiles. Aliæ vero dimittantur contrariæ diſpoſitioni iſtis. ¶ Ex piſcibus conueniunt aſpratiles, nominati piſces fontales, petroſi, parui, viſcoſitate priuati & nutrimenti craſſitudine, quorum omnium notitia diſtincta eſt, ſecundum regionum & ciuitatum fontes & flumina, & ſecundum cŏſuetudinem, etiam cancri ipſi conuenire poſſunt, B
& proprie cum fuerint fluuiales, ipſi enim & reliqui piſces ex aquis ſalſis accepti ab eo ſunt dimittendi, ne intrinſece in humoribus ex eo genitis acquiratur virtus acuitatis
Sapores. ex ſalſedine, quæ omnino capiti & pectori eius eſſent valde nociua. ¶ Ex ſaporibus, quibus condiuntur carnes, omnino euitare debet acetum, & proprie acutum, & acria & pontica omnia, cum quibus inuenitur acuitas, velut ſunt limones & citrum etiam magnæ acetoſitatis, vel eius ſuccus, vt & agreſta & proprie ſalita. ¶ Acria vero, quibus vti poteſt regulariter, ſunt ſicut ſuccus granatorum muzorum, & ſuccus ceraſi pontici, cydoniorum, & agreſta ſine ſale, & berberis & ribes ſuccus & prunorum actium, & ſuccus ſorbæ vel neſpillorum & ſimilia, in quibus ſiccitas magna corrigitur eorum, quæ in ſuc-
Condita. co reperitur. ¶ Ex conditis autem vti poteſt cydonio, rapa, pyris conditis, ſacharo roſ. C
& viol. & omnibus ſimilibus, a quibus acuitas elongata ſit, propter quod oliuæ & reli-
Cŏfectiones. qua condita acuta cum ſpeciebus calidis ſunt euitanda. ¶ Ex confectionibus autem conueniunt ei confectiones de pineis, de amygdalis conditum, & aniſ. & coriandrum, & proprie poſt cibum, & tragea maior & minor, paruam calidarum mixtionem habĕs, & confectio facta cum ſacharo & oleo amygdalarum, a quibuſdam nominata confectio
Siſamus. Zurzulena. granorum ſiſami. Et eſt ſiſamus granum apud Siculos zurzulena nominatum.

Fercula. Ex ferculis vero conuenientia ſunt omnia ex beta, ſpinachia, boragine, viola, malua, endiuia, cichorea intuba & ſponſa ſolis ſcariola, portulaca, cucurbita cum ſimilibus, quæ tamen & frigida & humida multum ſecurum eſt parumper confrangere cum calidis in decoctione ſua vel cum fœniculo, petroſel. & proprie cum fuerit intentio ad ape- D
riendum, & hyſſopo meliſ. & praſſio, cum fuerit intentio ad exſcreandum, & mentha, ſiſimbrio, calamento & origano, cum fuerit intentio ad ſtomachum, & foliis violarum, ſolatri, nenuphare & naſturtii & roſ. recentium, cum intentio fuerit ad caput. Reliqua
Canabit. vero vaporoſa, velut caules, & humida viſcoſa, velut canabit, & eſt caulis rotundus di-
Legumina. ctus caputius apud Lombardos, talia inquam euitanda ſunt. ¶ Ex leguminibus autem conueniunt ei panicum, oryza, cicera rubea & candaruſium de frumento & de hordeo, quod eſt far nominatum hodierno ſermone. Et ptiſana hordeacea cum amylo & ſine amylo. Reliqua vero legumina, vt fabæ, lentes, phaſeoli, dimittantur. Ciceribus autem albis quadrangulatis & rotundis nominatis doriechis a Galen. *primo*
Fructus. *alimentorum*, quæ ſunt piſa apud Lombardos dicta, vti poteſt. ¶ Ex fructibus autem conueniunt ei ceraſa omnia, auellanæ, amygdalæ recentes, pepones, melon magnus viridis & rotundus, qui eſt anguria. Item poma, pyra bene matura & perſica conſimiliter ſuis temporibus recentia vel exſiccata, paſſulæ omnes albæ paruæ & nigræ, quas Auic. *14. tertij* denominat aromaniaci, & magnæ paſſæ, quæ denominantur zibibum. Neq; inconueniens eſt ei vti quandoque caſtaneis in igne aſſatis, & proprie poſt cibum. Et
Xylocaracta. placent etiam mihi poſt cibum xylocaractæ: & eſt fructus carubia nominatus. Et cydo-
Azarut. nium conuenit ei & azarut, quod eſt ſorba & neſpile, & proprie poſt cibum: omnia hęc & conſimilia ſunt ei conuenientia, vt ficus ſiccæ ante cibum accipiendo ex eis quatuor vel quinque. ¶ Ex his autem, quæ cum cibariis admiſcentur lenificantia, conueniens eſt ei oleum oliuarum & oleum nucum, & melius eſſet ei propter caput & pectus oleum de amygdalis, & proprie recens. Oleum vero de phiſticis & pineis non placet mihi, pri- F
mo propter caliditatem intenſam eius, 2. vero propter nimiam reuolutionem, quă facit in ſtomacho, cui nociuum eſt, *13. tertij cap. de nocentibus ſtomacho*. Butyri etiam vſus moderatus concedi poteſt, licet multum impleat caput multitudine ventoſationis eius. ¶ Lac vero & lacticinia cibaria omnia ab eo dimitti debent, licet inter partes lactis re-

cocta

A coċta conuenientior ſit ei, quam lac & coloſtra. Caſeo vti non debet antiquo & ſalito notabiliter, licet vſus caſei mollis & recentis parum ſalis habentis ei concedi poſſit: vt colligendum eſt ab Auic. *quinta tertii, capit. de cura catharri. & etiam decimatertia tertii.* Salis autem vſus paruus ſit ei propter cauſſas ſuperius aſſignatas.

Potus. De potu autem eius conſiderandum eſt. Vinum enim ipſius debet eſſe paucæ fumoſitatis infra medietatem vinoſitatis electum: quoniam vina contraria ſunt ei maxime capitis repletiua, & quia ponunt materias in fluxum, propter colliquationem iterū quam fecerat vini fumoſitas in humoribus cerebri. Sit autem ſubſtantia ſubtile, tenue & diaphanum, colore album, ſapore mediocre & aromaticitate etiam ſua tale, ſ.q. non ſit eligendum aliud, ſi haberi poteſt tale. Si vero non, refringatur, vt reducatur ad medium vel remiſſum in potentia, cum aqua clara ſubtili ab electo fonte collecta, qui B denudatus ſit a multitudine herbarum in eo naſcentium, & proprie fœtidarum, in quo etiam non inueniatur multitudo ranarum, vermium, anguillarum & fœtentium piſcium. ¶ Si autem idoneo tempore, & proprie per menſem antequam ſolet affligi reuolutione paroxyſmali, vteretur hydromelle facto ſecundū deſcriptionem ſtatim ponendam, vt in menſe Auguſti, Februarij & Martij, eſſet ei valde cōueniens, & proprie dimittendo cuiuſcunq; vini potum, & accipiendo in cibatione ſua extra cibationem potum iſtum.

Potus artificialis. *℞. aquæ fontis electæ, vt ſupra dictum eſt,* ℔ *.xx. mellis citrini mundi & electi* ℔ *.j. coriandri præparati ℥ ß. menthæ, origani an. ʒ j. ß. roſ. florum labruſcæ an. ℥ ij. coquantur omnia ſimul cum puluere prædictarum ſpecierum, & poſtquam aliquam diu bullierin, ſpumentur, & fiat coctio vſque ad* C *conſumtionem tertiæ partis: ita quod tamen prædictarum ſpecierum puluis medietas ligetur in ſindone rara & laxa. Reliqua autem medietas ſpargitur ad aquam, deinde coletur hæc per colatorium bene ſpiſſum & reſeruetur in vaſis bene mundis & coopertis.* Hæc igitur videtur eſſe in ſumma regula cibationis & potuum ſibi conuenientium.

Tractatus tertius de regimine per adminiſtrationem inſtrumentorum medicinalium, continens capita ſeptem ſecundum intentiones ſeptem, quæ videtur opportuna tam in regimine præſeruatiuo, quam curatiuo huius diſpoſitionis.

PRIMA itaque intentio erit materierū, quæ genitæ ſunt, antequā paroxyſmus accedat, euacuatio vniuerſalis. ¶ Secunda materierū diuerſio. ¶ Tertia earun-D dem digeſtio. ¶ Quarta euacuatio eradicatiua. ¶ Quinta regiminis rectificatio. ¶ Sexta prohibitio generationis materierum & accumulationis earum in capite. ¶ Septima & vltima capitis & pectoris confortatio, ne materias, quæ ab ea fluere ſolēt, faciliter recipiant & iam receptas conuenienter expurgare poſſint.

1 Intentio eſt materierū genitarum ante paroxyſmū vniuerſalis euacuatio. Primam itaque intentionem complere videntur inſtrumenta quatuor. ¶ Primum eſt phlebotomia. ¶ Secundum eſt ventris ſolutio. ¶ Tertium, vrinæ prouocatio. ¶ Quartum, fluxus ſanguinis a naribus prouocatio ſeu applicatio. ¶ De vomitu autem nihil dico, cum habeam ipſum ſuſpectum, vt viſum fuit tractatu præcedenti cap. de regimine huius diſpoſitionis per inanitionem & repletionem. ¶ Primum itaque inſtrumentum, quod eſt phlebotomia, præmittendum eſt & eligendum, quod ſicut ægritudo iſta bis in anno periodice affligit virum iſtum, vt circa principium veris & autumni: E ita ſupponendum eſt materiam huius ægritudinis congeri in toto corpore, licet principaliter eius moleſtia in capite percipiatur. Neque enim credendum eſt, materiam tantæ quantitatis præciſe in capite eius congregari. Mirabile enim eſſet, quod materia illa non faceret coalterationem ſecundum qualitates primas, vt calefaciendo, quoniam acuta percipitur, aut infrigidando, quod apparet ex aquoſitate actualiter frigida, quæ ab ore eius emittitur amplius. Iterum hæc materia in capite nocumentum efficeret penes qualitates ſecundas eius, aut oppilando aut dolorem grauatiuum efficiendo, aut ſaltem tertio, quia pars eius in vaporem & ventoſitatem conuertitur, dolores extenſiuos in capite & panniculis cerebri efficeret. Cum autem neque iſtorum F accidentium aliquod maniſeſte appareat, oportet de neceſſitate concedere, quod licet hæc materia paulatim ſit ſecundum partem in capite congeſta, tamen tempore ſuæ paroxyſmationis a toto corpore ad caput ꝓpellitur ſymptomatice. Cum ergo ipſa ſit in toto congregata & congeſta, vt probatum eſt, & non poſſit alibi contineri rationabilius quam in venis: ideo neceſſaria eſt euacuatio vniuerſalis eius: & iſta per phlebotomiā ſit,

vt 4. primi cap. 2. dum inquit: phlebotomia eſt euacuatio vniuerſalis quę multitudinem A educit. Vena autem quæ ſecanda eſt, a pluribus ponitur eſſe ſaphena, dicentibus ipſam euacuare a toto, eo quia a ſuperiori ad inferiorem particulam materiam attrahit & educit. Ego vero credo quod huius venę phlebotomia non debeat dici euacuatio vniuerſalis propterea, quia non poteſt á capite euacuare quantum oportet, quia eſt remota ab eo: & a venis capitis etiam. Melius igitur eſt phlebotomare venam mediam, quæ euacuat a toto, propterea, quia attrahit a capite & ſuperioribus partibus per cephalicam, a qua exit: vel continuatur & euacuat ab inferioribus partibus per baſilicam, cum ipſa ſit media inter duas illas. igitur immediatius euacuat a ſuperiori & ab inferiori quã faciat ſaphena, cum non mediet inter duos ramos ſimiles, neq; ſit earum pars. Extrahantur igitur per talem phlebotomiam ſanguinis ℥. v. vel vj. Limitando tamẽ ſecun- B dum ætatem, complexionem, habitudinem & patientis fortitudinem, vel econuerſo. ¶ Et facta hac phlebotomia, ſi ſufficiens quantitas ſanguinis fuerit educta, excuſat. Sin minus, in die eodem vel ſequenti vel tertio ad illam fiat ſecundatio eiusdem partis antequam conſolidetur. ¶ Et ſi contingeret, quod de tali vena phlebotomia non poſſet fieri, quia a multa carnoſitate cooperta eſſet: aut propter cicatricem vel alias cauſas: tũc meo iudicio adhuc conuenientior eſſet phlebotomia baſilicæ, quam ſaphenæ, quę videtur euacuare a ſuperioribus vſque ad inguina cõuenientius & immediatius, quam ſaphena. Et licet ſaphena immediatius euacuet á magno pede; vbi fuerit multitudo repletionis: de hac non eſt curandum; eo quia euacuatio a membris occultis ſuperioribus magis habet reſpicere totum, quam pedem magnum. C

Solutiua. Secundum vero inſtrumẽtum complens euacuationẽ vniuerſalẽ erit per ſolutiua medicamina, & dato, quod non ſit bene ab auctoribus aperte collectum, q vna medicina ſimplex euacuet á toto, illud tamẽ cõuenientius fieri poteſt per compoſita medicamina, quorum aliqua reſpiciunt caput, aliqua pectus, aliqua vẽtrem & aliqua partes inferiores. ¶ Aut vero dicetur medicina vniuerſaliter euacuatiua, q ipſa reſpicit omnem materiam euacuandam, vt choleram, phlegma, melancholiã, aquoſitates & vẽtoſitates educendo. Et de numero harũ medicinarũ plurimæ compoſitæ inueniunt, inter quas eſt electuarium Indũ, q ſuperfluitates educit a toto corpore. ¶ Et pilulæ aggre. deſcriptione maiori, pilulæ ſibi ſimiles, vel illę, q̃ inueniuntur aggregatæ ex eis deſcribendo D

Pilulæ. ſic. ℞. *pil. fœtidarum, cochiarum an.* ʒ ß *formentur ſimul cum melle roſ.* ¶ Vel ℞. *pilularum aurearum, pilularum de reubarbaro, pilularũ de opoponaco an.* ℈ j. *reformentur pilulæ, vt prius* ¶ Aut ℞. *pilularum de hiera compoſita, de ſarcocolla, de hermodactylis an.* ℈ j. *reformentur vt prius.* ¶ Aut ℞. *electuarij Indi* ʒ *iij. electuarij ſucci roſ.* ʒ j. *miſce.* ¶ Aut ℞. *benedictæ, hieræ Gal. an.* ʒ *iij. miſce.* ¶ Aut ℞. *electuarij eleſcof. deſcriptione Meſuæ* ʒ *iij.* ¶ Aut ℞. *hanc infuſionem omnibus partibus & membris corporis appropriatam & operatione ſecuram.* ℞. *agarici electi, rheubar. an.* ʒ j. *myrobolan. Indorum, polyp. an.* ʒ j. ß. *aniſ. viol. dauci, ſpicæ, zinz. an.* ℈ ß. *ſalis Indi gra. iij. penidiarum* ℥ *vj. ſachari ſecundæ decoctionis* ʒ j. ß. *aquæ lupulorum, viol. an.* ℥ *ij. fiat omnium infuſio & detur in potu.* Et ſi velis hanc infuſionem appropriatam magis ad choleram nigram, adde in eam poſt colaturam lapidis armeni aut lazuli præparatorum ℈ j. vel ß. tuo libito. Et ſi velis contrahere magis ipſam ad choleram ru. adde diagridij gra. j. ¶ Si velis ipſam facere á E ſpiciẽtem phlegma, adiunge turbith ℈ j. vel ß. modo tuo. ¶ Ego vero in lapſibus cholericis procedere ſoleo cum hoc. ℞. *ſucci roſ.* ʒ *x. pul. hermodact.* ʒ ß. *lapidis armeni præparati* ℈ ß. *penidiarum* ℥ j. *aquæ lupulorum* ℥ *ij. miſce.* Et quodcumque horum ſolutiuorum placeat, exhibendum eſt in aurora calidum actu, ſuper quo dormiatur hora vna. Deinde abſq; cibatione quieſcat aut leuibus paſſibus quibuſdam moueatur. Poſtea panni non multum calidi ventri applicentur, & tardet cibum poſt aſſumptionem v. horis, & tunc bibat cyathum vnum aquæ hordei calidę tempore caloris, aut brodii macri cum ſacharo calidi tempore frigoris. Et poſt hos potus tardet cibum per vnam horam.

Diuretica. Tertium inſtrumentum complendi hanc intentionẽ eſt per diuretica, q̃ materias cholericas vel alteras diuertere & euacuare poſſunt per vrinæ vias: & multa ſunt vrinæ F prouocatiua, velut fœniculum, petroſ. apium, daucus, grana milij ſolis, abſynthiũ, eupatorium, praſſium, ariſtol. lõga & conſimilia in calidis. Et cetrach, adianthũ, ſemina quatuor maiora frigida, ſemen cichoreæ, endiuiæ, ſcariol. in frigidis. Et capil. Ve. & aſparagi in temperatis: Tamen de his in propoſito non facio æſtimationem magnam,

niſi

A niſi conuenienter aſpiciant materiã, quæ abundat in corpore, & ipſam euacuare poſ-
ſint per vrinæ vias, propter quod primis prædictorum decoctis, vel aliter artificiatis
addi poſſet aliquid de turbit, hermodactilis, de agarico, de ſerpentaria ad materiam
phlegmaticam. Secundis vero commiſceri poteſt aliquid de diagridio, de gentiana,
de reupontico, de reubarbaro ad materiam cholericam. Temperatis vero diureticis
addi poſſunt omnes medicinæ cuiuſcunq; materiei eligendo euacuatiuæ; velut poly-
podium, ſena, thymus & myrabolanus indus: ſicut medicinæ phlegmagogæ poneren-
tur ad phlegma & choleram educendum. ¶ Compoſitum bonum diureticum ad *Potio.*
omnes materias approbatum eſt hoc. ℞ *aquæ cuſcutæ capill. ven. & granorum milij ſolis an.* ℥ *Alia.*
j. ß. *miſce.* ¶ Et fortius illo eſt hoc. ℞. *ſcolopendriæ, geniſtæ & ſaxifragiæ an.* ℥ ß. *miſce.* ¶ Et
B fortius illo iterum eſt hoc. ℞. *aquæ eupa. valerianæ & meu. an.* ℥ *j. pulueris corticum auellana-
rum.* ℥ ß. *miſce.* ¶ Aliud compoſitum. ℞. *ſpecierum benedictæ ſimplicis.* ℥ ß. *ſpecierum lithon-
tribon.* ℈ *ij. aquæ capill. ven.* ℥ *iiij. miſce.* ¶ Si quis vero deſideraret vrinam prouocare con-
uenientius vel æqualius, talia poſſet cum cibis decoquendo commiſcere, vel ea pul-
uerizata eiſdem ſuperponere. Aut confectiones, iulepos, electuaria, ſyrupos & decoct.
artificialiter præparare. ¶ Quartum inſtrumentum ſupra præmiſſum fuit ſanguinis
eductio per nares: quę quidẽ vniuerſalem euacuationẽ includere poteſt: aut propter- *Sanguinis e-*
ea, quia educit materiam ſanguini mixtam, cuius partem magnam euacuare poſſunt: *ductio per*
Aut quia talis euacuatio a ſuperioribus immediate educit & ab inferioribus; propter- *nares.*
ea, quia venæ ad nares terminatæ continuitatem habent ſatis propinquam cum ramo
C venæ cauæ aſcendentis, vt patet *prima primi. doc. quinta de vena caua aſcendente.* Igitur ſi
ſanguinis a naribus eductio fieret ſponte vel naturaliter, illa eſſet electiua magis. Si au-
tem non, prouocari debet vel poteſt multis ingeniis. ¶ Primum eſt, vt naſus aliquan-
to tempore conſtrictus teneatur. Deinde vehementi & frequenti exſufflatione per
ipſum fiat motus ad extra. ¶ Secundo vero prouocatur ſanguis a naribus per ſternuta-
tionem, prouocatam per oppoſitionem narium ad radios ſolis. ¶ Aut per inſufflatio-
nem pulueris ellebori al. ſerapini, vel alterius acuti medicaminis. ¶ Aut per titillatio-
nem in naſo factam cum ſetis porcinis, paleis vel ramis herbarum pungitiuis, vel cum
titillatione, facta cum ramis ſanguinariæ, quæ eſt centinodia. ¶ Aut partes interio-
res naſi vnguibus fricando, aut aliter tuo modo operando. ¶ Et ideo qualitercunq;
D contingat, perſeruare debet exitus ſanguinis, quouſque per colorem & ſubſtantiam
materierum apparuit ipſas eſſe laudabiles. Aut ſaltem vſq; quo exitus fiat abſque
debilitate virtutis, quæ fugienda eſt. Et fiat per hæc prouocatio ſanguinis ſemel, vel
bis in die, & mane prope ortum ſolis, quoniam illa eſt hora motus ſanguinis: Aut aliter
fiat ſecundum coniecturam ſapientis ſua ſcientia hoc limitantis.

C A P. II. *De inſtrumentis diuertentibus materiam aptam fluere ad pectus.*

LICET omnia inſtrumenta quatuor, quę in pręcedenti intentione mon-
ſtrata ſunt, ſufficienter poſſint diuertere materiam, & proprie cum ite-
E ratur earum applicatio. Præter illa tamen aliqua diuertentia huic loco
applicari poſſunt: & ſunt numero quatuor, quæ mihi vtiliora videntur.
¶ Et primum quidem eſt materierum diuerſiuum a toto. ¶ Secundum eſt diuerſiuũ
eorum a partibus pectoris, velut fricationes. ¶ Tertium diuerſiuum earum per vias
ſputi. ¶ Et quartum earum a profundo cerebri ad exteriores partes diuerſiuum.
Primum itaque horum completur per reiterationem ventoſarum & applica- *Diuerſio ma-*
tionem, nunc quidem ad pulpas interiores tibiarum, nunc vero coxarum, aliquando *terierum a*
vero ad nates, quandoq; ad ſpatulas. Similiter ſuper collum poni poſſunt ventoſæ cũ *toto.*
ſcarificatione, & ſine ſcarificatione ſecundum cõſilium ſapientis. ¶ Iterum hoc com-
pleri poteſt per ligaturas prædictis partibus factas. ¶ Tertio vero per fricationes.
F ¶ Quarto per rubificationes. ¶ Quinto per cauteria vltimo tamen applicanda. ¶ Ad-
huc etiam hoc primó compleri poteſt diuertendo a toto per prouocationem ſangui-
nis menſtrui in muliere & hæmorrhoidarum in viro, ſecundum apparentiam neceſſi-
tatis in hora electa, ad quam vocat repletio multa, aut imminentis vel pſentis acciden- *Diuerſio a*
tis timor. ¶ Diuertentia vero particulariter a pectore materiam educentia, ſunt fri- *partibus pectoris.*

cationes & ventoſæ partibus ſpatularum adminiſtratæ. ¶ Amplius ventoſæ ſæpe ſub A
mammillis appoſitæ ſine ſcarificatione vel cum ea. Et adhuc etiã phlebotomia magni
rami venæ, quæ ſupponitur thoraci, apparens a fine eius, vel pomo granato excluſiue
vſq; ad ſecundam coniunctionem oſſium thoracis. Hæc enim phlebotomia diuertit
A capite & pectore. a profundo pectoris. ¶ Diuertentia a capite & a pectore per modum expuitionis ſunt
electuaria omnia elnuphera, id eſt, elnam vel enulam recipientia, vt electuarium di-
airis, & fortius illo eſt diacalamentum. Et adhuc fortius ſecundo eſt diapraſſium, &
æquales ſunt penidiæ, & confectio caloe panis Marci dicta, quæ a temperamento
parum elongatur per qualitates actiuas, confectiones ſiſamiæ & loch ſibi pro-
portionalia, loch de pino, loch de amygdalis & ſibi conſimilia. ¶ Etiam
theriaca fermentata cum multo melle, vel cum hydromelle commixta in aurora in B
potu data. ℥ j. ß. & ex ea cum duplo mell. & aqua decoct. vel ſublimationis praſſii, i-
reos vel ariſtologiæ rotundæ, & eſt mihi ſecretum magnum. At vero iterum loch
de pino, loch de ſquilla, loch de luf, & loch diapenidion: omnia hæc conuenientia
ſunt frequenter in ore retenta: a calore enim diſſoluta reſudant per tracheam arte-
riam ad pulmonem, & materias attrahunt tam a capite, quam a pectore. ¶ Diuertũt
autem principalius a capite materias, maſticationes vel pyrethri, myrræ, piperis al. ra-
dicis gentianæ, & maſticatio agarici, ſcordii & arthanitæ proprie: & eſt mihi ſecretum
magnum. ¶ Et ab ambabus partibus iſtis potenter diuertere poteſt laqueus vel ſeton
partibus colli applicatus. Et ſi velis magis ab inferiori diuertere, quam ſuperiori po-
ne ipſum in locum, vbi collum coniungitur ſuperiori parti ſpatularum. Si vero a ſu- C
periori magis, pone ipſum, vbi principium colli coniungitur cum fine capitis, & eſt
Nocrati quid. locus *quarta primi. cap. duodecimo*, *a principe nominatus nocrati*: vnde nucha a capite exit
in collum deſcendens. Forma autem applicationis illius eſt, quod habeantur tena-
culæ in extremitatibus planæ, & in medio ſui perforatæ, & capiatur cum eis cutis abſ-
que muſculis, & extendatur ad extra & compreſſa teneatur, & tunc habeatur radius
ignitus, quo vtrinque perforetur cutis, cui foramini imponatur ſeton de cauda equi-
na factus. Aut pro nobilibus de ſerico. Aliis vero de filo lineo; ligetur ergo ibidem, &
quandoque ſic dimittatur multis diebus: illud enim permanens continua eductione
A profundo capitis. materierum fit conueniens diuerſio, vt iam dictum eſt. ¶ Particularia autem a pro-
fundo capitis diuertentia iam plurima ſunt tacta; ita quod non videtur aliud fere ſu- D
peraddendum, niſi quod frequens lachrymarum eductio materiam a profundo ce-
rebri diuertit, & proprie ab anteriori parte ſiue fiat oculos diu confricando: ſiue eos
ad aerem calidum velociter & frequenter applicando: ſiue in eis imponatur oleum
aut aliquod acutum, velut puluis ellebori, ſiue arthanitæ vel ſuccus apii, abrotani, aut
oculi linianturinterius & exterius cum felle tauri vel altero ſibi ſimili. ¶ Adhuc etiam
a profundo capitis materiæ diuerti poſſunt attrahendo eas ad auriculas; vt ſcalpellan-
do & rubificando pendentes ipſarum partes, aut imponendo eis oleum de ruta fre-
quenter, aut oleum muſcelinum; vel de caſtoreo aut ſuccum praſſii, vel cæpæ aut ar-
thanitę; quæ omnia ſunt calida. ¶ Similiter etiam diuerti poteſt materia cum fri-
cationibus, rubificationibus, veſicationibus, ſcalpellationibus ſuperficiei cutis. ¶ E- E
go autem perſæpe materias plurimum in capite periodice congeſtas potenter diuerti
ingenio. Gal. quod pulchre eſt ab eodem ſcriptum, *quinto de ingenio ſanitatis, cap. 13.* in
hiſtoria, quam narrat de quadam nobili romana, cui accidit ſputum ſanguinis pro-
pter materiam catarrhizantem a capite ad pectus: & vide hiſtoriam, quæ ſecundum
hunc modum ſummatim ab eo colligitur.

Vocatus enim ad eam in media nocte, propter debilitatem virtutis, quæ erat
in ea: quia diebus antecedentibus de cibo non acceperat niſi modicum, non fuit au-
ſus phlebotomare eam: ſed in eadem die adminiſtrauit ipſi remedia nouem. ¶ Pri-
mum fuit, quod clyſterizauit ipſam, intellige lenificatiuo clyſteri propter debilita-
tem. ¶ Secundum, quia fecit fricari extremitates, vt pedes & manus magnas. ¶ Ter- F
tium, quia fecit ligaturas in prædictis locis. ¶ Quartum, appoſuit ſuper capite
eius medicinam acutam rubificatoriam & veſicatoriam, factam cum ſtercore colum-
bi ſylueſtris, vt infra ſcribetur. ¶ Quinto poſt veſicationem prædictam intromi-
ſit eam in balneum aquæ dulcis calidæ, gratia diuerſionis & ſedationis doloris

¶ Sexto

A ¶ Sexto in balneo & extra balneum mediocri tectura caput eius cuſtodiuit. ¶ Septimo vero cibauit eam iuribus carnium conuenienter nutritiuis: & poſt ipſos dedit ei fructus ſtipticos, frigidos. ¶ Octauo illius diei dedit ei theriacam nouam gratia prouocationis ſomni, & reſtrictionis curſus materierum & exiccationis earum. ¶ Nono vero in mane huius diei dedit ipſi mellicratum ad intentionem mundificationis pulmonis. ¶ Secunda ſequenti die iterauit in ea fricationes & ligaturas. ¶ In ſero vero illius ſecundæ diei dedit de theriaca noua quantitatem minorem, quam in præcedenti die. ¶ Tertia vero die dedit mellicratum propter mundificationem pulmonum, & in eodem die ptiſanam hordeaceam. ¶ Quarto vero ſequenti die gratia mundificationis pulmonis theriacam fermentatam, vel antiquam cum multo melle. Et B in eadem quarta die iterum appoſuit veſicatorium cum cerato de aſphodelis facto. ¶ Tertio in eodem die adminiſtrauit ipſi balneum. ¶ Quarto cibauit ipſam. ¶ Quinto obtulit fortiora mundificatiua pulmonis, ſicut eſt theriacæ nouæ addere partem æqualem diairis. ¶ Secundo iterum in eodem die & deinceps rexit ipſam regimine conualeſcentium.

Vide quod cura Gal. completa cum iſtis xx. ingeniis tota ſuſtentatur ſuper quatuor intentionibus principalibus. ¶ Prima eſt materiam a capite aptam fluere diuertere: quod totum faciunt fricationes, ligaturæ, veſicatoria & balnea. ¶ Secunda vero intentio fundatur in intercipiendo fluxum, quod fit per prouocationem ſomni, & incraſſationem materierum, quam facit theriaca noua. ¶ Tertia intentio C fuit in mundificando pectus, & compleuit hoc cum theriaca fermentata cum melle & aliis exſcreantibus. ¶ Quarta fuit in conſeruando virtutem & viuificando ipſam, & prohibendo eleuationem fumorum ad caput, & hoc compleuit Gal. adminiſtrando iura regimen conualeſcentium & fructus ſtipticos. ¶ Et intellexit Gal. hoc nocumentũ prouenire in pectore principaliter per colligantiã eius ad caput: licet aliqualiter crediderit læſum eſſe pectus, cui curationem adhibebat per ſputum prouocantia. ¶ Et ſimilem fere ſententiam collige ab eo in *prædicto cap.* in hiſtoria de altero iuuenculo Romano, qui paſſus eſt nocumentum eſſentiale pectori, quo conueniebat materias præparatas efficere ipſum phthiſicum, quæ tu conſidera: quia modus curæ eius eſt ſublimis curationis.

D Ego vero multos ſcio, quos hoc regimine etiam erexi, & in ſanitatem perduxi: & proprie, cum iſta diſpoſitio fuerit incipiens, & non aucta vel confirmata. Modus vero inſtrumentorum, quæ ego adminiſtraui, fuit: quia ſæpe accepi ſtercora columborum ſylueſtrium, & ea cum lixiuio in mortario terens in linimentum formaui. ¶ Secundum vero quod frequenter liniui caput cum ſucco rutæ ſylueſtris, quæ oritur ſuper montibus Paduanis. ¶ Tertium, ſæpe patientis caput fricari feci cum cæpis ſquillę in mortario contrito. ¶ Quartum, quod ſæpe adminiſtraui cerotum capiti factum ex. ℥ iiij. picis naualis, & ℥ j. ß. pulueris radicis aſphodeli. ¶ Quintum, quod vbi volui cum veſicatione materiam attrahere, adminiſtraui linimentum, factum ex ſucco flammulæ vel pedis coruini. ¶ Sextum & vltimum ac leuius omnibus eſt, quod E ſæpe feci liniri caput cum ſapone ſimplici nigro, cui aliquando, cum fortius volui ipſum efficere, commiſcui de puluere arthanitæ aut aſphodeli, aut de puluere foliorũ pedis coruini exiccati, tu elige, quod tibi placet.

Cap. III. *De regimine per intentionem digeſtionis materierum.*

IAm ſatis ex prædictis apparere poteſt, quod oporteat Medicum intendere ad digeſtionem materierum: Cum enim in viro iſto materiæ periodice congregentur in capite, difficile eſt imaginari, quod ita ibidem contineantur, quod aliqua earum particula ad pectus non decidat, vel in ipſum iam defluxerit, & gratia quidem huius inſurgit neceſſitas proce- F denti cum digerentibus aſpicientibus caput & pectus, & aliquando totum corpus cum iſtis inſtrumentis. ¶ Primum eſt digeſtiuum materierum in capite & pectore leue ſatis. *℞. aquæ violarum, aquæ nenuphar. an. ℥ j. ß. aquæ capill. ven. ℥ ij. miſce.* ¶ Duo enim prima principaliter caput reſpiciunt, tertium vero pectus. ¶ Aliud digeſtiuum ſimile huic & fortius prædicto eſt hoc. *℞. ſyr. violar. ℥ j. ſyrup. de liquir. ℥ ß. aquæ florum* *Digeſtiua.*

ſalicis buglosſæ & nenupharis, *an.* ℥ *j. miſce.* ¶ Tertium & fortius prædictis ad materiam A
fixiorem, eſt hoc. ℞. *ſyrup. acetoſ. ſimplicis. ſyr. de nenuphare, an.* ℥ ß. *aquæ capill. veneris,*
boraginis & violarum, an. ℥ *j. miſce.* ¶ Quartum ad materias phlegmaticas vbicunque
locorum eſt hoc. ℞. *ſyrup. ſtæchados. ſyrup. acetoſ. compoſiti, an.* ʒ *vj. aquæ betonicæ, meliſſæ,*
an. ℥ *j. ß. miſce.* ¶ Quintum digerens materias phlegmaticas fortioris reſiſtentiæ eſt
hoc. ℞. *oxymel. ſquillit. ſyrup. de praſſio, an.* ʒ *vj. aquæ hyſopi* ℥ *iij. miſce.* ¶ Sextum dige-
rens materias adhuc magis compactas eſt hoc. ℞. *ſyrup. de praſſio, ſyrup. de calamento,*
oxymel. ſquillitici, an. ℥ *j. aqua iris & praſſii, an.* ℥ *j. ß. miſce.* ¶ Et ſi velis digerere mate-
riam commixtam ex cholera & phlegmate, aggrega, hæc digeſtiua ſecunda cum
primis confrangendo ea cum medicinis a dominio reſpicientibus choleram aut e
conuerſo, aut æqualem vtramque ſecundum neceſſitatem mixtionis materierum. B
¶ Et ſi velis cum iſtis addere digerentia materiam melancholicam reſpicientia, de-
ſcribe ſic. ℞. *ſyrup. de epithymo* ℥ *j. ß. aquæ lupulorum, viol. an.* ℥ *j. ß. vel ij. miſce.* ¶ Et ſi
erit tua intentio ad materiam aduſtionem habentem. ℞. *ſyrup. de fumo terræ, de thy-*
mo. oxymel. de keyſim, an. ℥ ß. *aquæ bugloſ. boraginis & nenuphar. an.* ℥ *j. miſce.* Et ſi velis ad-
huc digeſtiuum leuius, deſcribe ſic. ℞. *aquæ borag. & bugloſ. an.* ℥ *j. ß. aquæ capil. ven.*
℥ *ij. miſce.* ¶ Deſcriptio digeſtiui optimi ad materias ſpecie diuerſas in capite, pecto-
re & toto inuentas eſt hæc. ℞. *violarum, florum boraginis, bugloſſæ, ſem. endiuiæ: cichoreæ,*
ſeminum quatuor frigidorum communium, an. M. j. capil. ven. M. ij. aſari, origani, pulegii, ca-
lamenti, ſtæchados, betonicæ, an. M. j. ß. folliculorum ſenæ. M. j. phu, meu, cyperi, ſquinanti,
carpobal. xylobalſ. ſpicæ nardi, an. M. ij. coriandri præparati, ſumach granorum mirti, an. M j. C
cinamomi, garyoph. zinzi. been alb. & rub. an. M. j. tertiam. coquantur omnia in ℔. *x. aquæ*
vſque ad conſumptionem medietatis. Deinde colentur & fortiter exprimantur, & colaturæ illi
addantur ſacchari ſecundæ decoct. ℔. *j. mellis* ℔. *ß. aceti* ℥ *iij. adinuicem coquantur deſpumando*
vſquequo glutinoſitatem recipiant. Poſtea accipiantur huius ℥ *ij. aquæ cichoreæ, aquæ eupatorii,*
an. ℥ *j. ß. miſce. Et exhibeatur actu calidum in aurora diſtanter præaſſumpta cœna per horas ix.*
& tardetur poſt ipſum cibus horis quatuor. ¶ Similiter etiam digerere poſſes aliquas ma-
terias in capite ſtantes, dando in mane. ʒ j. mithridati cum ℥ iij. aquæ ſublimationis
hypericonis calefactæ. ¶ Et ſi velles digerere materias in pectore ſtantes, dare poſſes
eadem hora. ʒ j. electuarii diapraſſii, aut diairis vel diacalamenti cum ℥ iij. aquæ decoc.
paſſularum vel liquiritiæ. ¶ Quomodocumq; autem deſiderares digerere materias D
circa epar, ſplenẽ & inferiora membra ſtantes, dare poſſes. ʒ j. electuarii dialaccæ aut
diacurcumæ cum ℥ iij. aquæ ſcolopendriæ, eupatorii vel cichoreæ. & hoc in membris
frigidis. ¶ In calidis autem materiebus digerere poſſes dando ℥ j. ſacchari viol. in diſ-
poſitionibus pectoris aut ſacchari nenuphari. in diſpoſitionibus capitis, aut ſaccha-
ri roſ. in diſpoſitionibus ſtomachi & epatis miſcendo eadem cum melle violato vel
roſato, vel iulep ex prædictis facto aut alias mixtiones ex iſtis ſuo libito conficere
poteſt & ſimilibus.

Digeſtiuum optimum ad materias diuerſas in capite, pectore & toto.

CAP. IV. *Quarta intentio euacuandi materias.*

VIDETVR mihi rationabiliter huic intentioni ſatisfieri poſſe adminiſtran- E
do medicinas minoratiue & vniuerſaliter euacuantes, de quibus ſenſatum
fuit in intentione prima. Si enim fiat in aliqua medicinarum hanc vel illam
partẽ, vel materias diuerſas reſpicientium, augmentum in doſi earum, val-
de facile materia peccans, quæcumq; fuerit illa conuenienter euacuari poterit. Qua-
re non videtur opus alias deſcribere medicinas ſeruientes ad intentionem iſtam, niſi
aliquarum, quæ proprietatem habent ad materias ſpecifice diſtinctas in diuerſis par-
tibus inuentas. ¶ Materiam igitur cholericã in ſuperioribus partibus dominantẽ eua-
cuare poterit feliciter hæc infuſio. ℞. *pul. myrabol. citrin. reubarb. electi, reupontici, an.* ʒ *j. dia-*
grid. gran. j. ſucci roſ. ʒ *vj. penidiarum* ℥ *j. aquæ violarum, nenuph. an.* ℥ *ij. fiat omniũ infuſio per diẽ*
naturalem. Deinde coletur & exprimatur & colaturæ addantur ſpicæ nardi. gra. v. & detur in potu F
calidum. ¶ Phlegma vero in capite & in pectore peccans euacuare poteſt hæc infuſio.
℞. *agar. elect.* ʒ *j. ß. turbit.* ʒ *j. pul. hermodactil.* ℈ *iij. aniſ. zinz. cinamo. an.* ℈ *j. ſpicæ nar. gra. v. aquæ*
meliſ. & hyſop. an. ℥ *ij. ſacch. alb.* ℥ *j. ſalis gem. gr. j. ß. calefiant aquæ, & infundãtur in eis pulueres per*
vnã diẽ naturalẽ. Deinde diligenter exprimendo coletur, & colatura detur in potu, vt prius dictũ eſt.

Infuſio euacuans choleram ex ſuperioribus partibus.

Alia purgãs phlegma.

Mate-

A ¶ Materias vero melancholicas a capite, a pect ore, & a toto etiam conuenienter euacuit hæc infuſio. ℞ *thymi, epithymi, folliculorum ſenæ, an.* ℨ *j.* ß. *polypodii* ℨ *iij. aquæ bugloſ. & capill. ven. an.* ℥ *ij. cinnamomi, liquir. aniſi. an.* ℈ ß. *garyoph. zinzi. an. gran. iiij. ſacchari al.* ℥ *j.* ß. *ſalis gemmæ. gran. j.* ß. *calefiant aquæ, & fiat in eis infuſio per diem naturalem. Deinde colentur, exprimantur, & detur in potu per horas duas ante diem:* non dormiatur ſuper ea, & neq; ſuper prædictis, niſi hora vna, & tardetur cibus quinq; horis poſt aſſumtionem earum, & tunc bibatur cyathus vnus macri brodii pulli calidi, & poſt ipſum per vnam horam accipiat prandium. *Alia educẽs melancholi-an.*

C A P. V. *De regimine per adminiſtrationem ciborum.*

B NON videtur mihi neceſſarium eſſe, vt multum temporis expendam in hac intentione: quoniam ſuperius ſatis prolixe particulariter & vniuerſaliter de hac ſermo pertranſiuit in ſecundo tractatu regiminis per ſex res non naturales; quare pro complemento huius intentionis recurratur illuc.

C A P. VI. *De regimine per adminiſtrationem inſtrumentorum, quæ prohibent materias huius ægritudinis generari, & periodice affligendo reſolui.*

QVONIAM ſuperius in tractatu primo viſum eſt materias hanc ægritudinem efficientes, ſecundum plurimum in capite generari & congeri C ibidem propter diminutam digeſtionem: & adhuc etiam apparuit ibi, quod huius ægritudinis partialis materia generetur in ſtomacho, in epate & in pectore, & in eiſdem congregetur: Ideo ex hoc fundamento manifeſte colligitur, quod oporteat hic narrare medicinas digeſtionem capitis vigorantes, & materias in ipſo congregatas conſumentes. Et ita etiam de materiebus in inferioribus partibus genitis & congregatis dicendum eſt. ¶ Quare in hoc ordine primo tangam quædam inſtrumenta virtutem innatam capitis confortantia, & conſumentia materias in eo inuentas. ¶ Secundo vero ordine id tangam de his, quæ pectus principaliter reſpiciunt. ¶ Tertio de habentibus aſpectum ad ſtomachum. ¶ Quarto vero D ad epar fiet diſcurſus quidam.

Primum itaque ſimplicium caput calefacientium eſt lignum aloes. Ipſum enim & quælibet medicina in gradu caliditatis & ſiccitatis eleuata, conueniens eſt cerebro & ortis ab eo; non quidem gratia conſeruationis ipſius, quoniam medicinæ taliter operantes debent eſſe frigidæ & humidæ. Neque etiam tales medicinæ conferunt capiti ſimpliciter, præſeruando ipſum a futuro vel deteriori lapſu: quoniam talis actus præſeruatiuus compleri debet partim per ſimilia, partim per contraria, *vt tertio techni, tractatu primo* colligendum eſt, ſed medicinæ prædictæ operantur in cerebrum abſcindendo lapſum iam in eo inuentum. Cum igitur talis lapſus ſit proueniens a materia frigida dominanter reumatizante ad inferius, oporE tet omnia talia inſtrumenta eſſe calida & ſicca. ¶ Et quoniam etiam lapſus cerebri materialis eſt notabiliter eleuatus vltra gradum ſecundum frigiditatis & humiditatis: Oportet omnia inſtrumenta eſſe ipſi contraria per augmentum caliditatis & ſiccitatis: oportet enim medicinam curatiuam tantum per contrarietatem ſuam diſtare a medicina temperata, quantum lapſus reſpectu temperamenti proprii in gradu fuerit eleuatus. *4. primi cap. primo ſecundum partem.* & aptius *ibidem cap. 2. & 3. techni, vbi ſupra allegatum eſt.* Et hoc quidem totum veritatem capit ſolum ab intentione & regula curationis abſolutæ ſpeciei. ¶ Cum vero in curatione includitur aliqualiter præſeruationis modus: tunc oportet inſtrumenta omnia eſſe refracta ex his, quæ ſunt cerebro ſimilia affectiue, & ſecundum partem contraria, vt iam dictum eſt: F quare cum materia huiuſmodi lapſus non raro, & vt plurimum quælibet ſit commixta, & phlegmatica & acuta, conuenientius eſt aliqualiter omnia talia refrangere ex calidis & frigidis, vt iam dictum eſt. Propter quod ponentur hic inſtrumenta quædam frigida & ſicca: frigida & humida capitalia, & calida & ſicca etiam capiti iuuatiua: & tu poteris ex eis eligere modum confrictionis ex fundamento dato.

Simplicia caput calefacientia. Lignũ aloes.

2 Caryophilli. *3 Stœchas.* *4 Chamomilla.* *5 Cardumeni.* *6 Viola.*

¶ Itaq; xyloaloes iam pręmiſſis calidum eſt & ſiccum, in ſecundo & aromaticitatem habet cerebro conuenientem & confortat etiam ſenſus. (A) ¶ Secunda vero capitalis medicina ſunt garyophil. ſimiliter calidi & ſicci in ſecundo, aromaticitate ſua cũ leui ſtiptic tate cerebrum confortant & ſenſus. ¶ Tertia eſt ſtœchas quæ calida eſt in primo & ſicca in tertio: ex cuius vſu habens ægritudinem neruorum magnum inuenit iuuamentum. ¶ Quarta huic conſimilis eſt chamomilla, quæ confortat caput & omnia neruoſa membra pluſquam altera medicina, quoniam eius caliditas eſt fere conſimilis caliditati animalium. ¶ Quinta eſt cardumeni, quod calid. eſt & ſic. in tertio & magnam habet efficaciam in confortando cerebrum, neruos & omnia ſenſuum inſtrumenta. ¶ Sexta medicina frigidis & humidis eſt viola, quæ ſui conuenienti aromaticitate omnem lapſum calidum & ſiccum cerebri emendare poteſt; (B) & proprie quando contingit cerebrum a multa ſiccitate vehementer eſſe læſum.

7 Nenuphar. *8 Epatica. Likai quid.* *9 Roſa.*

¶ Septima iterum de frigidis & humidis eſt nenuphar, quod habet frigiditatem in fine ſecundi; & humiditatem in principio tertii & pariter confert, vt de viola dictum eſt. ¶ Octaua adhuc frigid. & humid. eſt likai, id eſt, epatica & proprie cum fuerit à fontibus accepta remotis ab omni impreſſione putredinali, & operatur fere pariter, vt de duabus prædictum eſt. ¶ Nona medicina capitalis frigida & ſicca eſt roſa, quæ conuenit frigiditate eius in primo & ſiccitate eius in principio ſecundi, in qua & in qualibet eius parte eſt confortatio cerebri & membrorum neruorum omnium. ¶ Et hæc quidem omnia, vt patet veritatem accipiunt in aggregatore Serapionis *tract. ſecundo & capitulis propriis, & in quatuor voluminibus* verę tranſlationis Dioſ. *& ſexto de ſim* (C) *plici per proceſſum totum & ſecundo can. propriis capitulis.*

Apophlegmatiſmata ſimplicia.

Propter vero decorem operis & complementum, quoniam perſæpe opus Medicum attrahere materias & euacuare eas a capite, proprie ſcribam hic ſimplicia, quæ olim a veteribus apophlegmatiſmata nominabantur: & ſunt phlegmatum a capite eductiua. ¶ Quorum numero omnium fere elegantius eſt iris, quæ calid. eſt & ſic. in fine tertii. ex cuius ſucco mirabilem feci, quam pluribus hominibus operationem in attrahendo a capite ſecundum modum adminiſtrationis talem. *℞. ſucci ireos ℥ ß. mellis viol. ℥ ij. aquæ hordei ℥ ij. miſce totum & ore prius aqua pleno de hac mixtione actu calida traiiciatur per narem hanc vel illam ſuauiter & non repente & videtur res valde vtilis.*

Tarcõ quid. *Medicamina narcoticorũ audaciam reſtringentia.*

¶ Similiter etiam ad hanc intentionem confert tarcon, id eſt pyrethrum, (D) quod eſt calid. & ſicc. in tertio, & ſoleo ipſum applicare eo modo componendo, vt dictum eſt de iride, niſi quia ad compoſitionem illam ſuperaddo croci ℈ ß. ad aduerſandum ſtupefactioni, quam ſolet facere pyrethrum; aut addo aliquid ſimile, velut chamo. Caſtoreum vinum & ſpicam nardi. Hæc enim ſunt quinque medicamina omnium narcoticorum audaciam refrangere potentia, vt colligendum eſt *quarta primi, capite ſecundo, & partim prima tertii, tractatu primo, & capite vltimo, & aliqualiter vndecima tertii. de can. curationis cordis.*

Vchuẽ quid.

¶ Tertia vero medicina a capite eductiua eſt aqua ſublimationis vel expreſſionis vchuen eſt matricaria calida & ſicca in tertio, quæ operatur vt prædicta. ¶ Quarta eſt aloe, cuius caliditas eſt in tertio, & ſiccitas in primo: & eſt tantæ nobili- (E) tatis in mundificando caput, quod vſus eius acuit rationem in ſecundo can. in adæquato cap. ¶ Quinta eſt maiorana, quæ calida eſt & ſicca in tertio, cuius laudem tanquam omnibus notiſſimam dimitto.

Compoſita caput & omnes ſenſus confortantia. *Medicamẽtum philoſophorum.*

Compoſita vero totum caput humanum, cerebrum & orta ab eo & ſenſus omnes confortantia, quam plurima ab illuſtribus olim compoſita perlegere potes in variis voluminibus. ¶ Et primum quidem ab vniuerſa ſchola laudatiſſimum eſt medicamentum philoſophorum ita intitulatum, *quinto can. ſumma prima.* Cuius laudes vide ad omnium ſenſuum interiorum recuparationem & proprie ad memoriam, vt ibidem legendum: ¶ Secundum compoſitum famoſum eſt mithridatium, cuius laudes & modum adminiſtrationis collige ibidem. *& ſeptimo breuiarii in deſcri-* (F) *ptione ſua, & in antidot. Meſ. diſtinctione prima.* ¶ Tertium compoſitum eſt theriaca de viperis, & proprie deſcriptione Andromachi: Cuius laudes & operationes accurato ſtylo a Galeno invenies, *in libello de commoditatibus theriacæ*, & adhuc prolixius, *in libello de theriaca ad Cæſarem ab eodem compilato*: & vide ibidem mirabilia de ea.

¶ Quarta

A ¶ Quarta medicina compoſita eſt electuarium de xyloa'. deſcriptione Auicen. *quinto can. ſumma prima.* cuius ipſe fuit compoſitor, & eſt valde elegans. ¶ Quinta eſt electuarium fere diuinum ſotyra magna nominatum, *quinto can.* vbi ſupra. Et vide ipſum propter magnificam operationem eius ad cerebrum & ſenſus & ad neruos: & quam plurima alia nocumenta. ¶ Sexta adhuc non minoris efficaciæ, quam aliqua iſtarum eſt electuarium diambra nominatum, cuius virtutes & laudes collige, vbi ſupra. ¶ Septima eſt confectio vel electuarium diamuſcum nominatum: Cuius laudes & operationes etiam collige loco citato. ¶ Octaua eſt electuarium pliriſarcoticon ab auctoribus appellatum, id eſt plurium iuuamentorum productiuum ad nocumenta cerebri neruorum & ſenſuum omnium. ¶ Nona eſt ele- B ctuarium diatrionpipereon nominatum: cuius licet inueniantur ab auctoribus deſcriptiones & laudes. Maius tamen inueni iuuamentum in deſcriptione per Galenum facta *in libello ad Omontheum* in rubrica illa. Confectio illa diatrionpipereon, quam ſcripſit ad Herodem regem. ¶ Vltimum compoſitum ad prædicta elegantiſſime conferens eſt electuarium de aromatibus & proprie illud, quod ſcripſit *diſtinctione prima, in capit. primo,*

Si quis autem cum his electuariis deſideraret attrahere materias particulariter a capite & a neruis, poſſet ex eis caputpurgia facere, miſcendo ea cum decoct. alicuius quinque ſimplicium a capite attrahentium, quæ ſuperius poſita ſunt aut ſibi ſimilium, & tu elige modo.

C At vero iterum oportet nonnulla ſimplicia eligere, quæ pectus confortare poſſint, ab eo aſcindendo materias ibi congeſtas. *Simplicia pectus confortantia.*

Primum & famoſum eſt hyſopus hortulanus, qui eſt calidus & ſiccus, vſque ad principium tertii.

Secunda iterum famoſa eſt praſſium, marubium ab Auicenna & ab Italis nominatum. Cuius potentia eſt ad apariendum pectoris oppilationes omnes & mundificandum & abſtergendum ab eo phlegmata & ſibi ſimilia.

Tertia iterum celebri nomine dotata eſt elna vel enula, quæ eſt calida & ſicca in primo, licet in ea ſit humiditas ſuperflua.

Quarta & adhuc elegantior prædictis eſt calamentum, quod ſui caliditate & D ſiccitate & notabili penetratione attrahere habet a profundo pectoris materias.

Quinta eſt vrtica, cuius caliditas peruenit vſque ad principium quarti aut ſaltem ad finem tertii: potiſſima eſt in abſtergendo materias a pectore: & diuertendo eas ad inferiora per vias.

Sexta omni laude famata eſt crocus, qui eſt calid. & ſicc. in ſecundo, cui nulla medicina ſcribitur eſſe par in confortando pectus & anhelitum. Iuxta illud autenticum *decima tertii.* Et ſcias, quod crocus de ſumma medicinarum conferentium dilatationi anhelitus & aſthmati propter hoc; quia confortat inſtrumenta anhelitus & facilem efficit ipſum.

Septima eſt aſarum baccara nominata apud Italos; cuius caliditas & ſiccitas E eſt in tertio, & propter ſuæ apertionis elegantiam materias phlegmaticas, & ſuperfluitates cholericas diuertit a partibus pectoris ad vias vrinæ.

Octaua eſt iris, de qua etiam ſuperius eſt dictum in medicinis capitalibus calidis.

Nona, quæ eſt de calidis & humidis, & ſiſamus, qui ſui caliditate cum temperamento ſibi dato a vehementia humiditatis leniendo digerit, & educit materias a pectore.

Decima & vltima medicina pectoralis de temperatis eſt farfara, & eſt planta vngula caballina nominata, quæ numeratur inter medicinas temperatas: & leniendo materies pectoris digerit & ſputum, & per vias vrinæ educit.

F De medicinis vero compoſitis abſtergendo, liniendo & mundificando materias a pectore & proprie, quando ſunt multæ reſiſtentiæ, expertum & vtile eſt electuarium diapraſſium, ex quo cum aquæ decoctionis croci non triti ſoleo dare. ℨ j. ß. in aurora, & poſt cœnam per iij. horas. ℨ j. ß. cum modico vini dulcis alb. ¶ Secundum vero medicamentum eſt electuarium diairis, *Compoſita pectus confortantia.*

Electuariũ. ¶ Tertium diacalamentum. ¶ Quartum electuarium loch de pino deſcriptum a A Meſ. *in antido.* ¶ Quintum electuarium hoc expertiſſimum a me deſcriptum ſecundum hanc formam. *℞. enulæ ſiccæ ℥ ʒ. ireos, hyſopi, praſſii, ariſtologiæ vtriuſque, an. ʒ j. liquiritiæ, aniſi, capill. ven. an. ℥ ß. piperis albi, croci, an. ʒ j. ß. foliorum vngulæ caballinæ ʒ vj. pulmonis vulpis præparati ʒ iij. cinnamomi ʒ ij. ligni aloes, ſpicæ nardi, zinz. piperis nigri, an. ʒ ß. penidiarum ℥ iij. ſacchari albi, mellis deſpumati, an. ℥ iij. coquantur ſimul ſaccharum & mel, & penidiæ vſq. ad glutinoſitatem. deinde cum ſtupefacta fuerint, incorporentur ſecũ prædictæ ſpecies: & fiat electuarium.* Cuius vſus eſt ſeu eſſe debet, ſicut de ſenſato primo dictum eſt.

Medicinæ ſimplices ſtomachales. Medicinæ vero ſimplices ſtomachales, quæ appetitum & digeſtiuam eius vigorare poſſunt, & aperire oppilationes eius, abſtergere & exiccare materias in eo inuentas. ¶ Prima & famoſa eſt abſynthium & proprie ſiccum, & omnes abſyn- B thiales medicinæ ſiue iulep, ſiue confectiones vel electuaria fuerint. ¶ Secunda eſt origanum, calidum & ſiccum in fine ſecundi. ¶ Tertia cinamomum conueniens omnibus, & proprie rectificatiuum materierum putridarum, & quæ aptificantur ad putredinem in ſtomacho. ¶ Quarta garyophilli, & proprie ad lenitatem & mollitiem ſtomachi. ¶ Quinta ſpica nardi, & proprie ad oppilationem eius. ¶ Sexta galanga, & proprie ad ventoſitates ſtomachi. ¶ Septima calamus aromaticus ad vtramque illarum. ¶ Octaua cardamomum maius & minus. Et maius ſecundum plurimos, eſt ſemen rubeum triangulatum, & ab Auicenna heilbagne nominatum, & ab apothecariis meliketa nominatum: & cardamomum minus eſt notum. *Heilbagne quid. Meliketa.* ¶ Nona eſt ſquinantum, & proprie ad humoroſitatem eius. ¶ Decima eſt lignum C aloes ad omnia prædicta valens, & in ſumma, omnis medicina ſimplex, quę aromatica eſt calid. & ſicc. aperitiua, & ſtipticitatem habens eſt complectens virtutem ſtomachalem.

Compoſita. Et ita de compoſitis dicendum eſt. Primum vero compoſitum omnem ſecuritatem includens ex parte gradus & operationis eius eſt, hiera ſimplex Gal. quam deſcripſit *ſeptimo terapen.* & educit materias phlegmaticas dominanter cholericis commixtas. Cuius doſis eſt a ʒ. vj. vſque ad x. & proprie cum aqua habente virtutem ſubtiliatiuam: velut eſt aqua ſublimationis radicis ireos. ¶ Secunda medicina compoſita ad eandem intentionem eſt hiera prædicta addendo ei agaricum & erit fortior ad prædicta, & proprie ad eductionem phlegmatis. ¶ Tertia eſſe poteſt hiera ar- D chigenis & proprie, quam Auicen. *quinto can. ſcripſit ſumma prima in rubrica illa,* quam ibidem vide. ¶ Quarta conueniens eſt electuarium de dactylis. ¶ Quinta electuarium indum. ¶ Et etiam pilulæ omnes ad hanc intentionem compilatæ huic parti adaptandæ ſunt.

Simplicia epatica & ſplenetica. Medicinę vero ſimplices epati conferentes & ſpleni, etiam ſunt ſicut gentiana calida & ſicca, in tertio, & aperit oppilationes epatis & ſplenis: & proprie confert dolori epatis. ¶ Secunda eſt phu, calida & ſicca, in primo aromaticitate ſua conueniens epati: eo, quia omne principale diligit aromatico. *quarta primi cap. primo.* & aperit oppilationes eius per vrinam præcipitando materias. ¶ Tertia eſt meu, quod ſit calida & ſicca in ſecundo, conueniens ad prædicta & eodem modo, niſi quod ſit E fortius in operando. ¶ Quarta eſt aſarum calid. & ſicc. in tertio, aperiens oppilationes epatis & ſplenis, & mundificans ea a materiebus phlegmaticis & mixtis, & ſolutione etiam educit ea ab eis. ¶ Quinta eſt ſauina, calida & ſicca in tertio, & operatur ſicut præcedens in aperiendo oppilationes, præter quod non eſt ſolutiua, ſicut præcedens, & eſt fortior in aperiendo, quam ipſa. ¶ Sexta eſt ſpica nardi, calid. & ſic. in primo, & conueniens epati mundificando ipſum. ¶ Septima eſt rubea tinctorum, calid. & ſicc. in primo. Cuius virtus eſt confortare epar & mundificare ipſum. ¶ Octaua eſt cichorea, endiuia, & quælibet ſpecies eius de frigidis & humidis, quæ omnes per tertiam operationem reſpiciunt epar abſtergendo & mundificando ipſum, & alterando omnem caliditatem in eo: propter quod ſecurum F eſt ſemper vti ad confringendum caliditatem omnium medicinarum epaticarum. ¶ Nona eſt ſpodium, velut frigidum & ſiccum in tertio & proprie illud, quod eſt canna, quod ſua frigiditate & ſtipticitate confortat epar, & conſumit materias in eo congregatas.

Medici-

A Medicinæ vero compoſitæ, quæ materiam ab epate præcipitare poſſunt, ſol-
uendo & per vrinam educendo,& proprie quæ ſecuræ ſunt iſtæ. ¶ Quarum prima *Epatica compoſita.*
colligitur a Rhaſe *in antidotario diuiſionum, capit. decimonono, & deſcriptione. 14. ibidem.*
Confectio pilularum, de quibus datur hydropicis, omni nocte, vide ipſas ibidem:
quia elegantes ſunt & ſolutione educunt materias mixtas ex cholera & phlegmate
confortando epar. ¶ Secunda medicina compoſita eſt electuarium de pſyllio: cu-
ius deſcriptio *a Meſue in antidotario diſtinctione tertia rubrica illa. Modus electuarii de pſyl-
lio ſolutione educentis choleram.* ¶ Tertia medicina compoſita educens materias,& pro-
prie mixtas & aduſtionem habentes,eſt confectio hamech deſcriptione maiori colle-
cta,vbi ſtatim rubrica illa;*confectio medicaminis quod ſcripſit*,hamech. ¶ Quarta proprie *Trociſci de azerech.*
B infrigidando conferens epati,& auferens ab eo dolorem a caliditate factum,ſunt tro-
ciſc. de azerech.i. de acetoſa collecti a Rhaſe, *in antidotario diuiſionum, cap. 19. & deſcri-
ptione penultima.* vide ipſam ibi. ¶ Quinta infrigidatiua epatis eſt confectio trociſ. de
ſpodio collecta a Meſue, *in antidotario diſtinctione octaua deſcriptione decimaquarta.* Hæc
quidem omnia medicamina exhiberi poſſunt cum aqua cichoreæ vel decoct.rad.eius
in diſpoſitionibus calidis,aut cum aqua abſynthii vel eupatorii & ſimilium in diſpoſi-
tionibus frigidis.

Medicinę vero præmiſſæ ſuperius ad diſpoſitionem ſplenis,& proprie ſimplices *Simplicia ſpleneticæ.*
ſunt iſtæ: ſcil. ſcolopendriæ, quæ eſt calid. & ſicc. in ſecundo, aperitiua oppilationum
eius, & præcipitatiua materierum per ipſum: & attenuat eius craſſitiem potenter.
C ¶ Secunda eſt tamariſcus calid. & ſicc. in primo omnibus diſpoſitionibus ſplenis
conuenies,quod docuerunt antiqui,ſpleneticos omnia cibaria & potabilia debere re-
cipi in vaſis ex ea factum. ¶ Tertia ſpleni conferens ex operatione tertiæ virtutis, eſt
ammoniacum,quod quidem eſt calidum in tertio & ſiccum in primo. Cuius quidem
ʒ ß. omni die data confert omni oppilationi & duritiei ſplenis, aperiens in eo oppila-
tiones & educens ab eo materias craſſas,& proprie cum bibitur cum aceto decoc. ſco-
lopendriæ cum dupla quantitate aquæ. ¶ Quarta eſt abugiliſſe id eſt, lactuca aſini, *Abugiliſſe quid.*
planta quædam, in qua plurimi decepti ſunt aſsignantes plantam vnam, quæ habet fo-
lia longa, nigra & aliqualiter opaca. & non eſt verum: quoniam abugiliſſe eſt planta
plurima folia educens a radice ſua, quæ ſuper terram expanſa ſunt.& ſunt in calore ni-
D gra, ſubſtantia aſpera & ſpinoſa, & eſt calid. & ſicc. in fine primi. Cuius aqua deco-
ctionis potata valet ad dolorem ſplenis. ¶ Quinta eſt capparas & proprie cortex ra-
dicis eius. Cuius quidem vſus tantæ operationis eſt ad diſpoſitiones ſplenis, quod con-
ferat ei magis, quam vlla alia medicina & reſoluit duritiem, & multum ab eo eua-
cuat materiam craſſam & melancholicam, cui ſuccedit ſanitas. ¶ Sexta de confe-
rentibus ſpleni eſt alium ſylueſtre, calid. & ſic. perueniens vſq; ad quartum: quod pro-
pter vehementiam reſolutionis, abſterſionis & apertionis eius enumeratur inter me-
dicinas ſpleneticas; vt colligitur *15. tertii. cap. de generali can. curationis ſplenis.* ¶ Septima
eſt terebenthina, cuius gradum non videmus communiter a Gal. expreſſum: & hoc
quidem contingit propter diuerſitatem plantarum, a quibus liquor iſte deſtillatur,
E tamen in aggregatore Serap. enumeratur inter medicinas calid. & ſic. in tertio. Et ipſa
quidem eſt iuuatiua ſpleni: & mundificat etiam epar & ambo a ſuperfluitatibus in eo
retentis, ſoluendo & vrinam prouocando. Octaua eſt ſumach, frig. & ſic. in ſecun-
do. quod quidem inciſione ſua cum leui apertione abſtergit, & educit materias in
ſplene inuentas aperiendo oppilationes eius. ¶ Nona de frigidis & ſiccis eſt planta-
go, quæ aſcendit vſq; ad tertium gradum,& exſiccatione, abſterſione ſua confert diſ-
poſitionibus ſplenis. ¶ Decima de frigidis & humidis leniendo aperientibus, eſt
viola purpurea, quæ materias præcipitat a ſplene & lenit ſubſtantiam eius,& proprie
cum in eo acciderit durities.

Medicinæ vero compoſitæ ſpleni conferentes frigiditate ſua cum aliquali a-
F pertione & abſterſione, plurimæ inuentæ ſunt: ſed famoſæ ſunt duæ. ¶ Et prima *Compoſita ſplenetica.*
quidem ſunt trociſc. de agno caſto deſcripti a Rhaſe *nono Almanſ. capit. de ægritudini-
bus ſplenis.* de quibus ſi detur. ʒ j. cum aqua ſublimationis vel decoct. lupulorum
pluries in mane confert. ¶ Secunda vero eſt deſcriptio trociſ. ad eandē intentionem
conferentiū ſpleni, qui ſcribuntur a Rhaſe *in antid. diuiſionum tract. 20. deſcriptione ſecunda.*

vide ibidem: ſunt enim vtiles valde & proprie cum exhibentur cum ℥ ij. aquæ cicho- A
reæ, & ℥ j. ſyrupi acetoſi ſimplicis. ¶ Tertia valens ad ſplenis diſpoſitiones eſt confe-
ctio alkekengi deſcripta ab Auicen. *quinto can. ſumma prima.* ¶ Quarta eſt electuarium
diacurcuma deſcriptum a Meſue in *antidotario deſcriptione prima.* ¶ Quinta & vltima
medicina compoſita ad dictas diſpoſitiones opportuna, & proprie, quando contingit
ſplenem ægrotare a materiebus ſpecie diuerſis in eo contentis, & fuerint in eo ægri-
tudines malæ complexionis permixtæ ex calida & frigida, eſt electuarium hoc in cu-
ius vſu maximum inueni iuuamentum. *℞. capill. ven. ſcolopend. an. ʒ ß. ammoniaci ʒ ij.*
Electuariũ. *tamariſci. ʒ viij. ſem. agni caſti & plantaginis, ariſtologiæ longæ. & ro. radicis eupatorij, abſyn-*
thij, ſquinanti, an. ʒ j. ß. laudani. ʒ j. ſem. portulacæ acetoſ. ſcariol. & endiuiæ, campeſtris & hor-
tulanæ, an. ʒ ij. ß. oxymellis ſquillitici ℔. ß. florum nenupha. & violarum ſem. maluæ. an. ʒ ij. B
ſach al. ℥ viij. coquatur ſacharum cum oxymelle vſque ad conuenientem ſpiſſitudinem, & cum te-
pefacta fuerint, incorporentur cum eis ſpecies ſupra ſcriptæ, & omnia bulliant in ℥ iiij. aquæ capill.
ven. vſque ad ipſius aquæ conſumptionem, & exhibeantur ex eo omni mane. ʒ iij. cum aqua ſub-
limationis vel decoct. aceto ſellæ, & eſt medicina experta. Hæc quidem ſatis mediocriter
ſufficere videntur ad intentionem vi. ſupra præmiſſam.

Cap. VII. *Intentio ſeptima diſpoſitionum capitis curandi & pectoris.*

EX his, quæ in intentione præcedenti immediate & in alia, vbi de diuer-
ſionibus capitis pertractatum eſt, ſatis conuenienter apparere poteſt, quod
caput confortetur ex prædictis capiendo confortationem pro omni ope- C
ratione, quæ morbum & eius cauſſas a membro auferre poteſt. Si vero
capiamus confortationem pro quadam operatione a ſtipticitate & ſiccita-
te proueniente, vel inducta in cerebrum & pectus, quæ videtur proprie a Gal. intelligi
tertio techni, dum inquit. *Expellunt a ſe vaſa ſtipticis pharmaciis confortata*. tunc patet,
quod omnis medicina, quæ cum conuenienti ſui caliditate, ſubtiliatione & exſicca-
tione membrorum ſubſtantiam laxatam vel extenſam vnire poteſt, erit hoc modo
proprie confortatiua nominata. De quibus nonnulla expertiſſima, tam capiti, quam
pectori vel ſtomacho applicanda in hoc ordine inferius tanguntur. ¶ Et primum
quidem horum eſt frequens maſticatio maſticis, quæ materiam a capite educens ſi-
gillat in ipſo ſtipticitatem & ſiccitatem. ¶ Secunda medicina eſt ſandaraca, licet D
ſit fortior, quam prædicta in operatione ſua. ¶ Tertia maſticatio cubebæ. ¶ Quar-
ta & adhuc melior maſticatio nucis muſcatæ. ¶ Quinta maſticatio corticis eius,
ſcil. macis. ¶ Sexta frequens odoratio pulu. maioranæ in panno ligatæ. ¶ Septi-
Pomum odoratum. ma frequens odoratio pomi, ſecundum hunc modum deſcripti. *℞. ligni al. ʒ ß. roſ. ſpo-*
dii, carabæ, corallorum amborum an. ʒ j. florum labruſcæ. ʒ ij. laudani electi. ℥ ß. viol. florum ne-
nuphar. an. ʒ ij. ß. camphoræ. ʒ j. pulverizentur omnia per ſe ſubtiliter, & diſſoluto laudano cum
aqua roſar. muſcata incorporentur ſecum ſpecies, & fiat pomum: quod in manu retentum ſæ-
piſſime odoretur. ¶ Octaua & vltima eſt, vt ſæpe prora capitis ſecundum proceſ-
ſum commiſſuræ ſagittalis amplitudine quatuor digitorum pulueriżetur a principio
frontis vſque ad ſummitatem capitis hoc pulv. *℞. laudani ſiccioris. ʒ j. ſtyrac. cal. ligni al.* E
Pulvis capiti ſuperaſpergendus. *an. ʒ j. ß. roſ. ʒ ij. camphoræ. ʒ j. ß. ſpodij, ſandalorum amborum, an. ʒ ij ß. pulueriżentur o-*
mnia per ſe: & fiat pulu. ſubtilis, qui aſpergatur loco dicto: & eſt efficax. Et ex hac iterum maſ-
ſa quandoq; cum multiplicata doſi laudani facere potes ceratum, & ipſum prædictæ
parti applicare. Et habetur in hoc vtilitas nobilis & excellens.

Pro confortando vero pectus ſecundum modum dictum iam pluries fuerunt
medicinæ ſimplices & compoſitæ nominatæ ſupra, quare ibidem requirantur. Sed
Externa pectoralia. de applicandis exterius pectori conferunt ſolenniter hæc tria. ¶ Primum eſt lini-
mentum hoc. *℞. olei de croco. ℥ ij. olei liliorum al. ʒ j. ſtyracis liquidæ, ſpodij, an. ʒ j. draga-*
Linimentũ. *ganti, gummi Arabici, an. ʒ j. ß. croci. ℈ ij. conterantur ſimul in mortario, & fiat linimentum.*
¶ Secundum vnguentum pectori conueniens mediocriter calefactiuum, & mate- F
Vnguentũ. rierum conſumptiuum in eo, eſt hoc. *℞. olei de chamomilla. ℥ ij. olei de croco. ℥ j. ſandal.*
amborum dragaganti, gummi arabici, ſeminis portulacæ, endiuiæ & acetoſ. an. ʒ j. ß ceræ albæ
quantum ſufficit ad glutinoſitatem, fiat vnguentum mediocris ſubſtantiæ, & applicetur medio-
criter calidum.

Tertium

A ¶ Tertium medicamentum ad hanc intentionẽm conferens eſt deſcriptio huius epithematis. ℞. *aquæ bugloſſæ* ℔. j. ß. *aquæ borraginis & cichoreæ, an.* ℔. ß. *ſpecierum triaſandalorum.* ℨ j. ß. *camphoræ.* ℈ ß. *roſ. corall. amborum, an.* ℨ j. *margaritarum fragmentorum, hyacynthi & ſmaragdi, an.* ℈ ß. *vini maluatici.* ℥ iij. *miſce omnia:* & in mortario conquaſſentur bene conterendo. Intingatur ergo in eo pannus quantitatis vnius ſemiſſis tincturam habens de grana: & expreſſus applicetur ſuper mammilla ſiniſtra ab aurora vſque ad prandium excluſiue: & ab vna hora poſt prandium v. vel vj. vicibus, & eſt conueniens medicina. Et ſi velis ex eo facere applicationem ſine liquore: tunc ex pulueribus eius in ſindone de grana conſutis fiat ſacculus ſphæricus, & partibus prædictis applicetur. ¶ Vltimum vero, quod apponendum eſt de medicinis caput, pe-B ctus & ſtomachum vigorantibus, & proprie in hominibus debilibus, eſt confectio diamargariton: quam ſcripſit Nicolaus in antidot. ſuo, cuius virtus tranſcendit omnes medicinas per me hincinde collectas, præter deſcriptionem electuarii diamuſci, quæ poſita eſt a Rhaſi *nono Alman. cap. de ſyncope* quæ tranſcendit omnes alias medicinas per me expertas ſublimitate operationis ipſius. Et ita non dubito has compoſitiones & reliqua, quæ ſuperius ſcripta ſunt, cum opportunitate ſui temporis applicata, huic viro reddere poſſe ſanitatem priſtinam. Aut ſaltem ipſum a deteriori lapſu & periculis incumbere potentibus ſecurum reddere. Quod omnipotens miſericors ſummus & ſaluator miſericordia ſua tradere dignetur. Amen.

Epithema cordiale.

C CONSILIVM CVIII. *De quadruplici mala diſpoſitione: videlicet, De nocumento pectoris ex percuſſione cum lancea. De mala complexione calida epatis cum materia. De mala complexione calida & humida cordis cum materia. De mala complexione frigida ſtomachi cum materia: & de oppilatione eius. Diuiditur autem conſilium in ſectiones duas.*

SECTIO I. *Continens capit. vnum.* ¶ *De cauſſis & ſignis dictarum diſpoſitionum.*

SI bene contemplando conſideraui diſpoſitionem huius generoſi viri, ipſa videtur complicata ex pluribus accidentibus, quorum quodlibet D non leuis ægritudo denominari poteſt. ¶ Eſt enim vna de diſpoſitionibus eius mala complexio calida epatis, quæ accidit in ſanguine dominante, & in materia cholerica ſubdominante inuentis in epate eius. Tenſio enim, amplitudo venarum, & pulſus magnitudo cum notabili velocitate & vrinarum tinctura in citrinitatem intenſam cum craſſitudine ſubſtantiæ, hæc omnia huic iudicio atteſtantur rationabiliter. At etiam oppilationes, quæ in eius epate inueniuntur, a materierum multitudine conſequentes, talia iuuant accidentia; imo & iuuantur ab eis reciproce.

¶ Eſt autem ſecunda diſpoſitio eius mala complexio calida & humida cordis, quæ ſatis facile poteſt conſequi ad diſpoſitionem epatis & e conuerſo: cordis diſpo-E ſitio potuit eſſe cauſſa nocumenti in epate, aut vtrumque ſimiliter potuit contingere eiſdem temporibus: & cauſſa, vt paulo poſt declarabitur. Qualitercunque tamen contigerit, veritas eſt, quod magnitudo pulſus eius, & anhelitus magnitudo, tam in ſpirando, quam exſpirando ſignificent augmentum caliditatis in corde ſuo, & arteriæ ſunt obedientes motui: & virtus eſt fortis; quia non habuit aliquam ſuæ debilitatis effectiuam cauſſam. Ergo oportuit de neceſſitate pulſum & anhelitum eſſe magnum. Et hoc quidem a poſteriori per effectus confirmatur; quoniam cor eius percipitur habere pulſum notabiliter percutientem in parte thoracis, magnum ſatis, velocem & frequentem.

¶ Tertia principalis huius viri ægritudo eſt mala complexio ſtomachi, magis fri-F giditati, quam caliditati attinens, propter fortem reſolutionem in eo conſecutam a cauſſis tangendis ſtatim. Similiter etiam eſt eius ſtomachi mala diſpoſitio compoſitionalis; quam voco oppilationem. Et ſi ipſa non tranſiuit in ægritudinem compoſitam, videlicet in apoſtema, tunc melius de eo ſperandum: licet hoc non ſine dubitatione exſiſtat, vt poſtea declarabitur.

¶ Quic-

¶ Quicquid autem ſit, veritas eſt, quod fixa debilitas in ſtomacho ſuo ſit cauſſa, quod A
per viam indigeſtionis multiplicentur materiæ in ſtomacho eius. Et adhuc etiam per
viam effuſionis materierum a membris aliis; quoniam membra fortia ſuperfluitates
eorum expellunt ad membra debilia. *vt prima primi. cap. de membris in fine.* ¶ Siue con-
tigerit, quod materiæ in ſtomacho multiplicatæ extraneantur vel corrumpuntur
caliditate accidentali, earum trahentes materiam ab aliis membris. ¶ Siue igitur ha-
rum cauſſarum omnes, vel aliquæ earum in vnum conueniant, manifeſtum eſt, quod,
quando materiæ fuerunt in ſtomacho notabiliter multiplicatæ & extraneatæ, incitãt
ſtomachi expulſiuam virtutem ad ſui fugam. Quare adueniunt huic viro vomitus for-
tes materierum corruptarum: vt ſenſus oſtendit. Sunt enim materiæ, quæ vomitu
expelluntur, quandoq; ſanguineæ, quæ effunduntur ad ſtomachum a vena magna B
ramificata a caua deſcendente, quæ extenditur ſuper ſtomachum, vt patet 13. *tertii*
cap. primo, dum inquit princeps. *Et loco ſtomachi vehementis gibboſitatis ſupponitur vena ma-*
gna, procedens in longitudine ipſius, & mandat ei ramos plurimos, qui cum eo ligantur, & diui-
duntur in ramos ſubtiles, qui conſtituti ſunt in ordine ſuo, & adhærent ei, ſcilicet ſtomacho ſimi-
liter arteria. Non igitur mirabile eſt, ſi a ſtomacho multiplicatur exitus materierum multa-
rum: quoniam a magnis vaſis magna materierum quantitas effundi poteſt.

¶ At vero iterum attende varietatem ſpecificam iſtarum materierum; quoniam
omnes materiæ ſimul in venis continentur, ergo ab eiſdem effundi poſſunt. Etiam
probatum eſt ſupra, quod tales materiæ debilitate innati caloris ſtomachi corrum-
pantur, ergo & corrupte expelluntur. ¶ Cauſſa autem quæ principalior videtur fuiſ- C
ſe malarum diſpoſitionum ſtomachi, fuit primitiua: videlicet fortis conquaſſatio &
contuſio facta a percuſſione lanceæ, quæ licet ſtomachum non immediate percuſſe-
rit, imo pectoris partes, tamen impreſſionem fecit maiorem in ſtomacho, propter e-
ius debilitatem & minorem reſiſtentiam, quam fecit cordi & pulmoni velatis & de-
fenſis tegmine coſtarum & thoracis; propter quam cauſſam accidit de præterito &

Nauſea inſeparabilis.

præſenti etiam animi ſubuerſio, quæ eſt nauſea inſeparabilis. *13. tertii tractatu quinto*
& primo cap. Sed aduentus percuſſionis facit ſubuerſionem, quæ clauditur in defini-
tione nauſeæ inſeparabilis.

Corollaria.

Et ex hoc fundamento pulcherrime colligi poſſunt plura vtilia corollaria: Et
primum quidem eſt, quod hinc viro non raro, imo quaſi ſemper inueniatur puſilla- D
nimitas. ¶ Secundum, quod etiam frequenter incurrat lypothomitus motus. ¶ Ter-
tium: quod frequenter in ſuis differentiis varietur pulſus eius a magnitudine, veloci-
tate & frequentia ad paruitatem, tarditatem & raritatem. Et ſimiliter de anhelitu di-

Quomodo percuſſio ſit tot & tantorum nocumentorum in corde cauſſa.

cendum. ¶ Quartum, quoniam in hoc viro fere inſtantaneæ quandoq; cadunt vires
omnes. Hæc autem omnia facile verificantur propter nocumentum cordis. Cum e-
nim totius corporis vires in fieri eſſe, & in conſeruari dependeant a fortitudine cordis,
ergo ipſo debilitato neceſſe eſt ſequi oppoſitum. ¶ At vero iterum, ne aliquem du-
bitare contingeret, quomodo percuſſio ſit cauſſa tot & tantorum nocumentorum in
corde. Multipliciter reſponderi poteſt. ¶ Et primo quidem, quod fortis percuſſio
fortem facit dolorem, ſoluendo continuitatem. ¶ Secundo, quia in forti percuſſione E
fortis fit motus alterationis, & talis eſt mala complexio. Tertio, quia in tali percuſſio-
ne trahuntur & expelluntur materiæ multæ ad partes cordis. ¶ Quarto, quia in tali
percuſſione vehemens fit in ſpiritibus & laudabilibus humoribus cordis reſolutio.

Vnde nocumentum ſtomachi.

¶ In percuſſione itaq; tali non eſt mirum læſas fuiſſe cordis operationes: ſtomacho au-
tem huius viri cõtingit & magnificatum eſt nocumentum, propter colligantiam eius
ad partes pectoris. Colligantiam enim habet ſitualem ad ipſum cor per partem ſenſi-
biliorem eius, quæ eſt os diſtractum cordi in ſiniſtra parte parum ab eo diſtans, &c.
Colligantiã habet iterũ per arterias ab eo ramificatas ad ſtomachum communicatas.
Colligantiã habet & tertio ad ipſum pectus, quoniã ſtomachus colligatur epati p ve-
nas, p quas etiã epar colligatur cordi. Similiter & eandẽ colligantiã habet cor per ner- F
uos ramificatos a nucha deſcendẽtes a ſpondylis dorſi. ¶ Et conſimilẽ habet colligan-
tiã pannicularem cũ capſula cordis & panniculis pectoralibus. Quare non eſt mirũ, ſi
offenſo corde & partib. pectoris offendat & ſtomachus. ¶ Et ex hoc fundamẽto igitur
ſequit quintũ corollariũ, & eſt, quare ſtomachus huius viri incidat freq̃uẽter vomitũ.

¶ Et ſe-

A ¶ Et ſequitur ſexto quod talis vomitus non ſeruet periodum determinatam. Probatur corollarium; quia talem periodum oportet inueniri, qualis eſt materierum periodus, quæ ſibi conuenit; ſcilicet quia contingit materias eſſe cholericas; ergo multiplicabitur vomitus per tertium. Si contingit eaſdem eſſe phlegmaticas; ſingulo die multiplicabitur vomitus: Si melancholicas: reuoluetur vomitus reuolutione quartanaria: Si ſanguineas, erit continue afflictio. ¶ Et ex hoc ſequitur corollarium ſeptimum magnæ ſpeculationis, & eſt intelligere cauſſas, quare hic vomitus in hoc viro nullam ſeruet periodum determinatam. Sicut enim a dominio materierum ſimplicium ſimplices periodici motus aſſignari debent, ita ex confuſione materierum omnium aut plurium, inuicem confuſi conſequuntur periodici motus nullum B ordinem in ſuis proceſſibus obſeruantes. Et hæc eſt vera cauſſa, quare vomitus in hoc viro nullum obſeruet determinatum periodicum motum, ſed inordinate procedat. ¶ Et ſequitur octauo: quod non ſit difficile reddere cauſſas nocumentorum epatis huius viri. Eædem enim cauſſæ per ſe vel per colligantiam, quæ potuerunt nocumentum efficere in corde & ſtomacho, ſunt etiam cauſſa nocumentorum epatis & diuerſitatis eorum. Quis enim dubitat, quod fortis percuſſio per colligantiam nocumentum fecerit in epate, quoniam cauſſæ primitiuæ & proprie fortes mouent antecedentes, id eſt, corporales. *prima quarti de ſermone*, vniuerſali in ephemeris. ¶ Nono, quod quando vomitus iſte eſt fortis, magnifice debilitet ſtomachum, ſicut quando leuis eſt, confert ei: patet *decimatertia tertii, tractatu quinto & primo cap.* In adC miniſtratione vomitus æqualis eſt iuuamentum, verum aſſiduatio eius debilitat ipſum, & fecit ipſum lacunam ſuperfluitatum. ¶ Decimo, quando ſtomachus huius viri debilitatus eſt, accidit ei nauſea & ſubuerſio, quoties cibetur: imo neque cibum detinere poteſt: ſicut in hoc viro apparet, vt in pluribus, *decimatertia tertij præallegato cap. Quoties ſtomachus debilis cibatur, accidunt ei nauſea & ſubuerſio, & ſi fuerit debilior, non poterit retinere, quod recipit, imo eiicit per ſuperiora & inferiora.* ¶ Vndecimum corollarium eſt pulchrum, quod vomitus æqualis, id eſt, non ſuperfluus, poſſet ſanare eruptionem venarum & arteriarum huius viri: *vt decimatertia tertii, præallegato capit.* dum inquit: *In adminiſtratione vomitus æqualis ſanatur eruptio venarum & arteriarum deferentium ſanguinem.* Et ſequitur duodecimo, quod iſte vir non debeat eſſe piD ger in cura ſui, imo feſtinus & ſolers. Cum enim in ipſo ægrotent duo principalia membra, vt cor & epar; & membrum nobile ſeruiens toti ſeruitute præparatoria, quale eſt ſtomachus, quomodo poſſet ſtomachus membrorum tantę nobilitatis nocumenta talia tolerare ſine periculo magno. ¶ Vnde ſequitur vltimo, quod ad curam eius properandum ſit prompte, & ſubtiliter regendo ipſum, vt in ſequentibus continetur, vnde & regimen huius viri deinceps in duo capita partiendum eſſe deduxi. Primum itaq; capitulum tranſibit regulando regimen ſex rerum non naturalium. Secundum proceſſum medicinalium ſeptem intentionibus complentibus ipſum.

Cur vomitus in hoc patiẽte nullam obſeruet determinatũ periodum.

E SECTIO II. *Continens duo capita, De cura huius diſpoſitionis.*

CAP. I. *De regimine eius per adminiſtrationem ſex rerum non naturalium.*

PRO declaratione itaque primæ rei non naturalis, videlicet aeris, præmittendum eſt primo, quod difficilimum eſſe videatur regimen ſex rerum non naturalium cordi, ſtomacho & epati huius viri æqualiter propter contrarietatem complexionis horum membrorum. Verum tamen, quia lapius hi conueniunt ad inuicem notabiliter in cauſſis materialibus; quia in vtroque eorum congregantur materię phlegmaticæ, & ſanguineę: ſimulque corrumpuntur propter debilitatem horum membrorum, idcirco regimen hoc adminiſtrandum eſt cum mediocriter calefacientibus & potenter exſiccantibus, & diuertentibus has F materias per vias ventris & vrinæ. ¶ Quare hic vir eligat locum habitationis mediocris caliditatis, eleuatum a terra & diſtans a fluxibus aquarum omnium, licet aquæ maritimę minus conueniant ei, quam fontales vel fluuiales. Sit autem locus habitationis eius bene munitus tabulis abietis, habens aſpectum orientalem & partem ſeptentrionis & meridiei, minime vero occidentis. Et recipiatur in illo ventus orien-

talis & ſecundum partẽ ſeptentrionalis in principio Martii vſq; ad medium Octobris: A
Veſtitus. deinceps autem a medio Octobris vſq; in finem Februarii eligatur locus orientalis &
meridionalis. Et de annexis aeri veſtes habeat, munitas vulpinis pellibus leuioribus
de variis & dorſis eorum in diebus frigoris. In diebus vero caloris ſufficiãt ei veſtes de
ſerico, cuiuſcunq; ſpeciei, & de lanis mollibus. Omnino autẽ ſollicitus exiſtat vt pectus
& ſtomachus eius veſtibus idoneis defendantur a frigore. ¶ Et ſiquidem aer talis non
inueniretur naturaliter, tunc artificialiter præparetur, euentando ipſum cum flatu
ventorum prędictorum ſuis temporibus: aut cum ſuffumigationibus iſtis in diebus
Suffitus. caloris. *℞. fol. orum citri & citranguli, roſarum, ſandalorum amborum, an. M. iij. viol. florum*
nenuph. an. M. ij. contundantur craſſo modo & aſpergantur ad carbones ignitos, & ſuffumige-
tur bis vel ter camera cum eis. In diebus vero frigoris ſuffumigetur camera cum co e- B
phonia aut cum thure minuto, aut cum laudano puriſſimo vel alio aromatico calido,
de quibus magna copia inuenitur apud Græcos.

Motus & quies. Secundo principaliter rectificetur regimen iſtius ex parte motus, vt omnino ab-
ſtineat ab omni exercitio vſque quo plene purgatus erit, aut ſaltem euitet exercitium
equitandi & vectigandi intantum, quod etiam nauigatio eſt ei prohibenda, per motũ
enim omnẽ agitantur materiæ & prohibentur a bona digeſtione earũ. In ſumma itaq;
melius eſt ei quieſcere cum maiori parte ſuæ occupationis ſedendo aut iacendo.

Somnus & Vigilia. Iterum & tertio principaliter hic vir operam det dormitioni magis, quã vigiliis:
vt melius perficiatur materierum digeſtio propter meliorem applicationẽ innati ca-
lidi non ſolum ad materias humorales, verum etiam ad nutrimẽta melius digerenda. C
Naturales enim operationes attrahendi, retinendi, digerendi, expellendi, apponen-
di, vniendi & aſſimilandi nutrimentũ membris optime perficiuntur in dormitione,
non autem in vigiliis. Adde autem quod vigiliæ diſtrahendo materias in pectore con-
gregatas ſunt cauſa præcipitationis earum ad membra debilia ¶ Quicquid autem ſit,
dormiat ſuper latere, vbi maiorẽ inuenit quietem, licet excluſis cauſſis impedientibus
eſſet ei conuenientius dormire prima dormitione ſuper latere dextro. Secunda vero
ſuper ſiniſtro & iterum reuerti tertio ſuper dextrum. Per primum namq; decubitum
conuenientius applicatur epar ſtomacho ad vigorandũ digeſtionẽ eius. Per ſecundũ
autem decubitum melius diſponitur portenariũ ſtomachi ad delegandum chylum ad
me ſeraicas per portas: Per tertium vero decubitum facilius labitur chylus in meſerai- D
cas, & ſurgitur ab eis minori compreſſione compreſſis a mole epatis ſuper ſtomacho:
Et in ſumma eſt regula dormitionis eius verior & ſecurior, &c.

Motus animi. Adhuc quarto vir iſte regulandus eſt ex parte accidentiũ animi, de quibus dicen-
dum, quod omnes paſſiones animi per quas in ſpiritibus & humoribus corporis parua
ponitur agitatio & minus feſtina eligi debet. Quis enim dubitat, quod ira cum ſpecie-
bus eius vt furore & iracundia primo occurſu, cauſſa velocis & fortis motus ſpirituum
& ſanguinis de exterioribus ad interiora, propter quod in principio diſcolorantur ira-
cundi: & cũ iam facta fuerit accenſio in corde, tunc velox & magnus fit motus de cen-
tro ad circumferentiam, propter quod corpora in proceſſu iræ rubicunda & velut in-
flammata percipiuntur. Sed non eſt dubium materias in tali motu frequenter perdu- E
ci ad corruptionem facientem febres. ¶ Amplius huius viri ægritudines ſecundũ ma-
ximã earum partem ſunt in pectore & partibus adiacentibus cordi propter fortẽ per-
cuſſionem ibi factam. Ergo magnum nocumentum in eis adiungi poteſt in irã in paſ-
ſionibus conſimilibus: vt in anguſtia, triſtitia & meditatione fortibus, propter quas hu-
mores & ſpiritus accentrati & profundati retinentur in profundo corporis. Propter
hęc igitur noſter patiens effugiat triſtitiam & melancholicas agitationes, propter quas
pectus & totum corpus eius vehementer lędi poteſt: nam confortari mente optimum
auxilium ad cuiuſcunq; ægritudinis curationem.

Quinta vero res non naturalis reſpicit corporis inanitionem & plenitudi-
Inanitio & repletio. nem: propter quam in hac parte non intelligo repletionem vel inanitionem F
ab humorali materia. De hac enim fiet ſermo in capite tertio principali. Sed
hic verto me ad inanitionem multam ex parte nutrimentorum. Immoderata
enim ab eis abſtinentia propter debilitatem, quæ ſequitur ab eis, hoc cor-
pus diſponeret ad maraſmodeam diſpoſitionem. Similiter etiam & immoderata

quantitas

A quantitas nutrimentorum perduceret ipſum ad cacochymiam: quæ forte in eo eſſet
irreleuabilis, quoniam ſuperfluitas & defectus ad eaſdem ducunt cauſſas. Itaq; in ſui *Nouem canones in cibatione obſeruandi.*
cibatione hos x. attendat canones ſequentes. ¶ Quorum primus eſt, vt nunquam ac-
cipiat cibum, niſi verus appetitus inducat ad ipſum, patet hic canon, quoniam non
verus appetitus conſequitur præſentiam malarum qualitatum aut materierum, quæ 1.
in ſtomacho multiplicatæ ſunt, & fiunt cauſſa corruptionis aſſumpti alimenti. Secũ- 2.
dus canon eſt cũ aſſumit cibũ, nõ furioſe neq; impetuoſe deglutiat ipſum, ſed paulatim
ne velox & fortis motus meri nocumentum augmentet in ſtomacho: propter quod
eueniat amplius, quam ſolebat. ¶ Tertius eſt, quod nunquam deglutiat aliquem ci- 3.
bum, niſi bene maſticatum, vt vnicuiq; parti eius conueniens fiat applicatio ſtoma-
B chi ad digerendum. ¶ Quartus in vna cibatione non accipiat fercula plura duobus 4.
vel tribus, patet; quod ſicut ſunt diuerſa in complexione & modo ſubſtantiæ: ita diuer-
ſa ex eis generantur nutrimenta corruptioni magis, quam bonæ præparationi diſpo-
ſita. ¶ Quintus, quod in comedendo non prolonget multam moram. Illud enim, quod 5.
prius de nutrimento acceptum fuiſſet, eſſet aliqualiter digeſtum priuſquam acciperet
ſecundum actu crudum: & fieret permixtio ad corruptionem diſponens. ¶ Sextus, 6.
quod menſura cibi ſit tanta, quod nullo modo per eam ſtomachus incurrat nauſeam
vel dolorem aliquem. ¶ Septimus, vt in cibatioue ſua ea, quæ mollia ſunt & lubrica- 7.
tiua, præmittat craſſis, viſcoſis & glutinoſitatem habentibus. ¶ Octauus, vt effugiat 8.
cibationem ex rebus corruptibilibus, ſapore etiam & ſubſtantia diuerſis. Hæc enim
C corruptioni præparata ſunt. Experimentatores enim indi dixerunt, non eſſe bo-
num comedere dulcia cum acetoſis & acutis, velut lac cum raphano, ſinapiſmo & ſi-
milibus. ¶ Nonus eſt, vt menſura potus in quantitate ſua tanta exiſtat, vt nullo mo- 9.
do natet vel fluctuet in ſtomacho & regurgitet ad os eius. Colliguntur hæ regulæ o-
mnes pulcherrime *tertia primi. cap. de regimine per cibum & potum.*

Nunc autem ſubtilius contemplandum eſt de modo electionis ciborum & *Cibus.*
potuum conuenientium in qualitatibus eorum. ¶ Præmittendum primo, quod ci-
baria omnia conuenientius ſit eſſe medicinalia, quam cibaria præciſe. Indicando igi-
tur a materiebus phlegmaticis multiplicatis in hoc viro per viam indigeſtionis in ſto-
macho ipſius & epate & pectore, oportet eos aperitiuos, exiccatiuos, ſubtiliatiuos &
D inciſiuos eſſe. Verum, quia lapſus in qualitatibus primis videtur inclinare ad cali-
ditatem tã in epate, quam in corde eius. Idcirco oportet tales cibos eſſe remiſſe cale-
factiuos, non tranſcendentes gradum primum caliditatis. Neque propter hoc ti-
meatur augmentum: propterea, quia caliditas eorum addita caliditate cordis & epa-
tis intendat lapſum eorum. Illud enim non eſt verum tenendo viam communio-
rem & ſuper experientia fundatam videlicet, quod remiſſum additum intenſo re-
mittit intenſum. Itaque remiſſa caliditas talium ciborum generaret ſanguinem in
caliditate remiſſum, refrangentem caliditatem cordis & epatis. ¶ Itaque panis, *Panis.*
quo vtitur debet eſſe multa aqua conditus & mollis in furno poſitus & leuiter coctus,
qualis eſt panis venalis in plateis, habens notabilem quantitatem fermenti & parum
E ſalis, cuius ætas non tranſeat duos dies aut tres ad plurimũ. ¶ Similiter etiam ſi ei pla-
cet vti cibis paſtilibus, dato quod raro conueniant ei; ſint tamen facti ex ſimila fari-
næ cum multa aqua & pauco ſale conditi; & tunc poterit vti aliquando laganellis *Suni.*
minutis & tri. & minutellis & tortellis de ſeni. & ſuni panis bis coctus, ¶ Ferculis au- *Fercula.*
tem vti poteſt, ſicut ciceribus rubeis & albis, etiam propter ablutionem & apertio-
nem, quę eſt in eis. Similiter & ariza eſt ei bona, & canda ruſum de hordeo & fru-
mento: quod apud Italicos nominatur far. Lentes autem & alia legumina omnia di-
mittantur. Sed milium & panicum placet mihi, propterea quia in vtroque eorum eſt
prouocatio. ¶ De plantis vero eligantur aliquando caules propter apertionem & *Plantæ.*
exiccationem eorum & diuryſin, quæ eſt in eis. Similiter etiam folia paſtinacæ &
F daucus, petroſelinum, fœniculus, anetum, ſaluia, hyſopus, dendrolibanum, mentha
cum ſuis ſpeciebus & nepitella, quæ eſt calamenti ſpecies & origanum, amaracus &
betonica. Et in ſumma omnes plantæ aromaticæ calidæ conueniunt ei in cibis deco-
quendo, pulueriꝫando & aliter vtendo eis in mediocri quantitate. ¶ Et ſi argueretur
contra: quæ horum plurima ſunt calida & ſicca in tertio, ergo nõ conueniunt ei indi-

cando a lapſu. ¶ Neganda eſt illa conſequentia, quoniam talia adminiſtrantur in A
pauca quantitate. Et adhuc ſi ponerentur in quantitate multa, refranguntur a mul-
titudine aquæ, qua coquuntur: quare conuenientia fiunt artificialiter, vbi naturaliter
videbantur conuenire. ¶ Propter quæ omnia euitare debet iſte nobilis olera frigida:
& humida actu & potentia: quoniã ipſa intenderent lapſum frigidum & humidũ ſto-
machi & cauſſas materiales in eo multiplicatas. Sunt autẽ talia velut lactuca, endiuia,
ſpinachia, chryſolocanna, portulaca, cucurbita, cucumeres, citruli & anguriæ, quæ o-
mnia dimitti debent, niſi commiſceantur cum calidis & ſiccis refringentibus eorum
frigiditatẽ & humiditatem. ¶ Pariformiter etiã de fructibus frigidis idem intelligen-
dum eſt; vnde ceraſa, pyra, pruna, auellanæ recentes, poma & conſimilia dimittantur.
Verum fructus, in quibus inuenitur cum eorũ humiditate dulcedo eleuata, velut in fi- B
cubus & peponibus, & granatis dulcibus & perſicis, & vuis recentib. & paſſis, & maxi-
me quales inueniuntur in regione cyprenſi, vbi fructus & vegetabilia omnia optimam
habent maturationẽ, quam arguit eorum dulcedo magna, talia quidẽ omnia huic viro
conuenientia ſunt. ¶ De his vero cibariis, quæ accipiuntur a plantis, ex eorũ radicibus
laudantur ei paſtinaca, raphanus, allium & bulbus. i. ſcalonia & cæpæ ſaccharo, ace-
to & oleo conditæ. Hæc enim omnia talia & ſibi ſimilia appetitum excitant digeſtio-
Semina. nem confortant, & ventoſitates frangunt & expellunt, propter quod rapæ etiã & ſim-
plices & conditæ & proprie napi bene conueniunt ei. ¶ Ex ſeminibus vero, quibus ho-
mines vtuntur in cibis, conueniunt ſemina fœniculi, petroſel. aniſi, dauci, carui, aneti
& cymini: & de peregrinis nauigatis conueniunt cardamomum, macus, heilbagne C
Heilbagne. dictum ab Auicen. a latinis vero aromatariis melegete vel grana paradyſi, & carda-
Melegete. momum etiam minus & nigella, & amomum & conſimilia calida, ſubtiliatiua, exicca-
tiua & aperitiua, & proprie ſemen rutæ in ſuis diſpoſitionibus optimum. ¶ Ex con-
Condita. ditis vero communiter vſitatis ſummum omnium in bonitate eſt. Zinzib. conditum
quod viride dicitur a vulgo: ſecacul conditum, quod eryngium dicitur, & napi conditi
Sapores. & nuces propter earum exiccationem & ſtomachi vigorationem. ¶ Ex his vero, qui-
bus ſaporiti redduntur cibi, conuenit ei acetũ & quanto acutius erit, tanto eſt melius
ei. Similiter & ſuccus limonum, & agreſta bene ſalſa & vinum granatorũ dulc. & mu-
zurũ, & ſyrupus de limonibus vel de corticibus citri. Licet enim in eis aliquid exiſtat
frigiditatis, illud tamen remittitur & frangitur a forma decoctionis & multitudine D
ſacchari & proprie in partibus huius viri, in quibus hi ſyrupi & decoctiones elegantiſ-
ſime prępatantur; de aliis vero, cum quibus artificialiter prępatantur cibi, conueniens
eſt ei oleũ oliuarum, & oleum de nucibus laudaretur ei magis, quã butyrum & oleum
de amygdalis dul. & de phiſticis inter alia melius eſſet ei, oleum omphaciũ conueniens
eſt ei propter exiccationem fortem. Oleum de ſiſamo, quod abunde habetur in illis
partibus, licet propter caliditatem eius conuenire videatur ei. propter tamen magnã
humiditatẽ eius non placet mihi: niſi quando artificialiter commiſcetur cum petro-
ſelino, mentha & ſimilibus aromaticis: quoniam odor bonus vehementer ſtomacho
conueniens eſt: & proprie cum fuerit in nutritiuis. *13. tertii de cura vomitus.* Aromata
vero reliqua peregrina & aliunde aducta velut cinamomum vtrumq; macis, galan- E
Carnes. ga garyophyl. zinzib. balſamum & carpobalſamum conueniunt ei. ¶ Ex carnibus con-
uenientibus ei ſunt capretinæ, quarum copia magna in celeberrima eius patria abun-
dat, vitulinæ & caſtratinæ. Et de ſylueſtribus caro gazelli & caro cerui, bubali iuue-
nis, caro etiam porcelli iuuenis ſylueſtris & domeſtici caro leporis omnes & conſi-
miles bonæ ſunt ei. De volatilibus pulli gallinacei omnes & columbelli domeſtici &
ſylueſtres & turtures, phaſiani, perdices, ſtarnæ & francolini. Omnes enim ſunt
laudabiles, & carnes ſalitæ omnes non valde pingues ſunt ei bonæ. Et proprie ſalitæ,
Piſces. quibus in eius regione, veſcuntur. Porcinæ ſylueſtres & domeſticæ, quæ meliores
ibi, quam alibi condiuntur, ſunt laudandę. ¶ Piſces autem maritimi vere omnes
communi hominum fama & vſu approbati ſunt ei vtiles, vt & ſaliti etiam, quaſi æ- F
que bene, ſicut recentes, ſed meliores ſunt ei recentes, frixi laudabili oleo, quam e-
lixi. Licet ipſi etiam ei conueniant, & proprie cum croco, cinamomo, mace, zin-
zibere, qualis eſt eorum vſus. Et laudatur apud incolas regionis illius, vbi con-
dita faciunt laudabilia cum ſapa, croco, aceto, ſaccharo & aromatibus.

¶ De

A ¶ De partibus vero animalium vituperandæ ſunt ei cutes & inteſtina omnia, cerebrum & partes valde pingues & mucillaginoſæ. Reliquæ vero omnes conceduntur ei partes & proprie frequentius aſſatæ, quam elixæ.

Potus.

Nunc autem vltimo aliquid dicendum eſt de potu eius. Vinum itaque, quo in potu vti debet, ſit colore album, olfactu bene aromaticum, ſapore mediocre, ad dulcedinem tamen inclinatum magis, quam ad acredinem vel ponticitatem: ſubſtantia clarum vel diaphanum, potentia vero fumoſum magis quam aquoſum. Reliqua vero vina dimittantur. ¶ Et ſiquidem vinum tale non reperiretur, velut in regione illa vina fumoſa valde & potentia reperiuntur: tunc ipſorum audacia frangatur cum aqua laudabilis fontis petroſi & non limoſi: melior tamen eſſet aqua fontis manſiui, B quam aqua riuulorum per reuolutionem inuentorum in regione illa: quos riuulos ibi nominant petamos. *Petami quid.* Aqua laudabilis ciſternæ præ omnibus eligatur. ¶ Poſtremo vero mihi videretur vtiliſſimum, quod hoc hydromelle vteretur a medietate menſis Octobris vſque per totum menſem Februarii ſequentis. Eſſet enim opportunum ad vigorandum digeſtionem eius, & digerendum materias phlegmaticas: & ad præcipitandum eas per ventrem, & per vrinæ vias & non euacuaretur a nutricatione conuenienti. Cuius deſcriptio eſt. *Hydromel compoſitum.* *℞. mellis electi citrini vel albi ℔. ij. cinamom. electi macis. zinzib. albi, an. ℥ j. garyoph. ℈ ij. aquæ ciſternæ ℔. xxv. bulliant omnia ſimul lento igne expumando ea: & coquantur vſque ad conſumptionem tertiæ partis. tunc ergo colentur & reponantur in vas vitreatum. & hoc potu vtatur ſimplici aut ſaltem cum vino commiſcendo ipſum ſecun-* C *dum tertiam aut quartam partem cum qua ſeruetur ſtomachi declaratio.* Hoc in ſumma eſt regimen huius viri ſecundum electionem ciborum & potuum conuenientium.

CAP. II. *De regimine eius per medicinalia.*

Septem intentiones.

PRo regimine vero diſpoſitionum huius viri per medicinalia, ſunt vij. in eo intentiones neceſſariæ. ¶ Et prima quidem earum eſt vniuerſalis euacuatio materierum. ¶ Secunda ipſarum diſtractio vel diuerſio ad contrarias partes. ¶ Tertia regiminis rectificatio. ¶ Quarta ipſarum materierum conueniens digeſtio. ¶ Quinta ipſarum eradicatiua euacuatio. ¶ Sexta membrorum magis patientium confortatio & rectificatio. ¶ Septima & vltima D materierum omnimoda conſumptio.

I. Euacuatio vniuerſalis. Clyſter.

Primam autem intentionem complere debemus per euacuationem vniuerſalem, per quam ego intelligo euacuationem a toto corpore: & adhuc euacuationem materierum, quæ vniuerſaliter peccant. ¶ Itaque quam primum continget hunc virum eſſe in ſua manſione quietum, vno ſero clyſterizetur cum clyſteri facto cum ſacchari rubei & caſſiæ fiſtulæ, an. ℥ ß. olei oliuarum cyatho vno, & ſalis communis, ℥ ß. cum ℔. j. decoctionis violarum, bletæ & mercurialis. ¶ Sequenti vero mane apud ortum ſolis per horam phlebotometur ei baſilica dextri brachii, quæ inuenitur apud cubitum: *Phlebotomia.* per quam educantur ſanguinis ℥ v. & erit magnum iuuamentum principii ſuæ curationis. *Potio.* ¶ Tertia vero ſequenti die in aurora ſumat potum hunc. E *℞. medullæ caſſiæ fiſtulæ cum aqua viol. extractæ ℥ j. reubarbari electi ʒ j. ſpicæ nardi, gran. vj. ſalis gemmæ, gran. j. miſce & totũ accipiatur cum cyatho medio aquæ lactis caprini calefacti.* Cum ergo aſſumpſerit ipſum, per horam vnam dormiat immediate poſt illud. deinde ſurgat & quieſcat, & non ambulet vſq; ad quinq; horas, tunc accipiat cyathum vnum aquæ hordei calidæ; & poſt ipſam per vnam horam prandeat: & hæc ſufficiant pro euacuatione minoratiua. ¶ Quantum enim conferat phlebotomia baſilicæ ad diſpoſitiones pectoris collige *primo reg. acutorum* a Gal. commento illius ſermonis. ¶ *Et ſi paſſio ad furculam deſcenderit.* Et quam magnifice conferat reubarbarum ad conquaſſationes interiores: *Præſtantia rhabarbari ad conquaſſationes internas.* *lege quarta quarti tractatu ſecundo de flagellatis & verberatis, & ab alto cadentibus.*

II. Materierum diſtractio ad contrarias partes.

F Secunda vero intentio multis poteſt compleri inſtrumentis. ¶ Et primum eſt extremorum fricatio & ligatura fortis frequentata. ¶ Secundum ventoſarum magnarum ſuper domeſtica carnoſa parte tibiarum & coxarum frequens appoſitio ſine ſcarificatione. ¶ Tertium frequens appoſitio ventoſarum ſuper naribus cum ſcarificatione. ¶ Quartum diſtractio materierum per vias ventris cum clyſteri anteſcripto in

intentione prima,cui addatur hieralogodion & hiere hermetis, an. ℥ ß. ¶ Quin- A
tum harum pillularum frequentata ſumptio. *℞.agarici electi ʒ j. ablutæ aloes ʒ ij. zinzib.*
Pilulæ. *diagridii an.gran.ij. fiant pillulæ de omni ʒ vj. cum ſucco praſſii, & accipiatur vna ex eis in ſero:*
parum ante cœnam & diſtrahent materias a pectore inclinando eas ad ventrem. ¶ Sextum vero
diuerſiuum bonum eſt ad vias vrinæ declinando materias. Primum quidem in auro-
ra accipiendo ℥ iij. aquæ eupatorii calefactæ, ſecundum & fortius illo eſt, vt accipiatur
aquæ apii & petroſelini calefactæ an.℥ ij. Tertium & melius omni alio eſt hoc. *℞.ſyr.*
compoſiti acetoſi ℥ j. aquæ capil.ven. ℥ iiij. hoc enim potenter inclinat materias ad vrinæ
vias. ¶ Septimum vero potens diuerſiuum & facilius omni alio eſſet apertio venarum
hæmorrhoidalium. Et ſi natura prouidiſſet ei de hac euacuatione periodice non ſo-
lum diuertendo, ſed etiam euacuando materias, ipſum feliciter curare poſſet. Et ſi B
aperte non fuerint naturaliter, omnino aperiendæ ſunt artificialiter multis inſtru-
mentis applicandis. ¶ Et primum quidem eſt, vt patiens frequenter ſedeat in cali-
dam decoctionem radicis apii cum cucumeris aſinini: poſtquam confricet hæmor-
rhoidas cum panno biſello aſpero. Secundo cum foliis conſolidæ maio: tertio cum
foliis fici: quarto cum radice arthanitæ recenti: quinto cum felle tauri: ſexto cum ſuc-
co flammulæ. ¶ Et ſi per hæc non aperirentur, omnino melius eſt, vt poſtquã ſederit
in decoctione prædicta, & fuerint factæ tumentes, aperiantur cum phlebotomo. Ego
enim in tale inſtrumento vehementer confido de curatione huius viri.

III. Poſtquam autem ſecunda fuerit adminiſtrata intentio cum modis prædictis: in-
Regiminis tendendum eſt ad regimen huius viri adminiſtratione diætæ conuenientis; & quia e- C
rectificatio. lectio diætæ eius pendet ex quantitate & modo cibationis, quæ fuerunt expeditæ in
regimine quintæ rei non naturalis, videlicet repletionis & inanitionis. Et pendet etiã
hoc regimen in electione qualitatum ciborum, quod fuit expeditum in ſexta re non
Decem Re- naturali. Idcirco ſolum hic tangam regulas x. in eius regulari cibatione ſeruandas,
gulæ in ciba- præter prædicta. ¶ Prima eſt, quod nunquam cibetur hic nobilis, niſi præeuacuata
tione huius fuerit fæcalis materia ab inteſtinis, quod ſi non fuerit a natura factum: fiat ab arte cum
obſeruandæ. adminiſtratione clyſteris anteſcripti in intentione diuerſionis. ¶ Secunda, quod nec
etiam cibetur niſi præſenſerit reliquias cibi & potus a ſtomacho iam eſſe diſpoſitas: &
ſi nõ contigiſſet hoc naturaliter fuiſſe factum, fiat cum aſſumptione pillularum in an-
teſcripta intentione poſitarum. ¶ Tertia, quod ſi in viro iſto appareat aliquis perio- D
dicus motus materierum, ipſe nunquam cibetur, niſi ab ea periodo diſtanter per qua-
tuor horas ad minus. ¶ Quarta, quod neque etiam in ſecunda cibatione procedatur
reliquiis caliditatis in corpore manifeſte apparentibus. Patent iſtæ duæ regulæ, quo-
niam per applicationem ciborum cum reliquia ſuperfluitatum in ſtomacho compri-
mitur diaphragma, & totum pectus læditur, & materiæ humorales corrumpuntur,
aut ſaltem corruptioni diſponuntur. ¶ Quinta, quod in ſua cibatione obſeruet ſuam
conſuetudinem diu obſeruatam non diſtanter ab ea ſpatio multo. ¶ Sexta, quod in
tali cibatione ſubtrahatur pars tertia, aut ſaltem quarta a conſueta menſura cibi, pa-
tet, quia ęgritudines eius ſunt de repletione, cui ſuccurrendum eſt cum inanitione
ſibi contraria. ¶ Septima quod nunquam cibetur aliquo vaporali & ventoſo cibo: E
patet, quia ex cibo ventoſitates generatæ comprimuntur epar & diaphragma, &
præparantur a nocumento anhelitus, quæ omnia euitanda ſunt in diſpoſitionibus e-
ius. ¶ Octaua, vt ſummopere caueat ſibi a frequentata comeſtione & potus aſ-
ſumptione. Patet: quia nihil deterius, quam indigeſtum ſuper indigeſtum ponere;
ſed in frequentatis eduliorum aſſumptionibus primum non eſt digeſtum, quando
accipitur ſecundum, nec ſecundum, quando accipitur tertium: quare hæc omnia
euitanda ſunt. ¶ Nona, vt ſi propter contingentias aliquas reciperet, hic potus aut
cibus motus ad ſuperiora nauſeantes, tunc ſtatim digito impoſito in fine oris cum a-
gitatione infra vuulam prouocetur vomitus, ne materiæ ſtantes in ſtomacho cor-
rumpantur & corruptæ generent nouas ægritudines, aut ſaltem augeant pręexiſten- F
tes. ¶ Decima vero & vltima eſt, quod ſi poſt aſſumptionem ciborum & potuum
perciperet hic vir grauedinem vel compreſſionem in regione circa vmbilicum, ſupe-
rius, ſtatim deponatur cibus per inferiora cum hoc compoſito. *℞.turbit albi cannulæ ſi*
Potio. *& plani ʒ ß. zinzib. ℈ ß. ſacchar. duplum pondus omnium, bibantur cum brodio pulli, vel cum a-*
qua mer-

A *qua mercurialis*: & deponentur per inferiora cibus & potus: & hæc ſufficiant pro intentione tertia, &c.

Quia vero per intentiones tres antedictas non poſſunt ſufficienter abſcindi ægritudines huius viri: Ideo oportet aggredi materias. Et quia materiæ non obediunt virtuti, niſi digeſtæ & earum digeſtio iuuatiuo fieri non poſſit ita, vt reducantur ad benignum, ideo oportet eas præparare in nocitiuo: ita vt fiant obiectũ expulſiuæ virtuti conueniens. Cum autem hæ materiæ ſint diuerſæ ſpeciei: quia phlegmaticę mucillaginoſæ & aquoſæ; & fortaſſis partim vitreæ, ſalſæ & acetoſæ & ſanguini commixtæ cum aliquali extraneatione choleræ: quam arguit calor præter naturam tactu perceptus & vrinarum inclinatio ad croceitatem remiſſam: idcirco oportet materias digerere cum iſtis inſtrumentis, &c. ¶ Primum eſt hoc leue ſatis. ℞. *abſynth. propter ſtomachum & epar* ℥ *ij. aquæ apij & meliſſæ, an.* ℥ *j.* ß. *propter pectus & phlegma in eo. efferatur ante diem totum hoc calidum per horam cum dimidio ſuperdormiendo.* ¶ Secundum & fortius illo eſt, quod in potu aſſumat ℥ iiij. vel v. aquæ cucumeris aſinini. ¶ Tertium adhuc fortius & ſublimius. accipiat ℥ iij. aut ſaltem ij. ſucci praſſii. Et confido, quod ſit ſecretum inſtrumentum ſanitatis eius, reparatiuum. ¶ Quartum de communibus eſt hoc. ℞. *ſyrup. de praſſio, de hyſopo & liquirit. an.* ℥ ß. *aquæ meliſſæ & eupatorii, an.* ℥ *j.* ß. *miſce. Et hoc quidem guſtui delectabilius eſt.* ſed penultimum omni alio excellentius eſt: licet amaritudinem habeat.

IV. Materierum conueniens digeſtio.

Cum ergo aſſumuntur hæc digeſtiua, continuentur tanto tempore, quouſque C appareat vrina huius viri eſſe rectificata in ſubſtantia & conuerſa de ſubtilitate, quam vidi, ad aliquantam craſſitiem, & colorem eius citrinitati vicinum eſt, & immergatur in vrina ſedimen album ſubſidens æquale coniunctum & perſeuerans: tunc patet materias eſſe conuenienter digeſtas. Hi enim ſunt ſermones magni Hippocratis *ſecundo prognoſticorum textu* 26. Galeni commentatoris *ibidem* probantis demonſtratiue veritatem eorum.

Similiter etiam quandoque neceſſarium eſt per alia inſtrumenta digerere materias velut cum iulep, aut per confectiones, quæ ſunt inſtrumenta a Medicis inuenta pro nobilibus, delicatis & potentibus. ¶ Idcirco pro ampliatione operis deſcribatur hoc iulep. ℞. *ſyrup. de liquiritia, de praſſio, de hyſopo & oxymelle ſquillitico, an.* D ℥ *j. aquæ meliſſæ, hyſopi, cucumeris aſinini & abſynthii, an.* ℥ *iij. florum hyſopi, meliſſæ, aſari, eryngij radicis eupatorii, an.* ʒ *j. liquiritiæ raſæ* ʒ *ij. ſacchari alb.* ℔. *j. bulliant ſimul lento igne & clarificentur & aromatizentur cum gran. ij. moſchi de hoc detur in potu.* ¶ Quodcunque igitur horum digeſtiuorum accipiatur, aſſiduandum eſt diſtanter a præaſſumpta cœna per horas recto & calidum actu: & poſt ipſum dormiat per duas vel tres horas.

Iulapium pro nobilib.

¶ Digeruntur etiam materiæ conuenienter, ſi in mane accipitur ℥ ß. zinzib. conditi. ¶ Item hæc confectio eſt digeſtiuum bonum. ℞. *granorum pinearum & phiſticorum, an.* ℥ *ij. infundantur per biduum bene mundata in aqua hyſopi, deinde perfecte conterantur, & cum ij.* ℔. *ſacchari albi coctis cum aqua meliſſæ, &* ʒ *ij. cinnamomi electi, fiat confectio in rotulis vel fruſtis oblongis in modo ſuo.*

Rotulæ

E De hac itaque confectione pro nobilibus & diuitibus conuenienti accipiat patiens circa ij ℥. tardando cibum per tres horas, & melius eſt, vt de ea accipiat circa ʒ j. ſemper ante omnem cibationem eius. Non enim eſt dubitabile, per anteſcripta inſtrumenta materias humorales quantumcunque ſpecie diuerſas & magnæ reſiſtentiæ exiſtentes poſſe digeri, vt patet ex virtutibus earum, ex quibus componuntur diligenter conſideranti.

Cum apparuerit materias humorales eſſe conuenienter digeſtas, intendatur ad eradicationem earum. ¶ Et primum quidem inſtrumentum eſt hoc. ℞. *aquæ mel.* ℥ *iij. agarici & reubar. electorum, an.* ʒ *ij. turbit* ℈ *ij. medullæ carthami* ʒ *j. zinzib.* ℈ *iij. ſpicæ nardi* ℈ *ij. ſalis gemmæ* ʒ *j. & infundantur omnia pulucrizata in aqua mellis calida, &* F *permaneant ibi per totam noctem, mane vero calefiant & colentur cum expreſſione bona: & colatura calida detur in potu cum* ℥ *j. penidiarum, &* ʒ ß. *ſacchari albi.*

V. Materierum eradicatiua euacuatio. Potio.

Secundum vero & meo iudicio melius illo eſt, vt accipiantur ʒ vj. hieralogodion cum vino albo dulci. ¶ Tertium. ℞. *electuarii indi.* ʒ *ij.* ß *agarici* ʒ ß. *zinzib. gran. viij. ſalis gemmæ gran. j. miſce & totum in potu detur cum iij.* ℥. *aquæ mellis.*

Electuarium.

Pillulæ. ¶ Quantum ſolutiuum in ſolida ſubſtantia eſt hoc. *℞. pillularum de agarico ʒ ß. pillularũ* A
fœtidarum ℈ ß. pillular. de ſarcoco. ʒ ß. cum ſucco praſſii formentur pillulæ. vij. & quodcunq; horum in potu detur: & poſt ipſum obſeruentur regulæ in primo minoratiuo ſupraſcriptæ.

VI. Membrorũ magis patiẽtium confortatio & rectificatio. Sexta autem intentio eſt membrorum, quæ magis læſa ſunt, confortatio & rectificatio: pro qua præmittendum eſt primo, quod dato, quod membra, quę læſa ſunt, per omnia prædicta euacuantia, digerentia & diuertentia confortentur. Tamen quædam appropriata ad membra illa deſcribenda ſunt, gratia decoris operis & vtilitatis maioris. Sunt autem membra læſa in hoc viro epar, ſtomachus, cor & diaphragma imo totum pectus.

Confortatio cordis. Sacculus. Itaq; pro cordis confortatione vſurpentur hæc tria. Primum eſt hoc. *℞. croci ℈ i. been alb. & rub. florum roſmarini, florum eupatorii & enulæ, an. ʒ j. ß. oſsis de corde cerui, hyacinthi, ſmaragdi, & ſaphyri, an. ℈ ß. florum melliſſæ ʒ j. ß. foliorum baſiliconis ſiccorum ʒ ij. ß. moſchi, ambræ an. gran. iij. fiat ſacculus in ſindone de grana retorta quadrangularis, quæ ſemper portetur ſuper regione mamillæ ſiniſtræ.* ¶ Secundum vero ad eandem intentionem eſt hoc. *℞. reſinæ claræ & electæ ℥ j. ß. laudani ʒ ij. moſchi ambræ, an. gran. iij. ligni aloes ʒ ij. camphoræ ℈ j.* B
Propolis quid. *diſſoluatur reſina cum vino aromatico ſubtili: & coquatur cum ʒ j. ß. propoleos & eſt cera alba: & extendatur ſuper panno de grana ſphærico ſicut vitrum feneſtrarum. Hoc igitur compoſitum ſemper portetur ſuper poſteriori parte cordis ex oppoſito anteſcripti ſacculi.* ¶ Tertium vero ad hanc
Ceratum. intentionem ſpeciale eſt hoc. *℞. ſpecierum lætificantis Almanſ. deſcripti in nono cap. de melancholiæ ſpecierum electuarii de gemmis deſcriptione Meſ. in antidotario. ſpecierum electuarii de*
Electuariũ. *ligno aloes deſcriptione Auicen. 5. can. 2. ſumma prima, an. ʒ j. ß. ſpecierum electuarii diaprunis* C
ſimplicis ℥ iiij. granorum phiſticorum & pinearum præparatarum, vt ſupra in intentione digeſtionis materierum, an. ℥ ij. ſacch. alb. ſacchari candidi, an. ℥ iij. ß. ſyrupi acetoſitatis citri ℥ ij. foliorum auri numero x. fiat electuarium, de quo hic vir accipiat omni mane cochlear vnum, per tres horas ante prandium: & cochlear medium per horam & mediam ante cœnam. Et proprie conferunt hęc, quando hic vir percipit ſe in animoſitate & virium fortitudine deficere.

Confortatio pulmonum & pectoris. At vero inſuper licet pulmoni & pectori eius tria conueniant præſcripta remedia, tamen ſi contingeret virum iſtum percipere dyſpnoean vel aliam ſpeciem nocumenti anhelitus: tunc opportunum inſtrumentum eſſet, vt acciperet ʒ j. antiquæ theriacę Andromachi cum ij. ℥ hydromellis anteſcripti in regimine poteſt: & eodem D
modo conferret ei ʒ j. antiqui mithridatii. Scio autem, quod pulmonem & pectus ab omni difficultate anhelitus defendit potenter frequens retentio in ore cum loch de pino facta, &c.

Rectificatio ſtomachi. Iam autem oportet attendere ad rectificandum ſtomachum, cui videtur mihi neceſſarium eſſe prouideri quinq; inſtrumentis. ¶ Et primum eorum & nobile valde eſt, vt hic vir aſſueſcat deglutire cochlear vnum xylobalſami conditi; quod apportatur a nauigantibus orientales partes, virtute enim delectatione & operationum æqualitate nullam parem inuenio medicinam. ¶ Secundum vero inſtrumentum eſt, vt bis in ſeptimana comedat vnum myrabolanum conditum per duas horas ante cibum. ¶ Tertium, vt ſæpe in cibis ſuis vtatur puluere roſmarini & macis æqualibus par- E
tibus commixtis, & prius per ſe puluerizatis accipiendo ex eis quantitatem medii corticis nucis. ¶ Quartum: vt poſt cibaria ſua aſſueſcat deglutire duo vel tria grana maſticis. ¶ Quintum vero ſpeciale ad ſtomachum eſt, vt in ſeptimana ſaltem ter in aurora bibat ℥ iij. aquæ decoctionis pulueris ligni aloes calidæ: ita vt ʒ ij. pulueris illius coquantur j. ℔. & ß. aquæ fontis vſque ad conſumptionem medietatis, quanta enim ſublimitate laudetur lignum aloes ad ſtomachi diſpoſitiones frigidas poteſt legi & perpendi *ſecundo can. cap.* de xyloaloes.

Confortatio epatis. Nunc autem vltimo ad epatis confortationem deueniendum eſt. ¶ Quorum primum eſt, quod omnes endiuiæ ſpecies & partes earum conferunt epati: & epar adipi, id eſt lupi & proprie aſſatum: & caro limacum intelligendo de his, quæ F
inueniuntur in dumetis, quas nominauit Galenus codias *alimentorum tertio in proprio*
Confectio. *cap.* ¶ Itaque non raro expertus ſum hanc confectionem, qua epati magno iuuamento conferre cognoui. *℞. trociſcorum de roſ. deſcriptione maiori ʒ j. ſpodii de canna. ſubtiliter puluerizati ℈ ij. pulueris epatis lupi combuſti vel magnifice exſiccati. ʒ ij. ß. ſacchari albi*

℔. *1. cum*

A ℔. r. *cum aqua cichoreæ, coquatur ſaccharum & cum aliis fiat confectio ſolida*, de qua hic nobilis ſaltem in ſeptimana quater per horam, & ß. ante cœnam comedat duo fruſta bibendo poſtea ℥ j. ſyrupi de ribes cum ℥ j. ß. aquæ cichoreæ. & hæc quidem videntur bene ſufficere pro intentione ſexta.

Septimam iam oportet complere intentionem, videlicet ad vltimam & perfectam conſumptionem reliquiæ materierum. Et licet plurima prædictorum ſeruſant ad hanc intentionem, velut dicta præſcripta digerentia, euacuantia, diuerſiones, & confectiones: tamen hic memorabo quatuor ſingularia. *VII. Perfecta materierũ conſumptio.*

Et primum quidem eſt, quod memorauit Galenus, videlicet trociſc. eſcilos. gratia Auicen. deſcripſit hoc compoſitum. ℞. *Zurumbet, eſt zedoaria, garyophil. vſnen,* B *cinamomi, maſticis, thuris omnium ana danich. vel ʒ j. opii, caſtorei, an. kirat. j. & eſt pondus vnius ſeminis karubiæ, aloes epaticæ, gran. xv. formentur pillulæ cum ſucco abſynthii, de quibus patiens in aurora accipiat iij. ante prandium ſaltem per tres horas.* Sedant enim agitationes ſtomachi & materierum in eo conſumendo ſuperfluitatem. *Pilulæ. Zurumbet. Danich quid. Kirat quid.*

Secundum vero inſtrumentum eſt hoc, ℞. *ſpecierum electuarii diacurcumæ & dialaccæ, an. ʒ j. ſpodii, maſticis, corallorum & ſandalorum amborum, an. ʒ ß. ſandaracæ ʒ ij. formentur pillulæ cum ſucco rutæ de omni ʒ vj. de quibus æger omni ſero ante cœnam accipiat vnam, continuando eas per ſpatium xv. dierum ad minus.* *Alia.*

Tertium vero ſpeciale confortatiuum epatis & ſtomachi etiam, & proprie, quando fluctuat vel euomitur ſanguis, eſt nobile compoſitum, quod ſcripſit Auicen. C *capite de vomitu ſanguinis*, hoc modo. ℞. *acatiæ ſem. roſ. terræ ſigillatæ, balauſtiarum, apii ſem. hyoſiyami alb. gummi arabici, an. ʒ j. formentur pillulæ cum ſucco abſynthii, & per quinque dies continuos exhibeatur in potu ex eis in aurora ʒ ß. & ſunt medicamentum optimum & proprie quando ſubduplatur pondus opii & erit medicina ſecurior.* ¶ Ego autem experientia infallibili ſcio, quod ſi patiens aſſumat per ſpatium xx. dierum omni mane in aurora, ℥ j. aquæ deſtillationis ſarcocollæ: & tardetur poſt eam cibus horis ad minus tribus, conſumantur per eam materiæ omnes corporis ſuperfluitates & proprie frigidæ, vnde alleuiatis membris acquiritur ſanitas, quam huic viro concedat altiſſimus ad laudes eius immortales, Amen. *Alia.*

D **CONSILIVM CIX.** *De his, quæ prohibent venarum apertionem.*

MAXIME in paratis ad hoc ſymptoma, licet hic ſit ſermo in omnibus corporibus. ¶ Et primo. ℞. *electuarii de ſebeſten, de quo talis paratus ad* hoc, omni ſeptimana ſemel deglutiat parum ante cœnam a ℥ iij. vſque ad iiij. gratia lenitionis ventris: & ſi venter multum ſtipticus eſſet, poſſet augeri doſis, vſque ad ℥ j. vel quaſi omni die vel tertia die accipiendo. ¶ Secundum remedium eſt hoc. ℞. *trociſc. de karabe ʒ j. lapidis hæmatitis loti ʒ ij. ſcoriæ ferri frixæ ʒ j. ß. boli armen. terræ ſigillatæ. ʒ j. amyli ℥ ß. ſeminum myrti ʒ ij. ß. fiat electuarium in mortario vehementi & longa contritione*: de quo patiens per magnum tem- E pus omni ſuo exercitio teneat in ore, vt paulatim deſcendat. ¶ Tertium remedium, vt omni ſeptimana ſemel accipiat in aurora ʒ j. ſacchari roſ. antiqui cum ℥ ij. aquæ decoct. granor. mirti aut deſtillationis eius. ¶ Quartum remedium eſt hoc. ℞. *hypocyſtidos, acatiæ, ſandaracæ, ſeminum plantaginis: ſcariolæ & acetoſæ, an. ʒ ß. ſeminis portulacæ ℥ iiij. ſcoriæ ferri præparatæ ʒ ij. pulueris ſeminis lini torrefacti ʒ j. antheræ, balauſtiarum, karabe, hæmatitis an. ʒ v. pinearum ℥ iiij. granorum mirti ℈ ß. infundantur grana pini per duos dies naturales in aqua ſublimationis mirti. deinde terantur & coquantur in ℥ iij. ſacchari & reliquis ſuccis additis fiat electuarium*: de quo iſte quatuor vicibus in die naturali accipiat primo in aurora ℥ ij. & tantundem in mediis tertiis, per ſex vero horas poſt prandium accipiat ex eo ʒ j. & tantundem per horam poſt cœnam. *Electuariũ.*

F Cum hoc enim electuario multi præſeruantur a raptura venæ: imo venas fractas conſolidat. ¶ Quintum remedium eſt hoc. ℞. *trociſcorum de ſpodio cum ſemine acetoſæ, Trociſcorum de bolo armeniæ, an. ʒ j. Trociſcorum de karabe ʒ ij. incorporentur cum glutine piſcium diſſoluto cum ſucco roſarum, & fiant ex eis pillulæ nouem pro ʒ. de quibus præparatis accipiat vnam omni quarto ſero cum vadit dormitum.* *Aliud.*

Iſta remedia fiant & continuentur temporibus ſuſpectis ad minus per ij. menſes con- A
tinuos, cum omnis operatio tempus requirat.

Consilivm CX. *De dolore pectoris a materia mixta ex phlegmate & cholera vincente phlegmate.*

NObilis iſte vir laborat dolore pectoris a materia mixta ex phlegmate
& cholera, dominante phlegmate, quæ oppilationes fecit & dubium
eſt: quod apoſtemare inceperit: & niſi ſuccurratur ei, non dubito,
Aer. quia apoſtemabit, quare regaıur primo per hunc modum. ¶ Patiens
præcauere ſibi debet a ſtatione vel mora ſub flatu venti ſeptentrionalis, habita ulo
Veſtes. camerarum terrenarum propinquis curſibus aquarum: & habitet in locis calidis ad B
notabilem ſiccitatem declinantibus: caueat a veſtibus pectus ſtrigentibus & coo-
perturis capitis valde grauibus; imo caput ſuum mediocriter munitum efficiat cum
Cibus. byretis. ¶ In cibis vero teneat iſtum modum, videlicet quod effugiat omnia ciba-
ria acria & acetoſa ſaltem in multo vſu. Similiter dimittat cibaria acuta vel cum
eis compoſita, vt ſunt cæpæ, allium & conſimilia. Et ſimiliter res acutas cum ſalſedi-
ne multa. Quarto iterum caueat ſibi a rebus frigidis & humidis, vt ſunt lactucæ, por-
tulacæ, ſpinachia, beta & conſimilia. Item dimittat viſcoſa valde & ventoſa, vt ſunt
lac & piſces elixi. Item dimittat ea, quæ ſunt pectoris conſtrictiua, vt pira multa &
proprie acria, neſpila, ſorbas, granata, nuces, caſtaneas & ſimiles. Item dimittat pa-
ſtiles cibos omnes. Effugiat multi olei communis vſum. Sed loco eius vtatur oleo C
amygdalarum dulcium aut butyro recenti. Effugiat quin etiam vſum omnium legu-
minum & proprie elixorum, & vſum lactis crudi: coctum cum ouis & aliis rebus non
vitupero, vtatur pane recenti bene fermentato non multum combuſto: & carnibus
caſtratinis, vitellinis, de agno de capræto, de cuniculo, de lepore, & de carnibus pul-
linis, de gallinis & anatibus iuuenibus. Et magnus vſus eius debet eſſe in comeſtione
columborum paruorum elixorum & aſſatorum, & auium minutarum, turdorum,
merulorum, perdicum, phaſiani & conſimilium. Antiquas autem carnes & ſalitas o-
Potus. mnes fugiat. In aliis autem cibariis habet licentiam, præterquam in ſupradictis. Po-
tus ſit eius, vinum album ſubtile, dulce magis, quam bruſcum & ponticum bene cla-
rum & tranſparens: quod tamen in æſtate commiſceat cum tertia vel quarta parte a- D
quæ decoctionis radicum liquiritiæ raſæ, & in diebus frigoris vinum commiſceat
Exercitia corporis. cum aqua cocta cum mellis quantitate pauca. ¶ Effugiat etiam ſaltem per vnum
annum exercitia fortia omni tempore & proprie poſt cibum. Et caueat exercitari ali-
quo erercitio incuruatıuo pectoris & capitis. ¶ Caueat a vehementia & frequentia
Inanitio & repletio. coitus, vſque quo erit ſanitati reſtitutus. Item non comedat vnquam niſi quando na-
turalis appetitus affuerit. Caueat comedere niſi cum optima maſticatione præ-
miſſa. Et iterum non repleat ſtomachum cum cibo neque potu tantæ quantitatis,
quod ſentiat grauitatem & fluctuationem in eo. ¶ Dormiat autem diſtanter a cibo
Somnus & Vigilia. per duas horas capite eleuato. Et caueat quantum poteſt ne dormiat ſuper ſpina, imo
prius iacendo ſuper dextro latere; deinde reuoluendo ſe ſuper ſiniſtrum. Et iterum E
dimittat dormitionem diurnam, ſi bene & conuenienter dormiuerit in nocte: ita
tamen, quod dormitio ſua ſit per ſpatium octo horarum aut ſeptem ad minus. ¶ Vl-
timo quantum ad hoc, dimittat ſollicitudinem, triſtitiam & contemplationem circa
res melancholicas & timoroſas, & conſolato animo cum bona ſpe lætetur & gaudeat
ad laudem Dei, Amen.

Consilivm CXI. *De ſputo ſanguinis theoricum tantum.*

ILla venerabilis religioſa quærit habere notitiam ſputi ſanguinis, quo
moleſtatur. Et hæc quidem diſpoſitio omnino periculoſa eſt. ¶ Si enim
hoc ſputum ab inferioribus prouenit per modũ inclinationis ad vomen- F
dum, neceſſe eſt, aut quod venæ panniculorum ſtomachi dilaceratæ, vel
apertæ vel ruptæ ſint. Aut quod aliunde ad ſtomachum effundatur ſan-
guis. ¶ Si itaque ſanguis effundetur a ſplene, erit niger, opacus & facile congelabi-
lis cum grauitate in ſiniſtro hypochondrio percepta. ¶ Si autem hic ſanguis proue-
nerit

A neritab epate, erit rubeus, obſcurus cum grauitate, & tenſione in hypochondrio dextro perceptis & erit multus & perſeuerans magis. ¶ Si autem effunditur a matrice ad ſtomachum, tunc præcedent ſigna retentionis menſtruorum, quod facile contingere poteſt in ea: eo quia quadragenaria eſt, vt mihi ſcribitur: & tunc erit grauitas & tenſio in inferiori parte ſpinæ & lateralibus partibus oſſium ancharum cum rugitu vel tenſione in profundis locis infra vmbilicum, & ſignis coangustationis anhelitus: aut interpolato euentu ſpecierum præfocationis matricalium. ¶ At vero iterum, ſi emittatur ſanguis a pectore, & effundatur a concauitate eius, neceſſe eſt primum ſanguinem eſſe coagulatum & nigrum, & interpolatæ expuitionis emiſſæ, cum tuſſi moleſta & longa præcedente emiſſionem prædicti ſputi. ¶ Si autem effundatur B hic ſanguis a panniculis pectoris, erit paucus cum moleſta tuſſi, rubedine ad claritatem tendente, cum forti mixtione, cum altera ſpatuli materia cum dolore in partibus pectoris percepto. ¶ Si autem effunditur a pulmone, neceſſe eſt ipſum eſſe multum rubeum, clarum & ſpumoſum cum moleſta tuſſi emiſſum, & proprie quando prouenit ab eruptione magnarum venarum pulmonis. Vbi ſi venæ eruptę paruæ fuerint, ſanguis erit paucus, & cum prædictis accidentibus emiſſus. Si autem reduceretur ab arteriis, tunc ſanguis ille multus eſſet rubeus vehementi rubedine, ſpumoſus, actu multum calidus, cum pulſu cordis & inſeparabili febre miſſus. ¶ Cum vero educitur ſanguis per ſputum a regione animatorum membrorum, tunc ſi erit paucus, leui rubedine coloratus per modum exſcreationis a capite attractus, ꝓuenit a panniculis C cerebri; a mala complexione frigida per modum compreſſionis, faciens ipſum effundi. Aut a mala complexione humida prædictarum partium debilitante contentiuam venarũ per modum mollificationis, & accidit plurimum in nocte grauante caput multum dormientibus, & capite inclinato in dormiendo tenentibus. ¶ Ex quibus omnibus concluditur, quod qualitercumque & vndecumque prædictis modis expuatur iſte ſanguis, omnino ſuſpecta ſit eius terminatio magnum periculum ſuperuenturum pronuntiat ei. Hæc ſunt, quæ conſiderari oportet in diſpoſitionibus huius matronæ.

Consilivm CXII. *De ſputo ſanguinis emiſſo a pectore cum tuſſi & ſcreatu.*

Ægritvdo huius generoſæ Mulieris ſicut poteſt colligi ex his, quæ mi-D hi per literas plene ſatis oblata fuerunt, eſt multiplicibus & variis ægritudinibus vel accidentibus complicata: quæ tamen & ſi propter earum magnitudinem particularem aduocarent ad ſe curationem. Vidétur tamé ab ægritudine velut radice omnium aliarum principium curationis aſſumere. ¶ Eſt autem diſpoſitio hæc ſputũ ſanguinis emiſſum a pectore cum tuſſi & ſcreatu. Huius quidem licet plurimę poſſint aſſignari cauſſæ ab auctoribus annuntiatæ & varietates eius. Videtur tamen mihi omnino verendum eſſe, quod ſputum ſanguinis huius mulieris ſit propter rupturam paruarum venarũ in ſubſtantia pulmonis ipſius. Apparet autem hanc rem multis argumentis poſſe probari. Primo quia hoc ſputum non videtur in ea provenire propter reſudationem ſanguinis a poris & orificiis vena-E rum. Primo quidem; quia ſanguis, qui ita exſpuitur, neceſſario eſt ſubtilis ſubtilitate cholerica, aut aquoſitate eius. ¶ Primum autem non videtur ita rationabile propter ætatem, quia decrepita eſt mulier, licet nõ foret impoſſibile in muliere decrepita ſanguinem etiam valde cholericum reperiri, omnes ægritudines omnibus ætatibus, cõplexionibus, regionibus & temporibus anni accidere poſſunt. Licet quædam raro, quædam maxime fiunt & acuuntur, teſte Hippoc. *ſect.3.aphor.19.* ¶ Etiam non videtur hunc ſanguinem rationabiliter eſſe ſubtilem ſubtilitate aquoſa propter ætatẽ & propter viſcoſitatem in aquoſitate ſanguinis decrepitorum inuentam: ſed ætas reddit ſanguinem frigidum, igitur non bene mobilem, & viſcoſitas eius prohibet penetrationem; igitur & reſudationem.

Cauſſa.

Omnes ægritudines omnib. temporib. omnib. accidere poſſe.

F Adhuc etiam non videtur hoc ſputum ſanguinis exire a ruptura magnarum venarum propter plura motiua. ¶ Primum ſi exiret ab eruptione magnarum venarum, tunc emitteretur in maiori quantitate. ¶ Secundum emitteretur frequentius. ¶ Tertio, maior eſſet anhelitus conſtrictio. ¶ Quarto tuſſis eſſet fortior. ¶ Quinto magna caliditas in pectore perciperetur. ¶ Sexto fortis in pectore

Hunc ſanguinem non exire ex ruptura venæ magnæ.

perciperetur ebullitio. ¶ Septimo pondus notabile perciperetur in parte collectionis ſanguinis effuſi. A

Vnde veniat. Cum igitur talia accidentia fortia non appareant, videtur rationabilius eſſe concludendum, hoc ſputum ſanguinis prouenire a venarum ruptura paruarum in pulmone exiſtentium: quod multis declarari poteſt argumentis. ¶ Primo, quia a paruis venis parum effunditur de materia & conſequenter ipſa non multum conſtringit anhelitum. ¶ Secundo non vehementem efficit tuſſim. ¶ Tertio non magna percipitur caliditas & ebullitio in loco collectionis. ¶ Quarto non multus neq; frequenter remittitur ſanguis. ¶ Et cum non euacuetur patiens, caliditate, ebullitione & aliquali grauitate in pectore perceptis, ſignificatur, quod materia non valde multa, nō cito, nec frequenter in loco congregetur: ergo rara & pauca fit per ſputum ſanguinis B emiſſio & cum leui tuſſi. ¶ At vero dolor grauatiuus & partim extenſiuus in fine coſtarum ſub eis perceptus ſignificat materiam ad diaphragma deriuaſſe, quæ ibi grauans & in vapores & ventoſitates conuerſa, cū ſubita etiam alteratione facta in parte illa a mala complexione calida in ſanguine effuſo acquiſita dolorē efficit in diaphragmate, qui iterum valde verendus eſt: propterea, quia ibi perſeuerans attraheret apoſtema, quod in hac ætate & tanta debilitate pernitioſum eſt. Reliqua accidentia, quæ ex defluxu materierum a capite accidunt, & in ſtomacho etiam percipiuntur, & in ventre inferiori & febris & conſilia ab hac radice & fundameuto dependent, ſi quis inſtructus diligenter conſideret.

Attento igitur hoc fundamento, vt ad inſtanter rogitata deſcendam, ſeptem C mihi viſum eſt huic generoſæ mulieri prouidendum eſſe remediis. ¶ Et primum quidem horum eſt præſupponendo debitum regimen per celeberrimos Doctores admi-*Digeſtiuum.* niſtratum, quod hæc mulier vtatur hoc digeſtiuo omni mane in aurora accepto. ℞. *aquæ plantag.* ℥ *ij. aquæ roſ.* ℥ *j. miuæ cydoniorum* ℥ *j. miſce.* & tepidum accipiatur pluribus *Pillulæ.* diebus. ¶ Secundum eſt hoc. ℞. *margaritarum perforatarum corall. rub. hæmatitis ſem. portul glutinis piſcis vel cartæ, an.* ʒ *j. trociſc. de karabe.* ʒ *j.* ß. *cum melle violarum fiant pillulæ ex omni* ʒ *ix. de quibus hæc mulier* accipiat tres per duas horas poſt aſſumptionem potus præ-*Electuariū.* dicti. ¶ Tertium inſtrumentum eſt. ℞ *ſacch. roſ. antiq.* ℥ *ij. loch de pino* ℥ *j. corall. rub. ſubtiliſſime tritorum* ʒ *j.* ß *fol. auri numero ij. cum ſyrupi modico de berberis fiat electuariū.* de quo poſt cibum ſuum deglutiat quantitatem nucis muſ. & de ipſo frequenter teneat in ore ſuo D ſine maſticatione permittendo deſcendere. ¶ Quartum inſtrumentum eſt hoc. ℞.

Emplaſtrū. *empl. de mucilaginib.* ℥ *j. ſan. dra. acatiæ coral. rub. ſem. portul. an.* ʒ ß. *drag. diſſoluti cum vino ſubtili alb.* ℥ *j. mucillaginis ſebeſten.* ℥ *ij. fiat linimentū tenue, quod extenſum ſuper panno leuiter ſupponatur coſtis dolentibus, de quibus ſupra.* ¶ Quintum inſtrumentum eſt hoc. ℞: *ſtyrac. calam.*

Puluis capiti ſuperaſpergendus. *ligni aloes, garyoph. an.* ʒ ß. *ſandaracæ corall. ru. ſpodii roſ. an.* ʒ *j fiat puluis ſubtil. quæ ſuper puluerizetur capiti a primo capillorum incipiendo vſq; ad ſummitatem ipſius per amplitudinem quatuor digitorum inter capillos.* melius tamen eſſet, quod abraſis capillis ſuperponeretur cuti.

Pillulæ. ¶ Sextum inſtrumentum eſt. ℞. *ſpodii, roſarum karabe ſandaracæ, corall. rub. acatiæ, an.* ʒ ß. *drag. diſſoluti cū ſyrupo de myrt.* ʒ *j.* ß. *coquantur ſimiliter & fiant pillul. de quib. accipiat duas vel tres per duas horas poſt cœnam.* ¶ Septimum eſt, vt vtatur electuario de ſebeſten, de quo ac- E cipiat ſaltem vj. vel vij. ʒ. in aurora cum decoct. paſſularum vel liquir. & tardet comedere poſt ipſum per quinq; horas. Hoc enim electuarium alleuiabit febrem liniendo ventrem & mollificando pectus, &c.

CONSILIVM CXIII. *De fractura venæ in pectore coniuncta cum febre & maraſmodea etiam diſpoſitioze.*

TRIA igitur procuranda ſunt & contemplanda in hac diſpoſitione. ¶ Primum eſt ſputum ſanguinis. ¶ Secundum eſt febris continua. ¶ Tertium conſumptio ſiue maraſmus vniuerſalis. ¶ Quibus prouidere volenti primum, quod occurrit, eſt attendere ad exſcreatum ſanguinis. ¶ Tertium reſtaurare corpus cum cibis nutritiuis. ¶ Igitur 15. remediis huic viro conſideraui, F prouidendum eſſe; de numero quorum ſeptem erunt ad exſcreatum ſanguinis compeſcendum adminiſtranda: quandoque ad febrilem diſpoſitionem remouendam, & tria ad aliqualem vigorationem virtutis & reſtaurationem membrorum; quæ inanita ſunt.

Igitur

A Igitur pro primo præmittendum eſt, quod quatuor modis retineatur ſanguis a venis vel arteriis effuſus. ¶ Primo, per diſtractionem eius ad oppoſitum. ¶ Secũdo per motum ipſius ſanguinis in membro eodem, vel ad propinqua. ¶ Tertio per electioné ciborum & potuum. ¶ Quarto per applicationem medicinalium conuenientium fluxum ſanguinis ſedantium. Hæc collige *5. de ingenio ſanitatis ſexto cap.*

Diſtractio ſanguinis ad oppoſitum.

In primo itaq; horum non multum inſudabo, quia ſcio id eſſe factum per illuſtres Medicos, qui eum viſitauerunt, nam perſeuerante ſanguinis exſcreatione, virtute forti phlebotometur baſilica dextri brachii ſub cubito, & exeant vnciæ ad minus duæ ſanguinis, quoniam ruptura eſt in parte ſiniſtra. ¶ Secundus vero diſtrahendi modus, quia ſanguis huius viri eſt cholericus, quod colligitur ex ſignis oſtendentibus ex ſiccita- B te palati, amaritudine oris, præſentia granulorum in circulari regione vrinæ, & aliis his apparentibus, ſanguis a narib. prouocetur cum ſetis porcinis, vel cum retorta chartula pergamena, & ſi hæc non præſtant iuuamentum, aperiatur cephalica inter pollicem & indicem dextræ manus, educendo vncias duas ſanguinis, vt magis a remotis fiat diſtractio. ¶ Tertius diſtrahendi modus eſt per applicationem pannorum calidorum & poſitionem ventoſarum ſine ſcarificatione ſuper nates inferiores ſpinæ partes. ¶ Quartus eſſet, vt apparente fuſcedine in ſanguine cum craſſitudine intendatur apertioni hæmorrhoidarum cum fricationibus earum, cum panno biſello, aut foliis ficus, aut felle tauri, per hæc omnia alternatim facta iuuamentum ſentiet.

Motus ſanguinis ad propinqua.

Pro declaratione vero ſecundi, dico, quod fricatio circa loca pectoris, ſiue ſit C oppoſita, ſiue non, ſed propinqua ſatis mouet materias antecedentes ſi pectoris locis propinquas, vnde ſanguis emanat, dummodo talis fricatio non fiat vehemens, niſi cum rebus potentia aut ſaltem calidis actu, in talibus enim non competunt calida, paruæ etenim ventoſæ leuiter ignitæ frequentatæ ſuper muſculoſis partibus pectoris anterioribus & poſterioribus vtiles ſunt. ¶ Et medicinæ rubificantes, vt calamentum, apium ſylueſtre adhuc & leuiter veſicantes conueniunt, vt infuſio cotti in lacte ficuum, vel in ſucco apii ranini, quorum aliquid poteſt remouere ſanguinem in membro, a quo fluxurus eſt, exſiſtentem.

Taceo hic nonnullas ligaturas, quas ſæpe feci cum chordulis trahendo cutim a coſtis & ſuſpendendo ipſam cum circumnodatis chordis; quod inſtrumentum fere in- D ſtantanee vidi conferre ſimul cum ligatura adiutoriorum & in radice oſſei facta, quæ omnia ſunt ſapientum inſtrumenta.

Electio ciborum & potuum.

Circa tertium vero cibaria & potus debent his participare qualitatibus. ¶ Prima, quod ſint infrigidatiua primi vel ſecundi gradus. ¶ Secunda, quod ſint incraſſatiua. ¶ Tertia inuiſcatiua. ¶ Quarta conglutinatiua. lege hoc, *lib. 5. de ſan. tuend. & decima tertii.* Et cum fere in nullo ſimplici cibo & potu hæc inueniantur, oportet confringere ea taliter, aut coquendo in eis dragagantum, aut gummi Arabicũ, aut modicum chartæ pergameni, aut pultem ex brodialibus faciendo, ex amylo, & farina volatilis molendini, aut oryzæ, aut farina chondri, i. farina farris, aut ſaltem iam coctis ferculis ſuperef- E fundere aliquid de puluere eorum, aut frequentare iuſcula ex lacte caprino decocta, in quo prius fruſtum chalybis, vel lapidis fluuialis albi extinctum fuerit, aut ſaltem diu coquendo ipſum, aut pedes vitulorum & arietum, pullorum & caponum in cibis eorum coquendo vehementi diſſolutione, aut aliquid de glutine chartæ, vel piſcis diſſoluendo cum cibariis, & interdum procedo ego, quod facio frequenter deſtillari pedes, & neruoſas partes animalium cutem parum ante excoriatam. Et non raro confundo in cibis fruſtum anguillæ vel tinchę & viſcerum piſcium, & hæc omnia faciunt iuuamentum, quoniam fundantur in teſtimonio antiquorum & diſcurſu rationali, & quotidiana experientia. ¶ Propter quod etiam infundi debet aliquid de glutine piſcium aut puluere eius, vt acquirat glutinationem, & non dubito quin, ſi acciperetur lib. j. mellis albi, & in xv. lib. aquę, in quibus bis extincta fuiſſet lib. j. chalybis bene candentis, & miſce- F retur huic decoctioni dragaganti, gummi Arabici an. drachm. j. ß. cum ſcrupul. j. croci, & coqueretur totum, vſque ad tertiam partem duabus remanentibus, hic potus huic viro eſſet maximum iuuamentum ſimplex acceptus, aut ſaltem cum altera medietate vini ſubrubei mediocris dulcedinis participantis. & hæc de cibo & potu.

Ex quo fundamento apparet, quod quartum particulare præmiſſum iam virtua-

liter incluſum eſt in hoc tertio. Lucidius tamen aliquid ſcribendo dico, quod brodialia caponum, phaſianorum, perdicum & vitulinarum carnium, pullorum & gallinarum omnia vniuerſaliter loquendo coqui debent in aqua exſtinctionis chalybis, ſine qua difficulter ſanabitur. A

Vt tamen reſtaurationi medicamen aliquod compoſitum adhibeatur. ℞. *carnium turturis in aqua chalybis iam decoctarum, vſque ad diſſolutionem carnium, de alis phaſianorum, caponum, perdicum, aut francolinarum coctarum in prædicta aqua lib. ß. amyli de hordeo ℥ j. dragaganti, gummi Arabici, liquiritiæ raſæ an. drach. j. ß. ſeminum quatuor communium frigidorum an. drachm. ij. ſem. lactucæ alb. & ſcariolæ, doronici & eryngii, an. drachm. ij. ſacchar. candi. ℥ iij. florum, vel foliorum maccianorum, ſarcocollæ longo tempore nutritæ in aqua chalybis an. ʒ j. vitellorum ouorum numero 10. qui decoquantur in aq. chalybis iam prædicta:* terantur ergo vitelli, cum modico aquæ carnis ſublimatæ, & cum eis incorporentur carnes: deinde & reliqua alia cum aqua roſ. muſcata, & ex hac mixtura fiat electuariũ, de quo per duas horas ante diem, & per horam ante prandium, & tertio iterum per horam ante cœnam comedatur cochlear vnum bibendo poſt ipſum vini electi parum, vt ſupra. Cum hoc electuario plurimos ſanaui, & componentia declarant, & hoc de quarto remedio. ¶ Quintum autem inſtrumentum. ſt adminiſtratio localium: igitur ℞. *gallarum perforatarum, gallarum quercus, ſumach, acatiæ an. ℥ ß. granorũ myrti ſem. planta. & por. an. ʒ iij. draga. & gum. Arab. torrefactorum, glutinis piſcium & chartæ an. ʒ v. farinæ hordei ℥ j ß. amyli & farinæ volatilis molendini an. ℥ j. croci ʒ j.* bulliant hi pul. in vino rubeo mediocris ſtypticitatis, deinde incorporentur in mortario omnia, & fiat linimentũ vel emplaſtrũ craſſum, cum quo omnes partes coſtarum liniantur mamilla ſiniſtra dimiſſa in latitudine circa ſemiſſem, & fiat hoc in die naturali bis, & ſi tale medicamen adhæret & inuiſcatur cuti, nullatenus deponatur, ſed eidem aliud ſuperponatur. ¶ Sextum vero ſpeciale inſtrumentum eſt hoc. ℞. *aquarũ acetoſæ, meliſſæ an. lib. ß. aquarum cichoreæ, roſar. muſ. an. ℥ viij. trociſ. de roſ. trociſ. de ſpodio an. ℈ ij. been alb. & rub. doronici, oſſis de corde cerui, pul. margaritarum an. ℈ j. croci ℈ ß. vini maluatici cyathum ß. miſce & bulliant omnia modicum, in quibus infundatur pannus de grana quadrangularis, & ponatur ſuper mamilla ſiniſtra actu tepidus, & nullo modo calidus & alter ſibi conſimilis a parte poſteriori ex oppoſito rectitudinaliter apponatur,* & frequenter horum applicatio omni hora ter, aut ad minus bis. ¶ Septimum ſpeciale remedium eſt hoc. ℞. *ſemin. plantagin. ſumach, acatiæ an. ʒ j. margaritarum mundiſſimarum, corallor. rub. carabæ, hæmatitis, ſanguinis dra. an. drachm. ij. boli armeni drachm. v j. dra. gummi Arab. thuris gummoſi an. drach. iij. puluerizentur omnia per ſe ſubtiliter, & de hoc puluere aſſumatur ſcrup. j. cum vnc. j. ß. aquæ portulac. in die quater,* videlicet hora aſſumtionis ſyrupi infraſcribendi, ante, vel poſt ipſum ſecunda vice aſſumatur in mediis tertiis, tertia vice aſſumatur ante cœnam per horam vnam, quarta vice per duas horas poſt cœnam, hic eſt ille puluis, qui me felicitauit in curando gentem plurimam in conſimili diſpoſitione. ¶ Octauum remedium eſt. ℞. *draga. frigidi vnc. ij. hæmatitis loti, carabæ, glutinis chartæ, corallor. rub. margaritarum an. drachm. j. incorporentur ſimul in mortario cum loch de papauere, & fiat loch,* de quo vir iſte quaſi ſemper teneat in ore ſuo quantitatem grani fabæ. Eſt enim meum ſuffragium ſpeciale latens.

Electuariũ. B

Adminiſtratio localium. *Linimentũ.* G *Epithema.* *Puluis probatiſſimus.* D *Eclegma.*

Nunc autem ſecundo principaliter attendendum eſt febri cum quatuor remediis. ¶ Primum itaq; ipſorum eſt hoc. ℞. *ſem. & radicum plantaginis, anteræ, granorum myrti, ſpodii, centaureæ mi. radicum conſolidæ vtriuſq;, trium ſandalorum an. ℈ j. ſem. quatuor communiũ frigidorum, ſem. acetoſæ, ſem. endi ſem. ſcariolæ an. ʒ j. ß. ſem. portul. ℥ ß. acatiæ, ſumach an. drach. iij. labruſcæ, ſpodii, coral. amborum & ſandalorum amborum an. ʒ j. puluerizentur omnia craſſo modo, & infundantur in aquam decoctionis portulacæ per biduum: Deinde ſuperaddantur ei ſucci granatorum muzorum, ſuc. cydoni. an. lib. j. aquæ labruſcæ, aq. roſ. an. lib. ß. & omnia inuicem bulliant lento igne, vſque ad conſumtionem medietatis: Deinde colentur vehementi expreſſione & colaturæ ſuperaddatur vini cydoniorum iam maturi & agreſtæ ſine ſale an. vnc. viij. & inſimul bulliant cum lib. ß. ſacchari, vſq; ad bonam glutinoſitatem ſyrupizationis. De hoc ergo ſyrupo omni mane in aurora accipiat ℥ ij. cum ℥ ß. aquæ ſublimationis portulacæ, & tardet cibum aſſumere per tres horas.* Poſtquam ergo cibatus fuerit, accipiat iterũ doſim pulueris ſupraſcripti in præcedenti c. poſt cuius aſſumtionẽ iterum cibetur, & iterum a cibatione redeat ad puluerem accipiendum, & econuerſo de ipſo a cibatione, & erit regularis modus regiminis eius, tam ex parte ciborum,

Remedia contra febrem quatuor. E *Syrupus.* F

A ciborum, quam medicinarum, & ſi conſideras in hoc ſyrupo includitur virtus frangendi caliditatem febrilem, & materiam eius æquandi, & aſpectum habet ad exitum ſanguinis. ¶ Secundum vero ſpeciale remedium eſt hoc. ℞. *conſeruæ roſ. antiquæ ℥ ij. conſeruæ boraginis ℥ j. trociſ. de ſpodio ʒ j. coral. amborum & ſandalorum amborum, acatiæ & ſumach an. ℈ ij. pulueris margaritarum drach. ij. fiat electuarium cum modico ſyrupi de myrto, de quo hic vir accipiat ſemper ante cibum & poſt cibum omnem quantitatem nucis muſcatæ deglutiendo ipſum.* Electuariũ.
¶ Tertium remedium ſpeciale eſt hoc. ℞. *mucilaginis ſebeſten. ſem. cydoniorum bene craſſi, vtriuſque ana ℥ ij. mannæ electæ vnc. j. ß. olei amygdalarum dulcium vnc. ij. inſpiſſentur cum ſaccharo albo in mortario perfecta contritione, & de hac mixtione ſaltem omni tertio die aſſumat quantitatem mediæ vnciæ, & conſideret effectum lenitionis ventris aut alterius accidentis, conſequen-* Aliud.
B *tis ad ipſum*, & ſecundum ipſum minoret aut augmentet quantitatem vſquequo alleuiationem percipiet ex aſſumtione eius. ¶ Quartum ſpeciale remedium eſt hoc. ℞. *loch de papauere drachm. ij. maſt. carabæ, corallor. rub. an. gran. iij. miſce, & totum hoc per horam cum dimidia poſt cœnam bibatur cum vnc. j. ß. aquæ portulacæ.* Ego enim non dubito huic diſpoſitioni complicari, & ad eam ſequi catarrhizantem a capite materiam, aut fortaſſe verius eſt concedere, quod catarrhizans a capite materia incoatiue fuit cauſſa ægritudinum huius viri. & hoc de ſecundo capite attendendum ad febrem & annexa. Potio.

Iam vero tertio reſtat aliquid tangere de cibalibus conuenientibus, propter quod præmitto, quod primo in omni cibario ſuo bulliant folia portulacæ, & aliquando folia lactucę, & quandoq; folia granatorum. Et de mihi ſecretis expertis eſt comedere fercu- Cibalia conuenientia.
C la cocta cum foliis conſolidæ minor. & ad illud etiam adiunge folia burſæ paſtoris & pedes animalium, & cor etiam & pulmonem ipſorum a comeſtione, quorum nullatenus ſecedendum eſt, memorando etiam vſum electuarii reſtauratiui anteſcripti, quod eſt diuina medicina. ¶ Primum enim inſtrumentorum reſtaurantium eſt, vt accipiatur lactis adog, eſt quod paſtores vocant caput lactis: *accipe igitur partes tres granorum pini, per triduum infuſorum in ſapam, partes quatuor olei recentis, amygdalarum dulcium vnc. ij. conquaſſentur omnia in mortario longo tempore actu frigida, vſque ad conuenientem ſpiſſitudinem, & de hac materia ſemper in principio cuiuſque cibi aſſumat vnum bonum cochlear, bibendo poſt ipſum hydromellis ſuperius dicti.* ¶ Secundum reſtauratiuum delectabile & vtile eſt hoc. ℞. *aquæ* Adog.
ſublimationis caudarum cancrorum fluuialium vnc. ij. aquæ ſublimationis carnium caponis, qui per
D *octo dies nutritus fuerit ex paſſulis factis de farina hordei cum puluere foliorum conſolidæ minoris, partem j. accipiatur hæc mixtio frequenter per vnam vel duas horas ante cibum, & eſt reſtauratiuum bonum.* ¶ Tertium & vltimum reſtauratiuum eſt aqua ſublimationis teſticulorum capretorum vel caſtratorum aut vitulorum iuuenum per alembicum facta, de qua in omni cibario & potu ſuo accipiat. Et hæc ſunt, quæ pro nunc meliora tibi celeriter mando. ſaluator omnium te ſaluet & regat.

De ægritudinibus cordis conſilia ſequuntur.

CONSILIVM CXIV. *De mala complexione cordis & partium ei adiacentium, pendente a cholera citrina, ad quam ſequitur interdum ſubitus caſus virtutum omnium ſine manife-*
E *ſta cauſſa, durans per ſpatium horæ vnius vel mediæ. Diuiditur autem conſilium in tria capita.*

CAP. I. *De eſſentia ægritudinis & eius cauſſis.*

CONSVEVIT ſemper volubilis fortuna offerre mihi diſpoſitiones difficilis & arduæ contemplationis, de quibus non minus verendum eſt, quam innitendum ſit in cognitione cauſſarum ipſarum ægritudinum priorum & poſteriorum. ¶ Quis enim eſt, qui non debeat vereri, quod offeratur ſibi vir ætatis conſiſtentiæ complexione ſanguineus magis, quam melancholicus & cholericus, quam phlegmaticus? homo ſatis boni regiminis, non ſolitus excedere valde frenitanter in regimine ſex rerum non naturalium, & maxime non in po-
F tu, neq; in laſciuiis, fortis & robuſtus apparens in operationibus motiuis exterioribus, & perfectionem habens virtutum naturalium, & earum, quæ pertinent ad animam cogitatiuam, quæ vocantur morales virtutes, & ſatis amplam videtur habere perfectionem in eis. ¶ Euenit autem ei aliquando ſubitus virtutum omnium caſus ſine manifeſta cauſſa, non timoris, non terroris & triſtitiæ cauſſis deiectus, & rectus regimine iam Vnde ſubitus virtutum caſus.

prædicto, a quo accidēte iam prędicto captus tempore ſatis extenſo proſtratus remanet A
per ſpatium vnius, aut medię horę, & quęritur conſilium, propter quod horū accidentiū
& canon & modus regiminis curatiui huius viri & præſeruatiui ab euentu horum acci-
dentium. In qua quidem materia ſpeculari oportet nō modicum. ¶ Poteſt enim omniū
virtutum caſus in homine eueniens appropriari epileptico, aut apoplectico motui, vel
catarrho ſubito defluenti ad locum retis mirabilis nominatum lacuna, vel ad partes ſu-
periores naſi. In quibus contenta materia prohibet cerebri euentationem, & eius a ſup-
fluis fumoſitatibus mundificationem. ¶ Adhuc quinto huius virtutis caſus prouenit a
caſu materierum in pulmone ſubito pręfocantium. ¶ Sexto vel prouenire poſſet a paſſi-
onibus cordis a multa materia in eo inuenta præfocantibus ipſum & facientibus acci-
dere lipothymiam, aut caſum virtutum maiorem illa, aut motum proprie dictum ſyn- B
copalem. Ex quibus omnibus accidentibus debilitantibus per ſe aut per colligantiam
cor aut cerebrum, aut vtrunq; ſimul, poteſt homo incurrere caſum virtutum omnium
iam prædictum. ¶ Taceo, quod non raro etiam dolores ingentes aliquarum partium;
& proprie multæ ſenſibilitatis, & rerum valde fœtidarum occurſus poſſunt eſſe cauſſæ
ſubitæ & fortis debilitatis omnium virtutum, vt pulcherrime colligitur *ſecunda primi, cap.
de cauſſis debilitatis membrorum.* ¶ Hæ in ſumma videntur eſſe cauſſæ propter quas homi-
ni contingit incidere ſubito omnium virtutum defectum, extra quas non inueniuntur
aliæ cauſſę ſcriptæ a ſapientibus, quæ non ſint iſtæ, aut ad eas reducibiles, ſi bene con-
ſiderabis.

Vt autem prædicti accidentis & cauſſarum eius aliquis fructus colligi poſſit ex au- C
In hoc patiente non apparere ſigna epilepſiæ. ctorum floribus, præmittendum primo: ¶ Quod in hoc viro non appareant ſigna mo-
tus epileptici, neq; in ipſo apparet magna capitis plenitudo, neq; dolor grauatiuus, nec
extenſiuus, nec fortis ſomni profunditas, nec ſub lingua eius exſiſtentes venæ virides
apparent, quæ ſolent eſſe ſigna prognoſtica futuri motus epileptici. At vero huic viro
non acciderunt motus vertiginoſi antecedentes caſum eius, neque ante caſum ad ter-
ram habuit fortem pedum agitationem & contractionem, propter quam ab antiquis
Podicon. pedicon nominata fuit hæc ægritudo: non habuit etiam capitis conquaſſationem vel
agitationem fortem, nec oculorum contorſionem, neq; ſpaſmoſam mandibularum
contractionē, neq; ſpumauit in tempore accidentis eius. Igitur hic vir non eſt epilepti-
cus. Cōſequentia eſt neceſſariæ veritatis apud illos, qui intelligunt ſigna demonſtratiua D
epilepſiæ. ¶ Quod autem hic caſus virtutis non proueniat ſecundo a motu apoplectico,
Nec apoplexia. probatur facile, quia cum iſte paſſus fuerit ſæpe hoc accidens, aut illa fuit apoplexia for-
tis, aut debilis. Si prima, igitur neceſſario fuiſſet mortuus. Si ſecunda, fuiſſet factus para-
lyticus. Prima conſequentia ex his duabus ex ſententiis Hippocratis colligitur. Secun-
Sect. 2. aph. 42. da vero colligitur a Galeno commento illius ſermonis Hippocratis *ſoluere apoplexiam for-
tem impoſſibile, debilem vero non facile.* quare neq; hic virtutis caſus erit apoplecticus nomi-
nandus. ¶ Quod autem iterum illius cauſſa non fuerit defluxus materierum multa-
rum ſubitus ad lacunam cerebri, quæ eſt in parte inferiori ipſius, vbi ſuſtentatur cere-
brum, aut os baſillare, ſuper cuius foramine ſuperficietenus locatur reticula filis tenuiſ-
Vſus retis mirabilis. ſimis & ſolidis contexta mirabili artificio naturæ fabricata, propter quod rete mirabile E
nominatur, vbi ponitur gratia ſuſtentandi & detinendi, ſiquidem defluxum materierū,
quæ a cerebro colliquatæ & diſſolutæ colliguntur in loco illo nominato ſpecu, vt expo-
nit Gerardus Cremonenſis tranſlator Auic. *prima tertii ſecundo cap.* niſi enim reticula illa
illi foramini anteponeretur, deflueret ſemper materia iam prædicta ad inferiora ad os
immediate impediens hominem a ſermonis continuatione, & dehoneſtans ipſum pro-
pter multitudinē exſpuitionis. ¶ Et ſi immediate magis deſcenderet per tracheā ad pul-
monem, poſſet eſſe cauſſa dyſpnœæ, vel alterius nocumenti anhelitus, phthiſis, empye-
matis & aliorum. ¶ Adde inſuper, quod ſpiritus vitalis tranſmiſſus a corde per arterias,
recipitur in tenuiſſimis arteriis huius miraculoſi retis, & ibidem vera digeſtione, aut F
quadam expurgatione, mundificatione, aut ſubtiliatione eius tranſmittitur ille ſpiri-
tus ad cerebrum, & tranſmutatur a forma cerebri, cum ſuo temperamento, & effici-
tur animalis. ¶ Cum ergo hic ſpiritus vitalis in prædicto reti recipi non poſſit, quod
eſt, quando repletum fuerit a materia multa ad ipſum defluente, ſequitur neceſſario,
quod cerebrum tranſibit ad non eſſe, nec n. in ipſo conſeruatur vita, niſi per continuum
influxum

A influxum virtutis ſibi delatæ a corde per vitalem ſpiritum,ſed cuius præſentia vita in aliquo conſeruat,illius ſublatione remouetur. Vide ergo, q̃ facile ſit intelligere caſum virtutis prouenientem ex oppilatione & clauſione huius retis mirabilis.¶ Et tu adde, quod vitalis ſpiritus ſubtractione facta,ſtatim cadat fortitudo cerebri ab euentatione & debita tranſpiratione fumorũ vilium,quorũ ad bene eſſe vitæ neceſſaria eſt mũdificatio.¶ Quod autem 4.principaliter virtus cadere poſſit,& auferri operationes motus& ſenſus propter ſubitum defluxum materierum a capite in cõcauitate pulmonis oppilando meatus introitus aeris,& egreſſionis fumorum,ẽt concedi poteſt,licet rarius hoc eueniat.¶ Cum ergo non apparuerit in viro iſto ſignum feſtini fluxus materierum a ventriculo anteriori & medio cerebri ad palatum ; ita vt cõprehendatur ibidem pondus,tenſio & grauitas B in concauo palati, & vt plenius inueniatur panniculus in medio palati poſitus ante foramen colatorii, patet, quod ex his ſignis cognoſcitur materiam non defluxiſſe ad locum retis mirabilis. Etiam ſi materia defluxiſſet multa & ſubito in concauum pulmonis, fuiſſet neceſſe anhelitum coanguſtatum eſſe inſpirando vel exſpirando, vel in vtriſque. ¶ Etiam pondus vel grauitas in concauo pectoris, & plenitudo faciei per conuerſionem ipſius ad nigredinem, & venarum tenſio magna in gula, & in tota facie apparuiſſet. ¶ Cum ergo hæc, quæ ſunt euidentia ſigna ſubitæ præfocationis, non apparuerint, ſequitur, quod defectus virtutis huius non fuerit ex materia catarrhizante ad loca prædicta. ¶ Quod iterum hic caſus virtutis prouenerit a ſtomacho, epate, ſplene vel renibus, non eſt rationabile, neq; a ſapientibus inuentum. Neq; enim mala comple- C xio materialis vel immaterialis calida vel frigida, non oppilatio vel apoſtema in prædictis membris poſſunt eſſe cauſſa tanti, & tam feſtini defectus virtutis,quare relinquitur, quod oporteat inuenire aliarũ partium nocumentũ eſſe cauſſam huius feſtini caſus virtutis,quam prædictorum membrorum.¶ Propter cuius declarationẽ præmittendus eſt ſermo Hippocratis: *Qui exſoluuntur frequenter,& fortiter ſine manifeſta cauſſa,repente commoriuntur*.Cum enim accidat cordi ſpecies malæ complexionis frigidæ, humidæ materialis,materia illa cõprimit & aggrauat ſubſtantiã cordis, vt non ſit facile mobilis motũ dilatationis & conſtrictionis,ſiue illa materia cõtineatur in capſula cordis inter ſuperficiẽ conuexã cordis,& concauam capſulæ, ſiue multiplicata fuerit in venis & arteriis cordis magnis & minutis in poris& ventriculis.Si enim cor comprimitur iterum & non conue- D nienter diaſtolet,tunc nõ attrahetur aeris quantitas ſufficiens,quando & qualiter oporteret,ſed tunc non refrigerato debite corde,acquiritur caliditas intenſa,ad quam ſequitẽ reſolutio ſpirituum & vaporũ laudabiliũ,q debẽt tranſmutari in ſpiritum vitalem,ſed ex hoc cadũt ſtatim operationes cordis & aliorum membrorum. Igitur hæc eſt illa exſolutio vel diſſolutio,quæ ſolet peruenire a cauſſa nõ manifeſta, ſupple ſenſibus exterioribus: Etiam ſit ſubito vel repente:& eſt illa reſolutio fortis,ad quam ſequitur mors ſubita. *Sect. 2. aph. 41.*

Et ex hoc fundamento apparet primo,quare aliqui ſtatim moriantur in ſyncopen peruenientes.¶ Apparet ẽt ſecundo,quare aliqui habeant ſyncopen, quando enim coarctatio cordis,& reſolutio ſequens ad illam fuerit breuior,tũc ad ipſam ſequitur ſyncope E leuior,quę lipothymia dicitur vel ſyncope reparabilis &c.Et ſi adhuc coarctatio fuerit breuior,tunc accidet altera ſpecies ſyncopis leuioris,quę denominatur caſus virtutis, a quo ẽt contingit euadere.¶ Et ſequitur tertio ex hoc fundamẽto, quare appareat in tali lapſu a multa humiditate facto motus tremulus cordis.¶ Cum enim materia comprimat partes cordis multitudine& frigiditate ſui,tunc propter anguſtiam anhelitus conatur virtus magnifice ad dilatandum, & materia comprimit modo prædicto, & virtus econuerſo,quare acquiritur ſaltus in corde.Et ab illuſtribus viris nominatur ſaltuoſa cardiaca,vt 2.*breuiarii vlt.ca.in exordio* colligendum. Et cum contingit motum illum cordis breuiorem eſſe & frequentiorem, tunc denominatur hæc diſpoſitio cardiaca tremens vel tremula. Et ſi adhuc motus illius cordis fuerit debilis valde ; breuior & leuior fiet ; tunc nominabitur motus iectigatiuus cordis. *Motus iectigatiuus cordis quid.*

F Poſt hæc autem intellige,quod ſi mala complexio materialis prædicta fuerit humida cum dominio cholericæ materiei,tunc propter fortem reſolutionem in corde virtus magno conatu nititur ad fugam illius cor dilatando, vt aerem corruptiuum illius malæ caliditatis attrahat, & iam materia continue ſui caliditate acuta ipſum lædit & reſoluit, ad quam reſolutionem tenuis pars materierum cum virtute vel ſubſtantia choleræ per

venas & arterias fertur ad partes pectoris gulæ & totius capitis cum vehementi & acuto A
Cardiaca. ſudore in partibus prædictis: & hæc eſt illa ſæuiſſima & verenda cardiaca, quam illuſtres
viri ita nominauerunt, in qua plurimos hominum vidi ego ſtatim mori, non ſolum, quã-
do fit ex diſpoſitione cordis per eſſentiam in eo, ſed quandoque iterum proueniens per
colligantiam ſtomachi, epatis & aliarũ partiũ, in quibus continetur cholerica acuta ma-
teria & malæ qualitatis, per colligantiã abſolutam, vel non abſolutam cordi communi-
cata. Et hoc eſt formale modis moriendi in plerisq; febribus peſtilentialibus & apoſte-
matibus earum in venenatis & in mulieribus laborantibus pręfocatione matricali men-
ſtruoſa vel ſpermatica. Et proprie, quando has materias contingit eſſe tranſmutatas ad
venenoſitatẽ. Et ne contingat medentibus ab iniurioſis moriẽdi poſſe imponi cauſſam. B
Collige hos ſermones *5. de accidenti & morbo profundiſſimo c. & 5. interiorum 2. c. 11. tertii. c. de tremore cordis. & 9. theoricæ in locis appropriatis* ab Haly Abbate.

Corollaria. Ex quibus omnibus diligenter examinatis collige corollaria quædam. Primum,
quod hic caſus virtutis huius viri nõ proueniat ab epilepſia ex diſcurſu in hac materia fa-
cto. ¶ Neq; accidit ab apoplexia, vt ſecundo loco demonſtratum eſt. ¶ Neq; iterum pro-
uenit hic caſus virtutis ex defluxu materierum ad lacunam, vel ad rete mirabile, neq; ad
guttur vel ad pectus, vt in tertio loco apparuit. ¶ Neq; etiam hoc nocumentum conſe-
cutum eſt ex colligantia totius corporis ad cor, excludendo febres peſtilentiales & con-
ſimiles. ¶ Neq; per colligantiam ſtomachi, epatis, ſplenis & matricis, vt iam inductiue
in ſingulis declaratum eſt, excludendo ẽt primitiuas cauſſas, vt timoris & conſimilium.
¶ Et per colligantiam aliorum membrorum ad cor non poteſt fieri adeo ſubita, fortis & C
frequens reſolutio in corde. ¶ Nec videntur aſſignari poſſe aliæ cauſſæ tam velocis &
fortis caſus virtutis. ¶ Relinquitur ergo neceſſarium eſſe, hãc diſpoſitionem eſſe appro-
priatam cordi. Hæc vltima conſequentia continet veritatem ex ſufficienti enumeratio-
ne membrorũ, ad quorum nocumentũ poteſt ſequi ſubitus virtutis caſus & mors. ¶ Et ex
omniũ ſermonũ cõgregatione conclude penultimo, quod ęgritudo huius ſit mala cor-
dis cõplexio & partium adiacentium cordi, proueniens a materia commixta ex cholera
tenui cũ multa aquoſitate phlegmatica ¶ Sequitur vltimo, quod hęc materia ſit illa, quę
a ſapientibus nominatur cholera citrina, quæ eſt ſecunda ſpecies cholerę famoſæ, & no-
tæ maioris famæ nominatæ. ¶ Poſt hęc autem ſuperadde, quod licet ægritudo huius viri
ſit in corde per eſſentiam principaliter, tamen ipſa non leuiter excitatur, ſed peior fit per D
colligantiã renũ ad ipſum cor, q̃ poteſt cõprehendi immediata colligãtia, p q̃ renes per
arterias colligant cordi, & mediata colligantia, videl. in tertio dicta per q̃ renes colligant
cordi per venas, quæ immediate colligantur epati, ſed hæc eſt colligantia in tertio no-
minata, vt patet *3. primi, c. de complendis diſpoſit.* mala igitur materia malitia propria, quia
acuta multum, aut malitia accidentali, propterea, quod multo tempore retenta, & circa
eos putruit, & corruptionem in eis accidere fecit, effumans cordi, vel ad ipſum tranſlata
per venas & arterias, efficit in eo nocumenta prædicta. ¶ Ex quo ſermone completo fi-
naliter eligitur modus regiminis huius viri, conſiſtit enim primo in intentione rectifi-
candi malas diſpoſitiones cordis, & abſcindendi materias prædictas ab eo. Conſiſtit ſe-
cundo in rectificatione partium renum, ne materiam retineant in eis prædictorum no- E
cumentorum effectiuam cauſſam. ¶ Ex quibus tandem vltimo conclude, quanto ſtudio
& labore oporteat exercitare volentem intelligere ſpeculabilia medicinæ.

Cap. II. *De regimine per ſex res non naturales.*

VT autem regimen conueniens huic viro adminiſtretur, oportet omnes res non
naturales eſſe alteratiuas effectiue ad infrigidandum aliquanto, magis tamen ad
exſiccandum, licet enim materialis cauſſa ægritudinum huius viri ſit cholera ci-
trina, tamen, quia ad generationem concurrit maior pars phlegmatis aquoſi, quam cho-
leræ: ideo infrigidantia primi gradus aut vſq; ad ſecundam manſionem ſecundi ſuffici-
ent, quæ tamen oportet eſſe ſicciora magis, vt in fine ſecundi, & principio tertii gradus.
Similiter etiam conferunt ei temperata, quæ ſufficienter reiterata remittere poſſent F
acuitatem choleræ iam prædictæ.

Aer. Eligatur igitur aer & locus habitationis temperatę in qualitatibus omnibus, præ-
terquam declinet ad ſiccitatem eleuatam. Vnde fugiat manſiones propinquas vallibus
aut curſibus aquarum fontalium. ¶ Caueat etiam a longa ſtatione in domibus terraneis,
quarum

A quarum ædificia ſint conſtructa reuolutionibus circularibus vel teſtudinalibus.¶ Et caueat a flatu venti ſeptentrionalis & partium ſibi propinquarum; ſed aſpectus loci eius habitationis exiſtat meridionalis & partium orientalium & occidentalium eidem propinquarum.¶ Et caueat a frigore pedum & capitis,immo teneat caput ſuum bene coopertum pannis duplicatis,& propriè in nocte:quare conueniens ei eſt deponere capillos & deponere byretam in noſtra ætate truſatoria:ſed vtatur pileo mediocri magis & bene calido. *Veſtitus.*

Pro alia re non naturali exercitium peditandi,aſcendendi & deſcendendi montes & venandi & equitandi motu parum fortiori, quam mediocri,& gradarium equum equitare ſæpe,nō tamen longo tempore eſt ipſi neceſſarium:& vti quiete tempore cibationis.¶ Et ſi propter aliquam de cauſſis contingeret ipſum non poſſe taliter exercitari, tunc loco illius continuet frequenter fricationem ab inguinibus vſque ad pedes & ablutionem prædictarum partium ante cœnam per duas horas factam cum lixiuio vel cum aqua maris,vel cum aqua decoctionis calamenti,rutæ,mentaſtri, pulegii in diebus hyemis : quæ tamen refragantur in æſtate cum foliis rubi; burſæ paſtoris, plantaginis, violarum, ſalicis & vitis. Reliquo autem tempore quieſcat: non tamen ſedendo ſuper lapides,nec decumbendo ſuper ſpina. *Motus & quies.*

B

In tertia vero re non naturali,ſcilicet, ſomno & vigilia, ita ſe res habet, quod dormire per ſpatium ſatis longum eſt ei conueniens propter neceſſitatem digeſtionis ciborum & materierum prædictarum. ¶ Caueat tamen dormire ſubito poſt cibum:immo C neque ſub flatu venti:ſed exſpectet tranſitum vnius horæ aut duarum poſt cibum. ¶ Et caueat dormire ſub radiis lunæ,neq; reſpicere, immo ei neceſſarium eſt prius ſuper dextro,deinde ſiniſtro decubitum facere:& magis ſuper ventre,quam ſuper ſpina. ¶ Et caueat a decliuitate capitis,ſummopere memoret,quod tempore dormitionis veſtes eius nullo modo conſtringant ſpinam,neq; pectus, adeo vt perducatur ad diſpnœam & creſcat ei motus tremulus cordis per modum ſuperius declaratum. *Somnus & vigilia.*

Pertranſeundo vero quartam rem non naturalem , quia iſte eſt modicum leuis ad iracundiam:ideo illam euitare debet,propterea quia eſt paſſio membri,quod ſuſpectius ægrotat in eo,& eſt cor:etiam quia habet venas notabiliter plenas aquoſitatis, quæ faciliter ebullitionem recipere poteſt ab anguſtia, ira, furore & iracundia. quæ omnia ſunt D accidentia inter reliquas paſſiones animi eidem ſuſpectiora. *Motus animi.*

De penultima re non naturali,ſcilicet,de repletione & inanitione præmittēdum primo,quod hic nōn intendatur ad iſta duo, prout reſpiciūt materias humorales quantitate aucta vel diminuta:ſed ſolum intenditur hic ad repletionem ex parte potuum & ciborum:in quibus dubito,quod frequētius errorem faciat, quam ab eo fugiat: propter q̃ ponendæ ſunt aliquæ regulæ de cōuenientia cibi & potus, per quas examinet ſeipſum & corrigat & regat. ¶ Quarum prima eſt, quod neque ſuaſionibus ſociorum vel aliorum cibum & potum accipiat,niſi ad ipſa duo verus & naturalis incitauerit appetitus, & non mendoſus.propter quod cum faſtidio qualitercunq; in ſtomacho percepto nullum accipiat potum,neq; cibum,ſicut eſt conſuetudo apud plurimos ipſius loci inuitantes ſo-E cios,qui dicunt,faciamus ſanctum Ioannem. ¶ Secunda,quod nullum accipiat cibum, qui ante deglutionem non fuerit bene maſticatus.qui enim odit vitam ſuam,cibum deglutiat ſine maſticatione conuenienti:Sua enim plurimos hominum frequentius interficit gula quam enſis.3. *primi,c.de regimine per cibū & potū.* ¶ Tertia,q̃ cibaria omnia vitet artificialiter præparata in vaſis æreis,q̃ participāt venenoſitate aduerſante cordi. *6.quarti.*colligendum. ¶ Quarta ,quod nullum cibum tātæ quantitatis accipiat,q̃ per ipſum pcipiatur in ſtomacho pondus vel tenſio:neq; per multū potum fluctuatio. ¶ Quinta,q̃ non aſſueſcat in vna cibatione plura & diuerſa fercula ſimul accipere contra conſuetudinem ſuę patriæ:immo ſufficiunt ei cibaria duo diuerſarum ſpecierum:ſed quanto magis cibaria communicāt in ſpecie,tanto eidem erunt conueniētia magis. ¶ Sexta,quod F non frequenter comedere cibaria aptitudinem intrinſecam habentia ad ſui corruptionem:velut eſt in vna menſa comedere lac cum ficubus & aceto ſalſis & acutis, vt ſinapi, raphano,cępe,& conſimilibus,in quo non pauci delinquūt.¶ Vltima regula de potu eſt, quod ſiue multum ſitiat,ſiue non, non accipiat potus quantitatem multam in vna vice, immo menſuram potus in plures partes diuidat. Hæc de quinta re non naturali.

Repletio & inanitio. *Regulæ circa hanc rem nō naturalem obſeruandæ.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

Cibus. De vltima vero re non naturali,ſ.de ſpeciali ordine cibationum, præmittendum A
primo,quod regimen ex parte inſtrumentorum abſolute cibalium non poſſit eſſe ſuffi-
ciens ad curam diſpoſitionum huius nobilis viri,propterea,quia talia omnia operantur
in corpus præciſe a materia,& eſſent augmentatiua lapſus materialiter, aut ſaltem non
eſſent ſufficienter reductiua vel præſeruatiua,quæ duo oportet fieri per contrarietatem
ad lapſum tanquam illius corruptiua,quare cibaria omnia ſua refringenda ſunt cum o-
Panis. leribus & rebus,de quibus in poſterum fiet mentio. ¶ Eligatur igitur panis habens pa-
rum de fermento & ſale parum plus,quã communis panis,& fit de pura ſimila bene co-
ctus abſq; toſtura & bene fermentatus & non azymus.¶ Cibi vero de farina aut de paſta
facti,vt lagana & ſimilia omnia dimittantur.Et ſi panis eius aliquando fuerit cum mo-
Carnes. dico pulueris fœniculi factus,laudandus eſſet. ¶ Carnes vero eligendæ ſunt vitulinæ, B
capratinæ, caſtratinæ. Et de ſylueſtribus leporinæ,gazellinæ.¶ Ex volatilibus vero gal-
linæ,pullinæ,capones: Auium minutarum,perdicum,phaſianorum,turdorum,& con-
ſimiliũ. Carnes item porci domeſtici vel ſylueſtris aſſatæ ſunt bonæ.Elixæ autem magis
Planta. tamen macræ quam pingues valde. ¶ Ex plantis vero cõueniunt betæ, ſpinachiæ, por-
tulacæ,lactucæ,endiuia & cucurbita ſuis temporibus,quorum tamen omnia aut ipſorũ
quodlibet,refrangenda ſunt cũ fœniculo,petroſelino,mentha,ſaluia,roremarino,& ſi-
Herba mi- milibus plantis calidis.¶ Et inter reliqua non omittat,vt in omni cibario vtatur melliſ-
litis. ſa,aut bugloſſa,& ſcabioſa,quę a *Rhaſe vigeſimoprimo continetis* vocatur herba militis. Et
Deſcriptio vtatur etiam ſummopere thymo,de quo magnam copiam inueniet in montibus patriæ
thymi. ſuæ:eſt planta radices plures habens,cuius ramuli multi cum foliis minutis ſuper terrã C
ſpargunt ſimiles foliis hyſſopi, vel roriſmarini,ſunt n.viridia folia, non ita magna,ſicut
p̃dictorum mollia,&delectabilẽ odorẽ fragrantia cũ rũpuntur,&eſt plantæ ſtipes a ter-
ra eleuatus,menſura minori,quam cubitali,in ſummitate cuius reperiũtur flores ad ci-
trinũ declinantes ſuauiſſimi odoris,cuius virtus prima eſt calefacere & exiccare in fine
ſecundi gradus,& ſecunda virtus eſt aperire,dilatare omnes partes pectoris, & proprie
cordis,reddere ipſum paratum quantum ad debitam diaſtolem&ſyſtolem,& tertia vir-
tus eius fumoſitates omnes melãcholicas & phlegmaticas,& materias tales a corde diſ-
trahere, & ſenſibiliter & inſenſibiliter euacuare, propter quod confert melancholicis
triſtibus,cardiacæ,ſaltuoſæ,tremuloſæ & diaphoreticę. Et ſum ego certus, quod huius
plantę ſolius vſus ſit perducturus iſtum virum ad ſanitatem completam.¶ Similiter cō- D
fert ei vſus ocymi,caryophyllati foliorum calendulæ, & foliorum tarcon,moderate ta-
men &c. ¶ Caules autem & plantas melancholiæ generatiuas, & excitatiuas euitare
debet,velut coriandrum & alia ſibi paria.

Legumina. Ex leguminibus in ſumma euitare debet omnia, & maxime ipſorum corpora, &
proprie lentes,a quibus velut ab igne fugiat. Si tamẽ quãdoq; accipere vellet cicera ru-
bea & alba,& proprie cum ſemine fœniculi vel petroſ.non ſunt ei deneganda, propter
quod vſus farris,neq; hordei placet. Oryza vero communi præparatione cum emulſi-
one amygdalarum facta eſt ipſi bona,& pultes factæ cum ſimila de frumento:panicum
Radices. autem &milium dimittat,niſi cum lacte præparetur caprino vel iumentorũ.Ex radic b.
vero conueniunt ei remiſſe calidæ, aut ad temperamentum declinantes,velut ſunt rã- E
punzioli,nominati locuſtæ,vel radiculæ. Similiter etiam carotæ ſunt & paſtinacæ ſyl-
Baucia quid ueſtres,bauciæ nominatæ.Cæpæ vero,allium,bulb⁹ & raphanus dimittantur. ¶ Ex fru-
Fructus. ctibus vero conueniunt ei amygdalæ & ficus recentes & ſiccæ,perſica bene matura,vuę
dulces,& pruna bene matura & valde dulcia,poma apia & muzeta ſolida dulcia & aro-
matica , & pyra etiam dulcia & muſcata ſuo tempore:granata dulcia vel muſa,& ſimili-
ter ceraſa.Fructus vero acres vel aceroſi vel ſtyptici,vt pyra ſolida,cydonia,granata,ſor-
Aromata. bæ,neſpila & conſimiles omnes dimittantur. ¶ Ex aromatibus conueniunt ei macis,
capil. Ven.quæ ambo temperata ſunt,& aſparagus cum eis,& cinamomum in paruo v-
ſu, crocus,fœniculus & aniſum. Vti vero pipere trium generum,zinzibere,galanga,nu-
ce muſc.& ſimilibus in parua quantitate & moderato vſu etiam eſt ei conueniens ; & F
proprie ſi talia confringantur cum temperatis iam prædictis,& conficiantur cum eis ci-
baria.

Condimen-ta. Ex his vero,cum quibus condiuntur cibaria,plerunq; laudatur ſaccharum & ſapa.
Mel vero in paruo & moderato vſu accipiendum eſt, niſi cum frigidis temperatum.

proprie

A proprie cum agreſta vel ſucco granatorum muzorum & plãtis frigidis ſupra nominatis.
Acetum nominatum acutum ſit ei in paruo vſu. Succus aranciorum & limonum lauda-
bilis eſt cum ſaccharo refractus. Olei vſus bonus eſt ei de oliuis vel amygdalis. Butyrum
vero nõ placet mihi, licet ſit cõtra Foroiulienſes. Pinguedo vero anatis, gallinæ & porci
colata eſt ipſi bona. ¶ Ex cõditis vero concedantur rapæ, oliuæ, bauciæ conditæ, ſecacul *Condita.*
conditum. eſt eryngium planta quædam, cuius radices nodoſæ ſunt exterius, rubeæ in-
terius, albæ, ſapore dulces. Cuius ſtipes parum magis pedali eleuatur a terra, producens
folia viridia ſubalbida acuta velut ſpina: & facit florem ſtellæ cœleſti omnino ſimilimũ:
Igitur huius plantæ radices conditæ ſunt ei valde conuenientes: immo & recentes cru-
dæ comeſtæ aut elixæ, & ſub cineribus coctæ cũ ſapa, oleo, aceto, & ſale cõditæ, velut ca-
B rotæ, & napi etiã conditi. ¶ Ex partibus vero animalium fugiat cerebrum, caudam, & *Partes animalium.*
ventres eorum ac pulmones. Epata vero & proprie animalium pinguium, volitantium
vel peditantium ſunt ei conuenientia, præterquam eorum, quæ in aqua degunt. ¶ Pro-
pter quod piſces magnorum corporum & antiqui vicoſi vel limoſi, vt tinchæ, anguillæ,
cancri & ſimiles, limo & ſtercoribus viuentes aut in fundo aquarum euitandi ſunt. ¶ Pi- *Piſces.*
ſces vero viuentes in fluuiis & fontibus diœceſis eius, velut marſiones, temali, capedani,
lucii, menulæ & conſimiles a communi fama approbati, rubeas carnes habentes, velut
torrentinæ, aut albas, velut varioli, vel omnes ſolidæ ſubſtantiæ carnes, vt rumbi & con-
ſimiles concedantur ei, ſiue elixi fuerint ſiue aſſati. ¶ Et placet mihi piſcis, qui meruit
ſibi nomen reginæ, propter magnitudinem eius, & quia carnes habet ſatis digeſtioni
C promtas & a limoſitatibus bene purgatas, & nutrimentum exhibet non valde viſcoſum:
ergo exhibeantur ei.

Pro potu autem eius eligatur vinum colore album, ſubſtantia tenue, bene diapha- *Potus.*
num, ſapore ad dulcedinem inclinatum, non autem valde ponticum vel acerbum, po-
tentia ſua ſatis eleuatum: & ſi nimium fumoſum eſſet, cum corrigente refringatur, quod
melius erit, ſi non indigebit. ¶ Si autem propter eius fumoſitatem oporteret ipſum al-
terari, tunc confringatur cum aqua decocta de electo puteo arenoſo vel fontibus cœlo
& aeri diſcoopertis: quæ ſit in frequenti vſu hominum diaphana, nullo abominabili ſa-
pore vel fœtore participans: & in cuius alueo non inueniatur multitudo ranarum, an-
guillarum aut ſanguiſugarum. Tali itaque aqua, quæ cocta ſit adeo, vt cadat eius quinta
D pars quatuor remanentibus, vinum eius lymphetur. Et ſi cum hac aqua coqueretur ſac-
charum taberzet, bonum eſſet ei, & proprie magis in tempore hyemis. Si autem perci-
peret in ſtomacho nauſeam, mollitiem vel laxitatem: tunc optimum eſſet, vt prædi-
ctam chalybeatam efficeret, ita quod in duabus ſitulis eius bis extingueret fruſtum cha-
lybis ignitum abſque rubigine aliqua. ¶ Diebus autem veris a medietate Februarii
vſque ad medietatem menſis Martii, in quo tempore tales ægritudines ſolitæ ſunt inua-
leſcere, laudarẽ ego, vt ab omni vino abſtineret ſaltẽ per vnum mẽſem, & biberet clare-
tum per hunc modum factum. ℞. *aquæ electæ, vt prius. ſitulas quatuor, zedoariæ* ℥ j. *liquiri. ra-* *Claretum.*
ſæ, & bene mollis ℥ ß. *macis, capil. Ven. ana* ʒ *iiij. coquantur vſque ad conſumtionem quartæ partis*
lento igne: tunc ergo addantur eis ſacchari ſecundæ coctionis lib. iiij. & iterum coquantur vſque ad
E *conſumtionem quartæ partis: poſt hoc totum coletur per pannum ſpiſſum & bene mundum duabus*
vicibus & ponatur in vaſis vitreis vel lapideis vitreatis: & reſeruetur vſui. De hoc ergo bibat in
potu ſolo per quadraginta dies aut ſaltem per menſem vnum. Hoc in ſumma eſt regi-
men huius viri per menſuram ſex rerum non naturalium.

Cap. III. *De regimine huius diſpoſitionis per medicinalia.*

REGIMEN ipſius medicinale per intentiones & inſtrumenta diuidendum
eſt in duo capita.

Et primum quidem narrabit modum obſeruandum ab hoc princi-
pio Decembris vſque ad finem Ianuarii futuri, 1444. ¶ Secundum vero
F tãget curã canonici, ꝓceſſus ſecundũ intẽtiones & inſtrumẽta neceſſaria: ſi eidẽ fuerint
opportuna, quando reſcribet mihi. Spero tamẽ per ea, quæ in primo cap. nunc ſcriben-
tur, feliciter ipſum curatum iri. Pro cuius primi capituli expeditione decem remedia
eidem ſunt applicanda, ſecundum modum, qui nunc ſequitur. Quorum primum eſt:

Electuariũ. ℞. *granorum phiſticorum electorum ℥ ij. granorum pinearum electarum ℥ j. capil. Ven. macis, corticis* A
citri ana ʒ j. florum bugloſ. ʒ iiij. cinamomi electi ʒ j. caryophyl. nucis muſc. galang. ana ℈ ß. aniſi, li-
quiri. ana ʒ ß. hyacinthi, ſmaragdi, ſaphiri, oſſis de corde cerui ana ℈ j. margaritarum electarum ʒ ij.
foliorum auri numero viij. ſyrup. acetoſitatis citri & de limonib. ana ℥ ij. ſacchari alb. ℥ iij ß. coquatur
ſaccharum cũ aqua meliſſæ, in qua prius bullierint violarum, roſarum & florum nenuph. & labruſcæ
ana ℥ ij. in lib. ij vſque ad conſumtionem medietatis. Cum ergo in tali aqua coctum fuerit ſaccharum
cum ſyrupis vſque ad bonam viſcoſitatem, ſuperaddantur ei ſpecies omnes per ſe puluerizatæ ſubtili-
ter, & fiat electuarium. de quo hic vir accipiat omni mane in aurora cochlear vnum & tar-
det cibum ad minus quatuor horis: & tertiam partẽ cochlearis accipiat in ſero, quando
vadit cubitum: & ita continuet ipſum vſque ad medietatem menſis Februarii. In hoc e-
nim ſuſtentatur complementum ſuæ curationis a tremulo motu cordis. ¶ Secũdum ve- B
Pilulæ. ro principale remediũ eſt hoc. ℞. *aloes ablutæ ℥ ß. oſſis de corde cerui, hyacinthi, ſmaragdi an. gr.*
v. ſalis Indi ℈ ß. lapidis lazuli & armeni præparatorũ ana ℈ ß. reubar. electi ℥ ß. diagridii gr. v. for-
mẽtur pilulæ de omni ʒ vj. de quib. accipiat vnã omni 4. vel 5. ſero parũ ante cœnã. Et ſi venter eius
non remaneret conuenienter fluxibilis accipiat duas de eis, aut ſaltẽ vnã omni tertio die
vſq; ad tempus præaſſignatum. ¶ Tertium remedium eſt. ℞. *macis, capil. Ven. corticum citri,*
Sacculus cordialis. *florum bugloſſæ ana ʒ ij. ligni aloes ℈ ij. origani, cinamomi, foliorum vel ſeminis baſiliconis, meliſſæ a-*
na ʒ j. been alb. & rub. croci, ſpodii de canna, corallorum amborum ana ʒ ij. foliorum auri numero 4.
ambræ orientalis ℈ j. moſchi gr. iij. fiat omnium per ſe puluis, & fiat ex eis ſacculus cordialis in ſindone
de grana retorta, quem ſemper portet ſuper mamilla ſiniſtra extenſum: & ſi haberet duos
ex eis, ita vt permutaret vnum omni fine octo dierum & de illo tranſiret ad alium per- C
Electuariũ. mutatim, melius eſſet. ¶ Quartum remedium eſt hoc. ℞. *electuarii de lepore combuſto lib. ß.*
vitri combuſti, lapidis ſpongiæ, lapidis lyncis & Iudaici ana ʒ ß. ſem. ſaxifragiæ, milii ſol. & aſparagi,
& florũ althææ ana ʒ j ß. oxymellis ſquillitici ℥ ij. penidiarum ℥ j ß. fiat electuarium: de quo vir iſte
diebus intermediis, quibus non vtitur pilulis ſupraſcriptis, accipiat cochlear ß. per horã
ante prandium, & tantundem ante cœnam: & hoc eſt ſecũdum ſingulare remedium ad
ſanitatem recuperandam efficax. Quintum remedium eſt. ℞. *radicis ſaxifragiæ, ſem. apii,*
Vnguentum *radicis pentablonis ana ʒ j. ſerapini, opoponacis, ariſtol. ro. an. ʒ j ß. olei de ſcorpionibus. ℥ j. olei nar-*
dini ℥ ij. olei de piperibus ℥ j. florum althææ ʒ iij. ceræ, q. ſ. fiat vnguentum mediocris viſcoſitatis. cum
hoc itaq; vnguento ſaltem tribus vicibus in ſeptimana inungat totam ſpinam a medie-
tate ſpatularum inferius: & ſuperponat pannum bene calidum ſuffumigatum cum pul- D
uere opopon. & ligni aloes. & eſt etiam hoc de ſpecialibus ad ſanitatem illam requiſitis.
Aqua. ¶ Sextum eſt hoc. ℞. *aquæ ſaxifragiæ, aſparagi, bruſci, & apii ana ℔ ß. aquæ cretani marini ℔ ij.*
miſce, & de iſtis aquis aliquando ponat in ferculo & potu ſuo. Et ſi aliquando de his biberet cya-
thum ß. ante cœnam cum aliquo ſaccharo, eſſet valde vtile. reperiret autem plantam
Cretanum marinum. cretani marini Venetiis, & eſt planta ſuper littore maris inuẽta: cuius quidem radix craſ-
ſa eſt parumper minus craſſitudine brachii ſecundum eius ætatem, ſubſtantia quidem
pinguis, mollis cum notabili vnctuoſitate, colore in ſuperficie eius viridis ad albedinem
refractam & citrinitatẽ declinans, alba in centro, cum ſapore dulci participans ſalſo pa-
rumper acuto: a qua eleuatur ſtipes ſuperficiei terræ, expanſus nodoſus, lõgus, craſſus &
pinguis: cuius folia in figura ſimilia ſunt foliis cameleontæ nigræ, denſiora tamen & pin- E
guia valde, in cuius foliorum extremitatibus armata eſt hæc planta acutis ſpinis valde ſo-
lidis: hæc quidem eſt de plantis mirabilioribus ad aperiendas oppilationes omnes, &
proprie renum, educẽs ab eis trumbos, petala, mucos, arenas & lapides, cum qua cor-
pora multa liberaui & præſeruaui a phreneſi. Et vide Dioſcor. & alios de ipſa memoriã
Puluis capiti ſuperaſpergendus. facientes. ¶ Septimum remedium eſt hoc. ℞. *ſpecierum diambræ deſcriptione Meſ. in antidot.*
diſtinct. 1. ʒ j. macis, corticum citri, ligni aloes, ſpodii de canna, ſandara. ana ʒ ß. fiat omnium per ſe [illegible]
puluis. In cuius fine ponantur ambræ gr. xv. de hoc ergo puluere ſaltem in ſeptimana bis vel ter aſper-
gat proram capitis a coronali commiſſura per inceſſum ſagittalis vſque ad ſummum eius per latitudi-
nem 4. digitorum, & eſt efficax ei ad aperiendas oppilationes anterioris cerebri & ad e-
uaporandas & diſtrahendas materias, quæ perſæpe rheumatizãt ad lacunam in inferiori F
Tragea. parte cerebri ſuperpoſitam. ¶ Octauum remediũ conferẽs ad omnes fere diſpoſitiones
eius eſt hoc. ℞. *ſeminum quatuor communium frigidorum minutiſſime inciſorum an. ℥ ß. ſem. en-*
diuiæ, ſcariolæ & acetoſæ, cetrach, adianti, polytrici, capil. Ven. ʒ ij. liquiritiæ raſæ ℥ ß. aniſi dulcis ʒ j.
ſem. aſparagi, vitri combuſti, lapidis Iudaici ana ʒ j ß. puluerizentur omnia ſubtiliter & comiſcean-
tur

A *tur cũ tripla quãntitate ſacchari alb. de hac ergo tragea iſte vir accipiat in brodio frequẽter cochlear vnum deglutitum immediate ante cibũ, eſt iterũ de melioribus ſibi neceſſariis.* Nonũ vero remedium eſt, quod iſte vir in medietate menſis Ianuarii a 5. die lunaris illius menſis vſque ad 5. eius faciat ſibi fieri phlebotomiam baſilicæ ſiniſtri brachii ſub cubito inuẽta. hoc enim principaliter aduerſatur repletioni vaporoſæ, vt ſcribitur *11. tertii, c. de canonib. curationis cordis.* etiam euacuat materiam ſanguineam & alias eidem commixtas, per ipſam igitur extrahantur ſanguinis ℥ iiij. vel v. hora electa & vẽtre prius lenito. ¶ Decimũ vero & vltimum remedium eſt, vt ſtudioſus exiſtat in apertione venarũ hæmorrhoidalium, per has enim ſufficienter poterit diuerti, & euacuari materia omnium ſuarum ægritudinum: & proprie cũ fuerint mediocriter fluentes. poteſt autem multis modis vel inſtrumentis aperi-

Venæ ſectio.

Apertio hæmorrhoidarum.

B re eas. ¶ Et primo quidem frequenter ſedendo in aquam calidam decoctionis radicum apii, petroſelini, & epithymi, &c. ¶ Secundo vero poſt illud fricando eas cum panno biſſello vel de lino mediocriter aſpero. ¶ Tertio fricando eas cum aſperiori parte foliorum fici. ¶ Quarto cum foliis conſolidæ ma. ¶ Quinto cum foliis plantæ ſanguinariæ, quam multi polygoniam vocant. ¶ Sexto fricando eas cum felle tauri. ¶ Septimo ſuper eas apponendo ventoſam magni orificii totum circulum ani includentem & euertentem ad extra. ¶ Cum iſtis itaque ingeniis vel cum ipſorum altero, cum apertæ fuerint hæmorrhoides, permittantur fluere, ita tamen, quod non perducatur ad debilitatem, quam cognoſcere poterit per capitis debilitatem, grauitatem, ſcothomiam, aut vertiginem. Similiter per difficultatem anhelitus. ¶ Tertio per totius vniuerſalem debilitatem.

C ¶ Quarto per impotentiam ad motum progreſſiuum. ¶ Et quinto per ſitim & ſtypticitatem ventris. ¶ Cum ergo hæc accidentia vel ipſorum aliqua apparuerint, ſtatim procuret reſtringere eas: emplaſtrando ſphincterem cum albumine oui, conquaſſando cũ puluere mumiæ, terræ ſigillatæ, boli ar. & ſang. drac. Et ſic felicitabitur eius cura ad ſanitatẽ, quam ipſi reddere & conſeruare dignetur ſummus omnium ſaluator ad laudes eius perpetuas. Amen.

CONSILIVM CXV. *De quadruplici mala diſpoſitione. videlicet, De mala complexione frigida & humida cordis cum vniuerſali totius debilitate & extenuatione. De debilitate ſtomachi in appetendo & digerendo. De mala complexione renum calida. Et de vniuerſali omnium membrorum debilitate ad motum. Diuiditur autem conſilium in capita tria.*

D

CAP. I. *De cauſſis dictarum diſpoſitionum.*

DISPOSITIO honorabilis viri Leonardi de Tridento eſt multiplex & multis ægritudinibus & accidentibus complicata. ¶ Prima eſt mala complexio cordis frigida & humida: licet amplior in ea appareat humiditas, quam frigiditas. Ad hanc enim ſequitur vniuerſalis corporis debilitas, paruitas, tarditas & raritas pulſus cum lenitie notabili, ita vt quandoque pluribus dieb. in neutro brachiorum pulſus inueniri poſſit: in maiori vero euentu valde paruus reperitur & perſeuerat, licet nunc tantæ paruitatis non exſiſtat, ſicut ſolitus eſt. Eſt etiam ad hanc conſecuta corporis conſumtio vel extenuatio. Mala enim complexio cordis tam

E calida, quam frigida eſt cauſſa conſumtionis & hecticæ corporis, proprie cum eſt fortis vel longa, *vndecima tertii, cap. quarto.* Ad hanc etiam conſecuta eſt magna in ſtomacho debilitas in appetendo propter multam humiditatem in ore ſtomachi factam, quæ appetitui multum aduerſatur: & quia humiditas hæc materialis eſt propter ipſam ſtomachus ſæpe diariam phlegmaticam & lienteriam incurrit. Secunda principalis diſpoſitio eſt mala complexio renum calida & ſicca, quæ ſiue naturalis, ſiue accidentalis, ex multo coitu, ſtypticitate ventris, longo decubitu ſuper ſpina, vel propter vnguenta calida, quibus ſuper ſpina vſus eſt, acciderit, etiam epati communicata eſt, ſiue ab epate ad renes multiplicata: non multum adoperari repugnat in propoſito. Tertia principalis diſpoſitio eſt vniuerſalis omnium membrorum motus debilitas: & maxime ancharum,

F genuum, & pedum, propter quam progreſſiuus motus & ſuſtentatio mollis corporis impeditur: licet alia quædam aliquando appareant accidentia, hæc tamen ſunt principalia & aliorum cauſſæ, quibus remotis alia facile curabuntur. Ponetur igitur primo ſuccincte modus regiminis ex parte rerum non naturalium, ſecundo medicinalium ordo vtiliorum percurretur.

Cap. II. *De cura per regimen ſex rerum non naturalium.*

A

Aer.

CAMERA, in qua habitat, debet eſſe aeris calidi notabiliter, in qua tamen
ſiccitas ſit notabilior; & habeat aſpectum orientalem ab aqua, vento, limo-
ſis ſuperfluitatibus, humiditate ædificiorum vel murorum priuata: in qua
ſæpe fiat ignis ex lignis lauri, iuniperi, abietis, laricis, roriſmarini, cypreſſi,
& ſimilib. Sępe etiam ſuffumigetur cum pice Gręca, corticibus abietis, lau-
dano, & ligno aloes ſuper igne cõſparſis. ¶ Mane ante prandium & parum ante cœnam
conetur & experietur exercitari eundo per cameram cum baculo ſecuratus, vel brachiis
alienis ſuſtentatus: & faciat hoc quantum ſine nocumento tolerare poteſt. Poſt cibum
vero & alio toto corpore quieſcat. ¶ Et ſi exercitari non poteſt (vt dictum eſt) mane an-
te prandium faciat fricari anchas, genua, & pedes cum pannis leuiter calidis per tertiam B
partem horæ, & poſtea fricentur cum ſubtiliſſimo puluere ligni cypreſſi cum modico
vini commixti calido. Deinde ligentur & ſuis caligis vulpinis calcientur. Dormiat vero
nõ ſubito, ſed per duas ſaltem horas poſt cœnam capite bene cooperto & eleuato: prius
ſuper dextro, deinde ſuper ſiniſtro latere reuolutus. Decubitum vero ſuper ſpina velut
ignem fugiat. Poteſt autem dormire vij. vel viij. horis. Alio vero tempore toto vigilet.
¶ Diurnam vero dormitionem omnino fugiat: ſaltem per totum menſem Martii, niſi
aliquod accidens ſomnum nocturnum interrupiſſet. ¶ Non ſit anguſtioſus & deſpera-
tus de impoſſibilitate curationis eius. Neque in aliis accidentibus animum multum tri-
ſtantibus inuolutus permaneat, ſed bene & audacter in potentia ſaluatoris Ieſu Chriſti
confidat: qui ſua remedia vigorabit in poſterum. ¶ A coitu etiam, quantum eſt poſſibi- C
bile dicere vel ſcribere, caueat, vſquequo perfecte virtutum integritati vel fortitudini re-
ſtitutus fuerit: per ipſum enim in hecticam & periculum irremediabile perduceretur
valde cito. ¶ Ciborum aſſumptionem multam omnino fugiat, cum enim ſępe propter
ſtomachi debilitatem acquiſitam a lapſu cordis, quantumcunq; ſe bene regat in cibis,
adhuc ſæpe vomitum incurrat, quanto magis ſi ſtomachum ſuperfluis oneraret cibis.
¶ Accipiat igitur potuum & ciborum tantam quantitatem, vt ad ſtomachi grauitatem
excluſiue ducatur. Melior enim cibationum eſt, quæ non efficit ſtomachi grauitatem &
extenſionem, ſicut melior potuum eſt, qui in ſtomacho non fluctuat & natat. *tertia pri-
mi.* ¶ Euacuationes autem multas & frequentes effugiat, quia compaginem ſui cor-
poris debilem cito finirent. ¶ Item inanitionem ex multa abſtinentia a cibis & po- D
tibus. Corpus enim eius aridum in ſiccitatem confirmaretur incurabilem. Bis igitur in
die naturali comedat, ſecundum quod ipſi datus eſt ordo. ¶ Si autem propter debilita-
tem ſubuentione indigeret, accipiat mane in aurora & per horam ante cœnam cyathũ
vnum brodii pulli vel caponis cum ſach. calidum. ¶ Vtatur pane recenti duorum die-
rum bene pinſato, frumento cocto, non aſſato, ex puriori parte farinæ facto. ¶ Vtatur
carnibus vitulinis, agninis, capretinis, caſtrati, porci domeſtici & ſylueſtris, teneris non
valde pinguibus, elixis & aſſatis, non valde coctis, caponum, pullorum, perdicum, phaſi-
anorum, turdorum, columborum paruorum, ſtarnorum, francolinorum, leporum, cu-
niculorum, gazellorum, i. capreolorum, alias dimittat. ¶ Vtatur piſcibus fontalibus par-
uis, luceis, temalis & ſimilibus. ¶ Carnes ſalitas & piſces fugiat. ¶ Vtatur ouis recentibus E
omni modo præparationis, niſi frixis. ¶ Vti poteſt non multum ſæpe caſeo recenti non
valde viſcoſo, & lactis vſus præcocti placet. ¶ Vtatur oleo bono citius, quam butyro, li-
cet quandoq; accipere poſſit butyrum, ſed non frixum. ¶ Abſtineat a lactucis, ſpinachi-
is, endiuia, portulaca, cucurbita, beta. ¶ Vtatur caulibus, carotis, mentha, petroſ. bora-
gine, quantum poteſt, fœniculo & aliis herbis calidis. ¶ Vtatur multum iuſculo hordei,
panico, ciceribus rubeis & aliquando albis. ¶ Caueat ab vſu pomorum, pyrorum & vni-
uerſaliter omnium fructuum frigidorum & humidorum & crudorum. De pyris autem
coctis quandoq; datur licentia.

Ex fructibus ſiccis placent amygdalę in cibis & phiſtici & pineæ, licet in frequenti
vſu non quia nocent ſtomacho. Auellanas aſſatas aliquando accipere poteſt: Caſtaneæ F
fugiantur: Paſſulæ placent omni modo, & vuæ noſtrorum montium ſiccæ. Mel nullo
modo placet, ſed ſacharo vtatur ad libitum. Aceti vſus quandoq; vtilis eſt. Succus gra-
natorum, aranciorum, & agreſtæ placet, & inter cætera limonibus vtatur ſæpe, vt mun-
dificent renes eius. Pipere & aliis ſpeciebus calidis vtatur cum temperamento, ne mul-
tum in-

Motus & quies. · *Somnus & vigilia.* · *Motus animi.* · *Inanitio & repletio.* · *Cibus.*

A tum inflãmarent & exſiccarent ipſum. Similiter ab aniſo & cymino caueat. Rapę condi-
tæ cõuenienter ſumme placent. Oliuæ etiam, ſi non ſint multum ſalitæ, ſunt ipſi bonæ:
¶ Ex confectionib: vti poteſt confectione de amygdalis, de pineis, de phiſticis, & de auel-
lanis. Similiter citro confecto cum ſaccharo & corticibus arãciorum: de aliis non valde
curet. A paſtilibus cibis caueat omnino & valde ſalſis. ¶ Potus eius ſit vinum album, cla- *Potus.*
rum, ſubtile, odoriferum, boni ſaporis, ad dulce leuiter inclinatum; nullo modo bruſcũ
vel ponticum vel acre. Nec debet eſſe nigrum, obſcurum, craſſum aut turbidum. Et ſi
habet vinum valde fumoſum, lýmphetur cum aqua decoct. milii ſolis. Tempore vero ca-
lido cum aqua ſola præcocta.

Cap. III. *De cura per medicinalia.*

B

IN regimine vero medicinalium intendatur ſemper confortationi cordis, cum
cibis & potibus: quare vtatur aliqua quantitate aquæ bugloſſæ. Hæc fuit aqua, *Præſtantia aqua bugloſſa.*
quæ ipſum quaſi mortuum ſuſcitauit, qua in vino, cibis & omnibus ipſum vti
faciebam. Ponatur ergo ex ea vel eius radice ſemper aliquid in cibos; & aqua ſublima-
tionis eius ponatur in potum; vel loco eius accipiatur borago, vel de vno ad aliud permu-
tatio fiat. ¶ Secundum eſt, quod in ferculo ponatur de puluere ligni aloes, quantum
eſt granum ciceris rubei. ¶ Tertium eſt puluis ſmaragdi, ſimpliciter acceptus. ¶ Quar-
tum vſus enulæ in cibis. ¶ Quintum vſus margaritarum in eis. ¶ Sextum vſus con-
fectionis iſtius, quam mitto, de qua vti poteſtis ſemper ante cibũ & poſt, vt placet. ¶ Se-
C ptimum, portare anulum cum rubino electo. ¶ Octauum, portare corallum ad collũ
& vti eo in cibis. ¶ Nonum, comeſtio cordium animalium. ¶ Decimum, odorare
moſchum frequenter & crocum & baſiliconem. Confortatur etiam cor portando ſac-
culum de ſindone de grana, in quo conſeruentur iſtæ ſpecies, quas portatis. ¶ Item
accipiendo aliquando vnam de iſtis pilulis, quas portatis, quando venter eſſet ſty-
pticus.

Secundo vero prouidendum eſt renibus eius, qui ex multa caliditate adurẽdo hu- *Prouiſio renum.*
mores, congregãt in ſeipſis multitudinem arenularum craſſarum, & materierum multa-
rum, ex quarum longa ſtatione & communicatione in eis facta per neruos orientes a
ſpondylis renum & alchatin, tanta facta eſt debilitas in anchis, genubus & pedibus,
D quantum partes illæ in ſuo motu & ſenſu vigeant per ſpiritus ſenſibiles ſibi delatos, per
neruos a prædictis locis a nucha orientes. legatur *prima primi, doctrina quinta, & primo Al-
manſ.* ¶ His igitur prouidendum deduxi primo cum hac vnctione, quam portatis, ex
qua a media ſpina inferius renes & tota ſpina vngantur vſque ad ſphincterem ſemel in
die leuiter calida. Secundum ad eandem intentionem pro renibus eſt, vt vtamini i-
ſto electuario, quod ſolemniter mundificat renes & veſicã, & educit trumbos, lutum, &
ſaniem, de quo accipiatis omni die quantum eſt nux muſc. per quatuor horas ante pran-
dium. Et ſi tædet vos accipere ex eo omni die, accipiatis in ſeptimana quater ex eo co-
chlear pro vice. ¶ Tertium ad eandem intentionem eſt, vt omni ſero per horas duas
ante cœnam accipiatis cochlear medium horum ſeminum confectorum, maſticando
E ſicut coriandrum, & deglutiendo ea. ¶ Quartum eſt, vt recordemini comedere ſæpe de
lacte ouis cum aliis cibariis cocto.

Attendendum inſuper ſtomacho magna diligentia. Appetitum itaque & digeſtio- *Cura ſtomachi.*
nem eius conſeruat confectio cordialis ſæpius nominata in confortatione cordis. Se-
cundum eſt vſus menthæ coctæ & crudæ etiam in cibis. Tertium eſt, deglutire frequẽ-
ter vnum granum maſticis ante cibum: vigorat enim digeſtiuam. Si vero accipiatur poſt
cibum, confortat appetitum magis. Quartum eſt, accipere aliquando cyathum ß. a-
quæ decoct. ligni aloes bene ſaccharatæ. Quintum eſt vti ſuper cibariis ſuis more aro-
matum puluere ſubtiliſſimo ameos. Sextum, portare ſuper ſtomacho plumaceolum fa-
ctum de pilis leporis cum ſua lana tota vel de pluma vulturis factum. Septimum eſt vn-
F ctio iſta, cum qua ſtomachus mane & ſero ante cibum vngatur, & ſuperponatur ei pan-
nus ſuffumigatus thure. ℞. *olei de mentha, de pulegio ana ℥ j. olei de maſtice, de myrto ana ℥ ß. gal-* *Vnguentum ſtomachale.*
*liæ muſc. ſtyracis calamitæ, ligni aloes, laudani ana ʒ j. ambræ gran. iiij. ceræ quantum ſufficit, fiat
vnguentum leue.* Octauum eſt ceratum iſtud. ℞. *reſinæ claræ ℥ j. laudani, ſtyracis liquidæ ana ʒ
iiij. ligni aloes, ameos, abſinthii ana ʒ ß. foliorum & ſem. baſiliconis, cardamomi maioris ana ℈ ij. ceræ*

Zz

quantum ſufficit, fiat ceratum ſuper panno de grana bene glutinoſum in forma ſcuti: & A
ſemper aſſiſtat ſtomacho. ¶ Balnea & lotiones totius corporis & capitis pro nunc nõ pla-
cent. Hæc ſunt quæ mihi vtiliora viſa ſunt pro diſpoſitionibus veſtris. Si autem receptis
ſupradictarum medicinarum indigebitis, ſcribatis, & mittam. Non enim eas curaui ſcri-
bere, quia medicinas habebatis. Deus autem omnipotens & ſaluator Ieſus Chriſtus hæc
omnia cito deducat.

CONSILIVM CXVI. *De motu cordis tremulo.*

ÆGRITVDINES chronicæ materialiter, licet fixæ remaneant, in plurimis
tamen iſtarum, immo fere omnibus, videtur eſſe hoc accidens inſeparabi-
le, quod reuoluuntur ad magis affligendum in vere & autumno, vt proba- B
tur ab Hippocrate & eius commentatore Galeno *ſection. tertia, aphoriſm.*
vigeſimo. ſermone illo: *Vere quidem maniæ, melancholiæ, epilepſiæ, apoplexiæ,*
&c. ¶ Propter quod non eſt mirum, ſi motus pulſus cordis, & quandoque tremu-
lus motus eius in honorando viro Simone de Rodigio infeſtat ipſum magis in vere &
autumno, quam temporibus aliis. ¶ Pro cuius quidem regimine licet alias conſilium i-
pſi erexerim ſatis conueniens, in quo præmitto regimen ex parte ſex rerum non natura-
lium ab eo obſeruari debere, tamen præter illud quatuor remediis in præſentiarum vi-
Vena ſectio. detur mihi ei prouidendum eſſe. ¶ Primum itaque iſtorum eſt, vt tam cito, quam fue-
rit poſſibile, fiat huic viro phlebotomia baſilicæ dextræ partis poſitæ ſub cubito, mane,
ventre lubricato & cibo iam a ſtomacho depoſito, & prope ortum ſolis per horam j. ß. C
per quam extrahantur ℥ iiij. vel v. ſanguinis. ¶ Secundum inſtrumentum eſt, vt die
Potio. immediate ſequenti accipiat hunc potum. ℞. *ſyru. de corticibus citri, reubar. electi, agarici ana*
℈ *ij. ſucci roſ.* ʒ *vj. zinzib. ſpicæ ana gran. vj. ſalis gemmæ gran. ij. ſacchar. alb. quantum ſufficit, acci-*
piatur mane cum ß. cyatho aquæ decoct. florum boraginis calefactæ, & poſtquam acceperit, tardet
cibum ſuum horis ad minus quatuor. ¶ Tertium inſtrumentum eſt, vt poſtquam fuerit
euacuatus cum prædicta medicina, omni mane accipiat ʒ iij. infraſcripti electuarii, & de
eodem ʒ j ß. per horam vnam ante cœnam, & tantundem accipiat de eo in ſero, quando
vadit ad lectum, deglutiendo ipſum, & ſi non poſſet bene deglutiri propter abominatio-
nẽ ſtomachi, bibat ipſum cũ ß. cyatho aq. bugloſſ. calefactæ. Cuius deſcriptio. ℞. *diamuſci*
Electuariũ. *dulcis, ſpecierum electuarii de gemmis ana* ʒ *iij. gr. phiſticorum* ℥ *ij. doronici, ſem. baſiliconis, been alb.* D
& rub. croci ana ℈ *j. florum roriſmar.* ʒ *ij. ſacchar. alb.* ℥ *iij. ſyr. de corticibus citri* ℥ *ij. infundantur*
phiſtici in vinum maluaticum bonum calefactum per dies tres. deinde optime terãtur & incor-
porentur cum ſyru. & ſaccha. inuicem bene coctis & additis ſpeciebus, fiat electuarium.
¶ Quartum inſtrumentum eſt, vt quando accipit electuarium prædictum, immo fere o-
mni alio tempore accipiat de iſtis pilulis omni quarto ſero vnam parum ante cœnam.
Pilula. quarũ deſcriptio. ℞. *aloes præparatæ* ʒ *ij. reubarb. electi* ʒ *j. agarici* ℈ *iij. been al. & rub. croci, macis*
ſalis Indi ana gran. ij. cum ſucco bugloſ. fiant pilulæ pro omni ʒ *vj.* Iſtis quatuor remediis iam ex-
peditis ſcribat de ſtatu ſuo. prouidebitur enim ei ſucceſſiue de applicatione remedio-
rum ſecundum opportunitatem.

CONSILIVM CXVII. *De motu tremulo cordis cum dyſcraſia frigida & humida cor-* E
dis, pectoris, ſtomachi & capitis, & cum dolore in genu & cauilla.

VIR honorandus & moraliſſimus dom. Hugotius de Lonico, laborat tribus
diſpoſitionibus, quibus alias labore ingenti ſatis remedia adhibui, quæ di-
uina ſpirante gratia ſecurauerunt ipſum ab ingenti periculo. ¶ Erat enim in
toto pectore & corde eius mala complexio frigida & humida, tremulum
motum cordis in eo efficiens. cuius materialis cauſſa erat phlegma muci-
laginoſum & aquoſum tantæ quantitatis, quod non raro perducebat ipſum ad diſpnœ-
am periodicam, quæ ipſi mortem ſubitam minabatur per modum ſuffocationis ab illa
materia prouenientis prohibendo inſpirationem & reſpirationem congruas. Et licet F
hæc diſpoſitio ineſſet ei in pectore per eſſentiam principaliter, ſecundum magnam ta-
men partem dependebat a capite materiam phlegmaticam prædictam & aliquando ſal-
ſam ad pectus effundẽte. Cuius etiã materiei nõnulla pars deſcẽdebat ad ſtomachũ, no-
cumẽtũ in digeſtiua notabiliter efficiẽs & ſtomachum ſuum multis ventoſitatib. replẽs.

At ve-

A At vero nunc licet diſpoſitio capitis & pectoris notabiliter alleuiatę ſint, remanſit
tamē prædictæ dyſcraſiæ pars non modica in capite & ſtomacho eius, propter quod be-
neficio virtutis & medicinarum auxilio, natura materiā deriuauit ad inferiores partes,
ſcilicet ad genu & cauillam pedis dextri, quandoq; dolorem cum tumore efficit in ca-
uilla eiuſdem pedis, quæ cum bene conſideratur, minantur ei euentum doloris iunctu-
rarū, ſcilicet genu & cauillæ, & tumorē portendunt cōmunicatione doloris etiā ad an-
chas & ſupiores iuncturas, quibus omnib. ei prouidendum eſt 7. remediis infraſcriptis.
¶ Primum itaq; ipſorum eſt, vt poſt minoratiuum per me exhibitum Paduæ, cum erat
in domo ſua, accipiat hoc digeſtiuū & continuet octo dieb. ℞. *aquæ meliſſæ, ireos & eupato-* *Potio dige-*
rii ana ℥ j ß. miſce & calidum accipiatur cum modico ſacchari. ¶ Secundum remedium eſt, vt *ſtiua.* *Electuariū*
B die 9. immediate ſequenti purgetur cum hoc electuario. ℞. *electuarii Indi ℥ j. electuarii ſuc-* *purgans.*
ci roſ. ʒ ß. & accipiatur cū cyatho medio vini mōtani calidi. ¶ Tertiū eſt, vt diebus, quib. accipit
digeſtiuū ſupraſcriptū, ſi venter eius nō foret bene largus, adhuc ētomni tēpore vtat pi-
lulis iſtis, accipiēdo omni fine vj. dierū vnā parū ante cœnā: & de eis frequētius accipere
pōt, ſi vēter eius eſſet magis ſtypticus. quarū deſcriptio. ℞. *pilularū de ſarcocolla deſcrip. Meſ.* *Pilulæ.*
in libro de conſolatione medicinarum ʒ j. pilularū alephanginarum ʒ ij. cum ſucco roſ. formentur pi-
lulæ pro omni ʒ vij. quibus vtatur vt dictum eſt. ¶ Quartum, vt omni ſeptimana ſemel in au-
rora accipiat ʒ j. huius electuarii cum ß. cyatho huius vini alb. montani calefacti poſt e-
uacuationem. cuius deſcriptio. ℞. *theriacæ Hermetis ℥ ß. mithridatii electi ʒ iij. incorporentur ſi-* *Electuariū*
mul diu conterendo. ¶ Quintum eſt, vt portet ſuper ſtomacho ſuo ſacculum iſtum, quem
C quaſi ſemper applicatum ibi habeat: & proprie quādo ſentit ſtomachum infrigidatum,
nauſeatū & vētoſitatibus plenum. cuius deſcriptio eſt. ℞. *origani, calamenti, abſynthii, men-* *Sacculus*
thæ, folii ana M j ß. *chamedrios, chamepi. aſari, maioranæ, florum roriſmarini ana* M ij. *macis ℥ ß.* *ſtomachalis*
galliæ muſ. ʒ ij. pulueri zentur omnia per ſe & miſceantur, & fiat ſacculus in panno lineo magnæ den-
ſitatis. ¶ Sextum eſt, vt ſępe accipiat ſaltem in die ſemel, quando vadit ad menſam, poſt o-
mnes prædictas medicinas cochlear j. huius trageæ. ℞. *florū boraginis, bugloſſ. & roriſmarini* *Tragea.*
ana ʒ ij. been al. & rub. croci, doronici, ligni aloes ana ʒ ij. liquiritiæ ʒ ij ſem. baſiliconis ʒ ij. hyacinthi,
ſmaragdi, ſaphiri ana ℈ ß. ſacchari albi triplum ponderis omnium, & fiat tragea. ¶ Vltimum in-
ſtrumentum eſt, quod faciat ſibi fieri inunctionem infraſcriptam omni ſero cum vadit
ad lectum ex ea calida confricando genu & cauillam ſecūdum amplitudinem magnam. *Vnguentum*
D ℞. *olei omphacini, olei roſ. ana ℥ ij ſandaracæ ʒ j ß. ſalis torrefacti ʒ iij. roſ. ciperi ana ʒ ß. terantur o-*
mnia ſimul minutiſſime & reſeruentur in vaſe vitreo, & calefiat vna particula eius, cum qua fiat in-
unctio. cui ſuperponatur ſtupa canabina bene calefacta & denſa cum decenti ligatura.
Hæc ſunt quæ mihi pro nunc vtiliora videntur ad tui ſanitatem.

Consilivm CXVIII. *De tremore cordis, de vertigine & de debilitate digeſtiua ſtomachi.*

Licet accidentia, quæ remanſerunt huic viro ſeruo Dei fratri Marco de ordine
ſancti Georgii de Alega, ſint numero plura, tamen principalia ſunt, quibus adhi-
benda eſt cura completa. ¶ Primum quidem eſt motus tremulus cordis con-
E tinuus, remiſſior tamen quam eſſe ſolebat. ¶ Secundum accidens eſt capitis diſpoſi-
tio a materia phlegmatica in eo contenta, quæ vētoſata & inter panniculos cerebri con-
tēta vertiginoſos motus cū aliquibus dolorib. extenſiuis in eo efficit. ¶ Tertium eſt di-
minuta digeſtio in ſtomacho, quæ prouenit a materia phlegmatica in eo congeſta & et-
iā ſecundū partem a capite defluente. ¶ Et ex iſtis bene conſideratis colligi poteſt, quod
non ſit mirum, ſi aliquando in hoc viro apparet laſſitudo vel debilitas. ¶ Item multitudo
ſputi & aliquando rugitus in ſtomacho & in ventre. ¶ Quarto, ſi quandoque in eo appa-
rent ſcothomiæ & ventoſitates in auribus. ¶ Omnia enim hæc accidentia a prædictis
tribus, immo a quolibet illorum per ſe prouenire poſſunt. quare neceſſarium eſt ei feſti-
nanter intendere ad eorum remotionem, vt nunc ſequetur.

F Attento igitur regimine per res non naturales conuenienti, ſcilicet, quod hic vir
euitet lacticinios, paſtiles cibos, humidos & ventoſos, & quod in quacunque cibatione
parce magis, quam vſque ad ſaturitatem comedat, & bibat vinum album vel rubeum
mediocris fumoſitatis abſque aqua, aut cum pauca aqua commixtum, & caueat a ſuper-
fluo motu, & proprie poſt cibum, & a longa & ſubita dormitione poſt ipſum. Cum re-

gimine medicinali ſe regat quinque remediis infraſcriptis. ¶ Primum itaque illorum A
eſt, vt vtatur iſtis pilulis, de quibus accipiat v. omni fine xv. dierum vſque ad medietatem menſis Iunii: tempore autem intermedio accipiat vnam ter in ſeptimana parum ante cœnam, & ita poſt medietatem Iunii continuet aſſumtionem earum ter in ſeptimana vnam accipiendo, vt dictum eſt. Deinde incipiat vti eis omni fine xv. dierum incipiendo a principio Septembris vſque ad futurum ver incluſiue, niſi fuerit immoderata frigiditas

Pilulæ.

cum niue & glacie vehementiſſimis. ℞. *magdaleonis, alephanginarum* ℥ ß. *ligni aloes, ſpicæ nardi, polii montani ana gran. v. zedoariæ* ℈ ß. *formentur pilulæ cum ſucco roſ. pro omni* ʒ vj. ¶ Secundum remedium eſt vt vtatur hac confectione, ex ipſa ſemper ante cibum accipiendo ro-

Rotulæ.

tulam vnam. ℞. *ſpecierum diamuſci dulcis* ʒ j. *doronici, oſſis de corde cerui, ſem. baſiliconis, hyacinthi, ſmaragdi ana* ℈ j ß. *ſacchari alb.* ℥ v. *cum aqua bugloſſæ fiat confectio in rotulis* ʒ iij. *& cooperiatur* B
foliis auri. ¶ Tertium eſt electuarium hoc, de quo omni tertio mane in aurora per quatuor horas ante cibum accipiat ad quantitatem ʒ iij. deglutiendo ipſum. cuius deſcriptio.

Electuariū.

℞. *trociſ. de moſcho, trociſ. de croco deſcriptorū a Meſ. in antido ana* ʒ j. *hyacinthi* ℈ ß. *margaritarū* ʒ j. *ſyr. de corticib. citri* ℥ iiij. *ſacch. candi.* ℥ iiij. *coquantur ſimul ſyr. & ſacchar. & additis ſpecieb. fiat electuarium.* ¶ Quartum eſt, vt ſuper corde ſuo continue portet iſtum ſacculum, aliquando

Sacculus cordialis.

tamen calefaciendo & exſiccando ipſum. ℞. *ſpecierum electarum de ligno aloes, ſpecierum diamoſchi, ſpecierum electarum de hyacintho, omnia deſcriptione Auicen. 5. can. ana* ʒ iij. *fiat ſacculus in ſindone retorta quadrangulatus.* ¶ Vltimum remedium eſt, vt diebus intermediis in auro-

Potio.

ra perſæpe accipiat mixtionem iſtarum aquarum. ℞. *aquæ bugloſſ. aquæ meliſſæ ana* ℥ j ß. *aquæ roriſmar.* ℥ ß. *miſce, caleſiat & cum pauco ſaccharo bibatur.* Hæc ad laudem Dei. C

CONSILIVM CXIX. *De motu tremulo cordis & difficultate anhelitus cum mala complexione ſplenis & oppilatione epatis cum tenſione & oppilatione canalis fellis deſcendentis ad inteſtina cum ictericia & mala complexione calida renū. Diuiditur autem conſilium in tria cap.*

CAP. I. *De cauſſis & ſignis harum diſpoſitionum.*

DISPOSITIO huius venerabilis patris, domini N. de profeſſione ſancti Georgii Alecis eſt difficilis, eo quia ipſa minatur ægritudinem aut longo tempore duraturam aut ſaltem verendæ terminationis. ¶ Eſt enim mala complexio diuerſa diuerſitate partim membrorum plurium, quæ ab ea ægrotant: partim vero, quia in quibuſdam eorum eſt mala complexio fixa: in

Signa paſſionis cordis.

quibuſdam autē eorum eſt fiens & facta. Et licet hic ſermo prolixus neceſſarius eſſet, ta- D
men punctualiter diſcurrendo, illud, quod eſt huic rei neceſſarium, nō oportet præmittere. ægrotat enim in eo cor, cuius ſignum eſt motus eius tremulus & quandoque ſaltuoſus eo magis verendus, quia perſeuerans eſt. Ille enim, in quo perſeuerat tremulus motus cordis, caueat, ne ſubita arripiatur morte. & licet motus ſaltuoſus vel pulſatiuus cor-

Omnem motum ſaltuoſum cordis eſſe periculoſum.

dis minoris malitiæ exſiſtat, quam motus tremulus, neuter tamen illorum euacuatur a ſuſpicione, & proprie cum eſt magnus, vt patet *11. tertii, c. de cura tremoris cordis.* ¶ At vero iterū oſtēdit hoc anhelitus eiꝰ difficultas & diuerſitas in pulſu percepta ex paruitate, ve-

Signa malæ complexionis ſplenis.

locitate & frequētia, q̄ quandoq; ipſum interrūpunt paruitate, tarditate & raritate earū: & etiā mala complexio in ſplene huius viri non præciſe ſimplex, imo cōplicata cū ægritudine compoſitionali eius, quæ facile mōſtrat ex notabili tenſione ſub hypochondrio E
ſiniſtro, q̄ partim ab humorali materia, & partim a ventoſitatib. illic incluſis prouenit. In qua regione cum ſit cōpreſſio percipitur nocumentū ex dolore aut tenſione aut cōpreſſione ibidem apparente. At vero iterum hoc idē apparet ex vrinæ contentis, q̄ non eua-

Hepatis.

cuātur a craſſitudine, opacitate & feculētia melācholica. Adhuc iterū & quarto cōſimilis ægritudo cōplexionalis & cōpoſitionalis in eius epate ꝑcipit̄. primo ꝓpter tēſionē eiꝰ q̄ arguit oppilationē & proprie in concauo epatis, ad q̄ manus tactu peruenire pōt. ¶ Ca-

Oppilationis in canali fellis.

Ictericia.

dit ēt nōnulla oppilatio in canali fellis deſcendente ad inteſtina, propter quam cauſſam feces eius, vt in plurib. remiſſæ ſunt tincturę. Vnde & ꝓpter eandē cauſſam materia cholerica regurgitāte de cōcauo epatis in gibbū, & recepta in venā cauā aſcendentē ſui ſubtilitate, caliditate & leuitate fert̄ ad faciē & ad oculos inſeparabilē in eis citrinitatē oſtē- F
dēs, vnde ꝑ hāc malā cōplexionē & cōpoſitionē epatis dubitabile ſit de nocumēto in virtute trāſmutatiua ipſiꝰ futura fieri. Et ſi q̄dē hæc mala cōplexio calida notabiliter intēdat̄ minat̄ eidē ſuſpicionē tympanitis & aſcitis. Si n. caliditas nō naturalis multū exuperaret, fieret trāſmutatio magnæ partis chyli in vētoſitates, q̄ eſſet materialis cā tympanitis.

Etſi-

A Et ſimiliter ex ſuperflua iterum excoctione chyli fieri poſſet in aquoſitates con-
uerſio propter debilitatem tranſmutatiuę potentię epatis, ab immoderata caliditate po-
ſitiue facta, cui ſuccederet frigiditas priuatiua. ¶ Et eodem modo ſi lapſus frigidus e-
patis inualeſceret propter diminutam digeſtionem ipſius, poſſet fieri chyli tranſmuta-
tio in aquoſitatē, quæ non minus eſſet materialis cauſſa aſcitis, quam ventoſitas tympa-
nitis. Et colliguntur hi ſermones *decimaquarta tertii, cap. de cura aſcitis.* ¶ Amplius iterum *Complexiones calidæ renum.*
quod in renibus eius aſſignetur ægritudo, facile conuincitur. ¶ Primo propter vrinæ tin-
cturam, quæ multum perſeuerat. ¶ Secundo propter ſedimen in ea apparens, quod are-
noſum eſt, & quantitatis multæ, iterum trumboſum, trumbis eius vergentibus ad colo-
rem rubeum cum opacitate. Et ſunt hæc ſignificatiua diſpoſitionū renū: vt patet *ſect. 4.*
B *aphor. 8.* vbi inquit ſenex: *Si quis ſanguinem mingit & grumos, &c.* & ibidem, *aphor. 79. quibus*
in vrina arenoſa ſubſident, &c. Et ſunt ſermones Commentatoris *in allatis commentis.* Et hæc
omnia pulchre lege *18. tertii, cap. de cauſſis generationis lapidis in renibus, & in fine illius fen. c. de*
mictu puris & ſanguinis. Vnde diligenter conſideranti non debet apparere mirabile, ſi
hæc ægritudo ſuſpicionem portendit non leuem: vt ſupra præmiſſum eſt. ¶ Quod vero
hæc ſpecies malæ complexionis diuerſæ ſit ex fiente & facta compoſita, facile ex multis
rationibus deduci poſſet; ſed malam complexionem factam ſatis probat temporis lon-
gitudo. Fientem vero proprie demonſtrat varietas afflictionis eius, ex intenſa & remiſſa
diuerſis horis apparente: quod etiam confirmat varietas accidentium, quæ nunc inten-
ſiora, nunc remiſſiora apparent conſideranti diligenter.

C

Cap. II. *De regimine huius diſpoſitionis per ſex res non naturales.*

His itaque præmiſſis per regimen eius ex parte rerum non naturalium pauli- *Aer,*
ſper diſcurrendum eſt prius: Deinde & medicinalium regimen conſcriben-
dum. ¶ Pro primi itaque expeditione hic venerabilis pater euitare de-
bet manſionem & locum multæ caliditatis & humiditatis. Siccitas enim ae-
ris aliquanta conueniens eſt ei. vnde effugiat dormitionem in cella terrea, multum hu-
mida, & vaporibus aqueis refecta. Caueat etiam a ſtrictura veſtium ſuper pectore, hy- *Motus & quies.*
pochondrio & ſuper renibus facta. Caueat etiam ab omni exercitio vel motu immo-
derato, & proprie ſuper cibo facto: & omnis modus exercitandi, quo ſolet caput &
D pectus incuruari, effugiendus eſt. Et in ſumma quantum poteſt, quieſcere melius eſt ei
vſquequo erit plene mūdificatus, quoniam motus materias in fluxu ponit: vt patet *ſect. 4.*
aphor. 14. quod motus corpora perturbet, declarat nauigatio, &c. Et quia iterum in ipſo virtus di-
geſtiua tam ſtomachi, quam epatis nocumento diminutionis digerendi læſa eſt: ideo
caueat multa quantitate ciborum & potuum replere ſtomachum. Non enim ſemper *Inanitio & repletio.*
quantum per appetitum expoſcit, tantum accipiendum eſt: & proprie, quando inueni-
tur plenitudo magis cacochymica, id eſt, mala, quā euchymica, id eſt, bona: immo cōue-
nientius eſt ei a menſa recedere adhuc cum fame remanente, quam ſaturem fieri: iuxta
illud *can. 3. primi, Quoniam a menſa diſcedendum eſt reliquiis famis adhuc in ſtomacho remanenti-*
bus. Idem etiam de potu dicendum eſt: quoniam conueniētius eſt ei parum potus quam
E multum aſſumere: & erit laudabilis potus menſura limitanda taliter, vt ſtomachum re-
plendo non extendat & in eo fluctuet, & a dextra in ſiniſtram aut ad aliam differentiam
poſitionis regurgitando rugitum faciat. Poſt hæc etiā dormiendi menſura cogitāda eſt.
licet enim naturalis complexio eius inclinet ipſum ad longam dormitionem, quia cor-
pus eius vniuerſaliter, & proprie caput humidū eſt; tā humiditate ſubſtantifica, quā infu-
ſiua: Nihilominus a menſura conſuetæ dormitionis parumper recedendum eſt: aliquā-
tulum minus dormiendo, quam ſolebat: & in ſumma melius eſt ei a cōſueta diſpoſitione
recedere parū magis per augmentum in vigilia, q̃ in dormitione prolixa. Sicut n. vigilia *Somnus & vigilia.*
conſueta longior corpus exſiccat: ita dormitio cōſueta prolixior corpus humectat: ſed
hoc corpus lapſum eſt ad augmentū humiditatū multarū, igitur curandū eſt per exſic-
F cātia & non per humectantia. In ſitu autem dormitionis euitet decubitū reſupinum, ne
materiæ congregentur in renibus: eo quia talis decubitus multum eſt cauſſa generatio-
nis lapidis in renibus & augmentationis: ſed in eo non raro generati ſunt & iterum ge-
nerantur lapides, quare talem decubitum euitare debet. Amplius iterum nō eſt conce-
dendus decubitus ſuper ſiniſtro latere propter nocumentum cordis ſupra aſſignatum,

ne materiæ illuc defluendo congregentur ibidem & inſurgat timor non leuis. ¶ Et quia A
iterum, vt ſupra deductum eſt & probatum, nocumentum non leue in epate ipſius aſſi-
gnatur: pari ratione decumbere non deberet ſuper dextro latere. Ex quo apparet, quod
non eſt leue conſilium in medicina facere homini ægrotanti tanta membrorum varie-
Decubitus. tate. Non enim vir iſte iacere poteſt ſuper ſpina, vt ex primo diſcurſu probatum eſt. Ne-
que ſuper ſiniſtro latere: vt ex ſecũdo. Neq; ſuper dextro, vt parum ante probatum: quo-
modo igitur quieſcere debet? Non enim conueniens eſt, nec longo tempore fieri poteſt
dormitio ſuper faciem & ventrem. Igitur difficile videtur in tanta contradictionum va-
rietate poſſe conuenienter veritatem elicere. Et ſunt ſermones, qui & eorum ſimiles nõ
raro faciunt Medicum anxiari & ſudare non leuiter, dicendum itaque ad hanc contra-
dictionem primo, quod cõuenientius ſit huic viro decũbere ſuper parte, ſuper cuius de- B
cubitu minus inuenit nocumentum aut nullum. Dicendum ſecundo, quod conuenien-
tius ſit ei decumbere ſuper parte, quæ minori ægritudine læditur & ægrotat. Et hæc in-
dubitanter, ſi bene comprehenditur, eſt epar eius. Ex quo apparet, quod ei conuenien-
Motus animi. tius ſit iacere ſuper dextro latere, quam ſuper aliis. Et hic me non extendo amplius, licet
eſſet locus ſpeculationis ingentis. Amplius iterum vir iſte regat ſe regimine accidentiũ
animi, omnino ſollicitudinem, triſtitiam, iracundiam & furorem poſtponendo, quoni-
am hæc exterminant & mutant corpus ab ea, quæ eſt ſecundum naturam, conſiſten-
tia. *3. techni.* quare ſpei optimæ adhærere debet, omnem ſuæ ſalutis viam altiſſimo com-
mendando.

Vltimo vero licet de re alia non naturali faciendus eſſet ſermo prolixus, eligendo C
Cibi. ea, quæ conueniendo cordi non noceant epati, & ea, quæ epati forent vtilia, non eſſent
renibus nociua & econuerſo. nihilominus longitudini parcens diſcurram per ea, q̃ mihi
conceſſione diuina meliora viſa ſunt. Euitet itaq; cibaria omnia viſcoſitatem habentia
multam & in ſubſtantia craſſa, velut ſunt piſces omnes, cibi paſtiles, legumina omnia &
proprie elixa, & oryzam inter alia & caſtaneas, xylocaractas & cibibum. Auellanæ ve-
ro, paſſulæ, ficus ſiccæ, amygdalæ dulces, phiſtici, vuæ montanæ ſiccæ, poma aromati-
ca, citranguli & limones conceduntur ei. ¶ Similiter & de oleribus vtiles ſunt ei omnes
magis ad frigiditatem & humiditatem inclinantes, quam ad caliditatem: propter quod
dendrolibanum, ſaluiam, mẽtham, ſerpillum, rutam & ſimiles plantas omnino effugere
debet. Beta vero & ſpinachia, lactuca, portulaca, endiuia domeſtica & cichorea vel ſpõ- D
ſa ſolis & reliquæ frigidæ & humidæ plantæ valde vtiles ſunt ei, & crudæ & coctæ & omni
præparationis modo, præterquã per frixionẽ. vnde etiã & oua frixa euitare debet: licet
apud religionem ſuæ profeſſionis in maximo vſu habeantur. De plantis autem, quib. in
vere veſcuntur homines, & proprie religioſi, vtiles ſunt ei, ſicut aſparagi, extremitates lu-
pulorũ, radices locuſtæ, & rapunculi & his ſimiles. Si autem ex neceſſitate reuerentiæ le-
gis & impulſione profeſſionis oporteret accipere piſces, de fluuialib. eligãtur, ſicut lucii,
torrentinæ, ſquali, &c. de maritimis vero cõueniunt ei rumbi, oradæ, menulæ aquaticæ;
& in ſumma omnes piſces paruorũ corporũ euacuati a craſſitudine & viſcoſitate, vt pau-
lo ante tactum eſt. ¶ Ex aromatibus euitet piper, zinz. & omnia aromatica calida, præter
cinamomum & crocum, qui ambobus membris vtilis eſt: & leuitate ſua, caliditate, aro- E
maticitate & ſtypticitate. ¶ Ex his, quibus condiuntur cibi, ſummopere vtatur aceto in
omni cibatione ſua. Similiter & agreſta non multæ ſalſedinis. Et limones iterum conue-
nientes ſunt ei. Et omnibus melior eſt ei ſuccus citranguli. Item vſus olei, & proprie
dulcis & aromatici: & ſi habere poſſet oleum de nucibus, in hoc caſu eſſet ei elegantius.
¶ Cum autem in profeſſione ſua multum habeatur in vſu caſeus, non video motiuum
perſuadens mihi vſum eius: quantum autem rationabili iudicio deduci poteſt cum ſen-
tentiis veterum, vti poteſt caſeo ætatis vnius anni ab omni putredine mundificato, qui
Potus. ad ſalſedinem magis, quam ad dulcedinem inclinetur: & ſit frangibilis, omni viſcoſitate
denudatus; talem inquam, laudare poſſem & non alium. ¶ Pro potu autem eius eligat
vinũ colore albũ, ſubſtãtia tenue, odore aromaticũ, dulcedine priuatum, ſed inclinetur F
ad ponticitatem aliquantam: & ſiquidem fuerit notabiliter fumoſum, frangatur cum
tertia parte aquæ de bona ciſterna. Si autẽ poſſet haberi purũ non valde fumoſum, eligi-
bili⁹ eſſet. Hæc in ſumma de cibis & potib. & per conſequẽs de regimine per ſex res nõ na-
turales, ſecundũ q ex pfeſſione ſua obſeruãda ſcribi debet. Vbi autem pp̃ter inſtantiam

debili-

A debilitatis virtuti coactus eſſet hic patiens aſſumere carnes, etiam propter ampliatio- *Carnes.*
nem o ›eris, laudabile foret ei vti carnibus pullorum vtriuſq; ſexus: Item carnibus ana-
t ›loru n iuuenum, perdicum, phaſianorum, auicularum paruarum, laudabilis caſtrati,
c ›nreti, & vituli, reliquas autem carnes dimittat. Et laudabilius eſt ei aſſumere tales
elixas, quam aſſatas, conditas cum ſucco aranciorum & ſimilium ſupradictorum.

Cap. III. *De regimine per medicinalia.*

REGIMEN vero ipſius per medicinalia per multa inſtrumenta compleri debet,
quorum omnium primum eſt, vt circa mediũ huius menſis faciat ſibi fieri phle- *Phlebotomia.*
botomiam baſilicę dextri brachii poſitę ſub cubito, per quam extrahantur ſan-
B guinis ℥ v. & ſit per horam propinquam ortui ſolis vnam. ¶ Secundum vero inſtru-
mentum eſt, vt facta phlebotomia iam prædicta die immediate ſequenti ſoluatur vẽter
eius cum hac medicina, quam aſſumat in aurora, & dormiat poſt ipſam per vnam horã
immediate, & hora quinta ab aſſumtione eius bibat cyathum vnum aq. hordei ſaccha-
ratæ calidæ, & poſt ipſam per horam vnam prandeat, & eſt eius deſcriptio talis. ℞. *caſſiæ* *Potio lenitiua.*
nuper extractæ de canna cum aqua cichoreæ vnc. j. reubar. electi ℈ *ij. ſalis gemmæ gran. ij. ſpicæ nardi*
gran. v. miſce & totum aſſumatur cum vnc. ij. aquæ decoct. pauci tamarindi. ¶ Tertium inſtru-
mentum eſt, vt die immediate ſequenti poſt aſſumtionem prædictam accipiat hoc di-
geſtiuum, & continuet ipſum, vſquequo videat vrinam in colore & ſubſtantia æqualem
habentem ſedimen in fundo rarum vel diaphanum coniunctum ęquale, læue & album. *Potio digeſtiua.*
C & illius digeſtiui deſcriptio eſt talis. ℞. *ſyrupi de byzantiis* ℥ j *ſyr. de eupatorio* ℥ ß. *aquæ cicho-*
reæ, aquæ ſcolopen. & acetoſæ an. ℥ j. *miſce & totum ſumatur calidum in aurora.* ¶ Quartum eſt e-
uacuatiuum hoc, quod recipiat die immediate ſequenti poſt digeſtiuũ: & eſt eius deſcri-
ptio talis. ℞. *pilularum de reubarbaro* ℈ *ij. pilularum cochiarum* ℈ j. *reformentur pilulæ vij. cum e-* *Pilulæ.*
lect. ſucci roſ. & accipiantur in aurora, & omnia poſt ipſius acceptionem obſeruentur, quæ
dicta ſunt in aſſumtione minoratiui ſupraſcripti poſt phlebotomiam. ¶ Quintum
vero inſtrumentum, vt de tempore, quo aſſumitur digeſtiuum prædictum, omni tertio
ſero immediate ante cœnam aſſumat vnam de iſtis pilulis, quibus ẽt vti poteſt poſt pur-
gationem omnem in toto tempore ſui regiminis aſſumendo de eis vnam vel duas omni
ſero vel alterno ſero, ſecundum maiorem vel minorẽ ventris ſtypticitatem, quę appare-
D bit. Eſt autem eorũ deſcriptio talis. ℞. *aloes epaticæ* ℥ *ij. reubarb. electi* ʒ *ij. agarici* ʒ *ij. ſalis Indi* *Aliæ.*
ʒ ß. *maſticis, croci, abſinthii, ſcolopen. an.* ℈ ß. *infundantur omnia in ſucco endiuiæ, per duos dies:*
deinde exſiccentur ad ſolem, vel ad ignem leuem, & ita remouentur earum infuſiones tribus vicibus,
de illa ergo maſſa reformentur pilulæ vij. pro ʒ. ¶ Sextum inſtrumentum eſt, vt poſt euacuati- *Apertio hæmorhoidum.*
onem immediate pręcedentẽ procuret aperire venas hęmorrhoidales, fricando ſphin-
cterem eius, cum foliis ficus, vel conſolidæ maioris, aut cum aſpero panno, vel pungẽdo
eas cum ſetis porcinis, & eſſet ei iuuamentũ elegans in euacuando eradicatiue omnem
materiã ægritudinũ ſuarũ. ¶ Septimum eſt, vt ſi nõ poſſet fieri prouocatio hęmorrhoid. *Ventoſæ.*
modis iam dictis, quę excuſaret ab aliis, tunc apponantur ei ventoſæ in medio natiũ cum
ſcarum, per quas extrahant̃ ſan. ℥ iij. vel iiij. ¶ Octauũ eſt, vt tota ſpina poſt purgationem
E ſecundam omni die bis vngatur mane & ſero cum hoc vnguento. ℞. *amyli* ℥ j. ß. *terræ ſigil-* *Vnguentum*
latæ ʒ *ij. camphoræ* ʒ j. *croci gr. iii. ol. roſ.* ℥ *ij. omnia ſimul in mortario terantur, & fiat linimentum.*
Nonum, vt circa regionem epatis in hypochondrio dextro mane & ſero, faciat ſibi in- *Linimentũ.*
unctionem talem. ℞. *olei de maſtice* ℥ *ij. ſandalorum alb. ſpodii, roſ. croci an.* ℈ j. *trociſ. de ſpodio cum*
ſemine aceto. ʒ. j. ß. *ceræ alb. modicum, & fiat vnguentum molle, & in fine incorporationis eius aſper-*
gatur cum modico aceti albi. ¶ Decimum, vt poſtquam hæc omnia per dies plures admi-
niſtrauerit, reuertatur ad faciendum aliam euacuationem, & primo quidem leuem
cum medicina tali. ℞. *aquæ cichoreæ, tamariſci & ſcolopen. an. vnc. j. mannæ electæ vnc.* j. ß. *Potio purgans.*
ſucci roſ. vnc. j. *reubarbar. electi drach.* j. ß. *ſalis Indi gra. iij. infundantur omnia in prædictis aquis:*
deinde ſequenti mane colentur, & fortiter exprimantur, & prædictæ colaturæ addantur ſyrup. vio-
larum vnc. j. *& totum in potu accipiatur hora prædicta.* Et obſeruentur can. qui dicti ſunt de a-
liis euacuationibus. ¶ Vndecimum, vt poſt illud euacuatiuum iterum incipiat aſſume-
re digeſtiuum hoc, quod continuet octo diebus, vt de primo dictum eſt, & eſt eius de- *Digeſtiua.*
ſcriptio hæc. ℞. *ſyrup. compoſiti acetoſi, ſyrup. de eupatorio, de byzantiis an. vnc.* ß. *aquæ ſco-*
lopen. cichoreæ an. vnc. j. ß. *miſce, & calidum accipiat, vt ſupra.*

Duodecimum, vt poſt digeſtiuum illud accipiat mane immediate ſequenti hoc A
Pilulæ. ſolutiuum. ♃. *pilularum de reubarbaro, pilularum aggregatiuarum deſcriptione maiori an.* ℈ *ij. reformentur pilulæ viij. cum ſucco roſar. & accipiantur hora prædicta, obſeruando poſt eas omnia, quæ dicta ſunt de aliis pilulis.* Et iterum memor ſit, quod ſi in tempore huius digeſtionis, & ante, & poſt venter eius eſſet ſtypticus, vtatur pilulis ſupradictis modo, quo ibi di-
Ablutio pedum. ctum eſt. ¶ Tertiumdecimum, vt aſſueſcat ſaltem omni alterna die facere ablutionem extremorum inferiorum a pedibus vſque ad inguina cum aqua decoctionis foliorum ſalicis, violarum, chamomillæ, & foliorum papaueris albi, vel memitæ recentium per horam ante cœnam, & ſit aqua hæc conuenienter calida. ¶ Quartumdecimum
Inunctio ſtomachi. eſt, vt ſi venter eius vel ſtomachus remaneret laxus, tunc fiat inunctio ei cum vnguento. ♃. *Galliæ muſcat. drachm. j. ß. maſticis, corallorum amborum, roſar. ſpodii, caryophyllor. an.* B *drachm. j. reſinæ electæ vnc. ß. olei cydoniorum, de maſtice an. vnc. j. ß. ceræ, q. ſ. fiat vnguentum bene viſcoſum, & applicetur*, vt dictum eſt. ¶ Quintum decimum, vt poſt ſecundam euacuationem iam dictam vtatur hac mixtione, de qua omni mane per tres horas ante cibũ
Electuariũ. accipiat cochlear j. deglutiendo ipſum: & eſt hæc. ♃. *conſeruæ roſ. & bugloſ. an.* ℥ *ij. oxyſacch.* ℥ *j. ß. trociſ. de ſpodio cum ſemine acet.* ℨ *ij. ſpodii roſ. ſandalorum rub. an.* ℨ *j. foliorum auri numero v. fiat electuarium optimæ contritionis.* ¶ Sextumdecimum, vt ſæpe poſt ſecundam euacuatio-
Epithema cordis. nem omni mane quater ante prandium, & toties ante cœnam epithymet cor ſuum cum panno de grana quantitatis ſemiſſis duplicato & infuſo liquore iſto tepido vel parum calido. Cuius deſcriptio. ℞. *aquæ acetoſ. aquæ meliſſæ an. lib. ß. aquæ bugloſ.* ℔ *ij. croci* ℈ *ß. ſpecierum electuarii de gemmis drachm. j. ß. trociſ. de camphor.* ℨ *ß. aceti alb.* ℥ *j. vini maluatici* ℥ *iiij. miſceantur omnia ſimul & leuiter bulliant, & fiat epithema*, vt dictum eſt. ¶ Vltimum vero inſtru- C mentum eſt, vt tempore, quo facit epithema prædictum, & poſt illud etiam vtatur hac confectione, de qua ſumat parum ante cibum fruſtum j. Cuius deſcriptio eſt. ♃. *gra-*
Confectio. *norum phiſticorum vnc. iiij. pincarum* ℥ *ij. ſpecierum tria ſandalorum abſq. camphora, trociſcorum de ſpodio an.* ℨ *j. foliorum auri numero v. ſacchari alb. lib. ß. fiat confectio cum aqua abſinthii*, & adminiſtretur, vt dictum eſt. Hæc ſunt, quæ mihi meliora viſa ſunt, quæ interueniente diuina gratia eum ad ſanitatem perducant. In nomine, &c.

CONSILIVM CXX. *De tremore cordis a mala complexione frigida & humida cordis, & de mali complexione frigida & humida ſtomachi multiplicatiua ventoſitatum cum aſthmate,* D *vigilia ſuperflua, arefactione corporis & bulimo.*

ÆGRITVDINES honorabilis viri Ioannis de ſancto Apponario multæ ſunt, &
I. diuerſę, quas tamen mihi ad ſummam veritatis apparuit reducendas eſſe p hunc
Patientis ægritudo. modum. ¶ Ægrotat enim motu tremulo cordis proueniente a mala complexione frigida & humida cordis, quæ multiplicat vapores craſſos, & ventoſitates in tota regione cordis, ad quam ſequitur vniuerſalis omnium virtutum caſus, propter ſpiritus reſolutionem & extinctionem, quæ proueniunt ex ſuffocatione ipſorum a multitudine
II. materierum in prædictis locis. ¶ Secunda vero principalis eius ægritudo eſt mala complexio ſtomachi frigida & humida multiplicatiua ventoſitatum in eo, quæ adeo extendunt ſtomachum eius, vt propter compreſſionem ab eo factam in diaphra- E gmate a pulmone ſequatur diſpoſitio denominationis, quę eſt aſthma denominanda, & ipſa quidem eſt ægritudo pulmonis, cum qua laborat patiens ſimiliter labore, quo la-
1. borat præfocatus, aut feſtinatus, aut currens, vt *10. tertii, capit. de aſthmate in exordio* colli-
Accidens. gendum. Et hoc quidem aſthma eſt primum accidens, quod hanc diſpoſitionem co-
2. mitatur. ¶ Secundum vero accidens eſt maraſmus, & eſt vniuerſalis corporis cõſumtio & humiditatis ſubſtantificæ reſolutio, & in ſiccitatem euerſio, vt a Gal. colligitur *in libello de maraſmo in principio*, quomodo n. non eſſet poſſibile, vt corpus nõ conſumeretur eo, quia tam appetitiua, quam digeſtiua læſæ ſunt nocumẽto diminutionis maximo, & iterum digeſtiua nocumento corruptionis? conuertit enim cibos & potus in ventoſitates multas, vbi deberet conuertere ipſos in chylum laudabilem, quare neceſſe eſt macre- F ſcere corpus & conſumi. Non curo hic diſputare, quæ de numero duarum ægritudinum, ſcil. cordis, an ſtomachi fuerit prior & alterius cauſſa, quoniam ambæ ipſæ potuerunt eſſe ægritudines per ſe, dato, quod nulla earum dependeat ab altera. ¶ Credo autem, quod alias in hac materia conſideraui, quod ægritudo ſtomachi fuerit ægritu-

dinis

A dinis cordis cauſſa, licet etiam econtra contingere potuerit, ſc. tremor cordis, cum ſui
mala diſpoſitione fuerit nocumentorum cauſſa efficiens ſtomachi, quicquid tamen fue-
rit, veritas eſt, ꝙ hæ diſpoſitiones iam factæ nunc ſunt per eſſentiam in prædictis mem-
bris, licet etiam per colligantiam ipſorum abinuicem vna ſit cauſſa augmentandi nocu-
mentum alterius aut econtra. ¶ Tertium principale accidens eſt exceſſus in vigilando; 3. *Accidens & eius cauſſa.*
& poteſt prouenire ex triplici cauſſa principaliter. ¶ Et prima quidem eſt conſumtio va-
porum dulciũ, qui ſunt cauſſa efficiens ſomni oppilando vias primi ſenſitiui vel retis mi-
rabilis, aut arteriarũ ſubethicarũ, ex quarũ oppilatione contingit ſomnus. ¶ Secunda hu-
ius vigiliæ cauſſa poteſt eſſe aſthmatis augmentũ, quod vigilare cogit. Non n. videť poſ-
B ſibile ſtante vehementi motu diaſtoles & ſyſtoles partiũ pectoris, ꝓlongari ſomnum, ſiue
ſit, quia nocumento pectoris compatitur cerebrum, ſiue, quia motus pectoris eſt cauſſa
magni mot⁹ in toto corpore: ſed ſtante magno motu reſoluuntur vapores, qui ſunt cauſ-
ſa ſomni, vt dictum eſt. ¶ Tertia cauſſa vigilandi eſt ipſa ægritudo cordis cum ſui humidi
ſubſtantifici conſumtione. Cũ itaq; ipſum ponatur principiũ omnium ſenſuũ & motuũ
interiorum & exteriorũ propter nocumentũ eius, impeditur operatio dormiendi, & eſt
reſponſio facilis apud tenentes viam Ariſt. & ſequacium eius. ¶ IV. accidens ad hanc diſ- 4.
poſitionem conſequens eſt abominatio cibi, per q̃ adeo ſtomachus cibum reſpuit, quod
vno ſolo bolo ſatur exſiſtit. Vnde oportet in aſſumtione cibi prolongationẽ facere ma-
gnam, cum tamẽ omnia eius mẽbra, quia arida, cibo indigerẽt multæ quantitatis. & hęc
eſt ratio formalis bulimi, q. eſt vehemẽs appetitus omnium membrorum cum ſatietate 5.
C ſtomachi, vt colligitur *13. tertii cap. de fame vaccina.* ¶ Vltimum accidens eſt vehemẽs cor-
poris ſtypticitas, quę conſequitur conſumtionem humidi, quod deberet inteſtinorum
ſubſtantiam irrorare & fluxibilem facere, & ſequitur etiam immoderatam ſiccitatẽ to-
tius corporis, quę impedit actum impellendi. Quia omnis immoderata dyſcraſia deiicit
actum, i. operationẽ proprię virtutis, teſte Hipp. *ſect. 2. aph. 2.* Hęc in ſumma eſt diſpoſitio
huius viti ad veritatem reducta, quæ adeo difficilis exiſtit, quod niſi omnipotentis auxi-
lium interueniat, ſpem mortis magis, quam vitæ ipſi minatur in proximo.

Vidètur autem mihi huic diſpoſitioni, quam citius eſt poſſibile, prouidendum per
hunc modum. ¶ Primo quidem, quod remoueatur ab eo ventris ſtypticitas. ¶ Secundo,
quod attendať reſtaurationi virtutis feſtinanter. ¶ Tertio, ꝙ procuretur minoratio cor-
D dis tremoris. ¶ Quarto, quod alleuietur anhelitus eius difficultas. ¶ Quinto, quod in-
tendatur ad prouocationem ſomni in eo. ¶ Sexto & vltimo, quod prouideatur, ne tanta
multitudo ventoſitatis in ſtomacho ipſius generetur & congregetur.

Gratia primi ſicut ægritudines repletionis ſanat euacuatio: ita ægritudines de ina- *Remotio ſtypticitatis ventris.*
nitione ſanat reſtauratio, teſte Hipp. *ſect. 2. aph. 22.* Itaq; omni mane applicetur ipſi cly-
ſtere hoc, & ſi virtus tolerare poteſt, non eſt inconueniens eidem clyſtere etiam in ſero
applicare, quoniam ipſum cum lenitione ſua reſtauratiuum eſt. Cuius deſcriptio. ℞. *fo-* *Clyſter.*
liorum maluarum, viol. ſem. lini, fœnugræci an. M. ß. coquantur omnia in ſitula vna aquæ cum v-
no capite caſtrati, vel hœdi, vel agni, pinguium minutim inciſo. Et huius brodii recipiantur ℥ xij. olei
violarum, olei ſiſami, olei amygdalarum dul. an. ℥ j. medullæ crurum vituli, pinguedinis anatis & gal-
E *linæ, butyri recentis an. ℥ iij. ß. ſacchari rub. ℥ j. miſce & fiat clyſtere.* ¶ Ad hanc etiam intenti-
onem valet, vt inungatur pars ventris ab vmbilico vſq; ad femur cum hoc linimento. ℞. *Linimentũ.*
olei amygdalarum dulc. pinguedinis anatis, butyri recentis an. vnc. j. bulliant omnia inſimul
in vnc. iij. ſucci mercurialis, vſque ad conſumtionem ipſius, & adminiſtretur, vt dictum eſt,
tepidum.

Gratia vero ſecundi teneatur modus iſte in cibatione eius primo, quod nullum ci- *Reſtauratio virtutis.*
bum maſticalem recipiat, immo cibus eius ſint vitelli oui in aqua bugloſ. & menthæ
partibus æqualibus cocti, & deglutiantur. ¶ Secundo vero detur ei aqua ſublimationis
caponis vel gallinę pinguis, ita, quod in ſublimatione vnius pulli apponatur M j. menthę
& tantundem bugloſſæ, de qua ſublimatione 10. vel 12. in die detur eidem cum octaua
F parte boni vini maluatici dulcis. ¶ Tertio vero gratia cibationis detur ipſi brodium
decoctionis pullorum, gallinarum vel columborum non complete pennatorum, ita, ꝙ
de eorum carne complete diſſoluatur in brodium cum 10. foliis menthæ, quatuor foliis
bugloſ. & iij. gr. cymini. ¶ Quarto iterũ detur ipſi ſuccus expreſſionis carnium prędicta-
rum, quæ prius aſſæ fuerunt cum prædictis foliis, & granis in eorum ventre poſitis.

¶ Quinto fiat ei iuſculum de cerebellis & teſticulis pullorum vel columborum in præ- A
dictis brodiis contritorum. ¶ Sexto poteſt exhiberi contuſum pulli decoctum cum prædictis foliis. Et quocunq; horum ciborum ipſi dato conueniens eſt ſuper aſpergere eidem aliquas guttas vini maluatici, & vini cydoniorum ℥ ß. ¶ Potus vero eius ſit vinum album, ſubtile, dulce & boni ſaporis. Et ſi oportuerit eidem adiungere aquam, ſit aqua decoct. caryopyhl. & in phiala vna vſque ad conſumtionem quartæ partis Tribianum, vel Ribolum.

Cura tremoris cordis. Emplaſtrū.

Tremori vero cordis ſubueniatur per hunc modum. *℞. florum recentium roriſmarini ℥ iij. florum ſaluiæ, bugloſſæ & boraginis an ℥ j. ß. croci ℈ j. coquantur prædicti flores in ſufficienti quantitate vini maluatici, & contritis fiat emplaſtrum, quod calidum ſuperponatur toti regioni* B
cordis.

Anhelitus difficultas. Potio.

Alleuiari autem poteſt anhelitus ipſius per prædictum emplaſtrum confortando cor & facilitando organa anhelitus. ¶ Et confert eidem, vt circa horam tertiam noctis, & in aurora detur eidem hic potus. ℞. *aq. bugloſ. ℥ j. ß. hyacinthi, ſmaragdi, ſaphiri, margaritarum, oſſ. de corde cerui, doronici an. gr. vj. vini maluatici cochlearia duo, puluerizentur omnia per ſe, deinde miſceantur, & calida vel tepida dentur ipſi in prædictis horis.*

Prouocatio ſomni. Balneum. Linimentū.

Prouocant etiam ſomnum hæc inſtrumenta. Primum eſt, vt partes extremæ ipſius, vt pedes, crura, manus, brachia & facies balneentur cum hoc. *℞. florum nenupharis, foliorum violarum, & papaueris alb. recentium an. M iij. chamomil. recentis, M ij. coquantur in ſufficienti aqua, ex qua calida fiat, vt dictum eſt.* ¶ Confert etiam huic intentioni, vt plantæ pedum, manuum, frons, tempora & brachiorum pulſus inungantur hoc linimen- C
to. *℞. ſemin. papaueris alb. vnc. ß. ſemin. lactucæ, portulac. violarum an. drachm. ij. croci ℈ j. olei nenupharis, olei de ſemine lactucæ, vel de floribus cucur. ana ℥ j. ceræ alb. q. ſ. fiat vnguentum molle, & ipſum poſtea bulliat in vnc. iij. ſucci papaueris recentis, vſque ad conſumtionem ipſius.*

Cura congregationis ventoſitatū in ſtomacho. Potio.

Congregationi autem ventoſitatum in ſtomacho iam aliqualiter videtur eſſe prouiſum, quia in decoctionibus omnibus aſſumta ſunt, velut cinamomum, mentha, caryophyl. & crocus. ¶ At vero iterum medicamen vltimum eſt hoc. *℞. pul. enulæ ſiccæ ℈ j. pul. cymini gr. iiij. miſce & ieiuno ſtomacho in potu detur cum modico ſui vini ſupra deſcripti.* Hæc in ſumma eſt regula regiminis eius melior, ſecurior & facilioris auxilii. Supremus autem omnipotens in ſui ſalutem dirigat ea.

CONSILIVM CXXI. *De tremore cordis.* D

HIc motus tremulus cordis huius religioſi prouenit a multitudine ſanguinis cholerici, vaporoſi & ventoſi circa partes cordis, cuius vapor vel vẽtoſitas cum multiplicatur in prędictis locis, extendendo & comprimendo conculcat partes cordis, & ſequitur hoc nocumentum in anhelitu propter neceſſitatem in corde auctam, quę cogit ipſum attrahere aerem velociter, & multæ quantitatis, & quia etiam multitudo illorum vaporum & ventoſitatum in partibus pectoris congregatur, neceſſe eſt cor inniti ad expulſionem earum velocẽ & vehementẽ. Aliter facile vir iſte incurreret diſpnœam, aſthma vel orthopnœam. Vnde propter prædictas cauſſas apparet, quod non ſolũ in ar-
teriis, verum ẽt in corde creſcat neceſſitas euentandi & mundificandi, propter quod di- E
aſtole & ſyſtole cordis & omnium partium ſeruientium anhelitui, neceſſario fit magna, velox & frequens. ¶ Et ex hoc fundamento intelligẽti apparere põt, q̃ ſit horũ cauſſa efficiens, quia virtus neceſſitata vehemẽtius agit. ¶ Et apparet ẽt, quæ ſit huius nocumenti materialis cauſſa, vel ſibi proportionata, quia eſt vapor vel ventoſitas. ¶ Et ſequitur etiã cognitio finalis cauſſæ, & formalis facile intelligenda. ¶ Ex fundamento apparet, quod oporteat virum iſtum ſollicitum eſſe, vt cito curetur, ne perducatur ad ſubitum virtutis caſum, aut ſaltem ad aliquam ſpeciem nocumenti anhelitus de prædictis.

Vnde abſtineat primo ab omni ciborum & potuum multitudine. Caueat manſionem in aere frigido vaporoſo & nebuloſo. Effugiat omne cibarium ventoſum, ſicut lac, legumina, mel, fructus omnes, & maxime humidos, craſſa cibaria & viſcoſa, velut
paſtilia, piſces magnorum corporum, panem azymum, caſeum antiquum, caſtaneas & F
ſimilia. Effugiat etiam acuta & vaporoſa ſimul, velut cæpas, allium, raphanum, porrum, nuces & ſalſamenta omnia: quin etiam vſum vini craſſi, rubei, pontici & acris. Euitet omnino cuiuſcunq; aquæ potum, niſi fuerit præcocta cum parua radice liquiritiæ bene mundæ.

Pro-

A Pro regimine autem medicinali ſex videntur mihi remedia pro nunc obſeruanda. ¶ Primum quidem ipſorum eſt, vt ventre exiſtente mediocris fluxibilitatis, quam citius eſt poſſibile, mane in mediis tertiis phlebotometur baſilica dextri lateris ſub cubito, & extrahantur ſang. vnc. iiij. ad educendam ſuperfluitatem eius conuertibilem in vapores & ventoſitates. Hæc enim phlebotomia omnium optima eſt in alleuiando cor a repletione materiali, *11. tertii, cap. de canonibus curationis cordis.* ¶ Poſt iſtam autem phlebotomiam mane immediate ſequenti ſoluatur venter eius cum hac infuſione. *℞. aquæ bugloſſæ ℥ j. ß. aquæ cichoreæ ℥ ij. reubarbar. electi drachm. j. ß. agarici drachm. j. ſucci roſ. drachm. ß. ſpicæ nardi ſcrup. ß. zinzib. gran. v. fiat omnium infuſio per diem naturalem. Mane autem calefiat, & coletur cum expreſſione forti, & colatura bibatur calida, & tardetur poſt cibus horis v.* Et

Phlebotomia. Infuſio.

B tunc bibat cyathum vnum aquæ hordei ſaccharatæ calidæ. Poſt quam per horam vnam prandeat. ¶ Poſt minoratiuum autem prædictum mane immediate ſequenti in aurora accipiat hoc digeſtiuum calefactum. *℞. ſyrup. de pomis, ſyrup. de corticibus citri & oxyſaccharæ an. vnc. ß. aquæ bugloſ. meliſſæ ana vnc. j. aquæ cichor. vnc. j. ß. miſce & totum accipiatur diebus viij. continuis.* ¶ Quartum remedium eſt, vt ſi vir iſte tempore aſſumtionis digeſtiui præſcripti non haberet ventrem bene fluxibilem, tunc omni ſero, aut ſaltem omni alterno ſero accipiat ante cœnam vnam de iſtis pilul. *℞. aloes ablutæ drachm. ß. reubarbar. electi ſcrup. j. ſalis Indi gran. v. fiant pilulæ cum ſucco roſ. ex omni drachm. vj.* ¶ Quintum remedium eſt, vt poſt digeſtiuum prædictum 9. die ſequenti ſoluatur cum preaſſumto minoratiuo, ita tamen, quod ſi venter eſſet multum fluxibilis, ſubtrahatur ab ipſo quarta

Digeſtiuum. Pilulæ.

C pars, & obſeruentur poſt ipſum omnia, quę de minoratiuo ſunt dicta. ¶ Vltimum remedium eſt, vt poſt omnia prædicta fiat ipſi hoc epithema. *℞. aquæ bugloſ. lib. ß. aquæ cichoreæ lib. j. aquæ meliſſæ vnc. iij. ſpecierum electuarii de gemmis, ſpecierum lætificantis Almanſ. an. ſcrup. j. ſpecierum triaſandal. drachm. j. ß. aceti albi vnc. ß. maluatici cyathum j. bulliant ſimul modicum, & infundatur in eis pannus de grana magnitudinis ſemiſ. qui bene expreſſus ſuperponatur mamillæ ſiniſtræ quinque vicibus ante prandium, ſex vicibus ante cœnam, & poſt cœnam duabus vicibus apud ſomnum.* Et ita ad laudem ſaluatoris obtinebit ſanitatem, vt ſpero. Si autem non remaneret bene ſanus, reſcribat.

Epithema cordiale.

CONSILIVM CXXII. *De diſpoſitione lipothymica, quæ non raro reuoluitur ad veram ſyncopen. Diuiditur autem conſilium in tria capitula.*

D

CAP. I. *De inueſtigatione cauſſarum.*

ACCIDENS ingentis periculi arduæ conſiderationis, quantum ad cauſſas efficientes & materiales ipſius productiuas, & quantum ad patientia membra, iam nuper inuaſit reuerendum patrem, Dn̄. Archipresbyterum ſanctæ Mariæ de Scledo diœceſ. Vicentinæ. ¶ Et eſt lipothymia, quæ non raro reuoluitur in veram ſyncopen, differens ab illa ex hoc, quia ipſa & intenſiue & extenſiue leuior eſt. Cum enim inuadit ipſum, aliquando leniter nocet & cito abſoluitur, quod prouenit ex debilitate efficientis cauſſæ & materiei paucitate, ſubtilitate & leuitate, & propter hoc differt a ſyncopi, quia dicitur lipothymia a λείπω, i. linquo, & ſyncope eſt fortior illa, quoniam & ſubito inuadit ipſum & vehementius etiam nocet, & ampliori tem-

E pore perdurat. Cum enim inuadit ipſum ſyncope, ita velociter & magno impetu nocet ei, quod aufert ab eo operationes ſenſuum exteriorum, & motus etiam ſecundum magnam partem, ſcilic. motum progreſſiuum & flexiuum membrorum ad omnes differētias poſitionis, præter illos, qui neceſſarii ſunt ad ſaluandum vitam. Non enim aufertur ab eo diaſtoles & ſyſtoles arteriarum, neq; membrorum anhelitus ſeruientium. Aliter enim omnino deficeret. Et lege iſtos ſermones *11. tertii, capit. de ſyncopi in deſcriptione ſua.* ¶ Et quia vir iſte corpus eſt pletoricum ſatis, non leuiter timendum eſt de caſu eius, & proprie cum accidens frequentaret euentum eius, & caderet in periculum pronuntiatum ab Hipp. *ſect. 2. aph. 41.* ſermone illo, *qui exſoluuntur frequenter &c.* Pro quo etiam lege

F Commen. ibi. Et ne talia gratis dicta videantur, oportet ſubtilius cōtemplando negociari in cauſſis huius diſpoſitionis. Eſt ergo cerebrum huius viri & ſtomachus etiā lapſus a medio generationis per augmentum frigiditatis & humiditatis materialis, quę eſt materia phlegmatica, mucilaginoſa & aquoſa. Pars ergo illius a capite quandoque fluit paulatim, in concauitatibus pulmonis accipitur, & iam aliquando ſemicomplete claudit eos,

Cum etiam pars eius materiei a ſtomacho euaporat ad pectus ex vtriuſq; materiei A
vaporibus multiplicatis impletur arteria venalis, & partes pulmonis iam prædictæ, pro-
pter quod cordi non ſufficienter ſatisfacit aer inſpiratus, quoniam non eſt quantitatis
ſufficienter ingredi debentis vias illas aliquantum clauſas. ¶ Similiter etiam cum partes
pulmonis & pectoris non ſufficienter conſtringantur, vt poſſit aer vilior factus & copio-
ſa quantitas vaporum expelli ad extra, neceſſe eſt cordi ſuperuenire diſpoſitionem præ-
focationis, propter quod forti & ſubita facta ſpirituũ retractione cadunt mẽbra ab ope-
rationibus ſenſus & motus, vt prædictũ eſt. ¶ Cũ autem ſuperueniat a cerebro materiei
deſcenſus nõ paulatiuus, ſed multus, qui defluxus a ſapientibus nuncupatur ſuper occur-
rens materiebus, quæ in pectore & iuxta cor congregatæ fuerunt per paulatinũ deſcen-
ſum, accidit tunc virtutum defectus maior & velocior; ſyncopalis nominatus, a σὺν, quod B
eſt, cum vel ſimul, vel in inſtanti, & κόπτω, quod eſt cado. Iuuantur autem hæc duo acci-
dentia, imo & cauſſa euentus eius, & a compreſſione membrorum anhelitus & pulſus, ꝓ-
uenientе a multitudine ſanguinis inuenti in venis & arteriis diaphragmatis, pleuræ, me-
diaſtini, panniculi, venæ cauę aſcendentis & arterię aortę. Vir enim iſte multum ſangui-
nem & humores generat in epate ſuo, quod notabiliter ſanguificum eſt. Et leuiter de-
duci poteſt ex multitudine carnoſitatis, habitudinis eius totius, & colore rubicundo,
& ſic de aliis. Cum ergo vapores & materiæ prædictæ contineantur in concauitate pul-
monis & partibus cordis, & multæ materię in venis & arteriis grauitate ſua comprimant
prædicta membra, quomodo eſt poſſibile, ꝙ arteriæ & membra anhelitus tantum aperi-
ri poſſint, vt attrahant quantitatem aeris ſufficientis euentare caliditatẽ cordis? difficile C
n, eſt imaginari impleto vaſe receptibile poſſe recipi. Similiter ẽt materiæ & vapores cõ-
tentæ in concauitate arteriarum & venarum prohibent parietes ipſarum debite appli-
cari verſus centrum, ita, quod ſufficiant expellere aerem & fumos in earum concauita-
te contentos: retinetur ergo multitudo fumorum in quacunque ſyſtole, quæ non com-
plete fit: quare neceſſe eſt, cor incurrere lipothymiam & ſyncopen, vt demonſtratum
eſt. ¶ Ex quibus omnibus intelligenti facile apparet, poſſe colligere cauſſas horum ac-
cidentium, ſcilic. materialem, quę eſt ſuperfluitas phlegmatica & fumi capinoſi iam de-
clarati: & efficientẽ cauſſam, quæ eſt ipſa materia & mala eius complexio: & tandem fi-
nalem, quæ eſt vehemens conatus cordis, ad attrahendum aerem ꝓ ſua euẽtatione ſuf- D
ficientem, & ad expellendum fumos pro ſui & totius pectoris mundificatione conueni-
enti. Formalis autem horum accidentium cauſſa eſt talium materierum applicatio cum
accidentibus eiſdem coniunctis. Et ſequitur ſecundo ex horum fundamento, oportere
hunc virum eſſe ſollicitum & promtum ad ſui prouidentiam. ¶ Signa vero huius diſ-
poſitionis intelligenti apparent comprehenſa in notitia cauſſarum ægritudinis iam di-
cta, &c. ¶ Curetur hæc diſpoſitio, ſecundum ꝙ in dictis capit. ſubſequenter apparebit.

Cap. II. *De regimine lipothymiæ per res non naturales.*

PRIMVM itaq; iſtorum eſt diſcurrere per res non naturales, memorando, quæ
Aer. ſibi le eis euitanda ſunt, & præter illa regatur vt ſibi placet. ¶ Itaq; euitet habitatio-
nes, & hoſpitia frigida & humida, & ventoſa valde, caueat conuerſionem in
aere caliginoſo, & euitet byretum humidum & pingue, & induſia multæ ſudationis, E
Cibi. ſed frequenter permutetur ab illis. ¶ In cibis vero euitet frigida, humida & aquoſa
multum, vt ſpinachiam, betam, lactucam, portulacam, endiuiam, ceraſa multa, auel-
lana, chryſomela; cucumeres & angu. quorum nullum tangat, niſi ceraſa, in quanti-
tate tamen pauca, & ficus recentes, quæ ipſi optimæ ſunt. ¶ Dimittat etiam ciba-
ria oppilatiua, craſſa & viſcoſa, vt paſtiles cibos, piſces, velut anguillas, tinchas & alios
magni & viſcoſi corporis. Cancros vero fontales & marſiones & conſimiles comede-
re poteſt. ¶ Ex carnibus vero dimittat antiquas, & qualeſcunq; pingues valde. ¶ Effu-
giat etiam leguminum vſum vſq; ad duos menſes, & ſalſa cibaria, vt caſeum, carnes ſa-
Potus. litas & ſimilia. In reliquis vero cibis faciat modo ſuo. ¶ Vino vero vtatur albo, claro,
ſubtili, mediocris vinoſitatis, & non dulci, ſed amœno & boni ſaporis. Aquam autem F
dimittat omnino, quoniam pectori valde eſt inimica, & iuxta illud Hippocrat. *ſect. 5.
aph. 24. frigida ſicut nix vel glacies, &c.* ¶ In menſura vero cibationis ſuæ caueat comede-
re frequenter, & in quacunq; cibatione ſit adeo auarus, quod non complete ſatisfaciat
appetitui ſuo, ſed recedat a menſa reliquiis famis adhuc in ſtomacho reſeruatis magis,
quam

A quam completa ſaturitate complacendo ſibi, & cibos omnes deglutiat bene maſticãdo & non deuorãdo; ſicut mos eſt pluriũ clericorum. *Mos clericorum.* ¶ Similiter etiã euitet dormitionem ſuper cibo velociter factam, neq; ẽt ꝓlixa ſit dormitio eius pertrãſiens ſpatium octo horarum, & ſi facere poteſt, nullo modo dormiat in die. *Somnus & vigilia.* ¶ Conueniens autem eſſet ei poſtquam celebrauerit, aſcendere montes per ſpatium duarum horarum, aut paſſibus ſatis velocibus progreſſiuo motu exercitari, maxima n. pars ſuperfluitatũ, q̃ faciunt ipſi motus lipothymicos p̃declaratos, eſt ſuperfluitas tertiæ digeſtionis & quartę, quæ vt in pluribus per exercitium diuertitur & conſumitur, vt colligendum eſt *4. de regimine ſanitatis, cap. primo. & 3. primi cap. de exercitio & iuuamento eius.* *Motus & quies.* At vero iterum in paſſionibus animi moderamentum accipiat: ita vt neq; ira, neq; furore, aut altera animi paſſione affliga-
B tur, per quam vehemens & velox in ſpiritibus & humoribus efficiatur motus. *Motus animi.* ¶ Neque etiam paſſionibus aduerſis, vt triſtitia & anguſtia affligi debet, quę materias ſepeliunt in profundum membrorum. Exterminant enim hæc & mutant corpus ab ea, quæ ſecundum naturam, conſiſtentia, *tertio techni.*

CAP. III. *De cura lipothymiæ per medicinalia.*

OPORTET itaque huic diſpoſitioni prouidere ſecundum ordinem in iſtis xv. inſtrumentis comprehenſum, de quorum vno permutatio fiat ad reliquum, ſecundumq; nunc ſequitur. ¶ Primum itaq; eſt, vt quam citius eſt ei poſſibile, accipiat in aurora pillulas iſtas, dormiendo poſt eas per horã vnã, & poſt quinq; horas ac-
C cipiat cyathum vnum aq̃ lactis calefactæ, & poſt ipſam prandeat per vnam horam. ℞. *pilularum de reubar.* ʒ j. *pilularum de hiera compoſita* ℈ j. *fiant pilulæ viij. cum ſucco roſarum recentiũ.* *Pilulæ.* ¶ Secundum inſtrumentum eſt hoc. ℞. *aquæ betonicæ & abſynthij an.* ℥ j. ß. *aquæ meliſſæ* ℥ ij. *miſce & totum calidum bibatur in aurora ſex diebus:* & tardetur cibus ad min⁹ horis quatuor. *Potio digeſtiua.* ¶ Tertium eſt hoc. ℞. *aloes epaticæ* ʒ ij. *maſticis, croci, violarum, florum bugl. ſ. an.* ℈ ß. *ſpodij, roſarum an. gra. iij. diagridij gra. vij. agarici electi, turbith, lapidis lazuli ana* ʒ ß. *infundãtur omnia in ſuccum cichoreæ per triduum & exſiccentur ſub radijs ſolis agitando perſæpe, tunc ergo ex materia illa fiant pilulæ ex omni* ʒ *vij. de quib. omni ſero parum ante cœnam accipiat vnam.* *Pilulæ.* Et attendat, quod etiam iſtarum pilularum vſus per integrum annum ipſi valde ſecur⁹ ſit, ex eis accipiẽdo vnam omni quinta die hora præſcripta. ¶ Quartum inſtrumentum eſt, vt poſtquam aſ-
D ſumſerit aquas, mane immediate ſequenti in aurora accipiat hoc ſolutiuum. ℞. *agarici electi* ʒ ß. *pulueris hermodactyl. reubar. ana* ℈ j. *diagridij, ſalis gemmæ an. gra. ij. zinz. ſpicæ nardi, ſquinanti, aniſi an. gra. iij. incorporentur ſimul omnia cum* ℥ ß. *mellis roſ. & bibatur totum cum* ß. *cyatho aquæ calidæ decoctionis volubilis mi. quæ ſerpit ſuper plantis, & in hoc ſolutiuo obſeruẽtur conditiones omnes tactæ ſuperius in primo minoratiuo.* *Potio minoratiua.* ¶ Quintum inſtrumentũ eſt, vt poſtquam fuerit euacuatus a 14. die prę ſentis menſis vſq; ad 20. eiuſdem faciat phlebotomiam baſilicę ſiniſtri brachij ſub cubito inuentę, per quam educantur ſanguinis ℥ v. hæc n. felicitabunt curam ſuam cõplete euacuando ipſum. Ipſa enim eſt ita vtilis ad euacuandam repletionem materialẽ, vt legitur *11. tertij cap. de canonib. curationis corporis.* ¶ Sextum inſtrumentum eſt, vt ſaltem per totum mẽſem Maii ſuper mamilla ſiniſtra portet vnguentum hoc ſuper panno lineo ſphærico extenſum, quod quaſi ſemper adhæreat ibidem.
E Cuius deſcriptio. ℞. *carabæ, zedoariæ, coral. al. & ru. blattæ byzantiæ, ſem. baſiliconis, been al. & ru. florum roriſmarini an.* ʒ j. ß. *macis* ʒ ij. *ſem. acetoſæ, ſcariolæ & cichoreæ ana* ʒ iij. *roſarum, florũ nenupharis an.* ʒ vj. *reſinæ electæ* ℥ j. ß. *laudani* ℥ ß. *ceræ al.* ʒ iij. *diſſoluantur ſimul reſina & laudanum & incorporentur cum cera, & cum ceperint infrigidari, addãtur ſpecies, & fiat vnguentũ, &c.* *Vnguentum cordiale.* ¶ Septimũ eſt, vt ſemper habeat in menſa hunc puluerẽ, de quo aliquid imponat in ferculis eius. ℞. *cinamomi electi* ℥ ß. *croci* ʒ j. *pulueris zedoariæ* ʒ vj. *puluerizentur omnia per ſe & incorporentur.* *Puluis cibis immiſcendus.* Eſt namq; zedoaria ſingularis in hoc caſu, de ipſa enim ſcripſit Auic. q̃ conferat tremori cordis vehementer. ¶ Octauum eſt hoc. ℞. *olei de mentha, olei de origano ana* ℥ j. ß. *corallorum ru. maſticis, roſarum, ſpodij, mẽthæ an.* ʒ ß. *galliæ muſ.* ʒ j. ß. *ceræ & reſinæ an. quan-*
F *tum ſufficit, fiat vnguentum bene glutinoſum, de quo ſemper habeatur ſuper ſtomacho ſuo.* *Vnguentum ſtomachale.* ¶ Nonũ eſt. ℞. *ſpecierum electuarij de gemmis, ſpecierum electuarij de ligno aloes an.* ʒ j. *coral. ru. ſpodii, baſiliconis an.* ℈ j. *ſach. albi* ℔. ß. *cum aqua meliſſæ fiat confectio in rotulis magnis, de qua ſemper ante prandium & cœnam accipiat fruſtum vnum quantitatis ſemioſtiæ.* *Rotulæ.* ¶ Decimum eſt. ℞. *fo ij, ameos, baccarum lauri, maioranæ an.* ʒ j. *ligni aloes, caryoph. an.* ʒ j. ß. *puluerizentur omnia per ſe & commiſceantur, de quo puluere omni ſeptimana tribus vicibus, quando vadit ad lectum, ponatur* *Puluis capiti ſuper aſpergendus.*

Puluis intro ſumendus. *ſuper parte tota capitis quantitas v. vel vj. gran. hordei.* ¶ Vndecimum. ℞. *epithymi, polypodij, ſcolopendriæ, cuſcutæ an.* ℥ j. *tartari, folliculorum ſenæ an.* ℥ j. ß. *macis* ℈ *iij. pulverizentur omnia per ſe & commiſceantur, de quo puluere ſaltem in ſeptimana bis accipiatur quantitas cõtinentiæ medij corticis nucis immediate an. cœnam cum modico brodij.* lubricabit enim ventrem eius ſoluẽdo ventoſitates & mundificando cor & ſtomachum ab eis. ¶ Duodecimum. ℞. *radicis pyrethri quantitatem grani ciceris rubei,* & ſaltem in ſeptimana ſemel in mane diu maſticet, expuendo aquoſitatẽ, quæ inde diſſoluetur. ¶ Tertiumdecimũ eſt, vt ſępe in cibarijs vtatur foliis buglosſę & mellisſę tam recentibus quam in cibis coctis. ¶ Quartumdecimũ eſt hoc electuarium, de quo incipiat aſſumere omni mane tribus horis quantitatẽ vnius nucis deglutiendo ipſum, & incipiẽdo a medietate Maii per totum menſem Iunii, poſt illud autem accipiat de eo ſaltem bis in ſeptimana. Electuarium. ℞. *granorum phiſticorum* ℥ *iij. ſachari al.* ℔. ß. *ſyru. roſ.* ℥ *iiij. ſem. baſiliconis, corallorum amborum, roſ. ſpodij, vtriuſq; been an.* ʒ j. *zedoariæ, carabæ, croci an.* ℈ *ij. hyacinthi, ſmaragdi, ſaphiri an.* ℈ ß. *macis, cinamo. caryoph. an.* ℥ j. *foliorum auri numero vj. margaritarum* ℈ *iij. infundantur phiſtici minutim inciſi in vinum maluaticum per tres dies naturales. Deinde coquantur ſimul ſaccharum & ſyrupus, & cum eis incorporentur phiſtici optime contriti,* poſtremo autem ſpecies incorporẽtur cum eis, & fiat electuarium, & vtatur eo, vt dictum eſt. ¶ Quintumdecimum inſtrumentũ eſt, quod procuret ꝓuocare ſibi hęmorrhoidas, eſſet enim earũ ꝓuocatio ipſi valde vtilis ad ſuarum ęgritudinũ curationem & vitæ ſuæ prolongationẽ. ¶ Fricentur itaq; cum panno biſello bene aſpero partes ſphincteris interius & exterius. ¶ Et ſi hoc nõ conferret, fricent cum foliis cõſolidę maioris. ¶ Et ſi per hoc nõ aperirentur, fricentur cum foliis fici recentibus. ¶ Aut 4. fiat earum fricatio cum felle tauri. ¶ Aut 5. cum pul. euphorbii commixto & bullito cum ſucco rubeæ tinctorum, cum qua tingũtur oua. Hoc enim eſt fortius aliis quatuor præcedentibus. Hæc ſunt, quæ mihi in diſpoſitione huius viri viſa ſunt vtiliora. Laus Deo, Amen.

Conſilia de ægritudinibus mamillarum.

CONSILIVM CXXIII. *De dolore in regione ſiniſtræ mamillæ.*

Diuiditur autem conſilium in capitula quinque.

CAP. I. *De cauſſis doloris & ſignis.*

DOLOREM in regione ſiniſtræ mamillæ huius nobilis exſiſtẽtem neceſſe eſt eſſe ęgritudinem partis cutaneæ pectoris, aut muſculorum exterius velantium coſtas. Aut intermediorum coſtis qui a ſapientibus nominantur muſculi meſopleuri. Aut tertio neceſſe eſt hunc dolorem eſſe nocumẽtum in pleuritico panniculo, aut mediaſtino pectoris, aut in diaphragmate. Aut 4. oportet ipſum eſſe accidens pulmonis. Aut 5. erit ægritudo cordis vel capſulæ eius. In pectore enim non reperiuntur aliæ particulæ, quibus accidere poſſit dolor, eo, quod pinguedo exterior coſtis aut circa cor exſiſtens nec etiam coſtæ dolere poſſunt, & ſi quid de cauſſa doloris reperiri poſſit in arteriis & venis pectoris, illud omnino reducendum eſt ad diſpoſitionẽ membrorum ſupradictorum, quę non euacuantur a pręſentia multarum venarum & arteriarum, vt patet de corde, pulmone & diaphragmate & panniculis iam dictis. ¶ Quoniam autẽ cuiuſcumq; doloris immediata cauſſa eſt aut ſolutio cõtinuitatis, aut ſubita permutatio complexionis partis dolentis, neceſſe eſt dolorem iſtum prouenire aut a ſolutione cõtinuitatis alicuius partium prædictarum, aut a prædicta mala complexione earum. ¶ Et primo quidem excludendo cauſſas primitiuas, ſi dolet aliqua prædictarum partium ex ſolutione continuitatis ab intrinſeca cauſſa proueniẽte, neceſſe erit materiam ſoluentem continuum, aut ſui multitudine, aut ſui vehementi impulſione, aut acuitate illud efficere, aut quia ſecundum magnam ſui partẽ conuerſa eſt materia in vapores, aut ventoſitates continuum ſoluentes. ¶ Si autem contingat propter multitudinem materierum, tunc ſi fuerit ſanguinis dominium, cognoſcetur per exuperantiam ipſius cognitã ex regimine augmentante ſanguinem præcedente aut pręſente, vt cibis & potu, ocio & retentione ſolitæ euacuationis ſanguinis per naſum, per hęmorrhoidas & ſimilia. Et cognoſcetur etiam ſanguinis augmentum per mediam carnoſitatem; aut ſupra illam per venarum & arteriarum extenſionem, ruborem totius corporis & faciei, per grauitatem corporis & ſomniorum oſtendentium ſimulachra rerum rubearum inſtantiam, & alia paria ſigna iſtis, quæ propter breuitatem dimitto.

Cauſſa vniuſcuiuſque doloris.

CAP.

A Cap. II. *De cura doloris a ſanguinis multitudine prouenientis quinque intentiones complectens.*

ET huius quidem doloris a multitudine ſanguinis prouenietis canon curationis
pendet ex quinq; intentionibus. ¶ Prima eſt ſanguinis ſubtractio cum phlebo- *I. Intentio.*
tomia baſilicæ dextræ manus, q̃ optima eſt in euacuando repletionem ſangui- *Vena ſectio.*
neam, ad quam oportet ita feſtinare, vt nullum aliud regimẽ digeſtionis vel alteratio-
nis plebotomiam præcedere debeat, niſi ſola ad caſum virtutis, ſi præſens eſſet cum vi-
uificantibus ipſam aduertentia. Et ſunt ſermones Auicennę, *11. tertij cap. de canonibus cu-*
rationis cordis verſus principium. In euacuatione, q̃ procedit curſu phlebotomiæ, ita teſti-
nemus, ne oporteat eam nos permiſcere cum alio regimine mundificatiuo, imo vt plu-
B rimum quod in ipſa obſeruamus, eſt, ne ſuperfluat f. ſanguis, & ſupple adeo, vt cadat vir-
tus, & vt viuificemus virtutem, ſi debilitetur parumper, cum rebus viuificantibus eam.
¶ Cum autem iam fuerit adminiſtrata phlebotomia, ſi non fuerit æger notabiliter alle-
uiatus per eam, ſequenti die ſoleo adminiſtrare ſecundationẽ in hora electa, q̃ virtuti &
Medico contemplanti cõuenientior apparet. ¶ Secunda v. intentio in cura huius ægri- *II.*
tudinis vel diſpoſitionis eſt multitudinis ſanguinis diuerſio. ¶ Et ſiquidem ſolitus fuerit *Multitudinis ſan-*
æger per aliam regionem habere ſanguinis euacuationem, aperiatur illa vena nariũ vel *guinis di-*
hæmorrhoidarum cum cõuenientibus inſtrumẽtis in primo can colligẽdum *prima ter-* *uerſio.*
tii in 2.13. tertii cap. de aperientibus venas narium & hæmorrhoidal. ¶ Aliter iterum & 2. diuer-
ſio ſanguinis poterit fieri cum applicatione ventoſarũ ſuper natibus cum ſcarificatione
C earum, aut cũ prouocatione menſtruorũ in mulieribus. ¶ Et quarto iterum p ſanguinis
attractionem ad inferiora cum ventoſis ſine ſcarificatione appoſitis in domeſtica par-
te crurum & tibiarum. ¶ Et quinto cum fricationib. cum pãnis aſperis calidis & cũ rubi-
ficantibus factis in natibus & prædictis partibus. ¶ Tertia intentio in regimine doloris *III.*
prouenientis a multitudine ſanguinis eſt rectificatio regiminis ex parte ſex rerum non *Rectificatio regimi-*
naturalium, quæ debent taliter librari, vt caliditate ſuá materias in fluxu non ponãt, aut *nis ſex re-*
rarefaciant, aut acuant ipſum ſanguinem, aut materialiter augmẽtent ipſum: quare ad- *rum non*
miniſtrentur cibi & potus infrigidantes & exſiccantes naturaliter aut artificialiter præ- *naturalium.*
parati: velut ſi cibario & potui cõmiſcerentur ſuccus citrangulorum, cydoniorum, gra-
D natorum & ſimilium, aut coquerentur in eo folia ſolatri, aut radix cichoreæ & ſimilium,
aut fieret eis condimentum cũ ſumach & gelatina & ſuccida & his ſimilia, & ita pari for-
miter dicendum eſt de adminiſtratione aeris & aliarum rerum nõ naturaliũ. ¶ Quarta *IIII.*
intentio eſt, vt ſanguinis retineatur curſus cũ craſſantibus ipſum: ita tamẽ, q̃ per illa nõ *Interceptio curſ.*
adueniat in partibus pectoris conſtipatio, velut eſſet hoc digeſtiuum. ℞. *ſyru. de iuiubis,* ℥ *ſanguinis.*
j. ß. *aquæ viol.* ℥ ij. *aquæ melliſſæ, eo quia in medicinis malæ complexionis calidæ cordis nunquam de-* *Digeſtiuum.*
bet obſeruari pure frigidum, quod non ſit conuenienter refractum cũ medicinis calidis a
proprietate cordialibus. Melliſſa enim eſt a ꝓprietate cordialis calida, vt patet in *2. can.*
in ſuo cap. & ſunt ſermones Auicennæ *præallegato c. Cum autem volumus vt permutemus com-*
plexionem calidam, non ſumus auſi eſſe contenti infrigidatiuis. & reddit cauſſas, quas vide, pul-
cherrimas. Vnde continue ſubiungit *ibidem; quapropter non inueniemus ſapientes antiquos e-*
E *uacuaſſe curam malitiæ complexionis calidæ, cordis & eius, quod accidit ei a permixtione medicinarũ*
frigidarum cum cordialibus calidis. Poſtea ſubiungendo ſoluit argumentum, *& poſſet fieri, q̃*
medicinæ calidæ in dyſcraſia calida deberent eſſe nociuæ. & dicit q̃ non, eo quia confidentes ſu-
mus, quod natura ſi fuerit fortis, diſcernet inter infrigidatiuum & calefactiuũ. Et tu vide
ibidem, quia ſunt ſermones glorioſi. ¶ De numero autem medicinarum huic intẽtioni
ſeruientium eſſet ſyrupus de berberis, ſyru. de ribes, ſyru. de granatis, & aqua melliſſæ q̃
ſpecialis eſt in hac diſpoſitione refringendo eas cum calidis, vt prędictum eſt. ¶ Quinta *V.*
intentio in cura huius diſpoſitionis eſt ad ſedandum dolorem in partibus iam prędictis. *Sedatio doloris.*
Et ſi contigerit per quatuor intentiones iam prædictas nõ eſſe plene ſedatum dolorem,
aut iterum ſi poſt phlebotomiam propter inſtantiã doloris indigemus localibus medi-
F cinis ad refringendum dolorẽ, ne ſit cauſſa attractionis materierum ad partes illas, tũc
ſimiliter expertus ſum hoc ſingulare remedium. ℞. *olei roſ.* ℥ iij. *ceræ albæ* ℥ ß. *diſſoluantur* *Linimentum pectorale.*
ſimul & infundantur in aquam frigidam: cum ergo congelatum erit hoc totum, tunc abluatur bis in
ſcutella vitreata continue agitando cum ſpatula cum aqua roſ. muſcata, & in fine illius addãtur hu-
iuſmodi pulueres. ℞. *corallorũ amborũ, ſandalorũ amborum, roſarũ, ſpodij, labruſcæ, an.* ℥ j. *croci* ℈ ij.

ambræ ℥ vj. incorporentur omnia ſimul, & fiat ex eo linimentum pectori abundãter anterius & po- A
Emplaſtrum. *ſterius.* ¶ Secundum eſt poſitio huius emplaſtri a quo non ſoleo eſſe deceptus. ℞. *vitellos ouorum numero viij. olei roſ. ℥ iij. croci ℥ ß. been al. & ru. an. ʒ j. capitum roſarum ℥ ß. ſpodii, trociſcorum de camphora an. ʒ j. ß. violarum, ſem. acetoſæ, ſem. endiuiæ an. ʒ iij. ſem. baſiliconis ʒ ij. farinæ hordei ℥ ij. fiat emplaſtrum in mortario, poſtea coquatur cum aquæ melliſſæ ℥ ij. vſque ad conuenientem inſpiſſationem.*

CAP. III. *De cura doloris pectoris prouenientis a materia vehementer impulſa, & per pectus agitata.*

AT vero contingit perſæpe dolere partes pectoris, & non quidem, quia materiæ multæ in eo congeſtæ fuerint, ſed quia vehementer impulſæ hinc inde per partes dolores efficiunt immoderatos. B Solet autem hoc contingere multis modis, velut ex fortibus vociferationibus, aut propter magnum timorẽ, aut ꝓpter vehemẽtem iracundiam, aut propter contuſionem & attritionem ab extra prouenientibus & ſimilibus, & omnium horum ſigna ex præſentia cauſſarũ primitiuarũ conſideranti debẽt eſſe nota. ¶ Et huius quidem curationis canon pendet ab abſciſſione prędictarum. Si tamen ab illis primitiuis cauſſis tanta fuit impreſſio facta, vt poſt earum remotionẽ remaneat accidens, tunc illius cura pendet ex ſtatim ſequentibus. ¶ Igitur quandoque vehemens materierum impulſio fit a virtute laborãte critice ad materierum permutationẽ, velut contingere poteſt in tranſmutatione anginæ ad pectus, & tranſlatione materierũ a toto capite ad ipſum. Cum autem hæc apparuerint, canon curationis rationabiliter intelligi C poteſt per euacuationes vniuerſales & particulares, per phlebotomiã & ventoſas. Et ſi contingit peccãtes materias eſſe a ſanguine diuerſas, & eidẽ non ſufficienter cõmixtas, tunc factis aliquantis diuerſionibus iam prędictis, ſi peccãs materia fuerit mixta ex cho-
Clyſter. lera & phlegmate, vt ſæpius contingit, diuertatur cum hoc ſufficiẽti clyſteri. ℞. *decoctionis maluarum, violarum, & mercurialis recentium an. ℥ ij. electuarii de pſyllio ʒ j. olei violarũ, olei de nenuphare an. ʒ j. ß. ſalis gemmæ ʒ j. ß. diagridii ℈ ij. miſce, & totum hoc applicetur hora electa.* ¶ Credo autem melius eſſe, vt hęc materia euacuetur per pharmacum in potu aſſumtũ:
Infuſio. & melius eſt inter alia hoc. ℞. *medullæ carthami ʒ ij agarici electi ʒ j. ß. reubar. ℈ iij. reupontici ℈ ij. ſpicæ nardi, ſquinanti, zinzib. violarum an. ℈ ß. infundantur hæc omnia in ℥ iij. aquæ decoctionis paſſularũ & expreſſa dentur in potu, & tardetur cibus ſaltem horis ſex.* ¶ Et ſi velis expeditio- D rem facere euacuationem patienti, dentur electuarii Indi ʒ iij. aut electuarii diaphœn. ʒ ij. cum vino aromatico ſubtili & al. &c. ¶ Et attende, quod ad ſedandã laborioſam agitationem materierum ſolenniter faciunt vnguentum & emplaſtrũ in ꝓcędenti capitulo
Emplaſtrum. ſcripta. ¶ De medicinis autem ad hanc intentionẽ optime facientibus eſt emplaſtrum a Rhaſe deſcriptũ *in diuerſionibus Almanſ. deſcriptione 32.* recepta illa: Emplaſtrum aſſoſati; lege ibidem, quia optimum eſt, & proprie, quando fit completum cum folijs & adipe.

CAP. IV. *De cura doloris a materierum acuitate prouenientis.*

INSVPER dolores in pectore euenientes non raro cõtingunt propter materierum acuitatẽ, & qualitercumq; contingat, ſiue materia fuerit naturaliter acuta, E vt cholerica, ſiue fuerit accidentaliter, vt aduſta, putrens, ſalſa, aut vẽtoſa facta, facile per ſigna cognoſci poteſt. Primo, quia dolor cõſequens ipſam neceſſario erit aut pungitiuus, corroſiuus, pruritiuus, inflãmatiuus; & proprie, ſi fuerit cholerica ſiue phlegmatica ſalſa materia. Si quidem erit materia acuta facta propter putredinẽ & aduſtionem, neceſſario cognoſcetur per cauſſas putredinis aut aduſtionis effectiuas, q̃ præfuerunt vel adſunt. ¶ At huius quidem diſpoſitionis curationis canon pendet ex his; quæ in 2. cap. dicta fuerunt de euacuationibus per phlebotomiam faciendis. ¶ At vero iterum huic diſpoſitioni ſuperflua vel audax phlebotomia virtute conſentiente optimum eſſet auxilium, vt patet *ſect. prima, aph. commento 22.* quoniã in forti dolore & acutiſſimo apoſtemate nulla eſt melior medicina, quam phlebotomia, imo vſq; ad ſyncopen. ¶ Ad F hanc etiam intentionem cõplendam faciunt hęc tria ſingularia remedia. ¶ Quorũ pri-
Fomentum. mum eſt hoc. ℞. *chamomillæ ℥ ij. viol. ℥ iij. ſem. endi. lactucæ, portulacæ, cichoreæ & acetoſ. an ℥ ß. capil. Ven. an. ℥ j. ß. corticũ papaueris numero iiij. coquantur hæc omnia in ℔. iiij. aquæ vſq; ad conſumtionẽ quartæ partis, & in fine decoctionis addatur croci integri ʒ j. ß. & infundatur in prædictis ſpongia actu calida, & actu calida applicetur parti dolenti, & inſtantanee vidi ſedari dolorem.*

¶ Secun-

A ¶Secũdum vero ſpeciale remediũ huic diſpoſitioni cõferens, eſt emplaſtrũ hoc. ℞.*roſ.* Empla- ℥ *ij.ſumach,corian.præparati, granorum myrti an.* ℥ ß.*ſem. communium frigidorum* ℥ *iij.ſpodij,* ſtrum. *corallorum,ſandalorum amborum an.* ℥ *vj.farinæ hordei* ℥ *iij. doronici,been albi, oſsis de corde cerui an.* ℥ *iij. croci* ℥ ß.*fiat emplaſtrum ex decoctione prædictorum, quod poſtea bulliat in* ℔. ß. *aquæ capil.Ven. vſq; ad cõſumtionem medietatis, & calidum applicetur omni parti dolenti.* ¶Tertium remedium ſpeciale huic diſpoſitioni cõferens eſt euaporatiuum hoc.℞. *capil. Ven. folio-* Sacculi. *rum vel ſem. baſiliconis, melliſſæ, bugloſſæ an.* M *iiij.chamomillæ* M *viij. roſ. coriandri præparati an.* M*iij. pulueriʒentur omnia ſubtiliter & miſceantur cum* ℔. *iij. furfuris bene cribellati, ita vt ſpecies non comburantur, & cum magnis ſacculis applicentur omnibus dolentibus partibus, & etiam lateralibus.* ¶Vltimo quantũ ad hãc particulam confert loch iſtud. ℞. *loch de papauere* ℥ *ij.* Elegma. B *croci gra. v. capil. Ven. ʒedoariæ, pulueris enulæ an.* ʒ j. *piſtentur hæc omnia & incorporentur cum iulep. viol. & de hoc fere ſemper teneat aliquid in ore.* Credo ego, quod ſi materia non fuerit iam actu vehementer apoſtemans, dolorem illum omnino ſedari per localia, quæ vſq; nunc ſcripta ſunt.

CAP. V. *De cura doloris a materia ventoſa in partibus pectoris genita.*

DENIQVE iterum, vt ſupra tactum eſt, frequenter contingit dolere pectus propter ventoſitates in partibus eius genitas & congregatas, a quibus raro contingit aliquam materialem ægritudinem pectoris euacuati. Et ſi contingat hoc, huic diſpoſitioni plura vidi conferre remedia vel inſtrumenta. ¶ Quorum primum eſt, vt cum aqua decoctionis croci detur in potu ʒ j. theriacæ recentis a primo vſque ad C tertium annum factæ. In ea enim eſt intentio ſedandi agitationes prouenientes ab extẽſione per eas facta, & hoc per virtutem opii, cuius eſt ſedare omnem materiam & ab ea prouenĩẽtem agitationem. ¶Et eſt iterum theriaca dolorum a ventoſitate proueni- Virtutes opii. entium proprie curatiua, eo quia materiam conſumendo eradicat, ex qua ventoſitates generari ſolent. ¶ Secundum ingenium ad hoc valens eſt longa anhelitus retẽtio, quoniam per eam intenditur & vnitur in pectore calor. ¶ Tertium vero & ſingulare præſidium eſt ſternutationis prouocatio, quę adeo potens eſt in frangendis ventoſitatibus, quod fere in inſtanti ſit dolorum ab eis prouenientium ſedatiua. ¶ Quartum remediũ eſt prouocatio leuis tuſſiculæ artificialiter factæ imperio voluntatis, aut deglutiendo aliquid aceti, aut apertum os inclinando ſuper vapore calidi aceti. ¶ Quintum inſtru- D mentum eſt frequens calidorum pannorum applicatio ad pectus, & proprie cum ſuffumigatione eorum cum laudano facta. ¶ Sextum eſt applicatio euaporationis factę cum cimatura panni de grana actualiter calefacta, & ſacculus de ea fiat cum tertia parte cymini ſecum calefacti. ¶ Septimum eſt applicatio vẽtoſarum ad poſteriores partes ſpatularum & muſculorum dorſalium. ¶Vltimum vero inſtrumentum eſt emplaſtrũ hoc. Emplaſtrum. ℞. *cymini modicum calefacti* ℔. ß. *fermenti v. dierum ad minus* ℥ *iiij. vitellos ouorum numero iiij. olei de baccis lauri* ℥ *iij. pulueris granorum hordei* ℥ j. ß. *pulueris enulæ ſiccæ* ℥ *ij. fiat omnium horum emplaſtrum cum decoctione cymini prædicti quod poſtea optime conteratur*: hoc enim emplaſtrũ omnes dolores a ventoſitate prouenientes ſedare vidi, ita quod etiam in iuncturis. Ad laudem Dei omnipotentis. Amen.

E CONSILIVM CXXIV. *De cancro in mamilla.*

VIR iſte ægrotat apoſtemate nominato cancro, quod nondum peruenit ad vlce- Proprietas cãcri. rationem, ſed propter velocitatẽ augmẽti eius, quæ eſt proprietas tali apoſtemati, vt colligendum eſt *tertia quarti in proprio cap.* talis cancer propinquus eſt tempori eruptionis, & ſi erumperetur, valde dubitandum eſt de corruptione magna futura per ipſum, eo quod tale apoſtema magnum eſt, & in membro apto putrefieri, ſ. mamilla, & materia ipſius eſt multa notabiliter acuta, velut ſenſus tactus vnicuique tangenti teſtificari poteſt.

In cura itaq; iſtiꝰ diſpoſitionis videtᷣ mihi ad tria principaliter attẽdendũ eſſe. ¶Et primũ quidẽ eſt corporis mũdificatio a melãcholia cholerica, ſaltẽ trib. vicib. in menſe F facta cũ adminiſtratione regiminis cõuenientis in cibis & potib. cũ his, q̃ habent vim infrigidãdi remiſſe, & humectandi potenter abſtinẽdo ab acutis, a ſalſis, calidis, inflammatiuis, vnctuoſis & corruptibilibus, maxime aptis generare cholerã & melãcholiã in tali corpore. ¶ Inſtrumentum autem quo melãcholia in eodem cõuenienter euacuari Infuſio educens melãcholiam. poteſt, eſt tale. ℞. *epithymi* ℥ *ij. polyp. thymi, folliculorũ ſenæ an.* ʒ j. *ſem. cõmunium frigidorum,*

violarum an. ℨ j.ß.*cinamomi, dauci an.* ℈ j.*coquantur omnia hæc in* ℥ vj. *aquæ lupulorum lēte igne vſq; ad conſumtionē duarum partium. Deinde colentur & fortiter exprimantur, & colaturæ tali addātur aquæ lactis caprini* ℥ *iij. & totū tepidū bibatur in aurora, & tardetur poſt ipſum cibus horis 6.* A

Secundum vero principale, ad quod eſt intendendum, eſt, vt ſuper locum apoſte-

Emplaſtrum. matum apponatur emplaſtrum tale. ℞.*farinæ fænug. farinæ hordei ana* ℥ *ij. foliorum mal.* M *iij. ſemperuiui* M *viij. herbæ vermicularis* M *iiij. olei roſati, confricationis plumbi* ℔. ß. *coquantur herbæ in aqua lactis, perfecte terantur & incorporentur cum prædictis medicinis, & totum illud emplaſtrum poſtea bulliat in* ℔. ß. *aquæ ſolatri vſq; ad conſumtionē prædictæ aquæ.* Locus itaq; patiēs prius inungatur cum oleo roſato confricato cum plumbo: deinde ſuperemplaſtretur hoc emplaſtro. Oleum autem roſatum tale fit hoc modo, vt habeatur mortariū plum-

Oleum roſatum ſingulare. beum & piſtillum tale, & ponatur in eo olei roſati lib. j. & oleum prædictum confricetur tribus aut quatuor horis cum tali piſtillo. Hoc n. emplaſtrum remittit feruorem materiei, ſedat dolores a tali materia prouenientes, remittit augmentationem apoſtematis, & eſt cauſſa, vt prohibeatur magna putrefactio futura in tali apoſtemate, & corroſio in eo, aut ſaltem remittatur. B

Tertium vero principale, quod eſt obſeruandum, eſt, vt ſi contingat, quod illud apoſtema erumpatur, aut corrodat partes, tunc ei medicandum eſt cum duobus inſtrumentis. Quorum vnum ſuper vlcerato loco, alterum vero in circumferentia ipſius ap-

Vnguētū. ponendum eſt. Primū itaq; ipſorum eſt tale. ℞.*amyli de hordeo* ℥ *iiij. olei violarum, olei de nenuphare, olei roſ. prædicti an.* ℥ *ij. albumina ouorum numero iiij. tutiæ præparatæ* ℥ *ij. lapidis hæmatitis decies abluti cum aqua nenupharis & confricati cum piſtillo plumbeo* ℥ j. *terantur ergo diu ſimul albumina ouorum cum oleis, deinde ſuperponatur amylum multa contritione ipſum incorporando cū eis. Finaliter vero addantur tucia & hæmatites vſq; ad eorum incorporationem optimam, & de hoc vnguento medicetur locus cum tenuiſſimis filis de panno lineo tali vnguento imbibitis.* ¶ Secundū C

Linimentum. vero inſtrumentū eſt tale. ℞.*olei roſ. confricationis plumbi* ℥ *iij. ſucci ſolatri* ℥ *iiij. amyli* ℥ *ij. boli ar.* ℥ *iij. terræ ſigillatæ* ℥ *iiij. terantur omnia ſimul in mortario plumbeo ſubtiliſſima contritione, & cum bene incorporata fuerint, liniatur ex eis loci circumferentia tali viro conuenientis.* Ad laudem Dei omnipotentis. Amen.

CONSILIVM CXXV. *De extenuatione mamillarum & omnium aliorum mēbrorum, &c.*

NON eſt inhoneſtum Medico, vt frequēter inclinet ingenia & operationes eius nō ſolū reducere ad finem ſanitatis, quin imo etiā bene viuendū vitā politicā & moralē: omne ingenium & operationē ſuam transferat ad bonū finem, quo peiora poſſint euitari inconuenientia, propter quod ſi qua deſiderauerit tumorem magnum mamillarum & pedum & cachecticam ſpeciē palliare vel remouere, quæ nō raro contingit, poſtquā mulier fuit corrupta & prægnās, ſiue vero partu aut aborſu fuerit D

Pilulæ. euacuata, his tribus debet prouidere remediis, quæ prædictis diſpoſitionibus conuenienter ſubueniunt. ¶ Primum itaq; eſt hoc. ℞.*polypodij, ſarcocollæ rub. aluminis rochæ crudi an.* ʒ j. *ſandaracæ* ʒ j.ß.*cum ſucco foliorum conſolidæ mi. fiant pilulæ, de quibus quæcumq; deſiderauerit omni hora in aurora accipiat v. & tardet cibum horis ad minus quatuor.* In ſarcocolla enim & polypodio ineſt virtus attenuandi omnem carnoſitatem præternaturaliter additam corpori humano, in tātum, quod extenuāt verā pinguedinem, vt pōt legi *ſeptima quarti,* & pluries alibi. ¶ Secundum v. principale ingenium eſt, vt quæcumq; fuerit in hoc cap. E in omni cibario ſuo vtatur puluere carabæ, & ſi infunderet puluerem talem in vino, quo vtitur in potu, lōge velocius extenuaret, propterea, quia vinum facile admodū deducit virtutem cuiuſcumq; medicinalis inſtrumenti ad remotas partes. ¶ Tertium vero prin-

Lotio. & fomentatio. cipale inſtrumentum eſt hoc. ℞.*gallarum cupreſſi, gallarum quercus, & proprie præforatarum an.* ℔. j. *aluminis rochæ, ſcoriæ ferri præparatæ cum aceto an.* ℔. ß. *bulliant hæc omnia in magna quātitate aquæ gallarum, qua vtuntur coriarij, de hac igitur aqua ſemicalida lauētur pedes & manus & facies frequenter, & fomentētur cum ea mamillæ cum ſpongijs in ipſam infuſis.* quę iterum applicentur ſuper vuluā & partes pudibundas: extenuāt enim & exſiccāt partes illas adeo potenter, ꝙ faciant etiā mulierē magnifice corruptā apparere virginē, ita vt deludant ex hoc ēt, ꝗ ſunt bn̄ ſapiētes. Et tu cōſidera, ꝗa omnia hęc cadūt ſub cōſiderationē phyſicā. F

CONSILIVM CXXVI. *De cancro in mamilla cum doloribus iuncturarum. Diuiditur autem Conſilium in duo capita.*

CAP. I. *De regimine præſeruatiuo a cancro.*

Licet

A DIcet hæc honeſtiſſima matrona duplici moleſtetur ægritudine, quarum pri-
ma eſt dolor iuncturarum inferiorum corporis, ſecũda vero eſt ſuſpectior cã-
cer, ſ. in mamilla eius dextra iam manifeſtus: & vtraq; iſtarum ægritudinum
aduocaret ad ſe tempus declarandi diuerſitates cauſarum & ſignorum vtriuſq; earum:
Ego tamen hic neceſſitate compulſus ſolum aliqua ſcribam in diſpoſitione cancri ne-
ceſſaria, pauciora vero ad dolores iuncturarum. ¶ Iſte itaq; cancer adhuc eſt in princi-
pio vniuerſali eius, nondum tamen tranſiuit in augmentũ, & a ꝓprietate eius eſt in pau-
cis diebus velociter augeri & magnificari. ¶ Et dolor mordicatiuus & inflammatiuus in
eo non eſt magnus, neq; continuus ¶ Et iterum tertio venæ mamillę apoſtemate non
ſunt multum ſenſibiles, nec craſſæ, neq; colore nigro coloratæ. ¶ Pulſatiuus etiam
B dolor abeſt, vnde non apparent ſigna corruptionis huius apoſtematis. ¶ Propter
quod duæ in hac diſpoſitione intentiones occurrunt: prima eſt prohibere augmentum
& corruptionem huius apoſtematis, ne tranſeat in vlcus: ſecunda intentio eſt prędicti a-
poſtematis tentare reſolutionem iuxta poſſe.

Prima v. intentio cõplebit̃ inſtrumentis diligenter applicatis. ¶ Quorũ primũ eſt
vt huic mulieri vſq; ad decẽ dies fiat phlebotomia ſaphenæ dextri pedis, & hæc videt̃ v- *Prohibitio augmenti & corruptionis.*
tilis magis, q̃ phlebotomia baſilicæ. ¶ Primo q̃a diſtrahit materias a loco patiẽte ad vi-
liores partes, ad quas talis materia inclinatur trahi propter grauitatem eius. ¶ Secundo,
quia per lineam rectã magis trahitur materia a mamilla ad ſaphenam, quã ad baſilicam
aduerſi lateris. ¶ Tertio quia cũ talis materia participet venenoſitate quadam, non eſt
C diſtrahenda ad ſiniſtram partem, quia tranſitus eius fieret per cor, quod negatũ eſt *quar-
ta primi cap. primo.* ¶ Quarta ratio, talis materia etiam diuertitur per diametrum conue-
nientem magis ſuperiori ad inferius. ¶ Quinta ratio eſt, quia etiam forma talis conue-
nienter euacuat & diſtrahit a matrice, quod eſt valde conueniens in mulieribus, & pro-
prie viduis. ¶ Educantur itaq; ſanguinis ℥ iiij. aut v. & nullo modo prætermittatur hæc
phlebotomia: etiam ſi præſenti anno fuiſſet phlebotomata bis.

Secundum v. inſtrumentum huius intentionis eſt, quod hæc mulier moretur in *Administratio rerum non naturalium.*
ciuitate, loco, vel camera frigidi aeris & humidi vſq; ad medietatem Octobris. In die-
bus vero frigoris declinet aer ad temperiem in qualitatibus, & nullo modo ad calidita-
tem manifeſtam, propter quod etiam veſtes eius ſtringant pectus, ſicut apparuit
D mihi de eis. ¶ Smiliter in ocio degat, quantum poteſt, & nullo modo exercitetur ex-
ercitio peditandi, equitandi, neq; nauigãdi: quieſcat ẽt ſummope ab omni exercitio a-
nimi, velut vociferatione magna, multitudine verborum, ira, furore, anguſtiis, & tribu-
lationibus animi, quorum omnium eſt materiam ponere in fluxũ ad mamillam ægram.
¶ Caueat etiã ab ingluuioſa ciborum & potuum deglutitione, immo ſuauiter comedat,
& longa & paulatim maſticatione cibũ deglutiat. ¶ Somnus etiam vel dormitio ſit ei
prolixa magis, quam occupatio in vigilando. Et ſummopere caueat ne dormiendo ia-
ceat ſuper pectore & latere patientis membri. ¶ De cibis autem ſollicita ſit, vt nullum
accipiat cibum neq; potum melancholię generatiuum, aut exſiccatiuum: generant au-
tem & multituplicant melancholicum humorem panis azymus, pauci fermenti, per
E coctionem combuſtus, & multi ſalis. Similiter caro omnium animalium antiquorum,
vt bouina, vaccina, & partes neruoſæ & oſſeæ animalium, & lentes, caules, antiquus ca-
ſeus, ſumach, fabæ, phaſeoli, oryza & conſimilia. Et vinum nigrum, craſſum & con-
turbatum, vt ſolent eſſe quædam Ferrarienſia vina, a quibus omnino fugiat. ¶ Vtatur
autem carnibus laudabilibus tamen pinguibus caſtratinis, vitulinis, & proprie de agno,
& piſcibus laudabilibus elixis magis, quam frixis. Et in ſumma totum eius regimen ex
parte ciborum inclinet ad pinguia: artificiata tamen cum agreſta non ſalita, cum ſucco
arancii & granatorum. ¶ Memoret autem vti lacticiniis cibis, & proprie lacte cocto
compoſitis. Et vtatur recocta coloſtra, & aqua lactis in plurimo vſu ſui regiminis. Et ca-
ſeus recens abſq; ſale etiam eſt ipſi optimus. ¶ Excitant autem humorem melancholi-
F cum omnia acuta, vt cæpę, allium, raphanus, & conſimilia. Similiter & ſalſa omnia, & ter-
tio aromata omnia calida, ſimiliter & ſemina, vt ſunt fœniculus, petroſelinum, cyminũ,
& conſimilia. Et adhuc quarto aromata omnia, & proprie calida, vt piper, cinamomũ
galanga & cõſimilia. Et inter aliqua acuẽtia & exſiccãtia humorem melancholicũ eſt
vinũ fumoſum & potẽs, a quo ſecedat omnino, & vtat̃ vino albo, ſubtili, modicæ dulce-
dinis, non valde pontico nec acri: & ſi fumoſum eſſet vinum, frangat ipſum cum aqua
ciſternæ, qua vti mos eſt Ferrarienſium fere omnium.

Diſtractio materierũ ad partes remotas.

Tertium vero inſtrumentum huius primæ intentionis eſt diſtractio materierum ad remotas partes. Et licet multa ſint ingenia diſtrahendi materias: ego tamen hic quatuor ponam inſtrumenta felicius materierum diuerſiua. ¶ Et primum eſt, vt teneantur eius menſtruales viæ apertę cum decoctione matricariæ, arthemiſiæ & danetæ, in qua mediocriter calida frequenter ſedeat vſq; ad vmbilicum. ¶ Secundus modus diuertendi & æque bonus, eſt, vt aperiantur ei hæmorrhoides cum fricatione facta cum foliis fici vel conſolidæ minoris, aut cum panno aſpero. ¶ Tertium diuertens eſt, vt ſępe applicentur ventoſæ ſuper carnoſa parte interiori coxarum & tibiarum. ¶ Quartum & vltimum diuertens & leuius eſt frequens appoſitio ventoſarum cum ſcarificatione in medio natum, & appoſitio earum in ſeptimana bis facta ſuper ſpatulis abſq; ſcarificatione etiam eſſet ei valde vtilis. A B

Reſolutio apoſtematis. *Potio.*

Quartum inſtrumentum huius intentionis primæ eſt reſolutio apoſtematis iuxta poſſe, quæ dupliciter fit. ¶ Primo, vt hæc mulier omni fine xv. dierum accipiat hũc potum. *Recipe caſſiæ nouiter de canna extractæ ℥ j. epithymi ℈ ij. ſeminis endiuiæ & ſcariolæ ana gr. v. miſce & totum in potu detur in aurora cum vno cyatho aquæ lactis caprini, & tardetur cibus horis ſex.* ¶ Secundo vero principaliter tentanda eſt alteratio & reſolutio apoſtematis cum hoc linimento. *Recipe ceruſſæ lotæ cum aqua ſemperuiui 30. vicibus ℥ ij. tuciæ præparatæ cum aqua ſemperuiui ℥ j. camphoræ ʒ j. vitelli oui numero ij. olei roſati ℥ iij fiat vnguentum molle in mortario plumbeo cum piſtillo ſuo:* quod vnguentum poſtea bulliat lento igne in j. lib. ſucci ſemperuiui vſq; ad conſumtionem ipſius. Et hæc ſufficiant de regimine præſeruatiuo ad cancrum huius mulieris. C

Linimẽtũ.

Cap. II. *De regimine dolorum iuncturarum.*

PRo regimine vero dolorum iuncturarum eius ita procedat, quia tempore, quo non vehementer moleſtatur a doloribus, vſque ad vnum menſem omni die ſemel cum leui fricatione abluat iuncturas cum aqua, in qua ferrum ſartã, & eſt chalybs, multotiens fuerit extinctum, & etiam in ea diu bullierit ſulphur puluerizatum. ¶ Tempore vero, quo vehementius moleſtatur a doloribus, vtatur diuertentibus in præcedenti intentione tactis, & locis dolentibus applicet hoc linimentum actu frigidum aut ſaltem tepidum. *Recipe olei roſ. olei omphacini ana ℥ j. ſandaracæ ʒ j. ß. terantur omnia ſimul in mortario longo tempore, & applicetur iuncturis, vt dictum eſt.* Hoc ad laudẽ Dei omnipotẽtis. Amen.

Linimẽtũ.

Conſilia de morbis ſtomachi. D

Consilium CXXVII. *De triplici mala diſpoſitione, videlicet: De nocumento deglutionis propter vlcus in meri. De fluxu catarrhi a capite ad meri & inferiores partes. Et de febre continua cum exacerbatione tertiana.*

DIspositio ſpectabilis & generoſi viri domini Pauli Paſqualigo celeberrimi capitanei ciuitatis Veronenſis, ſi bene conſiderat̃, reducitur ad tria principaliter. ¶ Et primum eſt accidens, quod eſt nocumentum deglutionis. ¶ Secundũ eſt catarrhizans materia a capite ad inferiores partes. ¶ Tertiũ eſt febris indeficiens valde intenſa, reuolubilis aliquando de tertio in tertium. ¶ Et primum quidem horum licet fuerit accidens materiæ catarrhizantis, tamen fortaſſe eſt factum ægritudo, quod apparet, quia in principio meri & in ſuperiori parte eius concaua inuenitur dolor mordicatiuus & inflammatiuus fixus ibi, qui ſemper etiam intendit̃ tempore deglutionis cuiuſcunq; rei, & non eſt rationabile tale nocumentum eſſe omnino per colligantiam capitis ad illas partes, imo autem propter excoriationes aut vlcera aut apoſtemata corruptiua in ſuperficie concaua ipſius meri, propter quę etiam veriſimile eſt, meri ſubſtantiam eſſe apoſtematam propter fluxum materierũ ad ipſum qui ꝓuenit ex dolore, quoniam omnis dolor acuit rheuma. *3. techni.* Et ſi non ſunt ibi apoſtemata, non dubito ibi eſſe aliã ægritudinẽ cõpoſitionalẽ, ſ. oppilationes in eo prohibentes fieri debitam applicationẽ deglutitorii ad deglutibile. ¶ Quod vero in prædicto membro exſiſtant vlcera excoriatiua vel rhagadioſa, apparet, quia materia, quæ defluit a capite, acuta fuit acuitate ſalſedinis & multæ caliditatis. Et quia materia iſta adhuc multum, immo quaſi continue fluit a cerebro ad meri, non eſt mirũ, ſi localia remedia, quę adminiſtrantur meri, non conuenienter curant, quantum n. per iſta localia remittit̃ & minorat̃ materia, tantũ fortaſſe & plus defluit, materia et iſta non eſt minoris caliditatis & acuitatis, quod apparet eo, quia in ſummitate capitis & profundis eius partibus. E F

A tibus ꝑcipit grauitatē & caliditatē notabilē vt oreten⁹accepi. Hoc igit̃ accidēs multipliciter eſt & valde verendū. ¶ Primo quia poterit eſſe cauſa arefactionis corporis defectu cōuenientis quantitatis nutrientiū. ¶ Secūdo quia materiæ defluentes ad ſtomachū cū ſint acutæ, poterunt vlcerare aut excoriare ipſum vel apoſtemare, & cibo aſſūmto commixtæ poterūt eſſe cauſa corruptionis ei⁹. Et tertio, ꝓpter hoc iterū accidēs verēdū eſt; quoniā ei difficulter adminiſtrari poſſunt remedia, q̃ aſſiſtentia læſis particulis poſſunt ipſas curare cōueniēter. Vnde ex iſtis credo principiū curationis omnis accipiendū eſſe in rectificatione huius diſpoſitionis meri vel diſpoſitionū. Secunda v. diſpoſitio iā ꝑtacta, eſt materia catarrhizās a capite ad inferiora, de cui⁹ ſpecie nō eſt dubitatio, cū ipſa ſit acuta materia generata ex mixtione tenuis phlegmatis cū cholerica materia. Nolo
B negare, ad acuitatē eius etiam cōcurrere caliditatē putredinalē, licet in hoc fortaſſe nō leuiter ſit hæſitādū. Si n. hæc materia putrefacta fuiſſet in partib. inferiorib. aut de facto putreſceret totaliter, aut putredo eſſet vel fuiſſet in toto, vel in partib. Si primū, neceſſariū fuiſſet, hāc putredinē ꝑceſſiſſe cōtinuā febrē ex cholera & phlegmate ꝓuenientē; & tūc ꝑceſſiſſet tertiana nota cōtinua materia putreſcēte in venis; & ſi putruiſſet in locis diſtinctis, tūc ꝑceſſiſſet hemitritęa febris, aut cōplicata ex aliis ſpecieb. humoraliū febriū; ad q̃ ꝓbādū nō habeo teſtimoniū, niſi ex his, q̃ accepi ꝑ literas vel oreten⁹. Si a. materia iſta adhuc putruiſſet, aut in locis diſtinctis putreſceret, aut in locis renū, ſplenis, epatis, ſtomachi, vel partiū pectoris, in quorū notitiā facile fuiſſet ꝑuenire, & adhuc de facto eſſet facile ꝑ inuentionē nocumentorū cōtingentiū in ꝓpriis opationib. ꝑdictorū
C mēbrorū, & in cōmunib. opationib. eorū, ſ. in aliquib. ꝑdictorū mēbrorū ſunt opationes toti cōmunicātes cū manifeſta ſua cauſa vel nocumēto, vt eſt de renib. mūdātib. epar, & totū ab aquoſitate; & de epate quatuor primorū organica, ſecūdo de ſtomacho ratione chylificationis, & de pulmone ratione anhelit⁹. Si n. in his mēbris putruiſſet materia aut de facto putreſceret, neceſſariū eſſet inueniri remedia ꝑ inuētionē nocumētorū ꝑdictorū, quoniā termin⁹ horū diſcretiu⁹ eſt ſenſibilis lęſio in operationib. *2. techni*. Si a. materiæ ꝑdictæ putreſcerēt vel putruiſſent in capite, tūc aut loc⁹ putredinis eſſet in venis, arteriis panniculorum cerebri, & tūc putredinē talē cōcomitaretur dolor acut⁹, inflāmatiuus, pungitiuus, aut mordicatiuus; & iterū febris continua. Si a. putredo & materia fuiſſent in rimoſitatib. aut venis, & arteriis medullaris ſubſtantiæ cerebri, tūc dolor
D febris, vigiliæ inquietudo, & reliqua ſimilia accidentia neceſſario cōſequerent̃. Nō igit̃ apparet, materiā talē acutā eſſe ꝓpter putredinē principaliter, ſed ꝓpter mixtionē cholericæ materiei cū phlegmatica, licet nō velim negare materiā illā recipe augmētū acuitatis a caliditate putredinali in epate & partib. adiacētib. ei, q̃ tamen nō eſt multæ intēſionis, ſicut ēt accepi ex literis. Qualitercunq; igit̃ concedat̃, hæc materia ſecundū magnā ſui partē minerā habet remotā circa epar, ꝓpinquā a. ipſi⁹ minera eſt in venis pāniculorū cerebri, & arteriis ipſorū & ſubſtātia cerebri, q̃ ēt materia ibi augmētū quātitatiuū aſſumit ex cōtinua generatione ipſorū in ipſo capite ꝓueniēte ꝑ viā indigeſtionis. Sicut n. ad caput eleuant̃ vapores aquoſi & mucilaginoſi phlegmatis, ita ad ipſum eleuātur vapores cholerici. Sed vapores ab inferioribus delegati in capite congregati cōuer-
E tuntur in materiam ſpecie conſimilē eis: Igitur & vapores cholerici ſimiliter incraſſati cōuertunt̃ in materiā ſibi ꝓportionabilē, ſed ex mixtione ambarū duarū materierū ꝑdictarū generat̃ phlegma ſalſum: Et tu adde quoniā in nulla fere diſpoſitione cerebrū vnquā a præſentia multi phlegmatis & vaporum cholericorū priuatū eſt, quod apparet ex varietate ceruminis auris. Igitur valde facile deduci poteſt minera huius materiei propinqua iam ꝑdicta. Modus a. quo hæc materia tale fecit nocumētū in meri, poteſt eſſe; quia cū materiæ iſtæ multiplicatæ deſcendūt aut ꝓpelluntur ad lacunā cerebri in loco oſſis baſillaris; tunc partim per venas, partim vero per modum ſtillicidii tranſeuntes per rete mirabile recipiuntur in concauum palati, & deinde per panniculum iſtum videntur inferius per loca vuulæ; & iſta eſt vera cauſſa, quare primum nocumentum in
F hoc viro præſentatum fuit in vuula eius intantum, quod elongata, mollificata vel apoſtemata fuit. Cū igit̃ materiæ iſtæ ꝑdictas partes repleuerint & intrinſece ſint fluxibiles ratione aquoſitatis & mobilitatis cholericæ ſic receptę fuerint in meri; & quia ſunt acutæ notabiliter, vt deductū ēſt, non eſt mirum; ſi fecerint prædicta accidentia. Et ſi vir iſte fuiſſet perpeſſus febrem notabiliter acutam cum arefactione corporis, vt audio; & cum nocumento deglutionis iam præſente, tunc res eſſet periculoſiſſima ſatis, quia

Sect.4 aph.34. cecidiſſet in ſermonem ſummi Hipp. vbi dixit: *Quibuſcunq; in febribus collum extorque-* A
tur, vt vix deglutire poſſint, tumore nõ exſiſtente in collo, mortale. Hęc igitur eſt ſumma eorum,
quæ mihi conſideranda videntur de catarrhizante materia a cerebro, ſine cuius rectifi-
catione non erit poſſibile, quod iſte vir ſanetur vnquam.

Tertia v. diſpoſitio eſt febris, circa quam non extendã me, niſi quod verear, quia
mihi ſcribit, quod febris ſit notabiliter intenſa reuolubilis de tertio in tertiũ, & indefici-
ens, ꝓpter ꝙ dubitabile eſt ipſam eſſe vnã hæmitriteũ cõtinuã indeficientẽ ex cõtinua
phlegmatica & interpolata cholerica, quæ res eſſet multum ſæua, cum ipſa continue fa-
ceret augmentum in cauſa materiali catarrhi, vt in ſecundo cap. deductum eſt, & vtraq;
continue cõcurrat ad maiorẽ debilitatẽ cerebri efficiendã, & cerebrũ cũ ꝓdicta mate- B
ria & febre nouũ augmẽtũ ſuæ reſolutionis & cõſumtionis cõtinue facerẽt in nocumẽ-
to deglutionis, & eſſet res tantæ cõplicationis adinuicẽ, ꝙ oporteret ſimul vtrunq; horũ
triũ attendere in curatione ſubtiliter, quod difficulter cadit ſub imaginationem, nedũ
curationẽ canonicam, & hoc propter contrarietatem lapſus complexionalis, qui eſt fe-
bris, & compoſitionalis, & excoriationis meri, & complexionalis lapſus cerebri.

Propter quæ omnia de his, quæ curationi ſubſeruiunt, intentionibus & inſtru-
mentis ſuccincte percurram. ¶ Primum itaq; eorum, cui principaliter attendendũ eſt,
videtur eſſe nocumentum deglutionis, non enim curari poteſt febris & cerebri diſpoſi-
tio conuenienter per digerentia aut aliter alterantia vel euacuantia, niſi per os aſſume-
rentur, & quomodo poſſit nocumentum deglutionis perfectæ abſcindi noua conti- C
nue defluente materia, non videtur ſine magna anxietate enuntiandum eſſe. ¶ Pro-
pter quod viam capiendo, quæ mihi ſecurior videtur, ponam primo, quod modus in-
tendendi ad nocumentum deglutionis debeat eſſe cum his, quæ leniendo vel mollifi-
cando ipſum meri faciunt aptum fluxibilitate ſua, fortaſſe enim exſiccantia, abſtergen-
tia & ſtyptica, quæ eſſent recta inſtrumenta curationis ſtante fluxu materię & febre, ef-
ficerent ipſum conſtipatum magis.

Dico ſecundo, quod verum principium curationis dependeat ex ſubtractione
catarrhizantis materiei. ¶ Tertio, quod ſi qua recta curatio cum inſtrumentis ad-
miniſtrari debeat ad febrem iſtam, ſit cum his, quæ frangunt & rectificant nutrientia
eius. D

Propter primi itaq; complementum octo deſcribam ſingularia remedia, quæ le-
nire poſſ[illegible]t meri alteris diſpoſitionibus non nocentia. ¶ Primum eſt, vt accipiantur
grana mecheię & vulnerentur cum acu in v. vel vj. lateribus. Deinde infundantur in a-
qua leuis decoctionis liquiritiæ per vnam noctem, tũc ergo patiens ſemper habeat gra-
num vnum in ore. ¶ Secundum vero remedium eſt, vt accipiantur grana cydonio-
rum & infundantur in ſucco granatorum dulcium in cortice exſiſtentium, & de his gra-
nis ſimiliter in ore ſuo teneat. ¶ Tertiũ eſt, vt accipiantur folia lactucarum recentium, &
[illegible] medium diem infuſa in aquã ſublimationis vel decoctionis radicũ althææ. ¶ Quar-
[illegible], vt iuiubæ diu maceratæ in aqua portulacæ per ſublimationem facta teneantur in ore,
[illegible]ernatim permutando de vno ad reliquum, adhærendo tamen ei, de quo magis perci-
pit iuuamentum. ¶ Quintũ eſt, vt ſæpe teneat in ore mucilaginem factã ex granis pſyl- E
lii cum aqua ciſternę, & caueat artifex, ne ita longo tempore macerata teneat in aqua
prædicta tepida, vt a medullari eius parte effundatur actualiter eadem ſubſtãtia aut ſal-
tem virtus, tunc enim excoriaret amplius. ¶ Sextum & optimum eſt, vt alterna-
tim teneat in ore ſuo parum tepidam recoctam, factam ex lacte vaccino bene pingui.
¶ Septimum, vt ſæpe per nares eius attrahat hunc liquorem. *Rec. mucilaginis, fœnugræci, &*
Succus per naris attrahēdus. *pſyllii ana ℥ ß. mucilaginis cydoniorum ℥ j. miſceantur omnia cum ℥ j. aquæ maioranæ & cum altera*
aquæ nenupharis, & remiſſe tepidum traiiciatur per nares, ore prius pleno aqua mellis tepida. ¶ VI-
timum remedium ad hoc eſt iſtud. ℞ *medullæ crurum bouis, æſypi humidæ, pinguedinis taxi*
Vnguētũ. *& anatis ana ℥ ß. mucilaginis, fœnugræci, ſem. lini ana ℥ ß. croci ℈ j. olei de nenuphare ℥ ij ceræ albæ*
quantum ſufficit, fiat vnguentum molle, quod poſt lauetur bis in aqua nenupharis. De hoc igitur F
vnguento quater in die tota gula & collum actu tepido diligenter inungatur, & ſuper-
ponatur magna quantitas lanæ ſiccæ.

Sublatio catarrhi. Pro ſecundo vero principali accidente tollendo, ſc. catarrho, licet ſermo diffuſus
foret neceſſarius, hic tamen mihi breuitatem imponam dicendi, ſatis enim, immo cõ-
plere

A plete ſum excuſatus à ſufficientia tot & tantorum Doctorum, qui ad regimen huius viri conuenerunt, et quia huic ægritudini non eſt blandiendũ, vt cõſueuit Medicorũ plurimorũ vſus, qui cũ aqua hordei, caſſia fiſt. & reliquis non pertinentibus ad curas, vt in pluribus perducunt ægritudines ad impoſſibilitatem curationis martyrizando ægros. ¶ Primo itaq; præmitto mihi, quod omnia inſtrumenta ſtatim apponenda limitari debeant tenore virtutis ad hoc ſufficientis: itaq; ſeptem inſtrumenta deſcribam, quæ mihi aut ipſorum plura omnino neceſſaria ſunt in cura huius accidentis.

Et primum quidem omniũ horũ eſt, vt intendat diuerſioni materierũ a capite ad inferiora fluentium. Nec n. tales materiæ vnica poſſunt euacuatione eradicari, aut quia repugnant materiæ propter earũ impræparationẽ, aut quia pharmaca conuenientia nõ
B poſſunt adminiſtrari propter difficultatẽ deglutionis ¶ Primũ itaq; horũ eſt, vt diuertantur materiæ per clyſteria parumper acuta facta ℥ j. electuarii diacaſtorei deſcriptione Nicolai, & leuius iſto erit ℥ ß. hieræ compoſitæ, & adhuc leuior erit benedicta cũ puluere centaureæ, & corticũ agarici doſatis ſecundũ ſapientiã prefatorum Doctorũ, talia n. nõ ſcribã, quia credã eis ſuperaddere aliquid, ſed vt ſatisfaciã honori meo. ¶ Secũdũ v. principale diuerſiuũ, ꝙ eſſet mihi omnib. aliis graui⁹, eſt vt huic viro aperiant̃ hæmorrhoides. ¶ Tertium vt frequentetur appoſitio ventoſarũ conuenienter ignitarum ſuper natibus & ſpatulis. ¶ Quartũ vt applicẽtur rubificantia diſtrahentia, & attrahentia materiã ſuper partibus pulſuum brachiorum. ¶ Quintũ ſi talia non ſufficiunt, quod adminiſtrentur rubificantia & exſiccantia loco alchatn facta ex flãmula vel pede cor-
C uino contuſis, aut ex cantharidibus, fermento & aceto emplaſtratis, aut ſaltem cum ſapone nigro & ſquilla contritis inſimul in prædicto loco impoſitis. ¶ Sextũ, vt iſtis non valentib. conuenienter fiat rubificatio capitis cũ ſtercore columbino, & proprie colũborũ ſylueſtrium incorporata cum modico aceti, & modico pulueris anacardi ſecundũ hunc modum. ℞. *fermenti ſex vel octo dierum ℥ iij. ſtercoris columbini ℥ j. ß. pulueris anacardi ʒ ß. terantur ſubtiliſſime & incorporentur cum modico aceti valde acuti.* Ventre itaq; prius cum *Rubificatio capitis*
clyſteri mundificato & non exſiſtente plenitudine cibi & potus in ſtomacho, capite diligenter ralo, mane in ortu ſolis totũ caput eius liniatur prædicto linimento, ſuperponatur pannus ſiccus, & dimittatur ibidem per tres horas, donec ſenſus tactus tolerat, remoto linimento non procedatur aliter vſque ad veſperam. Si autem non toleraret,
D tunc madefiat caput cum tepida aqua mellis, & deponatur linimentum, nihil aliud ſuperponendo ei. Et ſi vehementia doloris inflammati vigeret, tunc madefiat caput cũ linimento ex oleo de ſiſamo facto. Et ſi vehementia caliditatis expeteret frigida, tunc fiat iſtud cum oleo florum cucurbitæ, aut nenupharis. Tantæ enim potentiæ eſt inſtrumentum hoc in diuertendo catarrhos omnes & retinendo eorum fluxum ad inferiora; quod auſus eſt ſcribere Gal. *lib. ſexto de tuend. valet.* quod non ſit medicina melior in curando vlcera pulmonis prouenientia ex deſcenſu acutarum materierum catarrhizantium ad pulmonem, vt colligendum eſt ab eo in exemplari de nobili, quem in ſimili diſpoſitione curauit. Si igitur hoc remedium conferre poteſt vlceribus pulmonis, tunc non repugnat, quin conferat etiam vlceribus meri vel excoriantibus eius abſcinden-
E do materiam, quæ continue fluit. ¶ Contra, quio hoc ingenium curationis non videtur conueniens, ipſum enim attrahit materias de inferioribus partibus ad ſuperiores, *Obiectio.*
ſed materia iſta tranſibit per ventriculos & profundas partes cerebri, ergo hic modus curationis eſt erroneus. Patet conſequẽtia, quia in omni diuerſione obſeruari debet, ne materia tranſeat ſuper principali membro, vt *quarta primi cap. primo* colligendum. Similiter ẽt non debet tranſire materia de parte mẽbri principalis viliori, ad nobiliorẽ, ſed vẽtriculi & profundę partes cerebri ſunt partes multũ nobiliſſimę cõparatæ ad extremas partes eius, ergo ad illas nõ debet fieri tractus materiei cũ diuerſione. Patet hęc vltima cõſequentia, quoniã ex hoc ſequerentur grandiora nocumenta, & minor vltimæ ab omnibus concederetur. Quis n. dubitat, ventriculos eſſe partes nobiliores, q̃ circũ-
F ferẽtiales partes eius? maior primę rationis arguit̃, q a nõ videt̃ mod⁹, quo materia ab inferiorib. partib. cerebri trahi poſſit ad ſupiora niſi p̄ media illi⁹, & minor primæ rationis eodem fũdamẽto facile ꝓbari poteſt. Huic motiuo & aliis cõſimilib. reſpõdendũ eſt; ꝙ *Reſponſio.*
quando materię mouentur a pharmaco electiue trahente eas, aut ſaltem ratione caliditatis intenſę, aut vtriuſq; attrahentiũ ſimul, hæ materiæ ſunt antecedentes catarrhi, quæ continentur in venis & in arteriis diſſeminatæ per panniculos cerebri & in medullari ſubſtantia ipſius. Cũ ergo iſtæ venæ habeant continuitatẽ cũ venis tranſeuntib. per

partes panniculares& ligamentales inter commiſſuras cranei,quarum venarum extre- A
mæ partes terminentur in cutẽ capitis,& ad poros eius,non eſt mirum,ſi fit diuerſio. Et adhuc etiam non repugnat,materiam in panniculis cerebri trahi per poros ad extra,vt
Obiectio. dictum eſt.¶ Ad formam igitur argumenti dicendum ad maiorẽ,negando ipſam, imo talis curationis ingenium omnino eſt conueniens. Et ad minorem primæ rationis negatur etiam ipſa,aſſignando tranſitum modi naturæ modo prędicto, quare motiuum iſtud & omnia ſibi paria nihil concludunt. ¶ Et ſi inſtaret iterum , quia capiatur materia coniuncta catarrhi,quæ eſt acuta fluens contenta in colatorio & locis retis mirabilis, tunc patet,quod tale ingenium curationis non poſſit diuertere ipſam:igitur non eſt cõ-
Reſponſio. ueniẽs. ¶ Huic replicationi reſpondẽdũ eſt dupliciter.Primo quia dato,ꝙ tale ingenium non totaliter conferat per ſe materiæ fluenti, tamen poteſt cõferre inquantũ ab- B
ſcindit fluxum antecedentium materierum, & virtus redditur potentior ſuper fluentẽ materiam reſoluendo,digerendo,& aliter regendo ipſam,quam ſi non fuiſſet facta diuerſio materierum antecedentium.¶ Dicendum ſecundo,quod non ſit impoſſibile,ꝙ materia,quæ reperitur in viis actu fluens,etiam attrahatur iterũ ad venas,forti enim virtuti nihil reſiſtere poteſt in expellendis,teſte Hipp. *ſect.7.aph.59.* Virtus igitur reddita potentior ſuper actu fluentem materiam propter diuerſionem antecedentiũ materierum poterit materiam,quæ exiuit venas,iterũ repellere intra venas,& ita fiet earũ attractio ad oppoſitum. ¶ Septimum & vltimum eſt,quod fortaſſe eſt leuius,quam præcedens,vt fiat actuale cauterium ſuper loco coniunctionis ſagittalis & coronalis commiſ-
ſurarum,vbi terminat extremitas medii digiti menſurata cum extrema parte naſi ſup- C
poſito maiori rugæ raſetæ manus. Scribere autem cauterium & iſta particularia, ſuperfluum eſt,quia loquor ad ſapientes.

Curatio febris. Pro tertia vero principali diſpoſitione, videlicet pro febre iam prædicta memorabo conſueta digerentia. ¶ Primum eſt ſyrupus compoſitus acetoſus de quinq; radicib. cum tertia ſui parte ſyrupi de eupatorio. ¶ Secundum eſt ſyrupus de byzantiis cum aqua apii & eupatorii,quibus ſubtrahendum & addendum eſt, prout celeberrimorum Doctorum prænominatorum peritia determinabit,&c. Ad laudem Dei. Amen.

CONSILIVM CXXVIII. *De quadruplici mala diſpoſitione, videlicet : De mala complexione frigida & humida ſtomachi cum phlegmate mucilaginoſo & vitreo : De mala comple-*
xione frigida & humida cerebri cum multa materia phlegmatica: De nocumento anhelitus per D
proprietatem in pectore,& per communitatem ad ſtomachum & caput : De mala complexione calida renum cum arenulis & lapillis : Diuiditur autem conſilium in capita quatuor.

CAP. I. *De cauſis malæ complexionis ſtomachi & eius cura.*

NOCVMENTA viri colendiſſimi domini Henrici, digniſſimi Cancellarii Illuſtriſſimi Ducis & Principis Henrici Bauarienſis &c. ſummarie continentur in diſtemperie quatuor membrorum. Primum eſt ſtomachus eius. Secundum pectus. Tertium caput. Et quartum ægritudo in renibus eius notabilis. ¶ Prima itaq; diſpoſitio eſt intemperies ſtomachi ad frigiditatem & humiditatem cum multitudine materierum phlegmaticarum,quæ mucilaginoſæ & aquoſæ ſunt a dominio , vitreæ ve-
ro ſubdominantes. Hęc autem cognoſci poſſunt per multitudinem ſputaminis & ſaliua- E
lis humiditatis aquoſæ & mucilaginoſæ per lenitionem ſtomachi , per lubricitatem
Diatrion- quandoque ſuperuenientem , per obtuſionem appetitus. Cui diſpoſitioni, quan-
pipereon. do ipſi perſeuerat ſuper alias infra dicendas, ꝓuideatur ei cum aſſumptione confectionis de tribus piperib. quã ſcripſit Galen. ad Omontheũ deſcriptione tertia, de qua accipiat per duas vel tres horas ante cibum ℥ j.& bibat poſt ipſam quartã partem cyathi vi-
ni ſubtilis aromatici & fumoſi.¶ Secundo huic diſpoſitioni prouideatur vngendo to-
Ceratũ ſtomachicũ. tum ſtomachũ cũ hoc vnguento. *℞.olei de maſtice ℥ ij.olei de myrto ℥ j.olei de coſto ℥ j.ß.piperis al.& long.granorum paradiſi,cyperi,ſtyracis calamitæ ana ℥ j.reſinæ electæ ℥ j.caryophyllorum,menthæ,maſticis,cinamomi an.℈ ij.galliæ muſcatæ ʒ j.ß.ceræ quantum ſufficit, fiat vnguentum bene vi-*
ſcoſum,de quo magna petia ponatur ſuper toto ſtomacho calefacta,& portet eã ibi ſemper. ¶ Tertium F
Condit. remedium ad hanc intentionem eſt,quod iſte vir aſſumat in aurora radicem vnam ſecundum menſuram digiti minoris de zinzib. viridi electo & bono,non bibendo nec
Theriaca comedendo poſt ipſum ſaltẽ per horas tres.¶ Quartum eſt,vt iſte vir ſaltẽ omni ſeptimana bis deglutiat ʒ j theriacæ Andromachi bonæ & electæ cũ ℥ j. aquæ menthę aromaticæ,

maticæ,

A maticæ, quæ caryophyllata dicitur calefacta. ¶ Quintum eſt vt iſte ſaltem omni fine ſex dierum recordetur accipere modicũ ante cœnam pillulam vnam de ſpeciebus deſcriptione Meſ. in antidotario. *Pilulæ alephangina*

Cap. II. *De cauſis malæ complexionis cerebri frigidæ & humidæ, & eius cura.*

SECVNDA vero principalis ægritudo huius viri eſt mala complexio cerebri frigida & humida dependens a multa materia phlegmatica, quæ iterum eſt cauſa augmenti ipſius malæ complexionis in cerebro, non minus, quam iſta mala complexio ſit generatiua iſtorum phlegmatum & congregatiua ipſorum in capite per viam indigeſtionis. Et hæc quidem mala cõplexio potuit eſſe cauſa prima & originalis nocumenti ſtomachi, licet credam quod mala diſpoſitio ſtomachi maior fuerit cauſa & primaria nocumenti capitis quam econuerſo. Color n. faciei ad albedinem inclinatus, criſpitudo & B tinctura capillorum, bonitas ingenii & operationum virtutũ ſenſitiuarũ interiorum inclinant me ad credendum, quod nocumenta, quę in cerebro apparent, magis per colligantiam quam per eſſentiam exſiſtant in ea. ¶ In cura itaq; huius diſpoſitionis, & ſi omnia remedia malam diſpoſitionem ſtomachi rectificantia declarata in præcedẽti cap. etiam capiti conferre poſſent, tamen pro capitis diſpoſitione tria ſolennia ponam adiutoria. ¶ Quorum primum eſt hoc. ℞. *macis* ℥ j. *caryophillorum, folii, cubebarum, granorũ paradiſi an.* ʒ j. *ambræ orientalis* ℈ iij. *ligni aloes* ʒ j. *camphoræ* ℈ ß. *roſarum* ʒ j. *pulueriz entur omnia per ſe, deinde ligentur in panno de grana retorto & ſæpe odoretur.* ¶ Secundũ remedium eſt hoc. *Nodulus odoratus.*

C ℞. *ſpecierum diambræ & de aniſo dulci ana* ʒ j. *ligni aloes* ℈ j. *commiſceantur inſimul, & de hoc puluere ſaltem in ſeptimana ter ſuperaſpergatur tota prora capitis a principio capillorum vſq; ad ſummitatem capitis per medium anterioris partis capitis per quatuor digitos per latitudinem & cum ponitur ſecundus puluis cum pectine deponatur primus.* ¶ Vltimũ remediũ eſt hoc. ♃. *ſpecierũ diambræ & diamoſchi dul. deſcriptione Au.* 5. *can. ſumma prima, aut ſaltẽ Meſ. in antid. diſtin. prima an.* ʒ j. ß. *ligni aloes, folii, maioranæ ſiccæ, pulegii, betonicæ an.* ℈ ij. *ſacchari al.* ℥ ij. *ſyrupi conſeruæ zinz. viridis lib.* ß. *fiat electuarium de quo ægrotans omni ſero cum vadit ad lectum per ſpatiũ vnius menſis per duas horas poſt cœnam deglutiat* ʒ j. ß. & erit remediũ excellenter cõferens capiti ſuo. *Puluis capiti ſuperaſpergendus* *Electuariũ*

Cap. III. *De cauſis nocumenti in pectore, & cura eiuſdem.*

D MEMBRVM autem tertiũ, quod in hoc viro læſum eſt, eſt eius pectus, quod quidem magis habet nocumentũ per colligantiã ad caput & ad ſtomachum, quam per propriam eſſentiã. Magnitudo n. pulſus cũ æqualitate ſatis cõuenienti frequẽtię & velocitatis ſignat potentiã virtutis & neceſſitatẽ non multũ auctã, neq; diminutã. Et quia nõ apparet in eo manifeſta plenitudo, neq; coarctatio, ideo ſatis rationabile eſt concludi ſpatioſitatem pectoris, pulmonem, & cor a nocumento materierum non eſſe multum læſa, neq; etiam apparet paruitas, aut dimiſſio in pulſu, quæ ſignat debilitatẽ virtutis pulſatilis cordis, & pari ratione cũ nõ appareat magnũ nocumentũ in velocitate, frequentia, diuerſitate & paruitate anhelitus, ideo apparet pectus & pulmonẽ a multitudine materierũ non eſſe valde oppreſſa, & proprie, quando nocumentum, ſi quod apparet, in pectore non eſt perſeuerans. ¶ Propter hoc itaq; cõcludendũ eſt, quod multitudo ſputi cum exſcreatione emiſſi, cũ ſtrictura vel grauitate anhelitus, cum rugitu & E motu in concauo pectoris perceptis ſignent materias a capite ad pectus defluxiſſe magis, quàm quod in pectore genitæ ſint propter eſſentiale nocumentum cordis, pulmonis & diaphragmatis, quod confirmatur, quia nocumenta talia magis eueniunt & frequentant in eo in ſero & poſt tempus dormitionis, quam in aliis temporib. Itaq; cũ apparuerit a multitudine ſputi aggrauatus, ꝓuideatur ipſi hoc triplici remedio. ¶ Primum eſt vt per duas horas poſt cœnam, & per horam ante cœnam, & in aurora accipiat cyathũ vnum huius decoctionis calefactæ, quæ materias digeret, mundificabit & diuertet a pectore. ♃. *radicum vngulæ caballinæ & enulæ an.* M. j. *ireos* ℥ j. *capil. Ven. paſſularum, liquiritiæ raſæ ana M.* j. ß. *ficuum pinguium numero octo, incidenda incidantur & coquantur in lib. vij. aquæ* F *vſq; ad conſumtionem medietatis, ſed croci ponatur in fine decoctionis tantum* ʒ j. ß. *deinde coletur & bibatur vt ſupra.* ¶ Secundum remedium pectori appropriatum eſt hoc. *Rec. penidiarũ* ℥ i. ß. *loch de pino* ℥ ij. *coquatur ſimul lento igne cum* ℥ iij. *prædictæ decoctionis vſq; ad bonam ſpiſſitudinem, & de hoc ſæpe teneat patiens in ore ſub quantitatem vnius grani fabæ permittendo ipſum diſſolui & ad pectus deſcendere ſine maſticatione aliqua.* ¶ Tertium ſpeciale remedium eſt hoc, vt ſi propter hæc duo remedia non alleuiaretur a tuſſi, immo inquietaret ipſum, tunc ac- *Potio.* *Eclegma.*

Bbb

cipiat hunc potum, poſt quem non dormiat niſi vna hora tantum immediate poſt i- A
pſum. Et tardet cibum ad minus horis ſex. Cuius deſcriptio eſt hęc. *℞. mucilaginis ſe-*
Potio. *beſten ʒ ij. caſſiæ nuper præparatæ cum aqua capillorum Ven. ʒ viij. agarici electi ℈ j. zinz. gra. vj. incorporentur omnia & bibatur totum cum ʒ ij. decoctionis in hoc cap. deſcriptæ*, hoc enim conuenienter mundificat pectus, lenit tuſſim & ipſam quietam reddit.

Cap. IV. *De nocumento renum & cauſſis eius, & de cura.*

Qvartvm membrum patiens in hoc viro ſunt renes eius, in quibus inuenitur intemperies ad caliditatem notabiliter intenſam & ſiccitatem, quæ remiſſa eſt reſpectu caliditatis, niſi enim eſſet multitudo humiditatis epatis, & adhuc multi- B
tudo humiditatis a materia phlegmatica augmentatæ in ſanguine propter multiplicationē illorum phlegmatum in ſtomacho per viam indigeſtionis factam, tunc intenderetur in renibus ſiccitas non minor caliditate. ¶ Propter hanc igitur caliditatem renum materiæ phlegmaticæ excoquuntur in eis & conuertuntur in arenas & lapillos, & ſunt cauſa euentus doloris & augmenti ipſorum in renibus. ¶ Quorum quidem dolo-
Duplex cauſa doloris renum. rum duplex aſſignatur cauſſa. Vna quidem eſt mala complexio calida ipſorum renum vehementer, & ſubito permutans & alterans eos. ¶ Secunda vero eſt extenſio multa facta in eis ab arenis & lapillis; propter quod non eſt mirum, ſi dolores illi ſunt valde fortes, qui habent vtramq; duarum cauſarum efficientium dolores; videlicet malam complexionem calidam ſubito alterantem, & ſolutionem ipſius continuitatis prædictam. C
¶ Vnde oportet quod iſte vir ſit ſollicitus in rectificatione renum in apertione & mūdificatione viarū ſuarum, ne ita frequenter in eis arenæ & lapilli multo tempore ꝑmaneant. Et in mundificatione etiam materierum mucilaginoſarum, quæ multiplicantur in eis.

Pro quorum complemento quinq; ipſi conſcribam medicamina. ¶ Quorum primum eſt. *Rec. aquæ eupatorii ʒ ij. aquæ capil. Ven. & ſaxifragiæ ana ʒ j. ß. bibantur calidæ cum*
Potio. *ſucco omni ſeptimana tribus diebus continuis in aurora.* ¶ Deinde accipe hoc ſecundum remedium. *Recipe caſſiæ præparatæ cnm aqua ſaxifragiæ ʒ j. ß. & bibatur in aurora & tardet comedere per quinq; horas poſt ipſam.* ¶ Tertium remedium eſt hoc. *Recipe phiſticorum mun-*
Alia. Confectio. *datorum ʒ iiij. aniſi, fœniculi, ſem. paſtinacæ domeſticæ & ſylueſtris, granorum milii ſol. ante ℈ ij. infundantur phiſtici in aqua capil. Ven. per diem naturalem, deinde contundantur minutiſſime & cōquantur cum ſufficienti quantitate ſacchari al. & cum ſpeciebus fiat confectio in fruſtis ʒ ß. de qua accipiat ſemper fruſtum vnum ante cibum per ſpatium vnius menſis.* Eſt enim optima in mundificando renes a lapillis, ab arenis, & materiebus mucilaginoſis, quoniam phiſticis ineſt virtus, q̄ua comminuitur lapis, qui eſt in renibus, teſte Auic. *16. tertii.* ¶ Quartum D
vero remedium cum inſtantia doloris maxima eſt hoc. *Recipe pilularum de hiera ma. pilu-*
Pilulæ. *larum de benedicta ana ʒ ß. trociſcorum ſtellæ deſcriptione Auic. 5. can. ℈ ß. formentur pilulæ vij. cum ſyrupo acetoſo compoſito, & accipiantur per duas horas ante diem*, & tardetur cibi aſſumtio
Electuarium per quinque horas poſt eas. ¶ Quintum & vltimum eſt hoc. *Rec. ſpicæ nardi, dauci, carpobalſami, ſem. apii & petroſel. ana ʒ j. ſem. acetoſæ, cichoreæ, ſcariolæ & cuſcutæ ana ʒ j. granorum milii ſolis ʒ iiij. capil. Ven. radicum ſaxifragiæ ana ʒ ij. mellis roſ. ſyrupi compoſiti acetoſi ana lib. ß. lapidis ſpongiæ, lapidis Iudaici & vitri combuſti ana ʒ ij. ſacchari al. lib. ß. fiat electuarium*, de E
quo patiens diebus aliis poſt aſſumtionem aquarum ſupra ſcripturam in aurora accipiat cochlear vnum, & tardet comedere quatuor horis In hoc enim ſtat fundamentum curationis omnium fere diſpoſitionum ſuarum.

Poſt hæc autem abſtineat ab omnibus cibariis frigidis craſſitudine & viſcoſitate ſua oppilatiuis & ventoſis, velut ſunt fercula paſtilia, neruoſę & cutaneæ animalium partes: Piſces viſcoſi & in lacunis vel paluſtribus viuentes: Grana leguminum, oryza, lac & fercula lacticinia, & caſeus mollis & viſcoſus, & frequens vſus fœniculi, aniſi & petroſel. & omnium diureticorum. F

Euitet potum vini craſſi, conturbati, ſiue fuerit nigrum, ſiue album, & caueat a potu cereuiſiæ de hordeo ſaltem dulcis multum, & ſummopere euitet aquæ frigidæ potū. Similiter effugiat vſum rerū valde ſalſarū, vnctuoſarū, & comeſtionē fructuū frigiditate & ſiccitate & ſtypticitate ſua oppilātiū & incraſſantiū humores, vt ſunt pyra, cydonia,

A granata acria, neſpila, ſorbæ, & ſimilia, præter hoc autem vtatur cibis & potibus aliis li-
bito ſuo. ¶ Et caueat etiam a coitu frequentato, & proprie ſuper cibis, & a longa dormi-
tione ſuper ſpina: & hoc modo felicitabitur vita ſua auxilio diuinæ potentiæ, cui ſemper
ſic referentur gratiæ immortales.

CONSILIVM CXXIX. *De quadruplici mala diſpoſitione: videlicet, De mala complexione frigida & humida ſtomachi cum multitudine materiæ phlegmaticæ. De oppilatione epatis a materiis craſſis. De mala complexione calida & ſicca renum cum multitudine arenularum & lapillorum. Et de ſoda ſiue dolore capitis partim per eſſentiam & partim per communitatem ad ſtomachum, &c. Diuiditur autem Conſilium in particulas duas. Particula prima continet duo*
B *capita principalia.*

CAP. I. *De cauſſis prædictarum diſpoſitionum, & primo ſtomachi.*

NOBILIS vir dominus Nicolaus de Canali Paduanus Prouiſor caſtrenſis qua-
druplici diſpoſitione laborat, ſiue has diſpoſitiones ægritudines aut accidentia,
nominare velis. Et prima quidem eſt lapſus in ſtomacho eius frigidus a multitu-
dine materiei phlegmaticæ dependens. Cuius etiam ſtomachi frigiditas materias phle-
gmaticas mucilaginoſas, & aqueas eſt generatiua. Et ipſa etiam materia prædicta multa
in ſtomacho congregata eſt cauſa augmentandi malã complexionẽ frigidã & humidã
in ſtomacho prędictam propter diuturnitatem moræ ipſius materiei phlegmaticę in i-
pſo ſtomacho, vnde vtraq; iſtarum duarum eſt reciproce alterius augmentatiua. ¶ Pro-
C pter quod valde facile intelligi poteſt diuerſitas accidentiũ, quæ in hoc viro frequenter
eueniunt, frequenter enim rugitus, eructationes & inflationẽ in ſtomacho percipit, p-
pter partem iſtarũ materierũ in ventoſitates conuerti; quæ ſi ſubtiles ſunt & ſuperiora
petunt, eructuando emittuntur. Si a. craſſi verſus fundum ſtomachi & portanariũ eius
ad inteſtina, propelluntur ibidẽ faciendo dolores tortuoſos. Si a. tales ventoſitates mul-
tę ſint & mediocres inter craſſas & ſubtiles, tunc in tota ſtomachi ſpatioſitate retentæ
ipſum ſtomachũ inflant & extendunt cũ magnis doloribus, quandoq; diaphragmati &
hypochondriis & toti pectori cõmunicantur. ¶ Et ex hoc fundamento poteſt etiã in-
telligi, quare quandoq; diminute digerat, & grauetur eius ſtomachus, ita vt frequenter
deponatur cibus, prius quam bene ſit digeſtus. Et iterum quandoq; tertiũ ſequitur ac-
D cidens, quod eſt corruptio digeſtionis, quæ comprehenditur a ſapore acuto vel mordi-
catiuo in ore perceptis, propter quod eructuationes quandoq; emittit acres, aut aceto-
ſas, aut acutas cum magna mordicatione percepta in toto ſtomacho eius. ¶ Secundo
de cauſis oppilationum epatis.

Secunda vero principalis diſpoſitio huius viri eſt ægritudo compoſitionalis epatis
ipſius, quod non raro, immo frequenter oppilatur. Et licet epar eius naturaliter ſit cali-
dum & humidum & membra calida ad oppilationes per ſe ſint indiſpoſita, quia calidi-
tatis eſt dilatare, ſicut frigiditatis coanguſtare. *2. techni.* tamen in epate ipſius oppilati-
ones accidunt frequenter altero duorum modorum, aut quia phlegmata multa in ſto-
macho eius congregata, vt patuit in cap. præcedenti, diſſoluta vel colligata, aut mobili-
E tata a rebus calidis in cibis acceptis & in potibus faciunt materias iſtas effundi ad epar,
in cuius concauitate propter anguſtas vias eius faciunt oppilationes prædictas. Et ſecũ-
da iſtarũ oppilationũ cauſa poteſt eſſe, quia materiæ iſtæ phlegmaticæ frequenter com-
miſcent chylo reddentes ipſum frigidũ, craſſum & viſcoſum, oppilatiuũ ipſius epatis, di-
geſtio n. diminuta ipſius ſtomachi raro & nõ bene corrigitur a digeſtione epatis, vt col-
ligendum *13. tertii.* ¶ Ex quo apparet ſolutio pluriũ, quæ in eo apparent, frequenter n.
in hypochondrio dextro ſentitur grauitas & tenſio, frequenter etiam in eo apparet no-
cumentum diminutionis in vrina. Et hoc eſt, quando oppilatio cadit in gibbum epatis,
ſicut frequenter in eo accidit fluxus albus, quem illuſtres viri chyloſum appellãt, & hoc
eſt, quando accidit oppilatio in concauo epatis. Cum enim concauum epatis oppila-
tur, neceſſario clauduntur viæ venarum portæ, ſed ipſis clauſis non poteſt recipi chylus
F in epate, cum ergo pellitur & defertur chylus a meſeraicis ad epar, neceſſe eſt ipſum re-
tropelli ad inteſtina, & ad hoc accidit fluxus chyloſus. ¶ Hæc ſunt accidentia commu-
nia ad oppilationes quæ iterum ſi perdurãt vel in concauo vel gibbo epatis, neceſſe eſt,
vt finaliter perducant ad febres putridas, propter oppilationes enim retinentur in epa-
te materiæ, quæ deberent expelli per gibbum ad emulgentes & ad renes, quæ etiam ma-

teriæ deberent recipi in veſica fellis,ſed ad retentionẽ talium materierum prohibetur A
debita euentatio,ad prohibitionẽ euentationis intenditur caliditas in epate,& ad intẽ-
ſiuã caliditatẽ ipſius ſequitur aut ſimplex ebullitio in ſanguine, & fit ſynochus ſine pu-
tredine cũ effumatione ad ipſum cor,aut fit ebullitio cũ putrefactione cordi effumãte,
& erit tunc putrida febris. Ex quibus omnibus iſte vir intelligere poteſt,quare frequen-
ter ægrotet febre cholerica pura & impura & aliarum ſpecierum.

Tertia & principalis diſpoſitio huius viri eſt lapſus renum ad calidum & ſiccum,
cum quo lapſu frequenter applicantur oppilationes & dolores in eis, & iſtæ oppilatio-
nes plurimũ fiunt a materia phlegmatica deſcendente ad renes a ſtomacho vel ab epa-
te,q̃ faciunt oppilationes nõ ſolũ in panniculo colatorii renũ,licet ẽt in carnoſitate eo- B
rum,& cognoſcitur hoc per dolorẽ infra hypochondriũ parumper perceptũ & cõmu-
nicatũ parti poſteriori ſpinæ infra coſtas. Iterũ quandoq; in renib. fiunt oppilationes a
multitudine arenularũ inuiſcatarũ ante pãniculũ colatoriũ a phlegmatica materia de-
ſurſũ deſcẽdẽte. Et apparent tũc vrinæ valde tenues, grumis,petaloidib. & arenis priua-
tę,& diminuitur ẽt vrina,& quandoq; acuta emittitur. Et apparet hoc etiã a poſteriori,
quoniã ſuccedente vrina craſſa & arenoſa poſt tenuem & aquoſam , alleuiant dolores,
qui prius erant. Et adde prædictis quod iſti dolores nõ raro fiant a lapillis genitis in con-
cauo renũ ante panniculum colatoriũ propter arenulas ibidẽ inuiſcatas a phlegmate ꝑ-
dicto, cũ a multa caliditate naturali & accidentali renũ excoquit materia ꝑdicta & con-
uertit in lapides ꝓpter ꝙ 18.3.*ſcribitur*,ꝙ cauſa,ſupple,efficiẽs in generatione lapidis ſit C
caliditas egreſſa a naturali temperamento,ſ.per viã intenſionis. Materialis v. cauſſa eſt
phlegma & arenulæ iã ꝑdictæ. Et nota ꝙ iſte multũ eſt paratus ad generationẽ lapidis in
renibus. Ille enim cui plurimum generatur lapis in renibus, eſt, qui pinguis eſt & hu-
midus.*18.tertii præallegato cap.* ¶ Iterum in renibus non raro accidit dolor a ventoſitati-
bus ibidem etiam generatis & propulſis aliunde. Et diſtinguitur iſte dolor a prædictis
propter ipſum eſſe mobilem & non fixum, neque quietum in parte vna. Cuius oppoſitũ
apparet in dolore proueniente a malis complexionibus materialibus & immaterialibus
fientibus,& a doloribus prouenientibus ab arenulis & lapillis. Iſti n. dolores, dato, ꝙ
quandoq; mobilitentur,ipſi tamen permanent in parte magis prædictis.

Qui ſunt proni ad calculos renũ

Diſtinctio doloris renũ a calculo & flatib.

De cauſis ſodæ. D

Quarta principalis diſpoſitio huius viri eſt ſoda,id eſt dolor capitis, qui quando-
que eſt per eſſentiam capitis appropriatus,quandoque vero per colligantiam eſt parti-
bus inferioribus,ſcilicet ſtomacho,epate & renibus prædictis. In hoc tamẽ viro iſte do-
lor ſimul per eſſentiam,& per colligantiam eſt. ¶ Eſt autem hic dolor proueniens a
mala complexione cerebri eius excellenter humida materialiter & remiſſe frigida,
qui quidem dolor quandoq; grauatiuus eſt,& proprie,quando materia eſt phlegmati-
ca vel melancholica,quandoque vero eſt abſque grauitate, & proprie quando pendet a
vaporibus & ventoſitatibus,quorum non eſt per ſe grauitatem efficere. ¶ Et eſt quan-
doq; iterum hic dolor inflammatiuus, pruritiuus & mordicatiuus, & proprie quando
pendet a materia ſubtili calida eſſentialiter,vel accidentaliter. Et iſte dolor plurimũ eſt E
eueniẽs in hoc viro. Quandoq; etiam dolor capitis eius prouenit a materiebus immer-
ſis in panniculis cerebri ipſius,& tunc apparet dolor extenſiuus maiorem partem cere-
bri ambiens circulariter,qui ab antiquis illuſtribus galeata paſſio nuncupata eſt. Et cum
contingit ipſum eſſe intenſiue magnum & extenſiue,quia pluribus partibus cerebri e-
ueniens & multo tempore perdurans,cephalæa vel cephalalgia nominatus eſt,vt legẽ-
dum eſt *primo continentis primo & ſecundo cap. & 9. Alm. primo cap.* & apud Oribaſiũ *primo pra-
ctica*, & apud plures alios. Et ex hoc fundamento valde facile intelligi poteſt diuerſitas
doloris capitis ei⁹. Sicut n. inflãmatiuus, pruritiuus, pungitiuus & mordicatiuus fiunt a
materia calida,ita grauatiuus, cõpreſſiuus & cõtuſiuus fiunt a materia frigida; & extẽſiu⁹
& pulſatiu⁹ a vẽtoſitatib. vel a vaporib. plurimũ immerſis in pãniculis cerebri. Et ex hoc F
fundamento iterum apparet,qualiter declinante ætate huiuſmodi vir paratus eſt ad ſu-
beth,aliquando ad congelationem,lethargũ,epilepſiã, vel aploplexiã,a q̃b. omnib. tue-
atur ipſum altiſſimus miſericordia ſua. Et ex his omnib. poſtremo concludit, ꝙ neceſſe
ſit hunc virum eſſe ſolertem & vigilantem in regimine ſuo,vt in poſterum apparebit.

Paſſio galeata.

CAP.

A *Cap*. II. *Prima particulæ de regimine per ſex res non naturales.*

QVONIAM a. horũ accidẽtium plurimum apparet prouenire a mala cõplexione
frigida & humida materiali, & principaliter cerebri & ſtomachi, & in epate ẽt
& in renib. eius ſupexcreſcit materia phlegmatica quãplurima ꝑ colligantiã i-
pſorũ ad ſtomachũ: idcirco videt̃ omne regimen huius viri ex parte rerũ non naturaliũ
conueniẽter poſſe erigi vnicuiq; horũ membrorũ cõferens. Quodcunq; n. inſtrumen-
tũ erit rectificatiuũ diſpoſitionis ſtomachi & cerebri, illud erit ẽt conueniens epati &
renib. prohibendo materiam in eis congregari & delegari a ſtomacho ad epar & renes.
Quare regimen debet fundari in applicatione omniũ inſtrumentorũ, quę leuiter cale-
faciant & potenter exſiccent. Qualis n. eſt lapſus & quanta eſt ipſius diſtantia a ꝓprio
B temperamento, talia & tanta debent eſſe inſtrumenta iſtius lapſus correctiua: ſed lapſus
eſt frigidus non valde intenſus, igitur inſtrumenta debent eſſe calefactiua in ſuo gradu
non tranſcendentia ſecundũ gradum. Et iterum lapſus eſt excellenter humidus, ideo
exſiccantia debent eſſe multũ eleuata. Omnia ergo, quæ calefaciunt ab vltima manſio-
ne primi gradus vſq; ad vltimam ſecundi gradus, erunt ei ita conuenientia, ſicut exſic-
cantia in tertio gradu humiditatis multæ erunt correctiua. Itaque aer eius ſit ca- *Aer.*
lefactiuus leuiter & notabiliter exſiccatiuus. Itaq; locus vel camera eius ſit tabulis decẽ-
ter munitus & ab aquis & ab omni humiditate elongatus, & accendatur in eo ignis ſæpe,
& non tamen valde magnus. Et vtatur veſtibus calefactiuis, conuenienter exſiccatiuis.
Similiter vtatur tecturis capitis factis ex panno de grana de dorſis variorũ & ſimilibus.
C In cibis vero eius abſtineat ab omni re infrigidante & humectante, vt a multo vſu aquæ *Cibus.*
frigidæ, lactucæ, vſu betæ, ſpinachię, portulacæ, cucurbitæ, citrulorum. Et effugiat etiam
lac & lacticinia cibaria omnia. ¶ Similiter effugiat vſum leguminum multa euaporati-
one replentium caput & ſtomachum ventoſitatibus & vaporibus, & non curet come-
dere piſces vel cancros, niſi valde raro & in pauca quantitate. ¶ Similiter euitet quanti-
tatem fructuum humidorũ, vt ceraſorum & auellanarum humidarum, pyrorũ, perſico-
rum, & chryſomelarum. Caueat comedere fungos & ſpongiolas. ¶ Et cerebrũ, medul-
las & partes animalium pingues raro & in pauco vſu accipiat. ¶ Vtatur a. in cibis ſuis cõ-
uenienti quantitate ſalis & aromatũ, vt cinamomo & ſimilib. ¶ Et vtatur carnibus ſalitis
ſimplicib. vel conditis, vt ſunt landutuli & ſimiles. ¶ Item aſſatis, & proprie leuiũ carniũ,
D & elixis, licet rarius. Et præter hæc quæ tacta ſunt, poteſt vti omni alio genere ciborum
ad libitum ſuum. ¶ Vino a. vtatur albo vel rubeo medioctis potentiæ, claro & aromati-
co abſq; aqua, aut ſaltem valde parum ponatur de ea in vino. ¶ Poſt cibum a. ſuum non *Potus.*
dormiat niſi tranſierit vna hora vel vna cum dimidia, & tunc dormiat c̃ipite condecen- *Somnus & vigilia.*
ter eleuato, prius ſuper dextro latere, deinde ſuper ſiniſtrum ſe reuoluat. Minime au-
tem dormiat ſuper facie. Et non multum etiam iaceat ſuper ſpinam, neque ſuper
renibus.

In cibis autem accipiendis hæc obſeruet. Primo nunquam comedat, niſi verus ſu-
peruenerit appetitus. ¶ Secundo nullum cibum accipiat, niſi bene prius maſticatum. *Regula circa cibũ obſeruanda.*
¶ Tertio non curet accipere cibaria valde plura numero in vna menſa. ¶ Quarto non
E vtatur cibariis ſpecie diuerſis, ſicut eſſet vſus carnium, piſcium, rerum dulcium, acrium
cum aromatibus conditorum, & ſic de aliis in vna menſa acceptis. ¶ Quinto non pro-
longet moram duarum horarum in comedendo, vt quidam delitioſi faciunt, ſed expẽ-
datur media hora, aut ſaltem vna. ¶ Sexto caueat exercitari violenter poſt cibum, imo
vtilius eſſet ei quieſcere per tres horas aut quatuor, ſed ieiuno ſtomacho exercitari val-
de conueniens eſt ei, vt equitare, pedibus ambulare, circuiendo ciuitatem vel alium lo-
cum, in tãtum quod caliditas eius parum exercitata perducat ipſum ad leuem ſudorem,
alio autem tempore quieſcat. ¶ Vltimo vero quantum poteſt effugiat iram, furorẽ vel
iracundiam & animi ſollicitudines magnæ triſtitiæ inductiuas, & delitioſe vtatur animi *Motus animi.*
accidentibus, ſemper memorando, quod a coitu abſtineat poſt cibum, niſi tranſeant
F horæ ſeptem ad minus. Hæc ſunt, quæ de regimine rerum non naturalium obſeruare
oportet.

Secunda v. pars principalis huius tractatus aperiet regimen medicinale acciden- *De regimine medicinalium.*
tibus huius viri conueniens. Et iã apparet ex primo cap. pręcedentis particulæ, ꝙ opor-
teat inſtrumenta medicinalia eſſe calida non valde notabiliter, & amplius exſiccatiua.

Et quia omniũ fere prædictorũ accidentiũ primaria cauſa eſt ſtomachi debilitas proue- A
niens ex mala cõplexione ſtomachi frigidi & humidi, multi phlegmatis, aquoſi & muci-
laginoſi multiplicatiua, ideo primo ponam tria remedia iſtius diſpoſitionis ſtomachi re-
ctificatiua. ¶ Et quia hæc ſtomachi mala diſpoſitio multiplicando prædictas materias,
eſt cauſa magna, vt fiant in epate accidentia prædicta, ideo pro rectificatione epatis po-
nẽtur duo remedia epati ſpecialiter appropriata. Etiã quia pdicta nocumenta ſtomachi
& epatis ſunt magna cauſa oppilationis renum & fixionis materierum viſcoſarum in eis:
ideo *in tertio cap.* ſcribentur quatuor remedia ſimul epati & renibus communia. Et quia
adhuc multa materia euaporans capiti replens ipſum efficit in eis dolores prædictos:
idcirco quatuor ſpecialia remedia ad dolores capitis eius deſcribam appropriata.

Cap. I. *Particulæ ſecundæ de tribus remediis rectificatiuis ſtomachi.* B

ITAQVE pro complemento huius particulæ ſecũdæ, primo neceſſariũ eſt, quod
iſte vir ſaltem per tres vel quatuor annos purgetur in vere & in autumno, vt nũc
ſequitur. ¶ Poſt medietatem menſis ergo Octobris de hoc an. xxi. purgetur ſe-
Potio. cundum hunc modũ. ℞. *electuarii Indi ʒ iij. benedictæ ſimplicis ʒ ij. ß. boni ponderis, bibatur in
aurora cum medio cyatho aquæ ſublimationis vel decoctionis radic. petroſel. calefactæ, & dormiat poſt
aſſumtionem eius per vnam horam cum dimidia & non plus.* Et nõ comedat neq; bibat niſi poſt
v. horas, tunc ergo bibat ſcutellam vnã prædictæ aquę petroſel. cum ſaccharo calefacto,
& poſt ipſam per vnam horam accipiat prandium ſuum. ¶ Die v. ſequenti immediate
hora præſcripta accipiat hoc digeſtiuum calidum, quod continuet diebus ad minus ſe- C
Potio digeſtiua. ptem. ℞. *mellis roſ. ℥ ß. ſyrupi acetoſi compoſiti ℥ j. aquæ abſinthii & betonicæ an. ℥ j. aquæ cichoreæ ℥
j. ß. miſce & totum ſit vna potio.* ¶ Die v. octauo ſequenti purgetur cum hac medicina. ℞. *i-
Potio purgans. reos ʒ vj. electuarii de dactyl. ʒ ij. ß. accipiatur hæc medicina in aurora cum medio cyatho vini al. ca-
lefacti, & obſeruentur poſt ipſam ea, quæ dicta ſunt in prædicto minoratiuo obſeruanda.*

Potio purgans. Pro purgatione autem veris in fine menſis Februarii procedatur per iſtum mo-
dum. ℞. *electuarii diaphœnicenis ʒ ij. ß. agarici electi ℈ j. zinzib. gra. vj. ſalis gemmæ gra. ij. biba-
tur totum cum medio cyatho aquæ betonicæ vel fœniculi, & obſeruentur ea, quæ in minoratiuo au-
Potio digeſtiua. tumni dicta ſunt.* ¶ Sequenti vero mane accipiat hoc digeſtiuum. ℞. *oxymellis ſquillitici
℥ ß. ſyr. compoſiti acetoſi ℥ j. aquæ abſinthii, fœniculi & eupatorii an. ℥ ß. miſce, & calidum accipiatur,
& obſeruentur ea, quæ de digeſtiuo autumni dicta ſunt.* ¶ Octauo vero ſequenti die purgetur D
cum hac medicina. ℞. *caſſiæ de canna extractæ cum aqua fœniculi ℥ j. reubar. aga. electorum ana
Purgans. ℈ j. ſpicæ, zinz. electi ana gra. v. ſalis gemmæ gra. j. miſce & accipiatur hæc medicina cum ℥ ij. aquæ
eupatorii calefactæ, & obſeruentur ea, quæ de inferioribus dicta ſunt ſolutiuis.* ¶ Secundum vero
Electuariũ principale remedium ſtomacho, immo epati, renibus & capiti eſt hoc. ℞. *ſpecierum dia-
trionpipereon & diambræ ana ℥ ß. ſpecierum diarodon abbatis ʒ ij. granorum phiſticorum ℥ ij. ma-
cis ℈ j. caryoph. ʒ ß. mellis roſ. ℥ iiij. ſacch. al. ℥ v. coquatur ſaccharum cum melle roſ. vſq; ad ſpiſſitu-
dinem, & additis phiſticis per vnam noctem infuſis in aqua abſinthii calefactam & minutiſſime con-
tritis, & aliis ſpeciebus, fiat electuarium,* de quo patiens poſt purgationem veris accipiat o-
mni mane per quatuor horas ante cibum ad quantitatem vnius nucis muſcatæ degluti-
endo ipſum cum cochleari, & tantũdem accipiat de eo per duas horas poſt cœnã. Et cõ- E
ſimiliter accipiat de eo poſt purgationem autumni bis vel ter in ſeptimana horis prędi-
ctis vſq; ad menſem Februarii. Ego enim non dubito hoc eſſe remedium ad ſanandum
ipſum. ¶ Tertium vero inſtrumentum principale ad diſpoſitionem ſtomachi eſt hoc.
Puluis purgans. ℞. *turbith al. electi ʒ j. pulueris hermodactylorum ℈ iiij. folliculorum ſenæ ʒ ij. cinamomi ʒ iij. macis
ʒ ij. tartari ℥ j. fiat puluis per ſe ſubtilis, deinde commiſceantur omnia ſimul, & de hoc puluere accipiat
ʒ ß. bis in ſeptimana ſaltem immediate ante cœnam cum medio ſcutellino brodii carnium aut vini vel
aquæ cum ſaccharo cocto calefactorum.* Et poteſt vti ipſo in omnibus diebus vitæ ſuæ & tem-
pore, quo aſſumit ſyrupos, ad hoc vt venter remaneat fluxibilis conuenienter vſquequo
percipiat ſe fore ſanum; educet enim phlegmata & omnes ſuperfluitates humorales &
fæcales a ſtomacho & inteſtinis. F

Cap. II. *De remediis appropriatis epati.*

LICET inſtrumenta medicinalia in præcedenti cap. poſita magnã conuenientiã ha-
beant ad diſpoſitiones epatis huius viri, nihilominus quia per longam morã ſupflui-
tatum

A tatum in epate eius frequenter accidit ipſa putreſcere in epate & perducere ad febres ſuperius tactas: ideo hic duo deſcribam ſingularia remedia epati & febribus inde prouenientibus conuenientia. ¶ Quorum primum eſt hoc. ℞. *ſyr. de endiuia ℥ j. ſyr. de eupatorio ℥ ß. aquæ cichoreæ ℥ ij. aquæ fœniculi ℥ j. miſce & accipiatur pluribus diebus vſquequo vrinæ reuertentur in tinctura ſua.* [*Potio.*] Et ſi volueris hoc digeſtiuũ facere extinctiuum magis, tunc loco ſyrupi de eupatorio ſumetur tantundem de ſyrupo de acetoſitate citri, & erit nobilis operationis, &c. ¶ Secundum remedium ſpeciale eſt hoc. ℞. *reubar. electi ℈ ij. agarici ℈ j. electuarij diapruni ſimplicis ℥ j. bibatur cum ℥ ij. aquæ eupatorij, & tardetur cibus eius*, & aliæ obſeruentur conditiones, quæ in ſolutiuis prædictis ſunt ſcriptæ. [*Aliũ.*]

Cap. III. *De remediis renibus appropriatis.*

B Apparvit ex primo cap. quod hic vir non raro incurrat dolores renũ a materia ibidem fixa extendente & ſubito alterante, & quod mala complexio radicalis calida eorum ſit cauſſa conuerſionis materierum in arenulas & lapillos, & ꝓpter hæc quatuor conſcribuntur ei. ¶ Quorum primum eſt adminiſtrandum, quando percipit grauitatem in ſpina, tenſiones & ventoſitates in inteſtinis rugientes, & frequẽtiam vrinandi cum paucitate eius & aliqua punctione, tunc enim ſtatim accipiat hoc digeſtiuum. ℞. *aquæ decoctionis vel ſublimationis radicũ vrticæ ℥ ij. benedictæ ℥ iij. caſſiæ nuper extractæ de canna cum aqua milij, ſolis vel ſaxifragiæ ℥ ß. miſce & calidum totum accipiatur hora & regulis obſeruandis omnibus, quæ in ſolutiuis dicta ſunt ſuperioribus.* [*Digeſtiuum.*] ¶ Secundum principale remedium eſt hoc. ℞. *granorũ pinearũ ʒ j. ß. ſem. endiuiæ, acetoſæ, bruſci & aſparagi an. ʒ j. ß. ſem. milij, ſolis minutiſſime contritorum ʒ vj. ſem. lactucæ, portulacæ an. ʒ ij. ß. fiat puluis per ſe omnium ſubtilis, in cuius fine addantur vitri cõbuſti ʒ vj. deinde commiſceantur cum dupla quãtitate ſachari albi puluerizati.* [*Tragea.*]

C Cum ergo percipit grauitatem vel tenſionem in partibus renum & iliorũ & punctionẽ in vrina & frequentiam eius, tunc vtatur hac tragea ſemper de ipſa degluttiendo cochlear vnum ante omnẽ cibum. ¶ Tertium remedrũ ad hãc intentionem eſt hoc. ℞. *lapidis ſpongiæ & Iudaici, vitri combuſti an. ʒ j. ſem. apij, petroſel. dauci ana ℈ iiij. radicis ſaxifragiæ ʒ iij. ſucci liquiritiæ ʒ j. ß. formentur pilulæ cum ſucco apij de omni ʒ vj. & de iſtis accipiantur in aurora quinque, poſt quas bibat ℥ ij. aquæ ſaxifragiæ, & de eiſdem bonum erit accipere duas per totam ſeptimanam immediate ante prandium & cœnam.* [*Pillulæ.*] Aperiunt enim oppilationes epatis & renum, educendo lapillos, grumos & arenas conuenienter. ¶ Quartum vero remedium eſt hoc, vt vtatur confectione de phiſticis per xv. dies, quando ſentit accidentia prædicta accipiendo de ea duo fruſta ſemper in principio prandii & cœnæ, &c.

D

Cap. IIII. *De regimine capitis huius viri tempore inſtantiæ doloris eius.*

Cvm ergo hic vir percipit dolorem capitis cum grauitate ſua, ſomnolentia multa, pigritia totius corporis, venarum craſſitie, tenſione & rubicunditate partiũ capitis tendente ad aliqualem obſcuritatem, tunc ſtatim hora electa fiat phlebotomia cephalicę apud pollicem inuentę, per quam educantur ſanguinis ℥ iiij. vel v. [*Venæ ſectio.*] Et attẽdat, quod ſi doleret dextra pars magis, quam ſiniſtra, tũc melius eſt phlebotomare ſiniſtrã, & econuerſo, dolẽte magis ſiniſtra quã dextra, phlebotometur dextra.

E ¶ Secundũ vero inſtrumentum principale eſt, ꝙ mane ſequenti poſt phlebotomiam purgetur cum iſta medicina. ℞. *electuarij roſ. ʒ j. ß. electuarij Indi ʒ ij. boni ponderis, miſce cum medio cyatho aquæ ſaccharatæ & calidæ, & accipiantur & obſeruentur poſt ipſam regulæ in alijs ſolutiuis frequenter tacta, &c.* [*Potio ſolutiua.*] ¶ Tertium vero principale remedium eſt, quod poſt euacuationem immediate dictam per quinque dies inſtante adhuc dolore capitis applicentur ipſi ventoſæ in loco alcheel lateraliter ad ſpondylos in carnoſis partibus ſpatularum. [*Cucurbitulæ.*] Eſt autem alcheel locus, vbi finis colli coniungitur cum principio ſpatularum. [*Alcheel.*] ¶ Vltimum vero inſtrumentum ſedatiuum doloris capitis actualiter exſiſtentis & præſeruatiuum ab euentu eius eſt hoc. ℞. *reubarb. electi ʒ j. maſticis, ſpicæ nardi an. ℈ j. diagridij gr. v. ſalis Indi gra. vj. polypodij, folliculorum ſenæ, tartari an. ʒ ij. fiat omnium per ſe puluis, de quo iſte vir in ſeptimana bis omni ſine quinq; dierum parũ ante cœnã accipiat ℈ j. cum modico brodij, aut aquæ ſacharatæ, aut vini, educet enim ſuperfluitates fæcales & mucoſas, cholericas & melãcholicas, diſtrahẽdo eas a capite.* [*Puluis purgãs.*]

F Et nõ miret aliquis, ꝙ huic viro nõ deſcripſerim pilulas aliquas, ipſe n. nequaꝗ põt aſſumere eas. ¶ De ablutione v. capitis ipſi⁹ meli⁹ eſſet ipsã dimittere, & vti frequẽti pectinatiõe & fricatione

mediocribus. Si autem non vult dimittere lotionem, faciat lixiuium cum decoctione maioranæ & abluat cum eo caput cũ ſapone albo, & exſiccando ipſum immediate poſt ablutionem. Hæc ſunt remedia optima pro curatione diſpoſitionum iſtius nobilis viri. Glorioſus autem altiſſimus pietate ſua dirigat eas in ſalutem ipſius. Amen. A

CONSILIVM CXXX. *De mala complexione ſtomachi frigida & humida a longo tempore & etiam a generatione contracta cum dolore ſtomachi, hypochondriorum & totius ventris infrigidioris cum lipothymia vel ſyncope & in potentia ad motus corporeos cũ vertigine vel ſcotomia. Diuiditur autem Conſilium in tria capita.*

CAP. I. *De cauſſis prædictæ malæ diſpoſitionis.*

DISPOSITIO huius nobilis viri, domini Leonardi Noribergenſis eſt mala complexio frigida & humida ſtomachi a longo tempore contracta in ipſo, ſicut ex mihi narratis apparet. Ego vero ex ſignis ſumtis a ſubſtantialiter inhærentibus ab actione læſa vel ab operationibus, quod idem eſt, & ab exeuntibus conſideraui, non ſolum a tempore illam malã complexionẽ, verum etiam in ipſo a generatione cõtractã. B ¶ Potuit autem hanc malam cõplexionem intendere & deteriorem facere exceſſus in aliqua de ſex rebus nõ naturalibus, aut nimia ciborum & potuum non ſuo tempore & ordine frequens aſſumtio. ¶ Similiter etiã immoderata exercitia poſt cibi aſſumtionẽ conſueta, adhuc etiam immoderatæ & fortes repletiones ventris conſtipationem conſequentes. ¶ Iterum & fortes euacuationes per ſolutiua pharmaca factæ aut per frequẽtatas phlebotomias & ventoſationes. ¶ Similiter etiam & immoderatus coitus, in quo iuniores ſæpe & multum imperite peccare ſolent. De rebus autem maxime debilitantibus membra eſt coitus, qui & licet virtutes omnes corporis cõpaginẽ diſſipãdo deijcit, ſtomacho, cerebro & reliquis exanguibus membris permaxime nociuus exiſtit. Ad hanc eti..m debilitatem vigorandam non parum ſuperaddunt paſſiones animi, vt triſtitia, cogitatio doloroſa, anguſtia mentis, ira furibunda, cordis affectuoſa cõmotio, & ſibi ſimiles animi commotiones. Exterminant enim hæc accidentia & mutãt corpus ab ea quæ ſecundum naturam conſiſtentia, 3. *techni in principio.* C

Nocumẽta immodici coit⁹

CAP. II. *De cura huius malæ diſpoſitionis per regimen ſex rerum non naturalium.*

INTENDENS igitur talis diſpoſitionis cõſilium ſalubre dirigere primitus, dico, quod harum rerum nõ naturalium immoderatam applicationẽ per ſui contrarietatem corrigẽdam ſanitatis conſeruator vel recuperator diligenter attendat. Neq; enim huic diſpoſitioni actum conſeruatiuũ omnino exiſtimo ſufficere, cum vt apparet, diſpoſitio ab æqualitate multum exceſſerit, quare non omnino ſimilibus, ſed partim contrariis & eiſdem ad naturalem diſpoſitionem reduci debet. D

Aer. Euitet igitur patiẽs iſte intemperiẽ aeris frigidi & humidi, vẽtoſi, caliginoſi & nebuloſi, ſimiliter & ſtationẽ in domibus & cameris terraneis frigidis & humidis & teſtudinali ædificio munitis, ſeptentrionali etiã flatui multũ apertis, maxime autẽ locus dormitionis ſuæ aſpectum habeat orientalem & meridionalẽ, quem eurus & auſter frequẽtius viſitent, minime vero boreas & fauonius. ¶ *Veſtes.* Veſtibus a. optime calidis in hyeme & magis calidis in ęſtate, quã recentibus vtatur, quæ pectori, toti ventri, maxime vero ſtomacho optimam faciant adhærentiam. ¶ Laudo autẽ q; ſuper ſtomacho maxime quolibet tempore portet pellem vnã vulturis, & cum ſua penna ſuper cute ſtomachi nudã extendat. ¶ Similiter etiam confert fruſtũ panni de pilo gazelli biuario nominato, quo noſtris temporibus Itali galeros portare cõſueuerunt. ¶ Soleo & ſtomachis frigidis, humidis & ventoſis applicare ſacculum ex medietate plumæ anſeris, & alia medietate pilorum leporis & panno lineo conſtructum, quem frequenter iubeo calefieri & thure ſuffumigari euaporationibus, & tali ſtomachum coopertura muniri. Eſt enim in diſpoſitionibus illius maxime iuuatiua, in quo credo principium diſpoſitionis curationis huius nobilis principaliter exſiſtere. E

Somnus & vigilia. Circa ſomnum autem & vigiliam ſic procedere debet. Cum enim ſtomachus eius in digeſtiua vehementer debilitatus exſiſtat, in quo etiam multę generant ventoſitates q̃ dolores extenſiuos fortiſſimos in eo facere ſolent, virtutem nõ ſolum eius, ſed cordis etiam & cerebri maxime proſternentes, vt apparet ex lipothymia & virtutis motiuę impotentia, tempore doloris ſtomachi conſequẽtibus: ea propter in ſomno notabile F

tempus

A tempus extendere debet, cum in eo virtus digeſtiua magis, quam in vigilia confortet.
Efficit enim ſomnus operationes omnes naturales fortiores, *2. primi cap. de his, quæ proue-
niunt ex ſomno & vigilia.* ¶ Incipiat igit᷑ dormire poſt cibum vna hora tranſacta tempore
æſtatis, duabus vero in hyeme, ſitq; menſura ſomni nõ minus octo horarum tempus in-
cludens, dormiat ſuper dextro prius latere, deinde ſuper ſiniſtro, & tertio ſuper ventre.
Omnino autem ſupine dormire fugiat. ¶ Semperque in dormiendo ſit omni tempore
pannis bene coopertus, & maxime ſuper ſtomacho ſit coopertus coopertura alicuius
ſupraſcriptorum ſacculorum bene munit⁹. ¶ Vigilias autem exceſſiue corpus exſiccan-
tes effugiat, niſi forte robuſtior efficeretur ceſſante iam morbo.

Quieſcat autem omni tempore poſt cibũ, maxime ſuper ipſo exercitetur aut le- *Motus & quies.*
B uiter ambulando, gradarium equum equitando, naues non velociſſimi tranſitus naui-
gando, ſermones & hiſtorias delectabiles conferendo, nullus enim exceſſiuus motus
aut exercitium totius corporis, aut alicuius partium videtur ipſi eſſe conueniens, velut
luminoſa corpora longo tempore & frequenter inſpicere, maxime dum fuerint ſolariis
radiis repercuſſa, ſimiliter etiam nimia vociferatio, frequens ſtomachi & hypochon-
driorum fricatio eidem inconuenient.

Repletionem vero totius corporis, aut alicuius partis exceſſiuam, & maxime ſto-
machi euitare debet. Ex prædictis apparere poteſt, aliarum etiã partium præter ſtoma- *Repletio & inanitio.*
chum, multã repletionem nõ paruam debilitatem ſtomacho conferre poſſe. Ipſe enim
propter aliorum membrorum nocumenta frequentius & magnifice compatitur. Colli-
C gatur enim ſtomachus capiti, cordi, pectori, epati, ſpleni, renibus, veſicæ & matrici, vt
intelligenti compoſitionem humani corporis ex anatomia apparere poteſt, quare ni-
mirum ſi aliarum partium plenitudine contriſtatur. ¶ In cibatione igit᷑ ſua euitet quã-
titatem ſtomachum grauantem & ſimiliter potum, deterior enim cibatio eſt, q̃ ſtoma-
chi grauitatem facit, ſicut deterior potus, qui in ſtomacho fluctuat. *3. primi cap. de regimi-
ne per cibum & potum.* Similiter etiam tempore ieiunii prolixi magnam ciborum quanti-
tatem effugiat. ¶ Cum autem ſe fore repletum perceperit, ſtatim ad euacuandũ inten-
dat, melior autem modorum euacuationum eſt primo adminiſtratio clyſteris huius.
℞. *decoctionis foliorum betæ, maluarum, mercurialis, & furfuris* ℔. j. *olei de aneto* ℥ ij. *olei de ruta* ℥ *Clyſter.*
ß. *ſalis gemmæ* ʒ j. *electuarij de baccis lauri* ʒ ij. *benedictæ hieræ ſimplicis an.* ʒ iij. *caſſiæ fiſtul.* ʒ vj. *ac-*
D *cipiatur in mane tempeſtiue, & venter optime muniatur a frigore, & erit vtile in hieme.* In tempo-
re vero æſtatis *addantur prædictæ decoctioni foliorum violarũ M ij. olei viol.* ℥ ij. *olei de ruta* ʒ vj.
& fiat vt ſupra. ¶ Loco autem clyſteris, quia ſolet eſſe Germanis ingratum, pro commu-
ni euacuatione accipiat hanc potionem. ℞. *hieræ Gal. deſcriptione eiuſdem, ſeptimo terapeu.* *Potio purgans.*
ʒ x. *benedictæ ſimplicis* ʒ ij. *accipiat in aurora cum medio cyatho vini calidi, & tardet cibum ſex ho-
ris poſt eius aſſumtionem præmittendo parum brodij pulli gallinæ cum ſacharo calidi per horam ante
prandium.*

Si autem abhorreret hoc pharmacum propter eius amaritudinem accipiat
ʒ j. vel ℈ iiij. pilularum quas mea experientia optimas in ſimili diſpoſitione inueni. ℞. *a-* *Pilulæ.*
loes bonæ epaticæ ℥ iij. *agarici electi* ℥ j. *ſalis gemmæ* ʒ j. *infundantur omnia in ſucco rutæ, per octo dies,*
E *deinde cooperiantur tegula bene calida vſq; ad ſucci conſumptionem. Poſt hæc autem prædictis hæ ſpe-
cies addantur.* ℞. *ligni aloes* ʒ ß. *croci* ℈ j. *ſpicæ nardi, ſquinanti an.* ℈ ß. *reubar. boni electi* ℈ ij. *fiant
pilulæ ex quibus accipiatur vt ſupra.* Diligenter autem attendat, quod pilulæ iſtæ poſt eua-
cuationem perfecte ſaluabant ipſum, accipiẽdo ex eis vnam vel duas bis vel ter in ſepti-
mana per horam vnam vel mediam ante cœnam.

De accidentibus autem animi fugiat omnia animum contriſtantia & inordi- *Motus animi.*
nate diſtrahentia ſpiritus tenebroſos & inconuenientes operationibus naturalibus, vi-
talibus & animalibus facientia, velut ſunt cogitatio, ſolicitudo de re triſti, aut doloroſa
de re precioſa irrecuperabiliter amiſſa. Circa morbum etiam eius affixe multum fu-
giat meditari. Iocundus autem & lætus ſtudeat eſſe & delectabilius inſiſtere. ¶ Deli-
F tioſam autem ſenſationem, & maxime ad quam grandis ſequitur ſpirituum reſolutio,
omnino euitare debet, velut eam, quæ coitus eſt. Eſt enim non ſolum ſtomachi; ſed
totius corporis compaginis diſſipatiuus, vt ex præmiſſis apparuit. Omnino igitur in-
temperiem eius effugiat & maxime ſuper cibo, diſtrahit enim ſpiritus ad digeſtionis o-
perationem requiſitos.

Cibi vitandi. De cibis autem etiam & eorum vſu non minus contemplandum eſt. Euitet igitur A omnes cibos difficilis digeſtionis, velut panem azymum non bene coctum. Carnes bouinas, porcinas, caprinas, & animalium ſylueſtrium magni corporis. Similiter & lentes, oryzam, & legumina omnia ſaltem elixa nō contuſa. Adhuc etiam fructus, velut pyra, caſtaneas, dactylos, granata & reliqua tam fructus, quam ſemina difficile tranſmutabilia. ¶ Effugiat etiam omnia ventoſa facilis corruptionis, velut lac, lacticinia omnia, caſeum mollem & recentem, erucam, boraginem & lactucā, perſica, chryſomela, & in ſumma omnia frigida & humida. ¶ Item viſcoſa cibaria omnia, vt ſunt piſces omnes in aqua decocti: cutes, ventres, collum & pedes, panniculoſas & neruoſas partes animalium omnium.

Eligendi. ¶ Sit igitur panis eius trium aut quatuor dierum ad plus optime fermentatus & conuenienter coctus, qui ſi fuerit torrefactus, ſtypticę partes abiiciantur. ¶ Ex carnibus B cōueniunt pullinę, columbinæ, perdicum, phaſianorum, auium minutarū & ſylueſtriū, vt capretinæ, capreolinæ, annuales agni, vitulinę, leporinæ & ſimiles ¶ Ex piſcibus autē boni ſunt varioli, torrentinæ, rumbi, lucii & ſimiles facilis digeſtionis & paucę viſcoſitatis. ¶ Ex leguminibus autem placent cicera rubea, iuſcula de hordeo, panico, farre & ſimilibus. ¶ Ex oleribus caules, petroſel. ſaluia, roſmarinus, fœniculus, & quandoq; beta petroſelino admixta. ¶ Ex fructibus ficus ſiccæ ante cibum, recentes autem rarius ſumi debent, vtiles ſunt ipſi amygdalæ, & quandoque dactyli, & phiſtici, pineæ, paſſulæ etiā optime conueniunt. Reliqui autem fructus frigidi & humidi temporibus magni caloris aſſumi poſſunt, raro tamen. ¶ Ex ſaporibus tamen placent acetoſa maxime cum petroſel. mentha, maiorana & reliquis calidis oleribus condita, agreſta etiam ſalita quando- C que vti poteſt, & ſimiliter limonibus, arancia autem & vinum granatorum non placent. ¶ Oua vero omni modo placent, licet frixa minus conuenientia ſint.

Potus. Potus autem eius ſit vinum album, ſubtile, aromaticum, conuenienter vinoſum, nulla aqua commixtum. Si autem magis fumoſum occurreret vinum, cum aqua decoctionis pauci cinamomi lymphari debet.

Cap. III. *De cura prædictæ diſpoſitionis per medicinalia.*

Regimen autem medicinale huius diſpoſitionis in tria partiendum eſt. Primo quidem in materiæ faciētis morbum eradicationē. Secūdo in accidentiū correctionem. Tertio in ſtomachi confortationem, ne materias de nouo regene- D ret & ventoſitates accumulet. Similiter confortandum eſt epar eius & cerebrum, cum vtrumq; horum membrorum videatur eſſe aliqualiter læſum.

Materiæ facientis morbum eradicatio. Pro exſecutione vero primi laudo, quod fiat euacuatio in principio ſequentis mēſis cum his inſtrumentis. ¶ Primo quidem vno mane accipiat ℈ iiij. ſupraſcriptarū pilularum cum modis ibi tactis gratia minoratiuæ euacuationis. ¶ Sequēti vero mane accipiat ℥ v. ſyrupi huius, quem continuet octo diebus.

Syrupus. ℞. *origani, calamenti, pulegij, ameos, aſari, eupatorij, ſtœchados, betonicæ ana* ℳ j. *ligni al: caſſiæ ligneæ, reupontici, granorum paradiſi, cardamomi minoris, cubebarum an.* ʒ j. *ſem. rutæ, ſiſeleos an.* ʒ. *iij. maſticis, xylobalſami an.* ʒ j. ß. *cinamomi electi* ʒ *iij. contundantur omnia & infundantur in* ℔. *xij. aquæ fontis per dies vij. deinde coquantur vſq; ad conſumtionem duarum partium, poſtea colentur & vehementer exprimantur.* E *Cui colaturæ addantur tempore hyemis* ℔. *ij. mellis, tempore vero æſtatis* ℔. *ij. ſachari, deinde iterum coquantur bene ſpumando vſque ad conſumtionem medietatis & remaneat ſyrupus.* Si autem velis ipſum obſeruare, ſicuti ſoleo, ponātur in prædicta colatura ℔. ij. ß. ſachari, coquantur vſque ad ſpiſſitudinem ſecundum artem ſyrupizandi. Cum autem plene coctū fuerit, facio ſyrupum hunc & exhibeo ex eo ℥ ij. cum ℥ iiij. aquæ decoctionis ligni aloes, & eſt magnificæ operationis ad frigiditatem, humiditatem, ventoſitatem & rugitus ſtomachi, & confortat digeſtiuam. Similiter cor & caput, vt intelligenti apparere poteſt.

Alius. ¶ Si autem non poſſet talis ſyrupi confectio fieri, accipiatur hæc deſcriptio facilior. ℞. *ſyrupi de calamento* ℥ j. *geleniabin* ℥ ß. *aquæ decoctionis ligni al.* ℥ *iij. miſce & detur vt ſupra in aurora calidum per horas v. ante prandium.* ¶ Facta vero materierum digeſtione, quæ F cognoſcitur ex mediocritate coloris & ſubſtantiæ vrinæ, coniunctione, æqualitate, leuitate hypoſtaſis in fundo ſedentis, purgetur cum hoc: ℞ *electuarij Indi deſcriptione Meſuæ* ʒ *v. dentur in aurora vt ſupra dictum eſt, cum* ℥ *ij. decoctionis aquæ ligni aloes.* ¶ Si vero

Pilulæ. abominaretur medicinam liquidam accipiat iſtas pilulas. ℞. *pilularum Indarum deſcriptio-*

A *Piione Meſuæ* ℈ j. *pilularum aurearum deſcriptione Nicolai* ʒ j. *fiant pilulæ viij. vel ix. & accipiantur in aurora abſtinendo a cibo vt ſupra.* Hæ enim pilulæ doloribus ſtomachi & colicis ſunt valde proficuæ, paroxyſmus enim colicæ vincitur pilulis aureis. *ſexta tertij.*

Accidentia vero, quæ correctione indigent, ſunt dolor ſtomachi, hypochōdriorum & totius ventris inferioris lipothomia vel ſyncopis, impotentia ad motus corporeos, & vertigo vel ſcotomia ſubſequens. ¶ Pro dolore igitur ſtomachi, nauſea & abominatione ipſius fiat hoc vnguentum. ℞. *olei de maſtice, de mentha, de pul. gio an.* ℥ ß. *olei de croco* ℥ j. *galliæ muſ. ſtyracis liquidæ, reupontici, cinamomi an.* ʒ ß. *pul. betonicæ* ʒ ij. *ceræ q. ſ. fiat vnguentum molle.* *Correctio accidentium. Vnguentum ſtomachale.*

Loco huius vnguenti confert emplaſtrum de meliloto cum ſapa diſſolu-
B tum ſuper panno extenſum & calidum ſtomacho applicatum, vt experientia quotidiana me docuit. ¶ Tertium remedium eſt hoc emplaſtrum. ℞. *abſynthij, betonicæ, origani recentium ana M iij. rutæ recentis, M ij. bulliant in ſapa notabili tempore, deinde conterantur, & ex eis calidis ſtomachus emplaſtretur.* *Emplaſtrum.*

Pro dolore vero hypochondriorum confert clyſtere ſupraſcriptum. ¶ Secundo euaporatio facta cum furfuribus bene calefactis & cum ſacculo hypochondriis applicato. ¶ Tertio confert euaporatio ex ſex partibus milij, & ſeptima parte ſalis, ambobus in ſartagine bene calefactis & cum ſacculo applicatis. ¶ Quarto valde, apponere veſicas oleo oliuarum calido ſemiplenas. ¶ Quinto magnifice, ventoſas ſine ſcarificatione vmbilico & hypochondriis frequenter apponere; quæ etiam conferunt ad totius ven-
C tris dolores, &c. *Curatio doloris hypochōdriorum.*

Syncope vero & cæteri virtutis caſus remouentur primo apponendo hoc epithema cordi. ℞. *aquæ meliſſæ, aquæ hypericonis an.* ℥ *iij. aquæ bugloſ.* ℔ j. *vini maluatici* ℥ *ij. ſpecierum electuarij de gemmis, ſpecierum aromatici roſ. deſcriptione Gabriel. ligni aloes an.* ʒ ß. *miſce.* ¶ Cōfert etiā ad hoc ſacculus iſte. ℞. *ſpecierum lætificantis Almanſ.* ℥ j. *ſpecierum electuarij de gemmis* ʒ ij. *fiat ſacculus in ſindone bene muſcato, & ſi non habetur fiat in alio ſindone & addatur moſchi* ℈ ß. *& apponatur cordi.* ¶ De expertis autem meis eſt hoc. ℞. *pulueris caryoph.* ℈ ß. *corallorum rubeorum electorum puluerizatorum* ʒ j. *detur in potu in æſtate adueniente caſu virtutis cum modico vini calidi aromatici.* *Curatio ſyncopis. Epithema cordiale. Sacculus cordialis. Potio. Correctio.*

Impotentia vero motus corporis remouetur cordis rectificando ſubſtantiam, vt
D apparuit. ¶ Secundo cerebri vires confortando, quod fit primo cum abſterſionibus extremorum & irrorationibus faciei factis cum aqua roſacea muſcata & vino aromatico & modico ambræ commixto cum modico macis ſecum admixti. ¶ Tertio vero cum diuerſionibus factis cum leuibus fricationibus extremorum & pannorum calidorum appoſitione frequenter facta circa pedes & reliqua extrema. ¶ Quarto vero cum odorationibus frequentibus vel conuenientibus, quarum deſcriptio eſt talis & experta non raro. ℞. *macis, galangæ, corticum citri an.* ʒ ß. *foliorum ocimi ſiccorum* ʒ j. *moſchi, ambræ an.* ℈ ß. *croci* ℈ j. *partes duas, fiat puluis & ligetur in ſindone & ſæpe oderetur.* ¶ Eiſdem inſtrumentis remoueri poteſt vertigo & ſcotomia conuenienter, ſimiliter etiā quiete & ſomno conuenientibus cum cordialibus & cerebralibus medicinis artificioſe compoſitis, & po-
E tuum dulcium non valde fumoſorum & delectabilium frequenti exhibitione vtatur. *Impotentia motus. Nodulus odoratus.*

Circa confortationem vero ſtomachi licet plurima ſcribere poſſim experta, tamē magis vtiliora tradere volui: ſunt autem tria. ¶ Quorum primum eſt electuarium hoc. ℞. *ſpecierum electuarij xyloaloes, ſpecierum electuarij de hyacintho amborum deſcriptione Auicen. 5. can. an.* ʒ *iij. ſpecierum aromatici roſ. deſcriptione Gabriel.* ʒ *vj. pulueris pellicularum ſtomachi gallinarum* ℥ j. *ſyr. de corticibus citri, ſyr. de mentha an.* ℥ *v. foliorum auri numero vj. ſachari albi* ℥ *iiij. fiat electuarium, de quo omni mane per horas quatuor ante cibum aſſumatur cochlear vnum;* quantę enim nobilitatis & iuuamenti exſiſtat hoc electuarium, intelligenti vires ſimplicium, ex quibus componitur, patere poteſt. ¶ Secundum vero ſtomachi confortati-
F uum eſt ceratum tale. ℞. *reſinæ pini clariſſimæ* ℥ j. ß. *laudani puriſſimi* ʒ *ij. ambræ orientalis* ʒ ß. *ſtyracis calamitæ, ligni aloes, nucis muſ. an.* ʒ ß. *myrrhæ, aloes an.* ʒ j. *fiat ceratum pauca ceræ commixtione, & extendatur ſuper panno de grana & ſtomacho ſuperponatur.* ¶ Tertium vero remedium eſt, vt ſuper ſtomacho & hypochondriis portetur pellis vulturis, aut loco ei⁹ ſi *Confortatio ſtomachi. Electuarium ſtomachale. Ceratū ſtomachale.*

haberi non poteſt, vulpina pellis aut fruſtũ panni de grana maxime æſtiuo tẽpore ſu- A
per ſtomacho & toto ventre portatũ: omnino enim ad hæc conferunt pelles ſupraſcri-
ptæ. ¶ De expertis autẽ Gal. fuit ſuper ſtomacho portare corallum rubeum electiſſimũ.
Rhaſ. autem & alii illuſtres viri collaudauerunt ſmaragdum auro circumligatũ in manu
portatum. Eligatur quod vis alterum magis gratũ libito perquirẽtis, omnia enim vtilia
ſunt. Hęc ſunt, quę de diſpoſitione huius nobilis viri ſcribenda deduxi, attendat autem,
quod iterum menſe Aprilis purgetur vt ſupra, & cõfert magnifice non ſolum bis, ſed ter
vel quater in anno præſcriptam facere purgationem, ſic enim ſuæ ſanitati reſtituetur,
quam ipſi condonare dignetur altiſſimus Ieſus Chriſtus, Amen.

Consilium CXXXI. *De triplici mala diſpoſitione: videlicet, De mala complexione frigida
& humida ſtomachi cum phlegmate aquoſo mucilaginoſo. De mala complexione frigida & hu- B
mida cerebri cũ phlegmate mucilaginoſo & vitreo. Et de hernia magna valde cũ ruptura ſifac.
Diuiditur autem Conſilium in capita tria.*

Cap. I. *De mala complexione ſtomachi frigida & humida, & eius cura.*

Vir hic laborat triplici diſpoſitione, quarum quælibet cõuenienti procuratione
indiget. Eſt igitur prima diſpoſitio mala complexio ſtomachi frigida materialis
multi phlegmatis aquoſi & mucilaginoſi generatiua & aggregatiua, quod phle-
gma non raro ſtomacho ſuo oppilationes efficit, quæ cognoſci poſſunt tenſione, graui-
tate & nauſea, quæ nõ eſt aliud quam appetitus quidã quaſi ad vomitum incitatiuus. Ac
etiam phlegma in ſtomacho eius ad vapores conuerſum & ventoſitates inflationẽ, ten- C
ſionem, rugitum, & ructus in eo generat, quę ſunt cauſſa debilitandi digeſtiuam eius in-
frigidando, leniendo & laxando, etiam quia cibaria & potus in ſtomacho mobilitata &
agitata efficiunt, vnde non bene amplexantur a ſtomacho nec bene digerentur.

Cum ergo iſte vir perceperit accidentia prędicta, aut plura ipſorum, prouideat ſibi
Ceratum. aliquo iſtorum octo remediorũ. ¶ Quorum primum eſt. ℞. *maſticis, caryophyllorum, cube-
barum, nucis muſcatæ an. ʒ j. reſinæ electæ ʒ j. galliæ muſcæ. ʒ j. ß. diſſoluantur ſimul cum modico aceti
acuti & fiat ei ceratum ſcutalis figuræ ſuper panno de grana quod applicatum ponatur per ſpatiũ vnius
menſis.* ¶ Secundum vero principale remedium eſt, quod in cibariis accipiat ſæpe men-
tham coctam aut puluerizatam ferculis appoſitam. ¶ Tertium eſt quod ſaltem in ſepti-
mana bis accipiat radicem vnam zinziberis viridis electi, poſt quam tardet prandiũ per D
tres horas. ¶ Quartum quod ſaltem in ſeptimana ter comedat tres vel 4. bolos de ra-
phano infuſo in aceto. ¶ Quintum vt principio prandii & cœnæ ſemper accipiat rotulã
Rotula. vnam huius confectionis. ℞. *ſpecierum aromatici roſ. deſcriptione Gabriel. ſpecierum electuarij de
ligno aloes deſcriptione Auic. 5. can. ſumma prima, cuius rubrica, electuarium de ligno aloes noſtrum,
amborum an. ʒ j. ſachari al. ℥ iiij. & cum aqua calamenti fiat confectio ſolida in rotulis ʒ ß.* & hæc
Potio. confectio conſumit phlegmata, aperit oppilationes & carminat ventoſitates. ¶ Sextum
ſpeciale remedium eſt, vt ſaltem bis in ſeptimana accipiat hũc potũ. ℞. *aquarum calamẽ-
ti, aquarum deſtillationis radicũ enulæ an. ℥ j. ß. miſce & calida bibantur in hyeme, minus vero cali-
da in æſtate & in alijs temporibus, & tardetur cibus tribus horis ad minus.* ¶ Septimum eſt vt
quandoq; poſt cibum per vnam horam deglutiat grana ij. thuris gummoſi, ſicut cicer, E
franget ventoſitates, per ſuperius & per inferius educendo eas. ¶ Octauum & vlti-
mum remedium eſt vt aſſueſcat a principio menſis Nouembris vſq; ad medium Mar-
tii accipere cochlear vnum xylobalſami, maſticando, deglutiendo ipſum, & tardet ci-
bum horis ad minus quatuor.

Cap. II. *De mala complexione cerebri frigida & humida,
& de cura eiuſdem.*

Secunda vero diſpoſitio huius viri eſt iterum mala cõplexio cerebri ſui frigida
& humida cum materia phlegmatica mucilaginoſa dominanter & vitrea ſub-
dominanter: & hæc quidem materia diuturnitate ſuæ moræ intantũ dyſcraſiat
cerebrum eius, quod vltra ægritudinem cõplexionalem etiã fecit in eo cõpoſitionales F
ægritudines, videlicet oppilationes in anteriori parte cerebri. Vnde ſi mala complexio
iſta intenderet & multiplicaret materias pdictas, magnã ſuſpicionẽ induceret, tranſitũ
in epilepſiam & apoplexiã, et eo maxime, quia hęc diſpoſitio nõ ſolũ eſt ei per eſſentiã,
imo etiã p colligantiã pẽdẽs a mala diſpoſitione ſtomachi declarata in pcedenti cap.

Cum

A Cum autem adhuc in eo vigeat virtus ſatis irritata contra materiam, depellit ipſam ad nares & ad palatum, ad quæ loca etiam prædictæ materiæ ſui fluxibilitate & grauitate deſcendere inclinantur. Et hæ materiæ non ſolum in palato retinentur & ore: ſed etiam ad pectus deſcendunt facientes tuſſes, difficultatem anhelitus & pectoris grauitatem. Et hæc ſunt accidentia multum vehementer lædentia prædicatores & alios deditos exercitio legendi, clamandi & vociferandi.

Propter quæ omnia videtur mihi iſtis diſpoſitionibus cerebri quinque remedijs eſſe prouidendum: & antemittendo etiam remedia omnia fere, quæ in præcedenti cap. ſcripta fuerunt, magnifice conferunt huic ipſius capitis diſpoſitioni. ¶ Primum ergo inſtrumentum eſt, vt cum perceperit harum materierum defluxum, ſtatim
B memoret abſtinere à cibo & potu, & à ſomno prolixo. Sitiant enim, vigilent & fameſcant, qui curant reumata, *ſ. tertij cap. de cura catarrhi.* Quo antemiſſo ſtatim hic vir mane in aurora accipiat iſtas pilulas. *℞. pilularum de ſarcocolla deſcriptione Meſ. in cap. de ea ℈. ij. formentur cum electuario indo: & accipiantur in aurora abſtinendo à cibo per ſex horas: & per mediam horam ante bibendo dimidiam ſcutellam prodij pulli calefacti cum ſacharo:* & per mediam horam poſt prandeat. ¶ Secundum ſpeciale remedium eſt hoc. *℞. acetoſi compoſiti, mellis roſati colati, ſyr. de praſſio an. ℥. ß. aquæ decoctionis ficuum, paſſularum & liquiritiæ ℥. iij miſce* & *totum calidum accipiatur in aurora per quatuor horas ante cibum ſaltem per vnam ſeptimanam.* ¶ Die vero 8. ſequenti accipiat hoc tertium inſtrumentum ſolutiuum. *℞. electuarij indi ʒ iij. electuarij de pſyllio ʒ. j. ß. miſce & calidum accipiatur hora*
C *& conditionibus obſeruandis, ſicut in præcedentibus ſolutiuis dictum eſt.* ¶ Quartum eſt hoc, *℞. violarum, ſebeſtẽ paſſularum nigrarum an. ℥ j. liquiritiæ, capillorum vene. macis, croci an. ʒ. j. piperis albi & nigri, zinzi. cinamomi an. ʒ. ß. dactylorum pinguium numero vij. granorum phiſticorum ℥. j. ß. folij, ameos ſeminis rutæ an. ℈. j. dactyli & phiſtici minutim inciſi infundantur in ſapam calefactam per duos dies naturales: deinde coquantur ſimul vsq; ad bonam diſſolutionem: poſt hoc optime terantur & incorporentur cum lib. ß. mellis diſpumati & bene cocti: poſtea diu conterendo incorporentur ſecum penidiarum ℥. j. ß. cum ſpeciebus ſupraſcriptis, & fiat electuarium:* hoc enim vt experientia docebit, mirabilis eſt iuuamenti ad expurgandum totum pectus: & ad mundificandum canales pulmonis: & tracheam arteriam, colatorium, & omnia membra vocalia. Cum quo plurimos religioſos aſsidue prædi-
D cantes defendi à prædictis reumatibus & impedimentis vocis. ¶ De parte ergo aliqua ſupradictarum ſpecierum huius electuarij fiat confectio in rotulis cum ſacharo & penidijs, de qua quauis hora teneatur in ore quantitas fabæ more lohoc. Eſt autem lohoc medicina, q̃ in ore retenta calore naturali diſſoluta lambendo & leniendo deſcendit ad inferiora ſine maſticatione aliqua. ¶ Septimũ vero principale remedium eſt hoc. *℞. folij, ligni aloes, ſtœchados, pulegij, calamenti an. ℈ j. macis ʒ. ij. violarum, florum nenupha. rõ ß. corallorum amborum an. ʒ. ß. pulueriʒentur omnia per ſe: deinde commiſceantur: & triplex ex hoc puluere fiat adminiſtratio.* ¶ Et Prima eſt, quod ex hoc puluere accipiatur ℥. j. & ligetur in ſindone bene retorta de grana & ſæpe odoretur. ¶ Secunda eſt, vt ex ipſo à principio octobris per totum menſem Februarij ſuper to-
E ta caluarie capitis pulueri zetur quantitas ſex granorum hordei in omni ſeptimana ter in ſero cum vadit ad lectum. ¶ Tertius vero modus adminiſtrandi dictũ puluerem eſt fortior *℞. reſinæ electæ ʒ. ij. ß. laudani puriſsimi ʒ. j. ß. diſſoluantur gummi cum modico aceti acuti, & fiat cerotum latitudinis trium digitorum ſuper panno de grana:* & longitudinis cooperientis à ſummitate capitis vſque ad principiũ frontis: quod poſt raſuram capillorum applicetur caluariæ. Eſt autem caluaries anterior pars capitis, qua homines calui efficiuntur.

Pilulæ. *Potio digeſtiua.* *Electuarium.* *Electuarium.* *Lohoch quid.* *Puluis.* *Ceratum cephalicũ.* *Caluaries quid.*

Cap. III. ¶ *De hernia & eius cura.*

F VLTIMA huius viri diſpoſitio fuit hernia valde magna, quæ nõ ſolum fuit laxatio vel dilatatio ſifac, ſed fuit ipſius ruptura magna, ꝓpter quã non ſolum zirbus, ſed etiã inteſtina deſcendebant in ſcrotum, vt ilion, q; eſt illi loco propinquum. Et iam quidem, quia multo tempore laborauit circa iſtam ægritudinem intantum, quod ipſam vidi prope ad completam ſanitatem fuiſſe termina-

tam, idcirco hac in materia non multum extendo ſermonem: niſi triplici hoc me- A
morando remedio prouidendum eſſe. ¶ Quorum primum eſt hoc. ℞. *pulueris her-*
[*Puluis.*] *modactylorum ʒ. j. folliculorum ſenæ ʒ. iiij. tartari de vino albo fumoſo & antiquo ʒ. iij. macis ℈.*
iiij. cinamomi, liquiri. ſalis indi an. ℈. ij. fiat omnium per ſe puluis: deinde commiſceantur, & v-
tendum eſt hoc puluere, quando vir iſte perciperet ventrem plenum rimis & vento-
ſitatibus, accipiendo ex ipſo omni fine ſex dierum ℈. j. parum ante cœnam cum me-
dio ſcutellino brodij pinguis. ¶ Secundum vero remedium. ℞. *thuris, maſticis, gal-*
[*Vnguentū.*] *larum perforatarum, mumiæ, corallorum amborum, ſpodii, acatiæ an. ʒ. j. ſcoriæ ferri præparatæ*
ʒ. iij. ammoniaci, ſerapini, bdelij diſſolutorum cum aceto an. ℥. ß. glutinis piſcium ℥. j. ß. ceræ. q.
ſ. & fiat vnguentum viſcoſum, cũ quo inguina & ſcrotum inungantur ter in die ſuper- B
ponendo magnum fruſtum ſtupæ compreſſæ bene ſuperligatæ. ¶ Tertium vero &
vltimum inſtrumentum eſt hoc. ℞. *ſpecierum præcedentis vnguenti ℥. ij. glutinis cartarum*
℥. j. ß. reſinæ antiquæ ℥. ij. pellis arietinæ bene coctæ, & piſtatæ prius infuſæ in aceto per quatuor di-
[*Ceratum de pelle arietina.*] *es ℥. ij. terantur omnia diligenter ſimul & incorporentur & fiat ceratum.* Et hoc eſt illud diui-
num remedium per me compoſitum vocatum de pelle arietina, ſ. de pilata. Cum er-
go hic vir perceperit aliquem deſcenſum ad inguina, tunc faciat ex prædicto ceroto
ſcutalem figuram ſuper corio, quod portetur ſuper inguine cũ ligatura habente plu-
maceolum diligentis compreſsionis. ¶ Vltimo vero abſtineat à lacte, leguminibus
ſaltem elixis, à paſtilibus cibis, ab allio, cæpis, à fructibus crudis omnibus, à vino
paucifero & aqueo, immoderatis motibus & proprie ſuper cibum: & felicitabitur C
eius cura annuente illo ſummo omnium opifice, qui pietate ſua omnia proſpera gu-
bernat & regit.

Consilium CXXXII.

De quadruplici mala diſpoſitione: videlicet ¶ De mala complexione frigida & humida ſtomachi.
¶ De multa capitis humiditate. ¶ De frequenti oppilatione epatis & ſplenis. ¶ Et de permutatio-
ne epatis ad frigiditatem. Diuiditur autem Conſilium in cap. quatuor.

Cap. I. *De cura primi accidentis.*

Honorabilis iſte iuuenis ſtudens in iure ciuili laborat quatuor acciden- D
tibus multum minantibus illi nocumentum futurum, licet modo de facto
non multum notabiliter affligatur. ¶ Primum accidens eſt nocumentum
ſtomachi eius à frigiditate proueniens & humiditate, propter quod impeditur nota-
biliter digeſtiua eius: & generantur & congregantur in eo ventoſitates multæ ſtoma-
cho & inteſtinis multum nocitiuæ. Cum ergo percipit talia accidentia, vtatur iſtis
[*Potio.*] tribus remediis. ¶ Primum, quod vno mane accipiat hunc potum. ℞. *electuarij indi*
ʒ. ij. electuarii diaſenæ ʒ. iij. miſceantur cum ℥. ij. aquæ menthæ calefactæ, & tardet cibum ſuum
[*Ceratum ſtomachale.*] *horis ad minus. v.* ¶ Secundum remedium eſt, vt portet ſuper ſtomacho ſuo hoc cera-
tum. ℞. *reſinæ ℥. j. laudani ʒ. ij. maſticis ʒ. ß. caryophyl. ʒ. j. cum ſufficienti quantitate ceræ fi-*
[*Rotulæ.*] *at cerotum ſtomachale.* ¶ Tertium remedium eſt, vt ſemper ante cibum accipiat rotu- E
lam vnam huius confectionis. ℞. *ſpecierum electuarii de ligno aloes ʒ. j. ſpecierum diacymi-*
ni ℈. iiij. ſachari ſecundæ decoctionis cum aqua menthæ fiat confectio in rotulis trium ʒ.

Cap. II. *De cura ſecundi accidentis.*

Secundum accidens eius eſt humiditas multa capitis, propter quam implentur
ventriculi eius notabiliter & corrumpuntur operationes ſenſuum interiorum.
Tali accidenti ſubueniat cum tribus remediis.

[*Pilulæ de hiera. El. diambra.*] Primum eſt, quod omni tertio ſero quando vadit ad lectum, accipiat vnam pi-
lulam de hiera ſimplici.

¶ Secundum remedium eſt, quod ſero intermedio eadem hora accipiat ʒ. iij. F
electuarii diambræ facti cum melle roſ.

[*Puluis capiti aſpergendus.*] ¶ Tertium remedium eſt, vt ſuper prora capitis pulueriżet omni ſero ℈. ß. pulue-
ris caryophyllorum à ſuperiori parte frontis vſq; ad ſummitatem capitis per latitudi-
nem quatuor digitorum.

A

Cap. III. *De cura tertij accidentis.*

Ertivm accidens principale eſt frequens oppilatio ſplenis & epatis eius cum multitudine ventoſitatũ, q̃ congregantur in eo ex materia phlegmatica & melancholica mixtis. ¶ Cum ergo moleſtatur iſtis accidentibus per dies continuos in aurora accipiat hunc potum. *℞. electuarij diacalamenti ℥. j. ß. pulueris ammoniaci ℈. ij. aquæ ſcolopendriæ ℥. ij. calefiat totum ſimul & tardetur cibus horis ad minus v.* Potus. ¶ Secundum remedium eſt, vt partes ſubcoſtales lateris ſiniſtri omni ſero quando vadit ad lectum; & mane quando ſurgit, vngantur cum hoc vnguento calido. *℞. olei* Vnguentū. B *de capparibus, olei ireos an. ℥. j. tamariſci, ſcolopen. ſe. agni caſti. ſe. rutæ, ammoniaci an. ℥. ß. ceræ quantum ſufficit, fiat vnguentum molle.* Et poſtquam fuerit inunctus ſuperponat pannum infuſum in aceto, bene tamen expreſſum & calidum.

Cap. IIII. ¶ *De cura quarti accidentis.*

Qvartvm accidens eſt permutatio complexionis epatis ad frigiditatem & humiditatem, propter quam eſt effectus macer & diſcoloratus ad albedinem, vbi ſolebat eſſe pinguis & colore rubeus: propter quod vtatur iſtis duobus remedijs. ¶ Primum eſt, quod ſaltem per duos menſes in ſero accipiat qua- C tuor vel quinq; ſummitates marubij cum modico aceti ante cœnam. ¶ Secundum quod omni ſero poſt cœnam accipiat vnam rotulam huius confectionis. *℞. ſpecierum diarodon ℥. j. ſpecierum electuarij de ligno aloes ℥. ij. ſachari al. lib. ß. & fiat confectio cum aqua abſynthij.* Rotula. ¶ Abſtineat etiam à multitudine piſcium, à cibis paſtilibus & lacticinijs, à leguminibus, à caſeo molli, à betis, ſpinachijs, & ab omni cibo actu & potentia frigido. Et bibat vinum bonum odoriferum & potens. Caueat omnino ab vſu aquę quantum poteſt: ad laudem Dei omnipotentis, Amen.

Consilivm CXXXIII. *De debilitate appetitus proueniente ex debilitate ſplenis non potentis attrahere melancholiam ab epate & purificare ſanguinem ab ea.*

D

Debilitas appetitus in generoſo & armipotenti viro, Domino Gentili de Lioneſa omnino prouenit ex debilitate ſplenis non potentis attrahere melancholiam ab epate & purificare ſanguinem ab ea. Sicut enim debita quantitas melancholiæ effuſa ad os ſtomachi per venam aſcẽdentem ad ipſum eſt cauſa conuenientis appetitus: ita econuerſo penuria eius à ſtomacho eſt cauſa debilitatis appetitus. ¶ At vero digeſtio diminuta in eo facile intelligi poteſt. Materia enim Melancholica multiplicata in fundo ſtomachi, & mala complexio eius frigida & ſicca contrariatur debitę digeſtioni, quæ perficitur per calidum & humidum, etiam per hanc malam complexionem intenditur debilitas in ſplene & in ſto- E macho, quæ eſt cauſa generationis & congregationis phlegmatum in ea: quæ phlegmata propter frigiditatem eorum diminuunt & corrumpunt digeſtionem ſtomachi, immo & aliorum membrorum. ¶ Ex quibus omnibus colliguntur corollaria plura. Corollaria.
¶ Primum, quod multiplicatio melancholiæ in ſtomacho non ſemper ſit cauſa in- 1.
tendendi appetitum in eo, ſ. niſi abundet in ore ſtomachi. ¶ Secundum, quod 2.
cum appetitu diminuto ſtomachi proueniente ex ſubtractione melancholiæ ab ore
ſtomachi ſtet diminutam eſſe digeſtiuam eius: patet propter frigiditatem ab ea
multiplicatam. ¶ Tertium, quod cum tali diminuto appetitu complicetur corru- 3.
ptio digeſtiuæ ſtomachi: patet q̃a digeſtio nõ raro etiã corrumpitur à frigiditate: li-
cet vt in pluribus corruptio eius fiat à caliditate. ¶ Quartum, quod in tali diſpoſitio- 4.
F ne multiplicetur ventoſitas & congregetur in ſplene. ¶ Quintum, quod facile co- 5.
gnoſcatur cauſa & materia rugitus in hypochondrio ſiniſtro euenientis. ¶ Sextum, 6.
quod fractio gurgulationis & rugitus in ſplene & partibus circumſtantibus proueni-
at ex fractione ventoſitatis ibidem multiplicatę. ¶ Septimum, quod fractio ven- 7.

toſitatis & remiſsio eius per compreſsionem cum manu factam, ſit curamendoſa A
talis diſpoſitionis, patet, quia per talem compreſsionem non rem uetur mala complexio, neque digeritur vel euacuatur conuenienter materia, ex qua generatur ventoſitas illa.

Curatio. Curatio itaque talis diſpoſitionis fieri debet per digeſtionem & euacuationem materierum prædictarum & rectificationem malæ complexionis prędictarum partium, vt nunc ſequitur. ¶ Conceſſo itaque regimine conuenienti ſcilicet, vt abſtineatur ab aere frigido & ventoſo & ſtatione prope curſus aquarum: & elongetur à rebus ventoſis, vt lacte, caſeo molli, à leguminibus, vino dulci, & omni condimento dulcorato cum ſacharo vel melle & pomis, pyris & caſtaneis: quibus omnibus à B
ſe elongatis vtatur vino ru. aliqualiter pontico & bene fumoſo. Et omni die capparibus cum aceto & oleo conditis ante cibum: & comedat etiam oliuas conditas. Vtatur gelatina cum croco & pipere condita & agreſta etiam prius bullita cum puluere naſturtij.

His generalibus obſeruatis prouidendum eſt ei cum ſeptem medicinalibus in-
Potio minoratiua. ſtrumentis infraſcriptis. ¶ Primum itaque ipſorum eſt, vt minoretur materia vno mane cum hoc. ℞. *electuarij diaſenæ deſcriptione Nicolai ℥. ij. electuarij de epithymo deſcriptione mea: miſce & diſſoluatur cum ℥. iij. aquæ ſcolopendrii calefactæ bibatur totum: & tardetur comeſtio ſaltem per horas vj.* ¶ Secundum inſtrumentum medicinale eſt,
Digeſtiua. vt die immediate ſequenti in aurora accipiat hoc digeſtiuum calidum, poſt quod C
tardet comedere per quatuor horas. ℞. *ſyr. de epithymo ℥. j. oxymellis ſquilitici ℥. ß. aquæ tamariſci ℥. ij. aquæ rutæ ℥. j. miſce.* ¶ Tertium inſtrumentum medicinale eſt hoc. ℞. *aleos ablutæ in aqua tamariſci ℥. j. lapidis lazuli & lapidis armeni præpa-*
Pilulæ. *ratorum an. ʒ. j. cum ſucco rutæ: fiant pilulæ ex omni ʒ. vij. de quibus omni ſero parum ante cœnam accipiat vnam præterquam ſero immediate præcedente aſſumptionem pharmaci nunc ſequentis.* ¶ Quartum eſt, vt poſtquam acceperit ſeptem diebus continuis ante ſcriptum immediate digeſtiuum: tunc octauo mane immediate ſequente accipiat ix. vel x. de pilulis immediate ſcriptis: & poſt eas dormiat per horam cum dimidia: Deinde ſurgat & quieſcat: & poſt quinque horas bibat ſcutellam brodij pulli abſque ſacharo, & poſt ipſam per horam comedat. ¶ Quintum eſt, D
Rotulæ. vt poſt euacuationem iam dictam omni die parum ante prandium & cœnam rotulam j. huius confectionis accipiat. ℞. *trociſco de capparibus ʒ. j. trociſco. diarodon & de agno caſto an. ʒ. ß. ſachari ſecundæ decoctionis lib. ß. cum aqua apij, fiat confectio in rotulis trium ʒ. quibus vtatur vt dictum eſt.* ¶ Sextum eſt, ℞. *mentaſtri, ſalis ſardini an. ʒ. iij. foliorum rutæ ʒ. vij. aromatici pinguis ʒ. x. coquatur aromaticum cum vino anti-*
Ceratum. *quo bene potenti, & cum eo ſpecies incorporentur, & fiat ceratum ſemilunare ſuper panno al. de lana, quod applicetur & conſeruetur ſuper hypochondrio ſiniſtro.* ¶ Vltimum vero ſpecia-
Pilulæ. le remedium eſt hoc. ℞: *aromatici bene pinguis ℥. ß. ſe. rutæ ʒ. ij. ſe. naſturtii ʒ. j cum ſucco rutæ ʒ. ij formentur pilulæ de omni ʒ. x. de quibus poſt purgationes omnes per quatuor dies omni mane vel alterno accipiat vnam in aurora: & ſunt ſecretum magnum in cura-* E
tione ſua.

¶ Memorandum etiam, quod ſi poſt omnes purgationes generales venter eius remanſerit ſtipticus, tunc accipiat omni tertio vel quarto ſero parum ante cœnam vnam de pilulis deſcriptis in tertio inſtrumento poſt aſſumptionem digeſtiui. ¶ Et non dubito, quod diſpoſitio eius terminabitur ad ſalutem Deo auxiliante: Amen.

Consilivm CXXXIIII.

¶ De quadruplici mala diſpoſitione, videlicet ¶ De diminutione vel corruptione digeſtionis ſtomachi à cholera citrina & vitellina in eo multiplicata cum colica paſſione fre- F
quenter eueniente. ¶ De dolore renum à mala complexione calida. ¶ De ſtipticitate ventris magna. ¶ Et de hernia ſcroti. ¶ Diuiditur autem conſilium in ſectiones duas, quarum prima continet duo cap.

Cap.

A

Cap. I. *De cauſis prædictarum diſpoſitionum.*

GENEROSVS quidam vir colendiſſima fama conſpicuus & iuris vtriuſq; doctor acutiſſimus: nec non ſacræ maieſtatis regiæ Cyprienſis fideliſsimus orator virum obtulit mihi quendam ſibi ſyncera dilectione coniunctum: pro quo ſummis precibus mecum egit, vt eidem conſilium afferrem ſuper quibuſdam diſpoſitionibus eius. Ego autem, quia vir iſte antiqua mihi charitate non leuiter coniunctus eſt: Et quia humanum eſt ſubuenire languentibus: illius diſpoſitiones quantum potui multum accurate conſideraui: non minus tamen eſt difficile in earum perueniſſe cognitionem, quam eiſdem congrue ſubuenire. Sunt autem præfati amici eius diſ-
B poſitiones complicatæ quam plurimæ.

Et prima quidem eſt ſtomachi mala diſpoſitio, propter quam diminuitur eius digeſtio, & non raro corrumpitur à mala complexione cholerica à duplici cholera maioris famæ vitellina & citrina nominata. quia enim epar huius viri magnum eſt & magnifice calidum, & vias habens latas apertas, ſ. porum felleum tranſeuntem ad veſicam fellis, & portanarium ſtomachi parum diſtantem ab eo, quandoq; in ſuperiori parte, quandoq; in inferiori: vt in diuerſis anatomizatis hominibus intellexerunt, qui viderunt. Multa fortis materia cholerica rub. ad fundum ſtomachi & in ipſum effuſa commiſcetur phlegmati: à quo fundus ſtomachi non euacuatur: vt 13. *tertij cap. de ægritudinibus ſtomachi collocatur*, & *cap. de modis ſignificationum earundem.* Si ergo phleg-
C ma illud craſſum fuerit, generatur vitellina nominata. Si vero aquoſum, citrina: ex ipſorum commixtione generatur cholera. Hæc ergo in ſtomacho multiplicata per afflictionem punctionis & mordicationis ſtomachi digeſtionē diminuit aut corrumpit: ſecundum multam quantitatem & nimiam caliditatem eius. ¶ Propter q̄ non eſt graue videre dolores cum mala complexione ſubito permutata: aut pungitiuos, aut mordicatiuos & extenſiuos ab eadem cholera prouenire. Si autem materia multæ fuerit quantitatis & notabilis corruptionis, ſtomachum violenter compellet ad emittendum per ſuperius: & etiam inferius cum magno dolore, pulſu cordis, motibus ſyncopalibus, & alijs, quæ concomitantur hanc diſpoſitionē; quæ proprie cholerica nominatur ægritudo, per quam materiæ diuerſæ & corruptæ p̄cipitatiuo mo-
D tu fluctuando prætumpunt per ſuperius & inferius. ¶ Et ſequitur ex hoc fundamento, quod non ſit graue videre cauſas doloris extenſiui, pungitiui & inflammatiui, & multitudinis ventoſitatum, quæ omnia in inferioribus inteſtinis in hoc viro generantur. Hæc igitur eſt huius viri prima diſpoſitio.

Mala diſpoſitio ſtomachi.

Secunda vero eius diſpoſitio eſt dolorum renum inſtantia non leuis, & proprie quando accidit cholerica paſsio prædicta: per quam etiam in renibus mala complexio genita eſt calida: propter quam attrahuntur materiæ phlegmaticæ à circumſtantibus partibus ad ipſos; & retentæ ibidem diu excoquuntur à caliditate ipſorum & permutantur in arenulas & lapillos paruos. Vnde ſuſpicandum eſt, quod in ætate peraugmaſtica aut in fine conſiſtentiæ in hoc viro generentur lapilli, qui non leuiter
E moleſtarent ipſum, ſi acciderent.

Dolor renum.

Tertia eſt ventris ſtipticitas magna: & hæc quidem rationabiliter in eo eſſe debet per tres cauſas principales. ¶ Quarum prima eſt debilitas expulſiuæ ipſorum inteſtinorum; quæ ſucceſsit doloribus prædictis & cholericæ paſsioni. ¶ Secunda vero eſt multitudo phlegmatis mucillaginoſi & vitrei congregati in inteſtinis & congeniti propter debilitatem ipſorum. ¶ Tertia vero cauſa propter clauſionem viarum ſtatim declarandam.

Ventris ſtipticitas.

Quarta vero principalis diſpoſitio huius viri eſt hernia, quæ oſſealis eſt nominanda. Magna enim in ſifac eius inuenitur ruptura & apertio, per quam didymus
F deſcendit in ſcrotum frequenter multa ventoſitate plenus & aquoſitate in tantum, quod adeo dilatat oſſeum. i. burſam teſticulorum contentiuā: quod tranſit ad magnitudinem, quaſi elephanticam; quæ ruptura iterum tantæ amplitudinis exiſtit: q̄ per ipſam aliqua particula non ſolum zirbi, ſed etiam inteſtinorum gracilium deſcēdit in ſcrotum. ¶ Vnde ex hoc fundamento apparet ægritudinem iſtam eſſe valde verendam propter multa. ¶ Primo quia ipſa eſt ſolutio continuitatis valde magna:

Hernia ſcroti.

¶ Secundo, quia ipſa eſt ſphærica. ¶ Tertio, quia eſt ægritudo in panniculo: propter A
quæ tria quandoq; incurabilis eſt: vt & in pluribus quandoq; curabilis, ſed non niſi cũ
maxima difficultaté: quia & per virum ſcientia & opere doctiſsimũ & propriè cum
recẽs fuerit. ¶ Et quarta ratio arguens grauitatẽ huius ęgritudinis eſt, q̃a eſt ægritudo
compoſitionalis plurium membrorum. Eſt enim ægritudo ſitus vel loci: quia non
benè locantur hæc membra, ſ. didymus, qui deſcendit inferius magis, quam ad in-
teſtina & vaſa inuoluta eorum. Similiter eſt ægritudo zirbi & inteſtinorum. Et in
ſitu, cum iam deſcenderit in ſcrotum. ¶ Quinta ratio eſt, quia iſta ægritudo eſt an-
tiqua. ¶ Sexta, quia ipſa eſt lapſus ad contrarium. Eſt enim in viro ætatis conſiſten-
tiæ calidæ complexionis & bonæ compoſitionis, quia membra ſunt magnę extenſio- B
nis & bonæ habitudinis: quia bona carnoſitate bene carnoſus eſt. In talibus debe-
ret eſſe reſiſtentia fortis ad ægritudines tales. Cum ergo iam ægrotet eis: oportet de
neceſsitate concedere cauſam effectiuam eſſe fortem intenſiue & extenſiue, quia
multo tempore & pluribus partibus cõmunicatã. ¶ Et ex horum fundamento valde
facile cõcluditur, quod iſte vir admodum ſit promptus ad ingentia pericula. Si enim
humoroſæ materiæ in ſcrotum fluxæ multo tempore perſeuerarent & congrega-
rentur liquidæ & fluxibiles exiſtentes: valde facile poſſent illa membra apoſtemari.
Et iterum ſi materiæ tales laudabili ſanguini commiſcerentur in teſticulis diu mo-
rantes, efficerent ibi augmentum carnoſitatis æquiuoce & nominaretur hernia car-
noſa. ¶ Et ex hoc fundamento collige pulcherrime hanc herniam eſſe omnium C
prædictarum ęgritudinum efficientem cauſam. Cum enim ilion inteſtini pars ali-
qua ceciderit in ſcrotum: fæcalis pars in ipſo inuenta plurimum fluxibilis & liquida
exiſtens, propterea quia paruum fuit tempus, ex quo fuit à ſtomacho delata. ¶ In in-
teſtino enim duo deno nullam fere aut valde paruam moram contrahit ſuperfluitas
à ſtomacho deſcendens propter tres cauſas. ¶ Prima propter rectitudinem eius.
¶ Secunda ꝓpter breuitatem, cuius extenſio non tranſit vltra xij. digitos, à quo duo
denum nominatũ fuit. ¶ Tertia, propter eius amplitudinem. ¶ Et in inteſtino ie-
iuno nunquam inuenitur fæx propter acuitatem choleræ quam recipit à veſica fellis;
quæ incitat expulſiuam ad continue operandum, propter quam etiam hoc inteſti-
num ieiunum & vacuum ſemper apparet: vt in xiiij. corporibus humanis anatomi- D
ce ſectis oculus meus teſtificatus eſt. ¶ Cum ergo in duobus prædictis inteſtinis ſu-
perfluitas à ſtomacho deſcendens non contrahat moram vt demonſtratum eſt: ergo
in ipſum deſcendens fluxibilis erit notabiliter. Et quia pars eius deſcendit in ſcro-
tum, vt ſupra oſtenſum eſt, pars cum ipſo in ſcroto recepta diu ſtans à calore exco-
cta & reſoluta exiccatur & induratur. Cum ergo vertatur in ſquibalas non raro ex-
tenſas maiores, quam ſit ruptura, per quam deſcendit in inteſtinum ilion, non vide-
tur rationale, niſi cum maxima difficultate, & valde raro, quod fæces tales ſuper aſcẽ-
dere poſsint: anguſtiora enim ruptura, quam ſit earum extenſio: etiam eis tanquam
graui corpori repugnat aſcendere. ¶ Propter quod valde facile eſt intelligere, vt in
pluribus ad mortem terminare, tum propter dolorem, tum etiam quia reliquæ ſu- E
perfluitates à ſuperioribus inteſtinis retentæ ibidem putreſcunt: & epati & cordi no-
cendo, & putridam fuliginem cõmunicando perducunt ad mortẽ. ¶ Et non dubito
quin ſit primaria eſſentialis & effectiua cauſa malę diſpoſitionis ſtomachi eius vomi-
tus, tuſsis, dolorum inteſtinorum, renum, & malæ diſpoſitionis omnium aliorum
membrorum. ¶ Quare ex his conclude, quod fallantur Medici, qui in diſpoſitioni-
bus huius viri ſolliciti fuerunt ad curationẽ cholericæ paſsionis dolorum inteſtinorũ
& aliorum dimittentes cauſam. Falluntur enim Medici non minus in curationibus
ęgritudinum, quam in cognitionibus earum, *2. creticorum 7. cap. Et primo ad Glauconem
2. cap.* ¶ Tandem vltimo deducitur ex hoc fundamento, quod oporteat hunc virum
curioſum & multum eſſe ſollicitum in regimine ſuarum diſpoſitionum, aliter enim F
infelicitabitur ei⁹ vita aut abbreuiabitur: à quibus diuina miſericordia tueatur eum.

Cur in inteſtino duo deno ſuperfluitates à ſtomacho deſcendentes non remorentur.

Cur nec in ieiuno reperiatur fæx.

Cap. II. *De regimine ſex rerum non naturalium.*

Aer.

REGAT igitur regimen eius in hunc modum. Primo quidem locus vniuer-
ſalis & habitationis eius particularis exiſtat regio, ciuitas, vel camera no-
tabilis

A tabilis caliditatis & ſiccitatis. Et ſi non eſſet aer talis naturaliter: præparetur artifi-
cialiter cum thermis ſiccis,ſaltem artificiatis cum intenſione lignorum abietis, cu-
preſsi,iuniperi, lauri,terebinthi & ſimilium. Et caueat omnino habitationes locorũ
humidorum actu & potentia, vt ſtagnorum, lacunarum, vallium, & eorum, quæ *Tegumen*
ſunt prope decurſus fontales. Et ſit aſpectus eius orientalis vel meridionalis. Et caue- *ta corporis.*
at ab occurſu ad aerem conturbatum caliginoſum: Et muniatur veſtibus bene cale-
facientibus & maxime ſtomachum, caput & pedes. Caueat ne veſtes eius laxæ ſint: *Motus &*
& ſtomacho & inteſtinis non bene adhærentes. ¶ Similiter etiam omnino caueat à *quies.*
motu forti ſuper cibatione, & proprie ab equitando & deſcendendo per ſcalas &
montes, & faciendo exercitia præcipitatiua materierum ad latera & ad inferiores
B partes, quia motus non ſolum membra exagitat: ſed etiam humorales materias in
fluxũ diſponit, omnino enim quieſcere neceſſarium eſt. & altero exercitio non mo-
ueri, niſi quo ad motum nauigandi. ¶ Vigilare multum huic viro non eſt conueni- *Somnus &*
ens, propter debilitatem, quæ ſequitur ad illud: argumento tamen accepto à multi- *vigilia.*
tudine phlegmatum indigentium reſolutione propter ventoſitates, quæ conſume-
rentur per vigilias,videretur conuenire: ſed quia in vigiliis ſpiritus & humores mo-
uentur magis,quam quieſcant:ideo augmentum vigiliarum improbandum eſt & ad-
hærendum eſt magis longitudini ſomni amplius, quam conſueuerit: cum melius in
eo perficiantur actus primæ & ſecundæ digeſtionis, quam in vigilando. Dormire au-
tem conuenit ei ſuper dextro latere longius & ſub ſiniſtro minus: ſed ſi non timet no-
C cumentum oculorum aut catarrhizantis materiei ad naſum: decubitus ſuper ventre
eſſet ei melior, q̃ ſuper ſiniſtra parte. ¶ De accidentibus vero animi nihil melius eſt ei *Acciden-*
q̃ bene ſe habere mẽte & effugere impreſſiones melancholicas: vt irã, furiã & ſimiles *tia animi.*
paſſiones: ex quib. motꝰ vehemens imponitur ſpiritib. & humorib. ſimiliter & angu-
ſtia mentis euitanda eſt, quæ ſemper aſſociat ſibi anguſtiam. i. inquietudinẽ corporis.
¶ De 5. vero re nõ naturali. Primo euitet magnã ſtomachi repletionẽ: ipſa n. debilitã-
do innatũ calorẽ eſt cauſa generõis & congregaõis ventoſitatũ, q̃ efficiunt & augent *Repletio &*
herniã & colicã p̃dictas. ¶ Similiter repletio multa grauitãdo materias & inteſtina cõ- *inanitio.*
primit ad inferiora. ¶ I I I. inteſtina & materias, q̃ deſcenderunt ad ſcrotum, grauitate
ſua coarctatas detinet in eo. ¶ I V. etiam ad iſtas ſequitur augmentũ ſolutionis conti-
D nuitatis in panniculo ſifac. ¶ Et V. ſequitur ad fortem repletionem magna extenſio &
diſtractio zirbi & pręparatio eius ad eruptionẽ. ¶ Mẽſura itaq; cibi eius debet eſſe tãta,
vt ſtomachũ non extẽdat & grauitet & vino nõ ſupernatet nec fluctuet. ¶ Similiter ẽt
nullũ cibũ ac potũ accipere debet, niſi cognouerit ſtomachũ eſſe inanitũ à præaſſum-
pto cibo & potu ad hoc vt ſtomachus liberior ſit ad amplexandum nouã cibationem:
Nam ſi præſentibus adhuc reliquiis præaſſumptorum ciborũ & potuum in ſtomacho
aſſumeretur nouus cibus, poſſet fieri cõpreſſio diaphragmatis: ad q̃ ſequeretur diffi-
cultas anhelitus & tuſſis: quæ ſunt cauſæ augmẽtatiuę herniæ & aliorũ accidentium.
¶ Nullum ẽt cibum accipere debet, niſi diligenter præmaſticatum. ¶ Neq; ẽt accipiat
delectationẽ in multitudine cibariorũ numero genere & ſpecie diuerſorum. Exem-
E plum primi ſunt, ſicut 5. vel 6. fercula. Exemplum ſecũdi, ſicut vnctuoſa, acetoſa, acria,
piſces, carnes & ſimilia. Exemplum tertii, ſicut accipere carnes vitulinas, caſtrati, ca-
preti, agni, leporis, &c. ¶ Propter hæc etiam attendat in comeſtione ſua non multum
prolongare tempus, vt Prælati & Iudæi facere ſolent, qui 5. vel 4. horis menſæ accum-
bunt, tunc n. perducitur ad inconueniens permiſcendi digeſtum cum indigeſto, quis
enim dubitat, quod cibus aſſumptus in prima hora digeſtus erit reſpectu illius, qui aſ-
ſumitur in tertia? Et hæc de quinta re non naturali dicta ſufficiant.

Circa ſextã rem non naturalẽ contẽplandum particularius. ¶ Præmitto primo, q̃
cibaria, quæ aſſumũtur debent eſſe faciliter à ſtomacho tranſmutabilia: vt oua, carnes *Cibi.*
laudabiles, fercula & prodialia mediocriter pinguia. ¶ Secundo debent eſſe ab omni
F viſcoſitate priuata: niſi in tempore, in quo intenditur ad conſolidationẽ rupturæ her-
niacæ. ¶ Tertio debet eſſe cibi eius exiccatiui notabiliter. ¶ Quarto debẽt eſſe pene-
tratiui propter neceſſitatem tranſitus virtualitatis eorum ad remotas partes. ¶ Quin-
to debent eſſe multi nutrimenti in pauca quantitate exhibiti, taliter enim nec mẽbra
nec eorum virtutes grauarentur. ¶ Panis igitur ſit de pura farina, bene fermentatus, *Panis.*

coctus, duorum dierum aut trium ad plus. Et cibi farinacei & paſtiles omnes dimit- A
tantur niſi, vt infra dicetur. ¶Ex carnibus dimittantur carnes antiquæ animalium o-
mnium, ſiue domeſticorum & ſylueſtrium, & proprie in aquis & vallibus degentium.
Carnes. Euitet carnes ſalitas & etiam aſſatas omnes & proprie, quando ſuffocatę remanſerunt
in vaſis, maxime autem æneis, à quorum vſu tanquam à veneno fugiendum eſt. Lau-
dabiles igitur carnes ſunt ei de vitulo, de capreto, & de iuuene porcello, recentes do-
meſticæ vel ſylueſtres. De gazello etiam, de lepore & ceruo. Carnes vero de cunicu-
Piſces. lo dimittantur, & de agno ſaltem in vſu multo. ¶Piſces vero laudantur ei approbati
ſecundum regiones ſuas, vt fluuiales, capedani, lucij, torrentini, varioli, temali &
conſimiles. Ex maritimis vero rumbi, oradæ, menulæ, cephali bene craſſi pingues B
& recentes, triliæ, lauringæ, & conſimiles: & proprie magis oleo frixi, quam elixi &
calidi actu comeſti, minime vero frigidi. Et placet etiam condimentum eorum cum
Fructus. agreſta, ſapa, ſacharo & aromaticis ſpeciebus. ¶Ex fructib. autem euitet frigida & hu-
mida omnia, vt betam, ſpinachiam, criſolocannam, portulacam, endiuiam, lactucam,
ſemper viuum, ſolatrum, & omnes herbas fontales, vt ſenetiones & naſturtium. Cau-
les vero non vituperantur ei: neque aliqua condimenta facta cum plantis calidis &
aromaticis, vt melliſſa, hyſo. mentha, ſiſymbrio, ſerpil. ſaluia, roremarino, tarcon, pu-
Radices. legio, calamento & conſimilibus. ¶Ex radicibus vero in ferculis laudantur ei baucię
ſylueſtres & domeſticæ, napi & rarius rapæ proprie communi prodio bene coctæ, ca-
rotæ & cõſimiles. Allium vero, cæpæ & porrum non placent mihi, aliquando tamẽ vti
poteſt bulbo, carminat enim ventoſitares, digerere facit, & aperit. Raphanus etiam C
ipſi collaudari poteſt bis vel ter in ſeptimana. ¶Ex ſeminibus vero placent feniculus,
Semina. Petroſel. anetum, carum, cardamomum domeſticum & ſylueſtre & ſemen rutæ, pro-
prie ad omnem ſuam diſpoſitionem quouis modo vſus. Semen plantaginis in cibariis
eius comeſtum habet iuuamenta ſingularia in diſpoſitionibus ſuis. ¶Ex aromatibus
Aromata. placent vtrunque cinamomum, galanga. zinz. cubeba, nux muſcata & flos eius, ma-
cis dictus ocimum, caryophylatum & melanopiper, leucopiper, i. album, macropi-
per & conſimiles ſpecies calidę & ſiccę non multum aduerſantes phlegmati & vento-
Pinguedines. ſitatibus & habentes aſpectum ad principalia membra. ¶Ex pinguedinib. vero, quib.
condiuntur fercula; laudatur pinguedo porci recens & ſalita, anatis & gallinę, butyri
& olei oliuarum: & vtiliſſimum eſſet ei oleum de nucibus & amygdalarum dul. & pin- D
guedo caſtrati ac vituli. Similiter & acetum non eſt ei vituperandum & proprie con-
ditum cum calidis aromatibus; agreſta condita, ſuccus citrangulorum, ſuccus gra-
Lac. natorum & ſuccus limonum omnia conueniunt ei: ſicut de aceto dictum eſt. ¶Lac
vero & coloſtra & omnes lacticinei cibi euitentur: licet lac in cibariis præparatum co-
ctione non ſit ipſi inutile. ¶Caſeus vero recens & mollis dimittatur, niſi vt infra di-
cetur: ſed caſeus omnis in ſalſedine eleuatus & proprie cretenſis eſt ipſi conueniens.
Fructus. ¶Fructus vero & proprie multum humidi actu & potentia dimittantur, velut ceraſa,
pyra muſcata, pepones, cucumeres, anguria, cucurbita & ſibi ſimiles: niſi raro & in
pauca quantitate. Pyra vero ſolidiora & poma apia dactylica, vel alterius ſpeciei rubea E
vel citrina ſolida & bene dulcia omnia conueniunt: neque granatorum dulcium &
muzorum vſus nocet, perſicis etiam bene ſolidis tempore ſuo vti poteſt vt & meſpilis
& ſorbis: & vniuerſaliter omni fructu ſolido & bene maturo velut cydoniis & pro-
prie coctis.

Potus. Potus autem huius viri eſſe debet vinum rub. vel ſubrubeum, non valde craſſum,
non conturbatum, neq; multum dulce, ſed ſapore mediocre, ſubſtantia clarũ & be-
ne aromaticum abſque neceſſitate commixtionis aquæ cum eo: aut tempore calo-
ris commiſceatur aqua extinctionis chalybis ſecundum tertiam & 4. partẽ aquæ, pro-
ut ad illud deducet maior vel minor vini fumoſitas. hoc in ſumma eſt huius viri regi-
men per res non naturales conuenienter adminiſtratum. F

Sectio II. De regimine per medicinalia continens capitula quatuor.

Cap. I. *De regimine colicæ paſſionis & malæ diſpoſitionis ſtomachi.*

TErtium autem cap. de regimine eius penes medicinalia quadripartium erit. ¶In
prima enim parte ponetur canõ & modus præſeruandi ab euentu colicæ paſſionis

& cu-

A & curationis illius, cum iam acciderit. ¶ In ſecunda ponetur regimen & modus
curationis dolorum renum & ventris inferioris. ¶ In tertia ponuntur inſtrumenta
ventris lubricatiua, euentus ſtipticitatis prohibitiua. ¶ In vltima vero oſtende-
tur modus curationis herniæ ſcroti ſiue contingat ipſam eſſe inteſtinalem,
zirbalem & didymalem vel vtramque ſimul ſecundum triplicem curationis
modum.

Ad declarationem vero primi accidentis vel ægritudinis quæ cholica paſſio eſt, *Cauſæ effe-*
gratia præſeruationis decem occurrunt inſtrumenta conuenienter obſeruanda à de- *ctiuæ paſſio*
cem cauſis frequenter cholericæ paſſionis effectiuis. ¶ Quarum prima eſt mala com- *nis colicæ.* 1.
plexio ſtomachi frigida & humida materialis ab aquoſa & mucillaginoſo phlegmate
B ſecundum plurimum: & à vitreo rarius proueniens, quæ mala complexio etiam eſt
aliorum phlegmatum generatiua & augmentatiua cauſa. ¶ Secunda vero cauſa eſt 2.
oppilatio tunicarum ſtomachi. ¶ Tertia inuiſcatio illarum materierum in concaua 3.
ſuperficie ſtomachi. ¶ Quarta eſt illarum materierum multitudo in fundo ſtomachi, 4.
quæ prohibet digeſtionem debitam fieri. ¶ Quinta materierum prædictarum multi- 5.
tudo in orificio portanarij partialiter obturantium ipſum: ne materiæ ſuperfluæ ci-
bales vel humorales cōuenienter deſcendere poſsint. ¶ Sexta materierum corrupta- 6.
rum præſentia in ſtomacho incitantium ipſum ad euomendum, ſi fuerint in ſuperio-
ri parte ſtomachi materiæ tales inuentæ. ¶ Septima multitudo ventoſitatum, quæ 7.
congregantur & detinentur in ſtomacho. ¶ Octaua eſt inordinatus & fortis motus 8.
C ſuper cibatione factus. ¶ Nona eſt coitus frequentia & multitudo & proprie ſta- 9.
tim poſt cibum. ¶ Decima vero & vltima cauſa eſt dimiſſio conſeruationis po- 10.
tentiæ ſtomachi cum pauca coopertura pannorum: vel propter exponere ipſum
infrigidantibus exterius occurrentibus. Si bene conſideras, ad iſtas decem cau-
ſas colicæ paſſionis adduci poſſent omnes aliæ ex diuerſis voluminibus
collectæ.

Cum autem conſiderauerit diligenter, attendat & videbit, quod effectui, qui *Curatio*
prouenit ex tribus vltimis cauſis, valde facile poterit adminiſtrari regimen. ¶ Et pri- *præſeruatiua colicæ.*
mo cum calefacientibus ſtomachum rectificare ipſum, cum pluma ceolis calefactis
appoſitis, cū ceratis calefacientibus factis cum oleo de maſtice, de ſpica & de cinamo-
D mo cum linimētis factis ex oleis conſimilib. & cum cautela ab occurſu aeris, & rerum
actu & potentia infrigidantium, cum dimiſſione coitus, & cum quiete poſt cibatio-
nem omnino celebratis.

Nocumento vero, quod ſequitur cauſas primas: iterum prouideri poteſt mul-
tipliciter. ¶ Primo mundificando ſtomachum & confortando ſimul exhibendo in
aurora ℥.j. *hieræ Gal. cum* ℥. *ij. vel iij. aquæ menthæ miſce totum.* ¶ Item exhibendo ʒ. *iij.*
electuarij indi omnino calefacti. ¶ Aut tribuendo ʒ.ß. *pilularum alephanginarum.* ¶ Aut ℈.
iij. pilularum de hiera ſimplici & qualitercunque fiat poſt iſta ſolutiua tardetur cibus
horis ad minus ſex. ¶ Secundo principaliter ſtomacho prouideri poteſt cum vſu a-
romatici roſati deſcriptione Gabriel. de quo dentur duæ vel tres drachmæ ante &
E poſt cibum. ¶ Similiter cum diacymino. ¶ Et melius iſtis eſt electuarium de ligno a-
lo. deſcriptione Auicennę *quinto can. ſumma prima.* ¶ Item confectio diambræ, diamu-
ſci dulcis & aliæ ſibi conſimiles. ¶ Et bonum & facile remedium eſt, vt æger aliquibus
diebus accipiat ʒ iiij. craſſi pulueris ligni alo. ¶ Item pulueris maſticis & menthæ an.
℈ j. bibat aliquibus diebus per horam ante cœnam cum dimidio cyatho aquæ beto-
nicæ. ¶ Item optimum remedium eſt deglutitio caryoph. quatuor vel quinque ma-
ſticatorum ante cœnam. ¶ Item ad hāc intentionem conferre poteſt puluis theriacæ
ma. vel Andromachi, dando ex eo ʒ.j. in aurora cum ℥.ij. aquæ menthæ: & eſt de
ſublimioribus. Hæc igitur omnia in ſumma cum diligenti regimine: vt ſuperius di- *Curatio colicæ præ-*
ctum eſt, poſſunt conuenienter præſeruare hominem ab aduentu colicæ paſſio- *ſentis.*
F nis, abſcindendo effectum prouenibilem decem cauſarum, quæ ſuperius nomina-
tæ ſunt.

Expellētia materiam
Cum autem contigerit hominem iam incidiſſe colicam, tunc primus canon cu- *fluctuātem*
rationis eſt conari deponere materiam fluctuantem in ſtomacho & in inteſtinis, & *in ſtomachō*
attrahere ipſam ad inferiora. Ad primum conferunt inſtrumenta multa. ¶ Primum *& inteſtinis.*

eſt hoc. ℞. *aquæ decoctionis hordei crim cortice cum pauco ſacharo, ſæpe & multum de ea in potu exhibendo.* ¶Secundum aqua decoctionis mercurialis cum pauca aqua menthæ data ſæpe. ¶Tertium aqua decoctionis foliorum volubilis minoris. ¶Quartum aqua decoctionis folliculorum ſenę. ¶Quintum & melius aqua decoctionis paucę maſticis cum ſucco de quinq; radicibus. ¶Sextum exhibitio hieræ ſimplicis cum prædictis aquis. ¶Septimum exhibitio decoctionis foliorum origani & hyſopi ſimul dando ex aliquo iſtorum ℥. iij. calefactorum cum ℥. ß. ſach. ru. hæc enim omnia deponendo materias per viam mundificationis, ablutionis, abſterſionis & inciſionis abbreuiant accidentia colicæ & eius durationem. A

Diuerſio materierũ. Gratia autem diuertendi materias fluctuantes in ſtomacho & in inteſtinis vehementis doloris conuenit. ¶Primo phlebotomia ſaphenæ dextri pedis vel ſiniſtri. Et B *Vena ſectio* ſecundum intentionem maioris doloris fiat phlebotomia dextræ & è conuerſo ſiniſtræ ſaphenæ. ¶Secundo conuenit etiam fricatio vel ligatura circa inguina vel genua vel pedum cauillas facta ab vna parte incipiendo & ad alias tranſeundo, ſi opportunum fuerit. ¶Et tertio iterum gratia diuerſionis competit appoſitio ventoſarum in carnoſis & domeſticis partibus tibiarum & coxarum facta & reiterata & reiteratio frequenter etiam ſuper natibus. ¶Quarto etiam has materias diuertere poſſunt apertiones hæmorrhoidarũ, ſiue fuerint naturaliter tales, aut artificialiter prouocatæ cum fricatione cum foliis fici vel conſolidæ maioris, vel cum panno biſello, cum earum fricatione ex felle tauri facta. ¶Amplius & quinto tales materias conuenienter *Clyſter.* diuertere poteſt hoc clyſtere, ſero & mane ante cibum adminiſtratum. ℞. *foliorum* C *betæ malue, ma. viol. folicorum ſenæ, epithymi cretenſis an. M. j. coquantur in 4. lib. aquæ vſq; ad conſumptionem medietatis epithymo & ſenæ in fine decoctionis poſitis. De hac igitur decoctione cum expreſſione congrua accipiatur lib. j. mellis roſa. ℥. j. ſach. rub. hieræ ſimplicis & caſſiæ an. ℥. j. ſalis gemmæ ℈. iiij. miſce totum & in vna vice applicetur.*

Si autem cum prædictis mundificantibus & diuertentibus iam poſitis ægritudo extendatur: ſicut dolor ſtomachi, ſingultus, rugitus & eructuatio fortis & ventoſitatum multitudo cum pulſu cordis, ſiti magna & inſtantia vigiliarum ardua: tunc omnibus tribus remediis prouidendum erit. ¶Quorum primum eſt hoc dige- *Digeſtiuũ.* ſtiuum. ℞. *ſyrupi de mentha, ſyrupi de calamento & de abſynthio an.* ℥. ß. *aquæ betonicæ, aſari vel origani* ℥. j. ß. *miſce & calidum totum accipiatur: poſt quem tardetur cibus vſq; ad quatuor horas.* D ¶Secundum remedium mirabile eſt hoc. ℞. *ſpecierum diacalamenti deſcriptione Nicolai in antidotario, ſpecierum diacinamomi & diambræ an.* ʒ. ß. *ſachari albi* ℥. *iiij & cum aqua menthæ* *Rotula.* *fiat confectio in rotulis duarum* ʒ. *de qua ſemper accipiat* ʒ *ij. ante & poſt cibum.* ¶Tertiũ remedium eſt hoc. ℞. *doronici* ʒ. *ij. foliorum baſiliconis, labruſci, oſſis de corde cerui, ſpicæ nar. an.* ʒ. j. *macis* ʒ. *ij. corticum citri* ʒ. j. *cro.* ℈. j. ß. *ligni aloes* ℈. *iiij. camphoræ* ʒ ß. *roſarum* ʒ. j ß. *moſchi ambræ an. granor. ij. hyacinthi, ſmaragdi, ſaphir. an.* ℈. j. *margaritarum* ʒ. j ß. *foliorum auri nume-* *Sacculus cordialis.* *ro 5. puluerizentur omnia per ſe: deinde cõmiſceatur & ex eis fiat ſacculus quadrangularis in ſindone de grana retorta, qui collo appenſus ſemper portetur ſuper ſiniſtra mamilla.*

Epithema Et ſi aliqus appeteret vt fieret empithema humidũ, *tunc ex prædictis ſpecieb. accipiat* ʒ. *iiij. & miſceantur cum iſtis aquis, videlicet bugloſ. roſ. muſ. & acetoſæ an. lib.* 1. *aceti al. chochlearia* E *quatuor, vini maluatici* ℥. *iiij. omnib. iſtis cõmixtis tepidis in tempore frigido: & frigidis actu in tempore caloris & infundatur pannus de grana & diligenter expreſſus applicetur mamillæ ſiniſtræ qualibet hora ter vel quater tempore neceſſitatis.* ¶Et ex hoc fundamento intelligenti diligenter apparere poteſt modus præſeruationis ab euentu malarum diſpoſitionum ſtomachi huius viri & curationis earum cum iam euenerint, & ad quem pertinet, hoc diligenter attendat.

CAP. II. *De remediis nocumentorum renum.*

PRo rectificatione vero nocumentorum renum in hac ſecunda parte huius cap. præmittendum primo, quod dolores in renibus in ſpina, lumbis & in F iliis in hoc viro fieri poſſint à mala cõplexione eorũ, vel ab oppilationibus. Et ſiquidem fuerit prima: tunc aut illa complexio erit calida, materialis aut frigida. Et ſi fuerit calida, aut à ſanguinis multitudine dependens, vel à materia ſecum commixta ſufficienter.

¶Tunc

A ¶ Tunc ſi apparuerit vuiuerſalis corporis repletio, fiat phlebotomia venæ nigræ contrariæ reni dolenti. Et ſi fuerint ambo dolentes, fiat phlebotomia venæ dextri brachii, per q̃ educantur ſanguinis ℥.iiij.vel v. ¶ Ante quã phlebotomiã ſi venter non fuerit bene ſolutus præmittatur hoc clyſter. ℞. *violarum, mercurialis campeſtris, foliorum nenupha. vermicularis & portulacæ an. M.j. coquantur in libr. 5. aquæ vſque ad medietatem: & de colatura illa ſufficienter expreſſa accipiatur libr. 1. ſachari rub. caſsiæ fiſtul. an. ℥. j. ſalis communis ℥. ß. vitelli oui numer. 2. miſce & totum hoc clyſterizetur.* ¶ Sequenti vero die gratia lenitionis & mundificationis renum offerantur patienti ℥. ij. caſſiæ nuper de canna extractæ cũ aqua violar. & nenupharis, & tardetur poſt eam cib. horis ad minus quinque. ¶ Poſt iſta vero tria remedia applicandũ eſt quartum. ℞. *olei violarum, olei ne-*

Clyſter.

Potio.

B *nupha. an. ℥. j. ß. olei de ſiſamo ℥. j. croci: ſe. endi. acetoſæ ſcario. an. ʒ. j. amyli ℥. ij. vitellum oui vnum: conquaſſentur omnia ſimul cum piſtillo in mortario & fiat linimentum, cum quo renes & ilia in die naturali ter vel quater diligenter inungantur.* ¶ Et attende, quod ſi prædicta ægritudo prolongaretur: tunc nullum remedium efficacius inuenire potui, quam omni mane in aurora bibere ℥. v. lactis ouini tepidi, lacti enim ouino nulla medicina compar eſt in debilitate renum, ſupple, à cauſa calida facta, *decima octaua tertij capit. 3.*

Linimentum.

Præſtantia lactis ouini contra debilitatem renum à cauſa calida.

Cum autem euenerint dolores in renibus à cholerica materia, quod raro contingit, hęc omnia remedia ſupraſcripta immediate conferre poſſunt: dummodo clyſtere illud fiat magis extinctiuum, & proprie cum aqua portulacæ. ¶ Item li-

C nimentum prædictum optimum erit, & proprie etiam, quando poſt eius cõpoſitionem bullierit cum tribus ℥. ſucci ſemperuiui vſque ad cõſumptionem illius ſucci. ¶ Item caſſia ſupraſcripta etiam vtilis erit, & proprie data cum aqua portulacæ vel plantaginis. ¶ Et quarto iterum habeatur in memoria decoctio vel emulſio vel commixtio quatuor ſeminum communium frigidorum, ſcil. *melonis, cucurbitæ, cucumeris & anguriæ an. ℥. ß. ſe. endi. portulacæ aceto, & ſcariolæ an. ʒ. iij. granorum papaueris al ℥. j. ß. penidiarum ℥. j. ſach. al. duplum ponderis omnium commiſceantur ſimul & fiat tragea.* ¶ Quintum vero principale & mirabile inſtrumentum eſt, vt fiat clyſtere cum li. 1. olei nẽupharini ſimplicis mediocriter calidi. ¶ Vltimum remedium eſt: vt ſæpe abluantur pedes vſq; ad inguina cum aqua decoctionis florum vel foliorum nenuphi parum calidiori, quam tepida.

Tragea.

Curatio dolorũ renum à cauſa frigida.

Clyſter.

D Si autem dolores renum proueniunt à mala complexione frigida. ¶ Tunc ſummum remedium eſt euacuare corpus cum clyſteri facto ex brodio pulli cum ℥. j. *benedictæ ʒ. j. ſalis gemmæ, & quatuor ℥. olei amygdalarum amararum, quod totum ante cœnam imponatur vel prandium vt libet.* ¶ Sequenti vero mane purgetur cum hoc minoratiuo. ℞: *benedictæ ſimplicis ℥. ß. electuarij indi ʒ. j. aquæ apij ℥. ij. miſce & totum calidum accipiatur: & tardetur cibus horis ad minus quinque.* ¶ Tertio principaliter accipiatur ʒ. j. ß. ſpecierum electuarii *de ſeminibus trociſcorum, de ſpica ʒ. j. granorum phiſticorum ℥. iij. ſach. al. ℥. iiij. infundantur phiſtici minutim inciſi per diem naturalem in calidam aquam milij ſolis & cum eadem aqua coquatur ſach. & in reliquis additis fiat confectio in morſellis: vt pineata de qua patiens ſemper accipiat vnum vel duos ante cibum.* ¶ Quartum ſpeciale remedium eſt, vt ſpi-

Potio minoratiua.

Morſelli.

E na & renes huius viri ter in die naturali inungantur ex vnguento aregon deſcriptione Nicolai *in antidota*, & ſupponatur lana pectinata diligenter circumligata. ¶ Vltimum eſt vt cum inſtantia illorum dolorum huic viro omni mane in aurora exhibeatur ʒ. j. theriacæ Andromachi diſſoluta cum ℥. ij. aquæ apii: & eſt ſingulare remedium: theriaca enim confert in doloribus renum & ex pluribus cauſis prouenientibus, *quinto can. ſumma prima cap. de virtutibus & laudibus theriacæ.* Et à Galeno in libello de commoditatibus eius colligendum. ¶ Et ex iſtis inſtrumentis, ſi bene attendis, facile remoueri poſſunt dolores renum à mala cõpoſitione vel oppilatione ipſorum prouenientes: communicant prædicta inſtrumenta iuuamenta in vtriſq;, vt ex eorum componentibus intelligi poteſt. hoc in ſumma eſt regimen dolorum tam in renibus, & ſpina,

F quam in lumbis & in inteſtinis venientium.

Cap. III. *De remediis ſtipticitati ventris applicandis.*

POst hæc autem ponendum eſt regimen ſtipticitatis & ventris remotiuum. ¶ Pro quo ſufficienter conferre poteſt clyſtere lenitiuum deſcriptum in dolorib. renũ à ſanguine vel cholera prouenĩetibus ¶ Secundo huic

capitulo ſeruit exhibere potionem de caſſia, vt ibidem apparuit. ¶Tertio confert ad A illud comedere ante cibum ſex vel octo ficus calefactas. Item comedere ℥.j. paſſularum nigrarum ante cibum. ¶Et quarto multum vtile eſt comedere quinque vel ſex pruna recentia ante cibum: & ſi non habeantur, niſi ſicca, per noctem infundantur in aquam violarum & comedantur ante cibum. ¶Ego autem experientia certa ſcio, quod omnis ſtipticitas ventris amoueatur accipiẽdo ante cibum cochlear vnum huius electuarij.

Electuarium.

℞. prunorum Damaſcenorum, ſebeſtẽ an. numero nonaginta, paſſularum enucleatarum ℥.ij. granorum pſyllij lib.ß. polypodij recentis ℥.iiij. folliculorum ſenæ, violarum, ſeminum communium ſupra ſcriptorum an. ℥.j. infundantur pruna, ſebeſtẽ & pſyllium in lib. 4. aquæ vſque quo mucillago conuenienter extrahatur ab eis: ſecurius tamen eſt pſyllium per ſe infundi & pa- B rum macerari: ne pars centralis eius, quæ acuta eſt effundatur in aquam. *De hac igitur mucillagine viſcoſa libr. 3. accipiantur & coquantur cum libr. ß. penidiarum vſque ad ſpiſsitudinem: deinde prædictis addantur ſpecies optime conterendo omnia ſimul in mortario, & fiat electuarium & eſt maximæ vtilitatis.* Et ſi velis ipſum fortius efficere, duplicentur polypodium & ſenæ: non tamen propter hoc fiet acutius aut minus bonum. hæc de regimine ſtipticitatis ventris bene ſufficere poſſunt, &c.

Cap. IV. *De curatione ad herniam appropriata.*

IAm autem inſtat tempus expediendi quartum capitulum de curatione ad herniam appropriata. ¶Pro qua præmittendum primo, ꝙ huic diſpoſitioni ſumma intentione attendendum ſit præ cæteris diſpoſitionibus aliis, cum i- C pſam comprehendam eſſe cauſam cholicæ paſſionis doloris in toto ventre & in renibus & ſtipticitatis iam prædictæ vniuerſaliter cuiuſcunq; debilitatis huic viro euenientis. Cum enim inteſtinum ilion zirbus ſecundum partem ad ſcrotum deſcendens ſimul cũ didymo relaxato, vt in primo ca. manifeſte ſatis apparuit, non eſt poſſibile, ꝙ cõplete curari poſſint aliæ diſpoſitiones, remanente hernia, qm̃ ipſa eſt cauſa illarum. Et licet quandoq; alleuientur p̃dictæ ægritudines & accidentia, remanente tamẽ cauſa cõtinuæ releuationis earũ, neceſſe eſt illa accidẽtia & ægritudines recidiuare & multiplicari, vt eſſet circularis fere tranſitꝰ earũ de alleuiatione ad intentionẽ & ẽ cõuerſo. Quare concluditur, ꝙ oporteat vt attendatur ad curam huius herniæ ſolerti conſideratione & procuratione: aliter hic vir erit dogma perpetuæ ægritudinis. ¶Eſt autem D à ſapientib. inuẽtus triplex curationis modus. ¶Et primus quidem eſt per manualem ſectionem. ¶Secundus vero per applicationẽ cauteriorum. ¶Tertius p̃ compreſſionem partium adeo facta: vt poſtq̃ fuerint inteſtina ad naturalem ſitum reducta amplius deſcendere non poſſint compreſſione prohibente deſcenſum eorum.

Et primus quidem modus eſt vt rectificetur regimen patientis cum dieta attenuante mediocriter calefaciente & exiccante, corpore euacuato & inteſtinis mundificatis à fœcibus, cum applicatione clyſteris lenitiui in tempore veris aut in prima medietate autumni fiat operatio. Tempore autem æſtiuo & hyemis non eſt ita conueniens, nec ſecurus ſectionis modus: neque cauteriorum applicatio. ¶Itaq; tunc pro complemento operis, ſi quis optaret curari per hunc modum, Situato corpore reſu- E pino per menſam cum natibus & cum ceruicali ſuper eleuatis, operator comprimat ventrem verſus vmbilicum detinendo ipſum leui compromiſſione cum faſcia, & tũc extendat cutem inguinis in parte ſuperiori parumper ad os femoris verſus latus ante & non prope prædictum os, tunc ergo cum raſorio acutiſsimo cutim ſcindat, defendendo inter pinguedinem, vſque quo apparuerit, ei ſuſpenſoriũ, in quo ſimul connexa ſunt didymus, venæ, arteriæ & vaſa ſpermatica. Excoriãdo ergo ſeparet hoc ſuſpenſorium à panniculis & partib. circumſtantibus. Tunc ergo ſub illo ſuſpenſorio ponat vncinum ferreum vel argẽteum & ſuſpẽdat ipſum ad ſuperiora: deinde liget ſuperiorem partem ligatura condecenti excludendo magnitudinem doloris: & per diſtantiam vnius digiti ab hac ligatura infra vncinum prædictũ aliam faciat ligaturam: qui- F bus ſectis tranſuerſaliter ſecet ſuſpenſorium illud: & tunc ſuperiorem partem primæ ligaturæ calenti ferro cauterizet, qua cauterizata ſecundum vnũ operandi modum reliquam partem inferiorem ſuperius trahat extirpando ipſam à burſa teſticulorum, ſimul cum teſticulo.

Modus curationis manualis herniæ.

¶Ex

A ¶Ex quo apparet, quod hic modus curationis ſit valde horribilis & ſuſpectus, tum propter ſectionem, tum propter cauterium. Et tertio, quia priuatur patiens ab vno principalium membrorum ad conſeruationem ſpeciei deputato. ¶Quibus factis mediocriter impleto vulnere cum albumine oui & oleo roſ. cum puluere boli ar. maſticis, ſang. dra. & gallarum cupreſ. agitatis inuicem filo ligaturæ extra pendente medicetur locus. ¶Quidam etiam poſtquam ſecuerunt, ſuſpenſorium prædictum dimittunt, vtramque partem non extrahentes in inferiorem partem didymi neque teſticuli. Et hic quidem curandi modus videtur mihi melior, & proprie cum inferior pars ligamenti illius poterit conſeruari: & à putrefactione defendi. ¶Poſtquam ergo per duos vel tres dies ægro reſupino iacente & ventre eius cum ſuppoſitoriis leB nito; ita quod nullo modo erigat ſe neque moueat quantum eſt poſſibile; applicentur digeſtiua, mundificatiua, conglutinatiua, quale eſt terebenthina lota tribus vicibus cum aqua calida plantaginis; ad cuius ℥. iiij. commiſceantur maſticis, thuris boli ar. ſanguinis draco. & gallarum cupreſſi partes æquales. hoc ergo applicetur loco prædicto: & cum eo fiat conueniens conglutinatio diuina condonante miſericordia.

Modus curandi herniam cum cauterio actuali.

Secundus vero modus curationis huius diſpoſitionis cum cauterio ponitur dupliciter. ¶Primo quidem cum actuali calido cauterio applicato in loco prædicto inguinis, cum quo perueniatur vſque ad ſuſpenſorium deſcendens: & ibidem cauterizet vſque ad eos excluſiue: poſtea autem procedatur cum defenſiuis prædictis & reC frenatiuis ſanguinis fluxum in principio. Subſequenter autem applicentur mundificatiua & conglutinatiua prædicta. ¶Et hic quidem curandi modus videtur mihi multum horribilis nec bene ſecurus. ¶Primo propter timorem & exterminationem infirmi. ¶Secundo quia difficile eſt imaginari, quod ad curam talem non ſequatur doloris vehementia ad ſpaſmum productiua vel ad apoſtema malum. ¶Tertio quia operatores nõ ſemper ſunt periti in cognitione partium corporis per anatomiam, propter quod ita bene poſſint applicari cauteria: vt per ea non perueniatur ad tactum venarum & arteriarum, quæ ibi reperiuntur. ¶Et tandem quarto propterea, quia ægri non ita bene ſuſtineant applicationem cauterii quin moueant ſe ad varias differentias poſitionis fugiendo triſtitiam ignis. Et propter hoc contingit chirurgos errare per D accidens ex eorum defectu.

Curatio hernia cum cauterio potentiali.

Deſcriptio cauterii potentialis.

Alter vero modus curationis huius ſpeciei traditus eſt per applicationem cauterii potentialis quale eſt hoc. ℞. *arſenici citrini (eſt auri pigmentum) chalcanti combuſti, calcis viuæ, floris æris an. ℨ. ij. argenti ſublimati ℨ. iij. pulueris amyli ℨ. j ß. opij ℨ. j. incorporentur ergo ſimul cum aqua prima ſaponis, & fiant formulæ ſimiles ſeminibus anguriæ: quarum vna ponatur in loco inguinis ſuperius aſſignato: & ibidem dimittatur vſque quo fecerit eſcharam.* ¶Cum ergo ceciderit eſchara propter appoſitionem butyri vel axungiæ: & fuerit conuenienter operatio profundata habetur intentum. Si vero non iterum reponatur cauterium prædictum vſque quo fuerit profundatio pertinens ad os excluſiue. Quarto ſi fieri poſſet; ita vt cauterium applicaretur lateribus didymi deſcendentis, melius & minus E laborioſum eſſet; licet aliqui ſunt, qui cauterizant etiam quartam didymi vſque ad profundum. Alij vero ſolum medietatem eius; alii vero partes naturales, vt prædictum eſt. ¶Poſterius autem cum ceciderit eſchara, applicentur mundificatiua notabiliter exiccatiua, ſanguinis conuerſionem facientia in carnem duram & calloſam comprimentem didymum, ſi remanſerit; aut claudentem & obturantem vias inguinis, ita vt amplius ventoſitas, neq; aquoſitas, neque humor alius deſcendere poſſit ad inferius propter viarum clauſionem. ¶Et quidem hæc cura, licet ſit cum dolore & anxietate facta; tamen eſt melior & ſecurior, quam ſectionis modus & cauterij actualis: tu elige, quæ meliora tibi viſa fuerint.

Curatio herniæ per compreſſionem & ſtricturam.

Tertius autem modus curationis herniæ eſt per compreſſionem & ſtricturam faF ctus. Et hic quidem modus curandi perfecte non ſemper eſt poſſibilis & proprie, quando apertura nimium eſt lata & antiqua; ſicut in hoc viro perpendi. Verum ſententiæ auctorum verificantur vt in pluribus. Nec eſt impoſſibile aliquam herniam & magnæ rupturæ curari poſſe, & proprie cum reperitur in viro morali & diſcreto ad obedientiam Medici abſcindente ſibi motum per notabile tempus tam in ambu-

lando, quam in equitando, ſicut virum iſtum vidi manifeſte conualere ex prædictis. A
¶Hic autem huius diſpoſitionis curationis modus duplex eſt, ſecundum quod ipſam inuenitur dupliciter variatam eſſe: aut enim didymus inteſtinũ & zirbus iam deſcenderunt in ſcrotum & magno tumore extenſio ibi facta eſt cum duritie, aut inteſtina prædicta nondum deſcenderunt, aut valde parum. Cum autem deſcenderunt aut parum, tunc aut faciliter reintroduci poſſunt per compreſſionem manus & trãſpoſitionem corporis ſimiliter, ita vt inferius corporis ſit ſuperius, aut vero nequaquam introduci poſſunt, & proprie propter reſiſtentiam ex parte duritiei, quæ prohibet flexionem inteſtinorum, aut quia inteſtina iam dicta multa ſunt ventoſitate & humiditate plena, aut quarto quia iam in inteſtino ilion, quod deſcendit ad ſcrotum recepta eſt aliqua pars fæcis, quæ licet prius fuerit mollis diuturnitate moræ ibidem contra- B
ctæ conuerſa eſt in ſquibalas: & eius pars humidior ventoſata eſt: nequaquam igitur introduci poteſt inteſtinum, propter quod hoc cum acciderit, plurimum eſt difficilis terminationis & magni periculi: vt in primo ca. demonſtratum eſt. Iam in iſto viro conſimile vidi, q; timoris ingentis & ſuſpicionis materiam mihi dedit. Veruntamen cum hoc acciderit, non eſt omnino deſperandum, ſed viriliter agendum, præmittendo mollificatiua. ¶Et primum quidem eſt, vt conſtanti virtute patienti *fiat encatiſma ex aqua decoctionis fœnugræci, granorum ſiſani, & ſeminis lini an. lib. 2. bdelij mollis & ſubalbidi ℥. iij. chamomil. & meliloti an. lib. ß. ſedeat æger in ipſa vſq; ad vmbilicum infuſus* & cum amplius ibi moram contrahere non poterit, tunc inguinales partes & totum ſcrotum diligenter inungantur ex oleo de ſiſamo & de amigd. dulcibus ante calidis: & hoc fiat C
ter vel quater ſecundum tolerantiam virtutis.

Fomentum inteſtinorum. ¶Si autem per hoc ſemicupium non bene reintromitterentur inteſtina, fomententur ſecundum iſtum modum. ℞. *ſeminis maluæ & althææ an ℥. ij. bdelii mollis ℥ j. chamomillæ, meliloti, fœnugræci, ſeminis lini granorum ſiſami, an. li. ß radicum althææ minutim inciſarum lib 1. coquantur omnia in ſex ſitulis aquæ vſque ad medietatem, infundantur ergo in illam aquam ſpongiæ magnæ & applicentur toti femori & ſcroto vſque ad mollificationem obedientem intromiſſioni.*

Emplaſtrũ. ¶Si autem iterum non obediret inungatur diligenter cum prædictis oleis & ſuperponatur hoc emplaſtrum. ℞. *radicum althææ paſtinacæ, liliorum alborum an. lib. 1 farinæ fœnugræci: & ſeminis lini an. libr. ß. vitellos oui numero ſex, bdelij mollis & ſubalbidi ℥. j. ß. butyri & axungiæ recentium an. lib. ß croci ℈. j. ex omnibus iſtis diligenter contuſis fiat emplaſtrum & calidum ſuperponatur, ita vt amplectatur to-* D
tum ſcrotum diligenter circumligatum, hæc fuerunt inſtrumenta per quæ inteſtina reintromiſſa fuerunt.

Modus conglutinandi & claudendi locum herniæ. Cum ergo iam inteſtina ad locum ſuum naturalẽ fuerint reducta, tunc ſtatim ſurgit intentio obſeruandi ea in ventre ſuo naturali conglutinandi & claudendi locum, quam magis eſt poſſibile: & hoc quinq; inſtrumentis conuenienter fieri poteſt.

Puluis. ¶Et primum iſtorum eſt, vt gratia mollificationis vẽtris & expulſionis ſuperfluitatum hic vir accipiat omni 8. die ℈. ij. huius pulueris. ℞. *medullæ carthami, hermodactylorum electorum an. ʒ. j. polypodij ſicci ʒ j. ß. epithymi cretenſ. ʒ. ij. folliculorum ſenæ ʒ. vj. cymini, dauci, liquiritiæ, ſeminis rutæ an. ℈ j. ſalis indi ʒ j. omnia pulueriżentur per ſe: deinde conquaſſentur & cõmiſceantur, & accipiatur ante cœnam cum brodio carnium vel modico boni vini albi ſubrubei & clari.* E

Pilula. ¶Secundum remedium principale eſt hoc. ℞. *aloes præparatæ ʒ. j. ß pilul. alephanginarum ʒ j. ß incorporentur ſimul cũ ſucco roſ. & fiant pil. de omni ʒ. 6. de quibus omni die quarta intermedia prædictis accipiat vnam parũ ante cœnam: & cũ iſtis alternatim permutando procedat per totum menſem april. 1444.*

¶Tertium ſingulare remedium eſt, vt ſuper loco inguinis portet vnũ de iſtis ceratis omni 15. die permutandum: & ſi deficerẽt ea, q̃ portat, fiat eius compoſitio per hunc modum. ℞ *ſanguinis draconis acatiæ thuris, maſticis, ſandaracæ, hypocyſtidos boli ar. an. ʒ. iij. ſerapini, oppoponacis, bdelij, galbani an ℥. ß. gallarum cupreſſi ℥. ij. glutinis piſcium ℔ ß*

Ceratum ex pelle arietina. *Fiat ergo ſecundum hunc modum, accipiatur pellis arietis depilata, & per quinq; dies infundantur in acetum bene acutum, tunc n. minutim incidatur & coquatur in eodem aceto, & cum dupla parte aquæ pluuialis decoctionis gallarum cupreſſi. Cumq; pellis illa decocta fuerit vſq; ad ſui diſſolutionem* F
tunc ergo à decoctione accepta optime conteratur in mortario: deinde eidem ſuperaddantur gummi diſſoluta cũ aceto acuto & incorporata cũ lib. ß. propuleonis. i. ceræ albæ. Poſterius autem propuleonis incorporẽtur ſpecies longa & fortiſſima cõtritione: & fiãt magdaleones malaxati cũ aceto prædicto: cũ ergo neceſſitas aderit, extẽdatur ſup aluta ſcutali cõuenienti craſſitud. & applicetur inguini,

fortaſ-

A fortaſſis enim Medicina compar iſti in bonitate reperiri poteſt, meliorem autem iſta
inuentã adhuc non vidi: vt à 40. annis circiter quotidiana experientia innotuit mihi.
¶ Quartum remedium ſingulare eſt hoc. *℞. gallarum cupreſſi, puluceris viticellæ an. ʒ. ß. re*
ſinæ claræ & bene pinguis, q. ſ. fiant pilul. cum ſucco plantag. ſeptineruii, & dentur ex eis omni tertia die *Pilula.*
in aurora à trib. vſq; ad quinq; & debet iſtis vti vſq; quo erit ſanus. ¶ Quintum ſingulare & vlti-
mum remedium eſt hoc, vt omni ſeptimana diebus intercidentib. aſſumptioni præ-
dictarum pilularum deglutiat in aurora cochlear vnum huius electuarij. *℞. acatiæ, a-* *Electua-*
rillorum granatorum acetoſorum, arillorum vuarum, ſumach, granorum myrti ſe. plantag. cupula- *rium.*
rum glandium an. ʒ. ij. labruſcæ ʒ. vj. boli armaſti, hypocyſtid. & thuris minuti an. ʒ. j. liquiritiæ ʒ.
B *ij. ß. miuæ cydoniorum, ſyrupi de myrto an. ℥. iiij ſachari al. lib. ß. coquatur ſacharum cum ſyrupis &*
cum libra media aquæ ſublimationis gallarum cupreſſi: vſque ad debitam glutinationem, tunc ergo
effundatur ad mortarium & cum ſpeciebus optima contritione incorporentur ad inuicem & reſeruen-
tur in vaſe lapideo vitreato ſtricti orificij. ¶ Accipe igitur mi zelatiſſime Hugo, vir inſi-
gnis & ampliſſima ſcientia doctiſſime regiæ maieſtatis Cyprenſis & digniſſimis con-
ſulo & rator facundiſſime hoc opuſculum cum ingenti labore, vt percipere poteris,
emolitum & exhauſtum, ſententiis omnium fere illuſtriſſimorum doctorum huius
ſciẽtiæ profeſſorum, cui ſi accurate operam dederis in regendo te, vt tibi ſerioſe con-
ſcribitur, ſanitatem tuam recuperabis, & illam recuperatam poſſidebis. Et vita tua
non parum longæuior fiet: quod tibi ſua miſericordia concedere dignetur ille omni-
um opifex, qui cuncta viuificat, conſeruat & benedicit ad laudes eius immortales.
C Amen.

CONSILIVM CXXXV. *De triplici mala diſpoſitione, videlicet ¶ De debilitate ſtomachi à mala complexione frigida & humida cum multo phlegmate. ¶ De nocumentis auditus à mala diſpoſitione cerebri. Et de nocumento viſus ſiue de imaginationibus per communitatem ad ſtomachum & cerebrum. ¶ Diuiditur autem Conſilium in tria capita.*

CAP. I. *De cauſis dictarum diſpoſitionum.*

VIR egregius & in iure canonico licentiatus approbatiſſimus, DOMINVS
IOHANNES ex LIVONIA diſpoſitiones habet tres, quibus principali-
D ter intendendum eſt. ¶ Prima eſt debilitas ſtomachi proueniens à mala com- *Debilitas*
plexione frigida & humida cum præſentia multi phlegmatis infuſi in tunicas eius & *ſtomachi.*
in fundo eius natantis vel contenti: & hæc quidem conſideranti faciliter patere poſ-
ſunt, eo quia digeſtiua eius notabiliter debilitata eſt: & appetitiua etiam ex negatio-
ne ſitis & multitudine ſaliualis humiditatis & ventoſitatis quantitate notabili in
ſtomacho ipſius commorantium, & vltimo quia ex potus aut cibarij frigidi & humi-
di aſſumptione dyſcraſia eius notabiliter intenditur: & plurib. aliis ſignis, quæ gratia
breuitatis omittuntur.

Secunda vero principalis diſpoſitio ipſius eſt mala complexio cerebri frigida &
humida materialis, propter quam debilitatem cerebri notabiliter habet: quæ etiam *Mala com-*
E in poſterum intenſior fieri parata eſt, quod licet pluribus ex ſignis demonſtrari poſſit *plexio frigi-*
ex duob. tñ nocumentis principalib. quæ in ortis à cerebro acciderunt, ſufficient ma- *da & humi-*
nifeſtare eam, quorum quidem nocumentorum primum eſt in organo auditus ma- *da cerebri.*
nifeſtum, quod eſt diminutio & corruptio in operatione auditiua notabiliter magni-
ficata. ¶ Propter cuius quidem nocumenti plenum intellectum pręmittendum, quod
nocumenta auditionis ſint tria, ſ. ablatio eius, quæ deſtructio nominatur, aut diminu-
tio, propter quam auditus non ſubtiliter perſcrutatur, neq; audit, niſi ex longinquo:
aut eſt nocumentũ auditus corruptio, quod eſt vt ſit vice eius, vt audiat, quod audire
non poteſt, ſicut eſt illud, quod accidit in aure ex ſonitu, tinnitu, ſibilo *quarta tertij cap.*
3. de quibus nocumentis duo principaliter hic vir egregius patitur, ſ. nocumentum
F diminutionis & corruptionis in ſenſu auditus. Ex quibus facile concluditur, quod ad
tertiam ſpeciem nocumenti leuiter paratus eſt: ſicut enim ex aqua & imaginationib.
ex quibus accidit corruptio in ſenſu viſus facile peruenitur ad ablationem eius: ita ex
diminutione & corruptione in operationibus in ſenſu auditus prouenit nocumen-
tum ablationis eius.

¶Quodlibet autem nocumentorum prædictorum duorum, aut eſt radicale aut acci- A
dentale. Et radicale quidem eſt ſurditas aut tarax aut guacre, inter quæ tria ab aucto-
Surditas quid.
ribus differẽtia colligi poteſt. ¶ *Surditas namq; eſt ablatio auditionis proueniens ex priuatione*
foraminis oſſis auditus à generatione : quod os eſt oſtracoſum, anfractuoſum, receptibile
aëris in ipſo ſonatiui. ¶Ex quo facile concludi poteſt ſolutio problematis vulgaris,
ab auctoribus collecti, & experientia certificati, ſcilicet propter quid ſurditas à gene-
Cur ſurditas à generatione ſit incurabilis.
ratione incurabilis eſt. Cum enim à principio generationis virtus defecerit in plaſ-
mando foramen in os prædictum, nullum ingenium artis naturæ defectum ſupple-
re poterit, vt remoueat ſurditatem, aut alia duo nocumenta prædicta. ¶*Tarax vero*
Tarax & guacre quid.
& guacre important nocumentum diminutionis aut corruptionis in auditu eueniens à cauſis diuerſis à
priuatione foraminis iam prædicti. Eſt tamen inter hæc duo differentia: quia tarax impor- B
Differentia inter tarax & guacre.
tat nocumentum diminutionis auditus: & non ablationis in proprio ſignificato, gua-
cre vero importat nocumentum corruptionis auditus aut ablationis, proueniens ex
negatione tranſitus ſpiritus animalis à cerebro à quinto pari neruorum ab eo orien-
tium peruenire debentis ad neruum vel panniculum expanſum in ſuperficie cõcaua
oſſis auditus iã prædicti, licet improprie accipiendo terminos ſ. tarax & guacre quan-
doq; eadem intelligere videãtur auctores, per tarax quandoq; nocumentũ ablationis,
per guacre vero nocumentum ablationis aut diminutionem auditus. hęc omnia qua-
litercunq; *lege 4. tertij primo cap. & 3. cap.* eiuſdem clarius, dum inquit. ¶ *Scias, quod nocu-*
menta auditus aut ſunt ab origine & eſt ſurditas aut tarax aut guacre natiua, aut ſupple, nocumẽ-
tum auditus eſt accidentale *à tempore & intentio quidem ſurditatis eſt præter intentionem ta-* C
rax. Surditas namq; eſt vt pars intrinſeca aſarnax. i. oſſis auditus concreta ſit ſurda, in qua non exiſtit
concauitas intrinſecus, quam prædiximus. ſ. primo huius: *q ſ. concauitas oſſis eſt comprehendens. i.*
recipiens & continens *aerem quietum.* i. in ipſam immerſum & iam conuenientem fa-
ctum: *q ſ. aer audit.* i. audire facit *voces ſua vndoſitate.* i. motu: *ſicut vuea oculi eſt comprehẽdens*
ſpecies: ſcilicet obiectorum viſibilium, per quam deferuntur ad cryſtallinam. Tarax vero & guacre
ſunt, vt non per has ſenſus ſ. auditus *conſequatur priuationem ſecundum diminutionem aut corru-*
ptionem. Et ſubdit, *& non elongatur quin guacre ſit ſicut deſtructio.* i. ablatio *auditus communi-*
cans ſoliditati ſ. oſſis: ita quod non ſit illic in oſſe concauitas: ſed ſupple guacre *etiam accidit, quia*
neruus non affert virtutem ſenſus, licet ſit ibi cõcauitas: & tarax eſt ſicut diminutio abſq; deſtructione
i. importat diminutionẽ & nõ ablationẽ audit⁹ vel auditionis, *aut conueniant ſ. hæc ambo in* D
ſignificatione ſecundũ conuerſionem ſ. ꝙ illorum quodlibet importare poteſt nocumẽtum
diminutionis aut ablationis in operatione audit⁹. lege hæc omnia ibi: q̃a pulchra ſunt
& colligi ẽt poſſunt horũ aliqua *4. de accidẽti & morbo. c. 2. de cauſis accidentium auditus.*

Hæc autẽ duo nocumenta in auditu huius egregij viri exiſtentia aut fuerunt in eo
à generatione contracta, & non habẽt curationem cõpletam, aut ſunt à tempore con-
tracta: & tunc aut non ſunt notabiliter confirmata, aut chronica aut econtra. Si primo
modo, tunc exiſtunt curationis facilioris, vt ſcribitur *4. tertij, vbi ſupra. & 2. breuiarij 12. c.*
& pluries alibi. ¶Iterum tam diminutio, q̃ corruptio in auditu exiſtens, aut eſt per colli-
gantiam aut per eſſentiam facta. Si per colligantiam, aut per colligãtiam totius ad ca-
put, vt frequenter contingit nocumentum diminutionis aut corruptionis auditus à E
mala complexione frigida & humida, à toto capite communicata, aut calida & ſicca,
vt contingit in febribus materias vel ventoſitates cõmunicantes ad aures. Aut ſicut 3.
contingit in fluxib. ventris hęmorrhoidalib. aut vomitibus, aut fluxu ſanguinis à nari-
bus aut aliis euãcuationib. naturalib. aut artificialibus & ſimilibus per te cõſiderandis;
¶Aut contingunt nocumenta prædicta per colligantiam membrorum ꝓximorum vt
cerebri, ſicut contingit in vertigine melancholia & ſimilib. ¶Aut propter nocumenta
euenientia neruis venientib. ab vno pari neruorum cerebri deferentib. ſpiritum ani-
malem ad organum auditus, qui eſt panniculus ſupra declaratus: & hæc quidem ex
neruis veniẽtia nocumẽta fieri poſſunt ꝓpter ſolutionem continuitatis in prædictis
neruis factam in fortib. percuſſionib. & conquaſſationib. capitis: & hæ ẽt ſpecies nullũ F
habent curaõis ingenium. ¶Aut poteſt prouenire ꝓpter oppilationẽ corctatoriam in
prædictis neruis factã à materia humorali quacunq; aut aquoſa, vel ventoſa: & ſunt ſpe-
cies illę quarum curões diuerſis voluminib. facile ab auctorib. legi poſſunt. ¶Aut pro-
uenire poſsũt prædicta nocumẽta ꝓpter oppilationẽ carnoſam: aut à verruca aut apo-
ſtemate

A ſtemate duro factã, q̃ iterum difficilimæ ſunt curationis: aut apoſtemate molli phlegmatico, ſanguineo vel cholerico, quæ tria leuioris curationis exiſtũt. ¶ Aut cõtingere poſſunt hæc nocumenta propter oppilationẽ attenuatoriam, ſicut cõtingit in hectica vtraq; ſ. febrili & ſenili: & in cholericis febrib. maraſmodeis diſpoſitionib. & vtraque harum ſpecierum valde difficilis curationis exiſtit, & raro perficitur, niſi à ſapientiſſimo & exercitato viro. tu ergò hæc conſidera, quia difficilia ſunt. ¶ Adhuc & 2. prędicta nocumenta auditus exiſtentia in operatione eius prouenire poſſunt ab omnibus ſpecieb. malę cõplexionis ſimplicis, cõpoſitæ, materialis & immaterialis, & q̃libet harũ ſpecies curari poteſt niſi valde chronica & cõfirmata fuerit, vt ſupra tactũ eſt: & ſcribitur *quarta tertij, c. 3.* Tertio hæc nocumenta prædicta contingere poſſunt propter op- B pilationem euenientẽ in foramine oſſis petroſi, & eſt os baſilare, à quo incipit os anfractuoſum ſupra declaratum: & huius quidem foraminis oppilatio & cauſa, eius difficultas & facilitas curationis earum eodem modo intelligantur, ſicut de oppilatione prædicti nerui immediate dictum eſt.

Nocumenta vero per eſſentiam euenientia in operatione auditus ſunt, quæ fiunt aut in panniculo ſuperficiei oſſis expanſo, vt iam declaratum eſt: aut cõtingunt in oſſe aſſamach iam prædicti: aut in foramine, per quod ſonorum ſpecies in organum recipi debeant. Et ſi quidem cõtingunt nocumenta prędicta ex parte panniculi iam prædicti, tunc illud fit aut propter ſolutionem continuitatis totalem prohibentem receptionem ſpecierum obiectorum & ſpiritus animalis ſenſibilis, & hæc eſt quarta ſpe- C cies, quæ nullo modo curationem habet. ¶ Aut prouenit iterum propter magnam & ſolidam cicatricem, quæ remanſit poſt vlcera panniculi prædicti: & hæc iterũ ſpecies nullo modo curari poteſt, dum fuerit cicatrix craſſa & fixa, quæ conuenienter remoueri non poteſt: propter difficultatem applicationis medicinarum, quæ ipſam leniẽdo, abſtergendo aut ſubtiliando curari debent. ¶ Similiter etiam ſi contingunt nocumenta auditus per eſſentiam in aliis organis, vt in oſſe iam prædicto, difficulter curari poſſunt: cum fuerint fortia & confirmata & maxime propter impoſſibilitatẽ applicationis medicinarum conuenientium: vt tactum eſt. hæc in ſumma ſunt noſtræ ſententiæ, veritatem nocumentorum auditus, quę ſunt diminutio aut ablatio operationis eius declarantes.

Nocumenta in operatione auditus per eſſentiam.

D De reliquo autem nocumento auditui contingenti nominato corruptio operationum, ſ. de tinnitu, ſonitu & ſibilo, pauca dicenda ſunt. Præmittendo primo, quod vtrunque illorum ſit nocumentum corruptionis auditui, eueniens propterea, quia audienti videtur percipere voces & ſonitus in aere exterius exiſtentes, à quibus tamen euacuatur aer: qui motus cum in aere percipiatur & non extrinſeco, vt ſupponitur, neceſſarium erit, quod talis motus ſit à re intrinſeca, quæ eſt vapor effuſus in concauitatem oſſis iam prædicti, *vt quarta tertij capit. de ſonitu & ſibilo colligendum.* ¶ Fit autem corruptio in operatione auditus propterea, quia ſiue vapor vel ventoſitas in anfractuoſitate oſſis iam prædicti contenta, & ſpiritui, qui eſt inſtrumentum ſenſationis, commixta detineatur, mota & agitata ſimilem organo ſenſationis ſpeciem E ſentiendi repręſentat, qualis eſt motus & inundationis eius, qui fiunt in ſpiritu & in organis prædictis. ¶ Propter quod ex his concludi poſſet cauſa varietatis diuerſarum ſpecierum corruptionis in operatione auditus euenientium. ¶ Aliis enim videtur percipere voces ſibilantium, tympanizantium, tubas & alia inſtrumenta muſicalia harmonizantium. ¶ Aliis videtur percipere ſonitus decurrentis aquæ, conquaſſationis arborum à vento colliſarum. Aliis plurimæ præter has ſpecies diuerſitates percipere videtur, & tu diſcurre per eas, quarum omnium varietatum cauſæ ex prædicto fundamento colligi poſſunt.

Corruptio auditus.

¶ Hæc enim in ſpiritu ſenſibili, qui eſt inſtrumentum auditionis, inundatio aut eſt occulta. i. à cauſa nõ manifeſta producta & fixa, quæ difficilis eſt curationis. Aut enim F tale nocumentum continue in fieri à ſua cauſa dependet, ideo ſi fuerit cauſa eius incognita, difficulter curari poterit. conſequentia patet: eo quia effectus continue à cauſa dependens abſolui non poteſt à ſubiecto ſine remotione cauſæ facientis ipſum. Aut vero tale nocumentum totaliter eſt in eſſe productum: igitur eſt fixum: igitur difficilis curationis; conſequentia patet conſideranti aliquid in theoria,

Aut vero cauſæ talium nocumentorum corruptionis ſunt manifeſtæ & cognoſcuntur A per inuētionem eius, quod mouet vaporem inundantem ſupra motionem & inundationem recepti.

Poteſt autem quodlibet horum nocumentorum fieri à multiplicitate cauſarum. ¶ Et prima eſt acuitas & fortitudo ſenſationis proueniens ex parte organorum & ſubtilitate ſpiritus ſenſibilis, per quæ patiuntur organa à quacunque leuiſſima cauſa. ¶ Secundò prouenire poſſunt nocumenta hæc à debilitate virtutis, quæ facile patitur à quocunq; agente quantumcunque leuiter fere imprimente: aut propter ſpecies malæ complexionis frigidæ, calidæ, humidæ vel ſiccæ, ſimplicis vel compoſitæ, quæ vt plurimum accidit materialis vel immaterialis, & iſtę quidem ſunt cauſæ intrinſecæ: quib. etiam perſuaderi poſſunt aliæ cauſæ materialibus reducendæ: vt ventoſitas, vapor, & aquoſitas. B ¶ Contingunt hæc nocumenta perſæpe per colligantiam totius ad caput, vt in ſtatibus paroxyſmorum, in caſibus febrium ſæpe contingit. Item per colligantiam ad caput & organum auditus, ſicut in motibus materierum à pharmaco agitatarum. ¶ Similiter etiam in forti fame hoc ſæpe contingit. Reliqua vero exempla & aliarum ægritudinum toti communicatarum: vt in aliis membris particularibus intelligi poſſunt ex iſtis tanquam exemplarie poſitis, quæ dimittuntur gratia breuitatis. ¶ Hæc etiam nocumenta & earum ſpecies eodem modo intelligi poſſunt, & ab eiſdem prouenire cauſis, à quibus declaratum eſt prouenire ſurditatem, tarax & guacre, ſicut in præſenti capite viſum eſt. ¶ Ex quibus omnibus facile inferri poteſt difficultas curationum horum accidentium, C quod etiam experimento probari poteſt. Raro enim percipitur aliquem conuenienter curari & perfecte, quin nocumentis iſtis lædatur, & tu percipies, ſi conſiderabis.

Nocumentum corruptionis viſionis.

Tertium vero nocumentum, quo moleſtatur prędictus dominus, eſt nocumentum corruptionis viſionis, licet valde leuiſſimum, eo, quia non perſeuerat, etiam quia per colligantiam à mala diſpoſitione ſtomachi dependent: quod quidem nocumentum corruptionis eſt imaginationes leues prouenientes à vapore, à ſtomacho & inferioribus partibus eleuato, qui cōmiſcentur ſpiritui viſibili, ex qua cōmixtione ſequitur illuſio in operatione viſus, ita vt imaginetur videre in medio obiecta, & figuras, à quibus medium denudatum eſt: ſicut pulices & muſcas volantes ante faciem apparentes, D quarum captionem venatur manus ſine effectu capiendi aliquid. Et etiam in opere videndi eſt nocumentum diminutionis in eo: quia obiecta viſus nō poteſt in quacunq; diſtantia cōſueta percipere: nec figuris, nec ſitibus, quantitatib. aut aliis differentiis viſionis obiectorum, qualia debet percipere. Quorum omnium cauſæ ex prædictorum nocumentorum in primo & in ſecundo cap. colligi poſſunt: quod gratia breuitatis omittitur.

Cap. II. *De cura per regimen ſex rerum non naturalium.*

AD regimen eius per res non naturales & medicinales tranſeundum: quod eſt tale. Regetur igitur aere climatis, ciuitatis, domus vel cameræ ad calidita- E tem naturaliter inclinato: ita quod habitatio eius ſit remota à terra, propinquitate aquarum, vallium, teſtudinum: & ſi talis haberi non poſſit, fiat artificialiter talis cum igne multo, aut ſuffumigationibus rerum calidarum: vt thuris, laudani, myrrę ſtyracis, calamitæ, ſylueſtrium aromaticorū in camera carbonib. ignitis ſuperaſperſorum. Idem dico de veſtib. & tegumentis omnib. tā capiti, q̄ ſtomacho cōuenientib.

Tegumēta.

Cibus.

¶ Similiter ēt cibus & pot⁹ omnis ad caliditatē & ſiccitatē vergere debet, vt vtatur pane de ſimila puriſſima bene fermentato & cocto. ¶ Vtatur ēt carnibus artificialiter cōditis cum cinamomo, pipere, croco, zinz. & ſimilibus. Sint laudabiles carnes, vt pullorum phaſianorum & conſimilium in aquis nullo modo degentium. Sint carnes vituli lactentis & annuales & carnes caſtratinæ, gazelli, leporis, apri & ſimilium. ¶ Pi- F ſces autem non ſint in vſu eius, niſi raro & frixi: & ſimiliter cancri. ¶ Euitet lac ēt & lacticinia cibaria omnia, caſeum mollem & viſcoſum & butyri vſum. ¶ Legumina etiam omnia, præter cicera rubea, euitanda ſunt. Poteſt autem panico, oryza, farre, & ſimilibus vti. ¶ Fructus humidi & recentes, ceraſa, pruna & auellanæ mol-

les ſi-

A les ficus, pepones & conſimiles alij raro comedantur. Omnes enim fructus ſicci conſeruati ſunt meliores ei, quam recentes, nil enim ita vaporoſum ſicut fructus: vt colligitur *xj. tertij, & pluries alibi.* ¶ Sapores autem aceto conditi boni ſunt, non tamen in multo vſu. Agreſta & ſuccus arantiorum bona ſunt. ¶ De oleribus autem bona ſunt ei omnia calida & ſicca, vt ſaluia, roſmarinus, ſerpillum, mentha, meliſſa, origanum & aliquando caules, napi & rapæ optimi ſunt ei, raphanus autem, cæpæ, allium, & bulbus raro comedantur vt & porrum. ¶ Confectiones de amygdalis, de auellanis, phiſticis, aniſo, zinz. cinamomo, omnes placent, & coriandrum conditum cum diacitonite, cum ſpeciebus & abſque illis bonum eſt. Confectio vero de pineis omnino dimittenda eſt. Grana enim pini nocent ſtomacho, *13. tertij.* ¶ Vi-
B num conueniens ei eſſe debet album; ſubtile, aromaticum, ſapore, & ſubſtantia bonum. Aqua vero & vſus eius omnino dimittatur. Similiter etiam fugienda eſt cereuiſia; quia ventoſa eſt & caput replet: hydromel autem bene confectum conueniens eſt ei; dummodo non generentur in eo ventoſitates. ¶ Exercitium vero conueniens *Motus & quies.* eſt ei pedeſtre & equeſtre factum tamen ſuauiter & proprie poſt cibum. Ieiuno vero ſtomacho fortius exercitari poteſt. Multa vero q̃es & otium non placet mihi: immo dimitti debent. ¶ Dormire vero debet conuenienter in die naturali ſpatium vij. vel viij. horarum ad celebrandam digeſtionem conuenientius, licet hæc dormitio nocturna ſit ei conuenientior, quam diurna. *Somnus & vigilia.* Si autem dormire debeat in die propter carentiam quantitatis conuenientis nocturni ſomni, aut propter con-
C ſuetudinem, dormiat diſtanter à cibo per horam vnã & mediam, vel circa. Et omnino dormitio eius debet eſſe capite condecenter eleuato: & de cubitu eius facto prius ſup dextro, poſtea ſup ſiniſtro latere. ¶ De paſsionibus autẽ animi triſtantibus & terrefacientibus omnino debet eſſe ſemotus: *Motus animi.* eo quia debilitatem in virtute reſolutionem, in ſpiritu agitationem & vaporationẽ in humoribus corporis efficiunt: propter quę nocumenta tã auditus quã viſus deteriora fieri poſſunt. ¶ De reliqua vero re non *Inanitio & repletio.* naturali, ſ. quantitate repletionis dicendum, quod omnino non comedat, niſi fames naturalis approximata ſit manifeſta. Cum autem ſuperuenerit fames, accipiend⁹ eſt cibus, ne materiæ, à quibus ſtomachus eius non euacuatur, in ipſo corrũpantur. ¶ Secundo attendat, ne quantitatem cibi & potus egredientium naturalem menſuram
D accipiat, deterior enim cibus eſt, qui ſtomachi grauitatem efficit, ſicut deterior potus, qui in ſtomacho natat & fluctuat, ita quod melius ſit ei à menſa ſurgere cum aliquali reliquia appetitus, quam cum aliquali completa ſaturitate. ¶ Cum autem contigerit ex cauſa, qualiſcunque ea fuerit, cibi & potus quantitatem multam fuiſſe aſſumptam, intendatur omnino euacuationi eius & melior modus eſt per ſubſequentẽ abſtinentiam longam corrigere repletionem, quam vti remediis alijs. Neq; enim euacuatio per vomitum eſt ei conueniens, eo quia ſtomachus & caput debilia ſunt, quorum debilitas intenditur à vomitu. Euacuatio etiam per clyſteria non multum grata eſt Vltramontanis. *Clyſter.* Quia vero optima eſt & ſecurior alijs: ego cõſulo, quod hic vtatur ea & maxime clyſteri tali. ℞. *aquæ decoctionis foliorum violarum, mercurialis, bletæ,*
E *volubilis omnium ana M. j. furfuris à farina bene mundi, M. j. hordei M. j ß. coquantur omnia in* ℔. *vj. aquæ vſq; ad conſumptionem medietatis: & fortiter exprimantur & colentur: de qua colatura* ℞. ℔. j. *hieræ ſimplicis Gal.* ℥. j. *ſachari rubei, caſsiæ & benedictæ ana* ʒ. *iij. olei violarum* ℥. *iij. ſalis communis* ʒ. *v. & fiat clyſtere: Si autem velit ipſum calidius facere vt hyemali tempore, loco olei violarum ſumatur olei de aneto & olei liliorum al. an.* ℥. *ij. & addantur decoctioni chamomillæ, ſe. aneti an. M. ß. & erit optimum.* ¶ Si autẽ omnino abhorreret clyſtere, vtatur pilulis alephanginis deſcriptione Meſ. ex quibus accipiatur frequenter ab vna vſque ad tres ſecundum maiorem & minorem ſtipticitatem ventris parum ante cœnam: aut ex eis accipi poſſunt in aurora quinque bis in menſe, placent autem mihi in caſu ſuo
F pilulæ hieræ ſimplicis excellenter.

Cap. IIII. *De purgationibus faciendis bis in anno.*

REGIMEN vero per medicinales res appropriatas omnibus prædictis diſpoſitionibus & conueniens ad totius corporis mundificationem eſſe debet in duo cap. partiendum. ¶ Primum eſt deſcriptio quarundam purgationũ,

quæ bis in anno fieri debent, ſ. in menſe Aprilis vel Maij & à medietate Septembris vſque ad medietatem Octobris, per tales autem purgationes mundificabuntur ſuperfluitates in toto corpore congeſtæ, in ſtomacho, capite & organis ſenſuum partialiter inuentæ. *Pilula.* ¶ Minoratiuum igitur bonum præmittendum eſt hoc. ℞. *pilularum de agarico* ℈. ß. *pilularum de reub.* ℈. j. *fiant pilulæ vij. cum hiera ſimplici.* ¶ Secundum *Potio.* minoratiuum leuius prædicto. ℞. *caſſiæ de canna extractæ cum aqua* ℥. j. *aggarici electi* ℈. j. *zinz. gran. iij. accipiatur cum aqua feniculi calida.* ¶ Tertium minoratiuum fortius prædi- *Pilula.* cto eſt hoc. ℞. *pilularum de hiera compoſita* ʒ. j. *reformentur pilulæ vij. cum hiera ſimplici: & qualibet harum medicinarum accipi debet in aurora: & poſt ipſas dormiatur per vnam horam: & tardetur cibus horis quinq;:* & tunc accipiatur cyphus brodij pulli macri cum ſacharo & *Digeſtiua.* bibatur, poſt quem potum tardetur cibus per vnam horam. ¶ Digeſtiuum vero conueniens prædicto tempore & leue eſt hoc. ℞. *aquæ abſynthij, aquæ feniculi ana* ℥ j. ß. *aquæ raphani* ℥. j. *ſachari albi* ℥. j. *accipiat totam calidam in aurora.* ¶ Digeſtiuum fortius prædicto eſt hoc. ℞. *aquæ maioranæ, feniculi ana* ℥. ij. *ſyrupi de calamento* ℥. j. *miſce.* ¶ Adhuc fortius prædictis eſt hoc. ℞. *oxymell. ſquilitici* ℥. j. *ſyrup. de ſtœch.* ℥. ß. *aquæ botonicæ, feni ana* ℥. j. *radicum ireos* ℥. ij. *miſce, & accipiatur actu calidum.*

¶ Præmiſſa digeſtione euacuetur materia eradicatiue cum hoc. ℞. *hieræ ſimplicis deſcriptione Gal. 4. terapeuticæ* ℥ j. *electuarij diacaſtorei, deſcriptione Nicolai* ℥. j. *miſce, & totum accipiatur calidum cum aqua decoctionis galangæ.* *Potio minoratiua.* Cum hoc enim medicamine gentem multam ab imaginationibus & tinnitu, ſibilo, & diminutione auditus ad bonam diſpoſitionem ſæpe reduxi. *Pilula.* Aliud. ℞. *pilularum aurearum* ℈. j. *pilularum de ſarcocolla, deſcriptione maiori earum* ℈. ij. *fiant pilulæ vij. cum ſy. de ſtœchade.* ¶ Si vero fortius eradicatium quærit, *Alia.* ℞. *pilularum de ſarcocolla, pilularum cochiarum an.* ʒ. ß. *vel* ℈. ij. *formentur pilulæ cum ſy. de ſtœchade, accipiantur omnes hora, in minoratiuis aſsignata, & obſeruentur poſt eas conditiones ibi tactæ, &c.* ¶ Minoratiua conuenientia in autumno pręcedente hyeme leuiora debent eſſe prædictis eo, quia plurimum virtus eſt debilitata magis, *Minoratiuum tempore autumni.* tunc, quam in fine hyemis, propter reſolutionem, conſumptionem & alios exceſſus in æſtate factos in regimine rerum non naturalium, & ideo minoratiuum conueniens eſſet hoc. ℞. *aquæ cichoreæ, aquæ violarum ana* ℥. j. *caſſiæ præparatæ cum aqua lupullorum* ℥. j. ß. *miſce.* ¶ Aliud minoratiuum conuenientius prædicto & pro nobilibus eſt hoc. *Aliud pro diuitibus.* ℞. *aquæ endiuiæ, aquæ lupullorum, aquæ violarum ana* ℥. j. *mannæ electæ* ℥. ij. *reub. electi* ℈. ij. *ſpicæ nardi gran. v. infundantur ſimul per vnum diem naturalem. Deinde exprimantur & colatura calida bibatur.* ¶ Et ſi quærimus minoratiuum fortius paulo & non minus conueniens: accipiatur ℥. ß. *electuarij de pſyllio cum aqua decoctionis hermodactylorum & macis. Hæc enim medicamina educunt materias phlegmaticas & cholericas & aliquantulum aduſtas à toto & à capite;* vt patet ex virtute ſimplicium. *Digeſtiua.* ¶ Digeſtiuum vero pro his temporibus conueniens poteſt eſſe hoc. ℞. *mellis roſ. colati* ℥. j. *ſyrupi roſ.* ℥. ß. *aquæ feniculi, abſynthij & cichoreæ ana* ℥. j. *miſce.* ¶ Aliud digeſtiuum fortius prædicto ad materias acutiores eſt hoc. ℞. *ſyru. violæ.* ℥. j. *ſyru. nenupharini* ℥. ß. *aquæ violarum, aquæ acetoſæ ana* ℥. j. ß. *miſce.* ¶ Aliud commune materiebus fere omnibus. ℞. *ſyrupi compoſiti acetoſi* ℥. j. *ſyrupi diarodon* ℥. ß. *aquæ lupullorum* ℥. j. *aquæ betonicæ, meliſſæ ana* ℥. j. ß. *miſce.* ¶ Euacuationes vero eradicatiuæ hoc tempore conuenientiſsimæ eſſe poſſunt ex prędictis minoratiuis factæ vigorando doſes. ¶ Aliud eradicatiuum bonum ad hanc intentionem *Electuarium minoratiuum.* eſt hoc. ℞. *electuarij diaphoeniconis* ℥. j. ß. *electuarij de pſyllio* ʒ. ij. *miſce.* ¶ Secundum euacuatiuum fortius dicto eſt hoc. ℞. *pilularum de hiera compoſita* ℈. ij. *pilularum cochiarum* ℈. ß. *fiant pilulæ vj. & dentur: vt ſupra.* *Pilula.* ¶ Tertium adhuc fortius ad multas materias valens & diuerſas eſt hoc. *Alia.* ℞. *pilularum aurearum* ℈. j. *fiant vij. cum hiera ſimplici, & dentur omnes, vt ſupra de minoratiuis ſcriptum eſt.*

Cap. IIII. *De medicinis habentibus commune iuuamentum ad nocumenta ſtomachi, viſus & auditus.*

Pro ſecundo vero cap. ſunt medicinæ ſcribendæ, quarum iuuamentum eſt commune ad nocumenta ſtomachi viſus & auditus. Et primo quidem ſcribentur compoſita concernentia materias inuentas in capite & ſtomacho

A ſtomacho & organis ſenſuum, prohibentia generationem ipſarum & confortantia virtutes & organa ſenſuum. ¶ De quorum numero ¶ Primum eſt hoc. ℞. *electuarii mithridatii in mane hora ſupraſcripta* ʒ. j. *vel* ʒ. j. ß. *cum* ℥. j. *aquæ maioranæ, betonicæ, ſaluiæ vel lauri.* ¶ Secundum eſt, hiera hermetis, quæ accipiatur, vt ſupra. ¶ Tertium eſt, theriaca Andromachi, quæ accipiatur cum aqua feniculi aut aqua lauri vel ireos. ¶ Quartum, eſt electuarium diambra. ¶ Quintum, diamuſcus dulcis. ¶ Sextum, confectio anacardina, de qua omni tempore accipi poteſt ſemel in ſeptimana ʒ. j. in aurora cum decoctione macis, præterquam in diebus caloris: & hæc quidem medicina multum efficax eſt, ſi fuerit bene compoſita. ¶ Compoſitum autem bonum,

B quo vti ſoleo ego in ſimilibus diſpoſitionibus & inuenio iuuamentum maximum, eſt hoc. ℞. *cubebarũ, folii, ameos, amomi, galangæ, zinziberis electi, caryophyl. ana* ʒ. j. *macis* ℥. ß. *ligni aloes, nucis muſcatæ, zedoariæ, aniſi, cinamomi, granorum paradiſi ana* ʒ. j. ß. *roſarum violarum, florum nenupharis, ſeminum endiuiæ, ſcariolæ ana* ʒ. j. *florum bugloſſæ* ʒ. ij. *florum roriſmarini, granorum feniculi, granorum phiſticorum infuſorum in aquam calidam per diem naturalem* ℥. ij. *ſyrupi de calamento* ℥. iiij. *oxymellis ſquilitici* ℥. ij. *ſyru. roſ.* ℔ ß. *ambræ moſchi ana* ℈. ß. *fiat electuarium cum* ℔. ß. *ſachari albi, quod quidem poſt complementum eius bulliat in ſuccis ſaluiæ, betonicæ, feniculi ana* ℔. ß. *vſq; ad conſumptionem ſuccorum, & reſeruetur vſui accipiendo ex eo omni mane & ſero à* ʒ. *tribus, vſq; ad ſeptem*, nullam enim inueni medicinam parem ſibi ad confortationem ſtomachi & organorum ſenſus &c. ¶ Ad hanc etiã intentionem

Electuarium.

C mirabiliter conferunt myrabolani chebuli conditi: ex quibus frequenter accipiatur per tres horas poſt cœnam & in aurora etiam.

¶ Et iterum ad hanc intentionem confert zinziber conditum, ex quo in aurora accipiatur radix vna.

¶ Ego vero ſæpe in nocumentis viſus & auditus condiri feci cum ſacharo ſeminum raparum ʒ. ij. ſe. raphani ʒ. j. eo modo, quo conditur coriandrum: & faciebam ægrotantes vti illis poſt prandium & cœnam. Quantum enim ſemina raparum conferant in acuendo & confortando viſum, & ſemina & quælibet pars raphani in confortando auditum, omnium voluminum medicinæ ſententias legere potes.

Non eſt etiam mirum aut impoſsibile inueniri medicinas ſimplices & compo-

D ſitas ſimul conferentes grauitati auditus, ventoſitatibus, tinnitui eius & ſibilo: immo etiam viſui conferentes, & legere potes hæc 4. *tertij, in cap. de cura nocumentorum auditus*, vbi plura ſcribuntur talia, & habetur literæ ſeries ita: *& dicamus ſicut à capite iterantes verbum*, quod ex medicinis illis omnibus, quæ facta ſunt ex grauitate auditus & dolore eius: & ventoſitate ipſius: & ſonitu: & tinnitu: cuius cauſa eſt materia frigida & frigus poſt purgationem capitis ſunt: ſicut deſtilletur in aurem baurach. i. ſalnitrum cum aceto & melle dicendo ſic. ℞. *mellis* ℥. j. *aceti* ʒ. ij. *ſalis* ʒ. j. *bulliant omnia ſimul vſque ad conſumptionem quartæ partis, & fiat ex eo ſicut dictum eſt.* ¶ Secundum remedium eſt fel ouinum cum oleo & melle: aut cum oleo amygdalarum amararum iniuncta aure & calidum. ¶ Tertium, aqua i. ſuccus

Simplicia & compoſita conferentia grauitati auditus.

Baurach quid.

E porri, & eſt per me expertum ſæpe. ¶ Quartum, aqua i. ſuccus cæpæ cum melle, an. ¶ Quintum, prædictum cum lacte mulieris deſtillando in aurem duas guttas ex eo cum piſce diſſoluta ſimul mane & veſperi. ¶ Sextum, elleborus albus & niger cum oleis conuenientibus, & cum oleo de lilio. ¶ Septimum, aqua aniſi, abſinthij & corticum raphani: & intelligo, & operor ita per aquam ſuccum. ¶ Octauum vero ab occulta proprietate conueniens eſt oleum decoctionis ſerpentis. ¶ Nonum, oleum lauri ſæpe per me expertum. ¶ Decimum ingenium factum de caſtoreo & euphorbio cum oleo: vt ſæpe feci. ¶ Vndecimum, oleum de balſamo, quod eſt mirabile, niſi eſſet adeo precioſum. ¶ Duodecimum vero & vltimum eſt oleum de napta, cum quo plurimos à prędictis acci-

Oleum de napta quid.

F dentibus ſæpe defendi. ¶ Eſt autem oleum de napta: oleum de petris factum. i. oleum petroleum.

In litera vero ſequẽti iterũ ex A ui quatuor laudãtur ſolennia medicamina. ¶ Quorũ primũ eſt. ℞. *glutinis alimbat: eſt terepenthina* ℥ j. *oleũ de keyri: & eſt de viola citrina* ℥. ij. *oleũ amygdalarũ amararum* ℥. ß. *coquantur omnia ſimul & deſtilletur ex eo in aurem mane & ſero.* ¶ 2dũ vero remediũ eſt mel ſtyracis, & eſt lubrie. i. ſtyrax liquida cũ oleo keyri auribus

Gluten alimbat quid.

Mel ſtyracis.

iniecta calida: quoniam ſæpe vtiliter expertus ſum. ¶ Tertium eſt aqua. i. ſuccus colocyntid. ¶ Quartum ſuccus dragonteæ, ſ. auri iniectus calidus. Hæc enim complectuntur ſublimitatem virtutis omnium medicinarum, quæ in aliquibus medicinæ voluminibus inueniri poſſunt: nec quęre plura per elegantiam dignitatis, & maxime laudis Auicennæ ſuper alia medicinæ volumina, &c. A

Medicamina ad imaginationes. Localia.

Specialia vero ad imaginationes medicamina conferentia ſunt electuaria compoſita ſupraſcripta. Et maxime electuarium ex illa mea deſcriptione compoſitum. Localia vero imponenda cum magna tamen cautela, quæ à me nunquam libenter imponuntur, niſi in caſu neceſsitatis magnæ leuiora ſunt iſta. ¶ Primo ſuccus feniculi expreſſus & depuratus expoſitus ſoli cum modico pulueris ligni aloes. ¶ Fortius illo eſt ſuccus ille, ex quo accipiatur ℥. j. *ſalis gemmæ* ʒ. j. *& permittatur diſſolui cũ ſucco illo, & collyrizetur ex eo gutta vna in oculum bis vel ter in die.* ¶ Tertium eſt, vt accipiatur fæcalis pars à ſucco feniculi depurata & exiccata & diſſoluatur ʒ. j. ex ea in ℥. j. aquæ eufragiæ & inueni ex ea iuuamentum ſublime &c. ¶ Communia vero localia omnium auctorum medicinę ſententijs approbata ſunt fella omnium, & ſunt proprie volatilium de rapina degentium: vt collyrium fellis accipitris, phaſiani, perdicis & aliorum non ſarcophagorum volantium peditantium. ¶ Collyrium bonum leue eſt hoc. ℞. *fellis ſaboth*, eſt piſcis lucius nominatus, ʒ *ij. ſalis gemmæ* ℈. ß. *diſſoluatur ſal gemmeum in prædicto felle & imponatur oculo.* Hoc enim eſt medicamen elegans & leue ſatis, hæc ſunt illa, quæ meo iudicio rationabili cum experimentali meliora & ſecuriora prædictis diſpoſitionibus conferentia tradita ſunt à ſapientibus, vt in voluminibus eorum legi poteſt, &c. B C

Collyrium. Fel ſaboth.

CONSILIVM CXXXVI. *De modo rectificandi appetitiuam & digeſtiuam virtutes ſtomachi & cordis ſubſtantiam ac renes.*

GAVDEO lætitia non modica, cum ſentiam ex te frater optime domini C. ſtrenui conualeſcentiam exoptatam, de qua tamen nunquam dubitaui: nec adhuc dubito, quin ſemper ad melius diſpoſitio eius permutari debeat vſque ad ſanitatem completam, propter quod apud illa, quæ à modo non leui ſcrutinio fuerunt applicata. Quinque punctis quinque accidentium correctiuis videtur mihi deinceps inſiſtendum eſſe. ¶ Et primum quidem, quod eſt vt melioretur appetitus eius & digeſtiua, cui prouideo cum hoc cerato à ſapientibus approbato: quod ſuper ſtomacho ſuo ſemper applicatum conſeruari debet. Deſcriptio ceroti. ℞. *reſinæ claræ electæ* ℥. j. ß. *ligni aloes, galliæ mu. macis, menthæ, folij, cyperi, maſticis ana* ℈. j. *ceræ quantum ſufficit fiat ceratum bene tenax.* ¶ Secundum principale eſt, quod iterum vigoretur ſubſtantia cordis eius hoc medicamine, cuius petiam figura nebulæ ſacharatæ rotundam factam ſemper ſuper mamilla ſiniſtra portare debet: omni tamen fine quatuor dierum naturalium renouandam. ℞. *ligni aloes, been al. & ru. oſsis de corde cerui, hyacinthi, ſmaragdi, foliorum auri ana* ʒ. ß *margaritarum* ʒ. j. *folij, caryophyllorum, galangæ ana gran. v. laudani puriſsimi* ℥. j. ß. *croci* ℈. ß. *reſinæ claræ* ʒ. *iij.* ß. *ceræ quantum ſufficit, fiat ceratum bene tenax.* ¶ Tertium principale eſt, quod propter multitudinem ſputi ſuper capite ſuo portet ſemper hoc ceratum à coronali commiſſura per totam ſagittalem portenſum per latitudinem quinque digitorum vſque ad ſummitatem capitis; gratia cuius etiam ſputi per duas horas poſt cœnam omni ſero accipiat vnam rotulam confectionis, quæ infra deſcribitur, continuando eam per ſpatium decem dierum. ¶ Primũ remedium pro capite. ℞. *ſtyracis calamitæ, ſpodij, ſandaracæ & galliæ muſca. Zedoariæ ana* ʒ. ß. *ſandalorum amborum, corallorum amborum, ſe. por. roſarum, labruſcæ an.* ℈. ß. *reſinæ* ʒ. *v. opoponacis* ʒ. j. *diſſoluantur gummi cum aceto albo acuto fiat ceratũ* amplectens commiſſuras iam ſcriptas. ¶ Secundum vero remedium capitale iterum humiditatum catarrhalium conſumptiuum eſt hoc. ℞. *electuarij mithridatii* ℥. ß. *ſandaracæ, boli ar. maſticis, roſarum, labruſcæ, corallorum an.* ʒ. ß. *ſachari albi lib.* ß. *fiat confectio in rotulis magnis, quæ cooperiantur folijs auri*: de qua confectione *aſſumendum eſt poſt cibum per quantitatem* ß. ʒ. ¶ Quarto, pro renibus eius prouideatur cum hoc ſalubri vnguento, quod D E F

Ceratum ſtomachale.

Aliud cordiale.

Ceratũ cephalicum.

Rotula.

Vnguentũ pro renibꝰ.

applicet

A applicet renibus ſuis à medio ſpatularum, vſque ad finem ſpinæ per totam latitudinem & longitudinem eius. *℞. olei nenupharini, olei vio. olei de ſemine lactucæ an. ℥. j. boli ar. ſandaracæ, roſarum, ſeminis portu. florum nenupharis an. ʒ. ß. campho. ℈. j. ceræ al. q. ſ. fiat vnguentum molle & ei applicetur vt ſupra.* ¶ Vltimo habeatur in memoria fluxibilitas ventris, & ſi non fuerit naturaliter ſe habens, artificialiter fiat cum pilulis alias habitis aut cum electuario ſuo ad libitum. Iſtis applicitis per dies aliquot, fiat mihi notitia de ſtatu eius, vt ſedulo prouidere poſsim & conuenienter his, quæ emergent.

Conſilivm CXXXVII.

B *Aliud iterum pro eodem ad rectificandum digeſtiuam frigidam eius & ad inducendum appetitum.*

Accipe *vini cydoniorum & aceti albi acuti an. ℔. ß. aquæ electæ ℔. ij. ſach. al. ℔. j. diſſoluatur primo ſacharum cum aqua ebullitione leui: deinde ſuperfundatur acetũ & iterũ modicũ coquatur. Tertio vero ſuperponatur vinum cydoniorum & coquantur inuicem lento igne bene deſpumando vſq; quo fiat conuenientis ſpiſsitudinis. Cum ergo coquitur aromatizetur cum infraſcriptis ſpeciebꝰ in ſindone rara ligatis. ℞. menthæ ſicca ʒ. ij. ligni aloes, maſticis, caryophyllorũ an. ℈ j. macis ʒ. ij. puluerizentur, & fiat vt dictũ eſt.* De hoc igitur potu accipiatur ℥. j. ß. cũ ℥. duabꝰ ß. aquæ decoctionis maſticis, & ſit bene calidum per nouem horas poſt cœnam aſſumptum & tardetur poſt ipſum cibus horis ad minus tribus. Fiat C autem aqua maſticis hoc modo. *℞. maſticis claræ & electæ ʒ. j. ß. aquæ veri fontis phialam vnam: coquantur ſimul lento igne vſque ad conſumptionem tertiæ partis duabus remanentibus.* ¶ Secundum principale remedium eſt hoc. *℞. laudani puriſsimi ʒ. ij. reſinæ mundæ & bene claræ ℥. j. ß. ligni aloes ʒ. j. ß. gal. muſcatæ ʒ. ß. roſarum ſpodij, ſandalorum amborum granorum myrti, caryoph. an. ℈. j. camphoræ grana v. ceræ albæ quantum ſufficit, fiat vnguentum* bene tenax, de quo petia magna ſcutalis figuræ ab ore ſtomachi vſque ad vmbilicum verſus laterales partes per duos digitos applicetur: & ſemper ibi affixa permaneat: & ſi quandoque à calore naturali reſoluta caderet: tunc reficiatur alia & apponatur. ¶ Tertium inſtrumentum principale eſt hoc. *℞. cinamomi electi ℥. ß. granorum myrti ℈. j. pulueris pelliculatum ſtomachi gallinarum præparatarum ʒ. iij. fiat omnium per ſe puluis ſubtilis, cuius aſperitatem non percipiat ſenſus tactus: in cuius fine ponatur pulue-* D *ris electi ſmaragdi ʒ. j. de hoc igitur puluere in omni ſuo cibario commiſceatur.* Et ſi quandoq; & proprie poſt reiectionem phlegmatis de ipſo biberet ʒ. j. cum tertia parte cyathi bonę romaniæ non habentis excellentem ſaporem reſinæ, ſummum eſſet ei auxilium. ¶ Quartum inſtrumentum non minus elegans prædictis eſt hoc. *℞. margaritarum electarum ʒ. j. ß. folij cinamomi electi, florum roriſmarini ana ʒ. ij. maſticis ʒ. ß. carpobalſami, xylobalſami ana ℈. j. aniſi liquiritiæ ana ʒ. j. ſachari al. ℔. j. pulueris pelliculatum anteſcriptarum ʒ. ij. cum aqua menthæ fiat confectio in fruſtis velut pineata.* de hac igitur confectione accipiat ſemper in principio menſis fruſtum vnum vel duo. ¶ Quinto principaliter memoret vti poſt omnem cibum immediate confectione de cydonijs diu ei ordinata: de qua E ſemper accipiat vnum vel duo fruſta ſecundum conuenientem tolerantiam ſui ſtomachi. ¶ Vltimo vero memoret eligere vinum ſubrubeum vel parum nigrum, clarum, aromaticum, & bene potens: cuius ſapor participet dulcedine cum ponticitate. ¶ Et baſis cibariorum eius fundetur in carnibus capretinis, gazellinis, leporinis, vel vitulinis elixis vel aſſatis. Neque obliuioni mandet mittere ad accipiendum grana creſpini, quorum inueniet copiam ſi in roueretum Tridenti: & Veronam mittet.

Potio.

Aqua maſticis.

Vnguentũ.

Puluis cibis commiſcendus.

Morſelli.

Conſilivm CXXXVIII.

De ſex malis diſpoſitionibus, videlicet ¶ De apoſtemoſa diſpoſitione ſtomachi. ¶ De fluxu ventris F *quandoque chyloſo: quandoque lienterico. ¶ De cachectica diſpoſitione. ¶ De dolore renum cum mala complexione calida eorum. ¶ De mala diſpoſitione cerebri & omnium fere partium capitis à cauſa frigida & humida materiali. ¶ De vniuerſali debilitate corporis propter debilitatem cordis à mala complexione in eo. ¶ Diuiditur autem Conſilium in cap. ſex ſecundum ſex diſpoſitiones:*

Cap. I. *De apoſtemoſa diſpoſitione ſtomachi & eius cura.* A

BARTHOLOMÆVS Veronenſis vir commendabilis ſex difficilibus ægritudinibus moleſtatur, quarum quælibet regimine indiget conuenienti & ſollicito.

Apoſtemoſa diſpoſitio ſtomachi. Et prima quidem ęgritudo eius eſt apoſtemoſa diſpoſitio ſtomachi: quam ſenſus tactus per digitos ij. comprehendit infra os ſtomachi extenſionem & duritiem habens mediocrem: & ex compreſſione ipſe patiens & etiam abſque compreſſione notabiliter dolet. ¶ Similiter etiam operationes ipſius ſtomachi ſcilicet appetitiua & digeſtiua communes notabiliter læſę ſunt: vt etiam propria digeſtiua ipſius ſtomachi: ita quod nutrimentum in propriam ſubſtantiam eius non transferatur conuenienter. Vnde continue debilitatur & reſoluitur ſubſtantialiter. ¶ Adhuc etiam propter debilitatem ipſius eſt frequenter hic vir in continuo ſputamine: & ſuperfluitates multæ in eo congregatæ per viam indigeſtionis frequenter ſunt cauſa deſcenſus chyli & diminutæ digeſtionis ipſius. B

Cura huius diſpoſitionis. Cura huius ægritudinis principaliter dependet ex cura apoſtematis ipſius. Si amplius duraret hoc apoſtema, induraretur & eſſet difficilioris curæ valde: propter quod ſubſequenda curationem his, quæ adhibita ſunt per me cum ipſe fuerit phlebotomatus & euacuatus euacuationibus appropriatis educentibus materiam mixtam ex phlegmate dominante & cholera ſubdominante, ſatis mihi videtur ſufficere, vt ſubueniam ei cum ſex remedijs. ¶ Et primum quidem horũ eſt: vt iſte vir omni mane accipiat hunc potum, quem continuet per integrum menſem. *Potio.* ℞. *aquæ abſinthij, menthæ & melliſſæ an.* ℥.j. *aquæ radicis althææ* ℥.j.ß. *miſce & cum ſacharo calidum ſumat in aurora.* C ¶ Secundum remedium eſt, vt cum acceperit ipſum v. vel vj. vicibus: *Alia.* tunc ſexta die ſequenti vel ſeptima accipiat hoc euacuatiuum leue, quod educit materiam prædictam: & proprie immerſam in tunicis ſtomachi. ℞. *hieræ ſimplicis* ℥.j. *aquæ althææ* ℥.ij. *miſce & tardetur cibus & potus horis ſex: & hæc quidem duo inſtrumenta* rectificant malam complexionem ſtomachi frigidi & humidi materialem, quæ dependet à phlegmate dominante ſuper cholerica materia inuenta in ſtomacho eius. ¶ Tertium remedium eſt, vt ſemper ſuper ſtomacho ſuo portet hoc emplaſtrum. ℞. *emplaſtri de mucillaginibus ſimplicis* ℥.ij. *emplaſtri de meliloto ſecundum Meſ.* ℥.iij. *ſal. indi* ʒ.ij. *Emplaſtrũ ſtomachale.* *ſtyracis liquidæ* ℥.ij. *bdelij moll. & ſubalbidi* ℥.j. *menthæ, abſynthij, cymini, cardamomi maioris an.* ℥.j.ß, *diſſoluantur omnia cum aceto & incorporentur & calidũ ſtomacho applicetur.* D Scio enim, quod hoc emplaſtrum magnam partem tumoris, duritiei & doloris curabit, & ſi continuetur, in totum ſanabitur. ¶ Quartum remedium eſt hoc. ℞. *pilularum de ſpeciebus ſecundum Meſ.* ʒ.j. *bdelii mollis & ſubalbidi* ʒ.j. *ammoniaci* ℈.ij. *incorporentur omnia ſimul cum modico vini aromatici: fiant pilulæ de omni* ʒ.vij. *Pilulæ.* *de quibus accipere poteſt vnam poſt euacuationem iam dictam omni tertio vel quarto ſero parum ante cœnam tempore, quo non moleſtatur à fluxu ventris:* de quo videbitur in ſequenti ſecunda parte principali. ¶ Quintum remedium eſt, vt ſemper ante cibum vtatur confectione de phiſticis, quam ego compoſui, quæ recipiatur cum aqua menthæ, & non cum aqua violatá. Ego enim tali confectione cum aqua hac vltima. i. aqua violarum vel endiuiæ facta vtor ſolum in febribus. E ¶ Sextum remedium eſt hoc. *Alia.* ℞. *galliæ muſcatá, ſtyracis, calamitæ, maſticis, thuris an.* ʒ.j. *cardamomi ma. cymini ſimplicis, macis an.* ʒ.ß. *cum ſucco abſynthij formentur pilulæ, de quibus ſemper in fine cibationis vtatur duabus vel tribus: ipſæ enim iuuant ad bonam digeſtiuam* efficiendam & conſumptionem materierum prædictarum: ſicut prædicta confectio ante cibationem accepta cum hoc, quod digeſtiuam confortat, materias etiam per inferiora diuertit. Et hæc de ægritudine prima dicta ſufficiant.

Cap. II. *De cauſis fluxus ventris & eius cura.*

SECVNDA vero principalis ægritudo hui⁹ viri eſt fluxus ventris, qui quãdoq; chyloſus eſt, quãdoq; lientericus aliqualiter: licet enim digeſtiua ſtomachi non ſit nocita nocumento ablationis, eſt tamen læſa læſione diminutionis: F ita quod chylus diminute digeſtus propter debilitatem retentiuæ ſtomachi à multa materia mucillaginoſa illatam detineri non poſsit: immo lubricando deſcendit: & hoc eſt etiam cauſa deſcenſus cibi à ſtomacho prius quam digeſti, vnde lienteria efficitur non raro. ¶ Etiam propter prædictam malam digeſtionem à ſtomacho inte-

ſtinis

A ſtinis cõmunicatã accidit fluxus diarrhoeæ ex corrupto chylo: ſiue ipſe prius in ſtomacho corruptus fuerit antequam ad inteſtina deſcendat, ſiue ipſe chylus poſtquam ad inteſtina deſcendit ibidem corrumpitur. ¶ Et ex hoc fundamento deducitur cauſa fluxus quandoque chyloſi, quandoq; lienterici; quandoque vtriuſque ſimul. ¶ Et cognoſcitur etiam ex hoc fundamento diuerſitas coloris, fœtoris & varietas ſubſtantiæ eius, quod emittitur. Apparet enim quandoque in materia color ſubalbidus, quandoque fuſcus vel leuiter niger, quandoque ſubcitrinus, quandoque vero fœtor leuis acredine repræſentatus: quandoque vero fœtor cum acuitate: & materia etiam quandoque eſt liquidior, quandoque craſſior. Et hoc totum contingit propter longitudinem moræ ciborum in ſtomacho, aut paruitatem ipſius in
B eo: aut propter varietatem ciborum in ſubſtantia & in virtute medicinalium: aut propter varietatem actionis caloris ſtomachi magis & melius coquentis; aut quandoq; ꝑpter maiorem attractionem cholerę ad ſtomachum, propter quam corrumpitur ſubſtantia ciborum & chyli, vnde ſequitur varietas in colore & odore ſubſtantia ꝑdictis. ¶ Et ex hoc fundamento ſatis pulchre intelligi poteſt diuerſitas tertij fluxus, quem patitur iſte vir, qui diaricus vel humoralis exiſtit. Itaque vt quandoque materia emittatur pallida, nigra, vel ſubalbida, ſubcitrina, & leui viriditate, quandoq; viridis & in ſubſtantia paucæ aquoſitatis, ſed mediocris inter liquidam & craſſam: quæ omnia valde facile intelligi poſſunt contingere propter malam complexionem & compoſitionem ſtomachi iam prædictã, quæ cõmunicatur inteſtinis, epa-
C ti & ſpleni, ita quod materiæ per modum attractionis ad inteſtina propter ipſorum debilitatem, vel propter ordinem naturalem, qui eſt, quod membra fortia expellunt ſuperfluitates ad debilia: ita quod congregatur materia in inteſtinis, quæ poſt virtutem incitat expulſiuã ad eius expulſionem: & accidit fluxus quem aliqui extimauerunt fluxum epaticum, ſed non eſt ita. Similiter enim potuiſſet iſte fluxus denominari ſpleneticus & aliunde proueniens. Eſt ergo hæc ægritudo in inteſtinis fixa, licet ſecundum ſui magnam partem dependeat à diſpoſitione ſtomachi prædicta.

Cuius quidem cura octo inſtrumentis infraſcriptis felicitari poteſt. ¶ Et primũ quidem horum eſt clyſtere hoc, quod omni die in mane accipiatur. ℞. *brodu pinguis* *Curatio.* *Clyſter.*
D *carnium caſtrati ℥. viij. vel ſcutellam vnam aquæ decoctæ, hordei, & florum granatorum ana ℥. iiij. micletæ ℥. j. cymini aſſati, menthæ, thuris, ſpodii, ſandaracæ, ana ℈. ß. olei omphacini ℥. ij. ß. miſce, fiat clyſtere.* ¶ Secundum vero inſtrumentum eſt hoc. ℞. *thuris, ſpodii, ſandaracæ,* *Vnguentũ.* *coriandri præparati, ſumach, granorum myrti ana ʒ. j. ß. pinguedinis hirci ʒ. ij. olei omphacini ℥. iij. gallarum perforatarum, & corticum rubri interiorum caſtanearum ana ʒ. ij. reſinæ ℥. ß. ceræ al. ℥. j. fiat vnguentum mediocris viſcoſitatis*, cum quo actũ calido totus venter ab vmbilico inferius & ilia ter vel quater in die inungantur. ¶ Tertium inſtrumentum eſt hoc. ℞. *thuris, maſticis, galliæ muſ. ſtyracis ana ʒ. ij. colophoniæ ℥. j. pulueriʒentur omnia craſ-* *Puluis.* *ſo modo: & cum hoc puluere ſuffumigentur panni, qui ſæpe ſupponantur omnibus locis, quibus applicatur inunctio.* ¶ Quartum inſtrumentum eſt, vt applicetur ventoſa magni orificii
E ſępe in loco ſuminis abſq; ſcarificatione. Vrget enim fluxum immoderatum, & ſedat dolores efficaciter. ¶ Quintum inſtrumentum eſt hoc. ℞. *ſumach, granorum myrti, coriandri præparati, ſe. plantaginis, arillorum vuarum ana M. iiij. glandium contritarum; gallarum cupreſſi, balauſtiarum, acatiæ, & corticum granatorum an. ℥. ß. cymini, ameos, carui, fe-* *Fomentũ.* *niculi & aniſi ana M. j. corticum papaueris numero x. coquantur omnia prius pulueriʒata in tribus ſitulis aquæ duabus partibus remanentibus, in fine decoctionis ſuperaddas aceti nigri cyathum vnum, & in hac materia actu calida infundatur ſpongia magna totum ventrem ambiens decenter compreſſa, quæ pluries in die applicetur.* ¶ Sextum eſt hoc. ℞. *ſupraſcriptæ fomentationis* ℔ *j. mellicæ vel ſurgi ſcutellas quatuor coquantur omnia ſimul in vino rubeo vel ſtiptico: & ex his ſpeciebus im-* *Sacculi.* *pleantur ſacculi magni quadrati, qui ſemper in prædicto vino infuſi teneantur & bene expreſſi actu*
F *bene calidi applicentur poſt aſſellationem*: mirabili enim iuuamento conferunt ad omnem diarrhoeam, immo ad dyſenteriam. ¶ Septimum eſt. ℞. *thuris, maſticis torrefacto-* *Pilulæ.* *rum an. ʒ. ß. trociſcorum ſtellæ ℈. ij. incorporentur ſimul cum ſucco menthæ; & fiant pilulæ, de quibus accipiat duas vel tres aut quatuor per tres horas poſt cœnam.* Conferunt enim magnifice ad multitudinẽ aſſellationis & frequentiam eius, ſedando dolores & confortando mem-

bra. ¶ Octauum. ℞. *thuris, maſticis, myrræ, ſandaracæ torrefactorum ana ʒ. j. licij, croci ana ℈. iij. opij ℈. j. terantur omnia ſubtiliſsime: & cum miua cydoniorum & ſufficienti quantitate laudani diſſoluti cum aceto fiant ſuppoſitoria parua cum filo eius appenſo.* Cum ergo affuerit neceſsitas frequẽtis aſſellationis & magni doloris, imponatur vnum ex eis in anum & permittatur per horam & poſt extrahatur. Et hæc de ægritudine ſecunda dicta ſufficiant. A

Suppoſitoria.

Cap. III. *De cauſis cachexiæ & eius cura.*

Tertia ægritudo principalis hui⁹ viri eſt quaſi cacachectica diſpoſitio ipſius: apparet enim facies eius tumens aliqualiter & aliquando venter eius: ita quod digiti compreſsio veſtigium concauitatis oſtendit: & huius quidem cauſa faciliter intelligitur ex prædictis. Neceſſarium enim eſt, quod epar eius B debilitatum ſit propter duas prædictas ægritudines, immo etiam proprium nutritiuum membrorum particularium, licet eis apponatur: non tamen vere eis vnitur & aſſimilatur propter debilitatem ipſorum per dependentiam ab epate & etiam à ſtomacho & ab inteſtinis. Eſt igitur ipſius mala complexio frigida & humida notabiliter intenſa: & ſi perſeuerabit, minatur ipſi futuram hydropem, aſcaitem, vel hypoſitarcã: quæ epatis diſpoſitio licet principaliter aduocet ad ſe curam: tamen ſecundum magnam partem dependebat cura eius à rectificatione ſtomachi & inteſtinorum iam prædicta.

Curatio.

Pro cuius tamen particulari cura quatuor inſtrumenta conſcribam, quæ mihi videntur vtiliter ſufficere. ¶ Et primum quidem horum eſt hoc. ℞. *aquæ abſynthij ℥. iij. ſyrupi de eupatorio ℥. j. bibatur in mane per plures dies, & erit ſimul conferens epati & ſtomacho vltra prædicta in diſpoſitione ſtomachi poſita.* ¶ Secundum vero iuſtrumentum eſt hoc. ℞. *ſpecierum diacinamomi & aromatici roſ. amborum deſcriptione Meſ. ana ʒ. j. ſpodii, ſpecierum diarodon deſcriptione Nicolai ana ʒ. ß. ſachari al. ℔. ß. cum aqua eupatorij, fiat confectio in rotulis iij. vel ij. ʒ. de quibus æger ſemper accipiat vnam ante cibum, & alteram poſt cibum immediate.* ¶ Tertium inſtrumentum eſt hoc. ℞. *ſpecierum dialaccæ & diacurcumæ ana ʒ. v. mellis roſ. ſyrupi de eupatorio ana ℥. j. ſachari al. quantum ſufficit, fiat electuarium*, de quo patiens omni tertio mane, quo accipit ſyrupum prædictum, deglutiat quantitatem nucis muſcatæ. ¶ Quartum & vltimũ inſtrumentum eſt hoc. ℞. *ſquinanti, florum eupatorii & abſynthii ana ʒ. j. ß. ceræ al. quantum ſufficit, fiat vnguentum molle*, cum quo omni die ter totum D hypochondrium dextrum & partes poſteriores ei oppoſitæ actu calidæ diligenter inungantur. Et ſuperponatur pannus actu calidus & ſuffumigatus ſuffumigio in fluxu ventris deſcripto, &c. C

Potio.

Rotula.

Electuarium.

Vnguentũ.

Cap. IIII. *De dolore renali & mala complexione calida eorum & cura vtriuſq;.*

Qvarta principalis ægritudo huius viri eſt in renibus eius, quæ duplex eſt. ¶ Prima dolor ipſorum, qui frequenter prouenit in eis à materiebus humoralibus, quæ propter viſcoſitatem earum retinentur in concauitate, vijs & poris ipſorum: & ibidem faciũt dolores propter malam complexionem calidam acquiſitam in eis ex longa ſtatione earum, in ipſis renibus, aut faciunt dolores magnos propter malam complexionem frigidam ipſarum materierum excellenter & velociter alterantium renes. Etiam prædictæ materiæ poſſunt ibidem dolorem efficere E propter diſtractionem renum vel diſtenſionem, quæ eſt ſpecies ſolutionis continuitis eorũ. ¶ Secunda vero ægritudo in renibus eſt mala complexio calida partim naturalis eorum, partim vero accidentalis, quæ acquiſita eſt ibidem propter prohibitam euentationem, ad quam ſequitur intenſio caliditatis excoquentis materias phlegmaticas inuentas in eis renibus coctione tali, quod in eis renibus generantur lapilli, quando materia craſſa fuerit & vehementer viſcoſa. Et ſi materia fuerit parumper minus humida & minus viſcoſa ad ſiccitatẽ parumꝑ inclinata cũ parua mora, q̃ contraxit in renibus, tunc generantur in eis arenulæ multæ, q̃ poſſunt eſſe cauſa doloris in eis, & ipſę etiã in renib⁹ generatę poſſunt eſſe cauſa ſtrãguriæ & impotentię vrinandi frequẽter & ſæpe deſtillando vrinã, etiã in pauca quantitate emittendo ipſam, vbi ſi arenę fierent in quãtitate multa clauſa totaliter via exit⁹ ipſi⁹ accidit dyſuria, q̃ eſt ꝓhibitio exit⁹ vrinæ. Etiã ſi contingat virtutẽ eſſe potentẽ in expellẽdo, & colatori⁹ pannicul⁹ renũ nõ fuerit valde ſpiſſ⁹, tũc accidet emitti vrinã cũ lapillorum multitudine, & ꝓprie quãdo nõ fuerint valde craſsi. Hæc igitur eſt diſpoſitio renum F

Quid ſtrãguria.

Dyſuria quid.

huius

A huius viri grauis ad tolerandum: & difficilis ad curandum; & proprie quando lapis
magnificatus fuerit.
In cuius cura complicando ſimul remedia malæ complexionis ipſorum renum
& malæ compoſitionis eorum procuratiua octo ponam remedia; quę erunt vtriq; ha-
rum ægritudinum appropriata. ¶ De quorum numero primum eſt confectio de phi-
ſticis tacta ſupra in cap. regiminis ſtomachi, ipſa enim lauat, mundificat, & abſtergit
materias à renibus rumpendo & educendo arenas & lapillos ab eis. Iuxta illud *18.*
tertii, phiſticis enim ineſt virtus, qua comminuitur lapis, qui eſt in renibus. ¶ Se- *Phiſticorũ*
cundum remedium eſt hoc. ℞. *ſucci alkekengi* ℥. *ij. ſucci apij* ℥. *j. detur in mane in aurora* *vis in rum-*
totum calidum cum multo ſacharo. ¶ Tertium remedium & bene mundificatiuum eſt *pendo cal-* *culo.*
B hoc. ℞. *ſpecierum electuarij de ſeminibus deſcriptione Aui. 5. can. ſumma prima* ℥. *j. ſeminis*
apij, carpobalſami, ſeſeleos, orobi, rubeæ tinctorum, ſe. aſparagi, acetoſæ, & ſcariolæ an. ℥. *j. ß. ſe-*
minum quatuor communium frigidorum ℥. *j. ß. medullæ phiſticorum* ℥ *ij. radicis ſaxifragiæ, ſemi-* *Electua-*
nis milij ſolis: & vitri combuſti ana ℥. *ß. ſyr. de eupatorio* ℔. *ß. mellis roſ.* ℥. *iiij.* *rium.*
infundantur phiſtici mundati in aqua rubeæ tinctorum per duos dies naturales: deinde conterantur:
& cum eis, quæ dicta ſunt: & ℔. *ß. ſachari: fiat electuarium:* de quo poſtquam com-
pleuerit aquas ſupraſcriptas, per vnum menſem continuum in aurora accipiat co-
chlear vnum, & tardet cibum horis ad minus quatuor. ¶ Quartum remedium eſt *Rotula.*
hoc. ℞. *ſe. milij ſolis, radicum pæoniæ, lapidis ſpongiæ AEgyptiaci ana* ʒ. *j. pulueris cicada-*
rum combuſtarum ℈. *ij. ſpecierum electuarii deſcripti quinto can. quod intitulatur de ligno al.*
C ʒ. *ij. ſachari al. cocti cum ſyrup. compoſito acetoſo* ℔. *ß. & cum pulueribus prædictis fiat confectio in*
rotulis ℥. *ß. de quibus omni mane ante prandium per duas horas accipiat rotulam vnam.* ¶ Quin-
tũ eſt, vt ſæpe vtatur in ferculis & potu ſuo aliquid de aqua aſparagi & ſaxifragiæ æ-
qualiter commixtis. ¶ Sextum, vt cum vadit ad menſam, deglutiat quatuor vel
quinque grana hederæ in vere & in autumno in quibus floret, & grana facit. ¶ Se- *Inunctio*
ptimum, vt ſæpe inungat renes ſuos cum vnctione iſta. ℞. *olei irini & nardini an.* *renum.*
℥. *j. ß. ſucci radicum, aſparagi, ariſtologiæ lon. ſpicæ nardi, florum eupatorij, ſeminis pe-*
troſel. apij, & aſparagi ana ʒ. *j. ceræ albæ quantum ſufficit: fiat vnguentum molle,*
quod poſt bulliat in ℥. *iij. ſucci apij vſq; ad conſumptionem ipſius: & cum iſto vnguento actu*
calido inunguntur renes & ambo ilia ter in die naturali & ſuperponatur lana ſuccida bene pectinata
D *& decenter calida.* ¶ Octauum, vt ſi inſtaret dolor magnus in partibus renum &
etiam in loco ſphincteris & colli veſicæ, ad quæ duo loca materiæ frequenter de-
clinant, & dolores magnos efficiunt, tunc fiat fomentatio cum magnis ſpongiis *Fomentũ.*
ſuperpoſitis renibus, aut ſuper quibus nudus æger ſedeat cum ſphinctere. Cuius de-
coctionis deſcriptio eſt hæc. ℞. *fænugræci, granorum ſeſami: ſe. maluæ & althææ*
ana ℔. *ß. cymini* ℥. *j. ß. ſeminis apij, feniculi ana* ℥. *ij. ſeminum communium fri-*
gidorum ana M. iij. paſſularum ℥. *ij. rubeæ tinctorum viridis* ℔. *ß. corticum papa-*
ueris numero v. chamomillæ, melliſſæ ana M. viij. bulliant & in clx. ℔. *aquæ vſq;*
ad conſumptionem tertiæ partis: in qua infundatur æger vſq; ad ſpatulas, & ſedabit ilico do-
lores: aut ſaltem locis prædictis applicentur ſpongiæ, vt dictum eſt. Hæc enim o-
E cto remedia ſolenniter conferunt omnibus doloribus & oppilationibus renum à
quacunq; fere cauſa contingant, & educunt lapidem & arenas ſolenniter.

Cap. V. *De mala complexione cerebri frigida & humida materiali & eius cura.*

QVINTA ægritudo huius viri eſt mala diſpoſitio cerebri & omnium
fere partium capitis eius proueniens à cauſa frigida & humida materia-
li ipſius, propter quam multæ materiæ phlegmaticæ aquoſæ & mucilla-
F ginoſæ generantur & congregantur in capite: ſiue iſta diſpoſitio cere-
bro ſit appropriata: ſiue ipſa ſit p̃ colligantiã partialiter dependens ab inferioribus
membris, aut vtroq; modo ſe habens, ſicut eſt rationabile concedere ægritudinibus
& quaſi perſeuerantibus, ſicut eſt veriſimile. Et hæc mala cõplexio etiã frequenter eſt
cauſa eleuationis materierum cholericarum ad caput, quę aquoſo phlegmati com-

mixtæ acquirunt ſalſedinem, propter quod ex his facile intelligitur multitudo ſputaminis aquoſi quandoq; ſalſi, quandoq; inſipidi in eo perſeuerantis. A

Curatio. In cuius quidem diſpoſitionis cura videntur manifeſte conferre poſſe omnia remedia ſtomacho & epati iam præparata & deſcripta. Ego vero ad complementũ eorum, quæ neceſſario videntur in rectificatione cerebri ſui, quatuor adiungam ſingularia remedia. ¶ Quorum primum eſt hoc. *℞. macis, corticum citri ana ʒ. j. ß. ligni alo.* *Puluis capitis exterius aſpergendus.* *ſtyracis calamitæ, galangæ, nucis muſ. cubebarum, granorum paradiſi ana ℈. j. corallorum ru. labruſcæ, roſarum ana ʒ. ß. ambræ moſchi ana gran. iij caryophyl. ʒ. ij. pulueriʒentur omnia per ſe, deinde commiſceantur & de hoc puluere pulueriʒetur anterior pars capitis tota caluaries nominata omni ſero, quando vadit ad lectum à medietate Septembris vſq; ad medietatem Martii futuri 1442.* ¶ Secundum vero remedium eſt hoc. *℞. mithridatij electi, ſotyræ magnæ deſcriptæ ab A* B *Electuarium.* *uicenna 5. can. ana ℥ j. ambræ, moſchi, ligni aloes, croci ana gran. v. incorporentur ſimul cum modico ſyrupi de ſtæchade: & fiat electuarium.* Et de hoc electuario omni fine v. dierum accipiat ʒ. j. cum modico vini aromatici tepidi. ¶ Tertium remedium eſt hoc. *℞. ſpecierum diamuſci dulcis & pliriſar. an. ʒ. j. maioranæ ʒ. ß. origani ʒ. ij. macis ad pondus omnium fiat puluis, qui ligetur in ſindone retorta & ſæpe odoramentum fiat ex ea.* *Nodulus odoratus.* ¶ Quartum remedium eſt hoc. *℞. ſaponis albi ℥. j. laudani, ſtyracis calamitæ, ligni aloes, myrræ, pulueris arthanitæ, ſtæchados & baccarum lauri ana ʒ. ß. ambræ, moſchi ana ʒ. ß. pulueriʒentur omnia, & cum aqua roſarum muſcata fiat pomum,* *Pomum odoratũ.* de quo lauando caput cum lixiuio fricetur ipſum diligenter. Et hæc de quinta ægritudine eius.

Cap. VI. *De cauſis debilitatis vniuerſalis corporis & cura eiuſdem.* C

SExta ægritudo principalis eius etiam verenda ſatis, eſt vniuerſalis debilitas corporis, & proueniens proprie à debilitate cordis propter malam complexionem in eo acquiſitam per colligantiam ſtomachi, epatis, capitis & aliarum partium prædictarum cum eo. Vnde ad ipſam ſequuntur accidentia lipothymica, quæ nominantur à quam pluribus caſus virtutis & proprie paulatim eueniens. Si enim feſtinus & fortis eſſet virtutis caſus: tunc conuerteretur cum formali deſcriptione ſyncopis accepta, *12. terapen. quinto cap.* vbi dicitur, quod ſyncope ſit acuta cõciſio virtutis, ſupple vitalis, qua totum corpus regitur, etiam caderet hoc totum in ſpeculatione expoſitionis definitionis ſyncopis acceptæ, *ſecunda tertii, ſecundo tract. cap. de ſyncope,* D vbi dicitur: Syncope eſt deſtructio plurium virtutum vel maioris partis virtutis motiuę & ſenſibilis propter debilitatem cordis: & aggregationem ſpiritus totius ad ipſam propter cauſam mouentem eum ad interiora: aut propter cauſam præfocantem ipſum interius: quare non inuenit reſpiraculum, aut propter ſuam paruitatem & ſubtilitatem, quare non ſuperfluit ſuper illum, qui reperitur in minera, & qualitercunque contingat, neceſſe eſt hanc cordis diſpoſitionem rectificari, aliter periculum minatur maximum.

Curatio. In cuius quidem diſpoſitionis cura vel rectificatione præmitto multum conferre poſſe omnia inſtrumenta; quæ ſtomachum & epar eius rectificant & caput & proprie illud, ꝗ deſcriptũ eſt de puluere & electuario tactis. Præter hæc autem quatuor E *Cortex citri confectus.* ſingularia deſcribã medicamina. ¶ Quorum primũ eſt cortex citri confectus, de quo patiens omni die ante cibum, quando percipit has lipothymias deglutiat fruſtũ vnũ. Et ad hoc excellenter valet caro citri cum ſacharo cõfecta ante & poſt cibũ frequentata. ¶ Secundum remediũ eſt hoc. *℞. ſpecierũ diambræ, & electuarij de ligno aloes ana ʒ. ij.* *Sacculus cordialis.* *Ʒedoariæ ʒ. vj. miſceantur inſimul, & de hoc puluere fiat ſacculus fere quantitatis ſemiſsis de ſindone retorta, qui ſemper cordi ſuper ſiniſtra mamilla applicatus portetur.* ¶ Tertiũ remediũ eſt, vt fiat confectio ex cap. de ægritudinibus cordis, de qua p duas horas ante prandiũ & cœnã accipiat ℥. ß bibendo poſt ipſam modicũ vini maluatici elc. & qeſcendo ſup eam. *Puluis.* ¶ Quartũ remediũ eſt hoc. *℞. margaritarum elect. ʒ. j. Ʒedoariæ ℈. ij. moſchi, ambræ ana ʒ. j. pulueriʒentur omnia per ſe, & commiſceantur, & quando actualiter exiſtit lipothymicus, aut ſyncopalis motus, ex hoc puluere detur ʒ. ß. cum ℥ j. vini prædicti,* F & ℥. ß. aquæ carnis factæ per ſublimationem boni pulli, & remouet hominem à ſyncopi & periculoſis accidentibus iam prętactis: à quibus omnipotens Deus miſericordia ſua ipſum tueatur ad laudes eius perpetuas, Amen.

Con-

A Consilivm CXXXIX. *De quinq; malis diſpoſitionibus, videlicet ¶ De apoſtemate ſtomachi. ¶ De ſaltu cordis. ¶ De anhelitu conſtricto. ¶ De tuſsi forti interpolate moleſtante. Et de febre inſeparabili. ¶ Diuiditur autem conſilium in ſectiones duas.*

Sectio prima continens vnum cap.

Cap. I. *De cauſis dictarum diſpoſitionum.*

Vir inſignis Baptiſta Anconitanus diuerſis & numero pluribus laborat ęgri-
tudinibus, quarum plura accidentia rationabilius, quam ægritudines deno-
minari debent. Videntur enim aliquæ ipſarum ab vna principali ægritudi-
ne tanquam à ſua radice dependentes: vt paulo poſt demonſtrabitur: & ſunt nume-
B ro tales. ¶ Prima quidem eſt apoſtema ſtomachi, quod meo iudicio chronicum eſt
& permutatione magis, quam incipiendo factum. ¶ Secunda vero eſt diſpoſitio
cordis, qui proprie ſaltus denominari debet. ¶ Tertium eſt nocumentum in anhe-
litu ipſius, quod & licet in cap. de aſthmate collocandum ſit: proprie tamen anheli-
tus conſtrictio appellari debet. ¶ Quartum eſt fortis tuſsis interpolate moleſtans
ipſum cum difficultate expuitionis. ¶ Quintum vero eſt Febris inſeparabilis, de cu-
ius proprietate eſt conſequi apoſtema intrinſecorum membrorum: & maxime no-
bilium, vt colligitur *quarta primi cap. 25. ibi, Occultorum autem apoſtematum febre &c.*

Et quia ſupra dictum eſt, plurimas harum diſpoſitionum eſſe accidentia ad al-
teram earum communia, videtur rationabile declarari debere. Iniuſtũ eſt enim vni
C præ aliis credere ſine demonſtratione teſte Gal. *lib. de alimentor. fac. cap. primo.* Ideo
dicendum, quod principalis ægritudo quæ omnium aliarum eſt cauſa, debeat poni a-
poſtema ſtomachi prædictum. Eſt enim apoſtema tale notabilis extenſionis & duri-
tiei, ſicut ſenſus tactus oſtendit tangenti & patientis regionem ſtomachi palpanti pa-
rum infra os ipſius verſus medietatem, & fundum ſtomachi perquirendo: & quia do-
lor comitatur apoſtema non ſolum tempore compreſsionis, ſed etiam abſque com-
preſsione: Ideo facile concludi poteſt, quod apoſtema tale ſit in fine augmenti po-
nendum, in quo materia ſecundũ partẽ extraneatur; quod etiam probat febris intẽ-
ſio maior nunc, q̃ priꝰ. Nam circa generationẽ ſaniei dolores & febres accidunt ma-
gis, q̃ facta ſanie, teſte Hip. *ſect. 2. aph. 47.* ¶ Et rationabile iterũ eſt hoc apoſtema durũ
D à materia melancholica genita ex aduſtione choleræ vitellinæ & ſanguinis inſimul
fuiſſe factũ, ꝑmutando magis, q̃ incipiendo. Raro enim apoſtema durũ ſtomacho ac-
cidit incipiens, vt patet *in diuiſionibꝰ Almanſ. cap. ſexto*, ſicut raro accidit ſtomacho apo-
ſtema durum ab apoſtemate phlegmatico, cui accidit vt indureſcat, *decimatertia tertij, tractatu quarto cap. tertio in principio.* Neq; etiã hic apparent ſigna, ꝑ quæ dici poſſet hoc
apoſtema eſſe à melancholia naturali factũ. Neq; enim in loco illo eſt tanta durities,
quanta ſolet cõcomitari apoſtemata à melãcholia naturali facta. Intenſio etiã febris,
pungitiuus dolor, caliditas & pulſatio tactu ꝑcepta vidẽtur hoc ꝓbare rationabiliter,
quare relinquitur, hoc apoſtema factũ eſſe à materia melancholica ex aduſtione ſan-
guinis & choleræ facta, ꝙ etiam declarat euerſio coloris in citrinitatẽ fuſcedini com-
E mixtam & malitiei habitudo omnis & pulſatio fortis in parte. ¶ Et hęc de inueſtiga-
tione apoſtematis & reductione eius ad ſpeciem ſuam ita pertranſeant; &c. Inſuper
ꝙ pulſus & ſaltus cordis p̃dictus ſit accidens huiꝰ apoſtematis ex pluribꝰ declarari po-
teſt. ¶ Primo ꝑ colligantiã ꝓpinquitatis, partis n. apoſtemoſæ in ſtomacho ad baſim
cordis eſt magna ꝓpinquitas. ¶ Item ꝑ colligantiã ad tertiũ &c. hoc declarari poteſt.
Colligatur n. ſtomachꝰ cordi mediãte diaphragmate, arteriis, venis & ligamẽtis vtrũ-
que eorũ inuicẽ annectentibꝰ: quare cor ꝑ cõpaſsionẽ abſolutã & nõ abſolutã à ſtoma
cho cõpati poteſt. Cũ igitur ab hoc apoſtemate mala cõplexio calida materialis & va-
poroſa cõmunicetur cordi, neceſſe eſt in corde augmẽtari neceſsitatẽ notabiliter. O-
F portet igitur virtute exiſtẽte forti & organis obediẽtibꝰ aſsignatis fieri diaſtolẽ cordis
magnã, ꝑ quam pyramidalis pars cordis fortem faciat pulſationem circa mediũ tho-
racis: ſed illa eſt ratio formalis ſaltus cordis; quare &c. Ex quo apparet, quod ſi cre-
ſcente aut remanente augmento neceſsitatis pari in corde ſicut prius debilitetur vir-
tus cum inſtrumentorum obedientia, neceſſe erit diaſtolẽ & ſyſtolem cordis fieri ve-
lociores & frequentiores: & aſsignabitur tunc motus tremulus cordis, quod erat

Ægritudo principalis huius viri.

Saltũ cordis eſſe accidens apoſtematis ſtomachi.

declarandum. ¶ Amplius & tertio ſenſibiliter arguitur ſic. Si per compreſsionē dia- A
phragmatis ab apoſtemate ſtomachi factam poteſt comprimi ſubſtantia cordis & vir-
tus cordis moleſtata laborabat ad oppoſitum: neceſſe erit aſsignare vehementem
motum in corde factum ad tollendam prædictam compreſsionem, ſed hoc fieri
non poterit, niſi per elongationem partium cordis à centro ad circumferen-
tiam: ſed per talem elongationem neceſſario accidet in thorace ſaltatio fortis
& talis erit ſaltus prædictus, ergo &c. Et ſenſit hæc omnia princeps *vndecima tertij*
cap. de tremore cordis, vbi per colligantiā diaphragmatis & ſtomachi aſsignat ipſam
dū dixit. Aut ſupple, *fit tremor cordis cum cōmunitate panniculi ſui*, ſ. capſulæ cordis: *ita vt*
accidat in ea apoſtema durum aut molle: ſicut accidit ſimio & gallo. Capſula autem cordis colligatur B
diaphragmati aut cum cōmunitate ſtomachi, quoniā in ipſo eſt humor vitreus aut mordicatiuus cho-
lericus, aut corrumpitur in eo cibus, aut cum cōmunitate omniū membrorum, quæ dolent vehemen-
ter. Et quandoq; multiplicatur cum cōmunitate ſtomachi propter humorē, qui eſt in eo, aut bothor in
ore eius, & infra parum: *& quandoq; accidit propter tremorem in ore ſtomachi, & continuatur il-*
lud, & eſt ſimilior res tremori cordiali, et hæc de tremore cordis ſufficiant. ¶ Recolligenti igitur
prædicta apparet manifeſte, quod talis ſaltus cordis ſit accidens. Si enim prius quam
fieret apoſtema nequaquam moleſtabat virum hunc, & cum præſentia huius apoſte-
matis nunc perſeueret, excluſis etiam aliis cauſis huius ſaltus effectiuis per colligan-
tiam vel per eſſentiam ipſius cordis, oportebit de neceſsitate talem ſaltum cordis prę-
dicti apoſtematis accidens, quod erat principaliter declarandum. C

Nocumentum in anhelitu.

Nocumentum vero in anhelitu, quod virum iſtum moleſtat ingenter: licet poſ-
ſet collocari ſub caput aſthmatis, quod eſt ægritudo pulmonis, cum qua patiens nō
inuenit excuſationem ab anhelitu frequenti: ſicut eſt anhelitus quo laborat præfo-
catus, & feſtinans, conuenientius tamen hæc anhelitus difficultas ſub cap. de con-
ſtrictione anhelitus collocari debet, eo quia anhelitus hic conuenienter compleri
non poteſt, ſecundum exigentiam diaſtolis diaphragmatis, quod continue compri-
mitur ab apoſtemate ſtomachi ſibi colligati, eo quia ſuperior pars ſtomachi, quæ ſub-
ſternitur diaphragmati apoſtemata eſt. Et apoſtema eius notabiliter magnum & ſuf-
ficienter comprimere poteſt diaphragma ipſum tempore, quo dilatari deberet, vt
conſtrictum remaneat & compreſſum ab apoſtemate, talis anhelitus neceſſario con- D
ſtrictus nominatur, vt colligendum eſt *10. tertii tractatu primo cap. de ſermone vniuerſali*
malitiæ anhelitus. Et clarius *ſequente cap. illo* dum inquit Auicen. *Conſtrictio anhelitus vt nō*
inueniat aer, in quo fit exercitatio cum anhelitu mea tum in parte ſui motus: niſi ſtrictum, in quo nō
penetrat, ſ. aer, *niſi paulatim.* Et vide inferius: *quia licet aſsignare hanc conſtrictionem anheli-*
tus fieri poſſe ex apoſtemate inferiorum membrorum, de ſtomacho etiam non fuit oblitus. ¶ Quod
autem hæc anhelitus conſtrictio ſit accidens huius apoſtematis, deducitur. ¶ Pri-
mo an iſtud apoſtema non erat nocumentum anhelitus: aut valde paruum quan-
doq; erat. ¶ Secundo, quia tale nocumentum anhelitus intenditur & remittitur ſe-
cundum intenſionem & remiſsionem talis apoſtematis, & accidentium eius. ¶ Et
tertio etiam: quia propter pondus apoſtematis conſequens grauitatem materierum E
apoſtemantium percipitur anhelitus conſtrictio, ac ſi diaphragma deſcenderet ad in-
ferius. ¶ Et quarto iterum hoc oſtendit, quoniam ex perſeuerantia tuſsis vehemen-
ter intenditur dolor in loco apoſtemoſo, ex cuius intenſione iterū vehementer lædi-
tur anhelitus, quare ex his omnibus ſatis apparere poteſt, tale nocumentum anhe-
litus eſſe huius apoſtematis accidens.

Cauſa tuſſis fortis.

Videre autem tertij accidentis ſupraſcripti ſ. tuſsis fortis cauſam, non eſt diffi-
cile, eo quia diaphragma ipſum à tali apoſtemate compreſſum notabiliter dolet, aut
propter ſolutionem continuitatis, quæ eſt diſtenſio fortis in ipſo facta à compri-
mente materia: aut propter malam complexionem ſequentem ad illud. Ex quorum
amborum nocumento ſequitur tuſsis à virtute facta propter fugam nocumenti præ- F
dicti. Eſt enim tuſsis ex motibus, quibus natura expellit nocumentum à membro a-
liquo, & hoc membrū in tuſsi eſt pulmo, & membra quæ ei cōcomitantur & conti-
nuantur, vt patet *11. tertij tractatu 3. in exordio.* ¶ Quod vero hæc tuſsis ponenda ſit ac-
cidens talis apoſtematis, declarari poteſt ex rationibus parum ante tactis, quibus o-
ſtenſum eſt conſtrictionem anhelitus eſſe huius apoſtematis accidens.

Quod hæc tuſſis ſit accidens apoſtematis in ſtomacho.

Febris

A Febris, quæ virum iſtum moleſtat inſeparabilis & cōtinua eſt & humoralis.¶Neque enim aliquibus rationibus oſtendi poteſt ipſam eſſe ephemeram:aut hecticam ſi diligenter examinentur collectiones ſignorum, per quæ cognoſcuntur ephemera & hectica. Relinquitur igitur, quod talis febris ſit humoralis & non paroxyſmet ſingulo die,neq; per tertium neq; per quartum: erit igitur inſeparabilis. Neq; etiam aliquo euidenti ſigno vel ſignis deduci poteſt,ipſam eſſe aliquando ſanguineam. Neq; enim eſt æqualiter ſtans, neque declinans, nec continue vniformiter augmentatur, igitur non eſt ſanguinea à ſufficienti diuiſione.¶Adhuc etiam talis febris non eſt latica nec continue facta putredine phlegmatis aquoſi, mucillaginoſi nec vitrei. Nec huius febris materia eſt phlegma acetoſum acre vel ſalſum vel inſipidum in venis putreſcens, B igitur non erit aliqua de phlegmaticis continuis à ſufficienti diuiſione. ¶ Adhuc etiam febris non eſt continua de melancholia naturali vel non naturali: eo, quia non reuoluitur exacerbando per quartum:& illa eſt proprietas febrium melācholicarum continuatarū:igitur,&c.¶ Amplius pari ratione deduci poteſt,q; talis febris nō ſit ſimplex cholerica cōtinua,neq; n.fit à cholera rubea neq; à cholera vitellina vel citrina putreſcentibus in venis:igitur non eſt continua cholerica. Etiam quia ipſa non reuoluitur ex acerbando per tertium. ¶Relinquitur igitur,quod hæc febris non poſſit dici de numero aliquarum cōtinuatarum ſimplicium : vt patet conſideranti hunc decurſum. Oportet igitur neceſſario concedere,quod ſit vna continua proueniens materia mixta ex materia melancholica genita ex aduſtione ſanguinis & cholere: pro- C pter quod facile videri poteſt, quare confuſa & indiſtincta accidentium reuolutio cōcomitetur hanc febrem. ¶ Quod autem febris hæc ſit huius apoſtematis accidens,ita clare liquet ex diſcurſu iam facto, quod non ſit opus amplius illud ratione deducere. hæc itaque ſunt, quæ de ægritudine & accidentib. huius viri theorice contemplanda videntur.

Febris patiētem hūc affligens qualis ſit.

Quod ſit apoſtematis accidens.

Ex quorum contemplatione facile videri poteſt, quantum res iſta difficilis exiſtat, &c. Eſt enim ægritudo complicata cum accidentibus multum verendis: eo quia talia in ſeipſis multum intenſa ſunt. ¶Et iterum quia ſunt accidentia partim membri, quod obtinet principatum inter alia, partim vero membrorum magnifice dignitatis, vt diaphragmatis & ſtomachi.¶Et tertio iterum,quia accidentia ſunt affixa,eo quia æ- D gritudo chronica eſt.

Sectio ſecunda continens duos tractatus. ¶ Tractatus primus eſt de regimine diſpoſitionum per ſex res non naturales, & continet capita ſex.

Ex his omnibus apparere poteſt difficultas curationis eius,quæ diuidenda eſt in duos tractatus. Et primus erit de huius ægritudinis & ſuorum accidentium regimine per conuenientem menſurā ſex rerum non naturalium. Secundus vero de regimine eius per adminiſtrationem inſtrumentorum medicinalium.

Cap. I. *De aere & ei annexis.*

E Mensura itaque aeris in ſuis qualitatibus conuenientis non ſolum eligenda, ſed etiam in quantitate oportet ipſum metiri. ¶ Non igitur iſte vir commorari debet in domo vel in camera, vbi aer multo occurſu vel veloci, & liberi ſit ingreſſus ad ipſum. talis enim aeris applicatio non ſolum ſaltui cordis, de quo ſupra dictum, nociuus eſſet, ſed etiam omnibus aliis prædictis diſpoſitionibus nominatis. aer enim, qui ita liber eſt, nocet ei, qui oris ſtomachi atque cordis quaſi complexionem habet. *Almanſ. 3. capit. 5.* Eſt autem eligendus aer ad leuem caliditatem inclinatus & magis ad humiditatem, quam ad ſiccitatem inclinatus. Tales enim qualitates videntur omni diſpoſitioni eius conuenientes. Neque etiam F aer iſte parum calidus exiſtens poterit augmentare neceſſitatem in corde, & ſaltem eius remiſſa caliditas non videtur potens ad illud. Amplius ex tali aere maius iuuamentum acquireretur ad diſpoſitiones alias, quam cordi nocumētum fieret ex eo. ¶Vitet etiam manſionem in locis antiquorum ædificiorum, terraneis prope curſum aquarum ſtantib.& fugiat cameras teſtudinales reuolutiones habentes: In quibus ēt

Incommoda venti ſeptentrionalis.

Tegumēta corporis.

inueniatur conſuetudo flatus ſeptentrionalis venti ac meridionalis, qui plus omnib. A ventis ægritudinem inferre paratus eſt. Et quam maxime, ſi in æſtate flauerit & in fine veris. 3. *Almanſ. præallegato cap.* Ventus igitur orientalis & domus ei expoſita præ cæteris eligenda ſunt. ¶ De annexis vero ei, vt ſunt tegumenta corporis, debet conuenienter veſtibus muniri. Et caueat ſummopere, ne aliqua veſtis eius pectus, ſtomachum, & hypochondria conſtringendo comprimat, propter cauſam notam, &c.

Cap. II. *De motu & quiete.*

Motvs progreſſiuus & vniuerſaliter exercitium omne, quod totum corpus moueat, ſaltem conuenien ꝑr omnino inconuenientes ſunt ei: imo ſi poſſibile foret, quieſcere ſedendo vel iacēdo omnino eidem neceſſarium eſſet: vt B materiæ tam in ſtomacho, quam in pectore contentæ conuenientius digeri poſſent, quia exercitium acquireret iuuamentum inſenſibilis euacuationis materierum & diuerſionis earum. ¶ Et quia non bene fieri poteſt exercitium ſine nocumento diſtractionis ſpirituum & materierum. Ideo loco eius fricationis aliquæ adminiſtrari poſſunt, incipiendo à genubus vſque ad pedes inferius trahendo cum panno ſicco mediocriter fricando, vſque quo aliqualiter incipiat rubere cutis, deinde perueniatur ad inguina vſque ad genua ſimiliter infra trahendo. Et tertio à natib. vſque ad inguina & vertebra: & hoc fieri poteſt in ſero per horam vnam ante cœnam. Et ſimiliter ſequenti mane fieri poteſt. Et bonum erit prædictis fricationibus vti à principio humerorum vſque ad manus, forti autem exiſtente virtute non diſconueniret leuis mo C tus progreſſiuus prędictis horis factus aut aliquis ſimilis, quo manus pauliſper moueretur in ſcribendo: vel aliter aliquid incidendo: aut onera manibus portando ad diſtractionem materierum, &c.

Cap. III. *De inanitione & repletione.*

Omnem repletionem tam ciborum quam potuum euitandam eſſe viro iſti manifeſtum eſt: eo quia augeretur pectus, & quia ſtomachus conuenienter digerere non poteſt cibum & potum adhuc paucæ quantitatis, quare conuenientius foret ei partiri cibum in tres cibationes vel quatuor quam in duas, tunc enim rationabiliter conuenientius digereretur. ¶ Si a. propter aliquam cauſam contingeret re- D pletionem ex cibo vel potu factam eſſe, neceſſarium eſt ad ipſius euacuationem procedere, quam citius eſt poſſibile. Et ſi repletio talis daret inducias, melius eſſet corrigere ipſam cum abſtinentia longa, quam cum aliqua euacuatione. Et ſi non poſſet abſtinentia corrigi, conuenienter adminiſtrentur euacuantia per inferius repletionem illam ſubducentia. ¶ Et bonum inſtrumentum eſſet hoc. ℞. *mellis roſ. colati* ℥. j. *aquæ decoctionis folliculorum ſenæ* ℥ iiij. *detur in potu quacunque hora libet.* ¶ Aut in potu detur ℥. j. *hieræ ſimplicis Gal. cum decoctione prædicta.* ¶ Et ſi timeretur febris, detur ℥. j. ß. aut aliquid minus medullæ caſſiæ fiſtulæ cum aqua endiuiæ vel ſolatri. Eſt n. medicamē Auicen. 3. *quarti c. 2. & in fine.* ¶ Materiam autem replentem vomitu educere in hoc caſu multum verendum eſt, eo quia os ſtomachi & partes eidē vicinæ in viro iſto ægrotæ ſunt. ſtante n. ægritudine in aliqua via, & ſi ſit naturaliter deputata ad euacuandum materias a- E liquas: non eſt faciendus tractus per ipſam, ſed diuerſio ad oppoſitum. Materiæ enim à concauo epatis euacuandæ non ſunt per ventrem: imo per vias vrinę. *4 primi c. primo*, tamen inteſtinorum ad concauitatem epatis eſt via propinquior & rectior ad euacuationem, quam viarum vrinæ ad ipſam, ſcil. concauitatem epatis.

Potio.

Vomitus cur in hoc caſu non conueniat.

Cap. IV. *De ſomno & vigilia.*

Vigiliam in quantum poteſt hic vir euitare debet, propter debilitatem, quę ſequitur ad ipſam ex reſolutione: etiam ex diuerſione, vel propter diuerſionem caloris innati à centro ad circumferentiales partes. Et tertio quia in vigilia materiæ ponuntur in fluxū. hoc autem totum eſt nociuum prædictis ægritudini- F bus. quare neceſſarium eſt magnam partem temporis occupari ab eo in dormiendo & non in vigilando. ¶ Et iterum ſi ex applicatione ſomni & vigiliarum nocentium paria acquirerentur nocumenta: minus tamen læderetur æger iſte ex nocumento ſomni, quam vigiliarum. ¶ Figura enim dormitionis eius exiſtat cum inſtantia doloris

ſuper

A ſuper parte vbi melius iacendo quieſcit; licet enim obſeruando canonem conuenientius foret ei prius ſuper dextro, quam ſiniſtro latere iacere. Inſtantia tamen doloris obſeruationem huius regulæ prohibet: ſicut enim in omni motione corporis; cum dolere quis cepit, ſaltem quieſcere ſtatim remedium eſt, teſte Hippoc. *ſect. 2. aphor. 48.* Ita & in omni corporis accubatione, cum quis dolore moleſtatur, ab eo diſcedendum eſt.

Cap. V. *De accidentibus animi.*

Omnia animi accidentia, per quæ fortis & velox fit in humoribus & ſpiritibus B motus à circumferentia ad centrum, ſicut in magno timore & ſibi ſimilibus & à centro ad circumferentiam, ſicut in magna iracundia & gaudio etiam: vitanda ſunt, eo quia impediunt digeſtioně & ſunt cauſa deprauationis & corruptionis materierum: quare multum vtile eſt ei non eſſe ſolicitum circa triſtitiam & fortẽ meditationem & timoroſam de ægritudine ſua teſte Hipp. *ſect. 2. aphor. 33.* In omni enim ægritudine confortari mente bonum, contrarium vero malum, &c.

Cap. VI. *De cibo & potu.*

Cibi omnes & potus, quibus vti debet æger iſte in qualitatibus primis ſint calidi & humidi refracti aliquib. leuiter infrigidantibus, ſecundo ſint digeſtionis facilis: tertio ſint boni nutrimenti, & quarto leuis penetrationis. hæc autem omnia neceſſaria ſunt in cibis propter debilitatem digeſtiuæ & neceſſitatem C reſtaurandi humores, rectificandi pletoram, quæ adeſt: etiam propter oppilationes, quæ in eo reperiuntur, coarctatorias & attenuatorias. ¶ Panis ergo, quo vti debet, ſit de ſimila puriſſima à furfuribus bene mundatus, conuenienter coctus, parum ſalis habens & plus fermenti recipiens, quam communis. ¶ Carnes vero, quibus vtitur, ſint ſicut vitulinæ, agninæ, caſtrati iuuenis & capreti. Carnes vero de quadrupedibus craſſiores non ſunt vtiles. Conueniunt etiam ei carnes pullorum, caponum, gallinarum, anatum iuuencularum, perdicum, phaſianorum & auium paruarum commorantium in dumetis. Carnes vero columborum domeſticorum aut ſylueſtrium ſunt ſicut gazelli vel caprioli. Ipſę enim inter ſylueſtres carnes meliores exiſtunt & ſanguis ex eis genitus paucas habet ſuperfluitates. *3. Almanſ. ca. 32.* Animalium D vero in aquis degentium vel in nemorib. aut mõtibus, quorum carnes ad melancholiæ naturam inclinantur, omnes vituperandæ ſunt. Et in ſumma quanto carnes ſunt teneriores & notabiliter pingues, tanto ei laudabiliores exiſtunt. De ferculis vero, quia difficile eſt inuenire, vegetabilia calida & humida, niſi raro: ideo oportet talia fercula ad has qualitates inclinari, quod facile fieri poteſt, cum laudabilibus carnib. prædictis & pinguedine porci leuiter ſalita: aut caſtrati vituli annualis agni & ſylueſtrium. in diebus vero obſeruandis ex lege papicularum rectificentur cibi cum recẽtibus oleis de ſeſamo vel amygdalis dulcibus: vel de granis phiſticorum & de oliuis bene maturis: & proprie qñ olea non ſunt artificiata cum ſale. ¶ Etiam vti poteſt piſcibus laudabilibus fluuialibus & maritimis, dummodo non ſint antiqui, magnorũ cor- E porũ & carniũ viſcoſarum. Ex laudabilibus itaq; ſunt varioli, rumbi, menulæ, marſiones, torrentinæ, orade, ſterliones, temali, carpiones, lucij capedani & ſimiles. Cancris aũt raro vtatur. ¶ Ciborum vero lacticiniorũ vſus & proprie ſi lac coctum fuerit conuenit ei: & caſeus recens & mollis & pauci ſalis: antiquus vero & ſalitus omnino dimittatur ¶ Ex leguminibus & granis vti poteſt cibis de hordeo, panico, ciceribus albis & rubeis artificiatis. Oryza etiam cum amgydalis præparato vti poteſt: cõuenienter enim nutrit & exiccat, quia calidum eſt & ſiccum in ſecundo gradu, *vigeſimo primo continentis cap. 120.* cuius tamen ſiccitas corrigitur conuenienter cum ſucco amygdalarum, vt etiam alia ſtipticitas quæ in eo eſt, vt apparet apud Gal. *libr. octauo ſimpl. cap. proprio*, refrangetur & corrigetur ab amygdalis vt dictum eſt.

Panis. Carnes. Fercula. Piſces. Lacticinia.

F ¶ Ex oleribus vero conuenientia ſunt ei ſicut beta, ſpinachia, portulaca, borago, brodium caulium, & ſimiles plantæ conuenienter lenitiuæ, aperitiuæ & mundificatiuæ. ¶ Ex minutis vero & aromaticis plantis cõueniunt ei ſicut ſaluia, quæ ponitur calida & ſicca in primo vt Gal. *in libel. dinamidiorũ. i. de virtutib. plantarũ c. de his quæ calefaciunt in 1. gradu.* licet nõ multum aperte de ſiccitate exprimat. Conueniunt ẽt feniculus,

Olera.

Petroſel.mentha & ſimilia, moderato tamen vſu in cibis accepta propter eorum cali- A ditatem & ſiccitatem. *Fructus.* ¶Fructus vero & proprie horarii omnes frigidi & humidi, ventoſabiles & multæ ſtipticitatis dimittendi ſunt, vt ceraſa, poma, pyra, dactyli, caſtaneæ, meſpila, granata acria & cydonia. poteſt autem vti amygdalis, recentibus ficubus, auellanis, granatis dulcibus, paſſulis & peponibus bene maturis. hæc enim omnia ſua leui caliditate & humiditatiue conuenientibus bonum exhibent nutrimentum. Inter fructus poteſt etiam vti phiſticis, amygdalis ſiccis. Nequaquam a. tangat pineas. grana enim pinearum nocent ſtomacho, *decimateria tertij cap. de iuuantibus & nocentibus ſtomacho.* *Radices.* Ex radicibus autem dimittat omnes, quæ ventoſæ ſunt excellenter & calidæ & acuitate participant, vt allium, porrum, cæpæ, bulbi, napi autem in ſuis temporibus conueniunt ei in cibis conditis. Rapę autẽ dimittendæ ſunt: eo quia ſuperfluam B habent humiditatem & difficilis digõnis exiſtunt. Democritus namque tertio practicæ damnauit eas, tanquam corpori nociuas & inflãmationis ſtomachi excitatiuas: licet Diocles & Dionyſius oppoſitum ſentiant: vt ſcripſit Dioſco. *in proprio ca.* Carotæ a. placent mihi, eo quia calidæ ſunt & aperitiuæ mediocriter, & præcipitant à ſtomacho phlegma. *Condita.* ¶Ex conditis vti poteſt oliuis, corticib. aranciorum, rapis & napis moderato vſu. Ex aliis autem, quæ ſumuntur ex partibus animalium, laudandum eſt ei mel moderato vſu, imo eius hydromel confortat ſtomachũ & facit appetere cibum, *vt ſecundo can. c. de melle.* ¶ Laudantur etiam ei oua præterquam frixa. Butyrum recens vel leuiter ſalitum, ſacharum autem tabarcet ſecundæ coctionis. Et oleum recens oliuatum dulcium & ſimilia. *Sapores.* ¶Ex ſaporibus autem euitet acetum, ſaltem ſim- C plex & acutum. Euitet etiam ſuccum granatorum & proprie acrium: muzorum & dulcium ſuccus omnino conueniens eſt ei. Succus autem cydoniorum, aranciorum & limonum bonus eſt ei moderato vſu.

Potus. Pro potu autem ipſius eligat vinum ſubſtantia tenue, colore album vel citrinum auctum à Galen. nominatum in *libello de vinis*, ſapore dulce, non multum excellenter, odore ſuaue, & vinoſitate remiſſum aut mediocre, quod ſi tale fuerit ſimplex accipiatur: aut ſi fuerit potentius, frangatur cum aqua bene decocta. ¶ Si autem inſtarent ſigna & accidentia caliditatis intenſæ, vti poteſt hydromelle facto ex 20. partibus aquæ & vna mellis decoctæ vſque ad conſumptionem quartæ partis. ¶Aquam vero frigidam fugiat tanquam ignem & reliquos potus infrigidantes & incrudantes D materias. Sufficiat hic de cibis & potibus ſermo ſuccinctus.

TRACTATVS II. *De regimine medicinali continens capita ſeptem.*

TRACTATVS ſecundus partiendus eſt in tot capita, quot ſunt intentiones neceſſariæ in cura prædictarum diſpoſitionum. ¶Prima itaque intentio erit materierum communium euacuatio, quę non ſunt per ſe cauſę prædictorum. ¶Secunda intentio eſt materierum appropriatarum & communium ſimul minoratiua euacuatio. ¶Tertia diuerſio materierum fluentium. ¶Quarta ipſarum E digeſtio conueniens. ¶Quinta materierum eradicatio. ¶Sexta apoſtematis curatio regularis. ¶Septima & vltima eſt accidentium emergentium vel intercidentium: & aliorum complicatorum correctio.

CAP. I. *De euacuatione communium materierum.*

PRIMAM itaq; intentionem complent inſtrumenta, quæ ſtomachum, inteſtina & vrinales vias mũdificant à ſuperfluitatibus cõmuniter inuentis in eis. ¶Superfluitates ergo cibi in ſtomacho multiplicatas & inuentas debilitate digeſtiuę mundificat comeſtio a ſparagorum, lupulorum, caulium & bletæ, & confert ad illud optima decoctio ficuum ſiccarum ante cibum accipiendo ex ea calida circa ℥.v. ¶Superfluitates vero in inferiori ventre contentas mundificat hoc clyſtere con- F uenienter. *Clyſter.* ℞. *ficuum pinguium numero ſex, radicum althææ* M. j. *foliorum maluæ & bletæ an.* M. ij. *furfuris bene cribellati* M. j. *coquantur hæc omnia in ſufficiente quantitate aquæ vſque ad conſumptionem tertiæ partis, & huius decoctionis bene expreſſæ accipiat* ℔. j. *olei de ſeſamo: & olei violarum an.* ℥. j. ß. *ſachari rubei* ℥. ij. *ſalis communis* ʒ. iij. *miſce & totum imponatur, diebus autem*

A tem frigoris loco ſachari ponatur mel. ¶Superfluitates vero congregatas in viis vrinalibus educunt aſparagus & lupulus vt dictum eſt: & hoc eſt mundificatiuum appropriatum, de quo per tres horas ante cibum calido bibantur ℥ iiij. vel v. ℞. *granorum milij ſolis cōtritorum ʒ.ij. liquiritiæ mundificatæ ʒ.iij. aniſi ʒ.j. coquantur in lib.j. aquæ vſq; ad conſumptionem 3. partis, & exhibeatur ex ea vt dictum eſt.*

Potio.

Cap. II. *De euacuatione minoratiua appropriatarum materierum.*

EX prædictis in cap. primo manifeſtum eſt, quod euacuantia materias minoratiue debent reſpicere melancholiam genitam ex aduſtione ſanguinis & cholerę: cui etiam commiſcentur phlegmata à quibus rariſſime euacuatur. ¶Et ad hanc B intentionem ſufficere poteſt aqua fructuum deſcriptione Meſue in antidotario. ¶Item electuariū de pſyllio ibidem collectum diſtinctione prima: & eſt efficaciſſimum, ſi dentur ex eo ʒ. iiij. cum ℥. iij. aquæ lactis caprini. ¶Deſcriptio mundificatiui boni conferentis ad illud eſt hæc. ℞. *aquæ lactis caprini ℥.iiij. fumiterræ, polypodij, foliculorum ſenæ, epithymi an. ʒ. ß. reubar. electi, agarici an. ℈.iij. ſalis indi gra. iij. penidiarum ℥.j. ß. omnia infundantur in prædicta lactis aqua calefacta per diem naturalem, deinde calefiant & conuenienter exprimantur & colentur & colaturæ addantur electuarij diapruni ʒ. vj. & totum calidum bibatur in aurora, & poſt illud immediate dormiat per horam, deinde quieſcat & tardet cibum ſex horis.* Et poſt quintam horam accipiat ℥. v. aquæ ſacha. calefactæ: & poſt ipſam per j. horam comedat.

Potio mundificatiua.

C Cap. III. *De diuerſione materierum fluentium.*

HAnc intentionem complent cucurbitulę abſq; ſcarificatione natibus applicatæ. Item ſi apparent ſigna motus ſanguinis & commixtionis eius, fiat in aurora vel parū poſt phlebotomia baſilicę ſiniſtræ manus poſitę inter annularē & auricularem digitos, & extrahantur ſanguinis ℥. ij. aut ad plus duæ cum dimidia. Timeo enim in eo ſanguinis eductionē ampliorem, eo quia macer & extenuatus cholericus eſt patiens faſtidium & abominationem habens: quę non ſine timore phlebotomantur, *quarta primi cap. vigeſimo ſexto.* ¶Credo autem nullam poſſe aſſignari minoratiuæ euacuationis & appropriatę viam conuenientiorem, quā eſſet hæmorrhoidarum prouocatio, talis enim conuenienter educeret materiam huic ægritudini ad- D æquatam. Etiam abſtractio eſſet conueniens & ſecura, quare ſi beneficio virtutis fieret, omnino eligenda eſt. Si autem huic euacuationi natura non prouideret per ſe, artificialiter ipſam prouocare debemus, fricando extremitatem inteſtini per compreſſionem aliqualiter extra propulſi cum foliis ficus aut foliis bardanæ vel alterius plantæ aſperitatem habentis: aut cum tela tamiſij, aut eas leuiter pungendo cum ſetis porcinis & permittatur exire ſanguis vſque ad ęgri tolerantiam conuenientem. ¶Apparet ex his, quæ in præcedenti capite dicta ſunt, magnam partem eſſe diuerſionis materierum communium fluentium. ſatis enim per clyſteria, per phlebotomiam & hæmorrhoidarum apertionem videtur antecedentes materias poſſe E diuerti. Et cum prædictis iterum complectitur hæc intentio per ventoſas prætactas. ¶Diuertuntur etiam materiæ per fricationes, de quibus ſupra dictum eſt, vbi de exercitio ſermo factus fuit. ¶Ea etiam, quæ diuertunt per vias vrinæ prætacta in fine cap. præcedentis huic loco apponenda ſunt. ¶Præter illa autem iterum diuertere poteſt materias extremorum infuſio & ablutio cum decoctionib. medicinarū ſua caliditate materias attrahentium & diſſoluentium & in fumos conuertentium. de quorum numero elegantiores ſunt pulegium, mentaſtrum, calamentum, aſarum, origanum, ſtœchas, hyſopus, peucedanum, iris, arthetica, biſtorta & ſimilia: in quarum decoctione calida infundantur & abluantur extrema. ¶Materias vero coniunctas in loco apoſtemoſo contentas diuertunt ſufficienter medicinæ à profundo educentes materias calefaciendo, rubificando & veſicando. Quicunque igitur cupit à profun- F do apoſtematis materiam abſtrahere abſq; loci ſcarificatione, confricet locum cum recenti calamento, mentaſtro, baucia ſylueſtri recenti & ſimilium. ¶Diuertentia igitur materiā cum attractione & veſicatione ſunt ſicut fricatio cum recētib. foliis flammulæ & eſt pes coruinus, aut cum ſylueſtri perſicaria & acuta & cum apio ranino & ſimilibus. ¶Commune autē diuerſiuum & veſicatiuum eſt hoc: ℞. *corporū cantharidum*

Diuertentia materiam coniunctam in loco apoſtemoſo.

Veſicatiorum.

ſine.

ſine capitibus & aliis ʒ.j. fermenti antiqui ℥.j. incorporentur in mortario optima contritione cum ace- A
to acuto & ponantur ſuper loca, vbi dimittantur per horam vnam, deinde remoueantur & ſuperpona-
tur butyrum recens aut axungia ſine ſale, vel cotum infuſum in oleo violarum frigido. Et hęc de ter-
tia intentione dicta ſufficiant.

Cap. IV. *De digeſtione.*

MAterierum autem digeſtio pendet ſecundum diuerſitatem earum, eſt enim
aliqua materia antecedens apoſtematis & aliorum apoſtematum, quæ in venis
continetur loco patienti ſatis propinquis & elongatis etiam. Altera vero eſt
materia coniuncta in loco apoſtemoſo contenta. Et non dubito, quod aliqua particu-
la eius ſit diaphragmati & membris pectoris infuſa. ¶ Leue aũt digeſtiuum materiei
primæ conueniens eſſe poterit, ſicut aqua betonicæ, quæ multum ſtomachalis eſt: & B
aqua abſynthij famoſa apud omnes: & aqua melliſſæ, quæ aduerſantur phlegmati & o-
mnibus ægritudinibus ſimilibus: & partim melancholiæ, & aqua herbæ militis: (eſt
ſcabioſa) vt patet *21. continentis* & aqua cuſcutæ, ſcolopendriæ, tamariſci, fumiterræ,
quæ aduerſantur materiebus aduſtis. Et ſyrupi, ſicut de thymo, de epithymo, oxymel
Syrupus: de keiſim. i. leuiſtico, oxymel inſicum deſcriptione Alexand. *primo practicæ.* ¶ Et dige-
ſtiuum hoc ad hanc intẽtionem valde ſufficiens eſt. ℞. *melliſſæ, florum boraginis & bugloſ-*
ſæ, cuſcutæ, & endiuiæ, calẽdulæ, cicoreæ, radicum quinq; frigidarum ſeminũ cõmunium quatuor frigi-
dorum an. M. ij. bdelij mollis & ſubalbidi ʒ.j. *ammoniaci electi* ʒ.j.ß. *cinamo. galãgæ, ſpicæ, macis an.*
℈.j *infundantur omnia per duos dies naturales in lib. 12. aquæ: deinde coquantur cũ eadẽ vſq; ad con-*
ſumptionem medietatis, & colentur: & violenter exprimantur: & huic expreſſioni addantur ſucci C
pomorum apiorũ ℔. j. *ſucci fumiterræ, ſucci menthæ: ſucci balſamitæ an.* ℔. ß. *pulueris ſachari albi* ℔.
j. ß *in æſtate. tantundem vero mellis in hyeme & coquantur omnia ſimul lento igne: & dum coquun-*
tur aromatizentur cum hoc puluere. ℞. *ſandalorum amborum, ſpodij roſ. an.* ʒ. ß. *violarum* ʒ. j. ß. *am-*
bræ, gran. ij. ligentur in ſindone rara: & bulliant ſimul dum coquitur ſyrupus: deinde clarificetur &
fiat pars eius ſyrupus longus, pars vero completæ decoctionis. De primo ergo exhibeantur ℥. v.
calefacto. De ſecundo vero exhibeantur ℥. ij. cum ℥. iij. aquæ epatorij, cuſcutæ &
cichoreæ vel tamariſci, & toties exhibeatur, quovſq; appareat accidentium remiſſio
& vrina in colore & ſubſtantia mediocritati vicina cum hypoſtaſi alba, coniuncta æ-
quali diaphana, & in fundo ſedente. ¶ Materias autem coniunctas durorum & chro-
nicorum apoſtematum digerere poſſunt conuenienter emplaſtrum diadrylon, em- D
plaſtrum de granis lauri, emplaſtrum diaphœnicon deſcriptione Meſ. *in antidotario,*
diſtinctione 11. & emplaſtrum laudabile, quod ſcripſit Auic. *13. tertij tractatu tertio c. de cura*
Emplaſtrũ: *apoſtematum durorum*, & eſt valde conſimile emplaſtro de melitoto, & eius deſcriptio eſt
hæc. ℞. *meliloti, fœnugræci, chamomillæ, baccarum lauri: & althææ; abſynthij omnium an. partem*
vnam; armoniaci; thuris an. partes duas vnius panis, coquantur omnia in aqua decoctio-
nis ficuum pinguium, quæ ſit lib. quatuor vini albi aromatici dulcis, ℔. j. *mellis* ℔. ß. *omnia ſi-*
mul coquantur vſq; ad ſpiſſitudinem aliquantam: deinde addatur puluis aliarum medicinarum: &
diligenter coquantur fiat emplaſtrum: vngatur itaq; ſtomachus & circumſtantes partes cum
oleo de ſeſamo calido, in quo reſoluatur parum bdelij; deinde ſuperponatur empla-
ſtrum prædictum calidum & ſuperligetur diligenter; & hæc de intentione quarta. E

Cap. V. *De materierum eradicatione.*

INtentio vero quinta difficulter compleri poteſt in viro iſto ſaltem cum me-
dicinis aliqualiter audacibus, eo quia extenuatus eſt valde & debilis & ven-
trem habet pauca carnoſitate velatum, in quo timendum eſt de applicatione
pharmacorũ, vt habetur *ſect. 2. aph. 35. In omnib. morbis ea, quæ circa vmbilicũ & pectinem. &c.*
¶ Cum autem fuerit in viro iſto ſufficiẽter digeſta materia: vt apparuit c. præcedenti,
euacuari poteſt cum ʒ. ß. pilulatum de fumoterræ, quæ ſatis leues ſunt. ¶ Item dari
poteſt hæc medicina. ℞. *electuarij diaſenæ* ℥. *iij. thymi, epithymi, polypodij, an.* ʒ. ß. *aniſi, dauci, ci-*
namomi an. gran. iij. aquæ lactis caprini ℥. *iij. exhibeatur calidum.* ¶ Ego vero in ſimilibus ca- F
ſibus ad materias aduſtas & craſſas exhibeo *electuarij de pſyllio* ʒ. *iij. electuarij*
diaſenæ ʒ. *ij. detur totum cum aqua lactis.* Et hanc medicinam dedi eidem
Patavii & habuit iuuamentum efficax ex eo. ¶ Si quis autem exhibe-
re vellet pilulas de lapide lazuli aut de lapide armeno: conſideraret circa

eas

A eas minorare doſim propter prædictas cauſſas. Et hæc de intentione quinta dicta ſufficiant.

Cap. VI. *De apoſtematis curatione regulari.*

Melior curatio, q̃ fieri poteſt huic apoſtemati, eſt, vt tentetur eius reſolutio. Nullatenus autem ſi poſſibile eſt, procuretur maturatio ipſius. Raro enim ex vlceribus poſt eruptionem in ſtomacho apoſtematum euenietibus feliciter curatur cura. ¶ Igitur licet apoſtemata dura curari ſoleant per reuolutionẽ intentionis mollificandi ad intentionem reſoluendi, & econuerſo, vt patet *4. primi cap. 25. & 3. quarti tractatu 2. c. de cura ſephiros.* Sapiens tamen Medicus poterit conuenienter in medicamine vno numero videlicet emplaſtro vel vnguento cõmiſcere mollificatiua B cum reſoluentibus debite confecta, vt patet in emplaſtro Aui. deſcripto in intentione p̃cedente. ¶ Ego vero ſæpe conſuetus ſum tales duritics emollire & reſoluere cũ hoc emplaſtro. ℞. *emplaſtri de mucilaginib. pſyllii* ℔. ß. *fæcis olei de ireos* ℥ ij. *fæcis olei amyg. dul.* ℥ iij. *ammoniaci, bdellij diſſolutorum cum aceto an.* ʒ vj. *incorporentur omnia ſimul & in fine addantur croci* ℈ iij. *& fiat forma mediocriter mollis, & ſuperponatur vt prius.* Emplaſtrũ. Si autem contingeret per hoc non ſufficienter reſolui prædictum apoſtema, ſed apparerent ſigna maturationis illius, quod cognoſcitur per augmentum pulſationis & doloris, omnino procedendum eſt ad maturationem illius cum prædictis emplaſtris, vel alicui illorum admiſcendo radices althææ aut liliorum alborum, vitellos oui, oleum de ſiſamo, oleum de amygdalis dulcibus vel ama. chamomillam, melilotum, folia paſtinacæ vel maluæ vel ſimilium, quæ tu conC ſidera. Cum ergo apparent ſigna maturationis per abundantiam doloris aut remiſſionem eius & pulſationis & detumeſcentiæ apoſtematis vel depreſſionis; præcipe infirmo, vt cibetur cibis aliqualiter ſalſis & acutis, & accipiat puluinar magnum bene plenum pluma vel penna, & applicet ſtomacho ſuo ſuper ipſo leuiter comprimẽdo, & erumpetur apoſtema. ¶ Cum ergo eruptum erit, curetur cura vlcerum ſtomachi cum mundificatibus, vt hydromelle & aqua lupulorum, vel aliter cum geleniabin, deinde gratia incarnationis & confortationis maioris detur ei mel roſatum cum hiera ſimplici Gal. & decoctione maſticis vel decoctione centaureæ mi. quæ præualet omni alteri medicinæ: finaliter vero detur puluis maſticis & thuris cum aqua vel decoctione radicum cuiuſcunque conſolidæ gratia ſigillationis vlceris. Et hæc de intentione ſexta dicta ſufD ficiant.

Cap. VII. *De accidentium emergentium vel intercidentium & aliorum complicatorum correctione.*

Vltima vero intentio ſupra tacta fuit accidentium correctio. Et hæc quidem cõpletur per intentiones prætactas, & per regimen apoſtematis: quoniam ſunt accidentia ipſius, vt ſupra probatum fuit. ¶ Febris ergo, vt conſideranti apparet, facile curari poterit cum minorantibus, digerentibus & euacuantibus prætactis & diuertentibus. ¶ Nocumentum vero in anhelitu etiam per eadem curari poteſt. ¶ Item vſus croci in cibariis ſuis eſt de medicinis melioribus, confert enim pectori & mẽbris anhelitus. vt *13. tertii, & 2. can.* colligendum eſt. ¶ AdE huc etiam hoc nocumentum procuratur retinendo in ore loch de pino aut loch de pauere, ſi materia ad pectus catarrhizaret a capite, aut loch de ſquilla, ſi craſſior eſt & materia viſcoſior. ¶ Saltus vero cordis, curato apoſtemate, a quo pendet, alleuiabitur, aut eradicabitur: gratia tamen ſedationis ipſius aut minorationis adminiſtretur hic ſacculus. ℞. *been alb. & rubei, doronici, oſſis de corde cerui, fragmentorum hyacinthi, ſmaragdi, & ſaphiri, ana* ʒ ß. *margaritarum* ʒ j. *ſem. ocimi, caryophyll.* ʒ iij. *florum boraginis, bugloſſæ & meliſſæ ana* ʒ ij. *croci* ℈ ij. *ligni aloes* ʒ j. *fiat puluis ſubtilis & impleatur ex ea ſacculus quadrangularis ex ſindone retorta factus & applicetur cordi.* Sacculus cordialis. ¶ Et ſi velis ex eo emplaſtrum facere, adde *amyli roſ. ana* ʒ ß. *aq. roſ.* ℥ iij. *moſchi* ℈ iij. *& erit efficacius & melioris impreſſionis. & ſi accipantur prædictarum ſpecierũ* ʒ vj. *aq. roſ. bugloſ. & meliſſæ ana* ℔ ß. *vini maluatici electi* ℥ v. *& bulliant omnia ſimul le*F *ui bullitione & intingatur in eis pannus de grana quadrangularis, & tepidus vel calidus applicetur cordi: erit etiam notabilis impreſſionis.* Emplaſtrũ. ¶ Tuſſis vero quod erat acidens quartũ eiſdem inſtrumentis curari debet, quibus nocumento anhelitus ſubueniebatur: vt ſupra tactum eſt. Et hæc ſunt quæ ad ęgritudines & accidentia huius viri mihi meliora & vtiliora viſa ſunt, ad laudem omnipotentis Dei. Amen.

Fff

CONSILIVM CXL. *De nauſea, rugitu & ventoſitate ſtomachi, & de mala diſpoſitione capitis frigida & humida & phlegmatica cum debilitate viſus.* A

CELEBERRIMO viro & profundiſſimo cauſſarum φύσεως rimatori Hiero-
nymo de ſancta Sophia artium doctori & cultori colendiſſimo pro regimi-
ne quorundam accidentium amicum ſuum frequenter & ardue moleſtan-
tium Bartholomæus de Mõtagnana exiguus phyſicus ſalutes dimittit per-
petuas, & quam ſalubrius poterit, ſeptem inſtrumenta illorum accidentiũ
abſciſſiua conſcribit: vt nunc ſequitur. ¶ Primum itaq; horum eſt deſcriptio pilularum
quarundam, quibus vti poterit gratia particularis diſtractionis & euacuationis materie-
rum a capite: & poterit eſſe vſus earum, hoc modo. Cum enim cognouerit in ſtomacho
ſuo nauſeam, rugitus & ventoſitates adeſſe: tunc ex eis accipiat vnam immediate ante B
cœnam: diutius enim commorabitur in ſtomacho ſic accipiendo, & meliorem in eo &
in membris ibidem inuentis impreſſionem facere poterit. Si autem accidentia prædi-
cta fuerint a ſtomacho, & grauitas vel tenſio & ventoſitates in capite & in oculis ſtoma-
chicæ diſpoſitiones apparuerint: tũc vtatur eis, capiendo vnã parũ craſſiorẽ per horas ij.
Pilulæ. poſt cœnam. ℞. *aloes epaticæ electæ ℥ iij. agarici candidiſſimi, rari, leuis & primo occurſu orga-*
Rhabarbari ſelecti notæ. *guſtus leuem dulcedinem, deinde notabilem amaritudinem imprimentis ℥ j. hermodactylorum leuiſ-*
ſimorum & candidorum ℥ ij. reubarbari aromatici, rari, ponderoſi, rubicundi ad roſeitatem in colore
tendentis, ſine nodis & æquali carnoſitate carnoſi ℥ x. folii, ligni aloes, zinziberis ana ℈ ß. ſquinanti,
ſpicæ ana gran. viij. ſarcocollæ nutritæ in ſucco fœniculi per quinque dies & exſiccatæ ℥ xv. ſucci beto-
nicæ, ſucci ſaluiæ, ana ℥ ij. ſucci roſ. ℥ j. omnia primo hæc puluerizata & diligenter ponderata cum præ- C
dictis ſuccis miſceantur, & exponantur ad ſolem ſæpe commiſcendo ea quouſque ſucci conſumantur,
deinde iterum renouentur ſucci, & ita ter fiat. De hac igitur materia poſtquam exſiccata fuerit, pilulæ
fiant ex omni ℥ vij. vel v. præualebũt enim fortaſſis omnem medicinam in vſu ſuo, eo quia
ſtomacho, capiti, virtuti viſiuæ & organo viſionis conferunt & diuertunt phlegmata a
membris ꝑdictis, ventoſitates conſumendo, & cum mediocri exſiccatione ſtypticitatẽ
conuenientẽ ſigillando, & omnium ſenſuum interiorum operationibus iuuamentũ no-
tabile afferunt. Vnde prædicta membra confortantur eo, quia repellunt a ſe vaſa omnia
ſtypticis confortata pharmaciis. *3. techni.* ¶ Secundum vero ſpeciale inſtrumentum eſt
confectio iſta, de qua accipere poteſt ſemper ante cibum rotulam vnam ℥ iij. & non fiat
dilatatio cibationis poſt ipſam: immo immediate cibetur ipſa aſſumta. Eſt autem ipſius D
Rotulæ. deſcriptio talis. ℞. *florum roriſmarini ℥ ij. ligni aloes ſubruffi ad nigredinem tendentis acuitatem*
Boni ligni aloes nota. *& in aromaticitate & ſapore habentis & ponderoſi, ita quod ſubmergatur in aquam ℥ j. trociſcorum*
2. deſcriptione poſitorum a Rhaſe in diuiſionibus Almanſ. cap. de medicinis cordis ℥ j ß. florum meliſ-
ſæ ℈ ij. ſacchari alb. ℔ ß. cum aqua betonicæ coquatur ſaccharum & fiat confectio in rotulis ℥ ij. Attẽ-
de autem, quod in prædicta deſcriptione trociſcorum Rhaſ. recipiatur oleum de croco.
Ego autem loco eius conſueui ponere croci ℥ ß. Olea enim vnctuoſitate ſua ſolent eſſe
nauſeatiua & oris ſtomachi remollitiua. Neque iterum mireris, ꝙ hãc medicinam hau-
ſerim ex medicinis cordis. Medicinæ enim ſimplices illud compoſitum ingredientes, q̃
ſunt numero 13. præter oleum de croco, cum hoc, ꝙ ipſæ cordales ſunt, etiam nõ minus,
immo excellentius cerebro, ſtomacho & epati conueniunt, ſicut citius cuiq; perlegenti E
caput apparere poteſt *ſecundi & 22. continentis, & a ſexto vſq; ad nonum 5. ſimpl. & quinto col-*
liget. & 2. can. & aggregatore Serap. quæ omnia propter breuitatẽ relinquẽda eſſe decreui.
tu diſcurre per ea libito tuo. ¶ Tertium principale inſtrumentum eſt electuarium com-
poſitum a Gal. ad Herodem regem factum *in ſecretis ad Omontheum*, & eſt confectio dia-
trionpipereon Herodi regi deſcripta, q̃ magnifice laudat ad omnes ægritudines capitis
a cauſſa frigida prouenientes, & proprie phlegmatica. Et eſt eius vſus, vt in ſero apud ſo-
mnum deglutiatur ex ea quãtitas vnius aurei vel ℥ j ß. cuius deſcriptionem videbis ibi ſi
quæres. Quartũ inſtrumentũ principale eſt puluis infraſcript⁹, de quo vir iſte pulueriz et
caput ſuũ a principio coronalis cõmiſſuræ trãſeũdo ꝑ ſagittalẽ per latitudinem quatuor
digitorum vſque ad ceruicem capitis ſupra aſpergendo de eo inter capillos quatuor vel F
quinque granorum hordei quantitatem & deponat ſemper primum cum ſetula pecti-
Puluis capiti aſpergendus. nando vel pectine, quando vult apponere ſecundum, & eſt eius deſcriptio talis. ℞. *li-*
gni aloes electi, cubebarum, radicum pæoniæ, pulegii, calamenti, florum roriſmarini, aſari,
ſtœchados

A *ſtœchados ana ʒ j. ambræ, moſchi electorum ana ℈ ß. euſragiæ, fœniculi, rutæ ana ℈ j. pulnerizentur omnia per ſe & diligenter ponderata commiſceantur, & fiat ex eo vt dictum eſt ſaltem in ſeptimana ter a principio Octobris vſque ad finem Februarii, reliquo autem tempore rarius & minori quantitate vtatur.* ¶ Quintum inſtrumentum eſt caputpurgium iſtud, cuius laudo vſum a principio menſis Februarii per totum menſem Maii, & a medietate Septembris vſque ad finem Octobris ter in ſeptimana per nares leui tractu traiiciendo nunc per dextram, nũc per ſiniſtram narem actu calidam ſemper ore eius prius pleno tepida aqua hordei cum ſacharo cocta. & eſt ipſius deſcriptio talis. ℞. *mellis electi ℥ iiij. coſti dulcis, ſaxifragiæ, ligni aloes ana ʒ ß. colocynth. corticum agarici ana ℈ ß. coquantur omnia in phiala vna aquæ, vſque ad conſumtionem quartæ partis. de hac igitur decoctione colata ♃. cyathum medium ſucci radicum ſiclæ, &* (*Errhinum.*) (*Siclæ quid.*)

B *eſt bleta, quartam partem cyathi, miſce & accipiatur vt ſupra.* ¶ Sextum principale inſtrumentum eſt maſticatorium hoc, quo vti poterit aliis tribus diebus in ſeptimana diebus interiectis prædictis, caputpurgio aut ſaltem vna ſeptimana maſticatorium faciat, & altera ſequenti faciat caputpurgium & incipiat a maſticatorio prius ſi voluerit ipſum facere cum caputpurgio aut alterum ipſorum eligat libito ſuo. Eſt autem illius deſcriptio talis. ℞. *dragaganti ℥ ß. maſticis electæ ʒ v. ireos ℈ ß. coſti, ſeminis rutæ, ſtœchad. chamedryos ana ℈ j. pyrethri ℈ iiij. cymini ℥ v. diſſoluantur gummi cum aceto fortiſſimo & ſuperaddãtur eis glutinis chartarum ʒ ij. deinde incorporentur cum ʒ iij. ceræ albæ. & ſuperadditis ſpeciebus aliis fiant formulæ ſimiles auellanis. & exſiccentur in ſole vel ſub tegula calefacta, de eis autem maſticetur vna cum opportunum fuerit per quartam partem horæ, vel per mediam continue exſpuendo materiam quæ diſſoluitur: ita quod nullo* (*Maſticatorium.*)

C *modo ad inferiora deſcendat.* ¶ Vltimum vero inſtrumentum eſt odoriferum, quod teneat in ſindone de grana retorta ligatum & ſæpe odoret ipſum quacunq; hora libet. Cuius deſcriptio eſt hæc. ℞. *macis, origani, ameos, amomi, galangæ, nucis muſ. ana ʒ j. ligni aloes ʒ ij pulnerizentur omnia per ſe, & commiſceantur. & ſi fuerit opportunum & magis libuerit ei, fiant poma cum ℥ j. electi laudani, & ʒ iij. ſtyracis calamitæ, & ʒ j. galliæ muſcatæ, & incorporentur cum ſucco maioranæ.* Hoc pomum non eſſet minus vtile, quam puluis ſupraſcriptus. (*Nodulus odoratus.*) (*Pomum odoratum.*)

Hæc ſunt celeberrime domine Doctor, quæ amico tuo, tanquam magis vtilia eligere potui. Quorum iuuamentum ex virtutibus ſimplicium experiri poteris eſſe ſublime, ſi cuncta capitula conſideraueris. ¶ Experientia vero quotidiana tibi clarius aperiet, & confirmabit illud. Ego autem de nouo ſi opus fuerit alia conſcribam, ſecundum quod

D diſpoſitio poſtulabit.

Et tu iſtis ſuperadde pilulas de ſarcocolla, quibus vtatur ſaltem in menſe ſemel ex eis ʒ j. accipiendo, quæ nuperrime reformatæ ſint cum ſucco maioranæ: memorando tamen, quod diebus vehementiſſimi caumatis & frigiditatis ab eis abſtinendum eſt ſicut a pharmaciis aliis. Summus & omnipotens hæc ad amici mei vtilitatem ita affluenter dirigat, ſicut eadem omni mihi poſſibili charitate conſcripſi ad laudem eius ſempiternam. Amen.

Conſilivm CXLI. *De ventoſitatibus, quæ generantur in ſtomacho & inferiori ventre cum debilitate digeſtiuæ ſtomachi & epatis.*

E Venerandvs in Chriſto pater, & ſacræ paginæ Doctor, dominus Philippus ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini vtatur hac confectione accipiendo ſemper de ipſa rotulam immediate ante cibum. & eſt in ea intentio frangendi ventoſitates, quæ generantur in ſtomacho, & in inferiori ventre, & conſumendi phlegmata in eis inuenta, & rectificandi ſtomachum & epar in digeſtiuis eorum. ℞. *ſpecierum diacinamomi, ſpecierum diambræ, & diagalangæ ana ʒ j. ſacchar. alb. ℔ ß. fiat confectio in rotulis magnis cum aqua ſublimationis, calamenti vel hyſſopi.* (*Rotula.*)

Vnguentum ad eandem intentionem, quo vti debet in ſero, quando vadit ad lectum inungendo a ſcuto oris ſtomachi vſque ad femur, & omnia ilia. ℞. *olei de aneto, o-* (*Vnguentum.*)

F *lei liliorum alb. olei nardini ana ℥ j. trociſ. de roſ. cinamomi, galangæ, maſticis, cymini, abſynthii, ſquinanti, calami aromatici, ameos ana ʒ ß. piperis alb. granorum paradiſi, calamenti ana ℈ j. caryophyll. ℈ ij. reſinæ, laudani ana ʒ vj. ceræ quantum ſufficit, diſſoluantur gummi in modico aceti: deinde coquantur cum oleis & cum infrigidari cœperint, addantur ſpecies aliæ, & fiat vnguentum bonæ tenacitatis.*

Pilula. Pilulæ ad eandem intentionem. ℞. *aloes ablutæ ℥ ij. ſpecierum elect. de baccis lauri* ℈ j. *reformentur pilulæ xvij. cum elect. de ſucco roſarum & de eis accipiatur vna bis vel ter in ſeptimana immediate ante cœnam vel collationem de ſero: & de eis iterum ſemel in menſe accipiantur v. vel vij. in aurora: & tardetur cibus poſt ipſas horis ſex.* ¶ Abſtineat a leguminibus elixis, ab omni cibo actu frigido, paſtilibus & lacticiniis, ab allio, cæpis, porris, raphano, & ab omnibus mellitis cibariis, a potu aquæ & vini pauciferi. Deo gratias. Amen. A

CONSILIVM CXLII. *De dolore ſtomachi complicato cum dolore colico & iliaco.*

AMICVS meus Ioannes Franciſcus aliquando moleſtatur doloribus circa ſtomachum & ventrem inualeſcentibus, qui cum conſiderantur, proueniunt a ventoſitate generata in inteſtino ilion a materia mucilaginoſa, phlegmatica & vitrea ibidem congregatis. Cumque congregatur ventoſitas illa in inteſtino ilio & contingit monoculum inteſtinum eſſe repletum fæcibus induratis, tunc ventoſitas illa, cum non habeat apertam viam deſcenſus per inferiora, neceſſario intrinſeca ſui latione fertur ad ſuperiora, & propellitur ad ſtomachũ, & ibidem congregantur in eo dolores tortuoſos & extenſiuos faciens. Et ſi contingit ventoſitatem illam in ſubſtantia ſua ſubtilem eſſe ſatis, tunc fracta ipſa ab impellente virtute emittitur per ſuperiora, per eructuationis modum. & tunc alleuiatur & abbreuiatur dolor. B

Si autem contingat virtutem eſſe debilem in expellendo & ventoſitatem multam eſſe & craſſam & potentem ad reſiſtendum virtuti, tunc ibidem congregata & multiplicata facit dolores longo tempore manſiuos & vere intolerabiles. ¶ Poſt hoc autem ſi ventoſitates in prædicto inteſtino ilio congregatas contingit per inferiora propelli & monoculum & colon inteſtina a fæcibus eſſe munda, inteſtino vero inferiori pleno exſiſtente neceſſe eſt ventoſitates illas retrocedere & ſuperaſcendere. & tunc faciunt dolores colicos, diu perſeuerantes, & maxime moleſtos. ¶ Propter quod apparet, quod diſpoſitio iſta ſit valde difficilis, ita quod frequenter contingit ipſam eſſe cõplicatam ex doloribus colicis & ſtomachicis. ¶ Ex quibus corollarie ſequitur. ¶ Primo, quod hic vir paratus ſit ad colicam paſſionem. ¶ Secundo, quod ingens periculum minetur ei hæc diſpoſitio de apoſtemate prædictarum partium. ¶ Tertio, quod neceſſe ſit ipſum prouidere huic diſpoſitioni, quam celerius eſt poſſibile. aliter corpus eius erit ſemper neutrum decidentię frequenter moleſtatum. Huic ergo prouidendum eſt ſecundum quod infra ſequitur. C D

Regimen ſex rerum non naturalium Cibus. Regatur itaque regimine ex parte ciborum aduerſantium congregationi & generationi phlegmatis in prędictis partibus abſtinendo ab omni cibario frigido & humido, vt endiuia, lactuca, ſpinachia, beta, portulaca, chryſolocanna & huiuſmodi, & proprie, quæ cum frigiditate & humiditate ſua ventoſabilia ſunt & dolorum in prædictis membris generatiua. De quorum numero quatuor ſunt ſpecialia dolorem in eis efficientia, vt lac, melones, cucum. & pyra. Item abſtineat ab omni cibario actu frigido, a cibis paſtilibus & a viſcoſis multum, ſicut ſunt piſces, & proprie elixi, & maxime anguillæ & tinchæ. Item a cancris & ſimilibus. ¶ Vtatur autem cibis calidis & acutis, vt ſerpillo, petroſel. mentha, dauco, chærefolio, ſaluia, roremarino, paſtinacis, carotis & conſimilibus, capparibus conditis, carnibus ſalitis & caſeo ſalito notabili ſalſedine participante. E

Potus. Item vſus aromatum conuenit ei. Et vinum album colore, potentia bene fumoſum, ſubſtantia clarum & bene aromaticum conuenit ei, & proprie nõ lymphatum. Si autem quouis modo neceſſarium eſſet lymphari vinum, fiat cum aqua decoctionis cinamomi ſubtilis, vel cum modico radicis galangæ aut granis paradiſi, & ſimilibus calidis & ſiccis ſubtilis ſubſtantiæ bene penetratiuis & aromaticitate participantibus.

Curatio per medicinalia De regimine vero ex parte medicinarum ſeptem occurrunt mihi neceſſario ipſi obſeruanda. Quorũ primũ eſt, vt in cibis ſuis vtatur hoc puluere ſaltem quatuor vicibus in ſeptimana. Cuius deſcriptio. ℞. *granorum paradiſi, galangæ, ſeminis fœni. aniſi ana* ʒ j. *piperis alb. & lon. an.* ʒ iij. *cinamomi electi* ℥ j ß. *pulu. erizẽtur & cõmiſceantur.* ¶ Secũdũ principale eſt, quod F

Puluis cibis commiſcendus.

A quod ipſe ſæpe poſt prandium & cœnam accipiat rotulam vnam huius confectionis. ℞. *ſpecierum diacymini, ſpecierum diacinamomi ana ʒ j. ſem. rutæ ℈ ij. ſacchari ſecundæ decoctionis ℥ iij. cum aqua abſynthii fiat confectio in rotulis iij ʒ.* ¶ Tertium principale eſt, vt faciat fieri inunctionem toti ſpinæ bis in die cum ſurgit de lecto & vadit ad ipſum cum hac inunctione. *℞. olei de cydoniis ℥ j. olei nardini ℥ j ß. croci gra. vj. ſeminis plantaginis, ſem. acetoſæ & ſcario. ana ʒ j ß. ſan. alb. & rub. ana ℈ j. ceræ alb. quantum ſufficit & fiat vnguentum molle.* ¶ Quartum eſt, vt ſæpe in mane accipiat iſtas aquas in aurora tardando cibũ poſt p quatuor horas. ℞. *aquæ origani, aquæ calamenti & rutæ ana ℥ j. aquæ conſolidæ minoris ℥ j ß. miſce.* ¶ Quintum, vt omni ſeptimana ſemel in aurora per horam ante diem nouem horis poſt cœnam accipiat ʒ j. mithridatii cum ʒ ij. aquæ betonicæ & iaceat in lecto per tres vel quatuor horas: & tar-
B det cibum poſt ad minus horis ſex. ¶ Sextum, vt vtatur infraſcriptis pilulis, de quibus omni quinta die accipiat vnã parum ante cœnam. quarum deſcriptio. ℞. *al. præparatæ ʒ ij. galbani, opoponacis, ammoniaci ana ℈ j. cymini, ſeminis rutæ, cinamomi ana gran. iij. fiant pilulæ cũ ſucco roſ. de omni ʒ vj.* ¶ Vltimum principale eſt, vt vir iſte ſuper vmbilico ſuo portet hoc ceratum continue ſibi aſſiſtens vſque ad natiuitatem Domini. & ſi caderet per ſe, faciat ipſum renouari, & erit ei magnum auxilium ac ſanitatem eius. ℞. *emplaſtri de mucilaginib. ʒ vj. emplaſtri apoſtolorum ʒ x. diſſoluantur cum modico aceti, & fiat cerotum rotundum ſicut nebula, & eo vtatur vt dictum eſt.*

Rotulæ. Vnguentum Potio. Pilulæ. Ceratum.

C Consilium CXLIII. *De quadruplici mala diſpoſitione: videlicet, De vehementi pulſatione in fundo ſtomachi percepta. De motu ſaltuoſo cordis. De febre colliquatiua, quæ eſt prima ſpecies hecticæ. Et de contractione iuncturarum propter exſiccationem & duritiem in eis facta.*

QVATVOR accidentia huius viri ſunt, quibus prouideri oportet, aliter eſt impoſſibile ipſum ſanari vnquam.

Primum itaque eſt vehemens pulſatio in fundo ſtomachi ipſius, quæ indubitanter prouenit a magno apoſtemate, vel ſaltem oppilatione forti cadente in partem meſenterii fundo ſtomachi oppoſitam, cui prouidendũ eſt remedio duplici. ¶ Primum eſt, vt ipſe omni mane in aurora accipiat ℥ iiij ß. aquæ deſtillationis radicum althææ calefactæ cum ℥ ß. ſacchari, & tardet prandium horis 4. ¶ Se-
D cundum remedium eſt, vt omni mane per duas horas ante cibum inungatur tota regio ſtomachi cum oleo nardino calefacto, deinde ſuperponatur hoc emplaſtrum. ℞. *roſarũ rub. ʒ v. ſpicæ nardi, maſticis ana ʒ iij. cyperi, ſquinanti, calami aromatici ana ʒ ij. violarum ℥ iij. farinæ, fœnugræci ℥ ij. ß. florum chamomillæ, ſeminis maluauiſci. farinæ hordei ana ʒ x. fiat emplaſtrum cum lib. j. mucilaginis ſemin. lini & calidum ſuperponatur, renouando ipſum omni die bis diligenter ſuperligatum.*

Cauſa primi accidentis. Curatio. Emplaſtrum ſtomachale.

Secundum vero accidens principale eſt motus ſaltuoſus cordis, pro quo procuretur cum iſto epithemate. ℞. *aquæ buglosſæ ℔ j. aquæ farfaræ & cichoreæ ana ℥ iij. vini maluatici cyathum ß. croci ℈ j. ſpodii, doronici, oſſis de corde cerui, ſeminis baſiliconis, been alb. & rub. ana*
E *℈ j. ligni aloes, zedoariæ ana ʒ ß. ſan. alb. roſ. corall. alb. ana ℈ ij. miſce, & in hunc liquorem calefactum intingatur pannus de grana, & bene expreſſus, tepidus ponatur ſuper mamilla ſiniſtra ante prandium tribus vicibus, & poſt cœnam duabus, & inter prandium, & cœnam ſex vicibus.*

Motus ſaltuoſus cordis Epithema cordis.

Tertia vero principalis ægritudo huius eſt febris colliquatiua, quæ indubitanter eſt hecticæ ſpecies prima. ¶ Pro qua vtatur lacte accipiendo de ipſo omni mane ℥ iiij. cum ʒ ij. ſacchar. alb. & comedat ſæpe in cibis ſuis lac coctum & recoctum, & capiat lac abſque butyro. ¶ Vtatur in cibis atriplice, beta, ſpinachia, portulaca; quandoque cancris fluuialibus, & carnibus iuuenum animalium pinguibus cum ptiſana hordei vel de amylo. ¶ Fugiat cibaria acuta, ſalſa, & aromata omnia præter crocum. ¶ Et bibat vi-
F num album, ſubtile, dulce, cũ altera medietate aquæ bugloſſæ, dilutum. Et erit cura maraſmodeæ diſpoſitionis eius correctiua.

Febris colliquatiua.

Quartum accidens principale eſt neruorum priuatiua exſiccatio, propter quam contractæ ſunt iuncturæ; immo fere in duritiem conuerſæ: intantum quod dubitatur valde de poſſibilitate reductionis earum, quoniam partes eſſe factas ſolidas & in-

Neruorum priuatiua exſiccatio.

duratas conſumtione humidi ſubſtantifici impoſſibile eſt humidius fieri, ſcilicet humiditate ſubſtantifica. 2. *techni.* Si quod tamen argumentum adhuc ſpei curationis manifeſtæ tantum in hoc viro adduci poſſet, ſuſtentaretur in duobus motiuis. Primum eſt, quia diſpoſitiones iſtæ non ſunt multum fixæ longitudine temporis. Secundum, quod hic vir adhuc eſt in ætate conſiſtentiæ conſtitutus. Vnde ſi regatur conuenienter, vt in præcedenti capit. declaratum eſt, poſſibile fortaſſis erit ſimul cum reſtauratione ſua neruorum contractionem remoueri, ipſo tamen euitante omnes ſpecies euacuationis humidi ſubſtantifici, & proprie coitum & pharmacorum omnium vſum. Cum hoc itaque fundamento neruis eius iam in duritiem conuerſis prouideatur triplici inſtrumento. A

Vnguentum. Primum eſt hoc. ℞. *olei recentis amygdalarum dulc. olei de ſiſamo ana ℥ j. pinguedinis cerui, vrſi & melis ana ℥ ß. pul. arthanitæ ʒ j. conquaſſentur ſimul & ex iſtis actu calidis inūgatur tota ſpina a principio colli vſq; ad candā quater in die naturali leuiter confricando.* ¶ Secundum vero principale eſt, vt iuncturæ eius & pedes ſæpe lauentur cum aqua decoctionis vel brodio dabaon: eſt melis, & de remediis *Auicen. 22. tertii.* ¶ Tertium vero principale ſi potens eſt ad expenſam, vt ſit propinquus macellariis, a quibus accipiat pelles arietis vel caſtrati iamiam ab animali excoriatas, & feſtinanter veſtiat membra prædicta pellibus illis antequam ab eis euaneſcat calor ab illis animalibus infuſus. in iſtis enim duobus remediis latet ſanitatis eius remedium, ad laudem Dei omnipotentis. Amen. B

Consilivm CXLIIII. *De præſeruatione ab oppilationibus & a tenſione magna in ſtomacho a materia phlegmatica in eo ventoſata.* C

Venerandvs in Chriſto pater dominus Archidiaconus Eccleſiæ maioris Patauinæ pro regimine præſeruationis ab euentu oppilationum & tenſionis magnæ in ſtomacho prouenientium a materia phlegmatica mucillaginoſa vitrea & aquoſa, quæ materiæ ventoſæ in ſtomacho frequenter dolores intenſiuos & extenſiuos ibidem efficiunt, modum teneat infraſcriptum. ¶ Primo quidem accipiat de iſtis pilulis vſque ad medietatem menſis Iunii omni quinta die vnam parum ante cœnam. Et ſi contingeret ipſum percipere ſe grauatū in toto corpore, poſſet ex eis accipere vij. omni fine menſis vnius in aurora, & tardare aſſumtionem cibi poſt ſex horas. Eſt autem earum deſcriptio talis. D

Pilula. ℞. *aloes præparatæ ℥ ß. agarici electi ℈ ij. carthami, polypodii, colocynth. ana ℈ ß. zinzib. electi, calamenti ana gran. vj. ſalis Indi & nitri ana ℈ ß. cum ſucco roſarum formentur pilulæ de omni ʒ vj. & conſeruentur in pyxide cum puluere cinamomi.* Et attendat, quod poſſit eis vti toto tempore vitæ ſuæ. ¶ Secundo vero vtatur hac confectione, de qua per totum menſem Maii ſemper accipiat ante prandiū per horam j ß. rotulam vnam, & bibat poſt eam quartam partem cyathi optimi, vini albi, non dulcis, & bene fumoſi. Et eſt eius deſcriptio talis.

Rotula. ℞. *ſpecierum ligni aloes, ſpecierum diacalamenti, ſpecierum diacymini ana ʒ j. ſacchari alb.* ℔ *j ß. cum aqua menthæ, fiat confectio in rotulis magnis, & cooperiantur cum foliis auri.* Et ſi vteretur confectione iſta a medietate Septembris vſq; ad mediū Maii, ſemper eſſet ei conueniens. ¶ Tertio vero principaliter habeat prope ſe electuarium hoc, de quo ponat cochlear vnum cum cyathis quatuor decoctionis clyſteris, vt ipſi dixi. in quod clyſtere ponatur de oleo liliorū alb. & aneti tertia pars cyathi pro quocunque. Et electuarium eſt hoc. E

Electuariū. ℞. *benedictæ ſimplicis, electuarii de baccis lauri, electuarii Indi ana ℥ j ß. ſalis gemmæ ʒ ij. caſſiæ fiſtulæ, ſacchari rub. ana ʒ ij. conterantur ſimul in mortario & ſeruentur in vaſe vitreo bene cooperto.* ¶ Quarto principaliter attendat, quod ſi aliquando ſentiret tenſionem & grauitatem in ſtomacho & rugitum & motionem ventoſitatum, poſt cœnam per vnam horam ſuperponat ſtomacho petiam vnam huius vnguenti, q̄ habeat amplitudinem vnius ſpithamæ & calida ſuperligetur. Cuius deſcriptio.

Vnguentum ſtomachale. ℞. *olei amygdalarum amararum, olei de mentha, de origano ana ℥ j. olei nardini ℥ j ß. maſticis, ſpicæ, ſquinanti, ſacchari roſ. calami aromatici ana ʒ ß. corallorum amborum ana ʒ ij. reſinæ electæ ℥ iij. laudani ʒ v. diſſoluantur gummi cum modico aceti acuti & incorporentur cum ℥ j. ceræ diligenti cōmixtione, & cum fuerint tepefacta apponantur ſpecies & diligenter incorporentur cum aliis, & reſeruetur in vaſe vitreato bene cooperto.* F

In ciba-

A In cibatione vero ſua euitet betas, ſpinachias, lactucam, endiuiam, portulacam & cucurbit. proprie. Et in ſumma dimittantur omnia fercula herbarum vel aliarum rerum frigidarum. Si tamen quandoq; placeret accipere de lactuca vel portulaca &c. cõmiſceat eis æqualem quantitatem herbarum calidarum, ſicut ſaluiam, roſmarinum, mentham, hyſſopum, ſerpillum, fœniculum, petroſelinum, melius tamen ſalatitium eſſet locuſtæ, i. rapunzeoli ſuo tempore, aſparagi & cappares. ¶ Secundo etiam dimittat vſum ciborum oppilatiuorum, ſicut piſcium, cancrorum, & proprie anguillarum & tencharum. Piſcibus tamen ſalitis vti poteſt, & luciis, variolis & torrentinis, & aliis laudabilibus, habentibus carnes ſolidas, & paucam viſcoſitatem. ¶ Euitet etiã tertio B cibos paſtiles & reliquos oppilatiuos & viſcoſos, vt cutes & neruos animalium & cerebrum & caudarum eorum, & ventres in multo vſu. ¶ Item vſum longum & magnæ quãtitatis ceraſorum & fructuum humidorum, & proprie dimittat pyra muſcata, cucu. & angurias, pepones autem & ficus, vuæ, amygdalæ & auellanæ ſunt ei conuenientes. ¶ De ſaporibus autem laudatur ei agreſta, ſuccus limonum ſalitorum & aranciorum. Vſum autem aceti & vini granatorum dimittat, aut raro de eis accipiat. ¶ Vſus vero ſpecierum, vt zinziber. piperis, croci, cinamomi, galangæ, nucis muſcat. macis & conſimilium placent.

Curatio per diætam.

Potus autem eius ſit vinum album colore, ſubſtantia ſubtile, bene diaphanum & clarum, odore ſuaue, ſapore medium inter dulce & ponticum, quod ſi bene potens & fumoſum, pluſquam mediocriter, & vtatur eo puro. Et ſi fuerit neceſſarium aquam ei C commiſcere, tunc commiſceatur tertia vel quarta pars aquæ coctæ, quæ fuerit de ciſterna, vel laudabili puteo. Hæc in ſumma ſunt remedia & modus regiminis, meliora quę fieri poſſunt pro eo, ad laudem Dei omnipotentis. Amen.

Potus.

Consilium CXLV. *De quinq; malis diſpoſitionibus: videlicet, De tremore vniuerſali membrorum. De motu tremulo cordis. De humoroſitate & immoderata humiditate in ſtomacho generata a mala complexione eius frigida & humida. De nocumento diminutionis & corruptionis viſus. Et de dolore ſpatularum, ſpinæ totius, crurium & coxarum.*

D QVINQVE ſunt diſpoſitiones, quæ remanſerũt in nobili viro Nicolao Trundo, ſiue ipſas ægritudines, ſiue accidentia nominare velis. Videntur tamen omnes illæ ab vna radice traxiſſe principium, & ab ea dependere. ¶ Eſt enim mala complexio frigida & humida ſtomachi, cordis, & cerebri eius, non parum etiam epati communicata. Propter quod vniuerſa eius ægritudo frigida & humida neceſſario in toto reſultat. Horum enim membrorum quatuor prædictorum lapſus naturalis, ſiue præternaturalis toti facilius communicari poteſt corpori, cum aliorum membrorum lapſus ſtomachi, epatis, cordis & cerebri complexionem euertere poſſit, propter quod facile ſaluari poſſunt omnia illa accidentia ab hac radice dependere.

Propter malam enim complexionem cerebri generantur in eo phlegmata muci- E laginoſa & aquoſa, quæ ſiue ſui fluxibilitate, ſiue diſſolutione a naturali calore in eo facta propelluntur ad neruos motiuos, & ad nucham, & infunduntur in eis. Vnde propter illorum phlegmatum mollificationem & ponderoſitatem grauatur ſuſtentatiua potentia, ita, quod membra ſecundum exigentiam dictæ poſitionis ab eo ſuſtentari non poſſunt conuenienter. Et ad ſubleuandum & contra operandum nocumento prouenienti ab hac mala complexione, & a multitudine phlegmatum prouenienti mouetur virtus, & de facto mouet membrum ad differẽtiam poſitionis oppoſitamq; ei, ad quam mouet materia iſta prædicta, propter quod *tremor eſt morbus officialis, i. mala complexio inſtrumentalis membrorum prouenіens propter defectum virtutis motiuæ, ſcil. factum a mala complexione vel materia prædictis, & eſt defectus continuandi motum lacertorum compar, i. æqualis grauitati, ſcilic. a* F *materia prouenienti, ſimiliter & compar virtuti, i. potentiæ virtutis intromittẽti, i. actualiter mouẽti mẽbra ſua motiue volũtaria, quæ prouenit ab appetitu virtutis membri animati mouentis mẽbra motu conuenienti.* Vnde propter hoc motus voluntarii permiſcentur cũ motibus inuolũtariis, ſc. prouenientibus a mala complexione vel materia prædictis, propter quod corollarie infert, quod hæc ægritudo ſit accidens proueniẽs motiuæ virtuti, ſicut ſtupor eſt accidens proueniens

Incommoda mala complexionis cerebri.

Tremor quid.

Tremor ſecundum Auicenn. quid.

virtuti ſenſitiuæ, ſc. ſenſui tactus. Et hæc definitio eſt principis *2. tertii c. de tremore*, vbi inquit: A *Tremor eſt morbus officialis eueniẽs propter defectũ virtutis motiuæ a motu lacertorũ, ſecundũ cõtinuitatẽ, compar grauitati compari intromittenti ſua motione motionẽ voluntariam, quare commiſcentur motus voluntarii cum motibus inuoluntariis, & eſt nocumentum in virtute motiua, ſicut ſtupor eſt læſio in ſenſibili.* Vide ergo, quantum nocumentum ſit tremor capitis, brachiorum & aliarum partium. Hoc enim ſignificat lapſum in cerebro exſiſtentem membris mobilibus communicatum, virtutem motiuam & quietatiuam lædentem læſione corruptionis, propter quod eſt ægritudo ſæua valde, parum bene intellecta & raro bene curata. ¶ Pro complemẽto igitur huius tremoris, qui notabiliter alleuiatus eſt, vt ſenſus

Curatio tremoris.

oſtendit, tria mihi viſa ſunt ipſi conſcribenda remedia. ¶ Primum horum eſt, vt iſte vir ſæpe accipiat in mane ℥ iiij. vel v. lactis actu calidi, & multum nuce muſc. vtatur etiam in B cibis ſuis. ¶ Secundum ſpeciale eſt, vt ſæpe vtatur inunctione a collo, vſq; ad finem ſpa-

Linimentũ.

tularum, facta ex oleo iſto. ℞. *ſeminis canabis, florum andacochæ an. dr. ij. olei omphacini ℥ ß. cinamomi electiſſimi ʒ vj. bulliant omnia ſimul, vſque ad conſumtionem medietatis, & ex eo calido*

Vis cinamomi contra tremorem.

iungantur loca prædicta actu calido, mediocriter confricando ea. Cinamomum enim habet magnam proprietatem in tremore, vt legitur *ſecundo can. cap. de eo.* & oleum de ſemine canabis, & andacocha electiſſima ſunt in hac diſpoſitione, vt legitur ab Auicenna *3. can. fen. 2. cap. de cura tremoris*, vbi inquit: *Et inunctio cum oleo canabino, & de andacocha mirabilem habet proprietatem, & ſimiliter emplaſtrum ex ea factum, i. recenti ſolummodo.* ¶ Tertiũ vero principale & expertum eſt, vt æger iſte ſemel in ſeptimana in aurora accipiat ʒ ß. confectionis anacardinæ diſſolutæ cũ modico aquæ roriſmarini tepefactæ, & tardetur poſt cibus C horis ad minus quatuor. & eligatur anacardina confectio deſcripta in 9. *Almanſ. c. 7.* Eſt enim nobilior alteris, & non dubites de eius caliditate, cum ſcribitur, quod prouocet ilico ſudorem, & inducat febrem, hoc enim intelligitur in frequentia vſus eius, & quantitate magna, &c.

Motus tremulus cordis.

Huius cauſſa.

Secundum accidens huius viri eſt motus tremulus cordis eius, qui fuit maxima cauſſa omnium ſuarum ægritudinum. Cuius quidem cauſſa eſt mala complexio & materia prædicta eo modo verificando ipſum, ſicut de aliorum membrorum tremore dictum eſt. Et quia hæc diſpoſitio omnino remota eſt, propter quod totius corporis vires reſtauratæ ſunt: ideo in hac diſpoſitione non ponam, niſi ſingularia remedia duo. ¶ Primum autem horum eſt ad tollendũ ægritudinem, ſi recidiuaret, & prohiben- D

Curatio.

Vis & facultas ſmaragdi.

do aduentum eius, vt vir iſte ſemper portet appenſum collo ſuo iacentem ſuper corde ſuo electiſſimum ſmaragdum. Habet enim proprietatem mirabilem in confortando cor & ſtomachum etiam, licet ſit complexionis frigidæ & ſiccæ. ¶ Secundum vero ſpeciale remedium eſt, vt ſuper corde ſuo ſemper portet ceratum factum in hunc modum, ex hoc enim cerato ab eo portato motus tremulus cordis omnino remotus fuit. Cuius

Ceratum cordiale.

deſcriptio. ℞. *zedoariæ, carabæ, oſſis de corde cerui, been albi & rub. foliorum & ſeminis baſiliconis, macis, doronici an. dr. j. croci dr. ß. hyacinthi, ſmaragdi & ſaphiri an. ℈ ß. margaritarum electarum ℈ ij. ligni aloes dr. j. ß. moſchi, ambræ an. gran. ij. reſinæ claræ diſſolutæ cum modico aceti, & bene colatæ vnc. duas, capitum roſar. drachm. vnam ß. ceræ albæ drachm. ij. fiat ceratum ſphæricum* E *ſicut nebula, quod ſemper ſuper corde affixum teneatur adhuc per ſpatium medietatis anni.*

Humoroſitas & immoderata humiditas ſtomachi.

Tertium principale accidens huius viri eſt humoroſitas, & immoderata humiditas in ſtomacho eius genita a mala complexione frigida & humida eiuſdem. Propter enim innati caloris ſui debilitatem chylus multum diminute digeritur, & crudus & aquoſus, qui poſtea ad ſtomachum attractus, & expulſus gratia ſui nutrimenti multiplicatus facit in ipſo ſtomacho humiditatis & aquoſitatis augmentum & mucilaginoſę materiei quantitatem multam, quæ ibidem conuertitur in phlegmata, & poſtea deſcendentia ad ſtomachum nocumentum augmentant in ipſo maius, quam erat, propter quod efficitur in ſtomacho ſuo circularis regeneratio materierum prædictarum, tum propter malam complexionem cerebri eſſentialem in eo, tum propter nocumentum auctum per colligantiam ſtomachi ad ipſum, & econuerſo, vt legi poteſt *quinta tertii, cap.* F *de catarrho, & 3. de partibus animalium. cap. de cura cerebri.*

Prognoſtica.

Et ex hoc fundamento manifeſte concluditur cauſſa multitudinis ſputaminis in hoc viro. ¶ Sequitur ſecundo, quod impoſſibile ſit hunc virum abſolui a ſputamine illo, niſi rectificetur ſtomachus & cerebrum. ¶ Tertio, quod cura huius rei ſit valde

difficilis

A difficilis. Et quartò, quod fortaſſis nunquam ab hoc ſputamine curabitur, & maximè dum multo vtetur coitu.

Curatio.

Propter huius inquam ſtomachi rectificationem quinque deſcribam ſingularia remedia. ¶ Primum quidem de interioribus eſt hoc. ℞. *cinamomi electi, maſticis an. drachm. j. granorum myrti, hypocyſtidos, ſpodii, coriandri præparati an. ſcrup. iiij. fiat omnium per ſe puluis: deinde miſceatur, de quo ſemper accipiatur ante cibum drachm. ß. cum modico vini arom.* ¶ Secundum eſt, quod ſemper poſt cœnam vtatur hac confectione. ℞. *trociſ. de roſ. deſcriptione maiori drachm. j. trociſ. de ſpodio ſcrupul. iiij. cymini torrefacti drachm. j. ß. ſacchari ſecundæ decoctionis vnc. iiij. cum aqua menthæ, fiat confectio in rotulis quatuor dr.* ¶ Tertium eſt, vt aliquando accipiat, ſcil. bis in ſeptimana vnc. duas aquæ menthæ aromaticæ

Puluis. **Rotulæ.**

B cum vnc. ij. aquæ roriſmarini, vt ſupra dictum eſt. ¶ Quartum, vt exterius applicetur ſtomacho hoc ceratum. ℞. *laudani electi, reſinæ claræ, picis naualis an. vnc. ß. galliæ muſcat. drachm. ij. caryophyllorum, maſticis, pyrethri, cinamomi, ſpodii an. ſcrupul. j. ceræ quantum ſufficit, fiat ceratum bene tenax.* ¶ Quintum principale, & propriè gratia mundificationis & confortationis ſtomachi eſt hoc. ℞. *pilularum de ſpeciebus drachm. j. ß. macis, galangæ, maſticis, coriandri præparati an. gran. vj. cum ſucco menthæ formentur pilulæ de omni ℥ vij. de quibus vna omni tertia vel quarta die accipi poteſt per mediam horam ante cœnam non prætermittendo reliqua remedia, quæ iam dicta ſunt.*

Ceratum ſtomachale. **Pilulæ.**

Quartum accidens principale hunc virum moleſtans & vertens ad ſecuram, eſt nocumentum viſus, quod aliquando eſt nocumentum diminutionis, eo, quod obie-

C cta viſibilia, vſque ad diſtantiam conſuetam, non bene percipit potentia viſiua, ſecundum colores, quantitates, ſitus & figuras ipſorum: accidit enim quandoque nocumentum corruptionis viſus, quoniam videtur ei percipere in medio exterius obiecta, quæ nequaquam ibi ſunt, propter quod nocumentum hæc corruptio viſionis reducitur ad caput de imaginationibus, & imaginationibus ipſis frequenter ſuccedit aqua, & aquæ ſuccedit pannus, qui falſe nominatur cataracta, niſi per ipſum intelligatur pannus per defluxum genitus. His igitur diſpoſitionibus duplici remedio prouidendum eſſe decreuimus.

Nocumentũ diminutionis & corruptionis viſus.

Curatio.

Et primum horum eſt, vt poſt cœnam accipiat vnam de infra ſcriptis pilulis. ℞. *aloes epaticæ infuſæ in ſucci fœniculi per ſeptimanam vnam vnc. j. ſpecierum hieræ ſimplicis, pilula-*

D *rum lucis, deſcriptione Lucis in antidotario, an. vnc. j. ß. cum ſucco fœniculi formentur pilulæ de omni drach. vj. de his ergo ſumatur vna per duas horas poſt cœnam.* ¶ Secundum eſt collyrium hoc, de quo ſingulo die oculis eius quarto vel quinto imponatur gutta j. ipſo ſedente reſupine. Cuius deſcriptio. ℞. *ſucci fœniculi depurati, ſucci chelidoniæ & eufragiæ ana ℥ ß. tuciæ præparatæ ℈. iiij. fellis piſcis ſaboth, eſt lucius vel variolus ℥ ß. miſce & expoſitum ſoli teneatur diu.*

Collyrium.

Dolor ſpatularum, ſpinæ crurum & coxarum.

Quintum principale accidens eſt dolor ſpatularum & ſpinæ totius & crurum & coxarum. Et huic quidem dolori non videtur mihi aliter cum præuiſione prouidendum eſſe, quam cum rectificatione ſtomachi, cerebri & cordis, de quibus dictum eſt

E ſupra, & ipſum dolorem remoueri vidi. ¶ Si tamen inſtaret dolor in ſpatulis & ſpina, vngatur cum hac inunctione. ℞. *olei de croco, de coſto, de liliis albis ana vnc. j. caſtorei, piperis, pyrethri an. ℨ. ß. croci ℈ j. ceræ albæ, q. ſ. fiat vnguentum molle, & actu calidum ſpatulis & toti ſpinæ applicetur ter in die.*

Vnguentum.

Si autem dolor inſtaret in cruribus, tunc eidem prouideatur cum ablutione actu calida ex his ſpeciebus facta. ℞. *eupatorii, abſinthii, aſari, ſaluiæ, betonicæ an. M. iij. radicum peucedani M. iiij. contundantur, & incidantur, & coquantur in quantitate magna aquæ, vſq; ad conſumtionem tertiæ partis.* Ita prædictorum accidentium cura felicitabitur auxiliante Deo cum applicatione prędictorum inſtrumentorum.

Ablutio crurum.

Diæta.

Caueat tamen a cibis humidis, ſicut beta, ſpinachia, portulaca, cucur. & ſimili-

F bus, quæ nunquam accipiat, niſi in parua quantitate & in vſu paruo. Melones autem bene dulces & maturos comedere poteſt, licet non omni die. Ficus recentes conceduntur ei, & ſimiliter vuæ bene maturæ, amygdalæ dulces, granata dulcia ſiue muza & perſica, licet in paruo vſu. Vitet etiam multi aceti vſum, ſed loco eius comedere poteſt agreſtam recentem & ſalitam, & ſuccum aranciorum & limonum conditorum,

Potus. A vſus etiam butyri dimittendus eſt, ſed oleum oliuarum melius eſt ei. ¶ Potus vero eius exiſtat vinum rubeum vel ſubrubeum, ſaporis mediocris, non valde ponticũ vel bruſcũ, ſubſtantia clarum, bene odoriferum & non valde fumoſum. Ego autem tale vinum conceſſi argumento ſumto a debilitate ſtomachi & epatis, nec vidi cerebro nocere vel neruis, nec aliquod efficere nocumentum. Secundum tamen ſententiam ſapientum laudaretur ei hydromel, & proprie, in quo coqueretur cinamomum. ¶ Neruis enim cerebro, ſtomacho & cordi ſolenniter cõueniret ad laudem Dei omnipotentis. Amen.

CONSILIVM CXLVI. *De conualeſcente a febre tertiana notha, cui ſucceſſit vomitus, fluxus ventris, tenſio hypochondrii ſiniſtri cum dolore ſplenis.*

B FEBRIS, quam paſſus eſt iſte nobilis adoleſcens Brixienſis, fuit ſimplex tertiana notha ex cholera vitellina, genita ex mixtione phlegmatis craſſi cum cholera, & fuerunt paroxyſmi eius ſolum omni tertio die affligentes, ſicut eſt proprium talibus febribus & erat paroxyſmi longitudo 16. horarum ad plus vel 18. Accidentia vero hanc febrem concomitantia fuerunt tria principaliter inter alia verenda magis. ¶ Primum accidens fuit vomitus in principio paroxyſmi, qui licet laudabilis exſiſtat, tamen verendus erat, quia ſuperfluus & virtutem debilitans. ¶ Secundum fuit diarrhœa valde fortis ex materiebus ſpecie diſtinctis omnibus præter ſanguinem, qui etiam non parum timendus erat, quia incidebat in canonem veteris *ſect. 4. aphor. 21. Egeſtiones diuerſorum colorum ſponte factæ malum, &c.* ¶ Tertium accidens & fortius prædictis tenſio hypochondrii ſiniſtri cum dolore ſplenis ex corruptione materierum cholericarum, quæ aduſtæ fiebant in febre. Tales enim materias contingebat commiſceri melancholiæ fecali & attrahi ad ſplenem, tanquam ad receptaculum earum. Ex quibus complexio ſplenis corrupta erat, & adhuc eſt adeo, quod verendum eſt de conuerſione diſpoſitionis eius in tympanitem, aut fortaſſis caſus in melancholiam mirachia, qui ambo ſunt grandis ſpeculationis, & timendi caſus. C

Curatio. Propter quod ex prædictis infertur oportere regimen eius diligenti ſpeculatione menſurandum eſſe, euitando adminiſtrationem ciborum omnium, & potuum omnium dulcium & ventoſabilium, & eorum, qui ſunt apti craſſitudine & viſcoſitate ſua oppilationes facere, & inuentas confirmare. ¶ De regimine autem ex parte medicinalium, quatuor videntur mihi eſſe obſeruanda ſaltem per totum præſentem menſem. D ¶ Primum eſt confectio, de qua ſemper ante cœnam & ante prandium accipiat rotulam vnam drachm. iij. Cuius deſcriptio. ℞. *trociſ. diarodon. trociſ. de capparibus, trociſ. de eupator. an. drachm. j. pulueris ſacchari vnc. v. fiat confectio ſolida cum aqua ſublimationis apii.* *Rotula.* ¶ Secundum principale, quo vti debet, eſt digeſtiuum hoc, de quo accipiat ſaltem omni alterna die in aurora, & tardet cibum ſuum, ſaltem horis quatuor. ℞. *aquæ ſublimationis linguæ ceruinæ vnc. iij. aquæ farfaræ vnc. j. miſce, & totum ſit doſis vna & caleſiat.* *Potio digeſtiua.* ¶ Tertium principale eſt vſus harum pilularum, de quibus die intermedia ſecundæ aſſumtionis digeſtiui accipiat duas aut vnam ſecundum intentionem congruæ operationis illarum. Cuius deſcriptio. ℞. *ammoniaci mollioris & electi drachm. j. ß. aloes infuſæ in aqua cichoreæ per noctem j. vnc. j. ß. maſticis ſcrupul. ß. croci gran. vj. incorporentur omnia inſimul, & fiant pilulæ ex omni drachm. vj. & accipiantur vt ſupra.* *Pilula.* E ¶ Quartum remedium ſpeciale, in quo valde eſt confidendum, eſt vſus cerati, cuius materia extendatur ſuper corio facto ſecundum figuram lunarem, & applicetur hypochondrio ſiniſtro, ſecundum inceſſum coſtarum inferius. Cuius reuolutio pertingat infra vmbilicum, vſque ad os anchæ, & fixum ſemper in eodem loco remaneat. Cuius deſcriptio. ℞. *bdellii mollis & ſubalbidi, ammoniaci, vt ſupra an. vnc. ij. agni caſti, tamariſci ſcolopend. corticum radicum capparorum an. drachm. vnam, ſeminis plantaginis, ariſto. rot. opop. cyperi an. vnc. j. diſſoluantur gummi, & coquantur prædicta cum aceto ſquillitico, & fiant cerata, vt ſupra. Et ſi ex materia dicta compoſitionis optaueris facere vnguentum molle, omnia prædicta præter acetum ſquilliticum incorporentur cum oleo de capparibus & de cydoniis ana, & cum ſufficienti quantitate ceræ reducantur ad glutinoſitatem conuenientem, & fiat ex eo inunctio prædicti hypochondrii ter in die naturali.* *Ceratum.* *Vnguentum.* F Si autem res videretur prolongari, & ad terminationem non bonam reuerti, oporteret particulariter deſcribi diſpoſitionem, & accidentia, quæ remanſiſſent, & tunc compreſſius conſiderando vberius prouideri poſſet ad laudem Dei. Amen.

CONSI-

A Consilivm CXLVII. *De octo malis diſpoſitionibus: videlicet, De mala complexione frigida & humida ſtomachi. De catarrho cum multitudine materierum phlegmaticarum, quæ multum ſalſæ ſunt. De frequenti apparitione imaginationum, quæ minantur corruptionem viſus. De grauedine linguæ ad ſermocinandum cum dolore in radice eius. De aſthmate periodice eueniente. De multitudine ructuum & rugitu in ſtomacho & ventre inferiori. De ventoſitate in parte inferiori minante herniam futuram. Et de laxitudine ſiue debilitate membrorum omnium ad motum. Diuiditur autem conſilium in tria capita.*

Cap. I. *De cauſſis dictarum diſpoſitionum, & de complexione membrorum & totius patientis.*

B

VIr nobilis Damianus de Foro Iulii diœceſis Aquilegienſis diuerſis ęgritudinibus & accidentibus moleſtatur ingenter. ¶ Et primum quidem eorum eſt mala complexio ſtomachi ipſius frigida & humida, quam credo ego magis proueniſſe propter exceſſum regiminis ſex. rerum non naturalium, quam a principio generationis, quoniam naturalis complexio eius recedit a mediocri per augmentum caliditatis & humiditatis, magis tamen per augmentum humiditatis, quam caliditatis. Naturalis enim complexio eius videtur eſſe ſanguinea ſecundum vniuerſam habitudinem, eo, quia rubedo in toto repræſentatur
C & carnoſitatis augmentum habet notabiliter & membra eius craſſa ſunt & ſolida ſatis & capillorum omnium manifeſta eſt rubedo, & eſt longi ſomni & multitudinem ſputi, & aliarum ſuperfluitatum habet cum reliquis ſignis, augmentum ſanguinis prætendentibus. *Cauſſa complexionis ſtomachi.*

Particularis vero membrorum complexio videtur ſe habere taliter, quoniam ſtomachus eius abundanti humiditate laborat, quod arguit multitudo ſalliualis humiditatis, tardus appetitus, paucitas ſitis, ventoſitatum multitudo cum eructuationibus, tenſione quam plurima, & murmurationibus in ſtomacho ſæpe perceptis, ac ſi aqua aut aer vehementer pulſus includeretur. *Complexio ſtomachi.* ¶ Complexio epatis ad caliditatem notabilem declinat & humiditatem, licet intenſius calidum ſit epar eius, quam humidum, quod facile deducitur, eo, quia vrina eius in tinctura notabiliter eleuatur a gradu citrinitatis
D intenſæ, vſque ad ruffedinem manifeſtam, & in hypochondrio dextro ipſius caliditas percipitur tactu, eius exeuntia in tinctura notabiliter ſunt eleuata & frequenter ſitis cum oris amaritudine aliquanta repręſentatur, & eſt in eo pulſus magnus, velox, non tamen frequens per ſe, niſi cum moleſtatur aſthmate, vt infra dicetur, & repræſentatur pulſus velox cum inclinatione ad remiſſam intenſionem & duritiem. *Epatis.* ¶ Capitis autem naturalis complexio ad caliditatem & humiditatem declinat intenſe, quod apparet ex multis, immo ex tactu partium eius caliditas cum mollitie repræſentatur. *Capitis.*

Secundo, quia multitudo effuſionis ſuperfluitatum per oculos & aures abundat, abſque frigiditate cum prædictis ſuperfluitatibus percepta, quæ tamen humiditas in ſa-
E pore ſuo nullam vt in pluribus excellentiam ſaporis haber, licet quandoque ſapor ſalſus in prædictis effuſionibus percipiatur, & proprie cum contingit epar cholericum materiam notabiliter aquoſitati ſanguinis commiſcere, ex quibus ſalſedo in prædicta commixtione percipitur. Neque enim hæc ſalſedo in prædictis prouenire poteſt ex putredine prædictarum materierum. Neque etiam ex aduſtione earum, vnum enim in eo ſignum putredinis vel aduſtionis ſufficiens demonſtratiuum non videtur, ſi quis bene conſiderat, quare prædicta ſalſedo prouenit ex mixtione paucæ cholera vel vaporis cum multitudine aquoſitatis, ſanguinis & phlegmatis. Huius ſermones colligendi ſunt *prima primi, capit. de humoribus in facto cauſſæ, ibi, Omnis enim ſalſedinis cauſſa, &c.*
F Multa autem ſigna humiditatis cerebri & caliditatis eius exceſſiuę hic adducere potuiſſem. Sed hæc videntur ſufficere.

Contra, quia in capite eius multitudo capillorum rufforum, qui etiam ſunt craſſi & ſolidi ſatis repræſentatur, ſed hæc arguunt cerebrum calidum & ſiccum, eo, quia multitudo capillorum arguit multitudinē vaporum, qui ſunt materia ipſorū & generantur per *Obiectio cerebrum huius eſſe calidum & ſiccum.*

aduſtionem, vt patet *ſeptima quarti in exordio*. Capillus enim naſcitur ex vapore furioſo, A &c. ¶ Huic motiuo dicendum eſt, quod licet materialis cauſſa capillorum exſiſtat vapor prædictus, ipſa tamen principalius eleuatur a toto corpore inferiori, & recipitur in caput, tanquam in caminum totius, & propter hoc, quia cerebrum eſt amplius humidũ, quam calidum: ideo refranguntur prædicti vapores, ꝑpterea, quod & ſi capilli ſint multi, quia vapor eſt multus, & ſint rubicundi, quia vniuerſa complexio, & ſimiliter partialis cerebri eſt calida & vapor aſſimilatur naturæ ſanguinis abundantis in eo, ideo tanta in capillis tinctura conſiſtit: & quia vapor ille notabiliter humidus eſt, ideo refrangit ſiccitatem, quæ ſoliditatis & craſſitudinis capillorum exſiſteret cauſſa per ſe. Vnde & plani ſunt in eo capilli, propter humiditatis augmentum, ſicut ſolidi fierent & criſpi, propter augmentum ſiccitatis. ¶ Amplius caliditatem & humiditatem cerebri arguit fa- B cilitas & promtitudo in operationibus interioribus cerebri, eo, quia vir iſte bene nobilis eſt in operationibus, imaginationibus & memoratiua: ſimiliter etiam exteriorum ſenſuum operationes omnino caliditatis & humiditatis oſtendunt, velut humoroſitas oculorum, & auditiuæ potentiæ diminutio proueniens ex infuſione miringæ auditiuæ ab humiditate multa facta: & guſtus etiam aliquanta diminutio propter prædictam cauſſam, & odoratus remiſſio, & organi tactus mollities actualis, quæ ex augmento humiditatis proueniunt, vt dictum eſt.

Et ex eiſdem vere ſignis apparere poteſt, quod cordis complexio naturalis ad caliditatem & humiditatem declinat. Non enim vir iſte eſt iracundus, vel furibundus multum, & pulſum habet magnum & velocem cum organi mollitie repræſentatum, C & pectus eius tactu humidum & nudum pilis percipitur, vt tangenti patere poteſt. ¶ Ex quibus omnibus in vnam congregationem reductis apparet, quod complexio eius humida ſit & calida, cum maiori tamen humiditatis, quam caliditatis augmento. ¶ Ex his iterum bene conſideratis, facile inuenire potes cauſſam omnium accidentium, quæ in ipſo perſeuerant, quin vt in pluribus moleſtatur catarrhis per palatum & nares expulſis. ¶ Secundum vero accidens eſt multitudo materierum phlegmaticarum, quæ multum ſalſæ ſunt. ¶ Tertium, frequens apparitio imaginationum, quæ minantur ei corruptionem viſus. ¶ Quartum eſt linguæ grauedo ad ſermocinandum cum aliquali etiam dolore in radice eius apparente. ¶ Quintum eſt aſthmatis periodici non debilis euentus, immo moleſti. ¶ Sextum eſt multitudo ructuum, & rugitus D in ſtomacho & in ventre inferiori. ¶ Septimum, deſcenſus ventoſitatum ad membra genitalia, quæ minantur eidem futuram herniam. ¶ Octauum & vltimum eſt membrorum motus laxitudo, vel impotentia, aut debilitas ad motus exteriores, vel exercitia.

Cauſſæ ſepte poſteriorum accidentiũ.

Quorum omnium accidentium facile aſſignari poſſunt cauſſæ, vt nunc ſequitur. Mala enim complexio materialis excellenter humida cauſſa eſt multiplicandi phlegma in cerebro, quoniam humiditas maior, quam oportet, debet corpus reddere frigidius, quam oportet, & proprie cum fuerit excellenter aucta. ¶ Siue igitur augmententur humiditates in cerebro per viam indigeſtionis, ſiue etiam a reſiduo corporis per modum euaporationis, vel defluxus in cerebro multiplicentur cum virtute expulſiua E ad ſui eductionem excitetur, neceſſe eſt prædictas materias, aut expelli per palatum, & ecce catarrhum. ¶ Aut expelli per nares ſubtiliores humiditatum partes, & ecce coryza ſatis acuta propter ſalſedinem materierum. ¶ Vel pars harum materierum ad organa auditus expulſa obtuſum reddit auditum, propter infuſionem organi prædicti. ¶ Aut vero per interiores partes neruorum & exteriores, pars aliqua ad oculos propulſa faciet mollificationem oculorum, quæ iam notabiliter in eo inualet, adeo, quod palpebrarum extremitas ab eo cooperiatur ſecundum magnam partem. ¶ Cum autem harum materierum vapores ſpiritui viſibili commiſcentur, potentiæ viſiuæ repræſentant colores & motus, ſecundum diſpoſitiones vaporum, ita, vt idem quandoque imaginetur varietates colorum, figurarum & motuum in aere apparentium, quæ tamen F nequaquam in aere inueniuntur, vnde viſio corrupta redditur, vt clare colligi poteſt *3. tertii, tractatu quarto. cap. de imaginationibus*, dum inquit: *Imaginationes ſunt colores, qui ſentiuntur viſu, ac ſi eſſent immixti aeri, & cauſſa in eis eſt ſtatio rei non peruiæ inter glacialem, & inter ea, quæ videntur*: lege ibi, quia ſermo ſubtilis eſt. Vnde ex his facile ſaluari poteſt

euentus

A euentus catarrhorum & multiplicatio materierum prædictarum & corruptionis viſus, quæ ſunt tria prima accidentia ſuperius tacta. ¶ Poſt hæc autem contemplandum eſt, quod ſi materia per palatum & vias alias deferatur ad linguam, & in oculos mouentes ipſam, tunc prohibetur eius conueniens motus, qui neceſſarius eſt ad bene ſermocinandum, vt colligi poteſt *6. tertii, capit. primo*. Et ſi materiæ tales infundantur muſculis & ſubſtantiæ linguæ, poterunt ibidem dolorem efficere per modum ſolutionis continuitatis extenſiuæ nominatæ, aut per modum ſubitæ alterationis. Et ex his apparet verificatio quarti accidentis prætacti. ¶ Pari etiam ratione verificatur accidens quintum, quod eſt anhelitus nocumentum proueniens, aut a deſcenſu prædictarum mate-
B rierum ad pectus, aut quia prædictæ materiæ oppilant vias tranſitus ſpiritus animalis, quo moueri debent organa anhelitus. Fit autem motus pectoris partium animalis factus a ſpiritu motiuo a cerebro ad pectus delegato: Partim vero fit naturalis denominatus, eo modo, quo motus cordis & arteriarum naturalis denominatur a ſapientibus, vt poteſt colligi, *decima tertii cap. de anhelitu*, & *tertio colliget. cap. de eodem*. Et iterum nocumentum in anhelitu, in hoc viro per colligantiam, in hoc euenire poteſt a ſtomacho, & credo ipſum, vt in pluribus hoc modo euenire, propter materias vel ventoſitates in ſtomacho congregatas, quæ comprimunt diaphragma immediate & alia organa anhelitus ſecundario & mediate magis. ¶ Sexti vero accidentis, ſc. multiplicationis ructuum *Cauſſa rugitus in ſtomacho.* & materierum in ſtomacho, cauſſa eſt mala complexio humida iam prædicta per viam indigeſtionis lædẽs ſtomachum, & eſt talis humiditas ſubiectiua cauſſa generationis va-
C porum & ventoſitatum, ex quibus a virtute propulſis hinc inde accidunt rugitus & torſiones in ſtomacho iam prędicti. ¶ At vero inſuper ex prædicto fundamento deducuntur ventoſitatum in inferiori ventre cauſſa multiplicationis & deſcenſus earum ad inferiores partes violenter facti in eis ab expellente virtute, & congregatio in inguinibus apud femur. Vnde ex iſtis pronus eſt ad herniam, i. rupturam inguinalem, vt iam fortaſſis incidit in eam. ¶ Laſſitudines autem iuncturarum & impedimentum in motu vel exercitio *Laſſitudinis iuncturarũ.* prouenit ex humiditatib. iam prædictis mollificantibus & relaxantibus lacertos & chordas iuncturarum & ligamenta, per quę motus in eis compleri debet. ¶ Ex quibus liquide apparet, quæ ſit principalis viri huius ægritudo. *Quæ principalis huius viri ægritudo.* Eſt enim mala complexio frigida & humida, quæ tamen amplius lædit ipſum per augmentum humiditatis quam ſiccitatis,
D vt ſuperius declaratum, quę etiam mala complexio aſſociat ſibi octo accidentia ſuperius declarata & verenda ſatis. ¶ Propter quod vltimo concluditur, quod oporteat virum iſtum multum eſſe ſollicitum in regimine ſuæ diſpoſitionis, aliter non ſolum periculo, ſed ingentibus periculis omnino eſt paratus.

Cap. II. *De regimine huius diſpoſitionis per adminiſtrationes ſex rerum non naturalium.*

Vir iſte omnino caueat ciuitatem & locum habitationis, quæ ſunt humida valde *Aer.* & aquarum decurſibus propinqua, vel accidentaliter humida antiquorum ædificiorum, vel teſtudinalibus reuolutionibus compoſita. Et locus habitatio-
E nis ad caliditatem & ſiccitatem notabilem eleuetur, excellentius tamen eſſe debet ad ſiccitatem, quam ad caliditatem inclinatus. Et ſi naturaliter haberi non poterit, rectificetur ad exſiccandum cum lignis lauri, cedri, iuniperi, abietis & conſimilium. Aut ſuffumigetur eius camera cum thure, ſandaraca, colophonia, laudano, ſtyrace, ligno aloes & conſimilibus. Aut cum hoc compoſito, quod eſt ſolenne. *Puluis pro ſuffumigio.* *℞. maſticis, laudani, aſphalti, thuris, ligni aloes, terebenthinæ reſinæ ſiccarum an. ℥ ß. ſtyracis calamitæ ℥ j. puluerizentur omnia, & de his camera eius ſuffumigetur.*

Pro regimine vero motus & quietis effugiat ocium quantum poteſt, immo pedeſtre exercitium ieiuno ſtomacho factum ipſi valde conueniens eſt, vt frequens aſcenſus *Motus & quies.* & deſcenſus per vias monticuloſas, & exercitium etiam gradario equo factum, & ſuper
F aſſumto cibo non eſt eidem conueniens.

De tertia re non naturali diligenter aſpiciat, quod repletionem a cibo & potu *Repletio & inanitio.* effugiat, immo nunquam comedere debet ad ſaturitatem completam, ſed reliquiis aliquantæ famis vel appetitus in ſtomacho remanentibus cibetur. Et ſummopere caueat,

quod cibum optima maſticatione conterat antequam deglutiat. Nam odit vitam ſuam A qui cibum ſine optima maſticatione deglutit, *tertia primi, capit. de regimine ſanitatis per cibum.* ¶ Similiter & potum menſurate, & bene partitum accipiat non ſemel in multa quantitate & impetuoſe deglutiens, ſed parum & partitione diſcreta, ita, quod in ſtomacho non defluctuet. Deterior enim cibatio eſt, quæ ſtomachi grauitatem & tenſionem efficit, ſicut deterior potuum, qui in ſtomacho fluctuat & diſcurrit, *tertia primi, vbi ſupra.*

Somnus & vigilia.

Eius vero menſura dormitionis debet eſſe, vt non dormiat immediate poſt cibum, immo tranſire permittat horas duas, vt cibus & potus in ſtomacho congregati a calore naturali conuenientius elaborentur. Cum enim cibus in ſtomacho reperitur in motu, & dormit, multum craſſas, & quam plurimas ventoſitates in capite multiplicat. B ¶ Menſura igitur ſomni in eo eſſe poteſt quantitas ſeptem vel octo horarum. ¶ Neq; procuret in die dormire, ſi poteſt, aut valde parum, & qualitercunque contingat, ſemper dormiat capite notabiliter eleuato, & omnino reſupinam fugiat dormitionem, quoniam reſupine dormire præparat ad apoplexiam, phreneſin & incubum, & proprie in hominibus caput repletum habentibus, ſicut in ipſo viſum eſt. Melius autem eſſet ei ſuper ventre dormire, quam ſuper ſpina, & proprie in dormitione ſecunda. Nam prima dormitio ipſum magis præparat ad curſum materierum ad oculos, quæ omnino in eo euitari debet.

Incommoda reſupini decubitus.

Motus animi.

Regimen vero per animi accidentia intelligendum, ita, quod omnino vitet paſſiones animi, per quas vehemens & velox motus in humoribus & ſpiritibus accidere C poſſit, & in ſumma manſuetus eſſe debet in omnibus paſſionibus animi, tales enim extenuant, & mutant corpus ab ea, quæ ſecundum naturam eſt, conſiſtentia, *tertio techni, capite primo colligendum.*

Cibi.

In qualitate vero ciborum & potuum ita procedat. Euitet cibaria omnia actu & potentia humida, velut betas, ſpinachiam, portulacam, cucurb. citrul. & conſimilia, quæ accipere non debet, niſi in quantitate pauca. ¶ Secundario euitet cibaria omnia, & potus valde ventoſos, velut lac & fructus omnes horarios, i. parum durantes propter exceſſiuam eorum humiditatem, & quia multum euaporant ad caput, nihil autem magis vaporoſum eſt, quam fructus, vt *ſexta tertii, capit. de catarrho* colligendum. ¶ Similiter euitet mellita omnia & condita cum ſapa, effugiat vini dulcis vſum, & proprie, D quando eſt recens, & non bene defæcatum.

Fructus omnium maxime eſſe vaporoſos.

Tertio paſtiles cibos, vt lagana & ſimilia, velut neruos, cutes, panniculos & vnctuoſas animalium partes oppilationum effectiuas. ¶ Quarto acuta cibaria omnia & ventoſa ſimul, velut allium, cæpas, raphanum, erucā, bulbos & ſalſamenta omnia, & proprie multo vſu, licet ſalſa in quantitate pauca ſint ei iuuatiua. ¶ In reliquis autem ciborum & potuum ſpeciebus licentiam habere poteſt ſuo modo, & proprie vtendo cum cibariis ſpeciebus, quæ digeſtiuam eius adiuuant & corroborant, qualitates frangunt, materias conſumunt & humiditatibus conuenienter aduerſantur, velut origanum, cyminum, aniſum, daucus, mentha, ſerpillum, ſaluia, fænic. petroſ. apium, aſparagus, cappares, trium ſpecierum piper, zinziber, cinamomum, caryophyl. macis, nux muſcata. E Nullum cibarium debet eſſe denudatum ab aliquo eorum, & proprie mace, caryophyl. cinamomo, pipere, fœnic. ſerpil. mentha & roremarino.

Potus.

Potus vero eius ſit vinum colore album, quod mentem, i. caput, virtutum cognitiuarum ſedem minus percutit, quam alia vina, vt patet *ſecundo regiminis acutorum commento primo*, & debet eſſe in ſubſtantia ſubtile, eo, quia diureticum & penetrabile exſiſtit, & debet eſſe odore conuenienter aromaticum, quia eſt membrorum confortatiuū principalium. Aromatica enim ſunt confortatiua principalium membrorum, vt patet, *quarta primi primo capit.* debet etiam vinum eius eſſe potentia fumoſum ſatis, propter neceſſitatem exſiccationis materierum. ¶ Aquæ vero vſus omnis in eo eſt euitandus cum augmentum humiditatis in eo ſuperfluum exſiſtat, vt *præcedent. cap.* viſum eſt. Hoc in F ſumma eſt regimen eius per conuenientē ſex rerum non naturalium adminiſtrationē.

Cap. III. *De regimine huius diſpoſitionis & accidentium conſequentium ipſam per adminiſtrationem inſtrumentorum medicinalium.*

Licet

A DICET regimẽ huius viri per medicinalia multo & accurato proceſſu indigeret ſatis; quia tamen ea, quæ generaliter adminiſtrari debent, conuenienter adhibita fuerunt ei, minorando materias, digerendo eas, eradicando & diuertendo: ideo ab iſtis videor ſatis excuſatus. ¶ Quare deſcribam ſolum purgationem, quam credo ei conuenire debere in autumno & vere futuris. ¶ Secundo vero ad humiditates & ventoſitates capitis conſumendas & euacuandas quędam deſcribam compoſita conuenientia. ¶ Tertio ad imaginationes appropriata. ¶ Quarto diſpoſitionibus linguæ aliqua tangam vtilia. ¶ Quinto ad nocumentum anhelitus ipſius prouidebo. ¶ Sexto nonnulla tangam ſtomachum rectificantia & confortantia. ¶ Septimo ventoſitates a ventre excludentia remedia tan-
B gam. ¶ Octauo ad herniam ventoſam & inteſtinalem aliqua vtilia memorabo. ¶ Nono experta quædam ad laſſitudinem totius corporis, & iuncturarum ſuccincte percurram.

Itaque pro prima huius capitis parte a decima menſis Septembris, vſque ad finem eius, accipiat hanc minoratiuam euacuationem. ♃. *pilularum cochiarum, de hiera compoſita an. drachm. ß. reformentur pilulæ vij. cum electuario de pſyllio, & exhibeantur de mane, & poſt eas dormiat hora vna:* & hora quinta poſt aſſellationes accipiat cyathum vnum aquæ calidæ decoctionis ſacchari, & ſexta hora ſequenti cibum accipiat. ¶ Sequenti vero mane immediate accipiat in aurora digeſtiuum hoc calidum, & ipſum continuet octo diebus. ℞. *oxymellis compoſiti, ſyrup. de ſtæchade, ſyrup. de calamento ana vnc. ß. aquæ fœ-*
C *niculi, betonicæ, abſinthii an. vnc. ß. miſce.* ¶ Nono vero die ſequenti accipiat hoc electuarium cum vino actu calido diſſolutum. ♃. *electuarii Indi drachm. v. & bibatur vt ſupra, & poſt ipſum fiant omnia, quæ poſt minoratiuum ſunt ſcripta debere fieri.* ¶ Si vero diebus, quibus aſſumit digeſtiuum, venter eius eſſet ſtypticus, tunc omni die parum ante cœnam, aut ſaltem omni alterna die accipiat vnam de pilulis infra dicendis. Et ſi quis propter reliquias æſtiuæ caliditatis timeret caliditatem prædicti digeſtiui, tunc partiantur aquæ ſupraſcriptæ, & ſit earum vna medietas ex aqua endiuiæ vel cichoreæ.

Purgatio autumno inſtituenda. *Pilulæ.* *Digeſtiuum.* *Electuarium.*

Pro purgatione vero in vere adminiſtranda accipiat minoratiuum hoc. *Recipe pilularum de ſarcocolla ſcrup. ij. pillularum fœtidarum ſcrup. j. reformentur pilulæ vij. cum ſyrup.*
D *de calamento, & exhibeantur hora & ordine in minoratiuo ſuperiori obſeruandis.* ¶ Sequenti autem die ſumat hoc digeſtiuum. ♃. *ſyrup. compoſiti acetoſi, mellis roſ. ſyrup. de calamento an. vnc. ß. aquæ ſublimationis ireos & eupatorii an. vnc. j. ß. miſce, & fiat ordine aſſignato, & hora ſuperius in autumnali.* Et ſi ſtypticus eſſet diebus illis, accipiat de pilulis ſupra nominatis. ¶ Poſt ſeptem vel octo dies aſſumtionis prædicti digeſtiui purgetur cum iſtis pilulis. ♃. *pilularum de agarico, de hiera compoſita, & cochiarum an. ſcrupul. j. reformentur pilulæ ſeptem, & accipiantur hora & modo in ſuperiori purgatione obſeruandis.*

Purgatio pro vere. *Pilulæ.* *Digeſtiuum.* *Pilulæ.*

Secunda pars principalis huius capituli ponit regimen catarrrhi. ¶ Et primo quidem præſeruatiuum in tempore interpolationis adminiſtrandum. ¶ Secundo vero curatiuum obſeruandum tempore, quo materia defluit & iam defluxit. ¶ Pri-
E mum quidem regimen completur per conuenientem menſuram ſex rerum non naturalium, de quibus dictum eſt in præcedenti capitulo. ¶ Secundum vero regimen completur multis inſtrumentis. ¶ Quorum primum eſt euacuatio vniuerſalis, de qua dictum eſt. ¶ Secundum particularis a capite euacuatio cum iſtis pilulis, de quibus accipi debet vna ter in ſeptimana, ita, quod vna accipiatur immediate ante cœnam. Secunda vero per duas horas poſt cœnam, quarum deſcriptio eſt hæc. ♃. *aloes epaticæ electæ vnc. j. agarici, turbith, hermodact. an. drach. ij. maſticis ℈. j. zinzib. ſpicæ, ameos, calam. ligni aloes ana gr. vj. ſalis Indi drach. ij. puluerizentur omnia, & infundantur in ſu co maioranæ & cichoreæ an. vnc. j. aquæ iris vnc. j. ß. deinde bene conquaſſentur, & exponantur ſoli, vſq; ad conſumtionem ſuccorum: deinde iterum renouentur liquores, & exſiccentur, & iterum tertio renouen-*
F *tur. De maſſa autem illa fiant pilulæ pro omni drachm. vj. quarum vſus ſit vt dictum eſt.* Et conferunt etiam hæ *pilulæ in præſeruando a generatione materiei catarrhizantis.* ¶ Tertium inſtrumentum abſciſſiuum catarrhi eſt puluis iſte, de quo aſpergatur caput a principio commiſſuræ laudæ, vſq; ad finem ſagittalis. ℞. *ligni al. ʒ j. ſandaracæ, caryoph. maſticis, corallorum rub. an. ℈ j. roſ. laudani, granorum myrti an. ℈ ij. puluerizentur omnia per ſe & commiſceantur,*

Regimen catarrhi. *Pilulæ.* *Puluis capiti ſuperaſpergendus.*

¶ Quartum inſtrumentum eſt diuerſio materierum, & fieri debet cum ligaturis ſuper A cauillis pedum & ſuper genua, & apud inguina & verſus principium adiutorii ſub humero cum ligaturis conſtrictis, vſq; ad aliquem dolorem perducentibus. ¶ Similiter diuertuntur materiæ cum fricationibus prædictarum partium. ¶ Tertio cum rubificationibus earum & veſicationibus aquoſitatem educentibus. ¶ Quarto cum ventoſis natibus & ſpatulis adminiſtratis. ¶ Quinto cum prouocatione hœmorrhoidarum, & eſſet felicior diuertendi modus. ¶ Sexto cum phlebotomia cephalicę dextrę manus cum extractione ſanguinis iij. vel iiij. ℥ ¶ Septimo cũ gargariſmate facto cum ℥ j. *oxymellis ſquillitici* ℥ j. *aquæ iris, &* ℥ j. *aquæ maioranæ inuicem calefactorum.* ¶ Quintum principale inſtrumentum fit cum exhibitione huius potus in ſero dati ℥ j. cum aqua maioranæ. ℞. *diairis* ʒ j. *electuarii de thure* ℈ ij. *miſce.* ¶ Sextum eſt, vt omni quarta die per duas horas poſtcœnam den- B tur patienti ʒ ij. aureæ Alexandrinę, cum modico aquæ maioranæ calefactæ. ¶ Septimũ catarrhorum abſciſſiuum eſt rectificatio regiminis ſex rerum non naturalium inclinatarum ad exſiccationem, & de hoc quidem ſuperius modus expeditus eſt.

Gargariſma.
Potio.

Medicamenta appropriata imaginationi.

Tertia pars huius capituli iam videtur ſufficienter expedita per ea, quæ in regimine abſciſſionis catarrhi ſunt ſcripta & præſeruationis ab eo, vt in præcedentibus duabus partibus videri poteſt. Vt autem huius capituli pars tertia principalis conuenienter expediatur, recurrendum eſt ad ea, quæ de abſciſſione catarrhi ſunt ſcripta. ¶ Ad imaginationes etiam ſolenne remedium eſt hoc etiam expertum. ♃. *fellis piſcis ſaboth, i. lucii, fellis piſcis ſolaris & ſturionis recentis, & proprie in fluminibus inuenti an. vnc.* ß. *aquarum eufragiæ, maioranæ, fœniculi & chelidoniæ ana vnc.* j. *antimonii ſubtiliſſime puluerizati ſcrupul.* j. C *ligni aloes, ſeminis rutæ, margaritarum ſubtiliſſime tritarum an. vnc.* ß. *vini riboli vnc.* j. *omnia ſubtiliſſime puluerizata miſceantur cum liquoribus in vaſe vitreo bene obturato cum argilla, & poſtquam ſteterint ad ſolem 20. diebus, tunc ex eis bis vel ter imponantur oculo guttæ duæ mane & ſero ante cœnam & teneat oculos per octauam partem horæ clauſos.* ¶ Mollificationi autem & extenſioni cutis palpebrarum confert frequens vſus huius collyrii, de quo prædicta cutis balneetur ſine impoſitione in oculum. ℞. *coriandri, granorum lentis & myrti roſat. balauſtiarum an.* ʒ j. *coquantur in lib. aquæ, vſq; ad conſumtionem duarum partium, huic igitur liquori colato, miſceatur amyli drachm.* j. *thuris, ſandaracæ hypocyſtidos, ſief, memitæ an. dr.* vj. *tutiæ præparatæ* ʒ j. ß. *& vtatur ea vt prædictum eſt.*

Collyrium.
Ablutio palpebrarum.

Linguæ grauitas & eius cura.

Quartum accidens fuit linguæ grauitas, & huic quidem accidenti ſubueniri debet D his tribus remediis. ¶ Quorum primum eſt, vt poſt purgationes in vere & autumno factas per quatuor dies fiat eidem phlebotomia venæ dextræ, quæ ſub lingua reperitur & extrahatur ſanguis ab vnc. ij. vſque ad iij. poſt aliam purgationem phlebotometur alia ſiniſtra vena cum eiſdem modis, vt in dextra dictum eſt. ¶ Secundum remedium eſt, vt poſt conſolidationem prędictarum ſępe fiat ſcarificatio ſub lingua cum mithridato omni tertio die de mane per 20. dies. Tertium eſt, vt ſępe fiat maſticatio granorum cubebarum per horam ante cœnam.

Aſthma & cura.
Potio.
Alia.

Quintum accidens, videlicet aſthma, tempore inſtantiæ ipſius prouideatur cum euacuationibus & diuerſionibus ſuperius tactis. ¶ Cui etiam optimum remedium eſt adminiſtrare per duas horas poſt cœnam hunc potum. ℞. *electuarii diairis* ʒ j. *philonii* vj. E *menſium ſcrup.* ß. *exhibeantur omnia mixta cum vnc.* j. ß. *aquæ hyſſopi calefactæ.* ¶ Secundum remedium eſt, vt omni mane accipiat patiens hunc potum calidum. ♃. *aquæ ſublimationis radicum enulæ* ℥ v. *ſacchari alb.* ℥ j. ß. *exhibeantur in aurora.* ¶ Attende autem, quod in præſeruatione a paroxyſmo aſthmatis ſingulare prę ſidium eſt vti in cibis enula decocta, croco, ficubus ſiccis, praſſio, hyſſopo & capillo Veneris.

Rugitũs & ructuũ eorũq; cura.
Puluis.
Pilulæ.

Sextum accidens, ſc. rugitus & ructus corrigunt inſtrumenta tria. ¶ Quorum primum eſt puluis, quem ſecum portet, quo ter in ſeptimana per duas horas ante prandium aſſumat ʒ j. cum cyatho ß. vini aromatici mediocriter fumoſi & actu frigidi. cuius deſcriptio. ℞. *pyrethri* ℥ ij, *coſti, ſtaphyſagriæ, ſem. rutæ, ſaxifragiæ an.* ʒ ß. *liquiritiæ* ʒ j. *fiat puluis ſubtil.* ¶ Secundum inſtrumentum ad hoc eſt vſus pilularum, quas ſecum portat, de quibus F recipere debet parum ante cœnam, & cum conſumtæ fuerint iſtæ, accipiat de illis, quæ ſupraſcriptæ ſunt in abſciſſione catarrhi. ℞. *pilularum alephanginarum* ʒ iiij. *diagridii gran.* vj *turbith electi* ʒ ß. *zinzib. gr.* vj *fiant pilulæ ex omni* ʒ vj. *cum ſucco roſ.* ¶ Tertium inſtrumentum eſt, vt poſt aſſumtionem cibi ſemper comedat ʒ ij. aut ʒ j. confectionis diacymini deſcriptione Nicolai *in antidotario.*

Septimi

A Septimi vero & penultimi accidentis, ſcilic. herniæ futuræ, aut cuius iam principium manifeſtum eſt, regimen fieri debet tribus inſtrumentis. ¶ Primum eſt per aſſumtionem pulueris, qui rugitum tollit, vt patet in regimine ructus præcedenti immediate. ¶ Secundum inſtrumentum eſt, vt continue ſuper inguine portet ceratum vnum de his, quæ ſecum portat, ſeu habet cum ligatura conuenienti, de qua informatus eſt. ¶ Tertium inſtrumentum eſt, vt ſæpe vtatur aſſumtione iij. vel quatuor vnc. aquę ſublimationis gallarum cypreſſi recentium in aurora, poſtea tardetur cibus ſaltem horis quinq;. *Præſeruatio a futura hernia.*

Octaui vero & vltimi accidentis, ſcil. laxitudinis iuncturarum, cura perfici poteſt B cum quinq; inſtrumentis. ¶ Primo per regimen catarrhi ſuperius. ¶ Secundo per frequentem vſum pilularum, quæ ſupraſcriptæ ſunt. ¶ Tertio per adminiſtrationem diuerſionum per hœmorrhoidas, vt ſupra viſum eſt. ¶ Quarto per frequentem ablutionem iuncturarum cum aqua extinctionis ferri actu calida ante cœnam ſaltẽ. ¶ Quinto cum fricatione genuum, cauillarum pedis & aticharum facta fricatione cum ℥ v. olei oliuarum, & ℥ j. ſalis ſubtiliſſime triti. ¶ Hæc itaq; omnia videntur ſufficere poſſe ad curam diſpoſitionis & accidentium prædicti viri. Neq; ex his mirandum eſt, ſi ſermonem prolixum in regimine ipſius impenderim, quoniam diſpoſitio cum ſuis accidentibus adeo grandis eſt, quod indigeret adhuc ſermonibus, & ſpeculatione profundioribus. Hæc tamen videntur ſufficere. *Laxitas iuncturarum.*

C Consilivm CXLVIII. *De regimine præſeruatiuo in complexione cholerica notabiliter calida & ſicca cum dyſcraſia ſtomachi, raræ texturæ epatis, & pectoris anguſtia.*

Generosvs vir Gabriel de Candiana pro conſeruatione ſanitatis ſuæ, & præſeruatione ab euentu ægritudinum, quæ facile ei accidere poſſunt, ſcire debet, quod tria membra in eo videantur lapſa, propter quorum intemperiem frequenter in eo accidunt ægritudines, aut ſaltem neutralitates debilitantes.

Primum quidem horum membrorum eſt ſtomachus eius, qui propter raritatem texturæ ſuæ & paucitatem carnis exterioris tunicæ valde diminute digerit, qui etiam non raro incurrit corruptionem digeſtionis propter effuſionem choleræ rubeæ ab epate ad ipſum ſtomachum, vnde cibus conuertitur ad corruptionem, per quam ardor, D ſitis & corrupta eructuatio percipiuntur.

Secundum vero membrum eſt epar, quod reſpectu medii generalis calidum in ipſo eſt & ſiccum, quod apparet ex conſumtione vniuerſæ habitudinis vel macredine magna ex paucitate velaminis carnis in hypochondrio dextro, & tactu in eodem percepta caliditate & multiplicatione choleræ rubeæ, & vrinarum tinctura a croceitate, vſque ad igneam quandoque aſcendente. Vnde ex applicatione cauſſarum oppilantium & infrigidantium materia in venis eius frequenter ebullit, & aliquando putreſcit propter prohibitam euentationem ab oppilationibus pororum corporis venarum, & epatis eius.

Tertium vero membrorum prædictorum eſt pectus eius, cuius compoſitio pro- E pter eius extenuationem, ad quam ſequitur debilitas, & propterea, quia facile recipit alterationem ab epate effundente ſibi choleræ rubeæ multitudinem valde facile aptus eſt incurrere difficultatem in anhelitu inflammationem, anguſtiam, & caliditatis augmentum circa partes cordis, propter quam etiam cauſſam multitudo choleræ cum ſanguine ſimul effuſa ad partes pectoris in eo iam paucis diebus fecit pleuritidem veram & acutiſſimam: propter quam & eius accidentia morti valde propinquus fuit, vt vnicuique aſtantium manifeſte apparuit. ¶ Adde itaque, quod propter diſpoſitiones horum membrorum, & materias in eo congregatas, non raro vir iſte incurrere debet dolorem capitis, vigilias, oris amaritudinem, ſitim, renum dolores, vrinæ tincturam quaſi ſanguinolentam, & eius acuitatem in viſu perceptibilem. ¶ Hæc in F ſumma eſt huius viri diſpoſitio collecta, ſcilic. complexio cholerica notabili caliditate & ſiccitate a temperamento elongata cum dyſcraſia epatis, ſtomachi & pectoris, vt præſcriptum eſt, cui prouidendum apparet mihi, vt nunc ſubſequitur.

Primo itaq; dicendum, quod lapſus huius viri non aduocet ad ſe ingenium conſeruatiuum ſui, ſed quia lapſus tantæ intenſionis promtus eſt facile labi ægritudinaliter; *Curatio præſeruatiua.*

indiget ergo regimine præſeruatiuo, quod partim per ſimilia ſubdominantia; & par- A
tim per contraria perfici debet, vt patet *tertia primi, de regimine corporum, quorum comple-
xiones non ſunt bonæ, & tertio techni in primo capite, ſi vero regere & præſeruare volueris, & ſex-*
Panis. *to colliget. & pluries alibi.* ¶ Itaque vir iſte abſtinere debet a pane azymo, ponderoſo,
non bene cocto, parum fermenti habente, propter quod paſtiles & farinacei cibi ab eo
Piſces. abſcindendi ſunt. ¶ Similiter etiam & piſcium vſus non placet mihi, niſi quandoque
cum aliquantulum fœnic. petroſel. ſaluiæ, menthæ, roriſmarini, ſerpilli, & conſimili-
Carnes. um præparentur, ſiue elixi, ſiue in oleo aſſati fuerint. ¶ Adhuc etiam dimittat ner-
uoſas & cutaneas partes, & vtatur laudabilibus carnibus, vt perdicis & aliis notabiliter
bene coctis cum ſucco aranciorum vel limonum, & proprie recentium & vino grana-
Legumina. torum. ¶ Dimittat etiam omnium leguminum vſum, & proprie, quando ſunt cocta B
in brodialibus non bene contrita & colata. ¶ Euitet etiam multorum aromatum v-
Aromata. ſum, licet auarus eorum vſus & moderatus ei ſit valde conueniens. ¶ Adhuc etiam
euitet multi ſalis, & multorum ciborum excellentem vſum, brodialia etiam pinguia
multum, & proprie valde ſalita euitari debent. ¶ Lactis etiam vſum propter corrupti-
Lac. onem eius deteſtor in eo, licet phyſica conſideratione conueniret ei, ſi bene digeretur,
Fructus. abſque corruptione eius in ſtomacho ſuo. Butyri & aceti vſus itidem non placet. ¶ Fru-
ctuum autem vſum recentium ei non deteſtor, ſi congruis temporibus & moderato vſu
vtatur eis & quantitate non multa eorum.

Potus. Potus autem eius eſſe debet vinum album aut ſubrubrum, ſapore mediocre, dul-
cedine magis, quam ponticitate participans. quod ſi fuerit in potentia mediocre, pu- C
rum accipiatur: ſi autem fuerit fumoſum valde, miſceatur cum tertia vel quarta
parte aquæ præcoctæ tempore hyemis, in æſtate autem aqua ſimplici vti poteſt, ſi fue-
rit clara, diaphana, fœtore & limoſitate priuata, & ſi non, coquatur ſemper.

De rebus autem medicinalibus quinque videntur mihi ab eo obſeruari debere.
Potio. ¶ Primum eſt, quod adueniente menſe Septembris circa medietatem eius purgetur
hoc modo. ℞. *caſſiæ fiſtulæ de nouo præparatæ cum aqua cichoreæ vnc. j. reubarb. electi drachm.
ß. ſpicæ nardi gr. v. accipiat ipſum cum aqua lactis caprini, vel cum aqua hordei calida, parum dor-
miendo poſt ipſam*, & tardet cibum horis ad minus quinque. ¶ Sequenti die accipiat aquæ
lactis cyathum vnum, aquæ abſinthii vnc. ij. miſceatur totum & calidum bibatur per ſex
Pilula. dies continuos. ¶ Septima vero ſequenti purgetur per hunc modum. ℞. *pilularum* D
*de reubarb. pilularum de hiera maiori, pilularum aurearum an. ℈. j. & fiant pilulæ vij. cum ſucco roſ.
& recipiat eas hora præſcripta obſeruando conditiones, quæ obſeruari debent poſt caſſiam prædictam.*
¶ Secundum principale eſt, vt iſte vir iterum purgetur in vere futuro per iſtum modum.
Electuariũ. ℞. *electuarii Indi, electuarii de pſyllio an. ℥ ij. accipiantur hora prædicta cum modico vini calefacti
circa decem dies menſis Martii, vſque ad finem eius, & obſeruet conditiones dictas in aliis ſolu-*
Digeſtiuum. *tiuis.* ¶ Sequenti vero die accipiat hoc digeſtiuum hora prædicta, & continuet ipſum
ſex diebus. ℞. *ſyrup. compoſiti acetoſi, mellis roſ. co. an. ℥ j. ß. aquæ abſinthii, lupulorum, endi-
uiæ an. vnc. j. miſce, & accipiatur calidum.* ¶ Septima vero ſequenti die purgetur cum hoc.
Pilula. ℞. *pilularum de agarico, pilularum cochiarum an. drachm. ß. formentur pilulæ cum ſucco roſ. &
faciat poſt hanc medicinam, vt dictum eſt de aliis.* ¶ Tertium inſtrumentum medicinale E
Pilula. eſt hoc. ℞. *aloes præparatæ cum ſucco endiuiæ vnc. j. maſticis ſcrup. ß. ſquinanti, ſpicæ, aſari
an. gran. vj. reubarbari electi drachm. j. diagridii ſcrupul. ß. ſalis nitri gran. v. formentur pilulæ
cum ſucco roſ. de omni drachm. vj. de quibus, quando accipiet ſyrupos ſuos, accipere poteſt omni ter-
tio ſero parum ante cœnam, & toto tempore anni vti poteſt eis accipiendo vnam prædicta hora omni
quinto die, & proprie quando venter eius non eſt bene lubricus*, & ſi percipit grauitatem in ſto-
macho, ſemper accipiat eam parum ante cœnam, vt dictum eſt, ſi autem perciperet
grauitatem in capite, accipiat ipſam per horam vnam poſt cœnam. In iſtis enim pilu-
lis clauſa eſt virtus præſeruationis & conſeruationis ſanitatis eius. ¶ Quartum vero
inſtrumentum eſt, vt vtatur confectione infra ſcripta, & proprie in diebus caloris. ℞.
Morſuli. *granorum pinearum & phiſticorum mundatorum an. vnc. j. ſpodii, corallor. alb. macis an. drach.* F
*ß. cinamomi, ſandalorum amborum an. ſcrup. j. ſemin. endiuiæ, cuſcutæ, an. ſcrup. ß. ſacchar. alb.
lib. ß. infundantur phiſtici & pineæ per triduum in vino cydoniorum præcalefacto: deinde conte-
rantur, coquantur cum ſaccharo, incorporentur, & fiat confectio in formulis magnis.* Et vtatur hac
confectione ante cibum & ſubito, & proprie, quando eis additur pul. margaritarum ℥ j.

Quintum

A Quintum inſtrumentum eſt hoc. ℞. *doronici, been al. & rub. florum borag. & bugloſſ. corticum citri, ſem. baſiliconis ana ʒ ß. hyacinthi, ſmaragdi, ſaphiri, margaritarum an. gr. 6. foliorum auri numero ij. maioranæ, meliſſæ, florum roriſmarini ana ℈ ij. croci ʒ ß. fiat omnium per ſe puluis: deinde commiſceantur & ſuantur in ſacculo quadrangulato de ſindone retorta & portet ipſum continue ſuper ſiniſtra mamilla adhærentem:* & aliquando exſiccetur ab humiditate ſibi infuſa. Hęc enim inſtrumenta ſummi ſaluatoris interueniente gratia integre ſanitati reſtituent hũc virum, &, vt apparebit, mediocriter impinguabitur. Ad laudem Dei. Sacculus cordialis.

CONSILIVM CXLIX. *De mala complexione frigida & humida ſtomachi cum nocumento principalium membrorum, vt cerebri & cordis complicata.*

B DISPOSITIO autem nobilis viri cognati ſpectatiſſimi domini Angeli parũ difficilior eſt. Eſt enim lapſus ætati & complexioni eius contrarius, & eſt cum nocumento principalium membrorum, vt cordis & cerebri complicatum. Quod ſi perſeueraret, minaretur ei diſpoſitiones, quas vtilius eſt ſilentio pertranſire, quam ſcribere.

Itaque vir iſte præcaueat ſibi ab vſu lacticiniorum ciborum & a brodialibus pinguibus, carnibus & ſimilibus, ab vſu caulium & leguminum omnium, paſtilium ciborum & piſcium omnium, maxime elixorum. Item euitet ſummopere res acutas multa e- Diæta.
C uaporatione caput replentes fumis & ventoſitatibus acuitatem habentibus: quorum exemplum ſunt cæpæ, allium, raphanus, ſinapi, porrum, & ſimilia: & dimittat vina fumoſa omnia, & proprie dulcia, craſſa & conturbata. ¶ Et effugiat etiam laborioſos motus omnes, vt equitandi, currendi poſt cibum. ¶ Et ſimiliter euitet motus laborioſos animales: vt furiam, iracundiam, per quæ omnia fortis & velox ſpiritibus & humoribus & organis interioris ſenſus imponatur motus. Et de numero horum eſt etiam coitus multus, & decubitus cum capite decuruo.

His obſeruatis circa ſeptimum vel octauũ diem menſis Aprilis fiat ipſo mane phlebotomia ſaluatellæ dextræ manus poſita inter anularem & auricularem digitos, & extrahantur ſanguinis ℥. ſaltem v. ventre prius molli exſiſtente naturaliter, aut per aliquam pilulam ante cœnam antecedentem aſſumptam. ¶ Præmiſſa hac phlebotomia in mane
D immediate ſequenti ſoluatur venter eius cum iſtis pilulis. ℞. *pilularum aurearum, & de hiera compoſita ana ℈ ß. boni ponderis formentur pilulæ* vj. *vel* vij. *cum electuario ſucci roſ. & accipiantur in aurora, & tardetur prandium* vj. *horis præmittendo in hora quinta cyathum vnum aquæ calidæ cum ſaccharo coctæ.* Sequenti vero die in mane per tres horas ante prãdium accipiat rotulam vnam huius confectionis, ſine aliquo potu, aut bibendo poſt ipſam cyathum medium aquæ deſtillationis cuſcutæ vel cichoreæ, & hanc confectionem continuet ad minus diebus xv. Eſt autem huius confectionis deſcriptio talis. ℞. *ſpecierum diarodon, trociſcorum de viol. & de ſpodio ana ʒ ß. ſacch. al. ℥ iij. cum aqua cichoreæ. coquatur ſaccharum, & fiat confectio in rotulis ʒ iij.* ¶ Tertio principaliter omni ſero a tempore factæ euacuationis de pilulis infraſcriptis parum ante cœnam aſſumat pilulam vnam, & erit ei vtiliſſimum, ſi con- Pilulæ. Rotulæ.
E tinuabit eas per totum menſem Aprilis. quarum deſcriptio eſt hæc. ℞. *aloes ablutæ ℥ ß. agarici electi. ℈ j. diagridii ℈ ß. maſticis, zinzib. ana gran.* vj. *formentur pilulæ cum ſucco roſ. de omni ʒ* vj. *& conſeruentur in pyxide in loco ſicco.* ¶ Si autem aliud ſuperueniret, ſcribat, & parabo ipſi remedia fortiora. Ad laudem Dei. Amen. Pilulæ.

De ægritudinibus epatis conſilia.

CONSILIVM CL. *De debilitate epatis poſt diariam & dyſenteriam, & de vlceribus in tibia; & de dolore & tumore tibiarum.*

F REGIMEN, quo vti debet vir in armis expertiſſimus Scherſonis de Senis, oportet eſſe bipartitum, ita vt reſpiciat debilitatem eius, quæ remanſit ei poſt diariam & dyſenteriam, quæ perpeſſus eſt: ſimiliter etiam oporteret reſpicere debilitatem, quæ remanſit in iuncturis eius cum aliquanto dolore, & aliquib. vlceribus in tibia eius, licet ſuperficialib. q̃ oĩa in ei⁹ crure cõſecuta fuerũt

vehementem frigiditatem ab aquis impreſſam, quibus infuſæ ſteterunt eius tibiæ tem- A
pore furtiuæ ſubuerſionis ciuitatis Veronæ, Anno 1439. menſis Nouembris, quibus o-
mnibus prouidendum eſt, vt nunc ſequetur. ¶ Et primo quidem abſtineat a cibis paſti-
libus, lacte & lacticiniis & multo vſu piſcium, & proprie elixorum, & effugiat vſum cibo-
rum acutorum, vt ſalſorum notabiliter, aromatum, ſinapi, erucæ, ficuum ſiccarum, nucū
& huiuſmodi. ¶ Euitet etiā cibos lenitiuos & lubrificatiuos, vt ſunt ſpinachia, betæ, mal-
uæ, violæ, mercurialis & caulium: & proprie non bene coctorum. Item euitet vſum aceti
valde acuti. ¶ In potu vero vtatur vino rubeo, conuenientis ſaporis, claro, mediocris ſa-
poris, ſine aqua, aut cum pauca aqua dilutum.

Rotula. De rebus vero medicinalibus primo propter epar vtatur hac confectione, de qua
omni mane ante cibum accipiat rotulam vnam. ℞. *ſpecierum diarodon, ſpecierum triaſanda-* B
lorum ſine camphora amborum deſcriptione Nico. ana ʒ j. *ſacchari albi* ℥ iiij. *fiat confectio cum aqua*
Pilula. *cichoreæ in rotulis quatuor* ʒ. ¶ Secundum inſtrumentum eſt, vt vtatur iſtis pilulis, de quib.
accipiat omni quinta die vnam parum ante cœnam dimittendo confectionem tunc, &
poterit eis vti toto præſenti anno vſquequo bene ſentiat ſe fortificatum & alleuiatum.
quarum deſcriptio. ℞. *al. præparatæ cum ſucco endiuiæ* ℥ ß. *reubar. electi* ʒ j. *agarici* ʒ ß. *ſpicæ nardi*
gr. v. ſal. Indi gr. iiij. reformentur pilul. cum ſuc. roſ. de omni ʒ vj.

Pro diſpoſitione vero tibiarum primo intendat pro conſolidatione vlcerum præ-
dictorum cum cerato iſto bis in die permutato cum modico antiqui panni carpinati.
Ceratum pro Cuius deſcriptio. ℞. *emplaſtri tetrapharmacon* ℥ ij. *reſinæ, glutinis piſcium ana* ℥ j. *diſſoluantur ſi-*
vlceribus *mul, & fiat ceratum ſecundum exigentiam loci patientis.* ¶ Poſtquam autem ſanata fuerint vl- C
crurum. cera, ſi remoti fuerint dolores & timor tibiarum, bonum erit: ſi autem non, vtatur ablu-
Balneum. tione tibiarum cum decoctione infraſcripta actu calida, quam adminiſtret ſemper per
horam ante prandium & ante cœnam, aut ſaltem in die ſemel. Cuius deſcriptio. ℞. *galla-*
rum cypreſſi numero xxv. cyperi, calami aromatici, balauſtiarum ana M ij. ſcoriæ ferri ſcutellas duas,
bulliant in ſitulis vj. aquæ vſq; ad conſumtionem medietatis, & poſt fiat vt dictum eſt, &c.

CONSILIVM CLI. *De oppilatione epatis a materia phlegmatica per viam indi-*
geſtionis genita.

ANGELVS de Burgo ſancti ſepulchri armiger virilis incurrit ſæpe oppilatio-
nes epatis a materia phlegmatica per viam indigeſtionis genita & congre- D
gata in ſtomacho eius, & congeritur talis materia ex multitudine ciborum
& variis horis cibationis: propter q̄ calor innatus non ſufficienter digerit
cibaria, ſed ex eis crudæ partes multæ cum chylo commiſcentur, & ſunt cauſſa debilitā-
di epar & generandi materiam oppilatiuam ipſius: & ad hoc concurrit multitudo ma-
teriei cholericæ inuentæ in eo, quæ penetrare facit phlegma prædictum in partes angu-
ſtas: propter q̄ concluditur, q̄ in eo quaſi ſemper ſit dominium choleræ non naturalis,
vitellinæ nominatæ, quæ prouenit ex mixtione craſſi phlegmatis cum cholerica mate-
ria. Cui diſpoſitioni prouidendum eſt quatuor modis infraſcriptis. ¶ Primus modus eſt,
vt iſte vir non conuerſetur in locis humidis & ꝓpinquis aquis, & caueat a frequēti com-
eſtione & deglutitione ciborum male maſticatorum, q̄ duo credo eſſe cauſſas eius op- E
pilationis effectiuas. Caueat etiam a dormitione ſuper terra & ſuper ſpina quantum pōt,
Pilulæ. & a fortib. motib. immediate poſt cibum ſaltem ad xv. dies. ℞. *pilul. de hiera compoſita, de*
Potio. *ſarcocolla ana* ʒ ß. *boni ponderis, fiant vij. cum ſucco ro.* ♃. *ſyr. de cala. ſyr. compoſiti acetoſi, & de epi-*
Electuariū. *thymo ana* ℥ ß. *aq. ſaluiæ, & meliſſæ ana* ℥ j ß. *aq. cichoreæ* ℥ ß. *miſce.* ♃. *electuarii Indi* ʒ ij ß. *ſucci ro.*
ʒ ij. *miſce.* ¶ Secundus modus ſui regiminis eſt, vt ipſe omni quinta vel ſexta die accipiat
Pilulæ. vnam de pilulis iſtis immediate ante cœnam. ℞. *aloes præparatæ cum ſucco endiuiæ* ʒ ij. *maſti-*
cis ℈ ß. *croci gr. ij. diagridii gr. v. reupontici* ℈ j. *fiant pilulæ cum ſucco roſ. de omni* ʒ vj. ¶ Tertius
Rotula. modus eſt, vt poſt cibum ſuum ſemper accipiat rotulam vnam huius confectionis. ℞. *ſpe-*
cierum diarodon ʒ ß. *aromatici ro. & diacinamomi ana* ℈ ij. *ſacch. ſecundæ coctionis* ℥ iiij. *fiat confe-*
ctio cum aqua abſinthii in rotulis ʒ ij. ¶ Quartus modus ſui regiminis eſt, vt a principio mē- F
ſis Maii vſque ad medietatem Septembris omni ſeptimana ſemel aut bis bibat iſtas a-
Potio. quas in aurora frigidas. ℞. *aq. cuſcutæ, abſinthii & cichoreæ ana* ℥ j ß. *miſce & poſt eas tardet ci-*
bum horis quatuor, &c.

CONSILIVM CLII. *De mala complexione calida & ſicca epatis cum oppilatione in eo, &*
cum

A *cum debilitate digeſtiuæ ſtomachi, ac cum catarrho ſalſo a capite ad oculos, nares, guttur, pectus,*
& pulmonem deſcendente cum doloribus accidentibus in diuerſis partibus corporis. Diuiditur
autem conſilium in capita tria.

CAP. I. *De narratione diſpoſitionum prædictarum.*

VIR quidam ex amicis noſtris & bene dilectis multis retroactis tempori-
bus laborauit mala cõplexione epatis calida & ſicca materiali, propter q̃
in eius epate augmentabatur cholerica qualitate exceſſiua multum quod
apparebat ex citrinitate continua in coniunctiua oculorum eius & in tota
facie, ſecundo ex ſiti & amaritudine oris, tertio ex pulſus velocitate & fre-
B quentia, quarto per caliditatem intenſam ſenſu tactus in hypochondrio dextro perce-
ptam & in partibus poſteriorib. eius correſpondentib. quinto ex continua vrinarum ef-
fuſione ſubruffarum, ruffarum, & ignearum, quæ arguũt multæ choleræ rubeę cum ſan-
guine commixtionem. ¶ Res autem huius viri per tempora ſuccedentia permutata fuit
ad oppilationes epatis & dolores eius, ſiue contigerit hoc propterea, quia ſuperaucto
calore in epate propter oppilationes attrahebantur phlegmata a ſtomacho & circum-
ſtantibus partib. ad ipſum epar, ita quod oppilationes erant cauſſa tractus materierum
ad epar per accidens: ſiue contigerit illud, quia propter malam complexionẽ calidam e-
patis perſeuerantem ſubſtantia epatis & ſpiritus eius reſoluebantur: propter quam reſo-
lutionem debilitato epate generabantur in eo phlegmata per viam indigeſtionis. ¶ Cũ
C igitur hæc debilitas epatis etiam cum oppilationibus in eo multo tempore perſeueraue-
rint, ſuper acquiſita fuit debilitas digeſtiuæ communis in ſtomacho: propter quod con-
gregatis in ſuperfluitatibus ſtomachus eius longo tempore fuit, & nunc etiam eſt mole-
ſtatus abominatione, faſtidio, nauſea, ſubuerſione & vomitu frequenter, qui ſunt motus
præter naturam appropriati ſtomacho, colligendi *13. tertii tract. 5. cap. 1.* Vnde vir iſte nõ
raro ad magnas reſolutiones, dolores fortes & accidentia quamplurima mala moleſta-
tus eſt: & adhuc hodierno tempore moleſtat. Et pp diſpoſitionẽ ſtomachi eius per colli-
gantiã capiti eius communicatã multa euaporatione delata ad cerebrũ a cholerica ma-
teria & phlegmatica mixtis accumulatum in capite eius phlegma ſalſum, ſiue illud in e-
pate primo genitũ euaporando tranſmittatur ad cerebrũ, ſiue p modũ commixtionis in
D panniculis cerebri vel aliis locis ſalſedinẽ acquirat, ad q̧ ſubſecut⁹ eſt ipſi acuti catarrhi
deſcenſus, quandoq; ad palatũ faciens in eo corruptiones, aut ſiccitatẽ magnã cum ſapo-
re magno perceptã: quandoq; materia eadẽ in panniculis remanens cephalæã ipſi fa-
cit fortẽ. Aliquando tranſmiſſis vaporib. ad organa auditus corrũpitur operatio auditi-
uæ potẽtiæ p ſonitus & ſibilos. Aliquãdo ad oculos delata conturbationẽ in eis efficit. Et
non raro in muſculos colli recepta dolores extenſiuos ibi efficit. Aliquando vero in par-
tibus gulæ retenta anginas efficit moleſtas. Frequẽter autem ad pectus delata tuſſes ma-
gnas efficit, & in pulmonem immerſa perducit ipſum ad aſthma, ex quo iam alias fuit in
diſcrimine mortis: vnde videtur q̧ vir iſte laboret diſpoſitionibus non leuiter ſuſpectis.

CAP. II. *De regimine per diætam.*

E
PONAM itaque regimen eius per inſtrumenta appropriata ſecũdũ modũ
infraſcriptum. Apparet ex prædictis, quod debeat euitare applicationem
omniũ inſtrumentorũ infrigidantiũ & humectantium, per q̃ etiã oppilari
poſſunt viæ ſtomachi & epatis. Et effugere debet omnia illa, q̃ materialiter
vel efficienter multam poſſint vaporationem capiti cõmunicare. Et ppter
primum horum effugiat habitationem loci, cameræ, frig. & hum. propter quod repro-
banda eſt camera ſua, quę expoſita eſt aſpectui aquilonari & ſita prope curſum fluminis
indeficientis. Effugiat etiam cibos omnes infrigidatiuos & humectatiuos, vt ſpinachi-
am, bletam, lactucam, portulacam, endiuiam, cucurb. cucu. angurias in cibis acceptas.
F Propter ſecundum euitet vſum paſtilium ciborum cuiuſcunque artificii fieri poſſent.
Et dimittat piſces, niſi in vſu pauco, ſimiliter dimittat animalium partes ſua craſſitudi-
ne & viſcoſitate membrorum oppilatiuas, velut ſunt inteſtina, pedes, cutes, panniculi &
reliquę ſimiles iſtis. Propter tertiũ effugiat oĩa euaporatiua, & maxime calida naturaliter
& efficienter, velut ſunt alliũ, cępæ, porrũ, bulb⁹, & ſimilia. A pientia autẽ ſine caliditate,

aut eum caliditate remiſſa ſunt ei conuenientia, velut acetũ in primo genere, raphanus, aſparagus, cappares ſaliti in ſecundo genere. Similiter etiam gratia tertii euitare debet cibos lacticinios omnes, & a leguminib. & maxime elixis, & principaliter a triplici ſpecie leguminum ſibi cauere debet, quæ inter reliqua genera principatum tenent in euaporando, vt ſunt piſa, phaſeoli, & fabæ. ¶ Potus eius eſſe debet vinum pluſquam mediocriter vinoſum & potẽs, odore ſuaue, ſubſtantia diaphanum, ab omni vaporoſo & limoſo corpore expurgatum, ſapore dulcedini vicinum, remiſſe tamen. ¶ Aquæ autem vſus in eo non placet mihi, niſi tempore magnæ caliditatis, tunc enim parum aquæ ciſternæ vino miſcere poteſt, aut ſaltem aquæ diſtillatæ per arenam ſecundum modum Ferrarienſium: & ſi in illa aqua etiam per arenam purificata coquerentur eius cibaria, ſalubrius eſſet. ¶ Agreſtæ autem & aceti vſus in cibariis & limones & arancii placent mihi magis, q̃ granatorum. ¶ Cinamomum vero, piper, zinz. caryoph. galanga, aniſum, cyminum, fœni. & reliqua calida odorifera ei ſunt bene conuenientia. Butyri autem vſus non ſit ei niſi in valde raro vſu: immo melius eſſet ei oleum oliuarum. Napi inſuper & rapæ conditæ, oliuæ conditæ & cappares ſunt ei conuenientes. A B

Cap. III. *De regimine eius per medicinalia.*

QVONIAM regimen huius viri per medicinalia fundamentum accipere debet ab ægritudinibus & earum materiali cauſſa, & iam apparet, quod ægritudines eius ſint frigidæ & humidæ, & conueniunt eſſentialiter in materiali cauſſa, quæ eſt phlegmatica, licet accidentaliter differant propter ſalſedinem inuentam in phlegmate in ſtomacho & capite eius multiplicatã; Ideo canonice procedendo nouem remediis ipſi prouidendũ eſſe apparuit mihi. Quorum quatuor erunt capiti applicanda pro rectificatione cerebri eius, tria vero eligentur ſtomacho appropriata, corrigentia lapſum eius, conſumentia & euacuantia phlegma ab eo prædictum, & prohibentia generationem eius, reliqua vero duo epati eius appropriabuntur ipſum rectificantia, & ab euentu oppilationum in eo præſeruantia. C

Primum itaq; de numero quatuor primorũ eſt hoc ceratum, quod ferat continue ſuper caluariem rotũdum, ſuper panno de grana factum, & remoueatur omni menſe ſemel. Cuius deſcriptio eſt hæc. *Ceratum.* ℞. *reſinæ electæ* ℥ j. *laudani* ʒ ij. *ligni al.* ℈ ij *folii* ℈ ß. *corticum citri* ℈ ij. *diſſoluantur gummi cum aceto & fiat ceratum bene viſcoſum.* ¶ Secundum remedium ad caput eſt hoc. *Pilula.* ℞. *pilularum aurearum* ʒ j. *pilularum aſſaiaret* ʒ ß. *formentur pilulæ ex omni* ʒ vij. *cum ſyrupo compoſito acetoſo, de quibus vir iſte accipiat omni tertio ſero vnam per duas horas poſt cœnam in tempore, quo materia ſalſa multa a capite catarrhizat, reliquo vero tempore poterit de eis aſſumere vnam hora prædicta ſolum in fine decem dierum.* ¶ Tertium remedium eſt, quod ſæpe faciat gargariſma per vnam horam ante cœnam cum aqua calida huius decoct. *Gargariſma.* ℞. *ireos* ʒ j. *nucis muſcat.* ℈ ij. *cubebarum numero vij. liquirit. aniſi dulc. ana* ʒ j ß. *mellis electi cochlearia quatuor, aquæ fluminis phialas duas, coquantur omnia vſque ad conſumtionem medietatis aquæ: deinde colentur & reſeruentur in vaſe bene obturato.* ¶ Quartum remedium eſt, quod etiam bene communicat ad diſpoſitionem ſtomachi cum hoc, quod eſt capitale. *Potio.* ℞. *mithridatii* ℈ ij. *aq. meliſſæ & maioranæ ana* ℥ j. *miſce, & calefiant & aſſumantur in aurora per vij. horas poſt cœnã & permaneat in lecto quieſcens bene coopertus per ij. horas.* D E

Medicamenta pro diſpoſitione ſtomachi. Pro diſpoſitione vero ſtomachi primum eſt hoc. ℞. *aq. abſinthii, meliſſæ, cuſcutæ ana* ℥ j ß. *miſce.* & vtatur iſtis aquis plurib. diebus in aurora acceptis calidis, poſt quas tardet prandium ad minus quatuor horis.

Cũ ergo acceperit per 8. vel 10. dies p̃dictas aquas: tũc vtatur hoc remedio mũdificatiuo capitis & ſtomachi. *Puluis.* ℞. *turbith. elec.* ʒ j. *pulueris foliorũ ſenæ* ʒ ij. *pulu. hermodact.* ℈ ij. *cymini, aniſi, fœnic. zinz. an.* ℈ ß. *tartari* ℈ v. *macis* ʒ ß. *miſce, de hoc puluere accipiat* ʒ j. *vel* ℈ ij. *cum* ℥ ij. *aq. coctæ cum ſaccharo.* Et ſi deſideraret prædicto vti puluere aliquo tẽpore, quo accipit aquas, tunc de ipſo accipiat ℈ j. cum modico brodii vel vini calidi parum ante cœnam. ¶ Tertiũ remedium ad hanc intentionem ꝙ etiam communicat iuuamentum epati, eſt hæc confectio. *Pro diſpoſitione hepatis.* ℞. *granorum phiſticorum* ℥ ij. *infundantur in aquam eupatorii calidam per duas noctes: deinde coquantur in* ℔ ß. *ſacchari &* ℥ ij. *aquæ eupatorii vſq; ad bonam glutinoſitatem, & cũ eo incorporentur phiſtici optime contriti cum* ℥ j. *electi cinamomi, & fiat confectio in fruſta* ℥ ß. *quorũ vnum accipiatur ſemper ante cibum ſcilicet in mane & in ſero, aut ſaltem ſemel in die.* F

Si

A Si autem ſentiret punctionem & caliditatem in hypochondrio dextro & vrinæ ei⁹ apparerent rubeæ & inflãmatæ: tunc vtatur hac decoctione, de qua per plures dies calefacta in aurora accipiat ℥ v. aut cyathi vnius partes duas. ℞. *radicis fœniculi, petroſ. an. num. v. adianthi, polytrichi, cuſcutæ, capil. Ve. an. M ß. raſuræ eboris, ſpodii, maſticis an. ʒ ß. flor. eupatorii ℈ ij. liquiritiæ inciſæ minutim ʒ j. omnia coquãtur in duab. phialis aquæ vſq; ad cõſumtionẽ medietatis & verſus mediũ decoctionis addãtur aceti albi ℥ ij. deinde cõpleatur decoctio, quæ coletur & de ea accipiatur vt dictum eſt.* ¶ Et ſi velis leuius illo. ℞. *aquæ cuſcutæ, abſinthii, eupatorii an. ℥ j ß. & accipiantur vt prædictum eſt.* In diebus vero caloris addatur prædictis aquis vini granatorum ℥ ß. *Decoctio pro potu.*

¶ Secundum remedium epati appropriatum eſt, vt totum hypochõdrium dextrum bis vel ter in die vngatur cum vnctione iſta, cui ſuperponatur pãnus de lino parũ calefactus.
B ℞. *olei cydoniorum ℥ j ß. olei nardini ℥ j. olei de maſtice ℥ ß. ſpodii, roſ. ſquinanti, cuſcutæ, cinamomi, ſpicæ nardi an. ʒ ß. croci gr. v. ceræ quantum ſufficit: fiat vnguentum non valde tenax.* & in fine incorporationis aſpergatur cum modico aceti & applicetur loco prædicto. *Vnguentum*

Si autem propter oppilationes ſtomachi vel epatis retentis materiebus corruptis in p̃dictis membris ſuperueniant dolores immoderati, ſicut cõſueuerunt, tũc prouideatur illis cũ iſtis quinq; euaporatiuis diuerſis. ¶ Primũ eſt, in fundo lebetis ſup cinerib. calefiant furfures a farina bene expurgati, & poſitis in ſacculis bene fomentẽt loca dolẽtia. Secũdũ eſt, vt ſi dolor nõ bene alleuiaret, tunc p̃dictis furfurib. addatur miliũ præcalefactũ & modicũ ſalis ſecundum hũc modum. ℞. *milii bene cribellati ſcutellas ij. furfuris ſcutellas iij. ſalis ſcutellam vnam, & omnibus calefactis fiat fomentatio vt ſupra.* ¶ Tertium eſt, vt prædi-
C ctis locis ſuperponatur magna ventoſa abſque ſcarificatione. ¶ Quartum eſt hoc. ℞. *chamomillæ, meliſſæ, ſem. aneti, aniſi ana M iij. macis M j. aniſi, fœni ſem. maluæ & altheæ ana M j. corticis papaueris num. iij. coquantur omnia in ſitula magna aquæ vſque ad conſumtionem tertiæ partis, & ex illa decoctione impleantur veſicæ magnæ quæ permutatim applicentur partibus bene ligatæ.* ¶ Quintum ſpeciale ad inſtantiam doloris eſt hoc. ℞. *furfuris ſcutellas ij. capil. Ve. ſem. aneti, leuiſtici & cymini ana ʒ ij. chamomillæ, meliloti ana M ij. bulliant in vino albo dulci: aut ſaltem amœno & non pontico. Deinde piſtentur in mortario & addatur farinæ hordei ℥ j ß. olei de chamomilla ℥ ij. fiat emplaſtrum, de quo bene calido emplaſtrentur dolentia loca.* Et eſt medicamen anodinum ſatis. Ad laudem Dei omnipotentis.

Pro doloribus immoderatis. *Fomentatio* *Emplaſtrum.*

D CONSILIVM CLIII. *De caliditate epatis & renum cum oppilationibus frequenter euenientibus in renibus ab arenulis retentis in eis.*

VENERANDVS in Chriſto pater Dominus Ioannes de Auguſtis de præfato ordine ſæpe moleſtatus eſt vehementi caliditate epatis & renum cum frequenti acceſſu & receſſu oppilationum in renib. ab arenulis multis non raro retentis in eis a phlegmate inuiſcante eas in viis emulgentium venarum & colatorii panniculi renum. Vnde prouidendum eſt ei, ne longo tempore arenulæ illic retentæ conuertantur in lapides, propter quod licet ego alias magnopere ſudauerim in præſeruando ipſum a nocumentis illis: Nunc ta-
E men quinque videntur mihi partim eius memoriæ reducenda, partim vero nuperrime eligenda. ¶ Primum quidem ipſorum eſt, vt vtatur pilulis alias ei ordinatis ſecundum modum, ſcilicet frequentius, aut rarius accipiendo eas, ſecundum maiorem aut minorem fluxibilitatem ventris. ¶ Secundum principale eſt, quod vtatur confectione in alio conſilio ei deſcripta, ſecundum quod ibi conſueuit accipere eam. ¶ Tertium vero eſt, quod ſi contingeret peruenire ad ſitim intenſam cum amaritudine oris, & caliditate ſub dextris coſtis percepta, incipiat accipere iſtas aquas in aurora tepidas per v. vel vj. dies continuando eas: & tardet cibum poſt earum aſſumtionem horis quatuor. ℞. *aquæ acetoſæ, cichoreæ ana ℥ j ß. aquæ abſinthii ℥ j. vini granatorum, ſacchari ana ℥ j. miſce.* ¶ Quartum inſtrumentum eſt, vt poſtquam acceperit prædictas aquas, acci- *Potio.*
F piat hoc lenitiuum cum ℥ ij. aquæ hordei aut cyatho ß. aquæ lactis caprini calefactis inuicem in aurora, & tardet cibum horis v. ℞. *caſſiæ nuper de canna extractæ cum aqua endiuiæ ℥ j. reubarbari electi ℈ ij. ſquinanti gran. j. ſalis gemmæ gran. j. miſce.* ¶ Quintum remedium principale eſt, vt poſtquam euacuatus fuerit, vt iam nunc dictum eſt, tunc ab hora vna prandii balneet pannum in hoc epithemate, quod bene expreſſum iiij. *Bolus.*

vel v. vicibus ſuperponat hypochondrio dextro vſque ad horam vnam continuam. & ſi- A
Epithema epatis. militer poſt cœnam, cuius deſcriptio. ℞. *aquæ endiuiæ, ſolatri & acetoſ. ana ℔ ß. aquæ roſ. ℥ iij. ſpodii, roſ. ſandalorum trium ana ʒ ß. cichoreæ ℈ j. camphoræ gran. iij. aceti cochlearia quatuor, conquaſſentur omnia ſimul & applicentur, vt dictum eſt.* Et ne contingeret defectu ſcripturæ i-
Rotula. pſum carere, recepta confectionis ei ordinatæ hæc eſt. ℞. *ſpecierum tria ſandalorum abſque camphora, ſpodii, cuſcutæ, ſem. acetoſ. ana ℈ j. raſuræ eboris ℈ ß. camphoræ gr. ij. cum aqua abſinthii & ℥ iiij. ſacchari tabarzet fiat confectio in rotulis ʒ iij.*

CONSILIVM CLIII. *De oppilationibus in gibbo epatis & renibus. Diuiditur autem conſilium in cap. tria.*

CAP. I. *De diſpoſitionibus dictis & cauſſis earum.*

NOBILIS vir dominus Nicolaus Delphino laborat oppilationibus in gibbo B
epatis, & in renibus eius alternatim & viciſſitudinarie aduenientibus. Et materia quidem harum oppilationum eſt phlegma craſſum valde: quod quidem in ſpecie vitrei magis reponi debet, quã ſub altera ſpecie phlegmatis. & hoc quidem multis motiuis deduci poteſt. ¶ Et primum quidem eſt ponderoſitas vel grauatiuus dolor in ſpina eius & verſus dextrum hypochondrium. & magis tamen poſterius frequenter eueniens. cum enim grauitas magis circa partes ſpinæ percipitur, tunc eſt in renibus oppilatio. cum autem percipitur in altero iam dicto loco, tunc in gibbo epatis iam facta eſt oppilatio. oppilationem enim ſignificat grauati-
Signa oppilationis. uus & extenſiuus dolor. *2. primi.* ¶ Secundum motiuum eſt frigiditas cum grauitate præ- C
dicta in locis illis percepta. ¶ Tertium motiuum a poſteriori ſumitur. & eſt quia iam aperiuntur oppilationes beneficio naturæ, aut artis. vnde vbi vrinæ ipſius erãt tenues & claræ, iam efficiuntur craſſæ. ¶ Quartum, quia in tempore apertionis oppilationum in vrinis eius percipitur fundus ex quadam materia alba craſſa in ſubſtantia & colore fruſtulis ſaponis ſimilima, quæ non poteſt eſſe altera, quam materia phlegmatica vitrea, quæ aut per viam congelationis exprimentis humidiorem partem vitrei phlegmatis conſumentem iam craſſior & compacta magis facta eſt, quam ſit phlegma vitreum in ſua naturalitate exiſtens. ¶ Dixi autem ſuperius has oppilationes alternatim moleſtare ipſum. cũ enim virtus epatis fortior exſiſtat, quam ipſorum renum, rationabile eſt in renibus tales
oppilationes accidere magis, quam in epate, ad quod adiuuat maior viarum ſtrictura, D
quam epatis. Tertio iterum quia vrinalis aquoſitas phlegma tale ſecum commixtum facilius præcipitare facit in renibus. Si autem contingat propter materiam cibalem aliquando epar oppilari, fortificata tamen virtute eius prędictas oppilationes aperit, & materiæ prædictæ ab ipſo epate effunduntur ad renes: & tunc ceſſante oppilatione epatis ſuccedit oppilatio in renibus viciſſitudinaria, vt iam dictum eſt. Hæc in ſumma videtur eſſe diſpoſitio ipſius in vnum collecta. ¶ Ex quibus facile videri poteſt, quod ſi in viro iſto perſeuerarent in epate iam prædictæ oppilationes, facile paratur ad phlegmaticas febres: & ad extinctionem innati caloris epatis vel ad apoſtemata phlegmatica, aut ad tranſitum in aſcitem ex debilitate innati caloris eius peruenire aptam. Similiter etiam
ſecundo corollarie concludi poteſt, iſtum virum eſſe paratum ad generationem lapidis E
in renibus. & ad multas alias ęgritudines, quas valde facile ingenium ſpeculantis ex prædictis deducere poteſt. Hæc de diſpoſitione eius.

CAP. II. *De cura per diætam.*

Cibi. PRo canone autem præſeruationis eius a prædictis & curationis ab oppilationibus præmittendum primo, quod vir iſte in cibariis eius omnia, quæ frigiditate, craſſitudine, viſcoſitate apta ſunt facere & ſuper augere oppilationes in prædictis locis euitari debeat. quare euitet panem azymum, panẽ coctione valde combuſtũ, viſcoſum, non bene coctum, & omnem, qui parum ſalis & fermenti habet.

Euitet carnes craſſas & viſcoſas, & animalium partes habentes qualitates conſimi- F
les. de quorum numero eſt venter animalium, nerui, cutaneæ partes, caudæ & ſimiles. ¶ Similiter autem effugiat vſum frequentem piſcium recentium, viſcoſitatem multam habentium, vt ſunt anguillæ, cephali, gori & conſimiles. ¶ Effugiat etiam legumina, velut fabas, phaſeolos, cicera alba, hordeum & panicum. Et de fructibus effugiat, velut cydonia,

A cydonia, meſpila,ſorba & conſimilia. ¶ Etiam raro vtatur lacte, caſeo molli & non frangibili. ¶ Caueat ab his, quæ ſua frigiditate & ſtipticitate prædictas vias conſtringunt, velut ſunt agreſta & reliqua ſibi ſimilia. ¶ Vino autem vtatur ſubtili, albo, conuenientis fumoſitatis, aqua cyſternæ, ſemper tamen p̃cocta mediocriter diluto. ¶ Caueat a vehementi ſtrictura veſtium ſuper iliis & renibus, & a dormitione ſuper ſpina, eo, quia talis decubit⁹ materias ad poſteriora eius inclinare facit: hoc in ſumma eſt regimen eius ex parte rerum non naturalium obſeruandum.

Cap. III. *De cura per medicinas.*

B PRo regimine autem per medicinalia vidētur mihi quinq; principaliter obſeruari debere. ¶ Primum quidem eſt, vt ſaltem per annos tres euacuetur vniuerſali euacuatione in vere & in authumno inferius conſcribenda. ¶ Secundum vero eſt, quod vtatur confectione inferius deſcripta duplici, de qua ſemper accipiat rotulā vnam ʒ ij. omni die aut ſaltem omni alterna die parum ante cœnā. Et prima quidem confectione inferius deſcripta vtatur a medietate Menſis Septembris vſq; ad medietatem Menſis Martii. Secunda vero cōfectione ſcripta poſt prædictam vtatur toto reliquo tempore anni, vt iam dictum eſt. ¶ Tertiū, quo vti debet, eſt vnguentum infra deſcriptū, de quo inungere debet a furcula ſpatularum vſq; ad caudam omni ſeptimana ſaltem ter. Et primo quidem vngendo a me-
C dietate Septembris, vſq; ad medium Martii, altero vero toto tempore anni reſiduo, vt prædictū eſt. ¶ Quartum vero remedium eſt vſus pillularum primarū infra ſcriptarum a medietate Septembris vſq; ad medietatē Martii, vt iam prædictum eſt. Alteris vero pillulis alio ante tempore vti debet tam ex eis, quam ex primis vnā vel duas horas accipiendo parū ante cœnam bis vel ter in ſeptimana. ¶ Quintū ſpeciale ab eo obſeruandum, ſunt duo inſtrumenta, primum quidē eſt recens radix petroſel. & ꝓprie naſcentis ſuper lapidem q̃ comedere debet crudā parum ante cœnam bis vel ter in ſeptimana. Secundum eſt radix, quæ comeditur, falſo a vulgo raphanus nominata, de qua ij. vel iij. mediocria fruſta prius in aceto & ſale cōuenienter infuſa comedere debet immediate ante omnem cibarium in cœna ſua quatuor vicibus in ſeptimana quocunq;
D tempore vti velit ea. & eſt res valde experta.

Complendo itaque deſcriptiones præcedenti cap. tactas accipiat purgationem ſuam in tempore veris a decimo die Menſis Martii vſq; per totū Menſem Aprilis. Sed quanto citius faciet eam, tanto ſecurius erit, propter quod incipere ipſam præaſſignato tempore melius eſt, ſecundum ſententiam veteris *& Commentatoris* Gal. *ſect. 6. aphor. 47*. ſexta illo ſermone. *Quibuſcunq; phlebotomia aut pharmacia confert.* &c. Lege commentatorem ibi. itaque accipiat prius hoc minoratiuum & viarum præparatiuum, quod eſt. ℞. *agarici electi ʒ j. reupontici ʒ j. ſalis gem. gran. ij. viol. ſpicæ nardi, an.* ℈ ß. *zinzib.* ℈ *j. partes* Potio minoratiua.
ij. infundantur omnia in ℥ iij. aquæ ſublimationis radicum apij cum ℥ j. penidiarum, & cum ſteterit per vnam diem naturalem, calefiat & coletur, exprimatur & colatura detur in aurora & dormiat
E *poſt ipſam parum & in vna hora accipiat. ℥ v. aquæ* hordei cum ſaccharo calefacto, & poſt per horam accipiat prandium. ¶ Sequenti vero mane immediate accipiat hoc digeſtiuum, quod continet vj. vel vij. diebus in hora prædicta. ¶ Octaua vero die immediate ſequenti accipiat has pillulas. ℞. *pillularum de reub. pillularum cochiarum, an.* ℈ *ij. & ſi time-* Pillulæ.
rentur pillulæ cochiæ loco earum pillulæ accipiantur aggregatiuæ maiores: aut pillulæ de hiera cōpoſita ſecundum doſim præaſſignatam. ¶ Digeſtiuum autem eſt hoc. ℞. *ſyr. de eupatorio* Digeſtiuum.
℥ j. *oxymellis compoſiti ℥ ß. aquæ fœnic. cichoreæ, an. ʒ j. ß.* Et ſi volueris ipſum fortius efficere, adde aquam ſublimationis apii vel rubeæ tinctorum aut valerianæ. Hæc de purgatione & digeſtione in vere obſeruanda. ¶ Tēpore vero autumni ſe purgare debet a principio Septempris vſque ad finem illius & accipiat prius hoc minoratiuum, quod de-
F bet eſſe leuius, quam prædicta: eo, quia materiæ in hoc tempore non inueniuntur tantæ reſiſtentiæ: & virtus eſt debilior & viæ magis apertæ, cuius deſcriptio. ℞. *ele-*
ctuarii de pſyllio ʒ iij. agarici electi ℈ j. *zinzib. gran. iiij. accipiatur hoc totum cum aqua ſublima-* Potio minoratiua.
tionis lupullorum vel fœniculi. ¶ Digeſtiuum in hoc tempore debet eſſe tale. ℞. *ſyrup.* Digeſtiuū.
acetoſi compoſiti ʒ j. ß. aquæ lupullorum ℥ ij. aquæ cichoreæ ℥ j. miſce, & accipiatur vt prius.

Potio eradicatiua. ¶ Medicina eradicatiua in hoc tempore congrua eſt talis, ℞. *electuarii indi. ʒ iij. turbit* A
electi ʒ ß. zinziberis, violarum, an. gran. v. miſce, & detur in potu cum aqua hordei vel vino albo ſubtili non valde fumoſo calidis. Et poſt iſta ſolutiua obſeruentur canones, qui politi fuerunt ſupra in aſſumptione minoratiui in tempore veris aſſignati. ¶ Pro exſecutione ſecundi inſtrumenti medicinalis obſeruandi in tempore veris vti debet confectione iſta, cuius deſcriptio eſt hæc. *Rotula.* ℞. *trociſcorum de aniſo: trociſcorum de lacca deſcriptione Meſ. in antidot. diſtinct. 8. an. ʒ j. ß. pulueris ſacchari ℥ iiij. fiat confectio ſolida cum aqua eupatorii in rotulis iij. ʒ.* de qua accipiat, vt ſupra in præcedenti cap. viſum eſt. ¶ Alia vero confectio in hoc tempore veris vtilis poteſt eſſe iſta. *Alia.* ℞. *ſpecierum electuar. de ſeminib. deſcriptione Meſ. in antidot. deſcript. 2. ʒ ij. trociſcor. de viol. ʒ j. ſacch. alb. ℥ iij. fiat confectio ſolida in forma iam dicta &* B
vtatur ea, ſicut in præcedenti dictum eſt. Et attende, quod hæc confectio leuior eſt quã prima. ¶ Confectio vero, qua vti debet in tempore omni altero iam dicto, eſt confectio facta ex ſpeciebus diacurcumæ maioris deſcriptione Meſ. in antidot. diſtinct. 2. ¶ Et ſi cõſideras habere confectionem maioris electionis aperientẽ oppilationes omnes intra venas & profundas, quæ confert etiam corruptioni formæ & aſciti, hypoſarcæ & præſeruat a ſtranguria & difficultate mingendi, aperiẽdo oppilationes viarum omniũ *Rotula.* vrinæ, & ſedando dolores earum, non eligas præter dialaccam maiorem, cuius laudes colligere poteris, *quinto can. ſumma prima.* & a Gal. *lib. 9. de compoſ. med. ſec. locos.* & a Meſuæ *diſtinctione 2.* deſcriptio iam prædicta & modus compoſitionis eius eſt, ſicut & præcedentis. Et erit talis. ℞ *ſpecierum dialaccæ maioris ℥ iiij. ſacchari alb. ℔. ß. aquæ ſublimationis radic. geniſtæ:* aut apii vel eupatorii. Et fortior omnibus eſt aqua ſublimatio- C
nis radic. meu & rubeæ tinctorum; cum quibus vel ipſorum altero coqui debet ſaccharum, in quo verſus tempus coagulationis eius addantur ſpecies, vt prædictum eſt: & reducantur in formam rotularum ponderis trium ʒ. & accipiatur ex ea, vt dictum eſt. ¶ Deſcriptio vero tertii inſtrumenti ſuperius præmiſſi, ſcilicet vnguenti eſt hæc. *Vnguentũ.* ℞. *olei de croco ℥ j. ß. olei de ſeſamo ℥ ij. ſem. ſiſeleos, carui, apii, rutæ & aniſi, an. ʒ j. ariſtologiæ longæ, eupatorii, orobi, an. ʒ ij. ſpicæ nard. ʒ iij. ceræ alb. ℥ j. opopanacis, infuſi in aceto ſubtili per diem naturalem ℥ j. fiat vnguentum molle, & vtatur eo in tempore autumni & ſequenti iam præaſſignato.* ¶ Si autem hoc vnguento vtendum eſſet a principio veris vſque per totum Menſem Auguſti, tunc accipiantur *vnguenti iſtius ℥ iiij. ſucci cydoniorum*, cichoreæ ſucci lupulorũ, an. ℥. iij. aceti ſquillitici ℥ ß. omnia ſimul lento igne bulliant vſque D
ad conſumptionem ſuccorum & aceti. ¶ Pilulæ autem, quæ ſuperius ſunt pmiſſę obſeruandę ſunt pro regimine præſeruatiuo huius nobilis: primo quidem pro tempore veris & æſtatis obſeruandæ ſunt iſtæ. ℞. *agarici, reubarbari, reupontici electorum, an.* *Pilulæ.* *ʒ ß. aloes epaticæ ℥ ß. ſpicæ, dauci, maſticis, aniſi, zinziberis, an. gran. viij. infundantur omnia in ſucco cichoreæ diligenter immerſa, & exponantur ſoli ſæpe agitando ea vſque quo conſumatur: & ita renouetur tribus vicibus: cum igitur materia talis exſiccata fuerit, tunc ex ea fiant pillulæ ex omni ʒ vj. quarum vſus eſſe debet, vt ſupra dictum eſt.* ¶ Vltimum vero inſtrumentum ſuperius præmiſſum eſt, quod erat vſus illarum radicum: Lege ibi. Hæc in ſumma viſa ſunt vtiliora pro diſpoſitione huius nobilis viri.

E

CONSILIVM CLV. *De oppilatione concauitatis epatis & pori fellei ad inteſtina deſcendentis complicata cum mala complexione frigida & humida ſtomachi.*

Oppilatio concauitatis epatis. CAMILLVS adoleſcẽs honorabilis ciuis Vicentinus laborat diſpoſitione dupl:ci compoſitionali, ſcilicet & complexionali. Compoſitionalis vero eius ægritudo eſt oppilatio concauitatis epatis, per quam etiam communicatur oppilatio collo canalis fellis deſcẽdere debẽtis ad inteſtina: propter quam cauſſam iſte vir ſæpe incurrit ſtipticitatẽ vẽtris: eo, quia cũ cholerica materia, q̃ ſolet deſcẽdere ad inteſtina, & virtutẽ expulſiuam eorum vigorare ad ſuperfluitatum eductionẽ, non tranſit ad inteſtina: tunc decreſcit potentia virtutis expulſiuæ ad expellendum ea: quoniam fortitudo F
virtutis expulſiuæ inteſtinorum reſultat, & potentia virtutis expellentis, & ex iuuamento, quod recipit ipſa expulſiua virtus a præſentia cholerę effuſæ ad inteſtina; quæ cholerica materia caliditate, acuitate & amaritudine ſuis inteſtinorum expulſionem vigorat. ¶ Et ex hoc fundamento corollarie concluduntur tria.

¶ Primum,

A ¶ Primum quod hac oppilatione prædicta fęces fiunt ſqualidę aut nulla citrinitate coloratæ vel exigua multum. ¶ Secundum corollariũ, quod iſte vir in facie ſua citrinitatem vt plurimũ repræſentat. ¶ Tertium, quod frequenter dolet capite cũ inſtantia vigiliarum. Cum enim cholerica materia ſui citrinitate in concauitate inteſtinorũ recipiebatur, neceſſe erat fęces ab ea tingi. Et hæc eſt ratio primi corollarii. Etiam cum illa cholerica materia nõ effunditur ad inteſtina, pars illa in veſica fellis multiplicata expanditur per gibbum eius & multiplicatur caua vena. Et ab illa per reliquas venas toti communicatur, & maxime in ſuperioribus partibus ad quas cholerica materia ſui ſubtilitate & leuitate valde facile fertur, & eſt ratio ſecundi corollarii. Et pari ratione multiplicata cholera in partibus capitis facile eſt intelligere euentũ doloris in eo & vigiliarũ. Hæc eſt prima ipſius diſpoſitio in ſumma collecta. ¶ Secunda vero ipſius principalis diſpoſitio eſt mala complexio frigida & humida ſtomachi ipſius, propter quam

B generantur & multiplicantur in hoc iuuenculo phlegmata per viam indigeſtionis in ſtomacho & etiã in venis eius. Et hæc quidem materia phlegmatica multum iuuat ad oppilationẽ prædictam efficiendã in collo canalis deſcendentis ad inteſtina. Vnde ad hanc efficiendam oppilationem duplex videtur efficiens cauſſa concurrere. Prima eſt frigiditas a ſtomacho communicata ipſi epati, q̃ coangustat canalẽ prædictum. Secunda vero eſt materialis cauſſa efficiens ſcil. phlegma prædictum in epate illius viri multiplicatum, quod ſui frigiditate, craſſitudine & viſcoſitate prædictam efficit oppilationẽ. & quia cholerica materia in ſui caliditate, ſubtilitate & colore refrangitur a phleg-

Mala complexio frigida & humida ſtomachi.

C mate ſibi commixto. Ideo in eo apparet color non vere citrinus, ſcil. eſt citrinitas eius ab albedine refracta eo, quia cholera in iſto viro abundans magis eſt vitellina, quam pura naturalis. ¶ Et patet etiam ſecundo ex hoc fundamento, quare dolor capitis eius ſit cum grauitate, quod non eſt proprium dolori capitis a ſimplici cholera prouenienti, & plura alia ex his concludi poſſunt corollaria de accidentibus in hoc viro prouenientibus, quæ ad præſens dimitto.

Ex prædictis itaq; facile apparet, inueniri poſſe regimen huic viro conueniens. Oportet enim vt hic vir abſtineat a frequenti vſu rerum actu frigidarum & potentia, ſicut a potu vini valde frigidi actu & debilis in potentia ſua: ab vſu rerum, quæ craſſæ ſunt viſcoſæ & frigidæ. Exemplum ſicut multitudo piſcium, paſtiles cibi, & lacticinei,

D pedes neruoſæ partes animalium, & panniculoſæ, ventres & capita: abſtineat etiam a fructibus oppilatiuis, vt ſunt cydonia, meſpila & ſorbæ, & ab his, quæ ſunt facile corruptibilia, velut ſunt chryſomela, citrulli, id eſt, cucumeres parui, pyra valde dulcia & ceraſa. Et caueat etiam ab acutis inflammabilibus, vt ſunt acetum, allium, porrũ & bulbus. Euitare debet & cæpas omni modo præparationis, & dimittat vſum vini in ſubſtantia valde craſſi conturbati, colore nigri ſapore pontici vel ſtiptici, neq; etiam ei competunt vinum valde dulce, & proprie cum in ſubſtantia eius fuerit craſſum. Omne enim tale oppilatiuum eſt epatis, vt *tertio Almanſ. primo capite, & ſecundo can. cap. de vino colligendum eſt.*

Pro regimine vero medicinali ipſius quinq; videntur mihi inſtrumenta neceſ-

E ſaria huic viro. ¶ Et primum quidem eſt, vt hic vir a principio Menſis Martii per totũ menſem Septembris aſſueſcat accipere ſemel vel bis in ſeptimana hunc potum. ℞. *aquæ eupatorii, aquæ abſynthii, an. ℥ j. aquæ capill. ven. & cichoreæ, an. ℥ j. ß. miſce & abſque ſaccharo totum in aurora recipiatur frigidum actu cum præſentia ſitis,* & amaritudine oris: calidum vero actu ſine illis: & poſt ipſum tardet cibum quatuor horis. Reliquo vero anni tempore aſſueſcat accipere hunc aliũ potum, ſcil. a principio Octobris per totũ menſem Februarii eo modo, quo de p̃dicto potu dictum eſt. ℞. *aquæ eupator. fœnic. an. ℥ j ß. aquæ apij, ℥ ij. miſce,* &c. ¶ Secundum vero principale remediũ huic viro conueniens eſt vſus iſtarum pillularum, ex quibus accipere poteſt ſex vel ſeptem bis in authumno & toties in vere in ſpatio vnius menſis, & tardet poſt eas cibum horis quinq; parum dormiendo

Curatio.

Potio.

Alia.

F poſt earum aſſumptionẽ, quarum deſcriptio ℞. *reupontici ʒ ß. agarici electi ʒ j. reubarb. ʒ ij. ſpicæ nardi ℈ j zinzib. electi ʒ ß. violar. ſem. acetoſ. cichoreæ, an. ℈ j. ſalis indi. ʒ j. ß. puluerizentur omnia per ſe. deinde ſuis ponderibus miſceantur & infundantur in ℥ v. ſucci cichoreæ, & miſceantur, & exponantur radiis ſolis vſq; ad ſucci conſumptionem. deinde iterum remouetur ſuccus ille 2. & 3. conſumendo ipſum vt prædictũ eſt; de hac ergo maſſa formentur pillulæ ex omni ʒ vj. & poteſt etiam*

Pilula.

omni tempore anni ex eis accipere parum an. cœnã vnã vel duas ſecundum maiorẽ vel minorẽ ſtipti- A
citatem ventris partiendo eas. & ſunt ſublimis operationis in aperiendo oppilationẽ ſto-
machi & epatis & præcipitando materiã vitellinã ab eis, & aduerſantur potenter mul-
tiplicationi phlegmatis in prædictis. ¶ Tertium vero principale inſtrumentum huic
viro conueniens eſt huius confectionis vſus, de qua accipere poteſt rotulã vnam ante
prandium ſæpe, & proprie cum ſentit tenſionẽ vel grauitatem in hypochondrio dex-
Rotula. tro. Et pondus in ſpina & grauitatem erectionis ſpinæ, & vtiliter cũ diſtenſiones in tota
ſpina & in iuncturis percepit. ℞. *trociſ. de eupator.* ℨ j. *trociſ. de ſpodio cũ ſem. acetoſæ* ℨ ß. *cũ ſem.*
endiuiæ, caſiæ ligneæ, ſpicæ nardi, cinamomi, ameos. an. ℈ j. *ſem. leuiſt.* ℈ iij. *reubarb. electi* ℨ j. *ſacch.*
alb. ℔. ß. *cum aqua abſynthii, fiat confectio in rotulis* ℨ iij. & ſit vſus eius, vt dictum eſt. ¶ At ve-
ro inſuper remedium quartũ huic viro conuenientiſſimum & opportunũ eſt, quod a B
principio Menſis Februarii vſq; ad finẽ Maij. Et ita a principio Octobris vſq; ad finem
Decembris ſemel in mane ante diem accipiat ℨ ij. electuarii dialaccæ deſcriptione A-
uic. *5. can. & ſumma prima*, quæ fuit extracta a Gal. *lib. 8. comp. med. per loc.* eſt melior omnib.
aliis & tardet poſt eam cibũ horis v. Vltimũ vero inſtrumentũ huic viro vtile eſt, vt bis
vel ter in vere & toties in authumno per duas horas ante diẽ accipiat ℨ j. electuarii mi-
thridatii deſcriptione Meſ. *in antidot. diſtinct. 1.* quæ vtilior eſt aliis, & miſceatur cum ℥ j.
aquę eupatorii & tardetur quatuor horis poſt ipſum cibus. Hoc in ſumma eſt regimen
ei conuenientius, quod eligere potui.

Conſilium pro patientis huius vxore. Et quia honeſtiſſima & cõmendatiſſima eius vxor pluribus laborat diſpoſitioni-
bus: vt de viro eius dictum eſt. Ideo oportet ei etiam aliquid regimẽ conueniens appro- C
priare. Verum quia diſpoſitiones illę accidentaliter differunt: licet ſpecie ſint eędẽ eo,
quia vtriuſq; diſpoſitio eſt mala complexio frigida & humida materialis ſtomachi &
ægritudo compoſitionalis: quia oppilatio concaui epatis & veſicę fellis: differũt tamẽ,
quoniã vxoris diſpoſitio eſt intenſior diſpoſitione viri ſui. & extenſior quia lapſus in ea
plixior eſt. Ideo oportet, ꝗ remedia ei conuenientia parumper ſint audaciora in gra-
du & in doſi, vt nunc ſequit. ¶ Regimen vero eius ex parte ciborũ & potuũ debet eſſe
conſimile regimini viri ſui, niſi ꝗ in cibariis ſuis vtatur decoctione fœniculi, petroſel.
leuiſtici, ſerpilli & ſimilibus, aut ſaltẽ ſemper in cibariis vtatur puluere ſimplicis cina-
momi, imo maſticatio ipſius in mane & comeſtio facta ſola eſt potens curare ipſam. Et
puluis ameos & ſemẽ eius valde vtile erit ei ad curã eius. Et ſemen fœniculi, agreſtæ ſæ- D
pe ieiuno ſtomacho comeſtũ, ꝗ carũ dicitur, eſt ei conuenientiſſimũ: & proprie illud,
cuius magna copia reperitur apud ciuitatem Feltrinam, & ſuper monte Sumano. ¶ Si-
militer cõueniũt ei pillulæ ꝓ ſuo viro iam deſcriptæ, ſed oportet, ꝗ ad earũ deſcriptio-
nem addatur pulpæ colocynthid. ℨ j. & oppopanacis ℈ iiij. & vtatur eis vt ꝑdictum eſt.
¶ Adhuc etiã puluis iſte valde bonus erit ei, ſi vtatur eo ante cœnã parum accipiendo
de eo, vt ℈ ij. vel ℨ ß bis in ſeptimana cũ modico brodii vel aqua cichoreæ. ℞. *tartari ac-*
Pillula. *cepti ex vino albo* ℨ ij. *polypodii, folliculorũ ſenæ hermodactylorum, an.* ℨ ij. ß. *ſalis indi.* ℨ iij. *pulue-*
rizentur omnia per ſe. Deinde commiſceantur & ſit eius doſis, vt prædictum eſt. ¶ Vltimum vero
remedium huic mulieri conueniens eſt. ℞. *laudani, reſinæ puriſſimorũ, an.* ℥ ß. *galliæ muſ.* ℨ
Vnguentũ. *iij. ſtyracis calamitæ* ℨ ij. *folii, ameos, ligni aloes, myrræ, an* ℨ ß. *ſem. abſynthii, cyperi, maſticis, ma-* E
ſticis, ſem. rutæ, an. ℈ j. *olei de cydoniis & de maſtice, an.* ℨ vj. *olei de abſynthio* ℥ j. ß. *ceræ q. ſ.*
fiat vnguentum bene tenax, & de eo extendatur ſuper panno figuræ ſcutalis magnæ, ap-
ponatur ſuper ſtomacho ſuo cum parte pyramidali applicata ſuper pomo granato,
& Dei gratia perfecte ſanabitur. Amen.

Consilivm CLVI. *De cachexia a mala diſpoſitione frigida & humida epatis per colligantiam matricis ex immoderato fluxu menſtruorum dependente. De menſtruis tamen nihil in cura tangit.* ¶ *Et diuiditur conſilium in capita duo.*

Cap. I. *De cauſis & ſignis cachexiæ.*

FRanciscvs aromatarius ciuis Vicentinus vxorem habet, quæ laborat F
diſpoſitione praua, quæ a ſapientibus cachexia nuncupatur. Et eſt to-
tius corporis tumor proueniens a materia phlegmatica tenui, cui com-
mixtę ſunt vẽtoſitates & vapores plurimi: quorũ generatio accidit a mala
cõplexione epatis frigida & humida, vt nũc apparet ex his, q̃ infra dicent.
¶ Eſt

A ¶ Eſt autem hæc mala complexio frigida & humida diſpoſitio epatis,non quidem per eſſentiam in eo: ſed per colligantiam acquiſita eo, quia ſucceſſit immoderato mẽſtruorum fluxui,propter quem epatis complexio corrupta eſt: & innatus calor eius debilitatus adeo,vt vbi chylum in ſanguinem & alias materias humorales conuenienter tranſmutare deberet, maiorem ipſius partem in aquoſum phlegma, & vaporem conuertit Ad generationem enim phlegmatis & vaporum concurrit innati caloris debilitas.¶ Ad perfectionem vero ſanguinis & aliarum materierum neceſſe eſt concurrere ſultitiale temperamentũ epatis ex fortitudine caloris naturalis reſultans,neq; tamen iuſte hic reprehendi potero,ſi fortaſſis in principio huius ægritudinis mala cõplexio calida in epate,vel in toto fuerit adinuenta,quacunq; enim harum duarum da-
B ta demonſtrabile eſt cachexiam poſſe ad illas ſuccedere: ſicut enim mala complexio frigida innatum calorẽ epatis corrumpendo poteſt eſſe cauſſa efficiens aquoſi phlegmatis & vaporum. ita & complexio calida mala hoc efficere poteſt, licet non ita frequenter.Et hoc quidem facile eſt videre ex ſermonibus principis. *14. tertij tractatu 4. cap.2.* vbi enumerando cauſſas hydropis complexionales, ſic ſcribit. ¶ *Et complexiones*, ſupple cauſæ *ſunt inflammantes & faciunt hydropem plus illis*, ſcilicet apoſtematibus, *cum gradatione reſolutionis innati caloris aut extinctionis eius ſubito. Intelligo autem per reſolutionem hic illud, quod ſciunt Medici,ſcilicet quod calori innato accidit reſolutio paulatim aut extenſio ſiue ſit illud ex calido, ſiue ex frigido, ſicut ex potu aquæ frigidæ in ieiuno & reliqua.* lege ibi: quia ſunt pulchri ſermones. ¶ Et ex hoc fundamento facile deduci poteſt,qua-
C liter propter euacuationes omnes, quæ ſuperfluunt per viam reſolutionis innati caloris ſuccedere poſſint cachexia, & ſpecies hydropis omnes. Et hæc quidem fortius conſequuntur ad euacuationem ſanguinis, quam aliorum humorum. Nocibilior ei euacuationum eſt euacuatio ſanguinis. *14. tertii, cap. ſtatim allegato. quare 21. tertii tractatu 3. cap. 2. Cum ſuperfluit fluxus ſanguinis, ſequitur eum debilitas appetitus, & debilitas digeſtionis, aut inflatio extremitatum, & corporis, & malitia coloris, & quandoque perducit ad hydropem.* Quicquid autem ab imaginatione deduci poſſit non plus habet concludere, niſi quod licet fortaſſis in primis mala complexio calida diſpoſitionem: quæ nunc præſens eſt præcedere potuerit. Diſpoſitio tamen actualiter præſens eſt cachexia prouenĩẽs a mala cõplexione frigida epatis ſucceſſiue acquiſita, vt iam deductũ eſt.
D Et ſigna illius ſunt iſta. Primum eſt corporis tumeſcentia proueniens a materia phlegmatica & ventoſitatibus ſimul mixtis in ſubſtantiam membri immerſis, vt ſcribitur *ſecunda primi, vltimo capite.* Declaratio autem huius eſt,quod ventus in cachexia in ſubſtantia membri admixtus. ¶ Secundum vero ſignum eſt mollities totius corporis. ¶ Tertium albedo illius, quæ duo proueniunt a tenui phlegmate reddente membrorum ſubſtantiam mollem & ſua albedine taliter membra coloran- *Signa cachexia.*
te. Quartum leuitas reſiſtentiæ ad impreſſionem tangentis. Sicut enim vapor ille prementi facile cedit. Ita etiam & illud aquoſum phlegma pauca reſiſtentia reſiſtit comprimenti. ¶ Quintum eſt remanentia concauitatis in loco depreſſio. Et hoc quidem accidit, quia licet illud phlegma comprimenti facile cedat, remoto tamen
E comprimente non ita facile refluit ad locum,a quo expulſum fuit. Et hoc quidem accidit propter ipſius viſcoſitatem,quæ eſt vna de paſſionibus propriis phlegmati. Accidit tamen phlegma illud quandoque in breui tempore retrocedere per accidens. Eo quia mouetur motu ventoſitatis vel vaporis impellentium ipſum cum ſint ſimul in membro cum phlegmate permixti,vt iam allegatum eſt. ¶ Ex quibus corollarie concluditur,quod receſſus phlegmatis & acceſſus eius ad membrũ tardus & velox,ſecundũ maiorẽ & minorẽ commixtionẽ phlegmatis cum vaporibus. Multo enim exiſtente vapore phlegmati cõmixto velox fit phlegmatis retropulſio ad mẽbra,& e conuerſo.¶ Ex quib. etiã corollarie ſecundo concluditur, q ſi æqualis fuerit cõmixtio phleg-
F matũ & vaporum ſimiliter: refluxus phlegmatis ad membra medius erit inter tarde & velociter retrocedere.¶ Sextum eſt tumeſcentia faciei & proprie palpebrarũ & partiũ ſubſiſtentiũ oculis.Et hoc quidẽ prouenit propter phlegma q euaporauit ad partes illas ſatis raras & detentũ fuit in eis viſcoſitate ſui, &c. ¶ Septimum eſt euerſio coloris corporis ad ſubcitrinitatem quandã,quæ quidem contingere poteſt, aut difficile eſt imaginari phlegma,quod frigidum eſt & viſcoſum à debili calore in vaporẽ conuerti:

quin etiam aliquid de cholera, quæ ſui caliditate, raritate & ſubtilitate euaporabilior A
eſt a debili calore in aliquam vapoream partem tranſmutetur, quæ vapori phlegmatis
iam prędicto cõmiſceatur, ſcil. ex commixtione vaporis aquei & albi cũ citrino neceſ-
ſario permutabitur corporis formoſitas ad colorem mixtum ex albedine & citrinitate
Igitur, &c. ¶ Secunda vero cauſſa huius coloris aſſignari poteſt imaginando, ꝙ aliqua
pars phlegmatis a calore extraneo ſiue putrefaciente ſiue nõ, notabiliter excoquatur;
ita vt vapor ille notabiliter inflammatus colorẽ corporis ad citrinitatem conuertat eo
modo, quo in pluribus vigilantibus hoc ſæpe contingit, & in his, qui a calore extraneo
ad mortem perducuntur. Et hæc quidem cauſſa licet ſit ſubtilior & phyſica magis: val-
de tamen facile ex principiis medicinę deduci poteſt. ¶ Octauum ſignũ eſt permuta- B
tio habitudinis membrorum ad corruptionem formæ eorũ vel plaſmatis. In cachexia
enim vapor & phlegma ſimiliter quandoq; ſparguntur in totũ corpus ita vt fiant ſicut
maſſa *14. tertii tractatu 4. cap. 2.* ¶ Nonum eſt impotentia & laſſitudo ad exercitia & pro-
greſſiuos motus, & cauſſa illius poteſt eſſe duplex. ¶ Prima quidẽ eſt multitudo phleg-
matis per totum corpus augmentati, ꝙ ſua frigiditate & quantitate grauitando mem-
bra reddit indiſpoſita ad conuenientes motus. ¶ Secunda cauſſa eſt multa remollitio
iuncturarum & aliorum membrorum motus, vt muſculorum, chordarũ & neruorum.
¶ Decimum eſt minoratio vrinarum & ſudoris, & cauſſa in primo eſt tranſmutatio a-
Cauſſa paucitatis ſudoris. quoſitatũ a viis vrinę ad extrema corporis. ¶ Cauſa vero paucitatis ſudoris eſt indiſpo-
ſitio materiei ad exitum per vias pororũ, quæ fit aut propter frigiditatem phlegmatis, C
aut propter viſcoſitatem eius, aut propter debilitatem virtutis expellentis, aut ꝙ defi-
cit illi phlegmati coadiuuatiua cauſſa ſudoris, quæ eſt vapor cholericus, aut ipſa mate-
ria cholerica ſubtilior, quæ in ſudore videtur eſſe neceſſaria: quoniam ſudor eſt aquo-
Sudor quid. ſitas ſanguinis. cui pus cholericũ eſt admixtum *ſecundo can. proprio cap.* ¶ Vndecimum eſt
multiplicatio ventoſitatis & rugitus in ventre, & cauſſa huius eſt nota ex multitudine
ventoſitatum & vaporum, qui neceſſario inueniuntur in his corporibus, tam ex parte
cauſſę efficientis, quæ eſt debilitas innati caloris, quam ex parte cauſſæ materialis, quæ
eſt phlegma ſatis aqueum. ¶ Duodecimum eſt tenſio mirach. Et hęc quidem accidere
poteſt a phlegmate & vapore contento inter ſuperficiẽ conuexam inteſtinorũ & con-
cauã ſifac. Multiplicatis enim vaporibus & ventoſitatibus in prædictis locis neceſſe eſt
extendi totũ mirach: & ad extra propelli. ¶ Secunda vero cauſſa huius eſſe poteſt mul- D
tiplicatio phlegmatis & vaporis in ſubſtantia mirach: & inter ſuperficiem conuexam
ſifac: & concauam muſculorum ventris & aliarum partium, ex quibus aggregatur mi-
rach. ¶ Decimumtertiũ eſt tumor teſticulorũ cum translucentia eorum, & cauſſa pri-
mi eſt: quia cum multiplicatur phlegma, deſcendit per cauam inferiorẽ ad teſticulos:
& ibi receptum detinetur. Ita ꝙ quandoq; nõ ſolum ſcrotũ & inuoluta vaſa implean-
tur illo & tumeſcant. Imo etiam ſubſtantia teſticulorum pręternaturaliter magnifica-
tur. At vero translucentia in eis accidit: eo quia pars aquea phlegmatis ibi contenta
diaphana eſt. ¶ Decimumquartum eſt difficultas conſolidationis vlcerum, quæ in ta-
libus corporibus accidunt. Et hoc totum accidit propter corruptionẽ complexionis,
& conuerſionem eius ad frigiditatẽ & multiplicationẽ materierum frigidarum. ¶ De- E
cimumquintũ eſt pruritus in ſcroto in inguinibus & partibus intermediis coxarum,
fœmoris & inguinũ. Et hæc quidem accidit propter lationem vaporum & materierũ
corruptarum ad prædictas partes. Et voluit hoc ſubtiliter Auic. *præallegato cap.* dum in-
quit: *Et quandoq; accidit in commiſſuris inguinis,* id eſt, *in his intermediis iã prædictis, aut in com-
miſſuris & inguinibus,* id eſt, *in rugis, quæ inueniuntur in ſcroto, & inguinib. caliditas & pruritus
propter vaporem corruptũ aſcendentem.* ¶ Decimum ſextum eſt corruptio digeſtionis; ſiue
per corruptionem intelligamus diminutionem aut ablationem; quorum vtrumque
a frigiditate fieri poteſt, ſiue per corruptionem intelligamus nocumentum in di-
geſtione, tranſcendens menſuram humanę ſpeciei conuenientem, quod a frigidita-
te iam in totum multiplicata facile prouenire poteſt, & ex eodem fundamento val- F
de facile poteſt ſaluari. ¶ Decimumſeptimum, quod eſt fortitudo appetitus in
Appetitus canini cauſſa. cachexia eueniens. Sicut etiam in appetitu canino videri poteſt. Frequenter
enim appetitus canini effectiua cauſſa a ſapientibus aſſignatur *frigiditas inten-
ſa.* Sed contingit in cachexia frigiditatem ſtomachi non eſſe minorem; imo maio-
rem;

A rem, quæ fecit appetitum caninum. ¶ Decimumoctauum aggregatur ex multis. Et
eſt quia in cachexia inuenitur diuerſitas fluxibilitatis, aut ſtipticitatis ventris, aut ſyn-
copis & vigiliarum. Ita vt quandoque venter ſit fluxibilis, quandoque vero ſtipticus,
& aliquando homo ſit vigilatiuus, quandoque vero dormitatiuus. Et aliquando etiam
eidem eueniunt ſyncopales motus: & quandoque non habet illos. ¶ Et cauſſa quidē
horum accidentium aſſignari poteſt ex varietate motus phlegmatis, ſecundum quod
virtute diuerſis temporibus ſymptomaticæ ab ipſa mota materias phlegmaticas & vē-
toſitates ab ipſa motas hincinde propellit. Cum enim contingit multiplicatum eſſe
phlegma cum vaporibus in fundo ſtomachi & in inteſtinis virtute ab eiſdem incitata,
accidit fluxus phlegmaticus. Si autem contingit phlegmata illa ſubſtantiæ membro-
B rum eſſe notabiliter impreſſa, & viſcoſitatis & frigiditatis notabiliter exiſtere, tunc
materiæ illæ detinentur in ventre: & poſſunt etiam materiæ illæ a naturali calore de-
relictæ aliqualiter extranearia calore præternaturali, qui conſumendo ſubtiliorem & *Cauſſa vigiliarum.*
aquoſiorem partem phlegmatis erit cauſſa conſtrictionis ventris. ¶ Et ex hoc funda-
mento deduci poteſt etiam cauſſa vigiliarum. Cum enim phlegma illud aliqualiter
ſuper calefactum eſt, aut a calore excoquente ipſum non naturalē ſalſedinem aliquam
acquiſiuit, erit vigiliarum cauſſa. Cum autem phlegma contingit eſſe aqueum ſatis & *Cauſſa ſomnolentiæ.*
vaporabile multitudine vaporum & frigiditate ſua, erit cauſſa ſomnolentiæ. ¶ Et pari
ratione iterum deduci poteſt, qualiter quandoq; cachectico adueniat ſyncope. Cum
enim veloci impulſione a virtute facta vapor aut phlegmaticæ materiæ propelluntur
C ad cor propter oppilationem in eo contingentem. Aut propter nocumentum a frigi-
ditate phlegmatum & extenſione vaporū in corde contingens, accidit in corde nocu-
mentum reſolutionis: aut notabiliter exſtinctionis innati caloris, & totum hoc forma-
liter eſt ſyncope: vt colligendum eſt *11. tertii, & tractatu, & cap. 2.* Si autem contingat ta-
le nocumentum a corde remoueri, tunc alleuiabitur coram ſyncopi vel lipothymia &
ſimilibus. ¶ Et hæc quidem omnia pulchre intellexit Auic *14. tertii ſæpe allegato cap.* dum
inquit: *Et eſt natura in ſua retentione & reſolutione ſecundū ordines, & ſimiliter eſt diſpoſitio ſyn-
copis eius quandoq; & vigiliarum & elongationis eius,* &c. Expone literam, ſicut iam decla-
ratum eſt: quoniam eſt occulta, vt poteſt videre.

CAP. II. *De cura cachexiæ complectente ſex intentiones.*

D IAM autem poſitis ſignis cognitionis cachexię oportet venire ad cano-
nes curationis eiuſdem, quæ quidem ſuſtentatur in ſex intentionibus;
quæ clare poſſunt intelligi ab auctoribus. ¶ Et prima quidem intentio eſt
regiminis ipſorum rectificatio. ¶ Secunda vero materierum vniuerſalis
euacuatio minoratiua & particularis etiam. ¶ Tertia materierum di-
geſtio. ¶ Quarta ipſarum diuerſio. ¶ Quinta omnimoda materierum euacuatio.
¶ Sexta vero membrorum confortatio cum exiccatione reſidui materierum.

Et prima quidem intentio diſcrete intelligi debet & compleri. Argumento e- *Regiminis rectificatio.*
nim ſumpto a multitudine materierum phlegmaticarum, quæ congeſtæ ſunt, opor-
tet vti regimine attenuante ex parte quantitatis, & calefaciente & exſiccante ex
E parte qualitatis: eo quia morbus pendet a repletione multa, & a materia frigi-
da & humida. ¶ Verum quia ægritudo hæc eſt chronica, oportet regimen eius
non eſſe multum tenue in principio & augmento. Neque tantum diſtans a regimi-
ne ſuæ ſanitatis, vt per ipſum debilitetur virtus, & proprie cum peruenerit ad tem-
pus ſtatus. ¶ Et cauſſa ſecunda iterum, propter quam non oporteat regimen mul-
tum eſſe tenue, & debilitas virtutis, quæ accidit propterea, quia alimentum non be-
ne digeritur, propter nocumentum epatis, in quo virtus nutritiua ſuſtentatur.
¶ Quare ex omnibus concludendo videtur, quod regimē debeat eſſe ex his, quæ no-
tabiliter nutriunt, & qualitate ſua notabiliter: materias deſiccant & virtutem con-
fortant proprietate ſua. Sicut eſt comeſtio carnium perdicis, phaſiani & auium mi-
F nutarum vitulorum lactentium, pullorum non multum excellenter pinguium. In
quibus omnibus cibariis ponatur virtus aromatum calefacientium, exiccantium &
confortantium membra principalia, & habentium etiam virtutem inciſiuam & ape-
ritiuam. Et ſenſit hæc omnia ſubtiliter princeps. *decimaquarta tertii, tractatu quarto* *Cibus cachecticorum.*
cap. de cura cachexiæ, dum inquit: *Cibus autem habentium cachexiam ſit ex his, in quibus eſt*

ſuauitas & confortatio naturæ, ſicut aduragi. id eſt, phaſioni, *& algobogi, id eſt,* perdicis, A
& ſint iura eorum azabrai: alia litera azabregi, id eſt, fercula condita cum croco & aceto odori-
ficata valde cum eis, quæ ſunt ſicut garyophilli cinamomum & ſimiliter almoſufath, id
eſt, gelatiua, & miſceantur etiam cum cibis ea, quæ ſunt ſicut ſinapi, porrum, allia
& quæ currunt curſu eorum abſq; multitudine nimia, id eſt, quantitate. ¶ Ex quibus
omnibus iam apparet, quod panis eorũ debeat eſſe parum furfuraceus & conuenien-
ter coctus. Et quod etiam euitare debeãt omnia cibaria infrigidantia & humectantia,
oppilatiua & inuiſcantia. ¶ Exemplum primorũ ſunt lactucæ, endiuiæ, ſpinachia, ble-
ta, atriplex, portulaca, cucurbitę, cucumeres, melones, aguria, perſica chryſomela, &c.
At olera vero & fructus declinantia ad caliditatem, ſiccitatem, aut ſaltem ad leuem
frigiditatem cum apertione poſſunt ei conuenire & proprie in pauco vſu. Vnde in- B
quit Auicen. quod ex fructibus granata dulcia & de cydoniis parum non nocet. ¶ Ex-
emplum vero ſecundorum, ſicut cibi paſtiles omnes & viſcoſæ & neruoſæ animalium
partes & cutes, lac & cibaria ex eo condita. ¶ Exemplum autem aliorũ eſt, ſicut piſciũ
omnium vſus & leguminum elixorum & carnes antiquæ & caſeus antiquus & ſimilia.
Saluia vero ruta, betonica, mentha, abſynthium, ſerpillum & caules, paſtinachia & re-
liquę huiuſmodi omnes conuenientes ſunt. ¶ Et ex fructibus amygdalę, phiſtici auel-
lanæ, nuces & omnes fructus calidi & ſicci cum apertione conueniunt eis. ¶ Pro potu
vero cõueniens eſt ei inter omnes potus hydromel, & proprie quando cum eo coqui-
tur maſtiche. Si autẽ propter virtutis debilitatem non poſſet ei negare vinũ exhibea-
tur ei vinum albũ aromaticum non valde aquoſũ, imo mediocriter fumoſum. Et poteſt C
iterum ei conuenire vinũ ſubrubeum, ſubtile & aromaticũ. Et ſi in ipſo infuſę ſteterint
radices eupatorii aut ſpicæ nardi aut cinamomi, vel caſſia lignea, vel radix chamepy-
theos, vel vrticę erit in vino tali intentio omnino conueniẽs & neceſſaria. ¶ Similiter
etiam omne regimen ex parte aeris & loci habitabilis debet inclinari ad calefaciendũ
& exſiccandum. ¶ Et ſimiliter exercitium mediocriter calefactiuum & exiccatiuum
conueniens eſt ei & proprie poſt euacuationes. ¶ Quid vero de regimine per alias res
non naturales dicendum ſit, ex prædictis apparet.

Secunda vero intentio completur cum adminiſtratione medicinarum, quæ e-
Materierũ vniuerſalis & particularis euacuatio minoratiua. ducunt materias cholericas diuerſarum ſpecierum, velut eſt cholera rubea, vitellina
& citrina. ¶ Et de appropriatis ad hoc eſt exhibitio hieræ picrę Gal. Ipſa enim edu- D
cit ſuperfluitates prædictas abſque humiditatibus innanitis. *14. tertii. allegato cap.* Et
exhibeatur ex ea ℥ x. vel xij. cum aqua abſynthii vel eupatorii calefactis. ¶ Et gratia
huius etiam conueniret medicina talis. *℞. electuarij diaphœniconis ℥ ij. diagridii gran. j.*
Pilulæ. *reubarbari electi ℈ j. ſpicæ nardi gran. ij. exhibeatur, vt prius.* Et confert etiam eis non minus
exhibere pillulas iſtas. *℞. pillularum de reubarbaro ℈ ij. pillularum de hiera Gal. ʒ ß. ſalis*
gemmæ, gran. ij. reformentur pillulæ cum ſucco roſ. & exhibeantur. ¶ Si autẽ contingat repe-
rire materias viſcoſiores prædictis & craſſiores, tunc conuenit eis exhibere ℥ ß. ele-
ctuarii indi. aut ʒ iij. electuarii diaphœniconis, aut ʒ iij. diacolocynth. quæ melior
Infuſio. eſt prædictis, aut dare in potu pillularum de agarico ʒ j. cum ij. granis diagridii. ¶ Aut
dare infuſionem iſtam. *℞. agarici electi ʒ j. ß. polypodii ʒ j. diagridii, gran. iiij. aquæ eupa-* E
torii, aquæ abſynthii, an. ʒ ij. aniſi cinnamomi, an. gran. iij. ſalis gemmæ, gran. ij. pulueris ſaccha-
ri ℥ j. fiat infuſio per diem naturalem: deinde calefiat & diligenter expreſſa exhibeatur, vt dictum
eſt. ¶ Si autem contingeret reperire materias cum melancholia commixtas exhi-
Potus. beatur medicina talis. *℞. agarici electi ʒ j. thymi folliculorum ſenæ, polypodii, an. ʒ ß. ellebo-*
ri nigri, gran. vj. zinziberis ℈ ß. aniſi, ſpicæ ſeminis fœniculi, dauci, an. gran. vj. Infundantur
omnia in aquis bugloſſæ & meliſſæ, an. ℥ ij. deinde colentur & exprimantur & exhibeantur vt
ſupra. ¶ Si autem medicinas maioris ſublimitatis expeteres, & proprie reſpicientes
materias aduſtas, exhibe ʒ iiij. hierologodion deſcriptæ ab Auicen. *can. quinto ſumma*
prima tractatu ſecundo, deſcriptione tertia. ¶ Et melior illa ſecundum intentionem meam
eſt hiera ruffi, & hiera Archigenis deſcriptione vniuerſitatis. ¶ Et etiã optima eſt hiera F
Auicennæ in illo tractatu collecta *deſcriptione vltima.* Quarum omnium doſes exhi-
beantur cum aquis ſublimationum prædictis, aut aliis, quæ tibi placebunt. Mino-
ratiuo vero cum phlebotomia in hac diſpoſitione facienda raro videtur habere lo-
cum, aut propterea, quia materia non permiſcetur ſanguini, aut propter debilitatẽ,
quæ

A quæ iam inuenitur in epate contracta. De cuius additione magis, quam de remotione timetur per phlebotomiam. ¶ Poſſunt iterum adhuc materiæ minorari per clyſteria, quę habent potentiam attrahendi materiam. Sicut eſt clyſtere iſtud. ℞. *aquæ decoctionis maluarum, radicis altheæ, vrticæ & foliorum blitis* ℔. *j. hieræ ſimplicis & benedictæ, an.* ℥ ß. *caſſiæ fiſtulæ* ʒ *vj. olei de abſynthio, olei liliorum, an.* ℥ *j.* ß. *ſalis gemmæ* ℈ *iiij. miſce & totum ſimul exhibeatur.* ¶ Si autem deſiderabis magis phlegmaticam materiam & proprie craſſam educere; tunc prædicto clyſteri apponatur diacaſtorei ʒ iij. aut hieralogodion ʒ iiij. aut hiera diacolocyntidos. ¶ Et ſi perſenſeris aduſtionem in materia, tunc ponantur in clyſteri ʒ iiij. hiere ruffi, & ab eo remoueantur benedicta & hiera ſimplex. ¶ Et ſi iterum percipies in materia melancholiam eſſe commixtam, Aliud

B tunc poteris prouocare hæmorrhoidas fricando eas cum foliis ficus vel felle tauri. ¶ Et ſi materias eaſdem cognoueris circa matricem eſſe dominantes. tunc prouoca menſtrua exhibendo ʒ j. trociſcorum de myrra cum decoctione croci integri. ¶ Reliquæ autem, per quæ euacuatio minoratiua fieri poſſet, tanquam non ita vtilia, dimittantur.

Tertia vero intentio, quæ digeſtionem materierum efficit, non minus conuenienter conſpicienda eſt. Oportet enim digeſtiua qualitatibus primis aduerſarii materiebus calefaciendo & exſiccando, & per virtutes ſecundas incidere, ſubtiliare & aperire, & per virtutes materias epati conferre ipſum confortando & virtutem eius ſuſtentando. ¶ De numero quarum medicinarum multæ a ſapientibus ſcriptæ repe- Materierum digeſtio.

C riuntur. Sicut ſyrupus de abſynthio. ſyrupus de eupatorio. ſyrupus de byzantiis. ſyrupus diarodon. oxymel compoſitum, oxymel de leuiſtico. ſyrupus compoſitus acetoſus. & ſyrupus ſquilliticus in materia fortis reſiſtentiæ. ¶ Ex quibus poteſt fieri commixtio talis. ℞. *ſyrupi de eupatorio, ſyrup. ſimplicis acetoſi, an.* ℥ *j. aquæ abſynthii & cichoreæ, an.* ℥ *j.* ß. *miſce. & talis confert ad materiam non valde frigidam.* ¶ Si autem contingat cum materiebus inueniri ad mixtionem cholericarum materierum, exhibeatur hic ſyrupus. ℞. *ſyrup. de byzantiis* ℥ *j. ſyrup. de endiuia* ℥ ß. *aquæ abſynthij* ℥ *j. aquæ cichoreæ* ℥ *ij. miſce.* ¶ Cum vero volueris materiam aſpicere maioris frigiditatis, viſcoſitatis & craſſitiei. tunc ℞. *oxymellis ſquillitici* ℥ *j. ſyrupi de abſynthio* ʒ *vj. aquæ eupatorii* ℥. *iij. miſce.* ¶ Et ſi volueris hoc digeſtiuum efficere magis aperitiuum, tunc. ℞. *ſecaniabin de le-* Potio. Alia. Alia.

D *uiſtico* ℥ *j. ſyrupi compoſiti acetoſi* ℥ ß. *aquæ eupatorii, aquæ iris, an.* ℥ *j.* ß. *miſce.* ¶ Cum vero contingat in materiebus inueniri mixtionem melancholiæ: tunc competit hic ſyrupus. ℞. *ſyrupi de epithymo, ſyrup. de hyſopo, an.* ℥ *j. aquæ meliſſæ, capillorum ven. an.* ℥ *j.* ß. *miſce.* ¶ Quod ſi perceperis materiebus eſſe mixtam melancholiam cholericam, tunc exhibe digeſtiuum tale. ℞. *ſyrupi de fumo terræ, ſyrup. de endiuia, an.* ʒ *vj aquæ boraginis, aquæ endiuiæ an.* ℥ *j.* ß. *miſce.* Et cum volueris digerere materiam, cui eſſet commixta melancholia phlegmatica, tunc ℞. *ſyrup. de epithymo* ℥ *j ſyrupi compoſiti acetoſi* ℥ ß. *aquæ meliſſæ, aquæ capill. veneris, an.* ℥ *j.* ß. *miſce.* ¶ Et licet etiam raro contingat materiebus commiſceri melancholiam aduſtam ex naturali melancholia factam: quia tamen aliquando in iuuenibus apparet, & proprie vehementer exercitatis & regimine ſuper Alia. Alia. Alia.

E calefactiuo vtentibus. tunc ℞. *ſyrupi de epithymo* ℥ *j. ſyrupi violacei* ʒ *vj. aquæ nenupharis, aquæ endiuiæ & boraginis an.* ℥ *j. miſce.* ¶ Hæc quidem digeſtiua omnibus fere materiebus ſunt appropriata. Niſi quia ſi inueniretur materias eſſe commixtas cum ſanguine, ex quo etiam aliqua particula aduſta foret: tunc conueniret exhibere aquæ fructuum: quæ ſanguinis & choleræ feruorem extinguit ℥ v. aut exhibeantur ſyrupi de byzantiis ℥ ij. cum ℥ ij. decoctionis prunorum & tamarindorum. ¶ Et ſi quis vlterius mitiora digeſtiua vnicuique materierum iam dictarum approprietata deſideraret, tunc accipiat aquas ſublimationum prædictis ſyrupis commixtas dimittendo ſyrupos illos & dando aquas illas augmentando doſim earum vſque ad ℥ v. ¶ Et Alia.

F adde iterum ſermonibus iſtis, quod non ſolum fiat materierum digeſtio per ſyrupos prædictos: ſed conuenientius digeretur materia, ſi tempore adminiſtrationis eorum aliqua de prædictis plantis vel radicibus coquatur vel commiſceatur in cibis & potibus eorum, vt etiam pro parte ſuperius tactum eſt in intentione prima, & tu recurre ad eam.

Materierũ diuerſio.
Vomitus.

Pro quarta vero intentione ſcil. materierum diuerſione contemplandum pri- A mo, quod duæ ſint ſpecies diuerſionũ principales, quæ magis in hac diſpoſitione a ſapientibus collaudatę ſunt. ¶ Prima quidem materierum diuerſio per vomitum. ¶ Secunda per adminiſtrationem clyſteris materiam ab epate: & a venis educentium & inclinantium eas per inferiores vias & aperientium oppilationes ſubtiliando & reſoluendo materias. ¶ Aliquibus igitur ſapientum placuit magis diuerſio prima eo, quia ipſa fortius diſtrahit materias ab epate per ſuperius educendo eas. Maior enim virtutis fortitudo requiritur ad faciendum aſcendere materias ſua grauitate multum reſiſtentes, quam ad faciendum ipſas deſcendere. Cum ergo ita diuertantur per ſuperius, videtur materias fortius a ſuo loco eradicari. ¶ Secunda ratio, quia vomitus videtur conuenienter poſſe ſugere materias vel extrahere eas ab epate per meſeraicas, quæ B ſunt in fundo ſtomachi. ¶ Tertio, quia vomitus videtur eſſe bonus eradicator materierum, quæ in infimo loco poſitę ſunt. ¶ Et quarto iterum, quia per vomitum non ſolum materiæ, quæ in ſtomacho & adiacentibus partibus ſunt poſitæ, quæ facile poſſunt tranſire in coniunctas. Et traxit iſta opinio fundamentum ex *decimaquarta tertii, præallegato ſæpe cap.* vbi inquit: *Et vt vtantur ante cibum vomitu, eſt enim bonum regimen eius.* Et oportet, vt ſit in principio rei cum raphano infuſo in ſyrupo acetoſo. Et in fine eius cum elleboro. ſed elleborus non educit materias, niſi violento tractu. igitur, &c. ¶ Aliis vero magis placuit ſecunda diuerſio per clyſteria, & moti

Rationes pro clyſteribus.

fuerunt rationibus pluribus. ¶ Et prima quidem eſt, quoniam materia huius diſpoſitionis ſecundum magnam partem continetur in concauo epatis, cuius ad inteſtina C maior eſt propinquitas, quam eiuſdem ad fundum ſtomachi. Igitur materiæ in eo ſtantes potuerunt per clyſteria melius & facilius trahi, quam per vomitum. ¶ Secunda quidem ratio eſt, quia materiæ facilius inclinantur deſcenſu, quam aſcenſu. ¶ Tertia, quia eductio per ventrem eſt euacuatio minus prętér naturalitatis includens, quam vomitus. ¶ Quarta, quia cum clyſteribus poſſunt melius perfici ſubtiliatio, reſolutio & conſumptio materierum, & apertio oppilationum cum medicinis in eis poſitis, quam per vomitum. Et videtur hæc opinio traxiſſe ſententiam ſuam ex ſerie præallegati capit. dum inquit: *Et in pluribus diſpoſitionibus, quas habent neceſſe eſt, vt euacues cum eis, quæ educunt humores ſolutione ventris & aperiunt oppilationes.* Et clyſteria ſubtiliatiua & reſoluentia humiditates ſolutione educentia eas conferunt in ea D valde. ¶ Propter quod tale poteſt deſcribi clyſtere.

Clyſter.

℞. *foliorum betæ mercurial. an. M.j.ß. furfuris M.j. radic. vrticæ & ireos, an. M.j. ſem. fœniculi, aniſi & leuiſtici, an. M.ij. granorũ carthami contritorum. M.ß. coquantur omnia in* ℔. *iiij. aquæ vſque ad conſumptionẽ tertiæ partis.* Deinde. ℞. *huius decoctionis libram vnam hieræ ſimplicis* ℥ *j. olei violarum, & de ſiſamo, ana* ℥ *j. ß. ſalis gemmæ* ʒ *j. & ponatur.* ¶ Si autem volueris ipſum phlegmatis magis attracticum loco hieræ ponatur benedicta. ¶ Et ſi adhuc volueris ipſum ſolemnius eradicare materias appone in ipſo ʒ *iij. electuarii diacaſtorei & erit eligibilius.* ¶ Si quis autem deſideraret eligere, quæ duarum opinionum melior exiſtat & ſoluere quæſtionem illam, facile dicere poteſt, quod ſi contingat in hac diſpoſitione materias tales declinare magis ad ſtomachum, quam ad inferiora quod cognoſcitur per nau- E ſeam, abominationem & ſubverſionem ſtomachi, & per rugitum, tenſionem & motum materierum in ipſo. Tunc in hac diſpoſitione conuenientior erit vomitus. ¶ Si autem percipies materias magis ad inferiora repere, quã ad ſuperiora, tunc conuenientius erit clyſtere prędictum, aut alia ſibi ſimilia. Et ſuſtentatur hæc reſponſio ſuper ſermonibus veteris, *ſect. 2. aphor. 21.* vbi inquit: *Quæ ducere oportet vndecunque natura repit,* &c.

3 Prouocatio Vrinæ.

¶ Tertium quidẽ ingenium diuertendi materias eſt cum prouocantibus vrinam: & proprie quando contigerit magis eſſe propinquas in gibbo epatis. Et facile quidem hoc fieri poteſt coquendo in cibariis ſimplicia quædam, ſicut radicẽ fœniculi, petroſelini, dauci & bruſci, aut eorum ſemina: aut ante cibum exhibendo confectionem factam ex ſpeciebus electuarii de ſeminibus, aut dando pil- F lulas aliquas factas ex trociſcis de eupatorio, de capparibus, vel rubea tinctorum, aut ſpicanardi.

4 Applicatio balnei ſulphurati.

¶ Quartum autem ingenium diuertendi materiam iterum eſt per ea, quæ attrahunt materiam a fundo corporis & vniuerſis partibus eius, & proprie cum applicatione balnei ſulphurati non aluminoſi, aut ſalſi calidi actu, aut ſalſi frigidi a-

ctu, velut

A ctu velut in aqua maris. Hæc enim materias attrahendo reſoluunt & conſumunt: quę ſi non fuerint præſentia naturaliter talia: tunc artificialiter fieri poſſunt in dulci aqua coquendo alumen, ſulphur, ſal & alia ſimilia.

Quintum vero inſtrumentum diuertendi materiam iterum eſt per applicationem euaporationum, quæ applicentur ſtomacho & epati. Et proprie cum medicinis ſua caliditate attrahentibus, ſubtiliantibus & conſumentibus materias, velut eſſet euaporatorium hoc. *ſ Euaporatio.* ℞. *radicum peucedani, phu, meu, rubeæ tinctorum, calami aromatici, ſquinanti, cyperi, an. M. j. ß. caſſiæ ligneæ, galliæ muſcatæ, ſtyracis calamitæ, an ℥ ij. abſynthii, origani, dauci, cymini, an. M. j. ß. terantur omnia in ſimul forti contritione & calefiant in ſartagine ſicca.* Deinde imponantur ſacculis, qui actu calidi applicentur ſtomacho. ¶ Di-B uerſio autem cum ventoſis abſque ſcarificatione etiam conuenire poteſt. ¶ Materias diuertere per hæmorrhoidarum apertionem & appoſitionem ventoſarum cum ſcarificatione: & per applicationem rubificantium medicinarum & veſicantium non videtur habere locum in hac diſpoſitione. Eo, quia materiæ non ſunt ſanguineæ neque eidem ſufficienter commixtæ: neque etiam ſunt adeo ſubtiles, vt per rubificantia & veſicantia conuenienter educi poſſint.

Licet plurima pro complemento intentionis quintæ ſupra pręmiſſæ, ſcilicet completæ eradicationis materierum ſupra tacta fuerint, cum de modo & inſtrumentis minorandi materiam dictum fuerit: alia tamen variis in locis ab auctoribus inuen-C ta & magis experientia cõprobata ad hunc locum adducere eſt conueniens. *Materierũ euacuatio omnimoda.* ¶ Quorum primum eſt deſcriptio pillularum ſtomachicarum alkindi; quarum deſcriptionem ex Auicenna collige *quinto canon. ſumma prima, & tractatu nono.* Et vide ibi earum laudes & compoſitionem: & dicit earum doſem eſſe aur. ij. licet nunquam dederim ex eis niſi ℥ j. & ſolemniter conferunt. ¶ Amplius eodem tractatu vide tres deſcriptiones ſucceſſiue poſitas ab eo, quarum prima incipit ibid. *Pillulæ aliæ conferentes ad febrem chronicam: & ad debilitatem ſplenis & epatis & inceptionem aquæ.* ¶ Et iterum deſcriptionem ſibi ſubiunctam: cuius principium, *ad febrem chronicam ex humoribus commixtis: & ad dolorem epatis & inceptionem aquæ.* ¶ Et iterum collegi ibi aliam immediate ſequentẽ deſcriptionem, cuius initium. *Conferentes ad febrem chro-D nicam accidentem ex humoribus commixtis & ad dolorem epatis, & ad inceptionem hydropis.* Et omnium harum doſis per me data eſt a ℈ ij. vſq; ad iiij. licet deſcriptionem tertiam ex prædictis magis conferentem viderim. ¶ Si autem deſideras habere compoſita leuiora ad hanc intentionem & propria reſpicientia ſuperfluitates cholericas phlegmaticas, & melancholiam ex aduſtione genitam & fæcalem: tunc recipe hoc compoſitum. ℞. *myrabolanorum indorum, citrinorum & chebulorum, an. ℥ j. reupontici, agarici electorum, an. ℈ iiij. maſticis ſpicæ nardi, an. ℈ j. ſquinanti, florum eupatorii, an. gran. vj. croci gran. iij. ſpodij, ſalis indi, an. gran. v. aquæ eupatorii, aquæ capillorum veneris, & aquæ ſublimationis radicum iris, an. ℥ j. ſacchari rubei ℥ x. fiat omnium horum infuſio per diem naturalem. Deinde in aurora coletur & diligenter exprimatur: & calida detur in potu obſeruando poſt ipſam: vt poſt omnia ſolutiua canones, qui ſupra poſiti fuerunt in exhibitione minoratiuorum.* *Infuſio purgans.*

E ¶ Et ſi quis deſideraret medicinam diuerſos humores educentem, poterit exhibere hoc compoſitum. ℞. *hieræ Archigenis ſupra nominatæ ℥ ij. hieræ Galen. ℥ v. aquæ decoctionis folliculorum ſenæ ℥ ij. miſce.* *Potio ſolutiua.* ¶ De domeſticis autem ſolutivis & vſitatiuis & proprie ad materiam mixtam ex phlegmate & cholera eſt exhibere ℥ ß. electuarii Indi cum ℥ ij. aquæ eupatorii, &c. ¶ Et ſi velis reſpicere mixtionem notabilem choleræ, adiunge prædicto electuario ℥ j. electuarii ſucci roſarum, & ſubtrahe de prædicto ℥ j. ¶ Et ſi intendis cum hoc educere materiam melancholicam non habentem aduſtionem, de qua curandum tunc exhibeantur ℥ v. de electuario diaſenæ cum decoctione prædicta. ¶ Si autem deſideras materiam educere notabilis adu-F ſtionis, exhibe ℥ v. vel vi. electuarii hamech cum decoctione prædicta, aut ℥ j. pillularum de lapide lazuli, vel de lapide armeno, vbi fuerint aduſtionis veſtigia notabiliter apparentia.

Sexta intentio completur cum his, quę epar & ſtomachum confortant cum

Membrorũ confortatio cũ exſiccatione reſidui materierũ.

iam notabiliter lęſa ſunt a mala complexione frigida & humida, cum multitudine materierum frigidarum & humidarum, plura ſunt a ſapientibus ſcripta. ¶ Quorum vnum & laudatum eſt, vt exhibeatur in aurora electuarii mithridatii ℥ j. cum aqua decoctionis florum eupatorii, vel ſpodii, ſi magis exſiccare velis. ¶ Et ſecundum eſt theriaca Andromachi, quæ exhibeatur, vt ſupra. ¶ Tertium eſt electuarium de ambra, faciendo ex ſpeciebus eius cum ſaccharo & aqua eupatorii confectionem. ¶ Quartum confectio diacymini: & proprie, quando cum mala complexione fuerit ventoſitatum quantitas notabilis. ¶ Quintum confectio dialacca. ¶ Sextum confectio diacurcuma. ¶ Septimum theriaca Hermetis. Quorum omnium deſcriptionem collige ab Auicenna, & exhibe vt dictum eſt. ¶ Et de vſitatis communibus B eſt triphera maior, triphera de ſcoria ferri, triphera Perſica, & triphera Saracenica. ¶ De trociſcis vero fumoſioribus ſunt trociſci de abſynth. trociſci de eupatorio, de lacca, de reubarbaro in diſpoſitionibus frigidis. ¶ Trociſci de roſis & berberis omnium deſcriptionum, trociſci de ſpodio ſimplicis, aut cum ſemine acetoſæ, & trociſci de camphora ſecundæ & tertiæ deſcriptionis legendarum ab Auicenna *quinto can. ſumma prima, octauo tractatu.* Et trociſci de ſpodio cum tereniabin, qui omnes conferunt in diſpoſitione calida, & exhiberi debent cum aqua endiuiæ vel cichoreæ, vel alterius ſimilis.

Adip quid.

De his etiam, quæ confortant epar a ſpecifica proprietate, eſt comeſtio carnium codiarum elixatarum & caro adip, id eſt, lupi comeſta vel exſiccata, & in puluerem redacta, ex qua fiant pillulæ vel confectiones, vel electuaria: & ſit vſus eorum C frequens in aurora & ante cibum. ¶ Omnes etiam endiuiæ ſpecies a proprietate confortant epar in cibis acceptæ vel in potibus: & proprie illa, quæ amara eſt ad rubedinem declinans, & eſt illa, quam hodie cichoream nominamus. ¶ Aut etiam endiuiæ ſpecies, quæ dicitur armata, eo, quia folia habet in ſuis extremis & circumferentiis multum ſpinoſa, emittit lac, & producit florem, qui ſimilatur pilis leporis colore & pluma ſua. ¶ Et de confectionibus famoſis & vſitatis in diſpoſitione calida eſt confectio diarodon, confectio triaſandalorum deſcriptione Nicolai *in antidotario.* Diacydonitum Galeni inuentum a Serapon. *ſeptimo breuiarii.* Electuarium de xyloal. deſcriptum ab Auicenna, *quinto can. ſumma prima.* Et aliæ multæ ſimiles, quæ ipſe ab auctoribus collige, &c. D

CONSILIVM CLVII. *De cachexia coniuncta quinq; malis diſpoſitionibus, quæ ſunt. ¶ Motus tremulus cordis ¶ Mala diſpoſitio epatis frigida & humida. ¶ Fluxus ſuperfluus hæmorrhoidarum. ¶ Fœdus color totius corporis. Et debilitas virtutis vniuerſalis. ¶ Diuiditur Conſilium in cap. tria.*

CAP. I. *De ſignis & cauſſis diſpoſitionis cachecticæ & accidentium, quomodo ſequantur ad cano.*

Signa huius cachexiæ.

AEGRITVDO nobilis viri domini Iacobi de Diocœſi Forliuienſi eſt cachexia corruptio complexionis epatis, & conuerſio ipſius ad frigidita-
1. tem & humiditatem. ¶ Et ſunt eius ſigna corruptio coloris ex albe- E
dine dominante citrinati. Vnde color eius apparet ſicut cadauerum co-
2. lor. ¶ Eſt etiam inflatio in toto corpore a materia phlegmatica tenui
3. in membris immerſa proueniens. ¶ Tertio iterum venter eius eſt inflatus, & mul-
tis ventoſitatibus plenus: Ita, quod in eo quandoque appareat ſicut vtritas, id eſt,
4. diſpoſitio ſimilis vtri vento pleno & aere. ¶ Quarto, totum eius corpus graue eſt,
5. & proprie in virtute nutritiua vehementer læſum. ¶ Quinto iterum extremæ par-
tes, vt pedes & manus non euacuantur ab aliquali inflatione a prædicta phlegma-
6. tica materia & eius vapore proveniente. ¶ Sexto ſolent hanc diſpoſitionem quan-
doq; cõcomitari ſolutio ventris, diarrhœa dicta, aut lienteria: aut vtraq; ſimul, quę pro-
ueniũt propter augmentum humiditatum, quę in corpore multiplicatæ ſunt propter F
debilitatem virtutis digeſtiuæ epatis: propter quas etiam digeſtiua virtus: & retenti-
7. ua inteſtinorum debilitata eſt. ¶ Septimo iterum hanc diſpoſitionem concomitatur
8. longitudo in ſomno propter multitudinem euaporationum ad caput. ¶ Octa-
uo debilitas appetitus eſt accidens, hanc diſpoſitionem vt plurimum concomitans.

¶ Nono

A ¶ Nono iterum tremor cordis ad hanc diſpoſitionem concomitatur, propter malam diſpoſitionem cordis ab epate communicatam per colligantiam non abſolutam, imo vapoream & materialem. Et poſſunt omnes hi colligi ſermones *14. tertii, tractatu 4. cap. de cachexia, & de aſcite, & quarto breuiarii, cap. 6. & pluries alibi.*

Et licet huius diſpoſitionis & ſuorum accidentium plurimæ cauſſæ aſſignari poſſint: velut omne genus ægritudinum complexionalium, compoſitionalium vnitatis in epate exiſtentium, ſolutio, multitudo cibationum calorem innatum ſuffocantium, vſus ciborum ſua craſſitudine & viſcoſitate epar oppilantium, fortis motus ſuper cibum conſuetus, multus coitus, ventris fluxus immoderatus, prolixæ febres & aliæ membrorum epati colligatorum ægritudines, non video tamen euidentiorem cauſſam, quæ hunc virum ad hanc diſpoſitionem perduxerit, quam immoderatus hæmorrhoidum fluxus. Ipſe enim non ſolum ad hanc diſpoſitionem, imo ad deteriorem perducere poteſt corpus propter debilitatem euacuationum conſequentem principaliter. Licet enim omnis alia immoderata euacuatio ad hanc ægritudinem perducere poſſit: magis tamen ſanguinis exitus multus. Omnis enim euacuatio fortis perſeuerans corpora debilitat. Maxime vero iſta, quæ eſt ſanguinis *14. tertii, præallegato cap.* ¶ Ex quibus omnibus apparet, quod huius viri diſpoſitio per ſe ſit verenda ſatis. Quanto magis autem difficilior æſtimari poteſt: cum ipſa ſit coniuncta pluribus prædictorum accidentium: & maxime tremoris cordis, & præparationi ad hydropem, aſcitem, aut hypoſarcam. Vnde ſollicite multum intendendum eſt ad totalem ipſius eradicationem, vt nunc ſequitur. *Cauſſa.*

B

C

CAP. II. *De regimine huius diſpoſitionis, & primo per ſex res non naturales.*

REGIMEN itaque huius diſpoſitionis pendet ex rectificatione complexionis epatis principaliter. Secundo ex remotione tremoris cordis. Tertio ex rectificatione habitudinis totius. Regimen tamen vtriuſque ipſorum ſuſtentatur ſuper conuenienti electione ſex rerum non naturalium, & debita adminiſtratione rerum medicinalium. ¶ Pro declaratione itaque regiminis rerum non naturalium eligatur a viro iſto ciuitas vel locus habitationis ad caliditatem & ſiccitatem notabiliter inclinatus. Inhabitet itaque cameram a terra notabiliter eleuatam, & elongatam a decurſibus aquarum vel vallium, & minime ſit humida vetuſtate ædificii, imo ſatis nouiter conſtructa aſpectum habens orientalem vel meridionalem, in qua etiam frequenter notabilis accedatur ignis Et ſæpe in ea fiat ſuffumigium ex ſandaraca, ſtyrace, calamita, laudano, colophonia, thure, ligno aloes & ſimilibus ſimplicibus aut commixtis. Deanexo vero aeri totum corpus & proprie caput infulis, vel byretis de panno de grana conſtructis decenter muniat. ¶ Exercitium vero conueniens eſt ei & proprie nunc, quia fuit rectus regimine digeſtionis & conuenientis euacuationis materierum. Conſulo igitur, vt mane per horam poſt ortum ſolis ſurgat & exerciteтur pedeſter montem aſcendendo & deſcendendo, aut gradus ſcalarum quam plurimos, aut pedeſter reuolutione prolixa vſque quo corpus eius calefiat, & ad ſudorem mediocrem perducatur. Et ſi debilitas obſtaret, ſaltem equum gradarium vel ſuccuſſarium per tria vel quatuor miliaria equitet. Et ſi adhuc maior debilitas prohiberet exercitium, ſaltem beneficio ventris præcedente fricentur eius extrema incipiendo a genubus vſque ad pedes, ab inguinibus vſque ad eos, a ſpatulis vſque ad nates, & ab humeris vſque ad manus inferius trahendo cum fricatione vſque ad rubedinem perducente. Reliquo autem toto tempore quieſcat. ¶ De modo vero ſomni & vigiliæ caueat a dormitione prolixa; propterea, quia ipſa humectat corpora, & generat reumatiſmos. Menſura itaq; ſomni conuenientis non excedat ſeptem horas in nocte, & vna in die: & niſi debilitas repugnaret, minor adhuc dormiendi menſura conueniret ei, reliquo tempore vigilandum eſt, vt exiccentur ſuperfluitates in eo congeſtæ. ¶ In canone autem aſſumptionis cibi & potus attentus eſſe debet: vt non accipiat cibum vel potum, vſque ad completam ſaturitatem; imo cibetur ſemper reliquiis famis adhuc in ſtomacho remanentibus.

D *Aer.*

E *Tegumenta capitis.* *Motus & quies.*

F *Somnus & vigilia.* *Repletio & inanitio.*

¶ Similiter etiam nunquam cibum ſuum accipiat, niſi conueniens appetitus incitauerit ad ipſum, neque curet diuerſitatem ciborum multam accipere; imo vno vel duobus ferculis contentus eſſe debet. ¶ Caueat etiam ne cibum ſuum deglutiat abſque maſticatione condecenti, ne cibus remanens indigeſtus ſit materia congeſtionis multarum ſuperfluitatum. ¶ Similiter etiam potum in quantitate continua pauca. Imo melius eſt ei ſæpe & parum, quam raro & multum bibere. A

Accidentia animi. ¶ De paſſionibus vero animi euitet ſollicitudines & anguſtias triſtantes & ſpeciem vel innatum calorem ſuffocantes, & animam ſuam dilatet in gaudio & ſpe ſuæ ſanitatis. Neque inconueniret ei aliquando (licet raro) aliquam iracundiam vel anguſtiam leuem incurrere.

Cibus. ¶ De vltima vero re ſcilicet cibo & potu. Dicendum primo generaliter, quod omne cibarium eius eligi debeat ad caliditatem & ſiccitatem naturaliter vel accidentaliter inclinatum. B

Panis. ¶ Particulariter vero deſcendendo in cibis eligatur panis modicum furfuris habens, bene coctus & fermentatus duorum aut trium dierum ad plus. Et caueat a pane azymo vel non bene fermentato, parum cocto: & euitet omnes cibos paſtiles vel de farina factos.

Carnes. ¶ Ex carnibus conueniunt ei capreolinæ domeſticæ: & meliores ſunt ſylueſtres, vitulinæ, caſtratinæ, & de manzo vnius anni. Item carnes animalium ſylueſtrium, vt leporis, apri, cerui & ſimilium. Laudo etiam quandoque carnium ſalitarum vſum. Carnes vero pullorum gallinarum, caponum & anatulorum iterum bonæ ſunt. Et inter reliquas meliores ſunt columborum & proprie ſylueſtrium. Item minutarum auium degentium in nemoribus & dumetis.

Piſces. ¶ Carnes vero animalium in aquis viuentium, & ſimiliter piſces vituperandi ſunt, niſi fuerint ſicut capedum, varioli, torrentinæ, triliæ & his ſimiles. Alii vero non placent, niſi parui piſces & marſiones & ſimiles in fluuiis & petroſis locis inuenti. Cancrorum vero vſus ſpernendus eſt omnino. C

Lac. ¶ Similiter lac & lacticinia cibaria omnia fugiantur. Caſeus vero aliqualiter ſolidus, mediocris ſalſedinis, & non valde mollis laudabilis eſt: licet in multo vſu non ſit habendus. ¶ Olei vero vſus bonus eſt, ſiue fuerit de oliua, ſiue de nucibus, ſiue de amygdalis dulcibus. Butyrum vero dimittatur, & ſimiliter brodialia omnia pinguedine porci multum artificiata.

Legumina. ¶ Omnia etiam legumina dimittantur, præter cicera rubea, hordeum vel panicum, & ſimiliter oryzam fugiat. ¶ Lactuca vero & portulaca, ſpinachia, cucurb. omnia dimittantur. Endiuia autem domeſtica & ſylueſtris quandoque vti poteſt cum oleo & aceto. D

Fructus. Pepones autem laudo, ſed dulces & bene maturos, & ante cibum acceptos. Citrullos vero & angurias dimittat. ¶ Ex fructibus autem vti poteſt, quandoque pyris muſcatis, auellanis & amygdalis. Sed inter reliquos nullus eſt melior fructus, quam ficus recentes & ſiccæ. ¶ Pomis etiam & vuis albis bene maturis ſui tempore vti poteſt. Cydonia vero, neſpila & ſorbas dimittat. Et ſimiliter granata acria, niſi propter magnum æſtum. Dulcia vero & mediocria granata ſunt ipſi vtilia. In iuiubis autem nullo modo ſit vſus.

Plantæ. Ex plantis autem conueniunt ipſi caules, fœniculus, petroſelinum, ſaluia, roſmarinus, mentha, ſerpillum, hyſopus & reliquæ plantæ calidæ, cum quibus cibi omnes condiri debent.

Aromata. ¶ Ex aromatibus placent mihi crocus, piper, zinziber, aniſum, lignum aloes, cinamomum, cyminum, macis, galanga & nux muſcata. ¶ Placent mihi cappares conditi, eryngium conditum, oliuæ conditę & aſparagi ſuo tempore. Aceti etiam vſus & proprie cum aliis cibariis placet, & quanto fuerit acutius tanto melius erit. Similiter & agreſta cum ſale condita, & limones placent. Arancia vero & vinum granatorum dimittat. E

Potus. ¶ De potu autem eius dicendum primo, quod omnino dimittat omnis aquæ vſum ſiue ſimplicis, ſiue coctæ cũ hordeo vel ſimilibus. ¶ Dicendum ſecundo, quod laudandum ſit ipſi hydromel factum ex decoctione xxv. ℔ aquæ ℥ j. pulueris eupatorii, & ℔ j. mellis, quæ deſpumentur & coquantur vſque ad conſumptionem tertiæ partis duabus remanentibus. ¶ Vinum vero conueniens ei eſt album, ſubtile, clarum bene odoriferum nullo modo dulce: ſed ab eo elongatum & medium inter dulce & acre. Et ſi non poſſet haberi album, accipiatur ceræ ſoleum vel leuiter rubeum. Et ſi fuerit neceſſarium refrangere ipſum: fiat cum aqua meliſſæ. Melior enim eſt ei aqua ciſternæ: prius F

tamen

A tamen cocta. Apponant de ea ad vinum tertiam vel quartam partem ſecundum diſ-
cretionem rationalem.

C A P. III. *De regimine eius per medicinalia.*

DE regimine vero per medicinalia ſic procedam. Ponam enim primo re-
media viij. ad tremorem cordis appropriata. ¶ Secundo ponam quinque
remedia malam complexionẽ epatis rectificantia. ¶ Tertio tria remedia *Remedia octo ad tremorem cordis appropriata.*
colorem fœdum corrumpentia. ¶ Quarto loco ſubiungam tria virtu-
tis debilitatem reſpicientia.

Primum igitur remediorum cordialium confortantium ipſum, cum inſtat tremu- I.
lus motus magnus eſt iſte ſyrup. de quo accipiat omni mane ℥ ij. cum aqua acetoſæ, *Syrupus.*
B ℥ iij. & eſt conueniens cum apparentia vel ſignis caliditatis. ℞ *ſem. endiuiæ ſcario. cuſcu-
tæ ſem. quatuor communium frigidorum, an. M. j. florum boraginis & bugloſſæ, doronici ſem. acetoſæ
& baſiliconis, an. M. j. ß. coriandri præparat. M. ij. florum nenupharis ſandalorum alb. & rub. ſpodii,
been alb. & rub. an. M. j. ß. cinamomi ligni aloes garyoph. an. ʒ j. coquantur omnia in ℔. x. aqua vſq;
ad conſumtionem medietatis & colentur cum forti expreſſione. Deinde addantur ſacchari ℔. ij. & co-
quantur vſq; ad inſpiſſationem. Et ſi apparent ſigna frigiditatis cum tremore cordis, tunc exhibeatur* II.
iſte ſyr. cum ℥ iij. aquæ melliſſæ. ¶ Secundum remedium cordiale eſt hoc, & proprie confe- *Potio.*
rens, quando in pectore & circa cor inueniuntur ventoſitates multæ vel vapores. ℞.
ſyr. de corticibus citri ℥ ß. ſyr. de calamento ℥ j. aquæ enulæ ℥ iij. miſce & exhibeatur hoc totum cali- III.
dum pluribus mane. ¶ Tertium inſtrumentũ conferens omni tremori cordis & proprie
C frigido magis, eſt carabe de cuius puluere in potu dentur ℈ ij. cum aqua melliſſę. Et ſi
velis ipſum appropriare magis lapſui calido, detur cũ aqua acetoſæ. Ad idem videlicet
& eſt ſingulare pul. zedoariæ. ¶ Quartum inſtrumentum eſt hoc electuariũ, de quo o- IV. *Electuariũ.*
mni mane & in veſperis accipiatur quantitas medii cochlearis, & poſt ipſum bibatur
tertia pars cyathi vini aromatici, & bene fumoſi ad lapſum frigidũ. cũ aqua acetoſæ ad
lapſum calidum. Cuius deſcriptio. ℞. *ſpecierum lætificantis Alman ʒ ij. ſpecierum electuarii
de ligno aloes ʒ j. foliorũ auri numero vj. hyacinthi. ſmaragdi. ſaphyri, oſsis de corde cerui. an. ℈ j. mar-* *Maciana quid.*
*garitarum ʒ iij. conſeruæ roſatæ & violar. an. ℥ j. ß. ambræ nucis muſ. an. gran. ij. fiat electuarium cũ
℥ j. ß. ſacchari candi. & ℥ j. ſyr. de corticib. citri. & poſt hoc electuarium bulliat in ℔. ß. ſucci macia-
norũ. & ſunt poma ſylueſtria parua in nemoribus inuenta.* ¶ Quintum inſtrumentũ ſpeciale V.
D eſt bugloſſa, de cuius puluere omni ſero æger, quando vadit ad lectũ, accipiat pondus
medii aurei: & eſt pondus ℈ ij. & gr. iij. quare *vndecima tertii cap. de cano. vtilibus curationis
cordis.* Et ex his quorum iuuamentum magnificatur in tremore, eſt potare mediũ au-
reum de bugloſſa tempore ſomni noctibus continuis. Ipſa etiã recens & ſicca, in omni
cibo & potu accepta, aut eius aqua ſublimata cõueniens eſt. quare *vndecima tertij cap. de
cura tremoris cordis,* inquit *Super bugloſ. vero ſis audax & non timeas malitiã eius: imo vtere ea in
omni quaſi potu quem tribuis & cibo quem das.* Etenim iã concurrit conſuetudo, vt in potu
tribuatur & ſimiliter aqua eius deſtillata. ¶ Sextum eſt vnguentum hoc, de quo appo- VI.
natur pannus rotundus latitudinis ſemiſ. ſuper regionẽ cordis. ℞. *florum borag. bugloſ. an.* *Vnguentũ.*
℥ j. melliſſæ recentis vel ſiccæ ℥ ij. florũ roſar. nondum complete apertarum ℥ iij. ß. florũ ſalicis labruſc.
E *foliorũ baſiliconis ſicci vel recentis, an. ℥ j. croci ʒ j. been alb. & rub. zedoariæ, carabæ, an. ʒ ij. hyacin-
thi, ſmaragdi margaritarum ſaphyri, an. ℈ j. corallorum rub. ℥ ß. amyli farinæ, hordei an. ℥ ij. aceti
℥ j. ß. bulliat farina hordei & amylum ſimul lento igne cum vino aromatico. deinde in mortario po-
natur & cum inceperint tepefieri, ſuperaddantur aliarum medicinarum pulveres diligenter conte-*
rendo & apponatur tepidum. ¶ Septimum eſt ſacculus iſte, qui ſemper portetur ſuper cor- VII. *Sacculus*
de & eſt facilius applicabilis, quam vnguentum primo ſcriptum. ℞. *ſpecierum lætificantis* *cordialis.*
*Almanſ. ſpecierum electuarii de gemmis & de ligno aloes, an ʒ ij. flor. roſmarini, roſarũ nenupharis,
an. ʒ j. ß. pulverizentur omnia per ſe & cõmiſceantur, & ponantur in ſacculo de ſindone de grana re-* VIII.
torta facto & applicetur. ¶ Octauũ & vltimũ inſtrumentũ eſt hoc. ℞. *ſpecier. electuar. in quarto* *Rotulæ.*
remedio ſcripti ʒ ij. ſacch. alb. ℥ iiij. cum aqua bugloſſæ. fiat confectio in rotulis ʒ iij. & ex ea ſemper
F *accipiat ante cibum rotulam mediam & tantundem poſt cibum.*

Inſtrumenta vero, quę malam epatis diſpoſitionem corrigere poſſunt & proprie, *Quinq; remedia malã*
quando lapſus eſt frigidus & humidus, ſicut eſt in viro iſto, ſunt hæc. ¶ Et primũ eſt ſyr. *complexionẽ*
iſte, de quo accipiat. ℥ ij. cum ℥ iij. aquæ eupatorii calidæ actu. ℞. *cuſcutæ, eupatorii, foliorũ* *hepatis rectificantia.*
apii, abſynthii. florum roſmarini, garyophilorum cinamomi, an. M. j. ſpodii, ſcolop. epaticæ. ſandalorũ *1 Syrupus.*

ãnborum. ſem. cichoreæ, an. M. *ij. corallorum rub. andatochæ, radic. fœniculi, petroſel. labruſ. an.* M. A
ß. coquantur omnia in ℔. *x. aquæ vſq; ad conſumptionem medietatis, deinde prædictis addantur vi-*
ni cydoniorum ℥ *ij. ſacchari alb.* ℔ *j. ß. & lento igne coquantur vſq; ad ſpiſſitudinem & aromatize-*
tur cum cinamomo, garyoph. & ſpodio de canna. ¶ Secundum eſt confectio hæc de qua ſem-
2. *Rotula.* per æger accipiat rotulam vnam ante cibum & poſt. ℞. *ſpecierum dialaccæ & diacurcumæ,*
an. ʒ *j. ſem. taraxacon* ʒ *ij. ligni al. garyoph. croci, an.* ℈ *ß. ſacchari* ℥ *v. cum aqua eupatorii fiat confe-*
3. *ctio in rotulis* ʒ *j. ß.* ¶ Tertium eſt, vt æger pluribus diebus accipiat ʒ j. aut mediam de
puluere epatis lupi in furno exſiccati, & proprie cum ℥ j. aquæ eupatorii & tardet ci-
4. bum ſuum ſaltem horis quatuor poſt. ¶ Quartum ex ſimplicibus rectificantibus e-
Codia quid. par eſt, vt æger aſſueſcat comedere carnes codiarum: & ſunt limaces in dumetis in- B
uentæ, quę ſerpunt ſuper ſpinas vel rubos, & proprie habentes teſtas parumper ad
5. citrinitatem vel rubedinem tendentes. ¶ Quintum epati conueniens & proprie ad
Potio. magnificandum ipſum & euacuandum ab eo materias diuerſas & corruptas, eſt
hoc. ℞. *ſucci eupatorii* ℥ *j. ß. reubarbari electi* ʒ *j. epithymi, cuſcutæ, ſpicæ nardi, an. gran.*
vj. ſalis gemmæ, gran. j. exhibeatur hoc totum in potu, & tardetur cibus ſaltem horis quinque
poſt aſſumptionem ipſius.

De his vero inſtrumentis, quæ hæmorrhoidarum fluxum ſtringere poſſunt: pri-
Remedia fluxum hæmorrhoidarum ſtringentia. mum & expertum eſt hoc. ℞. *ſcoriæ ferri puluerizatæ & frixæ in aceto rubeo* ℥ *j. myroba-*
lanorum combuſtorum, oſſium dactylorum, corallorum rubeorum, corticum ouorum, omniũ qua-
tuor combuſtorum, an. ʒ *j. puluer. gypſi* ℥ *ij. albumina ouorum numero quinque vel ſex conquaſſen-*
tur omnia inſimul & ſubmergãtur in ipſis ſtupæ prius infuſæ in aceto exſtinctionis chalybis, & bene C
1. *Linimentũ.* expreſſæ liniantur prædictis medicinis, & apponantur ſphincteri ventre prius mundi-
ficato a ſuperfluitatibus. ¶ Secundum ſpeciale inſtrumentum eſt deſcriptio pillularũ
2. de bdellio. ¶ Tertium deſcriptio pillularum de ſandaraca, quæ ambo collige *17. ter-*
3. *tii, cap. 7.* de medicinis liquidis & embrochis hæmorrhoidarum. Et eſt modus adminí-
ſtrandi has pillulas, vt omni mane accipiat ex eis ʒ j. & tardet cibum ſuum horis ad
minus quatuor.

De his vero inſtrumentis, quæ fœdum colorem abſcindere poſſunt, iam patet,
Fœdum colorem abſcindentia. quod omnia prædicta ad hoc cap. ſeruiunt & proprie illa, quæ cor & epar confortant,
ſanguinem paucificando ab aquoſitate phlegmatica & ab aquoſitatibus cholericis &
aliis corruptis. ¶ Primum eſt hoc. ℞. *aquæ lact. caprini* ℥ *iij. ſucci cuſcutæ* ℥ *j. miſce & ac-* D
Potiones. *cipiatur in potu diebus ſaltem xv.* Secundum eſt hoc. *ſucci fumi terræ & abſinthii, an.* ℥ *j.*
miſce & accipiatur vt ſupra. ¶ Tertium eſt hoc. ℞. *aquæ ſublimationis radic. acori, aquæ*
ſublimationis napinum, an. ℥ *ij. ß. miſce & totum accpiatur in potu per xv. dies clarificat ſangui-*
nem, diuerſionem faciendo materierum corruptarum ſimul commixtarum, & eſt de
medicinis acceptis *ex ſeptima quarti tractatu & cap. 2.*

Specialia vero remedia tria debilitati virtutis ſubuenientia ſunt iſta. ¶ Primum
Debilitati virtutis ſubuenientia. ℞. *granorum phiſticorum* ℔ *ß. ſemin. communium frigidorum* ℥ *j ß. violarum, ſem. endiuiæ,*
ſcariolæ, lactucæ, an. ʒ *ij. cinamomi electi* ʒ *j. ß. corallorum rubeorum, ſpodii, an.* ℈ *ij. marga-*
1. *Morſelli.* *ritarum* ʒ *iij. carnium perdicum de alis acceptarum* ℥ *v. terantur ſimiliter carnes & phiſtici co-*
cti in vino dulci, vſque ad vltimatam contritionem. Deinde incorporentur cum ℔ *j. ſacchari* E
alb. cocti cum aqua bugloſſæ, & in fine apponantur ſpecies, & fiat confectio in fruſta ℥ *j.* De hac
itaque confectione in omni cibario accipiatur vſque ad ℥ j. ¶ Secundum ſpeciale
2. inſtrumentum eſt, vt vir iſte aſſueſcat cibis ſuis imponere aquam ſublimationis per-
dicum, vel caponum proprie diſtillatam cum foliis baſiliconis recentis vel ſicci.
¶ Tertium, vt gratia confortandi innatum calorem ſaltem in ſeptimana ter acci-
3. piat ſingula vice ʒ j. electæ theriacę Andromachi, & tardet poſt eam cibum ad
minus horis vj. Si autem in temporibus, in quibus vtitur præfatis remediis, venter
eius ſtipticus redderetur, tunc accipiat ante cibum ſemper cochlear vnum huius ele-
Electuariũ. ctuarii. ℞. *medullæ ſebeſten, pulpæ tamarindorum, caſſiæ fiſtulæ, an.* ℥ *iii. ſeminis endiuiæ ace-*
toſæ, ſem. communium frigidorum omnium, an. ʒ *j. cinamomi electi* ʒ *j. ß. ſacchari alb. cocti* F
cum ℥ *iij. aquæ ſublimationis foliorum volubilis minoris* ℔ *ß. incorporentur ſimul, & fiat ele-*
ctuarium, quo vtatur vt dictum eſt. Hęc ſunt meliora, quæ eligere potui in diſpoſi-
tionibus huius viri. Summus autem opifex omnia ipſa in ſalutem eius dirigat. Amen.

CAP.

A Cap. *De tremore cordis & mala complexione ſtomachi.*

Recipe *vnguenti cordialis completi cum reſina* ℔. *i.* De hoc vnguento mediocriter craſſo extendat ſuper panno de grana, qui ſit figuræ circularis & latitudinis ſemiſſis: & ponat ſuper mãmilla ſiniſtra in mane, quando ſurgit de lecto & ſero, quando vadit ad lectum actu tepido. ¶ ℞.*pul. odoriferi* ℥ *j.* quem ligatum habeat in panno de ſindone de grana retorta in forma pilæ facto, quem pro maiori parte temporis odoret. ¶ ℞ *aquæ bugloſſæ* ℔. *j. aquarum cuſcutæ & cichoreæ, an.* ℥ *iiij. miſce.* De iſtis aquis mediocriter calefactis cum pauco ſaccharo accipiat omni mane in aurora cyathum vnum paruum: & hoc diſtanter per nouem horas poſt cœnam, & poſt ipſas tardet cibum horis quatuor. ¶ ℞.*confect.* B *de phiſticis cum ſpeciebus tria ſandalorum.* ℥ *iiij.* de hac conuentione accipiat vnum vel duo fruſta omni die ante cœnã: & poſt ante prandiũ· ¶ ℞.*pulv. de polyp. pul. præparati, an.* ʒ *j. & partiantur in quinq; partes æquales, de quibus ſumat omni ſero immediate ante cœnã.* ¶ ℞.*pillulam vnã de aloe abluta immediate ante cœnã poſtquã conſumpti ſunt pulueres.* ¶ ℞. *elect. de epith.* ʒ *v.* ß. *& diſtemperentur cum vino in mane, & ſumat calidum.* ¶ ℞.*ſacch. alb.* ℔. ß. *turbit bene mundati hermoda, an.* ʒ *j.* ß. *pulu. aniſi dul.* ʒ *j. &* ℈ *ij. ſem. rutæ* ℈ *j. coquatur ſaccharũ cũ aqua rutæ, & fiat confectio in rotulis magnis, & cooperiatur foliis auri, de qua accipiat quantitatem* ℈ *ij. vel* ℈ *j.* ¶ ℞. *aniſi, ſpicæ, macis, ſeminum leuiſtici & rutæ, an.* ʒ *j. cymini* ʒ *ij. pulueris ſenæ* ℥ *j. tartari* ʒ *ij. mellis roſ. co.* ℔. ß. *ſacchari perfecti* ℥ *ij. coquantur ſimul, ſaccharũ & mel, & fiat electuarium, de quo accipiat omni ſero ante cœnam per horam vel* ß. ʒ *ij. vel iij.* ¶ ℞. *diacimini dulcis* ℥ *ij. & acci-* C *piat de ea ante cibum & poſt quantitatem* ʒ *ij & eum continuet per plures ſeptimanas.* ¶ ℞.*confect. de phiſticis ſimplicis* ℔. *j. & ea vtatur vt ſupra.* ¶ ℞.*electuarii de epithymo* ʒ *xviij. de quo ſumat ante cœnam immediate quantitatem nucis muſcatæ.* ¶ ℞. *vnguenti glutinoſi* ℥ *ij. quod applicetur ſtomacho, &c.*

Vnguentũ. *Rotulæ.* *Electuariũ.*

De ægritudinibus ſplenis.

Consilivm CLVIII. *De mala diſpoſitione ſplenis, ex qua propter infectum ſanguinem generantur puſtulæ & ſcabies.*

Vir clariſſimus & eximius vtriuſq; iuris Doctor dominus Sublimanus laborat diſpoſitione ſplenis non ſufficienter mundificati propter melan- D cholicum humorẽ ab epate & a venis. Quare melancholicus humor in epate & in renibus eius recipit caliditatem magnam, per quam inficit ſanguinem & reddit ipſum corruptum & obiectum virtuti nutritiuæ inconueniens, qui dato, quod apponatur membris reſolutis, non tamen vere vnitur & aſſimilatur eis, qui etiam latus ad membra inficit ea: corrumpit & mortificat faciendo puſtulas acutas & vlceratiuas: & dato, quod iſta abſcindantur a membris per vnctiones & ablutiones, tamen millies recidiuaret, niſi perfecte complexio membrorum rectificetur. ¶ Propter quod vir iſte abſtineat a cibis & potibus omnibus acutis, vt cæpis raphano, allio & ſimilibus, & a rebus valde pinguibus valde ſalſis, ab eruca, caulibus & ſimilibus: & a vinis valde fumoſis acutis. Et præter hæc iam dicta accipiat cibum E omnem libito ſuo. *Diæta.*

Pro regimine vero medicinali vtatur iſtis tribus: quorum deſcriptiones infra poſitæ ſunt. ¶ Prima eſt deſcriptio pillularum, de quibus ſaltem omni ſexta die parum ante cœnam accipiat vnam: & ſic ſemper continuando eam, niſi fluxus ventris immoderatus acciderit. ¶ *Accipe aloes ablutæ* ʒ *ij.* ß. *lap. ar. & lazuli, an.* ℈ *j. fiant pillulæ ex omni* ʒ *vj. cum ſucco roſæ.* ¶ Secundum remedium eſt iſtud electuarium, de quo ſaltem omni menſe bis in aurora accipiat ʒ iij. ß. cum medio cyatho aquæ lactis, reliquo autem tempore vtatur pillulis ſupraſcriptis. ℞. *electuar. de pſyllio, de epithymo, an.* ℥ *ij. electuarii roſar.* ℥ ß. *miſce.* ¶ Tertium remedium ſpeciale eſt deſcriptio, quarundam ſpecierum, quę debent in aqua coqui: vt infra apparet, de qua aqua quando inſtat neceſſitas magni pruritus & F multitudo puſtularũ corrumpentium. Iſte dominus madefaciat corpus ſuum totũ aut ſaltem partes illas, quæ magis læſæ ſunt a ſcabie. ℞. *radic. ſerpentariæ, ænulæ & lapatii, an.* ℥ *j. ellebori nigri* ʒ *iij. coquantur ſimul in viij. phialis aquæ vſq; ad conſumptionem quartæ partis & fiat; vt dictum eſt.* ¶ Ad idem. ℞.*aluminis iameni* ℥ *j. argenti ſublimati* ℥ ß. *bulliant in tribus metretis aquæ vſque ad conſumptionem tertiæ partis, & fiat vt ſupra.*

Pilulæ. *Electuariũ.*

Pro ſcabie accipiat hoc electuarium in aurora cum medio cyatho aquæ lactis A
Electuariū contra ſcabiem. calidæ, poſt dormiat per vnam horam, tardet cibum aſſumere horis quinque: & poſt
per vnam horam prandeat. ℞. *electuarii de epithymo, electuario de ſucco roſarum, an.* ʒ ij.
miſce, & ſumat vt ſupra. ¶ Secundo accipiat iſtas aquas in aurora. poſt dormiat per v-
Potio. nam horam, & tardet cibum horis quatuor ad minus. ℞. *aquæ de fumo terræ, acetoſæ*
& enulæ, an. ℥ *j. miſce.* ¶ Tertio quando accipit digeſtiuum per aliquot dies, ſi
venter eius fuerit ſtipticus, accipiat omni tertio die parum ante cœnam pillulam v-
nam de aloe abluta, & poſt comedat immediate ¶ Quarto accipiat octauo die ʒ j.
de pillulis iſtis infra ſcribendis hora ſupraſcripta in minoratiuo, & poſt dormiat per v-
nam horam cum dimidia, & tardet cibum horis vj. in quarum quinta accipiat cya-
thum vnum aquæ ſaccharatæ calidæ. ℞. *pillularum aurearum & de hiera compoſita, an.* B
Pilula. ℈ *ij. lap. ar. & lazuli, an. gran. vj. fiant pillulæ ex omni* ʒ *vj.* ¶ Quinto poſt euacuationem e-
radicatiuam inungatur corpus totum bis in die, ſcilicet in ſero, quando vadit ad le-
ctum, & mane, quando ſurgit, aut ſaltem in ſero vſque ad quatuor dies vel vj. cum
Vnguentū. hoc vnguento. ℞. *vnguenti de ſucco enulæ* ℥ *iij. vnguenti alb.* ℥ *j. miſce.* ¶ Vltimo vero fa-
ctis omnibus ſupra dictis remediis abluat corpus ſuum cum decoctione radicum & fo-
liorum lapatii & ænulę tribus vicibus, quam ablutionem continuet per mediam ho-
ram, &c. Hæc ſunt, quæ ſuccincte ſentio meliora de huius viri diſpoſitione: velit O-
mnipotens, vt per hęc ſanitatem conſequatur.

Consilivm CLIX. *De duritie & oppilatione ſplenis, propter malam complexio-* C
nem frigidam eiuſdem.

ISTA venerabilis matrona religioſa, ſicut apparet, ęgrotat duplici ægri-
tudine principaliter. Prima eſt mala complexio frigida ſplenis ipſius no-
tabiliter & aliqualiter ſicca: licet non tantū ſicca, quantum frigida, & ad
ipſam ſequuntur oppilationes in ipſo ſplene prouenientes a materia mix-
ta a phlegmate & melancholia. Et quando dominatur materia melan-
cholica ſuper phlegmaticam, tunc inuenitur tenſio cum duritie & rugitu in ſplene
ſuo. Si autem dominatur phlegma ſuper humore melancholico, tunc inuenitur in
ſplene eius tumefactio ſine duritie, & ventoſitatum multitudo in ſplene ſuo, propter
quæ omnia comprimitur diaphragma & alia membra anhelitus. Vnde neceſſe eſt D
fieri tuſſim moleſtam & fortem. Et hæc diſpoſitio poteſt communicari capiti & lę-
detur cerebrum per colligantiam eius ad ipſum. Et quia mulier iſthęc mediocriter
carnoſa eſt, vt ſcribitur: rationabile in ipſa cholera inueniri debet, quæ commix-
ta cum phlegmate reddit ipſum ſalſum: & eſt cauſſa efficiens & materialis ſputi præ-
dicti ſalſi.

Pro regimine eius quinque videntur mihi principaliter obſeruanda & neceſſa-
ria. ¶ Primum eſt, quod patiens abſtineat a cibis frigidis & humidis, & ventoſis;
ſicut a leguminibus omnibus, & lacte & lacticiniis cibis: a multo vſu betæ, ſpina-
chiarum, lactucę, portulacæ, cucum. cucur. & conſimiliū actu & potentia frigida &
humida. ¶ Abſtineat a vino dulci cuiuſcunque coloris & conditionis exiſtat: & a E
multo vſu ciborum conditorum cum ſaccharo & melle: licet mellita cibaria, & pro-
prie, quando condiantur cum aceto ei conueniant: & omnino euitet vſum aquæ fri-
gidæ ſimplicis, vel cum aliis commixtæ. ¶ Secundum principale obſeruandum in
ipſa eſt, vt in præſenti menſe, aut ſaltem, ſecunda die futuri menſis faciat phleboto-
miam ſaluatellæ ſiniſtræ manus inuentæ inter annularem digitum & auricularem:
qua educantur ſanguinis ℥ v. vel iiij. ¶ Tertium principale eſt, vt per totum men-
ſem Iunii futuri accipiat infraſcriptas aquas in aurora calefactas abſque aliqua alia
mixtione ſacchari vel alterius rei. ℞. *aquæ tamariſci, & ſcolopend. an.* ℥ *j. ß. aquæ mel-*
liſſæ ℥ *j. miſce.* ¶ Quartum principale eſt, vt cum acceperit prædictas aquas per vj.
dies continuos, tunc ſeptima immediate ſequenti die prętata prædicta hora acci- F
piat v. de infraſcriptis pillulis: poſt quas non comedat niſi tranſierint horę quinque:
℞. *epithymi, polypod. folliculorum ſenæ, an.* ʒ *j. lap. lazuli præparati.* ℈ *iiij. aloes ablutæ* ʒ *ij. dia-*
Pillula. *gridii gran. iiij. agarici electi* ℈ *ij. formentur pillulæ cum ſucco ſaluiæ de omni.* ʒ *vj.* ¶ Quintum
principale eſt, vt vtatur infraſcripto puluere, de quo ſuper prora capitis tota, vbi ho-
mo effi-

A mo efficitur caluus, omni quarta die ſpargatur ad quantitatem quatuor granorum frumenti ipſum ſpargendo inter capillos. Et attendat inſuper, quod omni tempore vitæ ſuæ de hoc puluere poteſt vti, cuius deſcriptio. *℞. roſ. ſpodii corallorum alborum & rub. an. ℈ j. macis ℈ iiij. garyophilorum ʒ ß. puluerizentur omnia ſubtiliter per ſe: deinde commiſceantur ſuperaddendo ligni aloes ſubtiliter puluerizati ℈ ij. in fine.* *Puluis capiti ſuperſpergendus.* ¶ Et memoret inſuper, quod ſupraſcriptis pillulis in quarto cap. poteſt vti toto tempore vitæ ſuæ accipiendo ex eis vnam omni quinta die parum ante cœnam, ſi percipiet grauitatem ſtomachi, aut vnã ex eis per duas horas poſt cœnam dum percipiet grauitatem capitis. Et nullum dubium eſt, quod ſi vtetur regimine tali præſeruabitur ab incurſu deterioris nocumenti, & ſanitatem ſuam recuperabit ad melius valde.

B

Consilivm CLX. *De quibuſdam accidentibus euenientibus capiti, cordi & ſtomacho prouenientibus a debilitate & oppilatione ſplenis & frigiditate eius, &c.*

ACCIDENTIA huius omnino venerabilis ſerui Dei, Domini noſtri Ieſu Chriſti, radicaliter proueniunt a debilitate & oppilatione ſplenis ipſius, qui non eſt potens ad expellendum ſuperfluitates in tempore congeſtas. Remanent ergo ibi & in ventoſitates conuertuntur, quæ aſcendunt ad cor & caput vehementer lædendo ea. ¶ Et ex eodem fundamento propter malam complexionem frigidam ipſius ſplenis, ſtomachus per colligantiã læditur in digeſtione ſua, hæc eſt in ſumma huius viri diſpoſitio. Itaq; prouidendum
C eſt ei cum remediis infraſcriptis. ¶ Primo, vt vno mane hora electa fiat ipſi phlebotomia ſaluatellæ, poſitæ inter annularem & auricularem digitos ſiniſtræ manus per quam extrahantur ſanguinis ℥ iiij. vel v. ¶ Sequenti die minoretur materia cum hac medicina. *℞. aqua ſcolopend. ℥ ij. electuarii diaſene & hamech, an. ʒ iij. calefiat totum, & accipiatur in aurora non multum dormiendo poſt ipſum, & tardet prandium ſex horis.* *Bolus.* ¶ Tertio pluribus diebus in aurora accipiat ℥ v. aquæ ſcolopendrię calefactæ, & tardet cibum poſt eam per horas tres. ¶ Quarto diebus intermediis & quaſi per vnum annum vtatur pillulis infraſcriptis; de quibus accipiat vnam vel duas ante cœnam immediate: & poterit ex eis vij. accipere omni fine xvj. dierum obſeruando poſt eas ea, quæ dicta ſunt de electuario, quarum deſcriptio eſt hæc. *℞. alo. præparatæ cum ſucco endiuiæ ℥ j. tamariſ.*
D *corti. capparorum ſcolopendriæ, an. ℈ ß. ammoniaci mollis ʒ iij. lapidis lazuli, lap. armeni præparatorum, an. ʒ iij. fiant pillulæ cum ſucco foliorum agni caſti.* *Electuarium.* ¶ Quinto frequenter inungat regionem ſplenis ſub coſtis ſiniſtrę partis cum hoc linimento. *℞. olei nardini, olei de capparibus, an. ℥ j. ß. ſem. agni caſti, ſcolopendriæ & tamariſci, ammoniaci, corti. capparorum, an. ʒ ß. pulueris ameos ℈ ij. terantur ſimul, & ex eo calido fiat inunctio.* *Linimentum.* ¶ Ad prohibendum vero nocumentum in corde, ſequens portet ſemper ſuper mamilla ſiniſtra hunc ſacculum infra interulam conſutum. *℞. ſpecierum electuarii de ligno aloes, ſpecierum lætificantis Almanſ. an. ʒ v. puluerizentur omnia, & fiat ſacculus quadrangulatus in ſindone de grana.* *Sacculus.* ¶ Ad prohibendum vero euaporationem ad caput, & ad confortandum digeſtionem ſimul, vtatur hac confectione, de qua ſemper poſt cibum accipiat
E rotulam vnam. *℞. maſticis ʒ j. roſarum, ſpodii, menthæ, an. ʒ ß. coriandri præparati ℥ ij. conſeruæ cydoniorum ℔ ß. cum vino cydoniorum calefacto fiat confectio in rotulis ℥ ß. his factis ſi ſanus erit*, offerat perpetuas altiſſimo laudes: ſin minus ſcribat & prouidebitur ei de aliis. *Rotula.* Ad laudem Dei omnipotentis. Amen.

Consilivm CLXI. *De duritie apoſtemoſa ſplenis.*

DVRITIES apoſtemoſa ſplenis huius nobiliſſimæ Matronæ cauſſam habet & habuit ſui ipſius rationabiliter productiuam. Febres enim prolixæ propter continuam quaſi reſolutionem, quam faciunt in ſpiritibus & al-
F terationem vel corruptionem; quam faciunt in materiam nutrimenti, euertunt corpus ad corruptionẽ humorum & totius ſubſtantię membrorũ. Vnde propter modum reſolutionis ducentis ad priuatiuam ſiccitatem: & per viam exiccationis poſitiuæ, quæ prouenit eſſentialiter ad febrem, in quantũ eſt motus ſiccus, & credo prouenisse a materia huius febris patientis, quã credo fuiſſe cholerã notam

vitellinam a ſapientibus nuncupatam: corpus & materia eius perductæ ſunt ad incine- A
rationem & acquiſitionem terreſtreitatis: propter quod non eſt mirum ſi ſplen ipſius
apoſtematur & induratus eſt. Vnde & hæc mulier ægrotat duplici genere ægritudi-
num, ſcilicet complexionali, vt eſt frigiditas, & compoſitionali, ſicut eſt durities aut
apoſtema ſplenis. Et hi ſermones facile colligi poſſunt, apud Auic. *prima quarti, cap. de
tertiana non pura. & ibidem cap. de quintana & ſextana.* & apud Gal. *lib. ſecundo de differentiis
febrium, & vndecimo terapentice, & primo ad Glauconem.* ¶ At vero hæc ęgritudo accidenti
ſatis tremendo complicata eſt. Scribitur enim, quod fere omni quarta aut quinta die
ſuperuenit ei fluxus ſanguinis a naribus copioſus valde, qui prouenire poteſt a forti-
tudine virtutis laborantis ad euacuandum materiam antecedentem illius apoſtema-
tis criticis permutationibus, quod ſi ita contingeret, bene ſperandum eſſet de termi- B
natione eius. Si autem huius ſanguinis euacuatio aſſociaretur debilitate virtutis per-
ſeueranti: hic fluxus ſanguinis malam terminationem argueret in ea futuram.

Quacunq; tamẽ contingat ei, prouidendum decreui quinq; remediis infraſcri-
ptis. Anguſtia enim temporis non concedit mihi modum ſubtilius ampliandi ſcri-
pturam, ſed applicari poſſunt remedia conuenientia. Et ſi ſuccedet ei, bonum erit: ſin
minus, fortaſſis vberior in hac materia contemplabor, ſi concitus ero. ¶ Primum ita-
que inſtrumentorum iſtorum eſt potus iſte, quem hęc mulier per vnum menſem
Aqua. continuum omni mane in aurora accipiat. ℥ iiij. calido exiſtente actu. ℞. *aquæ deſtil-
lationis ſcolopendriæ, tamariſci & cuſcutæ, an.* ℔. *j. bibatur ex ea omni mane* ℥ *iiij. cum* ℥ ß. *aceti
ſquillitici, vt dictum eſt.* ¶ Secundum inſtrumentum eſt, quod omni ſero per horam C
Pillulæ. ante cœnam, deglutias tres de iſtis pillulis. ℞. *armoniaci mollioris* ℥ ß. *pulueris ſemi-
num agni caſti, cuſcutæ & plantaginis, an.* ℈ ß. *cum ſucco matriſſyluæ, fiant pillulæ de omni*
ʒ *vij.* ¶ Et ſi contingeret quod venter huius mulieris non eſſet bene ſolutus: tunc
recipiatur ℥ ß. prædictarum pillularum aloes epaticæ per quinque dies macerati in
℥ iij. ſucci matriſſyluæ, quæ Dioſcorides vocauit ſplegmonem ℥ j. fiant pillulæ de
omni ʒ vj. de quibus omni ſero accipiatur vna immediata ante cœnam. ¶ Tertium
Alia. inſtrumentum eſt: vt hæc mulier omni mane ante prandium immediate accipiat
Rotula. rotulam vnam huius confectionis. ℞. *trociſcorum de capparibus* ʒ *j. trociſc. de ſpica* ʒ ß. *pul-
ue. radic. liquirit.* ℈ ß. *ſacchari ſecundæ coctionis* ℥ *v. cum aqua ſcolopendriæ, fiat confectio in
rotulis* ʒ *iij.* ¶ Quartum, vt accipiantur aceti albi ℔ xv. in quibus quinque vicibus D
exſtinguatur fruſtum chalybis ponderis libræ vnius, quod ſit bene candens: accipian-
tur igitur fruſta biſelli panni amplitudinis duarum ſpithamarum & infundantur in
prædictum acetum, & ſuperponantur toti hypochondrio ſiniſtro bene calefacto, &
ſuperligentur loco illi mane, meridie & ſero ante cibum permutando ipſum, & fiat
Ceratum. hoc octo diebus continuis. ¶ Vltimum inſtrumentum eſt ceratum hoc, quod al-
teris diebus octo ſequentibus immediate applicetur hypochondrio vbi ponebatur
pannus: & ibidem continue appoſitum permaneat: cuius deſcriptio. ℞. *ammo-
niaci, pinguis & electi* ℥ *j.* ß. *diſſoluendum, ſeminis plantaginis & agni caſti, ſcolopendriæ & ta-
mariſci & corticum capparorum, an.* ʒ ß. *fiat ceratum lunaris figuræ tantæ amplitudinis &
paulo maioris quantæ extenſionis eſt apoſtema vel durities ſplenis:* & ibidem permaneat octo E
diebus: poſt hoc autem remoueatur, & fiat reuolutio ad appoſitionem panni infuſi in
aceto, vt prædictum eſt. Et ſic circulare fiat tranſitus in curatione de panno ad cera-
tum & econtra continuando hoc & ſupraſcripta remedia: vt iam dictum eſt, hoc au-
tem ad laudem Dei.

De ægritudinibus ventris inferioris & inteſtinorum.

CONSILIVM CLXII. *De colica paſſione cum doloribus inteſtinorum circa vmbilicum.*

DOLORES, quos patitur vir nobilis Nicolaus Perundus ſecundũ quod mihi F
narratũ eſt, perſeuerant circa regionem vmbilici, tam ſuperius, q̃ inferius:
& extenduntur etiam ad latera, quibus etiam quandoque ſuccedit vomi-
tus ſatis magnus & ſolutio ventris non minor iſto: qui etiam dolores ex-
tenduntur, vſque ad renes & ſpinam. ¶ Et licet exiſtimari poſſit, quod
ſint do-

A ſint dolores renum prouenientes ab arenulis vel grumis vel lapillis in eis, indicatione ſumpta ab extenſione doloris per partes prædictas, tamen aſpiciendum eſt, ne hæc diſpoſitio reducenda ſit ad diſpoſitionem cholicæ paſſionis, quam alias in ipſo vidi & curaui moleſtiſſimam intenſiue & extenſiue, quo ad tempus & membra, aut ſaltem hi dolores iliaci communicari poſſunt cum cholica. ¶ Credo ego, quod hæc diſpoſitio magis ad ſpeciem cholicę paſſionis deduci debeat. Propter quod qualitercunque contingat, reponi ęgritudinem in altera prædictarum denominationum, vel in pluribus earum apparet: quoniam intentio curationis ſatis communicat in omnib. illis: & proprie principaliter in ſedando dolores, quorum intentionem & perdurationem vir iſte nobilis multo tempore tolerare non poſſet.

B Pro quorum curatione præmiſſo debito regimine, per ſapientiſſimos Doctores ordinato in rebus non naturalibus. Videtur mihi prouidendum eſſe ei quinque remediis infraſcriptis. Quorum primum eſt: vt huic viro ſæpe applicentur ventoſæ ſiccæ magnorum orificiorum. Quandoque inter vmbilicum & os ſtomachi in media regione illius, quandoque permutentur ad ilia: quandoque ad ſumen, in quibus inuenietiuuamentum ſingulare. ¶ Secundum remedium eſt hoc. ℞. *olei de chamomilla & olei de aneto, an. ℥ iij. olei de croco ℥ ij. farinæ orobi, farinæ fabarum, an. ℥ j. ß. coquantur lento igne ſuper cineribus calidis abſque flamma, & cum cœperint inſpiſſari, addantur eis vitelli ouorum numero decem croci ʒ j. trociſcorum ſtellæ ℈ ij. coquantur omnia inuicem vſque ad debitam commixturam.* Et de hac medicina totus venter eius a ſcuto oris ſtomachi Emplaſtrum

C vſque ad inguina & ilia omnia emplaſtrentur actu calido. Et placet etiam mihi ſumme: vt de eodem medicamine emplaſtrentur renes & tota ſpina eius. ¶ Tertium remedium eſt, vt fiat ipſi mane & ſero clyſtere hoc. ℞. *brodii decocti galli antiqui præparati ſecundum artem ℥ iiij. olei de viol. citrinis, de chamomilla & de aneto, an. ℥ ij. olei vulpini ℥ j. ß. croci ʒ ß. vitellos ouorum numero iij. ſalis gemmæ ʒ j.* imponantur intra, &c. Clyſter

¶ Quartum remedium eſt hoc. ℞. *electuarii, quod tranſmitto ʒ iiij. ß. aquæ ſublimationis chamomillæ ℥ ij. calefiat aqua & commiſceatur prædicto electuario, poſt quod tardetur prandium per ſeptem horas.* In hoc enim electuario maximum eſt iuuamentum in ſimilibus diſpoſitionibus in mundificando totum ventrem a materiebus corruptis carminando & expellendo ventoſitates omnium intraneorum membrorum. Et ſi de eo-

D dem electuario acciperet bis in ſeptimana, vtiliſſimum eſſet ei. ¶ Et ſi nollet iſto modo accipere: bonum eſſet, quod omni ſero per duodecimam partem horæ ante cœnam deglutiret de hoc electuario quantitatem vnius nucis muſcat. deſcriptio electuarii eſt iſta. ℞. *cubebarum, xylobalſami, carpobalſami, bacca lauri, an. ʒ j. aniſ. liquirit. an. ʒ ij. ſem. rutæ, leuiſtici & fœniculi an. ʒ j. macis ʒ iij. cinamomi electi ʒ ij. thymi, epithymi, polypod. carthami, an. ʒ iij. ſyrupi conſeruationis zinziberis viridis ℥ viij. ſalis indi. ℥ ij. ſacchari albi ℥ ij. coquantur ſimul cum ſyrupo & reliquis ſupper additis fiat electuarium.* ¶ Quintum remedium eſt, vt omni mane poſt prandium per horam cum dimidia deglutiat vnam de iſtis pillulis, quas ipſi tranſmitto & ſpero, quod felicitabitur diſpoſitio eius cum iſtis, quę non ſcripſi, quod credam aut velim ſuperaddere inſtrumentis & pruden- Electuarium

E tiæ tantorum doctorum, qui curant hunc virum, ſed oportet amicis complacere & ad rogamina condeſcendere, Deſcriptio eſt hęc. ℞. *magdaleonis pillularum alephanginarum Meſuæ ℥ ß. polypod. epithym. ſalis indi. an. ℈ ß. diagridii, gran. ij. formentur pillulæ cum ſucco roſ. de omni ʒ vj.* Ad laudem Dei omnipotentis. Amen. Pillulæ.

CONSILIVM CLXIII. *De immoderata ſtipticitate ventris ab inteſtinorum frigiditate dependente ſimul, & a prohibitione tranſitus choleræ ad inteſtina.*

DISPOSITIO, quæ vltimo remanſit in viro nobili Triuiſino cognomine a vulpe nominato: eſt immoderata ventris ſtipticitas: propter quam diffi- Cauſa huius ſtipticitatis.

F culter aut quaſi nunquã naturaliter habet ventris beneficium: imo etiam cũ applicatione medicinarum lenientium & ſolentiũ venter eius difficulter moueri poteſt. Cuius quidem accidentis cauſſa principalis eſt debilitas expulſiuæ virtutis, proueniens a mala complexione frigida inteſtinorum omniũ. ¶ Secunda vero huius ſtipticitatis cauſſa eſt prohibitio tranſitus cholericæ materiei a

canali fellis ad inteſtina. Phlegmatica enim materia multa per viã indigeſtionis mul- A tiplicata in ſtomacho,& in venis ſua viſcoſitate oppilat viam veſicę fellis,per quã cholerica materia ad inteſtinum ieiunum deſcendens ſua acuitate ſtimulat expulſiuam. ¶ Efficiens vero cauſſa huius ſtipticitatis eſt debilitas expulſiuæ iam dicta: prohibitio vero tranſitus materiei cholericæ tenet locum materialis cauſſæ.

Et ex hoc fundamento apparet via curationis huius diſpoſitionis, quæ coſiſtit in quatuor principalibus conſiderationibus & inſtrumentis. ¶ Primũ eſt fortificare virtutem expulſiuam. ¶ Secundum eſt aperire viam tranſitus cholericæ materiei ad ipſa. ¶ Tertium abſcindere cauſſas oppilationis prędictæ. ¶ Quartum conſeruare vias illas lenificatas & apertas bene,ſecundum quod oportet. B

Aer Diæta. Primum itaq; horum completur per debitam applicationem ſex rerum non naturalium. ¶ Itaq; euitet moram & habitationem in locis frigidis & ſuccis multum ventoſis. Item dimittat omnia cibaria infrigidantia, inuiſcãtia & oppilantia; velut paſtiles & lacticinia, neruoſas & pelliculoſas animalium partes: & caſei omnis vſum, legumina omnia, & proprie elixa, & multum cocta, carnes antiquas & valde duras, cibaria omnia ſalita multũ. ¶ Item piſcium omnium vſum ſaltem frequẽtem, fructus ſtipticos, velut granata, cydonia, ſorbas, meſpilas & ſimilia. ¶ Effugiat etiam omnis vini vſum craſſi vel oppilatiui, & proprie nigri & conturbati. Dimittat etiam vſum panis azymi aut valde torrefacti. Præter hæc autem cibaria & potus vtatur omnibus aliis ad placitum. ¶ Adhuc etiam effugiat motus omnes & exercitia laborioſa: & proprie poſt cibum. ¶ Et inclinetur in regimine ſuo ad dormiendum parumper amplius conſueto. At C hoc vt digeſtio melius perficiatur & ſequatur ad illud ſubſtantifica inteſtinorum humectatio amplior, quam ſi non bona fieret digeſtio. ¶ Similiter etiam euitet ciborum & potuum aſſumptionem in quantitate multa. Iam enim dictum eſt, quod digeſtiua eius ſit debilis propter frigiditatem & humiditatẽ ſtomachi ſui. multitudo itaq; ciborum obtinendo calorem innatum ſtomachi & inteſtinorũ, eſſet cauſſa renouandi & conſumendi oppilationes iam dictas, & augmentandi frigiditatem in ſtomacho & in inteſtinis. ¶ Accidentia vero animæ parum per exſiccantia & acuentia calorem eſſent ipſi conuenientia, quia mobilitarent inteſtina & materiam in eo contentam, & augmentarent expulſiuam eius, quæ omnia tu ipſe ſcis, ſi bene conſideras.

Curatio per medicinalia. Secunda vero intentio & inſtrumenta curationis præmiſſæ diſpoſitionis fun- D dantur in adminiſtrando medicinas aperitiuas: & ſecurius commiſcendo eas cũ cibis, gratia cuius complendæ quinq; ponã inſtrumẽta, vt nunc ſequitur. ¶ Primum vt ſemper in cibis ſuis bulliant radices ij. vel iij. dauci aut fœniculi aut petroſel. ſed primũ eſt melius apud me ſemper. ¶ Secundum eſt, vt aſſueſcat ſæpe modicum ante cibum maſticare x. vel xij. grana milii ſolis, bonum ei eſt. ¶ Tertium, vt iterum ante cibum ſæpe vtatur rotulæ j ʒ iij. confectionis de ſe. deſcriptæ a Mes. *in antidotario diſtinct. 1.* ¶ Quartum, vt in aurora ſæpe accipiat ℥ iiij. aquæ cuſcutæ calefactæ, cũ modico ſacchari. Ego autem experientia ſcio, quod ſi oppilati vel apti ad oppilationes deglutiant ʒ ß. vel pillulas tres factas de puluere rubeæ tinctorum cum ſucco limonum, quod ſit ſecretum magnũ in aperiendo oppilationes & præcauendo futuras, &c. ¶ Quintũ vero ſpecia- E *Linimentũ.* le eſt, vt vtatur ſępe linimento facto mane & ſero ſuper toto hypochondrio dextro etiam vſque ad inguina actu calido, cuius deſcriptio. ℞. *olei nardini ℥ j. ß. olei de aneto ℥ ß. ſalis indi, rubeæ tinctorum, orobi & eupatorii radic. aſparagi an. ʒ j. commiſceantur omnia ſimul in ampulla, quæ pendens in aquam bullientem diligenter cooperta coquatur vſque ad medietatem, & fiat vt dictum eſt.*

Abſciſsio cauſſarum euentus oppilationum. Tertia vero intentio abſcindendi cauſſas euentus oppilationum per duo præmiſſa facile obtinere poteſt. ¶ Aut vero iterum debilitatem inteſtinorum, & proprie expulſiuę facile tollit frequens vſus clyſteriorum cum oleo amygdalarum amararum factorum. ¶ Item ad iſtud confert frequens vſus inteſtinorum omnium animalium iuuenum. ¶ Item confert ad iſtud vſus brodialium mediocriter pinguium F & lenientium compoſitorum cum pinguedinibus recentibus abſque ſale. ¶ Quarto potus ℥ j. aut mediæ olei de kerua actu calidi in mane frequenter exhibiti: poſt quem tardetur cibus horis ad minus quatuor. Scio etiam q; frequens inunctio totius ventris ſuperioris & inferioris cum oleo calido decoctionis radicum enulę vſque ad medie-

A medietatem facto frequenter vigoret expulſiuam ſtomachi & inteſtinorum, & prohibeat opp.lationem in eis effici & confirmari. Et hoc ſignum eſt notandum.

Pro complemento vero intentionis vltimæ ſcribentur inſtrumenta quinque, quorum vſus alternatim omnem debilitatem expulſiuæ inteſtinorum auferri poteſt, & ventrem totum lenem efficere, ac etiam lenem conſeruare. ¶ Primum eſt puluis iſte. *℞. polypod. bene mundati ʒ ij. liquirit. ʒ j. pulueris gratiolæ, quæ eſt, perſicaria minor, ſecundum quoſdam ʒ j. ß. farinæ ſiſami. ℈ ij. zinziberis, gran. vj. macis gran. viij. ſalis indi modicum torrefacti ʒ j. ß. fiat omnium per ſe puluis: & commiſceantur*, de quo frequenter ante cœnam vel prandium ʒ j. accipiatur cum media ſcutella brodii carnium recentium. Hic puluis educit phlegmata & ſuperfluitates melancholicas & viſcoſitates in inte- *Puluis.*
B ſtinis inuentas. ¶ Secundum vero inſtrumentum eſt, vt ſæpe patiens accipiat vnam pillulam factam ex aloe ſuccotrina, cuius ʒ ij, infuſæ ſteterint in ℥ v. ſucci corticum radic. ſambuci vſque ad conſumptionem ipſius factam ſub radiis ſolis vel tegula calefacta. ¶ Tertium eſt puluis iſte, cuius vſus cholericas educit ſuperfluitates & phlegmaticas carminat ventoſitates in concauitatibus inteſtinorum repertas, & educit etiam ſuperfluitates melancholicas ab eis. Cuius deſcriptio. *℞. folliculorum ſenæ electorum ℥ j. diagridii ʒ j. ſalis indi ʒ ij. liquirit. vel ſucci eius ʒ j. aniſi, cymini, dauci, an. ℈ ij. reupon. electi ſolidi ʒ ij. macis ʒ j. pulueriżentur omnia per ſe, & commiſceantur & accipiatur ex eo ʒ j. vel ℈ ij. aqua, decoctionis ſacchari vel brodio pingui parum ante cœnam.* *Aliut.*
¶ Quartum eſt potus iſte. *℞. aquæ decoctionis mercurialis factæ, vſque ad medietatem ℥* *Potio.*
C *v. ſacchari rub. ℥ j. ß. diſſoluatur totum & bibatur ante cœnam.* ¶ Vltimum vero inſtrumentum valde vtile & ſecurum eſt hoc. *℞. medullæ caſſiæ extractæ, cum aqua ſublimationis mercurialis ℔. ß. electuarii de pſyllio, diaſenæ, an. ℥ iij. ſacchar. rub. ℥ ij. ß. conquaſſentur ſimiliter hæc omnia cum ʒ j. pulueris diagridii. Deinde bulliant in ℔. ß. aquæ ſublimationis, ſlorum violarum lento igne vſque ad ipſius aquæ conſumptionem.* De hoc igitur electuario oppilati & ſtiptici perſæpe accipiant ab ℥ ß. vſque ad vnam ante cibum deglutiendo ipſum. Eſt enim medicamen vtile ad lenificationem & oppilationem ſatis expertum. Ad laudem Dei omnipotentis. Amen. *Electuarium.*

D CONSILIVM CLXIV. *De quinque malis diſpoſitionibus, videlicet. ¶ De ſtipticitate ventris, & cum rugitu & ventoſitate: cum corrupta digeſtione & eructatione acida: & a materia melancholica in meſenterio multiplicata. ¶ De debilitate cordis cum motu tremulo. ¶ De ſcotomia & vertigine. ¶ De imaginationibus oculorum. Et de corruptione operationum ſenſuum interiorum. ¶ Diuiditur autem Conſilium in particulas quinque.*

PARTICVLA I. *continens duo capita eſt de prima diſpoſitione.*

CAP. I. *De cauſſis & ſignis eiuſdem primæ diſpoſitionis.*

QVINQVE ſunt ægritudines vel accidentia, quæ ingenter moleſtant
E literatiſſimum virum dominum Leonardum de Teramo. Quorum cuilibet prouidere non niſi cum magna anxietate videtur eſſe poſſibile. Tum propter eſſentiam iſtorum accidentium in ſua forma bene conſideratorum: tum etiam, quia talia accidentia ſunt paſſiones membrorum corporis principalium, aut valde nobilium. Tertio, quia talia ſunt valde chronica. ¶ Quarto, quia ipſorum aliqua contrarietatem videntur habere inter ſe tam ex parte cauſſarum efficientium, quam ex parte diuerſitatis læſionum prouenientium ab eis. ¶ Eſt autem horum accidentium primum in ordine multitudo melancholiæ, partim naturalis multiplicatæ in meſenterio & mirach a ſplene eius prędictis locis materiam talem effundente. Altera vero pars huius melancholiæ in prædictis lo- *Cur hæ diſpoſitiones ſint curatu difficiles.*
F cis aduritur: ſiue illius aduſtionis cauſſa ſit, vt credo, oppilatio facta in prędictis locis ab hac materia, propter quam per prohibitam euentationem intenditur calor illius materiei aduſtiuus in pluribus abſque putrefactione illius talis materiei: licet etiam non raro cognouerim ego talem materiam in eo putruiſſe & febres melancholicas continuas proportionales effeciſſe.

Adhuc etiam illius materiei melancholicæ aduſtiua cauſſa coadunatiua ſiue cõ- A
pletiua potuit eſſe intenſa caliditas epatis & renum eius, ſed quia vſque nunc non ha-
bui manifeſta ſigna caliditatis in iſtis membris, ideo amplius non protendo ſermonẽ.
Et ex hac cauſſa aduſtionis harum materierum in meſenterio & mirach plurium acci-
dentium in eo apparentium pulchre reddi poteſt cauſſa. ¶ Primo, quia venter eius vt
in pluribus eſt excellenter ſtipticus: poſitiua enim frigiditas concurrit ad immobili-
tandum materiam. Siccitas vero ipſius iuuat ad conſumẽdum humidum ipſorum in-
teſtinorum, per cuius irrorationem in eis acquiritur fluxibilitas ventris. Similiter illa
ſiccitas exiccat humidum ipſarum fæcum, vnde & expellibile quod eſt ipſa fæx & in-
teſtina expellentia ad expellendum ſunt inepta. ¶ Ad hanc etiam ſtipticitatem effi-
ciendam concurrit caliditas aduſtiua prædictarum materierum per modum ſuæ reſo- B
lutionis, exiccando materiã & priuando inteſtina ab irroratiua materia prędicta. ¶ Et
fortius & pulchre, quia cum materia talis ſecundum multam ſui quantitatem tenea-
tur in meſenterio, concurrit per modum ſuæ frigiditatis naturalis conſtringendo &
ſuæ ſiccitatis conſumendo humidum roridum, quod gratia finis a natura reconditum
eſt in glandoſis partibus meſenterii. Inde neceſſario conſequitur ſtipticitas, raro bene
a Medicis cognita & cita. Et colligitur hæc ſententia *16. tertii de ſignis ſtipticitatis*. Et ite-
rum *cap. de cauſſis colicæ, tract. 5. ibidem contemplando.* ¶ Secundum vero accidens princi-
pale eſt multitudo rugitus & ventoſitatum in inteſtinis multiplicatarum in ſplene &
in ſtomacho etiam: hoc autem verificatur a multa melancholia & a caliditate ventoſa-
tiua ipſius. ¶ Tertium eſt corrupta digeſtio proueniens a ventoſitate mobilitate ci- C
bos in ſtomacho & a frigiditate diminuente operationem caliditatis in cibo. ¶ Quar-
tum adhuc ſequens eſt eructatio frequenter acida & fumoſa. ¶ Quintum vero,
quod ſequitur ad iſta, eſt latio harum ventoſitatum ad caput eius lædentium modis
tangendis inferius.

Cap. II. *De cura primæ diſpoſitionis malæ.*

Diæta. PRo cura itaque huius diſpoſitionis quinque principalia ſuccincte tan-
gendo mihi obſeruanda videntur. ¶ Quorum primũ eſt, vt hic vir eui-
tet comeſtionem ciborum acutorũ, inflammantiũ & comburentiũ ma-
terias, ſicut allium, cæpæ, raphanus, porrum, ſinapi, caro ſalita & ſimilia.
Item di[illegible]tat cibos intrinſece melancholicos, ſicut panem azymum & valde combu- D
ſtum & multi ſalis & furfuraceum, lentes, fabas, carnes valde ſalitas, piſces, carnes bu-
bali & antiquorum animalium & magni corporis, & multitudinem aceti & acrium ci-
borum omnium. Et vinum rubeũ craſſum & nigrum acre conturbatum & ponticum.
¶ Secundum principale remedium ad hanc intentionem eſt, vt vir iſte vtatur medici-
nis len[i]entibus, & proprie choleram nigram naturalem & aduſtam mediocriter edu-
Electuariũ. centibus, ſicut eſt electuarium hoc. ℞. *medullæ caſſiæ fiſtul. mucillaginis, ſebeſten nuper extra-
ctorum, an. ℥ iiij. thymi, epithy. an. ʒ j. lap. lazuli, lap. armeni præparatorum ſecundum artem, an. ʒ.
ß. ſalis indi. ʒ ij. macis ʒ j. cymini, aniſi, ſucci liquir. an. ℈ iiij. ſacch. rub. ʒ iij. Coquatur ſaccharũ cum
aqua ſublimationis violarum & incorporentur cum ea reliqua in forma electuarii.* De hoc igitur
omni quarta vel quinta die parum ante cœnam accipiat patiens a ʒ vj. vſq; ad ℥ ß. de- E
glutiendo ipſum, aut cum aqua decoctionis violarum ſiccarum diſſoluendo & actu
calidum bibendo. ¶ Tertium remedium eſt hoc, vt ſi abhorreat electuarium iſtud, ac-
cipiat de iſto puluere hora iam prædicta a ʒ ß. vſq; ad j. cũ modico brodii pulli. ¶ Quar-
tum remedium eſt, vt frequentet inunctionem inferioris ventris & hypochondrii ſi-
Linimentũ. niſtri cum hoc linimento actu calido. ℞. *olei de croco, olei de radice enulæ & amygdalarum
amararũ, an. ℥ ß. pulueris cymini in aceto infuſi per duos dies & exiccati ʒ j. ß. ariſtolo. ro. gentianæ,
ſem. rutæ, an. ℈ j. acori, radic. enulæ, an. ʒ ß. violarum ʒ j. ß. cõquaſſentur omnia diu in mortario abſq;
alia cera & fiat vt dictum eſt.* ¶ Quintum remedium eſt electuariũ iſtud, cuius iuuamen-
tum ſublime repertũ eſt contra omnes impreſſiones melancholicas, *tam in corde, quam
in cerebro factas & eſt eius vſus, vt accipiatur ex eo cochlear vnum in aurora iam completa digeſtio-* F
nẽ prima. Et iterũ poſt ſeptem horas ab aſſumptione prandii accipiatur ex eo cochlear
medium: & tardetur poſt ipſum cibus ſaltem duabus horis. Cuius deſcriptio. ℞. *flo-
Electuariũ. rum boraginis, bugloſſæ, meliſſæ, corticum citri, carabæ, zedoariæ, an. ʒ j. ſeminis baſiliconis ʒ ij.
macis, capillorum veneris, an. ʒ j. ß. cymini, aniſi, fœniculi, ſucci liquiritiæ, an. ʒ ij. foliorum*

auri

A *auri numero vij. hyacinth. ſmaragdi, ſaphyri, corallorum rub. oſsis de corde cerui, an. ℈ ij. doronici ℥ ß. lapidis armeni, lapidis lazuli præparatorum ʒ j. ſacchari alb. ℔. j. mellis infuſionis aut decoctionis emblicorum ℔ ß. coquantur ſimiliter ſaccharum & mel vſque ad condecentem ſpiſſitudinem: & poſtquam infrigidata fuerint, ſuper adiungantur ſpecies omnes per ſe contritæ contritione longa & vltima.* ¶ *Vltimo vero hoc electuarium leui ebullitione bulliat in ℔ j. ſucci pomorum apiorum vſq; ad conſumptionem ipſius, Seruetur ergo in vaſe vitreo vel lapideo.* Et in hoc clauditur ſumma intentionis curatiuæ ſuarum diſpoſitionum, quæ ſunt dictæ & dicendæ.

Particvla II. *De debilitate cordis cum motu tremulo, & de cura.*

Secvnda vero principalis diſpoſitio huius viri eſt debilitas cordis cum motu tremulo ipſius, & quandoq; ſaltuoſo. ¶ Primum autem contingit a
B mala complexione communicata cordi a materia melancholica, vel a vaporibus ipſius, qui quandoq; commixti ſpiritui cum infectione etiam ſanguinis cordi & partium etiã adiacentium facta a materia melancholica nõdum bulliente vel putrente cauſſa exſiccandi cor ad expulſionem prædictorũ vaporũ & materierũ. Quantum ergo virtus motiua cordis partes cordis mouet ad diaſtolandũ, tantum materia illa & vapores mouent ad oppoſitũ. Perſeuerante igitur motu cordis ad vnã differentiã poſitionis a virtute facta, & motu ipſius ad differentiã oppoſitam prouenientẽ a melancholia & vaporibus eius acquiritur motus tremulus. Et ſi contingat materiã illam vehemẽter calefieri aut putrere; ita vt in corde ponat malã complexionalem calidã præternaturalẽ, tunc ſequitur motus ſaltuoſus propter neceſſitatem
C in corde vehementer auctam. ¶ Patet igitur ex prædictis, q; neceſſe ſit cor notabiliter debilitari. Vnde valde facile reddi poteſt cauſſa; quare accidat eſſe puſillanimum & timentem. ¶ Patet etiam ſecundo cauſſa, quare huic viro ſuperueniunt, quandoq; ſpecies caſus virtutis aut lipothymiæ. ¶ Sequitur tertio inueniri cauſſas, propter quas hic vir quandoq; incurrit timorem & conturbationem magnam tempore ſomni. ¶ Et cognoſcitur ex hoc fundamento iterum, quarto: quare huic viro accidãt non raro diaphoretici ſudores pectori, faciei & toti capiti eius.

Pro cura igitur huius diſpoſitionis quatuor ſingularia obſeruanda deſcribam, vt nunc ſequitur. ¶ Quorum primum eſt, vt iſte vir tempore, quo moleſtatur a nocumẽ- *Curatio.*
to cordis, omni die in aurora: & per decem dies accipiat ℈ ij. puluer. zedoariæ cum ℥
D ij. aquæ melliſſæ calefactæ, & proprie quando magis apparent ſigna frigiditatis, quam caliditatis. ¶ Secundum vero ſimplex & proprie cum ſignis caliditatis eſt hoc. ℞. *ſpodii de canna ʒ ß. carabæ, camphoræ, an. gran. iij. miſce & accipiatur vt dictum eſt.* ¶ Tertium *Electuariũ.*
vero remedium eſt hoc. ℞ *ſpecierum lætificantis Almanſ. ℥ ß. trociſ. de roſis, deſcriptione ma. trociſc. de ſpodio & de croco, an. ʒ ß. conſeruæ roſ. & bugloſ. ℥ j. ß. vini cydoniorum ſacchar. candi. an. ℥ j. fiat electuariũ, & accipiat ex eo toto tempore læſionis cordis omni mane hora prædicta a ʒ iij. vſq; ad vj. deglutiendo ipſum.* ¶ Quartum remedium eſt ſacculus iſte, quem ſemper teneat ſuper mamilla ſiniſtra, aliquando exſiccando ipſum ab actuali humiditate, quam recipiet a membris, cuius deſcriptio. ℞. *ſem. baſiliconis, ſemin. endiuiæ, acetoſæ, labruſc.* *Sacculus cordialis.*
an. ʒ ij. carabæ, oſsis de corde cerui, doronici, camphoræ, an. ʒ ß. ſem. acetoſæ ʒ ij. florum meliſſæ,
E *bugloſſæ & capill. ven. an. ℈ ij. macis ʒ j. ß. ligni aloes ʒ j. puluerizentur omnia per ſe & fiat ſacculus quadrangularis longitudinis ſemiſſis ex ſyndone de grana retorta.* memorando inſuper, quod huius electuarii deſcriptio in præcedenti cap. non minus conferat ad hoc ſecundum cap. quam illa, quæ hic ſcripta ſunt.

Particvla III. *De ſcothomia & vertigine, & eius cura.*

Tertia principalis diſpoſitio huius viri eſt ſcothomia & vertiginoſa diſpoſitio. ¶ Accidit autem ſcothomia in eo, quæ eſt corrupta viſio a vaporibus melancholicis, a ſpiritu animali in panniculis cerebri commixtis & in medulla eius. Nullo tamen nocumento adhuc in oculis inuento per eſſentiam: Propter enim animalem ſpiritum cerebri alteratum in motu eius, & ſecundũ
F aliquam partem eius etiã affectum tenebroſum, repræſentantur potentiæ viſiuæ, ſpecies motus vel apparitionis muſcarum vel pulicum in aere volantium. Cum ergo in tali ſpiritu circularis motus imponatur & vaporibus motis per medullam & panniculos cerebri potentiæ ſenſitiuæ ſenſus tactus, repræſentatur motus circularis: quia motus eſt ſenſibile commune ſenſu tactu & viſus perceptibile. Et hæc eſt diſpoſi-

tio, quam vertiginem vocant ſapientes: viſu enim & ſenſu tactus apparet res mundi circularis & gyratiue moueri. ¶ Et hæc diſpoſitio non eſt verenda leuiter: quoniam ſi materia illius multiplicaretur, aut vapores illi conuerterentur in materiam ſpecie cõſimilem ei, a qua geniti ſunt, tunc faciendo oppilationẽ incompletam ad epilepſiam, aut completam ad apoplexiam terminarentur. A

Curatio.

Pro cura igitur huius diſpoſitionis, quando ipſa apparet & proprie, quando perſeuerat & eſt fortis, omnino feſtinandum eſt ſex modis curationis, qui nunc ſequuntur. ¶ Primum eſt, vt vno mane in aurora ſoluatur cum iſtis pillulis, poſt quarum aſſumptionem per horam integram dormiat. Et poſt quinq; horas accipiat cyathum vnum aquę hordęi cum ſaccharo calide & ſexta ſequenti hora accipiat prandium ſuũ.

Pillulæ.

℞. pillularum fœtidarum, pillularum de ſarcocolla & cochiarum, an. ℈ j. fiant pillulæ vij. cum ſyrup. roſ. & non multum exercitetur poſt earum aſſumptionem, & calefaciat ventrem ſuum cum pannis calidis frequenter. B ¶ Secundum inſtrumentum eſt, vt in die ſequenti poſt ſolutionem prędictam aut ſaltem die tertio ad ipſam phlebotometur ei vena poſt aurem ſiniſtri lateris: & educantur ſanguinis ʒ ij. aut iij. Hęc enim phlebotomia eſt optima in cura vertiginis cuiuſcunq; materialis: *vt prima tertii, tractatu 5. de cura vertiginis.* ¶ Tertium inſtrumentum eſt, vt poſt illam ſequenti mane accipiat hoc digeſtiuum calidũ in aurora, & tardet poſt ipſum cibum horis ad minus quatuor, & continuet ipſum ad minus 8. diebus, cuius deſcriptio eſt.

Potio digeſtiua.

℞. ſyr. de calamento, oxymel. compoſiti, ſyrup. ſtœchad. an. ℥ ß. aquæ radi. iris & hypericonis an. ℥ j. ß. miſce & accipiatur vt dictum eſt. ¶ Quartum inſtrumentum eſt, vt poſt ſyr. iſtum nona ſequenti die purgetur cum iſtis pillulis. C

Pillulæ.

℞. pillularum de ſarco. pillularum de hiera compoſita ʒ ß. boni pon. reformentur pillulæ ſeptem cum ſucco roſarum, & poſt eas obſeruentur conditiones dictæ, de minoratiuo ſupradicto. ¶ Quintum eſt, vt poſt completam purgationem in ſero dum vadit ad lectum, per duas horas poſt cœnam omni tertia die accipiat ʒ ß. aureæ Alexandrinæ bene fermentatę cum ℥ j. aquę ſaluię calefactæ: & eſt in ea operatio magni iuuamenti in ſimili. ¶ Sextum eſt puluis iſte, de quo omni ſero cum vadit ad lectum quantitatem v. gran. hordei pulueriz et ſuper proram capitis ſui a fine capillorum vſque ad ſummitatem capitis per latitudinem quatuor digitorum. Cuius deſcriptio.

Puluis capiti ſuper aſpergendus.

℞. ligni alo. ʒ j. ß. mac. ʒ j. ß. calamenti, origani, folii, ameos, amomi, an. ℈ j. roſar. corallorum & ſandalorum rub. an. ʒ ß. puluerizentur omnia per ſe, deinde commiſceantur. D

Particula IV. *de cauſſis imaginationum & eius cura.*

Accidens vero quartum principale huius viri eſt imaginatio, quæ eſt corruptio in ſenſu viſus: & ipſa quidem ſuę verificationis fundamentum facile oſtendit; pars enim materierum in capite abundantium & vaporum, qui commiſcentur ſpiritui viſibili, ſunt cauſſa, vt viſiua potentia percipiat in aere aperitionem coloris & figurarum, quæ nequaquã in aere reperiuntur; eo quia ſpecies obiectorum viſibilium recipiuntur in ſpiritu, qui iam habet ſpeciem corruptionis prędictã. ¶ Ex quo apparet, quod ſi materia fluxibilis & aquoſa multiplicaretur in cerebro, & vapor etiã, q conuerteretur in aquoſitatẽ, de corruptione viſionis perueniretur ad deſcenſum aquę, quę oppilationẽ faceret in pupilla. Et ſi E diminuta eſſet oppilatio, fieret nocumentũ diminutionis ſenſus viſus: vbi ſi oppilatio completa foret, eſſet iam acquiſitus pannus cum ſiccitate ſimul.

Curatio.

Itaque huius diſpoſitionis cura ex his, quæ in pręcedenti cap. poſita ſunt, principium veræ curationis accipere videtur. verum pro manifeſtiori operationis complemento & vtilitate laborantis: tria hic appropriata remedia deſcribam. ¶ Quorum primum eſt deſcriptio pillularum, de quibus æger hic accipere debet vnam parum ante cœnam, & alteram per duas horas poſt cœnam alternatim permutando eas: quarum deſcriptio.

Pillulæ.

℞. florum eufragiæ, ligni aloes folii, ſem. chelidonii ſylueſtr. rutæ ſeſeleos, rad. pæoniæ, an. ℈ j. maioranæ ſalis indi, an. gran. v. aloes infuſæ per vij. dies in ſucco fœniculi exſiccati ʒ j. informentur pillulæ ex omni ʒ vij. ¶ Secundum remedium eſt hoc. F

Collyrium.

℞. ſucci maioranæ, ſucci roſarum & verbenæ, an. ℥ j. ſucci fœniculi ℥ ij. ligni al. ʒ ij. fell. piſcis ſaboth, & (eſt lucius fluuialis) ʒ j. terantur omnia ſimul in mortario æneo ſaltem decies in die vna. Deinde ibidẽ reſidere permittantur vſq; quo clareſcant, cũ ſpongia itaq; bene munda recipiatur ſubtilior pars, & coletur bis per pannum ſpiſſum. Deinde ponatur etiam in ampullam vitream, quæ ſub radiis ſolis diu teneatur.

A De hoc igitur liquore imponatur vna gutta ſingulo oculo ſaltem omni alterna die capite ſeu corpore diu recumbente ſuper ſpina. Iſtud enim eſt remedium ſublime ad principium imaginationum & tenebroſitatem viſus, & expertum. ¶ Tertium remedium eſt hoc. ℞. *ambræ* ℈ *j. moſchi* ℈ ß. *cardamomi ma. & mi. lign. al. & pæoniæ & maioranæ, an.* ʒ *j. macis* ʒ *ij. fiat omnium per ſe ſubtilis puluis & ligetur in ſindone retorta, & odoretur ſæpe*: & multum confortat cerebri ſubſtantiam aperiendo oppilationes eius, & conſumendo materias & vapores melancholicos & phlegmaticos in ipſo abundantes. *Nodulus odoratus.*

PARTICVLA V. *De corruptione operationum ſenſuum interiorum, & continet duo capit.*

B CAP. I. *De cauſſis horum accidentium cum ſignis eorum.*

QVINTVM principale accidens huius viri eſt corruptio in operationibus ſenſuum interiorum, frequenter moleſtans ipſum & non leuior prædictis imo grauiſſima. ¶ Cuius quidem cauſſę ſpecies & licet magno ingenio & fundamento inueſtigandæ forent, ſecundum diuiſionem ſpecierum ſuarum prouenientem ex multitudine ſenſuum interiorũ. ſcil. ſenſus communis phantaſiæ, imaginationis, cogitationis & memoratiuæ. Similiter etiã oportet extendere ſermonem in ſpeciebus læſionũ venientibus in operationib. horum ſenſuũ, ſcil. diminutionis, corruptionis & ablationis. Hic tamẽ in talibus non multũ curo dilatare ſermonem propter plura. Primo, quia raro inuenies a ſententiis veterũ quantumcunq; illu- C ſtriũ aliquid bene particulariter declaratũ de nocumento operationis ſenſus communis & phantaſiæ. Ac etiã adhuc de nocumentis aduenientibus in operationib. memoratiuę potentiæ a veteribus famoſiſſimis a Gal. parũ & bene declaratum inuenies, ſicut patet *tertio interiorum de nocumentis memoratiuæ potentiæ.* ybi redarguit Archigenem cum famoſitate ſua parum de læſionibus memoratiuæ potentiæ fuiſſe locutum, vt patet in §. *illo.* In neceſſitate igitur poſitus, cuius deperditam reſtaurare memoriam. Ideo de nocumentis in operationibus harũ trium potentiarũ modicum hic dilatabo calamũ; & poteſt hoc iterum auctoribus & mihi contigiſſe: quia nocumenta in operationibus ſenſus cõmunis & phantaſiæ contingentia clarius compræhenduntur per nocumenta imaginatiuæ & cogitatiuæ potentiæ: ſicut enim phantaſia recipit & detinet ſpecies D a ſenſu communi ſibi delatas ita, quod phantaſia ſeruiat imaginatiuæ potentiæ & pręparando & deferendo ſpecies. Similiter & imaginatiua potentia componendo & diuidendo deſeruit cogitatiuæ potentiæ: ita vt ipſa eliciendo iudicium afferat ſequendi illud & fugiendi alterum. Ita vt ipſa velut alter intellectus in homine ponatur a quã pluribus: propter hoc igitur videtur rationabile auctores cum maiori ſollicitudine pertractauiſſe nocumenta imaginationis & cogitationis ſenſus communis phantaſiæ. ¶ Contingit autem huic viro frequenter ipſum corrupte imaginatum fuiſſe, ita quod aliquando imaginatus fuerit rem delectabilem odioſam, amicabilem inimicam: & albam fuiſſe nigram: & lætantem fuiſſe triſtantem. Et ipſum frequenter in ſomno & in vigilia timuiſſe rem, de qua bene ſperare & lætare debebat. Nam ex vaporibus E melancholicis naturalibus contingit, quandoque cor eius fuiſſe infectum & ſpiritum vitalem ab eis fuiſſe corruptum corrumptione mobilitatis, incraſſationis & conturbationis. Et cum hic ſpiritus ſit materia ſpiritus animalis, in quem tranſmutatur a forma cerebri cum ſuo temperamento. Non eſt mirabile, ſi ex corrupta materia, ſcil. ex ſpiritu vitali corrupto corruptus generetur effectus, ſcil. animalis ſpiritus ex eo. ¶ Et confirmatur, quia forma cerebri cum ſuo temperamento debilior eſt ad perficiendũ animalem ſpiritũ ex vitali ſpiritu iam corrupto, quã ſit forma cordis cum ſuo temperamento ad prohibendũ corruptionem in ſpiritu vitali fieri a vaporibus & a materia melancholica: ſcil. cor non potuit ꝓhibere corruptionẽ vitali ſpiritui, quod tamen eſt fortius: ergo neq; cerebrũ poterit vitalem ſpiritum perficere: ita vt ex eo fiat animalis F ſpiritus imaginationis & cogitationis operationum ſufficienter ꝓductiuus. ¶ Et confirmatur iterum, quia iam complexio cerebri huius viri notabiliter eſt læſa a vaporibus & ab humore melancholico. Igitur cum ſua diſcrepantia ſpiritum vitalem etiam corruptum rectificare nõ poterit: vt ex eo fiat animalis ſpiritus inſtrumentaliter operationum imaginatiuę & cogitatiuę perfectiuus. Cum igitur materia animalis ſpiritus,

Obiectio. quæ eſt ſpiritus vitalis : & organum, quod eſt cerebrum infecti ſint. Sequitur, quod A neceſſario operationes imperfectæ & corruptę producentur. Neceſſe eſt enim corrupto inſtrumento & organo ad operationes deputato corrumpi operationes ab eo producibiles. ¶ Contra : quia corruptio in operationibus ſenſuum interiorum procedere poteſt ex augmento caliditatis & diminutio & ablatio ex frigiditate procedunt : *vt primâ tertii, tractatu primo, colum. prima.* ita has omnes operationes ingreditur læſio. ſed ſupra dictum eſt : vaporem inficientem vitalem ſpiritum deciſum eſſe a melancholia naturali, quæ frigida eſt. Ergo in operationibus ſenſuũ in-

Reſponſio. teriorum debet aſſignari diminutio & ablatio & non corruptio. ¶ Huic motiuo dupliciter reſpondendũ eſt. Dicendum itaq; primo, quod ab exceſſu cuiuſcunq; qualitatis B calidæ & frigidæ aut ſiccæ contingit lædi operationes interiorum ſenſuũ læſione cor-

Læſio corruptionis vnde. ruptionis. Veruntamen frequentius læſio corruptionis ꝓuenit a calore vel calido, quã a frigore: & ſic intelligitur auctoritas Auic. & aliorum in hac materia loquentiũ: & ipſe exprimit illic in litera ſi bene aſpicis. ¶ Dicẽdum ſecundo, ꝙ ſupra nõ aſſumebatur vapor præciſus a melancholia naturali, aut ipſa eadẽ infectiua cordis & ſanguinis etiã & vitalis ſpiritus: ſed dicebatur, quod ipſa ſub forma naturalitatis humoris melancholici aut ebulliens, aut putrefacta illud efficere poterat.

Corollaria. Et ex hoc fundamento facile deducuntur corollaria quædam aliquorum appa-
1. rentium in hoc viro declaratiua. ¶ Primum eſt: quare hic vir facile & frequenter mo-
2. bilis ſit in opinionibus. ¶ Secundum : quare cum in ſtudio accurate circa actũ imagi
3. nationis attendit, facile permutetur de recta ad corruptam imaginationem. ¶ Tertiũ, C
4. quare magis perſiſtat incorrupte, quam recte imaginando. ¶ Quartum, quare quandoq; dicat corrupte deſiſtendum eſſe a ſtudio, & aliquando male operandum eligat.
5. ¶ Quintum, quare memoratiua potentia non ſeruiat ei conuenienter ad theſaurizan-
6. dum ſpecies, quibus exeat ad actũ bene memorandi. ¶ Sextum, quare quandoq; in ca-
7. pite ſuo percipiat calidum, quandoq; frigidum. ¶ Septimum quandoq; caput grauatũ
8. percipit & quandoq; leuificatũ. ¶ Octauũ quare tinnitus & varii ſonitus auditiuę potẽ-
9 tię ſuæ repſentantur. ¶ Nonum, quare aliquãdo diſtenſiones & grauatiuos motus per-
10. cipiat circa occiput & gulã eius. ¶ Decimũ & vltimũ, quare frequenter vigilias immoderatas habeat. ¶ Hæc enim omnia facile ſolui poſſunt ſecundũ diuerſitatem humoris melancholici & ſubſtantiæ ipſius, quæ multiplicatur in cerebro: & aliquãdo a materia D melancholica fæcali deciſa: aliquando vero materia illa inflammata vel putrens ſubſtantialiter miſcetur cum ſanguine cordis & cerebri: aut vapor ipſius inflammatus miſcetur ſpiritui vitali & animali, qui eſt inſtrumentũ operationum ſenſuum interiorũ, vnde variæ fiunt impreſſiones & permutationes operationũ ſecundũ varietatem corruptionũ in ſpiritibus & organis factã a materia fæcali melancholica: aut tali etiã præternaturali facta, vt patet intelligenti. Et horum plurima legi poſſunt *3. interiorum cap. de melancholia & tertio colliget cap. de nocumẽtis accidentibus in operationibus ſenſuum interiorum:* & pluries alibi: *vt nono theoricæ*. quæ particulariter allegata dimiſi; tu recurre illuc & videbis. ¶ Ex quibus omnibus vltimo concluditur, quod huic viro neceſſaria ſit magna ſagacitas & cautela grandis in regimine ſuo. E

Cap. II. *De cura huius diſpoſitionis per medicinalia.*

PRo cura igitur regulari diſpoſitionis huius xij. inſtrumentis videtur mihi eidem prouidendum eſſe: prius tamen memorando duo. ¶ Quorum primum eſt ; quod phlebotomia poſt aures iam præmiſſa, & electuaria duo cordialia deſcripta ſuperius non leue auxilium huic cap. exhibere poſſint. ¶ Secundũ eſt, ꝙ omnia inſtrumẽta medicinalia, quę in poſterũ tangenda ſunt, includere debeant intentionẽ aduerſandi melancholię cũ omnibus qualitatibus, & confortando cerebrũ & defendendo ipſum ab impreſſionib. illius, non ſolũ per qualitates cõmunes, ſed etiã per appropriatas. ¶ Primũ itaq; de inſtrumentis medicinalibus eſt, vt F poſtquã ſedata fuerint accidentia pręmiſſa, & remanſerit infeſtatio maior in operationibus interiorũ ſenſuum, ſicut in pluribus fieri ſolitum eſt in eo, tunc ſtatim hora electa. ſcil. poſt ortum ſolis per horam vnam, cibo in ſtomacho iam prædigeſto & ventre ipſius iam bene mundificato, phlebotometur eidem ſaluatella ſiniſtræ

manus

A manus inter annularem & auricularem digitos poſita: & educantur ex ea ſanguinis ℥
iij. vel iiij. ¶ Secundum vero inſtrumentum eſt, vt ſequenti mane adminiſtretur ei
hoc minoratiuum materiei melancholicę partim eductiuum in aurora: & obſeruen-
tur poſt aſſumptionem conditiones, quæ ſuperius in aliis ſolutiuis tactæ ſunt. Cuius *Potio minoratiua.*
deſcriptio. *℞. caſſiæ nuper de canna extractæ cum aqua lupulorum ʒ vj. pulueris lapidis lazuli*
℈ j. lapi. armeni ℈ ß. miſce, & detur in potu calidum cum ℥ iiij. aquæ lactis caprini, & erit ſubli-
me. ¶ Tertium eſt, vt accipiat hoc digeſtiuum, quod continuet diebus ſaltem xv.
in aurora ipſum calidum accipiendo, & tardetur per quatuor horas poſt ipſum cibus. *Digeſtiuum.*
Cuius deſcriptio. *℞. aquæ lactis caprini ℥ v. pulueris lapidis lazuli, gran. ij. ſucci bugloſſæ ℥ j.*
miſce & accipiat vt ſupra. ¶ Quartum eſt hoc. *℞. aloes ablutæ cum aqua endiuiæ ʒ j. lapidis*
B *armeni, epithymi, polypodii, an. gran. v. aniſi, dauci, liquiritiæ, an. gran. ij. cum ſucco roſarum*
formentur pillulæ ex omni. ʒ vj. & ſi venter eius tempore aſſumptionis digeſtiui foret ſtipticus, ac- *Pillulæ.*
cipiat ex eis vnam vel duas parum ante cœnam omni quarta die: & etiam tempore ſuæ ſanitatis
eiſdem vti poteſt. ¶ Quintum principale eſt, vt poſtquam receperit digeſtiuum præ-
dictum diebus limitatis, euacuetur materia iam digeſta hoc ſolutiuo. *℞. pillularum*
de lapide lazuli, pillularum de lapide armeno, an. ℈ j. exhibeantur ei horis & conditionibus tactis *Alia.*
in aliis ſolutiuis. Et non mireris, ſi poſt digeſtionem materierum ſolutiuum hoc exhi-
beatur in parua doſi. Eo, quia in chronicis ęgritudinibus canon rationalis eſt ſæpe &
paulatim eradicando euacuare cum medicina debili, forti, ſecundum quod materia
pluribus digeſtionibus frequentatis, etiam digeri debet. Et colliguntur hi ſermo-
C nes apud Auic. *quarta primi, cap. tertio.* & apud Gal. *lib. 4. de quando & qualiter euacuare o-*
portet. & de regulis communibus ſolutioni ventris & vomitu. ¶ Sextum eſt, vt poſtquam e-
uacuationes adminiſtratæ fuerint, fiant veſicatoria in domeſtica & carnoſa parte ti-
bię ad diuertendum, & ad inferiora inclinandum materiam a ſplene & meſenterio
cum hoc compoſito. *℞. ſaponis nigri ℥ j. pulueris anacardi ʒ j. ß. vitrioli viridis crudi ℈ ij.* *Veſicatoria.*
arſenici citrini, & (eſt auripigmentũ) ℈ j. incorporentur omnia ſimul, & extendantur ſuper panno
latitudinis vnius palmi, & applicetur calidum prædictis partibus. ¶ In hoc enim ſæpe repe-
ri ſublime iuuamentum laborantibus a melancholia. ¶ Septimum eſt, vt ſummo in-
genio procuretur & intendatur prouocationi hęmorrhoidarum huic viro: eſt enim in
eis ſublime iuuamentum in hoc caſu ſententia ex Hip. *ſect. 6. aph. 11.* ibid. *Maniacis & me-* *Multiplex modus prouocandi hæmorrhoidas.*
D *lancholicis hæmorrhoides innatæ bonum.* Eſt autem multiplex ingenium prouocandi eas.
¶ Primo quidem, quod æger impellat extra ſphincterem: deinde fricentur hæmor-
rhoides cum rugoſa cortice alicuius arboris. ¶ Secundus modus & communis eſt fri-
catio eius cum foliis fici recentibus. ¶ Tertius cum foliis conſolidæ maioris.
¶ Quartus cum forti fricatione cum felle tauri aut alterius animalis facta. ¶ Quin-
tus cum fricatione leui cum modico puluere euphorbii. ¶ Sextus finaliter illis non
valentibus, vt aperiantur leuiter cum phlebotomo, & permittatur exire ſanguis, vſq;
ad debilitatem excluſiue. Et ſi iterum contigerit eas retineri, fiat ingreſſus ad earum
apertionem ſaltem in duobus primis menſibus veris, & vltimo menſe autumni. ¶ O-
ctauum vero inſtrumentum eſt, vt ſuper regione ſplenis portet ceratum vnum ex hac
E materia factum. *℞. bdellii mollis & ſubalbidi ʒ j. ß. galbani ʒ j. ammoniaci electi ʒ ij. tama-* *Ceratum.*
riſci, ſcolopendriæ, ſem. agni caſti & plantaginis, corticum capparorum, an. ʒ ß. roſarum, ſeminis
cuſcutæ & acetoſæ, an. ʒ j. diſſoluantur gummi cum acuto aceto, & bene colentur a ſuperfluitatibus,
& cum cœperint infrigidari ſuperaddantur ſpecies, & extendantur ſuper corio figuræ ſemilunaris,
& portetur ſuper regione ſplenis. Tali modo ad ſanitatem antiq as opp lationes & duri-
tiem & debilitatem ſplenis, vt ſupra dictum eſt: ſæpe ego reduxi. ¶ Nonum inſtru-
mentum & non minus efficax prędictis eſt, vt ſuper regione ſplenis, dum prędicta iam
nõ valuerint, apponatur ei chordula vna cum ignito ferro amplectente ſpatioſitatem
ſiniſtri hypochondrii per tres digitos & portetur ibi longo tempore. Et ſi continge-
ret in hoc viro conuenienter rectificatum fuiſſe ſplenem, inuento tamen nocumen-
F to in capite eius fixo notabili, laudarem, quod ſeton prædictus magis adminiſtrare-
tur ſuper collo in loco diſtante ab exitu nuchæ per tres digitos. ¶ Decimum eſt
hoc. *℞. violarum, florum nenupharis, ſem. endiuiæ, acetoſæ, cuſcutæ, cichoreæ, an. ʒ j. ß. labruſ-* *Nodulus odoratus.*
cæ ʒ ij. ß. macis ℈ iij. folii ligni al. garyoph. an. ℈ j. ambræ, moſchi, an. ʒ j. partem tertiam fiat pul-
uis & ligetur in ſindone retorta, & fere cõtinue odoretur, & erit cerebri ſui notabiliter confortatiuus.

Pilula.

¶ Vndecimum eſt, vt omni ſero poſt cœnam per horam vnam & mediam deglutiat duas de iſtis pillulis. ℞. *ſtyracis calamitæ, ſpodii kara.ro. corallorum alb. an.* ℈ j. *ſandaracæ* ℈ ij. *ambræ, moſchi an. gran. ij. fiant pillulæ cum ſucco maioranæ, & ſunt efficaces multum.* ¶ Vltimum vero inſtrumentum eſt: vt aſſueſcat aſſumere poſt cibum omni die ʒ j. confectionis de ambra deſcripta a Meſuę, *diſtinctione prima.* & fiat cum ſacch. albo, & aqua roſ. muſcata. & inveniet ex hoc remedium excellens ad omnes præſcriptas diſpoſitiones, cuius quidem eidem ſui miſericordia concedere dignetur omnipotens Deus, qui viuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen. A

CONSILIVM CLXV. *De dolore ventris a ventoſitate.*

VIR commendatiſſimæ famæ Bartholomæus de Serico in quadam ſua dyſenteria dolorem paſſus eſt, cum tumore & rugitu ſatis grandibus ab inguine ſiniſtro vſque ad medium ſuminis & ventris, & quaſi vſque ad regionem ſplenis aſcendentibus. ¶ Et hic quidem tumor & dolor non erat in eo proueniens ab apoſtemate; quoniã ſenſu tactus cum manu comprimendo ventrem verſus poſteriora, nullus in aliqua particula percipiebatur colliſionis motus. Neque enim ſoliditas, neque tenſio manifeſta ibidem apparebant. Ab vmbilico verſus os anchæ deſcendendo verſus inguen: ſed rugitus notabilis percipiebatur, qui proueniebat ex fractione ventoſitatis a compreſſione cum manu facta. Quod etiam declaratur eo, quia ventoſitatis exitus ad exteriora percipiebatur. Et tertio, quia in tali compreſſione dolor alleuiabatur: quoniam ventoſitas, quæ ibi congregata erat, minorem extenſionem faciebat poſt ſui compreſſionem, quia frangebatur quam ante compreſſionem, quia vnita permanebat. B C

Oportet autem gratia huius diſpoſitionis ſex principaliter inueſtigare & indagare. ¶ Primum quæ ſit cauſſa efficiens. ¶ Secundum, quæ illius materialis. ¶ Tertium, vbi talis ventoſitas congregetur. ¶ Quartum quæ accidentia poſſit hæc diſpoſitio adducere. ¶ Quintum, quale ſit eius remedium per res non naturales obſeruãdum. ¶ Sextum, quis per inſtrumenta medicinalia ſit curationis modus.

Quæ huius diſpoſitionis ſit cauſſa efficiens.

Et primæ quidem cauſſæ declaratio eſt, quod mala complexio frigida illius partis ſit cauſſa generationis ventoſitatis in inteſtinis & in venis meſaraicis, & in toto meſenterio inteſtina ſuſpendente ad dorſum vel ad poſteriores partes. Nam quando ſuperfluitates primę digeſtionis a ſtomacho deponuntur & recipiuntur in inteſtinis, tunc calor naturalis colon & mirach, qui debilis eſt, non poteſt conuenienter ſugere neq; rectificare humiditates in iſta ſuperfluitate inuentas. Agendo igitur debiliter in eas; eleuat fumum vel ventoſitates ab illis ſuperfluitatibus, qui continue & ſucceſſiue cõgregantur: aut in concauo inteſtinorum vel meſaraicarum, aut in venis illarum partiũ. Aut quia talis fumus vadit per poros inteſtinorum aut concauum ſifac vel zirbi. Quid autem fieret, ſi calor debilis ex cibo quantumcunque æquali in quantitate & in qualitate generat ventoſitates, ſi calori debili exhiberetur cibus actu & potentia ventoſabilis; ſicut lac, allium, cæpæ & ſimilia. Ex quibus apparet, quod cauſſa efficiens iſtarum diſpoſitionum eſt debilitas innati caloris prędictarum partium. D E

Quæ cauſſa materialis.

DECLARATIO II. Ex prædictis etiam apparet, q materialis cauſſa remota horum nocumentorum poſſit eſſe cibus & potus: qui quantumcunq; æqualis exſiſtat, nõ poteſt conuenienter in chylum tranſmutari: quin maior pars eius tranſmutetur in ventoſitates vel vapores. ¶ Et poteſt iterum cibus eſſe cauſſa materialis huius nocumenti omnis, qui in ſubſtantia valde humidus eſt: licet potentia ſit ſiccus: vt allium cępæ & ſimilia, aut cibus omnis, qui in ſubſtantia & potentia eſt valde ventoſabilis: vt lac, citrulli, melones, & vniuerſaliter omnes fructus recentes actu & potentia humidi debilem commixtionem habentes partium miſcibilium. ¶ Propinqua cauſſa materialis huius ægritudinis eſt ventoſitas in concauo inteſtinorum, vel inter ea & mirach retenta, quæ extendendo dolorem facit in eis.

Vbi talis ventoſitas congregetur.

DECLARATIO III. Iam ex prædictis apparet, quod vẽtoſitas illa, quę eſt immediata cauſſa materialis huius ægritudinis, aut ſtat in concauitate venarum meſaraicarum, quæ diſſeminantur per ſubſtantiã inteſtinorum, vt colon & recti. Et etiam in concauitate meſaraicarum, quæ plures & maiores in meſenterio reperiuntur: tertio F

loco

A loco poteſt hęc ventoſitas ſtare in cõcauitate monoculi & recti inteſtini. Quarto inter concauũ eorum & ſuperficiẽ & concauũ mirach. ¶ Quare autẽ hæc ventoſitas in glo-bum colligatur magis apud inguen ſiniſtrum cauſſa eſt: quia ille locus ſpatioſus eſt & amplior, & non tanta fit ibidem ab inteſtinis compreſſio; eo, quia inteſtina declinant magis ad anterius & non ita applicantur ſuper inguina per os femoris: & propter ſifac annexi oſſi femoris, quod ſuſtentat inteſtina ſuperius: & etiam propter muſculos ven-tris tranſuerſales & ligamenta eorum ad os ancharum.

Declaratio IV. Iam facile videtur intelligere, ad quæ accidentia vel ægritudines hæc diſpoſitio hunc virũ perducere poſſit: ventoſitas enim in venis meſa-raicis multiplicata extendendo iſtas perducere poteſt ad diarrhœam ſanguineã a ru-B ptura vel debilitate venarum meſaraicarum prouenientem. Et ſi materia in eis con-tenta cum hoc, quod ventoſatur, eſſet acuta multum; tunc ad inteſtina delata perdu-ceret ad dyſenteriam eorum, & talem credo fuiſſe dyſenteriam, quam paulo ante paſ-ſus eſt hic vir. ¶ Si diſpoſitio ventris iam prædicta per dies ante præceſſit dyſenteriam efficiendam, concurrit penultima cauſſa ventris & mirach eius offenſi: aut quaſi ca-ſus aut compreſſio ab equo facta & aliis, vt & mihi teſtificatus eſt. ¶ Tertio iterum lo-co hæc ventoſitas inter inteſtina & mirach compræhenſa tranſiens vel retenta in infe-rioribus apud inguina, immergi poſſet in didymum, qui eſt in inferiori ſubſtantia ſi-fac: & per ipſum pelli ad ſcrotũ, & facere ei ramicem ventoſam vel herniam, fixionem in loco iſto finaliter erumpit ſifac: & ex ruptura illa exiens ventoſitas colligitur in in-C guine & faciet rupturam vel herniam inguinalem; ſicut ſi ventoſitas in aliqua anfra-ctuoſa parte prope vmbilicum diu fixa permaneret, faceret eruptionem ſifac in iſta parte & ligamentorum vmbilici & eſſet hernia vmbilicalis. ¶ Similiter & quarto eadem ventoſitas in aliqua intermedia parte ventris retenta, & multiplicata finali-ter erumpere poteſt ſifac: per cuius rupturam inteſtinum ilion vel zirbus egredi poſſunt verſus mirach; & erit ruptura inteſtinalis. ¶ Vltimo ſi hæc ventoſitas in concauitate colon congregatã molam contrahit ſine tranſpiratione, neceſſa-rio conducet ad cholicam ventoſam: & tu conſidera, quia omnia iſta demonſtra-bilia ſunt verificanda ex *ſexta, vigeſimaſecunda, tertii, in capitulis apoſtematis*: quorum memoriam & literam ſcribere non curaui, ne legentes efficiantur tædio. Sicut D eſt fere omnium modernorum vſus abhorrentium ſententias & literas peritiſſimo-rum veterum allegari.

Quæ accidẽtia hæc diſpoſitio poſſit adducere.

Declaratio V. Vir in ſcientia medicinali mediocriter eruditus fa-ciliter intelligere poteſt, quis ſit modus regiminis huius viri per adminiſtrationem ſex rerum non naturalium. Neque enim conueniens eſt ei locus habitionis aëris fri-gidi & humidi & ventoſi caliginoſi, & proprie exiſtens circa decurſus aquarum. ¶ Et caueat etiam vehementer a frigiditate capitis & pedum ac etiã ventris principaliter. Ideo laudo, quod tota futura hyeme veſtimentum habeat vſque ad medium coxarũ vel diploidem pellibus agninis bene ſuffultam.

Quale ſit illud remediũ per res non naturales obſeruandũ.

De motu vero & exercitio & principaliter de equitandi exercitio ſibi caueat: E imo melius eſt eidem exercitium motus progreſſui ſatis longe mane & ſero ante veſperas facti, & proprie cum fuerit bene fortificatus. ¶ Loco autem exercitii vſ-que ad xx. dies melius eſt ei fricatio ab inguinibus incepta ad pedes trahendo infe-rius & poſt illam mediocris fricatio ſuper ventre facta inferiori cum raro ſacculo pleno furfuribus bene cribratis actu calidis. Dormitio conueniens eſt ei ad melio-rem efficiendam digeſtionem ciborum & humorum: & etiam quia vigorat inna-tum calorem conuertendo materiam cibalem in chylum & humores conuenientes, & maxime in ſanguinem laudabilem cuius vapor laudabilis temperatus eſt materia ſpiritus colligitur *vndecima tertii, & nono, de iuuamentis membrorum*; propter quod & longa vigilia debilitando innatum calorem eſſet cauſſa augmenti ventoſitatum. F ¶ Accidentia animi triſtantia & melancholicã complexionem etiam facientia, ſunt euitanda, quoniam per ea exſtinguitur & ſepelitur ſpiritus, & coarctatur in profun-do coarctatione prohibente eius expulſionem ad membra, quæ indigent illo. ¶ Qua-re a talibus animi ſollicitudinibus recedendum eſt, & adhærendum delectationi-bus & bonæ ſpei paſſionibus animi.

Kkk 4

¶ Cibi autem & potus ſibi diſconuenientes iam tacti ſunt ſuperius, vbi cauſſa efficiens A
& materialis ventoſitatis declarabatur: qui omnes euitandi ſunt: ſicut piſces, lac, pa-
ſtiles cibi, fructus omnes frigid. & humid. & maxime eorum multitudo, allium, cæ-
pæ, porrum, bulbus, mel & legumina omnia & proprie elixa: vinum dulce in ſub-
ſtantia craſſum, aqua frigida, lactuca, ſpinachia, beta, cucurbita, quæ omnia opor-
tet euitari. ¶ Et præter hæc in omnibus aliis cibariis, a quibus grauetur ſtomachus e-
ius, ita quod calor naturalis opprimatur & ſuffocetur: ꝓpter quod per indigeſtionem
cibus & potus in ſtomacho & in toto corpore in ventoſitates couertuntur.

Quis per instrumenta medicinalia ſit curationis modus.

Declaratio ſexti. Pro ſexto autem principali declarando, ſcilicet pro regimine
medicinali decem videntur mihi inſtrumenta pro cura huius diſpoſitionis neceſſa-
ria & conuenientia, quorum applicatio eſſe debet, vt infra nunc ſcribetur. ¶ Pri- B
mum itaque horum inſtrumentorum eſt clyſtere iſtud, quod accipiat omni ſexta die
in mane in mediis tertiis ſecundum hunc modum. ℞. *foliorum rutæ, abſynthii, betonicæ,*
ſerpilli, an. M. ß. bletæ, maluæ, furfurum, an. M. j. ß. ſacchari rub. ʒ iiij. ſalis gemmæ ℈ iiij. to-

Clyſter.

tum miſceatur diligenter & imponatur. ¶ Secundum inſtrumentum principale eſt, vt in-
tendatur diuerſioni materierum, & ex diuertentibus conuenientibus in hoc caſu tria
videntur mihi ſufficientia. ¶ Primum diuertens materias ad inferius abſque ſenſibili
euacuatione eſt: vt omni mane & ſero ante cibum per horam fricentur inferiora a
genu vſque ad cauillam; ab inguinibus vſque ad eandem inferius trahendo forti fri-
catione, per quam membra rubeſcant. ¶ Secundum diuertens eſt, vt in inferiori
parte natium frequenter applicentur ventoſæ ſine ſcarificatione. ¶ Tertium diuer- C
tens & omni alio melius materiam ſenſibiliter educens eſt, vt intendatur prouoca-
tioni venarum hæmorrhoidarum fricando eas cum panno aſpero, vel cum foliis ficus
vel conſolidæ maioris, aut cum re altera aſpera. ¶ Tertium inſtrumentum ventoſi-
tates carminans & educens ad inferiora, eſt ſuppoſitorium hoc. ℞. *arthanitæ, ſem. ru-*

Suppoſitoriũ

tæ, baccarum lauri, caſtorei, galangæ, ſtaphyſagriæ ireos, pyrethri, an. ʒ ij. ſalis indi ʒ iij. ſalis com-
munis torrefacti & pulueriza ti ℥ ß. mellis bene cocti ℥ iiij. fiant ſuppoſitoria minora quam digitus
minimus, & de eis ſemel in die aut bis ante cibum per horam accipiat vnum & ſupponat. ¶ Quar-
tum inſtrumentum principale eſt hoc electuarium, de quo ter in ſeptimana accipiat
cochlear ß. ante cibum per quatuor horas deglutiendo ipſum. ℞. *ſpecierum diamuſci ℥*

Electuariũ.

ß. ſpecierum diacymini ℥ j. ß. ſyrup de calamento ℔. ß. ſacchar. ℥ iij. granorum phiſticorum ℥ ij. in- D
fundantur phiſtici in aquam lauri tribus diebus: deinde conterantur & cocto ſyrupo cum ſaccharo
fiat electuarium ſecundum artem. ¶ Quintum inſtrumentum conueniens eſt hęc confe-
ctio, de qua accipiatur rotula vna per horam vnam cum dimidia ante prandiũ & ante
cœnam, & bibatur poſt ipſam parum boni vini aromatici & fumoſi. ℞. *ſpecier. diagalan-*

Rotulæ.

gæ. ſpecierum diacymini, an. ʒ j. ſacchari alb. ℥ iiij. cum aqua laudani, fiat confectio in rotulis ʒ ij.
¶ Sextum ſunt pillulę, de quibus in fine ſex dierum accipiat vnã immediate ante cœ-
nam. ℞. *aloes per triduum infuſæ in aqua lauri ℥ j. cinamo. ſem. rut. baccar. lauri, ſem. aneti ameos,*

Pilulæ.

ſalis indi. an. ℈ ß. formentur pillulæ cum ſyr. de calamento ex omni. ʒ vj. ¶ Septimum eſt vt omni
ſero per horam ante cœnam, *in mane cum ſurgit a lecto, accipiantur pulueres infraſcripti & ca-*

Puluis.

leſiant in caldario ſuper cineribus calidis abſq; flamma & ponantur in ſacculo: qui ſacculus applicetur E
calidus ſuper locũ patientẽ tribus vel quatuor vicibus. ℞. *ſem. aneti, ameos, amom. an. M. ß. ſem. rutæ.*
baccar. lauri, galang. an. ℥ j. ß. furfuris bene cribellati ℔. j. miſceantur omnia, & diligenter conquaſ-
ſentur. ¶ Octauũ eſt, vt ſi ventoſitas adhuc fixa ꝑmaneret, loco patienti applicet̃ mane
per duas horas ante cibum ventoſa magni orificii abſq; aliqua ſcarificatione, & ibi per-
maneat per ſpatium horæ vnius vel mediæ. ¶ Nonum eſt, vt omni ſeptimana ſemel in
aurora accipiat ℈ ij. theriacæ Andromachi bene fermentatæ cũ ℥ ij. aquæ ſublimatio-
nis foliorum lauri bene calefacti & tardet cibum poſt horis quinq;. ¶ Vltimum inſtru-
mentum eſt, poſtquã rectus erit per inſtrumenta ſupraſcripta per menſem j. ß. fiat ipſi
ceratum, quod continue applicatum teneat ſuper loco patiente, qui amplectatur &
partes circumferientiales per tres digitos. Cuius deſcriptio eſt hęc. ℞. *reſinæ electæ ℥ j. op-* F

Ceratum.

popa. ℥ ß. ameos, carui, baccarum lauri ſtœchados, an. ℈ ij. calamenti, arthanitæ, an. ℥ j. ß. picis na-
ualis ℥ ij. ceræ ℥ j. diſſoluantur ſimul gummi cum aceto & pice, & diligenter coquantur cum ce-
ra, & cum inceperint tepeſcere, addantur ſpecies, & fiat ceratum ſphæricum vel alterius figuræ.
Hæc in ſumma ſunt meliora, quæ eligere potui.

A CONSILIVM CLXVI. *De fluxu ventris humorali ex debilitate epatis & ſtomachi.*

EX his, quæ mihi oretenus prolata fuerunt: & quæ etiam ex ſignis vrinarum & aliis colligere potui, videtur, quod fluxus huius viri complicatus ſit ex debilitate epatis & ſtomachi, propter quam epar eius ad lapſum ſiccum per viam inanitionis reſolutionis eſt deductum, propter cuius epatis debilitatem etiã in ſtomacho eius notabiliter vis digeſtiua proſtrata eſt; adeo vt nocumentũ corruptionis aſſumpſerit, quoniam obiectum, vt cibum & potum ſecundum magnas partes tranſmutat in ventoſitates. Magna igitur harum ventoſitatum pars communicatur inferiori ventri, & in magna parte mirach fixa continetur inter B ſuperficiem conuexam inteſtinorum & concauam ſifac cooperientia illa; quare vir iſte omnino videtur eſſe paratus ad hydropem, tympanitem, ad quam etiam naturalis complexio cholerica cum aliquali aduſtione vel permutatione melancholica videtur reddere ipſum promptum. ¶ Quod autem talis fluxus ex debilitate proueniat epatis & ſtomachi, declarari poteſt ex multis ſignis & auctoritatibus, ſed hic ſufficit ſolum adducere teſtimonium Auicen. *16. tertii cap. de ſignis fluxuum omnium modorum in fine,* dum inquit: *Et ſcias, quod in illo, qui aſſellat in die pluſquã in nocte accidit ei, vt aſſellet quoties ſup. ſit appetitus eius in die cauſſa eſt debilitas ſtomachi. Et cum in nocte eſt plus, tunc cauſſa eſt debilitas eius epatis: quod remittit alimentum, ſcil. chylum: quem propter ſui debilitatem tranſmutare nõ poteſt.* ¶ Si autem adhuc contingeret rectificari epar ipſius, & remaneret ventoſitatum C multitudo in inteſtinis: tunc hęc diſpoſitio non leuiter minatur ei & prognoſticatur choliçam: quare *allegato loco,* inquit Auic. *Et ſcias, quod multoties ſuccedit aſſellatio propter hoc, quod ipſa extrahit ſubtile & dimittit ſpiſſum cholica vehemens.* Ex quibus diligenter intellectis apparet, eſſe concludendum, quod vir iſte indigeat procuratione feſtina; ne fiat tympaniticus aut incurrat cholicam malam.

Signa diſtinctiua imbecillitatis ſtomachi & epatis.

Curatio.

Pro cuius quidem diſpoſitionis curatione præmittendum, quod vir iſte abſtineat ab omni cibo & potu ſolutionis & lubricitatis inductiuo. Exemplum primi; vt ſpinachia, betæ, maluæ, mercurialis, caules non bene cocti & ſimiles eis. Exemplũ ſecundi; vt vinum nouum, & proprie dulce & non bene digeſtum. ¶ Caueat ab acutis & ſalſis & ab acutiſſimo aceto, raphano, cæpis, allio & ſimilibus, ꝑpter dubiũ excoriationis. D ¶ Caueat etiam a cibis difficilis digeſtionis: vt pane azymo & non bene cocto paſtilibus & leguminibus & ſibi paribus. ¶ Caueat etiam a fructibus & proprie lenitiuis, & ſolutiuis: vt ficubus, prunis, vuis & aliis ſimilibus. ¶ Præter hæc autem vtatur cibis omnibus, & proprie laudabilibus in quanto & in quali. ¶ Caueat a multo & forti exercitio & proprie poſt cibum: ¶ Euitet coitum & proprie frequẽtem, vehementem, vigiliam & iram magnam, ſtomachi repletionem a multitudine cibi & potus.

Iſtis poſitis vtatur iſtis xij. remediis, quæ nunc ſcribo. ¶ Primum eſt, quod omnia cibaria ſua conficiantur & condiantur cum pinguedine renum hirci, ſiue ſint frixa, ſiue elixa, ſiue aſſata. ¶ Secundum eſt, quod euitet multitudinẽ ferculorũ & proprie in nocte. ¶ Tertium, quod ſemper ante cibũ & potum omnem accipiat aliquid de iſtis: vt E cydonium aſſatum, meſpila, vel ſorbas iiij. vel v. ¶ Quartum, quod ſæpe vtatur lentib. coctis in aceto poſt primam elixationẽ earum: ita quod dum coquuntur ſecunda coctione in duabus partibus aquæ & tertia parte aceti & proprie nigri. ¶ Quintum, vt omni ſero ante cœnam accipiat iij. de iſtis pillulis. *℞. dragaganti, gummi arabici torrefactorum, an. ʒ j. ſumach, granorũm myrti cupularum glandium, ſpodii, ſquinam, roſ. cyperi, an. ℈. ij. reformentur pillulæ cum ſucco conſolidæ minoris.* ¶ Sextum, vt omni mane ante prandium accipiat vnum vel duo fruſta huius confectionis. *℞. diacitonitẽ ſine ſpeciebus ℥ iij. coriandri præpar. maſtic. an. ʒ j. cum vino cydon. fiat confectio in rotulis iiij. ʒ. & vtatur vt dictum eſt.* ¶ Septimum, vt omni mane per x. dies accipiat ʒ iij. ex hac mixtione. *℞. aquæ arnogloſſæ aquæ conſolidæ minoris: ſublimationis gal. cypreſſi, an. ℥ ij. miſce & accipiat eas calidas cum ℥ ß.* F *ſacchari candidi.* ¶ Octauum, vt in omni fine viij. dierum poſt prædictas aquas accipiat ℈ ij. iſtarum pillularum. *℞. trociſc. de ſpodio cum ſemine acetoſæ ʒ ij. reubarbari combuſti ʒ ß. ſpodii, dragaganti, torrefacti, an. ℈ j. coaguli leporis vel capreti ʒ j. ß. formentur pillulæ, & accipiantur vt prius.* ¶ Nonum, vt portet ſuper vmbilico ſuo emplaſtrum huius deſcriptionis. *℞. reſinæ, claræ & electæ ℥ ij. gallarum cypreſſi ʒ j. ß. ſem. plantaginis,*

Pillulæ.

Rotulæ.

Potio.

Pillulæ.

Emplaſtrum.

acatiæ, ſpodii, ro. ſcoriæ ferri præparatæ, an.℥j. macis ℈ ij. coquatur reſina cum aceto nigro, & additis ſpeciebus. A *℞. cerotum ſphæricum amplitudinis ſpithamæ vnius & apponatur a fine ventris, vſque ad vmbilicum: ita quod ſemper ibi adhæreat.* ¶ Decimum, vt quoties aſſeliet, ſuffumiget ventrem per inferius cum puluere tali. *Puluis pro ſuffumigio.* *℞. colophoniæ, galliæ muſc. ſtyracis calamitæ, an.℥ ß. ligni al.ʒ j. corallorum rub. ſpodii. ſandaracæ, an. ℈ ij. fiat puluis & ſuperaſpergatur prunis non multæ inflammationis:* ita quod fumus per inferius ventrem ingrediatur. ¶ Vndecimum, vt in cibariis ſuis faciat bullire radicem vnam conſolidæ maioris quantitatis digiti indicis. ¶ Duodecimum, vt ſuper ſtomacho ſuo in nocte ſemper teneat ſacculum plenum puluere huius deſcriptionis: & bonum eſſet, quod iſtum ſacculum etiam portaret in die. *Sacculus.* *℞. granorum myrti, coriandri præparati, origani, calamenti, an. M. j.* B *macis ℥ ß. maſtic. galliæ muſcat. ſtyracis, calamitæ: corallorum rub. ſandaracæ, an. ʒ ij. ligni al. ʒ j. ß. cymini torrefacti ʒ ij. fiat ſacculus, & portetur, vt dictum eſt.* Hæc ſunt, quæ in hac diſpoſitione vtiliora apparuerunt.

Consilivm CLXVII. *De fluxu epatico.*

PRo matre vero patris huius pueri ipſi prouideatur pluribus remediis infraſcriptis, cum quibus tamen cum magno labore poterit perfecte curari a fluxu epatico, quo ipſa laborat: & prouenit in ea mala complexione calida & ſicca epatis eius cum furia & abundantia choleræ rubeæ ebullientis cum ſanguine: *Cauſſa.* propter quod non eſt mirum, ſi ipſa febrit: & proprie febre cholerica continua; quam non dubito talem eſſe: ſi tamẽ continuaret remedia notabili tempore, ſatis eſt rationale, ipſam poſſe ſanari. C Ipſa tamẽ vtente pro regimine ex parte potus & cibi ordinato pro alia muliere, quæ habet vlcus in aure: *Diæta.* cum hoc tamen antemiſſo, quod omnia cibaria, quę comedit iſta, ſint cocta in aqua fontali: in qua fruſtum chalybis inflammati bis vel ter fuerit exſtinctum: cum qua etiam aqua diluere debet vinum, quod ipſa bibit ponendo tertiam vel quartam partem, ſi proprie fuerit vinum, bruſcum vel rubeum. ¶ Sunt autem remedia hęc primo. *Confectio.* *℞. trociſcorum de ſpodio cum ſemine acetoſæ ʒ j. ß. florum nucum, ſumach, granorum ribes exſiccatorum, an. ʒ ij. ſacchari ſecundæ coctionis ℥ iij. fiat confectio cum aqua acetoſæ, de qua hæc per quartam partem horæ ante prandium & cœnam comedat.* ℥ ß. bibendo poſt ipſam vinum cum aqua chalybis, vt dictum eſt. *Pillulæ.* ¶ Secundum remedium. *℞. granorum myrti ſem. plantaginis coriandri præparati, an. ʒ ß. ſpodii gummi arabici, dragacanti omnium trium torrefactorum, an. ℈ ij. pulueris granorum ribes vel criſpini exſiccatorum ʒ ij. formentur pillulæ cum ſucco foliorum criſpini, de quibus dicta mulier omni mane in aurora deglutiat v. aut vj. tardet cibum per tres horas ad minus.* D ¶ Tertium remedium principale & vltimum eſt. *Vnguentũ.* *℞ olei de maſtic. & de myrt. an. ℥ j. olei nard. ℥ ß. trociſc. de roſis, ſpodii, torrefacti, corallor. alb. & ſandalor. ambor. an. ʒ ß. ceræ albæ, quantum ſufficit fiat vnguentũ molle.* cũ quo calido bis in die tota pars dextra ab ore ſtomachi, vſq; ad anchas diligenter inungatur: & poſterior etiam pars a furcula ſpatularũ vſq; ad nates excluſiue: & ſupponatur pannus duplicatus calidus & ſanabitur diuina gratia.

De ægritudinibus ani.

Consilivm CLXVIII. *De quinq; malis diſpoſitionibus, videlicet. ¶ De tumore hæmorrhoidarum notabili in inteſtino recto intus & extra exiſtentium. ¶ De debilitate ſtomachi a mala complexione ipſius frigida & humida proueniente. ¶ De corruptione formæ a corruptione complexionis epatis frigida & humida proueniente. ¶ De vniuerſali corporis debilitate & laſſitudine. ¶ Et de ſtipticitate ventris immoderata, quæ accidentia quatuor ex hæmorrhoidibus procedunt. ¶ Diuiditur autem conſilium in cap. ſex.* E

Cap. I. *Diſpoſitiones prædictas enumerat, & earum cauſſas & hæmorrhoidarum ſpecies diſtinguit.*

VIr egregius dominus Vincentinus de nobili ꝓgenie de Scledo ex ciuitate Vicentiæ oriundus, multis & grauibus accidentibus moleſtatur ingenter. ¶ Quorum primum eſt debilitas ſtomachi a mala complexione frigida & humida ipſius proueniens: F propter illud etiam multarum ventoſitatum in ſtomacho, & in ventre inferiori continua fit generatio & multiplicatio. ¶ Secundum accidens eſt corruptio formę ipſius, quę prouenit a corruptione complexionis epatis frigida & humida, ex qua formoſitas corporis & pulchritudo coloris in palliditatem

A liditatem & albedinẽ permutatæ ſunt. Et ex eadẽ cauſſa etiam generatur in eo ſanguis
aquoſus ſatis, quæ omnia aſcitẽ ipſi minari videntur, ſi perſeuerabũt. ¶ Tertiũ accidẽs
eſt vniuerſalis corporis debilitas & laxitudo, quam a pdictis cauſſis prouenire facile cõ-
ſideranti videri poteſt. ¶ Quartũ eſt ventris ſtipticitas ſuperabundans: quæ licet a ma-
la complexione frigida & humida materiali vel immateriali ſtomachi & epatis per ſe
puenire nõ debeat: per accidens tamen propter debilitatẽ aduenientẽ expulſiuæ in-
teſtinorum contingit vltra ſolitũ detineri fęces & materias omnes, q̃ euacuari deberẽt
per inteſtina. Omnis enim immoderata dyſcraſia deiicit actũ proprie, &c. ¶ Adhuc etiã
pdicta ventris ſtipticitas aliã habet cauſſam ſui ipſius & veriorẽ, quæ eſt hæmorrhoida-
rũ tumeſcentia notabilis in inteſtino recto intus & extra exiſtentiũ: quę qualiter ſtipti-
B citatis ventris effectiuæ ſint cauſſæ paulo inferius aperietur magis. ¶ Hæ etiã hæmor-
rhoides per ipſarũ colligantiã ad ſtomachũ & epar cauſſæ ſunt & fuerunt accidentiũ
præſcriptorũ primarie: licet etiã propter longitudinẽ ægritudinis tã in ſtomacho, quã
in epate mala complexio frigida & humida materialis acquiſita ſit. Ægritudines enim
per colligantiã nõ pſeuerant aut tempore multo, quin aſſociẽt ęgritudines per abſen-
tiã: vt ex theoria medicinæ facile demonſtrari poſſet. ¶ Quare ex omnibus his congre-
gatis in vnũ concludi poteſt, talia accidentia nõ bene remoueri poſſe & eradicari ſine
recta curatione hæmorrhoidarum prædictarũ. In curationibus enim ægritudinũ ca-
nonicis oportet prius vnãquamq; cauſſam abſcindere: deinde ad illã, q̃ facta eſt ægri-
tudinem peruenire 3. *techni* colligendũ eſt literaliter: quare liquide apparet pauliſper
C illarum hæmorrhoidarum inueſtigationem eſſe præmittendam.

Sunt igitur hæmorrhoides in inteſtino recto immerſę apud circulum ani, inuen-
tæ a natura ad expellendũ ſanguinem melancholicum & ſuperfluitates cum ipſo com- *Hæmorrhoidum locus et*
mixtas in corpore multiplicatas: vt colligi poteſt ex ſententia *Auicen. 19. tertii, & primo* *vtilitas.*
& ſecundo & tertio capitulis, & ſec. 6. aphor. comment. 12. & pluries alibi. ¶ Species autem *Hæmorrhoidarum diffe-*
hæmorrhoidarum multæ ſunt ſcil. verrucales, quæ in ſubſtantia & duritie & quanti- *rentia.*
tate verrucis, id eſt, poris ſimilimæ ſunt: & earum materialis cauſſa eſt ſanguis melan-
cholicus. Alię vero nominantur vueæ, quę vuæ nigræ aſſimilantur in eius figura mul-
tum, & pendent a materia ſanguinea cum melancholia aliqualiter commixta. ¶ Ter-
tiæ vero ab auctoribus morales ſunt nominatæ: eo, quia in ſubſtantia aliqualier com-
D paratæ in colore ex rubeo & nigro apparentes, & in figura moro ſemimaturo propin-
quæ ſunt. Et eſt earum materialis cauſſa ſanguis melancholicus dominans notabiliter.
¶ Quarta vero ſpecies ſunt hæmorrhoides veſicales nominatæ: in quarum concaui-
tate aquoſitas phlegmatica continetur: & propter illud phlegmati tanquam materia-
li cauſſæ proportionantur. ¶ Harum autem omnium aliæ profundæ ſunt in inteſtino
interius exiſtentes: vt nullo modo fiant manifeſtæ viſui: niſi cum notabili expreſſio-
ne & euerſione inteſtini recti. Aliæ vero ſunt in ſphinctere, ſcil. in circulo ani vel tactui,
& viſui omnino manifeſtæ: & quælibet earum tam exterior, quam interior, vel media
inter eas poteſt eſſe vuealis, moralis, veſicalis & verrucalis: licet vt in pluribus verru-
cales & veſicales accidant in circulo ani: ſicut morales & vueales plurimũ interius &
E rarius exterius ſint euenientes. ¶ Tertia principalis diuiſio hæmorrhoidarũ eſt, quod
earum aliquæ ſunt apoſtemoſæ & vlceroſæ ſimiles: alię in fiſtulas conuerſæ. Nonnullæ
vero frequenter in cancrenas eſtiomenum askakilon conuertuntur: & non multum
longe ab hac ſcriptura in Euganea ciuitate inuentum eſt in Mannoſartore, in quo hæ-
morrhoides ex cancrena in eſtimoneũ & finaliter in askakilon conuerſę fuerunt: adeo
ꝙ non ſolum inteſtinũ: imo nates & vſq; ad oſſa comedebant: & magna anguſtia paulo
poſt exſpirauit. ¶ Alia diuiſio & vltima hæmorrhoidarum aliquæ ſunt fluentes: vel
apertæ nominatæ: aliæ vero reſtrictæ cœcæ & ſurdæ: eo quia nihil emittunt. ¶ Ex qui-
bus hæmorrhoidarum diuiſionibus quatuor ſolenniter intellectis facile perpendi po-
teſt, ad quam ſpeciem hæmorrhoides huius viri reduci debeant. Sunt enim in eo ali-
F quæ morales: aliquæ verrucales; nonnullæ vero vueales & paucę & raræ vſque nunc
fuerunt veſicales. Et earum aliquæ intus & extra ſunt. Aliquæ vero ſunt apoſte-
moſæ, aliquæ ſimpliciter tales. Nonnullæ vero vlceroſæ: neutra tamen adhuc
in fiſtulam conuerſa eſt: vt videnti, tangenti & bene intelligenti aperte pate-
re poteſt.

Qualiter autem ex hęmorrhoidibus iſtis tanquam primariis cauſſis ſaluari poſſint omnia accidentia in principio enumerata, rationabiliter cōtemplando videri poteſt. ¶ Cum enim in viro iſto ſint hæmorrhoides ſurdæ non apertæ: quia nihil aut parum valde & raro ſanguinem emittentes: & continuo ſunt tumentes, quarum tumor etiã frequenter notabiliter magnificatur; quod arguit multitudinem materiei: & non quia euacuatur materia illa, neceſſe eſt ipſam multiplicatam redundare per cauam venam aſcendentem ad epar. & ibidē tali materia multiplicata neceſſe extingui calorē epatis: quare generatur in eo aquoſus ſanguis: hoc argumento vtitur Cōmentator. *ſect. 6. aph. comment. 12.* Si enim ſanguis naturalis fit a calore naturali, eo exſtincto neceſſe eſt ſanguinem generari, ſupple nō naturalem in quanto & in quali: ſed aquoſum & paucum; Sed idem calor epatis neceſſario exſtinguitur vel ſuffocatur a materia ibidem multiplicata: quare, &c. ¶ Et ex hoc fundamento cũ præmiſſis facile concludi poteſt iuuamentum, quod corpori affertur ex apertione venarum hæmorrhoidarum non immoderate fluentium: ſed mediocriter. Conſueuerunt enim ab auctoribus numerari & nominari xvij. ſpecies ægritudinum: a quibus corpus humanum ſecuratur per curſum hæmorrhoidalem; ſicut ipſæ eędem ægritudines earum plurimæ aut aliquæ per hæmorrhoidarum reſtrictionem generari & multiplicari ſolent. quare *vigeſimatertii, 2. cap. Et ſanguine currente ex ano eſt ſecuritas ab ægritudinibus iſtis, ſcil. eſtiomeno, mania, melancholia & epilepſia multiplicata & eryſipelate & aliis, quæ ſunt ſicut milium & cancer, excoriatio, ſcabies & galabie,* id eſt, *tinea, lepra & pleuritis, peripnemonia, phreneſis, & infraſcripta.* Et quando retinetur ſanguis ex eis conſuetus, timetur aliqua harum ægritudinum: & timetur etiam hydrops ex apoſtemate malo, & corruptione complexionis epatis & phthiſis & dolore pulmonis & cætera lege ibi. ¶ Itaque in ſumma ex omnibus ſuperioribus colligendo ſententiam, videtur omnino aſſerendum eſſe, quod regimen ſanitatis recuperatiuum in hoc viro nobili procedeat ex apertione hæmorrhoidarum per quam euacuatur ſanguis melancholicus & corruptus per commixtionem phlegmatis, qui congregatur in ipſo per viam indigeſtionis prouenientis a ſuffocatione innati caloris. ¶ Iterum etiam regimen eius pendet ex conſumtipone quarundam hæmorrhoidarum, quæ doloroſæ ſunt: & propter earum magnitudinem conſtipationem continuam & validam in eo efficiunt: adeo quod nunqnam venter eius fluxibilitatem habeat naturaliter: niſi cum medicinis interius vel exterius applicatis prouocetur ventris fluxibilitas.

Propter quod prius in ordinando regimen eius ponentur ingenia aperiendi hęmorrhoides in vno cap. comprehenſa. ¶ In ſecundo vero cap. ponentur modi & inſtrumenta conſumentia & exſiccantia hæmorrhoides tumeſcentes. ¶ In tertio capit. ponentur inſtrumenta ſedandi dolorem hæmorrhoidalem. In quarto modi & inſtrumenta leniendi ventrem. ¶ Quintum vero & vltimum cap. ſubiunget regimen huius viri per adminiſtrationem ſex rerum nō naturalium ſuccincte: & ſic apparet, quod tractatulus iſte in ſex terminabitur capitulis.

Cap. II. *De ingeniis aperiendi hæmorrhoidas.*

PRo materia itaque præſentis capituli aperienda præmittendum, primo, quod ſi fuerint hęmorrhoides fluentes mediocriter ſine dolore ſaltē notabili & abſque pruritu & apoſtemate magnis: non debet Medicus earũ curam: imo ipſas naturæ taliter operanti dimittere. quare *decimaſeptima tertii: cap. tertio. Si non fuerit dolor, neque apoſtema neque inflatio, non erit plurima tunc neceſſitas curationis earum.* Nam curatio earum, quandoque perducit ad fiſtulas & ad rhagadias: & vocatur diſpoſitio talis diſruptio venarum ani. Cum autem contingit in inteſtino recto & circulo ani exiſtentes intumeſcere cũ dolore grauatiuo, plenitudine inteſtini magna, & ꝓhibitione debitæ dilatationis eius ad officiũ egerendi: & accidit in ſpina pōderoſitas: & hypochōdriis vtriſq; & in capite grauitas: & in viſu nocumentũ vel ſcothomia & in ſenſu tact⁹: & ſimiliter viſus apparet vertiginoſus: tũc tales ſunt hæmorrhoides ad ſe vocãtes Medicũ earũ aprtioni inſtructũ. ¶ Multa autē ſunt ingenia & inſtrumēta, quib. ab auctorib. hinc inde legēdo poſſunt apiri hęmorrhoides:

Modi aperiendi hæmorrhoidas.

quorum

A quorum omnium ſententiam in vnum colligendo quantum ingenio meo & vſu lon-
go comprehendere potui, octo modis cæcas hæmorrhoides aperire ſolitus ſum, ad
quos modos, licet omnia volumina medicinę perlegeris, non inuenies modum præ-
ter iſtos. ¶ Aperiuntur igitur primo cum inſtrumentis omnibus, quæ modum inun- 1.
dationis & fluctuationis in ſanguine efficere poſſunt: & maxime in ſanguine venarũ,
quæ ſunt iuxta anum: vt in fricationibus fortibus coxarum, natium, & iuxta genita-
les partes. ¶ Secundo etiam aperiuntur cum cucurbitulis factis in domeſtica parte co- 2.
xarum appoſitis in loco inter anum & radicem genitalium membrorum: & ſint ven-
toſæ ex vitro, cornibus vel ære notabiliter ignitæ. delicatis autem & nobilibus appo-
nere ſoleo eis non apponendo ignem in concauitate ventoſæ: ſed condecenter ap-
B plicando ventoſæ orificium ſuper cute & exterius cum ignita candela tandiu calefa-
ciendo ventoſæ fundum, quod applicabitur parti condecenter & poteris eius attra-
ctionem ſecundum voluntatem tuam magis moderare & minus calefaciendo vento-
ſam: poſtquam fuerit applicata ſecundum q̃ magis & minus attrahere cupis. ¶ Tertio 3.
aperiuntur hęmorrhoides phlebotomãdo ſaphenam. Ipſa n. quandoq; aperit eas ob-
uiatione ſuiipſius. i. in tẽpore actualis exitus ſanguinis. *17. tertij c. quinto in fin.* Item phle-
botomia, quæ eſt in poſteriori parte calcanei, quæ eſt ſciatica confert etiam ad hoc.
Adhuc etiam phlebotomia venę almihit, eſt fortior vtriſq; in aperiendo eas. Et credi- *Vena al[illegible] bit.*
derunt quidam talẽ venam eſſe illam, quæ inuenitur ſuper calcaneum, quæ eſt ramus
ſaphenæ. Ego autem credo talem eſſe venam curuaturæ poplitis, *de qua quarta primi c.*
C *ſecundo*, ſcribitur ita. *Et ex eis eſt vena curuaturæ poplitis, quæ tantum efficit, quantum & ſaphe-
na in prouocatione menſtruorum & doloribus ani & hæmorrhoidibus.* Quarto principaliter i- 4.
terum aperiuntur hæmorrhoides venæ in phlebotomando ipſas. Et modus quidem
eſt faciendo eas eminere & ſenſui viſus & tactus manifeſtas fieri. primo quidem in-
iungendo ægrotanti, vt forti compreſſione exprimat ſphincterem ad extra: ac ſi ve-
hementer egerere vellet: & ſi hoc modo non ſufficit, apponatur ventoſa ſphincteri
magni orificii cõuenienter ignita. Et melius eſt cum igne exterius, quam interius ap-
poſita: ne flamma ignis lædatur ſphincter, vt ſæpe contingit & prohibet operationem
tuamq̃ intendis, eo q̃ locus apoſtematur. Cum ergo ſiue per cõpreſſionem aut vento-
ſam euerſus fuerit ani circulus, adſpice ipſum & non verecunderis: aut ſaltem doce
D chirurgum, vt aſpiciat & tangat venas illas, quæ magis tumentes factæ ſunt, & ſangui-
ne purpureo plenę & non ſunt attritæ vel duræ, ſed ſenſu tactus percipitur in eis flu-
ctuatio ſanguinis. Igitur ſecetur de numero illarũ quæ maior erit & permittatur ſan-
guis exire vſque quo color eius niger permutetur in ſplendidum & vſque ad debilita-
tem virtutis excluſiue. Si autem vena non apparuerit tibi notabilis vna, per quam ſe-
ctam ſperare poſſis ſanguinem ſufficienter euacuari: tunc phlebotomentur duæ vel
tres ſecundum, quod tibi decenter conſideranti apparebit. Ingenium enim natura-
le adiuuat artem & naturam regentẽ: contraria vero contrariũ. Damaſcenus in apho.
Cum igitur vna vel plures fuerint ſectæ, ſi perſeuerat earum apertio tot diebus, qui-
bus ſufficienter corpus euacuatur, non eſt aliter in opere procedendum. Si autem
E venæ iam ſectæ clauderentur: vt ſæpe ſolet fieri propter viſcoſitatem vel pinguedinis
multitudinem: aut aliis & cauſis: tunc ſequenti die fiat phlebotomiæ ſecundatio tot
diebus continuata, quibus euacuetur ſufficienter corpus adhuc etiam ſi euerſo ani
circulo per ingenia prædicta lateret ſenſus tuos venarum apertio, vt ſæpe contingit
in melancholicis & in valde timidis & ſimilibus. Tunc euerſo inteſtino capiatur cum
tenaculis pars ipſius, quæ tibi videtur colore opaco colorata magis & parum exterius
ſuauiter trahendo ligetur cum chordula condecenter ſecundum quod in aliis fieri
ſolet. Et poſtquã per ligaturam tibi cognita fuerit vena, quæ prius fuerat occulta: tũc
phlebotometur: & ita de omnibus procedatur: vt ſupra dictum eſt. ¶ Quinto ape- 5.
riuntur venę hæmorrhoidales pungendo cum acubus aureis aut argenteis aut aliis, &
F ſolet hic modus obſeruari in mulieribus delicatis & timidis, & in his, in quibus ſan-
guis valde ſubtilis inuenitur. ¶ Sexto aperiuntur hæmorrhoides ſupponendo eis aut 6.
confricando eas cum medicinis rubificatiuis acutis non tamen excoriatiuis, ſicut cũ
puluere calamenti, origani, perſicariæ, apii ranini, cum cyclamine, nitro & pipere.
Et fortiora illis ſunt fella omnium animalium & proprie rapacium volitantium & pe-

7. ditantium: licet cõmunius ſit fel tauri apud auctores. ¶ Septimo aperiuntur cum me- A
dicinis excoriatiuis & de cõmunibus eſt fricatio earum cũ foliis ficus, quę ſine aſperi-
tate ſua ac ſiccitate, ſine acuitate lacticinia hoc efficiant, ſolenniter & in breui tem-
pote aperiunt eas. Aperit n. eas fricatio cũ cæpis narciſſi & cũ flãmula & eſt pes corui-
nus. Item puluerizatio ſuper illis facta cum puluere cantharidarum. Item linitio ea-
8. rum cum lacte tithymali & foliorum ficus vel cum aqua capitelli. ¶ Octauus & vltimus
modus aperiendi hæmorrhoidas eſt cum cauteriis: & licet ad hanc ſeruire poſſent a-
ctualia cauteria, non eſt tamen eorum vſus à cõmuniter operantib. exercitatus, neq;
ab auctoribus plurimum inuentus. Vtuntur igitur in apertione earum potentialibus
cauteriis Medici plurimi ſecundum ordinem, quẽ apud vſum meum cõtinuo habue-
runt. ¶ Primo quidẽ applicando leuiora qualia ſunt ſuccus cyclaminis, ſuccus planta- B
rum acutarum, ſapo mollis ſemper leniendo cum eis hęmorrhoidales partes. Item ſu-
per puluerizando eis ſpecies omnes atramenti. i. vitrioli, vt viride, albũ, rubeum, &c.
Et primo quidem crudum. Et fortius illo eſt vtrunq; cõbuſtum. Et earum fortior me-
dicina eſt, ſicut anacardus ſolus ſ. puluerizatus vel cum reliquis medicinis, vt arſenico
proprie auripigmento, arſenicum etiam ſolum, ſulphur & lacca. *17. tertij quinto ca.* col-
ligendo. ¶ Reliqua vero cauteria fortiora non curaui ſcribere propter ſuſpicionem
loci & paſſibilitatem eius & aptitudinem eius ad corruptionem & propter ineptitu-
dinem applicationis earum: hæc enim ſunt ſatis efficacia; imo leuiora de numero i-
pſarum ſemper applicare conſueui, fortiora euitando propter prædicta. Cum igitur
applicatur horum cauteriorum aliquod, fulciatur inteſtini pars omnis cum linimẽtis C
frigidis & ſiccis vel humidis actu & potentia, quæ viſcoſitatem habeant: vt prohibea-
tur penetratio & tranſitus cauterii ad partes laterales: & ſtet æger eleuatis poſteriori-
bus & coxis apertis vſque quo à cauterio facta fuerit echara. Cum igitur facta fuerit i-
pſa, ſuperponatur butyrum aut alia pinguedo mollis abſque ſale & acuitate omni &
permiſceatur cum ſucco ſolatri, lactucæ, violarum vel cum oleis prædictorum vſque
quo ceciderit eſchara, ita vt ſanguis exire poſſit. Cum igitur exiuerit, donec eius
exitum conſequatur alleuiatio notabilis, ita procedatur. Deinde curetur locus cum
medicinis mundificatiuis, regeneratiuis carnis & incarnatiuis & vltimo cum con-
ſolidatiuis vſque ad perfectam ſanationem. ¶ De quarum medicinarum numero me-
Vnguẽtum cõſolidans.
lior per me inuenta eſt iſta. ℞. *vnguenti baſiliconis maio.* ℥. *ij. olei de chryſomelis terebin-* D
thinæ lotæ cum aqua recenti tribus vicibus an. ℥. *j. ceræ albæ* ʒ. *iiij. camphoræ* ʒ. *ij. fiat vnguentum &*
apponatur.

Cap. III.

De exiccatione & conſumptione hæmorrhoidarum & reſtrictione immoderati curſus earum.

Identur igitur in hoc capite duo pertractanda eſſe. Primo quidem aperire
ingenia & inſtrumenta exiccandi & conſumendi hæmorrhoidas apoſte-
moſas. Secundum vero exprimendi modum & remedia immoderatum cur-
Modus incidendi hæmorrhoidas.
ſum ipſarum auferentia. E

Et primum quidẽ completur diuerſis operandi modis; vt inciſione ipſarũ hæmor-
rhoidarum totaliter facta: & modus eſt: ligentur apud radicem earum cum filo & to-
1. ties quotidie conſtringantur, donec per ſtricturam deficiente materia nutritionis
2. earum per ſe cadant: & eſt operandi modus ſecurus valde aliquando per me exercita-
tus: licet operatio talis fieri non poſſit, niſi in tempore prolixo. ¶ Secundus modus eſt
cauterizandi eas cum actuali cauterio diuidente eas in longitudinem, quod cauteri-
um ſæpe & ſuperficialiter debet poni: poſt quod procuretur caſus eſcharæ cum ſup-
3. poſitione rerum pinguium non ſalitarũ & toties fiat talis applicatio cauterii & eſcha-
ræ caſus, quoties totaliter apoſtemoſa ſubſtantia conſumatur. ¶ Tertius iterum eſt
per applicationem cauterii potentialis, de quorum numero ſecuriora ab auctoribus F
inuenta ſunt ſpecies omnes atramenti combuſti, arſenicum citrinum & ſimilia. Et
hi duo vltimi modi non debent fieri, niſi à viro in ſcientia & experientia bene trito &
in ægrotante moraliter obediente Medico. Et de numero horum trium ingeniorum
neutrum fieri poteſt, niſi cum euerſione inteſtini: de qua ſcriptũ eſt in præcedẽti cap.

¶ In

A ¶In ficubus autem & hæmorrhoidibus extra exiſtentibus hi tres modi facile ſatis ad optatum ſanitatis finem perducunt. ¶ Quarto principaliter fieri poteſt conſumptio & caſus hæmorrhoidarum cum medicinis ſuper appoſitis, quæ ſunt diuerſarum ſpecierum. ¶ Aliquæ enim ſunt pulueres, aliquæ illinitiones vel vnguenta, aliæ emplaſtra. Nonnullæ liquores, decoctiones, vel ſuffumigationes. Aliquæ vero ſuppoſitoriorum appoſitiones materiā partim diuertendo, partim conſumendo finientes. ¶ De harum medicinarum numero: Aliæ ſunt leues, aliæ fortiores, aliæ ſimplices, aliæ compoſitę. Quædam vniuerſaliter hæmorrhoidibus appropriatæ: Nonnullę vero determinatis hæmorrhoidibus propriæ magis. Et quædam earum exterius, & quædam interius applicandæ. ¶ Ordine igitur ſecuriori ſecundum conſue- 4.
B tudinem meam, primo perquiram ex eis leuiores ſimplices, ſecundo compoſitas omnibus vniuerſaliter hæmorrhoidibus. tertio vero exprimam aliquas quibuſdam hæmorrhoidibus magis appropriatas.

¶ Pulueres itaque leues ſimplices indifferenter omnibus hæmorrhoidibus appropriati ſunt litium de puluere, flore vel radicum cuius, ſi detur in potu ʒ. ß cum vino ſtiptico pluribus dieb. cōfert valde, & eſt medicina ab antiquis feluzaragi nominata: lege de hoc *can. 2. proprio c. in areola membrorū expulſionis* vbi dicit quod cōferat fiſſuris ani, vlceribus & hæmorrhoidibus. ¶Confert etiam ad hanc intentionem puluis radicum pentaphili, de quo pluribus diebus ʒ. ß. cum aqua frigida in æſtate, calida in hyeme. ¶ Item tantundem pulueris florum vel extremitatum ſquinanti ſimiliter
C confert. ¶ De expertis vero potabilibus confert, vt ſumantur galbani ſicci ʒ. ij. cum aqua, de quo dixit Auicen. *17. tertij 6. cap.* quod ipſum ſit mirabilis experientiæ & remoueat hæmorrhoidas: & ſi detur in potu tribus vicibus, non redibunt, &c. ¶ Ad hanc eandem intentionem laudatur puluis foliorum & granorum myrti: hæc de ſimplicibus à communi qualitate valentib. meliora ſunt, vt experientia teſtatur, & communi auctorum ſententia probari poteſt ¶ De aliis vero, quæ ab occulta qualitate cōferre dicuntur, duo pulchra ſolennia ſcripſit Auicen. *17. tertij præallegato cap 6.* ¶ Et primum eſt, vt accipiatur puluis capitis piſcis ſaliti & puluis caſei antiqui eodem modo præparati & miſceantur ad inuicē æqualiter. ¶ Secundū eſt vt accipiatur cinis caudæ piſcis ſaliti & ſupponatur: & intelligo ego vt talis cinis ſit de ſpina prædictæ caudæ pi-
D ſcis. ¶ De compoſitis vero ad hæmorrhoidas expertis conſumentibus eas & multa iuuamenta facientibus duo meliora ab auctoribus & ab experientia comprobata ſunt. ¶ Primum eſt electuarium de ſcoria ferri, cuius deſcriptionem & meliorem inuenies *nono Almanſ. ibidem capite 68.* ¶ Secundum ſunt pilulæ de bdelio; quarum deſcriptio eſt *ibidem capit. 80.* has duas deſcriptiones inter alias, quæ ab auctoribus inueniuntur, eorum pace ſalua meliores inueni inter alias. ¶ De linimentis vero poſt prædicta commune approbatum eſt oleum de chryſomelis, & ſunt fructus parui perſicis aliqualiter ſimiles, coloris aurei cum matureſcunt: & ideo nominantur chryſomela à χρυσός quod Græcis aurum: Et μῆλον, quod malum ſeu pomum ſignificat: vnde chryſomela quaſi aurea mala. Ex quorum nucleis tale perficitur oleum: le-
E ge ab auctoribus. ¶Secundum fortius illo eſt oleum de pice. ¶ Tertium & omnibus fortius eſt oleum de euphorbio. Et ſi velis hoc vltimum vehementioris exiccationis efficere, ei ſuperadde ſubtriplum ponderis pulueris anacardi & mirabile inuenies. ¶ Vnguentum bonum exiccans hæmorrhoidas omnes eſt. ℞. *mellis* ℥. *iij. aceti* ℥. *ij. vitrioli viridis, floris æris an.* ℥. *j. tuciæ præparatæ, lithargiri, plumbi vſti an.* ʒ. j. ß. *mel & acetum lento igne bulliat vſq; ad coagulationem conuenientem, & cum ceperint tepefieri, effunde in mortarium & ſuperadde pulueres alios & diu agitentur & vtere eo.* eſt enim efficaciſſimum. ¶ De emplaſtris vero has ægritudines conſumentibus eſt hęc deſcriptio. ℞. *radicum iari à cortice mundatarum* ℥. *iiij. radicū liliorum alborū* ℥. *iij. pulueris panis porcini, panis opyri. i. furfuracei an* ℥ *iij. pulueris gallarū cupreſſ.* ℥. *iij gran. myrti, ſe. plantaginis, thuris, ſandaracæ an.* ℥ *j. farinæ fabarum* ℥. *iij. olei*
F *de lauro. de chryſomelis an.* ℥. *j. ß. croci* ʒ. ß *fiat emplaſtrum* & loco prius fomentato cum ſpongia madefacta in vino rubeo calido & expreſſa ſupponatur hoc emplaſtrum mediocriter calidum. Eſt enim efficax eo, quia repellit materiam, dolorem ſedat, reſoluit & exiccat.

¶ De reliquis vero medicinis, quarum vſus eſt ad hæmorrhoides ſunt balnea:

Feluzaragi.

Simplicia dolorem hæmorrhoidū ſedantia.

A qualitate occulta dolorem hæmorrhoidū ſedantia.

Electuariū de ſcoria ferri.

Vnguentū exiccans hæmorrhoidas.

Emplaſtrū.

quorum aliqua ſunt naturaliter talia inuenta: & aliqua artificialiter talia. ¶ De natu- A
raliter vero talibus ſunt ſicut ſulphurea quædã, aluminoſa, quæ tamen meliora ad re-
pellendum & ſtringendum fluxum, licet etiam conſumptiua ſimiliter: ſunt etiam ex
aqua ferrea minerali. Item aquæ cineritiæ, calceæ minerales, quæ ambæ magis ſunt
conſumptiuæ, quam repercuſſiuæ. Et de numero mineralium melior eſt aqua atra-
mentina in exiccando & conſumendo & partes ſphincteris vigorando. ¶ Sunt arti-
ficialiter talia, vt aqua cineris vel lixiuium, aqua decoctionis radicum philipendulæ,
granorum myrti & myrræ ſimpliciter vel coniunctim acceptis. Et fortior illis eſt a-
qua decoctionis radicum iari. Hæc omnia ad reſoluendum & conſumendum mate-
rias, ſicut aqua decoctionis gallarum cupreſſi confert ad prædicta: licet magis ad re-
pellendum quam ad reſoluendum. Ex fortioribus vero eſt aqua capitelli, ex qua fit B
ſapo & proprie illa, quæ tertio deſtillatur, eſt enim leuior inter alias duas. Item a-
qua vitis, id eſt, ex vini ſublimatione facta. Et poſſunt omnes hi liquores applicari
faciendo encatiſmata, id eſt, ſeſſiones in eis: vel applicando eos cum coto, ſpon-
gia, lana vel ſimilibus ſecundum peritiam exercitati viri. ¶ De his vero, quæ partim
diuertendo, partim conſumendo materias ſuppoſita iuuant, plura ſolennia inueni-
untur. ¶ Primum & leuius eſt ſuppoſitorium factum ex radice peucedani recẽtis. ¶ Se-
cundum ex radice gentianæ. ¶ Tertium ex radice ireos. ¶ Quartum ex radice iari vel
ſerpentariæ minoris: quod idem eſt. Eſt enim notabilis experientia in Auicen. litera
inuenta cum qua ſæpe conſumuntur notabiliter hæmorrhoides: vt ex radice ſer-
pentarię ſuppoſitoria fiant parumper oblonga: & infundantur in vino per diem na- C
turalem & imponantur ano & teneantur ibidem quantum eſt poſſibile, lege vt ſupra
6. capite. Ex prædictis autem fere medicinis omnibus fieri poſſunt ſuffumigia, quæ
ſunt inſtrumenta vtilia. Et ſi fuerint hæmorrhoides attritæ vel verrucales duræ fiant
ex eis decoctiones in aquis, & ſuffumigetur patiens cum eiſdem immergendo in prę-
dictis lapides ignitos. Et ſi hæmorrhoides exterius eminentes ſunt, facilius confe-
runt ſuffumigationes tales. Si autem interius fuerint; ſuffumigentur cum emboto
ano immiſſo per cuius concauitatem fumus interius recipiatur aut ſaltem compri-
mendo inteſtinum euertatur exterius. ¶ De ſuffumigationibus autem ſiccis lauda-
tur leuior & bona eſt facta cum foliis myrti proiectis ad carbones ignitos. Et fortior
eſt ſuffumigatio facta cum ſtercore vaccarum ſicco, &c. ¶ Compoſitum bonum ad D
Suffumigium. ſuffumigandum eſt hoc. ℞. *anacardi* ℥. ß. *galbani* ℥. j. *ſtercoris columbini, ſtercoris vaccini*
puluerizatorum ana ʒ. ij. *fiat puluis & ſuperaſpergatur carbonibus ignitis vt ſupra.* ¶ Ex ſuffumi-
gationibus vero ab occulta proprietate valentibus laudatur illa, quæ fit cum ſpolio
ſerpentis.

Medicinæ compoſitæ à proprietate. Medicinæ vero compoſitæ à proprietate & à qualitatibus communibus hæmor-
rhoidibus à proprietate ſunt iſtæ. ¶ Vnguentum bonum ad hæmorrhoidas verruca-
les duras & attritas. ℞. *olei amygdalarum amararum* ℥. ij. *vitellorum oui numero* ij. *croci* ℈. j.
Vnguẽtum ad hæmorrhoidas duras. *ceruſæ* ʒ. ij. *fiat vnguentum molle in mortario.* ¶ Deſcriptio ſecunda efficacior prima. ℞. *o-
lei vulpini* ℥. j. ß. *bdelij diſſoluti cum modico aceti* ʒ. vj. *pinguedinis renum vituli* ʒ. 10. *croci* ℈. j.
fiat vnguentum molle. ¶ Deſcriptio tertia adhuc fortior. ℞. *olei amygdalarum amararum, olei* E
Aliud. *ſiſamini an.* ℥. j. ß. *pinguedinis anatis & gallinæ, butyri recentis, medullæ crurum bouis an* ℥. j. *vitel-
los oui numero* 2. *croci* ʒ. ß. *galbani diſſoluti cum modico vini al.* ℥. j. *fiat vnguentum molle.* Et inue-
ni, quod hæc vnguenta omnia infraſcripta efficacius operantur, ſi conficiuntur cum
piſtillo plumbeo in mortario plumbeo, quam in aliis vaſis. Hæc vnguenta efficacia
ſunt in cura hæmorrhoidarum prædictarum. quoniam indigent lenificatione dige-
rente materias, ſedatione doloris & medicinis duritiem & compacitatem à membro
auferentibus. ¶ In rhagadiis vero moralibus vel vuealibus neceſſariæ ſunt medi-
cinæ leui caliditate reſolutiuæ, ne inflamment materiam earum, quæ ſatis ad hoc pa-
rata eſt & neceſſariæ ſunt in eis medicinæ fortis exiccationis. Et ſi medicinæ iſtæ
quandoque confringantur cum frigidis repellentibus in toto principio vniuerſali & F
medietate augmenti vniuerſalis, bonum erit. tunc enim neceſſaria eſt repulſio mate-
riei parua reſolutio & maior exiccatio eius. ¶ Compoſitum bonum ad hanc inten-
tionem eſt hoc. ℞. *foliorum ſolatri recentium M.* iij. *roſarum. foliorum plantaginis an. M.* ij.
Emplaſtrũ. *pulueris coriandri præparati cum aceto* ℥. ß. *chamomillæ, meliloti, ſemi. aneti an.* ʒ. iij. *croci* ℈. ß.

Fiat

A *Fiat emplaſtrum cum ℥.ß.farinæ hordei, aut fiat ex eo vnguentum cum pauco oleo ro.& tunc erit cõueniens in principio: & poſt illud.* ¶ Vnguentum bonum & fortius prædicto eſt hoc. ℞.*abſynthij recentis, foliorũ apii an M.iij.chamomillæ,meliloti an. M.ij. ſeminis aneti granorũ myrti ana M.j.ireos ʒ.iij radicum ſerpentariæ ʒ.j.olei amygdalarum amararum ℥.iij.fiat vnguentum molle vel emplaſtrum multiplicata farina hordei reſpectu deſcriptionis præcedentis.* ¶ Vnguentum tertium & efficacius ſcriptum ſupra deſcriptione illa. ℞.*iari,&c.* ¶ Ad hæmorrhoidas vero veſicales multum confert linitio facta cum mithridatio aut theriaca. ¶ Item deſcriptio illa. ℞.*ceruſæ,plumbi,lithargiri, tuciæ crudæ an. ʒ.j.ß. antimonij ʒ.ß.olei de coſto, olei liliorum alborum an. ℥.j.croci gran.vj.ceræ quantum ſufficit, fiat vnguentum molle.* ¶ Et ſi maiorem exiccationem velles, fortius illo erit hoc. ℞.*ſcoriæ ferri frixæ in aceto vſque quo conuenienter*

Vnguẽtum. Aliud.

Vnguentum pro hæmorrhoidibus veſicalibus.

B *puluerizari poſſit ʒ.iij.ſe.anacardi ℈.ß.radicum ſerpentariæ,gentianæ,pyrethri an.gran.vj.olei de chrymelis ℥.j.olei violarum purpurearum ℥.j.ß ceræ quantum ſufficit: fiat vnguentum molle.* ¶ Ad rhagadias autem quæ ſunt hæmorrhoides ſiue hæmorrhoidales fiſſuræ in circulo ani & inteſtino recto, regimen conueniens eſt, vt fiat phlebotomia baſilicæ, quæ confert omnibus ſpeciebus hæmorrhoidarum, & proprie quando adeſt febris. deinde emplaſtrentur cum vitellis ouorum& oleo de chryſomelis & croco cũ modico bdellii ex ſententia Rhaſis *in diuiſionib. Almanſ. ca. 79.* In rhagadiis autem, cum quibus non eſt febris, conferunt pulueres linimenta ſuperius tacta. ¶ Linimentum bonum ad rhagadias ani & proprie quando cum eis eſt vehemens inflammatio & punctio. ℞ *olei nenupharini ℥.j.coriandri non præparati ʒ.ij.amyli ℥.j.croci ℈.ß.fiat vnguentum molle in mor-*

Aliud. Rhagades quid.

C *tario & ſedat dolores & inflammationes.* ¶ Et fortius illo eſt hoc. ℞.*ſucci hyoſci ℥.j.ſucci nenuphar.℥.ij.ceruſæ ℥.j lithargiri ʒ.iij.camphoræ ʒ.j.vitellos oui numero 2.fiat vnguentum molle in mortario.* ¶ Et ſi velis vnguentum hoc fortius facere in ſedando dolores & inflammationes & punctiones, adde ipſi opii,croci,an.℈.j. Et poſtquam totum confectum fuerit, bulliat in ℥.iij. ſucci violarum recentium vſque ad conſumptionem illius: communicant vnguenta hæc cum iuuamento ad rhagadias: omnibus etiam ſpeciebus aliis hæmorrhoidarum. Neq; hęſitare debes ex eis; quia narcotica recipiant: ſunt enim refracta condecenter: neque eſt narcoticorum nocumentum in aliquo membrorum corporis minus, quã in ano, cuius tu conſidera cauſas. Et hæc de prima particula principali capitis huius.

Linimentũ ad rhagadias. Aliud.

Ano omnium minime nocent narcotica.

D Pro ſecundo vero principali huius memorandum primo ſententiam poſitam in principio præcedentis capitis quod curſu hęmorrhoidarum ente moderato in quanto, quali & in tempore reſtringi non debet. Item memoria habeatur ſententia Hipp. *ſect.6.aphor.*commento 12. Et ſi plures fuerint hæmorrhoides ex quarum euacuatione conuenienti iuuamentum notabile corpori conſequatur, non debet totaliter curari neq; conſtringi, quin vna earum aperta remaneat propter nocumenta ibi numerata. ¶ Cum vero ſanguis ab eis emanat deſtillando exuperando taliter, quod ab eo virtus cadat, ſiue continuus fuerit fluxus, ſiue interpolatus conſtante virtute, fiat phlebotomia baſilicæ dextræ vel ſiniſtræ, ſecundum quod cadit in coniectura tua ſuper ſignis ſtabilita, quod materia ſit ſanguis cholericus vel melancholicus. ¶ Facta phleboto-

E mia ſequenti nocte detur in aurora in potu ʒ.j.ß.trociſcorum de karabe cum aqua decoctionis ſumach; aut detur in potu in aurora ℥.j. pilularum de bdellio, quæ ſcriptæ ſunt ſupra cum aqua decoctionis granorũ myrti aut dentur in potu ℈.ij. pulueris mumiæ & ℈ j.lapidis hæmatitis inuicem commixta cum aqua plantaginis. ¶ Super loco vero exterius ſuperponatur albumen oui cum pilis leporis & tela araneæ inuicem cõquaſſatis: aut fiat puluis iſte & conquaſſatus cum albumine oui ſuperponatur natibus ſphincteris & extremitati ſpinæ. ℞.*thuris,myrræ,ſarcocollæ,aloes an. ʒ.j. dragaganti, gummi arabici torrefactorum, corallorum & oſſium dactylorum amborum combuſtorum an. ʒ.j.ß. vitrioli combuſti* ℈.j.pulueris fuliginis inuenti ante faciem furni ℥.j. fiat vt dictum eſt. Et hæc de capite tertio dicta ſufficiant,&c.

Puluis.

F

CAP. IV. *Inſtrumentum ſedandi dolorem.*

Contingit frequenter propter hæmorrhoidas in ſphinctere dolor intenſus, aut propter multitudinem materierum, qui dolor frequenter ad maiora nocumenta perducit, quam propria ægritudo, cuius ipſa eſt accidens. Ideo oportet Me-

dicum promptum & ſollicitum eſſe in ſedatione doloris illius, ne perducat ad ſpaſ- A
mum per colligantiam partium illarum ad nucham & cerebrum: & ne etiam propter
multitudinem materierum & qualitatem malam ipſarum extincto vel corrupto ca-
lore naturali perducat ad gangrænam vel eſtiomenum cancrum vel aſchachilos, vt ſę-
pe contingit me vidiſſe viros tali martyrio extinctos fuiſſe. ¶Igitur pro ſedatione do-
loris talis, licet multa eorum, quæ tacta ſunt, medicamina conferre poſſint: vt illa,
quæ in rhagadiis tacta fuerunt. ſerioſius tamen plurima ſedantium dolorem medica-
mina in hoc vno capit. colligentur à leuioribus inchoando ſemper vt mei moris eſt.
¶Igitur frequenter dolorem talem ſedat embrocatio vel fomentatio vel ſeſſio facta
in aqua decocta cũ croco. ¶Secundum & fortius illo eſt in ſapa facta. ¶Tertium & a- B
nodinum magis eſt emplaſtratio facta cum ſapa, vitello oui, croco, chamomilla &
puluere aneti inuicem conquaſſatis. ¶Quartum & mirabilius prædictis eſt, vt recipi-
antur *vitelli ouorum quatuor, olei roſa. ℥.iij. croci ʒ.j. & applicetur loco.* ¶Quintum & fortius
omnibus eſt. ℞. *olei nenupharini de aneto & de chamomilla ana ℥.j. croci ʒ.j. vitellos oui numero
iij. farinæ hordei ℥.j. conquaſſentur inſimul, demum bulliant in ℥.ij. ſucci lactucæ vſq; ad conſumtio-
nem illius: & ſæpe applicetur.* Et ſi volueris hoc vltimum ſicut & omnia præcedentia do-
loris ſedatiua velocius efficere, addatur ei opii, hyoſcyami vel mandragoræ ʒ.j. vel ß.
ſecundum coniecturam tuam. ¶Ego autẽ inſtante neceſſitate magis tales dolores ſæ-
pe ſedaui emplaſtrando locum cum philonio tarſenſi tepido deſcriptione Auicennæ
Vnguẽtum narcoticum. *quinto can. ſumma prima.* lege ipſum ibi. ¶Vnguentum bonum narcoticum ad hanc in-
tentionẽ. ℞. *olei de nenuphare & de floribus lactucæ an. ℥.j. olei de mandrago. ℥.j.ß croci ʒ.j. ceruſæ* C
lithargiri, tuciæ præparatæ an. ʒ. ß. amyli, terræ ſigillatæ ana ʒ ij. opii ʒ. ß. vitellos ouorum num. iij.
Emplaſtrũ. *fiat vnguentum molle in mortario plumbeo: & eſt efficax valde.* ¶Emplaſtrum bonum ad hanc
intentionem. ℞. *radicum althææ diligenter coctarum libr. j. radicum liliorum alborum ℥ iij folio-
rũ maluarũ & hyoſcyami recentiũ an. ℥.iij. chamomillæ ℥.ij. meliloti ſe. aneti an. ℥ ß. farinæ fœnugræ-
ci ſe. lini & hordei an. ℥.j.ß. olei de ſeſamo recentis ℥.iij. opii ʒ j. ß. fiat emplaſtrum cum decoctione fo-
liorum ſupraſcriptorum.*

¶Dolores etiam iſtos non raro ſedaui accipiendo materiam huius emplaſtri &
poſtquam cocta fuerit in ſapa, impleatur ex ea ſacculus magnus & ſuper eo calido diu
ſedeat patiens & eſt medicamen nobile valde. ¶Solẽt etiam dolorem illum aliquãdo
ſedare fricationes & ligaturæ factæ in adiutoriis brachii & in pedibus & vẽtoſationes D
ſpatularum & ſuperiorum partium natium. Et phlebotomia baſilicæ: quæ omnia ta-
cta ſunt ſupra. Et vſus clyſteriorum, puluerum, quorum memoria ſequenti capite in-
uenietur.

CAP. V. *De modis & ingeniis leniendi ventrem.*

COnſiderandum poſt hoc, quod in ægritudinibus talibus tanquam accidens
inſeparabile ſemper complicetur ventris ſtipticitas & raro contingat oppo-
ſitum fieri: quæ quidem multis cauſis concomitari poteſt diſpoſitionem il-
lam. Aut quia propter talẽ ægritudinẽ, quæ chronica eſt, debilitatur expulſiua virtus
inteſtinorum. Aut quia materiæ frigidæ in chronicis abundantes craſſitudine ſua & E
multitudine prohibent inteſtini dilatationem debitam. ¶Aut quia infuſo ani circulo
multitudine materierum nõ poteſt in eo fieri dilatatio debita, quæ ad exitum fæcum
neceſſaria eſt. Aut quia propter malam complexionem calidã aut ſiccã conſumẽtem
humiditatẽ fæcum ipſę ẽt conuertuntur in ſquibalas. Aut propter motũ cõtractiuum
talium partium verſus principium ſuum. Aut ꝓpter cauſas alias ad has reducibiles, &
qualitercunq; cõtingat ſtipticitas talis, non præcipue grauat inteſtinũ patiens: imo &
toti corpori nociua eſt. ¶Pro cuius conſtipationis amotione clyſteriorum vſus à non-
nullis auctorib. vituperatur, non quidẽ per ſe, ſed per accidens, eo quia ſępe contingit
clyſterizantem imperium cum impoſitione cannulæ dolorem maximum facere aut
ꝑſentẽ augmentare. Igitur præſuppoſita peritia operantis clyſteria nõnulla deſcribẽ- F
tur quæ iuuamẽtum magnum cõmunicant omnib. aut plurib. cauſarum ſtipticitatis,
Clyſter. quæ ſuperius enumeratæ ſunt. ¶Clyſtere bonum ad hoc. ℞. *foliorum mal. M. iij. folio.
bletæ & mercurialis an. M. ij. fiat horum decoctio & poſt expreſſionem accipiantur ℥.12. eius vitelli*

ouo-

A *cuorum numero tres, olei de ſeſamo recentis ℥. iiij. ſalis gemmæ ʒ. ß. & imponatur totum.* ¶ Forti⁹
illo & anodynum magis eſt hoc. ℞. *brodij pinguis carnium caſtrati pulli vel vituli libr. j. bu-*
tyri recentis, pinguedinis anatis an. ℥. j. croci ʒ. ß. olei de aneto & liliorum an. ℥. j. ß ſalis indi. ʒ. j. Aliud.
miſce & pone tepidũ actu. Et ſi volueris hoc vel primum fortiora facere, adde eis ſachari
rub. mel. viol. an. ℥. ij. Hæc enim clyſteria leniendo, reſoluendo & ſedando dolorem
conuenientia ſunt. Et ſi volueris magis doloris eſſe ſedatiua, adde de philonio & oleo
de mandragora parum ſecundum coniecturam tuam. Soleo autem in his caſib⁹ leni-
tionem ventris efficere cum oleo viol. diſſoluto ʒ. j. bdellij cum lib. j. prædicti olei.
¶ Etiam ſuppoſitoria facta cum pinguedine gallinæ vel anatis vel butyro & modico
pulueris ſcamoneæ exterius emplaſtrata conferunt ſupponendo calida. ¶ Seſsio fa-
B cta in aqua decoctionis caulium cum excorticatis ſeminibus pentadactyli mirabiliter
iuuat. ¶ Pilulæ bonæ ad hanc intentionem. ℞. *bdellii alb. mollis & bene pinguis, aloes in-* Pilulæ.
fuſæ per tres dies in lacte ouino an. ʒ. ij. incorporentur ſimul & fiant pilulæ & detur à ʒ ß. vſq; ad ℈.
ß. ante cibũ & valde confert. ¶ Delicatis autem & timentibus conſueui dare ℥. iiij. aquæ
longę decoctionis maluarũ cum ℥. j ſachari ru. vel mellis viol. & bene confert. ¶ Ele-
ctuarium bonum ad hanc intentionem eſſe poteſt de pſyllio, de caſsia fiſtula & ſebe-
ſtẽ, dia; runum & diacatholicon, quæ omnia ab auctoribus hincinde legantur & pro-
prie quando excluduntur à ſcamonea aut in eis ponitur parum de ea. Non enim cu-
raui talia ſcribere, ne faſtidium inferam audientibus. ¶ In talibus autem ægritudini-
bus ſoleo vti cõpoſitione tali. ℞. *polypodij recentis abluti & bene minutim inciſi lib. j. myroba-*
C *lanorum indorum numero ſex prunorum, ſebeſten ana numero decem, ſeminum maluæ & althææ ana*
ʒ. ij. infundantur omnia in libris decẽ aquæ fontis præcalefactæ per quatuor dies & diligenter ſingu- Electuarium.
lo die manibus confricentur in eadem. ¶ *Quinta vero die calefiant omnia ſimul & bene coquantur &*
exprimantur, poſtea accipiatur colatura & ſuperaddantur eidẽ mucillaginis pſyllij ſapienter extractæ
lib. j. ß ſachari rubei lib. j. pulueris ſcamoneæ in ſindone ligati ʒ. j. coquãtur omnia ſimul lento igne
vſq; ad medietatẽ: tunc auferatur à decoctione ſindon cum ſcamonea & ſuperaddantur ſachari candi
lib. ij. ß & coquantur vſq; ad electuarij ſpiſsitudinem & detur ex eo cochlear vnum ante cibationem
& quavis hora. Eſt enim delectabile medicamen, ſuaue & ſecurum & ventris bene le- Puluis.
nitiuum. ¶ De compoſitis autem meis ad hanc etiam intentionem confert puluis
iſte. ℞. *viol. ℥. ß. folliculorũ ſenæ ʒ. ij. medullæ carthami polypo, tartari an. ʒ. j ß. cymini, aniſi,*
D *dauci, macis ana ʒ. ß. ſalis indi ʒ j. & detur de eo a ℈. ß. vſq; ad ℈. j. cum modico brodii vel aquæ*
vel vini ante cibum. Hæc de cap. quinto, &c.

Cap. VI. *De regimine per dietam.*

SI diligenter conſiderentur materiales cauſæ hæmorrhoidarum, quæ rariſsi-
ne ſunt phlegmaticę, vt in veſicalibus fieri contingit, frequenter autem ma-
teriæ earum ſunt ſanguis dominans melancholiæ commixtus vt contingit
in his, quæ ſunt morales & vueales. Frequentius autem earum materiæ ſunt melan-
cholia dominans, vt contingit in verrucalibus & attritis, rariſsime autem inuentum
eſt earum materias eſſe cholericas naturaliter tales: licet inueniri poſsint materiæ
E melancholicæ ex aduſtione cholerarum genitæ, quæ frequentius efficiunt cancrum,
gangrenas, eſtiomenum, aſchachilon. Videbitur itaque taliter conſideranti vnicui-
que talium ſpecierum proprium regimen per ſex res non naturales eſſe notabiliter &
differenter. Verũ quia in hoc cõmunicant omnes materiæ hæmorrhoidarum, ſc. qa
ſunt commixtæ ex ſanguine & melancholia theorice cõſiderando vnicum regimen
eis omnibus per ſex res non naturales adminiſtrari poteſt. Igitur omniũ pdictorum
regimẽ qualitatiue & effectiue inclinari poteſt ad caliditatẽ leuẽ & ſiccitatẽ minorẽ,
per quem duæ prædictæ materiæ conuenienter minorari poſsint & conuenienter di-
geri. Et per hoc prohibetur augmentum generationis talium materierum in corpo-
re patientis. ¶ Igitur eligatur aer climatis, ciuitatis, cameræ & omnis habitaculi pa- Aer.
F rumper ad caliditatem eleuatus & ſiccitatem mediocrem, vt habitando cameras ha-
bentes aſpectũ orientalẽ, meridionalẽ, licet etiam occidentalis aſpectus nõ ſit in hoc
cap. valde malignus. Et ſi non poſsit aer naturaliter haberi talis, præparetur ad
qualitates tales artificialiter: vt ſint cameræ bene munitæ & igne conuenien-
ter calefactæ: & proprie quando in eis thermæ ſiccæ fuerint artificialiter factæ:

¶ Corpora etiam talia veſtibus conuenienter calefacientibus debent eſſe munita: vt A ſuo tempore pellibus agninis, vulpinis & ſimilib⁹, bene tecta capita eorũ, & extremis à frigore bene defenſis, & ſi quandoque in eorum cameris fiant ſuffumigationes aliquæ, aut ſint modicæ aut non tranſeant medicinas, quæ ſunt primi gradus aut ſecundi: vt thus, lignum aloes, ſtyrax calamita & ſimilia, vt laudanum. ¶ Cibi autem & potus eorum conſimiliter eligi debent in ſuis qualitatibus graduati, vt ſunt panis recens trium dierum ad plus. *Cibi.* Carnes agnorum & vitulorum animalium, capretorum, porcellorum iuuenum & caſtratinæ. conſimiliter & carnes pullorũ, perdicum, phaſianorum & columborum aliqualiter adultorum: non in multo tamen vſu, & auium minutarum & animalium omnium carnes in aquis degentium ſiue ſint de peditantibus domeſticis vel ſylueſtribus volantibus, dum modo eorum nutrimentum non B ſit melancholici ſanguinis augmentatiuum, vt ſunt carnes porcorum ſylueſtrium antiquorum, vaccarum & ſimilium. ¶ Idem intelligendum eſt de oleribus, quare dimittantur caules, lentes, caſeus, legumina & carnes ſalitæ. In ſumma omnia, quæ craſſum & multum chymum ſunt generantia. Et omnia etiam, quę ſanguinem adurunt, ſicut cæpæ, allium, piper. ¶ In illo enim, in cuius ſanguine eſt acuitas, hæmorrhoides neceſſario generantur. ¶ In habentibus vero ſanguinem dulcem & carnes teneras & humidas, non generantur hæmorrhoides, vt Rhaſes *in diuiſionibus 79. cap.* in talibus propter alias cauſas hæmorrhoides generari poſſunt propter animi paſsiones melancholicas & ſimilia. *Potus.* ¶ Vino vero vtatur albo diaphano, ſubtili, claro, aromatico & notabiliter dulci, vina vero craſſa, turbida, nigra, pōtica vel acerba omnino dimittat. C Et melius eſſet ei vti aqua cum ſacharo cocta q̃ tangere vina talia. ¶ De ſaporibus, fructibus & alimentis omnibus aliis dimittantur omnia acerba, pontica & acetoſa & ſaltē in multo vſu. ¶ Lactis autem vſus recocti & coloſtri & recentis caſei leuiter ſaliti conueniens eſt ei. *Motus & quies.* ¶ De motu & quiete conuenit ei exercitium naui factũ & manibus mediocriter abſq; magna corporis agitatione. Equeſtre autem exercitium & ſeſsionem ſuper re dura omnino dimittat. In ſumma itaq; quies longa conuenientior eſt ei, quam parua. Et exercitiũ breue & paucum magis, quam longum & magnum. *Somnus & vigilia.* Somno vti debet magis prolixo, quam breui, vt corpus conuenienter humectet, vigilias vero effugere debet multas, ne propter ſiccitatem, quæ ſequitur ad eas, corpus in melancholicam diſpoſitionem inclinetur: & dormiat ſuper latere D dextro magis, quam ſuper ſiniſtro, imo raro ſuper ſiniſtro decumbat & rarius ſuper ſpina, quoniam dormire ſuper ſpina ſuperfluitates ad poſteriora declinare facit, *ſecunda primi cap. de eo, quod venit ex ſomno & vigilia.* *Repletio & inanitio.* ¶ Ciborum etiam & potuum repletionem omnino dimittere debet, ne calor naturalis eorum quantitate ſuffocetur. Et in ſumma tantum comedere & bibere debet, vt ex quantitate cibi ſtomachus nō grauetur & anhelitus comprimatur: neque ex potus quantitate fluctuatio, rugitus & ſimilia in ſtomacho cauſentur. ¶ Cum autem plenitudinem à cibis & potibus factā eſſe contigerit, prouocetur vomitus cum ℥. j. ß. ſyr. ace. & portione dupla, aquæ quæ ambo bibantur tepida. Et per mediam horam poſt imponatur digitus in os agitationem faciendo circa guttur, vt euomat: vel ſaltem has repletiones cum clyſteri- E bus ſupra tactis *quinto cap. de lenitione ventris* procuret educere. *Motus animi.* ¶ Accidentia vero animi melancholicis impreſsionibus aſsiduam triſtitiam, ſollicitudinem rerum contriſtantium omnino fugiat & omnia accidentia, quæ fortibus motibus in ſpiritu factis calorem accēdere poſsint, à quo materiæ in aduſtionē conuertantur. Namq; omnes tales impreſsiones triſtes permutant corpus ab eius, quæ eſt ſecundum naturam cōſiſtentia, *tertio techni.* Hæc in ſumma videtur vniuerſalis ratio & particularis regendi corpora in hæmorrhoidibus laborantia.

Si vero ſpeciale regimen præſeruatiuum adminiſtrari poteſt, videtur eſſe perficiendum cum prædictis omnibus, in quibus ipſum incluſum eſt: etiam cum euacua- F tionibus vniuerſalibus & vere & autumno factis corpus conuenienter mundificantibus, quæ nunc ſequuntur, &c. ¶ Deſcriptio purgationis vernalis. Igitur à medietate Menſis Februarij vſq; ad medietatem Martij corpora totaliter mundificari poterunt accipiendo primum minoratiuũ hoc. ℞. *myrobalanorum indorum num. vj. myrobalanorum chebulorum numero ij. prunorum, ſebeſtē an. numer. iiij. infundantur per diem naturalem*

A *lem in libram ß. aquæ. Deinde confricentur cum ea & bulliat vſq; ad medietatem & illius colaturæ cum debita expreſſione. ℞. ℥. iij. pulueris folliculorum ſenæ, epithymi ana ʒ. ß. cymini, aniſi ana gr. iij. ſalis indi gr. j. miſce & totũ calidũ in aurora in potu accipiatur*, tardetur poſt illud cibus ſex horis. In qua quinta accipiat cyathũ vnũ aquæ cum ſacharo coctæ & calidæ. In ſexta ſequenti hora prandeat. ¶ Sequenti mane accipiat digeſtiuũ hoc & continuet ipſum octo diebus. Et ſi in hoc interuallo ſtipticus eſſet venter, vtatur ſparſim his, quæ tacta ſunt ſupra *5. cap. de lenitione ventris.* ¶ Digeſtiuum eſt hoc. ℞. *ſy. vio. ſy. de epithymo, de byzantijs an. ℥. ß. aquæ bugloſſæ ℥ ij. aquæ cuſcutæ & ſcolopendriæ ana ℥. y. miſce.* ¶ Sumpto digeſtiuo vt ſupra purgetur cum his pilulis. ℞. *pilularum de lapide lazuli, pilularum indarum ana ℈. ij. reformentur pilulæ octo cũ ſy. viol. accipiantur: & obſeruetur poſt eas totũ, vt ſupra de mi-*

Potio purgans. Digeſtiua. Pilulæ.

B *noratiuo ſcriptũ eſt.* ¶ Minoratiuum vero in æſtate & autumno poteſt eſſe hoc. ℞. *electuariũ diapruni, epithymi, folliculorum ſenæ ana ℈. j. macis, cinamomi an. gra. iij. accipiatur totum cum decoctione paſſularum calida.* ¶ Digeſtiuũ bonũ quod accipi poteſt à medietate Septembris vſq; ad medietatẽ Octobris eſt hoc. ℞. *ſy. ro. ℥ j. ſy. de epithymo ℥. ß. aquæ cichoreæ ℥. ij. aquæ bugloſ. ℥. j. ß. miſce.* ¶ Eradicatiuum poſt digeſtiuum eſt hoc. ℞. *catartici imperialis ℥. ß. lapidis armeni ʒ. ß. accipiatur cum medio cyatho decoctionis folliculorum ſenæ*, & in omnibus iſtis trib⁹ tam in minoratiuo, quàm digeſtiuo, quam eradicatiuo obſeruentur omnia, quæ in purgatione veris præcedentis ſcripta ſunt ad laudem Dei, Amen.

Potio. Digeſtiua. Eradicatiua.

Consilivm CL XIX. *De quatuor malis diſpoſitionibus in ſphinctere ſiue ano, videlicet.*
C *¶ De fluxu hæmorrhoidarum immoderato, licet interpolato. ¶ De dolore intenſo in ipſis partibus. ¶ de formica miliari in eiſdem. ¶ Et de imminentia hæmorrhoidali, quæ eſt ficus. ¶ Diuiditur autem Conſilium in tria capita.*

Cap. I. *De diſtinctione dictarum diſpoſitionum, & de cauſis & ſignis earum.*

EX his, quæ mihi per literas innotuerunt, apparet, diſpoſitionẽ hui⁹ viri, eſſe complicatam ex pluribus ægritudinibus & accidentibus quæ in ſphinctere ei⁹ apparuerunt. ¶ Et primo quidẽ fuit fortis & perſeuerans fluxus ſanguinis à venis hæmorrhoidarum in primis ætatibus à pueritia vſq; ad augmentum adoleſcentiæ, & fuit fluxus à ſanguine melancholico cõmixtione materiei aquoſæ perſeuerans, quod quidem demonſtratur ex eo, quia dolor in partibus illis erat ſatis mediocris. Et iterũ
D quia proueniente ætate eius à 18. vſq; ad 32. annum conualuit à dolore, cuius conualeſcentiæ cauſa propria fuit minoratio rei frigidæ & aquoſæ, quæ per augmentum caloris ætatiuæ acquiſitum, conſumpta fuit poſt illius conſumptionem, ſ. aquoſitatis materia tranſibat in ſphincterẽ, & hoc propter maiorem fixionem melancholicæ materiei in loco illo. Cum enim erat materia illa coniuncta aquoſitati lubricatiua magis & mollior efficiebatur. ¶ Quod etiam dolor ille in poſterum remanſerit fortior à materia melancholica proueniens facile demonſtrari poteſt: eo quia augmentabatur tempore expulſionis, virtute enim voluntaria expulſionem temperante, neceſſe eſt inteſtini recti inferiorem partem dilatari & extendi: ſed materia melancholicà ibi retenta extenſionem illam prohibet, & ſua ponderoſitate nocet. Igitur tempo-
E re conatus ſuperfluitatum neceſſe eſt dolorem intendi: conſequentia & minor videtur habere neceſſariam veritatem. ¶ Ex quibus iam apparet, quod diſpoſitio illius fuerit quadruplex. Et prima quidem hæmorrhagia venarũ hæmorrhoidarum. ¶ Secunda vero doloris inſtantia in inferiori parte inteſtini recti & circulo illius. ¶ Tertia vero principalis ægritudo ipſius erat multitudo puſtularum in inteſtino recto & circulo ipſius, quæ quidem puſtulæ omnino erant formicæ miliares, quod quidem oſtẽditur ex vehementi inflammatione & punctione in partib⁹ percepta. ¶ Amplius ex eorum albedine concluditur præſentia phlegmaticæ materiei, quæ commixta cum cholerica ſalſedinem acquirit, à quibus facile prædicta ſigna rectificari poſſunt. Punctio enim mordicatiua & inflãmatio atteſtantur materiã cholericã & albedo phleg-
F maticam. Salſedo autem in materia poteſt eſſe & punctionis & pruritus cauſa. Quod colligitur ex *17. tertii cap. 2. & 9. Et iterũ ſeptimo Almanſoris & pluries alibi.* ¶ Et cõfirmatur quia talia apoſtemata crũt ſurda nihil emittentia, imo neq; virt⁹, vt ſcribitur, ſed hoc eſt ſignũ materierũ calidarũ & acutarũ, igitur, &c. ¶ 4. vero ipſi⁹ diſpoſitio, vt ſcribitur, erat eminẽtia apoſtemoſa extra circulũ ani pẽdẽs: quæ quidẽ eſt diſpoſitio ab antiquis illuſtri-

bus fic⁹ nominata, quia magnam conuenientiā habet cum ficu, ſ. immatura quantum A
Ficus & eius cauſa. ad ſoliditatē ei⁹. Iterum in figura, eo, quia tenui appendiculo annectuntur ſphincteri velut fic⁹ arbori; & quia à pyramidali parte, q̃ ſuſtentatur à ſphinctere figura rotunda in latū figuratur, velut fic⁹. ¶ Eſt autē hui⁹ apoſtematis materialis cauſa ſanguis melā-cholic⁹ cōmixt⁹ alicui phlegmati facienti fluere materiā melancholicam; q̃ ſui craſſitie cōnſtans & fixa difficulter mobilis exiſtit; ſed phlegma facit ipſum liquidum & viſcoſitas ipſi⁹ facit ipſam eſſe glutinoſam; quare nō eſt mirū, ſi hæc apoſtemata tali figura figurantur. Hæc in ſumma videtur diſpoſitio quadruplex huius nobilis viri, ſ. fluxus hæmorrhoidalis: licet interpolatus dolor ꝑſeuerans in eiſdē partibus & miliares
Prognoſtica. formicæ in locis eiſdem 4. eſt hæmorrhois, q̃ fic⁹ dicitur, &c. Ex quibus omnibus, cū diligenter conſiderantur, clare videri poteſt, quod diſpoſitio iſta ſit multum verēda. B
Primo q̇dē q̇a ipſa eſt ex pluribus ægritudinibus cōplicata. ¶ 2do, quia arguit dominium materierum genere & ſpecie diuerſarum in partibus illis dominantium. ¶ Tertio quia iam facta eſt diuturna & habituata. ¶ Quarto; quia paruum iuuamentum ex applicatione medicinarum inuentum eſt. ¶ Quinto, ꝓpter incōuenientiā applicationis medicinarum; quæ eſſent opportunæ & neceſſariæ ad diſpoſitiones fixas. ¶ Sexto & vltimo; quia raro reperiuntur viri in opere manuali bene periti, qui conuenienter cum ſcientia & ratione operentur; qualiter iſte locus expeteret, vnde quantum eſt poſsibile opere ad huius curationem ſuccurrendum eſt.

Cap. II. *De cura per regimen ſex rerum non naturalium.*

Cibi. ITaq; pro curatione harum diſpoſitionum recurrendū eſt ad regimen ex par- C
te ſex rerum non naturalium. Et pro conuenienti menſura ciborum & potuum & electione qualitatis eorum. Dicendum primo q̧ difficile ſit menſurare & eligere cibos & potus vtriq; harum diſpoſitionum conuenientes. Nam cibi medicinales qui iuuarent ad ſtringēdum ſanguinis curſum immoderatum, vt ſtiptici, glutinoſi, frigidi & ſicci nocerent dolori & apoſtemati, licet ſint conuenientes formicæ miliari iam prædictæ. Medium igitur oportet tenere inter excellentias qualitatum ciborum & declinare magis ad aliqualem remiſſam caliditatem, refractam tamen cū temperatis vel frigidis magis, q̃ declinare ad frigiditatem & humiditatē aut ſiccitatem intenſas. licet igitur cib⁹ & pot⁹ omnes debeant eſſe aliqualiter calidi ad leuem exiccationem inclinati: debent tamen eſſe conuenienter nutritiui, vt fiat reſtaura- D
tio ſanguinis in ei⁹ euacuatione deperditi. ¶ Tales erunt igitur omnes cibi cibales nominati, quorum eſt in corpus operari humanum à materia & non ab aliqua qualitate. ſunt omnes excluſi ab alterutro quatuor graduum in medicinis aſsignatorum, vt ſunt
Carnes. laudabiles carnes pullorum iuuenum, vituli aut caſtrati; & agnorum iuuenculorum, & omnium aliorum animalium volatilium & natatilium: quæ carnes habent odoriferas, cōuenienter molles, viſcoſitate & melancholia priuatas. Et poſt perdices phaſiani, auiculæ minutæ, capreolinę & porcinæ tam domeſticorum quam ſylueſtrium animalium. ¶ Conueniunt etiam oua; caſeus mollis, recens & non antiquus. Item
Legumina. butyrum & reliquæ pinguedines temperatæ non excellenter calidæ. ¶ De leguminibus vero poſſunt ei conuenire: raro tamen vſu, cicera alba & rubea piſa, dorella & E
iuſcula de hordeo. Lentes autem, fabas, phaſeolos, panicum & milium euitare debet.
Panis. ¶ Panis vero eius ſit recens notabiliter fermentatus, bene coctus, duorum aut trium dierum ætatem habens ad plus; paſtiles autem omnes fugiat. ¶ Ex piſcibus autē pla-
Piſces. cent cācri maiores & minores, varioli, torrentinæ, luci, capedani; themali & omnes alii fluuiales piſces præter tenchas & anguillas. ¶ Ex oleribus autem conueniunt ble-
Olera. ta, ſpinachia, borago, petro. atriplex, portula, cucur. & his ſimilia. Melancholicas autem plantas euitet, vt caules & acute calidas, vt ruta, abrotanum, apium, petro. &c. effugiat etiam acrumina omnia vt cępas, allium, porrum, ſinapi, raphanum & ſimilia:
Fructus. olei autem oliuarum dulcis recentis non valde ſaliti vſus conueniens eſt ei. ¶ Ex fru- F
ctibus autem placent mihi vuæ & ficus recentes, poma dulcia, amygdalę, paſſulæ, ꝑſica & iuiubę, caſtaneas vero, cydonia & pruna non valde dulcia, ſorbas & meſpila e-
Sapores. uitet. ¶ De ſaporibus autem vtatur ſapa, agreſta non valde ſalita, ſucco aranciorum & limonum recentium & vino cydoniorum ſimplicibus vel inuicē confractis. ¶ Vſus autem lactis cōueniens eſt & proprie cocti. Coloſtrum autē & recoctum bene placet.

¶ Cibis

A ¶Cibis vero aromaticis vti non eſt ei cōueniens, neq; etiā his, ꝗ cōmixti ſunt ex apiti- *Aromat.*
uis & ꝓprie calidis, quoniā aperiūt orificia venarū cū nocumēto magno, eo ꝗ a tā im-
moderate apitiui ſunt. Nō n. eſt poſsibile, vt accidāt hęmorrhoides, niſi apiantur ori-
ficia venarū, ꝗ ſunt in ieiuno, vt ſcribitur *11. tertii cap. 2. auctoritate Gal.* ¶ Eadē autē ra- *Potus.*
tione dicēdū, ꝙ nō cōpetat ei vſus vini valde vinoſi ſubtilis & penetratiui. tale n. vinū
materias colliquādo inclinaret ad partes inferiores, etiā inflāmando loca p̃dicta au-
geret dolorē & apoſtemata ibidē exiſtentia. ¶ Eligatur igitur vinum colore medium
inter rubeū & nigrū, odore cōuenienter aromaticū, ſubſtātia mediū inter ſubtile &
craſſū. ſapore vero ſuo ad mediocrē dulcedinem inclinatum magis, quam ad acredi-
nem, ponticitatem vel dulcedinem excellentem. Sed melius eſt, vt refrangatur cum
B aliquali portione aquæ: magis tamen & minus, ſecundum fumoſitatem ei⁹ & conſue- *Motus & quies.*
tudinē patiētis. Hęc de regimine ꝑ cibos & pot⁹. De motu autē & exercitio dicen-
dū, ꝙ quies conueniens ſit ei in maiori parte ſuarum occupationum: eo quia poten-
tior eſt virt⁹ ad dirigendū & reſoluēdum materias iſtarum ęgritudinum tēpore quie-
tis, q̃ econtra. ¶ Exercitium autē & ꝓprie equitandi aut curru vehendi aut ſeſsio diu-
turna, & proprie ſuꝑ ſedilib⁹ duris & actu frigidis, eſt ipſi nociua. Iſta n. duo materias
fluere faciunt ad loca. Tertium autē eſt cā fixionis & immutationis materierum ex p̃-
dictis. ¶ Exercitium vero & nauigatione factum & motus progreſsiuus mediocris cō-
uenientia ſunt. ¶ Spatularum autem & natium brachiorum, crurum & pedum fri-
cationes ſunt ei conuenientes & locum exercitij tenentes. *Aer.*
C De aere vero, ciuitate, loco vel camera quas incolit iam ex p̃dictis apparet, quod
non oporteat cōmorari in locis valde calidis neq; frigidis, & ꝓpter hanc cauſam apud
meridionales multiplicatur euentus hæmorrhoidarum ꝓpter caliditatis incremen-
tum, & etiam apud ſeptētrionales ꝓpter nimiam compreſsionem à frigiditate cōti-
nentis in eiſdem locis factam. ¶ Aer autē ipſi conueniens eſt ad caliditatem medio-
crē inclinatus & ſiccitatē notabiliter eleuatus. Et ſi nō poterit taliter qualificatus in-
ueniri naturaliter: rectificetur cum ſuffumigijs in camera factis ex his, quæ potentia
ſua aerem exiccatum redderent, ſicut cum thure, maſtice, tucia, laudano, ligno aloes
& ambra pro ditioribus, & cum igne facto ex incenſione lignorum aromaticorum, vt
lauri, iuniperi, abietis, pini, &c.
D De ſomno vero & vigilia etiam tangendum aliquid & aliorum imaginata paritate *Somnus & vigilia.*
conuenientius eſt ei parumper excedere in ampliori menſura ſomni, quam vigiliæ.
Sicut enim ſomnus amplior naturali & meliorem facit materierum digeſtionem &
ciborum & virtutis animalis reſtaurationem, ita vigiliæ digeſtiuam notabiliter im-
pediunt materierum, ciborum & animaliū virtutum, vt alias & alias reſoluunt & de-
bilitant. At licet ſomnus amplior debito corporis humiditates adaugeret, curationi
tamen harum diſpoſitionum conuenientior eſt exceſſus ad humiditatem aliquantā,
quam ad ſiccitatem. Amplior enim humiditas ꝓnas & habiliores facit materias, vt in
eis operentur medicinæ omnes, quam faciat ſiccitatis augmentum. ¶ Eſt autem mē-
ſura ſomni cōuenienter limitata à ſapientibus ab horis ſex vſq; ad ſeptem, ſecundum
E tamen diuerſitatem complexionum & ætatum. Sicut enim in cholericis & iuuenib⁹
minor ſomni menſura competeret: Ita phlegmaticis & ſenibus amplior dormiendi
menſura concedatur. ¶ In figura vero dormitionis euitet omnino decubitum reſu-
pinum, eo quia materias ad poſteriora declinare facit & maior pars ſui decubitus fiat
ſuper dextro latere, quam ſiniſtro, & ſuper ventre magis, quam ſpina iacendo. Pluri-
ma horum collige *ſecunda primi cap. de his quæ proueniunt ex ſomno & vigilia:*
De inanitione autem & repletione, quæ ſunt ex parte alimentorum intelligen- *Inanitio & repletio.*
da euitet abſtinentiam multam & ieiunia longa propter eius nocumentum, ſ. de-
bilitatis & inflammationis. Neque etiam multa repletione ciborum vtatur pro-
pter ſuffocationem innati caloris & augmentum ſuperfluitatum, quæ duo ſunt
F effectus immoderatæ menſuræ ciborum & potuum. Melius itaque eſt ei adhuc
patum vigente appetitu à cibatione ſecedere, quam vſque ad complementum
ſe replere. ¶ Menſura itaque cibi ſui conueniens eſt, quæ in ſtomacho nullam
tenſionem facit, & omnem generationem excludit, ſicut potus, vt in ſtomacho
non fluctuet: & ad eius ſuperiora regurgitet. ¶ Qualitates vero in cibis & potibus ex-
petendæ videantur ſupra in regimine per cibos & potus.
De vltima vero rerū non naturaliū à Medicis vocata, ſ. accidentibus animi omni-

no euitare debet accidentia,ꝑ quę vehementes fiant in ſpiritibꝰ & humoribꝰ agitatio- A
nes,tales enim paſsiones velut iracundia,furor, promptitudo ad velocem irã & fortẽ,
inflãmmando,adurendo materias ꝓducerẽt ad materierũ aduſtionẽ, & fortaſſe ad ꝑ-
mutationẽ de formica ad gãgręnã vel aſchachilos & vehemẽtiã doloris efficerẽt. ¶ A-
nimi vero paſsiones anguſtioſæ & triſtãtes, per quas innata caliditas ſuffocatur, faci-
le ꝓducũt ad augmẽtũ ſanguinis melãcholici,& pñt eſſe cã cõuerſionis hæmorrhoi-
darũ ad acutas & ſephiroticas diſpoſitiones,quarũ curatio frequẽtiꝰ ẽ impoſsibilis aut
valde difficilis. Hæc itaq; de regimine per ſex res nõ naturales ſuccinc̃te ſint poſita.

¶ *De regimine per medicinalia continens Rubricas duas.*

De vniuerſali regimine harum diſpoſitionum per medicinalia. RVBRICA I.

REgimẽ autẽ harum diſpoſitionũ ꝑ intentiones medicinales dupliciter partiendũ B
eſt, & 1. quidẽ in vniuerſale reſpectu earũ, 2. vero in particulare ipſarũ. ¶ Primum
autẽ regimen vniuerſale quatuor completur intentionibus. ¶ Quarũ prima quidẽ
eſt vniuerſalis corporis euacuatio. ¶ Secunda materierum diuerſio. ¶ Tertia partia-
lis materierum ſubtiliatio. ¶ Quarta fluxus materierum ad ꝓdicta loca interſecatio.

Curatio vniuerſalis. Et prima quidem intentio completur euacuando corpus cum phlebotomia, &
proprie venę, ſaphenę, ſi fuerit magna corporis repletio, quæ cum hoc, quod à toto
corpore euacuat mediate vel immediate, etiam materias à ſuperioribus ad inferiora
diuertit. ¶ Si autem fuerit repletio minor, quam prædicta, fiat phlebotomia baſilicę
dextræ partis in apoſtematibus ſphincteris, quæ ſunt in dextra parte eius & ſaluatellæ
in eis, quæ ſunt in ſiniſtra: & proprie quælibet harum colligitur *17. tertii cap. tertio in* C
exordio, dum inquit: Oportebit, vt in hac intentione rectificetur corpus, & euacuetur ſanguis ma-
lus, ita vt phlebotometur ſaphena & vena, quæ eſt in parte poſteriori calcanei, & eſt
Vena alinhid. illa, q̃ ſciatica nominatur, de cuius ſitu lege *4. primi cap. 2.* Et ſi velis maiorẽ & meliorẽ
diuerſionem & euacuationem à parte patiente, phlebotometur vena alinhid (& eſt
vena, q̃ repitur ꝓpe calcaneũ in domeſtica parte eiuſdẽ) Raro tamẽ inuenies virũ, qui
harũ venarũ phlebotomiã exeq̃ poſsit, ꝙ fortaſſe cõtingit ꝓpter incõſuetudinem, aut
q̃a raro inueniuntur viri ſciã & ope triti, quãtũ oportet. ¶ 2da vero phlebotomia de ꝑ-
dictis colligitur *17. tertii cap. 4.* vbi dicitur, phlebotomãdã eſſe baſilicã, & ꝓprie cũ re-
tinetur ſanguis, q̃ ꝑ hæmorrhoidas fluere ſolebat, licet baſilicæ phlebotomia etiã me-
liꝰ & citiꝰ à toto corpore euacuet, q̃ phlebotomia ſaphenæ, q̃ videtur ꝓpriꝰ euacuare à D
parte ſuminis, vt *4. primi 2. iã allegato cap.* colligendũ. ¶ Taceo hic phlebotomiam venę
nigræ, vel cõmunis cũ fortaſsis iuuamentũ eiꝰ in euacuatione materierũ à toto & à pa-
tiẽte particula nõ eſt ęq̃ conueniẽs, ſicut phlebotomia triũ venarũ iã prædictarũ. Hęc
autẽ omnia intellige, vbi ſanguis in toto exupet, aut aliæ materiæ ſanguini ſufficiẽter
cõmixtæ videantur & ad materiã eiꝰ inclinari, ꝙ cognoſcitur colore ſanguinis rubi-
cundo claro, & ſubſtantiæ eiꝰ ſubtilitatẽ, ſi fuerit ei cõmixta materia cholerica. Signis
vero apoſtematis vt craſsitudine eiꝰ, turbulentia & opacitate, ſi fuerit ſecum cõmixta
melãcholia. Remiſſa vero ſui rubedine, fluxibilitate & aquoſitate, ſi fuerit ei phleg-
ma cõmixtũ, pariter n. à ſapiẽtibꝰ dicitur humores naturæ ſanguinẽ eſſe vicinũ. Cũ
autẽ cõtingit humores eſſe ſanguini cõmixtos ꝑ cõtractũ, nullo modo in talibꝰ diſpo- E
ſitionibꝰ phlebotomia cõcedenda eſt. Eſſet n. cauſa magnæ ꝑiclitationis. Euacuẽtur
igitur aliis euacuationũ modis. ¶ Dominãte itaq; cholerica materia naturali vel adu-
ſta aut vtraq; ſimul euacuetur corpꝰ minoratiue cũ hoc pharmaco. ℞. *electuarii diaſe-*
næ ℥. iij. electuarii hamech deſcripti à Meſ. in antido. ℥. ij. ß. aquæ decoct. myrobalanorũ indorũ ℥.
iij. detur hoc totũ calidũ in potu in aurora & ſuper dormiat hora vna & expectet eius operationẽ abſq;
Potio minoratiua. *cibo & potu per quinq; horas.* ¶ Et ſi velis habere euacuatiuũ familiariꝰ iſto. ℞. *reubarbari*
electi ℥. ß. electuarij de pſyllio deſcriptione Meſ. in antidotario ℥. iij. miſce & totũ detur in potu cũ
aqua cuſcutæ vel capil. ve. Si autẽ fæcalis materia melancholica ſanguini cõmiſcetur, eua-
cuetur cũ hoc ſolutiuo multæ ſecuritatis. ℞. thymi, epithymi, folliculorũ ſenæ *myro-*
Alia. *balanorũ indorũ an. ℥. j. aut ℈. iij.* Potes etiã hanc materiã euacuare familiarius dando in F
potu ℥. iiij. catarctici imperialis cum aqua capil. ve. aut lupulorum. Si autem ſan-
guini commiſceretur phlegmatica materia, ſoluatur hoc ſolutiuo. ℞. *turbit electi,*
agarici ana ℥. j. pulpæ colocynth. ℈. iij. Zinz. aniſi, dauci ana gran. viij. lapidis armeni ℥. ß. folij
Pilulæ. *gran. vj. diagridij gran. v. fiant pilulæ cum ſucco boraginis. Et detur ex eis à ℥. j. vſque ad ℈. iij.*

Et ſi

A Et ſi apparerent tibi materias plures & diuerſas confuſa mixtione cum ſanguine domi-
nari, compone ad inuicem hæc pharmaca altero dominante alteri, ſecundum quod ra-
tionabili iudicio Medici percipietur dominium materierum in mixtione tali. ¶ De
mixtione vero materierum æquali cum ſanguine hic taceo: quoniam illa eſt phantaſtica
magis, quam a poſteriori verificabilis. Hæc de intentione prima ſuperius præmiſſa.

Pro exſecutione ſecundæ intentionis, quæ erat materierum diuerſio, ſi quidem a *Materierũ diuerſio.*
toto aut a parte ad venas hæmorrhoidales defluat materia, quæ ſit fluxus earum aut do-
loris aut formicæ ibidem exſiſtentis vel ficus effectiua vel augmentatiua cauſſa: hæc qui-
dem pluribus ingeniis diuerti poteſt. ¶ Primum quidẽ eſt ꝑ phlebotomiam venæ nigræ *1. modus di-*
aut baſilicæ dextræ aut ſiniſtræ partium; reſpectu quod percipit Medicus ab epate vel a *uertendi.*
B ſplene materiam ad hæmorrhoidas effluere. poteſt etiam in hoc caſu non ſtante pletora
fieri phlebotomia venæ ſaphenæ aut aliarum: de quibus in præcedenti ſermo præceſſit.
ſed hæc diuerſio harum partium non eſt mihi adeo grata, eo quia cum diuerſione tali
etiam materiæ ad inferiora trahuntur a ſuperioribus, & maxime cum in eis fuerit reple-
tio notabilis. ¶ Secundum vero ingenium diuertendi eſt ventoſatio in ſpatulis & na- 2.
tibus facta: licet prima ſit melior ex prædictis. Similiter & appoſitio earum ſuper c[?]no-
ſitate domeſticæ partis tibiarum. ¶ Tertiũ ingenium eſt prouocatio ſanguinis narium; 3.
& proprie in corporibus conſuetis: & in his, in quibus ſubtilis aut mobilis ad ſuperiora
materia ſanguini commiſcetur. & fiat prouocatio cum titillatione in profundo naſi facta
cum fruſto chartæ pergameni, aut cum alio neruulo ſicco, aut cum ſetis porcinis vel ra-
C mis herbæ ſanguinariæ, quam polygoniã vocãt, & eſt in rei veritate corrigiola. ¶ Quar- 4.
to iterum diuerti poteſt materia in conſuetis & in his, ad quorum ſtomachos repit mate-
ria prouocando ſibi vomitum cum ℥ ij. ſyr. acetoſi ſimplicis vel compoſiti & ℥ iij. aquæ
hordei tepefactis: poſt quarum aſſumtionem per horam j. aut ß. commotio fiat in prin-
cipio gutturis cum penna inuncta oleo aut fruſto chartæ papyreæ retortæ. ¶ Quinto di- 5.
uerti poteſt materia ipſam educendo per ventem, & proprie cum inclinatur ad ipſum.
¶ Pro cuius complemento ex præcedenti intentione elige pharmaca choleræ naturalis
aut aduſtæ ſanguini commixtæ eductiua: & ſimiliter lege & vide, quæ educere poſſint
phlegma aut melancholiã, q̃ cõmiſcẽtur ſanguini clarificãdo ipſum. Taceo hic de diuer-
ſione in melancholia facta ꝑ menſes, cũ ægrotãs, ad quẽ ſermo dirigitur, ſit vir, & nõ mu-
D lier. ¶ Sed ſi in muliere cõtingeret hæc diſpoſitio: tunc ꝑ menſes, & conuenienter ma-
teria diuerti poſſet dando in potu ʒ ij. antidoti hæmagii cũ ℥ ij. decoct. radicũ rubeæ tin-
ctorũ aut dando in potu ʒ j. pilularũ, q̃ fiant ex trociſcis de myrrha cũ aqua decoctionis
pulegii, aut caſia lig. Neque etiam hic curaui tangere ſextum modum diuerſionis mate-
riei per ſudorem, eo quia raro tales materiæ per illam curari poſſunt propter craſſitudi-
nem vel viſcoſitatem, aut quia materiæ tales multum remotæ ſunt a viis pectoris. Si au-
tem contingeret has materias a virtute potenti ad ſudorales vias diuerti, & materiæ ita
complete vel conuenienter curarentur: tunc prouocari debet ſudor, eo quia Medicus
debet ſequi opus naturæ naturaliter operantis iuxta præceptum Senis *ſect. 1. aphor. 21.*
Quæ ducere oportet, vndecunque, &c. ¶ Igitur accipiãtur *aquæ ſublimationis fæniculi* ℥ *viij. vi-* *Potio.*
E *ni aromatici & fumoſi ſubtilis albi* ℥ *j. miſce & calidum detur in potu:* æger pannis calidis inuol-
uatur & bene cooperiatur. Hæc de intentione ſecunda.

Tertia vero intentio fuit partialis materierum ſubtiliatio. & hanc quidem materiã *Particularis*
dupliciter intelligere poſſumus. ¶ Primo quidem, quia materia antecedens parata de *materierum*
propinquo fluere ad loca patientia. & ad hanc quidem euacuationem non intendo cum *ſubtiliatio.*
hac intentione tertia, eo quia ſatis ſufficienter huic materiæ prouiſum eſt in intentione 1.
prima. ¶ Secunda vero partialis materia eſt illa, quæ in patienti particula contenta eſt &
circumſtanter ad ipſam, quæ iam a venis effuſa eſt, & in poris dictarum partium conten-
ta. Et ad hanc quidem materierum partem ſubtrahẽdo ab hæmorrhoidibus, a parte do-
lente & ab illa, quæ ægrotat miliari formica, vel ficu, ſoleo multiplicib. attendere inſtru-
F mentis. Et primum quidem illorum eſt applicando ſanguiſugas partibus iam prædictis
ſecundum canonem, collectum *4. primi, cap. 2.* eligendo ſanguiſugam non valde magnã,
quæ ſit collecta in aqua non valde fœtida, & careat maculis vel lineis viridibus, & ſit in a-
qua diu conſeruata in vaſe vitreo, vbi furfures poſiti fuerint pauci. madefiat igitur locus
cum aqua frigida abundanter. deinde famelica ſuperponatur ſanguiſuga & facile adhæ-

rebit. Cum vero plena fuerit, per ſe cadet. & ſi nõ, percute ipſam cum virgula lignea, aut A
cum accenſa candela tange ipſam, & cadet. Et ſi poſt eius caſum hæmorrhagia magna
Emplaſtrũ contra hæmorrhagiã poſt ſanguiſugas. contingeret, ſuperpone ei hoc medicamen. ℞. *amyli, farinæ volatilis molendini ana ℥ j. boli*
armeni, ſang. drac. al. ſarcocollæ, thuris ana ʒ ß. conquaſſentur cum albumine oui & coto vel ſtupa in
eis infuſis locus emplaſtretur. ¶ Secundum vero ingenium ſubtrahendi partialem materiã
eſt hoc per appoſitionem cornuum aut ventoſarum habentium ſtricta capita, quæ cum
2. ſcarificatione applicentur partibus patientibus. ¶ Tertium ingenium eſt ſcarificando
3. partes illas cum ſubtili raſorio aut cum phlebotomo ſolutiones continuitatis multi nu-
4. meri ibidem efficiendo. ¶ Quartum eſt applicatio emplaſtrorum, quæ ſunt ſua virtute
Emplaſtrũ. materias a partibus attrahentia & conſumentia: ſicut eſt emplaſtrum hoc. ℞. *armoniaci ʒ*
vj. galbani ʒ iij. radicum ireos, ariſtologiæ rot. ſem. pyrethri, ameos ana ʒ j. farinæ orobi ℥ ij. olei de B
chryſomelis ℥ iij. fiat emplaſtrum conuenienter tenax & adminiſtretur mediocriter calidum. ¶ Ma-
teriã etiam partialem conuenienter ſubtrahit pulueriʒatio ſuper particularibus locis fa-
cta cum puluere ſandaracæ. & fortior illo eſt puluis factus ex ſtercore columbino. medi-
um vero inter illas eſt pulueriʒatio facta cum puluere corticum capparorum. ¶ Exſiccat
etiam particularem materiam illarum ægritudinum ſuffumigatio facta cum puluere i-
reos & anacardi. ana commiſcendo alia. ¶ Adhuc etiam exſiccat eos encatiſma factum
in aqua ſulphurea principaliter: deinde in ea ſedeat & etiam in aluminoſa. Hæc de in-
tentione tertia.

Interceptio materierum Quarto interſecatur vel intercipitur materierum fluxus ad particulas patientes
ingeniis multis. C

1. Primum eſt applicatio medicinarum ſuper particulas paſſibiles diſtanter ab eis per
duas vncias: quæ medicinæ ſunt frigidę & ſtypticæ, quæ concluſione quadam membro-
rum poros & vias alias conſtrictas reddant, ita vt materiæ per eaſdem ad loca principalia
Vnguentum fluere nõ poſſint. De quorum numero eſſe poteſt hoc vnguẽtum. ℞. *boli armeni, ſan. dra.*
terræ ſigillat. ſandaracæ ana ʒ iij. thuris, hypocyſtid. ana ʒ ij. farinæ volatilis molendini ℥ j. ſucci plan-
taginis quantum ſufficit, incorporentur ſimul in mortario plumbeo vſque ad conuenientem glutinoſi-
2. *tatem.* ¶ Secundum inſtrumentum eſt ceratum iſtud. ℞. *picis naualis bene coctæ ℥ iij. colopho-*
Ceratum. *niæ ℥ j. glutinis piſcium ℥ j. dragaganti, gummi Arabici, thuris, ſarcocollæ ana ʒ j ß. ſcoriæ ferri ʒ iiij.*
cum aceto nigro fiat ceratum bene tenax: & eſt de medicinis fere potentibus, quæ inueniri
3. poſſunt. ¶ Tertium eſt applicatio cauteriorum actualium, quæ applicantur inter partes D
4. mandantes & recipientes. ¶ Quartum poteſt eſſe applicatio cauteriorum potentia-
lium, ſicut quæ fiunt cum ſpeciebus vitrioli, cum melle anacardi, cum auripigmento &
5. ſimilibus. ¶ Quintum inſtrumentum eſt applicatio ligaturæ in intermediis partibus
6. adhærentis factæ. ¶ Sextum eſt applicatio fomentationum vel balneorum exſic-
cantium partibus intermediis applicatorum: ſicut cum aqua aluminoſa vel ferrea na-
7. turaliter talibus aut cum decoctione in illis facta. ¶ Vltimum reſtrictiuum curſus ma-
terierum interceptiuum eſt exhibitio tripheræ factæ cum ſcoria ferri ſecundum inten-
tionem Auicennæ *decimatertia tertii, in fine capit. de reſtrictione hæmorrhoidarum.* de qua ſo-
leo dare omni mane ʒ ij. cum aqua decoctionis vel confricationis ſcoriæ ferri cum ea.
Hæc quidem ſufficiant de intentione quarta. E

CAP. II. *De regimine particulari vnicuique diſpoſitioni conueniente.*

Curatio fluxus hæmorrhoidalis. PRo regimine verò particulari harum diſpoſitionum, & proprie fluxus hæ-
morrhoidalis, qui tamen interpolatus eſt, vt apparuit ſupra, præmitten-
dum primo, quod talis fluxus cohiberi non debeat, niſi quando per immo-
deratam quantitatem eius reduceretur ad debilitatem modicam, quæ co-
gnoſcitur caſu pulſus infectionibus in ſubcutaneis partibus corporis.
¶ Demum de curatione ad inferiora apparente ſcothomia vel vertigine defectu ani- F
moſitatis aut lipothymiæ vel ſyncopis. His autem ex aliquibus apparentibus, & proprie
cũ perſeuerant ſtatim oportet nõ ſolũ intercipi, verũ etiã omnino retineri fluxus. Si aũt
fluxus notabilis quãtitatis p̃ſentatur cũ debilitate non valde notabili actualiter apparen-
te, ſed cum grandi ſuſpicione, ne amplius augmentum debilitatis increſcat: talis fluxus
inter-

A intercipi debet. Et hæc eſt differentia inter intercipiendum & reſtringendum fluxum,
quæ probatur teſtimonio virorum illuſtrium. Cum autem poſt fluxus interceptionem
fuerit fortificata virtus, oportet redire ad eius prouocationem: & ita ſapienter intentio-
nem intercipiendi fluxum reſoluere ad intentionem prouocandi ipſum, & econtra. tā-
liter enim procedendo conſeruatur virtus & materiei reliquiæ complete curātur. Quo-
rum quidem gratia primum quidem, quibus & qualibus inſtrumentis immoderatus flu-
xus reſtringi debeat, dicendum eſt. Deinde quæ auxilia reſtringendi fluxum, aut inter-
ceptum prouocantia ſubſequenter ordinate ſunt tangenda. ¶ Primum quidem immo- *Simplicia.*
derati curſus reſtrictiuum ſimplex eſt hoc, ſcil. pul. carabæ, Item lapis hæmatis. Item pul.
coral. combuſtorum. Adhuc etiam terræ ſigillatæ vel ſan. dra. vel boli ar. ſeu pilorum le-
B poris minutim inciſorum, pul. ſtercoris aſini combuſti, puluis foliorum baſiliconis ſicci, *Compoſita.*
quæ tamen a proprietate magis, quam a qualitate communibus hoc operātur. De com-
poſitis vero famoſis ſunt trociſci de carabe, de coral. de bolo ar. de ſpodio & ſimiles. Cō- *Puluis.*
poſitum bonum ad eandem intentionem eſt hoc. ℞. *pul. oſſium cruris bouis combuſtorum, co-
ral. al. & rub. oſſium dactylorum & oſtracorum omnium ana ʒ ij. atramenti viridis ʒ j ß. ſpodii, cara-
bæ, hæmatitis ana ʒ iij. ſan. dra. acatiæ, pul. arillorum, granatorum acetoſorum, dragaganti, gummi a-
rabici torrefactorum ana ʒ ij ß. pulueri zentur omnia per ſe ſubtiliter & ſuperaſpergatur locus ex eis
diligenter & ſuperponatur totum infuſum in aceto rub. & expreſſis ſuperligetur parti ſtrictæ & adhæ-
renter.* hic quidem pul. potenter ſtringit ſanguinem vndecunque manantem, cum quo
quidem reſtrinxi hæmorrhoidalem fluxum, qui durauerat annis quatuor in ſpectabili
C milite, domino Nicolao de Senatis ciue Neapolitano. Cum quo etiam puluere ſimul cū
farina volatili molendini, & ſucco plantaginis, aut conſolidæ maioris, aut ſucco burſæ
paſtoris ſoleo emplaſtra facere & patientibus partibus adhærenter circumligare. ¶ Et ſi *Puluis.*
velis remedium leuius illo. ℞. *pul. Auicennæ 17. tertii cap. 9.* Cuius deſcriptio. ℞. *aloes, thuris,
ſang. drac. balauſtiarum, ſief, memitæ ana partes æquales.* ¶ Ego iterum cum volo pauperibus *Alius pro*
expenſam euitando facile ſubuenire, infallibili experientia ſcio, quod puluis gypſi con- *pauperibus.*
quaſſatus cum albumine oui mirabiliter reſtringit ſanguinem vndecunque manantem,
ita quod menſtruales & hæmorrhoidales fluxus detineri vidi in tempore breuiori, quā
quarta parte horæ. ¶ Si vero fluxum iſtum cum ebibitis non fallentibus retinere velis, ſis
memor eius, quod ſupra dictum eſt de triphera cum ſcoria ferri & trociſ. de carabe & hę-
D matitis. ¶ Amplius lege, quæ ſcribuntur remedia *in 9. Almanſ.* & pilulas de bdellio, &
pilulas factas cum mumia & ſimilibus. ¶ Cum quibus quidem medicinis ſimplicibus
& compoſitis diuerſo modo procedere potes in reſtringendo fluxum iſtum: nunc
quidem fomentando, nunc ſuffumigando, aliquando faciendo encatiſma, balneatio-
nes, euaporationes, linimenta, epithemata & reliqua talia tuo iudicio rationali appli-
cando. Hæc de intentione partiali reſtringendi fluxum, quæcunque dicta ſuffi-
ciant.

Partialis vero intentio curatiua doloris Medicum ad ſe vocat prudentem ſcientia *Curatio*
& experientia non mediocriter eruditum. Inuenitur enim a ſapientibus modus ſedandi *doloris.*
dolorem ſphincteris diuerſis remediis ſub occulta ſatis doctrina traditus. Vt autem mihi
E facile magis ſatisfacere potui, collegi ex ſententiis auctorum intentionem ſedandi do-
lorem ſub iſtis intentionibus eſſe comprehenſam. ¶ Et prima quidem eſt euacuatio
cum diuerſione materierum ſimul. ¶ Secunda vero refrenatio materierum ad loca
prædicta fluentium. ¶ Tertia doloris ſedatio cum medicinis anodynis temperatæ cali-
ditatis. ¶ Quarta cum reſolutiuis & conſumtiuis materierum. ¶ Quinta cum ap-
plicatione narcoticorum, & propter hanc cauſſam & varietatem non eſt leue colligere
veritatem & conuenientem compoſitionem medicinarum, quæ ab auctoribus in
hoc capit. collaudantur. Sed cum hac præmiſſa diſtinctione facile intelligere pote-
ris eorum, quod hincinde perlegitur. ¶ Primæ igitur intentioni ſedandi dolorem
eſſe ſatisfactum video ex his, quæ ſcripta ſunt ſupra in generalibus duabus intentionibus
F euacuandi materias & diuertendi eas. ¶ Secundæ vero intentioni refrenandi eas pro-
uiſum eſt per intentionem tertiam ſupra præmiſſam. ¶ Tertia, mitigandi dolorem
completur adminiſtrando ea, quæ ſunt caliditatis primi gradus, vt chamomil. melilo. &
reliqui flores, radices & folia plantarum conſimilium.

Et de partibus animalium, ſicut vitellus oui, pinguedo anatis, gallinæ, caſtrati, da-

baon & reliquorum ſimilium. ¶ Et de mucilaginibus,ſicut mucilago ſem. cydoniorum A
& ſem. maluæ & pſyllii in diſpoſitione calida,& mucilago radicis altheæ,fœnugręci,ſem.
lini & ſimilibus. ¶ Et vinum dulce, ſapa & crocus,qui ingreditur in ſedatione doloris,
tertia quarti, capit. de cura phlegmonis. & oleum roſ. oleum viol. de floribus cucurb. nenu-
pharinum in diſpoſitione calida,& oleum de chamomilla,de meliloto,de trifolio, de e-
nula,de croco in diſpoſitione frigida,& reliqua quorum memoriam tibi dimitto proli-
Emplaſtrũ.
xitatem effugiens. ¶ Et compoſitum hoc. ℞. *pinguedinis anatis, gallinæ & dabaon ana ℥ ß. olei
roſ. ℥ iij. vitellos ouorum numero v. croci ʒ j. farinæ hordei ℥ j ß. incorporentur ſimul in mortario per-
fecta contritione abſque tractu ab igne & calida applicentur parti.* Hæc duo ſolennia ſunt, vt in-
ueniet.

Adhuc etiam ſedatur dolor cum medicinis operantibus reſoluendo & exſiccan- B
do materias: & eſt medicamen mirabile in hoc deſcriptum ab Auicenna *17. terti, capit. 8.*
Vnguentum
quod ℞. *ſerapini, bdellii ana ʒ ij. ſtyracis ʒ j. expone ſtyracis calamitæ, olei de nucleis, chryſomel. ℥ j ß.
olei oliuarum ℥ ß. diſſoluantur gummi in oleis, tandem in fine ſuperaddatur ℥ ß. pul. caſtorei. & fiat
vnguentum molle, quod calidum ſuperponatur partibus.* ¶ Ad hanc etiam intentionem
mirabiliter confert emplaſtrum deſcriptum ab Auicenna *decimaſeptima tertii, cap. de ope-
rationibus ſphincteris.* quod quidem cum caliditate ſua conuenientem habet exſiccatio-
Vnguentum
nem & arefactionem in calido: & eſt eius deſcriptio. ℞. *merdaſengi ʒ v. hæmatitis, ceruſſæ ana
ʒ ij. myrrhæ ℥ iij. ſumach ℥ ij. pulpæ colocynth. ℥ j. olei de ſiſamo & ceræ quantum ſufficit, & fiat vn-
guentum molle:* licet melius exſiſtat, ſi fiat ex eis emplaſtrum cum ℥ ij. farinæ orobi & tripli-
catæ vini. tu lege ibidem & intellige. ¶ Inſuper iterum, quia propter doloris inſtantiam C
adeo debilitantur membra, vt non poſſint conuenienter actuari medicinæ ſedatiuæ do-
loris iam prędictæ: ideo neceſſe eſt pertranſire ad adminiſtrationem narcoticorum, quę
ſunt ſedantia dolorem per accidens: & non quidem, quia delitiam in membris inducãt
quæ eſt oppoſita triſti ſenſationi, per quam & proprie ſedantur dolores. Neque etiam
narcotica dolorem auferunt, materiam a toto vel a parte ſubtrahendo, cum talia ſint fri-
gida, quorum eſt in membris conſtringere materiam & non educere ipſam ab eis. Ne-
que etiam talia dolorem abſcindunt reſoluendo aut exſiccando materiam, ſed dolorẽ
a membris auferunt per accidens, eo quia priuant ſenſationem a membris, ita quod ne-
que delitioſam, neque triſtem ſenſationem ſentiunt membra. ¶ Sed propter inſtantiã
vehementiæ doloris operator cogitur eadem adminiſtrare frequenter, licet admini- D
ſtratio ipſa vehementer noceat. eligibilius enim eſt aliqualiter nocendo dolorem a
membris auferre, quam propter vehementiam eius permittere ægrum reſolui, aut ad
ſpaſmum perduci. Cum igitur coacte oportebit te adminiſtrare narcotica, obſerua has
regulas in adminiſtratione eius.

Regulæ in adminiſtratione narcoticorum obſeruandæ.

Prima eſt, quod narcotica exhibeantur compoſita non ſimplicia: immo ſuis corre-
ctoriis diligenter confracta. quæ licet plura eſſe poſſint: famoſa tamen ex eis ab aucto-
ribus inuenta ſunt quinque, ſcilicet, chamomilla, crocus, vinum, caſtoreum, & piper: &
iterum omnia aromatica calida. Secunda regula eſt, vt talia compoſita nunquam ad-
1. miniſtrentur niſi fuerint bene fermentata. Cuius quidem regulæ verificationem ha-
2. bes ex principiis theoriæ. ¶ Tertia eſt, vt talia narcotica actu calida applicentur, & E
3. non frigida. Quarta eſt, quod eadem adminiſtrentur in pauca quantitate & non in
4. magna. Quinta, vt permittantur diu membris applicata. Sexta, vt eadem exterius
5. magis, quam interius applicentur. Septima, vt adminiſtrentur magis homine iam ci-
6. bato, quam ieiuno exſiſtente. Octaua, leuiora ex eis applicentur, quam fortiora, quæ
7. infra dicentur. Nona, quod ipſa conuenientius ſit applicare in ſero & apud horam
8. ſomni naturalis. Dare enim narcotica in ſero & ante ſomnum eſt melior horarum, quo-
9. niam inducunt ſomnum. Et tu ſcis, quod ſomnus agitationes ſedet, vt Meſ. *de conſolatio-*
10. *ne medicinarum, cap. de retentione fluxus a catarctico ſuperfluente.* Decima, vt parum ex eis de-
tur magis, quam multum.

Iſtis igitur præattentis exhibeantur ſecurius narcotica domeſtica. ſicut eſt papa- F
uer album. *quarta primi, capit. penultimo.* & poſt ipſum cortices mandragoræ: & tertio ſe-
men hyoſcyami alb. quod eſt fortius omnibus prędictis. Et vltimo exhibeatur opium, q̃
eſt ſuccus papaueris nigri, & proprie cum cautela & timore ex prædictis accipienda.

Ego

A Ego vero talia narcotica commiſceo anodynis ſuprafcriptis & operationem inuenio felicem ex eis, & libentiùs adminiſtro ea cũ decoctionibus fomentando loca, quam emplaſtrando conuenienter cum emplaſtris factis ex illis. tu elige modum, qui tibi conuenientior videtur.

Cura vero partialis puſtularum multarum, quæ circa ſphincterem apparent, fieri debet ex canone curationis formicæ miliaris: licet enim formica abſolute prolata importet apoſtema paruum in cute ambulatiua a materia cholerica ſanguini commixta factum, vt patet ex Auic. *2. primi cap. 5.* tamen frequenter conuenit tales puſtulas fieri ex cholera alicui phlegmati commixtá. Et cum ita contingit, tales erunt puſtulæ, ſicut granum milii colore ad albedinem citrinitate refractam, ſicut in cortice milii apparet, & B punctiones & mordicationes in membris efficient, eo quia phlegma illud commixtum cholerę ſalſedinem acquirit ab ea, ac membris punctionem efficit ſimilem puncturæ factæ a formica ſtaturæ ſaltem notabilis. Pro quorum etiam ſententia lege *tertia quarti, tractatu primo, cap. quinto.* *Curatio puſtularum circa anum.*

Igitur curetur formica talis, præmittendo euacuationes cholericæ materiei commixtę phlegmati. de quibus ſupra dictum eſt in prima intentionę vniuerſali huius diſpoſitionis. Præmiſſis autem euacuationibus in principio adminiſtranda eſſent repercuſſiua primo in augmento eadem commixta cum lenitiuis. De quibus duobus nihil ad præſens: quoniam hæc ægritudo iam tranſiuit ad ſtatum & ſuperficialiter vlcerat membra. Cuius quidem cura perfici debet cum exſiccatiuis acuitatem habentibus, ex quibus fiat C materiei reſolutio & omnimoda conſumtio. ¶ Et de numero inſtrumentorum meliorum quinque ſunt ab auctoribus eximie prælaudata. quorum primum eſt emplaſtrũ factum cum ruta recenti, nitro & lixiuio incorporatis. ¶ Secundum fortius illo eſt epithema factum cum pipere & nitro conquaſſatis cum vrina pueri. ¶ Tertium eſt ſuccus cucumeris aſinini cum ſale. ¶ Quartum & fortius omnibus fel hirci, ex quo ſæpe epithemetur locus cum panno in ipſo infuſo. ¶ Quintum & vltimum remedium eſt adminiſtratio trociſ. andacaron cõquaſſatorum cum vino rubeo & ſtyptico. Et ſunt flores medicinarum, quas colligit Auicenna a Galeno & ab aliis. Ego autem experientia ſcio, ꝙ non fallat imitatores hęc compoſitio. ℞. *fellis hirci* ℥ j. *ſucci rutæ* ℥ iij. *plumbi vſti, lithargyri* *Epithema.* *ſpumificati ana* ℥ ij. *incorporentur ſimul in mortario cum* ℥ j. *amyli vſquequo habeant conuenientem* D *glutinoſitatem.* Infunde ergo in ipſo cotum vel pannos & paſſibili loco ſuperpone quater in die, & videbis effectum bonum. Et ſi velis hoc compoſitum efficere fortius, adde ei pulegii ʒ ij. & placebit tibi.

Iam autem in hoc vltimo videtur eſſe hora conueniens ponendi curam additionis apoſtemoſæ carnoſæ, quam non dubito eſſe ficum: vt ſupra deductum eſt. Cuius quidem curatio perficitur cum eius abſciſſione, & proprie, quando magnificata eſt. Et proprius modus abſciſſionis eius eſt, vt cum raſorio deponatur vel plebotomo. verum quia ad operationem talem ſæpe ſolet ſuccedere hæmorrhagia fortis, ſoleo hic facere ipſam deponi cum cauterio nouaculari ignito: & eſt cura melior & ſecurior. Similiter apud plurimos deponitur hæc eminentia cum cauterio potentiali, quod fieri poteſt ex E puluere anacardi, auripigmento, arſenico citrino & colcotar & ſimilibus, poſt quorum adminiſtrationem attendatur mitigationi doloris cum his, quæ poſita ſunt ſuperius in intentione ſua. Et attendatur ſimiliter ad deponendúm eſcharam cum butyro & aliis pinguedinibus non ſalitis partem combuſtam putrefacientibus & cadere facientibus. *Curatio ficus.* 1. *Modus abſcindendi ficus.* 2.

¶ Tertius vero modus deponendi hanc ſuperfluitatem eſt, quem ſemper ſecutus ſum. & eſt, vt cum filo ſerico ſtricte ligetur apud principium & appendiculum eius: & toties ligatura renouetur, vt nutrimento careat & naturali ſpiritu, & corrumpatur & cadat. poſt cuius caſum vſque ad perfectam mundificationem & exſiccationem adminiſtrari facio vnguentum apoſtolorum: & poſt ipſum vltimo apponitur conſolidatiuum hoc. ℞. *plumbi vſti, gallarum cypreſſi, lithargyri ſpumificati ana* ʒ j. *reſinæ claræ & electæ* ℥ j. *olei de maſtice* F ℥ ß. *ceræ* ʒ vj. *diſſoluatur cera cum reſina ſimul, & cum tepefacta fuerint omnia & bene colata diligenter incorporata addantur ei pulueres prædicti, & fiat vnguentum bene glutinoſum,* & eſt conueniens & vtile. Applicetur igitur loco vlcerato cum modico puluere raſuræ corrigiæ & permutetur ſecundum opportunitatem, & vt apparebit diſcreto chirurgo, vſque ad cõuenientem eius conſolidationem, quam non ſolum huic vlceri, ſed & omnibus aliis 3. *Vnguentum*

ſupra tactis ægritudinibus & languoribus altiſſimus omnium conditor ſua magnifica A pietate concedere dignetur. Ad laudem eius ſempiternam.

Consilivm CLXX. *De ſex malis diſpoſitionibus: videlicet, De fluxu immoderato ſanguinis ab inteſtino proueniente. De tumore, apoſtemate & dolore inteſtini recti. De mala diſpoſitone ſtomachi & epatis cum debilitate. De pulſu & debilitate cordis cum mala complexione calida. De debilitate cerebri. Et de tinnitu ac diminutione auditus. Diuiditur autem conſilium in capita tria.*

Cap. I. *De prædictis diſpoſitionibus & earum cauſſis.*

Egregie vir dom, magiſter Hieronyme artiũ & medicinæ Doctor, vt mihi B ſcribis, in nobili viro & legum Doctore de celeberrima ſtirpe Baldanorum remanſerunt debilitates ſtomachi, epatis, cordis, cerebri & inteſtinorum, ex quibus perductus eſt ad accidentia varia. ¶ Quorum primum eſt ſonitus vel tinnitus continuus in aure. ¶ Secundum eſt, pulſus cordis. ¶ Tertium, eructuatio fortis & continua. ¶ Quartum, tumor ventris & tenſio. ¶ Quintum, ſonitus in parte ſuminis ſimilis ſomno tympani. ¶ Sextum, tumor pedis. ¶ Et ſeptimum, debilitas magna, quam demonſtrat pulſus velocitas, frequentia, durities, & longitudo. Similiter etiam vrina aquoſa, ſubſtantia & colore cum hypoſtaſi vel nebula diuulſa, quæ omnia portendunt ſuſpicionem ingentem futuræ tympanitis, aut quod iam incepit.

C Apparent hæc omnia accidentia fortiora fieri propter apertionem venarum hæmorrhoidalium: & maxime in eminentiori parte longationis prope infimam partem inteſtini colon; quod etiam eſt rationale procedere propter emiſſionem inteſtini neceſſariam in tempore aſſellationis, ita quod videatur tunc in ſubſtantia inteſtini, quaſi fruſtum carnis, quod non poteſt bene cognoſci, an ſit hæmorrhois, an condyloma, vel aliud quidpiam. Ad quod ſequitur accidens vltimum, quod eſt vehemens dolor in parte aſſellationis propter reuerſionem inteſtini prædicti: in quorum quidem vtilem contemplationem licet multa extendendo calamum conſcribere poſſem, ea tamen puncta percutram, quæ mihi ad propoſitum magis pertinentia cum vtilitate videntur. Placet igitur mihi, immo neceſſarium eſt concedere ad febrem phlegmaticam ſubſequi, immo D aſſociari debilitatem ſtomachi tam in appetendo, quam in digerendo: immo hoc eſt ei proprium ſignum, *quarti prima, cap. de febre phlegmatica. & cap. de ſignis differentiam ponentibus inter febres humorales.* Et ratione declarari poteſt. Si enim in ſtomacho etiam ſano per viam indigeſtionis, vt plurimum reperitur phlegma, *13. tertii, &c.* Et celerius aduenit in eo debilitas, quando iam febris adeſt. ¶ Ex quo fundamento neceſſarium eſt concedi debilitatem ſuccedere epati. neque enim epar corrigere poteſt nocumentum indigeſtionis ſtomachi, ita vt rectificet phlegma in ſtomacho iam genitum per viam indigeſtionis. ¶ Quod etiam accidat nocumentum cordi a nocumento ſtomachi, patet per colligantiam eius: & maxime quando ſtomachus læditur, & proprie in febriente. Et quod etiam nocumentum a phlegmatica febre communicetur cerebro, patet, quia tumor faciei cachecticus, grauitas capitis & profunditas ſomni accidentia ſunt inſeparabi- E lia febri phlegmaticæ. ſed hæc non fiunt abſque nocumento cerebri. Iterum propter hoc cerebri nocumentum, & propter vaporum communicationem ab inferioribus ad ſuperiora, accidere tinnitum & ſonitum in auribus, eſt neceſſarium.

Cauſſa debilitatis ſtomachi.

Cauſſa debilitatis epatis.

Cauſſa tinnitus auriũ.

Et quod cum iſtis diſpoſitionibus perductus fuerit ad debilitatem cordis cum pulſu veloci & frequenti, duro & longo, licet exiſtimari poſſit, tamen non credo, has membrorum prædictorum diſpoſitiones vel accidentia eſſe immediatas cauſſas & ſufficientes pulſus velocis, frequentis, duri & longi. Cum enim talia accidentia omnia deducantur procedere ex diminuta digeſtione quæ arguit remiſſam caliditatem, rationabile eſt cum paruitate pulſus tarditatem & raritatem, non autem velocitatem & frequen- F tiam. Neque etiam durities ſequeretur ad lapſum frigidum; & proprie cachecticum rationabiliter.

Debilitatis cordis.

Credo itaque in viro tali remanſiſſe adhuc febrem, licet forte remiſſam, aut ſaltem ſpeciem malæ complexionis calidæ in corde ſuo. vnde virtus non poteſt neceſſita-

ti ſatiſfa-

A ti ſatisfacere cum paruitate, quare recurrit ad velocitatem: quia enim cum paruitate
pulſus diaſtolandi, non tantum attrahit de aere, quantum eſt neceſſarium ad euacuati-
onem, oportet, quod recurrat ad velocitatem. Et cum in breui tempore compleatur
motus arteriæ velox, ita, quod non ſit capax & receptiuus tanti aeris, quantus eſt neceſ-
ſarius, neceſſe eſt, quod velocitas recompenſetur per frequentiam. Hæc igitur videtur
mihi cauſſa frequentiæ, velocitatis & paruitatis pulſus, ſiue cauſſa exſiſtat reliquię febris,
ſiue mala complexio calida. At vero duritiei ipſius cauſſa ſubſtantifica conſumtio arteri- *Cauſſa duri*
arum, cũ augmento n. humiditatis aduentitię & qualitatiuę ſtat ſiccitas poſitiua, quę po- *ties pulſus.*
tuit fuiſſe in membris adepta a pręcedẽtibus febribus, & ab euacuationibus pulchræ de-
ſcriptionis. Conatur igitur virtus mouere arterias magna extẽſione per longitudinem,
B corpus enim ſiccum non eſt aptũ æque bene eleuari & dilatari latitudinaliter. ¶ In ſum-
ma igitur ex prædictis concludo, quod vna ex diſpoſitionibus huius viri ſit mala cõple-
xio calida, quæ remanſit in eo. ¶ Cõcludo ſecundo, ꝙ accidentia prædicta remanſerint
poſt febres & ægritudines longas, quas perpeſſus eſt. ¶ Tertio, quod hæc accidentia in-
tendantur & grauiora fiãt propter nocumẽtum, quod remanſit in inteſtino recto ſupe-
rius pronuntiatum. In cuius quidẽ inteſtini diſpoſitionis inueſtigatione non mihi vide-
tur magna neceſſitas ampliandi calamum. Eſt n. hæc diſpoſitio altera duarum neceſſa-
rio, vel ipſa eſt immoderata plenitudo venarum multarum, quæ in inteſtino recto ſenſu
viſus apparent in anatomiis, & ſunt venæ, quarũ extremæ partes inferiores hæmorrhoi-
dales nominantur a ſapientibus, quia ſanguinis eductiuæ melancholici aut inuentæ ad
C educendum ipſum. ¶ Cum ergo ſanguis iſte ſit frigidus & craſſus, tumefacit venas & po-
roſitates inteſtini, quas ingreditur, & ſi quidẽ remaneat vena iſto modo, erit oppilatio
in inteſtino iſto a materia extendente ipſum & corpora venarum, vnde in parte neceſ-
ſario ſentitur pondus & grauitas, & plurimum cum frigiditate aſſociata, & conatur virtus
educere materiam ſi ipſa fuerit craſſa aut fæx, additur grauitas grauitati, i. dolor grauati-
uus dolori grauatiuo, incitatur enim inteſtinum ad expellendum & fugiendum rem no-
ciuam, ſed cum non poſſit ſufficienter applicari, perſeuerat neceſſitas, impulſionis vir-
tute obtinente expellitur inteſtinum, & euertitur cum nocumento magno. Et quia ex-
pulſa fuit fæx poſt euerſionem inteſtini, & remanſit eius tumor & extenſio: ideo etiam
cum grauitate non fere minori reintromittitur, quam fuit expulſum. ¶ At vero co-
D lor & ſubſtantia carnoſitati fere conſimilis conſequuntur præſentiam melancholici ſan-
guinis ibidem exſiſtentis, neque enim ibi eſt fruſtum carnis, niſi ſimilitudinario modo
dictum. ¶ Si autem materiæ prædictæ in inteſtino ſtarent repræſentantes ipſius cor-
pulentiam, vel ſubſtantiam, tunc ſi ibi eſſet materia calida ſanguinea, ſentiretur graui-
tas, pulſatio, tenſio, magna rubedo coloris. Si autem materia eſſet ex cholera & ſan-
guine mixta prædictis ſignis, complicaretur punctio, mordicatio, inflammatio & cor-
roſio. ¶ Si vero ſanguis eſſet phlegmati coniunctus & commixtus, mollities in parte
perciperetur cum colore ſubalbido, frigiditate percepta abſq; punctione & mordica-
tione, & locus quaſi ſemper humiditate rorida madefactus perciperetur. Plurimum ta-
men apoſtemata in his locis fiunt ſolida ſatis, a ſanguine cum melancholia permixto, ꝓ-
uenientia magis, quam a phlegmate. Et talia apoſtemata calida apta ſaniari, condyloma- *Condyloma-*
E ta nominata, licet mala ſint & verenda, tamen ſuſpectiora magis ſunt apoſtemata in illis *ta.*
locis euenientia a ſanguine melancholico acuto, apto magis corrũpi, quam ſaniari, & ſi
iſta ſunt vehementiſſimi timoris, apta enim ſunt tranſire in gangrænam, eſtiomenum,
& aſchachilon, & maxime video in hoc viro diſpoſitiones iſtas, vel ipſarum aliquas cõſe-
cuturas, & proprie ſi tumor iſte, vt apoſtema in inteſtino diu perſeuerabit abſq; ſaniatio-
ne ipſius. ¶ Poſt hoc a. prædictis ſuperaddendum eſt, ꝙ nedum accidentia omnia prædi-
cta apta ſint augmentari ab vltimo accidente, quod prouenit ex nocumento inteſtini
huius, ꝙ eſt immoderata hæmorrhagia ſanguinis puri & clari, qui indubitanter emanat
ab arteriis. Proprius enim color ſanguinis venarum eſt rubedo cum opacitate, craſſitu-
F dine ſubſtantiæ & remiſſiori caliditate ipſius, ſicut propria ſigna ſanguinis arterialis
ſunt claritas eius, ſubſtantia tenuis & ſpumoſitas cum intenſa caliditate ipſius exeuntis.
¶ Cum ergo inteſtinum naturaliter debile ſit, neceſſario congregantur ibidem
ſuperfluitates, & ipſum eſt paratum recipere eas, quia infimum eſt, & adhuc, quia
ipſum eſt via exitus ſuperfluitatum: Tertio, quia eſt via receptionis ipſarum a toto

corpore, propter venas hæmorrhoidales: quarto, quia membrum eſt multæ ſenſibili- A
tatis, & quinto, quia materiæ in ipſo receptæ difficul:er ſunt euacuabiles, quia frigidæ & craſſæ multum, ideo non eſt mirabile, ſi ſubſtantia huius inteſtini remanet ſemper tumens, ſiue tumor ſit oppilatiuus, ſiue apoſtemoſus, vt eſt veriſimilius. Quod autem ſuprema ſanguinis euacuatione debilitetur totum corpus, oſtendit ſenſus, ergo longe magis debilitãtur cor, epar & reliqua membra principalia ab exitu ſanguinis arterialis, quã venalis. Hæc eſt ſumma, qua vere cognoſcuntur ægritudines huius viri.

Principalis ægritudo huius patientis

Ex quibus omnibus concluditur primo, quod principalis ægritudo vel accidens, ad quod intendendum eſt in cura huius viri, ſit fluxus ſanguinis immoderatus, ſine cuius curatione impoſſibile eſt virum iſtum vnquam reduci ad ſanitatem, immo neceſſario periclitabitur ſiue per reſolutionem immoderatam, ſiue propter ſequelam tympanitis B
& aſcitis ad prædictum fluxum. ¶ Sequitur ſecundo, quod canon opportunus ſit intendere ad curam tumoris vel apoſtemationis inteſtini, ſine quorum curatione fruſtra laborabit induſtria phyſici. ¶ Tertio, quod neceſſarium ſit rectificare ſtomachum eius & epar principalius intendendo ei, quam epati, licet enim epatis diſpoſitio periculoſior ſit, quam ſtomachi, quia tamen ipſa dependet a mala diſpoſitione ſtomachi, non ecõtra: ideo intendendum eſt ad remouendum malam complexionem facientem in ipſo pulſationem fortem. ¶ Quarto, quod rectificatione facta prædictorum quatuor facile rectificabitur nocumentum cerebri, & corruptio in ſenſu auditus, quæ eſt ſonitus vel tinnitus.

CAP. II. *De regimine dictarum diſpoſitionum per ſex res non naturales.* C

EX quibus omnibus concluditur, quod ſollicitus eſſe debeat in ſui curatione: res non naturales debent ei approximari cum intentione & effectu infrigidandi, & mediocriter exſiccandi, & confrangantur omnia cibaria cum decoctione burſæ paſtoris, ſed precioſior omni medicina mũdi eſt portulaca, cum cuius aqua ſemper eius cibaria coquantur, & ſi aqua ſublimationis portulacæ in potu ſuo ſemper miſceretur, optimum eſſet ei. Conueniret etiam aqua roſarum, burſæ paſtoris & cuſcutæ. ¶ Et placerent mihi cibaria omnia aceto, agreſta vel ſucco aranciorum condita, & quod fierent ei ſapores cum vino de ribes vel creſpino delectabili facto cum ſaccharo, bonum eſſet opus, & ſic de aliis.

Cibi.
Portulacæ preſtantia.

Potus.

¶ Et vinum eius debet aliqualiter in ſubſtantia, craſſitudini attinere, & ſit ſapore dulce, aut vinum odore ſuaue, cui ſemper aliquod medicinale eſt D
commiſcendum, ſicut aqua portulacæ, aut aqua florum ſalicis, aut aqua ſublimationis chryſomelæ, quæ tria in hac diſpoſitione mirabilia efficiunt iuuamenta, & ſi abominarẽtur talia, frangatur vinum cum aqua chalybis, cum qua etiam poſſunt coqui cibi eius. Et ſic de aliis.

CAP. III. *De cura per medicinalia.*

DE regimine autem diſpoſitionum huius viri per medicinalia hunc ordinem obſeruabo. ¶ Primo enim ſcribam ea, quæ mihi videbuntur vtiliora in cura fluxus immoderati ſanguinis ab inteſtino prouenientis. ¶ Secundo principaliter tangam ea, quæ videntur mihi congrua ad curam ipſius apoſtematis, vel tumorum & dolorum eius. ¶ Tertio principaliter deſcribam ea, quæ mihi videntur neceſſaria pro E
diſpoſitione ſtomachi eius & epatis ſimul. ¶ Quarto ea, quæ pulſui cordis & eius malæ complexioni conuenientia videntur. ¶ Quinto aliqua percurram remedia cerebrum confortantia. ¶ Sexto & vltimo tinnitui afferam remedia quædam.

Cura fluxus immoderati ſanguinis ab inteſtino.
Pilula.

Pro executione itaq; primi quinq; deſcribam remedia. ¶ Quorum primum eſt. ℞. *pilularum de bdellio deſcriptione Rhaſis 9. Almanſ. ʒ ij. karabe, ſpodii, hæmatitis, corallorum rub. an. ℈ ß. formentur pilulæ cum ſucco burſæ paſtoris de omni ʒ vij.* de quibus hic vir accipiat per horam ante prandium & ante cœnam ſemper duas, in nocte vero per vij. horas poſt cœnam accipiat ex eis iij. vel quatuor. ¶ Secundum principale eſt hoc. ℞. *ſumach, ſem. plantaginis, ſeminis porri torrefacti, acatiæ, coriandri an. ℈ j. karabe, hæmatitis an. ʒ j. puluerizentur omnia per ſe ſubtiliſſime: deinde commiſceantur & incorporentur cum lib. ß. ſacchari alb. vſque* F
ad glutinoſitatem decocti cum aqua portulacæ, & fiat confectio in rotul. ij. drachm. de quibus vna ſemper ante cibum accipiatur. ¶ Tertium principale eſt hoc. ℞. *olei de myrto, olei de maſtice an. ℥ j. trociſcorum de karabe, glutinis chartæ, pulueris oſſium, dactylorum combuſtorum, ſpodii, ſang. dracon. hæmatitis an. drachm. j. ceræ q. ſ. fiat vnguentum molle, & eo actu frigido vel tepido*

Rotula.

Vnguentum

vngatur

A *ꝯgatur tota pars alchatin & circulus ani.* ¶ Quartum principale inſtrumentum ad hoc eſt *Puluis.*
puluis iſte. ♃. *gallarum cupreſſi, gallarum quercus perforatarum an. drachm. ß. ſanguinis dra-*
conis, dragaganti, gummi Arabici torrefactorum an. drachm. j. pulueris gypſi ad pondus omni-
um, pulerizentur omnia per ſe, & diligenter conquaſſentur. De hoc igitur puluere totum
inteſtinum ſuperpuluerizetur, quando in aſſellando emittitur. Eſt enim remedium,
quod nunquam decepit me in intercipiendo fluxum ſanguinis immoderatum, quod
non protelaui diebus meis bis alicui. ¶ Vltimum remedium primo principali eſt hoc.
℞. *olei de chryſomelis drachm. ij, olei de maſtice vnc. j. olei omphacini lib. ß. acatiæ, gummi Ara-*
bici, dragaganti, glutinis piſcium longo tempore diſſolutorum & contritorum cum prædictis oleis an.
℥ j. ß. infundatur in prædictis fruſtum coti, & quaſi ſemper ſuper ſphinctere teneatur actu frigidum
B *vel tepidum*, ſpero, quod per hoc fluxus intercipietur.

Pro his vero, quæ opportuna ſunt pro ſecundo principali, ſc. pro cura apoſtematis, *Curatio apoſtematis & dolorum.*
ita procedatur, ſi enim Medico per applicationem prædictorum videbitur apoſtema
minorari & reſolui, quia talia remedia abſcindunt materias aliunde fluentes, & non e-
uacuantur a reſolutione ſubtili: ideo cum ipſis aliquanto tempore procedendum eſſet.
Si autem perciperetur ex prædictis iuuamentum leue aut fere nullum, tunc procedatur
hoc inſtrumento triplici. ¶ Primum eſt hoc. ℞. *olei de chryſomelis ℥ ij. bdellii mollis & ſubalbi-* *Linimentũ.*
di ℥ j. ſtyracis liquidæ ʒ iiij. butyri recentis abſq; ſale, pinguedinis anatis an. ℥ j. amyli ʒ viij. ceruſſæ ʒ
ij. ß. pulueriz entur omnia & multo tempore conterantur, & fiat linimentum, & ex eo actu tepido
cum euertitur inteſtinum, diligẽter inungatur, quoties aſſellat, & videbitur iuuamentũ
C bonum. ¶ Secundum vero huic appropriatum eſt. ♃. *maluarum recentium, fænugræci, gra-* *Emplaſtrum*
norum ſeſami, ſeminis lini an. lib. ß. bulliant omnia, vſq; ad eorum fere diſſolutionem: deinde colen-
tur ab ea, & incorporentur cum lib. ß. farinæ ſiliginis, croci ʒ j. olei de chryſomelis, omphacini, amygda-
larum dulcium an. ℥ j. opii, corticum mandragoræ an. ʒ ß. fiat emplaſtrum, ſuper quo actu calido
ſedeat patiens cum ſphinctere, & cum eo etiam emplaſtretur ſphincter, & partes natium
& alchatin, & eſt remedium excellens. Si autem per prædicta non conuenienter reſol-
ueretur apoſtema, neq; ſedaretur dolor, tunc fiat encatiſma tale. ♃. *olei oliuarum recentis*
vnius anni, quod eſt magis mitigatiuum, quamuis antiquum ſit magis reſolubile, quam
ipſum, teſte Galen. *6. de ingenio ſanitatis lib. 10. ſapæ vel vini cocti, aut ſaltem vini valde dulcis,* *Balneum.*
& proprie nigri libras 25. croci ʒ j. ß. bdellii mollis & ſubalbidi ℥ j. bulliant omnia ſimul vſq; ad diſſo-
D *lutionem, & ſedeat poſt in ea infuſus vſq; ad inguina quater in die tepefacta, vel ſaltem leuiter calida,*
& ſpero, quod diuino auxilio ſedabitur dolor, & euacuabitur apoſtema.

Vt autem ſubſidium afferatur ſtomacho, quod fuit tertium principale, eidem trib⁹ *Curatio diſpoſitionis ſtomachi.*
inſtrumentis videtur mihi ſubueniendum eſſe. ¶ Quorum primum eſt hoc. ℞. *minæ cydo-* *Syrupus.*
niorum, muſcatæ & aromaticæ ℥ j. mellis roſati, & proprie facti cum foliis ℥ j. aq. eupatorii & abſinthii
an. ℥ j. ß. miſce. ¶ Et ſi abominaretur ſyr. tunc ♃. *aq. eupatorii & abſinthii an. ℥ ij. vini cydonio-* *Potio digeſtiua.*
rum ℥ j. miſce, & ſtante fluxu ſanguinis abſcindatur aq. eupatorii, & loco eius apponatur aq. por-
tulacæ vel cuſcutæ, & quoduis eorum aſſumatur tepidum vel leuiter calidũ in aurora; &
tardetur cibus ad minus horis quatuor. ¶ Cum ergo acceptũ erit digeſtiuum toties, quo-
uſq; appareat vrina in ſubſtantia &c. tunc erit opus ei euacuandi ſignis euacuationis ma-
E terierum a natura factæ vel fiendæ apparentibus: ſtatim eſt euacuanda materia. ſummo-
pere dico ſemper abſtinendum eſſe ab omni pharmaco forti, & non recedendũ a man-
na vel caſſia cum emulſione tamarindorum, aut ſaltem exhiberi deberet electuarium de
pſyllio cum medicina compreſſiua dicta, qualis eſſet *decoctio balauſtiarum cum radicibus vo-* *Alia.*
lubilis minoris vt aq. prædictæ ℥ ij. ß. medullæ caſſiæ fi. & pulpæ tamarin. an. ʒ ij. mannæ ʒ v. miſce, &
detur in aurora. ¶ Secundum vero huic intentioni ſubſeruiens eſt hoc. ♃. *ſacchar. a* ℔ ß. *Confectio.*
pulueris corticum citri, menthæ, labruſcæ an. ʒ j. ſpodii, gummi Arabici, dragaganti, acatiæ, maſticis an.
℈ ij. macis, cinnamomi, croci, an. ℈ ß. coquatur ſacchar. cum aq. menthæ, & fiat confectio, de qua parũ
ante prandium & ante cœnam, & poſt ipſa immediate accipiat quantitatem duarum vel
trium ʒ. Cum minori autem neceſſitate dicendum, quod ęque bene conueniret ei citri
F carnoſitas cum ſaccharo ſolido condita & non ſyrupizata. ¶ Tertium principale ad hoc
eſt. ♃. *laudani puriſſimi ℥ ß. reſinæ claræ ʒ j. ſtyracis calamitæ ʒ vj. corallorum rub. ſpodii, ſumach,* *Ceratum.*
granorum myrti an. drach. ß. macis ʒ j. ß. colophoniæ, picis naualis an. drach. j. coquatur cum drach.
iij. ceræ, & fiat ceratum ſcutale bene glutinoſum, quod leuiter aſpergatur puluere menthæ,
& calidum applicetur ſtomacho: ſi bene conſideras hæc remedia, efficacia ſunt

ad ſubueniendum ſtomacho & epati & nocumentis eorum. Tu diſcurre per eorum virtutes. A

Remedia pulſus cordis, & eius malæ complexioni cōuenientia. Sacculus.

Pro quarto vero principali tria videntur mihi ſufficienter pulſui cordis & eiuſdem malæ complexioni contrariari poſſe. ¶ Quorum primum eſt hoc. ℞. *macis, florum boraginis & bugloſſæ an. ʒ j. croci ʒ ß. ſpodii, oſſium de corde cerui, corallorum amborum, roſarum an. ℈ ij. hyacinthi, ſmaragdi, ſaphiri an. ℈ j. margaritarum ʒ j. pulueriʒentur omnia per ſe ſubtiliter: deinde ponantur in ſacculo quadrato, & applicetur cordi, & ſemper aſſiſtat ibi.* ¶ Secundum vero

Potio. ſpeciale remedium eſt hoc. ℞. *aquæ bugloſſæ ℥ ij. pulueris ſmaragdi, foliorum auri commixtorum an. gr. iij. vini aromatici ℥ ß. conquaſſentur omnia, & tepidum hoc bibatur in aurora, & videbitur mirabile.* ¶ Tertium ſpeciale remedium ad hoc, quod etiam cerebro confert, B eſt tale. ℞. *ligni aloes, ſtyracis calamitæ, ʒedoariæ, karabæ an. ʒ j. ambræ ℈ j. moſchi electi gran. vij. roſarum conſtrictarum ʒ j. corallorum, ſem. baſiliconis, maioranæ an. ʒ ij. macis ʒ iij. pulueriʒentur omnia ſubtiliter per ſe: deinde ſimul conquaſſentur & ligentur in ſindone retorta, & quaſi ſemper odoretur.*

Curatio debilitatis cerebri. Potio. Puluis.

Pro quinto vero principali remedia conſcribantur debilitati cerebri ſubuenientia potenter. ¶ Primum itaq; eorum eſt hoc. ℞. *mithridatii electi, aureæ Alexandrinæ an. ℈ j. ambræ orientalis ℈ ß. bibatur in ſeptimana bis per tres horas poſt cœnam cum ℥ j. vini antiqui ſubtilis & aromatici.* ¶ Secundum vero ſeruiens huic diſpoſitioni eſt hoc. ℞. *florum roriſmarini, aſari, an. ℈ j. ligni al. ʒ j. ambræ ʒ ß. caryophyllorum ʒ ij. fiat omnium per ſe puluis ſubtilis: deinde diligenter commiſceantur. De hoc igitur puluere, quando vadit ad lectum prora capitis eius pulueriʒetur a coronali commiſſura per ſpatium quatuor digitorum aſcendendo ad ſummitatem capitis:* & eſt remediũ C vtile multum in releuando cerebrum a debilitate proueniente a mala complexione frigida & humida eius, & a multitudine vaporum in eo congregatorum.

Correctio corruptionis auditus.

In ſubleuatione vero corruptionis auditus, quod erat ſextum principale accidens, duo ſolennia remedia ponam. ¶ Primum eſt hoc, vt accipiatur tabula arboris cupreſſi, calefiat ſolenniter, & ſemper ante cibationem mane & ſero applicetur ei auris & totum tempus partis patientis, & ſi ambæ aures moleſtarentur, ambabus partibus tabula iſta, vſquequo ad tepiditatem perueniat, applicetur, & ita fiat continuis diebus vſque ad conſumtionem ventoſitatis, quæ ſonitum efficit. ¶ Scio autem, quod ſuccus origani tepidus inſtillatus auribus, pluribus vicibus in die tollit omnem ſonitum a ventoſitatibus, & a D mala complexione frigida & humida materiali prouenientem, quæ ſolet ægros inquietare, & a naturali dormitione prohibere, ad laudem Dei, &c.

Consilium CLXXI. *De apoſtemate, condylomate vel ficu in circulo ani.*

Ægritudo Domini Lucæ de Medio nõ debet vocari hæmorrhois, niſi accipiantur hæmorrhoides valde communiter pro omni diſpoſitione in ano, per quã exit aut aptus eſt exire ſanguis. Sed hæc ęgritudo eſt apoſtema in ſphinctere, i. in circulo ani: & eſt proprie de genere condylomatum aut ficuum ani. Eſt enim apoſtema eueniens extra circulum ſphincteris magnum extra pendens a ſanguine cum phlegmate admixto factum, & eſt res ſuſpicanda ſatis. Si enim perueniret ad ſaniem, fortaſſe eſſet cauſſa corrumpendi inteſtinum. Si autem materia a calore extraneo corrum- E peretur, valde facile terminaret in gangrænam aut eſtiomenum. Et ſi corruptio intrinſecus in inteſtino profundaretur, valde facile fieret ibi fiſtula. Adde vero, quod ſi phlegma ſanguini commixtum ab extraneo calore acquireret ſalſedinem, valde facile poſſet eſſe cauſſa immoderatæ apertionis hæmorrhoidarum, propter quod ſequeretur hęmorrhagia non parum timenda. Et hoc fortaſſe vltimum eſt valde rationale, quia in membris illis ſuſpicandum eſt, eſſe debilitatem a generatione vel ab hæreditate contractam, quæ omnia adhuc verenda ſunt, vel quodlibet ipſorum, propter permutationem ætatis de conſiſtentia ad primum ſenium, quæ neceſſario accidit, & debilitatem ſibi aſſociat, vt legitur *prima primi, capite de ætatibus*. Experientia enim nota eſt.

Propter quod huic diſpoſitioni videtur mihi eſſe prouidendum quinq; remediis, F vt nunc ſequitur.

Primum itaque inſtrumentum eſt, vt iſte generoſus vir abſtineat a cibis omnibus magnæ caliditatis, inflammationis & acuitatis, vt ſunt cibi ſalſi, multis aromatibus frequenter conditi. Item raphanus, eruca, porrum, cæpæ, allium, ſinapi, & ſimilia. Et

effugiat

A effugiat etiam vehementer frigida incraſſatiua, inuiſcatiua cibaria, vt piſces, paſtilia, cutes, & neruos animalium. Vtatur vino ſubrubeo vel albo non multum pontico, ſed ad dulcedinem mediocriter inclinato. In aliis autem regat ſe, vt libet. ¶ Secundum principale eſt, vt faciat ſibi fieri modicam phlebotomiam ſaphenæ dextri pedis ſuperius prope cauillam poſitæ, per quam educantur ſanguinis vnc. ad minus quatuor, ad minorationem materierum efficiendam: propterea, quia dubitatur de putrefactione illorum in loco, quia raro multæ materiæ perſiſtunt in locis, in quibus reperitur innati caloris debilitas, quin ipſæ mutentur in putrefactionem, quia non poſſunt conuenienter digeri, reſolui vel conſumi, ſed in talibus locis materiæ ſemper, quaſi multiplicantur propter ſitum earum & ordinem a natura poſitum, quare &c. ¶ Tertium princi-
B pale eſt, vt vtatur ſcoria ferri præparata, quæ deſcribitur 9. *Almanſ.* ex qua conficio tripheram huic ægritudini iuuatiuam per hunc modum. ℞. *ſcoriæ ferri præparatæ, ſecundum doctrinam in eodem loco repertam, capit. de confortantibus ſtomachum, vnc. ij. carnium myrobal. Indorum & chebulorum an. vnc. j. ſemin. porri torrefacti drachm. ij. cymini, ani. dulcis an. drachm. j. bdellii ſubrubei drachm. ij. ß. macis, cinamomi an. ſcrupul. iiij. dragaganti, gummi Arabici torrefacti an. ʒ iiij. ſacchari alb. lib. ß. mellis roſ. facti cum roſis vnc. iiij. Infundantur gummi, myrobal. & bdellium in aqua chryſomel. vel ſucco eorum per quatuor dies. Deinde conterantur & incorporentur: demum coquantur cum ſaccharo diſſoluto, & coque totum cum aqua roſ. muſcata, & prope infrigidationem eorum addantur pulueres, & fiat electuarium, quo vtatur omni fine ſex dierum accipiendo cochlear vnum in aurora, & tardet poſt cibum horis ad minus v.* eſt enim medicamen Electuariũ.
C optimum, vt videbit. ¶ Quartum principale eſt, vt vtatur hoc linimento, ſecundum hunc modum facto. ℞. *olei omphacini ʒ iij. bdellii mollis & ſubalbidi vnc. ß. ſquamæ ferri præparatæ drach. j. ameos, ſem. leuiſtici, cymini an. ſcrup. j. terantur omnia diu in mortario.* ¶ Vltimum principale eſt, vt vtatur hoc vnguento, ſecundum hunc modum facto. ℞. *olei de chryſomelis vnc. iij. ſtyracis liquidæ ʒ ij. bdellii ſubrub. drach. iij. vitellos ouorum in igne aſſatorum & in duritiem conuerſorum numero quatuor, ſcoriæ ferri præparatæ, thuris, ſandaracæ, ſarcocollæ nutritæ an. drachm. j. ß. moſchi electi gran. iij. terantur omnia ſimul longo tempore, prius tamen ſubtilis ſius puluerizata per ſe: deinde cum ſufficienti quantitate amyli de hordeo inſpiſſentur,* & fiat hoc vnguentum in mortario plumbeo cum ſuo piſtillo. Et modus applicationis horum localium eſt, vt mane, meridie, & cum vadit dormitum per vnam ſeptimanam completam inungat patientem locum intus & extra cum linimento, aut hoc vn- Linimentũ. Vnguentum.
D guento ſcripto: deinde per duos dies abluat membra illa cum aqua tepida, in qua fabri multo tempore extinxerunt ferramenta. Poſt iſtos vero duos dies inungat omnia prędicta loca intus & extra cum vnguento vltimo deſcripto, & ſemper diligenter tueantur loca cum magno fruſto coti prædicto linimento diligenter vncti, & ſimiliter ex hoc vnguento. Sic enim canonice procedendum eſt in materiebus ſua craſſitudine & viſcoſitate difficulter eradicabilibus, vt de mollificante, & leuiter reſoluente, & exſiccante materias tranſitus fiat de eo, quod debilius eſt, ad ea, quæ fortioris ſunt potentiæ in leniendo, reſoluendo & exſiccando. Aliter enim materiæ aut conuertuntur in durities incurabiles, vt ſunt hæmorrhoides attritæ vel verrucales in prædictis locis ſæpe contingentes, vel non raro materiæ tales corrumpuntur, & in fiſtulas vlceroſas & gangrænas
E permutantur. Hi ſunt ſermones colligendi *quarta primi capit. 25. de induratione apoſtematum durorum, & tertia quarti, tractat. ſecundo capit. de cura ſephiros, & 13. terapeuticæ cap. de cura apoſtematis ſcliirotici, & 13. Continentis per magnum proceſſum, primo cap.* vbi dicit, *incipiendo ſelicos,* &c. Hæc ſunt ingenia huic viro ad eius curationem neceſſaria, quæ ſi cum modo applicuerit, opitulante Deo ſanitatem recuperabit &c.

CONSILIVM CLXXII. *De apoſtemate in ſphinctere, quod dicitur ficus.*

ISTE iuuenis Onophrius in circulo ſphincteris habet apoſtema extrinſecus pendens de genere eorum, quæ a ſapientibus nominantur ficus. Etiam quidem
F hoc apoſtema deductum eſt ad ſtatum, in quo acquiſiuit fixionem cum duritie & ſoliditate eius. Et adhuc propter debilitatem partis circumſtantis ſuperuenit ei apoſtema verſus ſiniſtrum latus, quod ſatis durum eſt & verucæ ſimile, eo, quia factum eſt a ſanguine melancholico valde craſſo. Et ſi iſtud apoſtema tendat ad corruptionem ſicut iam aliqua ſigna præſentia oſtendunt, corruptionis eius inductiua, & maxime in parte

protunda, quæ multum corruptioni parata eſt, quia multum humida & in loco infimo A poſita, & materierum fœtidarum receptiua & retentiua. Propter hoc iam apparet ipſum difficulter euadere poſſe fiſtulam in inteſtino recto interiuſq; penetratiuam, quare res eius non ſine magno timore iudicanda eſt.

Cibi. Procedatur igitur in cura ſecundum quod nunc ſequitur. ¶ Primo itaq; abſtineat ab omnibus cibis & potibus, melancholicum ſanguinem & melancholiam multiplicantibus, vt ſunt legumina omnia elixa, & proprie fabæ & lentes, quæ tangere non debet. Cicera vero rubea & alba, & phaſeolos raro comedat, cum oleo tamen condita. Caueat a multo vſu aceti, caulium, carnium & piſcium ſalitorum, & antiquarum carnium, etiam recentium. Et fugiat etiam vſum cæparum, allii, porrorum & paſtilium ciborum, & proprie azymorum. B

Potus. Potus autem eius ſit vinum album & mediocre, aut rubeum, valde clarum, ſuaue & dulce: vina vero rubea craſſa, conturbata, pontica & acria omnino vitare debet. ¶ In rebus vero medicinalibus procedat iſto modo: vltimo die præſentis Februarii faciat ſibi fieri phlebotomiam ſaluatellæ ſiniſtræ manus poſitæ inter annularem & auricularem dig tum, de qua extrahantur vnc. v. ſanguinis: & ab hora vigeſima, vſque ad vigeſimam ſecundam, infundendo prius manum in aquam calidam. ¶ Sequenti die in aurora accipiat hoc electuarium cum cyatho j. aquæ lactis caprini aut alterius, & tardet

Electuariũ. cibum horis ad minus v. ℞. *electuarii diaſenæ, electuarii de pſyllio an. drachm. ij. miſce.* ¶ Sequenti vero die incipiat inungere inteſtinum ſphincteris interius cum candela vel

Vnguentum penna, & hoc quatuor vicibus in die cum hoc oleo calido. ℞. *arthanitæ, arthecticæ, ſerpentariæ ana ſcrup. j. peucedani, philipendulæ ana drachm.* j. ß. *aluminis Iameni drachm.* j. *olei de chryſomelis vnc. ij. ceræ quantum ſufficit, fiat vnguentum bene tenax cum* ℥ j. *reſinæ.* ¶ Iterum quarto extendat de hoc vnguento ſolidiori immediate ſupraſcripto ſuper pannum rotundum vel corium molle ad quantitatem vnius groſſi formatũ, & apponat ipſum ſuper C

Emplaſtrũ. apoſtemate, quod eſt in parte ſiniſtra elongatum a circulo ani. ℞. *emplaſtri apoſtoliconis vnc. ß. chalcanthi combuſti, thuris, colophoniæ, auripigmenti ana ſcrup. j. incorporentur ſimul in mortario, vſque ad viſcoſitatem cum modico laudani mollis.* ¶ Iterum quinto accipiat de altero vnguento molliori immediate ſupraſcripto, & cum penna vel altero inſtrumento quater in die liniat appendiculum apoſtematis, quod eſt in circulo, & totam ſubſtantiam eius: & ſi ex tali inunctione in ſecundo aut tertio die ſuperueniat ipſi eſchara cum D dolore & mordicatione: tunc inungat ipſam cum oleo amygdalarum tepido pluries in die. ¶ Vltimo vero recordetur omni quinque dierum parum ante cœnam aſſumere vnum ſcartutium de pulueribus cum medio ſcutellino de brodio, vel vino calefacto, & cum hæc omnia fecerit per totum menſem Martii, aut vſque ad ſeptimum eius, oporteret, quod ipſe de nouo videret, vt cognoſceretur, ſi apoſtemata permutabuntur ad laniationem aut ad reſolutionem vel conuerſionem in fiſtulam, tunc enim oporteret eidem ſublimioribus ſubuenire remediis. Ad laudem Dei omnipotentis. ¶ Item pro

Electuariũ. eodem. ℞. *electuarii de epithymo, de ſebeſten an. vnc. j. miſce, & totum ſumat ante cœnam immediate.* ¶ Secundo. ℞. *ſcoriæ ferri præparatæ vnc. ß. gal. cypreſſi, galla. perforata. hæma-*

Vnguentum *titis, karabe, hypocyſtidos an. drachm. ij. olei de chryſomel. vnc. iij ceræ rub. q. ſ. & fiat vnguentum* E *molle, quod poſtea bulliat in* ℥ *iij. ſucci cydoniorum, vſq. ad conſumtionem ſucci*, & ex eo inungatur ſphincter ad exſiccandum & ſtringendum hæmorrhoidas. ¶ Digeſtiuum. ℞. *ſy-*

Potio. *rup. de corticibus citri vnc. j. aquæ bugloſ. vnc. ij. aquæ acetoſæ vnc. j. miſce.* ¶ ℞. *electuarii de epithymo* ʒ *v. ſumat cum vino in mane.* ¶ ℞. *confectionis triaſandalorum* ℥ *ij. & de ea ſumat ante cœnam & ante prandium.*

De ægritudinibus renum.

CONSILIVM CLXXIII. *De quadruplici mala diſpoſitione: videlicet, De mala complexione frigida & humida renum cum materia. De oppilatione forti in renibus ab eadem materia phlegmatica proueniente. Et de mala complexione frigida & humida ſtomachi cum materia.* F

De plenitudine cerebri a materia frigida & humida in eo.

ISTE iuuenis Parmenſis quadruplici laborat diſpoſitione. ¶ Prima eſt ægritudo frigida & humida renum ipſius proueniens a multa materia phlegmatica cũ

pauca

A pauca cholerica commixta ad inuicem immerſa in venis circumſtantibus renibus & in ſubſtantia eorum. ¶ Secunda eſt ęgritudo compoſitionalis, & eſt oppilatio fortis in prędictis renibus ab eadem materia proueniens, quæ cum longo tempore ibi permanſerit, putrefacta eſt in venis, & hęc eſt cauſſa, quare mingat vrinas quandoq; ſanioſas, cuius etiam materiæ pars nonnulla conuerſa eſt in arenas & in lapillos in renibus exſiſtentes, quod perſuaderi videtur ex fixione doloris ibidem exſiſtentis, ac ſi clauus eſſet infixus. ¶ Tertia vero principalis diſpoſitio eius eſt mala complexio in ſtomacho, quę ab eadem cauſſa prouenit, q̃ non minus augmentũ facit in ægritudinibus p̃dictis, q̃ ipſorum renũ faciat diſpoſitio. Nam propter illam generantur per viam indigeſtionis phlegmata, quæ multiplicata augmẽtant renum ægritudines iam dictas. ¶ Quarta vero diſpoſitio eius eſt ce-
B rebri & totius capitis plenitudo multa a materia prędicta, propter quam grauitatẽ ſentit in capite, & catarrhizantes materiæ multæ ad inferiora deſcendunt. Hæc in ſumma eſt huius iuuenculi diſpoſitio quadruplex, ita congregata.

Itaq; pro regimine prædictarum diſpoſitionum iuuenculus iſte abſtineat a cibis & potibus frigidis, craſſis & viſcoſis, ægritudines prædictas, & materialem cauſſam earum multiplicantibus, velut ſunt olera frigida, vt lactuca, ſpinachia, beta, quæ nunquam ſimplicia comedantur, immo ſemper cum fœniculo, petroſelino, ſerpillo & rebus calidis condita: ſimiliter euitet piſcium multitudinem, & paſtiles, & lacticinios cibos, quibus nullo modo vtatur. ¶ Fugiat etiam caſei multitudinem, & maxime mollis & viſcoſi, ad quem conſuetudo eſt Lombardorum propter abundantiam eius apud eos. ¶ Effugiat *Curatio per diætam.*
C etiam potum aquæ frigidæ ſimplicis. ¶ Et vina effugiat, quæ ſunt rubea & craſſa, & viſcoſa, & pontica, vel acria, & præter hos cibos & potus in aliis licentiam habeat modo ſuo. ¶ Euitet etiam habitaculum frigidum & humidum terraneum, & prope flumina vel aquas ſtantes vel decurrentes, & in ſumma inhabitet aerem & cameram bene calidam. Et veſtes etiam habeat diligenter calefactiuas. ¶ Cibos non ingluuioſe deglutiat, ſed bene maſticatos, nec repleat ſe ciborum quantitate grauante ſtomachum, Et ſimiliter de potu dicendum eſt.

Exercitium etiam ſuper cibatione non eſt ei conueniens, ſed quies laudabilis magis, neq; poſt cibationem dormiat, ſed interponat temporis horam ad minus vnam cum dimidia. ¶ Et in accidentibus animi non ſit contriſtatus & anguſtioſus & iracundus, ſic-
D ut naturalis eius complexio ſatis demonſtrat.

De regimine vero medicinali ſeptem occurrunt mihi obſeruanda, quæ ſimul curabunt duplicem ægritudinem, ſcil. malam complexionem renum & diſpoſitionem a generatione. ¶ Primum itaque de prædictis eſt, vt antequam tranſeant viginti ſex dies præſentis menſis Iunii, fiat ei phlebotomia venæ ſaphenæ dextri pedis circa vigeſimam tertiam horam, per quam educantur ſanguinis vnc. quatuor. ¶ Secundum ſpeciale remedium eſt, quod ſequenti mane purgetur cum ℥ quinq; electuarii de ſebeſten & de pſyllio, quod ſecum portat aſſumtis cum medio cyatho aquæ decoctionis petroſelini calidæ, & tardet cibum ad minus horis quinq;. ℞. *electuarii de pſyllio* ℔ ß. ¶ Tertium ſpeciale remedium eſt, quod omni die immediate ſequenti accipiat hunc potum, *Curatio per medicinalia* *Vena ſectio.*
E quem continuet 15. diebus ad minus. ℞. *ſyrup. compoſiti acetoſi* ℥ j. *ſyrup. diairi* ℥ ß. *aquarum milii ſolis & apii an.* ℥ j. ß. *miſce, & in aurora bibat ipſum totum calidum, & non comedat, niſi tranſierint horæ tres vel quatuor.* ¶ Quartum ſpeciale remedium eſt hoc. ℞. *aloes ablutæ* ℥ ß. *agarici, pulpæ colocynthid. bdellii an.* ℈ j. *zinziber.* ℈ ß. *ſalis gemmæ gra. v. fiant pilulæ cum ſucco apii, de quibus poſt aſſumtionem prædicti ſyrup. accipiat viij. vel ix. in aurora, faciendo ſicut dictum eſt de linitiuo poſt phlebotomiam accipiendo.* ¶ Et nota, quod ſi venter eius non eſſet bene largus, tempore, quo aſſumit ſyrupum ſupraſcriptum, de pilulis prædictis accipere poteſt vnam omni ſero ante cœnam, aut ſaltem omni tertio ſero, & eis etiam vti poterit vſq; ad vnum annum, de eis accipiendo vnam omni quinta vel ſexta die parum ante cœnam. ¶ Quintum ſpeciale remedium eſt hoc. ℞. *ſpecierum electuarii de ſeminibus* *Potio digeſtiua.* *Pilulæ.* *Rotulæ.*
F ʒ j ß. *granorum milii ſolis, liquiritiæ, cinamomi, zinzib. aniſi, fœnic. an.* ʒ ß. *ſacchari ſecundæ coctionis* ℥ iiij. *cum aqua fœniculi, fiat confectio in rotulis* ʒ iij. *de qua ſemper ante cibum omnem accipiat rotulam vnam continuando ipſam per totum menſem Iulii, & adhuc ſi bene ſanus eſſet.* ¶ Sextũ ſpeciale remedium eſt hoc. ℞. *olei nardini* ℥ j. ß. *olei de croco, olei de piperibus an.* ℥ ß. *vnguenti aragonis* ℥ j. *ceræ albæ* ʒ iij. *incorporentur ſimul, & fiat vnguentum molle*, de quo per totum *Vnguentum*

menſem Iulii omni die ter calido vngatur tota ſpina mane & ſero, & in meridie, & pro- A prie ſub radiis ſolis, ſi eorum habebit commoditatem. ¶ Septimum eſt hoc. ℞. *ſeminum endiuiæ, ſcariolæ, acetoſæ, violarum & nenupharis ana ʒ j. granorum milii ſolis ʒ ij. cinamomi, zinz. caryophyllorum, macis an. ʒ j. ß. oxymellis compoſiti ℔ ß. mellis roſ. colati ℥ iij. ſacchari albi ℥ ij. fiat electuarium, de quo iuuenculus iſte omni mane per quatuor horas ante cibum deglutiat cochlear vnum*, incipiendo a medietate menſis Iulii, & continuando ipſum vſque ad medium Septembris. Et per hæc ſeptem remedia conuenienter poterit duas primas ęgritudines ante præmiſſas curare.

Electuariū.

Curatio diſpoſitionis ſtomachi.

Pro tertia vero diſpoſitione videlicet ſtomachi ſui præmittendum, quod cum hæc omnia remedia iam prædicta etiam conuenientia ſint eius ſtomacho: tamen mihi duo principalia remedia viſum eſt conſcribenda fore. ¶ Primum itaque eſt hoc. ℞. *dia-* B *calamenti ʒ j. ß. cum modico vini ſubtilis, albi, dulcis, calefacti, accipiat ipſum per tres horas poſt cœnam*, omni quarta die, quando vadit ad lectum, continuando ipſum, vſque ad medium Octobris. ¶ Secundum vero ſpeciale remedium eſt hoc. ℞. *reſinæ claræ ℥ j. ß. picis naualis ʒ ij. colophoniæ ʒ j. ß. galliæ muſcat. caryophyl. maſticis an. ʒ ß. ceræ albæ ʒ ij. fiat ceratum rotundum amplitudinis vnius ſpithamæ ſuper panno de grana, quod ſemper portare debet ſuper ſtomacho per duos vel tres menſes.*

Potio.

Ceratum.

Pro diſpoſitione capitis.

Puluis exterius aſpergendus.

Pilula.

Pro diſpoſitione vero capitis eius conferunt omnia iam prædicta remedia, ſed ad complementum maius tria deſcribam, quæ videntur mihi magnæ fore neceſſitatis & vtilitatis. ¶ Primum eſt hoc. ℞. *macis ʒ ij. caryophyl. maioranæ, folii an. ℈ j. ligni aloes ℈ iij. fiat omnium per ſe puluis: de quo omni ſero, cum vadit ad lectum ſuper prora capitis aſpergatur quan-* C *titas medii corticis nucis, continuando per totum menſem Octobris.* ¶ Secundum remedium ſpeciale eſt hoc. ℞. *maſticis ʒ j. zinzib. ſtaphyſagriæ, coſti an. ℈ ij. ſacchari alb. ʒ ij. dragaganti, gummi Arabici, glutinis chartæ an. ʒ ij. diſſoluantur cum modico aceti, & fiant pilulæ ſicut auellanæ*, de quibus omni 3. mane per duas horas maſticet vnā ante cœnam vel ante prandium per tertiam partem horæ expuēdo totum, quod diſſoluetur ab ea. ¶ Tertium remedium & vltimum eſt hoc, quod iſte iuuenis omni ſeptimana ſemel, vſq; ad menſem Octobris per duas horas ante cœnam faciat ſibi apponi duas ventoſas ſuper ſpatulis abſq; ſcarificatione, & continuando remedia iam prædicta, interueniente clementia ſaluatoris, non dubito, quod ſanus ſit euaſurus ad laudes eius immortales. Amen.

D

CONSILIVM CLXXIV. *De doloribus lumborum, renum & alchatin prouenientibus a mala complexione frigida & humida cum materia phlegmatica mucilaginoſa, & aliqualiter vitrea immerſa in muſculis lumbalibus interioribus, & proprie in locis renum & alchatin.*

SPECTABILIS & generoſus vir, Dominus Ioannes ægrotat doloribus prouenientibus a mala complexione frigida & humida cum materia phlegmatica mucilaginoſa, & aliqualiter vitrea immerſa in muſculis lumbalibus interioribus, & proprie in locis renum & alchatin. ¶ Et hæc quidem mala cōplexio ſuperintenditur quandoq; cum forti & veloci alteratione prædictarum partium, & cum ſolutione continuitatis extenſiua in eis, de qua dubitandum eſt, ne oppilatio iſta, quæ a prædictis materiebus facta eſt in prædictis membris & in neruis ori- E entibus a nucha, fiat apoſtemoſa, quod eſſet ſatis graue & ſuſpectum propter compoſitionem & ſubſtantiam membrorum prædictorum, propter quod ſollicite inſtandū eſt ad curam p̄dictę diſpoſitionis, q̄ multo tēpore durauerit, ne adhuc ꝓlixior & ſuſpectior fiat.

Diæta.

Abſtineat itaq; prædictus vir ab vſu ciborū frigidorū & humidorū, vt a beta, ſpinachia, lactuca, endiuia, cichorea, etiam a lacte & lacticiniis cibis, & ab vſu multo piſciū, & proprie elixorū, & a paſtilibus cibis, & a cutibus, neruis, & panniculoſis partibus carniū. Item a potu vini rubei craſſi, & a potu aquę ſimpliciter, vel vino commixtæ. Et caueat etiam ab vſu pyrorum, pomorum, caſtanearum, dactylorum, & conſimilium. Et a decubitu longo ſuper ſpina. Fugiat equitationem, frigus, & leuem coopertura partium ſpinæ, imo bene calidam conſeruet ipſam. ¶ De rebus medicinalibus primo faciat F ſibi fieri omni tertio die clyſtere infraſcriptum. ℞. *foliorum betæ & caulium an. M. j. melilot. chamomil. an. M ij. carthami, polypodii an. M ß. coquantur in lib. 10. aquæ, vſque ad conſumtionem medietatis: Deinde coletur, & colaturæ illi quatuor cyathorum, ſuperaddantur infraſcripta, ſcilicet benedictæ, electuarii de baccis lauri an. drachm. ij. ſacchari rub. caſſiæ fiſt. an. ℥ ß.*

Curatio per res medicinales.

Clyſter.

A *an. vnc. ß. ſalis communis drachm. v. olei de ſiſamo & liliorum alb. an. vnc. j. ß. miſce, & totum*
accipiatur in ſero per horam ante cœnam. ¶ Secundum remedium eſt hoc. ℞. *pilularum* Pilulæ.
fœtidarum ℈ j. *pilularum de hiera compoſita ſcrup. ij. fiant pilulæ ſex vel ſeptem cum ſucco roſ. & ac-*
cipiat eas in aurora, poſtquam ceperit duo de clyſteribus ſuprascriptis, & tardet poſt eas cibum horis
ad minus ſex. ¶ Tertium remedium eſt, vt poſt aſſumtionem pilularum ſupraſcripta-
rum in aurora accipiat hoc digeſtiuum. ℞. *oxymellis compoſiti vnc. j. ſyrupi de calamento* Potio digeſtiua.
vnc. ß. aquæ fœniculi, apii, abſinthii an. vnc. j. caleſiat totum, & accipiatur ſex diebus continuis.
¶ Quartum remedium eſt, vt poſt aſſumtionem prædicti ſyrupi, accipiat hanc medi-
cinam. ℞. *electuarii de baccis lauri drachm. j. electuarii Indi drach. ij. ß. bibatur cum medio cy-*
atho vini alb. ſubtilis calefacti hora & modis obſeruandis, qui ſcripti ſunt in pilulis præcedentibus. Potio purgans.
B ¶ Quintum ſpeciale remedium eſt hoc. ℞. *olei de croco, olei de ruta an vnc. j. vnguenti* Vnguentum
aragonis ℥. ij. incorporentur ſimul, & de hoc omni mane & ſero calefacto tota ſpina dili-
genter inungatur a furcula ſpatularum, vſq; ad finem ipſius ſpinæ, & ſuperponatur pan-
nus calefactus, & ſuffumigetur cum puluere laudani, & fiat hæc inunctio poſt aſſumtio-
nem ſupraſcriptarum pilularum ſingula die.

Cum ergo hæc omnia compleuerit, ſi ſanatus erit, continuet adhuc inunctionem
quinq; vel ſex diebus cum aſſumtione duorum vel trium clyſteriorum de prædictis. Si
autem non eſſet ſanatus, tunc faciat duo ſequentia remedia. ¶ Quorum primum eſt
hoc, vt accipiat caldariolum vnum ſpeltæ, & tantundem de milio, & calefiant iſta duo
in fundo caldarioli poſita ſuper carbonibus & cineribus ignitis abſque flamma. Et po-
C nat hæc omnia in ſacculo magno, ſuper quo decumbat cum tota ſpina, vſque ad tepe-
factionem prædictorum ſeminum, tunc ergo inungat totam ſpinam a furcula ſpatula-
rum inferius ex vnguento infraſcripto diligenter calefacto, & ſuperponat pannum ca-
lidum, vt prædictum eſt, attendat tamen, quod quando facit inunctionem prædictam,
teneatur tegula calefacta ſuperius, vt vnguentum melius penetrare faciat. Vnguenti
autem prædicti deſcriptio eſt hæc. ℞. *olei amygdalarum, olei de coſto, & liliorum alb. an.* ℥ j. Vnguentum ſpinæ.
olei de euphorbio ℥ j. ß. *pinguedinis vrſi & melis an.* ℥ j. *pinguedinis gallinæ vnc. j. ß. ſerapini, ſtæ-*
chados, coſti, myrrhæ, croci an. ℈. j. *ceræ, quantum ſufficit*, fiat vnguentum medioctis ſpiſ-
ſitudinis, & calefaciant de eo tantum, quantum ſufficit pro vna vnctione. ¶ Vltimum
vero remedium eſt hoc. ℞. *aloes præparatæ ʒ. ij. ſpecierum benedictæ completarum drach. j.* Pilulæ.
D *ſerapi. opopo. pinguium an.* ℈ ß. *fiant pilulæ cum ſucco apii de omni drach. vij.* de quibus accipe-
re poteſt vnam omni quarta die parum ante cœnam temporibus, quibus facit remedia
prędicta omnia. Et ſi vteretur eis, adhuc per vnum menſem licet eſſet complete ſanus,
eſſet ei valde conueniens & vtile. Ad laudem ſummi omnipotentis Dei. Amen.

CONSILIVM CLXXV. *De mala complexione calida & ſicca renum cum præſentia mate-
rierum phlegmaticarum in eis, & multitudine arenarum cum fixione doloris in ſpondylis re-
num, & aliquando in extremitate membri genitalis, & cum diſpoſitione ad lapidem in eis. Di-
uiditur autem conſilium in capita tria.*

CAP. I. *De diſpoſitionibus prædictis, & de ſignis & cauſſis earum.*

NVPER obtulit mihi caſus diſpoſitionem, quæ quidem dato, quod nunc non ſit
E valde verenda, tamen in poſterum minatur nocumenta ſatis difficilia. Eſt enim
notabilis vir, Franciſcus de Nordis, qui moleſtatur dolore ſpinæ, & proprie in
loco ſpondylorum & renum, cum quo quidem dolore perſeuerat mictus vrinarum ha-
bentium trumbos & mucos phlegmaticos multis arenulis minutis & craſſis commixtos.
¶ Et licet per continuam euacuationem harum ſuperfluitatum corpus alleuietur, tamē
diſpoſitio iſta minatur eidem euentum lapidis & confirmationem eius in renibus ſuis, &
fortaſſis lapis ille genitus eſt, licet ex ſignis non apparuerit ipſum eſſe magnificatum. O-
mnis enim vrina arenoſa ſignificat lapidem qui conſolidatur aut conſolidando proce-
dit, aut qui reſoluitur, *ſecunda primi, ſumma vltima, & cap. ſexto.* ¶ Si ergo lapis apparet con-
ſolidatus, aut eſt in via vt conſolidetur; iam apparet difficultas diſpoſitionis. ¶ Si autem
F lapis ille reſoluitur, i. comminuitur, non tamen deficit, quin magna ſit habenda ſuſpicio:
eo, quia iam inueniuntur in viro iſto quatuor cauſſæ: quarum aliquæ ſunt neceſſario cō-
cludentes aptitudinem confirmationis lapidis in renibus eius, aliæ vero perducentes
ipſum ad hoc. Etenim vir iſte licet a generatione ſanguineus exſiſtat, vt facile aſpici-
enti ipſum apparere poteſt; habet tamen renes comparatione ad medium generationis

calidos, & iterum in eo inuenitur multitudo phlegmatis in viis vrinæ abundans, quod A apparet ex grumis & petaloidibus iam ſupra tactis, ergo in ipſo inuenitur vtraq; diſpoſitio generationis & confirmationis noui lapidis. ¶ Et prima quidem ex parte agentis, quod eſt calor excoquens. ¶ Secunda ex parte materiei, quæ viſcoſitate ſua a calore excocta conuertitur in arenas, deinde in lapides. Et iterum eadem materia arenulas iam inuentas in renibus ſua viſcoſitate conglutinando adinuicem eſt cauſſa generationis lapidis, vt dictum eſt. ¶ Tertia vero cauſſa eſt diſpoſitiua, & eſt viarum ſtrictura in eo, quæ apparet ex naturali compoſitione & habitudine ipſius. ¶ Et quarta iterum eſt diſpoſitiua, & eſt pinguedo reſpectu temperamenti notabiliter aucta, ſed ille, cui plurimum aduenit lapis renum, eſt pinguis, & habet vias anguſtas naturaliter vel accidentaliter.

Cauſſa lapidis in renibus.

Igitur in viro iſto inueniuntur quatuor cauſſæ ad lapidis generationem concurrentes, B ſc. intenſa renum caliditas, multitudo materierum phlegmaticarum, quæ ſatis craſſæ ſunt, viarum anguſtia, & pinguedo notabilis, & etiam apparet ex vnctuoſitate quadam perſæpe in ſuperficie vrinarum eius emiſſa. ¶ Amplius & hoc ſatis leuiter deduci poteſt ex fixione doloris in locis renum, licet enim dolor ibi permanẽs poſſit eſſe accidens ad præſentiam lapidis & arenarum, & multitudinem phlegmatis in eis exſiſtentium, ipſe tamen dolor non eſt leuis cauſſa generationis noui lapidis, aut confirmationis inuenti in eis, ſiue ſit, quia dolor debilitando partem eſt cauſſa attractionis materierum ad renes, eo, quia dolor fortis & perſeuerans acuit phlegma, *3. techni*, ſiue ſit, quia dolor debilitando virtutem expulſiuam materias confirmari faciat in renibus. ¶ Ex quo apparet, quod licet dolor ſit accidens alicuius diſpoſitionis, ipſe tamen poſſit eſſe cauſſa C augmentationis eiuſdem aut confirmationis. ¶ Quod autem iterum in eo inueniatur aptitudo generationis lapidis in renibus, omnia motiua iam adducta demonſtrãt. Et etiã aliqualis ardor; quandoq; præſentatus in capite membri genitalis. Cum enim non inueniatur in eo argumentum concludens veſicæ nocumenta, neque epatis, & iam ſit ardor prędictus, aliquando apparens, opportun um habent effectum reducere in cauſſam ipſi⁹ productiuam, ſed nulla videtur eſſe cauſſa in aliquo partiali membro, ſc. in ępate, vel poris vreteribus, neque veſica, ergo neceſſario prouenit a nocumento renum. Conſequentia hæret a ſufficienti diuiſione mẽbrorum, quæ ſunt cauſſa ardoris vrinæ, vt colligendũ eſt *18. tertii, tract. 2. & 3. ca.* ¶ Et confirmatur, quia licet arenoſæ hypoſtaſes prouenire poſſint ex aduſtione materierum in venis, vt *2. primi, ſumma vltima, & 6. cap. & 3. quarti, tract. 3. cap. de lepra.* In hoc tamen viro apparet cauſſa generationis arenarum in viis eius ex parte D cauſſæ caliditatis adurentis, & materiei generationis earũ in venis. Igitur omnino oportet neceſſario concludere hunc ardorem prouenire ab arenis expulſis a renibus, quę ſui aſperitate dolorem illum faciunt in extremitate pudendi, quod fuit deducendum. ¶ Et ex omnibus iſtis colligendo facile apparet, quæ & qualis ſit diſpoſitio huius nobilis viri. Eſt enim mala complexio calida & ſicca renum, cum qua propter debilitatẽ generantur phlegmaticę materię in renibus, aut ſaltem aliunde propelluntur ad eos cum multitudine arenarum, & fixione doloris in ſpondylis renum, & aliquando in extremitate genitalis membri. ¶ Ex qua deſcriptione corollarie concluditur, quod in ipſo iam genitus ſit lapis, aut ſit in via generationis vel cõfirmationis, & diſpoſitus ſit ad excoriationẽ veſicę, quę multitudine & magnitudine arenarum & lapidis facile ſubſequi poteſt. ¶ Ex quibus E tandem vltimo concluditur, quod in eo ſit magna neceſſitas feſtinationis ad curationẽ. Et propter hoc oportet rectificare regimen eius ex parte ſex rerum non naturalium, deinde explicare regimen per medicinalia declarandum.

Cap. II. *De regimine per ſex res non naturales.*

Aer.

PRO expeditione vero menſurationis ſex rerum non naturalium hic ordo obſeruetur. ¶ Sit habitatio eius in ciuitate vel camera habente aſpectum orientalem, minime vero meridionalem, ſed potius aquilonarem, quam occidentalem. Et locus eius ſit a terra & ab aquis notabiliter elongatus ad ali- F qualem ſiccitatem, & nullo modo ad humiditatem inclinatus. Et in diebus caloris ſit magis ad frigiditatem, quam ad caliditatem declinans: in diebus vero frigoris ad caliditatem leuem eleuatus. Et de annexis aeri caueat habere veſtes notabiliter ſtringentes ſuper ſpinam & lumbos eius. Similiter euitet omnem modũ calefaciẽdi

ſpinam

A ſpinam,& proprie cum frequēti coitu,qui eſt res inter alias nocibilior, quare vtatur ipſo
adeo moraliter,vt non expendat materiam amplius, quam bis in ſeptimana. ¶ De exer- *Motus & quies.*
citio autem eius euitet omnes laborioſos motus, & proprie equitandi equos fortes &
incommodi inceſſus,& proprie poſt cibum,& frequentem aſcenſum montium & ſcala-
rum. Temperatum vero exercitium peditandi aut gradarium equum equitandi o-
mnino ipſi conueniens eſt. Et in ſumma aliqualiter exercitari mediocriter melius eſt ei,
quam ocioſam vitã agere &c. ¶ Similiter ẽt in accidentibus animi euitet illa,quę velocē *Accidentia animi.*
& fortem motũ in humoribus & ſpiritibus efficere poſſunt,animi ẽt accidentia triſtitiã
ſuffocatiuam ſpirituum inducentia euitanda ſunt. Neq; enim circa continuam medita-
tionem circa ſuam diſpoſitionem triſtanter agere debet, adeo vt accidentia animi mo-
B tũ in materiebus periodicũ efficere poſſint. ¶ Cōueniens eſt ei menſura ciborum dimi- *Inanitio & repletio.*
nuta ſe regere magis, q̃ augmentando cibaria,multorum enim ciborum aſſumtio reple-
tionem iſtam augmentaret ingenter. Talis n. ægritudo ex repletione totius & principa-
liter renũ facta eſt,ſed omnes ægritudines de repletione ſanat euacuatio, quæ fit per ab-
ſtinentiã,teſte Hip. *ſect.2.aph.22.* Menſura igitur cibationis eius ſit talis,vt ex aſſumto ci-
bo nequaquam grauetur ſtomachus ipſius,ita vt neq; faſtidium,abominationē, nauſeã,
& ſubuerſionem incurrat:& tanto magis,vt non perducat ipſum ad vomitum. Et talis
etiam ſit potus menſura,vt fluctuationem in ſtomacho eius & rugitum non efficiat, nec *Somnus & vigilia.*
in ipſo natet.& ſunt ſermones Auicennæ *tertia primi,de regimine per cibum & potum.* ¶ De
ſomno autem & vigilia eius dicendum, quod cum ægritudo eius ſit de repletione, quæ
C indiget victoria ipſius virtutis,ad eam propter digeſtionem efficiendam conueniens eſt
ei parumper a temperata dormitione recedere magis per augmentum dormiendi, quã
vigilandi, licet enim per vigiliam acquireretur iuuamentum exſiccationis, magis tamē
eſſet nocumentũ earũ impediendo conuenientē digeſtionem earum, q̃ per viam con-
ſumtionis a vigilia factæ. ¶ In figura tamen dormitionis eius ita ſe habeat, q̧ omnino fu-
giat dormitionem ſuper ſpina & dorſo,quoniã reſupine dormire nocet omnino,& ma-
xime taliter ægrotantibus,eo,quia ſuperfluitates ad poſteriora declinare facit,vt *2.primi*
cap.de his,quæ proueniunt ex ſomno & vigilia. ¶ Amplius dormiat capite eleuato prius ſuper
dextro latere primũ ſomnũ cōplendo:deinde ſuper ſiniſtrũ latus ſe voluendo,& ſollici-
tet caput eius & extremas partes dormiendo conuenienter habere coopertas.
D In cibis vero ampliori conſideratione indiget, oportet enim ipſum eſſe ſollicitum *Cibis vitandi*
circa ipſius regimen. ¶ Primum quidem euitare debet cibaria omnia difficilis dige- *Panis.*
ſtionis,ſicut antiquum panem azymum & craſſum. Et carnes animalium antiquorum,
& olera,& plantas craſſum humorem generãtes,& betam,caules,tubera & ſimilia. ¶ Se-
cundo effugiat cibaria omnia multam viſcoſitatem habentia,vt ſunt piſces,anguillę,tin-
chæ,cephali,& ſimilia, & paſtiles cibi & cutes,& neruoſæ animalium partes. ¶ Tertio ef-
fugiat cibaria oppilantia, velut ſunt caſeus,proprie antiquus, & paſtiles cibi. ¶ Quarto
euitet cibaria multum calida & acuta, velut ſunt ſalitæ carnes, cæpæ, allium, porrum,
raphanus & ſimilia. ¶ Quinto continuum diureticorum vſum, ſicut ſunt ſemen pe-
troſelini,apii, & ſimilium. ¶ Sit igitur panis eius ex pura ſimila factus, ætatem habens *Panis eligendus.*
E duorum vel trium dierum ad plus, parum plus recipiens ſalis & fermenti, quam com-
munis panis, & ſit per coctionem non induratus neq; torrefactus. ¶ Carnes laudabi- *Carnes.*
les ei ſunt,vt pullorum,anatularum,& quandoq; columborum iuuenum,phaſianorum,
perdicum & ſimilium volantium, præterquam in aquis degentium. Et ex ſylueſtribus
quadrupedibus & domeſticis eligat carnes capreti ſuis temporibus, vituli lactentis, &
annualis agni, iuuenis caſtrati, & gazellinæ, quæ proprietatem habent in hoc, & car-
nes ericiorum, quæ mirabiliter laudantur in hoc caſu: cuniculi & lepores, & ſylueſtres
omnes porci placent mihi. ¶ Ex ferculis eligantur ptiſana hordei, far, panicum, & *Fercula.*
brodium caulium, betæ, ſpinachia, olus, iamenum, cucurb. cucumeres, melones, ba-
theca, olus benedictum, chryſomela, fæniculum recens, betonica, quæ ſingulariter
F operatur in hoc, ſaluia, & ſimiles plantæ, vt polium montanum, & maxime ſcolopen-
dria & naſturtium, & proprie ſalſedinem aliquam habentes, & vniuerſaliter omnes
plantæ, quarum caliditas non tranſcendit ſecundum gradum, & apertionem habent, *Fructus.*
vſque ad illum eligendæ ſunt in vſu ſuæ cibationis. ¶ Ex fructibus vero conueniunt ei
ceraſa omnium ſpecierum tam dulcedine, quam ponticitate participantia, & proprie

medullæ eorum ſingularem habent proprietatem mundificandi renes ad frangendum A
lapidem. Et etiam eidem ſunt vtiles auellanæ, amygdalæ recentes, & ficus recentes bene
maturæ, vuæ vero non placent propter reuerentiam Auicennæ, qui *ſecundo can. in fine*
cap. de vua, dixit, quod omnis vua noceat veſicæ, paſſulæ tamen eidem laudantur, vt ibi-
dem ſcribitur. Vti etiam poteſt pomis non multam dulcedinem habentibus, & ſimiliter
perſicis bene maturis, pyra dimittantur, niſi fuerint bene, id eſt, valde dulcia, & excludat
ab eis interior pars lapidoſa ſubſtantia participans. De his vero fructibus, qui in ſecunda
menſa ſolent concedi, laudantur grana pini, & grana phiſticorum, eis enim ineſt virtus,
qua diminuitur lapis, qui eſt in renibus, *decima octaua tertii, cap. de cura lapidis renum*, poſſunt
etiam ibi quandoq; concedi nuces propter apertionem earum, quam habent. Caſtaneę

Partes animalium. *Præſtantia lactis ouini in debilitate renum.*

vero, meſpila & ſorbæ dimittantur. ¶ Ex partibus autem animaliũ, & quæ ſumuntur ab B
eis, ſunt omnia genera lactis conuenientia, & proprie ouini. Lacti enim ouino non eſt
medicina compar in debilitate renum, *decima octaua tertii, ſexto cap.* Laudatur etiam lac
caprinum poſt prædictum, & ſerum lactis, & recocta iterum bona ſunt. Coloſtrum vero
omnino dimittatur, niſi fuerit ex duabus ſpeciebus prædictis confectũ. Butyrum autem
dimittatur, aut ſaltem rariſſimo vſu accipiatur, ſed melius eſt oleum de oliuis bene matu
ris. Caſei vero vſus omnino dimittatur, quia lapidem in renibus generat materialiter, &
eſt cauſſa oppilationis viarum & inuiſcationis materierum. Si autem iudicando a con-
ſuetudine poſſet aliquando eidẽ concedi caſeus, eligatur ille, qui eſt ætatis vnius anni,
odore ſatis ſuauis, non omnino ſalſedine priuatus, nullam corruptionem putredinalem
in ſubſtantia eius habens, & ſit ſubſtantia frangibilis, ita vt cum inciditur, excluditur ab C

Condita.

eo viſcoſitas omnino, aut vſus eius ante cibum abhorreri debet. ¶ Ex conditis vero lau-
dantur oliuæ conditæ, napi conditi, ſecacul conditũ, & cydonia condita poſt cibum aſ-
ſumta. Et nuces conditæ in hoc caſu ſunt laudabiles, & ſaccharum boraginatum & vio-
laceum & roſaceum recens, & zinziber conditum. ¶ Ex ſaporibus autem laudatur ei
acetum & ſuccus citrangulorum, & proprie limonum, in quo magna fere intentio cu-
rationis eius ſuſtentari poteſt. Vinum autem granatorum muzorum ipſi laudari debet
propter apertionem & prouocationem, quam habet, agreſtę vero vſus omnino dimit-

Aromata.

tatur. Ex aromatibus vero laudabilior eſt vſus cinamomi electi, aniſi & piperis, & non in
multa tamen quantitate, zinziber, carum, ſemen leuiſtici, ameos, ſemen rutæ, crocus,
& ſimilia aromatica, quorum tamen exigua quantitas cibariis eſt apponenda. ¶ Pro po- D

Potus.

tu autem eius eligatur vinum colore album vel ſubrubeum, ſapore mediocre, non pon-
ticum vel acre, ſubſtantia tenue & diaphanum, odore notabiliter aromaticum, vinoſita-
te ſua non valde aqueum, ſed melius eſt, quod aliqualiter declinet ad aliquantam potẽ-
tiam, quam ad debilitatem. ſi tamen tale vinũ haberi non poteſt, ſed fumoſum, vt eſt illi-
us patriæ conſuetudo: tunc frangenda eſt eius fumoſitas cum portione aquæ ab electo
fonte acceptæ, qui ſit aeri & cœlo detectus, plantis putridis & multitudine ranarum de-
nudatus, & ſit ſubſtantia eius diaphana, corpuſculis & ſuperfluitatibus expurgata, & ſi ta-
lis haberi non poteſt, cribretur per arenam, vel fiat eius coctio ſimpliciter, vel ſit aqua
ciſternæ, & talis ſit aqua coctionis & præparationis omnium ciborum eius, menſura ve-
ro eius cum vino commiſcenda ſit tertia vel quarta pars ipſius, ſecundum menſuram diſ- E
cretionis moralis actus & non appetitus.

Cap. III. *De cura per medicinas.*

PRo regimine vero medicinalium ita procedendum eſt. Modus enim regi-
minis eius ſuſtentatur ſex intentionibus. ¶ Et prima quidem intentio eſt ab-
ſcindere materiam generationis lapidis & arenarum in renibus. ¶ Secunda
prohibitio generationis lapidis a materia, quæ nondum in corpore inueni-
tur eſſe congenita. ¶ Tertia rectificatio vel digeſtio materierum talium.
¶ Quarta eradicatiua ipſarum eductio. ¶ Quinta lapidis comminutio, fractio & edu-
ctio, & renum mundificatio ab arenulis in eis inuentis. ¶ Sexta ſedare accidentia lapi-
des & arenulas conſequentia. ¶ In iſtis enim ſex intentionibus ſuſtentatur regimen non F
ſolum curationis harum diſpoſitionum, quando iam euenerint, ſed etiam præſeruatio-
nis a noua recidiuatione vel euentu huius ægritudinis, poſt quã curata fuerit. ¶ Et omnes
iſti ſunt ſermones principis *18. tertii, tractatu ſecundo, & 6. cap.* dum inquit: *Intentiones qui-*
dem, quas Medici in curatione lapidum intendunt, ſunt ſcil. ſex. ¶ *Prima eſt abſciſſio materiei eius,*

A ſupple, poſtquam genita fuerit. ¶ *Secunda vero eſt prohibitio generationis materiei cum abſciſſio-
ne cauſſæ*, ſcilicet generatiuæ illarum materierum. ¶ *Tertia, rectificatio*, id eſt, digeſtio, *eius*,
ſcilicet, materiei. ¶ *Quarta mundificatio*, id eſt euacuatio, *materiei iam genitæ*. ¶ *Quinta, com-
minutio ipſius*, ſcilicet, lapidis, *& fractio eius & compreſſio*, id eſt, expulſio eius & eradicatio
ex ſuo ſuſpenſorio, *cum medicinis, quæ illud efficiunt*, ſcilic. comminutiuis, fractiuis, & com-
preſſiuis. ¶ *Deinde eius extractio*, ſupple, *completa, & ſubtiliatio in ipſo*, ſcil. regimine, *admini-
ſtrandi medicinas ſucceſſiue conuenientes cum ordine eius*, id eſt, cum ordinata applicatione vni-
us medicinæ: *quæ alteram præcedere debet.* ¶ *Et illud ſcilicet regimen ordinate præcedens com-
pletur cum prouocatiuis medicinis: deinde cum cõminutiuis: tertio cum fractiuis ipſius lapidis: quarto
cum compreſſiuis*, id eſt expulſiuis: *quinto & vltimo cum extractiuis ipſius ſcilicet totaliter.*

B Et prima quidem intentio completur per ea, quæ materiam phlegmaticam aptam *1. intentio.*
conuerti in lapidem & arenulas educunt. Deinde cum his, quæ caliditatem intenſam i- *Abſciſsio*
pſorum renum ad temperamentum ducunt conuenienter. ¶ Et primum horum inſtru- *materierum*
mentorum completur per euacuantia materiam phlegmaticam minoratiue, de quorũ *generationis*
numero eſt hoc medicamen. ℞. *electuarii Indi ʒ iij. agarici electi ℈ j. boni ponderis, zinzib. g̃ v.* *calculi in*
incorporentur ſimul, & detur in potu cum modico vini albi ſubtilis & aromatici calidi ʒ j. & tardet *renibus.*
poſt illud comeſtio horis ad minus v. in quatum quarta accipiat cyathum vnum aquæ *Potio mino-*
hordei calidæ cum ſaccharo albo. ¶ Et ſi quis deſideraret medicamen delectabilius illo. *ratiua.*
℞. *electuarii diaphœniconis ʒ ij. turbith electi ʒ j. zinz. ℈ j. ſalis Indi g̃ j. miſce, & detur in potu cum* *Alia.*
aqua decoctionis granorum milii ſolis dulcorata & calefacta, vt prius dictum eſt. ¶ Secundum
C vero adhuc leuius illo eſſe poteſt hoc. ℞. *turbith electi ʒ j ß. hermodactylorum ʒ j. diagridii gr.* *Alia.*
vj. ſalis Indi gran. ij. zinzib. ℈ ß. aniſi, dauci, maſticis ana gr. iij. penidiarum ℥ j. pulueris ſacchari ℥ ß.
infundantur omnia in ℥ iij. aquæ apii & milii ſolis, vel capillorum Ven. & totum detur in potu cum
diligenti colatura & expreſſione: ita quod ſola virtus medicinæ ſuſcipiatur & non ſub-
ſtantia. & obſeruentur poſt ipſius aſſumtionem ea, quæ de primo minoratiuo dicta ſunt.
Et ſi appareret phlegmaticam materiam notabiliter ſanguini eſſe commixtam, bonum
eſſet prædictis minoratiuis præadminiſtrare phlebotomiam, eo, quia vniuerſalis euacu-
atio particularem ſemper præcedere debet in operatione canonica. Si autem percipit
Medicus materiam inclinari ad ſtomachum per nauſeam & ſigna ſupra dicta: tunc con-
ueniens eſſet vomitum prouocare, & proprie cum hoc vomitiuo leui. ℞. *aquæ decoctionis* *Vomitiuum.*
D *granorum raphani vel carnoſitatis eius ℥ iij. ſyru. ſimplicis acetoſi ℥ ß. detur hoc totum tepidum:* &
poſt illud per horam digitum imponat ori titillando verſus principium meri: & prouo- *Vomitus*
cabitur vomitus, qui multa affert iuuamenta in prohibendo generationem materiei & *quantum*
abſcindendo materiam genitam & alleuiando renes: quare *18. tertii, capit. allegato.* Et de *praſtet reni-*
prohibitiuis generationis eius eſt vomitus poſt cibum & multus vſus eius. Ipſe enim ex- *bus*
pellit ſuperfluitates craſſas per viam contrariam viæ, cuius motus eſt ad renes: & facit la-
tus renum vacuum & mundũ. Adhuc iterũ & tertio hæc intentio cõpletur p̃ adminiſtra-
tionẽ clyſteriorũ & proprie lenientiũ. lenificatio n. eſt plurimũ alleuiationẽ faciens. Cly-
ſtere tamen non debet eſſe valde acutũ, nec multa ex eo ſumi quantitas, q̃ renes compri-
mat & aggrauet. Et propter hanc cauſſam multis ſapientũ magis placuit ſuppoſitoriũ quã
E clyſtere, eo quia ſuppoſitoriũ nõ peruenit ad grauãdũ inteſtina implẽdo ipſa. Et ſunt ſer-
mones Auic. *loco præallegato*, dũ inquit: *Et ſi fuerit conſtrictio naturæ maior, tunc de rectioribus
rebus eſt extrahere fecem cum ſuppoſitorio, aut cum clyſteri non magno, quod coarctet & dolorem fa-
ciat: immo ſuppoſitoriũ eſt amicabilius. vnde & in lenificatione quidem naturæ eſt alleuiatio plurima,
& ſedatio doloris.* Tertium ingenium euacuandi materiam, & iterum diuertendi eam eſſe
poteſt adminiſtratio diureticorum, incipiendo primo a leuioribus, ſicut eſt vſus liquiri-
tiæ, ſeminum communium frigidorum in diſpoſitione calida, & vſus aſparagi vel aquæ
eius, & fœniculus recens & althæa & flores: deinde procedendo ad fortiora: ſicut api-
um, fœniculum, daucum, ſemen milii ſolis, leuiſticum & apium ſylueſtre. Et
vlterius tranſeundo ad ea, quæ in electione fortiora ſunt per tertiam operatio-
F nem aut proprietatem operantia: ſicut capillus Vener. ſcolopendria, polium mon-
tanum, vſus phiſticorum, ſemen raphani, virga paſtoris & ſimilia: ſicut ci-
nis vitri, cinis leporis, cauda tremula, ſanguis hirci præparatus, lapis ſpon-
giæ & Iudaicus, quorum vſus poteſt eſſe, ex prædictis faciendo decoctiones,
ſyrupum, iulep, confectiones, trageas, pilulas, & ex eis exterius inungendo, balnea

faciendo & ſimilia. Hęc ſufficiant de primo inſtrumento materiei iam inuentæ. ¶ Cauſſam autem lapidum generatiuam, ſ. caliditatem intenſam corrigũt plura prædictorum, vt ſemina communia frigida, & ea, quæ temperata ſunt, quæ reſpectu caliditatis intenſæ ſunt infrigidatiua, velut aſparagus, capillus Ve. & ſimilia. ¶ Secundo frangunt caliditatẽ ſyrupi infrigidatiui, inciſiui & aperitiui: vt ſyr. ſimplex acetoſus, ſyr. de acetoſitate citri, aut de citrangulis, vel ſyr. de limonibus appropriatus magis, qui ſunt inciſiui, infrigidatiui & aperitiui, & oxymel compoſitũ. & fortius illo eſt oxymel ſquilliticum, qui omnes debent dari cum aqua ſcolopendriæ vel aliis iam prædictis. ¶ Frangunt etiam caliditatẽ linimenta, vnctiones, & emplaſtra exterius adminiſtrata. Et præcipue hoc vnguentum A B

Vnguentum valde notabiliter operans. ℞. *olei nenuph. violarum ana* ℥ j ß *ſandal. alb. & rub. ana* ℈ j. *camphoræ* ℈ ß. *ceræ alb. q. ſ. fiat vnguentum molle: quod poſtea bulliat in lib. ß ſucci ſemperuiui, vſq; ad conſumtionem illius ſucci:* de hoc igitur vnguento ſpina tota condecenter inungi debet ter vel quater in die naturali: & de materia pręcedentis vnguenti poſſunt fieri vnctiones & emplaſtra ſuperaddendo ſuccum foliorũ maluarum, violarum, virgæ paſtoris, ſemperuiui, ſolatr', atriplicis, & ſimilium. Ex quibus etiam in aqua decoctis fieri poſſunt euaporationes & balnea, fomentationes & epithemata. Et tu elige quod melius eſt & leuius apparebit iudicio tuo extimatiuo. ¶ Et de communibus etiam remittentibus caliditatem acutam eſt confectio triaſan. ſacch. violaceum, & tragea de viol. & de berberis & reliqua ſimilia, quæ elige per te. & hæc de intentione prima.

2. *Prohibitio generationis lapidis a materia in corpore nõdum genita.* Iam vero apparet qualiter abſcinditur materia propter prohibitionem generationis eius in corpore ex his, quæ poſita ſunt in præcedenti intentione. At vero ſecunda intentio differentiam habet a prima in hoc, quod hęc quidem ſupponit materiam in corpore nondum eſſe congenitam: quare laborat hæc intentio ad prohibendum, ne generetur materia arenarum & lapidis ſubiectiua cauſſa. Et etiam vt non præcedat calor, qui eſt prædictarum materierum generationis cauſſa. ¶ Et primum quidem horum duorũ corrigi poteſt ex his, quæ in præcedenti cap. poſita fuerunt de debita menſuratione ſex rerum non naturalium: non enim ad aliud laborat ſermo ille, niſi vt prohiberet tales materias generari, rectificando cibos & potus: ex quibus generari poteſt phlegma aptũ conuerti in lapidem & arenas. ¶ Etiam per regimen aliud apparet, qualiter calor, qui eſt efficiens cauſſa lapidum & arenarum, ſufficienter corrigi poſſit, per ea, quæ in intẽtione præcedenti de alteratiuis, digerentibus ad caliditatem remittentibus ſcripta fuerunt. C D

¶ Præter hæc autem plura inueniuntur, quorum vſus rectificando complexionem renũ & mundificando epar & venas & vias vrinales a ſapientibus collaudata ſunt, ſicut eſt vſus medicinarum aperientium & aduerſantium phlegmati, quarum aliquæ ſunt ſolutiuæ ſimplices, velut agaricus, hermodactyli, turbith, ſem. croci hortenſis, polypo. & odor elebori alb. cuius radicula aliquando infundatur per diem naturalem in aquam, & quandoque bibatur parum ex ea in aurora tepefactum. ¶ De his etiam quædam ſunt ſolutiua compoſita, velut benedicta, cuius virtus eſt ad mundificandum a phlegmate renes, veſicam & vrinales vias. Et ſicut eſt electuarium Indum, quod ſuperfluitates expellit a toto corpore & a renibus: velut eſt hiera Ruffi, & multæ ſimiles medicinæ; hincinde colligẽdum. Nonnullæ vero harum medicinarum ſunt ſimplices aperiendo, mundificando & præcipitando materias a corpore, anteq̃ ex eis generetur lapis, de quarum numero ſunt hyſſopus, centaurea mi. apium ſylueſtre & domeſticum petroſelinum, betonica, polium montanum, ſcolopendrium, radix pentaphiloni s, & vniuerſaliter omnes, quæ ab auctoribus in hoc collaudatæ fuerunt. ¶ Ex his aliquæ ſunt compoſitæ: velut theriaca Andromachi, mithridatium deſcriptione Auic. *5. can. diſtinct. 1.* Et medicamen alkekengi & iuſtinum, electuariũ ducis & lithontribon deſcriptione Nicolai *in antidotario.* ex quolibet quorum dari poteſt ʒ j. cum aliqua de aquis ſtatim dicendis. Et compoſitum optimum & leue laudatum ab Auic. quod ſæpe exhibitum, omnino præſeruat corpora a generatione nouæ materiei, ex qua generari ſolent lapides & arenæ: & eſt deſcriptio eius talis. E

Puluis. ℞. *lapidis ſpongiæ, ſcolopendriæ, capil. Ven. ſem. althea & petroſel. ana* ʒ j. *miſce & detur ex eo plurib. diebus* ʒ j. *cum aqua ſublimationis apii aut decoctione quinq; radicum calidorum aut aqua tribuli aut aqua raphani.* lege Auic. *ibidem.* Et iterum collige ibidem compoſitum immediate ſequẽs quod eſt aggregans operationes diuerſas ad intentionem prædictam. Et adhuc collige inde medicamen nobilis operationis, §. *illo, Medicamen vltimum ſedans dolorem & extra-* F

hens

A *hens lapidem eſt aqua ciceris nigri.* ¶ Et ſcio etiam ego, quod ſi fiat puluis ex partibus æqualibus ſcolopendriæ & milii ſolis, & patiens vtatur eo, mirabiliter præſeruat a generatione materierum præſcriptarum. hæc de intentione ſecunda.

III. Rectificatio vel digeſtio materierum Simplicia.

Apparet theorice contemplãti, quod intentio tertia, ſcilicet æquationis materierum, iam facile compleri poſſit ex his, quæ in intẽtione prædicta declarata ſunt. Neq; videtur aliquid quaſi opportunum eſſe, niſi quod ſcribantur quædam ſimplicia & compoſita tales materias digerere ſolentia. ¶ De quorũ numero ſunt aqua ſublimationis hyſſopi, calamenti, origani vtriuſque, apii, & petroſel. betonicę, pulegii, milii ſolis & ſimiliũ: & ex his, quæ ego experior, quod vltimum inueni: videlicet adminiſtrare aquam ſublimationis radicum althææ. Et ſcio etiam, quod aqua ſublimationis radicum ireos poten-B tior ſit prædicta: vt experientia quotidiana doctus ſum. Et quod aqua ſublimationis foliorum & fructuum cucum. aſini, in hac diſpoſitione conferat: eo quia ſoluendo, prouocando, aperiendo & abſtergendo materias educit, quibus obuiat & lapides comminuit & frangit. ¶ Ex compoſitis vero digerẽtibus ſunt omnes ſyrupi, quorum vniuerſa ſchola quotidianum habet vſum, ſicut ſyrupus de hyſſopo, ſyrupus de calamento, ſyrupus compoſitus acetoſus, oxymel compoſitum, ſecaniabin, de keiſim, i. leuiſtici, & omnes oxymellis ſpecies, & proprie ſquilliticum & oxymel Iuliani. ¶ Et compoſitũ hoc, quo vti ſoleo. ℞. *oxymellis ſquillitici* ℥ j. *ſyrupi de hyſſopo* ℥ ß. *aquæ ſcolopendriæ, cucumeris aſinini ana* ℥ j ß. *& detur hoc & continuet pluribus diebus.* ¶ Et ſi velis digeſtiuum æqualius illo. ℞. *ſy. compoſiti acetoſi* ℥ ij. *aquæ apii, aquæ althææ ana* ℥ j ß. detur hoc totũ in potu & cõtinuet toties, vt appareat C vrina ſubſtãtia & colore ad mediocritatẽ reducta: & habẽs ſedimen in fundo ſedens, album, coniunctum, æquale & diaphanum, quod ſua craſſitudine tranſparentiam eius nõ impediat. tunc ergo apparet hora conueniens euacuandi materiam: vt nunc ſequitur.

Compoſita.

Potio.

IV. Eradicatiua materierum.

Iam autem ex prædicta intentione ſequitur neceſſarium eſſe materiam euacuari poſt ipſius digeſtionem conuenientem, quæ cum apparuerit, exhibeatur in potu ℥ j ß. benedictæ ſimplicis cum ℥ iij. aquæ calefactæ ſublimationis milii ſolis aut aliarũ, de quibus dictum eſt: aut detur aliquid de ſolutiuis in ſecunda intentione narratis. ¶ Aut detur hæc infuſio, quæ notabiliter mundificat renes educendo materias iam prædictas. ℞. *centaureæ mino. medullæ carthami ana* ʒ j. *agarici electi, pulueris hermodactylorum ana* ℈ iij. *diagridii gran. vj. aniſi, ſem. fœniculi, liquiritiæ, ſem. apii, zinziberis ana* ℈ ß. *penidiarum* ℥ j. *infundantur o-*D *mnia in* ℥ iij. *aquæ capillorum Vener. ſcolo. per diem naturalem. Deinde calefiant in aurora, & diligenter exprimantur, & colatura calida detur in potu, poſt quam obſeruentur omnia, quæ poſt minoratiuum de intentione prima poſita ſunt obſeruari debere.* Hæc de intentione quarta.

Infuſio.

V. Lapidis comminutio, fractio & eductio, & renũ mundificatio ab arenulis.

Quintam vero intentionem adhuc cõplere poſſunt omnia, quæ in intentione prædicta dicta fuerunt. Ego vero ſaltem hic tangam quatuor, quæ in teſtimonio ſapientum & quotidiano exercitio mihi experta fuerunt.

Et primum quidem eſt vſus decoctionis mirabilis, quam Auicenna ſcribit dari debere diebus quibuſdam, & confert ad minuendum, frangendum & educendum lapides & arenas. & non eſt mirum: quoniam aggregat omnes medicinas elegantiſſimæ operationis ab auctoribus inuentas. Et eſt eius deſcriptio *in §. illo: Et quandoque dantur in potu a-*E *quæ, in quibus coquuntur medicinæ lapidis: ſicut aquæ in quibus decoquuntur chamepytheos, polium & calamentum & ſiſeleos & radix tribuli & fructus eius & ſcolopendria & radix maluæ & capillorum Ven. & virga paſtoris & radix tamariſci & radix eupatorii & ſemen althææ & ſamureion & ſagraſim & pulegium, & alia ex diureticis.* Et cum adminiſtrantur in diebus ſanitatis, prohibent generationem lapidis etiam.

Confectio.

Et nota, quod hoc compoſitum ſecundum per me vſitatum ad intentionem iſtam eſt compoſitum illud, quod ſoleo reducere in formam ſolidam cum ſaccharo & aqua ſublimationis capillorum Ven. Et eſt eius deſcriptio talis. ℞. *lapidis ſpongiæ, lapidis Iudaici, vitri combuſti ana* ʒ j ß. *ſanguinis hirci præparati* ʒ ij. *granorum milii ſolis* ℥ iij. *puluerizentur omnia ſubtiliter, & fiat confectio vt dictum eſt, & exhibeatur ex ea ſemper ante cibum* ℥ j. ¶ Ter-F tium vero compoſitum, quo vti ſoleo, eſt confectio hæc. ℞. *granorum phiſticorum mundatorum* ℥ iij. *granorum milii ſolis* ʒ ß. *radicum pentaphilonis, pulueris ſcolopendriæ, polii montani & ſem. rutæ ana* ʒ j ß. *ſacch. alb. lib. ß. infundantur phiſtici in aquam ſtaphyſagriæ calidã per duos dies naturales, deinde minutim incidãtur, & fiat ex eis cõfectio ſecundũ artẽ.* Quartũ vero cõpoſitũ, quo vti ſoleo, eſt hoc. ℞. *radic. cretani marini, radicũ virgæ paſtoris & flor. alth. an.* ʒ j. *cin. leporis*

Alia.

Electuariũ

combuſti ℥ ß. oxymellis ſquillitici ℥ iÿ. ſacchari ſecundæ coctionis ℥ iiÿ. coquantur inſimul ſaccharũ & oxymel vſq; ad glutinoſitatem bonam. & cum infrigidari ceperint, ſuperaddantur ſpecies: & fiat electuarium, cuius doſis eſſe debet ÿ ʒ. vſq; ad quatuor. & proprie in hora exitus a balneo naturali ſulphureo, quod mirabilem habet operationem ad diſpoſitiones illas auctoritate Ruffi, & Auic. *18. tertii. ſæpe allegato cap.* vbi inquit: *Et Ruffus quidem dixit, quod plurima balneatio in thermis ſulphureis frangat lapidem.* Et confirmat illud Auic. experimento, cum ſubdit: *hoc fortaſſe facit prouenire, ſupple ſpeculantem ad hoc, quod quædam aquæ quæ quandoque vlcerant cutem, quando ponuntur in eis medicinæ lapidis & ſubmergitur in eis pannus, dum ſunt calidæ, & ponitur ſuper locum lapidis, reſoluunt ipſum.* Et ego iam expertus ſum res huius generis, & volui intelligere de lixiuio, de quo eſt experientia certa. A

Sedatio accidentium lapides & arenulas conſequentium.

Accidentia vero communiter ſolita ſuperuenire huic diſpoſitioni ſunt quatuor famoſa. ¶ Primum eſt inſtantia doloris. Secundũ, frequens mictus deſtillatio nominatus. ¶ Tertium, ſtranguria, i. eſt impotentia conuenienter vrinandi. ¶ Et quartũ, vehemens punctio in extremitate pudendi. ¶ Et dolor quidem primus in ſpina illius perſeuerans per clyſteria ſupraſcripta ſolenniter remoueri poteſt, & per alias digeſtiuas, alteratiuas & ſolutiuas medicinas ſæpe numeratas. Et poſt multa hinc inde a ſpientib. colligenda nõ eſt medicina compar balneo facto ex decoctione medicinarum, quæ auctoritate Auicen. poſitæ ſunt in decoctione digeſtiua in intentione digeſtionis poſita, cui ſi addantur folia maluæ & althææ, & radices vrticæ, herba milii ſolis & coquantur in aqua multa, in qua æger cum inſtãtia doloris ſæpe balneetur in octo vicibus, fere ſedatur dolor eius. Et confert etiam ad illud exhibere ℈ j. huius pulueris cum aqua decoctionis granorum piperis. B

Puluis.

℞. *ſem. portulacæ, ſem. ſcariolæ ana ʒ ß. hyoſcyami ℈ ÿ. croci ℈ j. pulueris origani ℈ ß. piſtentur omnia per ſe: & poſtea diligenter incorporentur & exhibeantur, vt prius dictum eſt, quacunque hora fieret inſtantia doloris.* ¶ Et nota, quod hæc duo remedia etiam auferant ſecundum accidens: & tertium, quod eſt frequentia mictus cum ſtranguria. ¶ Et conſequenter ex iſtis curatur quartum accidens, quod eſt dolor in extremitate genitalis membri. Et hoc quidem eſt rationale & conueniens: eo quia cum dolor ille dependens ſit a diſpoſitione renum & veſicæ, remotis illis neceſſe eſt remoueri accidens, quod ab illis dependebat, quoniam ex abſciſſione ſufficienti cauſſarum, effectus de neceſſitate remouetur, qui dependebat ab eis. Hęc in ſumma ſunt, quæ mihi vtiliora & meliora viſa fuerunt in diſpoſitione huius generoſi viri conſcribenda. Summus autem omnipotens omnium conditor hæc omnia ſui pietate dirigat in eius ſalutem. Ad laudem eius perpetuam. Amen. C D

CONSILIVM CLXXVI. *De dolore renum proueniente a materiebus phlegmaticis, viſcoſis & craſſis cum multitudine arenularum & lapidum in eis. Diuiditur autem conſilium in capita tria.*

CAP. I. *De diuerſitate horum dolorum accepta ex parte membrorum dolentium: ex parte cauſſarum efficientium & materialium, & de ſignis earum.*

HONORABILIS ciuis Vicentinus Dominus Georgius de Tabernellis, vir commendatiſſimus, laborat doloribus in ſpina eius: & illis moleſtis valde. quibus propter ea, quæ inferius videbuntur, neceſſe eſt non ſolum congruis, immo etiam celeribus ſubuenire remediis. Quibus ſi diligenter fiat aduertentia, videbitur, quod ipſi ſint dolores intrinſeci renibus principaliter appropriati: alii vero ſunt dolores vel accidentia partium extrinſecarum. Et primum quidem horum pluribus ſignis vel accidentibus declarari poteſt. Primum eſt, quod hi dolores ſubito ipſum inuadunt nulla præcedente ipſorum cauſſa manifeſta. Dolor enim & repẽte eueniens ſubitam oſtendit ſolutionem continuitatis aut malæ complexionis permutationem. Cum igitur nec ſoluens ab extra nec malam complexionem ſubito inducens ab extra occurrant: doleant partes illæ iliorum & ſpinæ, quarum dolorem & ſenſus tactus exterius non inueniat. Igitur dolor in membris erit interioribus, & ab interiori cauſſa proueniens. Conſequentia ſecundum vtramque partem neceſſaria eſt intelligenti terminos. ¶ Quoniã in antecedente excluditur omnis exterior cauſſa, & dolent partes: ergo neceſſe eſt, quod doleant ab interiori cauſſa vel cauſſis. Etiam in antecedẽte aſſume- E F

Signa dolorũ interiorũ.

batur

A baturiterum, quod exteriores partes non doleant, quia tactus non inuenit ibi dolorem:
ergo neceſſe eſt partes interiores dolere. ¶ Quod autem hic dolor in renibus exſiſtat, *Quod hic dolor exſiſtat in renibus.*
multis motiuis demonſtrari debet. ¶ Primum eſt, ꝙ dolor ſubito euenit huic in partibus
iliorum intrinſecus. igitur videtur, ꝙ talis dolor ſit in renib. eo: quia ibi non inueniuntur
partes aliæ, q̃ renes, q̃ tã ingenti dolore dolere poſſint: quia ſifac cooperiens renes non
adeo excellenter dolere poteſt. Nec etiam vena caua aut arteria aorta deſcendens tam
ingenter dolere poſſunt: quoniam earum ſenſatio eſt obtuſa propter ſubſtantiam ipſarũ
ligamentalem. Amplius etiam hic dolor non eſt in ilio, ꝙ eſt tertiũ inteſtinũ de gracilib.
propterea quia hunc dolorẽ concomitatur frequens mictus, punctio in vrina & reliqua,
q̃ ſignificant nocumentũ in renibus & viis vrinalibus. Cum enim aliquis mingit vrinam
B propter q̃ multoties ad mingendũ & multũ ſurgit: tunc in renibus eſt eius ægritudo. *18. tertii 3. cap.* Subitus etiam & repentinus dolor eueniens in renibus fieri poteſt propter ſu-
bitam altertionem aut ſolutionem continuitatis, quæ dolores facere poſſunt in colato-
rio panniculo renum, & in altero veſtiente eos.

Cauſſæ.

Iam vero oportet horũ dolorũ inueſtigare diuerſitates: q̃ quidem a materiali cauſ- *Dolorum diuerſitates & cauſſæ.*
ſa efficiente eorum originem capiunt. ¶ Dolor itaque in viro iſto poteſt conſequi fortẽ
alterationem in renibus eius factã a mala complexione calida in renibus ex ebullitione
ſanguinis circa eos: & in vena caua & arteria aorta, quæ lateraliter in renibus ſubſter-
nuntur. quod apparet, eo quia pulſus huius viri per me tactus magnus erat, velox & fre-
C quens, plenus cum tenſione arteriæ notabili. ¶ Secundo, quia vrinæ ipſius erant rubi-
cundo colore coloratæ cum ſedimine ſatis craſſo. ¶ Tertio, quia erant acute impri-
mentes in ſenſum tactus, quæ arguunt malam complexionem calidam. Et quarto, quia
cum acuitate comprimendo in collum veſicæ & extremitate pudendi. Et cauſſa acuita-
tis in his duobus ſignis poteſt eſſe duplex, quia & ſi talis caliditas magis a ſanguinis ebul-
litione proueniat ei, tamen poteſt commiſceri cholera propter propinquitatem veſicæ
fellis ad renes & arterias prædictas. ¶ Et ſecunda cauſſa poteſt eſſe propter acuitatem vri-
næ in ſeipſa, quoniam ſalſa eſt. ¶ Secunda vero cauſſa huius doloris eſſe poteſt ſolutio cõ-
tinuitatis non vere dicta imparis ſolutio, ſed diſtractio vel extenſio facta in panniculis
renum a materia oppilante eos, quæ poteſt eſſe phlegma cum ventoſitatum multitudi-
D ne & arenularum multarum & lapillorum eius. ¶ Et hęc eſt vera huius viri ægritudo, ſci-
licet, dolor renum proueniẽs a materiebus humoralibus phlegmaticis, viſcoſis & craſſis
cum multitudine arenularum & lapidum in eiſdem. Et ſi quandoque contingat, quod
hi dolores cum punctione & acuitate miſceantur, iam eſt aſſignata cauſſa ex parte alicu-
ius acuitatis a cholerica materia proueniens. ¶ Ne autem gratis videatur dictum, hũc
eſſe dolorem renum, ex multis aperiri poteſt. ¶ Primo ex loco, quoniam dolet æger in
parte poſteriori, vbi ſuſtentantur renes, & extenditur vſque ad anteriores partes. ¶ Se-
cundo, quia talem dolorem concomitatur varietas in vrina, quantum ad appetitum:
quia ſæpe appetit quantum ad multitudinem, quia parum mittit: & quantum ad tem-
pus, quia frequenter inclinatur ad ipſam emittendam. Similiter etiam, quia dolorem i-
E ſtum concomitatur nauſea & vomitus per colligantiam renum ad ſtomachum. Quod
vero dolores iſti proueniant & augeantur a ventoſitate, apparet propter velocitatem
communicationis eorum ad propinquas partes. neque enim humor, neque arena, neq;
lapis tam cito mouerẽtur. Similiter apparet propter rugitũ, murmurationẽ in loco renũ
perceptas.

Signa.

Dolores vero iſtos ab arenis & lapillis prouenire, multa declarant ſigna. Primum *Quod hi dolores proueniant ab arenis & lapilli.*
velocitas euentus doloris in eis. Repente n. dolor renũ eueniens lapidis renũ aut viarũ v-
rinæ ſignum eſt demoſtratiuũ. *interiorũ 6. c. 3.* Secundum ſignũ mictus vrinæ craſſæ & cõ-
turbatæ poſt mictum vrinæ aqueæ & tenuis pluribus diebus ante factũ, licet quandoque *Signa.*
in hac diſpoſitione in principio emittatur vrina craſſa: deinde tenuior fiat. Et horũ qui- 1.
F dẽ cauſſæ contẽplando reddi poſſunt. Cũ n. neq; lapis vel arena generari poſſint ex ma-
teria, niſi craſſa, contingit materiã craſſam illã in renib. reperiri. & nõdum erit viarũ tãta 2.
facta oppilatio, q̃n educi poſſit materia talis, & virt⁹ eſt fortis, igit̃ expellet̃ materia craſſa
pri⁹ tẽpore, q̃ generet̃ lapis vel arena. & eſt ſignũ bonũ ꝓhibitionis aut ſaltem tarditatis
generationis lapidis in renibus. quare *18. tertii, cap. de ſignis lapidis renum*, inquit princeps:

Cur in generatione lapidis prius emittatur vrina tenues & aquoſa.

Et generatio eius in principio craſſa eſt magis ſignificatiua ſanitatis virtutis & dilatationis meatuum. A ¶ Cauſſa vero propter quam in generatione lapidis prius tempore emittuntur vrinæ tenues & aquoſæ, aſſumitur ex parte clauſionis viarum a materiali cauſſa generationis lapidis & arenarum, quæ eſt phlegmatica mucilaginoſa craſſa: deinde anguſtas vias valde facile claudere poteſt. Et ad hoc iuuat fixio vel retentio talis phlegmatis in prædictis, q̃ prouenit a viſcoſitate eius.

Cum ergo a prædictis materiebus emulgentium venarum rami & panniculus colatorius renum & vreteres pori notabiliter obſtruantur, non poteſt inde virtus expellere materiã, niſi valde ſubtilem & fluxibilẽ: vnde vrinę minguntur tenues & aquoſæ elemento aquæ in ſubſtantia & odore ſimillimę. Et eſt ſignum arenarũ & lapidis iam genitorum. Collige horum ſententiam pulcherrime *18. tertii, cap. prælegato*, dum inquit: *Et eſt* B *cum vrina eſt craſſa in primis, ſcilicet de qua iam dictum eſt. deinde incipit conuerti ad tenuitatem, & cum attenuantur propter retentionem turbidi, tunc extima eius, ſcilicet, lapidis generationem quamuis quandoque in principio rei mingatur tenuis.* ¶ Quod iterum tales dolores in hoc viro prouenia-

3. nt a lapillis vel arenis ex multis aliis, iterum & tertio declarari poteſt. ¶ Primo quia vir iſte pinguis eſt & carnoſitate plus, quam mediocri abundans. ¶ Et conſtipationem ventris notabilem habet, vnde *18. tertii, cap. de cauſſis generationis lapidis in renibus*. Ille namque, cui plurimum euenit lapis renum, eſt pinguis & ſiccam habens naturam. ¶ Quarto iterum hoc declarari poteſt ab efficiente cauſſa generationis lapidis: virtus enim agens illius eſt caliditas ab æqualitate egreſſa. ¶ Quintum vero ſignum doloris renum eſt de-

Qui maxime ſint obnoxii calculo renum.

4. monſtratiuum cui refragari non poteſt, ſcilicet frequens mictus vrinarum. Et cum con- C

5. tingit cum inſtantia doloris emitti lapillos & arenas, remouetur dolor. ¶ Sextum eſt, ꝙ

6. talis dolor intenditur tempore vacuitatis. Et quia hic paſſus a pluribus dubitatus eſt, ideo aggrediamur parum ipſius ſententiam. ¶ Supponendum itaq; primũ, ꝙ dolor renalis fortior fit in hora vacuitatis. ¶ Secundo, quod colicus dolor alleuiatur in vacuitate & fortior fit, cum aſſumitur aliquid. Tertio, quod per vacuitatem intelligi debeat cibi abſentia a ſtomacho. Et hæc ſuppoſitio neceſſariæ veritatis eſt, eo quia colicus alleuiatur in eas, ſcil. vacuitate ſtomachi, & fit fortis cũ aſſumitur aliquid, id eſt, cũ cibatur æger. Vnde ex his ſermonibus Auic. collectis *16. tertii, tract. 3. ca. de differentia inter dolores colicos & renales*, colliguntur iſtæ concluſiones. ¶ Prima, dolor colicus & ſi magnus exſiſtat, parte famis & vacuitatis ſtomachi leuior fit. ¶ Secunda, dolor colicus aliquantæ intenſionis for- D tior efficitur poſt aſſumptum cibum. Tertia, dolor renalis aliquantæ intenſionis tempore cibati ſtomachi exſiſtens fortior fit poſt deſcenſum cibi a ſtomacho, q̃ prius eſſet. Ex qua concluſione apparet, quod renalis dolor poſt cibationem leuior ſit, quam ante cibationem. Supponendum quarto, pro veritate iſtarum concluſionum, quod intelligãtur alia paria taliter, quod poſt cibationem non generetur vel producatur aliqua mala qualitas in inteſtinis, quæ fuerit reperta in cibis. Et ſimiliter, quod aliqua mala qualitas non ſit reperta in cibis, dum actu ſunt in ſtomacho, quæ poſſit communicari renib. aut inteſtino colon. Quinto, quod cibus cum corpulentia ſua in ſtomacho exſiſtens, & ab eo depoſitus membra ſibi vicina dolentia per ſui corpulentiam comprimendo & aggrauando poteſt dolorem facere. E

Differentia inter dolorẽ nephriticũ & colicum.

Iſtis poſitis probatur prima concluſio tẽpore, quo homo iam cibatus eſt, & dum cibus in ſtomacho permanet, minori grauitate grauatur colon in inferiori & in ſiniſtra parte ſitus eius a prædicto cibo, quam grauetur dum cibus iam deſcenderit in ſtomacho, ergo ſequitur, quod minus doleat pars inferior colon, dum cibus eſt in ſtomacho. Patet conſequentia, quia minus grauatur tunc, ſed ad minorem grauitatem minor ſequitur compreſſio: ergo minor dolor. Hæc conſequentia probatur, quia talis compreſſio non eſt, niſi doloris ſpecies vna, vt patet *ſecunda primi, capit. de cauſſis & ſpeciebus cuiuſcunque doloris.* Antecedens arguitur, quia minori compreſſione comprimi poteſt colon a comprimente magis elongato ab eo, quam ſibi propinquo, & econuerſo: ſed cibus in ſtomacho exſiſtens, magis elongatur ab inferiori parte colon, cuius F magna pars locata eſt in ſiniſtra parte: igitur ex prædictis patet, quod colicus dolor, ſcilicet in parte inferiori colon minor eſt tempore cibationis, quam depoſitionis cibi a ſtomacho.

Dolor colicus cur magis intenſus ſit poſt ſumptum cibum.

A ¶ Et per rationem aduerſam probatur altera concluſio, ſ. quod colicus dolor intendatur tempore aſſumptionis cibi & plenitudinis eius. Eo quod tali tempore cibus exiſtens magis propinquus eſt colon, quam dum iam à ſtomacho deſcendit. Ergo ſequitur, quod tunc poſsit magis comprimendo dolorem in colon augmentare, minor probatur apud intelligentes experimentale iudicium ex anatomia ſumptum, quoniam colon ſuperiacet fundo ſtomachi. Cum ergo in fundo ſtomachi colligatur cibus, ergo extendetur eius ſubſtantia verſus anterius, igitur neceſſe erit colon ei ſuppoſitum comprimi inter ipſum ſtomachum & mirach: ſed per talem compreſsionē augmentatur dolor, ergo poſt aſſumptionem cibi & præſentiā eius in ſtomacho dolor colicus intenditur, quod fuit ſecunda pars ſuperius premiſſa: & nunc probata.

B ¶ E conuerſo autem arguendo poteſt probari ſecunda concluſio, quia tempore vacuitatis ſtomachi vel deſcenſus eius ab eo minor ſit in colon compreſsio, quam dum cib⁹ erat in ſtomacho; ergo minor dolor: cōſequentia patet vt prius: & antecedēs patet, quia cum deſcenderit cibus à ſtomacho, iam recipitur in ilion, à quo non poteſt tanta ipſi colon fieri compreſsio quanta fiebat, dum cibus erat in ſtomacho, ergo nō poteſt colon à cibo dolere tantum poſt vacuitatem ſtomachi ab eo cibo. Et antecedens manifeſtum eſt intelligenti per anatomiam ex ſenſu viſus ſitum inteſtini gracilis. Et nota, quod hæ duæ concluſiones diſpariter partes colon intelligendo verificantur, illa enim pars colon, quæ à dextra parte incipit à fine monoculi parum aſcendendo in dextra parte tranſuerſaliter fundo ſtomachi ſuperiacet, ergo illa pars colon

C aſſumpto cibo tunc poteſt comprimi inter ſtomachum & mirach: quare tunc intenditur dolor. Ex quo apparet, quod aliis partibus in hoc tempore, ſ. plenitudinis ſtomachi pars inferior colon minus doleat: quia cibus eſt elongatus ab ea notabiliter, quoniam eſt in fundo ſtomachi, qui magis in dextra parte ſituatur, colon vero maior pars ſituatur in ſiniſtra, vt iam dictum eſt. Ex hoc iterum apparet, quod dolor colicus, ſ. ſuperioris partis eius alleuiatur, ſ. in vacuitate ſtomachi, ſicut ipſe idem intenditur in repletione eius. Contra tamen concluſionem ſecundam videtur apparens argumentum inſtare: eo quia dum deponitur cibus à ſtomacho, recipitur in inferiori parte & in ilion: ſed ilion pars notabilis ſuperiacet colon, ergo cibus in ilion receptus grauabit colon, ergo tunc intendetur dolor in colon, cuius contradictori- *Obiectio contra id, quod dicitur dolorē colicum intendi in repletion ſtomachi.*

D um ſupra tactū eſt: huic motiuo reſpondendū eſt, concedendo maiorem, ſ. quod cibus à ſtomacho deſcendens recipiatur in inferiori parte & concedendū eſt iterum, quod talis cibus recipiatur in ilion. Et ad maiorem cum dicitur, quod ilion ſuperiaceat colon, dicitur, quod illud verum ſit de quadam parte ilion inferiori. Et dicitur *Reſponſio.* vlterius, quod cū cibus iam à ſtomacho depoſitus eſt recipiatur in parte ilion dextra, quæ maioris eſt extenſionis. Fæcalis ergo cibi pars recipitur in illa & talis eſt, quæ elongatur notabiliter à colon, ergo tunc minus comprimendo ipſum apparet dolor leuis: & tenet conſequentia eo, quia agens à paſſo elongatum non agit aut ſaltem parum agit in ipſum, quoniam omnis actio ſit per contactum agentis ad paſſum, teſte Ariſtot. lib. *primo de generatione, & inter.* Et ex hoc fundamento valde facile probari

E poteſt tertia iam præmiſſa concluſio, quia cum cibus poſt deſcenſum ipſius à ſtomacho recipiatur in ilion, & renes ſubſternantur in ilion, igitur ſuperfluitas cibalis comprimit eos, ſed ex compreſsione augmentatur dolor in eis, ergo renalis dolor intenditur tempore vacuitatis ſtomachi à cibo. ¶ Et ex concluſione corollarie concludi poteſt, quare vomitus multum conferat in doloribus renum & maxime poſt cibum factus. Ideo, quia per vomitum educitur materia, q̄ in inteſtino ilion poſita grauabat renes. ¶ Ex agitatione enim per motum vomitus facta materiæ frequenter euacuantur per inferius: & iterum diuertuntur de inferius ad ſuperius, ergo tunc remanet alleuiatum ilion à materiebus in ipſo contentis, vnde non poteſt dolorem gra- *Cur dolor nephriticus intendatur ſtomacho exiſtente vacuo.* *Cur vomitus conferat in doloribus renū & maxime poſt cibum.*

F uitando in renibus intendere. ¶ Et aduerte, quod iſtę concluſiones ſuperius probatæ veritatem contineant ſolum de dolore ſequente compreſsionem à corpulentia cibi in fundo ſtomachi exiſtentis factum. Variȩ autē aliæ concluſiones ad hunc locū adduci poſſunt de intenſione doloris colici tempore cibationis & alleuiatione renalis doloris in hoc tempore, ſi prouenirer dolor propter qualitates primas & ſecundas. Quis enim dubitaret, quod ſi tempore colici doloris prouenientis à mala com-

plexione colon frigida & humida, aut frigida & ſicca materiali vel immateriali acci- A
peretur potus aliquis non multæ quantitatis actu & potentia calidus & humidus, aut calidus & ſiccus, quod conferre poſſet in colico dolore ſedando vel minorando ipſū per viam corruptionis malæ complexionis illius doloris factiue? & ſic de aliis concluſionibus circa quas arduæ difficultates hincinde ab auctoribus & Doctoribus moueri poſſent, & tu conſidera. ¶ Septimum vero ſignum ſignificans in renibus prouenire dolorē à lapillis eſt fixio doloris in poſteriori parte ſpinæ ac ſi eſſet clauus ibi infixus, & propriè quando hunc dolorem præceſſit mictus arenarum multus. ¶ Octauum vero ſignum eſt, quod dolorem renalem præcedit grauatiuus dolor in dorſo & difficultas vrinandi. ¶ Nonum à poſteriori ſumptum eſt quod renalis dolor alleuiatur aut ei⁹ euentus prohibetur ex applicatione medicinarum aperitiuarum, frangentium & B educentium arenas & lapillos, hoc autem non verificatur in dolore renum prouenienteab apoſtemate ventoſitate craſſa, ſolutione continuitatis & ſimilibus. ¶ Decimum vero & vltimum, licet iam prætactum fuerit, eſt quoniam dolorem renalem à calculo prouenientem vel arenā concomitatur vehementia appetitus vrinandi: & apparet ægro, vt in quocunq; mictu magnam quantitatem aquoſitatis emittere debeat, licet de earum emittat & cum magno dolore in capite virgæ percepto & guttatim emittitur vrina ab eo, ſicut à patiente ſtranguriam. ¶ Hæc itaq; ſunt ſigna quibus conſiderator comprehendere poterit dolorem in renibus prouenire ab arenis vel à renibus. ¶ Nolo tamen hic moleſtari, vt ex prædictis concludi poſsit, quod non credam prædictos dolores renales etiam prouenire & augeri à materieb⁹ inuentis in renibus, & partibus ſibi adiacentibus: quoniam ſi non eſſet propter aliud maxime hoc contingere poteſt, quod materiæ ibidem propter debilitatem renum prouenientem à doloribus generentur & multiplicentur: ſed veritas eſt, quod dolores illi magis dependeant ab arenis & lapillis, quam à materiebus humoralibus. Et ideo ad curā prædictorum in ſubſequentibus dicendum eſt: diſcurrendo primo circa regimen rerum non naturalium, deinde tangendo regimen medicinalium. C

Septimū ſignum doloris renum à lapillis. *8.* *9.* *10.*

Cap. II. *De regimine per ſex res non naturales.*

Conuenit itaque huic viro regimen per ſex res non naturales inclinatum ad caliditatem & ſiccitatem: per quod regimen viæ apertæ & mundificatæ conſeruentur, in quo etiam vis comminutionis lapillorum & eductionis arenarū D ſimul cum eis contineatur. ¶ Locus itaq; habitationis eius laudabilis eſt, quare non multum inſiſto, ſed ſi contingeret ipſum à domo elongari, euitet cameras humidas, terraneas vel teſtudinales & propinquas fontibus vel decurſibus aquarum expoſitas flatui venti ſeptentrionalis & occidentalis & renes ſuos conuenienter tectos conſeruet. In cibis vero euitet omnia lacticinia, paſtilia cibaria, carnes antiquas, neruoſas, ligamentales & panniculares, item panem azymum, aut non bene coctum etiam non multum combuſtum. Similiter effugiat omnium leguminum vſum & maxime elixorum, brodialia tamen eorum & propriè cum decoctione petroſelini, feniculi, dauci & ſimilium ſunt ipſi bona. Carnium etiam ſalitarum immo & omnium aliorū ciborum multi ſalis vſus vituperandus eſt, quia duplici qualitate eorum præparant ad E generationem arenarum & lapillorum & augmentum eorum. ¶ Similiter etiam res conſtipantes vias reddentes arenas & reliquas materias ineptas motui euitare debet. ſicut ſunt pyra, cydonia, ſorbæ, granata, meſpila, iuiubæ & conſimiles. ¶ Effugere etiā debet eorū ventoſabilium in ſtomacho & in renibus & in venis vſum, velut ſunt lacticinia cibaria omnia, mel, fructus multum humidi, corruptibiles & vaporoſi. ¶ Cibi etiam excellenter vnctuoſi non ſunt ei laudabiles, tamen melius eſt inclinare ad mediocriter vnctuoſa, quam macria. ¶ Acuta etiam cibaria humores exiccantia vel incinerantia dimittenda ſunt: velut allia, cepæ, bulbus, porrum & ſimilia, niſi in talibus acutis inueniretur vis attritionis & comminutionis lapillorum & arenarum, F ſicut dicitur eſſe in raphano vtroq;, in capparibus & conſimilibus, &c.

Aer. *Cibi.* *panis.* *Carnes.*

¶ Ex ſaporibus vero non placet mihi agreſta niſi bene ſalita & vinum granatorum adhuc deterius eſt. Succus vero aranciorum citrangulorum & granatorum acetoſorum ſunt ei bona. ¶ Olera etiam frigida & humida ſaltem in multo vſu dimittenda ſunt: velut lactuca, bleta, portulaca, ſpinachia, cucur.

Sapores. *Olera.*

cucu.

A cucu; niſi prædicta artificialiter corrigerentur cum calidis aperitiuis vt feniculo petro. & ſimilibus, vel cum calidis aromatibus: vt cum croco, cynamomo, pipere, cinamo, zinzibere & ſimilibus, moderato tamen vſu. Caules aut rapæ, napi, paſtinacę, aniſum, daucus, & conſimilia in cibarijs eius ſunt conuenientia. ¶ Vino autem vtatur colore albo, ſubſtantia ſubtili & diaphano, odore aromatico, ſapore leuis dulcedinis fumoſitate vel potentia ſua potentiori quam mediocre. Quod ſi purum haberi potuerit, melius eſt, quam commiſcere ei aliquam aquam. ¶ Si autem opus eſſet audaciã vini frangere: fiat cum aqua ciſternę & conuenientior eſſet ei aqua mellis pauci: aqua vero hordei nullo modo placet mihi, niſi febris contrarium perſuaderet. ¶ Laudarẽ etiam quod in principio veris & hyemis ſaltem per xv. dies iſte vir

Potus.

Aquã hordeaceã non conuenire calculoſis.

Hydromel.

B abſtineret à potu cuiuſcunque vini; & loco eius vteretur hydromelle facto ſecundũ hunc modum. *℞ mellis albi vel citrini electi* ℔. *j. aquæ fontis* ℔. *xxv. coquatur ſimul vſq; ad conſumptionem quartæ partis: deinde coletur per colatorium ſpiſſum, poſtea iterum addantur ei dauci, macis, zinziberis ana* ʒ. ß. *cinamomi electi* ʒ. j. ß. *& coquantur iterum vſq; ad conſumptionem ſextæ partis: & iterum colentur; vtatur ergo eo tempore cibationis & quolibet altero, &c.* ¶ Dormitio autem conuenit ei menſuræ vij. vel viij. horarum, & in ſumma conueniens eſt ei magis ad augmentum ſomni, quam ad augmentum vigiliarum accedere, dum tamen non dormiat reſupinus. ¶ Circa exercitium autem ſic procedat, quod ieiuno ſtomacho conueniens eſt ei exercitium pedeſtre ſatis longum vſque quo corpus eius ad mediocrem ſudorem perducatur. Et loco etiam exercitij vti poteſt fricatione ex-

Somnus & vigilia.

Motus & quies.

C tremarum partium à pedibus aſcendendo vſque ad genua: demum ad inguina & nares inferius trahendo vſque quo membra rubicunda fiant. ¶ Procuret etiam ſummopere, quod venter eius à communibus ſuperfluitatibus bene mundus exiſtat, & ſi non aliter ſaltem cum puluere aut clyſteri inferius ſcribendis. ¶ In repletione autem ciborum euitanda ſollicitus eſſe debet ita, quod nunquam cibum aut potum accipiat vſque ad completam ſaturitatem & grauitatem in ſtomacho perceptam. Si autem quandoque perciperet à repletione ciborum grauatum eſſe ſtomachum, melius eſt, vt procuret eductionem illius ſuperfluitatis cum vomitu prius, quam materiam illam in ſtomacho corrumpi permittat. Vomitus enim valde conueniens eſt ei ad mundificandum & ad attrahendum materiam à renibus, quare *18. 3. cap. de canoni-*

Inanitio & repletio.

D *bus curationis lapidis renum.* Multus vſus vomitus poſt cibum expellit ſuperfluitates per viam contrariam viæ, cuius motus eſt ad renes: & facit latus renum vacuum & mundum: quæ omnia in hoc viro ſunt neceſſaria. Modus autem prouocandi vomitum leuiſsimus eſt: vt accipiatur ℥. j. ß. *ſyrupi ſimplicis acetoſi, aquæ decoctionis radicum vel ſeminum raphani* ℥. *iij. bibatur totum tepidum poſt cibationem à cibis diuerſis in qualitate, quantitate et ſapore, deinde poſt horam ponatur digitus in fine oris agitationem faciendo ibi vſq; quo vomitus prouocetur.* tardetur igitur cibus poſt illud horis duabus, deinde cibetur cibis leuibus in qualitate & quantitate. Si autem ſuperfluitates percipiantur in inferiori ventre congeſtæ, tunc euacuentur cum communi clyſteri aut cum his, quæ ſupra tacta ſunt inferius ſcribendis. ¶ In accidentibus autem animi mediocriter ſe regat, ad leuem

Vomitorium.

Accidentia animi.

E tamen iracundiam incedere conuenientius eſt ei, quam ad anguſtiam vel triſtitiam. Hæc de rebus non naturalibus dicta ſufficiant.

Cap. III. *De regimine per medicinales intentiones & inſtrumenta.*

De rebus vtilioribus huic viro pro regimine medicinali xv. occurrunt mihi inſtrumenta eidem applicanda. Quorum aliqua præſeruatiua erunt, ne materiæ generentur in renibus, quę oppilant eos & ponant in eis ſpeciem malæ complexionis præparantis ad generationem lapillorum & arenarum. Alia mundificatiua materierum & arenarum in eis congeſtarum. Nonnulla minutiua & lapillorum in eis inuentorum eductiua. Alia vero ſedatiua doloris cum inſtantia pa-

F roxyſmi augmentati. ¶ Primum itaque de inſtrumentis primi generis eſt, quod hic vir ſemper in fine hyemis vſq; ad tres annos futuros aut in principio veris euacuetur per hunc modum. ℞. *caſsiefi: de ſua canna nuperrime extractæ cum aqua ſublimationis lito ſpermatis* ℥. *ij. electuarij indi* ʒ. *j. miſce & bibatur cum aqua hordei calida poſt quam tardetur cibus quinq; horis, & tunc accipiatur cyathus vnus* aquæ calidæ hordei ſacharatæ: & poſt ipſam

1: Potio lenitiua.

comedat per horam vnam. ¶ Secundum principale inſtrumentum eſt: quod imme- A
2. *Potio digeſtiua.* diate poſt minoratiuũ prædictum accipiat hoc digeſtiuum & continuet ſaltem octo
diebus calidum in aurora: & tardet poſt ipſum cibum ſaltem horis quatuor. Cuius
deſcriptio. *℞. oxymellis ℥. j. ſyrupi de eupatorio ℥. ß. aquæ apij, lupullorum ana ℥. j. ß. miſce.*
3. *Potio ſolutiua.* ¶ Tertium eſt, quod poſt digeſtiuum illud die immediate ſequenti accipiat hoc ſolu-
tiuum. *℞. electuarii indi ʒ. iij. reupontici ℈. ij. ſpicænardi ℈. ß. accipiat ipſum cum aqua milii*
4. *Puluis.* *ſolis*: & obſeruet conditiones, quæ ſuperius de minoratiuo ſcriptæ ſunt. ¶ Quartum
eſt, vt diebus intermediis, quibus accipit digeſtiuum, ſi venter eius ſtipticus eſſet,
acc ipiat ante cœnam immediate ℈. j. huis pulueris. *℞. polypodii quercini, hermoda-
ctY. ana ʒ. j. folliculorum ſenæ ʒ. iij. aniſi, violarum, liquiritiæ ana ℈. j. tartari ʒ. j. ß. fiat omni-*
5. *um per ſe puluis, & vtatur eo vt dictum eſt.* ¶ Quintum, vt poſtquam euacuatus fue- B
rit ſaltem per vnum menſem vtatur hac confectione, de qua ſemper ante
Rotula. prandium parum accipiat rotulam vnam. *℞. ſpecierum electuarii de ſeminibus deſcri-
ptione Auicennæ 5. can. ſumma prima ʒ. j. ß. granorum milii ſolis ʒ. j. dauci, radicum polii montani,
liquiritiæ ana ʒ. ß. cum aqua aſparagorum: & ℥. iij. ſachari, fiat confectio in rotulis paruis.*
¶ Sextum, vt gratia præſeruationis à generatione materierum conuertenda-
6. rum in lapillos & arenas & etiam intentione mundificationis renum temporibus
Decoctio. ſuæ neutralitatis vtatur hac decoctione, de qua ante cibum per tres horas aſſumat
℥. v. ſaltem omni alterna die. *℞. ſcolopendrii, tamariſci, polii montani, cretani marini
maioris, radicum ſaxifra. ana M. ß. ſe. maluauiſci M. j. ß. coquantur in ℔. v. aquæ
vſque ad conſumptionem medietatis: deinde ſuperaddantur eis aceti ſquillitici ℥. v. & iterum* C
*coquatur vſq; ad conſumptionẽ quintæ partis: & poſt colaturam eius exhibeatur cum ℥. ß. peni-
diarum.* Hęc enim medicamina, vt dictum eſt, non ſolum præſeruatiua, ſed etiam
curatiua ſunt: quare *18. tertii cap. de comminuentibus lapides* ſic inquit: *Et quando-
que dantur in potu aquæ, in quibus coquuntur chamepythis, polium, calamentum, ſeſeli,
radix tribuli, fructus maluæ, capil. ve. virga paſtoris, radix tamariſci, radix eupatorii, ſemen al-*
Samurion ſagaſſer. *thææ & ſamurion & (eſt apium ſylueſtre) vt colligitur 14. tertii cap. de cura aſcitis, ſagaſſer j.
pulegium & alia ex diureticis. Et cum adminiſtrantur tempore ſanitatis prohibent generationem*
7. *lapidis.* ¶ Septimum inſtrumentum principale, quod non fallit in frangendo lapi-
dem educendo ipſum & prohibendo ipſius generationem, eſt hoc. *℞. aquæ deco-
ctionis foliorum maluæ campeſtris & eſt althæa ℥. v. butyri ℥. j. mellis ℥. ß. calefiant omnia ſi-* D
mul, & dentur in potu. cum eductione enim, quam facit lapillorum prouocat vri-
Potio. nam & mollit vias & dolores ſedat, & eſt de expertis ab Auicenna quod acce-
pit à Gal. *lib. 10. de comp. ſec. loc.* quod legere poteſt *18. tertii cap. præallegato*, vbi di-
xit: *Et ex decoctionibus, quibus iuuamentum confertur lapidi renum cum eorum adminiſtratio
aſſiduatur in horis paroxyſmi eſt: vt coquantur folia maluæ campreſtris & ponantur in deco-
ctione butyrum & mel de qua aſſumatur in potu res plurima, frangit enim lapidem & prouocat
vrinam & lenit iter eius & extrahit cum facilitate, ſ. materias & lapillos.*
8. ¶ Octauum remedium principale eſt, & iterum infallibile, vt ſi propter faſtidi-
Pilulæ. um abominaretur decoctionem, vtatur iſtis pilulis, de quibus accipiat ʒ. j. omni fine
quinque dierum. *℞. ſe. maluauiſci ʒ. j. cineris corticum ouorum à quibus exiuerunt pulli* E
*℥. ß. vitri combuſti cum pice ſecundum artem ʒ. vj. lapidis ſpongiæ, lapidis iudaici ana ʒ. j. ß.
radicum ſcolopendrii ʒ. iij. ſanguinis hirci præparati ſecundum artem: & ſit collectus in medio tem-*
9. *poris ſui exitus ℥. j. conficiantur pilulæ cum ſucco apij & reſeruntur.* ¶ Nonum eſt, quod ſi
Trociſci diuretici Auicennæ. contingat quãdoq; propter oppilationes retineri materias: & cõmiſceri ſanguini in
renib⁹ & emulgentibus propter quod mingantur vrinæ nigræ, craſſæ, conturbatę, ad
rubedinem inclinatæ: velut eſt pinguis lotura carnium recentium, tunc exhibeatur
pluribus diebus in aurora trociſcus vnus ʒ. j. factus ex medicina diuretica deſcriptio-
ne ab Aui. *19. tertii cap. de cura retentionis* vrinæ ibi. Confectio diuretica fortis. *℞. ſauinæ*
Canthari des cur abiicienda ex diureticis. *aſari, &c. Ex quibus componantur trociſci ponderis ʒ. j. cum ſucco apii: & ſoleo dare vnum cum cya-
tho vno decoctionis ſe. althææ. Et nota quod deſcriptionem illam ingrediuntur cantharides. Ego au-* F
tem abiicio eas à deſcriptione propterea quia vt in pluribus excoriant veſicam & vias vrinæ, vnde
10. nunquam ipſas volui exhibere alicui hominũ. ¶ Decimum vero inſtrumentũ prin-
Potio purgans. Mucheitæ. Sebere. cipale eſt, vt adueniente medietate Septembris purgetur iſte vir per hunc modum.
*℞. electuarii indi ʒ. ß. detur in potu in aurora cum ℥. iij. calidæ aquæ decoctionis mucheitæ j.
ſebere & eſt ſebeſten*, & obſeruentur poſt ipſam, quæ in aliis ſolutiuis dicta ſunt.

¶ Vnde-

A ¶Vndecimum inſtrumentum eſt vt in die immediate ſequenti incipiat aſſumere 11.
hoc digeſtiuum, quod continuet ſaltem x diebus. ℞. *oxymellis ſquillitici* ℥. j. *ſyrupi de* *Potio digeſtiua.*
eupatorio ℥. ß. *aquæ ſcolopendrii & milij ſolis an.* ℥. j. ß. *aquæ ſaxifragiæ* ℥. ß. ¶ Duodecimum 12.
poſt digeſtiuum illud immediate ſequenti ſoluatur cum hoc medicamine. ℞. *benedi-* *Solutiua.*
ctæ ſimplicis ℥. j. *electuarij ſucci roſ.* ʒ. j. *miſce & aſſumatur in aurora cum* ℥. iij. *aquæ apij calidæ a-*
ctu. ¶ Decimum tertiũ, vt poſt purgationem ꝑ plures dies vtatur hoc linimento, cum 13.
quo tota ſpina & partes lumbales à ſpatulis inferius inungatur bis in die calido actu. *Vnguentũ.*
Cuius deſcriptio. ℞. *olei nardini* ℥. j *olei de croco, vulpini, cydoniorum an.* ℥. ß. *ſpecierum li-*
thontribon ʒ. j ß. *ceræ q. ſ. & fiat vnguentum molle in cuius fine apponantur camphoræ ſubtiliſſime*
tritæ gran. v. ¶ Decimum quartum eſt, vt diebus, quibus aſſumit purgationes, immo 14.
B & toto tempore anni, vtatur pilulis infraſcriptis gratia ſubductionis ventris; de quib⁹ *Pilulæ.*
bis vel ter in ſeptimana accipere poteſt; vnam parum ante cœnam; quarum deſcri-
ptio. ℞. *ſucci apij, ſucci endiuiæ ana* ℥. ij. ß *aloes epaticæ electæ* ℥. iij. *agarici* ℥. j. *colocynth. interio-*
ris ℥ ß. *hermodactylorum* ʒ. vj. *maſticis* ʒ. ß. *zinziberis, ani, feniculi, dauci, gummi arabici ana*
gran. vj. ſalis indi gran. xv. puluerizentur omnia per ſe, & infundantur in prædictis ſuccis bene cõ-
miſcendo; & exponatur ſoli vſq; ad eorum exiccationem: deinde iterum renouentur ſucci duabus vi-
cibus & exiccentur, vt prius de hac ergo maſſa fiant pilulæ ex omni ʒ. vj *& ſit earum vſus vt dictũ*
eſt. ¶ Vltimum, vt poſt euacuationes vniuerſales veris & autumni vir iſte & quili- 15. *Thermæ*
bet ſimili ægritudine langues exponat ſe ad balnea naturalia & proprie ſulphurea. *ſulphureæ.*
Hæc enim cum hoc, quod dolores ſedant, rumpunt & educunt lapides & arenas &
C prohibent earum generationem: vt legitur *ſecunda primi cap.* Quidam ornate loquen-
tium: & clarius *18. tertii cap. de comminuentibus lapidem auctoritate Ruffi*: & experientia de
aquis illis, quas Aui. ponit, dum inquit, *Et Ruffus quidem dixit, quod plurima balneatio in*
thermis ſulphureis frangit lapidem. Et hoc fortaſſe facit peruenire ad hoc, ſupple, quod experientia ſe-
quens verificat hoc, quod quia quædam aquæ calidæ, quæ quandoq; vlcerant cutem, quando ponun-
tur in eis medicinæ lapidis & ſubmergitur in eis pannus dum ſunt calidæ, & ponitur ſuper locum la-
pidis, ſ. fomentando locum: & talis ſupple pannus reſoluit ipſum, ſ. lapidem. Et ego iam expertus
ſum res huius generis. Et forte voluit intelligere, quod embrocatio cum prędictis a-
quis conferat, aut melius quod aquę artificialiter factæ ſulphureæ cõferant ad ea, quę
dicta ſunt. Et tu conſidera hæc ad laudem Dei omnipotentis, Amen.

D CONSILIVM CLXXVII. *De doloribus renum, qui proueniunt à mala complexione hu-*
mida ipſorum cum præſentia arenarum & lapillorum genitorum ab immoderata caliditate ipſo-
rum renum.

VIR commendatiſſimus Thomæus Eſtenſis moleſtatur doloribus renalibus, q
proueniunt in ea ex mala complexione humida ipſorum cum præſentia arena-
rum & lapillorum genitorum ab immoderata caliditate ipſorum renum. Et
ipſe quidem eſt pronus ad magnos & confirmatos lapides in renibus propter humi-
ditatem & pinguedinem ipſius. Ille enim, qui pinguis eſt & humidus, eſt cui fre- *Qui maxime obnoxii calculo renum*
quentes lapides in renibus magnificantur *18 tertii cap. de cauſis generationis eorũ in renib⁹.*
E Propter quod in regimine ſuo prudentiã habere debet, vt nunc ſequitur. ¶ Pri-
mo quidem effugiat cibaria frigida, craſſa, viſcoſa & oppilatiua, velut ſunt cibi paſti- *Dieta.*
les, legumina, elixa, piſces & proprie tinchæ & anguillæ. Et caueat etiam ab vſu la-
ctis & condimentorum eius: & à caſeo & proprie molli & pauci ſalis. ¶ Effugiat etiã
vſum neruoſarum partium animaliũ, ligamentalium & pannicularium, & vtatur pa-
ne multi fermenti & ſalis quantitatem habente maiorem, quam communis panis.
¶ Effugiat vina multum dulcia, turbida, craſſa, viſcoſa & nigra & proprie, quæ marzi-
mina dicuntur. ¶ Et dimittat multi coitus exercitium & proprie poſt cibum. ¶ Ca-
ueat etiam à dormitione ſupina. Deinde vtatur remedijs medicinalibus nunc ſe- *Curatio per medicinalia.*
quentibus. ¶ Primo quidem omni ſeptimana ter aut ſaltem bis in aurora accipiat
F cyathum vnum infra ſcriptarum aquarum. ℞. *aquæ milij ſolis, aquæ aſparagi & apii ana* ℔
ß. *aquæ ſaxifr. maioris lib. j. ß. & miſce ſimul & accipiantur calidæ cum* ß. ℥. *ſachar. & tardet* *Confectio*
cibum ad minus horis iij. ¶ Secundo vero principaliter vtatur confectione de phiſticis, *de phiſticis.*
de qua ſemper ante prandium & cœnam accipiat fruſta ij. ß. ℥ Ineſt enim huic con-
fectioni vis & potentia prohibendi generationem lapillorum & arenarum & fran-

gendi & educendi ea: phiſticis enim ineſt virtus, qua comminuitur lapis, qui in reni- A
Potio. bus eſt *8. tertii cap. de cura eius.* ¶ Quarto principaliter omni fine viij. dierum, vel x. in aurora accipiat hunc potum, & poſt ipſum tardet comedere per ſex horas. ℞. *caſſiæ nouiter præparatæ cum aqua ſaxifragiæ* ʒ. *x. ſucci roſarum* ℥. ß. *lapidis lincis, lapidis iudaici & ſpongiæ ana* ℈. ß. *totum accipiatur ſimul.* ¶ Vltimo vero pro nunc, cum dolores actualiter moleſtant ipſum, vtatur infraſcripto vnguento, cum quo tota ſpina à ſpatulis vſque ad caudam & omnia illa diligenter inungantur copioſe vſque ad vmbilicum & ſumẽ excluſo ſtomacho, & ſuperponantur locis fruſta lanæ pectinatæ bene depreſſæ, q̃ diligenter circumligentur cum faſcia. *Vnguentũ.* Eſt autem huius vnguenti deſcriptio talis. ℞. *mucillaginis muchettæ ſe. lini & fœnugræ. ana* ℥. j. ß. *hyſopi humi* ℥. j. *olei de ſiſamo & amygdalarum dulcium ana* ℥. j. *olei irini* ℥. ij. *ſeminis apij, lapidis ſpongiæ & radicum ſaxifragiæ ana* ʒ. ij. *ceræ albæ, q. ſ. fiat vnguentum molle & conſpergatur cum aceto ſquillitico & reſeruetur in vaſe vitreato bene obturato & accipiatur de eo, q. ſ. ad vngendum pro vice vna.* Ex horũ igitur medicinalium vſu felicitabitur diſpoſitio eius aliter paratus ingenti periculo & moleſtiſsimo morbo. Hæc ad laudem Dei omnipotentis, Amen. B

CONSILIVM CLXXVIII. ¶ *De dolore renum ab oppilatione ex arenulis & lapillis & quandoq́, à phlegmate à ſtomacho eis communicato facta.*

DISPOSITIO domini Io. de bedario eſt dolor renum proueniens ab oppilatione ex arenulis & lapillo, vt plurimum facta. Et quandoq; prouenit dolor ille ex oppilationibus factis à materia phlegmatica, quæ deſcendit à ſtomacho ad renes & dolor iſte eſt vt rarius eueniens & non minus moleſtus. C ¶ Accidentia vero communiter ſuam diſpoſitionem concomitantia ſunt nauſea cũ vomitu quandoque. ¶ Et dolor à ventoſitate per colligantiam à renibus & inteſtinis eueniens. ¶ Tertium accidens eſt dolor extenſiuus & confractiuus in partibus ſpinę & propinquis renum eueniens: multiplicatur autem phlegmatis generatio in ſtomacho ſuo per viam indigeſtionis & huius phlegmatis pars non modica à capite catarrhizando congeritur in ſtomacho.

Ex quibus liquide apparet curationem eius ſuper triplici curatione fundari. ¶ Prima eſt prohibitio generationis & congeſtionis phlegmatis in ſtomacho eius.
Prohibitio generationis & congeſtionis phlegmatis in ſtomacho. ¶ Secunda eſt huius phlegmatis diuerſio à vijs prædictis. ¶ Tertia phlegmatis, arenularum & lapillorum confractio & eductio cum aperitiuis, correctiuis & abſterſiuis. D

Primam intentionem complent vſus ciborum medicinalium aut medicinarum cum cibis commiſcendarum, in quibus exiſtat virtus vigorandi digeſtiuam conſumendi phlegma & præcipitandi ipſum per vias inteſtinorum, de quorum numero ſunt feniculi, petroſel. aſparagus, apium, ſerpillum, ſiſymbrium, cichorea, daucus, paſtinaca communis. ¶ De oliuis & rapis & ſibi ſimilia in cibis aſſumpta. Item cinamomum vtrunq;, aniſum, zinzib. galanga, ſpica, eupatorium. ¶ Et de prælaudatis eſt confectio diacymini, aromatici roſ. & confectio de ſeminibus. ¶ Et ſpeciale eſt electuari ũ, ſ. theriacę deſcriptione Aui. *5. can. ſumma prima cap. primo de confectionib⁹ magnis.* ¶ Ad hãc etiã intentionẽ optimæ ſunt pilulę alephanginæ, itẽ pilulæ de hiera cõpoſita ſimplici deſcripta à Gal. *7. terapeuticæ cap. de cura plenitudinis tunicarum ſtomachi.* E

Phlegmatis diuerſio. Secundam autem intentionem perficiunt pilulæ & electuaria prędicta. Item vſ::s oxymellis compoſiti cum aqua calida. Vſus zinziberis conditi, daucus conditus & ligna balſami condita optima ſunt & vſus theriacæ & diateſſeron, ſumendo ex ea omni ſeptimana ſemel ʒ j. cũ aqua decoctionis galã. vel zinziberis vel ſpicę nardi. ¶ Mixtio bona ad illud. ℞. *ſpecierum de ſeminibus, ſpecierum de baccis lauri ana* ʒ. *ij. ſpecierum ſotyræ maioris deſcriptione Aui. 5. cano. vbi ſupra* ℥. *iiij. oxymellis compoſiti cum decoctione l::uiſtici* ℥. *ij.* ß *fiat electuarium, de quo in aurora ſumantur* ℥. *iij. cum aqua decoctionis radicum iris cum melle.*
Electuarium.

Phlegmatis, arenularum & lapillorum eductio. Completur autem intentio tertia cum aperientibus oppilationes inteſtinorum, meſeraicarum, concaui & gibbi epatis & renum, quales in cibis ſunt hi ſpeciales. Primo comedendo ante cibum parum raphani recentis infuſi in oxymelle ſimplici per duas horas. ¶ Itẽ conferunt ficus ſiccę cum granis feniculi ante cibũ. ¶ Item ſpeciale ad omnia p̃dicta conferens eſt comeſtio phiſticorũ ante cibũ. Ineſt n. eis virtus, qua cum lapis eſt in renib⁹ expellitur *18. tertii de cura lapidis renum.* ¶ Itẽ ſpeciale eſt F

comeſtio

A comeſtio polii montani & betonicæ, *vt quinto teſtatur Gal. lib. ſimpl.* Adhuc etiam vſus cinamomi & ſpicæ nardi an. in cibis: & reliqua ſibi ſimilia. ¶ Speciale autem ad hoc eſt huius electuarii vſus. *℞. trociſcorum de eupatorio, de ſpica nardi an. ʒ. iij. ſpecierum confect. de ſeminib. ʒ. vj ſachari albi ℔ j. fiat confectio ſolida cum aqua eupatorij aut capill. ve. & melior eſt.* ¶ Vel fiat ex pulueribus prædictis electuarium cum ℥. iij. oxymel. compoſiti & erit longe melius, de quo accipiatur ℥ ß. in aurora cum ℥. ij. aquę capil. ve. inuicem calefactis & tardetur poſtea cibus horis ſex. Electuarium.

¶ Compoſitum expertum educens phlegma, lapillos & arenulas à renibus & veſica educens & comminuens & oppilationes aperiēs. *℞. lapidis ſpongiæ iudaici & lapidis de renibus humanis an ℥. j. ſanguinis hirci præparati ʒ. vj. ſpicæ nardi, gr. orobi, eupa. phu. meu. radicum apij, aſparagi, petro. & bruſci an. ℥. j. betonicæ, polij montani, vitri combuſti an. ʒ. ij. infundantur omnia in ſucco limonum recentium per quatuor dies, deinde cum ℔. ß. oxymellis compoſiti & tantundem ſachari fiat electuarium, de quo per decem dies omni mane aſſumat ℥. ß. cum aqua decoct. granor. phiſticorum & tardetur cibus horis ſex.* Aliud. B ¶ Clyſtere bonum carminans ventoſitates, ſedans dolores inteſtinorum, educens ſquibalas & phlegmata. *℞. radicum ireos recentis, radicum betæ ana ʒ. ij. maluarum, violarum, mercurialis ana M. j. polypo. carthami ana M. ß ſemi. althææ, maluæ, fœnugræc. ana M. ij. decoquantur in lib. 5. aquæ vſque ad conſumptionem medietatis ex qua ℔. j. accipiatur olei violarum, olei nardini, olei liliorum alborum ana ℥. j. olei de baccis lauri ℥. j. ß. caſſiæ. ℥. ß. ſalis gemmæ ʒ. j. ſachari ru. ℥. j. miſce.* Clyſter. ¶ Vnguentum bonum ſedatiuum dolorum renum & ſpinæ & confractionis remotiuum. *℞. olei keiri ℥. iij. olei de chamomil & violarum ana ℥ j. croci ʒ. ß. vitelli oui numero 2. pinguedinis gallinæ ʒ. ij. ceræ albæ quantum ſufficit, fiat vnguētum molle & lauetur duabus vicibus cum aqua ſublimationis althææ.* hęc ſunt, quæ experimento comprobata ſunt in caſu prædicto. Vnguentum. C

Consilivm CLXXIX.

De dolore renali à materia phlegmatica in lapillos & arenulas conuerſa.

DOlores, quos fuit paſſa generoſa domina magnifici & ſpectabilis Dn. Iacobi Barbanigo poteſtatis Padue fuerunt principaliter renales, qui proueniunt à materia phlegmatica in renibus eius inuiſcata & à calore intenſo conuerſa in lapil-
D los, arenas, grumos & petala, quod apparuit ex loco fixionis doloris & etiam à poſteriori: quia per ea, quę aperiendo renes eduxerunt arenas, grumos & lapillos alleuiati fuerunt dolores.

Propter quod iterum mihi videtur, quod ipſa continuare debeat hæc quatuor, quæ infraſcribuntur, neceſſaria ad perfectam ſui curam. ¶ Et primum quidem horum eſt, vt abſtineat à lacte & ab omnibus cibariis lactis & paſtilibus, à caſeo tenero, à leguminibus elixis à cutibus & viſcoſis partibus carnium & à pedibus: à vino ru. craſſo, à dulci: à pane non bene cocto & piſcibus recentibus & viſcoſis, vt ſunt anguillæ & tinchæ. Diæta. ¶ Secundum principale eſt hoc. *℞. aloes præpa. ℥. ß. agarici, raubarbari electorum ana ℈. ij. ſalis indi ℈. ß. diagridij gr. ij. cum ſucco roſa. fiant pilulæ de omni ʒ. 6. & accipiat de eis vnam omni tertio vel quarto ſero parum ante cœnam.* Pilulæ. E Et ſi omni fine 15. dierum acciperet de eis v. vel vj. per horā ante diem, eſſet ipſi valde vtile & oporteret tunc ipſum tardare prandium ſaltem per quinq; horas poſt illas pilulas. ¶ Tertium principale remedium eſt. *℞. ſpecierum Iuſtini, ſpecierum electuarij lithontribon amborum deſcriptione Nicol. in antidotario ana ʒ. j. ſacha. ſecundæ coctionis ℥. iiij. cū aqua aſparagi, fiat confectio in rotulis trium ʒ. de quib. accipiat omni die ante prandium & ante cœnam rotulam j. aut ſaltem ß. ante cibationem parum.* Rotulæ. ¶ Quartum remedium ſpeciale eſt hoc. *℞. oxymellis compoſiti ℥ iiij. mucillaginis ſebeſtē factæ cum aqua milij ſolis ℔. ß. lapidis ſpongiæ, lapidis iudaici, lapidis lincis ana ʒ. j. liquiritiæ, cinamomi, radicum eringij, ſeminis paſtinacæ, petro. apii, aſperagi & bruſci ana ʒ. j. vitri combuſti ℥. ß. ſachari al. ℥. iiij. coquatur ſyrupus ſimul cum ſacharo & mucillagine ſebeſtē vſque ad ſpiſſationem conuenientem: deinde addantur reliquæ ſpecies cum ℥. ß. pulueris cinamomi electi: & fiat electuarium:* Electuarium. F de hoc electuario accipiat omni mane ante prandium per quatuor horas quantitatem vnius nucis deglutiendo ipſum. In iſtis enim tribus remediis ſtat fundamentum completæ curationis eius, ſi continuabit ea. Ad laudem ſummi ſaluatoris. Amen.

Consilivm CLXXX. A

De quadruplici mala diſpoſitione, videlicet ¶ De oppilatione in renibus & viis vrinæ frequenter eueniente. ¶ De dolore renum ex retentione multarum arenularum. ¶ De debilitate ſtomachi per colligantiam eius ad renes. ¶ Et de impedimento prolationis ſermonis à materia phlegmatica. ¶ Diuiditur autem Conſilium in cap. tria.

Cap. I. *Diſpoſitiones diſtinguit & earum declarat cauſas.*

VTilia & particularia remedia, quibus egregius vir & in iure peritus non mediocriter, imo abunde magis, Dominus Iohannes Andreas Taruiſinus vti debet, totidem ſunt, quot ſunt ſpecialia accidentia; quibus ſæpe moleſtatur, & B
Decem accidentia huius patiētis. ſunt numero decem. Primum eſt frequens euentus oppilationis in renibus eius & viis
1. vrinalibus, per quas ſuperfluitates ſecundæ digeſtionis euacuari debent, ſc. epatis.
2. ¶Secundum eſt dolor renũ & maxime ſiniſtri, qui prouenit in eo, ex retentione arenularum multarum, quæ generantur ibidem & ex ventoſitatib. ibidem genitis, ex
3. multa materia phlegmatica mucillaginoſa abundante circa partes illas. ¶ Tertium ſtomachi debilitas proueniens per colligantiam eius ad renes, quæ eſt cauſa genera-
4. tionis multorum phlegmatũ, quę per viã indigeſtionis cõgregantur in eo. ¶Quartum aliquale impedimentũ in prolatione ſermonis eueniens à multitudine phlegmatum, q̃ diſtillant à cerebro eius ꝙ excellenter humidũ eſt, licet, ſi bene cõſideretur, hæc 10. accidentia inuicem dependenter colligata ſint, mala enim complexio ipſius ſtomachi cauſa eſt lędendi caput tranſmittendo i; ſi materiam phlegmaticam multam & vapores multos ab eo deciſos, qui poſtea frigiditate cerebri incraſſati cõuertuntur in materiam ſpecie ſimilem ei, ex qua geniti fuerunt: quæ materiæ ſecundum partem defluentes à capite recipiuntur in muſculis & neruis radicis linguæ, ſecundum alterã vero partem deſcendunt ad ſtomachum & pectus & ſunt cauſa augmenti nocumentorum ſtomachi. ita quod hæc membra mutuo ſe alterent reciproce: vt apparet ex dictis. Adhuc etiam materia illa phlegmatica multiplicata in ſtomacho, cum effunditur ad renes, eſt cauſa oppilationum in eis; eo quia plurimum cauſa eius eſt phlegma mucillaginoſum: & adhuc etiam propter dolores in renibus euenientes ex oppilationib. ſuperius dictis notabiliter debilitatur ſtomachus, quod facile ipſe idem experitur. Cum enim inualeſcunt dolores renũ, nauſeatur ſtomachus & frequenter ad D vomitum deducitur.

Ex quibus omnibus diligenter conſideratis apparet, quod iſte vir paratus & obnoxius ſit tribus accidentibus ſatis verendis ¶Primum eſt impedimentum ſermonis ſatis difficile, quod poſſet eſſe ſpecialiter balbutiẽdo ¶Secundum eſt aptitudo generationis lapidis in renibus. ¶Tertium ardor in viis vrinæ vel excoriatio ipſarum vel vtrunque ſimul, quæ prouenire poſſunt ex phlegmate ſalſo, quod poteſt in eo multiplicari ſatis facile propter propinquitatem veſicæ fellis ad vias vrinæ & propter caliditatem epatis ipſius, quæ notabiliter intenſa eſt: aut iterum contingere poteſt in viis vrinę excoriatio prędicta propter fortem expulſionẽ arenularum & paruorum E lapillorum, quæ propter aſperitatem conuexæ ſuperficiei excoriant ipſorum partes prędictas cum iuuamento etiam ad excoriationem ſibi collatam ab acuitate vrinæ, quæ non euacuatur ab ea.

Cap. II. *De regimine per ſex res non naturales.*

REgimen eius ſuccincte tranſeundo eſſe debet tale: vt ſecundum menſuram ſex rerum non naturalium conuenienter applicandarum ſic procedat, euitet ſcil. omnia cibaria & potus multum calidos, ſiccos, ſaltem habentes acuitatem: ſicut ſunt cæpæ, allium, por. raphanum, ſinapi; & ſalſamenta omnia notabiliter eleuata. ¶Item effugere debet cibaria omnia craſſitudine & viſcoſitate ſuis oppilatiua, vt neruos, cutes, pedes, ventres & pelliculoſas animalium partes: & pi- F ſces etiam viſcoſos & magnorum corporum, niſi fuerint viſcoſitate priuati, quod tamen raro inuenitur, vt ſunt torrentinæ, ſoleares piſces & ſabor, id eſt, lucius & conſimiles. ¶Similiter etiam effugiat legumina omnia & proprie non contrita vel comminuta, quorum etiam vſus euitandus & lentes & conſimilia. ¶ Effugiat etiam cibos

aptos

A aptos conuerti in phlegma mucillaginoſum, vt lacticinia cibaria omnia, fructus horarios in multo vſu, licet in diſpoſitionib. renũ ceraſa non vituperẽtur, neq; pepones neq; ficus humidæ. ¶Euitet etiam vina in ſubſtantia craſſa, in colore conturbata, in ſapore dulcia. Talia enim omnia vehementer oppilatiua ſunt. ¶In aliis autem rebus non naturalibus procedat etiam ſecundum hanc menſuram, ita vt omnino effugiat aerem frigiditate, humiditate & craſſitudine ſui aptum generare materias craſſas & oppilatiuas & ad oppilationes producere vel eas confirmare. Et ita de exercitio, de prolixitate dormiendi, de repletione multa, & de paſſionibus animi triſtantibus procedendum eſt.

Cap. III. *De regimine eius per medicinalia.*

B Regimen vero eius per medicinalia tale debet eſſe. Primo prouidendum eſt accidenti, quod eſt dolor renum, quatuor ſpecialibus remediis. ¶Quorum primum eſt diuerſio materierum per vomitum aut per ſeceſſum, de quorum amborum applicatione, licet inter illuſtres auctores ſit q̃ſtio & non leuis, verum mihi alias conſideranti ſatis facile videtur poſſe conciliari. Si enim dolor renum pręſentetur cũ doloribus circa ſumẽ & partes alchatim, ſignum eſt materias à virtute deriuari ad inferiora: propter quod ilico clyſtere applicandum eſt. Si autem percipiatur nauſea dolor, & ſtomachi perturbatio ſuccedentes doloribus renum, iam ſignum manifeſtum eſt, materiam ad ſuperiora impelli, quare ilico prouocandus eſt vomitus iuxta ſententiam ſenis. *ſect. 1. aph. 21. Quæ ducere oportet, vndecunq; natura repit, inde per conuenientia ducere loca.*

Quando in doloribus renum ſit diuertendũ per clyſteres: Et quando per vomitum.

C ¶Deſcriptio clyſteris ſeruientis ad intentionẽ primam. *℞. radi. lilio. al. foliorum maluæ, ble. volubilis minoris vel mercurialis an M. j fiat horum decoctio, ex quorum compreſſione vel decoct. accipiatur ℔ j. benedictæ ſim. ʒ. 6. caſſiæ f. ſach. ru. an. ℥ ß. ſalis gẽ. ʒ. j. ß. olei de ſiſamo, olei de amyg. dul. an. ʒ. ß. miſce & fiat clyſter.* Et ſi velles ipſum fortius facere, adde hieræ ſimplicis, vel hieralogodiõ, vel electuarii de bac. lau. ʒ. vj. ¶Vomitiuũ commune eſt hoc. *accipiãtur ℥. iij. aquæ ℥. j. aceti vel ℥. j. ß. ſyr. acetoſi ſach. al. ʒ. vj. miſce & totũ detur in potu tepidum.* Et ſi velis ipſum fortius facere, ſit prædicta aqua decoct. ſeminũ raphani. Cum igitur aſſumpta fuerit, ſi inceperit nauſeari ſtomachus, & euomere nõ poſſet, imponatur pẽna inuncta oleo in radice linguę vſq; ad cõcauum meri: aut ſaltẽ digitus longior man⁹ & fiat in partibus illis agitatio vel titillatio, quæ per colligantiam panniculi illius ad

Clyſter.

Vomitoriũ.

D os ſtomachi interius vomitum prouocabit. ¶Secundum principale remedium eſt eductio materierum cum medicina leniendo & partim exoluẽdo eductiua, quę poteſt eſſe talis. *℞ aquæ apij, aquæ milij ſolis vel aquæ capil. ve. aut aquæ ſaxifra. an. vt ſit menſura iij. ℥. agari elect. reubar. an. ℈. ij. medul. carthami ʒ. j. ß. diagri. gr. j. ß. fiat infuſio per diem naturalẽ: deinde calefiat & coletur & exprimatur: & cũ expreſſione illa cõmiſceatur electuarij indi aut electuarij diaphœniconis ʒ j. ß. & accipiatur in aurora & tardetur cibus poſt horis ſex cum aſſumptione alicuius abſterſiui vel lauatiui vt aqua cum ſach. aut brodij pulli macri.* ¶Tertium principale inſtrumentum ſedatiuum doloris eſt hoc. *℞. gran. milij ſolis ℥. ij. gran. ſiſami & fœnugræci & ſe. lini an. ℔ ß. paritariæ recentis, foliorum apij & petro. minoris & macedonici an. M. v. chamomil. meliloti ana M. vj. cortic. papaueris al. vel foliorum eiuſdem recentis M. iiij. radic. ſaxifra. arthanitæ & biſtortæ*

Infuſio lenitiua.

Balneum.

E *an. M. ij. incidenda incidantur & reliqua contundantur, & fiat decoct. in magna quantitate aquæ vſq; ad conſumptionem tertiæ partis. Cum igitur vehementer moleſtarent dolores, balneetur æger cum iſtis & ſtatim ceſſabit dolor:* deinde exeat balneũ & toties ipſum ingrediatur, quoties periodice reuoluentur dolores. ¶Si a. dolores non ita infeſtarent, conſueui (& minus laborioſum eſt) fomẽtare loca renum cũ ſpongiis infuſis in p̃dictam aquã & conuenienter expreſſis, quę applicẽtur & condecenter ſeruẽtur ſuper renib. & ſæpe permutetur. ¶Cum n. quieuerint dolores, exiccẽtur loca & inungãtur cõuenienter ex iſto oleo cõfricando & cooperiatur pãnis calidis & ligetur cõuenienter. Cui⁹ deſcriptio. *℞. olei de ſcorpio, facti ſecundũ artẽ ℥. j. ß. olei nardi, olei viol. citrinarũ an. ℥. j. ß. croci ʒ. ß. miſce & calefiãt & inungatur.* ¶IV. Remedium mundificatiuũ partiũ renũ, eductiuum arenarũ, cõminutiuũ la-

Oleum.

F pidis & expulſiuũ, q̃ curat & præſeruat ab euẽtu doloris, eſt electuarium. cuius deſcriptio. *℞. lapidis iuda. lapidis ſpõgiæ an. ʒ. j. gr. milij ſolis ʒ. ß. radi. ſaxifra. phu, meu, ſe. apij, petro. & leuiſti an. ʒ. j. ß. pul. cicadarũ cõbuſt. ʒ. ij. cineris lepo. cõbuſt. ſecundũ artẽ ℥. j, vitri cõbuſt. ℥ j. ß liquiri. ℥ j. ſach. al. ℔. ß. oxymellis ſquillitici ℥. v. fiat elect. cui⁹ doſis in aurora ſit ʒ. iij. cũ ℥. iij. aquæ milii ſol. aſparagi, aut capil. ve. aut cũ ℥ ij. veræ ſaxif. & maior:* hoc n. elect. indubitãter ſublime eſt ad

Electuariũ præſeruatiuum & curatiuũ.

omnia, quæ prædicta ſunt, & non vidi lapidem, quem non comminuerit, ſi eius vſus A fuerit per duos vel tres menſes continuatus. Et ſi volueris ipſum fortius efficere, adde puluerem ſcorpionum combuſtorum ʒ.ß. hoc quidem ſecūdum omnium illuſtrium auctorum ſententias bonum eſt, licet per me nunquam datus fuerit prædictus puluis; cum ſemper in omni operatione mea omnem medicinam ſuſpectæ venenoſitatis euitauerim.

Stomachi debilitas & eius curatio.

Pro tertio vero principali accidente, q̄ eſt ſtomachi debilitas, iam apparet intelligenti, ſatis generaliter eſſe prouiſum, eo quia maxima pars nocumentorū ſtomachi prouenit à colligantia renum. ¶ De his autem ſpecialib. adiutoriis, quæ ſtomachi nocumenta ſubleuare poſſunt, ſunt ſicut cōfectio diacinamomi, aromaticū roſa. diābra. Electuariū de mace electuariū de aniſo, vel de cymino vel de lig. al. ¶ Aut cōfectio vtilis valde q̄ eſt. B ℞. *ſpecierū diacinamomi ſpecierū diābræ deſcriptione Meſ. in antidotario, deſcriptione* *Confectio.* *1. ſpecierum electuarij de xyloaloes deſcriptione Auic. 5. can. ſumma 1. rubr. 1. an. ʒ. j. ſach. ſecundæ coctionis* ℔. ß. *aquæ ſaxifr. q. ſ. ad inſpiſſandum ſachar. fiat confectio ſolida, ex qua ſumatur a. ʒ. ij, vſq; ad iiij. ante cibum modicum.* & hæc quidem confectio communicat in iuuamentis ſuis omnibus præfatis accidentibus.

Nocumentum ſermonis.

Pro vltimo vero accidenti: ſ. nocumento ſermonis prouideatur pręmiſſis euacuationib. capitis vniuerſalib. cum gargariſmate facto cū aqua ſaluiæ, maioranæ, vel roſmar. deſcribēdo ſic. ℞. *alicuius prædictarū aquarū ʒ. ij. oxymellis ſquilli ʒ. j. hieralogod. ʒ. ß. calefiant & diſſoluantur ſimul: & ex hoc mane & ſero ante cibum fiat gargariſma.* *Gargariſma.* gargariſma etiam factum cū mithridatio diſſoluto cū prædictis aquis: & cū antiqua theriaca vtilis eſt ad C iſta. ¶ Maſticatorium bonum ad hanc intentionem eſt factum ex rad. iris, aut ex radice agrimoniæ, aut ex radic. ireos, aut pyrethri, præter quod eſt ſublimius prædictis. *Maſticatorium.* ¶ Securius autem maſticatorium præter omnia dicta eſt deſcriptio huius. ℞. *coſti dulcis, piperis al. zinz. electi, ſtaphyſagriæ: ſe. rutæ an. ʒ. j. pyrethri ʒ. iij. granor. paradyſi ʒ. ß. maſticis colliquintæ cum aceto ʒ. j. incorporentur ſimul & fiant formæ* ſphęricę granis lauri ęqualiter ſimiles ex quibus, cum oportuerit, vna maſticetur & eſt expertum. hæc ſunt, quæ mihi videntur vtiliora.

CONSILIVM CLXXXI. *De vlceribus renum & veſicæ.*

Diæta.

Regimen eſt, quo vti debet Dn. iſte, vt primo in cibis euitet omnia ſalſa, amara, acuta, vt cæpas & ſimilia. Item vſum aromatum & aceto acri valde con- D dita & dulcia, calida ſicut mel & vinum valde dulce. Item fugiat vſum mul- tum aperientium, & maxime fortium calidorum, vt aniſi, feni, petro. apium, raphanum & ſimilia. ¶ Item manſiones & loca magnæ caliditatis. ¶ Dormitionem longam ſuper ſpina, & ilico ſuper cibo. ¶ Exercitia & omnes motus fortes, & pręcipue poſt cibum, imo etiam ambulare fugiat quantum poteſt & equitare. ¶ Inſuper omnino caueat à repletione ciborum & potuum, & potius famelicus à menſa multorum ciborum fugiat. ¶ In potu vero bibat vinum rubeum vel alb. aliqualiter bruſcum, nullo modo dulce: & bibat ipſum purum. ¶ A qua non eſt ei conueniens propter prouocationem vrinæ, quam facit, & nihil eſt huic morbo moleſtius, quam frequens mictus, mediocriter autem bibat, quia abſtinentia à potu omnimoda nociua eſt ei. ¶ In- E ter cætera obſeruanda ſit memoria euitare ſolutiuas medicinas: & maxime choleræ & humorum aduſtorum eductiuas, ſunt enim cauſæ magnificationis vlcerum: non tranſeatur igitur mãna caſſia & ſimilia. ¶ Et ſi opus eſſet euacuare, accipiatur hæc medicina ſolennis. *Euacuans.* ℞. *pruna bene matura numero 20. ſebeſtē numero 25. coquantur in* ℔ *j. aquæ vſq; ad conſumptionem medietatis: deinde colentur & exprimatur & colaturæ addatur olei recentis amygdal. dul. ʒ. ß. & ſumatur totum in aurora calidum & tardetur cibus horis 5.* ¶ Ad ardorem tamen magnum, ſi neceſſitas eſſet euacuandi, vtatur ſemel vel bis in menſe vomitu, & proprie poſt prandium per mediam horam facto. Multi enim curati fuerunt ab hoc morbo per vomitum qui diuertit & prohibet tranſitum materierum ad loca vlcerum. *Vomitoriū.* prouocantia vero vomitum leuiora debent eſſe in hoc morbo, quam in aliis, vt ſæpe F cum penna oleo de ſiſamo vel amig. dul. intincta in gutture titillare aut digitum gutturi infigere, aut accipiatur hic potus poſt prandium tepidum. ℞. *aquæ decoctio. melonum ʒ. v. ſyr. ſimpl. ace. ʒ. ij. fiat vt dictum eſt.*

In canone vero curationis vlcerum tres intentiones principaliter attendendæ ſunt.

A ſunt. prima eſt ſedatio doloris mordicatiui. ſecunda vlcerum à ſanie & à virulentia mundificatio. tertia eorum incarnatio & conſolidatio. Pro primo procedendum eſt cum 4. remediis infraſcriptis. ſecũdo vero prouideatur cum impoſitis medicinis. tertio vero cum quinque aliis.

Sedatio doloris mordicatiui. Quia vero dolor intenditur ſecundum maiorem acuitatem materierum ad vlcera fluentium & propter malam complexionem à materiebus & ſanie in his iniectam: & propter extenſionem à ſaniei retentione ſæpe factam. Ideo ſedatiua dolorum debent eſſe anodyna, caliditate & acuitate leuiter participantia & cum frigidis refracta. ¶ Quorum primum eſt exterius bonum ſedatiuum apponendum ſuper totã ſpinã à loco renum vſq; ad finem ſpinæ & ſcrotum. *Emplaſtrũ.* ℞. *foliorum vio. chamo. meliloti recen-* B *tium an. M. iij. foliorum papa. al. recentium M. ij foliorum lactucæ M. ij. croci ℥. ß. farinæ hordei ℥. ß. cum decoct. ſe. papa. fiat emplaſtrum & apponatur tepidum.* ¶ Secundum ad idem exterius. *Aliud.* ℞. *farinæ hordei mil. & ſili. an. ℥. ij. croci ʒ j. butyri recentis, adip. anatis an. ℥. j. coquantur in lacte omnes vſq; ad ſpiſsitudinem & fiat emplaſtrum*, ponatur ſuper ſpinam, vbi ſupra: & teneatur die ac nocte. ¶ Tertium ſedatiuum doloris accipiendum per os eſt hoc. *Potio.* ℞. *ſucci chamo. ℥. ij. olei amyg. dul. ℥. j. miſce & accipiatur in aurora calidum.* ¶ Quartum eſt hoc. *Puluis.* ℞. *aquæ althææ ℥ iij. croci ℈. ß. ſe. hyoſciami gr. 8. fiat puluis & detur ſimul totum.* ¶ Quintum eſt hoc. *Potio.* ℞. *ſe. portul. cucu. lactu. an. ℈. j. croci gra. v. corticum mandragoræ ʒ ß. detur totum in potu cum aqua decoct. ſe. papa. vel fiat cum ſucco chamo. recentis: & dentur ℈. ij. cum aqua decoct. papa. & eſt de meis expertis.*

Mundificatio vlcerum. Pro mundificatione vlcerum, ne magnificentur, magna ſollicitudine prouiden- C dum eſt. hæc igitur medicamina ſolennia notentur: & ex ipſorum vno ad aliud tranſeatur ſecundum maiorem neceſſitatem vel minorem. ¶ Primum bonum mundificatiuum & leue eſt hoc. *Potio.* ℞ *aquæ lactis vaccini ℥. iiij: & accipiatur in aurora calida vel tepida.* ¶ Secundum eſt hoc. ℞. *mucillaginis ſem. althææ ℥. iiij. omni mane calidum accipiatur addendo ℥. ij. brodij pulli.* ¶ Tertium. ℞. *ſucci foliorum althææ ℥. iiij. omni mane calidum accipiatur.* ¶ Quartũ. ℞. *hydromellis aquæ ſublimationis althææ an. ℥. ij. ß. detur in aurora vt ſupra.* ¶ Quintum deficit. ¶ Sextum. ℞. *aquæ praſsij ℥. ß. bdelij. ℈. j. accipiantur vt ſupra.* ¶ Septimum eſt hoc. ℞. *diadragan. fri ℥. j. ſe. petr. apij an. ℥. ß. incorporentur cum hydromelle, & accipiantur vt ſupra.* ¶ Octauum fortius. ℞. *pulueris ireos ℈. j. detur cum ℥. ß. aquæ althææ.* ¶ Nonum. ℞. *granorum alkekengi ʒ j. liquirit. ʒ. ij. ß. capill. ve. ʒ. ij. ß. croci ℈ j fiant trociſci ʒ. ij. cum ſucco apij, & detur ex eis* *Trociſci.* D *ʒ ß cum aqua lactis vaccini.* ¶ Decimum & vltimum mundificatiuum eſt hoc. *Alii.* ℞. *ſe. althææ liquiri. an. ʒ. ij, ireos, orobi, ſe. apij & paſtinacæ an. ʒ. ß. ſe. althææ, maluæ, granorũ coti. capill. ve. an. ʒ. j. fiant trociſ. cum ſuc. chamo. & dentur ex eis ʒ. ij. cum aqua lactis caprini.* ¶ Hæc omnia mundificatiua dentur per ſeptem horas poſt cibum, & tardetur cibus horis quatuor.

Conſolidatiua. Pro tertia vero intentione conſolidatiua optima ſunt hæc. ¶ Primum *Puluis.* ℞. *conſolidæ minoris, piloſellæ, pilorum leporis, corallo. rub. an. ʒ. j. carabæ ʒ. ß. fiat puluis ſubtilis, de quo in potu detur omni mane ʒ. j.* ¶ Secundum fortius. *Puluis.* ℞. *terræ ſigi. boli ar. carabæ an. ʒ j. ſe. roſ. hypocyſtidos, thuris an. ʒ. j fiat puluis & detur ex eo ʒ. j. cum ℥ duabus aquæ plantaginis.* ¶ Tertium *Pilulæ.* ℞. *thuris, maſtic. boli armeni, ſanguinis draconis, acatiæ, hypocyſtidos, ſandaracæ, centaureæ minoris; memitæ ana ʒ ß fiant pilulæ cum ſucco arnogloſſæ & detur ex eis ʒ. j.* ¶ Quartum fortius. *Alia.* ℞ *reubar-* E *bari, corallorum rub. oſsium dactylorum omnium combuſtorum an. ʒ j. pulueris millefo. ℥. j. fiat puluis vel pilulæ & detur ex eis ʒ. ß. cum aqua chalybis.* ¶ Quintum. *Puluis.* ℞. *agrimoniæ, millefo. ſemi. arnogloſſæ, pilorum lepor. veſicæ apri horum duorum combuſtorum omnium an. ʒ. ß. opij, ſcoriæ ferri an. ʒ. ß. thuris, olibani, ſandaracæ, carabæ an. ʒ. j. liquir. dragaganti, gummi ara. torrefactorum, piloſel. caudæ equinæ an. ʒ iiij. detur de eis omni mane cochlear mediũ.* ¶ Præter hæc omnia ſit memor comedere omni die lac caprinum & multũ vti eo. Item vtatur frequenter granis pinearum cum ſacharo. Item dimittat coitum. Vtatur iſta tragea. *Tragea.* ℞. *pinearum lotarum ℥. 4. phiſtic. ℥. ß ſe. por. ʒ. j. ß. papa. al. ʒ. ij liquir. ℥ ß. ſach. albiſſimi duplum ponderis omnium accipiat ex ea ante cœnam & prandium cochlear vnum.* hæc ſunt, quæ mihi vtiliora videntur in diſpoſitione hac.

F

DE AEGRITVDINIBVS VESICAE.

CONSILIVM CLXXXII. *De triplici mala diſpoſitione, videlicet ¶ De ardore vrinæ à quacunque cauſa proueniente. ¶ De ſtrangurica diſpoſitione. ¶ Et de dyſuria ſiue impotentia retinendi vrinam. ¶ Diuiditur autem Conſilium in duos tractatus.*

Tractatus primus continens vnum cap. ¶ *De huiuſmodi diſpoſitionibus & earum cauſis.* A

VELLEM celeberrime D. Doctor & mihi alter intima charitate Frater Gerarde Veronenſis, vt rem mihi facilem & ſciri & adoperari faciliorem attuliſſes, eo quia illa, quæ tuorum amicorum paſſiones ſunt, non leuem mihi anguſtiam exhibent, & digne quidem; cum ego & in rebus te ita triſtantibus tibi debeam eſſe par, ſicut in ſecundis feliciter tecum egi. ¶Clariſſimus enim vir, quẽ tu tibi alterum ſcribis, Dominus Antonius de Sciziis legum Doctor eximius videtur affligi diſpoſitione, quæ triplici & ſæuo accidenti complicata eſt. ¶Primum quidem eſt ardor vrinę. ¶Secundum ſtrangurica diſpoſitio. ¶Tertium impotentia retinendi vrinam, quam B plurimi antiquorum nominauerunt dyſuriam. Alii vero vrinæ fluxum dixerunt. ¶Videtur autem; vt iam mihi conſcriptum eſt conſiderantibus in primis, quod hæc diſpoſitio in principio ſubſecuta fuerit exercitium forte, cui ſucceſſit mictus ſanguinis puri, vt ſcribitur: licet non credam, cui quidem in poſterum ſubſecuta fuit emiſſio vrinæ nigræ, quam aduſtam crediderunt aliqui. Et his quidem ambabus per ſpacium duarũ horarum poſt ſecuta fuit emiſſio vrinæ albæ: aut ſatis in colore & in ſubſtantia laudabilis, poſtquam iterum ex alio exercitio ſubſecuta fuit vrina ſanguinolenta fere æqualiter vt prius. Et iterum & quarto poſt quinq; menſes vel circa ſuperuenit impotentia emittendi vrinam, quæ exire non poterat ſine magno dolore, quo tamen nondum euacuato ſuperuenit continua febris, poſt cuius curationem reman- C ſit plene ſanus vt ſcribitur: & tandem in ſequenti tempore propter vſum ciborum quadrageſimalium, vt creditur, iterum ſuperuenit impotentia emittendi vrinam, quæ fuit concomitata ardore notabili in capite virgæ percepto: qui quidem vltimo remanſit cum emiſſione vrinarum arenoſarum: & peruentum eſt tandem ad hoc, quod vrina non poteſt retineri vltra duas vel tres horas, imo neque per dimidiam horam: & proprie cum ægritudo reuoluitur per paroxyſmos, & durat per octo vel decem dies. ¶Et poſtremo iterum ad nocumenti fixionem tantam perductus eſt: quod neque incedendo vel quieſcendo euacuatur ab ardore in prædicto loco percepto: licet quandoq; intenſius, quandoq; remiſſius. Hæc igitur eſt diſpoſitio ſummarie congregata ex his quæ mihi ſcripta fuerunt, quæ ſi bene conſideretur, non eſt altera, D quam diſpoſitio ſupra tacta, ſcilicet complicata ex ardore vrinæ, quanquam primo & fortiori accidenti. ¶Secundo vero ex impotentia emittendi vrinam, & eſt accidens ſecundum ſtranguria nominatum. ¶Tertium eſt impotentia detinendi vrinam, quæ dyſuria nuncupatur vel vrinæ fluxus. Oportet itaq; pauliſper inueſtigare harum diſpoſitionum cauſas & accidentia ſecundum diuerſitatem ſignorum etiam, per quæ hę diſpoſitiones particulariter innoteſcant.

Cum igitur ardor in vrina ſit dolor pungitiuus & mordicatiuus tempore emiſſionis vrinæ, aut parum ante vel poſt in extremitate pudendorum perceptus notabiliter: vt in pluribus. ¶Et quandoque fit triſtis ſenſatio in parte femoris, & in peritonęõ. aut quandoque in vtriſque ſimul eueniẽs, neceſſe eſt adhuc aut hunc ardorem eſſe æ- E gritudinem per eſſentiam illorum membrorum, in quibus percipitur: aut per colligantiam in eis.

Si autem eſt ægritudo per eſſentiam extremitatis pudendi, tunc facile poteſt hęc materia expediri, aut tunc hic ardor in pudendo prouenit à mala complexione pudendi propria, aut ſolutione continuitatis eiuſdem. Si primo, aut erit mala complexio calida materialis vel immaterialis, quæ cognoſcetur per loci rubedinem cum opacitate vel claritate, ſecundum dominium choleræ ſuper ſanguinem vel econuerſo. & tunc cura earum facile perficietur cum alterantibus vel euacuantibus: ſi fuerit ad pudenda materia aliunde proueniens, & de hac materia inferius aliqualiter diſcurretur. F

Si autem hic ardor in pudendis prouenerit à ſolutione continuitatis, vt vlceribus vel excoriatione, quæ in canali virgæ ſæpe proueniunt. Tunc cura huius diſpoſitionis præeuacuato corpore, ſi fuerit mandãs materias, triplici poterit intentione compleri. ¶Quarum prima eſt repulſio materierum, quæ ad hoc mẽbrum inclinari ſolent pro-

A propter dignitatẽ eius. ¶Secunda mundificatio materiæ emanantis à canali. ¶Et tertia incarnatio & conſolidatio partium vlceratarum. ¶Et prima quidem intentio cõpletur per linimenta, inunctiones, emplaſtra femoralibus partibus & peritonæõ applicanda, quale eſt hoc mihi approbatiſſimum medicamen proprie in cauſa & materia calidis. ℞. *ſucci virgæ paſtoris, & eſt in rei veritate cardus maior, ſucci plantaginis, ſucci ſymphyt* & eſt conſolida minor. *ana ℥ ij camphoræ ſubtiliſſime tritæ ℈. iiij. albumina ouorum num. 3. amyli ℥. ij. ceruiæ factæ de plumbo ℥ j. lythargiri ℥. ß tuciæ præparatæ cum aqua roſata ʒ. vj. fiat vnguentum molle in mortario plumbeo cum piſtillo optima contritione*: & eſt tantæ excellentiæ, ꝙ ſæpiſſime omnes tres intentiones antemiſſas cum illo ſolo perfeci ſecundũ repellẽdi & alterandi neceſſitatem, dum applicatur partibus genitalibus amplius mundifican-

Vnguentũ.

B di abſtergendo: & proprie dum intingitur in eo penna: & imponitur canali virgæ. Aut dum reuoluitur in ea ſtylus & in canali virgæ imponitur ſemper tamen poſt mictum permutatus. ¶Dum autem vltimo volo conſolidationem perficere ſtylum in prædicto vnguento intinctum reuoluo in puluere tuciæ præparatæ: ſicut enim aloe eſt optima medicinarum in recentibus vlceribus virgæ: Ita tucia in antiquis eſt melior. *20. tertij cap. de cura vlcerum virgæ colligi poteſt.* Hæc ſufficiant de cura ardoris in vrina prouenientis propter ægritudinem appropriatam pudibundo. Plura alia epithemata inunctiones, encatiſmata, & emplaſtra ſcribere potuiſſem; ſed non curaui, quia materia iſta aliqualiter peregrina eſt propoſito principali, & tu aliunde collige, vt tibi placet, &c.

Præſtantia aloes in vlceribus virgæ.

C Si autem dolor vel ardor iſte in pudendorum capite perceptus proueniat per colligantiam ab aliis membris. Tunc contingit propter vlcera in collo veſicæ exiſtentia, vt in pluribus, licet etiam contingere poſſit propter vlcera pororum vreterum. ¶Tertio propter vlcera renum. ¶Quarto propter lapides & arenas in veſica & renibus exiſtentes. ¶Quinto propter vlcera vel ſaniem ab apoſtemate generata. ¶Sexto propter ſaniem à pectore deriuatã ad veſicam. ¶Et ſeptimo propter colligantiam totius ad veſicam: vt patet in criſibus & expulſionibus materierum ſcabiei, lepræ, impetiginis & ſimilium.

Mirabile autem videtur eam theorice contemplanti. Quare vlceribus exiſtentibus, aut ſanie, arenulis vel lapide in collo veſicæ, in eodem fere nullus aut valde ob-

D tuſus percipitur dolor: in extremitate vero pudendi tantus percipitur, vt cum maximo martyrio videantur ægri cruciari, & tamen nullam contingit ibidem eſſe ægritudinem complexionalem, aut compoſitionalem, vel ſolutionem continuitatis. ¶Amplius collum veſicę componitur ex panniculo interius veſtiente ipſum, ſed talis panniculus eſt ſenſibilis notabiliter, & materia vel cauſa doloris illatiua eſt præſens ibi: & applicata: ergo debet ibi fortis percipi dolor: cõſequentia patet: quia ex ſufficienti diuiſione cauſarum efficientiũ debet aſſignari effectus: & conſequens repugnat experientiæ: quare, &c. ¶Amplius ſolutio continuitatis eſt maxime notabilis: aut excoriatio ſibi ſimilis contingentis ſemper eſt præſens in collo veſicæ. Igitur ſemper debet dolorem inferre. ¶Et tertio iterum arguitur, quia cauſa doloris illatiua in collo

E veſicæ exiſtens videtur ſemper cõiuncta alteri cauſę iuuanti ipſam ad dolorẽ inferendum. Igitur continue in collo veſicæ debet percipi dolor: conſequentia apparet ſatis neceſſaria ex prædictis: & antecedens arguitur, eo quia cum mala cõplexione ꝓpria collo veſicæ ſemper inuenitur coniuncta aquoſitati vrinali, quæ infuſa, aut ſaltem ſaniei ſi fuerit cõplicatio vlcerũ cũ mala cõplexione, igitur, &c. ¶Et 4. iterum & fortius arguitur, quia ſaltem tẽpore emiſſionis vrinę neceſſe eſt dolorẽ magnũ ibi percipi, eo quia ſi debet emitti vrina, oportet ꝙ collũ veſicæ conſtringatur à circũferentia verſus cẽtrũ: ideo vt debite applicetur expellibili, ꝙ eſt vrina, ſed in tali cõſtrictione neceſſe eſt quaſdam partes colli veſicæ diſtrahi & diſtendi. Ergo neceſſariũ eſt, ꝙ percipiatur dolor vel intendatur. Et hoc motiuũ videtur ꝓcedere ad probandũ dolorem in collo

F veſicæ ægrotãtis à mala complexione membri materiali vel immateriali, aut à ſoluta continuitate vel vtriſq; ſimul neceſſario intẽdi debere tempore mictus. Et forte, quod hoc motiuum anguſtiare faceret iuniorem Medicum.

Materia horum argumentorum videtur petere ſolutionem ad plura. ¶Quorum primum eſt, an propter vlcera vel alias ſpecies ſolutionis continuitatis colli veſicæ

dolor cauſetur in ea. ¶ Secundum vero eſt, an ſi in ea accidit dolor, quæ ſint partes A
colli veſicæ doloris illius perceptiuæ.

¶ Tertium vero eſt propter quid propter talia vlcera vel alias ſpecies malæ complexionis veſicæ doleat extremitas pudendi. ¶ Et quartũ an ſi dolor eſt in extremitate illa, ſit ibi fortior quam in collo veſicæ.

An propter vlcera vel alias ſpecies ſolutionis vnitatis collo veſicæ dolor cauſatur.

Ad primum autem dicendum, quod ſi collum veſicæ ægrotet mala complexione materiali vel immateriali notabiliter intenſa, dolor percipietur in collo veſicæ, vt ſupra argutum eſt. ¶ Dicendum 2. quantum ad hoc, quod dolor illi vt in pluribus non eſt multum intenſus, eo quia aquoſitas & pinguedo quædam & ligamentales partes, quæ inueniuntur in collo veſicæ, reddãt obtuſam ſenſationem ipſius. ¶ Et dicendum 3. quod ſi ægrotaret veſica mala complexione multum calida & inflammatiua, aut fu- B
erit in ea fortis ſolutio continuitatis cum præſentia ſaniei & virulentia notabiliter acutis, quandoq; etiam dolor percipitur fortis. Et quando talis dolor apparet, vt in pluribus eſt incurabilis.

Quæ ſint partes colli veſicæ doloris perceptiuæ.

Ad ſecundum quæſitum dicendum, quod doleat veſica propterea, quia in collo eius inuenitur membrum ſenſitiuum, ſicut eſt extremitas vel chorda muſculi inuoluentis collum veſicæ exterius, vt colligendum eſt, *prima primi doctrina 5 & ſumma 2. c. 24. & 19. tertij primo c.* ¶ Amplius in ea inuenitur neruus quantitatẽ habens communicans vnicuiq; laterum veſicæ, per quem etiam neruũ ſentiri poteſt, & hic quidem neruus aduenit ei à ſpondylis caudę, à quo etiam neruo ſenſum recipit panniculus interior colli veſicæ. C

Cur propter vlcera vel alias ſpecies malæ complexionis veſicæ doleat extremitas pudendi.

Ad tertium reſpondetur vniuerſaliter ab omnib. quod dolor, qui percipitur in extremitate pudendi non ægrotantis ſit per colligantiam.

Primo quidem abſolutam, vt quia ægrotante collo veſicæ ſpeciebus malæ complexionis, aut ſolutæ cõtinuitatis vel vtriuſq; ſimul ſimplicem compaſſionem, dolor percipiatur in extremitate pudendi: & fortius hoc concedendũ eſſet fieri per cõpaſſionem non abſolutam, vt ſi vrina, virulentia, aut ſanies, aut vapor acutus ab eiſdem eleuatus tranſmutaretur ad caput virgæ, & hæc eſt omnium Auctorum & Doctorum ſolutio communis. ¶ Hæc autem colligantia multiplex aſſignari poteſt. Et prima quidem ſitus vel vicinitatis, de qua præſentialiter non curo. ¶ Secunda vero per colligantiam harum duarum partium per tres neruos, qui oriuntur à ſpondylis caudæ: D
& ſparguntur in muſculum circumdantem collũ veſicæ, & ẽt deferuntur ad caput pudendi. imo etiam ad ſphincterem & ad radicem femoris & vſq; ad matricem. ¶ Amplius etiam hæc colligantia aſſignari poteſt, eo quia à cerebro venit ſenſus virgæ. Et etiam ab eodem ad veſicam ſpiritus ſenſibilis delegatur. ¶ Et primum quidem horum pulcherrime colligitur *doctrina 5. & ſumma 3. ca. 6.* in litera occulte prolata, dum inquit. *Alia vero paria & impar quod ab extremo oritur aloſos in muſculis ſpargitur ſphincteris & ipſius virgæ*: & in muſculis veſicæ & matricis & in panniculis ventris, & in partibus domeſticis interioribus oſſis femoris & in muſculis, qui naſcuntur ex oſſe alhomum; id eſt; ſpondylis, qui ſunt infra renes. Ex qua quidem auct. videri poteſt, quam facile fiant in prædictis partibus ægritudines per colligantiam. ¶ Secundum vero horum expreſ- E
ſe legitur *19. tertij primi c. in fin.* Et continuatur vnicuiq; laterum eius neruus quantitatẽ habens & venæ quietæ & pulſatiles: & multiplicati ſunt nerui eius: vt ipſa ſentiat illud cui innititur & ad quod deſcendit. ¶ Quod autem mediantibus muſculis colligãtiam habeat virile membrum cum collo veſicæ & femore. lege *prima primi doct. 5. ſumma 2. c. 24. 25. & 19. tertij, & 20. eiuſdem: 1. cap.* Et facile per hæc ſatisfacere poteſt ad tertium quæſitum ſupra præmiſſum.

An dolor in extremitate pudendi ſit fortior, quàm in collo veſicæ.

Ad quartum vero quæſitum non eſt facile reſpondere, varia ſapientum diſcordia oſtendit difficultatem ipſius. Dixerunt ergo quidã condeſcendentes ad motiua ſupra ſcripta, ꝙ ægrotante veſica ſpeciebus ſolutæ cõtinuitatis: aut malæ complexionis: ſi vtrunq; illorum dolebit, fortior erit dolor in collo veſicæ quam in extremitate puden- F
di, & conceſſerunt totum, ad ꝙ deducunt argumenta ſuperius tacta. Iſti iudicio meo non bene dixerunt, eo quia experimentum eſt, cui acquieſcimus. *decima tertij capit. de cura aſthmatis.* Forte autem perduxit eos ad hoc raritas experientiæ. ¶ Alii autem ad hoc dixerunt, quod licet dolor fortior percipi deberet, & percipi debeat in collo veſicæ quandoque non tamen illud eſt verum ſemper, propterea quia profun-

dius

A dius ſitum eſt collum veſicæ quam extremitas pudendi. ¶ Hæc igitur opinio non vi-
detur ſatisfacere propterea, quia partes ſenſitiuæ integrantes collum veſicæ viden-
tur habere maiorem ſenſationem propter continuitatem propinquorum & magis
immediatam ſpirituũ ſenſibilium à nucha & cerebro, quam habeat cutis ad ipſa duo.
¶ Tertia autem inuenitur ad hoc reſponſio, quæ magis acceptanda eſt. Et qui-
dem ponit, quod aliorum ſuppoſita paritate de cauſis effectiuis triſtis ſenſationis in
hæc duo membra, fortius dolebit extremitas pudendi, quam collum veſicæ. Omne
enim membrum quod maiori delitioſa ſenſatione ſentit, excellentius altero, debet
fortius triſti ſenſatione ſentire, quam alterum; ſed pudendi extremitas in homine
maiori delitioſa ſenſatione ſentit, quam altera pars in eo: Ergo, &c. Conſeq. tenet
B cum maiori: eo quia ex aſſignatione ſufficienti cauſarum effectus rationabiliter debet
concedi effectus, & minor experientia colligitur in emiſſione ſeminis humani. Stat i-
gitur horum ſolutio in hoc fundamento, quod non ſit horum duorum membrorum
paritas in ſentiendo: imo maior inuenitur ſenſatio in extremo pudendi quam in col-
lo veſicæ. ¶ Contra, quia nerui, qui ſunt in pudendo, veniunt à ſpondylis caudæ, &
non ſunt niſi nerui ligamentales, ergo non debent eſſe ita excellenter ſenſitiui. Pa- *Obiectio.*
tet conſequentia; quia nullum ligamentorum ſentit, *prima primi cap. de membris.* & an-
tecedens colligitur *15. tertij primi cap. in fine.*

¶ Huic motiuo dicendum eſt negando conſequentiam: licet enim illi nerui, qui *Reſponſio.*
veniunt à cauda, non ſint tantę ſenſationis, vt probat argumentum, tamen alii nerui
C adueniunt virgæ à cerebro & à nucha, propter quod eſt in extremitate pudendi ex-
cellentia ſenſationis inuenta patet *2. tertii, allegato ſtatim cap.* Et aduenit ei, ſcil. virili
membro ſenſus ex cerebro & nucha. ¶ Ex quibus omnibus apparet, qualiter ad mo-
tiuam reſponderi poſſit: licet enim omnia illa probent doloris cauſam illatiuam eſſe
per ſe fortiorem ad agendum in collo veſicæ, & melius eidem applicatam eſſe ad huc
cum temporis conuenientia, neganda tamen eſt conſequentia: eo quia eſt diſparitas
in ſenſatione membrorum, vt ſatis ſufficienter videtur eſſe deductum.

Tractatus ſecundus de ardore vrinæ prouenientè per colligantiam, & habet capita ſeptendecim.

D CAP. I. *De cauſis ardoris vrinæ prouenientis à mala complexione calida & ſicca in generali.*

HIs igitur ita pauliſper theoricè contemplatis, veniendum eſt ad ponendum
cauſas harum diſpoſitionum, quæ ſunt tanti doloris inductiuæ. Cum igi-
tur ipſius cauſæ ſint duę, ſcilicet mala complexio & ſoluta continuitas: aut v-
traque illarum ſimul: ponendæ primo ſunt cauſæ malæ complexionis calidæ & ſiccæ
ſimplicium & compoſitarum, materialium vel immaterialiam, gratia cuius & ponen-
tur ſpecierum malæ compoſitionis, ſ. oppilationis aut ægritudinis cõpoſitæ videlicet
apoſtematis. ¶ Cauſæ itaque malæ complexionis calidæ & ſiccæ ſunt omnes, quæ aſ- *Cauſæ com-*
ſumuntur ex ſex generibus rerum non naturalium calefacientium & exiccantium *plexionis*
& eorum, quæ annectuntur eis, vt obuiare & commorari in aere, in camera, vel locis *calidæ & ſiccæ.*
E vehementer calefacientibus & exiccantibus, vt ſtatio ſub ſole apud fornaces & ſimi-
lia loca. Item applicatio ciborum & potuum valde calefacientium, columborum & ſi-
milium, & eorum quæ condiuntur cum aromatibus calidis radicibus, Petroſelino, fe-
niculo cum croco, pipere, galanga, zinzibere & ſimilibus & edulium valde ſalitorum
vſus. ¶ Adhuc autem tertio vehemens & longum exercitium ſiue equitando vel aliter
qualitercunq; fiat, per q manifeſta videatur accẽdi in corpore caliditas. Et de hoc ge-
nere ſunt etiam geſtare veſtes pellibus calefacientibus ſuffultas, vehementer ſtrictas
& ponderoſas. ¶ Et quarto iterum calefaciunt & exiccant corpus retentiones eua-
cuationum ſolitarum, vt ſi alicui retineatur hęmorrhoides fluere ſolitæ & ſudor con-
ſuetus, aut dimittatur aliqua euacuatio artificialiter facta, ſicut dimittere pilularum
F & aliorum euacuantium vſum, vel vomitum vel ſeceſſum conſuetum intercipere. Ad
tales enim retentiones ſequitur de neceſſitate caliditatis intentio propter prohibitã
euentationem. ¶ Quinto corpus calefaciunt & exiccant vigiliæ multæ & inſuetæ. Et
ſomnus etiam ſuper repletionem cito factus. ¶ Sexto animi accidentia motum velo-
cem in ſpiritib. & humorib. & fortem efficientia, vt furor, iracundia & cõſimilia. ¶ Et

de annexis iſtis ſolent calefacere corpora res medicinales conſuetæ apud vſum pluri- A
marum gentium, vt ſunt epithemata, inunctiones, balneationes corporum, & vſus
condimentorum calefacientium, vt zinziberis viridis, diagalangæ, tragææ cum ſpe-
ciebus aromaticis & ſimilium. ¶ Et intellige ex iſtis, quod talium cauſarum omniũ ap-
plicatio ad corp⁹ primo cõcurſu calefacit magis, q̃ exiccet: & ꝓprie cũ occurrunt cor-
poribus à tẽperamento proprio lapſis per augmentum caliditatis & humiditatis, vt in
ſanguineis & in his corporibus, quæ multum humida ſunt. Si autem cauſæ tales appli-
carentur corporibus ſiccis tantum, aut vehementius ſiccis, quam calidis: tales quidẽ
cauſæ fortaſſis celeriter exiccarent hæc corpora amplius, quam calefacerent, ſicut
facile hoc verificari poteſt in corporibus melancholicis, aut in aliis, quæ magis per
ſiccitatem lapſa ſunt, quam per alias qualitates. Et hoc totum colligi poteſt per præpa B
rationem corporum. Ex hoc fundamento facile intelligi poſſunt cauſæ calefacientes
& exiccantes.

Cap. II. *De ſignis ardoris vrinæ prouenientis à mala complexione calida & frigida, humida & ſicca in genere.*

Signa lapſuum calidorũ & ſiccorum.

SIgno vero lapſuum calidorum colliguntur ex multis. Primo à qualitate viſibili, vt
quia corporis color tendit ad rubedinem cum aliquali purpureitate: vt in ſangui-
neis: aut ad rubedinem cum claritate vel citrinitate, vt in cholericis. Item habi-
tudo ad pinguedinem inclinata vel mediocritati eius propinqua, vt in ſanguineis, aut
in his, in quorum ſanguine inuenitur naturalis phlegmatis quantitas notabilis & ſub- C
dominans aut erit habitudo ad extenuationẽ notabiliter inclinata: & proprie in cho-
lericis: aut in quorum ſanguine melancholia inuenitur commixta non excellen-
ter: & hæc omnia ſigna ſunt ſumpta à caſibus. ¶ Cognoſcuntur etiam tales lapſus per
caliditatem in organo tactus repræſentatam abſq; ariditate & proprie in corporibus
ſanguineis, aut aliqualiter humidis: & per caliditatem ariditati coniunctam & pro-
prie in cholericis & melancholicis. Et ſunt ſigna ad verius indicandum de excellẽtiis
qualitatum tangibilium: vt teſt. Gal. *lib. 2. de temperam. c. 3.* ¶ Sumuntur ẽt ſigna lapſuum
calidorum per magnitudinem, velocitatẽ & frequentiã pulſus cum paritate conten-
tiuarum cauſarum. ¶ Et ſiquidem lapſus iſte maior fuerit in ſiccitate, q̃ in caliditate e-
rit in pluribus pulſus magnus, velox & rarus propter ea, quia per ſiccitatem redditur D
organum inobediens mortui. ¶ Et ſi cum tali lapſu coniungatur debilitas, inuenietur
tardus, paruus & rarus. Et poſſunt varie haberi phantaſiæ in diuerſitatibus pulſuum in
his differentiis & in aliis ſecundum diuerſitatem cõplexionum, habitudinũ, ætatum,
accidentium animi & aliorũ particulariũ fere infinitorũ, quæ contingere pñt. Talia ẽt
corpora inueniũtur prompta ad iracũdiam, furorẽ, anguſtiã: & erũt animoſa omnino
& audacia ad aggrediendũ multa fortaſſe magis, q̃ ad expediendũ ea, & ſunt homines
vigilatiui: vt in pluribus ventrẽ habentes ſiccum & paucitatem ſputi, quorũ vrinæ ſunt
intenſiores citrinis, ſubruffæ, croceæ & rubeæ frequenter rubedine ignea. Tu adde a-
lia ſigna his proportionalia, quæ gratia euitandæ longitudinis omitto.

Signa lapſus frigidorum.

Hæc de ſignis & cauſis lapſuum calidorum & ſiccorum, per quorũ notitiam ſi be- E
ne conſideres poteris, intelligere & cognoſcere lapſus calidos tantum, vel ſiccos tan-
tum materiales & immateriales ſimplices & compoſitos. ¶ Ex quorum etiam funda-
mento cognoſcũtur ſigna lapſuum frigidorum & ſiccorum ſimplicium & cõpoſitorũ,
materialium & immaterialiũ per cõtrarietatẽ doctrinæ: verbi gratia ꝓpter obuiare &
cõmorari in aere calido & ſicco, calido & humido calefiunt & exiccãtur & humectan-
tur corpora. ita ꝓpter morã in aere frigido & ſicco, aut frigido & humido taliter diſ-
ponuntur corpora & ita ẽt in aliis generibus quinq; rerũ non naturalium & ſibi cõne-
xarum cauſis & ſignis cõformiter intelligendũ eſt. ¶ Pro quorũ omnium cõplemento
lege Gal. *1. de accidenti & morbo, quinto capit. & Auic. ſecundã primi, doctrina ſecunda. & ſumma*
ſecunda in 4. capit. primis inuicem contiguis. Et licet ſigna prædicta poſſint ſubſeruire ad no- F
tificandũ cõplexionẽ vniuerſalẽ toti⁹ corporis eius: Eis tñ vti poſſumus ad cognoſcẽ-
dum partiales lapſus membrorum omniũ, vt capitis, pectoris, cordis & epatis. Et alio-
rum, quorũ lapſus contingeret calidos & ſiccos, aut calidos & humidos, aut frigidos &

A ſiccos, aut frigidos & humidos, gratia tamen complementi operis ponenda ſunt ſigna ardoris vrinæ prouenientis per colligantiam ab aliis membris, aut per eſſentiam ab eis.

C a p. III. *De cauſis & modo euentus ardoris vrinæ prouenientis à toto principaliter, & ab aliis cauſis.*

Poteſt igitur quandoq; à capite & à pectore ſiue ab eius concauitate, ſiue ab eruptione apoſtematum in pectore materia deriuare ad vias vrinæ per concaua venarum. Sicut enim materiæ à gibbo epatis aſcendunt gratia finis nutricationis partium pectoris & capitis per venam cauam: & per duas venas ramificatas ab aſcelari: quarum rami ingrediuntur per poſteriorem partem in panniculos, ita omnino concedendum eſt, eaſdem materias in criſibus ægritudinum à ſuperioribus B partibus propelli ad inferiores: & maxime forti exiſtente virtute: cui nihil reſiſtere poteſt in expellendis: ita quod quãdoq; ſaniem expellit de concauitate oſſium & pectoris, teſte Gal. *ſect. 7. aph. com. 59.* proprie cum viæ paratę erunt, & hæ quidẽ materiæ ſi fuerint acutę, quia nimium inflãmatæ. aut fuerint eiſdem materiæ cholericæ cõmixtæ vel aduſtæ aut ſecũ adiunctę materiæ ſanioſę, poterunt ardorem magnum efficere in viis vrinę maiorẽ quam in intermediis partib. eo, quia vna materia acuta alteri acutiori cõmixta maius poterit efficere nocumentũ in partib. in quib. detinetur & commiſcetur, quam in partib. aliis. ſed vrina ſaniei vel alteri acutæ materiei cõmixta maioris acuitatis erit effectiua in eis, q̃ anteq̃ commiſceretur eis, ergo, &c. Et ſimili C modo iterum deduci poteſt, qualiter materiæ ſanioſæ vel acutæ in criſib. permutatiuis in lepra, ſcabie, variolis & morbillis expulſę ad vrinæ vias ardorem in eis efficere poſſint. ¶ Ex quorum fundamento iterum facilius eſt videre, qualiter materiæ acutæ vel aduſtæ in ægritudinib. ſplenis & epatis per emulgentes venas ad vrinæ vias inferiores expulſæ poſſint ardorem perficere: & eſt ſentẽtia Auic. *ſecunda 1. c. de ſignis coloris vrinarum:* & proprie nigræ: vbi inquit: *Et illud quidem quod accidit ſecundum modũ purgationis & criſis ſignificatur quod eſt in fine quartanarum. Et cum ſplenis ægritudines reſoluuntur & dolores dorſi & matricis* & reliqua vide ibi. Et collocatur eadẽ ſententia ab eodẽ *3. 4. c. de ſignis permutationis materiæ ad inferiora, & pluries alibi.* Vnde ex prædictis non eſt difficile videre multiplicitatem ardoris vrinæ ſecundum diuerſitatem partium per colligãtiam efficientium D ipſum. ¶ Vt igitur clarius huius tractatus vtilitas habeatur, ordinate omniũ ſpecierũ ardoris vrinæ ponenda ſunt ſigna & canones curationis ſuccincte tranſeundo, ne in prolixitate ſermonum tempus expendatur.

C a p. IV. *De ſignis ardoris vrinæ prouenientis per colligantiam à toto corpore.*

Cvm igitur contingat ardorem in vrina fieri ex critica tranſmutatione materierum, quæ à toto deſcendunt ad vrinæ vias & faciunt ardorem in eis acuitate ſua, Per hęc ſigna comprehendi poterit talis ardoris vrinæ varietas.

Primo per notitiam defœdationis cutis, vt lepræ, ſcabiei & variolarum, quarum materia frequenter terminat per fluxum ventris cum raſura, *prima quarti cap. de variolis,* E quę materia ẽt non minus bene terminare poteſt per vias vrinæ & proprie morbillorũ materia hoc efficere poteſt. eo quia vtriuſq; materia eſt acuta & corrupta notabiliter. Generatio n. variolarũ eſt propter multitudinem ſanguinis corrupti. Generatio vero morbillorũ eſt propter vehementiã malitiæ ſanguinis corrupti pauci. Sed cuiuſcunq; ſpeciei lepræ materia neceſſario maioris eſt corruptionis, q̃ variolarum & morbillorũ materia igitur æque bene poterit ardorẽ in vrina efficere. Et ſimiliter de ſcabie dicendum eſt, qm̃ cuiuſcunq; ſpeciei eius materia eſt acuta aut aduſta, igitur delata ad vias vrinæ & eidẽ cõmixta ardorem poterit efficere in eis. Amplius omniũ harũ ægritudinũ materialis cauſa antecedens cõtinetur in venis, ſed à virtute facile poterit deferri ad vias vrinę. igitur ardorẽ in eis efficere poterit. ¶ Secũdo vero cognoſcitur ardor vri- F næ p colligantiam à toto, proueniens: eo quia talis accidit in ſtatu & tẽpore vehemẽtis ebullitionis materię pdictarũ ęgritudinũ. Materia n. ſi deferretur ad vrinę vias anteq̃ vehementer ebulliret & putreſcet, non efficeret ardorẽ vrinæ. ¶ Tertio abſentiam cauſarum primitiuarũ, quæ vrinæ ardorẽ efficere poſſent, vt comeſtiones rerũ & medicinarũ auctarum. ¶ Quarto per interẽptionẽ ſignorũ arguentiũ nocumenta in vrinę

Generatio variolarũ. Morbillorũ materia le pra. Scabiei.

viis.¶Quinto per abſentiam apoſtematum vel ęgritudinum in mẽbris principalibus: A
& aliis colligantiam habentibus ad vrinæ vias.¶Sexto vero & vltimo cognoſcitur eo,
Criſis quid. quia talis ardor accidit ſubito, quia fit in criſi, quæ eſt velox & vehemens motus mor-
bi, quo infirmus ducitur ad vitam vel ad mortem.

Cap. V. *De cura ardoris prouenientis per colligantiam à toto.*

COgnita igitur hac ſpecie ardoris, canon curationis eius eſt per 4 intentiones.
Prima eſt materierum diuerſio. Secunda eſt regiminis rectificatio. Tertia ſeda-
Materierũ diuerſio. tio acuitatis. 4: eſt defenſio viarũ vrinæ & mũdificatio à materia iã recepta in eis.
1. Prima intentio diuertendi materiam multipliciter, acquiri poteſt euacuationẽ
illius materiei per alias vias efficiendo. Neq; enim talis materia vnquam intercipi vel
detineri debet iuxta ſententiã Hip. *ſect. 1. aph. 20. Ea quorum criſis fit & facta eſt, &c.* Cone- B
tur igitur Medicus ſummopere materiam acutam & ſubtilem ad ſuperiora mobilem
diuertere prouocando fluxum ſanguinis à naribus titillationem faciendo in princi-
pio rizæ cum aliquo neruulo exiccato, aut cum cordula tympaniſtarum, aut cum
fruſto cartæ pergamenæ, aut cum fuſte alicuius plantæ & proprie corrigiolæ: quam
aliqui ſanguinariam vocant, eo quia ſanguinem à naribus educit modo iam dicto.
2. ¶Secundo vero in hominibus aptis ad hoc & proprie in quib. abũdat ſanguis craſſus,
aut materia aduſta, aperiantur eorum hæmorrhoides ventoſando eas cũ vẽtoſis ex-
terius ignitis aut cum corniolis ibidem applicatis vel cum fricatione facta cum foliis
conſolidæ maioris, aut cũ foliis ficus: vel cum felle tauri vel cũ acuto liciuio vel phle-
botomando eas.¶In muliere vero ætatis tempore fiat apertio menſtruorum cũ ven- C
toſis per quatuor digitos ſupra vmbilicũ poſitis abſq; ſcarificatione aut cum ligaturis
ibidem: aut in radice coxarum prope inguina factis: & omnes iſti modi ſunt vltimi ad
3. diuertendum. ¶Tertio iterum diuertatur materia prouocãdo ſudorem homine per
ſeptem horas ab aſſumptione cibi pannis conuenienter tecto, cui dentur in potu ℥.
iiij. aquę feniculi aut apii aut aſparagi vel milii ſolis cum ℥. ß. ſach. & ℥. j. vini al. aroma-
tici diligenter calefactis: aut detur ei in potu ʒ j. electuarii oppopyra cũ ℥. ij. aquæ fe-
4. niculi ambobus calefactis.¶Quarto iterum diuerti poteſt materia per clyſteria attra-
hentia ipſam à concauitate venarum per meſeraicas ad inteſtina: ſicut cum hoc cly-
Clyſter. ſteri. ℞. *radicis ireos recentis M. j. thymi, epithymi, aſari, fumiterræ, cuſcutæ an M. j. ß electuarij ha-
mech deſcriptione maiori electuarij de pſyllio an. ʒ. ij. caſſiæ fiſtulæ ℥. j. olei violarum ℥. iij. ſalis gemmæ* D
ʒ. j. ß. *fiat clyſtere hora electa, quæ eſt in aurora: vel in ortu ſolis poſt ſomnum, & completa digeſtione*
1. *& 2.* ¶Sæpe autem conſueui diuertere materiam cum clyſteri facto ex decoctione
fumiterræ, foliorum lapatii maioris, & vrticæ recentium addendo ex prædictis ele-
ctuariis aliquid cum ſacharo rubeo. ¶Diuerſionem igitur cum medicinis ſolutiuis
Nullam eſſe medicinam lenitiuam, quæ præter eductionem per aluum nõ etiã deducat per vias vrinæ. & bibitis laudare non poſſum, eo quia tales præcipitare faciunt materias non ſolũ per
ventrem, imo per vrinæ vias. Nam vſq; ad ætatem meam nullam in voluminibus ſa-
pientum medicinam legi ſolutiuam penitus per ventrem: quinetiam per vrinæ vias
p̃cipitet materiã.¶Amplius omnis talis aut eſt ſolutiua dicta aut lenitiua, aut cõpreſſi-
uã. Si prima cũ ſit laborioſa & caliditate & ſiccitate tertij gradus cõpoſita: & ſic talis ve-
hementer agitabit & inflammabit, antecedens eſt Cõmentatoris *ſect. 1. aph. cõmento 23.* E
In acutis morbis raro & in principio pharmaciis vti.¶Si autem talis medicina erit ſecũda, aut
non poterit ſufficienter diuertere materias, quia debilis eſt. Et ſi diuerteret, detur à
contradicente eam: quare non ita præcipitabit materias per vias vrinæ ſicut per ven-
trem, dato quod maiorem aſpectum habere poſſit medicina talis ad ventrem, quã ad
5. vrinæ vias: adhuc etiam motiua prætacta ſatis probare videntur, &c. ¶Quinto etiam
Cur materia in hoc caſu per vomitum non poſſint ſatis diuerti. diuerti poteſt materia prouocando vomitum. ego tamẽ in caſu iſto ſatis habeo ipſum
ſuſpectum, eo quia materiæ talium ægritudinum non videntur conuenienter per ta-
lem viam diuerti poſſe. ¶Primo quia ipſę ſunt ſatis elongatæ à via iſta: eo quia conti-
nentur in venis multum remotis ab ore ſtomachi. ¶Secundo quia tales materiæ ſunt
multum graues, eo quia vt in pluribus aduſtæ notabiliter. ¶Tertio etiã quia ſunt gra- F
ues: & propter hoc reſiſtunt aſcenſui, qui neceſſarius eſt in omni vomitu propter q̃
nõ eſſet vomitus prouocãdus in caſu iſto gratia diuerſionis, niſi vbi materiã cõprehẽ-
deremus efficere nauſeam, abominationem, faſtidium, quæ concomitata eſſet cum
quarto ſocio ſc. ſubuerſione. Præter ſubuerſionem n. alius nõ reperitur in ſtomacho
motus

A motus ad educendum materias pronus, niſi vomitus; *decimatertia tertii tractatu quinto.* Hæc de prima intentione pauca ſufficiant.

Rectificatio autem regiminis neceſſarii ad curam ardoris vrinæ prouenientis per colligantiam à toto cum tranſmutatione materierum acutarum ad vrinæ vias ſuſtentatur duplici fundamento. *Regiminis rectificatio.* ¶ Primum eſt, refrangere acuitatem illarum materierũ. ¶ Secundũ, repreſſio malitiæ in viis vrinalib⁹ inductæ ꝑ qualitates actuales & virtuales in cibis medicinalibus aut medicinis cibalibus. ¶ Et primum quidem completur alienando à cibo & potu quolibet omnia genera rerum acutarum, ſicut cæpas, allium, porrum, raphanum, ſinapi, ſalſa & ſimilia. ¶ Amplius ſuſtentatur in eligendo ea, q̃ ſuis qualitatibus hóc efficiunt, ſicut lenitiua omnia; vt beta, ſpinachia, folia fœnu-
B græci, violarum, & folia caulis poſt ablutionem primam cum aqua calida, & lactuca recens & proprie, quæ parum lactis habet. ¶ Amplius inter cætera olera portulaca optima eſt; & proprie recens, licet etiam exiccata ſit conueniens. *Portulaca.* Ipſa enim confert doloribus renum & veſicę & vlceribus eorum, *2. canon.* Et iterum præter ipſam & de expertis mihi eſt, vt ſemper coquatur in omni cibario, imo infundatur in omni potu eius radix althææ recentis. Iuuamentum enim mirabile ex ea comprehenditur cuiuſcunq; ſpeciei ardoris vrinæ, quare *2. can. in areola membrorum expulſionis vrinæ cap. de althæa* ſcribitur, quod decoctio radicis eius quãdo bibitur, cõferat ardori vrinę & ardori inteſtinorum. *Althæa.* ¶ Simile etiam iuuamentũ & non minus percipitur ex frequenti vſu mucheitę retinendo ipſam in ore: aut infundendo, aut coquendo eam in cibis
C & potib⁹, aut faciẽdo ſyrupos, decoctiones, trociſcos vel mucillagines ex ea q̃ tu lege alibi, quia quaſi temperata eſt, reprimit etiam malas qualitates in cibis, immo omni modo exhibitionis & præparationis. ¶ Conuenientes ſunt omnium auctorum fama communi cucurbitæ, cucumeres, anguriæ, melones, eorum ſemina & grana pinearũ, ſemen papaueris albi, mucillago pſyllij, grana pinearum dulcium, comeſtio eorum & iuiubarum, & per hæc omnia & ſibi ſimilia complebis intentionẽ ſecundam & defendes etiam vrinæ vias. Scio etiam, quod aqua ſublimationis hypoſetę & ferariæ multum confert in tuendo vrinæ vias ab excoriatione & vlcere.

Tertia intentio conuenienter acquiri poteſt per adminiſtrationem eorum, quę in præcedenti dicta ſunt. *Sedatio acuitatis.* Si autem materierum acuitatem & aduſtionem refrangere
D volumus cum medicinis. Multæ quidẽ & laudabiles ab auctoribus ſcriptæ reperiuntur: vt ſyrupus violatus, ſyrupus de papauere, ſyrupus de nenuphare, ſyrupus ꝓprie de prunis, ſyrupus roſatus & de iuiubis, ſyrupus de pomis, ſyrupus de endiuia. ¶ Et aqua ſublimationum, vt anguriæ, portulacæ, violarum althææ & lactucæ ambarũ proprie. ¶ Et hęc duo compoſita elegantis experientiæ. ℞. *granorum ſebeſten, granorum alkekengi, ana num. xxv. granorum pini ℥. j. ß. gummi arabici draganti abſq; torrefactione ana ʒ. ij. medullæ granorum ceraſorum ℥. ij. ß. medullæ granorum coti ℥. j. florum nenupharis, ſeminis lactucæ, liquiritiæ, caſsiæ an. ʒ. iij. ſeminis acetoſæ, endiuiæ, ſcariolæ, granorum papaueris albi an. ʒ. v. aniſi ſeminis apii. feniculi, ſpicæ nardi an. ʒ. ß. foliorum cupreſsi ʒ. ij. omnia per tres dies infundantur in xij. lib. aquæ bene contuſa, deinde cum ea coquantur vſq; ad conſumptionem tertiæ partis, &* *Syrupus.*
E *diligenter exprimatur & cum colata fuerit diligenter ſuperaddantur eis ſachari ſecundæ coctionis lib. iij. & coquatur vſq; ad ſpiſſitudinem conuenientem. De iſto igitur ſyrupo dentur ℥. ij. cum aqua ſublimationis lactucæ, papaueris recentis, nenupharis, aut anguriæ.* Et ſi non extingues acuitatem materierum cum ipſo, laborabis in digerendo melius. ¶ Cum autem volueris meliorem viarum mundificationem ſimul cum audacia extinctionis efficere, da ipſum cum ℥. iij. ſublimationis alkekengi: aut radicum althææ vel geniſtæ, & laudabis effectum. Et ſi cum tali ſyrupo extinctiuo ſimul velis conſolidationem efficere in viis vrinæ, da ipſum cum ℥. ij. aquę ſublimationis ſymphyti minoris, aut cum aqua ſublimationis foliorum cupreſsi. Ineſt enim virtus ei magna ad hanc diſpoſitionem, qua-
F re *ſecundo can. in aureola membrorum expulſionis* bibuntur folia ei⁹ cum vino & difficultati mingendi conferunt & fluxui ſuperfluenti ad veſicam. ¶ Compoſitum ſecundum ad eandem intentionem ſunt trociſci iſti. *Trociſci.* ℞. *caudæ equinæ, gallarum cupreſsi, radicum conſolidæ minoris, dragaganti ana ʒ. j. ſeminis citruli ſeminũ portulacæ & lactucæ an. ʒ. ij. ß. ſeminis papaueris albi ʒ. v. granorum alkekengi c. j. ß. florum nenupharis ʒ. ij. croci cinamomi ana ℈. ß. cum ſucco portulacæ fiant trociſci ponderis ʒ. j. ß. exiccentur in vmbra, & detur ex eis vnus cũ aquis prædictis diuerſificatis ſecundum diuerſitates intentionum ad quas attendis.*

Defenſio viarũ vrinæ et mundificatio à materia iã receptaĩ eis.

Quarta vero intentio videtur ſecundum partem attigiſſe finem & proprie pars illa A
mundificationis dicta. Et ſi velis mundificationem efficere potentiorem: Tunc ſolennis medicina eſt, vt detur in potu ℥. ß. hieræ ſimplicis Galeni cum aqua ſublimationis foliorum althææ, fenugręci & maluarum. Et ſi potentius mundificare & extinguere velis, non tranſcendas aquam apii. ¶ Sed de expertis à me & ſecretis eſt aqua ſublimationis radicum ireos. Defenditur autem potenter vrinæ via quælibet ab excoriatione maiori cum aqua ſublimationis recentium foliorum, vt præallegato loco dictum eſt: & cum aqua ſublimationis dragaganti & proprie cum ſucco granatorum recentium, & aqua ſublimationis ſebeſten huic intentioni valde eſt conueniens. ¶ De laudatis vero ab auctoribus eſt cauda equina omni modo præparationis, tu elige meliora ex eis, ſi potes, de qua etiam materia mundificandi vrinales vias. Inferi- B
us fiet ſermo, cum attendetur particularius mundificationi renum & veſicæ à materia qualibet etiam ſanioſa. Hæc de cura ardoris in vijs vrinæ facti per colligantiam totius corporis ad eaſdem vias ſufficiant.

Cap. VI. *De cura ardoris vrinæ prouenientis à capite, pectore & ſplene.*

In cura autem ardoris vrinę prouenientis per colligantiam aliarum partium ad vrinales vias oportet exquiſite conſiderare ac etiam variis procedere curationis ingeniis & inſtrumentis, ſecundum quod contingit diuerſa eſſe membra, à quibus ad vrinales vias critice materia diuertitur. Cum enim quandoque à capite, aliquando etiam à pectore, contingenter iterum à ſplene & frequenter etiã C
ab epate, & frequentius adhuc à renibus acuta & ſanioſa materia deferatur ad vrinæ vias, oporteret variam aliqualiter fieri curationem & inſtrumentorum varietatem aliquam tam haberi ſecundum diuerſitatem membrorum effundentium materias vias vrinales. ¶ Verum ne prolixitate ſermonis legentibus faſtidium imponerem, materiam hanc diuiſi in partes quatuor, ſecundum quod vt in pluribus locis frequentius ardorem vrinæ prouenire perpendi. ¶ In quarum partium prima via ponitur curationis vrinæ prouenientis propter effuſionem materierum à capite, pectore & à ſplene ſimul. ¶ In ſecunda vero ponitur modus curationis eiuſdem ardoris prouenientis per effuſionem materierum ab epate. ¶ In tertia vero per effuſionem materierum à renibus. ¶ In quarta & vltima ponentur canones curationis D
ardoris vrinæ, prouenientis per proprium nocumentum veſicæ, & ſic annuente Deo habebitur complementum huius tractatus. ¶ Pro curatione vero particulæ primæ de numero horum quatuor dicendum, quod canon curationis ardoris vrinæ prouenientis ab effuſione materierum à capite, pectore & ſplene ex generalibus intentionibus compleri poſsit, & non eſt magna differentia inter curationẽ vnius iſtorum ab altero, niſi applicatione ſpecialium inſtrumentorum, cum quibus vnum membrum principaliter reſpicere debemus magis, quam aliud. ¶ Sunt igitur generales intentiones in cura huis ardoris vrinæ obſeruandæ principales quinque. ¶ Prima eſt procuratio membrorũ, in quibus principaliter materia radicatur. ¶ Secunda eſt materierum diuerſio à viis vrinalibus ad alias vias. ¶ Tertia acuitatis mate- E
rierum repreſsio, quæ defertur ad vrinæ vias. ¶ Quarta, accidentium membrorum, in quibus hæc materia generatur, completa remotio. ¶ Quinta & vltima viarum, à quibus hæc materia recipitur, rectificatio & defenſio.

Curatiõ membrorũ in quibus principaliter materia radicatur.

Euacuatio minoratiua.

Prima igitur intentio multis acquiritur curationis ingeniis. Primum eſt per euacuationem minoratiuam & eradicatiuam materiarum, quæ multiplicantur in membris illis & inueniuntur, vt ſi materiam videremus effundi à capite, quæ eſt acuta aut aduſta, euacuaremus ipſam dando in potu ʒ. j. pilularum aurearum: aut dando in potu ʒ. iij. electuarij de ſucco roſarum cum aqua hordei. Et ſi leuiorem medicinam affectaremus, detur in potu ℥. j. caſsiæ fiſtulę de canna nouiter extractę cum F
aqua endiuię vel anguriæ addendo ei ʒ. ß. aut ℈. j. electi reubarbari cum gra. v. ſpicæ, quod totum aſſumatur cum ℥. ij. aquæ hordei aut aquæ endiuiæ vel ſimilibus. ¶ Si autem materias, quę à capite effunduntur, contingeret maiorem acuitatem habere, & partem digeſtionis perciperemus: euacuari deberet materia talis cum iſtis pilulis.

Pilulæ.

℞. pilularum de lapide armeno ʒ. ß. pilularum de fumoterræ ℈. ij. reformentur pilulæ v. cum ſyrupo roſ.

A *poroſ. aut nenupharino*, quælibet enim talis eſt medicina capitalis frigida. Et ſi potabilem medicinam exhibere cupis, exhibeatur iſta. Potio. ℞. *confectionis hamech* ʒ. *v. caſſiæ fiſtulæ de canna extractæ cum aqua cuſcutæ* ʒ. *vj. miſce totum, & in potu detur cum aliqua de aquis ſupradictis.* ¶ Si autem materiam acutam videremus à pectore effundi ad vrinales vias, minuatur cum hoc potabili pharmaco. Alia. ℞. *reubarbari electi* ℈. *ij. agarici* ℈. ß. *diagridii gra. iij. ſpicæ nardi gra. vj. ſalis indi gran. j. penidiarum caſſiæ fiſtulæ de canna extractæ cum aqua capil. vene. aut decoctionis paſſularum ana* ℥. ß *totum hoc detur in potu cum aqua decoctionis liquiritiæ & iuiubarum.* ¶ Et ſi deſideras materiã acutam cum pilulis à pectore diſtrahere: Pilulæ. ℞. *pilularum de fumoterræ* ℈. *ij. pilularum de lapide armeno* ℈. *j. reformentur pilulæ vij. cum aqua bugloſſæ vel violarum vel farfarellæ & dentur patienti in aurora.* ¶ Si iterum materias à ſple- B ne ad vrinales vias effundi contingeret, euacuetur hoc leui minoratiuo, & proprie cum habent acuitatem à calore ebullitionem in eis faciente vel putredinẽ. ℞. *aquæ cuſcutæ, aquæ fumiterræ ana* ℥. *ij. lapidis armeni, lapidis lazuli præparatorum ſecundum artem ana* ℈. *ij. myrobalanorum indorum, thymi pulueris, fumiterræ ana* ʒ. *j. aniſi, liquiritiæ, cymini, dauci ana* ℈. ß. *croci gra. vj. ſalis indi gran. iij. ſachari albi* ℥. *j. infundantur omnia ſimul per diem naturalem, deinde colentur & exprimantur diligenter & dentur in potu, vt prædictum eſt.* ¶ Ego autem expeditius melancholicas materias acuitatem habentes ſoluo cum electuario hamech dato cum aqua ſcolopendrii vel tamariſci. Et ſi volo medicinam non minus elegantem illa, do in potu ʒ. v. electuarii ſolutiui ad melancholiam compoſiti ab Auicen. *2. de viribus cordis prope finem*, & eſt medicina ſolennis. Cum iſtis itaque mi- C norare potes materias à capite, pectore & ſplene ad vias vrinales tranſmutabiles, & cum eiſdem etiam eradicare materias illas, doſim earum augmentando ſecundum quod tibi videbitur opportunum.

¶ Secundum vero principale inſtrumentum, quo attendere debemus membris materias effundentibus ad vrinæ vias eſt digeſtio materierum, quæ in ipſis congregatę reperiuntur, & non minus oportet digeſtiuam variari ſecundum diuerſitatem membrorum, quam euacuatiuam, de quibus dictum eſt. Digeſtio. Digeritur itaq; conuenienter materia acuta in capite cum ſyrupo roſato, ſyrupo nenupharino, ſyrupo violato. Aduſta vero & acutior poteſt digeri cum ſyrupo de fumoterræ, cum ſyrupo de ſuccis & aquis fructuum, cum ſyrupo de granatis, qui miſceri poſſunt cum aquis D diuerſis, vt roſata, violata, nenupharis, cuſcutæ, foliorum ſalicis, & cum ſimilibus frigidis & proprie capitalibus, quæ omnia digeſtiua toties exhiberi debent, quoties vrinæ ſubſtantia & color rectificata fuerint & ſedimen in fundo eius apparuerit album, ſubtile, æquale coniunctum.

¶ Tertium inſtrumentum, quo attenditur ad membra prædicta eſt eradicatiua materierum euacuatio & proprie cum medicinis ante ſtatim dictis. Eradicatiua euacuatio.

¶ Quartum, quo procurantur particulæ materias effundentes ad vrinæ vias, eſt confortatio ipſorum, quæ multis completur inſtrumentis. Confortatio partium mandantium. Omne enim inſtrumentum, à quo mediocriter ponitur in capite ſtipticitas, confortat ipſum, ne materias E aliunde recipiat & vapores, quoniam repellunt à ſe vaſa ſtipticis confortata pharmaciis, & confortatur caput his, quæ à proprietate hoc efficere ſolent, ſicut omne cerebrum cuiuſcunque animalis & proprie non aquatici & communiter dicitur de cerebro leporis. ¶ Similiter etiam de plantis multæ inueniuntur, vt macis, folium, lignum aloes, betonica, maiorana, dendrolibanum, ſaluia & ſimiles. Et de his, quæ ſumuntur ex animalibus, vt caſtoreum, ambra proprie & moſchus, & de compoſitis in diſpoſitione frigida confectio anacardina, diamuſcus dulcis, diambra, diatrionpipereon, pliriſarcoticon. ¶ De his vero, quæ frigida ſunt caput confortantia ſuper calefactum ſicut roſa, flos ſalicis, nenupharis, violarum, labruſca & vſneæ & proprie arborum decrepitarum, margaritæ & ſandali rubei. De compoſitis vero ſunt trociſci de roſis, trociſci de ſpogio, ſandalini, & omnia compoſita, quæ ſua aro- F maticitate confortant & frigida ſunt, vt coriandrum & diacitonitum ſine ſpeciebus & proprie poſt cibum aſſumpta. Et ſuperaſpergere bregmati hunc puluerem in diſpoſitione calida conueniens eſt. Puluis. ℞. *ſandali albi & rubei, roſarum, florum labruſcæ ana* ʒ. *j. maſticis, ſandaracæ ligni aloes ana* ℈. ß. *fiat puluis ſubtilis*, & per hæc cõpletur intentio prima curationis ardoris vrinę ꝓuenientis à capite, pectore & ſplene. ¶ Conſueui aliâs huic

particulę ſubiungere ea, quæ ſunt pectus & ſplenem confortantia, quod quidem ò- A miſi prolixitatem fugiens, & etiam quia pectoris & ſplenis confortatio ſuſtentatur in medicinis, eodem modo illorum membrorum confortatiuis, ſicut nunc ante dictum eſt de his; quæ ſunt caput confortantia, quæ tu conſidera.

Materierũ diuerſio à viis vrinalibus ad alias.

Secunda principalis intentio ſupra poſita, cum qua dixi curari ardorem vrinæ prouenientem à capite, pectore & ſplene, fuit materierum diuerſio. Et huic quidem intentioni ſatis credo ſufficienter eſſe prouiſum per ea, quæ ſupra de varietate diuertendi materiam dicta ſunt in generali curatione cuiuſcunq; ardoris vrinæ. Quorum tamẽ gratia dicendum eſt etiam, quod oporteat diuertentem cognoſcere partes colligatas membris, à quibus diuerſionem facere intendit: & ad quas diſtrahere procurat, ſicut cum intendimus à capite diuertere materiam, quæ effunditur ad alias par- B tes; oportet quod phlebotomemus venam caput reſpicientem, habentẽ cõmunitatẽ ad membra, ad quæ expellitur materia, & fiet tunc de parte contraria eiuſdem. Quare *primá tertii cap. de canonibus curationis capitis. Et ſi vis trahere ad partem cũ euacuatione membri communicatis* phlebotoma venam communicantem membro antecedenti cum ægritudine: & cadat in contrariam partem capitis, lege ibi pulchros ſermones. ¶ Et idem etiam dicendum eſt, cum volumus materiam à pectore & ſplene fluentem ad vrinæ vias diuertere ab eiſdem, quare apparet neceſſe eſſe, quod membrorum notitia & eorum colligantia ſit Medico cognita & in operationibus eorum. Quare *2. primi doctrina 3. & 10. cap.* Oportet vt membri operationẽ ſciat, donec ipſius noſcat ægritudinem ex nocumento, quod in eius conſiſtit operatione, totum enim per anatomiã C ſciri poteſt. Scias prætereà, quod Medico, qui vult ægritudines regere, quæ in mẽbris exiſtunt occulte neceſſaria eſt anatomia. ¶ Ex his iterum, quæ ſuperius poſita fuerunt in cura huius ardoris per intentiones præmiſſas.

Acuitatis materierũ repreſsio.

Tertia intentio fuit remiſsio acuitatis materierum, quę feruntur ad vrinales vias. Et hæc quidem intentio etiam compleri poteſt per ea, quę ſupra dicta ſunt in intentione tertia curationis ardoris vrinæ in generali.

¶ Multæ etiam ſimplices medicinæ ab auctoribus approbatæ ſunt, quę poſſunt reprimere acuitates materierum, vt amylum. In ipſo enim eſt mundificatio & lenitio *ſecundo can. in ſuo cap.* Eſt autem conuenientius, quando adminiſtratur cum aqua violata eo, quia refrangit ſiccitatem eius. ¶ Et ipſa viola cũ ſua frigiditate & hu- D miditate in primo gradu conueniens eſt, & ſyrupus ei⁹, qa conuenit dolori renum, & prouocat vrinam. ¶ Semina etiã cõmunia frigida quinq; cõuenientia ſunt leniendo, infrigidando & ſiccitatem reprimendo materierũ. ¶ Et portulaca comeſta & ſuccus & ſublimatio ei⁹ & ſemen eius cõfert. Et criſolocanna etiã cum ſua frigiditate & humiditate, hoc efficit. ¶ Semen maluæ eſt mirabile in hoc, vt & papauer & ſolatrũ, alkekengi & aqua vel emulſio ſeminũ melonis, omnia conuenientia ſunt Quare *18. tertii cap. de cura vlcerum renũ.* Et ex his quidẽ quæ humores temperant, eſt ſumere aquam melonis romani & alkekengi .i. ſemina eius vel gra. & papauer ſcilicet album, & non differt ſiue per melonem romanum intelligas melonẽ indũ vel batecã, q̃ anguria dicitur. ¶ Et reprimere poſſunt materierum acuitatẽ cõpoſita q̃ plura, vt ſyrupi & iulep, E quorum memoria haberi poteſt in intentione 3. curationis generalis. ¶ Syrupus etiã de prunis, ſyrup⁹ etiã de mucillagine pſyllii, maluæ, omnes iſti ꝑ me ſępiſsime experti ſunt, de qbus etiã inferi⁹ in ſpeciali curà ardoris vrinæ prouenientis ab vlcerib⁹ viarũ ei⁹ deſcriptiones plures ad memoriã reducẽtur. ¶ Frangunt etiã acuitatẽ materierũ inunctiones ſpinæ, balneationes aut ſemicupia partiũ factę ex decoctionib⁹ ꝑdictarum medicinarũ. ¶ Linimentũ bonũ ad illud eſt hoc. ℞. *ſucci portulacæ, mucillaginis pſyllii ana ℥. ij. camphoræ ℈. j. amyli ℥. iij: albumẽ oui vnũ terantur* in mortario plũbeo cum ſuo piſtillo, & inunganturin eo partes omnes à furcula ſpatularũ vſq; ad caudã. ¶ Et iterũ. ℞. *violarũ, florũ nenupharis, maluarũ, extremitatũ ſalicis, foliorũ virgæ paſtoris, portulacæ & lactucæ an. M. ij. cret: fontalis ſenetionũ, & proprie orientium in fontibus, lenticulæ aquæ an. M. vj. co- F quãtur omnia in magna quãtitate aquæ vſq; ad conſumptionẽ tertiæ partis, deinde in eadẽ materia tepide caliditatis balneetur corp⁹ totũ aut ſaltẽ fiat encatiſma vel ſemicupium infundendo corp⁹ in ipſum ſaltẽ vſq; ad furculam ſpatularum*, & hæc quidem conueniens eſt, & proprie quando poſt exitum à balneo exhibẽtur patienti ℥. iiij. aquę lactis acetoſi vſq; ad quinq;, hæc quidem de intentione tertia ſufficiant.

Melo romanus. *Linimentum.* *Balneum.*

Quarta

A Quarta vero intentio, qua dicebatur ſupra curari debere ardorem vrinæ prouenientem per colligantiam ab iſtis partibus, eſt remotio accidentium, quæ remanere ſolent in iſtis membris. ¶ Et primum quidem in pectore remanens eſt nocumentum in anhelitu. Secundum vero tuſsis. Tertium ſputi multitudo. Quartum, congregatio ventoſitatum, quæ in pectore concluduntur. ¶ In ſplene vero remanere ſolent eius oppilatio & tenſio, dolor & euerſio coloris ad palliditatem & liuorem.

Accidentiũ membrorũ, in quibus hæc materia generatur remotio.

¶ Et primo quidem de numero accidentium in pectore remanentium prouideri debet per hunc modum. Præmiſſa enim ventris lenificatione, quæ ſemper in tali diſpoſitione neceſſaria eſt, vt ſcribitur *10. tertii cap. de cura aſthmatis*, vbi dixit, quod ex regimine bono ſit aſsiduatio lenificationis naturæ, quæ perficitur exhibendo cappares
B ante cibum, & oua tarrata antiqua. i. oua cruda fere per coctionem non niſi parumper tepefacta & ius galli decrepiti confectum ſecundum artem alleuiatur anhelitus cum his cibalibus etiam eis admiſcendo crocum, qui eſt ex ſumma medicinarum cõferentium malitiæ anhelitus & difficultati eius, propterea, quia confortat inſtrumẽtum & facile ipſum efficit. ibidem in fine prædicti capituli literaliter legendum. ¶ Et ſiquidem anhelitus nocumentum remaneat à mala complexione diuerſa proueniens calida & frigida conueniens eſt decoctio hordei cum pauco euphorbio. Et de medicinis vehementis iuuamenti in hac ægritudine frigida eſt epithymum ſumendo decoctionem eius cum aqua & melle frequenter calida. ¶ In diſpoſitione vero nocumenti anhelitus calida confert aqua hordei cum ſyrupo de iuiubis, aut violato, aut
C eodem cum ſyrupo de papauere: & ꝓprie cum materia fuerit à capite reumatizans.

1. Accidens. Difficultas anhelitus.

¶ In nocumento autem anhelitus chronico & à craſſa valde materia facto confert deglutitio duorũ granorum oppoponacis poſt cœnam per duas horas. Et iterum in tali vltimum eſt ſumere ʒ. j. ß. electuarij diayris deſcriptione Nicolai cum ℥. ij. hydromellis calefacti inuicem, hæc omnia ad nocumentum anhelitus tanquam vtilia pertranſeam. Tuſsi vero remanenti; aut quæ concomitatur has diſpoſitiones, prouidendum eſt ſecundum varietatem ſpecierum eius. ¶ Si enim tuſsim contingat fieri à frigiditate, vt frequentius accidit; & fuerit iam antiquata & fortis, & materia ſui frigiditate & modo reſiſtentiæ valde reſiſtens; de expertis eſt medicamen de olibano ſcriptum, *10. tertii cap. 6.* ℞. *olibani* ℈. *iiij. myrræ* ℈. *ij. ſapæ* ℥. *iij. mellis* ℥. *ij. coquantur ſimul*
D *& ſæpe hoc teneatur in ore*, vt deſcendat per fiſtulam cymbalarem ad pulmonem, aut tranſiens per meri, per poros eius ad cannam pulmonis in eius concauitatem recipiatur. Et ſi volueris medicinam fortiorem illa, collige *præallegato cap.* deſcriptionem, q̃ incipit, & etiam ſinapi. ¶ Et ſi deſideraueris medicinas non ita potentes, collige duo compoſita ibidem ſcripta, quorum primum incipit; & ex commixtis declinantibus ad caliditatem lege ibidem. ¶ Si autem tuſsim fieri contingeret à forti caliditate & ſiccitate pectoris, confert ei hęc decoctio. ℞. *hordei excorticati M. j. ß. granorum ſebeſten numero vj. violarum, ſeminum althææ & maluæ ana M. ij. capillorum veneris, liquiritiæ ana M. j. coquantur omnia in* ℔. *v. aquæ vſq; ad conſumptionem tertiæ partis cum ſyrupo violato, & de iuiubis.*

2. Tuſsis.

¶ Et ſi contingat per ſtillicidium à capite tuſsim moleſtare, detur hæc deco-
E ctio cum ſyru. roſa. vel de papauere. Et poteſt exhiberi in die frequenter. Hæc de accidente ſecundo qualitercunq; ſufficiant. ¶ Tertium vero accidens erat ſputi multitudo, quę ſi contingat propter materiei multæ pręſentiam in pectore; ſufficienter euacuari poteſt cum medicinis iam prętactis, ex quarum vſu conſumitur materia cõplete, quoniam abſtergendo & mundificando pectus euacuat. ¶ Si autem ſputi multitudo prouenerit ex materia, quæ à capite reumatizat ꝑmiſsis euacuationibus & diuerſionibus à capite intercipiatur fluxus ille; & proprie cum decoctionibus factis, ex rebus ſtipticis, vt lentibus, ſumach & ſimilibus, vt *6. tertii, de cura multitudinis ſputi* colligendum eſt. ¶ Etiam retentio grani maſticis, aut gummi arabici parum torrefacti ex-

3. Sputi multitudo.

F cellenter confert, & vtilitatem inuenit etiam poſt cœnam per duas horas deglutire granum vnum gummoſi thuris. Quarto vero accidenti, ſ. ventoſitatibus in pectore remanentibus ſubueniunt fricationes in pectore cum mantili aſpero, vt *10. tertii cap. de cura aſthmatis* colligendum, & ventoſare ſpatulas abſq; ſcarificatione & ſacellare pectus cum ſacculis carminantibus ventoſitatem & proprie cum hoc. ℞. *ſeſeleos, ſe. rutæ, leuiſtici & carui an. M. j. ſem. feniculi, apij, petroſel. ana M. iij. calefiant hæc omnia in ſartagine abſq; torrefactione, & apponantur ſacculi, qui frequenter pectori ſuperponantur.*

4. Ventoſitas in pectore.

¶ Scio etiam, quod huic accidenti cõuenienter ſubueniat exhibere in aurora & à-pud ſomnum ʒ. j. electuarij de baccis lauri, & proprie cum vino aromatico calefacto. A

Viarum, à quibus hac materia recipitur rectificatio & defenſio.

Poſt hæc autem accidentibus, quæ in ſplene remanſerunt prouidendum. ¶ Et primum quidem accidens erat oppilatio ipſius; quæ ad curationem ſui aduocat medicinas fortis operationis ex parte gradus earũ & penetrationis ipſarum: & durationis operationis. Indiget ergo ſplen, & adiuuetur cũ medicinis fortib⁹, quarũ virtus conſeruetur & cum eo, quod penetrare facit, *15. tertii tractatu 3. cap. 3.* ¶ Et de medicinis huic cap. conuenientibus & mihi non raro expertis, ſunt trociſci de agno caſto, quorum ʒ. j. in potu detur cum decoctione corticum capparorum omni mane quatuor vel quinq; diebus. ¶ Et optimum etiam eſt medicamen confectum ex puluere rutæ & acoro an. ʒ. ß. ex eis commiſcendo cum ℥. ij. ſyrupi ſquillitici ſacharini. ¶ Scio etiã B ego, quod euaporatio ſuper ſplene facta cum panico nõ excorticato, & ℥. j. ſeminis rutæ oppilationes ſplenis aperit & ventoſitates potenter carminat. ¶ Et non dubito, quod ſi detur in potu ʒ. j. mithridatii cum decoctione foliorũ rutæ & tamariſci, hæc omnia potenter perficit. ¶ Spleniõ etiam taliter à Dioſcoride nominatum frequenti vſu eius ſplenem deoppilat & attenuat. ¶ Hæc quidem omnia ſimul oppilato ſpleni dolenti & durificato conuenire poſſunt, quia tamen non raro contingit vehementer indurari ſplenem: & non recipere curam à medicinis pauliſper leuibus, oportet quãdoque fortiores adminiſtrare medicinas. Ego autem licet multas habeam laudatas & expertas ab auctoribus acceptas, vno tamen emplaſtro vti ſoleo; & cum eo curare durities ſplenis ventoſitates, oppilationes & dolores; & lege ipſum ex ſententiis Aui. C *15. tertii cap. de curationibus ſplenis vltima columna*, & deſcribo ipſum ſic: *℞. ſtercoris ouium lib. j. ammoniaci ℥. iij. recentium radicum feſiræ ℥. x. florum ſalicis ℥. iij. nitri ſulfuris viui ana ℥. j. ß. croci ℥. j. coquatur ſtercus & feſira cum aceto albo acuto, deinde vltima contritione conterantur & cum eis incorporetur ammoniacum cum* aceto prædictæ decoctionis diſſolutæ, & cum tepefieri cæperit, aliæ ſpecies ſupperaddantur & reducantur in formam emplaſtri, eſt enim nobile & efficax valde.

Defœdatio formæ.

¶ Vltimo vero accidenti, ſ. defœdationi formæ hominis & cõuerſioni coloris in palliditatem & liuorem ſubuenire poſſunt omnes medicinæ, quę ſanguinis claritatem efficiunt ipſum à melancholica materia & fumis ei⁹ expurgando. ¶ Et licet multa ab auctoribus hincinde collecta ſæpe in ſimilibus diſpoſitionibus adminiſtrauerim, hic ſolum illa, quæ mihi domeſtico vſu approbata D ſunt conſcribere volui. ¶ Quorum primũ eſt decoctio facta cum ficubus & dactylis non bene maturis, quæ ſæpe detur in potu in aurora & calida. Et ſecundum eſt vt pluribus diebus continuis in aurora ægrotanti dentur ℥. iiij. lactis caprini cum ℥. ij. vini albi aromatici & eſt efficax valde. ¶ Et de cõpoſitis mirabilis medicina eſt triphera minor in potu data cum decoctione ficuũ. ¶ Et meliores ea ſunt mirabolani chebuli conditi, quorum vnus pluribus diebus continuis in aurora ſumatur. ¶ Et vt videantur hæ medicinæ ſolennes & non phãtaſticæ lege *7. quarti tractatu 2. & cap.* à quo fonte veritatem harum extraxi ex litera eius, vbi inquit, *Et ſi color alicuius conualeſcentium turpis fiat, tunc ſi voluerit, vt redeat ad colorem ſuum priſtinum: iuuabitur cum ficubus ſiccis & aqua dactylorum immaturorum.* Ambæ enim ſunt addentes in ſanguine ſubtili & calidi- E tate innata. Et de eis quæ ſunt ad illud experta eſt, vt bibat diebus continuis in ieiuno vinum & lac. Et res quę operantur per mundificationem ſanguinis, ſunt ſicut triphera minor & myrobalani conditi cum adminiſtrantur, & myrobalani chebuli ſunt fortiores triphera; lege ibi quam plurima præter hæc elegantia, quia nõ oportet medicum eſſe pigritantem, ſed in librorum lectionibus continuo vigilantem. Hæc de cura prædictorum accidentium taliter ſcripta pertranſeant.

CAP. VII. *De cura ardoris vrinæ prouenientis à ſiccitate carnium glandoſarum.*

Reliquum autem iam incumbens officium eſt reliquarum ſpecierum ardoris vrinæ ponere ſermonem & iam remanſiſſe videntur quinq; ſpecies famoſæ F ardoris in vrina prouenientis. Quarum prima eſt propter conſumptionem humiditatis quæ à fine poſita eſt & retenta in glandoſis carnibus in meſentereo exiſtentibus ad hoc: vt ſui humiditate contemperet ardorem in vrina acquiſitum ab actione caloris in ipſum, & mixtione cholericæ materiei & ſeroſitate acutæ partis ſangui-

A guinis,& eſt quidem ardoris vrinę ſpecies mala collecta ab Aui. *19. tertii tractatu 2. cap. 3.* dum inquit. *Aut* ſupple *cauſa ardoris vrinæ accidit, propter cauſam defectus eius, quod præparatur ad temperandum ipſam,* ſ. vrinam; & eſt humiditas pręparata in carnibus glandoſis, quę ſunt illic. Ipſa enim currit ſuper meatum & glutinoſum eum facit, & permiſcetur vrinę etiam & æquat eam. Cum ergo finitur, deficit loco viæ vrinæ cōglutinatio,& vrinæ euacuatio & æquatio, quare accidit ardor. ¶ Cognoſcitur autem hæc ſpecies ardoris, eo quia non eſt poſsibile hanc fieri ſine magna exiccatione ſuccedente fortibus & multis euacuationibus & cauſis aliis vehementer exiccantibus poſitiue; aut priuatiue per viam reſolutionis inſenſibilis hoc efficientibus: quas omnes cauſas neceſſe eſt communicari extenuationē, aut totius corporis conſumptionem notabi-
B lem. ¶ Quod quidem iterum facile probari poteſt per inſtrumenta, quibus talis vrinæ ardor curari debet. Et omnia debent eſſe humectatiua ſubſtantifice notabiliter ex cibis cibalibus notabilibus acepta, & etiam humectatiua madefactiue & qualitatiue, ſicut eſt iniectio clyſteriorum ex lacte, albumine oui, mucillagine pſyllii compoſitorum, & alienatione omnium tenentium ſe ex parte ſex rerum non naturaliū: quarum applicatione corpus exiccari poſsit ſubſtantifice & qualitatiue. ¶ Et in ſumma regimen curatiuum huius diſpoſitionis eſſe debet reſtauratiuum vel impinguatiuū. Vnde *19. tertii tractatu 2. cap. 3.* Et ſi cauſa in eo, ſ. ardor vrinæ, eſt exiccatio accidens glandulę, tunc cura eius eſt humectatio ipſius & dimiſſio eius, quod exiccat ex coitu & aliis. Et de iniectionibus in hoc vſitatis eſt mucillago pſyllii, & mucillago ſemi-
C num altheæ, maluæ & ſeminum cydoniorum & gummi ceraſi & albumen oui recentis & lac mulieris inijciantur in eā. Hæc de ardore vrinæ facto à conſumptione glandularum ita pertranſeant, &c.

CAP. VIII. *De cura ardoris vrinæ prouenientis ab effuſione materierum ab epate ad vias vrinæ.*

ALTERA iterum ardoris vrinæ ſpecies eſt, quę prouenit ex deſcenſu materierum acutarum ad veſicam ab epate expulſarum: vt patet in criſibus ægritudinum acutarum epatis. Et prouenit hæc frequentius propter expulſionem materierum, quæ in epate ſaniatæ fuerunt; ſiue in concauo epatis & ab eo fuerint p-
D mutatæ ad vrinæ vias, quod raro contingit propter maiorem propinquitatem eius ad inteſtina ſiue materiæ tales in gibbo epatis fuerint ſaniatæ & ab eo expulſę ad vrinę vias. Vnde *15. tertii, tractatu 3. cap. 10.* de adubelate epatis ita ſcribitur. *Aut fit* ſupple *eruptio adubelati .i. apoſtematis iam ſaniati ad partes renum & egreditur cum vrina.* Et clarius idem *Adubelati.* deſcribitur *19. tertii, tractatu ſecundo, & cap. antepenultimo,* vbi inquit: *Mictus autem purus & mictus ſanguinis puri, quandoq; fit per eruptionem adubelati in membris ſuperioribus, vt pulmonis, pectoris & epatis, quemadmodum ſciuiſti totum in loco ſuo.* ¶ Cum igitur hæc materia non euacuetur ab acuitate & à putredine accidentaliter acquiſita propter materierum acuitatem, ex quibus genitum fuit pus, non eſt mirabile, ſi poſſit ardorem efficere in viis vrinæ, quando detinetur in eis, imo talis materia ſanioſa non ſolum in prædictis partib⁹ ardorē efficit, ſed quandoq; excoriationē & vlcera in partibus inducit p̄dictis.
E Eſt igitur ad curam huius diſpoſitionis ꝓpe tranſeundum. Cum enim ipſa per- *Curatio.* ſeuerat, efficit in epate vlcera incurabilia. Igitur cura huius videtur ſuſtentari duplici fundamento. ¶ Primum eſt regimen ad vlcera epatis adminiſtrandum. ¶ Secundum autem eſt illud, quo oportet attendi vlceribus, quę in viis vrinę iam inducta ſunt, & de hoc ſecundo regimine erit ſermo ſequentibus capitibus; vbi pertractabitur ingenium curationis ardoris vrinę prouenientis ab vlceribus renum vreterum, pororum & veſicę. Hic autem ſolum volo ponere modum curationis vlcerum vel eruptionis materierum in epate. ¶ Completur autem curatio talium quinq; neceſſariis intentionibus. ¶ Et prima quidem eſt mundificatio ſaniei poſt eruptionem inuentam in epate. ¶ Secunda vero eſt diuerſio materierum illarum à parte eruptionis ad aliam.
F ¶ Tertia regiminis rectificatio. ¶ Quarta carnis regeneratio & vlcerum incarnatio. ¶ Et quinta partium iam vlceratarum conſolidatio.

Prima quidem intentio rationabiliter p̄cedere debet, quoniam longa reſiden- *Mundificatio ſaniei poſt eruptionem inuentam in epate.* tia ſaniei in quocunq; loco vlcerato ſuſpecta eſt: ne magnificet vlcera ſua acuitate, q̄ habet ex generatione eius acquiſitam. Sanies enim eſt ex incēſione humorum, ſicut

cinis ex incenſione lignorum, teſte Gal. *ſect. 2. aph. com. 47. circa generationẽ ſaniei.* Me- A
rito igitur mundificantia ſaniem p̃cedere debent, & ad ea accelerandum eſt, neq; ta-
men extimãdũ, quod mundificantia talia vnũquodq; vlcus in epate ſufficienter cura-
re poſsint. Cum enim prouenerit vlcus ad ꝓfundas epatis partes & ad venas, incura-
bile eſt ſententia Hipp. ſect. *6. aph. 18. veſicam inciſam aut epar, &c.* ❡ Si autem vlcus fue-
rit leuius prædictis, curam recipere poteſt, vt *14. tertii, tractatu 3. cap. penultimo.* Extima-
uit Hip. quod moriatur ille, cuius diſrumpitur epar & accidit ſeparatio ex eo & cor-
pori ipſius & venis. In illo autem, quod eſt minus hoc, quandoque eſt ſpes.
Itaque mundificantia plurima à ſapientibus hinc inde colliguntur. In quibus ta-
men oportet operantes magna aduertentia ordinem conſiderare, cum mundifi-
cantibus enim oportet ſimul frequenter intendere & cum ſedantibus dolorem, & B
quandoq; magis vni, quam alteri & econuerſo, propter quod in canonibus ſapientũ
multoties quam plurima mundificantia confuſe ſcripta, quandoq; leguntur, inter q̃
ordinem applicationis eligere oportet operantem ſecundum diſcretam eius conſi-
derationem, vt non applicentur fortia, quæ poſsint lædere membra, & eſt ſententia
Aui. *14. tertii tractatu 3. cap. de cur. adubelati epatis.* ❡ Talia igitur mundificantia quam
plura deſcribam in eis ordinem obſeruando ſuper varietate gradus & operationum
ipſarum & complicatione doloris & accidentium ipſorum. ❡ Primum itaq; mundifi-
catiuum in exordio adminiſtrandum leue ſit aqua mellis, quæ fit ex tribus partibus a-
quæ & vnica mellis & ſit eius coctio vſq; ad conſumptionem quartæ partis, cuius po-
tio in aurora ſint ℥. v. tepide datæ, imo commiſceri poteſt cum vino albo ſubtili, ꝗ ſit C
potus eius tertia parte huius aquæ cum ipſo commixta. ❡ Et ſi volueris mundifica-
tionem cum maiori lenificatione perficere, decoquantur in prædicta mulſa violarũ
M. ij. ❡ Si autem iterum magis lenire vis, ponantur in ea ſeminum maluæ M. iij. ❡ Et
ſi cum ea mundificatione lenitionem & infrigidationem deſiderares exiccationem
& abſterſionem aliquantam, non diſcedas à ſemine althææ, hoc enim eſt mihi fre-
quentiſsime expertum. ❡ Forti⁹ autẽ mundificatiuum & iterum abſterſiuum facien-
dum eſſet cum aqua ſublimationis althææ cum modico virtutis radicum ireos re-
centium, eas radices in prædicta coquẽdo. Non etiam dubito, quod talium planta-
rum omnium aquæ ſublimationis conueniunt, & eas cum cibo commiſcendo & ali-
ter cum eis operando. ❡ Taceo hic aquã hordei, & aquam emulſionis vel decoctionis D
quatuor ſeminum cõmunium & aquã lactis & radicũ. Hęc n. omnia cõmunia ſunt,
& tu elige inter ea illa, de his, q̃ in gradu mundificationis, abſterſionis & exiccatio-
nis fortiora ſunt: vt videbitur in intentione incarnationis & regenerationis carnis.

Materierũ diuerſio à parte eruptionis ad aliam.

Secunda vero intentio eſt materierum diuerſio, & poſſent quidem materiæ ſa-
nioſæ à concauo epatis diuerti ad gibbum, ſed quia in hoc compẽdio eſt ſermo de ar-
dore vrinæ proueniente ab acuitate ſaniei delatæ ad vrinę vias, nequaquam ad præ-
dicta loca diuerti debet materia, & proprie cum fortibus. Si enim leuia ſint ſuſpecta,
quanto magis fortiora, vt *14. tertii præallegato capitulo.* ❡ Et ſi indigueris adiutorio & op-
poſitione ad partem declinationis & oportuerit, vt ventrem ſoluas & vrinam prouo-
ces cum re forti & re calida, ne faciat incurrere ægrum nocumentum in veſica. Con- E
ſeruatio enim veſicæ in hac ægritudine & cum erumpit pus ad ipſam per ſe ipſum aut
cum medicina diuretica neceſſaria eſt. Stante igitur materia in concauitate epatis
propter rationes prædictas diuerti debet ad inteſtina ꝑ colligantiam viciniorem eis
ad ea, vt *4. primi, & 14. tertii,* primis capitulis colligendum. ❡ Et de diuertentibus ſe-
curiorib⁹ & electis. Primũ & famoſius eſt medulla caſsiæfiſtulę cum aqua decoctio-
nis radicum vel ſeminum althææ, eo quia leniendo ventrem ſoluit & materiam edu-
cit, ventris enim ſolutio æqualis in hoc cap. valde conueniens eſt, ita quod confert
ante eruptionem apoſtematum, & poſt ipſam minorando & educendo materiam.
❡ Secundũ vero mundificatiuum & ventris lenitiuum eſt adminiſtratio ij. ℥. mucil-
laginis pſyllij cum aqua decoctionis radicum maluarum, & hoc quidem eſt potenti- F
us ad infrigidandum quam ad educendum. ❡ Tertium mundificatiuum cum ſeda-
tione doloris eſt dare in potu ℥. iij. aquæ mellis, & ℈. ß. croci. ❡ Et ſi volueris mundi-
ficare & dolorem ſedare cum frigidis, potens medicina eſt aqua mellis facta cum
emulſione ℥. ß. granorum papaueris albi. ❡ Et ſi volueris leniendo iterum mun-
dificare & dolorem ſedare cum calidis & humidis, dentur ℥. iiij. aquæ mellis
frigidæ

A frigidæ cum decoctione ℥. ß. granorum recentium pinearum. Hæc quidem omnia
ſunt flores medicinarum electarum vbicunque perlegeris. ¶ Præter hæc omnia mun-
dificare lenire & abſtergere potes cum aqua decoctionis alubleb dando in potu ex ea *Alubleb*
℥. iiij. cum ℥. j. ſachari rubei & videbis nobile iuuamentum. Eſt autem alubleb ſe- *quid.*
cundum rei veritatem volubilis minor; licet plurimi crediderint ipſam eſſe mercu-
rialem, licet tamen vtraque illarum conueniens eſt prædictis, ſemꝑ vnũ medicinale
principium operatiuum adiungendo, & eſt quod in cura cuiuſcunque diſpoſitionis
epatis in omni medicina, imo & in cibis epaticę medicinæ adiungendæ ſunt frigidæ
in calidis & calidæ in frigidis. Exemplum primi, vt ſpodium & roſa. Exemplum ſe- II.
cundi, vt eupatorium, abſinthium, ſandonicum, maſtix & ſimilia. ¶ Aliud autem *Modus diuertendi.*
B ingenium diuertendi materiam eſſe poſſet vomitus, propterea quia diuertit materi-
as antecedentes; quæ ſunt paratæ tranſire in coniunctas, vt patet *quarta primi cap. 13.*
Si enim ipſe confert in cura vlcerum renum & veſicæ, vt ibidem colligitur, quid re-
pugnat, quin conferre poſsit in cura vlcerum epatis? ¶ Tertium diuerſiuum eſſe po- III.
teſt prouocatio ſudoris, de quo tamen non vehementer confido & propter longi-
tudinem viarum ſudoris ad epar. ¶ Et ſecundo propter craſsitudinem materierum.
¶ Et tertio iterum, quia oporteret, ꝙ medicinæ ſudoratiuæ, quæ diuertere debe-
rent materias tales eſſent fortes, & fortium prouocantium adminiſtratio reprobata
eſt ex ſentētia Aui. ſuperius allegata, quare &c. Et quarta iterum ratio eſt: quia omnia
prouocatiua ſudoris etiam ſunt prouocatiua vrinæ: vt à ſapientum fonte colligere
C potui: ſed prouocantia vrinam non placuerunt ſupra, ne iungant in ardorem. ergo.
&c. Si autem negaretur, quod ea, quæ prouocant ſudorem, non prouocent vrinam;
dentur ab aduerſario & reſpondebitur ei. ¶ Quartum iterum ingenium diuertendi IV.
materias, ſecurum & vtile eſſet aperire hæmorrhoides in viro iſto & menſtrua in mu-
liere, de quibꝰ aliquid lege ſupra in generali diuerſione & in intentione curationis.
Hæc quidem de intentione ſecunda dicta ſufficiant.

Iam autem inſtat tempus expediendi tertiam intentionem, quę fuit commen- *Regiminis*
ſurare regimen ex parte ciborũ & potuũ, cuiꝰ declarationi p̄mittendum eſt, quod ali- *rectificatio.*
ud ſit regimen ex parte nutricationis, ꝙ conuenit in cura huius diſpoſitionis in tēpo-
re, in quo neceſſaria eſt mũdificatio. Aliud vero debet eſſe regimē, quādo neceſſaria
D eſt incarnatio. aliud vero & diuerſum, quādo fieri debet conſolidatio. ¶ Cũ n. neceſ-
ſaria eſt mũdificatio, indigemꝰ medicina, q̃ cum cibis & potibꝰ cōmiſceatur, q̃ lauan-
do & leuiter abſtergendo deponat ſuꝑfluitatē, q̃ inuenitur in poris mēbrorũ, & cōca-
uitatibꝰ venarũ, q̃ ſunt ſibi ꝓpinq. quales ſunt pultes ex hordeo coctæ cũ brodio pulli.
¶ Debemꝰ n. intendere cōuenienti nutricationi, eo ꝗa talia vlcera, licet ſint in prin-
cipio vniuerſali eorũ, ſucceſſerũt tamen eruptioni apoſtematũ in epate, q̃ fit in criſi
& in tēpore ſtatꝰ vniuerſalis, in quorũ vtroq; neceſſe eſt ſubuenire virtuti cũ cibalibus
ſaniē mũdificantibꝰ, cũ lauatiuis & abſtergentibꝰ. ¶ Deinde cũ vlteriꝰ ꝓcedit augmē-
tum ſaniei in vlceribꝰ, neceſſe eſt iterũ virtuti ſubuenire cũ his, q̃ nutricatione cōue-
nienti magis ſuſtentant eā, eo ꝗa notabiliter debilitatur ex parte diſpoſitionis vlce-
E rũ, tam in augmento, q̄ in principio eorũ vniuerſali, licet tamē aggregatum ex debili-
tate remanente in tēpore apoſtematũ & aptionis eorum & vlcerũ fortiꝰ & maiorē de-
bilitatē includat in principio vniuerſali, q̄ ſola debilitas, q̃ cōcomitatur vlcera in aug-
mēto vniuerſali eorũ. ¶ Et iſte quidē eſt punctꝰ arduæ ſpeculationis variā diætationis
adminiſtrationem includēs ſecundũ varietatē debilitatis virtutis ꝑ ſe ab vlceribꝰ cō-
ſequētis, aut ab eis & à diſpoſitionibꝰ p̄cedētibus. Poſt hoc autē iterũ adhuc cum cibis
cibalibꝰ maioris nutricationis, ꝓcedendũ eſt in tēpore ſtatꝰ vlcerũ, q̄ in principio &
augmēto eorum vniuerſalibꝰ. ¶ In ſumma igitur regimē ex parte ciborum in princi-
pio talium vlcerum curationis debet eſſe notabiliter nutritiuum, & cum medicinis
leuis ablutionis & abſterſionis cōfractum. ¶ In augmento vero vniuerſali eorũ debet
F eſſe maioris nutricationis, q̄ in principio, & cōfractũ cum medicinis abſterſionis for-
tioris. Si n. in principio adminiſtrabātur ea, q̃ ſunt ſicut mulſa pauci mellis & paucæ
decoctionis: ſicut decoctio paſſularum nigrarum cum cibis. Et ſicut decoctio ſemi-
num maluæ, althææ, aſparagi & ſimilium. In augmento adminiſtrari debent cum ci-
bis ea, quæ ſunt ſicut decoctio polij montani, eupatorij, hyſopi, aut ficuum ſiccarum

& fœnugr ęci & ſimilium. ¶ In ſtatu vero oportet, vt intendamus virtuti cum his quæ A
ſunt vehementis confortationis eius, in quibus ponuntur, aut ante quos cibos exhi-
bentur mundificantia, vt pilulæ, decoctiones, ſublimationes factæ cum rubea tincto-
rum, eupatorio, dauco, ſpica, pœonia, centaurea minore & ſimilibus, & eſt ſenten-
tia Aui. *cap. præallegato in* §. Et vtatur medicinis, in quibus ſunt apertio, ſubtiliatio &
etiam confortatio, quæ fit maſticem permiſcendo cum his cibariis aut ipſum antepo-
nendo eis, & ſunt omnes ſermones de cibatione allegato capitulo collecti in fine ei⁹,
dum inquit. Cum apoſtema rumpitur & mundificatur, neceſſaria ſunt ea, quæ con-
fortant, ſicut aqua carnis, & aquæ arietinæ & hædinę & auiũ tenerarum, & eorum
iura cum aceto, ſ. pauco condita ſine ſpeciebus, ſ. fortib⁹, & vitelli ouorum ſorbili-
um, & ſimilia & parum vini ſcilicet albi ſubtilis non valde fumoſi & aromatici: vt ſe- B
quitur in litera. Et vtatur odoramentis confortatiuis. Hęc de intentione tertia ſubti-
liter tamen conſideranda ita pertranſeant.

Carnis regeneratio & vlcerũ incarnatio.

Ea vero, cum quib⁹ quarta principalis intentio, ſ. regenerandi carnem, imo &
incarnandi completur, licet multa conſcribi poſſent, ſolum tamen illa conſcribam;
quę mihi vtiliora videntur: & euacuata à vehementi caliditate, quæ debent eſſe coa-
gulantes & conuertentes temperatum ſanguinem in carnem, ſicut eſſet aqua arno-
gloſſę cum hydromelle commixta & folia arboris pini cum hydromelle cocta & folia
cupreſsi. ¶ Et de elegantioribus ſunt radices pentaphili, & centaurea minor, ex qui-
bus cum melle fiant electuaria, vel confectiones, & folia caudæ equinę, radix ireos re-
centis & polium montanum & ſandonicum ſandauicon à Serapione nominatum, C
cap. de abſynthio, & lac acetoſum quod valde cõglutinat vlcera magna, vt *quarta quar-
ti tractatu primo 8. cap. colligendum.* ¶ Res vero incarnantes ſunt medicinæ omnes, q̃ ſua
glutinoſitate & exiccatione diſtantia vlcerum labia conglutinant. Et de ſimplicibus
quidem nominatis ſunt cortices arboris pini & reſina puluerizata in pilulas & ele-
ctuaria confecta, & puluis abrotani aſſati, & vermes terreſtres combuſti, oſſa cõbuſta,

Alachoen.

ariſtologia rotunda & pes alachoen & eſt pes coruinus, & oppoponacum, & reliqua
colligenda, *quarta primi 9. cap.* ¶ De cõpoſitis vero medicina ſolennis eſt hiera ſimplex
Galeni deſcripta 7. *terapen cap. de cura plenitudinis tunicarum ſtomachi*, quam exhibere ſo-
leo cum hydromelle, & eſt in ea mirabilis intentio mundificandi, regenerandi, in-
carnandi, imo & conſolidandi, ꝙ facile probaretur per virtutes eorum, quę in ſua de- D
ſcriptione recipiuntur. ¶ At vero iterum conuenienter talia vlcera mundificat & in
eis carnem regenerat, & vſq; ad conſolidationẽ perducit exhibere ʒ. j. theriacę An-
dromachi, cum ij. ℥. aquæmellis. ¶ Et confert etiam ad illud theriaca diateſſeron, &
mithridatiũ & trociſci alkekengi, & multa alia, quorum memoria inferius apparebit.
¶ Ego vero licet multa de prædictis medicaminibus in vſu viderim vtilia, frequenti
tamen & quotidiano exercitio in ſimilibus diſpoſitionibus vlcerum epatis & omni-
um vrinę viarum vti ſoleo duob⁹ cõpoſitis acceptis à Galeno *lib. de comp. med: ſec. loc.
octauo*, quæ mirabiliter collaudat & approbat. Et accepit ab Andromacho in libro de
cura paſsionum intrinſecarum. ¶ Et primum q̃dem cõpoſitum ſecundum ſeriem li-
teræ Andromachi eſt confectio chiteoda ad epaticos, & ad ea, q̃ in thorace ſunt. ℞. E

Electuarium.

*carnium paſſularum ʒ. xxv. croci ʒ. j. calami aro. bdelij, cinamomi ana aur. j. caſsiæ ligneæ aur. ß.
ſpicæ aur. iij. ſquinanthi aur. ij. ß. myrræ, terebentinæ an. ʒ. iiij. limaturæ aſpalti ʒ. ij. mellis ℥ xvj.
vini quantum ſufficit fiat electuarium*, cui⁹ exhibeatur ʒ. j. aut ij. cum decoctione paſſula-
rum vel aliqua de p̃dictis, & vide ibi ſeriem literæ Galeni ꝓbantis inductiue ex quoli-
bet ſimplicium, ꝙ tale cõpoſitum mirabilis ſit efficaciæ. Neq; enim illi⁹ literæ ſeriem
ſcribere volui, ne legentes faſtidio afficiam. ¶ Secundum vero ſpeciale cõpoſitum
ibi à Galeno ſcriptum in fine p̃allegati capitis iterum eſt nobilis iuuamenti. Cuius li-
terę ſeries eſt talis. *Alia ſupple confectio potabilis ad epaticos, ſpleneticos, nephriticos, & hydropi-
cos.* Iuuat etiam ſtomatichos & eas, q̃ à partu moleſtantur, & eos, q̃ ab infirmitatib⁹ re- F
ſumuntur, & cacochymos, ictericos, tuſsiculoſos, pleureticos & ad pharmaca mor-

Potio.

talia, & ad morſum ferarum. ℞. *nardi indiani ʒ. viij. coſti ʒ. ij. caſsiæ croci ana ʒ. j. piperis al-
bi obulos ij. ſeminum apij, petroſelij, ireos acori, opobalſami ana ʒ. j. ſucci iari maſculi ʒ. iij. paſſula-
rum enucleatarum ʒ. vj. permiſce cum dulci, j. cum ſapa vel cum melle, & da cum decoctionibus eo-
rum*, lege ibi.

Per

A Per eà autem, quæ nunc ſcripta ſunt, non dubito quintam intentionem adimpleri poſſe, ſ. cum ſolidatiuis vlcerum iam dictorum, & proprie per exhibitionẽ eorum, quæ ſunt ſicut abrotanum, oſſa aduſta, centaurea minor: & iterum puluis oſtracorum, & puluis cornu cerui vſti; ſpodium ſpecialiter, & ſarcocolla nutrita in decoctione thuris. ¶ Et de compoſitis ſunt ſicut hoc. *℞. thuris, corticum arboris pini, gallarum cupreſſi & centaureæ minoris ana ʒ.j. oſtracorum & oſſium combuſtorum ana ʒ.j. ß. corallorum rubeorum, ſpodii ana ℈.ij. puluerizentur omnia per ſe ſubtiliſſime, & de hoc puluere in potu detur an. ʒ.j. vſq; ad v. in aurora, & ante cœnam cum aqua decoctionis ſeminum roſarum.* ¶ Ego etiam in intentione hac conſolitandi ſæpiſsime vſus ſum aqua plantaginis, & aqua trium ſpecierum conſolidæ, aqua ſublimationis corticum granatorum recentium, & aqua ſub-

Partiū vlceratarum conſolidatio.

Puluis.

B limationis gallarum cupreſsi ingenio meo inuenta optima eſt ad conſolidandum omnia vlcera intrinſeca imo & extrinſeca cuiuſcunque membri; & tu elige meliora. ¶ Hæc de cura nocumenti vrinæ prouenientis ex raptu materierum putridarum ab epate ad vrinæ vias: quæ etiam iuuamentum ſuum communicare poſſunt omnibus fere vlceribus interiorum membrorum, vt intelligi poteſt ex prædictis.

CAP. IX. *De cauſis ardoris vrinæ prouenientis ab vlceribus renum.*

IAm autem peruenire oportet ad curam ardoris vrinæ prouenientis ex effuſione materierum à renibus propter vlcera in eis exiſtentia. Et licet vlcera renum conuenientiam habeant inſimul cum vlceribus veſicæ ex parte cauſarum efficientium illa, & etiam ex parte curationis: Veruntamen vt clarius & di-

C ſtinctius curationis ingenium habeatur, per ſe capitulum faciam de curatione vlcerum renum. Deinde ſimul in alio capite ſermonem faciam de curatione vlcerum pororum vreterum & veſicę ſimul. Ex quibus apparebit modus curationis ardoris prouenientis ab illis. Sunt ergo vlcerum renum & veſicæ vniuerſales cauſę eædem cum cauſis vlcerum cuiuſcunq; partis; quæ reducuntur ad tria genera cauſarum vniuerſalium. ¶ Et prima quidem cauſa eſt eruptio adubelati .i. apoſtematis iam in ſaniem conuerſi. ¶ Secunda verò eſt conuerſio vulneris in vlcera per generationem puris in ipſum. ¶ Tertia eſt eruptio puſtularum per inuentionem corroſiuæ materiæ in eiſdem inuentę. Lege hanc ſententiam *ſecunda primi doctrina ſecunda, & ſumma ſecunda cap. 17.*

D Præter has tamen vniuerſales vlcerum cauſas alię ſpeciales vlcerum in renibus vreteribus & veſica inueniuntur à ſapientibus aſsignatę cauſæ. ¶ Quarum vna eſt deſcenſus lapillorum per vias prædictorum membrorum. Cum enim viæ renum vreterum & veſicæ ſint notabiliter ſtrictę, & contingit lapidem à virtute vehementer impelli, non eſt mirum, ſi frequenter ſua aſperitate excoriationem faciat in illis, & maxime quia tales lapilli plurimum inueniantur anguloſi & eminentias habere acutas, à quibus fit ſolutio continuitatis in viis, per quas anguſtioſe impelluntur. Ex quo apparet, quod talis lapillorum tranſitus non ſit immediata cauſa vlceris: imo vulneris præcedentis ipſa vlcera. Nondum enim ſolutio continuitatis vlcus nominatur; niſi quando iam in ipſa pus vel virulentia fuerit congenita. Secunda vero ſpecialis

E cauſa vlcerum renum eſt inuentio materierum ſiue acuitate naturali, vt cholericę materiæ: ſiue acuitate accidentali ſint acutæ, vt aduſtæ & ſalſæ. Quæ quidem materiæ: & licet contingat eſſe ſubtiles, facile penetrabiles, tamen quia tranſeunt per anguſtas vias in eiſdem retentæ ſunt cauſæ vulnerum primo, & vlcerum ſecundo vt iam dictum eſt. ¶ Tertia vero ſpecialis cauſa vlcerum in prædictis viis eſt inuentio materierum, q̄ craſſæ & viſcoſæ ſunt, quæ ſunt cauſa ſolutionis continuitatis accidentalis. Cum enim materiæ iam prædictæ ſint multum fixę, & inuiſcatæ membris prædictis, quę anguſta ſunt non poſſunt à membris ſeparari, niſi cum vehementi conatu & impulſione virtutis, ad quę ſequitur ſolutio continuitatis per viam magnę extenſionis. ¶ Et iterum fortaſſe, quia Medicus percipiens illarum materierum multitudinẽ

F & fixionem intendens eradicationem earum procedit in pluribus cum diureticis & abſterſiuis calidis: & notabiliter acutis, quare materię aliqualiter acutę fiunt à prędictis & vlcerant. ¶ Inter tamen vlcera prędicta frequentius eueniunt illa, quę fiunt à lapide & à materiebus acutis & ab eruptione apoſtematis, quę tamen in malitia & bonitate eorum differunt ſecundum magnitudinem eorum, & ſecundum longitu-

dinem temporis, & ſecundũ prauitatem puris & virus, quæ generãtur in eis. Nam de A vlceribꝰ & aliis ſolutionibus continuitatis, quæ inueniuntur in renibꝰ illa, in quibꝰ inueniuntur materię minoris malitiæ non ſunt magni timoris. Illa vero, in quibus inueniuntur materiæ acutæ, aut alterius malitiæ ſunt magni timoris, propterea quia faciunt accidere dilatationem, ſ. magnam & perducunt ad perditionẽ. Cum enim in renibus facta eſt magna & profunda ſolutio continuitatis, & proprie penetrans vtrunq; latus, quæ vocatur diſruptio, omnis talis eſt mortalis auctoritate Hip. *ſect. 6. aph. 6.* quæ allegatur ab Aui. cuius omnes iſti ſunt ſermones *18. tertii, ſecundo tractatu 8. cap.*

Cap. X. *De ſignis ardoris vrinæ prouenientis à prædictis cauſis præterquam à lapide.*

HOrum igitur prædictorum vlcerum ſigna colligi poſſunt ex eius cauſis. ¶ Et B primi generis cauſarum vniuerſalium ſigna ſunt, vt poſtquam Medicus percipit fuiſſe in renibus apoſtema cõmunicatum, ꝑmixtio febrium cum inordinato euentu rigoris & aliorum accidentium cõcomitantium febres, vt pulſatione notabili poſterius in loco renum inuenta cum dolore grauatiuo, extenſiuo & pungitiuo ibidẽ ꝑſeuerantibꝰ cum difficultate mictꝰ, vrinarum acutarum eductione, & cum grauitate totius fere corporis, quantum ad motum progreſſiuum, Et cum iterum ꝑpendit Medicus febres, dolorem, pulſationẽ & calorẽ in loco p̄dicto diminui: iam poterit comprehendere materiã apoſtematis in ſaniem fuiſſe cõuerſam, cumq; ꝑcipiet cum anxietate & anguſtia magna paulo ante p̄cedentibus fieri ſaniei & ſanguinis mi- C ctum cum vrina multum iam ſufficienter demonſtratiue deducere poterit, vlcꝰ in renibus vel aliis mẽbris eſſe ſecutum eruptionem apoſtematis p̄dicti. Hæc ſunt congregata ſigna vlcerum renum ſuccedentium apoſtematibus eruptis hincinde collecta:

Signa vlcerum ſuccedentium ad vulnera.

¶ Signa vero vlcerum p̄dictorum membrorum, q̃ ſequuntur ad vulnera taliter intelligi poſſunt, vt ſiquidem fuerint vulnera facta à primitiuis cauſis, vt cum ſtylo vel alia penetrante recognoſcitur ex loco renũ. Et ſi fuerit penetrans vulnꝰ, cognoſcetur, eo quia per ipſum egreditur vrina, & ſanguis, qui inde deducitur; eſt rubeus & clarus, & dolor pungitiuus in vulnere percipitur, qui ſequitur acuitatem, à qua non euacuatur vrina. ¶ Si autem ab aliis primitiuis cauſis eueniunt talia vlcera, vt vidi ſæpe contingere: & paucis ante diebus ex comeſtione fungorum citronorum: & ex hauſtu D cantharidum vel ſimilium rerum acutarum, tunc ſigna eorum inueſtigari debẽt ex eorum aſſumptione. Si autem lateat talium aſſumptio propter carentiam informationis vel ab aſtantibus & ab ægro, tunc oportet te eſſe peritũ in inueſtigatione ſignorum, q̃ ſequuntur ad aſſumptionem talium medicinarum malæ qualitatis; ex his, q̃ ſcribuntur 6. quarti *primo & ſecundo tractatibus*, & tunc inuenies ibi fundamẽta.

Incommoda exepatu cantharidibus.

¶ Qui enim in potu cantharides accepit, vehementiam & multitudinem mictus incurrit cum ingẽti ardore & excoriatione viarum vrinæ, & ſanguinis eductione notabiliter, & hæc eſt ipſarum mala proprietas in tantum, quod ex ſola ipſarum appoſitione ſup pollice pedis, hæc omnia accidentia maxime vidi ſequi. Et habes eius teſtimonium paulo ante viſum à Franciſco Bracha ciue paduano: cui ex appoſitione ipſarum ſuper E genu ſuo inciderunt prædicta accidentia cum mictu ſanguinis plurium quam quinq; librarum, &c.

Signa ex ardore vrinæ.

¶ Signa vero, quæ accipere potes ex ardore vrinę conſequente ſolutionem continuitatis in viis vrinalibus factam ex comeſtione fungorum, *6. quarti tractatu primo ſumma ſecunda, de medicinis acceptis ex plantis frigidis.* Sunt enim ex tuberibus quædam ſpecies malæ ex toto genere ſubſtantiam noſtram corrumpentes. Aliæ vero ſpecies licet ex forma ſua, quam ex principiis contraxerunt, non efficient hæc, accidentaliter tamen ſubſtantiam noſtram corrumpunt, eo quia ortæ fuerunt in locis prope plantas malæ qualitatis, aut quia contingenter in loco ſuæ natiuitatis mortuus fuerat ſerpens vel animal corruptiuum, à quibus omnibus alimentum attractum fuit ex terra à prædictis venenata, & tu conſidera quantum oporteat ſpeculari Medicum. Et fuit hic proceſſus paulo ante à me obſeruatus in nobili viro Matthæo de Cumis, cui ex F comeſtione fungorum acciderunt ſtrangulatio; conſtrictio anhelitus, infrigidatio ſtomachi, rugitus & ſingultus, puncturæ in ventre & excoriatio cum vehementi ardore mingendi, ſcribuntur hæc omnia ab Auicen. *6. quarti allegato cap. lege* ibi.

¶ Ex

A ¶Ex quibus etiam velut ex fundamento percipere potes ſigna aliarum ſpecierum ſolutionis continuitatis, quę ſunt cauſa vlcerum in prædictis membris. ¶Signa vero tertij generis cauſarum vniuerſalium ſolutionis continuitatis in renibus & veſica, quæ ſequuntur corruptionem in puſtulis, & bothor in prædictis membris exiſtentibus cognoſcuntur eo modo, quo vlcera in renibus & aliis facta propter eruptionem apoſtematum, niſi quia omnia accidentia ibidem ſcripta ſunt valde leuia. Quanta enim eſt apoſtematum malitia ex parte quantitatis & qualitatis materierum ipſarum, tanta debent eſſe conformiter accidentia, ſed bothor materia neceſſario eſt parua. Igitur acuitas earum non poteſt eſſe intenſiue valde magna, ſi alia fuerint parua.

Signa ſolutionis continui.

B

Cap. XI.

De ſignis ardoris vrinæ prouenientis à lapide in renibus & diſtractione doloris eius à colica.

Signa vero vlcerum, quæ ſequuntur ſolutionem continuitatis in renibus factam ex impulſione lapillorum, ſunt iſta ſequentia, quæ quidem ſignificant lapidem in renibus fuiſſe & ab eis deſcendiſſe. Signorum autem ſignificantium lapidem in renibus alia ſunt quæ ſumuntur ex parte loci. alia vero ex parte permutationis doloris. alia ex parte accidentium ſtomacho & inteſtinis conſequentium, reliqua vero ex parte vrinarum. ¶Ex parte quidem loci, quoniam lapidem in renibus exiſtentem ſignificat fixio doloris in loco, vbi ſituantur renes, ſiniſtro vel dextro, ſecundum quod

Signa lapidis ex parte loci.

C contingit lapidem eſſe in altero renum vel in vtriſq;. & eſt dolor ille nõ valde magnus niſi contingat lapidem eſſe notabiliter magnum, qui dolor ſemper incipit ibidem & fixus permanet. ¶In colica vero gratia conſequentię doctrinæ & differentiæ ſignorum dolor eſt magnus. Et adhuc incipit in inferiori parte dextri lateris. Ibidem enim à monoculo inteſtino ad caput colon incipit & aſcendit per hypochondrium dextrũ ſuper fundo ſtomachi, quare non remanet fixus, ſicut dolor renalis, licet etiam colica quandoq; incipiat à ſiniſtra parte: ſed illud eſt valde rarum. ¶Signa vero lapidis in renibus accepta ex ſecundo genere ſignorum, videlicet ex permutatione doloris ſunt tria. Dolor ſequens lapidem in renibus verſus ſuperiores partes magis aſcendit, & raro vſq; ad inquina pertranſit. Colicus vero dolor quandoq; extenditur vſq; ad pe-

differentia dolorum nephriticorũ & colicorum.

Signa lapidis ex permutatione doloris.

D ctinem. ¶Amplius dolor renalis & ſi quandoque deſcendat verſus anteriores partes. fortior tamen eſt in poſteriore parte renũ. Colicus vero dolor econtra ſe habet. ¶Amplius dolor renalis incipit quandoque in partibus dorſi, aut terminatur ad eas, colicus vero non. ¶Signa vero, quæ ex tertio genere ſumuntur: ſunt nauſea, abominatio, ſubuerſio, faſtidium & vomitus: licet deueniant cum dolore renum à lapide, & etiam colica communicent ad inuicem hi duo dolores in accidentibus iſtis: Iuuamentum tamen ex vomitu in dolore renum eſt minus, quam idem exiſtat in colica. ¶Signa vero ex quarto genere ſignorum, ſcilicet ex vrina & reliquis exeuntibus ſunt, quoniam generationem lapidis in renibus præcedit quandoq; albedo vrinarum, & cauſa in illo eſt dominium phlegmatis: quod eſt cauſa materialis lapi-

Signa ex 3. genere.

Ex quarto.

E dis. ¶Amplius illius cauſa poteſt eſſe oppilatio ab eadem materia in viis facta: propter quod aquoſitas ſola elemento aquæ in colore ſimilis egreditur. ¶Et iterum vrinæ habentes lapidem renum tenues præcedunt generationem eius propter eaſdem cauſas. cum autem ex materia illa lapis quidam iam generatur, cũ fiat à calore excoquente & aſſante materiam illam, neceſſe eſt, quod notabiliter calefiat & ebulliat, quare minguntur vrinę qñq; nigrę fere, ſicut atramentũ propter fortem ebulitionẽ in maſſa ſanguinea factam. Et ſi cõtingat ſanguini miſceri cholericã materiã multã, tunc erit vrinarum nigredo declinans ad aliqualẽ citrinitatem. Si ã. ſanguini miſceatur melancholica materia, color erit notabiliter vera nigredine opacus, niſi vincente ſanguine non notabiliter ab alia materia refracto, erit vrinarum nigredo ad rubedinem incli-

F nata. Cum autem contigerit lapidem iam eſſe genitum, tunc minguntur vrinæ tenuiſſimę: eo quia clauſis viis ſola eribratur aquoſitas. In colica vero nequaquam apparent ſigna, niſi fuerint complicata cum calculo prædicto. ¶Amplius dolorem renalem præcedit mictus multę arenæ vt in pluribus: & iterum ſuccedit talis mictus declinationi doloris renum huius: eo quia aut de loco commouetur lapillus aut commi-

nuitur cum medicinis 2dum partem vel 2dum totum. cedit ergo arenulis, quæ ſimul A
cum aquoſitate educuntur. ¶ Hæc vero accidentia nequaq̃ præcedunt neq; cōcomi-
tantur colicam. Ipſam vero concomitatur magn⁹ in vētre rugit⁹ ventoſitatum per ſu-
periora aut inferiora aut vtrinq; præcipitatio mucorũ aut ſquibalarũ eductio clyſteri-
bus vel opere naturæ facta; & alleuiari à carminantibus ventoſitatem & clyſteribus a-
nodinis: & cum his & calefactiuis. Renalis vero dolor prædictus diureticis & cōminu-
Renalis dolor cur intendatur tempore vacuitatis ſtomachi. tiuis lapidum & expulſiuis arenularum iuuamentum notabiliter accipit. ¶ Et iterum
renalis dolor quiſq̃ intenditur tēpore vacuitatis ſtomachi à cibo: & cauſa in illo eſt,
quia rudes ciborum partes ab expulſiua virtute propulſæ ſunt ad inteſtina; quæ reci-
piuntur in ilion magnæ extenſionis exiſtens. Vnde ſua corpulentia & grauitate
grauando renes dolorem in eis augmentant. ¶ Colicus vero dolor econtra ſe ha- B
bet, qm̃ poſt aſſumptum cibum intenditur, & cauſa eſt; quia cibus in fundo ſtomachi
congregatus extendit ipſum & ſumere facit verſus anterius: eo quia poſterius extēdi
non poteſt reſiſtentia ſpondylorum. Cum ergo ſuper fundo eius inteſtinum colon ſu-
periaceat cum reuolutione ſua: neceſſe eſt ipſum comprimi inter ſuperficiem cōue-
xam ſtomachi & concauã mirach: ſed in tali cōpreſſione neceſſario intenditur dolor,
ſi ipſa notabilis fuerit. Igitur in colico dolor intenditur poſt aſſumptum cibum vt erat
arguendum. ¶ Hæc ſunt ſigna præſentiæ lapidis in renib. & diſtinguentia ipſum à co-
lico, vt ex ſententiis illuſtrium auctorum accipi conuenienter poſſunt. Et tu lege ho-
rum plurima interiorum 5. *2. cap. & 16. tertij tractatu 3. cap. de doctrina inter hæc duo partim 19.*
tertij cap. de ſignis lapidum renum, & à Paulo poſt practicæ c. proprio, & plures alibi quod allega- C
re dimitto faſtidium euitans.

Cap. XII. *De ſignis excoriationis prouenientis in vrinalibus viis ex deſcenſu lapidis per eas, cum ſermone in eo de ſtranguria & aliis.*

AT vero ſigna deſcenſus lapidis à renibus in veſicam ſunt fortis commotio in re-
Signum 1. nibus, ac ſi res, quæ prius ſenſu tactus percipiebatur fixa & ſuſpenſa, ſentiatur à
loco illo ſeparari: & ad inferiora deſcēdere cum ingenti dolore. propterea quia
eſt neceſſarium panniculum colatorium renũ in poris ſuis dilatari virtute ingenti co-
natu lapillum impellente. Et eſt qñq; impulſio lapilli & magni adeo fortis vt colato- D
2. rium illud diſrumpatur & ſequitur ipſum mictus ſanguinis cum vrina. ¶ Secundũ vero
ſignum eſt proceſſio doloris ab inferiori parte renum per laterales partes ſpondylo-
Alkatin. rum cum deſcenſu verſus alkatin & grauitate partium illatum extēſione forti: & cau-
3. ſa in illo eſt impulſio lapilli per vreteres poros. ¶ Tertium ſignum eſt fixio doloris in
ſuperiori parte alkatim (eſt locus, vnde inferior vreterum pars fundi veſicæ ſubſtan-
tiam ingreditur.) Cum enim lapis ibi recipitur: oportet ipſum aliquã contrahere mo-
ram, antequam in cōcauum veſicæ recipiatur, & hoc contingit propter aliquã trium
cauſarum principalium vel propter omnes. ¶ Et 1. quidem eſt, quia veſicæ foramina
anguſta ſunt, per q̃ non niſi cũ difficultate tranſire poteſt lapis. ¶ Cauſa 2. eſt, quia fo-
ramina veſicæ non ſibi immediate inuicem obuiant: imo vnum ab alio diſtãter ſuper- E
eminet alteri quandoq; per duos digitos. ¶ Tertia eſt: quia in præcedenti lapidis im-
pulſione à renib. vſq; ad veſicam excluſiue iam debilitata fuit virtus, quæ vehemen-
4. tiam impulſionis continuare non poteſt æque potenter. ¶ Quartum ſignum eſt, ſub-
ſequens prædictis & eſt quia dolor iam in renibus præexiſtens: & vreterib. iam nota-
biliter alleuiatus eſt. Cum ergo contingit, virtute continuante propulſionem lapidis
5. ipſum in veſicæ concauitate recipit. ¶ Iam ſequitur quintum ſignum & eſt multituti-
dinis vrinæ craſſæ, arenoſæ, nigræ & mucoſæ expulſio tam in quantitate continua, q̃
in diſcreta: & erit in ea lapillorum multitudo ſic ꝙ quandoq; plures, q̃ 40. lapillos ex-
pulſos viderim. hęc omnia facile intelligere potes: & eorum cauſas ſi anatomiæ ſcien-
tiam noueris per experientiam. ¶ Ex quorum ēt fundamento facile deducere potes F
qualiter ad lapillorum renum eductionem ſæpe ſequatur ſtranguria, quę eſt impotē-
tia emiſſionis vrinæ: vt patet *6. de accidēti & morbo, tractatu 2. cap. de exeuntium cauſis diuer-*
ſorum, vbi inquit: Vrina vero exire prohibetur, dum veſica eam expellere nequit, aut dum via, per
q̃ penetrat, clauditur: hæc diſpoſitio ſtrãguria nominatur, ita ꝙ qñq; ſola imbecillitas virtutis ad
expel-

A expellendũ ſit cauſa ſtranguriꝫ. Aut oppilatio colli veſicæ prohibens ipſam exire: ſed
iſta duo facile ſequi poſſunt ad prædicta. Igitur ſtranguria ad eductionem arenarum à
renibus ad veſicam facile conſequetur, & conſidera hoc ſæpius euenire rationabili-
ter. ¶ Et ex his iterum corollarie concludi poteſt cauſa doloris ſubſequentis lapillos:
aut in renibus exiſtentes: aut ab eiſdem ad veſicam propulſos. ¶ Et primum quidem
monſtratur: quoniam cum à lapillis viæ renum notabiliter oppilantur, inde deſcen-
dere nõ poteſt, niſi ſola aquoſitas, ſed contingit ipſam eſſe acutã: eo quia propter diu-
turnitatem moræ ipſius in renibus & in emulgentibus à calore fuit excocta conue-
nienter. vnde acuitatem vel ſalſedinem acquiſiuit. Aut acuitatẽ habet vllam, eo quia
cholericæ aut aduſtæ materiæ vel ſalſę fuerint eidem commixtæ: ſed talis vrina ad
B collum veſicæ propulſa dolorem mordicatiuum & pungitiuũ efficiens in ea eſt iterũ
cauſa doloris in extremitate pudendi eueniens, quare ex præſentia lapidis in renibus
arenularũ in collo veſicæ exiſtẽtium facile ſequi poteſt ardor in vrina, ꝙ erat arguen-
dum. & conſidera diligenter, quia in viro illo magna ardoris vrinæ cauſa fuit: & eſt la-
pis in renibus & arenarum multitudo in eis & in veſica inuenta, & percipies hanc eſſe
rei veritatem cũ diligenti conſideratione. ¶ Adhuc ẽt conſiderandum ꝙ lapides & a-
renulæ multitudine, quantitate ſua angulorum ſuorum varietate & longa pſeueratio-
ne tranſitus per partes renum & veſicæ excoriando vlcera in eis efficere poſſunt, quæ
omnia ſuperius ſuis rationibus videntur eſſe deducta conuenienter. ¶ Ex quibus iam
apparet complementum cauſarum vlceris in renibus & vreteribus & in veſica: & ad-
C huc in canali virgę quare reliquum iam ſupereſt omnium horum vlcerum renum ca-
nones curationis & inſtrumenta conſcribere.

Cap. XIII. *De cura ardoris vrinæ prouenientis ab vlceribus renum factis ab acutis materiebus ab exituris puſtulis & ab arenis, & eſt ſermo de cura ſtranguriæ & dyſuriæ.*

PRo cura igitur vlcerum in renibus exiſtentium, gratia complementi operis præ-
mittendum primo, quod omnia iſta vlcera communicent inuicem generali cu-
ratione ipſorum. Et ſi qua varietas in curatione aſſignari poteſt, eſt quia varia eſt
curatio 2dum varietatem temporum iſtarum ęgritudinum in ſe cõſideratorum. ¶ Se-
D cundo etiam poteſt eſſe varietas ex parte inſtrumentorum: quæ per tertiam opera-
tionem reſpicere debent vlcera non vt talia, ſed vt renum tales diſpoſitiones. Licet
enim omnium vlcerum cura perficiatur per exiccantia, per alia tamen & varia exic-
cantia curantur vlcera pectoris: vt cum iride, hyſopo, ariſtologia vtraque. Et vlcera re-
num vt cum ſemine alkekengi radice liquiritiæ, pentaphili cauda equina, & ſic de
aliis vlceribus.

Itaque intentiones in cura vlcerum renum ſex videntur ab auctoribus colligi poſ-
ſe. ¶ Quarum prima eſt materiei exuberantis minoratiua euacuatio. ¶ Secunda ipſa-
rum diuerſio. ¶ Tertia vlcerum cum leuibus medicinis mundificatio. Et hæ tres in-
tentiones fulciri debent in tota latitudine vniuerſalis principii, & primæ partis aug-
E menti eorum. ¶ Quarta vero intentio eſt ipſorum mundificatio cum abſterſione cõ-
uenienti, quæ obſeruari debet à ſecunda parte augmenti vniuerſalis vſque per totam
partem ſtatus vniuerſalis.

¶ Quinta eſt accidentium correctio, quæ non ſolum in ſtatu, ſed ẽt in augmento
vtilis eſt.

¶ Sexta & vltima eſt vlcerum fortis abſterſio & exiccatio cum regeneratiuis &
incarnatiuis, & vltimo conſolidatio cum exiccatis ſua ſtipticitate ſuperficiem cutis
conſolidantibus. *Materiei*

Et prima quidem intentio licet multis inſtrumentis compleri poſſit: ſolennius *exuberan-*
tamen & famoſe laudatum ab auctoribus eſt caſſia fiſtula. Ipſa enim eſt res magna in *tis minora-*
F curationibus renum, nam cum ipſa ponitur in clyſteribus: & cum his, quæ bibuntur, *tiua eua-* *cuatio.*
euacuat ſine labore: & ſociat ſibi euacuationem ſcilicet per vrinam, aut aſſociat ſibi
iuuamenta alia, ſcilicet leniendi, mundificandi & ſedandi dolorem: *18. tertij tract. 2.*
c. de cura apoſtematum renum. Ex ipſa igitur exhibeatur ab ℥.j. vſq; ad ij. cum aqua hordei.
¶ Et mũdificatiuũ iterũ leue huic ſimile erit exhibere in potu ℥.j.ß. electuarii dia pru-

ni ſimplicis. ¶Et leuius illis eſt dare ℥.ij.mucillaginis mucheitę cum aqua hordei vel A
decoctione prunorum. ¶ Et 4. eſt exhibere mãnæ ℥.ij.cum aqua prunorum.¶Et for-
tius illis, vt in fine principii poterit eſſe electuarium de pſyllio:cuius exhiberi poſſunt
ʒ.iij.vſq; ad iiij.cum aqua decoctionis liquiritiæ. ¶Taceo hic minoratiuam euacuati-
onem per phlebotomiam & per vomitum. De his enim omnib.ſupra in generalibus
intentionibus curationis huius cauſa viſum eſt.

Materierũ diuerſio. Phlebotomia.

Secunda vero intentio, quæ eſt materierum diuerſio, ex pluribus inſtrumentis
haberi poteſt in generalibus intentionib.ſupra diſcuſſis. Hæc a. perfici ſolet quatuor
inſtrumentis plurimũ à ſapientib.collaudatis. ¶Quorum 1.eſt phlebotomia. Alterum
eſt lenitio vẽtris. Aliud vero vomitus ꝓuocatio. Et aliud cum diureticis materierum
diuerſio.¶Inter quæ ſi bene conſiderentur, primum eſſe debet phlebotomia:& ꝓprie B
q̃ materiã euacuando diuertit,& humores ad æqualitatẽ ꝑducit.Ex eis n.quæ æquant
humores,eſt phlebotomia,ſi eſt neceſſaria.*vt 18.tertij tract.2.c.4.*¶Poſt ipſam tamẽ de-
bet eſſe ordo in adminiſtrando lenitionem. Vniuerſalior enim euacuatio eſt phlebo-

Lenitio. Vomitus.

tomia, quam ventris lenitio cum prædictis. ¶Tertium vero eſt vomitus prouocatio,
& non oportet neceſſario ſemper talẽ ordinẽ obſeruare. Licet n.à ſapientib. vt in plu-
ribus phlebotomia, & ventris lenitio ꝑmittantur, videtur tamen nõ raro apud aucto-
res diſcordia. Materia n. magno impetu ꝓrumpente ad ſtomachũ ante phlebotomiã
& ventris lenitionẽ prius eſſet vomitus prouocandus ex ſenten. Hip.*ſect.1.aph.21.*Quę
ducere oportet,&c.Si a.materiei raptus ad ſtomachũ non apparet à prędictis duobus
ſcil. phlebotomia & ventris lenitione incipiendum eſt. ¶De modo adminiſtrandi C
vomitum an præcedere debeat diuretica an econuerſo:Eodem modo eſt dicendum,
ſicut de vomitu reſpectu phlebotomiæ & lenitionis dictum eſt. Auic. tamen placuit,
quod prouocantia vomitu ꝑcedere debeant. Et omniũ horũ ſententiã pulchre legere
potes *18.tertij allegato cap. Et ſolutio ſubtilis & tenuis.i.parua:& ſine labore penitus ſcil. expellendi
materias abſque nocumento, & ſine ſolutione humorum acutorum ſubito vna.i.ſimul ſupple eſt vti-
liſsima & conueniens, quod probat. huiuſmodi enim ſcilicet ſolutio iam dicta expellit à corpore ſolu-
tionem ſubtilem cum declinatione id eſt diuerſione ad partem, quæ alia eſt à parte renum, & proprie,
quando talis ſolutio fit cum medicina, non acuta, neque acutorum humorum vehementer agitatiua,
quod intellexit dum ſubiunxit. Et dum non adminiſtras ſolutiuum choleræ, eſt melius vſq; ad neceſſi-
tatem, ſupple, quando digeſta eſt. Et intellexit hoc & melius quidem eſt, vt æques materiam & edu-* D
*cas illã poſt illud vſq; ad neceſſitatẽ, ſupple, ſufficientẽ euacuationis, & proprie vomitus. Vomitus nãq;
melior, quo vlcera renũ curãtur, propterea quia mũdificat & euacuat & propter hoc quod attrahit hu-
mores à cõtrario partis renũ. Et quandoq; eſt vſus vomitus freq̃uẽs ſufficiens ad illud excuſans ab alio.*
Deinde ponit ordinẽ inter ipſum & diuretica dicẽs. *Et meliꝰ quidẽ eſt, vt prouoces cũ ſemi-
nib. prius, deinde permuteris ad vomitũ factũ poſt cibũ & cum leuib. medicinis, quod intellexit, dũ di-
xit & iterũ ſubiunxit. Et oportet, vt vomitꝰ fiat ſuper cibũ cũ eo, quod faciliter efficit ſicut melõ, ſupple
radix, quæ vomitum prouocat & ſemen eius & proprie cum vino dulci. Et oportet vt non fiat commo-
tione vehemens cum labore.* Vide quam clare iſte vir inſtruat operantes. hæc de intentio-
ne ſecunda.

Vlcerum cũ leuibus medicinis mũdificatio.

Tertia intentio ſc. mundificatio gradatim ordinem habere debet. ¶In 1. igitur v- E
niuerſalis principii parte ꝑmittẽda ſunt leuia mũdificantia, deinde gradatim à princi-
pio ſuccedẽdo ad fortiora ꝑmutandũ eſt.¶ Et *1.* quidẽ leue eſt aqua hordei cõuenien-
tis decoctionis cum cortice ſuo facta ex 20. partibus aquæ: & vna hordei decoctis vſ-
que ad conſumptionem quartę partis, de qua in aurora dentur a.iiij. ℥.vſq; ad v. ¶Se-
cundum vero & fortius eſt vt prædictæ aquæ dentur ℥.iiij.cum ℥.j.aut ij.ſachari rubei.

Facultas radicis glyzyricæ.

¶Tertium vt in potu detur aqua hordei cum emulſione ſeminum communium,
& cum iſtis tribus pertranſire potes vſque ad medietatem principii vniuerſalis. ¶In
reliqua autem ipſius parte tranſire potes ad aquam mellis ſubtilem. ¶Secundo ad
aquam mellis cum decoctione radicum liquiritiæ. Radici enim liquiritiæ ineſt exic-
catio, & mundificatio, maturatio & glutinatio.¶Et tertio iterum dare potes aquam F
mellis cum decoctione ſeminum melonis, cucumeris & citrulli: & proprie cum
ſignis caliditatis. Et hæc quidem tria proprie in ſecunda parte principii vniuerſalis
conueniunt. ¶In prima vero parte augmenti cum audacioribus mundificatiuis pro-
cedendum eſt, vt exhibeamus aquam mellis cum decoctione recentis radicis feni-

A cūli aut althææ. Et iterum aqua decoctionis ſachari rubei, cum radice aſparagi &
milii ſolis. Vel ſachari rubei cum decoctione Petroſelini vſque ad apium & daucum:
quæ tamen omnia à radice liquiritiæ nullatēus euacuentur. ¶Et ſi cum prædictis do-
lorem ſedare intendis, conferunt vehementer grana pini cum eis decocta: & croci
etiam & ſemen aneti & chamomillę. ¶Et ſi prouocationi intenderes audaciori, com-
miſceantur cum prædictis grana phiſticorum, cum ſua enim apertione vnctuoſita-
tem habent conuenientem renibus vt paulo poſt dicetur. ¶Cum autem vſque ad ſta-
tum peruenerit diſpoſitio, procedendum eſt cum mundificatiuis & abſterſiuis non
valde tamen acutis, & proprie cum vlcus non eſt malignum, ſicut eſt decoctio radi-
cum & ſeminum althææ: & ſemen & radix almaru. & ſemen & radix alkekengi & aqua
B vuæ vulpis & ſtaphyſagria. ¶In eis vero vlceribus, quæ maligniora ſunt, conueniētia
ſunt ariſtologia vtraque, ireos, acorus, calamentum, polium montanum, deglutitio
terebinthinæ oppoponacum in pilulas conuerſum: & reliqua compoſita, quorum pa-
rum infra memoria tractabitur. Cum his quidem omnib. procedere debes per totum
ſtatum. Et hi quidem omnes ſunt ſermones Auicennæ, quos legere potes allegato
loco ibi. Cum ſcis, quod in vlceribus ſit ſordes, tunc da in potu abſterſiuum, in quo
eſt fortitudo prouocationis, ſicut eſt aqua mellis cum quibus ſeminibus, & reliqua le-
ge ibi per te. ¶Attende tamen in cura vlcerum prædictorū & veſicæ, &c. quod omnes
medicinæ, quæ adminiſtrantur, confrangi & cōmiſceri debeant cū medicinis haben-
tibus 5. operationes. ¶Quarum prima eſt glutinatio. Secunda vnctuoſitas. Tertia pro-
C uocatio. Quarta conſolidatio. Quinta doloris ſedatio. ¶Et prima quidem neceſſaria
eſt, cum enim renes nutriantur ſanguine cholerico, ſatis etiam cum in eis inueniatur
vrinæ perfectio: & eius colatio de neceſſitate forti abſterſione abſterguntur à prædi-
ctis. quare medicinarum operatio non cōuenienter in eis fieret, quoniam abſtergen-
tia non permitterent ipſas cōmorari quantum oporteret in renibus. Glutinantia ita-
que in medicinis efficiunt aptitudinem more medicinarum in ipſis.

¶Secundo ēt ſunt neceſſariæ medicinę vnctuoſę ſicut lacca, dragagantū, gūmi ara-
bicum & ſimiles, eo quia talia defendunt membra ab impreſſione acuitatis medicina-
rum & ſalſedinis vrinæ. ¶Et 3. iterum neceſſariæ ſunt medicinæ diureticæ ad hoc, vt
faciant peruenire medicinarum virtutes & ſubſtantias ad talia membra. ¶Quarto ite-
D rum neceſſariæ ſunt medicinæ ſigillantes, vt ſi qua fuerit in prædictis vlceribus parti-
cula conſolidationi apta, conuenienter poſſit conſolidari. ¶Quinto adhuc neceſſa-
riæ ſunt medicinæ ſedatiuæ doloris. Cum enim ſanies acuta ſit & vrina ſalſa & pungi-
tiua & plurimæ medicinarum in his vlceribus conuenientium non euacuentur ab a-
liquali acuitate, quæ eſt doloris effectiua cauſa, neceſſe eſt vt talium vlcerum medici-
næ ēt ſint ſedatiuæ dolorum, imo quandoq; vſq; ad narcoticas tranſeundum. ¶Et ſunt
ſermones Auicen. pulcherrime poſiti *allegato cap.* dum inquit: *Et oportet vt commiſceas,*
cum medicinis vlcerum omnibus glutinationem facientia; ſicut ſunt amylum, dragagantum & gum-
mi frigida. Nam glutinatio eſt ex eis, quæ poſſunt vlcera munita, id eſt, ſecura vel defenſa ab exco-
riatione horum, ſupple humorū *vel ſaniei vel medicinarum, quæ tranſeunt ſuper ea*, & ſupple et-
E iam miſceantur eis vnctuoſa ſicut lacca, quæ facit carnem in membro. *Et illud, ex quo*
ipſum nutritur ſpiſſum & annexum præparat ad ſigillandum. Et voluit intelligere vt miſcean-
tur cum medicinis ea, quæ ſanguinem attractum ad renes & ad loca vlcerū incraſſant
& ſpiſſum faciunt aptum conuerti in ſanginem & aptum etiam conſolidationi. De-
inde ſubiungit. *& oportet iterum vt miſceantur cum eis diuretica & medicinæ ſubtiliatiuæ, vt fa-*
ciant penetrare ad ipſa, ſcilicet vlcera medicinas rectificantes & ſigillantes; licet ipſæ in ſeipſis, nóce-
ant agitando, quod intellexit dum dixit, & commoueantur ſupple vlcera ab eis, ſcilicet medicinis a-
peritiuis & dilatatiuis. Et ſequitur in litera. *quoniam neceſſarium eſt, vt miſceantur cum eis nar-*
cotica ex herbis, ſicut hyoſcyamus niger & illud propter ſedationem doloris, exiccationem
& repercuſſionem.

F Poſtquam igitur iam apparuerint ſufficienter eſſe mūdificata vlcera iā dictā, tunc
ꝓcedendū eſt cū mundificantib. miſcendo ea, quę regenerant carnē & incarnāt labia
vlcerum cōglutinādo, quæ duo ēt eiſdem medicaminibus compleri poſſunt, quibus
vlcera epatis curabantur, vt viſum eſt. ¶Et tales medicinæ plurimæ ſunt ab auctori-
bus approbatæ; vt radix pentaphili, cauda equina, centaurea minor ireos

Mundificatio cum abſterſione conueniēti & conſolidationē.

chamedris,dragagantum, gummi arabicum & amylum, tam de frumento, quam de hordeo,& corallus rubeus,karabe,ſpodium,thus minutum,ſarcocolla nutrita & plurimæ ſimiles medicinæ.hæc autem, quæ ſigillant & cōſolidant plurima ſunt,ſicut puluis ſeminis,plantaginis,acatia vtraq;,cōſolida,pul.ſcorię ferri præparatæ,mumiæ,balauſtia grana myrti & ſimilia.¶Et compoſitum hoc elegantis præparationis. ℞. *Seminum batecæ, id eſt, anguriæ & citrolli, id eſt, cucumeris oblongi rotundi,& cucumeris, ſcilicet longi citrini & cucurbitæ dulcis omnium excorticatorum ſeminũ papaueris albi & nigri: & gummi amygdalarum, & dragaganti & amyli, ſeminis portulacæ, ſeminis maluæ, ſeminum althææ laccæ ablutæ & reu. ſeni an. omnium ʒ. v ſpodij ʒ. vij. boli armeni ʒ.10. granorum pini maioris & minoris excorticatorum, ſeminum alkekengi montani omnium an. ʒ. iij. ſucci liquiritiæ & ſachari taberzet & pſyllij omnium an. ʒ. 20. terantur omnes Medicinæ præter ſacharum & pſyllium.* Deinde B miſceantur omnes ſimul & dentur ex hoc compoſito ʒ. v. cum aqua hordei aut iulep. Et melius eſt vt dentur cum lacte aſinæ ℥. ij. Hoc quidem medicamen, ſi diligenter conſideras virtutem ſimplicium, eſt nobilis iuuamenti, mundificando, regenerando,incarnando,imo & cōſolidando:& eſt ex deſcriptione Serap. *4. breuiarij c. 14* & nō ſolet me decipere niſi vlcera fuerint valde profunda & antiquata: & ſoleo exhibere ipſum in trageam confectiones, pilulas & trociſcos cum lacte aſinæ vel cũ decoctione conſolidæ alicuius.¶Scio ēt,ꝙ ad hæc vlcera incarnanda & cōſolidanda ſoleniter conferat deglutitio pilul.quæ fiunt ex æquali pondere mumiæ & dragaganti. ¶Etiam puluis corallorũ rubeorũ cũ ęquali pondere agrimoniæ notabiliter incarnat & cōſolidat. ¶Et pil.factę ex centaurea,conſolida minore & thure minuto, an. ēt mi- C rabiliter cōſolidat.¶Hæc quidē de mundificantib.regenerantib.& incarnantib.vlcera cōſolidātib. pauca ſufficiant, per quæ intentio 3.4.&6.videntur eſſe ſatis rationabiliter adimpletæ. Et qui plura deſideraret, poterit hos ſermones coniungere cum his quæ de cura vlcerum veſicæ ſequenti cap.tractabuntur.

Bateca. — *Compoſitio*

Iam autem expedire oportet quintam intentionem,quæ fuit correctio accidentium:& illa quidē,quæ talib.diſpoſitionib ſuccedere ſolent accidentia frequentioris euentus 5.ſunt.¶Quorum 1. eſt mingendi difficultas. ¶2dum emiſſio vrinæ guttatim facta q̃ ſtranguriam cōmuniter Medici nominãt.¶3um impotētia & laſſitudo ad motus progreſſiuos. ¶Quartum paucitas appetitus executionis coitus.Quintum vero& vltimum impotentia detinendi vrinã cōuenienter, quam aliqui dyſuriam vocant. D ¶Quibus quidem accidentibus prouidendum eſt 2dum hunc modum, &c. ¶De his ergo,quæ vrinã prouocant & multiplicãt,famoſiora plura longa ſunt.Et 1.eſt capillus veneris 2.aſparagus, quæ ambo licet temperata ſint, vehementis tamen prouocationis exiſtunt.3.eſt ſpicanardi. 4.orobus.5.rubea tinctorum. 6. apium vtrunque. 7.feniculus.8.Petroſelinum 9.milium ſolis,ꝙ eſt potentiſſimum inter alia. 10.aniſum.11.radix bruſci.12. liquiritia, & plura alia ſimilia iſtis. Et compoſitum hoc, quod ſcribitur ab Auicen.*19.tertij tractatu 2. capit.5.* Cuius literæ ſeries eſt hæc. *confectio diuretica fortis.* ℞. *ſauinæ & aſari, amomi, Ameos & Petroſelini, ſeminis apij & rubeæ tinctorum amygdal. amar. excorticatũ & ſpicæ an. ʒ. 20. ſeminis melonis ʒ. 10. corporum cãtharidum abſciſsis capitibus & alis, amoniaci ana ʒ. iij. reſoluatur amoniacum cum triplicato ſubtili & fiant ex eis pilulæ vt auellanæ,* E *de quibus ſumantur vſque ad ʒ. iij.* Ego vero ab hoc compoſito amouere ſoleo cantharides propter acuitatem earum: licet tamen hoc compoſitum cum eis non ſit valde verendum, cum pauca quantitas earum ingrediatur ipſum. Eſt autem triplicatum, quod ibi recipitur muſtum per decoctionem factam remanente tertia parte ipſius.

Accidentium correctio. — *Primum accidens eſt mingendi difficultas.* — *Pilulæ.*

Stranguria

Secundi vero accidentis regimen diuerſis ingeniis procurari poteſt.Si enim ſtranguria intelligatur eſſe impotentia emittendi vrinam propter clauſionem colli veſicæ à lapillo factã,dum retinetur in collo eius,tunc cura eius eſt multiplex. ¶Et prima quidem eſt corporis euerſio pedib. eleuatis. ¶Secunda vero eſt, vt canali virgæ imponatur catatre.i.ſyringa aut candela tenuis, & impulſione cum eis facta à collo veſicæ ꝓpellatur lapis. ¶Et tertia eſt illius lapidis eruptio vel comminutio facta à medicinis: F de quibus parum infra dicetur.

¶Si autem colli veſicæ clauſio fieret ab humoribus, ibidem retentis: tunc eius cura perficitur cum diureticis immediate deſcriptis.

¶Si autem fieret vrinæ denegatio propter impotentiam virtutis expulſiuę, cura eius

A eius eſt per inunctiones collum veſicæ confortantes, ex quibus femur totũ & locus peritoneon diligenter inungantur. ¶ Et olea ſunt ſicut oleum nardinum, oleum de enula, oleum de pulegio, de croco, de piperibus. ¶ Et oleũm fortis prouocationis eſt iſtud. ℞. *ſuc. apii, ſucci milii ſolis, ſucci fœniculi, ſucci apii ſylueſtris, ſamurion nominati, ſucci eupatorii an. ℥ iij. ſeminum milii ſolis, apii, aſparagi, acori, bruſci, ſeſeleos & croci an. ℈ j. olei oliuarum ℔ j. omnia ſimul lento igne bulliant, vſq; ad conſumtionem ſuccorum, & cum hoc oleo vngantur partes prædictæ*, in q; etiam infundatur magnum fruſtum lanæ ſuccide, & calidum apponatur femori & partibus iam dictis &c. Et poſſunt iterum ex prædictis varia fieri medicamina, vt epithemata, emplaſtra, lenitiones, balnea vel ſemicupia, & tu conſidera & elige vt tibi placet. ¶ Si autem vrinandi impotentia contingeret propter paralyticam diſpoſitionem in muſcu-

Oleum.

B lis colli veſicæ inuentam, tunc factis euacuationibus, digeſtionibus & diuerſionibus opportunis collo veſicæ apponantur inunctiones factæ ex oleo de euphorbio, de coſto, de liliis albis vel irino. ¶ Aut compoſitum hoc. ♃. *pyrethri, piperis albi, cõſti, peucedani, calami aromatici, arteticæ, zinziberis, croci an. ʒ ß. olei de croco, olei de euphorbio, de piperibus, an. ℥ j. ſerapini, opoponacis an. ʒ j. diſſoluantur gummi in aceto, & fiat vnguentum, cum quo liniantur prædictæ partes.* ¶ Si autem per ſtranguriam intelligatur vrinæ emiſſio guttatim, tũc cura illius iterum cum prædictis immediate poteſt fieri. ¶ Et ad illud etiam confert compoſitum Auicennæ deſcriptum ſuperius in regimine deſtillationis. ¶ Et confert etiam ad illud cõpoſitum hoc. ♃. *pyrethri ʒ j. coſti, phu, meu ſem. leuiſtici an. ʒ j. pulueris glandiũ ʒ j. ß. pulueris corticum intermediorum caſtanearum ʒ ij. puluerizentur per ſe omnia, & fiant ex eis pilulæ, electuaria*

Vnguentum

Puluis.

C *vel confectiones, & dentur ex eis vſque ad ʒ iiij. ante cœnam & in aurora ſecundum coniunctarum:* quia ſine periculo eſt.

Laſſitudo vero remanet in cruribus & pedibus propter debilitatem renum, quæ cõmunicatur membris inferioribus, ſiue ſit ſpecies malę complexionis alicuius, ſiue debilitas eorum. ¶ Et mala quidem complexio, quæ eſt illius cauſſa, plurimum eſt frigiditas & humiditas, quæ ibi remanſit: quæ ſæpe facile remoueri ſolet vngendo ſpinam cum oleo de coſto vel liliorum alborum vel irino. ¶ Ego autem expertum habeo oleum de cinnamomo ſecundum ſentẽtiam Auic. *2. can. in ſuo c.* Scio etiam, q; oleũ de pice mirabiliter cõferat in remotione hui⁹ accidẽtis. Si vero laſſitudo ꝓueniat a renũ debilitate, tũc cura illius eſt cũ comeſtione renũ omniũ animaliũ & cibis factis ex lacte caprino & aſini-

3. *Impotentia & laſſitudo ad motus progreſſiuos.*

Lactis ouini præſtantia ad affectus veſicæ.

D no vel ouino. Lacti enim ouino non eſt medicina compar. *24. tertii cap. de cura illius.*

IV. accidẽs, ſcil. paucitas appetitus coitus cõtingere põt, aut propter malam complexionem ſiccam, quæ remanſit in renibus & in toto, aut propter mollificationem multã ex debilitate ſubſecutam. Et mala quidem complexio ſicca paucitas appetitus & executionis coitus poteſt eſſe cauſſa, aut cõſumendo materiam, ex qua debet generari ſperma, quod eſt ſuperfluitas vltimi alimẽti vtilis, aut cõſumendo & prohibendo generationem ventoſitatis, quæ eſt cauſſa erectionis virilis membri. ¶ Et primo quidẽ prouideri debet cum his, quæ nutricationẽ corporis bonam efficiunt & augmentũ ſanguinis in corpore multiplicãt, vt carnes laudabiles, vina dulcia, teſticuli & cerebella animaliũ, & vitelli ouorũ, & pinguia fercula, & cicerũ rub. vſus & ſimilia. ¶ Secundo vero prouideri debet cum

4. *Paucitas appetitus coitus.*

E ſeminib. ventoſitatẽ excitantib. & non conſumentib. q̃ in cibis accipiantur, vt ſemẽ erucæ, ſemen bauciæ domeſticæ, ſemen napi & porri, been albi, lingua auis & ſimilia. Et vſus electuarii diaphœniconis deſcriptione Nicolai in antido. & calefactio renũ & genitaliũ cũ oleo de croco & oleo de moſcho calidis applicatis ꝑdictis locis, & reliqua ſimilia iſtis.

Vltimo vero accidenti iam prouiſum eſt, vbi iam regimen ſtranguriæ poſitum eſt capiendo ipſum pro impotentia emiſſionis vrinæ, cui multis ſimplicibus & compoſitis paulo ante poſitis iam prouiſum eſt, & tu ea lege ibi.

Cap. XIIII. *De inſtrumentis lapidis & arenarum & grumorum comminutiuis.*

F IAM autem apparet ex præmiſſis, qualiter curari debeant vlcera in renibus ſubſecuta ex ſolutione continuitatis ab arenulis & lapillis deſcendentibus per vrinales vias. Omnino enim eadem eſt vtrorumque vlcerum talium curatio. ¶ Verum, quia talia vlcera adhuc curata de nouo recidiuare poſſunt, ſi reperiretur lapis, aut multitudo arenarum in renibus & vreteribus, poris, & quia vlcera illa nondum curata non poſſunt perfecte ad ſanitatem deduci remanente præſentia lapidum & arenarum,

quæ in renibus & ſuperioribus vrinæ viis generantur,& inueniuntur,ponentur medicinæ vtriuſq; illarum comminutiuæ,frangitiuæ & eductiuæ. Et primo quidem ſimplices, deinde quædam compoſitæ. ¶ Et de ſimplicibus ponentur primo illæ,quæ a ſola ſpecifica proprietate ab auctoribus poſitæ ſunt lapides minuere & educere. Deinde enumerabuntur elegantiores,quæ a natura communi vel qualitatibus manifeſtis lapillos frangere & educere poſſunt,adhuc etiam tangentur medicinæ compertæ ab illuſtribus auctoribus hincinde collectæ,& memoria famoſæ & probatæ,quibus etiam ſubiungentur aliæ,ſi quas quotidiana experientia notas fecit in ſimilibus, varii etiam tangentur modi applicationis earum, ſecundum opportunitatem & neceſſitatem explicationis rerum. Et his actis erit huius capitis finis iam acquiſitus. A

Simplicia ab occulta proprietate lapides comminuentia.

Ex ſimplicibus vero medicinis ab occulta proprietate lapides comminuentibus: B
¶ Prima eſt lapis ſpõgiæ,cuius operatio appropriatur fractioni lapidis in veſica, vt 2.*can.*
ſimplici 677. licet Gal. noluerit credere iuuamentum eius in lapide veſicæ, ſed ſolum in la-
1. pide renum, vt eidem imponit Auic. *allegato cap. in areola membrorum expulſionis.* De ipſo
2. vero *18. tertii, vltimo cap.* ſcribitur, quod de illis, qui ſunt valde fortiores, eſt vnus lapidum, qui in ſpongia inuenitur. ¶ Secundum ſimplex iterum ab occulta proprietate hoc efficiens eſt vitrum combuſtum, quod enim de eo combuſtum eſt, confert valde lapidi renum & veſicæ cum bibitur cum vino, *ſecundo canon. ſimplici 676.* Modus vero aduſtionis eius legatur *decima quarta tertii vlt. cap.* vbi dicitur, quod de eo detur in potu aureum vnum cum duodecim aureis aquæ calidæ.

Modus comburendi vitrum.

Modus autem combuſtionis eius & leuior ſcribit Azoar. & eſt, vt fruſta magna vitri albi & clari igniantur, vſquequo rubeſcant C
in fornace accenſa. Deinde ſubmergantur in picem, & toties fiat hoc, quoties erit facile
3. ipſum in puluerem conuerti. ¶ Tertium ſimplex eſt puluis cicadæ combuſtæ ſine alis & pedibus, qui exhibeatur cum aliqua aqua, ſicut ſaxifragię, petroſel. & aſari &c. ¶ Quar-
4. tum ſimplex adhuc probatiſſimum eſt auis tranguilides nominata, quæ ſecundum com-

Tranguilides auis.

munem Doctorum expoſitionem eſt auis apud Italos nominata cauda tremula, eo, quia nunquam eius cauda quieſcit, cuius puluis in cinerem verſus exhiberi debet, ſecundum doctrinam poſitam a Serapione *4. breuiarii, cap. 21.* & ab Auicenna *19. tertii, vlt. cap.* qui ſequitur ſententiam Serapionis fere literaliter in hoc, & in maiori parte huius cap. ¶ Quin-
5. tum ſimplex iterum eſt ſanguis hirci, collectus & præparatus ſecundum artem allegatis locis, & pluries alibi ab auctoribus aſſignatam, cuius exhibitio frequens vtrumq; lapidẽ
6. frangit & educit, & ab eius generatione præſeruat. ¶ Sextum eſt cinis ſcorpionis com- D
buſti. Cuius etiam modum quære, vbi allegatum eſt, & exhibitionis formam. ¶ Septi-
7. mum eſt lapis Iudaicus, cuius operatio fortis eſt in lapide renum, ſecundum ſententiam,
8. vt ſupra collectum eſt. ¶ Octauum, puluis lumbricorum combuſtorum. ¶ Nonum, eſt
9. puluis leporis aduſti. ¶ Decimum cinis teſtarum ouorum combuſtorum. ¶ Vndecimũ
10. lapis lincis. ¶ Duodecimum lixiuium factum de cinere leporis combuſti. Et plura alia
11. etiam a proprietate hoc efficientia ab auctoribus hincinde inueniuntur. Sed hæc ſunt
12. magis famoſa & experta.

Compoſita.

Ex compoſitis vero lapidem comminuentibus & educentibus communia ab auctoribus approbata ſunt lithontribon, electuarium cum aqua apii vel petroſel. datum: adhuc etiam electuarium Iuſtinum. Item electuarium ducis, quæ omnia colliguntur in E
antidotario Nicolai in deſcriptionibus ſuis. ¶ De his vero, quæ fuerunt a Gal. experta, & dixit verum, ſicut ſæpe cognoui, eſt electuarium deſcriptum ab eodem *in libello ad Omontheũ, deſcriptione 36.* quod compoſuit cuidam viro Romano, cui in tantum multiplicatus fuit lapis, quod Gal. dixit ſeipſum per ſeceſſum emiſiſſe, de quo miratus Gal. non bene affirmat illud, niſi ſecundum quod inuenit ab Archigene ſcriptum in cura interiorum mẽ-
5. brorum. ¶ Quintum compoſitum eſt mirabile medicamen deſcriptum a Democrito, *primo practica cap. 28. illo §. Sophora, i. auxiliatrix ad calculum, ſaxifragia, petroſelini, elmæ, i. enulæ, leuiſtici, fœniculi, aſparagi, apii, cardonis ana. radicum omnium horum, aneti, ramorum rutæ cimarum vrticæ græcanicæ,* (& eſt vrtica mortua) *aſarbar. M). in aqua coques ad tertiæ partis* F

Vrtica Græcanica.

conſumtionem, & per ſingulos dies ieiuni accipient calicem vnum cum vino bono temperatum, certiſ-
6. *ſimum remedium habet.* ¶ Sextum compoſitum eſt medicamen mirabilis operationis de-
7. ſcriptum a Rhaſe *lib. 9. Almanſor. c. de cura lapidis*, lege ipſum ibi. ¶ Septimũ eſt medicamẽ deſcriptũ a Serapione *4. breuiarii, 21. c. rubrica illa: Cõfectio ad lapidẽ in renib. & veſica & ad difficul-*

A *difficultatem vrinæ. ℞.granorum maleph,i. mahaleph, nigellæ an.* ʒ *v.reſiduum lege ibi.* ¶ Octauũ 8.
eſt deſcriptio a Gal. collecta, *lib.9.de comp. med.ſec.loc.* & allegatum a Serapione *præallegato loco, rubrica illa: Medicamen ad lapidem ſictum narratum in decem tractatibus. lege ibi.* ¶ Nonum 9.
medicamen eſt compoſitum ab Auicenna *18. tertii allegato cap. illo* §. *Medicamen vltimum ſedans dolorem extrahens lapidem. lege ibi.* ¶ Decimum eſt deſcriptio ab eodem poſita *5.can.* 10.
ſumma ſecunda, illo capit. Dico, quod omne, quod frangit lapidem veſicæ, non eſt dubium, quin non frangat lapidem renum, ſed non conuertitur. lege ibi. ¶ Vndecimum eſt electuarium hoc, cu- 11.
ius vſus omnem lapidem renum & veſicæ indubitanter frangit & expellit, imo ab eius generatione præſeruat. Cuius deſcriptio. *℞. aſari, polii montani, chamedreos, phu & meu,* Electuarii
radicum aſparagi & petroſelini, apii & dauci, ſpicæ nardi, acori an. ʒ j. ß. *radicis ſaxifragiæ* ʒ ij. *vitri*
B *combuſti, ſanguinis hirci præparati, lapidis ſpongiæ an.* ʒ ß. *cineris leporis totius combuſti in olla rudi* ʒ ß. *mellis deſpumati* ℔ ij. *ſucci milii ſolis lib.* ß. *aceti ſquillitici* ℥ iij. *ſacchari rub. lib.* ß. *mel, ſaccharum, ſuccus & acetum ſquilliticum, omnia ſimul lento igne coquantur, vſquequo per decoctionem ſuccus, & acetum euaneſcant, & reſiduum inſpiſſetur. Cum ergo infrigidari inceperit, aliarum ſpecierum puluis ſuperaddatur, & fiat electuarium, cuius* ℥ ß. *continuis diebus debet accipi ante cibum per quinq; horas in aurora, & ſumatur cum* ℥ ß. *aquæ ſublimationis apii campeſtris.* Et fortior illa eſt aqua cretani marini: & videbis, quod non eris ab ipſo deceptus.

Reliquæ vero medicinæ a natura communi lapidem comminuentes, educentes, & quę prohibent eius generationem. ¶ Et meliores aliis ſunt radix althææ, ſcolopendrium & ſemen ſamurion, i. apii campeſtris & ſem. althçæ, & capil. Ven. & virga paſtoris &
C cyperi, & radix alaſech ſylueſtris, i. tribuli, cyminum ſylueſtre, ſemen citrulli & batecę, aqua decoctionis agni caſti, aqua ferrariorum, acetum ſquilliticũ, aqua decoctionis ſiclæ. Et fortius omnibus iſtis eſt lapis, qui inuenitur in ſpongia, chamepithis, pulegium ceruinum, quia cerui libenter comedunt, & tendit ad albedinem, & polium, aqua ciceris nigri, radix aſparagi, bdellium de mecha, ſeminis cyperi Ægyptii, radix cannæ, virga paſtoris, cortices radicum lauri, ſemen raphani, & reliqua ſimilia, *quarto breuiarii, 21. capit.* Ex quibus medicinis intelligenti materiam compoſitionis & confractionis medicinarum inuicem erit facile componere electuaria, ſyrup. confectiones, iulep, troc. pilulas, & eaſdem medicinas in cibis & potibus miſcere & occultare. ¶ Et ex eis iterũ balnea, fomentationes & ſemicupia componere, & olea ex eis, cum igne coquendo,
D vel ad ſolem exponendo, quæ in potu aſſumantur, aut in veſicam per cannalem virgæ cum ſyringa imponãtur, & reliqua alia applicationis ingenia. Et iſtis modis lapides comminuuntur & expelluntur, & ab eorum generatione præſeruatur æger, & a periculis tuetur. Hæc quidem de ardore vrinæ & nocumentis ab arenulis & lapillis euenientibus ita pertranſeant.

Cap. XV. *De cauſſis vlcerum veſicæ & quantitate eorum.*

Postremo autem iam ſupereſt, ſc. ponere canones & inſtrumenta curationis ardoris vrinę & reliquorum nocumentorum prouenientiũ ex vlceribus veſicæ & vreterum, pororum. Pro quorum notitia recordãdũ primo, ꝙ eędem poſſent eſſe cauſſæ vlcerum veſicæ, ſicut & vlcerum renum, & omnium aliarum partium corporis, ſcil. e-
E ruptio apoſtematis tranſitus lapillorum vel arenarum ꝑ poros eius, & eorum reſidentia in collo veſicę & ſcabies vel puſtulę in cõcauo eius exſiſtentes, & frequẽs tranſitus rerum acutarum per vias vreterum & veſicæ ſunt cauſſa eorum. In eo enim, cui aſſidue fit vrina acuta, ſuccedunt vulnera & vlcera, ſc. in vreteribus & veſica, *19.tertii, cap.de vlceribus veſicæ.* Recordandum etiam, quod vlcera ipſius veſicę mala ſint, & deteriora vlceribus renum, & proprie quando ꝓfunda ſunt. Ille n. cuius diſrumpitur veſica, moritur, niſi cadat vlcus in parte carnoſa, auctorit. Hip. & commentatoris *ſect.6.aph.18. Veſicam inciſam habere &c.*

Cap. XVI. *De ſignis vlcerum veſicæ, & diſtinguentibus ab vlceribus renum & vreterum.*

Signa vero ſignificantia ſolutionem continuitatis vlceroſam ſuperficialem vel
F ſcabiem ſunt eadem cum ſignis vlcerum veſicæ, niſi, quia differunt penes magnitudinem & paruitatem, etiam, quia vrina cũ ſedimine furfureo ſignificat ſolutionem continuitatis factam ab eruptione ſcabiei in corpore ipſius, iuxta ſententiam Hip. *ſect.4.aph.77. Quibus vrina pinguis, furfurea mingitur, &c.* ¶ De ſignis ergo oſtendentibus vlcera veſicæ, Primum eſt difficultas mictus, quæ poteſt eſſe ſtranguria accepta pro

impotentia debite vrinandi. Nam propter vlcera in collo eius exſiſtentia non po- A
teſt debite veſicæ collum applicari expellibili,quod eſt aquoſitas. In tali enim compreſ-
ſione augmentatur dolor,quia virtus nocumentum fugiens non tentat,nec cõplet con-
tractionem colli,veſicæ,quantum oportet;vnde non fit debita aquoſitatis expulſio,quę
mictus nominatur:ſed fit quandoq; exitus aquoſitatis,velut guttę cadẽtes,quæ nominať
deſtillatio vrinæ,vt ſupra dictum eſt. Et ſecundũ communem Doctorum ſententiã no-
minatur guttatim emiſſio, & forte, ꝗ talis emiſſio non eſt a virtute facta,ſed ſolũ ab ipſa
II. aqua fluxibilitate & grauitate ſuis elemẽtaliter deſcendente.¶Secundũ ſignũ eſt ardor,
vel triſtis ſenſatio punctionis vel mordicationis percepta in collo veſicæ,& fortior in ca-
pite pudẽdi,vt ſupra *2.cap.huius operis* declaratum eſt,quæ ꝓuenit aut a ſanie aut ab aquo-
ſitate,vel altera materiali cauſſa humorali,vel propter diſtenſionem in locis vlceratis fa- B
III. ctam.¶Tertium ſignũ eſt emiſſio ſanguinis & puris, ſimul cum vrina,& ſanguinis quidẽ
in tempore,in quo fit eruptio in ipſa,aut vlcerum ampliatio vel diſtractio partium eius,
IV. puris vero exitus eſt,quando vlcera ſtant,&in eis multiplicatur ſanies.¶Quartum ſignũ
eſt fœtor in vrina exſiſtens,eo,quia ſanies a calore putredinali genita eſt, fœtor n.eſt ſi-
gnũ putrefactionis,*primo prognoſticorum commento vltimo*, licet hoc ſignum non ſit neceſ-
ſariæ veritatis,poteſt tamen in vrina multa pauca reperiri ſanies,quę non eſſet ſufficiens
multam vrinam reddere fœtidam. ¶ Secundo iterum poteſt ſanies in aquoſitate inuẽta
eſſe remiſſæ putredinis,quæ non ſufficeret fœtorem multum in vrina repræſentare,vt in
principio vniuerſali vlcerum,quare &c.¶Et tertio iterum contingere poſſet, quod aro-
maticitas in aquoſitatem impreſſa eſſet ab aliquo agente,vt aniſo,fœniculo& ſimilibus. C
Sicut enim inueniuntur plura vrinam fœtere facientia,vt aſparagus & ſemen lini: ita nõ
inconuenit inueniri quędam,quę ipſam reddant aromaticam.¶Et quarto iterum,quia
potuiſſet contingere per ſyringã iniectum fuiſſe veſicæ medicamen aliquod,quod ſua a-
V. romaticitate ſaniei fœtorẽ occultaret,& reliqua talium. ¶Quintum ſignũ eſt fortis cõ-
mixtio ſaniei cum aquoſitate in principio mictus,&manifeſta ſaniei ab aquoſitate ſepa-
VI. ratio,dum vrina quieuerit & infrigidata fuerit.¶Sextum eſt grauitas &dolor in laterali-
bus partibus verſus anchas fixus. Et cauſſa illius eſt propter nocumentum ab vlceribus
VII. communicatum ſuſpenſoriis,quibus veſica ſuſtentatur ad latera. ¶ Septimum eſt dolor
etiam partibus pectinis communicatus,& verificatur ex ſitu veſicæ & colligantia illius.
Hęc quidem omnia ſigna fere etiã apparere poſſent,licet remiſſe multũ,quando vlcera D
contingunt eſſe in poris vreteribus,niſi,quia differũt in hoc,ꝙ dolor in iſtis apparet po-
ſterius per ſpinã lateraliter diſtenſus,ſecundũ inceſſum, & ſitũ vreterum ſuper ſpinam.

Conuenientia vlcerum veſicæ & renum. At vero vlcera veſicæ vt plenius cognoſcantur,differunt ab vlceribus renũ in mul-
tis,& conueniunt in quibuſdam.¶Conueniunt itaq; omnium horum membrorum vl-
cera in hoc,quod vtraq; concomitatur mictus ſanguinis & puris. ¶Secundo conueniũt
in hoc,quod vtraq; concomitatur dolor grauatiuus & mordicatiuus. ¶Tertio conueni-
Differentia. unt in cauſſis dolorum effectiuis,quæ poſſent eſſe vtriuſq; communes. ¶ Differunt au-
tem etiam in multis.Et primo quidem ex parte mictus, nam vlcera renum cõcomitatur
facilitas vrinæ,vt in pluribus,eo,quia renum officium non eſt ad vrinam expellendum,
ſed ſolum ad perficiendum.dixi autem vt in pluribus, quoniam frequenter propter la- E
pillum claudentem vias colatorii panniculi renum, per quas aquoſitas per vreteres de-
ſcendit ad veſicam,non eſt facilitas, cum ipſa in veſicam recipi non poſſit. Vlcera vero
veſicę neceſſario concomitatur difficultas vrinę,aut impotentia emittendi propter im-
pedimentum clauſionis, vel impotentiam applicationis colli veſicæ ad ipſam expellen-
dam,aut difficultas detinendi ipſam, quando propter vlcera collum veſicæ mollifica-
tur, ita vt eam detinere non poſſit, aut difficultas expellendi ipſam vrinam, per quam
ipſa guttatim expellitur, vt ſupra deductum eſt, quando vlcera veſicæ neceſſario con-
comitatur difficultas hæc vel illa. ¶ Secundo iterum differunt renum vlcera ab vlce-
ribus veſicæ ex parte alicuius, quod cum vrina emittitur,ſc.ex parte corticum.cortices,
qui emittuntur ab vlceribus renum,ſunt rubei,eo,quia color eorum radicalis talis eſt,& F
ſubſtantia adhuc ſunt magni, quia a magno corpore & denſo educuntur. ¶ Et tertio
iterum ſunt ſubſtantiæ carnoſæ ſimiles in colore & in ſubſtantia. Cortices vero, qui
emittuntur a ſolutione continuitatis veſicæ ſunt velut furfureæ reſolutiones, ſi ſcabio-
ſa fuerint, aut velut cortices maiores & craſſiores prædictis, ſcilicet furfuribus,
ſunt

A ſunt vero tenuiores, quam corticeſa renibus expulſi, & iterum colore albi. Cortices ve-
ro, qui emittuntur ab vlceribus intermediarum viarum, ſc. vreterum ſunt minores reſo-
lutionibus furfureis, & iterum magis tenues illis. Et per hoc differunt a corticibus a veſi-
ca expulſis, per quę ēt differunt ab his, quę a renibus expelluntur, & etiã quia hi albi ſunt,
illi vero rubei: & conueniunt omnes hi cortices ab his membris educti in hoc, quia non
vnq̄ expelluntur, niſi cum vrina ſimul. ¶ Ideo iterum vlcera horum membrorum inuicē
differunt ex parte alterius contenti in vrina inuenti, & eſt ſanguis. Sanguis enim, qui a re-
nibus educit᷑, ad claram rubedinē inclinatus eſt magis. Ille vero, qui exit a veſica, ſubal-
bedini vicinior eſt, amplius multus a renibus egreditur magis, quam a veſica, ſi pares fu-
erint cauſſæ eductionis ipſius, ab eruptione enim apoſtematis in renibus plus ſanguinis
B educitur, quam ab eadem in vreteribus & veſica, & ita de aliis cauſſis dicendum eſt, vt
de apertione orificiorum venarum & fiſſuris in ſubſtantia horum membrorum accidē-
tibus. ¶ Adhuc etiam ſanguis iſte, qui a renibus educitur & cum vrina expellitur, fortiori
commixtione cum eo cōmixtus eſt, q̄ ille, qui ab vreteribus & veſica expellitur, humidũ
enim fluxibile terreo commixtũ, ſi debet ſpatium longum deſcribere deſcenſu ſuo, for-
tiori commixtione cũ eo commiſcetur, q̄ ſi paruum ſpatium confluendo deſcribat. Sed
exitus vrinæ viarum, ſc. canalis virgæ diſtantia maior eſt a renibus, quam colli veſicæ ad
extremam partē virgę. Igitur ſanguis a renibus deſcendens maiori cōmixtione cum vri-
na commiſcetur, quam a veſica deſcendens. ¶ Ex hoc apparet, quantum oporteat Medi-
cum eſſe ſpeculatorē. Mixtio enim ſanguinis, qui deſcendit ab vreteribus, media eſt in-
C ter fortem mixtionem, quæ fit a renibus, & debilem, quæ fit a veſica. Ex quo iterum co-
rollarie concluditur intentio plurium Doctorum, qui dicunt, quod ſanguis a veſica de-
ſcendens ſubſideat in vrina: qui vero a locis altioribus exit, nequaquam ſubſidet. ¶ Ad-
huc etiam quarto horũ membrorum vlcera differunt per aliud contentũ, quod eſt pus,
eo, quia illud, ꝙ a renibus deſcendit, non eſt adeo craſſum, ſicut illud, quod a veſica de-
ſcendit. ¶ Amplius colore ſuo ad ſubrubeum declinatur. ¶ Et tertio, quia forti commix-
tione vrinæ commiſcetur ex fundamento ſtatim adducto. ¶ Et quarto, quia non eſt ve-
hementē fœtorē habens vt in pluribus, niſi in tempore magnæ corruptionis vlcerũ præ-
dictorum: pus vero, quod a veſica deſcendit craſſum & phlegmatibus commixtum inue-
nitur, a quibus raro euacuatur veſica, ipſum etiam ſubſidet in vrina. ¶ Et quinto iterũ cũ
D fœtet, maior percipitur ab eo fœtor, quã in eo, qui a renibus educitur. ¶ Sanies vero, quę
ab vlceribus vreterum educitur, & pauca eſt, & non vehementer commixta, vt illa, quæ
renum, & ad albedinem tendens, nec tantũ aquoſitatis ſubſidens, nec tanto fœtore aſſo-
ciata, quanto illa, quæ a veſica effundit᷑. ¶ Amplius iterũ iſta generali differentia differũt
horũ membrorũ vlcera, ex parte loci doloris. In vlceribus enim renum dolor percipitur
poſterius & apud ilia, vt ſupra viſum eſt. In vlceribus n. veſicæ percipitur in pectine & ſub
ſcrota: & quãdoq; extēditur vſq; ad ilia & ventrē, velut dolor laborantis in partu. ¶ Et rur-
ſus adhuc ſexto differunt generaliter horũ membrorũ vlcera ex parte ſpeciei doloris &
intenſionis eius: dolor enim ab vlceribus renũ eueniens plurimũ eſt acutus cũ punctio-
ne ac etiam inflammatione notabili, & licet ſit notabiliter intenſus, non tamē adeo ſicut
E dolor in veſica a paritate cauſſarũ proueniens. Veſica n. eſt membrum neruoſum cuius
ſenſatio triſtis intēſiue maior eſt, quam illa, quæ eſt renum: dolēt enim renes ſolum ſen-
ſatione panniculi, cuius tamē ſenſatio ab eorũ carnoſitate obtuſior eſt, quam in veſica.
¶ Septimo iterũ differunt horum membrorum vlcera inuicem per quædam accidentia
concomitari ſolentia, ſecundum eorum diuerſitatē. ¶ Vlcera enim renum vt plurimum
concomitatur totius corporis laſſitudo & impotentia ad progreſſiuum motũ, & ad alia
exercitia: & huiuſmodi cauſſa eſt, quia multis de paribus neruorũ orientiũ a nucha, q̄bus
motus corporis tanq̄ inſtrumētis ꝑficit᷑, in nocumēto renum materia vel mala cōplexio
communicat᷑, q̄ eſt cauſſa impedimēti taliũ inſtrumētorum ad exeundũ in opera motus
cōuenientia. Talia n. accidentia ſi cōcomitant᷑ vlcera veſicę, maxime apparēt in mēbris
F motus, ꝑ q̄ inferiora mēbra mouētur, vt anchæ, coxæ, tibiæ. ¶ Etiam vlcera renum con-
comitari ſolent dolor communicatus mirach & parti ventris proxime vlcerato reni. Et
huius quidem cauſſa aſſignatur a viatico *quinto libro de ægritudinibus renum*. Hoc autem ac-
cidens non conſequitur vlcera veſicæ propter ipſam non habere tantam colligantiam,
cum ſifac cooperienti inteſtina, quantã habēt renes ad illud. Et tertium accidens, quod

ad vlcera, & ad alias renum ęgritudines ſequi ſolet, eſt ſtupor vel dormitatio quędam cũ frigiditate percepta in pede correſpondente reni patiẽti, & dexter pes compatitur dextro reni: hoc autem accidẽs a nullo auctorum aſſignatur vel appropriatur veſicæ, & cauſſa in illo eſt propter colligantiam iam prædictam. ¶ Hæc ſunt omnia ſigna, quæ non leui labore hincinde per varia volumina colligere potes: & horum ſermonum plurimum ſuſtentatur ſuper ſermone Gal. interiorum *5. & 19. tertii, cap. 9. & 4. breuiarii cap. 14.* & in diuiſionibus Almanſ. cap. de ægritudinibus renum & veſicæ, & pluries alibi, quod tibi perquirendum relinquo, ne te afficiam tædio allegationum, quod plurimis modernorum euenit magis, propter raritatem exercitii in voluminibus ſapientum, quam propter veritatem iam cognitam. A

CAP. XVII. *De cura ardoris vrinæ prouenientis ab vlceribus veſicæ.* B

IAM ergo notificatis ſignis vlcerum veſicæ & differentiis ipſorũ ab his, quæ ſunt renum & vreterum, tranſeundum eſt ad aſſignandum canones curationis ipſorum. Videtur autem ex his ſententiis ſapientum elici poſſe vlcerum horum has intentiones curatiuas præmiſſis ſemper generalibus minorandi materiam, diuertendi eam, digerendi materias antecedentes, & eradicandi eas a membris, in quibus tanquã in mineris cum materia continetur, poteſt eſſe cauſſa augmenti vlcerum veſicæ & nocumenti eorum. Quibus iam antemiſſis, Prima intentio erit prædictorum vlcerum mundificatio. ¶ Secunda vero erit accidentium ipſorum ſedatio. ¶ Tertia, regeneratio carnis, vel ſibi proportionalis cum conglutinatione partium. ¶ Quarta, horum conſolidatio. ¶ Quinta, regiminis rerum non naturalium ipſi & vlceribus renum C conueniens commenſuratio.

1. Intentio eſt prædictorum vlcerũ mũdificatio.

Pro prima igitur complenda intentione legenda ſunt illa, quæ de mundificatione vlcerum renum in præcedenti cap. ſcripta ſunt. Ea vero, quæ ab auctoribus & quotidiana experientia iuuari cognita ſunt ad vlcera veſicæ multa ſunt. Et primum quidem & leue ſatis inter alia eſt aqua hordei, cocta cum ipſo non excorticato. Et fortior illa eſt commixtio eius cum ſaccharo rubeo. Tertio iterum fortior erit ipſa, ſi ſimul cum ſaccharo rubeo coquatur radix liquiritiæ. Et adhuc fortior, ſi coquatur cum radicibus fœniculi ad lauandum & abſtergendum, & cum ſeminibus fœnugræci ad mollificandum, lubrificandum & mundificandum, & cum ſemine pſyllii, vel cydoniorum, & cum his prædictis addendo crocum ad maturandum & ſedandum dolorem. Si autem adhuc cum ea mundificare, dolorem ſedare & veſicam confortare velis, exhibere potes ipſam D cum vino dulci & ſubtili, aut cum ſapa. ¶ Et ſi adhuc audacius abſtergere & mundificare velles, tranſeundum ad ſecundum ordine, quod eſt aqua mellis, quam quidem cũ aliquo prædictorum coquere potes, ſecundum varietatem intentionum, vbi magis lauare quæris & mundificare, & lenire, in ea coquendo aliquid de fœnugræco, vel de ſemine lini, vbi vero infrigidare, aut calorem remittere cum ea, amylum, ſemina cydoniorum & pſyllium coque. Et vbi magis dolorem ſedare quæris, cum ea chamomillam, melilotum, crocum & ſemen althææ: Cum autem magis abſtergere & exſiccare quæris, coquenda erit cum radicibus petroſel. apii, dauci & ſimilium. Si autem infrigidando cum ea dolorem ſedare quæris aliqualiter ſtupefaciendo, coquantur in ea flores nenupharis, ſemen lactucæ, papaueris albi & ſimilia cum granis pini, vel mucilagine mal- E uæ, vel decoctione ſeminum, vel radicum eius. hæc quidem ita gradatim conſiderata ſucceſſiue alterum alteri ſubiungendo adminiſtrari debent. Et poteris complere intentionem mundificandi, lauandi, & mediocriter abſtergendi. Et ſi per hæc videbis tibi operationẽ ſuccedere proſpere, eo, quia rectificatur ſanies, & ſubſtantia colore fœtore ſuis, & minoratur etiam ipſa quantitate, & accidentia, quæ præfuerunt notabiliter remiſſa ſunt, ſuccede conſequenter cum regenerantibus & glutinantibus, de quibus paulo poſt dicetur aliquid amplius. Si autem per hæc leuia mundificantia non videretur tibi ſucceſſio peroptata, tranſeundum eſt ad ea, quæ maiori potentia & mundificare & abſtergere poſſent. ¶ Et de numero horum ſunt, ſicut aqua ſublimationis apii, ſamu- F rion, (eſt apium campeſtre.) Et fortior iſtis adhuc eſt aqua ſublimationis capil. Vener. & aſparagi. Hæc enim duo licet ex parte gradus qualitatum temperata ſint, in gradu tamẽ apertionis eorum potentiora ſunt, ita, quod capillus Veneris ponatur aperitiuus in tertio, vt *quinto colliget. cap. ſuo* colligendum eſt.

Forti-

A Fortiora iterum ex parte gradus & apertionis ſunt, ſicut petroſ. montanum, daucus, ireos, rubea tinctorum & aqua ſublimationis ariſt. lon. arthanitæ. Hæc quidem omnia & ſuperiora tacta poſſent ita ſuperius exhiberi, ſicut per ſyringam in veſicam imponi, de quibus etiã balneationes, encatiſmata, linitiones, emplaſtra & epithemata fieri poſſent: & vnguentum in canale virgæ cum plagella impoſita vel intus per ſyringam iniecta: & taliter videtur ſatis rationabiliter adimpleri poſſe primam intentionem. ¶ Scio autem, quod vlcera talia conuenienter mundificat vſus ſublimationis radicis althææ: item radicis pentaphili, radicis orobi recentis, aqua ſublimationis conſolidæ ma. & aqua ſublimationis granorum alkekengi cum radicibus eius. Hæc de intentione prima.

B Accidentia autem, quæ talia vlcera concomitantur vel concomitari ſolent, ſunt febris acuta ſatis: dolor intenſus pungitiuus, & mordicatiuus: & quandoque compreſſiuus in collo veſicę. Tertium eſt impotentia detinendi vrinam. Quartum, vigiliarum inſtantia, & propter dolorem, & propter neceſſitatem eruptionis ad vrinandum ſequens. *11. Accidentiũ ſedatio.*

Et primo quidem, quod eſt acuta febris, prouidendum eſt conuenientibus ingeniis. Si enim febris conſequatur ad hæc vlcera propter inſtantiam doloris, qui eſt cauſſa putrefactionis humorum: eo quia ponit eos in fluxum & agitationem. Nam omnis dolor, ſcilicet notabilis exacuit rheuma, *3. techni.* quare humores a natura conuenienter non reguntur. Tunc intentio in cura talis febris eſt duplex. ¶ Prima eſt ſedandi dolo- *1. Accidens febris.*
C rem, de qua parum poſt dicetur. ¶ Secunda vero erit adæquandi materias ſecundum earum varietatem. ¶ Si enim appareat ſanguinem eſſe in notabili ebullitione poſitum, refrangitur illa ſyrupizando ægrum cum oxyſacchara, ſyrupo de iuiubis, de roſis, vel ſyrupo acetoſo. ¶ Et ſi velis rem audaciorem iſtis. ℞. ſyrup. acetoſitatis citri ℥ j ß. aquæ endiuiæ ℥ iij. aquæ lupulorum ℥ j ß. da totum in potu actu frigidum. Et ſi velis materiam cholericam adæquare, exhibere potes ſyrup. viol. de berberis, de ribes, de prunis, aut ſyrup. de ſuccis & aquis fructuum. vel compoſitum hoc. ℞. *ſyrup. ſimplicis aceto. oxyſacchara ana ℥ j. aquæ ſolatri & anguriæ ana ℥ j ß. miſce.* Et ſi quæris adæquare materiam phlegmaticam cum ſanguine commixtã, da hoc compoſitum. ℞. *ſyup. de byzantiis, ſyrup. compoſiti aceto. ana ℥ j. aquæ eupatorii, endiuiæ ana ℥ j ß. miſce.* ¶ Si vide- *Syrupus. Alius.*
D ris materiam melancholicam ebullire cum ſanguine, permiſce ſyrup. de byzantiis cum ſyrupo de epithymo, & exhibe hoc vel illud, vſque ad apparentiam notabilem digeſtionis, quæ percipitur eo, quia ſubſtantia vrinæ ad mediocritatem deducta eſt: & color eius ſimiliter: & inuenitur in ea contentum laudabile cum conditionibus quinq; limitatis, ſcilicet, quod ſit album, æquale, lene, in fundo ſedens & diaphanitati notabiliter vicinũ. ¶ Quibus apparentibus ſolue materiam in primo caſu cum clarificantibus ſanguinem. vt ℞. *medullæ caſſiæ fiſtulæ ℥ x. aquæ decoctionis tamarindorum, prunorum, violarum, lupulorum & ſebeſten ℥ iij.* ¶ In ſecundo vero caſu ſolue ventrem cum manna vel caſſia fiſtula, vel diapruno ſimplici. ¶ In tertio ſolue ventrem cum infuſione agarici cum aqua fructuum iã prædicta. ¶ In quarto euacua cum electuario de pſyllio, quod educit materiam omnẽ *Potio lenitiua.*
E ſanguini commixtam, & proprie, quando fit cum polypodio & decoctione agarici. ¶ Et attende in quocunque horum medicaminum duas regulas. *2. Regulæ obſeruandæ.*

Prima, quod ſi videris per digeſtiua humores ad ſuum temperamentum ſatis eſſe reductos, euita inquantum potes pharmaca ſolutiua. Cum iuuamento n. quod faciunt euacuando materias iã prædictas, neceſſario plurimas materias inclinant & ponũt in fluxum ad veſicam: quare in tali caſu plurimum procedere ſoleo cum adminiſtratione clyſteriorum. Secunda regula in caſu iſto attendenda eſt: quod ſi euitare non potes ſolutiua, non ſecedas a lenitiuis aut ab his, quæ notabiliter frangere poſſunt ſolutiua infrigidãdo, leniendo, humectando vel alias malas qualitates ab eis abiiciendo: & proprie acuitatem. Taceo hic alias intentiones ad febres neceſſarias: ſicut eſt rectificatio regiminis,
F adminiſtratio diuertentium materias hincinde confortantium virtutem, & eorum, quæ rectificant horam cibationis & menſuram aliarum rerum non naturalium. Non enim hic eſt præſens intentio ad febres principaliter intẽdere: niſi vt ſunt accidentia horum vlcerum. Si autem febris iſtis vlceribus ſuccedens propter dolorẽ eſſet ephemera, facile curaretur ipſa cum ſedatione doloris.

Dolor. Dolori autem ad talia vlcera conſequenti, ſi fuerit pungitiuus & mordicatiuus, ſic- A
ut plurimum contingit, ſubueniunt medicinæ, quæ nunc ante dictæ ſunt in intentione
mundificationis quam plurimæ ibi tactæ, adhuc etiam ſumma medicina eſt veſicæ cum
ſyringa imponere lac ouinum, vaccinum, & melius infrigidantium eſt aſininum, ad cō-
fortandum vero humanum, quorum quodlibet ſi vis infrigidatum reddere magis, ſum-
mum inueni remedium miſcendo ipſum cum aquoſiori parte albuminis oui recentis
bene agitati: & nunquam hoc remedium decepit me in iuuamento ſuo. ¶ Confert etiā
notabiliter ad hoc aqua decoctionis granorum pineæ & ſebeſten ante ex iſtis facta. ¶ Et
iterum ipſa eadem aqua albuminis oui ſola impoſita confert ſolenniter. Et ſi velis ipſam
leuiter ſtupefaciendo facere ſedatiuam doloris, commiſce eam cum æquali parte aquæ
emulſionis ſeminum papaueris & lactucæ ſimul. Et ſi non es audax ad ſedandum dolo- B
rem cum infrigidantibus puris & leuiter ſtupefacientibus, admiſce cum eis crocum, aut
aliqua de vitello oui. ¶ De his vero, quibus in ſedando dolorem hunc ſæpe ſum vſus,
eſt decoctio ex compoſitione mea, quæ ſublimis iuuamenti eſt. Cuius deſcriptio. ℞. *ſe-*
Decoctio. *minum portulacæ, lactucæ, endiuiæ, ſcariolæ ana ʒ ij. florum nenupharis & violarum ana ʒ j. granorū*
papaueris alb. ℥ j. granorum ſebeſten ℥ ij. ſem. hyoſcyami alb. ʒ ß. croci ʒ j. liquiritiæ mundatæ ℥ v. gra-
norum pinearum ʒ x. Omnia coquantur in vj. ℔. aquæ vſque ad conſumtionem tertiæ partis: deinde
colentur cum expreſſione leui: hæc quidem decoctio ſi dentur de ea ℥ iiij. aut v. tepidæ, notabiliter dolo-
rem ſedat. Et ſoleo etiam ex ea cum puluere ſacchari alb. duplo ad ipſam facere trageam:
item confectiones, pilulas & ſyrupos clarificatos: & aliis variis modis procedere ſecun-
dum inclinationem ægrotantium. C

3. *Dyſuria.* Tertio vero accidenti, ſcilicet, dyſuriæ ſubueniendum eſt cum his, quæ ſuperius
in cura vlcerum renum dicta & ſcripta fuerunt. Tria tamen h c pono ſimplicia, quæ in
accidente iſto ſunt mihi ſæpe vtilia probata.

Primum eſt, vt patienti detur omni mane in aurora ʒ j. pulueris glandium cum a-
qua decoctionis ſcoriæ ferri præparatæ. Secundum vero eſt emplaſtrum factum de ra-
dicibus conſolidæ mediæ & farina oryzæ incorporatæ in ſimul cum ſucco vel aqua ſub-
limationis plantaginis. Tertium eſt hoc. ℞. *aquæ ſublimationis corticis granatorum recentiū*
Potio. *℥ iij. pulueris corticum intermediorum caſtanearū ʒ j. ſacchari candi ℥ ß. detur hoc in aurora & ante*
cœnam per vnam horam.

4. *Inſtantia vigiliarum.* Poteſt etiam ſubueniri quarto accidenti, ſcilicet, inſtantiæ vigiliarum ſedando do- D
lorem, ſi fuerit eorum cauſſa cum his, quæ paulo ante dicta ſunt. Si vero vigiliarum in-
ſtantia fuerit propter nimiam ſiccitatem iam acquiſitam ex frequentibus euacuationib.
quæ arefaciunt corpora, tunc illis ſubueniendum eſt cum regimine humectatiuo ſub-
ſtantifice & qualitatiue, vt paulo poſt dicetur; etiam cum his medicinalibus, quæ infrigi-
dant & humectant: & cum his digeſtiuis ſupra tactis, vt ſyrupo viol. iuiubino, nenuphari-
no, & ſublimationibus horum, ſcilicet portulacæ, angurię & ſimilium: & cum exhibitio-
ne ſpecierum lactis, de quibus ſupra dictum eſt: & ſtatim poſt erit ſermo amplior: & cū
ſemicupiis & extremorum balneationibus factis, cum decoctionibus vegetabilium fri-
gidorum & humidorum, vt violarum, nenupharis, maluæ, portu. bletæ, foliorum vitis &
iuiubarum & ſibi ſimilium. E

Et ſi videretur ſiccitatem priuatiuam vel poſitiuam fuiſſe iam in cerebro confir-
matam, cum horum decoctione ſuperaddendo cortices papaueris embrocentur extre-
ma vel balneentur, & caput ipſum, neque ex his timendum eſt, & proprie cum virtus fu-
erit fortis, & non fuerit inuenta materia a capite rheumatizans. Cum autem continge-
ret vigiliarum inſtantiam accidere propter frequentiam mictus, quæ quandoque tantū
inualeſcit, quod ægrum quantumcunque conuenienter dormientem neceſſario exci-
tari cogit: tunc altero duorum ingeniorum prouideri poteſt. Quorum primum eſt, vt
habeatur plana cucurbita parua collum habens notabiliter craſſum, cui virile mem-
brum imponi debet: & habeat lateraliter additamenta perforata, quibus ſuſpenſoria
condecentia alligentur, cum quibus cingatur lumbis: & ita die noctuque teneatur. F
Amplius ſi vigiliarum inſtantia adhuc extrema inſtaret, non eſt ingenium aliud phyſi-
cum a ſapientibus inuentum, niſi quod ad narcotica tranſire oportet: & tu de his quere
ſupra: & obſerua canones in eorum exhibitione conſcriptos. & tunc exhibe ea & feli-
citabitur operatio.

Iam

A Iam autem ſatis mihi videtur ſufficienter declaratum eſſe intẽtionem tertiam curationis vlcerum veſicæ & ardoris prouenientis ab eis, per ea, quæ ſuperius ſcripta ſunt in cura ardoris prouenientis ab vlcerib. epatis & renum. Nec oportet particulariter repetere illa, quæ ibidem poſita ſunt & laudata ad regenerandum carnem & incarnãdum: licet in vlceribus veſicæ inſtrumenta non ſint carnis regeneratiua & incarnatiua eo modo, quo in vlceribus prædictorum membrorum operantur: quoniam hoc membrum neruoſum eſt, in quo paucitas carnis reperitur, præcipue circa collum. ¶ Oportet igitur talia regenerantia attrahere ſanguinem naturæ ſpermaticorum membrorum complexione & modo ſubſtantiæ conuenientem. Et oportet eadem medicamina eſſe maiori viſcoſitate ſua prædictorum vlcerum conglutinantia. ¶ Quæ vero de ſimplicibus elegã- B tiora probata ſunt, ſicut thus gummoſum, puluis ireos, radix pentaphili, centaurea minor, cauda equina, roſa, hypocyſtis, ſandaraca, flores althææ & ſemina eius, & coral. rub. ſarcocolla nutrita, & flores hypericonis & ſimilia. ¶ De compoſitis vero plures inueniuntur hincinde medicinæ, quæ ad hanc intentionem conuenire poſſunt. Et primum quidem, quod inueni, vtile ad incarnandum & ſedandum dolorem, immo ad complendum mudificationem & ad alterandum malam complexionem, & proprie calidam, eſt compoſitum Rhaſis *10. continentis. proprio cap. illo.* Infuſus diſcipulus de memoriali ſuo: hoc eſt clyſtere ad vlcus veſicæ & ventris ſupple cum ſyringa iniiciendum. ℞. *ſpumarum, id eſt mucilaginũ ſeminum communium, ſem. althææ, cydoniorum, pſyllii, ceruſſæ, gummi Arabici, albuminis ouorum, lactis mulieris.* Ego vero ſic domeſticaui deſcriptionem hanc. ℞. *mucilagi-* C *num quatuor prædictorum ana ℥ j. aquæ albuminis oui recentis adeo conquaſſati, quod viſcoſæ partes ab aquis remoueantur ℥ j ß. lactis mulieris ℥ ij. ceruſſæ ʒ iiij. gummi Arabici ʒ ij. cõterantur omnia diligenter ſimul in mortario plumbeo, & per ſyringam iniiciantur quater in die vel ad minus ter.* ¶ Secundum compoſitum iterum ad hanc intentionem vtile eſt ex deſcriptione Auic. *19. tertii, cap. de cura vlcerum veſicæ,* deſcriptione vltima ibidem medicamen aliud. ℞. *ſem. cucumeris, melonis & cucurbitæ excorticatorum ana ʒ v. amyli ʒ iiij ſucci liquiritiæ ʒ viij. ſem. portulacæ ʒ iij ß. amygdalarum dulcium excorticatarum, auellananarum aſſatarum ana ʒ iiij. granorũ pini ʒ iij. ſem. apii, dauci, ſem. erucæ, granorum excorticatorum ana ʒ iiij. gummi arboris amygdalarũ, ſem. hyoſcyami albi, opii ana ʒ iij. ciceris nigri ʒ x. croci ʒ v. fiant trociſci cum rob, id eſt, cum ſapa: & ſint ponderis ʒ ij. & bibantur cum aqua raphani:* ſupple, vbi eſſet vrinæ retentio notabiliter D abſque magno ardore: aut cum aqua apii, quæ eſt prouocatiua abſque acuitate: aut cum aqua ciceris nigri, quando quæritur maior abſterſio, quæ eſt in eo propter nitroſitatem ſuam. Et inueni etiam iuuamentum in eis iniiciendo eos in veſicã: & proprie poſt mundificationem vlceris, vt ſcribitur. ¶ Tertium compoſitum ad hanc intentionem iterum eſt deſcriptum a Serap. *4. breuiarii cap. 14. rubrica illa. Medicamina ad vlcera accidentia membris vrinæ:* de quo etiam memoria ſupra fuit in cura vlcerum epatis. ¶ Quartum compoſitũ eſt deſcriptum ab Andromacho in diſpoſitione renum & veſicæ, vt apud Gal. *lib. 10. de comp. med. ſec loc. cap. 1.* ℞. *ſem. lini, ſem. papaueris albi & citruli, dragaganti ana ʒ ij. amyli ʒ iiij. aggrega trociſcos, & ego eos compono cũ ſappa.* ¶ Quintũ ſcribitur compoſitũ ibidẽ conſequenter in litera dum dicit, *ad veſicam vlceratam & dyſuriam.* ℞. *pineas*, ſupple, nucleorum eius E *numero xxx. dactylos numero xv. dragaganti ʒ iiij. ſucci liquiritiæ ʒ ij. croci obulum vnum, myrrhæ obulum vnum,* licet in alio volumine non inueniatur myrrha. Ego tamen credo, quod cõuenientior ſit deſcriptio cum ea, quam ſine ea: quoniam ipſa aduerſatur putrefactioni, & incarnat vlcera omnia conuenienter, componatur ergo cum vino pottopio (eſt ſapa decoctionis medietatis eius.) ¶ Vltimum vero compoſitum eſt ex deſcriptionibus Auicennæ *3. can. ſumma prima tract. nono. & deſcriptione vltima.* licet non videatur mihi hæc deſcriptio ad propoſitum illius tractatus, qui eſt de ſyrupis deſcriptio. ergo eſt illa medicina noſtra conueniens ad vlcus veſicæ & viæ virgæ iniecta in foramen eius. ℞. *plumbi vſti, medullæ ſem. melonis ana ʒ v. ſpodii ʒ ij. gummi Arab. ſem. papaueris & cornu cerui combuſti ana ʒ iij. opii ʒ j. hyoſcyami alb. tertiam ʒ vnius, myrrhæ ʒ ij. terantur omnia, & fiat ex eis collyrium cum* F *aqua enduiæ ſecundum figuram collyriorum oculi:* & ſunt figuræ ſief. quarum baſis eſt craſſior & pyramis acutior. adminiſtretur cum iniectorio reſolutum in lacte, aut in oleo de granis melonis. hæc medicina eſt, cui non inueni parem in mundificando, abſtergendo & incarnando. Et hæc de intentione tertia.

III. Regeneratio carnis.

Iniectio.

Trociſci.

Alit.

Iniectio ſeu collyrium.

IV. Quarta vero intentio conſolidantium, ſi bene conſideras, per illa, quæ in intentio- A
Conſolidatio ne tertia ſcripta ſunt ſimplicia & compoſita, facile adimpleri poteſt. Neque opus eſt hic
exſiccationem facere, quod illæ medicinæ eædē numero tales, quę poſſunt incarnare,
etiam conſolidandi potentiam habent: eo quia conſolidatio perficitur a potentia me-
dicinæ, quæ ſua ſiccitate ſuperficiem carnis excoquendo conuertit in duritiem callo-
ſam, niſi quia medicinæ proprie conſolidatiuæ vltra ſiccitatem aliqua debent participa-
re ſtypticitate propter vna & eadem medicamenta: quæ ſecundum vnum modum ap-
plicationis ſunt regeneratiua carnis, ſecundum alteram præparationem efficiuntur cō-
ſolidatiua: vt dragagantum, gummi Arabicum, torrefactæ conſolidant. ſimpliciter vero
talia conglutinant & incarnant: & alumen crudum vlcerat & corrodit: ipſum vero com-
buſtum ſigillat & conſolidat, quare medicinæ, quæ in præcedenti intentione poſitæ B
ſunt, omnes potuerunt fieri conſolidatiuæ, ſi eis adiungantur ea, quæ cum ſua ſtypticita-
te & ſiccitate ſuperficiem carnis tranſmutant in cutem. ¶ De compoſitis igitur con-
ſolidantibus, licet quotidiana experientia plura inuenerim vtilia, ſolum tamen illa con-
ſcribam, quæ frequentius in vſum meum ceciderūt: quorum primum ſcribitur *10. conti-*
Trociſci. *nentis cap. illa rubrica: Hi ſunt trociſci ad conſolidandum vlcera renum & veſicæ.* ℞. *luti armeni, luti*
Romani (eſt terra ſigillata) *ſang. drac. acatiæ, carathit,* (eſt hypocyſtis) *karabæ, ſem. melonū, gum-*
mi Arabici, amyli, roſarum ana æquales partes, conficiantur trociſci, vt ſoleo, cū ſucco caudæ equinæ,
& frequenter vtendū eſt eis iniiciendo veſicæ cum aqua prædicta: q, melius erit, ſi dentur in potu
cum aqua plantaginis: & ſunt de medicinis infuſi diſcipuli *in lib. de memoriali ſuo ibi.* Cō-
poſitum vero leuius iſto iterum ſcribitur *10. continentis allegato cap. lib. 2.* Bimaſui ad vlcera, C
quibus eſt ardor vehemens in veſica. ♃. *ſpumæ,* id eſt, mucilaginis pſyllii, *& ſimilium ſe-*
Iniectio. *minum*, ſupple altheæ, maluæ, *ana* ℥ *ij. ſief albi abſque opio* ʒ *ij. iniiciendum eſt in eam, ſcilicet*
veſicam per inſtrumentum, ſc. ſyringam mane & ſero, cum fuerit tepidum. Quod ſi nō fue-
rint ſana per hoc, ſcilicet vlcera: iniiciendum eſt in eandem, ſcilicet veſicam de plumbo
vſto cum thure, ſcilicet æquali pondere: vt ſief album cum prędicta mucilagine. ¶ Si ve-
ro magis ſedationi doloris intendere volueris, quam regulari curationi vlcerum, quę fit
per conſolidātia prædicta, iniiciatur in veſicam medicamen, quod eſt cōpoſitum Rha-
Alia. ſis *allegato cap.* Cuius deſcriptio eſt hæc. ♃. *hyoſcyami* ʒ j. *quartam* j ǵ. *xv. opii kirathi, ſem. ci-*
trullorum ʒ *ij. ſem. lactucæ* ʒ ß. *ſem. papaueris* ʒ j ß. *iniiciantur cum lacte in veſicam*: aut dentur in
potu cum aqua emulſionis papaueris. Cum hac enim medicina proceſſit Rhaſes in cura D
vehementis ardoris in filio Dauid, cui ſedatus fuit dolor ex vſu iſtius medicinæ: cum ve-
ro dimiſit eam, reuerſus fuit dolor, & iterum acepit eam, & dolor receſſit. ¶ Præter hæc
autem compoſita, duo vtilia multum inueni: quorum deſcriptionem lege *5. can. ſumma 2.*
octano tra. de trociſcis, quorum primum eſt ibi, *rubrica illa: trociſci dyſulidis conferentes ad vlcera*
renum & veſicæ & mictum ſanguinis & difficultatem vrinæ. ¶ Et ſecūdum vero eſt deſcriptio
parum infra ibidem inuenta: *Trociſcus alius, qui confert ad vlcera inteſtinorum & ſputum ſan-*
guinis: vide ibi deſcriptiones, quoniam ambæ laudatæ ſunt. Adhuc & duas inueni deſcri-
ptiones trociſcorum a Serap. *ſeptimo breuiarii tractatu 19.* Aſclepiadis ad vlcera, quæ fiunt
in inſtrumentis vrinæ. lege ibi. Et infra *trociſc. ad illum, qui mingit ſanguinem ex renibus & ve-*
ſica: ambæ enim deſcriptiones iſtæ ſolenni iuuamento conſolidant vlcera illa. Ego autē E
præter multa a prædictis illuſtribus viris accepta, quæ notabiliter conferunt, tria inueni
notabiliter leuia compoſita ad hoc ſolenniter iuuatiua. ¶ Quorum primum eſt hoc. ℞.
Puluis. *mumiæ ſubtiliſſime tritæ* ʒ j. *thuris gummoſi, pulueris caudæ equinæ ana* ℈ j. *plumbi vſti* ʒ ß. *fiat pul-*
uis ſubtilis: qui iniiciatur veſicæ cum ſucco plantaginis per defæcationem depurato. ¶ Secun-
Iniectio. dum compoſitum eſt hoc. ℞. *ſcoriæ ferri ſubtiliſſime puluerizatæ & præparatæ ſecundum ar-*
tem ʒ j ß. *ceruſſæ, hypocyſtid. dragaganti torrefacti ana* ℈ j. *iniiciatur cum lacte caprino, in quo prius*
Alia. *extinctus fuerit chalybs.* ¶ Tertium compoſitum eſt hoc. ℞. *lithargyri ſpumificati* ℥ *ij. thuris*
minuti, ſarcocollæ, acatiæ ana ℈ j. *ſucci conſolidæ mi. per defæcationem purificati* ℥ *ij. iniiciantur hæc*
in veſicam ſimul. Et ſi velis hæc compoſita efficere magis doloris ſedatiua prædictis, ad-
de crocum, & impone ea cum emulſione ſeminis papaueris albi. Hæc de intentione F
quarta.
V. Poſt hæc autem videtur coueniens hora aſſignandi regimen conueniens vlcerib.
Regiminis rerum non renum ex parte ſex rerum non naturalium. Videtur autem regimen vlcerum renum &
naturalium ſimiliter veſicæ & vreterum, & conſequenter ardoris ab eiſdem prouenientis idem vti-
liter

A liter & ſpecialiter regimen aſſignari debere. Et primo quidem, quoniam amborum horũ (*conueniens commenſuratio.*)
ægritudines ſunt eædem ſpecie, quia vlcera. Amplius accidentia eorum ſunt eadẽ, quia
ardoris: ſed identitas ſpecifica ægritudinum & accidentium identitatem curationis ad
ſe vocat. igitur, &c. Amplius hæc eſt ſententia omnium auctorum de hac materia loquẽ-
tium, vt colligẽdum *10. continentis illo cap. de cura vlcerum renum & veſicæ ſimul.* Et eiuſdem
2. cap. de cura vlcerum veſicæ. Et colligitur ab eodem *in 9. & in diuiſionibus Almanſ. propriis cap.*
Et in breuiario Serap. *c. 14. & 19. tertii. tract. c. 1. de cura vlcerum veſicæ.* ¶ Si qua autem ſpecia-
lis differentia videtur aſſignari poſſe in regimine horum vlcerum ex parte rerũ nõ natu-
ralium: hoc videtur præcipue conuenientius obſeruandum eſſe ex parte cibi & potus:
B In quantum aliqui ſunt, qui conuenientiam maiorem habent ad renes, quam ad veſicã
& econtra: vt ſupra *cap. 8. & 13.* videri poteſt. In reliquis autem rebus non naturalibus &
eorum menſura in vtriſque eorum non eſt differentia. ¶ Itaq; regantur ægrotantes his
vlceribus regimine ex parte aeris inclinati ad propinquitatem temperiei verſantem ad
caliditatem leuem. Itaque in locis habitationis eorum inueniatur aer vernalis & mediæ
partis autumni. ¶ Et ſi quidẽ aer in ſiccitate magis eleuatus eſſet, quam in caliditate ad- (*Aer.*)
huc conuenientior eſſet regimini iſtorum. Melius enim curantur vlcera per augmentũ
ſicc[i]tatis, quam caliditatis: quæ poteſt addere in multiplicatione ſaniei & virulentiæ in
vlceribus per modum attractionis materierum in eis: quare ſi aer talis haberi non poſſit:
propter frigiditatem continentis in ſuis temporibus rectificetur ipſe cum accenſione i-
gnis & cautela ab ingreſſu flatus venti infrigidantis & nebularum ingreſſu, qui humectã-
C do nocet. Sicut enim augmentum frigoris vlceribus eſt nociuum, vt ſcripſit *Hip. ſect. 5.*
aph. 20. ſic etiam humiditas eſſet ei nociua: licet non æque potenter ipſis paribus exiſten-
tibus. ¶ Et ſimiliter ſi contingeret aerem in menſura ſuæ caliditatis & ſiccitatis ab æquali
recedere, rectificetur cum his, quæ ad contrarias qualitates aerem inclinant: licet receſ-
ſus aeris ab æqualitate ad caliditatem & ſiccitatem minus nocumentum inducat vlceri-
bus, quam acceſſus eius ad frigiditatem & humiditatẽ. ¶ Et idem etiam iudicium teneri
debet de his, quæ aeri annectuntur, vt de veſtib. & tegmentis vniuerſalibus corporis &
de ſpecialibus coopertutis & ligaturis vlcerum. Non raro enim multa renum caliditas
ab ingenti coopertura ſequens eſt cauſſa malignationis vlcerum: ſicut etiam a debili cõ-
ſeruatione eorum a frigore vehementer læduntur. Hæc de aere. De motu autẽ & quiete
D dicendum primo, quod ocium & quies conuenientia ſint eis. Exercitium autem & mo- (*Motus & quies.*)
tus ſuperfluus ſaltem nocet illis, nihil enim eſt adeo nociuum renibus omnibus, ſupple
vlceratis, ſicut motus ſuperfluus, *4. breuiarii præallegato ſæpe cap.* licet motus mediocris non (*Motus ſuperfluus maxime nociuus renibus.*)
reprobetur ab Auic. in vlceribus renum & veſicæ, vt *præallegatis cap.* colligi poteſt. Et pro-
pter cauſſam etiã eãdem non eſt aliquid ita nociuum renibus, ſicut coitus: eo quia per i-
pſum partes vlcerum, quæ incarnari debent & conſolidari, diſtrahuntur: membra enim
q̃ conſolidare intendimus, neceſſe eſt, vt quieſcãt. *lib. 4. de ſan. tuend.* a Gal. colligendum.
Amplius motus nocet, eo quia per ipſum augetur caliditas attractiua materierũ extra-
neatiua earũ. Ex quib. apparet, ꝙ in cura vlcerum ſecurius ſit ſecedere notabiliter magis
ab æquali ꝑ quietẽ, q̃ per exercitium. Accidentia ſimiliter animi ex eorum fundamento (*Accidentia animi.*)
E menſura tali adminiſtrari debent, vt per ea non imponatur vehemẽs agitatio ſpiritib. &
humorib. aut fortis & ſubita diſtractio ſpirituũ a locis vlceratis, q̃ omnia fiũt in furore, ita
& lætitia magnis, quare mediocriter in his accidentibus procedendũ eſt: & ægro perſua-
dendum, vt habenas in eis menſurate teneat. ¶ Etiam ex ꝓdictis liquide patere poteſt, ꝙ
non oporteat a conuenienti menſura cibationis & potus excedere ad quantitatẽ ipſorũ
auctam notabiliter inclinando, quoniam repletio ex cibis & potibus multipliciter eſſet
curæ vlcerũ nociua, aut quia debilitaret innatũ calorẽ, ex quo fieret multiplicatio ſuper-
fluitatũ & prohibitio cõuenientis incarnationis & cõſolidationis. Aut quia repletio poſ-
ſet eſſe cauſſa apoſtematis in vlcerib. Etiam ſi fuerit repletio ex reb. q̃ cũ hoc, ꝙ nutriunt
inflãmant & acuũt humores, poſſet eſſe cauſſa corruptionis & perductionis vlcerũ ad a-
F ſchakilos & eſtiomenũ: quare cõueniens eſt ab æquali mẽſura cibationis potius recede-
re per quantitatem diminutam, quã per auctã, aut ſaltem procedere cũ cibatione poſita
ſupius, q indicando a virtute erigebat cibationum minuendo quantitatem continuati-
uam ciborum & potuum & augendo quantitatem diſcretã eorũ & qualitatem i. nutri-
[bi]litatem, ita vt parua quantitate multa qualitas reperiretur: *vt de aqua carnium ſupra cap.*

Somnus & quies. *de cura vlcerũ renũ dicebatur.* ¶ Conformiter loquendo de menſura ſomni & vigiliæ dicẽ- A
dum eſt. Neq; enim longo tempore dormire debet, ne in vlceribus ſuperfluitates auge-
antur, eo quia prolixus ſomnus humectat, vt *ſecunda primi cap. de his, quæ proueniunt ex ſo-
mno & vigilia* colligendũ. Neque etiam debet a conuenienti dormitione recedere mẽ-
ſuram eius notabiliter diminuendo per vigilias, eo quia nimia ſiccitas impediret cõue-
nientem carnis regenerationem abſcindendo materiam ex qua, & prohiberet etiam
nimia ſiccitas debitam incarnationem ſolutas vlcerum partes reddendo conglutinati-
oni indiſpoſitas, licet ſecurius ſit per augmentum vigiliarum a conuenienti dormitio-
ne recedere parumper magis, quam per vigiliam auctam, quam per dormitionem
Cibi. multã. Poſtremo vero regimen in cibis in potib. ex eodem fundamento menſurari de-
bet. Nam indicando a virtute, quæ iam debilitata eſt, eo quia talia vlcera plurimum ſuc- B
cedunt eruptionibus apoſtematum, propter quæ debilitatur virtus, & ſuccedunt vlceri
bus a lapillis vel ab arenulis, aut ã materiebus longam reſidentiam facientibus in prædi-
ctis locis, propter ꝙ ægritudines tales oẽs chronicæ ſunt, aut indicando a materia, aut a
partibus patientibus, a quibus non eſt facile tales materias eradicare, imo difficilimum
propter quæ omnia ſimul in vnũ deducta virtus notabiliter debilitat. Cui intendendũ
eſt cũ augmento cibationis in quantitate & qualitate diſcreta & cum diminutione eiuſ-
dẽ in quantitate continua, vt parũ ante hoc dictũ eſt, & ſupra etiam ratione & auctori-
tate deductum. *8. cap. de cura ardoris ab epate prouenientis.* ¶ Pro menſura igitur cibotũ &
potuum præmittendum primo, quod tales ægrotantes vitare debeant omne acetoſum
ſaltem fortis acetoſitatis, & omne acutum & ſalſum, & vehementis dulcedinis. ¶ Et pri C
Acetoſum omne pungitiuum. mum quidem, quia acetoſum omne pungitiuum eſt, ẽt quia frigidũ, & ideo vtraq; cauſa
nociuũ, ſimiliter acutum & ſalſum omne tale ſua mordicatione & caliditate materiam
ſanioſam, aut ſolutionẽ continuitatis in vlceribus augmentare poteſt, ex quo apparet,
quod cibi omnes & potus debeant eſſe in vlceribus a cauſa calida prouenientibus & in
corporibus calidis & ſiccis, & in omnibus vlceribus etiam in quibus ſanioſa ſuperfluitas
atteſtatur ſanguini, aut cholerę frigiditati & humiditati, vt ſpinachia, bleta, malua, viola,
portulaca, proprie cucurbita, batheca, cucumeres, citrulus, atriplex, endiuia cum ſuis
ſpeciebus omnibus præterquam illa, quæ lacticinium habet. ¶ Et de fructibus etiam cõ-
ueniunt fructus olerum prædictorum & iuiubæ & poma non valde dulcia & pontica, &
ſimiliter pyra & cydonia dulcia, vuæ paſſæ recentes, auellanæ molles, ceraſa, & proprie D
Lactis præſtantia ad vlcera. præter ea, quæ pontica ſunt in ſpecie ſua. ¶ Conueniunt etiam ei genera lactis fere o-
mnia, vt lac aſininum, lac camelinum & ouinum, quoniam lac rectificat materias vlce-
rum & lauat & glutinat ea cum ſua retentione proprie, ſupple, viſcoſitate, & quod eſt
ſicut lac vaccinum & ouinum aggregat ad illud, id eſt ad operationes prædictas, ſcilicet,
rectificandi vlcera, additionem, ſupple virtutis confortationem membri cum ciba-
tione, id eſt, nutricatione eius: verum lac aſininum, caprinum iuuatiuum eſt ex par-
te rectificationis complexionis & ablutionis: & ex parte proprietatis eſt iuuatiuum
plus quam illa duo: & proprie, quod eſt acceptum ab vbere animalis nutriti in do-
mo. Et fortaſſe eſt conueniens, ſupple lac, in vlceribus, in quibus ſcitur diſpoſitio
eius, ſcilicet in illis, in quibus cognoſcitur augmentum caliditatis, quam remouere E
poteſt lac infrigidando: & augmentum debilitatis innati caloris, quæ ſequitur multitu-
dinem ſaniei per modum ſuffocationis eius: quod totum a lacte remouetur lauando &
mundificando aut virtutem confortando. Amplius etiam omnibus aliis malis diſpoſi-
tionibus vlcerum conuenire poteſt lac ſolum corruptionem abſcindendo ab eis pro-
pter rectificationem, quam fecerit in eis: & proprie cum non inuenitur in ſtomacho aſ-
ſumentis ipſum cholera, quæ corrumpat ipſum. quare *2. can. in areola vulnerum vlcerum:*
lac rectificat vlcera intrinſeca: propter hoc quod lauat & glutinat, & quod mundificat:
& cum non eſt in complexione, quod corrumpat ipſum & ad choleram conuertat, cõ-
fert habentibus vlcera. ¶ Oportet autem, vt cum in potu exhibetur, non comedatur a-
liquid, niſi poſtquam deſcenderit a ſtomacho. ¶ Si autem videtur in homine tardari F
deſcenſus eius, tunc in hominibus calidæ complexionis cum lacte ponatur aliquid ſalis:
vt exhibendo ℥ iiij. ex eo admiſceatur ſalis tritri ℈ ß. in his vero, qui ſunt frigidæ com-
plexionis iij. ℥. lactis admiſceãtur ʒ ij. mellis. Oportet etiam ipſi lacti miſceri medicinas
diuerſarum operationum. Cum enim intẽdimus cum eo viarum oppilationes aperire,

ybi

A vbi a multitudine materierum & ſaniei clauderentur, tunc iiij ℥. lactis addatur ℈j. aut ß. pulueris dauci, aniſi, ſeminis apii in cauſſa frigida, cichoreæ vero, capil. Ven. endiuiæ & ſimilium in calida. Cum vero per ipſum delectationem maiorem quærimus, miſceamus ℥ iiij. lactis ℥ j. ſucci granatorum dul. Et ſi volumus ipſum magis facere abſterſiuũ & carnis regeneratiuum, ponatur in eo quantitas iam prædicta eius, quod eſt ſicut ireos, radix pentaphili & ſimilium ſupradictorum. Si autem volumus ipſum reddere magis glutinatiuum, confortetur cum eo, quod eſt ſicut thus gummoſum, dragagantum, gummi Arabicum ſecundum menſuram dictam. ¶ Et ſi quæreremus cum eo conſolidationem magis, addatur, quod eſt ſicut cauda equina, conſolida ma. hypocyſtis & eis ſimilia, quæ etiam tacta fuerunt ſuperius, plurima horum lege partim *decimo continen-*
B *tis primo cap. & 18. tertii, cap. de cibatione habentium vlcera in renibus, & 4. breuiarii præallegato ſæpe c.* vnde ſæpe literali fere ordine ſermonem eius auxit Auic. De fructibus vero ſiccis **Fructus.** conueniunt phiſtici, auellanę torrefactæ, amygdalæ, grana pini proprie, caſtaneæ dulces & reliqua ſimilia. ¶ De carnibus vero laudabiliores ſunt pulli & gallinæ pingues, anſeruli parui, anatuli, perdices, phaſiani & minutæ aues. **Carnes.** ¶ Et de quadrupedibus carnes vituli lactentis, annualis agni, capreti, ceruiculi lactentis. Vitet autem omnes carnes naturali caliditate ſanguinem acutum generantes, vt columbi, & accidentaliter, vt ſalſæ, & cum aromatibus conditæ. Et ſimiliter fructus omnes acuitatem habentes a naturali complexione, & quadam ſeroſa lacticinia parte, vt ficus ſiccæ dimittantur, & ſimiliter ſemina acuta, vt grana paradiſi, cardamomum ma. & mi. & ſimilia: & radices acutæ, vt raphanus,
C cæpæ, allium, porrum, bulbus & ſimilia omnia dimitti debent, & præparationes & condimenta ex eis artificialiter facta.

Pro potu vero eis conueniens eſt hydromel pauci mellis & decoctionis in comple- **Potus.** xionibus & ætatibus calidis. Audacius vero mellitum eſſe poteſt in ſenibus & complexione naturaliter frigidis. Alter autem potus conueniens iſtis ægrotantibus eſſe poteſt lac ſaltem in conſuetis, & in his, quæ ſunt habentes ſtomachum a cholericis enudatum. quibus conuenientior potus eſſet aqua hordei cum ſaccharo. Et potus iterum conueniens ei eſt vinum album colore ſuo, ſubſtantia tenue & diaphanum, ſapore dulcedini vicinũ, non vehementer, & odore conueniens; fumoſitate vero non calidum, ſed ab æqualitate per potentiam eius parumper recedens, ne ebullitionem & putrefactionem in locis vl-
D ceratis augmentet. Si autem per vinum minorem optaremus apertionem & aliquanta leui ſui ſtypticitate minorem penetrationem & ſanguinis aliquãtulum incraſſationem facere voluerimus cum conuenientia, & abſterſionem & glutinationem vlcerum: eligi poteſt vinum colore rubicundum, non valde ponticum vel ſtypticum, ſubſtantia clarum & diaphanum, fumoſitate ſua a mediocri parumper recedens, & aromaticum & diaphanum. ¶ Et vtatur eo in tempore cibationis eius: iudicio tamen rationis menſurando quantitatem eius. Aquæ autem frigidæ vſus nulla ratione videtur eſſe conueniẽs. Neque ex operationibus eius. dato enim, quod lauando & mundificando & penetrare faciendo videatur habere iuuamentum aliquantum, excellentius tamen noceret infrigidando & humectando, quam operationes dictas efficiendo, &c. ad laudem Dei.
E Amen.

Conſilium CLXXXIII. *De ardore vrinæ proueniente ab vlceribus in collo veſicæ.*

ARdor vrinæ huius pueri nequaquam prouenire poteſt ab altera cauſſa, quam ab vlceribus in collo veſicæ eius, quæ aſperitate ſua excoriauerunt veſicæ collum. Sed credo ego euidentius, quod ardor ipſius proueniat ex vlceribus inconuenienter curatis, quæ ſucceſſerunt ſectioni colli veſicæ factæ propter extractionem lapidis. Negligentes n. fuerunt Medici in adminiſtratione mundificantium, abſtergentium & incarnantium, quæ applicari debebant aut ſaltem negligenter omnium fuit regimen huic curationi conueniens aut inaduertenter. Quod au- **Signa vlceris in collo veſicæ.**
F tem ibi ſint vlcera, monſtratur ex mictu ſaniei ſimul cum ſanguine, quæ non proueniũt ex alio loco, quam a collo veſicæ, quoniam iſte puer non habet ſigna ſignificantia nocumentum epatis, emulgentium venarum, nec renum, nec pororum vreterum. Hoc etiã apparet, quia diuturna fuerunt in eo vlcera, per quæ aquoſitas vrinalis exibat.

Ad cuius ardorem prouidendum eſt, vt infra ſcribitur. ¶ Abſtineat itaque a magna **Diæta.**

aeris frigiditate & caliditate & ab omni exercitio & motu progreſſiuo: immo maiori A
parte temporis iacere debet. Et caueat a multa repletione ſtomachi; immo notabiliter
a quantitate continua cibi. Et partiri ipſum in plures vices conuenientius eſt ei, quam
multum in vna cibatione accipere. Ex cibis vero euitet omnia ſalſa & acuta, ſicut allium,
cæpas, raphanum & ſimilia. Item omnia cibaria vehementis apertionis, vt frequentem
vſum fœniculi & petroſelini & reliquorum diureticorum, quæ calida ſunt multum,
effugiat oppilatiuos vt paſtiles cibos, & viſcoſos multum, vt piſces & his ſimilia. ¶ Item
motus laborioſos aſcendendi ſcalas & deſcendendi: & ſimiliter caueat ſibi a multo lu-
ctu. Dormitio vero longa eſt ipſi conueniens & vtilis.

Regimen per medicinalia Pro regimine vero eius per medicinalia ſunt ipſi octo remedia infraſcripta, pro quo-
rum regulari applicatione pręmittendum primo, quod mundificantia vlceri intrinſeco B
veſicæ conuenientia non poſſint ita conuenienter adminiſtrari per os, ſicut adminiſtra-
ta fuiſſent per vlcus antequam conſolidatum fuiſſet; quia ablutiones & iniectiones de-
centius adminiſtratę fuiſſent per orificium vlceris, quam exhibitio earum per os: quoni-
am non perueniunt ad veſicam niſi cum earum alteratione in ſtomacho facta & partib.
intermediis. Similiter etiam iniectiones per canalem virgæ cum ſyringa factæ non niſi
cum magno labore & a viro bene experto intromitti poſſunt propter ſtricturam viæ. et-
iam quia canales illi in virga ſunt tres, & difficile eſt conuenienter inueniri canalem vri-
nalem, ita quod per ſyringam non proueniat nocumentum ad meatum algadi aut ſper-
matis: & etiam, quia extremitas ſyringæ impoſita plurimum confricando nocet vlceri
applicando ipſum & prohibendo conuenientem regenerationem carnis & incarnatio- C
nem in eo: propter quod ſalubrius viſum eſt mihi ſcribere remedia ſex interius admini-
Potio. ſtranda: & duo exterius applicanda, &c. ¶ Et primum de numero ipſorum eſt, quod iſti
puero per ſpatium quadraginta dierum omni mane detur hæc aqua. ℞. *aquæ deſtillationis
agrimoniæ ℥ j ß. aquæ caudæ equinæ ℥ j. miſce & calidæ bibantur in aurora abſque ſaccharo ne vir-
tus intermediis vius detineat eas cum dulcedine ſacchari tanquã obiecti delectabilis*. Secundũ vero
Pilula. de pręd ictis inſtrumentis eſt hoc. ℞. *pulueris foliorum cupreſſi, caudæ equinæ, conſolidæ maioris,
& piloſellæ an. ʒ j. mumiæ ʒ ß. cũ ſucco conſolidæ minoris. fiant pil. ex omni ʒ xij. de quib. ante vel poſt
Morſelli. prædictas aquas immediate aſſumat tres*. ¶ Tertiũ vero medicamen eſt hoc. ℞. *granorũ pinearũ
℥ ij. granorũ phiſticorũ ℥ j. dragaganti, gummi Arabici, maſticis ana ʒ j. pulueris piloſellæ, caudæ equi-
næ, pul. veſicæ apri ablutæ bis cum aceto acri non valde acuto, & deſiccatæ in furno ana ʒ iij. ſacch. al. ℥ D
Puluis. v. Cum aqua virgæ paſtoris fiat confectio in morſellis ℥ ß. de quibus ſemper accipiat vnam poſt pran-
dium & cœnam immediate*. ¶ Quartũ eſt hoc. ℞ *ſeminũ lactucæ & portulacæ ana ʒ j ß. ſeminum
papaueris al. ʒ vj. pulueris foliorum cupreſſi, & corticum intermediorum caſtanearum ana ʒ j ß. corti-
cum mandragoræ ʒ ij. fiat puluis, de quo omni die immediate ante cœnam & prandiũ deglutiatur ʒ ß.*
¶ Quintum eſt, quod omni die ante cœnam & ante prandium per horam completam
Pilulæ accipiat duas de iſtis pilulis. ℞. *ſcoriæ ferri ſubtiliſſime tritæ, poſtea coctæ in ſucco burſæ paſtoris vſ-
que ad conſumtionem eius ℥ ß. pulueris radicum caudæ equinæ ʒ ij. cum ſucco plantagin. fiant pilulæ
ex omni ʒ viij*. ¶ Sextum de interioribus & vltimum eſt, quod in cibis huius pueri ſemper
coquatur radicum conſolidæ maioris recentis fruſtũ vnũ mundatũ longitudinis digiti
indicis &c. Septimum, & primum de exterioribus eſt, vt ſemper ante cœnam & prandi- E
um ſedeat in aqua, mediocris caliditatis, in qua extinguuntur ferramenta, in qua etiam
bullita fuerunt chamomilla, melilotum, fœnugræcum & radices conſolidæ maioris, in
qua contrahat moram ſaltem per mediam horam. ¶ Octauum eſt, vt poſt balneum & et-
iam abſque balneo ſaltẽ in die bis inungantur partes pectinis & omnia loca inter ſphin-
Vnguentum cterem & radicem teſticulorum cum hoc vnguento. ℞. *olei de myrto, olei de maſtice ana ℥ j.
cymini torrefacti ʒ j. thuris, ſandaracæ, acatiæ, hypocyſtid. corallorum rub. ana ʒ ß. conſolidæ minoris
ʒ j ceræ quantum ſufficit, fiat vnguentum & applicetur locis illis*. Spero enim ex iſtis clemen-
tia ſaluatoris piiſſimi venturum eum ad perfectam ſanitatem: quod ſua miſericordia cõ-
cedere dignetur ad perpetuas eius laudes.

Consilivm CLXXXIV. *De ardore vrinæ proueniente ex potu cantharidum.* F

ADOLESCENTVLVS quidam in celeberrima vrbe Vicentina mihi nuper oblatus
eſt, qui moleſtatur ardore vrinæ non leuiter. cuius quidem ardoris licet multæ
poſſint aſſignari cauſſæ: tamen ex his, q̃ diligenter inueſtigans accepi, hic ardor

conii-

A conſecutus eſt cauſſam primitiuam, ſcilicet potum cantharidum. Patet autem, quod in
eis ſit virtus faciens mingere ſanguinem excoriatiua viarum vrinæ & poſitiua acuitatis
magnificæ in aquoſitate vrinali: ſiue hoc faciant per operationem prouenientem a cō-
munibus & manifeſtis qualitatibus, vt caliditate acuta & ſiccitate: ſiue hoc inſit eis ex o-
peratione proueniente a primis qualitatibus & occultis ſimul. Ex quibus reſultat in me-
dicinis ſimplicibus virtus dicta tertia, ſiue proueniat hoc a cantharidibus per operationē
a quarta virtute proueniente, quæ dicitur ſpecifica proprietas. Neq; tamen exiſtimandū
nocumentum ardoris vrinæ, qui nunc remanſit, prouenire p̄ciſe a qualitate derelicta a
cantharidibus. Mirabile enim videretur, talem qualitatem in inſtrumentis vrinæ tādiu
fuiſſe conſeruatam. Sed veriſimilius eſt dicere, quod hic ardor in vrina conſeruetur ab
B excoriatione in poris vreteribus & in veſica acquiſita. Similiter & reſeruatur in materia
humorali, in qua remanſit impreſſio caliditatis & acuitatis, q̄ virtus alteratiua vel expul-
ſiua in totum vincere non potuit. Quoniā primitiuæ cauſſę non raro mouent antecedē-
tes motu alterationis & corruptionis, vt apparet *1. quarti, de ſermone vniuerſali* in cauſſis e-
phemerarum. Ex quibus apparet, quod in iuuenculo iſto remanſerit in vrina ardor ab
excoriatione viarum & acuta caliditate, quæ in renibus & viis vrinalibus fixa permanſit.
¶ Vnde ex hoc fundamēto facile apparet, quis debeat eſſe curationis modus, & quæ in-
ſtrumenta tam ex parte ſex rerum non naturalium, quam medicinalium accipiendum,
de quibus nunc ſequitur.

Locum igitur & cameram vehementis caumatis & veſtes ſuper renibus multum *Diæta.*
C ſtrictas & iliis euitare debet, vt & vehementem caliditatem, & maxime ſpinæ, epatis &
renum. Item multum decubitum ſuper renes, & dormitionem longā ſuper eos. Omnia
exercitia peditandi, equitandi vel currendi. Similiter clamorem multum & rixas & irā
& ventris repletionem a multo cibo factam, & eius etiam ſtypticitatem. ¶ Ex cibis effu-
giat acria valde, vt agreſtam, limones, granata & conſimilia. Similiter & omnia acuta ſal-
ſa & vehementer dulcia cibaria, propterea quia ſunt cōuertibilia in cholerā & acuitatis
facile ſuſceptiua. Propter quod & frequens prouocatiuorum vſus, & maxime fortium a-
lienandus eſt, velut piper, fœniculum, petroſelinum, apium & conſimilia. vnde etiam a-
romatum vſus euitari debet. ¶ Potus eius ſit vinum mediocre in ſubſtantia & in poten-
tia, colore album, & ſapore medium inter dulce & ponticum.

D In canone vero curationis huius diſpoſitionis præmittendum primo, quod omnis *Curatio.*
modus curationis cum his quæ ſuperius ebibuntur, tentari debeat prius, quam perueni-
atur ad adminiſtrationē iniectionum medicinarum per ſyringam propter cauſſas iam
tactas: & ideo ſeptem occurrunt mihi remedia, quæ adminiſtranda ſunt partim interius
partim exterius. Ex adminiſtrandis vero per interius, Primū eſt, vt exhibeantur ei omni
mane ℨ x. lactis aſinini cum ℥ j. mucilaginis granorum ſebeſten. per hæc enim frangitur
malitia derelicta a ventoſitate cantharidum, &c. ¶ Secūdum principale eſt, vt poſt illud
per quinque dies omni mane accipiat ℥ ij. aquæ mellis decoctæ cum granis duobus dra-
ganti, & ℥ j. ſarcocollæ ad lauandum, mundificandum & abſtergendum. ¶ Tertium
quod poſt prædicta ſucceſſiue omni mane adminiſtretur ei hic potus actu calidus. ℞. *aq.* *Potio.*
E *lactis caprini ℥ iij. ſem. papaueris alb. ℨ ij. ſucci liquiritiæ ℨ j. miſce & totum exhibeatur actu calidum.*
¶ Quartum principale eſt, vt cum apparuerint ſigna aliquantę mundificationis ſaltē per
xv. dies omni die bibat hunc potū calidū in aurora. ℞. *aquæ deſtillationis caudæ equinæ ℥ ij. pul.* *Alia.*
piloſellæ hypocyſtid. thuris & ſandaracæ ana gr. ij. miſce & exhibeatur vt dictum eſt. ¶ Quintum
eſt, quod omni die ante prandium puer iſte ſumat tres de infraſcriptis pilulis. ℞. *corticum* *Pilulæ.*
*medianorum caſtanearum, pulueris foliorum cupreſſi, dragaganti an. ℨ j. laccæ præparatæ ℨ j ß. pulue-
ris foliorum barbæ hircinæ ℨ ij. ſem. apii ℈ ij. fiant pilulæ cum ſucco fœniculi ex omni ℨ ix.* ¶ Sextum
eſt, vt ſi doloris inſtantia permaneret, omni die poſt prandium aut cœnam puer iſte ac-
cipiat cochlear vnum huius trageæ. ℞. *ſeminum papaueris albi ℥ j. ſem. portulacæ, lactucæ an. ℨ ij.* *Tragea.*
ſem. endiuiæ, ſcariolæ & ſucci liquiritiæ an. ℨ j. pulueris radicum corticum mādragoræ ℨ j ß. croci, hyo-
F *ſcyami ana ℈ ß. ſacchari albi duplum ponderis, fiat omnium tragea, quæ ſumatur vt ſupra.* ¶ Vltimū
vero inſtrumentū eſt, vt partes inferiores ſpinę & loca radicum teſticulorum & femoris
omnia ter vel quater in die inungantur cum hoc vnguento. ℞. *olei de maſtice, olei de croco a-* *Vnguentum.*
*na ℥ j. pinguedinis anatis ℨ x. vitellos ouorū num. ij. ſpodii, roſarum, corallorum rubeorū, ſang. dra. &
acatiæ ana ℨ j. corticum mandragoræ ℈ j. ceræ q. ſ. fiat vnguentum & applicetur vt dictum eſt.*

Conſilivm CLXXXV. *De vlcere veſica & annexis ei, ſcilicet dyſuria & dolore in partibus iliorum.* A

HÆc generoſa mulier ægrotat vlceribus in veſica, quæ non apparent profunda multum, vt ex indicio vrinarum & relatis habere potui. ¶ Et eſt huic diſpoſitioni coniunctum accidens primum, quod eſt dyſuria vel deſtillatio vrinæ cum impotentia retentionis eius. ¶ Secundum accidens eſt vehementia dolorum in partibus illorum, immo fere in toto ventre inferiori, qui accidunt ibi propter colligantiam ipſorum ad veſicam. Et niſi cito ſubueniatur ei, hæc diſpoſitio minatur ei periculum ingens malæ terminationis in breui futuræ.

Diæta. Abſtineat itaq; hæc mulier ab omnib. acutis, vt cæpis, allio, raphano, a ſalitis cibis & a rebus valde viſcoſis, vt paſtilib. piſcibus, & ab aceto acuto & leguminib. & ꝓprie elixis. B
Et bibat vinum rubeum clarum, mediocris fumoſitatis, antiquum vel nouũ ſuo libito.

Curatio. Potio. De medicinalibus vero. ℞. *granorum ſebeſten num. xv. iuiubarum nu. xxv. ſumach, granorum myrti, labruſcæ ana M j. liquiritiæ, violarum, ſeminis maluæ & althææ ana M ß. ſem. plantaginis M j ß. caudæ equinæ M iij. corticum papaueris num. iiij. bulliant omnia in lib. v. aquæ vſq; ad conſumtionem medietatis, & de aqua iſta omni mane bibat cyathũ vnum calida, & tantundem per horã*
Pilulæ. *j ß. ante cœnam, & cyathũ mediũ, quando vadit ad lectũ, & ſemper ſit calida.* ¶ Itẽ ℞. *foliorũ cupreſſi ſiccorum ℥ j. corticum medianorum caſtanearum ℥ j ß. papaueris alb. ℥ ij. hyoſcyami, corticum mãdragoræ ana ℈ j. opii ℈ j. partes duas, croci ǧ xij. ſem. portulacæ ℈ iiij. ſem. lactuc. ℈ ij. fiant pilulæ cum ſucco violarum de omni ℥ viij. de quibus ſemper immediate ante prandium & cœnam accipiat v.* Et ite-
Tragea. rum alias quinque in mane, quando accipit decoctionem ſupraſcriptam. ℞. *ſeminis portulacæ ℥ j ß. ſeminis lactucæ, ſeminum communium frigidorum ana ℥ ij. granorum pinearum minutim inciſarum ℥ iij. corticum intraneorum caſtanearum ℈ iiij. corticum mandragoræ ℈ ij. penidiarum ℥ j ß. fiat tragea, de qua ſemper poſt cibum omnem accipiat cochlear vnum.* Ad laudem Dei. Amen. C

Conſilivm CLXXXVI. *De vlceribus in collo veſicæ, & in renibus.*

IStE venerandus in Chriſto pater ſine dubio ægrotat ægritudine complicata ex vlceribus exſiſtentibus in collo veſicæ, quibus etiam communicant aliqua vlcera renibus eius. Et præterea quando propter retentionem materierum a viſcoſitate materiei & calore intenſo renum contingit generari arenulas in renibus eius, id eſt ſatis rationabile: quoniam loca vlcerata nõ euacuantur a præſentia materierum viſcoſarum & a caliditate intenſa. ¶ Quod vero lapis in veſica eius exſiſtat, rationes non videntur rationabiliter concludere, quoniam impotentia illa emiſſionis vrinæ rationabilius prouenit a reſiſtentia & fixione materierum immerſarum collo veſicæ & ibidem inuiſcatarum, quam a lapidis præſentia: licet in hoc caſu etiam non ſit neganda poſſibilitas. Sed quantum ex diſpoſitione præſenti conſiderari poteſt, non apparent in caſu iſto ſigna præſentia lapidis in loco veſicæ eius, vel in ea. D

Curatio. Qualitercunq; tamen contingat, vti poteſt iſtis quatuor remediis. quorum quodlibet poterit eſſe mundificatiuum renum & veſicæ prohibitiuum ampliationis vlcerum & ſedatiuum accidentium, quæ virum iſtum moleſtant. ¶ Primum itaque eſt deſcriptio
Decoctio. iſta. ℞. *ſebeſten numero xv. violarum, ſem. portulacæ, granorum alkekengi, foliorum cypreſſi ana ℥ ij. gummi Arabi. ℥ ß. pinearum ℥ ß. liquiritiæ ℥ ij ß. ſem. endiuiæ, acetoſæ, ſcariolæ ana ℥ j. ſem. communium frigidorum ℥ ij. fiat horum decoctio in ℔ iij. aquæ vſque ad conſumtionem tertiæ partis. de hac quidem decoctione ſingulo mane accipiat ℥ v. calidas & tardet cibum ſaltem horis quatuor.* Et ſi tẽpore inſtantię ſitis aliquando de eadem acciperet bis vel ter in die cum eadem quantitate hordei, bonum eſſet ei. ¶ Secunda medicina eſt pul. iſte. ℞. *ſem. portulacæ ℥ ij. granorum*
Puluis. *papau. alb. ℥ iij. ſem. endiu. ℥ j. ſem. lactucæ ℥ vj. florum nenuphar. ℥ v. fiat pul. de quo accipiat poſt mediam noctẽ omni nocte vel alterna nocte ℥ j. cum aq. decoct. granorũ pinearum.* Tertia medicina E
Electuariũ. eſt electuarium iſtud. ℞. *mucilaginis ſebeſten ℥ iij. mucilag. ſem. lini, fœnugræci & granorum ſeſami ana ℥ ij. pinearum ℥ iiij. croci ℈ ß. corticum mandragoræ ℥ j. granorum alkekengi num. xx. florum nenupharis ℥ iiij. fiat electuarium, de quo omni mane in aurora poſtquam dimiſerit decoctionẽ prædictam continuatam x. diebus aliis x. diebus ſequentibus accipiat cochlear, & tardet cibum vt dictũ eſt.* F
Pilulæ. Quarta medicina ſunt pil. iſtæ. ℞. *centaureæ minoris ℥ ij. granorum alkekengi num. x. corticũ papaueris al. foliorũ nenuph. ana ℥ ij. ſem. plantaginis, acatiæ, dragaganti, gummi Arab. an. ℈ ij. medullæ granorum ceraſorum, vel gummi ipſorũ arboris ℥ ij ß. liquiritiæ, ani. granorũ pini ana ℥ ij. diſſoluãtur*

gummi

A *gummi cum modico ſucci violarum, & incorporentur alia omnia cum eis, & fiant pilulæ, de quibus omni mane in aurora accipiat ℈ ij. cum medio cyatho aquæ decoct. liquiritiæ continuet eas x. diebus poſt electuarium prædictum.* Deinde reuoluat intentionem curationis de iſtis pilulis ad decoctionem, & a decoctione ad electuarium, & de electuario ad pilulas alternatim permutando. Et hæc quatuor ſunt, quæ mihi ſecuriora & vtiliora apparuerunt in præſenti diſpoſitione obſeruanda. Si enim ad efficaciora & fortioris operationis deberet fieri tranſitus, non videtur illud bene rationabile propter abſentiam infirmi & carentiam ſignorũ præſentem diſpoſitionem demonſtrantium, in quorum cognitione negotiandum eſſet ex viſu magis, quam ex auditu. Hæc ad laudem Dei omnipotentis.

B Consilivm CLXXXVII. *De ſtranguria a quacunq; cauſſa proueniente. Et diuiditur conſilium in capita quatuor.*

Cap. I. *De cauſſis & ſignis ipſius ſtranguriæ.*

Generosvs quidam adoleſcens ex celeberrima progenie Thelgiaziorũ paulo ante ingenter moleſtatus fuit vehementi appetitu & conatu vrinãdi, cum pauco tamen effectu: ita quod non poterat emittere vrinam, niſi duas vel tres guttas cum maximo dolore in partibus femoris & circumſtantib. ei, cum quibus remanſit continue acriter moleſtatus a 24. hora vſque ad ſeptimam noctis diei xv. Nouembris. tũc ergo circa ſeptimam horam ſomno captus quieuit quaſi per horas duas & expergefactus reperit ſe minoribus doloribus moleſtatum; v-
C rinam tamen emittere non potuit quantitatis maioris prædicta, poſt iterum ſomnum ingreſſus eſt & quieuit ſuauius, quam ante. Et cum fuit a ſomno expergefactus minori inuentus eſt dolore moleſtari. vrinam etiam abundanter emiſit. Remanſit tamen notabiliter confractus & debilitatus. Hæc fuit huius viri diſpoſitio, quæ ſi diligenter conſideretur, inuenietur, quod ſit diſpoſitio a ſapientibus deſtillatio vrinæ nominata, quã Græci ϛραγγυρίαν nominabant. per quam Itali intelligunt impotentiam vrinandi cum emiſſione vrinæ guttatim effuſæ.

Circa quam ſtranguriam contemplandum eſt theorice ſpeciales eius diuerſitates eliciendo ex varietate cauſſarum producentium ipſam. De numero ergo exteriorum cauſſarũ aſſignatur eſſe vna vehemens frigiditas a circumſtante aere, ab aliis etiam rebus *Cauſſa ſtranguriæ.*
D non naturalibus, vt cibo & potu & conſimilibus, quæ vehementem fecerunt permutationem in organis vrinæ, velut in veſica tota, aut in collo eius, aut in poris vreteribus, vel in renibus quantum ad panniculum colatorium, aut in venis emulgentibus, propter hæc enim omnia contingit hominem ab vrinando priuari; aut quia in veſica non recipitur vrina, aut quia dato, quod in ipſa recepta fuerit, expelli non poteſt: propterea; quia fortis frigiditas prohibet debitam circumtractionem muſculi colli veſicæ de circũferentia ad centrum: quare vrina denegatur propterea; quia ad expulſionem illius neceſſaria eſt apertio colli veſicę. Cum ergo motiua virtus conatur dilatare, contractio muſculi prohibet illam dilatationem, ergo ibi cauſſatur dolor; ſed ex alia vrina ſui multitudine & mala complexione fortaſſis cõſecuta ad ipſam, incitat virtutem expulſiuam: er-
E go perſeuerat pugna expellentis ad conſtringens, & econuerſo. Cum ergo virtus in dilatando aliqualiter elonget ſuperficies intrinſecas colli veſicæ: ergo aliquid de vrina deſtillando cadet. & hoc eſt formale ſtranguriæ. Ex hoc ſequitur corollarie, quod quandiu durat cauſſa cõſtringens & dilatationis effectus, tamdiu durat ægritudo, cũ ibi ſint motus præternaturales & multum violenti, neceſſario ſequitur ibi dolor fortis. ¶ Et ſequitur tertio, quod tales dolores repræſententur ſub ſpecie mordicandi & pungendi, &c. Ad retentionem enim vrinæ & eius multiplicationem acquiritur in ea acuitas, ad quam ipſa vrina eſt valde parata propter amaritudinem & ſalſedinem eius. ¶ Quarto, quod in tali diſpoſitione aſſignabilis ſit duplex malæ complexionis ſpecies. Prima a frigiditate iam inducta. Secunda a caliditate in collo veſicæ ab ipſa vrina. ¶ Quinto ſequitur reddi-
F tio cauſſæ, quare multi hominum hac ægritudine laborantes facile moriantur. Spaſmoſi enim & contractiui motus lacerti veſicæ nocumentum comitantur nuchæ. & de ipſa communicatur ad cerebrum valde faciliter. ¶ Et ex hoc fundamento iterum ſequitur ſolutio, quare maior ſine comparatione pungitiuus & mordicatiuus dolor appareat in hac ægritudine in extremitate pudendi, quam in collo veſicæ, in quo tamẽ veſicæ collo

exſiſtit ægritudo per eſſentiam & ſua cauſſa applicata magis. hoc enim totum accidit, quia maior eſt ſenſibilitas in pudibundi panniculo, quam in veſicæ collo. ¶ Et vltimo ex hoc fundamento ſequitur poſſe colligi ſigna huius ſpecialis ſtranguriæ. Erunt ergo iſta: ſcilicet velocitas aduentus nocumenti propter fortitudinem cauſſæ infrigidantis & naturalem complexionem ſubito permutantis. Secundum ſignum erit intenſio lapſus ad applicationem rerum infrigidantium ſequens. ¶ Tertiũ, actualis frigiditas a ſenſu tactus ægrotantis percepta. ¶ Quartum grauitas in alchatin perceptibilis. ¶ Et quintum aſſumetur ex cognitione applicationis cauſſarum ſubito & potenter infrigidantium. Et licet mala complexio humida poſſit etiam hoc efficere, propterea, quia humiditas maior, quam debet, reddit corpus frigidius, quam oportet: tamen quia ipſa non eſt tantæ potentiæ ad contrahendum collum veſicæ, quantę frigiditas eſt potens: ideo ipſa humiditas rariſſime efficit hanc ægritudinem, quæ raro tantum inualeſcat, quod deiiciat actũ proprię virtutis. & ex iſto ſequitur neceſſitas huius diſpoſitionis, vt in ſequenti cap. deinceps apparet.

A

B

Cap. II. *De cura ſtranguriæ in quinque diſtincta intentiones a cauſſa frigida & humida.*

IN hac igitur diſpoſitione canon curationis aſſumitur ex quinque intentionibus neceſſariis. ¶ Quarum prima eſt corruptio malæ complexionis frigidæ, vel alterius inductæ, ſi fuerit immaterialis. ¶ Secunda eſt rectificatio membrorum, quæ iam debilitata ſunt. ¶ Tertia rectificatio regiminis. ¶ Si autem ægritudo fuerit materialis, quia mala complexio frigida & humida totius veſicæ, & principaliter colli eius cum multa materia phlegmatica, frigida & humida: tunc quarta intentio eſt accidentis C

Obiectio. ſuſpecti remotio ſubita, ne perducat ad nocumenta ſupradicta. ¶ Sed contra, quoniam accidens illud remoueri non poteſt, niſi curatione ſuarũ cauſſarum, a quibus dependet, ſed cauſſæ ſuæ non conuenienter reguntur, niſi per digeſtionem aut euacuationem earum aut vtrumque. Simul ergo prius intendi debet ad digeſtionem & euacuationem,

Reſponſio. quam ad accidentis ſedationem. ¶ Ad hoc motiuum & ad omnia ſibi conſimilia dicendum eſt primo leuius, quia contingit hãc ægritudinem eſſe a mala complexione frigida immateriali. Subtilius autem dicendum eſt, negando conſequentiam. licet enim effectus a cauſſis dependentes non poſſint conuenienter remoueri ſine procuratione cauſſarum, vt bene argutum eſt: tamen quia fortitudo accidentis, vt doloris vel corruptionis veſicæ a multa materia diu retenta futura fieri grandiora minatur pericula, quã materia & mala complexio: ideo accidentis remotioni prius intendendum eſt. ſed fortitudo accidentis negat illas: ergo prius accidenti intendendum eſt, quam ægritudini & cauſſæ ſuæ. Et ſunt ſermones guſtandi ex ſententia principis, *4. primi, vlt. cap.* tu lege ibidẽ de complicatione morborum cum cauſſis & accidẽtibus eorum. ¶ Quinta intentio erit materierum præparatio & earum euacuatio. D

1. Intentio. Corruptio malæ complexionis. Primam autem intentionem complent omnia inſtrumenta, quæ proprie ægritudini contraria ſunt, & ſunt inſtrumenta calefacientia primi generis cibalia, potabilia, velut crocus, caſſia lignea, ami, amomum, eupatorium, abſynthium, abrotanum. Hæc enim omnia ad veſicam infrigidatam potentiam habent calefaciendo & ipſam confortando per operationem a tertia virtute eorum prouenientem. Similiter etiam & aquæ ſublimationis, decoctionis prædictarum rerum notabiliter conferunt. ¶ Ex inſtrumentis vero ſecundi generis ſunt ea, quæ exterius applicanda ſunt. de quorum numero primum eſt, vt fiat ſeſſio cum collo veſicæ frequenter ſuper tabula cupreſſi notabiliter calefacta, quæ etiam applicetur femori & ſub radice teſticulorum, quia ibi eſt ſitus colli veſicæ. ¶ Similiter ſeſſio fiat cum multa quantitate croci integri notabiliter calefacti, & poſiti in ſacculo ſindoneo, & eſt de melioribus mihi expertis. Crocus enim ingreditur in ſedatione doloris. *3. quarti, cap. de cura phlegmonis.* ¶ Similiter confert veſica ex decoctione croci prædictis partibus applicata notabiliter calida. Et iterum confert ſemicupium factum ex decoctione ſaluiæ, meliloti & chamomillæ. Non curo hic inſtrumenta multiplicare, quia iſte vir iam curatus eſt. ſed hæc poſita ſunt, vt ſi iſta applicentur vſque ad vnum menſem omni ſeptimana ter vel quater, vtilia forent gratia præſeruationis applicita. propter quod linimenta, emplaſtra, vnguenta, & embrocationes ab hoc ſermone abſcindo: licet aliqua tangentur inferius magis. E F

A Proſecunda vero intentione apparet, quod applicatio prædictorum corroborat II. *Rectificatio*
veſicam totam corrumpendo malam complexionem iam prædictam. ¶ Ex his autem, *membrorū*
quæ a proprietate dicuntur confortare veſicam, eſt aſſumtio pulueris veſicæ danulæ ex- *iam debilita*
ſiccatę, ſi ex ea detur in potu ℥j. cum decoctione croci, non minus enim hoc inſtrumē- *torum.*
tum videtur eſſe conueniens, quam eſt puluis pellicularum intrinſecarū ſtomachi galli-
narum, ſtomachi confortatiuus, ſed iſte affirmatur ab omnibus, vt *13. tertii, tract. 2. cap. de*
debilitate & nocumento ſtomachi colligendum eſt, ergo pariformiter hoc conferre debet in
veſica, & lege de eo *19. tertii, cap. de retentione vrinæ*, & videbis.

Iam autem ex prædictis apparet pro exſecutione tertiæ intentionis, qualiter regi- III. *Rectificatio*
men ex parte rerum non naturaliū menſurandum ſit. Oportet enim omnia inſtrumen- *regiminis.*
B ta hæc per contrarietatem aduerſari ægritudini. Et quia ægritudo eſſentialiter eſt frigi-
da: ideo oportet inſtrumenta illa eſſe calefactiua, vt *4. primi, capit. 2. in exordio de canonibus*
curationis malæ complexionis, legitur. Quæ enim ſine materia fuerint, per alterantia corri-
guntur, verum, quia tales ęgritudines immateriales non diu permanent, ita, quin tranſe-
ant ad materiales, aut ſibi aſſociant eas, vt *prima primi, cap. de complexionibus* legendum eſt.
Frigiditas enim maior, quam debet, reddit corpus &c. Ideo, quia raro contingit imagi-
nari bene poſſe virum bene contemplantem, quod reperiatur ſtranguria omnem præ-
ſentiam materiæ & lapſum materialem excludens. ¶ Ideo in hac materia pro intentione IV.
quarta diſcurrā p inſtrumenta, quæ cū hoc, q calefaciendo lapſum immaterialē frigidū *Accidentis*
corrigere poſſunt, etiā materiā aſpicientia frigidā & humidā, mucilaginoſam, aquoſam, *ſuſpecti remo*
C vitreā & ſalſam, nūc quidē calefaciēdo, nunc vero ſubtiliādo. Similiter ēt inſpiſſando & in- *tio ſubita.*
cidendo, prout materierū diuerſitas in qualitatibus primis & ſecundis peccantiū aduo-
cat ad ſe inſtrumenta cōuenientia, & per hæc omnia complebitur ſimul intentio quarta, V.
quæ vertebatur ad accidens, videl. ad dolorē. ¶ Intentio quinta erat materierum prępa- *Materierum*
ratio & euacuatio. Igitur menſurari debet modus adminiſtrationis medicinarum inci- *præparatio*
piendo primo ab iſto. ℞. *aq. althææ, aquæ pitariæ an. ℥ ij.* ¶ Et fortius illo eſt hoc. ℞. *aq. rubeæ* *& euacua-*
tinctorum, aq. geniſtæ an. ℥ ij. ¶ Et iterum. ℞. *aq. apii ℥ iij. aq. petroſel. & eſt ſpecies eius ℥ ij. miſce.* *tio.*
¶ Et iterum dentur aquæ milii ſolis ℥ v. ¶ Et fortius omni prædicto eſt, vt in potu dentur
℥ v. aq. capil. Ven. aperiunt n. in tertio, licet temperati ſint, vt *5. colliget. legi poteſt.* Et quod-
cunq; eorum exhibeatur calidū, detur cum ſaccharo commixtum in aurora per 7. vel 8.
D horas diſt inter a cibo. ¶ Et ſi quis deſideraret hæc efficere fortiora, tunc prædictis ad-
iungatur ℥ j. oxymel. compoſiti. Et delectabilior illo eſt ſyrupus compoſitus acet. Et for-
tior illo eſt oxymel ſquilliticum: ita tamen, quod tota doſis potus non tranſcendat ℥ iiij.
ß. ¶ De his vero, quæ localiter conferunt, commune & domeſticum eſt ſemicupium
factum cum aq. decoctionis fœniculi, apii, petroſel. peucedani, ariſtol. vtriuſq;, cymini,
carui, aniſ. graminis, milii ſolis, eupatorii, phu, meu & conſimilibus omnibus & pluribus.
Hæc enim ſolenniter conferunt, imo adminiſtrari poteſt ſemicupium v. vel vj. vicibus
in die ſecurius, quam adminiſtraretur balneum totum capiens. ¶ Et ſcio, quod in forti
ſtranguria ſemicupium factum ex oleo dulcium oliuarum ſtatim remouerit dolorem &
prouocauerit vrinam. ¶ De localibus vero linimentum optimum eſt hoc. ℞. *vnguenti*
E *dialth. ℥ ij. olei nardini ℥ j ß. miſce & liniatur totus pecten, radices teſticulorum, & inferior pars ſpi-* *Vnguentum*
næ. Et ſi de tali medicamine fiat ſuppoſitorium cum lana ſuccida, quaſi continue poſitū
in ſphincterem & inteſtinum, mirabiliter confert. ¶ Linimentum autem fortius illo eſt
hoc. ℞. *vnguenti aragonis ℥ ij. caſtorei ℥ ß. olei de croco, olei de ruta an. ℥ vj. fiat vnguentum molle.* *Aliud.*
¶ De localibus etiam commune eſt, vt inungatur candela parua vel ſyringa cū oleo bal-
ſami & imponatur vſq; ad concauum veſicæ, aut enim curat remouendo pilos, arenas,
lapillos & grumos a collo veſicæ, aut curare docet. Si enim ſyringa ſentiat aſperitatē aut
duritiem, tunc eſt ſignum certum lapillorum aut arenæ craſſæ in collo veſicæ exiſtenti-
um. Vnde curanda eſt diſpoſitio, & alleuiandus dolor per tranſpoſitionē eleuando plan-
tas pedum verſus cœlum. ¶ De fomentationibus autem localibus cōmunes exſiſtunt, &
F vtiles hæ factæ ex furfuribus, ſpelta, cymino, aniſo, dauco, eupatorio, petroſ. calefactis, &
femori & omnibus partibus prædictis applicatis. ¶ Secundum fomentum ad illud & o-
ptimum eſt, *vt accipiantur arthemiſiæ, matricariæ an.* ℔ *ß. calidæ applicentur partibus prædictis*,
quanto iuuamento conferat matricaria ad prouocandum vrinam, & ad aperiendum,
ſciunt, qui legerunt in capite eius, & audiuerunt.

Herpillum quid.

Sæpe autem ſum expertus, quod ſi magna quantitas herpilli, i. ſerpilli, calefacti applicetur partibus prędictis, dolorem ſedat, & vrinam prouocat. ¶ In hoc autem cap. non curo tangere iuuamenta, neq; modum applicationis phlebotomiæ ſaphenæ. Similiter non curo extendere ſermonem in deſcriptione & applicatione clyſteriorum: quoniam intentio mea principaliter dirigitur ad aperiendum & ſedandum dolorem, quæ duo nõ dant inducias. Materiæ etiam medicinarum, quæ in fomentationibus & linimentis prædictis poſitæ ſunt, poſſunt ſufficere ad faciendum clyſteria, epithemata, emplaſtra & alia conſimilia loca. Et per hæc quidem credo ſatis conuenienter poſſe remoueri omnem ſtranguriam a mala complexione frigida & humida materiali vel immateriali, & omnem, quæ pendet ab oppilatione facta a grumis, petaloidibus, arenis, lapillis & mucoſis ſuperfluitatibus, immo hæc remedia multum conferunt ad ſtranguriam prouenientem ab apoſtemate colli veſicæ tam phlegmatico, quam melancholico. A B

Cap. III. *De cura ſtranguriæ a cauſſa calida & ſicca.*

Si autem ex ſignis percipi poteſt, ſtranguriam prouenire a materia calida & ſicca, quod eſt valde rarum, tunc in inſtantia doloris procedendum eſſet cum linimẽtis, vnguentis, emplaſtris, ſemicupiis, epithematibus & embrocis compoſitis ex aperientibus & infrigidantibus, de quorum numero ſunt ſemina quatuor communia frigidorum. ¶ Item ſemen cuſcutæ, portulacæ, cichoreæ, endiuiæ, altaraxacum, violæ, maluæ, pruna ſebeſten, naſturtium, ſenetion, & aliæ fontales plantę. ¶ De numero tamen iſtorum eſt oleum nenupharinum, factum ex dulci oleo oliuarum abſq; ſale datum in potu, vſque ad quatuor ℥. quibuſdam diebus mirabiliter confert. ¶ Et ſcio etiam ego, quod emplaſtratio partium genitalium facta cum lenticula aquæ mirabiliter conferat. ¶ Et fortior illa & ſecuta eſt applicatio foliorum recentium papaueris contritorum. Nec timeas ſtupefactionem, quia domeſtica eſt, *4. primi penultimo cap.* ¶ Scio etiam, quod aqua lactis ouini, bouini & mandiolini vſq; ad ℥ iiij. cum modico ſacchari, mellis vel vini, ne coaguletur, mirabiliter conferat. Ventre tamen patientis facto ſemper lubrico cum leuibus & pinguibus clyſteribus, vel cum medullæ caſſiæ fiſtulę ℥ j. in potu data cum aqua lactis prædicta. ¶ Scio etiam experientia certa, quod ſi patiens accipiat omni mane vncias quinque aquę decoctionis granorum ſebeſten minutim inciſorum leniendo prouocet vrinam, & dolorem ſedet, & proprie ſi ei adiungatur aliquid de puluere croci. C D

Cap. IV. *De cura ſtranguriæ a cauſſa frigida & ſicca.*

Si autem hæc ægritudo proueniret a mala complexione materiali frigida & ſicca, quod tamen adhuc minus contingit, ſumma curationis conſiſteret ex his, quæ dicta ſunt in duobus capitibus immediate præcedentibus, vir enim ſcientia & opere tritus diligenter confrangere ſciret, & poterit medicamina frigida & humida cum calidis & ſiccis ibidem poſitis miſcere & ducere ea ad medium, per quod diligenter corriget lapſum frigidum cum calefacientibus, & ſiccum cum humectantibus, potentia enim diſcretiua applicaret conuenienter ſingula contraria ſibi compoſitis contrariis, & tu conſidera, quia ſermones abbreuio. ¶ At vero de appropriatis inſtrumentis ad hunc lapſum eſt, vt in potu detur ſapæ claræ & dulciſſimæ ℥ j.ß. cum ℥ iij. hydromellis longi & ſubtilis. ¶ In hoc etiam caſu ſummum cognoui iuuamentum in applicatione aquæ ſublimationis raparum, immo & in comeſtione earum. ¶ Et brodia etiam pullorum, in quibus diſſoluantur medullæ crurum caſtrati & porcelli iuuenis mirabili iuuamento conferunt in hac ſpecie ſtranguriæ. ¶ Similiter etiam & vitelli ouorum, & teſticuli agnorum, vitulorum & pullorum. Si quis autem vellet exhibere aquam ſublimationis medullarum animalium, erit iuuamentum excellens per me teſtificandum. ¶ Quidam autem gloriantur in exhibitione aquæ ſublimationis humani ſanguinis a corpore bene ſano accepti. Sed talia ego non curo, neq; vitupero multum. E

Cap. V. *De ſtranguriæ ſanguineæ cura.* F

Si autem hæc ægritudo proueniret a mala complexione calida & humida materiali, videlicet ſanguinea, imaginari poſſumus, de raro tamen contingentibus eſt multã ſanguineam materiam immoderate replere corpus veſicæ totum, & proprie partes colli eius, propter quod fieret oppilatio coarctatoria colli veſicæ negans vrinæ emiſſionem, &

A ne͂, & tunc quide͂ apparente notabili rubore, plenitudine & craſſitudine venarum circa totum femur & inferiores partes pudendi cum caliditate & grauitate ibi receptis, & pulſatione magna. ¶ Tunc primum inſtrumentoru͂ eſt, vt ſtante co͂plicatione plenitudinis corporis cum ea, fiat phlebotomia baſilicæ, per quam educantur ſanguinis ℥ iiij. aut v. ſecundum pote͂tiam tolerantis. Et ſi non apparet tanta plenitudo, tunc ſufficeret phlebotomia ſaphenæ dextræ. ¶ Facta vero phlebotomia diuertatur materia ad inteſtina cum clyſteribus compoſitis cum caſſia fi. ſacchato rub. oleo viol. & electuario de pſyllio confectis. ¶ Tertio ad hanc intentione͂ conueniret ventoſatio natiu͂ cum ſcarificatione. Et melior illa eſſet ventoſatio facta in domeſtica parte coxaru͂ & in media earum. ¶ Quarto intendatur ad applicatione͂ remediorum localium ſedatiuorum doloris. Et licet ſtante B fluxu materieru͂ argume͂to ſumto ab ęgritudine co͂ueniret repercuſſio, quia tame͂ repercutientia, quæ deberent eſſe frigida & ſicca, raro euacuantur a ſtypticitate notabili, quæ ſimul cum frigiditate notabilem efficit conſtrictionem & ſtranguriæ augmentum: Ideo ſecurius eſt adminiſtrare localia infrigidantia & humectantia lenientia notabiliter & ſedatiua doloris. Argumentum enim ſumtum a vehementia accidentis, quod eſt dolor vehemens a conſtrictione colli veſicæ fortius promouet Medici mentem, quam lapſus a materiali eius cauſſa. ¶ Vnde locale conueniens eſſet ſemicupium factum ex aqua decoctionis violarum, maluarum, portulacæ, foliorum & florum cucurbitæ & nenupharis. Et fortius illo & ſecurius eſſet apud potentes facere ſemicupium cum oleo nenupharino, floribus cucurb. oleo viol. & conſimilibus. Et non raro conſueui in conſimili diſpo- C ſitione reperire iuuame͂tum ſublimius in ſemicupio lactis ouini, vel bouini, vel caprini, vel mandiolini, quam in aliis. ¶ Verum ægritudo hæc rarius prouenit a ſanguine apoſtemante collum veſicę, cuius quidem cura inſtituenda eſſet proprie, ſicut præcedentis repletionis, niſi, quia in loco apoſtemoſo oportet diutius aſſiſtere medicinas, & continuare ſuper loco: propter quod ſummum inueni iuuamentum in applicatione lanæ infuſæ in prædictis oleis calidis, aut ipſorum aliquo, & ſæpe renouatæ. Similiter etiam a ſanguine frequentius contingit fieri ſtranguriam, & proprie effuſo in concauum veſicę vel in collum eius, & ibidem coagulato, vel congelato a frigiditate: licet frequentius contingat ipſum coagulari, quam congelari, propterea, quia coagulari non minus eſt *Coagulatio propria paſſio ſanguinis* propria paſſio ſanguinis, quam eſſe rubicundum, vt a Galen. *in libello de cholera nigra* col- D ligendum eſt. Cum igitur contingit coagulatum ſanguinem in collo veſicæ facere ſtra͂guriam, tunc difficilis eſt eius cognitio, ſicut plurimarum ægritudinum viarum vrinæ notitia ambigua eſt, *ſecundo techni.* colligendum. ¶ Poteſt tamen diligens contemplator aliqualiter venire in notitiam huius diſpoſitionis. ¶ Primo, per notitiam habitudinis tranſcendentis medietatem carnoſitatis, & maxime circa partes natium, femoris & coxarum. ¶ Secundo vero per craſſitudinem venarum exſiſtentium in partibus illis. ¶ Tertio, per ruborem purpureum in eiſdem. ¶ Quarto per pulſationem magnam & perſeuerantem. ¶ Quinto per grauitatem in collo veſicæ perceptam. ¶ Sexto per caliditatem ibidem multiplicatam. Sanguis enim coagulatus valde facile ſupercaleſit. ¶ Septimo per vſum ciborum valde calefacientium & diſſoluentium ipſum ſan- E guinem. ¶ Octauo, quia præceſſerunt fortes agitationes in partibus alchatin, natium & conſimilibus, velut contingit in caſu, percuſſione, ſaltu & vehementi exercitio & coitu facto vel ſimilibus. ¶ Nono & vltimo, quod ſi candela vel ſyringa imponatur collo veſicæ, & extrahatur ſuauiter, percipietur in foraminibus ſyringæ aliquid ſanguinis adhærere, quibus perceptis ſtante repletione notabili corporis & partiu͂ prædictarum applicentur phlebotomiæ, vt paulo ante dictum eſt. ¶ Secundo vero fiant ſemicupia ex prędictis rebus, in quibus tamen ſemper magna quantitas apii, abſinthii, rubeæ tinctorum, polii montani, & centaureæ minoris apponatur: hęc enim omnia operationes & ꝓprietates habent diſſolue͂di ſanguinem coagulatum, & proprie cymino ineſt virtus talis. De localibus autem intrinſecus adminiſtrandis ſummum remedium eſt intromittere aqua͂ F mellis calidam & valde dulcem. ¶ Iterum confert intromiſſio vini ſubtilis albi & bene fumoſi. ¶ Et tertio confert ad illud ſuccus apii iniectus, & ſimiliter aqua ſublimationis eius, licet debilior ſit. ¶ Et ſi per hæc omnia aut ipſorum efficaciora diſſoluitur ſanguis, habebitur intentum: ſin minus, prædictis addatur modicum aceti albi, ſubtilis & acuti. Scio autem, quod iniectio lixiuii notabiliter calidi potenter diſſoluit ſanguine͂ ſiue congelatus, ſiue coagulatus exſtiterit.

¶Et per hæc omnia apparet ſatis ſufficienter prouiſum eſſe ad curam cuiuſcunq; ſpeci- A
ei appropriatæ vel reductiuæ. Quæcunq; enim ſtranguriæ ſpecies debilis reduci poteſt ad curam per ingenia & inſtrumenta in pręcedentibus capitibus poſita, quæ omnia hic vir attendere debet gratia pręſeruationis ſui ipſius, euitando huius ęgritudinis effectiuas cauſſas, quæ tactę fuerunt & aperiendo quibuſdam inſtrumentis lenituris & aperituris ſupra memoratis. Et diuina interueniente gratia curabitur a diſpoſitione iſta, ſi recidiuabit in illam, & præſeruabitur in lapſu in ipſam. Amen.

Consilivm CLXXXIIX. *De dyſuria & ſtranguria ſimul prouenientibus ab acuitate vrinæ & ab excoriatione cum vlceribus in collo veſicæ. Diuiditur autem conſilium in cap. tria.*

Cap. I. *De diſpoſitionibus ipſis & de cauſſis & ſignis earum.* B

Prognoſtica. HIc nobilis vir Gaietanus laborat ægritudine verenda multum propter plurima motiua. ¶Primo, propter ipſius diuturnitatem, cum ſatis prolixo tempore perdurauerit. ¶ Secundo propter ipſius ægritudinis materiem, quoniam eſt de his, quæ non ſolent bene curari, cum ſit diſpoſitio viarum vrinæ. Eſt enim dyſuria commixta cum ſtranguria, vt paulo poſt videbitur. ¶ Tertio propter ætatem huius viri, qui ſecundum quod dicitur, ſeptuagenarius eſt. ¶ Quarto & vltimo pro nunc, quia eſt ægritudo continue affligens virtutem, quæ debilis eſt, & nullam fere habet interpolationem ſecundum narrata mihi.

Eſt autem diſpoſitio iſta dyſuria, per quam intelligitur frequens mictus. Cum enim effunditur materia à renibus per vreteres ad veſicam, ſiue ipſa materia habeat acui- C
tatem a caliditate, vel a calida materia cholerica vel aduſta ſibi impoſita: ſiue a putrefactione materierum in renibus acquiſita, cum talis materia recipitur in veſicam, acuitate ſui dolores faciendo pungitiuos incitat virtutem expulſiuam veſicæ ad expellendum ipſam vrinam tanquam obiectum contriſtatiuum, etiamſi collum veſicæ nullam haberet læſionem aliam præter illam, quanto ergo fortius læditur veſica ab vrina ſibi delata, cum ipſa habeat excoriationem, immo & vlcera in collo ſuo, quæ reddunt ipſam paſſibilem etiam ab vrina quantumcunque naturali, ſi non haberet aliquam malam qualitatem de prædictis, per quam nocere poſſit. Cum ergo duæ cauſſæ de fortioribus aſſociatę ſint ad faciendum frequentiam mictus, ſc. vrinę acuitas, & putredo ei commixta & vlce- D
ra & excoriationes in collo veſicæ, non eſt mirum, ſi frequens eſt mictus, toties enim ad expellendũ vrinã mouetur veſica, quoties patitur ab ipſa, ſed quaſi ſemper roditur ab ea, ergo quaſi ſemper mingitur aut ſaltem mingendi appetitũ habet patiens. Cũ ergo collũ veſicæ magnifice læſum ſit, & virtus eius debilitata, non eſt mirum, ſi impotentiã habet mingendi vir iſte, & cum magna anguſtia vrinam emittit, quæ non eſt aliud, quam ſtranguria. ¶Ad hanc autem veritatem non ſolum colorandam, ſed etiam demonſtrandam concurrunt motiua ex informationibus mihi conſcriptis aſſumta. ¶Quorum primum eſt magna voluntas vrinandi, ſiue per ipſam intelligatur magnus appetitus ad eiiciẽdam vrinam & frequenter, ſiue frequens etiam fiat eius emiſſio. ¶ Secundo vero eſt mictus paucę quantitatis vrinę. licet enim vrina adhuc multa in veſica reperiretur, mictus tamẽ E
fit paucus propter impotentiam virtutis expulſiuæ veſicę. Quomodo enim poteſt vrina conuenienter expelli, cum non poſſit cõuenienter applicari organum expellens, quod eſt collum veſicę ad expellibile, quod eſt vrina? ¶ Tertium motiuum eſt punctio manifeſta vel ardor in collo veſicæ, maior tamen repræſentatus in extremitate pudendi, quã alibi. Et hoc propter maiorẽ ſenſibilitatẽ panniculi capitis virgę, quam colli veſicę. Hoc autẽ totum prouenit propter vlcera in collo veſicæ exſiſtentia, quæ per colligantiam ei⁹ ad caput virilis membri nocumentum in eo communicant. apparet autẽ huic viro iuuamentum conſequi propter manualem conſtrictionem capitis virilis mẽbri, ſi per ipſam compreſſionem exprimatur vrina, quæ magnis qualitatibus dolorẽ efficiebat in eo, ſiue propter compreſſionẽ talem non tantum recipiatur de ſpiritu ſenſibili, quantũ eſſet ne- F
ceſſariũ ad ſenſationẽ efficiendã. Potentia enim ſenſitiua non exit in actũ ſentiendi, niſi cum debita quantitate & diſpoſitione ſpiritus ſenſibilis. Sed ille per conſtrictionem illam expellitur ac prohibetur recipi, vt dictũ eſt, quare, &c. ¶Accidit autem in viro iſto in hyeme non percipi dolorem, ſc. magnũ. Nõ n. credo ipſum eſſe ſine dolore tempore mictus, ſed non eſt ita fortis dolor, quoniam materiæ humorales magis refractæ ſunt a

frigiditate

A frigiditate tempore hyemis quam æſtatis. Et licet caliditas tempore hyemis fortior ſit in profundis partibus corporis, quam tempore æſtatis, non tamen propter hoc acutiores redduntur materiæ, quoniam fortitudo caloris illa etiam eſt per vnionē naturalis caloris, quæ reddit virtutem fortiorem, reſiſtit a. magis fortis virtus accidētibus cauſſis ægrotare facientibus, quam debilis virtus. Cū etiam tempore hyemis non ita frequenter nec magna putrefactione corrumpantur materię ſicut tempore æſtatis. ¶ Vrinam autē mingit iſte vir parum conturbatam, propterea, quia ipſa effunditur a locis propinquis, vnde non poteſt multa commiſceri fœculenta & ſanioſa pars cum aquoſitate in paruo & breui ſpatio tranſitus, ſicut commiſceretur in magna & prolixiori via. Cum ergo conſeruatur vrina in vrinali & refrigeſcit, apparet in fundo vaſis velut lutum, quod non eſt aliud, quā B ſanioſa & corrupta materia prius in veſica collecta, quæ grauitate ſui ſeparatur ab vrina, propterea aquoſitas ſubtiliatur, aut minus turbida fit, dato, quod non credam ipſam vnquam clareſcere poſſe.

Ex fundamento omnium prædictorum ſermonum inferuntur corollaria plura. ¶ Primum, quod ægritudo principalis huius viri ſit excoriatio cum vlceribus in collo veſicæ. ¶ Secundum, quod ægritudo complexionalis eius ſit mala complexio in renibus, veſica, & omnibus membris vrinalibus calida & humida. ¶ Tertium, quod materialis cauſſa ſit ſanguis phlegmaticus in venis renum, & viis vrinalibus a putredine corruptus. ¶ Quartum in renibus eius & collo veſicæ eſt aliquid de arenis propter caliditatem intenſam genitis ex prædicto phlegmatico ſanguine. ¶ Quintū, quod in renibus & viis C vrinalibus frequenter accidant oppilationes a materiebus prædictis claudentibus colatorium renum, poros vreteres & veſicę collum. ¶ Sextum, quod accidentia huius diſpoſitionis ſint dyſuria & ſtranguria ſuperius tactæ. ¶ Septimum, quod pungitiuus dolor & incenſiuus in capite virgæ conſequatur nocumentum colli veſicæ, & non ſit nocumentum per ſe capitis virgę. ¶ Octauum, quod iſte vir debeat eſſe in virtute motiua laxatus & debilitatus multum. ¶ Nonum & vltimum, quod oporteat hunc virum de ſeipſo prouidere, & cito & bene ſollicitum eſſe, aliter non bene ſuccedet ei. Hæc in ſumma eſt huius viri diſpoſitio, cuius regimen nunc conſcribetur.

Cap. II. *De cura per regimen ſex rerum non naturalium.*

D REGIMEN itaq; huius viri per ſex res non naturales debet eſſe tale. ¶ Primo, quod ipſe euitet ſtationem in aere & camera frigidam & humidam, flatum etiam venti ſeptentrionalis & cameram propinquam fluxibus aquarum, imo elōgetur ab eis iuxta poſſe. ¶ Similiter, quantum poteſt euitet exercitia fortia, & proprie poſt cibum, immo quies corporis omnino eſt ipſi neceſſaria, ne propter motum materiæ fluant & acutiores reddantur. ¶ Tertio iterum euitare debet paſſiones animi valde violentas, vt iram, furorem, triſtitiam, anguſtiā & motus animi conſimiles iſtis, propter quos velox, fortis & frequens imponatur motus ſpiritibus & humoribus. ¶ Quarto vero attendat dormitioni prolixæ, vigilia enim propter caliditatem & ſiccitatem, quæ conſequitur ad ipſam, eſt ipſi magnifice nocitiua. Caueat tamen ne cito dormiat poſt aſſumtum cibum, imo notabile tempus interpolari debet ſaltem per duas horas, & euitet dormire ſuper ſpinam, & dormiat ſuper lateribus dextro primo, deinde ſuper ſiniſtro, & E aliquando ſuper ventrem. ¶ Quinto iterum quanto magis poteſt, caueat ab aſſumtione multi cibi & potus, nam melius eſt ei partiri cibum in vices quatuor vel in duabus vicibus determinatam quantitatem cibi & potus aſſumere. Neq; vnquam comedere debet cum grauitatem ſtomachi, vel conturbationem in eo perceperit. ¶ Caueat etiam cibum ſuum deglutire ſine conuenienti maſticatione, & cibi, & potus menſura debet eſſe ſemper talis, quod per eos non ſentiatur in ſtomacho grauitas, neq; pondus, neq; fluctuatio in eo. ¶ De qualitate vero ciborum præmittendum eſt, quod omnia cibaria craſſa, viſcoſa, & multum frigida euitanda ſunt. Similiter & viſcoſa, velut ſunt piſces antiqui, craſſi, nimius vſus lactucæ, portulacæ & plantarū omniū craſſitudinem habentium, velut I ſolatrum, cucurbita, beta, rapæ & conſimilia. ¶ Cauaet etiam a cibis difficulter digeſtibilibus, vt ſunt panis azymus nō bene coctus, torrefactus & combuſtus, panis biſcoctus, & cibi paſtilles omnes dimittantur, & lac crudum, recocta & caſeus antiquus omnia maliſunt. ¶ Similiter etiam euitare debet omnia acuta in cibariis aſſumta, velut ſunt raphanus, cæpæ, allium, porrum & bulbi. Etiam omnia ſalſa effugiat ſummopere, ſiue ſint carnes antiquæ vel recentes, caſeus & piſces ſaliti.

Aer.

Motus & quies.

Paſſiones animi.

Somnus & vigiliæ.

Inanitio & repletio.

Cibi.

Aromatum vſus ſaltem multus euitari debet, & ſemina acuitatẽ habentia, velut car- A
damomum, ſemen rutæ, ſeſeleos & conſimilia: fugiat etiam vſum aperitiuorum ciborũ,
& proprie, qui condiuntur cum fœniculo, petroſel. apio, cymino, caruo, quorũ omnium
& ſimilium radices, folia & ſemina euitare debet. ¶ Aceti autem vſus omnino dimittat,
agreſta tamen non ſalita & ſucco granatorum cum ſaccharo vti poteſt. ¶ Effugiat vſum
carnium difficilis digeſtionis. Omnibus autem aliis cibariis præter prædicta vti poteſt.
Bene placet mihi panis recens candidus, bene coctus & bene fermentatus & carnes pul-
lorum pinguium & vitulinæ, agninę & caſtratinę, & capreolorum ſuis temporibus. Car-
nes ẽt auium & quadrupedum ſyluestrium, vt perdicis, phaſiani, anatulorum iuuenum,
cuniculi, leporis & porcelli domeſtici vel ſylueſtris. ¶ Piſces pettini & lucii, capedani &
triliæ, rumbi & oradę fluuiales vel marini, leuiũ carnium, & facilis digeſtionis bene pla- B
cent mihi. ¶ Et ſpinachia, atriplices, citrulli, pepones, angurię, ceraſa dulcia, auellanę re-
centes, amygdalæ, poma, pyra mollia, & bene dulcia, ſemina communia frigida quinq;,
& aſparagi vſus aliquando abſq; aceto placet, & caſeus recens, cibaria condita cum lacte
cocto & oua recentia in aqua vel igne vel butyro cocta omnia hæc ſunt laudabilia. ¶ Et
Potus. potus eius debet eſſe vinum album, ſubtile, bene aromaticum & valde dulce. Quod ſi
potens & fumoſum eſſet, moderetur cum aqua decoctionis radicis liquiritię recentis, &
in diebus caloris cum aqua boni fontis vel fluuii, melior tamen eſt aqua de ciſterna,
quam altera. Et ſi quandoque in diebus caloris biberet de aqua deſtillationis anguriæ
Hypoſete. aut hypoſetæ, (eſt cauda caballina,) eſſet ipſi valde conueniens. ¶ Laudo etiam,
Lactis ouini præſtantia in ægritudinibus partiũ vrinalium. quod a medietate Aprilis per totum menſem Septembris aſſumat omni menſe diebus C
octo in aurora cyathum vnum, aquæ lactis ouini. Tali enim lacti nulla medicina
compar eſt in debilitate & ægritudinibus renum & partium vrinalium. Et hæc de cibis
& potibus.

Cap. III. *De cura per medicinalia.*

PRo regimine vero rerum medicinalium 12. ipſi deſcribam ſolennia & neceſſaria
remedia, cum quibus iſte vir acquiret conualeſcentiam notabilem, ſi non poterit
totaliter eradicari ægritudo eius, minus valde nocebitur a doloribus, & a frequen-
Syrupus. tia mingendi. ¶ Quorum primum eſt hoc. ℞. *granorum ſebeſten, numero xv. liquiritiæ*
raſæ & recentis ℥ j. ſeminum communium frigidorum omnium an. ʒ ij. foliorum vngulæ caballi- D
næ, quæ farfara vocatur ab auctoribus medicinæ, ſeminum althææ, maluæ, violarum an. ʒ j. caudæ
caballinæ, foliorum piloſellæ, radicis conſolidæ ma. & mi. ſemin. plantaginis, acatiæ an. ʒ iij. gummi
Arabici, dragaganti an. ʒ ß. bulliant omnia in lib. v. aquæ, vſque ad conſumtionem medietatis:
Deinde coletur & exprimatur & colaturæ addantur ſacchari ſecundæ coctionis ℥ ij. penidiarum ℥ ij.
poſtea coletur & fiat ſyrupus cum albumine oui clarificatus, de quo omni menſe accipiat decem
diebus ℥ v. tepefacto in aurora, & poſt ipſum tardetur cibus ad minus quatuor horis dor-
miendo poſt eum, vt libet. ¶ Secundum remedium principale eſt hoc, vt vndeci-
ma die immediate ſequenti recipiat iſtum potum. ℞. *caſſiæ fi. de canna nuper extractæ ℥*
Potio. *j. ſyrup. roſarum ʒ iij. bibatur hoc totum cum ℥ ij. aquæ lactis caprini in aurora, & parum dormiat*
poſt ipſum, & tardetur cibus eius ad minus horis v. ¶ Tertium remedium principale eſt hoc,
Tragea. vt ſemper ante cibum aſſumat cochlear vnum huius trageæ. ℞. *granorum pinearum recen-* E
tium ℥ ij. ſem. plantaginis, acatiæ, folior. piloſellæ & conſolidæ mi. an. ʒ ij. corticis mediani caſtanearũ
ʒ iij. ſem. endiu. & acetoſ. an. ℥ ß. pulueris corticis mandragoræ & papaueris an. ʒ j. ſem. papaueris al.
℥ ij. penidiarum ℥ j. ß. ſacchari al. ℥ v. pulucrizentur omnia per ſe: deinde commiſceantur, in hoc enim
puluere latet magna pars curationis huius viri. ¶ Quartum inſtrumentum eſt hoc. ℞. *mucilagi-*
Electuariũ. *nis ſebeſten, ſem. lini & mucilaginis granorum ſiſami an. ℥ ij. caſſiæ nuper præparatæ cum aqua nenu-*
phar. ℔ ß. granorum alkekengi numero 25. florum nenupharis, corticum caſtanearum intermediorum
an. ʒ ij. pulpæ prunorum recentium ℥ ij. polypodii ℥ ß. ſacchari ſecundæ coctionis ℥ iij. cinamomi,
macis an. ʒ ij. fiat electuarium, de quo vir iſte poſtquam fuerit purgatus, vt ſupra dictum eſt,
acipiat omni mane ʒ vj. In hoc enim electuario eſt potentia frangendi acuitatem mate-
rierum prohibendi augmentum vlcerum, & ſedandi dolores, & lenit etiam ventrem, F
quod eſt ei vtiliſſimum, & proprie hoc electuario vti debet, quando percipit ſe conſti-
patũ ſicut ſcribit. Et poteſt vti eo etiam ante cœnã immediate aſſumendo ℥ ß. ¶ Quintũ
inſtrumentũ eſt hoc. ℞. *viol. ſem. portul. gr. alkekengi, fol. cupreſſi an. ℥ ij. ſebeſten n. 20. gummi A-*
rabici, dragaganti an. ʒ ß. gran. pinearum ℥ ß. liquiritiæ ℥ ij. macis ʒ ij. capil. Vener. ʒ j. ß. ſacchari
ſecundæ

A *ſecundæ coctionis ℥ iiij. omnia iſta coquantur in ℔. iiij. aquæ, vſque ad conſumptionem tertiæ* Decoctio.
partis. Deinde colentur cum expreſſione conuenienti: & de hac decoctione ſemper dentur ℥ iij. im-
mediate poſt aſſumptionem ſupraſcripti electuarii tepefaciendo eam. Singulari enim virtute
ſua mundificat omnia vaſa vrinalia a ſanie, grumis, harenis & petalis confortando
& prohibendo ea a receptione materierum ſuperfluarum. ¶ Sextum inſtrumen-
tum ſingulare eſt hoc. ℞. *olei de nenuphare, olei violarum, & olei de ſeminibus lactucæ ni-* Vnguentũ.
græ vel lapatii, an. ℥ j. ß. caudæ equinæ, ſemin. plantaginis, corticis, caſtanearum hypocyſtid. ma-
ſticis, an. ʒ ß. mucillaginis ſebeſten, & radicis althææ, an. ℥ j. macis ſandal. alb. & rub. an. ʒ j. ß.
ceræ alb. quantum ſufficit, fiat vnguentum molle. De quo tota æſtate vſque ad finem Men-
ſis Septembris inungatur. Spina eius a fine colli vſque ad caudam ſecundum longitu-
B dinem & latitudinem. Et iterum ex eo inungatur pars inferior teſticulorum & fe-
mur etiam actu frigido: ſedat enim inflammationes & dolores prædictarum partium.
¶ Septimum inſtrumentum eſt hoc. ℞. *ſem. portulacæ, endiuiæ, ſcariolæ acetoſæ & lactu-* Rotulæ.
cæ, an. ʒ j. ſandalorum antere, ſpodii, xylobalſami, corallorum alb. & rub. an. ʒ j. ß. cinamomi
electi ʒ ß. ſacchar. alb. ℔. ß. cum aqua nenupharis fiat confectio in rotulis ℥ iij. de qua iſte vir ſem-
per accipiat rotulam vnam in principio prandii & cœnæ, Rectificat enim digeſtiuam ſtoma-
chi, & frangit acuitatem materierum, & mundificat vias vrinales. ¶ Octauum eſt
hoc. ℞. *pulueris ſandalorum alb. foliorum cupreſſi, maſticis, acaciæ, thuris, an. ʒ j. ſeminum* Pillulæ.
cydoniorum, florum althææ, violarum albarum & citrinarum, an. ʒ j. ß pulueris hypoſetæ &
piloſellæ, an. ℈ iiii. pulueri zentur omnia per ſe, & ex eis cum mucillagine ſebeſten, fiant pillulæ,
C *de quibus poſt cibum ſemper accipiat quatuor vel quinque, & valent ad ſupradicta omnia.* ¶ No- Potio.
num inſtrumentum eſt hoc. ℞. *aquæ portulacæ, aquæ deſtillationis labruſcæ cum flore aquæ*
milii ſolis, an. ℔ ß. miſce. Et de iſtis aquis poſt aſſumptionem ſupraſcriptæ decoctionis electuarii
accipiat ℥ v. per x. dies. & tertio permutet ſe ad accipiendum decoctionem per alios
x. dies, & de illis permutet ſe ad pillulas alternatim de vno ad aliud tranſeundo per
x. dies, & eſt regularis modus curationis eius, quam magis eſt poſſibile: Accipiendo
tamen quod iſtis temporibus etiam non dimittat vſum trageæ, confectionis & vn-
guenti ſupraſcriptorum, quæ omnia temporibus limitatis accipiantur: vt ſupra de-
claratum eſt. ¶ Decimum inſtrumentum eſt hoc, vt ſi maxima doloris inſtantia in
extremitate virgæ moleſtaret eum, accipiat cyatum vnum aquæ ſublimationis lactu-
D cæ aut portulacæ. Et infundat virgam ſuam & ſcrotum in illam aquam frigidam.
Eſt enim remedium hoc doloris mitigatiuum: non tamen veræ curationis perfecti-
uum: quia vera cura perficitur per abſciſſionem materierũ facientium ægritudines:
ſed remedium adminiſtratum indicatum a vehementia accidentis ægritudinis vide-
licet doloris: cui omnino intendere oportet ſine cuius abſciſſione ægritudines con-
uenienter curari non poſſint, vt *quarta primi vlt. cap.* colligendum eſt. ¶ Vndecimum
inſtrumentum eſt hoc. ℞. *ceruſæ lotæ & ſarcocollæ nutritæ in lacte ouino 8. diebus, omni tamen* Iniectio.
die renouando ipſum, an. ʒ. ij plumbi vſti ʒ j. pulueris foliorum cupreſſi, & pulueris eboris, an. ʒ
ß. croci ℈ ß. roſarum, violarum, citrinarum an. ℈ j. pulueri zentur omnia per ſe ſubtiliſſime: de-
inde commiſceantur cum ℥ iiij. aquæ lactis ouini, in qua bullierint diu grana papaueris alb. & in-
E *iiciantur in veſicam cum ſyringa ſemel aut bis in die ante cibum: ventre tamen & vrinalibus viis*
mundificatis a fæcibus & ſuperfluitatibus communibus electuario & decoctione ſupradictis. Di-
mittatur autem hoc remedium quantum eſt poſſibile, ne cadat error nocendi ægro
per modum impoſitionis ſyringæ. Raro enim imponatur ſyringa in veſicam, niſi a
viro in ſcientia bene trito. Eo quia in virili virga ſunt tres viæ vel meatus, ſcilic. ſper-
matis, vrinæ & alguadi *20. tertii primo cap. in fine colligendum.* ¶ Duodecimum & vlti- Tragea.
mum inſtrumentum eſt hoc. ℞. *coriandri, macis, cinamomi electi, ciperi, corticis mediani ca-*
ſtanearum, an. ʒ ij. granorum papaueris alb. & pinearum, an. ʒ ij. liquiritiæ oſſium dactylorũ
an. ʒ ij. pulueri zentur omnia per ſe: deinde commiſceantur cum quadrupla quantitate ſacchari
alb. & fiat tragea. Et de hac accipiat iſte vir cochlear vnum immediate poſt cibum: &
F proprie quando continuauerit vnum Menſem accipiendo electuarium, decoctiones,
pillulas & purgationẽ cũ caſſia ſuperius tactas. & ita cũ hac curatione tam ordinate &
canonice adminiſtrata felicitabitur curatio eius ad ſuauiter viuendũ. Et ſi nõ poſſit to-
taliter ab ægritudine denudari, parũ tamen lædetur a nocumentis eius. Quod totum
eidẽ concedere dignetur ſummus omnium ille Opifex & Saluator dulciſſimus Ieſus
Chriſtus, Amen.

CONSILIVM CLXXXIX. *De dyſuria cum ardore.* ¶ *Diuiditur autem Conſilium in tria Capita.* A

CAP. I. *De diſpoſitione ipſa & cauſſis eius.*

ISTE generoſus vir laborat ægritudine inſtrumentorũ vrinæ, & eſt ægritudo renum & veſicę appropriata & ægritudo cõpoſita ex dyſuria cũ ardore vrinæ copulata, aliquando tamen ardorem ſentit, licet nõ ſemper. ¶ Vnde eſt diſpoſitio verenda in quantum ipſa eſt appropriata membris diſtinctis ſpecie iam prætactis. ¶ Etiam quia ipſa eſt complicata ex duabus ægritudinibus diſtinctis ſpecie: videlicet ex dyſuria & ardore vrinæ: quarum diſpoſitionum licet a ſapientibus plurimæ cauſſæ aſſignentur: videlicet nimia viarum vrinæ apertio, earumq; relaxatio & mollificatio. ¶ Tertio ipſarum excoriatio vel alteratio. ¶ Quar- B to prædictorum membrorum oppilatio. ¶ Quinto earundem partium apoſtema. ¶ Sexto malæ complexionis omnis virtutem notabiliter lædentis, ſcilicet expulſiuam & ſenſitiuam earum. ¶ Et iterum ex parte materierũ, quæ per membra vrinalia tranſeunt: licet plures a ſapientibus cauſſæ aſſignentur, velut eſſet ſanies per vias illas pertranſiens, quæ aliquando claudens incomplete vias eſſet cauſſa ardoris & diſuriæ. ¶ Et altera cauſſa poteſt eſſe acuitas in aquoſitate vrinali inuenta, propter vſum ciborum excellenter ſalſorum & acutorum: aut fuerit vrina acuta propter permixtionem acutorum humidorum, quæ inflammantur in febribus aut aliis diſpoſitionibus, & ſic de aliis cauſſis. In diſpoſitione autem huius viri videtur mihi cauſſas eſſe, magnam C viarum apertionem cum relaxatione ipſarum a multa ſanguinis aquoſitate & aquoſitate phlegmatica & pingui, quæ omnes abundant in viro iſto argumento ſumpto a naturali complexione totius & membrorum vrinæ. Et iſtę proprie ſunt cauſſæ dyſuriæ. Cum enim materiæ abundant in renibus, vreteribus & veſica multiplicatæ ibidem cogunt virtutem expulſiuam ipſarum: & quia materia eſt multa: quia homo eſt complexione actu & potentia valde humidus: & ideo aliæ materiæ ſic multiplicatæ iterum virtutem excitant ad ſui expulſiuam: & quia materia iterum deſcendit & viciſſitudinarie expellitur & recipitur in membris vrinæ. Ideo frequenter impellitur virtus ad frequenter expellendum; & quantitas eſt ſatis notabilis, igitur apparet, quod iſta ſit dyſuria; videlicet frequens vrinæ emiſſio, cum quantitate parum minori, quam D mediocris. Fundamentum autem aſſignandi cauſſam punctionis & ardoris in vrinando apparentem in hoc viro ſuſtentatur ſuper prædictis: & quia aquoſitas vrinalis ipſius non euacuatur ab acuitate aut ab vſu rerum ſalſarum acquiſita vel ab aſſumptione rerum acutarum vt piperis, raphani, cæparum & conſimilium. Aut efficitur vrina eius acuta a caliditate vigorata in partibus renum & epatis, vt a multa ſtrictura hypochondriorum & partium lumbalium: aut longo decubitu ſuper prædictas partes, aut ab immoderato motu prædictarum partium velut in coitu & in fricatione acquiſita. Aut iterum vrina huius viri eſt reddita acuta a multitudine cholericæ materiei, quæ multum abundat in epate eius, & adiuuat ad illud amplitudo canalium & gibbi epatis, per quos velut amplius multa materia cholerica, & in breui tempore a veſica fel- E lis tranſit cum vrinali aquoſitate ipſam acutam efficiens: & iſtæ ſunt veræ & appropriatæ cauſſæ dyſuriæ & punctionis vrinæ huius viri. Ex quibus concluditur ægritudinem iſtam non eſſe pro paruo accipiendam: imo ampliſſime verendam & proprie in ætate tali: iuxta ſententiam ſummi Hippoc. *epidymiarum ſexto*, vbi inquit: *Nephreſim in ſenibus non vidi ſanatam.* Item *ſect. 6. aph. 6.* concorditer dicentis. *Nephritici & circa veſicam dolentes in ſenibus non ſanantur.*

CAP. II. *De cura & primo de adminiſtratione ſex rerum non naturalium.*

REGIMEN igitur huius diſpoſitionis theorice contemplando multũ ordinari debet tam regimen nõ naturalium, quã medicinalium intentionũ inſtrumentorũ. ¶ Oportet enim inſtrumẽta õia elõgari ab vſu rerũ aperi- F tiuarũ notabiliter & ꝓprie vltra primũ gradũ, tã ciborũ medicinaliũ, quam medicinarũ ſimpliciũ & cõpoſitarũ. Viæ n. vrinales huius viri nimiũ apertæ ſunt naturaliter & accidẽtaliter. ¶ Oportet ſecũdo, ꝙ omnia talia euacuẽtur ab adminiſtratione ciborũ & medicinarũ acutarũ, ne fiat additamentũ in mordicatione vrinę. Propter ꝙ apparet

A apparet tertio, q̧ regimen eius debeat eſſe compoſitū ex frangentibus apertionem &
acuitatem in omnib. adminiſtrandis in cura eius.¶ Vnde quantū eſt ex parte ciborum Cibi.
ſolum tangā e :ex quorū vſu nocumentum excellēs adueniret ei: & præter illa aliis vti
poteſt libito ſuo.¶ Euitet igitur panē vehementi coctione coctū, & habentē multū ſa-
lis & fermenti. Euitet omnia ſalſa cibaria confracta cum acuitate; vt raphanū, alliū, cæ-
pæ, porras, ſinapū, lymones ſalis. Euitet etiā multum vſum aperitiuorū & eorū omniū,
quæ multum aperitiua ſunt: vt in ſecundo vel tertio gradu, velut fœnic. petroſ. apii, ani-
ſum, eupatoriū, daucus & ſimilium. Aſparago autem bruſco & cichorea & baucia do-
meſtica vti poteſt.¶ Euitet etiā multū vſum brodii cicerum rub. & proprie cum fœni-
culo & petroſelino compoſitum: & quando coquitur in aqua infuſionis eorum. Sim-
B plex autem & in permutata aqua factum brodium cicerū rub. ipſi conueniens eſt. Ca-
ueat etiam ab antiquo caſeo, & ab omni ſalito.¶ Et effugiat ciborū medicinalium ape-
rientium cum acuitate omnem vſum, vt ſunt ficus, limones ſaliti, arancii acuti, nuces
& conſimilia. Oleum autem recens & butyrum nō ſalitum conueniens eſt.¶ Effugiat
etiam in cibis carnes antiquas valde & ꝓprie cum ſalſitiis conſeruatas. ¶ Dimittat v-
ſum oliuarum conditarum, quæ valde ſalitæ ſunt. Et rapę conditę abſq; multis ſpeciebus
iterum ei conuenientes ſunt.¶ Agreſta vero ſalita aut modici ſalis: & ſuccus granatorū
muzorum & aranciorum dulcium multum vtilia ſunt ei. Acetum vero & ꝓprie acutū
in vſu nō habeatur. ¶ Ex carnibus vero conueniunt ei animalium bene iuuenum &
pinguium: & ꝓprie elixæ vel frixæ vel aſſatæ cum mediocri coctura, & ſimiliter piſces
C omnes leuis digeſtionis: & excellenti viſcoſitate priuati, & nullo modo ſalſi placēt mi-
hi. ¶ Ex fructibus vero vti poteſt granis pinearum recentium frequenter paſſularum
nigrarum. Et phiſtici etiā placent mihi & amygdalę dulces, & auellanę torrefactæ leui- Potus.
ter.¶ Potus autem eius ſit vinum album vel rubeum mediocris potentiæ: inclinatum
tamen magis ad potentiā, quam ad debilitatē, ſubſtātia clarum vel diaphanum a limo-
ſis ſuperfluitatibus expurgatum: odore ſuauē, quod ſimplex bibatur aut aliquando cō-
mixtum cum hydromelle paucæ commixtionis: vina valde fumoſa ꝓpter ſuam aper-
tionē, & quia diſſoluant materias: & acuunt eas, & fluere faciunt ad vias vrinales, non
habeantur in vſu. ¶ In cibo vero eius habeatur menſura ex parte quantitatis, quæ non
ſit tanta: vt ſtomachum ponderoſum & grauē efficiat. Ex parte horæ non accipiat ci-
D bum ſecundum, niſi per x. horas poſt primum. Et in comedendo cibum non deglutiat
ſine optima maſticatione. Et in potu menſuram habeat, vt ſæpe bibat parum magis, q̃ Somnus &
multum & raro. ¶ In modo vero dormiendi euitet quantum poteſt decubitum reſu- Vigilia.
pinum, qui facit ſuperfluitates ad poſteriora declinare. ¶ Et iterum multum conue-
niens eſt ei poſt cibum quieſcere magis, quam motu progreſſiuo, vel altero exercitio
vti. ¶ Et procuret omnino ventrem ſuum habere bene lubricum : ſtipticitas enim
ventris in his diſpoſitionibus eſt valde verenda: eo, quia per ipſam ſequitur vehemens
compreſſio & inflammatio viarum vrinæ, quæ proueniunt a retentione fæcum tam in
ilion, quam in aliis craſſis inteſtinis. ¶ Caueat quantum poteſt vti frequenter ira, fu-
rore vel iracundia, & reliquis animi accidentibus; ex quibus ſpiritibus & humoribus
E corporis vehemens & velox motus imponitur & fluctuatio. Hæc de regimine diſpo-
ſitionis huius viri per res non naturales.

Cap. III. *De cura per medicinalia.*

MODVS autem regendi hunc virum per applicationem inſtrumentorum
medicinalium quærendus eſt, p̃mittendo primo, q̧ in omnibus inſtrumē-
tis medicinalibus tam alteratiuis, quam euacuatiuis, aperitiuis, mundifi-
catiuis & confortatiuis viarum vrinę inueniendis multum ſubtiliter pro-
cedendum ſit.¶ Oportet enim omnia inſtrumenta, quæ vias laxatas inue-
niunt, eſſe ipſarū confortatiua, ne membra illa ſuperfluitates plurimas aliūde recipiāt.
Hoc autē feliciter fit p leuiter ſtiptica, quæ confortāt membra illa, vt nō ſint ſuperflui-
F tatū receptiua; iuxta ſermonē authenticū Gal. *tertio techni.* ꝓpellunt enim a ſe vaſa cō-
fortata ſtipticis pharmacis.¶ Oportet ſecundo talia inſtrumēta eſſe euacuata ab omni
gradu acuitatis & mordicationis: aliter enim dubitabile eſſet de permutatione viarum
ad magnā excoriationem & vlcerationē earum.¶ Ex quibus vltimo concluditur, quod
omnia medicamina debeant eſſe compoſita ex medicinis leuiter aperitiuis confractis

a mediocriter ſtipticis:& ab omni mordicatione euacuatis,& tu cõſidera hoc:quia le- A
uius eſt ſcribere,& adhuc ſcientifice dicere,quã inſtrumenta cõuenientia reperire, ꝙ
apparet in ſequẽtibus.¶ Pro regimine autẽ harum diſpoſitionũ per medicinalia com-
plẽdo obſeruabitur mod⁹ iſte, quoniã regimẽ ipſum quadripartitũ ei ordinare decre-
ui,ſecundũ reſolutionẽ quatuor temporũ anni. Sicut enim alias & alias diſpoſitiones
videmus in aere cõſiſtentes,& diuerſas ſecundũ diuerſitatẽ peregrinationis ſolis,ꝑ di-
uerſa ſigna cœleſtia diuerſas impreſſiones in hunc mundũ efficiẽtia,ita rationabile eſt
varias diſpoſitiones in humanis corporib. reperiri in his quatuor tẽporibus anni. ¶ In
vere namq; vigorata caliditate cõtinentis caliditate expanſa de centro ad circũferen-
tiam magis,quã erat in tempore hyemis diſſoluũtur materiæ humorales per totũ cor-
pus diſcurrendo & acuuntur:vbi in hyeme congregatæ & ſepultæ ſtabant in ꝓfundis B
partibus humani corporis.¶ Propter ꝙ medicinalia interiora non oportet eſſe ita ex-
cellenter calida in tempore hyemis ſicut exteriora in tempore illo. Si quis enim deſi-
derat reſoluere,attrahere materias humorales ab humano corpore in tẽpore hyemis
per medicinas exterius applicatas:oportet ꝙ ipſę ſint potentiores valde propter clau-
ſionem pororum exteriorum. Illæ vero, quæ adminiſtrantur interius in hyeme non
debent eſſe ita excellenter calidæ: propterea, quia caliditas vigoroſior eſt in tempore
hyemis in profundis partibus, quam exiſtat in vere & æſtate. Et hoc habet veritatem
magis in corporibus bene carnoſis & robuſtis,& non in reſolutis valde & debilibus. Et
ſunt ſermones clauſi in ſentẽtia ſummi Hip.*ſect.1 aph.15.Ventres hyeme calidiſſimi ſunt na-
tura*.& commento eius in eodẽ loco. Et ſic conſiderando alia tria anni tempora ſecun- C
dum cõſiſtentias naturales eorũ,omnino oportet inſtrumenta medicinalia,quæ recte
applicantur,eſſe diuerſa in naturis,complexionibus & gradibus earum.

Medicamẽta hyemalia Itaq; pro regimine huius viri ꝑ totũ tempus hyemis obſeruando quinq; ponam
inſtrumenta medicinalia. Et primũ quidem eſt electuarium hoc. ℞.*mucillag.granor.mu-
chettæ ℥ ij.caſſiæ nuper euulſæ a canna ſua cum aqua diſſolutionis gummi ceraſorũ ℥ iiij.pulueris thy-*
Electuariũ. *mi & folior.ſenæ,an.ʒ j. ß.ſacch.rub.℥ ij.coquatur ſaccharũ lento igne cum aqua deſtillationis mer-
curialis,vſq; ad viſcoſitatem:Deinde incorporetur cum caſſia & mucillagine: poſterius apponantur
pulueres:& vltimo ſuperadiungatur pul.mac.ʒ j.ß.* Et de hoc electuario ante cœnã per quar-
tam partẽ horæ accipiat ℥ j.deglutiendo ipſum abſq; potu:& comedat poſt ipſum ʒ ij.
paſſul. nigrarũ bene mundatarũ: vel ſi placet ei,poterit ꝓdictum electuariũ eodẽ mo- D
do accipere in aurora,& comedere per horas tres poſt. Eſt enim in hoc electuario po-
tentia leniendi ventrẽ,educendi materias phlegmaticas calidas & acutas ab epate re-
nibus & viis vrinalibus,remittit flammã & acuitatem prædictorũ,frangit mordicatio-
nem in viis vrinalibus:& frequentẽ mictum cõfortando partes. ¶ Secundum vero in-
ſtrumentũ principale,quo vti poteſt hoc tempore,eſt tragea iſta. ℞.*ſem.portul.endiu.ſca-*
Tragea. *riol.& cuſcut.an. ʒ ij.pul.folior.cypreſ.ʒ j.pulu.mediani corticis carnoſitatis caſtanearũ ℈ iiij.granorũ
pinearũ minutim inciſorũ ℥ ij granorũ phiſticor.℥ ß.ſem.papau.& lactuc.an.ʒ iij.ſeminũ commu-
niũ frigidorũ quatuor ℥ j.incidenda incidantur minutim:& reliqua ſubtiliter puluerizentur & con-
quaſſentur ſimiliter,deinde miſceantur cũ ℔ ß ſacch.alb & ℥ ij.penidiarũ diligenter cõterendo.* Eſt
enim hoc medicamentũ valde nobile ad tollendã mordicationẽ in vrinãdo & frequẽ- E
tiam mictus:& adiuuat ad mundificationem viarũ vrinalium, vt nõ cõgregentur ma-
teriæ mordicatiuæ & oppilatiuæ earũ. ¶ Tertium vero inſtrumentũ principale ad hãc
Potio. intentionẽ valens eſt hoc. ℞.*aquæ ferrar.& eſt agrimon.℥ j.aquæ alkekeng.aquæ cuſcut.an.℥ ij.
miſce:& de iſtis aquis accipiat ſemel aut bis in ſeptimana in aurora cyathũ vnũ tepefactum cum ℥ ß.
penidiarum diſſolutarum in eis.*¶ Quartum ad intentiones prædictas eſt hoc. ℞.*pul. cortic.*
Pillulæ. *glandium interiorũ ℥ j. ß. aniſi dulc. ℥ ij.granorũ alkekengi ℈ iiij.ſeminũ quatuor communiũ fri-
gidorũ ʒ ij.terantur,& cum ſucco recentis fœnic fiant pillulæ de omni.ʒ viij. de quibus patiens bis in
ſeptimana accipiat v. vel iij.in aurora,& tardet cibũ ſuũ horis ad minus quatuor.* ¶ Quintum eſt
hoc. ℞.*olei de viol.citrin.℥ j.ß.olei omphac an.℥ j.granorum alkekeng. num. vj. ſan. alb. & rub.*
Vnguentũ. *aniſ.ſem.apij, an.℈ ij.moſchi gran.ij.ceræ alb.q.ſ.fiat vnguentum molle.* cum quo ſaltem quater F
in ſeptimana inungat totam ſpinam & ilia a furcula ſpatularum vſq; ad caudam. Et at-
tendat,ꝙ in regimine ſuo poſſit facere reuolutionem a tragea ad pillulas:de pillulis ad
aquas;de aquis ad vnguentum & e conuerſo,reuoluendo intentionem curatiuam per
hæc inſtrumenta iam prætacta,&c.

A Pro regimine vero ab hoc viro per totum tempus veris obſeruando quatuor vi- *Medicamenta vernalia.*
dentur mihi remedia neceſſaria, præmittendo primo quod eadem remedia, quæ cõ-
ueniunt ei in tempore hyemis quinq; numero, poſſint ei conuenire et amplius per totum
tempus veris; minus tamẽ & rarius de eis accipiendo in vere, quam in hyeme: aut ſal-
tẽ rarius accipiat de eis. Salubriora tamẽ remedia videntur mihi hęc quatuor. ¶ Quo-
rum primum eſt, vt in medietate temporis veris purget ſe per hunc modum. ℞. *medul-*
læ caſſiæ de canna extractæ cum aqua eupatorii ℥ j. *electuarii hamech* ʒ j. ß. *miſce: & per duas horas* *Potio lenitiua.*
ante diem accipiat ipſam niſi parum: & tardet ſuum prandium vſq; ad horas vj. ab aſſumptione eius.
¶ Sequenti die accipiat hoc digeſtiuum. ℞. *aquæ cuſcutæ viol. & apii, an.* ℥ j. *ſyr. de byzan. &* *Digeſtiua.*
viol. an. ʒ *v. miſce, & mediocriter calidum accipiatur*: & tardet cibum horis quatuor, &
B continuet ipſum diebus vij. ¶ Octaua vero ſequenti die accipiat iſtas pillulas. ℞ *pil-* *Pillulæ.*
lul. aurearum ʒ ß. *pill. de reubarb.* ℈ ij. *fiant pillulæ vij. cum medulla caſſiæ fiſtulæ, & accipiantur*
hora & conditionibus poſt eas obſeruandis, quæ dictæ fuerunt in minoratiuo præcedente obſeruari
debere. Erit enim hæc purgatio, licet ſit leuis, magnum auxilium ipſi ad prohibendum
materias in viis vrinalibus multiplicare: & lædere eas multitudine vel acuitate, vel alia
qualitate earum. ¶ Secundum inſtrumentum principale eſt hoc. ℞ *ſem. portul.* ℥ j. *ſem.* *Tragea.*
lactucæ ℥ ij *ſeminum quatuor communium frigidorum, an.* ʒ *x. pul. flor. nenuph.* ʒ *ij. pul. foliorum*
cypreſſi ʒ *iij. ſacchar. alb. duplum ponderis omnium fiat tragea.* De qua poſt purgationem præ-
ſcriptam ſemper ante prandium & cœnam deglutiat cochlear vnum vſque per totum
Menſem Maii. Eſt enim in ea intentio remittendi acuitatem materierum & præcipi-
C tandi materias ab eis: & prohibendi earum congregationem in ipſis, cum qua auxilio
diuinæ gratiæ ſanaui gentes multas. ¶ Tertium inſtrumentum principale eſt hoc. ℞.
olei oliuarum olei de nenuph. olei cydoniorum, an. ℥ j. *ſan. alb. & rub. ſpodii, roſ. an.* ʒ ß. *ſpicæ nar-*
di ℈ j. *ceræ alb. q. ſ. fiat vnguentum molle,* cum quo liniantur renes & tota ſpina a ſpatulis *Vnguentũ.*
vſq; ad finem. ¶ Quartum remedium principale eſt, vt ſæpe vtatur in toto vere hac cõ-
fectione poſt cibum & ante, libito ſuo accipiendo morſellum vnum. ℞. *pinearũ munda-*
tarum ℥ *iiij. ſachar. alb.* ℔. ß. *amyli de hordeo* ℥ j. ß. *terantur pineæ: & per totam vnam noctem* *Morſelli.*
infundantur in vino cydoniorũ. Deinde coquantur & incorporentur cũ ſaccharo diligenter: & in fine
addatur amylũ: & fiat confectio in morſellis ſicut pineata: & accipiat ipſam ante cibum, & poſt
libito ſuo. Hæc remedia in hoc tempore deſcripta remittentia ſunt caliditatẽ & acui-
D tatem parumper magis, quam ea, quæ ſcripta fuerunt in tempore hyemis.

Poſt hæc autem de regimine obſeruando ab ipſo in tempore æſtatis: dicendũ eſt *Remedia æſtiua.*
præmittendo primo, quod omnia inſtrumenta in hoc tempore debeant eſſe minoris
potentiæ in calefaciendo, aperiendo & mundificando, quam illa, quę dicta ſunt in hye-
me & vere: & hoc idẽ rationi & veritati conſonũ eſt. Licet enim caliditas in interiorib.
corporis intenſior reperiatur in hyeme, quã in vere: & iterũ in vere magis: q̃ in æſtate
cũ paritate cauſſarũ: qa tamẽ caliditas in toto humano corpore tã interius, q̃ exterius
aggregata ex naturali & accidentali, ꝓueniente ab impreſſione continentis intenſiue:
maior eſt in æſtate, quam in duob. præcedentibus temporib. anni: vt ſenſus oſtendit. I-
deo inſtrumenta, quæ corporib. adminiſtramus in ęſtate, non debent ita intenſiue ca-
E lefacere corpora: ꝓpterea quia caliditas a talib. medicinis augmentata maiorẽ efficiet
debilitatem corporibus humanis iã reſolutis magis in æſtate, quã aliis temporibus. Et
propter hoc elegi quinq; remedia, in hoc tempore adminiſtranda potẽtiora in remit-
tendo caliditatẽ, quam ſint illa, q̃ in hyeme & vere ſunt deſcripta. ¶ Quorũ primum eſt
hoc. ℞. *aquæ lichin.* (eſt planta epatica ex ſermone Gal. de ſimplici medicina) ℥ *iij.* ß. *aquæ*
ſublimat. labruſc. recentis ℥ j. ß. *miſce, & accipiatur in tota æſtate ſaltem omni ſeptimana ter in au-* *Lichin.*
rora actu frigida aut ſaltẽ tepida vel leuiter calefacta. ¶ Secundũ remediũ principale eſt hoc:
℞ *flor. ſalicũ & nenuph. ſem. acetoſ. cuſcut. & portul. an.* ʒ j. *dauci ſem. apii an.* ℈ j. *cum ſucco violarũ* *Potio.*
formentur pill. de omni. ʒ *viij. de quib. diebus intermediis quibus nõ accipit aquas prædictas eadem*
hora accipiat v. aut ſaltem iij. & tardet cibũ poſt eas ad minus horis quatuor. ¶ Tertium remediũ *Pillulæ.*
F principale eſt hoc: ℞. *granor. papaueris alb.* ℥ j. *flor. memitæ, ſem. lact. flor. alth. & nenuph. an.* ʒ *ij.*
ſem portul. ℥ ß. *roſ. non expanſarũ* ʒ *ij. ſacch. alb. triplũ ponderis omniũ, fiat tragea.* de qua ſemper *Tragea.*
ante prandiũ & ante cœnã accipiat cochlear vnũ. ¶ Quartum inſtrumentũ principale
eſt hoc ℞ *olei de nenuph. olei omphac. an.* ℥ *ij. ceræ alb.* ℥ j. *diſſoluantur ſimiliter & diſſoluta infun-*
dantur in aqua frigida: cũ ergo ipſa congelata fuerint, agitentur cum ſpatula in vaſe vitreato vſque *Linimentũ.*

ad effuſionem aquæ: poſterius autem incorporentur cum iſtis ſpeciebus. ℞*. amyli* ʒ *iij. ſan. ambor.* A
ſpodii, ſpicæ nardi, an. ℈ *ij. & fiat linimentum.* cum quo omni die bis aut ſaltem ſemel a ſpa-
Electuariũ. tulis vſque ad finem tota ſpina inungatur. ¶ Vltimum inſtrumentum eſt hoc. ℞*. con-*
ſeruæ violar. conſeruæ recentis roſ. an. ℥ *ij. ſach. candi.* ℥ *j.* ß. *ſpecierum tria ſan. ſine camphor.* ʒ *j.* ß *in-*
corporentur ſimul, & fiat electuarium. de quo accipiat cochlear ß. in aurora cum ß. cyatho
aquę decoctionis lactucæ vel ſublimationis earum.

Iam vero inſtat tempus ponendi regimen in tempore authumni. Pro cuius intel-
Curatio obſeruanda in authumno. ligentia pręmittendum, quod omnia remedia, quæ ſcripta ſunt, conuenire poſſint in
prima parte authumni: rarius tamen & minorem quantitatem accipiendo de eis, quæ
interius aſſumuntur. Et cauſſa horum ſermonũ notiſſima eſt: multum enim cõmuni-
cant inuicem: vt in pluribus vltima pars æſtatis cum prima parte authumni: & e con- B
uerſo: propterea, quia ſicut corpora in fine æſtatis ſunt minus calida: minus rara, minus
ſicca cum paritate cauſſarũ, quã fuerunt in prima parte ęſtatis. Ita conſimiliter magnã
cõuenientiam habet ſecundum maiorem ſui partem vltima pars æſtatis ad primã par-
tem authumni: propter ꝙ remedia prædicta in æſtate magnã habebunt conuenientiã
in prima parte authumni. Et adhuc iterũ, ſicut corpora in fine authumni, inueniuntur
minus calida vel magis frigida, & denſa & minus ſicca, quã fuerunt in prima parte au-
thumni: aut parumper differenter inueniuntur corpora diſpoſita in prima parte hye-
mis comparata ad vltimatã partem eius: ſic pariformiter remedia, quę ſcripta ſunt in
tempore hyemis, erunt conuenientia in vltima parte authumni cum aliis partibus. Illa
tamen remedia ſemper aſſumenda rarius, aut in minori quãtitate, q̃ aſſumebantur in C
hyeme. Et tu conſidera: quia hæc remedia vera ſunt: omnia tamẽ propter meliorẽ mo-
dum procurandi corpora duo deſcribã remedia in authumno conuenientia, quæ po-
Electuariũ. terunt adminiſtrari a quocumq; Medico cũ minori anxietate conſiderationis theori-
cę. ¶ Quorum primum eſt hoc. ℞*. ſyr. viol. ſyr. de papau. an.* ℥ *ij. amyli* ʒ *vj. aquæ ſublimationis*
albuminis ouor. ℔. ß. *granor. pinearũ* ℥ *iij. ſacch. alb.* ℔. ß. *fiat electuariũ, de quo accipere poteſt patiẽs*
omni mane in aurora cochlear vnũ & eſt diuinũ medicamen: & tardetur poſt ipſum cibus ho-
ris ad minus quatuor. ¶ Vltimũ medicamentũ & mihi experientia quotidiana comꝓ-
Potio. batum eſt hoc. ℞*. aquæ ferrar.* ℔ *j. aquæ deſtill. granatorũ dulciũ cum omnibus corticibus interio-*
ribus & exterioribus contuſorum ℔ *j.* ß. *miſc. & de his aquis per xv. dies accipiantur* ℥ *v. in aurora*
tardando cibum poſt horis quatuor, ad laudem Dei omnipotentis. Amen. D

CONSILIVM CXC. *De mictu ſaniei proueniente a renibus principaliter & veſica ſecundario.*

VIR Nobilis & potens Petrus de Triſano, celeberrimæ vrbis Vicentinę
honoratiſſimus ciuis laborat mictu ſaniei, qui quidem originem principa-
liter habuit a renibus: & nunc etiam ſecundũ magnam partem deciditur
ab eis. ¶ Et primum quidẽ horum ſatis facile declarari poteſt: eo, quia per
elapſa tempora notabiles dolores in renibus ſuis paſſus eſt: & quãdiu perſeuerauerunt
Signa, quod hic mictus ſit ex renibus. dolores, nullum habuit ſaniei mictũ: imo eius vrinæ tenues erant & clarę: eo quia ma-
teria retinebatur in eis ſiue oppilationem faciens, ſiue apoſtemata: quod hic nõ eſt diſ-
cutiendum, cum nõ multum conferat ad ꝓpoſitum. Materia igitur retenta erat cauſſa E
albedinis vrinarum, aut quia claudendo vias colatorii renum ꝓhibebat exitum mate-
rierũ craſſarum: eo quia in eodẽ loco retenta putreſcebat. vnde ſiue fuerit propter for-
titudinem virtutis expellẽtis materiam oppilantem, ſiue fuerit ꝓpterea, quia materia
iam digeſta parata erat ad exitum expulſa tali materia a virtute ſucceſſit mictus ſaniei,
ad cuius euentum non ſolũ dolor renũ alleuiatus fuit: & eſt, imo omnino fere euanuit.
Et hoc quidẽ eſt ſignum demonſtratiuũ, quod principium huius ægritudinis incepit
renibus. ¶ Secundum vero iterum declaratur, ꝙ mictus huius ſaniei ſecundum magnã
partem ꝓueniat a renibus ꝑmittendo, quod nõ ꝓueniat ab epate neq; a ſplene, neq; a
toto corpore: ergo neceſſario ꝓuenit vel ab vlceribus in poris vreteribus, vel in collo
Quod nõ ab vlceribus vreterum. veſicæ exſiſtentibus. ¶ Quod autẽ talis mictus non ꝓueniat ab vlceribus horum poro- F
rum vreterũ ſatis clare videri poteſt. Oporteret enim, quod ſanies illa eſſet paucę quã-
titatis ſubtilis, paulatim eueniens cum dolore percepto circa laterales ſpondylorum
partes, & repræſentaretur cum punctione & acuitate: ac ſi deſcenderet per virgam vel
canalem ibi protenſum: quorum ſignorum nullum apparet in viro iſto. ¶ Quod vero
iterum

A iterum hic mict⁹ ſaniei nõ pendeat a veſica, præcipue apparet: primo, quia ſanies iſta
priuatur fœtore. Sanies autẽ a veſica exiens nõ euacuatur a fœtore. Item, quia ſi eſſet *Quod non a veſica.*
hic mict⁹ ſanguinis a veſica ꝓcedens: & longo tempore pſeuerauit: & fuit in quantita-
te notabili, nullo mõ poſſet in veſica generari abſq; vlceribus in ea exiſtentibus: ita vt
materia ibidẽ per paulatinã indigeſtionẽ: aut aliunde genita ad ipſam defluxa in con-
cauo eius generaretur. ¶ Neq; etiam hic mictus purus ꝓcedit præciſe ab excoriatione
vel vlcerib. in collo veſicæ exiſtentibus: oporteret enim neceſſario, ꝗ cum exitu ſaniei *Nec ex vlceribus colli veſicæ.*
illius apparerent partes corticales, aut villoſæ vel panniculares a corpore veſicæ ſepa-
ratæ. Cum autẽ panniculares partes & villoſæ in tali ſaniei mictu nõ apparent, & quan-
do in talibus vrinis apparent minuti cortices: Oportet neceſſario concedere, ꝗ in cor-
B pore veſicæ ipſius in collo facta ſit excoriatio ſuperficialis & nõ profunda. Ex quo cõ-
cluditur, quod diſpoſitio hæc ſit complicata ex mictu ſaniei prouenientis principali-
ter a renibus & a veſica ſecundario. ¶ Et ex hoc fundamento concluduntur corolla-
ria duo. Primo, quod vir iſte paratus ſit incurrere excoriationem & vlcerationem col-
li veſicæ, niſi regatur regimine conuenienti: vt nunc ſequitur.

Pro cuius quidem recto regimine primo abſcindere debet a ſe vſum rerum ciba- *Diæta.*
lium omnium vel potabilium habentium caliditatẽ & acuitatem multã velut ſunt cibi
ſalſi, acuti omnes: vt cepæ, porrum, allium, raphanus & ſimilia: vt ficus & nuces. ¶ Item
euitare debet cibarium omnẽ amarũ vel amaritudine participans: ꝓpterea, quia in ta-
libus vt in pluribus, inuenitur caliditas cum acuitate. ¶ Item euitet vſum omnium op-
C pilantium & inuiſcantium, velut ſunt paſtiles cibi & lacticinii. ¶ Item omnes cibos in-
flatiuos vel ventoſos, vt legumina omnia & proprie elixa & fructus. ¶ Manſionem in
aere ventoſo & humido: maxime dormitionem in cameris habentibus aerem talem.
¶ Dormitionem ſuper ſpina prolixo tempore. ¶ Exercitia omnia, velut pedeſtre
vel equeſtre, & proprie ab equo cauere debet. ¶ Nec multum de triſtitia & iracun-
dia & huiuſmodi diſpoſitionibus torqueri: imo bonam ſpem & lætitiam mentis ha-
bere. In aliis autem ex parte ciborum & potuum & ſimilium faciat, vt libet ei: præ-
terquam in coitu omnino parcus eſſe debet & raro vti eo. Et hæc de regimine rerum
non naturalium: ita ſuccincte dicta ſufficiant.

Pro regimine vero medicinali vij. exhibeo remedia, quibus vti debet: neq; enim
D oportet hic medicinale regimẽ extẽdere cũ intentionib. opportunis: eo ꝗa tale regi- *Curatio.*
men ab eximiis Doctorib. eius conuenientiſſime fuit adminiſtratũ: & etiam quia ęgri-
tudo iſta iã tranſiuit ad ſtatum vniuerſalẽ, in cuius tẽporis curatione illa ſeptẽ pręmiſſa
iã remedia videntur mihi ſufficere: vt nunc ſequit. ¶ Primũ itaq; horum remediorũ eſt
electuar. de ſebeſt. per me cõpoſitum, in quo implicantur intentiones leniendi ventrẽ,
mundificandi vias vrinę, & ſedandi acuitatẽ materierũ. Et mod⁹ vſus eius eſt, vt de ipſo
accipiat ante cœnã a ℥ iiij. vſq; ad vj. deglutiendo ipſum: poſt ꝗ immediate ſuũ cibum
accipiat: & poteſt eo vti omni vel alterna die: aut de quarto in quartũ. ¶ Secundũ vero
inſtrumentũ medicinale eſt inunctio infraſcripta, in qua eſt intentio ſedandi acuitatẽ
materierũ, & leniendi extenſiuos dolores ſpinæ totius & lumborũ & renũ, & debet cũ
E eo inungi ſpina tota & furcula ſpatularũ vſq; ad caudam bis in die cũ ipſo calido leuiter
fricando. ¶ Tertiũ remediũ eſt infraſcriptarũ pillularum vſus, in quibus eſt intentio ſe-
dandi potẽter acuitatẽ materierũ, & remouendi dolores vlcerũ & mundificandi ſaniẽ
& particulariter cõſolidandi vlcera. Et mod⁹ vſus earũ eſt, vt ſtante vehemẽti punctio-
ne & dolore accipiat de eis omni nocte quatuor vel quinq; per horas ſeptem vel octo
poſt cibi aſſumptionem. ¶ Quartum eſt puluis infraſcriptus, cuius vſus eſt, vt cum
inſtaret vehementia vigiliarum & frequentia mictus propter dolorem continuum, &
ab vlceribus prouenientem, vtatur eo accipiendo de ipſo ℈ j. aut ʒ ß. cum medio
cyatho aquæ calidæ decoctionis granorum papaueris alb. duabus horis cum dimi-
dia poſt cœnam. ¶ Quintum eſt electuarium aliud, cuius intentio eſt mundifica-
F re leniter, abſtergere ſaniem, conſolidare & dolorem ſedare. Et huius quidem
electuarii vſus eſt, vt ex eo accipiat per horam vnam ante cibum quantitate vnius
nucis muſcat. vel ʒ j. ß. vſque ad ʒ iij. deglutiendo ipſum. ¶ Sextum eſt hæc
confectio infraſcripta, qua vti debet ante cibum immediate accipiendo fruſtum v-
num, in qua eſt intentio mundificandi renes & vias vrinæ omnes: & ſedandi dolores,

& educit etiam arenulas & lapillos, qui frequenter in renibus eius inueniuntur, & eſt A confectio cum granis phiſticorum compoſita: quoniã phiſticis ineſt virtus, qua comminuitur lapis, qui eſt in renibus *decimatertii.* ¶ Septimum vero remedium & vltimum eſt vſus decoctionis de ſebeſten, quæ potens eſt & conueniens in mundificando, conſolidando vlcera & ſedando dolores. Et frangit etiam notabiliter acuitatem materierum: & vſus eius eſt, vt de ea accipiat in aurora ab ℥ iij. vſq; ad v. tepefacta cum lentit acuitatem materierum & doloris inſtantiam.

In ſumma igitur obſeruet iſtum modum, quia ſi ardor & punctio non fuerint valde vehementia: accipiat de electuario ſecundo ſemper ante cibum vt ante dictũ eſt. Et de decoctione vltimo loco poſita accipiat in aurora. Si autem doloris inſtantia & vi- B giliarum magnitudo perſeueraret, tũc vtatur electuario ſecundo poſito in vnctione & pulueribus ſuprafcriptis. Ita ꝙ ſecundum inſtantiã neceſſitatis attendendũ. Nunc ad doloris vehementiam, nunc ad vigiliarũ inſtantiam: permutando ſe de vno remediorũ in aliud; ſecundum ꝙ ei cum aliis eximiis Doctoribus regentibus ipſum videbitur opportunũ. ¶ Electuarium primum ventris lenificatiuum & mundificatiuum eſt hoc.

Electuariũ de ſebeſten. ℞. *mucillaginis ſebeſten decoctæ cum iij.* ℥. *ſacchar. rub.* ℔. ß. *pulueris hermodactylor.* ℥ j. *violar.* ʒ ij. *diagridii* ℈ ß. *ani, fœnic. liquirit. an.* ʒ j. *incorporentur ſimiliter.* ¶ Inunctio, quæ eſt ſecundum remedium.

Vnguentũ. ℞. *olei de nenuph. violar. an.* ℥ j. ß. *amyli* ℥ ij. *ſem. endiu. portulac. lactuc an.* ʒ j *granor. papaueris alb. liquirit.* ʒ ij *fiat vnguentum in mortario, cum vitello vno oui diu conterendo.* ¶ Deſcriptio pillularum tertio ordine ſupra poſitarum.

Pilulæ. ℞. *pulueris caudæ equinæ pulu. cupreſſi, an.* ʒ j. *ſem. endiuiæ, lactuc. & portul. granorum papaueris alb. an.* ʒ ij. *corticum mandragoræ* ℈ iij. C *croci gran. vj. radicum nenuph. gran. x. fiant pillulæ cũ mucillagine ſebeſten.* ¶ Deſcriptio pulueris quarto ordine poſiti eſt hæc.

Puluis. ℞ *ſucci liquir.* ʒ j. ß. *trociſcorum alkekengi* ʒ j. *ſem. portulac. lactucæ, florum nenuph. an.* ℈ ij. *hyoſcyami alb. liquiritiæ, corticum mandragoræ* ʒ ß. *fiat puluis ſubtilis per ſe omnia conterendo.* ¶ Deſcriptio electuarii ſuperius in quinto ordine poſiti eſt hæc.

Electuariũ. ℞. *conſeruæ violarum* ℥ iiij. *corticum mandragoræ* ℈ j. *dragaganti* ʒ j. *pulueris caudæ equinæ* ʒ ij. *gra. papaueris alb. penidiarum an.* ℥ ß *ſem. portulacæ, lactucæ & aceloſæ, an.* ʒ vj. *fiat electuarium cum ſucco de nenuphare, q. ſ.* ¶ Deſcriptio vero confectionis ſexto loco poſitæ.

Morſelli. ℞. *granorum phiſticorum* ℥ iiij. *ſacchari alb.* ℥ v. *amyli* ℥ j. *infundantur phiſtici per diem vnum naturalem in aqua decoctionis papaueris, deinde coquatur ſaccharum cum prædicta emulſione papaueris, & aliis additis fiat confectio in portionibus longis ſicut pineata.* ¶ Deſcriptio ve- D ro decoctionis ſebeſten ſuperius vltimo loco poſitæ eſt hæc

Decoctio ſebeſten. ℞. *granor. ſebeſt.* ℥ j. *pinearũ* ʒ vj. *ſucci liquiritiæ, florum nenuphar. violarum, an.* ℥ ß. *ſeminis papaueris alb.* ʒ x. *ſem. portulacæ, caudæ equinæ & ſeminis lactucæ, an.* ʒ iij *dragacanti, gummi arabici, an.* ʒ j. ß. *radic. nenuphar. conſolidæ min. an.* ʒ j. *granorum alkekengi, num. xv. coquantur omnia in* ℔ xv. *aquæ vſque ad conſumptionem quartæ partis.* Ad laudem Dei, Amen.

CONSILIVM CXCI. *De mictu ſaniei & puris prouenientis a renibus.* ¶ *Diuiditur autem Conſilium in duo capita.*

CAP. I. *De cauſſis & ſignis prædictæ diſpoſitionis.*

PAVCIS paulo ante diebus elapſis vj. quidam commendabilis ex amicis E meis, cui pie condolendum eſt propter varia tormenta, quæ patitur ex valitudine nunc declaranda anguſtioſe multum & non minus periculoſe laborauit & ægrotat. Etenim puris aut ſaniei emiſſione per vrinam in magna quantitate ingenti languore vexatur, quæ diſpoſitio apud quemcunque ſublimis intelligentiæ virũ non ſolum verenda eſt: ſed vt in pluribus malæ terminationis effectiua. Quis enim credere poteſt partes corporis humani eſſentiales corrumpi ſine magno periculo: quod enim ſanguis & aliæ materiæ humorales vertantur in ſaniem, non niſi ab extraneo calore vehementis incenſionis fieri poteſt. Quomodo etiam in venis & arteriis, in ſimplicibus & organicis membris fieri poſſit tanta putrefactio abſque complexionis & compoſitionis eorum corruptione, non eſt intelligibile. ¶ Mi- F ctus itaq; ſaniei vel puris multipliciter fieri poteſt, aut enim eſt ægritudo membris vrinalibus eueniens per eſſentiam aut per colligantiam. Et ſi per colligantiam: aut quidem per colligantiam totius vel partis vel partium. Si autem per colligantiam a toto, tunc erit velut contingit in ſinocha putredinali, & in aliis continuis proportionalibus

A tionalibus febrib. aut eueniet ꝑpter materiã in concauitate venarum congelatã, quæ diu remanens nõ recta a naturali calore putrefit & vertitur in ſaniẽ: eo modo, quo contingit etiã a phlegmone: & aliis apoſtematib. putrefactis. Putredo enim, quæ eſt in vaſis, ſimilis eſt ei, quæ in bubonibus: teſte Gal. *lib. 1. de differentiis febriũ, 2. cap.* Cum igitur hæ materię in ſaniem conuerſæ ſint in venis & arteriis, ſi virtus nõ eſt potens ad expellendũ eas: tunc communicatæ cordi & aliis principalibus membris interficiunt: velut contingit in putridis febribus mors conſimilis in ſtatu vniuerſali. At vero ſi virtus inuenitur potens ad has materias expellendas: tunc aut per viã ſputi, aut ꝑ viam ventris, aut per viã vmbilici, aut ꝑ criticam tranſmutationẽ ad inguina vel aſellas expelluntur: ſecundum ꝙ contingit eas viis expulſionum naturaliũ eſſe propinquas. In pluribus tamẽ contingit materias iſtas ꝑ vias vrinæ expelli, quia virtus deriuat eas per venas ramificatas a caua vena magna ad renes & a renibus ad veſicã, & ab eadem ad extra. Quod autem tales materiæ criticæ tranſmutari poſſint ad loca prædicta, legendum eſt pulcherrime *interiorum 6. cap. 3.* diſputatiue. *& 19. tertii, vlt. cap. & 9. continentis, & 4. breuiarii Serap. & 9. theorice ab Haliabate colligendum.* Ideo mictum ſaniei in hoc viro non eſt inconueniens credere, potuiſſe prouenire per colligantiam totius iam prædictã. Nam in primis diebus viſitationis meę per vniuerſam congeriem membrorum exteriorum ſe confractum ſentiebat.

Adhuc etiam talem mictum ſaniei huic viro accidiſſe per colligantiã partialem membrorum ad vias vrinæ

C apparet manifeſte, eo quia ipſe patiebatur dolores renum fere intolerabiles, licet in ſiniſtro magis, quã in dextro rene fuerint. Et a tempore meę viſitationis in vndecima die a principio ſui morbi apparuit virtutis vehemens conatus ad vrinandum cum pauca quantitate & frequenti & difficili emiſſione vrinę, tunc autem appopinquante ægritudine ad 14. diem in nocte illius pręcedentem emiſit magnã quantitatem vrinæ penitus ſanioſæ aliquali colore rubeo & remiſſo coloratæ; dominante tamen albedine excellenter ſuper rubedine. Vnde manifeſte colligitur ex præmiſſis, quod iſte vir paſſus fuerit apoſtema in rene ſiniſtro, & in parte concaua eius. Cuius eruptionem præceſſerunt commotiones antecedentes criſim: ſicut ab vndecima die vſque ad 14. apparuiſſe paulo ante declaratum eſt, perſeuerauit autem in hoc viro mictus ſanguinis per membra vrinæ, non quidem primaria & effectiua, quæ ſunt

D partes epatis, quod epar eſt organicum principium generationis vrinæ. Et omnium primorum humorum. Emittitur igitur adhuc in hoc viro ſanies hæc a partibus renum, quæ ſunt membra epati ſeruientia ſeruitute latoria, videlicet ad emundandum corpus ab aquoſitate ſuperflua. Poſtquam enim aquoſitas in epate ſequeſtrata eſt ab aliis humoribus quatuor, emittitur, adhuc aliqualiter, depuratur in emulgentibus venis, quæ iterum non habuerunt potentiam adeo perfecte mundificandi aquoſitatem illam ab vnctuoſitate aliquanta. Poſt ergo defertur ad renes quam etiam ipſi attrahunt: tunc retinetur in eis quouſque attractiua & retentiua virtutes eorum ſugant pinguedinem illam, qua voluptuoſe nutriuntur. Cum ergo renes compleuerint hanc actionem in aquoſitate tali: tunc talis aquoſitas iam omnino facta ſuper-

E fluitas per colatorium panniculum fertur ad vreteres poros; qui ita ſeruiunt renibus ſeruitute latoria communiter dicta: ſicut ipſi renes ſeruiunt epati ſeruitute latoria proprie dicta, *vt prima primi capite, de membris aperte* colligendum eſt. Recipitur ergo aquoſitas in veſicam, quæ eſt membrum aquoſitati ſuperfluæ deputatum ad recipiendum eam detinendum, & ad expellendum eã opportuno tempore, videlicet quando talis aquoſitas multitudine ſui mala qualitate aut altero modo læſionis veſicæ incitat ipſam ad ſuiipſius expulſionem. Et ſi vrinalis aquoſitas virtutem incitat ad expulſionem ſui: tunc quis erit negare potens conuenienter ſaniem iucitare virtutem expulſiuam veſicæ ad ſui expulſionem, cum ſit acuta valde? Sanies enim fit ex in-

F cenſione humorum, quemadmodum cinis ex incenſione lignorum, teſte Gal. *ſect. 2. comment. aphor. 47. circa generationem ſaniei*, &c.

Ex quorum omnium fundamento inferuntur recolligendo corollaria plura. ¶ Primum eſt, ꝙ diſpoſitio huius viri ſit mictus ſaniei cum fuerit alba, leuis & æqualitati vicina ſatis. ¶ Secundũ, quod in hoc viro aliquando appareat mictus puris ꝓbatur: quia quandoq; emittũtur grumi ſanioſi nõ bene colorati, nec aquoſitati bene cõmixti;

¶ Tertium, quod hæc ægritudo perſeuerat in eo adhuc per colligantiam totius ad v- A
rinalia membra, probatur: quia non eſt rationabile materiam ſanioſam in venis, velut
accidit in ſinocha tam cito euacuatam eſſe totaliter.¶ Quartum: quod hæc ægritudo
adhuc remanſerit in eo per proprietatem magis,quam per colligantiam. Patet, quia
non eſt poſſibile vlcera,quæ in renibus ſubſecuta fuerunt,eruptionem apoſtematis in
eis tam cito fuiſſe mundificata. ¶ Quintum aperit cauſſam dolorum interpolate eue-
nientium in renibus eius. Cum enim grumi ſanioſi detinentur in concauitate renum
ante colatorium,non eſt mirabile, ſi dolores efficiunt in eo extendendo aut ſubito al-
terando malam complexionem illius puris in renibus multiplicati. ¶ Sextum,quod
rationabile in hoc viro,quandoq; accidere etiam impotentiam emiſſionis vrinę.Patet
propter clauſionem viarum &nocumentum ab illo pure in renibus multiplicatũ.¶ Se- B
ptimum eſt,quod nõ ſit mirabile vrinam quãdoq; in hoc viro aquoſam fieri & ſubtilẽ,
patet ex prædictis. ¶ Octauum, quod hęc ſanies aquoſitati vehementer commixta e-
mittatur. Patet, quia ipſa emittitur a membris altioribus & a veſica remotis,a quibus
membris priuſquam recipiatur in veſicam , neceſſe eſt ſaniem cum aquoſitate com-
miſceri vehementer,&eſt ſignum diſtinctiuum mictus ſaniei a remotis ad propinquas
partes interiorum ſexto authentice affirmatum a Gal. *cap. 3.* ¶ Vltimũ corollariũ eſt,
Fœtor vrinæ quid denotet. quod vrina cum prædicta ſanie in hoc viro iterum non ſit fœtida. Fœtor enim eſt paſ-
ſio inſeparabilis vrinæ ſanioſæ,cum a veſica emittitur,& non ab aliis interiorum *6. præ-
allegato cap.*¶ Ex quibus omnibus apparet hanc diſpoſitionem in hoc viro valde ſuſpe-
Diæta. ctam eſſe,ne tranſeat in excoriationem omnium membrorũ vrinalium:propter quod C
tandem deducitur, oportere hũc virum in ſui regimine valde prudentem &ſolertem
Curatio. eſſe.¶ Regimen autem per ſex res non naturales fuit tactum in illo conſilio, quod in-
cipit:Nuper obtulit mihi pro S.Franciſco de Nordis.

Cap. II. *De regimine per medicinalia.*

IGITVR intentiones ad curam mictus ſaniei, qui eſt accidens in viro iſto,
& vt in pluribus, proueniens ab vlceribus renum & a putredine in venis
maioribus facta & deſcendente ad vias vrinæ,oportet habere plurimas in-
tentiones, quę ſuſtentantur ſuper varietate curationis aſſumpta vel aſſu-
menda a temporibus vniuerſalibus curationis talium vlcerum. Et licet hu- D
ius viri ęgritudo,vt nunc ſit,in ſtatu vniuerſali tamen propter complementum operis
& memoriam eorũ,quæ in præcedentibus diebus applicata fuerũt. Ponam primo in-
tentiones & medicamina neceſſaria in cura principii vniuerſalis. Secundo vero aug-
menti: tertio explicabo ea, quæ conueniunt magis in ſtatu vniuerſali. Vltimo vero
in declinatione.

Quantum autem ad primum, præmittendum eſt, quod vniuerſale principium
Curatio principii vniuerſalis. iſtorum vlcerum eſt breue comparando ipſum ad alia tempora: probatur multiplici-
ter.Primo,quia cũ hęc vlcera ſuccedunt eruptioni apoſtematum : cũ tunc putrefactio
materierum magna ſit:& materiæ multæ fluctuent virtute iã exiſtente debili,tempore
febris maturationis & eruptiõis apoſtematũ.Neceſſe eſt,vt putredo in breui tempore E
augmentetur:ſed hoc dato tranſibit hæc ægritudo in augmentũ. Item cũ materię ipſæ
putridæ ratione multitudinis &prauę qualitatis earũ continue & ſucceſſiue magis de-
bilitent virtutẽ : ſequitur ꝙ ex augmento debilitatis in partibus patientibus continue
magis augmentabitur ægritudo.Patet conſequentia:quia ex debilitate virtutis conti-
nue diminuitur potentia eius ad reſiſtendũ:ergo creſcit proportio morbi & ſuæ cauſ-
ſæ ad agendũ.¶ Quare præmiſſo hoc tanquam fundamento vero,intẽtiones, quæ ne-
ceſſario ſunt in vniuerſali principio ſunt quinq;:quarũ prima eſt accidentiũ, quæ con-
Intentiones in principio vniuerſali neceſſariæ. comitãtur ipſum,remiſſio.¶ Secunda eſt virtutis viuificatio cum his, quæ conueniũt.
¶ Tertia membrorũ patientium fortificatione ſint receptiua materierum aliunde flu-
entiũ.¶ Quarta,materierũ diuerſio.¶ Quinta & vltima particularũ patientiũ mundi- F
ficatio.¶ Oportet enim rationabiliter pmittere primã intentionẽ:quia virtus tempore
1. putrefactionis materierum & febriũ oppreſſa fuit a doloribus & reſolutione ſubſtan-
Accidentium remiſſio. tifica,& a debilitate per viã oppilationis. Igitur oportet reſolutioni virtutis attendere
cũ extinguentibus reliquiã caliditatis,quæ ibidẽ reperitur: hoc autẽ fit multipliciter.
¶ Primo

A ¶ Primo cũ potu aq̃ hordei cui cõmiſceatur tertia pars aq̃ cariolæ.¶ Secundo dando in *1. Accidens*
potu aquã lactis caprini bis vel ter in die ante cibũ ꝑ horã cũ dimidia.¶ Tertio coquen- *Reſolutio*
do folia portulacę recentis aut ſiccæ in cibariis eius.¶ Quarto cũ extinguentibus p̃ter- *Virtutis.*
naturalẽ caliditatẽ exterius applicatis: vt madefaciendo pannum in aqua anguriæ aut
in aqua ſcariolæ aut renib. applicando recentia folia nenupharis frequenter ꝑmutata.
¶ Secundum v̾o accidens concomitans principium mictus ſanioſi eſt dolor, qui ꝓue- *2 Dolor.*
nire poteſt: & ita eſt, vt in pluribus a mala cõplexione calida.¶ Et corrigitur per inſtru-
menta immediate ſcripta, etiã ſi fuerit dolor prurítiuus, corroſiuus & mordicatiuus.
¶ Si vero nõ fuerit dolor incenſiuus; licet p̃dicta cõferant: tamen de melioribus inſtru-
mentis eſt applicare pannos infuſos in lacte ouino. Lacti enim ouino nulla medicina *Præſtantia*
B cõpar eſt in debilitate renũ. *18. tertii, cap. in fine.* Aut fiat linimentum cum oleo amygdal. *lactis ouini*
dulc. aut oleo de ſiſam. aut oleo de ben, ſi potens eſt. Aut applicentur panni in p̃dictis *in debilitate*
oleis, aut aliquo ipſarum infuſi & tepidi in frangendo p̃dicta olea cum tertia parte olei *renum.*
nenupharini vel de florib. cucurbitæ.¶ Tertium autem accidens principii eſt laſſitudo *3 Laſſitudo*
renum: imo & totius corporis, q̃ rationabiliter tales ægritudines concomitatur: & hoc *renum.*
ꝓpter laborioſam agitationem vel fluctuationẽ materierum in p̃dictis partibus. Imer- *II. Virtutis vi-*
guntur autem materiæ, & infunduntur nõ ſolum in renibus, ſed etiã in muſculis lum- *uificatio.*
balibus interioribus & exterioribus, & in neruis orientibus a nucha terminantis ad
renes, & ab omnia vrinalia membra in tantũ, quod aliquando æger vrinã detinere non
poſſit, quare huic accidenti tria ſoleo applicare remedia & inſtrumenta conuenientia.
C ¶ Quorum primũ eſt inunctio totius ſpinæ a furcula ſpatularũ inferiorum alq; ad cau- *III. Membrorũ*
dam com oleo roſ. tepido. ¶ Secundum & melius eſt oleum omphacinũ, ꝙ non ſolet *fortificatio.*
me derelinquere a iuuamento.¶ Tertium eſt oleum de maſtice. ¶ Quartum oleum de
myrto.¶ Quintum de adminiſtrandis interius eſt ante cibum deglutire granum vnnm
maſticis. ¶ Sextum & melius eſt deglutitio vnius grani thuris; propterea, quia maſti-
che etiam per vrinæ vias euacuat: & non eſt ita de thure. ¶ Septimum eſt, quod bis in
die per duas horas ante cibum comedere debet vnam nucem conditam, & eſt appro-
bata *5. can. ſumma prima, cap. vlt.* ¶ Quarta vero intentio, quæ eſt materierum diuerſio *IV.*
multipliciter completur. ¶ Primo per adminiſtratione clyſteris huius. ℞. *aquæ hordei* *Materierum*
factæ cum foliis maluarum ℔. *j. caſſiæ extractæ & benedictæ, an.* ℥ *vj. ſalis communis* ℥ *iij. ap-* *diuerſio.*
D *plicentur in hora maioris alleuiationis ante cibum.* ¶ Secundo vero diuertuntur materiæ *Clyſter.*
cum fricatione pedum ab inguinibus vſque ad plantas trahendo inferius applicata.
¶ Tertio per ligaturas extremas partium. ¶ Quarto per applicationem ventoſarum
abſq; ſcarificatione frequenter facta ſuper ſpatulis & natibus. ¶ Quinto & melius di-
uertuntur materiæ per apertionem venarum hæmorrhoidalium facta cum fricatione
ipſarum cum panno aſpero cum foliis fici aut conſolidæ ma. aut frequenter fricãdo
eas cum aliquo felle actu bene calido, aut extremitati ſphincteris ventoſam ſic cauſſa
conuenienter ignitam applicando. ¶ Tango hic etiam diuerſionem cum vomitu
faciendam, quia cum illa conuenientior eſt ad diſtrahendum materias a ſuperioribus
ad inferiora dominãtes.¶ Iam vero oportet complere quintam intentionẽ vniuerſali *V. Mundifica-*
E principio conuenientẽ, quæ eſt mundificatio viarum renum. ¶ Præmittendo primo, *tio viarum*
quod medicina mundificatiua ſit illa, q̃ eſt cum caliditate leui inciſiua, aperitiua & ab- *renum.*
ſterſiua.¶ Præmittendum ſecundo, ꝙ in latitudine harũ medicinarum inueniatur di-
uerſitas ex parte gradus & cõſequenter operationes earũ: aliqua enim eſt calida in gra-
du primo: aliqua in prima manſione ſecundi. Ego enim nõ credo rectitudinem mun-
dificantis medicinæ tranſcendere primam manſionem ſecundi gradus. Et ſecurius eſt
dicere, tales medicinæ limitatæ ponunt in tota latitudine primi gradus & tribus man-
ſionibus diſtinctis eiuſdem. ¶ Præmittendum tertio, quod tales medicinas confran-
gere oporteat cum his, quæ remittunt accidentia prędicta, ſcilic. malam complexionẽ
& accidentia, quæ remanſerunt. Patet, quia computatis ægritudinibus & accidẽtibus:
F oportet adminiſtrari medicinas conuenienter eiſdẽ cõtrariantes in operatione cano-
nica, vt *quarta primi vlt. cap.* & pluries alibi colligendum. Sunt autẽ medicinæ tales in-
fraſcriptæ.¶ Et prima quidẽ erit de mundificantibus ebibitis leuior omnib. aliis potus
talis. ℞. *aquæ hordei, quæ in decoctione rubedinem acquiſiuit* ℥ *iij. aquæ lactis ouini poſt remotio-*
nem caſei & recoctæ ℥ *ij. exhibeatur totum parum calidum in aurora, & per duas horas ante cœnã;*

¶ Secundum vero & non minus ęquale p̃dicto eſt, vt in potu dentur prædictis horis a- A
quæ deſtil. capil. ven. ℥ iiij. eſt enim bonũ mundificatiuum viarũ vrinę, vt legi poteſt in
Polytrichi deſcriptio. aggregatore Serap *cap. de berſagueſſen.* vbi ponitur medicina æqualis. Et licet ita ſit intã-
tum de ea ſcripſit Auer. *5. colliget.* quod dixit, ipſam eſſe aperitiuam in tertio. ¶ Tertia
medicina iterum mundificatiua poteſt eſſe aqua ſublimationis vel decoctionis poly-
trichi: & eſt herba parua in longitudine folia habens ſemiſpica, odoris lacunalis de me-
dicinis diuerſarum virtutũ exiſtẽs, inuenta in muris antiquorum ædificiorum & ciui-
tatum: propter quod polytrichum dicta a πόλις Græce, quod eſt ciuitas: & τεῖχος, quod
eſt murus. ¶ Quartum ſimplex de mundificantibus fortius eſt aqua ſublimationis, ra-
dic. althęæ. ¶ Quintum & melius omni prædicto aqua ſublimationis vel decoctionis
Matricaria. matricariæ vel matricalis: vt Bononienſes dicunt: & eſt planta vcuẽ ab Auicenna de- B
ſcipta *2. can.* vbi lege laudes *ibidem in areola membrorum expulſioris*. Lauat enim, abluit, ab-
ſtergit & educit grumos: & ſaniem a prædictis locis. Et hæc duo vltima notare debet
iſte patiens: adeo quod ſemper apud ſe habeat iſtarum duarum plantarum deſtillatio-
nis aquas. ¶ Sextũ medicamentũ & primum de compoſitis eſt, vt patienti per integrã
ſeptimanam in aurora exhibeantur ℥ ij. hieræ ſimplicis Gal. deſcriptæ *7. terapenticæ, cap. de euacuatione materierum replentium tunicas ſtomach.* detur ergo in potu in auror. ℥ j. ß.
cum aqua deſtillationis aſari. ¶ Secundum compoſitum harum viarum mundifica-
tiuum: & proprie, quando propter amaritudinem patientes abominaretur hierã eſt,
vt in potu dentur ʒ iij. electuari benedictæ, deſcriptione Nicolai *in antidot.* cum ij. ℥ a-
qua milii ſolis, vt ſupra. ¶ Tertium compoſitum & præualens omnibus aliis eſt me- C
dicamentũ, ſcriptum a Rhaſe *9. Almanſ. cap. de mictu ſanguinis & puris*: vbi dicit, quod
educat grumos, ſaniem, &c. Ego autem non dubito, quod ſi patienti per totam ſeptimanam in aurora exhibeantur ℥ ij. decoctionis maluæ, ma. mirabiliter mundificant o-
mnes epatis, renum & vrinæ vias. ¶ At vero iterum intelligere potes, quod ſi partes re-
num exterius emplaſtrentur cum recentibus foliis fœniculi actu calidis, potenter cõ-
ferunt ad mundificandum vias illas. ¶ Et fortius illo eſt emplaſtrum factũ de recentib.
foliis chamepytheos aut elixatis cum ſiccum fuerit. Similiter etiã conferunt folia re-
Argalia. centis petroſ. ¶ Et fortius omni alio: & de ſecretis meis eſt emplaſtrum. factum cum
foliis aſari eodẽ modo applicatis, &c. ¶ Non curaui hic ponere mundificantia localia
per exterius iniecta in veſicam cum argalia, id eſt, ſyringa; quia raro felicitatur cura D
per hunc medicaminis modum, qui etiam nihil confert renibus, & aliis vrinæ viis e-
minentioribus; licet aliquid veſicæ conferat: vide quantum ſit difficile adminiſtrare
remedia rationabiliter. Et per hæc intelligere potes corollarie, quod ſicut de nume-
ro harum medicinarum leuiores conferunt in prima parte principii: ita fortiores eis
conueniunt in fine principii vniuerſalis: & mediæ in media parte eiuſdem. Et ſic com-
pletur cura vniuerſalis principii harum ægritudinum, &c.

Curatio mictus ſaniei in tempore augmenti vniuerſalis. Nunc autẽ oportet enuntiare regimen conueniens in cura mictus ſaniei in tempo-
re augmenti vniuerſalis. ¶ Pro quo p̃mittendũ eſt, quod intentiones in cura illius ſint
principaliter tres. ¶ Et prima quidem eſt augmentum mundificationis materierum,
quæ in tali tempore abundant. ¶ Secunda vero eſt prohibitio corruptionis in humo- E
ribus & ſubſtantia membri. ¶ Tertia eſt regeneratio carnis in membris, ſi quid de ea
defeciſſe apparebit. ¶ Et prima quidẽ intentio videtur eſſe neceſſaria: quoniam ſicut in
Mundificatio materierum. hoc tempore ſanioſæ materię multiplicantur, ꝓpterea: quia eſt maior putrefactio ma-
terierũ in hoc tempore, quã in p̃cedenti, licet etiam in hoc tempore materiæ ſint ma-
gis manifeſte digeſtæ, q̃ in præcedenti, ſi morbus erit ſalubris: vbi contingeret oppoſi-
tũ, ſi morbus eſſet mortalis. Sicut ergo materiæ & ipſa ægritudo augmentantur in hoc
tempore: ita oportet hæc digeſtiua & mundificatiua in hoc tempore potentiora eſſe.
¶ Propter q inferendũ eſt, quod licet omnia medicamina in tempore principii deſcri-
pta etiã eſſent conuenientia augmento, oportet tamẽ ipſa efficere potentiora, aut ex
parte gradus: ita vt ſi mundificantia, q̃ conueniũt in principio vniuerſali fuerint calida F
in ſecunda manſione primi: talia debent eſſe calida in vltima mãſione eiuſdem, aut ad
plurimũ in prima manſione ſecundi gradus, ſi fueris audacior ad eã. Vnde p̃dictis me-
dicaminib. omnibus ſupra deſcriptis adiungendũ eſſet aliq̄d de calidis in ſecũdo gra-
du, vt pars ſubquadrupla aut ſubtripla ſecundũ diſcretionẽ operãtis, &c. ¶ De numero
ergo

A ergo taliũ medicinarũ eſſe poſſunt primo de ſimplicib. eupatorium & omnis modus
adminiſtrationis eius, vt ſyr. aut aqua deſtillat. vel decoctionis eius, aut electuaria con-
fectiones, pulueres, trageæ de ipſo factæ. ¶ Ad q̃ etiam intentionẽ conueniunt anethũ,
fœnic. petroſ. aſarum, hyſopus et conſimilia, quæ q̃a calida ſunt in ſecundo aut tertio
gradu, frangenda ſunt cũ bruſco et aſparago, q̃ temperata ſunt et conuenientia, quo-
niã æquale aut remiſſum additũ intenſo remittit intenſum. Scribam ergo hic mundi-
ficatiua in hoc tempore ſolẽnia. Quorum primũ. ℞. *ſyr. compoſiti acetoſi de duabus radicib.* **Potio.**
vt apii & fœnic. ℥ *j. aquæ aſpar.* ℥ *j. ß. miſce.* ¶ Secundũ et fortius primo eſt hoc. ℞. *ſyr. compo-
ſiti acetoſi, mellini de trib. radicibus. vt fœnic. petroſ. & apio* ℥ *j. aquæ lupulorũ* ʒ *ij. miſce.* Et hæc
duo videntur cõuenientia magna a principio augmenti: vſq; ad medietatẽ eius. ¶ Ter-
B tium compoſitum eſt hoc. ℞. *rubeæ tinctorũ aſari, eupat. ſpicæ, cardamo. ma. ſem. apii. fœnic. &* **Decoctio.**
petroſ. an. M. j. radic. alth. M. iij. ireos, M. j. ſem. commun. frigidor. paſſular. an. ʒ *j. ß. ſem. endiu. ſca-
riolæ, lact. portul. maſticis, an.* ʒ *ß. corall. rub.* ʒ *j. incidenda incidantur: & reliqua contundantur ſub-
tiliter: deinde bulliant in* ℔ *. viij. aquæ vſq; ad conſumptionem duarum partium lento igne, tunc ergo
colentur & exprimantur & colaturæ ſuperaddantur ſacchari ſecundæ coctionis* ℥ *xv. mellis albi* ℥ *vj.
& coquantur omnia lento igne vſq; ad inſpiſſationem ſecundũ partem. Reliqua vero pars remaneat
decoctio longa, de qua dentur* ℥ *v. calidæ in aurora. de reliquo vero inſpiſſato dentur* ℥ *ij. cum duabus
vnciis aquæ deſtillationis eupat.* Et hoc quidem eſt efficax remedium a medietate Auguſti
vſq; ad principiũ ſtatus. Et ſi iſte vir acceptet omni menſe quinq; dieb. ſucceſſiuis, opti-
mum eſſet per totam menſem Martii futuri 1447. aqua, poſt quã accipiet ℥ j. caſſiæ nup
C de canna extractæ cũ eupatorii calida. ¶ Quartũ mundificatiuũ & conueniens poteſt
eſſe hoc. ℞. *ſucci fœnic. recentis* ℥ *j. ß. ſucci ireos* ʒ *iij. miſceantur & accipiantur in aurora cum* ℥ *ij.* **Potio.**
aquæ mellis calidæ. ¶ Vltimũ remedium & etiã materierũ digeſtiuũ eſt hoc. ℞. *aquæ rubeæ
tinctorum aquæ phu & meu, an.* ℥ *j. ß. & detur in potu cum* ℥ *j. ſacchari pluribus mane ſucceſſiue.* Et
hæc duo penultima mundificatiua ſunt de melioribus, q̃ experientia cognoui. ¶ Pro-
hibitio corruptionis materierum & ſubſtantiæ membris, quæ fuit intentio ſecunda li-
cet fieri poſſit cum his, quæ poſita ſunt in vniuerſali principio, tamen hic ponã tria per
me cognita vtilia in quotidianã operatione. ¶ Quorũ primum eſt hoc. ℞. *aquæ lactis o-* **Potio.**
uini ℥ *iij. boli arm.* ʒ *ß. exhibeatur pluribus diebus in aurora mediocriter calidum.* ¶ Secundũ re-
medium eſt hoc. ℞. *aquæ alkek.* ℥. ʒ *. maſticis, acaciæ, an.* ℈ *j. miſce, & detur in potu pluribus diebus*
D *in aurora.* ¶ Tertium vero de localibus extra eſt hoc. ℞. *aquæ alkeken. aquæ labruſc. an.*
℔ *j. aquæ eupator.* ℔ *. ß. camphor.* ʒ *j. trochiſc. de roſ.* ʒ *j. ß. trochiſc. de croco* ʒ *ß. aceti nigri, cochlea-
ria tria, miſce totũ ſimiliter, & infundantur in eo panni bene expreſſi actu frigidi applicentur renib.
aut ſaltem ſint actu tepidi ſi læderetur a frigidis.* Quoniam non raro contingit propter mate-
rierũ acuitatem & putrefactionẽ renum ſubſtantiã corrumpi: ita vt caro diminuatur &
abſcindatur ab eis, quod cognoſci poterit, quia minguntur vrinæ ſanioſæ cum grumis ad
rubedinẽ declinantibus, & pauca quantitate ſanguinis clari. Ideo ſapientẽ Medicum
oportet eſſe cautũ, vt cũ aſpexerit vrinas tales in omnib. inſtrumentis medicinalib. ſu-
pradictis cõmiſceat medicamina regeneratiua carnis, quæ cum caliditate ſua nõ valde
intenſa ſanguinẽ attrahãt ad partẽ & attractũ coagulent & coagulatũ detineant, adeo
E quod potentia vegetatiua tranſmutet ipſum in carnẽ, & eſt ratio formalis medicinarũ re-
generantiũ in carnẽ: vt colligi poteſt *2. can. ſumma 1. cap. 4.* De regenerantibus autẽ licet
poſitus fuerit vnus ſyrupus in intentione prima huius augmenti: vbi ponebatur radix i-
reos, tria tamen hic ſolemnia deſcribam. ¶ Quorum primum eſt: vt ægro per plu-
res dies detur aqua centaureæ minoris, vſque ad ℥ v. ¶ Secundum vero eſt, vt detur **Electuariũ.**
aqua ſublimationis florũ pomorum dulcium. ¶ Tertiũ eſt hoc. ℞. *maſticis, turis, florum
eupator. an.* ℈ *j. meliloti* ℈ *iij. ſyr. compoſ. acetoſ.* ℥ *iij. penidiarum* ℥ *j. ß. fiat electuarium.* De quo
patiens in aurora per horam vnam & dimidiam & ante prandium, & ante cœnam his
tribus vicibus accipiat quantitatem ℥ ß. & felicitabitur operatio eius: ſi res non per-
uenerint ad corruptionem omnimodam.

Curatio mictus, ſaniei in tempore ſtatus vniuerſalis.

F Iam vero oportet tangere de his, quæ ſunt conuenientia in cura mictus ſaniei &
proprie in tempore ſtatus vniuerſalis, vbi aduertendũ eſt, quod ſi ægritudo iſta fuerit non ſa-
lubris: imo tendens ad corruptionẽ incurabilẽ, cognoſci poteſt per quædã ſigna. ¶ Pri-
mum eſt per continuationẽ mictus ſanguinis cũ ſanie ſimul. Hoc enim ſignificat cor-
roſionẽ, id eſt, ampliationem vlceris propter corruptionẽ ſubſtantialẽ partiũ, vt ſub-

Signa mictus incurabilis.

ſtantiæ tenũ venarũ & arteriarũ eorũ, a quibus corruptis neceſſariũ eſt exire ſanguinẽ. A
¶ Secundũ ſignum eſt, vt cõtinue augmententˀ accidẽtia, videlicet dolor pungitiuus,
grauatiuus & extenſiuus & frequentia mictꝰ cum acuitate magna. ¶ Tertiũ vero eſt, vt
parũ iuuamentum acquiratur ex applicatione remediorum quantumcunq; canonice
facta. Cũ autem Medicus ꝑpenderit accidẽtia talia, permittere debet periculũ futurũ
ad conſeruationẽ honoris eius intentionẽ habens: quia de ꝓximo morituri ſolis pro-
gnoſticis ſunt relinquendi, teſte Hip. *ſect. 1. com. 7.* ¶ Si autem ægritudo portendat ſigna
ſpei curationis, tunc Medicus aggredi debet curã. ¶ Præmittendo primo, ꝙ tempore
iſto magna ſit multitudo ſaniei & prauitatis eius. Ideo oportet inſtrumẽta omnia po-
tentiora eſſe in mundificando & carnẽ regenerando, q̃ in aliis temporibus vſq; ad finẽ
ſtatus excluſiue. ¶ Præmittendũ ſecundo, ꝙ in hoc tempore ægrũ ab omni motu cor- B
poris & animi ſupfluo elongare debeat: ꝓpterea quia motus corporis diſtrahit partes,
quæ vnione indigent & paſſiones animi vehementes in agitationẽ ponũt, humores &
ſpiritus diſtrahũt a membris patientib. quorũ magna neceſſitas eſt in eis. Oportet igi-
tur quietẽ adhibere: quoniã quies eſt canõ curationis vlcerum. *18. tertii, cap. de cura eorũ.*
¶ Præmittendum tertio, quod in hoc tempore optimum inſtrumentũ ſit adminiſtra-
tio vomitus: licet etiã cõferat in p̃cedentibus temporibus adminiſtrando ipſum cum
leuibus, & cũ lenitiuis ab acuitate elongatis: velut eſt dare in potu ℥ iiij. aq̃ tepidæ de-
coctionis ſeminũ melonis, aut in potu dare cyathum vnum aquæ decoctionis, ſeminũ
erucæ tepidum cum medio cochleari mel. & hoc poſt cibationẽ ſtomachi ex cibis di-
uerſis ſubſtantia ſapore & aliis. Vomitus enim eſt melius, quo curantur vlcera renum, C
quia mundificat, euacuat & humores trahit ad contraria imo intantum ꝓceſſit Auic.
præallegato cap. quod dixit, frequentiam eius quandoq; excuſare operantes ab omni a-
lio inſtrumento. ¶ Iterum præter hoc inſtrumentum vtendum eſt applicatione inſtru-
mentorũ mundificantium, in quibus cõmiſceantur medicinæ inuiſcatiuæ & glutina-
tiuæ: tales enim ꝓhibent ampliari excoriationẽ vel coruptionẽ. ¶ De quorum nume-
ro vnũ adminiſtrare apozima, id eſt, decoctionẽ de radicib. ſem. fœni. petroſ. aſparagi,
bruſci & apii, faciendo in hac decoctione ſubdominari fœniculum, petroſel. & apium
dominantibus, aſparago & bruſco, q̃ cum remiſſa ipſorum caliditate deducendo ea ad
meliorem qualitatem: detur autem ex tali decoctione ter in die naturali. Primo quidẽ
dentˀ ℥ iiij. per octo horas poſt aſſumptã cœnã. ſecundo dentur ℥ iij. per duas horas ante D
prãdiũ, & totidem ꝑ duas horas ante cœnã. ¶ Secũdum vero inſtrumentũ hoc tempore
cõueniens eſt decoctio capil. ve. qui licet ſint temperati, fortaſſis nõ minus aperiunt &
mundificãt, quã p̃dicta decoctio. ¶ Tertium abſterſiuum eſt aqua deſtillationis vel de-
coctionis artemiſiæ. ¶ Quartum eſt aqua decoctionis erucæ. ¶ Quintũ aqua ſublimatio-
Vua vulpina ſeu montana. nis radicum althææ. ¶ Sextum aqua decoctionis marubii. ¶ Septimum & fortius aqua
decoctionis vuæ montanæ vel vulpinæ, & eſt in rei veritate ſtaphyſagria, quodcunque
autem horum adminiſtretur, mundificabit, lauabit & abſterget melius cum eis deco-
quendo mel, quã ſine eo. In fine vero ſtatus neceſſaria ſunt ea, quæ maturando, mun-
dificando & conglutinando exſiccent, velut eſt decoctio liquir. ineſt enim exſiccatio,
mundificatio, maturatio & conglutinatio. *18. tertii, vbi ſupra.* Adhuc iterum compoſi- E
tũm bonum in hoc tempore, & in principio declinationis eſt hoc. ℞. *ſem. ligni draga-
ganti, an.* ʒ j. *polypodii* ʒ ij. *mellis mundi & clari* ℔. ß. *coquantur in iiij.* ℔. *aquæ ciſternæ vſque*
Decoctio. *ad conſumptionem medietatis. Et de hac decoctione calida dentur* ℥ *iij. vel iiij. tribus vicibus in
die ſuperius limitatis.* Et hæc quidem omnia videntur ſufficientia ad complementum
curæ ſtatus, quæcunque eorum adminiſtrare velis.

Curatio horum vlcerũ in declinatione vniuerſali. In cura vero horum vlcerum in declinatione vel in ſalubri præmittendum eſt, pri-
mo, ꝙ inſtrumenta cõuenientia cum hoc, ꝙ debent eſſe exſiccantia & mundificantia
& cõglutinantia, debeãt eſſe: ꝓpterea, quia poſt regenerationẽ carnis debent admini-
ſtrari incarnatiua, quorũ eſt cõglutinare partes & cõglutinatas cõſeruare: poſtquorum
cõglutinationem nõ eſt opus alio inſtrumẽto, quã cõſolidatiuo. ¶ Hoc igitur tempore F
tria ſoleo adminiſtrare inſtrumenta, quorũ primum eſt hoc. ℞ *ireos* ʒ j. *ſem. fœnic. petroſ.
an.* ʒ j. ß. *bol. arm.* ʒ iij. *bulliant hæc omnia puluerizata in* ℔ j. *vini rub. clari, aliquali leui põticitate
participãtis vſq; ad conſumptionẽ medietatis. De hoc ergo vino actu calido exhibeantur in potu ter in
die* ℥ *iij. vel iiij. horis ſuperius enunciatis.* ¶ Secundum cõpoſitum de electis ab Auic. eſt hoc,
℞. *terra*

A *℞.terræ ſigillatæ,ſang.dracon.caſtorei,ſem.melonis,cucumeris & cucurbitæ & apii,ſucci liquiritiæ, laccæ ariſtoloch.roſ.amygdalarum,papaueris alb.granorum pini,hyoſcya. an.℥ j.puluerizata coquantur in ℔. iiij. aquæ fontis vſq; ad medietatem, de qua decoctione dentur ℥ iiij. horis immedietate ante limitatis.* Vide quantum ſubtiliter contemplati fuere illuſtres viri in compoſitione medicinarum. Hoc enim compoſitum aggregatum eſt ex calidis in primo aut æqualibus, vt ſucco liquiritiæ & frigidis,& ſiccis,& glutinatiuis in fine ſecundi, aut principio tertii,vt terra ſigillata,ſang.drac.ex calidis & ſiccis in quarto gradu, velut eſt caſtoreum:& ex eiſdem in tertio gradu, velut eſt ariſtol. Et ex his,quæ frigida ſunt & ſicca in ſecundo aut in tertio gradu, vt ſem.papaueris & hyoſcyamo. In quorum omnium confractione reſultant virtutes contrariæ,quales & quantæ neceſſariæ ſunt in cura ta-
B lium ægritudinum: & tu ſpeculare in eis. ¶ Vltimum remedium eſt hoc. *℞. chamedryos & chamepythis,an.ʒ vj. aſari, leucopiperis, an. ʒ v.darſinis* (eſt cinamomum) *exagium* Darſinii.
medium, terantur ſubtiliſſime & puluerizentur: & fiant trochiſci de ſucco polygoniæ vel corrigiolæ: & detur ex eis omni die tribus vicibus ʒ ß. ante dictis horis cum ℥ ij. aquæ ſublimationis la- Trochiſci.
bruſcæ calidæ mediocriter & eſt remedium, cui magna fides adhibenda eſt: quia fuit a Paulo poſitum *primo practicæ cap. 137.* vbi dixit: Ego vero hoc vtens alio non indigui. & eſt authenticatum ab Haliabate. *7. practic. capit. 42.* ¶ Accipe igitur amice intime, quæ tibi magno labore, pro tua recuperanda ſanitate conſilians inſcripſi. Ego enim vſque ad hos dies materiam iſtam tam accurato ſermone non deſcripſi,quanto nunc. Feliciter igitur hæc omnia in tui ſalutem ſummus omniū ille Saluator,qui cun-
C cta dirigit, diſponat ad laudes eius immortales, Amen.

CONSILIVM CXCII. *De ardore vrinæ, cum excoriatione & vlceratione veſicæ. Continet autem conſilium capita tria.*

CAP. I. *De cauſſis ægritudinis,& de inueſtigatione earum.*

LICET in ægritudinibus a ſua cauſſa pendentibus in fieri & in conſeruari conferat & neceſſaria ſit Medico ſpeculanti & curanti ægritudines inuentio cauſſarum,ſiue primitiuæ ſint vel fuerint antecedentes. In confirmatis tamen ægritudinibus vel terminatis ad ſtatum ſuum, non eſt magna cura conſiderationis vel intentionis cauſſarum: videtur enim includere con-
D tradictionem ægritudinem a ſua cauſſa fieri & conſeruari,& iam facta eſſe. Sed ęgritudines,quæ terminauerunt ad ſtatum:& maxime ad medium eius, nullam habēt cauſſam productiuam:ergo non ſtarent. Igitur in ægritudine huius viri inferius declaranda non videtur mihi neceſſarium eſſe inueſtigare,an fuerit a veneno, vel a medicina venenoſa producta. Si cum ſequela ægritudinum ad venena Medico conferret ad cognitionem ægritudinis & curationem eius, hoc videretur contingere propter alterū trium effectuum aut aliorum reducibilium ad iſtos: quorum primus eſt, quia venenoſa medicina vel venenum in corpore relinquit veſtigium qualitatum; quandoque primarum & ſecundarum, ſcilicet aut caliditatem aut frigiditatem vel ſiccitatem, ſimplices vel compoſitas; aut ſequentia ad iſtas: aut apertionem immoderatam,con-
E ſtipationem,oppilationes, excoriationes, vlcera, punctiones & ſimilia. ¶ Secundus vero effectus eſt, vt a veneno vel a medicina venenoſa remanſiſſet in corpore impreſſio qualitatum occultarum, per quas venena dicta proprie interimunt ſubſtantiam noſtram; nunc calefaciendo, nunc infrigidando; aut aliter manifeſte qualificando corpus, ſed ſolum venenoſitas ſpiritui & cordi hæc facit contrariando. ¶ Aut vero & tertio: quia medicinæ venenoſæ ſimul occulta qualitate & manifeſta alterando corrumpunt humanum corpus, vt fungi & tubera mala, ſcorpio & hyoſcyamus infrigidando occidunt. Napellus & mezereon magnum & arſenicum calefaciendo exſiccando. Lapis adamas fluxum excoriatiuum inducendo, & ſic de aliis. Cantharides vero vrinales vias vlcerando. ¶ Mirabile autem videtur, quod a tempore tantæ pro-
F lixitatis vſque nunc remanſiſſet impreſſio per qualitates primas aut ſecundas dependens a medicina venenoſa, per qualitates hoc efficientes, quoniam medicina illa venenoſa ſi fuiſſet præaſſumpta, non potuiſſet in humano corpore conſeruari; quin paſſa a caliditate ipſius corporis corrupta fuiſſet, ergo qualitates eius; quæ ſunt accidentia non potuiſſent conſeruari in corpore ſine ſubiecto, quoniam accidentis eſt in

eſſe ſubiecto, ſed ſubiectum eſt corruptum: igitur qualitas vel qualitates, quę erant eius accidentia, corruptæ ſunt. ¶ Forte contra hanc poſitionem diceret aduerſarius, quod medicinæ venenoſæ ꝓduxerint caliditatem aut frigiditatem vel excoriationem, quæ poſtea in membris impreſſæ remanſerunt conſeruatæ vſq; ad hæc tempora, quare videtur, ꝙ cognitio cauſſarũ, quæ ꝓduxerũt effectus, omnino neceſſaria ſit ad cognitionem & ſcientiã & curationem ægritudinum taliũ. ¶ Amplius in hoc viro conceditur eſſe fortis excoriatio, vt vlcus in collo veſicæ intrinſecus, & talia prouenire poſſunt ex potu catharridum ſalis arm. ergo neceſſariũ eſt cognoſcere talia. ¶ Ad primũ motiuũ dicitur negando illam conſequentiã. Manifeſta enim qualitas calida & frigida, vlcus vel excoriatio ſunt effectus in membris inuenti, qui licet ꝓuenerint a medicina venenoſa, non ꝓuenerunt ab ipſa inquantũ venenoſa, ſed inquantum calida vel frigida, qui eſt effectus, cum iam ſint facti vel totaliter in eſſe ꝓducti non videntur habere cauſſam cõſeruatiuam, ſcil. quæ fuerit eorum productiua. ¶ Ad formã igitur argumenti diſtinguendum de maiori, vt dictum eſt, quia ſecundæ medicinæ vt calidæ produxerunt effectum, & non vt venenoſæ. Et ad minorem dicitur, quod diſpoſitiones tales cum ſint frigidæ videntur in membris conſeruari ab earum formalitate cum ſint iam fixæ. Forma igitur membrorum neq; temperamentum ipſorum concurrit ad conſeruationem illarum diſpoſitionũ præter naturam: imo omnino reſiſtit eis: quare nõ eſt neceſſariũ inueſtigare cauſſarum primitiuarum varietatem & potentiam, ſiue fuerint venena, ſiue medicinæ venenoſæ. Et ſunt ſermones, qui clauduntur ſpeculationibus Gal. *lib. 4. de ſanit. tuend.* vbi dixit. *Dico ergo nil primitiuum ſignificationis curationes oſtendere. Sed quantum ad ægritudines factas, licet prius ab agente primitiuo productæ fuerint.* ¶ Ex quo fundamento corollarie concluditur, quod vana ſit opinio credentium curare hanc ægritudinem & perfici in ſcientia ipſius per conſiderationem venenorum & ſibi ſimilium: quæ omnia tu conſidera, quia hi ſermones ſunt phyſici & rationales.

Non eſſe neceſſariũ inveſtigare cauſſas primitiuas.

Itaq; in cura diſpoſitionis huius viri ſufficit cognoſcere excoriationem illam, vel vlcera prouenisse a cauſſa ratione ſuæ caliditatis, acuitatis & corroſionis illius effectiua, quod quidem euidentiori fundamento declarari poteſt ex ſermonibus mihi per literas collatis. ¶ Primo, quia vir iſte eſt calidæ complexionis a generatione eius. ¶ Secundo, quia ad augmentum caliditatis & acuitatis in humoribus ipſius multum & potenter ſuperuenit regiminis calefactiui vſus in quanto: quia vir fuit multæ cibationis: & in quali iterum, quia vinis fumoſis & forte cum cibis vnctuoſis & aromatibus vtebatur. ¶ Tertio iterum hoc deducitur, quia ſolitus eſt pati ægritudines a materia calida & acuta prouenientes, ſcilic. cholericas, continuas & interpolatas. ¶ Adhuc iterum & quarto, quoniam iſte vir paſſus eſt dolores in nucha & collo, & in ventre, ſed omnes tales frequenter conſueuerunt tranſmutatione critica ad vias vrinales effundi, vt *de febribus* legi poteſt, *ſecunda quarti, & cap. de ſignis permutationis materierum per vias ventris & vrinæ, & de doloribus iuncturarum colligi poteſt 22. tertii.* Et iterum de diſpoſitionibus ardoris vrinæ legi poteſt. *18. tertii, primo & quinto tractatibus*: Quare non eſt mirum, ſi vir iſte incidit in ardorem vrinæ & excoriationem veſicæ, & vlcerationem eius. ¶ Vnde ex iſtis concluditur, quod hæc diſpoſitio in eo facta ſit permutando ex aliis ægritudinibus in ipſam & non incipiendo in ea. ¶ Ex quo fundamento iterum vltimo concluditur, quod hæc ægritudo in ſui principio leuior fuerit: & facilius curata fuiſſet, quam ſi incipiendo eueniſſet ei, quicquid tamen ex hoc concedi debeat, ſufficit cognoſcere tãtum, quod hæc diſpoſitio indigeat curatione magnæ ſolertiæ & quam citius fieri poteſt, vt nunc ſequetur.

CAP. II. *De regimine huius diſpoſitionis, & primo per ſex res non naturales.*

REGIMEN itaque ipſius pendet ex debita electione ſex rerum non naturalium primo. ¶ Secundo vero ex conuenienti adminiſtratione inſtrumẽtorũ medicinalium. ¶ Pro declaratione itaq; primi cap. in eligendo rerũ nõ naturalium menſuram conuenientem & qualitatẽ, multa & ſatis particulariter declaranda eſſent, ſed qa confido de auctoritate ſapientũ virorũ, quorum

A quorum ſcientia peritiſſime rectus fuit. Et qā qa vir iſte ſcientificus eſt & moralis. Ideo
in rerum nō naturaliū particulari & diffuſa narratione calamū non extendā: ſed ſolum
q̄dam particularia leuiter ptranſeundo dicā. ¶ Euitet itaq; vir iſte ciuitatē, camerā vel
habitationem, locū humidum actu & potentia reumatici aeris: & ꝓpinqui puteis, lacu-
bus & defluxibus aquarū, & caueat a ſeptentrionali flatu pcutiente ipſum, cuius eſt fa-
cere ſtranguriam, vt patet *ſect 3. aph. & 18. tertii.* & ſit veſtibus circa ſpinā & ilia & extre-
mas partes cōuenienter munitus. ¶ Motum vō & exercitiū omnino euitet, ne materię *Motus & quies.*
in fluxum ponantur ad membra vrinalia & debilitent e: imo omnino quieſcendū eſt,
& loco reſolutionis ſuperfluitatis inſtituendæ p exercitium vtatur mediocribus frica-
tionibus ab inguinibus vſq; ad pedes, & ab humeris vſq; ad manus, & ablutionib. extre-
B morum cum aquis decoctionis plantarū leuis reſolutionis & attractionis. ¶ Dormitio *Somnus & Vigilia.*
vero eius ſit cōſueta parū longior ꝓpter neceſſitatem reſolutionis & digeſtionis mate-
rierū. ¶ Tertio iterū dormiente homine quieta remaneat membra & materiæ, vnde
medicinales virtutes minus diſtrahuntur & cōuenientius in particulas patientis ope-
rari poſſunt, & ſit plurimū dormitionis eius decubitus ſup lateribus & minor ſup ſpina,
nequaq̄ autem ſuper femore & ventre iacere debet. ¶ Pro quarto vero regimine per
inanitionē declinare ad minorationē cibi aliquantā neceſſarium eſt, & nullo modo ſa- *Inanitio & repletio.*
turitati complete ſatisfacere. Cibus etiam nunq̄ deglutiatur niſi ſolemni maſticatione
præcedente. Neq; vnq̄ aſſumatur cibus, niſi pceſſerit conueniens appetitus ad ipſum.
Si enim ſtomach⁹ cibo & potu faſtiditus fuerit, ſuperuenientes cibi & potus corrum-
C puntur in eo & nō raro acuitatē & malas qualitates extraneas acquirunt, per quas aug-
mentantur materiæ vlcerum, dolor, punctio & ſolutio continuitatis in veſica ſeu col-
lo veſicæ. ¶ Quinto vero vir iſte abſtineat ab ira, furia & triſtitia magnis & maxime a *Motus animi.*
perſeuerantia in iſtis ꝓpter vehementē motum aduenientem in ſpiritibus & humori-
bus ꝓpter paſſiones tales. ¶ De re vō vltima nō naturali, ſcil. cibis & potibus ponenda
ſunt ea, q̄ nullo modo tangere debet cibaria & potabilia, vltra quæ in aliis poterit am-
ple licentia concedi. ¶ Itaq; vir iſte in cibariis ſuis ſumma attentione euitare debet ſal- *Cibi vitādi.*
ſa. Item acuta, velut cæpas, allium, porrū, raphanum, ſinapi, oliuas, conditas & ſimilia.
¶ Item nimium aperientia: & proprie cum acuitate, velut ficus, petroſ. apium, rutam
& ſimilia. ¶ Item nimium calida & ſicca, velut piper, zinzib. galang. cinamomū. Ma-
D cis vero & nux muſc. ſaluia, roſmarinus & fœniculus nō ſunt ei mala. ¶ Itē euitare debet
cibaria multæ oppilationis, velut cibos paſtiles, pedes animalium & ventres eorum,
cutaneas & neruoſas animalium partes. ¶ Similiter caſeum antiquum, recens vero bu-
tyroſus non multi ſalis aliquando conuenit ei. ¶ Adhuc etiam effugere debet vſum
rerum conſtringentium, velut ſunt ſorbę, meſpila, agreſta, nuces & conſimilia. ¶ Item
ventoſa cibaria multum, vt legumina, & proprie elixa, & multorum fructuum vſum,
lac vero & proprie in cibariis coctum butyrum & oleum dulce, & ſacch. citranguli, &
ſuccus granatorum muzorum & dulcium bene conueniunt. ¶ Vltimo vero euitet
carnes animalium antiquorum, difficilis digeſtionis, & craſſi nutrimenti, velut boum,
taurorum & caſtratorum antiquorum. ¶ Et conſimiliter effugiat piſces antiquos ma-
E gni corporis, piſces vero parui & non viſcoſi & leuis digeſtionis approbati, ſecundum
climata, regiones & ciuitates eligantur ab eo: & non erunt ei nociui elixi vel frixi cum
oleo conuenienti, & maxime in diebus reuerendæ legis a carnibus priuantibus. ¶ Po-
tus autem eius ſit vinum album colore, & ſubſtantia tenue & diaphanū, ſapore ad dul-
cedinem inclinatum, & non acre, neq; ponticum: tale enim erit toti corpori & vlceri-
bus conueniens, & doloribus & proprie, ſi fuerit artificialiter factum dulce cum ſapa,
quod parum bibatur argumento ſumpto ab ætate & conſuetudine, & proprie, ſi non
fuerit valde fumoſum, & ſi fuerit tale, frangatur cum aqua mellis pauci mellis & pau-
cæ decoc. aut cum aqua decoct. radic. paucarum, radi. centaureę minoris cum ſaccha-
ro leuiter dulcorato, & eſt remedium ſecretum.
F

Cap. III. *De regimine per medicinas.*

IN hoc cap. dilatandus eſſet ſermo, ſi harum diſpoſitionum curatio ordinaria
& accurate deſcribi deberet. Alias enim harum ægritudinum curationem
deſcripſi, & compleui per intentiones octo. ¶ Et prima eſt vniuerſalis totius

corporis & materſerum omnium ſuperfluentium euacuatio minoratiua. ¶ Secunda A
regiminis rectificatio. ¶ Tertia materierũ prædictarũ adæquatio & digeſtio. ¶ Quarta
ipſarũ amplior & particularis euacuatio. ¶ Quinta ipſarũ materierum diuerſio. ¶ Sexta
vlcerũ & viarũ vrinæ mundificatio. ¶ Septima epatis & renũ rectificatio. ¶ Octaua &
vltima accidentiũ, q̃ ſequuntur, correctio. ¶ Verũ quia de intentione ſecunda ſermo
tact⁹ eſt in p̃cedenti cap. ipſa ad præſens dimittatur. ¶ Adhuc etiã, quoniã prima inten-
tio, tertia, quarta, & quinta iã meo iudicio adminiſtrata ſunt: vt confido ex ſufficientia
clariſſimorum Doctorum, a quibus gubernatus fuit vir iſte. Etiam quia tales intentio-
nes, vt plurimum in principio & augmento vniuerſalibus morborum adminiſtrari
debent, vt conſueuerunt, idcirco de his non multum præoccupabo.

Pro applicatione vero aliarum rerum trium & aliquarum de prædictis x. ponen- B
tur inſtrumenta, quę maximum iuuamentum plurimis hominibus conſimilibus ęgri-
tudinibus laborantibus feliciter attulerunt: vt nunc ſequitur. ¶ Primũ itaq; ipſorum eſt
electuarium hoc, in quo eſt intentio frangendi acuitatẽ, leniendi ventrem, educendi
ventoſitates, mũdificandi vrinales, & vlceroſas partes operatione conuenienti. ℞. *me-*
Electuariũ præſtans. *dullæ caſſiæ fiſt. medullæ ſebeſt. & prunorũ omnium extractorum cum aqua lupulorũ, an.* ℥ *iij. pulu.*
folliculorum ſenæ ℥ *j polyp. carthami, granorum citri an.* ℥ ß. *macis* ℈ *ij. violarum* ʒ *vj. zinzib. gra-*
norum nucis muſc. an. ℈ *j. cinamomi* ʒ ß. *conſer. violarum ſacch. alb. an.* ℥ *ij fiat electuarium, de quo*
omni tertia vel quarta die deglutiat cochlear j. immediate ante cœnã, aut poteſt ipſum accipere cũ a-
qua decoct. paſſularum nigrarũ in aurora mediocriter calida tardando cibũ horis v. ¶ Secundũ in-
ſtrumentũ eſt linimentũ hoc, cũ quo renales partes & lumbares vngantur vſq; ad cau- C
dam, & ſuperponatur pannus tepidus, cuius deſcriptio. ℞. *nenuph. ſucci viol. recentiũ, ſuc-*
Linimentũ. *ci virgæ paſtoris, an.* ℥ *ij. amyli* ℥ *v ſandalor. rub. violarũ, an.* ℥ ß. *ſem. endiuiæ, lactucæ, ſcariolæ, por-*
tulac. an. ʒ *ij. croci, macis, ſpicæ nard an.* ʒ ß. *albumina ouorũ duorum, terantur ſimiliter perfecta con-*
tritione cum amylo in mortario plumbeo cũ ſuo piſtillo, & aliis ſuperadditis, fiat linimentum molle.
¶ Tertiũ inſtrumentum eſt mundificatiuũ partiũ ægrotarum ſufficienter abſtergens
eas, & addit in regenerationẽ materiei in partibus carnoſis & leue & nobile valde eſt
Potio. hoc. ℞. *aquæ ſublimationis radic. cẽtaureæ minoris* ℔. ß. *miſce ſimiliter, & de hac materia in ſepti-*
mana bis accipiantur ℥ *v. tepefacta cum modico penidiarum in aurora.* ¶ Quartũ materierũ di-
Alia. geſtiuum magis, & prædictarum viarum confortatiuum eſt hoc. ℞. *aquæ ſublimationis hy-*
poſtetæ; aquæ lupulorum; aquæ alkekeng an. par. iiij. miſce: & accipiat ex eis ℥ *iiij. in aurora tepid. per* D
completam ſeptimanam continuando. ¶ Quintum eſt linimentum hoc, cum quo bis in die
inungantur partes intermediæ genitalium & ſphincteris, & eſt in eo intentio ſedatiua
Linimentũ. mordicationis, & prohibitiua curſus materierum. Cuius deſcriptio. ℞. *vitellos ouorum*
numero iij. olei roſ. omphacini, an. ℥ *j. ß. amyli* ℥ *j. croci* ʒ ß *coriandri præparati lithargiri ſpumifica-*
ti, ſem. acetoſ. granor. myrthi, an. ℈ *j. terantur omnia ſimiliter in mortario plumbeo cum ſuo piſtillo,*
fiat linimentum & applicetur, vt dictũ eſt. ¶ Sextũ eſt, vt vir iſte ſæpe aſſueſcat pedes & ma-
nus eius ante cœnam abluere cum aqua decoct. foliorum hederę, chamomillæ, ſaluiæ,
& ſimilium gratia diuerſionis materierum. ¶ Septimum eſt decoctio iſta, cuius aſſum-
ptioni oportebit ipſum eſſe ſolicitum & ſolertem euitare mundificantia per ſyringam
iniiciendum, q̃ quidem conuenit ei, vt credo propter lęſionem conſecutam ex intro- E
miſſione ſyringę ex imprudentia Medicorũ, qui ipſam applicare neſciuerunt. Si enim
congrue applicaretur ſyringa cum medicinis opportunis, notabile ſemper iuuamen-
tum efficeret. Eſt autem ordo huius deſcriptionis talis. ℞. *ſebeſten numero xv. violar. ſem.*
Decoctio. *portulac. gran. alkek. foliorum cypreſſi, an.* ʒ *ij. gummi arab.* ʒ ß. *granorum pinearũ* ℥ ß. *liquirit.* ʒ *ij.*
ß *ſem. acetoſ. endiu. ſcariolæ an.* ʒ *j. ſeminis communium frigidorum* ʒ *ij fiat omnium decoctio lento,*
igne in ℔ *iij. aquæ vſq; ad conſumptionem tertiæ partis.* Deinde colentur cum expreſſione
leui. De ipſa igitur accipiat ℥ *v. in aurora, & tardet cibum ad minus horis quatuor.* Et ſi vehe-
mens ei inſtaret ſitis, poſſet iterum de ea bibere frequenter cum æquali parte aquæ
hordei. ¶ Cum ergo continuauerit hanc decoctionem, tunc ſequenti die immediate
accipiat doſin vnam electuarii, primo loco deſcripti, & poſt ipſam tranſeat ad mundi- F
ficantia & incarnantia alternatim aſſumpta. Ita quod ex intentione digeſtionis pro-
cedat ad lenitiua, & de lenitiuis permutet ſe ad mundificatiua & abſterſiua ſuperius
tacta, & a mundificatiuis reuoluat ſe ad incarnantia & conſolidantia: & ita fiat reuo-
lutio circularis ab vno ad reliquum canonice procedendo. Neceſſe enim erit aliis di-
ligenter

A ligenter obſeruatis laudabile effectum ſubſequitur. ¶ Octauum inſtrumentum eſt, vt poſtquam per Menſem prædictorum inſtrumentorum reuolubilem ordinem conſecutus fuerit, tunc in aurora aſſumat ℥ ß infraſcripti pulueris, in quo eſt intentio frangendi caliditatem auctam a motu materierum, & ab applicatione mundificantium & abſtergentium conſecutam, & proprie cum cyatho ß. aquę decoct. granor. pinearũ. Cuius deſcriptio. ℞ *fol. cypreſſi ℨ ij. fol. althææ ℨ ij. ß. ſem. portulac. ℨ ij gran. papau. alb. ℨ iij ſem.* Puluis
endiu. ℨ j. ß. ſem. lactuc. ℨ vj. flor. nenuph. ℨ v fiat omniũ per ſe puluis, deinde commiſceantur. ¶ Nonũ inſtrumentũ eſt electuarium hoc. ℞ *mucillag. muchetæ ℨ iij. mucillaginis, ſem. lini, fœnug.* Electuariũ.
& granorũ ſiſami, an. ℨ ij. penidiarum ℨ iiij. croci ℨ ß. corticũ mandragor. ℨ j. granor. alkek. num. xv. flor. nenuph. ℨ iij. fiat electuarium cum ℔. ß. ſacchari diſſoluti & cocti cum aqua centaureæ
B minoris, de quo ſequenti mane in aurora aſſumat. ℨ v. cum ℥ ij. aquæ ſublimationis burſæ paſtoris tepidæ: & tardet cibum horis quatuor. ¶ Decimum & vltimum inſtrumentum eſt, vt tertia ſequenti die accipiat v. de infraſcriptis pillulis, quarũ deſcriptio.
℞ *centaureæ minoris ℨ ij granorum alkek num. v corticum papau. albi, florum nenuph. an ℨ ij. ſe.* Pillulæ
plantaginis, acaciæ, gummi arab. dragaganti, an ℈ ij. medullæ granorum ceraſorum, vel gummi arboris ipſorum, an. ℨ iij. liquiritiæ, aniſi, granorum pini, an ℨ ij. diſſoluantur gummi cum ſucco violarum, & bene incorporentur cum aliis ſpeciebus, & fiant ex omni. ℨ viij. Cum ergo ſumpſerit eas, reuoluat ſe ad puluerem in octauo inſtrumento ſcriptum, & de puluere ad electuarium, & de electuario ad pillulas vltimo ſcriptas & ita circulariter procedat per ſpatium duorum menſium memorando ſemper de lenitione cum primo inſtrumen-
C to facienda; quibus diligenter factis, ſpero conualeſcentiam obtinebit, quam concedat ille, qui ſolus ſanare & benedicere poteſt, qui viuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

Consilium CXCIIII. *De triplici mala diſpoſitione, videlicet ¶ De ardore vrinæ. ¶ De frequenti mictu. ¶ De mictu ſanguinis. ¶ Diuiditur autem conſilium in particulas tres, vt patet.*

EX his, quæ mihi narrata ſunt & ſenſu viſus & tactus, & ſignis compræhendere potui, apparet, quod diſpoſitio huius viri nobilis Vincentini reducatur ad tria genera nocumenti in membris vrinæ exiſtentia. ¶ Primum eſt ardor in emiſſione vrinæ eueniẽs. ¶ Secundum frequens mictus. ¶ Ter-
D tium ſanguinis cum vrina emiſſio interpolationem habens. ¶ Quorum omnium non ſolum ratio formalis; imo cauſſæ & eorum ſigna perquiri debent, ſi diligenter conſilio medicinali recto ipſi ſubueniri debet. Ideo vniuſcuiuſq; horum ſingulariter & cauſſæ & ſigna ponenda ſunt, & curationis modus.

Particvla I. *De ardore vrinæ continens cap. quatuor.*

Cap. I. *De cauſſis ardoris vrinæ.*

EST itaq; ardor in vrina, dolor pungitiuus vel acuitas in emiſſione vrinæ proueniens, aliquando vero ipſam præcedens: frequenter etiam ipſius emiſſionẽ ſubſequens, quorum trium verificatio ex ſequentibus apparebit. ¶ Fit autem
E ardor talis quandoq; à complexionali cauſſa. ¶ Quãdoq; vero ab exſiccantibus cauſſis & inflãmãtibus. ¶ Quandoq; vero & tertio ex conſumtione humiditatis, q̃ gratia finis cõtinetur in glandoſis carnibus ad irrorandũ & humectandũ membra, vt ad expulſionẽ ſuperfluitatum diſpoſitiora ſint: eo quod humiditas reddit ea extenſibilia & flexibilia magis. ¶ Quarto vero contingit in vrinando ardor ꝑpter vlcera, excoriationẽ vel ſcabiem in veſica & in membris vrinę exiſtentia. Et colligũtur hæc omnia *19. tertii, tract. & cap. 2.* ¶ Ex quibus clare elici poteſt iſta diſtinctio: quod omnis vrinæ ardor ꝓueniat aut propter nocumentum eſſentiale veſicæ, aut per colligantiam eius ad membra vrinæ, aut per colligantiam a toto cadentem. ¶ Exemplum primi, ſicut omnis lapſus complexionalis ipſius veſicæ: de quorum tamen numero lapſus ad calidum & ſic-
F cum frequentius ardoris in vrina poſſunt eſſe cauſſæ, quam ad frigidum & humidum, & tu ſpeculare. ¶ Item & ægritudines compoſitionales quædam ardoris in vrinando poſſunt eſſe cauſſæ, vt rugoſitas, aſperitas ſuperficiei concauæ colli veſicæ. ¶ Item ægritudines in vnitate contingentes hoc idem efficere poſſunt, vt excoriatio, vlcera & ſimilia in toto corpore: et maxime in collo veſicæ contingentia.

¶Exemplum ſecundi:ſicut omne genus ægritudinum complexionalium in membris A
vrinalibus medietatis & immedietatis eueniens,vt in poris vreteribus in emulgentib.
renibus & epatis, & lapſus cõplexionalis:& vnitatis iam tacti ꝑdictum ardorẽ efficere
poſſunt:& tu diſcurre ex his,quæ ſcribũtur *18.tertii ,cap. de apoſtematib.de ſolutione continui-
tatis & vlcerib.renũ & reliquarũ viarũ:& ex his ,quæ ſcribuntur in 14.tertii, in materia de fluxib.
epatis & almeſire vel vlceribus eius.* Iterum ardor in vrina prouenire poteſt ad membra v-
rinæ,& ꝓprie ad veſicam:ſicut frequenter cõtingit in tranſmutatione critica materie-
rum,quæ febres acutas efficiebant:& ſicut in lepra,ſcabie,variolis,morbillis & ſimilib.
quorũ omnium materiæ,aut quia nimium exuperant,aut quia ab incitata virtute ſym-
ptomatice propelluntur, contingit fieri diuerſionem de circumferentia ad centrũ: &
& tu conſidera hinc inde ab auctorib. & facile verificabitur.¶Qualiter autẽ ſalſedo ex B
prima cauſſa,ſcil.lapſu complexionali proueniens videre eſt facile.Omnis enim vrina,
& licet acuta exiſtat & ſalſa,a caliditate tamen & ſiccitate intenſis magis ſalſa & acutior
efficitur, quare ad collum veſicæ notabilis ſenſationis exiſtens delata ardorẽ, punctio-
nem & mordicationẽ in ea efficit.Et idem dici poteſt de cauſſis exiſtentibus poſitiue
& priuatiue tam ab extra,quã ab intra euenientibus.¶ Pro tertia vero cauſſa dicendũ,
quod ſi humiditas,quæ in carnibus glandoſis in meſenterio poſita:&aliquando in col-
lo veſicæ conſumantur, vt in fortibus fluxibus , phlebotomiis & ſimilibus cauſſis ex-
ſiccantibus ſæpe contingit, vrina tunc in ſui acuitate non refrangitur: & corpus veſi-
cæ ſiccum redditum & non irroratum ardoris eius nocumenta facile percipiet. ¶ Et
iſtæ tres cauſſæ videntur palã in hoc viro ardorem in vrinando feciſſe. ¶ Eſt enim ho- C
mo a generatione caliditatẽ epatis & renum notabilem habens, fortibus etiam labori-
bus ſuo tempore occupatus fuit: rebus etiam exiſtentibus & calefacientibus, vt cibis
ſalſis & acutis vſus eſt. Iterum & excellenter extenuatus per vniuerſum ambitũ,& ma-
xime in toto ventre & mirach,ſicut vidi. Ex quo facile concluditur cõſumptionis præ-
dictæ humiditatis irrorare debentis cauſſa. ¶ Quarta vero cauſſa in eo locum non ha-
bet, cum neque excoriationem , neque vlcera in vrinali via perceperim. Et ex ſenten-
tiis prædictorum aperiri poteſt cauſſa, quare quandoq; dolor pũgitiuus præcedat v-
rinæ exitum , vt cum vlcera vel nocumenta exſiſtunt in collo veſicæ, percipitur ardor
prius tempore in extremitate virgæ tamquam in membro excellentis ſenſationis col-
ligato per ſuum panniculum collo veſicæ. ¶ Comitatur autem quandoq; dolor pun- D
gitiuus actualem exitum vrinę ꝓpter acutam eſſe vrinam:& ꝓpter aſperitatem & fortẽ
conatum virtutis cõſtringentis veſicæ collũ ad vrinã emittendum. Sequit̃ autẽ dolor
quando vrina facile exire poteſt abq; multo conatu virtutis ad illum ꝓpter impreſſio-
nem ab vrina imbibita in collo veſicę vlcus excoriationem & ſcabiem habente intrin-
ſecus. ¶ Reliqua autem quinta cauſſa ardoris in vrinando effectiua eſſe poteſt vlcera,
excoriatio vel aſperitas euenientia in canali virgæ & extremitate pudendi,ſed nõ ſunt
ꝑſentis conſiderationis, & tu lege de eis *20.tertii de vlceribus virgæ.*

C a p. II. *De ſignis ardoris vrinæ.*

Signa ardoris a cauſſa complexionali.

VT igitur ſpecies ardoris vrinæ cognoſcãtur, vniuſcuiuſq; earum ſigna po-
nenda ſunt: Signa itaq; ardoris vrinæ ꝓuenientis a cauſſa complexionali. E
¶Primum,vt complexio fuerit a generatione cholerica aut ſanguinea,ca-
lidior tamen quã humidior.¶ Secundum eſt, vt licet complexio nõ fuerit
talis ex regimine tamen fuerit in humoribus aduſtio facta,vt ex forti exercitio , aut la-
bore,aut ex vſu ciborum aut potuum acutorum, vt allũ, cæparũ,ſinapi ſalſorum & ſi-
milium & potuum etiam acutorum,vt vini naturaliter fumoſi aut habentis acuitatem
accidentalem:vt mixtionem ex aqua vitis vel aliorum acutorum: aut vinũ , quod col-
lectum fuerit in locis arenoſis calceis & ſimilibus.¶ Tertiũ ſignum eſt,vt ſit cõplexio,
quæ ꝑ aduſtionem factã acuitatem poſuerit in humoribus,ſiue fuerit hæc complexio
mala toti vniuerſalis aut partialis in epate & renibus,& aliis membris in vrinalẽ aquo-
ſitatem imprimentibus , & reliqua ſigna omnia complexionem calidam & ſiccam ar- F
guentia huic loco adaptanda ſunt.

Signa ardoris a cauſſis exiccantib.

Signa vero ardoris facti a cauſſis exſiccantibus habentur per inueſtigationẽ cauſſa-
rum corpus poſitiue exſiccantium ab extra euenientium vel ab intra : & iterum hoc
idem efficiunt omnes cauſſę priuatiue exſiccantes:vt ſunt euacuationes omnes fortes
& per-

A & perſeuerantes inſenſibiliter vel ſenſibiliter corpus exſiccantes. ¶ Signa vero ardoris prouenientis ex conſumptione humiditatis glandoſæ cognoſcũtur per inuentionem cauſſarum exſiccantium totum corpus & maxime mirach inteſtina, meſenterion & lumbares partes, quæ comprehenduntur ex conſumptione totius ventris, vel ut ſi mirach ſpondilibus adhærere videatur: vt in hoc viro notabiliter liquet. ¶ Signa vero ardoris prouenientis ab vlceribus & ſcabie in viis vrinalibus exiſtentibus. Hic nõ ponuntur, cum in hoc viro veſtigium eorum non appareat: etiã quia alias in tractatu de cura vlcerum viarũ vrinæ diffuſe ſatis hæc ſigna a me pronunciata ſunt, tu lege quæ exinde huic tractatui conformiter adaptanda. hæc de ſignis.

Ex conſumptione humiditatis.

Signa ab vlceribus.

B Cap. III. *De cura ardoris vrinæ per regimen rerum non naturalium.*

PRo regimine igitur huius diſpoſitionis libranda eſt rerum non naturalium conueniens adminiſtratio. Eligatur itaq; aer in omni diſpoſitione prædicta proueniente a cauſſis prædictis ad frigidum & humidum inclinatus, licet amplius debeat eſſe humidus, quam calidus: ſit etiam aer nõ ventoſus: nam flatus ventorum ſeptentrionalium hanc ægritudinem auget: ſit etiam aer non caliginoſus: & non ſit aer qualis montium eleuatorum, habitantium in turribus & locis notabiliter a terra eleuatis. ¶ Exercitium autem & motum forte & laborioſum omnẽ euitare debet ꝑpter cauſſam notam, & maxime exercitium equeſtre vel mulæ ambulationis fortis & velocis: eo quod nocet ardori, auget vrinæ fluxum debi-
C litando contentiuã: etiã quia ſanguinẽ fluere facit, de quo inferius dictũ eſt: & in ſumma ad quietẽ excedentem declinare cõueniens eſt ei. nequaquã vero ad exercitiũ vel motum: & maxime illum, qui fit in coitu. ¶ Omnem autem repletionẽ humorum iam factam tollere debet. Similiter & repletionẽ ciborũ & potuum ſummopere præcauere. calidorũ vero & ſiccorũ, quoniam ægritudinẽ augent vigorando cauſſam & materiã eius, frigidorũ vero & humidorũ potuũ & ciborũ repletionẽ effugiat: eo quia inати caloris ſuffocationẽ efficiunt: & materias ad putredinẽ diſponunt. ¶ Conformiter etiã loquendo ꝑdictus vigiliã immoderatã euitare debet, cum corpus exiccet, & humorales materias acutas efficiat. Somnus autẽ in hoc vigiliis eſt cõtrarius: & etiã quia corpus humectat & digeſtionẽ materierum conuenientẽ efficit, quare ꝓlixe dormire conue-
D niens eſt ei: vigilare vero contrariũ. ¶ Euitet etiã omnia accidentia animi: q̃ animã triſtẽ efficiunt & accubare faciunt calorẽ innatum & ꝓmptiorem efficiunt ipſum ad exſiccandũ & acuẽdum materias humorales, & omnia accidentia animi, q̃ fortẽ & velocẽ motũ in ſpiritibus & humoribus efficiunt euitare debet ꝑpter cauſſas ꝑdictas. ¶ De cibis autẽ & potibus dicendũ primo generaliter, quod euitare debeat omnia excellenter calida, acuta & ſalſa, vt colligitur *19. tertii tract. & cap. 2.* In diuiſionib. a Rhaſi cap. 57. & pluries alibi. Igitur euitare debet panẽ coctione multa cõbuſtum & ſalſum notabiliter & multo fermento conditũ ſaltem antiquũ. ¶ De oleribus euitet omnes acutas plantas, vt hyſopum, roſmarinũ, nemen, ſiſymbrium & ſimilia. ¶ Ex granis vero ſinapi, naſturtium & reliqua paria. ¶ Ex radicibus allium, cæpas, bulbum, porrum, rapha-
E num, & reliqua vehementis prouocationis, vt petroſelinum, bauciam ſylueſtrem & domeſticam & reliqua horum. ¶ Ex foliis rutam, erucam, naſturtium & reliqua ſimilia. ¶ Ex ſaporibus acetum acutum, limones & omnes ſuccos multæ prouocationis: vinum cydoniorum & alia ſimilia. Vtatur autem pane mediocris coctionis a furfuribus bene mundo & de pura ſimila facto. ¶ Ex carnibus vtatur omnibus iuuenibus mollibus mediocriter pinguibus facile digeſtibilibus, vt ſunt carnes hœdorum, gallinarum, caponum, pullorum, vituli recentis caſtratinæ: leporinæ recentes & partibus eorum, vt eius pinguedine & axungia non valde ſalitis. Et lacte, quod omni modo præparationis eſt ei conueniens: & maxime lac ouinum, cui in debilitate renum nihil eſt compar. *18. tertii cap. de eo.* ¶ Ex plantis vtatur boragine, lactuca, ble-
F ta, ſpinachia, & aliquando rapis: licet rare. Item ſæpe vti debet malua decoct. eius in cibis & eſt ſecretum mirabile. ¶ Item granis vtatur hordeo alkiſt. vel ptiſana & aqua ipſius: & omni ipſius præparatione. Conueniunt etiam ei panicum, oryza, pultes de ſpelta & ſiligine & ſimilibus granis. ¶ Ex fructibus conueniunt ei ceraſa, quæ maxime in hoc capite ab omnibus auctoribus laudata ſunt.

Aer.

Motus & quies.

Inanitio & repletio.

Somnus & vigilia.

Motus animi.

Cibi.

Item melones, citrulli, cucumeres, angariæ & ſimiles fructus: ficus autem propter A partem lacticinii eorum non conueniunt, licet Auicenna *19. tertii, vlt. cap.* concedere videatur eos cum oleo cõmixtos & tu conſidera. Vuæ vero non placent, nam omnis vua nocet renibus & veſicæ: vt habetur *ſecundo can. ab Auicenna proprio cap.* ¶ Vinum autem conueniens eſſe debet omne a ponticitate & acredine denudatum. Nam ꝓpter partes inciſiuas & acutas in tali vino exiſtentes augetur ægritudo. Stipticũ vero omne vinum euitari debet, eo, quia claudit vrinæ vias: & conſtringendo dolorem exauget. Vinum vero album, ſubtile, multum acutum & calidum etiam inconueniens eſt ei, eo, quia nimium calidum eſt aperitiuum, & maxime nocet habentibus plenitudinem veſicæ: prouocantia enim conferunt veſicæ vacuæ, nocent autem ei plene. Rhaſes *in diuiſionibus, cap. 72.* Igitur eligatur vinum ſubſtantia non valde craſſum: B immo mediocre, ſuaue odore, & prædictis conditionibus limitatum. Hæc de regimine rerũm non naturalium.

Cap. IV. *De regimine ardoris vrinæ per medicinalia.*

Materierum euacuatio minoratiua. CVRA vero ardoris vrinæ prouenientis a iam dictis cauſſis perficitur quinq; intentionibus. ¶ Prima eſt materierum euacuatio minoratiua. ¶ Secunda ipſarum diuerſio. ¶ Tertia ipſarum digeſtio. ¶ Quarta eradicatiua euacuatio. ¶ Quinta accidentium correctio.

In prima igitur intentione ſi ardor ꝓueniat a cauſſa complexionali naturali phlebotomia fiat venæ baſilicę, ſub cubito poſitę, aut de ſaluatella, quæ eſt ramus eius inter C *Vena ſectio.* annularem & auricularẽ digitum poſita: & fiat in mane & extrahantur ſanguinis ℥ iiij. aut v. ſecundum tenorem virtutis: & ſi phlebotomia euitaretur: aut nõ conuenire videretur, & iterum dato, quod fiat ſequenti mane ſoluatur ipſi venter cum hoc mino- *Potio.* ratiuo. *℞. aquæ ſublimationis, foliorũ maluæ, vel violar. vel emulſionis granorũ papa. ℥ iiij. mannæ vel caſſiæ loco eius ℥ j. ß. reubarb. electi ʒ ij. penidiarũ ℥ ß. ſpicæ nardi ℈ ß. infundantur omnia, inſimul per diem & nocte: deinde calefiant in aurora, & facta conuenienti expreſſione bibatur colatura calida, & tardetur cibus horis vj. præaccipiẽdo in quinta hora cyphũ vnũ brodii pulli cũ ſaccharo abluto.* ¶ Aut ſaltem gratia minorationis accipiat ℥ iiij: mucillaginis ſebeſten, aut ℥ j. ß. caſſiæ fiſt. ex ſua canna lambendo comeſtæ. ¶ Aut detur ei diapruni ſimplicis ʒ xij. cum decoct. violarum, hanc etiam intentionem euacuandi minoratiue complent o- D mnia, quæ diuerſionem faciunt nunc dicenda.

Materierũ diuerſio. Diuertitur autem materia prædictæ ægritudinis multipliciter. ¶ Primo trahendo materiam ad inferius, quia videtur fuiſſe intentio Hipp. *ſect. 6. aph. 36.* vbi inquit: Dyſuriam phlebotomia ſoluit, inciſa, quæ eſt in talo vena. licet commentator non audeat confiteri veritatem aphoriſmi. Ego vero in illo magnum iuuamentũm in hoc cap. vidi, tu ipſe conſidera. ¶ Diuertitur ſecundo materia fricando extrema fricationibus mediocritatem tranſcendentibus, vt pedes cum ventoſatione ſpatularum, natum & coxarum. ¶ Item cum introitu in balneum aquæ dulcis: aſſiduatio enim introitus aquæ calidæ confert in plurimis diſpoſitionibus nocumentorum vrinæ, *in diuiſionibus, cap. 75.* ¶ Ad hanc etiam diuertendi intentionem conferunt clyſteria leuia ex ſucco, E vel decoctione violarum, bitis, ſpinachiæ, florum nenupharis, cucurbitarum & ſimilium. ¶ Item maximo iuuamento confert huic ægritudini diuertendo vomitus factus a natura vel ab arte, vt *quarta primi, capit. de iuuamentis, quæ affert vomitus.* ¶ Pro hac etiãm intentione ſolenniter confert euacuatio per hæmorrhoidas facta & ſimiles operationes, per quas materiæ ad alias ſine notabili nocumento euacuari poſſunt: & tu amplia vltra hæc.

Digeſtio. Digerunt autem materias omnia, quæ de regimine rerum non naturalium dicta ſunt: & iterum hæc medicinalia, quæ nunc ſcribuntur. ¶ Digeſtiuum bonum. *Potio.* *℞. emulſionis granorum papaueris ℥ iiij. vel v. penidiarum ℥ j. miſce, & detur calidum in aurora, & tardetur cibus iij. aut iiij. horis.* ¶ Aliud bonum. *℞. ſyr. violati ℥ j. ß. aquæ nenuphar. ℥ iij. F miſce.* ¶ Tertium bonum eſt. *℞. ſyrup. de papauere ℥ j. ß. aquæ florum nenupharum ℥ iij. miſce.* ¶ Quartum bonum eſt. *℞. aquæ hordei ℥ iiij. ſyrup. nenuph. ℥ j.. ß miſce, & plures alii ſyrupi deſcribi poſſunt ſimiles iſtis in virtute.* ¶ Digerunt etiam materias & refrangunt eas in acuitate trochiſci Rhaſ. ꝑ. *Alm. cap. de ardore vrinæ, in fine*, & tu lege ibi eos. ¶ Digeſtiuum

A geſtiuum ſpeciale bonum communicans iuuamentum ſuum membris omnibus principalibus, & maxime viis vrinalibus eſt hoc. ℞. *aquæ lupulorum, aquæ althææ, an.* ℥ j. ß. *ſyrupi iuiubini ſyrupi de byzantiis, an.* ʒ *vj. miſce.* & hæc de digeſtiuis.

Euacuatio eradicatiua

Materia autem digeſta eradicari poteſt cum medicinis minoratiuis iam dictis & ꝓprie ſi doſis earum amplietur parumper. ¶ Amplius euacuatiuum p̃ter illa eſſe poteſt dare ℥ ß. electuarii de pſyllio, educit enim ſolenniter & ſuauiter materias ſpecie plures: imo & aduſtas & acutas omni acuitatis ſpecie: & detur cum aqua decoctionis medullę ceraſorum vſq; ad ℥ iij. ¶ Aliud eradicatiuum conuenientius ad educendum materias maioris acuitatis & aduſtionis eſt hoc. ℞. *aquæ lupulorum & cuſcutæ, an.* ℥ *j.* ß. *confectionis hamech. deſcriptione maiori* ʒ *v. mucillaginis, gran. pſyllii,* ℥ ß. Qui autem ex pſyllio mucillagi- *Potio.*
B nem extrahit, caueat ſibi ne longo tempore pſyllium aquæ calidæ nimium infuſum permittat, ita enim centralis pars, quæ calida eſt in quarto & excellenter acuta, ardorẽ & punctionẽ augeret, quare diſcrete agatur in hoc. ¶ Vltima medicina ſolutiua maioris ſecuritatis, & maioris operationis eſt hæc. ℞. *aquæ violar. aquæ emulſionis papau. al. an.* ℥ *ij. agar. electi* ℈ *ij. reubarb. electi* ʒ j. ß. *pulpæ ſebeſt. penidiarũ, an.* ℥ ß. *ſpicæ nardi, gra. vj. zinz. gra. ij. infundantur omnia ſimul per dies duos, deinde bulliant ſimul quibuſdam & leuibus ebullitionib. poſt hoc coletur & exprimatur, & detur in potu hora & conditionibus omnib. in ipſo & reliquis euacuationibus obſeruandis,* quæ legantur ſupra in cap. de euacuatione minoratiua. Hæc autem medicina inter reliquas ad hanc intentionem ſublimior per me inuenta eſt: & tu proba ipſam rationibus & auctoritate. *Alia.*

Accidentiũ correctio.

C Pro complemento autem intentionis quintæ præmittendum, quod accidentia ſua moleſtia curam ad ſe vertentia ſint hæc. ¶ Primum, grauitas in tota ſpina: & maxime in alchatin. ¶ Secundum, fortis & perſeuerans inquietudo ab ardore & frequenti mictu proueniens. ¶ Tertium, punctio magna & quandoq; tenſiuus dolor in toto femore, & infra radicem teſticulorũ. ¶ Quartum, acutiſſimus dolor in extremitate pudendi per colligantiam vt ſupra. ¶ Quintum, excoriatio canalis virgæ. ¶ Sextum fortis ventris conſtipatio. ¶ De excoriatione vero corporis veſicæ excuſatus ſum: eo, quia in viro iſto adhuc non apparuit, etiam quia alias in tractatu de vlceribus viarum vrinæ aperte ſatis ſcripſi. Et tu tractatum illum ad complementum doctrinæ huic apponerę debes. ¶ Primum itaq; accidens contingere poteſt per colligantiam partium dictarum *1. Grauitas in tota ſpina.*
D ad veſicam & vrinales vias, etiam propter fluxum materierum, quæ augentur propter dolorem, quæ materiæ in intermediis viis detinentur. Tertio propter vehementem laſſitudinem prædictarum partium propter vigiliam & anguſtiam acquiſitam. Cui quidem accidenti applicari poſſunt digerentia & euacuantia iam præmiſſa. Et iterum hæc remedia. ¶ Quorum primum eſt clyſtere iſtud ſublimis iuuamenti pro dolore extenſiuo totius ſpinæ. ℞. *brodii pinguis de carnibus caſtratinis* ℔ *j. olei de chamo. & de aneto, an.* ℥ *j. olei vulpini* ℥ *ij croci* ʒ *j. elect. de pſyllio, & de baccis lauri, an.* ʒ *ij. ſalis gemmæ* ℈ *iiij. miſce.* ¶ Secundum eſt vnguentum hoc anodynum ſatis, ex quo quater in die naturali tota ſpina vngatur. ℞. *olei de cheiri citrin* ℥ *iiij. olei de chamo. & de aneto, an.* ℥ *j. pingue, anatis & gallinæ, an.* ʒ *vj. croci* ʒ *j. ceræ quantum ſufficit, fiat vnguentum molle, & in fine* *Clyſter.* *Vnguentũ.*
E *cum tepefactum fuerit, addantur vitelli oui ij. & diligenter incorporentur.* ¶ Confert etiam huic accidenti ſummo iuuamento emplaſtrum de foliis parietariæ: & eſt, vt accipiatur foliorum parietarię ℔ j. & contundantur diligenter, deinde in frixorio coquantur cum oleo nardino, & de chamomilla, & ex eo calido totus locus dolens emplaſtretur: & eſt de remediis Gilberti Anglici. ¶ Secundum autem accidens remouetur cum remediis iam dictis: & maxime cum ſupraſcripto clyſteri. ¶ Amplius cum his, quæ ſomnum inducunt, ſicut linimentum hoc ex quo frons, tempora, partes pulſuum volæ manuum, cauillę & planta pedum inungi debent. ℞. *olei violarum, olei de nenuph. & de ſemine lactucæ, an.* ℥ j. *emulſionis papau.* ℥ *j.* ß. *amyli* ʒ *vj. croci* ℈ *j. ſeminis aneti* ℈ ß. *ceræ alb. quantum ſufficit, fiat vnguentum molle: deinde bulliat in* ℔. ß. *ſucci corticum* *2. Fortis & perſeuerans inquietudo ab ardore & frequenti mictu.* *Vnguentũ.*
F *exteriorum cucurb. recentis vſque ad conſumptionem ſucci.* ¶ Aliud ſimile. ℞. *ſyrup. de papauere, ſyrup. nenupharini, an.* ʒ *vj. aquæ violarum* ℥ *iij. miſce.* ¶ Vltimum ad hoc. ℞. *electuarii diapapaueris* ʒ *vj. aquæ ſublimat. florum croci* ℥ *iij. miſce, & dentur in ſero per duas horas poſt cœnam iuxta illud: dare autem ea, ſcil. ſomnifera in ſero, & apud ſomnum eſt melior horarum, quoniam inducunt ſomnũ.* & ſcis etiam quod ſomnus agitationes ſedat. *Meſ. in cap. de hoc.* *Potio. Alia.*

¶ Tertium accidens, quod eſt dolor in femore & radice teſticulorum, puenire poteſt A ex ventoſitatibus vel materiebus illic propulſis, qui remouetur cum iam prædictis: & cum iſtis iterum. ¶ Quorum primum eſt frequens applicatio ventoſarum ſiccarum ſuper dictis locis. ¶ Secundum euaporatio ſupradictarum partium facta cum furfuribus, aut panico & milio torrefactis. ¶ Tertium embrocatio vel fomentatio applicata prædictis locis cum decoct. chamomillæ, meliloti, chamedrzos, chamepytheos, aſari, centaureæ minoris & ſimilium. ¶ Quartum eſt cum inunctione facta cum vnguento de cheiri citrina deſcripto in cura prædicti accidentis. Idem hoc accidens ſicut & ſimilia prædicta & dicenda facile alleuiatur cum diuertentibus ſupraſcriptis in intentione de hoc. ¶ Quartum vero accidens, quod eſt dolor acutiſſimus in extremitate pudendi, & etiam in collo veſicæ canonice remoueri debet cum amotione B cauſſæ facientis illud, quod quidem completur per euacuantia diuertentia, & reliqua iam tacta. ¶ Item completur per ſedantia acuitatis materierum, quod partim in regimine rerum non naturalium & digerentium tactum eſt. ¶ Item & tertio completur per ea, quæ partim anodyna ſunt, partim prædictarum partium confortatiua, partim materierum repercuſſiua, aliquando vero complexionis membrorum ad æquatiua, quæ omnia licet in prædictis linimentis embrocationibus & reliquis inſerta ſint: ſpecialiter tamen remoueri poſſunt cum iniectionibus & inunctionibus appropriatis. ¶ Quorum primũ eſſe poteſt iniectio lactis cuiuſcunq; per ſyringã in veſicam. ¶ Item iniectio emulſionis papaueris: vel ſeminũ lactucæ, melonis, citrulli & ſimiliũ. ¶ Item iniectio olei nenupharini. ¶ Iniectio medullæ crurum vituli, diſſolutæ cum oleo a- C mygdalarum dulcium taliter, vt curſibiles fiant. ¶ Iniectio albuminis oui cum oleo violarum. ¶ Iniectio hæc vltima in ſedando dolorem & confortando: ℞. *ſarcocollæ octo diebus in lacte nutritæ, quod tamen lac omni die innouetur* ℥ ß. *cerusſæ, amyli, plumbi, vſti, tuciæ trigeſies præparatæ cum aqua fontis an.* ʒ j. *florum nenupharis, violarum, ſeminum lactucæ, an* ʒ j. ß. *opii, hyoſcyami albi, an* ʒ ß. *croc.* ℈ j. *fiat ſief cum emulſione papaueris:* & cum opus fuerit, accipiantur ex eis tria vel quatuor, & confricentur cum lacte animalis vel papaueris ſuper cote leuiſſime, deinde cum ſyringa iniiciatur tepidum. Soleo etiam ex prædicta deſcriptione recipere partem vnam olei nenupharini, par. ij. ceræ partem quartam, & ex prædictis facio vnguentum molle, ex quo liniuntur tentæ, ſubtiles, longę & rotundæ, quæ imponuntur canali virgæ, & ſedant dolores, & punctionem eius, D & conſolidant excoriationes, & vlcera in concauitate eius exiſtentia, & tu facile probare potes huius compoſiti iuuamentum ex virtutibus primis, ſecundis, tertiis & quartis ſimplicium hoc compoſitum ingredientium, tu diſcurre modo tuo.

4 Dolor acutiſſimus in extremitate pudendi.

PARTICVLA II. *De frequentia mictus. Continens cap. quatuor.*

CAP. I. *De eſſentia & ſpeciebus ipſius ægritudinis.*

IN hac ſecunda parte tractatus huius videndum eſt aliquid de frequentia mictus huius viri, quam phyſice contemplando reducere oportet ad aliquid quatuor nocumentorum in vrina contingentium. ¶ Quorum vnũ E eſt ardor vrinæ, de quo iam dictum eſt. ¶ Secundum eſt retentio eius, quæ non pertinet diſpoſitioni huius viri. ¶ Tertium eſt eius difficultas. ¶ Quartum ſumma vrinæ, id eſt, multitudo eius. Cuius ſpecies ſunt diabetes, in qua ſumã, id eſt, multitudo vrinæ in quantitate continua emittitur: ſecunda eſt deſtillatio eius, in qua ſumma, id eſt. multitudo vrinæ emittitur, ſed in quantitate diſcreta, id eſt, in plures mictus partita. Et hæc eſt diſpoſitio, deſtillatio vrinæ ab auctoribus nuncupata, & colliguntur hæc *19. tertii, tract. 2. cap. 2. & 4.* ¶ Eſt ergo vrinæ deſtillatio frequens ipſius emiſſio, quæ eſt diſpoſitio media inter retentionem, id eſt, abſciſſionem vrinę, quæ a modernis nominatur dyſuria, & emiſſionem, ſcilicet naturaliter & voluntarie abſque impedimento factam, quod intellexit Auicenna *allegato cap.* dum inquit. De- F ſtillatio eſt diſpoſitio inter retentionem et remiſſionem media. In omni enim deſtillatione emittitur vrina: licet paulatim et ſæpe, quare non retinetur. ¶ Et quia in deſtillatione concurrit cauſſa præternaturaliter virtutem ſtimulans, vt multitudo aut acuitas vrinæ vel diſpoſitio complexionalis vel compoſitionalis, vt ſpaſmus et ſimilia.

Vrinæ deſtillatio, quid.

Ideo

A Ideo etſi emittatur vrina,non ſine nocumento & conatu virtutis emittitur:neque tamen ex ea toties & qualiter oporteret,emittitur vrina,imo minus ex ea mingitur & cũ labore & nocumento,& nõ ſæpe tenẽs emitti conuenienter poteſt, quoties ad ipſam emittendam irritatur virtus,tu lege hæc omnia *allegato loco,& interiorum 6.*& hæc diſpoſitio eſt illa,quam moderni dyſuriam vocant. ¶ Et ſi diſpoſitio iſta taliter augeatur, quod vrinæ guttatim & non continue emittantur, cum ſpecies nocumenti in vrina contingens difficultas vrinæ ab Auicenna dicta, vt ſupra allegatum eſt,quam moderni ſtrangutiam vocant,& tu contemplare in his, quia difficilia ſunt propter apparentes diſcordias in ſententiis auctorum repertas, quorum tamen veritas ex hac ſententia aperiatur.

B Cap. II. *De cauſſis frequentiæ mictus.*

HVIVS autem diſpoſitionis cauſſę & ſi multę hinc inde a variis actorib. colligantur, reduxit tamen princeps *allegato loco* eas ad quatuor cauſſarum genera. ¶ Primum genus cauſſarum eſt,quæ ab vrina ſumuntur.¶ Secundũ, quæ ſumuntur a veſica. ¶ Tertium, quæ ſumuntur a membris vrinæ aliis a veſica. ¶ Quartum ſumitur a principiis. ¶ Ab vrina vero contingit deſtillatio,aut quia multa, aut quia acuta vel ſalſa, & ſic de aliis. Multitudo enim vrinæ fluiditate ſua labere faciens circumferentialiter corpus veſicæ verſus collum ,eſt cauſſa contractionis colli in ſeipſum, & verſus ſupra: quare negatur vrinæ exitus : & fieri non poteſt, niſi magno conatu virtutis concurrente ad illud. Et hoc intellexit princeps *allegato loco*, dum inquit: Multitudo, ſcilicet vrinæ grauat & comprimit lacertum (*Cauſſa ab Vrina.*)

C ad apertionem paruam: quamuis voluntas non noceat ad illud, id eſt, apertionem. ¶ Qualiter vero vrinæ acuitas pungendo vel mordicando ſit cauſſa frequentis mictus, eſt facile videre, & tu conſidera. ¶Cauſſæ vero deſtillationẽ vrinæ efficientes ſumptę ab ipſa veſica, & a membris vrinæ aliis ab ipſa ſimul aſſignari poſſunt, vt ſpecies malæ complexionis omnes prædictis membris euenientes. ¶ Calida quidem dilatando & aperiendo vel laxando,reſolutione vero multa virtutem in expellendo, detinendo & debilitando. ¶ Sicca vero acuendo & conſtringendo,quare incitat & ſecundum partem exitum vrinæ debitum prohibet. ¶ Multa vero complexio frigida conſtringendo & vrinam detinendo eſt cauſſa conatus virtutis ad expellendum. ¶ Humida vero (*Cauſſa a Veſica.*)

D mollificando & laxando eſt cauſſa fluxibilitatis, & quia ad ipſam ſequitur virtutis debilitas in expellendo, non facile & multum de vrina ſemel expellitur, imo difficulter & ſæpe. ¶ Species etiam ægritudinum compoſitionalium, vt oppilationes attenuatoriæ vel coarctatoriæ in viis contingentes paralyſis, ſpaſmus & ægritudines in ſuperficie omnum membrorum vrinæ venientes deſtillationem vrinæ, ſi bene conſideras, facile efficere poſſunt. ¶ Similiter & apoſtemata & ægritudines in natura communi euenientes, vt patet in excoriatione & vlceribus colli veſicæ. Vrina enim acuta naturaliter exiſtens cum effluit ad loca excoriata vel ſoluta, mordicat ea. Ideo incitat virtutem expulſiuam ad fugam nocumenti: quare ilico mingitur, & cum difficultate. Et eſt iſta cauſſa, quare in vlceribus colli veſicæ accidat frequens mictus &

E cum dolore ſemper, vt ſenſus oſtendit. ¶ Ex quibus omnibus colligi poteſt, quod aliqua ſit deſtillatio vrinæ, cum qua eſt difficultas in expellendo, vt illa, quæ contingit ex ſpaſmo, vel apoſt~mate, vel oppilatione coarctatoria, vel carnoſa colli veſicæ. ¶ Aliqua eſt deſtillatio vrinæ, cum qua non eſt difficultas ad expellendum , vt illa, quæ contingit a paralyſi vel lenitione multa colli veſicæ. ¶ Aliqua vrinæ deſtillatio difficilis, cum qua eſt dolor, vt illa, quæ prouenit ab vlceribus excoriatione, vrina acuta & ſimilibus. ¶ Aliqua eſt, cum cuius difficultate non eſt dolor, vt illa, quæ prouenit a paralyſi, mollificatione & multitudine vrinæ abſque forti acuitate. Et colliguntur hæc omnia *in fine quarti allegati cap.* dum inquit: *De deſtillatione vrinæ eſt, cum qua eſt difficultas, ſupple in emittendo & detinendo, & eſt ſupple ſpecies ſecunda cum aqua*

F *non eſt ipſa,* ſcilicet difficultas dicta, *& de difficultate*, id eſt, de deſtillatione *cum difficultate facta eſt*, ſupple tertia ſpecies , *cum qua eſt dolor:*& eſt ſupple quarta ſpecies, *cum qua non eſt illud*, ſcilicet dolor, *& videtur ſupple iſte, ſcilicet quod plurimum deſtillationis vrinæ ſit propter cauſſas inuoluntarii exitus*: ſecundo, *propter cauſſas difficultatis,*id eſt, *impotentiæ vel grauitatis in expellendo* : tertio *propter cauſſas ardoris*, & tu lege ibi.

Cap. III. *De ſignis frequentiæ mictus.* A

EX prædictis volo apparere notitiam ſignorum frequentis mictus, quæ ex cognitione cauſſarum haberi poſſunt diſcurrendo per eas, quæ etiam ſigna ex nocumento eueniente in principalibus membris, vt contingit in phreneſi vel ſibare, in quibus quandoque vrina ſæpe detinetur & aliquando cum magna difficultate frequenter & parum ex ea emittitur. ¶ Similiter haberi poſſunt ſigna ex nocumentis cordi & epati contingentibus, quorum ægritudines & accidentia *11. & 14. tertii requirenda ſunt.* ¶ Adhuc etiam, quia ægritudo hæc per ſe cognita eſt; cuilibet enim inueſtiganti ex quæſitis ab infirmo facile enuntiabitur frequentia mictus, B

Cap. IV. *De cura frequentiæ mictus.*

IN cura autem diſpoſitionis huius diligenter attendendum eſt. Nam ſi frequentia mictus veniat vel deſtillatio ab vrina & ardore eius, canon curationis coincidit cum cura ardoris in præcedenti particula prima huius tractatus diffuſe poſita. ¶ Si autem contingat a ſpaſmo de repletione colli veſicæ, curari debet cum his, quæ ſpaſmum auferant, euacuando minoratiue, digerendo & eradicando materiã cũ his, quæ iam dicta ſunt: quibus addatur agarici, turbit, hermodactylorum, colocyntidos, ſtœchados, pulegii, calamenti, centaureæ minoris, & ſimilium virtutes, quæ materias phlegmaticas digerunt & euacuant, a quibus vt in plurib. hæc ægritudo prouenit. Et fuit intentio Auicennæ *19. tertii, tractatu ſecundo, capite ſexto*, de cura deſtillationis, dum inquit: *Hæc ægritudo plurimum fit cauſſa frigoris & paralyſis, & curatio eius plurimum eſt calefaciens & exſiccans, ſicut theriaca, mithridatium hiera Gal. ana cardinum, triphera magna, & elect. de thure, quæ præmiſſis euacuationibus dari debent in aurora cum aliqua ſublimatione vel decoctione habente aſpectum ad accidẽs ad quod magis intendis.* Si enim frequens exiſtat mictus valde debilitãs, dari debent medicinæ prædictæ cum decoct. ſumach, corticum caſtanearum, glandium, florum granatorum & ſimiliũ. ¶ Si autem nocumentum, quod remouere intendis, exſiſtat fortis contractio colli veſicæ ſpaſmoſa, vel non dari debent omnes medicinæ cum his, quæ dilatant, aperiunt & leniunt, ſiue cum aqua ſublima. radicum althææ, vel florũ eius, aniſi, fœniculi, capil. ven. & ſimilium: inter quæ tamen quædam laudantur ſimplicia, vt allium, quod vrinam abſciſſam prouocat, & reducit eam ad id, quod neceſſarium eſt: & enula competens eſt medicina, & ſemen vrticæ & nigellæ, quæ omnia ab Auicenna textualiter colliguntur *allegato capit.* ¶ Si autem in hac diſpoſitione Medicus ſapiens vtriq; eorum ſimul intenderit remouendo, ſcilicet nimiam fluxibilitatem & nimiam conſtrictionem, tunc commiſcendæ ſunt inſimul medicinæ iam dictæ ſecundũ modum aſſignatum: propter quod vt in pluribus medicinis ab auctoribus in hoc cap. deſcriptis, videbis compoſitas ex prouocantibus, & maxime compoſitum ab Auic. quod ipſe expertum fuiſſe affirmat, & nõ eſt mirabile, quia ſapienter multum compoſitum eſt & longa experientia per me verificatum. *℞. myrobalanorum chebulorum torrefactorum ℥ iij. ben albi & rubei, an ℥ j. ß calamenti, myrti, myrræ, olibani, macis cyperi, ſang. drac. an. ʒ j. enulæ ſiccæ ℥ ij. garyoph. ʒ j. gran. almalep. ℥ ij. & ſunt medullæ ceraſorum, formentur trochiſc. cum ſucco enulæ, & detur ex eis vnus cum aqua ſublimationis eius omni mane per xv. dies, & ſit totum tepidum, & placebit effectus.* ¶ Si autem quæris compoſitum maioris conſtrictionis & paucæ apertionis, non eligas aliud, quam illud, quod ſcripſit Rhaſes *in diuiſionibus, cap. 73.* cuius deſcriptio. *℞. coriandri præparati, & iterum aſſati ʒ j. mirobalanorũ emblicorũ, ſtœchados, bol. arm. glandiũ karabe, lentiũ excorti. an. ʒ j. fiant troc. ℥ iij. & detur ex eis medius trochiſc. in mane: & medius in ſero cum aqua decoct. ſumach:* licet doſis a Rhaſe poſita ſit ℥ iij. ſed hæc eſt domeſtica magis, & tu elige modo tuo.

Trochiſci. (C, D, E)

Alii.

Particvla III. *De mictu ſanguinis, continens cap. tria.*

Cap. I. *De cauſſis eius.* F

NVnc autem pro tertia particula huius tractatus exponenda ex materia mictus ſanguinis, qui quidem aut prouenire poteſt a toto corpore, aut a membris ſupra veſicam poſitis, aut ab ipſo corpore veſicæ. ¶ Exemplum primi eſt, vt frequenter contingit in criſibus ægritudinum ſanguinearum,

aut

A aut quia aliqua ſolita fieri euacuatio a toto corpore educens retinetur, vt in menſtruis ſuperflue retentis euenit, aut in fluxu ſanguinis vel hæmorrhoidarum, aut narium eueniente ab ætate vel critice, aut quia fuit a corpore abſciſſio aliquorum membrorũ facta, propter quam materia ſolita nutrire membra illã detinetur, aut quia homini contingit ab alto cadere, comprimi, contundi, verberari vel flagellari ſecundum totum corpus, quæ omnia ſanguinem mingi poſſunt facere, & erit per colligantiam a toto mictus ſanguinis nominatus. ¶ Iterum quandoq; contingit mingi ſanguinẽ critice ad membra vrinæ tranſmutatum, vt in apoſtematibus capitis, licet raro in apoſtematibus pectoris, epatis, renũ vel aliarum viarum vrinæ, aut in apoſtematibus oppilationum ꝑdictorum membrorum: & hi omnes erunt mictus ſanguinis ex partiali colli-
B gantia facti, qui diuerſis modis denominari debent, ſecundũ diuerſitatem membrorũ, a quibus contingunt. ¶ Aliter eſt mictus ſanguinis ꝑ eſſentiã a veſica ꝓueniens, ꝓpter debilitatẽ virtutis ipſius tranſmutare debentis ſanguinem in ſui nutrimentum, aut ex debilitate contentiuę ipſius prouemiens vel fortitudine expulſiuæ, aut ex ſubtilitate & fluxibilitate ſanguinis, aut ab acuitate eius: & videntur hæ vltimæ cauſſæ in hoc viro mictum ſanguinis efficere, neq; enim mingit ſanguinem, niſi dũ notabiliter exercitatur corpus, ꝓpter quod ſanguis fluxibilior fit, & dilatantur concaua & orificia venarũ, & ex ſanguinis fluctuatione tali debilitatur virtus contentiua corporis veſicæ, quare poſt exercitium tale ſanguinis mictus in eo accidit, & non aliter. ¶ Quod vero ex apertione apoſtematũ in corpore veſicæ venientiũ ex vulneribus & vlcerib. & aliis ſpe-
C ciebus ſolutionis continuitatis in ea factis mingi poſſit ſanguis, facile eſt videre. ¶ Et in ſumma omnis mictus ſanguinis, aut ex multitudine ſanguinis, quod nõ reperitur in viro iſto, ſed magis defectus eius in eo, aut ex qualitate ſanguinis, quia aquoſus, ſubtilis, acutus: Et ideo fluxibilis eſt aut quia pori vel orificia venarũ rara effecta ſunt, ſicut in ipſo tanquã in extenuato cõtingere poteſt, aut quia debilitata eſt contentiua venarum, aut quia fortificata eſt expulſiua, quod raro contingit. Hæc de cauſſis eius.

Cap. II. *De ſignis mictus ſanguinis.*

SIGNA autem mictus ſanguinis attendenda ſunt, quia nõ aliter curari poteſt. ¶ Si ergo eueniat mictus talis critice, cognoſcetur ꝑ ægritudines præ-
D cedentes, & per earũ reuolutionem criticam quadraturis dierum enumeratis, *vt ſecunda 4. aphor. & progno. 2.* colligendum. ¶ Si autem contingat mictus talis a retenta euacuatione ſolita, aut a mutilato membro, facile per inquiſitionem talium cognoſcetur. ¶ Si vero contingat ſanguinis mictus per colligantiam membrorum capitis & pectoris ægrotantium, cognoſcetur per inuentionem ægritudinum in illis, & reuolutionem criticam ipſarum. Nunquam enim niſi rariſſime & ſymptomatice multum accidit mictus ſanguinis ab iſtis membris, niſi in quadraturis dierum, per quas criſes enumerantur, & in ſtatibus vel principio declinationis taliũ ægritudinum: quare computatio critica, & cognitio temporum vniuerſalium te peritum faciant in hoc. ¶ Si autem contingat mictus ſanguinis ab epate vel renibus vel
E emulgentibus, hæc quidem a ſapientibus diſtinguuntur: aut enim mictus talis lotiuus vocatur, & eſt exitus ſanguinis cum aquoſitate cõmixti ſimillimus primæ loturæ carnium nouiter mactatarum. Et hic quidem omnino prouenit a debilitate digeſtionis epatis, venarum, renum & emulgentium, in cuius quidem cognitionẽ venies per lapſum ad frigiditatem, debilitatem, vt in pluribus digeſtiuam dictorum membrorũ, aut prouenit talis mictus a debilitate diſcretiuæ virtutis dictorum membrorũ, quod plurimum contingit a lapſu ad frigidum & humidum, in cuius cognitionem deuenies per pulſum paruum, tardum & rarum, vrinam aquoſam, albam, ſubalbidam & ſubcitrinam: per tactum membrorum, quæ frigida aut remiſſius calida percipientur per fæces molles, albas vel ſubalbidas, vel vaccinas. ¶ Prouenit etiam hic mictus ſanguinis quan-
F doque a multitudine ſanguinis propulſi a venis, cuius ſigna ſunt, quia ſanguis emittitur ſyncerus, mundus, multus & ſine dolore colore opacus cum ſuperfluitatib. filoſis, vel capillaribus colore rubeo cum opacitate coloratus. ¶ Si vero ab arteriis eueniat ſanguis, erit rubicundus, calidus, notabiliter ſyncerus & mundus ab omni aquoſitate mundatus, & ſpumoſitati attinens aliquantæ. ¶ Si proueniat mictus ſanguinis a

venis epatis abſq; ruptura, vel ab arteriis eius, ſigna erunt eadem, quæ prædicta ſunt & A
ſimiliter de emulgentibus dicenda ſunt. ¶ Si vero proueniat mictus ſanguinis a reni-
bus, ſiue a ſolutione continuitatis, ſanguis erit minoris quantitatis, quam qui proue-
nit a prædictis membris, & eſt propriũ inſeparabile huic commiſceri humoribus craſ-
ſis & diuerſis & capillaribus filis rubicunditati parumper attinentibus. ¶ Si vero pro-
ueniat a poris vreteribus ſanguis erit valde paucus, non continue fluens capillaribus
filis albis commixtus ſubtilibus & longis. ¶ Et in ſumma, a quacunque prædictarum
partiũ ſanguis mingatur, erit cum vrinali aquoſitate forti commixtione commixtus:
eo, quia quanto longiori tempore ſanguis cũ aquoſitate per anguſtas vias effluit, tantó
fortiori commixtione vtrumq; commiſcetur alteri: lege hanc ſententiam *19. tertii, vlt.*
cap. ¶ Si autem ſanguinis mictus proueniat a veſica, ſanguis erit modicus per compa- B
rationem ad illum, qui prouenit a venis epatis vel renibus, erit vero multus per com-
parationem ad illum, qui prouenit ab vreteribus poris. Et in hoc tollitur apparẽs con-
tradictio quorundam auctorum. ¶ Iterum ſanguis a veſica exiens nigredini attinet
propter paucitatem innati caloris veſicæ: Eſt etiam coagulatus in fruſtula emiſſus: &
iterum eſt, cum mingitur, ab vrina ſequeſtratus, & omnino cum tepeſcit vrina ſeque-
ſtratur ab ea & in fundo ſedet. ¶ De mictu vero ſanguinis prouenientis a virga & canali
eius non eſt præſentis conſiderationis.

Cap. III. *De cura mictus ſanguinis.*

PRo cura vero mictus ſanguinis præmittendum, quod ſi proueniat mi- C
ctus ſanguinis a cauſſis primitiuis, a caſu, percuſſione & mutilato mem-
bro: Item ſi proueniat a repletione totius vel partis: communicant o-
mnes ſpecies iſtę in cura eadem, vt regatur æger diæta tenui, & phle-
botometur eius baſilica, & ventoſetur cum ſcarificatione ſecundum doctrinam ſupe-
rius poſitam, vt diuertatur materia cum his, quæ in intentione diuerſionis poſita
ſunt. ¶ Si autem proueniat mictus ſanguinis a debilitate diſcretiuæ vel digeſtiuæ præ-
dictorum membrorum, regatur diæta mediocriter calefaciente, & notabiliter exſic-
cante, ſanguinem incraſſante & diſponente ipſum ad contrarium fluxibilitatis, qua-
re dentur ei cibaria omnia & caro cocta cum agreſta & ſimilibus: *nono Almanſ. capit.*
de mictu ſanguinis, & decimanona tertii, vltim. cap. vt ſupra, & in ſumma in omni mictu D
ſanguinis, cuius cauſa eſt calor vel caliditas, detur recenter frigidus, ſicut in frigido
calidus, vt in *diuiſionibus Almanſ. cap. 71.* in principio colligendum eſt. ¶ Sanguinis
vero mictus, qui prouenit ab epate, renibus emulgentibus & vreteribus cura colli-
gatur *14. 18. 19. tertii, ſecundum partem.*

Mictus vero ſanguinis, qui prouenit a veſica, curatur eiſdem modis. In cu-
ra vero ipſius quatuor ſpecialiter ſunt laudata. ¶ Primum eſt phlebotomia baſilicæ
iam prætacta. ¶ Secundum eſt adminiſtratio trochiſcorum de carabe, qui cum iu-
uamento ſuo communitatem habent ad omnem mictum ſanguinis, & proprie illi, qui
ſcribuntur *nono Almanſ. allegato capite*, quorum deſcriptio hæc eſt. ℞. *carabe, gum-*
Trochiſci. *mi arboris tremulæ :* & eſt populus, *an.* ℨ *v. balauſtiarum, hypocyſtidos, an.* ℨ *ij.* ß. *olibani,* E
ℨ *ij. ſemin. apii, opii, an* ℨ *j. conficiantur cum aqua decoctionis ſumach, & exſiccentur, & cum*
neceſſe fuerit, detur ex eis ℨ *j. cum* ℥ *ij. prædictæ decoctionis mane in aurora & veſperi ante cœ-*
nam. Et dedi etiam ex eis ſæpe circa medium noctis. ¶ Et confert ad hanc inten-
tionem etiam exhibitio trochiſcorum conſtrictiuorum ſecundum Rhaſen poſito-
rum in fine præcedentis capi. ¶ Pillulæ etiam de bdellio, ſi detur ex eis ℨ j. ſangui-
nem fluentem potenter ſtringunt. ¶ Et ſuccus burſæ paſtoris, ſi dentur ex eo ℥ iij.
ſolemniter hoc idem efficit. ¶ Tertium ſingulare laudatum in cura mictus ſangui-
nis a veſica eſt emplaſtrare pecten & alchatin cum emplaſtro facto ex ſtipticis & fri-
gidis ad hoc laudatis. Deſcriptio bona ad illud. ℞. *coriandri præparati* ℥ *ij folior. planta-*
Emplaſtrũ. *ginis granatorum & roſarum recentium, an.* ℥ *j. mumiæ, maſti. boli armeni, terræ ſigillatæ, ſan-* F
guinis dracon. acaciæ, hypocyſtidos, an. ℨ *ij. glutinis piſcium* ℥ *j. lap. hæmatitis* ℥ *j.* ß. *carabe,*
℥ ß. *farinæ volatil. molen.* ℥ *iiij. fiat emplaſtrum cum decoct. prædictorum foli. & apponatur tepi-*
dum & non calidum, quoniam quandoque infrigidata calefacere oportet præterquam
vnde ſanguis manare futurus eſt, teſte Hippoc. *ſect. 5. aphor. 19.*

¶ Ego

A ¶ Ego vero ad ſtringendum talem fluxum facile expedio me, accipiendo quatuor al-
bumina ouorum, gypſi puluerizati ℥ iij. & conquaſſatis omnibus inuicem loco appli-
centur ſtupæ vel panni aceto nigro infuſi: deinde in prædicto emplaſtro inuoluti &
bene ligentur. ¶ Vltimum vero laudatum in hac diſpoſitione eſt iniectio j. ʒ. trochi-
ſcorum de carabe, per ſyringam in veſica facta cum ℥. ij. aquæ plantaginis. ¶ For-
tis autem illo & de expertis meis eſt hoc compoſitum. *℞. lap. hæmatitis ſuper porphyri-*
co lapide fortiſſime emolliti cum ſucco virgæ paſtoris ℥ ij. aquæ emulſionis papaueris alb. ℥ j. ß. miſce &
totum tepidum per ſyringam iniiciatur quater in die. ¶ Ad hanc etiam intentione confert in-
iectio lactis, in quo prius fruſtum chalybis accenſi tribus vicibus extinctũ fuerit. ¶ Itẽ
iniectio ſucci plantag. cum puluere hæmatitis. Et reliqua meliora his, quę tu ab aucto-
B ribus collige, ſi potes. Hæc ſunt, quæ in cura harum trium diſpoſitionum mihi meliora
viſa ſunt ad Dei omnipotentis laudem & gloriam. Amen.

CONSILIVM CXCIV. *De dyſuria & ſtranguria ab omni genere ægritudinum prouenienHte: videlicet mala complexione, mala compoſitione, ſolutione continui & ægritudine in numero.* ¶ *Diuiditur autem conſilium in cap. duo.*

CAP. I. *De eſſentiis, cauſſis & ſignis ægritudinum dictarum.*

NESCIO, an mea mens tanta integritate conſiderationis vti poterit, quan-
ta neceſſarium eſt in diſpoſitione nunc declaranda ſublimiter ſpeculan-
dum: dolor enim mihi maximus charitate, qua obligatus ſum, incumbit,
C & afflictiones ingentes mihi porrigit. Video enim alterum mihi fratrẽ ce-
leberrimum Doctorem in facultate mea, quẽ ſummopere præter omnes homines vi-
tam degentes mihi vere intimum & charitatiua dilectione coniunctum ſemper agno-
ui: grauiſſima quadã diſpoſitione, ſæuiſſimis accidentibus complicata, heu mihi, per-
maxime affligi. ¶ Etenim diſpoſitio ſua duobus accidentibus corpus eius martyrizan-
tibus ſæuiſſime complicata eſt dyſuria, ſcil. & ſtranguria, propter quæ duo puſillo fere
tempore euadere nõ poteſt ab vrinæ emiſſione: quæ & nõ ſolum frequens eſt, ſed eidẽ
impotentia vrinandi moleſtiſſime aſſociatur intantum, q̃ a capite pudendi per totam
inferiorẽ partem vſq; ad ſphinctere acutiſſimo dolore moleſtetur ſemper parum ante,
in tempore mict⁹ & poſt illud. Et quidem diſpoſitio ſæuiſſima ad tantum augmentum
D deducta eſt, q̃ ſiue iacens aut ſedens, ambulans vel equitans fuerit, ſemꝑ hoc moleſtiſ-
ſimo dolore affligitur intantum, q̃ nulla corporis figuratio vel deuolutio ad aliquam
differentiam poſitionis quietem aliq̃ porrigat. ¶ Propter quod nõ leuiter conſideran-
dum eſt ad quam particularem ægritudinem hæc diſpoſitio deduci debeat. Eſt enim
ſtranguria & dyſuria, & dolor nõ quidem ægritudo ipſarum aliqua, ſed vere accidens
nominanda. Et cum vnumquodq; accidens tale ſequatur ægritudinem, velut vmbra
corpus, oportet primitus enuntiare, quæ ſit ægritudo aut ægritudines eius: & qualiter
hæc accidentia ſint eis familiaria vel ſuccedentia. Igitur dyſuriæ cauſſæ multiplices a *Cauſſæ dy-*
ſapientib. hinc inde aſſignãtur. Deſtillat enim ab homine vrina frequenter aut ꝓpter *ſuriæ.*
impotentiã virtutis retentiuę colli veſicæ, aut propter vehementiã expulſiuæ, aut pro-
E pter vigoratã attractiuam membrorum vrinalium. ¶ Virtus autem retentiua debilita- *Virtus retẽ-*
tur a mala complexione frigida & humida aut humida tantum. Et vniuerſaliter a cu- *trix, vnde de-*
iuſcunq; immoderato qualitatis exceſſu. Omnis enim immoderata diſcraſia deiicit a- *bilitetur.*
ctum, id eſt, operationẽ propriæ virtutis, ſcil. colli veſicæ. ¶ Amplius hæc mala cõplexio
frigida & humida nõ ſolum leniendo & humectando debilitat retentiuã per ſe, ſed et-
iam ꝑ accidens, quoniã mala cõplexio frigida & humida oppilando vias tranſitus ſpi-
rituũ animalium, qui neceſſarii ſunt ad retentionẽ colli veſicę eſt cauſſa, vt paralytice-
tur veſicæ collum, ad q̃ ſequitur vrinæ deſtillatio & inuoluntarius mictus. ¶ Contingit
etiã frequenter retentiuã colli veſicæ debilitari, ꝓpter nimiam reſolutionem ſpirituũ
& ſubſtantifici humidi ipſius veſicæ in retinendo vrinã ꝓpter frequentẽ vſum diureti-
F corũ. Vnde & ꝓpter frequentem vrinæ emiſſionẽ debilitatur retentiua veſicæ eo mo-
do, quo omniũ membrorũ aliorũ retentiua potentia debilitatur ex euacuatione fre-
quenti. Hæ ſunt principales cauſſæ debilitatis retentiuæ. ¶ At vero iterũ dyſuria & ſtrã- *Cauſſa ro-*
guria nõ raro ꝓueniunt propter fortitudinẽ expulſiuę. Frequenter enim vigoratur ex- *borationis*
pulſiua veſicæ a mala complexione calida & ſicca & calida humida, & ſic de aliis ſpe- *expulſiuæ.*

ciebus malæ complexionis ſuperinualeſcentibus.¶ Per accidens autẽ expulſiua veſicæ A
1. multis ex cauſſis debilitatur.¶ Prima eſt propter dolorem in collo veſicæ incitantẽ ex-
2. pulſiuã eius ad fugã nocumenti.¶ Secunda propter vlcera in collo veſicę, vel excoria-
3. tiones, aut pruritus aut ſcabies.¶ Tertia cauſſa eſt ex parte obiecti, ꝙ eſt vrina, q̃ acuita-
te ſua virtutẽ expulſiuã ad frequentẽ emiſſionem ſtimulat, & eo fortius, quando ipſa
accidentaliter acutior eſt ſalſedini ſaniei cõmixta, aut acuitate participans a cibis præ-
4. aſſumptis, vt cæpæ, allium, ſinapi & ſimilia. ¶ Quarto multitudo aquoſitatis ab epate
5. a renibus ad veſicam expulſa incitat expulſiuam ipſius. ¶ Quinto iterum humores a-
cuti ad veſicã effuſi in venarum concauitate ebullitionẽ aut aduſtionem perpeſſi ſunt
6. cauſſa incitationis expulſiuæ.¶ Sexta cauſſa eſt multitudo arenarum ad veſicã expul-
7. ſarum.¶ Septima inuentio lapillorum in veſica. Cum enim in collo veſicæ congregã- B
tur arenæ vel lapilli, punctione, abſterſione & exaſperatione, quã faciunt, incitant ve-
ſicæ collum ad expulſionem: ita vt in quolibet fere inſtanti ad mingendum incitent.
Et ſi ſemper expellantur, erit formale dyſuriæ. Si vero mictus nõ niſi cum magna con-
8. ſtrictiõne & dolore expleri poſſi: patet, quod ſit formale ſtranguriæ. ¶ Octaua cauſſa
eſt apoſtema exterius in collo veſicæ exiſtens ſiue faciendo dolorem compreſſiuum,
ſiue grauatiuum, pungitiuum, pruritiuum aut mordicatiuum in collo veſicæ: quoties
enim frequenter potentia ſenſitiua triſtatur ab impreſſione obiecti, toties potentia
expulſiua mouetur ad fugam illius. Vnde neceſſe eſt dyſuriam & ſtranguriam ad talia
9. apoſtemata ſequi. ¶ Nona vero cauſſa incitationis expulſiuæ poteſt eſſe nocumentum
in collo veſicæ per colligantiã aliunde ꝓcedens, ſicut apoſtema magnum in collo ma- C
tricis in muliere & codylomata, vel magna apoſtemata in fine inteſtini recti, & in loco
ſphincteris exiſtentia. Et ideo hæc cauſſa ſpecialiter conſideranda eſt. Scribitur enim
& ſentitur durities notabilis prope anum, & in loco hæmorrhoidarum, quæ quidẽ du-
rities & ſi non ſit notabilis cauſſa totalis accidentium prædictorum, eſt tamen magna
cauſſa augmenti ipſorum. Similiter iterum & contingit ſtranguria & dyſuria, propter
vehementẽ attractionem a veſica & membris vrinalibus factam. Attrahit enim veſica
immoderate propter magnã intemperiẽ caliditatis in ea: & propter dolores, vlcera &
excoriationes vel ſcabies in ipſa exiſtentes. Similiter etiam grauatur a vehementi at-
tractione a renibus facta propter immoderatam caliditatem ipſorum, vt patet in dia-
bete. Cum enim renes ſemper in continua & forti attractione perſiſtant propter in- D
flammationem eorum, ſicut ſemper attrahunt, ſemper ad veſicam effundunt, vnde
& ſatis rationale eſt lapſum calidum in veſica acquiri ſaltem per colligantiam. ¶ Ex
quibus omnibus conſideranti apparet, quod nulla fere imaginari poſſit aliqua cauſ-
ſa dyſuriæ aut ſtranguriæ, quæ non ſit aliqua de prædictis, aut ad eas reducibilis. ¶ Et
ex eorum fundamento iterum conſideranti apparere poteſt ſpecialis notitia cauſſa-
rum ſtranguriæ.

Ad quam ſpecialem ægritudinem hæc diſpoſitio ſit deducenda.

Nunc autem denuo contemplandum eſt, ad quã ſpecialem ægritudinem diſpoſitio
veſicæ reduci debet.¶ Neceſſe eſt itaq; conſideranti affirmare, ꝙ collum veſicæ huius
viri eſſentialiter ægrotet.¶ Secundo, quod in eo ſint ægritudines per colligantiã.¶ Pri-
mum autẽ multipliciter declaratur ex multis.¶ Primo, quia nocumentum concernit E
ꝓpriam operationẽ membri, ſcil. veſicæ, cuius eſt vrinam a reliquo corpore expulſam
recipere. Et ipſam ad extra emittere conuenienter, ſed nõ emittit ipſam niſi pter natu-
raliter, & cũ nocumẽto maximo. Igitur ægrotat in ꝓpria operatione *9. colligitur 2.* techni
cum toto diſcurſu ibi. Terminus vero diſcretiuus eſt ſubtilis operationis læſio. ¶ Se-
cundo hoc idem declaratur, quia nocumentum in veſica fixum permanet, ergo eſt ei
per eſſentiã: patet conſequentia, quia nõ eſſet bene imaginabile, quod mẽbra alia con-
tinuũ nocumentũ in veſica efficere poſſent.¶ Et tertio iterũ, quia cũ hoc, ꝙ nocumen-
tum illud eſt fixũ in veſica ſemp, etiã in ea inuenitur ęqualiter intenſum aut parũ diffe-
rens: ergo eſt in ea p eſſentiã, conſequentia patet, quia alleuiarẽtur alleuiatione mẽbri
vel membrorũ mandantiũ.¶ Et quarto fortius arguit, quia ſenſus tact⁹ inuenit collum F
veſicæ patiẽs doloroſe, ſed vbi eſt dolor, illic ægritudinẽ narrat Hipp. *ſect. 4. aph. 33.* qua-
re, &c.¶ Quinto iterũ, quia vrina in ſubſtantia craſſa eſt & contentũ humorale craſſum
& multũ cum ſoſpitate aliorũ membrorum circumſtantiũ omnium pter ſphincterem
ſecundum ꝙ apparet ex informatis, quare, &c.¶ Et ſexto arguitur illud, quia quantum-

cunq;

A cunq; circa ſphincterem eius apparent durities, quæ comprimendo actum mingendi impedire poſſet, nõ tamen propter diſpoſitionem illam fierent vrinæ in ſubſtantia ita craſſe & in contentorum multitudine & craſſitudine perſeuerantes. Et plura alia media ad hoc propoſitum adducere potuiſſem, quæ non curaui.

Quod autem veſica huius eximii Doctoris ægrotet per colligantiam: deducitur primo propter duritiem apud circulũ ani exiſtentem verſus pudenda, a qua dolor extenditur vſq; ad radicẽ teſticulorũ: & eſt locus, vbi collum veſicæ ſituatur. ¶ Et ſecundo iterum hoc deduci poteſt, quia tempore mictus cõpreſſione in illis locis tacta alleuiatur dolor, ſed hoc nõ poteſt accidere, niſi aut quia compreſſio ꝓhibet aliquid recipi in veſicã aliunde, quod reciperetur niſi compreſſio fieret. Aut quia dolor extenſiuus vel B grauatiuus alleuiatur impulſione cauſſæ ipſius effectiuæ, quare, &c. ¶ Et tertio iterum hoc oſtenditur, quia ex quocunq; fere excercitio qualiter cunq; facto emittuntur ſanguineæ craſſæ & conturbatæ: ſed hoc nõ poteſt contingere ex ſolo nocumento veſicæ, quare neceſſe eſt concludere, q̃ hoc ꝓueniat aliunde, & hoc erit per colligantiã. ¶ Et quarto iterum hoc monſtratur, quoniã vrinę, quæ tunc temporis emittuntur rubeę, & craſſe emittuntur cum forti cõmixtione ſanguinis cum aquoſitate vrinali: ſed hoc arguit talem materiã decidi a membris remotis: igitur per colligantiã: conſequencia eſt neceſſaria: & minor arguitur, quoniã talis cõmixtio fortis nõ potuiſſet fieri, niſi in locis a veſica remotis, ꝓpter q̃ priuſquã vrina a locis ita remotis recipiatur in veſicã, neceſſe eſt fortem fieri partiũ ſanguinis & aliorum humorũ cum ipſa cõmixtionẽ: & maxime C cum tranſeat per anguſtas vias. ¶ Et quinto iterum hoc arguitur ex diſpoſitione præcedenti quia alias hic vir paſſus fuit renum dolores intenſiue & extenſiue fortes. Hæc ſufficere videntur ad duas concluſiones iam præmiſſas: videlicet, quod in veſica huius viri ſit ægritudo per eſſentiam & per colligantiam.

Species ægritudinũ veſicæ.

Signa quod ægritudo veſicæ in hoc viro ſit in numero.

Nunc autem oportet inueſtigare, quæ ſint ægritudinum veſicæ ſpecies. ¶ Et primo quidem dicendum, q̃ ſatis ſit dubitabile ægritudinẽ in veſica huius viri eſſe in numero dicendam: ſcil. quod in ea ſit lapis, quod quidem non ita manifeſte affirmo: ſed
multa videntur eſſe motiua illud perſuadentia. ¶ Primum eſt continuus pruritus & 1.
dolor in virga & in radice eius: & in parte pectinis colligata veſicæ. ¶ Secundum eſt 2.
frequens motus & contractio virgæ. ¶ Tertium eſt nocumentum ſphincteri commu- 3.
D nicatum. ¶ Quartum difficultas emittendi vrinam prouenîens a duritie verſus prin- 4.
cipium colli veſicæ reperta. ¶ Quintum, quia cum difficultate emittitur vrina, niſi fiat 5.
compreſſio in radice virgæ & apud anum, qua compreſſione facta emittitur vrina libere. ¶ Sextum eſt frequens mictus & frequentia appetitus mingendi quemlibet mi- 6.
ctum conſequens: cuius cauſſa eſt lapis ad expellendum incitans ſimul cum vrina congregata eſt in veſica. ¶ Septimum ſignum eſt mictus ſanguinis prouenîens propter ex- 7.
coriationem factã a lapide & exaſperatione ab eo facta tempore motus ſui cũ punctione, quã facit. ¶ Octauũ ſignũ & demonſtratiuũ eſt, vt æger reſumatur & eleuentur an- 8.
chæ eius, concutiatur corpus ſurſum & deorſum. Cũ ergo in illo tempore fiat cõpreſſio ſup femur, emittetur vrina, quæ prius negabatur, q̃ manifeſte ſignificat remotionẽ
E lapidis a collo veſicæ, qui prius oppilabat: vnde vrina denegabatur. ¶ Nonum iterum 9
experimẽtale, vt æger tempore doloris & negationis vrinæ incuruetur ſuper genubus
ſuis, & commotionem faciat in membris inferioribus & in inguinibus. ¶ Decimum eſt 10.
intromiſſio digiti in anum & titillatio in eo, per quam alleuiatur dolor & liberius emittitur vrina. ¶ Vndecimum eſt demonſtratiuum, vt intromittatur ſyringa, per quã ti-
tillatio fiat in principio colli veſicæ: intromittens enim eam ſentiet crepitationem 11.
& occurſum eius ad contactum rei duræ: amplius ex tali impulſione deſcendit vrina,
quæ prius negabatur. ¶ Duodecimum frequens figuratio corporis & membrorum
inferiorum ad diuerſas poſitionis differentias, per quas experimentaliter æger alle- 12.
uiationem inuenit a dolore. Si enim vlcus aut mala complexio eſſent doloris & ſtran-
F guriæ per ſe cauſſa, tunc ęger ex varietate differentiarum poſitionis nequaquam inueniret alleuiationem. Et hæc quidem duodecim ſigna pulcherrime colliguntur, *decimanona tertii, cap. quinto*, ibi & in lapide quidem veſicæ eſt aſſiduatio pruritus & doloris, & tu ordinate lege, ſicut ordinatim hæc ſigna poſita ſunt. Sunt enim hęc velut commentatiua expoſitio illius.

¶ Appoſui autē hęc ſigna, vt nō contingat error in medicatione. Et quoniā omnia acci- A
dentia, quæ in hoc viro inueniuntur, cōſequi poſſunt ad ꝑſentiam lapidis in veſica, in
cuius tamē veritatis intētione inueniatur vir ſolitus experiri cū tactu aperiente hoc in-
tromittendo digitū medium in ano cum inuentione colli veſicæ & palpatione eius.

Quod veſica ægrotet mala complexione.

Quod vero veſica huius viri ægrotet mala complexione, vnicuiq; ſanę mentis aſ-
ſerendum eſt. ¶ Et ſi non eſſet motiuū aliud, ſufficit ad hoc concludendum longitudo
doloris, frequentia mictus, & aliquando impoſſibilitas & difficultas eius. Accidentia e-
nim talia nullo modo diu durare poſſunt, quin aſſocient ſibi ſpeciē malæ cōplexionis.
Hæc vero mala complexio rationabilius calida, quam frigida probari poteſt. ¶ Et pri-
mo quidē inueniri in veſica eius malā complexionem calidam cum materia actu cali-
da per accidens, ſcil. per putrefactionem extraneata deducitur. ¶ Primo per ſpeciem B
doloris, qui vt in pluribus mordicatiuus, pruritiuus & inflammatiuus eſt. ¶ Secundo ꝑ
caliditatis augmentum in collo veſicæ perceptum ſenſu tactus. ¶ Tertio, quia vrina
mingitur valde calida actu. ¶ Quarto, quia eleuata eſt in gradu tincturæ notabiliter,
vt in pluribus. ¶ Quinto, quia ſedimen, quod in fundo vaſis reperitur, fæculentum eſt
& tendens ad tincturam notabilem, quæ arguit augmentum caliditatis putrefacientis
aut ſaltem ebullitionē facientis. ¶ Sexto, quia per quodlibet fere exercitium accidētia
augmentantur in ea, quia exercitium calefacit partes. ¶ Et ſeptimo ꝑ ſignum ſumtum
a iuuantibus & nocentib. quia aſſumptio ciborum, potuum & medicinarum calidarū
nocet: frigidorum vero vſus e contra. ¶ Erit igitur ægritudo veſicæ ipſius mala cōple-
xio calida materia phlegmatica & cholerica mixtis a calore in eiſdem faciente ſalſedi- C
nem & acuitatem per modum putrefactionis & ebullitionis.

Quod veſica patientis ægrotet in natura communi.

Quod vero veſica huius viri ægrotet in natura communi, videntur perſuadere
multa. ¶ Primū vehemens mordicatio, punctio & inflammatio, nō ſolum in extremi-
tate pudendi percepta, verum etiam in ꝓfundo & principio colli veſicæ, quod apud
ſphincterem ſituatur. ¶ Secundum vero ſignum perſeuerantia doloris in quocunque
mictu, niſi enim eſſet in concauo colli veſicæ ſolutio continuitatis, non poſſet defendi
continuitas & vehementia doloris ibi percepti, mala enim complexio quęcunque da-
ta non poſſet eſſe cauſſa tanti doloris, & ita acuti. ¶ Tertio iterum hoc oſtenditur per
præcedentia, ſcil. per longum mictum arenularum rubearum & acutarū, & quandoq;
lapillorum, quæ omnia potuerunt faciliter in collo veſicæ excoriationem adducere. D
¶ Quarto iterum, quia fæculentia in fundo vaſis apparens omnino eſt materia extra-
neata a calore præter naturam. Igitur fuit in aliquo loco genita. Et non videtur ratio-
nale, quod tādiu & tanta quantitas materiei extraneatæ poſſet generari & congregari
in ſpatioſitate colli veſicę. Igitur generatur ab aliquo loco vel locis, in quibus eſt ſoluta
continuitas. ¶ Amplius ſi ſolutio continuitatis eſſet præciſe ſuperficialis, tunc nō poſ-
ſet eſſe tanti doloris, & adeo perſeuerantis cauſſa ſufficiens. ¶ Et ſexto iterum, quia ſi
veſica excoriationem haberet ſuperficialem: & ſcabiem, non poſſet propter illa mate-
ria tantæ extraneationis & tanta generari.

Ex his igitur & pluribus aliis accidentibus, quæ dimiſi gratia breuitatis, videtur
concedendum eſſe, quod in collo veſicæ huius viri ſit ſolutio continuitatis, niſi prædi- E
ctorum accidentiū cauſſa ſit lapis in veſica exiſtens, vt ſupra veriſimiliter intelligi po-
teſt. ¶ Ex quibus omnibus inuicem congregatis videtur, quod ægritudo veſicæ hu-
ius viri ſit mala complexio calida cum materia ipſa extraneata. ¶ Secundo quod ite-
rum veſica eius ægrotet ſolutione continuitatis paulo maiori, quam ſuperficiali inte-
rius in collo veſicæ exiſtente. ¶ Tertio, quod ægrotet etiam a mala complexione,
ſaltem oppilatione coarctatoria prouenientē a duritie ſuperius poſita. ¶ Et ſi iterum
inueniretur in ea lapis, aut arenarum multitudo, manifeſtum eſſet, quod ægrotaret
etiam ægritudine compoſitionali in numero nominata. ¶ Vnde ex omnibus iſtis vlti-
mo concluditur, quod non ſit mirum, ſi vir iſte, heu mihi, moleſtatur ingentiſſime:
quoniam læditur omni genere ægritudinum in veſica eius, vt deductum eſt: & iterum F
læditur eius veſica per colligantiam a renibus & epate, cum non videatur rationale
ſaluari poſſe mictum ſanguinis ſupraſcriptum prouenire poſſe ab aliis membris, quam
ab epate & renibus, maxime propter fortem commixtionem eius cum vrinali aquo-
ſitate, vt deductum eſt. Hæc tecum zelotiſſime frater domine Paule conferre volui.

a quibus

A à quibus omnibus immortales preces altiſſimo porrigo, ne reperiar mendax magis, quam veridicus: & ſi non tantum ſublimiter contemplatus ſum, quantum res ipſa exigeret, maximo dolori indulgendum eſt, quem à te adeo ingentem accepi, quam ſi in proprio ſubiecto læſus eſſem. Præter hæc autem accipe ea, quæ tibi ſalubria auxilia potui à fonte ſapientum eligere meliora, vt nunc ſequitur.

Cap. II. *De cura per medicinalia.*

Regimen itaque tuæ mihi moleſtiſſimæ ægritudinis xxv. remediis menſurandum eſſe decreui. ¶ Primum itaque inſtrumentum eſt hoc. ℞. *ſe-* *Decoctio.*
B *beſten, numero xx. violarum, ſeminis portulacæ, gran. alkekengi, foliorum cupreſſi, papaueris alb. an. ʒ v. gummi arabi. ʒ ß. granorum pinearum ℥ j. liquiritiæ ʒ ij. ß. ſeminum endiuiæ, acetoſæ, ſcariolæ, an. ʒ j. ſeminis communium frigidorum ʒ iij. fiat horum decoctio in ℔. iij. aquæ vſque ad conſumptionem tertiæ partis. Et de hac coctione calida omni mane in aurora accipiat ℥ vj. aut ſaltem quinque. Et tardet cibum ſuum ad minus horis quatuor, & de hac eadem accipere poteſt bis vel ter in die, cum æquali quantitate aquæ hordei tempore inſtantiæ ſitis & doloris magni.* Eſt enim ſedatiua dolorum, exſtinctiua caloris & ſitis, facilitatiua mictus & experta a me ſæpiſſime. ¶ Secundum vero princi- *Puluis.*
pale remedium eſt hoc. ℞. *ſemin. portulacæ ʒ ij. gran. papaueris albi ʒ vj. ſem. endiuiæ ℥ j. ſeminum lactucæ, florum nenupharis, an. ʒ v. fiat puluis, de quo per mediam noctem omni no-*
C *cte accipiat ℥ j. cum aqua decoctionis granorum pinearum.* ¶ Tertium principale eſt hoc.
℞. *mucillaginis, ſeminis lini, fœnugræci & ſiſami, an. ℔. ß. farinæ fœnugræc. ℥ ij. farinæ hor-* *Emplaſtrũ.*
dei ℥ iij. croci ʒ j. vitellos oui, numero v. olei de lactuca & de papauere, an. ℥. ij. fiat emplaſtrum. cum quo ſemper radici teſticulorum, femori anterius & parti interiori ſpinæ ſuperponatur petia vna craſſæ extenſionis & calida ſuper loco retineatur ſemper. ¶ Quartum inſtrumentum eſt, vt omni mane tentet ſuperfluitates ſecundæ digeſtionis expellere, & vrinas emittere; quo facto, abiecto prædicto emplaſtro ſtatim intret hoc balneum mediocris caliditatis, in quo permaneat vſque ad ſedationem doloris ſedens vel qualitercunque placet. Et ſi inſtaret doloris augmentum, poteſt ipſum ter vel quater in die reiterare. Cuius deſcriptio. ℞. *radicum paſtinacæ domeſticæ* *Balneum.*
D *℔. j. radicum petroſelini ℥ iij. ſeminum althææ, maluæ, fœnugr. ſiſami an. ℔. ß. corticum papaueris alb. numer. xij. chamomillæ, meliloti, an. M. viij. ſeminis leuiſtici, fœniculi, chimi, carui & ameos, an. M. j. ß. bdellii mollis & ſubalbidi ℥ j. coquantur in xxv. ſitulis aquæ vſque ad conſumptionem tertiæ partis, & infundantur in ea mediocriter calida totum corpus aut ſaltem medietas eius.* Et poſtquam balneatus fuerit ſuperapponatur emplaſtrum, vt dictum eſt. ¶ Quintum inſtrumentum eſt, vt cum exiuerit a balneo, ſtatim accipiat cochlear. ß. huius electuarii, diſſoluendo ipſum cum lacte ouino tepido. ℞. *mucil-* *Electuariũ.*
laginis ſebeſten ℥ ij. mucillag. ſemin. lini, fœnugræci & granorum ſiſami, an. ℥ ij. penidiarum ℥ iij. croci ʒ ß. corticum mandragoræ ʒ j. granorum alkekengi, numero xx. florum nenupharis ʒ iiij. ſeminum lactucæ ʒ ij. pulueris foliorum cupreſſi ʒ j. ß. fiat electuarium optima contritio-
E *ne.* Hoc enim electuarium potentiſſimum eſt ad ſtranguriam, dyſuriam & reliqua prædicta. ¶ Sextum eſt, vt poſt aſſumptionem electuarii prædicti per horam j. ß. bibat ℥ v. lactis ouini tepidi cum ℥ ij. mellis diſſoluti cum eo: lacti enim ouino nulla medicina compar eſt in debilitate renum, *18. tertii, cap 5.* ¶ Septimum vero inſtru- *Præſtantia lactis ouini in debilitatibus renũ.*
mentum, vt ante omnem cibarium ſuum accipiat cochlear vnum huius electuarii. ℞. *granorum pinearum, quæ infuſa ſteterint in aqua calida per diem naturalem ℔. ß. ſapæ albæ ℥ ij. terantur ſimul optime, & deglutiantur maſticando.* Eſt enim mirabile in omni diſpoſitione ſua, quare Serapio in aggregatore de eis dixit, magna ex pineis, calidæ ſunt in ſecundo gradu, & ſiccæ in primo; quæ quando bibuntur cum rob, mundificant humores craſſos & viſcoſos, qui ſunt in renibus & veſica: & conferunt
F ſaniei eorum & lapidi calefactis cum ſaccharo & frigefactis cum melle. ¶ Octa- *Iacoron citrinum.*
uum vero inſtrumentum eſt, vt ſemper in potu ſuo ponat aliquid de aqua ſublimationis vel decoctionis radicum iacori citrini, & eſt gladiolus, de quo dixit Dioſcorides, quod conferat ſtrangurioſis, qui cum dolore vrinam faciunt.

Potio. ¶ Nonum inſtrumentum eſt, quod valet a qualitate occulta. ℞. *puluerũ renum ericii ex-* A
ſiccatorũ ʒ j. aquæ decoctionis cicerũ nigrorum ℥ j. ß. detur totũ in potu mediocriter calidũ circa mediã
noctem. & eſt de ſecretis Rhaſ. *in libello de animalibus.* Cũ ergo hæc omnia adminiſtraue-
rit per dies x. tunc pertranſeat ad meliora, vt nunc ſequitur. ¶ Decimum inſtrumentũ
eſt, vt omni nocte in aurora hic Doctor accipiat v. vel vj. ex infraſcriptis pillulis. ℞. *cen-*
Pillulæ. *taureæ minoris ʒ ij. granor. alkekeng. nu. x. cortic. papau. alb. florum nenupharis, an. ʒ ij. ſem. plantag.*
acatiæ, dragaganti, gummi arabici, granorum papau. an. ℈ ij. medullæ granorum ceraſorum vel gum-
mi arboris ipſorum ʒ ij. ß liquiritiæ, aniſi, granorum pini, an. ʒ ij. hyoſcyami alb. & ß. diſſoluantur
gummi cũ ſucco foliorum violarũ recentiũ, & cum eis incorporentur pulueres, & fiant pillulæ ex omni.
ʒ vij. Et ſit vſus, vt dictum eſt. ¶ Vndecimum vero inſtrumentũ eſt, vt poſt aſſumptio-
nem pillularum bibat, ℥ ij. aquæ calefactæ ſublimationis radicum philipendulæ, vel B
decoctionis eorum. Hoc enim eſt de experimentis a me ſæpiſſime frequentatis, & a
Dioſcoride acceptis. ¶ Duodecimum eſt: vt tempore, quo aſſumit iſta inſtrumenta,
ſedeat in decoctione foliorum vitis albæ vel radicum eius mediocriter calida, confert
etiam diſpoſitionibus conſimilibus auctoritate Gal. *lib. 6. ſimp. cap proprio.* ¶ Decimater
tia medicina eſt, vt iſtis temporibus in brodio pingui, aut in lacte ouino coqui faciat
folia agrimoniæ & mirabiliter conferunt. ¶ Decimumquartũ, vt hoc eodem tempore
bibat cum omni potu ſuo aliquid de aqua ſublimationis, foliorum hypericonis. Con-
fert enim ad vlcera mala *ſecundo can. in areola vulnerum & vlcerum.* prouocat etiam ibi in
areola membrorum expulſionis. ¶ Decimumquintũ, vt hoc eodem tempore, quan-
do exit a balneo, infundat fruſtum lanæ ſuccidæ bene pectinatæ in hoc oleo. ℞. *olei* C
Linimentũ. *violar. electi ℔. iij. gran. ſiſami, papauer. alb. bdellii mollis & ſubalbidi, an. ℥ j. ß. croci ʒ j. vitellos*
oui nu. vj. terantur ſimul optime in mortario, deinde infundatur lana & calefiat diligenter, & ap-
plicetur femori, radici teſticulorum & parti poſteriori inferiori. ¶ Decimumſextũ, vt poſtquam
hæc omnia compleuerit, iterum per dies x. tunc omni mane accipiat ℥ j. ß. *ſyrup. de ſe-*
Potio. *beſten cum ℥ iij. aquæ decoctionis granorum papaueris in aurora:* & continuet hunc potum
adhuc decem diebus. ¶ Decimumſeptimum, quod ſaltem omni ſeptimana ſemel
accipiat ℥ ij. caſſiæ nuper extractæ de canna cum aqua decoct. ſeminum ceraſi, vt
dictum eſt de eis. Et ſi acciperet eiuſdem caſſiæ vſque ad ℥ iij. fortaſſe melius eſſet ei, ſe-
cundum maiorem tamen & minorem ventris fluxibilitatem. ¶ Decimumoctauum
vt cæteris non bene conferentibus, tempore inſtantiæ vehementis doloris, ſedeat in D
oleum calefactum corpore eius infuſo in ipſum: ſaltem vſque ad vmbilicum.
Magnifice enim illud conferre vidi, & proprie potentibus tolerare expenſam. ¶ De-
cimumnonum, vt frequenter accipiatur in die aliquid de aqua decoct. corticum auel-
lanarum adhærentium concauitati corticis & ſuperficiei medullæ. Hæc enim deco-
ctio, cum de ea tepida datur in potu quantitas ℥ iiij. magnifice confert ad omnia acci-
dentia ſupradicta. ¶ Vigeſimum, vt poſt cibarium omnem ſemper vtatur hac tragea.
Tragea. ℞. *granorum pini ℥ ij. papaueris alb. ℥ j. ſeminis portulacæ, lactucæ, medullæ ceraſorum, an. ℥*
iij. penidiarum ℥ ij. ſacchari albi ad pondus omnium, fiat tragea, ¶ Vigeſimumprimum eſt,
vt tempore vehementiſſimi doloris inquietudinis & vigiliarum hic vir accipiat vnum
Trochiſci. de infraſcriptis trochiſcis cum ℥ ij. aquæ portulacæ calefactæ. ℞. *trochiſc. alkekengi* E
troci. ſtellæ amborum deſcriptione Meſ. in antidot. an. ʒ j. ſeminum portulacæ, lactucæ, corti-
cum mandragoræ, an. ʒ ß. cum ſucco lactucæ, fiant trochiſc. ponderis ʒ j. & exſiccentur in vmbra,
& exhibeantur, vt dictum eſt. Dolorem enim potenter ſedant & anguſtiam remouent.
¶ Vigeſimumſecundũ, vt ſæpe accipiat in cibariis aliquid de puluere veſicæ apri exic-
catæ. Scribitur enim a quam pluribus, quod mirifice conferat huic diſpoſitioni &
ſuis accidentibus, &c. ¶ Vigeſimum tertium, vt huic viro aliis, vltimo non bene con-
ferentibus, cum ſyringa intromittatur puluis vnius medii trochiſci de prædictis mi-
nutiſſime contritus cum aqua ſublimationis gran. alkekengi: magni enim iuuamen-
ti experitur perſæpe eius applicatio fere in inſtanti. ¶ Vigeſimumquartum, quod
aqua ſublimationis foliorum agrimoniæ mirabili iuuamento per me experta eſt in F
ſedando dolores, mundificando veſicam, & mediocriter prouocando vrinam, & pro-
prie quando ex ea accipiuntur ℥ ij. cum ℈ ß. puluerum radicum philipendulæ. ¶ Vl-
timum inſtrumentum eſt, vt cum fere omnia remedia, &c. non profuerunt per ſyrin-
gam intromittatur aliquid huius mixtionis. ℞. *aquæ ſublimationis foliorum alkekengi,*
℥ j. ß. olei

℞ ʒ j. ß. olei de nenuphare ʒ j. opii, gran. j. croci gran. viij. imponatur tepidum: ſedabit enim ilico Iniectio.
dolorem, & ab anguſtia, & ab accidentibus mortem minantibus ſecurabit. Accipe itaq; mi do-
mine frater hæc, quæ tibi ſumma charitate, & non minori triſtitia in tua diſpoſitione
eligere potui: præcor autem ſollicite, vt multum & ſæpe mihi de tuo ſtatu conſcribas:
vt tecũ participare poſſim ex his, quæ humana fragilitas offert amicis, inſimul & gau-
dere & triſtari debentibus, ſecundum quod adhæc viget honeſtum & morale. Altiſſi-
mus autem omnipotens hæc omnia dirigat in tui ſalutem. Amen.

CONSILIVM CXCV. *De vrina nigra apparente, & nocumento renum op-
pilatione ipſorum, & pororum vreterum.* ¶ *Diuiditur autem conſilium in
capita tria.*

B

CAP. I. *De cauſſis prædictæ diſpoſitionis.*

NON eſt dubitandum de apparitione vrinarum nigrarum, & quæ craſſæ
ſunt, velut apparent frequenter in magnifico & armipotenti viro domi-
no Gentili armorum capitaneo, &c. Tales enim vrinæ non præſentantur
in eo cum ſignis magnorum & malorum accidentium. Si enim ap-
parerent cum mictu ſanguinis, cum magno dolore pungitiuo & perſeuerante, cum ſi-
gnis excoriationis renum & colli veſicæ. Et Iterum ſi tales vrinæ præſentarentur ſemp
& ſine interpolatione, tunc de eis eſſet notabiliter hæſitandum. Tales ergo vrinæ ſunt
magis conſequentes potentiam virtutis in expellendo ſuperfluitates per illas vias, quã
C quod conſequantur magnam debilitatem illarum viarum. Neq; enim ibi apparet ali-
quod accidens ſuſpicandum, niſi in partibus renum poſterioribus, quod tamen non
eſt valde intenſum: & conſequitur oppilationes eorum leues: etiam in fine pororum
vreterum exiſtentes. Cum ergo ꝓpter aliquod exercitium, aut propter vſum aliquo-
rum aperientium diſſoluuntur illę materiæ, tunc ſtatim expelluntur vrinæ craſſe. Ma-
teriæ enim in oppilationibus ſtantes ebullierunt, & extraneatæ fuerunt ibi, & recepe-
runt nigredinem a ſanguine renum & venę cauæ a qua non euacuantur prædictæ par-
tes, & quando contingit hominem quieſcere a motu vel exercitio, tunc materiæ præ-
dictæ non fluctuant, neq; ebulliunt ibi: vnde non commiſcentur prædictis, ita incitent
virtutem ad ſui expulſionem. ¶ Ex quo fundamento apparet, quod quamdiu expel-
D lentur iſtæ materiæ, ſe melius habebit æger, quam ſi non expellerentur. ¶ Et ſequi-
tur ſecundo, quod ſi ipſe quieſceret a fortibus motibus: tunc tandem reduceretur
ad ſanitatẽ completam. Vnde apparet, quod in regimine huius viri neceſſariũ ſit pro-
cedere cum mundificatione renũ, & omnium viarum vrinę a prædictis materiebus.

CAP. II. *De regimine eius per ſex res non naturales.*

PROCEDATVR ergo in eo ſecundum iſtum modum. ¶ Primo quidem Aer.
euitet, quãtum poteſt frigiditatem aeris, & maxime circa renes & pedes,
& ſtationem in loco ventoſo, ad quem exponatur ſpina tota. ¶ Et caueat
decubitum & dormitionem ſuper re dura, & ſuper ſpina tota: imo dor-
E miat vt plurimũ ſuper latere dextro & raro ſuper ſiniſtro. ¶ Et omnino quantum po- Somnus & Vigilia.
teſt euitet velocem & feſtinam ciborum & potuum deglutionem. Et ſummopere re-
cordetur non grauare ſtomachum a multo cibo in quantitate, neque ſæpe accepto: &
hoc propter debilitatem digeſtiuæ, quam diu habuit. Neq; etiam ſuper cibo & potu Inanitio & repletio.
aſſueſcat cum iracundia & furia procedere in actibus ſuis: neque tantum melancho-
licus remanere propter infortunia mundi, ne triſtitia perducat ipſum ad accidentia
melancholicarum impreſſionum, ad quæ eſt paratus. ¶ De ciborum vero qualitate,
memoret primo, ſe omnino abſtinere a rebus frigidis, craſſis & viſcoſis, velut ſunt cibi Cibus.
paſtiles, piſces viſcoſi & valloſi, vt anguillę, tinchæ & cancri in multo vſu, & elixi etiam
piſces raro comedendi ſunt. Sed poteſt vti paruis piſcibus, fluuialibus, variolis, tor-
F rentina, & carpionibus, luciis & ſimilibus bene laudatis. ¶ Caueat etiam ab vſu ner-
uorum cutis & ligamentalium partium carnium, & fugiat vſum ventris & ſtomachi
animalium, cerebro neque vtatur niſi valde raro. ¶ Dimittat carnes antiquas, recen-
tes & ſalitas & caſei multi vſum, & maxime viſcoſitatem habentis. Sed caſeus modi-
cus ſalitus non eſt ei vituperabilis.

¶ De plantis etiam effugiat res valde frigidas & humidas: & in multo vſu, velut ſunt A
bletæ, ſpinachiæ, lactucæ, portulacæ, endiuiæ & naſturtium. ¶ Fugiat grana & ſe-
mina aperitiua, velut cicera alba & rubea, & fœniculum, petroſelinum, aniſum &
cyminum, niſi raro & parum ex eis accipiendo. ¶ Olei vero & butyri vſus eſt ipſi cō-
ueniens. ¶ Fructus vero ſtiptici, velut ſunt cydonia, granata, ſorbæ, meſpila, & py-
ra acria dimittantur omnia. Ficus ſiccæ, amygdalæ, paſſulæ & phiſtici inter alia val-
de placent mihi, & arancia, limones & agreſta ſalita omnia ſunt ei laudanda. ¶ Præ-
ter autem hæc omnia, quæ ei ſunt prohibita, poteſt vti omni cibario grano & fructu,
imo & crocus, & ſpecies omnes placent mihi moderato vſu, & menta, ſerpillum, me-
liſſa, ſaluia & roſmarinus: iſta ſunt ei laudanda. ¶ Potus eius ſit vinum album vel
Potus. ſubrubeum, quod gaurum & goretum nominatur, ſubſtantia ſubtile, odore aro- B
maticum, & ſapore medium ad dulcedinem vicinum eligatur ab eo, & ſi tem-
pore caliditatis oporteret ei addere aquam, ſit aqua de ciſterna, aut ſaltem aqua de
bono fonte accepta: & proprie cocta in hyeme, in æſtate vero faciat ad libitum,
hoc in ſumma videtur eſſe regimen huic magnifico viro conueniens ſemper recor-
dando, quod iſta omnia, quæ hic ſunt poſita conceſſa, accipiantur; alia vero, quæ ne-
gata ſunt, omnino dimittantur.

Cap. III. *De regimine per medicinas.*

De regimine vero obſeruando per ipſum penes medicinalia xv. occurrunt
mihi medicamina conuenientia. ¶ Primum itaque eſt hoc electuarium. C
Electuariū. *℞. caſſiæ nuper extractæ de canna cum aqua parietariæ ℥ iij. mucillaginis ſebeſten
& ſeminum cydoniorum craſſæ & viſcoſæ. an. ℥ j. ß. penidiarum ℥ ij. ſacchari al-
bi ℥ iij. corticum intermediarum caſtanearum ʒ j. ß. foliorum cupreſſi ʒ ij. ſeminum
lactucæ, ſcariolæ & acetoſæ, an. ʒ j. ß ſem. quatuor communiū frigidorum, an. ʒ ij. Coquantur ſaccha-
rum & penidiæ cum modico aquæ plantaginis vſq; ad bonā viſcoſitatem: deinde cum eis incorporen-
tur reliqua & fiat electuarium.* Accipiatur ergo de eo omni ſeptimana ſemel ℥ ß. parū an-
te cœnam ſine aliquo liquore deglutito, & poteſt cœnare immediate poſt ipſum: & ſi
inter aſſumptionem vnam & alteram remaneret venter ſtipticus: poteſt de eo acci-
pere omni tertio die quantitatem vnius nucis muſcatæ deglutitam vt prius. ¶ Secun-
dum vero principale inſtrumentum eſt hoc. *℞. capillorum veneris, ſem. endiuiæ, portulac.* D
Tragea. *ſcariolæ, an. ʒ j. ſpodii ſubtiliſſime triti ℈ iiij. roſ. clauſarum ℈ ij. raſuræ eboris ℈ j. puluerizentur o-
mnia per ſe: deinde commiſceantur, & cum triplicata quantitate ſacchari albi fiat tragea.* de qua i-
ſte vir per totum menſem Decembris futuri deglutiat medium cochlear omni tertio
die immediate ante cœnam. ¶ Tertium vero ſpeciale remedium eſt hoc. *℞. ſucci
parietariæ ℥ iiij. ſucci plantaginis ℥ ij. coriandri non præparati ℥ ß. ſeminis portulacæ ʒ vj. pul-*
Vnguentū. *ueris gallarum cypreſſi ʒ ij. ſpicæ nardi, cymini præparati, an. ℈ ij. vitellum oui, numero j. cam-
phoræ, gran. vj. fiat vnguentum molle in mortario abſque igne, & ſit vſus eius infra ſpatulas per
totam ſpinam omni ſero cum vadit ad lectum*: & proprie quando percipit vrinas igneas
notabiliter & actu calidas. ¶ Quartum ſpeciale inſtrumentum eſt, vt vtatur phiſti-
cis præparatis per totum menſem Decembris, comedendo ex eis ante prandium & E
cœnam ab octo vſque ad decem, & modus præparationis eorum eſt, vt accipian-
tur nuclei ipſorum & infundantur in vino cydoniorum actu frigido per duos dies.
Cum ergo extracti fuerint, permittantur exſiccari ſub vmbra per duos dies, deinde
conficiantur cum ſaccharo tabarzeth cocto cum aqua roſata, & erit inſtrumentum ei
valde vtile. ¶ Quintum ſpeciale remedium eſt, vt aſſueſcat vti comeſtione radicum
enulæ lixatæ cum bonis carnibus, & inueniet ex ea iuuamentum magnum ſtoma-
cho, renibus & omni principali membro. ¶ Sextum ſpeciale inſtrumentum eſt hoc.
Vnguentū. *℞. olei nardini, & olei liliorum alborum, an. ℥ j. ß. capill. ven. macis & corticum citrin. an. ʒ.
ß. roſar. ʒ j. ameos, ſpicæ, ſem. petroſelini, an. ℈ j. croci ℈ ß. ceræ, q. ſ. fiat vnguentum molle,*
& ſit eius vſus cum percipit vrinas perſeuerare ſubtiles & claras cum augmentato F
dolore in renibus & alchatin: & ex ipſo calido mane & ſero inungatur ſpina a ſpa-
tulis inferius. ¶ Septimum ſpeciale eſt, vt ſaltem bis in ſeptimana deglutiat imme-
diate ante prandium tria grana maſticis, & proprie quando percipit magnam in-
temperiem & rugitum in ſtomacho.

¶ Octa-

A ¶Octauum, vt ſi in iſto viro magnifico perſeueraret nocumentum ſtomachi, doloris,
ructuationis & proſtrationis appetitus, tũc iſte quibuſdam mane accipiat iſtas aquas in
aurora calidas cum ſach. albo. ℞. *aquæ menthæ ℥ j.ß. aquæ melliſſæ ℥ ij. aquæ eupatorij ℥ ß. miſce.* **Potio.**
Et ſi in ſtomacho perciperet grauitatem & tenſionem a multitudine phlegmatum, tunc
prædictis aquis addatur ℥ j. mellis roſ. cum foliis conſeruati. ¶ Nonum eſt hoc. ℞. *florum* **Rotula.**
bugloſſæ, bora. flo. enulæ, & florũ aut ſaltem foliorum farfaræ an. ʒ j. liquiritiæ bene raſæ ℥ ß. aniſi no-
uelli & dulcis ʒ j.ß. coral. ru. & al. ſpodij, maſticis ana ℈ j. macis ℈ ij. lapidis lazuli præparati habẽtis
venas aureas ℈ ß. lapidis armeni ℈ j. ſach. al. ℔. ß. cum aqua bugloſſæ, fiat confectio in rotulis iij. ʒ. de
qua accipiat in principio menſis Decembris vſque ad medietatem Februarij omni die ſemel fruſtum
vnum immediate ante cœnam dimittendo alias confectiones. in hoc enim compoſito ineſt po-
B tentia mundificandi ſplenem, epar & ſanguinem a ſuperfluitatibus melancholicis: neq;
tamen habet aliquod renibus efficere nocumẽtum. ¶ Decimum inſtrumentũ eſt hoc. **Sacculus cordialis.**
℞. ſpecierum electuarij de hyacintho, ſpecierum electuarij de ligno aloes an. ʒ j. oſſis de corde cerui, hya-
cinth. ſmaragdi, ſaphiri. coral. al. & ru. & ſandalorum amborum an. ʒ j. camphoræ ℈ ß. fol. auri nu-
mero viij. fiat ex omnibus iſtis ſacculus quadrangularis, & erit in eo intentio conſeruare virtutẽ cor-
dis & prohibere aduentum puſillanimitatis, & tollit laſſitudinem vniuerſalem corporis. ¶ Vndeci- **Vnguentum.**
mum eſt hoc. ℞. *olei de maſtice, olei nardini an. ℥ j.ß. roſarum, ſpodij, ſandalorum, & corallorum*
amborum an. ʒ ß. croci ℈ ß. ceræ albæ, quantum ſufficit, fiat vnguentum molle. cum quo epar hui[us]
patientis ſæpe inungatur, & proprie tempore, quo percipit ſitim, amaritudinem oris, &
dum venter eius eſt ſtypticus, & maxime, quando perſeuerat emiſſio vrinarum, & q̃ ſunt
C inflammatæ rubeæ, & cũ emittuntur cum aliquali punctione. ¶ Duodecimum eſt hoc. **Pilula.**
♃. coral. ru. ſanguinis drac. acatiæ, ſpodij & carabæ ana ʒ j. ſcoriæ ferri præparati ℈ ij. vitri combuſti
& lap. iudaici an. ʒ j.ß. puluerizentur omnia per ſe, deinde fiant pilulæ cum ſucco fœniculi, & ſit ea-
rum vſus omni die in aurora accipe v. ex eis. Hoc autem ſolum tempore quo perciperet ven-
tris ſtypticitatem, vrinarum aliquantam interruptionem & earum incraſſationem cum
non debita potentia mingendi: & ſi fieret mictus ſtrãgurioſus, quod eſt ſuſpicabile pro-
pter materierum diuerſitatem & diuerſam earum & interpolatam euacuationem & re-
tentionem. ¶ Decimum tertium inſtrumentum & valde conueniens ei eſt hoc, quod ei
fiat ſauonea vel confec. panis Marci dicta, quod idem eſt cum medietate olei amyg. dul.
recentis, & altera medietate olei de nucleis phiſticorum ponendo ad libram ß. vnicuiq;
D illorum duorum oleorum ℔. ß. de amylo, de hordeo, & coquat cum eis lento igne ſach.
tabarzeth vſq; ad bonam ſpiſſitudinẽ. Et de hac confect. accipiat ſemper duo cochlea-
ria per tres horas vel duas ante prandium & cœnam fruſtum vnũ, & mundificabit renes
vigorando corpus. ¶ Decimum quartum ſpeciale inſtrumẽtum eſt, vt vtatur recocta fa-
cta de lacte ouium, etiam ſi de illo lacte faceret vipas ſimul cũ vino ſuperius tacto, bonũ
eſſet ei, & caſeus etiam ouinus factus in theſino diœceſis Veronenſis optimus eſſet ei, &
oua & ptiſana hordei, oryza & tri. & mica panis. Hæc omnia cocta in p̃dicto lacte opti-
ma eſſent ei. Lacti enim ouino nulla medicina compar eſt in debilitate renum. *18. tertii*
in propria cura eorum. ¶ Vltimum vero inſtrumentum eſt, vt aſſueſcat ſaltem in ſeptimana **Lactis ouini præſtãtia in debilitate renum.**
ſemel per horam ante cœnam lauare extrema inferiora ab inguinibus vſq; ad pedes cũ
E aqua decoctionis foliorum hederæ, pomorum cydoniorum, & vitis bene calida, & erit
vtile remedium ad diſtrahendum materias a renibus & confortandum eas, &c. ¶ Hæc
ſunt magnifice, armipotens vir & dilectiſſime domine compater meliora, quę colligere
potui ex ſententiis ſapientum & exercitatione cõtinua. Sublimis autem Deus & ſalua-
tor piiſſimus omnia hæc dirigat in ſalutem veſtram, ea fide & dilectione, qua ipſa com-
poſui aſtrictus charitate non leui. Ad laudes cunctipotentis Dei perpetuas, Amen.

CONSILIVM CXCVI. *De ſtranguria & dyſuria.*

HÆc religioſa humaniſſima dyſuriam patitur non ſimplicem, ſed quandoque
periodicam ſtranguria intermixtam. Ideo euitet vſum rerum omnium calida-
F rum & acutarum & multæ apertionis, ſicut ſalſa, petroſelinum, fœniculum, a-
niſum, chærefolium, apium, raphanum, cæpas, allium, & ſinapi. ¶ Vtatur autem car- *Diæt[a].*
nibus laudabilibus, ouis, caſeo, panico, ciceribus rubeis confractis, oryza, paſtilib. cibis,
pane biſcocto, caulibus valde coctis: vtatur etiam pedibus animalium & ventribus eo-
rum. Et vinum eius ſit rubeum ad ponticitatem tendens, bene fumoſum & potens.

Curatio. ¶ Poſt hæc autem vtatur tribus remedijs infraſcriptis. ¶ Primum itaq; ipſorum eſt, vt A
omni tertia nocte accipiat ſex de infraſcriptis pilulis in aurora; poſt quas tardet cibum
Pilulæ. ſuum horis quinque. Quarum deſcriptio. ℞. *farinæ glandium ℥ ß. lentium excorticatarum, & oryzæ amborum torrefactorum an. ℥ j. ß. dragaganti, gummi Arabi. torrefactorum an. ʒ j. glutinis chartæ ℈ iiij. diſſoluatur gluten cum aceto nigro, & cum eo incorporētur ſpecies aliæ, & fiant pilulæ ex omni ʒ viij. Et teneantur in pyxide cum puluere ſquinanti.* ¶ Secundum remedium eſt,
Ceratũ. vt ſuper ſpina ſua portet ceratum iſtud continue, cuius deſcriptio: ℞. *colophon. ℥ j. ß. reſinæ, picis naualis bene coctarum cum aceto rubeo an. ℥ j. pulueris intermediorum corticum caſtanearum, ſpodij, hæmatitis, carabæ, cuſcutæ, ſquinanti an. ʒ ß. ceræ quantum ſufficit*, fiat ceratum longitudinis ſpithamæ & portetur a fine ſpinæ ſuperius extenſum. ¶ Tertium vero ſpeciale remedium eſt, vt omni tertio mane intermedio in aurora accipiat ℥ iij. aquę ſublima- B
tionis foliorum conſolidæ mediæ, quam vulgus conferulam vocat, & calefiat cum modico ſachari. Quibus actis ſpero in Dei gratiam, quod ſana erit, ſin minus, ſcribatur, & vberius prouidebitur.

De ægritudinibus membrorum generationis in viris.

Consilivm CXCVII. *De gonorrhœa continens capita tria.*

Cap. I. *De deſcriptione & diuiſione gonorrhœæ inueſtigantium & cauſſarum eius.*

Diſpositio ſpectabilis & generoſi viri Proſdocimi Venetiani de Raymundis eſt principaliter immoderata ſeminis effuſio, quã antiqui gonorrhœã vocãt, & eſt nomen compoſitum ex γονὴ græco, quod ſemẽ importat & ῥέω, q̃ eſt germino vel C
Gonorrhœa quid. fluo. vnde gonorrhœa tranſumtum eſt ab eo, quod eſt ſeminis effuſio. *6. interiorum finali cap.* vnde gonorrhœa nihil aliud eſt, quam *ſeminis effuſio, vel non voluntarius fluxus, qui continue fit ſine pudendi tenſione, qui propter retentiuæ virtutis imbecillitatem fit, vt Paulus primo practicæ cap. 15.* Neque enim appetitus voluntarius ad Venerẽ ad hanc concurrit diſpoſitionem, imo quandoq; ſeminalis materia deſcendit ſine voluntatis imperio, & ſenſatione aliqua non præcedẽte delitioſa vel triſti, vt frequẽter in dormientibus apparet hac diſpoſitione laborantibus. Neq; iterum membri virilis robur ad ſeminis effuſionem concurrit, imo nulla eius erectione præcedente ſemen effluit. Et iterum virtutis appetitiuę robore deficiente hęc diſpoſitio frequẽter valeſcit. Ex quo apparet veritas verborum
Pauli, dum dixit: *Nõ voluntarius fluxus, qui ſine pudendi tenſione fit.* quare videtur quod hęc D
diſpoſitio iterum fit eueniẽs circa mẽbra generationi naturaliter deputata, vitium magnum exiſtens ſiue nimia ſeminis profluxio ſine Venere & nocturnis imaginationibus ita perſeuerans, vt interpoſito ſpatio talem hominem conſumit, vt Cornelius Celſus *4. practica cap. 23.* quare propter talem, quæ huic diſpoſitioni frequenter ſubſequitur, licet ipſa non ſit proprie acuta ægritudo, inter acutas tamẽ ſemper, & inter temporales ęgritudines nuntiantur, vt Theodorus Priſcianus / *ſecundo practicæ cap. quinto teſtatur.*

Cuius quidem diſpoſitionis varietatem ſi diligenter inueſtigare debemus, toties ipſam diuerſificatã comprehendamus, quotuplex ſit varietas cauſſarum, quibus ipſa perficitur. ¶ Videtur autem cauſſas iſtius eſſe principaliter duas, aut ex parte ſeminalis materiei conſiderandæ primo, aut ex parte membrorum, q̃ ad ipſam efficiendã concur- E
runt. ¶ Et cauſſæ quidem primi generis ex parte ſeminis cõſiderandę ſunt ex parte quãtitatis, vt multitudo eius: ex parte qualitatum primarum, vt quia acuta eſt calida & ſalſa: ex parte vero qualitatum ſecũdarum, quia aquoſa & ſubtilis. ¶ Multitudo autem ipſius inueniri poteſt, aut quia quantitas eius congregata non expellitur dimiſſione coitus propter carẽtiam ſui comparis, aut propter deuotionẽ religionis, vel ſimiliũ, quare materia illa retenta virtutem illam expulſiuam ad ſui eductionem incitat. Oportet n. virtutem ſe habentem bene expellenda conuenienter expellere, *vt ſexto interiorum præallegato ca.*
Gonorrhœa cauſa. *colligendum.* ¶ At vero materiei multitudo frequenter inuenitũr multiplicata ex multo vſu ciborum & potuum multiplicantium ſemen. Et ſi etiam per actum coitus frequẽter materia expellitur, nõ minus ẽt per ipſorũ vſum multiplicat', quare multitudo materiei F
virtutẽ mẽbrorum cõtentiuam grauãs expulſionẽ ad ſe vocat, vnde expellitur ipſa, manatio enim illa conſequitur cõtentiuæ debilitatem, *interiorum 6. vbi ſupra* ¶ Tenuitas vero materierum & ſubtilitas earũ eſt cauſſa diſpoſitionis hui', eo quia tenue quodlibet reſudet, *20. tertii c. de multiplicatione pollutionis*, ſicut acuitas mordicat & incitat virtutem

ad ſui

A ad ſui expulſionem, vt apud Auic. legitur: igitur materia eſt gonorrhœæ cauſſa, aut quia multa, aut quia ſubtilis, aut quia acuta, vt in plurimo euentus. ¶ Cauſſa vero diſpoſitionis huius ex parte membrorum ſumta eſt, aut ex parte vaſorum ſpermatis, aut ex parte renum, aut ex parte principalium membrorum. ¶ Ex parte quidem vaſorum, quę tripliciter diuerſificantur: aut enim ſunt vaſa delatoria, vt emulgentes & pori ſpermatis, quorum dexter oritur à rene dextro. Siniſter vero ab arteria aorta, vt *20. tertij primo cap. & 21.* ¶ Aut ſunt vaſa materiei ſeminalis conſeruatiua, ſicut eſt vena caua, in qua ſecundum veriorem viam materia ſeminis, quæ eſt ſuperfluitas vltimi alimenti vtilis reperitur, vt *20. tertii, primo cap. in ſententia colligendum.* ¶ Aut tertio vaſa illa dicuntur expulſoria, velut ſunt vaſa inuoluta & via ſeminis tertia in virga inuenta. In qua viæ ſunt

Cauſſa diſpoſitionis huius ex parte membrorum.

B tres, ſ. via vrinæ, via ſpermatis, & via alguadi, *20. tertii allegato cap. in fine.* ¶ At vero ſi contingat hanc diſpoſitionem fieri propter nocumẽtum in vaſis delatoriis, neceſſe eſt aſſignare ipſum, aut propter debilitatem virtutis retentiuæ ipſorum, aut propter dominiũ roboris expulſiuę eorum, aut propter maiorem motum, qui concurrit ad expellendum materiam, velut motus fortis ſpaſmoſus, vt in epilepticis & ſibi ſimilibus, vt patet *interiorum 6. prææallegato cap.* ¶ Quę v. fiunt vltra naturã, aliter ſunt: nã cõtinentia, ꝑpter defectionẽ fit expulſiuæ: inanitio v. ꝑpter cõtinẽtię debilitatẽ, aut ꝑpter aliq̃d mouens mẽbra, vt expellãt cõtenta, ſicut cõtingit vaſis ſpmatis ſperma emittere in epilepſia & aliis paſſionibus, quæ ſunt de genere ſpaſmi, ſi fortis eſt. Ex quibus nonnulla problemata ſolui poſſent clare, vt propter quid epilepticus emittat ſemen inuoluntarie & ſimilia, quę tu

Cur epileptici emittant ſemen inuolũtarie.

C conſidera. Hæc expulſio materiei a prædictis vaſis nequaquam fieri poteſt, niſi apertis ipſis & motis. Retentio enim illius fit orificiis clauſis, & non motis, ſicut eius expulſio fit ipſis apertis & motis, *interiorum ſexto, vt ſupra*, qui ſermones pariter tam ad vaſa conſeminatiua, quam ad delatiua & expulſoria adaptari poſſent, quare in vnum colligendo hæc diſpoſitio ex parte vaſorum contingit, aut quia ipſa ſunt nimiũ aperta & laxata, aut quia virtus eorum retentiua debilitata eſt, aut propter vehemẽtem motum concuſſionis eorum materia ab eis expellitur, vt prædictum eſt, aut quia vaſa illa mollificata ſunt, quæ tu conſidera. ¶ Cauſſa vero diſpoſitionis huius aſſumta ex parte renum eſt propter malam complexionem eorum calidam, a qua contingit liquefieri humidum pingue ipſorum & ſubſtantificum, quare expellitur ab eis res plurima, cum materia ſeminali in

Cauſſa diſpoſitionis ex parte renum.

D partibus propinquis inuenta, quæ virtutem deſtruit, *20. tertii allegato cap.* aut vero contingit diſpoſitio ex parte renum, propter fortem commotionem in eis factam, & appetitũ ad coitum & frequentem memoriam actus Venerei & eductionis eius, propter q̃ elongandi ſunt patientes hanc diſpoſitionem ab aſpectu figurarum formoſarum puellarum & pulcrarum penitus, vt neq; tangendi, neq; videndi eis copia tribuatur. Theodorus Priſcianus *ſecundo practicæ, ſecundo cap.* Et in hac quidem huius cauſſæ deductione, includitur etiam declaratio cauſſæ quæ eſt ex parte impreſſionis factæ in membris principalibus, & tu conſidera, quoniam habenti fundamentum in theoria medicinæ ex his principiis hæc facile aperiri poſſunt.

In ſumma igitur diſpoſitionem huius ſpectabilis viri facile in vnam veritatẽ com-

E plectendo videtur, quod omnes ꝑdictæ cauſſæ diſpoſitionem eius non leuiter efficiant præter primam, quæ fuit multitudo ex parte ſeminis, non enim rationabile eſt materiã inueniri multam in corpore eius, quoniam ægritudo chronica fuit, & tot & tantis fuit pollutionibus euacuatus, quod vſq; ad ſubſtantifici humidi conſumtionem eſt deduct⁹. Nõ enim eſt rationabile, niſi quis rationabiliter defendere vellet, quod materia ſucceſſiue in eo generaretur & multiplicaretur ſecundum ſucceſſiuum aquę carnis & aliorum ciborum notabiliter reſtaurantium frequentem vſum. ¶ At vero materia in ipſo ſubtilitate peccat magis, quod denotat eius aquoſitas mucilaginoſa parumper, & acuta eſt nõ raro, quod oſtendit aliqualis pũctio in viis percepta: etiam acuitatem percipit aliquantam ex caliditate putredinali acquiſita, quod oſtendit materiei exeũtis horridus fœtor.

F ¶ Similiter etiam hæc ægritudo in hoc viro ſpectabili inualet propter ſecundã cauſſam ex parte nocumenti in vaſis conſeruantibus delatoriis & eiectoriis aſſignatis. ¶ Et iterũ tertia cauſſa concurrit, eo quia aliquoties emittit vrinas pingues cũ ſeminali materia in fundo vaſis & ſedimine humoroſo ſedentibus, & pinguedine in vrina ſupernatantibus, quæ ſine caliditate notabili nequaquam fieri poteſt. ¶ Similiter etiam cõtingit ad hanc

diſpoſitionem aſſignari cauſſam quartam,eo quia vt in plurib. materiam in pollutione A
emittit in ſomno ſuo imaginatione ad tactum mulieris,vel Venereum actum incitante,
vt ſermo eius affirmauit.

Progno-ſtica. Ex hix omnibus inferendo concluditur,quod hæc diſpoſitio non leuis ſit; ſed ve-
renda multum,eo quia ad ipſius productionem cõcurrunt quatuor famoſa genera cau-
ſarum,q̃ ſuperius tacta ſunt. ¶ Secũdo quia diſpoſitio hæc multum chronica fuit, quare
difficulter remouibilis. ¶ Tertio,quia ægritudo ætati,virtuti & complexioni ſatis ꝓpor-
tionalis exſiſtit. ¶ Quarto, quia habitudinem corporis ſatis notabiliter extenuauit.
¶ Quinto, quia virtus patientis ſatis debilis eſt, licet in præcedentibus fuerit debilior.
¶ Ex quibus omnibus clare concludi poteſt, quod patiens iſte multum debeat eſſe at-
tẽtus,ſolicitus & vigil in ſui curatione, quæ quidem in duo partietur capita,ſ.in regimi- B
ne ex parte ſex rerum non naturalium primo, deinde ex parte conuenientis applica-
tionis rerum medicinalium, &c.

Cap. II. *De cura gonorrhœæ per diætam.*

PRo prima igitur re non naturali inclinetur regimen eius ad aerem calidum re-
miſſe,aut ad frigidum leui frigiditate,eo quia lapſus nõ euacuatur à caliditate
multiplicata in renibus & epate eius, vt ſupra viſum eſt,quod etiam apparet ex
Aer. tinctura vrinarum,& acuitate & fœtore ex materia perceptis. ¶ Iterum inclinetur eius
aer ad ſiccitatem notabiliter intenſiorem, quam ſit frigiditas eius propter cõſumtionẽ,
q̃ neceſſaria eſt in multitudine materierũ,quę ſupabundant,nullus n. aer exceſſiuę qua-
litatis eſt ipſi conueniens. probatur,quia calidus valde ꝓpter diſſolutionem materierũ C
Motus & quies. & humidus propter laſſitudinem & mollificationẽ vaſorum timendi ſunt. Idẽ etiam in-
telligendũ eſt de camera,domo & loco,in quib. moram cõtrahit. ¶ Motus omnis videť
ipſi vitandus eſſe,ne propter ipſum materiæ in fluxũ ponantur,& calor naturalis diſſol-
uatur,& a cõuenienti operatione in materias prohibeať. Omnis n. motus fortis,multus,
paucus,& quiete commixtus cõmunicant in hoc,vt calorẽ efficiant fortiorem, *3. primi
doctrina 2. cap. 13.* Sed calor fortificatus attrahendo materias & diſſoluẽdo noceret,qua-
re &c. In ſumma igitur quiete vtať omnino,& abſcindat a ſe omne exercitium: nullum
enim tale cõuenit ei in fine rei, *5. breuiarij cap. 13.* ¶ Maxime autem exercitium effugiat e-
quitandi,& omne illud,per ꝗ fortis eſt & neceſſaria in corpore diſtenſio, & maxime in D
Somnus & vigilia. partibus ſpinæ,&c. ¶ Somno vtatur in quantitate mediocris lõgitudinis, talis enim iu-
uat ad digerendum materias & maturandum,quas inuenit,eas ad ſanguinis naturã con-
uertit & calefacit conuenienter,& tranſit calor per corpus,& calefacit ipſum caliditatę
naturali. Si autem ſomnus inuenerit humores acutos cholericos, & perdurauerit, eius
tempus calefaciet calore extraneo, *2. primi doctrina 2. cap. 13.* nulla caliditatis extraneæ
additio huic corpori conueniẽs eſt,cum iam in ipſo inueniatur putredinalis caloris ve-
ſtigium, vt ſupra deductum eſt. Igitur ſomnus eius debet eſſe magis interceptus, quam
longitudine continuatus, ita vt pluribus ſomnis ſatisfaciat neceſſitati digeſtionis & vi-
gorationis caloris,quam per vnam dormitionem longo tempore continuatam: vigiliæ
autem niſi ſint menſuræ excedentes, videntur ei conferre propter exſiccationem ma-
Accidentia animi. terierum & conſumtionem ipſarum,quæ ſequitur ad eas,&c. ¶ Accidentia vero animi E
per quorum applicationem ſubito fiat fortis motus in ſpiritibus & humoribus,ex prędi-
ctis patere poteſt, non eſſe ipſi conuenientia, ſiue ex eis contingat fieri ſubitum motũ
in prædictis de circumferentia ad centrum, ſicut fit in forti timore & ſimilibus; ſiue
motus oppoſitus prædicto à centro ad circumferentiam, ſicut fit in vehementer ira-
cundis, ſiue fiat aggregatus ex vtriſque, ſicut patet in principio & perduratione eius,
per tales enim motus læderetur continue & ſumme propter debilitatem, quæ ſequitur
ad reſolutionem ſpirituum, & propter inobedientiam materiæ ad digeſtionem con-
gruam. Neque etiam motus animales paulatim facti & perſeuerantes conueniunt
ei, eo quia phthiſis & diminutio naturæ nunquam ſequuntur, niſi illud, quod paula-
tim fit, *ſecunda primi, doctrina ſecunda, capite 12.* Igitur neque debet ipſe longo tempore & F
fixis imaginationibus affligi vel triſtari, & maxime illis, quæ mouent animam ad ima-
ginationem coitus, tales enim imaginationes vel affectiones animales imprimunt
in corpus res naturales, quemadmodum accidit motus ſanguinis ei, qui multum
præparatus eſt ad ipſum, cum multum intentus fuerit ad conſiderandum
res

A rēs rubeas; quare conſimiliter conſideratione ad coitum, corpus iſtud paratum ad ſeminis effuſionem valde facile promouetur & intenditur eius diſpoſitio, vt ipſemet ſuo ſermone teſtatus eſt. ¶ Omnis euacuatio notabilis ab iſto ægrotante euitari debet; omnis talis adderet ad ægritudinem iſtam, eo quia materiæ per euacuationes ponuntur in motū. ¶ Et iterum, quia innatus calor ex earū frequentia debilitatur. Et ſi omnes euacuationes hoc efficere poſſent, oportet tamē vt prohibeat talis ægrotans ab euacuatione per ſolutionem naturæ. Euacuatio enim per ſolutionem attrahit ad membra ſeminalia materias propter vicinitatem, ſicut etiā euacuatio per vrinam eadē ratione nocet eis, *5. breuiarij cap. 13.* Si itaq; propter aliquam cōtingentiam aliqua foret ei neceſſaria euacuatio, non videt ei conferre poſſe, niſi vomitus, ſudor aut clyſtere, quorū quodlibet

[Repletio & inanitio.]

B oportet eſſe leue, vt euitet agitatio & fluxus materierū, & debilitas innati caloris, & grauamen in membris ſeminalibus. ¶ De numero autē ipſorum vomitiuum leue & idoneū eſſe poſſet iſtud. ℞. *aquæ decoct. ſem. raphani ℥ iij. ſyru. ſimplicis acetoſ. ℥ j. ß. totum hoc tepidum exhibeatur ei iam præcibato cibis & potibus in qualitate & quantitate, ſubſtantia & ſapore diuerſis, vt magis faſtiditus ſtomachus & nauſeatus ab eis inclinetur ad vomitum.* Et ſi per hæc nō vomeret facile, imponere debet digitum in os ſuum titillationem faciendo in gurgulione: & eſt caput meri. ¶ Leue vero ſudatiuum tempore neceſſitatis eſſet hoc. ℞. *aquæ hordei ℥ iij. vini albi ſubtilis, fumoſi, aromatici ℥ ij. ſach. albi ʒ ij. totum hoc calidum exhibeatur in potu poſt mediā noctē horā, qua placet, & congrue cooperiatur pannis & ſuperdormiat.* ¶ Clyſtere inter omnia eſſet hoc. ℞. *aquæ decoct. foliorū bletæ, violarum, ſolatri, virgæ paſtoris an.* ℔ j. *ſach. ru. ℥ j.*

[Vomitorium.] *[Alind.]* *[Clyſter.]*

C *ß. vitellum oui j. olei de nenuph. olei roſa. an. ℥ ij. ſalis communis ʒ j. ß. fiat clyſtere, laudarem ipſum in ſero magis ante cœnam, quam in mane aſſumendum eſſe.* ¶ Poſt hoc autem cōſiderandum, ꝙ caueat a multa & forti retētione eorū, q̄ euacuari deberēt, ſiue ſint fæces, ſiue vrina, ſiue materia ſeminalis multiplicata, vt cōtingit in fine euacuationis pollutionis, talium materierum enim omnium fortis conſtrictio multum noceret. ¶ Ex retentione eorum, q̄ euacuari deberent, proueniunt ęgritudines compoſitionis & oppilatio, laxitas, ſpaſmus & ſimilia, ſed motus concuſſiuus in ſpaſmo augmentat iſtam ægritudinē, vt ſupra viſum eſt, & colligitur in *20. tertij cap. primo, quare, &c.* ¶ Amplius enim ex retentione euacuandorum prouenit frequenter putredo & caloris innati conſtrictio, & ipſius ad igneitatē conuerſio. *2. primi, doctrina 2. cap. 19. de retentione eorum, quæ euacuantur.* Iſtæ ſunt cauſſę hu-

D ius ægritudinis & augmenti eius, vt ſupra viſum eſt, &c. Hæc de inanitione & de repletione ſufficiant. ¶ De cibis & potibus præmittendum primo, ꝙ euitari debeant omnia nutrientia, ſiue ſint cibi abſolute, ſiue medicinales, aut medicinę cibales, quę multū nutrientia ſunt, omnia enim talia materiam augmentāt, & primam cauſſam huius ægritudinis ſuperius tactam fortiorem efficerēt, ſubtiliter tamen intelligendo illud, niſi forte totius corporis debilitas ad oppoſitum promoueret, tūc enim dimiſſa ægritudine principali, de qua hic agitur, ad debilitatem principaliter attendendum eſſet. ¶ Similiter etiam euitanda ſunt omnia, quæ in Venerem inducunt, appetitum eius excitantia, qualia ſunt vnctuoſa, pinguia, ventoſabilia & ſimilia propter cauſſam aſſignatam, quare vtēdum eſt eis, quæ huic diſpoſitioni aduerſentur, tam qualitatibus primis, quam ſecūdis,

[Cibi.]

E quam a proprietate hoc operādo. De numero quorū famoſa vſitata ab auctorib. in diſpoſitione calida ſunt plurima, vt aqua decoct. lētium, quæ pollutionem abſcindit, & nenuphar in cibis & potibus aſſumtum, quod libidinem reprimit. Et coriandrum ſiccum omni modo acceptum ſiue præparatum, quod meli⁹ eſt, ſiue qualitercunq; exhibeatur. Et ſemen portulacæ & planta eius, quæ ſecundum plurimum abſcindit coitum. *2. can. proprio cap.* licet Meſue crediderit, quod ipſa augmentet coitum, & illud videtur eſſe in complexione calida, vt Auicenna ibi.

Amplius mirabile eſt ſemen lactucæ, quod abſcindit ſperma, quando multum vtitur quis ea, vt *2. can. ſuo loco,* & ſumma celeritate ſuccurrit eis, qui polluuntur in dictis partibus, *proprio cap.* ¶ Amplius vſus oliuarum olei in cibis: vſus enim olei optimus eſt; quia

F minorat ſperma. *2. tertii cap. 2.* Adhuc etiam ſolatrum, quod pollutionem abſcindit, *2. can. proprio cap.* quare cum iſtis aut cum ipſorum aliquibus ſemper oporteret omnia cibaria confringere; & potabilia omnia, & maxime cum illis, quæ a conſuetudine non multum peregrina videntur, inter quæ meliora ſemper ſunt lactuca, portulaca, viola, & reliqua alia iſtis ſimilia. Conuenit etiam ei agreſtæ, aceti acris, aranciorum, & grana-

torum vſus, & omnis cibariorum confractio cum eis, ita quod nunquam ab aliquo ipſo- A
rum ſecedat, ſicut gelatina, pedibus animalium elixis in aceto maceratis. ¶ Conuenit
etiam ei vſus piſcium, & maxime fontalium aut fluuiorum, aut lacuum conuenientium
vel vallium, qui ſunt a fœtore, & reliquis abominabilibus paſſionibus elongati, qui cō-
diantur cum oleo, vel acetoſis conditi ſint. Piſcium vero maritimorum vſus non eſt lau-
dabilis propter cauſſam notam. ¶ Lac vero & caſeus recens aut mediocris ſalis eſt ei cō-
ueniens, & aqua lactis acetoſi a qua butyrum extractum eſt. ¶ Ex carnibus vero conue-
niunt omnes animalium ſylueſtrium, & auium aquaticarum: & in ſumma omnium ani-
Potus. malium carnes macrę, non valde pingues, muſculoſæ & lacertoſę. ¶ Vino autem vtatur
rubeo, claro, aromatico, conuenientis fumoſitatis, cōfracto, ſi oportunum erit, cum p-
mixtione aquæ decoctionis granorum coriandri, ſeminis lactucæ aut portulacæ, vnum B
ex his accipiendo ad libitum. Ego vero ſoleo eis dare aquam decoct. gummi Ara. & in-
ueni in ea impreſſionem notabilem: vt & in aqua decoct. radicum nenupha. exſiccati.
¶ Ea vero, q̃ velut cibalia & medicinalia appropriata ſunt in hac diſpoſitione a frigido
prouenientе, ſunt ſicut ruta & ſemen eius, calamentum montanum, ſemen agni caſti,
andacocha, carum & cyminum, & hæc duo maxime torrefacta, & mentha, quæ eſt no-
bile pharmacum in incraſſando ſperma & confortando vaſa eius ad retinendum ipſum,
20. tertii cap. 21.

Cap. III. *De regimine eius per medicinalia.*

DE his, q̃ pure medicinalia ſunt abſque caliditate in hac diſpoſitione calida laudata C
ſunt ſicut nenuphar, ſuccus cannæ humidę, ſolatrum hortulanū, hyoſcyamus, po-
mum vſtū, cāphora ſpeciali proprietate. Quæ vero laudant in hac diſpoſitione a
frigiditate prouenientе, iam tacta ſunt. Plura igitur præter hæc cōpoſita ad hanc ægri-
tudinem ab auctoribus reperiuntur eximie collaudata. Et nonnulla etiā ſcribenda ſunt
quæ quotidiana experientia contemplantibus apparent eſſe vtilia. ¶ De quorum nu-
Syrupus. mero vnum compoſitum eſt ſyrupus iſte. ℞. *ſeminum portulacæ, lactucarum, florū nenuphar.*
an. ℥ j. *coriandri præparati, radicum nenuphar. radicum arundinum, & radicum ſolatri an.* ℥ ß. *cā-*
phoræ ʒ ß. *iuiubarum exſiccatarum numero xv. dactylorum infuſorum in aceto per dies octo & mi-*
nutim inciſorū ℥ ij. *ſem. rutæ, calamēti montani, cymini torrefacti an.* ʒ j. *bulliāt hæc omnia in* ℔. x.
aquæ fontis vſque ad conſumtionem medietatis, deinde colentur cum forti expreſſione, & colaturæ D
addantur vini cydoniorum ℔. j. *ſach.* ℔. *ij. & clarificentur, & aromatizentur cum puluere mēthæ.*
Soleo autem ego hunc modum deſcriptionis facere longum, & cum facio ipſum plenæ
decoctionis in potu exhibeo ℥ ij. cum ℥ iij. aquę ſublimationis portulacę, vel lactucarū,
Potio pro pauperibus. & eſt tantæ nobilitatis, quod nunquā me deceperit in operando. ¶ Pauperibus autem
& leuiori expenſa medicandis ſoleo exhibere hoc. ℞. *aquæ lactucarum, aquæ nenupha. an.* ℥
j. ß. *ſyr. roſ. antiqui, ſyr. de myrto, mluæ cydoniorum an.* ℥ ß. *miſce, & detur vt ſupra.* Leuius autē
eſt ſumere aquam portulacæ vel lactucæ, & tu elige libito tuo. ¶ Si autem hos incitante
aliquo euacuatiuo vti oportet non eligo aliud, quam caſſiam fi. quam facio ex ſua cāna
præparari cum aqua lactucæ vel portulacæ, & exhibeo de ea ℥ j. ß. ad duas ad plus. ¶ Cō-
poſitum famoſum ſecundum ab auctoribus poſitum eſt vſus confectionis diacymini, vt E
ſcribitur ab Auic. *vbi ſupra.* Speciale vero compoſitum in hac diſpoſitione a calore pro-
uenientе ſcribitur ab Auic. *20. tertii in cap. de exſiccantibus frigidis.* Cuius deſcriptio eſt hęc.
Puluis. ℞. *ſem. lactucæ, cucu. endi. pſyllii non triti, coriandri ſicci, nenuphar. rutæ, hyoſcyami al. an.* ʒ j. *terā-*
tur omnia & fiat ex eis ſuffuf. i. puluis & detur ex eo ʒ j. Ego vero ab hac deſcriptione abſcin-
do pſyllium, quia non leuiter timeo de caliditate centralis partis eius, & loco illius pono
ſemen portulacæ, & feliciter operatur abſque timore. Iterum quandoq; ab hac deſcri-
ptione abſcindo hyoſcyamum niſi in forti cauſſa valde, quoniam timeo ſtupefactionē.
Alius. ¶ Compoſitum vero ad hanc diſpoſitionem calidam laudatum ſimiliter ſcribitur ab
Auic. *cap. de exſiccantibus calidis,* & eſt hoc. ℞. *radicum teſticuli canis torrefacti, cannabis cam-*
peſtris an. aur. viij. ſem. agni ca. aur. ij. ſem. caulis aquatici aur. j. fiat puluis, & detur ex eo aur. j. F
¶ Compoſitum vero breuis deſcriptionis mihi vſitatum & expertum eſt hoc colle-
ctum *ex breuiario Serapionis in quinto tracta. capite 13.* Cuius deſcriptio eſt talis. ℞. *ſem. lactu-*
Sedenegi quid. *cæ* ʒ *ij. ß. ſedenegi* ʒ *ij. & eſt ſemen cannabis iam ſcriptum, ſem. rutæ* ʒ j. ß. *fiat puluis & detur*
Alius. *ex eo* ʒ j. *in vino rubeo, aut aqua portulacæ, & eſt nobilis iuuamenti.* Ex hoc itaque com-
poſito,

A poſito, aut ſibi ſimilibus fieri poſſent elect. confect. & reliquæ medicinarum compoſitiones exhiberi, vt ſupra: ita quod eis in trageam cum ſacch. candi. compoſitis vtor cochlear vnum integrum ſemper ante cœnam exhibendo. ¶ Confectio bona ad intentionem hanc ſępe mihi vſitata eſt hæc. *Rec. coriandri præparati ℥ ij. menthæ ℥ iij. ſem. lactucarum, portu. cucumeris ana ℥ ij. ß. gummi Arabici, cymini, amborum torrefactorum ana ℥ j. draga. torrefacti ℥ j. ß. florum nenuphar. ℥ ij pulueriʐentur omnia ſubtiliter, & cum ſacch. albo & aqua portulacæ fiat confectio ſolida, & inuenitur ex ea notabile iuuamentum, & qui fortiorem efficere vellet, addat ſem. agni caſti, rutæ an. ℥ j. ß. & erit longe efficacior.* ¶ Deſcriptio vnguenti ad hanc intentionē calidā efficaciſſimi eſt hæc. *℞. olei. roſ. antiq. ℥ ij. olei de myrto & de cydoniis an. ℥ ij. ß. plūbi vſti, ceruſſæ & hæmatitis, amborū ablutorū in aqua lactucæ an ℥ j. amyli ℥ j. ß. florū ſalicis, florum* Confectio. Vnguentū efficaciſſimum.

B *nenuph. an. ℥ v. camphoræ ℥ ij. fiat vnguentū in mortario plūbeo cū ſuo piſtillo cū ſucco plantaginis, & nullā medicinā ab auctorib. deſcriptā inuenies efficaciorē iſta,* & tu cōſidera, quia hoc facile demōſtrari poteſt ex virtutib. componentiū ſi bene noſcunt. Ad hāc ēt intētionē eximie laudat ab auctorib. lamina plūbi, q̄ portet ſupra loco alchatim, vt ſcribit Gal. lib. 9. ſimplic. autoritate Hipp. Aui. Rhaſis & vniuerſorū auctorū, licet Auic. in huius plūbi applicationē dixerit eſſe cōſiderandū, *20. tertii cap. de multitudine pollutionis in fine.* De his a. q̄ ab occulta ꝓprietate poſita ſunt, a quibuſdā teſtantib. ſe fuiſſe hoc exptos, eſt, vt ſemp portet annulꝰ aureus lapide topacio munitus. Itē annulꝰ factus ex ferro, quo aliquis interētus fuit. Et plurima alia iſtis ſupaddere potuiſsē, ſed longitudinem effugiēs hæc ſolum quæ mihi rationabili iudicio & experientia mea quotidiana teſtimonio auctorum ap- A proprietate agētia.

C probata ſunt, ſcribere volui &c. Ad laudem Dei. Amen.

Consilium CXCIIX. *De apoſtemate duro in radice virgæ.*

Iste vir generoſꝰ ęgrotat apoſtemate duro in radice virgę ſuæ ſatis apud femur, apud q̄ apoſtema anteriꝰ ꝓpe caſtaneā, inuenit ēt durities notabilis maior in duplo, q̄ prima. Et ex vtriſq; diſpoſitionib. dictis accidit in mēbro eiꝰ nocumētū in erectione virgæ & impedimētū, & in veloci & cōuenienti expulſione virilis ſeminis tpe coitus, magis tamē impediret ſeminis virilis emiſſio, ſi cōtingeret ipſū in nocte pollutionē incurrere, tūc n. accidit in eo dolor tpe emiſſionis ſpmatis, q̄ nō accidit tpe copulæ cū muliere. Harū a. duritierū cauſæ efficiētes potuerūt eſſe frequēs & multū exercitiū ludēdi cū muliere, & ēt frequens cōſtrictio, vel tactꝰ virgæ cū manu. ꝓpter q̄ attractæ fuerūt materiæ ad locū Cauſæ efficientes duritiei.

D q̄ diuturnitate tpis induratæ fuerūt. Poterit ēt hāc duritiē efficere fortitudo virtutis expellētis materiā melancholicā a ſplene ad interiores partes verſus hæmorrhoidas, a q̄b. p cōtinuitatē venarū materiæ ꝓpulſæ fuerūt ad virgā, & in locis p̄dictis collectæ. Vnde apparet ex p̄dictis, q̄ duplex potuerit eſſe cauſa materialis. Et prima q̄dē phlegmatica, q̄ ꝓpter diuturnitatē tēporis q̄ cōtraxit in parte a frigore cōgelāte, vel calore reſoluēte ſubtilius conuerſa fuit in melancholiā. ¶ II. v. materialis cauſa potuit eſſe melancholicā materia a ſplene vel a vena caua ꝓpulſa ad loca p̄dicta, q̄ fecit illa apoſtemata melancholica incipiendo. Quæcunq; tamen harū cōcedat eſſe materialis cauſa, apparet, q̄ minet nocumētū arduū in poſterū futurū. Si n. materia in p̄dictis locis multiplicaret nō eſt dubitādū, q̄ abſcinderet potētiā coeūdi & emittēdi vrinā, claudēdo vias vtriuſq;, ꝓpter q̄

E oportet, q̄ iſte vir ſibi ipſi ſollicitꝰ exſiſtat de curatione huius diſpoſitionis, vt nūc ſequet. Abſtineat itaq; a cibis omnib. melācholicū ſanguinē generātib. vt ſunt carnes antiquorū animaliū & ſalſamenta omnia, caſeꝰ antiquus, durus & valde ſalitus, legumina omnia, p̄ter cicera rubea, lentes, caules & panis furfuraceus, cibi magnæ viſcoſitatis, & craſſitudinis, neruoſæ animaliū partes, piſciū frequēs vſus, & vinū ēt craſſum, turbidū & nigrū, & valde bruſcū vel acerbū, hæc omnia euitare debet. In aliis a. cibariis licētiā habet. Motus frequens & fortis ſuper cibo, ſomnus ꝓlixus valde, multa ciborum repletio faſtidiū adducens, ventris ſtypticitas, & frequens accidentiū animi euentus, ꝓpter q̄ fortis & velox motus ſpiritib. & humorib. imponat, hæc omnia in ſumma euitare debet. Pro regimine v. medicinali videt mihi neceſſariū eſſe, q̄ ꝓuideat ſibi cū octo inſtrumentis me- Diæta. Curatio.

F dicinalib. ¶ I. eſt, vt a tertia die futuri lunaris vſq; ad xij. faciat ſibi fieri phlebotomiā ſaphenæ dextri pedis, p q̄ extrahant ſanguinis ℥ iiij. vel v. p̄miſſa ſemp ventris lenitione, ſine qua non debet fieri phlebotomia. *4. primi cap. 20.* ¶ II. inſtrumētū eſt, vt poſt phlebotomiā p̄dictam mane immediate ſequenti accipiat hoc minoratiuum. *℞. aquæ bugloſſæ, & capill. Vene. ana ℥ ij. agarici electi, thymi, epithymi, folliculorum ſenæ ana ℥ v. diagridii gra.* Potio minoratiua.

 A

v. ſalis Indi gra. iiij. zinziberis, aniſi, violarum ana gran. v. infundantur omnia in prædictis aquis
calefactis per diem naturalem, deinde vehementer caleſiant & miſceantur, forti expreſſione colen-
tur, & addantur eis electuarii diaſenæ ℥ iij. & totum calidum in aurora bibatur, & tardetur poſt i-
pſum cibus horis ſex, & ante quam prandeat quinta præcedente hora accipiat cyathum plenum aquæ
Digeſtiua. *hordei calefactæ cum pauco ſaccharo.* ¶ Tertium inſtrumentum eſt, vt poſtquam accepe-
rit minoratiuum prædictum, die immediate ſequenti accipiat hoc digeſtiuum, quod
continuet diebus decem calidum in aurora, & poſt ipſum tardetur cibus horis ad minus
quatuor. ℞. *ſyrup. de epithymo ℥ j. oxymellis compoſiti ℥ v. aquæ capillorum Veneris ℥ ij. aquæ fumi-*
terræ ℥ j. ß. miſce & calidum accipiatur. ¶ Quartum eſt, vt diebus, quibus aſſumit digeſti-
Pilulæ. uum ſaltem omni tertio ſero parum ante cœnam, accipiat vnam de iſtis pilulis. ℞. *aloes*
præparatæ cum ſucco endiuiæ ʒ j. lapidis lazuli, lapidis armeni præparatorum an. ℈ j. diagridii gra. ij. B
ſalis Indi gra. iij. cum ſucco boraginis fiant pilulæ de omni ʒ vj. & vna vel duæ ad plus ſufficient, &
attendat, quod poſtquam fuerit purgatus, iterum poterit vti eiſdem pilulis, ex eis acci-
piendo vnam bis vel ter in ſeptimana alternis diebus. ¶ Quintum eſt, vt poſtquam
Alia. acceperit digeſtiuum prædictum, purgetur cum iſtis pilulis. ℞. *pilularum de lapide lazuli ʒ*
ß. pilularum Indarum ℈ ij. diagridii gra. j. fiant pilulæ cum ſyrup. de epithymo, & accipiantur hora &
conditionibus obſeruandis, quæ de minoratiuo dictæ ſunt. ¶ Sextum eſt, vt poſtquam fue-
rit euacuatus, ad localia appropriata conuenientia tranſeundum eſt. Facta igitur abla-
tione pilorum a toto femore bis in die partes omnes inguinales & femorales inungãtur
Vnguentū. hoc vnguento. ℞. *ſucci plantaginis, ſucci virgæ paſtoris an. ℥ iij. boli armeni ℥ ij. ß. amyli ℥ ij. terræ*
ſigillatæ ʒ j. hypocyſtidos, thuris, acatiæ, ſandaracæ, ſan. draconis an. ʒ j. ß. aceti ℥ j. ß. puluerizentur o- C
mnia per ſe, deinde forti contritione ſimul incorporentur in mortario plumbeo cum ſuo piſtillo. ¶ Se-
ptimum inſtrumentum eſt, vt tota virga diligenter inungatur cum oleo de ſiſamo cale-
facto, quoniam illud eſt mirabile & etiam cum prędicto oleo tepefacto cum moſcho in
mortario bene tritis iniiciatur in canalem virgæ cum ſyringa, quoniam primum eſt mi-
rabile & ſecundum eſt vltimum. *20. tertii, tractatu ſecundo, cap. de cura apoſtematis duri tam*
Emplaſtrū. *virgæ, quam teſticulorum.* ¶ Octauum vero remedium eſt emplaſtrum iſtud, quod tepidũ
toti virgæ vſq; ad eius radicem bis in die apponatur. ℞. *furfuris a farina diligenter mundati*
& perfecta contritione puluerizati & cribellati ℔. ß. ammoniaci diſſoluti cum oxymelle ſquillitico
mollioris & electi ℥ iij. incorporentur ſimul & fiat emplaſtrum, diu ipſum in mortario conteren-
do, hoc enim eſt vltimum, vnde *vigeſima tertii præallegato capite.* Et iterum curatio bona D
& experta ad illud ſumatur furfur & indeſinenter teratur & cribelletur in cribro tenui
& reſoluatur ammoniacũ cum oxymelle, & conficiatur cum eo, & immitatur loco dum
temperatum retinet calorem, & reiteretur ſuper ipſum aſſidue, eſt enim conferens o-
mni duritiei. Et infra iterum memoriam habet huius medicaminis, capit. de apoſtema-
te frigido virgæ, dum inquit: *Et medicamen ſumtum ex furfure & ammoniaco prædictum in*
cap. apoſtematis, in teſticulis eſt medicamen magnum conueniens locis illis, & eſt, quando virga apo-
ſtematur apoſtemate duro. ¶ Et attendat etiam vir, quod iſte modus regiminis ipſi datus per
euacuationes & digerentia ſupraſcripta conuenientior ſit ad euacuationem totius cor-
poris & mundificationem ſtomachi, ſplenis & renum eius: quod verum eſſe videbit,
cum prædictas medicinas acceperit. ¶ Hæc ſunt, quæ in diſpoſitione huius nobilis E
viri mihi electiora viſa fuerunt, & ipſa in ſalutem eius dirigat clementia omnipotentis.

CONSILIVM CXCIX. *De triplici mala diſpoſitione, videlicet: De exituris in inguinibus.*
De moro in eiſdem. Et de cancro & accidentibus ex eis prouenientibus.
Diuiditur autem Conſilium in tractatus duos.

Tractatus primus continens caput primum de inueſtigatione harum diſpoſitio-
num per cauſſas & ſigna, & de differentia earum
adinuicem.

AMBIGVVM maxime videtur reducere diſpoſitionem huius nobilis ad ve- F
ram cognitionem & adæquatum capitulum, eo quia apoſtematum & reli-
quarum eminentiarum cognitiones ex ſenſibus plurimum cognoſci de-
bent, vt viſu, tactu ab illuſtrium virorum ſermonibus confitetur. Verum
quanto clarius intellectus ex auditu acceptus huius diſpoſitionis veritatem enunciare
poterit;

A poterit, rationibus & auctoritatibus conabitur enunciare, varias autem materias in apoſtematibus omnium partium corporis cõtineri, & maxime in apoſtematibus locorum quæ emunctoria nominantur, clare ſcripſit Galenus ad Glauconem *ſecundo tract. 14. cap. Et idem in libello de tumoribus præter naturam. 4. cap.* Ita quod quandoque in apoſtematibus eruptis inuenta fuerunt corpora ſicut fumus vel vapor, mucus, gypſum, lignũ, lapides, arena, pili & vngues, quare nimirum ſi apoſtema huius nobilis videtur eſſe ſimile carnoſitati, vt de ipſo videatur dici poſſe traditum eſſe ſermonem ab Auicenna *tertia quarti, cap. de exituris in fine*, dum inquit: *Et de exituris quidem eſt ſpecies, quæ vocatur turmuſios, & eſt exitura, quæ cum rumpitur, quod eſt ſub ea, eſt ſimile carni bouinæ, & eſt exitura vaſalis rotunda rubea.*

Turmuſios quid.

B Ex quibus liquide patere poteſt, diſpoſitionẽ huius nobilis ad illud capitulum eſſe reducendam. At v. non parua difficultas videtur includi in his. ¶ Nam ſi hoc apoſtema videatur tactui facile cedere, fortaſſis eius materia erit ex ſanguine aquoſo, craſſo phlegmati admixto congenita, quare virtute ipſius epatis digeſtiua debili, & expulſiua forti, propulſa erit ad inguen, ibidẽ apoſtema faciens, qualiter n. epatis complexione corrupta in vniuerſo corporis frequenter carnoſitas ſuperaugetur, vt in hypoſarca, ſenſu percipitur, taliter in determinata particula corporis tales excreſcentias fieri conuenienter concedendũ eſſe videtur. Quod ſi ex tali materia hoc apoſtema videat̃ eſſe congenitũ, reducendũ videtur eſſe poſſibile ad cap. de moro, de quo ſcripſit princeps *tertia quarti vltimo cap.* Inter hęc tamen duo vir peritus quibuſdam ſignis diſcernere

C poterit. Nam ſi fuerit exitura carnoſa vel vaſalis rotunda, tunc plurimũ talia fiunt ex ꝑmutatione apoſtematũ calidorũ. ¶ Secundo quia locus tactu calidus reperit̃. ¶ Tertio quia tangenti & cõprimenti videtur digitus velut in foueã cadere. ¶ Quarto q̄a pulſatio concomitatur iſta, vt in plurib. ¶ Quinto quia in eiſdem reperitur reſiſtẽtia cũ aliquali caliditate, maxime ſi exitura fuerit carnoſa, & ẽt ſi fuerit rotũda vaſalis carnoſitate plena. ¶ Sexto ꝙ habentes exiturã raro euacuantur a febre. ¶ Septimo quod ex vniuerſali corporis diſpoſitione & habitudine reliquis generalibus cõprehendi poteſt. In moro v. tactus inuenit mollitiẽ excellentẽ magis. ¶ Secundo leuiter cõprimendo cedit. ¶ Tertio quia locus non ita calidus ꝑcipitur, ꝓpter phlegma, quod ſanguini cõmixtũ remittit ipſum. ¶ Quarto q̄a locus nõ tanta rubedine verificata coloratur, imo magna albedine

Signa exituræ carnoſa.

Signa mori

D rubeo admixta. ¶ Quinto quia cõprimenti ꝑcipitur inundatio, ſicut in corpore aliqualiter viſcoſo. ¶ Sexto quia materia mori ſua viſcoſitate videtur in vno loco magis congregata perſiſtere. Materia vero exiturarum propter calorem naturalem eius vel extraneum, vt in pluribus ad aliqualem pyramidalem figuram eleuatur.

Poſt hæc a. vt dubitationem omnẽ excludam, in qua mens mea non parũ inuoluitur, vt tanto viro rectius conſulere poſſim, videtur mihi hæſitandũ eſſe, an materia hui⁹ apoſtematis ſpeciẽ aliquã ventoſitatis includat. Et primo quidẽ auctoritatib. ꝑallegatis cõfirmari poteſt, ſi n. fuerit exitura carnoſa, arguit epatis nocumẽtũ in digeſtione, quare principiũ curationis inde penderet, ſi fuerit exitura alba nominatã, adhuc illa eſt mala malitia materiæ. Si v. fuerit morũ, iterum eſt malignum frequenter & doloroſum, vt Auic. ſcripſit *vbi ſupra*. Adhuc ẽt a rationib. deduci poteſt. In omni n. apoſtemate chro-

An materia huius apoſtematis ſpeciẽ aliquam ventoſitatis includat.

E nico malignatur materia, ꝓpter longã ſtationẽ in loco, lõga n. fixio materiæ in loco aſſociat de neceſſitate partis illi⁹ debilitatẽ maximã, ꝓpter ꝙ debilitato innato calore, corrũpuntur materiæ diu ſtãtes in locis, quãuis pri⁹ laudabiles fuiſſent. ¶ II. ratio, quia plurimũ in materia apoſtematum chronicorũ inuenit̃ aliqua melãcholiæ ſpecies. ¶ III. quia & licet in principio illorũ apoſtematũ non fuerit melancholia aliis humorib. cõmixta, generatur tamen ibi ꝓpter caloris debilitatẽ. ¶ IV. ratio, quia in hoc apoſtemate videtur eſſe cõmixtũ aliq̄d de melãcholia ꝑ aduſtionẽ ſanguinis, aut ꝑ aduſtionẽ cholerę genita, ꝙ declarãt ætas, cõplexio & habitudo. Eſt n. homo, in quo ſanguis abũdat, quia bene carnoſus & rubicundus & cõfirmat̃, quia veloces excreſcentiæ apoſtematũ ſignificãt habilitatẽ materiæ ad motũ. Et hoc quidẽ aut ꝓpter caliditatem materiæ, vt patet in apoſtematib. cholericis & ſanguineis, aut propter malignitatem a quadam venenoſitate

F in parte relictam, ſicut apparet in ſcrophulis & reliquis ſimilibus cum curantur. Hæc igitur ratio videtur in hoc nobili maximam difficultatem parere. Cum enim, vt audiui, fuiſſet hoc apoſtema cum potentiali cauterio bene curatum, iterum rediit, & ad illud quod prius, & forte deterius.

Ex quibus omnibus, vt præmiſi, maxima in mente mea viget anxietas, hæſito

enim in hoc apoſtemate inueniri malitiam venenoſitatis, per quã oporteat ipſum redu- A
cere ad ſpeciem apoſtematum melancholicorum, & maxime ad principiũ cãcri, quod
male libenter dico, ſed oportet conſulentẽ omnia recta fronte conſcribere, quę ſibi lu-
Signa cancri. mine ſcientiæ & opere innotuerũt. ¶ Si igitur in huius apoſtematis circumferentia appareat multitudo venarũ ſanguine nigro offuſcatarum ad aliquam tendente rubedinẽ. Et ſecundò, ſi eius principio fuerit hoc apoſtema rotundum, paruũ cum colore fuſco cum caliditate ſenſata: Tertio ſi fuerit cum dolore & ſiti: Quarto ſi velociter magnifice fuerit augmentatum: Quinto ſi dolor, qui in ipſo percipitur, inflãmatiuus & mordicatiuus exſtiterit. Hæc videntur ſigna maximam includentia difficultatẽ, quæ omnia confirmari poterunt ex ſequentibus. Nam ſi fuerit homo calidi epatis vtens regimine B
melancholiæ excitatiuo, vt cibariis valde ſalitis, carnib. craſſis, bouinis & vaccinis, multis leguminibus, & maxime fabis, caſeo, antiquo & duro, vinis fumoſis, aut rubeis, aut craſſis, caulibus, eruca & ſimilibus. Si etiam in eo ſolita fuerit retenta euacuatio, vt hæmorrhoidum, narium, aut pulmonis. Et ſi homo multum in ira & negotiis melãcholicis ſæpe perſiſtens. Hæc omnium prædictorum teſtimonium afferre poſſent, in quibus diligenter examinatione conſpecta videbitur conſilium curationis conueniens elici poſſe, quod nunc ſequitur.

Tractatus ſecundus de cura, diuiſus in quatuor capita.

EXPEDITO capite inquiſitionis ęgritudinis huius domini, ad regimẽ curatiuum
condeſcendo, quod in quinq; cap. diuidã. ¶ Primum igitur caput docebit ca- C
nones curationis exiturarum inguinalium & curationis mori. ¶ Secundũ ponit canones curationis cancri, a quo benedictus Deus abſoluat ipſum. ¶ Tertium docebit rectificare accidentia tam in prauis apoſtematibus, quam in cancro eueniẽtia. ¶ Quartum explicabit regimen per ſex res non naturales.

CAP. I. *Canones curationis exiturarum inguinalium, & curationis mori.*

OPORTET igitur, vt canones iſtos pro ſui curatione diligenter attendat. ¶ Pri-
I. mo quidem in lunari menſe Martii proximi futuri a ſeptima vſq; ad 24. diem
lunæ eligat diem ſibi gratum, vt faciat phlebotomiam venę baſilicæ dextri la-
teris ſub cubito exſiſtentis, & extrahat de ſanguine ab ℥ v. vſq; ad vij. tranſactis vero die- D
bus xii. faciat ſibi fieri phlebotomiam ſaphenæ pedis dextri in domeſtica parte cruris ſuper cauilla exſiſtentis & extrahat ſanguinis ℥ v. ¶ Facta phlebotomia ſequenti mane
Potio minoratiua. ſoluatur venter eius cum hac euacuatione minoratiua. ℞. *medullæ caſſiæ fiſt. nouiter a canna extractæ cũ aqua lactis ℥ j. thymi, epithym. electi ana ℈ j. reubarbari, agarici electorum ana ℈ ß. zinz. ſpicæ, cinamomi ana g. ij. ſalis gemmæ g. j. a cibo & potu, per quinq; horas abſtineat, & bibatur totum in aurora cum aqua lactis caprini calida*, poſt quas quinq; horas accipiat cyathum vnũ aquæ hordei calidæ, poſt cuius aquę potum per vnam horam prandeat. ¶ Sumto minoratiuo, ſequenti mane incipiat aſſumere ℥ ii. huius ſyrupi cum aquæ bugloſſæ, aut aquæ ſcabioſæ an. ℥ j ß. accipiat ipſum in aurora calidum, & non comedat neq; bibat poſt ipſum, niſi quatuor horis elapſis. ℞. *florum boraginis, bugloſſæ, hypericonis, valerianæ, thymi, e-*
Syrupus digerens. *pithymi ana M j. radi. cichoreæ, endiuiæ, calendulæ, dauci, fœniculi an. M. vnius partes duas, radi-* E
cum bruſci M. ij. ſem. communium frigidorum, granorum pæoniæ & lupulorum ana M. ß. abſinthii, aſari, eupatorii, chamædreos, chamepitheos an. M. j. ß. bulliant in lib. x. aquæ vſq; ad conſumtionẽ medietatis, deinde colentur & exprimantur, & prædictis addãtur aceti albi lib. j. ſacch. albi lib. j. ß. & coquãtur vſq; ad ſpiſſitudinẽ ſyrupi. Sumto ſyrupo purget cũ hac medicina. ℞. *electuarii Indi de-*
Potio purgans *ſcriptione Meſuæ ʒ ij. electuarii ſucci roſarũ ʒ j. ß. caſſiæ de canna nouiter excractæ, vt ſupra ʒ vj. bi-*
II. regula. *batur in aurora*, & fiat cuſtodia, vt ſupra. ¶ Secũda regula obſeruãda eſt, vt poſt purgationẽ accipiat omni mane cochlear vnũ huius mixtionis. ℞. *trociſcorũ de viol. trociſcorũ de roſ.*
Electuariũ *cũ ſemine acetoſæ an. ʒ ij. ſpecierũ tria ſandalorum ſine camphora ℥ ß. cõſeruæ viol. ℥ j. ß. conſeruæ roſ. & bugloſſæ an. ℥ ij. ſpodii ſubtiliſſime triti ʒ j. fiat electuarium*, & non comedat poſt ipſum niſi
III. tranſierint horæ tres. ¶ Tertia regula obſeruanda eſt, vt venter eius fluxibilis exſiſtat; F
& ſiquidem natura non reſponderet, accipiat omni tertia die ante cœnam duas de iſtis
Pilulæ. pilulis. *Recipe aloes epaticæ bonæ ℥ j. reubarbari electiſſimi ℥ ß. ſpicæ, maſticis, ſpodii, roſarum ana ℈ j. ſalis gemmæ g. viij. infundantur in aqua cichoreæ vel endiuiæ vſque ad coopertùram ipſorum per*
IV. *quinque dies, deinde ex eis fiant pillulæ, & accipiantur vt ſupra.* ¶ Quarta regula obſeruanda ta-

A datalis eſt,vt ſi quã euacuatio ab eodem ſolita fuiſſet retenta, ilico prouocetur, ſi enim
a naribus fluere ſolebat ſanguis, fiat ipſius prouocatio titillando internas nares cum ex-
tremitate pennæ vel alterius feſtucæ, aut cum ſetis porcinis. Si vero retentæ fuiſſent
hæmorrhoides, fiat earum fricatio cum lacte fici,aut cum felle tauri,aut cũ aqua infuſi-
onis piſcium ſalitorum,quæ omnia mihi experta ſunt. ¶ Quinta regula eſt, vt omni- V.
no caueat ab applicatione medicinarum acutarum ſuper loco apoſtemoſo, niſi maxi-
ma præcedente deliberatione & cautela,vt inferius tangetur. ¶ Sexta vt dum hæc fi- VI.
unt,in die naturali quater vngatur locus cum hac mixtura. *Recipe olei de vitellis ouorum* *Vnguẽtũ.*
in ſartagine frixi ℥ ß. olei de ſiſamo & de chamomilla ana ℥ ß. medullæ cruris vituli lactentis ʒ ix.
diſſoluantur omnia & adminiſtrentur calida mediocriter, & ſuperponatur lana.¶ Se- VII.
B ptima, vt poſt euacuationem omni mane ante prandium & cœnam per duas horas ap-
plicetur ventoſa vna magna ſine ſcarificatione in parte domeſtica tibiæ , in medio eius
magis carnoſæ , & ita fiat ſex diebus. Illis vero immediate ſequentibus ſex apponatur
ventoſa prædicta in domeſtica parte cruris diſtantis a genu per digitos quatuor : Et
vltima die ſcarificatione condecenti extrahendo ſanguinis ℥ v. ¶ Octaua,vt ſi per VIII.
hæc ingenia videtur apoſtema diminui & conualeſcere locũ, prædictis intendatur rei-
terando frequentatas cum prædictis pilulis euacuationes,ventoſationes cruris ſine ſca-
rificatione & inunctione prædicta. ¶ Nona, vt ſi per prædicta non videatur apoſte- IX.
ma detumeſcere, ſuperponatur hoc emplaſtrum mihi ſæpe expertum in reſoluendo
ſuperfluitates ex profundo muſculorum & aliarum partium , & conuenienter conſu-
C mit humiditates. *Recipe lapidis marchaſitæ ʒ j. vitrioli viridis ʒ ij. reſinæ pini electi ℥ j. ß. me-* *Emplaſtrum.*
dullæ crurum vituli ℥ ij. pulueriʒentur omnia, & diſſolutis diſſoluendis fiat emplaſtrum, cum quo
calido bis in die naturali emplaſtretur locus. ¶ Si autem per hæc prædicta non curatur,
non laudo medicinarum cauſticarum applicationem,nam propter ſui acuitatem ma-
teriam furere faciunt & fluxum ad locum aliunde prouenire,aut & tertio quia non eua-
cuantur gradu venenoſitatis,quam in hoc caſu dubito. ¶ Si autem fuerit circa talem e-
minentiam,omnino auferre conſilium opportunum eſt, vt adminiſtretur cauterium
actuale,cuius figura ſcribetur inferius. Et cura in adminiſtratione ipſius eſt , vt in hoc
nobili ventris præmiſſa mundificatione,& in hora diei ab ortu ſolis vſq; ad tertias,fiant
defendentia materierum fluxum circa locum,ita quod cooperiatur pannis infuſis in a-
D qua roſ.& vino granatorum cum terra ſigillata,bolo ar.& acacia commixtis. Operator
a.cauterium candere faciat vſq; ad rubificationẽ circumcirca ,quod locum apoſtemo-
ſum ſine aliqua profundatione vſque ad totalem eminentiæ abſciſſionem cauterizan-
do procedat , loci autem tumorem ex ſermonibus anatomiæ cognoſcere poterit, ex
multitudine venarum,arteriarum,neruorum,extremitatibus lacertorum & pannicu-
lorum,quæ omnia attente conſideret, & cum præſentia illuſtrium phyſicorum talem
operationem fieri conſulo. Omnino enim prætermittere talem operationem ſecuri-
us eſſe diiudico. ¶ Si autem tale cauterium fieret , ſuperponatur combuſto loco
hoc vnguentum vſq; ad caſum eſcharę. *Recipe olei violar. butyri ana ℥ j. ceræ albæ ʒ ij. diſſol-* *Vnguẽtũ*
uantur & incorporentur omnia, poſt caſum autem eſcharæ optimũ eſſet,propter conſum- *ad locum*
E tionem reliquię materię, & exſicationem,& loci confortationem,quibuſdam diebus *combuſtũ.*
procedere cum vnguento apoſtolorum,poſt illud autem cum regeneratiuis & ſigilla-
tiuis medicando.& hęc de primo capite dicta ſufficiant.

Cap. II. *De cura cancri.*

SI autem ex ſignis præmiſſis apparet materiam huius apoſtematis maligna-
ri,ita vt ad cancri ſpecies reduci poſſet,a quo glorioſus Deus hunc nobi-
lẽ tueatur,ſapientiſſime & multũ blãde in eius regimine procedere opor-
tet.¶ Primo quidẽ cum rectificatione regiminis ex parte rerũ nõ natura-
F liũ, *vt 4. cap.* videbitur. ¶ Secũdo cũ euacuationib. frequẽtatis, de quarũ numero elegan-
tior eſt & tutior, *vt accipiantur aquæ mellis & aquæ lactis caprini an ℥ ij. epithymi ʒ ij. miſceãtur &* *Potio.*
dentur in potu, diebus autem intermediis gratia digeſtionis *dentur ſyrupi acetoſi ſimplicis ℥* *Potio digeſtiua.*
ij. aquæ ſublimationis roriſmarini , foliorum hederæ ana ℥ j. Ineſt enim roſmarino pro- *Roriſmarini facultas.*
prietas maxima mundificandi arterias & venas totius corporis a mala materia

propter maximam vim conſumtionis & exſiccationis ſuæ,vt Dioſcorides de eo ſcripſi *in pr mo cap*.in vera tranſlatione illius:quare multũ approbo vſum ipſius omni modo aſſumtionis. ¶ Tertio vero cum localibus appropriatis non multum fortibus in cura eius procedendum eſt. Et licet plurima auctorum illuſtrium ſententiis ſcribere poſſem, ſolum tamen illa , quæ quotidiana experientia me docuit vtiliora conſcribere vtilius duxi. ¶ Primo igitur maximæ vtilitatis eſt, vt accipiantur plantæ & folia vndengeri, quam ſic vocat Serapio,de qua fit emplaſtrum cum aqua & melle. Dioſcorides autem hanc plantam ſcribit eriſmon, & cum diligenter attendatur,eſt planta,quam Itali vocant erucam ſylueſtrem,de qua ſecundum Dioſcoridem fiat emplaſtrum cum mulſa,i. aqua mellis. ¶ Secundum magnæ vtilitatis eſt,vt accipiantur grana raphani , & bene conterantur cum aceto leuis acredinis, & ex eo ſæpe locus emplaſtretur cancerosus. ¶ Tertium ſpeciale eſt hoc.℞. *paſſularum pinguium lib.ß.foliorum hederæ recentium ℥ iij. conterantur ſimul diu,& ex eis emplaſtretur locus per ſe.*

Vndengeri quid. *Emplaſtra*

Poſt hoc autem,quia perſæpe contingit locum vlcerari,ſi ita contingeret , placuit ad conſilii complementum quædam maximæ vtilitatis experimenta cõſcribere. ¶ Primum eſt. ℞. *pulueris cancrorum fluuialium combuſtorum ℥ iiij. tuciæ triceſies ablutæ cum aqua fontis ℥ j. miſceantur omnia ſimul cum aqua mellis,& fiat linimentum.* ¶ Secundum eſt. ℞. *lithargyri diu contriti in mortario plumbeo ℥ j. ſucci ſolatri,q.ſ. incorporentur ſimul & liniatur ex eo locus*,potenter enim aufert punctionem,mordicationem & malam complexionem calidam. ¶ Tertium eſt hoc. ℞. *tuciæ præparatæ, vt prius ℥ j. lithargyri ℥ ij. pulueris florum roriſmarini ℥ ß. olei de kerua ℥ iiij. terantur omnia ſimul longo tempore in mortario plumbeo,& medicetur ex eo locus.* Eſt enim potentius ad exſiccandum materiam & virulentiam omnem. ¶ Quartum ſingulare remedium ad omnia prędicta eſt,vt ex ſucco plantæ, quam quidam vocant herbam Dæmonis,ſæpe liniatur locus, plantam autem hanc Italorum plurimi vocant Albergam, aliqui vero Vngariam vocant,& eſt maximæ vtilitatis in ſedãdo inflammationes & dolores mordicatiuos , prohibendo vlcerationem ambulare, vt experientia vidi,& forte iſta eſt planta,vt mihi apparet quam Dioſcorides eriſmon vocat,de qua dictum eſt.Nam odor eius odori erucæ ſimilatur, ſimiliter & ſapor vtriuſq; magnam habent inſimul conuenientiam,vt experientia patere poteſt.& hæc de ſecundo capite dicta ſufficiant.

Linimentũ Aliud. *Aliud.* *Herba Dæmonis. Alberga. Vngaria.*

Cap.III. *De modo rectificandi accidentis.*

PRo expeditione vero capit.tertii,præmittendum,quod & licet accidentia,quæ ſ. morum & alias exituras emunctoriales concomitari poſſent,plurima eſſe poſſint, communia tamen ſint mala complexio calida cum inflammatione & mordicatione ibi percepta. ¶ Durities etiam & craſſities neruorum,chordarum & panniculorum ibi exſiſtentium. ¶ Tertium eſt ſtupor vel diminuta ſenſatio ibidem remanẽs,ad quod plurimum ſequitur ambulandi prohibitio. ¶ Pro cuius remotione fiat vnguentum tale,cum quo ſæpe locus vngatur frigido aut leuiſſime calido. ℞. *olei violarum ℥ ij. amyli ʒ vj. ceruſſæ,lithargyri an. ʒ ß. pulueris melitoti,chamomillæ an. ℈ ij. croci g. vj. ceræ al. quantum ſufficit , fiat vnguentum , quod poſtea bulliat in ℥ iiij. ſucci lactucæ vſq; ad compoſitionem illius ſucci.* ¶ Pro remotione vero ſecundi accidentis. ℞. *mucilaginum fænugræci , & ſem. lini ana ℥ j. bdellii mollis & ſubalbidi diſſoluti cum modico aceti al. ℥ j.ß. ceræ al. ℥ j. ß. medullæ crurum vituli ʒ j. croci ʒ j. fiat vnguentum ſecundum artem.* ¶ Pro ſtupore vero remouendo aut in parte auferendo confert etiam hoc vnguentum immediate ſcriptum. De expertis autem eſt, vt inungatur ſæpe locus cum pinguedine taxi,ſecundum eſt pinguedo vrſi, tertium & aliis fortius,vt vngatur locus cum pinguedine leonis.& hæc de tertio cap.

Vnguentũ. *Aliud.*

Cap.IIII. *De regimine eius per ſex res non naturales.*

IN regimine v.tam in actu curatiuo huius,quam præſeruatiuo diligenter inſpiciendum eſt. Oportet n. omnium rerum non naturalium adminiſtrationem cum contrarietate applicari. Cum igitur prædictæ diſpoſitiones exſiſtant apoſtemata ex materia ſanguinea,cui etiam fortaſſe non parum phlegmatis admiſcetur ſalſi: ideo oportet regimen in cibis ad infrigidandum & exſiccandum inclinari : ratione tamen alicuius aduſtionis conueniret adminiſtrari frigida & humida. Et propterea mihi apparet regimen eius conuenientius eſſe,vt ex frigidis & ſiccis potentia mediocriter humidis confrangatur. ¶ Sit igitur panis eius aliqualiter furfureus,craſſus , mediocriter coctus,

Panis.

A coctus, parum ſalis accipiens,& habeat duplum fermenti reſpectu communis panis›
optimum a.eſt,vt procuret comedere panem præciſe ex hordeo factum, leuiter ſalitũ
& fermentatũ,vt prius & ſit hordeũ pro poſſe depilatum. ¶ Carnibus a.vtatur pulli- *Carnes*
nis,anatinis,perdicum & phaſianorum. Columbos omnino fugiat,ſimiliter carnes vi-
tulinas,vtituli lactentis, agninas & caſtratinas. Et de ſylueſtrib.,vt leporinas,cuniculinas
& ſimiliter omnes leuis & facilis digeſtionis,& leuis pinguedinis. Carnes a.porcinæ &
conſimiles multum humidæ,multum viſcoſæ & pingues non placent. ¶ Cum prædictis
a.carnibus ſemper bullire faciat res aliqualiter infrigidantes cum exſiccatione,aut hu-
mectatione leui,vt ſunt borago,lactuca,acetoſa,ẽdiuiã,portulaca,atriplices,ſpinachia,
bleta,folia violarum,ſemina cõmunia,cucurbita ſuis temporibus recens,&aliis tẽpori-
B bus exſiccata,&præ cæteris portulaca ſicca. ¶ De aperientib.a.cum caliditate non tran-
ſcendat,quale eſt petroſ.& fœniculus,aut qualis eſt daucus vel apium. De fortiorib.in
pauca quantitate raro ſumat. Iuſcula ẽt de farina hordei ſumme placent. Conſimiliter
ẽt & panicũ & farchondrum nominatũ. Caules autem & reliqua cibaria melancholiæ
potentiam includentia omnia dimittantur. Aromatib.autem raro & in pauca quanti- *Aromata*
tate vtatur & non tranſcendat,qualia ſunt crocus,macis,nux muſcata, & ſimiliter leui-
ter calida. ¶ Ex ſaporib. a.& licet prima fronte nõ videretᷣ eſſe cõueniẽs acetũ,ꝓpterea *Sapores.*
quia melancholiã excitat,quia tamen ſi quid melãcholiæ in hac materia cõmiſcetur,
illud eſt propter aduſtionem genitum : ideo non videtur inconueniens aceti vſus, &
maxime mediocriter acetoſi. Infrigidat n.& exſiccat,incidit & aperit. Similiter & agre-
C ſta ſine ſale,aut leuiſſimæ ſalſedinis,ſuccus granatorũ citrangulorũ conuenire poſſent.
¶ Ex fructibus a.euitet ſicut pyra,caſtaneas,nuces auellanas,ficus ſiccas,phiſticos,pine- *Fructus.*
as,& reliquos fructus difficilis digeſtionis,oppilatiuos,craſſi nutrimenti, & aliquid vn-
ctuoſitatis habentes,vt ſunt nux,ficus,pinea & ſimilia. Pomis a.dulcibus,peponib.ficu-
bus recentibus,vuis,& conſimilib.lenientib.& aperientib.facilis digeſtionis & boni nu-
trimenti vti poteſt. ¶ Vino vtatur albo aromatico,ſubtili,aliqualiter pontico vel in ſa- *Potus.*
pore mediocri. Dulce a.vinum omnino fugiat,vt & cereuiſiã & omnes potus ſua dulce-
dine vel ſubſtantia humores curſibilitati & ebullitioni diſponentes. Optimum a.eſt ei
vt potui ſuo tꝑe veris & æſtatis & autumni ſemper cõmiſceat tertiam vel quartã partem
D aquæ ſublimationis boraginis,hyemali v.tempore cõfrangatur vinum aqua commix-
ta ex ſublimatione boraginis duarum partium,& tertia aquæ ſublimationis roriſmari-
ni in panno de ſindone raro,& tali vino vtatur.

Ex præmiſſis apparet,qualiter aer,camera & locus,in quib.habitat,debeãt eſſe ad *Aer.*
frigiditatẽ & ſiccitatẽ inclinata. ¶ De annexis autẽ euitentur veſtes epar & renes,imo
totum corpus calefacientes,vt pellibus vulpinis & ſimilibus ſuffultę: longa etiam ſtatio
in ſtuffis (ſicut eſt talis patriæ conſuetudo) non mihi placet, imo ſi poteſt,omnino di-
mittat.

De motu a.& quiete dicendũ,ꝙ licet exercitium gratia conſumtionis ſupfluitatũ *Motus & quies.*
conuenire videatᷣ,quia tamẽ corpus nõ eſt mundũ,& exercitiũ ſupfluitates agitãdo flu-
E ere facit,& cõſuetudo mẽbrorũ,quia fortia mẽbra ſuperfluitates ſuas expellũt ad debi-
lia, *1.primi cap.de mẽbris in fine*. Ad ꝙ ẽt adiuuat ponderoſitas & fluxibilitas materierũ in-
clinãtes eas ad inferiꝰ: quare laudo magis vt quieſcat,q̃ exercitetᷣ: loco a.exercitii vti po-
teſt fricationib.pedũ & crurũ vſq; ad genu cũ pãno aſpo factis,ſimiliter fricationib. ca-
pitis & ſpatularum ieiuno ſtomacho,vt materias diuertant & euaporare faciant.

Omnia autem animi accidentia humores & ſpiritus calefacientia, ebullire faciẽ- *Motus animi.*
tia & inflammantia corpus,vt ira,furor & ſimilia: Similiter etiam & promouentia a-
nimam & corpus ad nimiam conſumtionem & exſiccationem dimittantur. Triſtari
autem & frequenter ſollicitari de impoſſibilitate curationis valde nocent. Confortetur
igitur & ſperet ſanitatem,quam ipſi Deus omnipotens præſtabit,vt ſpero.

Circa repletionem autẽ iam factam qualiter procedendum ſit,in primo cap.regi- *Repletio & inanitio.*
F nis curatiui patere poteſt per euacuationes vniuerſales & particulares ibi poſitas. Circa
autem repletionem euitandam has regulas obſeruet. ¶ Prima vt nunquam cibum ac- *Regula de euitãda repletione.*
cipiat,niſi cognouerit præaſſumtum fuiſſe complete digeſtum,in quo non parum plu-
rimi Germanorum peccant, multum,longo tempore,& ſæpe comedentes. Colligitur
hæc ſententia *tertia primi cap.de regimine eius, quod comeditur & bibitur*. ¶ Secunda regula

eſt, vt nunquam cibum accipiat, niſi fames ipſum inuitet, neq; tardet accipere cibum, A
III. quando fameſcit. Colligitur *vt ſupra.* ¶ Tertia vt ſemper præaſſumat cibaria lenia & lu-
IV. brificantia, de quibus in *principio cap. huius libri* colligitur vt ſupra. ¶ Quarta vt nunquam cibum accipiat vſque ad completam ſaturitatem. Deterior enim comeſtio eſt, quæ ſtomachi grauitatem efficit, ſicut deterior potus, qui in ſtomacho natat & fluctuat,
V. vt colligitur vbi ſupra. ¶ Quinta quod nunquam cibum comedat niſi ipſum perfecte
VI. maſticet, qui enim odit vitam ſuam, cibum ſine optima maſticatione deglutiat. ¶ Sexta vt nunquam in vna comeſtione diuerſa & plurima cibaria aſſumat & potus etiam diuerſos, contra omnem Germanorum vſum, nihil enim deterius, quam diuerſa cibaria ſimul coniungere, & cum hoc in comedendo tempus prolongare.

Somnus et vigilia. De ſomno autem & vigilia ſic procedat. Nunquam dormire incipiat, niſi per duas horas poſt cibum: tunc enim dormire incipiat ſuper dextro prius latere, deinde poſt primum ſomnum ſuper ſiniſtrum ſe vertat. Dormitio enim reſupina in caſu iſto poteſt aliquid vtilitatis afferre, quia ſuperfluitates ad poſteriora declinare facit. B

Menſura autem dormitionis non tranſeat ſeptem vel ad plus octo horarum ſpatium. Si autem contingeret exceſſum in ſomno & vigilia fieri, melius eſt in vigilia multum excedere, quam in dormitione, prolixa enim vigilia ſuperfluitates diuertẽdo, euaporare faciendo & conſumendo corpora extenuat.

Somnus vero ſuperfluus corpora replet & humectat, rheumatiſmos generat & materias ad loca debilia fluere præparat. Hæc ſunt, quæ de regimine huius nobilis vtiliora aperire potui, figura autem cultellaris cauterii ſupra tacti eſt iſta, & fiat de ferro. C

CONSILIVM CC. *De apoſtemate in inguine.*

DIFFICILE maxime videtur reducere diſpoſitionem hui⁹ viri ad veram cognitionẽ & adæquatũ caput. Apoſtema durũ malignũ in inguine tendens ad cãcrũ, in omni apoſtemate chronico malignatur materia propter longã ſtationem in loco, quæ arguit vel aſſociat partis illius debilitatem maximam, quia debilitato calore innato corrumpuntur materiæ diu ſtantes in locis, etiam ſi prius fuiſſent laudabiles.

Curatio. *Potio.* Cura ei⁹ eſt vt primo fiat phlebotomia: deinde ℞. *caſſiæ tractæ cũ aqua lactis* ℥ j. *epithymi, thymi ana* ℈ j. *reubar. agarici ana* ℈ ß. *zinz. ſpicæ nardi ana gra. v. ſalis gemmæ* ʒ j. *fiat infuſio, colatura detur pro minoratiuo.* ¶ Digeſtiuum. ℞. *florum bora. bug. hypericonis, valerianæ, thymi, epithymi an.* M j. *radicum cichoreæ & endi. calendulæ, dauci, fœni. ana* M j. *partes ij. radicum bruſci* M j. *ſem. communium frigidorum, granorum pæoniæ & lupulorum ana* M ß. *abſinthii, aſari, eupatorii, chamedrios, chamepytheos ana* M j. ß. *bulliant omnia in lib. x. aquæ ad conſumtionem medietatis poſt colaturæ expreſſæ addatur aceti al. lib. j. ſacch. lib. j. ß. coquantur vſq; ad ſpiſſitudinem ſyr. Doſ.* ℥ ij. *cum aqua bugl. & ſcabioſæ ana* ℥ j. ß. ¶ Eradicatio. ℞. *electuarii Indi, electuarii ſucci roſ. ana* ʒ j. ß. *caſſiæ tractæ cum aqua lactis* ʒ vj. ¶ Electuarium. ℞. *trociſ. de viol. de roſ. de ſpodio cũ ſem. aceto. an.* ʒ ij. *ſpodii ſubtiliſſime triti & bugloſſæ an.* ʒ ij. *fiat electuarium.* Doſis eſt cochlear vnum expertum emplaſtrum in reſoluendo ſuperfluitates ex profundo muſculorum conſumendo humiditates. D

Syrupus digerens.

Bolus eradicans.

Electuariũ

CONSILIVM CCI. *De tumore in teſticulo cum duritie & dolore.* E

ISTE nobilis Bononienſis ægrotat diſpoſitione, quam alias paſſus fuit ſaltem bis: & eſt tumor cum manifeſta duritie in teſticulo dextro ipſius, qui quandoque aſſociat ſibi dolorem ſatis verendum; & minatur ei hæc diſpoſitio carnoſam herniam, & proprie ſi perſeueraret & conuerteretur ad duritiem fortem.

Diæta. Oportet igitur ei prouidere citiſſime, antequam res antiquetur. ¶ Caueat ergo ſibi ab omni legumine & a rebus valde ſalſis & a multitudine rerum acutarum, vt piſcibus ſalitis, ſinapi & conſimilibus, & comedat piſces elixos & frixos: item ſpinachiã, bletã, iura cicerum rub. oryzã cum amygdalis: vtatur paſſulis, ficubus ſiccis, aranciis & conſimilibus: bibat vinum album ſubtile, & boni ſaporis, aliqualiter aqua commixtum, præcocta tamen, vſq; quo erit perfecte ſanatus: vtatur aſparagis, rampontiolis, lactuca, cichorea, lupulis & ſimilibus. F

Curatio. De remediis vero medicinalibus omnino videretur mihi neceſſarium, quod iſte nobilis faceret ſibi fieri phlebotomiam venæ baſilicæ dextri brachii, per quam extrahere faciat de ſanguine ℥ iij. vel iiij. ¶ Facta phlebotomia ſequenti die imediate accipiat hunc potum. *Rec. electuarii Indi* ʒ iij. ß. *bibat ipſum cum modico vini al. ſubtilis & calefacti*

Potio.

horâ

A *hora 10. & tardet cibum vſq; ad horam xvi. & in hora xv. bibat cyathum vnum aquæ coctæ cum ſacharo calefactæ.* ¶ Die vero ſequenti immediate ſuperponat toti teſticulo iſtam vnctionem calidam, totum membrum vngendo diligenter abſq; fricatione aliqua. ℞. *olei de ſiſamo ℥ ij. olei de euphorbio ℥ ß. miſce, non calefiat totum,* ſed ſemper accipiatur de eo quantum ſufficit pro vice vna. Cum ergo fecerit inunctionem ſupraſcriptã, ſtatim ſuperponat petiam vnam magnam rotundã, amplectentẽ totum ſcrotum; & permutet ipſum omni die bis extendendo ſuper petia ipſum bene craſſum & mediocriter calidum; ſ. emplaſtrum. ¶ Dum ergo continuat iſtud emplaſtrum, ſi venter eius non eſſet bene largus, ſicut eſſet conſuetus, vtatur iſto electuario, de quo ante cœnam aſſumat cochlear vnum. ℞. *medullæ ſebeſten extractæ cum aqua decoctionis folliculorum ſenæ ℥ iij. caſſiæ fiſtulæ extra-* Inunctio.

B *ctæ cum prædicta aqua ℥ ij. diagridii ℈ ß. fiat electuarium.* Cum ergo iſto vtitur emplaſtro, omnino quieſcat & non ambulet; & cum fecerit iſtã per ſeptimanam vnam, ſcribat de ſtatu ſuo, ego enim alia remedia efficaciora notabo ſecundum quod res terminauerit. Electuarium.

CONSILIVM CCII. *De ſterilitate ſeu impotentia ad generandum, & erectionis virgæ. Diuiditur autem conſilium in capita tria.*

CAP. I. *De cauſis impotentiæ erectionis virgæ.*

RATIONABILITER cõtemplanti ea, quæ de diſpoſitione magnifici domini Comitis ſcripta ſunt, ſatis facile poteſt apparere cauſa ſterilitatis vel impotentię generationis. Cum enim nobilis mulier eius defectum generationis habere non poſſit, ex his, quæ informatiue ſcripta ſunt, oportet illius cauſam aſſignari viro, cui copulatur,

C & a quo recipitur, neq; hoc eſt mirum, imo valde veriſimile videtur. ¶ Ad generationẽ igitur exigitur debita virgæ erectio & erectionis permanentia, ad hoc vt virga conuenienter os matricis ingrediatur, & ibidem confricationem faciens delectationem faciat, & eadem ab ea recipiat etiam per debitam erectionem conuenienter ingreſſa virga in eius concauitatẽ ſperma conuenienter effundat. Cum igitur virga non bene erigitur & erecta non bene perdurat, tales effectus dicti non conſequuntur, qui ad generationem neceſſarii ſunt. ¶ Amplius & ſi ſperma in vaſis propriis, in quibus generatur, non eſt cõuenienter excoctum, non poterit eſſe apta generationis materia, imo impeditiua magis. Cum igitur tales cauſſæ in Illuſtri hoc noſtro Comite inueniantur, nihil mirabile, ſi Erectionẽ virgæ eſſe ad generationẽ neceſſariam.

D ſterilis eſt & non fœcundus. ¶ Indebitæ igitur erectionis virgæ cauſam in eo accipere non poſſumus eſſe ſiccitatis ligamentorum; cum humidus valde naturaliter & ætatiue ſit. Neq; etiam ſpaſmum aut paralyſin membrorum genitalium. Neq; cum hoc adſunt oppilationes inter medium cordis aut epatis exiſtentes, cum deficiant ſigna talem oppilationem arguentia. ¶ Et ſi etiam plures aliæ præter iſtas poſſent eſſe cauſæ coitus & generationis impeditiuæ & erectionis membri, natura tamen videtur eſſe propinquior & efficacior, quam mala complexio humida totius, & maxime in renibus & membris genitalibus augmentatiua cum multitudine phlegmaticarũ materierũ, quæ naturalem calorem ſuffocando extinguunt vel debilitatem adducunt, neq; ventoſitatem ad generationem neceſſariam generare poſſet, quare deficiat erectio. Neq; etiam calor potens eſt ad debite coquendum materiã ſpermatis, quare ſperma generatur aquoſum & flui- Cur patiens hic nõ poſſit erigere virgam.

E dum, quod nec generationi nec delectationi conueniens eſt.

CAP. II. *De cura per diætam.*

HVIC itaq; nocumẽto ſubueniendo & ſi longo ſermone multiſq; modis vti poſſem, leuius tamen & vtilioribus remediis prouidendum eſſe mihi viſum eſt. ¶ Itaq; vtatur regimine ſex rerum non naturalium ad caliditatem & ſiccitatem inclinatium, licet cum menſura rerum ſecundũ gradum tranſeuntium modo procedatur adminiſtrando cameram & locum habitationis cal. & ſic. abſq; humiditate, vento & rheumate a muris antiquis eleuata: ſtationem & dormitionem in loco terraneo euitet omnino. ¶ In cibo vtatur pane recenti duorum vel ad plus trium dierum cõfecto cum ſemine napi puluerizato, ita quod in vno pane ſit prædicti pulueris ℈ j. Carnibus vtatur

F pinguibus iuuenibus & laudabilibus non valde ſalſis cum ſapore ex croco; pipere longo & puluere caudę ſtinci confectis. Acria vero & acetoſa & paſtilia & viſcoſa euitet cõdita. ¶ Exercitio mane & ante cœnam mediocriter vtatur; & ipſum poſt cibum euitet. ¶ Dormitionem longam; & maxime ſuper cibum omnino fugiat. Longa enim dormitio ita coitũ impedit, ſicut multa ciborum & potuum repletio. ¶ Effugiat ſollicitas an-

guſtias,iram,&furiam,& mala cogitamina,& continue meditetur de coitu & variis co- A
eundi modis: Iuſtitia tamen & reuerentia honeſtatis moraliter ſeruata. Audiat igitur le-
ctiones iſtorum de luxu & coitu fabulantiũ,de mulieribus & viris in coitu negotianti-
bus,& accipiat ſæpe taurorum,equorum,pecudum & aliorum brutorum varios coeun-
di modos. ¶ Repletionem ex cibis & potibus multam omnino deuitet. Hoc enim ma-
xime generationem & coitum impedit,cumq; ciborum repletionem percipit,ieiunio
ipſam corrigere melius eſt,quam cum medicinis.

CAP. III. *De cura per medicinas.*

Quindecim ſimplicia. DE regimine medicinaliũ xv. ſimplicia collaudo,quibus vti debet, & vij. compoſi-
ta,quę ſunt iſta. ¶ Primũ ſimplex eſt vſus croci in cibariis,excitat enim libidinem,
vt Serapio ſcripſit. ¶ Secundũ eſt porrũ nõ tranſplantatum in aqua coctum & cõ- B
eſtum. ¶ Tertium puluis ſem. erucæ,ex quo bibatur ʒ.ß. cum vino dulci ante cibum.
¶ Quartum puluis virgæ tauri exſiccatę,de quo ℈ j. bibat ante cibũ cum vino dulci & po-
tenti. ¶ Quintũ comeſtio granorum azelini ante cibum & poſt. ¶ Sextum comeſtio ſa-
tyrionum recentium cum ſaccharo ante cibum vel pulueris eorũ cum decoctione eru-
cę. ¶ Septimum cinamomũ ſubtile,quod comeſtum ante cibum facit erectionem ma-
gnam. ¶ Octauũ eſt poſitum gratia noui,quod teſticulus vulpis cum ſuo appenſorio alli-
gatus coitum & erectionem facit. ¶ Nonum ſemen paſtinacæ puluerizatum & cum vi-
no bibitũ. ¶ Decimũ radices eringii ſępe comeſtæ cũ melle recentes. ¶ Vndecimũ zin-
zib. cõditũ cũ melle ſæpe ante cibũ acceptũ. ¶ Duodecimũ puluis ſtincorũ, & ꝓprie
caudæ ei⁹ bibitus cũ vino dulci; & ſit doſis eius ℥ j ¶ XIII. frequẽs comeſtio paſſerum in C
cibis. ¶ XIV. fel apri,ex quo ſi inungatur virga,erectionem & magnam delectationem
in coitu facit. ¶ XV. eſt puluis ſem. lini cum ſaccharo ſumtus in cibis. Et nota quod hęc
omnia cum hoc,quod prouocant ſpermatis augmentum,mirabiliter valent ad facien-
dum virgæ erectionem & confortandum coitum omni fere ſpecie confortationis.

Cõpoſita Electuarium. Nunc de compoſitis dicendum. ¶ Primum igitur compoſitum eſt hoc. ℞. *ſem. li-
ni ℥ ß. piperis al. ʒ ij. mellis cocti ℥ j. fiat electuarium & ante cibum comedatur.* ¶ Secundũ cõpo-
ſitum eſt hoc. ℞. *ſalis ſtinci vel carnium eius poſitarum ſupra renes ʒ j. ſem. erucæ ʒ ß. miſce & ac-*
Aliud. *cipiatur cum ouis ſorbilibus & bibatur vinum dulce poſt.* ¶ Tertium. ℞. *ſem. napi, erucæ, paſtinacæ,
linguæ auis, carnium ſtinci an. ℥ iij. moſchi ℈ ß. malaxentur cum oleo de pineis, & poſt triduum fiat* D
electuarium cum ℥ iiij. penidia. & ℔. ß. mellis: & eſt mirabile. & accipiatur mane & ſero cum
Aliud. vino dulci. ¶ Quartum. ℞. *ſem. erucæ ʒ viij. cymini ʒ iiij. piperis ℥ ij. ſem. portulacæ ℥ j. mellis de-*
Confectio *ſpumati ℥ v. fiat electuarium, & eſt nobile: accipiatur ſicut prædictum.* ¶ Quintum. ℞. *ſacchari al.
lib. ij. coquantur cum aqua decoc. ſem. napi, & ſuperaddantur hæc.* ℞. *granorum pineæ ʒ v. phiſtico-
rum ℥ iij. cin. ſem. erucæ, paſtinacæ an. ʒ ij. ß. radi. eringii ℥ iij. piperis al. & long. an. ʒ j fiat cõfectio vt*
Inunctio. *pineata, & accipiatur ex ea ante cibum & poſt cum potu vini albi ſubtilis & aromatici.* ¶ Sextũ. [illegible]
moſchi ʒ ß. diſtemperetur cum balſamo & ex ea vngatur caput virgæ, mirabiliter confert ad fa-
Alia. ciendum erectionem. ¶ Septimum & vltimũ eſt hoc. ℞. *formicarum magnarum habentium
alas ʒ iij. olei de ſiſamo, & de lilio an. ℥ j. infundantur formicæ in oleis, & per vj. dies ſoli exponantur,
deinde coletur, & colaturæ addantur hæc.* ℞. *euphorbii ℈ j. piperis, rutæ ana ℥ j. ſinapi ℥ ß. & iterum
ſoli exponantur per dies viij.* de hoc virga & teſticuli & inguina inungantur, & eſt optimum. E
Hæc ſunt flores omnium ſermonum ſapientum, dirigat autem ea altiſſimus omnium
congenitor & conditor in ſalutem domini mei Generoſi de Spanno ſua miſericordia
& pietate.

CONSILIVM CCIII. *De apoſtemate teſticulorum.*

ISTA fuerunt interrogata, & ſuper plenam informationem huius diſpoſitionis
reſpondeatis mihi ad infraſcripta omnia. ¶ Primo a quanto tempore citra
inceperit tumor in membris genitalibus. ¶ Secundo an prædictus tumor ſit in
ambobus teſticulis,an in vno tãtum. ¶ Tertio an ſit in dextro aut in ſiniſtro. ¶ Quarto
an ſit cum magna duritie ſecundum ſui totum aut in aliqua parte cum duritie, & in alia
cum mollitie. ¶ Quinto an ſit ibi rubedo cum claritate aut obſcuritate. ¶ Sexto an cali- F
ditas manifeſta cũ punctione aut non. ¶ Septimo an pulſatio aut non. ¶ Octauo an do-
lor extendatur vſq; ad inguina vel non. ¶ Nono an ſentiatur in loco illo pondus cum
grauitate deſcenſus. ¶ X. an in aliqua parte inueniatur pruritus. ¶ XI. an ſentiatur aliquod

hocumen-

A nocumentum in vrinando difficulter, aut an vrina deſtillet inuoluntarie. ¶ Duodecimo, an tumor ille continue creſcat aut æqualiter ſtet.

Apparet ex his, quæ mihi reſcripta fuerunt in reſpondendo ad quæſita xij. per me tranſmiſſa, quod hoc apoſtema teſticulorum cum hoc, quod eſt magnum & duritiei grandis, nõ parũ verendũ ſit propter quatuor principales cauſas. ¶ Quarũ prima eſt, q̃a ipſum eſt chronicum & raro contingit chronicum apoſtema principalis membri feliciter terminari, & ſine grandi periculo. ¶ Secundũ quia ipſum eſt ineptum reſolutioni tã ſenſibili, quã inſenſibili propter paucitatem ſuam. Et adhuc ineptũ eſt digeſtioni ꝑpter eandem cauſam, eo quia aut nunquã aut rariſſime petrificatæ materiæ ſanari poſſunt, propter paucitatem humiditatis earum, quę in omni digeſtione neceſſaria eſt, tã
B in iuuatiuo, quam in nocitiuo dicta. ¶ Et tertia cauſa eſt iterũ, quia iam videtur habere ſigna pronuntiantia aptitudinem eius ad corruptionem, eo quia membrũ participat rubedine tendente ad fuſcedinẽ. Et etiã quia in inferiori parte ſcroti videtur eſſe facta collectio cuiuſdam aquoſitatis, quæ non portendit aliud, quam virulentiam ex parte apoſtematis reſectam. ¶ Et quarta cauſa cognitionis hui⁹ apoſtematis eſt, quod non apparet debita ſenſatio in quacunq; parte quantitatiua membri apoſtemati, quæ duo vltima videntur eſſe ſufficientia ſigna tendentia in membri corruptionem, vt colligi poteſt, *2. primi cap. de cauſis corrumpentibus membra, & 3. quarti tract. primo cap. de cancrena & eſtiomeno, & terapeuti. & continentis libris 13.* (Progno-ſtica.)

Propter quæ omnia inferuntur: Primo neceſſariam eſſe ſollertem diligentiam &
C cautelam in cura huius diſpoſitionis. ¶ Secundo quod omne auxilium eidem neceſſarium ſummopere oporteat eſſe feſtinum, vt nunc ſequitur in tribus capitibus ſufficienter cõſcriptis. ¶ Primum eſt, quod vir iſte nobilis effugiat cibos & potus omnes craſſos, viſcoſos, melancholicarum materierum generatiuos, vt ſunt panis azymus, non bene coctus, ſed cõbuſtus, paſtiles cibi, carnes antiquæ, ſalſamenta omnia, legumina acria, & acetoſa cibaria omnia, caſeus antiquus, piſces magnorum corporum, allium, cæpæ & ſimilia acuta, vinum rubeum vel nigrum acre vel ponticum. Omnia hæc in ſumma dimittere debet. ¶ In aliis autem faciat, vt ſibi placet. ¶ Secundum vero principale obſeruandum eſt, vt venter huius viri ſit fluxibilis bene. Si vero non inueniretur naturaliter
D talis, prouideatur ſibi cum remediis iſtis. ¶ Quorum primum eſt hoc clyſtere. ℞. *conſuetæ decoctionis quatuor herbarum lib.* j. *benedictæ* ℥ vj. *olei de ſiſamo, olei violarum ana* ℥ ij. *ſalis gemmæ* ʒ j. *vitellum vnũ oui, ſacchari rub.* ℥ j. *miſce & accipiatur hora, in qua minus grauatus eſt.* ¶ Secundum remedium pro fluxibilitate eſt. ℞. *mellis crudi lib.* ß. *pulueris cymini* ℥ ij. *ſalis Indi* ℥ j. ß. *iterentur omnia ſimul in mortario, & fiat electuarium, in quo immerſæ ſemper teneantur radices bletæ mundificatæ & factæ figura digiti minoris.* ¶ Tertium remedium ad hanc intentionem eſt, vt ſi abhorreat clyſteria & ſuppoſitoria iam dicta, omni ſero accipiat ℥ j. huius electuarii. ℞. *mucilaginis ſebeſten, caſſiæ fiſtulæ amborum præparatorum cũ aqua lupulorum ana* ℔. ß. *ſacchari al.* ℥ ij. *pulueris ſenæ* ℥ j. ß. *ſalis gemmæ* ℥ j. *fiat electuarium, de quo hora media ante cœnam ſingula die aut ſaltem omni alterna die accipiat quantitatem ſupraſcriptam.* Et ſi notabiliter ſolueret, accipiat vinum calidum, & econtra ſi parum ſolueret, ſuperaddantur quantitati
E prædictæ ſecundum diſcretionem Medici aſtantis. (Clyſter.) (Electuarium.) (Aliud.)

Pro particulari cura prædicti apoſtematis in corruptionem iam tendere incipientis, vt ex ꝑdictis declaratũ eſt: ¶ Præmittendũ primo, ꝙ in cura huius apoſtematis nulla medicina notabiliter calida vel acuta applicanda ſit, eo quia adderet in aptitudinẽ corruptionis facilioris. ¶ Præmittendũ ſecundo ꝙ euitari debeat cuiuſcunq; localis medicinæ applicatio, q̃ ſit frigida vel repercuſſiua, eo quia talis ꝑ viã corruptionis innati caloris hoc apoſtema ꝑmutaret in gangrænã & eſtiomenũ vel aſchachilon, nullo n. horũ triũ potẽtior & fortior eſſet & imedicatior, q̃ innati caloris corruptio. *3. quarti, & aliis locis ſupra allegatis.* ¶ Præmittendũ tertio, ꝙ omnis medicina huic apoſtemati cõueniens debeat eſſe in gradu caliditatis nõ trãſcendẽs tertiũ, & debeat eſſe humida remiſſæ humi-
F ditatis nõ tranſcendentis ſecundũ gradũ, & tertio debeat eſſe cũ frigidis aliquantulum refracta, vt nunc ſequit' in duobus localib: ſuper patiente particula applicandis: ¶ Quorũ primũ eſt emplaſtrũ hoc. ℞. *tuciæ præparatæ cũ aqua roſ.* ℥ j. *amyli* ℥ ij. *olei omphac. olei viol. olei de nenuph. an.* ℥ j. *croci* ℈ j *foliorum maluarum elixatarum lib.* j. *maſticis, ſarcocollæ, myrrhæ ana* ʒ ij. *farinæ hordei* ℥ ij. *fiat emplaſtrum cũ quo actu tepido bis in die locus medicetur.* ¶ Secundũ re- (Emplaſtrum.)

Vnguentũ. medium eſt hoc. ℞. *olei viol. olei omphac. ana ℥ j. ß. amyli ℥ j. croci ℈ j. vitellos ouorum numero ij. lithargyri ſpumificati ℥ j. fiat vnguentum molle in mortario plumbeo cum ſuo piſtillo.* ¶ Tertio iterum præmittendum eſt, quod omnes partes apoſtemati circumſtantes per amplitudi- A
Aliud. nem ſex digitorum circumquaq; leniantur hoc defenſiuo. ℞. *albumina duorum ouorum, olei roſarum, olei de nenuphare an. ℥ ij. boli ar. ℥ iiij. acatiæ, thuris, ſandaracæ, hypocyſtidos ana ʒ. ß. fiat vnguentum in mortario abſq; igne vſq; ad bonam glutinoſitatem, quibus applicatis per viij. vel x. dies ſcribatur de ſtatu ſuo,* vel quęrat aliud conſiliũ, quo maxime indigere videtur, & cito. Ad laudem Dei, Amen.

Item pro eodem ordinaui iſta pro dicto Iobonito propter diſpoſitionem ſtoma-
Vnguentũ. chi. ♃. *cymini, fœnic. an. lib. ß. ſem. aneti ℥ j. aniſi, carui, ſeſeleos ana ℥ ij. miſce.* ¶ Item. ℞. *olei de origano, de mentha ana ℥ j. galliæ muſcatæ ʒ j. ß. vnguenti glutinoſi ℥ iij. ceræ quantum ſufficit, fiat*
Pilula. *vnguentum bene glutinoſum addendo reſinæ quantum ſufficit.* ¶ Itē. ℞. *pilularum alephang. ʒ j. pul-* B
ueris granatorum ℈ j. incorporentur ſimul cum miua cydoniorũ & fiant pilulæ ex omni ʒ vij. ¶ Ite-
Vnguentũ. rum. ♃. *vnguenti ℥ j. olei amygdalarum amararũ, & de ſiſamo ana ℥ j. ß. medullæ recentis bouis ʒ x. ceræ quantum ſufficit, fiat vnguentum molle.* ¶ Itē. ℞. *foliorũ bardanæ, althææ præparatæ ana lib.*
Emplaſtrum. *j. farinæ ſiſami lib. ß. bdellii mollificati cum aceto ℥ ij. croci ʒ j. farinæ hordei ℥ iiij. fæcis olei irini, fæcis olei liliorum alborum & de ſiſamo an. ℥ ij. fiat emplaſtrum,* cum quo mane & ſero emplaſtren-
Tragea. tur teſticuli inuncti prius vnguento ſupraſcripto. Item. ℞. *pulueris capil. Ven. ℥ ß. trageæ ad renes ℥ iiij. ß. miſce, de quo ante cibum ſumat cochlear vnum propter renes, in quibus patiebatur dolorem.* ¶ Item. ℞. *farinæ ſiſami, fœnugræci, ana lib. ß. farinæ hordei ℥ iiij. ſem. althææ, maluæ ana ʒ j. ß.*
Emplaſtrum. *butyri recentis lib. ß. olei de ſiſamo, liliorum al. ana ℥ ij. bdellii diſſoluti cum aceto acuto ℥ ij. fiat emplaſtrum.* ¶ Item. ♃. *olei de ſiſamo ℥ j. bdellii diſſoluti ℥ j. ß. miſce.* Ad laudem Dei, Amen. C

De ægritudinibus membrorum generationis in mulieribus.

CONSILIVM CCIIII. *De duplici mala diſpoſitione, videlicet: De mala complexione frigida & humida matricis cum humiditatibus albis. Et de mala complexione frigida & humida renum cum multa materia phlegmatica. Diuiditur autem conſilium in duos tractatus.*

Tractatus primus duo continet capita.

CAP. I. *De diſpoſitionibus ipſis & earum cauſis & accidentibus.*

DISPOSITIO huius nobilis matronæ, vxoris domini Antonii a Scroffa videt᷑ principaliter eſſe duplex. ¶ Et prima quidē eſt diſpoſitio matricis. ¶ Secunda v. eſt renũ oppilatio & ꝓprie ſiniſtri renis, quæ multũ parata eſt efficere apoſtema in eo. D
¶ Prima v. diſpoſitio eſt ægritudo matricis prouenienſ a mala cõplexione frigida & humida ipſius. Cuius quidē cauſa magis aſſignari poteſt primitiua, ꝙ incipit, licet nõ ſit facta ꝑ eſſentiã & fixa. Cauſa v. primitiua fuit aborſus in ſexto menſe factꝰ vel circa ipſum; ex quo multitudo ſanguinis euacuati ꝑ viã reſolutionis & priuationis ſpirituũ fuit cauſſa debilitatis eius. Sicut n. ꝓpter retentionē menſtruorum immoderatã contingũt in matrice nocumenta debilitatis & ſuffocationis innati caloris in ea: Ita ꝑ augmētũ fluxꝰ ſanguinis menſtrualis cũ ſuꝑfluit matricē ad melãcholicas & difficiles ægritudines ꝑducit, & fuit ſententia Aui. *21. tertii tra. 3. primo cap.* dum inquit: Ex nocumēto alterationis mēſtruorum, ſupple, ad defectum vel augmentũ parant᷑ ad additionē debilitatis mulieris & alterationē formæ eius & paucitatē conceptionis eius & multitudinē aborſus eius & ipſius partiũ & debilitatē fœtꝰ cũ naſcit᷑. Dixi ca. primitiuã cauſam, eo ꝙ illiꝰ aborſus cauſam exiſtimo fuiſſe imoderatũ motũ, potiꝰ a. partiũ aliquarũ, & ꝓprie matricis, ꝙ valde frequēter cõtingit in frequēti coitu & vario corporis decubitu tꝑe expeditionis. Nõ tamē hæſito, quin illiꝰ aborſus cauſa interiꝰ eueniēs potuerit eſſe multiplex, ſicut augmētũ phlegmatis vel aquoſitatis, ꝗ frequēter multiplicãt᷑ in cotilydonib. imo & in tota matrice & reliꝗ aliæ cauſæ pares iſti. Ex quib. facile concludi poteſt, quare mulier iſta poſt tēpus aborſus fuerit ſterilis & infœcũda. Et ex his facile deduci poteſt, quare materierũ albarũ & viſcoſarũ curſus lõgo tꝑe pſeuerauerit a matrice, ꝓpter n. debilitatē iã aſſignatã materia, ꝗ ꝓ nutrimēto delegat᷑ ad ipſam, debilitate caloris innati ipſiꝰ in ſuperfluitates phlegmaticas ꝑ viã indigeſtionis cõuerſa fuit, imo debilitas talis nõ ſolũ eidē ꝓpria fuit; F ſed fuit ēt epati eiꝰ cõmunicata; ita vt maior pars chyli in phlegma conuertat᷑, eo quia
Phlegma quid. phlegma eſt ſanguis diminute decoctꝰ, *1. primi cap. de humor. in facto eſſe.* Et fuit hęc ſententia Au. *21. tertii cap. 3.* vbi inqt: *Nã cũ multiplicantur ægritudines in matrice, debilitant epar, & præparant ad hoc vt generetur ab eo hydrops.* Ex his corollarie cõcludi poteſt, quare hæc mulier

A muliernotabiliter extenuata ſit reſpectu habitudinis generalis. Sãguis enim phlegma-
ticus in ea multiplicatus non eſt materia nutricationi eius conueniens.

Secunda v. principalis diſpoſitio huius mulieris eſt mala cõplexio renũ frigida, &
humida, cũ multa materia phlegmatica in eis oppilationem faciente, & proprie in ſini-
ſtro rene, in quo magis contingit nocumentum & fortius propter maiorem debilitatẽ
ipſius ex vniuerſali ſententia ſapientum, dicẽtium, quod pars ſiniſtra hominis debilior
ſit dextra. Potuit etiã accidere hoc propter alias cauſſas, quas gratia breuitatis omitto.
¶ Et ſi argueretur, quod mala complexio renum ſit calida magis, quam frigida, eo quia *Obiectio.*
caliditas in loco renum intenſa percipitur: Igitur ibidem eſt exceſſus caliditatis & non
frigiditatis. ¶ Cui motiuo dicendum eſt, negando conſequentiam, eo quia propter op-
B pilationem materia longo tempore retinetur in parte, & ebullit propter prohibitam
tranſpirationem caliditatem efficientem. Mala igitur complexio frigida & humida re-
num eſt ipſa propria ægritudo: cuius materialis cauſſa ſunt phlegmata multa. Et poteſt
ex hoc ſermone probabiliter concedi, quod hæc mala complexio ſit duplex, ſ. frigida p
eſſentiam & calida per accidens. Et erit ægritudo ipſa mala complexio diuerſa cõplica-
ta ex frigida & humida & ſicca, vt prædictũ eſt. ¶ Quod a, quandoq; vrina ipſius efficiat
craſſa aut mediocris in ſubſtantia cum multitudine ſediminis, nebulæ, crinoidaliũ par-
tium & grumorum, contingit, quoniam propter potentiam virtutis cum iuuamento re-
rum aperitiuarum vel exercitio vel aliis cauſſis aperiuntur viæ, & diſſoluitur materia di-
uerſas faciens impreſſiones in colore, ſubſtantia & contentis vrinæ, ſecundum ipſarum
C materierum diuerſitatem. ¶ Accidit autem quandoq; vrinam eſſe albam & ſubſtantiam
omnino ſimillimam elemento aquæ, quę contingit, aut propter nimiam cruditatem o-
mnimodã, aut propter caliditatẽ in renibus attrahentem velociter a remotis partibus;
& taliter contingit in diabete vrinas aquoſas educi, & fortaſſis propter hãc cauſſam cõ-
tingit in hac muliere vrinas aquoſas emitti propter malã complexionem calidam in re-
nibus eius accidentaliter acquiſitam, vt ſupra deductum eſt.

Et ex his omnibus facile deduci poteſt ſolutio plurium diuerſitatum accidentiũ
in hac muliere euenientium. ¶ Primo n. clare videri poteſt, quare patiens iſta aliquãto
tempore fuerit a mẽſtruis priuata. ¶ Secundo, quare in ea abundauerit curſus materie-
rum albarum & corruptarum a matrice proueniens. ¶ Tertio, quare fuerit cõceptionẽ
D priuata a tempore aborſus vſq; ad hunc diem. ¶ Quarto, quare ſemen virile adhuc nõ
bene contineat. ¶ Quinto, propter quid tantam extenuationem acquiſiuerit. ¶ Sexto,
ꝓpter quid in mictu frequẽter ꝑſeueret & ab eo ſæpe abſoluatur. Septimo, propter quid
vrinæ ipſius quandoq; quandam mordicationem efficiant in vijs. ¶ Octauo, ꝓpter quid
appareant in ſubſtantia albæ & aquoſæ. ¶ Nono, propter quid & quandoq; craſſæ fiant
in ſubſtãtia vrinæ eius & in coloribus eius frequenter variatæ & earum ſedimina vel cõ-
tenta plurimas recipiant varietates & aliquando videantur in eis crinoides, petala, gru-
mi, atomoſæ reſolutiones vel furfureæ & ſimiles. ¶ Rurſus iterum patet ex prædictis,
quare dolor in ſpina eius & locis renum & frequenter fixus permaneat, & plura alia iſtis
ſimilia ſpeculanti faciliter apparere poſſunt. Hæc in ſumma videtur huius nobiliſsæ
E diſpoſitio ſuccincte collecta.

Cap. II. *De cura per diætam.*

PRo cura tamẽ harũ diſpoſitionũ, licet regimẽ multo accurato & pingui ſermo-
ne indigeret, tã ex parte rerũ nõ naturaliũ, quam medicinaliũ, ſuccincte tamẽ
regimen eius pertranſibo, & proprie ex parte rerum non naturalium. Nõ ſatis
ample a viro ſcientia & opere peritiſſimo doctore perſpicuo Petro Sulmonenſe hæ ex-
pertæ fuerunt. Quia id tamen leuius in materia ſcribi põt & vtilius pertranſeundum eſt.
¶ Itaq; locũ habitationis ei⁹ eligat ad caliditatem & ſiccitatẽ magis, quã ad alteras qua- *Aer.*
litates inclinatum, ita vt euitet morã cõtrahere in locis humidis, cameris terraneis & ꝓ-
pinquis decurſibus aquarum, & antiquis ędificijs, expoſitis flatui venti meridionalis aut
F excellenter caliginoſi. ¶ De cibis autem & potib. eligat eos, qui ſunt inclinati ad calidi- *Cibi.*
tatem primi gradus, ita ꝙ omnis cibus abſolute dictus refrangatur adminiſtratione ci-
borum primi gradus aut ſecũdi: taliter enim operãdo aperientur oppilationes in reni-
bus, & prohibebitur earum augmentum & materia in eis aggregata ſufficienter conſu-
metur. ¶ Conuenit igitur ei panis bene fermentatus de ſimila conuenienter coctus *Panis.*
non valde durus, quibuſdã granis fœniculi artificioſe compoſitus. ¶ Carnes pullorum, *Carnes.*

columborum paruorum, auium minutarum, anatulorum & ſimiles conueniunt ei. A
¶ Ex volatilibus & quadrupedibus carnes hædi, vituli, gazelli & agni, in quibus coquant
Planta. radices fœniculi aut petroſelini aut dauci. ¶ Ex plantis eligantur caules, fœniculus, petroſelinum, daucus, hyſſopus, mentha, origanum, calamentum & ſimilia. Spinachia v. bleta, borago, endiuia, lactuca, cucurbita, cucumeres, portulaca, atriplices, &c. nõ placent, propter harum humiditatem magnam, niſi cum p̃dictis calidis & aperitiuis decẽter temperentur. ¶ Aceti vero vſus & aliorum acidorũ abſq; ſtypticitate placet, & ꝓprie horum, in quibus cum inciſione reperit apertiõ, ſicut hęc inueniunt in vino cydoniorũ
Fructus. in ſucco citrangulorum & limonum. Ex fructibus autem euitet omnes, in quibus inuenitur ſtypticitas cũ oppilatione a ſuperflua humiditate & frigiditate prouenię̃tes, ſicut in prunis caſtanea, ſorba, cydonijs & ſimilibus. ¶ Omnis autem ciborũ præparatio cum B
ſpeciebus aromaticis, & proprie cum croco, cinamomo, galanga, nuce, zinzibe. aniſo, cardamomo maiori & minori, ſpica nardi & ſimilibus placet mihi. & hæc de cibis dicta
Potus. ſufficiant. ¶ Potus autem eius ſit vinum album & ſubrubeũ, ſubtile, mediocriter fumoſum & dulce, aromaticũ & ſtomacho eius conueniens ſecundum eius conſuetudinem. Et ſi reperiri poterit cõueniens ſecundum eius conſuetudinem purum, his cõditionib. limitatũ, melius eſt, quã ſi fuerit alteri liquori admixtũ vel aquæ. Et hæc de cibis & poti-
Motus & quies. bus dicta ſufficiant. De exercitio huius nobiliſsę dicendum eſt, quod non competat ei exercitium, & licet corpus eius ſit immundum, maius tamen indubitanter ſequeretur nocumentum ex diſſolutione & motu materiei ad inferiora, quã iuuamentum ex reſolutione conſequente exercitiũ ipſius. Et in tantũ iuxta hanc ſententiam proceſſit Auic. C
vt conaretur abſcindere omnẽ cauſſam, quæ moueri faceret materiã ad inferiora, ſicut eſt coitus, vſus balnei, exercitij & diureticorum multorũ, *18. tertii 4. cap.* ſic inquit: *Et prohibitio quidem cauſſarum debilitationis eſt dimiſſio motus & coitus & adire balneationem plurimã*
Inanitio & repletio. *& declinare ad quietem & ad tranquillitatem plurimam.* ¶ Ciborum autem repletionẽ magnam euitet, ne ſuperfluitates augeant per viam indigeſtionis, & materiæ multiplicent in partibus, & licet corpus indigeret cibo notabilis quãtitatis, nõ tamẽ eſt ei cõueniens, cum iam ſuperfluitatibus notabiliter ſit repleta. Et notabis iuxta illud veteris Hip. *ſect. 2. aph. 10. Non pura corpora quanto magis nutriuntur tanto magis læduntur.* Cibi igitur eius & potus debent eſſe paucæ quantitatis & multæ nutricationis, vt laudabiles carnes, vitelli ouorum, brodia mediocriter pinguia & ſibi ſimiles, accipiat autẽ eorum quãtitatem, quã D
ſtomachus ſine aliqua tenſione vel grauitate tolerare poſſit. De potu ſimiliter eſt eadẽ
Somnus & vigilia. ratione dicendum. ¶ De ſomno autem eius præmittendum, ꝙ menſura eius debeat eſſe parum diſtans à naturali mẽſura ſomni tempore ſuæ natiuitatis conſueta. Dico autem naturali, ad quã natura naturaliter nõ ſtudioſe incitat. Dico autem conſueta horis ſuis, vt in mane, & poſt cibum in meridie cõuenienter limitata in mẽſibus, in quib. oportet naturaliter dormire. Indiget autẽ lõga dormitione, vt materiæ ſuperfluæ cõuenientius digerant & expulſioni p̃parent. Vigilias a. nullo modo laudo. Et caueat ẽt dormire reſupine, & proprie cum veſtibus ſpinæ & loco renum ſtricturam facientibus, multoties n. facit accidere calorem & dolorem in renibus, *18. tertii cap. 2. in fine.* ¶ Poſtremò autem lætari debet & eſſe iocunda & paſſiones animi triſtantes ſummopere vitare. Et quia ſe- E
cundum quoſdam coitus ponitur ſub animalibus paſſionibus propter delitiã ab anima in eo perceptam. Dicẽdum autẽ, quod ſalua ſemper pace audientium, vir eius raro cum ea coire debet, & proprie ſi in tali actu mulier iſta debilitari ſolet. Coitu etiam vti debet prone, eo quia ſatis naturaliter ſicca eſt & macrefacta. Eſt enim obſeruandum, ne coitu multum vtatur, quia ex eo velociter debilitatem incurrit, & quia debilitatem ex eo accipit, corpora etiam ſiccà habentes à coitu ſuperfluo multo velut ab inimico ſibi cauere debent. Similiter & macri quorũ iliã ſubtilia ſunt & macra, & conualeſcentes & debiles a coitu ſaltem multo abſtinere debent, *4. Almanſ. cap. de iuamentis coitus.* Et hæc de regimine ex parte rerum non naturalium ſuccincte dicta ſufficiant. F

Tractatus ſecundus de cura per medicinalia, continens quinq; capita.

CAP. I. *De adminiſtratione euacuationum minoratiuarum.*

REGIMEN autem eius ex parte rerum medicinalium eſt in quinque cap. diuidendum. ¶ Primum erit de euacuationibus vniuerſalibus vel particularibus minoratiuis. ¶ Secundum erit de diuerſionibus opportunis. ¶ Tertium de

digeſtio-

A digeſtione materierum. ¶ Quartum de eradicatione materierum. ¶ Quintum & vltimum de confortantibus appropriatis renibus & matrici.

Primum igitur caput completur adminiſtratione phlebotomiæ ſaphenæ, ſi videbitur opportuna. Dico autem quoniam diſpoſitio eſt mala complexio renum & matricis, vt ſupra fuit frigida & humida cum materia phlegmatica dominãte. Et licet ita ſit, contingenter tamẽ materia in toto aut circa renes & matricem, quæcunq; fuerit taliter, commiſceri poſſet, quod conueniens eſſet phlebotomia prædicta, licet habeam ipſam aliqualiter ſuſpectam propter extenuationem, quæ iam cõſecuta eſt. ¶ Si vero propter aliquam de cauſſis accidentibus videret eſſe neceſſaria phlebotomia indicatione ſumta a diſpoſitione renum magis, quam matricis, fiat phlebotomia baſilicæ ſiniſtræ partis,
B vnde extrahantur ſanguinis ℥ iij. vel iiij. ſecundum diſcretionẽ. Neq; enim hic de phlebotomia parti patienti dicendum, eo quia materia nõ eſt in fluxu, imo fere iam tota fluxit. ¶ Si autem apparet phlebotomiam non eſſe conuenientem, ſoluatur venter cum medicina ſoluente mixta a rene & a matrice educente, quale eſſet compoſitum hoc. *℞. benedictæ ſimplicis ℥ ß. electuarij Indi, diaſenæ an. ʒ j. detur in potu in aurora cum ℥ ij. aquæ calida matricariæ vel arthemiſiæ*, ſi fortiores medicinas quæris. Et ſi non apparent ſigna aliqua cõmixtionis choleræ vel melancholiæ, ſtetur in exhibitione benedictæ ſolius, aut electuarii Indi, pro hac etiam intentione faciunt pilulæ de ſarcocolla maiores deſcriptione Meſ. pilulæ de hiera compoſita, & tu conſidera & collige. *Potio minoratiua.*

Cap. II. *De diuerſionibus.*

C DIVERSIONES autem quæ complent ſecundum caput poſſunt eſſe adminiſtrationes prouocantium lenium, q̃ ponantur in ſuis cibis, iuxta ſententiam Auic. *18. tertij in fine*, & oportet, vt ponãtur in cibis eorum cardi & aſparagi, & proprie campeſtris cum aqua ciceris, & oleo carthami. ¶ Etiam diuerterent has materias apertiones hæmorrhoidum, ſi natura concederet eas, aut ſi fuerint tumentes, & recte aperiantur cum fricatione cum foliis ficus vel cum puluere arthanitæ, vel cum felle tauri. ¶ Tertio iterum diuertantur materiæ illæ per fricationem ſpatularum & natium. ¶ Et quarto cum ablutionibus pedũ factis ex decoctione arthemiſiæ, matricariæ, aſari, melliſſæ, origani & ſimilium. ¶ Amplius & vltimo diuuerſiuum optimum eſt prouocatio vomitus, quoniã ſufficienter materias euacuat a renibus & ab extremis partibus, vt col-
D ligendum eſt *4. primi cap. de iuuamentis, quæ affert vomitus.*

Cap. III. *De digeſtione materierum.*

TERTIVM vero caput completur per adminiſtrationem digerentium, quę materias in renibus & in matrice conuenienter adæquare poſſunt. ¶ De quorum numero eſt ſyr. acetoſus cõpoſitus, oxymel de ſquilla, vbi apparet fixã & magnę [illegible] materiam eſſe. Deſcriberem autem ego ſic. *℞. ſyr. acetoſi compoſiti ℥ j. ſyr. de byzantijs ℥ ß. aquæ arthemiſiæ, eupatorij & endiuiæ an. ℥ j. miſce & detur in aurora calidum.* ¶ Digerunt etiam materias, confectiones & electuaria appropriata, vt confectio de ſeminibus deſcriptione Meſ. *in antid.* Item confectio de lacca. ¶ De electuariis vero ſunt ſicut ele- *Potio.*
E ctuarium de ligno aloes, electuarium de ambra, & multa ſimilia, q̃ ab auctoribus hinc inde colligenda ſunt. ¶ Adiuuant etiam digeſtionem multa medicamina cabalia, de quibus ſupra dictum eſt in regimine per c. bos. ¶ Adde etiã, quod materierum digeſtionẽ efficere poſſint balnea ſemicupia dicta, in quibus infundatur vſque ad renes aut ilia, quę a ſapientibus encatiſmata nominantur. In quibus ſtare debet patiens decoctionibus factis ex arthemiſia, melliſſa, matricaria, origano, aſaro, pulegio, calamento, ſauina & nepita, quæ inter alias plantas mihi ſecretum iuuamentum obtulit. Ex quorum etiam decoctionibus ſuffumigationes per inferiora fieri poſſunt per traiectorium, vel ſine illo, & tu conſidera.

Cap. IV. *De eradicatione materierum.*

F QVÆ vero materias a renibus & a matrice eradicãdo educũt, de fortiorib. ſunt pilulæ fœtidæ, pilulę de opoponaco & ſibi ſimiles. De leuib. v. ſunt pilulę de hiera cõpoſita, pilulæ de benedicta. Et de electuariis ſunt ſicut electuariũ Indũ, & de appropriatis eſt benedicta, q̃ renes & matricẽ mũdificat. Et ſoleo ego ita deſcribere. *℞. benedictæ ʒ ß. agar. electi ʒ ß. dragagãti ℈ j. exhibeatur totũ in potu cũ ℥ iij. aq. aſparagi vel arthemiſiæ.* *Potio.*

¶ Si autem euitaret patiens medicinam liquidam, exhibeatur ei medicamen pilularũ. A
Pilulæ. ℞. *pilularum de opoponaco* ʒ ß. *pilularum de benedicta & de hiera compoſita an.* ℈ j. *reformentur pilulæ vij. cum electuario Indo & exhibeantur in aurora & obſeruentur ſuper eis conditiones in ſolutiuis, vt ſuperius dictũ eſt.* ¶ Si autem diligeret materias aliquas particulariter a matrice educere, conueniẽs eſſet ſeſſio facta in aqua calida decoctionis ſauinæ, aſari, arthanitæ rutæ & ſimilium. ¶ Et ſi fortiori a matrice eductione opus eſſet, adminiſtretur hoc peſſariũ figuræ digiti minoris cum filo pendente compoſitum.
Peſſaria. ℞. *croci, arthanitæ an.* ʒ j. *opoponacis* ʒ j. *fellis tauri vel vituli quantum ſufficit, incorporẽtur ſimul & fiat peſſaria vt ſupra.* Applicentur igitur tempore opportuno cum inunctione eorũ cum oleo de croco, in quo conteratur granum j. moſchi & teneatur per mediam noctem, & eſt de medicinis nobilioribus, quas in tota mea ætate reperire potuerim. ¶ De his vero, quæ matricem excellenter confortant, ſolent eſſe ſicut moſchus & ambra, doronicum, melliſſa, crocus, cardamomum & caſſia lignea, ex quibus fiant ſuffumigationes, ſeſſiones, inunctiones & ſibi ſimilia. ¶ De his vero, quæ cõfortant renes, ſunt ſicut dactyli, cydonia, bolus armenus, maſtix & vniuerſaliter omnia ſtyptica calida in diſpoſitionibus renum frigidis, & frigida in calidis. Et ſpecies lactis, ſicut caprinum, camelinum & ouinũ, iuxta dicta Aui. *14. tertii cap. quarto*, dum inquit, *& adminiſtretur lac camelinum & ouinum.* B

Cap. V. *De confortantibus appropriatis renibus & matrici.*

Simplicia. VLtimum vero cap. de his, quæ cõfortant matricem, perſæpius completur multis inſtrumentis, de quorum numero ex ſimplicibus eſt puluis matricariæ: item puluis maſticis, puluis betonicæ, arthemiſiæ, caſſiæ ligneæ, myrrha, daucus, balſamita & ſemẽ eius, & planta caryophyllata dicta, de quarũ altera dari debet ʒ j. cũ aqua decoctionis matricariæ, arthemiſiæ, rutæ & betonicæ. Hæc enim omnia cũ hoc, quod exſiccant ſuperfluas humiditates matricis, etiam cõfortant ipſam. C
Cõpoſita. ¶ Compoſita v. ſunt theriaca magna, mithridatium, theodoricum, hyperiſtum & anacardum, & confectio alkekengi, quarum quęlibet excellenter eſt laudata non ſolum ad exſiccandum matricis ſuperfluitates, & confortandum eam; ſed etiam ad ipſam faciendam fœcundam & facile impręgnandam. Et proprie, ſi detur ex altero illorum ʒ j. pluribus diebus cum aqua decoctionis raſuræ eboris. Eſt enim conueniens ad imprægnare faciendum, *21. tertii, tractatu primo, cap. de regimine imprægnationis.* D ¶ Quæ vero confortant exterius adhibita, matricem, ſunt velut inunctiones, ſuffumigationes, encatiſmata, peſſaria & ſibi ſimilia.
Suffumigium. ¶ Itaque ſuffumigium bonum conferens ad humoroſitates & ventoſitates matricis & ſterilitatẽ imprægnationis, poterit eſſe tale. ℞. *neræ* ʒ j. *ſtyracis calamitæ, galliæ muſcatæ, ſandaracã, aſari, nepitæ, ligni aloes an.* ʒ ij. *gallarum cupreſſi* ʒ j. ß. *fiat horum omnium per ſe ſubtilis puluis, & effundatur ſuper carbones ignitos, & fumus eius recipiatur in matricem per cannulam concauam, cuius vna extremitas imponatur anteriori matricis, reliqua vero latam baſim habens velut tuba ſupponatur vapori a pulueribus ignitis eleuato.* ¶ Ex quibus etiam medicinis tale compoſitum ingredientibus fieri poſſunt decoctiones, quarum vapor interi⁹ in matricem recipiatur per cannulam iam prædictã. Similiter etiam ſedeat patiẽs in decoctione prædicta genitalia omnia infundendo in ipſam vſq; ad vmbilicum. & eſt encatiſma ab antiquis nominatum. E Tales enim medicinæ quamplures & prędictis non minus elegãtes reperiuntur, vt moſchus, ambra, ſpica nardi, origanum, anetum, folium cordumeni, hyſſop⁹ & ſatyrionis duæ ſpecies, & plãta memite nominata, & eſt ami in veritate. ¶ Hęc quæ in vnctionibus laudantur, ſunt oleum de neridẽ, oleum de moſcho, oleum de keiri cittrina, oleũ de lilio, oleũ de ſampſuco & oleũ de croco. Reliqua v. p te collige, ſi poteris. ¶ Hęc v. q̃ renes confortant, ſunt cõfectio ſelite nominata, cõfectio alkekengi, ſpecies tripheræ omnes, excludendo opium ab eis. In præcedenti etiam cap. aliqua elegantia de confortantibus renes tacta ſunt, & proprie ſpecies lactis tres, de quibus ſcribitur ab Aui. *18 tertii 4. cap.* dum inquit: *Et adminiſtretur in eis lac camelinum & caprinũ & ouinum. Nã ipſa conſeruãt renes & aggregãnt eos & conſolidant ipſos. Et lacti quidem ouino non eſt par, ſupple, medicina in ægritudinibus renum propter debilitatem*, & proprie cum in eo cõmiſcetur, quod eſt ſicut bolus armenus. F
Lactis ouini præſtantia in debilitate renum. Item comedere etiam renes aliorum animalium cum aliis cibis & permiſcere cum eis prohibentia, ſ. materierum curſum ad renes; & eſt multi iuuamẽti. Hæc ad laudem Dei omnipotentis dicta ſufficiant.

A **Conſilivm CCV.** *De ſterilitate.*

Mvltitvdo dolorum, qui moleſtant hanc mulierem, & proprie, qui ſunt pungitiui, mordicatiui, incenſiui & pruritiui, apparentes in tota matrice ipſius & in partibus adiacentibus ei, vt in renibus & in alchatin, ſignificant materias multas acutas & incenſiuas in ipſa matrice & in venis eius contineri. Maxime hoc declaratur, quoniam ante tempus euacuationis moleſtius aggrauatur & poſt euacuationem alleuiatur in ea inflammatio, mordicatio & punctio, quę præfuerant. ¶ Et non eſt mirum materiam calidam & acutam in ea perſeuerare, propterea quia ipſa imbibitur in profundis partibus matricis, etiam quia cõmiſcetur ſanguini craſſo ad melancholiam tendenti, propterea quia hęc mulier coloris eſt rubei ad fuſcedinẽ
B tendentis, & eſt carnoſitate ſolida habitudinata. Et hæc poteſt eſſe cauſſa iterum doloris extenſiui in matrice ipſius & in prædictis partibus euenientis. Materiæ enim acutæ, craſſæ cõmixtæ vẽtoſant eas, quare dolores efficiũt extenſiuos. ¶ At v. adhuc a matrice huius mulieris emanant humiditates corruptæ, quæ non raro fœtore magno emittuntur & corrumpunt etiam collum matricis interius & partem orificii exterioris eius cum puſtulis acutis & corroſiuis: & iſta eſt adæquata cauſſa ſterilitatis huius mulieris. Cum n. ex prædictis demonſtretur lapſus valde calidus in matrice a materiebus prædictis eueniens, quomodo poteſt ſemen in tali matrice receptum eſſe germinationis cauſſa, corrumpitur enim in ea illud ſemen, vt in aridam terram & putrefactam proiectum, ſicut ſenſus oſtendit. Et ſunt ſermones magni Hipocratis *ſect. 5. aph. 62. 63. Similiter autem & in*
C *maribus*, lege ibi.

Curatio per diætam.

Propter quod ex hoc fundamento rationabiliter eligi poteſt ingeniũ curationis diſpoſitionũ huius mulieris & cõuerſionis eius de ſterilitate ad fœcunditatẽ in ſeptem intentionibus & capitibus comprehendendo ipſum. ¶ Primum itaq; cap. diſcurret regimen ex parte generalium, q̃ præmitti debent. Et eſt etiam primo vt mulier iſta euitet aerem calidũ & cõuerſationem in eo, & veſtes multum partium renum & matricis calefactiuas, & longum decubitum ſuper renes, effugiat vſum ciborum calidorum valde, vt ſunt aromata, ſalſa cibaria, vinum fumoſum & antiquum, & cibi valde pingues & proprie ſaliti pinguedine artificiati. Et caueat a frequenti vſu apii, fœniculi, petroſelini, ſerpilli, abrotani, rutę & conſimilium. Et caueat multũ a vigiliis, imo lõga dormitio eſt cõ-
D uenientior, quam vigilia. ¶ Effugiat motũ progreſſiuũ, exercitia laborioſa poſt cibum. ¶ Comedat cibaria omnia bene maſticata, euitando magnam quãtitatem cibariorum in vna menſa. Repletio enim multa ciborum & potuum eſt cauſſa corruptionis eorum in ſtomacho, ad quam ſequitur generatio materierum corruptarum, q̃ lapſum efficiũt deteriorem.

Curatio per medicamenta.

Caueat etiam a triſtitia, iracundia, furore, & omnibus motibus animi, quæ ſunt cauſſa incenſionis humorum & ſpirituum. Et hæc de rebus generalibus p̃tranſeat. ¶ Secundum autẽ caput percurrit modũ euacuationis materierum p̃dictarum, propter quod ſtatim per tres vel quatuor dies ante tempus coniunctionis lunaris mane per duas horas poſt ortũ ſolis ventre mundificato a fæcib. fiat huic phlebotomia baſilicæ dextri
E brachij ſuppoſita cubito, & extrahantur ſanguinis ℥ v. ¶ Tertium vero cap. docet, quod die immediate ſequenti phlebotomiam ſoluatur cum hac medicina. ℞. *electuarij de epithymo & roſati an. ʒ ij. ß. aquæ lactis ℥ iiij. diſſoluantur ſimul cum aqua calida & bene commiſceãtur & bibantur in aurora*, & dormire debet poſt ipſam horã vna cum dimidia, & poſt illud expectet per quatuor horas, & tunc accipiat iterum ſimplicis aquæ lactis calidæ cyathum vnum, & poſt ipſam tardet cibum hora completa. ¶ Pro 4. vero cap. die immediate ſequenti hoc minoratiuum accipiat hæc mulier ſeu hoc digeſtiuum. ℞. *aquæ nenupharis ℥ iiij. aquæ ſublimationis foliorum vel radicum mandragoræ ℥ j. croci ſimplicis puluerizati ℈ ß. miſce & tepidum accipiatur diebus octo continuis.* ¶ Quintum cap. ponit deſcriptionem harum pilularum, quarum vſus eſt valde conueniens ad educendum materias fæcales, & alias
F in viis euacuationum multiplicatas, diuertendo etiam eas a matrice. ℞. *florum geniſtæ, ſeminis apij, petroſelini, carui, arthemiſiæ, & matricariæ an. ℈ ß. aloes epaticæ bonæ & electæ ʒ ij. ſalis Indi, croci an. ʒ ß. puluerizẽtur omnia per ſe & cõquaſſentur & infundatur in ℥ v. aquæ matricariæ calefactæ, & diligẽter cõmiſceantur, deinde ſupponatur eis tegula calefacta, & ita diligenter exſiccetur, vt viſcoſa fiat materia, deinde iterũ ſupaddatur aqua, & iterũ exſiccetur. & ita fiat tribus vicib:*

Potio ſolutiua.

Digeſtiua.

Pilulæ.

De hac ergo materia fiant pilulæ de omni ʒ *vj*. de quib. omni 2. die parũ ante cœnam accipiat A vnam toto tempore aſſumtionis aquarum ſupraſcriptarum. Deinde iterum eis poterit vti vſquequo veniat ad fœcundationem omni fine quatuor dierum vel quinque, parum ante cœnam accipiendo vnam. ¶ Sextum cap. docet modum proceſſus in cura poſt aſſumtionem aquarum. Itaque die nono immediate ſequenti aſſumtionem prædictarum aquarum vno mane in aurora accipiat hoc euacuatiuum, poſt ipſum obſeruando conditiones, quæ in præcedenti minoratiuo ſcriptæ ſunt, cuius deſcriptio talis eſt. ℞. *benedictæ ſimplicis* ʒ *ij. electuarij de pſyllio* ʒ *iij. electuarij roſarum* ʒ j.ß. *auari ponderis, miſce*, & totum accipiatur cum aqua matricariç calida cum modis prædictis. ¶ Pro ſeptimo v. cap. obſeruandum eſt, quod die tertia poſt aſſumtionem huius vltimi ſolutiui mulieri iſti fiat phlebotomia ſapheneç dextri pedis ſuper dorſo cauillæ pedis poſitç, ſex vel quinque horis poſt aſſumtum prandium, & educantur per ipſam ſanguinis ℥ v. vel vj. B ¶ Octauum inſtrumentum eſt, vt die immediate ſequenti prædictam phlebotomiam mulier iſta in aurora accipiat ʒ ß. raſuræ eboris cum ℥ j.ß. aquæ arthemiſię ſacharatæ & calidæ, & continuet hunc potum ad minus v. diebus. ¶ Nonum eſt, vt diebus, quibus aſſumit hunc vltimum potum omni mane poſt exitum a lecto per horam vnam, & in ſero, quando vadit ad lectum, faciat hoc ſemicupium, vt habeat maſtellum vel catinum de ligno magnum, in quo ponat deſcriptionem ſequentem, & ſedeat in ipſa ſaltem per horam mediam aut per tertiam partẽ horæ. Cuius deſcriptio eſt. ℞. *radicum paſtinacæ, dauci, xylobalſami, carpobalſami, linguæ auis an.* M *ij. florum arthemiſiæ & matricariæ ana* M *iij. croci* M *ij. been albi & ru. florum geniſtæ ana* M j.ß. *moſchi gra. iij. ambræ* ℈ j. *bulliant omnia in centum* ℔. *aquæ vſque ad conſumtionem tertiæ partis duabus remanentibus. Moſchus tamen & ambra, crocus & flores geniſtæ imponantur ſolum in fine decoctionis.* C ¶ Decimum vero inſtrumẽtum, vltimum & eſſentiale eſt hoc. ℞. *granorum phiſticorum, granorum pini & ſecacul (eſt Eryngium) an.* ʒ ß. *granorum azelini, & ſunt radiculæ paruæ, cõtortæ, nodoſæ, coloris ſubcitrini, ſapore notabiliter dulces, ſubſtantia viſcoſæ, quas incolæ Veronenſes ſutraſium vocant* ℥ ß. *croci & proprie Vincentini* ʒ j. *ligni aloes, galangæ, macis, caryophyllatæ, been albi & rub. florum melliſſæ an.* ℈ *iij. raſur. eboris, corticum caſſiæ an.* ℈ *ij. ſyr. conſeruationis zinziberis viridis* ℔. j. *ſachari al.* ℔. ß. *coquatur ſacharum conuenienter cum* ℔. j. *aquæ melliſſæ & prædicto ſyr. vſquequo euaneſcat aqua, tunc ergo cum tepefiet addantur ſpecies cum vehementi contritione incorporando, & vltimo ſuperadiungantur moſchi & ambræ electæ an.* ʒ ß. *ſi potẽs eſt: de hoc igitur electuario poſt ſupraſcriptas purgationes mulier* D *iſta accipiat ter in die, ſ. in aurora per horam ante prandium & ante cœnam, & cum vadit ad lectum, quantitatem vnius nucis muſcatæ*, & proprie aſſumtio eius, ſi poſt purgationem fit, tẽpore quo facit ſemicupium ſupraſcriptum, efficacior eſt. Cum his enim ingeniis quamplurimas mulieres, quæ adhuc longo tempore ſuperſtites fuerunt, dono diuino beneficiente ad fœcunditatem reduxi. Et tu conſidera, quod omnia ſint inſtrumenta ex laboribus illuſtrium auctorum emolita. Ad laudem omnipotentis Dei, Amen.

Potio minoratiua. — *Balneum.* — *Electuarium.* — *Azelini quid.*

CONSILIVM CCVI. *De ſterilitate proueniente ex totius corporis repletione & maxime inferiorum partium, & ex menſtruorum retentione.*

Ex his, quæ mihi per literas innotuerunt, hæc nobiliſſa honeſtiſſima cõſors E honorandi viri Ioannis Fabrica, eſt repleta vniuerſali repletione ſecũdum ambitum totius, & principaliter inferiorum partium, quod demonſtrat grauitas inceſſus eius, carnoſitatis augmentũ vltra mediocritatem, intẽperies matricis eius, quá non conuenienter mundificatur naturali menſtruatione & mundificatione, quolibet menſe, cum ſit in flore ſuæ ætatis, annum habens circa xxiij. & oſtendit etiam ipſius repletionem genuum grauitas & dolor, ſuperiorum partiũ repletionẽ demonſtrat capitis dolor, tremor cordis, & ſtomachi dolor, & grauitas non leuis, vt ſcribitur, quod etiam confirmat frequens aduentus febris & multitudo puſtularum in ea repræſentata frequenter. Ex quibus non eſt difficile intelligere cauſſas, propter quas hæc mulier ſterilis fuit & non fœcunda. F

Diæta. Propter quod ad felicitandum ipſam ad prolificationẽ obſeruent ea, quę ſcribunt nunc conſequenter. ¶ Itaque mulier iſta abſtineat in cibis a rebus viſcoſis & oppilatiuis, vt a lacte, a cibis lacticinis & paſtilibus, a leguminibus omnibus, & a carnibus antiquis, a viſcoſis cutaneis neruoſis animalium partibus, a pane azymo, & a multitudine calci;

& pro-

A & proprie dulcis & mollis, ſed parum ſalſus eſſet ei conuenientior. ¶ Euitet fructus
frigidos & humidos, velut granata acria, meſpila, ſorbulas & his ſimilia. De aliis autem
faciat modo ſuo. ¶ Vinum bibat album, ſubtile, bene clarum, & non dulce, ſed
ſaporis mediocris, & potentiæ æqualis, aut ſaltem temperet vinum cum aqua ci-
ſternæ, ſi valde fumoſum fuerit ſecundum diſcretionem, in aliis autem licentiam ca-
piat modo ſuo.

De rebus autem medicinalibus, xvj. occurrunt mihi regulæ ſecundum partem & *Curatio.*
inſtrumenta obſeruanda. ¶ Et primum quidem eſt; vt poſt medietatem menſis No-
uembris quam primum applicuerit domum ſuam, hæc mulier incipiat regere ſe regi-
mine conſcripto in cap. præcedenti. Et vno mane hora electa fiat ipſi phlebotomia ve-
B nę baſilicę dextri brachii; per quam educantur ſanguinis ℥ iiij. vel quinque. ¶ Secun-
dum inſtrumentum eſt; vt mane immediate ſequenti accipiat hoc ſolutiuum. ℞. *pilu-* *Pilulæ.*
larum de opoponaco, pilularum de hiera compoſita an. ʒ ß. *formentur pilulæ vj. cum aqua arthemi-*
ſiæ, & accipiantur in aurora, & poſt ipſas immediate dormiat per horam vnam & mediam, & non
plus. & expectet operationem earum per v. horas, & tunc accipiat cyathum vnum aquę
calidæ ſacharatæ, & poſt ipſam aquam per horam vnam prandeat. ¶ Tertium eſt, vt poſt
illud minoratiuum immediate in omni cibario ſuo incipiat accipere de hoc puluere.
℞. *cinamo. electi & ſubtilis* ℥ ß. *croci* ℥ j. *ſpicæ nardi* ℈ ij. *liquiritiæ* ℈ iiij. *fiat omnium per ſe puluis* *Puluis.*
ſubtilis. Et ſi non poſſet commiſcere ipſum cibis propter abominationem; tunc ante ci-
bum, aut in medio eius accipiat huius pulueris quantitatem granorum quatuor hordei
C cum modico brodii; quod habebit in ferculo. ¶ Quartum eſt; vt mane immediate
ſequenti poſt pilulas accipiat infraſcriptum digeſtiuum in aurora calidum. Et cōtinuet
ipſum diebus ad minus octo. ℞. *ſyr. compoſiti aceto ſi, ſyr. de eupatorio an.* ℥ *vj. aquæ arthemiſiæ,* *Potio di-*
matricariæ, radicum enulæ an. ℥ j. *miſce.* Et ſi abominaret ſyrupum, accipiat prædictas a- *geſtiua.*
quas multiplicando eas vſque ad quantitatem v. ℥. ¶ Quintum eſt hoc. ℞. *aloes epaticæ* ℥ *Pilulæ.*
ij. agarici electi, opoponacis pinguis an. ʒ j. ß. *ſpicæ nardi, rubeæ tinctorum, cinamo. croci, ſalis In-*
di an. ℥ j. *pulpæ colocynth.* ℈ *iiij. pulueriƶentur omnia per ſe & commiſceantur, deinde infundatur*
in iiij. ℥ *ſucci matricariæ, ſub radiis ſolis ſæpe agitando quouſque conſumatur ſuccus, quod iterum*
duabus vicibus renouetur, & exſiccetur vſque ad glutinoſitatem bonam, de iſta ergo materia fiant
pilulæ, de quibus omni tertia die accipiat vnam parum ante cœnam diebus, quibus accipit ſyrupū vel
D *aquas ſupraſcriptas.* Ita quod non accipiat de eis die immediate præcedente aſſumtio-
nem ſolutiui ſequentis nunc. ¶ Sextum eſt, vt nona die immediate ſequēti poſt aſſum-
tionem ſyr. accipat hoc ſolutiuum. ℞. *electuarij Indi* ℥ *iiij. electuarij roſati* ℥ j. *miſce & biba-* *Potio ſo-*
tur cum aqua enulæ calida, & obſeruentur poſt illud conditiones ſcriptæ ſupra poſt primas pilulas. Et *lutiua.*
ſi nō poſſet propter abominationem illas pilulas aſſumere, tunc loco earum pro mino-
ratiuo accipiat hoc electuarium, ſicut econuerſo, ſi non poſſet hoc electuarium aſſume-
re, accipiat pilulas primas anteſcriptas. ¶ Septimum eſt, vt poſt ſecundam purgationē
omni mane per totum vnum menſem accipiat iſtas aquas calidas in aurora. ℞. *aquæ ma-* *Potio.*
tricariæ, aquæ enulæ & melliſſæ an. ℥ j. ¶ Octauum, vt omni mane & ſero ante prandium &
cœnam balneet ſe in aquam decoctionis harum medicinarum. ℞. *melliſſæ, origani, cala-* *Balneū.*
E *menti, pulegij, polij montani, matricariæ, arthemiſiæ, rutæ an. M j. chamedreos, chamepitheos, ſpi-*
cæ nardi & Romanæ, dauci, eupatorij, ſtœchados ana M iij. coquantur omnia in ſex ſitulis aquæ vſque
ad conſumtionem tertiæ partis, in cuius fine ponantur moſchi gra. iij. ligni aloes, galliæ muſcatæ pul-
uerizatorum an. ʒ j. *hæc tria ponantur ſolū in fine decoctionis.* infundat ergo mulier iſta, in hāc
aquam delectabiliter calidam, & faciat hoc balneum tribus diebus; quibus non impe-
diat ſe cum viro. quarta autē die poterit accedere ad ipſum, vt nunc ſequitur. ¶ Nonum
inſtrumentum eſt iſtud. ℞. *croci* ℈ ß. *moſchi, ambræ, ligni aloes, linguæ auis an. gra. iij. coaguli* *Trochiſci.*
leporis quantum ſufficit, fiant formulæ ſimiles oſſibus dactylorum; de quibus mulier ſubij-
ciat ſibi vnam in matricē tenendo ipſam tota die, tunc ergo in ſero poterit accedere ad
virum. ¶ Decimum inſtrumentum eſt, vt his temporibus poſt balneum ſemper o-
F mni nocte in aurora accipiat ʒ j. infraſcripti pulueris cum tertia parte cyathi vini malua-
tici aut alterius electiſſimi non calefacti. ℞. *raſuræ eboris, linguæ auis an.* ʒ j. *moſchi, ambræ* *Puluis.*
ana gra. iij. croci, florum arthemiſiæ ana ℈ ß. *pulueris confectionis neræ* ℈ j. *pulueriƶentur omnia* *Nera*
per ſe, deinde commiſceantur adinuicem: eſt autem nera medicamen compoſitum deſcri- *quid.*

ptum a Nicolao *in antidotario.* lege ibidem. ¶ Vndecimum inſtrumentum. ℞. *galbani, opoponacis electorum ana ℥ ß. ambræ, moſchi ana gra. ij. aliptæ muſcatæ ʒ j. trochiſcorum de croco ℈ j. diſſoluantur gummi cum vino maluatico electo, & fiant cerata rotunda quantitatis nebulæ rotundæ ſacharatæ ſuper panno de grana extenſa,* & de iſtis ceratis portet ſemper vnum ſuper vmbilico, ſic adhærens, quod vmbilicus ſit in medio eius, ſicut punctus in circulo. A

Ceratum.

Duodecimum, vt mulieri iſti, poſtquã fuerit purgata & balneata, vt ſupra ordinate ſcriptum eſt, antequam copulet ſe viro, fiat phlebotomia iterum venæ ſaphenæ, per duas horas ante cœnam, per quam educantur ſanguinis ℥ iij. aut iiij. ad plus. Eſt autem ſaphena vena in domeſtica parte tibiæ inuenta in loco ſuperiori cauillæ pedis.

Vena ſectio.

Tertiumdecimum, vt poſt prædicta balnea poſtquam mane ſurrexerit, & expurgatę fuerint ſuperfluitates communes, veſte lõga cincta ſuffumigetur cum iſto puluere, ſuperaſpergendo carbonibus ignitis de ipſo quantitatem j. ʒ. & recipiat fumum per inferiora cruribus ſuis bene apertis. Tunc ergo ſubiiciat ſibi peſſarium ſcriptum ſupra in nono inſtrumento, & teneat ipſum horis tribus aut duabus ad minus. Cuius pulueris deſcriptio eſt hæc. ℞. *laudani electi ℥ ß. galliæ muſcat. ʒ ij. moſchi, ambræ ana gra. iij. ligni aloes, opoponacis ana ℥ j. fiat omnium puluis per ſe: deinde commiſceantur, & ex illo fiat ſuffumigium.* B

Puluis pro ſuffitu.

Quartumdecimum eſt, vt omni mane in aurora accipiat infraſcripti electuarii quantitatem nucis muſcatæ, degluriendo ipſum, poſt quod non comedat, niſi tranſierint horæ quatuor, neque bibat. Et debet incipere aſſumtionem huius electuarii mane immediate ſequenti poſt ſecundam phlebotomiam, de quo electuario & ſemper poſt prandium & cœnam deglutiat quantitatem vnius grani fabæ, bibendo poſt ipſum modicum vini clari, albi & bene potentis. Eſt autem huius electuarii deſcriptio hæc. ℞. *doronici, linguæ auis, florum arthemiſiæ & matricariæ, hypericonis ana ʒ j. melliſſæ, foliorum baſiliconis, ana ʒ ij. raſuræ eboris ʒ iiij. ambræ orientalis ℈ j. moſchi gra. v. limaturæ auri tenuiſſimæ ʒ ß. confectionis neræ ʒ j. ß. ſyr. de calamento ℥ iij. ſyr. de corticibus citri ℥ v. ſachari albi ℔. ß. medicinæ ſunt xvj. terenda igitur omnia ſubtiliſſime terantur per ſe, deinde coquatur ſacharum cum ſyrupis vſque ad bonam glutinoſitatem, & cum ceperint tepeſieri, ſuperadiungantur ſpecies omnes præter neram, moſchum & ambram, quæ tria ſolum in fine apponi debent vehementiſſime & longo tempore conterendo.* Seruetur ergo hoc electuarium in vaſe lapideo ſtricti orificii bene clauſum, & ſit eius vſus, vt iam dictum eſt. Hoc enim mundificationibus antemiſſis rectificauit quamplurimas mulieres, & de ſterilitate fœcundas fecit eas beneficio illius, qui ſuauiter cuncta regit atque diſponit. C D

Electuarium.

Quintumdecimum eſt includens actus neceſſarios ad fœcundationem, ſalua ſemper reuerentia moralitatis & honeſtatis. Eſt, vt mulier, quæ fuit ſterilis, quando intendit ſe commiſcere viro, poſt purgationem & generalia ſupraſcripta, non multum feſtinanter copuletur ei. Et audiat etiam vir capitulum iſtud. Ita quod parum, videlicet per vnam horam, aut circa, ante copulationem ludat vir cum muliere, & econuerſo cum oſculis, & tactu mamillarum, & ſuminis, & partium genitalium, tempus hoc expendendo, quouſque vir viderit mulierem diſcoloratam factam rubicundam, anhelitum parumper frequentatum, & lenem motum ſaltuoſum circa partes inguinales & ſuminis perceptum ſenſu tactus. Tunc ergo vir copulet ſe mulieri, cruribus ad alta notabiliter eleuatis, & cum ſenſerit anhelitum parumper frequentatum magis quam prius, tunc effuſo in ipſa ſemine parumper ſtet ei copulatus, & recedens ab ea faciat ipſam reuolui ſuper latus dextrum, & ibidem contrahere moram per ſpatium vnius horæ, cruribus eius ſtrictis, & natibus parumper eleuatis. E

Quæ coitũ præcedere debeant tanquam præparatoria.

Vltimum vero inſtrumentum eſt, vt poſtquam hæc omnia completa fuerint, ſi non ſuperuenit impręgnationis effectus, tunc mulier iſta vtat hoc peſſario de ſecretis Sorani ad Cleopatram facto in genetia ſua. Cuius deſcriptio. ℞. *foliorum hypericonis, raſuræ eboris ana exagium vnum, moſchi tupapirij, ambræ orientalis ana ℈ j. neræ ℈ iiij. cum ſucco nepitæ & pollinæ orobi fiant peſſaria mollia cum ſerico in granis cheſmes tincto.* F

Peſſariũ.

Subii-

A Subiiciat ergo mulier ſibi vnum ex eis longis temporibus, & eſt de inſtrumentis, quæ à qualitatibus communibus & à proprietate felicitant mulieres de ſterilitate ad fœcunditatem. Quod ſummus ille ſaluator, qui cuncta felicitate facit, concedat ei ad laudes eius immortales, Amen.

CONSILIVM CCVII. *De fluxu magno à matrice ab immoderata ipſius humiditate, quæ efficit, vt hæc mulier ſterilis fiat aut non concipiens.*

PRo generoſa domina coniuge ſpectabilis & ſtrenui militis domini Alberti de la Sa- B la celeberrimi ciuis Ferrarienſis, apparet ex narratis ſignorum congregationibus, quod ſi generoſa hęc mulier raro ſit cõcipiens, nulla huius rei eſt euidentior cauſa quam matricis humiditas immoderata, quæ multipliciter efficit, vt ipſa aut omnino ſterilis, aut non concipiens fiat; aut ſi concipiat, ad partum feliciter non perueniat, aut quia ſemen, quod recipit, non bene digerat & amplectetur, vel vt ipſum non bene detineat ſeu propter multam humiditatem lubricitantem deponat: aut quia propter frigiditatem matricis & multas humiditates ventoſitas in ea congregatur, quæ ſemen in ea receptum vltra lubricitatem frangendo ſpargat & expellat, antequam ex ſemine embryo generetur, vnde & facile videri poteſt eaſdem cauſas abortus eſſe poſſe, quæ generationis cauſæ prohibitiuæ ſunt. ¶ Ex quibus etiam clarius deduci poteſt, quod ſi quod C ingenium haberi poteſt reddens hanc generoſam mulierem fœcundam & prolificam, illud conſiſtat in rectificatione complexionis, & prohibitione congregationis multarum humiditatum, & ventoſitatum in ipſa, licet credam hoc contingere in ipſa non ſolum propter diſpoſitionem matricis, ſed etiam propter ſeminis, quod recipit à marito ſuo, aquoſitatem & humiditatem non paruam. Quare videtur defectum imponendum eſſe vtriſque eorum.

Erit itaque facile cognitum, quod intentio in rectificando matricem ſit cum exſiccantibus calorem eius vigorantibus, &c. retentiuam matricis, vt auidior ad detinendum, & recipiendum ſemen receptum fiat, & totum hoc tam in cibis & potu, quam in medicinis obſeruandum eſt. ¶ Igitur & ſi in diſpoſitione hac multa ex memoria illu- D ſtrium virorum auctorum hincinde collecta, ſcribere poſſem: elegi tamen nunc hoc regimen in ſex intentiones partiri; quas etiam non diffuſe, ſed vtiliora tangendo percurram facile.

Prima igitur intentio eſt regiminis rerum non naturalium rectificatio, quod quidem ad calidũ & ſiccum inclinare debet, licet magis ad ſiccitatem. ¶ Domus itaq; , camera & locus omnis, quẽ inhabitat, ab humiditate & frigiditate remota ſint. ¶ Et exercitio notabili vtatur magis, quam quiete, niſi quod poſt copulam cum viro per ſtuas horas quieſcere debet, & dormire media inferiori parte corporis eleuata. ¶ Nũquam vſq; ad ſaturitatem completam cibum accipiat, ſed velut adhuc appetens a menſa recedat. ¶ Somnum etiam prolixum valde effugiat, vt horarũ octo menſuram inter diem & noctem non excedat. ¶ Triſtes animi ſolicitudines euitet. Hæc enim ingenter generatio- E nem impediunt, generatio enim delectatione perficitur. ¶ De cibis & potib. licet multum protelare poſſem: Euitet hæc omnia, ſ. piſcium multorum vſum, lac, recentem caſeum, paſtiles cibos, bletam, lactucam, ſpinachiam, endiuiam, portulacam, cucurbitam, cucumeres, ceraſa, auellanas, allium, cæpas, bulbum, porrum, leguminum multũ vſum niſi bene diſſolutorum. Effugiat pingues animalium partes, brodia multa, & aceti multi vſum, quia matricem lædit. ¶ Potum eligat vini albi vel rubei, non dulcis, & nõ aquoſi, ſed bene potentis, clari & odoriferi ſine aqua, aut ſaltem diluti cum aqua, in aqua fundatur modicum de puluere nepitæ vel ambræ in ſindone ligatæ per tres horas ante potum vini poſitæ.

I. Regiminis rerũ non naturaliũ rectificatio.

Secunda intentio eſt matricis a ſuperflua humiditate mundificatio, ad quam experta ſolum quinque ſcribam. ¶ Primum eſt vſus pilularum de benedicta ſecun- F dum Nicolaum, de quibus omni fine dierum xv. accipiatur ß. ʒ & tardet cibus quinq; horis. ¶ Secundum eſt mithridatium; de quo bis in menſe accipiatur ʒ j. in aurora cum aqua decoctionis vnius grani ambræ calida, & tardetur cibus horis quatuor. ¶ Tertium eſt ablutio facta cum aqua decoctionis infraſcriptarum, in qua ſedeat vſque

II. Matricis a ſuperflua humiditate mundificatio.

Balneū.

ad vmbilicum. ℞. *ſtyracis calamitæ, nepitæ, aſphalti, am. os, ſeſeleos, rutæ, xylobalſami, carpobalſami, coſti, been rubei an* ʒ ß. ¶ Quartum eſt ſuffumigatio mane & ſero facta cum troc. confectionibus neræ carbonibus ignitis ſuperpuluerizatis. ¶ Quintum etiam eſt ſuffumigatio facta cum ſtyrace rubicunda in littore maris inuenta, vt dicam nunc, hæc omnia experta ſunt. A

III. Matricis calefactio & exſiccatio. Electuarium.

Tertia intentio eſt matricis calefactio & exſiccatio, quæ licet fiat cum prædictis, & inter hæc vidi electuarium expertiſſimum, quod cum hoc, quod calefacit & exſiccat matricis humiditates, ad imprægnationem etiam ſolenniter diſponit, & non ſolet me decipere. ℞. *cinamomi, cardamomi maioris, croci, caryoph. macis, cyperi, nucis muſ. cymini, ligni aloes, piperis longi, caſſiæ ligneæ an.* ℈ ij. *cubebarum, doronici an.* ℈ iiij. *ambræ, moſchi, balſami an.* ʒ j. *ſachari albi* ℔. j. ß. *vini maluatici, aquæ bugloſſæ & melliſſæ an. quantum ſufficit, fiat electuarium*, de quo accipiatur omni ſero, quando vadit dormitum, cochlear vnum & medium ante cœnam. B

IV. Ventoſitatum matricis conſumtio.

Quarta intentio eſt ventoſitatum matricis conſumtio, & prohibitio generationis earum in ea. Gratia cuius conferunt omnia ſuprascripta. Sed ſpeciale remediũ eſt ſuffumigatio facta cum decoctione rutæ, cymini, ameos, & gallię muſcatæ, ana. Aliud melius ſuffumigium factum ex decoctione iſta non me fallente. ℞. *galliæ muſcatæ, caſtorei, bdellij, laudani, coaguli leporis, nucis muſcatæ an.* ʒ iiij. *coquantur diu in aqua, in qua lauetur aut ſuffumigetur cum ea.* ¶ Radix etiam cyclaminis per me ſæpius adminiſtrata faciendo ex ea formulam ſimilem oſſi dactyli & ſupponendo matrici conueniens eſt. C

V. Mollitiei & humoroſitatis matricis cōſumtio. Electuarium.

Quinta intentio eſt mollitiei matricis & humoroſitatis conſumtio, quæ optime fit cum vſu huius confectionis. ℞. *ſeſeleos, been albi & rubei, linguæ auis, raſuræ eboris, ſeminis napi & paſtinacæ an.* ʒ j. *cinamomi, macis, caryoph. galangæ, piperis longi, anthos, xylobalſami, blattæ byzantiæ, maioranæ, pulegij an.* ℈ iij. *melliſſæ, bugloſſæ, corticum citri an.* ℈ ij. *margaritarum* ℈ j. *moſchi* ℈ ij. *ſachari albi* ℔. ij. *coque ſacharum cum vino maluatico, & fiat electuarium*, hoc eſt mirabile in conſumendo humoroſitatem matricis, & inter omnia expertum eſt ad imprægnationem promouendam.

VI. Retentiuæ matricis confortatio. Linimentum.

Sexta & vltima intentio eſt retentiuæ matricis confortatio, pro qua ſpeciale eſt ablutio matricis facta ſępe cum decoctione cyperi. ¶ Secundum eſt cum decoctione ſcoriæ ferri, & eſt meli⁹ & fortius. ¶ Tertium eſt ſuffumigatio facta cum maſtice aſperſa carbonibus ignitis. ¶ Quartũ vnctio cum hoc linimento. ℞. *ſucci foliorum roſ. ſucci granatorum, caryoph. an.* ʒ iiij. *thuris, hypocyſtidos, acatiæ, maſticis, coriandri præparati, ſcoriæ ferri an.* ʒ iiij. *terræ ſigillatæ* ʒ ij. *amyli* ʒ iiij. *fiat vnguentum in mortario plumbeo, de quo inguina inungantur ſæpe.* Plura his apponere potuiſſem, ſed hæc pauca ſcripſi quia vtiliora mihi experta ſunt. Miſericordia vero ſaluatoris hæc ipſa ad optatum finem dirigat. D

Electuarium.

¶ Electuarium prolificatiuum mirabile a me expertum addens in coitu. ℞. *teſticulum verris exſiccatum vnum dextrum, ſi quæris maſculum, & ſiniſtrum, ſi quæris fæminam, teſticulorum vulpis animalis quatuor, paria teſticulorum leporis quinque, paria galli ſex, paria matricum leporum decē, cerebra paſſerum ſexaginta, radicum paſtinacarum ſylueſtrium, radicum carduorum ſatyrionum omnium cum ſacharo conditorum, ſecaturæ eboris an.* ʒ ij. ß. *cinamomi electiſſimi* ʒ ij. *veretri tauri non nigri, pinearum dactylorum, nucis Indæ an.* ʒ ij. *piperis longi, zinziberis, florum roſmarini an.* ʒ ß. *ſeminis ſeſeleos* ʒ j. *ſeminis vrticæ, caryophyllorum, croci, macis, galangæ, cyperi, nucis muſcatæ, caſſiæ ligneæ, cubebæ, doronici, nepitæ, ſeminis mercurialis maſculi, folij Indi, moſchi, ambræ an.* ʒ j. *ſachari albi diſſoluti cum aqua nepitæ* ℔. vj. *& fiat electuarium*, quo vtatur mulier ieiuno ſtomacho, & etiam quando vadit dormitum cum intendit copulari viro, & ecōuerſo poteſt etiam vir vti eo, quoniam addit vim coeundi. E

Aliud.

¶ Electuarium ad idem. ℞. *mellis* ʒ iij. *ſeminis lini vel ſtirci* ʒ j. *granorum paradiſi* ʒ j. *raſuræ eboris* ʒ j. *boraginis* ʒ j. ß. *& condito melle fiat electuarium, & poſtea addantur ſachari* ℔. ij. *moſchi, ambræ an.* ℈ ß. *cinamomi* ʒ ij. *caryophyllorum, macis an.* ʒ j.

CONSILIVM CCVIII. *De prohibitione aborſus. Diuiditur autem conſilium in ſex capita.* F

CAP. I. *De cauſſis abortire facientibus.*

A NOBILIS matrona Eliſabeth Chriſtophori de Muzano vxor honeſtiſſima
difficillima laborat diſpoſitione humanæ ſpeciei corruptiua, q̃ eſt aborſus.
Circa quam altius contemplandum eſt, vt cõueniens poſſit ei auxilium ex-
hiberi, adeo vt infelicitatem tantam effugiat & euadat diſcrimen mortis, q̧
frequens aborſus, vt in pluribus concomitatur. Sunt autem aborſus cauſæ quam pluri-
mæ a ſapientibus ad memoriam, ſ. ductæ. De quarũ numero primæ nominatæ ſunt pri-
mitiuæ, i. ab extra prouenientes. Aliæ vero ex parte defectus ipſius fœtus vel embryonis
inde concepti. Tertiæ vero ex parte nocumentorum, quæ in matrice inuenta ſunt. Vl-
timæ aſſignantur ex parte defectus virilis ſeminis. Quarum omnium cauſarum conté- *Cauſa primitiua.*
platio neceſſaria eſt ſpeculanti, ſi mulierem ab aborſu canonice conſeruare debet.

B De numero autem primarum cauſſarum, quæ primitiuæ ſunt, quam plurimæ aſſi- 1.
gnari poſſunt. ¶ Prima eſt vehemens exercitium, propter quod in diebus primis agita-
tur ſemen in matrice adeo, vt ab eo ſpiritus reſoluatur aut a parietibus matricis com-
primatur, ita vt fluxibilitate ſua excidat a matrice. ¶ Secunda vero eſt frequens ſaltus a 2.
muliere factus velut apud eas, quarum corizandi vſus eſt conſuetus, & ſicut ſaltem ad po
ſteriora, qui multoties deſcendere facit ſperma ſenſibiliter in inſtanti, *21. tertii tract. tu 2.
cap. de aborſu.* ¶ Tertia eſt corporis exercitium vectatione per currum factum. ¶ Quar- 3.
ta eſt ventris compreſſio qualitercunq; facta, & proprie in frequentia coitus; talis enim 4.
mulieribus valde abhorrendus eſt; & proprie primo menſe propter debilitatem liga-
menti fœtus in vtero. Et iterum a menſe quarto deinceps, quoniam magnus fœtus ma-
C iori compreſſione comprimitur a coeũte, quam ſi minor eſſet. Et quinta cauſa de primi- 5.
tiuis eſt balneandi vſus, qui abortire facit multipliciter. ¶ Primo mollificando matri-
cem & cotyledones actuali humiditate ſua. ¶ Secundo debilitando virtutem per mo-
dum reſolutionis. Tertio vero quia in profundo corporis & matricis auget neceſſita-
tem, i. caliditatem in facto cogentem ipſum petere aerem frigidum exteriorem, & id-
circo ſuperflue conquaſſatus embryo vehementer conquaſſando ligamenta præcipita-
tur extra, & tanto citius, quanto balneum adminiſtratur frequentius mulieri, cuius fœ-
tus eſt magis acutus. Sexta cauſa de primitiuis eſt vehemens furor & iracundia incon- 6.
ſueta mulieri, aut fortis triſtitia, per quam cogitur diſtrahi ſpiritus ad cor & ad cerebrũ,
in quibus fortibus motibus & diſtractionibus ſpirituum & innati caloris pauperies in
D matrice acquiritur. Septima eſt repletio multi cibi & potus, quia conuenientius eſt prę- 7.
gnantem parum & ſæpe comedere, quam &c. Octaua eſt ex parte aſſumtionis cibo- 8.
rum & potuum in qualitatibus ſuis primis & ſecundis vehementer aperientium; pro-
pter quod prægnans euitet in cibariis ſuis fœniculum, petroſelinum, aſparagum, bru-
ſcum, apium, daucum, & omnium leguminum brodialia, & aromaticas ſpecies nimium
calidas, acutas & aperitiuas, velut aniſum, ſpica nardi, zinziber, galanga & proprie cina-
momum & conſimilia. Nonam cauſam complent omnia, quæ vehementem agitatio- 9.
nem in membris inferioribus efficiunt, velut ſunt ſolutiua omnia, & proprie ſanguinem
educentia, velut ſunt aloe, epithymus, quæ per ſolutionem ſanguinem educunt, & o-
mnia ſolutiua fortia, velut colocynthis, ſcamonea, diagridium, euphorbium, & ſic de a-
E liis. Decima iterum de iſtis cauſis aborſum efficiunt omnes, quæ ſua frigiditate, craſſi- 10.
tudine & viſcoſitate vehementibus oppilare poſſent venas & arterias, & vias tranſitus
ſpirit⁹ animalis a cerebro, vitalis a corde, naturalis ab epate ad matricem; quorum pau-
perie neceſſe eſt extingui fœtum, ſicut defectu caloris ſolis, & aſtrorum vegetabilia, &
plantæ facile extinguuntur, vt ſenſus oſtendit. Vndecima iterum exterior poſſet eſ- 11.
ſe velut aſpectus eorum, quæ ſubito timorem inducunt magnum, vt, videre vulneratio-
nes, & gladios ſanguinem effundentes, & ſic de aliis. Duodecima ſpecies iſtarum cau- 12.
ſarum eſt ſicut negare mulieri rem exterius vehementi appetitu deſideratam, vt eſt cõ-
munis modus prægnantium voraci appetitu appetere piſces, res acres & acetoſas pere-
grinis & viloſis locis iunctas, & ſi obtinere non poſſunt, valde frequenter abortiunt, &
F hoc totum contingit propter vehementem motum in ſpiritibus, & hoc non rebus &
membris generationis ab anima appetente factum, propter quod non bene agitur fœ-
tus. Tertiadecima cauſa eſt applicatio eorum, quæ a ſpecifica forma abortire faciunt, 13.
velut dicitur de potu cardonis maioris. Scripſerunt etiam antiqui nonnulli de tymbra *Quæ forma ſpecifica abortire faciãt.*
vel ſaturegia, quæ tãtæ potentiæ eſt, quod ſi mulier ſuper ea trãſit, abortire faciat, & ſic-

ut ſcribitur de oleo balſami, de aſſa fœtida, de galbano, & omnibus ſpeciebus arthani- A tæ, & de cordumeno, de huſnen, colocynthide & pluribus aliis mirabilibus. Quare *21. tertii tractatu 2. cap. de aborſu & extractione fœtus. Et oleum balſami, cum ſupponitur, extrahit fœtum, & ſecundinam, vt & aſſa & galbanum iterum eſt forte.* ¶ *Et buchormarien iterum in hoc cap. fortis eſt valde bibita & ſuppoſita, ita quod quidam extimãt, quod ſi prægnans iaceat ſuper eam, perducat eam ad aborſum. Et ſuccus eius corrumpit fœtum linitus ſuper ventre, quanto ergo plus ſi ſupponitur ſuper coitu, & ſimiliter ſuccus reliquarum arthanitarum. Et ſi in potu detur de huſnen Perſico ponder. ʒ iij. eijcit fœtum de illa.* ¶ *Et cum ſumitur cordumeni ʒ vnius de tertia eijcit fœtum, & proj. quia facit poſſidere caliditatem & motum. Et iterum ſi inijciatur, i. intus imponatur de croco pulpæ colocynthidos aut ſupponatur in lana ſuppoſitorio aſcendente & longo.* ¶ Et reliqua vide ibi de cinamomo, rubea tinctorum, vngula aſini & ſtercore ei⁹, & oculo piſcis ſaliti, & plu- B rimorum aliorum, quorum memoriam melius eſt ſilentio præterire, quam calamo commendare. Ex his patent omnes cauſſæ primitiuæ aborſus, vel ſi aliæ ſint, reducuntur ad iſtas.

Cauſa abor- ſus ex parte embryonis.

Ex parte embryonis autem ſumuntur cauſſæ aborſus, vt quia embryo infirmatur in matrice aut moritur in ea. Et eius quidem ægritudines poſſent eſſe compoſitionales, vt ſ. embryo in matrice recipiat malam compoſitionem in figura ſua, vt factus fuit contractus ſecundum aliquam partem aut non bene ſituatus cum facie verſus ſpina cũ manibus ſuper oculis, & cum cubitis ſuper genua, quæ ſunt figuræ naturalis ſitus ipſius in matrice, a quibus elongari potuit embryo propter varias figuras coeundi, in quibus nõnulli inhoneſti & libidinoſi viri ſæpe laborant, aut quia mulier poſt coitum variis figuris C decubitus ſe ſituat, vnde ſperma proiectum in matrice & ſanguis menſtruus non bene vniuntur, imo ſecundum quaſdam differẽtias poſitionis comprimuntur, ſeparantur & diſgregantur, quare propter hoc contingere poteſt in aliquo embryone claudicatio, in altero vero eneruatio ancharum, in nonnullo vero ſpõdylorum diſtractio, ad quam ſequuntur gibboſitatis ſpecies, & ſic de aliis. ¶ Aut eius ægritudines poſſent eſſe complexionales, vt quia infans genitus ex ſpermate, & a ſanguine menſtruo mulieris nimium frigidis aquoſis calidis & ſiccis. ¶ Aut etiam, quia ſperma viri in ſui radice intemperatũ eſt intemperantiis iam prædictis. Et patet ex iſtis, quod cum principia materialia generationis fœtus, ſ. duo ſpermata parentum & menſtruus ſanguis in materia complexionali ſua fuerint intẽperata, neceſſe erit, quod intemperatus fœtus ex his generetur, qua- D re ſiue propter malam complexionem matrici a fœtu cõmunicatam, ſiue propter motum vel deſcenſionem fœtus vel propter dolores eius mouetur matrix ad expellendum fœtum ante tempus ſui complementi, quandoq; vero poſt quartum menſem: & ſic de aliis. Et trahi poteſt ex ſententia princ. *21. tertii cap. de aborſu, ibi, Et quandoq; eſt cauſſa aborſus malitia complexionis calidæ exſiccantis, aut frigidæ congelantis.* Et clarius adhuc colligitur ibi: *Et iterum ex eis, quæ abortire faciunt, in initio rei eſt tenuitas ſpermatis in radice*, i. paucitas eius, vel expone *tenuitas, i. fluxibilitas vel aquoſitas ſpermatis*, & ſubiungit quare non creetur ex eo panniculus prius niſi debilis præparatus ad diſrumpendum.

Ex parte ſeminis.

Et ex hoc fundamento plura corollaria concludere potes. ¶ Primum quod aborſus quandoque contingat propter defectum ſpermatis viri, quod nimium paucum eſt, E ſicut in ſæpe coeuntibus & natura debilibus, aut nimium frigidum humidum & aquoſum eſt, ſicut contingit in phlegmaticis corporibus mollibus & pinguibus ocio & diæta frigida & humida vtentibus. ¶ Aut contingit ex parte ſpermatis quod nimium craſſum, ſiccum & aridum eſt, velut contingit in cholericis, & in his, qui acutas ægritudines perpeſſi ſunt, vt cauſonides & ſimiles: aut in his, qui vtuntur diæta arefactiua multitudine aromatum & ciborum ſalſorum & acutorum & vſu vini fumoſi, talium enim ſpermata in matrice areſcunt prius quam germinent. ¶ Secundum corollarium, quod ſi tã ſperma mulieris, quam viri fuerint intemperata in complexione ſua, tunc completæ erunt cauſſæ aborſus ex parte defectus materiei generationis aſſignandæ: quare patet corollarium. ¶ Tertium corollarium, quare quædam prægnantes abortiant in primo, ſe- F cundo, tertio, aut quarto menſe ex parte defectus embryonis, & excluſis cauſſis primitiuis, in eo enim fœtu, qui conceptus eſt ex ſeminali materia magis intemperata citius, &c. patet. ¶ Et ſequitur quarto, quod ſi ſperma viri vel mulieris fuerit nimis aquoſum, frigidum & humidum, quod cognoſcitur ex fluxibilitate & pauca

dele-

A delectatione in coitu & actuali frigiditate vtriuſque, hi prius a phlegmate aquoſo purgentur & mundificentur, antequam coeant, &c. Et ſequitur vltimo, quod immediata cauſa aborſus ſit mors fœtus in vtero, quæ contingit propter ęgritudines iam prędictas. Et ex his patet declaratio trium cauſarum prius poſitarum ipſius aborſus, ſcil. primę, ſecundæ & quartæ.

Tertia vero cauſa eſt propter nocumenta, quæ in matrice inueniuntur: cum enim matrix aliquo genere ægritudinum laborat, vel generibus, patet, quod licet ipſa concipiat, neceſſe ſit in principiis generationis hęreditariam maculam conſequi, ſiue fuerint ſpecies malæ complexionis, ſiue malæ compoſitionis, ſiue apoſtemata fuerint, ſiue vlcera, & ſic de aliis. *Nocumenta in matrice.*

Ex horum omnium fundamento manifeſte colligi poteſt ingeniũ præſeruatiuũ B ab aborſu multipliciter contemplandũ. ¶ Primo n. oportet ingenium aliquod opponere cauſis primitiuis. ¶ Secundo oportet ingeniari ad rectificationẽ fœtus in vtero cõcepti. ¶ Tertio abſcindere nocumenta omnia, quæ in matrice fuiſſe vel ſuperueniſſe dicta ſunt. ¶ Quarto contemplari in rectificatione ſeminis virilis, ſi ex defectu ipſius aborſus cauſa aſſignari poteſt. ¶ Quinto principaliter tangenda ſunt quædam inſtrumenta a ſpecifica proprietate fœtum adiuuantia, ipſum conſeruantia & prohibentia mortis diſcrimen, & ſic erit finis.

Cap. II. *De regimine prægnantium, & de prohibitione aborſus per remotionem cauſarum primitiuarum mortem fœtui inducentium.*

C ET breuiter euitentur omnes xij. cauſæ primitiuæ ſuperius enumeratæ, quas ſcis.

Cap. III. *De prohibitione aborſus per adminiſtrationem cauſarum contrariantium ægritudinibus ipſius fœtus iam concepti.*

SI igitur in embryone accidit nocumẽtum ex parte ſanguinis menſtrui vel ſeminis virilis, de iſtis poſtea dicet. Si a. ꝑpter cauſas primitiuas, de hoc dictũ eſt. Si a. in fœtu nocumẽtũ cõtigerit, ꝑpter debilitatẽ effect⁹ principii generationis, ꝙ eſt gignitiua virt⁹, q̃ ſæpe ꝑpter ſui debilitatẽ nõ ſolũ eſt cauſa ægritudinũ, imo mortis fœt⁹, vt patet in viro & muliere reſolutis & debilibus a quacunq; cauſa debilitas acciderit, in eis ipſa erit cauſa indebitæ digeſtionis, præparationis & conuerſionis menſtrui ſanguinis & aliorũ materialiũ principiorũ generationis. Et hæc quidẽ ægritudinis fœtus cau-D ſa omni fere caret ingenio curationis, niſi quia oportet prægnantem regere cum cibis & potibus in quantitate & qualitate matricem & mulierẽ vigorantib. & generãtib. laudabilem ſanguinem, ex quo infans ſuſtentari & nutriri debet. ¶ At vero iterum ſi propter extrinſecas cauſas vt continentis caliditatẽ aut frigiditatem multam ægrotauerit embryo, antequam ipſius curationem ingrediatur Medicus, prius debet inueſtigare ſpeciem & maneriem ægritudinis, deinde & ſecundo per ſigna contemplari, an mortalis aut ſalubris fuerit ægritudo talis, in quorum veritatem diſcutiendam non niſi anxietate maxima deueniri poteſt.

Ægritudinem itaq; embryonis in generali ſignificare poſſent accidentia quamplurima. ¶ Primo quidem ante completam formationem eius. ¶ Secundo vero poſtq̃ *Signa ægritudinis embryonis*
E cõplete plaſmatus eſt, quod contingere poteſt in ſpatio v. vel vj. dierum. ¶ Cum igitur fœtus iam fuerit conceptus poſt paucos dies ægritudinem eius ſignificare poſſent plura. ¶ Primum præſentia mollitiei vel humiditatis a genitali membro emanantis, quæ prius non affuerat. ¶ Secundum v. laſſitudo & impotentia ad motũ progreſſiuũ ſuperueniens, quæ non præceſſerat. ¶ Tertiũ tenſio in matrice percepta. ¶ Quartũ vero grauatiuus dolor in ſpondylis, alchatin & inferioribus perceptio. ¶ Quintũ ventoſitatis a matrice exitus. ¶ Sextum rugoſitas pruritus vel contractio matricis. ¶ Septimum tẽſio in domeſticis partibus coxarum. ¶ Octauum grauitas ſuper ſphinctere. ¶ Nonum diſtenſio in partib. ancharũ, ad quas ſuſtentatur matrix. ¶ X. quia dũ mulier reuoluit de F latere in latus, ſentit in concauo matricis agitationẽ fœtus, ac ſi nõ bene ſuſtẽtaret ad ipſam. ¶ XI. amplitudo oris matricis, cuius contrariũ cõſequi ſolet varius ꝑgnationẽ ſani effectus, ipſam n. ſequitur oris matricis clauſio tanta, quod vix pyramellus, i. ſtylus intrare poſſit, *interiorum 6. 4. cap. & 21. tertii primo cap.* colligendum: hoc de ſignis vniuerſaliter fœtum in matrice ægrotare ſignificantibus.

Signa ſpecialia huius vel illius morbi embryonis

Rurſus autem ſpeciales lapſus embryonis particularia ſigna declarare poſſent. Si A enim ægrotauerit ipſe ægritudine frigida & humida materiali, vt ſæpius contingit, ſentitur in dorſo poſterius, & in toto femore frigiditas tactu tangentis cũ mollitie repræſentata. ¶ Secundo emiſſio vrinæ remiſſe calidæ. ¶ Tertio irroratio matricis ab humiditate frigida mucilaginoſa. ¶ Quarto laſſitudo totius corporis cum pigritia. ¶ Quinto laſſitudo & difficultas exercitandi anchas & coxas. ¶ Sexto murmuratio in matrice. ¶ Septimo cachectica diſpoſitio quandoque in tota habitudine mulieris aut ſaltem in coxis & cruribus eueniens. ¶ Octauo longitudo & profunditas in dormiendo. ¶ Nono lenitas & paruitas in pulſu percepta, & proprie in pulſu coxarum & partium adiacentium matrici. ¶ Decimo vrinæ limpidæ, albæ, aut ſubalbidæ vel diſcoloratæ apparentia. ¶ Et ex decem ſignis iſtis omnibus comprehendere potes fœtum ægrotare lapſu calido & ſicco, in partibus enim, vbi locatur matrix, & adiacen- B tibus ei, tangens percipiet caliditatem cum acuitate & inflatione, & ſic de aliis.

Signa fœtũ ægrotare lethaliter.

Signa vero ægritudinum mortem inducentium in fœtu poterunt eſſe omnia prędicta, cum longo tempore multiplicata fuerunt, & continue ad intentionem peruenerint cum maiore nocumento a muliere percepto quotidie ſucceſſiue, & cum nullo iuuamento conſequente applicationem remediorum ægritudinibus embryonis conueniant aduerſantium.

Signa fœtus mortui.

Fœtus vero iam in vtero mortui ſigna ſunt quam plurima hinc inde collecta, & proprie cum poſt mortem eius iam quibuſdam diebus in matrice retẽtus fuerit. ¶ Primum autem de ſignis ſumtis a membris colligatis eſt dolor in radicibus oculorum, & intellige in neruis opticis ſuſpendentibus oculum ad cerebrum, contingit autem hic C dolor propter diſtenſionem in matrice factam a fœtu mortuo ipſam grauitatem, & reducitur hic dolor ad ſpeciem ſolutionis continuitatis, & dicitur extenſiua, & poteſt etiam hic dolor contingere propter malam complexionem cerebro a matrice cõmunicatam. ¶ Secundum ſignum eſt dolor in poſteriori medietate capitis & protenſus per totam ſpinam vſq; ad ſpondylos vbi ſituatur matrix. ¶ Tertium ſignum eſt laſſitudo & grauitas in loco matricis & omnibus inferioribus partibus. ¶ Quartum eſt ſenſatio motus ponderis in matrice, & proprie quando mulier reuoluit ſe de latere in latus & ſignificat cotyledonum mollificationem vel eruptionem, vnde non ſuſtentatur fœtus. ¶ Quintum ſignum eſt grauatiuus dolor in inguinalibus partibus anterioribus vſq; ad os matricis exterius. ¶ Sextum eſt tumoris ventris, qui præfuerat, deſcenſus ad infe- D riora. ¶ Septimum eſt frigiditas in inferiori parte inguinis manſiua, & hæc omnia ſigna proprie ſunt antequam putreſcat fœtus.

Signa fœtus mortui & ſecũdũ partẽ putrefacti.

Fœtus autem mortui, & ſecundum partem in matrice putrefacti ſigna ſunt febris & indeficiens. ¶ Secundum fœtor in anhelitu & ore. ¶ Tertium eſt exitus virulentiæ putridæ a matrice cum fœtore. ¶ Quartum pondus cum extenſione ventris ad extra propter vapores in matrice corruptos extendentes ipſam. ¶ Quintum putrefactæ carnoſitatis a matrice expulſio vt oculus meus ſæpe vidit. Hæc autem ſigna poſita ſunt, vt Medicus laudem & honorem acquirat veritatem pręcognitam annuntiando, & cum Medicus percepit iſta ſigna, non intendit aliud, niſi educere fœtum mortuum per ea, quæ ſuperius aliqualiter tacta fuerunt. E

At vero iterum poſtquam conceſſum eſt embryonem in matrice ægrotare poſſe ex aliis generibus ægritudinum, ſ. complexionalium, compoſitionalium & ſolutæ continuitatis, oportet exponere ſigna in cognitionem talium ægritudinum. Cognitio accipitur ex ſenſibus, ſ. tactu & viſu magis, quam diſcurſu rationali, & cum ſenſus viſus ad illa loca peruenire nõ poſſit, neq; etiam ſenſus tactus, ideo talium ægritudinum cognitio per ea non eſt poſſibilis, ſed ſolum per diſcurſum a ſenſibus interioribus imaginando, componendo, diuidendo, affirmando vel negando & eliciendo, ſecundum quod decentius fieri poteſt, licet non omnium complexionalium ęgritudinum cognitio per talem diſcurſum conuenienter haberi poſſit. F

Quomodo enim ægritudo embryonis in ſuperficie, in figura, in via, in receptaculo, in quantitate diminuta, in numero aucto, aut diminuto, & in ſitu, capiendo ſitum pro colligando, cognoſci poſſent per prædicta, fortaſſe autem de quantitate aucta, & de ſitu, capiendo ſitum pro loco per diſcurſum, aliquid cognoſcere poſſumus. Cum enim

videt

A videt Medicus prægnantis ventrē perueniſſe ad quantitatem notabiliter auctam, & ex diſcurſu rationali intermedio probauit matricem non eſſe molaticā, neq; apoſtematā, neq; in ea humores aut ventoſitates multas extendentes cōtineri. & viderit mulierē bene carnoſam, bene coloratā, & operationes ei animales motiuas & ſenſitiuas, vitales, & naturales cōuenienter productas, ſyllogizando cum prædictorū negatione præmiſſa deducere poterit, fœtū in quantitate aucta peccantē. Similiter cū perceperit fœtū in dextra parte, aut in ſiniſtra parte fixū ſtare cū præſentia doloris magni, & cū fœtus agitatione magna in parte illa ſtantib. cōditionib. iā præmiſſis de diſpoſitionib. matricis & mulieris perſuaſiue cōcludere poterit, fœtū in matrice ægrotare ægritudine loci, cū heſitatione tamen ad oppoſitū, vt apparet, & eodē modo difficillime eſt cognoſcere ægri-

B tudines compoſitas, & per cōſequens difficilis aut omnino impoſſibilis eſt curatio earūdem. Et ſimiliter dicendū eſt de ægritudinib. complexionalib. ipſius embryonis, quod ſ. et difficillimæ ſint curationis, ex quo medicamina alterātia & rectificantia nō poſſent peruenire ad embryonē, ſed tantū mouentur illę malæ complexiones per rectificationē nutrimenti ipſius embryonis, q nutrimentū eſt ſanguis purior in venis matricis cōtentus poſt generationē membrorū eius. Vt ſi mala cōplexio ipſi⁹ embryonis fuerit calida & ſicca materialis, curatur p has quinq; intentiones. ¶ Prima vt euacuetur mulier a cholerica materia cū aliquo iſtorū medicaminū. ¶ Primū eſt. ℞. *diapruni ſimplicis ℥ iiij. detur mulieri cum medio cyatho aquæ lactis calidæ in aurora & tardet cibum horis v.* ¶ II. & fortius illo eſt hoc. ℞. *caſſiæ fiſt. præparatæ cum aqua acetoſæ ℥ iiij. & detur cum medio cyatho calidæ aquæ* *Curatio cōplexionis calidæ & ſiccæ ēbryonis fit quinq; intentionib: I Euacuatio.*

C *hordei.* ¶ III. eſt hoc, & fortius prædictis. ℞. *mannæ diſſolutæ & colatæ cum vno cyatho aquæ lactis ℥ ij. coletur & caleſiat & detur in potu.* Et ſi volueris prędictis medicinis infundendo iūgere ʒ j. reubarbari, & colaturā cū expreſſione cōmiſcere prædictis, aut cū eiſdē volueris dare ʒ ß. pulueris reubarbari, non erit malum, neq; timoroſum, omnes enim prædictę medicinę conuenientes & ſecuriſſimæ ſunt matri & embryoni. ¶ Secunda intentio eſt, vt rectificetur regimen ciborū & potuum ad infrigidandum & humectandum cum lactuca & bleta &c. & vtatur ptiſana hordei cum carnibus præparatis, cum aceto, agreſta, ſucco citrangulorum, granatorum & ſimilium &c. ¶ Tertia intentio eſt digeſtio vel rectificatio cholericarum materierum, quæ in muliere inueniuntur, & poterit conuenienter fieri cum iſtis inſtrumentis. ¶ Primum leniſſimum omnium eſt dare in potu in *II.* *III. Digeſtio.*

D aurora cyathum vnum aquæ lactis, a qua caſeus & recocta conuenienter extracta fuerint, & detur frigida actu ſaltem in diebus caloris. ¶ Secundum eſt hoc. ℞. *aquæ endiuiæ, violarum ana ℥ ij. miſce.* ¶ Tertium eſt hoc. ℞. *ſyr. roſ. ℥ j. ſyr. de endiuia ℥ ß. aquæ cichoreæ ℥ ij. aquæ melliſſæ ℥ j. miſce.* ¶ Quartum & melius reliquis eſt hoc. ℞. *ſyr. ſimplicis acetoſi ℥ ß. ſyr. acetoſitatis citri ℥ j. aquæ bugloſſæ & acetoſæ ana ℥ j. ß. miſce.* ¶ Sæpe etiam in prægnantibus materierum calidarū feci rectificationem cum ℥ j. *ſachari viol. & ij. aquæ endiuiæ.* ¶ Quarta intentio eſt, vt ſi apparuerit tibi neceſſitas reiterandi euacuationem materierum cholericarum, non recedas ab euacuationibus iam prædictis. ¶ Si autem aliquod pharmacum ſanguinis clarificatiuum magis & clare eductiuum deſiderares, vltra prædicta exhibeatur hoc. ℞. *aquæ fructuum deſcriptione Meſ. in antidotario ℥ iij. mannæ in ipſa diſſolutæ &* *Potiones.* *IV. Euacuatio.*

E *colatæ ℥ ß. reubarbari electi ʒ ß. ſquinanti ℈. iiij. & totum detur in potu, & tardet cibum v. horis, &c.*

Clyſteriorum autem vſum hic taceo, quia non placent mihi, & ſimiliter diureticorum, & ſimiliter vomitus adminiſtrationem: hæc tria in omni pręgnante abhorreo. ¶ Quinta vero intentio eſt reſiduæ malæ qualitatis alteratio, & matricis confortatio, in hoc autem triplici inſtrumento procedere ſoleo. ¶ Primum eſt, vt mulier ter vel quater bibat in die ℥ ß. ſyr. de limonibus cum medio cyatho aquæ hordei: in hoc enim eſt infrigidatio, ſitis extinctio cum aliquali confortatione à ſtypticitate limonis prouenienτe. ¶ Secundum vero inſtrumentum eſt hoc. ℞. *aquæ anguriæ, aquæ violarum ana ℥. ß. aquæ acetoſæ lib. j. roſarum, ſandalorum rub. ſpodii, ſeminis acetoſæ ana ℈ j. croci ℈ ß.* *V. Qualitatis alteratio.* *Epithema*

F *aceti cochlearia tria, miſce & intingatur in eis pannus de lino, ex quo epithimentur inguina anterius & dorſum poſterius.* ¶ Tertiū v. & efficacius iſtis eſt hoc. ℞. *raſuræ ſuperficialis, cucurbitæ recētis ℥ j. olei de nenuph. olei roſarum an. ℥ j. ß. vermicularis recentis ℥ j. terantur ſimul in mortario ad ultima contritione, ex hoc linimento liniantur loca prædicta ter vel quater in die.* *Linimētū*

Lapſum vero frigidum & humidum per quinque intentiones ſimiliter corrigere

Quinq; intētiones curationis lapſus frigidi & humidi. poteris per contrarietatem aduerſantes. ¶ Cum ergo volumus minorando euacuare A
materiam frigidam & humidam in pręgnante, euitare debemus medicinas omnes laborioſas ex parte gradus & ex parte doſis. ¶ Minoratiuum itaq; conueniens poſſet eſſe hoc.
I Minoratio. ℞. *aquæ bugloſ.* ℥ j. *medullæ carthami contritæ* ℥ ij. *agarici electi, pulueris hermodactylorum ana* ℈ j. *cinamomi, zinz. roſarum, coriandri præparati ana* ℥. iij. *fiat infuſio & calefacta cum expreſſione condecenti afferatur ei.*
Potio. ¶ Aliud minoratiuum in hac materia eſt hoc.
Alia. ℞. *aquæ arthemiſiæ, aquæ melliſſæ ana* ℥ j. ß. *benedictæ ſimplicis* ℥ j. *ſacchari albi* ℥ ß. *infundantur per noctem vnam, deinde calefiant cum leui expreſſione, offerantur vt dictum eſt.*
II. Rectificatio regiminis. ¶ Secunda vero intentio eſt rectificatio regiminis. vtatur itaque mulier cibis ad caliditatem inclinantibus cum decoctione ſaluiæ, menthę, roriſmarini, & ſic de aliis, in quibus aut nulla aut pauca exiſtat appetitiua virtus &c. Et vtatur vino forti & bene potenti, claro, rubeo, ſolo, aut cum aqua B
extinctionis chalybis, talis enim aqua ſolennis eſt confortans omnium membrorum nutritionis & neruoſorum virtutes.
III. Correctio materierum. ¶ Tertia vero intentio rectificans materias cum caliditate & ſiccitate corrigendo eas. Vnde digeſtiuum conueniens & leue eſt hoc. ℞. *aquæ ſaluiæ* ℥ ij. *miuæ cydoniorum* ℥ j. *miſce.* ¶ Secundum fortius illo eſt hoc. ℞. *ſyr. de myrto* ℥ j. *aquæ melliſſæ in qua decocta fuerit maſtix* ℥ ij. *miſce & detur in potu.* ¶ Tertium & melius illis eſt hoc. ℞. *miuæ cum ſpeciebus* ℥ j. *aquæ decoctionis granorum myrti* ℥ ij. *miſce.* ¶ Si autem digeſtionem efficere velis cum confortantibus, tunc vtatur mulier electuario, aut confectione de acoro in aurora aſſumendo de ipſo vſq; ad ℥ ß. Item confectio aromatici roſati multum valet. Roſata nouella cum ſaccharo & aqua menthę in confectionē redacta. ſaccharum roſatū vel cū puluere maſticis acceptum & cū aqua menthæ diſſolutum. C
IV. Eradicatio. ¶ Quarta v. intentio, ſi apparet neceſſitas euacuandi materiam eradicatiue, eſſet complenda cum prædictis medicinis ſupra poſitis, vltra quas non eſſet tranſeundum niſi cū magna limitatione. ¶ Solitus ſum autem ego dare quandoque ſolutiuum hoc, & inueni in eo proſperitatem ſemper. ℞. *ſucci menthæ*, quæ folia habet quaſi rotunda & ſtipitem ſubrubeum & odorem valde ſuauem, ℥ iiij. *agarici electi* ʒ j. *infundatur agaricus in ſucco prædicto per duos dies naturales, deinde* ℞. *zinz. roſarum ana* ℥. iij. *mannæ electæ & a ſcopis de-*
Pilulæ. *puratæ* ℥ ß. *conterantur omnia ſimul in mortario & fiant pilulæ*, glutinoſitas enim mannæ inuiſcat omnia conuenienter, & eſt medicina nobilis in educendo phlegma aquoſum & mucilaginoſum ſine moleſtia & agitatione fortibus. ¶ Et attende hic, quod in euacuantibus choleram & materias calidas in muliere prægnante omnes ad caſſiam, mannam, D
reubarbarum, tamarindos, ſebeſten & pruna ſunt audaces & prompti, ſed euacuans phlegma & reliquas materias frigidas in prægnante paucę medicinæ a ſapientibus poſitæ reperiuntur.
V. Alteratio ¶ Vltima vero intentio eſt, vt per alterationem cum calidis & ſiccis complexionē, quæ corrumpant reſiduū malæ compoſitionis frigidæ & humidæ & materierū ſubſtantiam corrigant, & iā quidem aquę, ſyr. confectiones in hac parte capituli poſitæ illud complere poſſent. Ego a. in talibus caſibus triplici vtor inſtrumento. ¶ Primum eſt hoc. ℞. *roſarum, gallarum, cypreſſi, ſpodii, ſandaracæ ana* ʒ j. *reſinæ electæ* ℥ iij. *coquatur*
Cerata. *reſina cum aceto nigro, in quo ſteterit infuſa per vnam noctem vſq; ad conſumtionem aceti; deinde incorporentur ſecum ſpecies prædictæ, & fiant cerata ij. magnitudinis ſpithamæ cum dimidia.* Hæc igitur applicentur ſuper alchatin & loca matricis, continue portentur. ¶ Secundum E
Vnguētū. v. inſtrumentum & melius primo eſt hoc. ℞. *olei de cydoniis, roſarum, & de mentha an.* ℥ j. ß. *ſymphyti, lapidis hæmatitis, coral. rub. ſandaracæ, oſſium dactylorum combuſtorum an.* ʒ j. *ſcoriæ ferri, præparatæ ſecundum artem* ʒ ij. *corticis interioris caſtanearum* ʒ iij. *reſinæ electæ* ʒ j. ß. *ceræ quantum ſufficit, fiat vnguentum conuenientis viſcoſitatis, & inungantur cum eo loca matricis & renum.* Hæc enim duo inſtrumenta mulieres quampluri mas abortiri ſolitas a tali infelicitate liberauerunt, fœtum etiam vigorando. & tu conſidera, quia componentia ſunt electa.

Epithema Vltimum vero inſtrumentum eſt hoc. ℞. *aquæ ſublimationis virgæ paſtoris, aquæ centinodiæ an.* ℔. ß. *aquæ gallarum, cypreſſi lib. iij. acatiæ, ſpodii, roſarum an.* ʒ j. *thuris, ſandaracæ, colophoniæ an.* ʒ j. ß. *vini cydoniorum lib.* ß. *terantur inſimul omnia forti contritione, demum in-* F
fundatur in eis pannus lineus duplicatus, & ſex vel octo vicibus epithemetur cum eo dorſum actu calido.

Cap. IIII. *De prohibitione aborſus per remotionem nocumentorum, quæ in matrice euenire ſolent.*

Remedia

A REMEDIA immediate ante ſcripta quamuis dentur in intentione curandi
ægritudines embryonis, tamen ex quo matri exhibentur, ideo ſufficien-
ter curant ægritudines matricis, ēt ſaltē, quæ inſunt ipſi matrici per eſſen-
tiā: ergo reſtat hoc ſolū, vt eliciatur regimen curatiuū ęgritudinū matricis
per colligantiā. Si ergo matrix ægrotauerit ægritudine calida & ſicca in ea inuenta per
colligantiā ipſius ad cerebrum, quę tamen rariſſime contingit, rectifica cerebrū cū eua-
cuantib. diuertentib. digerentib. & eradicantib. ab eo materiam acutam, aut phleboto-
mando cephalicam, ſi apparuerit mixtio materierū cum ſanguine, ſeruata tamen lege
Hipp. *4. aph. ſermone primo, vt ſcis*, & ſeruata lege alterius aph. *Mulier in vtero habens phle-
botomata abortit, & magis cuius maior eſt fœtus*. Vnde in 5. & 6. menſe fiat phlebotomia p̄di-
cta & detur pharmacia, parce tamen maiorando phlebotomiam & pharmaciā. Item
B diuertatur prouocando fluxum ſanguinis a naribus, aut ventoſando ſpatulas. Item eua-
cuando materiam acutam cum pilulis cochiis & de fumo terræ & ſimilibus. Quare ar-
gumento ſumto a lapſu cerebri calido & ſicco, licet iſta conuenientia forent, vana ta-
men eſt opinio & ridiculoſa eorum , qui in prægnante muliere talia adminiſtrarent,
hæc enim facile aborſum inducerent. ¶ Similiter etiam de ægritudinibus in matrice
factis per colligantiam eius ad cor, pulmonem, diaphragma & ſtomachum, & per renes
& veſicam dicendum eſt, quod omnia talia ingenia curationis ab hoc cap. ſeparari de-
beant, & proprie iſta, quorum inſtrumenta completiue ſunt fortia, velut phlebotomię,
ventoſationes, fricationes, clyſteria & pharmaca fortia. Secure itaque procedendo, &
C fœtus & mulieris nocumenta vitando, regatur mulier cum medicinalibus intentioni-
bus & inſtrumentis in præcedenti cap. tactis, vbiq; laudo, quod prædictis addantur me-
dicamina cerebralia, pulmonaria, cordialia, & ſic de aliis, quorum gradus nō elongetur
a primo in qualitatibus contrariis, & doſes ſint valde remiſſæ, & pulueres reiterandi,
ne nocumentum aliquod ab eis inferatur, aut ſenſibile.

CAP. V. *De præparatione virilis ſeminis, ne ex parte defectus eius aborſus fiat.*

VIRILE ſperma eſt cauſa aborſus, aut quia non bene digeſtum & ſpumoſum eſt, aut
quia in quantitate cōtinua paucū eſt. & ad iſtas cauſas duas videntᷣ adduci poſſe o-
mnes cauſæ aborſus ex parte ſeminis virilis cōtingentes. Eſt a. ſperma indigeſtū, aut q̲a
non a ſano corpore generatur, ſed ab ęgro: Aut quia velocius emittitur, q̄ digeſtio eius
D compleatur. ¶ Tertia, quia materia generationis eius fuit illaudabilis, aut quia coiens
diſtractionē habuit in anima per paſſiones eius triſtantes, aut reſoluētes in tēpore coitꝰ.
Et primum quidem declaratur, quia cū ſperma ſit ſupfluitas vltimi alimēti & vtilis,
non videtᷣ in ægro eorum inueniri poſſe vltimum alimentum & vtile ſaltem abſolute.
¶ Secundo quia cum ſperma laudabile debeat eſſe albū, peruiū & diaphanū, globoſum
& cōpactū, & quaſi aromaticū, non videtᷣ ipſum in ægro corpore reperiri poſſe, & maxi-
me laborante ægritudinib. in membris generationis ꝓpinquis, velut ſunt teſticuli, & in-
uoluta vaſa & remota, velut ſunt pori ſpermatici, epar & renes, quorū membrorū aliqua
concurrunt ad generationē, materias ſeminis generādo, vt epar, alia p̄parādo & purifi-
cādo, vt emulgētes & renes, alia v. deferēdo, vt ſpmatica vaſa & inuoluta detinēdo & cō-
E ſeruādo & teſticuli vltimū pfectionis in ſperma inducēdo. patet a. q̄ ſi ægrotauerit cor-
pus ægritudine notabili, & ſecundū p̄dictas partes non poterit in ſpmate acquiri prima
paſſio, q̄ eſt albedo: calor n. naturalis debilitatus digerēdo nō poterit materiā ſpmatis in
colore aſſimilare radicalibus & primis, q̄ vere alba ſunt. Amplius calor debilis nō pote-
rit a materia in ſpma conuertenda depurare partes vaporoſas, ventoſas, aquoſas, craſſas,
neque terreas , quare non poterit ſperma diaphanum & rutilans eſſe conuenienter
ſpumoſum, diaphaneitas enim ipſius arguit ipſum eſſe bene ſpumoſum : quare ſpiri-
tus eſt &c. Amplius ēt in ſpermate non poterit reperiri globoſitas cōueniens, quādo fu-
erit a debili calore naturali cōgenita. Subſtantia n. ipſius, globoſitas & cōpacitas talis ꝓ-
ueniunt per caloris debitā coctionē facientis & expurgantis ſupfluas partes, & facientis
F debitam permixtionē humidi aquei cū ſicco terreo materiei, ex qua generatᷣ ſpma. Vn-
de ex p̄dictis apparet, q̄ defectꝰ in embryone facile aſſignari poſſit ꝓpter defectū in cau-
ſa, ex qua generatᷣ, q̄ eſt ſpma virile, ſiue ipſū effectiue tamē, ſiue materialiter, aut vtroq;
modo cōcurrat. Adhuc ēt cōſiderādū eſt, q̄ defectꝰ in embryone aſſignari poſſit p ve-
locē emiſſionē ſpmatis, aut n. velocior exit ꝓpter debilitatē retētiuæ, quæ non retinet

ipſum adeo,vt bene digeratur : aut exitus eius eſt velox propter nimiam fluxibilitatē, A
aut propter qualitatē priuatiuā & acutam in eo inuentam. Cum ergo ſperma ita veloci-
ter educatur, nō bene conuenienter a matrice ſuſcipit̃ vt ipſa ipſum amplexat̃,neq; de-
lectationē conuenientē ex velocitate exitus eius accipit matrix,quare ex tali ſpermate
aut raro fit generatio,aut ſi concipiat̃,non erit robuſtus,neq; vigoroſus embryo. Simili-
ter ēt tertio accidit in embryone debilitas ex parte ſpermatis,eo quia ex illaudabili ma-
teria generatum fuit,quia nimiū pauca,viſcoſa, lubrica,aucta aut aliter male complexi-
onata fuit materia ex qua generabatur ſperma. Et adhuc ex quarta cauſa ſuperius enu-
merata apparet poſſe contrahi nocumēta in embryone. Cū n. aliquis coit & habet ima-
ginationem vel phantaſiā circa res triſtantes,timere facientes,vel abhorrētes,aut motū
ſuffocatiuū vel diſgregatiuū ſpirituū & humorum efficientes,patet ꝙ non poterit verū B
& prolificū generari ſperma,ꝓpter quod oportet coeuntes cum magno appetitu,dele-
ctatione & cogitatione præcipue ad talem actū exire,ſi generare intendūt,& intantum
contēplando ꝓceſſerunt ſapiētes,ꝙ fortis imaginatio in tp̄e coitus facta circa luſcum,
gibboſum,robuſtū,animoſum,imbecillē & inhoneſtū virū,poteſt eſſe cauſa, vt tales ꝓ-
prietates vel ſimiles recipiāt principia generationis,circa quales fortiter imaginatio a-
nimæ ꝑſiſtebat in tp̄e coitus. ¶ II. v. principalis cauſa ſuperius tacta de cauſa aborſus ex
parte ſeminis virilis fuit ex parte quantitatis eius,poteſt n. ſpermatis exuberās quātitas
in matricē effundi,q̃ debilis erit vt ꝓpter eā magnam quātitatē caliditatis naturalis ma-
tricis & ſanguinis mēſtrui per modū ſuffocationis indiſponatur ad generandū fœtū be-
ne & ſanū & robuſtū. Similiter poteſt ſpermatis quantitas eſſe adeo diminuta,ꝙ licet ex C
ea generet̃ fœtus,erit tamen ita debilis ꝓpter paucitatē caloris innati & ſpiritus,ꝙ infir-
mabitur,antequā ad naturalē partem perueniat , quare ꝓpter ægritudines ipſius prius
abortietur,quam vere pariat̃. Et hæc cauſa de paucitate ſpermatis frequenter eſt cauſa
aborſus ; ſicut multa quantitas ſpermatis bene digeſti raro eſt cauſa aborſus eo quia in
maiori quantitate eſt maior virtus,& econuerſo,vnde ex omnium iſtorum fundamen-
to apparet iam,quod Medicus intendens præſeruare ab aborſu conſiderare debet non
minus diſpoſitionem viri,quam mulieris.

Si itaq; Medico occurrat vir queritans non poſſe coire nec filios generare,inqui-
rere debet cū diligentia cōplexionē viri vniuerſalē. ¶ Secundo partialē mēbrorū gene- D
rationis attēdere. ¶ Tertio epatis diſpoſitionem in ſanguificando conſiderare. ¶ Quar-
to emulgentium & renum complexionem & compoſitionem attendere,an ſint dolē-
tia vel oppilata. ¶ Quinto venæ cauæ & vaſorum ſpermaticorum materiam generatio-
nis ferentium conſiderare diſpoſitionem. ¶ Sexto vero vas ſpermaticum ſiniſtrum,per
quod defertur ſpiritus vitalis a corde ad membra generationis diligenter inquirere.
¶ Septimo ſpermatis quantitatem , colorem, ſubſtantiam,partium continuitatem &
diaphaneitatem attendere.

Et ſiquidē appatuerit ei omnia membra in complexione & cōpoſitione fore diſ-
poſita conditionib. etiā in ſpermate prædictis inuentis,tunc neceſſario concludere po-
tes virum iſtum eſſe Venereum,& ad prolis generationē bene paratū. Cū ergo ſimiliter E
cōſiderauerit Medicus diſpoſitionē mulieris ex parte prædictorū membrorū, ex parte
ſpermatis eius,aut humiditatis q̃ emittit,& vtriuſq; copulam factā compleri cū magna
delectatione a viro & muliere acceperit excluſis faſcinationibus,& malis medicamen-
tis,& vlcerum cicatricib. mirum erit iſtos duos non eſſe prolificos,& conuenienter Ve-
nereos,niſi ſuperfluant in frequenti valde copula,& in paſſionib. animi reſtaurantib. ſu-
perexcedant. Et ſi inueſtigando proceſſerit & cognouerit aliquē ipſorum defectū eſſe
in membris aut in quantitate,vel qualitate ſpermatis viri, aut ſanguinis menſtrui fore
defectum, attendat ad rectificationem illius,in quo defectus cōparebit,aut vtriuſq; , ſi
defectus fuerit in ambobus,applicando inſtrumenta ſecundum intentiones prædictas
in ſuperioribus capitibus.

Cap. VI. *De memoria quarundam medicinarum ab occulta natura ad generationem facientium.* F

MVLTA in hoc cap. variis voluminibus, & proprie antiquorum illuſtrium experi-
menta colligi poſſent , quarum applicatio mulierem ſterilem ad fœcun-
ditatē inducunt,licet hoc in voluminibus iuniorum auctorum nō ita authenticē
approbatum inueniatur. De numero ergo talium ſcripſit Dioſcorides Arazatheus, ꝙ ſi
mulier

A mulier ſupponat ſibi peſſarium paruum factum ex radice mandragoræ poſt coitum & longo tempore retineat ibi, mirabiliter facit ad receptum ſemen detinendum & prolificandum, & hoc quidem magis rationabile videtur in ſterilitate prouenientea caliditate multa, & humiditate ſuperflua lubrificatiua matricis, q̃bus mandragoræ frigiditas & ſiccitas aduerſari poteſt vltra ſpecificam eius virtutẽ. Neq; opinandum eſt mandragoram eſſe plantam, cuius radix figuræ humanæ ſimillima exſiſtat, ſicut zarpellones & zarpatones per plateas oſtendunt eas decipiendo vulgus, licet Auic. tantæ ſpeculationis Philo- *Mandragora radix quid.*
ſophus magnus in hac materia deceptus fuit. Apparet enim ipſum crediſſe talẽ plantã in radice eius humanam figuram penitus plaſmatam, quod poteſt eſſe, quia hoc nomen *μανδραγορα* Græcum exſiſtens figuram importat humanam, lege de his *2. can. cap. iabrol. &*
B *cap. de mandragora.* ¶ Aliud autem experimentum ad conceptionem ſimiliter faciens ſcripſit Sextus Placitus Papienſis, *cap. de duo.* vbi dixit, *quod os de corde cerui ſuſpenſum collo vel coxæ mulieris, vt credo vel vidi etiam, ad conceptionem optime facit.* ¶ Alter autem vir fidelior iſtis dixit, quod lapis inuentus in cerebro, vel in ventre aquilæ in cibo datus viro & mulieri, aut vtriuſque brachio, vel coxæ ſuſpenſus mirabiliter faciat ad conceptionem. ¶ Et alter etiam de vetutiſſimis auctoribus dixit, quod ſi accipiatur dens ſeptennis pueri, & in cannula argentea, vel aurea circumligetur & brachio vtriuſque coeuntis ſuſpendatur, generare faciat. ¶ Et iterum adhuc ſcripſit alter, vt Chiranus, quod ſi quis receperit ſanguinem veſpertilionis in panno, & feminæ neſcienti ſuper caput eius poſuerit, & eodem tempore mulieri ſe admiſcuerit, ſine dubio concipiet.

C Plura alia ſcribere potuiſſem, ſed non curaui, cum non multam fidem adhibeam eis, ſicut credo talia non eſſe affirmanda a Catholicis & ſub lege Chriſtiana militantibus. ¶ Hæc itaq; in hac materia tantæ ſpeculationis nomine ſufficiant, in quibus ſi non tantum accurate & profunditer ſcripſi, quantum materia expeteret, quia de ſecretis eſt naturæ, ſuperaddant alii philoſophantes altiori ſpeculatione medicinæ theorizantes. Ad laudem Dei. Amen.

Consilium CCIX. *De præſeruatione ab aborſu.*

PRO nuru vero nobilis viri, ſcilicet Benedicti de valle Matana, quæ prægnans eſt cum ſuſpicione abortiendi, eo, quia fluxũ menſtruorum habet cum dolore totius
D ſpinæ & ſuminis & inguinalium partium, quæ minantur eidem aborſus grande periculum, & non leuem ſuæ malæ terminationis ſuſpicionem, quoniam eſt in quarto menſe prægnans, vbi fœtus eſt iam adultus notabiliter, & ex quo ſubtractione ſanguinis velut nutrimenti eius, valde facile ſubſequi poteſt fœtus corruptio, & hæmorrhagia magna, propter eruptionem cotyledonum, qui magnificati ſunt, videtur taliter procedendum eſſe, vt nunc ſcribitur. ¶ Primo quidem fiat eidem regiminis adminiſtratio, euitando intemperiem aeris valde calidi, frigidi & humidi. Item euitet ciborum & potuum adminiſtrationem, qui ſint nimium vnctuoſi, acuti, amari & aperitiui, velut raphanum, petroſelinum, apium, fœniculum, & brodia leguminum omnium, & cinamomum, crocum, galangam, nucem muſcat. & ſimilia aromatica, bibat vinum
E nigrum & craſſum ſecundum conſilium Hipp. effugiat exercitium omne, & proprie deſcenſus per ſcalas, & euitet coitum ſummopere & ſaltum, rixam & iracundiam, & multorum ciborum repletionem. Et ventris effugiat ſtypticitatem, vtendo decoctione maluæ, bletæ, mercurialis & ſimilium, quæ cum ſaccharo rubeo bibantur, ante alia cibaria. Deinde vtatur quinque remediis infraſcriptis. ¶ Quorum primum eſt con- *Tabella de*
fectio de margaritis deſcripta ab Auicenna *21. tertii, capit. de regimine prægnantium vniuer-* *margaritis.*
ſali, & recipiat de ipſa ſemper ante omnem cibum rotulam j. bibendo poſt eam parum vini nigri conuenienter fumoſi. Et poteſt etiam de ipſa accipere parum inter cœnam, & prandium bis vel ter. ¶ Secundum remedium eidem proficuum eſt hoc. ℞. *aquæ* *Potio.*
menthæ, aquæ conſolidæ mi. & aquæ ſublimationis gallarum cupreſſi recentium an. ℥ j. *ſacchari vnc.*
F ß. *miſce totum, & mane accipiatur in aurora calidum, vel frigidum, ſecundum appetitum eius.* ¶ Tertium vero inſtrumentum eſt hoc. ℞. *ſpodii, raſuræ eboris, corallorum amborum,* *Pilulæ.*
maſticis, menthæ an. drach. ß. *corticis interioris caſtanearum, pulueris glandium, & granorum myrti, & nucum cupreſſi an. drach.* ß. *reformentur pilulæ, cum ſucco conſolidæ maioris, & de eis accipiat tres in mane in aurora, quando accipit aquam.* Et accipiat etiam vnam ex eis ſemper

ante cibum poſt confectionem dictam. ¶ Quartum remedium ei conuenienſ eſt hoc. A

Linimentũ. *℞. gallarũ cupreſ. & gallar. quercus perforatarum, gran. myrti, acatiæ, hypocyſtidos an. ʒ ß. hæmatitis, carabæ, ſan. drac. boli armeni an. ʒ j. ß. ſcoriæ ferri longo tempore frixæ cum aceto ℥ ß. puluerum interiorũ caſtanearũ ℥ j. albumina ouorum 3. vel 4. fiat linimentũ longa contritione in mortario plumbeo cum ſuo piſtillo:* cũ hoc itaq; omnes partes ab vmbilico inferius vſq; ad femur leuiter confricando, quater in die inungantur. ¶ Quintum & vltimum remedium ipſi conueniens eſt hoc.

Ceratum. *℞. dragaganti, gummi Arabici, torrefactorum, bdellii mollis & ſubalbidi an. ℥ ß. acatiæ, thuris, hypocyſtidos, ſandaracæ an. drachm. j. boli armeni, carabæ, ſan. dra. an. ʒ ij. ceræ vnc. ß. glutinis chartæ diſſoluti cum aceto nigro ℥ ij. fiat ceratum vnum longitudinis & latitudinis ſpithamæ, & applicetur ipſum ſuper ſpondylos alchatin, & ſemper teneat.* Et ſi cogeretur ſcalpere locum propter pruritum, remoueatur ceratum, & iterum reponatur. ¶ Vltimo B memorandum eſt, quod valde vtile erit ei, ſi ſemper in digito ſuo portet anulum, in quo adamas lapis fixus ſit. Eſt enim de eis, quæ ab occulta proprietate prohibent aborſum. Et idem illud faciunt lapis Ægyptiacus & topazius. Hæc ad laudem omnipotentis ipſi ſufficiant.

Consilivm CCX. *De præſeruatione ab aborſu.*

PRo vxore infraſcripti Chriſtophori de Muzano ordinaui octo remedia, vt effugeret aborſum. Et meliora & leuiora ingenia præſeruantia ab aborſu. ¶ Primum fuit, vt obſeruaret regimen circa res non naturales, vt ſupra dictum eſt. ¶ Secundum, quod omni tertia die bis ante prandium & cœnam C per horam acciperet duas de iſtis pilulis.

Pilulæ. *℞. margaritarum ʒ j. carabæ, hypocyſtidos, acatiæ, ſandaracæ, puluerum oſſium, dactylorum combuſtorum an. ʒ ß. fiant pilulæ v j. ex omni drachm. cum ſucco conſolidæ maioris.* ¶ Tertium, vt in vaſe vitreo teneantur nuces cupreſſi quatuor recentes cum vino, quo vti debet. ¶ Quartum, vt ſæpe in aurora vel omni tertia die ad minus tribus horis ante prandium accipiat ℥ iiij. aquæ calidæ ſublimat. galla. cupreſſi. ¶ Quintum, vt portet iaſpidem ſiue diaſpem a vulgo nominatum rubeum lapidem coloris fere ſanguinei clarioris. ¶ Sextum, vt inungat omni die ab vmbilico & loco cinguli inferius ventrem, ilia, femur & ſpinam per totum cum vnguento de corticibus deſcriptione mea. ¶ Septimum, vt vtatur ſæpe confectione de margaritis deſcriptione Auicennæ *21. tertii.* ¶ Octauum, vt dimittat omnia ſolutiua, ſc. electuaria, D pilulas & clyſteria, & ſi eſſet ſtypticus venter, vtatur caſſia fiſtula, ſumendo de ea ante cœnam lambendo.

Consilivm CCXI. *De præſeruatione ab aborſu in muliere, quæ ante abortiuerat puellam, & de immoderato fluxu menſtruorum alborum.*

DIspositio huius generoſæ matronæ multum verẽda eſt in ſeipſa, quanto magis cum in muliere prægnante reperiatur, quę etiam ex aborſu debilitata præcedente, quicquid tamen contingit ei, multum ſollicite prouidendum eſt, ne amplius faciat aborſum, per quem ingens periculum incumberet ei, ſimiliter fœtui. Eſt etiam hæc ægritudo non minus periculoſa, propterea, quia pendet a mala diſpoſitione E epatis, renum & matricis, etiam cum multa plenitudine materierum, quæ non ſolum phlegmaticæ ſunt arguentes extinctum calorem epatis notabiliter, immo etiam corruptum, quod apparet ex fœtore, quare arguunt malam complexionem diuerſam compoſitam ex frigida eſſentialiter, & calida accidentaliter prædictarum partium, vnde iam apparet expreſſe probatum, qualiter hæc diſpoſitio verenda ſit, vt præmiſſum eſt.

Modus prouidendi. Modus igitur prouidendi ipſi conſtat ex remediis, quam poſſibile magis eſt leuibus applicandis propter fœtum, qui debilis eſt, & propter ipſam etiam prægnantem non minus debilem. Negatur igitur cum cibis calidis & ſiccis naturaliter, ſicut carnibus calidis vituli lactentis, capreti, caponum, gallinarum & pinguis caſtrati, & panem comedat F modicum furfuraceum, & in omni ferculo vtatur mentha, roremarino, ſaluia, ſerpillo & reliquis herbis calidis & ſiccis aliquam ſtypticitatem habentibus: vtatur aromatibus, velut mace, nuce muſcata, galanga, cubeba & conſimilibus: fructus autẽ dimittat omnes, ꝑter ficus ſiccas: & vinũ bibat nigrũ, & bene potẽs dilutũ ſemper cũ aliqua parte aq̃ chaly-

bis. Effu-

A bis. Effugiat autem aquam ſimplicem & omnes cibos mollificãtes frigidos & humidos, vt lactucam, endiuiam, bletam, ſpinachiam & ſimila, & lacticinios cibos, & paſtiles omnino dimittat, & fructus frigidos ſaltem in multo vſu, velut ceraſa, cucumeres & ſimilia, in aliis autem faciat vt ſibi placet.

De rebus autem medicinalibus quatuor apparent mihi facienda. ¶ Quorum primum eſt, vt ſi venter eius non eſſet bene lubricus, accipiat vnam de infraſcriptis pilulis omni die tertia vel quarta, quarum deſcriptio. *Curatio per medicinalia.* *Pilula.* ℞. *agarici electi, hermodactylorum an.* ʒ ß. *zinzib.* ℈ j. *maſticis, ro. an.* ℈ j. *ſeminis plan.* ℈ ß. *aloes ablutæ cum ſucco vel aqua endiuiæ* ʒ ij. *incorporentur pilulæ cum ſucco roſ. de omni* ʒ *vij. vel viij. & accipiat vnam aut duas ante cœnam.* ¶ Si autem abominaretur pilulas, quæ meliores eſſent, accipiat de puluere myrobalano-

B rum, cittrinorum & chebulorum, ſecundum hanc deſcriptionem. *Puluis.* ℞. *maſticis, roſ. ſpodii an.* ℈ ß. *aſari gran. v. cum media* ʒ. *macis fiat puluis, de quo accipiat* ʒ ß. *omni fine quatuor vel quinque dierum, parum ante cœnam.* ¶ Secundum vero principale remedium eſt, vt vtatur confectione, quam ipſi mitto, ſemper ante omnem cibum per ß. horam ʒ ß. de ea comedendo. Eſt autem confectio hæc de margaritis nominata ab Auicen. *21. tertii, capit. de regimine vniuerſali prægnantis, & præſeruatione ab aborſu.* ¶ Tertium principale remedium eſt, vt bis vel ter in die faciat ſibi inungi totam regionem ſpinæ a furcula ſpatularum inferius, ſecundum latitudinem & longitudinem cum hoc vnguento. *Vnguentum.* ℞. *olei de myrto & de maſtice an. vnc. j. olei omphacini* ℥ ij. *carabæ, ſpodii, ſandalorum rub. aluminis iameni, gallarum, acatiæ, thuris an.* ʒ ß. *ſanguinis draconis, boli armeni, hypocyſtidos an.* ʒ j. ß. *ceræ*

C *albæ, q. ſ. fiat vnguentum molle, quod poſtea bulliat cum vnc. iij. ſucci recentium foliorum ro. vſq. ad conſumtionem eius.* ¶ Quartum ſpeciale remedium eſt, vt aliquando in die bibat ℥ ß. ſyrup. de myrto cum tribus vel duabus ℥. aquæ chalybis, & ſit aqua, in qua chalybs ardens ſit exſtinctus ſaltem tribus vicibus, & attendat, quod per duos vel tres menſes in prædicta aqua chalybis faciat coqui omne cibarium ſuum, immo cum ea etiam panis artificiari debet, & multum foret ipſi vtile, vt aliquando in prædicta aqua bene calida ablueret pedes eius, vſq; ad genu. Hæc ſunt meliora, quæ ipſi ſecurius fieri poſſent, vt mihi viſum eſt ad laudem Dei. Amen.

Ad idem. *Rotula.* ℞. *margaritarum perforatarum drachm. iij. pyrethri, thuris, maſticis, cocti ro. ana drachm. j. macis drach. ij. ſacchari ſecundæ decoctionis* ℥ *v. cum aqua menthæ fiat confectio in*

D *rotulis magnis*, de qua confectione omni mane per tres horas ante prandium accipiat vnc. ß. & poſt ipſam bibat cyathum ß. vini nigri vel rubei dulcis & craſſi, & de ipſa per horam ante cœnam accipere poteſt drachm. j. ß. bibendo poſt ipſam parum vini ſuprascripti. ¶ Ad idem. *Pilula.* ℞. *thuris gummoſi drach. j. cara. ſcoriæ fer. acatiæ an.* ℈. ß. *puluerizentur omnia per ſe: Deinde puluerizata conuertantur in pilulas cum miua cydoniorum, de quibus accipiat omni mane per viginti dies ante, & poſt tempus in quo abortire ſolebat.* ¶ Ad idem. *Linimentũ.* ℞. *pulueris glandium bene ſiccatarum vnc. ß. pulueris corticum intermediorum caſtanearum drachm. vj. hypocyſtidos, thuris, maſticis, acatiæ, ammoniaci ſiccioris ana drachm. j. carabæ, hæmatitis, corallorum rub. an. drachm. iij. arillorum vuarum, & proprie ſylueſtrium drach. v. ſcoriæ ferri diu frixæ cum aceto nigro vnc. ß. farinæ frumenti volatilis molendini, farinæ fabarum an.* ℥ j. ß. *ſucci plan-*

E *taginis* ℥ *viij. terantur farinæ cum ſucco diu in mortario: deinde ſuper addantur pulueres longa & forti contritione, & fiat linimentum*, cum quo mulier omni ſero cum vadit ad lectum, & mane, cum ſurgit, inungat totam ſpinam a cingulo inferius, vſque ad finem eius ſatis copioſe de ipſo ſupponendo. Hæc tria præſcripta remedia ſunt mirabilis iuuamenti ad conſeruandum & felicitandum fœtum in vtero, & prohibendo ipſum ab aborſu per me frequenter experta. ¶ Abſtineat tamen omnino a coitu, menſe, in quo abortire ſolebat, & a deſcenſu ſcalarũ vel montis, & caueat ſibi ab infrigidatione capitis & pectoris, propter quæ perducatur ad ſternutationem & tuſſim. Euitet in cibis ſuis vſum brodiorum, leguminum omnium, præterquam lentis, panici & oryzæ, quę tria ſunt omnino ipſi valde vtilia. ¶ Effugiat vſum croci, cinamomi, piperis, & aromatum omnium

F vſum & ſimilium, vt ſunt petroſel. peni. apium, rutha, paſtinaca ſylueſtris, & domeſtica, a quibus & ſibi ſimilibus, tanquam ab igne ſibi præcauere debet. Taceo hic de caſu, ſaltu, percuſſione & accidentibus iracundiæ & furiæ, quæ omnia effugere debet, vt apud omnes manifeſtum eſt.

Licet diſpoſitio huius mulieris aduocaret ſibi tempus amplæ conſiderationis, vt

diligenter reduceretur hæc diſpoſitio ad vnam cauſſam ægritudinalem omnium alio- A
rum accidentium & ægritudinum effectiuam & conſeruatiuam, tamen ſecundum
quod melius potui tria videntur mihi conuenire remedia, quæ nunc ſcribam. Non e-
nim mihi vacat tempus extendendi calamum. ¶ Primum namq; remedium eſt hoc,
vt hæc mulier inungi faciat partes ſpinæ omnes, & ilia vſque ad anchas, cum hac medi-
Inunctio. cina. ℞. *olei de cinamomo, olei de pice an. ℥ j. puluer. cymini & ameos an. ℈ ß. nitri gran. v. con-
quaſſentur ſimul in mortario, & cum eo calido fiat vt dictum eſt.* ¶ Secundum remedium eſt
Rotula. hoc. ℞. *ſpecierum electuarii diamargaritonis deſcriptione Nicolai ʒ j. ß. ſpecierum electuarii de
ligno aloes deſcriptione Auicenn. quinto can. ʒ ij. ſacchari ſecundæ decoction. lib. ß. cum aq. beto-
nicæ fiat confectio in rotulis, de qua accipiat drach. iij. per horam vnam & mediam ante prandium &
ante cœnam*, & poſt ipſam bibat ſextam partem cyathi vini albi aromatici & bene fumoſi. B
¶ Tertium inſtrumentum eſt hoc, de quo omni mane deglutiat vnc. ß. aut ſaltem bi-
bat ipſum diſſolutum cum vnc. j. aquę roriſmarini. Cuius deſcriptio. ℞. *ſpecierum ele-
Electuariũ. ctuarii cordial. deſcripti a Rhaſ. nono Almanſ. capit. de ægritudinibus cordis, vnc. j. ſpecierum ele-
ctuarii ſotyræ magnæ deſcriptæ ab Auicenna quinto canon. ſumma prima drachm. vj. ſyrup. con-
ſeruationis zinzib. vnc. iij. ſacchar. alb. vnc. ij. coquatur ſaccharum cum ſyrup. & fiat electuarium.*
Ad laudem Dei omnipotentis.

CONSILIVM CCXII. *Pro quadam muliere quæ fruſtum carnis emiſit magnum, ſpongioſum & ſemiputridum.*

PRo generoſa & honeſta matrona Ioanna vxore Nicolai prædicti: præmit-
tendum primo, quod diſpoſitio eius valde verenda ſit, & magna ſollicitudi- C
ne procuranda. Fuit enim hæc mulier molatica, ſicut ſenſu viſus expertum
erat, emiſit n. fruſtum carnis magnum, difforme, ſpongioſum & ſemiputri-
dum ſuæ matricis diſpoſitionem peſſimam oſtendens. Ego enim licet plu-
rimas pertractauerim mulieres, raro vidi aliquã earũ bene terminari, quin aut recidiuẽt
in ægritudinem eandẽ ſpecie. Aut terminentur in immoderatũ fluxum menſtruorum.
¶ Aut ſuperueniat matricibus earũ corruptio ſanioſa, aut apoſtementur earũ matrices.
¶ Et quinto iterum propter debilitatẽ communicatã epati ſępe contingit eas tranſire in
aſcitem, tympanitẽ & reliquas malas ægritudines, ſi tamen cum ſollicitudine a viro peri-
to in ſcientia & opere conuenienter regantur, ſanari poſſent. Itaq; patiens iſta abſtineat
a cibis infrigidantibus & humectantibus, regendo ſe proprie ſicut de coniuge ſuo Nico- D
lao ſc. Tarundo dictum eſt. Et pro ipſa de medicinalibus hæc ſolennia conſulo obſerua-
Hucuen ri debere. ¶ Primũ itaq; ipſorũ eſt, vt per ſpatiũ duorũ menſiũ omni mane accipiat aquæ
quid. ſublimationis hucuen, & eſt matricaria ab Auic. ita nominata ℥ iij. & ſit calida in aurora
accepta, poſt quam tardetur cibus ad minus horis 4. ¶ Secundũ eſt, quod omni quarta die
hora, qua accipit prædictam aquam, accipiat pilulã vnam de infraſcriptis. ℞. *galbani mol-
Pilula. lis, & electi ʒ ij. florum arthemiſiæ, hypericonis & aſari an. ℈ j. diſſoluatur galbanum cum vino aroma-
tico, & fiant pilul. ex omni ʒ vj.* ¶ Tertium ſpeciale eſt hoc, quod hæc mulier omni fine xv.
dierum purgetur cum ʒ vj. benedictæ acceptis cum ℥ ij. aq. matricariæ calefactæ & ſac-
charatę, & tardet cibum poſt horis ſex. ¶ Quartum principale eſt, quod ſuper parte in-
feriori ventris ſui incipiendo infra vmbilicum per vnũ digitum, & vſq; ad femur portet E
ceratum hoc continue ibi affixum, & ſi cadit, iterum renouetur. Cuius deſcriptio. ℞. *gal-
Ceratum. bani pinguis & electi ℥ j. ß. galliæ muſcatæ ʒ ij. alipta muſ. ʒ j. ceræ albæ ʒ iij. diſſoluantur gummi cum
vino aromatico acuto, & reliquis incorporatis fiat ceratum bene tenax.* ¶ Quintum ſpeciale eſt
encatiſma iſtud, in quo hæc honeſtiſſima matrona tribus diebus bis in die qualibet heb-
Balneum. Herbeſula. domada ſedere debet. ℞. *galliæ muſ. ʒ ij. coloph. ℥ ß. flor. hypericonis, betonicæ, arthemiſiæ, matri-
cariæ an. M iij. herbeſulæ (eſt biſtorta) M v. coquantur omnia in notabili quantitate aq. quouſq; fiat cõ-
uenienter aromatica, & in hanc aquam conuenienter calidam in vaſe magno imponat ſe*: ita, quod
vſq; ad vmbilicum pertingat aqua, & eſt potens remedium ad rectificandum matricem,
& omnia membra generationis, quorum rectificationem completam concedat illi, qui F
omnes languores ſanat. Ad laudem omnipotentis.

CONSILIVM CCXIII. *De duplici mala diſpoſitione: videlicet, De inordinato exitu menſtruorum & cum dolore magno. Et de abũdantia materierum albarum a matrice exeuntium. Diuiditur autem conſilium in tria capita.*

CAP. I. *De diſpoſitionibus prædictis & earum cauſſis.*

Honeſtiſſi-

A HONESTISSIMA mulier Eliſabeth de Rouereto duplici laborat diſpoſitione, matricis & praua. ¶Prima quidem eſt menſtruorum inordinatus exitus,adeo,ꝙ ipſorum euacuatio vltra tempus naturale retinetur,vt quandoq; non fiat eorum euacuatio,niſi poſt quinq; menſes aut ſex vel ſeptem. Et adhuc in quolibet horum temporum minus euacuatur ex eis,quam conſueuerit&rationale ſit:eo,quia mulier ſanguinea eſt conſiſtens & bene carnoſa. Et illud etiam, ꝙ de ſuis menſtruis euacuatur cũ doloribus&anguſtia difficulter inducitur. ¶Secunda vero principalis eius diſpoſitio eſt abundantia materierum albarum, phlegmaticarum, quare raro abſoluitur ab ea inter vnum,& aliud tempus naturalis menſtruationis,vel non naturalis. Eſt iſtę duę diſpoſitiones prima facie videnť ſibi eſſe inuicẽ contrariæ, quoniam abundantia materierũ phle-
B gmaticarum,quę mucilaginoſę ſunt,propter earum humiditatem mollificando corpus matricis & venas eius debilitare debent virtutẽ retentiuam ipſarũ, vnde deberet multiplicari ſanguinis eductio. ¶Secũda iterũ,q͂a phlegma illud in venis ſimul cũ ſanguine retentũ ſanguinẽ fluxibilẽ magis reddere deberet,& ſic non videreť cauſſa ſufficiens retẽtionis menſtrualis curſus,& econuerſo. Adhuc hæ diſpoſitiones apparenter contrariari videntur,quia ſanguis etiã retentus & multiplicatus caliditate ſua remitteret phlegma, reſoluendo ipſum &digerendo ſua caliditate,ita,quod non videretur cũ pręſentia multi ſanguinis in matrice retenti multiplicari poſſe phlegma illud in matrice,ꝙ exſiſtit materialis cauſſa lubricitatis in ea. Ideo dicendum, ꝙ hæ diſpoſitiones inuicem in matrice ſint compoſitionales. Phlegma enim mucilaginoſum pręedictum dominans,& ſecundũ
C partẽ aquoſum ſubdominans,emittitur ad matricem a ſtomacho & epate huius mulieris. Quod enim a ſtomacho manifeſte deducitur, eo, quia iſta ſtomachum habet,quaſi ſemper nauſeatum a multo phlegmate aquoſo & mucilaginoſo per viam indigeſtionis in eo genito,ꝙ appareta poſteriori,eo,quia ſępe euomit phlegmata prædicta,quę etiam non raro a ſtomacho eius educuntur abſq; vomitu,vt mihi dixit. Hæc igiť phlegmata in ſtomacho eius ſemper aſſiſtũt,vt apparet per cõtinuã lęſionẽ ſtomachi ab eis,&quomodo eſſet poſſibile, quin magna pars eorũ cõmiſcereť chylo, q̃ generatur ex cibis,ex quo chylo remittitur temperamentũ epatis,& generatur ex eo ſanguis aquoſus & mucilaginoſus,quoniã digeſtio ſecunda, q̃ eſt epatis, non põt ſufficienter corrigere errorem digeſtionis primę,quę eſt ſtomachi,vt patet *13.tertii,c.de ægritudinibus ſtomachi.* Et ibidem ẽt *c.de nocumento digeſtionis.* Adhuc etiam dato, ꝙ a ſtomacho nulla aquoſitas phlegmatis ad
D epar deferatur,vt ſi per poſſibile phlegma totum per vomitum fuiſſet expulſum, tamen adhuc ſaluať valde facile modus generationis phlegmatici ſanguinis in epate, quia ſtomachi lapſus frigidus & humidus per colligantiã lædit epar remittẽdo caliditatem eius, quare adhuc in epate talium phlegmatũ generatio multiplicabitur. ¶Et ex his pulchre videre potes duplicem cauſſam multiplicationis aquoſi phlegmatis & mucilaginoſi in epate. ¶Prima eſt phlegmatis delatio a ſtomacho ad epar. ¶Secunda eorum phlegmatum in epate generatio a caliditate eius debili facta a frigiditate &humiditate ſtomachi. Et attende, quod iſti duo modi multiplicationis phlegmatis ſunt ſibi inuicem complexionales, & raro vnus abſoluitur ab altero, & econuerſo. ¶Hæc igitur phlegmata, vel aquoſus ſanguis, vel mucilaginoſus in epate generata, per cauam venam deſcenden-
E tem, &ramos eius ad matricem terminantes: ¶ Primo permutant complexionem eius infrigidando. ¶Secundo ſua viſcoſitate oppilando. ¶Tertio etiam humectando. ¶ Et quia frigiditas & viſcoſitas potentiores ſunt ad oppilandum & claudendum vias exitus ſanguinis, quam ſit humiditas ſanguinis & phlegmatis ad leniendum,inde ſequitur,quod tardetur naturalis menſtruatio huius mulieris. ¶Et tu adde tertiam cauſſam, quia phlegmata talia debilitant expulſiuã,quę ſi adhuc remaneret fortis,non tamen expellere poſſet propter vias iam clauſas. Et propterea,quia ille ſanguis menſtruus frigiditate ſua ineptus eſt ad motum & viſcoſitate ſui ineptus eſt ad fluxibilitatem. ¶Cum autẽ
I contingit, quod quantitas eius notabiliter multiplicata ſit, tunc virtus magno conatu incitatur ad expulſionem ipſius, ſiue ſit, quia ſanguis ille in venis coarctatus acquirit ſpeciem malæ complexionis calidæ propter prohibitionem euentationis, vel ſpeciem malæ complexionis frigidæ propter prohibitionem tranſitus debitę quantitatis ſpirituum animalium & vitalium ad matricem. Et quælibet iſtarum eſt ſufficiens cauſſa mouẽdi virtutem impetuoſe ad ſui fugam. Et tu ſuperadde tertiam cauſſam,quę eſt,quod ſan-

guis ille ſua quantitate grauando, aut extendendo corpus matricis, eſt cauſſa violenti A
motus matricis ad expulſionem eius.

Cauſſa accidentium. Et ex his tanquam ex fundamento pulcre ſolui poſſunt, & reddi cauſſæ plurium
accidẽtium aliorum membrorum a ſtomacho, de quibus hæc domina conqueritꝰ. ¶ Pri-
mo de tenſione & ventoſitate in ambobus hypochondriis, maxime in dextro. Hoc enim
contingit propter ſanguinem phlegmaticum in caua deſcendente multiplicatũ, & per
ramos eius deſcendentes ad hypochondria, & ibidem ventoſatum. ¶ Secundo apparet
cauſſa grauitatis, & rugitus in partibus ſuminis ex eodem fundamento. ¶ Tertio appa-
ret, quare mulier iſta dolorem ſentiat in partibus ventris terminantibus ad oſſa ancha-
rum, & maxime dextræ partis. Sanguis enim prædictus matricem implens extendit vſ-
que ad cornua eius & partes ligamentales, cum quibus ſuſpenditur ad anchas, propter B
quod mulieres plerunq; dicunt ſe habere matrices in anchis fixas, & eſt conſonum ſen-
tentiæ ſummi Hipocratis, dum dixit, *Si matrix in vertebro poſita fuerit, &c.* ¶ Quarto & ite-
rum ex hoc fundamento apparet cauſſa doloris in alchatin. ¶ Et vltimo intelligere po-
tes cauſſam multiplicationis exitus phlegmatum mucilaginoſorum, vel aqueorum. Hęc
enim phlegmata in venis matricis multiplicata per poros & orificia earum exeuntia re-
cipiuntur in concauitate matricis, & ita ſucceſſiue expellũtur ſicut ſucceſſiue in ea mul-
tiplicantur. ¶ Et ex omnibus his vltimo ſpeculanti valde facile apparere poteſt, qua-
re mulier iſta tam diu ſit effecta ſterilis, vbi ſolebat eſſe fœcunda, quia mala complexio
frigida & humida in matrice multiplicata debilitat digeſtiuæ potentiam ibi requiſitam
ad generationem, & ſanguinem menſtruum reddit ineptum ad plaſmationem mem- C
brorum, & ſpirituum gignitiuum facit inſtrumentum inconueniens ad formandum, li-
neandum, temperandum, & tandẽ remolliendo corpus matricis facit ipſam ineptam ad
detinendum ſemen virile & menſtruum ſanguinem tanto tempore, quantum eſſet ne-
ceſſariũ, & complentur membra embryonis ſpatio 45. aut 50. dierum. Vnde ex omnibus
inuicẽ continuitatis apparet, ꝙ hæ diſpoſitiones in hac muliere non poſſint corrigi, niſi
cum magna ſolertia, & congrua remediorum applicatione, vt nunc ſequitur.

Cap. II. *De cura per regimen ſex rerum non naturalium.*

Aer. REctificetur primo itaq; regimen eius ex parte ſex rerum non naturalium, & eui-
tet manſionem ab aere & loco & camera frigidis & humidis & ventoſis multũ,
& habitet in locis calidis notabiliter: ita, quod etiam pannis bene calefacienti- D
bus veſtita ſit & maxime circa ſpinam, ventrem & pedes, & ab applicatione frigoris ſe
cuſtodire debet. Et nota, quod ſi ſuper inferiori medietate ſpinę ſaltem per totum men-
ſem Februarii portaret pellem vulturis, aut vulpis, aut dabaonis bene laboratam, eſ-
Dabaon quid. ſet ei vtilius, quam habere poſſet. *Eſt autem dabaon animal maius vulpe in montibus inuen-*
Cibi. *tum, quod a vulgaribus taxus ſeu rectius meles nominatur.* ¶ In cibis autem & potibus opor-
tet mulierem iſtam magna cautela ſe regere, ita, vt euitet omnia infrigidantia & hu-
mectantia, & adhæreat calefacientibus & exſiccantibus in ſecundo gradu, aut parum-
per amplius, quia lapſus eius eſt multum intenſus, quia mulier eſt ſanguinea a generati-
one adoleſcens, & in compoſitione carnoſa multum. Lapſus ergo ſtomachi & epatis eius
eſt multum contrarius complexioni, ætati & habitudini: ideo reſpectu proprii tempera- E
menti multum eleuatus eſt. Oportet igitur, vt corrigatur per calefacientia & exſiccantia
notabiliter eleuata, vt in ſecũdo gradu, & prima manſione tertii: ita, quod in cibis euitet
bletam, ſpinachiam, lactucam, portulacam, endiuiã, acetoſam, cucurbitas, cucumeres,
naſturtium, lac & omnia infrigidantia & humectantia, & vtatur eorum loco fœniculo,
ſaluia, roremarino, petroſelino, apio, aneto, mentha, hyſſopo & conſimilibus, & dimit-
tat butyrum & caſeum valde mollem & dulcem, & vtatur caſeo mediocriter ſalito & car-
nibus ſalitis cum ciceribus rubeis. Vinum bibat album, ſubtile & potens, & omnino ab-
ſtineat ab aqua ſimplici, vel cum vino commixta. Similiter abſtineat a fructibus infrigi-
dantibus & humectãtibus. Et in ſumma nullus fructus eſt ei melior, quam ficus & nuces.
Motus & quies. ¶ Exercitium vel motus corporis cõueniens eſt ei, & proprie in ieiuno factus. Et in ſum- F
ma abſtineat a quiete corporis, imo vt in pluribus montes aſcendendo & deſcendendo
exercitari debet. ¶ Dormitio diuturna ab hac muliere euitanda eſt, imo & dormire im-
Somnus & vigilia. mediate poſt cibum eſt ei valde inconueniens: ita, quod menſura ſomni eius non tranſ-
eat ſeptem vel octo horarum ſpatium. Et alio tempore ſemper vigilare debet. ¶ Con-
ueniens

A ueniens eſt etiam huic mulieri aliquando parumper iraſci & accidentibus anguſtioſe aliqualiter moleſtari. ¶ Et de his, quæ annexa ſunt iſtis copulam cum viro euitare debet poſt cibum, niſi tranſierint horæ ad minus quinque vel ſex. ¶ Similiter etiam euitet ſemper in omni cibatione comedere vſque ad ſaturitatem: immo abſtinentia a quantitate cibi eſſet ipſi valde vtilis vſquequo fuerit bene curata. *Motus animi.* *Inanitio & repletio.*

Cap. III. *De cura per medicinalia.*

IN regimine vero medicinali obſeruet xij. modos & inſtrumenta ſuæ curationis infraſcripta. ¶ Quorum primum eſt, vt in omni cibario ſuo vtatur hoc puluere, accipiendo ℈ j. cum brodialibus aut quantum teneret medius
B cortex nucis mediocris. Cuius deſcriptio eſt hæc. ℞. *folii, ligni aloes, linguæ auis, granorũ paradiſi an.* ℈ j. *ſeſeleos* ʒ ß. *florum roriſmarini* ʒ iij. *cymini, aniſi ana* j ʒ. *florum matricariæ, piperis albi, arthemiſiæ ana* ʒ ij. *cinamomi electi & ſubtilis ad pondus omnium puluerizentur omnia per ſe, deinde commiſceantur.* ¶ Secundum remedium principale eſt, vt poſt quartam diem ſequentis menſis lunaris hora vigeſima vel vigeſima prima, faciat ſibi fieri phlebotomiam baſilicę dextri brachii ſub cubito poſitæ, per quam extrahantur ſanguinis ℥ v. vel iiij. ¶ Tertium remedium eſt, vt nocte ſequenti immediate poſt phlebotomiam accipiat potionem xij. vel xj. hora noctis, ſcilic. medium cyathum aquæ calidæ, decoctionis abel, id eſt, ſauinæ, & dormiat poſt ipſam per vnam horam tantum, & poſt quinque horas accipiat ſcutellam vnam aquæ decoctionis aniſi & cum ſaccharo ca- *Puluis.* *Abel quid.*
C lefactæ, & ſexta ſequenti hora prandeat. ¶ Quartum remedium eſt, vt die immediate ſequenti prædictam medicinam accipiat hoc digeſtiuum in aurora calidum, poſt quod dormiat vſque ad diem & continuet x. diebus, in quibus non commiſceat ſe viro, niſi ſemel tantum. Cuius deſcriptio eſt hæc. ℞. *ſyrup. de calamento. ſyrup. compoſiti acetoſi & melius roſati ana* ℥ ß. *aquæ betonicæ, arthemiſiæ & matricariæ ana* ℥ j. *miſce.* ¶ Quintum: vt tempore quo accipit digeſtiuum præſcriptum, omni tertia die parum ante cœnam accipiat vnam de infraſcriptis pilulis. ℞. *pilularum alephanginarum deſcriptione Meſ.* ʒ j. *ſpecierum benedictæ completarum* ℈ j. *formentur pilulæ de omni* ʒ vj. *cum ſucco radicum panis porcini.* ¶ Sextum, vt poſtquam accepit prædictum digeſtiuum diebus x. purgetur cum hoc electuario, in quo obſeruentur hora & conditiones omnes, quæ ſcripta ſuperius in minoratiuo poſt phlebo- *Digeſtiuum.* *Pilulæ.*
D tomiam accipiendo. Cuius deſcriptio eſt hæc. ℞. *electuarii Indi & benedictæ ſimplicis ana* ʒ ij ß. *agarici electi, pulueris hermodactylorum ana* ℈ j. *ſpicæ nardi, zinziberis, aniſi ana gr. v. ſalis gemmæ granum vnum, aquæ matricariæ* ℥ iij. *miſceantur diligenter aqua calefacta & electuarium & bibatur totum.* ¶ Septimum eſt, vt poſtquam fuerit purgata per ſpatium ſex dierũ omni mane ſedeat in aqua decoctionis infraſcriptæ calida, quæ attingat vſque ad vmbilicum eius per tertiam partem horæ, cuius deſcriptio eſt hæc. ℞. *calamenti, pulegii, aſari, chamedreos, pulegii montani & rutæ ana M iij. betonicæ, ſauinæ & matricariæ ana M v. bulliant in ſex ſitulis aq. vſq; ad conſumtionem tertiæ partis, & fiat ex eo vt dictum eſt.* ¶ Octauum, vt iſtis ſex diebus, quibus facit prædictam inſeſſionem, omni die per horam & mediam ante cœnam apponat ſibi cucurbitulam vnam ſine inciſione aliqua in interiori parte coxæ dextræ ſupra genu per *Potio minoratiua.* *Inſeſſus.*
E quinque digitos tranſuerſales: & ibi teneat ipſam per horam vnam aut ſaltem mediam. ¶ Nonum, vt poſt ſex dies prædictas ſi non ſuperueniſſet ei menſtrualis fluxus immoderatus, accipiat medicinam ſtatim ſcribendam. Si autem fluxus magnus præſens eſſet menſtrualis, tardet aſſumtionem ipſius vſquequo fluxus ille notabiliter minoratus fuerit, & tunc accipiat potum iſtum, circa quem obſeruentur ea, quæ de aliis duabus purgationibus dicta ſunt ſupra. Cuius medicinæ deſcriptio talis eſt. ℞. *ſyr. de calamento* ℥ j ß. *agarici electi* ʒ j. *pulueris hermodactylorum* ℈ j. *ſalis Indi gran. ij. diagridii gran.* ß. *aquæ arthemiſiæ vel decoctionis florum eius calefactæ* ʒ iij. *miſce: & totum accipiatur.* ¶ Decimum, vt poſtquam omnia perfecerit omni mane ante prandium, & ſero ante cœnam balneet totum corpus in aquam decoctionis huius. ℞. *ſpicæ nardi, folii, chamedreos, chamepytheos ana M ij. arthemiſiæ,* *Potio ſolutiua.* *Balneum.*
F *matricariæ, betonicæ ana* ℔ j. *linguæ auis* ℥ iij. *caſſiæ ligneæ, raſuræ eboris ana* ℥ ij. *cinamomi electi minutiſſime inciſi* ℥ j. *capill. Veneris M* j. *croci* ʒ j. *bulliant omnia in magna quantitate aquæ vſque ad conſumtionem tertiæ partis: in quam poſſit ſe totam infundere & genitales partes cum materia huius decoctionis diligenter abſtergere:* tunc ergo exeat a balneo, diligenter

exſiccetur corpus eius,& ingrediatur lectum. ¶ Vndecimum eſt, vt poſtquam lectum A
ingreſſa fuerit, ſubiiciat matrici ſuæ collyrium iſtud, quod teneat per quatuor horas, deinde viro copuletur, moraliter tamen. Eſt autem collyrii deſcriptio talis. ℞. *ſeſeleos, croci, linguæ auis, raſuræ eboris, florum arthemiſiæ, ſpicæ nardi ana* ℈ j. *moſchi, ambræ ana* ℈ iij. *ſyrup. de calamento.* ℥ j ß. *ſeta virginis, & eſt illa, quæ adhæret folliculis ſuis, quantum ſufficit, fiant formulæ ſimiles ſaccharotis, & infundantur in prædictum ſyrupum cum pulueribus illis di ig nter commixtum & cum expreſſione condecenti intromittatur matrici, vt dictum eſt*: & attendat cum facit balneum prædictum, cum peſſario, vt quieſcat a motibus corporis, ab ira & triſtitia, & a multa repletione ciborum: & copuletur viro non effrenitando, vt dictum eſt. ¶ Duodecimum vero inſtrumentū eſt, vt tēpore balnei & peſſarii prædictorū omni mane in aurora accipiat ʒ j. huius mixtionis. ℞. *moſchi, ambræ, croci ana* g. *iij. raſuræ eboris, linguæ auis, florum arthe-* B *miſiæ & hypericonis ana* ʒ j. *theriacæ Andromachi* ℥ j. *incorporentur ſimul diligenter cum modico ſyrup. de calamento: & fiat ex eo vt dictum eſt.* ¶ Poſtremo autem ſuper ſerpiginem, quam habet, apponat hoc linimentum ter vel quater in die fricando locum patientem cum eo. ℞. *ſucci arthanitæ* ℥ j. *ſucci radicum ſcordeon, & eſt allium ſylueſtre*, ℥ ß. *pulueris iari vel ſerpentariæ minoris, antimonii, plumbi vſti, thuris, myrrhæ acatiæ ana* ʒ j. *terantur omnia in mortario plumbeo optime*, & liniatur locus patiens, qui ſanabitur indubitanter. Deſcriptio pulueris eſt hæc. ℞. *laudani* ʒ ß. *ſtyracis calamitæ* ʒ ij, *pulverizentur craſſo modo & in fine ponantur moſchi gr. ij. bene puluerizati. de hoc puluere accipiatur quantitas trium granorum ciceris & ſuperponatur carbonibus ignitis prius, & omni ſero mulier cum vadit ad lectum ſuffumiget ſe per inferius veſtita pannis longis, tenendo crura bene adinuicem elongata & condecenter cincta, ita vt vapor non aſcendat ſuperius.* C
Item. ℞. *aloes electæ* ʒ ij. *opoponacis* ʒ j ß. *croci, caſtorei, maſticis, myrrhæ ana gran. vij. ſalis Indi gr. viij. fiant pilulæ ex omni* ʒ vj. *de quibus hæc mulier omni quarto ſero vnam accipiat parum ante cœnā.* ¶ Item. ℞. *pulueris ſeſeleos* ℥ j. *croci* ℈ ß. *raſuræ eboris, de oſſe elephantis* ʒ ij. *fiat puluis, de quo omni mane accipiat* ℈ j. *cum* ℥ j. *aquæ betonicæ calefactæ & tardet cibum horis ad minus quatuor.* Item. ℞. *matricariæ, danetæ, betonicæ & radicum enulæ ana* M j. *coquantur diu in aqua, & in ea mulier lauet ſe a pedibus vſq; ad femur omnia tertia die per horam vnam ante cœnam, & fiat aqua illa calida quātum tolerare poteſt.* Continuet hoc regimen per vnum menſem, deinde quieſcat per xv. dies. Et ſi non apparerent ſigna impræ gnationis vel fluxus magni ventris aut menſtrualis, iterum reuertatur ad vtendum regimine prædicto continuando ipſum, vt dictum eſt. ¶ Caueat ſibi ab vſu rerum acetoſarum & acrium, a paſtilibus cibis, a caſeo, lacticiniis D
& ab vſu leguminum: & euitet ſalatitia omnia præter petroſelinum, erucam, apium, ſaluiam & betonicam. Hæc enim xij. ſpecialia ſunt ipſi multum vtilia. Item effugiat vſum aquæ frigidæ omnino. Ad laudem Dei omnipotentis.

Peſſarium. *Electuariū.* *Linimentū.* *Puluis pro ſuffitu.* *Pilulæ.* *Puluis.* *Lotio.*

CONSILIVM CCXIIII. *De fluxu materierum albarum a matrice deſcendentium, qui multiplicatur prope partum prouenientē propter lapſum frigidum & humidum epatis, ſtomachi & matricis. Diuiditur conſilium in capita tria.*

CAP. I. *De diſpoſitione ipſa & eius cauſſis.*

NON leue, immo difficilime exiſtimo plene poſſe intelligi diſpoſitionē huius ho- E
neſtiſſimæ matronæ, quæ eſt, quod ipſa patitur fluxum menſtruorum alborum a matrice deſcendentium. & hoc quidem accidit ei in tempore vel parum ante tēpus, quo ſolent mulieres naturaliter menſtruari. Et non tamen tollitur ex hac diſpoſitione, quin hæc mulier impræ gnetur. Et accidit ei cum propinquat partui, vt augmentetur iſte fluxus materierum prædictarum cum grauitate & caliditate in renibus perceptis. & ſuccedunt iſtis torſio in ventre & vigiliarum multitudo: & tandē in fine ſeptimi vel circa illud parit mulier partum non vagientem, immo valde debilem. quod oſtendit breuitas periodi eius, eo quia raro extēditur vita eius vltra octo vel decem dies, vt mihi ſcribitur: niſi diligens ſpeculatoris contemplatio in talibus accidentibus diligenter attendat. Eſt enim curſus materierum albarum a matrice diſpoſitio, de qua raro ab auctorib. ſenten- F
tia multum exquiſita colligitur. Et mirabile quidem eſt, quoniam, vt alias in quodam alio conſilio diffuſe ſatis declaraui, hæc ægritudo mulieribus eſt communiſſima, non ſolum in climatib. & ciuitatib. immo plurimis mulierum ſæpiſſime adueniens intantū, vt ætate mea ſim auſus dicere, quod pluribus quam medietati mulierum hæc ægritudo contigerit.

Et eſt

A Et eſt quidem hæc diſpoſitio neceſſario aut per colligantiam in matrice repertam aut per eſſentiam in ipſa. Si itaque eſſet per colligantiam, aut neceſſario erit a toto, aut á determinata parte proueniens. Et ſi erit á toto, tunc oportebit aſſignare hanc diſpoſitionem euenire propter augmẽtum malæ complexionis frigidæ & humidæ in toto dominantis, propter quam per viam indigeſtionis hæ phlegmaticæ materiæ generantur. Et ſi ſunt materiæ in locis aliis, quam in epate generatæ: oportebit eas nominare phlegmaticas, æquiuoce ſemper de phlegmate intelligendo. Et has quidem materias in toto tales generari contingit: aut á mala complexione frigida & humida, quæ eſt ipſarum generationis immediata cauſſa. quas quidẽ materias aliqualiter digeſtas contingit expelli a virtute critice tranſmutante illas per concaua magnarum venarũ ad minores vſque quo ad B matricem expellantur, & inde ab ea profluant. ¶ Et harum materierum per iſtam cauſſam expulſarum ſigna ſunt continuata materierum expulſio. Secũdum ſignum eſt prolongatio deſcenſus earum. ¶ Tertium albedo in colore. ¶ Quartum viſcoſitas earum in ſubſtantia. ¶ Quintum fœtoris priuatio. ¶ Sextum actualis frigiditatis earum manifeſtatio. Septimum inſenſibilis quandoque earum exitus. Octauum continua fere inferioris oris matricis humectatio. Nonũ grauitas in ſpondylis alchatin percepta. Decimum pigrities & laxitudo in motu corporis. Vndecimũ viſcoſarũ ſuperfluitatũ in aquoſitatẽ vrinalẽ immerſio & perſeuerantia. Si autẽ contingat has materias in corpore mulierũ generari a mala complexione diuerſa, velut eſt frigida & humida iã prædicta, & a mala C complexione calida, quæ ſit putrefactionis illarum materierum effectiua cauſſa, vt ſæpe cõtingit fieri, tunc caſus iſte parũ per difficilior erit, q̃ prius. & hoc quidẽ penes curationẽ magis, q̃ penes rei cognitionẽ. Facile n. hic intelligere poterit has materias a putrefactione multiplicatas repræſentari, vt in pluribus cũ ſignis caliditatis in toto dominantis, ꝙ facile per pulſum & varietates vrinæ comprehendi pōt. velocitas n. & frequentia in pulſu cũ eius magnitudine conſtante virtute: contingit n. paruitas eius cũ imbecillitate virtutis, excludendo cauſſas primitiuas, omnino ſignificant augmentum caliditatis in corpore. paruitas autẽ, tarditas & raritas ſunt ſigna frigiditatis intenſæ. Et vrina alba & ſubtilis, hypoſtaſi priuata aut nube, ſunt ſigna frigiditatis intenſæ. Sicut rufedo eius, aut rubedo cum nube vel hypoſtaſi rubea vel citrina caliditatis augmentũ ſignificat. ¶ At vero fœtor in exeunte materia repręſentatus, pruritus & mordicatio matricis, rubedo eius & D puſtularum inuentio in partibus eius caliditatis augmentum ſignificant. Quod apud leuiter expertum in ſciẽtia & opere planum eſt. ¶ Eſt tamen huius rei curatio difficilior cognitione, eo quia in tali diſpoſitione oportet Medicum vti infrigidantibus & putrefactionem prohibentibus, quæ frigida debent eſſe & ſicca, aut ſaltem frigida tantum. Oportet etiam vti corrigentibus malam complexionem frigidam & humidam, quæ eſt generationis iſtarum materierũ cauſſa. Et illud quidem cum calidis & ſiccis: quando omnino difficilimum videtur, quãtum ad confractionem medicinarũ: & etiã quantũ ad modum applicationis earũ. Si n. tales medicinę applicentur per interius, tũc antequam perueniant ad particulã patientẽ in intermediis membris, erunt ipſius virtutes excellẽter refractæ. Et ſi augmententur earum doſes, tuhc fortaſſis nocebunt partibus intermediis. Et ea ratione dicendum eſt, ſi medicinæ fuerint in doſi mediocres. Quare omnino E difficilis videtur earum curatio regulariter inſtituenda. Hæc ergo videntur conſiderãda circa hanc diſpoſitionem, ſi fuerit in matrice inuenta per colligantiam a toto depẽdens. At vero ſi talium materierum deſcenſus a matrice prouenerit per colligantiam determinatæ partis, duæ videntur eſſe corporis particulæ ad generationem eius plurimum concurrentes. Et prima quidem eſt ſtomachi diſpoſitio frigida & humida, per quã diminuta ſit in cibo digeſtio ita, vt remaneat chylus in partibus ſuis actualibus & potentialibus aquoſitate multa & humiditate participans, qui erit materia generationis phlegmatici ſanguinis, qui non poteſt eſſe virtuti nutritiuæ obiectum conueniens ad generatio- F nem laudabilis ſanguinis, ꝓpter quam cauſſam augmentabitur in venis phlegma, quod erit cauſſa multiplicationis exitus per matricem. ¶ Secunda vero corporis particula huius diſpoſitionis generatiua erit epar, & immediata cauſſa magis, quam prædicta. ſi enim infrigidetur epar ita, vt non poſſit ex chylo, quantumcunque in ſtomacho conuenienter genito, laudabilem generare ſanguinem, immo per viam diminutæ coctionis chyli in epate generetur & multiplicetur phlegma vere & non æquiuoce dictum de phlegmate, tunc mala diſpoſitio epatis prædicta erit cauſſa multi-

Signa hanc fluxum prouenire a totius corporis complexione frigida & humida.

Quoda complexione diuerſa.

Si materia deſcendat per colligãtiam determinata partis.

plicationis curſus harum materierum,& immediata magis, quam mala ſtomachi diſpo- A
ſitio.hæc quidem ſub ſpeculationem facile cadunt,licet ego credam, & experientia cõ-
probauerim,non diu in ſtomacho perdurare malam complexionem frigidam,& humi-
dam quin ipſam permutet complexionem epatis ad frigiditatem & humiditatem,& e-
contra.Quare raro poteris intelligere hanc ægritudinem mulieribus eueniſſe, quæ non
repræſentetur cum ſignis intemperantiæ frigidæ & humidæ ſimul in ſtomacho & epate
repertæ.Hæc in ſumma oportet conſiderare de modo euentus huius fluxus materierũ
albarum a matrice,ſiue proueniat per colligantiam totius aut partium in ipſa.

At vero iterum, quoniam raro eſt inuenire diſpoſitionem aliquam ægritudina-
lem in aliquo membro per colligantiam, quæ nõ poſſit etiam ei accidere per eſſentiam,
ideo conſiderandus eſt modus eueniendi huius diſpoſitionis vocatus eſſentialis in ma- B
trice.¶ Suppoſita igitur iuſtitiali temperie in toto,in ſtomacho & in epate,de quibus di-
ctum eſt,contingit mulierum matricem intemperari a frigiditate & humiditate nota-
biliter,ita vt ſanguis ad eam tranſmiſſus gratia nutritionis eius,& gratia finis,ſcil.genera-
tionis,qui debet reſeruari tempore conceptionis, vt fiat pars eius ſubiecta noſtri corpo-
ris,& altera pars reſeruetur gratia nutrimenti embryonis,qualitercunque contingat hic
ſanguis in matrice inuentus,nõ poterit bene rectificari & digeri.Quare in ipſa multipli
cabũtur humiditates phlegmaticæ per viã indigeſtionis: vt dictũ eſt. q̃ tandẽ virtutẽ ex-
pulſiuã matricis incitabunt ad earum expulſionem,quaſi continue& ſucceſſiue perſeue-
rantem, ita, vt quibuſdã mulierib.contingat,quaſi ſemper ab earum matricibus aliquid
deſcendere,quibuſdã autem contingat has materias die alterna aut p̱ reuolutionẽ qua- C
ternã euacuari.Quarũ diuerſitatum cauſſa facile ex theoria medicinæ aſſignari poterit.

Cur quibuſdam deſcendat hæc materia diebus alternis.

Quibus n.mulieribus alterna die deſcendit hæc materia, in eis inuenitur materia com-
mixta ex virtualibus partibus choleræ aut ex aliqua parte corpulenta ipſius.ſed materia
cholerica intrinſece mouetur per tertium,teſte Gal.*lib.2.de differentiis febr.c.penult.*igitur
&c.¶ Et omnino ſimiliter dicendum eſt de fluxu iſto in mulieribus reuoluto per vnum
quaternarium,quia in eo inuenitur actu materia melancholica commixta, aut ſaltẽ vir-
tualiter. Parumper autem ſubtiliter ſpeculanti videtur eſſe difficile aſſignare cauſſam,

Cur hic fluxus quandoque tardetur vſq; ad tempus mẽſtruorum.

quare harum materierum fluxus quandoque tardetur vſque ad periodicam menſtrua-
lis euacuationis reuolutionem.Hæc enim euacuatio non videtur conſequi materiam a-
licuius quatuor humorũ: neq; enim phlegmatis, cuius motus eſt diurnus, neq; choleræ, D
quia motus eius eſt ternarius:neq; melancholiæ, quæ reuoluitur per numerum quater-
narium:neq; ſanguinis,cuius motus eſt continuę afflictionis:neq; in omnibus humorib.
ſimul dominantibus videtur eſſe hæc euacuatio menſatim appropriata. Quare omnino
videtur eſſe neceſſarium alteram aſſignari cauſſam vel cauſſas. Dicendum itaq; pro ſo-
lutione dubitationis huius,ꝙ oporteat primo ſaluare reuerentiam auctorum. Secundo
quod oporteat reſpõſionem eſſe conformem his, quæ experimento quotidie compro-
bantur. Tertio,ꝙ in reſponſione ad hanc difficultatem non oporteat a veritate recede-
re.¶ Pro declaratione itaque primi horum trium dicendum,ꝙ ex ſententiis illuſtriũ au-
ctorum plurium colligitur fluxum materierum a matrice deſcendentium multoties ap-
parere ab eis,non autem videtur bene particulariter declaratum, an hic fluxus ſit conti- E
nuus vel periodicus.ſed ex ipſorum ſententiis accipi poteſt veritas reſponſionis.ſicut e-
nim de aliis fluxib.inuenitur ab auctorib.ſcriptũ,ita & de tali fluxu a matrice conſimili-
ter concedendum eſt.In aliis n.fluxibus videtur quandoq; continuatio ſucceſſiua,velut
in fluxib.ſpontaneis factis a fortitudine virtutis incitante contra materiã peccantẽ quã-
titate aut qualitate,aut vtriſq; ſimul.Cum n.virtus tales materias per fluxũ euacuat,earũ
euacuatio videtur eſſe continua,vt in pluribus,& raro interpolata:non enim perſeuera-
re debet euacuatio harum materierum q̃diu durat incitatio virtutis a materiebus facta,
ſed ſtante præſentia materierum, ſemper ſtat incitatio virtutis ad earum expulſionem.
ergo talis fluxus erit continuus.Et ex hoc manifeſte videtur declarari poſſe,ꝙ in quibuſ-
dam mulieribus ocioſis,ingluuioſe ſe replentibus ſępe contingat bis vel ter in anno taliũ F
materierum euacuatio perdurans per x.aut xv.dies. & cum hoc mulieres ſane degunt &
etiam a conceptione non fruſtrantur: immo & fœtus earum plurimum ſunt incolumes.
Non raro etiam contingit fluxus tales in mulieribus fere cõtinue perſeuerare.& hoc eſt
propter complexionem malam frigidam & humidam epatis & venarum, propter quã
gene-

A generantur in mulieribus materiæ phlegmaticæ ſupabundantes, vt declaratũ eſt. Et poſſunt etiã generari materiæ phlegmaticæ alibi, q̃ in epate per viam indigeſtionis, vt tactũ eſt. & quia illa mala cõplexio in vtriſq; horum eſt fixa, multo tẽpore generantur materiæ tales, q̃ continue virtutẽ incitant ad ſui expulſionẽ. igitur in talib. talis fluxus erit continuus. Conſequentia neceſſaria eſt, eo quia aſſignata cõtinua cauſſa effectus productiua, neceſſe eſt aſſignari effectũ continuũ. Et ex hoc fundamento potes reſpondere ad aliud problema, propter quid in mulierib. quibuſdã cõtinuus ſit flux⁹ harũ materierũ albarũ, & ſi cõcipiunt mulieres tales, concipiunt fœtũ nõ ſanum, & talem pariũt ipſum. Et clauditur hoc in ſententia veteris, *ſect. 5. aph. 60.* ſermone illo: *Mulieri in vtero habenti, ſi menſtrua fluxerint, impoſſibile eſt fœtũ eſſe ſanum.* Ampliando aphor. tã de menſtruali materia ſanguinea, q̃ de aliis. Ex quo fundamento tertiũ corollariũ colligere potes, quare q̃dã mulieres abortum patiantur in poſtremis menſib. & nõ in primis. Talis n. effectus cauſſa eſt congregatio taliũ materierũ mucilaginoſarũ, quarũ quãtitas maior accumulata eſt in poſtremis, q̃ in primis menſib. Et eſt iterum ſententia veteris *ſect. 5. aph. 45.* vbi ſupra, illo verbo: Quæcũq; corrupturę ſunt fœtus, his cotyledones mucilaginib. pleni ſunt. Et lege cõmẽtatorẽ ibi. Et per hæc phyſice cõtẽplando cõcedendę ſunt cõcluſiones iſtæ. I. q aliquis fluxus materierũ albarũ & corruptarũ a matrice continuus ſit. ꝓbatur cõcluſio, quia talis fluxus põt eſſe materierũ ſanguinearũ aut habentiũ virtualẽ partẽ ſanguinis. ergo talis erit continuus. Patet cõſequẽtia, quia ſicut aliis materieb. attribuitur motus periodicus, ita & ſanguini continuus, vt põt colligi *ex lib. 2. de different. feb. c. penul.* Secunda concluſio

Quare quædã mulieres abortiant in poſtremis menſib. & non in primis.

C eſt, q aliquis fluxus harũ materierũ a matrice ſit quotidianus. Probat̃ concluſio, quia talis aut eſt a phlegmatica materia vel ab alia æquiuoce dicta de phlegmate, habẽte tñ virtualẽ motũ phlegmatis. & oĩs talis eſt quotidian⁹. ergo &c. Patet cõſequentia & maior eo, q talibus materieb. inuenitur ſæpe cõmixtũ phlegma, aut phlegmaticæ ſunt, vel in eis ſaluatur virtus phlegmatis. & minor eſt nota: eo quia phlegmati ineſt ꝓprietas periodicandi quotidianarie, & ſanguini cõtinue: vt dictũ eſt. ¶ III. concluſio, q aliquis ipſorũ fluxuũ frequẽter ſit tertianarius. ꝓbat̃ cõcluſio, quia choleric⁹ eſt, aut in ſanguine vel altera materia choleræ virtualitas inuenit̃. ¶ IV. cõcluſio materierũ fluxus a matrice aliquis eſt quartanarius. cõcluſio ꝓbat̃ eodẽ fundamento, quo pri⁹. ¶ V. concluſio, aliquis fluxus a matrice q̃nq; eſt periodica reuolutione prouenięs ꝑciſe de mẽſe in mẽſem. probat̃ cõ-

D cluſio, quia talis fluxus prouenit a potentia naturæ exonerãtis ſe a prædicta materia gratia finis, qui eſt cõceptio & ſpeciei cõſeruatio. ſed talis flux⁹ non videt̃ tardi⁹ eueniẽs aut prius q̃ in fine vnius menſis lunaris vel medicinalis. igit̃ &c. Probat̃ minor quantũ ad primã partẽ: quia licet materia illa ſecundũ magnã partẽ fuerit cõgregata ante finẽ menſis lunaris, nõ tñ cõuenienter expelli põt: eo quia ad illius expulſionẽ non cõcurrit totalis potẽtia virtutis ſupra materiã, eo quia ad expellendã materiã talẽ ante finẽ vel poſt finẽ menſis nõ ꝑciſe ſufficit potentia virtutis, ſed oportet virtutẽ ipsã iuuamentũ accipere a cœleſti corpore, q eſt luna. Cũ igitur aggregatũ ex potẽtia virtutis & iuuamẽto cœleſti potenti⁹ ſit ad has materias expellendũ, q̃ ſi ꝑciſe cõcurreret virtutis robur, abſq; tali influxu: ſequitur, q ꝑciſe in fine menſis lunaris fiet harũ materierũ expulſio. Contra, quia

Obiectio.

Alia.

E in quibuſdam mulieribus videtur fieri expulſio harum materierũ non ꝑciſe in fine mẽſis lunaris: immo quandoq; in fine primæ, ſecundæ aut tertiæ quadraturæ eius. Amplius non videtur hoc poſſe conuenienter contingere in fine menſis lunaris, eo quia luna tũc videtur minus iuuamentum præſtare in nobis, quando debilius eſt eius lumen. ſed debilius eſt ipſum in fine menſis, quia in coniunctione & prope illam, quam ante, igitur, &c. ¶ Ad hæc duo dicendum, & primo ad primũ, quod licet ita ſit q in quibuſdam mulieribus talis fluxus accidat in fine primæ, ſecundæ, aut tertiæ quadraturæ vnius lunaris, tamẽ cuiuſlibet earũ quadraturarũ cõputatio ad quadraturas ꝑcedẽtes lunares videt̃ eſſe finis vni⁹ menſis: ſicut primę quadraturę cõputatio ad tres quadraturas ꝑcedentes lunares, erit finis mẽſis lunaris, ſi bene conſideras. Ex quib. ſi bene cõſiderat iuuenilis intellectus,

Reſponſio ad primam.

F ꝓbabiliter defendere poterit, q omnis fluxus menſtrualis ſemper fiat in fine mẽſis lunaris, facta ſemp cõputatione finis vni⁹ quadraturæ ad ꝑcedẽtes ipſam. Contra iterũ, q a ſi accidat fluxus in medio vnius quadraturæ & non in fine, non videtur poſſe ſaluari, q tales fluxus ſemper fiant in fine menſis lunaris. ¶ Huic motiuo ſatis facile reſpondendum eſt, quod medietas vnius quadraturæ lunaris ſapit naturam finis eius, eo quia

Obiectio.

ſic extrema tempora inuicem comparata ſapiunt naturam alterius inuicem, ita media A
Reſponſio ad ſecundam.
reſpectu extremorũ, & proprie talia, cum parum diſtent ab extremis ſuis, aliter oportet
aduerſarium aliam aſſignare cauſſam, quæ non videtur poſſe dari. ¶ Et ad ſecũdum mo-
tiuum ſuperius tactum dicendum, quod licet lumen lunæ in cõiunctione eius, & prope
ipſam ſit debilius, quam in augmento & partibus ſibi vicinis, tamen cõtingat in quibuſ-
dam mulieribus, quæ debiles ſunt, aut in quibus congregata eſt materia multæ remolli-
tionis, quod iuuamentum paruum a paruo lumine lunę proueniens potentius erit ad in-
citandum vnam virtutem debilem propter minorem reſiſtentiam, quam virtutem re-
tentiuam, quæ potentior eſſet ad reſiſtendum in fluxu lunæ, qui fortis eſſet. ¶ Et ex hoc
Problemata
fundamento potes iterum ſoluere plura problemata. ¶ Primum, quare in quibuſdam
mulieribus phlegmaticis & natura debilibus accidat frequentius mẽſtrualis fluxus pro- B
pe coniunctionem lunæ quam ante. ¶ Secundo quare in mulieribus robuſtis frequenti-
us accidat fluxus in fine ſecũdæ quadraturæ lunaris, aut prope ipſam, quam in aliis tem-
poribus, quoniam virtus aliarum mulierum potentior eſt ad retinendum materias & ad
reſiſtendum fluxui: ergo oportet earum expulſiuam iuuari ab aſtrali aſpectu. ſed talis eſt
fortior in quadratura ſecunda, aut prope illam, vbi lumen lunę iam peruenit ad com-
plementum augmẽti: igitur, &c. Et plura alia ſpeculabilia corollaria ex hoc fundamen-
to concludere potes, ſi tibi libet. ¶ Et paribus rationibus facile probari poſſet ſecunda
pars minoris adductæ ad probandum quintam concluſionem, ſcilicet, de menſe medi-
cinali intelligendo ex principiis medicinæ medicinalem menſem totum ſpatium illud,
quo luna noſtrum hemiſphęrium illuminat, quod eſt ſpatium xxvij. dierum naturalium C
cum dimidio vel circa illud, vt colligi poteſt a Galeno *libro tertio criticorum.* Speculatores
enim medicinæ, qui curam ſuam appoſuerunt rationabilibus experimentis, non per-
penderunt lunam ſuo lumine in corpora humana influere in fluxu perceptibili, de quo
curandum ſit, immo ſolum viderunt manifeſtam ipſius impreſſionem fieri in corpora
noſtra tempore, quo manifeſte lucet in hemiſphærio noſtro: & eſt ſpatium dierum iam
prædictorum, vt ex ſententiis iam prædictis accipi poteſt.

Quæſtio.
Poſt hæc autem in hac materia videntur remanſiſſe duæ difficultates ſolutionem
exſpectantes. Quarum prima, an mulieres cum mala complexione frigida & humida
matricis complicata etiam lapſui humido & frigido epatis impprægnari poſſint. Et vide-
tur, quod ſic, eo quia mulier iſta cum tali lapſu & multitudine materierum phlegmati- D
Alia.
carum in matrice ſua imprægnata fuit. ¶ Secundum motiuum, quod etiam apparet, eo
quia ante menſtruationem ſuam tales materiæ in matrice inueniuntur. ¶ In oppoſitum
arguitur, eo quia ſi in matrice recipiatur virile ſemen, corrumpetur a talibus materiebus
in matrice inuentis. ¶ Item quia tales materiæ, quę parum ante partum expelluntur, aut
in ea fuerant genitæ ante imprægnationem aut poſt ipſam: ſi ante imprægnationem, nõ
videtur rationabile ipſam potuiſſe imprægnari, eo quia tales materię ſui frigiditate ſper-
ma prolificum corrumpunt. ¶ Item quia tales materiæ ſanguinem menſtruum inficiunt
adeo, vt non ſit materia apta generationi embryonis, neq; nutricationi eius. ¶ Et iterũ
quia tales materiæ leniendo & mollificando matricem lubricam reddunt, ita, vt fœtum
detinere non poſſit: & plura alia motiua ſimilia iſtis adduci poſſent. Sicut enim in terrã E
multam humiditatem habentem proiectum ſemen corrumpitur, ita vt non germinet:
ita etiam de virili ſemine in matricem valde humidam proiecto concedi debet. Et ſunt
ſermones Hip. & Commentatoris, *ſect. 5. aph. 62.*

Ad abſoluendum huiuſmodi difficultatem conſiderandæ ſunt concluſiones tres.
Non quemlibet matricis lapſum frigidum & humidam materialem prohibere impragnationem.
¶ Prima, quod non quilibet matricis lapſus frigidus & humidus materialis prohibeat
imprægnationem mulierum. ¶ Secunda concluſio, quod licet imprægnatio non prohi-
beatur a tali lapſu, debita tamen fœtus nutricatio & ipſius fortitudo impediũtur. ¶ Ter-
tia concluſio, quod contingat debilitatem virtutis apparere quandoque in toto, quan-
doque vero in determinata parte.

Prima concluſio multis modis perſuaderi poteſt. Et primo quidem: quia maior eſ- F
ſe poteſt virtutis reſiſtentia ad lapſum iam dictum, quam actiuitas ad ipſam, igitur virtus
ſemen in ea receptum regulare poterit ad retentionem ipſius & conceptionem. Ante-
cedens arguitur, quia non quilibet lapſus virtutem adeo debilitare poſſet, vt conceptio-
nem impediat, niſi fuerit valde magnus. ¶ Secundo iterum probatur concluſio: quoniã
licet

A licet in matrice lapſus frigidus & humidus inueniatur, contingit tamen non ſemper in matrice inueniri materiam tantæ quantitatis, vt ſui frigiditate & humiditate ſpirituoſam partem ſpermatis corrumpere poſſit, & lubricam reddere matricem, adeo vt non detineat ſemen. ¶ Tertio ad idem arguitur, quando contingit mulierem fuiſſe naturaliter menſtruatam, & in tempore illo cum euacuatione ſanguinis fuerit expulſa materia frigida & humida, & ſanguis laudabilis ad ipſam fuerit attractus: ex quo vigoroſior reddatur matrix. Igitur in tali caſu concipere poterit. Patet conſequentia, quia nullæ videntur cauſſæ impeditiuæ conceptionis, quando tempore coitus virtus attractiua & retentiua matricis fortis eſt cum magna delectatione ad illud concurrente & ſubſtantia matricis conuenienter ſolida eſt a ſuperfluitatibus remollitiuis mundificata, & ſemen in ea B receptum prolificum fuerit.

Licet impragnatio non prohibeatur a tali lapſu, debitam tamen nutricationem fœtus & ipſius fortudinem impediri.

Secunda vero concluſio declarari poteſt eo, quia poſt conceptionem factam poteſt regenerari materia multũ frigida & humida, quæ nõ eſt ſanguinis diſpoſitiua ad debitam nutricationem ipſius: imo impeditiua: ergo embryo notabiliter debilitatur. Patet conſequentia, quia materia infrigidando calorem naturalem, neceſſario debilitat. Item ſui frigiditate & humiditate ſanguinem reddit ineptum ad nutricationem debitam. ergo embryo remanebit debilis & extenuatus. Patet conſequentia. & primo antecedens huius rationis arguitur: quoniam remanente lapſu fixo vel fiente tam in matrice quam in epate & ſtomacho, materiæ generabuntur frigidæ & humidę per viã indigeſtionis. ¶ Secũdo arguitur concluſio, eo quia ſanguis quantũcunq; laudabilis in caſu attract⁹ C ab epate & a venis propter lapſum frigidum & humidum in matrice inuentum poterit remitti in caliditate ſui & intendi in humiditate: quare redditur materia inconueniens nutricationi. quare neceſſe eſt debilem & extenuatum fieri fœtum.

Debilitatẽ virtutis aliquando apparere in toto, aliquando in determinata parte.

Et ex iſtis inuicem collatis probari poteſt tertia concluſio. & primo quantum ad primam partem eius, quæ eſt quod toto fœtus corpore remanebit debilitas, eo quia quorum præſentia virtus fortis eſt & permanet, eorum carentia debilitatur: ſed præſentia ſanguinis & ſpirituum laudabilium conſtat virtus. ergo carentia ipſorum debilitatur; quare prima pars concluſionis eſt vera. Secunda vero pars eius arguitur; eo quia cõtingit lapſum vni parti matricis & conſequenter fœtus inueniri maiorem; ſed hoc poſito pars illa debilior erit. ergo & eius operatio debilior. ¶ Ex quo corollarie concludi poteſt quorundam apparentium verificatio. primo quare in quibuſdam infantium appare- D at cerebri debilitas, ita vt multiplicentur in capite & in membris euacuationis ab eo ſuperfluitates per naſum, per palatum, & ſic de aliis: quibuſdam vero accidit raucedo vocis propter frigiditatem & multam materiam membris vocalibus inuentam. Quidam vero eorum vix vagire & vociferare poſſunt propter cauſam dictam, & propter debilitatem virtutis motiuæ partium pectoris vocalium: nonnullis vero inuenitur ſtomachi debilitas: & ſic de aliis, quorum cauſæ ex hoc fundamento aſſignari poſſent. Et vide quod in fœtu huius mulieris hæc & alia accidunt ſecundũ partẽ, & cauſas eorũ ex his intellige.

Cur materia mucilaginoſa alba retineatur vſque ad tẽpus prope partũ.

Secunda vero difficultas, quare hęc materia mucilaginoſa alba in hac muliere reſeruetur vſq; prope tempus partus, cauſa eſt aſſignabilis ex parte finis, eo quia ſicut materię menſtruales, imo etiam valde corruptæ vſq; ad finem partus naturalis reſeruantur, ita E & de iſtis mucilaginoſis ſuperfluitatibus dicendum eſt. ¶ Cauſſa vero propter quam hæ materiæ aliquando expellantur ante partum per 10. vel 15. dies aut circa illud, eſſe poteſt aut quia materiæ tales tantum multiplicatæ ſunt, quod non exſpectat virtus a nocumento illarum incitata expulſionem illarum facere in tempore partus, ſed anticipat expulſionem illarum ſymptomatice ante partum. ¶ Et ſecunda cauſſa eſſe poteſt eo, quia tales materiæ multiplicatę maiorem remollitionem facere poſſent in matrice in vltimo menſe partus, quam in præcedentibus: vnde propter multam remollitionem eius quaſi lubricando deſcendunt. ¶ Ita ex fundamento omnium horum ſermonum videtur eſſe diſpoſitionem huius mulieris ad determinatam declarationem adductam. ¶ Et appa- F ret iterum ex hoc fundamento poſſe reddi cauſſam omnium effectuum vel accidentiũ in ipſa apparentium. ¶ Et tertio iterum poteſt videri ex hoc fundamento cauſſa mortis fœtus poſt natiuitatem eius, quæ eſt propter ægritudinem in matrice contractam. cuius nocumẽtum non æque bene tolerat fœtus poſt natiuitatem, ſicut tolerabat in matrice, eo quia potentior eſt aer cum aliis rebus non naturalibus ad alterandum fœtum parum

Prognoſtica. poſt natiuitatem eius extra vterum, quam in vtero. ¶ Vltimo ex hoc fundamento facile A concludi poteſt, quod ægritudo huius mulieris ſit difficilis curationis ſaltem propter longitudinem eius: licet etiam aliæ cauſſæ concurrant ad eius paruitatem. ¶ Et concluditur ex his vltimo, neceſſariam eſſe feſtinam curationem ipſius & valde ſollicitam: quare autem, in ſequentibus ſuccincte declarabitur.

Cap. II. *De regimine per adminiſtrationem ſex rerum non naturalium.*

PRo regimine igitur diſpoſitionum huius mulieris primo diſcurrendum eſt per debitam adminiſtrationem ſex rerum non naturalium. Secundo per regimen medicinalium. *Aer.* ¶ Sit itaque eius aer & locus tendens ad caliditatem & ſiccitatem naturaliter vel artificialiter Orientalis vel Meridionalis: artificialiter fiat B cum igne & ſuffumigationibus ex thure, ſandaraca, colophonia, ſtyrace calamita, laudano, ligno aloes & cum combuſtione lignorum pomorum, pinorum, iuniperi, lauri, abietis, & vitetur flatus ventorum Septentrionalium. *Motus & quies.* ¶ Exercitetur exercitio pedeſtri ſatis longo aut alto. ſi autem non poteſt propter debilitatem, fiant fricationes cũ panno aſpero ſuper loco alchatin ſero & mane, donec caleat & rubeat ante cibũ eius cutis. ¶ Quietem omnino vitet longam. Et ſomnus vitandus, niſi ſecundum neceſſitatem, longitudo ſomni vitetur, nam vigiliæ magis conueniunt.

Somnus & vigilia. *Repletio & inanitio.* Caueat a multa quantitate cibi & potus: immo recedat a menſa cum reliquiis famis adhuc reſeruatis in ſtomacho, quoniam deterior eſt fertilitas tempore ſterilitatis quam ſterilitas tempore fertilitatis. *tertia primi, capit. de regimine eius, quod comeditur & bibitur.* ¶ Si autem contingeret repletionem incurrere, euacuetur per vomitum cum hoc C *Vomitiuũ.* vomitiuo. ℞. *aquæ decoctionis ſeminum raphani ℥ iij. mellis ℥ ß. aceti ℥ j. diſſolue totum & bibatur tepidum, & poſt illud per horam vnam vel mediam cum digito fiat agitatio in principio meri apud radicem linguæ.* Et ſi per talem commotionem non prouocaretur, immittatur penna oleo oliuarum inuncta: & fiat agitatio. ¶ Si autem abhorreret vomitum, tunc ciborum ſuperfluitas eſt prouocanda cum clyſteri iſto. *Clyſter.* ℞. *foliorum maluarum, bletæ, mercurialis ana* M j *foliorum catapuciæ minoris numero quatuor, coquantur in* ℔ *v. aquæ vſque ad medietatem huius decoctionis cum expreſſione.* ℞. ℔ j. *hieræ Galen.* ℥ ß. *benedictæ, caſſiæ fiſtu. ana* ʒ vj. *ſalis Indi* ʒ j ß. *olei oliuarum* ℥ iij. *miſce, & totum ſupponatur bis vel ter vſque ad conuenientem ſtomachi exonerationem.*

Si autem abhorreret etiam clyſtere, tribue ei ℥ iiij. vel v. decoctionis ſenę calefactæ D cum ℥ j. ſyru. acetoſi. eſt bonum diſpoſitiuum talium ſuperfluitatum. ¶ Si autem omnia prædicta abhorreret, faciat diætam per vnam diem abſolute vel per duos tenuem cum cibis paucæ quantitatis & qualitatis. *Motus animi.* ¶ Accidentia animi, quæ inducunt caliditatem mediocrem intra limites ſanitatis conueniunt. quę autem excedunt & inducunt triſtitiam, ſunt euitanda. *Cibi.* Similiter ſunt euitanda omnia cibaria notabiliter frigida & humida. ¶ Item viſcoſa & oppilatiua: incraſſantia ſanguinis & aliorum humorum, & omnia ventoſa. Exemplum primi, ſpinachia, portulaca, &c. Exemplum ſecundi, paſtiles cibi neruoſi. Exemplum tertii, caro ſalita & animalium antiquorum. Exemplum quarti, ſicut omnia lacticina, olera & legumina, & proprie elixata & cibaria mellita: & euitet cibaria difficilis E digeſtionis: ſicut ſunt carnes vaccinæ.

Carnes autem laudabiles ſunt omnes, quæ naturaliter ſiccitatem augmentant: & magis aſſatæ, quam elixatæ. fercula autem tendant ad caliditatem & ſiccitatem, vt oryza, panicum, cicera rubea & alba, & caules, ſaluia, ſerpillum, mentha, roſinarinus, ruta, in cibis præparata conueniunt. ¶ Ex aromatibus conueniunt omnia calida & ſicca & aperitiua, habentia proprietatem ad epar & matricem, velut ſunt cinamomum, ſpica nardi, zinziber, macis, galanga, nux muſcata, lignum aloes, vtrumque piper & proprie album, & crocus, ami, amomum, aniſum, ſemen fœniculi, petroſelini, apii, cardamomum maius & minus & nigella: quam quidam crediderunt eſſe cardamomum minus, ſed falſo, quoniam cardamomũ minus eſt granum paruum, oblongum, ſphæricum F ſatis, colore puluerulentum, ſubſtantia ſolidum, odore & ſapore acutum ſatis. *Deſcriptio cardamomi minoris.* Cardamomum minus eſt illud, quod Auicenna nominat heylbane: *Heylbane.* & eſt granum paradiſi nominatum ſecundum aliquos: & a vulgo dicitur meiegete: *Meiegete.* quoniam eſt granum paruum triangulatum, ſubrubeum, ſolidum, acutæ aromaticitatis & acuti ſaporis,

& eſt

A &c eſt de medicinis ſ[illegible] par & matricem potenter rectificantibus ſiue ſimplex accipiatur, ſiue compoſita. Ex fructibus conueniunt amygdalæ, phiſtici, paſſulæ cum arillis bene maſticatæ. grana autem pini propter ſuam vnctuoſitatem non placent, & quia nocent ſtomacho, *13. tertii, de his quæ nocent ſtomacho.* ficus auellanæ etiam optimæ ſunt, & proprie torrefactæ. *14. tertii, de rebus epati conferentibus.* pomis vero & pyris bene aromaticis & maturis quandoque vti poteſt, & non frequenter, & meliora ſunt cocta quam cruda. Et in ſumma fructus omnes caliditate & ſiccitate, aromaticitate & aperitiua virtute participantes. ¶ Ex ſalſis autem & cum eo conditis conueniunt caro ſalita non pinguis; caſeus ſalitus, oliuæ conditæ, piſces cum ſalſedine diu conſeruati. Et ex aliis conditis vtilia ſunt et zinzib. conditum, eryngium conditum, chebuli conditi, rapæ, napi conditi & omnia B condimenta calefacientia & exſiccantia cum mundificatione matricis. Potus autem eius conueniens ſit vinum colore album, ſubſtantia ſubtile, aromaticum, notabilis caliditatis & ſiccitatis. Et euitet ſummopere vſum aquæ, ſaltem longum. *Potus.*

CAP. III. *De cura per medicinalia.*

PRo curatione huius diſpoſitionis per medicinalia duo principaliter videtur intenta. ¶ Primum eſt correctio lapſus frigidi & humidi matricis. ¶ Secundum fortificatio fœtus in matrice. ¶ Pro curatione lapſus, ſcilicet frigidi & humidi oportet ſimul intendere ad ſtomachum, epar & matricem: & erunt intentiones quinque curatiuæ eius. *Correctio lapſus frigidi & humidi matricis perficitur quinque intentionibus.*

C Et prima eſt materierum adæquatio; quæ multis inſtrumentis compleri poteſt. ¶ Primum eſt debita adminiſtratio ſex rerum non naturalium, vt ſupra dictum eſt. ¶ Secundum adæquans materias eſt adminiſtratio confectionum & electuariorum ſua caliditate & ſtypticitate habentium virtutem ſtomachalem, epaticam & matricalem, velut ſunt diambra, diamuſcus dulcis, diacinamomum, electuarium de ligno aloes, diatrionpipereon, plitiſarcoticon, mithridatium, diacalamentum, diamacis, & ſimilia. Quorum omnium vſus ſit in mane per tres vel quatuor horas ante cibum. de quibus etiam poteſt accipi aliquid ante cœnam parum. ¶ Tertium, ſunt aquæ ſublimationis, ſcilicet meliſſæ abſinth. origani, puleg. betonicæ, ſaluiæ, rutæ, fœnicul. apii, petroſ. geniſtæ & ſimilium. ¶ Quartum, ſunt ſyrup. iſtis membris appropriati, ſcilicet ſyr. de calamento, de praſſio, D de abſinthio, & de eupat. de mentha. Compoſitus acetoſus, ſaccharinus, mellinus, oxymel de ſquilla, ſyrup. de lilio deſcriptione Serap. *7. breuiarii*, & ſyrup. de enula, de arthemiſia, qui ambo ſunt ſolenniter mundificatiui matricis & abſterſiui. ¶ Compoſitum bonum & leue aggregans intentiones, ad prædicta. ℞. *florum arthemiſiæ, matricariæ, meliſſæ, betonicæ, ſaluiæ, origani, eupatorii, aſari ana M ij. cymini, aniſi, ameos, ſem. rutæ, carui ana M j. enulæ ſiccæ M iij. calami aromatici, galangæ, zedoariæ cinamomi ana M ß: biſtortæ, galliæ muſcatæ, doronici, violarum citrinarrum ana ℥ ij. liquiritiæ ℥ iij. bulliant omnia in* ℔ *xij. aq. vſque ad conſumtionem medietatis. deinde cum forti expreſſione colentur & colaturæ addatur aceti* ℔ *ß. ſacchari ſecundæ decoctionis* ℔ *xv. & coquantur vſque ad conuenientem ſpiſſitudinem. de hoc igitur compoſito. ℞. ℥ ij. aquæ abſinthii, betonicæ & meliſſæ ana ℥ j. miſce & totum calidum in potu detur in aurora, & tardetur cibus* E *poſt ipſum horis quatuor.* ¶ Leuius iſto eſt hoc. ℞. *ſyrup. aceto compoſit. ℥ j ß. aquæ matricariæ ℥ ij. abſinthii ℥ j. miſce & tribue, vt ſupra.* ¶ Aliud iterum leuius. ℞. *aquæ matricariæ, arthemiſiæ, betonicæ ana ℥ j ß. ſacchari alb. parum & detur in potu vt prius.* Poſſem etiam adducere digerentia in forma decoctionis puluerum & pilularum compoſita. & tu ex prædictis illa intellige. *Potio.* *Alia.* *Alia.*

Pro intentione ſecunda, q̃ eſt materierum diuerſio a profundo corporis ad circumferentiam. ¶ Primum diuerſiuum & leue eſt fricatio extremis partib. natibus & ſpatulis adminiſtrata cum panno aſpero faciente cutem calere & rubere. ¶ Secundum diuertens eſt applicatio ventoſarum ſpatulis vel natibus cum ſcarificatione, vbi eſt dominium ſanguinis aut materiæ ſecum admixtæ, aut ſine: & applicatæ ſpatulis magis diuertunt a ſtomacho & epate: natibus applicatæ magis diuertunt ab epate, & matrice. Et de bene diuertentibus a matrice materias ſunt ventoſæ ſuper natibus adminiſtratæ. ¶ Tertium diuertens eſt ablutio pedum & crurum cum decoctionibus plantarum, quarum ſermo præterit. ¶ Quartum & vniuerſalius omnibus eſt phlebotomia ſaphenæ magis in diſpoſitione matricis & epatis: & phlebotomia ſaluatellæ aut baſilicæ, quæ immediatius *II. Materierum diuerſio a profundo corporis ad circumferentiam.*

ab epate diuertunt. quarum vtraque fieri debet cum virtutis conſtantia & apparitione A
dominii ſanguinis aut materierum ſibi commixtatum. ¶ Quintum poteſt eſſe prouocatio hæmorrhoidum & apertio venarum menſtrualium. ¶ Sextum & bonũ eſt prouocatio vrinæ, & proprie cum frequẽti vſu comeſtionis foliorum & ſeminum fœniculi & petroſelini, apii, aniſi & ſimilium. ¶ Et prouocatiuum vtile. ℞. *aquæ eupatorii, aſparagi ana ℥ ij. ſumatur in aurora cum modico ſacchari, vt ſupra dictum eſt.* ¶ Et fortius illo. ℞. *aquæ ſublimationis milii ſolis & geniſtæ ana ℥ ij ß. miſce, & detur, vt prius.*

Potio. *Alia.*

III. *Materierũ euacuatio.* Pro tertia intentione, quę eſt materierum euacuatio, hoc eſt vnum euacuatiuũ cõmune, & valde vtile. ℞. *benedictæ ſimplicis ʒ iij. hieræ Gal. ſimplicis ʒ v. aquæ fœniculi ℥ j ß. miſce & calidum tribue.* ¶ Et leuius illo eſt exhibere ʒ xij. hieræ Galeni ſimplicis in potu: & hæc duo poſſent etiam minoratiue exhiberi doſim minuendo. ¶ Fortius prædictis. ℞. *electuarii Indi ℥ ß. cum aquis prædictis hora prædicta.* ¶ Euacuatio cum pilulis. ℞. *pilularum de benedicta, de hiera compoſita ana ʒ ß. cum electuario ſucci roſ. reformentur pilulæ vij. & tribue, vt ſupra.* ¶ Fortius illo habens intentionem ad materias mixtas. ℞. *pilularum fœtidarum ʒ ß. de hiera compoſita, de ſarcocolla ana ℈ j. boni ponderis dentur horis prædictis.* ¶ Et plurima compoſita huic intentioni ſeruiunt, velut electuarium diaphœnicon, hiera Ruffi, & proprie ad materias aduſtas: & electuarium de pſyllio ad materias mixtas, & proprie calidas dominantes, quæ tamen per ſe in lapſu tali non multiplicantur. ¶ Elige ergo, quæ gratiora tibi videntur: & da in aurora quatuor obſeruando conditiones. ¶ Prima, quod poſt illius aſſumtionem dormire poteſt vna hora. ¶ Secunda, quod poſt ipſam non fiat magnum exercitium. ¶ Tertia, quod non comedat poſt eas per ſex horas. ¶ Quarta, quod vna hora poſt medicinam recipiat aliquod depoſitiuum ſuperfluitatum, velut eſſet cyathus vnus brodii pulli in diebus frigoris, & cyathus vnus aquæ hordei calidæ cum ſaccharo in diebus caloris. Et ſi non vellet per os, per clyſteria fiat. vt. ℞. *decoctionis herbarum lenientiũ, vt maluæ, mercurialis, bletæ, portulacæ, biſmaluæ & ſimilium ℔ j. olei liliorum alborum ℥ ij. olei de violis citrinis ℥ j ß. benedictæ ſimplicis ʒ vj. ſacchari, caſſiæ fiſtu. ana ʒ iij. ſalis gemmæ ℈ iij. miſce,* & applicetur omni die vſque ad decem dies.

Potio. *Alia.* *Pilulæ.* *Alia.* *Conditiones obſeruandæ.* C *Clyſter.* B

IV. *Curatio membrorũ mandantiũ & recipientium.* Quarta intentio, quæ eſt curatio membrorum mandantium & recipiẽtium membra, quæ poſſent lædere matricem, ſunt tria principaliter, ſcilicet, caput, ſtomachus & epar. huiuſmodi membra propter lapſum eorum frigidum & humidum poſſent effundere materias ad matricem augmentãdo eius lapſum. ¶ Rectificabitur ergo cerebri diſpoſitio cum medicinis capitalibus ſimplicibus, velut ſtœchade, pulegio, calamento, maiorana, ſaluia, hyſſopo, lauro, amomo, ami, galanga, cinamomo, mace, cubebis, nuce muſc. ſerpillo, ruta, betonica, &c. vtendo eis aut in pulueribus, aut cibis, aut confectionibus, aut electuaria appropriata ex eis componendo. ¶ Et de famoſioribus ad hanc intentionem eſt dianthos deſcriptione Nicolai, in quo maximam vtilitatem habui exhibendo de ipſo ʒ iij. per duas horas poſt cœnam cum ℥ j. aquæ ſublimationis ſampſuci. Et ſimiliter conferũt cõfectio diamuſci dulcis, diãbræ, diaolibani, diamacis, diacalamẽti. Et hæc omnia cõferunt tã compoſita, quã ſimplicia ſtomacho exiſtẽti in hac diſpoſitione. Et confectio de eruca deſcriptione Dioſcoridis magnifice confert aut cõfectio de galanga & electuarium de ſeminibus, hæc omnia gratia alterationis: & hiera Galen. mundificationis gratia, & pilulæ de ſpeciebus ſecundum Meſuem ſuperius allegatæ. ¶ Res quæ rectificant epar lapſum ad frigidum & humidum ſunt, ſicut electuarium dialacca, diacurcuma, diacyminum, diacoſtum, diaolibanum, & ſimilia: ſyru. de abſinthio, de praſſio compoſitus acetoſus, de quinque radicibus, vel de quinque ſeminibus: & ſyru. diarodon, & proprie factus cum radice galangæ & ſimilia iſtis. ¶ Simplicia ei conuenientia ſunt abſinthium, praſſium, eupatorium, calamentum, rubea tinctorum, radix geniſtæ, phu, meu. & in ſumma omnia ſimplicia calida amaritudine, apertione participantia, & proprie eupatorium. Et conferentia a qualitate occulta ſunt caro limacum, & proprie repentium ſuper ſpinis: & proprie epar adip. id eſt, lupi: & omnes ſpecies endiuiæ.

Rectificantia cerebrũ. D *Stomachũ.* E *Epar.* F

Matricem. Simplicia medicamina, quæ lapſum matricis corrigunt partim a qualitate manifeſta & partim a qualitate occulta ſunt arthemiſia, meliſſa, grana myrti, matricaria, valeriana, phu nominata, radix & flos meu, & nepita, q̃ eſt ſpecies calamẽti quomodolibet adminiſtrata, & maſtiche, roſa, raſura eboris, balauſtia, coriãdrũ ſiccũ, ami, amomũ, cypus, dauci

biſtor-

A bistorta, cubebæ, macis, & in ſumma omnia aromatica calidę complexionis & ſiccę mediocriter aperitiua cum ſtypticitate, velut laudanum, ſtyrax calamita, colophonia, thus, myrrha aceto aſperſa. omnia hęc matrici impoſita ipſam potēter cōfortare poſſunt. Sed pri⁹ tamen exterius ſuffumigando & encatiſma faciendo de eis adminiſtrare ſoleo. Cōpoſita ſunt tryphera maior & minor, diaolibanum, electuarium de myrto, confectio de ſtyrace ſine opio, & ſimilia, quæ adminiſtrare conſueui in aurora cum aqua ſublimationis arthemiſiæ & matricariæ. ¶ Compoſitum bonum, quo vti ſæpe ſoleo ad vigorandum matricem, quæ proprie debilitata eſt ab humoroſitate multa. ℞. *hypocyſtidos, acatiæ, granorum granatorum ſiccorum, maſticis, corallorum alborum & rub. ana ʒ j. raſuræ eboris ʒ ij. coriandrorum præparatorum ℥ ß. ſpodii de canna ℈ ij. gummi Arabici, dragagāti torrefactorū an. ʒ j ß. melliſſæ,*

Electuariū.

B *anthoræ, arthemiſiæ, matricariæ, chamedreos, chamepytheos, nepitæ ana ʒ ij. doronici ʒ j. macis, nucis muſcatæ, galangæ ana ℈ iiij. puluerizentur omnia per ſe, & cum* ℔ *j. ſacchari ſecundæ decoctionis &* ℔ *ß. mellis fiat electuarium, cuius doſis ſit exhibendo de eo ʒ iij. in aurora & ʒ ij. ſemper ante prandium & ante cœnam*: & quando vadit ad lectum: multas enim matrices humoroſas ex vſu huius electuarii vidi rectificatas.

V.

Enumeratio medicinarum ſimplicium & compoſitarū.

Quinta intentio, quæ eſt enumerare medicinas ſimplices & compoſitas valde cōferentes lapſui frigido & humido epatis, ſtomachi & matricis, & enumerare medicinas ſimplices, & compoſitas conſeruantes fœtum poſt eius natiuitatem, & rectificantes malam diſpoſititionem in matrice acquiſitam. ¶ Medicinæ epatis ſunt x. ſimplices & x. cōpoſitæ. & prima eſt eupatorium, calidum in primo & ſiccum in ſecūdo: vide *2. can.* & ſoleo ipſum exhibere recens comeſtum cum pauco aceti ante cibum, & adhuc decoctionem eius vſque ad ℥ ij & ſuccus eius eſt fortior omnibus, quando per vnam ſeptimanam aſſumitur in aurora, vt ſyr. in doſi ℥ j ß. Item puluis eius in potu datus a ʒ ß. vſq; ad ʒ j. cum decoctione radicis ipſius mirabiliter operatur. Secunda eſt aſarū, & modus adminiſtrationis eius poteſt eſſe ſicut eupatorii, ſed ſub doſi ſubdupla. Tertia eſt agnus caſtus, & eſt potens in apertione oppilationum epatis, & dare conſueui ʒ j. cum ℥ j. oxymellis & ℥ j ß. aquæ decoctionis eupatorii. Quarta eſt apium & confert multū vſus eius in cibis, & proprie vinum infuſionis in eius vſu acceptum. Quinta eſt folium, quod in figura eſt ſimile foliis lauri, licet minora ſint in quantitate & aromaticitatem habentia cum maiori acuitate. Sexta coriandrū. Septima phiſticū, q̄ potēter mundificat epar & aperit meatus nutrimēti.

Medicinæ epatis ſimplices.

C

D Octaua ſunt ficus ſiccæ. Nona eſt ſpica nardus. Decima eſt phu, id eſt valeriana. Compoſitas medicinas poſitas conferre ad materias frigidas & humidas & craſſas epatis enumera, quoniam x. ſunt. Prima eſt apozyma de radicib. Secunda trociſci de lacca deſcriptione Alm. *9. cap. 67.* Tertia ſunt trociſci de rheubarbaro collecti *in diuiſionib. tractatu 19. deſcript. 2.* Quarta eſt electuarium diacurcumæ *eod. tract. collectum, cap. 17.* Quinta eſt confectio trociſcorum a Zerenſib. *vlt. deſcript. prædicti tract.* Sexta antidotū Polydori confortans epar. *5. viatici, c. 6.* Septima antidotū Damaſceni *eod. c. de karabe* ſunt ſolennes. Octaua trociſci de abſinthio. Nona trociſci de eupatorio, qui ambo colliguntur *5. viatici c. 7.* & hæ duæ deſcriptiones vniuerſali fama auctorū probatę ſunt. Decima eſt deſcriptio alkekengi collecta a Meſue *diſtinct. 3. deſcript. 25.*

Compoſita.

Stomachica ſimplices.

E Medicinæ ſtomacho conuenientes & conferentes lapſo ad frigidum & humidum ſimplices ſunt decem. Prima eſt mentha, q̄ prohibet vomitum phlegmaticum. Secunda eſt myrrha. Tertia nux muſcata. Quarta folium. Quinta maſtiche. Sexta marubium. Septima meliſſa. Octaua calamus aromaticus. Nona galanga. Decima xyloaloes confortans ſtomachum, remouens ab eo humiditatem putribilem. & proprie ſi præbeatur de puluere eius vſque ad ʒ j ß. vt *2. can. cap. de xyloaloe.* ¶ Medicinæ compoſitæ ſtomacho conferentes ſunt x. Prima autem duo vtilia ſunt præmittenda, ſcilicet quod quandocunque ſtomachus ægrotat a mala complexione materiali frigida & humida, & ipſa fuerit incognita tibi: tunc nulla inuenitur medicina iuuantior & ſecurior hiera ſimplici Galeni, eo quia ipſa nō habet parem ſibi in confortando ſtomachum & adiuuandum ipſum ad complendum operationes eidem con-

Compoſita.

F uenientes.

Secundum præmittendum, quod de bonis medicinis conuenientibus ad ægritudines materiales a materia craſſa prouenientes, eſt ſyrup. ſquilliticus talis deſcriptionis. ℞. *ſquillæ mundatæ in laminas tenues inciſæ* ℔ *iij. aceti al.* ℔ *viij. aquæ fontis* ℔ *x. infundatur ſquilla in prædictis in vaſe vitreo ſtricti orificii, & bene clauſo, & ita infuſa dimittantur ſex menſibus.*

Decoctio. *deinde coquatur cum prædictis leui decoctione excludente diſſolutionem eius, & tūc abſque aliqua expreſſione coletur, & in prædictis addantur ſacchari ſecundæ decoctionis* ℔ vj. *& lento igne fiat decoctio vſque ad ſpiſſitudinem: & ex iſto offeras* ℥ j ß. *cum* ℥ ij. *aquæ præcoctæ & calefactæ.* ¶ Prima medicina compoſita eſt confectio de cydoniis, quæ deſcribitur ab Auicenna *5. can. ſumma 1. tractatu 7. deſcript. 5.* & conſice ipſam cum cardamomo, caryoph. & croco abſque aliis ſpeciebus, & exhibe ipſam ante cibum, ſi non fuerit fortis ſtypticitas ventris: & ſi fuerit etiam venter magis conueniens lubricus. ¶ Secunda eſt confectio aromatici roſ. deſcriptione Gabrielis *in antidotario Meſ. deſcriptione 1.* ¶ Tertia eſt de cinamomo ibi inuenta. ¶ Quarta de calamento deſcriptione Nicolai *in antidotario.* quæ mihi videtur domeſtica. *in 5. vero can. & ſumma 1.* ſex inueniuntur expertiſſima compoſita ad diſpoſitionem prædictam. ¶ Primum eſt confectio philoſophorum. ¶ Secundum confectio algere. ¶ Tertium etheniten magnum. ¶ Quartum theriaca Hermetis. ¶ Quintum ſaracena magna. ¶ Sextum electuarium de ligno aloes: non inuenies medicinas eis compares. A B

Vigoratio matricis actu prægnantis. *Potio lenitiua.* *Regula prægnantibus obſeruanda.*

Pro expeditione vltimi capitis huius tractatus, ſcilicet vigorandi matricem actu prægnantis oportet obſeruare xv. regulas. Prima quarum eſt, vt cum huius prægnantis natura ſtringitur ita, vt ſuperfluitates retineantur, mundificetur cum brodialibus pinguibus cum caſſia ſi. manna, ſebeſten, violis, vt ℞. *caſſiæ nouiter emulſæ a canna cum aqua hordei* ℥ xij. *detur in potu cum medio cyatho brodii pulli vel alterius carnis, & tardetur cibus poſt ſaltem horis quinque.* Secunda regula, diuertantur materiæ cum exercitio leui, quoniam deambulatio ſuperflua abortire facit, quoniam replentur corpora propter ipſam, quia agitantur materiæ menſtruales iam retentæ. Tertia regula, prægnans prohibeatur ab introitu balnei. Quarta, non vngatur caput prægnantis aliquo vnctuoſo. Quinta, caueatur in adminiſtratione ſex rerum non naturalium ab exceſſu, vt a ſuperflua repletione, & proprie in coitu inter alias res non naturales, qui vitetur omnino & dimittatur. Sexta regula, licet cauſſæ aborſus ſint euitandæ in toto tempore imprægnationis, maxime in prima ſeptimana & in primis tribus diebus. Septima, in prægnante partes hypochondriales conſeruari debent in ſua caliditate & diſpoſitione tegendo eas cum panno leni & molli de lana. Octaua, eius panis debet eſſe de ſimila. Nona, prægnans debet euitare omnia amara in cibis ſuis & acuta, ſicut matricaria, praſſium, cappares ſaliti, oliuæ. Decima, prægnantes debent euitare omnia prouocatiua menſtruorum. Vndecima, in die conceptionis conuenientius eſt mulieri abſtinere quam cibari. Duodecima, vinum prægnantium debet eſſe ſubtile, odoriferum, antiquum. Decimatertia, ſi in ſecundis menſibus appetunt fructus ſecundum conſetudinem earum, meliores eis ſunt paſſulæ cum atillis & cydonia dulcia & pyra excitantia eorum appetitum & poma ſaporis medii. Decimaquarta, in quacunque prægnante vehemens ſtudium haberi debet ad confortandum ſtomachū cum his, quæ mundificāt & aromaticitate & caliditate cōferunt, vt exhibere ℥ j ß. geleniabin decocti cum ligno aloes & maſtice; aut ſaltē dare aquā decoctionis ligni aloes & maſticis cum geleniabin ſimplici. Eſt etiā confortandus ſtomachus cum cerato facto cum ℥ j. maſticis & caryoph. ʒ j. vel diſſoluantur cum vino aromatico, & ex eis fiat ceratum, & ſtomacho applicitum continue portetur. Decima quinta regula eſt, quod hæc remedia, quæ localiter applicantur ſtomacho, gratia confortationis eius, & ſimiliter matrici, omnia componantur cum medicinis calefacientibus & ſtypticis non habentibus apertionem aliquam, ſed etiam aromaticitatem non valde intenſam, quoniam valde calida & aromatica valde prouocant, &c. ſententia Hippocratis *ſectione quinta, aphoriſm. 28.* ſermone illo: *Muliebria educit ex aromatibus calefactio.* C D E

Matricem confortantia ſimplicia.

Præmiſſo vniuerſali regimine prægnantis, ponendæ ſunt medicinæ tam a qualitate communi, quam a proprietate occulta matricis confortatiuę. de quarum numero aliquæ cibationi attinent.

Prima medicina matricis confortatiua eſt lens comeſta, & ſimiliter quandoque lauentur pudenda cum eius decoctione: aut cum puluere eius & oleo myrtino loca infra ſumen alchatin quandoque inungantur. ¶ Secunda eſt myrtus, & eius decoctio confert exitui ani & matricis: & in ſumma ſui aromaticitate & ſtypticitate eſt F

multum

A multum conueniens matrici, ita quod puluis eius, aut decoctio multas liberat mulieres abortire conſuetas. ¶ Tertia eſt olibanum, deglutiendo ex eo granum, ſicut, pilula & liniendo alchatin & loca ſuminis vehementer confert matrici, licet fumus eius ſit fortior & conuenientior. ¶ Quarta eſt portulaca, quæ aduerſatur coitui & arcet vehementer fluxum omnium materierum & retinet menſtrua, & maxime eius decoctio per frixionem. ¶ Quinta eſt ſquinantum, eſt enim ſedans dolores matricis. ¶ Sexta oryza. ¶ Septima gummi carabe nominatum, & eſt proprie localis. ¶ Octaua roſa valens ad exſiccandum humiditates matricis commixtas alicui ſeroſitati cholericæ. ¶ Nona ſtyrax, & proprie illa, quæ dicitur calamita, aufert matricis dolorem & corrigit humiditatem eius. ¶ Decima ferrum & ſcoria eius, cuius quidem exſtinctio in vino inteſtina o-
B mnia & matricem mirifice cõfortat ex potu eius, & ſeſſio etiã in aqua exſtinctionis eius vel decoctionis ſcoriæ eius encatiſmate ex ea facto matricẽ humoroſam & lapſam ſiue prægnantem ſiue econtra ſolenniter confortat. ¶ Compoſita medicamina matricem confortantia ſunt x. ¶ Primum theriaca maior bene fermentata, de qua ʒß. aut ʒj. detur bis aut ter in menſe cum aqua decoctionis granorum myrti ℥ ß. & tardetur cibus poſt eam horis v. vel vj. ¶ Secundum eſt electuarium de ſcoria ferri collectum *5. can. ſumma prima, tractatu tertio, deſcriptione illa, cuius rubrica; Ars ſcoriæ ferri decoctæ quæ confert ad frigus & dolorem dorſi, & non exhibeas de ea vt tibi ſcribitur, ſ. ʒj. ſed ſolum ʒj. aut ʒj ß. & tardetur cibus poſt, ex horis & comedantur poſt ipſam cibaria pinguia.* & ſcribitur *ibidem*, quod ille qui accipit eam in potu, bibere debet vinum purum vna vel duabus ſeptimanis. ¶ Ter-
C tium eſt electuarium de cliuie *deſcriptione nona præcedente prædictam*, & detur eo xij. diebus quandoq; continuis ʒj. cum decoctione granorum, & fac mulieres abſtinere a cibo horis v. & eſt medicina ſolennis ad corrigendam humiditatem omnem matricis. ¶ Quartum eſt medicina approbata, & proprie ad prægnantes, quæ abortire ſolent propter multam ventoſitatem in matricibus generatam: eſt mithridatium cuius ʒj. bis in ſeptimana exhiberi poteſt cum decoctione cymini torrefacti: & conſeruat etiam fœtum in vtero talis potus. ¶ Quinta eſt oleum de ſtyrace, quod confert matrici exſiccando humiditates præparantes ad lubricitatem fœtum. ¶ Sexta eſt oleum de piperibus, quod confert prægnantibus, quarum matrix infrigidata & humectata eſt & ventoſitatibus replera, & proprie, quando inunguntur femorales partes & ſuminis & al-
D chatin cum iſtis calefactis, & collige horum amborum deſcriptiones a Meſue in antidotario *diſtinctione vltima.* ¶ Septima eſt ſuſufobede collectum *in quinto can. ſumma prima, tractatu quarto, deſcriptione quarta*, quam vide ibi, & confert ad exſiccandum humiditatem matricis frangendo ventoſitates eius & ſedando dolores, confortat ſtomachum & epar, & earum doſis eſt ʒ ß. aut ʒj. in mane cum decoctione vnius grani maſticis. ¶ Octaua eſt tryphera minor collecta *quinto can. ſumma prima, tractatu tertio de electuariis rubrica tryphera minor*, de qua detur in potu ʒj. ß. & proprie cum decoctione thuris, & tardetur cibus poſt eam v. horis. ¶ Nona aggregans fere omnia iuuamenta prædicta & ſedans dolores & punctiones in matrice euenientes ſunt trociſci de ſeminibus collecti *quinto can. ſumma prima, tractatu quarto, rubrica illa, trociſci de ſeminibus*, quo-
E rum doſis ſit ʒ ß. aut ℈ ij. cum aqua decoctionis cymini torrefacti, & tardetur cibus horis v. poſt illas, & ſunt elegantes multum. ¶ Decima & vltima eſt electuarium de margaritis poſitum *tertio can. fen vigeſimaprima, tractatu & capitulo ſecundis.* cuius quidẽ ſolennia iuuamenta deſcribit ibidem Auicen. dicens, quod ipſum rectificet diſpoſitionem matricis & diſpoſitionem ſtomachorum: & eſt deſcriptio talis. *Recipe margaritarum non perforatarum, pyrethri ana ʒj. zinziberis, maſticis ana ʒ iiij. zedoariæ, doronici, ſeminis apii, tapſiæ, cardamomi, macis, nucis muſcatæ, cymini ana ʒ ij. been albi & rub. piperis, macropiperis ana ʒ iij. cinamomi ʒ v. mellis ſolumoni quantum omnia & plus, & ſit doſis eius cochlear j.* & proprie ieiuno ſtomacho, ſuper quo tardetur cibus ſaltem horis tribus, & hoc electuarium inter cætera ſimplicia ingrediuntur doronici valde conuenientes motui
F tremulo cordis, & frangit ventoſitates totius corporis, licet ſit ei proprium diſſoluere ventoſitates matricis, & ſimiliter apium ingreditur, cuius nocumentum remittitur torrefaciendo parum ipſum, & tapſia etiam ingreditur, quæ eſt ſpecies rutæ, & proprie ſylueſtris: & bheen per duplex e cum aſpiratione præcedente

[Margin notes: Compoſita. — Electuariũ de margaritis. — Bheen. Been.]

eſt radix ſatis ſolidæ ſubſtantiæ, ſine aſpiratione per e ſimplex eſt ſemen, quo in medicina vtimur, & ſic ſit ſi vis. Amen. A

CONSILIVM CCXV. *De deſcenſu materierum albarum a matrice. Diuiditur autem conſilium in tria capita.*

CAP. I. *De diſpoſitione ipſa & cauſſis eius.*

GENEROSA mulier laborat ægritudine, quæ eſt deſcenſus materierum albarũ matrice. Et hæ quidem materiæ deſcenduntab ea, quandoq; cum corruptione manifeſta, quod comprehenditur ſenſu olfactus ex fœtore comitante eas. Quandoq; quidem expelluntur, nullo tamen aſſociante fœtore. Et eſt quidem ægritudo valde maligna infelicitatiua diſpoſitionis mulierum, adeo, quod frequenter B tranſeunt in hydropem. Et ſi non aliud nocumentum efficeret in eis, tamen vt in pluribus facit eas ſteriles, licet prius fœcundę fuiſſent. Et adhuc ſi contingeret eas imprægnari, licet raro fiat illud, aut perducuntur ad aborſum, aut fœtum infelicem & non ſanum parturiunt. Vnde propter hoc neceſſitantur ad curationem ſui. ¶ Et hæc quidem eſt illa diſpoſitio, in qua parum negociati fuerunt antiqui auctores quantumcunq; illuſtres fuerint ſiue Arabes, Græci, Chaldęi ſeu Itali, vt in alio magno tractatu declaraui inſcripto ad vxorem magnifici Vguzionis de contrariis: licet enim hæc ægritudo poſſit ineſſe per colligantiam matrici, nunquam tamen in eis inuenitur per colligantiam, quin ægritudo mutetur in ægritudinem per eſſentiam matricis, quoniam ægritudines C matricis, quæ per colligantiam fiunt, non diu perſeuerant, quin tranſeant in eis per eſſentiam, vt colligitur *ſecunda primi, cap. de complendis diſpoſitionibus* ab Auicenn. Proprius autem ægritudines per colligantiam efficiuntur, quando diuturnæ ſunt & chronicę velut in hac muliere manifeſtum eſſe poteſt. Eſt autem in ea non curſus matricis, non fluxus magnus, ſed ſatis mediocriter procedens, vt in pluribus, dato, quod motibus periodicis ſuperexundet aliquando.

Cauſſæ huius fluxus.

Poſſunt autem in hac muliere huius fluxus cauſſæ fuiſſe plures. ¶ Prima aborſus præcedens vel præcedentes. ¶ Secunda coitus multitudo. ¶ Tertia impotentia educendi ſperma conſuetum educi. ¶ Quarta immoderata hæmorrhagia in periodicis menſtruis procedens vel continuans. ¶ Quinta vehemens matricis infrigidatio a D multitudine aceti, lacticiniorum, ciborum paſtilium & piſcium. ¶ Sexta paucitas calefaciendi renes & matricem. ¶ Septima & vltima pro nunc longa ſeſſio ſuper lapidibus & rebus duris aut frigidis. ¶ Quæcunque ergo affuerit de numero prædictarum cauſſarum, patet, quod matrix huius adeo ſit debilitata, vt ſanguinem in ea ſuſceptum, & attractum gratia nutricationis primæ conuenienter tranſmutare non poſſit: imo remanet indigeſtus, & in phlegma conuertitur propter debilitatem innati caloris ipſius matricis. ¶ Nec terrearis a Sophiſta, ſi arguat contra te, quia ſanguis eſt humor perfecta coctione genitus, ergo non poteſt conuerti in phlegma]: antecedens colligitur *prima primi, de complexionibus humorum*, & probatur conſequentia, quia ſequeretur, quod coctum poſſet incrudari contra determinationem Philoſophorum. E

Sanguinem poſſe cõuerti in phlegma.

Huic motiuo dicendum eſt, quod coctum remanens ſub forma cocti nequaquam poteſt incrudari, ſed quando ſanguis conuertitur in phlegma, prius tempore corrumpitur, materia ergo, quæ fuit ſanguinis, conuertitur in phlegma, & habetur propoſitum. Et ſi bene conſideretur, plurimæ prædictarum cauſſarum ad hanc ægritudinem inducendam concurrunt, vt ipſa in ſeipſam conſiderando verificabit. ¶ Oportet autem de neceſſitate intelligi huius mulieris matricem vehementer debilitatam eſſe in tantum, quod ſiue in ipſa hæ materiæ corruptæ multiplicentur propter ſui debilitatem, ſiue aliunde ad ipſam expellantur, non poſſunt in ea rectificari propter debilitatem innati caloris. Et ipſa ex quatuor ſignis hoc verificare poterit. ¶ Primum eſt, hæ materiæ non raro expelluntur frigidæ. ¶ Secundum eſt, quod quandoque ab inſenſibili F fluunt. ¶ Tertium ſignum, quia non tantum delectatur in coitu, quantum ſolebat. ¶ Quartum ſignum, quia neq; ſemen virile receptum retinere ſolebat. Et ſunt hæc inſeparabilia ſigna debilitatis matricis proprie.

Vnde ex hoc fundamento corollaria ſequuntur quædam. ¶ Primum, quod matrix hu-

A trix huius mulieris parata ſit ad corruptionem putredinalem, propter corruptionem complexionis eius. ¶ Secundum, quod ſi materiæ in ea multiplicatæ non euacuentur, de facili poſſit apoſtemari matrix eius. ¶ Tertium, quod iterum ſuſpicio eſt de corruptione ſubſtantiæ matricis eius: & maxime, quando materiæ emittuntur fœtidæ, & non euacuantur ab humiditate corroſiua. ¶ Quartum, quod non dubito hanc mulierem hac ægritudine ſtante, fieri deinceps ſterilem. ¶ Quintum, quod ſi impræ-gnabitur, infælicitabitur fœtus eius ægritudinibus aut morte. ¶ Sextum, quod omnino quam celerius poteſt, procuret de regimine ſui curatiuo, vt nunc ſequitur.

Cap. II. *De cura per regimen ſex rerum non naturalium.*

B ITAQVE cum manifeſtum ſit ex collectione ſignorum, lapſum huius mulieris eſſe frigidum & humorem materialem eſſe multiplicatum in quatuor maxime partibus, videlicet, in ſtomacho, epate, renibus & matrice. Et in his quatuor membris conſiſtat magna pars humanæ vitę, per elaborationem nutrimenti primi in ſtomacho, quod eſt chylus. ¶ Secundi vero nutrimenti in epate, quod eſt ſanguis. ¶ Tertio, ex operationibus renum ſeruientium epati virtute mundificatoria & depuratoria nutrimenti. ¶ Et quarto iterum ex operationibus matricis, quæ eſt velut ſentina in corpore mulieris omnium ſuperfluitatum receptiua, & earum a corpore conuenientibus euacuationibus de menſe in menſem mundificatiua: patet, quod iſtorum membrorum operationibus vehementer læ-
C ſis non eſſet poſſibile mulierem in ſanitate: immo, nec in vita prolongari conuenienter.

Propter quod regimen eius dirigatur ad ea, quæ ſunt nutrientia medicinalia calefaciendo mediocriter, aperiendo, exſiccando, quæ reducant matricem ad congruam diſpoſitionem. ¶ Propter quod abſtineat ab vſu rerum infrigidantium & humectantium, & ab vſu aquæ frigidæ, & aſſumtione lactucæ, bletæ, ſpinachiæ, portulacæ, cucumerum, cucurbitæ, herbarum fontium, paſtilium & lacticiniorum ciborum, quorum nullum tangat, neque eo vtatur, & dimittat granata, perſica ſicca, iuiubas, rapas & napones, & multi aceti vſum, quoniam admodum nocet matrici. ¶ Et vtatur in cibis mentha, ſerpillo, ruta, abrotano, ſaluia, roriſmarino, arthemiſia, matricaria, fœ-
D niculo, petroſelin. aſparago, dauco, paſtinaca, ramponzolis & enula. Et frequenter vtatur allio cocto ſub cineribus, & carnibus laudabilibus iuuenculis plurimum aſſatis, & proprie in ſero abſtinendo a brodialibus multis. ¶ Et vti poteſt caſeo bene ſalito, cinamomo, croco, mace, galanga, piperibus, ſpica, & aliis aromatibus, caliditate & ſiccitate notabiliter eleuatis. Item oliuis conditis, rapis conditis, & in ſumma ſapore omni mellito, vel ſaccharino, aromatibus confracto & ſucco limonum, aranciorum, & agreſta ſalita: immo carnes ſalſæ, & piſces ſaliti ſunt ei conuenientes. Pane vtatur recenti non tranſcendente duos dies, vino claro, aromatico, bene potenti, nec tamen multum dulci. A craſſo vero, turbido, valde dulci ſecedat, velut eſt Zaminum, Tuſicum nominatum vinum, & in ſumma, hoc eſt eius regimen ex parte ciborum &
E potuum.

Cap. III. *De cura per medicinas.*

DE regimine medicinali autem huius mulieris conſideraui duodecim ei poſ- Potio.
ſe inſtrumenta medicinalia ſufficere. ¶ Quorum primum eſt hoc. ℞. *aquarũ aſari, enulæ, betonicæ an.* ℥ j. *iris* ℥ ß. *miſce & totum hoc in aurora ſumatur calidum cum ſaccharo vel ſine illo, & tardet comedere per quatuor horas poſt.* ¶ Secundum remedium eſt hoc. ℞. *agarici electi* ʒ j. *opoponacis mollioris* ℈ ij. *zinzib.* ℈ ß. *dia-* Pilulæ.
gridii gra. j. ß. fiant pilulæ de omni ʒ vj. *cum ſucco roſar. de quibus omni ſero parum ante cœnam accipiat vnam, dum accipit prædictum digeſtiuum ita diſcrete partiendo tempus, quod nõ accipiat ipſam*
F *ſero immediate præcedente diem xv.* ¶ Tertiũ eſt hoc. ℞. *pilularum fœtidarum deſcriptione Rha-* Alia.
ſis 9. Almanſ. cap. de paralyſi ʒ ß. *pilularum de benedicta* ℈ ß. *formentur pilulæ v ij. cum ſucco roſ. & accipiantur in die decima ſexta poſt digeſtiuum, & tardetur cibus horis ad minus ſex poſt ipſas.* ¶ Quartum. ℞. *reſinæ claræ & electæ, opoponacis, galbani an. drach. ij. moſchi ſcrupul. ß. fiat*

Ceratum. Vnguentum. *ceratum ſuper panno de grana, quod a medietate ſpinæ, vſque ad finem eius cooperiat & portet ſemper, & eſt diuinum medicamen.* ¶ Quintum. ℞. *maſticis, acori, thuris, ſandaracæ, hypocyſtidos, acatiæ, an. ʒ j. corallorum alborum & ru. ſpodii an. ʒ ij. incorporentur hæc omnia cum ſucco roſarum & ℥ ß. amyli perfecta contritione in mortario plumbeo cum ſuo piſtillo, & fiat vnguentum molle:* in hoc itaq; linimentum infundatur & imbibatur fruſtum coti prius macerati in aceto nigro & exſiccati, quod quidem cotum ſit quantitatis vnius dactyli, & expreſſum conuenienter teneatur in matrice ſimul cum prædicto cerato cõtinuando 10. diebus. ¶ Sextum. ℞. *ligni aloes ʒ ij. ſerraturæ ligni cupreſſi ℥ ij. moſchi tubapitici, i. nouiter de foliculo extracti ʒ ß. ſanguinis drac. ʒ ij. boli ar. aromatici, gallarum cupreſſi an. ℥ j. puluerizentur omnia per ſe: deinde cum eis omni mane poſt exitum a lecto per horam ſuffumigentur inferiora cum puluere huius compoſiti aſperſi ſuper carbones ignitos*, ita tamen, quod mulier induta veſte longa cum cingulo condecenter ſtringatur & eandem operationem efficiat in ſero continuando ipſum per ſeptimanam.

Moſchus tubapiticus. Puluis pro ſuffitu.

Ceratum. ¶ Septimum. ℞. *galbani mollioris & rubei ℥ ß. ſcoriæ ferri præparatæ ſecundum artem drachm. vj. corallorum amborum, roſarum, ſumach, granorum myrti, ſeminis plantaginis an ʒ j. cum aceto nigro fiat ceratum amplitudinis ſpithamæ & ſphæricum*, cum panno de grana, & portetur ſuper vmbilico ſuo continue adhærens. ¶ Octauum, vt tempore, quo duo immediate ſupraſcripta accepit remedia, vel inſtrumenta ſemper omni mane apud ortum ſolis accipiat cochlear vnum xylobalſami conditi, quod maſticatum deglutiat. In ſero vero per horam ante cœnam radicem vnam zinziber. maſticatam quantitatis grani fabæ maioris. ¶ Nonum inſtrumentum eſt, vt poſtquam hæc tria vltima remedia deſcripta continuauerit per duodecim dies, reuertatur iterum per alios duodecim dies ad faciendum peſſarium cum coto ſupraſcripto, in quo etiam tempore mane ante cibum per quatuor horas maſticando deglutiat ʒ. j. ß. granorum ſumach ablutorum cum aqua roſata, & exſiccatorum ſub tegula torrefactorum. ¶ Decimum, quod iſtis duodecim diebus ſuffumiget ſe per inferius hora ſupraſcripta cum puluere colophoniæ.

Electuariũ. ¶ Vndecimum. ℞. *mucilaginis ſebeſten craſſi & viſcoſi vnc. ij. turbith electi ℥ ß. zinziberis ʒ j. maſticis ℈ j. electuarii diapruni ℥ j. ß. fiat electuarium:* ita, quod ſi conuenienter haberet ventrem lubricum tempore obſeruationis ſupraſcriptorum remediorum, tunc omni nocte, aut ſaltem alterna nocte circa matutinum deglutiat de hoc electuario quantitatem iij. ʒ. & ſi conuenienter operaretur, adhæreat illi quantitati conuenienter. Si autem amplius quæſito ducerent, ſubtrahatur tertia aut quarta pars ſecundum conſiderationem peritiſſimi viri phyſici.

Electuariũ. ¶ Vltimum remedium ſeu inſtrumentum eſt hoc. ℞. *radicum burſæ paſtoris, corticum radicum meſpillorum, cydoniorum & ſorbarum an. ʒ ij. abluantur hi cortices cum aqua exſtinctionis ferramentorum: deinde minutim incidantur & exſiccentur ſub tegula: deinde pulverizentur per ſe: horum igitur puluerum commixtorum accipe ℥ j. ß. carabæ, ſpodii, maſticis, corallorum amborum, ſandalorum amborum an. ʒ ij. ſcoriæ ferri præparatæ ℥ ß. oſſium myrobalanorum, chebulorum ʒ vj. miuæ cydoniorum ſaccharinæ lib. j. ſacchari albi lib. ß. Coquatur ergo ſaccharum cum aqua gallarum cupreſſi & incorporetur cum miua: deinde fiat electuarium*, cum aliis ſpeciebus & 10. foliis auri. Hoc igitur electuario incipiat vti, quando faciet ſuffumigationem ſecũdam comedendo de eo per quatuor horas ante prandium ℥ ß. & per horam & mediam ante cœnam ʒ ij. & eſt, in quo fides haberi poteſt.

CONSILIVM CCXVI. *De humiditatibus albis ſemicorruptis ex apertione cotyledonum matricis vel venarum eius.*

DOCTOR eximie & honorande frater, euacuaui vxorem nobilis viri Dñ. Iacobi Cornario, & inceperunt ab ea educi materiæ albæ ſemicorruptæ ex apertione cotyledonum matricis vel venarum eius. Et ideo in diſpoſitione ſua procedendum eſt, vt continuet inunctionem, quam Padua ſecum portat. ¶ Item omni mane apud ortum ſolis deglutiat electuarii, quod ſecum portat, quantitatem vnius nucis muſcatæ, & tantundem per horam mediam ante cœnam, & iterum tantundẽ per duas horas poſt cœnam. Et ſi oporteret poſt ipſum bibere, bibat tertiam partem cyathi mediocris vini albi, ſubtilis, aromatici & bene potentis.

Et iterum omni mane per duas horas ante electuar. detis ei aq. iris & meliſſæ an. ℥ ij. cum ſaccharo calefactas. ¶ Et rurſus ſi venter eius non remaneret bene fluxibilis, omni tertio ſero parum ante cœnam detis j. pilulam alephanginam, facta ex octaua parte ʒ. & ita procedendum eſt, vſq; ad diem dictam, in qua faciatis me certum de diſpoſitione eius.

A eius. Non n. poteſt conuenienter fieri ipſi conſilium aliud, niſi per q; matrix eius plene mundificetur. Aliter reuerteretur ad diſpoſitionem molaticam ſeuiorem prima, quia omnis recidua deterior eſt ſua radice. ¶ Ipſam tamen abſtinere faciatis interea ab omni cibo & potu oppilatiuis, & vehementer effugiat frigus aeris & proprie pedũ. Hæc ſunt in ſumma, quæ obſeruari debent. ¶ Deſcriptio vnctionis. ℞. *olei nardini vnc. ij. rubeæ tinctorum, granorum pæoniæ, caſſiæ ligneæ an. ſcrupul. ij. moſchi gran. ij. fiat vnguentum.* Vnguent.
¶ Deſcriptio electuarii. ℞. *ſpicæ nardi, ſpicæ celticæ, caſſiæ ligneæ, ligni aloes, aſari, aniſi an. ℥ ij. rubeæ tinctorum, ſeminis melonis & cucumeris, ſeminis alkekengi ℳ. & fiat elect.* Ad laudem Dei, Amen. Electuari.

B CONSILIVM CCXVII. *De nocumento matricis cum fluxu materierum albarum. De dolore renum. De debilitate epatis a ſua mala complexione frigida & humida: & de dolore capitis. Diuiditur autem conſilium in tria capita.*

CAP. I. *De diſpoſitionibus epatis & earum cauſſis.*

EX his, quæ mihi ad quæſita reſpondendo ſcripta fuerunt, & ex eis, quæ in notatis præter prædicta accepi, manifeſte apparet, diſpoſitiones huius matronæ multiplices & multiplicium eſſe membrorum. ¶ Primo enim fixũ nocumentum in matrice ipſius deducitur ex curſu materierum corruptarũ ab ipſa emanantiũ, q; ipſarum fœtor, ſubſtãtia & colorum varietas oſtendit: quomodo enim ab ea tam longo tempore potuiſſent euacuari materiæ, quin magnum nocumen-
C tum in ea factum fuerit, etiam ſi per colligantiam a diuerſis membris incepiſſet ęgrotare matrix? ¶ Secundo etiam apparet nocumentum in renibus & lumbaribus partibus interioribus & exterioribus, & in neruis, & in ligamentis prædictarum partium accidiſſe, quod dolores in partibus illis perſeuerantes oſtendunt. ¶ Tertium principale nocumentum eſt epatis eius debilitas a mala complexione ipſius epatis frigida & humida materiali: ſiue ipſa per colligantiam a matrice proceſſerit, ſiue propter nocumentum eſſentiale ipſius acciderit. ¶ Quartum nocumentum eſt iterum capiti communicatum, imo credo, quod tranſiuerit etiam ad fixum in capite nocumentũ a mala complexione prædicta eueniens. Dolores enim & accidentia, quam plura mihi narrata oſtendunt caput, nucham, epar & renes notabiliter eſſe læſa. ¶ Quorum membrorum & aliorum no-
D cumentum a matrice contingere poterit propter colligantiam, quam habet ad omnia prædicta, vt clare legi poteſt *21. tertii, cap. primo, verſus finem.*

Vnde ex omnib. prædictis ſequitur primo, quod hæ diſpoſitiones ſint multũ verendæ: e , quia ſunt pluribus membris communicatæ, & per eſſentiam iterum in eis fixæ. Prognoſtica.
¶ Sequitur ſecundo, quod tales diſpoſitiones minentur huic mulieri difficultatem impręgnationis: imo ſterilitatem. ¶ Tertio, quod ſi imprægnabitur hęc mulier, non felicitabitur fœtus, imo abortietur. ¶ Quarto, quod ſi fœtus proueniat ad partum naturalem, impoſſibile erit ipſum ſanum oriri & permanere. ¶ Quinto, quod ſiue in aborſu emittatur fœtus, ſiue in partu naturali, tamen maxima dubitatio eſt, & ſpes pauca de vita ma-
E tricis eius. ¶ Sexto, quod cura huius diſpoſitionis cum tanta accidentium varietate & multitudine ſit difficilima. ¶ Propter quod ſequitur ſeptimo, quod oporteat magnam adhibere attentionem in cura huius mulieris, vt nunc ſequetur.

CAP. II. *De cura per diætam.*

REGATVR itaq;, vt inhabitet aerem, cameram & loca calida & ſicca notabiliter a decurſibus aquarum, & locis terraneis, & ab aſpectu ſeptentrionali elongata. ¶ Et euitet cibaria frigida & humida, viſcoſa & oppilatiua, vt bletam, ſpinachiam, citrullos, attriplicem, lactucam, endiuiam & ſimilia. Et euitet cibos multæ caliditatis & apertionis: vt fœniculum, petroſelin. brodia omnium leguminum, & caueat a lacte & lacticiniis cibis, & caſeo recenti & molli. ¶ Euitet etiam brodialia ex- Aër. Cibi.
F cellenter humida & pinguia, caueat ab acutis ventoſis, velut cæpis, alleo, raphano & conſimilibus. Aliis autem vtatur omnibus modo ſuo. Et carnibus vtatur laudabilibus & ꝓprie ſylueſtrib. vt capreoli, leporis, perdicum, auium minutarum, & domeſticis laudabilib. vt vitulinis, capretinis & agninis aſſatis, vtatur frequenter valde pullis colũbinis, & comedat carnes ſal. tas porci domeſtici vel ſylueſtris, & caſeꝰ aliqualiter ſalſus dulcis, vel

Cretenſis eſſet ei conueniens & bonus. Oleum oliuarum confert ei, butyrum vero non, A
Potus. & mellita cibaria etiam ſunt vtilia: vino vero vtatur albo vel rub. ſemper diluto, cum tertia vel quarta parte aquæ exſtinctionis chalybis. In qua etiam aqua omnino conſulo, vt
Somnus & vigilia. coquatur omnia cibaria, quæ comedit. ¶ Dormitione vero vtatur prolixa magis, quam breui, quantum poteſt, caueat dormire ſuper ſpina, ſed prius ſuper dextrũ: deinde ſuper ſiniſtrum latus ſe voluendo.
Motus & quies. Exercitium autem nullum conueniens eſt ei ſiue pedeſtre, nauale, equeſtre vel vectigale fuerit. Sed loco exercitii ſæpe vtatur fricationibus tibiis, cruribus & ſpatulis applicatis, vſque ad rubedinem aliquantam cutis. ¶ De quanti-
Inanitio & repletio. tate vero aſſumtionis ciborum abſtinentia ipſi conueniens eſſet, niſi timeretur caſus virtutis. Sed propter illud melius eſt, vt cibetur quater in die partiendo magis, quam bis ſolũm comedendo, propter quod caueat à multa aſſumtione ciborum in vice vna, ne B
aggrauato ſtomacho & epate calor innatus concludatur à cibis, & ſimiliter de potu dicendum eſt.
Accidentia animi. ¶ Paſſiones etiam animi triſtantes, vt anguſtia, ſollicitudo, timor, melancholicæ impreſſiones ab ea euitentur, immo bene ſperando quieta & iocunda permaneat: ſalutem enim proſpere obtinebit. Et hæc de regimine per ſex res non naturales dicta ſufficiant.

CAP. III. *De cura per medicinalia.*

REGIMEN autem eius per medicinales intentiones & inſtrumenta magna indigeret perſcrutatione & non minori ſollicitudine. Sed propter multitudinem occupationum ſolummodo ſcribam pro nunc, quę mihi vtiliora videbuntur & erunt C
remedia ſex infraſcripta.

Primum itaque ipſorum eſt: vt vſque ad duos vel tres dies in aurora accipiat infraſcriptam potionem cum aqua decoctionis vel deſtillationis matricariæ calidam, & dormiat poſt ipſam per horam, vel per horam cum dimidia, & tunc bibat cyathum j. aquæ cum ſaccharo coctæ & calefactæ: & poſt illam tardet cibum ſuum per horam vnam.
Electuariũ. Erit autem medicina talis. ℞. *benedictæ drachm. iij. electuarii Indi drachm. ij. ß. miſce.*
¶ Secundum vero remedium eſt, vt poſt illud electuarium die immediate ſequenti ac-
Potio. cipiat hoc digeſtiuum. ℞. *ſyrup. compoſiti acetoſi, ſyrup. de calamento an. drachm. vj. aquæ enulæ & matricariæ an. vnc. j. ß. miſce & calidum accipiatur*, poſt quod tardetur cibus per tres horas. ¶ Tertium vero inſtrumentum eſt, vt poſtquam acceperit diebus octo digeſti- D
Pilulæ. uum, mane immediate ſequenti purgetur cum iſtis pilulis. ℞. *pilularum fœtidarum, pilularum de hiera compoſita an. ʒ ß. formentur pilulæ vij. cum electuario roſ. & aſſumatur mane hora & conditionibus obſeruandis omnibus, quæ ſcripta ſunt in primo remedio minoratiuo.* ¶ Quartum vero inſtrumentum eſt, vt tempore, quo accipit digeſtiuum ſupraſcriptum, ſi venter eius non ſit bene largus omni ſero, vel ſaltem omni tertio ſero accipiat vnam de infraſcriptis pilulis, & iterum eiſdem poterit vti, vſquequo erit perfecte ſanata, de eis accipiendo vnam omni tertia, quarta vel quinta die, ſecundum, quod venter eius erit bene aut male fluxibilis immediate ante cœnam, & eſt earum deſcriptio talis. ℞. *pilula-*
Alia. *rum alephanginarum ʒ ij. ſpecierum benedictæ ℈ j. ſalis Indi gran. viij. opoponacis mollioris ℈ ij. formentur pilulæ de omni ʒ vij. cum ſucco foliorum enulæ.* ¶ Quintum eſt, vt poſt purgationem E
ſecundam incipiat vti iſto electuario, de quo omni die bis accipiat, ſc. quantitatem vnius cochlearis in aurora, qua accipiuntur ſyrup. & tardetur cibus horis ad minus quatuor, & ſecunda vice de eodem electuario accipiat cochlear ß. per duas horas ante cœnam deglutiendo ipſum & bibendo poſt ipſum quartam partem vini boni & bene potentis &
Electuariũ. albi. Eſt autem ipſius electuarii deſcriptio hæc. ℞. *ſpecierum diacalamenti ℥ j. ſpecierum electuarii de ligno aloes deſcriptione Auicennæ quinto canone, ſumma prima, ſpecierum diambræ an. ℥ ß. ſyrup. compoſiti acetoſi ſaccharini ℥ viij. ſacchari albi ℥ iij. fiat electuarium.* ¶ Vltimum vero eſt, vt quando accipit prædictum electuarium, omni mane per tres horas ante cibũ ſedeat in dolio ſemipleno in infraſcripta decoctione calida, ita, quod aqua pertingat
Balneum. vſq; ad vmbilicum, & moretur ibi per tertiam partem horæ. Cuius deſcriptio eſt hæc. F
℞. *gallarum cupreſſi numero xxv. gallarum quercus perforatarum numero xv. ſpodii, ſumach, granorum myrti, corallorum rubeo. an. vnc. ß. aluminis crudi lib. j. menthæ, caryophyllatæ, origani an. M ij. coquantur omnia in ſex ſitulis aquæ, vſque ad conſumtionem tertiæ vartis aquæ, duabus remanentibus, & de hac decoctione fiat, vt iam dictum eſt ſuperius.*

CONSI-

A CONSILIVM CCXVIII. *De ſex malis diſpoſitionibus: videlicet; de fluxu materirum acutarum a capite. De dolore in partibus colli & ſpatularum. De mala diſpoſitione ſtomachi cum multitudine ventoſitatum & phlegmatum. De mala complexione epatis calida & ſicca materiali. De mala complexione renum, cum multitudine grumorum, arenarum & petalorum. Et de fluxu materierum albarum a matrice. Diuiditur autem conſilium in capita duo.*

CAP. I. *De prædictis diſpoſitionibus & cauſſis earum.*

MAGNIFICA & generoſa mulier honeſtiſſima conſors Illuſtriſ. Comitis de la Mirandola pluribus & variis laborat accidentibus, ſiue accidentia, B vel ægritudines nominare velimus, in quantum vertunt ad ſe curam. ¶ Et primum quidem eſt defluxus materiei acutæ a capite ipſius. ¶ Secundum vero dolor in partibus colli, & ſpatularum commixtus iectigationi cuidam. ¶ Tertium accidens eſt mala diſpoſitio ſtomachi ipſius, cum multitudine ventoſitatum in eo genitarum & phlegmatum. ¶ Quarta diſpoſitio eſt mala complexio epatis, calida & ſicca materialis. ¶ Quintum eſt mala complexio renum, cum multitudine grumorum, arenarum & petalorum. ¶ Vltima vero ipſius diſpoſitio eſt materierum albarum a matrice defluxus fere continuus.

Et prima quidem diſpoſitio prouenit a mala complexione epatis, ſecundum partem, & a mala complexione frigida & humida ſtomachi ipſius: ſiue igitur phlegmata C per viam indigeſtionis generata ſint, & congregata in ſtomacho ſuo, ſiue propter frigiditatem ſtomachi chylus generetur frigidus & humidus, & aquoſus: propter quæ epar non poteſt generare maſſam ſanguineam conuenientem in complexione, vnde ex magna parte phlegmatum euaporantium ad caput, & multitudine materiei cholericæ, vel putris in epate poteſt generari phlegma ſalſum, vel vapor ex phlegmate & cholera in capite eius conuerſus in phlegma ſalſum, quod multiplicatum in capite per ſe ipſum fluendo deſcendit, aut ſaltem a virtute propellitur pars eius per palatum expulſa in os repræſentat ſalſedinem. Nonnulla vero pars ipſius per venas deſcendens, & arterias in ligamentis, chordis & muſculis colli, & ſpatularum immergitur. Et pars eius acuta ſatis dolorem efficit pungitiuum. Pars vero eius vaporoſior muſculis intercluſa iectigati-D onem facit, quæ incluſa in poris appetens exitum mouetur motu eleuationis & depreſſionis in partibus pannicularibus muſculorum: & eſt formale iectigationis. ¶ Apparet igitur ex hoc fundamento, quod cerebrum ægrotet duplici ægritudine, ſcil. mala complexione frigida & humida phlegmatis aquoſi multiplicatiua, & mala complexione calida a vapore cholerico ab epate communicata, & eſt mala complexio diuerſa: vt patet *ſecundo de accidenti, capit. de morbis compoſitis membrorum conſimilium.* ¶ Et ex hoc fundamento iterum apparet cauſſa doloris in ſpatulis. Eſt enim mala complexio a materia deſcendente ad membra illa, quæ cauſat in eis alterationem ſubitam, & eadem materia per qualitatem acutam ipſius dolorem facit pungitiuum, propter multitudinem vero eius dolorem quandoq; facit extenſiuum.

E Sequitur tertio, quod ſtomachus eius ægrotet mala complexione frigida & humida, quod apparet ex ſqualiditate coloris huius mulieris. ¶ Secundo, ex frigiditate apparente tactui exterius. ¶ Tertio, ex copia ventoſitatum & ructuum. ¶ Quarto ex debilitate digeſtionis eius, & ſic de aliis.

Quod vero epar eius laboret mala complexione calida & ſicca, apparet primo ex tactu hypochondrii dextri. ¶ Secundo ex velocitate & frequentia pulſus eius, cum mollitie ipſius. ¶ Tertio ex tinctura vrinarum, quæ ſecundum plurimum ſunt igneæ aut ſubigneæ. ¶ Quarto ex ſuperfluitate primæ digeſtionis, quæ eſt ſicca & citrina. ¶ Quinto ex ſiti valida ſatis & perſeuerante. ¶ Sexto ex tenuitate venarum. ¶ Septimo ex paucitate carnis, cum raritate texturæ. ¶ Et hæc fere ſigna omnia poſſunt de-F monſtrare caliditatem renum huius comitiſſæ. ¶ Cum ergo multiplicatur in ſtomacho phlegma, & etiam ipſum ab epate pellatur ad renes: etiam, quia in renibus mala complexio calida per accidens eſt generatiua humoris frigidi debilitantis digeſtiuam, ideo phlegmata multa inuenta in renibus & partes arenoſæ ex ſiccis humoribus in reni-

buſa ſua mala complexione calida genitæ inuiſcãtur & conglutinantur adinuicem, non A
eſt mirum, ſi in ea quandoque generantur, & geniti ſunt lapilli, ſicut patet ad experien-
tiam. Miſit enim Paduę lapillum craſſum inſtar grani ſurgi.

De ſexto vero accidente dicendum, quod phlegmata multiplicata in ſtomacho &
in epate propter debilitatem prædictorum membrorum præaſſignatam per venam ca-
uam deſcendentia, & per alias ab ea ramificatas, quæ ingrediuntur corpus matricis, in
eadem multiplicantur, & cum fuerint in eadem matrice congregata per modum im-
preſſionis triſtis, incitant virtutem ipſius ad expulſionem; & toties expellitur illa mate-
ria, quoties in matrice congregata incitat ipſam ad ſui expulſionem. Sed continue fe-
re aut valde ſæpe hæc phlegmata pelluntur ad matricem, & incitant ipſam ad expulſio-
nem. Itaq; quaſi ſemper aut valde frequenter hæc mulier laborat defluxu materierum B
albarum a matrice ſua. ¶ Ex quo apparet, quod iſta improprie & falſe denominentur
menſtrua alba. Non enim in fine menſis multiplicantur & deſcendunt præciſe, ſicut
alia menſtrua rubea naturaliter ſe habentia, quæ menſtrua denominata ſunt a menſe,
quia ſecundum lunæ reuolutionem reuoluuntur talia menſtrua. ¶ At vero tu ſuper-
addere potes, quod etiam debilitas matricis poſſit eſſe cauſſa congregationis talium
phlegmatum in ipſa propter ſpeciem malę complexionis, quæ acquiſita fuit in ipſa pro-
pter indebitam mundificationem, quæ completius fit in muliere, cum eſt fœcunda,
quam cum de fœcunditate permutata fuit in ſterilitatem, ſicut eſt diſpoſitio iſta. Illa i-
gitur phlegmata per viam indigeſtionis multiplicata in matrice, non minus impellunt
ipſam ad expulſionem ipſius, quam facit materia aliunde ad ipſam propulſa. Et tu con- C
cede ambas iſtas cauſſas fore effectiuas talis defluxus. Non enim proprie debilitas ma-
tricis poteſt eſſe præciſe cauſſa talis fluxus abſq; nocumento epatis. Nocumentum ta-
men ab epate per colligantiam matricis communicatum non diu permanet, quin fa-
ciat in matrice ægritudinem etiam per eſſentiam. ¶ Ex quibus omnibus tandem corol-
larie concluditur, quod hæc diſpoſitio videatur eſſe valde difficilis. Eſt enim complicata
ex reciproca alteratione & communicatione nocumenti cerebri ad ſtomachũ & econ-
tra, & ſtomachi ad epar & econuerſo, & epatis ad renes & ad matricem, & econtra. qua-
re &c. Et ex omnibus tandem concluditur, quod regimen huius mulieris debeat eſſe at-
tentione & ſollicitudine continuatum, aliter non erit eius terminatio laudabilis. Sequi-
tur tertio, quod indigeat viro in ſcientia & opere non mediocriter trito, ſed ampliſſime D
docto, qui diſpoſitionibus omnibus iſtis prouidere poſſit opportune & conuenienter,
vt diſpoſitio aduocat.

Regimen ex parte ſex rerum non naturalium, quod tractatum fuit in conſilio ma-
gno de materiebus albis. tertio vero 44. deſcribam remedia iſtis diſpoſitionibus appro-
priata alternatim applicabilia, ſecundum quod diſpoſitiones neceſſitabunt vna alteri
prædominante, & econuerſo.

Cap. II. *De cura per medicinalia.*

DEſcendendo ad cap. 2. de regimine per medicinalia: ¶ Præmittendum eſt pri-
mo ex cap. primo, quod licet diſpoſitiones membrorum huius generoſę ſint di-
uerſæ, quoniam complexio epatis & renum calida eſt & ſicca: cerebri vero, cor-
dis & ſtomachi ad frigiditatem & humiditatem eleuata, & propter hoc eſſet difficile in- E
uenire medicinalia inſtrumenta omnibus conuenienter applicabilia: quia tamen intẽ-
dendum eſt ad dominium lapſus in regimine malarum complexionũ diuerſarum; ideo
quia lapſus in toto dominatur frigidus & humidus, hic eligenda ſunt inſtrumenta, quæ
contrarientur ei, propter quod omnia medicamina debẽt eſſe calefactiua mediocriter
potentius aũt exſiccatiua: quoniam maior eſt lapſus per humiditatem, quam per frigi-
ditatem. ¶ Secundo principaliter præmittendum, quod in diuerſitate tanta lapſuum
plurium membrorum modus perfectus in applicatione inſtrumentorum debeat eſſe
talis, vt cum hæc generoſa moleſtatur magis a fluxu catarrhizante, principaliter inten-
datur ad illum, cum remediis opportunis. Cum autem vehementer moleſtatur a matri- F
cis fluxu, ſimiliter intendendum eſt de prima intentione, non negligendo tamen alio-
rum membrorum ægritudines & accidentia.

Curatio catarrhi. Itaque ſi vehementer moleſtabitur a materia catarrhizante ad pectus eius, vel ad
ſtomachum, quinque inſtrumentis prouidendum eſt ei. ¶ Et primo quidem ſi materia
deſcen-

A deſcendens multa eſſet, fere ſuffocationis effectiua, ſtatim fiat ei phlebotomia baſilicæ
dextræ partis, per quam extrahantur ſanguinis ℥ iij. vſque ad quatuor: cum limitato ta-
men tenore virtutis. ¶ Secundum inſtrumentum eſt, vt materia diuertatur ad debi-
liora & inferiora membra cum enemate aliquid acuitatis habente, deſcripto per hunc *Enema.*
modum. ℞. *foliorum maluarum, bletæ & mercurialis an. M. j. furfuris M. ij. coquantur in*
ſufficienti quantitate aquæ, & de ipſarum expreſſione accipiat lib. j. olei de ruta, & olei de ſiſamo an.
vnc. duas, ſalis gemmæ grana quatuor hieræ ſimplicis & benedictæ an. drachm. vj. & imponatur me- *Frictiones.*
diocriter calidum bis in die ante prandium & cœnam. ¶ Tertium inſtrumentum eſt, vt ap-
plicentur fricationes a pedibus vſque ad genua: & a genubus vſque ad inguina & nates, *Cucurbitu-*
& ab eiſdem ad inferiores partes, vſquequo membra rubeant. ¶ Quartum eſt, vt ſi *læ.*
B per hæc inſtrumenta non percipitur notabilis alleuiatio per anhelitum & reliqua, fiant
appoſitiones ventoſarum ſuper ſpatularum muſculis, & ſuper natibus. Et ſi quidem
gratia huius intentionis poſſent conuenienter aperiri hæmorrhoidales venæ ſangui-
nem mediocriter effundentes, nullum eſſet inſtrumentum ſalubrius illo. ¶ Si autem
adhuc inualeſcat accidens, applicetur inſtrumentum quintum, euacuandi ſecundum
hunc modum. ℞. *pilularum cochiarum drach. ß. pilularum aurearum* ℈ j. *formentur pilulæ vj.* *Pilulæ.*
cum ſucco roſarum, & exhibeantur in aurora & tardetur poſt eas cibus horis ad minus ſex. ¶ Ta-
ceo hic, quod ſi propter vehementem fluxum materiei timeretur ſuffocatio, vt ſæpe cō-
tingit, tunc illuſtres viri concordant, vt intercipiatur fluxus exhibendo in nocte per du-
as horas poſt aſſumtum cibum ℈ ij. aureæ Alexandrinæ cum ℥ j. ſublimationis foliorum
C papaueris tepidæ, aut decoctionis granorum eius. ¶ Ego autem certitudine ſcio, quod ſi
dentur pilulæ ij. factæ de trociſcis de ſtella, mirabile inſtrumentum ſint ad intercipien-
dum fluxum prædictum, exhibendo eas poſt cœnam per duas horas. ¶ Superadden-
dum eſt quoque prædictis, quod ſi contingat catarrhizantem materiam defluxiſſe, &
collectam eſſe in colatorio in loco ſuppoſito reti mirabili, de cuius fixione longa dubi-
tatur ſubita ſuffocatio. Ideo ſummum remedium eſt, vt ſæpe fiat gargariſma, motu ta-
men & agitatione leuibus. Vide, quantum oporteat eſſe ſollicitum virum ſapientem in
regimine catarrhorum.

Cum autem contigerit, quod ſecundum accidens, ſc. ſpatularum dolor vehemen- *Curatio do-*
ter exſtiterit intantum, quod impediat ſomnum, & faciat materias, licet etiam laudabi- *loris ſpatula-* *rum.*
D les agitari: propterea, quia dolor fortis exacuit rheuma, tertio techni. ideo ei prouidēdū
eſt cum applicatione inſtrumentorum ſedantium dolorem cum anodynitate per reſo-
lutionem conuenientem. Timeo enim hic applicare ſtyptica: propterea, quia materiæ
expulſę critice non debent repercuti neq; prohiberi ipſarum fluxus. Ideo applicetur ei
hoc linimentum. ℞. *olei amygdalarum dulcium, & de ſiſamo an.* ℥ ß. *olei de keiri citrina* ℥ j. ß. *cro-* *Linimentū.*
ci, pinguedinis anatis & taxi an. ʒ j. *violarum, maioranæ & ſiſeleos an.* ℈ j. *ceræ albæ q. ſ. fiat vnguen-*
tum, cum quo tepido aut bene calido quater in die inungantur partes omnes dolentes,
& etiam adiacentia eis. ¶ Et ſi velis remedium domeſticum & mundum magis: tunc ℞. *Fomentum.*
florum chamomillæ, meliloti, ſeminis aneti, ameos, meliſſæ, maioranæ an. ℈ j. *coquantur in aqua, ex*
qua decoctione impleantur veſicæ, & partibus imponatur, aut in eis infundantur ſpongiæ, lana vel co-
E *tum, quæ expreſſa applicentur partibus*, vt dictum eſt. ¶ Tertium remedium ad hos dolores *Emplaſtrū.*
octauum in ordine, ſi bene conſideras, eſt hoc. ℞. *foliorum caulium, betonicæ, meliſſæ an.*
M iij. farinæ fabarum ℥ *ij. farinæ frumenti & ſem. lini an.* ℥ j. ß. *croci* ʒ j. *vitellos oui numero duo,*
coquantur plantæ in aqua, vſque ad bonam earum mollificationem: deinde incorporentur alia ſecum
& fiat emplaſtrum ſatis ſubtile, & calidum actu applicetur dolentibus partibus & circum-
ferentialibus. Hoc ſufficere videtur de cura ſecundi accidentis principalis: videlicet,
doloris ſpatularum.

Iam vero videtur prouidendum eſſe tertio accidenti, ſc. malæ diſpoſitioni ſtoma- *Curatio ma-*
chi huius comitiſſæ, per quam debilitatur digeſtio ipſius & ventoſitatum multitudo ag- *la diſpoſitio-* *nis ſtomachi*
gregatur in eo. Videtur autem mihi ſufficere ſatis prouidere cum quatuor infraſcriptis
F remediis. Quorum primum & in ordine nonum eſt hoc. ℞. *ſyrup. de calamento, mellis ro-* *Potio.*
ſati colati, ſyrup. de eupatorio an. drach. iij. aquæ abſinthii, meliſſæ & menthæ an. ℥ j. *miſce, & to-*
tum accipiatur in aurora calidum toties, quod appareat vrina eius ſubſtantia & calore
rectificata, in cuius fundo ſit hypoſtaſis alba, coniuncta, æqualis & diaphana ſatis. ¶ De-
cimum inſtrumentum adminiſtrandū eſt, vt patie ıti in aurora exhibeantur ʒ vj. hieræ

Gal. cum ʒ ij. benedictæ ſimplicis cum modico vini albi, ſubtilis, aromatici & calefacti, & A
Rotula. tardetur cibus ſaltem horis 6. Vndecimum inſtrumentum. ♃. *ſpecierum electuarii de ligno aloes* ℥ j. *ſpecierum diamuſci dulcis* ℥ ß. *ameos, gran. paradiſi an.* ʒ ß. *ſacchari albi* ℥ iiij. *cum aqua menthæ fiat confectio in rotulis magnis, de qua ſemper ante cibum parum accipiat quantitatem mediæ* ℥ *vel iij.* ʒ. *bibendo poſt illud modicum vini aromatici & electi.* ¶ Quartum ad hancintentionem & in ordine duodecimum, eſt hoc. ♃. *ameos, ſpicæ, ligni aloes, menthæ, origani an.* ℈. j. *macis* ʒ ij. *ſacchari quadruplum ponderis omnium, pulnerizentur omnia per ſe, & cum eo commiſceantur & fiat tragea*, de qua ſemper in fine ſuæ cibationis accipiat cochlear vnum ſemper accipiendo vel deglutiendo ſine maſticatione. ¶ Decimum tertium inſtrumentum eſt hoc. ℞. *ligni aloes, menthæ, macis, origani, cinamomi, caryophylorum, ſpicæ an.* ʒ ß. *trociſcorum galliæ muſcatæ* ʒ j. ß. *olei de maſtice, de mentha, nardini an.* ℥ j. *laudani* ʒ ij. *reſinæ electæ* B ʒ vj. *ceræ quantum ſufficit, fiat ceratum bene glutinoſum, & applicetur ſtomacho eius, & ſolenniter confert omni debilitati ſtomachi prouenienti a mala complexione frigida & humida, materiali & immateriali eius.*

Tragea. *Ceratum ſtomachale.*

Curatio dyſcraſiæ epatis. Apparet autem ex præmiſſis, quod plurima inſtrumentorum, quæ adminiſtrata ſunt capiti & ſtomacho, conuenienter ſubuenire poſſint epati, & proprie, quando non datur ex eis quãtitas valde magna, verum, quia epar eius lapſu naturali dyſcraſiatum eſt in caliditate & ſiccitate, imo etiam intemperie non naturali: ideo placuit mihi ponere remedia experta, & eiſdem conuenientia. ¶ Primum itaq; ipſorum & in ordine 14. eſt hoc. ℞. *trociſcorum de ſpodio, trociſcorum diarodon an.* ʒ j. *laccæ præparatæ* ʒ ß. *ſacchari albi* ℥ iiij. *cum aqua cichorea fiat confectio in rotulis magnis, de qua quando videbitur opportunum accipiantur* C ij ʒ *ſemper ante cibum & poſt cibum totidem.* ¶ Secundum vero inſtrumentum in ordine 15. eſt hoc. ♃. *aq. cichor. aq. epaticæ an.* ℥ j. *aquæ eupatorii* ʒ ß. *miſce & pluribus vicibus mane accipiatur in potu actu frigidum.* ¶ Tertiũ vero inſtrumentum principale & 16. eſt hoc. ℞. *olei nardini, olei cydoniorum an.* ℥ j. *ſpodii, roſa. corallorum amborum, ſandalorum amborum an.* ʒ ß. *ceræ albæ, quantum ſufficit, fiat vnguentum molle:* de quo totum hypochondrium dextrum ante & retro diligenter inungatur in die quater, & hæc de cura quartæ diſpoſitionis huius mulieris.

Rotula. *Potio.* *Vnguentũ.*

Curatio diſpoſitionis renum. Pro quinta vero diſpoſitione huius comitiſſæ, videlicet pro diſpoſitione renum, licet omnia inſtrumenta fere antedicta conuenire poſſint etiam renibus, tamen principalis intentio ad ipſos habenda eſt, vt viæ ipſorum & ſibi vicinæ, vt emulgentes, colatorium & vreteres pori conuenienter teneantur aperti, vt materiæ non figantur in eis, & D conuertantur in grumos, arenas & petala, quibus mihi prouidendum apparet quatuor inſtrumentis conuenientibus. ¶ Et primum ipſorum in ordine 17. eſt hoc. ♃. *aquæ ſublimationis lithoſpermatis* (eſt milium ſolis) ℥ ij. *aquæ ſaxifragiæ & aſparagi an.* ʒ j. ß. *accipiantur in aurora in potu pluribus mane, & eſt experimentum nobile.* ¶ Decimum octauum inſtrumentum, & ſecundum principale ad hoc. ♃. *ſemin. aſparagi, perroſelini, fœniculi, aniſi an.* ʒ j. *granorum hederæ ſiccorum, milii ſolis, an.* ʒ iij. *lapidis lincis, lapidis Iudaici an* ʒ j. ß. *ſacchari albi triplum ponderis omnium fiat tragea.* ¶ Et cum perceperis dolores renum & ſpinæ, & vrinas eſſe factas tenues valde, tunc ſemper de iſta tragea accipiat j. magnum cochlear ante cibũ, educit enim grumos, arenas & lapides, vrinam prouocando notabiliter. E ¶ Tertium principale remedium & in ordine 19. eſt, quod grana hederæ coquantur, delectabilius eſt, quod infundantur in vino, quod accipere debet in potu. Ego autẽ propter euitandum faſtidium magis ſoleo conſulere patientibus, vt cum maſticatione, vel ſine illa accipiantur ſex vel octo grana hederæ prædictæ. ¶ Vltimum remedium quãtũ ad hoc & in ordine 20. & infallibile eſt, vt pluribus mane in aurora patiens bibat hunc potum. ℞. *aquæ ſublimationis apii* ℥ ij. *pulueris radicum ſaxifragiæ, vitri combuſti ſecundum artem an.* ℈ j. *bibe totũ, & non credo poſſe remanere lapillos nec arenas, cum vſu iſtius inſtrumenti cõtinuari,* & videntur hæc pro penultima diſpoſitione huius magnificæ dominæ ſufficere ſatis.

Potio. *Tragea.*

Potio. *Modus comburendi vitrum.* Nota, ꝙ vitrum comburitur ſic: vitrum inuoluitur in picem & cum tenaculis ponitur in fornace, deinde extrahitur, & iterum inuoluitur in picem, & ponitur in fornacem. F

Curatio fluxus albi a matrice. Nunc autem poſtremo prouidendum eſt vltimæ diſpoſitioni eius, quæ eſt fluxus materierum albarum a matrice. ¶ Pro quo præmittendum primo, quod hæc ægritudo ſoleat eſſe chronica & difficilis curationis multum. Propterea, quia ſiue proueniat ꝓpter permutationẽ criticã materierum phlegmaticarũ corruptarũ vel nõ corruptarũ a toto

vel a

A vel a determinatis membris, oportet ex hoc intelligere grauitatem curationis eius. ¶ Si autem proueniat propter nocumentum digeſtionis ſtomachi & epatis, quę ambo ſunt cauſſa multiplicationis talium materierum in matrice. ¶ Et tertio iterũ, ſi ꝓuenerit hæc diſpoſitio propter debilitatẽ eſſentialem matricis. Et quarto ſi prouenerit hoc nocumẽtum in matrice per colligantiam totius vel partium, & etiam per proprium nocumentũ ipſius matricis. Patet, quod omnino neceſſario hæc ægritudo erit difficilis curationis. Et adhuc quinta ratio eſt, quod de iſta ægritudine diminute multum ab illuſtribus Medicis tractatum eſt de ea, ſiue Græca vel Arabica & Italica etiam, & alienigena medicinæ volumina bene inſpexeris. ¶ Pro regimine vero huius diſpoſitionis quatuor mihi videntur inſtrumẽta neceſſaria. ¶ Quorum primum eſt: vt hæc comitiſſa vtatur aqua ſublimatio-
B nis vcuen, accipiendo de ea quatuor ℥. vel ad minus iij. calida ꝑ 30. vel *40.* dies continuos, mundificabit enim, educit lauando & abſtergendo epaticas, renales, vrinales, & matricales vias, lege de ea laudes *2. can. in proprio c.* & eſt planta apud Italos nominata matricaria. ¶ Secundum vero principale inſtrumentum eſt de expertis hoc. ℞. *galbani electi ℥ iij.* Ceratum
opoponacis ʒ j. ſandaracæ, thuris, hypocyſtidos an. ʒ ß. diſſoluantur gummi cũ aceto acuto, & fiat ceratum ſphæricum ſuper panno de grana per digitalem menſuram maius, quam nebula rotunda. Hoc itaq; ceratum portet applicitũ patiens ſuper vmbilico in medio eius ſtante ſicut punctus in circulo cooperiendo vmbilicum, vſquequo cõplete exſiccauerit materias conſimiles in matrice abundantes communicato eius virtuali iuuamento, ſi non intelligis aliter ſaltem per vmbilicũ venam ad matricem tendentẽ. ¶ Tertium & in or-
C dine *23.* eſt, vt omni mane & ſero, aut ſaltem in die ſemel faciat encatiſma ſecundũ hunc modum. ℞. *gallarum quercus perforatarum, gallarum cupreſſi, oſſium pinearum non conſeruantium* Balneum.
medullam, ſed totum fructum, torrefactorum an. M. iiij. aluminis rochæ lib. j. aluminis iamen, quod ab auctoribus ſciſſum nominari ſolet ℔ ß. trociſcorum galliæ muſcatæ num. vj. trociſcorum aliptæ muſc. trociſcorum neræ, an. numero vnum, coquantur omnia in ſitulis aquæ xij. vſque ad conſumtionem medietatis, in hanc ergo aquam paucæ tepiditatis ſedeat in vaſe ligneo per horam ſaltem mediam.
¶ Vltimum vero inſtrumentum eſt hoc. ♃. *ſpecierum benedictæ completarum ʒ j. ß. al.* Pilulæ.
tribus diebus infuſi in ſucco vcuen ſupraſcriptæ ℥ iij. confectionis vel trociſcorum neræ ʒ j. maſticis ℈ ß. croci gran. xv. cum vino aromatico antiquo valde fumoſo, velut Varnacia Ianuenſis, formentur
D *pilulæ de omni ʒ vij. & accipiat ex eis vnam parum ante cœnam, omni quinta die.* Scio enim, quod materias ſuperfluas corruptas aut diſpoſitas corruptioni conuenienter attrahant & educant a matrice, propter q̃ & alia tria præcedentia inſtrumenta mulierum plurimę ab hac difficili ægritudine ſanatæ ſunt, & ad optimam diſpoſitionem reductæ, quod totum huic magnificę mulieri donare dignetur ille ſolus omnium conditor, qui cuncta regulat & benedicit. Ad laudes eius immortales. Amen.

CONSILIVM CCXIX. *De duplici mala diſpoſitione: videlicet, De mala complexione epatis cum duritie manifeſta. Et de mala complexione frigida & humida matricis cum humiditatibus albis. Diuiditur autem conſilium in tria capita.*

CAP. I. *De diſpoſitionibus ipſis & cauſſis earum.*

E NOBILIS & honeſta mulier Puliſena de Thienis in Vicenta ęgritudine laborat diuerſis accidentibus complicata, quæ multum verẽda eſt in ea, vt facile pluribus rationibus deduci poteſt. Primo quidem, quia eſt lapſus diſꝓportionalis, eſt enim diſpoſitio illius mala complexio frigida & humida materialis matricis & epatis principalis, ſed complexionalis eius eſt calida & humida, quia ſanguinea: igitur &c. ¶ Secundo, quia lapſus iſte eſt chronicus, & omnis talis eſt difficilis. ¶ Tertio, quia complicatus manifeſtæ duritiei epatis, & vt plurimum eſt incurabilis, vt patet *14. tertii, quarto cap.* & pluribus aliis rationibus etiam hoc duci poteſt, quas gratia breuitatis omitto. Et ſecunda ipſius diſpoſitio materierum albarum continuus a matrice defluxus, aliquando cum menſtruis interpolate fluentibus commixtus, quæ ta-
F men non dico eſſe naturalia menſtrua eo, quia non ſeruant periodum euacuationis, lunarem dictum. Neq; etiam naturalis dici poteſt, quia non confert, neq; alleuiat, & iterũ, quia ad ipſius eductionem natura ſymptomatice mouetur, & non conuenienter, & eſt iterum materia, quę educitur corrupta, quod arguit ex fœtore illius, quod eſt putrefactionis ſignum, *primo prognoſticorum commento vltimo*, & ex colore materierum, quę in liuidũ

& pallidum inclinantur colorem. ¶ Secunda vero eius diſpoſitio diligenter conſideran- A
da eſt, & magis cum raro ab auctoribus illuſtribus de ipſa bene determinatum ſit. A Grę-
cis enim, vt Hipp. Gal. Paulo & Alexandro Peripatetico pauca de hac materia ſeu matri-
cis diſpoſitione ſcripta reperies, vt & ab auctoribus Arabicis, vt Aui. Haliabate & Rhaſe.
Quod videri poteſt, eo, quia *9. continentis*, vbi multi celeberrimi viri allegantur, & aucto-
res, de hac materia parum, vel quaſi nihil ſcriptum videbis. ¶ Mirandum eſt autem ſatis,
quoniam in his temporibus, & in iſtis Italię partibus hæc ægritudo in tantum inualeſcit,
vt in pluribus mulieribus multum communicetur. ¶ Forte autem contingit hoc apud
auctores cognominatos: aut quia ſuis temporibus morigeratę magis regebantur mulie-
res, aut quia eis in regionibus & temporibus ſuis non ita frequenter viſa fuit hæc ægritu-
do. Non enim inconueniens eſt, quibuſdam Medicis tempore & regione ſuis aliquas ap- B
parere ægritudines, quæ aliis non apparuerint. Galen. nec quintanam nec ſextanam vi-
dit, quæ tamen innotuerunt Hip. vt patet *6. epidimiarum, textu & commento primis*. De eis
amplius etiam fortaſſis auctores pręnominati materiam iſtam intellexerunt ſub cap. ſte-
rilitatis: & videtur intellexiſſe Gal. *6. de accidenti & morbo tract. 3. cap. 2.* dum dixit: *Propter
has enim rationes mulierum ſterilitatem deprehendimus*. ¶ Aut vero contingere potuit, quia
materiam huius capitis illuſtres auctores collocarunt ſub c. de fluxu menſtruorum. qua-
Rheumatiſmus quid. re Paulus *primo practicæ ca. 17.* ¶ Rheumatiſmus eſt matricis fluxus toto corpore expurga-
to: tale vero eſt, quod euacuatur, quale & quod abundat. Hoc quidem rubeum velut
liquor, i. aquoſitas ſanguinis. Aliud vero album, pallidum vero aliud. Aliud vero chole-
ricum. Aliquando vero aquoſitas ſanguis purus, lege ibi. ¶ Auic. vero ex illuſtrioribus A- C
rabibus, *21. tertii*, ſermones paucos de hac materia protulit in hunc modum cap. de curſu
matricis. Quandoq; vero accidit mulieribus, vt currant humiditates putridæ, & plurimũ
fit hoc propter multitudinem ſuperfluitatum, & propter debilitatem digeſtionis men-
ſtruorum, cum putrefit matrix, & habet capitulũ, ſupple, determinat de putredine ma-
tricis. A Medicis etiam Italis, de hac materia pauca ſcripta inuenies, ab auctorib. inquã,
vt Caſio Felice, Cornelio Celſo, Oribaſio, Theodoro Priſciano. A modernioribus vero:
vt Gilberto Anglico, Guilielmo Placentino & Brixienſi. Omnes enim hi illuſtres viri pau-
cum in hac materia ſermocinati fuerunt. quare oportet in hac materia pauliſper agere
theorice. ¶ Neceſſe itaq; eſt hanc ægritudinem matrici ineſſe, aut per eſſentiam, aut per
colligantiam: & ſi per eſſentiam, aut ægritudo eſt breuis temporis, & hoc non vt ſupra D
præmiſſum eſt: aut erit chronica, & ſic difficilis erit, eo, quia matricis ægritudines & ac-
cidentia facile principalibus membris, imo toti communicantur propter magnam col-
ligantiam, quam ipſa habet ad totum, vt patet *21. tertii, ca. primo*. ¶ Amplius etiam experi-
mento patet in præfocationibus eius, quantũ lædatur totum corpus, & principaliter or-
gana anhelitus. ¶ Quare ex hoc fundamento arguitur malam complexionem epatis ꝑ-
mutatã ad frigidum & humidum, & malam compoſitionẽ eius: vt oppilationẽ & ægritu-
dinem compoſitam, vt apoſtema durum epatis rationabilius a nocumento matricis per-
ueniſſe, q̃ econtra. Propter ꝙ iterum ex hoc ſecundo concluditur, quod ſi propter ægri-
tudines matricis deterior tamen eſt propter accidentia conſecuta, quæ iam præmiſſa
ſunt. ¶ Si vero ipſius matricis ægritudo fuerit per colligantiam eius ad cerebrũ, cui ve-
hementer colligata eſt cũ ſenſatione ſua, vt *21. tertii*, vbi ſupra colligendũ. Si enim vehe- E
mentius ſentiret, vehementius ei eſſet colligata, aut erit propter colligantiã cordis, epa-
tis & renum ad ipſam: & quocunq; horum dato, ęgritudo ſemper erit ſuſpecta. igitur &c.
Prognoſtica. Minor apud intelligentẽ faciliter inductiue diſcurrẽdo deduci poteſt. Ex quibus omni-
bus vltimo deduci põt, omnino hanc diſpoſitionẽ eſſe difficilimam. ¶ Et vltimo deduci
põt, quis ſit modus & canones in curando ipſam. Oportet n. attendere diſpoſitionibus
epatis principaliter propter nobilitatẽ & principatũ, ægritudines enim membrorũ no-
bilium & principalium in ægritudinibus complicatis neceſſario plus curã ad ſe vocant, q̃
membrorũ nõ principaliũ ægritudines, vt *vt 4. primi, cap. primo* colligendũ. Deinde vero
oportebit attendere diſpoſitionibus matricis. ¶ Hæc itaq;, & ſi in ſermonibus ſint diffi- F
cilia, in curatione vero omnino difficilima ſunt. In curatione igitur iſtarum diſpoſitionũ
principaliter attendendum eſt epati, ſecundario vero diſpoſitionibus matricis, & ſimul
epatis diſpoſitiones procurando. Non enim impoſſibile eſt rectificare ſimul epar & ma-
tricem, cum amborum iſtorum lapſus ſint ſpecie idem fere, aut ſaltem ab eadem effici-
ente cauſſa producti.

Præ-

A Præmittendum itaque primo diſcurſu veloci; quod regiminis rerum non naturalium quaſi omnium applicatio, debeat eſſe in calefaciendo & exſiccando, licet amplius in exſiccando quam calefaciendo; quæ omnia de aere, cibo, potu & aliis celeberrimo doctori Petro Sulmonenſi menſuranda dimitto. quare, &c.

CAP. II. *De cura duritiei epatis per medicinalia.*

DE his autem, quæ mihi experta & omnium auctorum ſententia probata ſunt. ¶ Primo eſt deſcriptio ſyrup. huius. ℞. *raſuræ eboris non ſophiſticati* ℥ ß. *coſti, arthanitæ, caſſiæ ligneæ, opobalſami, id eſt balſami maſculi, acatiæ, corallorum alborum & rubeorum ana* ℥ ij. *ſandaracæ, thuris, galliæ muſcatæ deſolicul. ana* ʒ ij ß. *lapidis hæmatitis, ſpodii, nucis muſc. gallarum perforatarum ana* ʒ iij. *ſcoriæ ferri præparatæ ſecundum ar-* Syrupus.
B *tem confrixæ cum* ℥ j. *aquæ extinctionis forte, id eſt, chalybis, aut loco illius aquæ aluminoſæ naturalis* ℔ *xij. infundantur omnia prædicta in altera illarum aquarum per dies naturales iij. deinde coquantur ſimul lento igne vſque ad conſumtionem duarum partium. deinde colentur & cum torculari vehementer exprimantur, & colaturæ ſuper dd atur ſacchari tabarzet* ℔ *ij. coquantur vſque ad ſpiſſitudinem, & dum coquitur ſyrup. aromatizetur cum iſtis ſpeciebus in ſindone ligatis.* ℞. *ligni aloes, granorum iuniperi, tamariſci, cornu cerui aduſti, macis ana* ʒ j. *& fiat ſyrup. de quo omni mane exhibeantur* ℥ *ij. cum aqua extinctionis chalybis. & ſi velles aliqualiter aperire propter duritiem epatis coquatur aqua prædicta cum* ʒ j. *ſpicæ nardi.* Et ſi ad hoc principaliter intenderes, adde ſyrup. prædicto ſpecierum dialaccæ ʒ j. dum aromatizatur aut diacurcumæ, quæ forte eſt melior. ¶ Confectio bona, qua vti debent patientes ante cibum, ſemper ex ea ſumendo ro-
C tulam vnam ℥ ß. in prima menſa. ℞. *ſpecierum dialaccæ* ʒ j. *ſpecierum diacurcumæ* ʒ j ß. *ſem. endiuiæ, cuſcutæ, granorum iuniperi, ſem. acetoſæ, ſquinanti, piperis albi ana* ℈ ß. *ſacchari albi lib. ß. fiat cōfectio ſolida cum aqua cichoreæ.* ¶ Ceratum bonum mollificans & reſoluens oppilationes, Rotulæ.
apoſtemata dura epatis, extenuat etiam ſuperfluitates in eo inuentas. ℞. *bdellii mollioris &* Ceratum.
ſubalbidi ℥ j. *armoniaci electi* ℥ ß. *emplaſtri de mucilaginibus ſimplicis* ℥ *iij. rubeæ tinctorum, ſpicæ* hepaticum.
nardi, ſem. leuiſti. & apii, ſem. endiuiæ ſylueſtris, & eſt cichorea, cuius flores ſunt cæleſtini & folia inciſa & amirzana ʒ j. *meliloti* ℥ *iij. diſſoluantur dicta gummi in aceto fortiſſimo & bulliant cum* ℔ *ß. olei de geſſemini vel vini albi Planenſis, &* ℥ *iij. olei de abſinthio vel nardino, vel de phiſticis, &* ℥ *j. ceræ. deinde addatur emplaſtrum de mucilaginibus: deinde cum infrigidari cæperit, addantur ſpecies prædictæ.* Huic enim emplaſtro per me compoſito nulla durities reſiſtere poterit. Fiat
D ergo lunaris figuræ & applicetur hypochōdrio dextro, ita quod omnem regionem epatis bene amplectetur. & quoties opus fuerit, permittetur, vt melius leniat duritiem & ſoluere poſſit. Et ſi quandoque propter caliditatem vereretur de continua reſidentia eius ſuper loco, remoueri poteſt. & fiat inunctio cum ℥ j. olei de maſtice & ℥ ß. olei amygdalarum dulcium calefactorum. ¶ Trociſci boni reſoluentes oppilationes & collectiones duras in epate. ℞. *ligni aloes, ſquinanti, caſſiæ ligneæ, florum abſinthii, chamedreos ana* ℥ j. *ſpicæ nardi* ʒ j ß. *meliloti* ʒ *iij. bdellii mollis* ℥ ß. *puluerizentur ſubtiliter ſpecies & incorporentur cum bdellio diſſoluto cum aceto ſquillitico, de quibus in mane exhibeatur* ʒ j. *per vnam ſeptimanam cum aqua decoctionis amygdalarum amararum.* ¶ Puluis ad eādem intentionem reſolutiuus & lenitiuus prædictarum duritierum & aliqualiter ſolutiuus. ℞. *reupontici* ʒ *ij. folliculorum ſenæ* Trociſci. Puluis.
E ʒ j. *viol. ſiccarum* ʒ j ß. *liquiritiæ meliloti, amygdalarum amararum, phu, meu, aſari ana* ℈ j. *fiat puluis ſubtilis, de quo in potu dentur* ℈ *ij. vſque ad* ʒ j. *cum aqua decoctionis paſſularum nigrarum.* Pro hac etiam intentione memorandum, quod valde vtile eſſet ei comedere limaces inuentas in dumetis elixatas & etiam in cibo, ſi contingeret accipere epar adip. id eſt lupi elixum vel aſſatum: & iterum in cibis endiuia cuiuſcunque ſpeciei cocta vel cruda. Hæc enim tria a tota ſpecie ſunt epatis confortatiua, vt patet *14. tertii, capit. de rebus conferentibus epati in fine.* Hæc quidem omnia ſunt de melioribus, quibus curari poteſt oppilatio & durities epatis iam prædictæ principaliter: licet non parum conferre poſſit ad malam complexionem frigidam & humidam matricis & curſum præmiſſum. Pro cuius tamen curatione aliqua ſpecialia magis notanda conſideramus.

F CAP. III. *De cura malæ complexionis frigidæ & humidæ matricis & menſtruorum alborum principaliter.*

PRIMVM itaque, q̄ neceſſarium in cura curſus matricis, eſt euacuatio materierū quarū generatio continet̄ in epate conſumtio earundem, q̄ in matrice & partib. intermediis cōtinent̄, verū quia talis euacuatio nō pōt cōueniēter fieri pp apoſtema epatis & in-

clinationem ad aſcitem vel hypoſarcam, eſt multum caute in euacuationibus proce- A
dendum. ¶ Itaque materia iam digeſta cum ſyrup. in præcedenti capite iam deſcripto, quod apparebit: eo quia vrina in colore & in ſubſtantia ad mediocre reducta erit & habebit in fundo hypoſtaſin albam in colore, mediocrem inter tenuem & craſſam, cuius partes erunt æquales & coniunctæ, & erit in fundo ſedens. Omnibus autem pluribus cõiecturationibus de numero earum apparentibus euacuatio fiat cum hoc ſolutiuo. Cuius

Potio. deſcriptio eſt. ℞. *aquæ ſublimationis violarum, cichoreæ ana ℥ ß. aquæ meliſſæ ℥ j ß. aquæ matricariæ ℥ ij. agarici, pulpæ, colocynth. carthami, hermodactylorũ ana ℈ ij. turbith ℈ j. zinzi. ſpicæ nardi, ſquinanti, dauci, florum eupatorii, florum arthemiſiæ ana ℥ ß. ſacchari ſecundæ decoctionis ℥ ij. reſoluantur omnia ſimul per diem naturalem, deinde coquantur & diligenter exprimantur & colatura calida detur in potu in aurora.* poſt quam obſeruentur conditiones, quæ in minoratiuo obſeruari B
debere ſcriptæ ſunt. Et ſi volueris hoc minoratiuum fortius facere, cum colatura illa miſceantur ʒ ij. benedictę ſimplicis: aut duplicetur doſis agarici ſupraſcripta ſecundum cõiecturam eorum, qui operari debent. ¶ Et ſi iudicio aſtantium apparet quandoque præſentari dominium ſanguinis aut ſaltem materierum ſufficienter commixtarum ſanguini & cum velocitate & laxitudine corporis apparente venarum amplitudine & rubicũditate, colore & ſubſtantia vrinæ de ſubtili in craſſam conuerſam cum rubedine, colore ad fuſcum tendentis: tunc phlebotometur baſilica dextri brachii ſub cubito: aut ramus eius ſaluatella inter annularem & auricularem digitos eiuſdem manus inuentus, & educatur ſanguinis ab ℥ iij. vſque ad v. raro tamen contingit hunc matricis curſum prouenire propter dominium ſanguinis; licet theorice conſideranti hoc concedendum ſit. C
Multitudo enim materiæ ſuffocando calorem innatum aut minuendo, erit cauſſa multiplicandi phlegma per viam indigeſtionis: quod quidem per venas, quibus matrix continuatur ad epar, erit materialis cauſſa prædicti curſus. quare, &c. ¶ Comprehẽſa autem euacuatione ſufficienti procedendum eſt ad particularem euacuationem materierum in matrice abundantium. cuius gratia plura ponam ſimplicia ab illuſtribus auctoribus collaudata. ¶ Quorum primum eſt encatiſma, id eſt ſemicupium ex decoctione tamariſci, iuxta Auicen. *2. can. in proprio cap.* In decoctione tamariſci ſedeant mulieres ad curſum matricis. ¶ Secundum ſemicupium vel euaporatio facta ex decoctione ligni aloes; quod quidem confert euaporatum & bibitum. *2. can. cap. de xyloaloes.* ¶ Tertium vero &

Mirifolios quid. mirabile eſt ſuffumigatio facta ex decoctione mirifolios (eſt millefolium.) hæc quidem D
tria abſcindunt matricis curſum attrahendo & mollificando magis. ¶ De his vero ſimplicibus, quæ ad hanc intentionem conferre ſcribuntur exſiccando magis materiam & coarctando vaſa, ſunt ſicut decoctio granorum myrti: item decoctio granorum iuniperi: ſuffumigatio facta cum decoctione ſtercoris leporis. de fortioribus vero magis laudatis eſt puluis cornu cerui aduſti, ex quo in potu dentur ℈ ij. cum aqua decoctionis myrti vel coriandri. ¶ Ex his, quæ leniendo conferunt, laudatur oleum de piperibus, vt ſcri-

Vnguentum pſit Meſue *in antidotario deſcriptione de oleis.* ¶ Deſcriptio olei boni ad illud. ℞. *olei omphacini ℥ iij. olei de myrto ℥ j ß. ſcoriæ ferri præparatæ ſecundum artem ℥ iij. oſſium dactylorum & myrobalanorum Indorum combuſtorum ana ℈ ij. acatiæ, hypocyſtidos, cornu cerui aduſti ana ʒ ij. pulueris gypſi ʒ ß. glutinis piſcium diſſoluti aum aceto nigro ʒ vj. ceræ quantum ſufficit, & fiat vnguentum ſatis glutinoſum.* hoc quidem vnguentum, ſi diligenter componatur, ita vt non comburantur ſpecies, nunquam me decepit in cura huius diſpoſitionis, ſi vngantur cum eo partes omnes alchatin & anterior regio tota ab vmbilico vſque ad inguina & pudenda. ¶ Habeo etiam notiſſima experientia, q; ſi conquaſſentur lib. ß. pulueris gypſi cum ʒ x. gummi Arabici torrefacti & iiij. albuminibus ouorum, ex quibus cum faldellis de coto emplaſtrentur partes prædictæ omnem mulieris fluxum abſcindit. ¶ Ceratum vtile valde ad hanc intentionem, quod ſuper loco alchatin iam portauerunt mulieres duobus mẽſibus continuis & curatæ fuerunt, dummodo in coitu & diæta frigida & humida non ef- E

Ceratum. frenitauerint. ℞. *colophoniæ ℥ iij. hypocyſtidos, cupularum glandium, corticis intermedii caſtanearũ, glandiũ quercus exſiccatarũ an. ℥ ß. granorũ myrti, coriãdri præparati cum aceto, gallarum cupreſſi ana ʒ vj. ſem. agni caſti, corticum capparorum ana ʒ j ß. olei omphacini antiqui ſi haberi poteſt ℔ ß. diſſoluantur glutines ſupradicti cum aceto ſtyptico & cum prædictis incorporentur ceræ rubeæ ℥ ij. & additis ſpecieb. cum cœperint infrigidari, fiat ceratum ſuper membrana & applicetur, vt ſupraſcriptum eſt.* ¶ Compoſitum bonum, quo ſæpe vti ſoleo ad vigorandum matricem & proprie, quæ F
debi-

A debilitata eſt ab humoroſitate multa, eſt hoc: ℞. *hypocyſtidos, acatiæ, granorum granatorum ſiccorum, maſticis, corallorum alb. & rub. an. ʒ j. raſuræ eboris ʒ ij. coriandri præparati ℥ ß. ſpodii de canna ℈ ij. gummi Arab. dragaganti torrefactorum an. ʒ j ß. meliſſæ, antheræ, arthemiſiæ, matricariæ, chamedrios, chamepitheos, nepitæ an. ʒ ij. doronici ʒ j. macis, nucis muſ. galangæ an. ℈ iij. pulverizentur omnia per ſe cũ ℔ j. ſacchari ſecundæ decoctionis & ℔ ß. mellis, fiat electuarium, cuius doſis ſit exhibendo de eo ʒ iij. in aurora & ʒ ij. ſemper ante prandium & ante cœnam, & quando vadit ad lectum:* Ad laudem Dei, Amen. Electuariũ.

Consilium CCXX. *De retentione menſtruorum.*

HÆc mulier, quæ non conuenienter mundificatur in ſuo menſtruali fluxu rectificato regimine ſuo ita, quod in cibis abſtineat a viſcoſis, oppilatiuis, craſſis & difficilis
B digeſtionis cibariis; regimine medicinali per hunc modum regẽda eſt apud me. ¶ Primo phlebotometur vena ſaphena dextræ partis hora tertia diei, & extrahãtur ſanguinis ad minus ℥ v. ¶ Sequenti die immediate, ſoluatur venter eius cum hac infuſione. ℞. *agarici electi, turbith, reubarbari an. ʒ j. ſpicæ nardi, zinzib. macis an. ℥ vj. ſalis gemmæ gran. ij. aquæ eupatorii, arthemiſiæ an. ℥ j ß. miſce & ſtent infuſa per diem naturalem, aut maiorem partem eius. demum colentur & exprimantur, & colatura illa incorporetur cum ʒ iij. benedictæ ſimplicis: & bibatur obſeruando poſt illud conditiones in exhibitione pharmacorum obſeruandas.* ¶ Sequenti die poſt euacuationem prædictam incipiat accipere ℥ v. apozimatis vel decoctionis de radicibus ſecundum hunc modum. ℞. *radicum fœniculi, petroſelini, aſparagi, bruſci & apii ana ℥ ß. aq. fontis ℔ ij. bulliant ſimul vſque ad conſumtionem medietatis: deinde colentur & cum ſaccharo exhibeantur*
C *per viij. vel x. dies.* ¶ Diebus autem intermediis venter eius fluxibilis teneatur cum cõmuni clyſteri. Mihi autem placeret magis, quod omni ſero parum ante cœnam loco clyſteris acciperet vnam pilulam alephanginam, aut ſaltem de aloe abluta, factam cum ſucco endiuiæ, ſi timeretur caliditas pilularum alephanginarum. ¶ Item poſt minoratiuam euacuationem iam prædictam placeret mihi, quod ter in die naturali vngeretur tota ſpina eius cum hoc vnguento. ℞. *olei de violis citrinis ℥ ij. olei de croco ℥ j. pinguedinis melis & gallinæ ana ℥ ß. croci, folii, ligni aloes, arthemiſiæ ana ℈ ß. ceræ quantum ſufficit. fiat vnguentum.* ¶ Cõtinuato digeſtiuo per octo vel decem dies, in quib. ſatis veriſimile eſt digeſtam eſſe materiam, ſoluatur venter eius cum iſtis pilulis. ℞. *pilularum fœtidarum ℈ ij. pilularum de hiera compoſita ℈ j. ambarum boni ponderis reformentur pilulæ vij. cum benedicta & exhibeantur ei cum*
D *regulis ſolutiuorum.*

Potio ſolutiua. Decoctio de radicibus. Vnguentum Pilula.

Poſtquam autem fuerit euacuata, ſi menſtrua ſuo tempore & conuenienti quantitate apparuerint, habetur intentum & ſperatur de bona terminatione eius. ſi autem nõ apparuerint, prouidendum eſt ei cum iſtis tribus remediis. ¶ Primum eſt, quod ligentur extrema eius apud inguina cum inſtitis bene comprimentibus. ¶ Secundum eſt, ſi non apparebunt menſtrua, vt in medietate domeſticæ partis coxarum apponantur ventoſæ notabiliter ignitæ, q̃ multoties reiterẽtur. ¶ Tertium vero eſt, vt prædictis non valentib. fiat ei encatiſma ſecundum hunc modũ. ℞. *pulegii, calamenti, origani, apii recentium an. M ij. ſauinæ recentis M vj. opoponacis, myrrhæ ana ℥ ß. ariſtologiæ rotundæ, rutæ an. M ij. coquantur omnia in ℔ c. aq. vſq. ad conſumtionem medietatis & dimittantur herbæ in ea infuſæ.* Accipantur ergo
E de prædicta decoctione ſitulæ viij. vel x. & calefiant, & ſedeat in ea mulier vſque ad vmbilicum per horam mediam aut per tertiam partem eius ſecundũ tolerantiam. Cũ ergo exit balneo parumper quieſcat, deinde ſubiiciat ſibi fruſtum coti infuſi in ſucco mercurialis cum modico croci, & non dubito, quod ſit habitura intentum. Ad laudem Dei omnipotentis. Amen. Balneum.

Ad prouocandum menſtrua. Primo fiat ei applicatio ventoſarum ſine ſcarificatione ſuper partibus interioribus coxarum & lateralibus earum bis vel ter in die. deinde tertio ſequenti die faciat ſibi fieri phlebotomiam venæ ſaphenæ poſitæ ſuper cauilla pedis, per quã educantur ſanguinis ʒ v. vel vj. ventre tamẽ eius exſiſtẽte bene fluxibili. poſt phlebotomiam vero iterum per duas vel tres horas immediate reponat ventoſas ſuper
F loco dicto: ſed ſi exirent ei menſtrua, non opponantur. ¶ Si autem neque per ventoſas neque per phlebotomiam dictam aperirentur ipſi menſtrua, tunc omni mane per duas horas ante diem accipiat v. de infraſcriptis pilulis: & poſt ipſas immediate bibat cyathum ß. vel ℥ iiij. aquarum infra ſcriptarum calefactarum. ¶ Eſt autem pilularum deſcriptio hæc. ℞. *ſemin. apii, caſſiæ lig. ana ℈ ß. moſchi gran. xv. trociſ. de myrrha ʒ j ß.*

Prouocatiõ menſtruorũ. Vena ſectio. Pilula.

Potio. *cum ſucco apii,formentur pilulæ ex omni ʒ vij.* Deſcriptio vero aquarum eſt hæc.℞.*aquæ apii, enulæ,radicum rubeæ tinctorum ana* ℔ ß.*miſce.*¶Si autem per omnia prędicta non fieret pro- A
Peſſarium. uocatio,tunc fiat hoc linimentum pro ſuppoſitorio. ℞.*opoponacis* ʒ j. *ellebori alb.*ʒ ß.*fellis tauri,q.ſ.ad incorporandum & fiat linimentum, in quo intingatur fruſtum coti, in quo conſeruatur moſchus ad quantitatem vnius dactyli*, quod cotum imbibatur in prædicto linimento, & cũ appenſione facta imponatur in orificium naturæ bis vel ter in die naturali permutetur. hoc enim indubitanter aperiet vias. ¶Item vtatur cinamomo,croco,zinziber.apio vel ſem.eius,aniſo,fœnic.petroſ.aut aliquo iſtorum in omni cibario. Caueat autem a cibis paſtilibus,a granis leguminum,a caſeo acuto,& a neruoſis partibus animalium, a lacte,a lacticiniis cibis omnibus,a rebus multum ſalſis,frigidis ſtypticis,|& a vino nigro, rubeo,
Licinia. craſſo,bruſco,pontico.¶Licinia prouocantia menſtrua.℞.*calamenti, cyclaminis,agni caſti, rutæ,ſauinæ,arthemiſiæ,pulegii, raphani, origani, abrotani, vrticæ,ſeminis iuniperi, rubeæ tinctorum,ellebori albi,pulpæ colocynthid.centaureæ,bdellii,ſinapi,opoponacis an.*℈ ij. *& quæ ſunt terenda, terantur, & fiant ex eis licinia cum ſucco cucumeris aſinini,cum felle tauri,galliæ muſcatæ quantum ſufficit,& fiant licinia*,quæ vuluæ ſupponantur. B

Consilium CCXXI. *De corruptione matricis proueniente ex aborſu.*

SI venter huius mulieris non eſt multum ſolutus, omni quinta die parum ante cœnam deglutiat vnam partem huius electuarii, bibat poſt illud de a-
Electuariũ. qua ſaccharata. Cuius deſcriptio.℞.*electuarii de epithymo, & de pſyllio ana* ʒ vj. *incorporentur ſimul.* ¶ De confectione iſta accipiat pluries in die, quan- C
do percipit ſe debilitatam;tamen ſemper ante cibum accipiatur de ea vnũ fruſtum vel duo,& bibat poſt ipſam vinum rubeum, mediocriter dulce: & nullo modo tangat aquam hordei cuius deſcriptio.℞.*confectionis de phiſticis cum ſpeciebus triaſandalorum* ℥ ij. ¶ Cum hac vnctione vngatur tota ſpina & regio ventris ab vmbilico vſque ad femur quatuor vicibus in die naturali & ſuperponatur pannus calefactus pulueris ſuffumi-
Vnguentum gatus.Cuius deſcriptio. ℞.*vnguenti Agrippæ* ʒ *ij.olei de ſiſamo*℥ j ß.*bdellii mollis & ſubalbidi* ʒ *vj.croci* ℈ j.*trociſcorum ſtellæ* ℈ ß. *incorporentur & diſſoluatur bdellium cum modico aceti & ceræ albæ quantum ſufficit,& fiat vnguentum molle.* ¶ De hoc vltimo electuario accipiatur quarta pars,cum aqua omni tertia die fiat ipſi clyſtere vnum cum tribus cyathis brodii pulli. Cuius deſcriptio. ℞.*caſſiæ fi.* ℥ j. *benedictæ* ℥ j ß. *agarici electi* ʒ *ij. incorporentur ſimul & fiat electuarium cum* ℥ ß.*ſalis gemmæ.* Ad laudem Dei, Amen. D

Consilium CCXXII. *De exitu matricis.*

FRagilitas humanæ conditionis obtulit mihi diſpoſitionem,quæ licet rari ſit euentus,non tamen minus periculum offert, quam raritas euentus eius rei difficultatem oſtendat.eſt enim quædam nobilis & honeſta mulier de Vrbino,quæ ægrotat diſpoſitione, quæa quampluribus ſapientibus diſlocatio matricis nominata fuit,vt Gilbertus Anglicus *in proprio cap.* taliter ipſam nominauit. Alii vero lubricitatem matricis dixerunt: nonnulli exitum & conuerſionem matricis,vt *21.tertii,tract.4.cap.3. literaliter* colligendum.

Cauſſa. Et huius quidem diſpoſitionis licet a ſapientibus quamplurimæ aſſignentur cauſſæ E
effectiuæ ex parte eorum, quæ de foris adueniunt, vt caſus, percuſſio frequens & repentinus ſcalarum vel montium deſcenſus,vehemens curſus, tuſſis & ſternutatio perſeuerantes,& fortis vociferatio hominum & omnium ſtrepituum aliorum extrinſecus eiſdem euenientium vehementer & ſubito: propter quod vehemens & ſubita accidit in ſpiritibus & humoribus agitatio & proprie verſus inferiora. propter quod comprimuntur membra ibi exſiſtentia, vt ſæpe contingit ex horum applicatione exire inteſtinum rectum & matricem.

Verumtamen ex inueſtigatione,quam longo proceſſu ab ipſa & aſtantibus habere
potui,verior huius diſpoſitionis cauſſa fuit & eſt multitudo materierum phlegmatica- F
rum,quæ dominantur in ligamentis matricis exterius ipſam ſuſpendentibus ad anchas, quæ nominantur cornua a ſapientibus,vt *vigeſimaprima tertii,c .primo*,colligendum,quæ etiam materiæ non ſolum prædicta loca,ſed omnem matricis ſubſtantiam, vſque ad orificium exterius eius longo tempore in eas infuſę mollificauerunt.quare non eſt mirum,

ſi exte-

A ſi exterius prominet & a ſuo naturali ſitu elongata eſt. ¶ Contingit etiam quandoque *Prognoſtica.* partem eius exteriorem matrici ſeruientem latorie; ſcilicet vuluã cum eius collo exterius deſcendere abſque corpore matricis. & hoc quidem non eſt adeo verendum, quoniam ſignificat materiam & nocumentum in parte matricis adeſſe; quæ vilior eſt, quæ vulua nominatur. & eſt omnis pars illa, quæ ab orificio terminatur excluſiue vſque ad os anchæ. Cum autem contingit non ſolum hanc partem exterius prominere, ſed etiam ſubſtantiam matricis, quæ eſt locus generationis: tunc illud eſt valde verendum, & proprie cum tota eius exiuerit ſubſtantia, quod non raro contingit: immo ſæpe accidit vt tota matrix educatur, & hoc ſtante vita, licet tamen feliciter completa. & ſunt omnes ſermones principis *21. tertii, tract. & cap. alleg.*

B Significãt autem huius diſpoſitionis veritatem quamplurima ſigna, quæ omnia in *Signa.* hac muliere verificata vidi, ſcilicet dolor in pectine & in alchatim, & in dorſo. ratio eſt propter colligantiam harum partium, quæ non ſolum ſitualis eſt, immo eſſentialis per ligamenta & neruos a matrice terminantes ad iſtas partes, & econtra. ¶ Secundum ſignum eſt euentus, cuius cauſſa nota eſt. ¶ Tertium ſignum eſt multitudo difficultas comprimendi ſuperfluitates in inteſtinis contentas. cum enim matrix ſuperiacet inteſtino recto, quod eſt eius culcitra, *21. tertii, cap. primo*, ſi ipſa exterius deſcendit, neceſſe eſt inteſtinum prædictum cui ſuperiacet, ab ea deſcẽdente comprimi & diſtendi: ſed ex tali diſtenſione conſtringuntur feces in eo contentæ: & propter talem conſtrictionem ſuperueniente dolore compreſſiuo, incitatur expulſiua virtus ad expulſionem earum, &
C locus eſt ſtrictus. vt probatum eſt: ergo neceſſarium eſt adeſſe nocumentum compreſſionis, quod declarandum erat. ¶ Quartum ſignum principale eſt aggregatũ, eo quia hanc diſpoſitionem ſequitur ſæpe vel ſemper ſpaſmus, tremor & timor ſine cauſſa, ſcil. manifeſta. ſpaſmus enim poteſt eſſe non proportionatus ad materiam, accidens propter dolorem vel ſimplicem alterationem, ſed horum duorum cauſſæ non ſunt Medico bene manifeſtæ, ſicut cauſſæ materialis ſpaſmi. quare, &c. & eodem modo ex ſuis cauſſis verificaretur tremor & timor: & tu conſidera. ¶ Quintum ſignum eſt apparitio rei rotundæ in pectine, cuius cauſſa poteſt eſſe ventoſitatis propulſio ad loca illa. Amplius etiam materierum humoralium fluxus & iterum frigidioris fundi matricis ſuper oſſa femoris ſitualis collocatio. ¶ Vltimum ſignum eſt manifeſtatio alicuius rei deſcendentis
D cum lenitate, quando ſuperior pars matricis iam deſcendit. & hoc quidem eſt rationabile: eo quia ſuperior pars matricis deſcendere non poſſet, niſi propter multam humiditatem mollificantem ipſam. ſed cum humiditate ſentitur lenitas deſcenſus, igitur, &c.

At vero ſigna diſtinctiua exitus partium comprehenduntur ex iſtis. ¶ Primo qui- *Signa diſtinctiua.* dem ex viſu, vt aſpiciens videat exterius prominere collum cum orificio abſque corpore. ¶ Secundo vero in actu, eo quia patiens percipit ſeparationem matricis ab orificio exteriori præciſe per ſpatium viij. vel x. digitorum. ¶ Tertio iterum per ſignum demonſtratiuum ab auctoribus poſitum. ſi enim egreditur præciſe collum matricis abſque corpore ipſius, tunc non percipitur in exteriori parte foramen, id eſt ouum vel pars matricis durior, quæ eſt orificium eius intrinſecum. ¶ Si autem totaliter exiuerit matrix, tunc *Prognoſtica.*
E ſenſu tactus & viſus percipitur illa rotunditas & ſignificat, matricem ſecundum totã extra conuerſam eſſe. Et hæc quidem de theoria huius diſpoſitionis intelligi debent: quæ cum ſit non leuiter verẽda, vt prædictum eſt, aduocat ad ſe curam ſollicitam & feſtinam & ſubitam. non enim ſperatur huius diſpoſitionis curatio, niſi dum eſt recens. *21. tertii, cap. & tract. 4.*

Cap. II. *De cura per regimen ſex rerum non naturalium.*

HVIVS ergo diſpoſitionis curatio pendet ex rectificatione regiminis eius; quod omnino inclinetur ad calefacientia & exſiccantia. Summopere euitare debet res humectantes & infrigidantes, ſicut omnia pinguia cibaria, lac
F & ex eis compoſita, piſces, cancros, bletas, ſpinachias, maluas, lactucas & ſimilia. ¶ Caueat a balneo aquæ dulcis & de rebus acribus & acetoſis tuſſim inducentibus. Si autem in tali patiente acria & acetoſa tuſſim non inducerent, tunc eſſent ei conuenientia, & proprie cum calidis & ſiccis aromatibus mixta.

Fugiat omne genus acutorum, quæ per inſpirationem aſſumpta ſternutationem pro- A
uocant. ¶ Fugiat etiam vehementiā coitus & omne exercitium, per quod partes inferio-
res vehementer agitant̄. Caueat a frequenti deſcenſu per ſcalas & montes. ¶ Dimittat v-
ſum omnium rerum, quæ vehementi prouocatione ſuam materiam inclinant ad matri-
cem & agitant eas in ea. Vſus vero diureticorum per vias vrinæ materias diuertentium
eſt ipſi conueniens & vtilis. Caueat etiam a frequenti euentu furoris, & iræ: immo cone-
tur eſſe tranquilla & læta. Et cum fuerit interius conuerſa vel impulſa matrix, ingenietur
dormire poſterioribus notabiliter eleuatis: & ſuper latera magis quam reſupine. per ta-
lem enim decubitum matrix elongatur a rectitudine viæ deſcenſus.

Cap. III. *De cura per medicinalia.* B

REGIMEN autem, quod ex medicinalibus eidem adminiſtrandum eſt,
quatuor principalibus ſuſtentatur intentionibus. ¶ Prima quidem eſt ma-
terierum diuerſio, quæ ſunt cauſſa mollificationis huius. ¶ Secunda eſt
matricis exterius ad intra impulſio & reſtauratio. ¶ Tertia membri inte-
rius impulſi in ſuo naturali loco conſeruatio. ¶ Et quarta prohibitio ite-
rati exitus eius.

Materierū exitum matricis cauſſantium diuerſio.
Clyſter.

Prima quidem intentio multis completur inſtrumentis. ¶ Primum quidem cly-
ſteribus lenientibus & materias a matrice ad inteſtina trahentibus, ſicut cū clyſteri hoc.
℞ *foliorum meliſſæ, arthemiſiæ & tanaceti an. M j. viol. maluarum an. M ij. fiat horum decoctio vſq;*
ad medietatem, de qua accipiatur ℔ j. Cui addantur hæc. ℞. benedictæ ſimplicis ℥ ß. electuarii diaca- C
ſtorei ʒ j. olei de coſto, de violis citrinis an. ℥ ß. ſacch. rub. ʒ vj. ſalis Indi ʒ j ß. miſce, applicetur hoc cly-
ſtere ter in ſeptimana, cum quo multas mulieres ab hac diſpoſitione curaui. Et cum volo i-
pſum facere magis exſiccatiuum & illarum partium confortatiuum, ſuperadiungo ei ʒ j
ß. optimi mithridatii. ¶ Secundum vero, quo diuertitur materia, eſt prouocatio vrinæ
facta cum decoctione radicum infraſcriptarum, quam aſſumat in aurora per integrum

Potio.

menſem continuum. & ſit doſis eius ℥ v. cum ſaccharo albo. ℞. *radicum fœnic. petroſ. aſpara-*
gi, bruſci & apii an. ℥ j ß. mundentur & minutim incidantur & coquantur in ℔ viij. aq. vſq; ad con-
ſumtionem medietatis. ¶ Tertium, quo diuertitur materia a locis iſtis, eſt adminiſtratio ha-

Pilulæ

rum pilularum, de quibus accipiat v. ter in ſeptimana in aurora. ℞. *ſpicæ nardi, granorū mi-*
lii ſolis, valerianæ ſem. leuiſtici, orobi, rubeæ tinctorum, ſem. petroſ. apii ana ʒ j. formentur pilulæ cum D
ſucco apii & accipiantur vt ſupra. ¶ Quartum diuerſiuum poteſt eſſe prouocatio hæmor-
rhoidum. ſed quia in muliere iſta deficit ſanguis magis, quam abundet, ideo non curo
aliquid de hoc dicere.

Matricis exterius prolapſæ ad intus impulſio

Modus autem adminiſtrandi intentionem ſecundam, debet eſſe talis, vt ſituetur
mulier ſuper tabulam reſupine iacens. deinde dilatet crura ſua, & tunc mulier aliqua ma-
tricem, quæ iam exiuit, conuenienter mundificet, & conſequenter inungat ipſam vn-
guento ſtatim deſcribendo. Deinde inungat ipſam in palma manus ſuæ leuiter propel-
lendo ipſam interius verſus poſteriora, ſecundum ſpondylos, quoniam ille eſt locus na-
turalis ſitus eius. Cum ergo impulſa fuerit interius, habeatur pila magna de coto vel la-
na molli facta & comprimatur, vt fiat eius figura fere ſicut cæpe. & cum fuerit orificium E
matricis & partes circumſtantes diligenter inunctæ vnguento prædicto, pila illa tali et-
iam vnguento conuenienter ſuperillinita ponatur ſuper orificium matricis & ibidem
ſuſtentata ligetur inſtita per vtramque ſpatulam ſuperius conuenienter conducta, quæ
etiam ſupercingat vel ſuperliget corpus tranſuerſaliter velut cingulum & dimittatur
hæc ligatura taliter duobus vel tribus diebus muliere ſuperiacente, vt prædictum eſt.
Et ſi neceſſitas vrinæ vocaret eam, melius eſt, vt emittat ipſam ſine diſſolutione ligatu-
ræ, quam ea diſſoluta. Si autem fieri non poſſet, diſſoluatur & iterato ligetur. & talis
modus teneatur vſque ad completam eius ſuſtentationem interius.

Matricis intro impulſæ in loco ſuo naturali cōſeruatio.

Conſeruatur autem matrix iam interius reducta in loco ſuo naturali per ligaturam
prædictam. ¶ Adhuc etiam per appoſitionem ventoſarum ſuper parte natium abſque F
ſcarificatione. ¶ Tertio iterum cum rebus aromaticis per ſuperius applicatis, ſicut cum
moſcho & ambra, ſi non abhorreret eam. Adhuc odorando lignum aloes, galliam muſ.
folium, macem, amomum, cardamomum maius. ¶ Et hoc compoſitum, quod eſt ele-
gantis

A gantis operationis.℞.*ſtyracis calamitæ ℥ ß.ligni al.ro.cinamomi electi,galliæ muſ.florum roriſmarini ana ʒ ß.ambræ,camphoræ ana ℥ v.ſpicæ nardi ℈ iiij.puluerizentur omnia & ligentur in ſindone & ſæpe odoretur.* Et in ſumma omnia aromatica,& proprie calida & ſicca,ſunt ei conuenientia:eo quia matricem inclinant ad ſuperius.ſicut econuerſo omnia fœtida odorata ipſam inferius declinare faciunt. ¶ Adhuc etiam matrix conſeruatur iam reducta,ſuperponendo emplaſtrum iſtud orificio matricis bene calidum,& proprie poſt ſecundam permutationem.Cuius hæc eſt deſcriptio. ℞.*ſumach,granorum myrti,coriandrorum præparatorum,lentium excorticatarum ana ℥ ij.cupularum glandium,gallarum cupreſſi,gallarum quercus & proprie perforatarum ana ℥ iiij.acatiæ,cyperi,ſandaracæ,hypocyſtidos,litii,glutinis piſcium an.℥ j.farinæ volatilis molendini* ℔ j ß.*coquantur omnia in aceto nigro non valde acuto, aut in vino granatorum vſq; ad conuenientem ſpiſſitudinem.& poſt raſis pilis apponatur pudendis*,vt prędictũ eſt. Nodulus odoratus. Emplaſtrũ.

B ¶ Item conſeruatur matrix iam reducta per adminiſtrationem pulueris facti ex reb.prædicti emplaſtri, quæ ſuperpuluerizetur inguinibus & pudendis circumferentialiter,& dorſo prius madefacto cum aceto prædicto.Poſſunt etiam ex rebus huius emplaſtri fieri embrocationes & epithemata prædictis locis.Scio etiam certa experientia & auctorum teſtimonio,quod ſi coquantur ℔ ij.aluminis in lib.50.aquæ,& ſedeat mulier in eam tepidam pluribus diebus bis vel ter in die,omnino ſanat taliter patientes.

Prohibetur autem de nouo matricem exire,poſtquam curata fuerit per ingenia multa.¶ Primo quidem per abſciſſionem cauſſarum ipſam exire faciẽtium,velut eſt clamor,vociferatio,fortis ſternutatio,tuſſis fortis, motus progreſſiuus fortis, ſaltus, timor

C magnus & ſimilia. ſimiliter effugiendo vehementem coitum & frequentem vſque ad confirmatam ſanitatem.¶ Item de his,quæ prohibent matricem de nouo exire,eſt vſus medicinarum abſcindẽtium humiditates a toto corpore per viã exſiccationis proprie, velut eſt frequens vſus mithridatii & theriacæ Andromachi, & theriacę Hermetis, quæ omnes debẽt eſſe bene fermentatæ,ex quibus bis in ſeptimana in aurora accipiat ʒ j.vſque ad ij.& proprie cum aqua decoctionis matricariæ calefacta. ¶ Et optima medicina ad illud eſt compoſitum hoc.℞.*gummi Arabici, dragaganti torrefactorum ana ℥ ß.maſticis,corallorum alb.& rub.oſſium dactylorum,hypocyſtid.ana ʒ j ß.ſandaracæ ʒ ß. balauſtiarum, corticum granatorum,ſcoriæ ferri præparatæ ſecundum artem ana ʒ ij.roſ.ſpodii,acatiæ ana ʒ iij.gallarum cupreſſi ʒ iiij.mellis cocti & deſpumati ℥ iiij.ſacch.roſ.antiqui q.ſ.fiat electuarium,cuius vſus ſit accipiẽdo ex eo omni die in mediis tertiis & veſperi ante cænam cochlear vnum abſq; potu aliquo.* ¶ Etiam Prohibitio ne rurſũ prolabatur. Electuariũ.

D prohibet matricis deſcẽſum hoc ceratum, quod portare debet ſuper ſpina ab extremitate ſphincteris per lõgitudinem magnæ ſpithamæ.Cuius deſcriptio. ℞.*colophoniæ,glutinis piſcium vel chartæ ana ℥ ij.reſinæ electæ ℥ iiij.ammoniaci ℥ j.mumiæ,ſanguinis draconis, boli armeni,thuris,maſticis,ſandaracæ an.ʒ ij.acatiæ,gallarum cupreſſi,corticum granatorũ, medullæ,ſem. myrti ana ℥ ß.diſſoluantur omnia cum aceto fortiſſimo & cum ſufficienti quantitate ceræ fiat ceratũ magnæ glutinoſitatis & adminiſtretur vt prædictum eſt.* ¶ Ego iterum certa experientia ſcio, quod ſi fiant pilulæ ex duabus partibus limaturæ eboris & tertia parte electi ſpodii de cãna cum ſucco plantaginis,& accipiantur ex eis longo tempore iij.in aurora vel ante cœnam per duas horas,omnino curant hanc diſpoſitionem.Eſt enim remedium efficax ad reddendam mulierem ſterilem ex augmento humiditatis fœcundam.¶ Deſcriptio au- Ceratum. Pilulæ.

E tem vnguenti ſuperius nominati eſt hæc. ℞. *mumiæ,boli ar.ſan.dra.maſticis,ſpodii,corti,thuris ana ℥ ß.glutinis chartæ,cinis oſſium dactylorum combuſtorum,corallorum alb.& ru.ana ʒ iiij.ſtyracis calamitæ,bdellii torrefacti ana ʒ j ß.olei de myrto,olei roſ.antiqui,olei maſticini ana ℥ j ß.ceræ q.ſ.fiat vnguentum molle,& liniatur ex eo matrix,quæ iam exiuerit.*deinde ſuperpuluerizetur ex puluere,de quo ſupra dictum eſt.Et hæc ſufficiant. Vnguentum

Consilivm CCXXIII. *De prohibendo aborſum, & felicitando fœtum.*

F Recipe *margaritarum perforatarum ʒ iij.pyrethri,thuris,maſticis,coſti,roſ.an.ʒ j macis ʒ ij.ſacchari ſecundæ decoct.℥ v.cum aqua menthæ fiat confectio in rotulis magnis,de qua confectione hæc mulier omni mane per iij. horas ante prandium accipiat ℥ ß.& poſt ipſam bibat cyathũ ß.vini nigri vel rub.dulcis & craſſi,& de ipſa per horam ante cænam accipere poteſt ʒ j ß.bibendo poſt ipſam parum vini ſupraſcripti.*Item ℞. *thuris gummoſi ʒ j.carabæ,ſcoriæ ferri,acatiæ an.℈ ß.puluerizentur omnia per ſe, deinde ponderata* Rotulæ Pilulæ.

conuertantur in pilulas cū miua cydoniorum. de quib. hæc mulier accipiat omni mane per xx. dies ante & poſt tempus quo abortire ſolebat. Itē. ℞. *pulueris gladiū bene ſiccatarum* ℥ ß. *pulueris corticum intermediorum caſtanearum* ʒ vj. *hypocyſtidos, thuris, maſticis, acatiæ, armoniaci ſiccioris ana* ʒ j. *carabæ, hæmatitis, corallorum rub. ana* ʒ iij. *arillorum vuarum & propriè ſylueſtrium* ʒ v. *ſcoriæ ferri diu friXæ cum aceto nigro* ℥ ß. *farinæ frumenti volatilis molendini, farinæ fabarum ana* ℥ j ß. *ſucci plantaginis* ℥ viij. *terantur farinæ cum ſucco diu in mortario. Deinde ſuperaddantur pulueres longa & forti contritione: & fiat linimentum, cum quo mulier omni ſero cum vadit ad lectum & mane cū ſurgit, inungat totam ſpinam a cingulo inferius vſq; ad finem eius ſatis copioſe de ipſo ſuperponendo.* Hæc tria præſcripta remedia ſunt mirabilis iuuamenti ad conſeruandum & felicitandū fœtum in vtero, & prohibendo ipſum ab aborſu per me valde frequenter experta. A

Linimentū.

Abſtineat tamen omnino a coitu menſe illo, quo abortire ſolebat, & a deſcēſu ſcalarum vel montis. & caueat ſibi ab infrigidatione capitis & pectoris, propter quæ perducatur ad ſternutationem & tuſſim. ¶ Et euitet in cibis ſuis vſum brodiorum leguminum omnium, præterquam lentium, panici, & oryzæ, quæ tria ſunt ipſi valde vtilia. Item effugiat vſum croci, cinamomi, piperis & aromatum omnium & ſimilium: vt ſunt petroſ. fœnic. apium, ruta, paſtinaca ſylueſtris & domeſtica, a quibus & ſibi ſimilibus tanquam ab igne ſibi præcauere debet. ¶ Taceo hic de caſu, ſaltu, percuſſione & acidentibus iracundiæ & furiæ, quæ omnia effugere debet, vt apud omnes manifeſtum eſt. B

Licet diſpoſitio huius mulieris aduocaret ſibi tempus amplæ conſeruationis, vt diligenter reduceretur hæc diſpoſitio ad vnam cauſſam ægritudinalem omnium illorum accidentium & ægritudinum effectiuam & conſeruatiuam: Tamen ſecundum quod melius potui tria videntur mihi conuenire remedia, quæ nunc ſcribam. non enim vacat tempus extendendi calamum. ¶ Primum itaque remedium eſt hoc, vt inungi faciat partes ſpinæ omnes, & ilia vſque ad anchas cum hac medicina. ℞. *olei de cinamomo, olei de pice ana* ℥ j. *puluer. cimini & ameos ana* ℈ ß. *nitri gran. v. conquaſſentur ſimul in mortario, & cum eo calido fiat, vt dictum eſt.* ¶ Secundum remedium eſt hoc. ℞. *ſpecierum electuarij diamargaritonis deſcriptione Nicolai* ʒ j ß. *ſpecierum electuarij de ligno aloes deſcriptione, quam ſibi appropriat Auic. 5. can.* ʒ ij. *ſacchari ſecundæ decoc.* ℔ ß. *cum aqua betonicæ fiat confectio in rotulis, de qua accipiat* ʒ iij. *per horam vnam & mediā ante prandium & cænā: & poſt ipſam bibat vj. partē cyathi vini al. aromatici & bene fumoſi.* ¶ Tertiū remediū eſt hoc, de quo omni mane deglutiat ℥ ß. aut ſaltē bibat ipſum diſſolutū cū ℥ j. aquæ roriſmarini. Cuius deſcriptio. ℞. *ſpecierum electuarij cordialis deſcripti a Rhaſi 9. Almanſ. cap. de ægritudinibus cordis* ℥ j. *ſpecierum electuarij ſotiræ magnæ deſcriptæ ab Auic. quinto canon. ſumma prima* ʒ vj. *ſyr. conſeruationis zinzib.* ℥ iij. *ſacch. albi* ℥ ij. *coquatur ſaccharum cum ſyr. & fiat electuarium.* Ad laudem Dei omnipotentis. Amen. C D

Inunctio.

Rotula.

Electuariū.

Consilium CCXXIIII. *De apoſtemate matricis cum vlceribus. Diuiditur autem conſilium in capita tria.*

Cap. I. *De cauſſis & ſignis diſpoſitionis huius.*

Ex his quæ mihi per literas nuper ſcripta fuerunt de diſpoſitione huius honeſtiſſimæ matronæ manifeſte apparet, quod ipſa patiatur apoſtema in matrice ſua aut plenitudinem multam ipſius matricis a materia ſanguinea commixta phlegmatibus corruptis. ¶ Et hanc quidem corruptionem intelligendum eſt prouenire a calore extraneo materias in matrice putrefaciente, ſiue ipſæ contineantur in ea apoſtemantes ipſam, ſiue ipſæ materiæ inueniantur in ea oppilationem facientes abſque apoſtemate. In quibus duobus punctis fiat neceſſitas ſpeculationis ad inueniendum radicaliter ægritudinem, quæ eſt cauſſa tantorum & tot accidentium, quæ in ipſa perſeuerauerunt a multo tempore citra, vt iam mihi nunciatum eſt. E

Signa diſtinctiua apoſtematis matricis ab oppilationibus.

Si quis tamen deſideraret ſecernere inter apoſtema matricis, quod eſt cauſſa illorum accidentium, aut oppilationem in ſubſtantia eius abſque apoſtemate, ex quibuſdam ſignis facile poterit prouenire in notitiam. ¶ Et primo quidem ex vehementia dolorum. materiæ enim apoſtemantes cum aliorum paritate maiorem efficiunt dolorem, quam præciſe oppilantes: eo quia fortior eſt ſolutio continuitatis & manifeſtior in apoſtemate, quā in oppilationib. Secundū ſignū eſt dolor proueniens ab apoſtemate, vt plurimum complicatus cū vehementi pulſatione, eo quia materia apoſtemās arterias F

1.

2.

maiores

A maiores & minores per modum conculcationis mutat ad maiorem pulſationem. Mate-
ria autem oppilans ſecundum magnam ſui partem continetur in venis non pulſatilibus,
ergo pulſatio eſt apoſtematis inſeparabilius ſignum, quam oppilationis. ¶ Et tertium ſi- 3.
gnum eſt ſumtum ex parte caliditatis perceptæ in loco apoſtemoſo. Cum enim materia
in apoſtemate per modum ſuffocationis retineatur magis, quã in oppilatione, & ad pro-
hibitam trãſpirationem ſequatur innati caloris extraneatio: ergo in tali loco maior per-
cipietur ſenſu tactus caliditatis intẽſio. ¶ Quartum ſumtum eſt a longitudine temporis 4.
ægritudinis eius. eſt enim difficile imaginari materiam longo tempore in aliquo mẽbro
moram contrahere, niſi locum illum ſecundum partem aliquam apoſtemet. ergo lon-
gitudo temporis ægritudinis eius eſt ſignum fixionis & imbibitionis materierum in mẽ-
B bro. ſed ad hæc omnia facile ſequitur apoſtematis euentus. igitur, &c. ¶ Quintum eſt 5.
exitus materierum corruptionis veſtigia habentium. Materiæ enim phlegmaticæ, mu-
ſcoſæ, albæ, quæ ſimul cum ſanguine deſcendunt, non videntur prouenire poſſe, niſi ab
apertione apoſtematis: aut ſaltem ex apertione venarum vel arteriarum, in quibus hæc
materia a calore extraneo corrupta fuit. ¶ Sextũ & ſatis demonſtratiuum eſt, quia ma- 6.
teriæ iſtæ non exſiſtunt ſine magno dolore. Cum igitur dolor iſte non poſſit prouenire
niſi aut a mala complexione membri ſubito permutata, aut a ſolutione continuitatis. ſi a
mala complexione, videtur rationabilius dolorem iſtum prouenire a caliditate intenſa,
quam a frigiditate, eo quia caliditas eſt fortioris actiuitatis ad ſubito alterandum, quam
frigiditas. ¶ Amplius ſi dolor tantæ intenſionis proueniat a ſoluta continuitate partium 7.
C matricis & ad efficiendum illam promtior & fortior ſit caliditas, quam frigiditas in aliis
partibus, ſequitur neceſſario, ꝙ hic dolor tantæ intenſionis abſolutione continuitatis a
calore intenſo facta proueniat. ¶ Per hæc igitur ſubtiliter conſiderando deduci poterit,
quod hi dolores cum deſcenſu talium materierum a matrice in ea proueniant a ſubita
alteratione complexionis matricis & ſolutione continuitatis partium eius magis, quam
a ſimplici oppilatione vel oppilationibus. ¶ Et ſi velis hæc omnia a poſteriori confirma-
re magis, conſidera, quod fœtor proueniens a materiebus prędictis a matrice expulſis e-
rit ſignum demonſtratiuũ putrefactionis in ipſa exſiſtentis: quoniam fœtor ſemper cõ-
ſequitur putrefactionem materierum corporis humani, *1. prognoſticorũ, cõment. vlt.* ¶ Am-
plius hoc confirmatur fortius, quoniam ſi cum ſanguine iam prædicto prouenięte a ma-
D trice ſimul euacuatur prius ſanies & virulentia, neceſſe eſt concludere cauſſam putrefa-
ctionis in ea. ſanies enim in humano corpore fit ex humoris eius intẽſione; ſicut cinis ex
lignorum combuſtione, vt Commentator *4. aphor. comment. 64.*

Ex quibus omnib. clariſſime apparet, ꝙ diſpoſitio huius mulieris valde ſit verenda, *Prognoſtica.*
eo quia minatur ei vlcera corroſiua aut cancrenoſa ſubſtantiam matricis profunditus a-
pta corrumpere, eo quia hoc facile arguitur ex parte ægritudinum, quæ ſunt. ¶ Et iterũ
ex parte materierum, quæ corruptę ſunt, quia ſanioſæ vel virulentæ. ¶ Et adhuc tertio ex
parte ſitus membri: eo quia matrix eſt ſatis in partibus infimis repoſita.. ¶ Et quarto ad-
huc quia ipſa eſt mẽbrum, in quo & adhuc in ſanitate facile aduenit putrefactio aliqualis,
quod fœtor oſtendit. Eſt enim in humano corpore matrix poſita velut ſentina in naui, *in-*
E *teriorum 64. cap.* ſed ſunt in ſentina nauis plurimæ putredines & ad ipſam facile decurrunt
ſuperfluitates. igitur &c. Quare neceſſe eſt huic mulieri cito ſubueniens regimen admi-
niſtrari.

Cap. II. *De cura per diætam.*

ITAQVE regimen eius ex parte rerum non naturalium conuenienter mẽ-
ſurandum eſt, ita vt omnium illarum rerum operatio in corpus ſit notabili-
ter exſiccando exſiccatione proueniente vſque ad vltimum ſecundi gra-
dus. Et ſi virtutis conſtantia toleraret audacius exſiccantia, conuenirent ei:
vt ea, quæ inueniuntur in prima manſione gradus tertii. In qualitatibus ve-
ro actiuis non debent res non naturales eſſe multũ eleuatæ, vt in gradu caliditatis, ne pu-
F tredo augmentetur. Et forte quod ſecurius eſt, regere ipſam regimine ſex rerum nõ na-
turalium infrigidantium in primo gradu: & hoc veritatem contingit magis, vbi hæc diſ-
poſitio cum febre cõplicaretur, ſiue febris eſſet illius diſpoſitionis accidens, ſiue non. Et
apparet, quod horum omnium applicatio pendeat ex prudentia Medici in theoria & o-
pere non mediocriter eruditi. Aer igitur, cibus & potus cibales eſſent ei cõuenientes, &

ſi ad aliquam qualitatem inclinari debent, adminiſtretur locus, in quo ſit aer remiſſæ caliditatis & notabiliter ſiccus. Cibi autẽ medicinales aut medicinæ cibales operẽtur in ea leuiter calefaciendo & notabiliter exſiccãdo: velut calida in primo & ſicca in ſecũdo. ¶ Similiter etiam effectus, qui conſequitur per exercitium, debet eſſe talis, licet quieſcere omnino ſit ei melius, q̃ motu corporis exercitari. Ita de aliis reb. non naturalib. dicendũ eſt. ¶ Frigida igitur & humida cibaria omnino, velut piſces, cancri, lac & lacticinia omnia, bleta, ſpinachia, lactuca, endiuia, portulaca, & raparum vſus, & brodialia multa & pinguia eidem ſunt nociua. & aliorum omniũ exempla collige per cõplexionem earũ. ¶ Potus autem eidem conueniens debet eſſe vinum remiſſæ potentiæ ponticũ & bruſcũ materierum exſiccatiuũ, quod ſua nimia caliditate non ſit aptũ ponẽdi materias in fluxum, eliquando eas, ſed potius exſiccando & conſumendo eas, quale eſſet vinum colore ſubrubeum, velut aurum permixtum cum decoctione granorũ myrti, & melius illo eſt maſtiche: aut cum decoctione radicum cõſolidæ ma. vel mi. Et ſi poſſet tolerare fractionem vini factam cum decoct. radicum vcuen, *2. can. proprio cap.* Et eſt vcuen matricaria, vt a ſapientib. colligi poteſt.

Cap. III. *De cura per medicinalia.*

PRo regimine autem huius diſpoſitionis ex parte medicinalium inſtrumentorum occurrunt mihi octo, quę videntur fore neceſſaria in cura huius diſpoſitionis. Quorũ quatuor reſpiciunt regimen totius corporis: alia vero quatuor appropriantur membro patienti. ¶ Primum igitur horum eſt, vt conſtante virtute ante omnem aliam operationem huic mulieri ſtatim fiat phlebotomia ſaphenæ dextræ partis: & eſt vena poſita ſuper cauicula dextri pedis in lõgum protenſa ſecundum facile ſuperius tibiæ: & prius in aquã calidam infuſa vena illa hora veſperarum aperiatur & educantur ſanguinis ℥ iij. aut iiij. ad plus conſtante virtute & non materiæ inde extrahatur quantitas, ne debilitetur virt⁹ eo quia phlebotomia venarum inferiorum magis debilitat, q̃ ſuperiorum, *4. primi, 21. cap.* ¶ Facta autem phlebotomia tali occurrit ſecundum inſtrumentũ, q̇ eſt lenitiuum ordine rationali materierum euacuando minoratiue. & illud quidem fiat ſecundũ hunc modum. ℞. *benedictæ ſimplicis deſcriptione Nicolai in antidot.* ℥ ß. *agarici electi* ℈ j. *zinz. gran. iiij. aq. ſublimationis vel decoctionis vcuen* ℥ ij ß. *hoc totum calidũ exhibeatur in potu in aurora, & obſeruentur canones poſt ſolutionem medicinarum celebrandi, quorum memoriam vide 4. primi, c. de eo, quod agere debet ille, qui ſumſit pharmacum:* quod propter prolixitatem dimiſi. ¶ Poſt hoc autem lenitiuum occurrrt inſtrumentum tertium, quod eſt materierum adæquatio, quod fieri debet cum medicinis totum reſpicientibus, & principaliter matricem. & debent aduerſari qualitatib. primis & ſecundis materierum putredini: quare debent eſſe frigidę: & eorum craſſitudini: ideo debẽt eſſe ſubtilitatiuæ: & ſeparationi viſcoſitatis materierum: propter quod debent eſſe inciſiuæ, qualis eſt potus iſte. ℞. *oxymel. ſquillitici* ℥ ß. *ſyr. de byſantiis & ſimplicis aceto. an.* ʒ vj. *aq. leuiſtici, aq. eupatorii an.* ℥ j. *aq. cichoreæ* ℥ ij. *miſce & totum exhibeatur in potu & in aurora, & dormiatur ſuper ipſo & tardetur aſſumtio cibi ſaltem vſq; ad horas quatuor.* & continuetur dieb. aliquibus, vſquequo aſpiciẽs vrinam percipiet ipſam in ſubſtãtia mediocrem eſſe & colore citrinam, aut ſubruffam habentẽ in fundo ſedimen quinq; priuilegiis notatũ, ſc. q̇ ſit album, ſecundo q̇ in fundo ſedeat: tertio quod ſit coniunctũ: quarto quod habeat partium æqualitatẽ inuicem comparatarum: quinto q̇ ſit diaphanum. & adde ſexto, ſi velis, quod figura eius ſit pyramidalis. Et concludere potes ex iſtis æqualitatem digeſtionis, vt patet *2. primi ſumma vltima. cap. tribus de colorib. ſubſtantia & contentis vrinæ.* lege per te ibidem. Apparente igitur digeſtionis ſufficientia ex prædictis demonſtrata, ſtatim ſoluatur ſolutiuo materias prædictas educente: velut eſſet hoc. ℞. *pilularũ de benedicta* ℈ iiij. *aut* ʒ j ß. *reformẽtur cũ ſucco arthemiſiæ & dentur in potu.* Et ſi velis ſolutiuũ maioris audaciæ. ℞. *pil. de opoponaco, pilular. de hiera cõpoſita vel maiori an.* ʒ ß. *reformẽtur pilulæ, vt prædictũ eſt.* Et ſi adhuc velis eſſe audacior ad ſoluendũ. ℞. *pil. fœtid. deſcriptione maiori collecta a Meſ. in antid. diſtinct. 4.* aut ab Auic. *5. can. ſum. 1. tract. de pil. & de qualibet iſtarũ deſcriptionũ exhibere potes a* ʒ j. *cũ debilitate virtutis vſq; ad* ʒ j ß. *cũ conſtãtia eius.* Et attẽdantẽ ſemp poſt horũ pharmacorum exhibitionẽ regulæ obſeruãdæ, q̃ ſupra poſt minoratiuũ tactæ fuerunt. ¶ Poſt hæc autẽ inſtrumenta, ex quib. iam totũ corpus mundificatũ fuit, adminiſtrentur inſtrumenta membrum patiens principaliter aſpicientia. Et primum quidem debet eſſe ſedatiuum dolorum, anteq̃ inſtrumenta materias diuertentia vel aliter educentia approximentur, iuxta ſententiam Auic. *4. primi, 1. c. ibi. Cumq; ad diuerſum trahere vo-*

Margin notes: *Vena ſectio.* — *Phlebotomiam inferiorum magis debilitare quam ſuperiorum.* — *Lenitiuum* — *Materierũ adæquatio.* — *Potio.* — *Pilula.* — *Alia.* — *Inſtrumenta membrũ patiens principaliter reſpicientia.*

Section letters in right margin: A, B, C, D, E, F

A *re volueris, membri, in quo dolor exiſtit, prius dolorem ſeda.* Licet igitur gratia huius intentionis multa ſcribantur a ſapientibus inſtrumenta: melius tamen & conuenientius inter ea eſſet clyſtere factum ex decoctione radicum arthemiſiæ cum mundificantibus & abſtergentibus. velut hoc compoſitum. ℞. *aquæ decoctionis arthemiſiæ* ℔ ß. *hieræ ſimplicis Galen. de ſcriptæ 7. terapeuticæ* ʒ vj. miſce totum & impone. ¶ Si autem velis clyſtere æqualius illo. ℞. *ſapæ* ℥ iiij *aquæ cineris mediocris decoctionis* ℥ iij. *miſce*. ¶ Et ſi iterum velis remedium leuius iſtis. ℞. *hydromellis* ℔ ß. *ſucci apii* ℥ ij. *myrrhæ ſubtiliſſime trita* ʒ ß. *impone totum, & eſt remedium*, quo omnes matrices meo tempore mundificaui: & nulla euaſit inſanata, niſi fuerint ipſius vlcera cancrenoſa vel eſtiomenata. Et quia difficile eſt noſtris temporibus, quibus medicinæ flores operandi vt multum euanuerunt, tale inſtrumentum, cum quo

Clyſter vterinus.

B tales liquores iniiciuntur, reperire: ideo deſcribo ipſam, vt iunioribus facilius innoteſcat. Eſt igitur cannula artificialiter cõponenda longitudinis maioris, quam ſit ſpithama cuius craſſitudo parum ſit maior, quam pollex, & habeat in extremitate figuram latam, & planam ſatis amygdalæ cum ſuo cortice ſimilimam, quæ in ſua extremitate ab vno latere ad aliud ſit interciſa, velut vides figuram oris piſcis tincæ perforatam. Et quia vt in pluribus mulieres in noſtra ætate talium inſtrumentorum applicationem effugiunt, & adhuc ſemper propter inſuetudinem Medicorum peritia deficit ab hac operatione conuenienter facienda, & iterum mulieres non reperiuntur in hoc opere ſagaces & cõſuetæ: ideo paucos inuenies Medicos, qui in ætate noſtra talia adminiſtrauerint inſtrumenta. ¶ Ideo alia mundificandi ingenia nunc ſcribenda ſunt, quorum aliqua

Inſtrumentum, quo liquores iniiciuntur in vterum.

C ſunt vnguenta vel linimenta, velut eſſet linitio facta femori vel poſteriori parti ſpondylorum nominatæ alchatin, in quibus notabile mundificandi matricem iuuamentum reperitur: immo frequens applicatio pannorum, quæ infundantur in ſucco apii, arthemiſiæ aut matricariæ, notabiliter operatur. ¶ Secundum vero inſtrumentum & melius illo eſt licinium ſatis longum vuluæ impoſitum, quod peſſarium antiqui nominant vel peſſum. Et proprie quando linitur cum hiera ſimplici, & quater vel quinquies permutatur in die. ¶ Et fortius illo eſt vnguentum hoc. ℞. *olei de floribus matricariæ, olei de croco ana* ℥ *ß. olei de keiri citrina, & proprie quãdo dolor eſt fortis* ℥ *ij. myrrhæ, ſarcocollæ, opoponacis ana* ʒ *j. terebinthinæ electæ* ʒ *vj. moſchi gran. j. ceræ albæ quantum ſufficit, fiat vnguentum molle: quod poſtea bulliat in* ℥ *iiij ſucci apii vſque ad conſumtionem illius ſucci. intingatur ergo in ipſum peſſarium & imponatur matrici & ſæpe permutetur, vt dictum eſt.* Eſt enim experimentum nobile, vt expe-

Licinium quid.

Vnguentum

D rientia ſæpe cognoui & rationibus poſſet valde facile demonſtrari. Et ſi poſſes tale vnguentum clyſterizando matrici imponere, melius operaretur. ¶ Tertium vero inſtrumentum a ſapientibus poſitum eſt encatiſma vel ſemicupium nominatum. & ſunt ſublimationes vel decoctiones medicinarum, in quibus ſedendo mulieri pudenda ſtent infuſa vſque ad vmbilicum, velut eſſet decoctio talis magnifice experta. ℞. *radicum peucedani, radicum phu, meu & apii ana* M. *iiij. myrrhæ, opoponacis electorum ana* ʒ *ij. radicum mille folii* ℥ *iiij. bulliant omnia in* ℔ *v. aquæ vſque ad conſumtionem medietatis. Deinde colentur forti expreſſione, & colaturæ addantur mellis* ℥ *iiij. & totum illud lento igne coquatur, vſque ad conſumtionem tertiæ partis, notabiliter deſpumando ipſum.* In hunc ergo liquorem ſedeat mulier calidum multiplicando eius deſcriptionem tuo modo. & eſt remedium conuenien-

Inſeſſus.

E tis operationis, ſi bene conſideras virtutem ſimplicium, ex quibus componitur. ¶ Scio etiam experientia certa, quod inſeſſio ſæpe facta in decoctione radicum & foliorum cucumeris aſinini, melioris operationis ſit, quam aliquod prædictorum. ¶ Quartum inſtrumentum, & proprie conferens poſt mundificationem matricis & abſterſionem eius a ſuperfluitatibus iam prædictis, & conferens ad incarnationem & conſolidationem partium eius, eſt iſtud. ℞. *centaureæ minoris lib. ß. radicum ireos, vtriuſque conſolidæ & foliorum agrimoniæ ana* M. *iij ſarcocollæ, gummi Arabici, draganti, mumiæ, thuris, hypocyſtidos ana* ʒ *j. coquantur in lib. xxx. aquæ vſque ad conſumtionem medietatis: & poſt medietatem decoctionis addantur ſcoriæ ferri præparatæ* ℥ *x. & completa decoctione iam dicta ſedeat mulier, vt dictum eſt:*

Aliud.

F *& eſt efficax valde.* Et ſi ex hoc compoſito fierent peſſaria vel emplaſtra, optime conuenirent, & non dubito. ¶ Et ſi velis rem facilioris experientiæ ſaltem vbi inuenitur, accipias aquam balnei aluminoſi, & applices eam cum ſua potentiali & actuali caliditate. & eſt remedium expertum & omnium auctorum ſententia approbatum. Hæc ſunt quæ videntur in hac materia ſufficere. Ad laudem Dei. Amen.

Consilium CCXXV. *De quadruplici mala diſpoſitione, videlicet: De motu contractiuo partium inferiorum. De præfocatiua diſpoſitione matricis. De impotentia motus in membris inferioribus cum nocumento etiam ſenſus. Et de nocumento ſtomachi cum vomitu. Diuiditur autem conſilium in duo capita.* A

Cap. I. *De cauſſis & ſignis dictarum diſpoſitionum.*

DIVERSITAS accidentium, quæ mihi conſcripſiſti eximie domine Doctor, arguit diuerſitatem membrorum patientium, & non ſolum matricis huius honeſtiſſimæ mulieris. Neceſſe enim eſt concedere nocumentum magnum fixum in

Motus contractiuus partium inferiorum, et eius cauſſa.

neruis omnibus orientibus a ſex ſpondylis renum & a tribus ſpōdylis alchatin & ab aliis inferioribus. ſenſibilis enim læſio arguit ægritudinem in eis. Cum ergo membra motus & ſuſtentatiua corporis a media ſpina inferius omnia læſa ſint, ita quod corpus nec manere nec conuenienter ſuſtentare ſe poſſit, neceſſe eſt concludere nocumentum eſſe fi- B
xum in eis. Neq; etiam eſt poſſibile credere huiuſmodi nocumentum in prædictis mēbris eſſe per colligantiam eorum ad matricem. Mirum enim eſſet, quod ſi nocumentum eſſet per compaſſionem abſolutam, aut non abſolutam, tanta debilitas in prædictis membris perſeuerare poſſet. Quomodo n. matrix per colligantiam lædere poteſt continue membra alia, cum ipſa non ſit ſemper læſa? ergo ceſſante paroxyſmo deberent alleuiari membra motus & ſuſtentationis, ſi per continuam dependentiā a matrice continue læderentur, & ecōuerſo. Ad cuius enim præſentiam ſequitur aliquid, ad eius remotionem ſequitur oppoſitum. Cum ergo matrix non continue lędatur motu pręfocatiuo aut contractiuo, vt ſcribitur, immo aliquando nullo modo læditur: & membra iſta ſem- C
per læſa ſint in motu & ſuſtentatione corporis. ergo neceſſe eſt concludere, quod nocumentum ſit fixum in illis membris. quod fuit concluſio intenta. ¶ Et pari ratione nō videtur eſſe rationabile nocumentum in iſtis membris continue dependere a nocumento nuchæ & cerebri, cum etiam in illis membris non appareat nocumentū fixū. ¶ Quod vero motus contractiuus multiplicetur in membris inferioribus, & maxime in neruis orientibus a ſpondylis alchatin, quorum neruorum nonnulli ramuli deferunt ſpiritum animalem motus & ſenſus & ſuſtentationis in inferiora membra, non neceſſario concluditur hunc motum contractiuum eſſe præfocatiuum motus matricis: quoniam, vt relatū eſt, mulier iſta ſingulo menſe naturaliter menſtruatur. Et cū hoc etiā ſatis mediocrē habet delectationem in coitu, nō videtur rationale neque poſſibile, in ea detineri ſper- D

Duas eſſe præcipuas cauſſas præfocationis uteri.

ma tanto tempore, neque tantæ quantitatis & potentiæ, vt efficiat præfocationem. Duę enim principales præfocationis cauſſæ matricis ſcribuntur *6. interiorum a Gal. & 21. tertii tract. vlt. in c. de præfocatione.* videl. retentio ſpermatis & menſtrui ſanguinis, quorum neutrum hic adeſt. Igitur in matrice non videtur aſſignari poſſe præfocationē. Et ſi fieret inſtantia, quod multæ aliæ materiæ corruptæ in matrice reſeruatę poſſint præfocationem

Obiectio.

efficere. ¶ Huic motiuo & aliis conſimilibus reſpondetur, quod hoc non ſit poſſibile reperiri in matrice conuenienter menſtruata. ¶ Eſt autem conuenientia menſtruationis, vt omni menſe fiat tempore conſueto, nō tardando, neque multum anticipando, & quantitatis euacuatio paulatim & non impetuoſe fiat. Et quarto iterum per talem menſtruationem eueniat materia ſuperflua tota. ¶ Et quinto, quod illi euacuationi ſuccedat E
leuitas, iocunditas & quies excludendo dolorem pungitiuum, mordicatiuum, extenſiuum, pruritiuum, excoriatiuum & conſimiles. Et vltimo quod perſeueret tot dieb. quot perſeuerare ſolebat in naturali diſpoſitione mulieris. ¶ Tunc iſto omiſſo formetur ratio ſyllogiſtica taliter. Si menſtrua fiant conuenientia modo dicto, neceſſario euacuabitur tantū & tale, quantum & quale euacuari debet: ſed ad talem euacuationem non remanebit ſuperfluitas in matrice. ergo non poterit fieri præfocatio. Patet cōſequentia, quia ex interemtione cauſſarum ſufficienter productiuarum effectus, negatur effectus. Cum igitur in tali matrice nō reperiantur ſuperfluitates aliquæ ex hoc diſcurſu, etiam nō ſunt in ea ſuperfluitates menſtruales neque ſperma, quod fuerit corruptum. ergo non videtur, quod præfocatio matricis ſit cauſſa horum accidentium, quod vero ab ea ſequantur F
accidentia, nunc non videtur rationabile. Ex quo fundamento concluditur, quod ſi hæc mulier menſtruaretur, & non debite, nocumenta in iſtis membris, quæ fixa ſunt, poſſent intendi & multiplicari multiplicatione nocumentorum in matrice, ſi aſſignarentur iſta.

At

A At vero iterum inueſtigare oportet, quæ ſit cauſſa nocumenti in ore ſtomachi, apparentis & euenientis cum vomitu. ¶ Secundo contemplanda inuentio cauſſarum, quę faciunt dolorem & tumorem ſub regione vmbilici verſus os anchæ. ¶ Propter primi autem declarationem dicendum, quod in tempore motus paroxyſmi materiæ agitantur in partibus non ſolum matricis, ſed renum & omnium aliarum interiorum partiũ, propter quarum agitationem multæ materiæ communicantur ſtomacho, fluentes illuc ꝓpter compoſitionem ſtomachi ad prædictas partes ratione neruorum, ſiue iſtæ materię ab illis membris inferioribus ad ſtomachum ſubſtantialiter fluant aut expellantur, ſiue per modum euaporationis ab illis partibus ſtomacho communicentur, ſiue ſtomachus compatiatᷣ illis compaſſione abſoluta, q̃ non credo. Qualitercunq; igitur contingat, no-

Cauſſa nocumenti oris ſtomachi.

B cumentum nõ eſt in ſtomacho per eſſentiã, ſed per colligantiã ad ꝑdicta, vt deductũ eſt. Quantũ igitur eſt nocumentũ in prædictis membris inferioribus, tãtum eſt nocumentũ ſtomacho ꝑ colligantiã communicatũ ab eiſdẽ. Sed nocumentũ videlicet motus cõtractiuus in membris inferioribus eſt valde fortis: igitur multũ notabiliter læditᷣ ſtomachus. ¶ Ex quo ſequitur, quod non ſit mirum, ſi in fine paroxyſmi ſuperueniat vomitus huic mulieri: imo ſi non ſuperueniret vomitus, eſſet ei peius. Et pari ratione valde facile declarari poteſt, quæ ſit cauſſa motus tortuoſi in ventre inferiori doloris & tumoris ibidem apparentis. In motibus enim præter naturam adeo violẽtis non bene reguntur humorales partes materiæ a virtute, imo corrumpuntᷣ & conuertuntur in ventoſitates craſſas, quæ includuntur in veſica & parum in matrice, & inter concauitatẽ conuexã inteſti-

C norũ & concauũ ſifac cooperientis ea. Et ſi materia humoralis craſſa inueniatur ibidẽ, vt phlegma vitreum, aut altera, non eſſet mirum ſi ibidem ſuperueniret apoſtema magnum & temporaneum, quod fortaſſe curari non poteſt ſine difficultate magna.

Ex quibus omnibus ſummatim colligendo apparet, quod diſpoſitio huius mulieris ſit multiplex. ¶ Prima eſt motus contractiuus iſte in inferioribus partibus apparens, quod prouenit a materia, vel ſibi proportionalis, vt a ventoſitate aut aliis materiebus in muſculis dorſalibus, & in neruis orientibus a ſpondylis renum & alchatin, & caudæ, quæ ſunt paria duodecim, & in panniculis in prędictis partibus exiſtentibus. ¶ Secunda vero poteſt eſſe diſpoſitio ꝑfocatiua matricis, quę nõ apparet ita rationalis, propter rationes ſuperius allegatas. ¶ Tertia vero diſpoſitio eſt impotentia motus inferiorum partium, &

D fortaſſe nocumentũ in ſenſu earũ, propterea, quia quaſi paralytica diſpoſitio eſt, aut ſaltẽ præparata ad illã. ¶ Quarta diſpoſitio eſt nocumentũ ſtomachi iã ꝑdictũ, ad quę omnia ſequitur vltimo vniuerſalis totius corporis debilitas & vltimo particularis debilitas in membris generationis, propter quæ hęc mulierᷣ eſt, & remanebit ſterilis, niſi medicinali beneficio ſubueniatur ei, vt nunc ſequitur.

Cap. II. *De cura tam per ſex res non naturales, quam per medicinalia.*

IGITVR pro cura iſtarũ diſpoſitionum deſcribam ipſi 9. ingenia curationis. ¶ Quorũ primum eſt, vt rectificetur regimen eius ex parte ſex rerum non naturalium: ita, vt omnium ipſarum effectus ſit in calefaciendo, exſiccando, ſubtiliando & aperiendo vias, ita, vt non fiat tranſitus cum inſtrumentis ad ea, quæ ſunt vltra ſecundũ gradũ. ¶ Pro-

E pter quod aer eius non debet eſſe valde calidus. Similiter neq; cibus & potus, imo refrangẽda ſunt omnia talia cum leuiter calefactiuis & aperitiuis, ſicut cum aneto, chamomilla, meliſſa, eupatorio, cicere rubeo & ſimilibus. Si autem habeantur quæ ſunt calida, velut ea, quæ ſunt in fine ſecundi gradus, & in tertio, tunc de eis ponatur in cibariis quantitas pauca, ſicut vna parua radix fœniculi, petroſelini, bauciæ ſylueſtris & ſimilium. ¶ Et potus eius ſit vinum album, ſubtile, tranſparens vel diaphanum, bene odoriferũ, potẽtia mediocre. Et ſi non haberet ita pauciferum, remittatur eius potentia cum aqua ciſternæ prius cocta. Et ſi in ipſa decoquerentur flores arthemiſię, eſſet remedium ſingulare. Et adhuc ſublimius, vt vinum ſuum dilueretur cum aqua ſublimationis arthemiſiæ, aut radicum enulæ, matricariæ vel florum geniſtæ, cum quibus aquis credo ipſam poſſe ſa-

F nari abſq; aliis remediis. ¶ Particularis autem diſcurſus per res non naturales dimittitur menſurationi eximii Doctoris Thomaſii, qui ſapienter menſurabit ipſum. ¶ Secundum vero principale remedium eſt, vt quam citius eſt poſſibile, antequam frigora maiora ſuperueniant, phlebotometur baſilica contrariæ partis læſæ, poſita ſub cubito, per quam educantur ſanguinis vnciæ quatuor vel quinq;. Et ſi non apparet

vniuerſalis repletio; quam credo eſſe propterea, quia mulier eſt bene colorata plus, quã A
mediocriter carnoſa, & ætas etiam obedit, tunc dimittatur iſta phlebotomia, & fiat eidẽ
phlebotomia ſaphenæ contrariæ parti, quæ magis læſa eſt, & educantur ſanguinis ℥ iiij.
vel v. hæc enim phlebotomia euacuat a parte ſuminis, *4. primi, cap. 20.* Iſtæ ſunt partes pa-
tientes, vt declaratum eſt: ergo talis phlebotomia conueniens erit. ¶ Tertium eſt, vt fa-
cta phlebotomia venter huius mulieris mane immediate ſequenti ſoluatur cum hoc cõ-
Potio lenitiua. poſito. ℞. *hieræ ſimplicis ℥ v j. benedictæ ſimplicis drachm. iiij. aquæ florum geniſtæ, aut arthe-
miſiæ, aut matricariæ ℥ iij. miſce, & totum calefactum accipiatur in aurora & tardetur cibus ad mi-
nus horis ſex nullum præmittendo lauatiuum.* ¶ Quartum eſt hoc. ℞. *galbani electi ℥ j. bdel-*
Ceratum. *lii, ammoniaci an. drachm. j. ß. arthemiſiæ, matricariæ, ligni aloes an. ſcrup. ß. diſſoluantur gum-
mi cum aceto acuto, ceræ quantum ſufficit, fiat ceratum ſphæricum ſuper panno de grana amplitudinis* B
ſpithamæ. Scio enim, quod hoc erit ei auxilium maximum, & ponatur ſuper vmbili-
cum: ita, vt vmbilicus ſtet in medio eius. ¶ Quintum eſt, vt tempore inſtantiæ pa-
roxyſmi, quo vexatur doloribus & motibus contractiuis, ſupponatur mulieri hoc peſ-
Peſſarium. ſarium. ℞. *pulueris galliæ muſcatæ, & confectionis neræ amborum deſcriptione Nicolai an. ℥ j.
ß. ligni aloes, violarum citrinarum, florum hypericonis an. drachm. ß. ambræ orientalis ſcrupul. ß.
moſchi gran. iij. ſyrup. conſeruationis zinziberis, quantum ſufficit, fiat electuarium, in quo inuol-
uatur fruſtum tenuiſſimæ granæ in folliculis, & ſupponatur matrici, ſecundum conſuetudinem.*
Electuarii. ¶ Sextum eſt hoc. ℞. *ſpecierum electuarii de ſeminibus deſcriptione Meſ. in antidotario di-
ſtinctione prima drachm. iij. ſpecierum diambræ & diamuſci dulcis an. drachm. ij. ſacchari albi lib.
ß. ſyrup. de calamento, quantum ſufficit, fiat electuarium, de quo omni mane in aurora deglutiat ℥.* C
*ß. & per horam ante cœnam deglutiat quantitatem mediæ nucis muſcatæ, & tantundem quando va-
dit ad lectum.* ¶ Septimum eſt, vt ſi per menſtrua prædicta non plene curaretur, tunc.
Inſeſſus. ℞. *hypericonis, chamomillæ, meliloti, ſeminis aneti, ameos, an. M. j. violarum citrinarum, flo-
rum geniſtæ, arthemiſiæ, eupatorii, nepitæ, maioranæ, calamenti, pulegii, origani an. M iij. biſ-
tortæ, macis an. vnc. j. bulliant omnia in centum libris aquæ fontalis, vſque ad conſumtionem ter-
tiæ partis, & tunc ſuperaddantur lib. ß. pul. meliſſæ, & vnc. ij. pulueris foliorum citrangulorum, &
parum bulliant. In tali ergo decoctione calida mediocriter ſedeat mulier, vſque ad coopertaram vm-
bilici.* & poterit hoc remedium facere bis in die: immo etiam in inſtantia paroxyſmi,
Ceratum. ſcio enim, quod ſit iuuamentum mirabile. ¶ Octauum eſt hoc. ℞. *reſinæ electæ ℥ ij.
maſticis, caryophyl. an. ſcrupul. ij. puluer. menthæ drachm. ij. fiat ceratum vnum figuræ ſcutalis ſu-* D
per panno de grana, quod teneatur ſuper ſtomacho, & defendat ipſum a nocumentis eidem per colli-
Electuarii. *gantiam euenientibus.* ¶ Vltimum remedium eſt hoc. ℞. *ſotyræ magnæ, aureæ Alexan-
drinæ an. drachm. iiij. ſyrup. conſeruationis zinziberis ℥ ß. ſacchari albi, quantum ſufficit, fiat ele-
ctuarium,* de quo accipiat pluribus diebus mane in auroſa cum ℥ j ß. aquæ ſublimationis
rubeæ tinctorum. Mirum enim erit, ſi non ſanetur. Cui ſanitatem integerrimam con-
cedat Altiſſimus. Ad laudes eius immortales. Amen.

CONSILIVM CCXXVI. *De præfocatione matricis ex nocumento ipſius.*

APPARET magnifice, ſpectabilis ac generoſe Domine, ex his, quæ mihi
completiſſime, multum accurate ac ſcientifice ſcripta ſunt de diſpoſiti- E
one magnificæ ac venerabilis matronæ coniugis tuæ, quod verta-
tur in dubium, an eius diſpoſitio ſit denominanda epilepſia, i. caducus
morbus, an dicenda ſyncope, an ſpaſmoſa diſpoſitio, vel matricis præfocatio, vt in
ſermonibus ſapientiſſimi phyſici veſtri pulchre multum inſeritur. ¶ Etenim, quod
hæc diſpoſitio ad epilepſiam reduci poſſit, apparet propterea, quia, vt ſcribitur con-
tractio non leuis in digitis manuum ſæpe ei contingit. ¶ Etiam ſecundo, quia proſtra-
ta iacet cum infrigidatione extremitatum, cum diſcoloratione faciei, cum reſpirationis
paruitate, & cum pulſus ſubmerſione & paroxyſmi duratione, quaſi per horam, aut
paulo minus.

Quod hæc diſpoſitio poſſit reduci ad ſyncopen. Quod igitur hæc generoſa a ſyncopi vexari poſſit; apparet ex multis. ¶ Primo ex F
dolore ſuper regione cordis percepto. ¶ Secundo ex motu ventoſitatis vel vaporis
circa regionem cordis apparente cum dolore etiam conſtrictiuo, ſc. anhelitus in parti-
bus cordis apparente. ¶ Tertio iterum propter fixionem nocumenti circa partes cor-
dis, quo repræſentatur quaſi cordis ipſius conſtrictio notabilis. ¶ Quarto, propterea
quia

A quia magna cordis pulſatio in eadem apparet, & maxime in tempore, quo minus male ſe habet extra paroxyſmum. ¶ Et iterum ſuperaddi poteſt, quia caſus in operationibus virtutis ſenſibilis & motiuæ ei ſubito aduenit. ¶ Quod autem iterum hæc diſpoſitio poſſit reduci ad ſpaſmum, & proprie non proportionatum ad materiam, apparet propter contractionem in digitis manuum iam prædictam. Et etiam, quia oculi eius clauſi permanent: & ſi contracti forent, vt vix bene aperiri poſſint, & non ſine difficultate magna. ¶ Et iterum, quia dolor notabilis in oculis percipitur. ¶ Et vltimo ſuſpicionẽ huius portendit tremor dextræ manus cum notabili dolore in ſiniſtro humero, qui etiam extenditur vſq; ad dextram partem pectoris. Poteſt etiam dicere quis, quod hæc diſpoſitio ad ſtuporem reduci poteſt, vel ad ſpeciem profundi ſomni. ¶ Et quia nocumentum dimi-

Quod ad ſpaſmum.

Quod ad ſtuporem.

B nutionis eſt in ea in ſenſu tactus, & clauſos habet oculos cum appetitu & inclinatione ad dormiendum, a quo etiam male permittit ſe excitari, & iterum cum magna difficultate oculos aperire poteſt. Hęc in ſumma videntur eſſe ea, quæ arguere poſſunt hanc matronã epilepſia, ſyncope, ſpaſmo, ſtupore & profundo ſomno vexari frequenter, vt accurate multum, & diffuſe modo conſcriptum eſt.

Incipiemus quidem in diſputatione huius diſpoſitionis, ſub qua denominatione determinate locari habeat. ¶ Secundo vero, quis ſit modus, ingenium & inſtrumenta curationis eius. ¶ Pro prima igitur ſatisfactione cum videam conuenientius eſſe vtilibus ſermonibus inſiſtere, quam ſophiſticis, præmitto, quod hęc diſpoſitio omnino pręfocatio ex nocumento matricis proueniens denominari debeat. ¶ Hoc quidem ex multis

C motiuis deduci põt fundatis ſuper duabus diſpoſitionibus, quarũ prima eſt, quod matrix colligata ſit cerebro, cordi, epati, diaphragmati, nuchæ, ſpleni, renib. & inteſtinis omnibus colligãtia ꝑ neruos a cerebro venientes, per arterias, a corde, ꝑ panniculos diaphragmati, per venas epati & renibus, per hæc & per ſpermatica vaſa, & per ligamenta eius inteſtinis omnibus, per arterias & venas etiam ſpleni colligata ſit, & colliguntur hi ſermones, partim *prima primi, doctrina 5.* in anatomia venarum & arteriarum, & in anatomia neruorum nuchæ & ſeptem parium orientium a medulla cerebri & particulariter: hæc ẽt legi poſſent *21. tertii c. primo, & aliqualiter interiorum 6. cap. 4.* &c. ¶ Secunda vero ſuppoſitio eſt, quod accidentia & nocumenta multa a matrice prouenire poſſint in operationibus prædictorũ membrorum per colligantiã abſolutam, i. per ſolam compaſſionem

D illorum membrorum a matrice prouenientẽ. Aut per colligantiam non abſolutam, vt ſi aliqua materia humoralis vaporoſa vel ventoſa a matrice ad pręducta mẽbra cõmunicet̃. ¶ Prima pars huius ſuppoſitionis apparet, eo, quia, quando aliquod membrũ colligatum eſt alteri membro modis ꝑdictis, nocumẽtũ mẽbri patientis, ſi notabile fuerit, mẽbro vicino, vel ſibi colligato, licet diſtanti cõmunicat̃, vt patet ad experientiã in leuib. punctutis neruorũ, vel aranearũ, vel ſcorpionum & ſimiliũ. Et 2. pars ſuppoſitionis arguitur, eo, quia, ſi ægrotauerit matrix a mala complexione materiali inuenta in ea ex retẽtione menſtrui ſanguinis, aut ſpermatis, vel altera virulẽta materia in eius cõcauitate cõgregata, ab eiſdẽ materieb. facile vapor ad alia membra deferri põt per poros vel concauitates venarũ & arteriarũ: ſed quale nocumẽtum faciebat in matrice, tale faciet in prædictis, ſi

E multę fuerit ac̃iuitatis, quare ſuppoſitio ſecũda omnino vera eſſe videt̃. His itaq; ꝑmiſſis præmitto primo, quod fumoſa nocumenta, quæ in matrice reperiuntur collocanda ſub genere lapſus complexionalis, vel vtriuſq; plurimum contingunt ex retentione ſpermatis ſoliti euacuari, ſicut in cõſuetis cõmuniter: aut cuius ſpermatis neceſſaria eſt euacuatio, ſicut in virginibus humoroſis & bene complexionatis. ¶ Præmitto ſecundo memoriam accidentium & nocumẽtorum, quæ ꝓuenire ſolent ex retentione ſpermatis & menſtrui iam dictorum. ſunt enim ab Auicenn. numerata accidentia 16. ex retentione menſtrui ſanguinis prouenientia, vt *21. tertii, tractatu tertio, & primo* colligendum eſt. Et *interiorum 6. cap. 4. ſatis ad principium.*

Quot accidentia proueniant ex retentione menſtruorũ.

Iſtis poſitis apparet eſſe demonſtrabile, quod omnia accidentia, quæ hanc gene-

F roſam moleſtant, a nocumento matricis prouenire poſſint. Sunt enim accidentia hęc, quæ mihi tranſcripta fuerant, numero 31. quorum vnumquodque non ſolum ratione prouenire poteſt ex nocumento matricis probatiſſimo & omnia alia accidentia fere expreſſe colliguntur *interiorum 9. 4. capit. & 21. tertii capit. de cauſſis inſignis præfocationis matricis.* ¶ Et ne talia gratis dicta videantur, apparet, quod anguſtia valde facile

Accidentia huius patientis.

1.

ſaluari poſſit: eo ; quia propter vaporis malæ qualitatis delationem ad cerebrum, vel ad A
nobilia membra inquietatur corpus, vel a ſua quiete remouetur, ita: vt in eodem decu-
bitu permanere non poſſit. Sed hæc eſt ratio formalis anguſtiæ, vt patet *primo progno-*
2. *ſticorum, & comment.* igitur &c. ¶ Secundum vero accidens eſt, quaſi ſyncope, & non
intelligo per illud, niſi remiſſam ſyncopen, quam oportet neceſſario concedere, aut eſ-
ſe caſum virtutis nominatam aut lypothymiam. Neq; enim alii ſunt motus quaſi ſynco-
pales nominandi, vt patet *2. tertii cap. de ſyncopi & de caſu virtutis.* Quod autem quaſi ſyn-
cope a nocumento matricis prouenire poſſit, deducit Gal. *interiorum 4. præallegato cap.* ne-
ceſſario prouenire a fumo malæ qualitatis eleuato a corrupto ſpermate, aut a retẽtis mẽ-
ſtruis intantum, quod vidit mulierem ita laborantẽ, quod hæſitarunt Medici, an eſſet vi-
uens vel mortua, propter quod poſuerunt ſuper ore ipſius lanam carminatam, & vaſculũ B
aquæ plenum ſuper ore ſtomachi ipſius ad experiendum per primũ, an adhuc eius in an-
helitu ſaluaretur motus. Et per ſecundum, an motus diaſtolis in corde eius remanſiſſet:
3. lege Hiſtoriam ibidem, & eadem ratione ſaluari poteſt. ¶ Tertium accidens, quod eſt con-
ſtrictio pectoris, & iterum fortius, quia vapor in matrice retentus, vel ventoſitas exten-
dit ipſam, ſed ipſa extenſa maiorem occupat locum, ergo comprimit inteſtina, quorum
compreſſione comprimuntur ſtomachus & diaphragma. Hoc argumento vtitur Gal. ad
probandum, quod matrix non moueatur localiter, ſicut animal in corpore exiſtens, vt dice-
4. bant antiqui plures: lege ibidem, quia pulchrũ eſt. Quod vero cauſſæ primitiuæ aſſignã-
dę ex parte accidentium animi, qui aliud eſt a corpore, vt *2. primi, doctrina 2. & primo c.* po-
tuiſſent facere nocumentũ, vel nocumenti cauſſam in matrice exiſtentem, facile eſt in- C
telligere his, qui ſciunt, quod primitiuæ cauſſæ plerunq; mouent antecedentes, vt *prima*
quarti, ca. de ſermone vniuerſali in Ephemeris. Sed cauſſa primitiua fuit valde fortis in hac ge-
5. neroſa, quia fortis triſtitia de ægritudine viri ſui. quare &c. ¶ Quintum accidens eſt fre-
quentia paroxyſmi in die ter euenientis, & quandoq; ſexies. Et hoc quidem valde facile
ſaluatur propter alternatam eleuationem vaporum & ventoſitatum malæ qualitatis a
6. matrice ad cor & cerebrũ, & alia membra. ¶ Propter quod valde facile: imo de neceſſita-
te oportet fieri ſenſationem fumoſitatis circa cor, & erat accidens ſextum: talis enim va-
por non expoliatur a natura ventoſitatis, ſed vnuſquiſq; talis intrinſece, & a tota ſui ſpe-
cie petit cor, vt patet *2. primi, cap. de his, quæ proueniunt ex eo, quod comeditur & bibitur,* ergo,
7. &c. ¶ Amplius valde facile reſpondetur ad ſeptimum accidens, quod eſt paulatinus pa- D
roxyſmi euentus: neq; enim ita ſubito vapor iſte ad cor & cerebrum delatus, quantum-
cunq; potens exſiſtat, ita ſubito poteſt principalium membrorum virtutem deiicere, q̃
valde potens eſt, vt cordis, cerebri & epatis. oportet itaq; vt paulatim paroxyſmus a ſuo
8. principio tranſeat ad augmentum & ſtatum. ¶ Octauum, ſc. dolor in regione cordis ap-
parens, ab eadem radicali cauſſa prouenit: omnis enim vapor multæ quantitatis & malę
qualitatis ſubito ad cor & ſpiritualia membra delatus, ibidem poteſt ſolutam continuita-
tem & extenſionem dictã cauſare, & ſubitam alterationẽ cõplexionis inducere: ſed iſtæ
ſunt duæ & ſolæ immediatæ cauſſæ doloris, vt patet *2. techni.* ibi, *Dolores vero ſecundum quẽ-*
cunq; locum incumbunt, aut ſolutam continuitatem, aut ſubitam alterationem oſtendunt. quare &c.
9. ¶ Accidentis vero infrigidationis extremitatum promtiſſima cauſſa videtur reuocatio E
innati caloris in motibus ſyncopalibus eueniens neceſſario, vt patet *ſecunda tertii, capit. de*
10. *ſyncope.* ¶ Propter quod etiam decimum accidẽs valde facile ſoluitur, cuius enim pręſen-
tia formoſa & colorata eſt mulieris facies, eius abſentia diſcoloratur, ſed corporis calidi,
quod eſt ſpiritus vel ſanguinis præſentia colorantur membra. Igitur eorum retractione
11. diſcolorantur. conſequentia neceſſaria eſt. ¶ Vndecimum erat leuis duratio paroxyſmi
per horam vel minus: & hoc quidem defendere eſt facile propter aptitudinem conſum-
tionis vaporum & fumoſitatum, quæ erant paroxyſmi cauſſæ materiales vel efficientes.
12. ¶ Duodecimũ, quod patiens querula voce lamentatur, hoc eſt propter nocumentum
cerebro delatum & cordi, propter quod cogitur gemitu vel querela ſuam ægritudinem
declarare. Eſt enim in anima eius paſſio incitans ipſam ad vocis expreſſionẽ: q̃m vox eſt F
ſonus ab ore animalis prolatus cum imaginatione ſignificãdi aliquid vel aliqua, teſte Ariſt.
13. *lib. 2. de anima.* Quod vero iterũ hæc mulier ad naturalẽ diſpoſitionẽ poſt paroxyſmũ fa-
cile & cito reducatur, apparet eo, quia cerebrum, cor & alia membra non ægrotant per
eſſentiã. Igitur remota cauſſa ſui nocumenti, neceſſario redibunt ad diſpoſitionem non

naturalẽ,

A naturalem, quam ego credo neutralitatem decidentiæ magis, quam ſanitatem denomi-
nari debere. Adhuc iterum accidens 14. verificari poteſt; eo, quia voces audit, vt neq; or- 14.
ganũ auditus impeditũ ſit in ſe: nec per colligãtiam; eo, quia oritur a quinto pari neruo-
rũ cerebri, quod notabiliter elongatũ eſt a matrice. ¶ Quod etiam percipiat & intelligat
voces aſtantiũ, apparet: eo, quia neq; cogitatiuæ neq; memoratiuę operationes læſę ſunt
nocumento corruptionis vel ablationis: neq; n. ventriculus cerebri medius aut poſteri-
or tantam videntẽ habere ad matricẽ colligantiã, quod ea læſa neceſſarium ſit horũ ven-
triculorum operationes lædi. ¶ 15. quod eſt impotentia proferendi vocem, facile intelli- 15.
gi poteſt: maior enim reperitur virtutis potentia & amplior ſpirituum motiuorum quã-
titas ad mouendum organa vocis, quam virtutis ſenſitiuæ potentia & ſpirituum ſenſibi-
B liũ quantitas requiratur: eo, quia virtuti & organo difficilius eſt agere, quam pati. ¶ Acci- 16.
dens vero 16. quod fuit ſaniati apoſtematis euentus, valde facile ſolui poteſt, quis n. dubi-
tat, ꝙ retentio ſanguinis, qui ſolitus eſt euacuari naturaliter, poſſit eſſe materialis cauſſa
apoſtematis: & maxime in mamilla propter colligantiam earum ad matricem per venas
a quibus pars magna ſanguinis menſtrualis & purior fere delegatẽ ad mamillas; vt cõuer-
tatur in lac gratia nutriendi fœtus. ¶ 17. adhuc excludi poteſt, eo, quia nõ eſt neceſſarium 17.
fieri ſtertorẽ: propterea, quia in cerebro non fit oppilatio tanta in ventriculis, neq; in or-
ganis vocalibus, vt oporteat concluſum fumũ, aerẽ vel vaporẽ, vel ſpiritum forti colliſio-
ni reuerberare ad organa vocalia, propter ꝙ fiat ſtertor: propter quod ẽt oſtendit, quod
non ſit neceſſariũ adeſſe ſpumam, eo, quia ſpuma raro accidit in epileptico, niſi dum eſt *Quibus epi-*
C epilepſia per eſſentiale nocumentũ cerebri. Etiã, quia vapor ille non eſt tantæ potentiæ *lepticis appa-*
neq; craſſitudinis, neq; in cerebro inuenitur materiei viſcoſæ quantitas multa, quæ ſit *reat ſpuma.*
ſufficiens includere fumũ vel vaporẽ petentẽ exitum, qui circundatus a viſcoſa materia
faciat ſpumam vel ampullas. ¶ Paruitas vero reſpirationis, quæ erat accidens 18. prouenit 18.
ex debilitate virtutis vitalis, aut ex inobedientia organorum vocalium. Aut & proueni-
re poteſt propter neceſſitatẽ diminutã imaginando, quod vapor ille poneret in pectore
ſpeciem malę complexionis frigidę. Cũ itaq; remiſſa neceſſitate infra temperamentum
virtute debilitata & organi inobedientia aſſignata, ꝓuenire poſſit reſpirationis paucitas,
ſequitur illius declaratio. ¶ Propter ꝙ etiam 19. accidens, quod fuit ſubmerſio pulſus, fa- 19.
cile ſaluari poteſt prouenire ex præfocatione matricis vel nocumento eius iam dicto. 20.
D ¶ 20. fuit reſponſio ad interrogata, ſcilic. in declinatione paroxyſmi propter violentiam
aſtantium incitantium ipſam. non enim verſus finẽ declinationis adeo impedita ſunt or-
gana vocis, quod reſpondere non poſſit. ¶ 21. fuit clauſio oculorum, adhuc in fine decli- 21.
nationis paroxyſmi permanens: & hoc quidem verificatur propter virtutem motiuam
muſculorum ſuperiorum palpebræ, quæ debilitata remanet: & etiam propter inuenti-
onem vaporum, qui valde craſſi ſunt & remanſerunt in muſculis palpebrarum immerſi.
¶ 22. adhuc ad hanc diſpoſitionem accidere, deducere eſt facile eo, quia virtus anima- 22.
lis reſoluta fuit in tempore paroxyſmi, & ſpiritus etiam paucificatus, quare reſtaurati-
onem ſuiipſius appetit, quæ conuenienter in dormiendo fit, vt patet ex iuuamentis ſo-
mni. *prima tertii, tractat. quarto, in definitione eius.* ¶ 23. ſaluari poteſt ex diſpoſitione ma- 23.
E tricis prædicta, eo, quia tempore paroxyſmi fuit facta agitatio fortis in membris inuen-
tis in capite. Propterea ſecuta eſt fortis oppilatio in organo ſenſus communis, ſcilicet in
rete mirabili, ſed ad ipſam ſequitur difficultas excitationis a ſomno. quare &c. ¶ 24. 24.
dicitur, quod ipſum eſt neceſſarium ſequi ex pręfocatione matricis: eo, quia ipſa plu-
rimum ſit a materia non expoliata a venenoſitate quadam: quare non eſt mirum, ſi ma-
gnificentia nocumenti magis circa cor appareat, quam circa partes alias. ¶ Eſt vero in
hac muliere vrina citrina; eo, quia tempore paroxyſmi, & parum ante vel poſt etiam
fortis fit diſtractio materierum & ſpirituum ab inſtrumentis vrinæ a renibus & epate
verſus cor: quare vrina neq; multum tincta neq; craſſa in ſubſtantia, aut conturbata ap-
parere põt, ſed fortaſſis ſi bene conſpicitur, poſt declinationem per notabile tempus ap-
F pareret craſſa, conturbata & notabiliter tincta, & maxime ſi proueniſſet præfocatio a
menſtruorum retentione. Et credo, quod hoc ſignum ſit magis proprium præfocatio-
ni matricis prouenienti ex retentione ſpermatis: eo, quia iam ſcriptum eſt, hanc mulie-
rem eſſe notabilis appetitus ad Venerem: vt apparet etiam ex frequenti ipſius prægnati-
one & accidentiũ inualeſcentia magis tẽpore prægnationis quam extra prægnationẽ.

Cum

Neq; enim mulieres prægnantes ſpermatizant,niſi raro & parum propter neceſſi- A
tatem retentionis ſanguinis conuerſuri in ſperma,qui neceſſarius eſt ad fœtus nutricati-
onē.Et confirmat iſtud ēt,quod de ſpuma ſcribitur:ipſa enim fit ex ventoſato ſpermate,
cuius vaporoſa particula per vias vrinæ expellitur, cum ipſa poteſt eſſe ſpumæ ſufficiens
cauſſa,&ita ēt de retentione menſtrui dicendū eſt,aut de ſufficienti euacuatione eius.Si
vero laudabilis in vrina hypoſtaſis apparet,aut ipſa non erit laudabilis, niſi ſecundū quid
& parū:neq; enim credo, ꝙ ſit poſſibile ipſam eſſe vere albam,in partibus æqualē,in eiſ-
dem bene coniunctam,in fundo ſedentē & diaphanam vel ſubtilē,quę requirūť ad per-
fectionē hypoſtaſis,vt patet *2.progn.ab Hip.& Commen.*¶ Aut dicēdum,quod ſi apparet in
quibuſdam harum conditionum laudabilis,verificari poteſt,propter nocumentū a ma-
trice communicatū cordi principio,& non epati vel renibus. Sed nō dubito,quod ſi be- B
25. ne conſiderabiť,neq; apparebit hypoſtaſis laudabilis,nec perſeuerabit.Quod vero iterū
ſubiungatur,quod anhelitus difficultas ſit non magna,a diſpoſitione matricis ꝓuenire
poteſt ſaltē,aut quia cauſſa efficiens, vt vapor vel materia compreſſionis factiua in orga-
nis anhelitus non eſt multa,neq; multę actiuitatis:aut,quia non multum perſeuerat:vel,
quia ægritudo hęc nondum eſt vſq; ad ſtatum confirmata,vel fortaſſis, quia propter ap-
plicationē diuerſionum & euaporationum cito reſoluitur materia horum accidentium
effectiua. ¶ Amplius vbi credit poſſe concludi, quod hæc diſpoſitio ſit ſyncope aut epi-
26. lepſia denominanda: propterea,quia nec ante paroxyſmū nec in paroxyſmo, vel extra
paroxyſmum ſentitur dolor in matrice,vel circa regionem eius.Ex hoc fundamento vi-
detur verius concludendū eſſe,quod hęc diſpoſitio ſit vere præfocatio nominanda:ma- C
teria enim vel ſibi proportionalis cauſſa in vno mēbro nō facit accidentia, quæ pōt in a-
lio mēbro ſenſitiuo facere:eo,quia aut materia illa cōſueta eſt membro, ꝓpter ꝙ mem-
brū ab ea nō patiť,aut ſecundo,quia materia illa in mēbro illo eſt quieta,quare nō perci-
pitur ab ea dolor.Cū vero materia illa moueť cito, ab ea materia ꝑ modū euaporationis
remoueť:quare dolorē facit in locis,ad q̄ expelliť,&nō in loco,a quo expelliť,&eſt ſimi-
le ei,ꝙ ſcribitur *1.quarti,in c.de lyparia.*phlegma n.intrinſecus exſiſtens nō infrigidat inte-
riora mēbra,quoniā eſt in eis conſuetū & quietū.lege ibi.*Similiter ēt neq; nocumento matri-*
27. *cis excluditur abſentia ſenſationis alicuius corporis a matrice.*cū primū n.mouetur materia a ma
trice,non dolet fortaſſis matrix: eo, quia motus ille remiſſus eſt, ēt quia in principio in-
cluſiuo ægritudinū accidentia ſunt remiſſa,iuxta ſermonē veteris *ſect.2.aph.30.circa prin-* D
*cipia & fines omnia imbecilliora.*quare &c.Et iterum,quia corpus matricis, in quo hæc ma-
teria continetur,& a quo eleuatur,vt concauū matricis vel colli eius, non eſt tantę ſenſa-
tionis,quantæ ſunt panniculi pectoris,in quibus prædictus vapor recipitur. Et etiam,q̄a
moram non contrahit in matrice prędictus vapor. Et iterum vltimo, quia propter ple-
nitudinem matricis & virtutis debilitatem non tanta remanet in ea ſenſatio, vt ab omni
28. cauſſa leuiter imprimente pati poſſet.¶ Amplius accidēs 28.quod eſt magna cordis pul-
ſatio,conſequitur prędictam diſpoſitionē matricis in tempore paroxyſmi propter com-
preſſionē ſpiritualium membrorum & alterationem in eis ſubito factam,cum vero ceſ-
ſauit,paroxyſmus ceſſat.Neq; n.eſt neceſſarium,vt ſemper materia in membro ſtās im-
preſſionem faciat tantæ potētię,vt de neceſſitate percipiatur eius ſenſatio vel impreſſio E
propter prædictas cauſſas.Similiter ēt oſtendi poteſt, quod parua mutatio pulſus cū ei⁹
ſubmerſione conſequaťalteram trium cauſſarum contentiuarum pulſus aut earū plures
29. vel omnes a naturali diſpoſitione permutatas:ꝙ erat accidens 29. Similiter enim a de-
bilitate virtutis prouenire pōt in pulſu paruitas & ſubmerſio. Similiter a ſola remiſſa ne-
ceſſitate infra temperamentum idē prouenire poteſt.Et iterum ex inobedientia inſtru-
mentorum pulſus:ergo fortius contingit illud, ſi duæ vel omnes iſtæ cauſſæ inuicē com-
30. plicentur.¶ 30.& penultimum,quod iam ſcriptum eſt:dicendum, quod & licet tremor
manus dextrę complicatus cum dolore ſiniſtri humeri,& dextrę partis thoracis proue-
nire potuerit propter diſlocationes præcedentes,nihilominus rationabile eſt, quod in
augmento perſeuerare poſſint, euentus enim paroxyſmorum & accidentium in eis eſt F
cauſſa notabiliter debilitandi virtutē tam ſenſitiuam,quam motiuam partiū pectoris:&
quia talia accidentia coniunguntur cum neceſſitate aucta propter impedimentum de-
bitæ euentationis,inde eſt,quod ſenſatio pectoris eſt corrupta:&ideo ibi perſeuerat do-
lor,qui eſt actio corrupta ſenſus & partium pectoris, vſque ad humerum iam dictum.

Cum

A Cum etiam ſuſtentatiua virtus debilitata ſit, & contingat nocumentum in pectore inuentū eſſe par potentiæ virtutis ſuſtentatiuæ & ex parilitate cauſſæ illatiuæ nocumenti, tenetur membrum ad vnā differentiā poſitionis. Et potentia motiua mouet ipſum ad differentiam oppoſitam motui p̄dicto: quare accidit tremor ex parilitate potentiæ cauſſæ mouentis ad ſuſtentantem, quæ eſt virtus. ¶ Ex quo etiam fundamento ad cōtemplantem ſolui poteſt accidens 31. & vltimum, quod eſt contractiuus motus digitorum manuum: propter enim pectori à matrice communicatū in quinta, ſexta & ſeptima de ſpondylis dorſi nocumentum contractionis in prædictis digitis apparet in tempore paroxyſmi, eo quia tunc pectoris nocumentum excellens eſt, ergo communicatur digitis manus, per neruos a nucha oriētes per ſpondylos iam dictos, p quos neruos
B motus manuum & digitorum viget, & conſeruatur, vt colligi poteſt *prima primi, doctrina & ſumma de neruis orientib. a nucha:* & ꝓprie in anatomia ſpondylorū iā p̄dictorum.

Ex quibus omnibus iam clare patet, quomodo hæc accidentia omnino concludant diſpoſitionem huius ſpectabilis matronæ præfocationem eſſe matricis denominandam. ¶ Neque iterum dici poteſt, quod ipſa ſit epilepſia: licet conueniat in ea in caſu ad terram & duratione proſtrationis, & quadam manuum contractione, & faciei diſcoloratione & aliis. ¶ Differt etiam ab ea, & maxime, quia vt in pluribus ſpumat epilenticus. ¶ Secundo, quia neq; audit neq; intelligit & narrare neſcit epilenticus quid & qualiter, & quomodo ei ſucceſſerit. ¶ Tertio, quia in ſenſibus epilentici remanet perturbatio tam in exterioribus, quam in interioribus, vt in pluribus. ¶ Quar-
C to, quia vireſcunt epilentici venæ ſub lingua: hæc autem exſoluuntur a præfocata. Cū enim vadit a paroxyſmo, plurimum narrat ea, quæ ſibi contingunt audiuiſſe & intellexiſſe, & reliqua alia iſtis ſimilia adducerem, niſi timerem longitudinem. ¶ A ſtupore vero differt præfocata, quia non ſtertit; neq; per ſe ad præfocationem ſequuntur nocumenta fortis perturbationis in operationibus ſenſuum interiorum & exteriorum. Neque inuenitur in ea ſpecies oppilationis partium cerebri, ſicut in ſtupore: neque etiam diminute ſentit, quæ ſunt accidentia ſtupori & ſubætiæ propria. ¶ Talia autem ſoluuntur à præfocata: aut ſi quandoq; contingunt, ſunt intenſiue leuia & extenſiue, vt ex prædictis apparet. ¶ Etiam præfocata excludit ſigna lethargi: neque enim continue febrit, neque pulſus eius eſt plenus & vndoſus, nec faciei permutatio ad colores
D extraneos in eo perſeuerat: neque dolor in poſteriori parte capitis præfocatæ percipitur: oppoſitum autem reperitur in lethargo. ¶ Adhuc etiam, quod profocata non habeat accidentia vel ſigna communicantia cum ſyncopi, ex multis apparere poteſt. Primo, quia paulatim magis & tardius euenit præfocatio, quam ſyncope: ſecundo, quia in præfocatione pulſus non remanet fixus ſecundum diuerſitatem magnam: nec ſecundum expreſſionem fortem, neque excellenter ſubmerſus eſt, ſicut hæc neceſſaria videntur in ſyncopi: & ex aliis ſimilibus, etiam deduci poteſt. ¶ Vltimo vero, quod hæc diſpoſitio non ſit proprie ſpaſmus de inanitione aut repletione, facile videri poteſt, propterea, quia non inueniuntur cauſſæ huius ſpaſmi effectiuæ in toto vniuerſali determinata parte. ¶ Poſſet autem valde facile concedi, quod hæc diſpo-
E ſitio cum ſpaſmo non proportionate ad materiam proueniat a mala qualitate vaporis vel materierum, quæ inueniuntur in matrice. Neque hoc tollit, quin hęc diſpoſitio præfocatio dici debeat, quod etiā ex multis aliis accidentibus, quæ propria ſunt præfocatis, deduci poſſet vltra prædicta, ſi non timerem faſtidium.

Hæc ſunt, quæ in diſpoſitione huius mulieris videntur concludi poſſe ex his, quæ mihi ſcripta fuerunt ex auctoribus & rationibus præallegatis, quæ etiam in poſterum confirmari videbuntur per regimen curatiuum; quod inferius explicabitur. Pro quo regimine curatiuo ordinari a ſcienti deſcribendo opus eſſet conſcribere regimen ex parte rerum non naturalium: ſecundo vero principaliter oporteret aperire regimen per intentiones & inſtrumenta medicinalia huius diſpoſitionis eradicatiua,
F quod mihi ſatis poſſibile videtur eſſe: argumento ſumpto ab ætate & complexionis notitia, quæ ſatis laudabilis eſt. Verum, quia nuntiorum promptitudo, & feſtinantiæ ipſorum promptitudo me deuiant ab hoc propoſito, ſolum tria remedia in hac diſpoſitione obſeruanda tranſmitto gratia tentatiuæ curæ huius diſpoſitionis, ſperans ex eis accipere notabile iuuamentum in cura huius diſpoſitionis. Si autem in poſterum

Quomodo hæc diſpoſitio differat ab epilepſia.

Quomodo a ſtupore.

A lethargo.

A ſyncope.

A ſpaſmo.

videbitur opportunum, ſcribat mihi, & ego regimen extendam, ſecundum facultatem ingenii mei præmiſſorum dilucidatiuum, licet credam non debere eſſe opportunum, eo, quia video eximium Doctorem ſuæ diſpoſitionis procurantem virum altiſſimæ contemplationis & altiſſimæ ſcientiæ: cui omnia hæc & maiora illis confidenter commendari poſſent. Sunt autem hæc tria inſtrumenta ordine conuenienti applicanda per hunc modum. ¶ Primum eſt, vt leui calefactione calefiat hoc ceratum, & applicetur ſuper vmbilico, ſemper ibidem conſeruetur & non remoueatur vſque quo per ſe cadat: ſpero enim in eo videri iuuamentum notabilis laudis. Ceratum eſt, ſcilicet ceratum de galbano in forma rotunda. ¶ Secundum vero inſtrumentum eſt electuarium iſtud, de quo hæc generoſa, omni vj. die accipiat ʒ iij. & ß. vſque ad v. cum aqua decoctionis radicum artemiſiæ bene ſaccharata & calefacta: & tardet poſt ipſam cibum ad minus vj. horis, neque dormiat poſt eius aſſumptionem, niſi immediate per horam vnam: electuarium eſt iſtud de pſyllio ſiue pebe & miſi ℔. ß. ¶ Vltimum vero remedium eſt vſus harum pillularum, de quibus omni die aut ſaltem alterna inter aſſumptionem prædicti electuarii, accipiat vnam immediate ante cœnam. Erit enim vt ſpero ex iſtis tribus iuuamentum notabilis laudis, quod concedere dignetur Altiſſimus, qui viuit per infinita ſecula benedictus, Amen.

Pilulæ.

Pillulæ. ℞. *pillularum de moſcho* ℈ *ij. pillularum de aloe abluta* ʒ *ij. reformentur cum ſucco apii.* ¶ Primum itaque remedium per me compoſitum, quod alias donum Dei appellaui. Cuius deſcriptio talis eſt. ℞. *polypodii recentis mundati* ℔. *j. ſenæ, violarum, prunorum ſebeſten, tamarindorum, paſſularum, an.* ℥ *iij. aquæ fontis* ℔. *x. bulliant omnia ſimul in prædicta aqua vſque ad medietatem, in qua infuſa permanſerint per diem naturalem, deinde colentur & exprimantur ſolemniter, & prædictæ colaturæ calidæ addatur pſyllii* ℔ *j.* & permittatur ibidem vſquequo mucillago conuenienter extrahi poſſit: & tunc coletur & fortiter exprimatur: deinde p̃dictæ colaturæ addantur ſacchari ſecundæ coctionis, ℔. iiij. omnibus ſuperaddantur pulpæ tamarindorum & caſſiæ extractorum cum prædicta decoctione, an. ℔ ß. & iterum lento igne coquantur vſque ad inſpiſſationem conuenientem: & cum infrigidari cœperint addantur ſpecies infraſcriptæ. ℞ *ſpodii, reubarbari, ſandalorum amborum, roſarum, violarum, ſem. papaueris alb. ſem. portulacæ, endiuiæ lactucæ, ſcariolæ, fœniculi, dragaganti, amyli, raſuræ eboris, gummi arabici berberis fumiterræ, liquiritiæ aniſi; an.* ʒ *iij. diagridii* ʒ *v. myrabolanorum indorum emblicorum, an.* ʒ *vj. omnia per ſe ſubtiliter puluerizata addantur, & in mortario diutiſſime conterendo incorporentur. vt bonam habeant electuarii formam; & doſis eius eſt a* ʒ *iiij. vſque ad vij.* ¶ Secundum vero remedium fuit ceratum iſtud. Cuius deſcriptio talis eſt. ℞. *galbani electi* ℥ *j. bdellii, mollis & ſubalbidi* ʒ *ij. puluerum matricariæ* ʒ *j. ß. myrrhæ* ℈ *ß. diſſoluatur galbanum cum aceto diligenter coletur. deinde ſuperaddantur pulueres ſupraſcripti.* ¶ Tertium remedium ſunt pillulæ iſtæ, quas nominare ſoleo pillulas de moſcho, quarum deſcriptio. ℞. *ſeſeleos, rubeæ tinctorum, pulegii, mediani corticis, caſſiæ fiſtulæ, medullæ granorum pæoniæ, calami aromatici, an.* ʒ *vj. moſchi electi* ℈ *iij. ſpicæ nardi* ʒ *j. fiant pillulæ cum ſucco arthemiſiæ.* Si bene conſideretur, ſunt potentes in mundificando & confortando matricem, ſed non debent exhiberi cum præſentia menſtrualis fluxus, niſi fuerint diminutæ, & doſis earum eſt a ʒ j. vſq; ad ℥ j. ß. Verum ſi præſcriptas pillulas ſolutiuas deſideraret aliquis efficere, ſuperaddat deſcriptioni harũ aloes ablutæ ʒ iij. & erunt mediocris ſolutionis. Pro deſcriptionibus ſupraſcriptis miſit poſt aliquos dies. Et M. b. miſit iſtas.

Electuariũ. *Ceratum.* *Pillulæ de moſchò.*

De ægritudinibus apparentibus in extremitatibus membrorum.

CONSILIVM CCXXVII. *De hernia cuiuſcunque ſpeciei, continens Capita duo.*

CAP. I. *De hernia mirachiali cuiuslibet modi.*

Herniæ variæ nomina.

QVONIAM non eſt poſſibile aliquam ægritudinem humani corporis conuenienter curari poſſe, niſi præcedat ipſius cognitio diſtincta per cauſſas & ſigna illius. Ideo vt tumor, qui apparet in inguine & vſque ad medium ſcroti huius viri notabilis, ſcientifice & conuenienter curari poſſit,

A poſſit, oportet ipſum reducere ad æquatũ capit. ¶ Sunt autem huius ægritudinis quãplurimę a ſapientibus denominationes inuentę: quidam enim nominant eam herniã, & eſt verbum græcum importans tumorem in inguine vel in ſcroto exiſtentem. Alii autem nominant relaxationem vel mollificationem. Et quidam dicunt eam rupaginem vel rupturam, nonnulli autem relaxationem. Aliqui ramicem. ¶ Et vt clarius horum ſententiæ eluceſcant, præmittendum pro fundamento; quod talis rupago, relaxatio vel hernia duplex ſit; vna quidem mirachialis: altera vero oſſealis nominata. Eſt autē mirachialis omnis illa, quæ aduenit in mirach: & eſt ventris inferior pars aggregata, ex cute pinguedine, panniculo carnoſo, muſculis octo ventris & ſifac ſubſtrato prædictis muſculis, & zirbo ſub ipſo conuexæ ſuperficiei ipſorum inteſtinorum B ſuperiacente: hoc enim totum comprehendit integritates mirach, teſte Auic. *ſen.22. tertii, primo cap.*

Mirach quid.

Hæc autem mirachialis eminentia multiplex eſt: vna quidem vmbilicalis: altera vero inguinalis: propterea quod inguina ſunt partes inferiores in mirach, tertia eueniens in aliis partibus mirach,

Prima ſpecies herniæ Vmbilicalis. Aquoſa.

Prima autem ſpecies vmbilicalis dicta eſt propterea: quia in vmbilico accidit eminentia vel tumor notabilis; qui prouenire poteſt; primo propter humiditatem multam remollientem ligamenta vmbilici & ſphæram eius. Cum enim vmbilicus debeat eſſe ſicut vmbo ſuſtentans inteſtina omnia & ſuſtentata conſeruans. Si multæ humiditates mollificent villos & ligamenta eius, patet quod oporteat ipſum extra C prominere. Et cognoſcetur. ¶ Primo propter frigiditatem in eodem repræſentatã, ¶ Secundo propter mollitiem multam. ¶ Tertio propter ſenſationem motus vndoſi ſub digitis tangentis. ¶ Quarto propter reſidentiam alicuius foueæ in parte compreſſa a digito. ¶ Et quinto propter huius diſpoſitionis fixionem, cum locus non abſoluatur a præſentia humiditatis tumefacientis. ¶ Et canon curationis talis eminentiæ eſt cum digeſtione, euacuatione, diuerſionibus & conſumptionibus aquoſitatis illius: & rectificatione epatis & ſtomachi prohibentibus talis aquæ regenerationem: & tu lege de eis *14. tertii cap. de curatione aſcitis.*

Officium Vmbilici.

Signa.

Secunda vero ſpecies eminentiæ, vmbilici eſt multitudo ventoſitatum, quæ congregantur inter ſuperficiem conuexam inteſtinorum & concauam ipſius vmbilici, D quæ ibidem multiplicatæ immerſæque & coarctatæ in partibus integrantibus vmbilicum, propellunt ipſum ad exterius, & a quibuſdam nominatur tympanites vmbilicalis, ſicut præcedens ipſam ab eis nominatur aſcites vmbilicalis. Cuius ſigna ſunt facilis & feſtinus euentus eius propter facilitatem mobilitatis ventoſitatis. Cuius oppoſitum aduenit in eminentia aquoſa propter pigrum motum aquoſitatis magis, quam ventoſitatis. ¶ Secundum ſignum ſpeciale huius eſt ſonitus, & murmuratio percepta in partibus vmbilicalibus. ¶ Tertium facilis fuga ventoſitatis a comprimente. ¶ Quartum non minus facilis ventoſitatis reditus ad locum, vnde propulſa fuit. ¶ Quintum reſiſtentia debilior tangenti in hac diſpoſitione, quam in præcedente. ¶ Sextum abſentia remanentiæ foueæ. ¶ Septimum, aliqualis caliditatis E veſtigium in parte tumente perceptum. ¶ Et huius quidem diſpoſitionis cura perfici debet ex determinatis in *14. tertii cap. de cura tympanitis.*

2. Species. Ventoſa.

Signa.

At vero tertia ſpecies eminentiæ vmbilicalis accidit propter rupturam ligamentalium partium vmbilici. Cum enim chordoſæ partes quatuor muſculorum tranſuerſalium & aliorum villoſæ partes diſruptæ ſunt, dilatatur neceſſario vmbilicus. In cuius dilatationem recipitur ſifac, zirbus & inteſtina. ¶ Et cognoſcitur primo per dolorem euenientem tempore eruptionis ipſius, & quaſi ſemper inſeparabilem. ¶ Secundo per tenſionem & duritiem in partibus perceptam. ¶ Tertio per augmentum eius ex retentione anhelitus, ad quam ſequitur intumeſcentia inteſtinorum. Etiam cognoſcitur per difficilem impulſionem de dextra ad intus. Et hoc F quia inteſtina & ſifac non ſunt ita facile retrocedentia cum premuntur, & redeuntia, cum dimittitur compreſſio. ¶ Et quarto remanet hæc diſpoſitio, quaſi ſemper fixa in omni figuratione corporis, & reuolutione ad omnem differentiam poſitionis.

3. Cum ruptura.

Signa.

Et hæc quidem diſpoſitio quandoque apoſtemoſa eſt, & proprie, quando

contingit in nouiter natis, in quibus neceſſe eſt abrumpi ligamentum ſuſtentatiuum fœtus in matrice. Cum ergo obſtetrices imprudentes ſunt, velut in pluribus contingit, neſcientes bene nodare, collocare & rectificare prædictum ligamentum ex concurſu materierum ad locum illum propter dolorem apoſtematur locus. ¶ Et eſt eminentia vmbilicalis apoſtemoſa nominata quartæ ſpeciei: quam quidem clare cognoſcere poteris per tumoris magnitudinem: per loci duritiem, per ruborem. ¶ Quarto per pulſationem in patiente loco perceptam. ¶ Quinto per negationem ſignorũ arguentium multitudinem aquoſitatis & ventoſitatis. ¶ Et huius quidem ægritudinis, quæ multum difficilima eſt ad curandum ingenium curationis pendet primo ex ſedantibus dolorem. ¶ Secundo ex diuertentibus materiam. ¶ Tertio ex digerentibus & reſoluentibus materiam antecedentem. ¶ Quarto ex his, quæ apoſtema p: occurant reſoluendo & digerendo & conſumendo materias, hæc vtcunq; legantur *22. tertii, in proprio cap. de eminentia & ruptura vmbilici.* A B

4. Apoſtemoſa.

3. Species herniæ mirachialis.

Tertia ſpecies principalis eminentiæ mirachialis eſt raro eueniens: propterea, quia partes mirach ſuſtentatiuæ ſunt octo muſculi ventris, qui non facile diſrumpuntur, nec extenduntur. ¶ Si ergo hæc ſpecies euenit, plurimum inuenies ipſam lateraliter infra: vt ſupra vmbilicum per vnum digitum aut duos: & cauſſa eſt: quia loca illa quatuor non ſunt ita bene cooperta & ſuſtentata muſculorum carnoſitate, ſicut alibi. ¶ Si enim bene conſideras extremas partes quatuor muſculorum tranſuerſalium prope vmbilicum exiſtentes, videbis, quod chordoſæ partes illorum muſculorum crucialiter ſe tranſuerſantium, erunt cauſſa vt partes quatuor mirach remaneat minus tutæ: quare aquoſitas, ventoſitas, extenſio & ruptura in illis partibus facilius accidunt, quam in aliis, propterea, quia habent minorem reſiſtentiam: & huius quidẽ rupturę mirachialis aquoſæ, ventoſæ, vel humoralis canon & inſtrumenta curationis colligentur ex ſequentibus ſtatim. C

4. Species inguinalis.

Quarta vero ſpecies eminentiæ mirachialis dicta eſt inguinalis, propterea, quia ipſa repræſentatur in ambobus inguinibus, aut in altero ipſorum. Eſt autem intenſio eius hæc, quoniam extrema pars inferior ſifac deſcendens ad ſcrotum concaua, eſt & inuoluta venis & arteriis. Cum ergo contingit in ſuperiori ventre congregari ventoſitates, aut humores propelluntur aut deſcendunt per foramina illius ſifac, quod in veritate didymus nominatur in locis prædictis. Et ſi contingat dilatationem vel rupturam non eſſe magnam, retinetur in inguine tumor a ventoſitate, vel ab aquoſitate, aut humore factus in loco inguinum: & hæc eſt proprie huius viri diſpoſitio, ſcilicet hernia mirachialis inguinalis, quæ nondum ruptura proprie dici debet: ſed eſt bene parata ad euentum rupturæ. Si enim multiplicabitur tenſio, dilatatio vel relaxatio a prædictis cauſſis facta finaliter, erit neceſſe, quod rumpatur ſubſtantia ſifac vel didymi. Et hanc proprie nominauit Auic. rupaginem, & eſt ſolutio continuitatis panniculi prædicti, per quam ſcilicet ſolutionẽ, illud, quod continebatur in ea, vt ventoſitas, aquoſitas & humor ante rupturam penetrat; ſcilicet poſt rupturam *22. tertii in exordio ſui capituli.* ¶ Cum ergo a loco inguinum deſcendit materia paulatim, vel impellitur fluctuando: tunc recipitur in ſcroto, ſicut eſt in viro iſto, in quo tumor extenditur vſque ad medium ſcroti. ¶ Ex quo apparet, quare iſtius viri ſcrotum dilatetur relaxatione vel extenſione. Et iam incipit habere rupturam, quæ ſi deſcendat vſq; ad teſticulos, nominatur ramex. Et ſenſit hoc princeps *22. tertii*, dum inquit: Et cum accidit taliter, quod penetrans ſupra materiam deſcendat ad teſticulos, nominatur ramex & hernia. Vide quantum clare idioma græcum aperit veritatem. Hernia enim apud eos importat tumorem in inguine vel in ſcroto, euenientem ex congregatione aquoſitatis vel humoris propter relaxationem vel rupturam. ¶ Et nota, quod iſti termini quandoq; accipiantur in ſignificato ſuo ſecundum communitatẽ, ſcil. quod dilatatio, ramex, ruptura ſynonyma ſunt ad importandũ hos tumores in quacũq; parte, & a quacunq; materia eos contingat fieri: contrahuntur ei ad determinatũ ſignificatũ per terminos eis adiunctos, vt dicendo hernia aquoſa, ventoſa, aut humoralis, aut hernia vmbilicalis, hernia mirachialis & inguinalis. Et intellexit hoc Auic. dum inquit: *Quod autem eſt præter hoc, ſupple, omnis tumor non proueniens ad teſticulos, nominatur nomine communitatis hernia teſticuli & varices eius, & durities ipſius.* D E F

Atvero

A At vero quinta ſpecies herniæ famoſi euentus eſt illa, quæ nominatur inteſtina- *Quinta, inteſtinalis.*
lis, & eſt per quam deſcendunt inteſtina in ſcrotum per foramina in extremitatibus
eius exiſtentia; cum enim dilatatio eſt amplior quam illa, per quam deſcendunt aquo-
ſitas, ventoſitas aut humor, patet quod per foramina illa deſcendere poteſt aut zirbus:
& eſt ratio eueniens, aut inteſtinum, ilion & frequenter hoc contingit, aut inteſtinum
monoculum proprie, quoniam eſt ſolutum, non ſuſtentatum, ſupple, ligamentis mol-
tis, & proprie in inferiori parte eius. ¶ Et non quod hæc herniæ ſpecies valde mala ſit
cum dilatatur: ita vt deſcendãt inteſtina prædicta. Hæc autem ſpecies herniæ cogno-
ſci poteſt. ¶ Primo per magnum dolorem in ſcroto in inguinibus & mirach repræſen-
tatum: extenduntur enim magnifice inteſtina a ventoſitatibus, aquoſitate & humori-
B bus, quando iam exierunt locum naturaliter ipſorum. Sed omnis extenſio notabilis
eſt ſpecies ſolutionis continuitatis: ergo doloris effectiua cauſſa. Quis etiã negare po-
teſt, quod cũ inteſtina locum eorum naturalem exierunt: quin ibi acquiratur ſpecies
malæ cõplexionis ſimplicis aut compoſitæ, materialis vel immaterialis ſubito permu-
tantis: ſed ipſa eſt ſufficiens ſecunda cauſſa doloris, vt colligitur *3. techni.* Dolores tantũ
in quemcunq; locum incumbunt, aut ſubitam alterationem oſtendunt, aut ſolutionẽ
continuitatis, quare nõ eſt mirũ, ſi ibi dolor magnus conſequatur. ¶ Secundum ſignũ
eſt magnus tumor & tenſio in inguinibus, & proprie in ſcroto. ¶ Tertium eſt fixio &
inſeparabilitas tumoris. ¶ Quartum exitus fæcum prohibitio per inferius. ¶ Quin-
tum aduentus ileos, quæ dicitur miſerere mei: per quam adeo infelicitantur ægri, vt
C fæces euomant per ſuperius. ¶ Sextum negatio ſignorum oſtendentium multitudi-
nem aquoſitatis, ventoſitatis & humorum: Et hæc quidem diſpoſitio talis prouenire
poteſt ex omnibus cauſſis facientibus herniam, vt ſtatim dicetur. ¶ Et eius etiam cu-
ratio pendet ex his, quæ ſtatim ſubſequendo declarabuntur. Hæc quidem clare ape-
riunt materiam omnis herniæ mirachialis, & per conſequentiam ſermonis etiam ali-
qua declarant de hernia ſcroti.

Cap. II. *Continens rubricas ſeptem.*

Rvbrica I. *De hernia ſcroti & de aquoſa.*

Secvnda vero ſpecies principalis herniæ eſt ipſius ſcroti, quia ipſi acci-
dit: & hæc quidem eſt octo ſpecierum ab auctoribus inuenta. Et prima *Herniæ ſcroti octo ſpecies.*
D quidem dicta eſt hernia aquoſa, ipſa enim aquoſitas multa congregatur in
eo & poteſt contineri in poris, vt cõiuncta cauſſa; ſimiliter contineri poteſt *Hernia ſcroti aquoſa.*
in concauitate ipſius & inter teſticulos & inuoluta vaſa. Antecedens vero cauſſa eſſet
aquoſitas exiſtens in venis & in arteriis ſcroti & vaſorum inuolutorum. ¶ Et hæc qui-
dem aquoſitas licet poſſit generari in ſcroto, per viam indigeſtionis prouenientis a
mala complexione frigida omnium partium ſcroti, tamen vt in pluribus hæc ægritu-
do accidit ſcroto per colligantiam eius ad epar, cũ in eo generatur aquoſitas propter
malam complexionem frigidã & humidam eius, ſicut accidit in aſcite. ¶ Poteſt iterũ
ſecundo hæc aquoſitas multiplicari ꝓpter debilitatem virtutis diſcretiuæ epatis: cum
enim maſſa humoralis genita eſt in epate, diſcretiua virtus a ſanguine ſeparare debet
E aquoſitatem, quæ ſi fuerit pars deterior per emulgentes expellitur ad renes & ad veſi-
ſicam, & eſt vrinalis aquoſitas. ¶ Altera vero pars aquoſitatis pellitur cum ſanguine ad
faciendum ipſum penetrare in partes anguſtas. ¶ Tertia tranſit ad humectandum
iuncturas, ne fortibus motibus exſiccentur. ¶ Quarta pars aquoſitatis per concauum
epatis & meſeraicis pellitur ad meſenteriũ: & recipitur in carnib. glandoſis eius, vt hu-
mectentur inteſtina & lubricitati ſint diſpoſita. Cum enim diſcretiua virtus debilitata
eſt: ita quod nõ poſſit conuenienter aquoſitates delegare ad prædicta loca, patet quod
talis aquoſitas per venas & arterias fluendo, deſcendit aut pellitur ad inteſtina: & ex
eiſdem ad ſcrotum: & ſic apparet, quomodo aquoſitas multiplicari poſſit in ſcroto
F per colligantiam eius ad omnia ſuperiora membra, in quibus generatur vel congre-
gata reperitur aquoſitas talis. ¶ Et ex hoc fundamento intelligi poſſent cauſſæ multi-
plicationis huius aquoſitatis ex parte debilitatis virtutis tam mutatiuæ, quam diſcreti-
uæ. Similiter cauſſæ materiales, quoniam ſunt cibi frigidi & humidi, vt multitudo la-
ctucæ, ſpinachiæ, bletę, portulacæ, mercurialis, anguriæ & conſimilium.

Signa vero huius diſpoſitionis ſuperius tacta ſunt in eminentia aquoſa vmbilici,

niſi quod ſignũ inſeparabile & proprie demonſtratiuum eſt tranſlucentia ſcroti, cum A
aſpicitur ex oppoſito luminis candelæ vel radiorum ſolis.

Curatio. *Potio purgans.*

Cura autem eius eſt mundificare corpus cum hac infuſione. ℞. *agarici, hermodactylorum electorum, an. ʒ j. ß. zinzib. ℈ j. pulueris ireos ʒ j. aquæ mellis ℥ iij. calefiat aqua mellis ℥ iij. calefiat aqua & infundantur in ea pulueres per diem naturalem: deinde in aurora calefiat totũ diligenter, & exprimatur & illa colatura calida bibatur:* poſt quam dormiat æger per horam vnam: deinde ſurgat & quieſcat, aut leuiter ambulet ieiunus vſque ad horas ſex: tunc ergo ſumat cyathum vnum aquæ mellis calidæ & poſt ipſam per horam comedat. ¶ Si quis autem abominaretur hunc potum propter eius amaritudinem, accipiat hoc electuarium.

Alia.

℞. *electuarii indi. ʒ iij. æris vſti, gran. viij miſce & bibatur totum cum ℥ ij. aquæ calidæ deſtillationis radicum iris.* ¶ Renuens autem accipere electuarium, accipiat has pillu- B
las.

Pillulæ.

℞. *pulueris radicum mezereon infuſarum in aceto per quinq; dies & exſiccatarum ℈ j. ſulphuris viui, gran. iiij. æris vſti gran. ij. liquirit. aniſi dragaganti, an. gran. iiij. formentur pillulæ cũ ſucco roſ. & omnes accipiantur ſeruatis conditionibus in præcedenti minoratiuo dictis.*

Digreſſio.

¶ Secunda vero intentio in curatione huius herniæ aquoſæ eſt digeſtio materierum: & hæc tribus inſtrumentis fieri poteſt. ¶ Primum eſt, vt accipiantur ℥ v. aquæ infuſionis cicerũ rubeorum decoctorum cũ ea, & duabus radicibus fœniculi & totidem petroſelini. ¶ Secundum remedium eſt hoc. ℞. *aquæ ſublimationis radicũ geniſtæ ℥ v.* ¶ Tertium remedium eſt hoc.

Potio. *Alia.*

℞. *aquæ milii ſolis, aquæ apii, an. ℥ ij. ß. miſce quodlibet horum, & accipiatur calidum cum ſaccharo per totã ſeptimanam.* ¶ Cum ergo erit in fine, ipſius aſpiciatur vrina, quæ ſi fuerit in C
colore & ſubſtantia rectificata reſpectu prioris, & habens ſedimen album in fundo ſedens coniunctum & æquale: tunc ſtatim eradicetur cum aliquo de medicaminibus iã dictis in euacuatione minoratiua multiplicando parumper eorum operationẽ per doſin ſuperaddendo quartã aut quintam portionẽ ad ſupraſcripta. ¶ Eradicata itaq; materia rectificetur epar cum vſu huius confectionis ſemper ante cibum aſſumptę.

Rectificatio epatis. *Rotulæ.*

℞. *trochiſcorum diarodon, ſpecierum diacinamomi, an. ʒ j. ſpodij ſubtiliſſime triti ℈ j. ſacchari ſecundæ coctionis ℥ iiij. & cum aqua fœniculi fiat confectio in rotul. duarum dragmarũ, de quibus vnam ſemper accipiat in principio cuiuſcunq; cibi.* ¶ Quinta intentio poſt minorationem & digeſtionem, eradicationem materierum & confortationẽ epatis & aliorum membrorum eſt conſumptio materiei coniunctæ. Et hoc fieri poteſt primo cũ hoc emplaſtro.

Emplaſtrũ conſumens materiã coniunctam.

℞. *radicũ recentium ireos & cucumeris aſinini, an. ℔. ß. farinæ orobi & fabarum, an. ℥ iiij. olei de ruta ℥ iij. ſuc- D
ci mollium extremitatum lauri ℥ iiij. lento igne in cazeola ferrea coquantur omnia vſque ad ſpiſſitudinem bonam & calidũ applicetur toti ſcroto, & bene circumligetur.* ¶ Secundum vero remedium ad hoc eſt iſtud.

Linimentũ.

℞. *maſticis ſandaracæ, an. ℥ ij. hypocyſtidos ℥ j. terræ ſigillatæ tuciæ præparatæ, an. ℥ ß. & cum ſucco rutæ fiat linimentum in mortario.* De quo bis vel ter in die totum ſcrotum liniatur, & bene calidum conſeruetur. Et hæc eſt conueniens cura huius herniæ oſſealis, quam antiqui idrochilon nominabant.

Rvbrica II. *De hernia ventoſa.*

Cauſſa herniæ ventoſæ in ſcroto.

Secvnda vero principalis ſcroti herniæ ſpecies eſt ventoſa nominata.

Cauſſæ cuius exteriores ſunt cibi omnes ventoſitatum generatiui, vt E
ſunt legumina omnia, lac & piſcium elixatorum vſus: & brodialium pinguium frequentia, cucurbitæ, fructuum humidorum aſſumptio, immoderata repletio, frequentia comeſtionis, motibus inordinatis & inconſuetis exercitari ſuper cibo, multæ aquæ vſus, & fructuum recentium olerum frigidorum & humidorum frequentatio.

Signa.

Signa autẽ huius diſpoſitionis ſupra tacta ſunt in ventoſa eminentia vmbilicali; niſi q̧ in hac murmuratio fortis inuenitur, fortior tamen tempore impulſationis ventoſitatis cum manu factę, & tenſio notabilis in loco reperitur abſq; pulſatione.

Curatio.

Cura autem huius diſpoſitionis eſt, vt cum vt in pluribus mala complexio epatis frigida & ſicca, aut ſicca tantum, aut frigidã tantum, vel calida & ſicca frequentius ſint F
cauſſa generationis harum ventoſitatum. Ideo intenſio curatiua pendet ex quatuor. ¶ Et prima eſt minorare ventoſitates in ſuperioribus membris congregatas, a quibus hæc ægritudo per colligantiam dependet. ¶ Secunda eſt rectificatio prædictorum membrorum. ¶ Tertia eſt menſurare regimen ex parte ciborũ & potuum. ¶ Quarta conſu-

A conſumere ventoſitates iam in ſcroto perceptas. ¶ Et prima quidem intentio perficitur tribus inſtrumentis. ¶ Primum eſt hoc. ℞ *cymini, aniſi, carui, fœnicul. ameos, cardamomi ma. an. M. j. ſem. rutæ M. j. ß. coquātur in ℔. iij. aquæ vſq; ad conſumptionem medietatis, cuius decoctionis. ℞. ℔. j. olei de ruta, olei de lauro, an. ℥ j. ß ſalis indi. ſalis gemmæ, an. ʒ ß. ſacchar. rub. ℥ j. ß. miſce, & fiat clyſter, quod omni die applicetur* ¶ Secundum vero remediū eſt hoc. ℞. *radicum arthanitæ, colocynth. hermodactylorum, an. ʒ j. ſalis indi. ℥ j ſem. rutæ ʒ j. ß. baccarum lauri ℈ ij. mell. bene cocti ℔. j. fiant ſuppoſitoria longitudinis digiti annularis, de quibus omni die poſt ortum ſolem, & per duas horas ante cœnam accipiat vnum.* ¶ Tertium remedium eſt hoc. ℞ *corticum fabarum, & lentium excorticatorum an. M. ij. milii excorticati & furfuris, an. ſcutellas duas cymin. & ſem. rutæ, an. M. j. ß. calefiant omnia in fundo caldariolæ ſuper carbonibus i-*

Minoratio ventoſitatū in ſuperioribus partibus congregatarum.

Clyſter.

Suppoſitoriū

Sacculus.

B *gnitis, & ponantur in magno ſacculo totū ventrem ambientē ter vel quater in die.* ¶ Secunda vero rectificationis membrorū intentio completur per duo inſtrumenta. ¶ Primū eſt, quod omni mane p ſeptem horas poſt cœnā accipiat ʒ j. antiqui mithridatii cū ℥ ij. aquę decoctionis rutę recentis calefactę: & eſt medicamē diuinum in educendo ventoſitates, & abſcindendo malā complexionē generatiuā earum. ¶ Secundum vero inſtrumentum & fortius illo eſt, vt omni nocte pdicta hora accipiat patiens pillularū ℈ ij, quæ fiāt ex ſpeciebus electuarii de baccis lauri cum ſucco rutæ, & eligatur illud, quod ſcribitur ab Auic. 5. *can. ſumma 1. in Rubrica 1.* Quodcunq; autē horum duorum accipiatur, exigit vt patiens poſtea abſtineat ab omni cibo ſaltem per horas tres. ¶ Tertia vero ſpecialis intentio herniæ ventoſæ pendet ex rectificatione ſex rerum nō naturalium, abſtineat

Rectificatio membrorū.

Rectificatio ſex rerum nō naturalium

C ergo ab omnibus cibis multiplicatiuis ventoſitatum ſecundum complexionē & materiam: quorum paulo ante memoria præteriit numerando primitiuas cauſſas. Sub genere horū etiam continentur omnes paſtiles cibi & lacticinia, panis non fermentatus vel azymus aut male coctus, vinum dulce & proprie velut marchianum anchonitanū, tubera & fungi omnes, cerebrum & medullæ animalium. ¶ Euitetur commorari etiā in aere frigido & caliginoſo, & in locis terræ & defluxibus aquarum vicinis, & vexari accidentibus animi, per quæ vehemens & velox imponitur motus humoribus & ſpiritibus, eſt huic ægro valde nociuum. ¶ De quantitate vero ciborum & exercitio poſt eos iam dictum eſt. ¶ Somnus etiam prolixus valde per quem velut ſuffocatus detinetur innatus calor, euitari debet. ¶ Quarta principalis intentio eſt conſumptio ven-

Conſumptio ventoſitatū in ſcroto.

D toſitatū, quæ iam in ſcroto congregatæ ſunt, & hęc quidem perficitur conuenienter tribus inſtrumentis. ¶ Quorum primum eſt. ℞. *aquæ cineris ſitulum vnum, ſulphuris viui.* ℥ *ij. baccarum lauri cobumbagne.* (Eſt in rei veritate maius cardamomum a vulgo nominatū melegete) *an* ℥ ß. *terantur omnia & bulliant in prædicta aqua vſq; ad conſumptionē tertiæ partis. In hanc igitur aquā bene calidam infundantur ſpongiæ nouæ, & mediocriter calidæ apponantur toti ſcroto ſaltem in die quatuor vel quinq; vel ſex vicibus.* ¶ Secundum vero inſtrumentum eſt, vt carminetur ventoſitas cum his, quæ ſuperius tacta ſunt. ¶ Tertium eſt frequens appoſitio ventoſarū aut cornuū nō parui orificii. Inueni tamen ego ventoſas æreas magis in hoc operantes ad carminandum ventoſitates, quam vitreas.

Cobūbagne.

Fomentū.

E

RVBRICA III. *De hernia humoroſa.*

TERTIA vero ſpecies herniæ accidens in ſcroto eſt, quam humoroſam nominant ſapientes: & licet hæc ab omni materia humorali fieri poſſit: rariſſime tamen a cholerica fit, cui repugnat intrinſece motus rectus deorſum. ¶ Secundo etiam hæc diſpoſitio raro fit a materia cholerica nō apoſtemāte: licet ab ea fiat apoſtema durum kiens ab Auic. dictum, *2. a tertii, tractatu 2. cap. 1.* ¶ Poſt ipſum autem adhuc raro fit hernia humoralis a ſanguine ſaltem per paulatinam congeſtionem: propterea, quia mala complexio calida magis eſt cauſſa paulatini tractus ſanguinis ad locum, in quo eſt. Et ſi contingeret in ſcroto reperiri malam complexionem frigidam, tunc fortaſſis illa rectificaretur per aduentum ſanguinis paulatinū,

Cauſſæ.

F qui rectificaret illam. Si ergo hæc hernia ſanguinea reperitur, eſt per viam defluxus a ſuperioribus membris eueniens, vt contingere poſſet in criticis tranſmutationibus ægritudinum ſanguinearum. Similiter in percuſſis, verberatis, & ab alto cadentibus, & maxime cum compreſſione facta ſuper nates. Et frequenter contingit propter translationem ſanguinis ab oppilationibus vel apoſte-

matibus ſanguineis epatis & renum. ¶ Et quarto iterum hæc hernia contingit ꝓpter A
fortem compreſſionem in humeris & ſpina torta & compreſſa, vt portantibus onera grauia valde contingit. ¶ Et quinto adhuc contingere poteſt propter fortē diſtenſionem in lumbis interioribus factā, vt contingit frequenter tendentibus baliſtas, & proprie fortes: tunc ergo adueniente forti fluctuatione ſanguinis in vena caua, & in arteria deſcendentibus, non eſt mirabile hanc herniam ſanguineam ſæpe reperiri. Quod autem, vt in pluribus contingit, eſt, quod ſcrotum intumeſcit ex materia phlegmatica ibi congenita vel propulſa.

Cauſſa itaque duritiei a multa materia euenientis & ſigna eius infra dicentur. ¶ Cauſſa vero & ſigna herniæ cholericæ hic dimittuntur: cum ego neq; eam viderim: B
quia habeam teſtimonium eius ab auctoribus, quantumcunque illuſtribus. Cauſſæ vero generatiuæ herniæ ſanguineæ interiores, & exteriores nonnullæ tactæ ſunt. Materiales vero cauſſæ multiplicatiuæ ſanguinis ſunt cibi calidi & humidi, complexione fluxibiles, ſubſtantia & ſapore dulces.

Signa.

Signa vero huius diſpoſitionis ſunt tenſio notabilis in loco. ¶ Secundum, caliditas & humiditas tactu perceptæ. ¶ Tertium rubedo partium. ¶ Et quartum pulſatio in prædictis locis.

Curatio.

Cum hæc ſigna comprætenſa fuerint corporis notabilem plenitudinem repræſentantia, ſtatim phlebotometur baſilica ſub cubito aut vena media in medio curuaturæ interioris brachii inuenta: & educantur ſanguinis ℥ iiij. vel v. ſecundum inten-

Venæ ſectio.

tionem præſentis Medici. ¶ Sequenti vero mane immediate ſoluatur venter cū hoc C
compoſito. ℞. *aquæ decoctionis fructuum deſcriptione Meſ.* ℥ *ij. reubarbari electi* ℈ *ij. ſpicæ*

Potio ſolutiua.

nardi gran. iiij. diapruni ſimplicis ℥ *ß. miſce, & tardet cibum horis ſex.* ¶ Die vero eadem applicetur hoc emplaſtrum. ℞ *ſolatri recentis aut ſicci, ſi fuerit hyems* ℔ *ß. roſarum, foliorum plantaginis, an.* ℥ *ij. lentium coctarum in aceto* ℔ *j. farinæ hordei* ℥ *v. olei roſ.* ℥ *iiij. fiat emplaſtrū*

Emplaſtrū.

decoctis prædictis inſimul lento igne, & applicetur, vt ſupra bis in die. ¶ Tertia vero die ſequenti natibus huius viri applicentur duæ ventoſæ cum ſcarificatione hora, qua minus moleſtatur æger & educantur ſanguinis ℥ ij. vel iij. ¶ Rectificetur autem regimen infirmi cum infrigidantibus & exſiccantibus, vt agreſta, gelatina, granatis & ſimilibus. Et vinum bibat pauciferum & ponticum. ¶ Et nota, quod hæc ſpecies herniæ valde facile curetur, imo a prima die vſque ad quartam vel ſeptimam diem curat ſi Medicus D
non eſt negligens.

Phlegmatica vero oſſealis hernia frequenter contingit in his, qui frequentant coitum & proprie ſuper nauſeatiua ſatietate. ¶ Et ſedentibus ſuper lapidem & ſedibus frigidis. Et poteſt etiā accidere, licet tamen raro ex tranſmutatione materierum aliarum ægritudinum, vt contingere poteſt empyemate & cachexia in hydrope carnoſa, velut etiam in cholerica phlegmatica: licet hoc raro contingat, quoniā chronicarum ægritudinum materiæ non ſeruantur ad vnicam expulſionem: Neq; etiā adeo violen-

Criſis quid.

tę ſunt, vt moueant virtutem vehementer & velociter ad expulſionem ſui: q̄ eſt neceſſarium in omni criſi: quoniam criſis eſt velox & vehemens motus morbi & naturę, quo infirmus deducitur ad vitā vel ad mortem, teſte Hip. *ſect. 2. aph. 13* commento ſermonis E
illius, vbi dicit: *Quibuſcunq; criſis fit, &c* ¶ Qualitercunq; igitur contingat fieri herniam phlegmaticam, ipſa percipietur. ¶ Primo ꝓpter frigiditatem in parte perceptā. ¶ Secundo, ꝓpter lenitiem magnam ibidē inuentam. ¶ Tertio per remanentiā foueæ diu in loco a cōprimente digito factæ, q̄ nō cōtingit in aquoſa vel ventoſa ꝑdictis. ¶ Quarto per negationē translucentiæ membri, q̄ erat inſeparabile ventoſæ. ¶ Quinto & vltimo per cōtinuam fixionē eminentiæ in parte. Materia enim phlegmatica in frigidi-

Frequētata euacuatio phlegmatis.

tate & viſcoſitate ſuis nō ſeparatur a parte ægra. ¶ Cognita ergo hæc diſpoſitio curanda erit quatuor intentionibus. ¶ Prima eſt per frequentatā euacuationē partialē materiei phlegmaticæ antecedentis, quæ mucillaginoſa eſt Et hęc quidem medicina eſt rectificatio turbit ſecundū hunc modū. ℞. *turb. electi* ʒ *ij. zinz.* ʒ *j. ſacch. alb. ad pondus omniū de hac* F

Potio.

medicina cū aqua abſynt. calida æger omni quarta die in aurora accipiat ʒ *j.* Secunda intētio eſt

Digeſtio materierum.

digeſtio materierū, & hæc quidem ꝑficiter per hoc digerēs. ℞ *aquæ meliſſæ, aquæ beton. & abſynth. an.* ℥ *j. ß. accipiatur hoc totū calidū cū* ℥ *ß ſacch. in aurora dieb. intermediis prædicto euacuatiuo.* Et ſi volueris hoc digeſtiuū efficacius reddere, adde ipſi aceti ſquillitici ℥ j. & nō

decipiet

A decipiet te. ¶ Tertia intentio completur per rectificationem membrorum, in quibus phlegma generatur: & illud quidem conuenienter fiet dando in potu omni mane ʒ j. theriacæ Andromachi fermentatæ, q̃ tranſiucrit ætatē decem annorũ cum ℥ ij. aquę a-lari calefactæ. ¶ Quarta vero intentio eſt materierũ coniunctarũ omnimoda conſumptio: & hæc quidem fieri poteſt p localia ſuperius appropriata in hernia aquoſa, tã vmbilicali, quã oſſeali, ꝓpter quæ recurre ſuperius. ¶ Scio autē hoc compoſitũ eſſe infallibile. ℞ *ſandaracæ ℥ ij. ſarcocollæ rubeæ ℥ j. cineris ſtipitis fabarũ vel ſarmentorum vitis ℔. j. pulcondi. ℔. ß. aceti ſquillitici ℥ ij. bulliant omnia cum aqua capitelli tertia vſq; ad ſpiſſitudinem; emplaſtretur ex eis calidis oſſeum, videbis mirabilia,* &c.

Materierũ coniunctarũ omnimoda conſumptio. *Emplaſtrũ.*

Rvbrica IV. *De hernia carnoſa.*

Cauſſa.

B Iam vero ſequitur declaranda quarta ſpecies herniæ oſſealis, quæ dicitur carnoſa. Hæc quidem accidere poteſt ex multitudine ſanguinis vnctuoſi in complexione ſatis laudabilis, in quem agit virtus nutritiua, magnam partem eius tranſmutando & coagulando in carnoſitatem. Caliditas igitur magna teſticulorum & attrahendo, apponendo & vniendo ſanguinē eſt cauſſa augmenti huius carnoſitatis, quæ quidem augmentata debilitat membrũ debilitate, quæ eſt cauſſa, vt ſubſequenter generetur carnoſitas illaudabilis, quæ tamē in principio generationis eius fuit laudabilior.

Signa.

Hæc igitur carnoſitas cognoſcitur primo per abſentiam doloris in loco. ¶ Secundo per caliditatē, licet tamen remiſſam reſpectu eius, quę percipitur in carnoſitate ab-
C ſolute laudabili. ¶ Tertio per ruborem partis extenſæ. ¶ Quarto per ſoliditatem quaſi conſimilem ſoliditati laudabilis carnis. ¶ Quinto per augmentum eius velox intantum, quod creſcit quandoq; quantitati capitis humani conſimilis.

Locus augmenti.

Cuius quidem cauſſæ efficiens & materialis iam declaratæ ſunt. ¶ Locus autem augmenti eius eſt ſubſtantia oſſei. ¶ Cauſſæ vero exteriores ad huius generationē conuenientes ſunt omnes ex parte rerum non naturaliũ, quæ caliditatis augmentũ & humiditatis efficiunt, & reponunt caliditatē & humiditatē ſanguineam & pinguē: velut ſunt cibi omnes abſolute dicti: aut cibi medicinales multi ſanguinis generatiui: vt ſunt laudabiles carnes: vitelli ouorum; brodialia, pinguia, vinum dulce vſus: dactylorum & ſacchari & conditorum ex eo & conſimilia.

D Cognita ergo hæc diſpoſitio ipſa a principio vſque ad primam partem augmenti facile curari poteſt. ¶ Primo applicando phlebotomiã baſilicæ & venæ communis reiteratam. ¶ Secundo diſtrahendo ſanguinem ad hæmorrhoidas aperiendo eas cũ fricatione ex felle tauri, aut ex aqua decoctionis ſulphuris viui. ¶ Tertio vero applicando perſæpe ventoſas natibus & carnoſis partibus inferioribus coxarum & crurum. ¶ Quarto perficitur huius cura cum regimine ex parte ciborum & potuum frigiditate & ſiccitate ſua contrariantium generationi & augmento ſanguinis. ¶ Quinto iterum curatur hæc diſpoſitio cum applicatione linimentorum & emplaſtrorum repercuſſiuorum cum exſiccatione notabili & ſtipticitate: velut eſt emplaſtrum hoc. ℞. *granorum lentis, ſolatri, roſarum foliorum plantaginis, an. ℔. ß. farinæ, hordei ℔. j. albumina ouo-*
E *rum numero iij. coquantur omnia in aqua cum quarta parte aceti & addita farina fiat emplaſtrum, & tepidum applicetur oſſeo toti per quinque vel ſex dies.* ¶ Cum autem hæc ægritudo pertrãſiuerit tempus primę partis augmenti vniuerſalis, valde difficilis redditur eius curatio: & proprie quando peruenerit vſque ad medium ſtatus incluſiue: tunc ergo propter augmentum mirabile eius intantum debilitata eſt virtus, vt non poſſit regere medicinas locales ſufficienter exſiccatiuas. Etiam repercuſſiuæ medicinæ hoc tempore nõ ſunt neceſſariæ: eo quia materia tota fluxit iã ægritudo tranſiuit ad augmentum, imo eſt augmentata, quam magis fieri poteſt. ¶ Huic etiã ægritudini parum aut nihil conferunt medicinæ digeſtiuæ & euacuatiuæ ꝓpter prædictas cauſſas, quare localibus medicinis non oportet inſiſtere, quia non conferunt etiam ſolum calefaciendo, reſol-
F uendo & exſiccãdo: imo oportet eas eſſe cauſticas. Raro & paulatim applicatas vt ſucceſſiue diſponat magnificatas partes oſſei. Ego enim iam diu laboraui cum alteratiuis prædictis in hac ægritudine in Ioanne fratre Antonii apothecarii ab angelo: ſecundo in nobili viro, domino Fantino bragadino: tertio in Paulo de Ruſtica. Cuiuslibet quorum hernia carnoſa tranſcenderat quaſi quantitatem humani capitis.

Emplaſtrũ.

Vana itaq; fuerunt inſtrumenta omnia, nihilq; vtriſq; horum vſq; ad hanc diem viuentium curã perfeci ſecundũ hunc modum. ¶ Igitur præmiſſis vniuerſalibus euacuationib. & particularib. materierũ, quas erat dubitabile poſſe fluere ad particulã patientẽ, applicui hoc percuſſiuum in inguinibus & circumſtantib. partibus ſuperioribus oſſei. A

Linimentũ.

℞. boli arm.℥ ij.terræ ſigil amyl.an.℥ j.farinæ volatil.molendini ℥ j.ß.ſandaracæ, maſt.an.ʒ ij. & cũ ſuc.roſ.fiat linimentũ in mortario plumbeo cũ ſuo piſtillo & apponatur omni die bis. ¶ Poſt hoc adhibui hoc compoſitũ. *℞. ſaponis nigri ℥ ij.auripigmenti ℥ j.ß.ſulph.viui ℥ ß. chalcanti combuſti ʒ j.ß.incorporentur omnia in mortario cũ aqua ſalis armoniaci: hoc igitur cauteriũ applicetur inferiori parti oſſei, vt faciat eſcharã amplitudinis vnius ducati,* & nõ dimittatur vltra horã, ne fiat eſchara ꝓfunda pertingens ad vaſa inuoluta vel ad venas & arterias ibidẽ exiſtentes: periculũ enim eſſet ſpaſmi aut immoderatæ hęmorrhagiæ ſuperuenientiũ. Cum B autẽ facta fuerit eſchara. ꝓcedatur ad mollificationẽ cũ axungia & butyro recentibus, vſq; ad caſum eius. ¶ Poſtq̃ ergo depoſita fuerit eſchara, ꝓcedatur ad curationẽ cũ applicatione vnguenti veneris dicti Apoſtolorũ deſcripti ab Auic.*5.can.ſumma 1.tractat.de vnguentis.* Hoc enim eliquat & cõſumit carnes conuenienter: deinde iterũ applicetur cauſticũ p̃dictum ſuperioribus intermediis & lateralib. partibus oſſei intantũ, quod in oſſeo fiant ſex vel octo rupturæ in diuerſis locis, vt cõuenienter poſſint applicari medicamina cõſumptiua ſecundũ omnẽ differentiã poſitionis loci, omni tamẽ tertia aut quarta die ſemel liniendo partes vlceratas cũ aqua ſecunda capitelli. ¶ Cũ ergo ꝑ hæc videris conſumptã eſſe carnoſitatẽ, ꝙ apparet ex reductione oſſei ad priſtinã magnitudinẽ, quod tamẽ nõ fit in ſpatio breuiori vnius aut medii anni, tunc ꝓcede cum cõ- C ſolidantibus, quorũ magna copia ab auctoribus hinc inde perlegitur. Sis tamen in hac diſpoſitione curanda ſolers & attentus. Ego enim ꝓpter multitudinẽ & fortitudinem accidentium concomitantiũ hanc diſpoſitionẽ, diſpoſui deinceps hanc ægritudinem non pertractare, vnde multis, qui peruenerunt ad me, renuntiaui & laborem fugiens & præmii paruitatem. Hęc de hernia carnoſa dicta ſufficiant, &c.

RVBRICA V. *De hernia varicoſa.*

QVINTA iterum reperitur ſpecies oſſealis herniæ, quæ dicitur varicoſa: & eſt eius intentio, quod in ſuperficie oſſei appareat multitudo venarum & arteriarum cum extenſione magna inuoluente totum oſſeum, ſicut vitis inuoluitur arbori: & propterea vitis nominatur hęc ęgritudo ab Italis, ſic- D ut ipſa a Græcis varix.

Cauſæ.

Eſt autem cauſſa materialis huius ſanguis melancholicus a membris ſuperiorib. effuſus paulatim, vt in pluribus, & quandoque per defluxũ, & proprie in criticis tranſmutationibus materierum, ægritudinum melancholicarum, aut quandoque contingit ſplenem eſſe debilem in attrahendo melancholiam ab epate, & epar eſſe debile in attrahendo melancholiam ad ſplenem, vt purior efficiatur ſanguis. ¶ Cauſſæ autem exteriores multiplicantes ſanguinem melancholicum ſunt fortes paſſiones animi cõtriſtantes, exercitia excellentia, vſus rerum aduſtione ſua tranſmutantium ſanguinẽ in melancholiam. Potus vini nigri, craſſi & pontici, multus melancholicorum ciborum vſus, velut eſt caro antiquorum animalium & ſalſamenta omnia, & vſus fabarum E & lentium, imo & leguminum omnium, & proprie cum agreſta, aranciis, granatis & aceto acri, a quibus omnino abſtinere debeant timentes hanc ægritudinem & laborantes ea.

Signa.

Itaque cum cognoueris hanc diſpoſitionem per magnitudinem & tenſionem arteriarum & venarum cum ſpiſſitudine ſanguinis contenti in eis. Regatur omnino æger regimine poſito in pręcedenti immediate cap. Quantum ad primam, ſecundã, tertiam & quartam intentionem. ¶ Quinta autem intentio procedendi cum cau-

Curatio.

ſticis hic omnino dimittatur. Sed applicetur ei emplaſtrum de mucillaginibus & proprie vigoratum cum gummis quatuor, videlicet oppopanaco, ſerapino, bdellio & ammoniaco. Et nota ſpeciale inſtrumentum in hac varicoſa diſpoſitione eſſe applicatio- F nem aquæ ſulphureæ, aſphaltinæ & æneæ, in qua ſępe æger faciat encatiſma. Intentio enim in hanc diſpoſitionem debet eſſe complicata & applicatione reſoluentium, exſiccantium & lenientium medicinarum, ſed taliũ termarum aquæ ex his virtutibus operantur, igitur ſunt conuenientes. ¶ Attende tamen, quod hæc diſpoſitio non niſi

cum

A cum magna difficultate & temporis prolixitate curetur:& proprie cum fuerit in religioſis,qui vtuntur cibis craſſis, adurentibus & melancholicis,&c.

Rvbrica VI. *De hernia dicta buris.*

SExtam ſpeciem herniæ ab omnibus auctoribus poſitam, Auic. nominat buris. *22.tertii,cap.2.* & eſt verbum arabicum, cuius expoſitio adhuc non bene innotuit mihi: prouenit autem hæc diſpoſitio à melancholico ſanguine multiplicato non ſolum in oſſeo,ſed etiam in ſubſtãtia teſticuli, ita vt mirabiliter intumeſcant partes,vt eſt videre ante fores eccleſiarum. Et ſi quidem iſte tumor exiſtat tantæ magnitudinis, vt tranſcendat menſuram nulli B indiuiduo humanæ ſpeciei poſſibilem cum duritie, tenſione, nigredine, frigiditate, vehementibus in membro abſq; puſtulis & corruptionibus: tunc illa eſt diſpoſitio elephantica à ſapientibus nominata. Si autem exiſtant cum ea puſtulæ duræ & corruptæ: tunc nominatur talis diſpoſitio lepra elephantica vel elephanginoſa. Cum autem in hac diſpoſitione tumor appareat prædictus,non valde magnus cum ſignis ſupra tactis. Hæc eſt, quæ proprie dicitur hernia dura oſſealis. Et ego vidi virum, qui iam portauit diſpoſitionem pluribus quàm annis xxx.

Curatio. Subtractio materierum melancholicarum.

Cum ergo prouenerit hæc diſpoſitio ad ſtatum & confirmationem,tunc curanda eſt cura apoſtematum durorũ ſecundum has intentiones. ¶ Et prima quidẽ eſt ſubtrahere materias melancholicas, ſi fuerint in venis & ꝓprie in ſplene abundãtes,phle-C botomando baſilicam ſub cubito ſiniſtri brachii inuentam:deinde ſequenti aut tertia die ſoluere ventrem cum ʒ iiij.cathartici imperialis deſcripti a Nicolao *in antidot*.cum aqua viol.aut nenupharis calida,obſeruando poſt ipſam regulas in aliis euacuationib. deſcriptas in cura rupaginis vmbilicalis. ¶ Secunda intentio eſt,vt digeratur materia cum hoc compoſito. ℞ *aquæ violarum,lupulorum & farfaræ,an.* ℥ *j. ſyrupi de corticibus citrin.* ℥ *j ß.miſce & totum calidum & accipiatur in aurora per ſex vel octo dies.* ¶ Tertia vero tũc ſurgit intentio eradicandi materiam, & proprie cum hoc compoſito. ℞*.epithymi cretenſ.* ʒ *j. lapidis lazuli præparati* ℈ *ß.caſsiæ fiſtulæ extractæ de canna cum aquæ viol.* ℥ *ß. miſce & totum in aurora accipiatur ſeruatis regulis ſupraſcriptis in aſſumptione pharmacorum.* ¶ Quarta intentio eſt materiei coniunctę cõſumptio, & iam quidem hæc fieri debet cum intentione reuolutionis a mollificante ad reſoluens medicamen & econuerſo. Quomodo D res tantæ duritiei reſolui poſſet abſq; mollificatione. Et hæc quidem clare legi poſſunt *4. primi, cap.25.& 3.quarti tractatu 2. cap. de cura ſephiros: & 14.terapenticæ,cap.de cura ſclirosis.* Itaq; ſingulo mane & ante cœnam fiat ægro ſemicupium in aqua decoct. radicũ althęę granorum ſiſami,fœnugræci & ſem.lini, an. deinde poſt eius exſiccationem liniatur membrum cum oleo de ſiſamo & amyg. dulc. & bdellio,diſſolutis inuicem & calidis appoſitis oſſeo cum lana ſuccida diligenter calefacta: & ita procedatur per ſeptimanã vnam. ¶ Sequenti vero ſeptimana fiat ſemicupium in aqua cineris,in qua modicũ bullierint chamomilla & fœnugræcum: deinde membro ſupponatur hoc emplaſtrum. ℞*.radicum ſcrophulariæ vel herbæ mauri ſecundum neapolitanos radicum bryoniæ,an.* ℔ *ß meliloti,chamomillæ,ſem.aneti,aſari,an.* ʒ *ß.farinæ orobi* ℥ *ij. ſimilæ frumenti* ℥ *iiij.croci* ʒ *ß. coquan-*E *tur in aqua radices vſq; ad mollificationem ipſarum: deinde terantur ſubtiliſsime*: & fiat emplaſtrum,cum quo calido actu oſſeum inuoluatur vſq; ad inguina,& bene adhærenter ligetur per aliam ſeptimanam. ¶ Itaq; tunc fiat reuolutio ad applicationem mollificantis tertia ſeptimana, & de ipſa ad reſoluens, & econuerſo vſq; ad complementum curationis:ſuperaddendo tamen quod vtile ſit omni ſeptimana,& neceſſarium ſit ſoluere ventrem cum electuario diaſenæ accepto cum aqua lactis caprini calida. Hæc in ſumma eſt duri apoſtematis canonica curatio,&c.

Digeſtio. Eradicatio. Materiei coniuncti conſumptio. Emplaſtrũ.

Rvbrica VII. *De hernia oſſeali inteſtinali.*

F IAm vero vltimo neceſſarium eſt memorare herniam oſſealem inteſtinalem, & eſt eius intentio zirbi aut ilii deſcenſus ad inguina aut monoculi proprie, quia non eſt ita ligatum vel ſubſtentatum in parte ſua inferiori.

Huius autem deſcenſus cauſſæ duæ ſunt principales,vna eſt dilatatio vel relaxatio didymi, & eſt inferior pars ſifac inteſtinorum. ¶ Secunda vero eſt ruptura illius

Cauſſæ.

ſifac vel didymi.¶ Quarũ ambarum cauſſæ poſſent eſſe multæ, videlicet remollitio, & A
relaxatio ipſius a multitudine phlegmatis aquoſi & mucillaginoſi facta. ¶ Secunda
vero poteſt eſſe fortis diſtenſio a ventoſitatibus & multitudine fęcũ induratarum pro-
ueniens.¶ Tertia fortis diſtenſio facta tẽpore coitus & frequentati.¶ Quarta prohibi-
tio exitus ſpermatis cũ multiplicatũ fuerit, ad ipſum inſurgit appetitus eiiciendi illud
& ꝓprie contingit his, qui faciunt mulieres ſuperaſcendere eos.¶ Quinta, nocumentũ
in anhelitu ꝓueniens inſpirando: tunc enim magna fit compreſſio & tractus diaphrag-
Cur laborãtibus hernia inteſtinali creſcat tumor tempore retentionis anhelitus. matis ad infra: ſiue ſit propter attractionẽ violentam aeris, ſiue ſit, quia in tali nocumẽ-
to anhelitus, aer, vapores & fumi calefiũt: ergo rarefiũt, ſed corpora talia rarefacta oc-
cupant locũ maiorem, quã prius: ergo ad illam ſequitur vehemens cõpreſſio & diſten- B
ſio inteſtinorũ & ſifac: & hæc eſt cauſſa verificans problema: ꝓpter quid in habenti-
bus herniã inteſtinalẽ & ventoſam tempore retentionis anhelitus ſuperexcreſcat tu-
mor, qui decreſcit cũ exſpiratio fit. Aliæ vero cauſſæ interiores fere omnes ad iſtas re-
ducuntur: collige has cauſſas quantũ ad aliquid earum *22. tertii, cap. 20.* textu difficili &
occulto.¶ Adhuc iterum exteriores cauſſæ huic loco adducãtur, quas tetigi ſuperius:
Hæc enim ægritudo frequenter accidit eis: & proprie portantibus onera magna
ſuper ſpondylis renũ & caudæ. Et his etiam, qui tendunt baliſtas & ſic de aliis. Hæc in
ſumma comprehendunt materiam herniæ oſſealis inteſtinalis: quorum etiã declara-
tio ſuppleri debet ex his, quæ declarata ſunt in rupagine vmbilicali: & tu comple & cõ-
necte ſermones illos cum iſtis, & habebis complementum.

Curatio. Itaq; cum apparuerit hæc ægritudo ex deſcenſu zirbi duorũ inteſtinorum, videlicet C
ilii & monoculi deſcenſu: tunc eius cura ſeptem ꝑficietur intentionibus nõ leui labo-
re colligendis ab auctoribus quantumcunq; fuerint illuſtriores. ¶ Et prima quidẽ in-
tentio eſt conatus reductionis inteſtinorũ.¶ Secũda vero eſt ſedatio doloris inde pro-
uenientis.¶ Tertia diſtractio materierũ propter dolorẽ fluctuantiũ ad loca.¶ Quarta
prohibitio reiterati deſcenſus prædictorum membrorum.¶ Quinta recta curatio per
conſolidationẽ partium, quę laxatæ & eruptæ ſunt.¶ Sexta modus & doctrina inciden-
di & vrendi partes, per quas didymus ad oſſeũ deſcendit. ¶ Septima & vltima eſt pro-
curatio ægri ab euentu recidiuæ ægritudinis.

Reductio inteſtinorum. Prima itaq; intentio multis ingeniis completur. Cum enim inteſtina iam notabi-
liter fuerint in oſſeo recepta. ¶ Primũ ingenium eſt, vt cum manu fiat cõpreſſio in in- D
feriori parte oſſei ſuperaſcendendo faciliter vſq; ad inguẽ: leuiter etiã conſtringendo
oſſeum. Ita ꝙ inteſtina & zirbus ad locum reuertantur naturalẽ. ¶ Si autem per hunc
modum non ingrediãtur: tunc æger manu ꝓpria oſſeum comprimat ad ſuperiora le-
uibus & frequentatis impulſionibus, frequenter etiam per anhelitũ exſpirando.¶ Ter-
tium ingenium eſt, vt accipiatur ventoſa magna, & etiam magni orificii & bene ignita
applicetur ſuper inguine & diu ibi conſeruetur. ¶ Quartum ingeniũ eſt, vt accipiatur
ſcutella lignea amplitudinis tantæ, vt imbibat lateraliter oſſeum & vſq; ad mediũ eius,
& cum ea frequentata fiat eleuatio & impulſio oſſei ad ſuperiora. ¶ Quintum & vlti-
mum ingenium eſt, vt fiat corporis tranſpoſitio, ta vt caput ſit inferius ad pedes ad cœ-
lum eleuati: Sic enim eſt canon curationis ægritudinum, quarum eſt peccatum in ſi- E
tu, vt colligitur tertio techni dę curationibus ægritudinum in ſitu euenientium. Hęc
de intentione p·ima.

Sedatio doloris. Pro ſecunda ỽo intentione præmittendũ eſt primo, ꝙ dolor in hac hernia ꝓueniat
extenſiuus ꝓpter ventoſitatem ſoluentem continuitatẽ didymi, vt patebat in declara-
tione herniæ ventoſæ, aut ſecundo fit & augetur ibi dolor ꝓpter multitudinem mate-
rierum humoralium, vt ſuperius in hernia humoroſa. Tertio iterum cõtingere poteſt
dolor grauatiuus valde: & hoc quando contingeret inteſtina deſcendiſſe & fæces in
eis induratas remanere: quæ cum ventoſitatibus non habentibus reſpiraculum debi-
tum immoderatos efficiunt dolores & grauatiuos; ac ſi oſſeum & venter trahantur in-
ferius. ¶ In huius quidem diſpoſitionis cura multum timoroſ, multa ingenia neceſſa- F
ria ſunt & inſtrumenta.¶ Et primum quidem eſt adminiſtratio clyſteris facti cum de-
coctione ſem. lini, fœnugræci, & granorum ſiſami cum multa quantitate olei & butyri
Enemata. recentium ¶ Secundum vero clyſtere & fortius illo eſt, vt accipiatur ℔. ß. *brodii pulli,*
& tantundem de oleo ſiſamino & cum ℥ ß. ſalis gemmæ clyſterizetur æger. ¶ Tertium & ano-
dynum

A dynum & mollificatiuum eſt, quod fiat ex vino dulci, butyro, oleo amygdalarũ dulc. cum ℥ ß. benedictæ ſimplicis. Ego vero conſueui apponere oleum oliuarũ recens duarum librarũ cum ß. ℥. ſal. gem. ¶ Secundum principale ingenium eſt hoc. ℞. *ſem. dorellæ ℥ ij. granor ſiſami, fœnugr. ſem. lini, an. ℥ j. radicũ liliorũ alb. & althææ, an. M. iij. aniſi, cymini ſem. anet. an. M. j. ß. chamom. M. iiij. bdellii moll & ſubalbidi ℥ j. coquantur omnia in quatuor ſitulis aquæ vſq; ad conſumptionẽ tertiæ partis, & in hãc decoctionem infundantur magnæ ſpongiæ inuoluentes totum oſſeum vſque ad inguina & ſumẽ, & frequenter applicatis eis fiat impulſio & ligatura oſſei ad ſuperiora.* Fomẽtatio. ¶ Cum ergo fatigatus fuerit æger, tunc ſuper oſſe applicetur hoc emplaſtrũ, q; bene ſuſtentatum ad ſuperiora conſeruet oſſeũ. Oportet autem hæc omnia ſemper conſeruari & apponi membro, ne ꝓlongetur ægritudo. Nam ꝓpter putrefactionẽ fæ-

B cum in oſſe communicatã cordi & nobilibus membris cõtingit, vt in pluribus ægrum mori a quarta vſq; ad ſeptimã. Hæc de intentione ſecunda. ¶ Deſcriptio compoſiti. Emplaſtrũ. ℞. *gallar. cupreſſi ℥ ij. farinæ volatilis molendini ℥ iij. pul. radicũ conſolidæ ma. & mi. an. ℥ j. glutinis piſciũ ℥ j. ß. dragag. gum. arab. mum. ſpodii, an. ℥ ß. ſang. drac. ſerap. terræ ſigil. boli arm. an. ʒ v. coquãtur farinæ in duabus partibus aquæ & tertia parte aceti nigri vſq; ad bonam ſpiſſitudinẽ, cũ ſufficienti quantitate ceræ & additis pulueribus fiat emplaſtrum.*

Tertia intentio, quæ eſt materierum diſtractio, ne ad membrũ patiens ꝓrumpat, multipliciter completur. Materierũ diſtractio. ¶ Primo quidẽ cum clyſteribus prætactis. ¶ Secundo vero cũ appoſitione ventoſæ ſupra tactæ. ¶ Tertio cũ ligaturis & fricationibus a genu inferius factis. ¶ Quarto cũ ventoſis appoſitis in carnoſis partibus interioribus coxarũ & cru-

C rum proprie & natib. etiã applicatis. ¶ Tales ventoſæ multum conferunt & ſine ſcarificatione. ¶ Quinto iterum fit materierũ diſtractio cum phlebotomia baſilicæ vel medianæ, & ſi videris ipſam opportunam, conueniens eſt incipere ab ea. ¶ Et ſexto iterum diuertitur materia cum vomitu, imo eſt actus adeo familiaris huic diſpoſitioni, quod raro fit ſine eo, & proprie, quando hernia eſt magna & fortis. ¶ Vltimo iterum diuertitur materia prouocando menſtrua in muliere & hæmorrhoidas in viro. Et hæc de intentione tertia.

Hunc autem oportet parumper ampliare ſermonẽ in enunciando regimen prohibitiuum reiterantis deſcenſus inteſtinorum ad oſſeum: & erit hæc intentio complectens partẽ ſextæ & ſeptimæ intentionum. Prohibitio reiterati deſcenſus. ¶ Multipliciter autẽ a ſapientibus ꝓuiſum

D eſt, ne aliquis incidat hanc ægritudinem: aut recidiua fiat in eo, qui iam fuerat moleſtatus ab ea. ¶ Et primus quidẽ modus ꝓuidendi eſt per ſubtractionem materierũ, quę ſunt cauſſæ ventoſitatum implentium & aquoſitatis lubrificantis inteſtina, & vias deſcenſus. Fiat autem hæc ſubtractio cum euacuantibus materias illas, ſæpe iteratis educentibus materiam phlegmaticam, mucillaginoſam & aquoſam. Taliter enim curantur ægritudines chronicæ cum earum materiæ non ſeruentur ad vnicam: imo neq; duas vel tres euacuationes, quorum inſtrumentorum apparuit ſupra deſcriptio, & in medicina de turbit, ad quã recurre. ¶ Et ſi ægri abominarentur puluerum aſſumptionem, tunc ℞. *pulpæ colocynth. ℈ j. turbit al. leuis arundinei & non nodoſi, nec perforati ʒ j. bdellii varii & moll. zinz. an. ℈ j. formentur pillulæ ex omni. ʒ vj. cum hieralogodion, & cum eis æger omni* Pillulæ.

E *tertio vel quarto mane in aurora ſumat tres bibendo poſt eas ℥ j. aquæ ſublimationis radicũ iris cum ſaccharo calefactæ.* Hęc enim medicina multum aduerſatur omnibus phlegmaticis ægritudinibus. ¶ Secundum principale inſtrumentum eſt diuerſio materierum talium, & ꝓprie per vias vrinæ, & licet quã plurima ſingularia deſcripta fuerint remedia diuerſionis materierũ in intentione p̃cedente iſtã: tamen efficit operationẽ mirabilẽ huius cõpoſitio. ℞. *aquæ ſublimat. radicũ geniſt. rubeæ tinctorũ & apii, an. ℥ j. ß. miſce, & totum calidum accipiatur*, Potio. quod poſt immediate, aut ante ipſum deglutiat pillulas tres ex puluere granorum milii ſolis factas cum ſucco apii. ¶ Tertiũ inſtrumentum p̃ſeruatiuum eſt vſus adæquantium phlegmaticas materias, & ſimul eas per vrinam diuertentium. Et licet quam plurima a ſapientibus ſint poſita medicamina: tria tamen hic ponam de ſpecia-

F libus mihi. ¶ Et primum quidem eſt, vt æger bis in ſeptimana in aurora accipiat ʒ j. pulu. electi ligni aloes fuſi non nodoſi & petentis fundum aquæ cum immergitur ei cum ℥ ij. mellicrati calefacti. ¶ Secundum vero ſpeciale ad hoc eſt, vt æger ſaltem in ſeptimana bis accipiat ʒ j. fermentati mithridatii cum ℥ j. aquæ calamenti calidæ. ¶ Tertium vero ſpeciale ad hoc & fortius omni alio eſt, vt accipiat in ſeptimana bis

in aurora ℥ j. opopyre: & eſt electuarium a Nicolao deſcriptum, *in antidotario*, & eſt tan- A
tæ potentiæ in exſiccando phlegmata, q̀ dicatur ignitum medicamen acatiæ. ¶ Quar-
to vero ſpecialiter p̃ſeruatur æger ab aduentu huius ægritudinis: euitando emanſionẽ
in regione vel aere particulari frigido & humido, & in locis ꝓpinquis vallibus & decur-
ſibus aquarum, & effugiat habitaculum in antiquis ædificiis, & ꝓprie in muralibus te-
Motus & quies. ſtudinales reuolutiones habentibus. Item euitet omnes motus laborioſos ſuper ciba-
tione & frequentatione coitus ſuper ea: & proprie abominetur coitum quorundam
velut petulorum, qui faciunt mulieres aſcendere ſuper eos. Hęc enim ponitur vna ſpe-
cialis cauſſa huius ægritudinis *22. tertii 2. cap.* ſedere & moram contrahere ſuper lapidi-
Inanitio & repletio. bus, balneari in aquis frigidis & vti albulis, & ꝓprie factis ex aqua paluſtri, eſt huic diſ-
poſitioni maxime nociuum. ¶ Adhuc iterum ſæpe cibari & ingluuioſe delitiari in ci- B
bo & potu omnino euitandum eſt. ¶ Omnes etiam animi paſſiones fortes & veloces,
Motus animi. per quas in ſpiritibus & ſanguine ponitur repentinus motus & fluctuatiuus euitandæ
ſunt. Hæc enim exterminant & mutant corpus ab ea, quæ ſecundum naturam eſt cõ-
ſiſtentia: *tertio techni.* ¶ Similiter etiam ingluuioſa & multi potus aſſumptio, & proprie
potus hydromellis non bene cocti, & vſus vinorum cum ſapa ſophiſticatorum & mu-
cillaginoſa & conturbata vina & dulcia & proprie conturbata euitari debent. ¶ Si au-
tem hic vir vteretur & proprie in hyeme hydromelle facto ſecundum hunc modum,
magnam inde percipiet vtilitatem: cuius deſcriptio. ℞. *florum roſmarini* ℥ ß. *cinamomi*
Hydromel. *electi* ℥ j. ß. *florum meliſſæ, zinz. albi & leuis granorum paradyſi nuc. muſc. an.* ℥ ß. *aquæ ciſternæ* ℔.
xxv. mellis electi ℥ *xvj. coquatur aqua cum ſpeciebus vſq; ad conſumptionem quartæ partis: deinde* C
ſuperaddatur mel. & iterum fiat decoctio vſq; ad tertiam partem. Et ſi non vellet hunc potum
ſimplicem bibere: ſaltem poſſet miſcere tertiam partem eius cum duabus partibus
vini. ¶ Similiter etiam electio facienda eſt in qualitate ciborum: ꝓpter quod abſtineat
Cibi. hic vir a pane non bene fermentato & vehementer aduſto per coctionem: & omnes
cibos dimittat de farina, de paſta: & comedat panem de pura ſimila bene coctum &
fermentatum, trium dierum ætatem habentem, & non plurium. ¶ Carnibus vero vta-
tatur iſtis, ſcil. vitulinis, caſtratinis & porci recentis non valde pinguibus. Et caro apri,
leporis, capreti & capreoli ſuis temporibus, & conſimiles leues & boni nutrimenti car-
nes accipiat de quadrupedibus laudabilibus. Carnes vero pullorum gallinarum, ca-
ponum, columborum domeſticorum & ſylueſtrium, perdicum, phaſianorum, ana- D
tum ipſi collaudantur. ¶ Piſcium vero omnium vſus vituperandus eſt: & proprie eli-
xorum. Frixis autem piſcibus & ſalitis vti poteſt & proprie carpionibus, qui ſunt illius
patriæ familiares & abundantes. ¶ Lac vero crudum & omne ex eo coctum fugere de-
bet: vbi vero coctum fuerit lac, non eſt vituperandum. Omnis vero caſei vſus lauda-
tur ei: & proprie quando caſeus fuerit mediocriter durus, & ſalſedinem habuerit ali-
quantam. Et omnia condimenta ex eo facta vtilia erunt. ¶ Vti oleo oliuarum eſt ei-
dem vtile in condimentis. ¶ Butyrum non placet propter nimiam mollificationem
ſuam. ¶ Legumina, rapæ, paſtinacæ, daucus, napi & condimenta ex eis facta,
& oliuæ conditæ & cappares, omnia ſunt vtilia. ¶ Plantæ vero frigidæ complexio-
nis & humidæ omnes dimittantur: velut ſpinachia, bleta, portulaca, endiuia ſal- E
tem ſimplex: commixta vero cum plantis calidis velut fœniculo, petroſelino, ruta,
roſmarino, mentha, origano, ſaluia, ſerpillo & abrotano. Hæc quidem omnia & eo-
rum condimenta ſunt vtilia: vt & oua & omnia condimenta ex eis facta. ¶ Similiter
omnium aromatum & ſeminum calidorum vſus: velut eſt crocus, piper, cinamomum
vtrumq;, galanga, nux muſcata & cortex eius, qui eſt macis, zinzib. & cardamomum
vtrumq;: ſem. fœnic. petroſelini, carui, aneti & cymini, eis omnibus frequenter vti
debet. Condimenta omnia ex eis facta cum aceto agreſta ſucco aranciorum, limo-
num & granatorum muzorum ſunt valde laudabilia. ¶ Et cibi omnes aſſati conue-
nientiores ſunt quam frixi: licet vterq; eorum etiam ſit ei vtilis & proprie cum aroma-
tibus prædictis. Hæc de ſumma ciborum eligi debent. F

Potus. Potus autem ei laudabilis exſiſtat vinum album vel rubeum notabiliter po-
tens magis, quam aquoſum, ſapore delectabile, odore ſuaue, ſubſtantia cla-
rum & diaphanum, quod ſi haberi poteſt ſimplex, melius eſt, quam cum aqua.
Si autem propter conſuetudinem aut calorem continentis, aut propter exercitia
contin-

A contingeret neceſſarium eſſet diluere vinum: tunc fiat cum aqua exſtinctionis chalybis, aut cũ aqua, in qua cocta fuerit vna galla cupreſſi in quantitate duarũ phialarum.

Quintam vero intentionem conſolidandi vias laxatas, apertas vel eruptas complent inſtrumenta multa. ¶ Et primum de leuibus eſt hoc. *℞. ſcoriæ ferri in aceto frixæ: myrræ, an. ℥ ß. ſang. drac. boli arm. thuris maſticis, terræ ſigillatæ, acaciæ, an. ʒ ij. gallarum cupreſſi, mumiæ, an. ʒ vj. glutinis piſcium ℥ ij. diſſoluatur glutẽ in aceto rubeo, & incorporentur ſecum ſpecies cum ij. ℥ reſinæ rubeæ & ſufficienti quantitate ceræ fiat vnguentum bene viſcoſum.* De hoc igitur totum oſſeum & inguinales partes ter in die vngantur: & ſupponatur magna pila compreſſa & etiam applanata, & cum ſufficienti ligatura ſuſtentetur ab inguinibus ſuper ſpatulas. Si ergo dilatatio vel ruptura non fuerit valde magna vel antiqua, cura-

Conſolidatio viarum laxatarum. Vnguentũ.

B ti ſolent a 40. vſq; ad 60. dies cũ hoc compoſito mihi nõ raro experto. ¶ Si autem apertio & eruptio magnæ fuerint & antiquæ, tunc adminiſtretur ei ceratum ſcutalis figuræ factum ex emplaſtro de pelle arietina compoſitione mea, quam inuenies in tractatu de hac materia compilato ad dominum Vgonem cyprenſem eximium vtriuſq; iuris Doctorem. Cum ergo tale ceratum cuius pyramidal. pars iacere debet inter oſſeum & coxam, & ampla pars ſuper inguinibus poſita fuerit: tunc ſuper ea ponatur lumbar vel bracalinum plumaceolum habens bene longum & latum, quod conuenienter applicitum & affixum ſemper teneat. ¶ Si quis deſideraret curatione magis feſtinam, tunc ſi iaceret ſuper ſpina magna parte temporis vſq; ad duos menſes felicitaretur eius operatio notabiliter. Et ſi non haberetur emplaſtri de pelle arietina deſcriptio, acci-
C piatur de ipſo confecto in apotheca mea Paduæ, vbi ſemper reperietur. ¶ Ego autem dimitto hic phantaſiam lumbariũ vel cingulorum, quæ fiunt ex circulis ferreis cum appendice ſuper inguine. Similiter hic dimitto phantaſiã Gentilis, qui credit has diſpoſitiones curari cum limatura chalybis interius, & magnete exterius appoſito cum ſua bagatella. Sunt enim hęc phantaſticę imaginationis ridiculum magis, quã fructum parientia. ¶ Similiter autẽ cum pdictis ingeniis approbatis ratione & quotidiana experiẽtia ſoleo adminiſtrare hoc electuariũ: de quo patiens in aurora deglutiat ij. ʒ. quantitatẽ, & ante prandiũ, & ante cœnã p vnã horã: & poſt cœnam p duas horas deglutiat quantitatẽ vnius ʒ. Cuius cõpoſitio eſt talis. *℞. thur. maſt. acac. & hypoc. an. ʒ j. ß. roſar. ſpod. cim. torrefacti, ſe. aneti, an. ʒ j. gallarũ cupreſſi ℥ ß. limaturæ tenuiſſimæ chalybis & ſcoriæ ferri ambo-*
D *rũ frixorũ in aceto nigro ℥ ß. arillorum granatorum acrium exſiccatorum ℥ j. pulueriz entur omnia ſubtiliſſime. deinde ℞. mellis roſ. confecti cum foliis ℔ j. ß. ſacchari alb. ℔ j. vini granatorum ℔ ß. dragaganti & gummi arabici, an. ℥ ß. hæc duo bulliant ſimul cum melle roſar. ſaccharo & vino granatorum vſq; ad inſpiſſationem & cum cœperint infrigidari, effundantur ad mortarium. vbi cũ aliis ſpeciebus diutiſſime conterendo incorporentur: diuinum quidem eſt medicamen hoc, vt experientia frequenter mihi innotuit: hæc de intentione quinta ſufficiant.*

Electuariũ.

Pro ſexta vero intentione præmittendum primo, quod vltra modum curationis huius diſpoſitionis ſecurum & canonicũ, vt apparuit in intentione præcedenti: duo alii ſint inuenti curationũ modi. ¶ Et primus quidẽ eſt modus puidendi cum ſectione, qui adhuc eſt duplex ab idiotis zarpellantibus inuentus, caſtrando homines cũ euul-
E ſione teſticuli. ¶ Secundus vero eſt abſq; euulſione eius partis. ¶ Itaq; modus apud deſiderantes ipſum eſt talis, vt accipiatur teſticulus mane ieiuno ſtomacho, & impellatur per oſſeũ ſuperius vſq; ad inguen. Cum ergo magis ſupra impelli nõ poteſt, tunc ſignetur locus ille cũ attramento, & pmittatur deſcendere teſticulis. Corpus igitur clyſteri pręmundificatũ locatur ſup ſede reſupinum plumaceolo ſub natibus eius appoſito, manibus & pectore bene cũ faſcia ligatis ad ſcamnũ & ſimiliter coxis & cruribus: tunc enim operator cũ optimo roſario ſcindat intermediũ ſignati loci vſquequo trãſiuerit cutim & pinguediuẽ: ibi ergo reperiet didymũ deſcendentẽ: ſuppoſita igitur acu vel vncio excarnando ſubleuet ipſam quantitatẽ duarũ vnciarũ: tunc ergo partẽ inferiorẽ & ſuperiorẽ cũ duplicato filo cõuenienter liget: deinde verſus oſſeũ excarnando deſcẽdat.
F Capto ergo didymo trahendo ſuperius euellat inferiorẽ partẽ cũ præcedente teſticulo: tranſuerſaliter ergo ſcindat inter duas ligaturas quas fecerat: extracta igitur & abiecta inferiori parte cũ teſticulo ſuperiorẽ partẽ cauterizet leui cauterio, & filũ extra pẽdens dimittat: & curet vulnus in principio cũ repellentibus medicinis vſq; ad diẽ tertiã: Poſt illud autẽ pcedatur cũ medicinis mundificatiuis, incarnatiuis & cõſolidatiuis

Modus incidendi & vrendi partes per quas didymus ad ſcrotum deſcendit.

ſecundũ doctrinã curationis vlcerũ poſitã *4.primi cap.' de cura ſolutionis continuitatis 2.cap. 26.4.de ingenio ſanitatis* ꝓceſſo multo. Melius tamẽ eſt iudicio meo dimittere cauteriũ, niſi ad illud te inducat hæmorrhagia. ¶ Similiter iterũ apparet modus ꝓcedendi cũ ſectione abſq; caſtratione: cum n. iam facta fuerit didymi ſectio tranſuerialiter, tunc non videtur mihi opportunũ, ꝙ extrahatur inferior pars cũ teſticulo pendẽte. Nam ſectio iſta nõ fit, niſi vt ꝓhibeatur deſcenſus inteſtinorum ad inferiora, ad quod ſola ſectio videtur ſufficere abſq; cauterio & caſtratione. ¶ Secund⁹ vero modus ꝓcedendi cũ cauterio eſt duplex. Primus quidẽ eſt cum applicatione cauterii actualis. ¶ Secundus vero cũ cauterio potentiali. ¶ Itaq; ſignato loco cum encauſto, vt prius, applicetur cauteriũ figuræ ſphęricæ parumper ad longitudinem inclinato, ſecundum ſuperius & inferius, A

Sectio abſq; caſtratione.

Sectio cum cauterio duplex.

quaſi ad figuram amygdalæ, leuiter itaq; cauterium imprimatur vſq; ad os femoris: tũc ergo neceſſarium erit cõbuſtum fuiſſe didymum: cum ergo eſcharã videris ex coctura factam, ꝓcede ad faciendum caſum eius cum butyro vel axungia recentibus. ¶ Verum quia modus terribilis apparet ſatis, & paucos hominũ contingit reperire, qui nõ terreantur ab igne. Ideo ꝓcedunt alii ſuper dicto loco cauteriũ potentiale applicantes paulatim vſquequo peruenerit ad os femoris. Et tunc eodem modo ꝓcedatur ad procurandum caſum eſcharæ, & applicandum medicamina regeneratiua carnis, & incarnatiua & conſolidatiua ſecundum temporis congruitatem. ¶ Et per hunc modum multos hominum curatos vidi. Et nimirum quia cum hoc, quod ſecatur didymus, etiam in conſolidato loco acquiritur cicatrix ſolida, ſpiſſa & craſſa prohibitiua deſcenſus eorũ: quæ deſcendere ſolebant. Hæc de intentione ſexta. B C

Per ea, quæ poſita fuerunt ſuperius in intentionibus prima, ſecunda, tertia & quarta poteſt apparere fundamentũ ꝓhibitionis euentus huius ægritudinis, & præſeruatio a recidiua eius poſtquã ipſa curata fuerit. Ita, ꝙ omnia illa ad hoc capitulum adducãtur. Solum hic ponã medicinas ſimplices, quas iuuatiuas & expertas ad hanc ægritudinem prohibendam inueni, & ad p̃ſeruandum a recidiua eius, &c. ¶ Et primum quidẽ horũ ſimplicium eſt, vt gallæ cupreſſi recentes & adhuc molles cõdiantur cũ ſyrupo roſato, & ex eis comedatur vna ꝑ quatuor horas ante prandiũ per ſpatium duorũ vel triũ menſium. ¶ Secundum ſimplex eſt, vt ſimiliter condiantur paruæ pinæ ad huc molles ab arbore acceptæ & aſſumptæ vt p̃cedentes. ¶ Tertium eſt, vt æger ꝑ duos vel tres menſes accipiat omni mane ꝑ quatuor horas ante cibũ pillulam vnã de mumia ex omni. ʒ. faciendo xij. ¶ Quartũ ſpeciale & ſecurius eſt vſus maſticis ex ea deglutiendo duo vel tria grana in aurora ꝑ longum tempus. ¶ Quintum nõ minoris vtilitatis eſt, vt per quatuor horas ante prandium comedat æger radicem vnam conſolidæ mediæ, quam mulieres conferulã nominant. ¶ Sextũ, vt in cibis ſuis frequẽter vtatur puluere gallarũ cupreſſi. ¶ Septimum, vt portet ſuper inguine ſuo ceratum de ſola raſura eboris factum. ¶ Octauum & vltimum eſt, vt frequenter ſedeat in aquam aluminoſam naturaliter talem, aut artificioſe factam. Eſt enim de ingeniis mirabiliter præſeruantibus ab aduentu huius ægritudinis & recidiuæ eius. Accipe igitur vir nobiliſſime hæc, quæ tibi ingenti labore emolitus ſum ex ſententiis illuſtrium antiquorum: dilataui enim tibi materiã, vt aduertẽtes eligere ſciant diſpoſitionem, ad quam intendunt: tibi autem in auxilium hæc omnia diſpenſet diuina prouidentia. D E

Obſeruatio ab euentu recidiua.

CONSILIVM CCXXIIX. *De hernia oſſeali cum motu contractiuo ſiue ſpaſmoſo in teſticulo ſiniſtro ab oſſeo in ſuperiori parte verſus mirach eleuato. ¶ Diuiditur autem conſilium in capita tria.*

CAP. I. *De eſſentiis ægritudinum.*

ISTE adoleſcentulus Taruiſinus de nobili ꝓgenie oriundus laborat ægritudinibus, cuiuſcunque generis. Primo quidem ægrotat ſolutione continuitatis, quę eſt præternaturalis dilatatio & apertura in inguine ſiniſtro in ſifac: per cuius foramen deſcendit didymus in oſſeum, etiam cum vaſis ſpermaticis tumeſcentibus & extendentibus oſſeum extenſione magna, quæ non poteſt eſſe aliud, quam apoſtema ſaltem ventoſum in parte illa. Ex quo apparet, quod ibidem ſit ſolutio continuitatis & ægritudo compoſitionalis in via, quæ nimium dilatata eſt, & eſt ibi ægritudo in ſitu pro loco, quia non conuenienter locatur didymus. F

¶ Secundo

A ¶ Secundo iterum principaliter iſte nobilis iuuenculus ægrotat ægritudine compoſitionali in ſitu: eo quia eleuatio vel ſuſpenſio teſticuli illius ſiniſtræ partis ab oſſeo, in quo naturaliter contineri debet, eſt in ſuperiori parte verſus mirach: quare neceſſe eſt concludere: quod ibidē ſit motus contractiuus verſus mirach: propter quem contrahitur teſticulus illius. Hic autem motus contractiuus, ſi ſecundum veritatem diligenter conſideretur, neceſſario erit, aut in didymo, qui oritur ab inferiori parte ſifac. & eſt membrum panniculare deſcendens inferius vſq; ad teſticulos, quorum ſubſtantiam inuoluit vndequaq;, aut erit hęc contractio aſſignanda in vaſis ſpermaticis deſcē dentibus cum didymo ad oſſeum. Et poſſent hæc vaſa ſpermatica maxime in ſiniſtra parte eſſe illa, quæ oriuntur a vena emulgente. Vaſa enim ſpermatica in dextra parte
B exiſtentia oriuntur a vena caua, vnde cum iſta vaſa ſiue deferentia, ſiue præparantia inuoluantur a panniculo didymo, cum quo deſcendunt: & ſunt membra mobilia motu dilatationis extenſionis & contractionis: patet quod ſi aſſignetur ibidem cauſſa cō tractiua potens: oportet quod membra illa & teſticuli, qui inuoluuntur a didymo, cō trahantur verſus ſuperius. Et quia teſticulus ille ſiniſter in parte illa ſemper ſtat ſuſpenſus & ad ſuperiora tractus, oportet concedere cauſſam contractiuam ibidem fuiſſe & membra illa in contractu vel ſpaſmato eſſe vel exiſtere. ¶ Et quia nō credo eſſe poſſibile longo tempore reperiri ægritudines ſolutionis continuitatis & compoſitionales aſſignatas in aliquo membro, vel membris, quin ad eas conſequatur lapſus in complexione: ideo manifeſte apparet, quod iſte nobilis adoleſcentulus magnis ægritudini-
C bus ægrotat: quæ ſunt ægritudines complexionales, compoſitionales & vnitatis, quę ſunt ſimpliciter, vt multum tales: aut ſimpliciter ſemper dicendæ, cum quibus aut multo laborabit tempore, aut per totum decurſum vitæ ſuæ, & proprie ſi non cito procuretur. ¶ De cauſſis autem contrahentibus & ſpaſmate facientibus membra hic non extendo ſermonem, quia ſunt notæ: vt immoderata frigiditas, ſiccitas, dolor & oppilationes in prædictis locis aut conſimiles cauſſæ: quarum memoriam non tango. Etiam quia non credo illas eſſe præſentes, cum diſpoſitionem illam credam non eſſe in fieri, ſed in facto eſſe. Sed ægritudines in facto eſſe non dependent a cauſſis: quare non aſſigno eas: vnde ad eius curationem deſcendo, vt nunc ſequitur.

D

Cap. II. *De cura per diætam.*

MODVS ergo, quo videtur mihi rationabiliter procedendum eſſe ex parte rerum non naturalium, eſt, vt conſeruetur adoleſcentulus iſte in aere, camera, vel loco bene calido meridiei detecto, & orienti expoſito. Nequaquam autem occidenti vel aquiloni ſubdito. Et ſit habitaculum eius nullo modo terraneum, & curſibus aquarum propinquum vel antiquorum ædificiorum humiditatibus reumatizans: & caput eius, & lumbales partes & venter diligenter veſtibus muniantur ſuffultis pellibus agninis a medietate Septembris per totum hyemem vſque ad medietatem Aprilis: aliis vero temporibus ſuffulciantur panno de grana rubeo vel albo, vt placet. ¶ Omnino prohibeatur a motu & exerci- *Motus & quies.*
E tio violentis, & proprie ab aſcenſu ſcalarum vel montium: a curſu & ab equitatione ſiniſtrorum equorum: & non equitet niſi raro & equum gradarium habentem inceſſum ſuauitatis ſponſarum. ¶ Somnus prolixus eſt ei conueniens magis, quam exceſ- *Somnus & Vigilia.* ſus in vigiliis, vt per ipſum vigoretur digeſtio, & nutrimenti melior fiat tranſmutatio. Et laudarem ei poſt dormitionem ſuper dextro latere longum accubitum ſuper ventrem. Nam per decubitum ſuper ſiniſtro latere aut poſteriori vaſa ſpermatica magis comprimuntur a membris naturalibus, vt ſplene, epate, renibus & inteſtinis, ex qua compreſſione augmentatur in eis nocumentum. ¶ Principaliter huic adoleſcentu- *Accidentia animi.* lo detur modus & materia cuiuſcunque lætitiæ, conſolationis & ſpei bonæ: offerendo vel pollicendo ei veſtes & iocalia precioſa, & materiam delectationis harmonicæ
F cantu vel muſicorum inſtrumentorum frequentatione: plurimas enim ægritudinum curauit magis & frequentius gaudium & lætitia, quam multarum medicinarum adminiſtratio. ¶ Quantum autem ad quintum, in modo accipiendi cibum & potum doceatur puer, ne multum ſemel aut bis accipiat cibum, imo conuenientius eſ- *Inanitio & repletio.* ſet ei quater in die naturali cibare ipſum, quam ſolum bis argumento ſumpto ab æta-

te,quæ eſt augmenti,& a debilitate digeſtiuæ,quæ cibum multum in quantitate con- A tinua non concedit.Similiter etiam cibum non deglutiat niſi diu & bene maſticatum, vnde conuenientius eſt ei cibum in longo tempore aſſumere, quam cito & impetuoſe comedere. Neq; etiam comedat cum præſentia nauſeæ & abominationis in ſtomacho:& fercula leuia & mollia cibaria ſemper anteponat craſſioribus: nec potum multum accipiat vna vice,ſed partiatur in plurimas.¶ In omni cibatione ſua cibi menſura tanta debet eſſe,quod ex ea nõ grauetur ſtomachus: imo alleuiatus percipiatur. Et ſimiliter potus mẽſura ſit ita æqualis, vt fluctuatio & murmuratio ꝓpter ipſum a ſtoma- *Cibi eligẽdi.* cho abſoluantur.¶ De vltima vero re nõ naturali,videlicet de ciborum & potuum electione amplius dicendum eſt.Vnde cibi omnes eligãtur.¶ Primo,qui ſint facile tranſmutabiles a ſtomacho,& cũ eius labore paruo. ¶ Secundo, quod ſint ſubſtãtia molles, B & non denſi neq; compacti.¶ Tertio,quod complexione calidi & humidi.¶ Quarto, quod non careant virtute leuis apertionis. ¶ Quinto: quod omnino priuati ſint virtute ſtipticitatis,conſtipationis & oppilationis. Si enim conueniunt contractioni in primo cap.declaratæ. Tales cibi ſint iuſcula omnia cum ouis & lacte cocto condita: & brodialia bene pinguia ex laudabilibus carnibus accepta , vt vitulinis, caprinis, porcellorũ iuuenum,columborũ bene pinguiũ,pulli,capones,gallinæ bene pingues,anatuli & gazelli pingues & ſylueſtres porcelli. Hi omnes & eorum iuſcula & carnes ſunt *Fercula.* ei conuenientes elixæ vel aſſatæ,& proprie molles.¶ Et de ferculis in prædictis brodiis conueniunt ipſi bletæ,atriplices & ſpinachiæ,& proprie cum foliis petroſ. & fœnic. & iuſculum de amylo & de dorella,& oryza cocta cum lacte caprino vel amygdalino. Et C oua in brodiis diſperſa cum modica farina ciceris rubei.Et eadem oua ſorbilia igne vel aqua cocta.¶ Euitet autem acria & acetoſa cibaria omnia,niſi parum ex eis & valde raro accipiendo:& effugiat cibos paſtiles & lac crudum & coloſtrum.¶ Recocta vero eidem eſt bona. De aliis autem ferculis non vitupero cicera rubea,neq; alba,neq; piſa,& proprie in brodiis pinguibus bene cocta & diſſoluta. Similiter laudo caules & eorum brodium & napos,rapas & paſtinacas ſuis temporibus in prędictis brodiis bene coctas. *Condimẽta.* ¶ De condimentis vero placet pinguedo porci, butyrum & oleum oliuarum,pinguedo caſtrati anatis & gallinæ.¶ Ego enim per hæc omnia intendo magis ad curam ſuſpenſionis vel contractionis teſticuli; quam ad curam herniæ vel deſcenſus didymi, in qua oporteret vti glutinantibus, oppilantibus ,ſtipticis & conſolidantibus, quæ D omnia augerent contractionem teſticuli & ipſius,& vaſorum prędictorum efficerent maraſmum maiorem , quam de facto ſit:& ad impoſſibilitatem curationis deducerẽt. ¶ Propter quod non laudo in cibariis eius vſum aromatum valde calidorum. Sed neque accipiantur aromata niſi qualia ſunt crocus,cinamomum, paucum macis ad libitum, ſemina fœniculi , petroſelini & aniſi,non multum tamen ex eis: ſed eorum folia meliora ſunt. Garyophilos etiam laudo in pauca quantitate,& zinzib.vſum eo modo: plurimum enim talium vſus eſt in quantitate modica & confortant digeſtiuã & membra omnia. ¶ De partibus vero animalium laudo cerebrum bene conditum, mamil- *Partes animalium.* lares partes & panniculoſas prædictorum animalium , & partes pectorales & anteriores magis,quam ſpinales; caudatas & poſteriores.¶ Caſeum vero collaudo ei mollem E *Fructus.* & recentem, & iumentinum vel ouinum aut caprinum non multi ſalis. ¶ Ex fructib. autem vti poteſt ficubus recentibus, pyris & pomis bene dulcibus & aromaticis, ſed non multi vſus. Et placent mihi amygdalæ & auellanæ recentes & pepones bene dulces & vuæ albæ bene maturæ. Ceraſa etiam & poma granata dulcia & muza ſuis temporibus:& iuiubæ etiam bene maturæ placent,reliqui vero fructus dimittantur.Potus *Potus.* eius debet eſſe vinum album colore vel ſubrubicundũ, ſubſtantia clarum & bene aromaticũ ſapore dulce & nullo modo acre vel ponticum : potentia vero vel virtute mediocre ad fumoſitatem parum magis,quam ad debilitatem inclinatum. Quod ſi fuerit tale,ſimplex bibatur. Si autem fumoſum,frangatur eius audacia cum aqua cocta de bona ciſterna accepta. Et ſi tempore æſtatis vteretur aqua, cum ſaccharo cocta pla- F ceret mihi, aut ſaltem eandem commiſcere vino vſque ad inuentionem ſaporis eius *Hydromel.* guſtui delectabilis. ¶ Diebus autem hyemis placeret mihi,quod vteretur hydromelle facto ſecundum hunc modum. ℞. *aquæ ciſternæ laudabilis* ℔.*xv. mellis citrini bene mundi* ℔.*j. macis integri* ℥*j. bulliant omnia ſimul vſq; ad conſumptionem quartæ partis tribus remanentibus:*

A *nentibus*: & hoc potu ſimplici vtatur pluribus diebus, aut ſaltem miſceatur cum vino
ſecundum menſurã ſuo guſtui delectabilem. Hæc in ſumma videtur mihi regula pro-
curandi hunc adoleſcentulum ex parte rerum non naturalium electa.

Cap. III. *De cura per medicinalia.*

DE inſtrumentis medicinalibus decem mihi occurrunt obſeruatu neceſſa-
ria: quorum octo appropriaui magis contractioni illius teſticuli, ad quam
principaliter intendo: duo vero alia approximanda ſunt herniæ ſupraſcri-
ptæ, ne magnificetur aut curationi rebellior fiat: licet ad ipſam nunc
principaliter non intendam. Cum enim nocumentum teſticuli abſciſ-
B ſum eſſet aut ad conualeſcentiam deductum, altero & diuerſo regimine ad herniam
eſſet procedendum: quod fiet cum Altiſſimus ſecundabit & felicitabit curam teſticu-
li. De inſtrumentis vero ad ipſum appropriatis. ¶ Primum eſt, quod cum iſte adoleſ- *Remedia ad contractionẽ teſticuli.*
centulus quietus erit in vrbe ſua, purgetur per iſtum modum. Mane enim vno in au-
rora accipiat infraſcriptum potum, ſuper quo dormiat per horam, & nõ prandeat niſi
quinque horæ tranſierint. Et eius deſcriptio eſt hæc. ℞. *caſſiæ præparatæ cum aqua fœni-* *Bolus.*
culi ʒ *iij. electuarii indi* ʒ *j.* ß. *miſce & totum accipiatur in aurora cum pauco vino albo.* ¶ Die ve-
ro ſequenti immediate accipiat hoc digeſtiuum: cuius deſcriptio eſt hæc. ℞. *aquæ* *Potio digerens.*
fœniculi ℥ *j. aquæ eupatorii* ℥ *j.* ß. *mellis roſar.* ℥ *j. miſce, & totum calidum accipiatur in aurora tar-*
dando prandium per quatuor horas poſt ipſum, & continuet ipſum ad minus diebus ſeptem. ¶ Die
C vero octaua immediate purgetur cum iſtis pillulis, quarum deſcriptio eſt hæc. *Pillulæ.*
℞. *pillularum de agarico, pillularum de hiera, an.* ℈ *j. pillularum cochiarum, gran. iij. formentur*
pillulæ v vel vi. cum ſucco roſarum, & accipiantur hora & conditionibus obſeruatis, quæ dictæ ſunt
in primo potu obſeruari debere. ¶ Secundum vero principale remedium eſt, vt poſt pur-
gationem prædictam omni mane accipiat cochlear vnum, xylobalſami conditi, poſt
quod tardetur cibus horis ad minus tribus, de quo accipiat etiam tertiã partẽ cochlea-
ris vnius per horã vnã ante cœnã. Et ſi de eo iterum accipiat tantundẽ, quando vadit
ad lectum, eſſet ei ſingulare remedium ad confortationẽ omnium principaliũ mem-
brorum & viſcerũ. ¶ Tertium principale remedium eſt, vt iſte adoleſcentulus ſemper
immediate, vel in fine prandii & cœnę accipiat rotulã vnam confectionis de acoro põ-
D deris ʒ iij. & bibat poſt ipſam ad libitũ, & his duobus remediis vtatur per totũ menſem
Septembris. ¶ Quartum eſt, vt poſt purgationem prædictam per decem dies iſti ado-
leſcentulo mane in mediis tertiis & in ſero per horas duas ante cœnam adminiſtretur
balneum ſecundum hunc modum. ℞. *radicum enulæ* ℔. *j. radicum paſtinacæ domeſticæ & ſyl-* *Balneum.*
ueſtris & eſt daucus, an. ℥ *j.* ß *aniſi, fœnic bheen alb & rubei. an. M. ij. radicũ eryng.* ℔. ß. *radicũ ſa-*
poniſtæ ma. chamom. an. M. iij. bdellii mollis & ſubalbidi ℥ *j. bulliant hæc omnia in xv. ſitulis aq̃ vſq;*
ad conſumptionem quartæ partis, & in hac aqua mediocris caliditatis totũ corpus infundatur & bal-
neetur in mane, & ibi permaneat vſque ad iocundam tolerantiam excluſa debilitate: ante cœnã vero
ſufficiat ei facere ſemicupium ex eo, id eſt, *infuſionẽ corporis a mamillis inferius ſemper cum plantis*
in eo coctis quæ minutim inciſæ debent eſſe leuiter fricando ventrem & femorales partes. ¶ Quin-
E tum eſt hoc, vt poſtquam exiuerit vſq; ad temperiem caloris deductus tota regio ſini-
ſtra ante & retro a ſpatulis & coſtis inferius vſq; ad ſcrotum anterius & poſterius dili-
genter inungatur hoc vnguento & ſuperligetur lana ſuccida bene pectinata & calefa-
cta. Cuius deſcriptio eſt hæc. ℞ *olei de bheen* ℥ *j. olei de ſiſamo* ℥ *ij. medullæ cruris vitu-* *Vnguentũ.*
lorum, pinguedinis anatis, gallinæ & vrſi, ana ℥ ß. *macis* ʒ *j.* ß. *corticum citri.* ʒ *ij. croci* ʒ ß.
ceræ albæ quantum ſufficit, fiat vnguentum molle, quod iterum bulliat in iij. ℥. *vini dulcis alb. &*
tantundem aquæ maioranæ vſque ad conſumptionem ipſorum: & de hoc fiat inunctio, vt iam di-
ctum eſt. ¶ Sextum eſt, vt poſtquam hic adoleſcentulus balneum & inunctionem
fecerit per xv. dies continuos, tunc mane in mediis tertiis: & ſero per duas ho-
ras ante cœnam doceatur, vt ſedens vel decumbens, quanto plus poterit per ho-
F ram vnam detineat anhelitum, interpolate tamen inſpirando & reſpirando. Poſt
hoc vero genitrix eius vel alter miniſter ſuauis operationis incipiat ab illo ſini-
ſtro ſuper mirach vſque ad inguina leuem facere compreſſionem verſus infe-
rius impellendo. Cum ergo perceperit teſticulum parumper deſcendiſſe, aut
ſaltem partes illas femorales tumuiſſe, & extenſas vel rubicundas fuiſſe factas:

tunc ſtatim habeat globum lanæ vel coti ad magnitudinem magni panis,& compreſ- A
ſum ipſum ponat ſuper mirach a loco anchę vſque ad femur leuiter compreſſum cum
inſtita ligando: & hoc faciat per alios dies xv, ſuauiſſime tamen ſemper tractando a-
doleſcentulum. ¶ Septimum eſt, vt poſt illos xv. dies vltimos in loco femoris ſuper
oſſe ſacro applicetur ventoſa mediocris orificii omni die ſemel per horam ante cœ-
nam,& permaneat ibi per quartam partem horæ. Cum ergo remota fuerit, ſtatim ſu-
Ceratum. per loco illo applicetur hoc ceratum. ℞. *ammoniaci electi ℥ ß. bdellij rub. ſerapini, oppopa-
nacis, an. ℨ ij. radicum ciclaminis & iari: calami arom. cubebarum, an. ℨ ß. ceræ alb. ℥ j. diſſoluan-
tur gummi cum aceto, & incorporentur cum cera, & fiat ceratum paulo minus nebula rotunda ſuper
panno de grana extenſum.* Cum ergo voluerit applicare ventoſam, calefaciat pannos
mollificantes ceratum: & tunc facilius remouebitur ſine dolore, vt poſſit applicari B
Electuarium. ventoſa. ¶ Octauum vero & vltimum remedium quantum adhoc eſt iſtud. ℞. *electua-
rii de ſebeſten ℥ ij. mannæ electæ ℥ j. terantur iſta duo ſimul optime.* Et ſi iuuenculus iſte rema-
neret ſtipticus, tunc de iſto electuario immediate ante cœnam accipiat a iiij. ℨ. vſque
ad vj. & lenietur venter eius. Si autem ex aſſumptione prædictæ quantitatis multum
flueret venter: tunc ſecunda vice de ipſo accipiat pro tertia vel quarta parte minus ſe-
cundum diſcretam conſiderationem & e conuerſo: ſi prædicta quantitas parum leni-
ret ventrem, accipiat de ipſo parumper plus: vt dictum eſt. ¶ Nonum vero remedium
Appropriata ad herniam. principale & primum de appropriatis ad herniam eſt hoc. ℞. *olei omphacini ℥ ij. olei roſ.
℥ j ſpodii, camphoræ, gallarum cypreſſi, mumiæ, an. ℨ j. terantur omnia ſimul longa contritione: &
cum hoc linimento actu calido oſſeum & partes eius ſuppoſitæ ab oſſe ſacro inferius, bis in die inungan-* C
*Linimentum. tur ſuperponendo cotum, quod diu maceratū fuerit in aceto chalybeato: deinde exſiccatum: eſſe autem
debet acetum illud nigrum acre, in quo fruſtum chalybis igniti & candentis bis vel ter fuerit exſtin-*
Potio. *ctum.* ¶ Vltimum vero remedium eſt hoc. ℞. *aquæ ſublimationis gallarum cipreſſi, an. ℔ j.
miſce, & de illis aquis omni fine, v. dierum in aurora adoleſcentulo dentur ℥ iij. calefactæ cum mo-
dico ſacchari candi:* poſt quas tardetur prandium per tres horas: vide quantum contem-
plationis & laboris neceſſarium ſit ad bene conſulendum in prædictis diſpoſitionibus.
Cum ergo cura talis inchoata fuerit, diligerem valde, quod poſt xv. dies aliquid de ſta-
tu huius adoleſcentuli enuntiaretur mihi: aliis fortaſſe opportunum eſſet prouidere
remediis, quibus contemplari deberem. Neq; enim in vna ægritudine ad vnū omnia
remedia ſimul explicari poſſent, propter reuolutionem temporanęam ęgritudinum a D
principio ad augmentum: & ſic de aliis: etiam propter diuerſitatem maioris & mino-
ris fortitudinis virtutis tolerantiæ, acuitatis & paſſibilitatis eius: & tu conſidera.
Ad laudem Dei Amen, &c.

CONSILIVM CCXXIX. *De ramice oſſeali compoſita ex ventoſa & adipina.*

VIR iſte laborat ægritudine, quæ ab idiomate Græcorum hernia nominari
conſueuit: & nonnulli etiam ramicem nominauerunt. Alii vero rupagi-
nem: vt 22. *tertii in ſuo cap.* colligendum eſt: & alibi, quam pluries variis no-
Differentia herniarum. minibus denominari conſueuit: quæ quidem diſpoſitio cum ſuis diuerſi-
tatibus & ſignis, & curationum modis quam pluribus multoties diuerſificata ſit, vt a E
liqua ſit vmbilicalis hernia nominata: ſecunda vero mirachialis, tertia inguinalis,
quarta oſſealis. ¶ Et iterum quælibet harum diuerſitatum ſpecificam denominatio-
nem recipit ex parte cauſſæ materialis vel ſibi vicinæ, vt quædam humoralis nomina-
ta ſit, quæ fit ab humore in loco rupturæ vel relaxationis congregato: & dicitur hernia
humoralis. ¶ Nonnulla vero inteſtinalis nominata fuit: & eſt cum contingat propter
rupturam ſifac inteſtina ad locum eruptionis deſcendere: & ibidem congregari.
¶ Tertia eſt ventoſa nominata: vt cum contingit in locum eruptionis ventoſitatem
colligi. ¶ Quarta eſt aquoſa nominata, & eſt quando in locum eruptionis aquoſitas
congregatur. ¶ Et altera eſt improprie tamen varicoſa nominata, proueniens ex ple-
nitudine & tumeſcentia venarum, quæ diſſeminantur per oſſeū & vicinas partes, quas F
multo ſanguine contingit eſſe repletas. ¶ Vltima ſpecies eſt carnoſa nominata, vt cū
contingit multitudine carnoſitatis oſſeum intumeſcere: adeo quod quantitatem mi
rabilem & extenſibilem videatur habere intantum, vt nonnulli ſapientum hanc diſ-
poſitionem elephantiam oſſei nominauerunt: vt hæc omnia pulcherrime legi poſ-
ſunt,

A ſunt. *22. tertii allegato cap. & in libello Albucaſ. de manuali operatione.* ¶ Et licet alias hæc omnia in alio tractatu diffuſe ſcripſerim: & propriis ſignis vnamquamque prædictarum ſpecierum declarauerim: gratia tamen vtilitatis habendæ magis ex opere, quam ſermone, huius viri ramicem oſſealem patet eſſe prouenientem ex ruptura ſifac in loco inguinis in ſiniſtra parte: per quam quidem rupturam deſcendere videtur aliqua particula zirbi adipini, quod ab Auicenna nominatur beritereon: *alligato cap.* per quem etiam rupturæ locum ventoſitas ab inteſtinis propulſa recipitur in oſſeum: quare erit hæc ramex compoſita ex ventoſa & ea, quæ adipina nominatur, vt ante parum declaratum eſt. ¶ Et quia ægritudo illa adhuc ſatis leuis eſt: eo quia non multum antiquata, & foramen in loco rupturę ſatis paruum eſt. Ideo hæc hernia vel ramex nondum inte- B ſtinalis nominari debet, ita vt inteſtina deſcendant: licet ſit ad illam via, ſi orificium dilatetur magis, niſi diligenter prouideretur ei.

Cauſſa huius ramicis.

Ex quibus igitur apparere poteſt, quis ſit curationis modus. Oportet enim intendere ad ꝓhibitionem dilatationis foraminis, ne maius fiat, quam nunc eſt. ¶ Secundo oportet prohibere generationem ventoſitatũ multarum, quæ ſunt principalis cauſſa dilatandi foramen illud: & hæ duæ intentiones in huius curatione ſufficiant.

Et prima quidem intentio adimpleri ſolet tribus modis curationis inuentis a ſapientibus. ¶ Primus eſt firmando partem inguinis cum ligaturis, cum pannis multiplicatis & plumaceolis de coto vel alia materia leui, quæ ſuper ingnina comprimendo collocari debent & conſtringi, adeo vt prohibeant ad inferius deſcendere. Et hic C quidem modus ligaturæ comprimentis fit cum ligatura quaſi lumbari nominata vel brachiali: ſecurius tamen eſt & rationi magis conſonũ, vt prius abraſis pilis inguinibus ſuperponantur cerata figuræ ſcutalis omnem illam partem ambientia, quæ compoſita ſint ex medicinis exſiccantibus, glutinoſis, conſolidatiuis & ſtipticitatem notabilem habentibus, quale inter cæteras medicinas mihi expertiſſimum medicamen eſt ceratum factum de pelle arietina. Et modus compoſitionis eius eſt talis.

Prohibitio dilationis foraminis, ne fiat maius.

Ceratum de pelle arietina.

℞. pellem vnam antiqui arietis ſecundum vſum, & incidatur minutiſſime, & mittatur per viij. dies in acetum nigrum, & conuenienter acutum. Deinde. ℞. gummi arabici, dragaganti, mumiæ, ſanguinis draconis, acatiæ, hypocyſtidos, thuris gummoſi. ſarcocollæ, aluminis ſameni vel ſciſſi, aluminis rochæ, vitrioli viridis, an. ℥ j. gallarum cupreſſi ℥ iij. caudæ equinæ, pilorum leporis mi- D *nutim inciſorum, piloſellæ, vtriuſque plantaginis, acatiæ, an. ℥ ß. ſemin. plantaginis, reſinæ pini, oppopanacis, bdellii, galbani, an. ʒ vj. glutinis piſcium ℔ ß.* Et forma compoſitionis talis eſſe debet. *℞. aquæ pluuialis ℔. xv. & miſceatur cum pelle infuſa, vt ſupra cum aceto ſuo, & cum gummis diſſolubilibus: & coquantur inuicem lento igne vſque ad perfectam glutinoſitatem, & cum cocta fuerint inſimul & infrigidari cæperint, ſuperaddantur aliarum medicinarum pulueres minutiſſimi: & cum ſufficienti quantitate ceræ fiant magdaleones, ex quibus cum opus fuerit fiant cerata, vt ſupradictum eſt.* ¶ Ceratum, quod fieri debet in forma ſcuti, & poni in ruptura in inguine cum cuſpide verſus ſuperius & ligari cum lumbari vel aliter. *℞. ſerapi ℥ ß. oppopanacis, bdelli rubei, an. ʒ iij. myrrhæ ʒ v. cerati de pelle arietina ℥ iij. fiat cerata duo ſuper corio.* Item. *℞. radicum althææ præparatæ cum quarta parte butyri recentis ℔. j. farinæ ſiſami,* E *farinæ ſeminis lini, an. ℔. ß. olei de ſiſamo ℥ iij. croci ʒ j. farinæ frumenti ℥ j. ß. cum decoctione prædicta fiat emplaſtrum.* Item. *℞. granorum ſiſami & fænugræci, an. ℔. ß. ſeminis maluæ & althææ, an. M. iij. medullæ cruris bouis ℥ j. granorũ pinearum & phiſticorum contritorũ, an. ℥ ß. macis ʒ v. meliloti, chamo. an. M. vj. radic. peucedani M. iij. incidenda incidantur & contundantur, & bulliant in ſitulis tribus aqua medietate conſumpta.* ¶ His tribus remediis in ruptura inguinali ſic ꝓcede mundificato prius corpore, fac corpus in lecto quieſcere ꝑ vj. vel viij. dies & cũ anteſcripta decoctione pluries cum ſpongiis locũ fomenta: & dehinc locum rupturæ vnge cum vnguento de corticibus caſtanearum, & poſtea petiam ſuper qua extenſum ſit emplaſtrum factum calidum ſuper vnguento & loco apponatur, corpore quieſcente per dies vt ſupra: quo facto apponatur ceratum, vt ſupra in deſcriptione F eius dictum eſt: poteſt æger & continuo vti confectione conſtrictiuꝰ. ¶ Adhuc pro complemento huius intentionis vtatur hac confectione, de qua ſemper per horas tres ante cibum accipiat rotulam vnam. j. ℥ ß. aut ſaltem per vnam horam ante cibum. *℞. ſpecierum diacimini ʒ ij. ſpecierum diagalangæ ʒ j. ſeminis plantaginis, acatiæ, hypocyſtidos, maſticis, an. ʒ j. pulu. ſacchar. ℔. ß. cum aqua plantaginis, fiat confectio ſolida.*

Aliud.

Emplaſtrũ.

Rotula.

¶ Abſtineat patiens a lacte & lacticiniis cibis: a leguminibus, a fructibus humidis, a cibis valde pinguibus, & ab omnibus, quę ventoſitates in inteſtinis generare poſſent, a potibus & cibis mellitis, & valde dulcibus & ſimilibus. A

Inciſio. Secundus principalis curationis modus eſt per inciſionem in inguine factã, quæ non placet mihi propter magnum periculum eius. ¶ Et iterum magis horrendus eſt modus ille, eo quia a quibuſdã & non bene peritis, talis inciſio fit caſtrando homines. Cum enim ſecuerunt tranſuerſaliter didymum inferiorem partem eius cum teſticulo ſibi appenſo extrahunt, ex qua operatione plurimi periclitantur magis, quam ſanentur: quare hic modus omnino fugiendus eſt. Et ſi contingeret ad illum velle deſcendere, nullo modo fiat ſine conſilio viri ſapientis in ſcientia & opere longo tempore attriti, cuius conſilio ſemper adhærendum eſt. B

Curatio per cauterium. Tertius vero modus ſpecialis curandi diſpoſitionem iſtam cauterio perficitur: & hoc dupliciter; quidam enim feſtinatione diligenti actuale cauterium ſphæricum vel oblongum in loco inguinis appoſitum rectitudinaliter, vbi inuenitur didymus, apponunt vſq; quo didymum tranſuerſaliter comburant: deinde medicinis doloris ſedatiuis & eſcharam cadere facientibus procedunt, poſt quas ſubſequenter adminiſtrant medicinas mundificatiuas, regeneratiuas, incarnatiuas & ad conſolidatiua vltimo tranſeundo. ¶ Et hic modus apud me non caret timore maximo, eo quia propter doloris vehementiam frequentem accidit apoſtema ad talem operationẽ, quod eſt deterius, quam principalis ægritudo. ¶ Et iterum quia, ſi operator in ſcientia anatomica non fuit bene peritus, frequenter ex cõtractu neruorum, chordarum & partiũ ſifac C peruenitur ad contractionem ſpaſmoſam, quæ valde verenda eſt iuxta ſententiã *aph. 2. ſect. 5. In vulnere ſpaſmus mortale.* ¶ Secundo vero hic curandi modus perficitur cum cauterio potentiali partibus iam prædictis applicando: & hic quidem curandi modus omnino ſecurior eſt, & proprie cum fuerit a viro ſcientifico aut bene exercitato obſeruatus: fiat autẽ præmiſſis vniuerſalibus & particularibus euacuationibus, applicando potentiale cauterium communiter ex capitello factum partibus prædictis nõ vna tantũ, ſed pluribus reiteratis applicationibus renouandũ toties, vt perueniatur ad ſectionem tranſuerſalem didymi. Deinde fiat reuolutio ad curandum vlcus cum his, quæ faciunt eſcharam cadere, mundificant, regenerant, incarnant & conſolidant. Hæc in ſumma ſunt vtiliora, quæ fieri poſſent in hoc caſu. D

CONSILIVM CCXXX. *De hernia oſſeali cuiuslibet ſpeciei.*

HERNIA diſcurrit varias ſpecies, vnde ab Auicenna fuerunt omiſſa ſigna, cauſſæ & theoria.

Curationis herniæ aquoſæ. Prima ſpecies humida aquoſa eſt. ¶ Cura eius eſt cura aſcitis. Minoratio. *Potio.* *℞. agarici, hermodactylorum, an. ʒ j. zinzib. ℈ j. ireos ʒ j. aquæ mellis ℥ iij. fiat infuſio & colatura detur.* ¶ Vel. *Alia.* *℞. electuarii indi ʒ iij. æris vſti, gran. vij. cum ℥ ij. aquæ ireos fiat potus.* ¶ Aliud, *Pillulæ.* *℞. pill. de mezereon cum modico ſulphuris fiant cũ ſucco roſarum pillulæ.* ¶ Digeſtiuũ eſt. *Potiones digerentes.* *℞. infuſionis cicerum rub. ℥ v. cũ duabus radicibus, vel aquã ſublimationis radicũ geniſtæ ℥ v.* ¶ Aliud. *℞. aquæ milii ſolis, apii, an. ℥ j. ß.* ¶ Eradicatio cũ ſupraſcriptis E auctoritatibus in doli. ¶ Rectificatio epatis. *Rotulæ.* *℞. trochiſcorũ diarodon ſpecierũ diacinamomi, an. ℥ j. ſpodii ſubtiliſſime triti ℈ j. ſacch. ſecundæ coctionis ℥ iiij. cum aqua fœ. fiat confectio in rotulis, ʒ ij. ante omnem cibum.* ¶ Conſumptio materiæ coniunctæ. *Emplaſtrũ.* *℞. radicũ recentis ireos & cucum. aſinini, an. ℔. ß. farinæ orobi & fabarum, an. ℥ iiij. ſucci mollium extremitatum lauri ℥ iiij. fiat emplaſtrum.* ¶ Secundo. *Linimentũ.* *℞. maſticis, ſandaracæ, an. ℥ ij. hipocyſtidos ℥ j. terræ ſigill. bene præparatæ ℥ ß. fiat linimentum in mortario bis vel ter in die.*

Curationis ventoſæ. Secunda ſpecies eſt ventoſa, conſidera cauſſam ventoſitatis. ¶ Prima intentio *Intentio.* eſt minorando ventoſitatem in ſuperioribus congregatam, a quibus dependet: primo. *Clyſter.* *℞. cymini, aniſi, carui, fœniculi, ameos, cardamomi, an. M. j. ſeminis rutæ M. ß. in tribus ℔. aquæ bulliant vſq; ad conſumptionem cuius decoctionis. ℞. ℔ olei rutacei laurini, an. ℥ j. ß. ſalis indi, ſalis gemmæ, an. ʒ ß. ſacch. rub. ℥ j. ß. pro clyſteri.* ¶ Item. F *Suppoſit.* *℞. radicum arthanitæ, colocynth. hermodactylorũ, an. ʒ j. ſalis indi ʒ j. ß. rutæ, ʒ ß. baccarum lauri ℈ j. cũ melle fiant ſuppoſitoria.* ¶ Aliud. *Sacculus.* *℞. corticum fabarum, lentium ex corticatarum, an. M. ij. milij excorticati, & furfuris an. ſcutellas ij. cymini & ſem. rutæ, an. M. ß. caleſiant omnia in fundo caldariæ ſiccæ & fiat ſacculus magnus, &c.*

¶ Altera

A ¶ Altera intentio eſt rectificatio mẽbri, primo accipiendo, omni mane ʒ j. mithridatii
cum ℥ ij. decoctionis rutæ, eſt medicamen diuinũ in medicando ventoſitatẽ & abſcin- *Pillulæ.*
dendo malã complexionem generatã earum. ¶ Aliud. ℞. *ſpecierũ electuarii de baccis lauri,* *Cobumbagne quid.*
fiant pillulæ cũ ſucco rutæ. ¶ Tertia intentio eſt conſumptio ventoſitatis contentæ, primo.
℞. *aquæ cinerũ cyathum vnum, ſulphuris viui ℥ ij. bacca. lauri, cobumbagne,* & eſt in rei veritate
cardamomum maius a vulgo dictum melegete, *an. ℥ ß. terantur omnia poſt bulliant & præ-* *Fomẽtatio.*
dicta aqua fomentur cum ſpongiis. Item apponantur ventoſæ.

Tertia ſpecies & humoroſa ſanguinea, quia ibi eſt tenſio, calidis & humidis ta- *Curatio humoroſæ ſanguineæ.*
ctus, rubedo, pulſatio. ¶ Cura phlebotomia baſilicæ. Sequenti mane ſoluatur. ℞. *de-*
B *coctionis fructuum ℥ iiij. reubarb. ℈ ij. ſpicæ, gran. iiij. diaprun ſimplic. ℥ ß.* ¶ Eadem die ap- *Potio.*
plicetur hoc empiaſtrum. ℞. *ſucci ſolatri ℔. ß. roſarum florum plantag. an. ℥ ij. radicum li-* *Emplaſtrũ.*
quiritiæ coctarum in aceto ℔. j. farinæ hordei ℥ v. olei roſarum ℥ iiij. fiat emplaſtrum: tertia die
ventoſetur. ¶ Phlegmatica vt plurimum fit per viam paulatinæ congeſtionis: quia a
ſuperiorum membrorum ægritudinibus phlegmaticis & frigidis raro fit criſis talis: cũ
in talibus non ſeruentur materiæ ad expulſionem criticam: etiam tales materiæ non *Curationis phlegmaticæ intentio.*
ſtimulant multum virtutem ad criſin, ſignificatur tamen ex frigiditate ſenſata & leni-
tate tactus loci remanentia foueæ poſt compreſſionem ex priuatione lucentiæ, quæ
eſt in aquoſa aſſiduitate tumoris. ¶ Cura prima intentio frequens minoratio. ℞. *tur-* 1.
bit ʒ ij. zinzib. ʒ j. ſacchar. ad pondus omnium cum aqua abſynthii, doſ. ʒ j. omni quarta die. *Potio.*
¶ Secunda intentio digeſtio cum aqua meliſſæ, betonicæ, abſynthii, &c. adde aceti 2.
C ſquillitici ʒ j. cum ſaccharo. ¶ Tertia rectificatio membri omni mane ʒ j. theriacæ 3.
cum aqua aſari ℥ ij. calidæ. ¶ Quarta materierum coniunctarum vltima con- 4.
ſumptio. ℞. *ſandaracæ ℥ ij. ſarcocollæ rub. ℥ j. cineris ſtipitis fabarum vel ſarmentorum vitis ℔. j.* *Emplaſtrũ.*
puluer. cineris ℔. ß aceti ſquil. ℥ ij. bulliant cum aqua capitelli tertia vſq. ad ſpiſſitudinem & empla-
ſtretur ex eis calidis oſſeum, & videbis mirabilia, eſt enim infallibile.

Quarta ſpecies carnoſa, cuius cauſſæ ſunt cauſſæ carnoſitatis in hoc loco ante- *Curatio carnoſæ.*
cedentes & primitiuæ, vt impinguantia patet priuatione doloris in loco caliditate re-
miſſa reſpectu caliditatis laudabilis rubore, per partes extenſo ſoliditate tactis, aug-
mentum eius velox, & quandoque ad quantitatem capitis humani. ¶ Cura a princi-
cipio vſque ad medietatem augmenti faciliter perficitur phlebotomando. Primo
D baſilicam, poſt communem. ¶ Secundo diſtrahendo ſanguinem ad hæmorrhoidas
aperiendo eas cum felle tauri, aut decoctione ſulfuris viui. ¶ Tertio ventoſentur
pulpæ interiorum coxarum & crurium. ¶ Quarto cum omni regimine frigido &
ſicco contrariante carnoſitati & ſanguineati. ¶ Quinto cum repercuſſione *gra-* *Emplaſtrũ.*
norum lentis, ſolatri, roſarum, foliorum plantaginis, an. ℔. ß. farinæ hordei ℔. j. albumina
ouorum trium coquantur in aqua cum quarta parte aceti, & addita farina fiat emplaſtrum &
applicetur ſex diebus. ¶ Dum vero deuenitur ad principium augmenti vniuerſalis
difficilis redditur eius curatio: & proprie cum venit ad medium ſtatus: tunc enim
non conferunt repercuſſiua: quia materia tota fluxit, nec digeſtiua & euacuatiua
etiam: fit tamen hoc, ne materia aliqua fluat. ℞. *boli armen. terræ ſigillatæ, an. ℥ j. fari-*
E *næ volatilis ℥ j. ß. ſandaracæ, maſticis, an. ℥ ij. cum ſucco roſarum, fiat linimentum in mortario* *Linimentũ.*
plumbeo & liniatur. ¶ Poſt adhibe hoc compoſitum. ℞. *ſaponis nigri ℥ ij. auripigmenti*
℥ j. ß. ſulphuris viui. ℥ ß. calchanti vſti ℥ j. ß. cum aqua ſalis armoniaci incorporentur in mor- *Cauterium.*
tario. Appone hoc cauterium inferiori parti oſſei, vt faciat eſcharam amplitudine v-
nius ducati, & non dimittatur vltra horam, ne fiat eſchara profunda attingens ad
vaſa inuoluta aut arterias. Facta eſchara cum axungia & butyro mollificetur eſchara
vſque ad caſum eius: poſt applica vnguentum apoſtolorum *quinto can.* Eliquat enim
& ſumit carnes ſufficienter. ¶ Item applicetur cauſticum in mediis & lateralibus
partibus oſſei ſeu ſcroti intantum, quod in oſſeo fiant ſex vel octo rupturæ diuerſis lo-
cis, vt conuenienter poſſint applicari medicamina & conſumptiua ſecundum omnẽ
F differentiam poſitionis: omni tamen tertia & quarta die liniendo partes vlceratas
cum aqua prima capitelli. ¶ Conſumpta ergo carnoſitate, quod apparet ex redu-
ctione ſcroti ad priſtinam magnitudinem, quod tamen non fit in ſpatio minori v-
nius aut medii anni, tunc procede cum conſolidantibus: ſed non niſi magna cauſ-
ſa te impedias in hac cura.

Hernia varicoſa. *Cauſſa.* *Curatio.*

Quinta ſpecies varicoſa etiam cum venis & arteriis circumuoluitur in ſuperfi- A
cie ſcroti, ſicut vitis arbori. ¶ Cuius materialis cauſſa eſt ſanguis melancholicus a ſu-
perioribus paulatim effuſus, vel ibi congeſtus ſtante epate debili in expellẽdo melan-
choliam ad ſplenem, vel ſplene debili in attrahendo cum præſentia extrinſecatũ cauſ-
ſatum generantium melancholiam, vel ſanguinem melancholicum. ¶ Cura vt in prę-
cedenti §. quantum ad primam, ſecundam & tertiam intentionẽ & quartã; quinta ve-
ro, ſcilicet cauſticatio dimittatur: Sed applicetur emplaſtrum de mucillaginibus: &
proprie vigoratum cum gummis quatuor appoſito ſerapino, bdellio & ammoniaco,
applicatio aquæ ſulphureæ aſphaltinæ, & æneæ encatiſmando ſæpe: intentio enim eſt
magna, ſcilicet reſoluere, exſiccare, lenire, &c. Et eſt difficilis curæ proprie in religio-
ſis, vtentibus cibis craſſis & adurentibus. B

Curatio herniæ ab Auicenna burio dictæ.

Sexta ſpecies, quam Auicenna vocat burio *22. terti, cap. 2.* pendens a ſanguine me-
lancholico multiplicato: non ſolum in ſcroto, ſed in ſubſtantia teſticulorum etiã, ita vt
mirabiliter intumeſcant partes: vt videre contingit ante fores eccleſiarum. Et ſiquidẽ
iſte tumor exſiſtat tantę magnitudinis, vt tranſcendat menſuram, illi indiuiduo huma-
næ ſpeciei conuenientem cum duritie, tenſione, ſanguine ſtante in membris abſq; pu-
ſtulis & corruptionibus, tunc ille tumor eſt elephantia. Cum puſtulis vero duris &
corruptis eſt lepra elephantica. Cum autem tumor prædictus eſt non valde magnus
cum ſignis ſupraſcriptis: tunc dicitur hernia dura oſſealis: cum prouenit ad ſtatum &
confirmationem, curatur cura apoſtematum durorum. ¶ Prima intẽtio eſt ſubtractio
materierum melancholicarum in venis & ſplene abundantium, phlebotomãdo ba- C
ſilicam ſiniſtri brachii, tertia die pharmacando cum ʒ iij. cathartici imperialis cũ aqua
violarum ad nenuph. ¶ Secunda intentio eſt digeſtio cum aquis violarum lupulorum
Potio. farfare. ¶ Tertia intentio eſt eradicatio. ℞ *epithymi ʒ j. lapidis lazuli ℈ ß. caſſiæ tractæ
cum aqua violarum ℥ ß.* ¶ Quarta eſt materiei conſumptio reuoluendo a mollificatio-
ne ad reſolutionem & e conuerſo. ¶ Prima ergo ſeptimana omni die encatiſmetur cũ
decoctione radicũ althææ, granorum ſiſami, fœnugr. ſem. lini an. Et poſt extractionem
liniatur membrum cum oleo ſiſa. & amygd. dulc. & bdellio diſſoluto cum ſuccida lana.
¶ Secũda ſeptimana encatiſmetur cum aqua cineris, in qua bullierint fœnugræcum &
chamomilla. Et ſuperemplaſtra cum hoc. ℞ *radicum ſcrophulariæ, vel herbæ mauri ſecun-*
Emplaſtrũ. *dũ neapolitanos radicũ bryoniæ, an. ℔. ß. meliloti, chamomillæ, ſem. aneti, aſari, an. ℥ j. ß coquantur* D
*radices vſq; ad mollificationem ipſarum, poſt terantur ſubtiliſſime, & fiat emplaſtrum ſupponendum
ſcroto & inguinibus tota ſecunda ſeptimana.* ¶ Tertia vero ſeptimana cum mollificantibus &
ſicut circulariter: omni tamen ſeptimana ſoluendo ventrem cum diaſenæ & aqua la-
ctis. Et in ſumma hæc eſt duri apoſtematis canonica curatio.

Hernia inteſtinalis.

Septima ſpecies eſt inteſtinalis vel zirbalis propter dilatationem vel relaxatio-
nem didymi, aut propter rupturam illius didymi, & horũ cauſſæ ſunt notæ *22. tertii.* in-
ter quas ponitur nocumentum in anhelitu proueniens inſpirando: tunc enim fit ma-
gna compreſſio & tractus diaphragmatis ad intra, ſiue fit propter attractionem vio-
lentam aeris, ſiue quia in tali nocumento anhelitus, aer & vapores & fumi caleſiunt,
& conſequenter rareſiunt: & conſequenter maiorem locum occupant, quam prius: E
& conſequenter vehemens compreſſio & diſtenſio fit inteſtinorum & ſiſiac: propter
quod habentibus herniam & inteſtinalem & ventoſam in inſpiratione ſuperexcreſcit
Curationis 1. intentio. tumor, & in exſpiratione decreſcit. ¶ Cura: prima intentio eſt reductio inteſtinorum
ad loca propria cum ſcultella lignea, vel cum manibus omni ingenio cum ventoſa
ſuper inguen cum inclinatione capitis. ¶ Secunda intentio eſt ſedatio doloris, ſiue
proueniat a ventoſitate ſoluente continuitatem didymi: ſiue a multitudine materie-
rum humoralium, ſiue ab inteſtinis & fæcibus grauantibus primo clyſterizando
cum decoctione ſeminis lini, fœnugræci & granorum ſiſami cum multo oleo & bu-
tyro recenti, vel cum ℔ ß. brodii pulli cum tantundẽ olei ſiſami cum ℥ ß. ſalis gemmæ,
Fomentatio. vel cum oleo ſolo. ¶ Secundo. ℞ *dorellæ ℥ ij. granor. ſiſami, fænugr. ſem. lini, an. ℥ j. radicum* F
*liliorũ alb. & althææ, an. M. ij. aniſi, cymini, ſem. aneti, an. M. j. ß. chamomillæ M. iiij. bdellii ℥ j. co-
quantur omnia in quatuor phialis aquæ: & fomentetur cum ſpongiis magnis.* ¶ Quo facto ſuper
ſcroto emplaſtretur hoc. ℞ *gallarum cupreſſi ℥ ij. farinæ volatilis ℥ iij. pulueris radicum con-
ſolidæ maioris & minoris, an. ℥ j. glutinis piſcium ℥ j. ß. dragaganti gummi arabici, mumiæ, ſpodii
an. ℥ ß.*

A *an.* ʒ ß. *ſandaracæ, boli armeni, ſerapini, an.* ʒ *v. Coquantur farinæ in duabus partibus aquæ cum tertia parte aceti nigri vſque ad bonam ſpiſſitudinem cum ſufficienti quantitate ceræ, & additis pulueribus, fiat emplaſtrum.* ¶ Tertia intentio eſt materierum diſtractio ventoſis 3.
applicatis inguini, pulpæ crurum & natibus, & cum ligaturis & fricationibus a genu infra: phlebotomia etiam baſilicæ vel nigræ, vomitu, menſtruorum prouocatione & hæmorrhoidum, &c. ¶ Quarta intentio eſt prohibitio reiterati deſcenſus præ- 4.
dictarum materierum: primo ſubtrahendo cauſſas ventoſitatis impellentis, & humiditatis lubricitantis inteſtina & vias deſcenſus cum iteratione euacuationum materieæ phlegmaticæ, mucillaginoſæ & aquoſæ, materiæ enim chronicarum ægritudinum non ſeruantur ad vnam criſim, vt cum diaturbit. ¶ Vel. ℞ *pulpæ, colocynthid.* ℈ *j.* *Pilulæ.*
B *turbit* ʒ j. *bdellii, zinzib. an.* ℈ *j. fiant pillulæ cum hieralogodion: de quibus ſumatur bis in hebdomada cum aqua ireos. Hæc medicina aduerſatur omnibus phlegmaticis ægritudinibus.* ¶ Secundo diuerſio ad vias vrinæ, & ad hoc mirabile eſt. ℞. *aquæ radicum geniſtæ rubeæ, a-* *Potio.*
pii, an. ℥ j. ß. *ante quod ſtatim ſumat tres pillulas ex puluere granorum milii ſolis factas cum ſucco apii.* ¶ Tertio vſus adæquantium materias phlegmaticas & pure diuertentium. ¶ Primum, vt in ſeptimana bis accipiat ʒ j. ligni aloes electi petentis fundum aquæ, & immergatur cum ℥. mellicratis. ¶ Secundum bis in ſeptimana ʒ j. mithridatii. ¶ Tertium bis in ſeptimana oppopyre ʒ j. & eſt in exſiccando phlegmata ſummæ potentiæ. ¶ Quarto cum regimine, &c.

Potus in hyeme. ℞. *florum meliſſæ, zinzib. albi & leuis, granorum paradyſi, nucis mu-* *Potus in hyeme.*
C *ſcat. an.* ʒ *j. aquæ ciſternæ* ℔. *xxv. mellis electi* ℥ *xvj. coquantur in aqua cum ſpeciebus ad conſumptionem quartæ partis: poſt adde medicinas, & fiat iterum coctio vſque ad tertiam partem: potetur ſolum vel vna pars eius cum duabus partibus vini.* ¶ Quinta intentio eſt conſoli- 5.
datio viarum laxarum apertarum vel ruptarum. Primo. ℞. *ſcoriæ ferri in aceto frixæ* *Vnguentū.*
minutæ ʒ ß. *ſanguin. dracon. boli armen. thuris, maſticis, terræ ſigillatæ, acatiæ, an.* ʒ *ij. gallarum cupreſſi, mumiæ, an.* ʒ *vj. glutinis piſcium* ℥ *ij. diſſoluantur glutina in aceto rub. & incorporentur iſtæ ſpecies cum* ℥ *ij. reſinæ rub. & cum cera fiat vnguentum, quo ſcrotum & inguinales partes inungantur ter in die: & apponatur pila vel ſcutum cum forti ligatura.* Et hoc remedium eſt integre ſanans circa xl. dies nouam rupturam, & non magnam valde. ¶ Magnis autem vel antiquis applica ceratum figuræ ſcutalis cum emplaſtro ex pel-
D le arietina, compoſitione mea in conſilio meo de hac materia ad dominum Hugonem Cyprenſem. Dimitto phantaſias Gentilis de limatura chalybis cum conſolidatiuis interius, & magnete exterius appoſito. ¶ Soleo interim adminiſtrare hoc electuarium. ℞. *thuris, maſticis, acatiæ, hypocyſtidos, an.* ʒ *j.* ß. *roſarum, ſpodii, cymini, torrefa-* *Electuariū.*
cti, ſemin. aneti, an. ʒ *j. gallarum cupreſſi* ℥ ß. *limaturæ tenuiſſimæ chalybis, ſcoriæ ferri amborum frixorum in aceto in* ℥ ß. *arillorum granatorum acrium exiccatorum* ℥ *j. fiat puluis per ſe.* Poſt. ℞. *mellis roſar. confecti cum foliis* ℔. *j.* ß. *ſacchar. alb.* ℔ *j. vini granatorum* ℔. ß. *draganti, gummi arabici an.* ℥ ß. *hæc duo bulliant ſimul cum melle roſar. ſaccharo & vino granatorum vſq; ad inſpiſſationē, & cum tepuerint, effundantur in mortarium, vbi cum aliis ſpeciebus diutiſſime conterendo incorporentur.* Diuinum quidem medicamen hoc eſt, vt experien-
E tia mihi frequenter innotuit, doſ. ʒ ij. bis in die, & poſt cœnam ʒ j. ¶ Sexta inten- 6.
tio eſt modus aduſtionis vel inciſionis partium, per quas didymus ad ſcrotum deſcendit, patet caſtrantibus. ¶ Septima eſt prohibitio recidiuæ, quæ quidem com- 7.
pletur per aſſumptionem, ℥ j. oppopyre in aurora bis in ſeptimana deſcriptæ a Nicolao ante prandium per quatuor horas, per ſpatium duorum vel trium menſium. ¶ Secundo ſimiliter condiantur pineæ paruæ adhuc molles ab arbore acceptæ, aſſumptæ, vt prius. ¶ Tertio mumiæ, ʒ. vnius xij. pars factæ in pillulis omni die per duos vel tres menſes. ¶ Quarto maſticis, gran. iij. omni mane. ¶ Quinto vtatur ſæpiſſime radice vna conſolidæ. ¶ Sexto vtatur in cibis puluere gallarum cupreſſi. ¶ Septimo portet ſuper inguine ſuo continue ceratum ſolum de raſura eboris fa-
F ctum. ¶ Octauo frequenter encatiſmetur cum aqua aluminoſa naturaliter tali, vel artificialiter facta: mirabiliter enim præſeruat ab euentu huius ægritudinis & recidiuationis.

Consilivm CCXXXI. *De ingenti tortura ſpondylorum ſiue de gibboſitatę* A
cum contractione coſtarum, & tremore ſiue ſaltu cordis. ¶ *Diuiditur autem Conſilium in*
quatuor capita.

Cap. I. *Declaratio & expoſitio ipſius diſpoſitionis.*

Sicvt exercitium corporis eſt actus, per quem humani corporis ſanitas
deperdita recuperari, ad præſens conſeruari, & a lapſu defendi poteſt, ſic-
ut omnium illuſtrium phyſicorum ſententiæ confirmant; quoniam ipſum
conuenienter factum facit ad expulſionem ſuperfluitatum, tam primæ,
quam ſecundæ & tertiæ digeſtionum: & per ipſum etiam ventoſitates & fumoſitates
tam in capite, quam in pectore & inferiori ventre repertæ expelluntur & conſumun- B
tur: vnde membra principalia & reliqua omnia conuenienter expurgata ab eis, ſunt
fortiora ad ꝓducendum operationes toti corpori couenientiores. Ita etiam exercitiū
animi rationali attributum, eſt actus, per quem omnium ſenſuum interiorum opera-
tiones perfectiores producuntur, & intellectiua potentia propter hæc ad ſpeculandū
circa difficilia & altiſſima rerum perfectior efficitur. ¶ Eaꝓpter gauderem ego, ſi tā-
tum mihi natura donaſſet, quantum in vtriſq; iam dictis perfectior fieri poſſem. Neq;
enim corporalis labor a me deficit, cum nulla dies mihi in otium corporis exeat: ſimi-
liter etiam neq; occupationes circa neceſſitatē contemplandi in difficilibus a me va-
cuæ ſunt: ſed aſſiduitas exercitii in talibus, diuino tamen afflatu ꝑuio me iuuabit: quo-
niā *labor omnia vincit improbus & duris vrgens in rebus egeſtas.* Iuxta illum Mantuani Poetę C
ſermonem georgicorū primo. ¶ Hæc itaq; apparent, quoniam nuperrime labilis cor-
poris humani compago obtulit mihi adoleſcentē annorum circa 14. vel 15. qui ingen-
ti ſpondylorum tortura moleſtatur, quæ valde fortis eſt & extenſa. Intantum, quod
a ſpondylo quarta incluſiue de his, quæ ſunt in collo vſq; ad ſpondylorum renū ſecun-
dum excluſiue omnes alii torti ſunt & curuati verſus dextram partē: propter quod lor-
doſus eſt in eadem parte valde magnifice. Vnde & ſpatula dextra cum parte colli ſu-
perius eleuatur neceſſitate rei. Cum enim quartus, 5. 6. & 7. ſpondyli colli trahantur
vſq; inferius, neceſſe eſt coſtas impelli verſus partem illam: & propter violentiā tra-
ctus vtriuſque earum ſpondyli dorſi omnes xj. curuati & impulſi ſunt verſus illam par-
tem. Cum enim extremæ partes coſtarum poſteriorum infixæ ſint ſpondylis dictis. I- D
gitur propter curuaturam prædictarum ſpondylorum neceſſe eſt coſtas impelli ver-
ſus partem illam, ad quā incuruantur ſpondyli. Cum ergo ſpondyli incuruati ſint ver-
ſus dextram, vt ſenſus viſus oſtendit, neceſſe fuit ordoſeon, id eſt, gibboſitatem fu iſſe
factam ad latus dextrum & eminentiam apparentem. ¶ At vero, quia propter curua-
turam prædictarum partium ad dextrā neceſſe fuit coſtas, quæ inueniuntur in latere
ſiniſtro, moueri verſus motum ipſarum ſpondylorum prædictorum: & ſpondyli cum
hoc, quod incuruatæ ſunt verſus partem dextram, etiam incuruati ſunt verſus ante-
riorem, vt ſenſus viſus & tactus oſtendit.

Ideo ex hoc fundamento ſoluuntur aliquę apparentiæ. ¶ Et prima eſt quod ala ſpa-
tulæ ſiniſtræ videtur eminentior & eleuatior, quam dextræ. ¶ Secundo, quia ſub ala il- E
la apparet concauitas magna, vbi locaretur meus pugillus. ¶ Tertia eſt apparentia, quia
mendoſæ coſtæ ſiniſtræ partis videntur ad anteriora, & parum ad ſuperiora contra-
ctæ. ¶ Quarta, quia magna comprehenditur flexio in ilio ſiniſtro in parte anteriori.
¶ Quinta, quia in loco poſteriori ſiniſtri renis videtur incuruatio verſus dextrum.
¶ Et ſexta apparentia eſt, quia caput iſtius viri pendet verſus ſiniſtram partem. Et
hæc omnia corollarie aſpicienti torturam illam & nodum contractionis eius, facilli-
me demonſtrari poſſent.

Præter hæc etiam collige, quod pectus eius anterius magnifice defœdatum & de-
formatū ſit. ¶ Primum quidem, quia os ſuperius, quod denominatur cathena gulæ,
decliue eſt verſus partē ſiniſtram: & ſecundum alterum extremum magnifice eleuatū F
verſus extremitatē humeri: probatur, quia contractio ſpatulæ dextræ verſus ſuperius,
& ad latera de neceſſitate eleuauit illius oſſis partem ſibi contiguam. ¶ Et ſecundū ap-
parens eſt, quod thorax eius videtur valde occultum & minoratū: & ꝓprie in inferiori
parte. Hoc autē contingit ꝓpter tractum ſpaſmoſum & contractionem ſeptem oſſium

ex qui-

A ex quibus thorax componitur; quomodo enim tortura in illis oſſibus tam ingenti & extenſa exiſtente poſſent illa oſſa conuenienter nutriri? Nil ergo mirum ſi continue magis areſiat. ¶ Tertium apparens eſt: quod cartilago ſuppoſita ori ſtomachi, apud Italos nominatum granatum & parua & extenuata multum ſenſu tactus percipitur & viſus. ¶ Quartum apparens eſt, quod quinque mendoſæ coſtæ tam in ſiniſtra, quam in dextra parte exiles & fere torrefactæ ſunt, quod apparet ex eodem fundamento verificari. ¶ Quintum ſenſui notum eſt fortis & ſaltuoſus motus cordis: intantum quod ſenſu viſus huius adoleſcentuli coſtæ percipiantur eleuari. Cum enim per talem torturam trachea arteria neceſſario ſit aliquantum circumflexa: patet quod aer ab extra ad intus quantus, & quando oporteret, non ſufficienter ingred.tur: etiam ſi virtus ad
B attrahendum eſſet fortis: virtute itaque exiſtente debili & via tractus aeris exiſtente tortuoſa vel flexa parumper, non attrahitur aeris quantitas ſufficienter: & quam cito oporteret ad ſatisfaciendum neceſſitati: ſed neceſſitate creſcente vltra temperamentum, & corde neceſſitato ad faciendum conatum magnum, neceſſario accidit talis pulſus cordis, qui eſt vehemens & velox motus partium eius de centro ad circumferentiam. Nec conſtat, quod virtus pulſatilis ſit debilis: propterea, quia virtutes neceſſitate vehementi agunt, vt Galen. *primo pulſuum commento quarto.* ¶ Et ſuperadde huic motiuo, quod cum propter neceſſitatem auctam multitudo fumorum & vaporũ & aeris fact. vilis congregatio fiat in corde: adhuc maior virtutis conatus eſt neceſſarius ad conſtringendum cor. Ita quod non minoris magnitudinis, velocitatis & fre-
C quentiæ eſſet hic motus ſaltuoſus cordis penes ſyſtolen quam diaſtolen, ſi æquæ bene comprehenſibilis eſſet ſyſtole ſicut diaſtole: & horum ſermonum quam plurimi capiunt fundamentum ex ſententiis Galeni, *interiorum quarto cap. tertio & vndecimo continentis cap. ſecundo. Et 22. tertii cap. de gibboſitate*, & pluries alibi. Et tu lege volumina, ſi vis bene intelligere.

Cap. II. *Declaratio præmiſſorum.*

VT autem prædictorum ſententiæ clarius eluceſcant, pro notitia cauſſarum diuerſitatum & ſignorum præfatæ diſpoſitionis præmittatur primo deſcriptio huius diſpoſitionis, quę eſt: *quod gibboſitas ſit tumor vel eminentia ſpõdylo-* *Gibboſitas quid.*
D *rum ſpinæ ad aliquam differentiam poſitionis facta propter incuruationem ſpondylorũ prouenientem: aut a forti impulſione a ventoſitate, aut a materia mollificante ligamenta & neruos a nucha orientes, aut propter motum ſpaſmoſum in prædictis partibus factum vel fientem, per quam remouetur formoſitas & pulchritudo ſtaturæ hominis cum corruptione figuræ vel formæ partiũ prædictarũ.* ¶ Dicitur ergo primo, ꝙ gibboſitas ſit tumor: propter enim incuruationẽ aliquorum ſpondylorũ neceſſaria eſt præſens conſideratio. Nam dato quod aliarum partium corporis oſſa, vt focilia brachiorum & crurum incuruari poſſint: & ꝓprie in ætate pueritiæ: vt ſenſus manifeſtat apud plurimos, in quibus totũ eſt focile tibiæ vel alterius partis. Illa tamẽ cur natura nõ eſt, de qua ad p̃ſens intenditur, cũ nõ ſit neceſſariũ illius oſſa remoueri a ꝓpria iunctura eorum. ¶ Ponitur tertio ad aliquam differentiã poſitio-
E nis: nam cum ꝓpter aliquã de cauſſis ſtatim dicendis ſpondyli incuruantur, tunc ſi cõ- *Differentia gibborum.*
trahuntur ad extra ad intus, & ſpecies gibboſitatis ad anteriora, quæ nominatur ſtruma. Si vero contractio fiat ab intus ad extra: tunc ſit eminens in poſteriori parte, & incuruatio verſus anterius. Si autem contractio ſpondylorum fiat a dextro in ſiniſtrum: tunc accidit gibboſitas in ſitu & arcuatio partis dextræ verſus ipſam: & ita ſi bene conſideret huius iuuenculi diſpoſitio, ꝓprie eſt in parte dextra eius & in anteriori eminẽtia manifeſta & concauitate in poſteriori & ſiniſtra partium, vt ſupra etiam tactũ fuit. ¶ Dicitur autẽ quinto ꝓuenire hæc propter impulſionẽ, & hoc quidem exterius accidere potuit vel poteſt, & ꝓprie in ætate infantiæ cum imprudentia & intemperamento motu ꝑtractantis infantes ligando, cõprimendo vel diſtrahendo ſpondylos ipſorũ,
F coſtas & thoracẽ, aut frequenter contingit a cunabulis & brachiis educantis, eos cadere: nec nõ ſuper ſpondylis adueniente caſu, cõtuſione, compreſſione vel impreſſione: propter q̃ oſſa, quæ teneritate ſua velut cera ſunt flexibilia, talia nocumenta acquirere poſſent. Similiter etiam infantibus propter corruptionem lactis eorum multiplicantur ventoſitates, quæ in neruis & ligamentis ſpondylorum colli & dorſi multiplicatis

extendunt & dilatãt prædicta membra & coniunctiones cartilaginoſas ſpondylorũ ad A
Signa diſtinctiua cauſſarum. inuicẽ. Et hæc quidẽ diſpoſitio cognoſcitur per paulatinum & tardum euentũ eius, &
multiplicationẽ murmurationũ & rugituum in ſtomacho & in inteſtinis omnibus, &
hypochondriis: ſicut immediate dicta diſpoſitio cognoſcitur per velocẽ & ſubitum e-
uentum eius. ¶ Ponebatur ſexto ſpondylorum eminentiã fieri poſſe propter mollifi-
cationẽ. Si enim mucillaginoſa materia immergatur in ligamentis & inter partes ſpõ-
dylorũ cartilaginoſas, diu ꝑmanens ibi eſt cauſſa, vt non fiat bona partium corporis ſu-
ſtentatio: & ſecundũ ꝙ contigit intus vel extra, vel in dextra, vel in ſiniſtra parte ma-
gis multiplicari materiã mollificantem. Ita & incuruatio & gibboſitas repræſentatur
in illa. Et hæc iterum etiã velocis & feſtini euentus eſt, ꝓpter quod diſtinguitur ab ea,
quæ fit a cauſſa primitiua. Et differt ab illa, quæ fit a ventoſitate per abſentiã rugituum B
p̄dictorum & mollitiem tactu perceptam: & ſic de aliis. ¶ Poteſt iterum in quarto gib-
boſitas in ſpondylis euenire, propter apoſtema magnum genitũ in lumbis interiorib.
aut in intermedio coſtarũ, aut in muſculis exterioribus appoſitis lateraliter ad ſpõdy-
los: vel in venis ipſarum. ¶ Adhuc etiam & quinto contingere poteſt incuruatio ſpon-
dylorum ꝓpter ſpaſmum euenientẽ in aliquo, vel in aliquibus xij. parium neruorum o-
rientium a ſpondylis dorſi, vel ſeptem parium orientium a ſpondylis colli. Cum enim
materiam craſſam contingit infundi in eis, ſi fuerit in his, qui oriuntur a dextra parte,
contractio fiet verſus illam: & eminentia verſus ſiniſtram & e conuerſo, & ſic de diffe-
rentia poſitionis, quæ eſt anterioris ad poſterius, & e conuerſo. ¶ Sexto iterum con-
tingere poteſt hæc impulſio ſpondylorum propter vehementem impulſionẽ a vir- C
tute factam in laboribus criſis: materias enim illas frequenter expellit multas & vehe-
menti motu: propter quod ſpaſmus & mollities in prædictis partibus accidere poteſt.
Et hæc quidem cognoſcitur, quia p̄ceſſerunt ipſam febres moleſtiſſimę a multa mate-
ria prouenientes. Et etiam a numeratione ſignorum euenientium in febribus reuo-
lutis per quartanarios dierum, vt quarti ad ſeptimum, ſeptimi ad vndecimum, vn-
decimi ad decimum quartum, & ſic de aliis. Et tales quidem diſpoſitiones pluri-
mum ſunt malæ terminationis. ¶ Vltimo vero, quod ponitur in deſcriptione,
iam notum eſt, propterea, quia ſicut per debitum ſitum partium ſpondylorum ad-
inuicem & rectæ ſtaturæ & formoſæ redditur homo: ita per earum remotionem
abinuicem defœdatur. D

Ex quorum omniũ fundamento intelligenti apparet, quod tortura ſpondylorũ
Differentia. omnis reduci poſſit ad ternarium numerum. ¶ Et prima quidem ad impulſionẽ. ¶ Se-
cunda ad mollificationẽ: & tertia ad ſpaſmum. Et prima quidẽ poteſt variari quadru-
pliciter. ¶ Primo propter impulſionẽ a cauſſis primitiuis euenientẽ. ¶ Secundo ꝓpter
impulſionem a ventoſitatibus p̄dictis factam. ¶ Tertio propter apoſtema magnũ. ¶ Et
quarto propter vehementẽ impulſionẽ in criſi ante factã. ¶ Secunda vero ordinis ſpe-
cies torturæ ſpondylorum fieri poſſet a multa materia mollificante, & lubricante liga-
menta, neruos & nucham, vt iam dictũ eſt. ¶ Secundo etiam fieri poſſet hæc mollifica-
tio a primitiua cauſſa cũ applicatione & frequentatione rerũ mollificantiũ, vt linimẽ-
torũ, embrocationũ, balneorum & conſimilium. ¶ Tertia vero ordinis ſpecies torturę E
ſpondylorum aſſignantur duæ. ¶ Et prima quidẽ eſt ꝓpter ſpaſmũ de repletione. ¶ Se-
cunda vero ꝓpter ſpaſmũ de inanitione. Et hęc quidẽ diſtinguitur a prima, propterea,
quia non fit niſi in tempore prolixo: & cum ſignis ſignificantibus euacuationes fortes
exterminantes corpora, aut propter inſenſibiles euacuationes, vt per multã reſolutio-
nẽ in febribus ſudore & conſimilibus factam. ¶ Ex quo ſi bene conſideras ad iſtas nouẽ
ſpecies torturæ ſpondylorũ omnes euenire & imaginari poſſibiles reduci poſſent, prę-
ter decimam prouenientẽ a venenis, de qua nõ curo ad præſens. Et ex hoc fundamen-
to iterum corollarie concluditur ſecundo principaliter notitia cauſſarũ. ¶ Tertio iterũ
aperta eſt declaratio ſignorum inſeparabilium iſtarum diſpoſitionum.

Ex quibus tandem vltimo concluditur, quod huius pueri diſpoſitio triplex ſit pro- F
curatione digna. Et prima quidẽ eſt gibboſitas a primo ſpondylorũ vſq; ad ſextum ad
anteriora facta. ¶ Secunda eſt gibboſitas & eminentia magna in dextra parte ad exte-
rius. ¶ Et tertio eſt attractio duarum coſtarum inferiorum de completis, & attractio
etiam earum, quæ mendoſæ dicuntur verſus interius & ſuperius propter quarum
contra-

A contractionem comprimitur cor. Et ſequitur motus eius ſaltuoſus: vt in *primo capite* demonſtratum eſt. Hæc in ſumma eſt huius pueri diſpoſitio non leui labore demonſtrata.

Cap. III. *De regimine huic puero patienti conuenienti per ſex res non naturales.*

VT conuenienter poſſit eligi modus regiminis huius patientis. Præmittendum eſt primo, quod cauſſa efficiens materialis huius diſpoſitionis ſit multa materia phlegmatica, mucillaginoſa dominans & partim aquoſa, quæ mollificationem fecit in ſpondylis & cartilaginibus earum & neruis orientibus a nucha. Verum quia apparet modus attractus verſus dextram partem cum ſoli-
B ditate & duritie, non eſt dubium, materiæ craſſæ phlegmaticæ magnam partem inueniri in nucha, & magis in neruis orientibus in ſiniſtra parte eius, & in muſculis lumbalibus intrinſecis & exterioribus, propter quod verſus ſiniſtram partem fit contractio & tumor verſus dextram, vnde ex hoc concluditur, quod hæc diſpoſitio ſit valde difficilis, quoniam eſt compoſita ex ſpaſmo ſiniſtræ partis & mollitie dextræ. Verum quia talis ſpaſmus iam eſt factus, & non in fieri propter abſentiam doloris attractiui motus. Ideo videtur, quod omnia inſtrumenta, quæ adminiſtrantur, debeant eſſe calefactiua in ſecundo gradu: & vltra ipſum aliqualiter exſiccatiua, non tamen tranſcendentia primum gradum, aut manſionem primam ſecundi. Et vbi deficiunt inſtrumenta talia, quæ multũ rara ſunt, vbicunq; legatur, oportet virũ optime tritũ moderari
C talia confrangendo ſimplicia frigida, aut temperando cum calidis & ſiccis.

Aer. Quare puer iſte eligat locum habitationis eius & aerem calidum notabiliter, & leuis exſiccationis: & quia tã aer Pluuenſis, quã Rodigii notabiliter ſunt frigidi & amplius humidi, quam frigidi. Ideo camera decubitus eius ſit tabulis bene munita inferius lateraliter & ſuperius: & in ea accenſus perſeueret ignis magnorũ lignorum. Et ſi quandoq; virtus exſiccationis adderetur in igne ex combuſtione lignorũ abietis, lauri iuniperi, ficuum, mentaſtri, pulegii, valde conueniens eſſet ei. Intantum, quod neceſſarium eſſet fieri ſępe ſuffumigium cum ſtyrace calamita, laudano, cupreſſo, gallia muſcata, ſandaracá, ligno aloes, colophonia, thure & maſtice: & ſic de aliis omnibus vel aliquibus horum. Et hoc eſt principium magnæ præſeruationis huius patientis,
D ſcilicet aeris, conueniens electio.

Motus & quies. De alia vero re non naturali, vt exercitio vel motu pertranſeundum eſt: huic enim puero motus corporis conuenit non pedetiuus, neque equitatiuus & negatiuus: imo neque conueniunt ei fricationes aliquarum partium, & adhuc neq; leues & proprie frequentatæ: quare corpus omnino quieſcere debet. Similiter omnis motus animi, vt ira, furor & ſimilia euitari debent, maxime propter nocumentum in corde eius *Motus animi* inuentum ex motu ſaltuoſo eius. Corpus igitur & animus eius quieſcere debent: propter quod etiam cauendum eſt ei a coitu frequentato, intantum quod etiam ſemel in die complacere veneri non eſſet ei bene concedendum.

Somnus & Vigilia. Somnus prolixus ei conuenit & nullo modo exceſſus in vigilia, & de figuris dor-
E miendi melior eſt incuruatio ſuper latus dextrum, & perſeuerantia ſuper illo, latere vero ſiniſtro non cõueniret ei dormire propter grauitatem dextrę partis accumbentis ſuper contracta ſiniſtra. Neq; etiam reſupine dormire conuenit ei ratione accidentis, quod eſt nocumentũ in anhelitu: cum illud nocumentũ anhelitus augmentetur in decubitu reſupinato, *vt 2. primi cap. de ſomno & vigilia per illa. Reſupineq; dormire malum*, &c. Si tamen ſuper illá parte poſteriori decumbere poſſet abſque magno nocumento ſui anhelitus, eſſet ei vtile: propterea, quia iuuaret ad rectitudinem ſpondylorum dorſi & colli, qui incuruati ſunt ad anterius: vt primo & ſecundo cap. declaratum eſt, dormire autem ſuper ventre & pectore placet mihi, dum modo caput eius teneat curuatum verſus partem dextram, tunc enim liberior fiet canna pulmonis ad attrahendum aerẽ
F neceſſarium pro euentatione membrorum pulſus & anhelitus, quocunq; tamen decubitu iaceat, caput eius reſpectu partium inferiorum mediocriter eleuatum teneat: prolixas autem vigilias omnino euitet.

Motus animi. De alia vero quarta re non naturali iam dictum eſt, vbi de exercitio parum ante hoc ſermo fuit, verum ſemper agere debet læto & iocundo animo, tantum cum vo-

luntate Altiſſimi mentem ſuam confirmare,quantum ei placuerit auferre:& hoc qui- A
dem adiuuabit non leuiter ad regimen ſuum.

Inanitio & repletio. Demodo vero accipiendi cibum & potum. ¶ Regula eſt prima, quod nunquã
comedat, niſi vero & conuenienti appetitu inducatur ad illud. ¶ Secunda, quod fu-
giat accipere cibum cum aliqua reliquia faſtidii,nauſeæ vel abominationis. ¶ Tertia,
quod nunquã accipiat cibum nec potum facientes extenſiones in ſtomacho,propter
magnam quantitatem eorum.¶ Quarta,quod cibus diligenter maſticatus accipiatur,
& non cito vel ingluuioſe deglutitus.¶ Quinta,quod non prolonget moram magnam
in accipiendo cibaria.¶ Sexta,q multitudo ciborum ſpecie diuerſorũ fugiatur ab eo.
¶ Septima,quod nullus accipiatur potus,vel cibus cum ventris ſtipticitate & plenitu-
dine.¶ Octaua,q poſt aſſumptionem ciborum & potuum quieſcat,& nullo modo ex- B
erceretur,ſaltem vehementi motu animi vel corporis,neq; coitus.

Cibi. In ſexta autem re non naturali parumper inſiſtendum magis, eo, quia in ipſa ſu-
ſtentatur regimen ſanitatis huius adoleſcentis tam conſeruatiuum, quam præſeruati-
uum vel curatiuum. ¶ Recordandum igitur, vt tactum fuit in principio cap. præce-
dentis, quod cibaria & potus eius declinent ad calefactionem notabiliter, & ad exſic-
cationem mediocriter:propter quod bonum erit cibaria ſua confrangi ſemper ex ca-
lefacientibus mediocriter. De foliis, radicibus, ſeminibus & aromatibus, quæ dicen-
tur inferius. ¶ Igitur panis huius viri ſit fermentatus magis, quam communis,& non
Panis. multum ſalitus, ſed mediocriter coctus, non tranſcendens numerum trium dierum.
Cibaria vero de paſta & de farina facta non habeantur in vſu: imo raro & in parua C
Carnes. quantitate accipiantur. ¶ Carnes de quadrupedibus domeſticis laudandæ ſunt, vt
carnes capreti, vituli & caſtrati. Agninæ vero & porcellorum recentium non placent
mihi, niſi aſſatæ: & elixæ meliores eſſent, & proprie decoctæ cum mentha, ſiſym-
brio, ſerpillo, petroſelino & melliſſa, quæ melior eſt omnibus aliis. ¶ Quadrupedum
vero ſylueſtrium carnes placent mihi, velut leporum, capreolorum ,inter alia & iu-
uenculi apri etiam. ¶ De domeſticis volatilibus ſunt pulli, gallinæ, capones, colum-
bi elixi vel aſſati ſuo modo: anates vero non placent, niſi aſſatæ. ¶ Ex ſylueſtribus
volatilibus optimi ſunt phaſiani, perdices, turtures, columbi ſylueſtres, tam in ru-
ribus, quàm turribus veſcentes. Nullius enim animalis carnes tanto iuuamento
poſſent eſſe, quantum iſtæ. Et ſi multum adhærere poteſt vſui eorum, inueniet ex- D
cellens iuuamentum in eis & in turturibus. Turdi vero, meruli, minutæ aues, co-
turnices & francolini ipſi conueniunt, minime vero origines; quia humiditatem
mollificatiuam habent. Carnes etiam pauonum; ſi potens eſſet ipſi conueniunt.
Similiter grues, anates vero, meruli aquatici, cucuneli & roſtri rotuli. Et in ſumma
Pisces. animalium, in aquis degentium carnes dimittantur. ¶ Similiter & piſcium omnium
vſus dimittendus eſt, & proprie elixorum, niſi cum fœniculo, petroſelino, mentha,
roſmarino & aliis aromatibus condiantur. Frixi vero piſces cum bono oleo & con-
diti cum foliis, & ſeminibus plantarum calidarum, quæ concedentur inferius accipi
poſſent, non tamen valde frequenter. ¶ Saliti piſces omnes poſſent ei conuenire:
& de dulcibus aquis, velut ſunt reginæ, lucii, capedones, ſardiliæ, triliæ & reliqui ſo- E
lidarum carnium. Anguillæ vero dimittantur. ¶ Piſces item ſalſi, & de aquis ſalſis
accepti, ſicut ſchinales, palaminæ, morenæ & ſimiles ſolidarum carnium accipi
poſſunt. Vt & varioli vti poteſt. Cancri vero & oſtrea codorinæ dimittantur. ¶ Ex
Grana. granis vti poteſt cicere rubeo & albo rarius. Panicum etiam & proprie cum plan-
tis calidis conuenit ei, & hordeum vero fabæ phaſeoli dimittantur. ¶ Ex plantis
autem conueniunt ei caules, fœniculus, petroſelinum, ſaluia, mentha, hyſopus,
Planta. calamentum, pulegium, mentaſtrum, ſerpillum & meliſſa inter alia. Borrago autem
lactuca, portulaca, cucurbita, endiuia, criſolocanna & aliæ ſimiles frigidæ dimit-
tantur. ¶ Ex ſeminibus conueniunt ei cyminum, petroſel. fœniculus, aniſum, car-
Semina. damomum maius & minus, & omnia alia ſemina calida aromatica conuenienter. F
¶ Ex radicibus, quæ comeduntur, optimæ ſunt ei paſtinacæ ſylueſtres & domeſticæ,
napi, rapæ. Raphanus autem non ſit in eius vſu, neque allium, neque cæpæ, neque
porrum neque bulbus. ¶ De ſalaticiis autem negantur ei omnia frigida: vt noſtur-
tium, lactuca, endiuia & alia ſupradicta frigida. Locuſtis autem, quæ rampuncioli
dicuntur

A dicuntur, & aſparagis vti poteſt & lupulis. Cappares non ſunt ei vtiles: & proprie cum aceto bene acuto. Agreſta etiam ſalita vel limones, & ſuccus aranciorum poſſent ei conuenire. Vinum autem granatorum non placet mihi, nec acetum acre. ¶ Olei oliuarum vſus omnino eſt ei conueniens quocunque modo. ¶ Butyrum non, quamuis pinguedo porci ſalita, quę lardum dicitur & axungia ſalita non ſint reiicienda.

¶ Ex aromatibus peregrinis conueniunt ei piper, zinziber, galanga, nux muſcata, cinamomum vtrumq; grana paradyſi, carpobalſamum, xylobalſamum, lignum aloes, nux muſc. & cortex eius macis nominatus; & conſimiles omnes calidæ aromaticæ ſpecies & ſemina: neque timendum eſt ex vſu ipſorum: quoniam pauca quantitas ex eis accipitur & confranguntur a carnibus, ab aqua & reliquis, cum quibus præparantur. *Aromata.*

B Ex fructib. recentibus euitentur ceraſa, pyra, muſcata, poma acria, pruna chryſomela, perſica & granata, niſi dulcia: ſorbæ meſpilæ euitentur. Ficubus vero recentibus & ſiccis, amygdalis & auellanis vti poteſt. Iuiubę vero dimittantur: in ſumma omnes alii fructus frigidi & humidi abhorrendi ſunt. *Fructus.*

Potus autem huius adoleſcentis eſſe debet vinum album colore, ſubſtantia ſubtile bene aromaticum, & ſapore declinans ad dulcedinem aliquantam: minime vero ponticum & acre vel acetoſum. Et caueat a commixtione aquæ ſimplicis cum vino: imo ab ea pura fugiat, velut ab igne. Poteſt autem ipſam cum modico cinamomo coquere: deinde ſuo vino commiſcere & iuuamentum magnum accipiet. Et ſi abhorreret cinamomum propter acuitatem eius, aquam coquat cum modico ligni aloes minutim inciſi. Et iterum ſi abhorreret lignum aloes minutim inciſi. Et iterum ſi abhorreret lignum aloes propter aliquam amaritudinem, quæ percipitur in eo, coquat eam cum liquiritia bene mundata & vino commiſceat. ¶ Et licet vtraq; earum ſit ei valde vtilis: tamen ſcio, quod ſi poſſet vti infraſcripto potu a medietate Menſis Septembris vſque ad medietatem Menſis Martii per plures annos, eſſet ei potus vtiliſſimus. Et ſi non poſſet vti ipſo puro abſque vino, ſaltem commiſceat ipſum cum altera medietate vini. Eſt autem huius potus deſcriptio hæc. *℞. aquæ boni fontis vel fluuii, vel ciſternæ, quæ melior eſſent* ℔ *xxv. mellis electi* ℔ *ij. florum ameos & florum maioranæ, an.* ʒ *j. ſem. baſiliconis* ʒ ß. *radicum andachoche* ʒ *iij ſem. rutæ* ℈ *ij. liquiritiæ bene raſæ, aniſi dulc. an. iij. Bulliant primo mel & aqua vſque ad conſumptionem quartæ partis ſemper deſpumando ipſa. Deinde ſuperaddantur ſpecies ſupradictorum ſubtiliter contritæ, non tamen cribellatæ iterum vſque ad conſumptionem quartæ partis: tunc ergo per vnam noctem omnia ſic infuſa dimittantur, deinde in ſequenti mane calefiant abſque ebullitione, & colentur per telam valde ſpiſſam: ponantur in vaſis vitreis, & vtatur eo*, vt iam dictum eſt: & non dubito inueniri ipſum vtiliſſimum. *Potus* (C) *compoſitus.* (D)

Cap. IV. *De regimine per medicinalia.*

QVARTVM cap. erit de regimine tam præſeruatiuo, quam curatiuo huius viri, & erit in duas partes diuiſum. ¶ In prima quidem parte ponetur modus præſeruatiuus & maiori lapſu. Et cum hoc conſeruatiuus diſpoſitionis, quam habet. ¶ In ſecunda vero parte ponentur quædam ſimplicia & compoſita ad curationem poſſibilem ipſi ſeruientia. ¶ Pro expeditione primæ partis huius quarti capitis, primo ponam quatuor compoſita: Deinde ſex ſimplicia ad hoc conferentia. ¶ Pro ſecunda vero parte ponetur vnum compoſitum ad hanc materiam conferens, & decem ſimplicia. (E)

Pro expeditione primi compoſiti de prima particula huius cap. ſupponitur primo, ꝙ ad cõuenientẽ ꝑſeruationem a lapſu vlteriori omnino vſq; ad duos vel tres annos in anno purgetur bis, ſcil. in parte veris & authũni. ¶ Igitur iuxta principiũ veris vno mane accipiat hoc minoratiuũ. *℞. pill. de oppop. & de ſerapino an.* ℈ *j.* & accipiantur in mane per nouem horas poſt cœnam: & dormiat ſuper eas per horam vnã cum dimidia: tunc (F) ſurgat & quieſcat cum appoſitione pannorum calidorũ ſuper ventrẽ. Et quando tranſiuerint horæ v. accipiat cyathum vnum aquæ hordei calefactæ ſaccharatæ: & poſt vnã horam ſumat prandium ſuum. ¶ Sequenti vero mane accipiat hoc digeſtiuum calefactum eadem hora, quod continuet diebus octo. Cuius deſcriptio eſt. *℞. ſyr. de calament. ſyrup. de eupatorio & geniabin, an.* ℥ ß. *aquæ andachochæ, aquæ iris: ana* ℥ *j.* ß. *miſce.* *Præſeruatio a maiori lapſu.* *Pillulæ.* *Potio digeſtiua.*

¶ Nona vero ſequenti die accipiat hoc ſolutiuum. ℞. *pillularum de oppopanace, pillularũ de* A
Pillula. *ſarcocolla, an. ʒ ß. incorporentur pillulæ vij. cum electuario roſ. & accipiantur obſeruatis conditionib.*
quæ ſtatim dictæ ſunt. ¶ Secundũ cõpoſitum eſt hoc. ℞. *aloes præp. ℥ j. oppopan. pinguis ſerap.*
Alia. *an. ʒ ß. incorporentur ſimul cũ ſucco roſ. & fiant pil. de quibus toto tempore anni aſſumere poteſt omni*
quarto vel quinto ſero vnã immediate ante cœnã. Et ſi acciperet de eis omni menſe bis quinq;
vel ſex, eſſet vtiliſſimũ ſibi obſeruando conditiones dictas in primis pillulis. ¶ Tertium
Electuariũ. compoſitum eſt hoc. ℞. *betonicæ ſtæchados, maioranæ, bdellii, maſtic. ſem. rutæ ſeſelcos, an. ʒ ij.*
pul. acori ʒ iij. andachochæ ʒ j. ß. ben alb. & rub. croci, nucis muſ. ℈ ij. liquir. ℈ iiij. mellis conſeruatio-
nis, zinz. ℔ j. ſacch. alb. ℥ ij. coquantur omnia ſimul, & fiat elect. de quo accipiat toto anno præſenti
omni mane per quatuor horas ante cibum quantitatem vnius nucis muſc. Et credo in hoc pen-
dere magnam quantitatem curationis eius. Et ſi non poſſet ita frequenter accipere, B
de eo ſaltem accipiat omni tertia die vel bis in ſeptimana quãtitatem iam prædictam.
¶ Quartum vero compoſitum eſt hoc. ℞. *olei de lateribus ℥ j. olei de coſto ℥ ß. emplaſtri*
Vnguentũ. *ceronii, deſcriptione Nicolai in antidot. ℥ iij incorporentur omnia ſimul, & cũ hoc vnguento per to-*
tum menſem Martii omni ſero vngatur tota ſpina eius, quando vadit ad lectum, & ſupponatur fru-
Simplicia. *ſtum lanæ bene carminatæ.* ¶ Primo ergo de ſimplicibus conferentibus ad has diſpoſitio-
1. nes & ſecurius eſt betonica, quæ calida eſt & ſicca in fine ſecundi & primo tertii ſe-
cundum quoſdam. Cuius vſus in cibis confert conquaſſationi & attritioni neruorum,
contuſioni & laſſitudini eorum. Et ʒ j. pulueris eius in potu data omni ſeptimana ſe-
mel in aurora cum ℥ ij. hydromellis calidi etiam mirifice confert toti pectori & cordi.
2. ¶ Secundum ſimplex eſt crocus, & concordant in eo omnes ſapientes, ad pulſum & C
tremorem cordis, eſſe maximum auxilium, & proprie vſus eius in cibis. Et ſi omni
menſe bis acciperet de eo ℈ j. cum ℥ ij. aquæ cichoreæ, efficeret ei præſidium ſingu-
3. lare. ¶ Tertium ſimplex & magnæ vtilitatis eſt bryonia, ſi ex radice eius fiat decoctio,
cum qua fiat clyſtere ſimpliciter. Et ſi etiam ex decoctione radicum eius fomentur
aut ſuffumigetur tota ſpina, eſſet ei iuuamentum arduum. ¶ Quartum eſt vſus cala-
4. menti in cibariis eius mediocri quantitate: eradicat enim materias in profundis nu-
chæ annexas. Et ſi prouenerint ei dolores in ſpatulis & in ſpina, fomententur cum her-
5. ba eius bene calefacta, mirabili enim iuuamento conferret. ¶ Quintum eſt ſeſeli,
cuius decoctio confert dolori dorſi & laſſitudini eius, ſi ex eo dentur ℥ iij in ſeptimana
6. bis vel ter. ¶ Sextum eſt adeps vrſi, ex qua fit inunctio ſpinæ, & confert laſſitudini & du- D
ritiei eius contradictioni, vt Plinius *28. naturalis hiſtoriæ, cap. de eo.* Et hæc de prima par-
ticula huius cap. dicta ſufficiant. Sciendum tamen, quod quando aſſumitur vnum iſto-
rum ſex ſimplicium, dimittant, electuarium & alia.

Pro ſecunda particula huius cap. præmittatur primo purgatio in authumno ce-
Curatio præſentis. lebranda ſecundum hunc modum. ℞. *benedictæ ʒ iij. agarici electi ℈ ij. zinzib. ℈ j. aquæ*
maioranæ ℥ iiij. miſce, & accipiatur cum conditionibus in purgationibus veris ſuperius aſſignatis.
Potio purgans. ¶ Sequenti vero die accipiat hoc digeſtiuum. ℞. *ſyr. roſati ℥ j. ſyr. de eupatorio ℥ ß. aquæ ab-*
Digerens. *rotani ℥ j. ß. aquæ meliſſæ ℥ ij. miſce, & continuet ipſum diebus octo calidum in aurora ſuperdormi-*
endo ei. ¶ Die vero nona immediate ſequenti euacuetur cum hoc. ℞. *electuarii indi ℥*
Euacuans. *ß. aquæ centaureæ minor. ℥ iij. calefiat aqua, & diſſoluatur cum eo electuarium, & abſumatur ob-* E
ſeruatis conditionibus in purgatione veris aſſignatis. ¶ Pro deſcriptione vero compoſiti ad
curam harum diſpoſitionum ſufficientis, præmittatur primo, quod hæ quidẽ diſpoſi-
tiones ſecundum diſputationem faciles ſunt: actu vero & opere prolixę & difficiles,
teſte Gal. *4. interiorum cap. 3.* nil minus; quantum eſt poſſibile ad earum curam ſecurius
peruenire: ponetur hoc compoſitum a Galen. acceptum de melioribus ad torturam
& inclinationem ſpõdylium & ſpaſmum, cuius ſeries eſt. ℞. *calamenti, roſarum, cinamo-*
Electuariũ. *mi, maſticis ameos, phu, meu, hypericonis, zedoariæ, doronici, garyoph. an. aur. j. ſandal. rub. xyloaloes*
an. ʒ j. moſchi ʒ. ß. terantur ſubtiliter, & liniantur cum oleo balſami: deinde incorporentur cum
melle deſpumato, & fiat electuarium: de quo præcipio debere aſſumere omni mane quar-
tam ʒ. vnius & ſunt grana xv. cum ſyrupo de calamento, & fortaſſis quod inuenitur F
litera corrupta, deberet enim ſcribi quarta pars vnciæ, & eſſent ʒ ij. vt ſit ſic deſcriptio.
Simplicia. ℞. *ſyrup. de calamento ℥ j. electuarii præſcripti ʒ ij. incorporentur, & lambendo deglutiatur.* Et ſi
bene conſideras virtutem componentium, omnia ſunt ſimplicia ſecundum omnes
illuſtres viros præclariſſima laude approbata ad diſpoſitiones tales; tu elige compoſi-
tionem

A ſitionem modo tuo. ¶ Primum ergo de ſimplicibus prælaudatis ad hanc diſpoſitionẽ: 1.
& proprie ad accidens moleſtius, quod eſt tremulus & ſaltuoſus motus cordis, eſt ze-
doaria: de qua ſcripſit Auic. quod confert tremori cordis vehementi valde. Et dico, ꝙ
tam interius, quam exterius applicata magnifice conferat: ſiue adminiſtretur in cibis,
vel altero modo adminiſtrationis. ¶ Secundum ſimplex eſt acorus, qui eſt calidus & 2.
ſiccus in fine ſecundi: cuius iuuamentum ad omnes ægritudines lacertorum & ner-
uorum communiter ab omnibus approbatur, intantum, ꝙ de eo circunducunt dea-
coro, & electuariũ de eo, & confectiones & alios modos diuerſæ adminiſtrationis ap-
probantur a ſapientibus. ¶ Tertium vero ſimplex eſt centaurea quælibet & ꝓprie mi- 3.
nor: cuius laudes vere ſunt ad omnes ęgritudines neruorum, lacertorum & iunctura-
B rum: ſiue ex ea fiat emplaſtrum, balneum, embroca, vel fomentum. ¶ Quartum eſt ſe- 4.
rapinum: cuius quidem potentia eſt ad tenſiones, contractiones & iuncturas articulo-
rum, neruorum & lacertorũ: ſiue hoc faciat ſoluendo materias phlegmaticas immer-
ſas in ꝑdictis membris, ſiue linita vel emplaſtrata calefaciendo, reſoluendo & exſiccan-
do conſumat prædictas materias. ¶ Quintum eſt geloum (eſt granum vnum pini tam 5.
maioris, quam minoris.) Cuius quidem iuuamentum excellens eſt ad omnia neruoſa
membra & articulos confortando, imo oleum de granis illis omnes durities iunctura-
rum & oſtracoſitates earum ſoluit. ¶ Sextum eſt hypericon. Nam vſus foliorum eius 6.
in cibis & emplaſtris etiam attrahit materias iuncturarum immerſas: & clyſtere etiam
factum ex oleo eius: & proprie cum oleo de andachocha eſt magni iuuamẽti. ¶ Septi- 7.
C mum eſt mucillago, fœnugræci, & proprie granorũ eius cum aqua cineris facta, ex qua 8.
ſpatula & tota ſpina frequenter liniatur calida. ¶ Octauum non negligendum eſt ſul-
phur & aqua thermarum eius, & ſordities aluceariorum, in qua ſi infundantur ſæpe æ-
grotantes, & cum ea fricentur, tantum iuuamentum accipiunt, quod multi torti actu
entes in aqua diſtenduntur, quaſi ad rectitudinem rationalem. Et ſimile & adhuc me-
lius efficit fumus per anguſtum foramen a fonte, vnde ſcaturit aqua, eleuatus, qui per-
cutiat ſpinam totam, & reflectatur ad eam contrahendo morã ſuper ea vſq; ad tolerã- 9
tiam virtutis. ¶ Nonum, & de familiaribus eſt decoctio aſparagi recentis aſſumpta ſæ- 10.
pe calida; aut ſaltem decoctio radicum eius, quando non inuenitur recens. ¶ Vltimum
ſimplex eſt fæx olei irini, de qua confricentur ſæpe ſpondyli actu calida, & ſuperpona-
D tur eis pellis dabaon, aut ſaltem vulpina actu calida & diligenter circumligata. Et his
adminiſtratis cum inclinatione diuinæ miſericordiæ præſeruabitur & reſtaurabitur
conuenienter, quod ipſi concedat, qui cuncta ſemper felicitat & regulat ad laudes
eius immortales. Amen.

Conſilium CCXXXII. *De gibboſitate cuiuſdam pueri.*

Modus proceſſus in cura huius adoleſcentuli eſt talis. ¶ Primo, quod per quatuor dies mane & ſero fomentetur vel epithimetur locus cum hoc compoſito. *Fomentum.* ℞. *cymini, carui, fœniculi, aniſi, an. M. ij. ſem. rutæ M iij. furfuris craſſi ſcutellas vj. calefiant omnia in caldariola ſuper cineribus calidis abſque flamma, & ponantur in ſacculo, qui applicetur ſecundum conſuetudinem.* ¶ Secundo, quod *Vnguentũ.*
E poſt fomentationẽ vngatur locus cum hoc linimento. ℞ *mucillaginis, fœnugræci & ſem. lini, an.* ℥ j. *olei de ſiſamo & amygdalis dulc. & de ireos, an.* ℥ *j. ß. emplaſtri de mucillaginibus* ℥ *iiij. incorporentur omnia ſimul cum ſufficienti quantitate ceræ, & in fine apponantur croci* ℈ *ij. & ita continuetur per quatuor dies.* ¶ Tertium inſtrumentum eſt, quod poſt iſtos quatuor dies fiat ipſi ligatura cum applicatione condecenti excludente dolorẽ, cui ligaturæ omni die mane & ſero ſuperaddatur vna faſcia abſq; remotione primę: & ita fiat continuatio per ſex dies. ¶ Quartũ eſt; quod poſt iſtos ſex dies iterum fiat reditus ad euaporationẽ ſupraſcriptã cũ inunctione iam ꝑdicta. ¶ Quintum, quod poſt euaporationẽ & vnctionem continuatã quatuor diebus fiat reditus ad ligaturam: prius tamen ſuperponendo
F ceratum toti ſpinæ & ſpatulæ tortæ factum per hunc modum. ℞. *emplaſtri de mucillagin.* ℥ *ij. emplaſtri de oxycroceo* ℥ *j. ß. extendatur ſuper ſubtili corio, vel ſuper panno laneo, qui melior erit*: ſuperponantur aſtellæ cum coto vel ſtupis diligenter circumligatæ: & ita continuentur alteris ſex diebus. ¶ Sextum eſt, quod iſte iuuenculus quandoque in mane accipiat iſtas aquas infraſcriptas. ℞. *aquæ enulæ, aquæ althææ & ireos, an.* ℥ *j.*

Puluis. ¶ Septimum, quod poſt aquas per horas tres accipiat ℈ j. huius pulueris. *℞. cymini ʒ j.* A
ß. ſem. fœniculi, apii, petroſ. aniſi & liquir. an. ℈ ij. pulueriꝫentur omnia per ſe, & fiat puluis. ¶ Octa-
uum: quod huic iuuenculo ſemper poſt cibum detur fruſtum vnum confectionis de
phiſticis cum cinamomo. ¶ Nonum, quod bis in ſeptimana parum ante cœnam detur
Pilula. ipſi vna de infraſcriptis pillulis. *℞. aloes præparat. ʒ j. ß. bdellii mollis & ſubalbidi ʒ ß. ſem. apij*
℈ ß. cum ſucco roſ. formentur pillulæ ex omni. ʒ vij. ¶ Decimum & vltimum eſt, quod in cibis
ſuis, vel poſt cœnam immediate apponatur vel detur modicū de infraſcripto puluere.
Puluis. *℞. cinamomi ſubtilis & electi ℥ ß. liquiritiæ. ſem. althææ, ana ℈ ß. croci ℈ j. pulueriꝫentur omnia*
per ſe, & fiat puluis ſubtilis. Hoc in ſumma eſt regimen, quod videtur mihi vtile ad
laudem Dei, Amen. B

Consilivm CCXXXIII. *De varicibus.*

PRæmissis purgationibus & factis phlebotomiis venarum varicoſarū
lumina plumbi veſtita panno biſello, qui diu ſteterit infuſus in aceto po-
tenti, ſi portetur mediocri adhæſione ligata, ipſa prohibet varices intu-
meſcere & locum confortat. Ceratum prohibitiuum deſcenſus mate-
rierum ad p tientem particulam: & hoc per applicationem eius ad cruris medietatem
vſq; ad genu excluſiue. *℞. ſandaracæ, ſpodii, oſſium dactylorum combuſtorum, aluminis crudi*
Ceratum. *roſ. capellarum glandium ſeminum myrti, plantaginis, coriandri, an. ℥ ß. plumbi vſti ℥ j. maſticis*
ʒ x. picis naualis ℔ j. coquatur pix in aceto acuto vſque ad bonam glutinoſitatem & aceti conſum-
ptionem: deinde addita ceræ ſufficienti quantitate fiat ceratum. Hoc enim prohibet materias C
Vnguentū. ad varices deſcendere. ¶ Vnguentum, quod vlcera ſanat & maxime varicum. *℞ picis*
naualis ℥ j. terebinthinæ reſinæ, an. ℥ j. ß. myrrhæ, ſerapini, galbani, ammoniaci, an. ʒ j. ß. tutiæ
præparatæ, ceruſæ lotæ, an. ʒ ß. amyli ʒ vj. plumbi vſti ʒ j. ß. tutiæ præparatæ, ceruſæ lotæ, an. ʒ
ß. amyli ʒ vj. plumbi vſti ʒ j. ß. oleorum de maſtice, omphacini, an. ℥ ij. ceræ quantum ſufficit, fiat
vnguentum molle bonæ glutinoſitatis. ¶ Linimentum, quod applicari debet poſt vlceris
conſolidationem: nam prohibet materias in loco conſolidato recipi: & ſi quæ ſunt,
reſoluit: & fit omni die bis vel ſemel ad minus, & prohibet vlcerationem communi-
Linimentū. cari oſſibus & profundis partibus membri. *℞. plumbi vſti ℥ ij. acatiæ ℥ j. oſſium dacty-*
lorum combuſtorum & corallorum, mumiæ gipſi torrefacti, an. ʒ x. amyli & proprie de hordeo
℥ j. ß. ſucci foliorum roſarum recentium & conſolidæ maioris, an. ℥ ij. terantur omnia longo tempore D
in mortario plumbeo cum ſuo piſtillo vſq; ad bonam viſcoſitatem, & fiat linimentum.

Consilivm CCXXXIV. *De varicibus in ſiniſtro crure.* ¶ *Diuiditur autem conſilium in quatuor capita.*

Cap. I. *De cauſſis eius & ſignis.*

EXimivs Vtriuſq; Iuris Doctor dominus Petrus de Monte laborat diſpo-
ſitione varicoſa in crure ſiniſtro, quæ etiam extenditur per totam dome-
ſticam partem eiuſdem tibiæ: & eſt quidem hæc diſpoſitio in eo verenda
ſatis, quod pluribus rationibus deduci poteſt. ¶ Primo, quia hæc eſt diſpoſi-
tio diſproportionalis complexioni, quę notabiliter ſanguinea eſt. ¶ Diſproportionalis E
eſt ætati, quæ eſt iuuentus, in qua nō eſt rationabile generari & multiplicari materiam
huius ægritudinis, de qua poſtea dicetur. ¶ Tertio iterum moleſta videtur hæc ægritu-
do eo, quia pendet a materia multa. ¶ Quarto iterum, quia hæc diſpoſitio minatur e-
uentū elephantię, cui valde ꝓpinqua eſt propter convenientiā materierum in genere
proportionali. ¶ Et quinto iterū, quia ſi huius ægritudinis cauſſa materialis exiccaretur
indubitanter produceret ad vlcera difficilis aut impoſſibilis conſolidationis.

Eſt autem diſpoſitio hæc in eo proueniens ex multitudine ſanguinis, cui materia
Cauſſæ. melancholica vel phlegmatica notabiliter commiſcetur: licet materia in mixtione
vincens prima ſit ſanguis, ſecunda phlegma, & tertia melancholia. Et licet hæc diſpo-
ſitio quandoq; fieri poſſit a multitudine ſanguinis laudabilis, vt colligitur *22. tertii tract.* F
1. cap. 4. in hoc tamen patiente hæc ægritudo prouenit a materiebus iam dictis, & non
a laudabili ſanguine, cum hic etiam in mixtione tali multum inueniatur de materia
melancholica, poterit ipſa in venis exuberare tantum, quod ab eis expulſa in capillari-
bus venis & membrorum poris retenta perducet ad elephantiam: tantum enim vicinę
ſunt

A ſunt hæ duæ ægritudines inuicem propter communitatem materierum, a quibus fiũt, quod a ſapientibus inuicem pertractentur: & in eodem capite, vt in pluribus curentur: vt *22. tertii quinto & ſexto cap.* videri poteſt. ¶ Hæc igitur de theoria huius diſpoſitionis dicta ſufficiant.

Signa autem cognitionis eius facile innoteſcunt ſcienti cognoſcere venarũ plenitudinem & extenſionem, viſu & tactu perceptibiles. *Signa.* ¶ Ex quibus facile concludi poteſt, quod dominus iſte ſolers multum eſſe debeat in cautela curationis huius diſpoſitionis, & præſeruationis ipſius a tranſitu in vlcera & elephantiam, ad quas ampliſſime paratus eſt: vt patet ex dictis. ¶ Cum itaque diſpoſitio præſcripta dependeat a malitia complexionis calidæ & ſiccæ ipſius epatis, conuertentis laudabilem ſanguinem in B melancholiam aduſtam, & concurrat etiam ad hanc ægritudinem efficiendam debilitas attractiuæ ſplenis ipſius; propter quam non bene purificatur ſanguis a melancholia fæcali in epate eius genita: propter quod vtraque melancholia tam naturalis, quam aduſta effunditur per venam cauã deſcẽdentem ad crus ſiniſtrũ eius. Patet manifeſte conſideranti inuentio curationis eius diſpoſitionis, quæ fieri debet & compleri per rectificationem malæ complexionis præfatæ, & debitas euacuationes materierum prædictarum. Omnis enim ægritudo de repletione cum malitia complexionis curatur ſufficienter per euacuationem & bonitatem regiminis, *vt quarta primi primo cap.* in fine colligendum. Verum, quia intentio curationis indicata a malitia complexionis indigeret diſcuſſione prolixa, menſurando regimen conuenienter ex parte omnium C ſex rerum non naturalium, & temporis paucitas non concedit: hic ſolum illa particularia tangam, diſcutiendo per omnes res non naturales, quæ mihi vtiliora videbuntur.

Cap. II. *De cura per diætam.*

EVITET itaque moram & habitationem in aere notabilis caliditatis & ſiccitatis, ſimiliter etiam in aere, climate, ciuitate & loco multæ frigiditatis *Aër.* & ſiccitatis: propter primum enim intenderetur lapſus epatis ſupra tactus. Propter ſecundum vero adderetur in debilitatem ſplenis prænominatam: quare neceſſario vtraq; materia multiplicaretur. ¶ Sit itaq; aer ciD uitatis & domus eius inclinatus ad humiditatem & caliditatem. Amplius autem tam ad humiditatem, quam caliditatem, vt contrarietur prædictis. ¶ Et ſimiliter dicendum eſt de annexis aeri, vt veſtibus & ſimilibus, quæ non ita multiplicẽtur in qualitate & quantitate, quæ ſequitur ad eas, ne prædicti lapſus intendantur: propter quod ſummopere prouidendum, ne veſtes eius tali vel tanta ſtrictura applicentur hypochondriis, vt propter vehementem ſtricturam epatis, ſplenis & aliorum viſcerum caliditas innata ſuffocetur, ſicut in ætate noſtra laſciuia iuuenũ conſuetudo facere conſueuit. Similiter eius exercitium tale eſſe debet, vt non calefiat & exſiccet immoderate, neque etiam plene laudo deinceps eſſe indulgendum ocioſæ vitæ, ſicut for- *Motus & quies.* taſſe vſque modo ſe rexit; per talem enim ocio deditam occupationem multiplicenE tur ſuperfluitates omnes: & proprie phlegmaticæ, & iſta eſt cauſſa multiplicationis phlegmatis in eo, quod poſitum eſt ſuperius eſſe partialis materialis cauſſa ſuæ diſpoſitionis. Cum lapſu enim notabiliter intenſo in caliditate & ſiccitate contingit multiplicari phlegma per accidens, ſicut ex priuatione exercitii dictum eſt, propter quod tale phlegma multiplicatum frequenter eſt cauſſa hecticæ, id eſt, conſumptionis corporis: dimittens enim exercitium, hecticam frequenter incurrit, *tertia primi capit. de exercitio in fine.* Si autem occupatio actuum eius omnino ocio expleri cogeretur; ſaltem ſuppleatur reſolutioni faciendæ per exercitium cum fricationibus adminiſtratis ſano pedi eius, ſcil. cruri, aut ſaltem intendatur fricationi ſpatularum & ſimilibus.

¶ Somno autẽ eius debet menſura conueniens exhiberi: ita vt in nocte dormiat horis *Somnus & Vigilia.* F ſeptem ad minus aut ſaltem viij. & proprie in diebus frigoris: corporibus etiam humoroſis conuenit amplior menſura dormiendi, vt melius fiat materierum digeſtio, quã fieret, ſi eſſent corpora ſicciora. In ſumma tamen in hoc conſuetudo attendi debet. Si enim per exceſſum in vigilia non comprehenderet ſequi debilitatem manifeſtam, conuenientius eſſet ei vigilando parumper excedere, quam dormiendo,

vigiliæ enim exſiccant corpora: & ſomnus humectat ipſa: *ſecunda primi de his quæ proue-* A
Motus animi. *niunt ex vtriſq;.* ¶ Amplius ex fundamento in primo cap. ſtabilito facile videri poteſt:
qualis debeat eſſe accidentium animi applicatio. Omnia enim animi accidentia pro-
pter quæ feſtinus & vehemens motus ſpiritibus & humoribus accidit, cauſſæ ſunt in-
tenſionis lapſus in epate ſuo ſupra tacti: fortaſſis autem conuenientius eſt ei incurrere
frequentius accidentia animi calefacientia & exſiccantia, quã accidentia contriſtan-
tia & anguſtias animales facientia: per hæc enim talia multiplicaretur melancholica
materia, quæ maior eſt pars harum varicum. Et facile ex multiplicatione ipſius per-
duceretur ad elephantiam, vt ſupra tactum eſt: videtur itaque, quod occupari debeat
paſſionibus animi, lætitiam & iocunditatem efficientibus: & a prædictis extremis ſe-
cedere quantum eſt poſſibile: licet humanæ vitæ infelicitas in noſtra ætate magis in- B
Repletio & inanitio. ducat ad oppoſitum. Hæc enim non ita facile fieri poſſent ſicut ſcribi. ¶ De reliqua
autem re non naturali, vt repletione, quæ ſequitur ad cibos, paulo poſt in ordinanda
cibatione menſura ſcribetur. Ratione autem approbante, omnino cõuenit ei per ſub-
tractionem ciborum & potuum inanire corpus eius, quod valde repletum eſt, *fames*
enim exſiccat corpora. ſect. 2. aphor. 59. De euacuatione autem materierum in can. euacua-
tionum per medicinalia dicetur inferius. ¶ De regimine vero per cibos & potus am-
plior doctrina neceſſaria foret eo, quia hæc res non naturalis eſt illa, quæ eſt omnium
fere ægritudinum mater & fundamentum, quia per eam materiæ multiplicantur, & in
quanto & in quali excedunt, aut quia fertilitas circa hanc rem non naturalem, eſt cauſ
Aliſtimbre. ſa diminuendi caliditatem innatam, & aliſtimbre, id eſt, digeſtionis conuenienter im- C
peditiua cauſſa, propter quod cibi eius menſura & potus talis eſſe debet, vt nullum no-
cumentũ ex eius quantitate ſequatur. Deterior enim cibus eſt, qui ſtomachi grauitatẽ
efficit, ſicut potus deterior, qui in ſtomacho natat & fluctuat, *tertia primi cap. de regim. per*
cibũ. ¶ Secunda obſeruanda regula eſt, quod nunquam aſſumant cibus & potus: niſi ad
illud irritet naturalis appetitus ſtomachi. Comedere enim & bibere abſq; naturali ap-
petitu faſtidium generat, & chronicas ægritudines difficilis eradicationis. ¶ Tertia, ꝙ
nunquã aſſumatur cibus cum ſtomachi ſatietate & humoroſa repletione, patet ex di-
ctis. ¶ Quarta, quod nutrientia plura numero & ſpecie vitentur: ne materię craſſę per
viam indigeſtionis multiplicentur. ¶ Quinta, ꝙ cibaria nunquã deglutiantur, niſi ſo-
lemniter maſticentur; taliter enim melius digeſtioni parantur. De qualitate vero ci- D
borum: euitanda ſunt cibaria omnia craſſa, inflatiua & melãcholica: vt antiquæ carnes
Cibi. animalium omnium, & piſces magnorum corporum. Item cibaria magnæ ſalſedinis:
Caſeus antiquus, caro ſalita, oleum, cæpæ, porri, caules, raphanus, pyra, cydonia, me-
ſpila, caſtaneæ & ſimilia ſpiſſum & melancholicum ſanguinẽ generantia. Euitetur et ã
panis furfuraceus antiquus & valde coctus. Similiter & legumina omnia euitentur &
proprie oryza, lentes, fabę & phaſeoli. Effugiat etiam multi aceti vſum: acredo enim a-
ceti excitat melancholiã: agreſta etiam & proprie ſalſa multum non placet. ¶ De prę-
parationibus vero euitentur frixa omnia cibaria, & partes ſolidę vel induratę aſſatorũ,
ꝓpter aptitudinem conuerſionis earum ad melancholiã. In reliquis autem cibariorũ
ſpeciebus tã elixatorũ, quam aſſatorum licentiã habeat ſuo placito. ¶ Potus autẽ eius E
Potus. exiſtat vinũ in calore albũ, & nigrum remiſſæ nigredinis: & craſſitudinis ſimiliter a ſu-
perfluitatibus bene expurgatum, ſapore dulce, aut ſibi vicinũ potentia mediocre, aut
ſaltem remiſſæ fumoſitatis, quod ſi oportuerit aqua confrangi, ſit aqua de ciſterna be-
ne expurgata, leuis & diaphana ab omni odoris extraneitate denudata. Hæc de regi-
mine cibationis ſint dicta.

CAP. III. *De regimine præſeruatiuo a varicibus.*

REGIMEN autem medicinalium in duo capit. partiendum eſt, & primo in
regimen præſeruatiuum. Secundo vero in curatiuum huius diſpoſitionis.
¶ Primũ itaq; cap. cõplebitur partim ex his, ꝙ dicta ſunt in regimĩe ſex rerũ F
nõ naturalium, ꝓpter quod prohibetur materierũ huius morbi augmen-
mentatio. ¶ Item completur hoc regimen per ꝓhibitionem deſcenſus materierũ ad
loca patientia: & proprie cum defenſione ex calceo, de pelle canina facto, vt ipſi ordi-
natum eſt. Et ſi quandoque contingeret remoueri calceum prædictum, defendatur
membrum

A membrum a receptione materierum cum ligatura latitudinis trium digitorum, incipiendo a cauillis pedum, & aſcendendo vſque infra genu per duos digitos: deinde cum eadem vel alia incipiendo ſupra genu adhærere ligatura totum eius vſque prope inguina circumuoluendo. ¶ Complent etiam hanc præſeruationis intentionem ablutiones, embrocæ & linimenta. Ablutio itaque ad illud optima poteſt eſſe hæc. ℞. *gallarum cupreſſi, gallarum quercus & proprie perforatarum, ana numero xxv ſumach, granorum* Ablutio. *myrti, corti. granatorum & florum eius, an.* ℥ j. *ſcoriæ ferri* ℥ iiij. *bulliant hæc omnia in aqua vſque ad conſumptionem mediet atis, ex qua tepida in diebus frigidis, & frigida in diebus caloris ambo crura ab inguine vſque ad plantas diligenter abluantur.* Ex illa etiam fieri poteſt embro-
B ca, effundendo ipſam ab alto cum expreſſione per ſpongiam ſuper membris, vt dictum eſt. Ego autem laudabilem embrocam inueni factam ex aqua extinctionis ferri ab alueolo fabrorum accepta: & proprie quando in eadem longo tempore fuerint exſtincta ferramenta. ¶ Linimentum bonum ad eandem intentionem. ℞. *ſcoriæ ferri ſubtiliſſime pulueri zatæ* ℥ j *ſandaracæ, hypocyſtidos acatiæ, thuris, hæmatitis karabe, an.* ʒ *ij. glutinis piſcium diſſoluti cum aceto nigro* ℥ j. *olei de maſtice, olei de myrto an.* ℥ *iij. ceræ q. ſ. fiat vnguentum molle: quod poſtea leuiter bulliat in* ℔. *j. aceti rubei vſq. ad conſumptionem eius.* Linimentu. Hanc etiam intentionem eandem complet hic potus laudabiliter ab omnibus approbatus, & proprie. *22. tertii allegato cap.* ℞ *aquæ lactis caprini* ℔. ß. *epithymi* ℥ ß. *violarum* ʒ *j infundantur omnia ſimul per diem naturalem deinde colentur & exprimantur. & aqua illa calida bibatur omni menſe ſemel.* Hæc de præſeruatione ſufficiant. Potio.
C

Cap. IV. *De regimine curatiuo varicum.*

SI autem ad canonicam curationem tranſire opus eſſet; quod cognoſcitur eo, quia membrum incraſſabitur & venæ illius manifeſte intumeſcent: & grauitas in membro percipietur progreſſiuum motum notabiliter impediens: & quarto ex ſenſatione frigiditatis: quinto ex ſtupore, id eſt, diminuta ſenſatione quadam: ſexto ex ſoliditate vel membri duritie inualeſcente. Signa erunt neceſſitatis exquiſitæ curationis, quæ ita fieri debet. Signa neceſſitatis cu... ¶ Primo quidem euacuetur antecedentis materiæ particula ſufficiens per phlebotomiam baſilicæ eiuſdem patientis partis: & accipiatur inter annularem & auricularem digitos ex- 1. Intentio
D trahendo ſanguinis ab ℥ iij. vſque ad vj. Sequenti vero die ſoluatur venter cum infuſione de epithymo in præcedenti cap. deſcripta. ¶ Secunda vero intentio curatiua 2.
eſt materierum diuerſio de qua licet plura ſcribere poſſem, nulla tamen erit felicior materierum diuerſio, quam prouocatio hæmorrhoidum: iuxta teſtimonium veterum. *Melancholicis enim, maniacis & varicibus hæmorrhoides innatæ bonæ.* ¶ Aperiantur ſect. 6. ap.
itaque hæmorrhoides ſæpe fricando eas cum foliis ficus, aut conſolidæ ma. aut cum felle tauri, aut cum panno de biſo multum aſpero, aut cum ſuperpoſitione ventoſæ diligenter ignitæ. ¶ Tertia vero principalis intentio eſt materierum coniunctarum particularis euacuatio: & illud quidem fit cum phlebotomia ſaphenæ partis patientis; per quam ſufficienter educatur ſanguis in toto crure contentus: aut ſaltem 3.
E fiat hoc cum ventoſis ignitis in domeſtica parte carnoſitatis coxæ & tibiæ applicatis, per quas ſufficienter ſugatur ſanguis, & ſi abhorreret phlebotomiam & ventoſas, fiat ſaltem illud cum ſanguiſugis in prædictis partibus applicatis. ¶ Quarta intentio principalis eſt membrorum recipientium confortatio, quæ quidem ſufficienter fit cum calceoligaturis, ablutionibus & reliquis, quæ in præcedenti cap. tacta ſunt. 4. 5.
¶ Quinta eſt materierum antecedentium digeſtio, quæ licet partialiter fiat cum rectificatione facta per regimen ſex rerum non naturalium; conuenientius etiam fieri poteſt per hunc ſyrupum; qui accipiatur per octo dies: deinde interpolentur dies aliqui: & iterum reaccipiatur bis vel ter vſque ad manifeſtationem ſufficientis digeſtionis. Eſt autem ſyrupi deſcriptio talis. ℞. *ſyrup de epithymo* ℥ *j. oxymellis* Syrupus digerens.
F *de keiſim*, id eſt, *de leuiſtico* ℥ *j. aquæ bugloſſæ & capillorum veneris, an.* ℥ *ij. & accipiatur in aurora, poſt quem tardetur cibus horis quatuor.* Sexta eſt materierum eradicatio, quæ licet 6.
fieri poſſit cum medicina de epithymo iam deſcripta: etiam non minus ſufficienter complebitur per hoc medicamen. ℞. *confectionis hamech deſcriptione maiori Meſ.* ʒ *iij. electuarii diaſenæ* ʒ *ij. aquæ bugloſſ.* ℥ *ij. caleſiat, & accipiatur in potu in aurora, & tardetur ci-* Potio eradicans.

bus quinq; horis: & tunc accipiatur cyathus vnus aquæ hordei calidæ: poſtquã per vnam horam ac- A
cipiatur prandium.¶ Si autem abhorreret medicinam potabilem, accipiat pillulas iſtas.

Pillulæ. ℞. *pillularum de lapide lazuli, pillularum de lapide armeno, an.* ʒ ß. *reformentur pillulæ vij. cum electuario ſucci roſarum, & accipiantur & obſeruetur poſt eas, ſicut poſt præcedentem medicinam ſcriptum eſt fieri debere.* ¶ Septima & vltima intentio eſt rectificare partes mandantes, vt epar, ſplenem, in quibus materiæ melancholicæ prædictæ generantur: quæ quidem partes licet prædictis inſtrumentis in aliis intentionibus confortari poſſint: duo tamẽ ſpecialia in rectificatione membrorum, & prohibitione aggregationis: & mixtionis melancholiæ cum ſanguine ex illuſtrium veterum ſententiis experte cognoui. ¶ Et primum eſt confectio dicta lætificans a Rhaſe deſcripta 9. *Almanſ. cap. de melancholia:* de qua omni mane per horas quatuor ante cibum accipiatur a ʒ iij. vſq; ad vj. ſiue fiat li- B
quida ſiue ſolida confectio talis. ¶ Secundum vero ſpeciale eſt electuarium ad melancholiam non ſolutiuum, quod deſcribitur ab Auicenna 2. *de viribus cordis, vlt. cap.* & eſt notabilis operationis valde, cuius vſus eſſe debet, ſicut de prædictis dictum eſt. Hæc itaque ſunt, quæ mihi vtiliora viſa ſunt in regimine diſpoſitionis huius viri. Ad laudem Dei omnipotentis, Amen.

CONSILIVM CCXXXV. *De tumore cruris cum corruptione partis cutaneæ.*

TVMOR & corruptio cruris huius viri omnino pendet a ſanguine melan-
cholico, per aduſtionem in eo factam a mala complexione calida ipſius: qui C
ſanguis melancholicus fertur ad tibias per vtrumq; ramum venæ cauæ deſcendentis, & ex multa mora, quam contrahit ibi, acquirit iterum putrefactionem: propterea, quia multitudo eius ſuffocat innatum calorem cruris eius: vnde propter acuitatem corrumpit cutaneam partem: pars ergo ſubtilior illius inſenſibiliter euaporat, craſſa vero pars tumefacit membrum: & proprie magis in parte inferiori, vbi calor eſt debilior. Ad hoc etiam concurrit profundatio illius corrupti ſanguinis inter ligamenta & extremitates venarum & arteriarum, & chordas muſculorum. Cognoſcitur autem, quod ſanguis melancholicus ſit non fæcalis, quoniam in loco inuenitur nigredo permixta rubedini ſimilis colori more ſeminaturi: etiam quia ca-
lor tactu percipitur non cum forti delitia illius membri. Si enim fæcalis melancho- D
lia dominaretur in ſanguine, foret neceſſarium ibi percipi frigiditatem, duritiem & nigredinem in membro manifeſtas.

Propter quod intelligenti ſatis facile apparet, inueniri poſſe modum conuenientis curationis huius ægritudinis: vt in ſequentibus apparet. ¶ Itaque primo neceſſarium eſt rectificare intemperiem epatis, materiam illam multiplicantis. ¶ Secundo principaliter eſt neceſſarium prohibere fluxum materierum ad crura. ¶ Tertio oportebit abſcindere materiam iam in membro receptam. ¶ Quarto confortare membrum recipiens. ¶ Quinto & vltimo rectificare regimen patientis.

Rectificatio intemperiei epatis. Potio. Pro expeditione inquam primi explicentur ipſi tria inſtrumenta lapſum epatis
calidum conuenienter corrigentia. ¶ Primum hoc eſt. ℞. *aquæ cichoreæ, ſcar. an.* ℥ j. E
ß. *aquæ eupator.* ℥ j. *miſce: & accipiatur omni ſeptimana ter in aurora, & tardet cibum horis quatuor.* ¶ Secundum eſt hæc confectio, de qua accipiat rotulam vnam ante cibum, & aliam poſt cibum diebus intermediis, quibus non aſſumit aquas, cuius deſcriptio. *Rotulæ* ℞. *trochiſcorum de violis, ſpodii, cuſcutæ, an.* ℈ j. *capill. veneris* ℈ ij. *ſquinanti, maſticis, an. gran. vj. ſacchari albi* ℥ iij. *cum aqua cichoreæ, fiat confectio in rotulis trium vel quatuor dragmarum.* ¶ Tertium, quod in fine x. dierum accipiat ℈ ij. de inf. aſcriptis pillulis in aurora: & illo mane quieſcat in domo, & non comedat, niſi tranſiuerint horæ quinque poſt aſſumptionem ipſarum, quarum deſcriptio. ℞. *pillularum aur.* ʒ ß.
Pillulæ. *pulu. de reubarb.* ʒ j. *lapid. armen. præparati* ℈ j. *diagridii, gran. j. formentur pillulæ v. ex ij.* ℈.
quas accipiat, vt ſupra. F

Prohibitio fluxus materierum ad crura. Pro ſecunda intentione quatuor videntur mihi neceſſaria remedia, & adminiſtranda antequam membrum maiori tumore tumeſcat & corrumpatur. ¶ Primum inquam horum eſt, vt omnino procuret aperire hæmorrhoidales venas, & ſi natura prouidiſſet de earum apertione omnino caueat adminiſtrare earum conſtrictiuum

ſuper

A ſuper locis: imo neq; comedat cibaria aliqua de his, quæ dicentur in intentione quinta.¶ Si autem venæ illæ non eſſent naturaliter apertæ, tunc pungantur cum ſetis porcinis: vel penna acuta: aut ſaltem fricentur cum foliis conſolidæ maioris: & fortior illa eſt fricatio cum foliis fici, & adhuc fortior eſt fricatio cum felle tauri: & omnium fortiſſima fricatio cum puluere euphorbii vel ellebori albi. ¶ Semper autem in hac materia ſuſpectam habui phlebotomiam prædictarum venarum: multos enim hominum per eas perductos vidi ad vlcera, & fiſtulas difficilis conſolidationis, propter quinque cauſſas in altero conſilio de materia pulchre declaratas. ¶ Et ſi talia non poſſent adminiſtrari, quia æger effugiat ea, tunc ſaltẽ fiat ei ter in anno phlebotomia baſilica, inuenta, inter annularem & minutum digitos ſiniſtræ manus.

B Tertiam intentionem, quæ eſt materiæ iam in membro receptæ conueniens abſciſſio, complent medicinæ reſolutiuæ, in quibus eſt virtus lenificationis, &c. Et ego conſcribam duas, quæ videntur notabilis iuuamenti effectiuæ. Prima eſt hæc. *Materiæ in membro receptæ abſciſſio.* *℞. olei roſar. ℥ iij. olei aneti ℥ ij. olei de maſtice ℥ j. ß. lithargiri ℥ j. ſarcocollæ ℥ j. maſticis, thuris minuti, an. ʒ j. terebinthinæ, reſinæ, an. ℥ j ß. tuciæ præparatæ ʒ ij. amyli ℥ j. ceræ ℥ j. ß. diſſoluantur ſimul, & coquantur olea & cera: & cum cœperint tepefieri, addantur ſpecies ſuper cineribus longo tempore agitando, tunc ergo infundantur in eis panni molles tribus vel quatuor vicibus poſt eorum infrigidationem. Poſtea cum iſtis pannis inuoluatur membrum:* & erit bonum reſolutiuũ: ſi bene conſideras. ¶ Secundum inſtrumentum eſt hoc. *℞. pinguedinis anatis melis, an. ℥ j. ß. olei omphacini ℥ iiij. thuris, maſticis, ſarcocollæ, reſinæ ſiccæ, an ʒ j. ß. plumbi combuſti ℥ ß. pulu. gallar. cupreſſi torrefactarum ʒ j. terebinthinæ ℥ j. ß. ceræ ℥ j. fiat vnguentũ bene tenax, cum quo veſtiatur membrum a medio crure inferius vſq; ad medietatem pedis vndiq;.* *Vnguentũ.*

C Pro quarta vero principali intentione cum apparuerit membrum iam eſſe rectificatum, tunc fiat ei hoc vnguentum, quod apponetur eo modo, quo prædictum eſt, & ſuper eo portetur caligula facta de panno corii hirci, cerui vel canis, vt conuenienti adhæſione membrum amplectatur. Non curo hic ponere modum abſciſſionis fluxus materierum, quæ fit per venarum ſectionem. Ego enim tale curationis ingeniũ ſemper habui ſuſpectum: & nullum vidi hominem, qui ex curatione tali non incurreret periculum mortis aliquando, & peſſimarum ægritudinum euentum: ſicut hydropis apoſtematũ, renũ, epatis aut ſplenis, & ſic de aliis. Cuius vnguenti deſcriptio eſt *Confortatio membri recipientis.*

D talis. *℞. olei roſ. ol. de maſt. an ℥ j. ß. olei omphac. ℥ iiij. ſandarac ſpodii thuris hypocyſt. an. ʒ ij. corall. rub. oſſium dactylorũ combuſtor. an. ʒ j. ß. ſem. roſar. cupularũ, glandium gallarum perforatarũ, an. ʒ j. oppopanacis ℥ j. ceræ q. ſ. fiat vnguentum molle, & adminiſtretur, vt ſupra.* *Vnguentũ.*

Pro quinta intentione principali euitet homo iſte omnia infraſcripta: videlicet legumina elixa, cibos paſtiles, caules, carnes ſalitas, caſeum antiquum, vinum nigrũ & valde craſſum. Hęc eſt cura huius diſpoſitionis ad laudem omnipotentis Dei. Amen. *Rectificatio regiminis.*

¶ *Pro eodem.*

VLTRA illa, quæ iam immediate ſupraſcripta ſunt, & applicata fuerunt remedia ſuper crure & pede nobilis & ſpectabilis comitis Bernardini: & etiam cum omni ſolertia ſtudioſa cõſideraui neceſſariũ eſſe prouidere ipſi ſex ſolemnio-

E ribus remediis, pro ipſius recuperanda ſanitate, vt nunc ſequitur. ¶ Primum inquam ipſorũ eſt, vt omni mane parum poſt ortũ ſolis & omni ſero, quando vadit ad lectum, a media tibia inferius totum membrum vngat vſq; ad plantam pedis cum hoc vnguento. Primo mediocriter fricando ſaltem per viij. partem horæ cum conuenienti caliditate, deinde ſupponatur magnum fruſtum lanæ ſuccidæ bene carminatæ, aut ſaltem faldellam de coto diligenter calidam: & hoc per 8. dies continuos. *℞. olei de keiri ℥ iij. olei vulpini ℔. ß. pinguedinis melis & anatis, an. ℥ ij. croci ʒ j. olei roſ. ℥ viij. picis naualis ℥ ij. ceræ alb. ℥ iij. opii ℈ iiij. fiat vnguentum ſpiſſum in mortario: poſtquam tepefactum fuerit, teratur in mortario vehementi contritione addendo moſchi, gra. iij. ligni aloes ʒ iij & longo tempore terantur.* *Vnguentũ.* ¶ Secundum remedium eſt, vt aliis octo diebus ſimiliter & horis prædictis iungat

F membrum cum ſecundo vnguento. *℞. olei omphac. olei roſ. an. ℔. ß. farinæ amyli ℥ j. ß. croci ʒ ij. hyoſcyami, corticũ mandragoræ, an. ℥ j. vitellos ouorum num. vj. ſanguinis drac. bol. arm. terræ ſigillatæ, hypocyſt. acatiæ ſandaracæ, an. ℥ ß. conquaſſentur in mortario, & fiat vnguentum ſpiſſum.* *Aliud.* ¶ Tertium eſt, vt ſuper loco, vbi factum fuit vulnus, apponat vnum de iſtis ceratis & continue affixum teneat ibi: & aliud in exteriori parte oppoſita illi. *℞. emplaſtri de*

Ceratum. *mucillaginibus ℥ ij. croci ʒ j. diſſoluatur cum vino aromatico & fiant cerata duo.* ¶ Quartum A eſt, vt omni quinta die aut ſexta parum ante cœnam accipiat vnam de iſtis pillulis, vt *Pillulæ.* facere ſolebat Paduæ. *℞. aloes ablutæ ℥ ß. bdellii mollis ℈ ij. armoniaci ℈ j. formentur pillulæ ex omni. ʒ vj. cum melle roſarum.* ¶ Quintum eſt, vt omni ſero, quando vadit ad lectum, faciat inungi totam ſpinam a cingulo inferius per longum & latum, cum hoc oleo bene calefacto, & ſuperponat cotum vel lanam, vt in primo capite dictum eſt. *Vnguentũ.* *℞. olei de violis citrinis de chamo. de coſto, an. ℥ ij. croci, ſandaracæ, an. ʒ j. conquaſſentur in mortario.* ¶ Sextum eſt, vt vtatur iſta confectione ſemel accipiendo de ipſa poſt cibum duo vel tria fruſta. ¶ Et credo quod ex applicatione iſtarum ſanus erit. *℞. confectio-* *Confectio.* *nis de pineis ℔ j. electi cinam. ℥ j. & fiat confectio.* Ad laudem omnipotentis Dei. Amen.

B

Consilivm CCXXXVI. *De Elephantia ſecundum duas eius ſpecies.*

Elephantica diſpoſitio & Varicoſa, quomodo differat.

NON eſt dubitandum, quin ægritudo huius viri ſit elephantia, intelligendo partem totius magni pedis & excreſcẽtiã, ſine manifeſta apparitione venarum & arteriarum intenſione ipſarum. In hoc enim differt elephantica diſpoſitio a varicoſa. Licet enim in elephantica ægritudine materia multa, vel accidens, contineatur in venis & arteriis. In varicibus vero materiæ ipſæ in venis & arteriis continentur ambæ. Sed coniuncta cauſſa elephantiæ in poris membrorum multiplicata & congregata membra magnificat & extendit. Et ex hoc concluditur, quod diſpoſitio varicoſa facile admodum aſſociet ſibi elephantiam. ¶ Neque etiam hic per elephan- C tiam intelligo ſpeciem vnam lepræ, quæ fit a ſanguine infecto a melancholia naturali, aduſta illius lepræ ægritudine capti magnificantur & corrumpuntur in membris, & *Quid hic per elephantiã intelligatur.* earum figuris, vt ſenſus oſtendit. Sed hic intelligo per elephantiam membrorum excreſcentiam præter naturam, prouenientem a ſanguine multiplicato quantitatiue multum, vel a multitudine craſſi phlegmatis cum ſanguine commixti, aut a nimia quantitate melancholici humoris in venis & arteriis multiplicati, quæ ſunt materiæ antecedentes, a quibus infunduntur in poris membrorum materiæ, extenſionem & magnitudinem præternaturalem efficientes. Intantum, quod membra elongantur a quantitate mediocri, & euenit in eis magnitudo & extenſio omnium indiuiduorum humanę ſpeciei tranſcendens magnitudinum omnium brutorum animalium D longitudinem excedit.

4. Species elephantiaſis. Ex quorum fundamento deduci poteſt, quod quatuor præciſe ex ſententiis illuſtrium virorum aſſignari poſſint ſpecies elephantiæ.

Et prima quidem eſt ex ſanguine naturali excellenter multiplicato in quantitate, cum in aliquo eorum, qui conſuetus fuit euacuari ſanguis per nares, per hæmorrhoides, per mictum, per menſtrua, per phlebotomias & alia ſimilia: & retinentur tales euacuationes: & continuatur aſſumptio ciborum & potuum ſanguinem multipli- *1 Ex ſanguine naturali.* cantium, carnium laudabilium, vini dulcis, rerum pinguium, ſaccharo multo conditarum, & ſæpe multiplicatur, & ſi contingat hominẽ exercitari multum, & vehementer exercitio peditandi: tunc ſanguis ille multiplicatus fluxibilitate ſua ad inferiora E delapſus, venas & arterias implet, a quarum orificiis, vel poris effuſus in membra generat elephantiam.

Signa. Signa eius ſunt velocitas euentus ipſius, & magnificationis ſuarum ſpecierũ. ¶ Secundum eſt caliditas magna in parte præſentata. ¶ Tertium grauitas notabilis, minor tamen, quam in aliis. ¶ Quartum rubor manifeſtus ad purpureum declinans. ¶ Quintum tenſio notabilis. ¶ Sextum durities reſiſtens imprimenti, minus tamen, quam in melancholica, & magis quam in phlegmatica. ¶ Septimũ, quarundam puſtularũ apparitio in ſuperficie cutis, quæ tamen non multum magnæ ſunt. ¶ Octauum pulſatio arteriarum maior, quam in aliqua ſpecierum aliarum.

Cum autẽ hæc ſpecies elephantiæ euenerit, quod tamẽ raro eſt: tunc patet quod F *Curatio.* eius curatio triplici intentione pficì poſſit. ¶ Et prima quidẽ eſt multiplicati ſanguinis euacuatio, & pficitur quidẽ per phlebotomiã baſilicæ educẽtẽ quãtitatẽ notabilẽ ſanguinis, cũ tolerãtia tamẽ virtutis, q̃ iterũ in omni menſe reiterari debet. ¶ Itẽ & cõpletur *1 Intentio.* hæc intentio ꝓuocatione euacuationis retentę, a quacunq; parte cõtigerit, ſicut aptio menſtruo-

A menſtruorum in muliere aut apertio hæmorrhoidum aut narium in ea, & in viro. ¶ Et tertium, quo completur iſta intentio, eſt euacuatio materiei coniunctæ: & de ꝓpinquo tranſire ad coniunctã per applicationem ſanguiſugarũ ſuper domeſtica parte coxarum & crurum. Similiter & applicatione ventoſarum cũ ſcarificatione ibidem, quę e iã ſæpe reiterandę ſunt: virtutis tamẽ conſeruata cõſtantia. ¶ Secunda principalis intentio eſt rectificatio regiminis ſex rerũ non naturalium, vt ꝙ æger morã contrahat in aere ad caliditatẽ & ſiccitatẽ inclinato, dormiat ſuper ſtrato aſpero & duro. Exercitetur omni exercitio ſudoris ꝓuocatiuo, vigilet magis, quã prolixe dormiat. Applicẽtur ei noua, & hiſtorię ipſum triſtari & anguſtiari facientia. Dimittat quantitatem ciborũ & potuum notabiliter. ¶ De qualitate vero ciborum vtatur his, quę frigida ſunt & ſic- 2. *Diæta.*

B ca, multiplicantibus ſanguinẽ per ambas qualitates aduerſantia, vt ſunt caules, lentes, fabæ antiquæ, carnes recẽtes & ſalitæ, & antiquus caſeus. Et vtatur pane furfuraceo aut de hordeo, aut de ſpelta facto. Vinum bibat ponticum & acre notabiliter. Et ſaporibus acribus & acetoſis nutriatur artificialiter, etiam cibaria eius præparando cum arantiis, agreſta, ſumach, cydoniis, meſpilis, ſorbis & ſimilibus. ¶ Tertia vero principalis intentio eſt repulſio ſanguinis a particula patiente, facienda cum repercuſſiuis in principio adminiſtrandis: ſicut ſæpe lauando membrum cum aqua aluminoſa frigida, aut in qua ferrum ſit exſtinctum. Aut in qua gallæ quercus, lentes, balauſtiæ, ſem. plantaginis, cortices granatorum, nuces cypreſſi, acatia, hypocyſtis, & ſimilia cocta fuerint, totum pedem magnum ſæpe abluendo his aquis frigidis aut ſaltem te- 3.

C pidis. ¶ Linimentum bonum ad iſtud. ℞. *ſucci ſolatri* ℔. *ij. farinæ hordei* ℔. *j. foliorum memitæ vel ſi ſeſeius in hyeme ſanguinis draconis, acatiæ an.* ℥ *j.* ß. *boli arm.* ℥ *ij. terantur omnia ſimul diligenter, & fiat linimentum, ex quo bis vel ter in die leuiter confricando vngatur.* ¶ Cum autem ægritudo in augmento comprehenſa fuerit; tunc prædictis addantur parum reſoluentia a repercuſſiuis ſeparata, velut ſunt chamomil. melilot. ſem. aneti, daucus, aniſum, ſem. al hææ, thus, maſtiche, ſandaraca, crocus, coſtus, eupatorium, hyſopus & ſimilia. ¶ In ſtatũ vero, quando iam res confirmata fuerit, reſolutiuis vtendum eſt; propter quod ſuccus eupator. ſuccus chamedr. chamepytheos de leuioribus ſuccus abrotani rutæ ariſtologiæ vtriuſque: & eorum aquæ, ſublimationes, vel decoctiones conuenientes ſunt. ¶ Linimentum bonum ad iſtud. ℞. *myrrhæ, ſarcocollæ, aniſi,* *Linimentũ.* *Aliu d.*

D *dauci, ſpicæ, croci, an.* ʒ *ij. ſucci rutæ* ℥ *iiij. ſucci fœniculi* ℥ *viij. vitelli ouorum numero quatuor, farinæ fabarum* ℥ *iij. farinæ ſiliginis* ℥ ß. *terantur ſucci cum farina in mortario longo tempore: poſtea incorporentur ſecum ſpecies aliæ, & fiat linimentum*, quod ter vel quater in die toti membro applicetur.

SECVNDA vero principalis ſpecies elephantiæ, quæ ab auctoribus colligitur, eſt contingens ab humore melancholico in ſanguine multiplicato: qui tamẽ neque adultus, neque vehementer inflammatus eſt. Si enim perueniret ad illud, tunc acuitate ſui corrumpendo continuitatem membri, perduceturad vlcerationem: & fieret tunc elephantia vlceroſa, quæ vt plurimum incurabilis eſt, & non *II. Species ab humore melancholico.*

E niſi magna difficultate curatur: eo quia vt plurimum conuertitur in cancrum aut gangrænas, vel eſtiomenum & aſchachilon, quæ ſunt complexionem & ſubſtantiam membrorum corrumpentia. De quorum curatione in hoc opere nihil dicendum eſt, vt nunc: ſed ſolum de elephantia proueniente a melancholia in ſanguine multiplicata abſque aliqua aduſtione.

Signa eius ſunt membri frigiditas notabilis ſenſu tactus percepta. ¶ Secundum ſoliditas intenſa compreſſioni reſiſtens abſolute. ¶ Tertium grauitas valde magna ab ægro percepta. ¶ Quartum impoſſibilitas aut difficultas exercitii progreſſiui aut motus membri. ¶ Quintum nigredo membri conſimilis colori mori propinqui ad perfectam maturationem. ¶ Sextum venarum varicalium occultatio. ¶ Septi- *Signa.*

F mum cruſtularum in ſuperficie membri frequens apparitio. ¶ Octauum, quarundam varicalium linearum in ſuperficie membri apparitio, velut eſſent rugæ ſolidæ multum.

Cum ergo apparuerit hæc diſpoſitio: tunc ſumma curationis eius eſt per intentiones quinque perficienda. ¶ Et prima quidem eſt materiei vniuerſaliter replentis

euacuatio. ¶ Secunda earum diuerſio. ¶ Tertia materierum a membro fluentium A repercuſſio. ¶ Quarta partis iam receptæ ab ipſo extractio. ¶ Quinta & vltima regiminis rectificatio. ¶ Et colligi poſſunt hæ intentiones. *14. terapenticæ, cap. de cura ſcliroticorum apoſtematum. Et quarta primi capit. 25. de medicationibus apoſtematum : & tertia quarti, tractatu ſecundo, eodem cap. & 22. tertii cap. de cura elephantiæ. & 13. continentis primo cap. & nono Almanſ. cap. de elephantia, & in diuiſionibus 108.*

I. Intentio. Materiei vniuerſaliter replentis euacuatio. Prima itaque intentio pluribus completur inſtrumentis. ¶ Primum eſt vniuerſalis euacuatio facta de baſilica ſiniſtri brachii ſub cubito poſita, per quam euacuentur ſanguinis ℥ v. vel iiij. oportet enim euacuationem proportionatam eſſe repletioni, ſed non eſt poſſibile has ægritudines fieri abſque repletione magna. Igitur oportet euacuationem eſſe notabilem. Patet conſequentia cum maiori *tertio techni & B 4 primi, cap. 3. & 4.* & minor eſt nota & ꝓbata ſuperius. Quomodò enim pauca materia poſſet membrũ perducere ad tantã extenſionẽ? ¶ Si autẽ non poſſet hæc phlebotomia adminiſtrari ꝓpter occultationem venæ, aut quia æger nõ patitur ipſam, tunc ꝓuocetur ſanguis ex naribus: per talem enim locũ frequenter educitur materia multa, vt patet, *4. primi, cap. de quartana.* ¶ Aut tertio aperiantur menſtrua in muliere & hæmorrhoides in viro, & hæc cauſſa, quare in viro iſto conatus ſum aperire hæmorrhoidas cum linimentis prius explicitus. ¶ Aut ſaltem fiat frequens appoſitio ſanguiſugarum aut ventoſarum ſuper crure facto permutatim deſurſum aut deorſum, aut nũc in domeſtica, aut in poſteriore parte applicando ea: & ſi poſſent applicari tales euacuationum ſpecies, tunc ſuppleatur cum eis euacuando melancholiam ſanguini ad C

Potio. mixtam cum pharmaciis appropriatis ad illud : & ſcribam tria ſpecialia. ¶ Primum eſt hoc. *℞. cathartici imperialis deſcriptione Nicolai in antidotario ʒ ß. lapidis armeni diligenter præparati ℈ ß. aquæ decoctionis folliculorum ſenæ ℥ ij. ß. miſce, & totum calidum detur in potu, & dormiat poſt ipſum per horam vnam cum ß. deinde calefacto ſæpe ventre & ſtomacho cum pannis calidis.* Deinde poſt quintam horam accipiatur cyathus vnus aquæ hordei ſaccharatæ calidæ: & poſt ipſam tardetur cibus per horam integram. ¶ Secun-

Alia. dum vero ſolutiuum ad hoc eſt. *℞. electuarii ſolutiui ad melancholiam deſcriptione Auicennæ ſecundo de viribus cordis prope finem ʒ vj. aquæ boraginis ℥ iij. miſce, & detur & fiat de*

Alia. *eo, vt de alio dictum eſt prius.* ¶ Tertium vero eſt hoc. *℞. aquæ boraginis, bugloſſæ an ℥ j. ß. thymi, epithymi, an. ʒ j. ß. ſalis indi, gran. v. polypodii, folliculorum, lapidis lazuli, lapidis D armeni præparatorum an. ʒ ß. infundantur omnia in aquis prædictis calidis cum iſtis ſpeciebus. ℞. aniſi, cymini, croci, an gran. vj & mane calefiat totum ſimul: & bene miſcendo fortiter exprimatur, & detur in potu cum ʒ ij. electuarii diaſenæ ſecum incorporando.*

II. Materierũ diuerſio. Secunda vero principalis intentio iam virtualiter completa eſt, ſpecies enim euacuationum ſupra tactæ ſufficienter materiam diuertere poſſent: quibus tamen duo diuertentia ſolemnia ab auctoribus peritioribus inuenta ſunt. ¶ Quorum primum eſt vomitus. De quo lege *quarta primi, cap. de iuuamentis vomitus:* quod autem conferat notabiliter, lege ibidem. Fiat ergo vomitus iſto modo. *℞. lapidis lazuli non præ-*

Vomitoriũ. *parati, polypodii, an. ℈ ß. ſalis indi, gran. vj. cymini, aniſi, ſumach an. gran. viij. ſacchari ℥ ß. aceti ℥ j. aquæ fontis tepidæ ℥ iij. detur totum in potu, & per mediam horam poſt impellatur pen- E na vſque ad principium meri commotionem faciendo ibidem : penna tamen prius oleo intincta,* aut commotio fiat ibidem cum digito longiori : & facile educetur materia melancholica electiue ab illis medicinis attracta. ¶ Secundum vero inſtrumentum eſt adminiſtratio clyſteris. *℞. florum boraginis, bugloſſæ, radicum ænulæ, an. M. j. thymi, epi-*

Clyſter. *thymi, folliculorum ſenæ, an. M. ij. polypodii M. iiij. polypodium prius per ſe bulliat : & reliqua poſtea bulliant. Et huius decoctionis accipiat ℔. j. electuarii diaſenæ ʒ vj. lapidis lazuli & armeni præparatorum an. ℈ j. ſalis indi. ʒ ß olei de ſiſamo ℥ iiij. miſce totum, & fiat clyſtere.*

III. Materierũ a membro fluentium repercuſſio. Linimentũ. Tertia vero intentio principalis completur per inſtrumenta tria repellentia materiam a particula patiente : & primum eſt hoc. *℞. pulu. gallarum cypreſſi ℥ ij. maſticis, ſarcocollæ, thuris, an. ℥ ß. roſ. ſumach, an. ℥ j. acatiæ, hypocyſtidos, thuris, ſem. plantaginis. F an. ʒ vj. farinæ volatilis ℥ ij. terantur omnia ſimul in mortario cum aqua violarum, & fiat linimentum.* Repercuſſio enim in materiebus frigidis & ſiccis debet fieri cum medicinis calidis & ſtipticis : & quia materiæ iſtæ promptę ſunt conuerti in durationem, debent confrangi cum medicinis humidis. Et ita hoc compoſitum virtualiter com-

plet ſen-

A plet ſententias auctorum, *vt quarta primi cap. 25. & in locis allegatis.* ¶ Secundum verò & principale eſt hoc. *℞. ſucci eupatorii partes ij. ſucci vermicularis partem j. miſce, & infundantur in ipſum panni, & ſæpe applicentur toti particulæ patienti.* Aut ſaltem applicentur tribus diebus panni infuſi in ſucco vermicularis: & quatuor diebus infuſi in ſuccum eupatorii: & ſic fiat reuolutio de vno ad reliquum permutatim. Sic enim curantur apoſtemata frigida: vt ſupra viſum eſt. ¶ Tertium compoſitum, quod præualet aliis, eſt hoc. *℞. ſucci portulacæ par. ij. ſucci ſolatri part. ij. ſarcocollæ ℥ ß. myrræ ʒ v. conquaſſentur ſimul, & infundantur in ipſum ſpongiæ planæ & ſubtiles: & circumligentur membro.* & erit in caſu huius viri nobilis experientia ſolemnis. Et habeat in memoria ſua, vt ſæpe accipiat ſaltem omni quarta die vnam de pillulis eidem ordinatis, parum ante B cœnam. Et conetur attrahere materias & diu per hæmorrhoidas confricando cũ vnguento, quod ipſi inferius applicari faciebam, quod erat. *℞. olei de viol. de croco, an. ʒ iij. ireos, piperis longi, euphor. an gran. ij. ceræ, quantum ſufficit, fiat vnguentum.* Et iſtud vnguentum dicitur caputpurgium, quando de eo parum naribus imponitur, &c. & eſt extractum ex antidotario magiſtri Ger. ſecundum informationem eius ſecretam.

Epithema. — *Aliud.* — *Vnguentũ.*

IV.

Quartam vero intentionem, quæ eſt reſiduum materiei, quæ in parte collecta eſt conſumere, complebit inſtrumentum triplex. ¶ Primum eſt, vt bis in die per ſpatium horæ mediæ euaporetur membrum totum cum hac decoctione. *℞. ariſtologiæ longæ & recentis, cucu. aſinini, abſynthii, an. M. j. chamed. chamep. an. M ij. myrrhæ ℥ ß. ſandaracæ ʒ vj. bulliant omnia in x. ſitulis vſq; quo remaneant vij. deinde caleſiat ſexta pars huius,* C *& infundantur in ipſam lap. albi rotundi inuenti in fluminibus: & recipiatur fumus ille ſuper toto membro bene tecto.* ¶ Secundum inſtrumentum eſt hoc. *℞. colophoniæ ℔. ß farinæ amyli ℥ ij. lithargiri, ſandaracæ, an. ʒ ij. radicum ſerpentariæ ℥ ij. terantur omnia ſubtiliter: & diu agitando incorporentur cum ſucco foliorum lauri.* & eſt medicamen nobile. ¶ Tertium vero principale & ſimplex omnium materierum finaliter conſumptiuum valde notabile eſt, vt ſæpe lauetur cum aqua exſtinctionis ferri, & proprie calida. Et quia ægritudo huius viri eſt illa, quæ continetur in hoc ſecundo cap. Ideo conſulo, quod adhæreat curationi ſuiipſius cum his, quæ ſcripta ſunt in inuentionibus prædictis. ¶ Quinta & vltima intentio principalis eſt, quod vir iſte in regimine ſuo euitet cibaria omnia melancholica, de quibus ſcriptum eſt ſupra. Et vtatur cibis calefaci- D entibus & humectantibus remiſſo gradu. Et vtatur ſummopere quiete quantũ poteſt. ¶ Si vero neceſſe eſt membrum exercitari, ſemper ligetur ante exercitium a cauilla pedis vſque ad inguina: & procedat in aliis, vt in regimine prædictorum dictum eſt, &c.

Partis iam receptæ ab ipſo extractio. — *Fomentum.* — *Regiminis rectificatio.*

Consilivm CCXXXVII. *De iuncturarum doloribus per criſin factis.* ¶ *Diuiditur autem Conſilium in ſectiones duas.*

Sectio I. *De ægritudine ipſa continens capita duo.*

Cap. I. *De cauſſis debilitatis iuncturarum.*

E PROPOSVI iam diu, vir honorande, conſilium condere, quo præſeruari poſſis a deteriori lapſu dolorum vel debilitatis iuncturarum, & quo etiam à præſenti debilitate euadere poſſis. ¶ Et quia conſilium iſtud non bene enucleari poteſt, niſi præmiſſa diligenti inueſtigatione cauſſarum debilitatis tuarum iuncturarum. Ideò tanquam fundamentum conſurgit hic: primo inueſtigandum eſſe debere: deinde præſeruatiui nec non curatiui regiminis ordo ſecũdum illuſtrium auctorum ſententias ſuccincte tractabitur. ¶ Primitus tamen naturalis tuæ complexionis iudicium præmittendum: vt exinde præternaturalis iuncturarum lapſus facilius apprehendatur. ¶ Dico ergo complexionem tuã naturalem fore cholericam: cuius ſigna ex parte animi ſubtilitas ingenii, acuitas intellectus: facilis addi- F ſcendorum apprehenſio: frequens animi perturbatio, promptitudo in expediendis, & velox appetitus, vigiliæ & alia ſimilia. ¶ Ex parte corporis ſigna ſunt totius habitudinis macies, capillorum criſpitudo, color inter rubeum & album ad citrinum vergens, pilorum multitudo & alia breuitate dimiſſa. Hæc eſt complexionis tuæ notitia, quæ ita in aperiendo regimine haud parum auxiliabitur.

Signa complexionis cholericæ.

¶ *Debilitatis autem iuncturarum tuarum* cauſſas inueſtigare volentes: oportet plura præmittere, quæ de tua ægritudine mihi vera viſa fuerunt. ¶ Fuit igitur *febris*, quæ tuum corpus in itinere cepit, ſecundum mihi narrata *pura tertiana*, quæ ſic duobus paroxyſmis vt collatum fuit, terminauit: apud vero tertium paroxiſmum, ſiue fuerit ex motu corporis, aut ex aere, vel regimine non congruo, vel ſimili cauſſa, ſupercalefacto epate & incenſa cholera ad venas tranſmiſſa, facta eſt *tertiana continua*. Et tandem circa venas cordis multiplicata & exardens, *in cauſonidem* terminauit cum intenſiſſimo cordis pulſu, caliditate, arſura ſtomachi, renum & epatis, cum tantaq; virtutis debilitate, quod cum primitus pulſum tetigi, de perditione haud parum naſcitur: ſicque cum debilitate tali diem ſecundum & tertium a mea viſitatione tranſiuimus indeficienti ſemper febre, immoderata etiam ſiti, & neceſſitate exſtinctionis febrilis caloris inſtantiſſima: ita quod conſentiētibus canonib. audacter deterius ſ ſpicans ad exſtinguendum tranſiui *cum anguria & eius aqua*, ex ſententia Auicen. *prima quarti de cura tertianæ*, dum inquit: *Melon vero indus*, id eſt, *anguria eſt res maximi iuuamenti, cum hoc, quod ipſe ſoluit & prouocat, & frangit vehementiam caloris, & facit ſudare, quam etiam concedunt omnes auctores*: & Rhaſ. *in diuiſionibus: & decimo Almanſ. Serapon ſexto breuiarii. Auerrois ſeptimo coll. Auenzoar tertio theiſir*: & generaliter omnes. Factis inſuper epithymatibus cordi, epati & renibus, vt regulariter faciendum eſt: remiſſus fuit febrilis calor virtutis debilitate tali remanente; quæ nedum phlebotomiam, quæ neceſſaria fuiſſet: imo nec leue lenitiuum pati potuiſſet, ſed ſolum mellita collyria ponebantur. ¶ Dumque materiam digerere conarer, virtutis robur expectans, vt euacuarem, vigeſima ſuperueniente die *materia critica ad pedum iuncturas eſt tranſmiſſa*, quæ multa exiſtens cum virtute debili dolorem adhuc præſentem tuis iuncturis impreſſit, virtutemque vigorare percupiens iuncturas poſtpoſui tumentes, ſciens criticantem virtutem non debere impediri, nec criticam materiam repercuti. Et quia calida erat, & in venis antecedens cauſſa eius, calidas non patiebatur medicinas, non phlebotomiam, non pharmaciam. ¶ Dumque ſic pluribus diebus virtutis robur exſpectarem, ceſſante iam febre, & aliqualiter ſubleuata virtute: *balneum adhibui ex medicinis leuiter calidis & reſolutiuis.* Primum fere gradum non tranſeuntibus in quarta parte lixiuii: & tribus vini nigri mediocris, & non multæ ſtipticitatis. Cumque ſic ter balneum applicuiſſem, inſtante fui neceſſitate coactus ciuitate exire per dies octo. Secundus igitur Medicus conuocatus fuit, qui balneum adhibuit ex calidioribus valde medicinis, antecedentemque materiam fortioribus digerere medicinis, & fortioribus educere pharmaciis eſt auſus: potius ad iuncturas plus effudit, quam eduxerit. Tandemque dum ego redirem illius regimine prætermiſſo: primoq; & efficaciori facto balneo & reſolutiuo vnguento ſubiuncto, fortificatæ fuerunt tuæ iuncturæ, adeo quod progreſſiuum motum ſatis commode tolerabant, ſicut recordari potes, quando ciuitatem exiuiſti. ¶ Inſuper autem dum in rure ſtares, aut ex inordinato regimine, vel ex noua aggregata materia, aut ex reliquiis priſtinæ coadiuuantibus hoc acciderit, vel ex partium fuerit debilitate noua refluxit ad iuncturas materia faciens recidiuam; quæ vſque nunc iuncturas in menſe moleſtat: & videtur ex ſignis aquoſum fore phlegma ſanguini commixtum: tument enim leuiter iuncturæ, receditque ac accedit tumor: nec digito fit in cute impreſſio multa, nec eſt extenſio immoderata, ſed leuis: nec ponderoſa, & ſui ſubtilitate ligamentis imbibita motum impedit progreſſiuum: doloremque non facit, niſi motu excitetur, ſicque vſque principaliter relicta eſt. Hæc ſunt, vir honorande, cauſſæ, ſigna & accidentia tui morbi: quæ omnia reuerentia tua bene nouit eſſe veridica. Tranſeo igitur ad regimen explicandum.

Arthritis critica.

A B C D E

Cap. II. *Cui actui Medici huius ægrotantis regimen ſubiiciatur.*

Dico itaque, quod regimen tuum non plene reperiri poſſit niſi videatur, cui procuratiuo Medici actui ſubiiciatur. Cum autem Medici actus triplex exſiſtat, ſcilicet conſeruatio; quæ debetur corporibus ſanis: præſeruatio, quæ debetur neutris; & curatio, quæ infirmis. Oportet prouidere, an ſubiiciatur conſeruationi, an præſeruationi, an curationi. F

¶ Pro

A ¶ Pro his igitur dicendum, quod regimen tuum ſubiiciatur actui conſeruatiuo in na-
tura complexionali; quia non eſt in complexione læſio, quæ alium vertat ad ſe actum.
Præſeruatiuo vero actui ſubiicitur in natura complexionali, quia iuncturæ læſæ ſunt:
& in operationibus motiuis impeditæ: & iſte actus poteſt etiam vocari permutatiuus
vel reductiuus: vt colligitur *tertio techni, tractatu primo, quarto cap.* Si vero permutare
poteſt etiam regimen iſtud, ſubiice actui curatiuo, quantum ad lapſum in iuncturis
exiſtentem, vt ſcilicet remoueatur cauſſa coniuncta, quæ ægritudinem immediate
facit. ¶ Cum autem conſeruatiuum regimen, debeat fieri per ſimilia, *vt tertio techni,
tractatu primo, & quarta primi, ſecundo cap.* Ideo oportet regimen ex parte non naturaliũ
rerum declinare ad calidum & ſiccum, qualis eſt complexio tua naturalis, quia chole-
B rica. Et cũ actus præſeruatiuus fiat partim per ſimilia, partim per contraria, pluribus &
diuerſis applicationibus: & ſic regimen tale eſſe oportet: quia modo ſimile, modo con-
trariũ diuerſis & pluribus applicationibus. ¶ Lapſus autẽ iuncturarum, quia ſubiicitur
actui curatiuo, complebitur per contraria: quia omnis cura per contrariũ fieri debet:
quæ omnia 3. *techni* colligenda ſunt. ¶ Ex quibus patet, ꝙ regimen tuum debeat eſſe
per ſimilia quantũ ad complexionẽ naturalem; per contraria vero & ſimilia quantum
ad lapſum complexionalẽ paulatim & pluribus applicationibus: & per vere contraria
quantum ad materiam iam in iuncturis effuſam, vt infra patebit.

C

Sectio II. *Continens capita ſex.*

Cap. I. *De debita adminiſtratione aeris.*

REGIMEN igitur tuum principaliori diuiſione in duo diuidendum eſſe pa-
tet, ſcilicet primo in debitam rerum nõ naturalium adminiſtrationẽ: ſecũ-
do in conuenientẽ medicinarum applicationem. ¶ Primum igitur aggre-
diens, quoniam ſcis res nõ naturales fore ſex, ſcil. aer, cibus & potus, motus
& quies, inanitio & repletio, ſomnus & vigilia & accidentia animi. A primo igitur in-
choando, dico: quod aer, in quo moraris, debeat eſſe ad calidum & ſiccum declinans,
nõ valde tamẽ: talis enim eſt tuæ naturali complexioni ſimilis, & ꝓhibẽs multi phleg-
D matis aggregationem, quod plurimum eſt huius morbi cauſſa. ¶ Eligatur ergo aer ca-
lidus & ſiccus naturaliter vel artificialiter, quietus, nõ ventoſus, non vaporoſus: vnde
flante auſtro vel borea nõ ambules nec equites: ſi tamen neceſſitas vrget his tempori-
bus, tunc ſint caput, & collũ pannis diligentiſſime cooperta: vitetur etiam ſtatio in do-
mibus terraneis vel ſubterraneis, & noua lapidea ædificia habentia etiam ſolaria vel te-
ſtudines lapideas: & antiqua etiam ædificia vitanda ſunt. ¶ Et ſit camera ſpatioſa, clara,
non ſuffocati aeris. Ideo quolibet die circa horam tertiam, aere non exiſtente ne-
buloſo aperiantur feneſtræ: deinde poſt veſperas claudantur: ſitque aer cameræ a-
romaticus. ¶ Vnde poſſet iſto modo rectificari. *℞. thuris minuti ℥ i. ſandaracæ, thuris* *Puluis pro ſuffitu.*
gummoſi, an. ʒ vj. nucum ℥ v. ligni aloes ʒ iij. contundantur, & huius pulueris ponatur coch-
E *lear vnum ſuper prunas, aut ſuffumigetur cum myrra, foliis lauri & laudano æqualiter.*
¶ Fiatq; aer cameræ calidior tempore hyemis vſque ad medium veris, & remiſſius ca-
lidus a medietate veris vſque ad medietatem authumni. Fiatq; ſi commoditas aderit,
ſæpe ignis in camera ex lignis iuniperi vel lauri, ſi occurrerent. ¶ Nec appropinques
multum flammę ignis: vnde rectius eſſet, vt haberetur hypocauſtum ſiccũ taliter ædi-
ficatũ, vt feneſtræ fierent a parte orientali, & eſt melius, vel a parte ſeptentrionali: cu-
ius pauimentum fiat ex lignis laricis & ſolium ſimiliter, in qua habitares ſecundũ pluri-
mum a principio Octobris, vſq; ad finem Februarii: cuius etiã aer aromatizetur, vt ſu-
pra: & nõ fiat tamen eius aer calidus valde. ¶ Vitetur etiã, ne ſtatio vel manſio in loco
luminis lunæ vel etiam cameræ, in qua ſplendet radius lunæ. ¶ Vitetur etiam, ne in ca-
F mera conſeruentur feles, quia macris prohibetur, vt Auenzoar *primo theiſir.* ¶ Et
quia veſtes annectuntur aeri, ideo eligendæ ſunt veſtes ad calidum & ſiccum decli-
nantes: tales enim ſunt proprie complexionis conſeruatiuæ, & generationis aquoſi
ſanguinis, vel phlegmatici prohibitiuę: quia cauſſa eſt antecedens & coniuncta lap-
ſus tui: vt viſum eſt ſupra: vnde laudo veſtes ſuffultas pellibus vulpinis de marte,

&de dorſis variorum: laudo etiam, vt fiant caligæ ex leporis pelle vltra genu longæ. A Confortant enim membra omnia, vt Auenzoar *primo theiſir.* & teneantur caligæ iſtæ in nocte: ſimiliter valent caligæ de pelle vulpina. ¶ Caput autem in nocte & die cooperiatur pileo & caputeo ex panno de grana facto: & ſit byretum ſuffultum pellibus agninis leuibus: & multoties permutetur: ne ſudor vel ſordities capiti noceant. Caputeus etiam, qui portatur, non ſit ex panno in guado tincto: Eſt enim in eo virtus ſtiptica materias in centro coarctans, vt Serap. *in proprio cap.* Laudo etiam, vt in die ſub caligis portentur caligæ ex pelle leporis factæ, adhærentes non late nec ſtricte valde: confortant enim & conferunt iuncturis iuuamento magno. Infra etiam cum de motu tractabitur, aliquid de his dicetur. Hæc de aere ad præſens: & ad ſecundam rem non naturalem tranſeundum eſt. B

Cap. II. *De regimine per cibum & potum.*

Secvndam rem non naturalem expediens, quæ in ordine fuit cibus & potus: a cibo principium accipiam. De pane primo mentionem faciens: eſt enim ipſe tanquam fundamentum & ſumma cibariorũ omnium. ¶ Primo tamen ſalubrius apparet, quod aliquæ præmittantur regulæ in hoc obſeruandæ. *Regulæ circa cibum ob ſeruandæ.*

1. ¶ Prima, quod nunquam comedas niſi naturalis fames inſurgat: & cum affuerit in hoc non fiat mora: quoniam tolerare famem ſtomachum malis replet humoribus.
2. ¶ Secunda, quod cibaria in hyeme comedantur temperate, & non ſuperflue calida: & in æſtate tepida, imo verſus latus frigiditatis trahentia. C
3. ¶ Tertia, quod dum intenſa eſt fames, non ſaturetur appetitus: imo comedendum eſt reliquiis famis adhuc in ſtomacho manentibus, &c.
4. ¶ Quarta, quod non comedas niſi poſtquã ſenſeris cibum a ſtomacho ad inteſtina manifeſte deſcendiſſe: & in hoc limitetur tempus: ita quod inter cibum & cibum ad minus cadant horæ octo.
5. ¶ Quinta, quod non comedas vnquam, dum ſentis in ſtomacho faſtidium, & maxime ſi fuerit ex craſſis humoribus. Quoniam comedere ſuper faſtidium ex craſſis humoribus hæreditare facit dolores iuncturarum & renum, dyſpnœam, podagram, duritiem ſplenis & epatis, & morbos melancholicos & phlegmaticos, vt colligitur, *tertia primi, cap. de regimine eius, quod comeditur.*
6. ¶ Sexta, quod ſubtiles cibos ſemper ante craſſos comedas, qui vero ſubtiles, leues & craſſi exiſtant, infra videbitur.
7. ¶ Septima, quod menſura cibi tui talis exſtat, ne ſtomachum aggrauet. D Deterior enim comeſtio eſt, quæ ſtomachi grauitatem facit: ſicut deterior potus, qui temperamentum egreditur, & in ſtomacho natat.
8. ¶ Octaua, quod dũ ſentis ſtomachi grauitatem a comeſtione abſtineas: donec leuitas conſequatur: & ſi ſentitur debilitas in ſtomacho, non impleatur cibis, qui neceſſarii forent: ſed partiẽdus eſt cibus ita, quod qui in vna vice ſufficeret, in duas partiatur: vt & virtus, quod eſt ſuum, melius digerere valeat.

¶ Aliæ etiam particulares regulæ in particularibus cibis & potibus colligentur.

Panis. Ad panem igitur tranſiens dico conuenire tibi panem modicum furfuraceum, de frumento tempore hyemali & vernali factum. Æſtiuo quoq; & authumnali ſit de pura ſimila plus ſalis habens, & de fermento: aut ſit panis de duabus partibus farinæ E frumenti: & tertiæ ſpeltæ: aut ſaltem ſit de farina frumenti tota. ¶ Laudo etiam hyeme & vere, niſi prohibeat ventris conſtipatio, vſum panis biſcocti facti cum granis fœniculi. *Panis diureticus.* ¶ Tempore autem quolibet laudo panem factum cum puluere aniſi, de quo ante cibum ſumantur boli quatuor vel quinq;. Diureticus eſt enim panis iſte. Ideo conuenientiſſimus auctorum omnium ſententia, & rectior eſt vſus, quam biſcoctus. ¶ Qualiſcunq; tamen comedatur panis, ſit optime pinſatus, leuigatus, coctus & communi modicum ſalitior: cuius tamen repletio vitanda eſt, vitetur etiam panis non bene coctus aut valde. Hæc de pane.

II. Carn. Veniendo ad carnes, talis diuiſio præmittatur, quia primo dicendum eſt, quorum animalium carnes conueniant. ¶ Secundo, quorum membrorum ex animalibus. F ¶ Tertio, quis coctionis vel præparationis modus eſſe debeat. ¶ De animalibus autem domeſticis primo dicendum eſt, ſecundo de ſylueſtribus. ¶ Ex domeſticis autem animalibus: primo de quadrupedibus; ſecundo de volatilibus. ¶ Ex animalibus autem domeſticis quadrupedibus, dico conuenire carnes vitulinas lactentes, non

multum

A multum natiuitati propinquans, per tres menſes ad minus ad ipſa diſtantes, & annum
vnum non multum tranſeuntes. Item conueniunt carnes capreti ſuis temporibus, nō
multum tamen natiuitati vicinæ per menſem ſaltē vnum etiam ab ea diſtantes. Agni-
næ autem & caſtratinæ, pecorinæ & porcinę recentes: quia humidæ valde, vitandæ
ſunt. Si tamen ex ipſis ſumere libeat, ſint non valde pingues & raro & aſſatæ potius,
quam elixæ. Bouinæ autem & vaccinæ & reliquæ craſſę dimittãtur, nec dico inconue-
niens ſumere etiam in menſa tres vel quatuor inciſuras carnium ſalitarum porcina-
rum: ſi ſint macræ & non antiquæ, & in vſu potius frigidis, quam calidis tempori-
bus. ¶ Ex quadrupedibus autem animalibus ſylueſtribus conueniunt carnes le-
B porinæ mirabili laude & capreolinæ, & quandoque carnes cuniculi & apri iuue-
nis: caro etiam eritii, quia aperitiua eſt, multum ad hoc conferre probatur: &
ſimiliter ſi haberentur, laudarem multum carnes ceruinas. ¶ Ex volatilibus au-
tē domeſticis conuenientes ſunt pullinæ non valde paruæ, vnde parui pulli quaſi mu-
cillaginoſi exiſtentes vitandi ſunt, meliores tamen eſſent aſſati, quam elixi. Conueniūt
etiam gallinæ, capones, pauones, ſi habentur: & pipiones non valde molles nec duri,
antiquæ etiam gallinæ & aliæ dictæ euitentur: & ſimiliter anſeres & anates non come-
dantur, niſi raro, valde iuuenes & aſſatæ ſaltem anates. Ex ſylueſtribus autem volatili-
bus eligendæ ſunt perdices, phaſiani, paruæ aues in nemoribus & dumetis degentes,
vt turdi, meruli, fringillæ, cardueles muſcadelli, philomelæ & ſimiles: conueniunt
montanæ aues omnes, ſicut ficedulæ, alaudæ, caudætremolæ, hyrundines, paſſeres
C & picæ: licet non ſint in vſu, & turtures non valde pingues. Conuenirent etiam ſtar-
næ, licet non ſint apud nos: & mirabili laude laudant auctores omnes carnes ſylue-
ſtrium columborum. Ideo laudo, quod vtaris eis, in omni enim neruorum paſſione
mirabiliter iuuant. Conferent autem ſtornelli ex iudicio rationabili, licet non ſint in
vſu. Qualeæ autem pingues valde, anſeres & anates ſylueſtres euitentur, & generali-
ter omnes aues in aquis degentes. Si tamen ex eis quandoq; ſumere libeat, comedan-
tur cum aliquo ſaporum infra dicendorum.

Quantum ad piſces, dico omnium piſcium generaliter vſum multum eſſe vitan- *Piſces.*
dum: neceſſitate tamen conuenire poſſent piſces fluuiales & fontales, & marini ſolida-
rum carnium: vt oradæ, varioli, marſiones, ſteriliones, torrentinæ, carpio-
D nes & cæteri parui: fluuiales, vt capedani, lucii & ſimiles: omnes autem alii piſces, vt
lacunales, vallini & lutoſi, vt anguillæ, tincæ, reginæ & ſimiles: & etiam marini ma-
gni pingues euitentur: conuenire etiam poſſunt cephali non multum tamen aceto
macerati. Et ſimiliter laudo ſturiones ſalitos, lucios, carpiones, & aliquando cephalos
ſalitos. Anguillæ vero ſalitæ, morenæ & alii piſces humidi valde, licet ſint ſaliti, euiten-
tur. Cancri etiam fluuiales, quandoque comedi poſſunt: ſed non cum puro aceto:
ſed cum ſalſa infra ſcribenda: qui tamen frigidi ſunt & difficilis digeſtionis, in com-
muni vſu non habeantur.

Oua etiam igne cocta conueniunt: facta tamen per coctionem ſolida, & non *Oua.*
valde mollia ſale condita. Conueniunt etiam cocta in aqua præparata cum aromati-
E bus infra dicendis: & conuenire etiam poſſent frixa & præparata cum petroſelino,
mentha, fœniculo & ſimilibus, de quibus infra. Sint quoque oua gallinæ potius,
quam anſeris.

Lactis vero vſus vitandus eſt: nocet enim neruis & eſt inconueniens eis, qui *Lac.*
indigent regimine ſubtiliatiuo. ¶ Aqua vero lactis, quia choleræ ſolutiua eſt, conue-
nire videtur. Sed quia intentio principalis in te eſt ad phlegma, ideo melius eſſet ſi
biberetur aqua lactis, quod infunderetur ſibi carthamum aut ſal. & poſſet eſſe talis
modus. *℞. aquæ lactis cyathum vnum vel ℔ j. carthami ℥ ij. ſalis communis ℈ j. infundatur* *Modus conficiẽdi aquã lactis.*
puluis in ſero in aqua lactis calida: in mane autem coletur & bibatur totum calidum. Et laudo
hanc medicinam bis in anno debere ſumi: vt xv. diebus continuis in menſe Maii &
F totidem in menſe Septembris. Stabit enim medicina talis loco purgationis. ¶ Re-
cocti autem inſimul cum aqua, etiam ſine aqua lactis potes conuenienter vti: ad æ-
qualitatem enim tendit. Iuncata vero, quia craſſa eſt & tardæ digeſtionis, non mul-
tum in vſu habeatur. Si tamen quandoq; æſtiuo tempore placeat ſumere, fiat cum
ſaccharo & aniſo vel fœniculo, vel cum tragea puluerizata ſecundum conſuetudinem.

¶ Lac etiã cum ouis coctum ſuperaſpergendo cinamomum conuenire poteſt. ¶ Ca- A
ſeus in vſu ſuo non habeatur,& caſeata etiam cibaria. Si autem accipiatur, eligatur me-
dius inter nouum & antiquum ad ſalſedinem aliqualiter declinans, medium etiã in-
ter durum & mollem: & ex tali tua condiantur cibaria, raro tamen.

Legumina. De leguminibus vero & granis nunc dicendum: & generaliter omnium legu-
minum corpora vitanda ſunt. Decoctio autem cicerum rubeorum cum fœniculo vel
petroſelino conueniens eſt. Cicera alba, fabę, phaſeoli & lentes euitentur. Oryza au-
tem & panicum laudabilia ſunt: & ſimiliter dorella, ſtante maxime ventris conſtipatio-
ne. Frumentum autem in ferculo vitetur.

Olera. Ex oleribus vero & fructibus quibuſdam conueniunt: Primo fœniculus, petro-
ſelinum, ſerpillum, mentha, ſaluia chærfolium, roſmarinus, bleta borago: caulibus B
etiam coctis cum carnibus pinguibus, quantum ex rationabili iudicio, non eſt incon-
ueniens vti. Si tamen propter indiuiduales proprietates ex eis, vel ex aliquo eorum
nocumentum perciperes, omittantur. Magis tamen laudo decoctiones caulium &
bletarum, quam eorum corpora. Cucurbitæ vero reprobabiles ſunt, ſimiliter cucu-
meres, anguriæ. ¶ Melo etiam, quia frigidus & humidus, euitandus eſt: tempore ta-
men vaſti caloris non inconuenit ſumere ex eo aliquid, & proprie cum ſeminibus
ſuis: & ſecundum Auicen. præceptum, debet comedi poſt alia cibaria, vnde *ſecundo
can. primo capit.* Melo autem eſt tardæ digeſtionis, niſi quando comeditur cum eo,
quod eſt interius eius: & ipſius quidem nutrimentum eſt rectius, & eius humor eſt
melior, oportet præterea, vt poſt cibum ſequatur alium: qui autem dant ipſum ante C
cibum non cupiunt ex eo nutrimentum: & timent longam eius moram in ſtomacho,
propter quod ſuſpicantur putrefactionem ex eo fieri. ¶ Olera vero frigida, vt lactu-
ca, endiuia, portulaca, ſpinachia, blitæ, naſturt. attriplices & ſimilia non ſunt tibi con-
uenientia. Si tamen tempore æſtus magni in forma ſalatæ ex eis liberet ſumere, miſce-
antur cum petroſelino, mentha & aliis calidis ſupra tactis, & condiantur cũ bono oleo
communi, ſale & aceto, in quo prius bullierint ſemina aniſi, petroſelini & fœniculi: &
non ſit acetum valde acre, & ex iſtis fiat ſalata.

Radices. De radicibus autem conuenire poteſt baucia, ſecundum omnem præparatio-
nis modum, quia aperitiua eſt. ¶ Allium autem, porrum, cæpæ & bulbus licet ex par-
te complexionis eorum conuenirent, tamen quia inflatiua ſunt hæc omnia & ſtoma- D
cho nociua, & mali humoris generatiua, ideo dimittantur. ¶ Rapę etiam & napi igne
cocti, quandoque comedi poſſent cum ſale & fœniculo. Compoſtę etiam conueni-
re poſſent non multum acetoſæ, ſed ſufficienter melle conditæ. ¶ Radix autem, quæ
comeditur, quandoque accipi poteſt, & maxime poſt cibum; facit enim digeri ci-
bum, & licet ſit inflatiua, tamen plus prodeſt: quare diuretica ſubtiliatiua, exiccatiua,
reſolutiua, non multum tamen in vſu habenda eſt. ¶ Locuſta etiam, id eſt, rampon-
cioli, quia calidi ſunt, comedi poſſent; melius tamen eſt, quod coquantur, & cum aro-
matibus & aceto non valde acri condiantur.

Fercula. Ex ferculis autem vti poteſt panata facta cum brodio laudatarum carnium cum
pane ſupradicto, conuenit etiam ius cicerum rubeorum, ius caulium bletarum & E
radicum conuenientium, vt petroſelinum & ſimilia. ¶ Laudantur fercula herba-
rum & granorum, de quibus ſupra facta eſt mentio; conueniunt etiam ſuis tempori-
bus bruſcandoli & aſparagi, conditi tamen cum aceto nõ valde acuto, vt ſupra, etenim
tales aperitiui ſunt & optimi.

Fructus. De fructibus vero generalis regula eſt, quod omnes aquoſi, humidi & viſcoſi eui-
tandi ſint, & generaliter omnes recẽtes deteriores ſiccis. ¶ Secunda regula, quod fru-
ctus lenitiui ventris ſemper præmittendi ſint aliis cibis, & conſtipatiui poſtponendi.
¶ Tertia, quod fructus, qui poſt cibum comeduntur, plurimum meliores ſint cocti,
Poma. quam crudi. ¶ Poma igitur vitanda ſunt, & præcipue vſus eorum: aſſiduatio enim co-
meſtionis pomorum facit euenire dolorem neruorum proprie in vere. Si tamẽ quan- F
doq; ex eis iuuat accipere, ſit poſt cibum, & ſint cocta: & ſaccharo aſperſa: dat enim
eis ſaccharum lenitionem: & eligantur poma apiola & dactylica: aut calimana, aut
gaiola, aut aliæ pomorum ſpecies ad dulcedinem trahentes. ¶ Pyra vero ſe-
Pyra. curius, quam poma ſumi poſſent in hyeme poſt cibum igne cocta cum ſaccharo,

vt pyra

A vt pyra ſancti Nicolai, pyra glatiola ſementina, & alia ſimilia non valde dura. Ea vero, quę dura ſunt, ſolida & inſipida, magis euitentur. Æſtate vero eligantur pyra muſcatella, iuniola, glatiola, de pola & ſimilia, & ſumantur poſt cibum, nec tamen ex eis ſtomachus impleatur. *Perſica.* ¶ Perſica vero, quia frigida & humida euitentur. Si tamẽ ex eis quandoq; ſumere libet, ſit raro, & eligantur non valde per maturationem mollia, & ſecundum Aui. præceptum debent ſumi ante cibum: poſt cibum n. prona ſunt corruptioni, & frequenter alios cibos ad putrefactionem diſponunt. *Pruna.* ¶ Pruna etiam frigida ſunt & humida: ideo euitanda; quandoq; tamen intentione mundificandi ſtomachum a cholera ſumi poſſent ieiuno ſtomacho ex eis quinq; vel ſex, & ſint nigra vel citrina. Sicca vero, quia pontica, euitentur. *Vuæ.* ¶ Vuæ laudantur, ſi ſint albæ: quia nigris meliores ſunt; & antequã com-
B edantur, ſteterint collectæ ad minus per tres vel duos dies, & comedantur poſt cibum vel ante ſi placet. *Ficus.* ¶ Ficubus etiam vti potes, maxime albis vel citrinis, vel rubeis recentibus, bene maturis, & comedi debent ante cibum. Eſt enim in eis lenificatio vltima, *2. canon.* Et ideo poſt eas conceditur potus aquæ, vt adiuuet ad lenificandum, ex eis tamen meliores tibi ſunt ſiccæ, quia ſtomacho conformiores: aperiunt enim oppilationes epatis & ſplenis: quod in te maximum eſt remedium: apetitiua enim taliter patientibus laudauerunt valde ſapientes. Quia tamen ficus ſiccæ ſua caliditate aliqualiter nocere poſſunt epati, choleram augendo: ideo docuerunt ſapientes auctores, vt cum amygdalis comedantur dulcibus, augetur enim ab eis lenificatio earum. ¶ Et quidam dixerunt, quod ſi comedantur cum nucibus in ieiuno, mirabilis iuuamenti ſint in aperien-
C do vias cibi. ¶ Laudauerunt etiam non parum ſapientes Arabes & Hiſpani vinum de ficubus conferre ſtomacho, incitare appetitum, prouocare vrinam, lenit etiam ventrẽ, abſtergit, velociterq; deſcendit & penetrat. Et poſſet fieri ſic, vt in maſtello vno muſti ponerentur lib. iiij. ficuum ſiccarum, & bulliret totum in ſimul, & intelligi etiam poteſt vinum de ficubus, vinum, in quo coquerentur ficus ſiccæ. Et licet ficus calidæ exſiſtant, & inflammabiles, tamen propter paruam moram, quam in viis contrahunt, caliditatem non augerent. ¶ Laudo igitur, quod bis aut ſemel in menſe coqui facias phialã vnam vini Planenſis albi cum ficubus decem minutim inciſis, vſq; ad conſumtionem quintæ partis, & ex tali vino bibas per duos continuos dies cyathum vnum ante cœnam & tantundem ante prandium.

D Amygdalæ dulces temperatæ ſunt, ad calidum tamen trahunt, quia tamen difficilis ſunt digeſtionis, graues, & multum in ſtomacho morantes, vt *tertio Almanſ.* ideo comedantur cum ſaccharo: ſic enim dant bonum nutrimentum, licet paucum. Laudo tamen magis ferculum vel panatam ex eis, ſecundum ritum Patauinum factam, & in ſumma aperiunt & leniunt. *Amygdala.* ¶ Auellanæ, quia calidæ & epati amicæ conuenirent tibi, tamen, quia tardæ digeſtionis exſiſtunt, & vomitum excitant: ideo relinquantur. poſſunt tamen poſt cibum ſumi ſaccharo confectæ, quia tunc correctę ſunt, & laudauit eas peritiſſimus Hippocrates, quod in cerebro augmentum faciant. *Auellana.* ¶ Citra licet in ciuitate iſta nõ ſint in vſu, tñ ſi habent, euitãda ſunt, quia frigida, licet eorũ cõplexio diuerſa exſiſtat. *Facultas citri.* Cortex enim citri calidus eſt & humidus: Caro eius frigida & ſicca. Semen calidũ & ſic-
E cum. Quandoq; tamen citra melle cõfecta comedi poſſent, & ſecundũ Auic. præceptũ *can. 2.* nihil poſt ipſum nec ante comedat. *Ceraſa.* ¶ Ceraſa quoq; tanq̃ frigida & humida ſunt fugiẽda. Si autẽ quandoq; ſuis tẽporib. ſumerent, ſint ceraſa dura, rubea vel alba, & poſt cibum comedi debẽt & pauca. *Chryſomela* ¶ Chryſomela ẽt ſiue armilla frigida ſunt & humida: ideo relinquantur, generant enim humorẽ velocis putrefactionis: ideo apta ſunt febrem inducere. Si tamen liberet quandoq; ex eis capere, comedantur ante cibum, & poſt bibat bonum vinum, & poſt iterum comedantur aniſi conditi. *Caſtanea.* ¶ Caſtaneę frigidæ ſunt, ſiccæ & ventoſę valde: ideo non ſit in eis vſus. poſſent tamen quandoq; comedi cum ſaccharo poſt cibum. & dant nutrimentũ ſatis congruũ, & confortant membra omnia ſecundum Aui. ſententiam. *Dactyli.* ¶ Dactyli licet calidi exſiſtant, non tamen conueniunt complexioni-
F bus calidis, calefaciunt enim & generant ſanguinẽ craſſum, qui cito in choleram cõuertitur, & non ſunt conuenientes habentib. epar calidũ, vt Serap. dixit auctoritate Rhaſis. Ideo non ſint in vſu. *Pinea.* ¶ Pineæ autem grana laudantur, calefaciunt enim corpus & membris tremorem patientibus conferunt, *3. Almanſ.* *Phiſtici.* Phiſtici vel piſtachii calidi & ſicci exſiſtunt boni ſtomacho, aperiunt oppilationes epatis, prohibent nauſeam & confortant os

ſtomachi & ſubuerſionem remouent:ideo laudantur poſt cibum plus quam amygdalæ A
Iuiubæ. dul. ¶ Iuiubæ autẽ ſecundum Aui. frigidæ ſunt in primo gradu & temperatæ in humidi-
tate & ſiccitate. Neſcio autẽ ad quid conferant tibi. Dixit aũt Gal. non reperi iuiubas in
conſeruanda ſanitate & ægritudine remouenda aliquid operantes, ſed difficilis digeſti-
Mora. onis & pauci nutrimenti. ¶ Mora bene matura ad caliditatem declinant, ea vero, quæ
immatura ſunt frigida & ſicca exſiſtunt. Et in ſumma dulcia tibi conuenire poſſent ante
cibum & leniunt ventrẽ: non plene autem matura prohibent fluxum humorum ad ſto-
Granata. machum & alia membra, & non bene matura comedantur poſt cibum. Granata trium
ſunt ſpecierum, dulcia, quæ frigida & humida: acetoſa, quæ frigida & ſicca: muza, quæ
dicuntur medii ſaporis, & ſunt media in complexione inter alia. Dulcia cõueniunt tibi;
non multum tamen in vſu. ¶ Acetoſa vero magis via preuiſionis, quam via cibi conueni- B
re poſſent: magis tamen competunt muza, quam alia. Et in ſumma in quantum omnia
granata ſunt prouocatiua vrinæ, laudarentur: Acetoſa tamen magis inter alia prouoca-
tiua ſunt: ideo conuenire poſſent ex hoc, & quia habẽt mirabilem proprietatem in pro-
Cydonia. hibendo corruptionem cibi in ſtomacho, vt Auerrois *5. colliget.* ¶ Cydonia frigida ſunt
& ſicca, quæ ante cibum ſumta ventrem ſtringunt omni modo coctionis, poſt cibũ ven-
trem largum faciunt comprimendo, & omnes ſpecies eorum tam dulcium; quam acriũ
prouocant vrinam: ideo ex hoc, & quia ſtomachũ confortãt, appetitum incitant, lauda-
rem ea tibi, non multum tamen ſunt in vſu habenda. Multitudo enim comeſtionis eorũ
Nuces. generat dolorẽ iuncturarũ, *2. can.* Nuces calidæ ſunt & ſiccæ. & licet ex hoc laudandæ eſ-
ſent tibi: tamẽ, quia graues ſtomacho & digeſtioni, & vomitiuę, ſunt capiti nociuæ & pe- C
ctori, & generant cholerã multã: ideo relinquantur: cum ficubus tamẽ minus malę ſunt;
& poſſunt ſecurius hyeme & tempore frigido concedi, & dicitur, quod faciant paralyſin
Sorba & meſpila. linguæ. ¶ Sorbæ & meſpilæ omnes frigidæ complexionis & ſiccæ ſunt: ideo raro come-
dantur, ſtringunt n. ventrẽ, & digeſtioni difficiles ſunt, quia tamen appetitũ excitant de-
iectum, ideo rariſſime, poſt cibum tamen, ſumi poſſent. Et hęc de fructibus pauca ſuffi-
ciant. Reliqua autem terræ naſcentia, vt fungi, tartuphulæ, ſpongioli, & talia omnia eui-
tentur, quia venenoſa ſunt, & dicuntur apoſtemata terræ.

Sapores. Ex ſaporibus autem & conditis diuerſæ ſpecies conuenire poſſent, vt ſinapi inter
acutum & dulce medium, & cum craſſis carnibus vel piſcibus ſumi debet, cum ſubtili- D
bus autem non. ¶ Alliata etiam potes vti facta cum allio præcocto, & cum granis fœ-
niculi vel piperis. ¶ Salſa autem etiam conueniret tibi, ſed fiat ex agreſta loco aceti, &
cum pipere vel caryophyl. vel bulliat acetum cum roſmarino, ſerpillo, maiorana: & ex
tali aceto fiat ſalſa, frangitur enim per decoctionem talem aceti malitia. Eſt enim ace-
tum haud parum neruis inimicum, vt *2. tertii, primo cap.* dum inquit: *Et lædit eos omne aceto-
ſum ſtypticum, & infrigidatiuum potentia.*

Camellinũ quid Conuenit etiam tibi ſapor ex amygdalis factus, quem camellinum vocant, & ſa-
Sofritum. por ex agreſta, qui ſofritum dicitur, & ſapor albus ad acetoſum non tendens. ¶ Sapor
Compoſtella etiam, qui apud nos dicitur compoſtella, competit, niſi ad acetoſum declinet: ¶ Ideo
corrigatur acetoſitas ab eo, & ab omni cibario, vt ſupra dictum eſt. ¶ Et in ſumma lau- E
do omnes ſapores, qui dulces & calidi, & non valde acetoſi exſiſtunt.

Condita. Ex conditis vero & ſallamentis conuenire poſſent oliuæ conditæ, calidæ ſunt e-
nim & ſiccæ, aperiunt, leniunt ventrem, & os ſtomachi faciunt robuſtum. ¶ Napi
etiam conditi conueniunt, etenim aperitiui ſunt, caueantur ſi acetoſi fuerint. ¶ Cæpæ
etiam ſub cineribus coctæ & aceto pauco, melle & oleo conditæ conuenire poſſent, ra-
ro tamen, ſed, quia exſiccant & appetitum excitant: ideo aliquando conueniunt. ¶ O-
mnes etiam cibi melle conditi conueniunt, euitentur tamen æſtate, ne epar inflam-
ment, ſed ſaccharo condiantur cibi in æſtate. ¶ Cappares etiam ſaliti ſecundum vſum
conditi conueniunt, ſed corrigatur acetum. ¶ Sallamenta omnia ex parte qualitatis
conuenirent, niſi aliud repugnet, vt caliditas epatis, timor de aduſtione ſanguinis, ſca- F
bies & ſimilia. Mel etiam, quia calidum & ſiccum omnimodo conuenit, ſed tempore
magni æſtus dimittatur: ſaccharum vero calidum & ſiccum omni tempore & omni mo-
do ſecurius comedatur. Vinum etiam coctum conueniens eſt, & ex ipſo tempore ęſti-
uo condiri cibaria poſſunt. Vino autem granatorum quandoq; vti potes, vt æſtiuo tem-
pore, ſed raro, & ſimiliter vino cydoniorum.

Oleum

A Oleum autem, quo vti debes, ſit oleũ oliuarum dulce, & duorum annorum ad minus. ¶ Species autem, quæ in cibis tuis poni poſſent, ſunt omnes calidæ & ſiccæ exiſtentes, vt ſal, cinamum, cinamomum, caryophil. galanga, zinziber, macis, cardamomũ maius & minus, fœniculus, aniſum, & petroſelinum, lignum aloes, crocus, piper trium generum, ſc. album longũ & nigrum, cyminum, carum, leuiſticum, anetum, ami, origanum, ſerpillum, mentha & alia ſimilia. Conueniunt autem aromata dulcia communia æſtate, hyeme vero fortia. ¶ Laudo quoq; non parũ tempore hyemis harum ſpecierũ vſum. ℞ *zinzib. albi ℥ j. coriandri per diem & noctem in aceto macerati & ſiccati ℥ v. amomi, been albi, origani, roriſmarini ana ℥ ij. caryophyl. croci an. ℥ j. cinamomi electi ℥ j. fiat puluis.* ¶ Æſtate autem fiant ſpecies tales. ℞ *. cinamomi electi ℥ j. zinzib. alb. ʒ v. roſ. caryophyl. ſandalorum rub. an. ℥* B *ij. ſpicæ nardi ℥ j. fiat puluis.* Puluis. Alius.

Ex confectionibus vero plures conuenire poſſent, vt tempore hyemis cinamomũ, diacinamomum, diaciminũ, aromaticum roſ. diagalanga, diambra, diamargariton, diatrionpipereon, delectabilior, & mihi magis dilecta confectio eſt prima, ſecunda & ſexta. ¶ Tempore autem æſtiuo laudantur diarodon abbatis, triaſandal. confectio roſatæ nouellæ: lætificans etiam Almanſoris, licet calida ſit: & debent confectiones iſtæ ſumi per duas horas ante cibum ſine potu, aut cũ pauco potu non potentis vini. Attinent tamen dictæ confectiones medicinæ magis, quam cibo. Cõfectiones.

Magis autem cibales ſunt, vt pinachea, piſtachia, auellanæ conditæ, amygdalæ confectæ, ſauonea, aniſum, coriandrum & ſimilia. Inter hæc eligantur prima, ſecunda, & duæ vltimæ. C

De electuariis vero talis datur regula, quod electuariorum quædam ſumuntur pro confortatione appetitus: quædam pro digeſtione melius celebranda. ¶ Illa ergo, quæ aſſumuntur pro appetitu excitando per horas duas ante cibum capi debent, vt ſtatim dictum eſt: talia autem ſunt, vt zinziber conditum, eryngium conditum, acorus conditus, nuces conditæ, & alia, quæ omnia meliora ſunt a medietate autumni, vſque ad medietatem veris. Reliquo autem tempore conueniret magis cinamum confectum, lignum aloes confectum. Confectio autem de myrobalanis chebulis. Hæ enim confectiones humorum ſuperfluitates in ſtomacho remanentes exſiccando & exprimendo educunt. Conueniunt etiam pyra condita, & citra condita. ¶ Laudo etiam, vt D peritiores dicunt, vſum electuarii huius, quod apud me expertum eſt, & ſecretum teneo. ℞. *trionpiperum, galangæ, caſſiæ ligneæ, calami aromatici, croci, cyperi, ſpicæ Indæ, caryophyl. cinamomi, coſti dulcis, cardamomi, cinami, carpobalſami, zinziber. ſeminis myrti, omnium an. drachm. j. maſticis drach. v. terantur, cribellentur, & conficiantur cum melle deſpumato.* Doſis huius eſt cochlear medium in mane, ante cibum & tantundem hora, qua vadis dormitum, & charum habeas electuarium hoc, valet enim obliuioni, frigori renum, dolori iuncturarum, ægritudinibus veſicæ, humori crudo, ſodæ frigidæ & vaporoſæ, tuſſi phlegmaticæ: præparat & rectificat ſtomachum, fugat ventoſitates craſſas, digerit cibum, excitat appetitum, reſoluit phlegma craſſum in ſtomacho. Valet viſui, menti, voci, caniciei, podagræ frigidæ, & conſeruat ſanitatem peroptime. Sit autem eius E vſus a principio Nouembris, vſq; ad finem Februarii. ¶ Alio autem tempore vtaris electuario de xyloaloes, cuius intentio eſt calefacere, confortare ſtomachum, & calefacere membra ſine ſuperfluitate, digerere cibum, exſiccare moderate phlegma & aperire vias, & eſt mihi eius deſcriptio. ℞. *ſpicæ Indæ & Celticæ, ſeminis apii, aniſi, maſticis an. vnc. j. ligni aloes, marubii an. vnc. ij. calami aromatici, caryophyl. roſ. an. drachm. ij. macis, cinami, galliæ muſcatæ an. vnc. ij. nucis muſcat. drachm. v. conficiantur cum ſyrup. roſ.* & accipiatur ex ipſo cochlear vnum per vnam horam ante diem, & poteſt ſumi medium cochlear per duas horas poſt cœnam ſine potu. Electuariũ appetitum excitantia. Electuariũ ad multa praſtans. Electuariũ de xyloaloe.

Quæ animalium partes ſint eligendæ.

F ABSOLVTO ſermone de electuariis, reſtat iuxta tacta dicere, quorum membrorum animalium vſus conueniat, pro quo tales præmittantur regulæ. ¶ Prima, q omnium membrorum craſſum, viſcoſum, frigidum & oppilatiuum nutrimentũ generantium fugias vſum. ¶ Secunda regula, quod ſi prędicta quandoq; placeant, vt feruoris tempore ſunt pedes & ſimilia, ſumi debent cum aliquo ſapore ſubtiliatiuo inciſiuo

& temperate acetoſo. ¶ Tertia regula, quod animaliũ omnium anteriora leuiora ſunt di- A
Cerebrum. geſtioni & calidiora: poſteriora vero frigidiora & craſſiora. ¶ A capite ergo incipiẽs ſer-
monem, inquam cerebrum quodlibet eſſe frigidũ & humidũ. Volatiliũ tamen cerebrũ,
& maxime montanorũ melius eſt, non ſit ergo in vſu: generat enim phlegma & humores
craſſos, facit nauſeam & inuolutionẽ ſtomachi, tarde digeritur & deiicit appetitum. Si
autem ex eo quandoq; placet ſumere cerebrum leporis, cuniculi, hędi & vituli maxime
æſtiuo tempore, & ſint præparata cum ſpeciebus ſupradictis & ſale. ¶ Aliæ autem capitis
partes craſſæ exſiſtentes phlegmaticæ & viſcoſæ reprobantur, generãt enim febres &
Medullæ. cholericos dolores, licet multum nutriant. ¶ Medulla calida eſt & humida, & vitupe-
ratur, quia ſtomachum conturbat & mollificat, delet appetitum, minus tamen noce-
Vbera. bit, ſi ſale & aromatibus, vt de cerebro dictum eſt, condiatur. ¶ Vber frigidum eſt B
& ſiccum, quod tamen complexioni tuæ æſtiuo tempore conuenire poteſt, ſi fuerit ex
lactenti animali pingui, aut ex animali lac habente, quod melius eſt, & cum aromati-
Pulmones. bus comedatur. ¶ Pulmo frigidus eſt & humidus, & non boni nutrimenti, ideo di-
Cor. mittatur, licet tamen faciliter digeratur. ¶ Cor calidum eſt & ſiccum, nec tibi com-
Epar. petit, eſt enim difficilis digeſtionis, pauci, craſſi & non conuenientis nutrimenti. ¶ Epar
calidum eſt & humidum, tarde digeritur, ſanguinem dat craſſum, & tarde in venas pe-
netrat. ¶ Melius tamen epar eſt anatis pinguis, gallinæ, & hædi non multum per
Splen. aſſationem induratum. ¶ Splen frigidus eſt & ſiccus, mali nutrimenti, craſſi, & tardę di-
geſtionis: melior tamen inter alios eſt ſplen porci: dicitur enim conferre ſtomacho ſua
Renes. ſtypticitate. ¶ Renes licet in caliditate æquales exſiſtant, in ſiccitate tamen excedunt, C
nutrimentum præbent paucum, & craſſum, & meliores renes ſunt porcini & hædini,
Ventres. & potes ex eis comedere, ſed non in vſu. ¶ Ventres frigidæ complexionis exſiſtunt,
pauci nutrimenti & phlegmatici, ideo dimittantur. Ventres autem meliores ſunt aui-
um, quam quadrupedum. Si autem comedantur, cum ſpeciebus condiantur & raro.
Cauda. Ventres autem gallorum & gallinarum ſtomacho conferunt, ſi bene digerantur. Cau-
da calida eſt & choleram generat, non tamen in vſu habeatur, quia faſtidium ſtomachi
Pedes. facit. Pedes non multum vituperantur, licet humorem viſcoſum generent, humor ta-
men, qui ex eis generatur, eſt laudabilis, paucarum ſuperfluitatum, boni chymi & non
multi nutrimenti, & licet viſcoſi ſint, ſui tamen viſcoſitate ventrem molliunt. C. ue ta-
Teſticuli men ab vſu eorum diu in aceto maceratorum. Teſticuli calidi ſunt & humidi, & quan- D
to craſſiores & maioris animalis, tanto difficiliores digeſtioni & plurimi nutrimenti. Et
melior teſticulus eſt iuuenis animalis & inter teſticulos volatilium meliores ſunt gallo-
rum, perdicum, & phaſianorum. Quadrupedum vero animalium teſticuli meliores
ſunt, vt hircorum, vitulorum & hædorum annualium. Conueniunt igitur tibi, quia
laudabile faciunt nutrimentum, meliores tamen ſunt elixi, quam in alio præparationis
Alæ. modo. Alæ auium laudabilium, vt partes oſſuoſæ & pulpoſæ laudantur tibi omni mo-
do. Caro tubera ſine pinguedine tibi laudabilis exſiſtat, generat enim ſanguinem bo-
num, paucarum ſuperfluitatum, & magis ac melius nutrit, quam pinguedo, nutrimen-
tum namque humidum præbet pinguedo & multarum ſuperfluitatum Caro vero va-
Cutis. riata vel virgulata nutrimentum præbet ſatis æquale & conueniens. Cutis frigida & ſicca E
generat ſanguinem viſcoſum & oppilatiuum, ideo euitetur.

Regulæ de modo præparandi & coquendi carnes.

Regulæ FINITO etiam ſermone de membris animalium, nunc de præparationis vel co-
1. ctionis modo dicatur. Præmittendæ tamen ſunt regulæ aliquæ. Prima, quod
carnes omnium animalium habentium corpora craſſa & macra meliores ſunt
2. elixæ, quam aliter præparatæ. Secunda, quod carnes volatilium pinguiũ valde meliores
ſint aſſatę, macrorũ v. ecõuerſo. Tertia, quod carnes omnes cũ cibis craſſis & viſcoſis co-
3.
4. ctæ, & cũ phaſeolis, faba, frumento & ſimilib. vitari debeant. IIII. ꝙ aſſatarũ carniũ ſup-
ficies nõ comedatur Caro igitur elixa laudabilis animalis, vt ſupra ſufficienter cocta ti- F
bi eſt eligenda præ aliis. Caro autem ſuper prunas aſſata multum nutrit & corpus forte
reddit, ſi bene digeratur, dicitur tamen quod difficilis exſiſtat digeſtionis, ita quod nun-
quam tota digeratur, quæ cum comeditur, ſola ſumi debet, ita quod nullus alius cibus
eam præcedat vel ſequatur, & poſt eam parum aut nihil bibendum eſt.

Caro

A Caro vero frixa cum pinguedine faſtidium generat, & ſtomachum nauſeat, ideo
non ſit tibi in vſu, & grauior eſt, quam cocta ſuper prunas. Frixa vero cum oleo melior &
leuior eſt, quam cum pinguedine. ¶ Caro vero omnis aſſata & in furno vel craticula co-
cta, quamuis paucum det nutrimentum, conuenit tibi, & ſimiliter caro omnis conſerua-
ta, vt lardutulorum vel mortariolarum, aut ilarum non valde pinguium: quia exſiccat,
conſumit, & paucificat humores. ¶ Caro autem in veru aſſata etiam tibi conuenit, ſi
bene digeritur: quia tamen tarde digeritur, ideo habeatur cautela hæc, vt non multum
ex ea repleatur ſtomachus. ¶ Caro vero cocta cum laganellis, baldonatiis, frumento &
ſimilibus viſcoſis mala eſt. ¶ Vt & caro omnis aceto præparata. Lædit enim acetum ner-
uos valde & infrigidat: ſi autem quandoq; vt calidis temporibus acetoſa placent, vt gela-
B tina, quia choleram reprimit, epar confortat & incidit craſſos humores, corrigatur a-
cetum cum ſaccharo vel aliter, vt ſupra, cum agreſta vel vino cydoniorum dulcorato.
Gelatina igitᵉ ſulcida & ſapor omnis acetoſus euitetur, niſi malitia aceti reprimatur ſac-
charo aut ſpeciebus calidis, vt ſupra. ¶ Caro etiam omnis cum ſpeciebus condita lauda-
bilis eſt tibi, maxime hyemali tempore, & ſimiliter cocta cum amygdalato, panico, du-
rella, fœniculo, petroſelino aliiſque multis ſupra tactis calidis aperitiuis.

De potu, an vinum conueniat in dolore iuncturarum.

PROLIXO ſatis habito ſermone ciborum, ad potum veniendo inueſtiga-
bitur quis & qualiter potus conueniens exſiſtat. ¶ Dico igitur, quod illu-
ſtrium auctorum plurimi videantur omnimodo prohibere vinum, vt Aui.
C *22. tertii, cap. de cautela a doloribus iuncturarum, & deuitent potare vinum pluri-
mum, imo omne vinum.* Idem etiam Rhaſes *9. Almanſ. cap. primo*, & idem *in
diuiſionibus*. Serapio quoq;, Haliabas, Iſaac, Galenus, Auenzoar & omnes idem. ¶ Am-
plius ratio talis eſt, quia vinum ſua caliditate humores ponit in fluxum. Et quia a debi- *Quod non conueniat vinum.*
li iuncturarum calore non bene digeri poteſt: imo reſolutis leuibus & ſubtilibus partib.
acetat frequenter in iuncturis mordicando, quare lædit eas multum, vt princeps Abo-
ali, *2. tertii, primo cap.* ¶ Ad intelligendum autem hoc, ſciendum, quod dum auctores
videntur prohibere vinum, vel eſſe poteſt dum actualiter dolor exſiſtit: vel dum iam e-
uaneſcente dolore volunt ab eius incurſu præſeruare iuncturas. ¶ Intelligendum ſecun-
do ab auctoribus non fuiſſe præceptum hoc abſolute, ſed magis & minus ſecundum di-
D uerſitates complexionum & aliorum. Alicui enim complexioni vinum concedunt, vt
Auic. placuiſſe videtur, dum inquit, *vinum plurimum & craſſum*. Concedit n. vinum, ſed
non abſolute, imo moderamine recto, & ſic Rhaſ. *9. Almanſ.* & alibi *in lib. iuncturarum.*
¶ Sciendum tertio ſententiam auctorum eſſe veram non repugnante contrarietate ma-
iori aut debilitate & ſimilibus. ¶ Sciendum quarto, quod ſermones auctorum extendi
poſſent ad vinum fumoſum potens, & vinoſum, vel ad pauciferum aquoſum, aut ad me-
diocre. Et iuxta præmiſſa talia ſunt iſtæ concluſiones recte tenendæ. ¶ Prima concluſio, *Concluſiones, quando & quale vinum non conueniat.*
ſtante actuali intenſo dolore non præmiſſis vniuerſalibus euacuationibus nullum vinũ
conueniens exſiſtit. Probatur concluſio primo, quia fumoſum & potens vinum non
conuenit, quia calidum exſiſtens in fluxum ponit humores, & dolorem ſic augeret. 1.
E Secundo nec debile & aqueum vinum conueniens eſt, quia veluti frigidum ex-
ſiſtens ſui caloris paucitate in iuncturis aptum eſt acetare & ipſa taliter mordicare, &
dolorem augere. Tertio non competit mediocre: quia partim poteſt calefacere, &
fluxum augere: partim, quia infrigidat & debilitat. Hanc concluſionem intellexerunt
auctores, dum dixerunt omne vinum eſſe vitandum. ¶ Secunda concluſio, quod præ- 2.
miſſis vniuerſalibus euacuationibus & materia exſiſtente phlegmatica in declinatione
vniuerſali, & vera parum vini potentis in aurora ſumti conuenire poteſt. Patet conclu-
ſio, quia tunc tale vinum habet reliquias materierum conſumere & exſiccare, nec ſui
paucitate ſuperflue calefacit, nec humores in fluxum ponit, quia præſupponitur eos e-
uacuatos fore. ¶ Tertia concluſio, quod intentione habita ad præſeruandum in calidis 3.
F complexionibus & materiebus virtute exſiſtente forti & corpore per dimiſſionem vini
non incurrente debilitatem ſtomachi vel principalium membrorum, nullius vini potus
conuenit. Hæc concluſio reſponſalis clara eſt. Primo, quia vinum calidum exſiſtens
materiam poteſt augere in calida complexione. Item, quia virtus fortis non eget reſtau-
ratione per vinum. Tertio, quia ſi ex dimiſſione vini corpus incurreret debilitatem, poſ-

ſent ſubſequi accidentia morbo ſuſpectiora, vt apoſtema ſtomachi vel epatis, paralyſis, A
tremor & ſimilia. Ideo in concluſione dicebatur, quod corpus non incurreret debilita-
tem ex dimiſſione vini. Et hæc concluſio fuit in mente auctorũ ꝓhibentiũ vinũ in ſimul
4. cum concluſione prima. ¶ Quarta concluſio ſequit̃ ex tertia, ꝙ dũ pſeruare intendimus
ſuſpecta exiſtente virtute, vinũ mediocre cõpetit. Patet iſta: quia ſui mediocritate virtu-
tẽ roborat, nec calefacit ita, quod humores in fluxũ ponat, & virtus ẽt, quæ fortis eſt ſatis
5. ſufficit ipſum bene digerere: ideo non eſt aptũ in iuncturis acetare. ¶ Quinta & vltima
concluſio, ꝙ licet vinũ competat, vt præcedens concluſio ponit, magis tñ cõuenit vinũ
medicinale diureticum, & opponens regenerationi materierum, quæ ſunt cauſſa do-
loris in te. Cõcluſio iſta patet, primo, quia tale vinum potens eſt prohibere generationẽ
materiei, quæ facit dolorem, & generatam exſiccare, & ſic a dolore præſeruare, ſecun- B
do, quia diuretica omnia materias per vias vrinę pręcipitantia conuenientiſſima ſunt. Et
intellexit hæc princeps Aboali, dum inquit: *Deinde adminiſtra prouocationem: nam prouoca-
tio ſiccat materias dolorum iuncturarum, quoniam ipſa, ſicut ſcis, eſt ex ſuperfluitate, quæ eſt epatis
& neruorum, & proprie in podagra calida.* Ex quibus omnibus facile tolli poteſt apparens
contradictio in auctoritatibus ſupra allegatis. ¶ Ex qua vltima concluſione infero, ꝙ
vinum, cuius deſcriptionẽ dedi, conuenientiſſimum ſit. Primo, quia virtutis confor-
tatiuum propter vinum. Secundo, quia materiei prohibitiuum propter mel & roſmari-
num. Tertio, quia generatæ materiei per vrinales vias eductiuum propter paſſulas & fœ-
niculum: valde igitur laudo potũ illum. Cuius deſcriptio. ℞. *roriſmarini, fœniculi an.* ℔ ß.
paſſularum lib. v. mellis lib. xij. ponantur in duobus maſtellis muſti ad bulliendum, & ſit hoc pro hie- C
Aliud pro æſtate. *me.* Pro æſtate vero. ℞. *roriſmarini, ſeminis fœniculi an. lib.* ß. *paſſularum lib. j. mellis lib. viij.
ponantur in duobus maſtellis muſti vt ſupra.*

Potus. Regula de potu. De potu tamen aliquæ notentur regulæ. Prima, quod ſi quandoq; propter æſtum,
plus de vino bibere contingit, tunc parum ſumatur. ¶ Secunda, quod ſi vinum tuum di-
1. luere placebit, fiat ſemper cum aqua decoctionis fœnic. in hyemis tempore: paſſularum
2. vero vel hordei in æſtate, aut etiam in æſtate cum aqua decoctionis panici, aniſi vel fœ-
3. nic. ¶ Tertia, quod ſi vinum bibitur dilutum, ſemper fiat per duas vel tres horas antequã
4. bibatur. ¶ Quarta, quod nunquam bibas vinum poſt prandium vel cœnam per tempus,
& ſi ſitis infeſtat, bibatur ſaccharum roſatum cum aqua cocta æſtate, & ſaccharũ cũ aqua
cocta hyeme, vel aqua mellis. ¶ Quinta regula, quod potus vini non conueniat tibi poſt D
5. fructus humidos & aqueos, & quia facit aqueitatem in venis penetrare: eſt enim vinum
6. penetrator bonus. ¶ Sexta, quod ſi ex vino deſcripto percuteretur caput veſtrum, lym-
7. phetur vt ſupra. ¶ Septima, quod ſi æſtiuo tempore ſentires ex vino calefactionẽ, com-
8. edas poſt cibum quatuor vel ſex grana myrtillorum. ¶ Octaua, quod vina turbida, craſ-
9. ſa & valde fumoſa nõ tangantur. ¶ Nona, quod caueas bibere vinum aliquod ſtomacho
10. ieiuno: nocet enim valde cerebro & neruis. ¶ Decima, quod ſi vinum propter intenſam
ſitim ſumeretur: ilico poſt ipſum prouocandus eſt vomitus, vt infra videbitur. ¶ Vn-
11. decima, quod aqua mellis poſſis vti tempore hyemali, niſi ex ea ſentires calefieri epar.
De aqua ſimplici regulas non pono, quia non eſt conueniens tibi. ¶ Potes etiam vti
Potus artificialis. tempore frigoris hoc alio potu. ℞. *cinamomi electi* ℥ j. *zinziber. drachm. ij. piperis longi,* E
galangæ, caryophyl. an. gran. v. granorum paradiſi, cardamomi an. drachm. j. ß. *vini nigri, vel
cerefolii Planenſis lib. xv. aquæ lib. 40. mellis lib. vj. bulliant ſimul per tertiam partem horæ: dein-
de colentur per ſaccum toties, quoties clareſiat.* Hæc de ſecunda non naturali re dicta ſuffi-
ciant.

Cap. III. *De motu & quiete.*

Tertia res non naturalis ſupra in ordine præmiſſa, fuit quies & motus, pro quibus
dicendum, quod vtaris quiete & exercitio temperato, vt equitatione: & non ſuper-
fluat: quoniam excitat ad podagram & dolores iuncturarum, *22. tertii.* ¶ Dico igitur
quod mane expulſis debite ſuperfluitatibus, bonum ſit facere fricationem membrorũ
dolentium cum oleo, ſale commixto, vel cum aqua pauca multo ſale commixto, vel F
cum ſolo puluere ſalis. Cuius ſententiam vidi a Serap. *4. breuiarii, vltimo capit.* dum in-
quit: *Et ex eis, quæ cuſtodiunt hominem, ne accidat ei podagra, eſt embroca cum aqua ſalſa & ſale
commixta, quando infunditur ſuper duos pedes ſemper & ſal tritum, & quando aggregatur cum o-
leo; & fit ex eo emplaſtrum pedibus, vel fricatio fit cum eo.* ¶ Et poſuit Serap. oleum, quia timuit
multam

A multam exſiccationem ſalis. Facta fricatione potes equitare, attēdendo tamen, ne iun-
cturæ frigus incurrant. ¶ Laudantur etiam motus brachiorum, & partium ſuperiorum.
Diuertunt enim humores a fluxu ad inferiora. vnde conueniens eſſet frequenter arcu
ſagittare, aut ſecuri aliqualiter ponderoſa ligna incidere aut maleo malleare, aut ſecare
aut alea ludere, aut alia exercitia facere; quibus ſuperiorum motus fiat. ¶ Tantoque
tempore exercitium fieri debet, vt comprehendatur corporis caliditas intendi, & an-
helitus aliqualiter permutari, & tunc ab exercitio deſiſtendum eſt. Conuenit etiam ma-
ne altis verbis moderate loqui, & ieiuno etiam ſtomacho ratiocinari. De his, quæ vocis
altitudinem exigunt, vt cantare & ſimilia. ¶ Pedeſtre tamen exercitium vitandum eſt:
niſi manifeſtum ex eo iuuamentum comprehendatur. Hæc de tertia non naturali re di-
B cta ſufficiant.

Cap. IIII. *De repletione & inanitione.*

QVARTA res non naturalis eſt repletio & inanitio. ¶ Pro qua dicendum *Regula de*
primo, repletionem omnem vitandam eſſe, & maxime ciborum materiam *inanitione & repletione.*
doloris multiplicantium, de quibus ſatis ſupra viſum eſt. ¶ Secunda regula,
quod non repleatur valde ſtomachus, immo in ſtomacho ſeruentur famis 1.
reliquiæ. ¶ Tertia, quod cibus amplior ſit in prandio, quam in cœna. 2.
¶ Quarta, quod cibus ſumatur determinatis horis, ita quod inter prandium & cœnam 3.
cadant ad minus octo horæ. ¶ Quinta, quod nunquam comedas nec cœnes, niſi ſuper- 4.
C fluitatibus debite expurgatis, vt per ventrem, per vrinam, per emucationem narium, 5.
per ſputum, &c. ¶ Sit igitur ordo iſte, quod poſtquam ſurrexeris mane, primo intendas
ad mundificationem ventris & vrinæ: deinde ad demucationem narium, exſcretio-
nem per ſputum, & ſi poſtea aliquam in ſtomacho perceperis grauitatem, omnino a
prandio abſtineas, vt ſupra. Si autem non, prandere potes præmiſſo exercitio, ex cibis
laudabilibus, vt ſupra. ¶ Si autem poſt prandium aliqua in ſtomacho percipiatur graui- *Præſtantia*
tas, aut ex nimio cibo, vel ex eius qualitate mala, ilico prouocandus eſt vomitus. ipſe e- *vomitus in*
nim ſublimior exſiſtit medicina, quæ eſſe poſſit. Et laudauerunt ipſum in paſſionibus *paſſionibus iuncturarum.*
iuncturarum ſapientes Indi, Arabes & Græci. Vnde Auicen. *quarta primi cap. de vomitu. Et*
ex dignioribus ægritudinibus, vt ex eis fiat vomitus, ſunt chronicæ, vt hydrops, epilepſia, apo-
D plexia, melancholia, lepra, podagra & ſciatica, idem 2. *tertii, & 22. tertii*, dum inquit, *De-*
inde adminiſtra vomitum, & proprie quando dolor eſt in inferioribus. vomitus enim magis eſt iuua-
tiuus ei, quam ventris ſolutio. Et Rhaſes 4. *Almanſ. cap. de iuuamentis vomitus: & in diuiſionibus*
cap. de podagra: & in lib. de ægritudinibus iuncturarum: & idem Serap. *quarto breuiarii.* Iſaac, A-
uenzoar, Gal. & omnes volunt, quod vomitus eradicet ab inferioribus. ¶ Adhuc ſi in
ſtomacho nullam percipias grauitatem: tamen melius eſt ſingulo menſe vel ſaltem in fi-
ne duorum menſium vomitum prouocare. placuit enim Hip. vt quolibet menſe fieret,
& duobus continuis diebus, vt in ſecunda die ſequenti educatur illud, quod in prima die
fuit agitatum, & non ſufficienter eductum. ¶ Iterum quia complexio tua eſt de illis, quæ
non ſuſpicantur ex vomitu, quia cholerica. vnde *quarta primi. de iuuamento vomitus. Et ille*
E *quidem, cui maius iuuamentum affert vomitus, eſt, cuius complexio prima eſt cholerica & eſt macer.*
In prouocando autem vomitum, hæ attendantur regulæ. Prima, quod ſi vomitus facili- *Regula circa prouoca-*
ter prouocatur ſine medicinarum auxilio, nunquam capias medicinas. ¶ Secūda, quod *tionem vo-*
ſi neceſſariæ ſunt medicinæ, a leuioribus ſemper incipias, quæ ſi non valent, ad fortes *mitus.*
tranſeundum. ¶ Tertia, quod dum prouocare placet vomitum, capias cibos diuerſos, 1.
in ſubſtantia & ſapore, vt dulces, acetoſos, vnctuoſos, ſalſos, mellitos, oleagineos & ſimi- 2.
les in vna menſa. faſtiditur n. ex talibus ſtomachus, quare citius ad vomitum inclinatur, 3.
&c. Quarta, quod dum vomitum prouocare libet, non ſunt cibi multum maſticandi. 4.
Quinta, quod hora vomendi exercitetur corpus, ſi poſſibile eſt. Motus enim facit ma- 5.
gis vomere & quies minus. *4 primi cap. de vomitu.* Sexta, quod tempus ad vomitum aptius 6.
F ſit æſtas: & ſi aliis temporibus fiat, eligatur hora diei calidior. Septima, quod hora vomē- 7.
di ligentur oculi cum faſcia, ne recipiant humores multos vomitus agitatos ad caput. 8.
Octaua, quod poſt vomitū lauetur facies cum aqua roſata. Nona, quod poſt vomitum 9.
non fiat repletio ex cibis & p̄cipue caueatur potus aquæ frigidæ. Itē ꝙ poſt vomitū com- 10.

11. edas aſſata leuis digeſtionis, vt perdices, aues minutas, &c. ¶ Et ſi poſt vomitum ſenti- A
atur in ſtomacho mordicatio, comedas fercula pinguia & ſtomacho ſuperponatur laua
12. infuſa oleo communi calido vel chamomelino vel anetino. ¶ Si vero poſt vomi-
tum ſuperueniat ſingultus, bibatur aqua calida, ſæpe & paulatim prouocetur ſternu-
tatio cum odoratione vel tractione piperis puluerizati per naſum vel ellebori albi.
13. ¶ Item nunquam fiat vomitus ſtante ventris conſtipatione, immo ſemper præmittenda
14. eſt ventris lenitio naturalis vel artificialis cum clyſteri ſtatim dicendo. ¶ Laudo etiã
quod poſt vomitum ſequenti die fiat clyſter ex decoctione maluarum, blitis, mercuria-
Clyſter. lis & furfuris, cuius decoctionis accipiatur ℔ j. *olei communis ℥ iij. ſalis ʒ ij. caſſiæ fiſt. benedictæ, ſacchari roſ. ana ʒ vj. & fit clyſtere in mediis tertiis.*

Modi vel inſtrumenta vomendi. Modi autem vel inſtrumenta vomendi ſunt, vt poſt prædicta cibaria intromittatur B
digitus ori, commouendo ſupra & infra: vel intromittatur penna cum oleo communi vncta vel oleo commixta aceto: vel ſumãtur aquæ ℥ v. aceti fortis ℥ ij. & bibatur hoc totũ
Tepida ex ſoluere robur ventris. tepidum & non calidum. ¶ Exſoluunt enim tepida omnia robur ventris, *11. terapeuticæ.* Hi vomendi modi meliores & leuiores exſiſtunt. ¶ Si tamen his leuibus non prouoca-
Vomitoriũ. tur vomitus, fiat cum fortioribus: vt cum hac medicina mihi pluries experta. ℞. *ſucci cæparum, liliorum alb. olei communis ana ℥ v. ſalis gemmæ ℈ v. miſceatur & tepidum bibatur.* ¶ Vel ſumatur ſucci corticum radicum ſambuci ℥ j ß. & bibatur tepidum. ¶ Vel bibatur ſucci radicum melonum ℥ j ß. & bibatur etiam pulueris radicũ melonũ ʒ j ß. cũ ℥ j ß. aquę & ℥ v. aceti tepidorum. Iſta ſunt vomitiua experta & ſecura: fortiora vero dimitto.

Confert etiam frequenter ad repletionem minorandam ſaltem bis in menſe ca- C
pere ante cœnam pilulam vnam alephanginam. ¶ Ad intentionem etiam iſtam valet vſus electuariorum ſupra deſcriptorum. Item vitetur etiam immoderata tam per vomitum, quam per alios modos euacuatio. Superfluitas enim & defectus ad eaſdem ducunt cauſſas. Hæc de quarta re non naturali ſufficiant.

CAP. V. *De ſomno & vigilia.*

QVINTVM propoſitorum expediendorum fuit in ordine ſomnus & vigilia. Pro his dicendum primo, quod ſicut ſomnus temperatus, ſ. non profundus, & non prolixus valde virtutes efficit fortes, ita econuerſo contrarius facit,
quia humectat cerebrum & neruos & totũ corpus: Dormitio enim diurna D
euitetur. In die n. dormire malũ ad malas pparans ægritudines, generat ægritudines humectantes & rheumatiſmos. corrumpit colorem & grauat ſplenem, laxat
Regula. neruos & efficit pigritiam. ¶ Melior autem ſomnus eſt nocturnus. ipſe enim virtutes
1. fortificat, niſi ſuperfluat. ¶ Prima igitur in ſomno regula eſt, quod nõ dormias immediatę
2. poſt cibum. ¶ Secunda quod caueas dormire diſcoopertus. ¶ Tertia, quod non dor-
3. mias reſupine. præparat enim ad malas ęgritudines; ſicut neruorum, quia facit ſuperflui-
4. tates declinare ad nucham. ¶ Quarta, quod naturalis ſomnus non tranſeat octo vel nouem horas. ¶ Sit igitur ordo iſte. vigiles per duas horas ad minus poſt cœnam ſemper: deinde exponas te lecto primo ſuper latere dextro, & poſt primum ſomnum ſuper ſini-
ſtro. deinde iterum reuoluas te ſuper dextrũ, & iaceas capite eleuato aliquãtulum, nec E
dormiendum eſt etiam ventre exiſtente vacuo. dormire autem ſuper ventre digeſtionẽ roborat, ſed oculis nocet. ¶ Vigilandum eſt etiam & non ſuperflue, quia vigiliæ reſoluunt ſpiritus valde. Et poſt eleuationem a ſomno attendas expulſioni ſuperfluitatum, vt in tertia re non naturali dictum eſt. & poſt illud fiat occupatio in ſermone rerum animã delectantium; vt pulchrarum hiſtoriarum: nouorum ſermonum, & cum prudentibus conuerſatio. Et hæc de re non naturali quinta ſufficiant.

CAP. VI. *De ſexta re non naturali. ſcilicet de accidentibus animi.*

VLTIMA res non naturalis in ordine fuit præmiſſa de accidentibus animi.
pro qua dicendum, eſſe talia, vt lætitia, triſtitia, timor, anguſtia, ira, ſollici- F
tudo, melancholia & ſimilia. ¶ Et quia in his omnibus paſſionibus fiunt motus in ſpiritibus, aut ſcilicet ſubito, aut paulatim, aut ad extra, aut ad in-
Regula. 1. tra dentur aliquæ regulæ. ¶ Prima, quod omnia accidentia animi, in quibus fit motus ſubitus de centro ad circumferentiam, euitanda ſint, ſicut ira, immoderatum gaudium,

A dium, fortis riſus, &c. ¶ Secunda, quod accidentia, in quibus fit motus paulatinus de in- 2.
tus ad extra, cõueniant. calefaciunt enim talia iuncturas, nec remanent interiora calore
depauperata. ¶ Tertia, quod accidentia, in quibus fit motus ſubitus de circumferentia 3.
ad centrum, fugienda ſint, vt timor & ſimilia. ¶ Vltima, quod poſtponenda ſit ſollicitu- 4.
do, triſtitia, melancholia conſiderando de paſſione iſta. nam vt placuit Galen. Acciden-
tia talia exterminant & mutant ab ea, quæ eſt ſecundum naturam conſiſtentia corpus.
te hni. 3. Vltimo vero, quia coitus circa animi accidentia accipi poteſt, ideo nunquam i- *Coitus incommoda.*
pſum eſſe debere tibi in vſu, ſed tanquam venenum euitandum, ita quod natura ſtudioſe
ad ipſum non incitetur. Effœminat enim & exanimat corpus ſuperfluus eius vſus. nec a-
liquid eſt ꝙ iuncturas ita laxet & debilitet. Nunquam ergo ad coitum accedendum, niſi
B cum incitatione à natura intrinſecus abſque exteriori inuitatione perducatur corpus.
Tunc enim ſi fuerit prima digeſtio completa cum ſecunda, quod videtur eſſe tempus
auroræ in diebus hyemis, & horæ nonæ vel decimæ in diebus æſtatis, iam incitante te ad
coitum natura ad ipſum exequendum tranſiri poteſt bis in hebdomada, aut ter ad plus,
eius actum expediendo non magna concuſſione in ipſum elaborando, ſed ſuaui motũ
corporis eius delitiam acquirendo. & poſt eius tempus in dormitione occupandum eſt.
¶ Nec mirandum ex his, quæ de coitu dicta ſunt. non enim ſolum iuncturas laxat, ſed vl-
timos intimis medullis immittit aculeos, vt ſenio accedente incurabiles & effeminantes
paſſiones, quibus mors præeligenda foret, adducat. eſt igitur ab eius vſu deſiſtendum.
¶ Ex nunc autem dictis conſulo animi triſtia accidentia fore vitanda, & eſſe lætandũ &
C bene ſperandum, nec circa hanc paſſionem diuturne meditandum vel imaginandum.
frequens enim & aſſidua imaginatio caſum imprimit, vt Auic. placuit *primi 2.* ¶ Hęc ſunt
vir honorande, quæ de præſeruatione a dolore iuncturarum tuarum ex illuſtrium au-
ctorum ſententia meum exiguum ingenium exhaurire valuit: quibus attentis ſpero du-
ce Deo in breui tempore debilitatem iuncturarum tuarum eſſe defecturam: & priſtinã
ſalutem, quam qui ſolus omnes languores ſanat, reuerſuram. Amen.

CONSILIVM CCXXXVIII. *De doloribus arthriticis prouenientibus a materiebus phlegmaticis, mucilaginoſis & aquoſis dominantibus, & a materiebus cholericis ſubdominantibus adinuicem mixtis, &c. Diuiditur autem conſilium in capita tria*

CAP. I. *De cauſſis & ſignis ægritudinis ipſius.*

SI cui languentium morbis vehementer moleſtantibus miſericorditer ſubueni-
D endum, video & intelligo nimium manſueto animo & ſumma pietate ſubueni-
endum his, qui non ſolum ſibi, ſed toti mundo vtiliſſimi ſunt: & maxime in ea
parte regenda, qua ſaluari & beatificari poteſt quilibet homo. Ideoque cum virum Dei
& ſacroſanctæ legis feruentiſſimum athletam Deique & ſummæ hierarchiæ Ieſu Chriſti
prædicatorem conſtantiſſimum videam moleſtari morbo arthritico ingentis ſatis ma-
gnæ reuerentiæ & colendi nominis dominum Bernardinum Theologum: immo fere
vnicum legis Chriſti cultorem magnum exemplar toti mundo colendiſſimum magna
pietate miſericordique oculo & manſueto animo doloribus arthriticis adeius ſaluber-
rima remedia decreui ordinare, quantum mihi ſummi creatoris miſericordia condo-
nabit. Eſt igitur arthritis eius vniuerſalis & particularis dolor frequentius moleſtans i-
E pſum in pedibus, licet fortaſſe aliquando genua ipſius non parum moleſta ſint, & aliquã-
do in ſpatulis eius dolor adueniat: immo & ibidem longo tempore manſiuus extiterit:
& proprie in ſiniſtra ſpatula. ¶ Quorum dolorum materiales antecedentes cauſſæ do-
minantes ſunt phlegmata mucilaginoſa & aquoſa, ſubdominantes autem ſunt
materiæ cholericæ, quæ phlegmatibus iam dictis commixtę & vim nocendi augent &
adiungunt. Eſt autem materia cholerica illa verius dicendo cholera notha, ſecũdæ ſpe-
ciei citrina nominata a ſapientibus: quæ componitur ex commixtione tenuis phlegma-
tis multi cum pauca cholera ſibi commixta. ¶ Huius autem cholericæ materiei genera-
tionem arguit complexio naturalis eius, quæ a generatione ſanguinea fuit & cholerica:
F immo adhuc remanſit talis, quod facile multis motiuis demonſtrari poſſet, ſcilicet faci-
litate apprehenſionis ex interioribus ſenſibus, bonitate operationis potentiarum imã-
ginatiuæ, cogitatiuæ & memoratiuæ, coloris rubicũditate & claritate, mediocritate car-
noſitatis totius habitudinis, complexione calida in vniuerſa totius corporis habitudi-
ne per ſenſum tactus tangentibus manifeſta: & ſic de aliis.

At vero multiplicationis phlegmatum prædictorum in ipſo cauſſa, per ſe non poſſet eſſe A
complexio naturalis eius iam prædicta: ſed illius cauſſæ ſunt accidentales multæ in mo-
do ſuæ religionis neceſſario euenientes. ¶ Oportet enim euangelizantes verbum domi-
ni feruenter & aſſidue multis incumbere vigiliis: propter ſtudii magnitudinem: indige-
ſtiones aduenire eis propter vſum ciborum, qui frigidi, craſſi & viſcoſi in pluribus admi-
niſtrantur: propter diſtractionem virtutis & ſpirituum. prima, ſecunda, tertia digeſtio-
nibus, quæ neceſſario accidunt propter ſpeculationis & contemplationis inſtantiam.
Hæ enim animi paſſiones exterminant & mutant corpus ab ea, quę ſecundum naturam
eſt, conſiſtentia *3. techni.* propter quæ phlegmata multa generantur in epate, & plurima
non proprie: ſed æquiuoce dicta phlegmata in ſtomacho: & in reliquis partibus corpo-
ris. Cum igitur harum materierum aliæ neceſſario generentur a naturali complexione B
ipſius, ſcilicet materiæ cholericæ: alię vero, vt phlegmaticæ per viam indigeſtionis mul-
tiplicatæ & non euacuentur aliunde, nec frequenter: oportet de neceſſitate materias i-
ſtas retentas in corpore inuicem commiſceri, & multiplicatas a virtute per corpus
hinc inde expelli. Et quia rationale eſt in hoc viro inferiores partes debiles eſſe, propter
longam corporis erectionem in euangelizando; ideo ſtimulata natura expellit mate-
rias ad pedes, & ad inferiora alia. ¶ Poſt hoc autem cõſiderandum, quod complexio ce-
rebri huius viri a generatione multum humida fuerit, & etiam a tempore propter vigi-
lias & frequentem & longam capitis detectionem, quæ præparat cerebrum eius ad frigi-
ditatem & humiditatem: ideo nõ eſt mirum, ſi in ſpatulis eius, & proprie in ſiniſtra, lon-
go tempore portauit dolorem propter cauſſam aſſignatam neceſſario, quæ contingit in C
hoc viro.

Et horum ſermonum duo teſtimonia facilius poſſunt eſſe. Primum quia hic vir
diarrhœa moleſtari conſueuit. Etiam quia non leuiter balbutit. Sed illi omnes facile a
diarrhœa capiuntur teſte Hipp. *ſect. 6. aph. 32.* ergo ex eis facile concludi poteſt multipli-
catio prædictorum phlegmatum in cerebro: & eorum expulſio ad neruos per nucham.
Eſt enim nucha vicarius cerebri in curſu dorſi. *1. tertii, cap. 11.*

Corollaria.
Ex quibus omnibus accurate collectis deducuntur corollaria quædam. ¶ Primum,
1. quod diſpoſitio huius viri ſit arthritis vniuerſalis accidentaliter. ¶ Secundum, quod i-
2. pſa ſit arthritica particularis, ſcilicet in pedibus. ¶ Tertium, quod ægritudo eius eſſentia-
3. liter ſit mala complexio frigida & humida accidentaliter in eo facta. ¶ Quartum, quod D
4. cauſſa materialis ſuorum dolorum ſit materia mixta ex dominanti phlegmate tenui &
mucilaginoſo. Si enim phlegma vitreum eſſet: non ita cito deferueſceret hæc ægritudo,
5. neque reſolueretur materia & deficeret tumor. ¶ Quintum, quod membra recipien-
tia rationabiliter tam ſuperiora, quam inferiora debiliora ſint propter cauſſam aſſigna-
6. tam. Sextum, quod membra mandantia & multiplicantia prædictam phlegmaticam
7. materiam ſint cerebrum, ſtomachus & epar. Septimum, quod cholerica materia præ-
dicta principaliter mandetur ab epate propter multiplicationem eius in eo ex naturali
8. ipſius complexione. Octauum, quod talis diſpoſitio minetur ipſi hanc ægritudinem
9. de interpolata arthritide tranſituram ad continuam. Nonum, quod oporteat ipſum eſ-
ſe diligenter ſollicitum ad obſeruandum infraſcriptum regimen, ne ægritudo eius cum E
Hazaheme ſuis accidentib. perducat ipſum ad hazaheme: (& eſt prohibitio motus progreſſiui) A-
uic. *vigeſima ſecunda tertii.*

Cap II. *De cura & primo per regimen ſex rerum non naturalium.*

ITAQVE regimen eius in duas diuidendum eſt particulas. Quarum prima
deſcribit regimen per ſex res non naturales. Secunda vero de regimine
medicinali vtiliora & meliora deſcribit medicamina & ſecura. Pro expe-
ditione primi oportet hunc virum venerabilem euitare ſtationem & man-
Aer. ſionem in cellulis, & locis terraneis, frigidis & humidis, expoſitis aeri frigi- F
do penetratiuo, & partibus borealibus & ſibi propinquis, & non dormiat in cellulis niſi
bene clauſis & calidis: & caput ſuum, quam commodius poteſt, teneat conuenienter co-
Motus & quies. opertum & munitum tecturis calidis, quod tamen difficilimum eſt viro tam ſacræ pro-
feſſionis & religionis. Similiter quantum poteſt, euitet exercitia: & maxime exercitia
pedi-

A peditandi & progreſſiui motus. Caueat longa mora ſtare erecta ſtatura per ſe. ¶ Etiam quam magis poteſt, fugiat dormitionem aſſumto cibo. Dormiat, licet repugnet conſuetudini, capite eius bene eleuato ſuper pannis accommodato, & non ſuper lapidibus & paleis nudus, ſicut ſæpe facere conſueuit. Caueat etiam reſupine dormire & pedibus & crurib. non bene coopertis. ¶ De menſura vero ciborum dicendum primo, quod caueat quantum poteſt accipere cibaria & potus ſtomachi repletiuos. Et nullum accipiat cibum niſi ſenſerit præaſſumtum cibum a ſtomacho ad inferiora deſcendiſſe & alleuiatum eſſe ſtomachum eius. Iterum nullum cibum deglutiat, niſi bene coctum & melius maſticatum: ac etiam non aſſueſcat diuerſitatem ciborum aſſumere. Sed ſatis erit ipſi vnico vel duobus ferculis ad plus in ſuo regimine vti. ¶ De qualitate vero ciborum præmittendum eſt

Somnus & vigilia. *Repletio & inanitio.* *Cibi.*

B primo, quod omnia cibaria dimittēda ſint: quorum complexio frigida eſt & humida, vt ſunt bletæ, ſpinachia, portulacæ, lactucæ, cucurbitæ, citrulli, cucumeres, & anguriæ. quæ omnia dimittenda ſunt: aut ſaltem raro in pauca quantitate aſſumenda, & præparata cū vegetabilibus calidis: velut fœniculo, petroſelino, aneto, dauco, ſerpillo, mentha, ſaluia, roſmarino, origano & conſimilibus. Hæc omnia conuenienti calefactione coniuncta ſunt exſiccationi, plurima eorum alicui ſtypticitati prohibenti fluxum materierum ad iuncturas. ¶ Præmittendum ſecundo, quod hæc omnia cibaria difficilis digeſtionis fugienda ſunt. vt antiquæ carnes & piſces magnorum corporum & panis azymus non bene coctus & antiquus: caſeus antiquus & conſimilia. ¶ Tertio etiam euitare debet cibaria omnia viſcoſa, craſſa, materierum difficilis digeſtionis generatiua & viarum oppilatiua, velut ſunt cibi de paſta propter farinam, cutaneæ partes animalium & cerebrum. Et

C cibaria mollitie & vnctuoſitate multa neruos & iuncturas laxātia & mollificātia, vt multitudo piſcium & proprie elixorum. Similiter etiam euitare debet omnia nutrimenta, quæ craſſum generant ſanguinem & phlegma: & proprie illa ſunt legumina omnia, quæ nocitiua ſunt iuncturis & neruis: vel euitare debet omnia cibaria mucilaginoſa ſua humiditate, ventoſabilia & repletiua neruorum & iuncturarum ventoſitate multa habente aptitudinem extendendi neruos & iuncturas. Præter hæc autem cibaria dicta & ſibi ſimilia vti poteſt omnibus fere cibis aliis libito ſuo. ¶ De potu autem dicendum, quod oporteat ipſum euitare vſum vini quam magis poteſt: & proprie vini albi fumoſi & acuti: quod nullo modo tangere debet: & maxime ſimplex. vti autem poteſt vino ſubrubeo vel rubeo cla-

Potus.

D ro aromatico, boni ſaporis & mediocriter dulcis: aut parum pontici. Et melius erit huic viro, vt vino commiſceat tertiam partem aquæ, aut ſaltem quartam in diebus æſtatis partem aquæ crudæ non coctæ. Et ſi aqua illa præcocta eſſet cum ſaccharo, conuenientior eſſet. Et ſi cum melle non multæ quantitatis & vino commiſceretur, conuenientiſſima ſemper eſſet. Et ſi vteretur tali aqua per totū menſem Aprilis, eſſet ei potus ſaluberrimus. Et ſimiliter a principio Octobris vſque ad medium Nouembris. Vinum autem ponticū vel bruſcum omnino dimittat. Hæc enim omnia propinqua ſunt ſapori aceti, quod eſt de peioribus rebus nocumenta neruorum efficientibus. ¶ Et ſi propter ætatem huius viri & ſtomachi eius debilitatem percipiet læſionem ſtomachi vel epatis propter aquam mellis prædictam, vbi contigerit ipſum eſſe quietum & habere cōmoditatem, faciat ſibi

Claretum.

E fieri claretum ſecundum hanc deſcriptionem. ℞. *cinamomi electi ℥ j. piperis al. ℈ j. zinzib. electi ℥ ß. florum roſ. ℥ ij. liquiritiæ mundificatæ ℥ iij. bulliant omnia in lib. aq. xxv. lento igne vſq; ad conſumtionem tertiæ partis. Deinde colentur abſque aliqua expreſſione & illi colaturæ addantur mellis citrini ℥ xix. & iterum lento igne ſimul bulliant ſemper deſpumando vſquequo cadat tertia pars duabus remanentibus. tunc ergo coletur tribus vicibus per ſacculum ſpiſſum, & vſui reſeruetur.* & poterit vti tali potu ſimplici, & ipſum commiſcere vino ad libitum eius.

Cap. III. *De cura per medicinalia continens rubricas ſex.*

F REGIMEN autem medicinale huius viri in ſex capita partiendum eſt. Caput primum deſcribit remedia præſeruatiua, quibus hic venerandus athleta Dei vti debet in vere & autumno pro ſua conſeruatione. ¶ Secundum deſcribet remedia per os aſſumēda tempore dolorum ſuorum. ¶ Tertium remedia localia a principio dolorum applicāda vſq; ad octo dies: deinde illa, quæ erunt cōuenientia vſq; ad finē ſedationū dolorū. ¶ Quartū quædā ſtomachi & epatis & renū cō-

fortatiua in tempore ſuorum dolorum. ¶ Quintum linimenta quædam prohibentia fluxum materierum in iuncturis. ¶ Sextum memoriam faciet quarundam medicinarum, quæ ſua leui diuerſione materierum facient euacuationem earum, & ſedabunt in membris dolorem, & ſecurabunt ipſum ab aduentu eius: & tandem acquiretur finis præſeruationis & reductionis eius. rubrica 1.

Præſeruatio. Pro complemento itaque primi capitis præmittendum, quod de inſtrumentis præſeruantibus homines ab euentu ægritudinum, a quibus periodice moleſtari conſueuerunt, meliora ſunt duo inſtrumenta. ¶ Quorum primum eſt regimen conueniens per ſex res non naturales. de hoc quidem iam pertranſiuit ſermo in parte ſecunda principali huius operis. ¶ Secundum vero inſtrumentum eſt regimen patientis indicatum a materia: & hoc quidem eſt digerendó & euacuando eam cum rectificatione membrorum mandantium & ſuſcipientium. ¶ Propter quod præmittendum ſecundum ſententiam ſummi Hipp. quod in corporibus talibus ſit neceſſarium præmittere euacuationes & diuerſiones materierum, antequam hæc corpora in ægritudinem incidant. Et quia iſtæ ægritudines paroxyſmales ſolent frequentius in tempotibus veris & autumni aduenire: ideo hic deſcribam euacuationes veri & autumno proportionatas, iuxta *aph. 47. ſect. 6. Quibuſcunque pharmacia aut phlebotomia conuenit, vere phlebotomare aut pharmacare neceſſariũ eſt.* *Vena ſectio.* Itaque circa medietatem menſis Septembris futuri in hoc anno 1443. circa quartum vel quintum diem noui lunaris, inquio huic viro, vt fiat phlebotomia venæ baſilicæ dextri brachii ſub cubito inuentæ: per quam educantur ſanguinis ℥ iij ß. aut quatuor ad plus. Neque terreatur aliquis proprer ętatem. Iſte n. vir propter bonam temperiem ſui epatis multiplicat ſanguinem adhuc choleræ multæ commixtum. ¶ Facta vero phlebotomia mane immediate ſequenti in aurora accipiat hoc digeſtiuum calidum, & continuet ipſum diebus ad minus octo. *Potio digeſtiua.* ℞. *geleniabin, ſyrupi acetoſi compoſiti, de radicibus, ſyrupi de byzantiis ana ℥ ß. aquæ ſcariolæ, fœniculi & abſinthii ana ℥ j. miſce & accipiatur vt ſupra.* ¶ Et ſi eſſet in loco, vnde habere non poſſet prædictos ſyrupos, tunc loco eorum accipere poſſet iſtas aquas. *Alia.* ℞. *aquæ hypericonis & fœniculi ana ℥ j. aquæ cichoreæ ℥ ij. & ß. miſce.* ¶ Cum ergo continuauerit aliquod iſtorum digeſtiuorum ita, vt vrina eius fuerit in ſubſtantia incraſſata mediocriter reſpectu prioris & in colore aliqualiter fuerit magis parumper intenſa vel citrina, quam pro more ſolito, & in fundo eius apparuerit contentum album, vnitum & æquale, quæ ſunt ſigna completæ digeſtionis materierum, tunc ſtatim euacuentur materiæ cum his pilulis. *Pilulæ.* ℞. *pilularum de ſarco. deſcriptione Meſ. in libello de conſolatione cap. proprio ʒ ß. pilularum de hermodactylis, deſcriptione Rhaſ. 9. Almanſ. ℈ j. formentur pilulæ v. cum ſyrup. de ſtæchad. & exhibeantur ei in aurora cum conditionibus requiſitis.* videlicet, vt tardet cibum horis v. & tunc accipiat ſcutellam vnam brodii pulli macri conditi cum ſaccharo, & poſt ipſum per horam vnam prandeat. ¶ Et attendat iterum, quod bonum ſit futurum ei quolibet tempore vti pilulis immediate deſcriptis: ita, quod ſi omni menſe ſemel acciperet doſim ſupraſcriptam, & iterum omni ſeptimana ſemel aut bis immediate ante cœnam vnam ex eis, non credo remedium in virtute conſimile, & in potentia præſeruandi ipſum a nocumentis & doloribus eius inueniri poſſe. ¶ Similiter etiam conſulo ei vt omnino procuret purgationem ante tempus veris: quare circa medietatem Februarii menſis fiat ei phlebotomia venæ medianæ vel nigræ vel purpureæ nominatæ, dextri brachii, per quam educantur ſanguinis ℥ iiij. ¶ Mane vero ſequenti immediate accipiat hoc digeſtiuum. *Digeſtiuum* ℞. *oxymellis compoſiti ℥ j. geleniabin ℥ ß. & totum hoc calidum accipiatur: & fiat poſt ipſum, vt de ſuperiori dictum eſt.* ¶ Cum ergo acceperit ipſum tot diebus, vt apparuerit in vrina ſedimen ſupra dictum, tunc euacuetur cum iſtis pilulis. *Pilulæ.* ℞. *pilularum fœtidarum ℈ j. pilularum de ſarcocol. prædictarum ʒ ß. fiant pilulæ ſex & adminiſtrentur, vt dictum eſt ſupra de aliis.* recordando ſemper, quod vſus pilurarum, quæ ſcriptæ ſunt in purgatione autumni, nullo modo prætermittẽdus ſit. Et non miretur aliquis, ſi digeſtiua & euacuatiua materierum diuerſificantur in vere ab eis, quæ in autumno conueniunt. oportet enim in vere materias euacuari & craſſiores & maioris reſiſtentiæ, quæ genitæ fuerunt in hyeme præcedente. ¶ Et iterum recordandum, quod ſi poſt purgationes vtraſque dictas iſte vir vteretur vnctione iuncturarum omnium, quæ fuerunt ſolitæ moleſtari, cum hoc vnguento ſemel aut bis in die adminiſtrato, valde vtile foret ei. Cuius deſcriptio eſt talis. *Vnguentum* ℞. *olei oliuarum antiqui lib. ß. ſalis communis torrefacti ℥ j. terantur omnia ſimul in mortario æneo:*

& de-

A *& de ipſo calido fiat inunctio*. Similiter inūgi poſſent mēbra ex oleo omphac. puro & calido, & hęc de pſeruatione ſufficiāt.

RVBRICA II.

Remedia per os aſſumenda tē pore dolorum.

Si autem contingeret, quod per anteſcripta remedia non potuerit præſeruari a doloribus, immo adiungantur ei dolores, tūc in principio adminiſtretur digeſtiuum tale. ℞. *aquæ acetoſæ, hypericonis an.* ℥ j. ß *ſyrupi ſimplicis acetoſi* ℥ ß. *ſyrup. roſ.* ℥ j *miſce & in aurora calidum accipiatur*. ¶ Aut loco illius accipiatur *ſyrupi de ſtœchade* ℥ j. *aquæ viol. & iuiubarū an.* ℥ j. ß. *miſce totum, accipiatur duobus vel tribus diebus*, & 3. vel 4. die in aurora accipiat tres de pilulis deſcriptis in purgatione autumni. Et quia abūdat ſanguine cholerico ſatis & ſubtili adhuc in ætate ſua propter complexionē radicalem eius cholericam & ſanguineā: ideo oportet in eo vti medicinis ſedantibus laborioſam agitationem materierum flu-

Potio.

B ctuantium, quæ etiam habeat potentiā intercipiendi fluxum materierum, & inducendi ſomnum, cum ipſe ab inſtantia vigiliarum moleſtetur vehementiſſime. Ideoq; bonum eſſet ei, vt per duas horas poſt cœnam acciperet has pilulas. ℞. *trociſcorum ſtellæ* ℈ j. *& fiant pilulæ tres cum ſyropo de calamento, aut loco earum detur* ʒ ß. *aureæ Alexandrinæ cum* ℥ ß. *aquæ chamomillæ aut aneti tepidæ*. & de hoc cap. ſecundo dicta ſufficiant.

Pilulæ.

RVBRICA III.

Remedia localia.

Poſtquam ergo cum remediis opportunis prouiſum eſt agitationi materierum adæquatione earum, ſtatim neceſſarium eſt, aggredi iuncturas procurando ſedare dolorem & auferre ab eis cum localibus opportune applicabilibus. ¶ Prima itaq; die applicetur iſtud vnguentum. ℞. *olei roſ.* ℥ j. *ſandaracæ* ʒ j. *roſarum* ʒ ß. *terantur ſimul, & linian-*

Vnguētū.

C *tur cum eo iunctura tepido aut actu frigido octo vel decem vicibus in die*. ¶ Secundum vero & fortius illo eſt, vt prædicto linimento *addatur camphoræ* ʒ ß. *acatiæ. ſumach an.* ʒ j. *tritis inuicem applicetur, vt ſupra*. ¶ Tertium remedium iterum efficacius prædictis eſt hoc. ℞. *olei roſarum & omphac. an.* ℥ j. ß. *ſief memitæ* ʒ j. ß. *camphoræ, ſeminis plantaginis, hypocyſtidos, acatiæ, ſandaracæ an.* ʒ j. *terantur ſimul & fiat vnguentū*. Et hæc omnia adminiſtrari poſſent vſq; ad quatuor dies incipiendo ab vltimis & aſcendendo ad prima. ¶ Cum vero pertranſiuerint dies quatuor, tunc prædictis linimentis addendum eſt aliquid de mollificatiuis & reſolutiuis, ſicut eſſet puluis carui & hypericonis, thuris, ſarcocollæ & proprie nutritæ, vſq; ad betonicam, origanum, pulegium, calamentum, de quibus tamen parua quantitas apponatur propter eorum caliditatem. ¶ Hoc autem tempore adminiſtrare ſoleo

Aliud.

Aliud.

D emplaſtrum hoc. ℞. *pulueris roſ.* ℥ ij. *maſticis* ℥ j. *croci* ʒ j. *camphoræ* ʒ ß. *farinæ hordei lib.* ß. *bulliant hæc omnia lento igne in vino albo Planenſi vſq; ad eorum conuenientem inſpiſſationem, eadem continuo cum ſpatula commiſcendo, & cum hoc calido membra omnia diligenter emplaſtrentur & circumligentur*: hoc enim medicamen non ſolet me decipere in confortando membra, ſedando dolores, reſoluendo & exſiccando materias. ¶ Et ideo etiam ego dico, quod ſi magna quantitas pulueris hermodactylorum teratur cum lacte caprino & ſpongia eis infuſa, & calidis fomententur membra, conferret ſolenni iuuamento. ¶ Cum autem prima tranſiuerit ſeptimana, neceſſarium eſt, vti reſoluentibus & reſiduum materiei conſumētibus, propter quod vti ſoleo linimentis quatuor in hoc tempore applicandis. ¶ Quorum primum eſt hoc. ℞. *olei de coſto, olei liliorum alborum an* ℥ j. *roſarum, florum hy-*

Emplaſtrū

Linimētū.

E *periconis, calamenti, origani, croci an* ℥ ß. *terantur omnia ſimul longa contritione & de eo tepido liniantur membra decem vicibus in die*. ¶ Secundum vero & fortius illo eſt, *vt prædicto linimēto addantur thuris, coſti, ſandaracæ an.* ʒ j. *hermodactyl. pæoniæ, ſtœchados an.* ʒ ij. *incorporentur ſimul & fiat vnguentum craſſum, quod calidum ſuperapplicetur membris*. ¶ Tertium vero adhuc conuenientius prędictis eſt hoc. ℞. *vnguenti dialthææ & agrippæ amborum deſcriptione Nicolai in antidotario ſuo an.* ℥ ij. *croci* ℈ ij. *ſandaracæ, pyrethri, ſtœchados, eupatorii, artheticæ an.* ʒ j. ß. *incorporentur ſimul in mortario, & applicentur calida membris læſis*, & eſt mirabile iuuamentum in ſedando dolores & exſiccando reliquias materierum, quę remanſerunt in eis. ¶ Vltimum vero & leuius prædictis, conueniens tamen eſt, vt membra omnia dolentia liniantur abundāter ex caſſia nuperrime extracta, & ꝓprie cū aqua chamomillæ, aut cū

Vnguētū.

Aliud.

F aqua ſublimationis vel decoctionis florū papaueris, & ꝓprie cū inſtātia doloris. Et hæc de tertio cap. dicta ſufficiant.

RVBRICA IV.

Remedia cōfortātia ſtomachū epar, & renes tempore dolorū.

Quoniam materia generationis harum ægritudinum eſt ſuperfluitas tertiæ digeſtionis, quæ in membris fit, & ſecundæ digeſtionis, quæ fit in epate: ideoque cholericæ ſuperfluitates & mucilaginoſæ phlegmaticæ materiæ ſunt harum ægritudinum materiales cauſæ, vt ſupra *in primo cap. huius operis*, demonſtratum eſt: ideo neceſſarium eſt

in hac cura attẽdere ad rectificationẽ epatis principaliter. Deinde ad rectificationẽ ſto- A
machi, in quo ꝓpter debilitatẽ digeſtiuæ eius generant & cõgregant materiæ ꝑ viã in-
digeſtionis: quare ẽt oportet ſtomachi diſpoſitionẽ rectificare, materiæ n. phlegmaticę
& aliquando cholericæ æquiuoce dictæ de eis in ſtomacho generant & cõmiſcent chy-
lo, ex quo poſtea epar maſſam ſauguineã diminute aut corrupte digeſtã generat. Patet
ergo, ꝙ cũ iſtæ materiæ ſupfluunt in epate a quo nõ cõſequẽter ꝑ officiũ diſcretiuæ vir-
tutis delegari poſſunt, ideo labunt ſimul cũ ſanguine in vniuerſum corp⁹, quare debili-
tatẽ in diuerſis hominib. inuentã in iũcturis ſiue contractã à principio generationis in
cõplexione, ſiue ꝓpter aliquã de efficientib. cauſis debilitatẽ generantib. in iũcturis, vt
ſupfluitatũ earũ exercitiũ, laxitas im̃oderata, frigiditas aut raritas, & ſic de aliis. Multi-
plicant hę materiæ in iũcturis, q̃ ꝓpter ſpeciẽ malæ cõplexionis ſubito alterãtis; vel ꝓ- B
pter extenſionẽ, q̃ eſt ſpecies ſolutæ cõtinuitatis dolorẽ efficiunt in iuncturis diuerſarũ
ſpecierũ, vt pruritiuũ, cũ materiæ fuerint ſubtiles & paucæ, pungitiuũ, acutũ; mordicati-
uũ, cũ materiæ fuerint acutiores & participãtes aduſtione: Extẽſiuũ cũ materiæ in iun-
cturis ventoſant aut in ventoſitatẽ cõuertunt: Cõpreſſiuũ v. contuſiuũ & cõtractiuũ, cũ
materiæ fuerint craſſiores. ex quarũ ſpecierũ dolorũ cognitione aſſumit fundamentũ
curationis rationalis, ſine quorũ cognitione caſuales & variæ ſunt operationes oẽs. Ex
quorũ omniũ fundamẽto colligit 1. ꝙ neceſſe eſt rectificare mẽbra mãdantia, videl. ſto-
machũ & epar. Colligit 2. ꝙ neceſſe ſit fortificare ſuſcipientia mẽbra, de quo in ſequẽti
Simplicia pro cõfortando ſtomacho. cap. dicet. Confortantia igit ſtomachum & eius appetitiuã rectificãtia ſunt plura inſtru-
menta ſimplicia, vt granum maſticis ſæpe deglutitũ per horã ante cibũ. Similiter & gra- C
num thuris. ¶ III. & nõ minus potẽs eſt deglutitio 6. vel 8. granorũ carpobalſami. ¶ IV.
deglutitio granorũ cubebarũ. ¶ V. in cibariis ſępe vti mentha, ſerpillo, ſiſymbrio, cina-
Cõpoſitis. momo, mace, caryoph. & ſimilib. ¶ Ex cõpoſitis a. eſt confectio de cinamomo, confe-
ctio de ameos, confectio diamoſchi dulcis, confectio de ligno aloes, & ſibi ſimiles in diſ-
poſitione valde frigida, & leuiores illis ſunt confectiones aromatici roſ. deſcriptione
Gabriel. confectio de mace, aromaticũ roſatũ, aromaticũ moſchatũ, confectio triaphi-
Epatica. lon, & aliæ cõſimiles. At v. epati omnia p̃dicta cõferunt, & tamẽ appropriata eſſet cõfe-
ctio de ſpodio & diarodon, & trociſci confectio dianthos, diacurcuma, & electuariũ ho-
morifion dictum & myrobalani chebuli cõditi, & ligna balſami condita. Ego a. experi-
Nota ligni aloes boni. entia ſcio certe, quod decoctio ligni aloes ſit electiſſima, quod debet eſſe graue, ſubni- D
grũ, ſuauiter aromaticum, & ad fundum aquæ ſtatim deſcendens, cum ꝓiicitur in eã,
eſt magni iuuamenti, facta ita decoctione cum aqua; cuius duæ partes conſumantur
tertia remanente. Si dẽtur ex ea ℥ iiij. calefacta in aurora quibuſdam diebus mirabili o-
peratione rectificant ſtomachum & epar debilitata in operationibus ſuis, & collige eo-
rum ſententiam a Dioſcoride *4. ſimplicium*, & lege quod ſcribitur de eo ab Aui. *2. canon. cap. de ligno aloe*, & placebit. Et hæc dicta ſufficiant de cap. quarto.

RVBRICA V.

Medicamẽta prohibẽtia fluxũ materierũ ad iuncturas. Iam vero apparet pro materia quinti cap. ponendas eſſe quaſdam medicinas pro-
hibentes fluxum materierum ad membra. Et licet plurimæ ipſarum poſitæ fuerint in
tertio cap. præcedente, tamen hic ponentur quatuor compoſita, quæ ſolent eſſe de melio- E
ribus & electis meis.

Emplaſtrũ Quorum primum eſt hoc. ℞. *ſucci plantaginis, ſucci conſolidæ maioris an. lib. ß. farinæ fabarum ℥ v. croci ß ʒ. gallarum cupreſſi ℥ viij. puluerizentur puluerizanda, & inſpiſſentur in mortario conterendo cum prædictis ſuccis, & emplaſtrentur ex eis membra ante tempus principii euentus*
Lotio. *doloris.* ¶ Secundum remedium eſt, vt ante tempus dolorũ lauentur ſæpe membra cũ
aqua maris, in qua bullierint multæ gallæ cupreſſi & multo tp̃e. ¶ Tertiũ remedium eſt
hoc. ℞. *aquæ cineris lib. ij. farinæ volatilis molendini lib. ß. farinæ milii & fabarum an. ℥ ij. pulueris*
Linimẽtũ. *gallarum quercus, & proprie perforatarum ℥ viij. ſandaracæ, thuris, maſticis an. ℥ j. fiat linimentum*
Emplaſtrũ *in mortario ſicut de prædicto dictum eſt.* ¶ Quartum remedium eſt hoc. ℞. *pulueris roſarum, ſumach, granorũ myrti, cupularum glandiũ, ſcoriæ ferri ana ℥ j. hypericonis, calamenti, pulegii, hermodactyl. & baccar. lauri an. ʒ ij. farinæ volatilis molendini lib. j. ſanguinis draconis lib. ß. incorporentur omnia cum ſucco plantaginis & albumine trium ouorum vſq; ad bonam inſpiſſationem, & de hoc emplaſtretur*, & hoc poteſt eſſe conueniens in materia frigida magis, licet etiam conueniat in calida, & proprie in principio, & hæc de cap. quinto dicta ſufficiant. F

RVBRICA VI.

Pro ma-

A Pro materia vltimi cap. valde vtilis præmittendũ primo, quod diuerſiones conueniant magis in principio incluſiue ægritudinis, quam alio tempore, propterea, quia per eas diſtrahuntur materiæ, quæ inceperunt fluere ad membra ad alias partes diſtantes nõ læſas, licet ipſa diuertentia etiam competere poſſint per totum tempus Auguſti, in quo materiæ fluctuant & ad membra mouentur. De diuertentibus ergo licet plura poſſent dici & oſtendi vltra ea, quæ dicta ſunt de phlebotomia in cap. præcedente, tamẽ quatuor ſolum hic tangã, quæ mihi habiliora & meliora videntur. ¶ Primum itaq; eſt ventoſarum applicatio, quę poſſent materiam intercipere & ad diſtantia loca trahere. Exemplũ primi, vt ſi fluerẽt materiæ ad pedem, ponatur vẽtoſa in domeſticã partẽ carnoſam tibiæ, in diſpoſitione leui ſine ſcarificatione, & in diſpoſitione fortiori cũ ſcari- (Diuertentia.)
B ficatione. Et ſi fluerent materiæ ad genua, ponatur ventoſa in coxa. Si ad anchas, ponãtur ventoſę in ſpatulis. Si ad ſpatulas, diſtrahatur materia ad ſuperiores partes natium, & ſic de aliis, quæ ventoſæ longo tempore appoſitæ membris permanere debent, aut ſaltem frequenter apponi & remoueri, quod eſt conuenientius & ſecurius. ¶ Secundũ v. de diuertentibus cum euacuatione ſenſibili eſt, quod fiant ei veſicationes ſuper mẽbris & rubificationes. Et primæ fiunt cum appoſitione flammulę contritæ ſuper membris aut perſicarię, aut apii ſylueſtris vel alterius acutæ plantæ. Secũdæ vero videl. rubificationes fiũt cum fricatione membrorum circumſtantiũ facta cum calamento cõtrito diu applicato, aut cũ foliis apii ranini, vel foliis ficus, vel ellebori albi, aut pulueris euphorbii cũ felle tauri, quæ omnia caliditate ſua acuta materias de profundo membro-
C rum trahunt ad ſubcutaneas partes. ¶ Tertium diuertens & ſolenne eſt clyſtere, ſicut eſt iſtud. ℞. *foliorum ſiclæ & liliorum alborum, calamenti, ficuum ſiccarum an. M j. paſſularum M j. ß. hermodactylorum, aſari, pæoniæ, arthetica an. M ß. fiat horum decoctio in magna quantitate aquæ, de qua decoctione accipiatur* ℔. j. *& ſuperaddatur ei hoc.* ℞. *olei de ruta, olei de ſiſamo ana* ℥ *j. olei liliorum alborum* ℥ *ij. ſalis gemmæ* ʒ *ij. hieræ Hermetis, hieralogodion, ſacchari rub. & caſſiæ fiſt. an.* ℥ *ß. & applicetur totum, & eſt valde ſalubre.* ¶ Quartum vero diuertens & de meliorib. ſecurioribus & mihi magis gratum, eſſet prouocare hæmorrhoidas in hoc viro ante tempus euentus dolorum & in tempore eorum. Et hoc quidem fieri poſſet cum multiplici inſtrumento fricando intus & extra primo cum foliis conſolidæ, ſecundo cum foliis fici, tertio cum foliis apii ranini, quarto cum felle tauri commixto cum puluere eu- (Clyſter.)
D phorbii, quę omnia hæmorrhoidas cęcas conuenienter apertiunt, & magnam ſpem & fiduciam ſatis vnicuiq; taliter languenti promittunt. Tu igitur ſumme omniũ conditor accipe iocunda mente & placida hoc opuſculum ſalutare, quod ego fidiſſimo & cõſtanti tuo athletæ erecta & complacida charitate compoſui domino Bernardino. Ad laudem Dei omnipotentis. Amen.

CONSILIVM CCXXXIX. *De paſſione arthritica vniuerſali.*

VIR commendatiſſimus Lippus Bononienſis ægrotat diſpoſitione, quæ eſt dolor iuncturarum. Et hic quidem dolor non eſt particularis alicuius iuncturæ magis vni quam alteri appropriatus, ſed vniuerſalis per omnes fere articulos diſcurrens & pmutabilis, quare merito arthritica diſpoſitio nominari debet, pertrãſeunte n. cauſa ſ. dolo-
E ris effectiua ad omnes corporis iuncturas, arthriticam illã nominare conſueuerunt, vt ſcripſit Paulus *primo practicæ. c. 184.* de arthritide & podagra. ¶ Hic itaq; dolor in hoc viro quandoq; ſpatulis, quandoq; ſpondylis colli & dorſi, aliquando etiam digitis, manibus & cubitis communicatur, & non raro etiam nonnullas inferiorum iuncturarũ perambulat. Eſt autem hoc rationale contingere in viro iſto, quoniã apparatũ habet ad aduentum taliũ dolorũ. Primo ex parte complexionis, ſecundo ex parte compoſitionis, tertio ex parte habitudinis. Et quarto ex parte eorum, quæ extrinſecus euenientia conſimiles dolores efficere poſſent. ¶ Ex parte quidem complexionis primo vniuerſalis: fuit enim hic vir a generatione cholericus, & adhuc remanet talis complexionis manifeſtum veſtigiũ, licet ex parte exterius euenientiũ, vt aeris & mali regiminis, ex parte ci-
F borum & potuum, coitus & ſimiliũ lapſa ſit eius cõplexio ad phlegmaticitatẽ: ꝓpter n. innati caloris debilitatẽ generantur materiæ frigidę phlegmaticę per viã indigeſtionis. Remanſit igitur in eius epate caliditas notabiliter refracta cũ multorũ phlegmatũ generatione & congregatione in epate, ſtomacho & in renib. eius, propter q̃ ẽt debilitatẽ non eſt difficile videre, quare hic vir exſiſtat in habitudine ſua adeo macilentus. Cũ n.

phlegmata cõgregãt, ſanguinẽ, q̄ eſt nutricationi materia cõueniẽs, faciũt indiſpoſitũ A
augmẽtationi carnis & mẽbrorũ. Vnde & raritas texturę hui⁹ viri a duplici poteſt ꝓueni-
re cauſa. Primo a reliqua caliditate in epate, 2. ex paucitate materiei nutricationis. Ad-
huc ẽt in hoc viro eſt apparat⁹ ad euentũ dolorũ iunɈurarũ ex parte particularis cõple-
xionis cerebri ſui. Eſt n. cerebrũ eius notabiliter frigidũ multiplicatiuũ phlegmatis mu-
cilaginoſi & aquoſi, ꝙ q̄dẽ defluẽs & pulſũ a cerebro nõ ſolũ ꝑ venas & arterias, ſed ẽt per
neruos infundit̃ ſpatulis & ſpondylis & muſculis p̄dictarũ partiũ inde dictũ dolorẽ in eis
efficiẽs. Et q̄a materia eſt multa, ad multas iũɈuras deferri poteſt, pri⁹ tamen ad ꝓpin-
quas, ſecũdario ad remotas. Et quia iſta materia magna participat mobilitate ꝑ ſe, quia
aquoſa & accidẽtali mobilitate ſibi adiũɈa admixtione materiei cholericæ aliquanta,
hinc eſt, ꝙ diſcurrit ab vna iũɈura ad aliã, imo de plurib. ad plures. At v. iterũ in hoc vi- B
ro eſt apparat⁹ ad hos dolores ex parte q̄dẽ habitudinis, quia macer & extenuat⁹ eſt vt
ſupra. Mẽbrorũ a. ſubſtãtifica diſſolutio maxime eſt cauſa debilitatis eorũ, vt patet *2. pri
mi ca. de cauſis debilitatis.* Tertius v. apparatus in ipſo ad hos dolores eſt, q̄a mẽbra iũɈura-
lia ſunt extenuata, pauca carne velata, & habẽt cõcatenatioues & ligamẽta eorum ſatis
laxa, i. mollificata a multo phlegmate aquoſo & mucilaginoſo in eis inuento & ꝓfunda-
to poteſtate choleræ faciẽtis ipſum imbibi & maiori penetratione ꝓfundari in iunɈu-
ris, q̃ ꝑ ſe facere poſſet. At v. iterũ quartus modus apparatus hominũ ad dolores iũɈura-
rũ facile intelligi poteſt ex his, q̃ occurrũt exteri⁹, & ꝓprie in hoc viro, qui occupat⁹ fuit
in armorũ exercitio, in quo neceſſariæ ſunt magnæ alterationes ex parte aeris nũc cali-
di, nunc frigidi, humidi vel ſicci, ſereni, caliginoſi, & ſic de aliis. Etiã ex parte ciborũ & C
potuũ quantitate, qualitate & ſubſtantia diuerſorũ & malæ p̄parationis vt in pluribus &
motuũ excellentiũ ẽt non ſua hora & coitus incongrui, & in ſumma omniũ rerũ nõ na-
turaliũ exceſſus videtur neceſſario cõſequi ad exercitia armigerorũ. Ex quorũ omniũ
Cauſa horũ dolorũ in hoc viro
fundamẽto ſequit̃. Primo, ꝙ dolores in hoc viro eueniſſe ſit rationale, quia ad eorũ euẽ-
tũ oẽs cõcurrunt cauſæ. Primo quidẽ ex parte cõplexionis, 2. habitudinis, 3. lapſus com-
plexionalis, 4. ex parte eorũ, q̃ exterius eueniunt, & multorũ particulariũ cõuenientia,
quare corollariũ verũ. Quomodo n. aliter eſſe poſſet. vbicunq; n. ad effectũ inducendũ
cõuenienter aſſignant̃ cauſæ & potentes & applicatę cũ tp̄is ſufficientia & diſpoſitione
paſſi, neceſſe eſt conſequi effectũ, & tota philoſophia clamat. Sed oẽs cauſę inuẽtæ fue-
runt in hoc viro, vt ſupra inductiue demonſtratũ eſt, quare &c. Sequit̃ 2. ꝙ dolores, in D
hoc viro valde ſuſpecti ſint: ꝓbatur corollariũ, cũ diuturnitate tẽporis ſecum admixta.
Item quia morbus in hoc viro diſproportionalis eſt ſaltẽ ętati, ergo difficilior. cõſequẽ-
tia notiſſima ex lege aphoriſtica cũ *ſect. 2. aph. 34.* ſcribit̃: *In morbis minus periclitari ægrotan-
tes*, &c. Et ſequit̃ 3. ꝙ niſi dolores iſti curent̃ in hoc viro ab ætate cõſiſtentię, ꝑ totã partẽ
primi ſenii, fortaſſis nunquam ſanabitur ab eis, niſi cũm beneficio. Probat̃ corollarium,
quia ſi nõ curat̃ ægritudo in tp̄e maioris fortitudinis virtutis & potẽtia caloris naturalis
non poterit curari adueniente debilitate virtutis & innati caloris paucitate, ſed hæc ac-
cidunt ambo poſt ætatẽ conſiſtentiæ, *prima primi, cap. de complexionibus ætatum, §. poſt æta-
tem conſiſtentiæ caro notabiliter diminuitur &c.* Ex quorũ omniũ congregatorũ fundamẽto
concludit̃, ꝙ oporteat iſtũ virũ eſſe ſapientẽ, ſolertẽ & diligenter obſeruantẽ in cura ſui E
ea, q̃ inferius ſcribentur. Et horum quidem omnium ſermonum fundamenta ſuſtẽtan-
tur ſuper *22. tertii in ſubtili materia de doloribus iunɈurarum.* Et a Rhaſe colliguntur, *in li-
bello de ægritudinibus iunɈurarum*, diffuſo & accurato ſermone multum, & a Paulo *primo
practicæ cap. 184.* tu lege ibi, ſi velis. Itaq; regimẽ huius viri duplici fundamẽto ſuſtentatũ:
primũ ex parte cõuenientis rectificationis omniũ ſex rerũ nõ naturaliũ, ſecũdũ ex parte
intentionũ & inſtrumentorũ medicinaliũ electione conuenienti. Regimẽ itaq; ꝑ ſex
res nõ naturales fuit tactũ in illo cõſilio magno illius de Taruiſio, ꝙ incipit, Vir inſignis.

CAP. II. *De regimine huius viri per medicinalia.*

Præſeruatio ab euẽtu dolorũ & paroxyſmi.

MODVS autem regiminis huius viri per medicinalia conſiſtit in duabus intentio-
nibus principalibus. ¶ Prima eſt præſeruatiua ab euentu dolorum & paroxyſmis F
eorum & multiplicationis. ¶ Secunda vero intentio eſt proprie curatiua & e-
radicatiua cauſarum efficientium hos dolores, quantum theorica contemplatione &
quotidiana experientia capi poteſt.

Prima quidẽ intentio cõpletur per ea, quę p̄ſeruant materias ab augmẽto quanti-

tatiuo

A tatiuo earum & motu ipſarum. Et hæc quidem intentio perficitur partim per applicationem conſimilium. Actus n. pręſeruatiuus completur ex applicatione taliũ, vt patet *lib.3.techni.ibidem.Si v.regere & permutare volueris*,& *4.primi* et colligitur clare *2.cap.de medicatione ſpecierum malæ complexionis materialis & immaterialis.* ¶ Præſeruant autem homines ab incurſu ægritudinum, quæ periodice reuoluuntur, partim ea, quę de electione ſex rerũ non naturalium præcedenti cap. tacta ſunt, partim ea, quæ quantitatem materierum abſcindunt. Quibuſcunq; enim periodice reuoluuntur ægritudines immateriales, & a multa materia fientes, hos euacuare oportet, teſte Hipp. & Gal. ſect. 6. aph. vbi cõmentator ſcribit ſe plurimas gentiũ præſeruauiſſe ab euentu arthritidis, podagræ, epilepſiæ & conſimiliũ ægritudinũ. Itaq; in huius viri cura ita procedatur, vt in principio

B huius veris anni 1446. vſq; ad medietatẽ menſis Aprilis hic vir euacuetur ſecundũ iſtũ modũ. ℞. *agarici electi ʒ j. pulueris hermodactylorum ʒ j.ß. zinz.* ℈ j. *ſacchari ſecundæ coctionis* ℥ j. *caſſiæ nuper præparatæ* ℥ ß. *aquæ arthetica* ℥ iij. ß. *caleſiat aqua, & omnia infundantur in ipſam per diem naturalem, tunc ergo iterum caleſiat aqua & omnia infundantur in ipſam per diem naturalem, rurſus caleſiant in aurora, & exprimantur diligenter, & colatura bibatur calida poſt ipſam dormiẽdo per horam*, & tardet aſſumtio prandii horis ad minus ſex. Die v. immediate ſequenti accipiat hoc digeſtiuũ, quod continuet diebus ad minus octo, hora prædicta calidũ, poſt quam tardet prandiũ horis ad minus 4. Cuius deſcriptio eſt. ℞. *ſyrupi cõpoſiti acetoſ.* ℥ ß. *mellis roſ. colati* ℥ j. *aquæ calamenti & arthetica an.* ℥ j.ß. *miſce.* Die v. nona ſequenti euacuetur materia

Curatio præſentis. *Potio purgans.* *Potio digeſtiua.*

C cum iſtis pilulis. ℞. *pilularum de hermodactylis, pilularum fœtidarum ana* ℥ ß. *formentur pilulæ vij. cum electuario roſato, & accipiantur hora & conditionibus obſeruatis omnibus, quæ ſcripta ſunt de minoratiuo præcedenti.* ¶ Similiter etiam ad præſeruationem huius nobilis neceſſaria eſt euacuatio in tempore autumni facienda ſecundum hunc modum. ¶ Itaque vno mane poſt medietatem Septembris accipiat hoc minoratiuum. ℞. *pilularum de agarico ʒ ß. pilularum de hermodactylis ʒ ß. boni ponderis, ſalis Indi gra. ij. formentur pilulæ cum electuario roſ.* & accipiantur obſeruatis regulis poſt alia ſolutiua prætactis.

Pilula. *Pilula.*

Mane vero ſequenti accipiat hoc digeſtiuum continuatum diebus ad minus x. ℞. *ſyrupi de abſynthio, ſyr. de eupatorio an.* ℥ vj. *aquæ lupulorum & arthetica an.* ℥ j.ß *miſce.* ¶ Vndecima vero ſequenti die accipiat hoc ſolutiuum. ℞. *benedictæ* ʒ iij. *electuarii Indi* ʒ ij. ß.

Potio.

D *aquæ iris* ℥ j.ß. *caleſiant, & accipiatur totum, memorando conditiones*, quæ poſt alia ſolutiua pręſcriptæ ſunt. ¶ Cum ergo hic vir nobilis fuerit euacuatus ac duplici euacuatione regulati: tunc inſurgit intentio particularis curationis diſpoſitionum ſuarum ſecundum hunc ordinem celebranda. Primo enim ſcribentur x. remedia inter tempus veris & autumni particulariter adminiſtranda, ſecundo vero principaliter tangentur plura inſtrumenta membrorum particularium huius viri lapſum rectificantia, tertio principaliter ordinabuntur inſtrumenta principalia, quæ a principio menſis Octobris vſque ad principium menſis Martii anni futuri obſeruari debent. Ex quibus videbitur acquiſitum medicinale regimen ſuarum diſpoſitionum curatiuum. ¶ Vt autem explicentur inſtrumenta neceſſaria inter tempus veris & autumni, præmittendum eſt, quod quæ-

E dam ipſorum erunt particularium euacuationum effectiua. Altera vero erunt ipſarum materierum diuerſiua. Nonnulla vero conſumtiua materierum, quæ iam ad membra effuſæ ſunt. Vltima vero membrorum confortatiua, ne aliarum materierum ſint receptiua. ¶ Pro declaratione primi horum duo ſcribentur inſtrumenta: quorum primum erit hoc. ℞. *aloes epaticæ electæ* ʒ ij. *agarici, hermodactylorum an.* ʒ ij. *pulpæ colocynthid.* ʒ j.ß. *zinz. cinamomi, aſari, caryoph. macis ana* ℈ j. *turbith electi, epithymi an.* ʒ j. *croci* ℈ j *pulüerizentur omnia per ſe, deinde infundantur in* ʒ v. *aquæ arthetica & exponantur ſub radiis ſolis ſæpe commiſcendo vſq; ad conſumtionem aquæ, quæ iterum renouanda eſt bis & exſiccanda. De illa ergo materia iſte vir accipiat omni fine xv. dierum* ʒ j. *& fiant pilulæ vij. cum obſeruandis modis in aliis ſolutiuis declaratis.*

Pilula.

Et attendat quod de prædictis pilulis vij. ex ʒ factis omni quarta die parum ante

F cœnam accipere poteſt vnam. Euacuationes enim iſtæ particulares & paulatinę diſtrahunt materias & vltimo prohibent earum generationem dilatando membra. ¶ Secundum vero remedium ad hanc intentionem & de authenticis eſt hoc. ℞. *hieralogodion* ʒ *v. pulueris turbith* ℈ ß. *diagridii gra. j. zinz. gra. iij. miſce, & totum hoc aſſumatur in aurora ſaluatis conditionibus*, quæ in aliis ſolutiuis fuerunt ſcriptæ.

Bolus.

Secundum vero principale de applicandis inter purgationem veris & autumni eſt, vt A
materiebus detur diſtractio & diuerſio per alienas vias, primo per aperitiua pororum, ſecundo per diſtrahentia penitus ad oppoſitum. ¶ Primus autem modus diuerſionis per diuretica ſecuriſſimus eſt, intantum, quod dixit Rhaſes *in lib. de iuncturis*, quod vſus eorum facit hominem etiam iacentem ſurgere a lecto. Et idem ſcribitur *22. tertii cap. de curationibus harum diſpoſitionum.* Et merito quidem hoc approbandum eſt. Materiæ enim ſuperfluæ, quæ faciunt dolorem iuncturarum, ſunt reliquę tertiæ digeſtionis, vt allegatis locis percipitur, ſed diuretica potenter educunt eas diſtrahendo, ne ducantur ad iuncturas, igitur concluſio vera. minor nota eſt intelligenti propinquitatem viarum vrinalium ad epar & ad venas. Et non calumnies mecum de digeſtione ſecunda vel ter-
tia. Si enim excludis digeſtionem a maſticatione, tunc ſuperfluitates talium ęgritudinū B
erunt atteſtandæ digeſtioni ſecundæ, & econuerſo.

Diuretica

Quatuor igitur ponantur hic diuretica, duo ſimplicia, & reliqua compoſita. Primum erit vt x. vel xv. diebus patiens in aurora bibat ℥ v. aquæ aſari cum ſacharo calefactæ. ¶ Secundum & melius illo eſt aqua rubeæ tinctorum ſimiliter exhibita, immo fortis eius vſus prouocaret vrinam vſq; ad ſanguinem. ¶ Primum de compoſitis eſt hoc. ℞. *trociſcorum de ſpica, qui deſcribuntur nono Almanſ.* ʒ j. *pulueris granorum orobi* ℈ j. *theriacæ Andromachi antiquæ* ʒ ß. *exhibeatur totum in potu in aurora cum duabus* ℥ *aquæ apii calefactis, & tardetur cibus horis ad minus v.* ¶ Secundum compoſitum eſt hoc. ℞. *trociſcorum de eupatorio* ʒ ß. *granorum milii ſolis, ſiſeleos & carui, ana* ℈ *v. benedictæ ſimplicis* ʒ j. ß. *miſce, & totum* C
accipiatur cum ℥ ij. *vini albi ſubtilis & potentis tardando comeſtionem vt dictum eſt.* ¶ Materias vero in membris infuſas & earum reliquias auferre poſſent inſtrumenta quam plurima. ¶ Et primum de communibus auctorum & leuius eſt, vt fiat ſæpe omnium dolentium partium leuis fricatio cum hoc compoſito. ℞. *olei omphacini* ℥ ij. *ſalis communis torrefacti* ℥ ß. *calefiat totum, & fiat vt dictum eſt, ligando conuenienter membra cum pannis calidis.* ¶ Secundum eſt vt ſæpe membra ſuffumigentur hoc modo, habeantur lapides marchaſitę notabiliter igniti, & effundatur ſuper eos mixtio ex antiquo vino rubeo ſubtili commixto cum quarta parte aceti, ſtillentur ergo ſuper lapides ſuper emborum habentem orificiū non latius, quam penna alarum anſeris, teneat ergo æger ſuper illo vapore membra
elongata per duos pedes ſuper cooperta corio vel tapeto vel ſclauina; quamdiu perce- D
perit caliditatem penetraſſe in profundas partes membri, tunc ergo remoueatur ab opere illo, & ligentur membra pannis condecenter & cooperiantur quieſcendo. Eſt a. lapis marchaſita lapis rubeꝰ, quo acuūt ferramēta, cuius magna copia inuenit in diœceſi Veronenſi. ¶ III. inſtrumentū ad hanc intentionē eſt, vt membra patientia omnia liniant cōdecenter cū hoc cerato. ℞. *ſerapini* ℥ j. *bdellii rubei & ammoniaci ſicciorís an.* ℥ ß. *ſandaracæ* ʒ ij. *diſſoluātur gūmi cū aceto rubeo ſubtili, & cum ſufficienti quantitate ceræ fiāt cerata ambientia oēm partem ægrā & ſanā per duos digitos circumquaq;.* Ad hanc ēt intentionē cōferunt balnea naturalia, ita ꝙ p̄miſſis purgationib. ante dictis a x. die menſis April. vſq; per totū menſem Maii iſte vir cōtrahat morā in balneis, per xx. aut ſaltē per xv. dies, nunc infun-
dendo totū corpus in eis, & ꝓpriē in mane. In ſero v. ſufficiat ei ſtillas aq̄ recipere ſuper E
ſpatulis nudis, & aliquando ſpatulas exponere foraminib. q b. exit fumus balnei, & pedes ēt illis foraminib. imponere abſq; cōtactu aq̄. Et pluries in die ſpatulas, manus & omnia mēbra læſa cooperire ex luto balnei actu bene calido craſſo ſupextēſo eis. Et in ſuma pmutare ſe de aqua balneorū ad fumū, de fumo ad lutū, & econuerſo, in die bis vel ter, ſecundū ꝙ clare habere poterit in conſilio de balneandis per me cōſcripto, vbi ēt ponit regimē in omnib. Et per hęc ēt remedia non ſolū cōſumunt materierū reliquiæ, ſed ēt cōfortant mēbra. Iā a. ponēda ēt ſunt aliqua mēbrorū interiorū cōfortatiua, ne ſint generatiua materierū & cōgregatiua earū. De numero ergo eorū ſolet eſſe, vt aliquādo æger in aurora deglutiat de electa terebinthina quantitatē grani fabæ minoris, aut loco
illiꝰ tantundē opoponacis aut ſerapini, aut quarto iterū cōueniens eſt aliquando potā- F
rē in aurora ℈ ß. pulueris ligni al. cū ℥ j. aq̄ arthetícæ calida, aut bis in ſeptimana alternatim deglutire in aurora ʒ j. optimi mithridatii. Aut loco illius & domeſticum magis eſt, vt omni quarta die in aurora cū modico andachochę calefactæ bibat ʒ j. theriacæ Hermetis, vt ſcribitur *22. tertii.* Scio ēt ego, ꝙ in omni ſeptimana ſemel deglutire maſticādo myrab. chebulū, erit ei valde cōueniens. Et meliꝰ & magis domeſticū illo eſt, ꝙ xv. dieb. in aurora deglutiat patiens cochlear j. xylobalſami cōditi maſticādo. hæc quidē omnia

Aqua rubeæ tinctorum.

Potio.

Alia.

Medicamēta materias in membris infuſas auferentia.

Suffumigatio.

Marchaſita lapis.

Ceratum.

Cōfortatiua mēbrorum interiorum.

A ſecuriſſima ſunt & experta. ¶ Poſt hæc autem circa prædicta cõtemplandum eſt, quod
omnes intentiones & inſtrumenta, quibus vtendum eſt in tempore veris & æſtatis, etiã
conueniant in tempore autumni & hyemis, differenter tamen parumper, quia opor-
tet eis vti cum doſi parumper ampliori, vt ſi de aliquorum prædictorum inſtrumento-
rum in vere & æſtate conceditur vna ʒ de eis autumno & hyeme concedi poteſt ʒ j. ß.
& ſi conceduntur ei balnea in vere xv. diebus & ter in die applicanda, concedi debent
viginti vel xxv. diebus in hyeme, & frequenter applicari, & reliqua de alio regimine ex
parte ſex rerum non naturalium & medicinalium applicari medicamina potentiora in
hyeme & autumno, quam aliis temporibus. Hoc igitur in ſumma eſt regimen huius
generoſi viri, quo ſe præſeruare & curare poterit a ſupraſcriptis diſpoſitionibus eius. Et
B ille benigniſſimus omnium languorum curator ſanitatem ei proſpere cõcedat. Ad lau-
des eius immortales. Amen.

CONSILIVM CCXL. *De doloribus iuncturarum.*

IN nomine Dei amen. Nobilis vir & ſpectabilis Rainaldus de Arioſtris indiget regi-
mine duplici dolorum iuncturarum ſuarum. ¶ Et primum quidem eſt regimen con-
ueniens ei in tempore paroxyſmi dolorũ, ſi acciderint. ¶ Secundum vero eſt regimẽ
præſeruatiuum, ne tales accidant dolores temporibus veris & autumni, in quibus vt
plurimum exacerbare ſolent dolores tales.

Et primum quidem conſcribere prolixum eſſet, & eſſet difficile propter particu- *Curatio dolorum*
laria accidentia, quæ iſtos dolores concomitari ſolent ſecundum diuerſitatem ætatum, *in ipſo pa-*
C complexionum, regionum & materierum humoralium, quę peccant, & aliarum rerum *roxyſmo.*
particularium, quæ a Medico conſiderari debent: eſſet enim euidenter audaciam præ-
ſumtionis incurrere, eo quia debet dimitti Doctorib. qui tũc p̃ſentes aderunt & adfue-
runt tẽpore, quo a doloribus periodice moleſtari cõſueuerunt taliter ægrotantes. verũ
quia non raro cõtingit generoſos viros peregrinas ciuitates & regiones incũbente ne-
ceſſitate percurrere, vbi quandoq; abeſt illuſtriũ Doctorũ præſentia: ideo quantũ facili⁹
conſcribi poteſt & vtilius, aliqua particularia cõſcribentur. ¶ Et primum quidem eſt, vt
cum iam dolores inceperint a prima vſq; ad tertiam diẽ apparentibus ſignis tumoris cũ
rubore pulſationis & caliditate & inflammatione, cum pruritu & dolore grauatiuo aut
extẽſiuo, cũ repletione corporis notabili, fiat ipſi phlebotomia baſilicę, per rectã lineã
D ſuppoſitæ dolenti parti. Si autem non apparẽt tantæ repletionis ſigna, phlebotometur
ſaphena aduerſæ partis, per has enim phlebotomias a ſuo fluxu diuertit᷑ materia nota-
biliter, & eſt adiutorium bonum. ¶ Sequenti vero mane immediate ſoluatur eius vẽter
ſi apparuerit dominium cholericæ materiei ſuper phlegmatica cum hoc ſolutiuo. ℞. *pi-* *Pilula.*
lularum de hermod. ma. ℈ ij. pilularum cochiarum ℈ j. in aurora per quinq; horas accipiat cyathum
vnum aquæ hordei calidæ cum ſacharo & per horam poſt accipiat cibum ſuum. ¶ Tertium v. prin-
cipale eſt, vt tertia die ſequenti inungatur mẽbrum ſtantibus ſignis caliditatis cum hoc
vnguento. ℞. *olei roſati recentis ℥ ij. ſief memitæ, ſandal. rub. ſandarac. an. ℈ j. conquaſſentur o-* *Vnguen-*
mnia ſimul & tepefiat dum adminiſtratur. ¶ Quartum vero principale conſiderandum eſt, *tum.*
vt ſi apparuerint ſigna dominii materierum phlegmaticarũ, ſoluatur eius venter *cum ij.* *Pilula.*
E *℈ pilularum ma. de hermodactyl. & ℈ j. pilularum de ſarcocolla ma.* ¶ Quintum eſt, quod in hoc
caſu nunc vltimo dicto in vnctione ſupraſcripta ſuperaddatur olei liliorũ al. ℥ j. ß. & ad-
miniſtretur vt prius. ¶ Sextum eſt, quod cũ tumor loci iam infrigidatus eſt & locus ali-
qualiter induratus, gratia reſolutionis cõpletæ materierum adminiſtretur hoc empla-
ſtrum. ℞. *pulueris maſticis, chamomillæ an. ℥ j. ß. roſ. ℥ ij. meliloti ℥ j. pulueris radicum pæoniæ ʒ x.* *Empla-*
olei de ſiſamo, fæcis olei liliorum alborum an. ℥ iij. croci ʒ j. fiat emplaſtrum. ¶ Et ſi deſiderares lo- *ſtrum.*
co eius accipere linimentum. ℞. *olei de coſto, olei liliorum alborum & amygdalarum dulcium* *Linimen-*
an. ℥ j. pulueris ſandaracæ, hermodactyl. coſti an. ʒ ij. vitellorum ouorum numero ij. conquaſſentur *tum.*
omnia in mortario longa contritione, & infundantur in ipſum panni linei & calidi ponantur ſuper
loco cum ligatura cõdecenti. ¶ Septimũ eſt, vt in hoc tẽpore ſemper ipſius vẽter lubricus te-
F neat, & proprie accipiendo pilulã vnã alephanginam factam ex duabus partibus ſuę de-
ſcriptionis & tertia parte pulueris hermodactyl. parũ ante cœnã exhibẽdo eã, aut duas
ex eis ad plus, & felicitabit᷑ operatio earũ, quam ſæpe cognoui. Dimitto autẽ hic digeſti-
uum, quia intentio mea principaliter eſt ad doloris abſciſſionẽ. ¶ Vltimum vero conſi-
derandum in hac parte eſt, vt ſi remaneret in iuncturis debilitas prohibens motum

progreſſiuum, adminiſtretur eis inunctio cum oleo oliuarum & ſexta parte ſalis inui- A
cem ſubtiliter contriti, & ſummo iuuamento iuncturas liniendo & materias reſoluẽdo
fortificat. Et hæc de regimine obſeruando in tẽpore paroxyſmi vel in inſtantia doloris.

RVBRICA II. *De regimine præſeruatiuo.*

REGIMEN autem præſeruatiuum ab euentu dolorum iuncturarum ſuccincte tã-
gendo, ſuſtentatur duobus fundamentis. ¶ Et primum eſt ſupra diſcurſum ſex
rerum non naturalium. ¶ Secundũ vero ſupra medicinaliũ adminiſtrationẽ.

Regimen ſex rerum non naturalium.

Cibi.

Primum quidem completur euitando nimiam ciborum & potuum repletionem.
Abſtinendo etiã a cibis ſua qualitate, & non ſolum quantitate nociuis, de quorum nu-
mero ſunt cibi omnes frigidi & humidi actu & potentia, velut lac, piſces, cancri, lactuca,
endiuia, ſpinachia, & reliqua iſtis ſimilia. ¶ Etiam de numero eorum ſunt omnia nimia B
ſui acuitate cum frigiditate dolores, punctiones & mordicationes iuncturis inducentia.
Exemplum ſicut acetum & acria omnia. ¶ Tertio iterum de numero eorũ ſunt omnia,
q̃ nimia ſui acuitate & diſſolutione materias in fluxũ ponũt & eas exacuunt, velut ſunt
cæpe, allium, porrum, nuces, ſinapi & reliqua ſimilia: ſaltẽ cum pſentia repletionis. Ad-
huc etiam de genere iſtorũ ſunt omnia nimiam viſcoſitatẽ & craſſitiẽ humoribus indu-
centia, velut ſunt cibi paſtiles omnes & cutaneæ pelliculæ neruoſæ & ligamentales ani-
maliũ partes. ¶ Etiã inſuper de hoc genere ſunt omnia edilia materias craſſas, graues &
ventoſabiles generãtia, vt ſunt legumina omnia, & pprielentes, fabæ, phaſeoli, robiliæ,
cicera alba, piſa & his ſimilia. Vide quã ſubtiliter conſiderare oporteat in regimine prę-

Potus.

ſeruatiuo. ¶ De potu autẽ aliter dicendum, quod ſcil. vini vſus ſaltẽ fumoſi ſua caliditate C
materias inclinantis ad iuncturas vituperandus ſit, & pprie etiam in quantitate multa,
& ante futurum paroxyſmum ſaltẽ per vnum mẽſem, & in toto tẽpore durationis eius,
& talis in hac parte videt eſſe omnium ſapientũ ſententia. Neq; n. in tempore interme-
dio video a ſapientibus omnib. vetitum eſſe vinum, imo concedunt rubeũ, clarum, non
valde fumoſum, mediocri ſtypticitate participãs. Et elici poteſt horũ ſermonũ ſentẽtia
a Rhaſe *in diuiſionibus Almanſoris & 9. eiuſdem & in libello de doloribus iuncturarum ſuis capitu-
lis appropriatis*. Et clauditur in ſermonibus Auic. *22. tertii in loco appropriato, & pluries alibi*,
quod allegare non curo. ¶ Et propter hoc non laudo opinionem illorũ, qui in quolibet
ægrotante generaliter doloribus iuncturarum adminiſtrant potum aq̃ omnino abſcin-
dentis vinum. Neq; enim illud poteſt eſſe verũ, ſaltẽ in omni cõplexione vniuerſaliter D
frigidã, aut in partiali diſpoſitione ſtomachi, aut argumento ſumto a conſuetudine & a-
liorum plurium particulariũ diſconuenientia. Sicut enim naturarũ hę quidẽ ad hyemẽ,
illæ vero ad æſtatẽ bene vel male natę ſunt, teſte Hipp. *ſect. 2. aph. 3.* Ita conſimiliter varię
hominum diſpoſitiones vniuerſales & particulares ad aliquam rerum nõ naturalium a-
liarum, q̃ eidem adminiſtrant, non ſunt natę pati, ab altera vero ægrotare & labi. ¶ Am-
plius & licet abſtinẽtia a vino videatur quãdoq; conferre iuncturis, maius tamẽ efficere
poteſt interdum nocumentũ multiplicãdo materias p viam infrigidationis, q̃ iuuamẽ-
tum per viam priuationis materierũ a fluxu. ¶ Tertio iterũ, quia ſi vini abſtinentia qui-
buſdã cõferre videat, hoc videtur eſſe in quibuſdã robuſtis, pinguibus & valde repletis
corporibus, q̃ omnino indigẽt cõſumtione & ſubtractione materierũ notabili. Propter E
ꝙ conuenientius videt eſſe dicendum, ꝙ laudabilius eſſet in complexione tali & habi-
tudine, qualis eſt huius viri, vti vino ſubrubeo & mediocris ſtypticitatis naturaliter pau-
cifero, aut ſaltem artificialiter facto, cõfrangendo ipſum aqua ſecundũ menſurã diſcre-

Aer.

tionis. ¶ Per reliquas autem res non naturales euitet locum, aerem & habitaculũ frigi-

Motus & quies.

dum & humidum, terraneũ & poſitum prope decurſum aquarũ & venti borealis flatũ,
& omnia iſtis ſimilia. ¶ Item abſtineat a motu & exercitio vehemẽti, & proprie in tem-

Inanitio & repletio.

pore propinquo euentui paroxyſmi, aut poſt ipſum repentine facto. ¶ De quantitate v.
ciborum accipienda iam dictũ eſt, quod oporteat euitare repletionem ciborum & po-
tuum, imo inanitioni intendere & nullo modo repletioni. Melior enim eſt ſterilitas tẽ-

Somnus & vigilia.

pore fertilitatis, quam fertilitas tempore ſterilitatis, *tertia primi, de regimine per cibos.* ¶ De
regimine vero per ſomnum facile dicendum, ꝙ ſomnus conueniens ſit gratia digeſtio- F
nis materierum, & parumper in menſura ſomni augmentando excedere melius, quam

Accidentia animi.

vigiliarum inſtantiam applicare multã. ¶ De accidentibus animi ſciunt omnes nõ eſſe
conueniens aliquid, quod materias nimium diſſoluendo in fluxum poſſit ponere & diſ-

trahe-

A traherẽ innatum calorem ab operatione in materias antecedentes & cõiunctas ſi quæ
remanſerint in iuncturis. Et hæc de regimine præſeruatiuo ex parte adminiſtrationis
ſex rerum non naturalium dicta ſufficiant.

De medicinalibus vero, quæ ad hanc intentionem collaudata ſunt a ſapientibus, *Curatio*
dicendum. ¶ Primum enim vniuerſale eſt, vt nobilis iſte ſemper in fine hyemis & æſta- *per medi-*
tis generali purgatione ſuum corpus mundificet, vel phlebotomando vel pharmaciis *cinalia.*
euacuando aut vtrumq; iſtorũ adminiſtrando cum conſilio ſapientũ, q̃ hic dimitto pro-
pter euitare ſuperfluitatẽ ſcribendi. ¶ Secundo etiã intẽdere debet diuerſionib. mate- *Diuerti-*
rierũ, nunc quidẽ euaporare eas faciendo cũ ſacculis ex furfure, milio, ſale, chamomilla *tia.*
B &ſimilibus compoſitis. Aut ſaltem & melius eſt diuertere materias cũ euacuatione ſen-
ſibili facta cum diureticis, vt cũ decoctione vel comeſtione radicũ aut foliorum petroſ.
dauci, aſparagi, apii, aut ſimilium: aut horum ſublimationes accipiendo vel confectio-
nes ex eis componendo: aut ſyrupos vel iulepos & ſimilia ſapientum cõſilio ponderibus
ſuis limitanda. ¶ Et tertio iterum diuerti poſſent materiæ cũ ſcarificationibus ventoſas
natibus applicando. Et melior quidem diuerſionum eſſet, ſi natura prouidiſſet de aper-
tione venarum hæmorrhoidum, & in hac parte laudarem ego, q᷑ talium prouocatio an-
te ver & autumnum artificialiter fieret. ¶ Quartũ vero, in quo ꝯſiſtit p̃ſeruatio a dolori-
bus iuncturarum, eſt particularis ſubtractio, nõ quidem cum euacuationibus vel diuer-
ſionibus, vt iam dictum eſt, ſed cum electuariis, cõfectionibus & ſimilibus habẽtibus po-
C tentiam conſumendi vel exſiccãdi materias fluxiuas ad iuncturas, de quorũ numero ſit
theriaca magna Andromachi, aut mithidatium aut theriaca diateſſeron, aut hiera Her-
metis, q̃ excellenter laudat̃ a pluribus ſapientũ, quorum omnes deſcriptiones colligen-
dæ ſunt *5. can. ſumma prima & a Meſ. in antidot. diſtinctione prima.* & horũ omniũ exhibeat̃
in aurora ℨ j. ſaltẽ per duos menſes continuando ipſam in aurora deglutiendo ipſam, &
tardet̃ poſt eã cibus ſaltem horis quatuor. ¶ Multi a. in vſu habent ſimplicia quædam, &
proprie exhibẽdo puluetes oſſium raſetę hominis mortui vel aliarũ partium q̃ ego non
curo. Alii a. exhibent caſtoreum in pilulam cõuerſum & multo tẽpore continuatũ. Ego
autem magis laudo ipſum in dominio multæ materiei phlegmaticæ & vehemẽter frigi-
dæ & viſcoſę, nonnulli autem adminiſtrant terebinthinam electã deglutiendo ex ea ℨ j.
D vſq; ad ij. in aurora ieiunãdo poſt ipſam ſaltẽ horis v. Placet mihi notabiliter ꝓpter iuua-
mentũ q᷑ ex ea ꝑcepi in eliciẽdo phlegma dominãs & cholerã vitellinam & citrinã ſub-
dominantem. non curo plura ſimplicia nunc cõſcribere. ¶ Vltimũ vero, in quo cõſiſtit
cautela partialis p̃ſeruatiua a doloribus iuncturarũ, eſt partialis confortatio mẽbrorum
recipientiũ, q̃ fieri debet per apozyma, q̃m̃ expellunt a ſe vaſa ſtypticis pharmaciis con-
fortata, *3. techni.* Et de numero horũ inſtrumentorũ plura cadũt ſub cõſideratione ſapi-
entis. ¶ Alii enim adminiſtrãt aquas thermales, & proprie cõueniunt illæ, q̃ calefacien- *Conforta-*
do & exſiccando membra ſui ſtypticitate contrahendo confortant, velut aquæ alumi- *tio mem-*
noſæ, ferreæ, atramentinæ & ſulphureæ. Et de ſedantibus dolores ſunt aquæ aſphaltinę *brorum*
& ſibi conſimiles. ¶ Alii autem adminiſtrant frequentes embrocationes cum aquis ex- *recipien-*
tinctionis ferri aut chalybis. ¶ Nonnulli autem innatum calorem membrorum con- *tium.*
E fortant tegendo ipſa cũ caligis vel coopertmentis factis ex pellibus vulpinis aut ex pelle
dabaon vel lincis & ſimilibus. ¶ Quidam autem membra confortant leniendo ea ex
oleo cum ſale contrito, de quo ſupra dictum eſt. ¶ Nonnulli etiam membra defendunt
cum ceratis caliditatem & ſtypticitatem habentibus, quæ applicari debent partibus ſu-
perioribus membrorum patientium, per quæ materiæ effunduntur ad iuncturas. ¶ Alii
autem audaciores in re & opere adminiſtrant cauteria potentialia ſatis profunditus ap-
plicata partib. carnoſis coxarum & tibiarum, quorum Doctorum modum adminiſtra-
tionis & formam cauteriorum legẽ apud Albucaſin. Hæc enim non curaui ponere
prolixitatem fugiens. Et iterum, quia non credo hunc generoſum virum ad talium ne-
F ceſſitatem produci debere. Ad laudem Dei, Amen.

CONSILIVM CCXLI. *De doloribus iuncturarum a materia frigida & humida cum tumore notabili & perdurante. Diuiditur autem Conſilium in tria capita.*

CAP. I. *De cauſſis dolorum ipſarum.*

HONORANDVS Dominus Ioannes Niger laborat doloribus iuncturarum, qui A
extenduntur ad plurimas partes, principaliter vero dolores intenſi verſant
circa genua magis & pedes, & tument prędictæ partes tumore notabili, imo
neq; recedit, neq; euaneſcit quandoq; anno integro. ¶ Sunt autem dolores
iſti ægritudines per eſſentiam ſecundũ magnam partẽ & fixi iuncturis prędictis propter
diuturnam debilitatem, quæ remãſit in eis diuturnitate tẽporis afflictionis eius. ¶ Sunt
etiam dolores iſti per colligantiam dependẽtes mediate a ſtomacho, minus a. mediate
ab epate eius, ſtomachus enim eius phlegmate multo abundans debilitare digeſtiuam
facit & chylum valde phlegmaticum tranſmittit ad epar, qui non poteſt corrigi con-
uenienter ab epate, quin ab eo etiã generetur ſanguis multum phlegmaticus. Et quia in B
viro iſto etiam abundat cholerica materia, q̃ ꝓcipitatur ꝑ venas: ideo facit phlegmaticas
ſuperfluitates recipi & profundari in iuncturis prædictis. ¶ Ex quibus omnibus conclu-
ditur primo, ꝙ hæc ægritudo ſecundũ magnã partem ſit per eſſentiã & ſecundũ mino-
rem partem per colligantiã in prædictis mẽbris. ¶ Et ſequit̃ ſecundo, ꝙ materialis cauſa
horum dolorum ſit phlegma mucilaginoſum dominans & aquoſum ſubdominans, &
adhuc phlegmatis vitrei minor inuenitur quãtitas. ¶ Si enim phlegma vitreum domi-
naretur iuncturis, acquireretur ibidem durities maior, quã ſit. ¶ Et ſequit̃ tertio, ꝙ hæc
ægritudo difficilis ſit curationis, propterea quia pendet a materia multa & multiplici, &
pendet a nocumento primæ digeſtionis in ſtomacho, & ſecundæ digeſtionis epatis, &
tertiæ membrorum, in quibus tertia perficitur digeſtio. ¶ Eſt etiam difficilis hæc ægri- C
tudo propter frequentiam paroxyſmorum eius, cum aliquando pluries in anno affligãt
ipſum. ¶ In cuius quidem regimine procedendũ eſt per rectificationẽ ſex rerum nõ na-
turalium: ſecundario vero cum adminiſtratione quarundam medicinarum.

CAP. II. *De cura per diætam.*

SOLLICITET igitur iſte vir inhabitare cameras & loca notabiliter calida & ſicca, ſicut
eſt camera eius, quæ ſatis conueniens eſt. Et teneat membra diligẽter cooperta die
& nocte, ſuper quibus, & ſaltem pedibus bonum eſſet, ꝙ haberet coopertura factam
de pellibus vulpinis: & meliores eſſent pelles melis bene laboratæ. In æſtate vero teneat
membra cooperta pellibus leporinis, vel de agno nigris. Et ſi melius deſideraret, ſuper D
Motus & quies. eis teneat calligulas de pellibus variorum. ¶ Exercitio autem vti non debet, niſi quãdo
membra fortificata erunt nec reſoluta, ſed loco exercitii conueniens eſt ei fricatio leuis
Linimentum. cum panno aſpero, & melior eſt ei fricatio facta cum hac mixtura. ℞. *olei antiqui oliuarũ*
℔. ß. *ſalis communis torrefacti* ℥ ij. *terantur ſimul in mortario bona & longa contritione, deinde ex-*
Somnus & vigilia. *ponantur in ſole in phiala vitrea, & fricentur ex eo iuncturæ omnes leuiter actu calido.* ¶ Somnus
autem eius ſit notabiliter longus ſeptem vel octo horarum in die naturali factus. In vigi-
liis enim licet conueniant ei amplæ propter exſiccationem, quæ ſequitur ad eas, tamen
Accidentia animi. nocerent debilitando digeſtiuam. ¶ Paſſiones vero animi, ex quibus intẽderetur calor
& agitatio fieret aliquanta in ſpiritibus & humoribus, vt modica ira, ſolicitudo & angu-
Regula circa repletionẽ & inanitionem. ſtia reſoluendo & diſtrahendo materias cõuenirent ipſi. ¶ In comedendo vero obſer-
uet iſtas regulas. Prima eſt, vt nunquam comedat, niſi ſenſerit appetitum ſuperueniſſe. E
¶ Secunda, vt non comedat feſtinanter neq; velociter, imo tempore prolixo cibum be-
ne maſticando. ¶ Tertia regula, vt non accipiat ciborum diuerſitatem multam, imo ſit
1. contentus vna cibatione elixi & aſſati, non multiplicando fercula vltra duo vel tria.
2.
3. ¶ Quarta, vt cibus eius non ſit tantæ quãtitatis acceptus, quã grauetur & extenſus per-
4. cipiatur ſtomachus. Similiter potus non ſit tantus, vt fluctuatio eius & regurgitatio
5. percipiatur circa os ſtomachi. ¶ Quinta, vt nunquam accipiat cibum ſtante rugitu, fa-
Cibi. ſtidio vel abominatione in ſtomacho. ¶ De cibis enim eius hunc debet obſeruare mo-
dum, vt abſtineat a rebus frigidis & humidis in potentia, ſicut ſunt bletæ, ſpinachiæ, cu-
curbitę, portulacæ, lactucæ, endiuia, ſcariola, attriplex, & ſimilia. Et ſi cõtingit aſſumere
iſta cibaria, ſemper ipſa miſceant cum plãtis calidis, velut fœniculo, petroſelino, ſaluia, F
roſmarino, mentha, hyſſopo, ſerpillo, & ſimilibus. ¶ Secundo principaliter abſtineat a
rebus viſcoſis & oppilatiuis, ſicut ſunt cibi de paſta vel de farina, & pannis azymus non
bene fermentatus neque coctus. ¶ Tertio principaliter abſtineat a viſcoſis & frigidis
actu & potentia, velut ſunt piſces, & proprie elixi, & anguillæ, tincæ, cephali, cancri &
conſi-

A confimiles degentes & viuentes in aquis fœtidis & limoſis. ¶ Quarto principaliter ab-
ſtineat ab illis, quæ ſunt cibaria craſſa, ventoſabilia & iuncturarum incraſſatiua, velut
ſunt omnia legumina. Græci enim incurrunt dolores iuncturarum propter vſum legu-
minum.

Similiter quinto euitet cibaria corruptibilia, ventoſa, frigida & humida, ſicut
eſt lac & omnes lacticinii cibi, caſeus mollis & cibi facti cum eo. ¶ Sexto principaliter
abſtineat a cibis valde vnctuoſis, & proprie vnctuoſitate animalium recentiũ. Salita au-
tem pinguedo, vt lardum & pinguedo diſſoluta & colliquata cũ ſale condita ſunt bona
ipſi: vt & cibaria facta pinguia cũ bono oleo oliuarũ, vel oleo de nucib. ¶ Panis igit eius
ſit bene coctus, multũ fermentatus & de pura farina factus. Et ſi quandoque comederet
panem de furfuribus, non bene multum, eſſet vtile. Et placeret etiam mihi panis biſco-
B ctus cum puluere fœniculi factus, & braciadelli bene fermentati, & nebulæ ſacharatæ;
& proprie ſi ſunt fermentatæ. ¶ Carnes vero laudabiles ei ſunt carnes pullorum maio-
rum & minorum, perdicum & phaſianorum, auium minutarum & proprie columbo-
rum domeſticorum & ſylueſtrium, caro item ſalita & proprie macra. ¶ Piſces vero non
placent mihi frixi & ſaliti etiam. ¶ Cicera vero alba & rubea placent cum fœnicu. pe-
troſel. & ſaluia cocta, & parum ex granis comedendo. Et far etiam & oryza ſunt bona ei.
¶ Ex plantis vero placent caules, rapæ, paſtinacæ, raphanus, carotæ, & aliæ tactæ ſupe-
rius. ¶ Aromata omnia ſunt ipſi bona, vt crocus, piper, cinamomũ, nux muſcata & ſimi-
lia, & de oleo, vt ſuperius dictum eſt ad ſufficientiam. ¶ Caſeus antiquus conuenienter
ſalitus & modicum durus eſt ipſi vtilis. ¶ Ex ſaporibus vero placet aranciorum ſuccus,
C agreſta, vinum granatorum. Acetum vero non placet ſaltem in frequenti vſu & purum.
¶ Pro potu autem bonum eſſet valde vt aſſuefaceret ſe huic potui, eſſet enim ſuæ con- *Potus.*
ualeſcẽtiæ principium & inſtrumentũ magnum. ℞. *florum roſmarini, zinz. piperis alb. aniſi,*
hermodactylorum mundatorum an. ℥ j. *nucis muſ. galangæ, croci, pæoniæ, arteticæ an.* ℥ ß. *bulliat*
in 20. ℔. *aquæ vſque ad conſumtionem tertiæ partis. Deinde ſuperaddatur mellis electi* ℔. j. *& cum*
prædictis iterum coquatur vſque ad conſumtionem quartæ partis, deſpumando conuenienter cum ca-
pite euerſo. Poſt hoc autem coletur per pannum ſpiſſum & reſeruetur in vaſe, & bibat de hac ad libi-
tum, aut ſaltem miſceat ipſam cum altera medietate vini nigri vel ſubrubei mediocris in ſapore inter
bruſcum & dulce, melius tamen eſſet quod biberet vinũ ad dulce declinans magis, quam
D ad bruſcum, aut ſaltem in dieb. æſtatis bibat vinum commixtum cum altera medietate
aquæ ciſternæ præcoctæ. Et hæc de cibis & potibus dicta ſufficiant.

Cap. III. *De regimine per medicinalia.*

PRo regimine vero medicinali vtatur octo remediis infraſcriptis; & ex iis
quatuor a principio menſis Martii vſque per totum menſem Septembris.
¶ Aliis vero quatuor a principio menſis Octobris vſq; per totum menſem
Februarii.

Ex illis vero medicinis, quæ conueniunt ipſi a principio mẽſis Mar-
E tii vſque ad tempus dictum: Prima eſt electuarium infraſcriptum, de quo omni menſe
ſemel per duas horas ante diem vel per vnã cum dimidia accipiat ℥ vj. cum medio cya-
tho vini albi ſubtilis calefacti, & tardet accipere cibum per ſex horas poſt ipſum. Et non
dormiat poſt ipſum, niſi per horam vnam, & ante cibum per vnam horam bibat cyathũ
vnum aquæ calidæ cum ſacharo coctæ. Electuarium autem eſt hoc. ℞. *electuarij de pſyllo* *Electuarium.*
℥ *ij. electuarij roſarum* ℥ *ij.* ß. *incorporentur ſimul diligenter & contritione longa, & reſeruetur in*
vaſe ſtricti orificij. ¶ Secunda vero principalis medicina eſt, vt accipiat diebus interme-
diis inter electuarium prædictum omni tertio vel quarto ſero vnam vel duas de infra-
ſcriptis pilulis ad ſubducendum & diuertendum materias fæcales & humorales per
vias ventris & vrinæ, quarum deſcriptio eſt hæc. ℞. *aloes præparatæ* ℥ j. *pulpæ colocynth. her-* *Pilulæ.*
F *modactylorum an.* ℥ j. ß. *turbith* ℥ j. *reupontici* ℈ *iij. diagridij* ℈ ß. *incorporentur omnia diligen-*
ter prius puluerizata cum ſucco roſ. & fiant pilulæ de omni ℥ *vj. vel vij.* Et ſi vna ex eis nõ cõue-
nienter mouet ipſum, poterit accipere ij. vel iij. hora pſcripta. ¶ Tertia v. principalis me-
dicina eſt, vt dieb. in quib. dolores nõ affligũt ipsũ & min⁹ male ſe haber, vngi ſibi faciat
genua circũquaq; & pedes omnes a cauilla inferius cũ infraſcripta vnctione aut frigida

aut ſaltem tepida, diligenter confricando ea mẽbra cum ſuauitate per quartam partem A horæ. *Vnguentum.* Cuius deſcriptio eſt. ℞. *olei omphacini, olei roſ. oliuarum antiquioris quam haberi poteſt an. ℔. ß. ſandara. ſan. dra. boli ar. & terræ ſigillatæ ana ℥ ij. ſalis communis torrefacti ℥ j. terantur omnia ſubtiliſſime in mortario & exponantur radijs ſolis per menſes duos.* Eſt tamen hoc linimẽtum vtile, ſiue ad ſolem teneatur, ſiue non. *Rotula.* ¶ Quarta medicina principalis eſt hæc. ℞. *foliorum hypericonis, roſmarini & ſaluiæ an. ʒ ij. pulueris acori ʒ j. maſticis, roſarum, cyperi, maioranæ an. ℈ j. ſachari ſecundæ coctionis ℥ viij. cum aqua hypericonis, fiat confectio in rotulis mediæ ℥.*

Ex remediis vero, quibus vti debet reliquo tempore: ¶ Primum eſt, quod adueniente principio Octobris accipiat aquas infraſcriptas per xv. dies, & ſextadecima ſequenti die purgetur cum pilulis iſtis. *Pilulæ.* ℞. *pilularum fœtidarum & de hermodactylis an. ʒ ß. pilularum de ſarcocolla ℈ j. auari ponderis, formentur pilulæ vij. cum ſucco roſarum & accipiantur obſeruatis cõditionibus ſuperius tactis in aſſumtione electuarij in principio capituli de medicinalibus* B *ſcriptis.* *Potio.* Deſcriptio autem aquarum eſt hæc. ℞. *aquæ hypericonis, aquæ iris & pæoniæ ana ℥ j. ß. aceti ſquillitici ℥ ß. miſce totum hoc, & accipiatur frigidum aut tepidum libito ſuo.* ¶ Secundum vero principale eſt, vt membra eius in hoc tempore vngantur bis aut ſemel mane & ſero cũ hoc linimẽto. *Vnguẽtũ.* ℞. *olei liliorum de coſto an. ʒ j. olei de caſtoreo ℥ ß. hermodactyl. pæoniæ, arieticæ, arthanitæ & ariſtologiæ rot. an. ℈ j. ſandaracæ, hypocyſtidos, acatiæ an. ʒ ij. ſanguinis dra. ℥ j. ß. ceræ alb. q. ſ. fiat vnguentum molle.* *Rotula.* ¶ Tertium eſt hoc. ℞. *ſpecierum diambræ, ſpecierum diamuſci dulcis an. ʒ ij. ſpodij, roſarum, hypocyſtidos an. ʒ ß. ſachari ſecundæ coctionis ℥ viij. cum aqua maioranæ fiat confectio in rotulis magnis, de qua prædicto tempore accipiat ſemper ante cibum per vnã* C *horam quantitatem ℥ v. bibendo poſt ipſam ℥ ij. aquæ mellis.* *Ablutio crurum.* ¶ Quartum eſt, vt aliquando in tempore hyemis faciat ſibi fieri in ſero ante cœnam ablutionem a pedibus vſq; ad inguina cum aqua infraſcripta bene calida, & lauet membra ſua leui fricatione, & poſtquam fuerint diligenter exſiccata, elapſa hora inungat ea cum vnguẽto ſupraſcripto in ſecundo principali huius tertii cap. ¶ Si autem venter eius non eſſet conuenienter largus, tũc accipiat de pilulis ſupraſcriptis in tempore veris & æſtatis, quibus ſuperaddat quartam partem pilularum de caſtoreo deſcriptione Nicolai. Hic in ſumma eſt modus, quo hic vir honorandus regere ſe debet, & ſpero quod proſperabitur diſpoſitio eius. Ad laudem Dei omnipotentis. Amen. D

CONSILIVM CCXLII. *De arthritico dolore diuturno & manſiuo non periodicante determinate. Diuiditur autem conſilium in tria capita.*

CAP. I. *De cauſſis & accidentibus doloris.*

VALETVDO generoſi & ſpectabilis viri Domini Ioannis de Mercato Nouo notitia generali nullam includit ambiguitatem, quoniam ipſa eſt dolor iuncturarum, ſed ſpeciali cognitione ſui eſt & denominari debet arthriticus dolor: quoniam ipſe circuit & perambulat iuncturarum fere partem omnem aut maiorem, vt ſcribitur. ¶ Et hoc quidem eſt rationabile ſatis, & pluribus mediis deducendum, quoniam quando dolores perſeuerãt in vna, duab. E aut tribus iuncturis, difficile eſt intelligere, quod ipſe non cõmunicetur omnibus aliis. Quis enim dubitat, ꝙ debilitas vnius vel duarũ iuncturarum non relinquat veſtigiũ ſuũ in eis, & maxime, quando ſæpe recidiuando a doloribus affligit æger. ¶ Adhuc ẽt materia antecedens a venis effuſa & q̃ quotidie effunditur, eſt eadẽ ſpecie cum illa, quæ actu dolores efficit, igit ipſa facile moueri poteſt ad iuncturas omnes, eo quia ad omnes iuncturas terminantur venæ magnæ vel paruę, licet tamen excluſiue. ¶ Et tertio iterũ, quia ſpecies malę complexionis calidæ & humidæ q̃ notabiliter a proprio temperamento elongata eſt, iuuat ad trahendum materias ad iuncturas. Et viæ ſunt latæ & materiei non repugnat ex parte multitudinis & intemperantiæ ipſius. Quare neceſſe eſt pro aſſignatis cauſſis ꝓductiuis effectus ſufficienter concedatur effectus. ¶ Amplius lõgitudo ægritudinis, ætas, q̃ eſt primi ſenii & debilitas ætatẽ & longitudinẽ morbi & eius fortitudinẽ F conſequens, cauſſæ ſunt generationis & congregationis multi phlegmatis in toto corpore, & maxime in iuncturis propter earũ debilitatem & frigiditatem. Cum ergo tales materiæ frigidæ congregatæ calefiant, diſſoluantur & in fluxũ ponãtur a caliditate ſanguinis, non eſt mirum, quod dolor iſte fortis ſit & quaſi perforatiuus. Hoc in ſumma eſt fundamentum inuentionis & ſpecificationis dolorum huius viri.

Ex

A Ex quo plura ſequuntur corollaria pluriũ accidentium, quę inueniũtur in eo, declarata. *Corollaria.* ¶ Sequitur enim primo, quod dolores huius viri arthritici nominari debeant: patet quia omnibus fere artubus communicati. ¶ Sequitur ſecundo, quod hi ſint quaſi manſiui & diuturni: probatur, quia in membris eſt mala complexio proueniens ex materia mixta ex cholera & phlegmate. prima ſumitur ex parte naturalis complexionis & dominii ſanguinis in eo, ſecunda vero deducitur ex multitudine phlegmatum per viã indigeſtionis congregatorum. ¶ Tertio, quod tales non habeant periodum determinatam, ita vt paroxyſmet in vere aut autumno. Plurimum enim hi dolores moleſtant iſtum virum quaſi ſemper propter multitudinem materierum & facilitatem deſcenſus earum ad iuncturas per concaua venarum & arteriarum. Et mala complexio B frigida iam fixa eſt in iuncturis. ergo facile multiplicatur in eis dolor ex quocunque fere motu talium materierum & alteratione ab eis. ¶ Et ſequitur quarto, quod licet dolores diuturni & manſiui quaſi ſemper aſſiſtant, non tamen tollitur, quin fieri debeant intenſiores in vere & autumno magis, quam aliis temporibus. ¶ Primum apparet, quia materiæ multæ & craſſæ congeſtæ in hyeme vehementius mouentur in vere propter caliditatem continentis, diſſoluentis, attrahentis & facientis fluere eas. ¶ Secundum vero, quia materiæ diuerſæ ſpeciei & qualitatibus earum vehementius imprimunt in iuncturas propter frigiditatem continentis in autumno facientem eas profundari in iuncturis, ad quod iuuat etiam diuerſitas earum ex parte motus. ¶ Quandoq; enim accentrantur: quandoq; vero exaccentrant propter varietatem cõſiſtentiæ autumnalis. ¶ Et ſequitur C adhuc quinto propter frequentem aduentum dolorum & fixionem eorum in iuncturis huius viri, quod hic vir ſit pronus ad azehẽma (eſt prohibitio motus progreſſiui) *22. tertii cap. de dolore iuncturarum.* *Azehemma.* Materiæ enim in iuncturis frequenter incraſſant chordas, neruos & ligamenta etiam ita, quod nõ ſint bene parata flexibilitati & ſuſtẽtationi molis corporis. ¶ Sexto, quod adhuc ſit paratus incidere, & fortaſſe incidit gypſeitatem in iuncturis. Phlegmaticæ namq; materiæ multa aqueitate priuatæ frigiditate ſuperueniente congelantur, & congelatæ cõuertuntur in ſubſtantiam gypſo ſimilẽ. ¶ Et ſeptimo ſequitur, quod niſi aliter conualeſcat hic vir a diſpoſitione ſua, timet de eo, quod oporteat ipſum ſemper in lecto iacere. Ex quibus omnibus vltimo colligendo, patet, quod neceſſarium ſit huic viro ſe diligenter & ſolicite regere, vt preſeruetur a prędictis, quan-D tum eſt poſſibile, vt nunc ſequitur.

Cap. II. *De cura, & principio per regimen ſex rerum non naturalium.*

Longitvdo ægritudinis huius viri & fortitudo accidentium, quæ concomitantur ipſam, mouet me ad deſcribendum ei regimen, quo poſſit præſeruare ſe a magnitudine nocumentorum prædictorum, & ab eis euadere, quam magis eſt poſſibile. Itaq; deinceps regimen eius diuidam in duas partes. quarum prima erit regulatiua applicationis ſex rerum non naturalium: ſecunda vero inſtrumẽtorum medicinalium ſeriem & modum annuntiabit.

In executione vero primæ partis diſcurrendum eſt per regimen ſex rerum nõ na-E turalium. ¶ Eligatur itaq; primo aer ſerenus, clarus & ſiccus, aſpectui orientali vel meridionali ſubiect⁹, & nullo modo aliter diſpoſitus. *Aer.* Frigidum enim & humidum aerem inhabitare apud eum eſſet ipſum efficere ſemper in lecto manſiuum. ¶ Et de annexis aeri veſtes habeat bene calefacientes & a frigore extrinſecus applicabili bene defendentibus ipſum, velut pellibus agninis & vulpinis bene munitas. Et omnino caput ſuum, vbi fuit fons & eſt origo ſuarum ægritudinum, pellibus bene coopertum conſeruet.

De motu autem & quiete dicendum, quod omnino ab omni exercitio peditatiuo & equitatiuo ei fugiendum ſit intantum, quod neque nauibus conduci nec curribus agitari mihi placeat: imo omnino aut quaſi ſemper quieſcendum eſt, lege vniuerſali *Motus & quies.* F vetuſtiſſimi patris præcipiente: *In omni namque motione corporis, &c.* & cum in membris debilibus ſemper ſuperflua multiplicentur, quæ maioris nocumenti effectiua cauſa ſunt: ideo loco exercitii competunt fricationes ſpatularum & natium mediocres & coxarum & crurium pauliſper fortiores ante dictis.

De ſomno autem & vigilia memor eſſe debet, quod ſomnus prolixus pauliſper *Somnus & vigilia.*

eſſe debeat conſueto ſibi naturali: longior enim vtilis eſt ei propter neceſſitatem dige- A
ſtionis materierum & vigorationem digeſtionis. Et quia ad reſtaurationem animalis virtutis & debilitatem prius in exercitiis acquiſitam mediocriter reficit, competit ſomnus, in tantum quod placet mihi, quod menſura ſomni eius exſiſtat octo horarum aut ſeptem ad minus. Reliquo autem tempore vigilandum eſt.

Motus animi. Similiter etiam animi paſſiones, & maxime iracundia, aut anguſtia fortis & reliquæ paſſiones animi, a quibus vehemens motus & ebullitio & fluxibilitas ſpiritibus & humoribus imponuntur, ipſi nocent. Contemplari autem & frequenter negotiari conuenientiſſimum eſt ei.

Inanitio & repletio. Et quinto iterum dicendum eſt, quantum ad quintam rem non naturalem, vt de
modo aſſumtionis ciborum & potuum attendat hic. ¶ Primo, quod nunquam come- B
dat aut bibat, priuſquã verus appetitus & non mẽdoſus ipſum ad hoc inuitauerit. ¶ Propter quod ſecundo euitet aſſumtionem ciborum ſuper reliquias præaſſumti cibi & potus. ¶ Tertio quod nunquã comedat niſi longa & grãdi maſticatione cibum cõminuat. ¶ Quarto quod in cibatione non expendat tẽpus prolixum multũ. ¶ Quinto ꝙ cibaria numero plura & ſpecie diſtincta nõ accipiat. ¶ Sexto quod ciborũ menſura talis exſiſtat vt ſtomachum non grauitet, & potus quantitas ita moderata, vt in ſtomacho fluctuet. ¶ Septimo quod leuia & lubricatiua cibaria aliis anteponat, quæ ſequẽti cap. videbunt. ¶ Octauo & vltimo, quod nunquam potum aut cibum accipiat cum faſtidio ſtomachi,
imo apponat ei cum ieiunio vel abſtinentia. Colliguntur hi ſermones particulariter *3.*
primi, cap. de regimine corporis humani, &c. C

Potus. Iam vero vltimo de ciborum electione & potuum aliquid dicendum eſt. ¶ Et primo de potu præmittendum eſt, quod ſi eſſet poſſibile omnino dimittere vinum & ab eo abſtinere, bonum eſſet, argumentis acceptis a caliditate epatis eius a multa humiditate ſtomachi, & a multa repletione capitis: quæ omnia a vino intenduntur qualicunq;.

Hydromel. Quare bonum eſſet ei, vt vteretur hydromelle iſto. ℞. *mellis albi vel citrini odoriferi clari* ℔. j. ß. *florum roſmarini* ℥ j. *ſandalorum ru.* ℥ j. ß. Coquantur omnia in 6. ℔. mundiſſimæ aquæ ciſternæ, quæ melior eſſet: aut fluuialis vel fontalis electæ vſq; ad conſumtionem quartæ partis, & lento igne ſemper ipſam deſpumando. Deinde colẽtur bis per ſtamen
ſpiſſum, & reponatur in vaſis vitreis & vtatur eo ſimplici. ¶ Et ſi propter aliquam de cõ- D
tingentiis non poſſet vti hoc potu, ſaltẽ accipiat ipſam quartam partem vini rubei, clari, aromatici, boni ſaporis, non dulcis tamẽ ei commiſcendo. ¶ Adhuc iterum ſi neutrum talium potuum accipere poſſet, eligat vinum rubeum, clarum, pauciferum, quod accipiat purum aut ſaltem altera medietate aquæ ciſternæ commixtum, aut aquæ claræ coctæ vſque ad conſumtionem tertiæ partis.

Cibi. De cibis autem præmittendum eſt, quod hic diſcurram per cibos ipſi conuenientes, quibus nullo modo vti debet, & pręter ipſos in aliis poterit habere licentiam ad libitum, licet etiam nonnullos conuenietes cõnotabo.

Panis. ¶ Itaq; nullatenus comedat panem ſemiazymum, non bene fermentatum, neq; coctum, ita, quod brazadellos, placentu-
las & conſimilia condimenta effugiat, niſi fuerint cum fermento diligenter confecta & E
bene cocta: vnde & omnes cibi farinacei, vt paſtiles & alaganatri & minutelli dimittant. vnde panis eius exſiſtat bene coctus & cruſtatus, & ſalis duplam quãtitatem ſuper communi pane recipiens.

Carnes. ¶ In carnibus autem notet, quod carnes laudabiles eſſent pullinę, vitulinæ, capreolinæ, caro gazelli inter reliquas ei vtilis eſt, ſicut caro columborum inter volatiles melior. Et ſtarna, coturnix, phaſianus, turdus, merulus, perdices & francolini omnes bonæ ſunt, meliores tamen aſſatæ quam elixæ. Et caro etiam mandioli ſalita, & apri & porcelli iuuenis macrior pars: hæc omnia bona ſunt. Carnes vero antiquę animalium craſſorum volatilium ſiue peditantium, & proprie in aquis degentium, dimittantur.

Oua. Oua quolibet modo præparationis mihi placent.

Lac. ¶ Lactis autem ali-
cuius vſum non approbo, niſi valde raro aut in pauca quantitate accipiatur. Caſeus F
dulcis diſtinctus contra ſalſum valde poteſt ei concedi. Et in ſumma caſeus ad ſalſedinem inclinatus notabiliter eſt ei melior, quam mollis, pinguis & dulcis, propter quod non diſpliceret mihi caſeus a Creta inſula cõportatus, imo non dubito, ꝙ omni alio caſeo ipſi melior eſſet.

Piſces. ¶ Ex piſcibus a. dicendum, quod non video argumentum

in con-

A in concedendo ipſi piſces recentes. Maxime autem inconueniunt ipſi piſces omnes ę-
tate parui, tactu molles & viſcoſi, ſoliditate fluxibiles & limoſi: & ita naturaliter tales, vt
ſunt tincæ, anguillæ, reginæ, capedani, cancri. Et ex maritimis gotti, cephali & conſi-
miles. ¶ Piſces autem ei laudabiles ſunt ſicut oradæ, rumbi, ſturiones, varioli, torrenti-
næ, carpiones & lucii, in aquis tamen laudabilibus inuenti. Et in ſumma maritimi con-
ueniunt ei melius, quam valloſi & lacunales; & ſalſi magis, quam dulces. Et aſſati ſemper
eligantur magis, quam elixi, & proprie quãdo laudabili oleo coquuntur & granis fœni-
culi, aniſi, petroſelini, vel nigellæ ſuperaſperguntur. Ad ſummum tamen vtilius eſt ei vti
ſalſis, quam recentibus piſcibus. ¶ Ex his autẽ, quibus fiunt condimenta, placet mihi *Pingue-*
B magis oleum, quam butyrum, ſiue fuerit oleum oliuarum, ſiue amygdalarum dulcium, *dines.*
ſiue de nucibus, quod mihi placeret magis. ¶ Pinguedine autem anſeris vel gallinæ
quandoque vti poteſt. ¶ Ex leguminibus autem placent mihi cicera rubea, & proprie *Legumi-*
oleo condita cum plantis calidis, fœniculo, petroſelino, roſmarino, ſaluia, mentha & ſi- *na.*
milibus. Placet etiam oryza ſecundum cõmunem modum ſui vſus. Similiter & far de
hordeo vel frumento ei conueniunt, ptiſana vero hordeacea & alia legumina dimittã-
tur. ¶ Ex oleribus autem placent mihi caules, & proprie non perfecte cocti & conditi o- *Olera.*
leo oliuarum electo. Bletæ autem, ſpinachiæ, portulacæ, lactuca, endiuia, citruli, cucur-
bitæ, cucumeres, omnia talia frigida dimittantur. Plantæ autem operatione & virtute
caliditatem operantes ſunt eligendæ, velut petroſelinũ, fœniculus, mentha, ſiſymbriũ,
C ſaluia, roſmarinus, hyſſopus, anetum, nigella, taracon & conſimilia eligenda ſunt, cum
quibus ſemper eius cibaria artificialiter condiantur, aut maxime roſmarino, ſerpillo,
mentha, pulegio, betonica & hyſſopo, quæ inter alias celebranda ſunt plantas. Fructus *Fructus.*
autem ſuo tẽpore cõuenientes eſſe poſſent, velut ficus recẽtes, ceraſa bene dulcia, ꝓpter
paruam morã earũ, auellanæ, amygdalæ recentes, nuces, granata dulcia. Pyra quoque
muſcata, poma, citruli & conſimilia fugiãtur omnino. Caſtaneis v. coctis quandoq; poſt
cibum vti nõ eſt malũ. Ficus autem ante cibũ & amygdalæ & auellanæ ſiccæ & vuę craſſę
de Romania. Paſſulæ vero nõ placẽt. Et carubiis etiã vti poteſt. ¶ Ex radicibus v. placet *Radices.*
mihi vſus allei ſemel vel bis in ſeptimana. Cæpę autem dimittantur & ſcaloniæ. Carotis
vero vti poteſt ſuo tempore. Et iterum placet mihi vſus raphani ter & quater in ſeptima-
D na & ante cibum ſemper. ¶ Ex ſpecieb. autem quibus cibaria cõdiri poſſent, quia multæ *Species.*
tactæ ſunt, ſ. cinami, cinamomi, zinz. galangæ, caryoph. macis, nucis muſc. cardamomi
maioris & minoris vſus, & crocus & piper omniũ trium ſpecierũ vtilia ſunt ei. Et de dul-
cioribus cõuenientibus ſacharum eſt ei conueniẽs, & mel etiã, & proprie coctum. Et ſi
quandoq; in ſeptimana ſemel deglutiret cochlear j. mell. electi & poſt ipſum cemedere
tardaret per horas v. eſſet ei vtile & electum, niſi ſtomachus eius eſſet de illis, in quibus
facile mel ventoſat & torſiones in eo efficit. Hęc in ſumma ſatis mihi ſufficere videntur
pro electione ciborum & potuum huic viro competentium.

Cap. III. *De inſtrumentis medicinalibus, continens Rubricas octo ſecundum intentiones octo in eo contentas.*

E Post hæc autem ſublimiori contemplatione agendum eſt in regimine huius viri p
medicinalia inſtrumenta. ¶ Diuidam itaq; regimen eius in intentiones octo ſubſe-
quentes. ¶ Prima intentio eſt adminiſtratio euacuationum, q̃ præſeruatiuæ ſunt tã
in vere, quam in autumno celebrandæ. ¶ Secunda intẽtio eſt diſtractio vel diuerſio ma-
terierum ad partes oppoſitas fluxui earum. ¶ Tertia eſt particularis digeſtio materierũ
morbi. ¶ Quarta interpolata & reiterata particularis euacuatio earum. ¶ Quinta inſtã-
tia ſedationis dolorum tempore, quo augentur, ſicut in augmento vel ſtatu. ¶ Sexta cõ-
pleta conſumtio materierum, quæ effuſæ fuerunt ad membra, & hoc iuxta poſſibile.
¶ Septima & pulcrior aliis erit rectificatio membrorum mittentium materias ad par-
tes offenſas. ¶ Octaua & vltima roboratio membrorum recipientium materias.

Rubrica *primæ intentionis.*

F Itaque pro executione primæ intentionis in ordinatione inſtrumentorum, cum *1. Intẽtio.*
quibus ipſa compleri debet: ¶ Præmittendum eſt primo, quod quia hæc ægritudo qua- *Admini-*
ſi ſemper infeſtat iſtum virum, oportet de neceſſitate concedere alteram duarum con- *ſtratio e-*
cluſionum vel ambas. & prima eſt, quod in hoc viro continue noua fluit materia ad iun- *uacuatio-*
cturas; & hoc quidem videatur veritati ſatis propinquum, quoniam corpus huius viri *num præ-* *ſeruatiua* *rum.*

non leuiter eſt pletoricum. ¶ Et ſecunda concluſio eſt, quod ipſe continue moleſtatur A
propter materiam, quæ iam defluxit ad loca & dolores in eis conſeruat efficiendo ſolutionem continuitatis in eis ſemper. Et aggenerando etiam de nouo malam cõplexionem fientem, q̃ eſt dolorum cauſſa, propter q̀ omnino intendendũ eſt euacuationi materierum antecedentium in omnibus quatuor temporibus anni, & maxime in vere, in quo materiæ amplius fluere ſolent ſecundum ſententiã ſenis *ſect. 6. aph. 47. Quibuſcunq; pharmacia aut phlebotomia conuenit, hos vere euacuare conueniens eſt.* Commentator enim ibi ſcribit ſe multa corpora præſeruauiſſe ab euentu multarum diuerſarum ægritudinum cum ante miſſis euacuationibus. ¶ Et quoniam corpus hoc notabiliter plenum eſt ſanguine & aliis materiebus in venis exſiſtentibus: idcirco primum & ſalubrius inſtrumẽ- B
tum videtur mihi fore, q̀ circa quintam vſq; ad decimamtertiam diem lunaris Aprilis huic viro phlebotometur vena media dextri brachii, aut ſaltem baſilica ſub cubito poſita, per quam educantur ſanguinis ℥ iij. vſq; ad iiij. cum dimidia. Naturalis enim cõplexio eius, quia calida eſt, & habitudo, quæ tranſcendit mediocritatem, non minus tamen inclinat ad phlebotomiam, q̃ ætas eius, quę eſt primi ſenii, quare omnino fiat & hora dicta phlebotomandi, quę eſt prope ortum ſolis cum mundificatione ventris a fæcibus. ¶ Secundum v. inſtrumentũ huius intẽtionis eſt hoc. ℞. *electuarij Indi ʒ ij. agarici electi ℈ ij. reubar. ℈ j. zinz. g̃ vj. ſpicæ g̃ iij. ſalis gemmæ gra. j. miſce & totum accipiatur in potu cum ℥ ij. aquæ deſtillationis centaureæ minoris calefactæ in aurora & ſuper dormiat hora vna cum dimidia.* Deinde vigilando p̄mittat eam operari. Cũ ergo trãſiuerint horæ v. bibat ſcutellã vnã brodii C
macri pulli, poſt ipſum per horã vnã prãdeat. ¶ Tertium inſtrumentũ eſt hoc. ℞. *aquæ eupatorii, aquæ ireos an ℥ j. ß. aquæ cichoreæ ℥ j. aceti ſquillitici ʒ j. miſce, & totum calidum hora præſcripta accipiatur.* ¶ Et ſi voluerit digeſtiuum ſublimius præcedẽti, ſcio quod non poterit reperire melius iſto. ℞. *aquæ deſtillationis centaureæ minoris & cucumeris aſinini an. ℥ ij. miſce.* Non miretur aliquis, quod hic non deſcribo ſyrupos, qui dato, quod vtiles forent, multi fortaſſe plus nocerent, quã iuuarent: & hoc propter magnam abominationem ſtomachi ſui a ſyrupis longo tempore factam.

Potio. *Alia.* *Alia.*

Cum ergo acceperit prædictum digeſtiuum toties continuatum, vt vrina eius videatur eſſe in ſubſtantia parumper incraſſata in colore remiſſa, & habens in fundo ſedimen albũ coniunctum æquale, tunc ſtatim ſequẽti die purgetur cum iſtis pilulis. ℞. *pilu-* D
larũ de ſarcocolla, pilularũ cochiarum an. ʒ ß. boni põderis, formentur pilulæ viij. cum electuario roſarum & accipiantur omnes in aurora obſeruatis conditionibus, quæ in priori minoratiuo poſitæ ſunt. ¶ Quartum inſtrumentum hanc intentionem cõplens eſt hoc. ℞. *ſpecierum diarodon ℈ ij. ſpecierum trochiſcorum de violis & de ſpodio ana ℈ j. ſachari al. ℔ . ß. cum aqua violarũ fiat cõfectio in rotulis & vtatur ante cibũ & poſt cibum ad rectificationẽ digeſtionis & prohibitionem augmenti materierum phlegmaticarum.* ¶ Quintum ad hanc intentionem faciens eſt hoc. ℞. *olei omphacini ℥ iij. ſalis comeſtibilis bene torrefacti ʒ ij. cõquaſſentur ambo ſimul in mortario longa contritione, deinde poſt purgationes ex hoc linimento in ſero, quando vadis ad lectum cum leui fricatione faciat inungi genua & pedes eius.* & eſt inſtrumentum conueniens & ab omnibus auctoribus laudatum. Et hæc omnia videntur obſeruanda fore in purgatione veris conuenienter. E

Pilulæ. *Rotulæ.* *Vnguẽtũ.*

Pro regimine autem huius viri obſeruando in tota latitudine æſtatis, videtur dulcius eſſe procedendum circa ipſum, & proprie cum quatuor inſtrumentis infraſcriptis. ¶ Primũ eſt hoc. ℞. *al. epaticæ ℥ ij. pulpæ colocynthidos ʒ j. ß. bdellij mollis ʒ j. maſticis ℈ j. puluerizentur omnia & infundantur in ſucco ſcariolæ cum ʒ j. ſalis Indi, & bene commiſcendo exſiccentur ſub tegula calefacta renouando ſuccum ter, & de illa materia fiant pilulæ de omni ʒ vij.* De quibus omni quarta vel quinta die accipiat vnam per totam ęſtatem parum ante cœnam. ¶ Secundum remedium eſt hoc. ℞. *zinz. cinamo. cymini torrefacti, ſpodii, ſandaracæ an. ʒ j. viol. ſeminis acetoſæ, ſcariolæ an. ʒ ij. ß. oxymel. ſimplicis, mellis roſ. colati an. ℥ j. ß. ſachari albi. ℥ ij. ß. coquãtur ſimul ſyrup⁹ & ſacharum & additis ſpeciebus fiat electuarium:* de quo omni alterna die p̄ tres horas ante cibũ accipiat ʒ iij. deglutitas. ¶ Tertiũ eſt hoc; accipiat vinum ribolicum F
antiquum potens, non tamen acetoſum, & mane circa ortum ſolis ipſo accubante lectũ ſuffumigetur crus a medietate coxæ vſque ad pedem incluſiue fumo huius vini recepto in membrum coopertum ſclauina aut alio panno craſſo, & tandiu fiat, donec ſentiat caliditatem in profundo membri bene penetraſſe, deinde exſiccetur membrum.

Regimen vernum. *Regimen tempore æſtatis. Pilulæ.* *Electuarium.* *Suffumigium.*

¶ Quar-

A ¶ Quartum. ℞. *olei de myrto, olei de maſtice an.* ℥ j. *olei nardini* ʒ vj. *ſpodij, ſandaracæ, coſti, an.* ʒ ß. *conquaſſentur ſimul, & poſt præcedentem ſuffumigationem inungantur membra, & pāno biſello circundata bene ligentur.* Et hæc ſatis conuenienter videntur ſufficere pro regimine æſtatis.

Inunctio.

Iam vero adueniente fine æſtatis pro regimine autumni regatur hoc modo. ℞. *pilularum de hermodactylis deſcriptione Rhaſis 9. Almanſ. cap. de doloribus iuncturarum* ℈ iiij. *accipiantur in aurora obſeruatis his quæ dicta ſunt in primo minoratiuo.* Non timeat aliquis doſim iſtam, quia pilulæ leues ſunt in operando. ¶ Secundum inſtrumentum eſt hoc. ℞. *olei vulpini, olei omphacini an.* ℥ j. *pulueris hermodactylorum & pœoniæ an.* ℈ ij. *myrrhæ* ℈ j. *ſanguinis draconis, acatiæ an.* ʒ ß. *ſandalorum rubeorum* ℈ iiij. *pulüerizentur omnia ſubtiliter, deinde conquaſſentur vehementer in mortario, & cum hoc linimento omni die aut ſaltem alterna bene calido liniantur membra, deinde circumligentur pelle dabaon calida ſecundum præceptum Auic. 22. tertij de cura dolorum iuncturarum,* & tu ibi lege. ¶ Tertium eſt hoc. ℞. *aquæ hypericonis, aquæ eupatorij an.* ℥ j. *aquæ ſcariolæ* ℥ j. ß. *miſce & continuetur ad minus 12. diebus in aurora ſicut de alijs dictum eſt.* ¶ Quartum. ♃. *hermodactyl.* ʒ ß. *turbith* ℈ j. *boni ponderis, diagri. gra. v. zinz. ſpicæ nardi an. gra. vj. ſalis gemmæ gra. j. miſce & totum accipiatur in potu in aurora cum vno cyatho hydromellis calidi, obſeruando poſt illud ſolennitates dictas in alijs ſolutiuis.* ¶ Quintum. ℞. *olei de coſto* ℥ j. ß. *corallorum & ſandalorum amborum an.* ʒ j. *conquaſſentur ſimul, & de hoc linimento vngantur ſupraſcripta membra, vt prius dictum eſt. & hoc pertranſeat pro regimine autumni.*

Regimen autumni.
Pilula.
Vnguentum.
Potio.
Alia.
Linimentum.

B

Pro regimine hyemis primo accipiat vno mane has pilulas. ℞. *pilularum de hermodactylis & de ſarcocol. ana* ʒ ß. *fiant pilulæ vij. cum ſucco roſarum & accipiantur cum regulis dictis in ſuperioribus minoratiuis.* ¶ Secundum eſt hoc. ℞. *aquæ eupato. hypericonis an.* ℥ j. ß. *aquæ cichoreæ* ℥ j. *miſce & totum calidum accipiatur in aurora omni die, aut ſaltem alterna die, quouſque viderit vrinam rectificatam cū hypoſtaſi ante dicta.* ¶ Tertium. ℞. *electuarij Indi* ʒ ij. *electuarii roſa.* ʒ j. *pulpæ colocynth.* ℈ ß. *ſachari ſecundæ coctionis* ℥ ß. *cum modico mellis roſati fiat dactylus vnus qui comedatur in aurora obſeruatis regulis, quæ dictæ ſunt de alijs ſolutiuis.* ¶ Quartum eſt, vt omni fine ſex dierum circa mediam noctem accipiat ʒ j. electuarii mithridatii cum modico vini ribolici calidi continuando ipſum per totam hyemem alternando de ſexto in ſextum diem, vt dictum eſt. ¶ Vltimum inſtrumentum eſt hoc. ℞. *olei vulpini* ℥ j. ß. *pinguedinis taxi* ℥ j. *ſandaracæ prius in aceto infuſæ per duos dies* ʒ ij. *conquaſſentur omnia ſimul: & de hoc linimento iuncturæ omnes mediocriter fricando liniantur ſaltem omni tertio die bene calido, & ligetur membrum cum pellibus ſupraſcriptis, & ita tranſeat per totam hyemem.* Etiam apparet ordinatum eſſe completum regimen reuoluendum per quatuor tempora anni in ſalutem huius viri mediante altiſſimo.

Regimen hyemis.
Pilula.
Potio.
Bolus.
Linimentum.

C D

Rvbrica *ſecundæ intentionis.*

Quantum autem ad ſecundam intentionem diuertendi materias, multa ſunt ingenia diuertendi eas: verumtamen illa omnia, quibus frequenter vtuntur ſapientes, nō ita conuenienter applicari poſſunt, ſicut deberent; neq; fricationes extremitatū conueniunt huic, quoniam membra doloroſa ſunt, in quibus ex agitatione materierum per fricationes & ligaturas augetur dolor: neq; etiam earum partium vētoſationes cum E ſcarificatione & ſine illa veſicationes, rubificationes placent mihi propter eādem cauſam. Si qua igitur diuerſa ei inſtrumenta videntur conuenire, erunt diuertentia cum euacuatione ſenſibili trium modorum principaliter. Primo erit per diuerſionem materierum ad vrinæ vias, ſecundo per ventrē, tertio per hæmorrhoidas. ¶ Primum autem inſtrumentum complēt diuretica, quæ ſunt tam nobilis efficaciæ, quod ſcribitur de eis *22. tertii*, quod faciant homines a lecto ſurgere, velut hoc. ℞. *ſpicæ nardi* ʒ j. ß. *ſeminum apij, ſeſeleos, phu, meu, radicum aſparag. florum eupatorij an.* ʒ j. *capillorum Ve.* ʒ ij. *radicum ſaxifragiæ* ʒ ij. *liquiritiæ bene mundatæ & raſæ, aniſi an.* ʒ ij. *radicum eryngij* ʒ ij. *radices minutiſſime incidātur & terantur ſubtiliſſime & incorporentur cum iij.* ℥ *ſyrupi compoſiti acetoſi de radicibus &* ℥ ij. *ſachari. De his igitur fiat electuarium, de quo accipiat poſt purgationes præcedentes bis in die* ℥ ß. F *deglutiendo illum in aurora, & per duas horas ante cœnam bibat poſt ipſum cyathum vnum aquæ calidæ decoctionis infuſionis cicerum rubeorum.* Hoc enim eſt diuerſiuum potens, non ſolum pſeruatiuum, ſed etiam curatiuum cum inſtantia dolorum. ¶ Secundum diuertens eſt hoc. ℞. *aloes præparatæ* ℥ ß. *opoponacis pinguis, ſerapini, ammoniaci, colocynth. an.* ʒ j. *rubeæ tinctorum, ſaxifragiæ an.* ʒ ß. *diagridij gra. iiij. cum ſucco roſarum formentur pilulæ ex omni* ʒ vj. *de*

II. Diſtractio ſeu diuerſio materierum ad partes oppoſitas.
Præſtantia diureticorum in ægritud. iuncturarū.
Electuarium diureticum.
Pilula.

quibus accipiat aliquando vnam parum ante cœnam, attendendo ſemper, quod quando ſu- A
mit eas, dimittat electuarium iam prædictum. ¶ Tertium diuerſiuum quod eſſet mihi
gratius, eſt apertio hæmorrhoidum, quæ multũ gratior eſſet mihi, ſi natura de ea pro-
uidiſſet ſibi, verum quia virtus quandoque non eſt potens ad aperiendum illas venas:
Apertio hæmorrhoidum. idcirco quando declinaret intentio ſapientum ad aperiendum eas, fiat ſecundum hũc
modum. Primo fiat ei per triduum mane & ſero encatiſma cum aqua calida decoctio-
nis fœnugræci, granorum ſiſami & radicum althææ. ¶ Secundo poſt eam fricet extre-
mitatem longaonis cum foliis fici, aut cũ foliis boraginis, aut conſolidæ maioris, aut cũ
panno aſpero biſello, aut cum leui fricatione flãmulæ, euerſo tamen inteſtino cum cõ-
preſſione ad extra. Et ſi ſic non aperirentur per hunc modum, tandem adminiſtretur
ventoſa ſtricti capitis ſuper capite inteſtini recti cum vehementi exuctione. Non enim B
dubito apertionem ſecuturam cum aliquo iſtorum. Timeo enim applicationem phle-
botomiæ in eis, a qua multi incipiunt, & non bene, nec conſulte. Et hæc de diuertenti-
bus dicta ſufficiant.

RVBRICA *tertiæ intentionis.*

III. Particularis digeſtio materierum. Iam vero tertio principaliter occurrit neceſſitas digerendi materias huius morbi, & hanc digeſtionem voco particularem, eo quia ipſa reſpicit particularius materias antecedentes, quæ efficiunt dolores in iſtis membris. Etiam voco particularem, quia reſpicit principalius iuncturas. Reliqua autem digerentia & medicamina in prima intentione conſummata dicebãtur vniuerſalia reſpectu totius corporis. Et iterum quia eadẽ C non ſolum recipiebant antecedentes materias horum morborum, ſed etiam alias materias ſpecie diſtinctas ab eis. ¶ Itaq; volentes has materias digerere, oportet ſupponere hoc principium ſcientię operatiuę. quod eſt, quia ſuperfluitates, quæ efficiunt has ægritudines, ſint ſuperfluitates ſecundę digeſtionis, quę fit in epate, excludendo digeſtionem, quæ fit in ore.

Quæ ſint materia dolorum iuncturarum. Et per hoc fundamentum poterit intelligi ſermo Auic. & aliorum, qui ſcripſerunt materias efficientes dolores iuncturarum eſſe ſuperfluitates tertiæ digeſtionis: intelligentes digeſtionem digeſtibilium in ore eſſe primam, ſtomachi vero ſecundam & epatis tertiam, vt clauditur in ſermonibus principis *prima primi, cap. de generatione humorum*, vbi dixit: *Nutriens maſticatione al. quam habet digeſtionem, licet hoc parumper videatur abſurdum a propoſito meo.* ¶ Suppouendum eſt ſecundo quod materiæ efficientes ægri- D
tudinem in hoc viro ſint phlegmaticæ, mucilaginoſæ & aquoſæ & cholericæ, primæ tamen ſunt ſuperantes quantitate & virtute, ſecundæ vero ſuperatæ. ¶ His antemiſſis de-
Potio. ſcribatur hoc digeſtiuum ſatis efficax. ℞. *ſyrupi de byzantiis, ſyrupi de eupatorio, oxymellis compoſiti de radicibus an.* ℥ ß. *aquæ cichoreæ & acetoſæ an.* ℥ j. *aquæ centaureæ minoris aut pæoniæ*
Alia. ℥ j. ß. *miſce.* ¶ Secundum vero digeſtiuum delectabilius & leuius pręcedenti eſt hoc. ℞. *aquæ hypericonis, aquæ acetoſæ an.* ℥ j. ß. *aquæ ſublimationis hermodactylorum* ℥ j. *miſce.* ¶ Tertiũ vtile & delectabile eſt accipere ℥ *iiij. pæoniæ cum* ℥ j. *aquæ ſcariolæ*. Et quodcunq; horũ ſit dilectum magis, aſſumatur per octo horas poſt cœnam calidum actu cum ℥ j. ß. ſachari albi, dormiat poſt ipſum ad libitum, & tardet comedere poſt ipſum horis ad min⁹ qua- E
tuor. Eſt igitur toties aſſumendum digeſtiuum, vt videatur vrina in ſubſtantia ad mediocritatem reducta remiſſa in colore, declinans tamen ad citrinum magis, in qua ſit contentum album in fundo ſedens, coniunctum, æquale in partibus & diaphanum diaphaneitate elongante ipſum ab omni exceſſiuo colore, propterea quia diaphaneitas ꝑ
IV. Reiterata particularis euacuatio. certo non eſt manifeſtorum colorum priuatio, *2. primi, cap. de coloribus vrinarum.* ¶ Quoniam chronicæ ægritudines pẽdentes a materia raro vincibili a virtute per vnam vel duas digeſtiones & euacuationes, imo oportet in eis reiterare vtramq; propter reſiſtentiam earum ex parte qualitatum earum primarum & ſecundarum & modi ſubſtãtiæ earum: idcirco cum apparent aliqua digeſtionis ſigna de melioribus, vt hypoſtaſis in fundo
exſiſtens alba, iuncta & æqualis, ſtatim materierum pars per pharmacum educenda eſt, F
Potio ſolutiua. ſicut hoc. ℞. *electuarij Indi* ℥ j ß. *electuarij roſati* ℥ j. *pulueris hermodactylorum* ℥ ß. *zinz. gra. v. viol. gra. iij. miſce & totũ exhibeatur in potu cũ* ℥ *ij. aquæ hypericonis vel iris, obſeruãdo cõditiones quæ in pharmacis purgationũ tẽporũ anni ſuperius dictæ fuerũt.* ¶ Si a. ſtomach⁹ eius abominat⁹
Pilula. eſſet ab aſſumtione ſolutiuorũ potabiliũ, loco eorũ capiat hoc. ℞. *pilularũ de hermodactylis*

D ij

A ℈ ij. *pilularum cochiarum* ℈ j. *formentur pilulæ vij. cum ſucco roſarum, & exhibeantur ei cum obſeruatione canonum, qui ſolennizantur in pharmaciis.* Scio iterum quod ſi patiens comedat ℥ ß. confectionis diaturbith cum reubarbaro rectificatione mea, eſſet ſolẽnis iuuamenti, & non minoris, quàm prædictæ. Verum hic memento quod per pilulas de hermodactylis intelligam illas, quæ ſunt compoſitæ a Rhaſe, *9. Alman. cap. de arthetica.* Raro enim inueni iuuamentum in eis, quæ ſcribuntur a Meſue & Aui. & adhuc *in ſeptimo breuiarii* Serap. in reſpectu ad iſtas. ¶ Taceo hic de particulari euacuatione per phlebotomiam, ſi enim quandoq; euacuaretur aliquid de materia per venam ſciaticam dextræ vel ſiniſtræ partium, non dubito ſecuturam vtilitatem grandem. Similiter ẽt ſi aliquid euacuaretur de vena geniculi. Et adhuc ẽt ſi ſapienti viro præſenti videretur quandoq; B apponendas eſſe ventoſas cum ſcarificatione in domeſtica parte medietatis tibiarum, ſolet ægris iuuamentũ ſequi magnum, hi n. modi euacuationum particulares iuncturas inferiores reſpiciunt magis. Similiter ẽt ſi dolores eſſent in ſpatulis, cubitis & manibus, eſſent eligendæ venæ, quæ a proprietate reſpiciunt has partes, colligendæ pulcherrime *4. primi cap. 20. § illo: Venæ præterea, quæ phlebotomantur in manu, ſunt ſex.* lege ibi, quia ibi pertranſiui fugiens longitudinem. Et hęc de intentione quarta ſufficiant.

RVBRICA *quintæ intentionis.*

Eſt a. nunc accurate contemplandũ circa intentionẽ quintam, q̃ eſt dolorum ſedatiua. Et licet multa hincinde medicamina a ſapientibus conſcripta ſint; illa tamen non C niſi cum profunda ſcientia capi debent. ¶ Cum ergo dolores eueniant in membris in principio propterea, quia materia multa fluit rudis & indigeſta: idcirco oportet medicamina eſſe parumper retentiua materierum & anodynitate participantia, velut hoc. ℞. *olei roſati completi, olei omphacini an.* ℥ j. ß. *maſticis, ſandaracæ an.* ʒ ß. *croci* ℈ j. *conquaſſentur in mortario & liniatur cum eis membrum decies vel duodecies in die, & infundantur in ipſo panni linei, quibus membrum circumligetur.* Et ſi velles hoc medicamen efficere ſolennius, cum eo conquaſſetur ℥ ß. aceti. Ipſum enim, dato quod ſit frigidum, confert in emplaſtris iſchiados & dolorum iuncturarum, eo quia alias penetrare facit medicinas, *4. primi cap. primo in fine.* Adhuc ẽt licet in augmento plus fluat & fluxerit de materia, quã ante, oportet tamen intendere ad materiã, q̃ iam defluxit, vt non tantũ incraſſetur. Quare oportet cũ D repulſiuis adiungere lenitiua, velut eſſet hoc. ℞. *boli ar.* ʒ j. *terræ ſigillatæ* ʒ ß. *olei roſ.* ℥ ij. *croci* ʒ j. *hæc omnia diligenter conquaſſentur cum duobus ouis integris & madefacto coto in eis emplaſtretur membrũ*, & eſt potens ſedatiuum anodynitate potenti participans. ¶ Tertium quod conueniens eſſet verſus finem augmenti. ℞. *lactis vaccini* ℔. j. *croci* ʒ j. *vitellos oui numero iij. albumina duorum ouorum, farinæ hordei* ℥ j. *conquaſſentur hæc omnia in mortario & intincto in eis coto emplaſtrentur membra.* ¶ Cum autem dolores vehementiſſime moleſtant, tunc concedendum eſt ægritudinem ad ſtatum perueniſſe. In eo enim labores & accidentia intenſiſſima ſunt, teſte Hipp. *ſect. 1. aph. 8.* igitur in hoc tempore ſecurius eſt procedere cum puris anodynis. In ſtatu enim vincere debent anodyna, imo debent fieri parua, *4. primi cap. 25. & 3. quarti tractatu primo & cap. 7.* Erit autem hoc conueniens anodynum. ℞. *vitellos oui numero x. conquaſſentur in frixorio & ſuper cineribus calidis coquantur leuiſſime cũ* E *lib. ß. olei roſ. vſq; ad inſpiſſationem & cum* ʒ ij. *croci diligenter incorporando.* Cum tali namq; remedio vidi dolores in inſtanti ſedari. Et ſi renouetur ſępe, non fuit mihi neceſſarium recurrere ad alia auxilia, quod non demirandum: In hoc enim compoſito latet virtus anodynitatis melior fere, quam reperiri poſſit. Scio autem quod nihil melius & tam ſubito iuuans applicari poteſt, quam inſtrumenta præcedentia ſuis temporibus congrue applicata. Taceo hic narcoticorum applicationem, quæ nunquam mihi placuit, ꝑpterea quia talia corumpunt membra & aduerſantur rei vitæ, i. ſpiritui, qui eſt inſtrumentũ omnium operationum. Talia enim non niſi *in deſperato caſu a viro ſapiente applicari debent*, vt pulcherrime colligendum eſt a Gal. *12. therapeut. & a principe 10. tertii cap. de cura aſthmatis*, vbi dixit, ꝙ *antiqui poſuerunt in cura aſthmatis opium, neq; mandragoram neq; pſyllium, niſi ſecun-* F *dum quod voluit Deus excelſus & glorioſus.* lege ibi. Et hæc de intentione quinta ſufficiant.

V. Inſtantia ſedationis dolorũ tempore augmenti vel ſtatus. — *Linimentũ* — *Emplaſtrũ* — *Aliud.* — *Anodynũ in tempore ſtatus.* — *Nartotica quando ſint vſurpanda.*

RVBRICA *ſextæ intentionis.*

Vt a. perueniatur ad completã curationem taliũ ægritudinũ, oportet intẽdere ad cõſumtionẽ materierũ, niſi n. hæc intẽtio adimpleat, nõ eſt ſecurũ credere ægritudines eſſe cõplete curatas, quoniã *quæ relinquũtur in morbis poſt criſin recidiuas facere conſueuerunt,*

VI. Completa conſumtio materierũ

ſect.2.aph.12. Intelligo autem poſt criſin ſiue a natura, ſiue ab arte factam. ¶ Cum igitur materiæ, quæ ſolẽt efficere recidiuas, neceſſario ſint aut antecedentes, aut coniunctæ: ideo oportet ad vtraſq; intendere, iuxta ſermones Galen. *3. techni.* dum inquit: *Prius vnamquamq; cauſam abſcindere.* Credo autem ſatis rationabiliter eſſe proceſſum ad gubernandum materias antecedentes per ea, quæ in prima, ſecunda & tertia intentionibus ſcripta fuerunt: vnde relinquitur eſſe attendendum ad materias coniunctas, & ſunt materię quædam, quæ remanſerunt infuſæ ligamentis iuncturarum, non tamen efficientes dolores in eis, quoniam ligamentorum nullum ſentit, *prima primi, cap. de membris.* Nõnullę tamen harum materierum ſtant infuſæ in neruis diu ibidem commorantes debilitate caloris innati nõ reſolutę. Vnde ex his ſequuntur corollaria duo declaratiua quorundam apparentiũ. Primum eſt, quare quibuſdam remaneat tumor in iuncturis, cum quo etiam ambulare poſſent abſq; dolore, hoc enim contingit, quãdo materiæ remanſerunt in ligamentis, quæ non dolent. Et econuerſo videntur quidam, qui prohibentur a motu progreſſiuo, quẽ efficere non poſſent ſine vehementia doloris. ¶ Hæ igitur ſunt illæ materiæ, ad quarum excluſionem intendo cum medicinis conſumtiuis earundem: ſunt enim harum medicinarum diuerſitates quamplurimæ. ¶ Et primo quidem hę materiæ conſumuntur cum linimentis exſiccatiuis, quorum primum eſt. ℞. *ſandaracæ, gallarũ n cupreſſi, gallarum quercus, ſpodii, ſumach & granorum myrti an. ℥ j.ß farinæ orobi, & farinæ volatilis molendini an. ℥ ij. bulliant hæc omnia ſimul in vino rubeo pontico diligenter agitando ea vſquequo bene viſcoſa fiunt*, deinde liniantur vel emplaſtrentur bene cum ea iuncturę. ¶ Secundum remedium eſt hoc. ℞. *gallarum quercus lib. ß. farinæ fabarum ℥ iiij. vini cydoniorum ℥ iij. bulliant omnia ſicut de priori dictum eſt, & de eodem modo applicentur.* Ego autẽ diebus meis non inueni deſiccatiuum conuenientius, quam hoc. ℞. *pulueris roſarum* ℔ *ß. maſticis ℥ j.ß croci ℥ j. bulliant omnia in vino ſupraſcripto, & etiam eodem modo applicentur actu ſemper calida.* ¶ Scio etiam ad complete exſiccandum & confortandũ iuncturas excellenter conferre aquas thermaticas, & proprie quæ ſunt ſulphureæ, cineritiæ, calceæ, æreæ & ferreæ, quæ omnes licet efficaciſſimæ ſint, efficacius tamen in hac intentione conferre vidi lutum ex his mineris in thermis inuentum, & proprie non vitiatum & nõ contractum ab immunditie corporis humani & alterius fœdæ rei. Et hæc videntur ſufficere de intentione ſexta.

Ligamenta nõ ſentiunt. — *Corollar.* — *Linimentum exſiccatiuum.* — *Aliud.* — *Emplaſtrũ.*

RVBRICA *ſeptimæ intentionis.*

VII. Pro ſeptima vero intentione perficienda præmittendum eſt primo, quod membra, quæ ſolent mandare materias efficientes has ægritudines poſſint eſſe fere omnia, in quibus generantur & congregantur phlegmaticę materię & cholericæ. Plurimũ tamẽ contingit, quod epar ſit membrũ mandans, quando ipſum intemperie ſua generat ſanguinẽ phlegmaticũ & cholericæ materiei commixtũ. Similiter & poteſt eſſe ſtomachus per viã indigeſtionis congregatiuus materierum phlegmaticarũ. Et ſi contingeret in ipſo inuenire dyſcraſiam calidã per ſe vel per colligantiam, ita vt multiplicarentur in eo materiæ cholericæ nõ naturales, ſicut cõtingit, cũ in eo generatur cholera praſſina, tũc non eſt dubiũ, quod multum multiplicatæ hæ materiæ deſcendentes ad iuncturas efficere poſſint dolores in eis: & hæc ſunt duo mẽbra, vt plurimũ mandãtia materias tales. ¶ III. aũ membrũ eſt caput, in quo per viã indigeſtionis & euaporationis cõgregant materiæ multæ phlegmaticæ, aquoſæ, mucilaginoſæ deſcendẽtes ad iũcturas per neruos, chordas, venas & arterias. ¶ IV. mẽbrũ, quod non rarius cauſa eſt horũ dolorũ, ſunt renes, in quib. cũ multiplicant materiæ per viã indigeſtionis & receptionis earũ a mẽbris ſuperiorib. & proprie in his, qui effrenitant in coitu, non eſt dubium tales rariſſime euadere dolores iuncturarum. ¶ Et ſi qua videntur membra diuerſa ab iſtis, ſicut concedendum eſt, tunc talia membra facile rectificari poterunt per hęc, quæ rectificabunt hęc quatuor prenominata membra, quorum rectificatio iam ſequitur, &c.

Rectificatio membrorum mittentium. — *Quæ ſint membra mandantia.* — 1. 2. 3. 4.

Incipiam igitur a primo ſuperiori, quod eſt cerebrum ab eo deſcendẽs, ad alia. Et licet purgationes veris & alia accipienda etiam in aliis temporibus anni poſſent eſſe inſtrumenta ad hoc propoſitum efficaciter conferentia: veruntamen hic ſolum quatuor ponam inſtrumenta cerebrum bene rectificantia. ¶ Primum eſt hoc. ℞. *maſticis, ſandaracæ, corallorum amborum, roſ. ſpod. an. ℥ j. pulueris ſcoriæ ferri præparatæ ℥ ß. macis ℥ j.ß.* Cum æger percipit multum deſcenſum a capite ad inferiora, tunc omni ſero puluerizet me-

Rectificatio cerebri. — *Puluis capiti aduerſus.*

dietatem

A dietatem anterioris capitis aſpergendo inter capillos ℈ j. huius pulueris. Hoc enim eſt conueniens exſiccatiuum, & proprie, cum applicatur per menſem vel medium, ſemper cum pectine abſtergendo antepoſitum puluerem cum reiteratur 2. vice. ¶ Secundum inſtrumentum eſt hoc. ℞. *ſpecierum diambræ, ſpecierum diamuſci dulcis amborum deſcriptione Meſ. in antidota. ana ʒ j. ſpecierum aureæ Alexandrinæ ſine opio deſcriptione Nicolai in antidotario ʒ j. mellis conſeruationis myrobalanorum chebulorum ℥ iiij. ſacchari al. ℥ ij. fiat confectio in forma electuarii, de quo ter in ſeptimana accipiat ʒ j. deglutiendo ipſam quando ponit puluerem anteſcriptum.* ¶ Tertium eſt hoc. ℞. *coſti dulcis, cubebarum, nucis muſc. liquiritiæ, aniſi ana ʒ j. ß. pyrethri ʒ ij. ſaxifragiæ, doronici, eryngii an ʒ ij. pulnerizentur per ſe ſubtiliter omnia, deinde fiant ex eis pilulæ craſſæ, ſicut auellanæ, cum mucilagine dragag. de quibus cum percepit deſcenſum, mane & ve-* Electuarii. Pilulæ.

B *ſperi maſticet vnam per quartam partem horæ ſemper ad extra expuendo totum, quod per eas diſſoluitur a capite.* ¶ Vltimum inſtrumentum eſt hoc. ℞. *maſticis ʒ j. corallorum amborum omnium ſubtiliſſime puluerizatorum, ſpodii, de canna an. ℈ j. conſeruæ cydoniorum ſaccharinæ lib. ß fiat confectio ſolida in rotulis ℥ ß.* de qua ſemper comedat vnam in fine cibi cuiuſcunq; continuando ipſam, vſquequo percepit materierum fluxum totaliter ceſſauiſſe. Rotulæ.

Si a. contigerit materias non percipi rheumatizantes a capite, imo nauſea, rugitus ventoſitas aut dolor in ſtomacho perciperentur, tunc intendat ad ſtomachi confortationem, cui triplici inſtrumento videtur mihi ſufficienter prouidendum eſſe. ¶ Primum itaq; eorum eſt hoc. ℞. *maſticis ʒ j. ß. caryoph. ʒ j. folii, menthæ, rutæ, ſtyracis calamitæ, an. ℈ ij. reſinæ electæ claræ & bene aromaticæ ʒ vj. laudani ʒ j. ß. Diſſoluantur & coquantur gummi cũ* Rectificatio ſtomach. Ceratum.

C *vino aromatico bene potenti, & cum ſufficienti quantitate ceræ fiat ceratum ſcutale ſatis magnum,* quod ſtomacho ſuo ſemper applicatum teneat, & inueniet magnum iuuamentum, quoniam ſtomachus eius in digeſtiua ſua notabiliter debilitatus eſt. ¶ Secundum ſpeciale remedium eſt, vt aſſueſcat ſaltẽ in ſeptimana ter & alternatim comedere myrobalanum vnum chebulum bene conditũ & optime maſticatũ, & multum facit ad confortationẽ ſtomachi, capitis, epatis & renũ. ¶ Tertium eſt, vt aſſueſcat ſæpe in ferculo aut in potu eius miſcere ab ℥ j. vſq; ad ij. aquæ menthæ electæ & bene aromaticæ, quam aliqui nominant balſamitam, imo & comeſtio eius recentis ita potenter vigorabit ſtomachum, defendendo ipſum & epar a multitudine materierum phlegmaticarum, quod ſperem interpolare debere notabiliter & minorari euentum paroxyſmorum ſuorum

D dolorum.

Quoniam autem pleriq; homines videntur eſſe ſatis bene diſpoſiti circa caput & ſtomachum, & magis moleſtantur a nocumentis epatis & renum, quæ plurimum accidunt propter dolorẽ renum & epatis aut oppilationes eorum, aut propter malã complexionem frigidã & humidam augmentatam in eis, aut propter multitudinem ciborum, aut mali chyli, cuius rectificationem non poteſt epar facere: idcirco non apparentib. manifeſtis nocumentis capitis, neq; ſtomachi, prædominantibus epatis & renũ, vtatur quinq; infraſcriptis remediis, quæ cõmunicabunt iuuamentum epati & renibus excellenter. ¶ Primum itaq; iſtorum eſt hoc. ℞. *ſandalorũ rubeor. ſpodii, maſticis, roſarum an. ʒ j. ſpicæ nardi ʒ ß. ſeminis milii ſolis, capillorum Ven. an. ℈ iiij. granorum phiſticorum lib. ß. infun-* Rectificatio epatis & renum. Morſuli.

E *dantur phiſtici in aqua cichoreæ, milii ſolis an. lib. ß. vini ribolici vel alterius ſibi ſimilis clari & aromatici ʒ iiij. Cum ergo infuſi ſteterint per biduum, coquantur in infuſione ſua vſq; ad bonam quaſi diſſolutionem, deinde colentur, optime terantur & cum lib. 1. ß. ſacchari al. cocti cum aqua anguriæ fiat confectio in fruſtis, velut pineata,* de qua ſemper ante omne cibarium accipiat fruſta duo. Et ſi vteretur ea anno integro, eſſet ei vtiliſſima, ſicut experiri poteſt. ¶ Secundum remedium eſt hoc. ℞. *olei roſarum & cydoniorum an ℥. 1. olei nardini ℥ 1. ß. ſpecierum diarodon ʒ 1. trociſcorum de violis ʒ 1. ß. ceræ al. q. ſ. fiat vnguentum molle, quod aſpergatur cum vnguento cydoniorum quando coquitur.* Cum hoc igitur vnguento aſſueſcat inungere hypochondrium, & totam ſpinam a furcula ſpatularum inferius. ¶ Tertium inſtrumentum eſt, vt iſte vir faciat ſibi condiri in ſyrupum ſaccharinum radices eryngii recentes, Vnguentũ.

F & comedat ſæpe de eis ante prandium per duas vel tres horas radicem vnam magnitudinis digiti longi. ¶ IV. eſt, vt cũ inſtantia nocumentorũ epatis & renũ ſæpe, vt ter in ſeptimana ad minꝰ, ante cibũ comedat aſparagos cũ aceto acri nõ quidẽ valde acuto, propter q; ſi iſtis temporibus faceret exſiccari aſparagos, & ꝓprie Planenſes, q non ſunt ita apitiui quaſi amaritudine priuati, velut ſunt illi qui naſcuntur in diœceſi Patauina apud villam Gambariatum, eſſet ipſi iuuamentum magnum comedendo eos ſicut alios.

¶ Si autem aſtantibus apparet renes eius eſſe notabiliter læſos, quod demonſtrabit grauitas aut alter dolor in ſpina, vrinę arenoſę, aut ardor ab eis, tunc recordetur accipere frequenter fercula facta cũ lacte ouino. Lacti namq; ouino nulla medicina compar eſt in debilitate renum, *18. tertii, cap. 3.* Et hæc ſufficere videntur pro intentione ſeptima.

Lactis oui ni præſtantia ad debilitates renum.

RVBRICA *octauæ intentionis.*

VIII. Corroboratio mẽbrorũ recipientium.

Pro conſummanda vero intentione octaua & vltima plura ſuperius poſita ſunt inſtrumenta exſiccatiua & iunɾturarum confortatiua. Veruntamen de conuenientibus iterum ponentur hic quinq;. ¶ Primum eſt hoc. ℞. *luti balnearum naturalium ſulphurearum exſiccati lib. ij.* propter ꝙ bonũ eſt, vt habeat ipſum ſemper apud ſe, *gallarum cupreſſi, gallarum quercus perforatarum an. ℥ iij. habeatur ergo nobilis quantitas aquæ extinctionis chalybis, & in ipſa bulliant prædicta vſq; ad conſumtionem medietatis aquæ. Cum illa igitur aqua mediocriter calida mane & veſperi abluantur iuncturæ leui fricatione, aut ſaltem in ipſa infundantur panni cannabini duplicati aut multiplicati, & cum eis calidis iuucturæ fomententur mane & ſero ſaltem per ſemthoram.* ¶ Secundum inſtrumentum eſt, vt ſæpe membra lęſa ſuffumigentur cum fumo ſulphuris. Et ſi lęderet ipſum fœtor, ſuffumigetur cum fumo laudani. Aut 3. & melius eſt, ſuffumigetur cũ fumo ſtyracis calamitæ. Magnum enim inueni iuuamentum a ſuffumigationibus talibus cũ carbonibus ignitis factis. ¶ Tertium inſtrumentum iterũ confortatiuum membrorum eſt hoc. ℞. *olei vulpini ℥ ij. ſtyracis calamitæ ℥ ij. pulueris andachochæ ʒ iij. pulueris corticum agarici ʒ vj. ſandaracæ ℥ ß. agitentur ergo omnia iſta prius bene puluerizata in mortario diu, & cum illo linimento omnia membra læſa frequenter inungantur & inueniet ab eo iuuamentum excellens.* ¶ Quartum eſt vt aſſueſcat ſaltem in nocte tenere caligas vſq; ad medium coxæ factas de pelle vulpis aut dabaon, i. taxi, & proprie poſt ſuffumigationes ante dictas. ¶ Vltimum vero eſt, vt ſi deſideraret confortare membra cum remedio maioris excellentiæ, faciat ſibi fieri cauteria actualia aut potẽtialia, in quibus tamen non curo extendere ſermonem; quoniam tenet me eius ætas & longitudo ægritudinum & accidentium, quæ perpeſſus eſt iſte ſpectabilis vir. Cui pie multum & miſericorditer agendum & conſulendum eſt. In quibus ei prouideat altiſſimus excellentia potentiæ & benignitatis ſua ad laudes eius perpetuas & immortales. Amen.

Ablutio. Suffumigatio. Linimẽtũ. Cauteria.

CONSILIVM CCXLIII. *De quadruplici mala diſpoſitione: videlicet: De arthritide: De immoderata ſiccitate & duritie neruorum: De ſaltuoſa diſpoſitione membrorum motus: Et de oppilatione forti epatis & viarum vrinæ. Diuiditur autem conſilium in capita tria.*

CAP. I. *De cauſis dictarum diſpoſitionum.*

VIRVM antiqua multum priſcorum parentum nobilitate perſpicuum diuina prouidentia nuper mihi obtulit, quod credo magis in detrimentum, quam in augmentum laudis & honoris mihi accidiſſe, etenim multa morborum congerie moleſtatum accepi ipſum ſub ſpe recuperandæ ſanitatis, quod equidem indubitanter actum fuiſſet ſi temporis commoditas & ſufficientia condonaſſent, ſed profugus ipſe non tolerauit tantum, nec credidit iuuamẽtum fuiſſe ſecutum & poſſe ſequi, quantum morborũ ipſius multitudo & non minus magnitudo poſtulabat, propter ꝙ idem non obtinuit, quod ſine dubio habuiſſet, ſi patiens extitiſſet. Quis n. eſſet tantæ amentiæ, vt credat morbos multa prolixitate vetuſtos ad conualeſcentiã aliquã nedum ad integram ſanitatem in breui tempore poſſe perduci. Scio n. quod diſpoſitiones affixę non niſi in longo tempore reduci poſſint & ſoleant, iuxta illud ſummi Hipp. *Quæ in multo tempore extenuantur corpora, tarde reuerti conſueuerũt, ſect. 2. aph. 7.* His tamen ſeorſum poſitis dicamus, quod iſte vir quadruplici laborauerit & iterũ vexetur ægritudine. Prima quidem eſt arthritis, ſecunda v. eſt neruorũ & partiũ ſibi conſimiliũ immoderata ſiccitas & durities, tertia ſaltuoſa membrorum motus diſpoſitio, & quarta epatis & viarum vrinæ fortis oppilatio.

Arthritis & eius cauſſæ.

Et prima quidem diſpoſitio huius viri eſt arthritis, quæ eſt terminus vniuerſalis ad importandum dolorem articulorum, i. iuncturalium membrorum, quæ quidẽ in plurimas diuiditur ſpecies, & in tot, quot ſunt maiores & famoſæ iuncturæ in humano corpore. Cum enim hic vir doleat pedes, podagra: cum manus, cheiragra nominatur; & cõtrahitur iſte terminus arthritis ad importandum tot iuncturarũ dolores, quot ſunt termini eidem adiuncti, per quos ſpecificatur ad ſpecialem dolorem importandũ; videlicet dolorem genuum, ancharum, ſpondylorum, dorſi, colli, ſpatularũ & cubitorũ, & ſic de aliis. Vnde ſi ex hoc ſermone clare veritas accipiatur, apparebit, ꝙ iſte vir arthritica

laboret

A laboret ægritudine. Nõ n. eſt neceſſariũ ad rationem formalẽ arthritidis oẽs dolere iũcturas, ſed aliquas aut plures aut oẽs aptitudinaliter, ſed non de facto. Quod a. hi ſermones contineant veritatẽ, apparet. Hic n. vir dolores in villis & iũcturis pedũ, genuum & ſpondylorũ dorſi & colli, ancharum & iſchiados patit. Potuit a. in hoc viro hæc ægritudo accidere multis ex cauſis primitiuis & antecedentib. i. mala cõplexione, mala cõpoſitione & ſolutione membrorũ. ſed veritas eſt, quod cauſa dolorũ in hoc viro antecedens ſit mala cõplexio iũcturarũ frigida & ſicca, ad quod iuuat mala cõplexio epatis eius a generatione ẽt frigida & ſiccâ, vt ẽt nunc apparet. Et quia indicando ab vniuerſali cõplexione totius corporis cõplexio eius a medio declinauit ad augmentũ caliditatis & ſiccitatis: ideo nõ eſt mirũ, ſi ꝓpter hoc & ꝓpter ætatẽ & regimen præteritũ in eo fuerit adhuc multæ choleræ inuentio. quæ cõmixta ſanguini & aliis humorib. & phlegmatib.
B reddit eos mobiles, fluxibiles & penetrabiles in iũcturis ipſius: & ſunt ſermones Auic. *22. tertii.* Materia igitur hæc multiplicata in iũcturis alteratione ſubita & forti dolorẽ efficit in eis. Hæc igitur materia cum hoc, quod alterando dolorem efficit in iũcturis *Immoderata ſiccitas & durities neruorum.* ẽt calefaciendo reſoluit poſitiue & exſiccando iũcturas exſiccat priuatiue, quare mẽbra eius non ſunt potentia ad motũ progreſſiuum, imo neq; ad flexionẽ, neq; ad corporis ſuſtentationẽ: quare non eſt mirũ, ſi iſte perductus eſt ad hazehema, ꝙ eſt progreſſiui motus ablatio. *Hazehema quid.* Et ex hoc fundamento ẽt deducitur inuentio ſecundæ ægritudinis, q̃ eſt ſubſtantifica exſiccatio membrorum motus a ſiccitate poſitiua & priuatiua cauſata, vt ſuperius demonſtratum eſt.

C Et iterum ex fundamento prædictorum merito deduci poteſt cauſa ſaltuoſi motus in iũcturis eius & in membris per iũcturas ſuſtentatis apparens. ¶ Propter enim *Cauſa ſaltuoſi motus membrorum.* debilitatem iũcturarum & malam complexionem frigidam & ſiccam in membris p̃dictis collectam, aut in venis & arteriis maxime cõprehenſam generatur ſaltus, eo quia ventoſitas mouet & eleuat membra ſuperius & ipſorum grauitas trahit ad inferius, vnde & a pugna in vtriſq; perſeuerante videntur membra motu ſaltuoſo agitata, qui ſi perſeueraret, non eſt dubium, quin membra illa perduceret ad ſpaſmum de repletione nominandum.

Quarta vero huius viri diſpoſitio verenda ſatis eſt oppilatio in epate eius, in venis *Oppilatio epatis & viarum vrinæ.* D & in viis vrinalibus, quæ iterum prouenit a mala complexione prædicta cum præſentia multorũ phlegmatũ tam in epate eius generatorũ, quam ẽt congregatorũ in mẽbris ꝑ viam indigeſtionis. Hæc igit̃ mala cõplexio eſt cauſa repletionis venarũ & p̃dicta phlegmata ſunt cauſa conſtructionis: quare non eſt mirũ, ſi mẽbra omnia ſpecialiter iũcturę continue magis exſiccando procedunt, vbi reperitur efficiens cauſa per ſe & per accidens conſtrictiua membrorum ex defectu boni ſanguinis nutrituri mẽbra, & præſentia multorũ phlegmatũ claudentium vias tranſitus nutrimenti & ſpiritus ad mẽbra. Has a. diſpoſitiones omnes facile poſſem demonſtrare per ſigna tam a ſubſtantialiter inhęrentibus aſſumta, quam ab operationib. & caſibus. & tu conſidera, quia hæc propter breuitatem dimitto. Vnde ex omnium prædictorũ intellectu colligitur primo, quod hæc diſpoſitio ex omnibus congregata ſatis ſit in hoc viro fortis & verenda. Secundo quod hæc
E ægritudo non ſit impoſſibilis curationis, argumento ſumto ab ætate, complexione, cõpoſitione & ſingulis, & proprie, quia nondum eſt confirmata vehementer. ¶ Tertio quod ſi regatur conuenienti regimine inferius oſtendendo, poterit ad bonam conualeſcentiam & motum progreſſiuum mediocriter deduci, in tempore tamen prolixo.

Cap. II. *De regimine per ſex res non naturales.*

REGIMEN autem huius viri diſtinguam per rerum non naturaliũ conuenientẽ adminiſtrationem: Et deinde per medicinalium congruitatem. ¶ Pro expeditione vero primi dicendum, quod locus, ciuitas & camera habitationis ei⁹ ſint eligenda ad caliditatem declinantia, & ad leuem ſiccitatem magis, quod ad humiditatem excellentem: vnde euitet habitaculũ camerarũ ſiue locorũ defluxibus aquarũ propinquorũ. Et dimittat cameras terraneas, õpaci, turbulẽti aeris & lutulẽti vel fœ- *Aer.*
F tidi; & inhabitet loca a terra notabiliter eleuata vento & flatui meridionali & occidentali expoſita, minime autem ſeptentrionali. Teneat corpus ſuum veſtibus vulpinis de vario & dorſis eorum ſuffultis; & folineis vel aliis notabiliter calidis, & caput eius tecturis calidis bene munitum diligenter cuſtodiat. Similiter & veſtes eius

mediocri adhæſione membris adhæreant, & non ſtrictura ſuffocatiua eligantur. A

Cibus. Pro ſecunda vero re non naturali, ſ. cibo & potu ita procedat. Eligat panem re-
Panis. centem duorum dierum aut trium ad plus, bene fermentatum & coctum, & nullo mo-
do cōbuſtum, neq; azymũ, & habeat ſalis quantitatẽ aliquã tã vltra eã, quæ pro ſanis ad-
Carnes. miniſtrat & fermenti ẽt plus recipiat, q̃ cõmunis. ¶ Ex carnibus eligat eas, quæ ſunt lau-
dabilis nutrimenti, vt de volatilibus pullos magnos & paruos, bene pingues, & gallinas,
capones, anates, columbellos, phaſianos, perdices, ſtarnas, coturnices, francolinos, me-
rulos, turdos & minutas aues in dumetis degentes. Carnes vero volatilium in aquis ha-
bitantium non curet comedere, niſi raro: de aliis vero volatilibus conſiderandis atten-
dat, quod carnes columborum, & proprie ſylueſtrium, mirabilem habeant conuenien-
tiam ad iſtam diſpoſitionẽ, & ad omnes neruorum ægritudines, quocunq; modo præ- B
parationis earũ, quare laudo in ipſo frequẽtẽ vſum earũ, & proprie cum fuerint anima-
Partes animaliũ. lium iuuenculorum carnes. ¶ Ex partibus animalium dimittantur ventres, cerebra &
eorum medullæ, niſi raro vſu & modico. ¶ Ex piſcibus eligantur marini ſolidarum car-
Piſces. niũ, qui nõ ſint viſcoſi neq; mucilaginoſa humiditate abundantes, & magis mihi placet
Legumina ſalitorum piſciũ, quam recentium vſus in eo. ¶ Ex ferculis vero eligendis, de legumini-
bus cicera rubea, non tamen in multo vſu. Oryza autem & panicum meliora ſunt ei: &
far proprie cum laudabili brodio: reliqua vero legumina dimittantur, & proprie cum e-
Herbæ. lixa fuerint. ¶ Ex herbis eligantur caules & reliqua caliditate & apertione participan-
tia cum nitroſa aut calida parte eorum, velut ſunt petroſel. fœniculum, ſerpillum, ſaluia,
ruta, abrotanum, mentha, hyſſopus, roſmarinum. Frigida vero, velut ſunt bletæ, ſpina- C
chia, endiuia, portulaca, cucurbita, cucumeres & citrulli dimittantur. ¶ Ex fructibus
conueniunt ei amygdalæ, auellanæ & ficus recentes propter lenitionem, & ſiccę pro-
pter apertionem & exſiccationem, propter quam etiam cauſam non vituperarem ce-
raſa ſuo tempore neq; alia lenientia & aperientia. ¶ Fructus vero difficilis digeſtionis,
Fructus. infrigidatiui, incraſſantes & ſtyptici non placent, velut ſunt cydonia, ſorbæ, meſpilæ,
granata acria, citranguli, limones & conſimiles, qui raro accipiantur, & in pauco vſu ſa-
Lac. poroſæ delectationis cauſa. ¶ Lactis vſus tam crudi, quam cocti non multus habeatur, &
proprie cum ſimplex comeditur. Lac comeſtum autem cum aliis frangentibus eius fri-
giditatem & humiditatem & aptitudinem ad corruptionem accipi poteſt, propter ꝙ D
recentis etiam caſei & mollis vſum vitupero, cum fuerit ſimplex, & placet mihi magis
Liquores. caſei ſolidioris & bene ſalſi vſus in hoc viro. ¶ Ex liquoribus placet mihi oleum oliua-
rum recens ſiue nouum, ſed vſus recentis olei conuenientior eſt tempore paroxyſmi
dolorum, antiqui vero vſus conuenientior eſt alio tempore gratia reſolutionis, lenitio-
nis & apertionis eius. Butyri etiam vſus non eſt ei vituperandus, & maxime ſi ad ipſum
Sapores. fuerit conſuetudo. ¶ Ex ſaporizantibus conuenit ei agreſta bene ſalſa, & limones in a-
qua ſalſa conſeruati, & ſuccus aranciorum, & proprie cum ſale commixtus: acetum autẽ
acre vitetur omnino: acuti autem aceti vſus, & proprie cum ſalſis & aromatibus, erit ei
Aromata conueniens, non multum tamen accipiendo de eo. ¶ Ex aromatibus a. aliquid dictũ eſt
iam, vbi de ferculis ſermo pręteriit. ex aromatib. a. alienigenis & aliunde aduectis con- E
ueniunt ei cinamomũ vtrũq; craſſum & ſubtile, galanga, piper, macis. nux muſc. zinz.
& proprie conditũ, cuius vſus erit ei valde conueniens, vt in ſermone de medicinalibus
enuntiatur. Crocus etiam & grana paradiſi, ami & amomum & conſimilia accipiantur
ſæpe in cibis eius. Hæc enim membra nutritionis aperiunt oppilata & neruorum ſub-
ſtantiam apertam expurgatam, & a ſuperfluitatibus ſecura reddunt. præter autem talia
cibaria, quæ laudata ſunt ei, dimittantur omnia alia, quæ nõ ſunt conuenientia propter
rationes aduerſas: & adhereat iſtis continuo vſu, ſecedendo ab aliis.

Potus. De potu autem dicendũ ꝙ ſi iſte vir aſſueſceret potui aquæ mellis ſimplicis, ſum-
mum eſſe ei fundamentum in cura ſui omnino dimittendo vinum, aut ſaltem commi-
ſceret hydromel cũ vini altera medietate, aut ſaltẽ aliq̃d de ipſo imponẽdo vino, ꝓpter
ꝙ videt mihi, quod hydromel in vſu ſuo varietatem accipere debeat ſecundũ tp̃a anni, F
vnde a principio menſis Octobr. ꝑ totũ menſem Martii videtur mihi cõueniens hydro-
Hydromel mellis cõpoſitio ſecundũ hunc modum. ℞. *mellis citrini vel albi electi lib. j. florũ roriſmarini*
℥ ij. zinz. electi ℥ ß. coquãtur omnia ꝑter mel in lib. aq. xxv. vſq; ad conſumtionẽ quintæ partis, & tũc
addatur mel & coquãtur iterũ cõtinue deſpumãdo vſquequo redierint li. xx. aut li. xv. & tũc coletur

bis per

A *bis per ſaccum ſpiſſum, & ſit eius vſus vt prædictum eſt.* A principio vero menſis Aprilis vſque
per totum menſem Septembris ſumantur lib.xxxv. aquæ & mellis & ſpecierum, vt præ-
dictum eſt. & vtatur eo modo iam præſcripto. Et hæc de regimine rerum non naturali-
um dicta ſufficiant.

De regimine huius viri per quatuor alias res non naturales, videlicet per inanitio-
nem & repletionem: per motum & quietem: per ſomnum & vigiliam: & per accidentia
animi non extendo calamum, cum talia non videantur magnam importare neceſſita-
tem & incluſa videantur in præcedentibus.

Cap. III. *De cura per medicinalia.*

B PRo regimine vero inſtrumentorum medicinalium 12. mihi in hoc viro ob-
ſeruanda videtur. De quorum numero ſex obſeruari debent a principio O-
ctobris per totum menſem Martii, reliqua vero in alio tempore adminiſtrē- *Curatio*
tur. ¶ Igitur purgetur in vere ſecundum hunc modum poſt xx. diem Febru- *vsrnalis.*
arii vno mane in aurora accipiat iſtas pilulas. ℞. *pilularum de ſarcocollæ deſcri-* *Pilula.*
ptione inuenta a Meſ. ℈ ij. pilularum hermodactyl. deſcriptione Rhaſis 9. Alm. ℈ j. formentur pilulæ
vj. vel vij. cum electuario roſarum, & accipiantur in aurora dormiendo per horam poſt eas. Quinta
vero ſequenti hora bibat cyathum aquæ ſaccharatæ calidæ: & ſexta ſequenti hora pran-
deat. ¶ Sequenti vero immediate die accipiat hoc digeſtiuū calidum in prædicta hora &
tardet cibum horis ad minus quatuor, & contineat ipſum diebus ſex vel vij. vſquequo ap-
C pareat vrina in colore & ſubſtantia rectificata, hypoſtaſin habens in fundo ſedentem al-
bā, æqualē & vnitā. ¶ Die vero ſequenti iterum purgetur cum iſtis pilulis. ℞. *pilularum fœ-* *Alia.*
tidarum, pil. de hermodact. ana ʒ ß. & cum ſucco roſarum formentur pilulæ vij. & accipiantur in au-
rora reſeruatis poſt eas conditionibus, quæ ſcriptæ ſunt in primis. ¶ Eſt autem ſyrupi, quem debet
accipere, deſcriptio talis. ℞. *ſyrupi compoſiti acetoſi, mellis roſ. & ſyru. de calamento ana ℥ ß. aquæ* *Potio.*
hypericonis lauri, & roriſmarini ana ℥ j. miſce. ¶ In autumno autem purgetur per hunc modū:
quoniam in principio Octobris vno mane accipiat hoc electuarium. ℞. *electuarii roſ. ʒ j ß.* *Electuariū.*
agarici electi ℈ ij. ſacchar. rub. ℥ j. aquæ volubilis ℥ ij. zinzib. gran. iij. miſce & totum calidum acci-
piatur in potu ſeruando conditiones tactas in aliis ſolutiuis. ¶ Die vero immediate ſequenti ac-
cipiat hoc digeſtiuum. ℞. *ſyr. de byzantiis, ſyr. viol. ana ʒ vj. aquæ cichoreæ, betonicæ & hyperico-* *Potio dige-*
D *nis ana ℥ j. miſce & calidum accipiatur toties, quoties de digeſtiuis dictū eſt.* ¶ Sumto vero hoc di- *ſtiua.*
geſtiuo purgetur cum hoc medicamine. ℞. *aquæ violarum, fœniculi, betonicæ ana ℥ j. agarici,* *Potio purgās*
hermodactyl. turbith ana ℈ ij. zinzib. dauci, aniſi ana ʒ vj. ſalis Indi gran. ij. ſacchari rub. ℥ j. infun-
dantur medicamina pulueriƶata in prædictis aquis calidis per diem naturalem. deinde caleſiāt omnia
& modicum bulliant & excolentur & exprimantur conuenienter: quæ colatura calida bibatur:
& poſt ipſam obſeruentur regulæ, quæ in primis pilulis purgationis veris dictę ſunt. ¶ Se-
cundum principale inſtrumentum eſt, vt poſt purgationem iſtam incipiat inungere lo-
ca ancharum, coxarum & tibiarum ambarum vſque ad plantam pedis cum hoc vnguen-
to. ℞. *olei de been ℥ j. ß. olei de ſiſamo ℥ iij. croci ʒ j. pulueris arthe ticæ, ſtœchados, betonicæ & hermo-* *Vnguentum*
dactylorum ana ʒ ß. pulueris florum nenupharis & ſandalorum amborum an. ʒ ß. ceræ, quantum ſuf-
E *ficit, fiat vnguentum molle.* cum quo calido inungantur prædictæ partes longo tempore fri-
cando, leuiter tamen & ſuauiter vſque per totum menſem Aprilis: & membra cuſtodiā-
tur cum caligis factis de pellibus vulpinis aut de mele. ¶ Tertium principale inſtrumen-
tum, vt poſtquam prædictam inunctionem fecit diebus 15. lauet omnia prædicta mem-
bra vno ſero per horam ante cœnam cum infraſcripta decoctione calida. ℞. *peucedani,* *Lotio.*
hermodactylorum, ſtœchad. & pæoniæ ana ℥ ß. pedum porci ſalitorum & antiquorum numero viij.
incidantur cum prædictis & coquantur vſque ad diſſolutionem in ℔ cc. aquæ cum ℔ j. cineris ilicis
bene cribellati. deinde in hac decoctione lauentur membra prædicta diligenter: & ita abluta tribus vi-
cib. permaneant per vnum diem cum dimidio. deinde reuertatur ad applicationem inunctio-
nis prædictæ aliis 15. diebus. poſtea reuoluat ſe ad ablutionem, & econuerſo, hunc modū
F continuando per totum menſem Aprilis vel Maii. ¶ Quartum principale eſt, vt his tē-
poribus, immo extra paroxyſmum dolorum vtatur pilulis infraſcriptis: & de eis accipi-
endo omni quarto vel quinto die vnam ante cœnam, aut duas cum maiori ſtypticitate,
de quibus etiam accipere poterit v. vel vj. omni fine xv. dierum, & tardare cibum horis
ad minus v. quarum deſcriptio eſt. ℞. *aloes epaticæ electæ ℥ ij. zinzib. piperis, hermodactylorum,* *Pilula.*

calami aromatici, arthetica, pæonia ana ʒ ß. ſalis Indi ʒ j. pulueriƶentur omnia & infundantur in ℔ ß. aqua betonicæ, & exſiccentur ſub radiis ſolis aut in furno calido vſque ad conſumtionem aquæ ſæpe agitando, deinde iterum renouetur aqua & exſiccetur quatuor vicibus permutando ipſam, ex materia ergo remanente formentur pilulæ vj. pro ʒ. quarum vſus habeatur, vt iam dictum eſt. In ipſis enim conſiſtit magna pars curationis & conualeſcentiæ ægritudinum ſuarum. ¶ Quintum principale eſt: vt vtatur electuario infra ſcripto gratia oppilationum epatis & viarũ ſupraſcriptarum, accipiendo de eo omni mane, vel tertio mane in aurora ℥ ß. cum ℥ ij. aquæ fœniculi calefactæ, & tardetur poſt ipſum cibus horis ad minus quatuor. Et huius electuarii deſcriptio eſt talis. ℞. *granorum orobi, aniſi, fœniculi. ſem. petroſel. rubeæ tinctorum, aſari ana ʒ j ß. ſpicæ nardi, cuſcutæ ana ʒ ij. liquiritiæ ʒ iiij. oxymellis compoſiti de quinque radicibus ℥ j. ſacchari albi ℔ ß. coquatur ſaccharum cum oxymelle vſq; ad inſpiſſationem: & cum cœperit infrigidari, ponantur ſpecies diu cõterendo, & erit medicina efficax ad omnes ægritudines & accidentia eius.* ¶ Sextum eſt confectio iſta. ℞. *ſpecierum electuarii de ligno aloes deſcriptione Auicennæ 5. can. ſumma prima, ſpecierum electuarii de ſeminibus deſcriptione Meſuæ in antidotario diſtinctione prima ana ʒ j. ſacchari ſecundæ coctionis ℔ ß. coquatur ſaccharum cum aqua hypericonis & addantur ſpecies apud infrigidationem eius. & fiat confectio in rotulis ℥ ß. accipiat ergo de ea ſemper ante cibum omnem rotulam j ß.* & continuetur hæc confectio cum omnibus prædictis a principio veris vſque per totum menſem Septembris.

Electuariũ. *Rotula.*

Curatio hyemalis.

Nunc autem ponendum eſt regimen huius viri a principio menſis Octobris vſque ad finem Februarii. ¶ Dicendum itaque quod omnia inſtrumenta, quæ in fine autumni aut per totam hyemem conueniunt rationabiliter debeant eſſe calidiora & ad materiam frigidam appropriata magis per totam hyemem vſque ad medium Februarii, quam per totum menſem Septembris vſque ad medium Octobris eo, quod indicatio in cura cuiuſcunq; diſpoſitionis non parua accipitur a conſiſtentia temporum anni: vt patet 3. *techni. 4. primi & in ampliationib. aph. 17. ſect. 1.* vbi dicit Hip. *Dandum vero eſt aliquid ætati, tempori & regioni, &c.* ¶ Cum igitur per totam æſtatem materiæ genitæ fuerint & multæ & rationabilius calidæ, quam frigidæ & corruptioni diſpoſitæ: Patet, quod hoc tempore vtendum ſit inſtrumentis minoris potentiæ in calefaciẽdo corpora, & maioris virtutis in remiſſe calefaciendo & potentius humectando: & econuerſo de parte hyemis tota comparata ad finẽm æſtatis & principium veris. Et ſunt ſermones ſpeculatiui non digni conſideratione: niſi apud viros in ſcientia & opere longo tempore exercitatos. Propter quod deſcribam remedia nonnulla conuenientia ſecũdum prædictas conſiderationes, quantum erit poſſibile & condecentius. ¶ Itaque adueniente principio menſis Octobris, laudo, vt purgetur ſecundum illum modum, qui dictus eſt ſuperius: conſiderando ſemper corporis diſpoſitionem. & ſi quidem in eo apparuerit reliquia caliditatis non naturalis ſatis manifeſte, confrangantur euacuantia minoratiue, digerentia & eradicantia cum frigidis & humidis ſecundum diſcretionem eximii Doctoris, qui in cura huius nobilis viri profunde ſemper & bene ſollicitus fuit ex optima ſcientia ſua. ¶ Poſſunt enim eſſe talia refrangentia, velut ſyrupus viol. ſyrup. de nenuphare, ſyrup. roſ. ſyr. iuiubinus, ſyrupus ſimplex acetoſus remiſſæ acetoſitatis & reliqui conſimiles. Refrangentia vero audaciam & potentiam ſolutiuorum ſunt vnctuoſa omnia, lambificatiua, lubricatiua, lenitiua, acria vel dulcia. Exemplum primi, velut caſſia & manna. Exemplum ſecundi, velut ſunt malua, mercurialis & volubilis. Exemplum tertii, velut mucilago pſyllii, granorum ſebeſten & conſimilium. Exemplum de quarto lenientium cum acredine, vt tamarindorum, granorum muzorum & conſimilium. Exemplum vero de lenitiuo cum dulcedine, vel ſunt iuiubæ, ſebeſten & pruna dulcia bene matura. Exemplum vero refrangentium ſolutiua cum lenitiuo dulcedine & acredine ſimul, ſunt vel ut ſuccus prunorum non perfecte maturorum, & ſimilia illis: & tu conſidera, quia in talibus latet ſcientia non exigua. Itaque præmiſſa purgatione in autumni principio, vt iam dictum eſt, ſex mihi occurrunt inſtrumenta partim localia & partim aliis membris competentia.

Electuariũ.

A principio itaque menſis Octobris per totum menſem Nouembris vtatur hoc electuario. ℞. *conſeruæ roſ. & viol. bugloſſæ ana ℥ ij. ſpecierũ diacinam. ʒ j ß. ſpecierũ dialaccæ & diacurcumæ an. ʒ ß. pulu. pæoniæ ʒ j ß. incorporentur ſimul omnia cum ſucco rutæ cocto cum melle deſpumato, & fiat electuarium, de quo accipiatur cochlear vnũ in mane hora ſyruporũ deglutiẽdo ipſum &*

medi-

A *medietatis cochlearis de eo accipiatur ante prandium & cœnam.* Eſt enim potenter rectificatiuũ omnium principalium membrorum & ſeruientium eis virtute latoria & præparatoria, velut ſunt ſtomachus, ſplen, venæ, arteriæ & nerui. In hoc enim electuario ſtat vis aperiendi membrorum oppilationes & conſtrictiones, & membra ſuperflua caliditate reſoluta, & a ſuperflua humiditate relaxata reducit ad medium, vt facile demonſtari poſſet. q̃ tu conſidera. Secundum principale inſtrumẽtum eſt, vt ſi venter huius viri ſtypticus fuerit, ſecũdum quod in pluribus conſueuit: reddatur mollificatus cum hoc electuario, de quo parum ante cœnam accipiatur cochlear j. vel ante prandium, ſecundum quod viro perito gubernanti hunc ægrotantem apparebit, melius procedendum eſſe. Quibuſdam enim hominum propter varias eorum diſpoſitiones & proprietates indiuiduales melius
B operantur medicinæ in nocte, cum fuerint ante cœnam aſſumtæ: quibuſdam autem e conuerſo in die ante prandium. propter quod in iſtis ſtandum eſt iudicio experimentali eius, quod continue apparet. eſt autem huius electuarii deſcriptio talis. ℞. *mucilaginis granorum ſebeſten, mucilaginis pſyllii, & mucil. cydoniorum ana ℥ iiij. penidiarum ℥ iij. turbith hermodactylorum ana ʒ ij. zinzib. ʒ ß. ſalis Indi ℈ j. diagridii gran. xv. fiat electuarium, quod accipiatur, vt dictum eſt.* Quis enim vereri debet medicamina talia ante cibum exhiberi debere: cum etiam a ſapientibus præcipiatur talia coqui, & commmiſceri debere cum cibis: vt *prima tertii c. de canonibus curationum capitis, & prima quarti, & quarta primi?* ¶ Tertium principale eſt, vt iſtis temporibus vtatur hoc linimento ſuper membris eius ſiccitatis & duritiei ipſorum remotiuo & dolorum etiam ſedatiuo. ℞. *olei de ſiſamo, olei de ben.* Linimentũ.
C *pinguedinis anatis & melis ana ℥ j. pinguedinis anſeris, œſypi humidi ana ℥ j ß. ſtœchad. origani, pulegii, calamenti, artheticæ, biſtortæ ana ʒ ß. ceræ alb. quantum ſufficit. fiat vnguentum molle: & erit membrorum neruoſorum conuenienter confortatiuum.* Adminiſtretur autem in die naturali ſaltem bis vel ter calidum actu & cum fricatione leui: & cooperiantur membra velut in ſecundo principali cap. demonſtratum eſt. ¶ Quartum eſt ad conſeruandum membra iuncturalia a receptione fluxus materierũ & ad conſumendum materias, quæ iam fluxerunt ad ea. Abluantur membra frequenter & ſæpe ex aqua maris calefacta mediocriter duabus vel tribus vicibus in die & magnus pes & magna manus. Et quandoque ex eo fomententur collum & ſpatularum partes. In hac enim exſiſtit vis exſiccationis materierum phlegmaticarum membrorum neruoſorum non exigua. ¶ Quintum vero eſt, vt ſub genubus in inferiori parte inter duas magnas chordas applicetur hoc leue cauteriũ
D gratia diſtractionis & diuerſionis materierum a ſuperioribus & interceptionis fluxuum earum ad inferiora. Cuius deſcriptio talis eſt. ℞. *ſaponis nigri ℥ ij. chalcanthi combuſti, arſenici* Cauterium.
rubei, argenti ſublimati ana ʒ iij. incorporentur ſimul cum vnguento capitelli: & fiant formulæ glutinoſæ, quæ in medietate corticum nucis applicentur loco prædicto: & tãtum ibi remaneant quouſque magna eſchara ibi fiat, quæ cum apparuerit cum nigredine magna, regatur cum applicatione butyri recentis vſquequo ipſa ceciderit: & poſt caſum eius per decem dies medicetur cum vnguẽto Veneris vel Apoſtolorum: quod eſt idem, vt in hoc loco remaneat vlcus vigilatiuum: ex cuius diuturnitate, & continua effuſione ſaniei materiæ ab aliis partibus deriuentur ad vlcus, ſecurando iuncturas. ¶ Vltimum principale inſtrumẽtum eſt, vt in hoc viro ſummopere attendatur ad prouocationem hæmorrhoidum,
E quam magis eſt poſſibile. Credo enim earum euacuationem corpus ſufficienter euacuare poſſe & diuertere materias, ne fluant ad iuncturas. Multæ enim ægritudines chronicæ non raro curatæ fuerunt propter ipſarum hæmorrhoidum euacuationem moderatam: vt colligitur *decimaſeptima tertii, cap. de iuuamentis apertionis earum.* & clauditur in ſermonibus Galen. *aphoriſ. 12. ſection. 6.* vbi ſcribit Hippocr. commento, *hæmorrhoidas ſanare antiquas, &c.*

Poſſent autem hæmorrhoides aperiri, fricando eas primo cum panno aſpero: ſecundo cum foliis conſolidæ mi. vel alterius aſperæ plantæ, & pungitiuæ, cum foliis nupharis & cum felle tauri & puluere arthanitæ: & ſic de aliis. Ex quorum applicatione
F condecenti hic nobilis finem laudabilem obtinebit & intentum conualeſcentiæ magnum: & eſt rationabile & ſperandum in ampliſſima & largiflua ſummi conditoris liberalitate, in cuius laudem opuſculum hoc velut a fonte ſuo emanans perpetue referatur.

Consilium CCXLIIII. *De decem accidentibus iuncturarum: videlicet, De dolore.*

De frigore in eis, De ſtupore, De tremore, De ſaltu, De paralyſi, De impotentia motus membrorum, De impotentia ſuſtentandi membra, De ſpaſmoſa diſpoſitione, De duritie in eis. Et continet conſilium rubricas decem. A

LICET accidentia, quæ in iuncturis remanere ſolent poſt eorum vulnera vel vlcera, percuſſiones aut fracturas, vel diſlocationes, plurima poſſint eſſe: tamen ſecundum rei veritatem vel ſecundum quod per experientiam accipitur, talia videntur eſſe decem accidentia, ad quę omnia alia reduci poſſunt. Primum itaque ipſorum eſt dolor, ſecundum frigus in eis, tertium ſtupor, quartum tremor, quintum ſaltus, ſextum paralyſis, ſeptimum impotentia motus earum ad differentias poſitionis neceſſarias, octauum impotentia ſuſtentationis earum, nonũ ſpaſmoſa diſpoſitio earum, decimum & vltimum vehemens durities in eis. Quæ tamen accidentia a nullo ita congregatim poſita in medicina reperies. B

RVBRICA I. *De dolore.*

Dolorum differentia. PRIMVM itaque accidentium, quod eſt dolor, licet plurimum eſſe poſſit & diuerſum: tamen vt in pluribus dolor talis eſt, aut prurítiuus aut pungitiuus, mordicatiuus, intenſiuus, extenſiuus & grauatiuus. Patet autem, quia primi quatuor dolores proueniunt a materia calida acuta incenſiua, quę propter dolorem inſequentem ſolutionem continuitatis attracta fuit ad locum, quia mobilior: ideo ad fluxum parata magis, aut quia frequenter, quantumcunque materiæ non ſint acutæ, vt ſanguineæ vel plegmaticæ, acuuntur in loco, propter medicinas calidas & acutas frequenter indiſcrete applicatas, quæ ſunt cauſſa harum ſpecierum dolorum prædictorum. C Quæ accidentia facile intelligenti poſſunt cognoſci per triſtẽ ſenſationem circa vulnerata loca perceptam, per ruborem, excoriationem cutis, & puſtularum multitudinem, & emiſſionem alicuius virulẽtæ humiditatis, quæ ex membris effuſa excoriat ea.

Cum igitur talis præſentabitur doloris ſpecies, ſecurum eſt corpus taliter regere. ¶ Primo ab eo euacuando materias acutas cum pilulis aureis, exhibendo ex eis ʒ j. aut electuarii de pſyllio, & electuarii de ſucco roſ. exhibendo ana ʒ i'. cum medio cyatho aquæ lactis. *Defenſiuũ.* ¶ Secundo vero circa loca prurientia adminiſtretur hoc defenſiuum. ℞. *ſucci ſemperuiui ℥ ij. boli armeni ʒ j ß. amyli, terræ ſigillatæ ana ℥ ß. fiat linimentum in mortario plumbeo cum modico aceti & liniantur ex eo copioſe partes circumſtantes.* D ¶ Tertio vero tollitur talis *Linimentũ.* pruritus vel inflammatio cum tali vnguento partibus patientibus applicato. ℞. *coriandri præparati, ſarcocollæ, tutiæ præparatæ, maſticis ana ʒ j. myrrhæ ʒ ij. lithargiri ʒ j ß. olei omphacini & roſ. ana ℥ ij. ceræ albæ quantum ſufficit, & fiat vnguentum molle: deinde bulliat in ℥ iij. ſucci enulæ foliorum vel radicis.* Hoc enim vnguentum talia accidentia indubitanter remouet.

Reliqui vero dolores duo prętacti, ſcilicet extenſiuus, qui vt plurimum fit a ventoſitatibus & a materia immerſa in muſculis & neruis: & grauatiuus dolor, qui vt plurimum fit a materia frigida, craſſa, viſcoſa & in membris infixa, ſecurius remouentur præeuacuando corpus cum pilulis de ſarcocolla aut de lapide armeno ana ʒ ß. ex eis inuicem incorporando. E

Secundum inſtrumentum, quo remouentur dolores fixi, grauatiui & extenſiui eſt, vt loco patienti ter vel quater in die applicetur ſpongia bene calida in aqua decoctionis radicum althææ, fœnugræci & ſeminum lini infuſa vj. vel viij. vicibus replicata in die. ¶ In nocte vero ſequenti applicetur hoc tertium inſtrumentum reſolutiuum. ℞. *olei* *Linimentũ.* *de anето, de coſto & liliorum alborum ana ℥ j. pinguedinis cerui, vrſi & anſeris ana ʒ iij. puluer is meliloti & chamomillæ ana ʒ j, ceræ albæ quantum ſufficit, fiat vnguentum molle cum ij. ʒ. ammoniaci pinguioris.* Hoc enim vnguentum in nocte & ſpongia prædicta in die applicari debent. Scio enim dolores fixos a partibus remoueri a mollificante inſtrumento, pertranſeundo ad reſoluens, & econuerſo, vt colligitur *quarto terapeu. cap. de cura ſcliroſis.* F

RVBRICA II. *De frigiditate in iuncturis.*

ERAT autem ſecundum accidens frigiditas in iuncturis remanens, quæ frequenter contingit propter immoderatum exitum ſanguinis & euacuationem ſpirituum.

A ¶Secundo propter indiſcretam cuſtodiam vulnerum ab exteriori frigore & occurſum ad aliqua, vt ad ventum vehementer ſpirantem. ¶Tertio vero ſolet hæc frigiditas acquiri propter applicationem medicinarum vehementis infrigidationis. Et quarto propter prohibitionem ſpiritus ad membra, & proprie vitalis: aut quia inciduntur viæ tranſitus ſpirituum, vt arteriæ & venæ vel neruí: aut quia clauduntur propter vehementem ſtrictionem factam a ligaturis indiſcrete applicatis.

Cognoſcitur autem frigiditas primæ ſpeciei ex occurſu vulnerũ ad infrigidantia exteriora. Et cum talia cõtigerit reperiri, tunc membra vigorentur a frequenti applicatione pannorũ calidorũ actu, aut pelliũ vulpium calefactarum applicatione aſſidua. ¶Aut mẽbra patientia fomentando & embrocando cum aqua decoctionis calamenti, pulegii, *Signa frigiditatis primæ ſpeciei.*

B hyſſopi, origani, ſtœchados & aliarum medicinarum neruoſarũ. ¶Aut vngantur ea cum oleo de ruta vel de caſtoreo, q̃ ſunt de ſolennib. ¶Cognoſcitur autẽ frigiditas in iunctu- *Signa frigiditatis in iunc-* tis acquiſita ex ſtrictura. ¶Primo, quia membrũ erit extenuatũ. ¶Secundo, tactu reperi- *turis ex* tur ſolidum. ¶Tertio, quia colore liuidum & pallidum. ¶Et hæc quidem accidentia re- *ſtrictura.* mouentur conuenienter effundendo ſuper membris oleum commune calidum: & melius illo eſt oleum de pulegio, & ſublimius eo oleum de ruta vſque ad caſtoreum. ¶Cum *Ex impedito tranſitu* autem contingeret frigiditas in iuncturis eſſe negatione trãſitus ſpirituum ad membra, *ſpirituum.* cognoſcetur per hoc ſignum infallibile, & eſt cordi mandandum: quia poſt ſectiones membrorum, per quæ delegabatur ſpiritus, membra illa inſtãtanee infrigidantur. ¶Secundo, quia ab illa frigiditate nunquam releuantur. Et huic quidem frigiditati releuãn-

C dæ deficit ingenium medicinale: niſi quia melius, quod fieri poteſt, eſt, vt membra pellibus vel pannis & aliis bene calidis muniantur vel defendantur. Dato enim, quod aliqui venarum & arteriarum rami & villi lacertorum tranſuerſaliter ſecentur: tamen per aliquos villos & ramulos ſubtiles delegatur aliqua portiuncula ſpiritus, qua membrum ſeruatur in eſſe. Dato enim oppoſito, quod omnes viæ tranſitus ſpiritus vitalis per artẽrias, naturalis per venas, & animalis per lacertos, villos & chordas auferet: neceſſe eſſet, quod membrum tenderet ad non eſſe, per quorum enim præſentiã ponitur & ſaluatur vita, per eorum ſublationem aufertur & remouetur: & hæc ſufficere poſſunt.

Rvbrica III. *De ſtupore iuncturarum.*

D ERAT autem tertium accidens ſuperius tactum ſtupor, qui in ratione formali ſua proprie acceptus importat nocumentum in operatione ſenſus tactus, vt patet *2. tertii, c. de ſtupore.* & colligitur etiam in ea in cap. de definitione tremoris. ¶Si igitur completa operatio tactiuę potentiæ completur in membris per debitam temperiem primarum qualitatum, & ſecundarum in ipſis, & per præſentiam ſpirituum animalium, qui diffunduntur per vniuerſale organũ tactus, quod eſt cutis: patet quod ſi variabitur proportio temperamenti qualitatum prædictarum & auferetur aliquanta proportio ſpirituum ſenſibilium, neceſſe erit diminute produci operationem tactiuam. ¶Cum igitur propter oppilationem aut propter corruptionem temperamenti prædicti contigat prohiberi trãſitum conuenientem ſpi-

E rituum animalium ſenſibilium: apparet quod in membris, in quibus acciderunt vulnera vel vlcera, accidit ſtupor iam prædictus. ¶ Ex quo apparet intelligenti, quæ ſint illius ſtuporis efficientes cauſſæ complexionales: quia permutatio complexionis membrorum: & compoſitionales, videlicet apoſtemata, compreſſiones, attritiones & ſimilia.

Vnde ex hoc fundamento facile poteſt intelligi canon curationis, qui conſiſtit in rectificatione complexionis membrorum & apertione oppilationis ipſorum & remotione cauſſarum imprimentium. quæ omnia compleri poſſunt vno & eodem inſtrumento diuerſas habente operationes producere: velut iſtud. ℞. *florum arthemiſiæ, matricariæ, meliloti & chamomillæ ana ℥ ß. hyſſopi, calamenti, pulegii, origani ana* ℳ*iij. ſtœchados* ℳ*iiij.* *Fomentum.*

F *coquantur omnia in ſitulis quatuor aquæ vſque ad conſumtionem quartæ partis: & huic decoctioni infundatur ſpongia magna, quæ actu bene calida applicetur partibus decies vel duodecies: ita quod æger perceperit caliditatem penetrauiſſe.* tunc ergo membro diligenter exſiccato fiat inunctio cũ oleo de coſto medíocriter calefacto, & muniatur membrum pellibus vulpinis aut aliis bene calidis: & ita procedatur vſque ad ſanitatis acquiſitionem. ¶Scio etiam, quod bal-

neatio, embrocatio & infuſio membrorum ſtupidorum in aquis thermanticis bene ca- A
lidis auxilium ſit ſingulare & expertum.

Rvbrica IIII. *De tremore iuncturarum.*

QVARTVM vero ſuperius tactum accidens fuit tremor in iuncturis remanẽs.
& licet multa ſpeculabilia de tremore ad hunc locum adduci poſſent, ta-
men veritas eſt, quod motus tremulus proueniat in membris ex parilitate
pugnæ virtutis ad cauſſam complexionalem vel materialem eius. Cũ enim
propter exceſſum frigiditatis aut alterius qualitatis debilitatur virtus ſuſten-
tatiua membrorum, patet, quod membra moueantur etiam eorum grauitate deorſum.
virtus ergo conatur erigere membra, & ſuſtentare ipſa. & cũ iam adhuc perſeuerat potẽ-
tia mouentis ea mẽbra deorſum, ita ꝙ ex parilitate potentiæ agentis ad paſſa oriatur tre- B
mor, qui eſt motus compoſitus ex depreſſione & eleuatione membrorum ad varias &
diuerſas differentias poſitionis. ¶ Propter quod frequenter in membris vlceratis inue-
nitur tremor proueniens a mala complexione calida & ſicca ipſius tremoris effectiuã,
licet rarius: & hoc quidem cognoſcitur per actualem tactum caliditatis membrorum,
per ruborem, inflammationem, mordicationem & punctionem in eis. ¶ Et tales qui-
dem tremulos motus curare poſſunt inſtrumenta omnia, quæ vigorant caliditatem na-
turalem in membris aliquali ſua frigiditate & ſtypticitate vniendo ſpiritus. velut eſſet a-
qua cineris cum decoctione gallarum cupreſſi fomentata perſæpe. ¶ Aut oleum om-
phacinum cum puluere ſandaracæ ſæpe inunctum, ij. ℥. eius apponendo ℥ ß. ſandaracæ, C
& ſæpe ex eo inungendo membra. ¶ Similiter huic confert aqua vel ſuccus andachochę
cum puluere betonicæ, roſ. & ſandaracæ.

Tremor ex mala complexione frigida.

Si autem vir ſapiens tremorem in talibus membris inueniret a mala complexione
frigida prouenietem, quod cognoſcitur per membri frigiditatem tactualiter perceptã,
per membri diſcolorationem, palliditatem & rigiditatem: & per hoc, quod ſemper læ-
ditur a frigidis & iuuatur a calidis, tunc de melioribus inſtrumentis, quæ reperire potui:
Primum eſt, quod pluribus diebus in aurora patiens ſumat ʒ j. *theriacæ andromachi vltra
xv. annos fermentatæ cum* ℥ j ß. *aquæ rutæ calefactæ, & tardet comedere poſt eam horas ad minus v.*
¶ Secundum vero principale remedium eſt, vt membra trementia inungantur ex ea-
dem theriaca ter vel quater in die & confricentur ea. ¶ Tertium de meis expertis eſt, D
vt membra patientia fomententur cum pannis calidis infuſis in ſuccum matricariæ:
quam Auicen. vocat vchuen in *primo cap. 2. canon.* ¶ Ego autem ſcio, quod ſi talia mem-
bra ſæpe confricentur cum electuario oppopyra, iuuamentum acquirunt perfectæ ſa-
nitatis.

Rvbrica V. *De ſaltu iuncturarum.*

Saltus iuncturarum quid.

QVINTVM autem ſuperius accidens quintum nominatum ſaltus, qui eſt nocumẽ-
tum corruptionis accidens in operatione motiua. Mouentur enim mem-
bra motu eleuationis & depreſſionis partialium propter aliquam ventoſi-
tatem incluſam in pannicularibus partibus membrorum & in lacertis &
muſculis ipſorum. Quomodo enim ibidem coarctetur vẽtoſitas, cum ipſa E
intrinſece inclinetur moueri motu recto ſurſum & membra cum ſui corpulentia & po-
rorum ſuorum clauſione reſiſtant. Patet quod ventoſitas vnita & fortificata ſubleuetur
impetuoſe, ac ſi membrorum partes violenter ſurſum agitarentur; quare merito ſaltuo-
ſæ dicuntur: ſicut enim ſaltans impetuoſe & ſubito mouetur ſurſum & deorſum: ita &

Cauſſa.

ventoſitas in membris incluſa & in eis agitata motus dicitur efficere ſaltuoſos. ¶ Ex quo
fundamento conſideranti apparet complexionalis cauſſa ſaltus, quæ vt plurimum eſt
mala complexio frigida. ¶ Apparet ſecundo cauſſa compoſitionalis, quæ videtur eſſe
oppilatio coarctatoria partium, quæ ſaltant. ¶ Apparet tertio cauſſa materialis vel ſibi
proportionata, quæ eſt ventoſitas.

Curatio.

Et tandem ex hoc fundamento inueniri poteſt ingenium curationis, quod eſt cõ- F
plendum ex operationibus medicinarum calefacientium, aperientium, carminãtium
ventoſitates, etiam educendo eas extra. propter quod de melioribus inſtrumentis tria
maxime iuuantia inueni. ¶ Primum eſt, vt membra fomententur cum decoctione ca-
lamenti. ¶ Secundum, vt cotum vel panni molles infundantur in ſuccum rutæ &

A actu bene calidum applicetur partibus ſaltantibus, & eſt remedium indeficientis vtilita-
tis. ¶ Tertium, vt membra emplaſtrentur & copioſe inungantur cum electuario diaca-
lamento, & proprie a Meſue deſcripto *in antidotario deſcriptione ſibi propria*.

RVBRICA VI. *De paralyſi.*

SExtum vero accidens memoratum fuit paralyſis: & licet paralyſis proprie
ſumta importet nocumentum ablationis ſenſus, & non motus, aut econuerſo:
ita, vt quandoq; importet nocumentum ablationis motus & non ſenſus, vt ex-
perimento quotidie comprobatur. Aliquibus enim membris accidit, quandoque non
poſſe moueri a virtute: tamen poſſe percipere omnia obiecta tangibilia calida, frigida
grauia, leuia, & ſic de aliis. Et horum quidem ſermonum cauſſæ fundantur ſuper hoc
B principio, quod eſt alterum duorum. ¶ Primum, quod ad membra pertranſit ſpiritus
animalis motiuus, & non ſenſitiuus, aut econuerſo tranſit ſpiritus ſenſibilis & non mo-
tiuus. Et alterum principium eſt, quod cōceſſo adhuc, ꝙ ſpiritus ſenſibilis & motiuus ad
membra delegentur, & in eis reperiantur: tamen propterea, quia contingit corruptum
eſſe temperamentum, quo virtus mundificat ſpiritus animales ſenſibiles, & integrum
remanere principium, quo virtus modificat & dirigit ſpiritus motiuos, & non ſenſibiles:
patet, quod ſecundum hoc fundamentum acutus contemplator poterit ſoluere proble-
ma remanentiæ motus in membris, & non ſenſus in eis, aut econuerſo: & tu conſidera;
quia hi ſermones ſunt phyſici & profundi. ¶ Cum ergo continget virum ſapientem per-
cipere membra patientia læſa eſſe in operationibus ſenſus & motus ambabus, aut alteris
C ſolum: tunc ſi videbit membrum continue magis & amplius extenuari & tactu percipi
frigidum, ſqualidum & quaſi humidum: tunc ſciat talem ſpeciem paralyſis a frigiditate
prouenīſſe, & huic quidem applicare poterit inſtrumenta, quæ ſupra in ſtupore & tre-
more deſcripta ſunt. Et adde iſtis, quod oleum de caſtoreo cum pinguedine leonis ſit
remedium fere extremum, & frequens linitio facta ſuper membrum cum theriaca dia-
teſſeron ſit ex meis expertis. Et conſidera, quod oleū de andachocha & ſuccus eius cum
puluere agarici bullita ad inuicem ſint multum ſolennia in hoc.

RVBRICA VII. *De impotentia motus membrorum.*

PRo ſeptimo vero accidente, ſc. pro membrorum impotentia ad omnes differenti-
as poſitionis ſubleuanda ab eis pauliſper contemplando procedere oportet: poteſt
D n. hoc accidens contingere: ¶ Primo, propter debilitatē virtutis motiuę & lacerto-
rū, neruorū & villorū. ¶ Secundo vero poteſt contingere propter paucitatē inſtrumen-
torū motus, quę ſunt ſpiritus motiui. ¶ Tertio propter defectū ex parte organorū motus
prædictorū. ¶ Debilitas a. motiuæ virtutis intelligi pōt ex parte principii manifeſtatiui *Signa debilitatis virtutis motiuæ.*
motus: & eſt cerebrū: multoties n. debilitatur ipſum per viā reſolutionis, ſicut contingit
in fortibus euacuationibus & vigiliis, & animi paſſionibus. Tunc quidem cum Medicus
conſiderat has euacuationes & earū ſpecies, opponet eis ꝓhibendo fluxū ſanguinis a na-
ribus cum appoſitione linimentorū infrigidantiū, exſiccantiū & ſtypticantiū ſuper tē-
poribus & fronte, & partibus gulæ, & cū impoſitionib. peniculorū in naſo infuſorū in al-
bumine oui agitato cū bolo ar. ſan. dra. thure, myrrha, ſarcocolla. Im̄oderatæ vero vigi-
E liæ debilitanti cerebrū opponet cū decoctione papaueris albi in cibariis patientis, exhi-
bendo ſyrupū de papauere ℥ j. cum ℥ ij. aquę emulſionis ſeminum communium frigido-
rum per horam poſt cibum, ēt prouocatur ſomnus facile cū frequenti odore lilii aqua-
tici albi vel florum nenupharis. Aut facilius prouocabitur cum odore pomorum man-
dragoræ. ¶ Si autem cerebri debilitas contingat propter vehementes paſſiones melan-
cholicas, velut eſſet ſpecies melancholiæ proprie, aut mania dæmoniaca vel lupina:
tunc cura huius debilitatis pendet ex cura illarum ægritudinum. Veruntamen de meli-
oribus inſtrumentis ad curam harum diſpoſitionum eſt adminiſtratio regiminis boni
nutrimenti cum cibis leuis digeſtionis, quę nutrimentum exhibeant multum in quanti-
tate pauca, velut carnes pullorum iuuenum & pinguium, vitulorum lactentium, caſtra-
F torum iuuenum, perdicum, phaſianorum & ſimilium, & bonum vinum album & ſubtile,
dulce cum aqua bugloſſæ aut boraginis dilutum ſemper: & iam quidam laudauerunt an-
tiqui inſtrumentum vnum a proprietate cerebri confortatiuū, ꝙ eſt, vt aſſando coquat
cerebrū leporis & comedatur, aut ſaltē cōburatur, & fiat ex eo puluis, q bibatur bis vel ter
in die cum aqua meliſſæ & vino dulci. Per hæc quidem cerebrum vigorari poterit.

Si autem impotentia mouendi membra contingeret propter defectum ſpirituum animalium, qui ſunt inſtrumenta motuum: tunc ſi talis defectus accidat propter oppilationem, oportebit Medicum intendere ad earum apertionem rarefaciendo membra cum decoctionibus rutæ, arthemiſiæ, ſtœchados, matricariæ, fœniculi; petroſelini & ſimilium: aut faciendo fricationes æquales ſuper membris, aut apponendo leues ventoſas ſuper membris, aut ſpongiis madefactis in aqua cineris cum decoctione origani ſæpe fomentando membra. A

Defectus motiuæ potentiæ propter carentiam animalium ſpirituum.

Si vero defectus motiuæ potentiæ contingat propter carentiam animalium ſpirituum in membro, quæ ſequatur abſciſſionem viarum, per quas tranſire ſolebat animalis ſpiritus ad membra: tunc ſi omnia membra talia fuerint abſciſſa tranſuerſaliter, neceſſarium erit, quod motus totaliter in membro deperdatur. Verum, quia villi neruorũ, per quos animalis ſpiritus effunditur ad membra, plures numero & diuerſis inceſſibus ſituantur: hinc eſt, quod raro cõtingit, quod totaliter motus auferatur, quin aliqua eius portiuncula remaneat. Et ex hoc ſoluuntur plura problemata. Apparet enim, quandoque tranſuerſaliter ſectum eſſe neruum, lacertum vel chordam, & tamen in membro remanere motum partialem: hoc enim contingit, quia per aliquem villum, qui remanſit læſus, animalis ſpiritus fertur ad mẽbra: propter quod per ipſum viget in eo motus & ſenſus, vbi ſi totaliter prohiberetur animalis ſpiritus delegatus ad membra, neceſſe foret omnino ſenſum & motum in eis deperdi. ¶ Cum ergo contingat, quod parum ſpiritus animalis feratur ad membra, per quem ſaluetur in eis motus: patet quod intentio curationis ſit, cum prædictis calefactiuis attractiuis & aperitiuis procedendum eſſe, dilatantur enim perſæpe membra dilatatione tanta, quod funditur ſpiritus ita, quod per ipſum poterunt membra ſentire & moueri conuenienter ſatis. Et hic eſt punctus, per quem dedi ſpem, & adhuc exhibeo veniendi ad conualeſcentiam bonam, non tamen ita perfectam, qualem & quantam habuiſſent membra abſque ipſorum ſectione vel attritione. B C

¶ Propter q̃ tria videntur mihi conuenientia remedia in hoc nocumento conferentia. ¶ Primum vt ſæpe membra patientia inungantur nauali pice mediocriter cocta, quę tamen appoſita membris non dimittatur ſuper eis vltra horas quatuor, ne vehemẽtius exſiccando noceat temporis diuturnitate, quam ſui caliditate attrahendo iuuet, propter quod inueni tutius eſſe membra prædicta leniri ex oleo deſtillationis picis, quam ex ſubſtantia eius, quod eſt de magnis ſecretis meis facientibus conuenientem attractionem abſque potenti reſolutione. ¶ Secundum vero inſtrumentum ad hoc de meis expertis eſt, vt diu & ſæpe membra tunc inungantur ex oleo amygdalarum amararum: in cuius lib. ß. decocta fuerit ℥ ß. croci bene contriti. ¶ Tertium vero ſpeciale in hoc eſt, vt membra ſuis temporibus ſæpe liniantur ex ſucco rutæ, aut panni in eundem infuſi actu calidi ponantur ſuper eis. Hæc quidem ſolennia ſunt inſtrumenta: licet vltimum ſit fortius prædictis duobus primis, ſicut ſecundum eſt medium inter ea. D

Ex parte defectus organorum.

At vero iterum, vt ſupra poſitum eſt, frequenter contingit impotentia membrorum ad motum ex parte defectus organorum: & hoc eſt, quia nerui aut eorum villi, lacerti vel chordæ apoſtemati ſunt & attriti, aut propter vulnera cum attritione facta, aut quia applicata fuerunt medicamina vehementis calefactionis & attractionis, propter quæ materierum craſſa pars inſpiſſata eſt: aquea vero & terrea reſoluta. & hoc vt in pluribus contingit, velut in hoc accidiſſe manifeſtum eſt. ¶ Cum ergo propter duritiem talem membra motus ſint indiſpoſita flexibilitati: patet, quod nequaquam poſſint flecti ad differentiam poſitionis neceſſariam, quantumcunq; etiam eorum motiua virtus fortis eſſet. Et huic quidem nocumento quinq; videtur mihi ſolennibus inſtrumentis prouideri poſſe. ¶ Et primum quidem eſt frequens inunctio eorum cum oleo vulpino facto p̃ decoctionem vulpis in aqua colligendo ipſum cum ſupernatat, & hoc eſt ſingulare remedium. ¶ Secundum vero eſt, vt vngantur membra prædicta cum pinguedine melis calefacta. ¶ Tertium, vt membra ſæpe fomententur cum liquore ſublimationis medullarum crurum boum antiquorum, & hoc eſt excellens iuuamentum. ¶ Quartum, vt mẽbris applicetur ceratum hoc. ℞. *ammoniaci pinguioris, bdellii an.* ℥ j. *t. rebinthinæ* ℥ j. ß. *ſtæchados, origani, pulegii, arthemiſiæ an.* ʒ j. *croci* ʒ j. ß. *diſſoluantur gummi in aceto albo: deinde incorporentur cum* ℥ ß. *olei de granis ſiſami, & cum ſufficienti quantitate ceræ coquantur, & extendantur ſuper panno, & veſtiantur eo membra.* ¶ Quintum vero remedium eſt hoc emplaſtrum. E F

Ceratum.

℞. *althææ*

A *℞.althææ coctæ in aqua mellis* ℔ j.*radicum liliorum alborum ſimiliter præparatorum* ℥ iiij. *farinæ*
fœnugræci,ſem.lini & ſiſami an.℥ j.ß.*croci* ℥ ij.*meliloti,chamomillæ,ſeminum maluæ an.*℥ß.*cinam.*
℥ j.ß.*piſtentur in mortario,*& incorporentur cum aliis, & fiat emplaſtrum, cum quo bene
calido membra emplaſtrentur.¶ Erit igitur modus conuenienter applicandi talia inci-
piendo a menſe Nouembris: adminiſtretur primum de iſtis inſtrumentis per 15.dies, pe-
nultimum vero, videlicet ceratum adminiſtretur per alios dies 15. A tempore vero præ-
ſenti per totum hunc menſem procedatur cum tertio & quarto de prædictis inſtrumen-
tis 5.¶ Et ſi contingeret talia inſtrumenta non habere, aut non eſſe parata, tunc a pręſen-
ti tempore vſq; in finē huius menſis inungatur totum brachium vſq; ad raſcetam manus
hoc vnguento. *℞. fæcis olei irini,& olei liliorum alborum an.*℥ ij.*fæcis olei de ſem.lini lib.*ß.*bdellii* *Vnguentum*
B *mollis & ſubalbidi* ℥ j.*ammoniaci* ℥ ß. *ſtœchados,pœoniæ,hermodactylorum,florum roſmarini, ma-*
ioranæ an.℥ ij.*ceræ albæ,q.ſ.fiat vnguentum molle & calidum applicetur ſuperligando membro cotum*
vel lanam pinguem bene carminatam:& per hæc quidem inſtrumenta non dubito ſatis con-
uenienter eſſe prouiſum &c.

RVBRICA IIX. *De impotentia ſuſtentandi membra.*

IAM vero aliquid dicendum eſt de accidente octauo: videlicet de impotentia ſuſten-
tationis membrorum, & iam quidem pro hac materia recurrendum eſt ad præcedens
cap. Sicut enim motus viget in membris præſentia ſpiritus motiui: ita quies vigoratur
in eis pręſentia ſpiritus quietatiui. Si ergo cōtingit membra variata eſſe in temperamen-
to ſuo, aut in ſubſtantia ſua: ita, quod ſpiritum animalem quietatiuum non recipiant, aut
C ſi recipiunt ſpiritum illum animalem, non dearticulant ipſum, & limitant limitatione
quietis in membris: tenendo enim, quod veriſſimum eſſe credo, ꝙ idem ſpiritus anima-
lis ſit inſtrumentū motus & quietis in potentia, efficit tamen ipſe actu inſtrumentū mo-
tus: quia taliter limitatur a temperamento membri, vt ad motū ſeruiat, ſicut idē ſpiritus
alio tēperamento limitatur, vt fiat inſtrumentū quietis, nec huic modo philoſophandi
aliqua cōtrarietas aut reſiſtentia inſurgit, niſi, q̃a oporteat ponere in mēbris varia tēpe-
ramēta ſecundū varietatē exigentię operationū, ꝙ quidē fundamentū naturalē philoſo-
phiā nō dehoneſtat nec medicinā. Cū ergo Medico manifeſtū eſt, ꝙ virtus mēbra qui-
tare non pōt: patet, ꝙ eorū curatio fiat per debitā attractionē ſpirituum ad membra cū
inſtrumētis, quorum plurima & efficacia pręcedenti c p̄dicta ſunt, quibus ēt ſuperadde-
D re potes, quod ingenium curatiuum conſiſtat multum in ligatura membrorum conde-
centi.¶ Cū ergo percipiat Medicus virtutē non poſſe conuenienter ſuſtentare membra,
tunc debet ea ligare faſciculis conuenientibus, & ligata quieta facere & conſeruare cum
applicatione ipſorum ad alia membra, velut huic viro ſæpe proceſſi variis ligaturis ma-
num & brachium eius ligando, & ligatas ſuper palmulis conſeruando.

RVBRICA IX. *De ſpaſmo.*

NONVM vero accidens fuit ſpaſmus in his membris frequenter inuentus. pro cui⁹
inueſtigatione pręmittendum, quod hic ſpaſmus eſſe poſſit in fieri dictus talis, ſe-
cundo in facto eſſe, & quilibet eorum iterū poſſit eſſe ſpaſmus de inanitione & de
repletione. Exemplum primi, ſicut ſpaſmus in fieri producitur, & accidit propter vehe-
E mentē euacuationem ſpirituum & ſanguinis in membris factam. Et iterum hic ſpaſmus
confirmatus, vel factus inuenitur in membris conſeruari propter eandem immoderatā
euacuationem, quam conſecuta eſt contractio ſpaſmoſa. Similiter & ſpaſmus in facto eſ-
ſe frequenter productus eſt, & conſeruatur in membris a ſiccitate, quæ conſecuta eſt ve-
hementem reſolutionem priuatiuam & poſitiuam. ¶ Cum ergo contingit vulnera vel
vlcera concomitari ſpaſmū fientē, tunc ſpecies illa euacuationis non eſt cohibenda, & ſi
fuerit conſecutus repletionē multā, tunc abſcindi debet p ſpecies euacuationis & diſtra-
ctionis, diuertēdo quidē materias per antiperiſtaſin, i. contrariā poſitione ligādo, fricā-
do, fomētando, vētoſando partes & phlebotomias adminiſtrādo euacuationes materiæ
p cōtrarias partes. Exempli gratia, ſi fiat ſpaſm⁹ in dextro brachio, fricētur nates & ſpatu-
F læ, & applicet phlebotomia venę nigrę ſiniſtri brachii, aut ſaluatellæ eiuſdem. Verum in
hoc cap. non facio ꝓlongationē multā: quoniam raro contingit ad manus Medicorum
peruenire ſpaſmum in fieri, ſiue de inanitione fuerit, ſiue de repletione. Plurimum ergo
ꝙ contingit, eſt, quia inuenitur ſpaſmus in facto eſſe, & hoc quidē eſt rationabiliter cōce-
dēdū, ſiue pp multitudinē materierū hoc contingat, q̃a neruoſa vel lacertoſa mēbra cū

implentur ſecundum latum, abbreuiantur ſecundum longum & prohibentur a dilata- A
tione congrua: quoniam ſpaſmus eſt ægritudo neruorum, propter quam lacerti mouē-
tur verſus ſuum principium & inobedientes fiunt in dilatatione, *ſecunda tertii*. in definiti-
one ſpaſmi. ¶ Si ergo aliquis ſpaſmus iam factus in aliquo particulari membro reperia-
tur, tunc patet, quod intentio ſit procedere cum medicinis mediocriter calidis, aperiti-
uis, diſſolutiuis & lenitiuis: membra enim omnia ſpaſmata frigida ſunt. Ergo debent ca-
lefieri. & oppilata & conſtricta ſunt, ergo aperiri. indurata ſunt: ideo leniri. Vnde omnia
inſtrumenta, quæ ſuperius deſcripta fuerant in cap. de impotentia motus membrorum
huic propoſito conuenienter ſeruire poſſunt. ¶ Si quis autem curioſus deſideraret ap-
plicare aliqua inſtrumenta efficacia pręter prædicta, poſſet applicare aliquid horum tri-
um ſuo libito. ¶ Et primum eſt expertum medicamen & efficaciſſimum, oleum ſcil. de B
been: caliditate enim & humiditate ſua potenter lenit omnem duritiem in membris
repertam, & abſcindit dolorem, & aufert ab eis, & contractionem in fieri & in facto eſ-
ſe repertam. ¶ Secundum vero ſpeciale inſtrumentum eſt, vt deſtillentur galbanum
& terebinthina ponderibus æqualibus per alembicum vitreum, & eo liniantur membra
& ſæpe inungantur. ¶ Tertium vero ſpeciale remedium, & minus anguſtioſum eſt,
vt accipiatur olei amygdalarum dul. ium ℔ j. *croci pulueriзati* ℥ iij. *ſapa electiſſima* ℔ ij. *bulliant
hæc tria ſimul lento igne in vaſe æneo ſtagnato, vſquequo totum vinum conſumatur.* Cum illo igi-
tur oleo reſeruato in vaſe vitreo ſpaſmata membra inungantur actu calido, & eſt nobile
remedium.

Rvbrica X. *De duritie iuncturarum.* C

VLtimvm vero accidens fuit durities in talibus membris inuenta, quæ quidem
cum plurimis prædictorum inſtrumentorũ poteſt remoueri, & proprie cum em-
plaſtro & cerato deſcriptis in capit. de impotentia motus membrorum, & cum quinque
inſtrumentis, vt oleis & vnguentis, & ſublimationibus. ¶ Cum ergo hic vir proceſſerit
cum omnibus inſtrumentis ſupra limitatis variari debere de 15. in 15. dies, vt tertio ab
hoc cap. præcedente viſum eſt: tunc iterum reuertatur ad adminiſtrationem ordinati-
uam illorum inſtrumentorum, proprie incipiendo a feſto Natiuitatis Domini, & per-
mutatim reuoluendo ſe de inſtrumentis ad inſtrumenta.

Consilivm CCXLV. *De dolore iuncturarum pedum & manuum.* D

MAgnifice Domine, vt clare & diſtincte curationem dolorum iuncturarum
intelligas, & ab ipſorum incurſu cuſtodiri poſſis, deliberaui quinq; per ordinem
facere. ¶ Primum oſtendere, quare in iuncturis, & maxime pedum, fiant dolores.
¶ Secundo in quibus hominibus magis, & in quibus minus, & in quo tempore magis
generetur podagra. ¶ Tertio, quæ cura ſit futura periculoſa. ¶ Quarto dicam de eius
præſeruatione. ¶ Et quinto de ipſorum dolorum cura.

Pedum arthritis frequentior: & cur.

Quantum ad primum dicit Auic. quod dolores iuncturarum maxime multipli-
centur in pedibus & in anchis, cuius multiplicationis cauſſa eſt multiplex. ¶ Prima ſitus,
nam merito ſitus deſcendunt ab aliis membris ad has iuncturas ſuperfluitates, ex quarũ
retentione multiplicantur dicti dolores. ¶ Secunda cauſſa eſt, quia huius iuncturæ ſunt E
raræ & vacuæ, & ideo propter raritatem & vacuitatem ſuperfluitates in maiori quantita-
te recipiuntur & retinentur. ¶ Tertia, quia hæ iuncturæ ſunt pluris motus & vehemen-
tioris, quam aliæ: ratione ergo motus fit ad has iuncturas ſuperfluitatum attractio, & ex
conſequenti dolorum generatio. ¶ Quarta cauſſa eſt harum iuncturarum complexio-
nis debilitas: iuncturæ enim pedum habent complexionem debiliorem aliis, propter
diſtantiam maiorem a fonte caloris, & propter hoc aliis partibus multiplicantur magis
dolores podagrici, quam aliorum membrorum, eo, quia iuncturæ pedum tam ratione
complexionis frigidæ, quam ratione diſtantiæ a fonte caloris ſunt multũ debiles, mem-
bra autem debilia naturaliter a membris fortibus recipiunt ſuperfluitates: propter
quod Hali. dixit, quod podagra fiat in panniculo, qui circumdat oſſa pedis, & maxime F
lædit & ſæpius, quia humiditates illuc deſcendentes, non poſſunt digeri propter ſuam
remotionem a fonte caloris.

Podagræ qui obnoxii.

Quantum ad ſecundum, dicit Auicen. quod aptiores homines, vt in eis multipli-
centur dolores iuncturarum, ſint ſenes & conualeſcentes, & patientes chronicas ægri-
tudines.

A tudines. Senes quidem propter debilitatẽ complexionis iuncturarum pedum maiorem in ipſis, quam in aliis. Et conualeſcentes potiſſime, cũ non regantur regimine recto, debilitantur, & a digeſtione bona priuãtur: & ꝓprie cũ non ſint curati cum ſufficienti euacuatione. ¶ Patientes vero ęgritudines chronicas, quia longas propter ſimilem cauſſam, quandoq; patiuntur vel aptitudinem habent, vt dolores podagricos incurrant. ¶ Tempora aptiora, vt in eis fiat podagra, ſunt ver & autumnus. ¶ In vere quidẽ propter motũ ſanguinis & humorũ, qui in præſenti tempore multiplicantur & non terminantur. Vnde in hominibus aptis currunt ad iuncturas. ¶ In autumno vero generantur dolores podagrici, propter malitiã digeſtionis humorum, & propter raritatem pororum membrorum in æſtate factam: & raritatem, quæ fit in die ex calore autumni. Viis enim dilatatis

Quo tempore potiſſimũ generetur podagra.

B & apertis, fluunt magis humores, & in maiori quantitate recipiuntur.

Quantum ad tertium, dicit Auic. quod dolores iuncturarum ſola alteratione abſq; euacuatione non poſſint curari ſine vehementi timore. Ratio: quoniam ſuperfluitates illæ, quæ ad iuncturas ſolebant currere, currunt ad alia membra nobiliora & ibidem retinentur, quare talis materia abſq; euacuatione eſt multum periculoſa: propter quod minatur ægritudinem aut perditionem, aut moleſtiorem ægritudinem producere.

Euacuatio in arthritide curanda neceſſaria.

Quantum ad quartum, ex intentione auctorum ſciendum, quod potiſſima cuſtodia tuæ ſanitatis conſiſtat ab huius ægritudinis præſeruatione: & ideo ab hac ægritudine præſeruatio fit cum euacuatione, alteratione & regimine conuenienti. ¶ Et propter hoc omni anno fiat euacuatio in vere & autumno, & ad iſtam euacuationem eſt reſpiciendũ,

προφύλαξις.

Euacuatio.

C ſi fiat ſanguinis abundantia: qm̃ tunc debet præcedere phlebotomia baſilicæ duorum brachiorũ, poſtquam timetur de incurſu podagræ in ambobus pedib. Verum euacuatio conueniens eſt, quæ recipit choleram & phlegma, & propter hoc digeratur materia cũ hoc. ℞. *ſyrup. de endiuia* ℥ j. *geleniabin* ℥ ß. *diſtempera cum decoctione aniſi, fœnicu. ſeminum communium & accipiantur v. vel vij. & plus vel minus, ſecundum quod apparebit Medico veſtro.* Deinde fiat euacuatio cum hoc. ℞. *hermodact.* ʒ j. *reubar. boni* ℈ ij. *ſpicæ* ℈ ß. *& exhibeatur cum decoctione prædicta.* ¶ Aliter ℞. *pulpæ caſſiæ* ℥ ß. *agarici infuſi in geleniabin* ℥ ß. *reubar. boni, hermod. an.* ℈ j. *ſalis gemmæ* ℈ ß. *zinzib. gr. vj. ſpicæ gr. iij. diſtempera cum prædicta decoctione.* ¶ Facta purgatione confortetur membrum cum ſtypticis, ſicut cum balauſtia, acatia & ſucco virgæ paſtoris aut plantaginis, & infundantur petię in dicto ſucco, in quo poſita ſit acatia & ba-

Potio purgans.

Alia.

Corroboratio.

D lauſtia, & ponantur ſuper iuncturas. Hæ petiæ poſſunt confortare membrum & claudere poroſitates, ita, quod non permittunt membrum recipere ſuperfluitates. His autem factis prӕcipit Auic. vt exercitium ſit temperatũ. Et oportet, quod euitet carnes craſſas, omnia ſalſa & omnia frigida & humida, ſicut ſpinachia, cucur. Et ſint cibi boni & velocis digeſtionis. Euitetur omnis repletio & omnis labor immoderatus, & potiſſime ſuper repletionem. Et oportet etiam, vt euitetur ſomnus ſtatim aſſumto cibo: quoniam eſt de rebus multum lædentibus. ¶ Eſt etiam in hac ægritudine bonum, vt ſępe ad minus ſemel in menſe prouocetur vomitus, & eſt multum conueniens, vt fiat prouocatio vrinę, vtẽdo brodio cicerum cum decoctione radicum petroſ. & ſeminũ communiũ. Et ad ſummum præſeruatio & tutela ab hac ęgritudine non conſiſtit, niſi in prohibitione multiplicatio-

Diata.

E nis humorum, & in euacuatione ipſorum. Et ideo ſicut continue fit ipſorum generatio, ita ſæpe debet fieri ipſorũ eductio, & q̃a hui⁹ dolores potiſſimi generãt' ex ſupfluitate digeſtionis epatis: hinc eſt, ꝙ maxime oportet attẽdere in ei⁹ mũdificatione & eius cuſtodia. Quantũ ad quintũ, eſt ſciendũ, ꝙ dolor, qui eſt aptus prouenire in iuncturis pedum & manuum habeat dependentiam a duplici materia, quarum vna eſt calida & alia frigida. Calida eſt cholera, & frigida eſt phlegma, & ex commixtione iſtarum duarum materierum, & fluxu ipſarum cauſatur dolor, qui poſtquam eſt aſſuetus, dicit' dolor podagricus aut cheiragricus. Et ideo in cura huius doloris cũ aduenit primo, ꝓuocetur vomitus: qm̃ ex tali ꝓuocatione duo iuuamẽta ſequũtur. Primũ, quia materia apta ad pedes & manus fluere diuertitur, & ſic dolor creſcit, ſed minoratur materia. ¶ Secundũ iuuamentũ eſt,

Curatio.

Vomitus.

F quia illa materia pro parte euacuatur, quare cum ſumma ſollicitudine prouocetur vomitus. ¶ Secundo prouocato vomitu fiat ſecunda euacuatio per medicinã ſoluentem choleram & phlegma ẽt reſpicientem, quam medicinã ego ſtatim ponã inferius. ¶ Tertio prouideatur, vt ſedetur dolor cum his, quæ ponam inferius. ¶ Vltimo ſedato dolore, quod ad pedes & manus currit, reſoluatur cum his, quæ non fortiter reſoluunt, ne id, quod defluxum eſt induretur & reſolutioni ineptum efficiatur.

Potio euacuans. Medicina poſt vomitum adminiſtranda eſt talis. ℞. *hermodactyl.* ℥ ß. *pulpæ caſſiæ* ʒ vj. *reubar.* ʒ j. *ſpicæ, maſticis, zinzib. an.* ℈ ß. *diſtempera cum decoctione radicum apii, fœnic. petroſ. ariſtologiæ long. & ro. ſem. aniſi, fœnicul. ſem. communium.* Si vero ſtomachus non eſſet bene diſpoſitus, loco hermodactylorum poteſt poni agaricum, quoniam hoc etiam eſt ſimile hermodactylis & ſtypticitate participat. ¶ Si vero corpus eſſet nimis calefactum, poteſt vti hac medicina. Alia. ℞. *pulpæ caſſiæ* ʒ vj. *reubarb. boni* ʒ j. *ſpicæ* ℈ ß. *agarici electi infuſi in geleniabin* ʒ v. *ſal ſgemmæ* ʒ ß. *diſtempera cum decoctione fœniculi, in qua decoctione bullierit* ℥ ß. *myrobalanorum citri.* Hoc autem facto in principio fiat aliqualis repercuſſio & membri confortatio, ne materia ad locum dolentem fluat. Fit autem huiuſmodi repercuſſio cum medicinis frigidis & ſtypticis, quæ dictæ ſunt in quarto cap. quales ſunt acatia, balauſtia, ſuccus virgæ paſtoris & planta. Hæc enim ad inuicem commiſceantur, balauſtia puluerizata & acatia in prædictis ſuccis diſſolutis. Nec hoc medicamen laudo, quod ponatur ſuper locum, ſed in parte parum diſtante a loco, ſicut in crure, quando dolor eſt in pede, in brachiis, quando dolor eſt in manu, & ex iſtis cum farina hordei poteſt confici emplaſtrum, quod ad idem valebit. Emplaſtrũ

Super loco vero debemus intendere ad doloris ſedationem, & ad leuem reſolutionem. ¶ Prima ergo medicina ſedans dolorem eſt lana ſuccida bullita in oleo roſato parum expreſſa, & ſuper loco tepida appoſita. ¶ Secunda medicina eſt confecta ex pinguedine gatti & anatis, & duobus vitellis ouorum, cera & oleo roſ. ¶ Tertia medicina eſt aqua decoctionis vermium, qui faciunt ſetam, quoniam iſta creditur ſedare dolorẽ podagricum. ¶ Quarta medicina eſt emplaſtrum factum ex fœnugræco, ſem. lini, chamomil. & oleo roſ. melle & aceto. Hoc enim confert valde. ¶ Quinta medicina ſunt folia vlmi calefacta, & loco dolenti & tumenti appoſita. Emplaſtrũ. ¶ Sexta eſt hæc. ℞. *cineris caulium* ʒ iiij. *adipis anatis, olei chamomelini an.* ℥ j. *miſce & actu calida apponatur.* Aliud. ¶ Septima eſt hæc. Aliud. ℞. *olei irini* ℥ j. *fœnugræci, farinæ ciceru m an. vnc.* ij. *mellis* ℥ ij. *vini q. ſ. & fiat emplaſtrum.* ¶ Octaua ſ. quando dolor eſſet intolerabilis, eſt hæc. ℞. *opii* ʒ iiij. *croci* ʒ j. *terantur iſta cum lacte vaccino, & cum medulla panis ſimilaginei, donec totum cum lacte incorporetur ad ſimilitudinem emplaſtri & ſuper loco ponatur.* ¶ Nona eſt oleum, in quo decocta ſit vipera, & eſt ex eis, ſicut ponit Auic. quæ ſanant ſanatione integra. ¶ Decima eſt oleum veſpertilionis, Oleum veſpertilionis. cuius modus eſt iſte, *vt aſſumantur xij. veſpertiliones decollati, & ſumatur lib. j. olei antiqui, ariſtologiæ long. caſtorei ana* ʒ iiij. *coſti* ʒ ij. *omnia iſta decoquantur in aqua, quaſi ad diſſolutionem veſpertilionum, & bulliat aqua, donec tota conſumatur & remaneat oleum.* Iſtud oleum eſt conueniens ad reſolutionem & ſedationem. ¶ Vndecima eſt embroca ſedatiua, & experta, quando rubedo & caliditas apparet: & eſt, vt aſſumantur lactucæ oleum & galla, & coquantur in aceto donec diſſoluantur. ¶ Duodecima eſt decoctio hordei & vulpis viuæ in aqua, & decoquatur vulpis, donec diſſoluatur in decoctione: deinde coletur, & in colatura ponatur membrum dolens. Et poteſt hæc decoctio fieri in oleo, ſicut fit in aqua.

Vnguentum Medicinæ reſolutiuæ, & doloris mitigatiuæ, vel ſedatiuæ ſunt iſtæ. ¶ Prima. ℞. *hermodactylorum, ſtyracis liquidæ, ireos, maſticis, ſaluiæ, rutæ an.* ʒ j. *olei chamo.* ℥ ij. *ceræ quantum ſufficit, & fiat vnguentum.* Emplaſtrũ. ¶ Secunda medicina eſt hæc. ℞. *hermodactylorum* ℥ j. *farinæ hordei* ℥ j. *vitelli ouorum, q. ſ. & fiat emplaſtrum.* ¶ Tertia eſt hæc. ℞. *olei chamomelini* ℥ j. Vnguentum *olei coſti* ℥ ß. *florum chamo. puluerizatæ* ʒ iij. *ceræ parum, & fiat vnguentum.* ¶ Quarta eſt hæc, Aliud. quam ponit Alexander. ℞. *ceræ* ℥ v. *olei chamo.* ℥ ij. ß. *olei roſa.* ℥ ij. ß. *farinæ fabarum* ʒ iiij. *vitellos ouorum, numero v. reſoluas primo vitellos crudos cum farina: deinde alia commiſceantur, & fiat vnguentum.* Quod ſi dolor multum vigeat, addatur aliquid de croco, & modicum Aliud. de opio, verum cum dolor ſedari incipit, opium remoueatur. ¶ Quinta. ℞. *radicum maluauiſci lib.* ij. *fœnugræci, ſem. lini an.* ℥ iiij. *hæc omnia infunde per tres dies in lib.* 9. *aquæ in vaſe æneo: deinde coque fortiter, vſque ad diſſolutionem ipſarum rerum, donec aqua redeat ad lib.* ij. *rebus prius bullitis in aqua, & expreſſis & abiectis: deinde totum hoc bulliat vſque ad conſumtionem medietatis, ſic, quod ſolum oleum remaneat: hoc facto iterum cola bis & ponas iterum oleum ad ignem, & addas de cera lib.* ß. *colophoniæ lib.* ß. *terebinthinæ* ℥ iiij. *gummi cedri* ℥ ij. *galbani optimi* ℥ iiij. *confice & vtere.* Hoc enim medicamen, vt inquit Alexander, non ſolum tumorem curat, & materiam reſoluit, immo etiam ventris conſtrictionem remouet, & loca iuncturarum ad proprium ſtatum reducit, neruorum confricationes, aut membrorum dolores,

A ſi in balneo aut ad ignem perungantur fricando loca ſanat. ¶ Sexta medicina conueniẽs
omni tempore a principio vſq; ad finem eſt, vt ſumantur folia oliuę, bulliant & reſoluan-
tur in oleo puro, & fiat vnctio. ¶ Septima conueniens in principio, quando dolor eſt ve-
hemens & locus calidus, eſt, vt accipiantur vitella ouorum, commiſceantur cum oleo
roſ. & tepidum apponatur, & parum croci adiungat. ¶ Octaua eſt, vt ſumatur ſuccus pa-
rietariæ, & cum modico vini miſceatur, & tepidum actu apponatur. ¶ Nona eſt, vt ſu-
matur theriaca, & liniatur locus. ¶ Decima, vt decoquantur folia caulium diligenter,
& ℞. *de hac decoctiõe lib. ß. fæcis aceti ℥ j. vitellos ouorum numero ij. olei roſ. ℥ j. farinæ hordei, fa-* Emplaſtrũ.
rinæ fabarum an. quantum ſufficit, & fiat emplaſtrum & conterantur folia ſimul miſcendo oua, &
oleum & fæcem aceti, & ſuper loco dolenti apponatur & ſæpe reponatur. ¶ Vndecima, quan-
B do dolor eſſet vehementiſſimus. ℞. *croci, opii an. ʒ iij. panis lib. ß. ceræ lib. j. olei roſ.*
lib. ß. crocum & opium infunde in vino, panem in aqua, & exprime manibus, & admiſcebis
crocum & opium bene trita: & iterum omnia bene teras, & commiſce ad inuicem, & loco appo-
nantur.

Hæc ſunt, quæ debent fieri in præparatione & curatione dolorum iuncturarum.
Verum, quia huius dolores redeunt, quaſi pro omni inordinatione regiminis, a qua
non poteſt cauere: ideo præter hæc, quæ dicta ſunt, ad perfectam horum dolorum cu-
rationem inuenerunt opifices huiuſmodi medicamen perfecte curans, ſi per integrum
annum continuetur per modum, qui dicetur. Modus autem eſt iſte, vt de hoc medi-
camine, quod ſcribetur ſtatim, accipiat menſe Ianuarii, diebus quinque, die poſt di-
C em quantitatem ℈ ij. menſe Februarii ſimili modo: menſe vero Martii duobus diebus
eadem quantitate die poſt diem: menſe Maii detur eadem quantitas diebus tribus die
poſt diem: menſe Iunii detur die vno ſolo: menſe Iulii duobus diebus: menſe Auguſti
vno die: menſe Septembris duobus diebus: menſe Octobris duobus diebus: menſe
Nouembris duobus diebus: & menſe Decẽbris duobus diebus, & ſic per menſes duo-
decim compleantur dies 36. Oportet tamen, qui hoc medicamen biberit, abſtineat in
toto anno a carnibus porcinis, leporinis, fungis, ſinapi & caulibus. Lauet ſibi pedes in
aqua calida marina & oleo inungat. ¶ Medicamen autem eſt iſtud. ℞. *reupontici ℥ j.* Medicamentum ab or-
agarici ℥ ij. phu ℥ ij. petroſ. Macedonici ℥ iij. meu ℥ v. hypericon. ℥ vj. gentianæ ℥ vij. ariſtologiæ thritide libe-
℥ viij. centaureæ ℥ ix. hæc omnia peroptime puluerizentur & miſceantur. Doſis ſit ℈ ij. vt dictum rans.
D *eſt.* Et accipiens hoc medicamen abſtineat ab omnibus leguminibus, & maxime fabis.
Et non comedat capita piſcium, nec cancros, nec oſtreas, nec ſepias, nec bletas, neq;
quæ dicta ſunt parum ante &c.

Conſilium CCXLVI. *De dolore iuncturarum, & principaliter in genu.*

VENERANDVS in Chriſto pater dominus Abbas de Carceribus paulo an-
te moleſtatus fuit doloribus iuncturarum & principaliter in genu & pede
dextris. Et manifeſte intelligi poteſt materialem cauſſam illorum fuiſſe Cauſſa phlegmatis.
materiam phlegmaticam mucilaginoſam, quæ cum iſta erat choleræ ru-
beæ, quæ propter magnam actiuitatem eius calefaciendo & diſſoluendo phlegma illud
E fecit velocis penetrationis & profundationis in membrum. Hoc autem totum apparuit
ex velocitate tumefactionis membri, & reſolutionis illius actualis ibidem perceptæ cũ
mollitie partis ſine duritie & tenſione magna. ¶ Et quod materia quidem propulſa fu-
erit a vena caua deſcendente in quantitate ſatis ampla: materia enim magnæ quantita-
tis non potuiſſet ita cito collecta & tranſmiſſa fuiſſe ad iuncturas prædictas per venas an-
guſtas. ¶ Credendum etiam eſt materiam illam principium ſuæ generationis habuiſſe
in epate ab aliquanta ipſius debilitate aut ciborum frigidorum, & cholericorum aſſum-
tione.

Propter quam cauſſam videtur, quod conſilium præſeruationis eius ab incurſu præ-
dictorum dolorum fundamentum accipiat ſeptem intentionibus & inſtrumentis ſtatim
F ſubſequentibus. ¶ Primum itaq; eſt, quod in cibis eius a frigidis & humidis multo & fre- Diæta.
quenti vſu, velut ſunt ſpinachia, bleta, lactuca, endiuia, portulaca, cucurbita, cucumeres
& ſimiles, & a lacticiniis cibis abſtineat: ſimiliter etiam abſtinere debet a multo vſu vi-
ſcoſorum, vt paſtilium piſcium, & proprie elixorum & conſimilium. Cibi et cum acutis
artificialiter commixti, improbandi ſunt, vt frequens vſus aromatum, ſinapi, cæparum,

raphani & conſimilium. Item multus vſus aperientium valde euitandus eſt, velut fœ- A
niculi, petroſelini, aniſi, aſparagi, cymini & aliorum. Etiam leguminum vſus dimitti de-
bet, quoniam grauat iuncturas, & proprie dolores pedum. Aceti autē acuti & cuiuſcūq;
rei valde acris frequens vſus non eſt laudandus: imo interpolatim & raro de eis accipi-
endum eſt. ¶ Vinum vero eligi debet rubeum vel ſubrubeum, & nullo modo acre valde
nec dulce: ſed medium inter hoc, odore aromaticum, ſubſtantia clarū, & mediocris fu-
moſitatis. Cui tamen ſi potentius eſſet, aliquid aquæ commiſcendum eſſet, vt ſaltem
quarta pars. Carnes vero eligēdæ ab eo ſunt mediocriter pingues iuueniles & mediocris
digeſtionis, & meliores eis ſunt carnes animalium, quæ tamen in aquis non fuerint nu-
trita. Oua omni præparationis modo placent. Caſeo mediocriter molli & leuis ſalſedi-
nis vti poteſt. Fructuum vero recentium & crudorum non placet vſus. Præter hęc autem B
in cibis & potibus vtatur aliis modo ſuo. ¶ Secundum vero inſtrumentum ſuæ præſer-
uationis eſt, vt poſt medietatem menſis futuri 1440. vno mane hora xiiij. faciat ſibi fieri
phlebotomiam ſaluatellæ dextrę manus poſitę inter digitum auricularem & anularem.
per quam educantur ſanguinis ℥ iiij. deinde quieſcat a motibus progreſſiuis ſaltem per
vnam ſeptimanam. ¶ Tertiū inſtrumentum eſt, vt mane immediate ſequenti poſt phle-
botomiam accipiat hoc digeſtiuum hora xj. vel xij. calefactum: & poſt ipſum tardet ci-
bum per quatuor horas. Cuius deſcriptio. *♃. ſyrupi de calamento ℥ ß. mellis roſati cum foliis*
percolati ℥ j. aquæ betonicæ, cichoreæ an. ℥ j. ß. miſce. ¶ Quartum inſtrumentum eſt, vt poſtquā
acceperit ſyrupum præfatum per octo dies, tunc die nona immediate ſequenti accipiat
hoc leue ſolutiuum. *℞. electuarii Indi ℥ ij. ß. electuarii roſati ℥ j. miſce & bibatur totum cum me-* C
dio cyatho aquæ hordei calefactum cum ſaccharo, poſt quod tardet cibum per vnam horam. ¶ Quin-
tum inſtrumentum eſt, vt poſt euacuationem præſcriptam vtatur linimēto infraſcripto
ad prohibendū fluxū & receptionē materierū in iuncturas, in quo conuenit fere vniuerſa
Linimentū. ſententia medicorum. *♃. olei oliuar. antiqui ℥ iij. aceti al. ſatis acuti ℥ j. ſalis communis modicū*
torrefacti ʒ vj. vini aromatici vetuſti ℥ ß. terantur omnia ſimul in mortario longa contritione, & cū
hoc linimento iuncturæ, ſuper quas æſtimatur euentus doloris, cum leui confricatione ſaltem in die ſe-
mel, quando vadit ad lectum, confricari debent, & partes circumſtantes cum ipſo mediocriter calefa-
cto inungantur, & circumligetur locus cum pannis lineis, & ligatura bonæ adhæſionis, quę
Pilulæ. tamen excludat omnem dolorem. ¶ Sextum inſtrumentum eſt hoc. *♃. aloes epaticæ ℥ ij.*
pulpæ colocynth. ʒ j. arthetticæ, ireos, arthanitæ an. ℈ j. reubarbari electi ℥ j. agarici ℥ ß. maſticis, zinzib. D
croci, dauci an. ℈ ß. pulueriz entur omnia per ſe & infundantur in ℥ iij. ſucci cyclaminis aut primulæ
veris dum haberi poterit, & ponantur in furno poſt extractionem panis in catino rudi, i. non vitrea-
to, vſquequo conſumatur ſuccus vehementer agitando, incorporentur & reponantur iterum in fur-
no, vſq; ad conuenientem exſiccationem, & ita fiat tribus vicibus vſquequo medicina remanens be-
ne viſcoſa fiat & tenax. De hac vero materia formentur pilulæ pro omni ʒ vj. de quibus accipiat o-
mni quinta vel ſexta die vnam parum ante cœnam. Et iterum de eis accipiat hora præſcripta omni ter-
tia die, i. tempore, quo ſumit digeſtiuum ſupraſcriptū. Et poteſt adhuc de eis accipere ʒ j. omni
menſe ſemel obſeruando poſt eam horā & conditiones ſupra declaratas in inſtrumento
quarto principali. Neq; n. dubito in pilulis iſtis eſſe virtutes potentes in diuertendo & e-
uacuando materias cholericas, phlegmaticas, mucilaginoſas & aquoſas, quæ vt in pluri- E
bus præcipitari ſolent, quod manifeſtum eſt intelligenti virtutes componentium eas.

CONSILIVM CCXLVII. *De dolore inferiorum iuncturarum, genuum & pedum cum impotentia motus progreſſiui, & ſuſtentationis totius corporis a materia quidem phlegmatica, mixta cum cholera acuta prouenient e.*

EGREGIVS vtriuſq; iuris Doctor Dn̄. Rolandus Piſanus laborat diſpoſitione,
quæ eſt dolor inferiorum iuncturarum genuum & pedum cum multa laſſitudi-
Cauſſa materialis. ne, debilitate & impotentia debiti motus progreſſiui & ſuſtētationis totius cor-
poris: & hæc quidem diſpoſitio prouenit a dominio materiei phlegmaticæ, cui commi-
ſcetur cholera ſubtilis & acuta multiplicata in epate eius, & a generatione fuit calidū & F
ſiccum: licet permutatum ſit ad lapſum frigidum & humidū propter aliquam de cauſſis
inanientibus, ſicut fluxus ſpontanei vel artificiales, aut immoderatus coitus, vel longa
Signa. abſtinentia, & ſic de aliis. Demonſtrant autem hunc lapſum epatis euidentiæ pluri-
mæ. ¶ Prima eſt mollities totius corporis. ¶ Secunda pulſus paruitas & leuitas.

¶ Ter-

A ¶Tertia vrinarum caropum emiſſio, quarum color eſt ſicut color lanę lotæ pectinatę, & ſubſtantia parum eſt craſſa, mucilaginoſo phlegmate multo plena, & ſic de aliis. Et bonũ fuit, quod virtus tranſtulit materiam ad inferiora magis; quam ſi materia vi naturæ propulſa fuiſſet ad ſuperiora, aut remanſiſſet in epate & vrinalibus viis in quibus potuiſſet grandia efficere nocumenta.

Diæta. Ex iſto fundamento clare apparet, qualiter iſte eximius Doctor ſit regendus, indiget enim manſione & aere ad calidum & ſiccum inclinatis, & ſic de aliis rebus non naturalibus: vnde caueat ſibi a cibis frigidis & humidis, velut piſcibus multis, & proprie elixis, a ſpinachia, bleta, cucurbita, portulaca, & cibis lacticineis; & a carnibus antiquis difficilis digeſtionis, & ab vſu fructuum humidorum actu & potentia. Omnes B enim fructus ei ſunt vituperabiles, præter amygdalas, ficus & alios fructus calidos, & caueat a potu aquæ frigidæ ſimplicis: verum ipſa commixta cum vino non eſt ei inutilis, & melior eſſet illi aqua mellis facta ex xv. lib. aquæ, & vna lib. mellis conſumta tertia parte duabus remanentibus.

De rebus etiam deterioribus eſt ei multitudo motus progreſſiui, & exercitium quodlibet omni tempore, & maxime poſt cibum, & inter reliqua nulla deterior res eſt ei, quam coitus. ¶ Vinum autem eius debet eſſe colore rubeum, ſapore conueniens, declinans ad aliqualem ponticitatem, & non ad excellentem acredinem vel dulcedinem.

Curatio præſeruans a deteriori. De rebus autem medicinalibus ſex videntur mihi neceſſaria huic viro præſeruatiC ua eius a caſu in deteriorem lapſum. ¶ Primum eſt, quod ipſe purgetur in hoc menſe Martii, quam citius eſt ei poſſibile, ſecundum hunc modum. Primo, quod vno mane accipiat hunc potum. *Potio purgãs* ℞. *aquæ eupatorii, aquæ abſinthii an.* ℥ j. ß. *agarici electi* ʒ j. *reubarbari drachm.* ß. *ſpicæ nardi, zinziber. an. gran. iiij. ſalis gemmæ gran. iiij. ſucci roſarum drachm.* j. *infundantur medicinarum pulueres ſubtiles in aquis, & in ſucco calidis per vnum diem naturalem. Mane vero circa decimam horam calefiant, & colentur, & vehementer exprimantur, & illa colatura bibatur bene calida, poſt quam ipſe dormiat per horam, & non comedat niſi tranſiuerint horæ ſex.* *Potio digeſtiua.* ¶ Die vero ſequenti immediate hora præſcripta accipiat hunc potum calidum. ℞. *ſyrup. de eupatorio vnc.* ß. *aquæ hypericonis vnc. iij. miſce, quem continuet per octo dies.* ¶ *Pilulæ* Nona vero die ſequenti accipiat iſtas pilulas. ℞. *pilularum de ſarcocolla drachm.* ß. *pilularum* D *fœtidarum ſcrup.* j. *accipiat eas hora præſcripta, obſeruando omnia, quæ ſcripta ſunt obſeruari debere poſt primum potum.* ¶ *Aliæ.* Secundum vero remedium, quo vti debet, eſt hoc. ℞. *aloes ablutæ drachm. ij. bdellii, pulpæ colocynthid. an. drachm.* ß. *cinamomi, florum eupatorii an. gran. vj. ſalis Indi gran. iij. cum ſucco roſarum fiant pilulæ de omni drachm. vj. de quibus poſt purgationem accipere poteſt vnam omni fine quinque dierum in aurora, & ipſis etiam vti debet, quando accipit ſyrupum ſupraſcriptum, & proprie ſi venter eius non eſſet bene largus.* ¶ *Morſuli.* Tertium vero remedium eſt hoc. ℞. *granorum phiſticorum vnc. iij. cinamomi electi, liquiritiæ, aniſi, zinzib. an.* ʒ. j. *artheticæ drach.* j. ß. *infundantur phiſtici in aqua hypericonis calida per duos dies naturales*: poſtea optime terantur & coquantur cum *lib.* ß. *ſacchari albi, & additis ſpeciebus, fiat confectio in fruſtis vnc.* ß. *de qua iſte vir ſemper accipiat ante cibum fruſtum vnum.* ¶ Quartum ve- *Vnguentum* E ro remedium eſt hoc. ℞. *olei oliuarum antiqui, quam magis eſt poſſibile, vnc. iij. ſalis communis modicum torrefacti vnc.* ß. *ſandaracæ drachm.* j. *terantur ſimul in mortario optime, & cum hoc inungantur per dies 30. vel 40. bene omnes iuncturæ læſæ bene calido & leuiter confricando.* ¶ *Aliud pro confortatione epatis.* Quintum ſpeciale remedium neceſſarium eidem pro rectificatione ſui epatis. ℞. *olei de abſinthio, olei nardini & de maſtice an. vnc.* j. *florum abſinthii, eupatorii, ſquinanthi, & calami aromatici an. ſcrup.* j. *trociſcorum diarodon ſcrupul. ij. ceræ albæ, quantum ſufficit, fiat vnguentum molle, cum quo tota regio ſub coſtis dextræ partis, & tota ſpina a ſpatulis inferius per totum menſem Aprilis inungantur actu calido ſuperponendo pannum calidum tinctæ guminoſæ ſuffumigatum.* ¶ Vltimum remedium neceſſarium eidem pro confortatione capitis eius eſt hoc. *Puluis capiti inſpergendus* ℞. *maſticis drachm.* j. ß. *caryophyllorum, cubebarum, aſari, ſtœchados an. drachm.* ß. *maioranæ drachm. ij.* F *fiat omnium per ſe ſubtilis puluis: deinde commiſceantur.* De hoc igitur puluere ſuperaſpergatur pars anterior capitis nominata caluaries per totum menſem Aprilis omni ſero, aut ſaltem omni alterno ſero, ponendo de eo quantitatem quinque vel ſex granorum hordei, & erunt ei omnia vtilia, quæ in ſui ſalutem dirigat altiſſimus ad laudes eius. Amen.

CONSILIVM CCXLVIII. *De dolore arthritico.* A

COMMENDATISSIMA matrona vxor honorabilis viri, ſcilic. Melchiſe-
dech laborat doloribus iuncturarum, qui proprie arthritici denominari
debent, & perambulant per diuerſas iuncturas, & maxime inferiores, vt
nunc per pedes, per genua, vt in pluribus. Aliquando vero ſuperiores iun-
cturas inuadunt, licet raro. ¶ Et ſicut apparere poteſt ex naturali comple-
xione eius, hi dolores proueniunt a phlegmate mucilaginoſo & aquoſo, quæ mobili-
tantur & fluxibiliores fiunt a cuiuſdam materiei cholericæ particula, quæ commiſcetur
eis: & poteſt hoc ſatis verificari, quia hi dolores ſatis cito paroxyſmant & eueniunt, &
cito etiam reſoluuntur, neq; tumores faciunt vehementes. Si enim materia craſſior eſ-
ſet, non ita cito flueret: & dum fluxa eſt, non ita cito a membro remoueretur, ſecun- B
dum magnam eorum partem: & quia materia ſatis ſubtilis & penetrabilis eſſet, ſatis eſ-
ſentialiter & accidentaliter etiam propter choleram commixtam ſupra, ideo aliqua e-
ius particula remanet in membris profundata, propter quod in prædictis membris diu
remanet laxitudo & doloris ſpecies aliquanta. Ex quibus omnibus apparet, quod re-
gimen eius ſuſtentari debeat ſuper electione ciborum & potuum conſequenter medi-
cinarum, quæ poſſint prohibere generationem materierum phlegmaticarum, & con-
ſumere & exſiccare materias phlegmaticas iam genitas, & aperiendo vrinales vias & po-
ros materiam diuertere, ne fluat ad iuncturas. Nam de ingeniis curatiuis dolorum iun-
cturarum omnium ſolenne eſt intendi ad prouocandum vrinam, quoniam per ipſam
educit materiam, quæ eſt cauſſa efficiens dolorum talium, quoniam materia talis eſt ſu- C
perfluitas ſecundæ digeſtionis, quæ in epate eſt. Vnde *22. tertii, tractatu ſecundo, capit.
1. de cauſſis curationis doloris iuncturarum.* Proſunt adminiſtrationes ſolutiuæ medicinæ:
præcipit Auicen. adminiſtrandum eſſe prouocatiua vrinæ, deſiccat materiam dolorum
iuncturarum, quoniam ipſa, ſicut ſcis, eſt, i. fit ex ſuperfluitate digeſtionis ſecundæ:
quæ eſt epatis & venarum, & proprie in podagra calida. Quæ autem & qualia debent
hæc eſſe prouocatiua? ſunt radices fœniculi, petroſelini, dauci & apii. In cauſſa frigida
ſemen endiuiæ, cichoreæ, ſcariolæ & quatuor ſemin. communia, cauſſa calida:
Doctoribus clariſſimis regentibus eam particularius diſcutiendo relinquo.

Regimen medicinale.

Medicinale autem regimen huius venerabilis matronæ, multum particulariter
diſcutiendum eſſet: verumtamen, quia nunc inſtat dierum canicularium tempus & æ- D
ſtas eſt feruentis caliditatis & ſiccitatis abſque intermiſſione pluuiarum & abundantiæ
aquæ temporis & aeris conſiſtentia multum ſuperflue corpora reſoluunt & debilitant: ¶
ideo videtur mihi huic mulieri prouidendum eſſe cum quinque intentionibus. ¶ Pri-
ma quidem, vt obſeruato regimine ſex rerum non naturalium ſuperius ſuccincte tacto,
hæc mulier vtatur infraſcriptis pilulis, quæ materiam minorent & conſument & mem-
bra confortent dolentia, ab eis diuertendo materiam. Cuius deſcriptio. ℞. *ſarcocollæ in*

Pilula.

*lacte nutritæ per vnam diem naturalem ℥ j. aloes epaticæ drachm. vj. turbith drachm. iiij. hermo-
dactylorum electorum ℥ j. ß. fœniculi, petroſelini, maſticis, cinamomi an. gran. v j. infundantur o-
mnia in ſucco ireos: deinde piſtentur adinuicem & fiat eorum maſſa, de qua fiant pilulæ pro omni ℥ vj.
Accipiat igitur de eis omni mane in aurora, & continuet ipſas, vſque ad decem dies menſis Septem-* E
bris. Deinde incipiat aſſumere ſyrupum iſtum calidum in aurora, & continuet ipſum
diebus decem. Et ſi in iſtis diebus, quibus aſſumit iſtum ſyrupum, venter eius eſſet ſty-
pticus: tunc omni ſero vel alterno accipiat vnam de infraſcriptis pilulis parum ante cœ-

Syrupus.

nam. ¶ Deſcriptio ſyrupi. ℞. *oxymellis compoſiti. ſyrup. de calamento, mellis roſ. an. ℥ ß. aquæ
abſinthii, aquæ eupatorii an. ℥ j. ß. aquæ acetoſæ ℥ j. miſce.* ¶ Secundum remedium princi-

Pilulæ.

pale eſt, vt poſtquam acceperit hunc ſyrupum, ſoluatur venter eius cum his pilulis. ℞.
*pilularum de hermodactyl. pilularum de ſarcocolla, pilularum fœtidarum an ℈ j. reformentur pilu-
læ ſeptem cum electuario ſucci roſarum, & accipiat eas in aurora, & dormiat poſt eas, & non comedat
neq; bibat, niſi poſt quintam horam accipiat cyathum vnum aquæ calidæ hordei: & poſt per vn.m
horam prandeat.* ¶ Tertium remedium principale eſt, vt ſemper ante cibum parum acci- F
piat vnã rotulã confectionis pliriſarcoticon, quæ nõ tranſcendat menſurã ʒ 1 ß. ¶ Quar-
tũ remediũ eſt, vt in tẽpore, quo aſſumit pdicta medicamina, omni ſero ante cœnã ablu-

Balneum.

at ſibi pedes cũ aq. in qua fabri extinguũt ſua ferramẽta leuiter calefacta. ¶ Quintum &
vltimum remedium eſt, vt poſtquam omnia prędicta compleuerit, exponatſe ad balnea

Pataui-

A Patauina ſanctę Helenę, vel in villa Abbani poſita, & non curet balneare corpus ſuum, niſi ſedendo in aqua illa ab vmbilico inferius, & in tempore intermedio, quo accipit balnea, ſc. mane & ſero teneat ſemper iuxta poſſe genua & pedes in pelui magna plena luto, quod reperitur in alueis prædictorum balneorum, quod prædicta membra omnia ſint ſepulta ſub dicto luto accepto ex originali fonte, vnde primitus naturalis illa ſcaturierit aqua & taliter fortificabuntur membra ipſius & defendentur a receptione materierum. Deſcriptio autem pilularum, quę debent accipi tempore aſſumtionis ſyrupi. *℞. agarici, hermodactylorum electorum an. ℈ iiij. aloes ablutæ ℥ j. maſticis, roſ. ſpicæ, zinzib. an. gr. vj. infundantur per duos dies pulueres iſti in ℥ ij. aquæ ireos, vel ſucci radicum eius, & commiſceantur & exponantur ad radios ſolis, vſq; ad exſiccationem aquæ vel ſucci:* deinde renouetur ſuccus, vel aqua, & ſic B fiat ter. De hac igitur materia fiant pilulæ ex omni ʒ vj. & dentur vt ſupra.

Pilulæ.

Consilium CCXLIX. *De ſex malis diſpoſitionibus, videlicet: De dolore iuncturarum. De dolore renum intenſo ſatis paroxyſmali. De ſoda chronica vel temporanea. De ſcothomica diſpoſitione cum imaginationibus. De dolore ſtomachi cum ſubuerſione & eructuatione cum difficultate anhelitus & pulſu cordis. Et de vehementi corporis ſtypticitate. Diuiditur autem conſilium in capita tria.*

Cap. I. *De cauſſis & ſignis dictarum diſpoſitionum.*

C Venerandus in Chriſto pater, & ſacræ Theologiæ Doctor, variis moleſtatur accidentibus. ¶ Quorum quidem primum & ſolitum, & vetuſtum eſt iuncturarum dolor, & maxime inferiorum, vt pedum: & aliquando leuior genubus communicatur, non raro etiam in muſculis tibiarum infuſus, & ſi quandoq; ad ſuperiores partes ancharum & muſculorum extendatur ſpinæ, idē tamen ſpecie, & ab eadem radice omnino procedere videtur, vt inferius declarandum relinquo. ¶ Secundū vero principale eius accidēs eſt dolor renalis proueniens paroxyſmaliter notabiliter intenſus, licet vt in pluribus in eiſdem maneat fixus cū multitudine arenarum & lapillorum in renibus abundantium. ¶ Tertium accidens principale eſt ſoda chronica, vel temporanea, quæ tamen periodicis intenſionibus non raro exacerbat. ¶ Quartum eſt ſcothomica diſpoſitio imaginationibus non leuiter ſociata. ¶ Quintum D ſubuerſio cum magno ſtomachi dolore & vomitu, & eructuatione fortibus maximam in anhelitu anguſtiam facientibus. ¶ Vltimum eſt vehemens corporis ſtypticitas cum magna ventoſitatum in inferiori ventre congregatione. Ex quibus omnibus non ſolum infelicem vitam viuit, ſed magnis etiam periculis paratam.

Et ſi quidem omnibus his ſaluberrimum conſilium ordinari debet, oportet primitus inueſtigari, an omnes tales diſpoſitiones ſint per ſe ægritudines, an per colligantiam diuerſorum membrorum inuicem colligatæ; an omnium iſtarum ægritudinum vna & eadem tanquam radicalis cauſſa aſſignari poſſit. Videtur autem ex multis poſſe deduci, quod omnium harum diſpoſitionum cauſſa ſit complexio frigida & humida principaliter ſtomachi toti communicata corpori cum multa materia phlegmatica, quę naE turalem calorem debilitauit, & principaliter ipſius ſtomachi, adeo, ꝙ magna ciborum & potuum pars magis in ventoſitates conuertitur & vapores, quam in bonum chylū. Vnde ſanguis generatur in eo frigidus & humidus reſpectu proprii temperamenti, qui eſt cauſſa continuæ ſodæ, quæ iam præmiſſa eſt. Similiter eſt cauſſa generationis vaporum multorum, qui commixti viſibili ſpiritui ſunt cauſſa ſcothomiæ & imaginationum, & conſequenter aliarum diſpoſitionum, de quibus dictum eſt.

Cauſſa omnium accidentium in genere.

Vt autem clarius appareat omnium accidentium particularium cauſſa, paulo ſublimius contemplandum eſt. Quod enim in eo nocumentum notabile in digeſtione cōtingat, multa declarare poſſent ſigna. ¶ Et primum quidē eſt lōgitudo remanentiæ cibi in ſtomacho eius, quę ꝓbatur a poſteriori, eo: quia quādoq; euomit cibū, qui ante per *12.* F vſq; ad 15. horas fuerit aſſumtus. ¶ Secundo declaratur idē per tarditatē euentus appetitꝰ naturalis. Tardus enim eſt appetitus eius, neq; excitatur in eo, niſi cum iam pręaſſumtus cibus digeſtus fuerit: etenim non eſuriendi animalis cauſſa eſt copioſitas eſcæ, quæ eſt in ventre, *virtutum naturalium tertio, penultimo cap.* ¶ Tertio iterum arguitur in eo debilitas digeſtionis ex hoc: quia remanet ſemꝑ in ſtomacho eius grauitas, donec præaſſum-

Cauſſa vniuscuiuſq; in ſpecie.

Signa debilitatis digeſtionis.

tus cibus in inferiorem ventrem deponatur. ¶ Quarto iterum declaratur ex eruɗuationibus repræſentantibus odorem & ſaporem cibi præaſſumti, qui quandoq; perſeuerant in eo amplius, quam per decem vel duodecim horas. Si igitur in eo, vt in pluribus & communiter tranſmutandi quemlibet cibum inuenitur ſtomachi ipſius debilitas, tunc, quæ erit opinio tua, ſi cibaretur cibis digeſtioni notabiliter reſiſtentibus & ineptis: nequaquam enim digeret eos, imo vt plurimum corrumperentur in eo. A

Cauſſa doloris ſtomachi At vero doloris in ſtomacho eius ſæpe euenientis cauſſa eſt mala complexio frigida & humida ventoſans & euaporare faciens multitudinem phlegmatis in eo inuenti: cum enim in eo multa congregetur quantitas ventoſitatum & vaporum, neceſſe eſt ſuccedere dolorem extenſiuum. ¶ Et propter ſtomachi notabilem extenſionem magna fit diaphragmatis compreſſio, quare neceſſario tanta in eo aliquando fit anhelitus conſtriɗio, vt omnino præfocari videatur, quia aer, quo euacuatio fieri debet, non poteſt ingredi ſecundum quantitatem conuenientem, eo, quia via introitus eius conſtringitur a compreſſione iam diɗa, & niſi beneficio virtutis vltimo reſoluentis aut carminantis ventoſitates prædiɗas & vapores, eruptio fieret per ſuperiorem ſtomachi viam, & in eruɗuationem conuerſio, omnino morti ſubitæ videretur eſſe paratus. Et ex hoc corollarie conclude alleuiationem in anhelitu non fieri præciſe per eduɗionem ventoſitatũ per ſuperiorem partem, imo etiam per inferiorem venttem ventoſitates cum fæcibus expelluntur & chylo: propter quod alleuiatur magis expulſione talium per vtramq; viam, quam per alteram ipſarum tantum. B

Cauſſa præcedentis extenuationis. Et ex hoc fundamento etiam pulcre concludere potes, quæ ſit cauſſa præcedentis extenuationis eius. Neq; enim bene intelligi poteſt, quod per talem expulſionem per inferius educantur præciſe fæces & vapores, quin etiam expellatur chylus, qui debet eſſe materia ſanguinis: & hoc idem facile videri poteſt per ſubſtantiam eius, quod expellitur, chyloſam, quæ eſt ſubſtantia alba, ſubtilis, ptiſanæ in ſpiſſitudine ſimilis, *prima primi, cap. de generatione humorum.* C

Cauſſa dolorum in renibus. Poſt hæc autem iterum diligens conſiderator facile videre poteſt, duplicem eſſe cauſſam doloris in renibus eius euenientis. ¶ Et prima quidem cauſſa eſt multitudo vẽtoſitatum, quæ communicantur renibus, extenſionem facientium in panniculo colatorii veſtiente ipſos. ¶ Secunda vero cauſſa illius doloris eſt multitudo arenularum, imo lapillorum in eis exſiſtentium, ex quorum etiam coloribus cauſſam materialem earum facile demonſtrare potes: ſunt enim arenulæ vt plurimum ſubrubeæ ad ſubalbedinem declinantes, quæ arguunt materialem earum cauſſam fuiſſe phlegma alicui portioni choleræ commixtum, & longa reſidentia eius propter viſcoſitatem ſuam in renibus fuiſſe excoɗam. D

Cauſſa ſodæ. Propter quæ etiam ſatis facile deducere potes, cur iunɗurarum dolor in eo prouenerit aut intenſior faɗus fuerit & ſimiliter in tibiis.

Et tandem etiam inueniri poteſt cauſſa ſodæ illius, quæ diɗa eſt: eo, quia phlegma illud vaporabiliter ad caput delatum eſt cauſſa doloris infrigidando aut dolorem extenſiuum, grauatiuum in panniculis cerebri efficiendo.

Cauſſa imaginationum Similiter etiam apparet cauſſa imaginationum, quæ in ipſo ſatis perſeuerant: eo, quia vapores illi ſiue delati ab inferiori parte ad caput, ſiue geniti in cerebro per viam indigeſtionis, commiſcentur ſpiritui viſibili, repræſentantes in cryſtalloide ſimilitudinem ſui motus, *omne enim ſenſatum efficit in inſtrumento ſenſibili formam, quæ eſt ſibi ſimilis*: ſed hic vapor, ſpiritui viſibili commixtus, potentiæ ſenſitiuæ viſibili repræſentat ſimilitudinem linearis aut circularis, aut alterius figuræ: igitur imaginationes, vel imagines tales in eo proueniunt ex commixtione ventoſitatum & vaporum, quæ commiſcentur ſpiritui viſibili. ¶ Hæc in ſumma videtur eſſe diſpoſitio huius reuerendiſſimi patris, cum cauſſis ſuis & ſignis declarantibus ipſa ita deduɗa: vnde concludi poteſt, quod oporteat ipſum ſedulum eſſe vehementer ad curam harum diſpoſitionum propter pericula grandia, & vitæ eius & operationibus prædiɗorum membrorum incumbentia. Cuius quidem regimen partiri volui in adminiſtrationem congruam ſex rerum non naturalium: deinde in expreſſionem intentionum medicinalium & inſtrumentorum et conuenientium. E F

Cap. II. *De regimine per ſex res non naturales.*

Igitur

A IGITVR diſcurrendo per regimen conueniens ex parte ciborum & potu- Cibi.
um præmittendum primo, quod oporteat hunc venerabilem in Chriſto
patrem euitare omne illud, ex quo poteſt generari ventoſitas & ſuperflui-
tas vaporum in ſtomacho & toto ventre. Eſt autem hoc intelligendum
dupliciter ex parte cauſſæ: quarum prima eſt materialis cauſſa generationis
vaporum & ventoſitatum: ſecunda vero eſt efficiens cauſſa eorum. Poteſt enim in ſto-
macho hominis iuſtitiali temperamento temperati generari multitudo vaporũ & ven-
toſitatũ ex parte cibariorũ, q̃ materialiter multũ humida ſunt & euaporabilia. velut lac,
fructus omnes multũ molles, paſtiles cibi, piſces molles & ſimilia. quorũ aliqua ſunt vẽ-
toſitatũ cauſſa ex parte multę humiditatis ſolius, velut p̃dicta aliqua, vel ſunt cauſſa ven-
B toſitatũ ex parte multæ humiditatis eorũ coniunctæ alicui caliditati acutæ: ſicut ſunt al-
lium, cæpæ, bulbus, porrum, raphanus, mel & ſibi ſimilia. In his n. multa inuenitur humi-
ditas forti caliditati coniuncta, quia ventoſabilia ſunt materialiter & effectiue. quãdoq;
vero ſola ventoſitatum & vaporũ generatiua cauſſa efficiens eſt ſtomachi caliditatis in-
nata debilitas. Si enim occurrunt ei obiecta aut quantitate ſua aut aptitudine euaporati-
onis reſiſtentia: tunc ſecundum partem eorum magnam conuertuntur in ventoſitates
& vapores, vbi ſi fortis eſſet caliditas talium obiectorum, fieret digeſtio conueniens in
iuuatiuo. ¶ Ex quorum etiam fundamento tandem videri poteſt, quod aliquando in ho-
mine quantumcunque ſani ſtomachi generentur ventoſitates & vapores ex parte obie-
cti inconuenientis: & non ex parte caloris naturalis eius, propter quod oportet ipſum
C aduertere, ne calor innatus debilitetur, aut eidem offerantur cibi & potus habentes ma-
teriã multæ euaporationis & ventoſitatis aut caliditatis eidẽ coniunctę. ¶ Ex quib. tanq̃ Panis.
tertio corollario concluditur, ꝙ oporteat ipſum euitare panẽ azymũ, humidũ & non be-
ne coctum, ſed panem eligat de puriori parte farinæ bene coctum & multum fermenti
recipientem, ſalis parum plus conſueto. Et ſi ſæpe vteretur pane biſcocto, multum eſſet
ei conueniens, non multum tamen de eo accipiendo. etiam panis opyrus, id eſt parum
furfuris recipiens eſſet conuen ẽs. talis enim panis non eſt multi nutrimẽti, neq; viſcoſi:
& eſt facilis deſcẽſus, *21. continentis, 25. c.* Euitet etiam gratia conuenientię ſermonis con-
dimenta omnia facta cum paſta, vt laganas & ſimilia. ¶ Carnibus vtatur laudabilib. velut Carnes.
ſunt carnes caprinæ, vitulinæ, leporinæ & gazelli & porci ſylueſtris. Et de volatilib. ſunt
D velut carnes gallinarum, caponum & pullorum iuuenũ: quorum omnium carnes melio-
res ſunt aliorum animalium carnib. *24. continentis, c. 669.* Carnes autem ſtarnæ & coturni-
cis etiam ſunt ipſi conuenientes: quoniam inter reliquas volatilium ſylueſtrium carnes
ponuntur laudabiliores, *3. Almanſ. c. 43. & 3.* Vtiles etiam ei ſunt carnes, q̃ declinant ad ca-
liditatem & ſiccitatem, & ſunt valde conuenientes ei, cuius corpus infrigidatum eſt, &
ſanguis eſt paucus. *24. continentis alleg. cap.* Etiam caro phaſiani eſt ipſi conueniens: quo-
niam eſt melior carne pullorum, *2. can. cap. de duragi*, id eſt, *de phaſiano.* Columbi iuuenculi Duragi quid.
complete pennati, propinqui volatui etiam cõuenientes ſunt: & proprie ſylueſtres, ſi in
eius ſtomacho ſint ſoliti bene digeri. vbi autẽ ecõtra eſſet, nõ laudarem eos: eo quia ſunt
tardæ digeſtionis, & lõgæ moræ in ſtomacho: vbi tamen bene digerunt, ſunt cõuenien-
E tes ꝑꝑ proprietatẽ, q̃ impoſuit eis Auenzoar ad debilitatem viſus prouenientem ex pe-
nuria ſpiritus viſibilis. Caro vero anatis nõ placet mihi, quia multas generat ſuperfluita-
tes & faſtidium, *3. Alm. c. 39.* Conueniũt etiã ei aues minutæ, multo labore cibum acquirẽ-
tes, q̃ in nemorib. & dumetis degunt, velut ſunt ſpini, philomelæ, alaudæ, cardueles, me-
ruli, ficedulæ, cauda tremula & ſimiles. reliqua vero non placent. ¶ Si autẽ vti vellet car-
nibus anatulorum aut agnorum, raro vtatur eis, aut aſſatæ meliores ſunt ei, q̃ elixæ. Car-
nibus vero ſalitis & proprie macris aliquãdo vti põt: & proprie cum fuerint elixæ: rarius
vero aſſatæ accipi debent. ¶ Piſces autem recentes omnes rationali iudicio videntur ei Piſces.
inconuenire ꝑꝑ multam humiditatem eorum. Verum quia propter reuerentiam legis
Pontificiæ & hominum modeſtiam & deuotionem oportet vti in magna parte anni ci-
F bis excludentibus carnes: ideo oportet eligi piſces, quorum carnoſitas ſit a ſuperflua hu-
miditate elongata, quam melius fieri poteſt. Eligantur igitur ex eis ſaliti, qui videren-
tur eſſe conuenientiores in congrua quantitate, & ex recentibus boni ſunt, ſic-
ut torrentinæ, varioli, marſiones, themali, & lucii. Et de maritimis, velut rhum-
bi, oradæ & ſimiles. Vnus tamen eſt obſeruandus canon in aſſumtione eorum:

quod omnes piſces ſemper actu calidi comedantur, & cum aromatibus conditi: & A
Lac. ſi acciperentur elixi, elixentur cum ſale & aliqua quantitate vini. ¶ Lactis vſus non pla-
cet propter prædicta: etiam quia obtenebrat viſum. *2. can. in proprio cap.* Nocet enim ha-
bentibus ægritudines neruorum, & proprie phlegmaticas, vt eſt colligendum *ibidem in*
areola iuncturarum. ¶ Facit etiam euenire inflationem & dolorem in ſtomacho; &
proprie coloſtra, id eſt iuncata: quæ ambo commouent ſingultum & eructationem fu-
moſam: & proprie lac, *ibidem in areola membrorum nutrimenti.* ¶ Propter quod etiam non
laudo eidem vſum caſei, & proprie mollis & pauci ſalis; ſed conueniens eſt ei caſeus me-
Condimēta. dicum durus & notabiliter ſalſus. ¶ Ex condimentis autem & ſaporibus placent mihi
omnia acetoſa & cum ſucco limonum condita & cum agreſta conuenientis ſalſedinis.
Granata vero & eorum ſuccus & citranguli non placent mihi, niſi commiſceantur cum B
ſpeciebus eorum frigiditatem & actualem humiditatem corrigentibus, ſicut cum cina-
momo, galanga, zinzibere & ſimilibus. ¶ Igitur ſpecies, quæ pro condimento ſibi con-
uenientes eſſent, ſunt piper, & proprie album, galanga, nux muſcata, grana paradiſi, ma-
cis, lignum aloes, ſpica nardi, folium, ami, cardamomum, crocus, flores roſmarini, men-
tha, ſerpillum & ſimilia. ¶ Et de his, quæ conferunt viſui, ſunt, ſicut eufragia, maiorana,
lignum aloes, & fœniculus, quę quatuor confortant cerebrum & ſpiritum viſibilem ſub-
tiliant & vias mundificant viſionis: & crocus etiam, qui abſtergit viſum & prohibet flu-
xum ad ipſum. ¶ Ex condimentis autem mellitis placent mihi omnia cum eo confecta,
Pinguedines & proprie cum coctum eſt, niſi ſit homo ſolitus vehementer lædi ab eo. ¶ Oleo autem v-
ti poteſt, & proprie oleo de nucibus, quod eſt calidum in ſecundo, licet ſit humidum C
primo, niſi timerem, quod grauaret caput eius. Eligibilius eſt autem oleum de oliuis: &
proprie bene maturis: & conuenientius ei dico eſſe antiquum, quam recens. Etiam oleū
de amygdalis dulcibus & oleum de phiſticis placent mihi, ſi velit vti eis. ¶ Butyri autem
vſus non placet mihi, & proprie ſi comedatur crudum, quoniam faſtidium facit & ſupe-
rius ad os ſtomachi aſcendit, *3. Almanſor. cap. 19.* licet ſit calidum & humidum in primo.
Neque etiam coctum laudo. qui enim in comeſtione vtitur eo, phlegmaticas patietur æ-
gritudines, *3. Almanſoris cap. 96.* ¶ Sacchari vero vſus in cibis & potibus placet mihi, eo
quia ipſum eſt calidum in fine primi: & æquale ponitur in paſſiuis. & ſi declinat ad aliquā
earum, magis ad ſiccitatem, quam ad humiditatem inclinat. propter quod vſus ſacchari
ſecundæ decoctionis mihi magis placet, quam completæ coctionis. ipſum enim eſt ca-
lidum & abſterſiuum magis, & ſtomacho & pectori conuenientius. ¶ Iam autem tranſ- D
eundum eſt ad edulia de granis facta: præmittendo primo, quod omnium leguminum
vſum euitare debeat: & proprie elixatorum. Si qua tamen legumina competunt, ſint ci-
cera rubea, quæ calida ſunt & ſicca in primo. quorum decoctio competit: & proprie cū
radicibus & aromatib. ſupra tactis. Fabæ vero, phaſeoli, lentes & cicera alba non placent
mihi.

Placet autem mihi vſus pannicii. licet enim ſit frigidum in primo, & ſiccum in ſe-
cundo, *21. continentis, cap. 199.* tamen, quia lenitiuum eſt & exſiccatiuum & prouocatiuum
vrinæ, laudatur. ¶ Placet etiam mihi oryza, q̄ eſt calida in primo, & ſicca in ſecundo. *21.*
continentis cap. 126. etiam quia eſt aliqualiter ſtyptica & ideo ſtomachi confortatiua, teſte
Olera. Galen. *lib. 8. ſimpl. proprio cap.* Farris autem vſus etiam placet mihi. ¶ Ex oleribus autem E
vtendum eſt omnibus, quæ ſunt facilis digeſtionis, calida & ſicca & ventoſitatum corru-
ptiua & prohibitiua generationis earum, de quorū numero eſt ſaluia, cuius laudes multi
modernorum prædicant; licet minus de ea ſcriptum inueniatur, quam narratum. Auic.
enim *2. can.* & Rhaſis *21. continentis vſque ad 24.* nihil de ea ſcripſerunt. Dioſcorides autem
in 3. lib. de eo fecit cap. intitulatum de elilisfago. Serapio vero *in aggregatore cap. 149.* enu-
merauit eam inter medicinas calidas & ſiccas: propter quod videtur eadem eſſe con-
ueniens maxime ſtomacho, eo quia eſt notabiliter ſtyptica, vt elicitur ex ſermonibus
Dioſcoridis *præallegato cap.* ¶ Fœniculus etiam placet, eo quia calidus eſt in tertio, & ſic-
cus in ſecundo. teſte Galen. *lib. 8. ſimpl.* & placet mihi propter diuerſionem, quam facit v- F
rinam prouocando.

Planta. Similiter placet mihi petroſelinum, quod calidum eſt & ſiccum in ſecundo, & mē-
tha ſibi ſimilis, & proprie quia ſtomachalis. ¶ Et ſerpillum etiam calidum & ſiccum in
ſecundo, & proprie quia capitale eſt. ¶ Roſmarinus calidus & ſiccus in tertio, conuenit
capiti,

A capiti,ſtomacho,oculis & renibus. ¶ Maiorana calida & ſicca in tertio etiã placet;quia
eſt diſſolutiua & attenuatiua,& quia aperit oppilationes capitis & cõuenit doloribus fri-
gidis à phlegmate& ventoſitate,*2.can.in proprio cap.* vſum vero baſiliconis non laudo,niſi
in pauca quantitate;& maxime,quia nocet viſui. *3.tertii cap. de nocentibus viſui.* propter
quod etiam anetum & porrum euitari debent, licet pauci aneti vſus non ſit ipſi omnino
inconueniens.¶ Caules etiam placent mihi,& proprie bene cocti. Lactucæ vero & ble-
tæ,portulacæ,ſpinachiæ,cucurbitæ & omnes plantæ frigidæ & humidæ dimittantur. Et
ſimiliter borrago,quia multum eructuare facit. Chęrefolium vero placet mihi & leuiſti-
cum & ſimiles aperitiuæ plantæ.¶ Ex radicibus autem vti poteſt paſtinacis domeſticis & *Radices.*
ſylueſtribus & napis in igne coctis, aut in pingui brodio cum aromatibus prædictis. Ca-
B rotę etiam vſus placet. Aſparagi,cappares & lupulorum ſuperiores partes & ſibi ſimiles
placent. ¶ Fructus vero omnes & proprie frigidi & humidi dimittantur. propter quod *Fructus.*
multorum ceraſorum vſus & proprie cum ſtypticitate ventris non placent mihi.¶ Acria
vero minus mala ſunt ei,& proprie cum inciſione ſua. Quæ vero ex eis ſunt habentia
carnes duras & proprie paucę humiditati coniunctas vocata amarilia,cõueniunt. ¶ Per-
ſicorum vſus quandoque conueniens eſt:propterea quia bona ſunt ſtomacho,& iudicio
rationali accipi deberent ante cibum. ¶ Pyra vero oraria,id eſt primis temporibus appa-
rentia & non conſeruabilia non ſunt valde vtilia, niſi fuerint muſcata & valde dulcia:
¶ Auellanæ recentes non multum ſunt vtiles,ſed conuenientiores ſunt ſiccæ ex eis. ¶ A-
mygdalarum vero comeſtio eſt vtilis in omni modo præparationis: quia abſtergunt vias
C & aperiunt:& ſunt boni nutrimenti. ¶ Ficus recentes calidæ ſunt in primo & ſiccæ in ſe-
cundo. ante cibum aſſumtæ placent, eo quia conferunt ſtomacho, epati & renibus, le-
niunt & abſtergunt,& in eis eſt lenificatio vltima,*2. can.cap.proprio.* licet & recentes ma-
gis ſint nutritiuæ,quam exſiccatiuæ. ¶ Paſſulæ etiam bonæ ſunt, eo;quia bonum nutri-
mentum dant ſtomacho,pectori & epati aperiendo æqualiter, ponuntur enim æquales
ferè in omnibus qualitatibus. Nuces non placent:licet ſint nominatæ inter fructus cali-
dos & ſiccos, eo quia grauant ſtomachum in digerendo capiti & pectori nociuæ ſunt.
¶ Caſtaneæ ſimiliter, quia ventoſæ ſunt & craſſi nutrimenti & complexionis frigidæ &
ſiccæ,dimittantur. ¶ Chryſomela etiam dimitti debent: eo quia frigida & humida
ſunt in ſecundo:& caput grauant & fumoſitatibus implent. ¶ Pinearum vſus non pla-
D cet, licet ponantur in paſſiuis temperatæ ad aliqualem calorem declinantes. ſi tamen
accipiantur confectæ cum ſaccharo vel infuſæ per diem in aqua calida,conuenire poſ-
ſent,aliter autem ſtomacho nocent.*13.tertii,de iuuantibus & nocentibus ſtomacho.* ¶ Phiſti-
ci quia calidi ſunt in fine ſecundi,& habent humiditatem non limitatam,vtiles ſunt,eo
quia aperiunt meatus nutrimenti,expurgant cannales epatis & pulmonis, teſte Galen.
lib.8.ſimpl.ſuo cap.

Dactyli bene dulces calidi ſunt in primo, licet in paſſiuis diſcordent auctores de
eis. Serap. namque graduat eos calidos & ſiccos. Auic. vero de palma dicit,quod præter-
ierit eorũ ſermo:ego autem in libro meo non inuenio capitulum de eis. At vero *8.ſimpl:*
ſcribitur,quod abundanter nutriant,ventrem ſtypticent, punctionem in ore ſtomachi
E & dolorem in capite faciant:& oppilationem in ſplene & epate:ideo dimittantur. ¶ Iu-
iubæ frigidæ ſunt & humidæ: ſed quia de eis Galenus inquit,quod præſeruanda ſanita-
te & remouenda ægritudine non inueniat eas vtiles,immo difficilis digeſtionis:ideo di-
mittantur. ¶ Mora quia frigida & humida, nocent ſtomacho, & faciliter in eo cor-
rumpũtur:ideo non ſunt laudabilia. ¶ Granata dulcia licet ſint frigida & humida in pri-
mo,tamen quia ſtomacho conueniunt, aliquando accipi poſſent. Acria vero quia frigi-
da & ſicca ſunt in ſecundo,non placẽt mihi. Muza etiam conuenire poſſent. Ex conditis
placent mihi eryngium conditum & napi & rapę conditæ & cydonia poſt cibum cum a-
romatib. condita & amygdalæ,phiſtici, auellanæ conditæ cum ſacharo & aniſo & cina-
momo & zinzibere:& extremitates xylobalſami & zinziber conditum humidũ:omnia
F hæc cum ſaccharo vel melle & aromatibus conſuetis vtilia ſunt. & confectio de mace,&
confectio de nuce muſcata & de caryophyl:& reliqua talia vtilia ſunt ei. ¶ Ex partibus *Partes ani-*
autem animalium parumper eſt diſcurrendum, eo quia alimentum ex eis non paruã re- *malium.*
cipit diuerſitatem. ¶ Dimittantur igitur omniũ animaliũ partes, quarũ nutrimentũ eſt
craſſum,viſcoſum & difficilis digeſtionis: vt cor, pulmo, ſtomachus & renes: & quorum

etiam eſt nauſeatiuum & ventoſum, vt pinguedines & mamillæ. Animalium autem an- A teriora ad digeſtionem ſunt facilia: poſteriora vero econtra. ¶ De melioribus autem animalium partibus ſunt carnes rubeæ, muſculoſæ, paucæ pinguedinis, non multum vicinæ partibus extremis & locis expulſionum. Talis namque caro melius omnibus aliis exhibet nutrimentum, & proprie cum fuerit ex alis & coxis accepta conuenientior in mane ſi fuerit elixa, in ſero vero aſſata. Frixa vero non placet propter faſtidium & nauſeam & difficultatem digeſtionis quam facit, & grauitatem capitis. Igitur melior præparatio carniũ eſt, dũ in veru aſſatur vel in craticula coquitur. ¶ Salſedo vero in cibariis multa non placet. Omnia enim ſalſa, acuta, vaporoſa ſunt, & os ſtomachi lædentia & malum nutrimentum exhibentia, vt *13. tertii, c. præallegato*, colligendum eſt. Hæc in ſumma de cibis dicta ſufficiant. B

Potus. De potu autem leuiter tranſeundum, præmittendo, quod conueniat ei potus vini albi vel ſubrubei, clari vel diaphani, aromatici & boni ſaporis, ad fumoſitatem inclinati magis, quam ad aquoſitatem. Et in ſumma omne vinum quanto aquoſius & craſſius reperitur, tanto ei deterius eſt: propter quod non laudo aquæ vſum. ¶ Si autem contingeret æſtas aut neceſſitatis cauſſa oporteret ipſum vti aqua, eligatur clara & bene munda a fonte vel puteo vel fluuio accepta a corruptis plantis & limoſitatibus alienata: quæ nullo odore extraneo vel ſapore ſit participans. Leuis exſiſtat & conuenientis frigiditatis in quolibet anni tempore, frigida actu potui commixta eſt ſimiliter talis. In hyeme autem ſimplex coqui poteſt, & proprie cum fuerit lutoſa vel arenoſa. Et portio eius, quæ in vino commiſceri debet, limitetur penes fumoſitatem vini & diſcretionem viri morali philo- C ſophia triti & bene edocti.

Hydromel. Si autem neceſſitatis cauſſa, aut dolorum iuncturarum vel renum, & propter multam ſtomachi frigiditatem vti vellet alio potu compoſito, placeret mihi, & valde vtile eſſet ei hydromel huius deſcriptionis. ℞. *aquæ electæ, vt ſupra ℔ xxv. mellis electi crudi & mũdi ℔ j. florum roriſmarini, florum andachochæ ana ℥ j. macis ℥ j ß. zinzib. caryophyllorum ana ℈ j cinamomi electi ℥ ij. coquantur omnia ſimul lento igne vſque ad conſumtionem tertiæ partis duabus remanentibus & coletur bis per pannum lineum bene denſum, & conſeruetur hic potus, quo vtatur ſimplici vel commixto cum vino ſecundum libitum ſuum: & erit ſingulare præſidium.* Hæc de potu taliter ſufficiant.

Motus & quies. Exercitium omne mediocriter factum eſt laudabile ſiue pedeſtre fuerit, ſiue eque- D ſtre, & proprie quando non inſtant accidentia vehemẽtia, quoniam oportet tunc quieſcere. ¶ Si autem aliis temporibus remaneret in membris laxitudo notabilis, quæ non poſſit ſufficienter per exercitium remoueri, bonum eſt applicare fricationes membris, niſi dolentia fuerint, & primo quidem fricatio fiat a genu vſq; ad nates, & a natibus vſq; ad ſpatulas inferius trahendo. ¶ Si autem particularem diuerſionem volueris facere a capite, fiat eius fricatio cum pannis mediocriter calidis: aut pectinetur caput ſæpe ante cœnam & prãdium. Hæc enim fricatio capiti facta multoties omni die eſt iuuatiua, quoniam attrahit vapores ad ſuperiora & remouet eos a parte oculi, *tertia tertii, cap. de debilitate viſus.* ¶ Ablutionem vero capitis non multum laudo in ipſo & maxime frequentẽ. Si autem lauare deſiderauerit, ſufficit hoc bis in menſe facere cum aqua cineris, id eſt li- E xiuio ſimplici facta cum fricatione cum ſapone albo: & ſtatim poſt ablutionem eius caput exſiccetur.

Aer. Regimẽ vero, quo vti debet ex parte aeris & loci habitabilis, nõ videtur mihi poſſibile ordinari: eo quia officium eius cogit ipſum nõ ſolum ciuitates & regiones: ſed magnam partem orbis permeare. ¶ Quod autem melius fieri poteſt, eſt, vt eligat habitationem ſuam in loco notabilis caliditatis ab occurſibus aquarum, humiditate multa & flatu venti humectatiui elongato. & ſit camera habitationis eius bene clauſa a terra eleuata, aſpectum habens ad Orientalẽ partẽ, ad caliditatẽ & ſiccitatẽ notabiliter inclinata naturaliter aut artificialiter cum incenſione ignis ex lignis iuniperi, lauri, tamariſci, abietis aut pini & aliorum ſimilium: ſi eſt poſſibile, nullo modo aſpectum habens ad oc- F cidentem ſit locus eius. in quo tamen aere diu conuerſari poſſet, laudarem fieri ſuffumi-

Puluis pro ſuffitu. gationem cum hoc puluere carbonibus ignitis ſuperaſperſo. ℞. *ſandaracæ, colophoniæ, galliæ muſcatæ, thuris gummoſi ana ℥ ij. ſtyracis calamitæ ℥ ß. fiat puluis.* ¶ De annexis autem aeri quantum ad veſtes, corpus ſatis debet eſſe munitum pellibus, caput & totum corpus eius

a fri-

a frigore notabiliter tuentibus: & multum diligerem, vt portaret coöperturam capitis
cum byreto ſuffulto ex dorſis variorum aut ſaltem ex pellibus agninis vel vulpinis nota-
biliter calidis.
Abſtinentiam a cibo multum à regimine ſuæ ſanitatis elongatam non laudo. Ipſa *Inanitio & repletio.*
enim in ſtomacho non bene mundo facit multiplicari materias iuxta famoſum illud
ſcriptum *3. primi, cap. de regimine per cibum. Tolerare famem ſtomachum putridis replet humorib.*
¶ Adhuc etiam non placet mihi abſtinentia multa a cibis ſubtracta eorum quantitate,
vt medietate. verbi gratia: aut nihil comedendo per totam diem: aut valde parum pro-
pter debilitatem, quæ virtuti accidit totius ſtomachi: cuius nocumẽtum eſt maius mul-
tiplicando ſperfluitates per viam indigeſtionis, quam iuuamentum factum per conſum-
B tionem materierum abſtinentiam conſequentem. Similiter etiam deteſtanda eſt ei ci-
borum repletio notabilis eo, quia dolorem grauatiuum in ſtomacho efficit & calorem
naturalem circumtegendo ſuffocat, quare non video modum in abſtinendo magis eli-
gibilem, quam illum, quo fit ſubtractio quartæ partis ciborum & potuum, in quo tamen
diu perſeuerandum eſſe non laudo. Obſeruet etiam in ordine ſuæ cibationis hos cano-
nes. ¶ Primus, quod nunquam accipiat cibum vel potum niſi inuitetur a naturali appe- *Canones in ordine cibationis obſeruandi.*
titu & non mendoſo. ¶ Secundus, quod cum incurrit verum appetitum, ilico cibum
accipiat, non tardando, propter auctoritatem ſuperius allegatam. ¶ Tertio, quod cum
diu abſtinuerit, ſit parcus in accipiendo cibum ſubtrahendo ipſum magis, quam ſatisfa- 1.
ciendo appetitui notabiliter intenſo. quoniam deterior eſt fertilitas tempore ſterilita- 2.
C tis, quam econuerſo. ¶ Quartus canon; quod omnem cibum, quem accipit, prius, quam 3.
deglutiat, ſufficienter maſticet. qui enim odit vitam ſuam, cibum deglutiat ſine maſtica- 4.
tione congrua. ¶ Quintus, quod in vna cibatione effugiat varietatem diuerſorum edu- 5.
liorũ & diuerſarum præparationum ipſorum. qualiter enim ſe habet ciborum & potuũ
diuerſitas in complexione, qualitate, ſubſtantia, odore, colore & ſapore: taliter ſe habẽt
humores ex eis geniti. quare corpus ex eis oneratur, & ab eorum digeſtione debita no-
tabiliter elongatur. ¶ Sextus & vltimus canon eſt, quod nunquam accipiat cibũ vel potũ 6.
cum perſenſerit in ſtomacho abominationem, faſtidium, nauſeam & ſubuerſionẽ. hæc
enim omnia proueniunt a materia ſuperflua in quãto, aut in quali vel vtriuſq; ſimul, qua-
re oportet dare tempus virtuti ad correctionem & digeſtionem horum. ¶ Si autem vir-
D tus non poſſet ſufficienter attingere nocumenta prædicta: tunc ſi percipiat materiam
moueri per ſuperius, euacuetur ſtatim vomitum prouocando. Cognoſcitur autem hoc *Signa materiam moueri per ſuperius.*
per ſigna. ¶ Primo per grauitatem perceptam in ore ſtomachi. ¶ Secundo, per a-
ſcenſum cibi aut potus ad ipſum. ¶ Tertio per eructuationem frequentem. ¶ Quar-
to per ſubuerſionem, quæ eſt motio præcedens vomitum. ¶ Quinto per quaſ-
dam mucilaginoſas ſuperfluitates ſæpe per vomitum emiſſas. ¶ Vomitiuum igitur *Vomitoriũ.*
leuiſſimum poterit eſſe hoc. ℞. *ſyrupi acetoſi ſimplicis ℥ ß. aq. putealis ℥ ij. miſce, & detur tepidũ
totum.* Similiter poteſt fieri accipiendo cyathum vnum, in quo ponatur quarta pars aceti
& ℥ j. ſacchari rub. & tepidum detur. ¶ Aliud vomitiuum pauliſper fortius illo eſt hoc. ℞. *Aliud.*
radicum raphani, contunde & exprime ab eis ſuccum: cuius accipe quartam partem cyathi & aq. cya-
E *thum medium, pulueris ſacchari ℥ j. miſce, & da totum tepidum in potu.* ¶ Et ſi poſt aſſumtionem
alicuius iſtorum vſque ad vnam horam euomet, bonum eſt. Si autem non, imponatur
digitus in radice linguæ aut penna inuncta oleo illic agitationem faciẽdo vſquequo vo-
mitus prouocetur. Et ſi forte contingeret materias prædictas non habere raptum per ſu-
perius, ſed ad inferiora declinabunt magis, tunc educendæ ſunt cum hoc clyſteri, quod
eſt conueniens in æſtate, & medietate primæ veris. ℞ *foliorum maluarum, viol. bletæ an. M* *Clyſter.*
*ij. coquantur in conuenienti quantitate aquæ vſque ad conſumtionem tertiæ partis. cuius decoct. acci-
piatur ℔ j. olei viol. olei liliorũ alb. ana ℥ j. ſalis gemmæ ʒ j ß. vel ſalis communis ℥ ß. ſacchari rub.
caſſiæ fiſtulæ, benedictæ, hieræ ſ. ana ℥ ß. miſce & impone totum.* ¶ *Si autem clyſtere iſtud volueris effi-
cacius, & proprie in hyeme: tunc prædictæ decoctioni adiunge ſemnis aneti, cymini, leuiſtici & aniſi a-*
F *na M ß. & prædictis oleis adiunge olei irini ℥ j. & prædictis medicinis appone diacaſtorei, electuarii
de baccis lauri ana ʒ j.* Hæc de regimine inanitionis & repletionis.
Circa ſomnum autem & dormiendi modum habeo materiam increpandi aliqua- *Somnus & vigilia.*
liter prauitatem tanti viri, eo quia non ſolum egreditur metam in dormiendo amplius
quã oporteat, immo in vigilando plus q̃ debeat menſuram ſibi conuenientẽ & naturalẽ

notabiliter tranſgrediendo. & iſta eſt vna de cauſſis facientibus in eo regenerari ſuper- A
fluitates multas & accumulari. Si enim conuenienter dormiret in tempore, quo natura-
lis eſt dormitio, ſcilicet in nocte, melior fieret in eo digeſtio & virtutum animalium re-
ſtauratio & canalium vel viarum præparatio ad expellendas ſuperfluitates: eo quia calo-
rem naturalem interius reuocat & continet, & facit meliorem nutrimenti diſtributio-
nem, & præparat ad expulſionem ſuperfluitatum ſubcutanearum, quod apparet ex ſu-
dore, qui in ſomno contingit. Cum ergo non dormiat quantum oportet: immo valde
minus illo, & menſuram excedat in vigilando: neceſſe eſt ipſum incurrere diminutioné
digeſtionis, & debilitatem virtutis, quæ omnia facile legi poſſent, *2. primi, doctr. 2. ſumma
prima, cap. 13.*

Igitur poſtquam cœnam acceperit, & iam hora vna cum dimidia vel duæ tranſiue- B
rint, dimittere debet ſermocinantium conuerſationes, & exponere ſe ad dormiendum
capite præ aliis partibus notabiliter eleuato. & primo quidem ſuper dextro latere recũ-
bendo; deinde ſuper ſiniſtrum ſe reuoluendo: & ſi deberet a talibus ſitibus dormiendi
declinare, melius eſt, vt dormiat ſuper ventre ſuo, quam ſuper ſpina. ¶ Laudo tamen,
quod in tempore ſuæ dormitionis teneat ſuper ſtomacho ſuo applicatum plumaceolũ
de minuta & molli penna plenum, aut de plumis vulturis, aut de tonſura panni tincta in
grana ſufficienter. & oportet plumaceolum ſæpe calefieri, aut ſaltem duplicatum habe-
re, ne humiditas ſudoralis & altera in ipſum infuſa infrigidando vel poros oppilando
noceat.

Sit autem menſura ſomni cõueniens, octo horarum, aut ad minus ſeptem, & ſi cõ- C
tingat ipſum non poſſe tantum in dormiendo tempus expendere, defectum dormitio-
nis nocturnæ ſuppleat dormitione diurna, vt tota dormitio diei naturalis non ſit minor
octo horarum, vt iam dictum eſt: & eſt tertia naturalis diei pars. ¶ In dormiendo etiam
membra eius conuenienter cooperta teneri debent ſeu conſeruari: & proprie in tempo-
re anni frigido, & humido, & in locis frigidis & humidis, in quibus frequenter dormire
neceſſarium eſt. ¶ Reliquo autem tempore vigilare oportet & expendere tempus eius
in exercitiis animalibus; dato, quod poſt aſſumtionem cibi ab exercitiis corporalibus
abſtinere ſaltem per duas horas maxime ſalutiferum foret.

Accidentia animi. De accidentibus animi, quæ ſunt paſſiones contriſtantes & animam anguſtia oc-
cupantes, paruum oportet facere ſermonem religioſam vitam agentibus. plurimum e-
nim tales de Deo cõtemplantes & de bonis, quæ fuerunt in vita tractatis humana a mar- D
tyribus & ſeruis Dei negotiantur in attritione animi & eius triſtitia. Propter quod ſi ta-
libus aſſueti ſunt, difficile foret eos ab hac diſpoſitione permutare & minus ab ea lædũ-
tur, quam alii inſueti. ſententia veteris. *ſect. 2. aph. 49. Aſſueti aſſuetos ferre labores, & ſi imbe-
cilles fuerint inſuetis minus moleſtare.* ¶ Illud tamen, quod ex contemplatione phyſica ſcribi
debet, eſt, quod non ſit bonum animam occupari in talibus accidentibus, affixis tamen
& multum perdurantibus, quoniam talia exterminant corpus ab ea, quæ eſt ſecundum
naturam conſiſtentia, *3. techni.* ¶ Si tamen neceſſe eſt ipſum occupari paſſionibus animi,
ſaltem non ſit eius meditatio circa triſtitiam ex nocumento ægritudinum prouenien-
tem, ita vt deſperet de ſalute ſui: cum omnia talia accidentia & ægritudines ſint ſanabi-
les, vt nunc in poſterum videri poteſt. E

Cap. III. *De regimine per medicinalia continens rubricas ſeptem.*

Licet regimen medicinale diſpoſitionibus in primo cap. in exordio no-
minatis, quibus reuerendiſſimus pater moleſtatur, particulariter vnicuiq;
illarum appropriatis ſecundũ intentiones conuenientes poſſet ſcribi, quia
tamen talia regulariter magis applicantur in curis ægritudinum diſtinctis
ex parte reuolutionis temporaneæ ipſarum. Et hæ ægritudines tranſiuerũt
iam principium & augmentum vniuerſalia, & ſunt in ſtatu vniuerſali iam confirmatæ:
ideo videtur mihi conuenientius inſcribere remedia, quæ eiſdem videntur eſſe in hoc F
tempore magis appropriata.

Rubrica I. *De euacuationibus vniuerſalibus.*

Incipiam igitur a ſtomachi diſpoſitione, quæ ſæuior & periculoſior eſt & omnium
aliarum radicalis cauſſa, vt ſuperius huius tractatus cap. primo deductum eſt. ¶ Placet
igitur

A igitur mihi, quod venerandus pater p̃dictus ſingulo anno vniuerſali euacuatione duab. vicibus purgetur, ſcilicet in menſe Aprilis & in fine Septembris: propter quod ſcribam hic inſtrumenta his purgationibus deſeruientia. ¶ Primo itaque in menſe Aprilis a quinta vſque ad vigeſimam quartam diem lunaris illius purgetur hoc modo. Nam vno mane in aurora accipiat hoc minoratiuum calidum cum ℥ ij. aquæ decoctionis ſeminis rutæ vel foliorum eius, & ℥ j. ſacchari; & tardetur cibus poſt ipſum horis quinq;, & tunc accipiat cyathum vnum aquæ cum ſaccharo coctæ calidæ, & poſt ipſam tardet cibum per vnam horam. Minoratiuum eſt hoc. ℞. *electuarij de pſyllio* ʒ *iij. electuarii Indi* ℥ *ij. miſce.* ¶ Poſt minoratiuum prædictum accipiat digeſtiuum ſequẽti die hora prædicta calidum, quod continuet octo vel decem diebus; vſquequo in fundo vrinæ ſuæ apparuerit ſedimen al- *Minoratiuum.*

B bum, coniunctum, æquale & diaphanum. ¶ Poſt illud digeſtiuum aſſumat ſolutiuum ſequens, & poſt ipſum obſeruet omnia; quæ poſt minoratiuum iam deſcriptum ſunt ſcripta obſeruari debere. ¶ Eſt autem illius digeſtiui deſcriptio. ℞. *florum vel foliorum ſtæchad. thymi, epithymi, calamenti, pulegii, herbæ paralyſis, ſpicæ neriden, florũ buglоſſæ & boraginis, radicum eryngii, myrobalanorum chebul. enulæ, fœniculi, eufragiæ, maioranæ, rutæ nigellæ an.* ℥ *ij ſem. pæoniæ & radicum eius, folii, ameos, cardamomi maioris & minoris, anthos an.* ℥ *j: radicis iris, acori, cymini, ſem. leuiſtici, carui an.* ʒ *iij. infundantur omnia in libris duodecim aquæ fontis per quinq; dies. deinde extrahantur & dimittantur parũ euaporari: poſtea cũ prædicta aqua coquãtur vſq; ad conſumtionem medietatis. deinde vehementer exprimantur & colentur, & huic colaturæ ſuperaddatur aceti ſquillitici* ℔ ß. *ſacchari ſecundæ coctionis* ℔ *ij. mellis electi* ℔ *j. & omnia coquãtur* *Digeſtiuum*

C *vſq; ad ſufficientẽ ſpiſſitudinẽ. De hoc ergo ſyrupo accipiat* ℥ *ij. cum* ℥ *iij. aq. decoct. cymini & ſem. rutæ ana, dum autem coquitur prædictus ſyrup. aromatizetur cum his ſpeciebus in panno ligatis.* ℞. *macis, nucis muſc. ana* ʒ ß. *galangæ, granorum paradiſi, cubebarum, eufragiæ, fœniculi ana* ℈ *j. ambræ, moſchi ana gran. iij. fiat vt dictum eſt.* ¶ Si autem velis digeſtiua conuenientiora illo & facile reperibiliora & minorem expenſam facere, accipere potes quam plurima talium ex ſententiis auctorum hincinde collecta, vt ſyrupos ſquilliticos omnes, & præcipue ſyrupum ſquilliticum deſcriptione Democriti, ſyrupum de calamento, ſyrupum de ſtœchade, ſyrup. de cheiſin & ſecaniabin, ſyrupum de lilio, ſyrup. de hyſſopo, de abſinthio & cõſimiles, quorum omnium deſcriptionem lege 5. *can. ſumma prima tractatu 6. & a Meſ. in antidot. ſuo diſt. ſexta.* ¶ Et ſi velis digeſtiuum leue omnibus diſpoſitionibus prædictis commune. ℞. *ſyrupi* *Aliud leue.*

D *de abſinthio, ſyrupi de calamento, ſyrupi acetoſi compoſiti ana* ℥ ß. *aquæ radicum iris, æquæ meliſſæ, aquæ fœniculi ana* ℥ *j miſce: & da vt ſupra dictum eſt.* Accepto autem digeſtiuo hoc vel illo eradicetur materia cum hoc electuario. ℞. *electuarii Indi* ʒ *ij. electuarii de baccis lauri* ʒ *j. benedictæ ſimplicis* ʒ *iij. miſce: & accipiatur totum cum aqua abſinthii, fœniculi vel apii.* Si autem cõtingeret in vere caliditatem continentis inualeſcere: tunc prædictis digeſtiuis admiſcere potes aquam aliquam, quæ refrangat eorum audaciam & caliditatem, ſicut aquam endiuiæ vel acetoſæ vel violarum, quæ frigidæ ſunt, aut aquas temperamentum habentes, quæ reſpectu caliditatis intenſæ infrigidatiuæ dicũtur: velut aqua ilion vel aſparagi, lupuli, capil. Ven. graminis & ſimilium. Similiter etiam refrangere potes electuaria prædicta refrangendo ea cum ſyr. viol. roſ. & de nenuphare. Ex quibus tandem conclude- *Electuariũ eradicans.*

E re potes, quod talibus vti vales, tam in vere, quam in autumno refrangẽdo ipſa; ſicut iam dictum eſt ex fundamento contemplationis theoricæ de compoſitione medicinarum & refractione ipſarum in gradibus & qualitatibus per conuenientia pondera, quæ non cadunt ſub contemplationem viri, niſi in ſapientia medicinæ bene triti & edocti.

Rvbrica II. *Ad diſpoſitionem ſtomachi.*

FACTIS autem purgationibus iam prædictis, opportunũ eſt, vt vtatur medicinis prohibentibus generationem ventoſitatum & materierum phlegmaticarum in ſtomacho ſuo iam genitarum carminantibus & ſedantibus dolorem extenſiuum & pungitiuum, qui frequenter accidit ei reuolutio-

F nibus paroxyſmalibus. Primum ergo medicamen eſt vſus confectionis diacinamomi deſcriptione Auicennæ *quinto can.* aut Meſuæ *in antidot. diſtinctione prima.* Secundum eſt aromaticum roſatum deſcriptione Gabrielis a Meſue in antidotario colligendum, vt iam dictum eſt. Tertium eſt confectio diacymini deſcriptione Nicolai in antidotario. licet mihi melior videatur deſcriptio eius, quæ colligitur a Serapione *ſepti-*

mo breuiarii, auctoritate Galen. Quartum eſt confectio de xyloaloes deſcriptione Auicen. A
quinto can. ſumma prima. ¶ Quintum confectio diamuſci dulcis deſcriptione Meſuę *di-
ſtinctione iam dicta.* Et omnia hęc ſunt efficacia. licet mihi magis placeret confectio diaci-
mini ſuperius allegata. Et omnium horum accipiat ʒ ij. vſque ad iij. ſemper ante cibum
aut poſt cibum reuerentia legis & obſeruatione diuini cultus in celebrando. ¶ Sex-
tum & ſpeciale eſt vſus electi mithridatii, ex quo accipiatur ʒ j. bis in ſeptimana in auro-
ra. & tardetur cibus poſt per quatuor horas. ¶ Septimum eſt electuarium deſcriptum ab
Auicen. *quinto can. ſumma prima*, quod nominatur ſotyra, id eſt ſaluatrix. cuius electuarii
accipiatur ʒ j. cum vino aromatico & potenti. ¶ Octauum vſus huius vnctionis quan-
Vnguentum doque applicatæ ſaltem ter in ſeptimana. Cuius deſcriptio eſt hæc. ℞. *olei muſcelini, olei de
ireos, olei de mentha ana ℥ j. ſeminis rutæ, cymini, leuiſtici, carui, ameos, folii ana ʒ j. ambræ, moſchi a-* B
na gran. ij. ceræ, quantum ſufficit, fiat vnguentum molle & applicetur ſtomacho ieiuno calefactum.
Aliud. ¶ Ego autem cum volo medicamen leuius illo, *accipio olei de abſinthio, olei de mentha, olei de
rutæ ana ℥ ß. ligni aloes, pulueris origani & menthæ ana ʒ ß. miſce. & ex eo vngatur ſtomachus, vt
prædictum eſt.* ¶ Nonum medicamen & ſpeciale eſt ceratum hoc, quod ſtomacho
Ceratum. applicatum longo tempore portetur. ℞. *laudani electi ℥ ß. reſinæ electæ ℥ j. maſticis, caryophyl-
lorum, ſpodii, menthæ, cyperi, abſinthii, granorum paradiſi ana ʒ j. ambræ, moſchi ana gran. ij. ceræ
quantum ſufficit: fiat ceratum ſcutale & applicetur ſtomacho ſuo.* ¶ Decimum medicamen
& ſpeciale conueniens ſtomacho ventoſitates carminans renibus, iuncturis, capiti & o-
mni ſuæ diſpoſitioni vtilis eſt vſus zinziberis conditi, de quo in regimine per cibos ali-
quid dictum eſt. & accipiat ex eo ſaltem tribus vicibus in ſeptimana radicem vnam. C
¶ Vndecimum eſt, vt accipiat ſaltem ter in ſeptimana myrobalanum chebulum vnum
conditum, & tardet poſt ipſum cibum per quinque horas. ¶ Duodecimum proprie
adminiſtrandum tempore inſtantiæ doloris in ſtomacho & conſtrictionis anhelitus e-
ius eſt, vt ſtomacho ſuo fiat euaporatio cum hoc compoſito calefacto in tegula vel in
caldari ſiccis, & poſito in ſacculo de panno lineo, & calidum ſæpe ſtomacho ſuperpona-
Sacculus ſtomachalis tur & permutetur. Cuius deſcriptio eſt hæc. ℞. *origani, calamenti, pulegii, menthæ, abſinthii
ana M. ij. cymini ℥ j ß. aniſi M. ij. ameos, ſeminis rutæ, carui & leuiſtici ana M. j. contundantur craſſo
modo, & fiat ex eis vt dictum eſt.*

Si autem poſt doloris remotionem remaneret eidem pulſus cordis, debili-
Aliud. tans ipſum, tunc applicetur ei ſacculus iſte ex ſindone de grana factus cum his ſpeciebus. D
℞. *ſpecierum electuarii de gemmis, ſpecierum elect. de ligno aloes, ſpecierum diambræ ana ʒ ij. fiat ſac-
culus vt dictum eſt.*

Et ſi remaneret poſt prædicta coarctatio in anhelitu, accipiat per duas horas poſt
Potio. cœnam hoc medicamen mihi expertum, quod eſt mirabile. ℞. *electuarii diairis deſcri-
ptione Nicolai ʒ j ß. ſacchari alb. ʒ iij. aquæ decoctionis croci calefactæ ℥ j ß. miſce, & poteſt etiam
accipi cum vino dulci calefacto.* Hæc de his quæ ſtomacho conferunt & in difficultate anhe-
litus tanquam meliora ſufficiant.

Rubrica III. *Ad ſcothomiam & imaginationes.*

E

SCOTHOMIÆ vero & imaginationibus eius conferunt electuaria & con-
fectiones ſupraſcriptæ quam plurimæ, vt mithridatium, myrobalanorum
chebulorum vſus, de quibus dictum eſt.

Specialia vero huic diſpoſitioni nonnulla experta reperiuntur. quo-
Puluis. rum primum eſt hoc. ℞. *macis ℥ ß. pulueris eufragiæ ℥ ij. fiat puluis ſubtilis & mi-
ſceantur adinuicem, & de hoc puluere accipiatur cum modico vini vel brodii ℈ ij. ante cibum ſæpe.*
Cum ipſo enim multos a ſcothomia & imaginationibus multis ſæpe ſanaui poſt eua-
cuationes.

Secundum medicamen & ſpeciale eſt maſticatio recentis radicis ireos aliquanto
ieiuno ſtomacho facta. ¶ Tertium maſticatio cubebarum. ¶ Quartum aſperſio F
bregmatis cum puluere caryophyllorum ſæpe facta, quando itur ad lectum. ¶ Quin-
tum odoratio maioranæ ſæpe facta. ¶ Sextum maſticatio foliorum eius, immo &
comeſtio eius ſæpe accepta.

A ### Rvbrica IIII. *Ad ſtypticitatem ventris.*

STypticitatem vero ventris licet cum multis remediis curare ſoleam, tria tantum hic conſcribam, quæ mihi vtiliora videntur: quorum primũ eſt puluis iſte. ℞. *violarum, ſeminis endiuiæ, ſcariolæ ana ℈ j. thymi, epithymi an. ʒ j. folliculorum ſenæ ℥ iij. tartari ʒ j ß. cinami electi ʒ ß. macis, aniſi ana ℈ j. fiat puluis ſubtilis, de quo ante cibum accipiatur a ʒ j. vſq; ad ij.* ¶ Secundum remedium eſt vſus huius electuarii, de quo ante cibũ immediate accipiat cochlear ß. vſq; ad j. deglutiẽdo ipſum. ℞. *mucilaginis ſebeſten ℥ iij. penidiarum ʒ j cymini, aniſi, violarum ana ℈ j folliculorum ſenæ, hermodactyl. epithymi an. ʒ ij ß. fiat electuarium cum ſufficienti quantitate mellis violarum, & accipiatur* B *vt ſupra.* ¶ Tertium eſt vſus harum piluarum, quæ ſuperfluitates phlegmaticas, fæces & ventoſitates educunt, quarum deſcriptio eſt ℞. *aloes electæ ℥ ij: ſem. rutæ, maſticis, cymini, ameos ana ℈ j. agarici electi ʒ iij. ſalis Indi ℥ ß. infundantur omnia in ℥ v. ſucci endiuiæ per quatuor dies: deinde exponantur ſoli vſq; ad exſiccationem ipſorum, & iterum renouetur ſuper eis ſuccus bene cõmiſcendo. & fiat hoc quatuor vicibus. De materia itaq; illa fiant pilulæ, de quibus vna accipiatur immediate ante cœnam, & ſunt valde vtiles.*

Puluis. Electuariũ. Pilulæ.

Rvbrica V. *Ad ſodam.*

ANtiqvvm vero dolorem capitis remouere poſſent euacuationes, electuaria & confectiones ſupra ſcriptæ: Si autem proteruior eſſet dolor ille C aduocans ad ſe medicinas maioris efficaciæ, tunc applicetur alteruui iſtorum quatuor. ¶ Primum, vt omni alterno ſero per duas horas poſt cœnam accipiatur ʒ ß aureæ Alexandrinæ cum ℈ j. aquæ maioranæ. ¶ Secundum eſt gargariſma factum mane in mediis tertiis, & ante cœnam cum hac decoctione. ℞. *aſari, arthanitæ, ſtæchados, pulegii, epithymi, ireos ana ʒ j. ſucci liquiritiæ ʒ ij. cymini, aniſi, fœniculi ana ʒ j. coquantur omnia in ℔ iij. aquæ vſque ad conſumtionem tertiæ partis, & verſus finem decoctionis adiungantur mellis ℥ iiij. deinde bulliat vt dictum eſt. De hac igitur decoctione colata & calida accipiatur in os gargarizando, vt dictum eſt.* ¶ Tertium eſt caputpurgium factum cum hac commixtione. ℞. *aquæ ſublimationis radicum iris & maioranæ ana ℥ j ß. ſacchari alb. ℥ j. ambræ ſubtiliſſime tritæ gra. ij. miſce, & caleſiant, & fiant huius mixtionis tractus per nares leuiſſime ore prius conuenienter* D *impleto aqua.* ¶ Quartum licet aliquibus videatur horrendum, eſt odoriferum hoc. ℞. *caſtorei electi ʒ j ß. rutæ, cubebarum, nucis muſ. ligni aloes ana ʒ j. fiat puluis; & ligetur in ſindone, & ſæpe odoretur.*

Gargariſma. Caputpurgium. Nodulus odoratus.

Rvbrica VI. *Ad dolores iuncturarum.*

SI autem contingat materias ad iuncturas inclinari, adeo, quod dolorem efficiant in eis, tunc dato, quod eis conferre poſſint plurima eorum, quæ ſcripta ſunt: tria tamen ſpecialia remedia conſcribam. ¶ Quorum primum eſt hoc locale, quod pedibus & genubus frequenter applicetur. ℞. *olei omphacini ℥ ij. pulueris ſandaracæ ʒ ij. terantur diu ſimul in mortario; & ex eis actu calidis* E *vngantur membra.* ¶ Secundum eſt frequens fricatio iuncturarum facta cum oleo contrito cum ſale, quo actu calido inungantur membra, velut accipiendo olei vnius anni lib. ß. ſalis ℥ j. fiat vt dictum eſt. ¶ Tertium eſt frequens ablutio cum aqua calida, in qua artifices extinguũt ferramenta fabrilia, ex qua iuncturæ lauentur, & bene poſtea exſiccentur.

Iunctis.

Rvbrica VII. *Ad dolores renum.*

DOlori vero renum eius conferunt quatuor mihi ſpecialia inuenta vtilia. ¶ Primum eſt vſus huius confectionis, de qua ſemper ante cibum accipiat rotulam j. trium aut quatuor drachmarum. ℞. *ſem. apii, medullæ granorum pæoniæ ana ʒ ij. ſpecierum electuarii lithontribon ʒ ß. ſacchari alb. ℥ iiij. fiat cõfectio ſolida cum aqua eupatorii.* F ¶ Secundum eſt vſus harum pilularum, de quibus pluribus diebus continuis cum inſtantia doloris renum accipiantur quinque in aurora. ℞. *lapidis Aegyptiaci, lapidis Iudaici, lapidis ſpongiæ an. ʒ j. ſucci liquiritiæ, ſeminis aſparagi, caſſiæ lig. ana ℈ j. vitri combuſti ʒ j ß. fiant pilulæ cum ſucco apii, & accipiantur, vt ſupra* ¶ Tertium eſt vſus

Rotulæ. Pilulæ.

Potio.

harum aquarum. ℞. *aquarum iris, eupatorii & acori ana partes æquales, miſce,* & accipiantur ex A eis ℥ v. vel vj. in aurora, vt dictum eſt. ¶ Quartum eſt vnctio hæc renibus applicanda. ℞. *olei de neriden, olei de ireos ana* ℥ j ß. *granorũ milii ſolis, ſeminis apii, rutæ an.* ʒ j. *granorũ alkekengi* ℥ j. *terantur omnia ſimul longa contritione in mortario. Deinde ex his ſæpe fiat iliis & renibus & toti ſpinæ inunctio cum eo calefacto.* ſedat dolores, expellit ventoſitates, educit arenas & lapillos: ex quorum eductione tandem felicitabitur eius vita, ad laudem & gloriam ſummi conditoris, Amen.

Vnguentum

CONSILIVM CCXLIX. *De nocumento digitorum manus.*

IMPEDIMENTVM debiti motus manus huius nobilis viri manifeſtum eſt, quoniam digitos manus ſaltem quatuor contrahere non poteſt ad ca- B piendum & tenendum ea, quæ deſiderat capere & tenere. Similiter etiam neque conuenienter ad extra poteſt extendere manum, ſaltem digitum auricularem & annularem. ¶ Cuius quidem impedimenti motus cauſſa eſt durities in chordis muſculorum, & in neruis totius manus quinque digitorum: huius autem duritiei cauſſa eſt materierum congelatio vel induratio in prædictis membris, quæ potuit a frigiditate fieri continentis vel medicinarum, quæ appoſitæ fuerunt. ¶ Et potuit etiam hæc materierum incraſſatio contingere ab immediata caliditate & ſiccitate medicinarum, quæ reſoluerunt & exſiccauerunt ſubtiliores partes materierum, & reliquerunt craſſas taliter induratas. Vnde ſi materiæ illæ fixæ remanebunt in partibus, dubium non eſt, quin vir iſte nunquam poſſit operationes digitorum ſuorum motus con- C uenienter habere.

Eſt igitur in cura eius accelerandum cum regimine nunc ſequente. Primo quidem caueat habitationem ciuitatis & camerarũ frigidarum & habitacula ventoſa: & maxime a partiali frigiditate manus ſibi præcauere debet: immo ipſam cheirotheca bene calefaciente tueri.

In cibis vero euitet omnia, quę ſunt viſcoſa, craſſa, oppilatiua & infrigidatiua: velut ſunt carnes craſſæ, cutes, nerui & pelliculę animalium & cibi paſtiles: multa piſcium quãtitas: & maxime viſcoſorum, vt anguillæ, tinchæ & cancri. ¶ Et caueat etiam a multo lacte & caſei vſu, pane antiquo combuſto & azymo, & ab vſu fabarum & phaſeolorum, a fructibus & herbis infrigidantibus, vt ſunt pyra, cydonia, lactuca, bieta, portulaca: & D conſimiles. ¶ Et effugiat vinum craſſum, nigrum & valde dulce. immo omne vinum ſimplex, ſi potens eſt, dimitti debet, niſi cum aqua refractum. Et caueat a rebus, quæ ſua grauitate vel compreſſione manui applicari poſſent. ¶ Item a dormitione prolixa & maxime diurna, quæ eſt cauſſa multiplicationis phlegmatum, quæ redderent ſanguinem craſſum, oppilatiuum & reſolutioni indiſpoſitum. ¶ Et caueat a multa quantitate ciborum & potuum in quacunque cibatione acceptorum. De reliquis deterioribus eſſet frequens vſus aceti & omnium acrium, maxime cydoniorum. In aliis autem regat ſe vt ipſi placet.

Curatio.

De regimine vero medicinali manus huius generoſi viri hæc videntur mihi neceſſaria obſeruari debere: ſaltem, vſque ad decem dies futuri menſis Martii. ¶ Primum eſt E hoc. ℞. *aloes infuſæ per quatuor dies in aqua ſublimationis radicum ireos* ℥ ij. *agarici, turbith electorum ana* ʒ j ß. *hermodactylorum* ʒ ij. *maſticis* ℈ j. *zinziber. aniſi, cynamomi, macis ana* ℈ ß. *diagridii* ℈ ij. *miſceantur omnia per ſe ſubtiliter trita cum prædicta aloe, & fiant pilulæ ex omni* ʒ vj. *de quibus iſte vir omni quarta vel quinta die accipiat vnam per octauam partem horæ ante cœnam.* mundificant enim neruos, ſtomachum & caput a phlegmate apto diſcurrere ad neruos & chordas & implere eos.

Pilula.

Vnguentum

Secundum remedium eſt. ℞. *olei de myrto, olei de maſtice ana* ℥ j ß. *ſpodii, karabæ, coral. ru. ſanda. ana* ʒ j. *maſticis, thuris ana* ʒ ß. *glutinis chartæ* ʒ vj. *dragag. gummi Arab. ana* ʒ ß. *diſſoluatur gluten cum aceto nigro acerrimo, & incorporetur cum* ℥ ß. *ceræ, & verſus tempus infrigidationis addantur aliæ ſpecies & fiat vnguentũ bene tenax, cũ quo ſuper corio extenſo inuoluatur tertia pars* F *inferior brachii vſque ad raſetam excluſiue.* ¶ Tertium principale remedium eſt, vt accipiatur fruſtum lapidis molaris notabiliter in carbonibus ignitis calefactum, & poſitum in vas aliquod, & ſupereffundatur ei paulatim deſtillando quantitas vnius ß

Fomentatio.

lib. vi-

A lib. vini alb. bene potentis, & altera ß. lib. aceti albi acuti mixti inuicem. Cum ergo ele-
uatur a lapide ignito fumus circumquaque manus eius in eo ſuffumigetur, vſquequo no-
tabiliter ſudauerit. tunc ergo diligenter exſiccetur, & ita fiat omni mane ſemel. & tunc
inuoluatur manus pelle tribus vicibus notabiliter calefacta. ¶ Quartum eſt hoc. ℞. *olei de* *Vnguentum*
ſiſamo, olei amygdalarũ ana ℥ ij. medullæ cruris vituli, pinguedinis melis & anatis an. ℥ j. bdellii mol-
lis ℥ ß. galba. ʒ x. croci ʒ ß x. diſſoluantur gummi cum aceto albo & cum conuenienti quantitate ceræ
albæ fiat vnguentum molle. diſſoluatur itaque particula illius vnguenti ſuper quacunque medicatione
ſufficiens: & cum eo copioſe vngatur, itaq; vndique manus a cerato iam ſuper appoſito inferius. Et at-
tende, quod licet ſuffumigatio prædicta debeat fieri ſolum ſemel in die, vnctio tamen cũ
prædicto vnguento etiam in ſero fieri debet. ¶ Vltimum remedium eſt hoc. ℞. *gummi ce-* *Aliud.*
B *raſorum ℥ j. caſtorei bene pinguis, galbani ana ʒ ij. olei oliuarum antiquioris quam haberi poſſit libram*
mediam, medullæ crurum vituli, pinguedinis anſeris & gallinæ ana ℥ j. ceræ alb. ℥ j ß. croci ℈ ij. ligni
aloes ʒ ß. moſchi gran. ij. diſſoluantur gummi cum aceto alb: demum incorporentur cum pinguedinib.
& in fine ponantur pulueres, & fiat vnguentum molle. Cum ergo duodecim diebus continua-
uerit fumigationem & vnguentum, vt patet tertio & quarto cap. tunc applicet iſtud vlti-
mum vſque ad finem temporis Martii iam ſupradicti. His autem expeditis me erudiat
de ſtatu eius. Si enim non eſſet conuenienter curatus iuxta vota ſua, prouideretur ei cum
his, quæ meliora occurrerent. Ad laudem Dei, Amen.

Consilivm CCL. *De impotentia motus digitorum manus propter inciſionem manus cum enſe.*

C
NIsi ſectio totalis facta fuerit in neruis vel chordis, per quas motu volũtario mo-
uentur membra, ſuppoſito, quod facta fuerit ſectio partialis eorum aut quorun-
dam, & non omnium, adhuc poteſt haberi ſpes de reſtauratione motus partia-
lis membrorum, quæ mouebantur per inſtrumenta illa. Et quia non eſt rationabile o-
mnem neruum vel lacertum & eius ramos eſſe totaliter abſciſſos: ideo non plane de-
ſpero de poſſibilitate curæ, aut ſaltem de magna conualeſcentia huius viri.

Itaque procedatur in ea ſecundum modum infraſcriptum. ¶ Primo inquam ab- *Diæta.*
ſtineat ab vſu paſtilium & lacticiniorum ciborum, leguminum, piſcium & omnium val-
de ſalſorum. Similiter & a multo vſu potentis aceti & vini fumoſi, & proprie albi & ſub-
D tilis: & a frequentia coitus, aut forti manus exercitio, a frigiditate aeris, neque tangat a-
quam frigidam cum manu illa.

His præmiſſis vtatur hac euaporatione, accendatur lapis marchaſitæ vel molaris *Curatio. Suffumigatio.*
& ſuperponatur manus diſtanter per duos pedes & cooperto membro cum ladice, id eſt
ſclauina ab ea immota per vnum pedem: & ſuperfundatur paulatim deſtillando vinum
album ſubtile & fumoſum mixtum cum quarta parte aceti albi, & valde vſquequo con-
ſumatur metreta vna, id eſt phiala, voluendo aliquando manum nunc de domeſtica ad
ſylueſtrem, & econuerſo.

Poſtquam ergo hoc factum fuerit, membrum remoueatur & diligenter pannis ex-
ſiccetur calidis: & parum poſt diligenter inungatur cum hoc linimento actu calido: &
E poſt cooperiatur cum lana ſuccida bene pectinata & ſuperponatur palma manus corio
craſſo ſuſtentante ambos digitos læſos: & leuiter cum faſciis ligetur & a frigore cum cõ-
uenienti cheirotheca defendatur: & ita fiat omni die bis, ſcilicet in mane, & ſero per di-
es octo continuos. Cuius deſcriptio. ℞. *olei de ben. ℥ ij. olei de coſto ℥ j. pinguedinis leonis ℥ ß. ca-* *Vnguentum*
ſtorei pinguioris ℥ iij. croci ℈ ij. medullæ cruris bouis antiqui ℥ j. pulu. hermodactylorum, pæoniæ, ſtæ-
chados & abrotani ana ʒ ß. ceræ quantum ſufficit, fiat vnguentum mediocris viſcoſitatis. Cum au-
tem per dies octo applicata fuerint remedia iam prædicta, tunc applicetur hoc vnguen-
tum abſque fomentatione, quod conuenientius eſt ad aperiendum vias tranſitus ſpiri-
tuum animalium ad membra, & confortat ſubſtantiam eorum. Cuius deſcriptio. ℞. *olei* *Aliud.*
nardini ℥ j ß. olei de euphorbio ℥ j. olei de croco & de piperib. an. ℥ ß. ſtæchados, arthanitæ, piperis albi,
F *hermodactylorum, pæoniæ, origani, abrotani ana ʒ j. galbani bene pinguis, ſerapini, ammoniaci ana ʒ*
ij. olei de terebinthina ℥ ij. ceræ alb. ℥ j ß. coquantur ſimul gummi cum oleis leui & longa coctione &
prope infrigidationem eorum addantur pul. & fiat vnguentum, cum quo inungatur tota manus actu
bene calido bis in die. poſtea cooperiatur lana bene molli, & ligetur vt ſupra dictum eſt. Si igitur res

bene ſuccedat, ita procedatur per duas ſeptimanas alias: ſin minus, reſcribatur, & aliter prouidebitur. A

Consilivm CCLI. *De impedimento motus digitorum & raſetæ. Diuiditur autem conſilium in capita tria.*

Cap. I. *De cauſſis & ſignis diſpoſitionis prædictæ.*

Vir quidam obtulit mihi manum, cuius ægritudo principaliter eſt ablatio flexionis & extenſionis totius raſetæ manus. Similiter etiam & in duobus digitis manus eiuſdem, ſcilicet annulari & auriculari eſt prohibitio motus contractiui & dilatatiui & circumgyrationis eorum. In reliquis autem duobus digitis, ſcilicet medio & indice non eſt totalis prohibitio motus: ſed B diminutio, ita, quod aliquanto licet parum & debiliter per accidens, ſcilic. per colligantiam chordarum & muſculorum vicinorum, qui indurati ſunt moueri. ¶ Et eſt quidem diſpoſitio talis, in qua caderent ſpeculationes arduæ. Primo enim oportet ſoluere difficillimam quæſtionem, ſcilicet quare contingat in aliquo membro auferri motum & nõ ſenſum. In quacunque enim parte eius manus ſaluatur ſenſatio, per quam diſcernit inter omnia obiecta tangibilia occulte vel perceptibiliter applicata, omne enim obiectum frigidum, calidum, durum, molle, leue, graue & aliter organi ſenſus tactus immutatiui vir iſte conuenienter percipit. Motus autem in prædictis partibus aufertur, & non niſi propter ſolutionem continuitatis, quæ tranſuerſaliter ſentit ſe aut muſculum maiorem inferioris partis raſetæ, prohibetur tranſitus ſpiritus motiui a cerebro ad neruos muſculorum manus. C ¶ Si ergo per eandem viam vel neruos defertur ſimul ſpiritus ſenſibilis & motiuus, ergo facta prohibitione motiui ſpiritus tranſitus, de neceſſitate ſimul prohibetur tranſitus ſpiritus ſenſibilis, cum ſit vna & eadem numero, vt ſupponitur. conſequens autem repugnat experientiæ in hoc viro, quia ſentit manus & non mouetur, vt dictum eſt. ¶ Si autem diceretur, quod nerui, per quos defertur motiuus ſpiritus, nõ ſint iidem, per quos tranſit ſenſibilis ſpiritus, tunc facile eſſet ſoluere, quomodo eſſet ſaltem apparenter: dicendo quod ſolutio continuitatis facta fuit in neruis tranſitus motiui ſpiritus, & non in illis, per quos tranſit ſenſibilis ſpiritus. ¶ Forte autem adhuc dicendum tenendo primam opinionem, ſcilicet quod per eandem viam ad membra tranſeat vterque ſpiritus, ſcilicet ſenſibilis & motiuus. Dicendum etiam quod licet ſpiritus ſenſibilis D ad manus deferatur per neruos ramificatos a ſexto, ſeptimo & octauo pari neruorum orientium a nucha: vt patet *in primo Almanſ. cap. 4. & prima primi cap. 5. doctrina 5. cap. de neruis orientibus a nucha.* tamen quia vltra ſpiritum ſenſibilem ad motum requiritur inſtrumentum voluntarii motus, quod eſt muſculus, dicendum quod muſculus non potuit recipere ſpiritus motiui quantitatem ſufficientem ad dandum ſibi ſenſum & motum, ſicut contingere potuit in muſculum penetrare ſpiritum dantem ſenſum, quia ſpiritus ſenſibilis motiuo ſpiritu eſt ſubtilior. & quia maior eſt neceſſitas ſenſus in membro, quam motus quo ad ſaluandum vitam, quoniam animal eſt animal per ſenſum. ¶ Aliter autem & ſubtilius, ad quæſtionem reſpondendum, dicendum, quod & licet per eundẽ neruum concedatur tranſire ſpiritum animalem ſenſibilem & motiuum, & ſecto tranſuerſaliter illo E neruo deberet auferri ſenſus & motus a neruo: dicendum, quod hoc argumentum concludat de particulari ſenſu communicabili membris per neruum vniuerſaliter. neganda eſt illa conſequentia: ſed per neruum tranſeunt ſimul ſpiritus animalis, ſenſibilis & motiuus. ergo negato illo tranſitu membrum priuabitur ſenſu omni & motu. Fallit conſequentia, eo quia ad manum non præciſe defertur ſpiritus ſenſibilis per neruos & muſculos, ſed ſaluatur in manu ſenſus per ſpiritum animalem diſperſalem in ſubſtantia cutis, quæ eſt organũ tactus. ¶ Præter hæc autem oportebit intelligere, quod motus a manu huius viri non auferatur præciſe per negationem tranſitus motiui ſpiritus ad muſculos manus. Non enim ſemper prohibetur motus a membris per ablationem trãſitus ſpiritus: ſed multoties contingit manus non poſſe explere operam motus per organa mo- F tus, quæ ſunt muſculi, chordæ & nerui, quæ frequẽter ſunt indurata. ergo flexioni indiſpoſita: quare redduntur immobilia: quia licet trãſeat aliqua particula motiui ſpiritus ad mẽbrum, tamẽ quia ſpiritus motiuus recipitur in membro inepto motui ꝑꝑ duritiẽ ſuã. & talis proprie eſt manus huius viri diſpoſitio. Eſt enim complicata ex impoſſibilitate

motus

Cur in aliquo membro auferatur motus & non ſenſus.

A motus prouenientis ex priuatione tranſitus motiui ſpiritus ad ipſam, & ex magna du-
ritie in membris motus prædictis exſiſtente; quam duritiem ſenſus tactus tangenti o-
ſtendere poteſt:

Cap. II. *De cura per medicinalia.*

Ex prædictis patet, quod canon curationis huius diſpoſitionis ſuſtētetur in tribus
intentionibus. Et prima quidem intentio eſt partis vel partiū quæ induratæ ſunt
rectificatio. ¶Secunda apertio viarum, per quas animalis ſpiritus tam ſenſibilis,
quam motiuus penetrare debet. ¶Tertia electio regiminis ex parte ſex rerum non na-
turalium huic diſpoſitioni conuenientis, vt nunc ſequitur. ¶Vt igitur intentionem pri- *Partium induratarum*
B mam canonice complere poſſimus, pręmittendum primo, quod intentio in curatione *rectificatio.*
cuiuſcunq; duritiei vel nodoſitatis in muſculis, neruis, chordis vel iūcturis inuentę pficiatur duplici intentione, ſc. applicatione mollificante, & reuolutione demollificante ad
reſolutiones facta, & econtra. Neq; enim eſt rationale aliquam durificatam partem con-
uenienter reſolui poſſe, niſi prius mundificetur. Corpora enim compacta nō ſunt diſpo-
ſita euaporationi: ergo non ſunt reſolubilia, reſolutio enim eſt humorum, teſte Gal. *com.
aph. 49. ſect. 7.* ¶Itaq; in curatione huius diſpoſitionis ita procedendum eſt, quod per in-
tegram ſeptimanam applicentur aliqua de mollificantibus, quæ dicentur; & ſequenti ſe-
ptimana applicentur aliqua de reſoluentibus, quæ itidem tangentur. Et ita permutatiō
fiat de reſoluentibus ad mollificantia, quouſq; felicitetur intenta curatio. Primo itaq; di-
C uerſa deſcribo mollificantia, & poſt illa nonnulla addam reſoluentia. ¶Mollificans er- *Mollificantia.*
go de numero debilium eſſet, *vt acciperentur foliorum violarum, foliorum maluæ maioris, quā* *Cubeze.*
Auicen. nominat cubeze, & vulgus nominat ipſam roſam maluam an. Miiij. pingued. anatis ℥ j. *Roſa malua.*
coquantur in lib. 5. aquæ, vſque ad conſumtionem tertiæ partis. ¶Secundum mollificatiuum
potentius illo eſt hoc. ℞. *ſeminis lini, fænugraci an. lib. j. foliorum ſaponariæ maioris lib.* ß.
coquantur in aqua, vt prius dictum eſt. ¶ Tertium mollificatiuum, & melius prædictis *Aliud.*
eſt hoc. ℞. *radi. althaæ lib. ij. radi. enulæ lib. j. amborum recentium, coquantur in quantitate aquæ
præſcripta cum lib. iiij. ſapæ.* ¶ Quartum omnibus prædictis potentius eſt hoc. ℞. *grano-* *Aliud.*
rum ſiſami lib. ij. medullæ cruris boum antiquorum ℥ *iiij. bdellii mollis & ſubalbidi* ℥ *ij. coquantur in
lib. quinq. aquæ vel roſ. vini dulcis, vſque ad conſumtionem tertiæ partis.* ¶ Quintum eſt em- *Aliud.*
D plaſtrum de mucilaginibus maioris deſcriptionis, & proprie inuentum a Meſue *in anti-
dotario diſtinctione penultima.* ¶ Sextum & potentius omnibus prædictis eſt poſitum ab
Haliabate *8. practicæ cap. penultimo*, ſecundum hunc modum. ℞. *ſem. ſiſami & lini an. lib.* *Helbebe.*
j. helbebe, (eſt fœnugræcum) *lib.* ß. *terantur omnia, & coquantur cum vna pingui cauda arietis* *Aliud.*
minutim inciſa: & in hac decoctione ſæpe in die infundantur manus patientis. Intelligo autem *Facultas*
per caudam arietis proprie de Roma: Talia enim animalia habent caudam valde ma- *caudarum arietum Ro-*
gnam & pinguem: cuius pinguedo quaſi ſupremum obtinet in mollificando. Et ſcias, *manorum.*
quod hoc vltimum mollificatiuum cum quarto præcedente multum excellenter con-
ferre viderim in diſpoſitione conſimili. quodcunq; ergo horum eligatur, ipſorum de-
coctio mediocriter calida accipiatur, & in ipſam quater vel quinq; vicibus in die manus
E vſq; ad medium brachium infuſa teneatur, plana tamen applicata ſuper fundo conchæ
ligneæ, & nullo modo pendens ad infra.

Poſtquam ergo manus fuerit ab infuſione extracta & decenter exſiccata, inunga-
tur aliqua trium vnctionum ſequentium mediocri caliditate calefactarum: & poſtquam
peruncta fuerit manus, veſtiatur lana ſuccida bene carminata calefacta, aut ſaltem cō-
operiatur leui pelle vulturis decenter elaborata.

Sunt autem prædicta mollificantia tria: quorum primum eſt famoſum & authen-
ticum ab omnibus, ſcil. pinguedo ſeparata ab integra vulpe per decoctionem in aqua.
¶ Secundum eſt potens pinguedo dabaon, de qua habetur *22. tertii, in cura dolorum iun-
cturarum durifactarum.* Eſt autem dabaon vulpes ſylueſtris, quam Itali taſſum vocant, *Dabaon quid.*
F cuius pinguedo magnifice lenitiua eſt. ¶ Tertium mollificatiuum potens eſt, vt
accipiatur butyri recentis vnc. j. pinguedinis anatis, & proprie fæminæ, coquantur & diſſoluantur *Vnguentum*
*in lib. iij. lactis iuuencæ, vſque ad conſumtionem tertiæ partis. In hac ergo materia mediocri calidita-
te calida infundatur lana ſuccida, cum qua totum membrum cooperiatur & ligetur:*

Poſtquam autem prædictorum mollificatiuorum applicatio fuerit condecenter facta, tunc tranſeundum eſt ad reſolutiua, quæ cum hoc ſunt mollificatiua, ſicut & prędicta mollificatiua non euacuantur a reſolutione. ¶ De famoſis ergo reſolutiuis authẽticis & expertis eſt ceratum diapente, quod lenit duritiem & nodoſitatem neruorum & articulorum. ¶ Secundum reſolutiuum fortius prædicto eſt ceratum Alexandrinũ deſcriptione ſecunda, quæ ambo legantur a Meſue *diſtinctione penultima*. ¶ Tertium, prędictis fortius eſt emplaſtrum de mucilaginibus diachylon nominatum deſcriptione minori ſua vt ſupra: & proprie confortatum cum ſubſcripta proportione ammoniaci *Lapis marchaſita.* mollioris. ¶ Quartum ingenioſe inuentum eſt ſuffumigatio cum lapide marchaſitæ per hunc modum facienda: accipiatur fruſtum magnum lapidis marchaſitæ (eſt lapis molaris rubeus cum quo ferramenta acuuntur) calefiat vehementer in igne, & tunc membrum nudum ſuper alio lapide ſituetur adeo diſtanter, quod non lædatur ab igne. Accipiatur poſtea vini albi vetuſtiſſimi lib. j. aceti acuti lib. ß. & lenta deſtillatione, & paulatim ſuper ignitum lapidem effundatur: ita, vt vapor inde eleuatus in manum recipiatur circumquaq; inuolutam & coopertam panno craſſo per pedalem menſuram a manu diſtantes. Si bene conſidera, mirabile fuit hoc ingenium ſapientum: a tali enim caliditate & actuali, & potentiali etiam actu calidis, & partium acutarum aceti vehemens fit impreſſio caliditatis in membrum induratum, & acetum inter reliquos liquores præter oppob. eſt ſubſtantiæ leutomeri, i. penetratiuę magis: quare potenter agit in membrum rarefaciendo ipſum leniendo, incidendo & reſoluendo, ad quod excellenter adiuuat vigoratio caliditatis in vapore illo, quæ fit propter reflexionem vaporis a panno ſuperuenientem. ¶ Et nota, quod hoc ingenium in apoſtemate ſephiretico & nodoſitatibus iuncturarum ſolenniter me iuuit. ¶ Quintum reſolutiuum, & proprie *Saponaria.* de ſimplicibus & per me expertum eſt, vt accipiatur ſaponiſtica maior vel ſaponaria dicta: eſt planta a terra eleuata per menſuram fere brachii, cuius ſtipes nodoſus eſt & ecõtra, folia habens ſolida & denſa viridia ab albedine refracta, & florem producit arcuatũ in ſuperiori parte, colore rubeo, claro ab albedine refracto, & ſuauiter aromaticum. Cuius folia ſi confricentur, pingui humiditate leniunt membra lenitione conſimili ſaponi, & propter hoc ſaponiſtica planta dicta eſt, & credidit famoſus peregrinorum nominum expoſitor medicinalium Simon Ianuenſis, ipſam eſſe ſpeciem arthanitæ: licet ego inueniam diſcordiam inter ipſum & Dioſcor. quem ſæpe allegat: & tu lege ibidem. qualitercunq; igitur intelligas, experientia longa innotuit mihi, quod ſi conteratur hęc planta, & exprimatur ſuccus, in quem actu calidum infundatur lana, & applicetur mẽ-*Marella.* bris induratis, multum mirifice mollificando aufert & reſoluendo. ¶ Sextum reſolutiuum & potens eſt ſuccus marellæ vel matricariæ maioris eodem modo applicatus: & eſt planta quam Auic. *2. can.* nominat *vcuen*. Hæc mihi videntur ſufficere ſatis pro complemento intentionis primæ.

Iam autem oportet peruenire ad intentionem ſecundam, in qua conſiſtit curatio huius diſpoſitionis ingenter, ſc. ad apertionem viarum, per quas ſpiritus motiuus conuenienter penetrare poſſit ad membrũ. ¶ Similiter ẽt ad apertionem pororum neruorum & membrorũ motus: nec non ad apertionem viarum, per quas nutrimentum penetrare poſſit ad membrum, quare oportet eligere inſtrumenta aperitiua originis neruorum & lacertorum. ¶ Similiter oportet aperire arterias, per quas vitalis ſpiritus conuenienter membri calefactiuus penetrare poſſit, ſicut etiam apertas efficere venas, ita vt materia nutricationis in conuenienti quantitate recipiatur in membro. ¶ De numero ergo eorum, quæ aperiunt oppilationes neruorum de interius exhibitis, & ſimplicibus primũ eſt cyclamen: & eſt malum terræ, ab Italis nominatus panis porcinus, cuius aqua ſublimationis omnes oppilationes tam arteriarũ, quam venarum, & cerebri, & colatorii eius & neruorum aperit: & fricatio cum pul. eius facta cum fæce olei liliorum alborum omnes nodoſitates & durities a membris aufert. ¶ Secunda medicina de expertis ad hanc intentionem eſt frequens reiterata inunctio membrorum compactorum & oppilatorum cum puluere pyrethri bullito cum oleo: de quo dixit Serapio in aggregatore cap. de machitera, i. de pyrethro. Confert amiſſioni ſenſus & motus. & poſuit hoc verbum auctor de ſimplici medicina. Dioſ. vero *tertio ſimplicium* de ipſo dixit, quod iuuamentum eius in hoc ſit maximum, & eſt planta calida & ſicca in tertio: licet quidam auda-

Apertio viarũ, per quas animalis ſpiritus ſenſibilis & motiuus penetrat.

Mali terra.

Machitera.

A B C D E F

A audaces non bene intuentes, crediderunt ipſam eſſe frigidam, & accidit eis hic error,
quoniam ipſa eſt ſtupefactiua, vnde Auic. *ſecundo can. cap. ſec.* de carton quid eſt: dixerũt,
quod eſt pyrethrum; & ipſum eſt ſtupefactiuum. *Soleo autem accipere olei oliuarum antiqui* ℔ .
ß. *pul. pyrethri* ℥ j. *terantur diũ in mortario: deinde lento igne bulliant, vſq; ad conſumtionem tertiæ*
partis. ¶ Tertium medicamen vtiliſſimum ad leniendum neruos induratos & aperien-
dum eos, eſt galbanum, quod eſt gummi calid. in ſecundo & exſiccatiuum in tertio. Cu-
ius virtus eſt lenitiua & reſolutiua carminatiua ventoſitatum, vt *ſecundo can. in areola opera-*
tionum & proprietatum, & confert laſſitudini, alcuzem, & ſpaſmo lacertorum. Diſſoluo a.
ego vnc. ß. galbani cum oleo antiquo iam dicto. Oleum enim antiquum eſt ita diſſolu-
bilius, ſicut recens eſt dolorum mitigatiuum, teſte Gal. *lib. 9. de ſan. tu. cap. tertio, ſecundum*
B *vnam computationem.* ¶ Quarta medicina ad hanc computationem eſt dibich glandium, *Dibich glandium.*
(& eſt viſcus quercinus) qui ſecundum Auic. calidum eſt in fine tertii, & ſiccum in pri-
mo: licet Serap. poſuerit ipſum præciſe in ſecundo. Et dixit Auic. de eo, quod diſſolua-
tur cum æquali portione ſui reſinæ & ceræ: exempli gratia omnium an. ℥ j. & confricen-
tur ex eo membra ægrotatiua, reſoluit enim & lenit omnem duritiem in iuncturis, &
extrahit humiditates a profundo cum violentia, non tantum craſſas, ſed etiam ſubtiles.
¶ Quinta medicina optimæ lenitionis & reſolutionis eſt bdellium, quod eſt gummi pal- *Bdellium quid*
marũ ſylueſtrium, triplex inuentum ab auctoribus, ſcil. Mechinum, Iudaicum & Siculũ: *& quotuplex.*
Mechinum vero ponunt omnes fere frigidæ complexionis & ſiccæ, non exprimentes
tamen gradum: Iudaicum poſuit Auic. *cap. in fine primi*, & de gradu ſiccitatis eius tacuit.
C Siculum vero bdellium poſuit ſiccius omnibus aliis. Serapio vero audacter poſuit ipſum
calidum & ſiccum in ſecundo, quicquid tamen ſit, ipſum confert ſpaſmo & duritiei
neruorum, & congelationi, & proprie coctum cum oleo, vt prius dictum eſt. Attendat
tamen operator, quod non accipiat bdellium antiquum, quoniam ipſum priuatur leni-
tione, vnde *ſecund. can.* inquit Auic. *quoniam cum ipſum antiquatur, egreditur de lenificatione*
ad exſiccationem: quoniam tempus exſiccat ipſum. ¶ Præter hæc autem ſimplicia medicamina
tria compoſita magnificæ vtilitatis ad hanc intentionem ſubiungo: quorum primũ eſt
compoſitum Rhaſis: mea quotidiana experientia multoties verificatum poſitum ab eo
in diuiſionibus quarti cap. prope finem. Cuius deſcriptio per me rectificata eſt per hunc mo-
dum. ℞. *fœnugræ. amygdalarum amar. ammoniaci, bdellii, olei liliorum alb. lento igne bulliant o-* *Vnguentum*
D *mnia, vſq; ad formam vnguenti deducta.* Intelligo autem ego amygdalas amaras oleum ipſa-
rum, & aliquando loco olei poſui gummi ipſarum.

Secundum compoſitum eodem loco acceptum penultimo cap. ℞. *ceræ citrinæ,*
olei de lilio, adipis anatis & gallinæ, medullæ cruris vaccæ an. ℥ j. *mucilaginis ſem. lini* ℥ ij. *lento igne* *Aliud.*
coquantur & diſſoluantur ſimul, & fiat vnguentum. Et nota, quod poſuerim ceram citrinã,
quoniam ipſa eſt maioris lenitionis & reſolutionis, quam cera alba, quæ propoleos no- *Propolis.*
minatur. ¶ Vltimum compoſitum eſt de meis, & meo iudicio prædictis efficacius, & eſt
hoc. ℞. *ammoniaci, galbani, bdellii pinguioris an.* ℥ j. *opoponacis* ℥ ß. *fæcis olei irini, fæcis olei lilio-*
rum alb. pinguedinis vulp. ſylueſtr. anatis, medullæ crurum boum an. ℥ ß. *reſinæ electæ* ʒ vj. *croci* ʒ
j. *ceræ citrinæ* ʒ j. ß. *diſſoluantur gummi cum aceto forti: deinde coquantur ſimul lento igne, præter* *Vnguentum*
E *crocum, qui poni debet in fine coctionis. Cum ergo omnia cocta fuerint lento igne, bulliant in lib. j. ſucci*
vel mucilaginis fœnugræci, vel in ℔ ß. *ſucci vel mucilaginis granorum ſiſami, vſque ad conſumtio-*
nem: excellenter enim leniendo reſoluit omnem materiam compactam in iuncturis, & vbiq; corporis.
Cum ergo hæc fuerint ſecunda ſeptimana approximata ſuper membro, tunc fiat reuo-
lutio de his reſoluentibus ad lenientia deſcripta, vt iam dictum eſt.

At vero iterum ſi volueris aperire oppilationes arteriarum & venarum, vt recipi-
atur vberius in membro ſpiritus vitalis, & ſanguis congrua pro nutritione membri, tria
ſunt ſolennia aperientia.

Quorum primum eſt, vt accipiatur notabilis quantitas ſucci hypoſelini, & eſt api- *Hypoſelinũ.*
um ſylueſtre, licet æque bene valeat, vt apium domeſticum.

F Secundum per me expertum eſt frequens inunctio cum oleo nardino, cuius lau-
des ingentes quære ab auctoribus hic propter breuitatem non poſitas.

Tertium aperiens & potenter attrahens nutrimentum ad omne mem-
brum maraſmatum & conſumtum eſt emplaſtratio membri cum pice mediocriter

bullita, cuius laudes apud Galen. quære *lib. nono ſimpl. capit. de impinguendis membris con-* A
ſumtis, & vniuerſaliter omnes auctores in hoc ſunt concordes. ¶ Ego autem dulcius
procedens ſoleo frequenter facere inungi membrum cum oleo calido ſublimationis
picis, & inueni in eo iuuamentum excellens, vt paulo ante apparuit in Coradino. Cuius
totum crus a genu inferius, vſq; ad plantam pedis conſumtum erat & induratum, & fuit
reductum ad notabilem conualeſcentiam, ita, quod fuit & eſt potens ad progreſſiuum
motum, vt manifeſtum eſt. ¶ Taceo hic fricationes pannorum calidorum, applicatio-
nes euaporationum cum aqua calida membris applicatarum, ventoſarum ſine ſcarifi-
catione mediocriter attrahentium applicationem, & alia his ſimilia, quæ ſunt omni-
bus nota.

Cap. III. *De regimine per ſex res non naturales.* B

Aer. SVPEREST vt tranſeamus ad regimen per res non naturales eligendum. ¶ Itaq;
membrum ſuum cuſtodire debet ab aere frigido, ab omni humiditate aduenti-
tia & ſuperflua; & ab aquæ effuſione vel contactu, & ipſum chirothecis bene cale-
Cibi. facientibus copertũ tenere. ¶ De ſecunda re non naturali euitet cibaria & potus omnes
neruis nociuos, de quorum numero caueat comedere bletã, quæ omnino omni neruo-
ſo membro eſt nociua, & effugiat vſum azymi panis, & valde cocti, & cibos omnes pa-
ſtiles, piſces viſcoſos, & cibaria omnia vehementer exſiccantia vt ſalſa, vel cum multis
aromatibus condita. Et ſpecialiter dimittat omnium leguminum vſum. ¶ Et vinum
eius ſit album colore, ſubſtantia ſubtile & bene clarificatum, potentia vero minus, quam C
Motus & quies. mediocre: aut ſi fumoſum fuerit, frangatur cum aqua præcocta, & proprie de ciſterna.
¶ Exercitium non eſt conueniens, & proprie magnum & longum, ne ponat materias in
motum fluxus ad membrum, leuis tamen fricatio ab humero, vſq; ad raſetam inferius
trahendo conueniens eſt. Si vero exercitium toti corpori adminiſtretur, nullum eſt ei
conuenientius, quam motus progreſſiuus ſatis lente factus. ¶ Et de his, quæ motui at-
tinent, euitet omnem ſtricturam vel compreſſionem, vel grauitatem ſuper membro ca-
dentem, vt non fiat prohibitio tranſitus nutrimenti & ſpiritus ad membrum. ¶ Simili-
Repletio & inanitio. ter in modo cibationis ſuæ caueat a repletione ciborum magna, ne calorem naturalem
per modum alicuius ſuffocationis debilitet, ſed conuenientius eſt ei parcius comedere,
Accidentia animi. quam appetitus expeteret. ¶ Pro accidentibus vero animi euitet omnia, quæ vehemen- D
Somnus & vigilia. ti agitatione poſſunt facere fluxum humorum ad membra. ¶ Circa vltimam vero rem
non naturalem omnino recedat a dormitione mediocri. ad augmentum enim eius cõ-
uenientius eſt ei, quam in vigiliis augmentum efficere, quoniam in ſomno melior fit
digeſtio vniuerſalis & particularis, & nutrimentum amplioris quantitatis ad membra
macrefacta effundi poteſt tempore dormitionis, quã vigiliarum. Sicut enim per ſomni
applicationem fit innati caloris reciprocatio de exterius ad intra: ita econtra fit eorum
de intus ad extra per vigilias expanſio. Non ergo æque bene nutriretur membrum de-
ficiente caloris naturalis conuenienti applicatione ad delegandum, apponendum, vni-
endum, & aſſimilandum membro nutrimentum, &c.

CONSILIVM CCLII. *De ſeptem malis diſpoſitionibus ab eadem tamen cauſſa dependen-* E
tibus: videlicet, De ſtupore in extremitatibus digitorum manus. De tremore illius manus
& totius brachii. De motu ſpaſmoſo brachii & dextræ partis capitis. De ablatione ſermonis
remanente tamen voce. De ablatione operationum ſenſuum interiorum. De tuſſi moleſta
cum multitudine ſputi craſſi. Et de dolore circa regionem vmbilici ſæpe eueniente. Diuiditur
autem conſilium in capita tria.

Cap. I. *De cauſſis dictarum diſpoſitionum.*

DISPOSITIO huius nobilis multis ægritudinibus & accidentibus complicata eſt.
quorum quodlibet maxima conſideratione indiget. ¶ Primum eſt ſtupor in ex-
tremitatibus digitorum manus dextræ. ¶ Secundum tremor illius & totius bra- F
chii vſq; ad caput. ¶ Tertium ſpaſmoſus motus totius brachii & dextræ partis capitis.
¶ Quartum ablatio ſermonis voce tamen adhuc remanente. ¶ Quintum ablatio
operationum ſenſuum interiorum omnium poſt illum motum ſpaſmoſum. Sextum tuſ-
ſis moleſta cum multitudine ſputi craſſi, viſcoſi, mali cum labore expulſi. ¶ Et ſeptimum
dolor

A dolor circa regionem vmbilici ſæpe eueniens vſq; ad inguina extenſus, & ſuperioribus
etiam partibus vſq; pectus communicatus. ¶ Alia vero iterum accidentia quædam eue-
niunt, de quibus non debet eſſe magna ſollicitudo. ¶ Et quia omnia præfata acciden-
tia difficilia ſunt & ſuſpecta, non eſt poſſibile bene conſulere, niſi ipſorum aliquod fun-
damentum theorice inueſtigetur, ex quo modus curationis clarius elicietur & ſalu-
brius.

Videtur autem ex narratis omnium horum accidentium cauſſam principalem eſ- *Cauſſa omnium dictorum accidentium in genere.*
ſe malam complexionem cerebri frigidam & humidam cum materia phlegmatica lu-
brica ſatis & aquoſa deſcendente a cerebro per nucham, quæ opp lat vias noni paris ner-
uorum a nucha orientium, per quos datur ſenſus manibus. Vnde cum oppilatione in-
B completa vias illas claudat, adhuc aliqua pars ſenſibilium ſpirituum tranſit, quare ſal-
uatur ſenſatio aliquanta. Si enim materia complete oppilaret, a manibus ſenſatio to-
taliter auferretur.

Adhuc etiam hæc materia vias octaui paris neruorum a nucha venientium ſemi- *Cauſſa cuiuſq; in ſpecie.*
complete claudit: quare adhuc ſaluatur motus, licet exiguus, per eos enim neruos mo-
tus manibus datur, ſicut per prædictos ſenſus, vt *prima primi, doctrina prima, ſumma ter-
tia, & primo Almanſ. quarto cap.* colligendum. ¶ Hoc igitur accidens non parum ſu-
ſpectum eſt, quia cauſſa eſt in cerebro, quia ad ipſum ſequitur tremor & ſpaſmus, quare
neceſſitat epilepſiam aut apoplexiam, vt *ſecunda tertii, capit. nono* colligendum. ¶ Tre-
mor autem, qui eſt ſecundum accidens, accidit propter debilitatem virtutis ſuſtenta-
C tiuæ neruorum, & multitudinem materierum grauitantium, vnde partim vincitur na-
tura a materia: partim autem materia a virtute, vnde accidit parilitas quaſi pugnæ
inter ſuſtentantem naturam & grauitantem materiam, licet in pugna finaliter vſq; nunc
obtinuerit virtus ſecundum narrata. Non enim perſeuerauit tremor, immo aliorum
accidentium ſemper remotione euanuit: de ipſo tamen non leuiter dubitandũ eſt. Nam
ſi fixus fieret, ſignificaret magnam frigiditatem in neruis & ſpiritibus, & talis in ſenibus
medicamine non remouetur, *ſecunda tertii, quinto cap.* ¶ Catarrhum huius viri calidum
& acutum eſſe multis communibus facile perſuaderi poſſet, ſed ipſe æger tactu manife-
ſte percipit ſalſedinem, caliditatem, & mordicationem, & nocumentum etiam ex vſu
calidorum: cuius quidem regimen minus difficile foret, niſi temporis longitudo & ma-
D la diſpoſitio complexionalis, imo & compoſitionalis pectoris, quæ ex deſcenſu materię
ad ipſum acquiſita eſt, obuiarent. ¶ Materia ergo illa ſubtilis lubrificatiua, quæ fluxit ad
pectus, ibidem fixa mollificat panniculos & ligamenta pectoris, & ſecundũ multas par-
tes in ventoſitatem conuerſa cauſſa fuit arctuationis coſtarum & gibboſitatis earum.
Ipſa etiam materia ibidem temporis diuturnitate ſpiſſior facta pulmoni diaphragmati
immerſa nocumentum in anhelitu continuum & manifeſtum facit.

Ex quibus clare ſatis regimen huius nobilis elici poteſt, quod duas principaliter in-
tentiones includit. ¶ Prima quidem eſt materiam a cerebro continue fluentem abſcin-
dere. ¶ Secunda vero nocumento anhelitus & pectori prouidere. ¶ Et vtraq; quidem in-
tentio duplici regimine compleri debet, ſc. non naturalium & medicinalium: regimen
E autem non naturalium primo rectificandum eſt.

Cap. II. *De cura per ſex res non naturales.*

EVITET itaq; ſtationem in aere frigido multum nebuloſo, ventoſo & humido. E- *Aer.*
uitet ſtationes & cameras, locis humidis, fontibus & fluuiis proximas: ſimiliter
etiam ſeptentrioni & meridiei detectas. Fugiat etiam aerem extenſiue calidum
& ſiccum Et in ſumma aer & domus temperati, quantum eſt poſſibile in qualitatibus
eligantur: licet enim rationali iudicio ex canone curationis eius & præſeruationis ad
frigiditatem inclinatus eligi deberet, antiqua tamen debilitas cerebri & pectoris diſpo-
nit ad pati a cuiuſlibet qualitatis exceſſu. Si tamen ad aliquam extremitatum inclinari
F oportet, ſecurius eſt ad calid. & ſicc. aliquantum tranſire, quam ad oppoſitas. De anne-
xis vero aeri caput ſuum mediocriter infulis & byretis in nocte cuſtodiat: pelles igitur
de vario inter alias meliores erunt: byreta etiam leuia panno ex grana tincto fieri de-
bent: veſtes autem omnes, collum & pectus ſtringentes, ne anhelitu noceant, etiam ſuo
tempore frigore diligenter & humiditate teneantur.

Somnus & vigilia. In ſomno autem nocturno tempus notabile ponat: per hunc enim digeſtio in ce- A
rebro melior efficitur & humectatio aliquanta acquiritur. Vigiliæ licet exſiccando cō-
uenirent, quia tamen debilitatem augent, ſpiritus conſumunt, & animales virtutes ex-
terminant, non conueniunt. Somnum autem diurnum, quantum eſt poſſibile, euitare
oportet, quandoq; tamen propter vigilias nocturnas, & gratia reſtaurandi virtutes con-
cedi poteſt, & tunc fiat a prandio diſtanter per duas horas. Et dormiens ſedeat ſuper ca-
thedra eleuato capite, & non flexo ſuper anteriori vel poſteriori parte, ſed ſuper lateri-
Motus & quies. bus, & neq; ſpatium horæ mediæ vnius aliquo modo pertranſeat. ¶ Exercitium au-
tem ad materierum conſumtionem in hoc caſu conueniens eſſet, tamen propter virtu-
tis debilitatem fortia euitanda ſunt. Temperatum itaq; fieri oportet exercitium: ipſum B
enim calorem innatum excitat, virtutes roborat, ſuperfluitates ad regiones conueni-
entes impellit, & ad conſumtionem facit reſidui: tantum igitur exercitetur leuiter am-
bulando, vt eques, vel pedeſter ne membra grauentur, ita, vt quaſi ſudor prouocetur,
deinde quieſcat. Hora exercitio conuenientior eſt, cum cibum a ſtomacho deſcendiſ-
ſe cognouerit; reliquum autem in quiete tempus expendat. Loco tamen exercitii, dum
fieri non poteſt, fricationes valde conueniunt, & fiant ante cibum per duas horas cum
manibus, vel pannis calidis mediocriter fricando & incipiendo a genu, vſq; ad cauillas
pedum. Deinde a radice coxarum, vſq; ad genua: tertio a loco cinguli, vſq; ad nates:
quarto ab humeris, vſque ad caudam fricationibus menſura ſit, vſq; ad membrorum ru-
bificationem manifeſtam. ¶ Inanitionem autem ſtomachi multam & longam euitare C
Inanitio & repletio. oportet, ne epar & ſtomachus in phlegmata neceſſitatem addant in corde, & anhelitus
anguſtiam faciant, & caput nimium euaporando repleant & inflamment: talis enim ab-
ſtinentia in frigida cauſſa conueniret magis, non propter hoc tamen magnam reſolu-
tionem ſtomachi, & totius credat eſſe proficuam. Comedat igitur quantum ſibi ſatis-
facere ad vitam, & robur virtutis percipit. Si tamen ad exceſſum inclinare debet, minus
malum eſſet modicum in cibis minorando procedere, quam augere. ¶ Si tamen quan-
doq; ſtomachi repletionem, & totius ventris perciperet, ad minus euacuationem pro-
uideat cum hoc clyſteri. ℞. *foliorum maluæ, mercurialis & violarum an. M. j. fænu. ſem. ſi-*
Clyſter. *ſami, rad. althææ an. M. ß. omnia coquantur iuxta conſuetudinem, & huius decoct. ℞. cyathos ij.*
in æſtate, olei viol. ℥ ij. ſacch. rub. ℥ ß. caſſiæ fiſt. ℥ ß. ſalis ʒ ij. vitellum vnum oui, & fiat clyſtere. D
In hyeme vero. ℞. *olei amygdalarum dulc. ℥ ij. benedictæ hieræ an. ʒ ij. caſſiæ fiſt. ʒ ß. miſce.*
¶ Ad mundificationem vero ſuperioris ventris, & diuerſionem a capite in hyeme con-
ueniunt pilulæ de hiera Gal. ſumendo ex eis ij. vel iij. bis in ſeptimana vel ſemel. Vel ac-
cipiendo pilularum iſtarum, quarum magis placet vnam per mediam horam ante cœ-
nam in ſeptimana bis. ℞. *aloes ſuccotrinæ ℥ j. infundatur per dies octo in aqua violarum: dein-*
Pilulæ. *de ſoli exſiccetur, & addatur ſandalorum rub. ʒ j. maſticis ʒ ß. & fiant pilulæ vj. pro qualibet drach.*
¶ De accidentibus animi euitandi ſunt exceſſus omnes: omne igitur, quod ſpiritus me-
Accidentia animi. diocriter mouet, & dilatat, & accentrat, conueniens eſt: quæ vero ſpiritus & calorem
repente mouent, trahunt & ſepultos tenent, ei non conueniunt, quare ſuperflua læti-
tia, riſus, triſtitia, ſollicitudo, ira, dolor & ſimilia fugiantur. ¶ Coitus autem vſus huic E
diſpoſitioni vehementer nocet: conceditur ergo rariſſime, ad plus in ſeptimana ſemel,
& maxime cum ſtomachus iam digeſſerit, & corpus poſt ſomnum robuſtum ſatis perci-
pietur: hora tamen, qua materia exuperanter fluit & aſthmatis inſtantia vehementiſſi-
me moleſta, omnino a coitu deſiſtendum eſt.
Cibi. In cibis autem diligenter attendere oportet: quæ enim fortaſſe capiti conferrent,
pectori vero multum nocitiua forent, quare abſtineat ab omnibus ventoſis & euapora-
bilibus, & maxime calidis, valde & frigidis, vt a melle, lacte, leguminibus, fructibus cor-
ruptibilibus, vt ceraſis, auellanis, pyris, nucibus, abſtineat etiam ab acutis, vt pipere, cro-
co, zinzibere, aloe, cæpis, porris, eruca, ſinapi & ſimilibus. ¶ Abſtineat etiam a viſcoſis
& paſtilibus piſcibus, animalium pedibus, ventribus, & capitibus. Caueat etiam omnino F
a ſale & a ſalſis cibis. Euitet etiam acria, aceti & acetoſorum frequentem vſum. ¶ Come-
dat panem bene fermentatum pluſquam communis fermenti recipientē. Bracetellos
autem & laganas, & placentas, & ſimilia dimittat. Et ſi aliquando vteretur placentis cū
Carnes. penidiis præparatis ſumme conferret. ¶ Carnibus vtatur pullinis, vitulinis, hœdinis, ca-
ſtrati iuuenis, & agni annualis, leporinis, capriolinis, & auium minutarum, phaſiani,
perdicis:

A perdicis, anatinis verò vtatur raro, & magis conueniunt elixæ, quam aſſatæ, licet quandoq; ſemielixæ per aſſationem cõplete coctę ſine lardellis approbentur. ¶ Ex herbis cõ- *Herba.* ueniunt bletæ, borago, bugloſ. magis ſpinachiæ, lactucæ; maluæ frequenter in cibo coctæ, atriplices, & portulacæ cum bono brodio, cucur. bene præparatæ: cauliũ vero brodium cum bonis carnibus optimum eſt. Cicerum rub. brodiũ ſæpe laudo, & granũ quandoq;, quia pulmonem confortat. Olera vero calida, vt ſaluia, roſmarinus, ſerpillum, mẽtha, petroſ. ruta, abrotanum. *Olera.* ¶ Ex fructibus euitentur nuces, caſtaneæ, pyra, poma, ceraſa non dura, & pauca quandoq; donantur: ficus etiam recentes comedantur. Similiter *Fructus.* pepones dulces, & anguriæ temperato vſu. Amygdalæ etiam recentes & ſiccæ; & vuæ paſſæ maiores & minores præter cibum: vuæ etiam recentes & dulces conueniunt ante B cibum. Perſica vero accipiantur, & ante cibũ ſemper melius, licet, ſi quandoq; accipiant poſt, non eſſet error magnus. Prima ẽt bene matura in mane per tres horas ante prandiũ ſumta placent, ſimiliter granata dul. laudantur, muza nullo modo fugiantur. Dactyli vero, quia materiã incraſſant, & pectori conferũt ſunt laudati, & ſimiliter grana pauca cum aqua calida bene cocta, piſtachię etiam bonæ ſunt & iuiubę bene maturę & mora etiam. Cydonia ẽt poſt cibum cocta ſunt bona, cruda vero nullo modo. Sorbæ vero & meſpilę poſt cibũ rationali iudicio conuenient capiti, ſed quia pectori nocẽt dimittantur. Citrũ vero, arantia, fructus, & olera omnia acria fugiãtur, vt & raphanũ, & fungos euitet. Sapores omnes agreſta, & aceto cõditos, in quib. dulcedo vincat, interdũ approbo. Cappares *Sapores.* a. oliuas & reliqua falſa condita vitupero. Napos a. & rapas laudo, quandoq; in ferculis & C in igne coctas & conditas, ſicut præparari ſolent. ¶ Oua a. quia pectori, tuſſi & raucedini vocis, & caliditate conuenientia ſunt maxime ſorbilia, & in aqua cum cortice cocta, eorũ tamen vſus euitari debet, quando accipiuntur medicinæ calidæ, nec a ſtomacho fuerint depoſitæ: corrumpuntur n. de facili ab eis, & euaporant capiti. ¶ Lac vero, quia confert *Lac.* tuſſi & extenuationi, proprie caprinum & aſininũ, videtur conueniens, quia tamen vniuerſaliter nocet habentibus capita debilia, ſecundũ Auic. ideo non ſit ei vſus & maxime frequens: conferta. ſi accipitur pectori magis, q̃ ſtomacho & capiti. Caſeus a. non valde antiqu⁹ frangibilis nõ ſalſus poſt cibũ, quandoq; acceptus conuenire videtur. Mel a. & ſi medicina pectoralis optima ponatur eſſe, quia tñ capiti non videtur eſſe conueniens, dimittatur: ipſius n. comeſtio facit poſſidere ablationẽ rationis ſubito. ¶ Aqua vero mellis D maxime in hyeme bene placet mihi: & maxime ſi fieret ex decẽ partib. aquę, & vna mellis vſq; ad conſumtionẽ tertiæ partis & loco vini. ¶ Saccharum aũt vniuerſaliter ipſi conuenire põt: verũtamen, ſi aſſumitur maxima exſiſtente ſiti & cum amaritudine oris, nõ confert, & proprie, quando ſtomachus cholericus eſſet plenus, ipſum n. lędit propterea, quia ad cholerã conuertitur 2. *can.* ¶ Ex confectionibus laudatur confectio de pineis, de phiſticis, de amygdalis, penide, panes Marci, & coriandrum præparatum, pauco ſacch. *Confectiones.* cõfectum, & proprie poſt cibũ acceptũ: prohibet n. vapores cholericos & phlegmaticos caput aſcendere. 2. *can.* ¶ Eligatur vinum album, d ulce, aromaticũ, ſubtile, mediocre in *Potus.* fortitudine, quod cum aqua confractum cõuenientius eſt: & ſit aqua clara, ſubtilis, leuis, cruda, & ſi non habetur bona, coquatur ſimpliciter. Laudarem autem maxime, vt cum E granis maſticis coqueretur duobus aut tribus. ¶ Aqua vero hordei cum ſacch. alb. conuenientior eſt potus, quam eſſe poſſit: ſimiliter & iuſcula hordeacea elegantiora ſunt in hoc caſu omnibus aliis, & proprie cum penidiis. ¶ Vinum etiam prefatum ſit rubeum, ſubtile & non turbidum, & ſi dulce inueniretur, non minus albo conueniens eſſet ſecundum rationem, hoc quidem regimen non naturalium, quia materiei catarrhizanti aduerſatur, & pectus reſpicit & virtutem, duas præmiſſas intentiones complet, ſi diligenter proſpicias. Complent ſimiliter intentiones illas regimina medicinalia multa & diuerſa, inter quæ quantum expediet ordo, ponetur.

Cap. II. *De cura per medicinalia.*

F PRimo quidem intendatur diuerſioni materierum a capite & pectore cum fractio- *Diuerſiones.* nibus præcedenti capit. poſitis. ¶ Item cum ligaturis ſæpe factis in mane, & ante cœnam ſuper cauillas pedum & brachiorum, & ſuper genua & cubitos per duos digitos. ¶ Item cum appoſitione ventoſarum ſiccarum ſuper pupis tibiarum interius, & ſuper natibus & hora eadem. ¶ Item ſæpe abluendo pedes & coxas cum aqua decoctionis foliorum ſalicis, vitis, ſaluiæ, & maioranæ vel chamomil. Item cum clyſteribus

præcedenti capit. poſitis ter vel quater in ſeptimana hora ſua adminiſtratis. ¶ Secundo A
Pilulæ. intendatur euacuationi minoratiuę accipiendo ſemel in ſeptimana ℈ ij. harum pilularũ.
℞. pilularum de hiera ſimplici, de reubarbaro an. ℈ j. pul. violarum gran. viij. fiant pilulæ cum ſyru-
Bolus. po violarum. ¶ Item. ♃. mannæ ℥ j. caſſiæ fiſtulæ extractæ cum aqua hordei ℥ j. ſumantur ma-
Potio. ne. ¶ Item. ♃. diapruni ℥ j. mannæ ʒ x. accipiantur cum aqua hordei. ¶ Item. ℞. peni-
Electuariũ. diorum, violarum an. ʒ vj. reubarbari electi ʒ ß. ſucci roſ. drachm. ij. accipiantur in mane. ¶ Item
Pilulæ. ♃. pilular. aſſaieret ℈ ij. ſandalorum rub. violarum an. gran. vj. & accipiantur vt ſupra. ¶ Ter-
Digeſtio. tio intendatur digeſtioni materierum, & pro hoc. ℞. ſyrup. violarum ℥ j. ſyrup. iuiubi-
Potiones. ni ℥ ß. aquæ hordei ℥ iij. miſce & accipiantur ſex diebus. ¶ Alius ſyr. ℞. ſyrup. nenupharis vnc.
j. ſyrup. violarum ℥ ß. aquæ hordei ℥ iiij. miſce, & iſte melior eſſet in magno calore & vigiliis. ¶ A-
lius ſyrup. & melior ſtante fluxu. ℞. ſyrup. de papauer. ℥ j. ſyrup. de prunis ℥ ß. aquæ viola- B
rum ℥ iij. miſce. ¶ Quarto ſyrup. vbi magna intentio eſſet ad pectus. ℞. ſyrup. de liquir.
℥ j. ſyrup. de prunis ℥ ß. aquæ vngulæ caballinæ & boraginis an. ℥ j. ß. miſce. ¶ Quintus ſyrup.
aggregans intentionem ad vtrumq;. ♃. ſyrup. violarum, de papauere & liquiritiæ an. ℥ ß. aq.
althææ, capil. Vener. & violarum an. ℥ j. ß. miſce. ¶ Sextus ſyr. hyemali tempore conuenienti-
or. ♃. ſyrup. de praſſio, vel de hyſſopo ℥ j. ſyr. acetoſi ſimplicis ℥ ß. aq. bugloſ. althææ & violarum an.
℥ j. miſce. Quilibet horum ſyruporum accipiatur ſex vel ſeptem vicibus per nouem horas
poſt cœnam, & differatur prandium horis quatuor. ¶ Aſſumtis ſyr. purgetur cum ſequẽ-
Pilulæ. tibus. ♃. pilularum de reubarbaro maiorum ʒ ß. pilularum de agarico ℈ j. pilularum cochiarum ℈ j.
Aliæ. tertiam partem, fiant ſex, & accipiantur hora præſcripta abſtinendo a cibo, ſecundum con-
ſuetudinem. ¶ Aliæ pilulæ. ℞. pilularum aurearum ʒ ß. pilularum de agarico ſcrupul. j. mi- C
ſce. ¶ Aliæ pilulæ. ℞. pilularum de hiera drachm. ß. pilularum de ſarcocolla ſcrupul. j. fiant
Potio. quinque cum ſyrupo violarum. ¶ Alia medicina. ℞. aquæ violarum ℥ j. aquæ betonicæ vnc. j.
agarici ſcrupul. j. reubarbari electi ʒ j. ſpicæ, zinziberis an. gra. iiij. mannæ ℥ j. infundantur omnia
Alia. ſimul & colentur in mane, & exprimantur, & colatura calida bibatur. ¶ Alia medicina leui-
Alia. or. ℞. mannæ ʒ j. ß. ſucci roſ. ʒ ij. ſucci granatorum vnc. ß. aquæ hordei vnc. ij. fiat infuſio, & poſt
coletur & accipiatur. ¶ Alia. ℞. electuarii ſucci ʒ j. ß. caſſiæ fiſtul. nouiter extractæ cum aqua vi-
olarum vnc. j. agarici ſcrupul. ß. zinziber. ſandalorum rub. an. gran. iij. miſce & ſumantur cum a-
qua hordei. Poſt omnes iſtas medicinas differatur prandium per ſex horas, & quinta ho-
ra accipiat lauatiuum, ſecundum conſuetudinem.

Gargariſmi. Rationali conſideratione gargariſmata in quantum materias in cerebro conten-
tas educunt, non viderentur hic opportuna: ſatis enim per ſe materia per palatum de- D
fluit, ſed in quantum materias vltimo ſiccant, competere poſſunt. ¶ Poſt igitur pur-
gationes gargariſma hoc choleræ & phlegmatis a capite attractiuum, bonum eſt. ℞.
aquæ hordei bene ſaccharatæ vnc. ij. ſucci roſ. vnc. j. diagridii gran. iij. & ex eo calido facto ſtomacho
ieiuno in mane poſt aliquod exercitium impleatur os, & gargarizando quantum teneri poteſt cum eo
opus fiat. ¶ Si vero fluxus multum infeſtaret, cerebri debilitate potius, quam plenitu-
dine, fiat hoc gargariſma. ℞. macis drachm. ij. roſa. drachm. j. maſticis, thuris an. ſcrupul. ij.
coquantur in lib. j. aquæ vſque ad conſumtionem medietatis, & facta expreſſione fiat de hoc cum ſa-
charo candi gargariſma, & valet & confert. ¶ Caputpurgia ſoliti ſunt adminiſtrare ſapi-
Errhina. entes propter vltimam, & propter appropriatam materierum a cerebro attractatio-
nem, & conferunt propter hæc, & quia materiam a medio ventriculo ad anteriorem E
diuertunt, & a loco fluxui conſueto diſtrahunt. His autem caputpurgiis acutam ma-
teriam aſpicientibus raro modernorum Medicos vti aliquos vidi. ¶ Ego tamen poſt
multa tria mihi experta conſcribam. ¶ Primum eſt hoc. ℞. aquæ hordei ℥ ij. ſucci roſ. ℥
j. attrahatur vt infra. ¶ Secundum eſt hoc. ℞. reubarbari electi drach. ß. diagridii ℈ ß. bul-
liant in ℔ ß. aquæ violarum, vſque ad conſumtionem medietatis, & coletur per pannum ſpiſſum &
fiat. ¶ Tertium eſt, vt ex ſucco fumiterræ idem fiat. ¶ Adminiſtratio autem eorum
talis eſt: hora, qua ſtomachus eſt vacuus, impleatur os aqua: deinde aliquid horum in
manu calidum per nares attrahatur leui & paulatino tractu, & fiat quater vel quinquies
Collutiones. in mane vel ſero: poſtea diligenter demucatio ſine violenta attractione fiat. Collutio- F
nes adminiſtrant phyſici quandoque ad attrahendum a capite materias. ¶ Bona igitur
Collutio attractiua. collutio phlegmatis ſalſi a capite attractiua eſt hæc. ℞. aquæ hordei ℥ iiij. piperis alb. zin-
ziberis, agar. an. gran. vj. reubarbari ʒ ß. ſucci roſ. ℥ ß. ſacchar. ℥ j. totum ſimul miſceatur & cali-
dum in ore totum hinc inde voluatur: deinde emittatur.

A Collutio confortatiua & rheumatis prohibitiua poſt generalia competens eſt hæc. *Confortatiua.*
*♃. roſarum, gran. myrti, ſumach, acatiæ an. drach. j. ß. terræ ſigillatæ, ſpodii an. drachm. j. ma-
ſticis drachm. ij. coquantur in lib. iiij. aquæ, vſq; ad conſumtionem duarum partium, & cum ſacch.
candi. dulcoretur, & fiat collutio vt ſupra.* ¶ Maſticatoria communia ſunt maſtiche, thus, *Maſticatoria.*
& ireos, pyrethrum autem hic mihi non placet. ¶ Ego vero ſæpe ad attrahendum phle-
gma ſalſum & acutum inueni hoc vltimum. *♃. ireos ʒ ß. reubarbari electi ʒ. j. diagridii ℈
ß. maſticis ℥ j. amyli ℥ ß. roſarum, violarum an. ʒ j. mucilaginis dragaganti vnc. j. fiant pilulæ, de
quibus vna craſſa maſticetur in mane.* ¶ Maſticatio vero confortatiua & ſtyptica eſt, ex
thure facta, & delectabilior, quæ fit ex acatia, vel maſticando gallam quercinam. ¶ Pul- *Pulueres capitis ſuper-*
ueres ſuper prora capitis adminiſtrant ſapientes ad confortationem cerebri, & con- *aſpergendi.*
B ſumtionem materierum, & prohibitionem fluxus earum. ¶ Optimus igitur eſt iſte
puluis aggregans omnes intentiones prædictas. *♃. roſ. florum ſalicis, mirtillorum an. dr. j.
thuris, maſticis, laudani, ſandaracæ an. ℈ j. galliæ muſcat. ſcrup. ß. macis drachm. j. fiat puluis, ex
quo ſuper prora capitis omni ſero ponatur cum vadit dormitum, & in mane cum pectine abſterga-
tur.* ¶ Tempore vero immoderati fluxus puluis iſte ponatur ad exſiccandum & con-
ſtringendum. *℞. ſandaracæ vnc. j. laudani vnc. j. macis drachm. j. ß. fiat puluis, & apponatur
vt alius.*

Confortant cerebrum odores non parum: in hoc caſu fit iſtud. *℞. tamariſci ʒ j. roſ.* *Nodulus odoratus.*
*ſiccarum ʒ ij. camphoræ gran. vj. ſandaracæ ʒ j. ß. macis ℈. j. fiat puluis, & ligetur in ſindone, & por-
tetur in manu ſæpe odorando, ſeu olfaciendo:* eis vtuntur Medici ad intercipiendum fluxum,
C & confortandum cerebrum. ¶ De ſuffumigationibus vero ſiccis melior eſt facta ex *Suffumigationes ſiccæ.*
ſandaraca prunis appoſita, ſuper cuius vapore caput inclinetur. Et nota, quod valet ad
calidum & frigidum fluxum ſimul. ¶ De ſuffumigationibus vero humidis leuior eſt *Humidæ.*
hæc. *℞. hordei M j. foliorum ſalicis, tamariſci, labruſcæ an. M j. ß. camphoræ ℈ ß. macis ʒ ß.
chamomil. M j. coquantur in aqua, ſuper cuius vapore caput & facies inclinetur.* ¶ Hic conſi-
derare diligenter oportet: in hac enim diſpoſitione ablutio capitis eſſe debet ex actu ca-
lidis: potentia vero frigidis, quæ tamen propter cerebri debilitatem debent eſſe remiſſa
frigida, potentia vel temperiei vicina. Et hoc intelligitur, quando per ablutionem
quærimus alterationem, æquationem materiei in caliditate, & tunc poterit eſſe ablu-
tio talis. *℞. viol. ſemin. papaueris albi, florum nenuphar. ſemin. althææ, flor. ſalicis an. M j. co-* *Lixiuium.*
quatur in aqua, & addito cinere fiat lixiuium. ¶ *Vbi vero per ablutionem quærimus materierum* *Aliud.*
D *ad cutem diuerſionem & conſumtionem, prædictæ decoctioni addantur ſaluiæ, maioranæ an. M ß.
ſquillæ drachm. vnam, & fiat lixiuium, vt ſupra: ex quo caput abluatur cum ſipone, & ſemper
exſiccetur cum pannis leuiter calidis.* ¶ Sulphurea vel aluminoſa, aut nitroſa balnea non *Balnea.*
conueniunt, niſi in materia & cauſſis frigidis propter cauſſas notas: vbi tamen vir-
tus eſſet fortis, & ſi in caſu materia illa ſit acuta, quia tamen eſt multo phlegmati mixta
ad conſumtionem ſalſæ & acutæ, non eſſet inconueniens adminiſtrare ſulphureum aut
ſalſum. Ego etiam experientia certa ſcio, quod balneum petrioli magnifice iuuit plu-
res in ſimili diſpoſitione. Tempus autem accipiendi illud balneum, eſt in menſe Se-
ptembris poſt purgationes. ¶ Ex balneis autem alteratiuis & diuerſiuis optimum eſt o-
mni mane ingredi baln. aquæ dulcis mediocriter calidæ, & mirabile eſt, quod Auicen.
E cum aliis concedit adminiſtrationem fortiter infrigidantium actu ſuper caput, quod
tamen moderni facere abhorrent, niſi in maxima flamma & forti virtute, & ætate con-
ſentientibus ad hæc.

Circa pectus dupliciter prouidendum. Primo quidem vt materia effuſa & ſtans
expuatur. Secundo, vt anhelitui ſubueniatur, licet materia ſecunda dependeat a cura
primi. ¶ Ad facilitandum igitur ſputum optimus eſt ſyrup. de liquirit. & violarum, cali-
diores vero & fortiores ſunt ſyrup. de hyſſopo, de praſſio, materia multum exſiſtente
viſcoſa: prædictis addantur ʒ iiij. vel vi. oxymellis ſimplicis, & omnes iſti accipiantur
cum aqua hordei calida. ¶ Singulare & bonum ſputum prouocans eſt aqua vngulæ ca-
I ballinæ. Item aqua enulæ. Item manna in ore retenta. Item penide. ¶ Confectio bo-
na. *℞. amyli ℥ j. ſemin. citrulli, melonis, cucurb. & anguriæ an. ʒ iij. dragaganti, gummi Ara-* *Rotulæ.*
*bici an. ʒ vj. liquirit. ʒ. ij. penidiarum ℥ ij. croci gran. iiij. ſacchar. candi. ℥ ij. violarum ʒ ij. grano-
rum ſiſami ℥ ß. fiat confectio in rotulis cum ſyrup. violarum:* & de hac ſæpe teneatur in ore &
lambendo deſcendat.

Vnguentum. Vnguentum bonum pectori. ℞. *pinguedinis anatis* ℥ j. *butyri* ℥ ß. *olei de ſiſamo, olei violarum an.* ℥ j. ß. *croci* ℈ j. *ping. taxi* ʒ vj. *ceræ alb.* ʒ v j. *fiat vnguentum molle, & lauetur bis cum aqua hordei, in qua coquatur modicum croci.* *Præſtantia croci ad vitia pectoris.* Crocus enim eſt de ſumma medicinarum conferentium malitiæ anhelitus & difficultati eius, confortat enim inſtrumenta & facilem efficit anhelitum, *decima tertii*, quare vtatur eo in cibis mediocriter. Si autem hoc vnguentum magis mollificatiuum facere vis, adde mucilaginis ſemin. ſiſami & fœnugræci an. ℥ j. & adde in cera. Non parum inunctio ſuminis, ani, teſticulorum & partium eis adiacentium confert mirabiliter etiam catarrho acuto. Et ſimile huius ponitur *Pilula.* *8. tertii, de cura ſciſſuræ labiorum*, & tu ſolue problema. ¶ ℞. *pil. de hiera ſimplici* ʒ ß. *pilularum de ſarcocol.* ℈ j. *fiant pilulæ v. cum ſyrup. violarum, & accipiantur die lunæ ſequenti ad complendum purgationem, quam incepiſti.* Hæc ſunt mihi vtiliora in caſu tuo viſa. Ad laudem Dei omnipotentis. Amen. B

CONSILIVM CCLIII. *De impotentia ad motum progreſſiuum, quæ remanſit poſt dolores podagricos.*

POST dolores iuncturarum & maxime inferiorum, qui communiter podagrici nominantur, hominibus remanere ſolet impotentia ad motum progreſſiuum, in quo dum ambulare intendunt, licet non vehementer doleãt, tamen non eſt in iuncturis inferioribus potentia ſuſtentandi molem totius corporis, quia debiliter & non niſi cum magna fatigatione ambulare poſſunt. ¶ Cum igitur vir iſte iam diu ægrotauerit dolore podagrico, non eſt mirum, ſi ipſe incidit debilitatem in motu progreſſiuo, quoniam eſt vir complexione phlegmaticus, & habitudine ſanguineus, craſſus, & C notabiliter repletus.

Ea propter in ſubueniendo ei quinq; mihi occurrunt inſtrumenta medicinalia de *Pilula.* melioribus & ſecurioribus, & ſine magno faſtidio applicabilia, quæ ſunt ſequentia. ¶ Primum itaq; ipſorum eſt hoc. ℞. *aloes præparatæ* ℥ ß. *pulpæ colocynthid.* ʒ j. *diagridii* ʒ ß. *pulueris hermodactylorum* ʒ iij. *pulueriżentur omnia, & cum ſaccharo roſarum formentur pilulæ pro omni* ʒ vij. *de quibus vir accipiat omni fine xv. dierum* vj. *& poſt earum aſſumtionem tardet comedere per* vj. *horas: diebus autem intermediis de eis accipiat omni quinta die vnam paucum an-* *Rotulæ.* *te cœnam.* ¶ Secundum vero remedium eſt hoc. ℞. *ſpecierum electuarii de ligno aloes, ſpecierum diatrionpipereon an.* ʒ j. *ſandalorum alborum, violarum, ſemin. acetoſæ an.* ℈ ß. *ſacchar. alb. lib.* ß. *coquatur ſaccharum cum aqua aſari vel petroſelini, & fiat confectio in rotulis* iij. *drach. de qua* D *omni die parum ante cœnam & prandium accipiat rotulam vnam, aut ſaltẽ ſemel in die continuando* *Lotio.* *ipſam per totum menſem Ianuarii futuri.* ¶ Tertium vero ſpeciale remedium eſt hoc. ℞. *aq. in qua fabri extinguunt ferramenta ſua, ſitulas* iij. *gallarum cupreſſi numero* xv. *gallarum quercus, numer.* xl. *hermodactylorum, pæoniæ an.* ℥ j. *omnia bulliant in aqua prædicta, vſque ad conſumtionem tertiæ partis, & cum tali aqua calida patiens lauet membra ſua a genu, vſque ad plantas pedum* *Linimentũ.* *omni ſero & omni mane ante cœnam & ante prandium.* ¶ Quartum remedium eſt hoc. ℞. *olei omphacini* ℥ ij. *maſticis, ſandaracæ, ſpodii an.* ʒ j. *conquaſſentur ſimul in mortario vehementer, & cum illo linimento actu calido poſt ablutionem ſupraſcriptam inungantur omnes iuncturæ debiles in* *Aliud.* *virtute motiua tamdiu, quamdiu fit prædicta ablutio.* ¶ Vltimum vero ſpeciale eſt hoc. ℞. *ſanguinis draconis, boli armeni, ſandaracæ, acatiæ, maſticis, thuris, myrrhæ an.* ʒ ij. *terræ ſigillatæ, amyli an.* ℥ j. *ſucci plantaginis & roſ. an.* ℥ j. ß. *conquaſſentur in mortario longo tempore, & fiat* E *linimentum.* Cum ergo hic vir continuauerit linimentum ſupraſcriptum poſt ablutionem prædictam, tunc omni mane & ſero per horam ante cœnam & prandium inungat ſibi omnes iuncturas læſas continuando vnctionem prędictam, vſq; ad menſem Ianuarii futuri, & hoc regimine ſperatur ipſum bene remanſurum diſpoſitum.

CONSILIVM CCLIV. *De iſchiade.*

Potio. PRo illa muliere, quæ patitur morbum iſchiadicum, occurrunt mihi iſta. ¶ Primum eſt potus iſte, quẽ omni mane calidũ accipiat. ℞. *aq. ſublim. rad. pæoniæ, rad. hermod. an.* ℥ ij. *& detur calida in aurora.* ¶ II. eſt, q̃ omni die poſt prædictum potum per tres horas *Pilulæ.* accipiat vnam de iſtis pilulis. ℞. *pilul. fœtidarum, pilul. de ſarcocol. an.* ʒ ß. *pul. arthanitæ* ʒ j. *cum* F *ſucco apii, fiant pilulæ ex omni* ʒ vj. ¶ III. vero eſt linimentum hoc, cũ quo omnes partẽs an- *Linimentũ.* chatũ & totę coxæ & loca ad q̃ extẽdit dolor, omni die ter diligẽter inungat. ℞. *ol. omphac. aut loco eius ol. roſ.* ℥ iij. *ol. de coſto. ol. de mandrag. an.* ʒ j. ß. *ſandaracæ* ʒ ij. *thuris, hypocyſt. acatiæ, gallarum cupreſſi, maſticis an.* ʒ j. ß. *pulueris pæoniæ & hermodactylorum an.* ʒ ij. *ſalis nitri, croci an.* ʒ j.

pulueris

A *pulueris ſerapini, opoponacis, reſinæ an.* ʒ j.ß. *ceræ rubeæ quantum ſufficit, fiat vnguentum molle*, &
non ſolet me fallere. ¶ Quartũ inſtrumentum eſt, vt ſi facta eſt phlebotomia coxarum,
bene eſt, ſin minus, quod ipſa fiat. Et iterum apparente declinatione ægritudinis, quod
videbitur ex remiſſione doloris & accidentium aliorum, fiat iterum phlebotomia co-
xendicum aduerſæ partis. Hæc enim perfecte eradicat materias diuertendo: & præſer-
uat a recidiuatione ipſius euentus. ¶ Quintum inſtrumentum eſt, vt ſi in declinatio-
ne morbi videbitur remanere laſſitudo & debilitas in motu progreſſiuo in anchis, & in
coxis: tunc applicetur ei hoc ceratum, quod amplectatur partes ſpinæ inferiores, & lo-
cum vertebri, & fixum permaneat ſuper parte: & ſi locum excoriaret, aut pruritum ma-
gnum efficeret, remoueri poteſt, & locus ſcalpellando, vel cum panno aſpero fricando
B bene agitetur: deinde iterum ceratum, vt prius, ſuperponatur, & eum diu portet, vſque-
quo iuncturæ fuerint ad ſanitatem reſtitutæ. Cuius deſcriptio. ℞. *picis naualis bene coctæ,* **Ceratum.**
& inſpiſſatæ lib. ß. *ſaponis nigri* ℥ j.ß. *hermodactylorum, pæoniæ an.* ʒ j. *reſinæ electæ* ℥ j. *roſ. maſticis,*
acatiæ an. ℈ iiij. *euphorbii* ℈ j. *atramenti combuſti* ʒ j. *ceræ quantum ſufficit, fiant cerata magnæ viſco-*
ſitatis, & applicentur, vt dictum eſt. Hæc enim quinq; inſtrumenta plurimos ſanauerunt ab
iſchiade etiam moleſtiſſima perfecte. Ad laudem Dei. Amen.

Consilium CCLV. *De dolore ancharum & iſchiade inuicem commixtis &c.*

HÆc mulier ægrotat dolore ancharum & iſchiade inuicem commixtis, quod
apparet, quia dolor fixus ſtat in parte coniunctionis oſſium natium cum ſpõ-
C dylis, quæ proprie coniunctio ancha nominatur. Similiter etiam dolorem
habet in loco coniunctionis vertebri cum pyxide oſſis anchæ. ¶ Et eſt hæc
diſpoſitio pendens a materia ſanguinea & phlegmatica inuicem mixtis. Mulier enim
hæc a generatione fuit, & adhuc ſanguinea eſt, quod apparet ex ſtatura magna eius.
¶ Secundo ex craſſitudine membrorum, quę mediocritatem tranſeunt. ¶ Tertio ex
pinguedine ipſorum. ¶ Quarto ex viuido colore rubeo totius corporis. Et hoc ex craſ-
ſitudine & plenitudine venarum totius. ¶ Eſt autem in ea generata materia phlegmati-
ca & congregata in partibus inferioribus, velut caliditate pauperioribus, & effuſa eſt
hæc materia in nucham & in neruos ramificatos a ſpondylis renum & caudæ. ¶ Mate-
ria igitur talis mixta facit dolores extenſiuos, grauatiuos & compreſſiuos in prædictis
D locis, ſc. ancha, & in coxis multum eam moleſtantes. ¶ Et ex hoc apparet, quod eſſen-
tia ægritudinis eſt triplex, ſc. mala complexio ex ſanguine & phlegmate poſita in prædi-
ctis partibus, & dolor anchalis: & tertio eſt dolor iſchiadicus, vſq; ad genu & medium
crus per coxam extenſus.

Cuius cura fieri debet ſecundum hunc modum. Primo mane vno euacuetur cum **Curatio.**
hac medicina aſſumta in aurora, poſt quam parum dormiat, & in quinta hora poſt aſ-
ſumtionem eius accipiat plenum cyathum aquæ hordei calidæ, & vna hora poſt ipſam
prandeat: cuius deſcriptio eſt. ℞. *electuarii Indi* ʒ iij. ß. *boni ponderis electuarii roſ.* ʒ j.ß. **Potio leniẽs.**
miſce cum ℥ iij. *aquæ decoctionis zinziberis.* ¶ Poſt aſſumtionem prædictæ medicinæ ſe-
quẽti die circa horã vigeſimam primam fiat ipſi phlebotomia venæ iſchiados dextri pe-
E dis, quæ reperitur in ſylueſtri parte eius inter calcaneum & cauillam, & educantur ſan-
guinis ℥ v. vel vj. ¶ Facta vero phlebotomia prædicta, ſequenti die accipiat hoc digeſtiuũ,
quod continuare debet diebus in aurora ſumtum & calefactum. Cuius deſcriptio. ℞. *ſyr.* **Potio dige-**
compoſiti acetoſi, ſyr. de eupatorio & mellis roſ. an. ℥ ß. *aquæ hypericonis* ℥ ij. *aquæ acetoſæ* ℥ j.ß. *miſce.* **ſtiua.**
¶ Tempore, quo accipit hoc digeſtiuum, ſi venter eſt ſtypticus, omni ſero parum an-
te cœnam accipiat vnam de iſtis pilulis, aut ſaltem omni tertio ſero. ℞. *aloes ablutæ* ʒ ß. *pi-* **Pilulæ.**
lularum de ſarcocolla, pilularum de ſerapino an. ℈ j. *diagridii gra.* j. *miſce & incorporentur cum ſucco*
roſ. ¶ Similiter tempore, quo accipit digeſtiuum ſupraſcriptum omni die bis, vt mane &
ſero, inungat totam regionem ancharum & totum ſpatium, quod amplectitur dolor cũ
hac vnctione. Cuius intentio eſt partim refrenare curſum materierum ad locum, par-
F tim vero ſedare dolorem: partim conſumere partem materiei iam congregatæ. Cuius
deſcriptio. ℞. *olei omphacini, olei roſ. an.* ℥ j. *olei de aneto, olei vulpini an.* ʒ vj. *croci gran.* vj. *ſanda-* **Vnguentum**
racæ, thuris, roſ. maſticis an. drac. ß. *terantur ſimul ſpecies bene pulueriz atæ longo tempore cum oleis in*
mortario, & fiat inunctio, vt dictum eſt, cum eo calido locum circumligando cum faſcia
mediocris adhæſionis. ¶ Accepto vero digeſtiuo prædicto poſt ipſum die immediate ſe-

Pilulæ. quenti purgetur cum iſtis pilulis, quarum deſcriptio eſt. ℞. *pilularum de ſerapino, pilu-* A
larum aurearum & ſarcocolla an. ℈ j. *b. p. reformentur pilulæ vij. vel viij. cum electuario ſucci roſar.*
& vno grano diagridii, & in earum aſſumtione & operatione obſeruentur regulæ, & conditiones de
prima euacuatione poſitæ. ¶ Poſtquam vero fuerit purgata, ſi dolor videtur tendere ad de-
clinationem manifeſte, tunc non debet aliud innouare, niſi quod vtatur inunctione
ſupraſcripta, & aſſumtione pilularum, quas accipiebat tempore digeſtiui omni vel ter-
tia die vel quarta, ſecundum maiorem vel minorem ventris fluxibilitatem. ¶ Si autem
contingeret, quod poſt prædictas euacuationes & remedia alia dolor non eſſet mani-
feſte alleuiatus, tunc ſuper ancham & locum vertebri apponatur ceratum vnum omnia
illa ſpatia diligenter amplectens. ¶ Cuius intentio eſt veſicando & cutem abrumpen-
Ceratum. do, materiam attrahere a profundo membrorum, & conſumere ipſam, & fortificare B
iuncturas. Cuius deſcriptio. ℞. *reſinæ electæ, ammoniaci an.* ℥ j. *chalcanthi combuſti drachm.*
ij. auripigmenti drachm. ij. antimonii ʒ j. ß. *pulueris artheticæ, pæoniæ an.* ʒ ß. *pyrethri* ʒ ß. *olei de*
euphorbio ℥ j. *ceræ quantum ſufficit, fiat ceratum magnæ viſcoſitatis, quod poſt bulliat in vnc. iiij. ſucci*
pedis coruini, vſq; ad conſumtionem ipſius: portet ergo hoc ceratum ſuper locis illis tempo-
re tanto, quo percipiat manifeſtam ſanationem vel conualeſcentiam. Deinde locum
illum conſolidet cum inunctione, facta cum oleo roſ. inſpiſſato cum puluere gallarum
cupreſſi ex his leuiter cõfricando locũ actu tepidis. Et ſi per hunc modum, vt ſpero ſana-
bitur, habebit intentum: ſin minus, ſcribatur mihi, & prouidebo de remediis leuiori-
Diæta. bus melioribus. Ad laudem Dei. Amen. ¶ Abſtineat a multo vſu aceti & leguminum,
a cibis paſtilibus, a lacte, a multitudine piſcium, & ab vſu vini albi valde potentis, a mul- C
titudine vel frequentia coitus, & a vehementi frigore aeris & humiditate eius, a forti-
bus exercitiis ambulandi, & montes aſcendendi, maxime in tempore, quo ſollicita eſt
remediis ſupraſcriptis. Amen.

CONSILIVM CCLVI. *De iſchiade.*

VIRO eximiæ laudis egregio Dñ. Doctori Bartholomæo Mino nepoti ſuo
dilecto Bartholomæus de Montagnana exiguus phyſicus ſalutem dicit. Nõ
eſt mihi extraneum neq; ſtupendum, ſi te aduocauerit, & in ſuum guber-
natorem elegerit egregia illa communitas Leniaci, virtutes enim hominũ
homines eliciunt ad honores & vtilitates extollendas: quare age feliciter, D
vt melius continue te ſublimes vigili ſtudio in cognoſcẽdo diſtincte ægritudines & ſol-
licite te præbendo ægris: ſic enim itur ad aſtra. ¶ Quod vero demum ſcribis de commẽ-
datiſſimo viro illo, qui dolores iſchiadicos patitur, & quod a te circa ipſum actum fue-
rit, optimum fuit totum & laudabile.

At quid deinceps in eius diſpoſitione agendum ſit, ſex mihi viſum eſt procedere
remediis. ¶ Primum quidem eſt, vt eligas mane horam electam, & inſtituas ei phlebo-
tomiam ſciaticæ venæ contrarii pedis, educendo ſanguinis quantitatem v. ℥ aut ſaltem
quatuor, & non minus. Deinde ab omni motu progreſſiuo iuxta poſſibile eligendum,
quieſcat diebus ad minus octo. Et vinum ſit ſubrubeum, clarum, aromaticum, ponticũ,
quod diluetur cum altera medietate hydromellis. ¶ Secundum vero principale inſtru- E
mentum eſt, vt omni mane non multum diſtante ab ortu ſolis & omni ſero hora 22. cum
magnis ſpongiis nouiſſimis fomentetur ancha cum maiori parte natis & magna parte
Fomentum. coxæ patientium: ſpongiis inquam inf[illegible]ſis in decoctionem iſtam & bene expreſſis. ℞.
granorum pæoniæ contritorum & radicis eius, hermodactylorum an. ℥ j. ß. *hypericonis, andachochæ,*
ſtœchados, folii, acori an. ℥ iiij. *corticum papaueris albi numero octo: coquantur omnia in octo ſitalis*
aquæ ateſis, vſque ad conſumtionem medietatis, in cuius decoctionis fine ponatur ʒ j. ß. *croci integri:*
fiat autem prædictarum ſpongiarum applicatio quatuor vicibus in mane, & quatuor in ſero. ¶ Ter-
tium ſpeciale remedium eſt, vt poſt prædictam fomentationem in nocte vngantur præ-
dicta loca & crus, vſq; ad clauiculam cum hoc vnguento mediocriter calido. ℞. *olei vul-*
Vnguentum. *pini* ℥ iij. *de pyrethro & caſtoreo an.* ℥ ß. *pinguedinis taxi* ℥ ß. *andachochæ, agarici, ſtœchados an.* ʒ j. F
ſeminum lactucæ, portulacæ, ſcariolæ, & florum nenupharis an. drachm. ij. croci ℈ j. *ceræ albæ quan-*
tum ſufficit, fiat vnguentum molle, quod poſtea bulliat in ℥ *iiij. ſucci ſemperuiui, vſque ad ipſius*
conſumtionem ſucci. ¶ Quartum ſpeciale eſt, vt idem patiens poſtquam mane fomenta-
tus fuerit, vt ſupra, ponat hoc ceratum ſuper partem anchæ, quod ibi continue applica-
tum rema-

A tum remaneat vſque ad tempus fomentationis nocturnæ. Cuius deſcriptio. ℞. *emplaſtri* Ceratum.
apoſtolorum ℥ j ß. *de mucilaginibus* ℥ ß. *opoponacis & ammoniaci pinguiorum, galbani ana* ʒ ij. *radi-*
cum pæoniæ, hermodactylorum, acori, ſeminis hyoſcyami albi, ana ℈ ij. *croci* ʒ ß. *cum ſufficienti quan-*
titate ceræ fiant cerata ſphærica latitudinis vnius ſpithamæ ſuper panno de grana inuoluta: quorum al-
terum permutatim apponatur membro, vt iam prædictum eſt. In hac enim compoſitione ſpero
ſuſtentari potentiam integræ ſanitatis huius viri: quod ceratum dum conficitur, ſupera-
ſpergatur acetum. ipſum enim ponitur in curis ægritudinum etiam frigidarum, vt pene-
trare faciat, *4. primi, cap. 1. in fine.* ¶ Quintum eſt hoc. ℞. *aloes ablutæ* ʒ iiij. *agarici electi* ʒ j. *for-* Pilulæ.
mētur pilulæ de omni ʒ vij. *cum ſyrupo compoſito acetoſo: de quib. omni tertio aut quarto ſero accipiat*
vnam immediate ante cœnam ſecundum tuam diſcretionem. ¶ Vltimum vero remedium eſt
B hoc. ℞. *ſpecierum electuarii de acoro* ʒ j. *hypericonis & andachochæ, radicum pæoniæ ana* ʒ j. *ſtœchad.* Electuarij.
zinzib. ana ℈ ij. *oxymellis compoſiti* ℔ ß. *ſacch. alb.* ℥ ij. *fiat electuarium, de quo iſte vir in mane in*
aurora deglutiat quantitatem ij. ʒ. *bibendo poſt ipſum* ℥ j. *aquæ ſublimationis andachochæ tepidæ &*
ſubduplum huius electuarii cum ſubdupla portione aquæ per horam ante cœnam: & per duas horas
poſt cœnam accipiat. Quid de hypericone ſcribatur, *2. can. proprio cap.* lege. Laudes vero an-
dachochæ collige *2. tertii, 1. cap.* & hac in fen etiam videbis, quid de conditis, & de acoro
ſcribatur. Vale, & ſi me diligis, magis tamen teipſum, ſtude & iterum ſtude, perlege, & ita
felicitabuntur opera tua. quod ſumma omnipotentis miſericordia concedat. Ad laudes
eius immortales. Amen.

C CONSILIVM CCLVII. *De dolore ancharum, iſchiadico & alchatin. Diuiditur autem conſilium in capita tria.*

CAP. I. *De cauſſis & ſignis dolorum ipſorum.*

DOLORES huius nobilis viri anchales nominandi, intelligendo per iſta
membra loca coniunctionis oſſium natium inſimul cum ſpondylis inferio-
ribus alchatin & caudæ: & quia oſſa iſta in lateribus partibus exterioribus
concauata ſunt, in quorum concauitate ſolidatur ſuperior pars facilis coxę
mediante ligamento craſſo & breui, has partes concatenantes inſimul. &
nominatur locus ille iſchias, propter loci propinquitatem: ad materiam morbi neceſ-
D ſe eſt illius materiei partem deriuaſſe ad iſchiadem. vnde facta eſt compoſitio dolorum
diuerſorum, ſcilicet anchalis & iſchiados. ¶ Prouenit autem hic dolor a mala comple-
xione frigida & humida: & multa materia phlegmatica & mucilaginoſa incraſſata ibi-
dem per diuturnitatem temporis, partim propter reſolutionem partium aquearum &
aerearum factam a materia cholerica, quæ prædictæ materiei phlegmaticæ commixta
eſt: debet denominari phlegma cholericum, id eſt, cui cholera notabiliter eſt commix-
ta. Et ſicut ex ſignis dignoſci poteſt, materia cholerica prædicta non eſt pura cholera ru-
bra, ſed cholera vitellina cōmixtione eius, & craſſi phlegmatis facta. ¶ Vnde ex prędictis
intelligi poteſt, quod dolor iſte ſit acutus quandoque, ſecundum quod magis miſcetur
de cholerica materia illi phlegmati, ſemper tamen dominante phlegmate, vnde hic do-
E lor quandoque percipitur cum veſtigiis caliditatis & aliquali rubedine loci. Aliquando
tamen dolor iſte remiſſior eſt & cum ſignis frigiditatis inuentus: & proprie quando
phlegma notabiliter ſuperexcedit materiam cholericam.

Vnde ex prædictis iterum deduci poteſt, quod longior & fortior ſit hæc ægritudo
propter maiorem profundationem & penetrationem illius phlegmatis accidentaliter
in eo acquiſitam a cholera ſibi commixta. ¶ Sunt autem hæ materiæ immerſæ villis ner-
uorum orientium a neruis ſpondylorum alchatin & caudæ, & materiæ etiam iſtæ in ex-
tremitatibus chordarum & muſculorum lumbalium interiorum & exteriorum immer-
ſæ ſunt: & in partibus ligamentalibus, quæ ibidem inueniuntur concatenare iuncturas
prædictas. quæ tamen ligamentales partes non ſunt vera ligamenta, ſed reſultantia ex li-
F gamentalibus partibus orientibus ab oſſibus prædictis & villis neruorum ſenſibilium ſi-
bi commixtis: propter quod talia ligamēta ſunt membra ſenſibilia. Alia vero ligamen-
ta vere dicta talia: & proprie illa, quæ oriuntur ab oſſib. nullo modo ſentiunt. Ligamen-
torum enim nullum habet ſenſum, *prima primi, cap. de membris.*

Ligamenta carent ſenſu. Quod paſſio huius ægroti ſit ægritudo. A ¶Ex hoc ergo fundamento ſolui poteſt quæſtio de acutiſſimo dolore in ligamento vertebræ eueniente. illud enim non eſt verum ligamentum. ¶Ex quibus omnibus inuicem collectis vltimo apparet, quæ ſit ægritudo, quoniam eſt mala complexio frigida & humida prædictarum partium.

Apparet vlterius, quæ ſint illæ partes, apparet iterum, quæ materialis cauſſa ægritudinis. Et quarto colligitur ex iſtis, quæ & qualia ſint accidentia. Eſt enim dolor quandoque extenſiuus, quandoque intenſiuus punctioni commixtus, quandoque caliditati, aliquando frigiditati aſſociatus, vt ſupra viſum eſt: vnde ad eius curationem ingrediendum eſt, ſecundum quod in ſequentibus apparet.

Cap. II. *De cura per ſex res non naturales.*

Aer. B DIRIGITVR itaque regimen huius viri per ſex res non naturales, vt ipſe fugiat habitationes in aere frigido, humido, ventoſo, & locus habitationis eius remotus ſit a terra, & a decurſibus aquarum & vallium & paludorum. Et ſit aſpectus eius orientalis & meridionalis. aut calefiat locus eius accidentaliter cum frequenti & multo igne & parietibus bene munitis, ita vt murorum antiquorum ædificia euitentur, & loca prædicta patientia bene calida conſeruentur, & caput etiam, ne ex eius frigiditate augmentetur in eo materia frigida apta deſcendere ad patientia loca.

Motus & quies. Repletio & inanitio. Exercitium euitari debet, & proprie inſtantibus doloribus quieſcere debet, quouſque membra a doloribus priuata fuerint & bene fortificata. ¶ De modo vero cibationis aduertat, quod ſit in comedendo parcus, C & ſimiliter in potu, immo eius regimẽ inclinetur ad inanitionem aliquantam, & non accipiat cibum aliquem vel potũ, niſi neceſſitate finis, aut potius ſi vrgeatur, propter quod cum nauſea & faſtidium ſtomachi imminet, ſemper a cibo fugiat, & in cibatione ſua plurima maſticatione vtatur. Fercula diuerſa & numero plura dimittat. & ita de potu dicendum. ¶Caueat ſubito poſt cibationem dormire, & omnem etiam longam dormitionem effugiat. *Somnus & vigilia.* ſomnus enim longus generat rheumatiſmos & laſſitudinem, phlegmatis augmentum efficit. Elapſa igitur hora cum dimidia dormiat, & primo ſuper dextro, deinde ſuper ſiniſtro decumbendo. reſupinationem autem in dormitione effugiat, ipſa enim materias deſcendere facit ad poſteriora. Reliquo autem tempore toto vigilandum eſt vltra ſpatium horarum vij. vel viij. D quibus conceditur ſomnus.

Paſſiones animi. De paſſionibus animi, ſi non dubitaretur inflammatio & diſſolutio materierum circa principalia membra, cõueniret ei leuis iracundia, & accidens animi quodlibet, ex quo caliditas augmentaretur in corpore, quæ eſſet cauſſa digeſtionis & reſolutionis materierum prædictarum. q̃ tamen hic non niſi cũ difficultate applicari poſſunt. accidentia animi ipſa dimittantur: & inſiſtat bonæ ſpei curationis ſuæ: ſit lætus & a triſtitia elongatus. *Cibus.* ¶Vtatur cibariis omnibus mediocriter calidis & parumper ſiccioribus naturaliter & accidentaliter. Et ſi occurrunt cibaria taliter modificata, miſceantur ſemper cum his, quæ eorum caliditatem & ſiccitatem augent: vt ſal, piper, cinamomum, nux muſc. fœniculum, petroſelinum, aniſum, daucus, hyſſopus, mentha, ſatureia & his ſimilia. ¶Panis E eius ſit communi pane parum plus fermenti habens & ſalis. ¶ Caueat a piſcibus & farinaceis cibis. ¶ Carnes eius ſint, velut pulli, colũbi proprie, & aues omnes ſylueſtres, ſint ei communiter vſitati, præterquam degentes in aquis: & vtatur carne vituli, capreti, caſtrati, & gazelli proprie.

De plantis autem conueniunt ei caules fœniculi, petroſelini, paſtinachia ſuo tempore. Cucurbita vero & ſpinachia, bleta, endiuia, lactuca, portulaca omnia dimittantur, niſi raro valde & in quantitate pauca accipiantur: & proprie confracta cum plantis & rebus calidis ſupra tactis. ¶ Ex leguminibus vero concedi poſſunt cicera rubea, oryza & lentes proprie coctæ cum brodio pingui & far. Ex fructibus concedi poſſunt aliquando melones bene dulces, & non in multa quantitate. Et ficus recentes optimæ ſunt ei & auellanæ, F amygdalæ & nuces. Poma vero, pyra, perſica & conſimilia raro & in pauca quãtitate accipiantur. Vuæ bene maturæ & dulces ſibi conceduntur. Lac autem & lacticinia cibaria omnia dimittantur. Caſeus & proprie ad ſalſedinem notabiliter inclinatus concedi debet.

Oleum

A Oleum oliuarum, nucum & amygdalarum dulcium ipſi conuenit. Butyrum autē
& propter humectationem multam eius, & laſſitudinem, quam efficit in neruis, non pla-
cet mihi. Aceto iterum parum & raro in cibis vtatur, niſi commixto cum ſale, pipere, cy-
namomo & ſimilibus. Agreſta & proprie ſalita conueniens eſt ei. vſus limonum & aran- *Potus.*
ciorum aliquando placet. De vino granatorum non curet. ¶ Potus vero ſit aliquanto
tempore aqua mellis facta ex quindecim partibus aquæ & vna mellis, quæ coquantur ad
conſumtionē tertiæ partis. Vinum vero rationabiliter ipſi cōueniens eſt ſubrubeū, be-
ne clarum, nō valde fumoſum, ad ſaporem ponticum vel bruſcum parum declinans, aut
ſaltem leui dulcedine participans cum claritate ſubſtantiæ ſui & debilitate eius.

Cap. III. *De cura per medicinalia.*

B DE medicinalibus vero occutrunt mihi duo principalia. ¶ Primum eſt regi-
men obſeruandum a præſenti tempore, ſcilicet a fine menſis Iulii, vſque ad
finem menſis Septembris. ¶ Secundum vero eſſet regimen a principio O-
ctobris per omne tempus obſeruandum, ſed de hoc regimine ſecūdo præ-
termittendum eſt, nunc fortaſſis enim ita conuenienter curatus & alleuia-
tus erit, quod regimen ſatis leue ei adminiſtrandum eſſet: aut fortius, ſecundum quod
diſpoſitio ad melius apparebit permutata. Habita igitur iſto tempore notitia rei illud re-
gimen ſecundum exigentiam expedietur.

Primum autem principale regimen quod eſt nunc obſeruandum, octo compleri
C debet remediis ordinate, vt nunc ſequitur. Primo, cum quietus erit ab exercitio, fiat ei
phlebotomia pedis aduerſo loco doloris mane hora electa, ſc. vacuo exiſtente ventre a
cibis & a ſuperfluitatibus, per quam educātur ſanguinis ℥ iiij. & non plures: quoniā phle- *Phlebotomia.*
botomia venarum inferiorum magis debilitat, quam ſuperiorum. *4. primi, cap.* 20. Et cō-
uenit ei eleganter hæc phlebotomia propter mixtionem materiei calidæ cum frigida
gratia diſtinctionis & partialis eradicationis materierum, quæ poſt alias euacuationes
remanſerunt: immo hæc phlebotomia iterum conueniret ei in fine menſis Septembris
gratia præſeruandi & alleuiandi dolores in futura hieme.

Secundum principale inſtrumentum eſt, vt poſtq̄ fuerit per phlebotomiam con-
uenienter euacuatus, conſideretur alleuiatio, quæ ſucceſſit. Et ſiquidem manifeſte alle-
D uiatus & ſedatus etiam fuerit dolor, tunc pertranſeat cum bonitate regiminis ipſi aſſi-
gnati & vſu medicinarum iam ventrem lapſum efficientium, quæ ſtatim ſcribentur in
hoc cap. huius tertiæ particulæ. Si autem dolor remanſerit notabiliter intenſus in an-
cha, & prohibens motum progreſſiuum, tunc tranſeatur ad regimen maioris efficaciæ,
vt nunc ſcribetur.

Tertium principale inſtrumentum eſt, vt ſi dolores remaneāt, & maximē cum ſi-
gnis inuentionis nauſeæ, eructuationis, aut rheumatizationis materierū a capite, vel ab
alio ſuperiorum membrorum, tunc prouocetur vomitus ſecundum hunc modum. ¶ Ci
betur enim prope meridiem cum cibis ſpecie diuerſis craſſis cum ſubtilibus; grauib. cū
leuibus, dulcibus cum amaris, acetoſis cum inſipidis, frigidis cum calidis, ſtypticis cum
E lenitiuis, mollificatiuis. Exemplum primorum eſt: dare vitellos ouorum cum pane azy-
mo aut non bene cocto. Secundum eſt, dare cibos paſtiles cum ptiſana hordeacea. Exē-
plum tertii, vt dare mellita & ſaccharata cibaria cum hyſſopo, ſaluia & abſinthio. Exem-
plū quarti, vt dare acetum cum raphano & ſimilib. Exemplum quinti, vt dare crocum &
vinum cū agreſta, portulaca & endiuia. Sexti, vt dare granata acria, cydonia & adheruli
meſpila ſeu adzerul cum prunis, ficubus recentibus & vuis recentibus. Neceſſe eſt enim
& rationale prouocari vomitum per iſtorum applicationem. ſtomachus enim ex appli-
catione rerum tantæ diuerſitatis in qualitatibus primis & ſecundis in laboribus & in a-
liis, quæ conſequuntur ex iſtis, faſtidium & abominationem incurrit, quibus cum per-
ſeuerat, neceſſario ſubſequitur nauſea & vltimo vomitus. Sunt enim quinque mo-
F tus præter naturam ſtomacho ſuperuenientes, velut accidentia ſibi propria: vt legitur
13. tertii, tract. 5. in prin. eius. Cum ergo prouocatus fuerit vomitus, quieſcat æger & cibe-
tur cibis facilis digeſtionis, in quanto & in quali. Deinde iterum tertia ſequenti die pro-
uocetur vomitus, & iterum ſexta die & octaua vſquequo vomitor perceperit notabilē
alleuiationem ſtomachi & totius corporis.

Vomitus.

De modis vero & inſtrumentis efficiendi vomitum ſic procedat. cum enim fuerit A
cibis tantæ diuerſitatis cibatus, per vnam horam vel duas poſt illud, primo ponat digitorum indicem vel medium in principio gutturis ibidem commotionem efficiendo, aut ſaltem deglutiat fruſtum chartæ vel corrigiæ. Aut tertio imponat gutturi pennam ibidem titillando, aut pennam illam inungat in oleo ſimplici aut parum ſalito. Hi enim ſunt meliores & ſecuriores modi vomitandi. ¶ Si autem per hæc non euomuerit, tunc in potu detur ei cyathus vnus aquæ cum quarta parte aceti & modico ſacchari vel mellis tepefacti inſimul. Et ſi non euomuerit per hoc, detur ſyr. acetoſ. ℥ j ß. cum dupla parte aquæ tepefactæ. Aut tertio dentur decoct. radicis raphani tepefactæ ℥ iij. cum modico aceti. Aut detur raphanus cum virtute ellebori al. ſigillata in ipſum per plãtationem modicum in ſubſtantia ſua, qui raphanus per viij. dies fuerit in terra ſepultus, comeſtio e- B
nim illius accelerat vomitum. & eſt de potentibus, non multum tamen in vſu eſt habendus, propter nocumenta ellebori apti facere ſpaſmum. vt legitur *ſect. 5. aphoriſ. 1.* & commentatore ibidem. *Elleborus etiam periculoſus eſt in corporibus ſanis, quia ſpaſmum facit.* Et ego non dubito, quod magis periculoſus ſit corporibus infirmis, in quibus eſt minor reſiſtẽtia ex parte virtutis, quam in ſanis, tamen eſſent apponendæ conditiones conſeruandæ in homine præparando ad vomitum: vt quia, ſcilicet pilæ de coto ſuper oculis eius ligarentur: & leui motu moueretur corpus totum: & leuis agitatio ſuper ſtomacho applicaretur, ac varia figurarum corporis ſituatio ad diuerſas differentias poſitionis: & reliqua ſimilia, quæ pulcra legenda ſunt *quarta primi de præparando ad vomitum.* ¶ Et ſi velis ample & ſolatioſe in vnum colligere, lege conſilium pro domino Petro Donato Epiſcopo C
Patauino conſcriptum, & ibi videbis iuuamenta, quæ vomitus affert in doloribus iuncturarum; & lege *quarta primi, cap. de iuuamentis, quæ affert vomitus, & 22. tertii, cap. de curationibus dolorum iuncturarum & iſchiados.* quare hermodactylus eſt medicina ſecurior, vt colligitur *22. tertii, cap. præallegato.*

Clyſteres & eorum præſtantia in his caſibus.

Cum autem iterum in anchis vel iſchiade, non omnino dolor quieuerit iam, oportet applicare quartum inſtrumentum, quod omnino omnium ſapientum concordia laudatiſſimum eſt, ſcilicet clyſtere acutum, quo non ſolum alleuiantur & curantur dolores iſchiadici nouelli, verum etiam chronici & fixi ex adminiſtratione talium eradicantur complete. ¶ Mirandum autem eſt, quod illuſtres omnes tanto iuuamento approbent acutorum clyſteriorum adminiſtrationem in cura ancharum & iſchiados. In D
doloribus autem aliarum iuncturarum non adeo ſunt ſolliciti: vt de doloribus pedum, dorſi, ſpatularum, & manuum. Poteſt autem hoc contingere multis ex cauſſis. ¶ Prima, quia talia clyſteria propinquius veniunt ad patientes particulas, ſcilic. ancham & iſchiadem: inteſtinũ n. rectum & colon, in quibus duob. magis recipitur & diutius retinetur, applicatur ſuper ancham & reſoluitur colon circa partes illas. Cum ergo actio conuenientior fiat per tactum, ſequitur, &c. Item clyſteria talia conuenientius attrahere poſſunt a propinqua parte, quam a diſtanti, ſed clyſteria in prædictis inteſtinis recepta conuenientius & facilius attrahent ab anchis & iſchiade, quam a pedibus, genubus & aliis, &c. ¶ Item & tertio quia excoriatio, quæ ab acuto clyſteri producitur in inteſtinis prædictis eſt cauſſa, vt aperiantur venæ prædictis inteſtinis immixtæ & arteriis. & cum tales venæ E
habeant continuitatem cum venis meſenterii, & iſtæ habent continuitatem cum venis ancharum & iſchiados cum propinquitate magna ipſarũ adinuicem: q̃ propinquitatẽ non habent cũ venis aliarum iuncturarũ, ſequitur, quod vna & eadẽ medicina in æquali tempore conuenientius & fortius attrahet ab ancha & coxendice, quam attrahet a iuncturis aliis: & plures alias rationes huic propoſito adducere potuiſſem, quas omitto. ¶ Contra quia medicinis ſolutiuis ineſt potentia electiue attrahendi materiam a diſtantibus partibus, immo quandoque a pollicibus pedum, vt clauditur in ſententia Hali. commentatoris tertii tech. commento illius textus, *Antipaſeos, &c.* igitur talis medicina æque bene educere poterit a remotis & a propinquis. ¶ Neganda eſt illa conſequentia. licet enim forma medicinæ electionem habeat ad determinatã materiam: tamen fa- F
cilius educet & citius: cum fuerit poſita in propinquis, quam in remotis partibus. ¶ De numero itaque horum clyſteriorum tria hic deſcribam, quæ mihi elegantiora videntur. ¶ Et primum eſt clyſtere factum ex decoct. hermod. quod ita denomino ego: in quo eſt intentio attrahẽdi materias frigidas ab anchis: & iuuat ad digeſtionem reſidui materiei:

& ad

A &ad ſedandum dolores & conſumendum ventoſitates,quæ non raro ſunt cauſſæ dolorum in prædictis partibus.Cuius deſcriptio.℞.*radic.hermodact.non perforat.*℥ j.*radicum pedis coruini* ℥ ß.*herbæ arthеticæ,quæ ſula nominatur a Rhaſe 9. Almanſ.ſtæchad.hypericonis,cymini,ſem.rutæ ana M* j ß.*chamomil.melil.ſem. aneti ana M* j.*croci non contriti* ʒ j.*conquantur omnia ſimul in* ℔ *v.aq.vſque ad conſumtionem medietatis,deinde exprimantur:& huius colaturæ accipiat* ℥ *xij.olei de caſtoreo* ℥ *iij.ſalis Indi* ʒ *ij.hieræ,colocynth.*℥ ß.*miſceatur totum & mediocriter calidum imponatur.* ¶ Ineſt enim in hoc compoſito dominans virtus ab hermodactylo ſigillata, quæ producit tria iuuamenta in euacuando materias a iuncturis. ¶ Primum eſt,quia ſtatim euacuat humores frigidos a iuncturis. ¶ Secundum eſt, quia poſt eorum euacuationem ſigillat ſtypticitatem in iuncturis, propter quam redduntur ineptæ ad recipiendũ

Clyſter ex decoctione hermodactylorum.

B materias,q̃ tempore agitationis a medicina ſolutiua factæ diſſolutæ & colliquatæ fuerũt a motu vel caliditate medicinæ. tales enim medicinæ valde facile perſæpe recipiuntur in iuncturas poſt ſolutionem factam ab aliis ſine ſtypticitate confortantibus, propter ꝙ ſequitur primo,quod in omni medicina compoſita ſolutiua a iuncturis attractiua ſigillari debeat ſtypticitas artificialis,ſi in medicina non fuerit ſtypticitas naturalis.Sequitur ſecundo,quod frequens vſus ſolutiuorum adminiſtratus non ſecundum hunc modum, dolorem in iuncturis magis augmentat,q̃ alleuiet. ¶ Tertium iuuamẽtum, quod in hermodactylo eſt,cum propter caliditatem ſuam phlegmaticæ materiæ, quæ in iuncturis inueniuntur,& partibus propinquis ad eas ſubtiliẽtur materiæ, quæ ſubtilitate penetrabiliores reddantur,tunc eſſent aptę celerius magis penetrare &profundari in iuncturis:

C hoc autem totum prohibetur per virtutem hermodactylorum ſtypticitatem in eis efficientium. quare hermodactylus eſt omnium medicinarum ſolutiuarum a iũcturis elegantior medicina & ſecurior.propter quod illuſtres viri in ſcientia bene triti plurimum in medicinis ſolutiuis a iuncturis immiſcuerũt hermodactylũ:vt in vniuerſa eorũ ſchola legi pot̃. ¶ Secunda deſcriptio clyſteris eſt nominata de colocynthide,quę fit ſecundum hunc modum.℞.*pulpæ colocynth.* ℥ ß.*turbith,carthami,polypodii ana* ʒ *ij.aſari,arthеticæ,ſtæcha. pæoniæ,piperis al.ſem.rutæ an.*ʒ j ß.*coquantur omnia in* ℔ *v.aquæ vſq; ad conſumtionem medietatis & colatura eius cum expreſſione cõuenienti accipiat* ℥ *xij.olei de coſto & de caſtoreo an.*℥ j ß.*ſalis nitri* ℈ *iij.miſce & mediocriter calidum imponatur.* Et ſi vis ipſum efficere magis proprium ad curam iſtam ex phlegmate cum cholera, tunc decoctioni ſupradictæ adde trociſcum vnũ

Clyſter de colocynthide.

D de ſcammonea non cocta:& erit efficacius. ¶ Tertiũ vero clyſtere, cuius memoria a ſapientibus ſæpiſſime habetur,eſt factum ex almuri. & licet per iſtum terminum importet ſalſamentum omne:in hoc tamen propoſito a ſapientibus eligitur aqua ſalſamẽti piſciculorum maritimorum,aut oliuarum cõditarum: *de quorum altera accipiatur* ℔ j.*olei de caſtoreo* ℥ *iij.miſce & totũ calidum mediocriter imponatur.* Cum hoc enim clyſteri quãplurimos patientes ſpatio decẽ annorũ ꝓhibitos a motu progreſſiuo ſæpe ſanaui. Et eſt euidens in hoc ſignum. Cum enim ex vſu iſtorum clyſteriorum perueniunt patientes ad alchucat, tunc in paucis diebus ſanantur. Eſt autem alchucat *ſuperficialis inteſtinorum excoriatio:*vt 19. *tertii cap.de ſolatione ventris omnium modorum.*

Almuri quid.

Alchucãt quid.

Quintum principale inſtrumentum poſt applicationem illorum generalium,aut

E aliquorum,& proprie,quando æger propter laſciuiam euitat phlebotomias & vomitus, vt eſt plurium modernorũ vſus,aut effugiũt applicationem clyſteriorum,vt eſt mos Germanorum,oportet,vt membra aggrediamur cum localibus. ¶ Et ſi quidem ęgritudo recidiuã habuerit,ſecundũ quod accidere ſolet in doloribus iuncturarũ,qui periodice reuoluuntur de hyeme ad ver & de vere ad autumnum,vt experientia notat, tunc p̃miſſis euacuationib.vniuerſalib.ſecundũ poſſe materia exſiſtẽte dominanter frigida,vt plurimũ conuenit,vt applicemus mẽbris medicinã leuis caliditatis & ſiccitatis cũ ſtypticitate forti.taliter n. procurari debet fluxus materierũ frigidarũ ad mẽbra: ¶ Et in hũc modũ regi debẽt apoſtemata frigida in principio,vt applicemus eis p̃dicta ſquinantũ & blattæ byzantiæ, *4.primi,c.25. & 22.tertii,*vt ſupra allegatum eſt. ¶ Ego autẽ in hoc tempore,ſ. in

F principio alterũ duorum ſoleo applicare.quorum primũ eſt hoc. ℞.*gallarum cupreſſi* ℥ *iij. farinæ hordei* ℥ j ß.*roſ.*℥ j.*maſticis,granorũ myrti,ſarcocollæ an.*ʒ *ij* ß.*bulliant in vino alb.ſtyptico nõ valde fumoſo vſq; ad glutinoſitatem conuenientem,& de hoc mediocriter calido emplaſtretur mẽbrũ.* Secundũ & efficaciꝰ eſt hoc.℞.*ſandar.*℥ *ij.chamom.meli.ſem.anet.an.*℥ ß.*farinæ volatilis molẽdini* ℥ *iij.roſ.*℥ j.*bulliãt omnia in vino modo prædicto.& in fine apponãtur tres vitelli ouorum & applicetur membro,*vt prædictum eſt. ¶ In augmento vero rei prædictis aut altero ipſorum,

Emplaſtrũ.

adiungatur œſypi humidæ ℥ j ß. hoc enim tẽpore mollificantia permiſcenda ſunt reper- A
cuſſiuis. In ſtatu autem conueniunt ſedantia dolorum potiſſime & virtutem adiuuantia
ad reſolutionem & euaporationem materierum, quale eſt hoc. ℞. *olei roſ. de chamo. ana ℥.*
iij. vitellos ouorum num. vj. coquantur ſimul lento igne in ſartagine diligenter incorporando: & in fi-
ne apponantur croci ʒ j ß. & apponantur membro. ¶ Aliud in hoc tempore conueniens, & pro-
pe cum ſignis calidis, quale eſt hoc. ℞. *lactis vaccini* ℔ j. *farinæ hordei ℥ iij. maſticis ʒ ij. croci ʒ*
j. bulliant ſimul farina & lac uſq; ad glutinoſitatem, & in fine apponantur alia. ¶ In declinatione
vero rei hæc duo remedia conuenientia ſunt, quæ ſanant in fine, ſi adiungantur eis ea, q̃
materias complete conſumere poſſunt. ¶ Exſiccantia ſunt, quæ ſanant in fine in locis al-
legatis, & ideo prædictis addere ſoleo granorum myrti, maſticis, ſarcocollæ, thuris, pœ-
oniæ, hermodactylorum, artheticæ ana ʒ ij. & felicitatur operatio. ¶ Non raro vero a ſa- B
pientibus inueniuntur modi & inſtrumenta applicandi linimenta, fomentationes, em-
brocationes, balnea, & infuſiones, in quorum omnium applicatione ſemper obſeruari
debent canones eligendi varietates medicinarum in qualitatibus ſuis, ſecundum varie-
tatem temporum ægritudinis, vt iam dictum eſt.

Sextum vero principale ingenium curationis eſt, vt membra mandantia regantur
ſemper regimine prohibitionis & augmenti materierum in eis, & effuſiones earum ad
Confortatio ſtomachi. membra patientia. ¶ Et quia quidem confortatur ſtomachus cum mace, caryoph. men-
tha, maſtice, ſpica, ſquinanto, cypero, & ligno aloes vtendo eis in cibis: & de compoſitis
cum aromatico roſ. diamace, diacalamento, electuario de thure, & ſimilibus, dando ex
Cerebri. eis ʒ j ß. in aurora cum aqua pœoniæ vel calamenti. ¶ Cerebrum confortari poteſt cum C
aſaro, galanga, ſtœchade, hyſſopo, betonica, melliſſa & ſimilib. in cibo acceptis. De cõ-
poſitis vero cum diambra, diamuſco dulci, electuario de ligno aloes, ſotyra magna & cõ-
ſimilibus accepta in ſero ʒ j. eorum cum modico aquæ labruſcæ, acori & ſimilium per
Renum. duas horas poſt cœnam aſſumtorum. ¶ Renes eius confortari poſſunt. primo abſtinen-
do a longo decubitu ſuper eis, & a frequentia coitus, & proprie ſuper cibo. Et iterum ter-
tio euitando frequentiam diureticorum, vt fœni. petroſe. aniſi, apii & ſimilium. Et acci-
piat frequenter amygdalas & auellanas & pineas in cibis ſuis cum bonitate ſtomachi, &
caſei mediocriter ſicci & ſaliti vſus confert: & frequentare cibaria cocta & præparata cũ
lacte ouino. Lacti enim ouino nulla medicina compar eſt in confortando renes. *18. tertii,*
cap. de cura debilitatis eorum. ¶ Poſui autem modum hic rectificandi membra iſta: quoniam D
hæc tria communicant in dando materias anchis & iuncturis huius patientis, vt facile
deduci poteſt per appropriata ſigna, ſi non timerem prolixitatem. De rectificatione a-
liorum membrorum non curo, quia non eſt opus.

Omnimoda materierũ particularium cõſumtio Septimum principale inſtrumentum eſt omnimoda materierum particularium
conſumtio, quando remanſerunt in membris infuſæ aliquæ materiæ: quarum perfectã
conſumtionem facere non poſſunt membra propter eorum debilitatem fixam. ¶ Tunc
itaq; ſecundum illuſtrium virorum concordiam cõueniunt balnea, de quorum nume-
ro meliora ſunt ſulphurea & cineritia & calcea & attramentina & aſphaltina, talia enim
velocitate ſuæ penetrationis, & potentia ſuæ exſiccationis reducunt ad conuenientem
diſpoſitionem conſumta materia, quæ in eis laſſitudinem efficiebat. E

Et in hoc poteſt apparere cauſſa, quare multi ex balneorum applicatione magis læ-
dantur, quam iuuentur. eſto enim, quod ab applicatione balneorum totaliter cõſumã-
tur a membris: contingit tamẽ iterum membra recidiuare & lædi magis quam prius. Et
cauſſa horum eſt, quia membra ab applicatione balnei reddita fuerunt rara & viæ aptæ
effundere materiam magis, quam prius: & membra mandantia non fuerunt ſuffici-
enter euacuata, quare fluente noua materia iterum recidiuant iuncturæ aut alia mem-
bra. Modus autem recipiendi balnea huic viro datus fuit in 25. concluſionibus obſeruã-
dis in eis, quæ legi poſſunt in ſingulari tractatulo de balneis euganeis nuper compilato
in anno domini 1439. in menſe Maii. ¶ De his etiam, quæ omnimode materias conſu-
Linimentũ. mere poſſunt abſque balneo, tria ſunt mihi vtiliora inuenta. ¶ Primum horum eſt. ℞. F
Aliud. *ſandaracæ, hypocyſtidos, thuris, acatiæ ana ʒ ij. aquæ cineris, quantum ſufficit, diſſoluantur in morta-*
rio & fiat linimentum cum quo iuncturæ omnes liniantur bis in die. ¶ Secundum & leuius eſt
hoc. ℞. *puluer. gal. cupreſſi* ℔ ß. *farinæ volatilis molendini ℥ ij. terantur cum ſucco extremitatum*
lauri: & eſt nobile medicamen. ¶ Tertium vero eſt hoc. ℞. *aquæ extinctionis chalybis* ℔ ß. *pul-*
uer.

A *uer.roſ.ʒ ij.maſticis,ſcoriæ ferri præparatæ ana ʒ j.ſalis torrefacti ʒ iij. incorporentur ſimul in mor-
tario cum ſucco virgæ paſtor. vel aquæ ſublimationis vel decoct.radic.& eſt expertum.

Octauum vero principale ingenium & vltimum eſt membrorum patientium con- *Membrorũ patientium confortatio.*
fortatio. Hæc autem fieri poteſt altero duorum modorũ vel vtriſque. ¶ Et primus eſt, vt
innatus calor membrorum conſeruetur in eis, ita vt a forti caliditate non reſoluatur: & a
frigiditate non congeletur calidum innatum, quod eſt ſpiritus aut ſanguis arterialis vel
venalis. Fit autem hoc per applicationem nutrimentorum conuenientis quantitatis &
qualitatis per regimen conueniens ex parte rerum non naturalium, quod ſupra dictum
eſt. ¶ Solet autem inueniri ab auctoribus authenticum, quod veſtire membra & tegere
pelle vulpina aut duplicatis calceamentis ex panno tincto in cheſmes: & ſunt grana odo-
B rifera tingentia pannos cum aromaticitate. ¶ Etiam membra confortata redduntur a
ſapientibus per applicationem repercutientium frigidorum in lapſu & materia calidis
& calidorum in lapſu & materia frigidis. taliter enim vigorantur membra, quoniam re-
pellunt a ſe ſtypticis confortata pharmaciis. *tertio techni.* ¶ Et licet hæc membrorum
confortatio innexa fuerit in ſexto & ſeptimo cap. præcedentibus: duo tamen hic ſin-
gularia ponam gratia complementi operis, quorum primum in lapſu calido eſt hoc. ℞.
olei omphacini ʒ ij.ſalis bene torrefacti ʒ ij.roſ.ʒ j ß.macis,croci ana gran.v.terantur ſimul in mor- *Linimentũ.*
tario optima contritione: & liniantur ex eo membra actu frigido. ¶ Oleum autem de ben. & de
cinamomo ſunt duo ſingularia in lapſu frigido, cum ex eis actu calidis inungantur mem-
bra frequenter, & cooperiãtur rebus ſupraſcriptis. ſic enim felicitabitur cura huius viri.

C CONSILIVM CCLVIII. *De tumore pedum interdum vlceroſo, interdum non vlceroſo per colligantiam epatis ac ſplenis, a quibus materiæ melancholicæ & interdum aduſtæ ad pedes delegantur. Diuiditur autem conſilium in tria capita.*

CAP. I. *De cauſſis dictarum diſpoſitionum.*

REVERENDISSIMVS in Chriſto pater, dominus protonotarius de Mon-
te, Archiepiſcopus & vtriuſque legis Doctor indiget duplici regimine pro
recuperanda, confirmanda & conſeruanda ſanitate eius. ¶ Et primum
quidem regimen eſt penes res non naturales eligendum, quod conforme
erit vtrique diſpoſitioni, quibus aliquando moleſtatur. ¶ Secundum vero
D regimen per medicinalia erit rectificatiuum partium epatis & ſplenis; in quibus acutæ,
aduſtæ & melancholicæ materiæ generantur, quæ per totum corpus effuſæ quandoq;
ſcabies & cutaneas corruptiones inficientes producunt. Et aliquando magna pars harũ
materierũ deſcendit per vtrumque ramum inferioris venæ cauæ tendentem ad coxas.
Et ſiquidem contingat has materias melancholicas eſſe fæcales: nulla autem leuiſſima
aduſtione participantes, tunc materiæ tales venas maiorum pedum & vniuerſaliter to-
tam eorum ſubſtantiam replendo tumorem & extenſionem generãt in eis: qui tumor,
ſi longo tempore in vtriſque pedibus magnis perſeueraret, difficile, immo fortaſſe ele-
phantiaſin impoſſibilis curationis portenderet. Eſt autem in theoria medicinæ magnus
pes totum, quod ab ancha incluſiue vſque ad plantam pedis concernitur. At vero ſi ma-
E terias prædictas contingit eſſe acutas & aduſtas, tunc quando deſcendunt ad tibias cor-
rumpendo carnoſitates earum pariũt vlcera, quę per diuerſas membrorum partes hinc-
inde ſerpendo vlcerant.

Vnde ex hoc fundamento concluditur primo difficultas curationis horum vlce- *Prognoſtica.*
rum, quæ prouenit ex duobus. primo propter acuitatem materierum prædictarum, ſe-
cundo, quia tales materiæ ſunt melancholicæ, ergo effectiuæ cauſſæ chronicarum ægri-
tudinum. ¶ Sequitur ſecundo ex hoc fundamento, quod in vanum laborant curantes
cum ſolis localibus ſuper vlceroſis partib. applicatis abſque rectificatione epatis & ſple-
nis mandantium prędictas materias. ¶ Tertio, ſolutio problematis quare ſit, quod pedes
huius reuerendiſſimi patris quandoque tumeſcant abſque vlceroſa corruptione, quan-
F doque vero cum ea. Cauſſa enim primi effectus eſt multitudo materierum craſſarum
abſque aduſtione & corruptione earum. ¶ Secundi vero accidentis cauſſa eſt materierũ
multarum fluxus cum aduſtione & acuitate earum. Et ſic apparet, quod caput iſtud a-
perit fundamentum diſpoſitionum, quibus aliquando affligitur reuerendiſſimus pater
& Doctor, & elicitur ex eo modus regiminis eius conuenienter, vt nunc ſequitur. &c.

Cap. II. *De cura per res non naturales.*

Cibi. ITAQVE iam manifeſtum eſt, q regimen ex parte ciborũ & potuũ & aliorũ inclinari debeat ad mediocriter calefacientia & parũ exſiccãtia: propter q in cibariis eius euitari debent omnia multũ ſalſa, multũ acuta, vehementer calida. talia enim augerent caliditatem & acuitatem in laudabili ſanguine, & conuerterent ipſum in melancholicum. Exemplum horum eſt vſus aromatum & acceptio ciborum: & ſunt ſinapi, raphanus, cæpæ, alliũ, brodia pinguia valde, partes animaliũ pingues multũ, vt pectora, vbera & ſimilia. ¶ Secũdo euitare debet ea, q̃ ſunt ſanguinis inflatiua & vẽtoſitatiua, vt ſunt legumina omnia & fructuum multitudo, & proprie crudorũ & lactis crudi frequens vſus. ¶ Tertio ea, quæ ſanguinem adurũt & acuũt, vt ſunt ſalſa cibaria omnia, & proprie carnes ſalitæ & B
Botarga. antiquæ: caſeus ſalitus, & oua piſcium ſalita mollia vel dura, quæ Veneti botargas appellant. ¶ Quarto euitet comeſtionem rerum viſcoſitate & craſſitudine ſua efficientium oppilationes, vt ſunt paſtiles cibi omnes, lagana, criſpellæ & veſtes luellorum. ¶ Quinto euitet potum vini craſſi & conturbati & pontici vel bruſci. vnde eligat vinum colore roſeum gaurum nominatum, ſubſtantia tenue & diaphanum, ſapore ad dulcedinem inclinatum, odore ſuaue, & potentia mediocre, quod tamen refrangere debet cum aqua ciſternæ ſimplici & cruda in æſtate conueniens eſt. In hyeme vero melius eſt prædictam aquam coquere & ſimplicem cum vino miſcere. cuius quantitas ſit ſubtripla reſpectu vini, aut maioris menſuræ vel minoris varianda ſecundum prudentiam accipientis & fumoſitatem vini aſſumendi. prudentia enim menſurat humanos actus, propterea, quia ipſa eſt recta ratio agibilium, teſte Ariſtot. *lib. Ethicorum 9.* ¶ De quantitate vero diſcreta C
& continua cibationis, dicendum primo, quod tenore virtutis apparente robuſto melius ſit ipſum comedere ſemel in die: ita quod poſt prandium eius per octo horas ſumat aliquam confectionem vel fruſtum panis. ſumtione tamen quantitatis non trãſcendentis octauam partem eius, quod de cibo in prandio ſumtum fuerit. ¶ De quantitate vero continua canon obſeruari debet talis, quod accipiatur cibus & potus in tanta quantitate, ne ſtomachus grauetur ex eis. Deterior enim cibationum eſt, quæ in ſtomacho grauitatem efficit & tenſionem, ac grauitatem anhelitus, ſicut deterior potus eſt, qui in ſtomacho inundat & fluctuat, vt colligendum eſt *tertia primi, cap. de regimine per cibum.* Hæc in ſumma euitari debent, & propterea, quæ in hoc capite continentur: omnibus cibis & D
potibus vti poteſt præterquam participantibus quinque exceſſibus iam particulariter declaratis.

Cap. III. *De cura per medicinalia.*

PRo expediendo vero regimine huius reuerendiſſimi & celeberrimi patris per medicinalia, præmittendum primo, quod ſecuriſſimum ſit, vt vſque ad tres vel quatuor annos bis in anno purgetur ſecundum modum infraſcriptum. ¶ Primo a medietate Februarii vſq; ad medietatem Martii vno mane in aurora accipiat has
Pilula. pilulas. ℞. *pilularum Indarum ʒ ß. pilularum cochiarum & de fumoterræ ana ℈ j. formentur pilulæ vij. vel viij. cum ſucco roſ. & dormiat poſt eas per horam j. & tardet cibum horis quinque & tũc accipiat cyathum vnum aquæ hordei calefactæ. & poſt ipſam per horam vnam accipiat prandium ſuum.* E
¶ Aſſumto hoc minoratiuo die immediate ſequenti accipiat in aurora digeſtiuum hoc
Potio digeſtiua. calefactum: quod continuet per octo dies. ℞. *ſyrup. de epithymo, ſyr. compoſiti acetoſi & mellis roſ. ana ℥ ß. aquæ lupulorum, fumiterræ & melliſſæ ana ℥ j. miſce.* & accipiat ipſum tot dieb. quouſque in vrina appareat hypoſtaſis alba, vnita, diaphana, æqualis in partibus, in profundo ſedens. ¶ Apparente autem hac hypoſtaſi, die immediate ſequenti purgetur cum i-
Pilula. ſtis pilulis. ℞. *pilularum Indarum ʒ j. auari ponderis, lap. lazuli & armeni præparatorum ana g͂ vj. cum ſucco roſ. formentur pilulæ vij. vel viij. & accipiantur obſeruando poſt eas regulas, quæ in ſupraſcripto minoratiuo deſcriptæ ſunt.* ¶ Pro ſecunda vero anni purgatione a medietate menſis Septembris vſque ad medietatem menſis Octobris vno mane hora ſupraſcripta accipiat F
Alia. hoc minoratiuum. ℞. *pilularum Indarum, pilularum de lapide lazuli, ambarum deſcript. Meſ. in antidotario ana ℈ j. pilularum cochiarum deſcript. Rhaſ. nono Almanſ. 1. c. ʒ ß. formentur pilulæ octo cum ſucco roſ. & accipiantur omnes hora & canonibus obſeruatis, qui de aliis ſupraſcripti ſunt.*
Potio digeſtiua. ¶ Mane vero immediate ſequenti accipiat hoc digeſtiuum. ℞. *ſyrup. viol. ſyru. ſimplicis acetoſi ana*

toſi ana

A *toſi ana ʒ vj. aquæ cichor. lupul. & fumiter. ana ℥ j. miſce & totum accipiatur calidum obſeruando, q*
dictum eſt in alio ſyr. vſq; ad apparitionem hypoſtaſis, de qua iam dictum eſt. ¶ Die vero immedi- *Pilula.*
ate ſequenti purgetur per iſtum modum. ℞. *pil. aurearũ. pil. de hiera compoſita, pil. de fumoterræ*
ana ℈ j. *boni ponderis, lapidis lazuli* ℥ *ij. formentur pil. vij. cum ſucco roſ. & accipiatur vt prædictum*
eſt de aliis. ¶ Poſt hæc autẽ attẽdere debet, q ſi venter eius nõ eſſet cõuenienter lubricus,
hora qua aſſumit ſyrupos prædictos, neceſſarium eſt ei, q omni die aut ſaltẽ omni alter-
na die parum ante prandium vel ante collationem nocturnam accipiat vnam de infra
ſcriptis pilulis, quarum etiam vſum commendo ei forte per totum tempus vitæ ſuæ acci-
piendo ex eis vnam vel duas parum ante prandium: quarum deſcriptio eſt hæc. ℞. *aloes e-* *Aliæ.*
paticæ elect. ℥ *iij. agarici* ℥ ß. *turbith* ʒ *ij. lap. lazu. & armeni præparatorum an.* ʒ *ij* ß. *diagridii* ʒ j.
B *maſticis, croci, macis, cinamomi, roſ. viol. an.* ℈ ß. *ſalis Indi* ℥ ß. *puluerizentur omnia per ſe, & infun-*
dantur in ℥ *iij. ſucci endiuiæ &* ℥ *ij. ſucci fumiterræ, & exponantur ſoli ſæpe cum cochleari cõmiſcen-*
do vſquequo ſuccus conſumatur, tunc ergo renouetur ſuccus, & ita fiat tribus vicibus, & reſeruetur
materia iſta in pyxide lignea cerata, de quo fiant pil. de omni ʒ vj *& ſit earum vſus vt dictũ eſt.* Am-
plius pro cõuenienti conſeruatione ſanitatis eius vtatur hac confectione. ℞. *granorũ phi* *Morſelli ob-*
ſticorum ℥ *iij. granorum pinearum* ℥ *ij. contundantur & infundantur in aqua cuſcutæ & fumiter-* *longi.*
ræ ana ℥ *iij. & ibi remaneant per triduum. poſt hoc autem accipiatur ſaccha albiſſimi* ℔ j ß. *& coqua-*
tur cum ℔ ß. *aquæ violarum vſq; ad aquæ conſumtionem, tunc ergo ſuperaddantur ſacch. pulueris a-*
myli ℥ *iij. & coquantur ſimul cum medullis iam contuſis, & fiat confectio in fruſtulis longis, & ſit eius*
vſus ante cibum & poſt cibum, & in hora collationis. aperit n. hæc confectio oppilationes epa-
C tis & ſplenis: & aduerſatur generationi melancholiæ & materierum aliarum acutarum.
¶ Amplius pro præſeruatione a fluxu materierum ad tibias & coxas bonum eſt, quod v- *Vnguentum*
tatur vnguento, q applicabit circulo ſphincteris. Cuius deſcriptio eſt hęc. ℞. *olei de chryſo-*
melis ℥ j ß. *olei nardini* ℥ ß. *radicum philipendulæ* ʒ j. *ſalis gemmæ, gr. iij. ellebori alb. arthanitæ & eu-*
phorbii ana gr. j. *ceræ, q. ſ. fiat vnguentum molle & applicetur.* ¶ Adhuc iterum pro partiali præ-
ſeruatione a fluxu materierum ad tibias & coxas bonum eſt, vt vtatur hac decoctione.
℞. *gallarum cupreſſi num. xx. gallarum quercus, & proprie perforatar. num. xxv. ſumach, ſem. plan-*
taginis ana M j. *granorum myrti* M *ij. coquantur omnia in ſitulis duabus aquæ vſq; ad conſumtio-*
nem medietatis. Et de hac aqua abluantur coxæ bis vel ter in ſeptimana ante collationem
nocturnam. Ad hanc etiam intentionem recordandum eſt, quod bonum ſit ei portare
D caligulam factam de corio pellis caninæ, ſaltem ſuper tibia ſiniſtra, & proprie quando
neceſſarium eſt ei erectum ſtare: vt contingit apud magnos viros: & reuerẽtia ſui neceſ-
ſitante ad hoc. aut aſſiſtere diu cultui diuino: & ſic de aliis. aut ſaltem tibiæ deſcriptæ fa-
ciat ligaturam cum inſtita conuenienter applicata, ſicut notum eſt. ¶ Præter hæc autem
ſi contingeret materias ad crura deſcendere, prouideatur ei cum hoc defenſiuo. ℞. *amy-* *Defenſiuũ.*
li, boli ar. ana ℔ ß. *ſem. plantaginis, acatiæ, hypocyſtidos, roſ. ſandaracæ, ſumach ana* ℥ ß. *dragaganti,*
gummi Arab. ana ℥ j ß. *ſucci extremitatum rub.* ℔ j. *farinæ volatilis molendini* ℥ *ij. conquaſſentur o-*
mnia in mortario cum piſtillo ſuo vſque ad glutinoſitatem bonam: & de hac materia emplaſtrentur ti-
biæ a genu vſque ad pedes ligando eas cum applicatione conuenienti.

Si autem contingeret, quod in aliqua tibiarum parte ruptura accideret, prouidea- *Cura ruptu-*
E tur ei quadruplici remedio. ¶ Primo applicando vnguentum iſtud. ℞. *olei de maſtice* *ra tibiarum*
& de myrto ana ℥ j. *olei omphacini* ℥ *ij. tutiæ præparatæ cum aqua roſ. terræ ſigillatæ ana* ℥ j. *hypocyſti-* *Vnguentum*
dos, ſandaracæ, ſarcocollæ lotæ ana ʒ j. *ceræ alb.* ʒ vj. *fiat vnguentum molle & applicetur, vt conſueuit.*
Itẽ ſuper vlcerib. apponatur hic puluis. ℞. *pul. hypocyſtidos, ſem. plantaginis, granorũ myrti an.* *Puluis.*
℈ j. *ſang. drac. boli ar. ana* ℈ j *pul. oſſium crurium boũ cõbuſtorũ* ʒ x. *ſpodii.* ʒ j. ß. *puluerizẽtur omnia per*
ſe & diligenter cõmiſce. Tertiũ eſt ceratũ hoc. ℞. *cerati rubei de mucilaginib.* ℔ ß. *tutiæ præparatæ* *Ceratum.*
℥ ß. *lithargyri* ℥ j. *ſan. dra. boli ar. an.* ʒ *ij* ß. *fiat ceratum cum ſufficienti quantitate ceræ.* Vltimum &
proprie ſigillatiuum vel conſolidatiuum eſt hoc. ℞. *olei de maſtice* ℥ *iij. dragagan. gummi* *Vnguentum*
Arabici diſſolutorum cum aceto acuto ana ʒ j. *maſticis, thuris, ſandara. hypocyſtidos ana* ʒ j. *tutiæ*
præparatæ ʒ j ß. *ceræ quantũ ſufficit, fiat vnguentum ſufficienter viſcoſum & medicentur ea vlcera,*
F quando ſtabit neceſſitas conſolidandi ea: & eſt quando apparebunt concauitates vlce-
rũ eſſe quaſi carne repletas. ¶ Vlterius vero ſunt pulueres iſti. ℞. *plumbi combuſti* ʒ. i. *tutiæ* *Puluis.*
præparatæ cum aqua roſ. ʒ *ij. puluerizentur per ſe & ſimul commiſceantur &c.* Ad laudem eius
Dei. Amen.

Conſilivm CCLIX. *De ſtupore in maiori parte pedis magni. Diuiditur autem conſilium in tria capita.* A

Cap. I. *De cauſſis & ſignis diſpoſitionis.*

INſignis & celeberrimæ famæ Doctor vtriuſque iuris, dominus Gregorius de Spineto conqueſtus eſt de ſtupore, qui apparuit in maiori parte pedis magni, ſcilicet a genubus vſque ad plantam pedis. ¶ Cuius quidem ſtuporis licet quamplurimæ ab auctoribus aſſignatæ ſint cauſſæ: videntur tamen in ipſas reducendas eſſe cauſſas propter multitudinem materierum phlegmaticarum, quæ dominantur in partibus renum eius: & vniuerſaliter in omnibus venis ramificatis a vena caua deſcendente, quæ deſcendunt per domeſticas partes coxarum, quę etiam materiæ multiplicatę implēt neruos deſcendentes ad inferiores partes, B & proprie omnes, qui oriuntur a 19. & 20. ſpondylis vſque ad finem caudæ: per quos quidem neruos ſecundum magnam partem eorum defertur ſpiritus ſenſibilis & motiuus ad omnia membra ſenſus & motus, quibus mouentur & ſentiunt partes omnes inferiores, vt ancha, totus pes magnus, & omnes partes femoris ſuminis, quæ tam interius, quam exterius ſenſui & motui deputata ſunt. Si itaq; contingat materias prædictas ſua multitudine & viſcoſitate, aut vtriſque ſimul oppilare vias neruorum ſenſus, diminuetur ſenſatio in prædictis partibus. & ſi oppilentur nerui motiui, lædetur motus prædictorū membrorum. & ſi in vtriſq; ſimul contingat, fieri oppilationem, membra prædicta in ſenſatione ſua & motione ſimul lædētur. quare facile ex prædictis videri poteſt, C ſtuporem iſtum, qui eſt nocumētum diminutionis in ſenſu tactus, accidere propter oppilationem in prædictis membris, ſeu neruis euenientem. Neque ſtupor iſte in viro iſto prouenire poteſt ab oppilatione attenuatoria. non enim in eo præceſſerunt ægritudines vel accidentia conſumtiua humiditatis ſubſtantificæ, quę ſunt oppilationis attenuatoriæ cauſſā. Neq; etiam in eo videtur eſſe apoſtema aliquod magnum vel durum, quod fecerit oppilationes coarctatorias in eo. Sunt ergo oppilationes prædictæ prouenientes a materia phlegmatica multa vel viſcoſa, prohibentes tranſitum ſpirituum animalium, vt prædictum eſt.

Quæſtiones. Et ex fundamento prædicto maxime ſolui poteſt q̄ſtio hæc, quare ſit, q aliquando
1. nocumentum appareat in eo magis in ſenſu, quam in motu. aut econtra: & aliquādo in D
2. ſenſatione & motione ſimul. ¶ Et iterum ex prædicto fundamento apparet ſolutio ad
problema aliud, propter quod ſ. aliquando appareant hæc nocumenta, & quandoq; nō:
Nam ſecūdum acceſſum materierum oppilantiū ſequuntur nocumenta p̄dicta, ſecun-
dū vero reſolutionem aut tranſmutationem, aut ſecundū ſenſibilē euacuationē earū re-
3. mouentur accidentia p̄dicta. ¶ Et ex iſtis concludi poteſt tertio, quare quandoq; mēbra
inferiora p̄dicta mollia & laxa percipiantur. quando enim non tranſit debita quantitas
ſpirituum, non calefiunt membra illa conuenienter, quare materiæ in eis abūdantes nō
ſufficienter digeruntur, neque reſoluuntur. vnde ipſa mollificata ſunt cauſſa laxitudinis
4. & mollitiei materierum. ¶ Quarto ex prędictis concludi pōt, quare membra illa ſtupida
a ſenſu tactus percipiantur grauia & ponderoſa. ſi enim membra leuificantur & p̄ſentia E
5. ſpirituū: ergo eorum abſentia ſequitur oppoſitum. ¶ Quinto ex prædictis concludi po-
teſt cauſſa, quare viro iſto hora coitus accidat virgam eius, quæ prius bene erat erecta, ab
6. erectione deficere: vt actum Venereum explere nō poſſit conueniēter. ¶ Sexto ex præ-
dictis concludi poteſt, quare ſeminalis materia eius fluida, mucilaginoſa aut aquoſa re-
7. periatur. ¶ Septimo: quod vir iſte rationabiliter non poſſit eſſe fœcundus eo, quia ſemen
eius indigeſtum eſt, & in qualitatib. primis & ſecundis intemperatū & debita quātitate
8. ſpirituum carens. ¶ Octauo iterū eodem fundamento deducitur, q vir iſte nō poſſit eſſe
multi appetitus coitus, eo quia in ſpermate videtur deficere cauſſa pruritiua, quæ multū
9. Veneris incitatiua eſt. ¶ Nono & vltimo ex prędictorum fundamēto concluditur, quod
diſpoſitio iſta in hoc viro multum verēda ſit. ſtupor enim nunciat paralyſin. 3. *primi de his* F
quæ prognoſticāt ægritudines. & 2. tertii, c. 1. & 9. Almanſ. c. 8. & pluries alibi. quare ex hoc vltimo
in ſumma concludit', q res iſta non leuis, ſed multū ſuſpecta ſit, & incitet dominū iſtū ad
exq ſitā curationē ei'. Cura enim eius non eſt differenda. quando n. prolongatur huius

ægritu-

A ægritudinis tempus, perducit ad paralyſin, *9. Alman. cap. 8. & 1. continentis c. 4. & 2. tertii, al-*
legato loco. Ita quod pro huius diſpoſitionis curatione, licet accurate multum proceden-
dum eſſet, ordinando regimen ex parte omnium ſex rerum non naturalium ſubtiliter
menſuratarum, ſolum tamen hic ſummarie diſcurrendo procedam. Neque enim mihi
tempus accommodum eſt, quantum hæc diſpoſitio exigeret.

Cap. II. *De cura per diætam.*

R E G I M E N ergo ex parte omnium ſex rerum non naturalium inclinetur ad
calefaciendum & exſiccãdum mediocriter, licet enim diſpoſitio in ſe con-
ſiderata, vt oppilatio eſt, & etiam eius, quæ frigida multa & viſcoſa eſt, expe-
B tereret regimen ſatis calefactiuum & exſiccatiuum, quia tamen epar eius no-
tabiliter calidum eſt, & ætas etiam, quæ conſiſtentia eſt, & naturalis eius cõ-
plexio, quam credo eſſe ſanguineam: diſtrahunt Medici actum ab applicatione excellẽ-
ter calidorum, quare cum moderatis calidis procedere ſecurius eſt: quia *remiſſa calida lõ-*
gò vſu producere poſſunt effectum non minus bonum, quam multum calida breui vſu. ¶ Adhuc et- *Cibi.*
iam conſiderandum, quod cibaria eius denudentur ab omni cibo medicinali vel medi-
cina cibali materierum frigidarum augmentatiuis, incraſſatiuis & oppilationum effecti-
uis: & ideo bonum eſt, quod in cibis eius ſemper aliquod aperitiuum immiſceatur, vt ra-
dix vel folia petroſelini, fœniculi & ſimilium aperitiuorum in diebus frigidis: in diebus
vero calidis radix vel folia endiuiæ cichoreæ. Ex partibus animalium vitentur carnes
C neruoſæ, ligamentales, cutes & viſcoſæ omnes, ventres & ſimilia. Item caſeus multum
mollis & viſcoſus: lacticinia, paſtilia, cibaria cruda, omnia frigida, ſtyptica, vt granata, cy-
donia, caſtaneæ & ſimiles.

Item euitet ſtomachi repletionem a cibis, ne ſequatur ex illo caloris innati dimi- *Repletio &*
nutio & augmentatio materierum phlegmaticarum per viam indigeſtionis. Et omnino *inanitio.*
conſulo eidem, vt ſi quandoque repletionem incurrerit ex multitudine ciborum & po-
tus, ad ipſam euacuandam per vomitum ilico feſtinet. *Accipiat itaq; de ſyrupo acetoſo ſimplici* *Vomitoriũ.*
ʒ ij. aquæ putealis ʒ iij. vel iiij. & totum bibat tepidum. Et poſt mediam horam ponat digitum in os
ſuum, & ſi deſideraret repletionem illam potius inferius deponere: accipiat in aurora ʒ
j. pilularum de hiera ſimplici Galeni, aut pilulas de ſpeciebus Meſuæ, quas alephanginas
D nominat. Melior tamen medicina eſſet accipere hieræ, ſcil. Galen. ʒ j ß. cum aqua deco-
ctionis folliculorum ſenæ vel radicum pœoniæ.

Exercitium autem omnino videtur ipſi eſſe nociuum, tam pedeſtre quam eque- *Motus &*
ſtre vel nauigatio. proprie autem exercitium multæ concuſſionis, quod in coitu neceſ- *quies.*
ſariũ eſt, ideo euitare debet, quia mouet materias ad mẽbra illa, quæ ſuperius tacta ſunt,
quare oppilat membra illa, & augmentari poteſt ſtupor. quanto autem magis nocet coi-
tus, eo quia per ipſum euacuetur ſuperfluitas vltimi alimenti vtilis, & minoratur ſpumo-
ſa materia, qua multum indigent membra prædicta. Læduntur itaq; membra illa in coi-
tu dupliciter, aut quia inaniuntur, aut quia replentur ex motu & agitatione inclinante
materias ad ipſa. ¶ De vigilia & ſomno conſiderandum, quod vir iſte non multum pro- *Vigilia &*
E longet dormitionem, eo quia eſt cauſſa humectandi corpora, cum generetur & augmẽ- *ſomnus.*
tentur ex eo phlegmata multa & creſcũt rheumatiſmi a partib. fortibus ad debiles. qua-
re longo tempore vigilare conuenientius eſt ei, quam dormire. ¶ Accidentia vero ani- *Accidentia*
mi, propter quæ mouentur ſatis notabiliter ſpiritus, calefaciunt corpus & exſiccant ſu- *animi.*
perfluitates, videntur eſſe conuenientia, dummodo ſubſtantifica reſolutio & ſpirituum
conſumtio non ſit maior, quam ſuperfluitatum exſiccatio.

Cap. III. *De cura per medicinalia.*

R E G I M E N vero diſpoſitionis huius curatiuũ magno ordine accurate mul-
F tum conſcribi deberet. res enim iſta exigit, vt ipſa ſolemniter pertractetur,
ne deterius inualeſcat: quia tamen non dubito, quin celeberrimi Doctores
quorum conſilio fungitur, canonice multum in curatione iſtius diſpoſitio-
nis proceſſerint, ſolum aliqua puncta, quæ mihi vtiliora videntur percur-
rendo ſcribã, relinquens præfatis Doctoribus conſcribenda & applicanda ſolẽniora, q̃

ſintiſta. ¶ Primo itaq; præmitto, quod vir iſte cum magna cautela, & aduertentia proce- A
dere debet in accipiendo balnea de petriolo vel ſimilia: ad quæ ego audio ipſum tranſtu-
liſſe ſe frequenter: neque enim ita large commendo ea, eo quia frequenter materie-
rum ſubtiliores partes reſoluunt, & alias dimittunt, quæ magis nocere poſſunt. Et
etiam quia balnea colliquando materias faciunt eas rheumatizare ad membra debilia
& eis infundi. tertio, quoniam balnea habentes humiditates ſtuporum effectiuas, quæ
profundatæ ſunt in neruis orientibus a nucha, de quibus in primo cap. ſcriptum eſt, non
poſſunt conſumi, niſi in longo tempore. quare ex aſſumtione bal. per x. vel xv. dies non
videtur acquiri poſſe iuuamentum totale & eſſentiale, immo magis paruo tempore du-
raturum & accidentale. Amplius ſi balnea omnino curare poſſent illud, feciſſent magis
præteritis annis, vbi virtus erat fortior, & ægritudo minus confirmata, ſed iam non cu- B
rauerunt conuenienter, vt manifeſtum eſt: ergo neque in poſterum de eis eſt habenda
Præſeruatio. fiducia rationalis. ¶ Secundo præmittendum principaliter, quod regimen huius diſpo-
ſitionis pendeat ex actu præſeruatiuo & curatiuo. Et pro executione primi videtur mihi
ſaluberrimum eſſe, quod dominus Doctor iſto vere & in medio autumno, vel in princi-
pio ipſius ſe conuenienter purgare debeat omni anno, quouſq; ſe curatum accipiat. De-
inde gratia præſeruationis vtatur vno electuario, vna confectione, aliquibus pilulis, & v-
na inunctione, ex quorum applicatione conuenienti non dubito, quod præſeruabitur
Pilulæ minorantes. ſolenniter. ¶ Minoratiuum. ℞. *pilularum de ſarcocol. deſcript. Meſ. vel Auic. 5. can. pilularum de*
ſerapino ana ℈ j. pil. de rheubar. ℈ j. miſce & reformentur pilulæ v. cum ſyr. de calamento: & exhibe-
antur per ij horas ante diẽ: & dormiat immediate poſt eas per vnã horã, & poſt v. horas accipiat pro C
lauatiuo cyathum j. aquæ hordei cum ſacch. calefactæ: & poſt ipſam per vnam horam accipiat cibum.
¶ Aſſumto itaque hoc minoratiuo, accipiat hoc digeſtiuum, quod continuet x. diebus.
Potio digeſtiua. ℞. *ſyr. de calamento, de ſtœchad. ſyr. acetoſi compoſiti ana ℥ ß. aquæ ſublimationis radic. ireos. ℥ j ß. aq.*
capil. Ven. ℥ ij. miſce. ¶ Aſſumto digeſtiuo purgetur cum iſtis pilulis. ℞. *pilularum fœtidarum*
Pilulæ eradicantes. *deſcrip. maiori ℈ ij. pilularum de hermodactylis ʒ ß. miſce & reformentur pilulæ vij. cum ſyr. acetoſo*
compoſito: & aſſumat vt ſupra de minoratiuo. Et ſi dubitaret de caliditate, tam in ſolutiuis,
quam in digeſtiuis, frangat eorum audaciam cum aqua cichoreæ, endiuiæ vel acetoſæ
modo ſuo. ¶ Et iterum cum eiſdem purgari poterit in autumno. Veruntamen propter
reliquias caliditatis æſtiuæ omnia talia frangantur, vt prædictum eſt, & minorentur do-
ſes, ſaltem ſolutiuorum. ¶ Electuarium, quo vti poteſt gratia præſeruationis, eſſe poteſt D
electuarium de acoro, & fortius illo & conuenientius in præſeruatione & cura ſtuporis
Electuariũ. per me conſuetũ, & vtile eſt hoc. ℞. *hieræ Hermetis ℥ iiij. acori, biſtortæ, paralyſis, arteticæ florum*
roriſmarini ana ʒ ij. folii, ameos, zinziberis alb. fœn. granorum paradiſi ana ʒ j. ſpecierum pliriſarco-
ticon ʒ v. mellis roſati colati ℥ ix. ſacchari ſecundæ decoctionis ℥ vj. miſce & fiat electuarium, de quo
accipiat ʒ ij. vſque ad tres in aurora duobus menſibus continuis & deglutiat ipſum, & tardet poſt i-
pſum cibum quatuor horis ad minus. ¶ Confectio, qua vti poteſt, eſt confectio de acoro con-
fortata cum ſpeciebus diacinamomi aut diamuſci aut diambræ, quæ valde melior eſt.
Confectio. Confectio domeſtica ad idem eſt hæc. ℞. *ſpecierum confectionis anacardinæ dimiſſo anacardo*
ʒ ij. liquiritiæ, aniſi, florum roriſmarini ana ʒ j ß. ſacchari alb. ℥ vj. miſce & fiat confectio ſolida cum
aqua ſublimationis roriſmarini. De hac confectione accipiat ʒ j ß. parum ante prandium & ante cœ- E
nam.

Pilulæ, quibus vti poteſt gratia præſeruationis, ſint iſtæ. ℞. *aloes epaticæ ℥ j. hermoda-*
Pilulæ. *ctylorum elect. ℥ ij. agarici, turbith electi an. ʒ j. ſalis Indi ℈ j. aniſi, ſeminis rutæ, piperis albi, pyrethri,*
maſticis ana gran. vj. infundantur omnia in ℥ v. ſucci ſaluiæ. conquaſſentur & exponantur ſoli vſ-
que ad exſiccationem eorum. Deinde renouetur ſuccus & iterum exſiccentur: & fiat taliter tribus vi-
cibus. de hac ergo maſſa fiant pilulæ pro omni ʒ octo. de quibus recipere poteſt omni tertia vel quarta
die duas vel tres parum ante cœnam. & poteſt etiam de eis accipere bis in menſe ʒ j. in aurora,
& obſeruare poſt eas, quæ ſcripta ſunt ſupra in ſolutiuo minoratiuo. ¶ Vnctio, qua v-
Vnguentum ti debet, mirabilis impreſſionis eſt hæc. ℞. *olei oliuarum antiquiſſimi lib. j. pulueris*
euphorbii ℥ j. iundebeduſter. ℥ ß. pulueriz entur. Deinde miſce, & ponantur in ampulla: & F
claudatur eius orificium diligenter. ligetur itaque prædicta ampulla manubrio caldaris, calda-
ri exſiſtente pleno aquæ bullientis, & permittatur bullire vſquequo tertia pars olei conſume-
tur. ex hoc enim oleo calido, cum ſe exponit lecto, omnes partes ſtupidæ inungantur ſæpe, & vide-
bis me-

A *bis mirabile & magnum iuuamentum, ſi poſt fricationes ante miſſas conuenienter fiat.* Ex hoc itaq; regimine volo ſatisfactum eſſe ad intentionem curatiuam & præſeruatiuam: licet caſus plura expeteret.

CONSILIVM CCLX. *De mala complexione calida & ſicca magni pedis partim per eſſentiam, partim per colligantiam epatis ſanguinem cholericum ad pedes effundentis, a qua nocumentum corruptionis in operatione tactiuæ potentiæ prouenit. Diuiditur autem conſilium in partes duas.*

Prima autem pars continet capita ſeptem, quæ omnia verſantur circa cognitionem ægritudinis.

CAP. I. *Sermo vniuerſalis de ægritudine diuidens conſilium.*

B SI virum quempiam ſumma veneratione digniſſimum: ſi ſapientẽ à hominũ maximis literarum ſtudiis refertiſſimam eximiis laudibus cenſendã, maxime ſapiẽtiam tuam vir inſignis & celeberrime Domine Doctor Rainalde Sicule ingentibus præconiis exiſtimo colendiſſimam eſſe debere: video enim te non ſolum in ſcibilibus ſapientiæ medicinæ, quæ medicorum communitati conſueta ſunt, eſſe verſatum, ſed ſublimioribus eiuſdem facultatis etiam intentum. Scribis enim mihi materiam difficilem, & non quidem viro, a quo ſcientiæ perfectionem maiorem exſpectare debeas, quam a teipſo iam diu approbatiſſimo ſtudio vendicaſti: ſed tua illa probatiſſima ſapientia recte procedit, eo laudatiſſimo ritu, quo iterum veterum illuſtriores incidere ſolebant. C Neque enim contenti erant propriis ingeniis in ſcientiam vendicandam, ſed ad aliena gymnaſia non raro, non ſolum litteris, ſed etiam perſonaliter transferebant. ſic enim Plato Memphiticus vates: ſic Pythagoras, quem vulgus Magum, Philoſophi vero ſapientiſſimum eſſe dixerunt, intrauit Perſas: pertranſiuit Caucaſum montem, atq; opulentiſſima Indiæ regna pertranſiuit, & ad extremum vſque orbis latiſſimo Phiſon amne tranſmiſſo peruenit ad Caucaſum, vbi Architam philoſophum in throno ſedentem aureo, vt de Tantali fonte potantem legentem audiret de naturali Philoſophia, de Aſtronomia, de morali atque omni ſapientia approbatiſſimum. Sed neq; tu ſimiliter, cum ſatis & peramplius tibi ipſi, & per teipſum ſatisfacere poſſis, ſed video, quod illud facis, vt experiri poſſis, quantum, quid & qualiter ab aliis zelato quodam animo acquirere poſſis. D Solent enim ſapientes in aliena caſtra tranſire, non tanquam transfugæ facti, ſed velut exploratores, vt Anneus Lucillus ſcripſit *epiſtola prima.* Ne igitur intentum tuum fruſtretur ab eo, quod te quęrere video, vt ſi quid in euganeo ſtudio veritatis in rebus arduis habere poſſis, accipies fortaſſis: tamen inculte magis, quam profunde aliquid de materia, quam optas. ¶ Scribis enim virum quadragenarium habitudinis laudabilis, & conuenienti regimine rerum non naturalium rectum, neq; effrenitantem in eorum aliquo, & maxime, quia religioſus eſt ab anni fere ſpatio in magno pede dextro, vſque ad crus eius in domeſtica parte exceſſiuam fuiſſe paſſum caliditatem adeo, vt etiam frigidiſſimam aquam membro illo effuſam operatione ſenſus tactus percipiat, velut exceſſiuam caliditatem imprimere. Et in ſumma non ſolum aquam E frigidam, ſed omne aliud obiectum cum frigiditate impreſſiuum ſumme fere calidum ab eo percipitur.

Res quidem hæc ingenti eſt ſpeculatione digna, maxime, quia ſtomachus eius naturali lapſu a medio generationis labit per frigidũ & humidũ, eo quia phlegmaticus eſt, & phlegma illud per viã indigeſtionis in eo congregatũ fuit, & non p viã defluxus a locis aliis. Eſt ẽt epar huius viri quandoq; oppilationibus agitatum ab intenſa caliditate. Adhuc & tertio videtur cibum ſuum conuenienter digerere. Et vltimo ſcribitur, vt prætactum eſt: regulatus modo viuendi ſatis pertranſiuit vſq; ad menſem Martii nuperrime præteritum, tunc autem inuaſit prædictum membrum dolor magnus abſque tumore, vel rubedine, ſed ſolum ibidem intenſa caliditas cum dolore percipitur. ¶ Et adhuc iterum F eo magis hanc diſpoſitionem exiſtimo contemplandam eſſe: video ſufficientiſſime procurationi a viro in ſpeculabilibus & operabilibus excellentiſſime trito, quod apparet ex his, quæ mihi innotuerunt, cum primo ad antecedentem materiam & mandantia membra in ſui operatione proceſſerit, & minorando, diuertendo, digerendo, & confortando membra, & proprie ſtomachum & epar.

Sicq; demum cum ſecunda vniuerſali euacuatione ad eradicandũ materiam proceſſum A
eſt, & ad particularem materiam intendendo cum localibus, vt embrocis, inunctioni-
bus, fricationibus & ſimilibus, & nihil fere de contingentibus canonico regimine appli-
cabilibus prætermiſſum. Cum nihil tamen horum finaliter ſecundum optata cõtulerit,
vt ſcribitur: qua de re rem hanc non ſolum grauem, imo magna ſpeculatione digniſſi-
mam exiſtimo fore.

Vnde pro ipſius inquiſitione & curatione etiam videtur mihi contemplandum eſ-
ſe circa ſeptem principaliter. Et primum eſt: an hęc diſpoſitio ſit per eſſentiam patientis
membri, vel per colligantiam denominanda. ¶ Secundo, ſub qua denominatione
morbi reponenda ſit. ¶ Tertio, quæ ſit ſpecies læſionis vel nocumenti, quod ab ipſa pro-
ducitur. ¶ Quarto, cui potentiæ vel virtuti hæc diſpoſitio attribuenda ſit. ¶ Quinto, cui B
particulæ eſſentialiter hæc diſpoſitio attribuatur. ¶ Sexto, notificare ſigna eius. ¶ Septi-
mum vero & vltimum eſt ponere canones & inſtrumenta regiminis.

Cap. II. *An hæc diſpoſitio ſit per eſſentiam patientis membri, an per colligantiam denominanda.*

Itaque ſi diligenter huius diſpoſitionis veritatem inquirere debeo, ſecundũ
quod mihi ingenium exhibebit, reducenda eſt primo diſpoſitio hæc ad notitiã
ipſius diſtinctam, ipſam definitione eius exprimendo, rationibus comprobãdo
& illuſtrium virorum auctoritatibus vigorando. ¶ Eſt autem hæc diſpoſitio omnino &
principaliter dicenda mala complexio calida & ſicca materialis, quę eſt ægritudo per eſ- C
ſentiam principaliter totius cruris, & maxime particulæ patiẽtis. ¶ Neq; enim hæc ægri-
tudo per colligantiam ſimpliciter denominari poteſt, eo, quia raro contingit ægritudi-
nem per colligantiam in parte aliqua extendi per dies aliquos, quin tranſeat in ægritu-
Quod ſit per eſſentiam. dinem per eſſentiam. ¶ Adhuc etiam ſi hæc diſpoſitio eſſet per colligantiam abſolu-
tam, & quocunq; modo contingeret, oportet inueniri membrum, per cuius colligan-
tiam ægrotaret tibia huius viri, ſed nullum videtur aſſignari poſſe, vt ſcribitur, eo, quia
neq; cerebrum, quoniam non eſt materierum iſtarum, neq; tantæ caliditatis commu-
nicatiuum, neq; ſtomachus pari ratione, etiam, quia vt ſuperius tactum eſt, ſtomachus
huius viri lapſus eſt a medio generationis ad frigidum & humidum materialiter. Neque
etiam hoc idem de epate dici poteſt. Et quia dato, quod epar eius reſpectu medii ge- D
nerationis ſit calidum, vt ſcribitur, & adhuc notabiliter appareret de neceſſitate fuiſſe
iuuamentum ex inſtrumentis euacuantibus, digerentibus & confortantibus, quæ ap-
plicita fuerunt, vt ſcribitur, ſed nullum apparuit iuuamentum ex horum applicatione ad
epar, neq; ad alia prædicta membra: igitur non poteſt deduci, quod ægritudo iſta inſit
Quod non ſit per colligantiam a toto corpore tibiæ præciſe per colligantiam ab aliqua determinata parte. ¶ Forte autem exiſtimare
poſſet aliquis, hanc diſpoſitionem ineſſe huic membro per colligantiam eius ad totum
reliquum corpus prius productam, aut nunc dependentem. ſed neutrum horum ſal-
uari poteſt: igitur hæc ægritudo in membro iſto non eſt per colligantiam. patet conſe-
quentia: quoniam ſi ſic, neceſſe eſt præceſſiſſe aliquam ægritudinem, per quam in criſi
tranſlata foret materia, ad ipſam tibiam. ſed nulla præceſſit ægritudo, ad quam hæc cri- E
tica tranſmutatio ſucceſſerit: igitur in hoc membro talis ægritudo non potuit fieri per
modum criticæ tranſmutationis materierum ægritudinum totius. ¶ Neque iterum
aliquis credere poſſet, quod ægritudo huic membro ineſſet per continuam & ſucceſſi-
uam tranſmiſſionem paulatinam materierum a toto ad hanc partem, oporteret enim
neceſſario aſſignare ægritudines toti communes & eorum cauſſas. Sed vir iſte non æ-
grotat mala complexione calida & humida, calida & ſicca, frigida & humida, aut fri-
gida & ſicca toti communibus, vt iam præſcriptum eſt: igitur hæc ægritudo non eſt per
colligantiam totius ad hanc partem.

Amplius demonſtratione arguitur ſic. Si in toto corpore inueniretur ægritudo a-
liqua de prædictis, quomodo ſaluaretur integritas operationum ſtomachi, epatis & ali- F
arum partium & robur virtutis? De ratione n. formali morbi eſt lædere, ſed ægrotante
toto, læſio eſſet valde magna: ergo facile demonſtrabilis vel cognoſcibilis. conſequens
repugnat experientiæ: igitur & fundamentum illud, ex quo ipſum ſequitur. ¶ Patet
itaque ſi bene conſideretur, quod omnino oporteat concedere hanc ægritudinem eſſe
princi-

A principaliter per eſſentiale nocumentum particulæ patientis. ¶ Neq; volo moleſtari
hic, an ſit poſſibile, vel de facto contingat, hanc ægritudinem ſecundum partem ali-
quam per colligantiam dependere ab aliquo membrorum ſuperiorum debili exſiſten-
te: facile enim concederetur id, quoniam membra ſuperiora, velut fortiora, ſuperflui-
tates ſuas expellunt ad debilia, *prima primi*, *capit. de membris in fine*, ſed principale, ad
quod intenditur conſiderandum, credo eſſe diſpoſitionem huius per colligantiam, &
demonſtratum eſt. ¶ Adhuc iterum, neque video rationem aliquam, neq; auctori-
tatem, quæ probare poſſint hanc ægritudinem eſſe denominandam per colligantiam
abſolutam totius corporis aut alicuius particulæ eſſentialis ad ipſum crus. Mirabile e-
nim videretur, quare in diſpoſitione aſſignetur nocumentum per ſimplicem compaſſi-
B onem vel condolentiam, vel alterationem prouenientem ab aliqua ægritudine totius,
vel alicuius particulæ ad hoc membrum, quin per ſigna & accidentia cognoſcerentur
ægritudines tales toti aut particulæ corporis appropriatæ, vel in eis exſiſtentes. Et ite-
rum hoc probatur, quoniam ſi totum aut aliqua particula corporis ægrotaret, oporte-
ret neceſſario aſſignare, ſc. inuentionem ſpeciei læſionis vel nocumenti prouenienti-
um ab illis ægritudinibus totius, aut partium; quoniam terminus diſcretiuus ſanitatis
ab ægritudine eſt ſenſibilis operationum læſio. Cum ergo neq; totius, neque partium
appareat ſenſibilis in operationibus læſio, omnino non poteſt dici, hanc ægritudinem
ineſſe membro præciſe per colligantiam eius ad totum, aut ad aliquam partem vel par-
tes, vt iam dictum eſt.

C Cap. III. *Sub quam denominationem morbi hæc diſpoſitio reponenda ſit.*

Poſtquam autem ſatis aperte viſum eſt, quod prædicta diſpoſitio inſit cruri huius *Quod ſit ægritudo.*
viri per eſſentiam: iam videtur declarandum, qualiter hæc ægritudo denomi-
nanda ſit. Eſt enim diſpoſitio, per quam prouenit in operationibus immediate
nocumentū ſenſibile: quare ipſa eſt morbus, vt patet 2. *primi*, *ca. 1. fere in exordio*. igitur aut
ægritudo naturæ complexionalis, aut vnitatis, aut compoſitionalis. conſequētia neceſ-
ſaria eſt a ſufficienti diuiſione mēbrorū comprehenſorum ſub his generibus, vt patet 2.
techni. ibi, *Genera autem lapſuum ſunt eadem his, quæ virtutem complēt*. Nā in quot naturis tanq̄
principiis perficiuntur operationes naturaliter diſpoſitis, in eiſdē præternaturaliter va-
D riatis imperficiuntur operationes, vt colligitur etiam *ſecunda primi*, *2. cap.*

Videtur a. quod hæc diſpoſitio non ſit ægritudo compoſitionalis, eo, quia ibi non
inuenitur aliqua de ægritudinibus, q̄ cadere poſſunt ſub quatuor generibus ægritudinū
cōpoſitionalium Neq; enim ibi eſt ægritudo ſuperficiei, quia neq; aſpera eſt, neq; nimi-
um lenis pars huius membri. Neq; iterum hoc mēbrum ægrotat in figura, quia hoc mē-
brum nō eſt curuum, tortum vel diſtenſum præternaturaliter: & ſic de aliis. Adhuc etiā
hic non eſt ægritudo in receptaculo: propterea, quia ibi non eſt receptaculum aliquod,
ventriculus vel concauitas manifeſta. ¶ Similiter etiam, quia ibi non eſt ægritudo in via, *Quod non ſit ægritudo compoſitionalis.*
cum in loco illo non ſit via manifeſti tranſitus alicuius corporis de loco ad locum, quare
hæc ægritudo non eſt cadens ſub primum genus ægritudinum compoſitionalium, q̄
E plaſma nominatur. ¶ Pari etiam ratione deducitur, quod non ſit compoſitionalis in
quantitate diminuta, cum non appareat membri extenuatio vel conſumtio manifeſta.
Neque eſt ægritudo in quantitate aucta, quia non eſt ibi aliqua ſuperaddita particula
quantitatiua, cum non ſit ibi tumor, de quo curandum, vt iam ſcriptum eſt. ¶ Simi-
liter etiam facile conuincitur, quod non ſit compoſitionalis cadens ſub denominatio-
nem numeri: neque enim ibi eſt aliqua particula vel ſubſtantia numeraliter aucta vel di-
minuta, igitur non eſt ægritudo in numero. ¶ Poſtremo etiam non eſt in ſitu pro loco
capiendo ipſum denominanda: neq; enim ibi eſt aliquid extra locum, qualiter & quan-
tum eſſe non debeat. Et iterum hæc ægritudo non eſt denominanda ægritudo in ſitu, ſi-
tum ipſum pro colligantia vel ſocietate accipiendo, vt in præcedenti cap. plane declara-
F tum eſt: quare ex prædictis iam ſatis apparet, quod ægritudo iſta non ſit cadens ſub de-
nominationē complexionalē alicuius ſpecierum decē, quæ cadunt ſub prima quatuor
genera complexionalis naturæ, quia non eſt diſpoſitio in ſuperficie, via, figura, via vel
receptaculo cadentibus ſub primum genus complexionale denominatum plaſma, ne-
que in quantitate aucta vel diminuta cadentibus ſub ſecundum genus, ſc. ſub quantitate.

Neq; etiam in numero, vel diminuto vel aucto, quod eſt tertium genus compoſitionalis, neq; in loco per colligantiam, quę cadunt ſub quartum genus, ſc. ſitum: igitur non eſt ægritudo compoſitionalis. conſequentia patet à ſufficienti diuiſione omnium ęgritudinum compoſitionalium, quæ comprehenduntur ex Auic. *ſecunda primi, cap. tertio.* A

Quod non ſolutio vnitatis. Pari etiam ratione ſecundo principaliter deduci poteſt, quod talis ægritudo nõ ſit cadens ſub ſecundum genus, ſc. naturæ vnitatis: neq; enim ibidem eſt ſolutio continuitatis impropriè dicta, quæ dicitur extenſio vel diſtractio partium quarundam, & corrractio aliarum, vt apparet: neq; ẽt eſt ſolutio continuitatis propriè dicta, quam Auic. & reliqui auctores nominant ſolutionem imparis, neq; enim membrum vel aliqua particula impar eſt facta bipar vel tripar, & ſic de aliis. Adhuc etiam neq; ibi eſt ſolutio continuitatis in carne, non in cute, non in neruo, neque in ligamento, panniculo, muſculo vel chorda, vena, arteria, nec coſta, oſſe, vel cartilagine, & ſic de aliis ibidem non videtur eſſe ſolutio continuitatis. B *Obiectio.* ¶ Contra: quia ibi eſt dolor fortis, quales omnes ſequuntur alterationem complexionis, aut ſolutionem continuitatis: igitur in membro illo poteſt eſſe vera ſolutio continuitatis, ſaltem profunda, vel intrinſeca, licet non apparens. *Reſponſio.* ¶ Dicendum eſt negando conſequentiam, quoniam non ſufficit oſtẽdere neceſſitatem veræ ſolutæ continuitatis per præſentiam vehementis doloris. Ipſius enim cauſſa poteſt eſſe ſimplex, ſubita, vel fortis complexionis permutatio abſq; ſolutione continuitatis, vt patet ex Gal. *ſecundo techni.* loquentis ſub nota diſiunctionis, dum dixit: *Dolores vero ſecundum quemcunq; incumbunt locum aut ſolutam continuitatem, aut ſubitam alterationem oſtendunt.* ¶ Aut etiam ſecundo dici poteſt, quod licet concederetur ibi eſſe ſolutionem continuitatis, ipſa tamen eſſet impropriè dicta, & non propriè intellecta, videlicet ſolutio imparis, vt dictum eſt: quare ſatis clare videtur eſſe tenendum in prædicto membro, non eſſe ſolutionem continuitatis manifeſtam, vel propriè dictam. C

Qualis ſit ægritudo. Cum igitur neq; hoc membrum ægrotet aliqua ægritudinum compoſitionalium, vel vnitatis, vt probatum eſt: relinquitur, quod membrum illud neceſſario ęgrotet genere malę complexionis a ſufficienti diuiſione. ¶ Et prima concluſio ex pręcedentibus eſt neceſſario deducta. Et licet iſta concluſio vera ſit, tamen non eſt ſufficiens ad completã cognitionem vel curationem huius diſpoſitionis: quare oportet alias particulariores pmittere. ¶ Quarum ſecunda eſt hæc, quod iſte morbus ſit complexionalis & materialis. D Prima pars huius concluſionis ex præcedenti diſcurſu ſatis deducta eſt. Et ſecunda probatur, quoniam ſi talis diſpoſitio eſſet mala complexio immaterialis, aut eſſet neceſſario *Quod non ſit malæ complexio immaterialis.* humida, calida, frigida vel ſicca: Sed mala complexio ſimplex humida per ſe dolorẽ non efficit, *ſecunda primi, cap. de cauſſis doloris, & pluries alibi.* Amplius ſi eſſet mala complexio frigida aut calida tãtum, aut ſicca tantum, aut calida & ſicca, aut frigida & ſicca, tunc neceſſario aut eſſet ab intrinſeco eueniẽs, aut ab extrinſeco. Et ſi quidem eſſet ab intrinſeco, aut eſſet paulatim in membro facta, aut ſubito. Sed mala complexio quęlibet illarum paulatim in membro acquiſita non efficit dolorem. Non quidem calida, quia dato illo, neceſſario quilibet hecticus doleret. Non frigida, quia pari ratione paralytici a frigiditate interius acquiſita paulatim facti dolerent. Similiter etiam nec mala complexio ſicca paulatim eueniens dolorem efficit, vt patet in hectica ſenectutis in pluribus diſpoſitionibus maraſmodeis a ſiccitate factis, quare non poterit eſſe hæc diſpoſitio proueniens E a mala complexione immateriali ſimplici vel cõpoſita paulatim facta proueniens. Neq; etiam dici poteſt, quod hæc diſpoſitio ſit mala complexio ſimplex vel compoſita immaterialis ſubito facta. Tales enim ſpecies malæ complexionis non ponuntur ab auctorib. quoniam non videntur habere cauſſas productiuas ipſarum, aut ſaltem ab aduerſario aſſignari debent. Et ſi forte caderet hoc in imaginatione alicuius ſpeculatiui, difficile eſſet aſſignare aliquam ſpeciem malæ complexionis immaterialis de prædictis, quæ eandem non aſſociaret ſibi materiam: hæc tu conſidera. ¶ Adhuc iterum oſtenditur tertio, quod hęc diſpoſitio non ſit mala complexio immaterialis ab exterius eueniens propter plura. Primo, quia eſſet difficile imaginari alicuius primitiuæ cauſſæ continuam applicationẽ F ad membrum, per quam ipſum læderetur ex continua applicatione obiecti ad organum tactus. Sed ex narratis & ſcriptis apparet, quod quandocunq; & quomodocunque organo tactus membri ſui applicetur obiectum frigidum, ſemper percipiatur calidum, ergo oporteret primitiuam cauſſam cõtinue eſſe exſiſtẽtem: conſequens videtur impoſſibile quo-

A bile quo ad eſſe: immo etiam quo ad imaginationem. quare, &c. ¶ Amplius ſi mala complexio frigida, calida vel ſicca immaterialis continue eſſet in conſeruari dependens ab exteriori cauſſa, vt aere & ſimilibus, oporteret neceſſario, ꝗ ſemper nocumento huius triſtis ſenſationis lęderetur ęger. ſed conſequens repugnat caſui: igitur. Relinquitur igitur quod hæc ægritudo non ſit ſpecies malæ complexionis immaterialis aliqua ſimplex vel compoſita: vt patet intelligenti. Tertia concluſio principalis ponitur, quod hic morbus ſit mala complexio calida & ſicca materialis. Probatur primo, quantum ad primam partem ex pręcedentibus in probatione præcedentis concluſionis adductis. Et probatur etiam ex hoc, quia per hanc ægritudinē lęditur operatio membri nocumento corruptionis, vt probabitur in ſequenti cap. ſed nocumentum corruptionis aliis paribus, vt in pluribus &

Quòd ſit mala complexio calida & ſicca materialis.

B quaſi ſemper fit a caliditate & ſiccitate, ſicut nocumentum diminutionis & ablationis operationum fit a frigiditate, igitur hic morbus rationabiliter poni debet mala cōplexio calida & ſicca. patet conſequentia, quia denominatio morbi, vt in pluribus aſſignatur ab auctoribus penes efficientē cauſſam materialem, & minor eſt omnium auctorum *1. tertii, tractatu primo, cap. 6.* Iudicium autem de ſignificationibus harum læſionum eſt, quoniam cum procedit curſu permu a ionis, i. corruptionis ſecundum plurimum ſequitur complexionē calidā & ſiccam, & quæ currit curſu diminutionis & debilitatis ſecundum plurimū ſequitur frigus, quare relinquitur veritas concluſionis. Quod a. hæc mala cōplexio ſit materialis calida, ſc. cholerica, ꝓbabitur inferius in 6. c. de ſignis ſignificantib. Quarta cōcluſio ſequitur ad ꝑdicta: & eſt, ꝗ mala cōplexio talis eſt mala complexio ſanguini acutō

Quòd complexio hæc ſit ſanguini commixta.

C commixta. Probatur ex deductione pręcedētis, quia ſi nō eſt mala complexio calida & ſicca: igitur & cholerica. Itē ſi ipſa cōmiſcetur ſanguini, reddit ipſum cholericum. ¶ Amplius hæc mala complexio calida fortaſſis non euacuatur ab aliqua quantitate aduſtionis, ſiue ſit aduſtio in eadem materia cholerica, ſiue in ſanguine acutiori facto. Et tertio iterum hæc concluſio probatur inferius, vbi in ſexto cap. ponentur ſigna huius diſpoſitionis rectificatiua, quare &c. ¶ Et ex iſtis omnibus apparet, quod hæc diſpoſitio reducta ſit ad particularem denominationem, ſc. quod ipſa eſt mala cōplexio cholerica in parte illa partim fixa, partim dependens a continua tranſmiſſione cholerici ſanguinis ab epate & partibus ſuperioribus, vt a vena caua & ſimilibus.

Cap. IV. *De ſpecie læſionis, quæ ab hac diſpoſitione producitur.*

D IAM igitur patet ex præcedenti cap. quod oporteat declarare, quæ ſpecies læſionis ſit hæc, quę tactu patientis huius nobilis omne frigidum calidum percipitur: ex quo fundamēto apparebit ꝓcedentis ca. & veritatis ipſius intellectus amplior, & erit via ad inueniendum curationis principium & inſtrumēta idonea. ¶ Læſio igitur vel nocumentū in operationibus ab auctoribus aſſignatū triplex eſt, ſc. diminutionis, ablationis, mutationis vel corruptionis, vel mediocris læſio, & iſtis variis nominibus, vt apparebit, operationum lęſiones vel nocumenta ab auctoribus aſſignata ſunt. ¶ Dicitur autem nocumentum in operationibus diminutio multipliciter, vt quando operatio, exempli gratia, trāſmutandi ſanguinē in alimentū, quæ eſt ipſius conuerſio in humiditates ſecūdas, diminuta eſſet in digeſtione vel decoctione. verbi gratia: ſi ſanguis, ꝗ debet eſſe alimentū carni-

E formiū partiū, conuertatur in primā humiditatē de ſecundis, aut tertiā vel quartā: ita ꝗ in gradu caloris inueniatur humiditas ſecunda variata reſpectu caloris carnis. ¶ Aut vero ſecundo dicitur diminuta operatio talis: vt ſi penes craſſitudinē in ſubſtantia, q̃ quantitatis eſſet diminutæ, incraſſatur ſanguis vel humiditas, aut quia aquoſa. ¶ Aut tertio diminuta dicitur, vt ſi digeſtiua potentia fortis exſiſtens ad tranſmutandum ſanguinem in humiditates ſecundas, in quinq; horis gratia finis prædicti non poſſet bene propter debilitatē illum ſanguinem conuertere in ſeptem vel octo horis. Vnde ſiue ſanguis in humiditates ſecundas diminute coctus a virtute diminute tranſmutetur reſpectu gradus, aut reſpectu temporis ad hanc tranſmutationem idonei, totum hoc nocumentum ſub læſione operationis nominata diminuta poni debet. ¶ Etiam iterum huic nocumento inuenitur aliud contrarium nocumentum per viam intenſionis nominatum. Non enim eſt in-

F conueniens, vt ſi ſit nocumentum in operationibus, aſſignatur per ſpeciem diminutionis, etiam in eiſdem operationibus, aſſignari poſſit nocumentum per intenſionem. Et hoc quidem nocumentum intelligatur per contrarietatē ad prædicta omnino, vt ſi gradus coctionis tranſcenderet conuenientiam ad tranſmutandū ſanguinē in humiditates

ſecundas proportionatas nutrimēto carniformium, vt quia in gradu complexionali excederent humiditates ſecundę, excederent caliditatē carniformium membrorum, aut modo ſubſtantię craſſiores & magis compactę redderentur, aut in tempore minori multū excoquerentur. patet, ꝙ in operatione tranſmutatiua ſanguinis in humiditates ſecūdas carniformib. membris conuenientes eſſet nocumentū. Et non quidē ꝑ modum di- A

Dubium. minutionis, vt paulo ante apparuit, ergo per modū intēſionis, ſicut declaratum eſt. Forte autem ex prædictis videretur inſurgere dubitatio, ſcil. quod non in cuiuſcunq; membri operatione nocumentū cōtingere poſſit ꝑ viā intenſionis. ſicut patet de operatione viſiua fuiſſe de mente Aui. *3. tertii, c. 2.* Voluit n. ibi ſuperfluitatē in viſione dependere ab æqualitate oculi, & tu conſidera hic, quoniā fortaſſis a temperamento oculi nō pōt prouenire exceſſus in temperata viſione, niſi per ſuperfluitatē videndi in oculo tēperamento intelligeretur ꝑfectior operatio, q̄ reperiri poſſit in latitudine tēperamenti, quę reperiretur in oculis extremis tēperantiæ poſitis: perfectiſſimū n. in temperie ſuperfluū denominari poteſt reſpectu extremorū temperiei. ¶ Ex quib. omnibus in vnū collectis videri pōt, ꝙ non omnis operatio diminuta dicatur eſſe leuis, ſecundum intentionē Gal. *2. techni.* vbi dixit, ꝙ lædatur operatio tripliciter, ſc. leuiter, i. diminute, vt omnes exponūt. Operatio n. per intenſionē aſſignata, non eſt leuis, i. diminuta, ſed intenſa eſt, vt deductū eſt. quare, &c. Et ex hoc fundamento patet manifeſte, ꝙ operatio tactiua huius nobilis, per quā comprehenditur frigidū ex impreſſione calidi, non ſit diminuta. Oporteret n. quod obiectum intenſe calidum perciperetur remiſſe tale, vt intenſe tale, quę ſub nocumento diminutionis operationū includunt, vt deductum eſt. ¶ Ita autem & nunc iterū B

Non eſſe operationem ablatam. inquirere oportet: qualis ſit hęc nocumenti in operationibus ſpecies. Neq; etiā dici pōt, ꝙ ſit ablata, qm̄ nocumētum ablationis tollit præſentiā, actualitatē, vel eſſentiam operationis. Quod igitur hic ſit operatio ſenſitiua probat, quia percipit obiectum imprimens. ergo nō eſt ablata ſenſatio mēbro, ergo non poteſt dici operationem ſenſus ab eo ablatam eſſe. ¶ Quare cū nocumentū in operatione huius membri non ſit per viam intēſionis, aut diminutionis aſſignabile, vt paulo ante deductū eſt: neq; ēt per viam ablationis C

Quod ſit corruptio. ſenſus, vt nunc probatum eſt: Relinquitur ergo, ꝙ nocumentum in operatione ſenſus in membro huius viri ſit corruptio denominandum. Conſequētia neceſſaria eſt a ſufficiēti diuiſione omnium modorum nocumenti, vel lęſionis, q̄ aſſignātur in mēbris tripliciter, aut *2. techni.* Nocetur a. opatio tripliciter, aut leuiter, i. diminute, aut mediocriter, i. cor- D

Corruptio operationis quid. rupte, vt declarabitur, aut omnino non fit, i. aufertur. Eſt a nocumētum corruptionis in operationibus ab auctoribus aſſignatum, per quod formale in operationibus, q̄ communiter humanæ ſpeciei cōueniūt, ꝑmutatur: hoc aūt itaq; eſt, vt per modū actionis membrorū perueniatur ad permutationē ſpecificæ denominationis in operationibus, verbi gratia, ſicut ſi forma epatis cū tēperamento ſuo tranſmutare debens chylum in maſſam ſanguineā, partes chyli ſua caliditate & humiditate mediocri fluxibilitate & aereitate & vnctuoſitate aptas conuerti in ſanguinē tranſmutaret in fumoſitates, velut frequenter fit in tympanite, aut in aquoſitate, velut aſcite, aut in ſanguinem aquoſum phlegmaticum, velut in hypoſarca. Talis enim tranſmutatio eſt actio: igitur operatio, & non ablata, vt patet, neq; diminuta, vel intenſa, vt deduci poteſt ex prædictis, igitur denominatur corrupta. Et cauſſa eſt, quia ſicut in vera corruptione fit tranſitus a denomina- E

tione vnius ſpeciei ad alteram, ita & in hac: partes enim in chylo aſſignatæ diſpoſitæ erant tranſmutari in ſanguinem: ſed fuerunt tranſmutatæ in aquoſitatem aut in fumum vel aliam conſimilem ſubſtantiam, ergo fuit in obiectum illud facta tranſmutatio corruptiua, per quam deuentum eſt ad tranſmutationem ſpecificæ denominationis illius. ¶ Ex quo apparet, quod talis operatio omnino dicatur ex toto genere præter naturam: generaliter enim verificatur, quod hæc ſit præter naturam toti humanæ ſpeciei, & cuilibet indiuiduo ipſius, ſcil. quod partes laudabiles chyli, quæ debuiſſent conuerti in ſanguinem laudabilem, conuerſæ ſint in fumum, aut aliam materiam corruptam. Et forte ex hoc fundamento, quis facile deducere poterit, quod hæc operatio nominetur F

etiam corrupta, quia tendens in corruptionē vel præparans ad corruptionem membri illius, cuius eſt operatio corrupta. Raro enim cum tali corrupta operatione epatis imaginari poſſumus, epar diu perdurare, quin corrumpatur, immo & indiuiduum totum; quare merito denominanda eſt operatio corrupta ſignificatiue,

quia

A quia ſignificat membri vel totius, cuius eſt operatio, corruptionem: & tu cõſidera, quod hoc videatur eſſe rationabile, eo, quia nocumentum corruptionis in operationibus eſt deterius nocumentum, quam diminutionis operationum alijs paribus. Nocumẽtum enim diminutionis operationum non ita faciliter aut cito tendit vel preparat ad corruptionem aliis paribus, ſicut nocumentum corruptionis præparat ad illam. ¶ Et ex hoc fundamento iterum intelligi poteſt, quare nocumentum corruptionis in operationib. tam variis denominationibus ab auctoribus denominatum ſit, nominatur enim mutatio vel permutatio propter trãſitum ad alteram ſpecificam denominationem, vt viſum eſt. Neq; enim in nocumento diminutionis iſte fuit tranſitus. ¶ Contra ex hoc fundamento videtur eſſe deducendum, quod nocumentum ablationis operationum denominari

Cur nocumentum corruptionis tam varia habeat nomina.

Obiectio.

B debeat nocumentum corruptionis. probat conſequentia, eo quia ſicut per nocumentum corruptionis fit tranſitus in alteram denominationem ſpecificã: ita per nocumentum ablationis fit tranſitus in eandem, ergo vnũ illorum nocumentorum non differt ab altero. Neganda eſt conſequentia illa, & dicendum, quod omne nocumentũ corruptionis in operationibus preſupponat entitatem vel præſentiã operationum. Sed nocumentum ablationis excludit omnẽ operationem, quare, &c. ¶ Secundo apparet, quare a Gal. hoc nocumentum corruptionis denominatum ſit mediocre, quia videtur medium tenere inter ablatiuum & diminutiuum. Eſt enim in corruptione præſentialiter operatio membri, propter quod diſtinguitur ab ablatione, vnde non eſt tanti nocumenti portentiuum nocumentum corruptionis, ſicut ablationis. Neq; eſt ita leue,

Solutio.

C ſicut nocumentum diminutionis, imo eſt fortius illo, vt apparet ex prædictis. Igitur erit mediocre inter illa duo nocumenta, quodcumq; n. nocumentum in operationib. remiſſius eſt peſſimo, & intenſius leuiſſimo, mediocre denominari debet. quare bene dixit Gal. *læditur operatio mediocriter, &c.* & hæc fuit cauſſa, propter quam Auerrhoes *3. colliget. cap. de accidentibus ſuperuenientibus virtuti nutritiuæ*, nocumentum corruptionis in operationibus omnium membrorum nominauerit permutationẽ ad malas operationes, vt ibi clare colligi poteſt, dum dixit: *Læſio quæ ſuperuenit vniuerſaliter operationibus membrorum & paſſionibus eorum, eſt tribus modis. Vnus eorum eſt, vt operatio membri ceſſauerit, vt ſint propinqua puncto priuationis. Secundus eſt, vt ſit diminuta a ſuis naturalibus operationibus. Tertius, vt ſit permutata ad malas operationes.* vide, quia corruptionem denominauit re-

D ſpectu diminutionis. Et eundem ſermonem protulit *primo canticorum Aui. cantico 115. dũ dixit: Egreſſus naturalis operationis a diſpoſitione ſua eſt triplex: ipſiꝰ debilitas, ipſius ablatio & ipſius permutatio.* ¶ Itaque ex omnibus bene collectis adinuicem deducenda eſt concluſio talis: Quod nocumentum in operatione ſenſus tactus partis patientis in iſto nobili denominari debeat ſpecies læſionis corruptæ, neq; enim eſt diminuta vel intenſa, neq; ablata, vt iam probatum eſt, igitur neceſſe eſt ipſam eſſe corruptam. conſequẽtia neceſſaria eſt a ſufficienti diuiſione omnium ſpecierum læſionis in tria membra iam declarata. Hæc quidem iam facile ex prædictis intelligi poſſunt.

Sed iam nõ minor inſurgit difficultas in aſſignãdo modũ, quo per ſpeciem malæ cõplexionis particulæ illius contingat, quod obiectum caliditatẽ imprimens in mẽ-

E brum illud a potentia tactiua percipiat frigidũ, & econuerſo, ſ. q̃ obiectũ frigidum percipiatur calidum. Neq; n. ſaluari põt ex parte obiecti, omne n. tale imprimens in membrum taliter ipſum alterat, qualiter ineſt ei altera in potẽtia vel in actu: ſed obiectum eſt calidum actu, ergo taliter imprimit in membrum. ¶ Amplius hoc nõ videtur poſſe defendi ex parte membri, quoniam ipſum iam eſt alteratum ad caliditatem, ergo per illã non poteſt apprehendere obiectum ſub ſpecie frigiditatis. ¶ Et tertio iterum arguitur, quoniam dato, quod obiectum ſit actualiter calidum & membrum etiam calidum, non inuenitur ibi aliqua qualitas accidentalis vel accidentaliter faciens ad permutandum membrum ad frigiditatem, per quam obiectum calidum videretur frigidum, igitur etiam ex parte accidentalis impreſſionis non poteſt hoc ſaluari. ¶ Quarto iterum ad illud

Quare hic parit ex approximatione obiecti frigidi permutat calidum & econtra.

F arguitur, quoniã ſpecies caliditatis impreſſæ ab obiecto in membrũ nõ repſentant niſi caliditatẽ & mẽbrum ſufficiẽter recipit impreſſiones illiꝰ: ergo de neceſſitate repſentabitur in eo caliditas & nõ frigiditas. ¶ Ad hæc omnia reſpõdendũ eſt dando modũ, quo cõtingere poſſit ad impreſſionem obiecti calidi repſentari in mẽbro ſenſationem frigidam. Et primus quidẽ modus eſt, cum occurrit membro obiectum caliditatẽ imprimẽs

Reſpõſio.

videntur concurrere cauſſæ caliditatis in mẽbrum imprimentes. Prima quidẽ ex parte A
obiecti, ꝙ calefaciendo imprimit, ſecunda v. ex parte malæ cõplexionis fientis, qua æ-
grotat membrũ, ꝑpter quæ duo, cum membrũ calefacit, notabiliter rarefit etiam, ma-
gna ſpirituum quantitas & partiũ calidarũ ab eo reſoluit̃ & euaporat, partes igitur eſſen-
tialiter frigidæ per reſolutionem iam in membro aſſignatã, ad quam ſequitur frigiditas
priuatiua, poſſunt frigiditatem ſuam in organum ſenſus tact⁹ imprimere, eo quia maior
tunc videtur proportio inæqualitatis membrorum frigidorũ ad infrigidandum, quam
obiecti & malę complexionis iam dictæ ad calefaciẽdum. igit̃ pro tunc in mẽbro perci-
pietur impreſſio eorũ, q̃ a proportione maioris inæqualitatis agunt in membrũ, ſed illa
ſunt mẽbra frigida, vt oſſa & cartilagines, panniculi, phlegmaticæ & melancholicæ par-
tes, igitur in membro percipietur frigiditas. Tũc igitur membrũ impreſſionem a re ca- B
lefaciente percipiet ſub ratione frigiditatis: ¶ Contra ex data iſta reſponſione ſequitur,
ꝙ hæc operatio non debeat denominari corrupta: probat̃, quia taliter mẽbrum perci-
pit, qualiter ab agente in ipſum imprimitur, vel ab agentib. ſed agentia imprimunt in-
frigidando, vt iam dictum eſt, ergo potẽtia tactiua tunc nõ apprehendit corrupte, imo
perfecte & conuenienter, quoniã apprehendere corrupte eſt apprehendere aliquod
cõtrarium, vel ꝙ non eſt de eſſentia imprimentis, vt ex p̃cedentibus apparere põt. ¶ Ad
hoc motiuum & ſimilia dicendum eſt, quod operatio mẽbri in caſu aſſignato & in mo-
do dato poſſit dici conueniens & bona, & dici corrupta, reſpectu ſcil. diuerſorum, eſt n.
conueniens inquantum frigidæ partes mẽbri in organum tactus frigiditatẽ imprimẽdo
a potentia tactiua percipiuntur frigidę, ſed eſt corrupta, inquantum impreſſio in mem- C
brum conſecuta eſt & ad obiectum imprimens calefaciendo; potẽtia ergo tactiua cali-
ditatem ab obiecto impreſſam percipit ſub ratione frigiditatis per accidẽs: quare meri-
to corrupta nominat̃. ¶ Alter modus ſoluendi p̃dicta motiua, q fere reuertitur in idem,
eſt, cum fit ab obiecto calefaciente impreſſio in membrum propter magnam raritatem
in membro acquiſitam & reſolutionem & debilitatẽ aer circundans mẽbrum frigidus
exſiſtens imprimere poteſt in mẽbrum modo ſuperius aſſignato, quare potẽtia tactiua
percipit impreſſionem frigiditatis aeris, cuius cauſſa fuit caliditas iam impreſſa ab obie-
cto & a mala cõplexione calida ſimul. Hęc tñ ſolutio finaliter videt̃ tendere in primam,
& tu cõſidera, quia difficilius eſt reddere cauſſam, quare obiectum calidum imprimens
percipiat̃ frigidũ, quã quare frigidũ percipiatur calidũ. Nã facile ad hoc ſecundũ reſpõ- D
deri poſſet capiẽdo principiũ per antiperiſtaſin: & q̃ ſequuntur ad illã. & ſic facile ſolue-
retur ꝓblema, ſ. quare vir iſte quantũ ad ſenſum tactus ex approximatione obiecti frigi-
di caliditatem percipiat. Mala enim cõplexio calida a ſuo contrario ꝙ effugit per acci-
dens & violenter fortificata vel aucta repræſentat organo tactus ſpecies caliditatis ſubi-
to & vehementer imprimentis, ꝑpter ꝙ frigidum obiectum percipitur calidũ: & tu cõ-
ſidera. ¶ Ex quibus omnib. apparet iam ſatis mediocriter ſatisfactum eſſe ad materiam
capitis tertij, ſ. q̃ ſit nocumenti ſpecies in membrum huius nobilis viri iam impreſſa. &
quæ ſint eius cauſſæ, forma & modus aſſignandi hanc ſpeciem corruptæ ſenſationis or-
gani tactus eius. Adde autem aliter, niſi tibi placuerit.

CAP. V. *De potentia vel virtute cui hæc diſpoſitio attribuenda ſit.* E

VT autem clarius & parumper ſubtilius huius diſpoſitionis materia aperiatur, iam
oportet inquirere, cuius virtutis hæc ſenſatio triſtis ſit paſſio appropriata vel de-
nominanda: ¶ Iã n. per ſpeculatores in hac materia duæ euidẽtes ſunt opiniones.
Et vna quidem ponit, quod triſtis ſenſatio in mẽbrum impreſſa ab obiecto ſit paſſio vir-
tutis appetitiuę membri patientis cum mẽbro ſenſationis bene diſpoſito occurrit obie-
ctum potẽs ad imprimendũ ſubito, & ſecundũ cõtrarietatẽ & materialiter vltra impreſ-
ſionem hãc ab organo tactus apprehenſam cauſſatur vel ꝑducitur in membro ſenſatio
quidẽ, per quã apprehenditur illa impreſſio ſub ratione triſtis & inconuenientis, & ad
iſtã ſequit̃ triſtitia, q̃ quidẽ nõ eſt aliud formaliter, q̃ appetitus mẽbri ad effugiendũ hãc
diſpoſitionẽ & nõ ꝑſiſtendum in illa, q̃ triſtitia iã dicta formaliter eſt dolor in mẽbro ꝑ- F
cept⁹. Et ipſe quidẽ talis nõ videt̃ aliud, q̃ actus ſenſationi tactiuę ſupadditꝰ. Ex quib. ap-
paret, ꝙ ſecundũ modũ iſtũ omnis triſtis ſenſatio doloroſa in mẽbrum impreſſa ſit act⁹
tactui ſuperadditus approptiandus potẽtię appetitiuæ mẽbri ad effugiendum ipſum.
Corollaria. Et ex hac quidem phyſica poſitione multa poſſunt conſequi corollaria. ¶ Primum,
quia vera cuiuſcunque doloris curatio eſſet illius appetitus membri ad effugiendum
tale

Obiectio contra datam reſponſionem.

Solutio.

A talenocumentum ablatio vel permutatio.¶ Secundum,quod in cura cuiuſcũq; doloris prima & principalis intentio debeat eſſe ad virtutem mẽbri, in quo eſt appetitus talis,& non ad mẽbra tactus vel ſenſationis.¶ Tertium,quod vera & ꝓpria curatio cuiuſcumq; doloris præciſe ſit delitioſæ ſenſationis impreſſio,& nõ alicuius qualitatis de primis vel de ſecũdis inductio vel productio in mẽbro.¶ Quarto ex hoc intelligi poteſt,quare delectatio in animum impreſſa,vt cum inſtrumẽtis muſicalibus & amœnis vocibus & delectabilibus,vt cãtu amœnæ vocis virgineę,& reliqua talium vere ſint dolorem ſedantia eo quia delitiam inducunt triſtitiæ in membris impreſſæ remotiuam. Et legi poſſunt hi ſermones *quarta primi, cap. penultimo in fine*, dum inquit Auic. *Et dulcis cantilena, & proprie cum ex ea prouocatur ſomnus,& occupari in eo, quod gaudium efficit, doloris vehementiam ſedat.* 2. 3. 4.

B ¶ Quinto iterum ad hanc poſitionem ſequitur,quod nullũ inſtrumentum calidum,inquantum alteratiuum vel frigidũ,inquantum repulſiuum vel incraſſatiuum,aut ſiccum materierum cõſumtiuum, aut compoſitum ex his, vt anodynum nominatum medicamen doloris abſciſſiuum in cõcreto vel abſtracto intellectum,ꝓprie & vere debeat nominari dolorum curatiuum per verã contrarietatem.Neq; enim appetitui membri cõſideranti effugere nocumentũ & non perſiſtere ſub illo, vere cõtrariatur calidũ vel frigidum.Neq; aliud calidum ſimplex,vel cõpoſitum per verã cõtrarietatem,quã habeat ad membra,verã enim & ꝓpriam contrarietatem ad talem triſtitiã habet delitia,& plurima talium iſtis addenda ſunt.¶ Sequitur vltimo ex fundamẽto iſtius opinionis, quod 5. 6.

C nullum medicamen narcoticum iterũ ſit vere doloris curatiuũ,imo forte illius inductiuum per accidens,eo quia ſenſationem a membro aufert, aut notabiliter diminuit.

Quia tamen poſitio iſta valde & multũ eſt ſpeculatiua, a medicinali via elongata, nõ multum videt᷑ vtilitatis cõferre in ſcientia medicinæ, quare potius ab ea recedẽdum eſt, velut omnino phyſica,& in materia *libri de anima verſus finẽ amplianda.* ¶ Ideó ſequẽdo cõmunem Medicorum opinionem dicẽdum eſt,ꝙ dolor & quęlibet triſtis ſenſatio ſit paſſio virtuti ſenſitiuæ ſenſu tactus appropriata. Hæc quidẽ concluſio multis poteſt auctoritatibus declarari & rationibus quamplurimis affirmari.¶ Et primo quidẽ eſt auctoritas Auic. *2. ſexti naturalium cap. 3.* vbi deſcribendo tactum incipit. *Tactus eſt vis, id eſt, potentia ordinata in neruis cutis totius corporis & eius carnibus ad apprehendendum id, quod tangit* *Quod omnis dolor ſit paſſio tactus.*

D *illud ſ. corpus & affectat contrarietatem permutantem complexionem & affectionem compoſitionis,* vide, ponit tactum eſſe potentiam in membris ſenſus,& patet, quod loquatur ibi de ſenſu exteriori, omnis autẽ appetitus eſt repõnendus ſub interiorẽ ſenſum, quare &c.¶ Secundo iterum apparet hoc idem eſſe verum ex ei⁹ auctoritate ibidem, dum inquit *quod tactus eſt primus ſenſus in homine & in omni animali terreno.* Sed in homine aliquandó inuenitur & non inuenitur potentia interior appetitiua talis, quæ bene demonſtrari poſſit, vt in embryone fortaſſis declaratur, aut in apoplexia, aut melius in vera phreneſi vel in cibare.In talibus enim operationes ſenſuum interiorum impeditæ ſunt & in plurib. earum tactus vel eius operatio non eſt impedita, igit᷑ tactus videt᷑ potentiæ tactiuæ mẽbri perceptiuæ ſenſus exterioris appropriandus. Et hoc iterum declarari poteſt ab eodem Auic. ex proprietatibus tactus, dum dicit, quod de proprietatibus tactus ſit quod tota

E cutis,ꝙ circundat totum corpus,ſit ſentiens per tactum,& non vna ſola eius pars. Si igit᷑ tota cutis ſentit per tactum,videtur mirabile,quod tactus appropriari debeat potentiæ tactiuæ appetitiuæ,ꝙ non videt᷑ eſſe concomitans toti corpori.¶ Quarto contra prædictam poſitionem arguitur ex ſententia Ariſtotel. *2. de anima*, qui ponit, quod tactus cõſiſtat in debita proportione qualitatum primarũ, propter ꝙ oportet refractã eſſe cõmplexionem membri vel organi tactus,ita,vt quodammodo mediũ exſiſtat inter excellentias qualitatũ ꝑdictarũ, vt patet *ſecundo de anima. cap. de tactu*, vbi inquit, *tanquã ſenſu in medietate quadam exſiſtente in ſenſibilibus contrarietatibus*, propter hoc enim diſcernit ſenſibilia, in medium n. diſcretiuũ eſt. fit n. ad vtrumq; ipſorũ alterum extremorũ. Sed tale mediũ vel tẽperies non videt᷑ attribui poſſe appetitui, quare dolor non videt᷑ eſſe paſſio *Dolor nõ ſit paſſio appetitus.*

F appetit⁹,&c. Amplius poſſibile videt᷑, nõ ſolum quo ad imaginationẽ, ſed ẽt quo ad eſſe mẽbrum priuari appetitu, quem ponit ꝑdicta poſitio. Sed impoſſibile eſt animal viuens eſſe ſine ſenſu tact⁹, igit᷑ ſenſus tactus videtur rationabilius debere poni ꝑceptiuus taliũ excellentiarũ, ꝑ quẽ ẽt ſit membrũ, effugiat illas. cõſequentia videtur eſſe nota,& colligitur *3. de anima verſus finẽ*, vbi voluit philoſophus datũ eſſe ſenſum tactus animalibus ad

fugiendum nocitiua & ꝓſequẽdum iuuatiua. & minor colligitꝰ ab eo *2. de anima, vltimo c.* A
vbi inquit: *Sine ſenſu enim tactus mõſtratum eſt, quoniã impoſſibile eſt eſſe animal.* ¶ Tertio iterũ
ad idem arguitꝰ, quoniã ſi per ſolã ſenſationẽ ſenſus tactus ſaluari põt, ꝙ mẽbrum incli-
netur ad euitandum impreſſionẽ rei cõtrariæ ſubito & vehemẽter imprimentis: nõ vi-
detꝰ neceſſarium ponere triſtitiã illã, q̃ eſt appetitus non perſiſtẽdi ſub diſpoſitione illa,
quoniã fruſtra videtur appetitũ multiplicari, poſtquã ſaluari poteſt per ſenſum tactus, vt
dictum eſt: ſic nõ videtur ponendus eſſe appetitus ille vel triſtitia iã ꝑdicta. ¶ Quarto i-
terum arguitur, quoniã ſenſus tactus multiplicatꝰ multiplicatione obiectorũ imprimen-
tium ſecundũ excellentias qualitatũ ſenſibilium, ſ. caliditatis, frigiditatis, &c. ſed talis
triſtitia vel appetitus nõ multiplicatur multiplicatione taliũ obiectorũ. Maior patet *2. de* B
anima c. de tactu. vbi inquit philoſophus: *ſunt quædã, ſ. qualitates, quæ tangi poſſunt differentiæ
corporis, ſecundum ꝙ eſt corpus. dico a. differentias quib. elemẽta determinant calidum, frigidum, ſic-
cum & humidum, &c.* Et minor ꝓbatur, quia potentia appetitiua ꝑdicta nõ multiplicatur

Præſtãtia ſenſus tactus præ cæteris.

multiplicitate obiectorũ calidorũ frigidorũ & ſimiliũ. ¶ Quinto iterũ cõfirmatur, quo-
niã alii ſenſus ſentiunt per alterũ, ſolus a. ſenſus tactus ſentit per ſeipſum, ſed appetitus
ſentit & non eſt tactus, ergo ꝑ alterũ, & nõ niſi per alterum tactum, ergo ſenſus tactus nõ
eſt ſentiens per ſe abſq; appetitu: maior colligitꝰ *2. de anima, vltimo c.* Et minor patet, quia
talis appetitus, quem ponit illa potentia, eſt ſenſus ſentiens, & nõ per ſe, niſi inquantum
potentia ſenſitiua ſenſu tactus apprehendit impreſſionẽ: igitur, &c. Ampliꝰ ſi ſenſus ta-
ctus patitur ab obiecto vehementer & ſubito imprimente ſecundũ contrarietatẽ, ergo C
vel aliquid percipit vel nõ: ſi non percipit, ergo ſequitꝰ, ꝙ mẽbrum non debeat dolere:
ſi v. percipit hanc impreſſionem, ergo dolet. patet cõſequentia, cũ talis impreſſio ſit cõ-
traria ſubito & vehementer imprimens, ergo nõ videtꝰ neceſſariũ ponere illũ appetitũ:
quare, &c. ¶ Igitur ex omnib. iſtis aggregando videtur conformius loquendo mẽtibus
auctorum ponere quidem & tenere, ꝙ dolor ſit triſtis ſenſatio rei cõtrariæ ſubito & ve-
hementer imprimentis appropriata potentiæ membri, in quo eſt dolor, ſi membrum
illud ſenſibile fuerit. & hæc de capite quinto ita iam ſuccincte poſita ſufficiant.

Cap. VI. *De particula, cui hæc diſpoſitio eſſentialiter attribuenda ſit.*

NVnc autem videtur neceſſarium eſſe pro determinatione ſexti capitis declarare
cui particulæ hæc ſenſatio triſtis attribuenda ſit. Iam enim apparet ex præmiſſis; D
ꝙ oporteat organum tactus ſe habere ſecundũ mediocritatẽ in temperantia qua-
litatum ſenſibilium, igitꝰ nõ videtur, quod mẽbrum hãc ſenſationem habẽs debeat eſſe
os, cartilago, vel neruus. probatur conſequentia, quia talia mẽbra ſunt frigida vel ſicca
elongata a temperie inter excellentias qualitatum iam dictarũ, igitur, &c. Item pari ra-
tione argueretur, quod caro nõ debeat eſſe organum tactus, eo quia reſpectu medii ge-
neris, ſ. cutis ponitur eſſe calidæ cõplexionis & humidæ, quare, &c. ¶ In hac autem ma-
teria variæ ſunt inuentæ ſapientum diſcoliæ. Quidam enim poſuerunt organum tactus

Quodnã ſit organũ & mediũ tactus.

eſſe carnem, vt patet ex ſententia Ariſt. *lib. ſecundo de partibus animalium; cap. ſecundo de
tactu, in translatione Arabica*, dum inquit, *Inſtrumẽtum ergo ſenſus iſtarum rerum, ſcilicet qua-
litatum tangibilium eſt ex carne, quæ nõ eſt aliis ſcilicet membris.* vide quã clare velit carnẽ eſſe
organum tactus. ¶ Secundo v. hoc videtur eſſe de intentione ipſius eodẽ ca. vbi inquit, E
& iſte, ſ. ſenſus tactus de eo ſingitur, ꝙ ſentiat multis modis diuerſis & contrariis, vt calidum & fri-
gidum & humidum & huiuſmodi. Inſtrumentum ergo ſenſus iſtarũ rerum eſt ex carne
magis, quã ex alio. ¶ Tertio v. iterum eſt auctoritas eius in *2. de partibus, 10. c.* dum inquit:
Et inſtrumentum ſenſus tactus eſt hoc membrum, ſ. caro. *Et membrum hoc conueniens eſt illi, vt a-
liis animalib.* Iſtud ergo mẽbrum habet ſenſum tactus, & eſt principiũ iſtius ſenſus, ſicut
dicimus, quod pupilla oculi ſit principiũ ſenſus viſus, ſ. organũ, quoniã operatio vel depu-
ratio viſus eſt in eo. ¶ Quarto iterum eſt Ariſt. auctoritas. *lib. primo de hiſtoriis animalium;
6.* inquit n. ibi: *Senſus ergo tactus eſt in mẽbro, cuius partes ſunt ſimiles*, ſ. in carne vel in alio ſibi
ſimili. ¶ Quinta v. auctoritas eiꝰ eſt *3. hiſtoriarũ, c. de cute*, inquit, *coriũ* i. cutis; *caret ſenſu cum
abſcinditur, & præcipue corium capitis, quoniã in illo loco inter corium & os nõ eſt omnino caro.* Vide F
quã clare velit nõ poni ſenſum tactꝰ in aliquo mẽbro, ꝙ exiſtat ſine carne. Plures ẽt au-
ctoritates hãc opinionẽ philoſophi ſonãtes colligere potuiſsẽ per magnũ ꝓceſſum xix.

Caro an ſit organũ tactus.

librorũ de animalib. ſed iſtæ ad præſens ſufficiãt. ¶ Hanc ẽt opinionẽ ponentẽ carnem
eſſe organum tactus, ſecuti fuerunt Alexãder & Themiſtiꝰ, vt imponit eis cõmentator

2. de

A *2. de anima, commento 16. 109. & 116. lege ibi.* Fuerunt autem, quæ induxerunt hos illuſtres
viros ad affirmandum opinionem hanc motiua plura. ¶ Primum, quia ſi caro non eſt or-
ganum tactiuæ potentiæ, tunc forma carnis non eſſet virtus organici corporis, quod eſt
contra definitionem animæ, quæ eſt, *actus corporis organici phyſici, &c.* & probatur conſe- *Anima quid.*
quentia, quia ex poſitione aduerſarii caro non eſt organum tactus, igitur forma carnis
non eſt potentia organica carnis, &c. ¶ Secundum vero eorum motiuum fuit, quia ſe-
quitur, quod organum tactus & guſtus eſſent diſtincta contra ſententiam philoſophi, 2.
de anima, textu cõmenti 112. Lingua enim omnia, quæ tangi poſſunt, ſentit ſecundum eã-
dem partem & humorem, & probatur conſequentia, quia lingua eſt organum alicuius
ſenſus, vt patet experimento, & non niſi guſtus, igitur organum tactus & guſtus ſunt di-
B ſtincta. ¶ Tertium motiuum eſt, quia ſequeretur, quod in lingua non fieret immuta-
tio a qualitatibus tangibilibus, vt caliditate, frigiditate & aliis. Et arguit̃ conſequentia,
quia lingua ex aduerſario non eſt organum tactus, igitur non poteſt immutari a quali-
tatibus tangibilibus prædictis, & falſitas conſequentis apparet experimento, videmus
enim linguã a caliditate & frigiditate & ſingulis qualitatibus immutari. ¶ Quartum eſt,
quod ſi caro non eſt organum tactus, vel eſt os, vel neruus, ligamentum, panniculus vel
proportionale iſtis, conſequentia a ſufficienti diuiſione omnium mediorum tenet, ſed
antecedens arguitur eſſe falſum, eo quia membra illa propter frigiditatem & ſiccitatem
intenſam eorum non poſſunt poni eſſe organa tactus, propterea quia, vt ſupra argutum
eſt, organum tactus debet eſſe medium inter excellentias qualitatum tangibilium, vt
C patet *2. de anima, textu commenti 118.* ibi, tanquam ſenſu, id eſt, organo ſenſus immediate
quadam exſiſtente in ſenſibilibus contrarietatibus, & propter hoc diſcernit ſenſibilia.
¶ Hæc & plura motiua videntur fuiſſe cauſſa aſſerendi carnem eſſe organum tactus, vt
poſuerunt Alexander & Themeſtius loco præallegato.

Ariſtoteles vero *ſecundo de anima, cap. de tactu. & textu commenti 116. ibi ſ. Omnino autẽ
videtur*, poſuit, quod caro & lingua ſint intranea media ſenſus tactus, & nõ organa illius:
propter quã opinionem declarandam videntur diſcutienda quędam, quantum ad ſen-
ſum tactus ſpectat in præſenti. Primũ, quod caro ſit mediũ in ſenſu tactus. Secundũ, ꝙ
ipſa ſit mediũ intraneum ad operationem ſenſus tactus neceſſariũ. ¶ Ex quibus duobus
iam clare videbitur, quod ipſa caro nõ ſit organum tactus. Et primũ quidem horum de-
D clarat commentator *commento tertio* ſupponendo quędã. Quorum primum eſt, ꝙ excel-
lentiæ ſenſibilium applicatæ organis ſenſuum cum circumſtãtiis corrumpant ſenſum.
¶ Secundum, quod tales nõ ſolum corrumpant ſenſum, imo & totum animal. ¶ Tertiũ,
quod ſenſus tactus in animali & qualibet eius ſenſibili parte a natura datus ſit, vt effugiat
nocitiua & proſequatur iuuatiua. Si enim ita non eſſet, tunc poſſet aliqua pars corporis
comburi, ipſa non effugiente cõburentis impreſſionem tanquã nociuam, vt patebat in
domino Ludouico Siculo Panormita, a cuius pedibus propter abſentiã ſenſationis par-
tium facta fuit digitorum combuſtio abſq; nocumẽti ſenſatione. Et ſi talis ſenſus tactus
non eſſet animalibus a natura datus propter fugam rerum nociuarum, tunc fuiſſet natu-
ra defectuoſa in animalis productione perfecta, quod eſt contra ſententiam Ariſtote-
E lis *tertio de anima*, volentis, quod natura in operationibus eius nũquam fiat ocioſa. ¶ Ex
iſtis tribus ſuppoſitionibus commentator nitit̃ oſtendere, quod caro ſit medium in ſen- *Caro quo mod. ſit medium tactus.*
ſu tactus, & non organum illius. Ad hoc enim vt excellẽtiæ ſenſibilium vehementis im-
preſſionis non attingãt immediate organum ſenſus tactus, neceſſariũ fuit mediũ, per ꝙ
prohiberet̃ actio immediata obiectorum vehementer imprimentium in organum ta-
ctus. & ſic apparet declaratio primi. ¶ Secundum v. declarandum eſt, quod caro ſit me-
dium intraneum, quod quidem ex hoc manifeſtatur, quia ad hoc vt animal per ſenſum
tactus conuenientius & promptius poſſit effugere nocitiua, neceſſe fuit medium, a quo
immutet̃ tact⁹, ꝙ quidẽ mediũ cõuenientius deſeruiet, ſi fuerit cõiunctũ & pars eſſẽtia-
lis animalis. tale n. mediũ nõ potuit eſſe cõueniẽter aer vel aqua, ꝑpter eorũ fluxibilitatẽ,
F neq; ignis, ꝑpter vehementẽ ei⁹ actiuitatẽ, mobilitatẽ, leuitatẽ, & raritatẽ. Neq; ẽt terra
propter eius grauitatẽ & frigiditatẽ, q̃ poſſunt impedire ſenſationẽ. Oportuit igit̃, quod
tale mediũ eſſet pars animalis eſſentialis cõmixta ex elementis cõiuncta & intranea di-
cta. Talis a. nõ videt̃ eſſe altera, quã caro, vt apparet ex verbis Ariſtotelis *ibidẽ*. Igit̃ caro
eſt mediũ intraneũ vel pars eſſentialis animalis, ꝙ declarandũ erat, non n. tale medium

potuit eſſe ōs, aut cartilago, ꝓpter eorū terreſtreitatē, vt dictū eſt, neq; etiam neruus vel pars neruo ꝓportionalis, quia talis ponitur eſſe organū ſenſus tactꝰ, vt inferius declarabitur: igitur caro erit mediū intraneū ſenſus tactus a ſufficienti diuiſione deducendum. Et ex hoc concluditur cōcluſio principaliter intenta & reſpōſiua ad q̄ſtionem, ſ. quod caro nō ſit organum ſenſus tactꝰ, ſed mediū illius de carne ſaltē pura intelligendo hoc. A

Si quis igitur deſiderat hāc poſitionē Ariſtotelis & cōmentatoris defendere, quæ videtur hodie cōmuniter currens per vniuerſam ſcholā, poterit faciliter reſpōdere, ꝙ ad rationes inductas per Alexandrū & Themiſtium. ¶ Ad primā igitur ipſorū rationē cum arguitur, quia ſi caro nō ſit organū tactiuæ potentiæ, formā carnis nō eſſe virtutem organici corporis. Dicendū ꝙ pars aliqua organica dicatur dupliciter. Vno modo, ꝓut organicum inſtrumentale vel officiale diſtinguitur cōtra ſimplex mēbrum, & hoc modo accipiendo organicū, quęlibet pars carnoſa muſculi eſt organica, eſt n. compoſita ex carne, neruo & ligamento, & ſic antecedens eſſet falſum & negādum. Forma n. carnis eſſet forma organicę particulę. ſecūdo v. modo aliqua particula dicitur organica delatiue vel immutatiue, & tunc ſi in antecedēte intelligatur, ꝙ forma carnis, ſ. ſimplicis non eſſet vis organica illius, negandū eſt, & dicendū, ꝙ forma carnis ſit forma partis organicæ delatiue aut immutatiue intellectæ. Caro n. ſpeciem ab obiecto imprimente in eo receptā defert potentiæ tactiuæ, & per eandē ſpeciem immutat ipſam, quare, &c. ¶ Ad ſecundum cū arguebatur, quia ex poſitione aduerſa ſequeretur, ꝙ organū tactus & guſtus eſſent diſtincta, dicēdum ꝙ lingua quātum ad partem eius carnoſam, nō ſit organū tactus, ſed mediū illius. Sed in lingua vel ſuperficiali eius pāniculo inuenitur diſſeminatus neruus, q eſt organum guſtus & tactus, ſecundum n. vnum & determinatum tēperamentum nerui illius, talis neruus dicitur eſſe tactiuus & nō guſtatiuus. Secundum v. tēperamentum a p̄dicto diſtinctum talis neruus vel pāniculus dicitur eſſe guſtatiuus & nō tactiuus. Neq; aliquod incōueniens eſt apud Phyſicos vel Medicos vnum & idē organū numero ſecundum diuerſa tēperamenta ad diuerſas cōuenire operationes tactiuas, ſ. & guſtatiuas, vt apparet. ¶ Ad tertium v. cum arguitur & ſequeret̄, ꝙ in lingua non fieret immutatio a qualitatib. tangibilib. negatur illa cōſequentia. Et ad ꝓbationē illiꝰ dicitur ꝙ qualitatū tangibilium exceſſus ſit immutatio & ad partē neruoſā eius, pars vero neruoſa carnoſa ipſius eſt medium ſuſceptiuum illiꝰ impreſſionis, & immutatiuum potētię guſtatiuæ. Ad quartū vero dicitur, quod pars organica ſecundū ſententiā Ariſtotel. & Cōmentatoris, in qua fundatur tactus, ſit neruus in animalib. habentib. ſanguinem vel pars ſibi ꝓportionalis, ꝙ tū nunc amplius declarari oportet. ¶ Eſt igitur in aſſignando organū tactus opinio ſecunda inuēta, q̄ ponit, ꝙ neruus vel ſibi ꝓportionale ſit organū tactus: & hęc quidem fuit opinio Ariſt. *lib. 2. de anima c. de tactu.* vbi inq̄t: *Relinquitur autē mixtū omne, ſ. organū tactus ex terra & ex aliis, ſ. elementis neruus, caro & ſimilia.* ¶ Hāc ēt opinionē habet Cōmentator *2. de anima cōmentis 180. & 116. in fine,* vbi inquit: *Quod in animalib. ſunt corpora quædā, quæ dicuntur nerui, & habēt introitū in ſenſum & motū, & idē etiā ab eo colligitur 2. colliget. ca. de iuuamentis mēbrorum.* Inquit n. *Et hic cadit ſpeculatio & confirmatio Galeni ꝙ ſenſus & motus ſint a neruis, eo ꝙ remoto neruo remouetur ſenſus & motus.* Eandē etiam opinionē ſequitur Gal. *9. de iuuamētis 2. cap.* Inquit enim ibi, *Quia neruus eſt inſtrumentū ſenſus, ſ. tactꝰ. & iterum idē 3. techni. Nerui v. & tenantos, i. chordarū punctura propter plurimū ſenſus eorū, &c.* Et ſunt ſermones Auic. *prima primi, c. de mēbris ibidem doctrina 5. ſumma 3. c. de ſermone vniuerſali de neruis, & 4. quarti, tractatu 4. in exordio.* In neruis propter vehementiam ſenſus eorum. Et plures alias, imo ducentas, potuiſſem adducere auctoritates ex voluminibus illuſtrium Medicorum, quas tamen propter breuitatem prætermiſi.

Partem aliquam dupliciter dici organicam. B

Reſponſio ad obiecta.

C

D

Num neruus ſit organum tactus.

E

Poſt hęc a. adhuc videtur inueniri opinionē tertiā in aſſignando organum tactus, q̄ quidem opinio ſupponit primo, quod organum tactus quantum ad eius complexionem & compoſitionem debeat eſſe medium inter excellentias qualitatum tangibilium aut ſaltem propinquum medio iuſtitiali. ¶ Supponit ſecundo hæc opinio, quod neruus propter terreſtreitatem ſuam huic medio inter excellentias qualitatum per ſe non ſit conuenienter propinquus. ¶ Tertio quod ſi neruus huic medio appropinquare debet, oportet, quod recipiat accidentalem refractionem ab aliqua ſibi circumſtante vel circumſtantibus particulis. ¶ Quarto, quod nulla videatur eſſe noſtri corporis particula cum ſuo temperamento qualitatum nerui ita conuenienter refractiua, vt du- F

cat

A cat ipſum neruum ad medium, vel propinquans medio,niſi ſola caro.probat̃, quia caro ſua cōplexione p̄ caliditatē & humiditatē aduerſatur neruo,qui frigidus eſt & ſiccus, igit̃ ex mutua cōtra opantia vnius ad reliquū cōplexio nerui & carnis dicunt̃ad mediū. Iſtis poſitis hæc poſitio reſpondet ad quintū ponens hanc ſolā concluſionē: Quod inſtrumentū ſenſus tactus ſit caro neruea vel neruus carneus.concluſio probat̃ ſic: tale n. debet eſſe inſtrumentū tactus,q̃ habeat cōuenientē refractionē in ſuis qualitatibus p̄q̃ deducat̃ad mediū inter excellentias earū,ſed tale videt̃ eſſe membrū aggregatū ex carne & neruo,& econuerſo,igit̃ erit cōueniens organū ſenſus tactus. maior eſt ſupius allegata ex Ariſt.& minor patet ex ſuppoſitione 4.quare relinquit̃ concluſio vera.¶II.argu-it̃ concluſio ſic,q̃a caro pura nō eſt organū ſenſus imo mediū illi⁹,vt p̄bat Ariſt.*cap.de ta-* Nūm caro neruea & neruus car-

B *ctu*,igit̃ aliud aſſignandū eſt organū.& non q̃dē neruus p̄pter frigiditatē & ſiccitatē eius, neus ſit igitur oportet,quod ſit neruus refractus a carne,vt iā dictū eſt.¶III.iterū arguitur cōclu- organum ſio ſic,quia ſi aliquod mēbrū ſimplex deberet poni conueniēs organū ſenſus tact⁹,magis tactus. deberet poni caro quam neru⁹,eo q̃ caro in cōplexione ſua propinquior eſt æqualitati iuſtitiali vel medio generis,q̃ neruus eidē:ſed organū tactus aut debet eſſe mediū,aut ſibi p̄pinquū,igitur caro cōuenientius debet poni organū tactus,quā neruus. patet cōſequentiā cū minori ex ſuperius allegatis Et p̄batur maior,quia neru⁹ in genere frigidorū reſpectu cutis ponit̃ in octauo ordine,vt patet *1.primi,ca.de cōplexionib.membrorū*, igit̃ neruus magis elongat̃ a iuſtitiali tēperamento vel medio generis,quā elōgetur caro ab eis,& hæc opinio fuit Aui.*2.ſexti naturaliū,3.cap.de tactu*,vbi inquit: *Et ex proprietatibus ta-*

C *ctus eſt,q̃ inſtrumentū naturale eius eſt caro neruoſa aut caro & neruus*,ex hoc quod ſentit ex tactu,quamuis nō habeat mediū aliquo modo.Neq; debet putari,q̃ ſentiēs ſit neru⁹ tantum,ſed neruus reddit ſenſum tangibilē alio mēbro, q̃ eſt caro.Ecce quā clare voluerit carnē neruo cōmixtā refrangentē neruum & ab eo refractam eſſe conueniens organū tactus,& videt̃ opinio Medicorū veritati ſatis p̄pinqua ponentiū omnem carnē lacertoſam eſſe ſenſibilē,purā v.carnem nō aperte ponunt ſenſibilē eſſe. Contra tamen hāc Obiecta. opinionē duo inſurgunt motiua.Primū eſt,quia *Ariſt.1.hiſtor.6.cap.*poſuit ſenſum tact⁹ in mēbris ſimilib.dū inquit: *Senſus ergo tactus in mēbro,cuius partes ſunt ſibi ſimiles, ſ. in carne vel in alio ſibi ſimili*.Sed caro neruoſa aut neruus carneus no videnť eſſe membra conſimilia,igit̃ illa opinio omnino falſa.patet cōſequentia,p̄pterea, quia illa opinio videtur

D ponere ſenſum tactus in membro diſſimiliū partiū,q̃ eſt officiale,& minor patet ex deſcriptione mēbri cōſimilis,q̃ quia omne conſimile eſt illud,cuius,quamcunq; ſenſibilem partem aſſumſeris,erit toti cōmunicans nomine & definitione,*1.primi cap. de membris prope principiū*, ſed non quæcunq; pars nerui carnei aut carnis nerueę communicat toti nomine & definitione,igit̃ illa nō eſt pars cōſimilis.Ad hoc motiuū diuerſis poteſt reſponderi modis.Et prim⁹ q̃dē modus dicēdi eſt,q̃ in p̄lenti non acceptat̃ opinio Ari. de aſſignando organū ſenſus tactus eſſe carnē,cum ex poſitione ex ipſo ſuperius adducta appareat declaratum eſſe,quod caro ſit medium ſenſus tactus,& non organum. Amplius eandem poſitionem Ariſt.non videtur aſſerere Commentator *2.de anima 116*.immo volens excuſare Ariſtotelem quantū potuit,dixit,quod quando Ariſtoteles poſuit car-

E nem eſſe organum tactus in auctoritatib.ſupra allegatis, ex eo nondum erat ei perfecte cognita ſciētia neruorum per anatomiam.¶Secundus modus dicendi ad hoc motiuum eſt,quia aliquod membrum dicitur eſſe conſimiliū partium,in quo maior pars ipſius videtur eſſe habens naturam conſimilis,quo ad ſenſum viſus,dato quod illa particula in rei veritate nō omnino ſit cōſimilis, capiendo cōſimile,vt innotuit ex definitione ſua. Cū ergo in carne neruea, quo ad ſenſus exteriores appareat dominium notabile carnis ſuper neruo,ideo illa pars ſecundum hanc apparentiam dicitur eſſe conſimilis & taliter philoſophus *lib. primo hiſtoriarum allegato ca.*dixit ſenſum tactus eſſe in parte cōſimili,ſ.ſecundum apparentiam. Et videtur hæc reſponſio cōfirmari poſſe,eo quia ſenſus tactus inuenitur in omni lacertoſa carne.Neq; inuenit̃ ipſe in carnib. glandoſis aut

F cōfuſis.¶II.v.motiuū cōtra p̄dictā opinionē Aui.eſt hoc,quia ſi caro p̄dicta ponit̃ eſſe Secūda ob organū tact⁹,ſ.neruea caro aut neru⁹carne⁹,nō videt̃ aſſignari poſſe mediū in opatiene iectio contra Ariſt. ſenſus tact⁹.Si n.excellētiæ ſenſibiliū multū nocere poſſunt organis ſenſuū, vt ſupra declaratū eſt, & p̄pter illā cauſam oportuit aſſignari mediū, in q̃ impreſſio agentis fieret prius quā reciperet̃ in organo tact⁹,ergo oportet q̃ tenētes iſtā opinionē aſſignēt illud.

Hoc autem non videtur eſſe poſſibile diſcurrendo per omnia mẽbra, primo, quia neq; A
neruus, neq; caro eſſe poteſt organũ alicuius de ſenſibilib. exteriorib. & mediũ illius.
Neq; ẽt tale mediũ poteſt dici panniculus, eo quia ipſe eſt ꝓportionalis neruo & medi-
ante parte neruea cõponente ipſum eſt organum tactus, neq; ẽt tale mediũ poteſt poni
cartilago aut os, eo quia talia ꝓpter eorum terreſtreitatẽ non ſunt conuenienter rece-
ptiua impreſſionũ agentis neq; ẽt delatiua illius impreſſionis ad organũ tactus imutan-
Reſponſio. do ipſum ſicut oporteret. quare relinquitur, ꝙ cũ opinio iſta non aſſignet mediũ in ope-
ratione ſenſus tactus ꝙ ipſa renuntianda ſit. Ad hoc motiuũ ꝙ videtur eſſe difficile ſatis
apud ſequentes poſitionẽ peripateticorũ. Dicendũ primo, quod in operatione ſenſus
tactus ad hoc vt cõuenienter perficiatur ipſa, neceſſe eſt aſſignare mediũ, in quod reci-
piatur agentis impreſſio prius q̃ ipſa recipiatur in organo tactus. Dicendum 2. ꝙ neq; os B
neq; cartilago neq; pinguedo ſint ſufficientia media in operatione ſenſus tactus. Dicẽ-
dũ 3. ꝙ in quolibet mẽbro, in quo caro neruea aut neruus carneus ponunt̃ eſſe organum
ſenſus tactus, duas carnis partes imaginari poſſum⁹, vnã quidem partem in quã facta eſt
villorũ neruorũ tanta commixtio, vt quęlibet pars quantitatiua carnis vel ſenſibilis par-
tibus neruorũ ſenſibilib. ſit cõmixta, & econtra. Hæc q̃dẽ caro talis, aut talis neruus ꝓ-
pter refractionẽ qualitatũ adinuicẽ deducta eſt ad vnũ temperamentũ taliter, ꝙ omni-
no quęlibet pars talis carnis aut talis nerui ſit ita organũ ſenſus, quod nullo modo pote-
rit eſſe organũ & mediũ illius, eo, quod idem reſpectu eiuſdem non poteſt eſſe orga-
nũ & mediũ alicuius ſenſuum exteriorum, & taliter intelligi debet opinio Aui. ponen-
tis carnem nerueam aut neruum carneum eſſe organũ tactus. Et confirmatur argumẽ- C
to euidenti ſatis, eo quia organũ tactus debet eſſe mediũ inter excellentias qualitatum
tangibiliũ ſenſibilium, vt ſupra ſæpe allegatum eſt, ſed in tali neruo aut carne inuenitur
refractio qualitatum ſenſibilium, per q̃ organum tale ductum eſt ad medium inter præ-
dictas excellentias, igitur erit conueniens ſenſus tactus organũ. Et attende quod hoc ar-
gumentũ videatur ſatis euidenter procedere apud concedentes mutuã contra operan-
tiã qualitatũ membrorũ adinuicẽ, quã videntur concedere philoſophantes & Medici
omnes. ſecundo in mẽbro, quod eſt organũ tactus, imaginamur aliã partẽ carneã, q̃ non
eſt villis neruorũ ita ſufficiẽter cõmixta, ſicut prima. ¶ Et iterũ dato quod ipſa eſſet im-
mixta villis neruorũ quampluribus, tamen quia in ipſa non reperitur temperamentum
illud per refractionem & mutuã contra operantiã qualitatũ adinuicem reſultans: ideo D
hæc caro neruea aut neruus carneus non poterit poni ſufficiens organũ ſenſus tactus, &
cum talis non ſufficienter cõmixta neruis aut non habens tale temperamentũ medium
inter excellentias qualitatum tangibilium ſit modo poſita in membro non fruſtra, imo
ꝓpter aliquem finẽ talis particulę non videtur eſſe ad aliquem finẽ poſita, niſi vt ſit me-
dium in operatione ſenſus tactus. Ex quibus omnibus in vnum reductis reſpondetur ad
motiuũ ſuperius adductum. Cum n. arguit aduerſarius, quod in quibuſcunq; ſenſuum
exteriorum aut in pluribus eorum aſſignandum ſit medium intraneum, dicitur conce-
dendo iſtud, & cum ſubiungitur, quod apud tenentes opinionem Auic. non poſſit aſſi-
gnari medium illud, neganda eſt illa minor. Et dicitur quod tale medium ſit caro non
ſufficienter neruoſa, aut non reducta ad temperamentũ mediũ inter excellentias quali- E
tatũ. Ex quib. omnib. iã apparet quod hæc opinio Aui. videat̃ veritati & poſitionib. Me-
dicorũ conformior, q̃ altera poſitio. Et tu elige illã, quæ tibi placet magis. Credo ego n.
ꝙ diligens intellectus ꝓbabiliter defendere poſſet opi. Alexan. & Themiſtii ponentiũ
carnẽ eſſe organũ tactus. Similiter ẽt opinio Ariſt. & Cõmentatoris eius poſita in *2. de a-
nima.* q̃ tamen cõtradictoria eſt ſibiipſi *hiſtoriarũ & de partib. alleg. cap.* valde facile defen-
di poteſt: & eſt opinio in noſtra ætate in ſcholaſticis artib. cõmuniter approbata. Ex q b.
omnib. infero concluſionẽ intentã ſcientiæ huius cap. cõmpletiuã, ſ. ꝙ organũ ſenſus
Concluſiones. tactus in mẽbro huius viri ægroto debeat dici caro neruea aut neruus carneus particu-
lę patiẽtis. Et ex omnib. inuicẽ vſq; ad hunc locũ per diſputationẽ in vnũ redactis totius
1. huius ægritudinis ſumã cõplectitur in his concluſionib. ¶ Prima; quod ægritudo huius F
viri ſit mala complexio cruris partim per eſſentiã vel eſſentiale nocumentũ illius mẽ-
bri, partim per colligantiã dependens a mala cõmplexione calida & ſicca principaliter
2. epatis effundentis ſanguinẽ ſatis cholericũ ad prædictum membrũ. ¶ II. concluſio, q;
hæc ægritudo ſit mala complexio calida & ſicca partis illius, cuius declaratio ſumatur ex

2. cap.

A 2.cap.principali.¶III.ꝙ hæc ęgritudo debeat denominari,imo de facto ſit mala cõple- 3.
xio calida & ſicca pdictæ partis nocumentũ corruptionis in opatione ſenſus tactus effi-
ciens.¶IV.ꝙ hoc nocumentũ corruptionis appropriatũ ſit tactiuæ potentiæ membri 4.
patientis.¶V.quod hoc nocumentũ ſit proprium carni neruoſę patientis particulæ. Et 5.
collige totum in vna concluſione & dicas talem diſpoſitionẽ eſſe nocumentũ corrupti-
onis in opatione ſenſus tactus proueniens a mala cõplexione calida & ſicca,partim per
eſſentiam & partim p colligantiã illi mẽbro aduenientis,per q̃ tã membrũ ſenſibile, quã
tactiua potẽtia illius lædunt, vt prædictum eſt. Vide quantũ laboris & ingenii haberi o-
porteat ad vere & cõuenienter theorice intelligendũ diſpoſitiones humani corporis, ea-
rũ cauſas & diuerſitates,neq; mireris,ſi in inueſtigatione iſtius opus fuit diſputatiuo ſer-
B mone & prolixo. Eſt n. hæc diſpoſitio vna de illis,de quibus aut nunquam aut raro dictũ
eſt aliquid ab auctoribus medicinæ quantumcunq; illuſtribus. Ego n. percunctatus vo-
lumina diuerſa nihil fere aut valde parum ab eiſdem colligere potui. Neq; enim *primo
continentis* per totũ proceſſum,neq; *5.aut 6.theoricæ,neq; 4.de accidenti & morbo,aut 5.per to-
tum proceſſum,* in quibus locis vberius & profundius pertractantur ęgritudines neruo-
rum,aliquid ab eis potui colligere,quod valde conferat huic cap. & tu lege loca illa. Si n.
princeps *2.primi,2.tertii,22.eiuſdẽ,* nihil aut parũ in materia iſta, tũc q̃ erit opinio tua de
ſciẽtia aliorũ Medicorũ,q̃ aut nullo modo aut valde leuiter guſtare potuit fructũ ſcien-
tiæ horũ 4.virorũ illuſtriũ,de q.b.dictũ eſt. Et tu in aliis voluminib. venare hæc,ſi potes.

Cap.VII. *De ſignis omnium ſpecierum malæ complexionis materialis.*

C At vero quoniam humani corporis diſpoſitiones non ſufficit theorica inueſti-
gatione cognoſcere,imo adhuc neceſſarium ſit magis per conuenientia ſigna
diſpoſitiones humani corporis inuicẽ ſecernere: idcirco in hoc cap. ſigna po-
nã,per quæ huius diſpoſitionis cognitio haberi poſſit,ne propter carentiam cognitio-
nis ægritudinum contingat error in curationibus earum. Fallunt n. Medici non minus
in curationibus earum,vt Galenus *ad Glauconem primo, 2.cap.* ſcripſit. Et licet mihi in hoc
cap. videretur ſufficere,vt ponerem ſigna cognitionis huius ægritudinis calidæ & ſiccæ
materialis,tamen vt hanc diſpoſitionem poſſimus confirmare lapſum chòlericum eſſe
ſpeciali cap. collocandũ,ideo omnium ſpecierum malæ complexionis materialis co-
nabor hic ponere ſigna incipiendo ab his,quæ notificant malam complexionem vel ę-
D gritudinem cholericam.

Primum itaq; ægritudinis cholericæ ſigna haberi poſſunt a ſubſtantia partis,ſ.pri- *Signa cõplexionis cholericæ.*
mo ex parte tactus,quoniã a tangenti Medico debite diſpoſito percipietur in eo cali-
ditas cũ acuitate ipſius,ac ſi parumper mordicatiua perciperetur,vt imaginari poſſum⁹ 1.
impreſſionẽ ab aqua feruenti factã in organũ tactus reſpectu impreſſionis,q̃ faceret re- *A ſubſtantia partis.*
miſſa caliditas a tepido corpore proueniens.¶II.v.ſubſtantia particulę ægrotantis æ- 2.
gritudine cholerica percipitur cum quadã fere ſoliditate ſiccitatẽ repręſentante, velut ſi
tangeretur pergamenũ ſatis ſiccũ molli pergameno cõparatum, & hoc quidẽ cõtingit
ꝓpter ſiccitatẽ per ſe a cholerica materia in mẽbro ꝓductã,& p accidens ẽt partim ꝓ-
pter reſolutionẽ humidi corporis factã caliditate choleræ & conſumtionẽ illi⁹ a ſua ſic-
E citate factã. Vnde hic diligẽs cõſiderator poteſt imaginari ſiccitatẽ tripliciter a choleri- *Siccitatẽ tripliciter prouenire a cholera.*
ca ꝓuenire,ſ.poſitiuã & priuatiuã: poſitiuã a ſiccitate ꝓuenientẽ, primo p ſe & p accidẽs
inquantũ exſiccat humidũ,dato ꝙ nullũ gradũ ſiccitatis impreſſerit, & tertiã ſiccitatẽ a
cholerica materia ꝓuenientẽ ratione ſuæ caliditatis reſoluendo exſiccantis. Et ex hoc
corollarię concludit,ꝙ nõ ſit mirum ſi vehemens ſiccitas in lapſu cholerico repræſen-
tetur perſæpe,nulla n. materia tantũ poteſt mẽbrũ exſiccare,quantũ cholera ꝓpter mino-
rẽ actiuitatẽ aliarũ materierũ cõparatarũ cũ hac.¶III.choleric⁹ lapſus cognoſci poteſt 3.
p colorẽ partis,eo q̃a ibidẽ reperit rubicũditas verificata; quia nõ eſt cõfuſa aliis ſpecieb. *A colore partis.*
colorũ,vt neq; rubedini cõmixta neq; opacitati aut liuiditati,ſed eſt rubicũditas in mẽ-
bro apparẽs cũ inclinatione retractionis ipſius a ſpecieb. citrinitatis. Ita n. citrinitas eſt
F inſeparabile accidẽs choleræ,ſicut rubedo ſanguinis,albedo phlegmatis,& nigredo me-
lancholiæ ſunt paſſiones inſeparabiles,*vt prima primi,cap. de humoribus in facto.* Et a Ga-
len. colligendum *in libello de cholera nigra 2.cap.* & hoc quidem eſt ſignum ſumtum a caſi-
bus. Color enim cadit a materiebus in vniuerſã membrorũ congerie dominantib. aut
in aliqua parte corporis.¶Quarto cholerici lapſus cognoſci poſſunt p ſigna ſumta ab 4.
habitudine totius,ſ.per eam intelligendo membrorũ pinguedinẽ,macredinẽ, aut diſ- *Ab habitudine totius.*

poſitionẽ intermediam. Et quia ſubſtantia partis non poteſt ſeparari ab aliqua taliũ ha- A
bitudinũ, ideo q̃dã voluerunt ſignũ ſumtũ ab habitudine eſſe a ſubſtantialiter inhęren-
tib. acceptũ, licet aliqui credere voluerunt hoc ſignũ eſſe denominandũ a caſib. Cadit
n. a diſpoſitione graduali materierũ habitudinũ diuerſitas aliqua de p̃dictis, verior ta-
men eſt ſententia prima, ſ. q̃ ſigna ſumta ab habitudine a ſubſtantialiter inhęrentib. de-
nominanda ſint. Igitur ꝓpter lapſum cholericũ, ad quẽ de neceſſitate ſequitur habitu-
dinis extenuatio, mẽbrũ illo lapſu ægrotans extenuatũ erit & macrefactũ. ¶ V. ẽt parti-
5. *A caſib.* cula ægrotãs lapſu cholerico cognoſcit̃ p aliud ſignũ ſumtũ a caſib. q̃ eſt multitudo pi-
lorũ & lenticularũ vel macularũ citrinarũ apparitio in facie membri. Caliditas n. parti-
um notabiliter cholerica adurere poteſt humores valde potẽter, quorũ aduſtione va- B
por in poris reuocat⁹ apud ſupficiẽ cutis a frigiditate cutis cõdenſat̃, & paulatim expul-
ſiua virtute ad extra depulſus eſt materialis pilorũ cauſa. Materia ẽt cholerica natura-
lis fere citrina exiſtẽs aliquã partẽ ſanguinis ſubſtãtialiter trãſmutati in humiditates ſe-
cundas tingit colore citrino, quare ſanguis ille in ſupficie mẽbri maculas relinquit ci-
Vnde lentigines citrinæ. trino colore coloratas q̃ a mulierib. lentigines nominant̃ citrinæ. ¶ VI. cholerici lapſus
accipiunt̃ ſigna ex operationib. membrorũ, quoniam membra operantur in ſanguinẽ
6. *Ex operationib. mẽbrorum.* caliditatem inducendo intenſam. Vnde frequenter repræſentatur in membro prurit⁹,
punctio cholericæ puſtulæ, excoriationes & alię paſſiones ſimiles iſtis. Similiter ẽt ſigna
cholerici lapſus nõ raro aſſumunt̃ ab opatione vitalis virtutis, quia generat ſpiritũ acutũ
& intenſæ caliditatis ponentẽ membris neceſſitatẽ valde eleuatam, ꝓpter q̃ pulſus in
Pulſus cholericorũ. cholerico non valde magnifice lapſo ſunt magni. Et quia neceſſitas eſt valde aucta in eis C
reſpectu aliarũ cõplexionũ & organa pulſatilia nõ ſunt bene obediẽtia ꝓpter neceſſitatẽ
eandẽ ad motũ: ideo neceſſaria eſt velocitas, ita vt in breui tp̃e arteria cõpleat motũ a
termino a quo ad terminũ ad quẽ, & eſt ratio formalis velocitatis. Et iterũ quia in tp̃e in
quo arteriæ cholerici corporis inueniunt̃ a diaſtolato eſſe, aer ille, q̃ prius attractus fue-
rat in breui tẽpore, efficit̃ vilis, incõueniens ad refrigerandũ caliditatẽ, oportet q̃ par-
uũ tempus interponat̃ in ſyſtole vel cõſtrictione arteriæ, ita vt valde cito ſuccedat ei di-
aſtoles ſequẽs cum paruo temporis ſpatio in ſua quiete interpoſito, quare neceſſitabi-
tur arteria ad cito diaſtolandum. ſed hęc eſt ratio formalis frequentię, igit̃ in pulſu cho-
lericorũ inuenit̃ magnitudo, velocitas & frequentia, & ꝓprie lapſus nõ eſt vehementer D
debilitans. Et hoc q̃dẽ eſt de ſignis perdurantib. & nõ fallentib. ita nominatis ab Aui. 2.
7. *primi de ſignis cõplexionũ*, eo q̃a ſignũ ſumtũ ab opatione virtutis vitalis. ¶ VII. ſigna cho-
Ab operationib. virtutis animalis. lericorũ lapſuum aſſumunt̃ ab operationib. virtutis animalis motiuæ, eo quia talia cor-
pora agilia & velocia ſunt in motu ꝓpter leuitatẽ choleræ & membrorũ habilitatẽ ad il-
lud, licet ẽt a vehemẽtia mot⁹ & cõtinuatione ipſius ſint velociter reſolubilia. ¶ VIII. aſ-
8 *Ex operatione ſenſitiua potentia.* ſumunt̃ ſigna cholericorũ lapſuũ ex opatione ſenſitiuæ potẽtiæ ſenſu exteriori. Et pri-
mo quidẽ tactu, eo quia talia corpora ſenſum tact⁹ habent ꝓmptũ & valde paſſibilẽ ab
obiectis imprimentib. & hoc ꝓpter ſpirituũ diſpoſitionẽ & membrorum tactus, & cutis
aut carnis debitã a ſuperfluitatib. expurgationem, & ẽt quãtũ ad ſenſum viſus, quia tales
habent viſionẽ acutã & fortẽ, licet nõ ita perfectã, ſicut temperata & ſanguinea corpora E
cũ aliis parib. & hoc contingit ꝓpter velocẽ reſolutionẽ in ſpiritib. & humorib. oculorũ
in tali cõplexione, deinde ẽt quantũ ad ſenſum guſtus, eo quia guſtabile omne linguæ
iſtorũ applicatũ percipit̃ ſub ſpecie impreſſionis alicuius acuitatis & amaritudinis, & ꝓ-
prie cũ lapſus fuerit intenſus. Similiter ẽt ex parte ſenſus olfactus eorũ, quia olfactus in
cholericis eſt diminutus propter organũ ipſius notabiliter declinare ad ſiccitatẽ a cho-
lerico lapſu tripliciter ꝓuenientẽ, vt ſupra viſum eſt. Quantũ v. ad auditũ, eo quia talia
corpora ex vehementi p̃paratione organorũ auditus propter mundificationẽ eorum
valde facile patiunt̃, & notabiliter a quocunq; fere motu conquaſſatione in mediũ per-
9. *Ex parte operationũ virtutũ animaliũ inferiorũ.* cepta. ¶ IX. ſigna intemperantię cholericæ cognoſcunt̃ ex parte operationũ virtutum
animaliũ inferiorũ, tales namq; quantũ ad opationes primo ventriculo cerebri attribu-
tas ſunt vigilatiui & pauci ſomni. quoniã vapor muliebris, qui eſt cauſa ſomni, inducẽ- F
do oppilationẽ in organo ſenſus cõmunis, in talib. corporib. paucus eſt & facile reſolu-
bilis & conſumtibilis. Quantum vero ad operationẽ phantaſiæ poſteriori parti primi
ventriculi attributæ, & quantum ad operationem imaginatiuæ, permutabiles ſunt tales
in imaginationib. eorũ multum & frequenter. Cum n. ſpecies obiectorũ a ſenſu cõmuni

delatę

A delatæ ad organũ phantaſiæ, & inde ad organum imaginationis multũ & valde veloci-
ter permutent̃ & alterent̃, neceſſe eſt operationes illis ſenſib. attributas multũ & frequẽ-
ter permutari. Adhuc ẽt quantũ ad operationẽ cogitatiuæ potentiæ lædunt̃ iſti & val-
de facile corrũpunt̃ in eliciendo iudiciũ, propterea quia valde facile & frequenter iudi-
cant exequi debere ea, q̃ renunciari debẽt econuerſo. Et vltimo ẽt hoc videri poteſt ex
parte operationũ memoratiuæ potentiæ, licet n. ex parte organi illius deberent eſſe be-
ne memoratiui, tamẽ ꝓpter ꝓmptitudinẽ ſpirituũ eorũ ad reſolutionẽ eorũ, in memo-
ratiua frequẽter lęduntur magis q̃ perficiunt̃. Vltimo iterũ ſigna intẽperãtiarũ choleri- 20.
carũ aſſumuntur ab exeunte mutato; & primo q̃dẽ ab exeunte ꝑ viã inſenſibilitatis, quo *Ab exeun*
ad nos ꝓpulſę ad extra, eo quia talia corpora multiplicãt ſudorẽ, ꝓpter actiuitatẽ chole- *te mutato*
B ricæ materiei, quæ neceſſaria eſt in quocunq; ſudore, vt patet *2. can. in definitione eius*; dũ
inq̃t, *quod ſudor eſt aquoſitas ſanguinis, cui pus cholericum eſt admixtum*. Et eſt ẽt eorũ ſudor cũ *Sudor.*
actiuitate ſuæ impreſſionis a patiẽte ꝑceptus, & fortaſſis nõ eſt perſeuerãs multũ ꝓpter
conſumtionẽ & reſolutionẽ materierũ illius a caliditate choleræ ꝓuenientẽ. Amplius
exiens ſecundũ de ſenſibilib. primũ q̃ eſt vrina multipliciter cõſiderari poteſt notifica- *Vrina.*
re cholericos lapſus ex colore, ſ. ex ſubſtantia eius & ex cõtentis. Subſtantia n. vel aquo-
ſitas tenuis eſt & diaphana ꝓpter mundificationẽ eius a ſuperfluitatib. q̃ cõuenienter fit
a caliditate & ſiccitate choleræ. Et eſt color ipſius eleuatus in citrinitate, ſecundũ tamẽ
gradũ lapſus, ita vt quãdoq; fiat color eius aureꝰ, quãdoq; flauus, nõ raro ſubcroceꝰ vſq;
ad igneũ incluſiue, licet aliqui colorẽ igneũ excludãt a latitudine cholericitatis repo-
C nentes ipſum ſub latitudine ſanguineitatis. ſed facile tollit̃ cõtradictio hæc, eo quia ſic-
ut igneus intenſus cũ craſſitudine ſubſtantiæ reponit̃ in latitudine ſanguineitatis, ita i-
gneꝰ remiſſiꝰ cũ diaphaneitate & tenuitate ſubſtantiæ aquoſitatis reponit̃ in latitudine
ſignorũ cholericitatis: & tu ſpeculare in iſtis, *2. primi in cap. de ſignis colorũ & ſubſtantiæ vri-*
narũ, & primo de criſi 12. cap. Præter hęc ẽt cholerici lapſus cognoſcunt̃ ex parte cotento-
rũ, q̃ in aquoſitate vrinali immergunt̃. Primo q̃dẽ quia colores ſediminũ inueniunt̃ cõ-
ſimiles coloribus aquoſitatis, vt p̃dictũ eſt, ſecundo v. quia ſedimẽ in talib. aut cõtentũ
aliud eſt paucũ. tertio quia eſt diaphanũ ſatis, & hoc ꝓpter ſiccitatẽ a cholera ꝓueniẽ-
tẽ, quarto q̃a plurimũ tale cõtentũ leuigat ad regionem aereã vrinę, q̃ eſt pars deſcribẽs
ſuperficiem intermediã inter centrum, & circumferentiã eius per digitum altitudinis;
D & eſt q̃dem hoc rationale; quoniã contentum omne cholericũ actiuitatẽ habens a cho-
lera fert̃ ad ſuperiorẽ regionem propter caliditatem, ſubtilitatem & leuitatem illius. Et
ſi quidem cõtingat contentum illud minori participare leuitate cũ refractione graui-
tatis alicuius, tunc nõ poteſt aſcendere ad fundum leuitate ſuperãte grauitatem alicu-
ius. Neq; aſcendere poteſt hoc contentum ad regionem ſuperiorẽ aereã vel perforatã
eo quia fit ei cõtra operãtia ex parte grauitatis, ergo de neceſſitate oportet tale conten-
tum reponi immediate vrinalis aquoſitatis immerſum, & hoc eſt illud, quod antiqui ſa- *Nubes in*
pientes nominauerũt nubem, & proprie cum fuerit notabilis quantitatis, aut nubecu- *vrina.*
lam, & proprie cũ fuerit quantitatis minoris, quam prædicta. Et merito quidem: ſicut n.
nubes pendent in regione media vel interſtitio inferiori illius, ita hoc contentum pen-
E det in medio vaſis ex potentia grauitatis & leuitatis comparatarum adinuicem. Et ex
hoc ſermone concluditur, quare hoc ſedimen aliquando locet̃ in ſubſtantia aquoſita-
tis intermediã inter ſuperiorem, & intermediam per æquidiſtantiam ab extremis. Et
hoc eſt, quando maior actiuitas ex parte leuitatis eſt, quã reſiſtentia ex parte grauitatis.
Et hoc eſt illud ſedimen, quod antiqui illuſtres eneorema nominauerunt. Eleuatur
enim ſuper nubem & continetur infra regionem aeream iam prædictam.

Vtrum autem eneorema tale collocari poſſit in regione perforata vrinæ, alio de-
clarabo loco, cum huc principaliter non ſpectet, ſed omnino certum eſt, quod ſic. Hęc
ſunt famoſiora, quibus innituntur Medici. Aliud autem contentum in vrinis choleri-
corum corporum multũ frequenter reperitur, quod nominãt atomos, & ſunt corpo-
F ra minuta ſimilia illis, quę apparent in radiis ſolis, citrina tamen vel rubicundo colore
colorata & per ſubſtantiam aquoſitatis natantia ; velut ſi imagineris cuprum vel au-
rum in minutiſſimus partes contritum aquæ immerſum, quod ſubleuaretur a ventoſi-
tate vel a leuitate intrinſeca illius mixta , apparent enim corpora talia atomi ; vt
dictum eſt. ¶ De reliquo exeunte, ſ. fæcali non multum inſiſto , eo quia ſub- *Fæces.*

ſtantia paucum eſt, colore citrinũ vel igneum vel ſiccum vel denſum cum mordicatio- A
Sputum. ne vel punctione in hora ſui exitus perceptum. Sputum cholericorum paucum eſt, re-
miſſe album, ſubſtantia & figura ſpumoſum; colore citrinum & ſapore acutum. Et pro-
uenient quidẽ hęc omnia propter magnã actiuitatẽ cholerę ad calefaciendum & exſic-
candum. Hæc quidem eſt ſumma ſignorum, per quæ venimus in cognitionem chole-
ricorum lapſuum. ¶ Reliqua v. ſigna particulariora, vt vomitus cholericus vrinæ, acui-
tas ſpermatis, pruriginoſa ſenſatio & oris amaritudo, omnia quidem talia ex fundamẽ-
to prædictorum haberi poſſunt. Et tu conſidera, quoniam omnia talia particularia in
indiuiduis diuerſificantur ſecundum diuerſitatem non ſolum lapſuum, ſed habitudinis
ſexus & regiminis penes applicationem ſex rerum non naturalium fere incomprehen-
ſibiliter variabilis.

Pari inſuper fundamento per notitiã ſex generum ſignorũ iam prædictorum po- B
terit quis peruenire in cognitionẽ ſanguinei lapſus phlegmatici aut melãcholici ſecũdũ
cõſiderationẽ effectuũ & paſſionũ, q̃ ꝓuenire poſſunt humanis corporib. propter do-
minium materierum humoralium triũ iã dictarum. Et hæc q̃dẽ omnia taliter accurate
deſcribere fortaſſe ꝓlixum eſſet legentib. ꝓpterea ſolũ hic ſumatim ſcribã ſigna q̃dã, ꝑ
Signa dominantis ſanguinis in toto. q̃ tã ſanguineus, q̃ phlegmaticus & melancholicus lapſus cognoſci poſſint. ¶ Signa itaq;
dominantis in toto ſanguinis ita accipiant, quia color corporis rubicũdus eſt ad aliquã
fuſcedinẽ tendens. velut repræſentatur color in panno purpureo. Et eſt corpus tranſcẽ-
dens mediocritatẽ carnoſitatis, nõ fluxibilis, ſed mediocriter ſolidæ. Et venæ eius ſunt
magnæ extenſione ſua ꝓpter multitudinẽ materiei, ex qua genitæ fuerunt. ¶ IV. ſunt C
extenſæ vel eminentes propter multitudinẽ materierum quã continẽt. ¶ V. percipitur
corpus actu calidũ ¶ VI. caliditas illa percipitur cum quadã mulcebritate vel ſuauitate,
qualiter percipitur caliditas ab aqua cum aliquali pinguedine cõmixta plus, quam me-
diocriter calefactã. ¶ VII. tota habitudo declinat ad augmentum magis, quam in altera
cõplexione ¶ IIX corpus eius ad actiones vel motus exteriores non eſt ita promptum
vel velox, vt de prædictis corporib. dictum eſt, licet velocius & promptius, quã in con-
ſequentib. complexionib. Et econuerſo pulſus eius eſt magnus, velox & frequens, & ſy-
ſtole eius maior & velocior, frequentior, ſi comprehendi poſſet, quã ſyſtole in aliis cõ-
plexionib. cum aliis parib. Et eſt pulſus ille cum lenitie repræſentat⁹ vel mollitie. Et idẽ D
de anhelitu pariformiter dicendum eſt. Ideo corpora talia ad longitudinem & profun-
ditatem ſomni ſunt inclinata Et in operationibus ſenſuum interiorum perfecti⁹ ſe ha-
bent, cum paritate tamen lapſus intelligendo. Et in ſumma operationes ſenſuum inte-
riorum & exteriorum magis perficiuntur in eis, quam in aliis paribus ſemper. ¶ XI. ta-
lia corpora ſunt notabiliter ſudore abundantia magis, quam phlegmatica & melãcholi-
ca ¶ XII. vrinæ eorum colore ad rubicunditatem tendunt cum ſubſtantiæ craſſitudi-
ne, cum multitudine contentorum, colore, ſubſtantia, vnione, reſidentia in fundo cum
partium perſpicuitate mediocri ſatis. Et multitudinem habent ſputi, & eorum fęces co-
lore ad intenſam ſatis rubedinem inclinantur, ſubſtantia molles vel mediocres ; & in
quantitate notabili emittuntur.

Signa dominantis phlegmatis. Phlegmatica v. corpora iſtis cognoſci poſſunt ſignis, primo quia color notabilis E
albedinis in eis percipitur. ¶ Et corpora eorum, quantum ad habitudinem, magis ex-
tenſa ſunt, quam cholerica & minus, quam ſanguinea. ¶ Et tactu remiſſe calida percipi-
untur cum mollitie vel humiditate membrorum. ¶ Et ſubſtantia carnis eorum fluxibi-
litati magis attinet, quã aliorum corporum omniũ caro. ¶ Somni ſunt profundi valde &
frequentes & difficulter ab eo excitabiles ſunt. Eorum corpora ad operationes exteri-
ores motiuas lapſa & pigra ſunt reſpectu prædictorum & valde facilis debilitatis. Et ex
quacunq; fere frigiditatis applicatione facile læduntur. ¶ In ſenſibus autem exteriori-
bus imperfecta ſunt magis, quam altera corpora. Et ſimiliter in operationibus ſenſuũ
interiorum, quod totum prouenit: aut quia ſpiritus, qui ſunt inſtrumenta operationũ
ſenſuum exteriorum & interiorum, pauci ſunt aut craſſi. ¶ Aut difficulter mobiles ad F
differentias poſitionis opportunas. Aut vero quoniam ſunt vaporibus & humiditatib.
alienis valde cõmixti tales ſpiritus. Aut quarto; quia organa, quibus perficiũtur operati-
ones ſenſuũ interiorũ & exteriorũ indiſpoſita ſunt propter frigiditatẽ nõ bene mũdifi-
cata vel expurgata propter multitudinẽ vaporũ & aquoſitatũ phlegmatis. ¶ Quinto v.
talia

A talia corpora multũ abundant ſputo, ſiue ꝓpter indigeſtionem genitum, ſiue propter humiditatẽ in talibus corporib. inuentam. ¶ XI. phlegmatica corpora abundãt vrinæ multitudine, q̃ in ſubſtantia eſt tenuis; colore v. alba & contenta in eis ſatis craſſa reperiuntur, non diaphana; & in profundo ſedantia ſui grauitate magis, quam propter perfectam diſcretiuæ virtutis operationẽ, & inueniuntur in vrinis eorũ multiplicata granula vel ſpumæ; eo quia facilius in vrinis earum incluſus detinetur aer propter viſcoſitatem, quæ reperitur in eis a phlegmate proueniens magis, quam in aliis complexionibus reperiuntur cum paritate ſemper regiminis ante poſita. At vero quia talia corpora ſuperfluitates fæcales quantitate multiplicant, quę ſubſtantia molles ſunt; & ad albedinem vel liuiditatem decliues, cum aliqua ſpumoſitate in eis immerſa vel aquoſitate, & pauci B ſunt fœtoris comparatione ad prædicta corpora.

Signa lapſus melãcholici.

Lapſus vero melancholicos ſequentibus iſtis diſcernere poteris ſignis. ¶ Primo quia eorum color fuſcitati inclinatur, quem Latini vocant colorem brunum. Et membrorũ ſubſtantia ſecũdo in eis reperitur ſolida. Et tertio ſunt in habitudine macri vel excarnati. ¶ Quarto v. tactu hęc corpora repræſentantur frigida cum compacitate & duritie magis, quam altera corpora, licet non tantum frigida ſint quantum phlegmatica. Et eſt quinto in corporibus talibus pilorũ paucitas magis, quam in prædictis cum comparatione fere ipſorum ad phlegmatica, ſicut cholericorum ad ſanguinea: ſicut enim frequenter in cholericis pilorum paucitas, craſſities & ſoliditas reperitur magis propter vehementiam exſiccationis a cholera, quam in ſanguineis, ita in melancholicis corpo- C ribus propter augmentũ ſiccitatis & defectum vaporis, quæ eſt materia pilorum, paucificantur, ſolidi tamen ſunt & craſſi magis, quam in phlegmaticis corporibus, in quibus propter abundantiã materierum, lenitatem & viſcoſitatem eorum multiplicantur pili, exiles tamen & molles ſunt in eis. ¶ Sexto iterum talia corpora ad actiones exteriores promptiora, quã phlegmatica, pigriora tamen quã ſanguinea & cholerica, eo quia mobile omne bene calidũ, & econuerſo cum aliis paribus. Quantum v. ad operationes exteriorũ ſenſuum imperficiuntur talia corpora: non n. tactus, auditus, viſus, guſtus & odoratus in his corporibus eſt perfectus, velut in ſanguineis & cholericis. Comparando v. talia corpora phlegmaticis, quo ad operationes ſenſuum exteriorum vt in pluribus perfectiores ſunt in eis, quam in aliis, licet forte ſermo dubitationem habeat de operatio- D ne viſiua, quæ perficitur in organo, quod eſt de natura aquę, vt patet *tertia tertii, primo ca.* & a Philoſopho *primo de ſenſu & ſenſato*: fortaſſis autem in complexione melancholica imperficitur viſio magis, quam in phlegmatica propter augmentum frigiditatis & ſiccitatis in ea, quam frigiditatis & humiditatis in phlegmatica. Adhuc iterum melancholica corpora in operationibus ſenſuum interiorum non videntur eſſe æquę perfecta, tũ propter indiſpoſitionem ſpirituum, quæ ab augmento ſiccitatis & humiditatis prouenit, tum propter indiſpoſitionem organorum ab eadem cauſa, quæ etiam eſt ſpirituum paucificatiua, licet enim in corporibus iſtis puris exſiſtentibus ſenſus ſint perfecti, vt Galenus *ſecundo techni. cap. de ſignis cerebri melancholici.* fortaſſis latitudo perfectionis illius attenditur ſolum penes depurationẽ organorũ, quæ melior videtur eſſe in tali ętate, q̃ E in phlegmaticis, ſed adueniente ętate augmenti, imperficiuntur magis in eis organa ſenſuum interiorum propter augmentum ſiccitatis, quæ acquiritur ex ætatiuo decurſu: quare non videntur ſaltem perfectionem in operationibus ſenſuum interiorum habere corpora melancholica in ætate perfectiori, quę eſt, cum augmentum peruenit ad finem; *prima primi, cap. de ætatibus*. Poſt hæc autem melancholica corpora nullo ſudore laborant per ſe, niſi per accidens propter augmentum frigiditatis & ſiccitatis reſiſtentium ad ſudorem efficiendum: ¶ Et pari ratione vndecimo iterum talia corpora ſunt in paucitate vrinæ laborantia, & eſt earum ſubſtantia tenuis valde vel limpida, colore alba, ad opacitatem tendens, diaphana ſatis, quantitate pauca, cuius contentum omne aliis paribus modicum eſt in eis magis, quam in aliis, & eſt in fundo ſedens craſſum inæ- F quale propter terreſtreitatem partium aquoſitati commixtarum.

Et ſunt habentes fæcum paucitatem, quæ tamen ſolidæ ſunt ad obſcuritatem ꝓpinquę, & raro ab eis educibiles. Et ſunt corpora talia vltimo difficulter ſomnum ingredientia, a quo, cum intrant illum, difficulter excitantur, & ſunt eorum ſomnia conturbata, interrupta illuſionibus & phantaſticis apparitionibus multum copulata. ¶ Tu

autem adde & reliqua ſigna, ſi placet, quia in eis ſtat rei fundamentum. & in hoc com- A
pletur cap. ſeptimum de notificatione ſignorum, &c.

Secunda pars huius tractatus, in qua agitur de cura, & diuiditur in dictiones duas.

QVONIAM igitur diſpoſitio præfata ſatis videtur eſſe verenda ne de corruptione in operatione ſenſus tactus perducat ab ablationem illius perſeuerantem, ad quam neceſſario ſequeretur partis vel partium non ſentientium mors, quoniã hoc ſolo ſenſu, ſ. tactus priuatum animal neceſſe eſt mori, *tertio de anima, penult. cap.* ideo ſumma curationis illius in hac ſecunda parte huius tractatus diuiditur in dictiones duas. Prima quidem prouocat regimen rerum non naturalium ſecundum conuenientiã adminiſtrationis earum. ¶ Secunda v. tangit intentiones medicinales conuenientes ad curationem ipſius cum inſtrumentis etiam opportunis ad complementum illarum B intentionum. ¶ Et prima quidem dictio continebit capita ſex rerum non naturalium, quę neceſſaria ſunt in cura cuiuſcunq; ægritudinis ſecundum conuenientem adminiſtrationem ipſarum.

CAP. I. *De regimine aeris.*

QVONIAM igitur aer inter res nõ naturales eſt de alterantibus vehementer & frequenter corpus, in quo ipſum oportet ſemper eſſe conſtitutum, quoniam velimus nolimus vnicuiq; corporum aerem cõcedimus, *nono terapeuticæ, cap. vlt.* ideo oportet aerem in ſuis qualitatibus aduerſari lapſui iam prædicto, vt conuenienter fiat ipſi⁹ abſciſſio, quoniam curatio vnum habet modum, i. regulam vniuerſalẽ, ſ. quod fiat per cõtraria, *vt tertio techni. ibi, Cura vero habet modum, & illud per contraria.* ¶ Ideo oportet C aerem in ſuis qualitatibus inclinatum eſſe ad frigiditatem & humiditatem. Amplius tamen oportet ipſum eſſe humidum, q̃ frigidũ, eo quia lapſus iſte magis a ꝓprio tẽperamento elongat ꝑ augmentũ ſiccitatis, q̃ caliditatis, ꝙ apparet ex vehementi habitudinis extenuatione. Et ẽt quia minor eſt timor in humectando corpora, q̃ infrigidando ea, vt patet *4. primi, cap. 2.* ¶ Ideo huic viro eligatur ciuitas vel locus habitationis habens aerem notabiliter remiſſum in caliditate & eleuatũ in humiditate. Et ſi quidẽ aer naturaliter talis haberi poſſit, conuenienter eſſet. Si a. non inuenitur, oportet ipſum artificialiter ꝑparari. Et prim⁹ quidẽ modus eſt cũ ſuſceptione venti ſpirantis frigiditatẽ & humiditatẽ, qui ẽt locus ab orientali & ſeptentrionali plaga liber ſit & apertus, tectus a. à meridionali & occidẽtali. ¶ Secundus modus infrigidandi & humectandi aerẽ eſt pir- D rorationem pauimenti & partium cameræ cũ aſperſione aquę fontalis. Et ſi potens eſſet, aſpergatur camera cũ aquis violarũ, nenupharis, endiuiæ, lactucæ & ſimiliũ frigidorũ. ¶ Tertius qdẽ modus eſt cũ aſperſionib. foliorum vitis, plantarum frigidarum & humidarum, vt foliorum lactucę, iuiubarũ & ſimilium. ¶ Quartus modus eſt ꝑ iniectionẽ decoctionũ ꝑdictarũ plantarum & florum. ¶ Quintus per ſuffumigationem habitabilis loci cum puluerib. nenupharis, ſem. lactucæ, portulacæ, violarum & plantarum, fontaliũ & lenticulæ aquæ ſenetionum & retumeis ſimilium.

Correctiones aeris.

1. 2. 3. 4. 5.

Suffumigium.

Compoſitũ bonũ ad illud. ℞. *florũ violar. nenuph. ſem. lactucæ & portulacæ an. ʒ j. pulueris florũ ſenetionum ℥ ij. effundatur ad carbones ignitos aut ex eis fiant decoctiones, vt prædictũ eſt.* Aer etiam talis caueri debet ne ſit infectiua humiditate alteratus, qualis eſſet humiditas æ- E dificiorum antiquorum, aut a nebuloſa caligine in loco camerę diutius permanente. Menſura tamen in his fieri debet, vt in forti humectatione, neque multum frequenti & ſubita facta perſiſtat Medicus. Eſſet enim error contra principia veteris, *ſect. 2. aph. 51.* vbi dicit Hipp. *multum & repente euacuare, replere, calefacere aut infrigidare, &c.* ¶ Propter hæc itaq; & ſimilia exercitetur in adminiſtratione veſtium & aliarum ſimilium, quæ propter multam earum reuerberationem aut pondus aut aliter qualitercunq; caliditatem totius corporis, & maxime epatis non adaugeant. ¶ Hæc in ſumma eſt regula facilior & breuior adminiſtrationis aeris, &c. Sequitur de cibis & potibus.

CAP. II. *De cibis & potibus.*

IN cibis autem & potibus conſimilis debet electio fieri, vt in quolibet eorum F inclinentur ad frigiditatem & humectationem, aut ſaltem ad remiſſe calefaciendum & humectandum, velut eſſet adminiſtratio ciborum habentium caliditatem primi gradus, hi n. conuenirent ſaltem ſecundũ principia ſpeculationis medicinæ, cũ lapſus iſte ſit notabiliter intenſus & remiſſum additum intenſo remittit intenſum, vt

A ſum, vt ſecundum veriorem opinionem philoſophantiũ & Medicorũ affirmatur. patet φ cibi & potus primi gradus caliditatis cõuenientes eſſent ei. Propter φ corollarie cõcludit, φ ſi poſſet haberi quantitas cibõrũ penitus a materia operantiũ & nõ a qualitate illi p̄ omnib. eligendi eſſent. Quia v. neq; cibus, neq; potus fere aliquis inuenit, qui & ſi operet a materia dominante valde in corpore, tamen veſtigiũ alicuius qualitatis nõ relinquat: idcirco canon adminiſtrationis eorũ, ſi eleuati eſſent in gradu caliditatis & ſiccitatis, eſt, vt refrangantur cum cibis & medicinis frigidis & humidis, velut ſi cum carnibus pullorum columborũ coquerentur lactuca, viola, portulaca, cucurbita, aut borago, quæ temperata eſt vel bugloſſa.

Itaq; ẽt ſpecialiter deſcendendo eligat panis nõ multũ recipiens fermenti, & parũ *Panis.* B ſalis, mediocriter coctus, nullo modo cõbuſtus, vel induratus: Et probabiliter cõuenientior eſſet, ſi fieret ex grano in locis humidis humiditate aeris vel aquarũ fontaliũ ſparſione. Neq; deberent eſſe grana prope maritimas regiones inuenta ob virtutem exſiccationis in medium receptæ a virtute aquæ ſalſę. Et ſit quidem panis de nitidiſſimo frumento nullo modo furfuraceus propter ſiccitatem furfuris, ſed ſimilagineus, i. de puriori parte farinę factus, non quidem antiquus, ſed vnius diei aut ad plus duorum ætatem habens. Ex quo tamen neq; multa debet repletio fieri.

Ex carnibus autẽ conueniunt ei carnes omnes humiditate ſua & alterantes & ſubſtantificam humiditatem reponentes, quales ex quadrupedibus ſunt vitulorum & a- *Carnes.* gnorum lactentium carnes, caſtrati iuuenis & hædi multum ſuæ natiuitati propinqui, C cuniculi valde conuenirent ei, & etiam iuuenculi gazelli caro, quæ omnium quadrupedum ſylueſtrium carne laudabilior exiſtit. Caro etiam porci domeſtici iuuenculi conueniens eſt ei, quoniã humectatiua eſt & nutritiua multum. Omnium enim, quæ ſcimꝰ maxime nutrit porcina caro. *7. terapeuticæ. cap. de cura dyſcraſiæ ſiccæ ſtomachi.* Ex volatilib. vero carnibus conueniunt pulli omnes domeſtici, ſylueſtres; & caro ortiginis, id eſt, quatulæ, quæ a multis modernis vituperata eſt, eo quia non cognouerunt eam, de quorum numero fuit Guilelmus Placentinus, hoc tamen non eſt volatile animal ortigo vel quatula nominatum, de quo ſermo adæquatus habetur *quarto de regimine ſanitatis.* Caro etiam parui anſeruli ſaltem raro accepta non eſt inconueniens: Similiter omnium ſylueſtrium minutarum carnes laudabiles ſunt, & proprie cum talia animalia pinguia ſunt, D vt ficedulæ, ſpini, cardueles, philomelæ, turdi & ſimiles. Caro v. ſtarnæ etiam conuenit: ponitur enim laudabilior inter ceteras ſylueſtrium animalium carnes *ſecundo Almanſ. cap. 43.* & harum quidem auium vberrima copia habetur apud Siculos. Neq; enim in patria illa inueniuntur perdices, ita quod multi eorum credunt ſtarnas eſſe perdices, licet tamen hæc animalia ſpecie differant. Coturnices etiam & francolini laudabiles ſunt ex parte nutricationis earum excluſa omni alia qualitate mala; & quia phaſianorum etiam carnes ad aliquantam declinant ſiccitatem, frangantur cum his, quorum memoria ſuperius adducta fuit.

De piſcibus præmittendum primo, quod omnium piſcium carnes, quorum nutri- *Piſces.* mentum craſſum eſt, multum oppilatiuũ & viſcoſum, meliores quidem ſunt in prima E aut ſibi propinqua ętate, quã quando vetuſtę ſunt. Econuerſo autem carnes piſcium, q̃ nociuæ ſunt propter exceſſum humiditatum earum nutrimentum eligibilius dant cũ fuerint in ętate conſiſtentiæ, aut ſaltem ſequente illam immediate. & ſunt ſermones Gal. *alimentorum 3. 2. cap. & vtcunq; collecti 25. Continentis. cap. de regimine per cibum.* Et originem contrahunt etiam *tertia primi, cap. de regimine per cibum & potum.* Meliores itaq; piſces in regione noſtra ſunt lucii nominati, fluuiales piſces, aradii, i. petroſi, varioli, torrentinæ, oradæ, temali, capedani, carpiones, ſturiones, rũbi, menulæ & ſibi ſimiles, aut alii ſecundum regiones & ciuitates communi experientia probati & vſitati. Et hi quidem omnes conueniunt elixi & aſſati & recentes, nullo vero modo ſaliti. Piſcis etiam regina nominatus eſſet ei conueniens. Anguillæ vero, tinchæ, cephali & ſibi ſimiles, non F in multo vſu haberi debent, ſic enim omnium piſcium vſus nullus eſt laudabilis. Cancrorum vero vſus quouis fere modo placet mihi.

Poteſt etiam vir iſte quandoq; in cibariis ſuis vti lacte crudo & cocto & partibus *Lac.* eius, vt coloſtra & recocta, argumento enim ſumto a lapſu hæc conueniunt, & ſimiliter caſeus mollis & recens pauci ſalis & lacticinia, & caſeata cibaria omnia, & maxime

propter eorum humiditatē contemperantē exceſſum caliditatis. At v. inſuper oua con- A
uenientia ſunt ei, eo quia ad æqualitatē tendunt, & maxime ſtomacho exſiſtente a cho-
lera mundo, & corruptis humorib. & mollia debent eſſe, velut trementia dicta, quæ A-
uicenna nominauit tranſcendentia ab aſſis, & deſcendentia ab elixis, *16. tertii de canone*
curationis fluxus omnium modorum. Frixa vero aut aliter per coctionem indurata nequa-
quam placent propter difficultatem digeſtionis eorum.

Legumina Ex leguminibus vero ſi qua conueniunt ei, ſunt piſa recētia, ius cicerum alb. rub.
& proprie cum infrigidantibus & humectantibus correctum, iuſcula de hordeo, pani-
cum vel milium cum lacte pręparatum. Chondrum etiam vel candaruſium eſt far, & p̄-
prie de hordeo, placet mihi cum brodio carnium laudabilium &c. Similiter etiam lau- B
dabilis eſt oryza humidis confracta; aliter n. fortaſſis noceret propter ſiccitatem; eſt
n. calida in primo & ſicca in ſecundo, *21. continentis cap. 126.* & quia habet aliquam ſtypti-
citatem, vt *8. ſimpl. cap. ſuo.* ideo noceret, & tamen corrigitur per humida, vt dictum eſt.

Olera. Ex oleribus conueniunt ei infrigidantes & humectantes; de quibus ſuperius ta-
ctum eſt.

Si quæ vero conueniunt ei plantæ calidæ & ſiccæ, videtur eſſe elilisfagus, id eſt,
ſaluia, propter multam conuenientiam eius ad neruos & eorum ęgritudines, vt celebra-
tur p̄ Medicos ætatis noſtræ, licet apud antiquorū nullū aut parū de ea dictū fuerit. Neq;
n. de ea ſpecialē ſermonē fecit Auicenna *ſecundo canone*, & parū de ea dixit Dioſcorides
in *cap. ſuo.* Neq; aggregator Serapio aliq̄d de ea fere dixit, vt patet *ſimpl. 149.* vbi poſuit C
eam calidam & ſiccam in ſecundo gradu, propter quod refrangi debet cum frigidis &
humidis, vt ſupra. ¶ Conuenit etiam ei fœniculi, & proprie humidi vſus, & hoc maxime
propter diuerſionem materierum quas præcipitat per vrinę vias, eo quia diureticus eſt,
nunquam tamen ſimplex accipi debet propter vehementem caliditatem eius. Eſt n.
calidus in tertio & ſiccus in primo, *8. ſimpl. proprio cap.* ¶ Neq; enim petroſelinum, apium,
mētha, ſerpillum, dendrolibanum videntur conuenire propter vehementem calidita-
tem eorum, ideo refrangantur, vt dictum eſt. ¶ Et propter eandem rationem vitupero
maioranæ vſum, eo quia calida eſt & ſicca in tertio, *8. ſimpl.* verum quia fortaſſis aliquali-
ter per colligantiam debilitas capiti, & proprie cerebri augmentum facere poteſt in æ- D
gritudine iſta, ideo videtur conuenire, eo, quia aperit oppilationes cerebri, & confert
doloribus capitis a phlegmate & ventoſitate prouenientibus, *vt ſecundo can. in ſuo cap. in*
areola membrorum capitis. ¶ Similiter etiam neq; placet mihi ozymum, & proprie dome-
ſticum, quod calidum eſt & ſiccum in ſecundo, vt in aggregatore Serap. colligitur *cap.*
de berengemiſch. Et pari ratione deteſtor anetum, quod calidum eſt & ſiccum in princi-
pio tertii, vt *8. ſimpl. ſuo cap. colligendum*, & hoc quidem gratia cibi, gratia vero medicinalis
vſus conueniret, quia maturatiuum, ſedatiuum & carminatiuum eſt; *vt ſecundo canone in*
ſuo cap. legendum.

Plantæ. Ex plantis igitur, quæ conueniunt, electiores ſunt bleta, portulaca, endiuia, lactu-
ca, ſpinachia, naſturtium, ſenetiones, cucurbitæ & aſparagi, quia temperati ſunt, vt in
aggregatore colligitur *cap. de halyon.* ¶ Chærefolium aliqualiter conueniret, in rato ta-
men vſu, cum non ſit multæ caliditatis, nec ſiccitatis, & ſimiliter borago & bugloſſa. E
Caules etiam, quia de eis vbiq; fere eſt vſus frequens, poſſunt conuenire ei, eo quia ma-
turatiui, lenitiui & prouocatiui ſunt, licet enim calidi ſint in primo & ſicci in ſecundo,
nocumentum tamen prouenire debens ab eis, valde facile corrigitur per coctionem,
quæ expoliat caliditatem fundatam in eorum ſuperficie, quę nitroſa eſt, vt ſenſus oſten-
dit, & valde facile corrigitur eorum ſiccitas ab aquoſitate, in qua coquuntur, propter
quod etiam ab eis abſcinditur nocumentum horribilitatis & praui odoris, quem po-
nunt in ſanguinem, vt ſcribitur *vigeſimotertio continentis, capit. 651.* auctoritate Galeni &
Bimaſii.

Radices. Ex radicibus vero in ſuo vſu placent mihi rapæ propter augmentum humidita-
tis earum, & omnes ſpecies eius, vt napi nominati, in quibus licet aliqualis exſiſtat F
caliditas, quia tamen ipſa eſt notabiliter obtuſa ab humiditate earum etiam quia val-
de faciliter euaporat cum humiditate ſimul, ideo nocere non poſſunt, immo prodeſ-
ſe propter humiditatem ipſam.

Neq; obſtat, q̄ Democrit[9] vitupat eas, tanq̄ nociuas corpori, inflatiuas ſtomachi,
quoniam

A quoniam multi alii collaudauerũt eas, vt Diocles vel Dionyſius, vt colligi poteſt *alimentorum 2.cap.proprio.* Eadẽ ẽt fere ratione cõueniunt ei radices pallegato loco nominatæ carottæ, ſunt n. ſtomacho cõuenientes & leui caliditate aperitiuæ & præcipitatiuæ ſupfluitatũ phlegmaticarũ a ſtomacho. Radices v. ſupflua humiditate participãtes cũ cõiuncta caliditate notabiliter eleuatæ non placẽt, imo vituperandæ ſunt, velut cæpæ, q̃ habent caliditatẽ tertii gradus, & ſuperfluã humiditatẽ, & porrũ ẽt, quod eſt calidũ & ſiccum in tertio & nocitiuũ ſtomacho & viſui. Et bulbus qui nominatur cæpa parua, q̃ comedit & cognoſcitur Pataũii nomine ſcalongię, etiã vituperandus eſt. ¶ Et allium, quod licet inter radices omnes in vniuerſo repertas habeat ſingularem proprietatem prolongandi vitã, vt colligi poteſt *ſecundo can. & clarius 5. can. in compoſitione confectionis de*

B *allio*, tamen in vſu huius viri vituperandus eſt propter vehementẽ eius caliditatẽ humiditati coniunctã, qua inflamat epar & agitat in eo materias omnes. Cũ igit' epar ſit mẽbrũ p colligantiã huius diſpoſitionis effectiuũ, vt ſupra probatũ eſt *cap. 3.* ideo dimittendum eſt allium. De radice vero comeſtibili, quæ raphanus nominat', videtur, quod poſſit eidem cõuenire, eo quia raphanus eſt digerere faciens cibos & ſuperfluitates oẽs in ſtomacho, licet ipſe nõ digerat', & diſſoluit phlegmata præcipitando eadem per vrinas. Nec nocet eius caliditas, quę eſt primi gradus, propterea, quia eſt coniuncta humiditati multæ. Eſt enim raphanus calidus in primo, & humidus in ſecundo: & ſcribunt inde ſapientes, quod melius ſit comedere ipſum poſt cibum, & quod folia eius radice meliora ſint.

C Ex partibus autem plantarum ſuperioribus, quę nominantur aſparagi, competit planta illa, quæ aſparagus nominatur, licet non ſit proprium nomen eius, quia ipſi⁹ nomen proprium eſt halyon, vt colligendum in aggregatore *Serap. in proprio cap.* vbi halyon nominatur inter vegetabilia temperata. Sparagus ergo generaliter importat cuiuſcunque plantæ partem ſuperiorem. Ipſe ergo ſparagus, aliter halyon, conueniens eſt ei tempore ſuo. Extremitates lupulorum etiam propter ſuam prouocationem & diuerſionem materierum a nutritiuis ad vias vrinæ. Etiam extremitates vitis capreoli nominatę, eidem conueniunt quouis pręparationis modo. Et in ſumma omnium vegetabilium, ſ. extremitates communiter accipi ſolitæ & frigidæ complexionis & humidæ conueniunt ei, propter contrarietatem ad morbum & cauſam eius. *Partes plantarũ. Halyon quid.*

D Ex conditis vero laudabilia ſunt condita omnia declinantia ad æqualitatem cõplexionis, aut non tranſcendentia caliditatem primi gradus, quantum eſt poſſibile, alia autem non, niſi refrangantur cum frigidis & humidis. *Condita.*

Igitur conditum de napis vel de rapis, vel conditum de eryngio & de cydoniis, & ſimilia omnia ſemper refrangantur in compoſitione ſua cum floribus ſalicis, violarum, nenupharis, vel ſeminibus frigidis & humidis communibus maioribus, aut cum minutis vel minoribus, ſimilibus lactucæ, portulacæ, ſpinachię & ſimilibus. ¶ Propter quod oliuæ conditæ vituperandæ ſunt propter vehementem earum ſalſedinem. ¶ Similiter etiam & cappares non placent, niſi poſtquam cocti fuerint in aqua frigida, longo tempore conſeruentur, & demum cum aceto condiantur.

E Quantum ad fructus, iam ex prædictis apparet, quod laudabiles ſint omnes frigidi & humidi, velut ceraſa, quæ tamen licet in ſpeciebus eorum diuerſitatem habeant notabilem, conueniunt tamẽ ei dulcia, & adhuc melius propter dulcedinem remiſſam & apertionem, quam habent. Si autem venter eſſet fluxibilis valde, aut magis, quam naturæ conueniat, & ſtomachus phlegmaticus notabiliter abundaret, laudarentur ei magis ceraſa acida vel pontica, vt Dioſcorides ſcripſit in *primo autor. Gal.* Et nota hic, quod liber ille, qui falſo apud plurimos nominatur Dioſ. quem allegaui ſtatim, non eſt liber veræ trãſlationis Dioſcoridis. Cum enim per multos annos ætate Dioſ. præceſſerit Galenum, quomodo potuiſſet allegare Galenum, qui nondum fuerat. Eſt enim liber ille, quem in ſimplicibus compoſitum communiter habemus per alphabeti ordinem ſine *Fructus.*

F titulo compoſitoris eius. Eſt enim liber ille, cuius memoriam ſæpiſſime reuerenter habet Serap. in aggregatore ſuo, vbi nominat ipſum ignotum, & lege hoc ex concordia allegationum Serap. cum prædicto compoſitore, & verificabis.

Adhuc etiam huic viro conuenientia ſunt perſica: ſunt enim frigida in primo, & humida in ſecundo, ſtomacho conuenientia, cibi appetitum excitantia, *2. can. cap. de*

perſico. Pari ẽt ratione cõuenire poſſunt fructus nominati chryſomela quaſi aurea parua A
mala, q̃ armelina apud plurimas regionum nominantur: frigiditas & humiditas eorum
in ſecundo aduerſantur ægritudini & cauſſæ materiali eius. Non ſit tamen eorum fre-
quens & multus vſus, quoniam generant febres putrefactionis multæ, *vt ſecundo can. cap.*
de chryſomelis. Similiter in ſuo tpe iuiubæ laudabiles ſunt ei, quia frigidæ in primo & tẽ-
periem habent in humiditate & ſiccitate, ꝓpter ꝙ eidẽ cõuenientes eſſent, ſed non ter-
rearis auctoritate Gal. qui dixit, ꝙ non reperiat iuiu'as in cõſeruanda ſanitate & remo-
uenda ægritudine aliquid conferre, & ſunt difficilis digeſtionis & pauci nutrimenti &
malę ſtomacho, paucus igitur ſit earum vſus & rarus. Mora v. celſi bene matura ad cali-
ditatem & humiditatem declinant aliquantam. & gratia huius conuenirent etiam, quia
ventrem leniunt: tamen quia habent humiditatem valde facilẽ paratam corruptioni, & B
maxime in ſtomacho debili: ideo non ſit earum vſus multus, propter ꝙ conuenientius
eſt, dum comedunt, eligere illa, quæ ſunt non complete matura & in ſapore ſuo leuem
ponticitatẽ habentia. Et ex hoc corollario concludit, ꝙ mora ei cõuenientiora ſint ru-
bi, neq; n. tantam habent humiditatem, quantam habent mora celſi, neq; humiditatẽ
ita ſuperfluã & vehementi ponticitate coniunctã, quantam mora bati: & ſunt illa, quę o- *Mora bati quid.*
riuntur in agris ſterilibus ſuper planta rubi menſuram cubitalem fere non excedente.
Granata v. eximie conuenientia ſunt dulcia, eo quia ſunt frigida & humida in primo
gradu, ꝓpter ꝙ optimum eſſet ei omni fere cibatione de eorum ſucco per totum annũ
conſeruato aſſumere. Euſtomacha n. ſunt grana talia nutrimentum conueniens exhi- C
bentia, caliditatem præternaturalẽ extinguentia, & diuertunt materias ꝑ vrinæ vias ſua
cõuenienti ꝓuocatione, propter ꝙ vſus ſucci eorum in domino Cardinali Bononienſi
mirabile fere iuuamentũ adhibuit, vt aſtantibus omnib. innotuit. Acida vel põtica gra-
nata ratione excellentis frigiditatis eorũ conuenirent ei, ſed quia frigida ſunt & ſicca
in ſecundo gradu, ideo ſiccitas eorum verenda eſt, & non minus eorũ ponticitas, & ma-
xime cũ penetratione ſua, eo quia omnis talis ponticitas cum ſubtilitate partium nocet
neruis & neruoſis mẽbris omnibus. Muza v. ſapore ſuo mediocritatẽ habentia inter alias
duas ſpecies, & quia in complexione ſua medium tenent inter eas, videntur eſſe conue-
nientia, & ꝓprie ſtomacho, cui nocere non ſolita ſunt: etiã quia incidendo leuiter ſunt
prouocatiua. Pruna inſuper diuerſitatem iudicii recipiunt ſecundũ diuerſitatem ſpeci- D
erum eorum, eo fere modo, quo nunc dictum eſt de granatis. Illa n. q̃ notabiliter dulcia
ſunt ad aliqualem inclinantur caliditatẽ, quæ v. pontica & acria ſunt, raro bene matura-
bilia ſecundum ſui totum, licet maturentur ſecundum extremitatem alteram, diuerſa
ſunt a prædictis. In acribus n. vincit frigiditas, & remiſſa eſt in eis humiditas. In dulcib.
vero econtra, licet pruna omnia notabiliter ſint & lenitiua & ei conuenientia, & proprie
ſi comeduntur ante cibum & abiiciatur eorum cortex. Similiter etiam & poma eandẽ
recipiunt diuerſitatem ex ſuis ſpeciebus, & in ſumma omnia ſunt humida poma, parti-
cipantia tamen caliditate maiori & minori ſecundũ diuerſitatem dulcedinis eorũ. Po-
ma n. apia, plana, rotunda, amœno odore aromatizantia poſſunt ei conuenire, meliora
tamen ſunt omnino ei cocta, quam cruda, licet tpe caliditatis continentis & ſtomachi
ẽt conuenirent recentia nõ cocta. De pyris ẽt ea, quæ videntur habere debitã matura- E
tionẽ dulcedine notabili participantia, conuenientia ſunt. Nam ex confractione parti-
um terrearũ cum aqueis, & econtra, videnť ad aliquantã ęqualitatẽ ſatis vicina, vt Gal.
8. ſimpl. cap. ſuo. In ſuma tamen vniuerſaliter ea graduando ponunť calida in primo & ſic-
ca in ſecũdo, *vt 23. continentis ſimplici. 92*. auctoritate Bimaſii. Cõueniunt autem ei quan-
doq; cruda, non frequenter tamẽ, ſed meliora ſunt cocta ſub prunis. Auellanæ a. ratio-
ne cõplexionis earũ non videntur cõuenire, eo quia calidæ ſunt & ſiccæ in primo & ha-
bent ẽt quandã humiditatem vnctuoſam aptam euertere ſtomachum & tardæ ſunt di-
geſtionis, ratione tamẽ operationis tertiæ videnť ei conuenire poſſe, & proprie aſſatę vel
torrefactæ in cinerib. calidis, eo quia taliter ſtomachũ confortant. *14. tertii*. Amygdalæ
vero etiam ipſi conuenire poſſunt omni applicationis modo, eo quia in calore videntur F
æqualitati viciniæ poni ab auctorib. licet receſſus earũ a medio ſit maior ꝑ humiditatem
earũ, q̃ ꝑ caliditatẽ; ſunt tamẽ ei cõueniẽs, eo, q̃a ſunt boni nutrimẽti & mediocriter ab-
ſterſiuæ & aperitiuæ, ſed laudabiles ſunt ei recentes magis aut factæ molles per infuſio-
nem in aqua, quam ſiccæ. ¶ De ficubus vero dicendum, ꝙ quia calidæ ſunt in primo &
ſiccæ

A ſiccæ in principio ſecundi, propter hoc viderentur aliqualiter ſuſpectæ. Cum v. inueniuntur albæ vel citrinæ & magnæ, notabiliter maturæ, videntur cõuenire poſſe, eo quia nutrimentum earum maius eſt, quã in alijs fructibus & vtiles ſunt in aperiendo, abſtergẽdo & mundificãdo. Eſt n. in eis lenificatio vltima, & nutricatio maior, quã in alijs fructibus, *ſecundo can. c. de ficu.* Etiam quia ante cibũ aſſumtæ nõ multũ contrahunt in ventre morã, ꝓpter ſolutionem ſuã, propter quod & laudabiliores ſunt ei humidæ quam ſiccæ. ¶ Adhuc ẽt vuæ dulces recentes cõueniunt ei. Penſiles v. recentes cõſeruatę adhuc meliores eſſent ei, ſimiliter etiã exſiccatæ paſſæ nominatæ, propter quod paſſulę communi ſermone paruæ vuæ minutæ intellectæ meliores ſunt ei: & ꝓprie nigræ, quas ammoniaci vocat Auicen. *decimaquarta tertij*, & proprie cum fuerint comeſtæ maſticatione bona B cõterente arillos earum. taliter n. videntᷣ aſſumere quãdam confortationẽ & impreſſionem ab arillis factam in carnoſam earũ partẽ, ꝓpter q̃, qui optaret ex eis lenitionẽ abſq; ſtypticitate aliqua, eligat de eis, q̃ ſunt priuatæ arillis, tales enim a quampluribus enumerantur inter æqualia. & eandẽ ſententiam dico de peregrinis vuis, de Põto aduectis, quas zibibum nominant. ¶ Nucum vero vſus tibi non eſt conueniens, eo quia numerantur inter medicinas calidas & ſiccas, & ſunt digeſtionis grauis pectori, capiti, nociuæ etiam epati propter acuitatem earum. ¶ Caſtaneę inſuper, quæ ſunt frigidæ & ſiccæ in primo gradu, & parum nutriunt & earum nutrimentum craſſum eſt, & generant & excitant potenter ventoſitates, non placent mihi. licet Galenus nutrimentum earum dixerit forte æquale eſſe nutrimento frumenti. Hæc quidem de fructuum vſu ſuccincte C pertranſeant.

De his vero, quibus condiuntur fercula, percurrendũ. Et primo de oleo. ¶ Oleum enim oliuarum bene maturarũ omni alio liquore pingui eſt cõuenientius ei. eo n. quia caliditas eius eſt in prima mãſione primi & eſt humidũ in primo, cõuenit. Etiã propter lenitionem ſuã & vnctuoſitatem, per quã cõuenienter frangit audaciã choleræ: & ideo laudo ipſum magis quã butyrũ, quod quidem eſt ſtomacho nociuum & inflammabilꝰ, quã oleum oliuarum. Oleum de nucibus non placet, eo quia calidũ eſt in ſecundo, licet humidum in primo. Igitur habet acuitatem tibi nociuam, quæ non refrangitur cõuenienter a ſui humiditate, q̃ remiſſa eſt reſpectu caliditatis eius. ¶ Amplius de melle etiã dicendum. licet mel conueniens exſiſtat in peraugmaſtica ætate poſitis: eo quia aduerD ſatur phlegmatibus per ætatiuum decurſum in quocunq; fere ſene genitis per viam indigeſtionis. In lapſu tamẽ calido & ſicco præternaturali in nulla ætate conueniens eſt. Eſt enim calidũ & ſiccum in ſecũdo: & exacuit & excitat choleram, quare tibi omnino vituperandum exiſtimo. ¶ Propter quod etiam vſus hydromellis non videtur tibi conueniens, niſi eſſet hydromel paucæ cõmixtionis, ſ. mellis ex parte quantitatis & coctionis, frequenter enim in coctione aquæ mellis longo tẽpore facta virtuales mellis partes maiorem impreſſionem faciunt, quã ſi multa pars mellis cũ pauca vel minori quãtitate aquæ leuiter coqueretur. Si autem gratia apertionis, mundificationis & digeſtionis aliquarum materierum placeret tibi hydromellis vſus, non fiat aliter, niſi quod accipiantᷣ aquæ fontalis ℔. xxv. mellis electi ℥ x. coquantur adinuicem vſq; ad conſumtionẽ ſextę E partis conuenienter deſpumando ipſum & per ſtrictum pannum colando. ¶ Sachari v. vſus etiam inconueniens eſt tibi, eſt enim calidum in fine primi & ſiccum in eo. quare neq; multam quãtitatem in cibariis tuis apponere debes, propter aptitudinem conuerſionis eius ad choleram, licet etiam nutricationi attineat. *prima quarti, c. de vniuerſali curatione ephemerarum.*

Oleum. Mel. Sacharũ.

Poſt hæc autem, quia inoleuit modus regiminis hominũ, vt condiantur eorum eſibilia cum ſpeciebus, euitandæ ſunt ſpecies omnes caliditatem eleuatam habentes cũ ſiccitate: vt piper, zinziber, cinamomum, caryophylli, nux muſ. galãga, cardamomum vtrumq;, fœniculus, petroſ. apium. daucus, aniſum, ſinapi, & ſimilia. Macis vero vſus tibi laudabilis eſt, quia ponitur medicina temperata, vt in aggregatore Serap. *ſuo cap.* F perlegendum. ¶ In ſumma igitur placet aromatum vſus argumento ſumpto aut a conſuetudine aut gratia conſeruandi membra nutricationis vel conſumendi multitudinem phlegmatum, quæ in eis inueniuntur. ¶ Oportet vt aromata omnia diligenter confrangantur cum dulcibus & multum humidis, velut ſapa aut vino granatorũ dulcium, vt ſuperius tactum eſt: vel cum ſucco cydoniorum, ribes, berberis, cum vino

Aromata.

prunorum & agreſta non ſalita, aut aceto non valde audaci & conuenienter aqua confracto, aut cum condimentis eius, imponendo virtutem plãtarum frigidarum & humidarum, quarum exemplaria ſuperius poſita ſunt, ſatis conueniunt. Hæc in ſumma videtur mihi rationalis regula regendi ipſum per electionem cibariorum. A

Potus. De potu autem ipſius parumper dicendum. Vinũ itaq; conueniens eſſe debet colore album vel rubeũ, hyacinthini coloris, ſubſtantia diaphanum, ab omni ſuperfluitate denudatum, vinoſitate non multum eleuatum, ſed mediocre aut remiſſius illo ſapore, nullam habẽs dulcedinẽ; imo eadem priuatũ, aut ſaltem in dulcedine valde remiſſum, odore aromaticum, ad quod etiam inclinari conſueuerit ſtomachi appetitus conueniens tolerantia. Et ipſum quidem tale cõuenientius eſt purum magis, quam aliquo peregrino liquore commixtum. ¶ Si autem tale vinum haberi non poterit, ſicut eſt mos B apud Siculos habentes vina Achileida, frangãtur cum aqua frigida, non cocta, electa ex fonte vel arenoſis montibus ſcaturiente, qui cœlo & aeri liber exſiſtat & denudatus a multitudine plantarum horrentium proprie, habentium horribilem fœtorem. Neq; ſit aqua fontis, in qua multitudo ranarum aut aliorum animaliũ inueniatur, a ſuperficie ſui vſq; ad fundum in ſui perſpicuitate taliter diſpoſita, vt viſus in ea penetrans diſcernere poſſit alueum arenoſum vel petroſum, ſuper quo labitur aqua talis, eligendo inter alias. Et ſi diligeres eius decoctionem ſimplicem, aut cum pauco ſachari confectã & leuiter coctam, procedas vt placet. Et hæc videntur ſufficere ſatis de regimine per cibos & potus ita ſuccincte tractata.

CAP. III. *De motu & quiete.* C

DE regimine autem penes tertiam rem nõ naturalem, q̃ completur per exercitiũ & quietem, dicendum, quod exercitium cõueniret, ſi abſq; nocumento progreſſiui motus fieri poſſet: vſus enim, id eſt, exercitium potẽtat, ociũ vero liquefacit, vt Gal. *in libello de aſſuetudinibus vltimo cap.* ¶ Quia tamen non video, quod ſine nocumẽto motu progreſſiuo exercitari poſſis, exercitia, per q̃ ſuperiores partes mouẽtur, vt manibus ligna incidere, conterere, ſcribere & ſimilia, ſunt tibi conuenientia. ¶ Verũ quia motus talium partium euacuantur a caliditate inferiorũ, videtur ſalubriꝰ exercitium tibi eſſe per animum inſtituendum quam per corpus, multi enim hominum perſæpe per animi exercitia a fortibus ægritudinibus curati fuerunt non minus, quam per exercitia *Exercitia animi.* corporis: vt Gal. *ad Epigenem ſecundo cap. prope principium.* ¶ Sunt autem animi exercitia, D ſicut frequenter pſalmos cantare, omnibus placere & cõtemplationibus hiſtoriarum moralium vel Theologicarum: talia enim animum hominum paſcentia ſunt cauſſa delectandi ipſum, ita vt virtutes miniſtrantes vegetatiuæ potentiæ fortiores reddantur ad aduerſandum lapſibus & materiebus earum. Reliquo autem tempore conuenientius eſt tibi quieſcere, quam aliquo exercitio moueri.

CAP. IV. *De inanitione & repletione.*

DE quarta autem re non naturali pauca tangenda ſunt, & proprie cum ſermo eſt ad ſapientes. Neq; enim immoderata ciborum quantitas & potuum repletio, aut prope ipſam conueniens eſt, ſicut neq; vehemens a cibis abſtinentia: in regimine enim per cibos & potus ſuperfluitas & defectus ad eaſdem ducunt cauſſas, ſ. ægrotare facientes. Prima quidem per modum ſuffocationis innati caloris, ſecunda vero E per modum reſolutionis illius. ¶ In ſumma itaq; ciborum regula limitetur penes multa. Primo quidem penes quietationem naturalis appetitus. Naturalis enim ciborum menſura proportionatur appetitui, quando cibus aſſumtus remouet appetitum, qui inuitabat ad illos. Etiam conueniens ciborum menſura cognoſcitur penes ſenſationem ſtomachi. conueniens enim cibatio in ſui menſura eſt, quæ excludit ſtomachi grauitatem & tenſionem: ſicut conueniens potus, qui in ſtomacho non natat & fluctuat. *tertia primi, cap. de regimine per cibum & potum.* ¶ Neq; etiam cibum aliquem aſſumere debet, niſi conuenienter maſticatum. Qui enim odit vitam ſuam, cibum ſine conueniẽti maſticatione deglutiat. *tertia primi*, vbi ſtatim: *Similiter & qui potus quantitatem cum voraci effuſione & repentina recipit, ſuæ ſanitati inimicus efficitur.* & hæc quidem omnia limitari debent penes conſuetudinem & appetitum naturalem ſtomachi; delitia cum cibatus extiterit. F

CAP. V. *De ſomno & vigilia.*

In

A IN regimine autem alterius rei non naturalis; ſcilicet ſomni & vigiliæ, menſura conueniens accipienda eſt ex parte horæ & ex parte figuræ decubitus & breuitatis eius. ¶ Ex parte quidem horæ, vt homo dormiat hora, qua natura ipſum naturaliter inclinare ſolet conuenienter cibatum & exercitatum. & eſt cõmuniter aſſignatum tempus dormitioni concedendum per horam poſt cibum aut hora cum dimidia, niſi homo fuerit debilis vehementer reſolutus aut habens aliam cerebri aut ſtomachi diſpoſitionem neceſſitantem ad citius dormiẽdum propter digeſtionem materierum & ciborum melius celebrandum. ¶ Ex parte vero figuræ decubitus, conuenientia eſt in dormiẽdo, vt caueat homo a dormitione reſupina, eo quia ſupfluitates eius ad poſteriora declinare facit. ſicut dormitio ſuper ſtomachũ materias ad oculos & anteriores
B partes, fluere cogit, quare conuenientius eſt primo tempore dormire ſuper dextro, ſecundo ſuper ſiniſtro latere. Et caput conuenienter eleuatum teneatur. Etiam reliquæ partes & maxime extremæ inferiores propter elongationem earum a fontibus caloris. Et etiam quia ſi in extremis valeſceret accidentalis frigiditas, facile corruptio iſta in operatione ſenſus tact⁹ permutaret ad ablationẽ illius; vt ſupius *principali cap.* deductũ eſt. ¶ Tempus vero dormitioni eius conueniens etiam attendi debet, licet enim cholericis ſomnus breuior exſiſtat, quam phlegmaticis & ſanguineis, & adhuc etiam melancholicis, videt tamen mihi non ſolũ probabiliter; ſed ſecundum veritatẽ concedi debere ipſi ſomnũ parumper conſueto prolixiorẽ. Timeo enim ego ne propter exceſſum in vigilia perueniat ad augmentum debilitatis cerebri, quod eſſet cauſſa multiplicãdi phlegma-
C ticas ſuperfluitates per viam indigeſtionis. Et fortaſſis facile de nocumento corruptionis iam prædictæ perduceretur ad nocumentum ablationis in operatione ſenſus tactus, & ſic facile corrumperẽtur membra, eo quia hoc ſolo ſenſu tactus priuatum animal neceſſe eſt mori, *tertio de anima, penultimo cap.* ¶ Adhuc & fortius, quia corruptio & ablatio operationũ ſenſus tactus valde facile præparãt ad ablationẽ motus, & tunc incumberet ipſi periculum caſus in paralyſin; de qua non valde parum dubito circa ipſum, & eſſet corollarium deterius quam præmiſſa. In ſumma igitur a naturali ſibi conſueta dormitione recedere magis per augmentum dormiendi conuenientius eſt ei, quam in vigiliis excedere. Hæc de quinta re non naturali leuiter ſic pertranſeant.

Hora dormiendi & vigilãdi.

Figura decubitus.

Quandiu debeat dormire.

CAP. VI. *De accidentibus animi.*

D PRo expeditione vero vltimæ rei non naturalis aliquid in cap. de exercitio iam tactum eſt; cum de exercitio animi dicebatur. ¶ Nunc autem ſuperaddendum, quod motus animales, quibus vehemens fit in humoribus & ſpiritibus agitatio, oẽs euitari debeant, ſicut iracundia, furor, impetus & ſimilia. ¶ Similiter etiam animi paſſiones, per quas ſequitur retractio ſpirituum ad centrum & eorum fixio ibi euitari debent, ꝓpter ſuffocationem, q̃ in ſpiritib. ſequitur in tali retractione, aut reſolutione, quæ in eis accidit, propter vehementem eorum motum. tales enim omnes animi paſſiones exterminant & mutant corpus ab ea, q̃ eſt ſecundum naturam, conſiſtentia, *tertio techni.* ¶ Et iterum gratia exequendi ea, q̃ ſequuntur animi paſſiones, de coitu dicendum, quod o-
E mnino euitari debet. Neq; eo, quia eſt motus vehemẽs in eius expeditione neceſſarius in ſpiritibus & humoribus videtur eſſe illi conueniens. Neq; etiam illa ſenſatio delitioſa, q̃ in eo percipitur, videtur conferre tantum, quin magis noceat ſpirituum reſolutio & laudabilium humorum partis conſũmtio, quare omnino dimittatur. Hoc in ſumma eſt rerum non naturalium regimen.

Secunda dictio diuiſa in ſex intentiones.

PRo ſecunda vero principali parte regiminis diſpoſitionis huius generoſi viri per medicinalia traſeundo videtur mihi tale regimen in ſex intentiones eſſe partien-
F dum. ¶ Prima itaq; intentio eſt accidentis illius correctio, quod eſt corruptio in operatione ſenſus tactus. ¶ Secunda materierum ad patientem particulam deſcendentium diuerſio. ¶ Tertia minoratiua ipſarum materierum euacuatio. ¶ Quarta earum digeſtio. ¶ Quinta euacuatio earũ eradicatiua. ¶ Et ſexta conabitur applicare remedia vigoratiua ſenſus tact⁹ cũ multo labore, eo qͣ materia hęc ab omni auctorũ veterũ ſtylo ꝑegrina eſt. ¶ Neq; etiã has intẽtiones tibi ita ordinate cõſcripſi celeberrime dñe Doctor, qͣ videã op⁹ eſſe, cũ nõ dubitẽ, neq; credã te aliq̄d omiſiſſe, tanq̃ ſi de Hippocrate

& Galeno non didiciſſes, ſed hoc factum eſt ad complementum operis & exercitium A
iuniorum, qui introduci deſiderant.

Prima intentio.

Corruptio nis in operatione ſenſus tactus correctio.

PRIMA itaq; intentio corrigendi accidens, quatuor inſtrumẽtis principaliter completur. ¶ Et primum quidem inſtrumentum remouet malitiam complexionis in membro inuentæ. ¶ Secundum attrahit materiam in profundo partis inuentam. ¶ Tertium ſpeciem ſedationis hac vel illa triſtem ſenſationẽ abiiciet a mẽbro. ¶ Quartum vero reſoluet materiam, quam in membro fixam neceſſarium eſt concludere.

Ratio ordinis intentionũ.

Fuit autem hæc intentio prima in ordine poſita præcedens alias intẽtiones quinque. ¶ Primo, quia vt prætactum eſt iam; nõ dubito vniuerſalia in principio cuiuſcunq; B
ægritudinis neceſſaria ſolenniter ante poſita fuiſſe. ¶ Secunda vero cauſſa eſt, quia iam huius ægritudinis cura adminiſtrari debet fixioni ægritudinis vel ſtatui eius. ¶ Et tertia potior cauſſa eſt, quia cum accidens remaneat in membro fixum & cõfirmatum, ipſum eſt cauſſa attrahendi materias nouas per viam debilitatis membri. ¶ Et quarta cauſſa eſt, quia licet accidens illud pro maiori parte ſit fixum, & adhuc non tollitur; quin aliqualẽ habeat excreſcentiam & diminutionem, ſecundũ q; magis & minus epar effundit materiam huius ægritudinis, vt ſupra declaratũ fuit in ſecũdo capite principali. ¶ Et quinta cauſſa eſt, quia ſtante fixione accidentis; quantum conabitur Medicus abſcindere de materia, tantum & maiori quantitate, aut ſaltem æquali promouebit aliarum materierum fluxum ad membrum, eo quia ordine naturali actionis membrorũ fortia membra C
ſuperfluitates ſuas expellunt ad debilia; vt *prima primi, c. de membris* præallegatum eſt.

Inſtrumẽtum primum. Remotio malitiei cõplexionis in mẽbro.

Propter hæc igitur primam intentionem voluit eſſe accidentis ſedatiuam. Igitur inſtrumentum primum, quo remouetur accidens; debet eſſe cauſſæ ipſius productiuæ appropriatum. Cum ergo cauſſa illius ſit ipſa ægritudo, q̃ eſt mala cõplexio calida & ſicca materialis, vt ſupra in tertio principali cap. viſum eſt: igitur oportet, quod inſtrumẽta accidens remouentia ſuã cauſſam à membro abſcindãt, i. ægritudinem ipſam. ¶ Pro cuius quidem inſtrumenti cõplemento plura particularia ſimplicia & compoſita medicamina ab auctoribus approbata ſunt. ¶ Et de ſimplicibus quidẽ corrumpentibus malam

Simplicia. Taulup.

complexionem calidam, eſt taulup, i. lenticula aquę ſupernatans. ¶ Secundum eſt portulaca. ¶ Tertium carduus maior ſemper ſitiens nominata planta. ¶ Quartum viola. D
¶ Quintum ſemperuiuum. ¶ Sextum, & de expertis a me eſt emplaſtrare membrũ cũ folijs nenupharis minutiſſime contritis. ¶ Septimum eſt emplaſtrare mẽbrum cum foliis memitæ. Et eſt planta foliorũ papaueris in figura fere & in colore ſimillima; eleuata a terra per cubitũ cum dimidio, in cui⁹ extremitate verſus principium autumni flos decorus valde, colore citrinus, paruis maculis apud eius appendiculũ tinctus; odore ſuauis valde, quaſi medio inter violarum & croci odorem. ¶ Octauum eſt ſemperuiuum,

Vermicularis.

minor vermicularis apud auctores nominata irigeron, & Paduæ dicit' pineola planta, & creſcit eius copia magna ſuper muris & ædificijs antiquis. ¶ Nonum iterum de expertis meis eſt emplaſtrare mẽbrum cum foliis likni; quẽ ita nominat Gal. *6. ſimpl. in proprio c.* & eſt planta in vmbroſis fontibus & puteis cõmuniter naſcens, frigida & humida in ſecundo gradu a Patauinis cõmuniter epatica nominata. ¶ Decimum v. & vltimum ſim- E
plex eſt ſuccus lactucæ cum quo epithimetur mẽbrum. Et nota q; vltima quinq; ſimplicia ſint de expertis mihi in corrumpendo malã complexionẽ calidam & ſiccam; licet adhuc a vehementi furioſitate pendentẽ. ¶ Ex compoſitis vero ſingulariter laudatis ab

Cõpoſita.

auctoribus eſt communiter vſitatum ceratum de ſandalis Galeni a Meſue colligendum *diſtinctione 11. deſcriptione vigeſima.* ¶ Secundum vero expertum eſt vnguentũ roſatũ nominatum ibidem collectum *deſcriptione 16.* Item vnguentum violatũ p̃dictum ſequens. ¶ Et vnguentum Alexandri ibi *deſcriptione 19.* Vltimũ ad ſedandũ inflãmationes & apoſtemata calida collige illa ibidem. ¶ Quintum de expertis meis eſt vnguentum iſtud, q; nunquam fallit me in frangendo acuitatem furioſæ materiæ, & abiiciendo ipſam a mẽ-

Vnguẽtũ.

bro. cuius deſcriptio. ℞. *olei roſ.* ℥ j. *olei violarum, de nenuphare an.* ℥ j. *ceræ albæ* ℥ vj. *pluñi vſti* F
℥ ß. *ceruſſæ, lithargiri ſpumificati, trochiſcorum memitæ an.* ℥ j. ß. *fiat vnguentum molle.* ¶ Sextum

Aliud.

de expertis meis, & fortius p̃dicto eſt hoc. ℞. *ſucci ſemperuiui, ſucci foliorũ nenupharis, ſucci portulacæ an.* ℥ j. ß. *violarum recentium, aut ſucci foliorum earum* ℥ j. *albumina oui numero ij. farinæ hordei* ℥ iij. *lactis vaccini q. ſ. fiat vnguentum molle in mortario.* ¶ Septimum optimæ experien-

A perientiæ quod nunquã fallit, eſt hoc. ℞. *olei de floribus cucurbitæ, olei nenupharini an. ℥ ij. amyli de hordeo ℥ iiij. ſucci lactucæ ℥ iij. ceruſæ ℥ ij. camphoræ ʒ j.ß. ſief memitæ ℥ ij. albumina ouorum duorum, terantur omnia optima contritione & longa in mortario plumbeo & adminiſtretur hoc vel quodcunq; aliorum,* vt tibi placet ſuper ſubtiliſſimo panno, permutando ipſum in die naturali quater. Scio quod hoc vltimum non fallat, imo ſedat etiam dolores pungitiuos, pruritiuos & mordicatiuos. ¶ Si autem volueris remedium citæ expeditionis, paucæ expenſæ & conuenientis operationis, teratur amylum cum lacte vaccino & emplaſtretur & liniatur cum eo membrum, & placebit. *[margin: Aliud.]*

Si autem poſt operationem prædictorum iam appareret materiam aliquã in mẽbro remanſiſſe, aut quia medicamina talia infrigidando incraſſant, & eorum aliqui a leui B ſtypticitate nõ euacuantur, aut quia dato, quod corrupta eſſet mala complexio partis patientis adhuc remaneret virtutis debilitas nõ potentis expellere reſiduum materiei: itaq; regulari curatione oportet intendere ad ſubtractionem illius, de ꝓfundo membri euellendo ipſam. Et ad hoc quidem cõplendum plurima ſeruire poſſunt inſtrumenta curationis. ¶ Primum quidem eſt membri ſcarpellatio ſecundum hodiernam ſcholam, & eſt ſciſſio ſuperficiei cutis in partib. plurimis eo modo, quo vẽtoſator cutis ſuperficiẽ incidit. ¶ Secundum vero eſt ſanguiſugarum complicatio. ¶ Tertiũ ventoſatio particulæ patienti adminiſtrata in augmento luminis lunæ regulariter adminiſtrata, *quarta primi, cap. 21.* ¶ Quartum membri rubificatio, & proprie cum emplaſtro ex plãta flammulę confecto, & vocant aliqui plantã illam minorẽ perſicariã. Ego autem credo ꝙ ſit planta communi idiomate pes coruinus nominata, q̃ non fallit me in rubificando, ſi tempore C paruo ſuper membro applicetur. ¶ Quintum eſt partis veſicatio cum ſucco prædictæ plantæ ſi morã aliquantã cõtraxerit ſuper mẽbro. ¶ Sextũ eſt cõmunis veſicatio cũ emplaſtro de cantharidibus ſecundũ deſcriptionẽ iſtã. ℞. *cantharid. ſine capitib. & alis ʒ ij. fermenti ſaltẽ quinq; dierum ℥ j. terantur cantharides ſubtiliſſime & cum aceto & fermento prædicto ſimul incorporentur, & liniatur cum eo membrum, & nõ dimittatur ſuper eo vltra horã, eo quia tũc ſanguinem per vrinam educeret cum vehementi ardore & quandoq; cum excoriatione veſicæ.* ¶ Septimum vero materierum a profundo ſui extractiuũ eſt emplaſtrum de calamento cõtrito ſuper mẽbro applicatum. ¶ Octauum v. & leuius omni alio eſt emplaſtrũ de recẽtibus foliis apii ranini, cũ quo ſæpe mẽbrum emplaſtret, & reſiduũ materiei cõuenienti D impreſſione reſoluere ſolet. ¶ Nonũ v. & vltimũ emplaſtrum eſt iſtud. ℞. *abſynthii recẽtis ℥ iiij. cymini, dauci an. ℥ j. fermenti ℥ ij. farinæ fabarum ℥ ß. cum duobus vitellis oui fiat emplaſtrum optimæ contritionis.* ¶ Ego vero experientia certa cognoſco, ꝙ ſi emplaſtretur membrum cum nauali pice cocta potenter materias a profundo attrahit & conſumit abſque nocumento. ¶ Et ſi quis dubitaret de adminiſtratione horũ p̃dictorum, eo quia calida & ſicca ſunt notabiliter omnia, poteſt ipſorũ audaciã refrãgere cum oleis frigidis, vt violarum, nenupharis, de ſemine lactucæ & de floribus cucurbitæ, aut poteſt eaſdem frangere cũ aquis prædictorum, vt ibi placet. Ego vero nullum prædictorum timeo, quoniam paruam moram contrahere facio prædicta ſuper membro, & tunc non nocet. *[margin: 2. Attractio materierum e profundo. — Veſicatorium. — Aliud.]*

Inſtrumentum vero tertium principale, quo corruptio ſenſus tactus aufertur, eſt E per ſedationem doloris. Inueniuntur autem ab auctoribus ſedantia dolorem triplicia. ¶ Quorum primum eſt per anodynitatem, quam habent medicamina talia ſimplicia. ¶ Secundum v. eſt per ea, quæ cauſſam efficientem doloris a mẽbro abſcindunt. ¶ Tertium vero eſt per medicamina, quæ narcotica nominantur a narco planta vel narciſſo deriuata, cuius eſt ſtupefaciẽdo membrum a ſenſatione prohibere. & talia quidem non ſunt vere dolorem ſedantia, inquantum talia. *[margin: 3. Sedatio doloris. — Seu quod potius crediderim, à [illegible] quod ſtuporem ſignificat.]*

Primi autem generis plurimæ ſunt medicinæ & omnes illæ quæ cum temperata caliditate membrum reducunt ad temperiem complexionis, velut chamomilla, melilotum, vitellus oui, macis, & vniuerſaliter omnes medicinæ extra gradum poſitæ, aut omnes, quæ habent caliditatem primi gradus cum temperie in paſſiuis, aut ſaltẽ q̃ calidę F & ſiccæ ſunt in primo gradu & ipſum non tranſcendentes, de quarum medicinarum numero ſimplices collaudatæ plurimæ ſunt, & partim tactum eſt chamomilla, melilot⁹, abſynthiũ, croc⁹, anetũ, pinguedo anſeris & anatis, oleũ de ſiſamo & pinguedines oẽs iſtis cõſimiles in gradu. ¶ Cõpoſita v. pauca ab auctoribus conſcripta inueniuntur, ſed eorum cõpoſitio reſeruata eſt cõiecturæ viri ſcientifici & bene exercitati in opere. *[margin: Simplicia. — Cõpoſita.]*

De his ergo, quæ cadunt ſub rationale iudicium & fuerunt mihi longa experientia veri- A
Linimentum. ficata: Primum compoſitum eſt tale. ℞. *olei de aneto, olei de chamomilla, pinguedinis anatis*
an. ℥ *j. croci* ℈ *j. conquaſſentur omnia ſimul in mortario & cum eis liniatur membrum.* ¶ Secundũ
Aliud. vero compoſitum æqualius & melius prædicto eſt iſtud. ℞. *vitellos oui numero vj. olei vio-*
larum, olei roſarum an. ℥ *ij. croci* ʒ *j.* ß. *in frixorio bulliat oleum, cum quo cum ad tepiditatem incli-*
natur, incorporentur vitelli & finaliter crocus, vſquequo reducantur ad ſpiſſitudinem congruam,
& eſt medicina cum qua vehementiſſimos dolores frequentiſſime ſedaui. ¶ Aliud experimẽtum
Aliud. eſt hoc. ℞. *olei amygdalarum dul. olei de ſiſamo an.* ℥ *ij. laudani* ℥ *j. croci* ʒ *j.* ß. *mucilaginis ſem. lini*
& ſem. althaæ an. ℥ *ij. ceræ al.* ʒ *iij. ſem. aneti, ſem. apij. ana* ʒ *j.* ß. *hyſſopi humidæ* ʒ *ij. diſſoluantur) o-*
mnia ſimul cum hyſſopo humida & leui ebullitione coquatur. deinde incorporentur cum eis mucilagi-
nes & pulueres vſque ad conuenientem ſpiſſitudinem: demum tota hæc materia bulliat in ℥ *iij. ſucci* B
caulium vſque ad ipſius ſucci conſumptionem. & eſt medicina notabilis efficatiæ. ¶ Cõpoſita vero
ab auctoribus probata famoſe poſſunt eſſe ſicut vnguentum roſatum & vnguẽtum vio-
latum, de quibus ſupra. ¶ Item ceratum Alexandrinum, ceratum diapente in antidota-
rio Meſuæ, *diſtinctione xj. deſcriptionibus 35. & 36.* & ceratum filii Zachariæ ibidem *deſcri-*
ptione quinquageſima. Et ſi timetur alicuius horum caliditas eleuata, frangatur cum oleo
violarum, vel oleo de ſiſamo, aut oleo appropriato ſecundum libitum operantis.

Cauſſam doloris a membro abſcindētia. Medicinæ vero doloris ſedatiuæ contentæ ſub ſecundo genere ſunt omnes, quæ
ſua caliditate & ſiccitate intenſioribus materiam poſſunt reſoluendo abiicere a parti-
bus. Et talia medicamina poſſunt eſſe omnia ſupraſcripta, quibus addant olea maioris
caliditatis & reſolutionis: velut oleũ de lilio, oleũ de croco, oleũ de cinamomo, oleũ de C
pyrethro & ſimilia iſtis, ſemp a leuiorib. in gradu incipiẽdo, ne ꝓpter magnã reſolutionẽ
materia ꝓducatur ad lapidoſitatẽ. ¶ De numero v. eorũ, q̃ experiri ſoleo ſunt, ſicut oleũ
de croco cum puluere abſynthij & laudani, quorũ ſit pars decima reſpectu olei. ¶ Et cũ
quęro maiori reſolutione materiam a membro abſcindere & cõfortatione partis, ſoleo
adminiſtrare partes duas olei de lilio cum tertia parte olei de pice. ¶ Tertiũ v. expertũ
Linimentum. & ſolennis operationis eſt hoc. ℞. *olei de flore iris* ℥ *ij. olei de croco* ℥ *j. pinguedinis vrſi, anſeris*
an. ʒ *vj. diſſoluantur omnia ſimul & incorporentur & fiat ex ijs linimentum.* ¶ Vltimũ vero, cũ
quo conueniẽter ſoleo dolorem & materiam per reſolutionem a membris abſcindere,
Aliud. eſt hoc. ℞. *emplaſtrum de mucilaginibus, & eſt diachylon nominatum* ℥ *ij. olei de croco* ℥ *j. laudani,*
abſynthii, origani an. ʒ ß. *ceræ quantum ſufficit, fiat vnguentum & calidum applicetur parti.* D

Narcotica. Inſtrumenta vero doloris ſedatiua ſub tertio genere contenta ſunt ſicut narcotica
omnia, in quorum adminiſtratione ſubtiliter contẽplandum eſt, ne propter vehemen-
Canone circa hæc obſeruandi. tem earum operationem membrũ ad extinctionem perducat. ¶ Ita ꝙ ſi propter vehe-
mentiam doloris incumbit neceſſitas ſtupefaciendi, primo eligantur ſtupefacientia le-
uiora, a quibus permutatio non debet fieri ad fortiora, niſi cũ magna neceſſitatis inſtan-
1. tia, vt ſi timor incumberet ſpaſmi aut reſolutionis virtutis vel conſimilium accidentiũ.
2. ¶ Secundus canon obſeruandus in eis eſt, vt nunquam adminiſtrentur membro vehe-
3. mentis debilitatis & extenuationis, niſi cum proteſtatione præmiſſa. ¶ Tertius, ꝙ nar-
cotica ſemper applicentur actu calida, quia minus nocere poſſunt, quã quãdo ſunt actu
frigida. ¶ Quartus, nullum narcoticum forte adminiſtretur ſimplex: ſed conuenientius E
4. eſt compoſitum cum his, quę aduerſantur nocumento narcoticorum. ¶ Quintus, quod
5. operator non debet adminiſtrare narcotica, niſi cognoſcat ea, quæ aduerſantur nocu-
mentis eorum, quæ a ſapientibus videntur eſſe quinque famoſe approbata. Primum
eorum eſt vinum, ſecundum crocus, tertium chamomilla, quartum caſtoreum, quin-
6. tum ſpica nardi. ¶ Sextus canon, quod in mixtione proportio frangentium nocumen-
7. ta narcoticorum debeat eſſe æqualis proportioni narcoticorũ. ¶ Septimus, quod nar-
cotica non permittantur ſuper membro longo tempore ſedantia, ſed ſæpe permuten-
8. tur euaporando membra cum pannis calefactis vel ſacculis de chamomilla. ¶ Octauus,
9. quod meliora narcotica ſint fermentata, quam non fermentata. ¶ Nonus, quod ſe-
10. curius ſit exhibere ea homini cibato, quam ieiuno. ¶ Decimus, quod melius ſit admini- F
11. ſtrare eadem exterius, quam interius. ¶ Vndecimus, quod talia adminiſtrari debe-
12. ant proprie in ſero apud horam naturalis dormitionis. ¶ Duodecimus, quod in quan-
13. tum eſt poſſibile de narcoticis euitetur opium & poſt illud ſemen hyoſcyami. ¶ Deci-
musterti us, quod ſtupefactio cum radice vel planta mandragoræ nimis ſuſpectior eſt
quam

A quã cum prædictis. ¶ Decimusquartus, cum componuntur narcotica, melius ſit ea pul- 14.
uerizare craſſe quam nimium terere. ¶ Decimusquintus, quod antiquata ſtupefacien- 15.
tia cum minori nocumento operentur, quam non antiquata, licet vtrumque eorum et-
iam fuerit fermentatum. ¶ Iſtis antemiſſis conditionibus, quæ meliora ſunt, ſtupefa-
ctiuum & leuiſſimum ſimplex eſt emplaſtrum de contritis foliis papaueris albi. ¶ Se-
cundum vero fortius illo eſt emplaſtrum factum de foliis mandragoræ vel de puluere e-
ius commixto cum aqua ſublimationis foliorum croci. ¶ Tertium ſtupefactiuum eſt
appoſitio emplaſtri facti de foliis hyoſcyami albi cum puluere chamomillæ. ¶ Quartũ
ſtupefactiuum expertum per me, ſolennius & ſecurius, eſt lenire membrum cum ele-
ctuario philonio deſcriptione Auic. *5. can. ſumma tertia, tract. tertio.* ¶ Vltimum vero in-
B ter omnia alia ſtupefacientia & ſecurius, eſt membrũ emplaſtrare cum theriaca recenti,
& proprie adminiſtrata ante eius completam fermentationem. Hæc in ſumma ſunt, ex
quibus compleri poteſt intentio prima per tertium inſtrumentum remouendi triſtem
ſenſationem a membro, vt iam apparuit.

Pro quarto vero inſtrumento, ſ. reſoluendi materiæ craſſiorem partem membro *Reſolutio*
magis fixam oportet adminiſtrare inſtrumenta, quæ habeant reſiduum materiæ prædi- *materie-*
ctæ conſumere per viam reſolutionis & ſiccationis. Et cum materia illa iam ſit craſſior, *rum craſ-ſiorum.*
aut quia ſubtilior pars eius reſoluta eſt actione caloris naturalis agẽtis in ipſam, aut cum
applicatione medicinarum, quę inſtrumento tertio præcedente poſita fuerunt: ideo o-
portet materiam illam prius in ſua compacitate remouere mollificando ipſam, quã re-
C ſiſtere cum exſiccantibus continuitatis. Aliter enim ipſa continue magis terreſtris red-
deretur. Ideoq; pro eius complemento duæ ſunt inuentæ opiniones. Vna quidem, quæ
vult, quod materia compacta prius mollificãda ſit, quam reſoluenda, ita, quod quatuor
vel ſex diebus loco patienti adminiſtrentur mollificantia: aliis vero ſex diebus admini-
ſtrentur reſoluentia, ita quod quantum potentia prima ad mollificandum, tantum po-
tentia ſint ſecunda ad reſoluendum. ¶ Secunda vero opinio principalis vult, quod mẽ-
bro adminiſtranda ſint mollificantia & reſoluentia in eodem compoſito virtualiter in-
uẽta: & vtraq; harum opinionũ eſt vera a ſapientib. approbata, licet prima opinio ſit cõ-
munior, vt patet *14. terapenticæ c. de cura ſcirofis, & 4. primi, ca. 25. & 3. quarti, tract. 2. c. de cura*
ſephiros. ¶ Vnde ſequendo opinionem primam inſtrumentum conueniens ad mollifi-
D candũ eſſet illud de ſimplicibus mucilago ſem. pſyllii, ſem. lini, cydoniorũ, radicis mal-
uauiſci, & foliorum maluæ, licet mucilago pſyllii, maluæ & ſeminis cydoniorum cõue-
nientiores ſint cum ſignis caliditatis, ſicut mucilago ſem. lini, althęę, fœnugræci & ſem.
dorellæ, cum ſignis frigiditatis. ¶ Compoſitum vero communiter vſitatũ eſt emplaſtrũ
de mucilaginibus diachylon dictum ſimplex adminiſtratum. ¶ Secundum valde effi-
cax eſt hoc. ℞. *medullæ cruris bouis ℥ ij. pinguedinis anatis, amurcæ, olei oliuarum an. ℥ j. diſſoluan-*
tur ſimul & applicentur parti. ¶ Tertium mollificatiuum & potentius illo eſt hoc. ℞. *butyri*
diſſoluti & loti in aqua frigida ℥ iij. pinguedinis anatis & anſeris an. ℥ j. olei de ſiſamo ℥ ij. diſſoluan-
tur ſimul & adminiſtrentur parti.

Cum ergo adminiſtrata fuerint talia lenitiua circa ſeptimanam vnam, adminiſtre-
E tur aliquod de ſequentibus reſolutiuis, quorum primum ſimplex eſt oleum de chamo-
milla, quod reſoluit ſine attractione. ¶ Secundum vero eſt oleum de meliloto. ¶ Ter-
tium oleum de amygdalis dulcib. ¶ Quartum oleum de croco. ¶ Quintum oleum de
aneto: & proprie cum ſignis ventoſitatis infixæ parti. ¶ De compoſitis vero reſoluẽtia
plurima ſunt authentica, vt hyſſopi ceratum, deſcriptione Democriti, & deſcriptione
Pauli, & vnguentum de bdellio. ¶ Et cõpoſitum iſtud notabilis efficaciæ, cuius deſcri-
ptio ſumitur *3. quarti, tract. 2. cap. de cura ſephiros.* ℞. *galbani, ammoniaci, bdellij an. ℨ ß. terantur* *Empla-*
omnia & conquaſſentur cum fæce olei liliorum, deinde ſuperaddantur mucilaginis fœnugræci ℥ iij. fa- *ſtrum.*
rinæ hordei & fabarũ an. ℨ j. fiat emplaſtrum & calidum applicetur parti. ¶ Et cum Medicus per-
pendit per horum applicationẽ iam peruentum eſſe ad aliqualem ſoliditatẽ partis, tunc
F permutet ſe de iſtis reſoluentibus ad mollificantia prędicta, & econtra. ¶ In quorum ta-
men omnium in tota prima intentione iam dictorum adminiſtratione obſeruentur re-
gulæ duæ: quæ ſemper debent eſſe præſentes in mente operantis. ¶ Et prima eſt, quod
ſemper prius applicent leuia, quã fortia de p̄dictis. ¶ Secunda regula eſt, ꝙ in cuiuſcũq;
horum applicatione ſemper cõſideret ſigna caliditatis p̄cedentia applicationẽ eorum

Vuuu

& ſequentia ipſam. Si enim videtur membrum aſſociatum cum ſignis caliditatis, tunc frangat omnia medicamina ſua cum frigidis: de quibus ſupra tactum eſt. & econuerſo cum calidis: & felicitabitur operatio ſua ſic conuenienter. ¶ Hæc quidem omnia ſufficere poſſunt pro complemento declarationis quatuor inſtrumentorum: quibus completur prima curationis intentio, quæ fuit de modo abſcindendi nocumentum corruptionis a particula patiente.

Secunda intentio.

Materierum ad particulã patientẽ deſcẽdentium diuerſio.

PRo expeditione vero ſecundę principalis intentionis, quæ fuit materierum diuerſio: ¶ Præmittendum primo, quod licet diſpoſitio iſta ſecundum magnã partem ſit membro infixa, vt plurimum tamẽ aliquid de materia ab epate effunditur ad particulam patiẽtem, ratione cuius competunt diuertentia trahentia materiam ad partem contrariam fluxus eius, gratia enim infixæ materiei non eſt neceſſaria diuerſio, niſi per ea, q̃ a profundo attrahũt, vt in præcedenti intẽtione declaratũ eſt. ¶ Igitur materias ab vna particula vel pluribus ad aliam fluentes inſtrumentis valde diuerſis diſtrahimus & numero pluribus. ¶ Et primum quidem de leuioribus eſt pannorum calidorum actu applicatio ad ſuperiores partes, ſi materia flueret inferius ad dextram, ſi flueret ad ſiniſtrã, aut ad anteriorem, ſi flueret ad poſteriorem, aut econuerſo. ¶ Secundum inſtrumentũ & de leuibus eſt pannorum vel ſpongiæ embroca cum aqua calida partibus iam p̃dictis appoſita. ¶ Tertium eſt partium prædictarum fricatio non fortis. ¶ Quartũ earundem ligatura. ¶ Quintum de fortibus eſt fortis earundem fricatio. ¶ Sextum ventoſarũ applicatio. ¶ Et Septimum membrorum rubificatio. Et hæc quidem omnia diuertentia ſunt cum euacuatione a ſapientibus inſenſibili nominata.

Sed præter hæc etiam adminiſtrantur diuertentia cum euacuatione ſenſibili nominata. Et primum quidem eſt mẽbrorum iam dictorũ per contrarias loci differentias veſicatio. ¶ Secundum vero eſt phlebotomia partes prædictas reſpiciens, vt ſi materia flueret a ſuperiori ad crura, diuertenda eſſet per phlebotomiam venarum ſuperiorum, & ſi flueret de dextra in ſiniſtrum, tunc phlebotometur vena, exempli gratia, in medio peccato materierum infra partes hypochondriorum inuentarum. Si vero flueret materia ab epate in ſiniſtrum, tunc phlebotometur ramus aſſellaris venæ baſilica nominatus infra cubitum poſitus. Si vero flueret materia a ſuperiori dextra particula ad ſiniſtrã, tunc phlebotometur cephalica vena poſita ſuper ſylueſtri parte ſuperiori curuaturæ cubiti. ¶ Tertium vero diuertens cum euacuatione eſt adminiſtratio ventoſarum cũ ſcarificatione. ¶ Quartum adminiſtratio ſcarpellationis partis, de qua ſupra dictum, & dicitur ſcarificatio illius. ¶ Quintum appoſitio laquei vel ſetonis ſuper cõtrariis partibus. ¶ Sextum vero & vltimum eſt adminiſtratio cauterii potentialis ſub aliqua partium cõtrariarum ſecundum diuerſitatem poſitionis, vt iam dictum eſt. Pro quorum tamen cõplemento ſciendum eſt, quod de rubificantibus & veſicantibus & ſcarpellatione ſermo præterierit in intentione præcedente iſtam: & quis ſit phlebotomandi & ventoſandi modus, parum hic iam apparuit.

Cauteria potentialia.

Quæ vero ſint cauteria potentialia, de ſimplicibus plura ſunt, ſicut arſenicum rubeum, & proprie illud nominatur auripigmentum, quod eſt leuius, alias enim arſenici ſpecies ſuſpectas habui. ¶ Secundum eſt vitriolum rubeum, quod patientibus particulis adminiſtratum corrumpit eas. ¶ Tertium ſunt cæpæ ſquillæ membro ſuperligatæ. ¶ Quartum mel anacardum emplaſtrando partes cum eo. ¶ Quintum, ſapo ſaracenicus: & eſt mollis & niger. ¶ Sextum, applicatio calcis cum primo a fornace accipitur. ¶ Septimum, adminiſtratio trochiſcorum de calce, quos ego cõpoſui ſecundum iſtum modum. ℞. *cal. non extinctæ* ℥ j. *arſenici citrini* ʒ vj. *chalcanthi combuſti* ʒ ij. *mellis anacardi* ℥ j. *ſaponis ſaraceni* ʒ ij. *incorporentur ſimul & fiant magdaleones, ex quibus cum opus fuerit pilulæ formentur ad quantitatem nucis muſcatæ magnæ vel paruæ ſecundum quantitatem eruptionis, quam intendis, & dimittantur per horam vnam aut duas.* ¶ Secundum vero cauterium potentiale eſt, quo cõmuniter vtũtur medicantes omnes fere in marchia Teruiſana. Et fui ego illius rectificator per hunc modũ. ℞. *aquæ primæ deſtillationis ſaponis* ℔. j. *calcis nõ extinctæ* ℥ j. *opij* ʒ x. *bulliant ſimul lento igne calx & aqua vſq; ad terminationem ad viſcoſitatem: & tunc imponatur opium ſubtiliter puluerizatum & compleatur eorum decoctio vſq; ad lapideitatem, & applicetur vt de præcedenti dictum eſt.* Hæc ſunt, per quæ principalis intentio compleri poteſt,

Trochiſci de calce. *Alii.*

Tertia

Tertia intentio.

A VT autẽ ad tertiam intentionẽ conuenire poſſimus, præmittendũ primo oportere *Minoratiua mate-*
minorare materiam, ſecundum ꝙ ipſam contingit eſſe peccantem, ſi enim in to- *rierum e-*
to peccaret corpore, oporteret per vniuerſales minoratiuas euacuationes educe- *uacuatio.*
re. Et ſi quidem ex parte materierum particulare peccatũ inueniretur, ſimiliter opor-
teret eas partialibus appropriatis euacuationibus educere. ¶ Igitur ſi materia fuerit in
toto peccans & in venis contenta: ſtatim fiat phlebotomia de matre vena purpurea ni-
gra vel communi nominata: & ſanguinis extrahatur copia ſecundum quantitatem pec-
cantis materiæ & virtutis tolerantiam. quod quidem totũ cadit ſub prudentiã opatiui
artificis & ſub quantitatẽ geometricã vel arithmeticã neceſſario limitatã: vt medii cya-
B thi aut duarũ ℥. & ſic de ſingulis. Tales enim menſuræ multipliciter variandæ ſunt ſecun-
dum ſapientis coniecturam. ¶ Si a. quæreret aliquis minorare materias, aliter poſſet in
muliere mẽſtrua prouocare in ætate cõgrua: & in viro hæmorrhoidas aperire & ſangui-
nem a naribus educere. habent enim venæ omnes inuicẽ continuitatem, per quas poſ-
ſunt a toto euacuare, licet particularius & immediatius a determinata particula educũ.
¶ Cum autem contingeret materiã in venis totius ambitus contineri & non eſſe ſangui-
ni ſufficienter cõmixtam, neq; phlebotomiam aduocantem, tunc oportet, vt euacuet
minoratiue per pharmaca a toto attrahere potentia. De quorum numero bonum eſſet
hoc. ℞. *pilularum cochiarum, pilularum aggregatiuarum an.* ʒ ß. *reformentur pilulæ cum electua-* *Pilulæ.*
rio Indo. & hęc quidẽ reſpiciunt materiam mixtã ex cholera & phlegmate dominãte. Et
C attrahunt pilulæ cochiæ a ſuperioribus & aggregatiuæ ab inferioribus. ¶ Secundũ vero
cõpoſitum ad hãc intentionẽ eſt electuariũ Indũ, cuius detˀ ʒ ß. ipſũ quidẽ educit ſuper-
fluitates a toto. ¶ Tertiũ v. ad eandẽ intentionẽ & ꝑdictis fortius eſt hoc. ℞. *pilularũ fœti-* *Alia.*
darũ, pilularũ de ſarcocol. deſcriptione maiori an. ʒ ß. *reformẽtur cum hiera cõpoſita & exhibeantur,*
educunt vt primæ. ¶ Quartũ v. eſt hoc. ℞. *pilularum cochiarũ, pilularum de hiera cõpoſita & fœti-*
darum an. ℈ j. *auari ponderis diagridij gra. ij. cum ſucco roſarum reformentur pilulæ vij.* Et hę qui-
dem vltimæ attrahũt a ſuperioribus, inferioribus & ab intermediis partib. virtute hieræ
quæ educit a ſtomacho & epate. ¶ Quintum compoſitum eſt hoc. ℞. *hieralogodion* ʒ ij. *Potio.*
hieræ picræ maioris ʒ iij. *& detur in potu cum decoctione folliculorum ſenæ, cum granis tribus diagri-*
D *dii facta.* ¶ Sextum v. compoſitum eſt hoc. ℞. *electuarii ſucci roſarum* ʒ ij. ß. *electuarii Indi*
ʒ j. *detur in potu cum aqua decoctionis violarum calida.* ¶ Septimum cõpoſitum, & ꝓprie prin-
cipaliter euacuãs ſuperfluitates a capite, & proprie cholericas, eſt hoc. ℞. *pilularũ cochia-* *Pilulæ.*
rum ℈ ij. *diagridii gra. ij. reformentur pilulæ v. cum ſucco viol. & exhibeantur.* Aliud vero eua-
cuans materias mixtas a phlegmate & cholera, & proprie a capite; eſt hoc. ℞. *pilularum* *Alia.*
immediate conſcriptarum, pilularum de ſarcocolla an. ʒ j. *reformentur vt prius.* ¶ Aliud etiã eua-
cuãs a capite materias mixtas ex phlegmate & cholera & melancholia, eſt hoc. ℞. *pilula-* *Alia.*
rum cochiarum, de lapide lazuli an. ℈ j. *pilularum de ſarco. an.* ℈ ß *formentur pilulæ vj. vel vij. cum*
hieralogodion. & dentur vt prius. Si quis autem deſideraret minorando euacuare materias
a pectore; & proprie phlegmaticas, exhibeat illas *pilulas de agarico* ʒ ß. *de ſarcocolla* ℈ j. *fiant* *Alia.*
pilulæ vj. cum ſucco hyſſopi & dentur in potu. Eductiuum vero materierum cholericarum a
dominio, & proprie a pectore, eſt hoc. ℞. *pilularum de reubarb.* ℈ ij. *pilularum aggregatiuarũ*
E ℈ j. *reformentur pilulæ vij. cum ſucco violarum.* ¶ Et ſiquidem contingeret materias calidas
euacuatione minoratiua educẽdas eſſe ab epate; tunc medicina conueniens eſſet hæc.
℞. *reubarbari electi* ʒ j. *ſpicæ nardi gra. vj. aquæ fructuum deſcriptione Meſuæ in antido.* ℥ iij. *peni-* *Potio.*
diarum ℥ ß. *incorporentur omnia ſimul & exhibeantur in potu.* ¶ Si autem ab epate vellemus e-
ducere materias phlegmaticas a dominio, tunc detur in potu agarici infuſio hęc. ℞. *aquæ* *Infuſio.*
lupulorũ, aquæ apij an. ℥ ij. *ſach. ſecundæ coctionis* ℥ j. ß. *agarici electi* ʒ ij. ß. *ſpicæ nardi gra. iij. zinz.*
gra. v. fiat infuſio & cum forti expreſſione exhibeatur. ¶ Similiter etiam dum volumus materiã
melancholicã dominantem ab epate euacuare, conueniens inſtrumentũ erit hoc. ℞. *a-* *Alia.*
quæ lupulorum, aquæ cichoreæ an. ℥ j. ß. *thymi, epithymi. folliculorum ſenæ & polypodij ana* ℈ ij. *ſalis*
gra. v. penidiarum, ſachari al. an. ʒ ß. *fiat omnium horũ infuſio & cum notabili expreſſione exhibea-*
F *tur in potu.* ¶ Etiam apparet, quod hoc medicamen etiam eſſet conueniens ad educen-
dum materiã a ſplene, & proprie cum aqua ſcolopẽdriæ. ¶ Et ſimiliter medicamina ſu-
pradicta materias ſimplices a dominio educentia, ſi frangantˀ adinuicem ſecundũ mix-
tionem materierum ſpecie diuerſarum, erunt materierum inuicem cõmixtarum edu-
ctiua, & ſecundũ ꝙ contingeret materiã in mixtione dominantẽ. Exẽpli gratia, melan-

cholicarũ materierum ſuper phlegmatica & cholerica aut vtriſq; ſimul, ita oporteret in A mixtione medicinarũ ſolutiuarum adinuicẽ dominari ſimplices aut cõpoſitas medicinas maiori ꝓportione aſpectũ habẽtes inuicẽ ad materiã, & ecõtra. ¶ Ex quo corollarie cõcludit, ꝙ ſtãte pari materierũ inuicẽ cõmixtione oporteret pares eſſe virtutes medicinarũ electiue educentiũ materias has vel illas. Et hęc qdẽ nõ caduntin opatione viri, niſi in ſcientia optime triti & in opere medicinali nõ raro & leuiter exercitati, pſuppo-nunt n. hæc omnia ſcientiã cognitionis modi mixtionis materierũ adinuicẽ & exigunt ẽt ſcientiã cognitionis graduũ medicinarũ & operationẽ earũ tam ꝓuenientium a primis, quã a ſecundis, & a tertijs, q̃ a quartis virtutib. ¶ Et adhuc pſupponunt talia virũ eſſe tritũ in cognitione modi cõpoſitionis medicinarũ, ſ. quantã refractionẽ in mixto vel in B cõpoſito fermẽtato habere debeat medicina calida & ſicca primi grad⁹ aut ſecundi, tertii & quarti. ¶ Similiter etiã quantã in cõpoſitione refractionẽ ſuſcipiant adinuicẽ medicinæ in ſubſtãtia raræ cõparatæ ad eas, q̃ ſunt dẽſæ ſubſtãtiæ, & quantũ exigat quęq; medicina cõpoſita de tẽpore in ſui fermẽtatione cõuenienti. Et q̃ ſit omniũ medicinarũ ſimpliciũ doſis appropriata. Et ita de cõpoſitis eſt dicendũ, ꝓpter q̃ omnia oporteret recurrere ad medicinę principia, tam theorica, quã practica, ſine quorũ cognitione vana & caſualis eſt omniũ Medicorum operatio, a quã effugere debẽt viri ſcientifici & in ſcholis ſapientũ eruditi. ¶ Et ex horũ omnium inuicẽ collectione concludit corollarie vltimũ. Quod ſi deſideraret aliquis educere materiã a matrice, veſica, a lumbis, meſeraicis vel ab inteſtinis plurimas vel aliquas medicinarũ ſimplicium, & cõpoſitarum, q̃ iam C ſcriptæ ſunt inuicem, põt confrangere & cõponere cum medicinis valentib. electiue educere ab hoc vel altero membro, ſicut ad matricẽ aſpectum habent vchuẽ vel matricaria, arthemiſia, ruta, betonica, doronicum & ſimilia. Ad veſicã vero aſpectum habent daucus, grana milii ſolis, ſem. apii, grana pini & conſimilia. ad inteſtina v. electionẽ habẽt oleũ de cherua, & eſt pentadactylus maior & chamomilla, crocus, ſemẽ aneti, pulegium, origanum, & talia, circa q̃ tu diſcurre per ſententias auctorũ. Omnia enim hęc reſpiciũt prædicta membra per tertiam aut quartam operationẽ eorum, vt *2. can.* per totũ proceſſum & a Gal. *6. de ſimpl. vſque ad nonum incluſiue*, & in aggregatore Serap. per magnũ proceſſum colligi poteſt, & pluries alibi, q̃ tu lege, quia inuenies hæc omnia ita eſſe. D

Quarta intentio.

Materierum digeſtio.

IAM quidẽ oportet peruenire ad quartã intentionẽ ſupra præmiſſam, p quã conuenienter fieri poſſit materierũ peccantiũ digeſtio, per quã fiant eradicatiuæ euacuationi magis paratæ. ¶ Et pmittendum, ꝙ materiæ antecedentes, circa quas vt in plurib. adminiſtranda eſt digeſtio, eſſe poſſunt in altero trium locorũ principaliter contentæ. Et primo quidẽ in venis epatis & ſibi ꝓpinquis, per quas materia mandat ad particulã patientem, vt ſupra declaratũ fuit. ¶ Secundo v. hæ materiæ inueniri poſſunt in venis diſſeminatis circa particulã patientẽ & tibiarũ & coxarũ. ¶ Tertio v. fortaſſis aliquid de materia effunditur a capite, q̃ iuuamentum nõ leue facit in augmentando materiã antecedentẽ quãtitatiue, vt dato, ꝙ materia huius ægritudinis ſit calida & ſicca, vt ſupra viſum fuit: nõ incõuenit eidẽ eſſe cõmixtam partẽ magnam aquoſi phlegmatis; ꝙ quidẽ fortaſſis eſt cauſſa augmentandi quantitatiue materierũ fluxum ad particulam patientem. E ¶ Quare in digeſtiuis adminiſtrãdis hunc ordinẽ obſeruabo. ¶ Primo quia tangã digeſtiua materierum calidarum & ſiccarũ magis alteratiua & reſpicientia ẽt epar & adiacentes ei partes. ¶ Secundo v. loco ponã digeſtiua materierum mixtarum ex calidis & ſiccis dominanter, & frigidis & humidis ſubdominãter. ¶ Et etiã pro cõplemento opis aliqua ponã digeſtiua ad materias phlegmaticas, & quarto loco ad materias melãcholicas, tã aduſtas, quã nõ aduſtas ap ꝓpriata magis. Et ſatis ex hoc fundamẽto poterit videri intẽtio digerendi materias & inſtrumenta cõuenientia ad aliud. ¶ Itaq; materierũ calidarum & ſiccarum cõueniens & leue digeſtiuum primum erit hoc. ℞. *aquæ violarũ, aquæ endiuiæ hortulanæ an.* ℥ *ij. aq. lupulorum* ℥ j. ¶ Secundũ v. digeſtiuũ forti⁹ illo eſt. ℞. *aquæ ſolatri & cichoreæ an.* ℥ *ij. vel* ℥ j. ß. *miſce ſimul totũ.* ¶ Tertiũ v. digeſtiuũ adhuc forti⁹ pdictis eſt hoc. F ℞ *ſyr. de nenuphare, ſyr. de endiuia an.* ℥ j. *aquæ violarũ, aquæ cichoreæ an* ℥ j. ß. ¶ Quartũ digeſtiuũ materierũ pdictarũ adhuc incraſſatiuũ magis eſt hoc. ℞. *ſyrupi iniubini* ℥ j. ß. *aquæ ſolatri, chamomillæ an.* ℥ j. ß. *aq. ſolatri, chamom. an.* ℥ j. *aq. fumiterræ* ℥ j. ß. & hęc qdẽ ꝓ parte reſpicit materias aliqd aduſtionis habẽtes. ¶ Quintũ v. digeſtiuũ & ad aduſtas materias appropriatũ magis erit hoc. ℞. *ſyr. acetoſitatis citri, ſyr. de endiuia ana* ℥ vj. *aq. acetoſæ, aquæ, lupullorum*

Digeſtiua.

& fu-

A *& fumiterræ an.℥ j.miſce & da in potu.* & patet, quod hæc omnia per tertiam operationem reſpiciãt epar, & cum hoc etiam quod calidis & ſiccis & parum aduſtis aduerſantur materiebus. ¶ Digeſtiua vero materierũ p̄dictarum, & proprie circa partes iuncturales dominantium & ſibi propinquas, poſſunt eſſe prædicta omnia, & maxime cum miſcentur cum aquis habentib. aſpectũ ad remotas partes, velut eſſent arteticæ plantæ, q̃ ſecundũ veritatem nominatur ſula ab auctorib. aut eſſet aqua acetoſæ iam p̄dicta, & aqua ſolatri, aqua violarũ, aqua roſarũ & aqua virgæ paſtoris. Et de calidis magis, ſicut eſſet aqua iris, aqua origani, calamenti, eupatorii & ſimilium, q̃ commiſceri debent cum digeſtiuis ſupra nominatis: dummodo tamen in mixtione vincant calida a frigidis, magis tamen & minus, ſecundũ maiorẽ & minorẽ neceſſitatẽ a particula patiente & a materia ibidẽ in-B uenta indicatã. ¶ Ea vero, q̃ digerere poſſunt materias iam p̄dictas, cũ quibus aliquid de phlegmate a capite deſtillante cõmiſceret, ſunt ſicut digeſtiua p̄dicta, & ꝓprie cõtracta cum ſyrupis & aquis habentibus aſpectum ad caput, velut eſſet ſyrupus de calamento, ſyrupus de hyſſopo, ſyrupus de acoro, & de ſtœchade & conſimiles, confrangendo taliter eos in mixtione. ℞. *ſyrupi de endiuia ℥ j. ſyrupi de ſtœchade ℥ ß. aquæ hyſſopi ℥ j. aquæ violarum ℥ ij. miſce & detur totum.* ¶ Aut *accipiatur ſyrupi de calamento, ſyrupi de nenuphare an. ℥ j. aquæ cichoreæ ℥ iij. miſce.* ¶ Aut eſſet exhibere ℥ ij. ſyr. huius deſcriptionis, quã alias compoſui, & reſpicit materiam ex cholera & phlegmate commixtam in toto & in capite principaliter cõmixtam, exhibeo ipſum cum ℥ iij. aquæ lupulorum. ℞. *naſturtij & ſenetionum fontalium an. M j. ß. violarum, florum nenupharis, roſ. quæ ſunt tres medicinæ frigidæ* C *capitales an. M j. ß. ſtœchados, pulegii, betonicæ, maioranæ, calamenti an. M j. macis M iij. galangæ, cinamomi, caryophyllorum ana ʒ ß. ſpodij ʒ ij. ß. ſem. endiuiæ, lactucæ, portulacæ, cuſcutæ & ſcabioſæ an. ʒ iij. infundantur hæc omnia per tres dies in ℔. xv. aquæ prius bene contuſa, deinde coquantur lento igne vſque ad cõſumtionẽ medietatis eorum. tunc fiat colatura cum expreſſione forti, & illi colaturæ addantur ſachari albi ℔. iij. aceti ℔. ß. & lento igne coquantur omnia vſque ad ſubſtantiæ ſpiſſitudinem conſuetam, & eſt potẽs medicina ad digerendum materias a dominio cholericas phlegmaticis & aduſtis materiebus aliqualiter cõmixtas, & mirabili iuuamẽto expertus ſum in ſoda calida pendente a materiebus tali commixtioni cõfuſe.* ¶ Si quis autem deſideraret materias aduſtionem habentes & in capite dominantes digerere, poterit hoc conuenienter facere cum duobus digeſtiuis ſequentibus. ¶ Quorum primum eſt hoc. ℞. *ſyrupi de berberis, de* D *ribes, de fumoterræ an. ℥ ß. aquæ lupulorum & fum. terræ an. ℥ j. miſce.* ¶ Secũdum vero eſt hoc. ℞. *ſyrupi iuiubini, ſyrupi de ſucco limonum an. ℥ j. aquæ bugloſſæ vel boraginis ℥ ij. aquæ fumiterræ ℥ j. miſce.* Et hæc quidem digeſtiua omnia exhiberi debẽt in aurora cum iam cõceperit Medicus cibum prima digeſtione fuiſſe in ſtomacho tranſmutatum, quo etiam tẽpore chylus & primæ digeſtionis ſuperfluitas a ſtomacho ad inteſtina propulſa fuerit, & eſt hora ab artifice rationali communiter aſſignata ab aſſumptione cibi per nouem horas diſtans in maiori gẽtium communitate. ¶ Si quis cogeretur digerere materias iam prędictas cum digeſtiuo alterius ſpeciei, eo quia æger non vellet potiones aſſumere ꝓpter laſciuiam aut inſuetudinem, tũc poſſet digerere materias cum infraſcriptis. ¶ Quorum primum eſſet. ℞. *trochiſcorum de ſpodio, trochiſcorum de violis an. ℈ ij. aquæ emulſionis vel de-* E *coctionis ſeminum ℥ iij. miſce.* ¶ Secundum vero eſſet hoc. ℞. *trochiſcorum de berberis, ʒ ß. aquæ decoctionis cuſcutæ ℥ iij. miſce & reſpiceret hæc materias aliqualiter aduſtas.* ¶ Tertium vero digerens poſſet eſſe mixtio talis. ℞. *conſeruæ violarum & florum nenupharis an. ℥ ij. trochiſcorum de violis & de roſis an. ʒ j. vini granatorum muzorum ℥ j. ß. fiat electuarium, de quo in aurora exhibeatur ℥ j. quam deglutiat patiens.* Et de eo iterum ante cœnam exhibeatur tantundem per horam cum dimidia. ¶ Quartum vero digeſtiuum ad materias aduſtas & commixtas appropriatum eſſet hoc. ℞. *ſyrupi de berberis vel de ribes, ſyrupi acetoſitatis citri, de limonibus an. ℥ j. ſpecierum triaſandalorum completarum ʒ ij. conſeruæ roſarum, nenupharis & bugloſſæ an. ℥ j. miſce & detur in potu, vt iam prædictum eſt de præcedenti.* vel deglutiatur cum cochleari. Hæc quidem parumper efficere videntur pro intentione quarta complenda.

F

Quinta intentio.

CVM autem intenditur exequi intentionem quintam, per quam materiæ eradicãdæ ſunt: iam quidẽ ſatis faciliter hoc fieri poſſet per minoratiuas medicinas huic vel illi appropriatas, de quibus notabilis quantitas ſupra conſcripta eſt. ¶ Recordando tamen, quod nulla talium medicinarum vnquã exhiberi debeat niſi poſtquã ap-

Potio. Syrupus. Potio. Alia. Alia. Electuarium. Potio. Eradicatiua materierum euacuatio.

paruerit digeſtionis impreſſio manifeſta, q̃ cognoſcitur primo, quia morbus & acciden- A
tia eius aliqualiter remiſſa ſunt. ¶ Secundo p æquationẽ vrinæ in colore eius & ſubſtan-
tia, q̃ debent eſſe ad medium deducta vel ſibi propinqua. ¶ Et tertio per apparitionẽ ſe-
diminis in vrina ſubſidentis, quod debet eſſe album, æquale, cõiunctum, figuræ pyrami-
dalis & ſubſtantia diaphanũ. ¶ Iſtis n. apparentibus iam nõ remanebit dubitatio, quin
materia conueniẽter ſit digeſta, quoniã digeſta materia neceſſario remittit morbus, q
dependet ab ea, quoniã digeſtio eſt faciens ceſſare putredinẽ & etiã remitti exceſſum
qualitatum, tam primarum, q̃ ſecundarum, per quẽ materiæ a medio recedebant, ꝑpter
quod oportet, quod vrinę ſubſtãtia ęquata ſit cum ſuo colore etiã. ¶ Cũ ergo talia appa-
ruerint, medicinæ primæ exhiberi debẽt, ita tamen, ꝙ earũ doſis ſic parũper augeatur,
niſi appareret, quod virtus iam incepiſſet materierũ euacuationẽ facere, tunc n. cõueni- B
entius eſſet nullã medicinã ſolutiuã exhibere aut ſaltẽ in gradu ſuæ operationis remiſ-
ſam, ne opus artificis coincidens cũ opere naturæ eſſent cauſſa effrenitantis fluxus. ¶ Et
adhuc iterum ſi nõ incepiſſet facere euacuationẽ quam propter aliquod accidẽs facere
non potuiſſet: quoniã ſi materia mouet, nõ cõplete mouet hora motus illi⁹. ¶ Et adhuc
ſi natura nõ mouet materiã hora motus eius, q̃ eſt poſt materierũ digeſtionẽ, tunc moue
tu hora motus illius, ſ. quẽ natura facit, & incõplete ſecundũ expoſitionẽ primam. Aut
moue tu hora motus eius, ſ. expectando, ad quẽ natura facere deberet, ſi pigritando nõ
faciat illum motum, vt ſæpe contingit. ¶ Ex quo apparet, quod dum Medicus euacuare
vult materiã eradicatiue cũ vna medicina eadem ſpecie, per quam euacuauerat mino-
ratiue, melius eſt, quod in additione gradus vel doſis parum & leuiter excedat & parcus C
exſiſtat, quam in doſi, & in gradu ſit multum audax, ne propter audaciam ſuam contin-
gat exceſſus in euacuando, quoniam melius eſt materiam iterato euacuare, quam
ipſam exquiſitiſſime educere. *4. primi 3. cap.* ¶ Euacuat autem materias calidas era-
dicando a remotis partibus electuarium ſucci roſarum, cuius exhibeantur ℥ iij. cum a-
qua lupulorum & violarũ iuxta illud metricum: Arteticã choleram purgat ſuccus ipſe
roſarum. ¶ Materiam vero cholericam & aduſtam euacuare potes dando in potu, vt p̃-
Potio. dictum eſt, *electuarij hamech deſcriptione maiori ℥ ij. electuarii ſucci roſarũ ʒ ij. vel ℥ ß. cum deco-
ctione cyathi vnius folliculi ſenæ.* ¶ Et ſi materiã choleræ commixtam euacuare velis. ℞. *ele-*
Electuarium de dactylis. *ctuarii ſucci roſ. ℥ j. ß. electuarii Indi ℥ ij. miſce & da in potu vt prius.* ¶ Et de domeſticis medi-
cinis & ſecuris eſt electuarium de dactylis, quod a ſapientibus nominatur diaphœnicon, D
de quo exhibeãtur ℥ iij. vel iiij. ß. cum aqua fœniculi, apii vel petroſelini. Hęc de euacuã-
tibus eradicatiue exẽplariter poſita. ſciendũ tñ, quod nullum horũ euacuantiũ debeat
exhiberi, niſi ſecundũ cõditiones ſupra tactas horæ, ſ. electę, & ſecundũ apparitionem
digeſtionis.

Sexta intentio.

Remedia vigoratiua ſenſus tactus. POST prædicta vero iam tempus idoneum eſſe videtur, vt ſenſationem particulæ
patientis vigoremus cum his, quæ opportune adminiſtrari debeant: per quæ habe-
bitur complementum intentionis curatiuæ. ¶ Et primo quidẽ per ſubtractionem
cauſſarum facientiũ nocumenta, vt ſpecierum malæ compoſitionis materialis & malæ
compoſitionalis & ſolutionis continuitatis & aliorum, quorum in ſuperioribus ſatis cõ-
uenienter dogma aſſignatum eſt. ¶ Secundo v. principaliter vigorantur mẽbrorum po- E
tentiæ per reſtaurationem inſtrumentorũ, ex quibus in humano corpore cõſiſtit vigor:
& ſunt ſpiritus vitales, animales & naturales, qui ſunt inſtrumẽta virtutũ, quorum quan-
titas debet eſſe conueniens, & melior eſt ipſorũ quantitas aucta, quã diminuta. Et debet
ẽt eorum ſpirituũ ſubſtãtia ſubtilis eſſe, vt facile & in breuiſſimo tẽpore moueri poſſint
ad omnem differentiam poſitionis. Et iterum debẽt eſſe in ſubſtantia clari, diaphani, ab
omni vapore & ſuperfluitate ſuperflua expurgati. Taliter enim ſuo principio atteſtant
magis, quod eſt vapor ſanguinis tẽperatus, *9. de iuuamentis membrorũ.* Et quia ẽt taliter li-
mitati ſpiritus ſuæ eſſentiæ atteſtantur magis, ꝑpterea quia ſpiritus eſt ſubſtãtia ignea &
aerea in naturam cœleſtiũ corporum vergẽs ex ſubtiliori & laudabiliori humorũ parte
generata, *primo de viribus cordis, 2. c.* ¶ Adhuc ẽt & tertio reſtaurant mẽbrorum potẽtię p F
nutrimentũ quantitatiue & in qualitatib. ſuis bene limitatũ, vt ſit aptũ cõuenientius trã-
mutari in corporis particulas, ex qua trãſmutatione vigoroſę reddunt, quoniã virtus nõ
conſiſtit, niſi in nutrimento, *4. primi, cap. 25. ſ. de medicationib. apoſtematum.* Et iſtis trib. in-
genus ſubueniẽdi virtuti vel potẽtię patiẽti particulę huius viri volo eſſe ſatisfactũ. ¶ Et

primo

A primo quidē ad primū pacqſitionē eius, q̃nūc tactū eſt in quinq; intenſionib. im̄ediate pcedentib. per quas cōuenienter adminiſtratas abſcindi pōt omnis cauſa nocēs & ęgrotare faciēs. Secundę v. cauſæ principali, a qua debilitatur omnis mēbrorū potētia, iterū videtur ſatis mihi cōuenienter eſſe puiſum per ea, quæ ſupra dicta ſunt de conuenienti adminiſtratione ſex rerum non naturaliū, vt ſupra legere potes, ſi placet, propter quod non videt̃ mihi aliquid eſſe hic ſuperaddendum, niſi q̃ deſcribam medicinas quaſdam tam ſimplices quam compoſitas, per quas potentia ſenſitiua membrorum vigoretur.

Cum igitur virtus omnis particulæ patientis ſenſum tactus conuenientē habeat p continuā irradiationem a nucha vel a neruis eius immediate progredientem & a cerebro mediate: ¶ Idcirco deſcribam medicamina quędā primo approbata ad confortan-
B dum cerebrum & ſpiritus eius ſuſtentandū. ¶ Secundo v. nonnulla tangā, q̄ magis neruis totius corporis & nuchæ appropriari poſſunt. Et ordine tertio aliquid tāgam de his, quæ determinatæ particulæ ſenſum tactus vigorare poſſunt & motum eius. Et per hæc quidem ſatis facile poterit ſatisfieri ad tertiū, ſ. ad reſtaurandum ſpiritus animales, qui ſunt ſenſuū & motuū omniū inſtrumenta ad conſeruandū eos, & tuendū ab eis, quę tam intrinſecus q̄ extrinſec⁹ occurrentia poſſunt reddere ſpiritus inconuenīētes ad operationes, & eos conſumere, vt nunc legere potes in ſequentib. Prius tamen præmittenda ſunt quædam, quę videntur nocumentū efficere cerebro & neruis. Cerebro quidē nocumentū efficit cuiuſcunq; rei non naturalis fortis & ſubita applicatio cū potentia ſuæ mediocritatis actiuitatē excedente, ſicut aeris in omni qualitate tam prima q̄ ſecunda
C occurſus ad caput, vt dictum eſt. Et ita in ſumma de cuiuſcunq; rei non naturalis exceſſu dicendū. Nocumentum n. ab aliquo agente in mēbro, quod eſt principium virtutis operationis vel delegationis inſtrumenti, eſt potentiſſima cauſa, vt nocumentū appareat in membro, q̃ habet dependentiam ab alio. Cum ergo nerui dependentiā habeāt a cerebro, in hoc q̃ ſpiritus animalis & virtus motus & ſenſus effundit̃a cerebro ad ipſo, neceſſe eſt, vt quantū exſiſtit nocumentū in cerebro ipſo, tantū, imo maius, manifeſtet̃ in neruis, cum eorum complexio, virtus & operatio pueniant ab eis, tanquā a debilioribus, quam ſit cerebrū. Itaq; de numero eorum, quæ nocent neruis, aliqua ſunt velut de rebus non naturalibus inuenta, vt aer excellentis humiditatis & remollitionis cruris eſt ſubſtantiā neruorum nimis mollem & fluxibilem reddere, ſicut etiam eſt adminiſtra-
D tio ciborum multæ remollitionis, infrigidationis & humectationis. Similiter etiam & de potibus eſt continuatio aquæ frigidæ, propterea quia debilitat digeſtiuam virtutem neruorum, & pprie cum fuerit aqua prius congelata, vnde *tertia tertii, cap. primo, in fine.* Scias quod aqua frigida nocet neruis, propterea quia facit eos deficere a digeſtione humiditatum, quæ ſunt in eis, quare in humorem indigeſtum permutatur. Et idem ſupe-rius dixerat, & potus aquę frigidæ congelatæ etiam nocet neruis. Similiter etiam nocet neruis multitudo potus vini & ebrietas, aut quia promouent multorum vaporum eleuationem ad caput, aut quia vini multitudo & ebrietas ſunt cauſa debilitandi digeſtiuā virtutem, adeo, vt vinū non bene permutetur. Vnde debilitate caloris agentis in ipſum conuertitur in chylum vel in ſanguinem acetoſum, quę eſt cauſa nocumenti in neruis
E propter acetoſitatem, mordicationem & punctionem, quæ ſequitur ab illo, *tertia tertii, vt ſupra.* Et nocet neruis multa ebrietas, & vinum plurimum propter vehementiā mordicationis vini & propter reſolutionem, i. permutationem & infrigidationem cum hoc, id eſt, humor ille, qui nocet neruis, pungendo eos, & ideo cibaria omnia acribus, ponticis & acetoſis ſaporibus condita nocent neruis, & proprie in frequenti vſu. ¶ Adhuc iterum de tertia re non naturali, ſ. motu apparet, q̃ ſuperfluū exercitium & motus omnis tam diſtractiuus quam extenſiuus & attractiuus noceat ei, nam propter nimiam neruorum diſtenſionem a re violenter ipſos extendente elongant̃, & forte ſecundū latitudinē eorū diminuunt̃, ppterea quia nō recipiūt debitā quātitatē ſpirituum, p quos fiant motuū inſtrumenta conueniētia. Et ſimiliter de diſtractione horū dicendū eſt, p
F q̄ intelligitur partium eius de cētro ad circumferentiā elongatio. Similiter & res nimium attrahentes ſunt cauſa nocumenti neruorum, aut quia mouēt eos motu inconuenienti ad aliquam differentiam poſitionis fortius, quam oportet, aut quia propter attractionem fortem mouentur ad eos materiæ ſua multitudine vel quantitate lædentes eos, quare *2. primi, vbi ſupra, prope principium capituli.* Motus vero laborioſi in faciendo ægritudines neruorum introitū habent magnū ſupra illud, q̃ in aliis eſt, ſ. mēbris.

Res nō naturales nocumenti offerentes cerebro & neruis.

Aer.

Potus.

Cur aqua frigida noceat neruis.

Motus & quies.

Ipſa namq; ſunt inſtrumenta motus, laborioſi v. motus ſunt, ſicut extenſio cum fune, & A
Inanitio et repletio. aggrauatio rei grauis, & omne, in quo eſt extenſio, expreſſio & contractio. Amplius immoderata omnis potuũ & ciborũ repletio non ſolũ cerebro, ſed neruis nocet. Aut quia innatũ ipſorũ calorẽ ſuffocando extinguit, aut q̃a replentes materiæ ꝓhibent ſpirituũ & nutrimenti conuenientẽ tranſitũ ad neruos. Aut quia ꝓpter multitudinẽ ſuperfluitatũ cõtingit in neruis, materias ibidẽ ſtantes apoſtemate oppilare. Aut in eis ſolutionẽ cõtinuitatis efficere ſecundũ ſpeciẽ materierũ, q̃ variatur in quantitatib. & qualitatib. earũ. Et ſicut de im̃oderata repletione per cibos & potus dictũ eſt: nõ minus ẽt concedendũ im̃oderata repletionẽ eidẽ eſſe nociuã, ꝓpterea, quia ſuperfluitas & defectus ad eaſdẽ ducunt cauſas. Similiter ẽt de quinta re non naturali idẽ debet eſſe iudiciũ, ſ. ſomno &
Somnus et vigilia. vigilia. Plurimus n. ſomnus remolliendo ꝓpter augmentũ humiditatis nocet neruis, & B ꝓprie ſuper replerionẽ & capiti ẽt non minus efficit nocumentũ: quare *2. primi, doctrina 2. 13. ca.* Somnus multus virtutũ animaliũ obtuſionẽ operatur & capitis grauedinem & ægritudines frigidas, & hoc ꝓpter illud, quod ipſe ex reſolutione prohibet. Sed per rationẽ aduerſam facile deduci poteſt, ꝙ vigiliæ immoderatæ non minus reſoluendo & exſiccando capiti & neruis nocere poſſint, quã ſomnus humectando. Quod v. ſextæ rei
Motus animi. non naturalis inconueniens applicatio ẽt cerebrum & neruos debilitare poſſit, patet intelligenti velocem, fortem & frequentẽ in ſpiritibus & humoribus, qui neceſſarius eſt in ira, furore animi, & ſic de aliis, ſicut etiã vehemens & longa accubatio ſpirituũ & humorũ in profundo cerebri, cũ ſepelitur & coarctatur a multitudine materierũ, eſt cauſa nocumenti cerebri & neruorũ per viã extinctionis innati caloris in eiſdẽ, quare *2. primi, doctrina 2. cap. 14.* vbi ſermo eſt de impreſſionibus paſſionum animalium. Motus v. ad C interiora aut eſt ſubito, ſicut cũ timor adeſt: aut eſt paulatim & leuiter, ſicut cum adeſt triſtitia, & ſuffocatio quædam, & reſolutiones prædictæ non ſequuntur, niſi illud, quod ſubito euenit, diminutio vero & phthiſis vere nunquam ſequuntur, niſi quod leuiter & paulatim euenit. Cum dico diminutionem, intelligo ſuffocationem, quæ ordinatim & paulatim accidit & non ſubito. Et cum dico phthiſin, non intelligo reſolutionem, quæ fit leuiter & paulatim, non ſubito.

De rebus a. aliis prẹter non naturales dictas, quæ capiti & neruis nocumentũ effi-
Cibus an & quomodo noceat cerebro & neruis. ciunt, quædam ſunt, velut cibi, nonnulla v. medicinæ cibales, altera vero cibi medicinales. Et nullus quidem cibus abſolute eidem nocer, niſi per accidens ex parte quantitatis D auctæ & diminutæ. Nullus n. talis in humano corpore operationẽ efficit a qualitate, ſed a materia præciſe reponendo partes corporis ſubſtantiales abſq; receſſu caliditatis alicuius de primis vel de ſecundis. De numero medicinarum cibaliũ quamplurimæ præ-
Quæ medicinæ cibales noceant. dictis nocent, & in ſumma omnes illæ, quæ nimium calefaciendo & infrigidando, humectando, vel exſiccando operantur in eis, & ꝓprie quando alterum horũ, vel omne tale fuerit vehementer & ſubito applicatum & multo vſu. Neq; enim natura patit̃ repẽtinas mutationes, neq; alterationes ſecundum receſſum qualitatũ, & clauditur in ſentẽtia veteris & commentatoris in ſermone: *Secundum multum & repente calefacere, infrigidare, &c.* De rebus a. q̃ ſunt cibi medicinales, idẽ eſt aſſerẽdum iudicium, inquantũ operã-
Qui cibi medicinales. tur a qualitatib. per quas eſſentialiter nocent vltra nocumentũ accidentale, quod indu- E cunt ratione ſuperauctæ repletionis, vt iam dictum eſt. Et ponere quidem omnium horum exempla difficilimum eſſet, verum quia partiale horũ exemplar poſitũ fuit in ſermone de rebus non naturalib. exemplariter loquendo, quædam tangenda ſunt, ſecũdũ ꝙ iam apparet in ſequentib. Igitur capiti, neruis & iũcturis nocet comeſtio taſeæ, i. ferculi facti ex pane cum brodio pingui. Cum n. ſua repletione, euaporatione & viſcoſitate, ad quam ſequit̃ oppilatio, oppilationem facit in nucha & neruis. Et idem erit iudiciũ
Carnes neruis nocentes. de pane cum pinguedine in ſartagine prẹparato vel alio frixionis modo. Carnes v. neruis nocentes ſunt omnes habentes pinguedinem commixtam aquoſitati & viſcoſitatibus multis, velut ſunt carnes fere omnes ſuę natiuitati propinquæ, & caro cuniculi, anatis domeſticæ & iuuenculæ, caro recentis porci, & proprie in domibus nutriti: caro agni F ſuæ natiuitati propinqui. ¶ Similiter etiam de piſcibus idem dicendum eſt. Omnes enim piſces recentes mollificant, ſimiliter & omnes, qui ſunt in aquis lacunalibus & in omnibus itagnis vel paludibus inuenti, in quibus ſunt herbæ paluſtres fœtentes & corruptæ, & multitudo ranarum & animalium aliorum, quæ generantur & viuunt putredine,

A tredine, euitandi ſunt. ſicut etiã cancri in eiſdem aquis inuenti nimia ſua humiditate
remolliunt & relaxant neruos & iuncturas, & caput implent, ſicut ad experientiã poſt
comeſtionem cancrorum percipimus. ¶ Ex plantis v. & vegetabilibus multæ ſunt capi- *Planta.*
ti nociuę, velut caules, quæ multa ſua euaporatione capiti nocent & viſum obtenebrãt,
& bleta etiam ſua humiditate ſuperflua remolliendo, aut ventoſitates multas in capite
& neruis multiplicando nocet eiſdem. ¶ Portulaca etiam ſua nimia humiditate & nu-
trimenti paucitate & paruitate nocet iuncturis omnibus & capiti, ſaltem in frequenti
vſu, licet aduerſetur cholerę potenter. ¶ Eandem ſententiam concedere debemus de-
vegetabilibus & plantis, quæ nocent neruis, capiti, nuchæ & mẽbris omnibus, quæ ſunt
inſtrumenta ſenſus & motus, quæ nocere poſſunt, aut ratione qualitatũ primarum & ſe-
B cundarum, velut nimium incraſſando, oppilando , indurando , ſtypticando: & ſic
de aliis.

Aut quia hoc faciunt penes qualitates primas & ſecundas cũ iuuamẽto operationis
ꝓuenientis a virtute tertia, quæ eſt proprietas, qua aliqua reſpiciunt cerebrũ, nucham
& neruos & nocent eis & ſenſibus interioribus, quorum prædicta ſunt inſtrumenta. &
patet quod hæc omnia non noceant niſi per occultam qualitatem cum his vel illis qua-
litatibus primis vel ſecundis nocitiuam.

De numero ergo talium aliqua inueniuntur toti corpori, cerebro, neruis & lacer-
tis nociua, velut hæc, quæ hic tangent. Quorum primum eſt lens, quæ mala eſt neruis,
licet ſit a pluribus graduantibus poſita æqualis, tamen declinat ad caliditatem & ſiccita-
C tem. ¶ Secundum v. neruis nociuũ eſt cydonium, quod eſt frigidum in primo, & ſiccum
in principio ſecundi, cuius multitudo comeſtionis generat dolorem in neruis, quare
in caſu huius viri euitandum eſt , ne triſtem ſenſationem triſti ſenſationi adiungat.
¶ Tertium eſt lac, quod ſua ſtypticitate & humiditate remolliendo multum malum
eſt neruis & ægritudinibus eorum, & proprie frigidis. ¶ Quartum eſt fungus, cuius
gradus eſt frigiditas in fine tertii, & humiditas in principio eiuſdem, & vſus eius generat
epilepſiam & ſtuporem. ¶ Quintum eſt enula, quæ licet ſit calida & ſicca in primo, ta-
men cõiungitur humiditati ſuperflue, per quam eſt capitis & neruorum repletiua, ideo
facit ſodam, id eſt, magnum dolorem capitis. ¶ Sextum eſt calamentum, quod licet ſit
calidum & ſiccum in tertio, ſua tamen vehementi vaporatione & diſſolutione , quam
D facit in humoribus, virtutem habet faciendi ſodam. ¶ Septimum eſt nux cupreſſi, quæ
licet calida ſit in primo, ſicca in ſecundo, & confortet neruos ratione ſtypticitatis eius,
tamen quia proprietatem habet adurendi ſanguinem, timetur augmentum corruptio-
nis futuræ fieri ab eadem. ¶ Octauum lactuca, quę frigida eſt & humida in ſecundo gra-
du, quæ licet generet ſanguinem laudabilem, tamen ſtupefaciendo nocet neruis, & ꝓ-
prie lactuca ad nigredinem declinans, & ſylueſtris etiam, cuius virtus aſſimilatur virtu-
ti papaueris nigri, quod ſtupefactiuum eſt, ex quo fit opium. ¶ Nonum prædictis noci
tiuum eſt feſire: eſt vitis alba, quę licet calida ſit & ſicca in tertio gradu, proprietatem ta- *Feſiré quid.*
men habet faciendi accidere permixtionem in ratione. ¶ Decimum eſt crocus calidũ
in ſecundo, & ſiccum in primo, facit ſodam, nocet capiti & obtenebrat ſenſus. ¶ Vn-
E decimum eſt fœnugræcum calidum in fine primi & ſiccum in eo, & ſi comeditur, gene-
ratur ex eo humor malus & facit ſodam, & proprie cum muri, id eſt, ſalaminis. ¶ Duo-
decimum eſt coriandrum frigidum in fine primi & ſiccum in eo, & multitudo eius hu-
midi & ſicci permiſcet ſenſum & facit ſomnia, & multitudo ſucci eius vel aquæ eſt in-
terficiens cum infrigidatione. ¶ Tertiumdecimum ſunt fabæ, quæ in complexione
ſua declinant ad frigiditatem, & ſiccitatem cum humiditate ſuperflua & faciunt videre
prima ſomnia mala cum alienatione perturbata. Quartumdecimum cæpę ſunt calidæ
in tertio cũ humiditate ſupflua, & faciũt ſodam & ſuberh, & nocent intellectui. ¶ Quin-
tumdecimũ eſt amomum, calidum & ſiccum in ſecundo, grauat caput, facit ſodam , &
eſt de inebriantibus & dormire facientibus. ¶ Sextumdecimũ eſt ſolatrum frigidum in
F primo & ſiccum in ſecundo, ſtupefacit & ſodã facit. ¶ Septimumdecimũ eſt acetoſitas
citri, frigida & ſicca in ſecundo gradu, & nociua neruis. Octauũdecimũ eſt caſtoreũ, in
cuius medio inuenitur gumoſitas, neruis eſt mala, & vehementer mordicat eas, licet ca-
lidũ ſit in quarto & ſiccũ in ſecundo. ¶ Nonũdecimũ eſt alliũ, quod ratione euaporationis &
fumoſitatis multę neruos implet & caput, & facit ſodã, licet ſit calid. & ſic. in tertio gradu.

¶ Vigeſimum eſt caro coturnicis, ex cuius comeſtione timetur ſpaſmus & tetanus, quo- A
Cuſſu. niam ſubſtantiæ earum vel carni eius ineſt hæc virtus. ¶ Vigeſimumprimum eſt cuſſus:
& eſt ſpecies hederæ, quæ licet calida ſit & ſicca, nocet tamen neruis. ¶ Vigeſimumſecũ-
dum ſunt phaſeoli, quorum complexio declinat ad caliditatem cum humiditate ſuper-
flua, licet ſubſtantia ſint ſicci, ſ. quod complexio eorum penes paſſiuas qualitates decli-
nat ad ſiccitatem potentialem & generat humorem phlegmaticum multæ humidita-
tis, faciunt videre ſomnia mala & implent caput & neruos. Hæc quidem omnia ſimpli-
cia poſita ſunt hic, vt in regimine huius viri & conſimilium tam per intentiones ciba-
les, quam medicinales omnium horum vitetur vſus, & maxime niſi confrangantur cũ
his, quæ cerebro & capiti, neruis & nuchæ, & inſtrumentis ſenſus & motus iuuare poſ-
ſunt, de quibus ſtatim aliqua diſcurrentur. Neq; etiam mirari debet aliquis, quia dato, B
quod diſpoſitio huius viri ſit nocumentum corruptionis in ſenſu tactus, vt ſupra viſum
eſt, & maxime eueniens membris ſenſus cruris eius, tamen quia difficile eſt imaginari,
quod nocumentum aliquod tam in capite, quam in cerebro vel nucha contingat, quin
ipſum communicetur membris habentibus ortum & dependentiam a cerebro &
a nucha, mediantibus ſpiritibus animalibus, & virtute ſenſus & motus, quæ prouenit
a cerebro & a nucha & membris illis: Ideo ſatis facile eſſet cõcedere, quod omne no-
cumentum notabile cerebro & nuchæ contingens etiam neruis ſenſus & motus in to-
to exſiſtentibus communicari poſſit. Propter hoc tacta ſunt prædicta, & non niſi cum
difficultate ab auctoribus hincinde collecta.

Ad quorum prædictorum nocumentum euitandum ſcribantur hic nonnulla, quæ C
Auxilia capiti, cerebro & ſpinali medullæ vtilia. tam merito æqualitatum primarum & ſecundarum, quam operationis prouenientis a
virtute tertia poſſunt cerebro, capiti, ſpinali medullæ & neruis eſſe vtilia. ¶ Quorum
primum eſt xyloaloes, quod eſt calidum & ſiccum in ſecundo, & cõfortat neruos, vt pa-
tet ex Auic. *in ſuo cap. in areola iuncturarum*, confert cerebro & confortat ſenſus, vt patet
Simplicia. *ibidem in areola membrorum capitis.* ¶ Secundum eſt iris, quæ calida eſt & ſicca in fine ter-
tii. Cuius oleum bibitum remouet laxitudinem, vt patet ex Auic. *in areola iuncturarum*, &
decoctio eius remouet tremorem, *ibidem in areola capitis.* ¶ Tertiũ eſt zinzib. calidum in
fine tertii & ſiccum in ſecundo: confert capiti eo, quia augmentum efficit in conſerua-
tione, i. in memoratiua potentia. ¶ Quartum eſt granum pini maioris in actiuis fere tẽ-
peratũ cum augmento humiditatis: confert mollificationi & debilitati corporis com- D
eſtum & exſiccat humiditatem corruptam. ¶ Quintum eſt andachochia calida & ſicca
in medio ſecundi: neruis confert ipſa & obiectum eius, vt *2. tertii, primo cap.* colligen-
dum. ¶ Sextum caro gallinæ iuuenculę, cuius vſus in intellectu efficit augmentum.
¶ Septimum eſt caro ericii terreni, & proprie ſalita, quę confert ſpaſmo, paralyſi, ęgri-
tudinibus neruorum & elephantiaſi. ¶ Octauum eſt centaurea, & proprię minor, calida
& ſicca in tertio: confert attritioni & ſaniei lacertorum & doloribus & contuſionibus
neruorum. ¶ Nonum eſt cordumeni (eſt caruus agreſtus) calid. & ſic. in tertio, & con-
fert ægritudinibus neruorum, contuſioni lacertorum & neruorum. ¶ Decimum eſt
pyrethrum calidum & ſiccum in tertio, prohibet mollificationem & ſtuporem neruo-
rum & alcuzem. ¶ Vndecimum eſt ambra, quæ confert cerebro & ſenſibus omnibus: & E
eſt calida & ſicca in ſecundo. ¶ Duodecimum eſt roſa, frigida in primo & ſicca in prin-
cipio ſecundi, & in toto eius eſt confortatio membrorũ neruoſorũ. ¶ Tertiũdecimũ eſt
aloe, quę habet acuti rationẽ, & eſt calida in tertio & ſicca in primo. ¶ Quartumdecimũ
eſt rubea tinctorum: confert nocumento in vtriſq; lateribus & in ſenſu, & eſt calida &
ſicca in tertio gradu. ¶ Quintũdecimũ eſt ſquinantũ, calidũ & ſiccũ in ſecũdo & remo-
uet laxitudinẽ. ¶ Sextũdecimũ eſt ſtyrax vtraq;, calida in primo & ſicca in ſecũdo, & per
miſcet cũ medicinis laxatiuis. ¶ Septimũdecimũ eſt ſumach, ex cuiꝰ decoctione embro
cantur nerui contorſionẽ habentes, licet ſit frig. in ſecũdo & ſic. in tertio ¶ Octauũde-
cimũ eſt vſnen, frigidũ in primo, declinans ad aliquã ſiccitatẽ, & cadit in medicinis laxi-
tudinis. ¶ Nonũdecimũ eſt ſtœchas, cal. in primo & ſic. in tertio, de qua dicit, ꝙ oporteat F
aſſidue ea vti habentẽ ægritudines neruorũ, & ꝓprie frigidas. ¶ XX. eſt vchuẽ, cal. in ter-
tio & ſic. in ſecundo, cuius decoctio confert cõtorſioni, imo & paralyſi & aliis, calidũ eſt
in medio primi, & humidum in fine eius, quod bonum eſt neruis calefactis, & fit ex eo
emplaſtrum craſſitiei neruorum. ¶ XXI. eſt viſcus, calidus in primo cum humiditate
ſuperflua:

A ſuperflua: & eſt lenitiuus iuncturarũ. ¶ XXII. eſt chamomilla, q̃ confortat membra o-
mnia neruoſa & cõfert laxitudini plus quã alia, quia caliditas eius eſt ſimilis caliditati a-
nimalis, licet ſit cal. & ſic. in primo, ſupple non multũ eleuata. ¶ XXIII. eſt vrina, cuius ſ.
complexio varia aſſignari debet ſecundũ varietatẽ complexionum & regiminũ, in ſum-
ma tamen reſpectu aliarũ aquoſitatũ calid. eſt & ſic. & confert doloribus neruoſis & ſpa-
ſmo neruorum & tenſioni eorum. ¶ XXIV. eſt bitumen Iudaicum cal. & ſic. in tertio &
bene confortat membra. ¶ XXV. eſt capparis, cal. eſt & ſic. in ſecundo, cuius decoctio-
ne vel ſucco clyſtere factum confert paralyſi, ſtupori & attritioni contingenti in capiti-
bus lacertorum & in medio eorum.

Et diligenter eſt hic attendendum, quod medicinæ iſtæ conferentes neruis ſecũ- *Cur vſurpentur medicinæ calidæ, cũ ægritudo ſit cõplexio calida.*
B dum plurimũ calidæ complexionis ſint & ſiccæ. Et quantum ex parte huius diſpoſitio-
nis, quæ deberet fieri per applicationem frigidorum & humidorum, eo quia ægritudo
iſta eſt mala complexio materialis calida & ſicca. Verum medicinæ iſtæ calidæ & ſiccę
neruoſę hic poſitę fuerunt pluribus ex cauſis. Et primo, quoniã cuiuſcunq; mẽbri ęgro-
tantis curatio fieri debet per medicationem ſumtam a complexione & a ſubſtantia par-
ticulæ patientis. Cum ergo inſtrumenta ſenſuum omnia in ſua complexione declinent
ad frigiditatem: ideo indicando a ſubſtantia partis conueniunt calida & ſicca. Calida
quidem non ſimplicia & potentia, ſed bene corrigenda cum medicinis, quæ per tertiã
proprietatẽ confortãt neruos, & ſunt frigidæ & ſiccæ, aut frigidæ & humidæ, quarũ ali-
quæ ſtatim ante poſitæ fuerunt. Etiam hæ medicinæ neruoſæ calidę videntur conueni-
C re ꝑpter ꝓmptitudinẽ lapſus neruorum ad frigiditatem magis, quam ad caliditatem, vt
apparet de ægritudinibus neruis euenientibus. conueniunt a. medicinæ neruoſæ ſicci-
tatem habentes ẽt nõ valde eleuatã ad hoc, vt conſeruetur ſubſtantia neruorũ, q̃ ſicci-
tate viget, q̃ fit per applicationẽ ſiccorũ, quoniã calido valde ſ. membro calidum valde
confert inſtrumentũ, & ſicco valde ſiccũ valde, vt *tertio techni.* colligitur a Gal. dictũ, &
proprie quando intentio eſt ad conſeruationẽ ſubſtantiæ particulæ patientis vel ſanati-
uæ. ¶ Tertia v. cauſa, ꝑpter q̃ medicinæ hæ cal. & ſic. poſitæ fuerunt, fuit, quoniã exiſti-
mat͛ de eis, q̃ magis conferant per tertiã ꝓprietatẽ, a qua ꝓducitur effectus per qualita-
tes primas & ſecundas ꝓprietatem occultam proueniens magis, q̃ ipſæ conferant per
qualitates primas, per quas argumento ſumto a lapſu in membris inuento eſſent nociuę
D magis tales medicinæ cal. & ſic. Quarta cauſa fuit, vt quia raro inueniunt͛ medicinæ ner-
uoſæ frigidæ & humidæ ab auctorib. aſſignatæ, niſi paucæ, de quibus viſum eſt. Et ideo
vt talium ad inuicẽ poſſet fieri cõmixtio & calidarum & ſiccarum ad frigidas & humidas
talis fieret ex parte doſis partitio, vt refrangerentur inuicem in qualitatib. ſuis refracti-
one faciẽte dominari in toto compoſito frigiditatem & humiditatem, aut frigiditatem
& ſiccitatem ſecundum deſiderium viri bene exercitati: quæ tu conſidera.

Quibus omnibus iam ita in veritate deductis, non videt͛ mihi aliquid addendum
eſſe, niſi quod deſiderabam compoſita quędam interius adminiſtranda, quæ cerebri, e-
patis & membrorũ interiorũ vigoratiua ſunt, vt in eis non generetur, neq; congregari
poſſit materia huius lapſus augmentatiua. ¶ Secundo v. deſcribentur localia quædam
E prohibentia materierum fluentium receptionem in membrum, quę partibus circum-
ferentialibus particulæ patientis applicanda ſunt. ¶ Et tertio deſcribentur compoſita
quædam huius triſtis ſenſationis a membro remotiua.

Pro cõplemento itaq; primi ſermonis de numero iſtarũ deſcribant͛ cõpoſita tria *Vigorantia & prohibentia congeſtionem materierum interna.*
vigorantia & ꝓhibentia congeſtionẽ materierum catarrhizantiũ in eo, & ꝓprie ſi con-
tingit eas alternis vicib. ad inferiora membra deſcendere, & magis erunt appropriata
materiebus mixtionẽ habentibus ex cholera & phlegmate, propter quam mixtionem
redduntur ſalſæ. ¶ Primum itaq; compoſitum eſt iſtud. ℞. *ſeminum communium. ſ. quatuor* *Electuarium.*
frigidorum ℥ j. *ſem. endiuiæ, cuſcutæ, cichoreæ, acetoſæ & ſcariolæ an.* ʒ. ij. *roſarum* ℥ iij. *ſpodii* ʒ. j. ß.
macis ʒ v. *ſachari al.* ℥ v. *miuæ cydoniorum & ſyrupi de myrto an.* ℥ iiij. *ſyrupi inutcem cum ſaccharo*
F *coquantur vſq; ad aliquantam ſpiſſitudinem, demum cum infrigidati fuerint, ſuperaddantur ſpeci-*
es diutiſſime conterendo in mortario vſq; ad bonam glutinoſitatem, & in fine addantur ligni aloes ℈
j. *ambræ electæ* ℈ ij. *& fiat electuarium.* Vide quam diligenter ipſum aduerſetur materie-
bus, & proprie in caliditate dominantibus. ¶ Secundum vero compoſitum parumper
frigidius illo eſt. ℞. *maſticis electæ* ℥ iij. *violarũ. florum nenuph. roſarum an.* ℥ j. ß. *ſandalorum al-* *Aliud.*

borum ℈ *ij.macis* ʒ *iij.ligni aloes* ℈ *ij.florum hypericonis,ſtœchados,acori ana* ʒ j. ß *.ſyrupi roſati* ℥ A
iiij.ſyrupi compoſiti acetoſi ℥ *ij.ſacchari al.* ℥ *v.fiat electuarium,vt prius,in cuius fine ſecum incorpo-*
rentur moſchi ℈ *.v.* Primũ v. magis reſpicit epar, vt ex virtute ſimplicium hincinde legen-
do colligere potes. ¶ Tertium compoſitum, quod quidem materiebus in capite & in
Aliud. epate ſimul poſitis notabilem habet aſpectum, eſt hoc. ℞. *ſpecierum electuarii de ligno aloes*
deſcriptione Auic.5.can.ſumma prima, rubrica illa, electuarium de xyloaloe noſtrum, ℥ ß. *ſpecierũ*
aromatici roſati deſcriptione Gabrielis in antidot. Meſuæ diſtinctione prima ʒ *v.maſticis,cyperi an.*
ʒ j. *macis* ʒ *ij.ligni aloes* ℈ ß. *miuæ cydoniorum ſine ſpeciebus lib.* ß. *ſacchari al.* ℥ *iiij.fiat electuarium.*
¶ Modus autem vſus horum eſt talis, quod in ſero per duas horas poſt cibum ex eiſdem
accipiat ad quantitatem ʒ iii. deglutiendo abſq; alio potu. Et ſi potus magna neceſſitas
inſtaret, bibatur medius cyathus vini, cuius altera medietas ſit aqua cum modico ſa- B
chari. ¶ Compoſita vero ab auctoribus ad hanc diſpoſitionem appropriata pauca aut
nulla inueniuntur ab eis poſita, propterea quia hæc diſpoſitio ab euentu ægritudinum
conſuetarum eſt peregrina multum, vt ſupra viſum eſt. Adhuc etiam quia ægritudines,
quas reperiri contingit, nocumentum corruptionis efficientes in neruis, vt plurimum
ſunt calidæ dominanter. Medicinæ autem cerebrum, neruos, nucham & ſenſus cõfor-
tantes vt plurimum etiam ſunt calidæ, quare in iſto caſu nunquam ſine nocumento ap-
plicari poſſent. Si quæ tamen ab auctoribus poſitæ ad hoc cap. conferre poſſunt, eſſent
ſicut roſata nouella, & proprie deſcripta a Nicolao *in antidotario*, dãdo ipſam cum aqua
hordei vel decoctionis maſticis. ¶ Secundum eſſet & fortius infrigidatiuum confe-
ctio trium ſandalorum ibidem repleta, & proprie data cum decoctione macis. ¶ Ter- C
tium etiã trociſci de roſa, aut trociſ. de ſpodio, aut trociſ. de berberis & de ribes cum a-
liqua prædictarum decoctionum dati hora iam prædicta.

Vt autem ſatisfiat ſecundo inſtrumento iam præmiſſo, deſcribam hic quinq; cõ-
Localia prohibentia materierũ fluẽtium receptionem in mẽbrũ. Epithema. poſitas materias ad quodcunq; membrum fluentes repellere ſufficiẽtia. Primum itaq;
velut epithema eſt hoc. ♃. *ſucci granatorum.ſucci agreſtæ, ſiue tales ſint recentes, ſiue diu conſer-*
uati, omnium an. ℥ *iij.terræ ſigillatæ* ℥ j. *boli armeni* ℥ *ij.acatiæ, hypocyſtidos an.* ʒ *iij.farinæ volatilis*
molendini, & proprie quæ ſit milii, ℥ *iiij.vel iij.terantur ſimul omnia optima contritione & intingã-*
tur in eo coxa a genu excluſiue vſq; prope inguina per tres digitos tranſuerſales excluſiue. ¶ Secun-
Aliud. dum vero compoſitum ad hanc intentionem appropriatum eſt iſtud. ♃. *ſucci ſolatri, ſuc-*
ci plantaginis, ſucci virgæ paſtoris an. ℥ *v.ſanguinis draconis, ſandaracæ, thuris, colophoniæ ana* ℥ j. D
terantur ſimul diu in mortario plumbeo cum ſuo piſtillo, & intingatur in eo pannus prius in aceto
infuſus & expreſſus, applicetur vt prædictum eſt. ¶ Tertium compoſitum & eſt linimentum
Vnguentũ. Dibich glandium. glutinoſum & fortius prædictis eſt hoc. ℞. *glutinis piſciũ vel chartæ diſſoluti cum aceto* ℥ *ij.di-*
hich glandium (eſt viſcus quercinus) ℥ j. ß. *colophoniæ* ℥ *ij.maſticis* ℥ ß. *coral.rub.oſſium dactylorum*
combuſtorum an ℥ j. *olei roſ.lib.* ß. *ceræ* ʒ *ij.coquatur cera cum oleo ſufficienti coctione & incorporen-*
tur inuicẽ cũ glutine, & cum infrigidari ceperint, adiungantur alia & fiat vnguentum, quod exten-
Aliud. *datur ſuper alutã, id eſt, corio, & ſuperponatur prædictis partibus.* ¶ Quartum compoſitum eſt
iterum vnguentum hoc. ℞. *olei de myrto, olei de maſtice & de roſ.an.* ℥ j. *mumiæ, hæmatitis, ſan-*
guinis draconis, acatiæ, corallorum combuſtorum, ſpodii an. ʒ *.iij.ceræ quantum ſufficit, fiat vnguen-*
tum molle, demum bulliat cum ℔. ß. *ſucci plantaginis vſq; ad ipſius ſucci conſumtionem.* ¶ Vltimũ E
Ceratum. ceratum ad hanc intentionem eſt iſtud. ♃. *reſinæ electæ* ℥ *iiij.coriandri præparati cum aceto* ℥
ij.vtriuſq; conſolidæ an. ℥ ß. *pulueris fuliginis furni* ℥ *ij.colophoniæ* ℥ *iij.olei omphacini lib.* ß. *ceræ* ʒ
iiij.fiat ceratum, demum bulliat in ℥ *iiij. aceti nigri fortiſſimi vſq; ad ipſius aceti conſumtionem, de*
hoc itaq; cerato extendatur ſuper corio & inuoluatur vndique crus ſuum in locis iam prædictis, &
ſemper ibidem adhærens permaneat. Et attende quarto, quod vtrunq; quatuor remedio-
rum, quæ poſita ſunt ante ipſum, poſſet etiam particulæ patienti, & proprie cum ſignis
maxime caliditatis. & hoc etiam vltimum ibidem vtile eſſet, & proprie quando ab eo
excluderetur acetum: & tu conſidera.

Remouentia tristẽ ſenſationẽ a mẽbro. Iã a. reſtare videt̃, vt ſcribã cõpoſita quędã, q̃ a patiente particula dolorẽ auferre poſ-
ſunt. Et licet nõnulla ad hãc intentionẽ ſuperius poſita fuerint inſtrumẽta, in intẽtione F
curationis prima & inſtrumẽto tertio eiuſdẽ, tamẽ pter illa deſcribã hic inſtrumẽta qn-
que qb. alias dolorẽ oẽm, imo quantũcũq; acutiſſimũ a parte omni remouere ſoleo. Et
horũ qnq; tria ſunt dolorẽ ſedãtia p viã reſolutionis anodynitatis, duo v. ſunt abſcin-

dentia

A dentia dolorem ex ipſius ſc. reſolutione & anodynitate cum aliqua ſtupefactione, quæ omnino tamen ſecura eſt, cum ſit conuenienter refracta. De tribus autem illis primum eſt hoc: *℞. olei de aneto, olei de chamomilla an. ℥ j. fæcis olei liliorum alb. ℥ ij. pinguedinis anatis ℥ ij. croci ʒ ß. amyli de hordeo ℥ x. vitellos oui numero ij. terantur omnia in mortario longa & ſubtili contritione, & de hoc medicamine membrum inuoluatur cum panno linito hoc medicamine conuenienter.* ¶ Secundum principale, in quo cum reſolutione intentio leniendi & auferendi duritiem & aſperitatem a membro eſt. *℞. farinæ milii, farinæ ſiliginis an. ℥ ij. vitellos oui numero quatuor, croci ʒ ij. terantur ſimul in mortario diutiſſime: deinde bulliant lento igne in ℥ v. lactis vaccini vſq; ad conſumtionem lactis illius.* ¶ Tertium compoſitum eſt hoc. *℞. ſapæ lib. j. medullæ crurium bouis ℥ ij. ß. ſæui caſtrati iuuenis ℥ iij. croci ʒ j. ß. farinæ amyli ℥ j. meliloti,*
B *chamomillæ, ſemin. aneti an. ʒ j. ß. florum hypericonis, florum bugloſſæ an. ʒ ij. terantur omnia diutiſſime in mortario, & cum hoc emplaſtretur locus bene calefacto.* ¶ Quartum compoſitum eſt medicamen iſtud. *℞. pulueris hypericonis, florum violarum citrinarum, chamomillæ an. ʒ ij. abſinthii ʒ iij. farinæ amyli ℥ ß. olei de croco ℥ j. olei de chamomilla ℥ ij. ß. ceræ alb. ʒ vj. reſinæ pini diſſolutæ cum modico aceti ℥ j. incorporentur omnia inſimul: deinde in fine bulliant cum ℥ iij. ſapæ, vſque ad conſumtionem ſucci, & tunc ſuperaddantur eis pulueris corticum mandragoræ ʒ x. de hoc ergo membrum mediocriter calefacto emplaſtretur.* ¶ Vltimum vero & fortius illis eſt hoc. *℞. cerati ſimplicis de mucilaginibus ℥ j. ß. vnguenti dialthææ ℥ iij. hyſſopi humidæ ℥ ij. olei de ſiſamo, olei amygdalarum dulc. & de chamomilla an. ℥ j. ſapæ ℥ ij. medullæ vitulorum ℥ ij ß. opii ʒ j. fiat vnguentum & adminiſtretur mediocriter calidum ſuper parte, & aufert potenter triſtem ſenſatio-*
C *nem.* Hæc ſunt, quæ mihi in ſumma ad hanc triſtem ſenſationem auferendam viſa fuerunt vtiliora. Tu autem celeberrime Domine Doctor hæc diminue & permuta, & ipſis ſuperadde ſecundum amplitudinem ſapientiæ tuæ, & profunditatem acutiſſimę ſcientiæ tuæ. Neq; enim hæc ſcripſi, vt te informarem & docerem, ſed ſolum, vt a me acciperes, quantum mihi ingenium meum condonare potuit: in quantum ego conſideratione mea a floribus refertiſſimi euganii ſtudii colligere potui. De quibus omnibus immortales ago gratias ei, qui mihi condonauit hæc ita mediocriter intelligere, qui viuit perpetue & per ſecula benedictus. Amen.

Linimentũ. — *Aliud.* — *Emplaſtrũ.* — *Aliud.* — *Vnguentum.*

CONSILIVM CCLXI. *De dolore in genu ex vulnere facto cum lancea vel enſe, & de tumore & duritie eiuſdem propter malam complexionem humidam accidentalem. Diuiditur au-*
D *tem conſilium in duo capita.*

CAP. I. *De diſpoſitione ipſa & cauſſis eius.*

DOLOR in genu, quo moleſtatur vir commendabilis &c. contingit in ipſo propter vulnus factum ei ex lancea vel enſe, quæ penetrauerunt ad profundum oſſium componentiũ genu, q̃ ſunt duorum focilium tibiæ ſuperiores extremitates, & inferior extremitas oſſis coxæ cum ſuo tanquam vmbone vel defendiculo in inferiori parte genu poſito, quod nominatur rotula. ¶ Nec mirum eſt, ſi talis dolor accidere poſſit, quoniam ſolutio continuitatis in membris ſenſibilibus eſt ſufficiẽs & immediata cauſſa doloris cum mala complexione notabiliter intenſa, & proprie calida q̃ inuenta & conſecuta fuit in genu, maxime propter apoſtema, ꝙ ibidem cõſecutum fuit, vel tardi-
E tate petitionis auxilii, vel negligentia curationis, ſiue propter ſæuitatem vulnerum, quæ conſeq.tur ex parte loci. Loca n. patientia nõ raro, imo frequentiſſime ſunt cauſſa ſpaſmi & malæ terminationis ægritudinum in eis, & proprie ſicut locus iſte, in quo cum accidit vulnus, magnificatur eius tumor & euentus ſpaſmi, ſicut etiam in loco cubiti, & ſimiliter in loco iuncturarum, vt pulcre legendum eſt *quarta quarti, tract. primo, & capit. ſecundo,* cuius exordium eſt: *Membra, in quibus cum venerit vulnus, magnificatur ibidem tumor.* ¶ Verum cum principalis & prima cauſſa ægritudinis genu iſtius viri iam ſit ſecurata: quoniam vulnus eius ſanatum eſt, vt ſenſus oſtendit: oportet inueſtigare in viro iſto primo quidem cauſſam doloris, qui remanſit in genu eius, ſecundo vero, quare magis reman-
F ſerit dolor in parte contraria parti, quæ vulnerata fuit, quam in parte vulnerata. Ex quorum fundamento ſpeculanti poterit apparere ingenium curationis doloris, qui remanſit in genu ſuo. ¶ Et ſi quidem gratia primi dicendum, quod dolor, qui remanſit in genu ipſius ſit propter debilitatem digeſtiuæ & vitalis virtutis illius membri. Cum enim genu ſit membrum vitali virtute & naturali debile ſatis, eo, quia notabiliter elongatum

Cauſſa doloris, qui remanſit in genu.

eſt a corde & ab epate deferentes eas arteriæ & venæ exiguæ ſunt & tenues. non eſt mi- A
rum, ſi mala complexio frigida, quæ fixa remanſit in genu ſuo, ſit cauſſa generationis
malæ complexionis fluctis ſubito alterantis, & ſint immediata doloris cauſſa: neq; enim
aliqua mala complexio fixa aut paulatim alterans eſt immediata cauſſa doloris, vt patet
ſecunda primi, cap. de cauſſis vniuſcuiuſq; doloris. ¶ Quod vero propter malam complexio-
nem, quæ eſt cauſſa generationis & congregationis materierum in membris ſenſibilibus
genu accidere poſſit dolor in eo propter ſolutionem continuitatis, manifeſtum eſt. Ma-
teriæ enim tales infuſæ villis neruorum ſenſibilium, qui ramificantur a muſculis focilis
coxæ, implent & tumefaciunt prædictos villos. Vnde in eis efficiunt extenſionem, quæ
eſt ſpecies ſolutionis continuitatis: quare in genu iſtius viri diu perſeuerauiſſe dolorem,
demonſtrare ſatis eſt facile, cum hic concurrant duæ doloris cauſſæ, ſcil. mala comple- B
Obiectio. xio & ſolutio continuitatis iam declaratæ. ¶ Contra, quia hic non videtur aliqua ſpe-
cies malę complexionis aſſignari poſſe: ergo opinio falſa. conſequentia notiſſima eſt in-
telligenti, & antecedens arguitur, quia talis mala complexio, aut eſſet calida, aut frigi-
da, humida vel ſicca, ſimplex vel compoſita. Si prima vel altera: ergo tactui perceptibi-
lis ſub ſpecie caliditatis, frigiditatis, vel humiditatis aut ſiccitatis organo tactus perce-
ptarum, quod repugnat experientiæ: quia membrum iſtud ſenſu tactus non percipi-
tur excellenter calidum, frigidum, humidum, neq; ſiccum. Et probatur conſequentia,
quia nulla regula verior eſt in iudicando de excellentiis qualitatum ſenſibilium, quã illa
quæ ſumitur ex ſenſu tactus, vt patet 2. *complexionum, cap. 3.* quare colligendo in genu hu-
ius viri non apparet aliqua ſpecies malę complexionis, quę poſſit eſſe doloris in eo cauſ- C
Alia obiectio. ſa, vt ſatis pulcre argutum eſt. ¶ Et contra ſecundum principale, ſc. quod in genu iſtius
viri non ſit aliqua ſolutio continuitatis, arguitur, quia neq; eſt ibi ſolutio continuitatis in
oſſe, neq; in cute, neq; in neruo, neq; in cartilaginibus, carne, lacerto vel neruis, vel venis
vel arteriis, & ſic de aliis: ergo nulla. antecedẽs negatiuum apparet ad ſenſum, quare, &c.
Solutio ¶ Ad hæc duo dubia reſpondendum eſt, & ad primum dicendum, quod ibi ſit mala
complexio frigida & ſicca poſitiue, quæ prohibet membrum a debita ſui nutricatione:
vnde ibidem congregantur materiæ per viam indigeſtionis, quæ tumefaciunt membrũ.
vnde genu illud in ſui magnitudine comparatũ ad illud extenſum eſt magis. Quod ibi-
dem ſit ſiccitas poſitiua, manifeſte apparet propter duritiem, quæ ſenſu tactus reperitur
in neruis & ligamentis illius partis, quæ eſt cauſſa prohibens membrum a debita exten- D
ſione & flexione eius & motione ad differentias poſitionis neceſſarias. ¶ Ex quo funda-
mento apparet, quod ibi aſſignata ſit ſpecies ſolutionis continuitatis, quę contractiua di-
citur: ſicut enim membrum remouetur a debita vnitate eius, propterea, quia partes eius
diſtrahuntur immoderate de centro ad circumferentiam, ita econuerſo membrũ a ſua
debita cõtinuitate remoueretur propter partes eius immoderate diſtrahi de circumfe-
rentia ad centrũ, propter quod ad motiua facta patet reſponſio. ¶ Ad primum enim di-
citur, quod ibi ſit ſpecies malæ cõplexionis frigidę. Et ad probationẽ dicitur, ꝙ ipſa pci-
piatur ſenſu tactus, licet remiſſe pcipiatur, ſicut q̃libet ſpecies malæ cõplexionis frigidæ
imprimit debilius, q̃ calida, ita remiſſius percipitur a potentia tactiua, quam calida, ꝑpter
ꝙ regula tactus eſt vera in iudicando de excellentiis qualitatũ ſenſibilium, licet non qua- E
Quare poſt ſolutionem vnitatis conſolidatam remanſat dolor in parte contraria parti, quæ vulnerata fuit. liter ſemper verificet de ſenſatione obiecti calefaciendo & infrigidando percepti. Et ad
ſecundũ principale motiuũ apparet ſolutio dicendo, ꝙ in genu hui⁹ viri ſit ſolutio cõti-
nuitatis contractiua iam dicta. Ad ſecundum vero principale dubiũ, quod difficilius eſt,
dicendum dupliciter, vt propoſito pertinet. Et primo quidem, quod quandoque acci-
dat vulnus in aliqua parte notabiliter ſenſibili, in qua tamen poſt conſolidationem, non
remaneat dolor, quia, quando partes, quæ fuerunt ſeparatæ, inciduntur & conſolidãtur,
ſi ſectio in eis facta fuerit totalis, poſtquam facta eſt conſolidatio, non remanet in neruis
via tranſitus ſpirituum ſenſibilium, quoniam in eis non eſt facta conſolidatio per viam
Rosbot. primæ intentionis: ſed fuerunt conglutinata per quandam humiditatem, quæ rosbot
nominatur, quæ in duritiem conuerſa remanſit non poroſa: vnde non eſt ibi via tranſi- F
tus ſpiritus, poſtquam cicatrizata eſt: propter quam cauſſam etiam in cicatrice non na-
ſcitur pilus propter prohibitionem tranſitus materiei, quæ debet eſſe cauſſa continuæ
renouationis pilorum. In ſumma igitur in talibus vulneratis membris frequenter non
apparet dolor poſt eorum conſolidationem propter priuationem tranſitus ſpiritus ani-
malis, qui eſt inſtrumentum ſenſus.

Secundo

A Secundo vero principaliter hęc dubitatio ſolui poteſt: quia, quando membra aliqua vulnerata & cõſolidata fuerunt, vel propter apoſtema, vel propter violentiam operationis medicinarum exſiccantium, frequenter remanent indurata & cõtracta vel in ſpaſmato eſſe ita, ꝙ non ſunt membra ſufficientia ad exeũdum in ſenſationem propter ſpaſmum, qui remanſit in eis: pars vero contraria, in qua non remanſit durities, neq; ſpaſmus, parata eſt ſentire impreſſionẽ obiecti triſte imprimentis: ſiue ſit mala complexio, ſiue ſolutio continuitatis. Vnde ex his apparet ſolutio ad ſecundam dubitationem.

Ex quibus omnibus conſideranti apparet, quod diſpoſitio genu huius commendabilis viri ſit mala complexio humida accidentalis illius. ¶ Apparet ſecundo, quod accidẽtia huius diſpoſitionis principaliter ſint tria. Primum durities in prędicto membro.
B Secundum tumor in eodem. Et tertium dolor in parte contraria parti vulneratę: vnde apparet, quod oporteat ſollicitum eſſe virum iſtum in curatione ſuę diſpoſitionis, ne cõtinue augmẽtata duritie tranſeat ad azaema: (eſt prohibitio progreſſiui motus) cuius curam ponemus, vt nunc ſequitur. *Azaema quid.*

Cap. II. *De cura tam per res non naturales, quam per medicinalia.*

Regatur itaq; vir iſte regimine ex parte ciborũ & potuũ calefactiuo & humectatiuo generatiuo ſanguinis pinguis, diſſolutiui & aperitiui. Et euitet omne genus ibariorũ, q̃ frigida ſunt & ſicca viſcoſitate & craſſitie & duritie abundantia: vnde conuenit ei panis recens multi fermenti, hordeo, ſpelta & ſiligine priuatus, nec antiquus, *Diæta.*
C durus & torrefactus. ¶ Et comedat carnes volatilium & peditantium animaliũ iuuenes & bene pingues elixas vel aſſatas, & caueat a rebus exſiccatiuis, & proprie ſalſis. ¶ De ferculis vtatur bleta, ſpinachia, fœniculo, petroſ. dauco, chryſolocanna, cucurbita, portulaca & conſimilibus. De granis conueniunt cicera rub. & alb. cum brodiis pinguibus. Cibaria etiam lacticinia, & proprie cum lacte cocto condita, & butyrum & coloſtra recocta ſunt eidem vtilia. ¶ Pinguedines, velut porci iuuenis, anatis, gallinæ & conſimilium ſunt ei vtiles. Amygdalæ, ficus, vuæ, paſſulæ & fructus omnes dulcedine participantes multa eidem bene conueniunt. ¶ Vinum coctum, & ſuccus granatorum dul. & ſaccharum & mel, & conſimilia omnia ſunt eidem iuuatiua. ¶ Vinum eidem conueniens debet eſſe album, ſubtile, ſapore dulce, nullo modo ponticum, bruſcum vel a-
D cerbum. Et ſi tale naturaliter haberi poteſt, melius erit. Si autem fuerit potens, commiſceatur cum aqua fontali vel fluuiali clara & approbata. ¶ Et ſi hyemali tempore, vt a principio Nouembris per totum menſem Februarii cum vino ſuo commiſceret aquam mellis bene dulcem, eſſet ſibi conueniens auxilium propter apertionem & mundificationem neruorum, quæ exiſtunt in ea. Et hæc de regimine conuenienti cibi, & potus dicta ſufficiant.

Pro regimine vero medicinali quatuordecim videntur mihi opportuna fore remedia. ¶ Quorum primum eſt hoc. ℞. *pilularum fœtidarum, pilularum de hermodactylis an.* ℨ ß. *formentur pilulæ vij. cum electuario roſ. & accipiantur a decima die menſis, vſq; ad 25. eius de mane in aurora, & tardetur cibus poſt aſſumtionem earum ſex horis, non dormiendo poſt eas immediate ni-* *Curatio. Pilulæ.*
E *ſi per horam vnam, & accipiendo ante prandium per horam mediam cyathum vnum aquæ coctæ cum ſaccharo calidæ.* ¶ Sequenti vero die immediate accipiat hoc digeſtiuum in eadem hora calidum diebus ſeptem vel octo, & tardet cibum poſt aſſumtionem eius per quatuor horas. ¶ Nona vero die ſequenti compleat purgationem cum iſtis pilulis. ℞. *pilularum de ſarcocolla* ℈ *ij. pilularum fœtidarum* ℈ *j. fiant pilulæ vij. cum ſucco roſ.* Poſt quas obſeruet ordinem immediate præſcriptum poſt alias pilulas. Et quando compleuerit hanc purgationem, ſi complete ſanatus erit, vt ſpero, adueniente vere, tunc habebitur intentum. Si autem non eſſet perfecte ſanatus a dolore, iterum in fine Februarii purgetur, & ſcribat mihi modum, & ego reſcribam ei omnia neceſſaria per purgationem veris, ſicut ſcripta ſunt per purgationem autumni. Digeſtiuum autem accipiendum vt ſuperius dictũ eſt, *Aliæ.* *Potio digeſtiua.*
F ſit tale. ℞. *mellis roſ.* ℥ *j. ſyrupi compoſiti acetoſi* ℥ ß. *aquæ iris, hypericonis & acetoſæ an.* ℥ *j. miſce.*
¶ Secundum vero inſtrumentum ab iſto viro ſciendum eſt hoc: accipiatur fruſtum vnum lapidis marchaſitæ, (eſt lapis molaris, cum quo acuuntur gladii, rubeus & granoſus) calefiat ergo fruſtum eius & ſubſternatur genu ſuo diſtanter ab eo per duos pedes, cooperiatur genu ſclauina vna a genu eleuata per pedem, ſuper lapidem vero ignitum ef- *Lapis marchaſita quid.* *Suffumigiũ.*

fundatur paulatim & ſubtiliter vinum album montanum & dulce vnius anni, & non vetuſtius vſq; ad quantitatem vnius metretæ. cum ergo genu diligenter ſuffumigatum fuerit ex illo, tunc exſiccetur & cooperiatur diligenter pannis per horam vnam, tunc ergo A
Linimentũ. eidem applicetur, vt ſequitur nunc. ¶ Tertium itaq; remedium eſt hoc. ℞. *medullæ crurium bouis antiqui, pinguedinis diſſolutæ ab anguilla dum aſſatur an. ℥ ij. croci ʒ j. vitellos oui numero iij. butyri recentis ℥ j. amyli ʒ x. incorporentur omnia in mortario longa contritione, & cum hoc linimento calido totum membrum diligenter inungatur, & affluenter a medietate coxæ, vſque ad medietatem cruris circumquaq;.* & hæc ſunt duo inſtrumenta localia notabiliſſimæ operationis.
Emplaſtrũ. ¶ Quartum remedium principale eſt hoc. ℞. *bryoniæ recentis coctæ & craticulatæ lib. j. radicum ireos recentium lib. ß. farinæ fabarum ℥ viij. croci ʒ j. vitellos oui numero iiij. hyſſopi humidæ, fæcis olei ſiſamini an. ℥ ij. coquantur radices in ſapa & in vino dulci, vſque ad optimam ipſorum teneritatem: deinde optime contrita incorporentur cum aliis in mortario conterendo ſine igne. Cum ergo applicuerit prædictam ſuffumigationem & inunctionem per dies xv. tunc per alios xv. dies applicet ſibi hoc emplaſtrum bene calidum, diligenter circumligetur a medietate coxæ, vſque ad medietatem cruris: & ita continuetur ipſum aliis diebus xv.* ¶ Quintum remedium principale eſt, vt tempore, quo applicat omnia prædicta a medietate coxæ ſuperius vſq; B
Aliud. ad inguina, circumligetur totum corpus cum hoc linimento. ℞. *farinæ ſiliginis lib. ß. pulueris gallarum cupreſſi, & gallarum quercus perforatarum an. ℥ ij. hypocyſtidos, ſan. dra. terræ ſigillatæ, acatiæ an. ℥ ß. glutinis piſcium diſſoluti cum aceto nigro valde acri: fiat emplaſtrum diligenter in mortario contritum applicandum vt ſupra.*
Pilulæ. ¶ Sextum eſt hoc. ℞. *aloes præparatæ ʒ ß. pulpæ colocynthid. drachm. j. hermodactylor. bdellii mollis an. ſcrup. iij. zinzib. ſcrup. j. agarici ℈ v. incorporentur omnia ſimul cum ſucco apii & fiant pilulæ de omni vnc. vj. de quibus iſte vir tempore applicationis prædictorum inſtrumentorum omni quarta vel quinta die parum ante cœnam accipiat vnam vel duas,* & erunt ei vtiliſſimæ ad attrahendum materias a genu & a iuncturis aliis, & ad diuertendum materias antecedentes per vias ventris & vrinæ, quæ materiæ erunt C
Rotula. præparatæ fluere ad genu, & ad alias iuncturas. ¶ Septimum eſt hoc. ℞. *ſpecierum diatrionpipereon, ſpecierum pliriſarcoticon an. drachm. j. ſpecierum diambræ drachm. j. ß. ſacchari ſecundæ coctionis lib. ß. aquæ iris, quantum ſufficit, & coquatur ſaccharum cum aqua, & fiat confectio in rotulis ʒ iij. quarum vna omni mane ante prandium per horam ß. comedatur, & poſt eam bibatur cyathus vnus paruus aquæ coctæ cum melle non multi mellis & longæ decoctionis.*

Electuariũ. Octauum & notabiliter conueniens eſt hoc. ℞. *pulueris arthanitæ, hypericonis, andachochæ, piperis alb. & longi, ſtæchados & chamepitheos an. ʒ ß. cinamomi, liquirit. aniſi dulc. an. ſcrupul. j. ſyrup. de ſtæchados vnc. iij. pinearum & phiſticorum an. ℥ j. infundantur medullæ in aquã mellis calidam per duos dies naturales: deinde extrahantur & permittantur exſiccari, & tunc vltra conterantur & incorporentur cum ℥ iij. ſacchari alb. & additis ſpeciebus fiat electuarium: de hoc ergo electuario iſte vir aſſumat omni mane in aurora cochlear vnum, & parum ante cœnam accipiat de eo quanta eſt nux muſc. & ita tantundem accipiat, quando vadit ad lectum:* & erit efficax auxilium ad dolorem & laſſitudinem genu. D
Linimentũ. ¶ Nonum remedium locale eſt hoc. ℞. *olei irini, olei vulpini an. vnc. ij. olei de vitellis ouorum vnc. j. ß. pinguedinis taxi, anatis & vrſi an. ʒ x. croci ſcrupul. ij. fiat vnguentum molle in mortario,* & poſtquam medicatus fuerit per duos menſes: tunc omni mane poſtquam ſurrexit a lecto, per horam ß. & quando vadit ad ipſum, diligenter inungatur totum membrum a medietate coxæ, vſq; ad medietatem cruris, vt dictum eſt, & inuoluatur diligenter cum coto bene molli: hoc enim linimentum eſt valde vtile ad ſedandum dolores & mollificandũ membra motus indurata & cõ- E
Aliud. tracta, & continuetur hoc diebus ad minus xx. Decimũ eſt hoc. ℞. *ol. de euphorbio, ol. de lateribus an. ℥ ß. ol. de vitellis ouorũ ℥ j. ß. miſce.* Et poſtquam linimentum immediate pſcriptũ applicauerit, per xx. dies toti membro applicet inunctionẽ iſtam calidam ſuperligando membro lanã ſuccidam mollẽ & bene pectinatam & ſcartizatam calidam. ¶ Vndecimũ
Ceratum. ℞. *emplaſtri de mucilaginibus ſimplicis, adipis caſtrati an. ℥ iij. terebinthinæ ℥ j. ß. bdellii mollis, opoponacis an. ℥ ß. pyrethri ʒ j. ceræ q. ſ. fiant cerata duo magna totum genu ambientia circumquaque,* & ſuper ipſum & infra per tres digitos, & poſt remedium immediate ſcriptum portentur F
hæc cerata ſuper genu duobus diebus, & permutetur aliud aliis ij. diebus. Et ita ſucceſſiue procedatur per ſpatium xx. dierum. ¶ Duodecimum eſt hoc, quia cum perceperit dolores notabiliter eſſe ſedatos & mollificatos neruos & ligamenta, tunc ad fortificationem & debitam vnionem pdictorũ mẽbrorũ applicetur hoc remediũ ſolidatiuũ &

fortifica-

A fortificatiuum iuncturarum. ♃. *olei omphacini ℥ ij. olei de myrto & de maſtice an. vnc. j. ß. artetica, corticis radicis, opoponacis, pyrethri, thuris, maſticis, ſandaracæ, hypocyſtidos an. drac. ij. farinæ fabarum, farinæ amyli an. ℥ j. cum ß. bulliant farinæ in rubeo vino antiquo & potenti vſque ad conuenientem viſcoſitatem: deinde infundantur in mortario, & incorporentur cum eo ſpecies optime conterendo: cum hoc ergo linimento craſſo ſuper panno lini extenſo inuoluatur diligenter totum membrum prædictum, & ligetur cum coto molli bene & conuenienter adhærente, & ita procedatis per ſpatium xv. dierum.* Linimentũ.

Penultimum remedium principale eſt, vt poſtquam hæc omnia applicuerit & altiſſimi miſericordia iam dolores ſedati fuerint, & membra motus conuenienter fluxibilia facta, tunc per ſpatium vnius ſeptimanæ abluatur tota coxa cum aqua decoctionis Lotio.
B ſulphuris per hunc modum. ♃. *aquæ putealis propriecraſſæ maſtellum vnum, & in ea bulliant lib. ij. ſulphuris donec medietas aquæ conſumatur*: cum hac ergo aqua mediocriter calida lauetur membrum omni ſero per horam ante cœnam, & ligetur cum ſtupa mediocriter calida, & fiat hoc diebus ad minus octo, vt ſupra. ¶ Vltimum vero remedium iuuatiuum his doloribus & aptum ipſi diuertere materias ad hæc membra fluentis eſt, vt tẽtet prouocare ſibi hæmorrhoidas & aperire eas ſæpe fricando ſphincterem cum panno biſello aſpero, aut cum foliis fici, aut tertio cum foliis conſolidæ maioris, aut quarto cum felle tauri diu confricando eas. Et per hæc medicinalia remedia genu eius, ſiue totum corpus efficietur incolume, quod ipſi miſericorditer condonet altiſſimus, qui ſanat & perficit omnia ad perpetuas eius laudes.

C *Conſilia decem, de paſſionibus totius, quæ non ſunt febres.*

Consilivm CCLXII. *De mala complexione calida & ſicca totius.*

IAM longis fere temporibus virum complexionis adeo intenſiue calidæ ſecundum cor, epar, renes & omnia membra corporis mihi occurriſſe non recordor quantæ caliditatis eſt vir hic religioſus Dominus Victus de ordine ſancti Georgii de Aliga, quod facile ex colore totius corporis, extenuatione habitudinis, ſiti valida, amaritudine oris, pulſus & anhelitus magnitudine, velocitate & frequentia declarari poteſt & ſimilibus. Cui & ſi alias regimen præſeruatiuum ore tenus & diffuſe ſatis per literas ordinauerim, tria tamen mihi nunc occurrunt ſummopere ab ipſo in hoc toto vere & æſtate futuris obſeruanda. Attento regimine euitandi cibos & potus calidos, &
D paſſiones animi & corporis caliditatis excitatiuas & augmentatiuas. ¶ Primum itaque illorum trium eſt hoc electuarium, cuius vſus eſſe debet ab inſtanti die ſexta menſis Martii per totum menſem Iunii 1439. vt ex eo accipiat omni mane ante cibum per horas tres cochlear vnum deglutiendo ipſum, & medium cochlear ex eo per horam vnam ante cœnam continuando ipſum omni die tertia alternatim. Cuius deſcriptio. ℞. *conſeruæ roſ. conſeruæ violarum & bugloſſarum an. ℥ ij. ſeminum endiuiæ, acetoſæ, cuſcutæ, cichoreæ, an. drachm. j. vini cydoniorum ℥ j. vini granatorum ℥ ß. penidiarum drach. vj. fiat electuarium.* Electuariũ
¶ Secundum vero inſtrumentum eſt confectio hæc, de qua accipere debet rotulam vnam die intermedia aſſumtioni electuarii poſt prandium & cœnam, aut ſaltem poſt alterum ciborum accipiat ſemel in die. Cuius deſcriptio. ♃. *trociſ. de ſpodio cum ſemine* Rotulæ.
E *acetoſæ, violarum, florum nenupharum, ſandalorum alb. & rubeorum an. ℈ ß. camphoræ gran. iij. ſacchari alb. ℥ iiij. cum aqua acetoſæ fiat confectio in rotulis ʒ ij. ß.* ¶ Tertium vero inſtrumentum eſt hoc. ℞. *aloes infuſæ in ſucco endiuiæ ℥ ß. ſpodii, maſticis, violarum, florum nenuphar. an. gran. vj. cuſcutæ ℈ j. fiant pilulæ cum ſucco roſ. ex omni ʒ vj. de quibus accipiat in ſeptimana bis vnam parum ante cœnam.* Et poterit etiam ex eis accipere v. vel vj. in aurora, & proprie cum perceperit grauitatem & tenſionem in ſtomacho & hypochondriis, & poſt eas tardet cibum horis ad minus v. Pilulæ.

Consilivm CCLXIII. *De maraſmo a mala complexione frigida & ſicca cordis, pulmonis, ſtomachi & epatis. Diuiditur autem conſilium in tria capita.*

F

Cap. I. *De cauſſis & ſignis diſpoſitionis.*

TVssis magna, difficultas anhelitus, & macies huius viri de Coloreto diœceſis Foroliuienſis non videntur mihi prouenire a phthiſi, neq; ab vlcere aliquarum partium pectoris & pulmonis, ſicut ipſe patiens credebat, & ab aliis exiſtimatũ fuiſſe affirmabat mihi. ¶ Neq; enim apparent aliqua euidentia ſigna phthiſis. Non n.

na phthi videtur habere ſigna ſignantia aptitudinem ad phthiſin omnia, neq; plura: nõ enim ha- A
bet corporis totius ſtaturam longam, neq; crura longa gracilia. Neq; tertio pectus eius
eſt ſtrictum valde ab ante ad poſteriora: neq; a dextro in ſiniſtrum. ¶ Quarto non habet
ipſum magnifice ſcarnatum in parte anteriori, neq; altera. Quinto collũ eius non eſt lõ-
gum neq; gracile. Sexto alæ humerorum eius non ſunt eminentes, eleuatę neq; ſcarnatę.
Septimo non habet oculos concauos, neq; tempora depaſta, i. macra. Octauo non eſt
in eo deſcenſus acutæ materiei a capite, quæ plurimum eſt cauſſa effectiua phthiſis, & ꝓ-
prie cum fuerit cholerica vel ſalſa, quæ ſigna ſunt declarata *10. tert. c. de præparatis ad phthi-
ſin.* ¶ Verum, quia omnes ægritudines omnibus temporibus, ætatibus, complexionibus,
Nunc patientem non eſſe phthiſicum. regionibus & aliis euenire poſſunt, & non eſt neceſſariũ quẽlibet phthiſicũ factũ habere
ſigna iam prædicta: ideo ponẽda ſunt ſigna euidentius phthiſin demonſtrantia, cũ prę- B
1. dicta ſigna ſint magis prognoſtica, quam demonſtratiua. Cum n. phthiſis proprie acce-
pta importet conſumtionẽ totius corporis prouenientẽ ex vlceribus pulmonis, neceſſe
eſt in quolibet phthiſico eſſe ſolutionẽ continuitatis, quæ aſſociat ſibi dolorẽ, ſed ad illũ
dolorẽ neceſſario ſequitur tuſſis, q̃ eſt inuenta pp fugam nocumenti in pectore exſiſten-
2. tis, vt colligitur *10. tertii, tr. 3. in exordio*, quare &c. Amplius ſi eſt phthiſis, ergo eſt vlcus, er-
go de neceſſitate eſt ibi ſanies vel virulentia, ſed ad vtrũq; iſtorum expellendũ neceſſaria
eſt tuſſis: ergo dato, ꝙ iſte vir nullũ haberet in pectore dolorẽ neceſſitantẽ ad tuſſim: ad-
3. huc neceſſaria eſſet tuſſis ꝓpter ſaniẽ & virulentiã prædictam. Tertium motiuum pro-
bans abſentiam phthiſis, in hoc viro eſt, quia oporteret, ꝙ ipſe continue febriret febre
fixa vel hectica. In omnibus n. phthiſicis eſt facta ſubſtantifica conſumtio humiditatũ ſe- C
cundarum a præternaturali caliditate fixa: ſed illa formaliter eſt febris hectica. cum er-
4. go iſte non febriat hac febre, non videtur eſſe phthiſicus. ¶ Quartũ motiuũ eſt, quia iſte
vir non exſpuit ſaniẽ neq; virulentiã, ſed vtrunq; iſtorũ neceſſarium eſt concedi propter
5. præſentiã vlcerũ. igitur &c. ¶ Quintũ motiuũ eſt, ꝙ anhelitus eius nec materia & ſputa
ſunt fœtida: ſed iſta ſunt neceſſaria in phthiſi propter neceſſitatẽ materierum putridarũ
6. in pectore: ergo per abſentiã ipſorum negatur phthiſis. ¶ Sextũ ſignum demonſtratiuũ
eſt: quia in hoc viro nõ eſt nocumentũ anhelitus magnũ, neq; fixum, ꝙ eſt neceſſarium
concedi in phthiſico propter multã ſiccitatẽ indiſponentẽ ad motũ membra anhelitus.
Si quod autem plerũq; in eo inuenitur nocumentum in anhelitu, illud eſt leue & ꝑdurãs:
7. ſed fortius factum propter exercitia corporis & animi aut cauſſas iſtis ſimiles. ¶ Septimũ D
ſignum eſt, quia iſte vir nunquam exſpuit de præterito nec de præſenti materiam ſanio-
ſam ſanguini commixtam, ſed talis materia neceſſario expuitur in phthiſi propter ſolu-
tionẽ continuitatis in pulmone, quomodo n. eſſent ibi vlcera abſq; corruptione venarũ
& arteriarũ pulmonis? ſed ad eruptionẽ venarũ ſequitur emiſſio ſanguinis rubei cũ opaci-
tate aliquãta, ſicut ad eruptionẽ arteriarũ expulſio ſanguinis rubei clari. Cũ ergo iſta ſi-
gna nõ ſint p̃ſentia, ſequitur ꝙ in hoc viro nõ ſit phthiſis. Vltimũ ſignũ ꝓ nunc eſt continu-
atio febris: licet nõ ſit continua. Materia n. putrida ꝓpinqua eſt cordi & potẽs ad extra-
neandũ ipſum: q̃a ſanioſa, ergo erit ibi febris cõtinue affligẽs. Per hęc igitur ſigna & ſibi ſi-
milia concludo hunc virũ non eſſe phthiſicum capiẽdo phthiſin ꝓprie, vt iã dictum eſt.
Qua ſit diſpoſitio huius patientis. Propter hæc igitur omnia oportet contẽplari in diſpoſitione eius. ¶ Et primo, quę E
ſit illa diſpoſitio. ¶ Secundo, quorum mẽbrorum ſit paſſio. ¶ Tertio, quę ſint cauſſæ effi-
cientes eius. ¶ Quarto ponetur ſolutio & declaratio quorundã accidentiũ in eo exiſten-
Quorum membrorũ ſit paſſio. tium. ¶ Pro declaratione primi horum ſermonum, dicendum, quod hæc diſpoſitio ſit
nominata maraſmus vel vniuerſalis conſumtio eius, aut in ſiccitatẽ conuerſio: hãc con-
cluſionẽ ꝓbat ſenſus viſus & tactus, cum exſiccatum ſit corpꝰ & ſucceſſiue & cõtinue ex-
ſiccetur magis. Pro declaratione ſecundi dicendum, ꝙ ęgritudo huius viri principaliter ſit
mala cõplexio frigida & ſicca cordis, deinde pulmonis, ſtomachi & epatis, extenuatio
vel tabes corporis eſt accidens p̃dictę ægritudinis. Quod autem ægritudo p̃dicta ſit ma-
la complexio frigida & ſicca, apparet primo ad tactum. Apparet ſecundo p ſubſtantiali-
ter inhærentia a compoſitione ſumta, q̃a ipſe exſiccatus eſt. Apparet tertio etiam per ſo- F
liditatem & duritiem mẽbrorum in eo Quarto principaliter ex caſibus, quia color e-
ius conuerſus eſt in opacum. Quinto principaliter ex operationibus primo anhelitus,
quia excluſis paſſionibus animi & corporis, anhelitus eſt paruus, tardus & rarus, & ſimi-
liter pulſus tardus efficitur vtrique propter vtramque de cauſſis contentiuis pulſus.
In eo

A In eo enim remiſſa eſt neceſſitas infra temperamentum & virtus eſt debilis & organa pulſatiua & membra anhelitus ſunt inobedientia propter ſiccitatem. Igitur pulſus & anhelitus erunt parui, tardi & rari cum aliis paribus. conſequentia eſt neceſſariæ veritatis: quia ſicut neceſſitate augmentata ſuper temperamento cum fortitudine virtutis & obedientia organorum pulſus & anhelitus fiunt magni, veloces & frequentes: ita econtra ex cauſſis contentiuis per contrarietatem ſe habentibus ſequuntur parui, tardi & rari: quod erat demonſtrandum. Hæc motiua ſatis euidentia ſunt ad oſtendẽdum lapſum frigidum & ſiccum, & proprie in corde tanquam primo principio effectiuo & organico pulſus, & in pectore & in pulmone tanquam organis anhelitus. Quod autem propter malam complexionem frigidam & ſiccam cordis corpus totum exiccetur, declarant
B ſententiæ ſapientum, qui concedunt propter malam complexionem frigidi & ſicci cordis & pulmonis corpus permutari in hecticã ſenilẽ, licet ſit multum diſtans, ſicut in pueritia & in adoleſcentia, licet n. epar ſit primus fons humiditatis & per ipſum contraoperari poſſit cordi in lapſu ſimplici, non tamen eſt concedendum hoc eſſe verum in lapſu compoſito, ſc. frigidi & ſicci cordis ad epar calidum & humidum. Cum enim infrigidatum eſt cor frigiditate pręter naturam, non poteſt ei epar contraoperari per caliditatem ſuam abiiciendo illam: immo neque conuenienter æquando. Et tota cauſſa ſtat in hoc; quia quando labitur cor ad frigiditatem, oportet de neceſſitate concedere cauſſam lapſus, & ipſum lapſum eſſe valde magnum. ergo pp frigiditatem inductã in corde, quando elongatur cor a proprio temperamento, ei ſubuenire non poteſt epar cum calidita-
C te ſua. pp q̃ non eſt mirũ, ſi frigiditati & ſiccitati non poſſit contraoperari epar contraoperantia vincendi vel æquandi: & iſta eſt cauſſa ariditatis totius corporis conſequentis lapſum cordis iã pdictum in toto corpore cõmunicatum. Et pp hanc cauſſam tales vocantur hecticę ſenectutis. corpus n. per eas terminatur in ſiccitatẽ conſimilẽ ſiccitati decrepitę ętatis quantũcunq; conuenienter rectę & regimine nõ naturaliũ & aliorũ, propterea quia ætatiuo decurſu tandẽ acquiritur ſiccitas terminans ad mortẽ, *3. primi, & c. 1:* Siccitas n. inceſſanter corpus conſumit quouſq; terminabitur ad mortẽ, vt ibidẽ colligitur a Gal. *in lib. de maraſmo et tabe.* ¶ Ex quibus omnib. colligitur primo, q̃ ſit ęgritudo, quia mala cõplexio frigida & ſicca cordis & totius corporis. ¶ Secũdo, q̃ ſint mẽbra principalia patientia, quia cor & pulmo & alia mẽbra anhelitus. ¶ Tertio, q̃ hæc ægritudo ſit non
D quidẽ cõſequẽs augmentũ materierũ in corpore, ſed defectum & nutrimentum earum. ¶ Quarto, quod materiales cauſſæ per quarũ defectum aſſignatur hęc ęgritudo, ſint ſanguinis laudabilis & humiditatis ſecundæ defectus. Sicut n. præſentia iſtarũ materierũ in debita quantitate corpus eſt habitudinis conuenientis, ita per defectum earum corpus maraſmatur, exſiccatur & conſumitur. Et talis indubitanter eſt huius viri diſpoſitio. q̃ etiã facile declarari poteſt ex alio accidẽte ſibi inſeparabili, q̃ eſt motus tremulus cordis. Cũ n. ad malã complexionẽ frigidã & ſiccã cordis conſequatur ipſius cõſtrictio vel contractio de circumferentia ad centrũ: & propter ſiccitatem & frigiditatẽ fit inobediẽs dilatationi de centro ad circũferentiã: & virtus notabiliter fit in eo debilis propter ęgritudinẽ, q̃ contraria eſt ei & propter longitudinẽ eius ſequitur, q̃ virtus debilis non poſſit
E bene dilatare æque cito, quantum eſſet ei neceſſarium: & perſeuerat cauſſa conſtrictionis eius prædicta frequens & neceſſitas dilatationis eius frequens. ergo ſequitur, q̃ motus cordis de neceſſitate fiet tremulus. patet iſta conſequentia vltima, quia non aliud videtur importare motus tremulus cordis, q̃ velocẽ, paruã & frequentẽ contractionẽ eius & dilatationẽ eius inordinatã. Igitur apparet, q̃ ad malam cõplexionẽ frigidã & ſiccã cordis de neceſſitate ſequatur motus tremulus eius, q̃ erat deducendũ. Sed pp hoc ſequitur continuæ ſiccitatis priuatiua cauſſa per modum reſolutionis eueniens, quare neceſſariũ eſt corpus continue magis exſiccatum fieri intantum, q̃ tandem & cito terminabitur ad mortem, niſi ſublimis Deus & conueniens regimen ſubueniat ei.

Ex quibus omnib. poteſt elici fundamentũ reſpondẽdi ad q̃dã accidẽtia in eo ap-
F parentia & ſoluendi ea. Et primũ accidens eſt, quare iſte vir habeat continuã difficultatẽ in anhelitu. patet cauſſa pp ſiccitatẽ mẽbrorũ anhelitus, pp q̃ fiunt inobedientia ad motũ, & pp debilitatem virtutis & neceſſitatem diminutam. Patet ſecunda cauſſa, quare iſte frequenter tuſſiat. Nam virtus ſenſibilis percipit nocumentum prædicti lapſus & conatur ad fugam illius per expulſionem ipſius. ſed in pectore non inuenitur inſtrumentũ conuenientius a natura factum, quam tuſſis: vt patet *10. tertii, tract. 3. c. 1. in exordio* definiẽ

Materiales cauſſa.

Cur continuam habeat diffi cultatem in anhelitu.

Quare frequenter tuſſiat.

Quare ex puat aliquã do non parũ

do tuſſim. ¶ Sequitur tertio ſolutio quæſtionis, quare iſte vir expuat quandoq; non parũ A cum ſupra declaratum ſit ægritudinem eius eſſe de inanitione, & non de repletione, dicendum eſt, quod cum ægritudine de magna inanitione ſubſtantifice multum inuenia-tur augmentum humiditatum extranearum complicatum conſequens debilitatem virtutis digeſtiuę prima, ſecunda, & tertia digeſtione. Cum igitur hę humiditates augmentantur; neceſſarium eſt ſequi tuſſim, vt ſupra declaratũ eſt; quare, &c. ¶ Apparet quarto ex hoc fundamento modus reſpondendi ad quęſitum de tremulo motu cordis: ſequitur enim ille propter defectum omnium cauſſarum contentiuarum pulſus, vt ſupra declaratũ eſt. ¶ Sequitur quinto quare hic motus ſit tremulus, non ſaltuoſus: virtute enim exſiſtente debili & corde inepto ad dilatandum magna diaſtole; neceſſario oportet ſequi frequentem motum & velocem cordis: eo quia non fuit attractus aer ſufficientis quan- B titatis ad refrigerandum. Igitur poſt ſyſtolen cordis oportet ipſum valde cito dilatari: & ex hoc ſequitur frequentia in motu eius: ſed cum in tempore motus vel diaſtolis non ſufficienter euentetur, quia aer attractus fuit paucus: ideo oportet, quod in breui tempore compleatur cordis motus a termino a quo ad terminum ad quem: ſed hoc eſt formale velocitatis; igitur talis motus cordis erit tremulus denominandus. Eſt enim paruus, velox, frequens & diuerſus, vt declaratum eſt. Igitur eſt tremulus. & ſic diſtinguitur a ſaltuoſo & iectigatiuo motu. ¶ Sequitur ſexto ex hoc fundamento intelligi poſſe vigilias abundantes eſſe in hoc viro. ¶ Septimo cognitio cauſſę ſqualiditatis coloris eius & apparentia faciei tot natilis in eo. ¶ Octauo inuentio cauſarum vniuerſalis debilitatis huius viri tã in virtute vitali q̃ animali & naturali eius. ¶ Non ɔ hunc virum ſollicitum C eſſe debere & feſtinanter ad ſui curationem. ¶ Et vltimo ex hoc fundamento elici poſſe ingenium & inſtrumenta curationis eius. Cum enim in eo ſit ægritudo de ſubſtantifica inanitione membrorum, oportet ipſam curari per ſubſtantificam reſumptionem, & non per euacuationem, quæ ingenia & inſtrumenta curationis ſubſequenter aperiam.

Vnde ipſi tremulus motus cordis.

CAP. II. *De regimine eius per ſex res non naturales.*

DISCVRRENDVM itaque prius eſt per regimen ſex rerum non naturalium conueniens ei. Et licet viro occupato negociis exterioribus vel familiaribus non ſit bene poſſibile conſequi particularem adminiſtrationem omnium, D quæ ipſi neceſſaria forent propterea, quia operatiua pars medicinæ ad ſe vocat virum liberum a prædictis: tamen quantum rationi videbitur magis conſonum, aliquid de illis ad memoriam reducetur. ¶ Euitet igitur iſte vir manſionem & moram in aere frigido & ſicco aquiloni multum detecto vel expoſito. Similiter etiam effugiat manſiones frigidas & ſiccas, & proprie valles & decurſus aquarum & in locis infimis poſitas; licet enim humectatione indigeat, tamen qualitatiua humectatio excellens non eſt cõueniens propter debilitatem virtutis, quæ præparat hominem ad alterari faciliter ab exceſſu cuiuslibet qualitatis intenſæ. vnde propter hanc cauſſam aer multum calidus & ſiccus aut multum calidus & humidus ipſi non conueniunt. ¶ Sequitur igitur quod aer ei conueniens debeat declinare ad caliditatem & humiditatem mediocriter: velut ima- E ginari potes omnium rerum non naturalium impreſſionem effectiue producere poſſe huic viro calidatem & humiditatem ab vltima manſione primi gradus vſque ad vltimam manſionem ſecundi. Et tu conſidera: quia iſta expetunt virum in ſcientia & opere non mediocriter eruditum. ¶ Propter hoc etiam vir iſte ſit veſtibus bene munitus pellibus agninis vel vulpinis ſuffultis: & proprie caput & pectus taliter munire debet. ¶ Secundum vero principaliter, quantum ei poſſibile eſt, quieſcat & a fortibus exercitiis elongetur, proprie ab equitando montes & ſcalas frequenter aſcendendo: immo neceſſarium eſſet ei, vt tota hieme vſq; ad principium quadrageſimæ ab omni motu quieſcat. ¶ Et tertio principaliter etiam vniuerſaliter dicendum eſt de motib. animalibus: velut ira, triſtitia, anguſtia, ſollicitudine & iracũdia. & clamor etiam F multum ab eo euitandus eſt: & proprie, quia in eo neceſſarius eſt vehemens motus pectoris & aliorum membrorum localium.

Aer.

Motus & quies.

In modo accipiendi cibum penes quantitatem eius regulandus eſt, ita vt nunquam accipiat cibum neque potum, niſi verus appetitus ipſorum præcedat. ¶ Secun-

Inanitio & repletio.

de quod-

A do quod nullum cibum accipiat,niſi optime maſticatum. ¶ Tertio quod in nulla ciba-
tione multum vtatur diuerſis ferculis. ¶ Et in ſumma cibus & potus ita menſurentur,vt
propter eos non percipiatur ſtomachum grauatum eſſe & extenſum,neq; in eo aliquid
fluctuare. ¶ Adde quinto,quod magna pars temporis huius viri expendi debeat in dor-
miendo & non in vigilando,ita vt melior fiat digeſtio,tam prima, quam ſecunda & ter-
tia.Corpora n.indigentia reſtauratione ſubſtantifica taliter gubernanda ſunt,vnde me-
lius eſt ei in tota die naturali dormire duabus vel tribus horis magis, quam ſolet tempo-
re ſanitatis.vigilia enim reduceret ipſum ad conſumtionem omnino irreparabilem.

Pro vltima vero re non naturali, ſcilicet pro debita electione ciborum & potuum, Cibi.
præmittendum primo,quod quia vir iſte indigeat reſtauratione magna: neceſſe eſt ci-
B baria & potus taliter operantia adminiſtrentur in eo: & quia non poſſet multorum ci-
borum quantitatem digerere propter debilitatem vniuerſalem totius corporis & par-
ticularem ſtomachi ipſius: ideo cibaria de quantitate continua tranſmutanda ſunt ad
quãtitatem diſcretam.vnde melius eſt ei quater in die aliquid accipere,quam ſolum bis.
Spargere enim proculdubio cum debilitate virtutis eſt melius,vt colligendum eſt *prima
quarti,& 4.primi,cap.1.& aphor.1.* ¶ Si igitur hora 14.vel 15.diebus hyemis accipiat aliquid
de iuſculo hordei cum brodio pulli facto aut de panico cũ vino dulci:aut vinum vel duo
oua recentia cum nebulis bene ſaccharatis, erit ei valde conueniens & accepta hac re-
ſumptione,per duas horas poſt comedat aliquid ſolidius,vt panatellam & oua cum mi-
ca panis in brodio pinguis pulli bene cocta,aut pultes de farina cicerum rub.aut de ſimi-
C la & de carnibus laudabilibus bonum erit.

Et poſt hanc ſecundam cibationem per quatuor horas bibat ſcutellam vnam bro-
dii pulli aut carnium,quæ infra dicentur cum ſaccharo & vitellis ouorum aut vipam ac-
cipiat in vino dulci cum altera ſui medietate de aqua cocta,erit ei vtile. ¶ Et poſt hanc
refectionem tertiam per horas ij.vel iij. accipiat in hora ſua laudabiliores cibos infra di-
cendos,non dubito hoc regimen ipſi eſſe conuenientiſſimum magis, quam haberi poſ-
ſit. ¶ Eligat igitur panẽ de puriſſima farina bene coctũ & fermentatum vnius vel duorũ Panis.
dierũ ad plus. ¶ Carnes cõueniunt ei pullorũ pinguium, & anatũ pinguiũ, iuuencularũ Carnes.
& colũborum vnius menſis. Et de quadrupedibus laudabiles ſunt carnes hędorum & a-
gnorũ lactentiũ ſuo tẽpore, vitulorum lactentium ſuo tempore & caſtratinæ iuuenculæ,
D porcellorũ paruorum recentium tam domeſticorum,quam ſylueſtriũ,& carnes capreo-
li eſſent ipſi omni tempore vtiles. Elixæ tamen magis omnes quam aſſatæ:& proprie ſi in
ouorum brodiis coquerentur aliqua folia bletæ, chryſolocannæ, ſpinachiæ, portulacæ,
rapæ recentes & ſimilia. ¶ Salſamenta autem omnia euitare debet,non tamen cibaria
accipere a ſale denudata,propter quod caro ſalita & caſeus ſalitus euitari debent. ¶ Simi-
liter etiam euitari debet omne genus cibariorum:& proprie,quæ ſtomachum & pectus
replent multum ventoſitatibus,velut ſunt raphanus,allium,porrũ,nuces,caſtaneæ. Lac Lac.
& lacticinia cibaria omnia:& proprie commixta cum acutis:hæc enim corrumpunt ſan-
guinem & diſponunt ad ſcabiem & cõſimiles infectiones, propter quod reprobata ſunt
hæc omnia ab experimentatoribus Indis:vt colligendum *3.primi,cap.de regimine eius quod
E comeditur.* ¶ Inſuper iterum omnia cibaria cum multa virtute aromaticorum condita: &
proprie cum fuerint multum calida & ſicca,euitari debent,vt piper,zinziber, grana pa-
radiſi,calamentum,ruta,menthaſtrum & conſimiles.Licet enim omnia aromatica cor-
dialia ſint & principalibus membris conuenientiſſima; *4.primi,& 11.tertii.* hæc tamen nõ
conueniunt huic viro propter maraſmodeam diſpoſitionem, quæ eſt in ipſo. vnde ad-
miniſtrari debent caute altero duorum modorum,aut in quantitate pauca, aut refracta
cum decoctione infrigidantium & humectantiũ ſuprapoſitorum: & proprie cũ chryſo-
locanna,portulaca recenti,vel ſicca, ſeminibus quatuor communibus, aut cum granis
ſiſami ſecum decoctis. Croco tamen vti poteſt & ſpica nardi & reliquis, quorum calidi-
tas non tranſcendit ſecundum gradum,& ſiccitas eorum non extenditur vltra ſecun-
F dam manſionem ſecundi gradus. ¶ Lac vero in cibis coctum eidem laudabile ex-
ſiſtit, intantum, quod magna pars reſtaurationis eius ſuſtentetur in lacte, vt inferius
tangetur. ¶ Recocta vero, quæ eſt melior omnibus aliis partibus lactis, erit ei ci-
barium conuenientiſſimum.& recens caſeus bene mollis abſque ſale & pars lactis pu- Caput la-
tior, quam paſtores nominant caput lactis, & erit cibarium omni alio reſtauratiuum ctis quid.

Adego quid melius.& lac illud,quod veteres Arabes nominauerunt adego, eſt cibarium conſimile A
prædictis: ab eo enim magna pars butyroſitatis eſt extracta, quare remanet obiectum
virtuti tranſmutatiuæ valde leue,infrigidatiuum,humectatiuum,lenitiuum: & ſecundũ
plurimas eius partes in ſubſtantiam corporis tranſmutabile. Et hæc cibaria ſunt de illis,
quæ conueniunt ei in mane ante prandium,& in ſero ad manſionem, vt ſupra viſum eſt.
Fercula. ¶ Fercula autem omnia aromatizata cum decoctione foliorum vel florum melliſſæ,bu-
gloſſæ,ozymi,caryophyllati, origani,menthæ, ſiſymbrii,tarconis, roſmarini vel ſimiliũ
Condimenta. omnia conuenientia ſunt,dummodo eorum quantitas pauca ſit,vt prius. ¶ Ex his vero,
quibus cibaria condiuntur & delectabiliora fiunt, conuenit ei ſuccus granatorum mu-
zorum,cydoniorum,pomorum dul.apiorum cõſimilium. Similiter etiam ſuccus aran-
cii, vinum granatorum,& proprie cum confrangentibus, vt cum ſapa, ita vt eorum o- B
Radices. mnium acetoſitas vergat ad dulcedinem ſibi conuenientem. ¶ Ex radicibus vero caro-
tæ,napi & rapæ valde bonæ ſunt ei. ¶ Oliuæ autem conditæ & reliqua ſalſamenta iam re-
probata ſunt.

Potus. Potus autem ipſi conueniẽs eſt vinum album aut leuiter rubeum,ſubtile & diapha-
num & dulce cõuenienter, q eligendum eſt ab eo purum, ſi non fuerit valde fumoſum,
aut ſaltem refractum cum aqua decoctionis radicum liquiritiæ aut paucorum granorũ
ſiſami vel cum paucis ſeminibus communibus quatuor. In hoc itaque regimine ſuſten-
tatur modus curationis huius viri.

Cap. III. *De regimine per medicinalia.*

C

AT vero inſuper pro regimine huius viri intentiones & inſtrumenta medici-
nalia rectificando ſciendum prius,quod omnino elongandus ſit a regimine
per pharmaca:& proprie per exſolutiua.Cũ enim ſit corpus eius maraſmatũ
vel cõſumtum, indiget regimine per repletionem & nõ per euacuationem.
*Quæcunq; enim ægritudines ab euacuatione fiunt,per repletionem laudabilem curandæ ſunt,& econ-
uerſo*:vt patet in antiqua lege ſummi Hip.*ſect.2.aph.22.* ¶ Pæmittendum ſecundo,quod
cum iſte vir ſit multum extenuatus, oporteat attendi ad leniendum ventrem propter
ſtypticitatem abundantem in eo,quæ eſt accidens commune & proprium vnicuiq; ma-
raſmato corpori:propter quod ad debite & canonice procedendum in regimine huius
viri xv.apparuerunt mihi inſtrumenta medicinalia,quibus indiget vſque ad medietatẽ D
quadrageſimæ futuræ alternatim adminiſtrando vnum ad aliud, ſecundum quod nunc
Electuariũ. inferius apparebit.¶ Primũ itaq; horum inſtrumentorum eſt hoc.℞.*granorum ſebeſten nu-
mero xl.prunorum dulcium damaſcenorum num.xx.ficuum pinguium num.xv.paſſularum nigra-
rum ſine arillis ℥ ij.viol.foliorum volubilis & mercurialis,ſeminum communium frigidorum ana ℥
ß.capill. Ven.M ij.folliculorum ſenæ ℥ j.infundantur omnia minutim inciſa in ℔ x. aquæ calefactæ
per duos dies naturales:demum in prædicta aqua coquantur lento igne vſq; ad conſumtionem medie-
tatis,deinde colentur,tunc medicinæ illæ exprimantur ad torcular expreſſione forti,& accipiatur mu-
cilago illa & coquatur cum ſupradicta decoctione cum lib.ß.penidiarum & ℔ ß.ſucci roſ.lento igne
vſquequo materia inſpiſſata fuerit & reſeruetur in vaſe vitreato:de hoc igitur electuario patiens acci-
piat* ʒ vj.*ante cœnam.*Et ſi venter non fuerit aliqualiter lenitus, tunc vtatur ipſo omni ter- E
tio vel quarto ſero,tantundem accipiendo de ipſo ante cœnam. Si autem ad quantitatẽ
illam venter non fuerit ſufficienter lubricus,accipiat parum plus de eo: & econuerſo, ſi
per primam doſim fuerit multum lubricus venter minus accipere debet de eo vſquequo
diſcrete conſiderando inuenerit vnam quantitatem æqualiter lubricantem ventrem e-
ius.In hoc enim electuario ſtat totum fundamentum curationis huius viri. Eſt enim tẽ-
perate lenitiuum,guſtui delectabile,nutricationi propinquum:& poterit vti eo omnib.
diebus vitæ ſuæ.¶ Secundum vero remedium eſt hoc.℞.*ſyr.de mentha abſq; vino granatorũ,
Potio digeſtiua. ſyr.violati & iuiubini ana ℥ ß.aquæ abſinthii & menthæ an.℥ j.aquæ melliſſæ ℥ j ß.accipiat hoc dige-
ſtiuum continuando ipſum per dies xij.calidum in aurora. & quieſcat ſupra ipſum per duas vel tres
Potio. horas.*¶ Tertium vero remedium eſt hoc. ℞.*aquæ farfaræ ℥ ij ß. electuarii anteſcripti ʒ vj. vel
vij.incorporentur ſimul & accipiatur ipſum calefactum 12. vel 13. hora aut per nouem horas poſt cœ-
Emplaſtrũ. nam,& poſt ipſum comedere tardet horas ſex.*¶ Quartum remedium eſt hoc.℞.*florum melliſſæ,
bugloſſæ,foliorum baſiliconis & ſeminum eius,florum enulæ & farfaræ & hypericonis aut foliorum i-
pſarum an.℥ j.farinæ volatilis molendini ℥ iij.croci ʒ j capil.Ven.macis an.℥ ß.ben.al.& rub.corticũ*

citri,

A *citri, zedoariæ an. ʒ iij. pulueriʒentur omnia ſubtiliter: deinde lento igne coquantur cum ſapa vſq; ad inſpiſſationem, tunc ergo fundantur in mortario & optime conterantur ſuperaddendo iſtas ſpecies. ℞. cinamomi electi, nucis muſc. galangæ an. ʒ ß. corallorum & ſandalorum amborum an. ʒ ij. feluzoaragi, hyacinthi, ſaphiri, margaritarum an. ℈ j. florum anthos ℥ ß. pulueriʒata diligenter incorporentur in prædicto emplaſtro: extendatur ergo ſuper panno de grana rotundo latitudinis ſpithamæ vnius & calidum ſuperponatur ſuper mamilla ſiniſtra: ita vt ipſa iaceat in medio eius: & altera petia ſimilis illi ſuperponatur parti ſuperiori oppoſitæ prædictæ:* & continuet hoc remedium ſemel in die permutatum calidum. hoc enim eſt ſublimius inter alia, quæ cognoui. Et ſi per hoc non reduceretur, difficile erit inuenire medicinam huic parem. ¶ Quintum remedium eſt, vt ſemper portet appenſum collo fruſtum vnum feluzoaragi & annulum aureum in ma-

B nu ſiniſtra, in quo ſit ligatus electus lapis hyacinthi. ¶ Sextum eſt hoc. ℞. *ambræ orientalis ℈ j. moſchi ℥ v. camphoræ electæ gr. iij. ſpicænardi vel Indianæ ʒ j. violarum, corallorum rub. ſpodii de canna, raſuræ eboris, galliæ muſ. ʒ iij. croci ℈ j. roſarum conſtrictarum, florum nenupharis & labruſcæ ana ʒ j. pulueriʒẽtur omnia & ligentur in ſindone retorta & ſemper odoret ipſam, quam magis poteſt.* Nodulus odoratus.

¶ Septimum eſt, vt poſtquam quieuerit poſt præaſſumtum ſyrupum per quinque dies, tunc incipiat accipere omni mane in aurora de hac confectione. ℞. *doronici, been albi & rubei, macis, capill. Ven. ana ʒ iij. violarum, florum nenupharis, bugloſſæ & meliſſæ, cuſcutæ, ſem. acetoſæ, endiuiæ, ſcario. ana ʒ j ß. oſſis de corde cerui, fragmentorum hyacinthi, ſmaragdi ana ℈ j. margaritarum ℈ ij. foliorum auri numero iiij. pulueriʒentur omnia per ſe, & cum ℔ ß. ſacchari ſecundæ coctionis & cum aqua baſiliconis fiat confectio in rotulis ʒ ij.* de hac ergo confectione ſemper ac- Rotulæ.

C cipiat fruſtum vnum parum ante prandium & bibat poſt illud medium cyathum vini dulcis & bene odoriferi. Et ſi gratia neceſſitatis vellet accipere de electuario anteſcripto in primo cap. tunc dimittat iſtam confectionem: ſed accipiat ipſam poſt cibum. ¶ Octauum eſt hoc. ℞. *ligni aloes, maioranæ, origani, ſtœchados, betonicæ, florum roſmarini ana ʒ j. ambræ gran. v. fiat omnium per ſe puluis: deinde commiſceantur in mortario:* de hoc ergo puluere vſq; ad medietatem menſis Martii ſuperponat capiti ſuo a ſuperiori parte frontis vſq; ad ſummitatem per medietatem capitis: & quando ponit ſecundum puluerem, cum pectine vel ſetula deponat primum. ¶ Nonum eſt hoc. ℞. *olei violarum, olei de nenuphare ana ℥ j. olei amygdalarum dulcium, & de ſiſamo ana ℥ j ß. pinguedinis anatis & gallinæ ana ʒ vj. ſandalorum alb. rub. ſpodii ana ʒ j. amyli ʒ x. ceræ albæ quantum ſufficit, fiat vnguentum molle: quod poſtea bulliat* Puluis capiti ſuperaſpergendus. Vnguentum.

D *in ℥ iiij. ſucci violarum, florum ſiue foliorum eius vſque ad conſumtionem illius ſucci.* de hoc igitur vnguento omni mane cum ſurgit, & ſero cum vadit ad lectum, faciat inungi totam ſpinam & ſuperponat pannum ſiccum, tepidum, ſuffumigatum cum modico thuris. ¶ Decimum remedium eſt hoc. ℞. *violarum, foliorum ſalicis & vitis ana M j. corticum papaueris al. numero v. ſemin. althææ & maluæ, origani & betonicæ ana M ij. bulliant omnia in quatuor ſitulis aquæ vſque ad conſumtionem quartæ partis. cum hac ergo aqua abluat pedes ſuos vſque ad inguina calida per horam vnam ante cœnam ſaltem in ſeptimana ter.* ¶ Vndecimum eſt hoc. ℞. *mellis violarum ℥ j ß. loch de papauere ℥ iij. ſucci liquiritiæ ʒ j. penidiarum ℥ j ß. incorporentur ſimul in mortario diligenti contritione, de hoc ergo electuario ipſo ſedente & quieſcente teneatur in ore quantitas grani fabæ & per ſe diſſolui permittatur ad leniendum pectus & ſedandum tuſſim.* ¶ Duodecimũ. Lotio pedũ. Electuariũ.

E ℞. *laudani electi ʒ ij. reſinæ claræ & mundæ ʒ v. galliæ muſc. ʒ j. ſandalorum alb. ℈ ij. corticum citri, macis ana ʒ j. ceræ quantum ſufficit, fiat ceratum ſcutale ſuper panno de grana, quod ſemper portet adhærenter ſtomacho ſuo.* Ceratum.

Decimumtertium eſt hoc. ℞. *ſpecierum diambræ, hyſſopi, liquiritiæ, gummi, amygdal. dul. croci ana ℈ j. ſyr. de hyſſopo, ſyrup. de liquiritia ana ℥ j. penidiarum ʒ vj. incorporentur ſimul in mortario. & fiat electuarium.* Si ergo contingat, quod propter aliquam cauſſam accidat ei nocumentum in anhelitu: tunc in ore ſuo teneat de hoc medicamine quaſi ſemper ad quãtitatem fabæ, vt per ſe deſcendat ad pectus: & tunc dimittat alterum electuarium ſcriptũ cap. II. Illud enim potentius eſt ad catarrhum deſcendentem: ſicut iſtud eſt ſublimius ad dilatandum vias anhelitus & ad abſtergendum & mundificandum pectus eius. ¶ De- Electuariũ.

F cimumquartum eſt hoc. ℞. *maſticis ʒ j. roſarum, ſpodii, ſandaracæ ana ℈ j. ſyrupi de papauere quantum ſufficit, fiant pilulæ, de quibus poteſt accipere vnam omni ſero, quando vadit ad dormiendum:* & proprie quando perciperet magnum fluxũ rheumatis a capite deſcẽdere. Decimumquintũ & vltimũ remediũ eſt hoc. ℞. *aq. hyſſopi, aq. praſſii & betonicæ an. ℥ j. aq. farfaræ* Pilulæ. Potio.

ʒ j ß. *miſce, & de hac mixtione accipere poteſt bis vel ter in ſeptimana quantitatem prædictam bene calidam.* & proprie quando perciperet dolorem in pectore ex retentione ſputi, & materias viſcoſas eſſe, quæ non niſi cum magna difficultate expelli poſſunt. Taliter cum iſtis procedendo non dubito, quod diſpoſitio ſua felicitabitur ad ſanitatem. Cuius finem ei concedat benedictus excelſus omnium bonorum cauſſa & finis optimus ad perpetuas laudes. Amen. A

CONSILIVM CCLXIIII. *De mala complexione frigida & ſicca totius cum quinq; malis diſpoſitionibus, quæ ſunt: Mala diſpoſitio capitis catarrhizantis: Motus tremulus cordis: Nocumentum adpetitiuæ vel digeſtiuæ ſtomachi cum oppilationibus in eo: Dolores in ſpina a ventoſitatibus facti: Et oppilationes in renibus frequenter euenientes. Diuiditur autem conſilium in partes tres.* B

PARS I. *continens caput primum, diſpoſitiones prædictas inueſtigat.*

ETſi diſpoſitio venerandi patris domini Danielis de Craſſoldo digniſſimi Decani Vtinenſis variis accidentibus complicata ſit, ſolum tamen in hoc tangam illa, quæ principaliter ad ſe curam trahentia & vertentia ſunt, ex quorum remotione tanquam ſæuiorum aliorum accidentium cura faciliter conſequitur.

Signa quod vniuerſa patientis complexio ſit frigida & ſicca.

Eſt itaque vniuerſa complexio eius a medio recedens per augmentum frigiditatis & ſiccitatis in toto, quod quidem ex multis deduci poteſt. Primo, quia omnes fere partes corporis ipſius tactu frigidæ percipiuntur. Sed verior regula iudicandi de exceſſibus qualitatum eſt ſumta a tactu, *3. concluſionum cap. 3.* ¶ Secundo vero intelligi poteſt ex habi- C
tudine eius, quæ valde extenuata & macra eſt, quoniam per frigiditatem & ſiccitatem
1. opponitur duobus vitæ principiis, quæ ſunt caliditas & humiditas. ¶ Tertio illud idem
2. apparere poteſt per exilitatem & occultationem venarum totius corporis, eo quia ſunt
3. exiles, & ita modicum ſanguinis continentes, quod in pleriſq; locis non apparent. Quar-
4. to iterum hoc apparet ex exeuntibus, quoniam ſperfluitates digeſtionis primæ paucæ ſunt, & ad ſoliditatem inclinatæ magis, quam ad humiditatem. propter quod plurimum vẽter eius eſt ſtypticus, niſi beneficio medicinali prouideretur ei: & iterũ ex alio exeunte, quia vrina eius pauca, tenuis & aquoſa eſt, quæ frigiditati & ſiccitati attinet. adhuc etiam ſudor & ſputum in eo parum abundant, niſi per accidens.

Obiectio, quod ſit humida.

Contra, quia in hoc viro multiplicatur in mane & veſperi ſputum multitudine ſui ab ore proiectum: ſed hoc arguit multitudinem humiditatis & non ſiccitatis, quare, &c. ¶ Item membra eius ad tactum percipiuntur mollia. ¶ Adhuc etiam in membris motuum exteriorum laſſitudo per ſe apparet. ¶ Quarto, quia demucationes frequenter multiplicantur in eo & deſcenſus materierum per palatum, ſed hæc omnia atteſtantur multitudini materierum humidarum: ergo complexio eius non videtur frigida & ſicca. D

Reſponſio.

Dicendum ad illud primum, quod complexio huius viri vniuerſaliter ſit frigida & ſicca, vt prius deductum eſt ex ſignis. ¶ Secundo dicendum, quod cum complexione frigida & ſicca, & adhuc extremaliter tali ſtet augmentum humiditatis accidẽtalis: eo quia frigiditate multum intenſa quantum eſt in eo in ætate conſiſtentiæ poſito debilitatur vniuerſaliter omnium membrorum digeſtiua, tam digeſtione prima, ſc. ſtomachi, quam ſecũda, ſcilicet epatis, etiam tertia membrorum. Cum ergo parua ſit proportio innati caloris ad digerendum materias his digeſtionibus proportionatas: patet quod neceſſarium ſit in hoc viro multiplicari ſuperfluitates in prima digeſtione, quæ multiplicatæ per continuitatem venarum aſcendentium deferuntur ad os. vnde eſt multitudo materiei ſaliualis vel mucilaginoſæ humiditatis. & per hoc ſoluitur primum argumentum. ¶ Similiter etiam propter debilitatem digeſtiuæ epatis & membrorum tales materiæ multiplicatæ per vniuerſum corpus deferuntur in ſubſtantiam membrorum reddendo ipſam leuem vel humidam humiditate madefacta & non ſubſtantifica: & ex hoc ſoluitur motiuum ſecundum. E

Quæ etiam materię humidæ in vniuerſo corporis multiplicatæ muſculis, neruis & ligamentis infuſæ faciunt in eis laſſitudinem & impotentiam ad exteriores motus, ſicut apparet etiam in pueris. ¶ Et ex hoc fundamẽto iterum ſolui poteſt quartum motiuum; quoniam humiditates multiplicatas in cerebro per viam indigeſtionis, quæ extra pelluntur per nares, per palatũ & per oculos aut fluxibilitate ſua exeuntis per prædicta loca. F

¶ Hæc

A ¶Hæc iterum frigiditas & ſiccitas in toto corpore iſtius demõſtrari poſſunt per pulſum paruum, tardum, rarum & ad duritiem magis, quàm ad lenitiem inclinatum, & eſt ſignũ non fallens; quia ſumtum ab operationibus, quod efficacius eſt inter alia ſigna: vt colligitur *2. primi, c. de ſignis complexionum.* Plura alia ſigna de pilorum nuditate & paucitate de operationibus interiorum ſenſuum & exteriorum adducere potuiſſem: ſed hæc inter alia meliora ſunt, &c. ¶ Secunda vero principalis diſpoſitio huius viri eſt debilitas digeſtiuæ ſtomachi & epatis ipſius, propter quam non eſt mirum, ſi in ipſo macies & membrorum conſumtio ſuperabundat. Si enim cibus & potus in ſtomacho non bene digeruntur, & non ſit in eis chylus in partibus conuenienter æqualis, & viſcoſus & albus cum conuenienti fluxibilitate, velut oportet ipſum eſſe ad hoc, vt debite tranſ-
B mutetur ſanguis, patet, quod impoſſibile ſit ſanguinem in quantitate & qualitate conuenienter generari. vnde & vegetatiua potentia partes proportionatas reſolutis conuenienter reſtaurare non poteſt: eo quia digeſtio ſecunda non poteſt corrigere defectum primæ: vt colligitur *13. tertii, cap. de nocumento digeſtionis.* ¶ Adhuc etiam & ſi ſtomachus cibum & potum conuenieter digereret & chylificaret & attraheretur & expelleretur cõuenienter ad epar, ſtante nocumento digeſtionis epatis, quod prouenit à frigiditate ei⁹; nequaquam poſſet ſanguinis quantitas conuenienter generari ex chylo; quantumcunque in quanto & in quali conuenienti: quare iterum macies in toto corpore erit neceſſaria. Si itaq; digeſtiua debilitas in altero tantum horũ membrorum ad extenuationem, frigiditatem & ſiccitatem totius perducere poteſt, vt probatum eſt, tunc erit opinio tuã
C de membrorum extenuatione neceſſaria, quando in prædictis ambobus membris inuenitur debilitata digeſtiua, ſcilicet in ſtomacho & epate.

Debilitas digeſtiua ſtomachi & epatis.

Tertia principalis diſpoſitio huius viri eſt debilitas cerebri ipſius, quã quidem intelligo eſſe propter augmentum frigiditatis in eo, vnde & ſpiritus in eo pauci reperiuntur: propterea quia propter debilitatem ipſius ſpiritus vitalis à corde delegati ad ipſum cerebrum ſecundum paucam eorũ quantitatem poſſunt in eo modificari vel præparari ad operationes cerebro attributas. ¶ Propter q̃ primo in hoc viro hęc nocumenta apparere poſſunt in virtute motiua localiter. ¶ Secundo nocumentũ apparere poteſt in operationibus exteriorũ ſenſuum, & tactus eius obtuſus eſt circa excellentias qualitatum. ¶ Tertio, quia in viſu etiam non raro imaginationum nocumenta contingunt & conturbatio-
D nes. ¶ Quarto, quia quãdoq; in operationibus auditus diminutio percipitur & corruptio propter quoſdam ſtrepitus & ſibilos in organo auditiuæ potentiæ perceptos. ¶ Quinto, quia etiam guſtatiua potentia debiliter exit in operationes. ¶ Sexto quia etiam raro potentia olfactiua diminutiua in actum ſuum exire poteſt. Adhuc etiam cerebri debilitas percipi poteſt per nocumentum diminutionis, corrruptionis & ablationis operationis operationum ſenſuum interiorum. quandoq; etiam operatio ſenſus communis multitudine frigiditatis in eo diminuta eſt, eo quia nõ eſt bonus diſtinctor ſeu diſcretor inter operationes ſenſuum exteriorum: & iterum quia ſpecies ab obiectis ad ipſum delatas nõ conuenienter recipit & receptas non debite defert ad phantaſiam: pp q̃ non eſt mirum ſi frequenter operatio imaginatiuæ potentiæ diminuitur & corrumpitur in eo; ita vt i-
E maginatiua potentia ex ſpeciebus delatis ad ipſam compoſitionem & diuiſionem faciat affirmando vel negando, ita, vt quandoq; adeo diminuta ſit operatio, q̃ non poſſit conuenienter, immo aliqualiter in opus imaginationis exire, & non raro etiam illius potentiæ operatio adeo quandoq; corrumpitur, vt imaginetur probationem veram, falſam; & econuerſo. ¶ Et ex hoc iterum facile concluditur, non eſſe mirum ſi iudicium & conſilium altioris potentiæ, ſcilicet cogitatiuæ, quæ eſt quaſi intellectus in homine, ex ſpeciebus ſibi delatis feratur iudicium corruptum, aut vnum facit iudicium in eligendo aut proſequendo.

Debilitas cerebri.

Propter quod vltimo corollarie concluditur, q̃ neceſſe ſit operationes potentiæ memoratiuæ aut diminutas eſſe aut corruptas. Organum enim eius eſt reſeruatiuũ ſpe-
F cierum obiectorũ, qualiter & qualium ſibi offeruntur, ſed ſi ſpecies deferuntur ſub modo diminutionis vel corruptionis, neceſſe eſt memoratiuam potentiam exire in actum corruptionis vel diminutionis, vt apparet. Propter quod rationabile videtur, quod frequenter in operatione intellectiuæ potentiæ hic vir notabiliter læ datur. Hæc n. intellectiua potentia taliter exit in actum, qualiter, quando, quantum conuenienter vel incon-

uenienter recipit a phantaſmatib. eo quia neceſſe eſt intelligentē phantaſmata ſpeculari, A teſte Ariſt. *lib. 3. de anima.* ſed operationes aliarum potentiarum interiorū nunc ſunt læſæ læſione diminutionis & aliæ corruptionis, igitur nō eſt mirandū, ſi intellectio in hoc viro circa intelligibilia non raro, immo frequenter eſt læſa. & poſſunt hi ſermones colligi pulchre *1. primi, doct. 6. c. de virtutib. animalib. comprehēdentib. & 3. colliget. cap. 1. & a philoſopho lib. 3. de anima & a commentatore in pleriſq; commentis*, quæ propter longitudinem allegare dimitto. & tu lege ibi, quia iſte locus eſt altiſſimæ ſpeculationis & magnæ conſiderationis in hoc viro. Alia autē nonnulla accidentia in eo quandoq; apparent: ſed horū omniū verificatio ſuper hoc fundamento ſuſtentatur, vt conſideranti apparere poteſt, pp quod apparet, quod hic vir multum ſollicitus eſſe debeat in curatione ſuarū diſpoſitionū & feſtinare ad illud, antequam diſpoſitiones tales fiant magis manſiuæ & deteriores. B

Pars II. *principalis de regimine per ſex res non naturales continens capita ſeptem.*

Cap. I. *Sermo vniuerſalis circa regimen ſex rerum non naturalium huius viri.*

PRo regimine itaque diſpoſitionum prædictarum neceſſe eſt aſſignare ordinem. primo penes conuenientem menſuram & modum ſex rerum non naturalium. ſecundo penes adminiſtrationem medicinalium. ¶ Pro declaratione primi præmittendum eſt, ꝙ regimen ſex rerum non naturaliū debeat eligi inclinatum ad caliditatē & humiditatē, quoniam lapſus eſt frigidus & ſiccus, cui opponitur per calidum & humidum. & hoc idē intelligendo per ſe in diuidendo de ſpecie lapſus. verum quia in viro iſto pp augmētum indigeſtionis multiplicātur phlegmata multa proprie dicta in epate eius cum diminuta C caliditate humorum generatiua: ideo cum lapſu frigido & ſicco ſubſtantifice dicto tali ſtat eſſe lapſum humidum qualitatiue dictum talē, qui aſſignatur penes augmentū phlegmatis in eo inuenti: vt dictum eſt. ꝙ etiam cōfirmari pōt ꝑ mineram multi phlegmatis æquiuoce dicti, ꝙ generatur in eius cerebro & in aliis membris corporis pp diminutā eorū digeſtionē a frigiditate multa prouenientē. ¶ Et ex hoc fundamēto ſpeculanti apparet, ꝙ regimen rerum non naturaliū debeat eſſe calefactiuum & humectatiuum per ſe indicando ad malam cōmplexionē frigidam & ſiccā. Itē calefactiuum & exſiccatiuum per ſe indicando ad multitudinē phlegmatis in eo geniti ꝑ accidēs, vt ꝓdictū eſt. & eſt locus conſiderationis altiſſimus, in quo difficilius eſt operari, quam ſermocinari. ¶ Adhuc etiam ex hoc fundamento colligi poteſt, quod regimen huius viri per adminiſtrationē D rerum non naturalium eſſe debeat permutatiuum magis, quam conſeruatiuum: eo quia lapſus iſte frigidus & ſiccus, magis debet deduci ad melius, quam conſeruari, ſicut eſt. Sed tamen talis permutatio fiat per contraria aliqualiter: ideo apparet, quod calid. & humid. erunt permutationis talis inſtrumenta conuenienter effectiua. Et quoniam talia cum humiditate coniuncta non eſſent ſufficienter conſumtiua multorū phlegmatū prædictorum: ideo oportet, ꝙ cum prædictis commiſceātur ſicca. Et in hac materia tres viæ a ſapientibus hinc inde poſitæ colligi poſſunt.

Prima quidem eſt, quia in cura talis lapſus voluerunt quidam ſimpliciter procedēdum eſſe cum calidis & humidis: eo quia indicatio in actu curationis ſemper ſumitur a re præter naturam ſaluata virtute tamen, ſed res præter naturam eſt mala complexio E frigida & ſicca: igitur indiget calefacientib. & humectantibus. conſequentia tenet, quia talia per ambas qualitates habēt propriam contrarietatē ad lapſum: & maior colligi pōt *3. techni.* ibi: *Si vero permutari volueris.* & iterū ibi: *Curatio vero vnū habet modū.* & adhuc *ſect. 1. aph. commen. 16. & 2. eorundē cōmen. 22. Ex plenitudine quæcunq; fiunt, &c.* minor patet ex ꝓallegato cap. Dixerunt autē ſecundo tenētes iſtā viā, ꝙ ꝑ talia, ſi conuenienter regitur lapſus, tandē vigorabitur virtus: pp ꝙ corrigent phlegmata multiplicata & ꝑ viā indigeſtionis genita. ¶ Dixerunt tertio taliter opinantes, quod ad conſumendum prædicta phlegmata oporteat in lapſu tali adminiſtrare diætam in quanto diminutā & in quali auctā. Exemplum, ſicut in tali caſu detur minor quantitas cibi, cum qua tamen mediocriter ſaluetur virtus, & augmentetur in eo caliditas & humiditas, quia per caliditatē fiet phle- F gmatum minutio ſucceſſiua per modum reſolutionis. per humiditatem vero conuenienter reſtaurabitur virtus, vnde non generabuntur phlegmata multa: neceſſe, inquam, erit peruenire ad finem laudabilem: eo quia ex vna parte phlegmata prius genita paulatim conſumentur & ex alia parte non ita augmentabuntur. igitur hic erit laudabilis curandi modus.

Secunda

A ¶ Secunda vero opinio, in hac materia inuenta adminiſtrentur ea, quæ ſiccant cum calefacientibus & humectantibus mixta; talia enim aduerſabuntur lapſui frigido & ſicco per caliditatem & humiditatem: & contrariabuntur humiditatibus accidentaliter augmentatis. igitur erunt conuenientia. ¶ Dicunt ſecundo taliter opinantes, quod de numero iſtorum inſtrumentorum vnum in operatione non impediat alterum; eo quia diſcretiua virtus ſeparat inter ea tranſmittendo calefacientia & humectantia ad lapſum frigidum & ſiccum, & exſiccantia digerendo ad lapſum humidum accidentalem. ¶ Tertia vero opinio in hac materia dixit, quod in tali diuerſorum lapſuum complicatione ſecurius ſit procedere indicando primo ab eo, ſine cuius remotione alia curari non poſſunt; ſed lapſus frigidus & humidus accidentalis a multis phle-
B gmatibus proueniens prohiberet debitam reductionem lapſus frigidi & ſicci: igitur prius remoueri debet lapſus accidentalis, q̃ lapſus naturalis permutari. Et ſi dil genter ſpeculando conſideres inter opiniones iſtas, inuenies veritatem. Si n. ad tantum augmentatæ fuerint humiditates, vt naturalem calorem per modum diminutionis vel ſuffocationis a ſuis operationibus impediant: patet ꝙ tertia opinio veritatem dixerit. Si autem immiſſo augmento humiditatum accidētalium ſtat lapſus frigidus & ſiccus; patet quod prima opinio verum dixerit. Si autem humiditates accidentales non fuerint in multa quantitate auctæ neque multum diminutæ, ſed ſatis mediocriter in augmento ſe habeant: patet quod opinio ſecunda, fuerit vera, ſcilicet quod cum caliditate & humiditate permiſceri debeant exſiccantia: vt prius dictum eſt, & ſunt loca iſta altiſſimæ ſpeculatio-
C nis, in quorum comprehenſionem peruenire nemo poteſt, niſi ille, qui in principiis medicinæ notabiliter inſtructus fuerit: licet etiam hæc melius ore proferantur, quam opere perficiantur. propter quod cum in viro iſto videam lapſum frigidum & ſiccum cum augmento humiditatum non valde excedentium neque diminutarum: erigendo conſilium ſequar opinionem ſecundam cum omnibus inſtrumentis tam medicinalibus, quã aſſumtis a rebus non naturalibus per mixtionem adminiſtrando, vt nunc ſequitur ab aere incipiendo.

Cap. II. *De electione aeris in hac diſpoſitione conuenientis.*

D Ex his, quæ in præcedenti cap. ſcripta ſunt, apparet, quod aer inclinari debeat ad caliditatem in ſecundo gradu notabiliter eleuatus, vt aduerſetur frigiditati vtrique: & inclinare ad humiditatem primi gradus, cum accidentali tamen ſiccitate remiſſa vel aliquali in ipſam impreſſa. Exemplum huius eſt, ſicut aer vernalis eſſet, cuius complexio in comparatione ad alia tria tempora anni, calida eſt & humida. In tali aere ponetur exſiccatio accidentalis accendendo ignem in locis habitationis factum ex lignis lauri, iuniperi, abietis, pomi & ſimiliũ. aut fiat fumigatio ex myrrha, ſtyrace, laudano, ſandaraca, thure, ligno aloes & ſimilibus, aut cum hoc compoſito. ℞. *colophoniæ ℥ ij. thuris, maſticis, caryoph. ligni aloes, aſphalti, ſandaracæ ana ℥ ß. pul. omnia ſimul: & ex hoc puluere carbonibus ignitis aſperſo bis vel ter in die ſuffumigetur locus habitationis: aut ſaltem fiat vt detectus aſpectui meridionali in quem radii ſolares libere ingredi poſſint & recipiantur.* ¶ Omnino autem
E euitetur habitatio in cameris terraneis prope decurſus aquarum vel habentes aſpectum ad ſeptentrionalem plagam & occidentalem, & minime locus habitationis eius ſit in ciuitatibus magnarum humiditatum prope valles & corruptas aquas exſiſtentes, velut in ciuitate Aquilegiæ & ſimilibus. ¶ De annexis aeri euitet ſtationem in ventis, & proprie frigidis & humidis, & caput ſuum pileolis & infulis agninis pellibus ſuffultis vel de dorſis variorum vel aliis bene calidis muniatur: & faciat ſibi dyploidem ſuffultam agninis pellibus & bene calidis, quam portet a principio menſis ſequentis Octobris vſque ad menſem Aprilis: & in memoria tua ſit omnes tecturas capitis ſæpe ſub ſole & ad ignem exſiccare.

Correctio aeris.

Puluis pro ſuffumigio.

Cap. III. *De regimine eius per exercitium.*

F Exercitium prodeſt ſæpe mane vel ante cœnam factum. ſummum erit ſuæ curationis inſtrumentum, ſiue fiat in mane longo tempore clauſtra & eccleſias circumeundo; ſiue montem ſępe aſcendendo & deſcendendo, quod melius eſſet: deinde equitando ſub equo gradario, paſſu notabiliter ambulante, & ſpatio duarum horarum vel trium motu continuato, aut tantum, quantũ virtus cum ſuauitate bene to-

lerare poterit, vſquequo perueniatur ad augmentum caliditatis, ad ſudorem mediocrẽ A
perducentis, cui non ſuccedat laſſitudo vel debilitas aliqua: immo cum percipit aliquam laſſitudinem, ſtatim ab exercitio quieſcat, iuxta vniuerſalem regulam Hipp. *In omni motione corporis, cum dolor incepit*, &c. ¶ Et ſi exercitium poſt cibum deſideraret, fiat tempore paruo mediocribus paſſibus leuiter ambulãdo; reliquo autem tempore quieſcat. ¶ Si autem exercitio tali vti non poteſt propter honeſtatem vel religionem, ſæpe vtatur fricationibus factis a genubus vſque ad pedes, ab inguinibus vſque ad genua, a ſpatulis vſq; ad nates & ab humeris vſque ad manus: ita tamẽ, quod fricationes fiant inferius trahendo ſemper vſque ad notabilem rubedinem cutis, & tunc quieſcat.

Cap. IIII. *De regimine per repletionem & inanitionem.*

Regula circa hac obſeruanda.

NON intendo hic de euacuatione materierum humoralium vel earum re- B
pletione, ſed ſolum ad quantitatem auctam vel diminutam ciborum & po-
tuum. Itaque obſeruet iſte vir, vt nunquam accipiat potum & cibum, niſi
1. appetitu naturali incitante eum. ¶ Secundo aduertat, quod ſi faſtiditus eſ-
2. ſet ſtomachus cum appetitu intenſo, iterum caueat comedere, immo ex-
3. ſpectet quouſque faſtidium vel abominatio de ſtomacho recedat. ¶ Tertia regula eſt, ꝙ
4. nunquam cibum deglutiat niſi bene maſticatum. ¶ Quarta, quod non deglutiat potum
impetuoſe, immo ſuauiter & paulatim ſumendo ipſum; cum violenta n. deglutione po-
5. tus, immerguntur vapores in ſtomachum fluctuantes & rugitum in eo faciẽtes. ¶ Quin-
6. ta, quod menſura cibi ſit tanta, ne grauetur ex eo ſtomachus, vel tẽſus fiat. ¶ Sexta, quod C
7. cibi menſura talis exſiſtat, ne ex ipſa ſtomacho fiat murmuratio vel rugitus. ¶ Septima,
quod melius ſit ei, vtcũq; a potu & comeſtione ceſſare cum reliquiis famis, q̃ cum completa ſaturitate procedere. ¶ Cum autem quandoq; contingat hominem percipere ſtomachi repletionem a prædictis notabiliter grauantem ipſum: tunc ſtatim procuret eorũ euacuationem antequam in ſtomacho corrumpantur: & illud fieri debet per vomitum, ponendo digitum in finem oris agitationem faciendo notabilem, vt anima faſtidita ſtomachum moueat ad euacuandum; aut ſaltem accipiat partes iij. aquæ, & quartam aceti & tepidum bibat ſubito, deinde cum penna titillationem faciat in fine oris, vt dictum eſt. ¶ Si autem homo eſſet difficulter vomere potẽs, tunc tales ciborum ſuperfluitates a ſto-
macho deponi debent accipiendo in potu cyathum vnum aquæ decoct. mercurialis cũ D
quinta parte olei oliuarum, omnibus bene calefactis: aut ſaltem prædictæ aquæ ſine oleo apponatur ʒ ß. pul. radicum polypo. cum modico cinamomi. ¶ Si autem perciperet repletionem ſuperfluitatum in ventre, procedat ad earum eductionem cum cyatho vno prædictæ aquæ vel decoct. cum ʒ ß. pul. folliculorum ſenæ. ¶ Aut ſaltem accipiat hunc
Vomitoriũ. potum. ℞. *aquæ decoct. viol.* ℥ *iiij. pul. carthami* ʒ *j. macis*, ʒ ß. *miſce.* ¶ Aut fiat ei hoc clyſtere. ℞.
Clyſter. *foliorum violarum, maluæ, blitis, mercurialis ana M* j ß. *cor. poli. contritorum* ʒ j. *coquantur in* ℔ *iiij aquæ vſq; ad conſumtionem medietatis, & de hac coctione cum notabili expreſſione & colatura accipiatur* ℔ j. *benedictæ ſacch. rub. caſſiæ ſi. ana* ℥ ß. *miſce cum vno cochleari ſalis, & fiat clyſtere.*

Cap. V. *De regimine per ſomnum & vigiliam.*

VIR iſte notabili tempore dormire debet: ita vt fiat in eo digeſtio conueni- E
ens tam prima, quam ſecunda, & quam tertia, propter quod dicitur quod ſomnus humectet ſubſtantifice, eo, quia eſt bonæ digeſtionis cauſſa coadiuuatiua: humectat autem madefactiue, quando fuerit magis, quam debet. & ideo cum vir iſte abundet humiditate accidentali, caueat ſibi a dormitione valde prolixa: menſura itaque ſomni eius non ſit minor ſex horarum, neque amplior octo horarum vel nouem ad plus, & pannis bene coopertus dormiat primo ſuper latere dextro. ¶ Secũda vero dormitione reuoluat ſe ſuper ſiniſtrum. Raro autem dormiat ſuper ſtomacho, & rarius ſuper ſpina. Et ſi contingeret in ſomno, quod ſudauerit, caueat ſibi ab infrigidatione ſudoris circa corpus, & maxime circa caput eius, quod bene F
coopertum & mediocriter eleuatum dormiendo teneat.

Cap. VI. *De regimine accidentium animi.*

ACCIDENTIA animi Medici denominant paſſiones, quales ſunt lætari, triſtari, timere, anguſtiari, ſollicitari & melancholicum eſſe. omnes igitur tales, per quis veloci-

A velociter & multum debilitatur calor innatus, euitari debent, ſicut timor magnus, vehemens anguſtia, furor & iracundia. ¶ Similiter & paſſiones animi; per quas calor naturalis ſepultus detinetur & coarctatur, euitari debent, eo quia ad talia accidentia ſequitur innati caloris extinctio. Lætari igitur bene, & confortari mente eſt ei conueniens & voce alta lectiones legere, hymnos & pſalmos cantare, erit ei vtiliſſimum: talium enim vocalium membrorum exercitium calefaciendo pectus & caput ſuperfluitates conſumi facit. cor, pulmonem, cerebrum & alia membra vocalia a ſuperfluitatib. expurgata reddit conuenienter, vt patet ex ſputo & ſimilibus.

CAP. VII. *De regimine per adminiſtrationem ciborum & potuum conuenientem.*

B INVENIRE cibos & potus huius diſpoſitionis conuenientes ſecundum fundamentum præaſſumtum, ſcilicet quod calefaciant & humectent ſubſtantifice & exſiccent qualitatiue, ſecundum quod iudicatur a diſpoſitione frigida & ſicca & humida accidētali, eſt valde difficile: & proprie in ſimplicibus, quibus homines vtuntur in cibis; niſi forte vinum dulce, ſubtile & album videretur habere potentiam in talibus; reponit enim ſanguinem notabilis quantitatis & calefactiuum & humectatiuum ſubſtātifice & exſiccatiuum ſaltem priuatiue per modum reſolutionis taliter operando. ¶ Et ſimiliter carnes multorum animalium hoc efficere poſſent, vt ex volatilibus ſunt carnes columborum, turturum, auium minutarū, phaſianorum & perdicum. Ex quadrupedibus ſicut carnes gazelli, leporum & ſimilium.

C & ideo ſecurius & frequentius talia inueniuntur in compoſitis, quam in ſimplicibus. ¶ Propter quod panis ab iſto viro eligatur, qui ſalis & fermenti quantitatem aliquantam maiorem conſueta multitudini gentium recipiat: in tali enim pane reſeruatur aliquid caliditatis & ſiccitatis virtute ſalis & fermenti, qui ponitur ab Auicenna calid. & ſic. in ſecundo, licet Gal. dinamidiorum *cap.* 2. ponat ipſum calidum & ſiccum in primo. Sit igitur panis de pura ſimila adhuc parum plus fermēti habens q̄ conſuetus: & ſit bene coctus, abſque combuſtione. & ſi eſſet vſus panata ex eo, tunc fiat in brodio bene pingui refrangente frigiditatem eius & ponatur in eo aliquid de croco vel cinamomo ad refrangendum humiditatem eius, panata enim, quæ cibus Chriſtianorum ponitur eſſe frigida & humida, & proprie cum aqua facta, *5. colliget cap. de cibis abſolute.* Neque enim in pane

D vel panata multum ſalis vel fermenti accipiatur, ita vt acquirat exſiccationem maiorem quam congruū ſit. quare Gal. *lib. 1. de alim. fac. c. 3.* inquit: *Iudicium autem plurimi ſecūdum fermentum & ſecundum tales, ſcilicet exceſſus in pane guſtus ſit cibi. Nam quod iam conſtriſtat a ſenſū guſtus lædit in hoc,* id eſt commixtione tali: & ſubiungit: *Plurimum miſceri prauum dicitur.* Ex carnib. autē eligantur omniū animalium laudabilium carnes, & proprie iuuēculorum & pinguium. Nam pinguedo calefactiua & humectatiua eſt, velut ſunt capreti pingues & agni & vituli lactentis, caſtrati pinguis, caro cuniculorum, gazelli, leporis, porci ſylueſtris & domeſtici pinguis & iuuenculi. ¶ Ex volatilibus proprie domeſticis carnes gallinarum, anatulorum, columborum & aliquando anſerum paruorum. & de ſylueſtribus carnes phaſianorum, perdicum, coturnicum, francolini & ſimilium. & pinguedines eorum artificiatæ cum cibis abſque multo ſale.

E Ex ſpecieb. autē condimentorum cōueniens eſt ei vſus croci in quantitate conuenienti. Nam multus vſus eius deiicit appetitum & cinamomum & ſimilia inferius dicē-da. Caro vero ortigmis, quæ quercula nominatur, licet aliquando accipi poſſet, tamen non ſit in multo vſu, eo quia ſtomachum nauſeat & remollit. ¶ Ex piſcibus conueniunt ei non antiqui, neque magnorum corporum, neque degentes in aquis vel ſtagnis paluſtribus corruptis: ſed eligantur ex fluuiis vel fontibus vel vallib. decurſibus aquarū continue renouatis, & in ſpecie ſua eligantur piſces cekadrati (ſunt marſiones in flumi-nibus & in fontibus inuenti,) & varioli, qui dicuntur piſces ſolares, torrentinæ, ſcarlio-nes, themali, lucii, capedani, carpiones, rhumbi, oradæ, menulæ & ſimiles, qui poſſunt F accipi tam elixi, quam in bono oleo oliuarum cocti, & proprie cum milleſolio, menthæ, fœniculo, petroſelino & ſimilibus.

Piſces vero, vt tenca, anguillæ, geones, cephali, quoniam ſunt mollium & viſcoſarū carnium, non conueniunt, & proprie quia faciunt oppilationes, ad quas hic vir paratus eſt & moleſtatur. ¶ Vſus vero lactis crudi etiam non placet mihi propter infrigidationē,

Panis. Carnes. Species condimentorū. Piſces. Lac.

quam facit & notabilem humectationem, quoniam lac in corporibus frigidis nõ tranſ- A
mutatur in ſanguinem: ſicut apparet *2.can.proprio cap.* propter ꝙ & caſeus recens & mol-
Oua. lis & pauci ſalis non eſt ei conueniens. ¶ Oua autem quomodocunq; cocta mollia & nõ
Fercula. valde dura, ſunt ei conuenientia. ¶ Ex ferculis autem, & primo de leguminibus dico, ꝙ
non habeantur in multo vſu: & proprie, q̃ elixa ſunt. q̃ vero ei ſunt conuenientiora, ſunt
ſicut cicer rub. eo quia conuenienter nutritiuũ, aperitiuum & lauatiuum eſt: & debet aſ-
ſumi in medio aliorum ciborum & non in principio, neque in fine, *2.canon. in proprio cap.*
Panicum autem & proprie in pingui brodio coctum conueniens eſt aliquando. licet
enim parum nutriat, tamen ſua leuitate & ſiccitate prouocat vrinam & aperit. *21.con-
tinentis capit. 299.* Laudabilis eſt ei oryza, quia calida eſt in primo, ſicca in ſecundo:
conuenienter nutrit & exſiccat, *21.continentis, cap. centeſimo vigeſimoſexto.* Cicera al. & pi- B
ſa in brodialibus pinguibus præparata & puluere cymini, aniſi, piperis & croci ſuper-
Olera. aſperſa laudabilia ſunt. Ex oleribus conueniunt ei omnia calefacientia & leniter exſic-
cantia, ſubtiliantia & aperientia naturaliter vel artificialiter facta talia. de quorum nu-
mero eſt ſaluia. de qua licet Auic. non faciat cap. *2. can.* elici tamen poteſt, ꝙ ſit calid. &
ſic. in fine primi vel in ſecundo, vt patet a Serap. in *aggregatore ſimpl. 149.* vbi dicit, ꝙ ſit ca-
lida manifeſta caliditate & parum ſtyptica. ꝙ omnino collige a Dioſ. *c. de elilisfago.* Feni-
culus etiã conueniens eſt ei propter prouocationem & apertionem, quas habet. non ta-
men eius vſus multus ſit & frequens, ne calefaciat & inflammet, quoniam calid⁹ & ſicc⁹
in primo. *8. ſimp. ſuo cap.* Similiter petroſ. conueniens eſt pp prouocationem & apertionẽ
ſuam, & non eſt multum exceſſiue calidum. Ponitur n. ab Auic. in primo gradu calidita- C
tis & in ſecundo ſiccitatis. & conueniens eſt ſtomacho & capiti, licet Ruffus dixerit de i-
pſo, quod noceat ſtomacho attrahendo ad ipſum materias aliunde. ſed verũ, quod Ruf-
fus intellexit de apio, quoniam petroſ. eſt ſpecies apii. & in cap. de apio ab auctoribus vt
plurimum fit ſermo de petroſ. tanquam de ſpecie eius, vt patet *2.can. & 8. ſimpl. & 23. con-
tinentis cap 609.* & a Serap. *ſimpl. 294.* ¶ Menthæ etiam vſus conueniens eſt, quia calefacit
& exſiccat in ſecundo. confortat ſtomachum & digerere facit & prohibet ſingultum &
vomitum phlegmaticum, *2.can. in ſuo loco, & 23. continentis cap. 732.* ¶ Serpillum etiam Di-
oſcor. erpillum nominatum. Licet enim Serap. enumeret ipſum inter medicinas calidas
& ſiccas in tertio: Auicen. tamen *2.can. cap. de nemen.* dicit ipſum calidum & ſiccum in ſe-
cundo, & eſt conueniens ſtomacho & capiti: & omni principali membro ſua aromati- D
citate aperit vias & vrinam prouocat. ¶ Similiter laudo ipſi roſmarinum dictum den-
drolibanum, quod conueniens eſt, vt prædictum, vel præcedẽs: & eſt calidum & ſiccum,
vt Serap. in aggregatore, *cap. de zaze marina.* ¶ Maiorana etiam ab auctoribus amaracus
nominata conueniens eſt, quia calefacit & ſiccat in tertio, & habet vim attenuatiuam &
diſſolutiuam, *8. ſimp. in proprio cap.* & apit oppilationes, & proprie cerebri: & confert dolo-
ribus capitis a phlegmate & a ventoſitate factis, vt *2. can. proprio cap. in areola membrorum
capitis.* Similiter vti poteſt ruta, abſinthio, hyſſopo, calamento, mentaſtro & conſimilib.
Radices. ¶ Ex radicibus vero plantarum vti poteſt enula, carotis, baucia, eryngio & bulbo. ¶ Ra-
dix vero, quæ comeditur raphanus minor nominata, accipiatur in pauco vſu. ¶ Cæpæ,
allium & porrum non placent mihi, niſi in rariſſimo vſu & pauca quantitate. ¶ De ex- E
tremitatibus vero plantarum ſuis temporibus vtiles ſunt ei aſparagi & cappares. ¶ Olei
oliuarum vſus vel de nucibus competit ei, loco cuius butyro poteſt vti, licet non valde
frequenter & in quantitate pauca. ¶ Aceto autem vti poteſt, ſed non valde frequenter
propter exſiccationem ſuam, ſed agreſtæ & limonum vſus magis placet mihi. vinũ gra-
Aromata. natorum non habeatur in vſu multo valde. ¶ Ex aromatibus placet mihi piper, zinziber,
cardamomum maius & minus, caryophil. macis, nux muſc. aniſum, cyminum, fœnicu-
Partes animalium. lus, crocus, & conſimilia aromatica calida. ¶ Ex partibus animalium euitentur ſaltem in
multo vſu cerebrum, cauda & ventres & reliquæ partes.

Cibi vero paſtiles non ſint in vſu multo, niſi fuerint de paſta fermentata minutiſ-
Tri. ſime facti & bene ſiccati: ſicut eſt cibus ex Sicilia aſportatus apud auctores medicinæ tri F
nuncupatus: incolæ vero illius loci vocant vermicellos. Alagana, & proprie cum caſeo
facta, & ſicut lunelli raphioli dicti, non placent mihi.

Potus. Vinum vero ei conueniens eſſe debet album in colore vel citrinum vel ſubru-
brum, licet minus odore ſuaue, vigore fumoſum & potens, ſapore dulce vel mediocris
ſubſtan-

A ſubſtantiæ, diaphanum vel tranſparens, quod quidem aſſumatur purum aut in diebus caloris pauca quantitate: vt ſub quadrupla ſui parte aquæ commixtum. ¶ Sit autem aqua eius accepta de fonte liberi & detecti aeris habentis aſpectum orientalem; vel meridionalem & liberi curſus, cuius alueus a plantis fœtidis & limoſitate purgatus exſiſtat, in qua etiam ranarum, vermium & aliorum animalium fœtidorum & male naturæ conuerſatio non exſiſtat, & ſit in ſubſtantia diaphana, vaporibus, limoſitatibus diligenter expurgata; velut aquæ ciſternæ vel laudatiſſimi fluminis. Hæc in ſumma de rebus non naturalibus determinata pertranſeant leuiter.

Tertia pars principalis huius opuſculi de regimine harum diſpoſitionum per adminiſtrationem inſtrumentorum medicinalium, & continet ſeptem capita.

B Cap. I. *De adminiſtratione purgationis huic viro conuenientis a medietate menſis Februarij vſque ad medietatem Iunij.*

DILIGENTER contemplando ex prædictis apparet, quod vir iſte indigeat euacuatione materierum melancholicarum, quæ naturaliter in eo multiplicantur: & phlegmaticarum, quæ per accidens propter debilitatem digeſtiuæ: igitur in quocumque menſium iam præmiſſorum, & maxime menſe Martii, Aprilis vel Maii a ſexta die lunaris vſq; ad 25. eius euacuetur ſecundum hunc modum. ℞. *thymi, epithymi, folliculorum ſenæ an. ʒ ß. turbith electi, hermodactyl. an. ℈ ij. diagridij gra. v. ſalis Indi gra. iij. aquæ eupa. ℥ j. ß. aquæ bugloſ. ℥ ij. fiat omnium præcalefactæ aquæ infuſio per diem naturalem, deinde calefiant, & facta expreſſione prædictæ colaturæ addatur caſ. fiſt. de ſua canna extractæ nouiter ʒ v. & totum aſſumatur in potu in aurora calefactum & dormiat poſt per horam, & poſt quintam horam accipiat cyathum vnū plenum aquæ hordei calefactæ & ſaccharatæ, & poſt per vnam horam prādeat.* Sequenti vero die accipiat hoc digeſtiuum in prædicta hora, quod calidum continuet diebus octo, cuius deſcriptio. ℞. *ſyrup. de epithymo ℥ j. ſyrup. de ſtœchade ℥ ß. aquæ bugloſ. & meliſſæ an. ℥ j. miſce.* ¶ Nona vero ſequenti die hora prædicta de minoratiuo & conditionibus eiuſdem obſeruatis accipiat has pilulas. ℞. *pilularum Indarum, pilularum de lapide lazu. pilularum cochiarum an. ℈ j. cum ſucco roſarum fiant pilulæ vij. & exhibeantur.* ¶ Quoniam vero ſæpe tempore aſſumtionis ſyruporum venter patientis ſolet eſſe ſtypticus, & tunc non conuenienter operantur digerentia: ideo deſcribam pilulas iſtas, de quibus tempore ipſorum, imo, quolibet alio, gratia ſubductionis ventris ante cœnam parum poteſt

C *Potio euacuans.* *Potio digeſtiua.* *Pilula.*

D accipere vnam vel duas, & excuſant a labore clyſteriorum. ℞. *aloes epat. elect. ℥ ij. agar. elect. ʒ ij. ſalis Indi ℈ ij. polypod. epith. an. ℈ ij. diagridii ℈ ß. infundantur hæc omnia in ſucco boraginis & violar. an. ℥ ij. & exponantur ad ſolem ita, vt exſiccentur, aut ſaltem ſub tegula exſiccentur, & ita tribus vicibus renouentur ſucci: de illa igitur materia tota cum ʒ ß. cinamomi & tantundem maſticis fiant pilulæ de omni ʒ vj. & exhibeantur vt ſupra.* *Aliæ.*

Cap. II. *De modo rectificandi cerebrum in hoc viro.*

HOC electuarium etiam communicat intentionem ad malam complexionem frigidam & ſiccam totius corporis: & debet eſſe vſus eius omni mane in aurora accipiendo de ipſo quantitatem ʒ iij deglutiendo abſq; alia mixtione. Et iterū de eo accipi poteſt ʒ j. hora introitus lecti, bibendo poſt ipſum modicum de aqua cali-

E da ſaccharata. Decoctio modici macis. Cuius deſcriptio. ℞. *ſpecierum dianthos deſcriptione Nicolai in antidotario ℥ ß. viol. florum bugloſ. boraginis, cinamomi, macis, caryoph. nucis muſ. an. ʒ j. croci ʒ ß. ligni aloes ℈ ij. foliorum auri num. v. moſchi gran. ij. ambræ gran. vj. granorum phiſticorum mundatorum ℥ ij. ſacchar. al. ℥ iiij. mel. deſpumati lb. ß. infundantur phiſtici in aqua bugloſ. cum modico vini aromatici calefacti per duos dies naturales; deinde optime terantur, & cum prædictis informentur in forma electuarii.* ¶ Hæc confectio conuenit ad prædictam intentionem. ℞. *phiſticorum præparatorum ſecundum modum in præcedenti cap. dictum ℥ iij. been al. & rub. zedoariæ, meliſſæ, macis an. ʒ j. ß. florum anthos ʒ iij. capil. Ven. roſ. ſpodii, oſſis de corde cer. meliſ. caryoph. an. ℈ j. cymini, aniſi, liquir. an. ʒ ß. foliorum auri numero iiij. fragmentor. hyacinthi, ſmaragdi & ſaphiri an. ℈ ß. limaturæ ſubtiliſſimæ auri ʒ ß. ſacchari al. lb ß. croci ℈ j. moſchi, ambræ an. gr.* *Electuariū.* *Rotulæ.*

F *j. ß. aq. bugl. q. ſ. fiat confectio in rotulis magnis: de hac igitur confectione ſemper ante cibum aſſumatur quantitas ʒ iij. vel iiij. poſtea bibatur aliquid vini arom. ſuperius approbati in c. de cibis.* Et ſi eadem iterum acciperet poſt cibum & hora collationis, non timendo expenſam, felix eſſet eius exceſſus.

Puluis confortatiuus capitis. Puluis confortatiuus capitis. ℞. *ligni aloes ʒ j. gran. paradiſi, ſtœchados, chamed. fo-*
lii an. drach. ß. ambræ gran. iij. cinamomi electi, galangæ, zinziberis alb. an. ℈ ß. maioranæ, macis
an. ʒ j. ſtyracis calamitæ, calami aromatici, pæoniæ an. ℈ ij. fiat omnium per ſe puluis: deinde com-
miſceantur diligenter. De hoc igitur puluere omni ſero hora introitus lecti ſuperaſperga-
tur prora capitis a fine capillorum, vſque ad ſummitatem eius per inceſſum commiſſu-
ræ ſagittalis & latitudinem quatuor digitorum. ¶ Vt autem viæ cerebri; vt aures, na-
res; palatum apertæ conuenienter conſeruentur, vt fumoſitates & materiæ reliquæ
conuenienter euacuari poſſint, conueniens eſt & vtile, vt omni ſero & mane infulas &
alia tegumenta capitis bene exſiccata cum hoc puluere ignitis carbonibus aſperſo dili-
Puluis pro ſuffitu. genter ſuffumigetur caput eius & facies ſimiliter. Cuius deſcriptio. ℞. *laudani electi ℥ j.*
colophoniæ ℥ j. ß. thuris, ſandaracæ, myrrhæ an. ſcrup. ij. ſtyracis calamitæ drachm. v. ligni aloes, cu- B
bebarum, granorum iuniperi an. ʒ j. fiat omnium per ſe puluis & commiſceantur. ¶ Quoniam
capitis ablutio neceſſaria eſt ad mundificandum cutem a limoſis ſuperfluitatibus, & ad
conſumendum ſuperfluitates, fumoſitates & vapores in ipſo inuentos: ideo laudatur ei
ablutio capitis bis in menſe aut plus omni ſeptimana ſemel facta cum lixiuio communi;
abſq; mixtione altera & madefiat magdaleon infraſcriptus: ♃. *reſinæ ſiccioris, colopho-*
niæ an. drach. j. ß. laudani, ſtyracis calamitæ an. vnc. j. ſandaracæ ʒ iij. maioranæ, macis, ſtœchados,
pulegii, origani, betonicæ, aſari an. drach. ß. cubebarum ſcrup. ij. moſchi gran. j. puluerizentur o-
mnia per ſe, & cum gummi prædiſſolutis fiant magdaleones, & vtatur eis ſolum poſt ipſorum exſic-
cationem. ¶ Et quia ſpiritus perſæpe animales ſuſtentantur & a corruptione & alterati-
Pomum odoratum. one defenduntur per applicationem aromatum, per inſpirationem cerebro delato- C
rum: igitur bonum odoriferum eſt hoc. ♃. *foliorum baſiliconis ſicci ʒ ij. macis ʒ j. ß. moſchi,*
ambræ an. gran. iij. ligni aloes ℈ j. gran. paradiſi ʒ ß. margaritarum electarum, foliorum auri ſcrup.
j. capitum roſ. non bene expanſarum, coral. ſpodii de canna, labruſcæ, camphoræ an. ℈ j. pul. omnia
per ſe diligenter & ligentur in ſindone de grana retorta, aut ſaltem ex eis fiant poma cum vnc. j. ſtyra-
cis liquidæ & vnc. ij. puriſſimi laudani, quæ diſſoluantur cum vino romaniæ, aut altero bene aroma-
tico, vt maluatico. ¶ Et quoniam frequenter contingit in anfractuoſitatibus cerebri &
rimis eius inuenire materias phlegmaticas aut alteras, quæ fixæ & profundatæ ſunt &
difficilis eradicationis: Indigent igitur motore vehementer agitante eas, & talis eſt
ſternutatio proprie facta poſt vniuerſales euacuationes, quæ iuuat ad expulſionem ma-
terierum etiam verberando in faciem earum, *prima primi, cap. vltimo:* ideo facit ſternu- D
tatorium hoc apparente capitis grauitate & priuatione demucationis narium admini-
Puluis naribus inſufflandus. ſtretur in nares exſufflando de ipſo ad quantitatem vnius grani hordei. ♃. *radicis artha-*
nitæ ʒ j. caſtorei ſiccioris, piperis alb. ſtaphyſagriæ an. ʒ j. electuarii alb. ʒ ß. puluerizentur omnia per
ſe, & commiſceantur & inſuffletur per cannulam vel pennam, aut per inſtrumentum, quod deſcribit
Albu. in cap. de formis inſtrumentorum caput purgiorum, & tu lege ibidem.

Cap. III. *De confortatione cordis.*

Simplicia. IN hoc capit. aliqua ſimplicia remedia, deinde compoſita ponantur a ſapien-
bus approbata. ¶ Primum quidem eſt zedoaria, de qua dixit Auicenn. quod
confortet cor & conferat tremori eius frequenter; & do ex ea ʒ ß. in aurora cum E
℥ j. aquæ bugloſſæ cum ſaccharo calefactis. ¶ Secundum eſt bugloſſa, cuius vſus vtilis
eſt, & ſecuriſſimus tam in cibis, quam in potibus, vt Auic. ſcripſit *10. tertii, cap. de canonibus*
curationis cordis. ¶ Tertium eſt ſmaragdus, de quo in potu detur ℈ j. cum aqua bugloſſæ, vt
ſupra. ¶ Lapſum autem cordis ſiue tremulum motum aut alterationem a vaporibus
melancholicis prouenientem potenter curat vſus electuarii lætificantis deſcripti a Rha-
ſi, *9. Almanſ. cap. de melancholia.* & exhiberi debet in diſpoſitione iſta omni mane ex eo
quantitas ℥ iij. cum ℥ ij. aquæ bugloſſæ præcalefactæ. ¶ Fumoſitates quoq; melancholi-
cas & alterationes ab eis prouenientes ſæpe curare ſolet adminiſtratio huius ſacculi con-
Sacculus. tinue portati ſuper mamilla ſiniſtra & conſuti intra induſium. Cuius deſcriptio. ℞. *florum*
boraginis, bugloſ. capil. Ven. macis. ſem. baſiliconis an. ʒ j. hyacinthi, ſmaragdi, ſaphiri an. ſcrupul. F
j. foliorum auri numero v. been al. & rub. ligni alo. oſſis de corde cerui, folii, margaritarum an. dr.
ij. macis drachm. j. ß. puluer. omnia per ſe: & fiat ſacculus quadratæ figuræ in ſindone de grana re-
torta.

Cap. IV. *De rectificatione diſpoſitionum ſtomachi.*

Licet

A LICET in lapſibus melancholicis ſoleat communiter intendi appetitus : tamen,
quia lapſus iſtius viri eſt in gradū notabiliter intenſus: ideo per ipſum magis lædi-
tur appetitiua, quam ſaluetur vel augmentetur. Idcirco bonum eſt, quod vir iſte
vtatur infraſcripta confectione, de qua ſemper poſt omne cibarium aſſumat fruſtum
vnum vſquequo percepit appetitum eius vigoratum eſſe: & tunc ab ea deſiſtere poterit.
Cuius deſcriptio: ℞. *gr. ſumach, berberis & ribes, coriandri præparati ana ʒ ij. caryoph. cinamom.* *Rotulæ*
electi ana ℈. j. macis. ℈. ij. cymini, aniſ. an. ʒ. ß. pulueriz. omnia prius infuſa in aceto per diem naturalē
poſtea exiccata & cum lib. ß. conſeruæ cydoniorum ſacharinæ, & cum modico miuæ cydoniorum præco-
ctæ cum ℥. ij. ſaccha. al. & fiat confectio in rotulis ponderis ʒ. ß. ¶ Et quoniam oppilationes co-
arctatoriæ ſæpe in ſtomacho huius viri eueniunt propter multitudinem melancholici
B humoris, ad cuius retentionem in venis tunicarum ſtomachi adiuuat multitudo phleg-
matum, quæ per indigeſtionem generantur in eo, vt ſuperius viſum eſt: ideo ad eas remo
uendas licet prima remedia ſuprapoſitorum ſufficiant, volui tamen hanc compoſitionē
apponere confectionis, quæ vtiliſſima eſt ad tollendas oppilationes prædictas. ℞. *gran.* *Alia.*
phiſticorum, quæ infuſa ſteterint per triduum in ſyrup. acetoſo ʒ iij. cymi. aniſi, fœniculi an. ℥ ß. ſpicæ
nardi, ameos, ſquinanti an. ℈ ij. ligni aloes ſcrupul. j. pulueriz. omnia per ſe & lib. j. ſacchari alb. cocti
cum aqua eupator. fiat confectio in rotulis ʒ iij. de qua per horam vnam cum media ante cibum ac-
cipiat vnam, poſt quam bibatur modicum vini alb. ſubtilis aromatici & bene fumoſi. ¶ Et quia pau-
citas ſpirituum & ſanguinis laudabilis cum phlegmatica materia & melancholica multi-
plicatis in ſtomacho huius viri, & circa ipſum ſunt cauſſa nocumenti digeſtionis in eo, &
C ideo intendatur ad appetitum cum hoc electuario, de quo in aurora aſſumat cochlear v-
num deglutiendo ipſum abſq; alia mixtione. Cuius deſcriptio. ℞. *ſpecierum diatrionpipere-* *Electuarium.*
on deſcriptione ʒ. Gal. in libello ad Omontheum ℥ j. ſpecierum electuarii de ligno al. ℥ ß. ſyr. infuſionis
myrobalanorum cheb. zinziberis viridis an. lib. ß. ſacchar. alb. ℥ iij. coquantur ſimul ſaccharum &
ſyr. vſq; ad ſpiſſitudinem & additis ſpeciebus conterendo fiat electuarium.

CAP. V. *De doloribus & ventoſitatibus ſpinæ remouendis.*

CVM autem contigerit in ſpina vel renibus dolor apparere, fiat eorum euaporatio
cum ſacculis infraſcriptis ſtomacho ieiuno ſæpe applicatis: deinde inungatur ſpi-
na tota cum infraſcripto vnguento. Deſcriptio ſacculi eſt hæc. ℞. *arthemiſiæ, me-* *Sacculus renalis.*
D *liloti, chamomillæ an. vnc. j. milii bene calefacti in caldario ſicco ſcutellas quatuor: apponatur prædi-*
ctarum rerum pul. craſſo modo contuſæ & impleti ſacculi ſuperponantur ſpinæ. ¶ Deſcriptio vn- *Vnguentum*
guenti eſt hæc. ℞. *olei nardini, liliorum alborum an. ℥ ß. olei chamomelini, de aneto, an. vnc.*
j. croci, ſpicæ nard. rubeæ tinctorum, eupator. an. drachm. ß. maſticis, ſquinanti an. ℈ j. ceræ, q. ſ. fi-
at vnguentum molle.

CAP. VI. *De oppilationibus in renibus remouendis.*

EX decurſu materierum phlegmaticarum & melancholicarum non raro cōtin-
git huius viri renes oppilari, quod contingere poteſt ex dolore tenſiuo & graua-
tiuo in renibus eius eueniente, & ex tenuitate & ſubtilitate vrinarum ſi-
milium aquæ fontis, ideo pro ipſarum remotione vtatur confectione de phiſticis ſupe-
E rius poſita. ¶ Item vtatur confectione facta ex ſpeciebus electuarii de ſemi. deſcripta à
Meſue *in antidotario deſcriptione prima*, quæ fiat cum ſaccharo cocto cū aqua ſublimatio-
nis granorum milii ſolis: & accipiat ex ea ℥ ß. ante omnem cibum per horam vnam cum
media.

CAP. VII. *De diuerſione a ſuperioribus partibus molienda ad inferius.*

SI huic viro conferret natura auxilium in mediocriter prouocādo hæmorrhoidas,
nullum ſalubrius medicamen exiſtimo ei conferre poſſe, ſi autē per ſe non pro-
uideret, tunc ſi perciperetur pondus, frigus, tenſio aut pruritus in extremitatib.
ſphincteris, fiat fricatio loci illius cum foliis ficus aut conſolidæ maioris vel minoris, vel
cum felle tauri, vel alterius animalis. ſi autem talium viarum apertio fieri non poteſt, vta-
F tur pil. ſupradeſcriptis & euacuationibus lenibus, & ei ſæpe fiant pedum fricationes ab in-
guinib. vſq; ad plantas, aut ſaltē ablutiones ex decoctione folior. lauri, calamenti & ſimi-
lium calidorum, aut ſaltem in domeſticis partibus carnoſis tibiarum ſæpe applicentur
ventoſæ ſiccæ, aut cum ſcarificatione, ſi locus valde rubuerit. Hæc ſunt, quæ huic viro
meliora mihi viſa ſunt.

CONSILIVM CCLXV. *De mala complexione frigida & humida totius. Et diuiditur conſilium in tria capita.* A

CAP. I. *De diſpoſitione & ſignis eius.*

SI diligenter quiſquis in ſcibilibus medicinæ non mediocriter eruditus inſpiciat complexionem ſpectatiſſimi viri, Domini Angeli Simonetæ, magnifici ac potentiſſimi Domini & Comitis generoſi, ſplendidiſſimi ſtrenuiq; bene meriti Capitanei Illuſtriſſimæ Ligæ totius Italiæ gubernatricis, fidiſſimi ſecretorum conſeruatoris, facile poterit aſſertiue dicere, quod eius complexio tota a medio iuſtitiali declinet ad frigiditatem & humiditatem. Primo namq;, quia tactu percipitur in membris omnibus eius remiſſa caliditas cum declinatione ad lenitatem & mollitiem. Secundo, quia in habitudine eius apparet declinatio magis ad remiſſam carnoſitatem cum mollitie membrorum, quam ad multam carnoſitatem aut valde paucam cum ſoliditate membrorum. B ¶ Tertio iterum, quia pulſus eius paruus & mollis eſt magis, quam durus, magnus vel mediocris. ¶ Quarto, quia anhelitus eius ad paruitatem, tarditatem & raritatem cum lenitate ſuas differentias oſtendit magis, quam ad magnitudinem, velocitatem vel frequentiam. Et ſunt quatuor a ſubſtantialiter inhærentibus, & ab operationibus aſſumta. ¶ Adhuc & quinto, vrina eius citrina aut ſubcitrina eſt cum pauca hypoſtaſi, imo nemphilim habet multam vel eneorema ad albedinem in colore & mucilaginoſitatem in ſubſtantia notabiliter inclinatas. ¶ Ab hac etiam complexione cadit generatio & exitus multæ ventoſitatis, quandoq; in ſtomacho & inferiori ventre murmurantis. ¶ Vniuerſa etiam C cutis leni quantitate pilorum & mollium veſtita eſt. ¶ Sputum & accidentia reliqua ad mollitiem magis, quam ad duritiem inclinantur. ¶ Et eſt homo, qui in paſſionibus animalibus non inclinatur ad velocem iracundiam excellentem neq; perdurantem, imo medium ſatis tenet in illis ad tarditatem magis, quam ad velocitatem earum paſſionum inclinabilis. ¶ Adde quoq; iſtis, quod valde facile patitur ab infrigidantibus cauſſis, propterea, quia complexio naturaliter frigida eſt & inclinatur ad lapſum ſibi ſimilem, conuerſio enim in genere proportionali facilior eſt, quam econtra, *ſecunda primi, cap. de ſignis complexionum.* ¶ Et licet frigiditas complexionalis ſit cauſſa facilis paſſibilitatis a cauſſa ſibi ſimili, ad tales tamen alterationes non parum coadiuuat exceſſus humiditatis huius viri, humiditas namq; maior, quam debet, reddit corpus frigidius, quam oportet, *prima* D *primi, cap. de complexionibus.* ¶ Amplius raritas texturæ, quæ eſt in habitudine huius viri, diſponit ipſum ad faciliter alterari ab exceſſu cuiuſcunq; qualitatis. ¶ Sed ipſa raritas coniuncta humiditati & frigiditati facit corpus facilius pati ex frigidis & humidis cauſſis, quam a calidis & ſiccis, quia hic vir ad frigiditatem & humiditatem cum raritate texturæ notabiliter lapſus leuiter patitur & frigiditate & humiditate continentis & aliorum conſimilium agentium. ¶ Propter quod corollarie deduci poteſt, quod iſte vir intelligere poſſit cauſſas, propter quas facile incurrit frigiditatem capitis, ſtomachi, extremitatũ & iuncturarum. Neq; digne hic moleſtari debeo, quod raritas texturę arguit dominium caliditatis, illud enim negandum eſt, raritas enim texturæ quædam conſequitur paucitatem carnis vniuerſæ habitudinis, & paucitas carnis arguit augmentum frigiditatis, quę E debilitat innatũ calorẽ, qui debet eſſe inſtrumẽtũ generationis carnis: vnde non omnis raritas texturę conſequitur augmentum caliditatis. Ad hanc etiã veritatem affirmãdam concurrit cerebri, ſtomachi, genuũ & iuncturarum huius viri frigiditas, quæ notabiliter viget in eis, & nõ caliditas. ¶ Ex quibus omnibus velut ex fundamento ſcientifico cõcludendũ eſt, quod cõplexio huius viri licet frigida ſit & humida ſecundum vniuerſum corpus, maior tamẽ frigiditas dominetur in cerebro, ſtomacho & iuncturis eius, quã in aliis

Obiectio. membris. ¶ Et ſi fieret inſtantia contra quędam prædictorũ, quia in vrinis huius viri frequenter apparet tinctura ruffa & ſubcrocea cum multitudine arenularũ ad rubedinem inclinatarum: & calida quandoq; percipit vrina cum punctione in extremitate pudendi vel Venerei membri, ſed hæc omnia ſignificãt augmentũ caliditatis: igitur cõplexio hu- F

Reſponſio. ius viri ad caliditatem inclinatur: & non ad frigiditatem. Huic motiuo & conſimilibus reſpondendum eſt negando cõſequentiã, nõ enim ex caliditate vnius particularis membri, ſc. renũ: neq; etiam epatis ſufficienter deduci poteſt in toto multiplicata. Epar enim eſt fons humiditatis principaliter, & non caliditatis, & caliditas ipſius non poteſt ſuper

toto in-

A toto influere caliditatem ſuperantem caliditatem ab influxu cordis toti communica-
tam. Et ſi epar, quod eſt principale membrum declinans a medio generis per augmen-
tum caliditatis maioris, quam ſit caliditas renum reſpectu medii generis, non poteſt ſu-
per toto caliditatem influere vltra caliditatem cordis: igitur neq; renes poterunt hoc fa-
cere: conſequentia manifeſta eſt cum ſuo maiori, eo, quia aliorum ſuppoſita paritate for-
tior eſt virtus membrorum principalium ſuper illo. Vnde ex omnibus iſtis inuicem col- *Corollaria.*
latis ſequuntur corollaria quædam. ¶ Primum, quod hic lapſus in hoc viro non leuiter 1.
verendus ſit. probatur: quia hic lapſus contrariatur ætatiuo decurſui. Eſt enim vir iſte in
ætate conſiſtentiæ, in qua aliis ætatibus comparata caliditas & ſiccitas dominari debēt,
ſed dominantur in ea frigiditas & humiditas contraria prædictis: igitur lapſus eſt malus.
B maior & minor innotuerunt in præcedētibus, & conſequentia patet ex lege ſummi Hip.
ſect. 2. aph. 34. commento, in morbis minus periclitantur ægrotantes. ¶ Secundum corollarium, 2.
quod huic lapſui reſiſtendum ſit, quam citius eſt poſſibile, ne amplius intendatur. ¶ Ter- 3.
tium corollarium, quod iſte vir in ſuo regimine magna attentione ſollicitus eſſe debeat:
vt nunc ſequitur.

CAP. II. *De regimine per ſex res non naturales diuiſum in ſex ſermones.*

ITAQVE regimen huius viri in duo cap. diuidendum eſſe decreui. Et primum
horum concernit regimen ſex rebus non naturalibus complendum: Secundū
vero inſtrumentorum medicinaliū congruam applicationem docebit admini-
C ſtrari. ¶ Primum itaq; cap. ſermones continebit ſex. Quorum primus erit aeris admini-
ſtrationem regionis ciuitatis, loci vel cameræ declarans electionem congruam.

Eligatur itaq; pro poſſe aer naturaliter calidus & ſiccus, vel meridionalis, vel oriē-
talis, vel occidentalis, purificatus a flatu ventorum pluuias deferentium. Et ſi quidem aer *Correctio*
talis naturaliter haberi non poterit, & maxime a viro tali, qui ingentem armorum tu- *aeris.*
multum in caſtris conſequitur, de magnis rebus negociando: artificialiter tamen locus
habitationis, & proprie vbi dormit, præparetur cum incenſione lignorum abietis, ficuū,
pomorum, ilicis, lauri, iuniperi & vniuerſaliter omnium plantarum & herbarum acuto
odore participantium. ¶ Et ſi contingat elongari ab iſtis, ſaltem in loco habitationis ei⁹
ſuffumigium fiat cum hoc puluere, de quo carbonibus accenſis aſpergatur quantitas nu-
cis. Cuius deſcriptio. ℞ *ſtyracis calamitæ* ℥ ß. *ſandaracæ, myrrhæ an.* ʒ j. *thuris* ʒ vj. *ligni alo.* ʒ iij. *Puluis pro*
D *puluerizentur omnia per ſe: deinde miſceātur & ipſum portet ſecum, quaſi ſemper.* ¶ At vero ſi aeris *ſuffitu.*
rectificationi per hunc modum prouideri non poſſit, ſaltem frequenter odoret puluerē
deſcriptionis huius in ſindone retorta ligatum. ℞. *macis* ʒ ij. *galliæ muſcatæ, ſtyracis calamitæ,* *Nodulus odoratus.*
ligni aloes, florum origani & pulegii an. ʒ j. *foliorum baſiliconis, florum reſmarini, maioranæ an.* ʒ ij. ß
pulucrizentur per ſe: deinde miſce & fiat vt ſupra. Et hi pulueres etiam teneantur, vbi panni
ſui ſeruantur, aut ſuffumigentur cum illo. ¶ Moſchi autem odorem propter nimiam e-
ius euaporationem & craſſam aliqualiter timeo, niſi vir iſte delectationem accipiat ex
odore eius. ¶ Qualitercunq; vero contingat, locus habitationis eius orientali aſpectui
& meridionali detectus exſiſtat, elongatus a decurſu aquarum, & proprie limoſarum &
fœtidarum. ¶ Et ſummopere ſibi caueat terræ propinquus iacere ſuper ſtratum herbis
E recentibus adiacentem: imo lectum ſibi faciat ſuper culcitra proiecta, ſuper corio vel
pannis a terra ſaltem per tres pedes eleuatum. Et de his, quæ annectuntur aeri, veſtes
habeat ex pannis de grana duplicatas, vel ſuffultas pellibus vulpinis leuioribus, aut dor-
ſis variorum vel martum: licet pellis denſa de pingui agno non minus eſſet vtilis, quam-
uis non ſit adeo nobilis opinione reputata: hæc de ſermone primo huius capitis.

Sermo ſecundus ponit regimen per exercitium & quietem hoc modo menſurandum.

PRæmittendo primo, quod hic vir non poſſit æque conuenienter regi in hac parte
huius ſermonis, quantum expediret: laboribus enim arduis & magnis rebus inten-
F tus cogitur equitare, peditare & iter nauale agere ſecundum rerum Italiæ caſus bel-
licoſos vrgentes: quare ſi poſſet ſaltem poſt cibum ſuum per duas vel tres horas quieſce-
re deberet, aut ſaltem leui exercitio exercitari, aut ſi contingit ipſum vrgente neceſſi-
tate feſtinanter exercitari in gradario equo vel mulo, perficiat, ſicut poteſt.

Cum vero rerum humanarum conditio donabit ei, vt ſe conuenienter regere poſ- A
ſit, tunc poſt cibum quieſcat aut ſaltem paſſibus mediocribus trecentis vel quadringen-
tis exercitetur. Et poſt aſſumtionem cibi per ſex vel ſeptem horas motu progreſſiuo pe-
ditando mediocriter ambulet montes aſcendendo, aut equo gradario ſuauiter ſe exer-
citando. ¶ Et ſi adhuc aliqua angente neceſſitate doloris vel alterius accidentis pro-
hibetur iter agere vel equitare, tunc loco exercitii partibus non dolentibus omni die ter
ante cibum cum panno lineo aliqualiter aſpero fricationem faciat fieri ſibi a genubus,
vſq; ad pedes inferius, trahendo cum bona compreſſione per octauam partem horæ: de-
inde ſuperaſcendat fricans eum a pedibus, vſq; ad inguina per modum & ſpatium tem-
poris dictum. ¶ Tertio vero dimiſſis pedibus fricationem faciat a ſpatulis vſq; ad nates
per idem ſpatium: quarto vero ab humeris vſq; ad manus inferius, trahendo ſemper vſq; B
quo caleant membra & rubedini vicina fiant: deinde quieſcat. ¶ Capiti faciat exercitium
cum pectine de ſetis porcinis. ¶ Aures exercitentur hiſtorias magnarum rerum audi-
endo, voces modulas auſcultando, de ſonis armonicis tenuiter aerem frangentibus in-
ſiſtendo: velut harpæ, organi & conſimilium. ¶ Et pectus anhelitum eius detinendo
& voces eleuatas proferendo, velut Doctor legens exercitando. ¶ Et ſtomachi cum
pannis calidis euaporationem faciendo regionem tueatur. ¶ Epati vero primum do-
net decubitum in dormitione. ¶ Et renibus fricationem non raro faciat cum furfuri-
bus ſiccis vel puluere farinę orobi. ¶ Iuncturis vero inferioribus cum quietus erit ſal-
tem in ſeptimana bis applicet inunctionem factam ex hoc linimento actu calido, cum
Vnguentum vadit ad lectum. ℞. *olei oliuarum vnc. ij. ſalis modicum calefacti drachm. j. ß. ſandaracæ* C
drach. ß. terantur omnia inſimul ſubtiliſſima contritione, applicentur, vt dictum eſt: & hæc de ſer-
mone ſecundo.

Sermo tertius de inanitione & repletione.

Regula circa hac obſeruāda. IN ſermone vero tertio declarādus eſt modus ciborum huius viri ex parte quan-
titatis & horæ ipſius. pro quo præmittendæ ſunt regulæ quædam. Prima præmit-
tendum primo, quod nullo modo accipiatur cibus, niſi præaſſumtus omnino
1. complete digeſtus exſiſtat: grauaretur enim ex illo virtus digeſtiua ſtomachi & crudum
cibarium alteri ſuperueniret incomplete digeſto, & vterq; ipſorū corruptus, aut non be-
2. ne digeſtus in ſtomacho nocumenta efficeret grandia. ¶ Secūda, quod nunquam cibus
accipiatur, niſi appetitu vero & non mendoſo ad ipſum accipiendū irritetur: frequenter D
enim fiunt mendoſi, & corrupti appetitus, propter quos multa cibaria accipiuntur, quæ
3. ſunt cauſſa corruptæ digeſtionis. ¶ Tertia, quod nunquam cibus deglutiatur, niſi prius
bene & conuenienter præmaſticatus fuerit: qui enim odit vitam ſuam, ingluuioſe com-
4. edat & cibum deglutiat non bene maſticatum, *tertia primi, de regimine per cibum.* Quar-
ta, quod in vna comeſtione diuerſa fercula vel cibaria euitentur: diuerſitas enim cibo-
rum in complexionibus eorum ſaporibus & modo ſubſtantiæ eſt cauſſa diuerſarum æ-
gritudinum, vt febrium, oppilationum, apoſtematum & conſimilium. ¶ Quinta, quod
5. iterum in accipiendo cibum non impendatur prolixitas temporis, prolixitas enim in
comedendo eſt cauſſa, vt crudum cum ſemicocto aut digeſto commiſceatur, propter ꝙ
acquiritur in humoribus heterogeneitas in qualitatibus primis & ſecundis, corruptiua E
complexionis ſtomachi, epatis & venarum, vnde acquiritur mēdoſa craſſities & ventris
6. abominanda craſſitudo noſtri temporis prælatis vt plurimum adaptiua. ¶ Sexta, quod
ſimpliciter in potu non accipiatur multa quantitas continua: imo totus potus in multas
7. particulas vel vices diuidendus eſt. ¶ Septima, quod in comeſtione ita agendum ſit, vt
cibatus a menſa recedat veſtigiis famis adhuc in ſtomacho vigentibus magis, quam vſq;
8. ad plenam eius ſaturitatem. ¶ Octaua, quod cibi & potus in quantitate menſurentur, ita
quod non faciant in ſtomacho nocumētum, deterior enim cibus eſt, qui ſtomachi gra-
uitatem efficit & tenſionem: ſicut potus deterior, qui in ſtomacho natat & fluctuat. No-
9. na, ſimiliter iterum cibandus non debet multo tempore abſtinere, cum famis percipiat
impulſionem, tolerare enim famem lōgo tempore ſtomachum corruptis replet humo- F
10. ribus, *tertia primi, vbi ſupra.* ¶ Decima, vt poſtquam cibus aſſumtus fuerit, per me-
diam horam, amplius non bibat, vſque ad perfectam digeſtionem, licet in hoc con-
tingat error, in quo ſæpe decipiuntur homines, & maxime prælati & armorum negoti-
um exercentes.

Sermo

A **Sermo IV.** *De ſomno & vigilia.*

QVARTVS vero ſermo vigiliarum & ſomni menſuram ponit, pro quo ca- *Canones*
nones quidam obſeruandi ſunt. ¶ Primus, vt vir iſte non dormiat poſt *circa ſomnũ*
cibum, niſi poſt ſpatium duarum horarum, vt cibus cum minutus vel e- *& vigiliã.*
laboratus aliqualiter ſit, aut ſaltem per ſpatium vnius horæ: cum enim 1.
oppoſitum ſit, crudis & craſſis vaporibus & ventoſitatibus ſtomachus hypochondria
implentur & caput. ¶ Secundus canon: quod primus decubitus iuxta poſſe ſuper 2.
dextro fiat latere: ſecundus vero ſuper ſiniſtro: & tertio iterum reuerſio fiat ad cō-
plendum dormitionem ſuper latere dextro. ¶ Tertius canon; quod ſi percipiatur in 3.
B digeſtione nocumentũ diminutæ digeſtionis aut ſapor amarus, acetoſus, acris, acidus
vel ſalſus, bonum eſt dormire ſuper ventre, capite tamen eleuato: per illa enim accidē-
tia ſignificatur nocumentum corruptorum ciborum in ſtomacho, quod apparet, quia
ſubleuatur per ſupinam dormitionem. ¶ Quartus, quod propter ſubleuare caput a 4.
multitudine euaporationũ ad ipſum dormitio fiat capite ſubleuato & ſitu quaſi ſemi-
ſedendo ſuper ſtrato fiat cubitus. ¶ Quintus, quod menſura ſomni in hoc viro non ſit 5.
minor horarum octo. Per tantam enim dormitionē ſtomachi digeſtio vigoratur, quæ
in eo tarda eſt: & cũ hoc melior fit digeſtio ſecunda & tertia in venis & membris. ¶ Sex- 6.
tus, quod in dormiendo omnino cuſtodiatur a percuſſione radiorum lunæ: tales enim
augent reumatiſmos, & faciunt poſſidere ſcreatũ ſanguinis, 2. *primi.* ¶ Septimus, quod 7.
C caput & totum corpus dormiendo ſint bene cooperta pannis: melius enim eſt ei tali
tectura ſudorem incurrere, quam ex negligentia eius algere. ¶ Octauus eſt, quod in 8.
dormiendo euitetur apertura oris: denigrat enim & exaſperat linguam, pectus infrigi-
dat & oppilat, aſthmata & raucedines vocis efficit: remanēte autē altera temporis par-
ticula notabiliter lædit. Et hæc de ſermone quarto.

Sermo V. *De accidentibus animi.*

SERMO quintus tractare debet modum applicationis paſſionum ſiue ac-
identium animi. Et quia earum quędā ſunt conſequentes impreſſionem
pecierum, quæ delectant animam: aliæ vero, quæ contriſtant, ſimiliter
in organa & inſtrumenta corporis impreſſiones ab anima fiunt aliter & a-
D liter mouentes. ¶ Sunt autem paſſiones delectabiles: velut gaudium, benignitas, man-
ſuetudo, humilitas & conſimilia. Contraria autem iſtis paſſionibus ſunt ſicut furor,
iracundia, triſtitia, anguſtia, ſollicitudo vehemens, & anxietas. ¶ Primas autem ha-
rum paſſionum, vt in pluribus conſequuntur impreſſiones agentes leuiter & mode-
rate imprimentes, præter gaudium pernitioſum: vir enim animo manſuetus, humilis
& benignus non habet repentinum motum in ſpiritibus & humoribus non in corde
neque in ventriculis cerebri factum: propter quod negociari in talibus paſſionibus
huic viro eſt valde vtile. ¶ Cumque ex ira & furore vehemens & velox fiat in humo-
ribus, ſpiritibus & organis corporis impreſſio, non eſt dubium corpus præparari ad
grandia pericula: ſcilicet aut ad febres, ebullitionem in humoribus: aut conſequen-
E tes, & extraneationem in humoribus: aut ad oppilationes aut apoſtemata conſequen-
tia ſubitum decurſum humorum ad ventriculos cordis & cerebri: aut quandoque de-
fectus animoſitatis, & ſyncopales alterationes fiunt in iracundis propter vehemen-
tem reſolutionem in ſpiritibus & humoribus laudabilibus factam: tales enim paſſio-
nes exterminant & mutant corpus ab ea, quæ eſt ſecundum naturam conſiſtentia, *ter-
tio techni,* propter quod non eſt mirum, ſi furibundi homines non ſunt bene contem-
platiui, neq; ſibi & aliis bene conſulentes, intantum, quod quandoq; fiunt ſicut amen-
tes & maniaci. ¶ Et quia ab illuſtribus viris non raro inuenitur coitum annexũ fuiſſe
paſſionibus animi propter vehementem delitiam & concupiſcentiam ipſius. Ideo de *Quibus ma-*
actu venereo dicendum, quod nulla ſit humana complexio, cui æque cito & intenſe *xime noceat*
F noceat actus coitus frequentatus, velut eſt complexio frigida, propter quod agendum *coitus.*
eſt parce in ipſo, ſicut placuit Epicuro, qui non voluit actum coitus in conſeruando
ſanitatem aliud efficere, quam nocere. ¶ Menſura igitur illius nō tranſcendat binam
copulationem in ſeptimana: & fiat in aurora ſuperfluitatibus primæ & ſecundæ dige-
ſtionis iam expulſis & cũ ſuauitate & delectatione, & abſq; motu corporis excellenti:

Aliter autem ab eo abſtinendum: & hæc de ſermone quinto. ¶ Sextum vero ſermonem, qui eſt de cibo & potu, inuenies in conſilio domini Petri Donati Epiſcopi Paduini, & tu eo recurre, &c. A

Cap. III. *De regimine per medicinalia.*

Iam autem inſtat tempus declarandi modum regiminis huius viri per medicinalia, per quem lapſus in eo iam prædictus corrigi & remoueri poſſit. ¶ In hoc itaque capit. hunc modum obſeruabo: primo enim deſcribam ei purgationem pro ſua ſanitate recuperanda conuenientem. ¶ Secundo vero principaliter deſcribam ipſi 12. inſtrumenta medicinalia, per quorũ applicationẽ finem intentum feliciter obtinere poterit. ¶ Pro complemento vero primæ particulę B duplicem ei deſcribam purgationẽ: & prima quidem erit in authumno conueniens. Secunda vero in vere perficienda: prima quidem purgatio fiat incipiendo iuxta poſſe ſuum a xx. die menſis Septembris vſq; ad medietatẽ Octobris per hunc modũ. Eligat enim ſpatiũ temporis x. dierum, in quibus abſtineat a motibus corporeis vehementibus, aut equitandi, transfretandi, aſcẽſus vel deſcenſus montiũ: tunc itaq; mane vno in aurora vel per vnã horam vel mediam ante diẽ accipiat hoc minoratiuum. ℞. *agarici*

Infuſio minoratiua authumnalis. *albi, leuis & frangibilis abſq; nodis ʒ ij. ß. reubarb. electi ʒ ß. zinziberis ℈ ß. ſpicæ nardi, gran. x ſalis gemmæ, gran. j. hæc omnia ſubtiliter puluerizata infundantur in ℥ ij. aquæ abſynthii, & ℥ ij. ß aquæ melliſſæ calefactis per diem naturalem, tunc itaq; in aurora calefiant, colentur, & diligenter exprimãtur, & in colatura illa diſſoluatur ℥ j. elcæ. mannæ, & totum actu calidum bibatur, & dormiat ſuper* C *ea immediate per vnã horam: poſt ſurgat & quieſcat a motibus corporeis:* & ſupponendo aliquos pannos calidos toti ventri reuoluat tempus horarũ v. & poſt illud bibat ſcutellã vnam brodii pulli macri cum ℥ ß, ſacchari, poſt quẽ potum per horã vnam prandeat. ¶ Mane vero immediate ſequenti accipiat hunc ſyr. actu calidũ hora p̃dicta, & cõtinuet ipſum ſaltem diebus vij. Cuius deſcriptio. ℞. *ſyr. de byzantiis ℥ j. mell. roſ. colat. ℥ ß. aquæ melliſſæ, ab-*

Syrupus digerens. *ſynthii & cichor. an. ℥ j. miſce.* ¶ Cũ ergo aſſumpſerit hoc digeſtiuũ tot diebus, vt vrina appareat citrina aut ſubruffa, in ſubſtãtia mediocris & hypoſtaſin habẽs in fundo, ſedentẽ, albã in colore, coniunctã in partibus ſuis, & æqualẽ in omnibus & diaphanã in ſubſtantia, & nõ valde craſſam, tunc mane immediate ſequenti purgetur cũ iſtis pillulis.

Pilulæ. ℞ *pil. de agarico deſcript. Meſ. ℈ ij. pill. de reubar. ʒ ß. ſacch. roſar. formentur pillulæ vij. horis & mo-* D *dis omnib. obſeruandis poſt eas, quæ poſt minoratiuũ ſcripta ſunt obſeruari debere.* Hæc de purgatione authumni.

Purgatio Vernalis. ¶ Purgatio vero, q̃ in vere fieri debet, eſt vt a medietate Menſis Martii vſq; ad decimã diẽ Menſis Maii purgetur p hunc modũ: temporis enim conuenientia idonea ſibi ſeruiente vno mane accipiat iſtas pillulas. ℞. *pillul. de hiera compoſita, pillul. de*

Pillulæ. *ſarcocoll. an. ʒ ß formentur pillulæ vj. vel vij. & accipiantur hora & modis in præcedentibus purgationibus obſeruandis.* ¶ Poſt minoratiuũ autem prædictũ die immediate ſequenti accipiat

Potio digeſtiua. hoc digeſtiuũ. ℞. *ſyr. de abſynt. mellis roſ. colat. ſyr. de hyſopo, an. ℥ ß. aquæ melliſſæ ℥ ij. aquæ violar. ℥ j. miſce, & calidũ accipiatur, vt ſupra de alio dictũ eſt: & continuentur per totã ſeptimanam vnam.* ¶ Die vero immediate ſequenti purgetur cũ hoc medicamine. ℞. *electuarii indi. ʒ iij. a-*

Potio purgans. *gar. electi, gran. xv. zinzib. gr. xv. diſſoluantur cũ medio cyatho dulcis vini albi calefacti, aut medio* E *cyatho aquæ mellis, & bibatur in aurora cum aliis conditionibus ſcriptis in aliis medicinis.*

Pro expeditione ſecundæ partis huius cap. 12. remedia vtilia diſpoſitionibus diuerſorum membrorũ huius viri nunc præſcribã. ¶ Et primum quidẽ horum eſt deſcriptio harum pillularum. ℞ *reupont. agar. electorũ, an ℥ ß. ſpicæ nardi, zinzib. an. ℈ j. macis, folii,*

Pillulæ. *calami aromatici, maioranæ, ſtœchad. an. ℈ ij. aloes epati ℥ iij. ſalis indi. ℈ ß. infundantur hæc omnia in ℥ iij. aquæ abſynthii*, & totidẽ cichoreæ, diligenter commiſceantur cũ cochleari, & exſiccentur ſub radiis ſolis, vel ſub tegula mediocriter calefacta prædictas aquas renouando vicibus tribus: poſt cuius aquæ conſumptionem fiant pillulæ de omni. ʒ vj. vel vij. Conferunt enim hæ pillulæ in mundificando caput & ſtomachum, & dilatant pectus & mundificatum efficiunt: aperiunt oppilationes & vias F epatis & ſplenis, & diſtrahunt materias a iuncturis, diuertendo etiam eas per naturalium locorum euacuationem, & ventrem defendunt a ſtipticitate, quæ, vt plurimum conſuetudinaria eſt militantibus diuerſa loca circumeuntibus. ¶ Vſus autẽ earum eſt, quod bis in menſe accipiatur de eis ʒ j. ſi videtur opportunum ſeruatis

condi-

A conditionibus circa ſolutiua dictis in præcedenti parte huius cap. Feliciorem autem operationem in eis inuenio, ſi homo omni fine ſex dierum vel v. ex eis accipiat vnam immediate ante cœnam: & ſi caput grauatum perciperetur, accipiatur j. vel ij. ex eis per duas horas poſt cœnam, & erunt ei nobile remedium & vtiliſſimum. ¶ Secundum vero principale inſtrumentum eſt puluis iſte, de quo ſaltem bis in ſeptimana quantitas ſex granorum frumenti ſpargat ſuper anteriorem partem capitis a principio frontis vſq; ad ſummitatẽ capitis per latitudinẽ quatuor digitorũ inter capillos proiiciendo: & cum ponit ipſum ſecunda vicẽ, cum pectine deponat prius, primũ appoſitũ: & eſt deſcriptio. *℞. florum ſtœchados, maioranæ, origani, an. ℨ j. macis ℨ j. ß. ligni aloes ℈ ij. ambræ orientalis ℈ j. moſchi, gran. j. fiat omnium per ſe puluis, & poſt commiſceatur.* ¶ Tertium vero remedium capiti, cordi & omnibus principalibus appropriatum, eſt puluis iſte, quem in ſindone retorta de grana ligatum habeant, & ſæpe odoret. Cuius deſcriptio. *℞. foliorum baſiliconis garyophilati ℨ j. ß. been albi & rub. ligni aloes. ſtyracis calamitæ, corticum citri, an. ℨ j. nucis muſc. zedoariæ, galangæ, an. ℈ ij. ſlorum enulæ ℈ iiij. fiat omnium per ſe puluis, & poſt commiſceatur.* ¶ Quartum principale remedium eſt: quod poſt purgationem menſis Septembris dictum ſaltem omni ſeptimana bis accipiat ℨ j. ß. electæ theriacæ Andromachi cuius ætas ſit, ab anno: 12. vſq; ad 25. tranſglutiendo ipſam abſque potu aliquo: & tardetur poſt ipſam cibus horis ad minus quinque vel ſex. ¶ Quintum principale remedium eſt, vt omni medio menſe in ſero; cum vadit ad lectum poſt cœnam deglutiat ℈ j. mithridati fermentati, a ſexto anno vſque ad decimumquintum. ¶ Sextum C principale eſt, vt a medio Septembris, vſque per totum menſem Martii bis aut ſemel in menſe per horas v. ante prandium comedat vnum myrobal. chebul. conditum & erit ei ſuffragium capiti, ſtomacho & iuncturis. ¶ Septimum reſpiciens ſtomachum & epar rectificando digeſtionem primam & ſecundam, eſt vſus iſtius confectionis, de qua ante cibum accipiat rotulam j. ℨ ij. bibendo poſt ipſam quartam partem cyathi modeſti vini aromatici & fumoſi: Cuius deſcriptio. *℞. ſpecierum diambræ deſcriptione Meſuæ in antidotario ℨ j. ſpecierum electuarii de ligno aloes, deſcriptione Auicen. quinto cap. ſumma prima ℨ j. ß. ſacchari albi ℔. ß. cum aqua betonicæ fiat confectio in rotulis magnis, & cooperiatur foliis auri.* ¶ Octauum eſt, vt ſuper ſtomacho ſuo maiori parte temporis, aut ſaltem in nocte teneat plumaceolum magnum quadratum, latitudinẽ duarum ſpithamarum accipiens in quacunque quadratura, & calefiat ſacculus prædictus frequenter D & ſuffumigetur cum puluere nucis muſc. Cuius deſcriptio. *℞. foliorum meliſſæ, origani, pulegii, calamenti, betonicæ an. M. j. labruſcæ M. iiij. corall. alborum & rubeorum ſpodii, ana ℨ j. macis ℥ ß. ligni aloes ℨ j. ß. laudani, galliæ muſ. roſarum non expenſarum an. ℨ iij. pulnerizentur omnia ſubtiliter per ſe, & miſceantur poſt & conſumantur in ſacculo facto de fuſtaneo bene denſo & applicetur ſtomacho.* ¶ Nonum eſt ceratum hoc: quod plerumque & proprie in die ſuper ſtomacho applicetur ambiens ipſum a pomo granato vſque ad vmbilicum & ibidem fixum teneatur. Cuius deſcriptio. *℞. laudani electi ℨ j. ß. reſinæ ℥ j. ß. galliæ muſ ℨ j. maſticis, garyophilorum, an. ℈ ij. diſſoluantur gummi cum aceto cydoniorum & cum ſufficienti quantitate ceræ fiat ceratum bene tenax.* ¶ Decimum eſt, vt non raro faciat E ſibi inungi totam ſpinam a furcula ſpatularum vſque ad finem cum hoc vnguento calido aut frigido, ſi tolerare poterit. Cuius deſcriptio. *℞. olei de floribus cucurbitæ & nenupharis, an. ℥ ß. ſeminum portulacæ, acetoſæ & ſcariolæ, an. ℨ j ſpodii, ſeminis plantaginis, coriandrorum præparatorum, an. ℨ ß. ceræ q. ſ. fiat vnguentum viſcoſius molli & conſeruetur in vaſe vitreato.* ¶ Penultimum eſt, vt ſæpe, cum fuerit ſui regiminis compos, faciat ſibi ablui pedes & crura vſq; ad inguina, ſaltem duabus vicibus in ſeptimana cum hac decoctione calida per horam ante cœnam leuiter confricando membra. *℞. aquæ ferri, (& eſt illa, in qua candentis ferri fruſtum duarũ librarum quinquies exſtinguatur) ſitulas duas gallarum cupreſſi numero 25. ſalis mineralis in montibus inuenti ℔. ß. granorum myrti ℥ j. macis ℨ ij. bulliant hæc omnia in prædicta aqua vſque ad conſumptionem tertiæ partis cum qua mediocri-* F *criter calida fiat ablutio, vt dictum eſt.* Eſt enim nobile remedium ad præſeruandum iuncturas ab acceptione materierum, quæ a ſuperius propelluntur ad inferiora. ¶ Vltimum inſtrumentum eſt electuarium iſtud; cuius vſus ſit, accipere ex eo in aurora quantitatem ℥ iij. cum modico aquæ menthæ vel roſmar. calefactæ, & tardetur poſt ipſum cibus horis quatuor: & erit in eo potentia confortandi calorem innatum

Puluis capit. ſuperaſpergendus.

Nodulus odoratus.

Rotula.

Sacculus ſtomachialis.

Ceratum.

Vnguentũ.

Lotio pedũ.

& conſeruandi ipſum in omnibus membris, & digeſtionem primam, ſecundam & ter- A
tiam, & eſt magis auxilio ad confortandum cerebrum, cor, epar & ſtomachum. Cuius
Electuariū. deſcriptio. ℞. *granorum phiſticorum electorum ℥ iij. granorum pinearum ℥ j. ß. ſpecierum diambræ, diamoſchi dulcis & electuarii de ligno aloes, an. ℥ ß. ſyrup. conſeruationis zinziberis recentis ℔ j. ſacch. alb. ℔. ß. infundantur phiſtici & pineæ mundati in aquam menthæ calefactam per dies duos naturales: deinde optime terantur & incorporentur cum ſyrupo & ſaccharo inuicem coctis vſq; ad glutinoſitatem, tunc ergo ſuperaddantur aliæ ſpecies per ſe tritæ & cribellatæ, & incorporentur ſimul & reponantur in vaſe vitreato bene cooperto & in loco ſicco conſeruetur.* Claudit enim meo iudicio in hac medicina virtus & potentia reparandi & conſeruandi ſanitatē huius viri. Cui hæc omnia concedere dignetur Summus ille vniuerſæ machinæ Conditor, qui cuncta donat optima abundanter, benedicens ea ad laudes eius perpetuas & im- B
mortales.

CONSILIVM CCLXVI. *De mala complexione frigida & humida complicata quatuor malis accidentibus, quæ ſunt. ¶ Motus tremulus & pulſatilis cordis. ¶ Nocumentum in anhelitu, quod eſt conſtrictio. ¶ Cachectica diſpoſitio in capite principaliter apparens. ¶ Durities ac tenſio apoſtemoſa in regione media ſtomachi. ¶ Diuiditur autem Conſilium in duo capita.*

CAP. I. *De cauſſis diſpoſitionis & accidentium prædictorum.*

FEDERICVS Vicentinus, de celeberrima progenie Verlactis verriende: ægrotat vna diſpoſitione, multis tamen accidentibus aſſociata, quæ indu- C
bitanter minatur ipſi terminationem verendam ſatis, niſi caute & ſollicite multum regendo ſe defendat ab ea.

Signa huius diſpoſitionis. Eſt enim hæc diſpoſitio complexio frigida & humida materialis totius corporis,
principalius tamen & fortior, & fixa magis reperitur in corde & cerebro ipſius, quam
in aliis membris. ¶ Declarant autem hanc diſpoſitionem ſigna quam plurima: Primū,
1. quia tactu percipitur qualitas corporis frigiditatem repræſentans magis, quam caliditatem & humiditatem, quam ſiccitatem: ſed tactus eſt verior regula in iudicando de
2. qualitatibus tangibilibus, *vt tertio complexionum, cap. tertio.* ¶ Secundum ſignum eſt,
quia pulſus paruus & rarus eſt: ſed hæc omnia frigiditatis exceſſum ſignificant. ¶ Ter-
3. tium, quia cum prædictis differentiis pulſus eſt etiam mollis vel leuis. ¶ Quartum, quia D
4. exiens mutatum, quod eſt vrina aliquando palearis vel ſubcitrina, aliquando glauca
tenuis vel aquoſa apparet: ſed omnes hi colores augmentum frigiditatis oſtendunt.
5. ¶ Quintum, quia color eius permutatus eſt ad ſubalbedinem in toto corpore: maxi-
6. me vero in facie & in oculis. ¶ Sextum, quia anhelitus eius ad paruitatem, tarditatem,
raritatem inclinat magis, quam vt differentias oppoſitionis oſtendat, niſi ſuperueniat ei in ſero paroxyſmalis motus periodice, phlegmatice nō pure, ſed prouenïens a multitudine phlegmatis cū pauca quantitate, colore ſicut ſenſibiliter aduenire in eo percepi, tunc variantur ſigna prædicta, ſicut eſt rationale ſatis.

Signa malæ complexionis in corde. Hanc vero malam complexionem frigidam & humidam materialē in corde auctam: ſigna iam præmiſſa declarant. Et iterum hoc confirmatur per primum accidens, E
quod concomitatur hanc diſpoſitionē, & eſt motus tremulus cordis, qui non eſt iectigatiuus motus: ſed fortius illo, ne pulſus vel ſaltus cordis, qui plurimum conſequitur neceſſitatem valde auctam in corde, aut vehementem conatum virtutis ad nocumentum expellendum in eo exiſtens. Eſt ergo motus tremulus medio modo ſe hahens inter pulſatiuum & iectigatiuum dictum. ¶ Et puchre conſiderandum eſt, quod in tali tremulo motu cordis non raro, imo frequenter appareant motus biſpulſantes: cum enim in corde augetur frigiditas, quæ debilitat innatum calorem eius, neceſſe eſt multitudinem vaporum in corde generari & augmentari, qui incitant virtutem ad ſæpe ſyſtolandum gratia mundificationis prædictorum: ſed virtus propter debi-
litatem eius non poteſt conuenienter applicare partes arteriæ de circumferen- F
tia ad centrum: ita vt tantum expellatur de vapore, quantum in eo congregatur: ergo citius inſurgit ſyſtolandi neceſſitas, quam inſurgeret, ſi virtus maiorem faceret conſtrictionem. Cum ergo virtus mouet arteriam a termino, a quo, ad terminum ad quem, gratia finis prædicti, & continuo augmentetur

neceſſi-

A neceſſitas mundificandi maior à multitudine vaporum: ergo prius tempore mouebit arteriam ſecundum aliquas partes, quam compleatur eius motus a termino a quo, ad terminum ad quem: ſed iſta eſt ratio formalis pulſus biſpulſantis; igitur apparet in hoc iuuenculo cum tremulo motu cordis pulſus biſpulſans, quod erat declarandum. ¶ Et ſi conſiderator diligenter inſpiciat, videbit motum, quaſi conſimilem in ſyſtole anhelitus: prius enim tempore, quam cōpleatur ſyſtoles anhelitus a termino a quo, ad terminum ad quem, augmentata continua neceſſitate mundificationis, neceſſe eſt inuitari virtutem ad frequenter conſtringendum anhelitum, vt ipſa ſufficienter alleuet ſecum mundificatione fumorum in pectore contentorum: ſed hæc eſt ratio formalis partialis anhelitus duplicati vel biſpulſantis: igitur, &c. ¶ Et ex hoc fundamento ſub-

B tiliter contemplanti apparet, quod ſi diſpoſitio nō curabitur ab hoc iuuenculo, in breui tempore, multiplicato vapore & neceſſitate ſuperaddita propter extraneationem vaporum, qui non debite reguntur a virtute, paratus eſt de tremulo motu cordis permutari ad magnum pulſum cordis perſeuerantem, qui minatur ipſi mortem ſubitam. Ille enim, qui habet motum tremulum cordis ſibi continuum, caueat, ne ſubita interſcipiatur morte, *vt 3. primi cap de his, quæ prognoſticant ægritudines. & 11. tertii cap. de tremore cordis virtualiter colligitur.* Vnde ex hoc fundamento apparet, quod ſecundum accidens hanc diſpoſitionem concomitans, fit nocumentum in anhelitu dyſpnœa nominandum, & proprie cum conſtrictione anhelitus.

C At vero iterum declarari oportet hanc frigiditatem & humiditatem in capite & cerebro huius iuuenculi inualeſcere, quod facile ex multis declarari poteſt. ¶ Primo, quia partes prædictæ omnes frigiditatis & humiditatis augmentum magis oſtendunt, quam aliarum qualitatum exceſſum. ¶ Secundo, quia habitudo faciei ſemicachectica eſt, vt ſenſus viſus oſtendit: eſt enim facies eius cū inflatione repræſentata, quod quidem non prouenit ex nocumento epatis: diſcurrendo enim per ſigna oſtendentia lapſum epatis, non apparet ipſum eſſe læſum in operationibus communibus: ſufficienter enim chylum tranſmutat in humoralē maſſam, ſequeſtrat ipſum a ſuperfluis, & delegat eius partes ad loca, quibus naturaliter deputatæ ſunt. Neque etiam apparet epar eſſe lapſum in operationibus propriis: ſufficienter enim ipſum nutrimentum attrahit & retinet, digerit & expellit ſuperflua eius: aliter enim continue ma. reſiendo

Signa hanc diſpoſitionē inualeſcere etiam in capite.

1.

2.

D deficeret. Cum itaq; cachexiæ ſpecies in facie huius iuuenculi apparens & perſiſtens non proueniat à nocumento epatis, vt argutum eſt: ſequitur quod oporteat illius inuenire cauſſam vel cauſſas ꝓductiuas. Eſt igitur modus imaginandi hoc talis: nutrimentum enim, quod fertur ad cerebrum & totum caput gratia ipſius, non ſufficien er digeri & depurari poteſt à ſuperfluis, propter frigiditatis & humiditatis augmentum in eo: & quia licet nutrimentum apponatur cerebro & partibus capitis: ipſum tamen non ſufficienter vnitur neque aſſimilatur membris illis. Cum itaque derelinquatur a conuenienti opere naturæ & calore aliqualiter extraneo, conuertitur in fumoſitates & vapores, quæ in poris ſubcutaneis & venis capillaribus immerſæ tumorem in tota facie efficiunt, vt intelligenti apparet. Vnde & ſi nutrimentum ſit cauſſa huius ca-

E chexiæ remota: vapor vero ex illa generatus ſit cauſſa immediata; tunc fortior debet eſſe opinio tua ad concedendum vaporem ab inferioribus partibus ad caput eleuatū, poſſe eſſe materialem cauſſam huius cachexiæ diſpoſitionis. Cum minori enim conuenientia mouetur virtus ad agendum in vaporem; vel in obiectum non ſibi proportionatum, quam ad agendum in nutrimentum ſibi conueniens, ſed non poteſt rectificare nutrimentum: igitur neq; poterit regere & rectificare vaporem, quod erat declarandum. ¶ Vnde ex fundamento hoc apparet, quod huius cachexiæ duplex aſſignetur cauſſa. ¶ Prima eſt mala complexio frigidi & humidi, cerebri prædictorum vaporum generatiua. ¶ Secunda materialis cauſſa coadiuuatiua, & eſt multitudo vaporum a toto corpore ad caput eleuatorum; propter quod nō raro contingit errare Me-

F dicos in iudicio cauſſarum cachexiæ conſimilis: frequenter enim diiudicat illius cachexiæ cauſſam eſſe nocumentum epatis, & non eſt verum ſemper, vt ex prædictis apparet. ¶ Tertium motiuum ad probandum iterum, cerebrum eius eſſe infrigidatū & humectatum, ſumitur à ſuperfluitatum inuentione: multiplicat enim cerebrū eius ſuperfluitates mucoſas & aquoſas, quæ quandoque per palatum; non raro vero per

naſum: & aliquando per oculos ſenſibiliter effundũtur, quandoq; etiam inſenſibiliter A
& occulte per venas & neruos a cerebro ad pectus multiplicantur & ſtomachũ: & ſunt
cauſſa quarti accidentis ſtatim declarandi: ſed harum materierum multiplicatio o-
mnino arguit exceſſum humiditatis & frigiditatis, quare, &c. Non curaui hic addu-
cere ſigna ſumpta ab operationibus animalibus, vt a longitudine & profunditate ſo-
mni: neque ſumpta ab operationibus ſenſuum exteriorum & interiorum, effugiens
magis prolixitatem, quam ignorantiam.

Tenſio in regione ſtomachi. Quartum accidens & verendum ſatis, quod prædictam diſpoſitionem conco-
mitatur, eſt tenſio in regione media ſtomachi huius iuuenculi, cum dolore ibidẽ ſaltẽ
tactu illius loci multiplicata & intenſa: qui quidem dolor & licet poterit eſſe tempore
præcedens diſpoſitionem pectoris & capitis: rationabilius tamen apparet, ꝙ ſucceſſe- B
rit prædictis diſpoſitionibus magis, quam præceſſerit eas: tunc rationabiliter extenſio
& dolor eſſent intenſiue & extẽſiue maiores, etiam prius intelligenti apparet fuiſſe ab
ægro perceptum nocumentum capitis & pectoris, quam ſtomachi eius. ¶ Hoc autem
minatur ipſi nocumenta quã plura & ſucceſſura. ¶ Primum eſt priuatio digeſtionis.
¶ Secundum conuerſio in apoſtema dubitabile multum. ¶ Tertium augmentum no-
cumenti in corde, propter magnam colligantiam ſtomachi ad ipſum cor. ¶ Quartum
minatur ipſi nocumentum in epate futurum fieri, & corruptionẽ operationũ eius, &
aptitudinem tranſitus in aſcitem vel hypoſarcam: vt intelligenti apparet.

Principalis ægritudo huius patientis. Propter quod omnia prædicta in vnam epilogando ſententiam apparet, quod
principalis ægritudo huius iuuenculi ſit mala complexio frigid. & humid. materialis in C
toto corpore eius multi phlegmatis in eo multiplicatiua mucillaginoſi, viſcoſi & parti
vitrei, & eſt aſſociata quatuor prauis accidentibus. ¶ Primum eſt motus tremulus &
biſpulſans cordis. ¶ Secundum nocumentum in anhelitu, quod eſt conſtrictio. ¶ Ter-
tium cachectica diſpoſitio in capite eius principaliter apparens. ¶ Quartum durities
& tenſio apoſtemoſa in regione media ſtomachi ſui. ¶ Ex quibus omnibus apparet
primo diſpoſitionem talem magnifice fore verendam. ¶ Apparet ſecundo oportere
ipſum valde debere eſſe ſollicitum ad ſui curationem & regimen, vt nunc ſequitur.

Cap. II. *De regimine eius tam per res non naturales, quam per medicinalia.* D

Diæta. REGIMEN igitur ipſius menſurandũ eſt per conuenientẽ adminiſtratio-
nem ſex rerum non naturalium. ¶ Pro prima itaque caueat ſibi habitare
Aer. in camera vel loco frigido & humido terraneo, & antiquitate murorum
conſtructo & proprie decurſus aquarum: & habitet in camera & naturali-
ter calida aſpectu oriẽtali vel meridionali facta, aut ſaltẽ artificialiter calefaciat ipſam,
magnũ ignem accendendo in ea, & ſi potens eſſet, ſæpe comburere in ea ligna abietis,
populi, iuniperi, lauri & ſimiliũ calidarũ arborum melius eſt. Teneat ſe veſtibus bene
calefacientibus indutũ, & maxime caput eius bene calefaciat cũ infulis & byretis ſuf-
fultis pellibus agninis, vel de dorſis variorum & conſimiliũ: pedes a frigore diligenter
defendat. Cameram ſuam ſæpe ſuffumiget cum thure aut ſandaraca, vel ſtyrace, cala- E
Motus & quies. mita & ſimilibus. ¶ Pro ſecunda re dicendum, quod niſi fuerit diligenter a ſuperflui-
tatibus mundificatus, non conuenit ei exercitium, ne ponat materiam in fluxũ & pro-
prie poſt cibum: cum vero fuerit diligenter purgatus: conueniens erit ei exercitiũ &
proprie equitando, montẽ aſcendendo vel pluribus paſſibus itinerãdo. Et ſi omni die
ante cibum poſſet facere ſibi fricationes a genubus vſq; ad pedes, ab inguinibus vſq; ad
eos, & a ſpatulis vſq; ad nates cum pannis trahendo inferius vſque ad rubedinem cutis,
eſſet ipſi valde conueniens. ¶ De ſomno & vigilia dicendum: quod multa dormitio nõ
Somnus & vigilia. ſit ipſi conueniẽs: propterea, quia generat & augmentat reumatiſmos & eorũ materiã.
¶ Menſura igitur dormitionis eius non tranſeat ſeptem horas aut octo ad plurimum,
& dormiat pannis bene coopertus capite notabiliter eleuato ſuper dextro prius late- F
re: deinde ſuper ſiniſtrum ſe reuoluat. Caueat a dormitione omni immediate poſt ci-
bum, imo tranſire dimittat horas duas aut ſaltem vnam. ¶ In modo ſuæ cibationis prę-
Inanitio & repletio. caueat ſibi a multa aſſumptione ciborum & potuũ, propter quæ duo ſtomachũ exten-
ſum vel inflatũ, & fluctuationem ciborũ & potuũ in eo ſentiat: & nunquã cibũ accipiat

niſi ve-

A niſi vera fame inuitante ipſum ad hoc. Et in cibatione ſua nullum cibum deglutiat ſine
optima maſticatione. Et potum ſuum accipiat frequenter, & parum paulatim deglu-
tiendo magis, quam e contra. De accidentibus autem animi conueniens eſſet ei ali- *Accidentia animi.*
quando leuiter iraſci & conturbari. Triſtitiam autem ſollicitudinem, dolores & ani-
mi paſſiones euitet: imo de ſalute bene ſperet, ad quam gratia Dei cito terminabit.
Ex cibis vero & potibus euitet omnes frigid. & humid. velut piſces, cancri, lac & lacti- *Cibus.*
ciniorum ciborum vſum: ſimiliter lactu. bletas, ſpinac. portul. cucurb. citru. angurias
& omnia ſimilia iſtis: vſque quo perfecte ſanatus fuerit, comedat panem bene fermen- *Piſces.*
tatum & coctum duorum dierum aut trium ad plus. ¶ Et diebus ſacratis comedere
B poteſt piſces frixos cum granis fœnic. aniſi, petroſel. mentha & conſimilibus: minime
vero placent in gelatiua vel agreſta, neque elixi, niſi cum aromatibus & croco con-
uenienter condiantur, tenchas & anguillas omnino dimittat, ſed ſaliti piſces: velut
lucei, reginæ & ſturiones eſſent ei vtiles. ¶ Ex carnibus comedat laudabiles, velut *Carnes.*
pullinas, columbinas & auium ſylueſtrium omnes: non tamen in aqua viuentes. Item
comedat carnes de capreto, vitulo, caſtrato & ſibi ſimiles, & vtiles ſunt ei carnes ſalitæ
& proprie macræ. Caſeum mollem & viſcoſum dimittat omnem, ſed conuenientius *Fructus.*
eſſet ei vti caſeo vnius anni parumper ſalito. ¶ Ex fructibus dimittat omnes frigid. &
humid. velut ceraſa, chryſomela, perſica, muſcata, pyra, auellanas molles & conſimi- *Partes animalium.*
les. Ficus ſiccæ & recentes ſunt ei conuenientes. Item vuæ ſiccæ & recentes in ſuis
temporibus. ¶ Carnium valde pinguium vſus non placet & proprie caput, cerebrum,
C ventres caudæ animalium dimittantur. ¶ Olei vſus in eo mihi placet. ¶ Butyrum vero
dimittat, velut nauſeatiuum & mollificatiuum. ¶ Aromata omnia, velut piper, zinz. *Aromata.*
garyoph. galang. cinamomũ, macis, nux muſc. & grana paradyſi placent. Brodialium
multorum vſus non eſt bonus, imo ſufficit ei de eo in die accipere ſemel: propter quod
carnes aſſatæ & piſces conſimiliter aſſumpti in ſero mihi magis placent. ¶ Ex ſapori- *Sapores.*
bus vero dimittat agreſtam, arancia & vinum granatorum, niſi valde raro & in pauca
quantitate. ¶ Salſa vero ſinapi, oliuæ conditæ & rapæ conditæ bene placent mihi.
¶ Vſus vero ferculorum cum petroſelino, caulibus, fœniculo, aneto, ſerpillo, men-
tha & ſimilibus eſt ipſi bonus. ¶ Ex leguminibus conueniunt ei cicera rubea, & *Legumina.*
quandoque alba. Item oryza panicum, far & ſimilia. ¶ Vino vero vtatur medio-
D cri, inclinato tamen magis ad potentiam, quam ad debilitatem, & ſit al. ſapore bo- *Potus.*
num, ſubſtantia ſubtile & bibat ipſum ſimplex nulla aqua commixtum: & ſi non poſ-
ſet ipſum accipere ſimplex, ſaltem coquatur aqua cum pauca quantitate cinamo-
mi: & poſtquam fuerit infrigidata, coletur & vino miſceatur: ſit autem cinamomi
quantitas vnius grani fabæ in vna phiala, & coquatur vſque ad conſumptionem quar-
tæ partis.

Modus autem regendi hunc iuuenculum per intentiones & inſtrumenta medi- *Curatio per medicinalia.*
cinalia conſiſtit in 20. remediis infraſcriptis. ¶ Primum itaque ipſorum eſt, vt iſte
iuuenis per dies decem in aurora accipiat hoc digeſtiuum calidum & poſt ipſum tar-
det cibum horis quatuor. *℞. ſyrup. de calamento ℥ j. ß. & ſi abominaretur ſyr. dentur ipſi iſtæ* *Potio digeſtiua.*
E *aquæ. ℞. aquæ abſynthii, hyſopi: betonicæ, an. ℥ j. ß. miſce.* ¶ Secundum remedium eſt, vt
decima die ſequenti accipiat hanc medicinam. *℞ electuarii indi ℥ ij. turbit ℥ ß. hermo-*
dactylorum, gran. vj. zinziberis, gran. v. diagridii, gran. j. miſce, & accipiatur in aurora cum me- *Potio ſolutiua.*
dio cyatho aquæ calidæ decoct. cinamomi ſupradictæ, & dormiat per horam poſt aſſumptionem eius,
& tranſactis horis quatuor accipiat ſcutellam vnam brodii macri pulli calidi aut ſaltem cyathũ vnũ
aquæ coctæ cum ſaccharo calefactæ & poſt ipſum tardet cibum per horam vnam. Si autem effuge-
ret medicinæ aſſumptionem, accipiat pillulas iſtas loco ipſius, & obſeruet poſt eas or- *Pillulæ.*
dinem eundem. *℞. pillul. de hiera compoſita ℈ ij. pillularum cochiarũ ℈ j. fiant pillulæ vij. cũ hiera*
ſimplici. ¶ Tertium remedium eſt, vt poſt purgationem ponat aliquid in cibariis ſuis *Puluis cibã cõmiſcendus.*
de iſto pul. *℞. cinamomi electi ℥ j. aniſi, fœniculi, liquirit. an. ʒ j. macis ℥ ij. zinziberis ℥ j. ß. fiat*
F *omniũ per ſe puluis, & commiſceatur, in cuius fine ponantur croci ℈ ij.* Quartum remedium eſt
hoc. *℞. pill. alephangin. ʒ j. ß. maioranæ, pæoniæ, abſynthii, an. gran. vj ſalis ind. gr. viij. agar. electi* *Pilulæ.*
℈ j. pulpæ colocynth. ℈ ß. fiant pill. cum ſyrup. de ſtœchad. vij pro omni. ʒ. de quibus poſt purgationẽ
accipiat vnam omni ſine quinq; dierum parum ante cœnam. Et poteſt etiã eis vti omni tertio
ſero accipiẽdo vnã, quando accipit ſyrupum pdictũ, ſi venter eius nõ eſſet bene largus:

¶ Quintum remedium eſt, vt omni ſero cum vadit ad lectum, a principio capillorũ A vſque ad ſummitatem capitis per eius medietatem, per quatuor digitos ſuperaſpergatur de puluere infraſcripto quantitas granorum frumenti, inter capillos ſpargendo iſum, & quando ponit puluerem ſecundum, cum pectine deponat primum. Cuius de- *Puluis capit. ſuperaſpergendus.* ſcriptio. *℞. macis ʒ ij. garyoph. ʒ j. corallorum rub. roſ. ſpodii, an. ℈ j. ligni aloes ℈ iiij. omnia per ſe puluerizentur: deinde commiſceantur.* ¶ Sextum remedium eſt, cum vadit ad lectũ omni ſero interius inungat nares eius, cum modico electuarii mithridatii leuiter confricando. ¶ Septimum eſt hoc, vt tribus vicibus in ſeptimana accipiat in aurora ʒ j. theriacę cum ℥ j. ß aquæ maioranæ calefactæ, & poſt ipſam permaneat in lecto bene coopertus *Rotula.* horis ad minus quatuor. ¶ Octauum eſt: vt poſt cœnam accipiat rotulam vnam huius confectionis antequam a menſa diſcedat. *℞. ſpecierum electuarii de ligno al. ſpecierum* B *aromatici roſ. an. ʒ j. ſacchari alb. ℥ iiij. cum aqua betonicæ, fiat confectio in rotulis ʒ ij.* ¶ Nonum remedium eſt, vt de aquis infraſcriptis ſemper aliquid commiſceatur cum potu *Aquæ vino permiſcendæ.* vel cum cibis ſuis, aut ſaltem immediate ante cibum accipiat cyathum medium. *℞. aquæ meliſſ. bugloſſ. ana partes æquales miſce.* ¶ Decimũ eſt, vt ſæpe in manu ſua portet hunc puluerem bene ligatum in ſindone de grana retorta: quem quaſi continue olfaciat. *Nodulus odoratus.* *℞. ligni aloes ʒ j. maioranæ, macis, an. ʒ j. ß. origani, folii, ameos, an. ℈ ij. ſtyracis calamitæ roſar. ſpodii, an. ʒ ß. ambræ gran. iiij. moſchi, gran. ij. puluerizentur omnia per ſe, & bene commiſceantur.* ¶ Vndecimum eſt, vt poſtquam tranſiuerint dies decem poſt purgationem prædictam, omni ſero diebus decem, per horam vnam ante cœnam gargarizet ſaltem in decem vices cyathum vnum huius decoctionis. *℞. coſti, piperis alb. zedoariæ, garyoph. a-* C *Gargariſm.* *gari. elect. an. ℈ ij. ſtaphyſagriæ ʒ j. ß. ireos ʒ ß. liquirit. aniſi, an. ʒ j. coquantur in ℔. x. aquæ vſq; ad conſumptionem medietatis: deinde colentur, & colaturæ commiſceatur ℔. ß. mellis, & iterum lento igne coquantur vſque ad conſumptionem quartæ partis: deinde coletur & reſeruetur, & fiat vt dictum eſt.* ¶ Duodecimum eſt hoc. *℞. melliſſæ, bugloſſæ, roſmarini. an. ʒ j. ß. macis ʒ ij. doronici, folii oſſium de corde cerui. an. ℈ ij. ſem. baſiliconis ʒ j. corallorum rub. ʒ ij. hyacinthi, ſmaragdi, ſaphyri, an. ℈ ß. margaritarum ℈ iiij. moſchi, ambræ. an. gran. iij. puluerizentur omnia per ſe, & fiat ſacculus in ſindone de grana retorta quadrangularis, latitudinis quinque digitorum &* *Sacculus cordialis.* *longitudinis ſemiſſis, quem ſemper interius induſio conſutum portet ſuper mamilla ſiniſtra, ipſum quandoq; reuoluendo & ab actuali humiditate, quam attrahit diligenter exſiccando.* ¶ Decimũtertium eſt electuarium hoc. *℞. granorũ pinearũ & phiſticorũ, an. ℥ j. ß. florum boraginis, bu-* D *gloſſ. & roſmar. an. ʒ j. ß. macis ʒ ij. ß. ſem. quatuor communium frigidorum, an. ʒ j. zedoariæ ℈ ij.* *Electuariũ.* *ſem. baſiliconis ℈ iiij. foliorum auri numero iiij. margaritarum ℈ ij. hyacinthi, ſmaragdi, ſaphyri, an. ℈ ß. cinamomi, garyoph. zinzib. galangæ. an. gran. viij. granorum paradyſi, ligni al. ci oc. an. ℈ j. ſacchar. alb. ℥ iiij. mellis roſ. ℔. ß. coquantur mel & ſacchar. ſimul. Deinde diligenter incorporentur cum granis, quæ per diem naturalem vnam infuſa ſteterint in vino albo dulci: & additis aliis ſpeciebus fiat electuarium, de quo ſemper in aurora accipiat quantitatem vnius nucis muſcat. cum dimidia per horam vnam ante cœnam.* ¶ Decimumquartum eſt hoc. *℞. foliorum lauri, he-* *Balneum.* *deræ, aſari ſtœchad. an. M. ij. maioranæ, roſ. florum nenuph. an. M. j. coquantur in ſitulis quatuor aquæ vſque ad conſumptionem quartæ partis & de hac aqua per dies xv. per horam vnam ante cœnam bene calida omni die abluat extrema ab inguinibus vſque ad pedes, & a cubitis vſque ad manũ* E *& faciem totam.* Decimumquintum eſt hoc. *℞. galliæ muſc. ſtyracis calamitæ, ligni aloes,* *Vnguentũ.* *an. ʒ j. pulu. myrti abſynthii, folii, an. ʒ j. ß. roſ. cypi, ſpodii an. ʒ ß. corall. rub. ℈ ij. calamenti ℈ j. reſinæ electæ ʒ vj. laudani ʒ ij. diſſoluantur gummi cum aceto, fiat vnguentum bene viſcoſum cũ oleo de croco & de maſtice, an. ℥ ij. & de hoc ſemper ſuper pannum extenſo petia vna portetur ſuper ſtomacho ſuo.* ¶ Decimumſextum eſt, vt omni die per horam vnam ß. ante prandium deglutiat duas de infraſcriptis pillulis, bibendo poſt eas menſuram vnius digiti de *Pilulæ.* bono vino albo. *℞. maſticis ʒ j. myrti, folii, ligni aloes, an. ℈ ß. cum ſucco abſynthii, fiant pillulæ ex omni. ʒ vij.* ¶ Decimumſeptimum eſt, vt poſtquam ſuper ſtomacho ſuo portauerit vnguentum ſupraſcriptum per dies xv. tunc ſuper ſtomacho portet ſacculum iſtum loco vnguenti ſupraſcripti. Cuius deſcriptio eſt. *℞. radicum aſari, chamed.* F *chamepytheos, origa. pulegii, an. M. j. macis ℥ ß. moſchi, ambræ, an. gran. ij. roſar. ſpodii co-* *Sacculus ſtomachialis.* *rallorum amborum, an. ʒ j. ligni aloes ℈ ij. puluerizentur omnia per ſe, & fiat ſacculus latitudinis & longitudinis ſpithamæ, quem ſæpe permutando & reuoluendo exſiccet ab humiditate extranea,* ¶ Decimumoctauum eſt hoc. *℞. hieræ ſimplicis ʒ vj. electuarii de pſylio ℥ ij. ß. poſt dies xv.*

Aprilis

A *Aprilis accipiat hunc potum cum cyatho medio vini albi calidi & montani in aurora, & poſt ipſum obſeruet conditiones, quæ ſuperius fuerunt ſcriptæ in aliis ſolutiuis.* ¶ Decimum nonum remedium eſt hoc. *℞. ſyrup. de ſtæchade, de abſynthio, de calamentho, an. ℥ ß. aquæ bugloſſæ ℥ ij. aquæ ſal- uiæ ℥ j. miſce, & accipiatur calidum in aurora, vt de prædictis, & continuet diebus decem recordando.* *Potio digeſtiua.* Quod ſi in iſtis diebus venter eius non eſſet bene fluxibilis, tunc omni tertio die accipiat vnam de pillulis dictis parum ante cœnam. ¶ Vltimum remedium eſt hoc, quod vndecima die immediate ſequente ſyrup. purgetur cum iſtis pillulis. *℞. pillularum de* *Pillulæ.* *ſarcocolla, cochiarum, an. ℥ ß. auari ponderis, reformentur pillulæ vij. cum ſyrupo de ſtæchade, & accipiatur in aurora cum conditionibus omnibus, quæ in aliis ſolutiuis ſunt notatæ.* ¶ Iſtis autem ita

B diligenter celebratis, ſi ſanus eris, laudes immortales Altiſſimo offeras; ſin autem reuertatur, obſerues omnia remedia, quæ ſupra ordinata ſunt, poſt primam purgationem: & adhuc ſi bene ſanus eris, conſulo, quod ſaltem per totum menſem futurum Maii vtaris electuario & ſacculo cordialibus, pillulis & puluere capitali ſuperius deſcriptis ad hoc, vt recuperata ſanitas tua confirmetur vberius. Ad laudem ſummi Saluatoris perpetuam, qui ſolus omnem languorem liberat. Amen.

Consilivm CCLXVII. *De nocumento totius a mala complexione humida materiali, cum exceſſu caliditatis complicata cum apoſtemate in ſphinctere, & cum multis aliis accidentibus.* ¶ *Diuiditur autem conſilium in ſectiones duas.*

C

Sectio I. *Continet duo capit.*

Cap. I. *De cauſſis & ſignis dictarum diſpoſitionum & accidentium.*

Venerandvs dominus Anthonius Candianus digniſſimus Archidiaconus Vicentinus, & numero pluribus moleſtatus accidentibus ab vna fere radice dependentibus & conſeruatis. ¶ Quorum primum eſt membrorum omnium vniuerſaliter lapſus a temperamento per augmentum humiditatis & multum exceſſiue, quæ tamen coniungitur augmento caliditatis & proprie vtriuſque a generatione contractus. Eo quia corpus hoc eſt ſanguineum a generatione, quod declarat purpurea membrorum carnoſitas & extenſio venarum, *Signa complexionis humidæ.*

D amplitudo & plenitudo, & pulſus eius fortis & magnus: vt in pluribus ad velocitatem & frequentiam decliuis: & ſic de aliis propter breuitatem omiſſis. Et eſt quidem cum eius caliditate extraneæ humiditatis augmentatum per viam indigeſtionis genitæ. Cuius cauſſa potuit eſſe, aut multarum ægritudinum aduentus, aut euacuationum multitudo, & per plura loca facta, aut exceſſus in cibis & potibus, vel in aliqua de rebus non naturalibus: propter quæ contigit phlegmaticas humiditates per viam indigeſtionis in eo fuiſſe congregatas, ſiue contigerit hoc propter retentionem euacuationis a natura intentæ, & ipſi conſuetæ: velut fieri ſolet per hæmorrhoidas, per fluxum ſanguinis a naribus, & per phlebotomias. A qualicunque igitur de numero harum cauſſarum contigerit, ſenſus oſtendit in eo eſſe augmentum humiditatis, non ſo-

E lum a ſanguine, ſed etiam a phlegmatica materia ſatis aquoſa; & ſibi commixta. Multitudo enim ſputaminis & reumatum ſaliualium & catarrhalium a capite deſcendentium; & frequentia ſudoris & multitudo ſudoris eius & aquoſitatis vrinalis & corporis laſſitudo, quantum ad motus exteriores omnia demonſtrant prædictarum humiditatum augmentum in ipſo. ¶ Vnde ex his facile videri poteſt cauſſa catharrizantis materiæ a capite ad os; ad pectus propter multitudinẽ euaporationis ab inferioribus partibus ad ipſum caput, prouenientis. Et adhuc eſſet propter obtuſionem innati caloris a vaporibus & multitudine humiditatũ, propter quod cerebrum ipſum in digeſtione propria, & in regimine taliũ materierum notabiliter eſt debilitatum. Et niſi vir iſte in flore ſuæ ætatis, quia in cõſiſtentia poſitus eſſet: valde paratus eſt ad ægri-

F tudines neruorum & capitis, vt oppilationũ, arteticæ, reumatum & ſimilium. ¶ At vero iterum ex prædicto fundamento facile intelligi poteſt debilitas appetitus & digeſtionis in eo, tam propter diminutã eſſe caliditatẽ, per viã ſuffocationis a multitudine vaporũ & materierũ prouenientis: vnde niſi vir iſte regimine diſcretionis cõuenienti regatur, cum paucitate & ſubtractione ciborũ & potuum, vt iam incepit, ſanitas eius & *Debilitas appetitus.*

conſiſtentia intantum: & ita frequenter eſſet permutabilis, quod melius neuter deci- A
dentiæ aut tertii ſignificati denominari deberet, propter quod idem non debet admi-
rari, ſi frequenter alteratur a ſanitate in ægritudinem vel neutralitatem, vt iam prædi-
ctum eſt. ¶ Ex quibus etiam tertio corollarie concluditur, quod iſte vir valde prom-
ptus ſit ad cachexiam vel ſpecies hydropis: & proprie aquoſæ & carnoſæ, niſi diligen-
ti regimine ſe gubernet, vt poſtea dicetur. ¶ Poſt hæc iterum hic vir ægritudinem
habet in extremitate inteſtini recti, ſcilicet apoſtema eminens quantitatis auellanæ
vel papillæ mammillaris: quod quidem perductum eſt ad vlcerationē: vnde continuo
ab eo manat virulentia ſubtilis & acuta, a quibus recipit moleſtiam non leuē; ita quod
in ſedendo, ambulando & equitando propter confricationem apoſtematis vlceroſi
ad corpora, quibus applicatur, magnum incurrit dolorem. Et ex continuo deſcenſu B
virulentæ materiæ ardore & punctione non leuibus moleſtatur. ¶ Et ex hoc funda-
mento facile intelligi poteſt, quod ſi illud vlcus extenderetur ad ſubſtantiam inteſti-
ni, diſpoſitus eſſet ad gangrænam vel æſtiomenum aut aſcakilon: & proprie materia
in ſuis qualitatibus malignata magis facta per modum aduſtionis & conuerſionis ad
putredinnem venenoſam. Quod vero iterum ex hoc fundamento aliquando lædatur
in operationibus ſenſuum exteriorum, quantum ad viſum, quia videatur ei aerem in-
ſpicienti pcipere figuras lineales, triangulares vel ſphæricas, albas vel aquatas, vel opa-
cas. ¶ Et quantum ad auditum apparet ei quandoq; percipere tinnitum, vel ſibilum,
vel ſonitum curſus aquarum vel ventorum agitantium ſyluas a multitudine vaporum
& ventoſitatum alterantium organum auditus: leuiter poteſt intelligi prouenire. ¶ Et C
iterum adhuc, quod nocumentum quandoq; percipiat in operationibus interiorum
ſenſuum: ſicut imaginatiuæ, cogitatiuæ & memoratiuæ potentiæ, & in frequentia mo-
bilitatis ad varias opiniones ex augmento prædictarum humiditatum probari poteſt
prouenire: ſiue quia multitudo vaporum ſpiritui ſenſibili commixtorum hoc efficiat,
ſiue quod organa in ſuis complexionibus vel naturis permutentur, vt ventriculi cere-
bri, in quibus talium virtutum operationes, velut in propriis ſedibus, ſunt a ſapientibus
collocatæ. ¶ Hæc in ſumma eſt huius venerandi patris diſpoſitio vniuerſaliter & parti-
culariter ita deducta.

Cap. II. *De regimine per ſex res non naturales.* D

QVONIAM igitur, vt præcedenti cap. viſum eſt, complexio huius viri la-
bitur a medio ſpeciei per augmentum caliditatis & humiditatis, & nota-
biliter eleuatum, oporteret in eius conuenienti regimine adminiſtrari
inſtrumenta, quæ inducerent ipſum verſus mediū corrigendo exceſſum
qualitatum in eo conuenientium. ¶ Vnde oportet aerem remiſſe calidum & notabi- *Aer.*
liter ſiccum eidem applicari. Nam aer remiſſe calidus applicatus lapſui intenſe calido
eſſet cauſſa illius remiſſiua: ſi vera eſt poſitio philoſophantium, quod remiſſum addi-
tum intenſo remittit ipſum. Etiam ſiccitas aeris notabiliter intenſa ſufficienter cor-
rigeret humiditatem multum in eo eleuatam: igitur talis aer notabilis ſiccitatis eſſet ei
conueniens: conſequentia patet: quia in præcedenti cap. præſupponitur lapſum ad E
humiditatem in hoc viro eſſe multum ampliorem, quam ad caliditatem in eo. Itaque
vbi aer adminiſtraretur calidus in primo, & conuenienter reſpectu lapſus calidi in ſe-
cundo: idem aer ſiccus in tertio reſpectu lapſus humidi in ſecundo eſſet omnino con-
ueniens. ¶ Verum quia iſta facilius dicuntur & ſcribuntur, quam ita perficiantur. Et
etiam quia poteſtate & ſcientia & opere noſtris nō eſt ita conceſſum moderari aerem
ſub determinatis menſuris, quam eſt facile illud ſermone proferre. Ideo deſcendam
per modos adminiſtrationis conuenientioris, quam ſecundum coniecturam artificia-
lem fieri poteſt aerem, & alias res non naturales ad refractionem deducendo cum his,
quæ qualitates optatas in eo ipſo inducere poſſint, vt nunc ſequitur. ¶ Itaque aer re-
gionis, loci & cameræ eſſe debet ad caliditatem mediocrem inclinatus. Et notabiliter F
ſiccior, velut eſſet eligere cameram, aſpectum orientalem vel meridionalem haben-
tem, in quam etiam radii ſolis ingredi poſſint & permittantur vſque ad notabilem ca-
liditatis eleuationem in ea. Et ſit camera ædificiorum non valde antiquorum, non
curſibus aquarum vel puteis valde propinqua: ¶ Aut artificialiter caliditas & ſiccitas
appo-

A apponantur in ea: primo cum accenſione ignis ex lignis lauri, abietis, laricis, ſarmentorum vitis, iuniperi, lauri, pini & ſimilium arborum calidarum. In qua etiam non raro comburantur ſtipites calamenti, pulegii, origani, ſaluiæ, roſmarini, & ſimilium: aut ſæpe ſuffumigetur cum fumo ſandaracæ, colophoniæ, thuris, laudani, reſinæ pini, vel ſimilium ſimplicium. Et de compoſitis elegantiſſimum eſt hoc. ℞. *ſtyracis calamitæ* ℥ j. *laudani* ℥ j. *ligni aloes, garyophylorum, galangæ, an.* ℈ j. *macis* ʒ ij. *ambræ ſi diues eſt* ʒ j. *pulueriʒentur per ſe, & reformentur trochiſci cum* ℥ ß *terebinthinæ ſiccæ, & modico vini aromatici.* Quantum vero ad annexa aeri, corpus ſuum bene munitū teneat veſtibus ſuffultis pellibus agninis vel vulpinis. Et caput ſuū infulis de panno de grana tactis bene munitum teneat ſuffultis pellibus de dorſis variorum, vel vulpinis aut agninis, vt B prædictum eſt. Et caueat ab accenſione carbonum in camera ſua, niſi prius fuerint exterius bene igniti, & ab aere euentati. Trochiſci.

Cibi huius viri debent eſſe ex carnibus laudabilibus accepti ad ſiccitatem declinantibus magis, quam ad humiditatem. ❡ Et ſunt carnes pullorum bene adultorum, vt gallinarum vel caponum, perdicum vel phaſianorum, & ſtarnæ etiam & francolini. Et caro paronis, qui eſt auis in montibus Vicentinis inuenta, ſtatura maior, quam anas, colore nigro, & habens dentes in palato: & eſt auis notabilis fortitudinis & ferocitatis. Cuius caro me iudice valde laudabilis eſt: quoniam caro alæ eius caponis & pectus eius & vituli ſapore participant: & tota eius caro conueniens eſt: ſimiliter laudabiles ſunt carnes auium minutarum in montibus degentium, vel in nemoribus. Et carnes vitulorum & caſtratorum in montibus degentium. Caro enim hœdi omnibus aliis domeſticis laudabilior eſt: ſicut carnes gazelli inter ſylueſtres maiorem laudem merentur habere. Caro cerui, leporis & apri iterum ſunt conuenientes, & caro caſtrati valde pinguis & agnorum, cuniculorum, anſerum, anatum & vniuerſaliter omnium animalium aquis degentium carnes huic viro non ſunt conuenientes: neque etiam laudo carnes ortiginis vel quatulæ auis. Caro vero pauonis iuuenculi non eſt vituperanda. Columborum carnes, & proprie pennatorum & ſylueſtrium etiam valde vtiles ſunt ei. Cibi. Carnes. C

Ex piſcibus vero non curet accipere & proprie elixis: fontalibus autem piſcibus & maritimis frixione præparatis vti poteſt, & proprie quorum vſum famæ communitas approbauit: velut ſunt lucii, torrentinæ, varioli, marſiones, carpiones, rumbi, menulæ, oradæ, ſterilliones & ſimiles. Vſus autem cancrorum non placet mihi, niſi valde raro. Qui vero ſunt ſicut tincæ, reginæ, cephali, goti & ſimiles dimittantur: nam multa humiditate remolliendo & calorem tegendo præparant ad putredinem. Piſces. D

❡ Ex plantis vero vti poteſt calidis omnibus, ſicut petroſelino fœniculo, ſaluia, roſmarino, mentha, origano, ſerpillo, ruta, naſturtio, caulibus. Ex radicibus vero conueniunt rapæ & napi, carotæ, raphanus & conſimiles. Plantæ vero frigidæ, ſicut bleta, ſpinachia, portulaca, cucurbita, lactuca, endiuia, ſemperuiuum, cichorea & conſimiles non placent mihi. ❡ Ex fructibus vero placent mihi ficus, vuæ, amygdalæ, auellanæ, poma, & proprie dulcia & pyra electa & proprie cocta. Et poteſt vti E caſtaneis & proprie coctis, licet raro. Iuiubæ vero, nuces, ceraſa in modico vſu: cucumeres vero placent: inter eos tamen pepones dulces & ſolidi laudantur ei. Alii autem fructus non placent. Leguminum vſus non multum mihi arridet, ex laudabilioribus tamen inter ea ſunt cicer rubeum, panicum & far: & vſus ptiſanæ, hordeaceæ cum ſaccharo. Reliqua vero, quæ ſunt ſicut fabæ, phaſeoli, ſiſamus & ſimilia dimittantur. ❡ Ex condimentis placet mihi oleum oliuarum, & proprie quantomagis annoſum eſt vſque ad annos decem: & oleum de nucibus iterum conueniens: & oleum de amygdalis dulcibus & de auellanis. Butyri vero & pinguedinis porci, anatis & anſeris vſus abhorrendus eſt. ❡ Caſeus autem & proprie frangibilis vnius anni ætatem habens, & ad ſalſedinem eleuatus bonus eſt ei. Mollis veF ro valde, pinguis & butyroſus caſeus euitetur: ſimiliter lactis recentis non cocti vſus & coloſtri dimittatur. Recocta tamen eſt ipſi collaudanda. ❡ Aceti autem vſus agreſtæ, ſalitæ, limonum, arantiorum & granatorum, quorumcunque ipſi conueniens eſt. ❡ Ex aromatibus vero conueniunt ei ſpecies ex pauco pipere, Plantæ. Radices. Fructus. Legumina. Condimentā. Aromatā.

& multo cinamomo factæ cum modico etiã zinziberis,galang. garyoph.macis,nucis A
Partes animalium. muſc. & ligni aloes. Crocus autẽ in omni cibario ſuo bene laudabilis eſt. ¶ Ex parti-
bus vero animalium non vtatur ad plurimum vel frequenter capite vel cerebro, neq;
Panis. cauda,ventribus, neq; renibus. Aliis autem partibus vti poteſt, & proprie non valde
pinguibus. Panis autẽ eius ſit de pura ſimila factus,licet argumento ſumpto ab exceſſu
humiditatis,conuenientior ei foret panis modicum furfuraceus, aut ſaltem factus ex
farina cum hordei & ſpeltæ farina compoſitus.¶ Vinum vero eidem conueniens eſt &
Potus. eſſe debet mediocris fumoſitatis,& nullo modo aqueum, boni ſaporis & ad pontici-
tatem inclinatũ,& nullo modo dulce, niſi valde parum & raro & colore debet eſſe al-
bum,velut aurum,vel rubicundum & odorẽ ſuauem habens,ſine alicuius aquæ com-
mixtione,ſiue fuerit præcocta,ſiue naturalis:& nullo modo melli cum ſaccharo com- B
mixta. Dulcia enim calida,ſicut mel, eſſent eidem ita nociua, ſicut ſaccharum eſt ei-
dem iuuatiuum, non tamen in multo vſu.

Motus & quies. De conuenienti autem adminiſtratione motus vel exercitii iam ex prædictis
apparet,quod exercitium ei conueniens non debeat pertranſire id, quod calefacit cũ
mediocritate & non violenter: magis enim eſſet ex vehementi exercitio nocumentũ
per viam ebullitionis & diſpoſitionis ad putredinem,quam iuuamentum per viã con-
ſumptionis materiæ per exercitium acquiſiti. ¶ Itaq; per continuationem vel proli-
xitatem exercitii mediocris acquiritur conſumptio materierum ſuperfluitatum;quæ
huic viro neceſſaria eſt.Neq; erit dubium,quin ſuperueniat in materiebus putrefactio
ex agitatione ipſarum,quæ per exercitium ſibi conueniens conſumptę ſint:velut mo- C
tus progreſſiuus ante cibum longo tempore factus,aut equitare gradarium equũ vſq;
ad caliditatis augmentum & leuis prouocatio ſudoris : aut ſuauiter monticulũ aſcen-
dere,& ab eo ſuauiter deſcendere:aut quarto velut eſſet ludus aliquis,quo in membris
agitatio notabilis acquireretur,ſicut eſt ludus cum ſphæra vel parua pila. Cuius iuua-
mentum excellenter approbat Gal. *in toto proceſſu libelli, quem fecit ad Epidonum*: eo quia
partes omnes æqualiter exercitantur,interiores & exteriores,ſcilicet exercitio tam æ-
qualiter,& per motum talem conuenienter fit diſtractio materierũ de centro ad cir-
cumferentiam,& conſumuntur etiam materiæ multæ,expelluntur ſenſibili & inſenſi-
bili expulſione. At vero iterum ſolidæ cõſumptæ fiunt partes membrorũ ex conſum-
ptione prædictarum ſuperfluitatum , ſicut eædem laſſæ redduntur per illarum humi- D
ditatum præſentiam. Adhuc iterum & ſexto non inconuenit exercitium vectigatione
nauis,ſine tamen diſcrimine periclitatiuæ ſubuerſionis. ¶ Et quoniam quandoq; con-
tingit propter occupationes hominum has exercitii ſpecies non ita habiliter admini-
ſtrari poſſe. Ideo loco illarum conueniens erit adminiſtratio fricationum, quæ pri-
mo adminiſtrentur a genubus vſque ad pedes, inferius trahendo cum compreſſione
quadam & ab inguinibus vſque ad genu, a ſpatulis vſq; ad nates,& ab humeris vſq; ad
manus motu materias a profundis partibus diuertendo ſuperficiales vſq; ad notabilis
rubedinis acquiſitionem:poſt omniũ ciborum aſſumptionem,quies ſemper eſt ei ne-
ceſſaria & non motus,neq; exercitium aliquod in tali hora fieri debet.

Quoniam ſomnus materias digeſtioni meliori præparat vniendo calorem,con- E
Somnus & Vigilia. ueniens eſt ei,dum modo menſuram non excedat horarum octo,tam in die, quam in
nocte completa:amplior vero ſomnus,propterea,quia humectat obtundendo calorẽ
per modum circumdationis ipſius a multitudine materierum,non eſt laudabilis. Et
eo maxime,quoniã vir iſte maxime moleſtatur catharrhis & reumatiſmis. Sed proli-
xa dormitio augmentat eos, vt patet, *3. primi cap. de his, qui proueniunt ex ſomno*. Igitur pro-
lixus ſomnus eidem eſt inconueniens. ¶ Conuenientior autem dormitio eſt ei poſt
cibum per vnam horã vel duas,& dormiat capite notabiliter eleuato. Et effugiat dor-
mitionem ſupinam & maxime, quoniam ipſa inclinat materias ad poſteriora; quæ eſ-
ſent cauſſæ augmentati apoſtematis vlceroſi in ſphinctere exiſtentis,de quo ſupra vi-
ſum eſt in ſectione prima. Vigilia autem vltra menſuram ſomni iam deſcriptam o- F
mni alio tempore eſt eidem conuenientior. Et attendat etiam, quod ſi dormiret
conuenienter in nocte, omnino euitanda eſt dormitio diurna, vt patet, *ſecunda pri-
mi, præallegato capite.*

Omnium ciborum & potuum menſuram exceſſiuam huic viro euitandam eſſe,
patet

A patet ex prædictis: eo quia in ipſo augmentum humiditatum ſuperfluũ eſt: igitur ſubtractio cibi ab extremo craſſius diætando, quod eſt latus ſanorum ſutrahendo verſus medium per æqui diſtantiam eſt ipſi conueniens: eo, quia in viro iſto neceſſaria eſt exſiccatio: igitur taliter quandoque fameſcere & cibi quantitatem notabiliter ſubtrahere eſt eidem perfectum inſtrumentum: eo, quia corporibus humidas carnes habentibus famem adhibere conuenit: fames enim exſiccat corpora tam per viam reſolutionis conuertentis humores in vaporem, quam per viam ſubtractionis, vt patet *ſect. 7. aphoriſ. & commento 59.* &c.

Inanitio & repletio.

Accidentia animi quæcunq; ſunt cauſſa diſtrahendi caliditatẽ innatam a membris, in quibus debet fieri digeſtio materierum, quæ abundant in hoc viro, per quæ etiam accidentia calidum innatum, quod eſt ſpiritus, coarctatum, vel per modum cuiuſdam ſuffocationis ſuffocatum detinetur in profundo corporis, euitari debent, propter cauſſam prædictam. Et etiã, quia motu caloris de circumferentia ad centrũ materiæ humorales etiam intrinſecus profundantur. Et adhuc tertio, quoniam propter intenſiorem factam caliditatẽ in profundo corporis materiæ per viã ebullitionis diſponuntur ad putredinẽ, ſicut ipſe idem experiri poteſt, quando anguſtia vel triſtitia aliqua notabiliter affligit ipſum. Et forte quod vna de cauſſis, quæ produxit hunc virum ad multiplicationẽ humiditatum multarũ per viã indigeſtionis, fuit inſtantia paſſionũ animi triſtantiũ & anguſtiare facientium. Vnde ex his omnibus ponere debet menſurã moderaminis earum cũ lætitia & bona ſpe & quiete animi. Fortaſſis autẽ ſi vir iſte ſui regimiC nis eſſet librator bonus, aliquando cõueniens eſſet ei leuis iracũdia & aliquo tempore durans. ¶ De annexis autem accidentibus animi caueat, ne excedat in coitu, & propriè ſuper repletione ciborum facto, argumento ſumpto ab ætate, complexione & habitudine: tamen conceſſione legis non eſſet ei inconueniens venereum actum bis in ſeptimana exercere, & hoc tranſeat de ſectione prima.

B (margin) *Accidentia animi.*

SECTIO II. *Continet duo capita.*

CAP. I. *De inſtrumentis prohibentibus augmentum ſuperfluum materierum in hoc viro, & abſcindentibus materias iam in eo inuentas.*

IGITVR pro regimine huius viri per medicinalia 20. ſingularibus remeD diis viſum eſt mihi eidem prouidere. Primum itaque erit, vt omni anno a principio menſis Martii, vſq; ad vigeſimam eius intendat euacuare corpus ſecundum iſtum modũ: primo, quod phlebotometur baſilica dextri lateris ſub cubito poſita in hora electa, ſcil. mane per vnã horam poſt ortum ſolis digeſtione prima & ſecunda iam celebratis, & ventre eius à fæcibus iam emundato, *4. primi cap. 20.* colligendũ. Et extrahatur ſanguinis ab ℥ v. vſq; ad vj. ℥. ¶ Secundum remedium eſt, vt præmiſſa phlebotomia euacuatione minoratiua euacuetur venter eius cũ hac medicina. *℞. caſſiæ paulo ante de canna extractæ cũ aqua lupullorũ ℥ j agar. & reub. elect. an. ℈ j. zinz. ſpicæ nar. an. gr. v. ſalis gem. gr. j. miſce cũ ℥ iij. aquæ hordei præcalefactæ accipiatur duabus horis ante diẽ, & tardetur cibus ſex horis poſt quintã accipiendo cyathum vnum aquæ hordei calidæ cũ moE dico ſacchari.* ¶ Tertium inſtrumentum eſt, vt poſt minoratiuum prædictum ſequenti mane hora prędicta incipiat accipere hoc digeſtiuũ calefactũ, & continuet ipſum diebus octo. *℞. ſyr. de byzantiis ℥ j. ſyr. de abſynth. ℥ ß. aquæ cichor. lupullorum & cuſcut. an. ℥ j. miſce.* ¶ Quartum inſtrumẽtum eſt, vt die nono immediate ſequenti purgetur cum hac medicina. *℞. ſucci roſ. ℥ j. electuarii hamech deſcriptione maiori, ℥ iij. electuarii de pſyllio ʒ ij. miſce, & accipiatur eo modo & omnibus obſeruatis, quæ ſupra de minoratiuo ſcripta ſunt.* ¶ Quintum eſt, vt ſi tempore aſſumptionis digeſtiui eſſet ſtipticus ventre, & non bene largus, accipiat omni ſero vel ſaltem omni alterno ſero vnam de infraſcriptis pillulis vel duas ad plus parum ante cœnam, & ſupplebunt aſſumptionẽ clyſteris; & vtilius operabuntur in eo ſuperius citius attrahendo, quam faceret clyſtere, quibus etiam pillulis vti poteF rit in reliquo vſu conſeruatiuo ſuæ ſanitatis & præſeruatiuo eius a lapſu. Et eſt earum deſcriptio. *℞. reupontici electi ʒ iij. reubarbari agarici, hermodactyli an. ʒ j. ß. epithymi ʒ ij. pulpæ, colocynth. ℈ ij. aniſi, zinziberis, dauci, ſiſeleos, an. gra. v. violarum roſarum, maſticis, an. ℈ ß. aloes ablutæ, ʒ iij. pulueriżentur omnia per ſe, & infundantur in ℥ iiij. ſucci roſarum, deinde exponantur ſoli vel igni non violento vſq; ad exſiccationem: deinde iterum ſuperaddatur ſuccus*

Vena ſectio. *Potio minoratiua.* *Potio digeſtiua.* *Electuariũ purgans.* *Pillulæ.*

ſecunda & tertia vice ſemper exſiccando: de hac ergo maſſa fiant pillulæ de omni.ʒ vj. vel vij. & vta- A *tur eis, vt iam dictum eſt.* Neq; hic mirandum eſt, ſi in hoc compoſito paruã accepi aloes quantitatem: eo, quia cum hic vir ſit hæmorrhoidibus aſſuetus, & aloe aperiat orificia venarum ani dubitabilis eſſet in eo vſus aloes, & maxime in diebus frigoris iuxta illud ſecundi *can. cap. de aloe.* Dare autem aloem in diebus frigoris, timoroſum eſt, quoniam educit ſanguinem. ¶ Sextum eſt, vt poſt purgationem præſcriptam vſq; medietatẽ Septembris vtatur hoc electuario, de quo accipiat ℥ ß. ter in ſeptimana in aurora, & tardetur poſt ipſum cibus horis quatuor. Cuius deſcriptio eſt. ℞. *ſeminum cuſcutæ, cichoreæ, endiuiæ, atriplicis & ſcariolæ, an. ʒ ij. roſarum, violarum, ſandalorum rubeorum, coriandri præparati, cyperi, an. ʒ iij. corticum capparorum ʒ j. ß. tamariſci, ſcolopendriæ, ſem. plantag. an. ʒ ij. ß. ſem. agni caſti ʒ ß. aniſi, ſucci liquir. an. ʒ j garyoph. cinamomi electi piperis alb. an ℈ iij. ligni* B *aloes ʒ ß ſacch. alb. ℥ iij. ſacchari candi ℥ ij. mellis roſati colati ℥ v. coquatur ſaccharum cum ſyrupo lento igne, & circa infrigidationem eorum addantur ſpecies, & fiat electuarium.* cuius vſus ſit, vt dictum eſt.

Electuariũ.

¶ Septimum eſt, vt aſſueſcat ſæpe abluere pedes vſque ad inguina cum decoctione iſta. ℞. *violarum, roſarum, florum nenupharis omnium exſiccatorum, an. M. iij. foliorum ſalicis M. iiij. florum chamomillæ, foliorum ſaluiæ, an. M. ij. coquantur in notabili quantitate aquæ vſque ad conſumptionem tertiæ partis: & cum ea calida fiat ablutio per horam ante cœnam, & conueniens exiccato.*

Lotio pedũ.

¶ Octauum eſt, vt poſt iam dictam purgationem ſaltem ſemel in die inungat hæmorrhoidam illam eminentem cum hoc linimento, antequam perueniat ad vlteriorem curationem eius, quæ erit ſecurior poſt ſecundam euacuationem infra dicendam. ¶ Deſcriptio linimenti eſt hæc. ℞. *olei de chryſomelis* C *℥ j. ß pulueris philipendulæ ʒ j. ß. lithargyri ſpumificati ʒ ß. croci, gran. iij. terantur ſimul longo tempore in mortario plumbeo cum ſuo piſtillo, & cum hoc tepido liniatur locus, vt prædictum eſt.*

Linimentũ.

¶ Nonum, cui inſiſtendum cum magna attentione, eſt vt omni ſero ſuper parte capitis anteriori, a fine capillorum vſque ad zenit capitis per latitudinem commiſſuræ, per quatuor digitos inter capillos de hoc puluere ad quantitatem quinq; granorum hordei ſuperaſpergatur, & fiat eius renouatio omni ſero per duas horas poſt cœnam decenti capitis pectinatione præmiſſa. Cuius deſcriptio. ℞. *folii ʒ j. ligni aloes ℈ iiij. amomi, calamenti, origani, pulegii, ſtœchados, an. ʒ j. ß. roſarum, florum nenupharis, an. ℈ j. puluerizentur omnia per ſe, & decenter miſceantur & conquaſſentur in mortario.*

Puluis cap. ſuperaſpergendus.

¶ Decimum, in quo magna habenda eſt fiducia, eſt, vt vir iſte omni mane incipiendo a me- D dietate menſis Martii vſque ad medietatem Iunii, aut ſaltem omni alterno mane maſticet vnam de infraſcriptis pillulis, nihil deglutiendo de eo, quod diſſoluitur ab eis: ſed totum exſpuendo, quarum deſcriptio. ℞. *cubebarum, calami aromatici, pyrethri, an. ʒ j. liquiritiæ, aniſi, aſari, ſtœchados, coſti, ſtaphyſagriæ, an. ℈ iiij. maſticis diſſoluti cum modico aceti ℥ j. puluerizentur omnia & incorporentur cum prædicto maſtice: & fiant formulæ ſimiles auellanis, quæ prius ſub ſole vel ad ignem exſiccari debent: deinde accipiantur, vt ſupra.*

Pillulæ maſticandæ.

¶ Vndecimum eſt, vt caput ſuum omni ſeptimana ſemel ante prandium abluat cum infraſcripto lixiuio: deinde caput diligenter exſiccetur. Cuius deſcriptio. ℞. *foliorum hederæ muralis, maioranæ, ſtœchados, arabici folii indi, an. M. j. roſarum, cubebarum, ana M. ß. ireos, ariſtologiæ longæ, paucedani, acori, an. M. j. partes duas, coquantur cum ℔. xxx.* E *aquæ vſque ad conſumptionem tertiæ partis: deinde ſuperaddatur ℔. j. cineris ſarmentorum vitis: & iterum modicum bulliant ſimul, deinde fiat cum eo ablutio.* Si autem in operatione ſua hoc lixiuium videretur acutum nimis, in eius coctione cineris menſura ſupduple tur, & erit leue valde.

Lixiuiũ pro lotione capitis.

¶ Duodecimum inſtrumentum principale eſt, vt caput iſtius viri & infula eius omni ſero & mane ſuffumigentur cum hoc puluere proiecto ad carbones ardentes vſqueque bene calefiant: & caput etiam eius circumquaque eadem puluere diligenter ſuffumigetur. Cuius deſcriptio. ℞. *ſtyracis calamitæ ℥ j. laudã. ℥ ß ambræ, moſchi, an. ℈ ß. ſi non timet expenſam aut ſaltem, gran. iiij. ligni aloes ℈ iiij. thuris, myrrhæ, corticum oppopanacis, an. ʒ j. puluerizentur omnia per ſe: deinde commiſceantur, & fiat ex eo, vt dictum eſt.*

Puluis pro ſuffumigio.

¶ Decimumtertium inſtrumentum principale eſt, vt F etiam perſæpe teneat in manu hunc puluerem in ſindone retorta bene ligatum ſæpiſſime odorando ipſum. Cuius deſcriptio. ℞. *garyoph. galangæ, piperis albi, cinamomi electi, nucis muſcat. ana ʒ ß. origani, folii, aſari, ſtœchados, ana ʒ ij. puluerizentur omnia per ſe commiſceantur.*

Nodulus odoratus.

¶ Deci-

A ¶ Decimumquartũ ſingulare remedium eſt, vt poſtquã fuerit euacuatus & maſticationem ſupraſcriptã tempore iam pdicto continuauerit, poſt ipſam ſaltẽ in ſeptimana quater in mediis tertiis impleat os eius cum aqua huius decoctionis ca.lida, & faciat cũ ea gargariſma ſaltẽ quinq; vicibus ꝑ mane. Cuius deſcriptio. *℞. ſtaphyſagriæ, agarici pulpæ colocynth. an. ʒ ß aniſi ʒ j. ß cinamomi electi ſem. fœnic. ſem. endiu. & ſcariol. an ℈ j ſucci liquir. an. ʒ ij coſti, radicum iari arthanitæ, an. ℈ ij. aquæ fontis ℔. vj. coquantur omnia lento igne vſq; ad conſumptionẽ tertiæ partis, deinde colentur ſine alia expreſſione & colaturæ addantur mellis ℥ iiij. deinde coquantur lento igne vſq; ad conſumptionẽ quartæ partis, & reſeruentur in vaſe obturati orificii, & fiat ex eo, vt iam dictũ eſt.* (Gargariſm.) ¶ Decimumquintũ ſingulare remedium eſt: vt ſæpe aſſueſcat facere fricationes incipiendo a genub. trahendo vſq; ad cauillas: deinde ab inguinibus

B vſq; ad illas cum pannis aſperis fricando membra vſq; ad eorũ rubificationem aliquantã: deinde incipiat a ſpatulis vſq; ad nates ſimiliter confricando: poſtea ab humeris vſq; ad manus faciendo, vt iam dictũ eſt. ¶ Decimumſextũ remedium eſt, vt poſt purgationes iam dictas ſaltẽ in ſeptimana quater totam ſpinam ſuã inungi faciat mane quando ſurgit, & veſperi, quando ſe exponit in lectũ, cum hac inunctione, qua vtatur a principio menſis Octobris vſq; ad mediũ menſem Martii. *℞. olei violarum olei nenuph. an. ℥ ß. olei de coſto ℥ j. ß. ſpodii, ſem. plantag. roſ. coriandri præparati an ʒ ß. pulu. melilot. florũ althææ, macis, origani, calami aromatici, an. ℈ ij. ceræ quantum ſufficit, fiat vnguentum molle.* (Vnguentũ.) ¶ Decimumſeptimũ eſt, vt alia parte anni vtatur hoc vnguento ſecundo ſpinæ applicato: vt de præ- (Aliud.)

C cedenti dictum eſt. Cuius deſcriptio. *℞. amyli ʒ ij. mucillag. ſem. alth. & ſem. maluæ, an. ℥ j ß. olei roſ. & de nenuph. an. ℥ vj. camphor. ʒ j. incorporentur omnia ſimul longa contritione in mortario cum vitellis duobus oui, & fiat de eo, vt dictum eſt.* ¶ Decimumoctauũ eſt, vt ſaltem in anno ſemel, & proprie in menſe Septembris faciat ſibi apponi ventoſas poſt purgationẽ ſequentem, & cum ſcarificatione a ſexto die nouilunii vſq; ad decimumquartum eius. Decimumnonum eſt, vt poſt medietatem menſis Septembris accipiat hoc digeſtiuũ, quod continuet diebus decem modo & hora præſcriptis in digeſtiuo accipiendo in tempore veris. Cuius deſcriptio. *℞. ſyrupi de endiuia ℥ j. ſyrupi de epithymo ℥ ß. aquæ cuſcutæ cichoreæ & abſynthii, an. ℥ j. miſce.* (Potio digeſtiua.) ¶ Vigeſimum & vltimum remedium eſt vt poſt digeſtiuum prædictum euacuetur cum hoc minoratiuo ad ſuas diſpoſitiones conuenientiſſimo. *℞. hieræ Gal. ſimplicis, ſucci roſati, an. ʒ j. caſſiæ extractæ de canna cum aqua viola-*

D *rum ℥ ß. accipiatur cum cyatho medio aquæ hordei calefactæ, & tardetur poſt ipſum cibus horis ſex præmittendo aliquod abſterſiuum poſt quintam horam, vt macrum ius pulli cum ſaccharo. aut aquã hordei calidam.* (Potio minoratiua.) Hæc de cap. primo lectionis tertiæ.

Cap. II. *De cura apoſtematis ſupradicti in ſphinctere exiſtentis.*

NVnc autem redeundum eſt ad curam apoſtematis iam dicti, quod ſiue ſit condyloma nominandum, ſiue ficus, ſiue eminens hæmorrhoidale apoſtema: ſumma veritas eſt, quod ſit apoſtema in circumferentia ani extra pendens, genitum a ſanguine melancholico in carnoſitatem conuerſo: eo modo, quæ ſæpe videre contingit ſephiros vel ſclirofim in locis conſimilibus apo-

E ſtematis. Et non eſt inconueniens vereri, quod extremitas hæmorrhoidalis venæ apoſtema a ſanguine melancholico extra promineat. Et hoc quidem conuenienti ſpeculatione indiget in curatione canonica: ſi e*im tale apoſtema vlceroſum vel vlcus apoſtemoſum nominare velis, exiſtat ſubſtantia carnoſa melancholica, tunc valde facile curare poterit deponendo ipſum, vt inferius docetur. ¶ Si autem tale apoſtema fuerit extrema pars venæ, quæ iam ad apoſtema peruenit & vlcus, tunc patet, quod erit curationis longe magis difficilioris propter plura. ¶ Primo, quia per apertionem hæmorrhoidales per continuam effuſionem corpus emundant a ſuperfluitatibus: tunc curare eas completa cura eſt contra præceptum antiquioris patris: vbi dixit *aph. 12 ſect. 6. Hæmorrhoidas ſananti antiquas, ſi non vna aperta relicta periculum eſt hydropen fieri*

F *aut maniam aut melancholiam*, &c. ¶ Amplius ſi cura huius complete fieri debet, per quam retineatur, quod euacuari ſolebat, tunc petet, quod multiplicabuntur repletiones, oppilationes & apoſtemata intrinſeca vel extrinſeca, & alia nocumenta, quæ colligentur, *quarta primi. cap. de retentione euacuationum*, & clarius *17. tertii cap. de retentione curſus hæmorrhoidalis.*

Qualitercunque tamen contingat cura huius diſpoſitionis a ſapientibus, quadruplici modo aſſignata eſt tam Græcis, Arabicis, quã Latinis. ¶ Et prima quidem via eſt, vt præmundificato corpore, ſicut apparuit in præcedenti lectione, procedatur in exſiccando prædictas eminentias cum quatuor inſtrumentis principaliter. ¶ Quorũ primum eſt electuarium hoc. ℞. *myrobal. indorum belliricorum, an. ℥ ß. radic. philipendulæ ʒ v. curcumæ laccæ præpa. polypodii, thymi, an. ʒ j. ß. macis, flor. roſm. an. ij. ſyr. de corticibus citri, mellis roſati colati, an. ℔ ß. ſacch. alb. ℥ iiij. coquatur ſaccharum cum prædictis ſyr. & fiat electuariũ, de quo omni mane quinq; horis ante prandium accipiat ʒ iij.* ¶ Secundum vero inſtrumentũ eſt, vt locus ſphincteris ſæpe abluatur cum hac decoctione, aut ſedeat in ea. ℞. *gallarum cupreſſi, num. xx. coriandri præparati, cupuilarum glandium, an. M. ij. ſcoriæ ferri ℥ iiij. radicum philipend. ℥ ij. coquantur in ℔. xl. aquæ vſq; ad conſumptionẽ medietatis, & ex ea calefacta fiat vt dictũ eſt.* ¶ Tertium eſt, vt ſæpe ſuffumigetur cũ hoc puluere carbonibus ignitis ſuperaſperſo. ℞. *thuris, laudani, an. ℥ ß gall. muſ. ʒ ij. ſcoriæ ferri ʒ iij. fiat puluis.* ¶ Vltimum vero eſt, vt ille locus inungatur cum hoc linimento ter vel quater in die. ℞. *olei de chryſomelis, olei de coſto, an ℥ ij. laudani ſtyracis, calamitæ colophoniæ, an. ʒ j. ß. tuciæ præpar. ʒ ß. ſcoriæ ferri pulueriz atæ ʒ xv. ceræ alb. quantum ſufficit, fiat vnguentum.* ¶ Secunda vero via principalis curationis huius diſpoſitionis eſt: vt apoſtema illud cũ forpicib. ignitis ſimul abſcindatur & canterizetur & curetur locus cũ vnguento baſiliconis deſcriptione maiori, vſq; ad completam curationẽ. ¶ Tertia vero via eſt, vt iterum apoſtema illud cum potentiali cauterio deponatur & proprie apud illos, qui ferri candentis adminiſtrationem timent. Et nota, quod ſermonem extenſum magis circa iſtas duas vias facere non curaui, & propter horribilitatem ipſarum: & eo, quia raro his duobus modis curationis vidi feliciter terminare. ¶ Vltima vero via, quæ mihi magis dilecta eſt & ſecurior eſt, vt apoſtema illud eminens cum cerato duplicato prope cutem circumligetur ſtringendo condecẽter: deinde omni tertio die ligatura renouetur parumper ſtringendo magis, quam prius. Et ſic tãdem ſæpe religando apoſtema mortificabitur per prohibitionem tranſitus nutrimenti conſeruantis ipſum. ¶ Cum ergo ceciderit apoſtema vſq; ad tres dies ſuperficialiter valde & leuiter madefiat cum aqua ſalis armoniaci: deinde poſt illud curetur cum vnguento baſiliconis iam prædicto, vſq; ad conſumptionem completam. Et iſtis peractis beneficio omnipotentis Dei ab omnibus iſtis diſpoſitionibus prædictis complebitur: quod concedat ille, qui omnia imperio ſuo bene ducit. Ad laudes eius ſempiternas, Amen.

Electuariũ.

Infuſio.

Puluis pro ſuffitu.

Vnguentũ.

A B C D

CONSILIVM CCLXIIX. *De mala complexione humida dominante cum ſubdominio caliditatis: & abundantia phlegmatis cum octo malis diſpoſitionibus quæ ſunt. ¶ Catarrhus deſcendens a capite ad inferiora membra cum grauitate capitis & tuſſi. ¶ Dolor iuncturarum quandoq; eueniens. ¶ Stupor membrorum ſuper quæ dormit. ¶ Paralyſis. ¶ Debilitas ſiue impotentia ad motum progreſſiuum propter laſſitudinem. ¶ Debilitas digeſtiuæ ſtomachi. ¶ Infectio cutis faciei a phlegmate ſalſo. ¶ Et lapis multiplicatus in renibus. ¶ Diuiditur autem Conſilium in duo capita.*

CAP. I. *De cauſſis & ſignis dictarum diſpoſitionum.* E

OMNIVM membrorũ cõplexio naturalis huius viri declinat a medio vel æquali per augmentũ humiditatis exceſſiue, vt videbitur in ſequentibus. Et cum hoc declinat ab eo per nocumentum caliditatis: & apparet ex his, quæ declarabunt, quod complexio huius viri non fuit in præcedentibus annis minus calida, quam humida. ¶ Rubicunditas enim caloris arguit multitudinem ſanguinis, & dominantiũ innati caloris, & maxime cum augmento carnoſitatis, quantã habuit iſte vir. ¶ Adhuc etiam magnitudo corporis & extenſio membrorum omnium arguit multitudinem materierum, ex quibus & generantur & extendũtur ipſa: ſignificat etiam caliditatis potentiam obtinentis in plaſmatione, quantumcunq; humiditas & ſanguinea multa eſſet coniuncta defectui caliditatis innatæ, non poſſet fieri dilatio & plaſmatio membrorum cum extenſione. Cum igitur iſte vir ſit tranſcendens mediocrem ſtaturam, multum carnoſus & rubicundus apparet, quod a generatione ſanguineus fuerit: imo vſque in hodiernum tempus ita perſeueret, licet nunc humiditas ſuperexcedat menſuram caliditatis. F

¶ Et ſi

A ¶ Et ſi non propter aliud hoc deduceretur, ſufficeret declinatio ætatis ad hoc demonſtrandum cum a iuuentute ſua tranſiuerit ad finem primi ſenii: imo ingreſſus eſt latitudinem decrepitæ ætatis: quia iam agit annum ſexageſimum ſextum eius. ¶ Cum ergo caliditas, quæ fuit in tempore conſiſtentiæ, naturaliter minuatur, & notabiliter poſt ipſam: vt legitur *prima primi cap.* de ætatibus; patet, quod diminuta caliditate in hac parte ætatis ſuperexcreuit humiditas tam naturalis, quam aduentitia huius viri complexione in ætate tali: ergo licet iſte adhuc remanſerit ſanguineus in fine primi ſenii, vel in principio decrepitæ ętatis: maior tamen eſt exceſſus rubicunditatis ex parte humidi, quam ex parte caloris.

B Ex quibus omnibus intelligenti theoriam medicinæ, valde facile apparere poſſunt cauſſæ accidentium, quæ de ipſo mihi ſcripta ſunt. Quorum primum eſt ſuper abundantia phlegmatis, quæ conſequitur caliditatem diminutam, propter quod generantur phlegmata & naturalia & accidentalia: & multiplicantur in viro iſto. ¶ Vnde non eſt mirum, ſi ei ſuperueniat accidens ſecundum, quod eſt catarrhus, ſiue multa ſit materia defluens, & cito & nominatur defluxus, ſiue ſic paulatim & deſcendens ad pectus, & dicitur catarrhus: ſiue eadem materia paulatim, & multa, tarde deſcendens colligatur in faucibus & dicetur brancus, vel materia iſta ſit ſubtilis & acuitatem habens, quæ deſcendens ad rizam & naſum dicitur coryza: ſiue materia prædicta paulatim & occulte deſcendens per venas, arterias vel neruos colligatur in muſculis vel iuncturis, & dicetur ſtillicidium. ¶ Ex quo conſideratur venabitur cauſſam tertii accidentis, ſcilicet, quod quandoque huic viro eueniat dolor in iuncturis. ¶ Et ex hoc fundamento iterum quarto deducitur cauſſa euentus difficultatis anhelitus in hoc viro. Materia enim catarrhizando delata ad pectus, ſi immergitur panniculis & villis longitudinalibus arteriæ tracheæ, panniculorum pectoris, facit difficultatem anhelitus, in qua læditur æger notabiliter in ſpiratione. Et ſi prædictæ materiæ recipiantur in latitudinalibus villis prædictorum membrorum læderur anhelitus in exſpiratione, id eſt, in expulſione fumorum capinoſorum & aeris de intus ad extra. Et ſi infunderentur prædictæ materiæ in membris vtriuſque iam dictis, tunc neceſſarium erit fieri nocumentum anhelitus tam in ſpirando, quam in exſpirando, quod a ſapientibus dictum eſt orthopnœa: in qua patiens non bene potelt anhelare, niſi cum erectione corporis ad ſurſum: & eſt diſpoſitio tremenda valde. Et ſi contingeret tales materias effuſas eſſe ad ſpatioſitatem pectoris ibi putreſcentes, facerent empyema. Et ſi eædem materiæ in pulmone putreſcunt ipſum corrumpendo, perducerent ad phtiſin, ſicut ipſe timet. ¶ Adhuc etiam contemplando ſubtiliter apparet cauſſa, quare cum dormit incurrat ſtuporem partis, ſuper qua decumbit. Hoc enim accidit, quia decumbente corpore ſuper dextra parte, humorales materiæ phlegmaticæ, aquoſæ & mucillaginoſæ fluunt, & congregantur in parte illa. Cum ergo ipſæ immergantur in extremitatibus ſuperioribus vel originibus neruorum ſenſus, qui oriuntur a cerebro: patet, quia propter clauſionem aliquantam ipſorum prohibetur penetratio ſpiritus ad membra ſenſus. ¶ Propter quod ſi totaliter a prædictis materiebus fieret oppilatio in prædictis neruis, auferretur ab eis totaliter ſenſus, & tunc incipient membra tendere ad non eſſe, propterea, quia hoc ſolo ſenſu tactu priuatum animal neceſſe eſt mori; teſte Ariſtot. *libro tertio, de anima.* ¶ Et ſi tales materiæ ſimiliter oppilarét originem neruorum motiuorum, patet, quod membra etiam priuarentur motu, & eſt diſpoſitio apoplexiæ conſimilis, imo eſſet ipſa vera apoplexia, ſi caderet hæc oppilatio in ventriculo cerebri completa. ¶ Ex quo fundamento iterum apparet cauſſa ſuſpicati accidentis ſexti, ſcilicet euentus paralyſis. Si enim prædictæ materiæ aquoſæ exiſtentes effunderentur ad originem nuchæ in altera ſui medietate retentæ, facerent ei vniuerſalem paralyſin dextræ vel ſiniſtræ partis, ſecundum inuentionem materierum in altera prædictarum partium. ¶ Et ex hoc

E ter a prædictis materiebus fieret oppilatio in prædictis neruis, auferretur ab eis totaliter ſenſus

F fundamēto ſoluitur problema vnum, videlicet propter quid cum partes prædictæ ſtuporem incurrerunt, non abſoluuntur ab eo, niſi per multas fricationes & pannorum calidorum appoſitionē? In accidentibus enim ab eorū cauſſis dependentibus in fieri & in conſeruari neceſſarium eſt, quod permaneht bus eorum cauſſis permaneant & ipſa: ſtupor autem ab oppilatione dependet, ſicut effectus a ſuis cauſſis. ¶ Septimū vero Queſtio.

huius viri accidens eſt debilitas vel impotentia ad motum progreſſiuum: tanta enim A eſt in hoc viro humiditatum multitudo, quod materiæ effuſæ a cerebro ſecundum magnam partem recipiantur in nucham & in neruos fere omnes ab ea progredientes. Cum ergo per eos perficiatur operatio progreſſiui motus, quando rationabiliter ſunt diſpoſiti in complexione & ſubſtantia ſuis: patet, quod nunc motus progreſſiuus facilis, fortis & perdurans erit, ſed remollitis membris & inconſtantioribus ad motum factis læderur, progreſſiuus motus. ¶ Et adhuc pulchrius intellige, quod eſto, quod nulla materia ferretur ad membra motus progreſſiui, ſola oppilatio facta in originibus neruorum orientium a ſpondylis renum, & a ſpondylis alchatin aloſos, id eſt, caudæ etiam ſufficiens ad impediendum motum progreſſiuum, quia prohiberent tranſitum ſpiritus animalis ſenſibilis & motiui: ſed potentiæ non exeunt in actus, niſi præ- B ſentia inſtrumentorum, quibus agunt: ergo facta prohibitione totalis tranſitus eorũ, ſubito priuaretur hoc motu & ſenſu in pedibus, per pedes intelligendo magnos. Et ita ſimiliter facta oppilatione aliquanta, & non completa fit nocumentum aliquale & non totale. ¶ Ex quibus intelligere poteſt cauſſas diuerſorum accidentium: Videbis enim quandoque hominem ab equo vel altero cecidiſſe: & ſubito priuari motu progreſſiuo & ſenſu a loco cinguli inferius vſque ad pedes. ¶ Quibuſdam autem apparebit, quandoq; non poſſe moueri: ſed tamen ſenſum habere in prædictis locis: nonnullis autem apparebit eos priuari ſenſu; tamen moueri membra, licet debiliter. ¶ Cum vero materiæ prædictæ a potentia virtutis expelluntur de profundis membrorum ad exteriores partes ibidem immerſæ & ſtantes faciunt extenſionem, & quia materiæ C illæ non ſunt fluxibiles vel aquoſæ: imo notabiliter viſcoſæ: hinc eſt, quod facta compreſſione ſuper membris remanet ſimilitudo foueæ; materiæ enim illæ non æque cito propter earum viſcoſitatem redeunt ad locum compreſſum: quam cito ab eo propulſæ fuerunt a potentia comprimentis: & eſt reddere cauſſam noni accidentis huius viri. ¶ Decimum vero accidens & penultimum eſt debilitas ſtomachi, circa quam etiam non minus eſt contemplandum, quam in prædictis: oportet enim intelligere vel hanc debilitatem intelligi penes appetitum pro toto, ſcilicet cibi aut penes digeſtiuam eius. ¶ Et primum cognoſceretur per abominationem ad omnia cibaria, & per faſtidium conſequens ipſa iam aſſumpta: & per ſubuerſionem conſequentem ad cibationem, quam ſtomachus non apprehendit conuenienter. ¶ Secundum vero D cognoſcetur, quia aut nocumentum in digeſtione proueniens eſt a multitudine frigiditatis & humiditatis ipſius ſtomachi, & ſenſu & tactu percipietur frigiditas & multitudo ſaltationis & lenities, & inundatio in ſtomacho ſenſatæ arguunt multitudinem humiditatis in eo. ¶ Aut debilitas ipſius ſtomachi intelligitur: propterea, quia cibaria non conuenienter detinentur, ita, aut digerantur, & tunc accidet lientericadiſpoſitio, quæ eſt velox cibi per fæcales vias expulſio priuſquam ipſe digeratur: aut accidit ſimul in omnibus operationibus ſtomachi nocumentum, ſcilicet appetitus digeſtionis & debitæ retentionis nutrimentum in eo: & omnia hæc accidentia eueniunt in eo, propter multitudinem frigiditatis & humiditatis naturalis & accidentalis ipſius ſtomachi: hæc ſemper intelligendo prouenire ab anteriori cauſſa corporali: non enim eſt dubium, quin in regimine indiſcreto hominum accidit nocumentum debilitatis in ſtomacho in omnibus operationibus eius: velut ex multitudine ciborum & potuum in quantitate continua & diſcreta. ¶ Vltimi vero accidentis in hoc viro euenientis oportet iterum videre cauſſas: Cum enim in hoc viro ſit caliditas notabilis epatis: & in eo notabilis inueniatur choleræ quantitas & humiditas etiam aquoſa multa in eo reperiatur: patet, quod ex ambarum materierum commixtione ad inuicem acquiretur ſalſedo. Cum ergo materia talis vaporabilis exiſtat ad caput delata, & in ipſo recepta ſtimulat virtutem eius ad expulſionem: obtinente ergo virtute ſuper materiebus talibus, expellit eas de profundo partium cerebri ad viliores partes, quæ ſunt exteriores. Cum ergo ipſæ acuitate, quam habent aptæ ſint corrumpere faciei partes, & ipſæ per ſe propter earum mollitiem ſint paratæ corrumpi. Igitur a tali materia in facie euenient puſtulæ corruptiuæ cutis, a quibus emittitur virulentia humiditas etiã corruptiua partium, in quibus recipitur: & hoc eſt phlegma ſalſum, quod ita denominat vulgus: eo quia eſt corruptio ſubſtantialis partium, in quibus recipitur

Cauſſa omniũ horũ accidentiũ in genere.

E

F

cipitur

A cipitur prouenienſ a phlegmate ſalſo ſuperius declarato. Et ſic apparet verificatio omnium accidentium, quæ moleſtant hunc nobilem.

Et hoc eſt fundamentum verum inueniendi regimen huic viro appropriatum, defendens ipſum a tanta periculoſitate, quantă minantur ei ægritudines & accidentia prædicta. Quod quidem regimen in duas diuiditur partes. ¶ Quarum prima diſcurrit menſurando conuenienter applicationem omniũ ſex rerum non naturalium. ¶ Secunda vero explicabit regimen per medicinalia neceſſarium.

Cap. II. *De regimine per medicinalia.*

B PRo ſecundi vero capitis declaratione præmittendum eſt primo, quod omnium rerum non naturalium effectus ita menſurari debeant, vt per eas acquiratur exſiccatio notabiliter eleuata & infrigidatio remiſſa: licet augmentum caliditatis in viro iſto aduocaret ad ſe notabilem infrigidationẽ: tamen quia ætatiuus decurſus prohibet ab illa, oportet mediocriter in hoc viro cum calidis procedere, ita vt ſint naturalis caliditatis in eo conſeruatiua & ipſius non corruptiua. Vbi ergo neceſſaria eſſet exſiccatio in fine ſecundi gradus a principio tertii in hoc viro, ſufficit in eo applicatio calefacientium in primo gradu: per talia enim lapſus eius prædictus conuenienter poterit corrigi. ¶ Regimen itaque per ſex res non naturales fuit tactum in illo conſilio parum ante ſcripto, quod incipit: *Omnia nocumenta*, &c.

C Poſiturus regimen diſpoſitionis huius viri per applicationem inſtrumentorum medicinalium in hoc tertio cap. diuidam ipſum in duas partes. In quarũ prima ponetur regimen vniuerſale conueniens ad omnes ægritudines & accidentia præmiſſa. In ſecunda vero ad vnumquodq; illorum accidentium conabor deſcribere remedia illorum correctiua & appropriata. ¶ Quantum ad primam partem, præmittendum eſt primo, quod quia in hoc viro apparet plenitudo vniuerſalis materierum & membrorum omnium. Idcirco hic ponentur inſtrumenta decem canonice neceſſaria. ¶ Primum itaque inſtrumentorum eſt, vt huic viro applicetur phlebotomia ante complementũ authumni baſilica vena, aperta, in domeſtica parte curuaturæ brachii & proprie dextri: & educantur per eam ſanguinis ℥ v. aut vj. mane in aurora electa limitata; *Curatio omniũ ægritudinum & accidentiũ in genere.*

D *14. primi, cap. 20*. Et ſi hæc phlebotomia non poſſet applicari in authumno, ſaltem fiat in prima parte hyemis, & non præmittatur, magna enim repletio in hoc viro minatur ipſi pericula, quæ in primo capite declarata ſunt. ¶ Secundum vero inſtrumentum conueniens eſt: vt mane ſequenti per phlebotomiă euacuetur hac euacuatione vniuerſali minoratiua & etiam appropriata: quoniam in corporibus, quæ nondum vehementer ægra ſunt, non deficit materierum digeſtio aliquanta aduocans ad ſe eradicationem. Deſcribam ergo ſic. *℞. aquæ eupatorii, fœniculi & ſaluiæ, an. ℥ j. agarici electi ʒ j. ß. pulueris hermodactylorum ℈ ij. reubarb. electi ʒ ß. zinziberis ℈ ij ſpicæ nardi, gran. v. ſalis gemmæ, gran. j. ſacch. ℥ ß. calefiant aquæ & eis infundantur medicinæ a mane vſq; ad duas horas ante diem, tunc ergo totum calefiat, & diligenter exprimatur, & eidem commmiſceatur cache-* *Potio minoratiua.*

E *xiæ fiſtulæ ℥ ß. diſſolutis ergo inuicem & actu calidis exiſtentibus in potu dentur, & dormiat per horam immediate poſt aſſumptionem, deinde quieſcat abſq; exercitio & pannis conuenienter calidis applicatis ventri inferiori exſpectetur euacuatio vſq; ad quinq; horas, & tunc bibatur ſcutella vna aquæ hordei calidæ, & ſacchar. aut ſcutella vna brodii matri pulli; poſt quæ iterum exſpectetur hora vna: & tunc prandeat.* ¶ Tertium inſtrumentum eſt, vt poſt euacuationem prædictam digerantur materiæ altero horum digeſtiuorum. ¶ Quorum primum & leue poterit eſſe hoc. *℞. aquæ abſynthii, aquæ betonicæ & ſaluiæ, an. ℥ j. ß. ſacch. rub. ʒ vj. miſce & totum calidum accipiatur.* ¶ Secundum vero digeſtiuum & efficacius primo. *℞. aquæ eupatorii, aquæ ſaluiæ, an. ℥ ij. ſyrup. compoſiti acetoſi, de radicibus ℥ j. miſce & calidum accipiatur.* ¶ Tertium digeſtiuum & adhuc melius eſt hoc. *℞. oxymellis compoſiti, ſyrupi de ſtæchade, ſyrup.* *Potio digeſtiua.* *Alia.*

F *de abſynthio, an. ℥ ß. aquæ maioranæ, aquæ betonicæ & cichoreæ, an. ℥ j. miſce, & quodcunq; horum accipiatur in aurora diſtanter a cœna per nouem horas, & dormiat ſuper ipſo ſaltem per horam mediã, & poſt ipſum tardetur cibus ad minus per horas tres: aſſumatur autem ſeptem vel octo diebus, aut toties, quouſque apparuerit vrina in ſubſtantia & calore mediocritati fore vicina*, in qua ſedimen in fundo album: diaphanum coniunctum & æqualis ſubſtantiæ: ita *Alia.*

quod ex conquaſſatione vaſis & adhuc leui ſpargatur, deinde iterum vniatur. Hæc o- A mnia oſtendunt potentiam innati caloris obtinuiſſe ſuper digerendis materiebus, quę demonſtratione oſtendere nolui: quia ſermo eſt ad clariſſimos Doctores expoſitionibus non indigentes. ¶ Quartum inſtrumentum eſt, vt tempore, quo digeruntur *Diuertētia.* materiæ, intendatur ad diuerſionem earum & pluribus modis. ¶ Et primus quidem de leuioribus eſt, vt huic viro ſæpe applicentur fricationes cum pannis calidis a pedibus, vſque ad genua, ab eiſdem vſque ad inguina, ab illis vſque ad nates, & vſque ad humeros aſcendendo, & de manibus vſque ad cubitos: deinde vſque ad humeros, vſque quo rubeſcant partes. Hic enim diuerſionis modus mane & ſero per duas horas ante cibum adminiſtretur huic viro, ſi potens eſt, magnũ affert iuuamentum omnibus accidentibus & ægritudinibus eius. ¶ Secundus vero diuerſionis modus eſt per B ligaturam prędictorum extremorum, vt ſuper cauillis & genubus, & ſuperioribus partibus coxarum apud inguina. Et adhuc ſuper cauillis magnum, & apud titillicos. ¶ Tertius vero modus diuertendi eſt per applicationem ventoſarum ſuper prædictis partibus ſine ſcarificatione ſuper domeſticis partibus crurum, coxarum, natium & ſpatularum. ¶ Quartus vero diuerſionis modus & vtilior omnibus, licet ſit cum triſti ſenſatione pauliſper maiori, vt eſt ſuper partibus iam limitatis ad ventoſas applicentur rubificantia, quæ potentia ipſorum diſtrahunt materias a profundis membrorum ad exteriores & viliores partes, velut eſſet applicatio contriti apii ranini, aut applicatio calamenti & rutæ contritorum, ſiue fiat applicatio cum flammula contrita, quorum quodlibet per horam mediam ſuper membris ligatum teneatur. Cum ergo C locis euenerint ampullæ vel veſicæ, inungantur cum oleo de ſiſamo vel violarum purpurearum aut citrinarum vſque ad perfectam earum conſolidationem. ¶ Quintum iterum diuertens eſt applicatio ſanguiſugarum in locis prædictis ſecundum canones & modum applicationis earum, colligendum, *quarta prim. cap. 21.* quem modum hic ſcribere dimitto prolixitatem effugiens, & loquens ad Doctores peritiſſimos. ¶ Vltimus vero diuerſionis modus & felicior omni alio, & huic viro commodior, vt fiat apertio hęmorrhoidalium venarum. Hęc enim inter alias principatum obtinet in diſtractione materierum diuerſarum & a diuerſis locis: quorum ſententiam pulchre lege *27. tertii cap.* vbi numerantur iuuamenta euacuationis earum 18. vel 20. Cum ergo vir iſte dilexerit modum applicationis earum, madefiat extranea inferior pars inteſtini recti cum aqua calida; deinde fricetur cum pannis aſperis, aut ſecundo fricentur D capita venarum cum foliis fici vel conſolidæ maioris. Aut tertio fiat fricatio cum panno biſello: quarto & fortius illo fiat cum felle tauri actu calido: quinto iſtis non valentibus applicentur ventoſæ inteſtino recto abſq; ſcarificatione: ſexto etiam cum prædicta iam non contulerint, facta euerſione inteſtini recti cum impulſione ad extra cũ lanceola fiat phlebotomia in duabus vel tribus de numero illarum venarum, quæ ſunt quinque, *17. tertii.* ¶ Cum ergo ſimul cum prædicta materierum digeſtione adminiſtrentur diuerſiones iam prætactæ: oportet quinto principaliter materiam eradicare *Eradicātia.* cum inſtrumentis conuenientibus, quæ ſunt tria ſequentia. ¶ Primum igitur, & de communibus eſt hoc. ℞. *electuarii indi, electi de dactylis, an. ʒ ij. aut ij. ß. ſi venter fuerit durior,* E *Potio.* *miſce, & cum medio cyatho, aquæ ſaccharatæ in diebus caloris: aut vini albi ſubtilis in tempore frigoris calefactum totum exhibeatur.* ¶ Secundum ſolutiuum eſt hoc. ℞. *pillularum cochiarum, pillularũ aurearum, an. ʒ ß. boni ponderis formentur pillulæ vij. cũ ſucco roſarũ exhibeantur.* ¶ Tertium, & adhuc melius prædictis apud me eſt hoc. ℞. *pillularum aurear. & de ſarcocolla quæ* *Pillulæ.* *inueniuntur in cap. de ea a Meſuan ℈ ij. formentur pillulæ viij. cum hiera Gal. & exhibeantur obſeruatis conditionibus & regulis omnib. quæ ſuprapoſitæ fuerunt obſeruandæ in minoratiuo poſt phl. bo-* *Aliæ.* *tomiã adhibitæ.* ¶ Sextũ principale inſtrumentũ eſt hoc. ℞. *gran. phiſt. mundator. recẽt. ℔ ß. gran. ribes ℥ j. ß. ſe. acet. endiu. ſcariol. cuſcut. an. ʒ ß. ſe. quatuor comun. frig. ℥ ij. amyli ℥ ij. ß. ligni al.* *Morſelli.* *cinam. liquir. aniſ. gran. fœn. an. ℈ ij. infundantur per diẽ naturalẽ phiſtici in ℔ j. aq̃ acet. tepef. poſtea extrahantur ab ea, & optime terantur & incorporentur cũ omnib. aliis ſimul cũ ℔ j. ß. ſacch. al. cocti* F *cum aqua menthæ, fiat ergo confectio in fruſtulis ℥ ß. de qua hic vir ſemper accipiat fruſtũ vnũ ante omnẽ cibum.* Hæc enim erit cerebro, ſtomacho, cordi & omnib. principalibus membris conferẽs diſtrahendo materias ab eis, & pcipitando eas p vias vrinales & ventris. ¶ Se- *Pillulæ.* ptimũ eſt hoc. ℞. *alo. epat. elect. ℔ ß. maſtic. ʒ ij. corall. rub. ſpodii, cuſcutæ ſe. acet. berberis an. ʒ ß.*

adianthi

A *adianthi vel politrichi & capill. ven. an. ℈ j. agarici, pulpæ colocynth. reupont. an. ʒ ij. pulueriz*entur
omnia per ſe tenuiſſime: deinde infundantur in ℔. ß. ſucci ſcar. & lupullorũ, an. & ſupponantur radiis
ſolis ſæpe agitando ea, quouſq; exſiccentur: deinde renouentur duabus aliis vicibus ſucci illi cum exſic-
catione prædicta: de remanente igitur maſſa fiant pillulæ de omni. ʒ vj. de quibus hic nobilis accipiat
vnã omni quarta die parum ante cœnam: mundificabunt cerebrũ eius, aperiendo ipſius op-
pilationes & mundificando neruos, & omnia inſtrumenta ſenſuũ & motus & ſtoma-
cho epati & renibus eius iuuamenta magna afferent, mihi experto crede. ¶ Octauũ eſt
hoc. ℞. *granor. paradyſi pulegii, calamenti, an. ℈ ij. ſtœchados arabici ʒ j. flor. nenupharis, violarũ* **Puluis cap. ſuperaſpergendus.**
*purpurearum, ſem. ſcariolæ & acetoſæ, an. ʒ j. camphoræ gran. iij. pulueriz*entur omnia ſubtiliſſime:*
deinde incorporentur ſimul: & ex hoc puluere ſuperaſpergatur a principio coronalis commiſſuræ per
B *totum inceſſum ſagittalis vſq; ad caudam per latitudinem quatuor digitorum, capite prius raſo, & a*
pilis decenter mundificato. & hoc ſaltem in ſeptimana ter a principio menſis Nouembris,
vſque ad medietatem Martii: & proprie in partibus illis, quæ ſubiectæ ſunt borealibus
impreſſionibus & arthoys: Hic enim puluis omnes cerebri oppilationes aperiendo &
exſiccando ſuperfluitates cerebri poſt antemiſſas euacuationes defendent ipſum ab
euentu ægritudinum reumaticarum & defluxuum a cerebro, quarum materia in pri-
mo cap. agitata eſt. ¶ Nonum principale inſtrumentum eſt hoc. ℞. *coſti dulcis, ſtaphyſa-* **Pillulæ maſticandæ.**
griæ, ameos, amomi, cymini, an. ʒ j. granorum paradyſi ℈ ß. folii, ligni aloes pyrethri, an. ℈ ij. pulueri-
zentur omnia per ſe: deinde incorporentur cum ℥ j. maſticis mollificati & diſſoluti cum ſapa, fiant er-
go ex materia illa pillulæ craſſæ ſicut auellana, & permittantur exſiccari antiquitate temporis, aut
C *ſaltem ſub tegula calefacta.* De his ergo pillulis per tres horas ante prandiũ hic vir omni
tertia die maſticet vnam longo tempore in horis aſſignatis vſque ad medium Martii:
tantum enim phlegmatis educunt a cerebro armatæ earum virtute; quod cerebrum
alleuiat a ſanguine omnium ſuperfluitatum. Si autem contingeret in climate illo in-
ueniri cyclamen, tunc radices eius recentes, vt ſupra, maſticatæ, non minori virtute
conferunt, quam prædictæ pillulæ: & tu lege ſententias Dioſcor. & Serapionis in ſuis
capit. & videbis veritatem. ¶ Vltimum inſtrumentum principale eſt hoc: ℞. *myrrhæ* **Ceratũ ſtomachiale.**
claræ & non antiquæ, florum hyſopi, an. ℈ ij. reſinæ claræ & electæ ℥ j. ß. gallæ muſc. corallorum rub.
ſpodii, maſti. ſquinanti, ro. an. ℈ j. ceræ albæ ℥ ß. laudani electi ʒ ij. diſſoluantur gummi cum aceto a-
cuto, & coquantur etiam cera ſimul: poſtea ſpeciebus additis, fiat ceratum vnum magnum contegens
D *totum ſtomachum a granato vſq; ad vmbilicum, & portetur ibi ad plurimum temporis, rectificat ſto-*
machum eius in appetitiua & digeſtiua communi & propria eius: & hoc de regimine
generali huius generoſi viri ſufficere poteſt.

Vt autem pollicitis cum veritate ſatisfaciã, diſcurram nunc aliqua remedia de- **Curatio accidentium ſpecie.**
ſcribendo appropriata accidentibus, quæ ſupra poſita ſunt. ¶ Primo in quã fiat compo-
ſitum hoc. ℞. *lytharg. rubei ℥ ij. tuciæ præparatæ prius candentis & extinctæ trigeſies in vrinã in-* **Linimentũ.**
fantis ℥ iij. amyli de hordeo ℥ j olei roſ. ℥ viij. effundantur ad mortariũ, & terantur & optima con-
tritione ſupereffundendo eis alternatim aceti cochlearia x. acutiſſimi: deinde adhuc commixtione fa-
cta ſuper effundatur oleũ roſatũ ℥ j. & iterũ ſecundo effundatur acetum ex internallo facto, iterum ſu-
pereffundatur oleũ roſatum octies vel decies vehemẽter conterendo, vſq; quo tota materia infletur &
E *ſpumificetur. Cũ ergo ceſſabit a ſpumificatione & inflatione p̃dictis ſupereffundatur camphoræ ſubti-*
liſſime tritæ ℥ j. ß. diu iterũ conterendo, & fiat linimentũ, quo frequenti facies tua cooperiatur cũ va-
dit ad lectũ. abſcindit enim phlegma ſalſum faciei ignẽ perſicũ & ſacrũ, acoras & multas
alias faciei defœdationes. Hæc ſunt remedia ex Galen. accepta *lib. 1. de compoſ. med ſec. loc.*
¶ Pro deſcenſu vero materierum a capite ad partes oris, præmiſſis purgationibus præ-
cedenti particula deſcriptis, fiat oris collutio cum hoc medicamine tepido, mane o-
cto vel decem diebus diſtanter a prandio per duas horas; & eodem modo ante cœ-
nam. ℞. *ſumach, granorum myrti, coriandri præparati cum aceto maſticis, corallorum amborum* **Gargariſma contra deſcenſum materierum.**
an. ℥ j. aquæ ſublimationis, corticum nucis recentium ℔. ij. terantur medicinæ ſubtiliter, & bul-
liant cum prædicta aqua vſque ad medietatis conſumptionem: deinde colentur & ex ipſa fiat collutio
F *aut gargariſma. ſi velis.* ¶ Tertium vero remedium deſcribitur ad grauitatem capitis,
eſt hoc. ℞. *pillul. aſſairet deſcriptione Auic. & prima tertii, tract. primo, quinto cap. ʒ j. corallorũ* **Pillulæ ad grauitatem capitis.**
maſticis, ambræ, an. ℈ ß fiant pillulæ cum ſyr. de myrto vel miua cydoniorum de quibus hic vir, cum
vadit ad lectum vnam accipiat per ſex dies continuos. ¶ Quartum remedium deſcri-
bitur ad materias, quæ iam catharrizando defluxerunt ad pectus, emundando

eas, ne perducant ad empyema vel alia nocumenta, & eſt hoc. ℞. *looch de pino, deſcriptio-*
Zolegma ad fluxum materierum ad caput. *ne Meſ. in antidot. looch de ſquilla, ibidem. an.* ℥ *ß. ſyrupi de hyſopo & liquirit. an.* ʒ *vj. penidiarum*
℥ *ij. terantur omnia ſimul, & fiat electuariũ, de quo ſæpe in ore teneat, & lambendo reuoluas per os ita,*
vt deſcendat per tracheam arteriam ad pectus, & eſt mundificatiuum electum & ſecurũ. ¶ Quintũ,
vero deſcribitur ad nocumenta ſtomachi, & eſt hoc. ℞. *xylobalſami conditi cochlear vnum*
Contra nocumentum ſtomachi. *& deglutiatur in mane tardando cibum per horas tres.* Et ſi in partibus illis non haberetur i-
pſum, loco eius comedatur myrobalanus chebulus vnus, vt dictum eſt ante cibum
tardando ipſum, vt prius. Et adhuc ſi neutrum horum haberi poſſet, loco eorum ac-
cipiat zinziberis conditi radicem vnam. ¶ Sextum autẽ inſtrumentum deſcribitur ad
Pillula aduerſus ſtuporem. primum accidẽs, quod eſt ſtupor, & quamuis hoc multum indigeret deſcribendis ad-
iuuamentis. Ego tamen tria deſcribam inferius aſſumenda, & vnũ locale exterius ap- B
proximandum. ¶ Primum remedium eſt hoc. ℞. *electi caſtorei* ʒ *j. florũ dendrolibani* ℈ *j.*
fiant pillulæ cum ſyr. de ſtœchade, de quibus vna deglutiatur in ſero per quatuor horas poſt cœnam, &
accipe eas velut ſecretum bonum. ¶ Secundum vero & potens non minus primo eſt hoc.
Potio. ℞. *opopyræ* ʒ *j. cum ß* ℥. *aquæ dendrolibani, bibatur per quatuor horas poſt cœnã.* quid autem ſit o-
popyra lege Nicolaum *in antidot.* & videbis, quod ſit electuarium tantę potentiæ in ca-
lefaciendo & diſſoluendo, quod æquiparetur igni. Ideo dicitur opopyra ὀπὸς, Græco,
quod eſt liquor, πῦρ, quod ignis: quaſi ignitus ſuccus vel liquor, quod ſit dendroliba-
num, lege Serap. *in aggregatore cap. de ceralucrita.* ¶ Tertium vero & iterum de exper-
tis, ſed leuioribus, eſt, vt patienti apud ſomnum dentur in potu ℥ iij. calefactæ deco-
ctionis ligni aloes, quæ enim, quanta & qualis ſit eius potentia ad ægritudines frigidas C
cerebri & nerui, lege per te, *2. can. cap. de xyloaloe in areola operationum & proprietatum, &*
membrorum capitis. ¶ Locale vero, quo ego vtor in membris iam ſtupefactis eſt hoc.
Epithema. ℞. *aquæ vitis* ℔. *ß. ſucci vcuen* ℔. *j ß. miſce: & calefactis ambobus infundantur in eis panni, qui-*
bus cooperiantur omnia membra iam ſtupefacta. Ipſi enim ſæpe renouati abſcindunt ſtupo-
Curatio laſſitudinis & doloris iuncturarum. rem, imo & ſatis fortem. ¶ Vltimũ vero remedium ad aliud accidens, & eſt laſſitudo
membrorũ iuncturalium, in quibus etiã iam dolores inceperunt: eſt vt æger ſæpe bal-
neet & cõfricet omnia laxata membra, & iã dolentia cũ calida aqua exſtinctionis ferri
vel chalybis. Et ſi in loco illo inuenirentur thermaticę aquę deflũetes per mineras fer-
reas vel æneas. Hoc totum eſſet melius, quod eſſe poſſit, & tu conſidera.

Auxilia lapidem renũ comminuentia. Extra propoſitum hic vir petit auxilium ad comminutionem lapidum re- D
num: & licet confectio de phiſticis ſupra deſcripta conueniens ſit ad hoc, vt ſcripſit
Princeps *18. tertii*, vbi dixit, quod phiſticis inſit virtus, qua comminuitur lapis, qui eſt
in renibus: tamen vltra ipſam hoc deſcribo compoſitum: quod non ſolitum eſt me
decipere in comminuendo lapides, & educendo eos & petala, grumos & arenas. Cu-
ius hæc eſt deſcriptio. ℞. *ſem. aniſi, petroſel radicum ſaxifragiæ, granorũ milii ſolis, polii mon-*
Electuariũ. *tani, ariſto. ro. au.* ʒ *j. lapidis lincis, lapidis Iudaici, lapidis ſpongiæ, an.* ʒ *j. ß. vitri combuſti, ſanguinis*
hirci præparati, an. ʒ *iij. liquir.* ℥ *ß. oxymellis compoſiti ſacch. alb. an.* ℔. *ß aceti ſquillitici* ℥ *ij fiat ele-*
ctuarium ſecundum artem, de quo in aurora per decem dies, & quatuor horis ante prandium deglu-
tiat patiens quicunque ſit ille ℥ *ß.* Credo enim nullum lapidem euadere poſſe ab hoc ele-
ctuario ſine comminutione. Et ſi non timerem reuerentiam illuſtriſſimorum aucto- E
ctorum medicinæ, dicerem, quod frangat & educat etiam lapidem inueteratum, li-
cet ſententiis ipſorum diſſonum videatur: ſed credo ipſorum auctoritates intelligi
debere de inueteratis hominibus & decrepitis. Tu autem conſidera ad laudem
Dei. Amen.

CONSILIVM CCLXIX. *De neutralitate decidentia a mala complexione humida*
totius dominante cum ſubdominio caliditatis cum tredecim malis diſpoſitionibus, quas
pronus eſt incurrere, quæ ſunt: Oppilatio cerebri a multa humiditate. ¶ Dolor pungi-
tiuus ſiue mordicatiuus capitis. ¶ Dolor nuchæ, colli & ſpatularum. ¶ Sonitus au-
rium. ¶ Imaginationes oculorum. ¶ Coryza & branchus. ¶ Catarrhus ad pe- F
ctus cum tuſſi. ¶ Motus tremulus & pulſus cordis. ¶ Nocumenta ſtomachi in appe-
titu & digeſtione. ¶ Oppilationes ſplenis. ¶ Oppilationes epatis. ¶ Oppilationes &
dolores renum. ¶ Et febres cholericæ, tam continuæ, quam interpolatæ, tam puræ quam
nothæ. ¶ Diuiditur autem Conſilium in capita tria.

A **Cap. I.** *De cauſſis & ſignis dictarum diſpoſitionum.*

VIr inſignis & eximius vtriuſq; Legis Doctor de Pergamo ſolitus eſt moleſtari quibuſdam diſpoſitionibus, neutralitatem decidentiæ plurimum in eo efficientibus, quæ etiam ipſum quandoque ægrum efficiunt. Et niſi prouideatur ei diligenter aptæ ſunt facere ipſum ægrotare frequentioribus & fortioribus ægritudinibus. ¶ Et prima quidem eius diſpoſitio eſt vniuerſi corporis humiditas ampliſſima, quæ quidem facile pluribus poteſt declarari ſignis.

Signa diſpoſitionis humida totius.

¶ Et primum quidem eſt, quia tactu corpus eius molle percipitur: & cum tanguntur membra, eius carnoſitas non ſolida valde: imo tangenti facile cedens eſt. ¶ Et et-
B iam eius habitudo mediocritatem carnoſitatis tranſcendens. ¶ Similiter etiam ex pulſus mollitie vel lenitate hoc apparet. ¶ Et iterum ex operationibus animalis virtutis, quoniam iſte homo prolixi eſt ſomni: & eſt laboribus vel motu corporis facile ſolubilis habet humiditates. ¶ Adhuc etiam, quia vrina multa & ſatis aquoſitatis oſtenſiua, fæcum lenitas & ſputi multitudo apparet in eo: quæ omnia, ſi bene conſiderentur, augmentum humiditatis in humano corpore ſignificant. ¶ Prima enim ſigna ſunt a ſubſtantialiter inhærentibus. ¶ Secunda ab operationibus vitalis animalis virtutis. ¶ Et tertii generis a caſibus ſunt accepta: quare rationabile eſt, imo neceſſarium concedere corpus eius reſpectu temperati notabiliter eſſe humidum.

Signa caliditatis in vniuerſo corpore.

¶ At vero iterum caliditatem in vniuerſo corpore ipſius abundare demonſtrant ſe-
C quentia ſigna. ¶ Primum eſt caliditas tactu notabiliter percepta. ¶ Secundum omnium carnoſitas notabilis. ¶ Tertium magnitudo pulſus cum velocitate eius. ¶ Quartum color corporis cum rubicunditate & fuſcedine ſociatus. ¶ Quintum pilorum multitudo. ¶ Sextum ipſorum nigredo. ¶ Septimum anhelitus magnitudo. ¶ Octauum vocis inclinatio ad craſſitudinem magis, quam ad ſubtilitatem. ¶ Nonum omnium membrorum & pectoris & ventris magnitudo. ¶ Decimum velocitas & promptitudo ad operationes, tam animales quam vitales. ¶ Et plura alia ſigna iſtis adiungi poſſent, ſi neceſſitas vrgeret, ſed iſta ſufficienter demonſtrant augmentum caliditatis in corpore eius. ¶ Et ſigna præcedentia trium generum ſufficienter demonſtrabant amplitudinem humiditatis eius: ergo relinquitur, quod
D complexio eius reſpectu temperatæ calida ſit & humida: quod erat prrimum & principalius declarandum.

Ex quibus infertur primo, quod hoc corpus obnoxium ſit febribus putridis ſanguineis, aut ſaltem a ſanguine & phlegmate commixtis euenientibus. ¶ Sequitur ſecundo, quod hic vir obnoxius ſit laſſitudinibus & aliis ægritudinibus neruorum & iuncturarum. ¶ Quoniam vero abundat in ſputamine. Cuius quidem particula nonnulla in capite multiplicatur magis & ab eo deſcendit, quod apparet, quia materiam emittit cum conatu attrahendi ipſam a ſuperioribus ad inferiora per palatum: & e conuerſo aliqua huius materiæ particula expellitur cum raſcatione: & eſt pars iſta, quæ iam defluxit a capite, & recepta eſt in ſuperiori parte tracheæ arteriæ,

Signa ſuperfluitatis materierum in capite.

E & in venis partium oris & locorum propinquorum angulis vuulæ & vicinorum etiam. Ideo ex his ſignificatur augmentum iſtarum humiditatum in cerebro congregatarum. ¶ Ex quibus concluditur, quod iſte vir paratus ſit moleſtari a brancis, qui ſunt catharri circa fauces & guttur congregati. ¶ Sequitur ſecundo, quod ipſe ſit paratus moleſtari anginis. ¶ Tertio, quod paratus moleſtari ſpeciebus difficultatis anhelitus, quando materia flueret ad inferiora magis. ¶ Quarto, quod aptus ſit incurrere ſomnum prolixum & profundum. ¶ Quinto, quod paratus incurrere dolorem grauatiuum capitis. ¶ Sexto, quod paratus lædi in operationibus ſenſuum interiorum & exteriorum. ¶ Si enim humiditas hæc multiplicaretur in cellula anteriori cerebri, ibidem infuſa ſomnolentum efficiet ipſum. ¶ Cum autem hæc mate-
F ria cum ſuis vaporibus anteriorem ventriculum cerebri, & ſpiritum animalem, qui eſt inſtrumentum virtutum animalium, inficit, neceſſe erit, vt ſi tardus in apprehendendo ſignificata ſcripturarum. ¶ Similiter etiam læſus erit in imaginatione: materia enim prædicta in poſteriori parte ventriculi primi lædit operationem phantaſiæ, quæ debet ſubſeruire imaginatiuæ potentiæ: ergo lædetur operatio imaginatiuę potentię:

aut in comprehendẽdo vel diuidendo, confirmãdo vel negando, vnde mobilis erit in A
opinione & non perſiſtens in ſubtili contemplatione & ſpeculatione ſcientifica. ¶ Si
Cauſſa læſionis imaginationis. autem adhuc materia vel multitudine vaporis eius inficiatur prima pars ventriculi
medii, & permutetur ſpiritus animalis a ſua ſubſtantia & complexione incraſſatus &
conturbatus: neceſſario lædetur operatio iſta imaginatiuæ potentiæ, aut læſione di-
minutionis aut corruptionis ſecundum ſpeciem materierum & alterationem in eis
euenientem. ¶ Et ſi hoc nocumentum multiplicabitur ad partem ventriculi medii,
tunc lædetur operatio cogitatiuæ potentiæ læſione diminutionis vel corruptionis in-
tantum, quod electio vel iudicium, quæ pertinent ad hanc virtutem, erunt læſæ: vt
quandoq; ab actualiter ægrotantibus eligatur eſſe fugiendũ aliquod, quod ꝓſequen-
dum eſt, & econuerſo. ¶ Cũ autem talis materia vel vapor multiplicabitur in poſterio- B
ri ventriculo cerebri inficiens ipſum & ſpiritũ: quo debet minoratiua potentia opera-
ri: patet, quod ſi nocumentum erit diminutionis, in tali ventriculo cũ magna difficul-
tate poterit memorari præteritorum: imo & ſi fiat in eo ventriculo nocumentũ corru-
ptionis memorabit vera cũ falſis, vt videatur ei memoriã habere eius, cuius recordari
Cauſſa imaginationũ oculorum. non poteſt, & nõ eſt in rerum natura. ¶ At vero iterum ſi tale nocumentũ eſſet vapor
a materia eleuatus in anteriore parte cerebri, & cõmiſceatur ſpiritui animali, qui tranſ-
mittitur a cerebro ad oculos per duos neruos concauos & quaſi cruciticos, apparebũt
iſti imaginationes vel viſio figurarũ & colorum apparentium exterius in aere, quæ ne-
quaquã ſunt ibi: tunc enim vapor cũ ſpiritu animali delatus ad cryſtalloidem potentię
viſiuæ repræſentabit idola vel imagines, vel ſimilitudines rerum extranearũ, vt quan- C
doq; potentia viſiua videatur percipere fumũ vel nebulã, lineas vel puncta perforata,
aut pulices, parua animalia per mediũ volitãtia, quæ quandoq; colorata ſunt colore a-
Cauſſa ſonitus auriũ. queo, opaco, vel ſubcitrino, vel rubedinis oſtenſiuo, ſecundũ ſpeciẽ alterationis mate-
rierum hunc vaporẽ cerebro tranſmittentiũ. ¶ At vero ſi hæc materia cũ ſuo vapore
feratur ad mediũ ventriculum cerebri, & ꝑ poros vel per quintũ par neruorũ orientiũ
a cerebro deſcendat ad organũ auditus, ſi fuerit vapor vel ventus craſſus cõtinue mo-
bilis repræſentabit potentiæ auditiuæ, quandoq; ſimilitudinẽ fluentis aquæ: quandoq;
colliſionẽ ventorum ad aquas ad ſyluas vel montes: quod vapor iſte tantum in quanti-
tate multiplicaretur in cerebro & ſubtilis ſit valde, & a materia acuta eleuatus poten-
tiæ auditiuæ repræſentabit ſonitum ſimilem tinnitui conſecuto ad colliſionem armo- D
rum vel ſimilem ſibilo, & ſic de aliis. ¶ Taceo hic ſi materia hæc multiplicaretur in ce-
rebro ventriculos incomplete oppilando eos, epilepſiam; complete vero, apoplexiã
cauſſaret. ¶ Et tu ſubiunge, quod ſi hæc materia humida & frigida in poſteriori ven-
triculi parte infigeretur cerebri lethargum perficere poſſet. Et ſi ipſa materia aqueſa
eſſet, & per vltimam partẽ nuchæ deſcendens, paralyſin vniuerſalem in eo efficeret,
quæ & conſimiles & prædictæ iam omnes ægritudines in pluribus earum, nedum
quod ſit difficilis curationis, ſed impoſſibilis pronuntiantur ſanationis. ¶ Vide quam
magnis, quam multis & tremendis ægritudinibus humanum corpus paratum exiſtat,
vix fere omnium ſumma philoſophantium ſpeculatio; tot & tam multas ægritudinũ
ſpecies ab initio ſeculi, vſq; ad hoc tempus ſumma cum ſua contemplatione ſpeculari E
potuit, quibus fragile humanum corpus eſt paratum, vt ex prædictis apparet. ¶ Poſt
hæc autem iterum iam apparet, virum iſtum adhuc eſſe paratum nocumẽto diminu-
tionis, digeſtionis primæ in ſtomacho celebrandæ, niſi ad digeſtionem ſtomachi ad-
iuuaret caliditas cordis eiuſdem, & epatis: quorum amborum complexiones calent
multum in hoc viro: propterea, quia cum eorum caliditate refrangunt & bene regu-
lant augmentum humiditatum, & iuuant ad digeſtionem ciborum & potuum. Appa-
ret etiam, quare in viro iſto inueniatur appetitus ſatis intenſus: & hoc propter impreſ-
ſionem in ore ſtomachi factam a materia melancholica, vel qualitatibus virtualibus e-
ius: vir enim iſte multum de melancholia generat propter augmentum caliditatis e-
patis, ad quod concurrit ciborum amplitudo: vnde materia melancholica multa a F
virtute epatis potenter expulſa ad ſplenem, & ab ipſo ſplene attracta ab epate neceſ-
ſario multiplicatur in ſplene eius, propter quod color eius ad fuſcedinem notabiliter
inclinatur: & pars huius materiei melancholicæ ad os ſtomachi delata forti exſicca-
tione & acredine ſua appetitum intenſum efficit in eo.

¶ Propter

A ¶ Propter quod concluditur, quod ſi multis vteretur cibis melancholicis, & potu vini magni & valde opaci, facile perduceretur ad melancholicas ægritudines, vt oppilationem, dolorem vel apoſtema ſplenis & quartanas febres. ¶ Eſt autem in viro iſto diminuta digeſtio: primo ꝑpter frigiditatem etiam accidentaliter multiplicatā in ſtomacho ſuo a multa humiditate: humiditas enim maior quam debet, reddit corpus frigidius, quam oportet: vnde ex hoc ſequitur diminuta digeſtio. ¶ Et ex alia cauſſa etiam: quia propter augmentum humiditatum in ſtomacho generantur in eo ventoſitates, quæ ſunt cauſſa indigeſtionis inquietando cibum & potum in ſtomacho: ita vt quandoq; ꝑcipiat in eo tenſiones & fluctuationes frequenter. Cū ergo ſtomachus diminute digerat cibaria, neceſſarium eſt in ipſo multum generari phlegma aquoſum B & mucillaginoſum: digeſtio enim ſecunda epatis non poteſt in totum corrigere nocumentum primæ digeſtionis in ſtomacho, *11. tertii cap. primo.* ¶ Vnde ex hoc fundamento facile concluditur, ipſum eſſe paratum ad oppilationes epatis. ¶ Et ſequitur ſecundo ipſum eſſe paratum ad oppilationes renum. ¶ Tertio eſſe paratum dolori- bus renum harenoſis & calculoſis: & proprie cum erit homo vtens cibariis calidis & ſiccis & aperitiuis, & cum conabitur multum exercere opera venerea. ¶ Quarto ipſum non eſſe hominem tam magnifice paratum ad exequendum actus venereos, quam maxime incitatur ad eos. ¶ Et vltimo ipſum debere diſcrete exercere ſe in ludo mulierum: & plura alia corollaria ex hoc fundamento deducere potuiſſem: ſed iſta C ſufficiant. Hæc in ſumma eſt huius viri diſpoſitio tanta ſpeculatione deducta.

Cauſſa diminuta digeſtionis.

Cauſſa oppilationis & doloris renum.

CAP. II. *De cura per regimen ſex rerum non naturalium, continens rubricas ſex.*

RVBRICA I. *De electione aeris & annexorum.*

QVONIAM igitur diſpoſitio huius viri parata eſt cadere in ægritudines cerebri & adiacentium partium pectoris, ſtomachi, ſplenis, renum & epatis eius, vt ex præcedenti cap. facile intelligi poteſt. ¶ Et quoniam vir iſte nobilis nondum ægrotat: imo eſt neuter decidentiæ nominatus: ita quod facile eſt cadere in ægritudines, ideo videtur, quod regimen eius non indi- D geat intentionib. & inſtrumentis proprie curatiuis; talia enim conuenientia ſunt proprie ægrotantibus actu. Similiter etiam vir iſte non indiget penitus regimine conſeruatiuo: tale enim proprie competit inculpate ſanis: Ideo cum iſte vir aptus exiſtat cadere in ægritudines, nondum tamen incidit in eas: ideo indiget regimine partim cōſeruatiuo ſanitatis actualiter exiſtentis: partim vero præſeruatiuo a caſu in prædictas ægritudines, propter quod regimen eius debet eſſe complexum ex conſeruantibus & præſeruantibus cauſſis: ſcilicet partim per contraria inſtituendum. ¶ Et quia ratione ſanitatis indigeret calefacientibus, ratione vero aptitudinis ægrotandi his, quæ prohibent augmentari in eo replicationē, & minorarent præexiſtentem plenitudinē, quæ attinere deberent infrigidantibus & exſiccantibus. Et cū magis ꝑmoueat men- E tem Medici conſeruatio ſanitatis, quam præſeruatio ab ægritudine, quæ nondum euenit. Idcirco regimen eius fundari debet ſuper applicatione rerum calefacientium & exſiccantium, & minorantium materias, & cum humiditas reſpectu caliditatis amplior exiſtat in eo, idcirco inſtrumenta exſiccantia potentiora debent eſſe: vnde ea, quæ calefaciunt corpus in primo gradu, & prima manſione ſecundi, rationabiliter conueniunt ei: ſicut ea, quæ ſicca ſunt in ſecundo. ¶ Itaque modus proceſſus erit in aſſignando regimen per res non naturales calefacientes corpus & exſiccantes modo prædicto. Demum autem gratia complementi operis ponentur aliqui canones & inſtrumenta curationis quarundam ægritudinum, quæ facilius in eo euenire poſſunt, dum eueniunt. ¶ Itaque ciuitas, locus & camera habitationis eius ſint expoſita o- F rientali aut meridionali aſpectui: in quibus caliditas notabilis inuenitur magis, quam in locis ſeptentrionalibus & occidentalibus ſecundum partem: & ſit domus, ædificia habens non antiqua, neque de nouo conſtructa, & caueat habitare cameras teſtudinales reuolutiones habentes, nec conueniunt ei loca aquea vel decurſibus aquarum vel fontibus propinqua, niſi fuerint a terra multum eleuata, & in aſpectibus præ-

dictis poſita ſuper montibus. ¶ Et ſiquidem camera taliter conditionata non poſ- A
ſit haberi, artificialiter præparetur tabulis abietis aut laricis ædificata: aut in ea ſæpe
magnus accendatur ignis factus ex lignis quercus, lauri, pomorum, iuniperi, abie-
tis aut ſarmentorum vitis, aut ſaltem præparetur in camera ſtuffa ſicca; & caueat a
conſeruatione in loco, vbi accenſi fuerint carbones, qui non fuerint prius combuſti,
ita vt vapor malæ qualitatis conſumatur, quod homo non raro interemptus eſt: licet
ſecurius ſit abſque talibus carbonibus calefacere cameram, quam cum eis. Et ſi qui-
dem camera locis infecti aeris propinqua eſſet, vt lacunarum, latrinarum, vel vbi
præparantur coria: vel vbi in ciuitate peſtifer inueniretur aer: tunc bis vel ter in die
feneſtris diligenter clauſis & oſtiis: aer cameræ ſuffumigetur hoc compoſito effuſo
Puluis pro ſuffitu. ſuper carbones, vt prius euaporatos. ℞. *ſtyrac. calamitæ, colophoniæ, galliæ muſc. ligni a-* B
loes, camphoræ, an. ʒ j. ß. thuris ʒ j. puluerizentur omnia per ſe: deinde commiſceantur, & fiat
ex eo, vt dictum eſt.

Veſtimẽta. Et quia veſtes ſub aeris determinatione annecti ſolent, propterea quia corpori
aſſiſtentes defendunt ipſum ab applicatione aeris, qui quaſi ſemper comparatioue ad
humanam caliditatem eſt frigidus, ideo corpus huius viri veſtibus ornatum diligen-
ter eſſe debet: ita vt manifeſte calefiat, nedum quod remiſſe calidum aut frigidum
percipiatur: propter quod in diebus æſtatis bonum eſt ei portare ſuper induſio core-
tum de panno, de grana aut ſaltem de panno albo. In diebus vero frigoris muniatur
pellibus follionis, aut martyris, aut de vulpe vel de dorſi variorum: & ſic de aliis,
veruntamen principaliter obſeruet, quod caput eius ſit caputeo vel byreto muni- C
tum nocteque & die, vt potius laborem ſudoris incurrat, quam rigoris alicuius. Et
caueat capite diſcooperto ſubſtare flatui venti ſeptentrionalis vel alterius venti frigi-
di. Et omnino ſibi præcaueat caput, & proprie in nocte tenere coopertum infu-
lis aut byretis ſudore & lino ſuperueniente impletis: ad quæ omnia non raro ſequi-
tur apoplexia in partibus capitis valde verenda. Et hæc de aere & annexis ei di-
cta ſufficiant.

RVBRICA II. *De electione ciborum & potuum.*

EX prædictis apparet regimen huius viri ex parte ciborum inclinari
debere ad cibos calefacientes & exſiccantes ſiue ſint cibi medicina-
les, ſiue medicinæ cibales: repugnat enim cibo abſolute ipſum eſſe D
calefactiuum vel infrigidatiuum, aut exſiccatiuum, aut humectati-
uum cum ſimpliciter operetur a materia. Et ſi tibi tales naturaliter
haberi non poterunt, tunc permiſcendi ſunt cum his medicinis,
quæ calefaciant & exſiccent.

Incipiendum igitur a pane, qui eſt fundamentum cibariorum omnium, teſte
Panis. Galen. *lib. 1. de alim. fact.* dicendum, quod omnem panem ex puriſſima farina factum
eſſe oporteat: & habentem plus de fermento, quam habeat communis panis, qui non
ſit ſemicoctus, neq; etiam combuſtioni vicinus: propter quod cibaria de farina vel de
paſta reprobanda ſunt: & proprie cum paſta non fuerit fermentata, neque etiam ta-
lis multo vſu haberi debet. E

Carnes. De carnibus autem dicendũ, quod conueniant ei carnes volatilium omniũ iu-
uenum & mediocriter pinguium, de genere autem domeſticorum ſunt pulli gallinæ.
Caro namq; gallinarũ eſt omni alia carne melior. *24. continentis cap. 669.* Vtiles ſunt etiã
ei carnes columborũ domeſticorũ & ſylueſtrium nõ complete aut cõplete pennatorũ
elixorum vel aſſatorum: qui tamen per diẽ vnum poſt eorũ mortẽ conſeruentur, & co-
medendo diligenter maſticentur. Caro n. pullorũ columborũ eſt tardæ digeſtionis &
lõgæ moræ in ſtomacho *13. tertii.* Caro etiã cuniculi iuuenis eſt ipſi conueniens: & raro
eſt vſus eius: licet ſit dura & tardæ digeſtionis, *4. continentis præalleg. cap.* Caro anſerũ ſyl-
ueſtrium vel domeſticarũ antiquarum dimittatur: & ipſa ſalita ſaluior eſt quã econtra:
Iuuenum vero anſerulorum caro nõ vituperatur. Caro anatis pinguis & proprie in æ- F
qua non degentis poteſt eſſe laudabilis & aſſata magis, quam elixa: talis enim caro ſu-
perfluitates multas & faſtidium multum generat, *3. Almanſ. cap. 39.*

De volatilibus autem ſylueſtribus eligantur carnes ſtarnæ & coturnicis vel
francolinorum. Laudabiliores enim exiſtunt inter carnes ſylueſtrium aut
volati-

A volatilium 3. *Almanſ. cap. 43*. Caro perdicũ laudabilis eſt, propterea quia declinat ad caliditatẽ & ſiccitatem & auget ſanguinem valde: *24. continentis, allegato cap*. Similiter etiã & caro phaſiani, quia declinat ad naturã perdicũ, laudatur ei: eorum enim caro eſt melior carne pullorum. *2. can. cap. de aduragi*. ¶ Carnes etiam auium minutarum degentiũ in nemoribus & dumetis laudabiles ſunt valde: viuunt enim cibo nõ niſi magno labore quęritato & pauco, & ad ſiccitatem inclinato: tales enim ſunt ſicut ſpini, philomelę, cardueles, alaudæ, turdi, merulæ, ficedulæ, caudæ tremulæ & paſſeres, in paruo tamen vſu & vltimo. ¶ Reliquarum ſylueſtriũ auium carnes dimittantur: velut hyrundinũ, & de numero eorum ſunt ſtornelli, pica & picus. Columborum ſylueſtrium carnes notabiliter ſunt laudabiles, & turtures etiam: quatulæ vero, quæ a Græcis ortigines B nominantur, & a quibuſdam quatulæ licet guſtui ſint delectabiles: nimia tamen earum pinguedine remolliunt ſtomachum, & proprie cum fuerint in domibus nutritæ, propter quod aſſatæ ſunt meliores, quam elixæ. ¶ De carnibus ex quadrupedibus laudabiles ſunt carnes vituli: imo vſque ad annum completum. Carnes etiam caſtrati. Caro vero hœdi omni alia carne laudabilior eſt. Caro vero agni lactentis non eſt vituperabilis ei: melior tamen eſt aſſata quàm elixa: Carnes vero recentes porci etiã laudabiles ſunt ei, & proprie partes earum non multo pingues. Sylueſtris vero porci caro placet mihi abſque cute comedendo ipſam. Carnes vero bouinæ, vaccinæ, ouinæ & vniuerſaliter omnes antiquæ carnes dimittendæ ſunt. ¶ Carnes animalium antiquorum valde humidorum humiditate aquea vel pingui, vel vtraque omnino C meliores ſunt ſalſæ quam recentes. ¶ Carnes vero conditæ cum fœniculo, pipere vel aliis ſpeciebus in mortario contritæ, & in veſica & ventribus animalium conſeruatæ omnino placent mihi, niſi multus earum fuerit vſus & magna quantitas ſumatur.

De piſcibus agendum eſt aliqualiter: ¶ Primo, quod omnes piſces & proprie recentes tibi deteſtandi ſint, & proprie in multo vſu. ¶ Præmittendum ſecundo, quod quanto piſces, qui naturaliter ſunt molles, ſunt magis in ætate profecti, tanto meliores ſunt. ¶ Præmittendum tertio, quod piſces vere ſolidiores & minus humidi meliores ſint, quam antiqui. ¶ Præmittendum quarto, quod omnes tales, qui ſunt aſſati in electo oleo oliuarum, meliores ſint quam elixi. ¶ Piſces vero meliores eligendi, ſunt D varioli, marſiones, torrentinæ, ſterliones, temali, capedani, lucii, menulæ, rubi, ſturiones & conſimiles ſecundum regiones & famam communis vſus appropriati. Sunt enim piſcium diuerſæ ſpecies ſecundum diuerſitatem climatum, regionum & ciuitatum: multum enim diuerſificantur aquæ maris fluminum & ſtagnorum, ſecundum diuerſitatem aſpectus corporum cœleſtium ad mundum inferiorem, & ſecundum diuerſitatem locorum, a quibus ſcaturiunt fontes, & per quæ decurrunt flumina. Alimentorum enim animalium diuerſitas dependet à diuerſitate locorum, in quibus creſcunt: nec non ab aſpectu cœleſtium, ſub quibus generantur & degunt. ¶ In ſumma tamen omniũ piſcium carnes notabiliter ſolidę, vt luciorum de fluuialibus, carpionum de lacunalibus & rumborum, ſturionum de marinis: & adhuc quorũ E guſtui ſapor delectabilis percipitur eligendi ſunt: quorum vero carnes molles & mucillaginoſæ guſtui non delectabiles & olfactui abominabiles omnino dimittendi ſunt, vt anguillæ, tineæ, cephali & conſimiles. Caro reginæ piſcis non omnino reprobanda eſt, cum non multa viſcoſitate participet. ¶ Salſi vero piſces meliores & in vſu haberi poſſunt. Piſces.

Lactis vero vſus crudi & adhuc cocti non mihi placet: Lac enim propter complexionem ſuam ad frigus declinationem nocet phlegmaticis, quoniam caliditas eorum non conuertit ipſum ad ſanguinem, ſicut oportet. *ſecundo can. in cap. de lacte*. & nocet etiam huic viro propter læſionem in viſu in eo apparentem: lac enim facit euenire tenebroſitatem & caliginem. *ſecundo can. allegato cap. in areola membrorum oculi*. ¶ Propter quod concluditur, quod recens caſeus mollis & valde pinguis ſimiliter etiam ſit F deteſtandus, remollit enim ſtomachum, implet caput catarrhizabilibus materiebus, & facit oppilationes in renibus & epate, diſponendo eas ad generationes arenularum & lapidis ideo dimittatur. Lac.

Caſeus vero annualis ſubſtantiæ ſolidæ & frangibilis boni ſaporis ad aliquantam

ſalſedinem declinans eligibilior eſt: licet vitam ſuam ſtudio literarum occupantibus A
non ſit laudabilis eius vſus.

Oua. Quę vero bene placent mihi: ſunt enim ad caliditatem tendentia & laudabilem in eo ſanguinem generabunt: & proprie trementia ſuper cineribus cocta, & in aqua etiam confracta: frixa vero non etiam vituperabilia ſunt, & proprie quando ſunt mollia.

Pinguedines. De his vero, quibus cibaria impinguantur: dicendum primo, quod oleum oliuarum bene maturarum ſit ei conueniens & proprie, quando exprimitur ab oliuis calcando cum pedibus. Quod vero factum eſt cum torcularibus comminuendo os & medullam oliuarum, non eſt ita laudabile ad commode nutriendum: licet declinet ad aliqualem ſiccitatem vel minorem humiditatem. Oleum enim maturarum o- B
liuarum calidũ eſt in prima manſione primi & humidum in fine eius; ſed ſecundum iã dictũ calidius eſt & minus humidum, quam ipſum. ¶ Oleum vero de oliuis immaturis expreſſis, quod omphacinum, id eſt, nõ bene digeſtum nominatur, ad frigidũ & ſiccũ declinat: quare nõ placet mihi. ¶ Butyrũ vero calidũ eſt & humidũ in primo gradu, quia tamẽ eius humiditas amplior eſt, quam caliditas eius, nõ eſt ei conueniens: & proprie quando ſtomachus eius fuerit nauſeatus & ventoſitatibus plenus. ¶ Oleum de nucib. factũ ſatis ei eſt cõueniens. Eſt enim calidũ in ſecundo, & humidũ in primo. ¶ Sed oleũ amygdalarũ dulciũ præ cæteris mihi placeret magis: declinat enim ad caliditatẽ cum humiditate minori, quã prædicta olea. ¶ Mel vero, cum quo nõ raro cibaria condiun- C
tur, etiam mihi placet: eſt enim calidum & ſiccũ in ſecundo, & ꝓprie cum fuerit citrinũ bene dulce, & nõ valde aquoſum, propter quod ſummopere mihi placeret & proprie in diebus frigoris: vt iſte vir vteretur hydromelle inferius, deſcribendo in cap. 3.

Taberzet. ¶ Sacchari vſus eſt proprie ſolidioris nominati taberzet: licet non exiſtat tantæ caliditatis & ſiccitatis, tamẽ conuenienter placet mihi: eſt enim calid. in fine primi gradus & ſicc. in eodem, & confert ſtomacho abſtergendo phlegma ab ipſo. ¶ Species vero, quibus cibaria condiuntur, laudabiles ſunt, velut piper nigrum & albũ. Cinamomum vtrumque garyoph. nux maſc. macis, zinziber, grana paradyſi, cardamomũ, galanga, carum cyminum, fœniculus, petroſ. ſerpillum, calamentum, mentha, ami maiorana & conſimilia: & croci vſus multum laudabilis exiſtit. ¶ De compoſitis vero ex prædictis eligendum eſt hoc. ℞. *cinamomi ſubtilis ʒ j. piperis nigri ʒ ij. ß. piperis alb. ʒ ß. cro-* D
Puluis pro condiméto. *ci ʒ ij. electi cardamomi maioris, quod eſt granum paradyſi ʒ j. ß. eufragiæ ʒ ij. fiat omnium per ſe puluis ſubtiliſſimus & commiſceatur.* De his vero, quibus fercula condiuntur dicta ſufficiant.

Legumina. De leguminibus dicendum primo, quod omnia, quæ multum digeſtioni reſiſtunt & ventoſabilia ſunt & ventoſatiua materierum, omnino dimittantur: & ea quæ ſanguinem craſſum & oppilatiuum efficiunt & melancholicum, vt ſunt lentes, phaſeo, fabæ, cicera alb. piſa & conſimilia. De laudabilioribus vero eligenda ſunt cicera; leuiter enim ſunt inflatiua, & exhibent nutrimentum aperitiuum & viarum lauatiuum, ſed nõ comedantur in principio, neq; in fine cibationis, ſed in medio eius, *2. can. cap de cicer.* ¶ Panici vero vſus in te placet, licet enim ſit frigidum in primo, tamen quia E
ſiccũ in ſecundo, tibi confert: ipſum enim parũ nutrit & ꝓpter ſuã lenitatẽ & ſiccitatẽ & prouocationẽ vrinæ: quã facit, placet mihi: collige hoc. *21. continentis ſimpl. 199.* ¶ Laudo ſimiliter tibi oryzã, eſt n. calida in primo, & ſicca in ſecundo, & cõuenienter nutrit & exſiccat. *21. continentis, c. 126.* Et licet habeat aliqualem ſtipticitatẽ, vt patet *lib. 8 ſimpl. ca. prop.* illa tamẽ leuis eſt & nõ nocet. Hordei vero & iuſculorũ ex eo conditorũ vſus nõ placet, nec enim vnquã euacuatur a ventoſitatibus ſeu ventoſatione, ꝓpter quam nocet ſtomacho etiã relaxando ipſum & humectaret te amplius, quã oporteret, & caput etiã lædit, ipſum infrigidando & replendo vaporibus, ꝓpter quod hordeacei ſunt Medici, qui adeo frequentant vſum eius ſine optimo fundamento.

De oleribus autẽ dicendum primo, quod olera omnia, quorũ cõplexio declinat F
Olera. ad humid. & frigid. omnino euitari debeant, ꝓpter quod portulaca, lactuca, bleta, ſpinachia, cucumer. & anguria & cucurbita dimittãtur a te. Si tamen quandoq; accipiatur ex eis, parum accipi debet, & commiſceri ſemper calidis & exſiccatiuis, vt fœnic. petroſel. mentha, hyſopo & conſimilibus. Propter quod olera conuenientia tibi ſunt, quæ

calida

A calida ſunt in ſecundo, & ſicca in eodem, quæ habent apertionẽ nõ valde magnã, quæ in frequẽnti vſu lædunt renes. De conuenientibus ergo eſt ſaluia, de qua licet nõ inueniatur ab Auicen. *cap. 2. can.* de ipſa tamen tractauit Serapio *in aggregatore ſimplici 329.* numerans eam inter medicinas calid. & ſicc. in ſecundo gradu, dicens, quod ſit calida caliditate manifeſta & parum ſtiptica. Et eadem ſententia eligi poteſt ex ſermone Dioſ. *cap. de eliſfago:* quicquid tamẽ ſit, caput ſtomachum & membra nutritionis confortat: vt experimentatores ꝓbant. Vtilis etiã eſt tibi vſus fœniculi: prouocat enim & diuertit aquoſitatem a ſtomacho & magnum iuuamentum affert viſui, & tollit nocumenta corruptionis eius: de quibus in præcedenti c. dictum eſt. Cauendum tamẽ eſt a frequen-B tia & multa quantitate eius ne corpus inflammet: eſt enim calidiſſimũ in tertio & ſiccũ in primo, *teſte Gal. lib. 8. de ſimp. in proprio cap.* Similiter & petroſ. in cibariis collaudandũ eſt propter diuerſionẽ per vrinam & exiccationẽ, quam efficit: eſt enim calidũ & ſiccũ in aſtantia ſecunda. *8. ſimpl.* licet Auic. ponat ipſum calidũ in primo & ſiccũ in ſecundo, laudatur n. plurimũ conuenire ſtomacho & capiti. Ruffus tamẽ ſcripſit, ꝙ petroſ. noceat ſtomacho attrahendo materias ad ipſum acutas aliunde: ſed intellexit de apio, ſi bene cõſideretur litera Auic. *can. c. de apio:* nam petroſ. eſt ſpecies apii, & de eo determinatur in cap. de apio, vt patet, *2. can. & 8. ſimpl. allegatis cap. & 3. continentis, cap. 63.* Et a Serap. *ſimpl. 264.* Iterum & menthæ vſus tibi in cibariis conueniens eſt. Eſt enim confortans ſtomachũ, & calefaciens, ſedat ſingultum, digerit & prohibet vomitum phlegmaticũ, *2. can. in proprio cap. & idem ſcribitur, & tertio continentur ſimplici 732.* Serpillum etiam valde C conueniens eſt tibi in omni cibario, caliditate & prouocatione, quam facit & aromaticitate ſua conueniens eſt caliditati ſtomachi & principalibus membris: & numeratur a Serap. inter medicinas calidas & ſiccas in tertio, Auic. tamen poſuit ipſum calidũ & ſiccũ in ſecundo, vt patet *in c. de nemem.* ¶ Multum etiã laudo roſma. conuenit enim caliditate ſtomacho, cordi & oculis, vt patet per Serap. *in aggreg. cap. de lagetalmariẽ.* Maiorana vtiliſſima eſt, calefacit n. & exſiccat in tertio, & habet vim attenuatiuam & diſſolutiuam; vt 8. colligitur *de ſimplici medicina:* aperit etiam oppilationes cerebri & confert doloribus capitis a phlegmate, & a ventoſitate venientibus, *2. can. in areola membrorum capitis.* Baſilicon garyophilatum conueniens eſt, quia calidum & ſiccum in ſecundo, ſecundum Serap. *in aggreg. cap. de berengemiſch.* Anetum vero ex parte complexionis D eius conuenit, quia calidum in ſecundo gradu longo, aut in tertio breui: & ſiccum in ſecundo, in primo eius: *vt 6. ſimpl. proprio cap.* colligendum, & per gradum ſecundum longum ipſum intellige eſſe calidum in fine ſecundi: & cum dicit in tertio breui: intellige in prima manſione: ſed quia tamen ipſum eſt maturatiuum humorũ frigidorum, ſedatiuum doloris & carminatiuum ventoſitatũ: vt patet *2. can. proprio cap.* Ideo cõuenit tibi. ¶ Bleta, quæ eſt in communi vſu, compoſitas habet virtutes: nam bleta caloris obſcuri cum quibuſdã maculis rubeis declinat ad ſiccitatem & ad caliditatem. Alba vero ad frigiditatẽ & humiditatẽ: quandam: quia tamẽ in omnibus aqueitas eſt cõiuncta cũ nitroſitate quadã, per quam eſt lenitiua leniter ſolutiua oppilationum epatis aperitiua. Ideo tibi conuenire poteſt & proprie cũ fœniculo, petroſ. & ſimilibus calidis. ¶ Hy-E ſopus vero iterum conueniens valde, & proprie, quia eſt de medicinis capitalibus & pectoralibus calidis: & eſt de ſublimioribus rebus, quæ inueniuntur ad ægritudines pectoris & catarrhorũ frigidas: purgat enim pectus a materieb. illis, & mundificat canales pulmonis, remouet dyſpnœã, & omnia nocumenta anhelitus, & eſt de medicinis calidis & ſiccis in tertio gradu: licet quidã ponat ipſum in ſecundo gradu. Sed iſti vltimi intelligunt de molli & recenti. Caules etiam nõ vitupero, cum ſint calidi in primo, & ſicci in ſecundo: laudantur autẽ proprie, quia maturant, leniunt, exſiccãt & prouocant: *2. can. in proprio cap.* Mirabile tamẽ ſcribitur de eis *23. continentis ſimpl. 65.* vbi autoritate Serap. & Bimaſii dicitur, ꝙ ſanguis ex eis genitus malus & horribilis odoris: & hoc proprie intelligitur, quando ſunt optime cocti: ſi autem cum laudabilibus & pingui-F bus carnibus & oleo oliuarum conuenienter condiantur, corrigitur nocumentũ eorum. Borago inſuper, numeratur inter res temperatas: non tamen tot mirabilia inuenio de ea, quot dicuntur ab aliis: parum enim de ea ab authenticis habetur: imo nihil de eo colligitur ab Auicen. ¶ Chærefolium eſt calidum & ſiccũ in ſecundo, itaq; tanquam ſtomachialis medicina, epatica & cõuenienter aperitiua, ſolemniter habea-

tur in vſu. ¶ Ruta inſuper, quæ recens eſt calida & ſicca in ſecundo, exſiccata vero in A
tertio conuenire poteſt. Eſt enim medicina capitalis, epatica & ſtomaticha & pectori
& omnibus viis vrinalibus confert aperiendo & abſtergendo eas: & hæc de plantis di-
Radices. cta ſufficiant.

De radicibus vero, quarum vſus Italis eſt communis dicendum eſt parum. Ra-
phanus ergo comeſtibilis propter humiditatē eius non videtur tibi conuenire: & pro-
pter remiſſam eius caliditatem, eſt enim calidus in primo, & humidus in ſecundo: quia
tamē aperitiuus, diſſolutiuus phlegmatis & præcipitatiuus per vrinæ vias: ideo laudo
ipſum, quia nō contrahit moram multā in corpore: etiā quia non tranſmutatur in ſub-
ſtantiā eius, eo quia digerit & nō digeritur, quod tamē vituperat Gal. dum inquit: Ad-
mirari autē omnes Medicos & idiotas illos, qui poſt cœnā crudas comedunt raphani- B
des bonæ digeſtionis gratia, ipſi enim aiunt habuiſſe ſufficientē huius experientiā, qui
autē imitati ſunt ipſos, omnes læſi ſunt. Sed nihil indigeſtibile eſt nutritiuū, quare nu-
trimentū eius, quia nimiū & parum humectatiuū eſt, timere non debes, & conſuetum
eſt comedere de eo ante cibum, *licet 2. de alimentis penult. cap.* de raphanide videtur col-
ligi, quod debeat accipi poſt cibū, & *2. can. cap. 3.* Et ſcribitur de eo, ꝙ folia eius meliora
ſint, quam radix, *2. can. in proprio cap.* Cæpæ vero, quia calidæ in tertio cum ſuprema hu-
miditate non videntur conuenire niſi eſſet, quia aperitiuæ & inciſiuæ & ſubtiliatiuum
eſt humorū. Et melius eſt ipſum comedere aſſatum & melle & aceto conditū vel ſac-
charo. ¶ Paruæ vero cæpæ bulbus nominantur ab Auic. *2. can.* cum caliditate ſua non
nocet ſtomacho: imo conferunt & digeri faciunt, vt ibidem colligendum. Alleum au- C
tē argumento ſumpto a complexione eius, quia calidū eſt & ſiccū in tertio, videretur
conuenire & maxime, quia aduerſatur phlegmati, ſed quia grauat caput & debilitat vi-
ſum ideo dimittatur. Rapę vero ꝓpter ſupremā earum humiditatē, & quia difficilis di-
geſtionis exiſtunt, nō placent mihi. Democritus enim damnauit eas, tanquā corpori
nociuas & inflationē in ſtomacho generatiuas: licet Diocles & Dionyſ. contradictionē
eius ſcribant. In ſumma tamē in igne aſſatæ, & cum laudabilibus & pinguibus carnibus
coctę nō ſunt vituperandæ: ꝓuocāt enim potenter vrinā & ventrē mollem efficiunt, &
Baucia quid. iterum laudo eas, quoniā conferūt viſui, *5. coll. in proprio cap.* Carotę vero & bauciæ, id eſt:
paſtinacę, quæ eodē curſu ponuntur complexionate in caliditate cōueniunt tibi. Sunt
enim pectorales, ſtomachales & viarum conuenienter aperitiuæ. D

De partibus vero ſuperiorum plantarum, quarum vſus viget, quæ omnes nomi-
Partes ſuperiores plantarum. nantur aſparagi, vt ſcribitur *2. Almanſ. cap. 62.* dicendum, quod extremitates ipſius plan-
tæ, cuius aſparagus ex conſuetudine nomen adeptus eſt, conueniens, licet enim pona-
tur, *in libris ſimplicium medicinarū & ciborum extra gradum*: ita vt ſermo fiat de eo inter me-
dicinas temperatas, videtur tamen ex ſententia aggregatoris de aſparago colligi, quod
ponatur in caliditate primi gradus ſaltē in manſione prima, ad quod etiā ſatis perſua-
det velox & multa vrinæ prouocatio, quam facit: talis enim apertio, & per vias eductio
non videtur fieri poſſe ab altera qualitate ſaltem de manifeſtis & cōmunibus, quam a
caliditate. In ſumma igitur educit aquoſitates phlegmaticas & ſeroſitates cholericas,
& partim melancholicas aperiendo oppilationes epatis, ſplenis & renū, quod videtur E
ſatis rationabiliter concedendum: eo quia comeſta hæc planta facit vrinā frequenter
vehementer fœtere, & adhuc in ſpatio duarum horarū. Sed quia fœtor eſt ſignum pu-
trefactionis: *primo prognoſticorū, commento vlt.* Ideo videtur, ꝙ hæc planta in educendo
materias fœtidas vigoretur a caliditate: neq; enim ab auctoribus expreſſum eſt, quod
huic plantę inſit virtus attrahendi vel educendi materias fœtidas ratione ſimilitudinis
vel ſpecificæ proprietatis. Et iterū huic viro rationabiliter conuenire videntur extre-
mitates humili, de quo Germani faciunt potum aut lupuli apud Italicos ruricolas no-
minati bruſcandoli, quorū operatio eſt fere conſimilis aſparago prædicto, de quo ta-
men non parua eſt diſcolia inter ſapientes de complexione eius, quod hic pertranſeo
propter breuitatem, alias enim diffuſe declaraui ipſum eſſe calidum in primo gradu & F
vicinū ſatis æqualitate in paſſiuis: nec mirandum eſt de dyſcolia auctorum in hoc, cū
fere quotidie deſcriptiones melācholicæ componantur & fabulæ cātentur de bruſco
& ramponciolo. Vtuntur tamen euganei extremitatibus alterius plantæ, cuius folia
longiora ſunt & latiora ſatis fol. hyſo. eodem tamē colore coloratæ, & producit ſtipitē

A a terra eleuatum per bipedale, guſtui delectabilem ſatis, niſi eſſet valde pungitiua plā-
ta, odore ſuauis & aromatica multum florem minimum producens in ſubduplo mi-
norem flore artemiſiæ, & nominant hanc plantam multi de eo ſcribentes draconem,
de qua cum bene perquiro veritatē in ſermonibus Dioſ. anazatei in quinq; libris ſim-
pliciū per ipſum compoſitis, inuenio, quod ſit ſpecies pyrethri, quod videtur rationi
conſonans ſatis propter acuitatem magnam, quam guſtui repræſentat.

De fructibus autem præmittendum primo, quod omnes fructus frigidi & humi- *Fructus.*
di euitandi ſint: præparant enim corpus ad vtrumq; lapſum & ægritudines putridas:
& maxime cum humiditas in te ſuperabundet multum caliditati, vt probatum eſt & *Fructus, unde dicantur*
B ſenſus oſtendit: propter quod horarii fructus, qui taliter nominantur, quoniam in pri- *horarii.*
ma anni ætate naſcuntur: & iterum quia paucis durant temporibus: & adhuc tertio,
quia conſeruari non poſſunt, quin cito putreſcant, euitandi ſunt. ¶ Propter quod
ceraſa dimittenda ſunt: licet in eis multa diuerſitas inueniatur: quæcumque ergo de
eis dulcedine maiori participant: meliora ſunt, quoniam nutrimentum eorum eſt
melius: & iterum quia propter apertionem ſuam non multam moram contrahunt in
corpore, quin maior pars eorum educatur. Ea vero, quæ leui participant dulcedine
cum ponticitate quadam, videntur participare minori humiditate & exſiccatione
propter hoc talia minus reprobanda ſunt: qui vero de eis ſapore participant notabi-
liter acetoſo, frigidiora ſunt & minus humida & ſtomacho horrida magis, niſi fue-
rit in eo lapſus ad caliditatem intenſus. In ſumma igitur omnium eorum ratus ſit v-
C ſus. ¶ De pomis autem conſimiliter fere dicendum eſt, de diuerſitate complexio-
num eorum, ſecundum diuerſitatem ſaporis aromatici & modi ſubſtantiæ: quæ igi-
tur ſunt ſubſtantia ſolidiora magis, colore citrina, vel ruffa, aromaticitate ſua dul-
cedine multum magna participantia, eligenda ſunt: ſua enim aromaticitate conue-
niunt omni principali membro, & quia paruam habent humiditatem ſaltem actua-
lem: ideo minus putreſcibilia ſunt, etiam quia humidum eorum melius eſt ſuo ter-
reo commixtum: propter quod a ſapientibus non enumerantur inter materias fe-
brium extrinſecas, ſicut fit ſermo de pyro: & hæc ſunt illa poma, quæ trium ſpecie-
rum electiora a ſapientibus inuenta ſunt. ¶ Quarum primæ ſunt poma appia, nomi-
nata ita ab Appio Claudio Romano, vt ſcribitur *21. naturalis hiſtoriæ.* & ſunt poma fi- *Poma Appia, unde*
D gura oblonga, colore & reliquis conditionata, vt dictum eſt, quæ apud Lombardos *dicta.*
nominantur poma muſeta haſtiana: de quorum ſucco frequenter præcipiunt ſapi-
entes, fieri ſyrupos cordiales & melancholiæ aduerſantes. ¶ Reliqua vero poma ſunt *Poma da-*
illa, quæ apud Euganeos vocantur dactalinæ, figuræ plane ſphæricæ, velut cæpæ. ¶ Et *ctylina.*
tertia ſpecies eſt pomorum, quę calamana nominantur. ¶ Similiter fere dicendum *Poma calamana.*
eſt de pyris, quod in eis valde magna diuerſitas inueniatur in complexione, ſed in-
ter reliqua laudantur illa, quæ in ſubſtantia ſua ſolida ſunt a lapidoſis atillis in centro
eorum exiſtentibus priuata, colore citrina vel rubicunda, odore ſuauia, ſapore de-
lectabilia, & ſunt, quæ Auicen. dixit eſſe pyra de ſeni: *ſecundo can. cap. de pyro.* Et for-
te, quod illa ſunt pyra, quæ apud Lombardos ſunt pyra ſancti Nicolai. ¶ Inter quę
E etiam pyra collaudari poſſunt illa, quæ muſcata dicuntur, quæ tamen ſint in raro
vſu & pauco, habent enim humidum feſtinanter putreſcibile, & non minus vento-
ſabile, propter quod inflant ſtomachum & dolores extenſiuos in eo efficiunt. In
ſumma igitur, quia pyra ponuntur frigida in primo, & ad ſiccitatem declinantia in
ſecundo, *vt 20. continentis, ſimplici 620.* ſcribitur autoritate Bimaſii, ideo non multum
mihi placent cruda exiſtentia, ſed cocta ſub cineribus & condita cum vino & aro-
matibus, & cum aniſo. Auellanæ autem licet recentes ſupremam habeant humidita-
tem, exſiccatæ tamen ponuntur calida & ſicca in primo gradu: ideoq; videntur con-
uenire propterea, quia confortant caput, licet ſint tardæ digeſtionis in ſtomacho. Si
tamen accipiantur conditæ, meliores exiſtunt, & iterū torrefactæ parū poſt cibū con-
F fortant epar. Amygdalæ autē laudantur, quia exhibent nutrimentum bonum & ſunt
abſterſiuæ & aperitiuæ laudabiliter & declinãt ad caliditatē æqualē; tamē humidiores
ſunt quā calidæ, ideo quomodolibet laudant. Ficus ꝟo ſic. & cal. ſunt in primo, & ſiccę
in principio ſecūdi, & ſunt tibi laudabiles, velut n. de numero meliorū fructuū & debēt
eligi albæ, citrinæ & magnę: conueniunt enim ſtomacho, epati, renibus, ſpleni vtiliter

aperiendo, abſtergendo & mundificando ea, nam in eis eſt lenificatio perfecta & ma- A
ior nutricatio, quam in aliis fructibus, *2. can. in proprio cap.* Hæ vero ficus recentes ma-
gis nutritiuæ ſunt quam ſiccæ: ſed ſtomacho non ita laudabiles. Paſſulæ & proprie ni-
græ laudantur: Sunt enim conuenientes, quomodocunq; ſumantur, & numerantur
a multis inter medicinas æquales, aut ad caliditatem & ſiccitatem parumper inclina-
tas. Nuces conuenienter nutritiuæ ſunt, & ponuntur inter medicinas calidas & ſiccas;
quia tamen vnctuoſitate notabili participant: ideo ſunt ſtomacho, pectori, gutturi
& capiti nociuæ, & grauis digeſtionis: quare melius eſt dimittere eas. Caſtaneæ ve-
ro frigidæ ſunt in primo, & ſiccæ in eo remiſſa dulcedine participantes, & non pa-
rum nutriunt: imo valde, & quia earum nutrimentum frigidum eſt & craſſum, ven-
toſatiuum & extenſiuum viſcerum omnium ideo dimittantur. Chryſomela a qui- B
buſdam inter ſpecies perſicorum ponuntur, & non debes eis vti, quia frigidi ſunt &
humidi in ſecundo, & generant febres malas velocitate ſuæ putrefactionis, aliquali-
ter corrigi poſſunt, ſi poſtea comedantur aliqua genera fœnic. Grana pinearum non
multum placent mihi propter vnctuoſitatem eorum. Et quia ſunt de rebus ſtoma-
cho nocentibus: vt patet *13. tertii*: Et ponuntur temperata, ad paruam tamen calidi-
tatem declinantia, potes tamen comedere ipſa, dum fuerit per noctem vnam in aqua
calida infuſa: remouetur enim tunc ab eis acrimonia & mordicatio & bene nutriunt:
& proprie quando conficiuntur cũ melle ad infrigidatos, & cum ſaccharo ad calefa-
ctos, vt colligitur, *2. can. in proprio cap.* De phiſticis vero vel piſtachiis ſcribitur, *2. can.*
quod calidi ſint in fine ſecundi, & eſt in eis humiditas non limitata *ibi*, ſed *22. conti-* C
nentis ſimplic 93. auctoritate Archig. & Bima. ponuntur calida & ſicca in ſecundo. In
ſumma igitur conueniunt tibi modo prædicto: aperiunt enim meatus nutrimenti &
oppilationes epatis expurgando ipſum; & canales pulmonis, *8. ſimp. in ſuo cap.* &c. Da-
ctyli inſuper bene maturi & dulces calidi ſunt in primo, & in ſecũda qualitate diſcor-
dant ſapientes in eis. Ioannes enim Serap. enumerat eos inter medicinas calidas & ſic-
cas in primo gradu. Auic. vero capit. de palma dicit, quod præterit de eis ſermo: ſed
23. Halaui cap de palma, ſic de eis ſcribit: *Dactyli maturi recentes calidi ſunt in ſecundo, humidi*
in primo, auctoritate Bima. *8. ſimpl.* dicitur, quod cum hoc, quod nutriunt, abundanter
ventrem ſtipticent, inferant punctionem in ore ſtomachi, dolorem capitis faciant &
oppilationes in epate & ſplene: quare relinquitur, vt vtaris valde raro & in pauca quã- D
titate, & minus mali ante cibum, quam poſt cibum. ¶ Iuiubæ vero ponuntur frigi-
dæ in primo gradu, temperatæ in paſſiuis, & ſcripſit de eis Galen. *Non reperi iuiubas in*
conſeruanda ſanitate & ægritudine remouenda competentes, ſed difficilis digeſtionis & pauci nu-
trimenti: ſunt etiam malæ ſtomacho. ¶ Mora bene matura & dulcia, licet ad caliditatem
declinent, dimittenda tamen ſunt, nocent enim ſtomacho, & in eo facile corrum-
puntur. ¶ Granata diuerſificantur in complexione ſecundum diuerſitatem ſaporis
eorum: dulcia enim ponuntur frigida & humida in primo: acria vero frigida & ſic-
ca in primo. Sed muza medii ſaporis medium tenent inter ea: dulcia enim collau-
dantur ſtomacho, propter illud, quod eſt in eis de ſtipticitate ſubtili, id eſt, leui, &
proprie in calefactis: Acria vero frigiditate & ſtipticitate magna non ſunt ſtomacho E
bona, niſi vehementer laxato & calefacto: melius itaq; eſt dimittere ea. Et hæc ſatis de
cibis & medicinalibus, cum quibus condiri debent, dicta ſufficiant.

Semina & aromata. Ideo tractetur de ſeminibus quibuſdam & aromatibus, quibus condiendi cibos
eſt communis vſus. Sunt itaque ſemina hæc. Cyminum, fœnic. petroſel. daucus, carda-
momum vtrumq; carum ami, amomum, nigella, ſem. leuiſtici. ſem. rutæ, ſem. bauciæ,
coriandrum, aniſum & conſimilia. Aromata ſunt ſicut piper, zinziber, cinamomum
vtrumque, galanga, nuc. muſcat. macis, zedoaria, crocus, ſpica & conſimilia, &c.
¶ Ex liquoribus vero condientibus tibi conueniens & acetum acutum magis,
quam acre. Agreſta, ſucci citrangulorum, limonum & granatorum raro, niſi mu-
za fuerint. F

Condita. Ex conditis cibalibus conueniunt tibi paſtinacæ conditæ, oliuæ, napi, citrum
conditum, ſinapi, ſalſa. ¶ Ex conditis vero medicinalibus ſumme competunt ti-
bi zinziber conditum, id eſt, zinziber viride, de quo ſaltem bis in ſeptimana acci-
pere potes radicem vnam per quatuor horas ante prandium: & confert ſtomacho,
epati,

A epati, renibus, capiti & inferioribus membris: imo etiam adhuc in æſtate, quanto magis tempore frigoris. ¶ Competit etiam xylobalſamum conditum: item nux comeſtibilis condita: confert enim epati, ſtomacho & renibus, ſimiliter cinamomum conditum cum ſaccharo. Item carnoſitas citri cum ſaccharo condita ſolida. Cortex arancii conditus cum ſaccharo, & pyra condita. Cucurbita condita omnino dimittatur. Mel etiam, de quo ſupra dictum eſt, & ſaccharum condiendo cibos conuenientia ſunt.

Ex partibus autem animalium euitetur frequens cerebri vſus ventris, renum, cordis, pulmonis & epatis inteſtinorum: quorum omnium nutrimentum eſt craſſum viſcoſum & difficilis digeſtionis, ideo non eſt laudandum, ſicut neq; cauda, quæ nau- *Partes animalium.*
B ſeatiua eſt, & medulla, quæ capitis grauatiua.

De potu autem conuenienti dicendum eſt, quod vina dulcia, craſſa, conturbata omnino tibi dimittenda ſunt: vt & pontica etiã & acria bruſca nominata ſint, quoniam ſunt ſtiptica, frigida & oppilatiua, ſicut prima ſanguinem ebullibilem craſſum oppilatiuum efficiunt: itaque eligendum eſt vinum colore aureum vel citrinum, ſubſtantia ſubtile & bene expurgatum, odore ſuaue & aromaticum fumoſitate mediocre. Cuius quidem experientia manifeſtabitur per bonã conuenientia in ipſius à ſtomacho. ¶ Et ſi quidem tale vinum naturaliter haberi non poterit, clarificetur cum albumine oui. Et caueat a vino clarificato cum alumine rochæ, quoniam alumen, *ſexta quarti* enumeratur inter medicinas venenoſas: & gratia huius ad memo- *Potus.*
C riam reducendum eſt, quod ſcriptum eſt inferius de hydromelle compoſitione laudabili laudibus & iuuamento eius & vſu, & tu recurre eo. Et hæc de cibis & potibus dicta ſufficiant.

RVBRICA III. *De motu & quiete.*

DIFFICILE eſt iſti viro conuenientem dare regulam in exercitio & ſimilibus, qui aſſiſtunt ſedendo & aliis iuſtitiam accommodando quærentibus: eſſet enim huic viro valde neceſſarium exercitium, propter conſumptionem ſuperfluitatum, quæ ſequuntur ad ipſum. Item exerci-
D tium eſt ſanitatis conſeruatiuum: propter hanc cauſſam: ſicut quies eſt diſpoſitiua ad augmentum phlegmatum propter ſuperfluitatum congregationem, quæ ſequitur ad ipſam, quibus tamen temporibus, ſi eſt poſſibile, vir iſte mane exercitari debet ante cibus. Exercitium n. ante cibum calorem innatum accreſcere facit & reddit ipſum potentem ad expellendum ſuperflua ſenſibiliter vel inſenſibiliter. ¶ Fiat ergo motus progreſſiuus, non repentinus, ſed paulatim ſaltem per horam vnam, vt longitudo temporis leuis exercitii ſuppleat neceſſitatem conſumptionis materierum, quæ in breui tempore fieret ab exercitio forti: perſeueret igitur exercitium tanto tempore, vt corpus calidius fiat, quam prius & æger ſentiat ſe perductum ad anhelitum eleuatum & principium ſudoris leuis. Ita fieri debet etiam an-
E te cœnam, reliquo autem tempore quieſcendum. ¶ Et quia non eſt poſſibile officio ſuo ſemper opportuno tempore exercitari. Ideo diebus, quibus viuit quietus, conſulo, quia gratia euacuationis diuerſiue ſuperfluitatum vtatur hydromelle facto, ſecundum hunc modum: de quo accipere debet per tres vel quatuor horas ante ſolitam cibationem cyathum vnum calidum in diebus frigoris & frigidum in calidis. Et ſi quid etiam de ipſo commiſceret in vino ſuo, ſaltem vſque ad tertiam partem, valde vtile foret ei. Cuius deſcriptio eſt hæc. ℞. *aquæ fluuialis claræ a limoſitatibus expurgatæ & acceptæ de alueo vbi non inueniatur multitudo ranarum, neque ſanguiſugarum, neq; etiam herbarũ fœtidarum* ℔. *xxv. mellis electi* ℔. *ij. piperis alb.* ℥ ß. *florum roſmarini, cinamomi electi, an.* ℈ *j. bulliant aquæ cum ſpeciebus ſaltem per quartam partem horæ: deinde ſuperaddatur mel, & coquatur* *Hydromel.*
F *cum aquis continue deſpumando ipſum.* Cum ergo fuerit facta conſumptio quartæ partis, tunc coletur totum per ſaccum mundum & ſpiſſum duabus vicibus: deinde reponatur in vaſis vitreis bene mundis & cotinuetur, vt dictum eſt. ¶ Et quia nonnulli ſapientum ſolent facere tractatum de coitu in ſermone de exercitio, & merito, quia in coitu concurrit duplex exercitium; animale & corporale: animale *Coitus.*

quidem propter ſenſationem delitioſam & propter imaginationem. Corporale vero A
propter motum totius fere corporis partium interiorum & exteriorum: ideo de ipſo
dicendum, primo, quod ad effectum ipſius non procedat iſte vir, niſi naturali deſide-
rio ab anima incitante ipſum. ¶ Secundo, quod nullus coitus concedatur poſt ciba-
Coitus quoties ſit exercendus viro robuſto. tionem, niſi tranſierint ad minus horæ octo. ¶ Tertio, quod coitus moraliter fieri de-
beat & non impetuoſe. ¶ Quarto, quod neq; fiat exceſſus eius in frequentia: viro enim
robuſto & potenti moraliter ſe regenti, ſatis eſt effectum illum expellere ter vel quater
in ſeptimana: qui autem odiunt ſanitatem, & vitam ſuam, excedant in iſto, quia per-
ſoluent in poſterum, & rectificent in damnum ad coitum ſecurum. Et hæc de tertia
re non naturali dicta ſufficiant. B

Rvbrica IV. *De inanitione & repletione, &c.*

DE repletione materierum humoralium hic non eſt ſermo: ſed ſolum de
ſtomachi repletione a cibo & potu, in quo plurimi excedendo magis, quã
Regula. diminuendo peccant, ideo in cibatione regulæ iſtæ ſeruentur plurimæ.
1. ¶ Primo, nunquã comedat neq; bibat vir iſte, niſi vero & naturali appetitu
2. inducente ad illud. ¶ Secundo, non accipiat cibum impetuoſe & celeriter
3. deglutiendo ſine maſticatione conuenienti. Tertio in cibatione nõ vtatur magna va-
4. rietate ferculorum aliorum ciborum & potuum. Quarto, menſura cibi tanta ſit, quod
5. ipſa ſtomachum non grauitet, neque extendat. ¶ Quinto, neq; potus exiſtat tantus,
6. quod regurgitet & fluctuet in ſtomacho. ¶ Sexto, non accipiat cibum craſſum ſub C
tili præmittendo, vt quandoque comeditur caſeus & legumina, quæ præmittuntur
7. brodialibus & ſimilibus. ¶ Septimo, cum inſurgit ei naturalis appetitus, quam citius
eſt poſſibile cibum accipiat, tolerare ei famem eſt cauſſa accenſionis & corruptionis
materierum in ſtomacho. Similiter etiam inanitionem, id eſt, vacuitatem non mul-
to tempore tenere debet, propter eandem cauſſam.

Rvbrica V. *De ſomno & vigilia.*

DE quinta re non naturali: ſcil. de ſomno & vigilia dicendum, q; huic
viro competat ſomnus aliqualiter longior, quam ſi cholicus eſſet &
macer, propter meliorem digeſtionem ciborũ & potuum & reſtaura- D
tionem animalis virtutis: itaq; poſtquam cibatus fuerit, poſt horã vnã
dormire incipiat & procedat in eo vij. vel viij. horis ſuper dextro late-
re prius prima dormitione; ſuper ſiniſtro vero in ſecunda dormitio-
ne: caput & membra eius diligenter cooperta ſint: & omnino fugiat caput tenere de-
cliue propter oppilationem, quæ ſequeretur in ipſo. Caueat a dormitione ſuper ſpina
ꝑpter timorem ægritudinum nuchæ & membrorũ motus. ¶ De dormitione vero di-
urna dicendũ, quod ſi conuenienti tempore dormiat in nocte ſomnus diurnus ſit di-
mittendus: ſi autem nõ ſufficienter dormiuiſſet, tunc poteſt ei concedi dormitio diur-
na diſtans a prandio per horã cum dimidia. Et ſi ad hoc conſuetudo dormiendi foret:
& quia humiditas eius multa rationabiliter aduocat ſomnũ: ideo nõ vitupero dormi- E
tionẽ diurnam per vnã horam. Superfluitatem vero dormiendi tã de nocte, quã de die
omnino fugiat, generat n. reumatiſmos, implet caput & neruos & laſſitudinem mem-
brorum efficit: reliquo tempore vigilandum eſt vltra prædictum.

Rvbrica VI. *De accidentibus animi.*

ACcidentia vero animi, propter quæ magna fit in ſpiritibus & humo-
ribus agitatio, & fortis & velox tractus ſpirituum & humorum de interio-
ribus ad exteriora, omnino euitare debet, vt ira, furor & conſimilia, ꝑpter
hæc ei accenſio facile fieri poſſet in humoribus & ſpiritibus, propter quod
perduceretur ad febrem. ¶ Similiter etiam accidentia melancholica, velut
anguſtia, triſtitia & longa meditatio de tremendis rebus, debent poni, ex hoc enim F
ſuffocati detinẽtur ſpiritus & humores in profundo cordis: vnde parantur ad ſuffoca-
tionem & exſiccationem ipſorum, propter hoc bene ſcribitur, *tertio techni*, quod hæc
accidentia extermiuent & mutent corpus a naturali conſiſtentia ſua, vnde lætandum
eſt & bene ſperandum, & vita iocunda regendum.

Cap. III.

A **Cap. III.** *De cura per medicinalia continens partes duas. Quarum prima eſt de inſtrumentis ipſum præſeruantibus a caſu in ægritudines.*

QVONIAM vir iſte non indiget regimine ſimpliciter curatiuo ægritudinũ cum nondum inciderit eas, licet ſit paratus: idcirco hoc tertium cap. complecti poteſt partes duas. ¶ In prima enim parte ponentur quædam inſtrumenta præſeruantia ipſum a caſu in ægritudines. ¶ In ſecunda vero parte deſcribam remedia quamplurima diuerſis accidentibus & ægritudinibus ſubuenientia, ſi inciderit ea: a quibus tamen miſeratione diuina tueatur. ¶ In prima igitur parte octo ponam inſtrumenta, quæ ſufficienter præſeruare poſſunt ipſum: quorũ primũ eſt B hoc, vt per ſpatiũ duorum vel triũ annorum, ſemper purgetur in vere ſecundũ modum iſtum. *℞. pillularũ aurearum, pillularũ de hiera maiori & cochiarũ, an. ℈ j. formentur pillulæ vij. cũ electuario roſarũ, & accipiantur vno mane per duas horas ante diem, vel in principio menſis Martii, & poſt aſſumptionẽ earum dormiat per horam vnã.* *Pillulæ.* Et iterum quietus permaneat nõ ambulando: & permittat eas operari per quinq; horas, tunc ergo bibat cyathum vnũ aquę ſaccharatæ calidæ, & deinde ipſam expectet per vnam horam, & prandeat poſt. ¶ Die vero immediate ſequenti incipiat accipere hoc digeſtiuũ, & continuet ipſum diebus ad minus ſeptẽ in hora ſupradicta calidũ, accipiendo ipſum, & nõ comedat poſt ipſum, niſi trãſiuerint horæ iiij. Cuius deſcriptio eſt hæc. *℞. ſyr. completi acetoſi ℥ j. ſyr. de abſynth. ℥ ß. aquæ betonicæ, eupator. & fœnic. an. ℥ j. miſce.* *Potio digeſtiua.* ¶ Octauo vero ſequenti die hora iam prædicta accipiat hunc potum. *℞. electuar. indi ʒ iij. electuarii de pſyllio ʒ ij. miſce cum cyatho vno* C *vini albi aromatici calidi, & obſeruet poſt ipſum conditiones deſcriptas in pillulis antepoſitis:* & hęc ſit purgatio pro vere appropriata. ¶ Pro ſecundo vero principali inſtrumento eſt purgatio, quam in authumno debet facere incipiendo poſt medietatem Septembris per hunc modum. *℞. pillularum de reubarb. pillularum aurearũ, an. ℈ ij. formentur pillulæ octo cum ſucco roſarum, & accipiantur obſeruando conditiones deſcriptas in primis pillulis.* *Pillulæ.* ¶ Die vero immediate ſequenti accipiat hoc digeſtiuum calidum, continuando ipſum ſeptem diebus. *℞. ſyr. de byzantiis, mel. roſati colati ſyrup. de endiuia, an. ℥ ß. aquæ acetoſæ & lupinorum, an. ℥ j. ß. miſc. & accipiatur hora & conditionibus obſeruatis in altero digeſtiuo.* *Potio digeſtiua.* ¶ Octaua vero ſequẽti die purgetur per hunc modum. *℞. electuarii de epithymo ʒ ij. caſſiæ fiſt. præpar. cum aqua cichoreæ ʒ vj. reubarbari electi ℈ ij. ſquinanti, gran. vj. ſalis gemmæ, gran. j. miſce, & cũ aqua ſacchar.* D *calida in aurora accipiatur attendendo conditiones in primis pillulis notatas.* ¶ Tertium principale præſeruatiuum huius viri eſt hoc. *℞. aloes epaticæ electæ ℥ iij. agar. electi ℥ ß. pulpæ colocynth. ʒ j. ß. epithymi polypodii, an. ℈ ij. ſalis gemmæ ʒ j. aniſi, fœniculi, roſarum, violarum, ſandalorum amborum, an. ℈ j. pulueriʒentur omnia per ſe. Deinde ſubmergantur in ℔. ß. ſucci endiuiæ, & in ℥ ij. ſucci abſynthii, & diligenter commiſceantur in vaſe vitreato, & ponantur ſub radiis ſolis ſæpe commiſcendo, vſque quo exſiccentur. Cum ergo exſiccata fuerint, iterum renouentur ſucci, & commiſceantur & exſiccentur, & ita fiat quater. De hac ergo materia fiant pillulæ de omni. ʒ vij. & de eis accipere poteſt omni die quarta vel quinta vnam vel duas parum ante cœnam.* *Pillulæ.* Et credo, quod in iſtis includatur magna pars conſeruandi ſanitatem eius, de quibus etiam pillulis omni tertia die accipere poteſt vnam parum ante cœnam, quando aſſumit ſyrupos anteſcri- E ptos, & proprie ſi venter eius non fuerit bene fluxibilis.

Quartum inſtrumentum principale eſt hoc. *℞. ſpecierum electuarii de ligno aloes deſcriptione Auicen. quinto can. ſumma prima ʒ j. ß. ſpecierum diacinamomi, deſcriptione Meſuæ in antidotario ʒ j. trochiſcorum diarodon ℈ j. ſacchari albi ℔. ß. coquatur ſaccharum cum aqua abſynthii, & fiat confectio in rotulis magnis, de qua accipe ſaltem bis in ſeptimana quantitatem vnius caſtaneæ:* *Rotulæ.* confortat digeſtiuam & appetitum, & conſumit phlegmata præcipitando ea per vias inferiores aperiendo oppilationes, ſcilicet, quæ fiunt.

Quintum eſt, quod vir iſte a principio menſis Octobris per totum menſem Aprilis ſaltem bis in ſeptimana circa ortum ſolis accipiat cochlear vnum xylobalſami conditi: Clauditur enim in eo magna virtus conſeruandi principalia membra o- F mnia præſeruando ab augmento phlegmatis & melancholiæ, vt ex ſuis locis facile colligi poteſt.

Sextum eſt hoc: vt in diebus, in quibus aer ad magnam frigoris intemperiem conuertitur, vtatur zinzibere condito, accipiendo de ipſo radicem vnam in ortu ſolis & tardet cibationem horis quatuor.

¶ Septimum eſt, vt a principio menſis Maii per totum menſem Septembris vtatur A hac confectione, de qua accipiat ſaltem tribus vicibus in ſeptimana rotulam vnam immediate poſt cibum: vigorat enim digeſtionem ſtomachi & epatis, & prohibet oppilationes coercendo furiam cholericarum materierum. Cuius deſcriptio eſt hęc.

Rotulæ. ℞. *roſarum ſpodii, ſeminis endiuiæ, acetoſæ & ſcariolæ, an.* ʒ j. *cinamomi electi* ʒ ij. *ligni aloes* ʒ ß. *ſacchari alb.* ℔. ß. *coquatur ſaccharum cum aqua endiuiæ, & fiat confectio in rotulis ponderis* ℥ ß.

¶ Octauum & vltimum remedium principale eſt hoc. ℞. *laudani electi* ʒ ij. *reſinæ* ʒ vj. *Vnguentū.* *corallorum amborum, roſarum, ſpodii, ſandalorum vtrorumq́ue, an.* ʒ ß. *ſtyracis calamitæ, ligni aloes, galliæ muſcatæ, an.* ʒ iiij. *coriandri præparati, granorum myrti, an.* ℈ ij. *pulu. menthæ & cymini torrefacti, an.* ʒ ij. *ceræ quantum ſufficit, fiat vnguentum mediæ glutinoſitatis*: Cum hoc igitur vnguento ſtomachus, epar, & locus ſplenis ter vel quater in ſeptimana inungi poſſunt, B quolibet anni tempore. ¶ Ex his itaque omnibus remediis vtendo cum conuenientia regiminis deſcriptis in ſecundo capite principali præſeruabitur ab incurſu ægritudinum, ad quas videtur eſſe paratus, quod ei concedat Altiſſimus.

II. Pars *tertii cap. De modo ſubueniendi, quibuſdam ægritudinibus, continens Rubricas tredecim.*

Rvbrica I. *De cura oppilationum cerebri.*

Licet eximius hic dominus Doctor non ægrotet actualiter, propter tamen augmentum humiditatis abundantis in corpore eius, paratus eſt facile cadere in plurimas ægritudines: & quoniam plerunq; contingit viris Iuriſconſultis diuerſas circumire ciuitates, in quibus fortaſſe nō C inueniuntur Medici ſcientia & opere conuenienter docti. Idcirco vt ipſe poſſit ſibi ſubuenire quibuſdam diſpoſitionibus, diſcurram per eas regimen ſuccincte conuenienter curandi deſcribendo cum medicinis opportunis, vt nunc ſequitur. Primo itaque Doctor iſte paratus eſt oppilationibus cerebri, tum propter augmentum humiditatis in capite generatæ per viam indigeſtionis, tum etiam propter illam, quæ multiplicaretur in eo per viā euaporationis, idcirco ſi perciperet grauitatē capitis cum difficultate exſpirandi & inſpirandi per nares cum pondere percepto ibi, & in partibus frontis, & in concauo palati, in loco colatorii & ꝓhibetur deſcenſus eius, ꝙ antea per nares euacuari ſolebat, tunc iſta ſunt ſigna oppilationum prædictarū partium. Idcirco quam D citius eſt poſſibile, prouideat ſibi, ne perducatur ad epilepſiam, apoplexiam, vel a ſubeth, id eſt, ad ꝓfundum ſomnum: primo igitur accipiat in aurora ʒ j. pillularū cochiarū, & tardet cibum tribus horis obſeruando ea, quę de primis pillulis in primo cap. ſcripta fuerunt.

Gargariſm. ¶ Et eadem die in veſperis fiat gargariſma cum hoc medicamine. ℞. *aquæ maioranæ, aquæ lauri, an.* ʒ j. ß. *oxymell. ſquillit.* ℥ ij. *ſubtil. pulu. ireos, gran. iiij. calefiat totum, & fiat ex eo gargariſma vj. vel viij. vicibus per horam ante cœnam.*

Caputpurgiū per nares attrahendum. ¶ Sequenti vero mane per vnam horam poſt ortum ſolis impleat os ſuum aqua tepida, & per naſum ſuum traiiciat leuiter iiij. vel v. vicibus de hac mixtione. ℞. *aquæ maioranæ* ℥ ij. *ſyrup. de ſtæchad.* ℥ j. *ſacch. al.* ℥ ß. *ſyrup. ſimplicis acetoſi* ʒ ij. *impleatur vola manus calida, & traiiciatur, vt dictum eſt.* Et illa remedia poſſunt conferre quarto & diſpoſitionibus profundis in cerebro: ſecun- E do oppilationibus colatorii: tertio oppilationibus rizæ vel ſuperioris partis naſi: quarto dolori grauatiuo capitis.

Rvbrica II. *De cura doloris pungitiui capitis.*

Vena ſectio. Si autem dolor in capite perciperetur pungitiuus vel mordicatiuus, conſulo, quod ſtatim faciat ſibi fieri phlebotomiam cephalicæ contrariæ parti magis grauatæ, per quam extrahantur ſanguinis ℥ iiij.

Pillulæ. ¶ Item pro hac intentione accipiat in aurora pillulas iſtas. ℞. *pillularum aurearum, pillularum cochiarum, an.* ℈ j. *boni ponderis: formentur pillulæ v. cum electuario roſarum & accipiatur obſeruando conditiones, quæ dictæ ſunt in aliis pillulis.* ¶ Item eodem die in ve- F ſperis faciat ſibi apponi ventoſas cum ſcarificatione ſuper ſpatulis in carnoſis partibus lateris ipſarum. ¶ Item quarto pro hac intentione odoret hoc compoſitum.

Nodulus odoratus. ℞. *maioranæ* ℥ ß. *acatiæ, ſandalorum alborum, roſarum, ſpodij, an.* ℥ j. *puluerizētur & ligentur in panno lineo & odorentur.* ¶ Item pro hac intentione faciat ſibi fieri lotionem a pedibus

A dibus vſque ad inguina ex aqua calida decoct. viol. roſarum, florum ſalicis & vitis per vnam horam ante cœnam.

Rvbrica III. *De cura doloris colli, ſpatularum & nuchæ.*

SI tempore plenitudinis capitis virtus tranſmutaret materiã ad partes colli ſpatularum, neruorum & muſculorum poſteriorum, ſtatim apponatur ei hoc clyſtere. *℞. benedictæ ℥ ß. electuarii diacaſtorei ʒ ij. ſacchar. rub. caſſiæ fiſt. an. ℥ ß. ſalis gemmæ ʒ j. olei oliuarum, & de ſiſamo, an ℥ j. ß. miſce, calefiat totum & fiat clyſtere per vnam horam ad minus ante prandium & cœnam.* ¶ Secundo ad eandem intentionem ponãtur ventoſæ duę in ſuperiori parte natium cum ſcarificatione. ¶ Tertio pro B eadem intentione fiat inunctio partium dolentium cum iſtis oleis. ℞ *olei de ruta, olei irini, olei amygd. dulc. an. ℥. j. ß. pulueris ſtœchados, abrotani, an. ℥ j. conquaſſentur ſimul, & de iſtis actu calidis fiat linimentum.*

Clyſter. *Linimentũ.*

Rvbrica IV. *De cura ſonitus auris, &c.*

PRo ſonitu vero vel tinnitu, qui in eo apparere ſolent: In ſero, quoniam vadit ad lectum, diſtanter a cœna per iij. horas accipiat ʒ ß boni mithridatii cum ℥ j. aquæ rutæ calefactæ. Item inclinet aurem & tempora ſuper ſacculo calefacto euaporando partes illas. *℞. melliſſæ, rutæ, abrotani, ſtœchados pulegii, calamenti, an. M. j. origani M iiij. fac puluerem craſſum & impleatur ex eo ſacculus vnus, & calefiat ſuper tegula.* ¶ Item tertio pro hac intentione confert ſæpe immit- C tere auri vel auribus duas guttas de ſucco origani tepido præmundificando aurem panno lineo retorto.

Sacculus.

Rvbrica V. *De cura imaginationum viſus.*

AD hanc diſpoſitionem confert ſæpe in ſero ſuperaſpergere caput cum puluere iſto. *℞. cinamom. ſubtil. ℥ j. pulu. piperis nigri ℥ j. ß. piperis alb. ℥ ß. croci ʒ ij. electi, cardamom. maioris, quod eſt granum paradyſi, an. ʒ j. ß. eufragiæ ʒ ij. fiat omnium per ſe puluis, & commiſceantur.* ¶ Item ſecundo confert ad illud ſæpe odorare & comedere maioranam in cibariis. Item tertio multum vtile eſt hoc compoſitum. *℞. ſucci roſarum, rutæ & fœniculi, an. ℥ ß. ligni aloes ℈ j. ſalis gemmæ.* D *gran. xij. litii, gran. viij. pulucrizentur ſubtiliter & commiſceantur ad inuicem & ex hoc compoſito quater in die bis ante prandium ſemel ante cœnam per horam, & ſemel quando vadit ad lectum vna gutta ponatur in oculum, & incumbat ſupine per quartam partem*, conferunt etiam mirabiliter ad hanc intentionem pillulæ ſcriptæ ſuperius *2. cap.* de præſeruatione.

Puluis cap. ſuperaſpergendus. *Collyrium.*

Rvbrica VI. *De cura coryza & branci.*

SI autem materia catarrhizaret ad naſum prouocando ei ſternutationem cum punctione & caliditate ibidem perceptis, & cum deſcenſu aquoſitatis a naſo, tunc ſtatim fiat huic viro clyſtere deſcriptum in tertio cap. immediate præcedente. ¶ Item optimæ ſunt ei pillulæ, deſcriptæ in ſecundo cap. de dolore E pungitiuo. ¶ Tertio conferunt ei fricationes fortes a ſpatulis vſque ad nates, & ab humeris vſque ad manus. ¶ Quarto lotiones pedum ſcriptæ in cap. tertio. ¶ Item ſæpe odorare nigellam torrefactam. ¶ Si autem materia catarrhizaret ad fauces, tunc factis euacuationibus deſcriptis in primo cap. de oppilationibus, ter conuenit ei inungere partes illas cum oleo de chamomilla: & cum oleo de lilio leuiter calefactis. Item confert ſæpe colluere os, & ipſum tenere plenum hoc compoſito. *℞. aquæ hordei ſubtilis cyathum j. rob. nucum ℥ j. miſce, & fiat, vt dictum eſt.* ¶ Item pro quarta intentione conueniunt fricationes, ventoſæ & ſcriptum clyſtere. ¶ Item ad hanc intentionem confert frequenter ligare partes brachii ſuperiores prope principium humeri ligatura ſtricta & doloroſa.

Gargariſm.

F

Rvbrica VIII. *De cura catarrhi deſcendentis ad pectus.*

CVm autem contingit materias a capite catarrhizare ad pectus, tunc præmiſſis canonibus poſitis in cap. de oppilationibus cerebri, & facta phlebotomia, ſi videbitur repræſentari magna plenitudo in caliditate & præmiſſo

clyſteri, ventoſationibus, ligaturis & fricationibus prædictis, veſperi, quando vadit A ad lectum, accipiat hoc compoſitum. ℞. *diairis diacalamenti, an.* ℈ *iij. miſce & bibat cum medio cyatho aquæ hyſopi.* ¶ Secundum remedium optimum ad hanc intentionem eſt hoc. ℞. *capil. ven. radicum enulæ hyſopi, lupulorum, aniſi, an. M. j. ficuum pinguium, dactylorum, ana numero vj. coquantur in* ℔ *viij. aquæ vſque ad conſumptionem tertiæ partis, & bibatur de ea cyathus vnus in aurora, & alter cyathus per horam ante cœnam, & tertius cyathus per tres horas poſt cœnam.* Hæc enim decoctio maturat materias in pectore receptas, expellit ad eas mundificando ipſum & pulmonem.

Potio.

Rvbrica VIII. *De cura motus tremuli & pulſus cordis.*

Cvm apparet in corde magnus motus qui pulſatio cordis vel ſaltus denominari B ſolet, tunc ſi apparent ſigna manifeſta plenitudinis ex rubore pectoris, plenitudine & extenſione venarum in ipſo exiſtentium, vel gulæ cum caliditate manifeſta ibidem percepta cum grauitate eleuanti partem pectoris, tunc ſtatim fiat phlebotomia baſilicæ dextri brachii inuentæ ſub cubito, & extrahantur ſanguinis ℥ iiij. vel v. Si autem non appareret grauitas tanta, ſed perciperetur rugitus & motus, ſonitus in pectore, tunc ſtatim fiat ei phlebotomia baſilicæ ſiniſtri brachii, & extrahantur ſanguinis ℥ iij. vel iiij. Ipſa enim confortat excellenter in repletione vaporoſa, ſicut phlebotomia baſilicæ dextræ in materiali repletione eius.

Item ad hanc intentionem confert comeſtio bugloſſæ cum omni cibario & ap- C poſitio aquæ eius in cibo & potu. ¶ Tertio confert ad hanc intentionem confectio diamoſchi dulcis, de qua ſemper accipiat ante cibum & poſt ipſum cum ſignis repletionis a materia frigida. Si autem apparerent ſigna materierum calidarum, tunc confert comeſtio corticis citri confecti. ¶ Item confert bis in die aſſumere ʒ j. pulueris puriſſimarum margaritarum cum ℥ j. aquæ roſarum. ¶ Item ad hunc ſaltum cordis confert vehementer in die accipere ʒ j. pulueris zedoariæ cum ℥ ij. aquæ bugloſſæ, & ℥ ß. vini aromatici & bene fumoſi. ℞. *aquæ bugloſſæ* ℔ *j. ß aquæ meliſſæ, roſarum, an.* ℔ *j. ſpodii, roſarum, foliorum baſiliconis, corticum citri, zedoariæ croci, an.* ʒ *ß. hyacinthi, ſmaragdi, ſaphyri, oſſis de corde cerui, an.* ℈ *ß foliorum lauri contritorum numero iij. aceti* ℥ *j. ß. vini maluatici cyathum vnum, bulliant omnia ſimul leuibus ebullitionibus: deinde infundatur in eis pannus de grana latitudinis vnius ſemiſſis, & ſuperponatur regioni cordis quater vel* D *quinquies ante prandium vel cœnam, & felicitabitur operatio ſua.*

Epithema.

Rvbrica IX. *De cura nocumentorum ſtomachi.*

Mvltoties propter inuentionem multorum phlegmatum in ſtomacho huius Doctoris accidit diminutio in appetitu, & tunc conueniunt ei pillulæ ſubſcriptæ in *2. cap.* quæ accipiantur, vt ibi dictum eſt. Item confert ad illud vti hac confectione, de qua ſemper poſt cibum accipiat ℥ j. ℞. *conſeruæ cydoniorum* ℥ *iiij. garyoph. maſtic. corall. rub. ſpodii an.* ʒ *ß. macis* ʒ *j. ß. incorporentur ſimul cum ſyrup. compoſito acetoſo.* Si autem lædatur digeſtiua ſtomachi de E melioribus rebus eſt, vt in mane accipiat per tres horas ante cibum ℥ ß. Diatrionpipereon: & poſt ipſam bibat quartam partem cyathi boni vini maluatici, vel vini aromatici alterius. ¶ Et ſi contingat in ſtomacho eius generari & congregari ventoſitates multas, quæ impediunt digeſtiuam mobilitando cibum in ſtomacho, & faciunt dolores tortuoſos in eo, tunc prouideat ſibi tribus remediis. ¶ Primum, vt comedat tres bolos de mentha recenti, quæ bene aromatica eſt, & habeat ſtipitem rubeum declinantem ad nigredinem. ¶ Secundum vero remedium eſt, vt in medio ſuæ cibationis deglutiat granum vnum quantum eſt granum ciceris de thure maſculo electo a cortice eius. ¶ Tertium ad hoc eſt, vt ſemper in fine cibi comedat ℥ ß. confectionis diacymini, deſcriptione Nicolai, & bibat poſt F ipſam cyathum medium vini boni aromatici.

A RVBRICA X. *De cura oppilationum ſplenis.*

QVANDOQVE propter phlegmata, quæ præcipitant ad ſplenem etiam
propter frigiditatem in ſiniſtro hypochondrio aduenientem. Et adhuc
tertio propter vſum rerum pinguium & viſcoſarum & vẽtoſabiliũ, velut
ſunt butyrum, pinguedo animalium, pedes, neruoſæ & panniculoſæ
partes animalium, propter lac & cibos paſtiles accidunt oppilationes in ſplene, ꝓpter
quas ventoſantur ibi materiæ cum nocumento magno. Idcirco prouideatur huic
viro triplici remedio infraſcripto. ¶ Primum eſt, vt habeatur pannus de philtro infu-
ſus in aceto calido, in quo prius exſtinctum fuerit bis fruſtum chalybis calefactum &
B & apponatur philtrum illud hypochondrio ſiniſtro, id eſt, ſub coſtis ſiniſtri lateris.
ſecundum remedium eſt, vt ſuper eadem parte apponat ceratum hoc. ℞. *ammoniaci*
moll. ʒ *j. bdellii ſubalbidi* ʒ *ij. carui ſcolopendriæ, tamariſci, corticum capparorum, an.* ℈ *j. diſſol-*
uantur gummi cum aceto acuto, & fiat ceratum vnum ſemicirculare ſuper fuſtaneo & applicetur
ſuper hypochondrium prædictum. ¶ Tertium remedium ad hoc eſt, vt comedat ante ci- *Rotulæ.*
bum ℥ ß. huius confectionis. ℞. *trochiſcorum de capparibus* ʒ *j. ß. cinamomi electi, ſpicæ,*
ana ℈ *j. ſacchari albi* ℥ *iij. cum aqua ſcolopendriæ, fiat confectio in rotulis ponderis* ℥ ß. & quan-
do moleſtatur iſtis doloribus, recordetur ſemper comedere ante cibum xx. cappares
cum oleo & aceto conditos.

RVBRICA XI. *De cura oppilationum epatis.*

C PROPTER prædictas cauſſas & adhuc propter veſtium ſtricturam ma-
gnam circa ilia, & propter magnum & frequens exercitium coitus, nõ ra-
ro accidunt in epate oppilationes in gibbo eius, & cognoſcuntur per vri-
næ tenuitatem & diſcolorationem & paucitatem hypoſtaſis: tunc ergo
acceleret accipere hunc potum per horam ante diem cum cyatho medio aquæ lactis
caprini: & tardet comedere vſq; ad ſex horas. ℞. *caſſiæ nuper præparatæ cum aqua cicho-* *Potio.*
reæ ʒ *vj. reubarbari electi* ℈ *ij. ſpicæ nardi, gran. v. ſalis gemmæ, gran. j. miſce.* ¶ Item eodem
tempore vtatur hac confectione. ℞. *ſpecierum diarodon* ʒ *j. ſpecierum electuarii de ligno* *Rotulæ.*
aloes, ſpicæ nard. ſem. apii, an. ℈ *j ſacchar. alb.* ℥ *iiij. cum aqua cichoreæ, fiat confectio in rotulis*
ponderis ℥ ß. ¶ Si autem apparent fæces ſubalbidæ & vrina rubea & ignea, facies & o-
D culi citrini cum amaritudine oris: tunc iſta ſignificant oppilationem in concauo e-
patis & in canali fellis deſcendente ad inteſtina: tunc ergo celeriter accipiat prædi-
ctam medicinam addendo ei ℥ ij. aquæ apii, loco aquæ lactis, & vtatur confectione
prædicta. ¶ Item inungi faciat hypochondrium dextrum vſque ad ilia cum hac vn-
ctione. ℞. *olei nard.* ℥ *j, ß. olei de abſynth.* ℥ *j. ß ſemin. apij, gran. x. petroſel. carui, ſiſeleos, a-* *Vnguentũ.*
meos, an. ℈ *ß. ſpicæ nard.* ℈ *j. ſpodii, gran. x. ceræ alb. q. ſufficit, fiat vnguentum molle, & con-*
ſpergatur cum modico aceti albi.

RVBRICA XII. *De cura oppilationum & dolorum in renibus.*

QVONIAM iſte vir abundat pinguedine circa renes eius & multo phlegma-
E te, tam in ſtomacho, quam in epate genito & frequenter eſt cauſſa oppilandi
præcipitando ad eos. Idcirco cum perceperit grauitatem in partibus renum
& frequentem mictum cum pauca quantitate effuſionis vrinæ, & eſſet ipſa vrina te-
nuis, alba aut parum tincta cum hypoſtaſi valde modica, ſtatim prouideat ſibi tribus
remediis. ¶ Quorum primum eſt hoc. ℞. *pulpæ tamarindorum & ſebeſten diſſolutorum* *Potio.*
cum aqua petroſ. an. ℥ *j. reupontic.* ʒ *ß. ſalis gemmæ gran. ij. ſpicæ nard gran. vj. electuarii roſ.* ʒ *j.*
miſce, & bibatur totum cum ℥ *ij. aquæ decoctionis ſeminum communium, & tardet cibum ſuum*
per ſex horas. ¶ Item emplaſtrent renes exterius cum hoc compoſito. ℞. *peritariæ re-*
centis ℥ *iiij. foliorum apii M. ij. farinæ hord & orobi, an.* ℥ *j. bulliant herbæ in vino albo potenti* *Emplaſtrũ.*
vſque ad magnam mollitiem: deinde piſtentur & addantur farinæ prædictæ cum ℥ *ij. olei nard. &*
F *fiat emplaſtrum, quod calidum apponatur ſuper renes*: & eſt remedium ſecundum. ¶ Tertiũ
remedium ad hoc eſt iſtud. ℞. *ſpecierum electuarii de ſeminibus, deſcriptione Meſ. in antidot.* *Potio.*
ʒ *j. ſyrupi compoſiti acetoſi* ℥ *j. aquæ aſparagi* ℥ *iij miſce, & calidum accipiatur in aurora, & non co-*
medat niſi poſt quatuor horas. ¶ Si autem renum oppilatio contingeret a multitudine a-
renularum, quæ inuiſcatæ forent in renibus, tunc remedia ꝓdicta ſunt conuenientia.

¶ Item bibat in aurora ℥ v. aquæ milii ſolis cum ʒ j. ſpecierum iuſtini deſcriptione Ni- A
colai & de prædicta aqua ante cœnam bibat ℥ iiij. abſque puluere. ¶ Et ſi iterum oppilarentur renes a lapillis, quod cognoſcitur per dolores in loco renum poſterius & in iliis per nauſeæ perſeuerantiam & vrinę paucitatem & frequentem mictum, tunc prouocetur ei vomitus per horam poſt cibum cum aceto & tripla proportione aquæ cõmixtis, quæ tepidæ bibantur.

Clyſter. ¶ Item fiat ipſi clyſtere hoc. ℞. *deſcriptum ſuperius in prima parte huius capituli.*

Potio. ¶ Item detur ei hic potus. ℞. *aquæ ſaxifragiæ ℥ iij. ſpecierum litontribon ℈ ß. vitri combuſti, lapidis ſpongiæ lapidis Iudaici, an. ℈ j. miſce, & bibatur totum.*

Rvbrica XIII. *De modo prouidendi febribus, quas paratus eſt incurrere.*

Curatio febris tertianæ continuæ periodicæ.

PROPTER oppilationes, ad quas paratus eſt iſte vir, vt innotuit ex cap. B
xj. huius ſecundę partis frequenter aperta eſt ebullire & putreſcere cholerica materia, & facere ipſi febrem cholicam, quæ ſi continue affligeret ipſum, quod cognoſcetur per inſeparabilitatem eius cum excreſcentia de tertio in tertium, ventre lenito cum clyſteri ſuprapoſito ſtatim fiat ei phlebotomia ſaluatellæ manus dextræ poſitæ inter annularem & auricularem digitum vel medium, & educantur ſanguinis ℥ v.

Potio leniẽs. Et poſt phlebotomiã leniatur venter eius cum hac medicina. ℞ *pulpæ tamarindorũ & caſſiæ, an. ℥ ß. reubarbari electi ℈ j. aquæ lactis caprini cyathum vnum miſce: & tardet comedere poſt ſex horas accipiendo ipſum, ſicut dictum eſt in purgationibus veris & authumni obſeruando conditiones.*

Potio digerens. ¶ Sequenti vero mane accipiat hoc digeſtiuum, quod continuet per C
quinque dies. ℞. *oxyſaccharæ ℥ j. ſyrup. violarum ℥ ß. aquæ acetoſæ & cichoreæ, an. ℥ j. ß. miſce.* ¶ Deinde in ſexta die ſequenti accipiat medicinam præſcriptam, & attendat comedere lactucam, atriplices, ſpinachiam, bletam, portulacam, cichoream & conſimilia cum acribus & acetoſis: & bibat vinum ponticum vel bruſcum in ſua cibatione: infra cibationem vero ſuam non bibat, niſi aquam hordei leuiter ſaccharatam.

Curatiõ tertianæ intermittentis. Si autem febris in eo apparet tertiana pura, ſolum omni alterna die moleſtans ipſum, cum intermiſſione diei intermediæ, tunc vtatur omnibus remediis, quæ ſcripta ſunt immediate ante: ſit tamen parcus in faciendo phlebotomiam in hac febre, niſi appareat vrina rubea, craſſa cum plenitudine venarum, corporis & extenſione & colore rubeo permixto citrinitati, & digerat materiam & euacuet, minori tamen D
quantitate digerentium & euacuantium in hac febre, quam in prædicta, & non comedat ante proxyſmum diſtanter minus, quam per quinque horas, & poſt finem febris per duas horas.

Curatio tertianæ nothæ. Et ſi febris illa eſſet tertiana non pura, ad quam iſte vir vehementer eſt paratus, propter multitudinem phlegmatis, & proprie craſſi abundantis in eo, in cuius mixtione cum cholerica fit tertiana non pura, nominata notha: tum omnia remedia infraſcripta ſunt ipſi conuenientia.

Potio digeſtiua. ¶ Primo, vt euacuet materiam minoratiue cum ʒ ij. ß. electuarii de dactylis, & ℥ ß. caſſiæ cum medio cyatho aquæ lactis. ¶ Secundo digerat materiam cum hoc compoſito. ℞. *ſyrup. ſimplicis acetoſi ℥ j. ſyrup. de eupatorio ℥ ß. cum aquæ acetoſæ, cichoreæ & fæniculi, an. ℥ j. miſce.* & frigidum accipiatur in au- E
rora in diebus caloris & calidum in diebus frigoris, continuando ipſum tamdiu, quod appareat vrina remiſſa in tinctura & ſubſtantia, neque valde ſubtilis in fundo eius ſtet hypoſtaſis alba, vnita, ſimilis in partibus: & diaphana vel tranſparens non valde craſſa.

Potio ſolutiua. ¶ Tunc ergo die immediate ſequenti ſoluatur venter eius cum hac medicina. ℞. *caſſiæ præparatæ cum aquæ cichoreæ ℥ j. reubarbari, agarici electorum, an. ℈ j. ſpicæ zinzib. an. gran. iiij. ſalis gemmæ, gran. j. aquæ emulſionis ſem. commun. ℥ iij. calefiat totũ, & bibatur, & tardet cibum ſaltem horis ſex: & comedat cibaria prædicta frigida commixta cum aliquibus foliis petroſelin. fæniculi & conſimilibus, calidis & aperitiuis.* & in hora cibandi & in aliis modum obſeruet in cura duarum febrium præcedentium ſcriptum, & felicitabitur operatio eius miſeratione diuina: in cuius laudes immortales ſemper dirigantur F
intentio & omnia opera, qui ſit benedictus in ſecula
ſeculorum, Amen.

CONSI-

A CONSILIVM CCLXX. *De neutralitate decidentiæ, vt multum ſecundi & tertii ſignificati cum ſex malis diſpoſitionibus, quæ ſunt. Grauitas capitis cum motu ven-toſitatum & tinnitu & catarrho.* ¶ *Motus tremulus cordis.* ¶ *Nocumentum epatis tam ſine materia, quam cum materia cuiuslibet ſpeciei.* ¶ *Lapſus ſtomachi frigidus & humidus, calidus & humidus & frigidus & ſiccus cum materia.* ¶ *Oppilatio & durities ſplenis.* ¶ *Oppilatio renum a grumis & petaloidibus mucoſis.* ¶ *Diuiditur autem Conſilium in quinque capita.*

CAP. I. *De cauſſis & ſignis dictarum diſpoſitionum.*

B EGREGIVS legum Doctor & nobilis vir dominus Bartholomæus de Valamarana laborat diſpoſitione, quæ vere neutralitas denominari debet: non enim operationes corporis etiam ſunt incolumes, nec etiam ſenſibiliter læſæ, ideo diſpoſitio eius neutralitas eſt: & non quidem eſt neutralitas primi ſignificati, propterea, quia corpus habens eam eſt vere medium ſaniſſimi corporis & ægerrimi, non quidem, quod tale non participet ſanitate & ægritudine, quia illud eſt ſimpliciter impoſſibile: ſanitas enim & ægritudo ſunt paſſiones humani corporis viuentis, ſed corpus medium exiſtens ſaniſſimi corporis & ægerrimi dicitur tale, quoniam non participat ſanitate neq; ægritudine, a quibus denominabile ſit tale. ¶ Eſt autem prædicti viri neutralitas ſecundi ſignificati: eo quia participat vtroq; extremorum, ſcilicet ſanitate & ægritudine, aut æqualiter, aut inæqualiter, aut C ſecundum lapſum qualitatum primarum inter ſe, aut paſſiuarum inter ſe, aut tertio ſecundum diuerſitatem naturarum ad inuicem comparatarum. ¶ Et primum quidem intelligitur, quia neutralitas ſecundi ſignificati penes modum primum iam prædictum cadit vel aſſignatur penes lapſum inter contrarietates qualitatum actiuarum, ſcilicet inter frigiditatem & caliditatem: per quarum exceſſum offenditur corpus nocumento inſenſibili, non tamen manifeſto. Et ſimiliter intelligendum eſt de contrarietate, quæ cadit inter qualitates paſſiuas, vel inter humiditatem & ſiccitatem. Poteſt enim in corpore intendi caliditas & remitti frigiditas: adeo quod lædatur corpus nocumento inſenſibili tantũ. Et ita poteſt intendi ſiccitas & remitti humiditas: itaq; corpus impedietur in operationibus inſenſibiliter tamen. ¶ Similiter etiam ſecundo D aſſignari poteſt neutralitas ſecundi ſignificati penes lapſum in naturis aſſignabilem: vt quia lædetur in complexione; & non in compoſitione, aut econuerſo. ¶ Et ſimiliter de tertia natura dicendum eſt. ¶ Eſt etiam in hoc viro neutralitas tertii ſignificati: eo quia in hoc viro inuenitur diſpoſitio cerebri, per quã aliquando læditur licet inſenſibiliter. Aliquando vero inuenitur hæc diſpoſitio in corde; ſtomacho, ſplene, muſculis & aliis membris motus, per quam aliquando imperficiuntur operationes prædictorum membrorum, inſenſibiliter tamen. ¶ Ex quo apparet, quod hic vir laboret neutralitate ſecundi, & neutralitate tertii, vt dictum eſt. ¶ Apparet ſecundo, quod hæc neutralitas in eo prima vel ſecunda; non ſit dicenda in eo ſimpliciter ſemper talis, quia non apta ſemper perdurare; neque nunc talis, quia non apta puſillo tempore E permanere: ergo erit dicenda diſpoſitio hæc neutralitas ſecundi & tertii ſignificati talis, vt multum: patet conſequentia a ſufficienti diuiſione cuiuslibet neutralitatis in ſimpliciter, vt multum, & vt nunc diuiſæ a Galen: *primo techni, illo cap. quoniam autem & neutrum tripliciter dicitur.* ¶ Vnde ex fundamento iſto ſequitur, quod diſpoſitio huius viri inſtabilis ſit, & frequenter permutabilis; propter quod ſi ei non prouideatur, quandoque percipiet nocumentum in cerebro, corde & ſplene; & in membris motus: vnde quia ex nocumento inſenſibili diuerſarum partium de facili poteſt venire ad lapſum ſenſibilem; hic vir; qui nunc eſt neutralis neutralitate decidentiæ, permutari poſſet frequenter & facile ad latitudinem ægritudinis; vt nunc, vel vt multum, aut ſimpliciter tales denominandæ.

Vnde corpora dicantur media inter ſana & ægra.

Galen art. medi. cap. 6.

F Ne autem prædicti ſermones abſque fundamento videantur prolati: idcirco pauliſper circa eos contemplandum eſt. Cerebrum enim huius viri a medio ſpeciei vel generis elongatum eſt per frigiditatem & humiditatem augmentatas in eo. Apparet autem hoc poſſe deduci a poſteriori.

Cerebrum huius patiẽtis eſſe frigidum & humidum.

Primo quidem, quia facile læditur ab infrigidantibus & humectantibus. ¶ Se-

cundo per effuſiones materierum multarum, quæ ab hoc viro expelluntur per os ſpu- A
endo per palatum & per nares.¶ Tertio, quia mollities tactu percipitur partibus adia-
centibus cerebro. ¶ Quarto per læſionem in operationibus interiorum & exterio-
rum ſenſuum. Interiorum quidem, quia non bene deſeruit ei in operando phanta-
ſia? neque etiam imaginatiua potentia in componendo, diuidendo, affirmando vel
negando. ¶ Et quinto iterum propter mobilitatem in opinionibus. ¶ Et ſexto ad-
huc propter nocumentum operationum elicitiuæ vel cogitatiuæ potentiæ, quæ ex-
trahit ſenſata ex inſenſatis: & ſic de multis aliis ſignis, quæ propter prolixitatem
dimittuntur.

Intemperies cordis.

Eſt autem cor ipſius etiam intemperatum in frigiditate & humiditate eſſentiali-
ter: accidentaliter autem ſupercalefactum eſt a multitudine humorum & fumorum B
calidorum ab epate ſibi delegatorum. Et paruitas pulſus eius, tarditas & raritas, aut
ſaltem parua velocitas & minor frequentia ſignificant hoc, vt & elongatio ab audacia
& animoſitate & lenitas ſiniſtræ partis pectoris & nuditas eius a pilis complexionem
cordis iam dictam ſignificant.

Signa dyſcraſiæ ſtomachi.

At vero ſtomachi eius dyſcraſia frigida eſt & humida: quod apparet ex debili-
tate appetitus & digeſtionis: etiam lenitio ſtomachi ex multitudine generationis &
congregationis ventoſitatũ in eo, & rugitus & eructuatio, & ventris interpolata leni-
ties. Hæc omnia ſignificant ſtomachum lapſum ad frigiditatem & humiditatem.

Hepatis.

His autem membris omnibus ſubuenit aliqualiter natura faciendo epar eius ca-
lidum & humidum notabiliter: quod licet contra operetur cerebro & ſtomacho con C
tra operantia diminuente, aut ad contrarium ducente. Cordi etiam fortaſſis con-
traoperatur contra operantia æquante: Propter quod felicitatur eius diſpoſitio, &
prohibetur a manifeſto & ſenſibili lapſu: & ſic remanet in eo neutralitas ſecundi &
tertii ſignificati. Similiter etiam de caliditate & humiditate renum huius viri dici

Renum.

poteſt. ¶ Ex quibus omnibus apparet, quod ſtante lapſu in cerebro, corde & ſtoma-
cho, propter quos læderetur ſenſibiliter, & fieret æger. His tamen contraoperan-
te potentia epatis, vt prædictum eſt, remanet lapſus naturalis a ſanitate & ægritu-
dine elongatus.

Lienem eſſe cauſſam omnium malorum in hoc viro.

At vero iterum licet ſecundum prædicta hic vir laboret diſpoſitione neutrali:
tamen ſecundum vnum membrum eſt æger ægritudine, vt multum denominanda. D
Eſt autem hoc membrum in iſto ſplen, in quo quaſi ſemper reperiuntur oppilationes,
quæ ſunt ægritudines compoſitionales & tenſiones, & apoſtemata dura, quæ ſunt æ-
gritudines compoſitionales & compoſitæ penes, quod membrum, tanquam penes
fundamentum, facile demonſtrari poteſt, quare hic vir frequenter ægrotet: debili-
tas enim ſplenis eius eſt cauſſa ægritudinis eius: propterea, quia cum deficit orifi-
cium ſplenis in attrahendo melancholiam ab epate non depurando ipſam a ſangui-
ne, multiplicatur ipſa melancholia ſimul cum ſanguine per vniuerſum corpus, ex
quo ſequuntur plura inconuenientia. ¶ Sequitur enim primo defœdatio formoſi-
tatis corporis & conuerſio coloris eius ad opacum. ¶ Sequitur ſecundo grauitas ca-
pitis: vapor enim melancholicus cum ſanguine multiplicatur in capite omnino E
grauat ipſum. ¶ Tertio oppilatio partium cerebri, & proprie in anteriori parte vſq;
ad rizam: vapor enim melancholicus terreſtreitate ſua non poteſt æque bene pene-
trare in ſubſtantiam cerebri mediam & poſteriorem, & in panniculos illarum par-
tium: ſicut penetrare poteſt in anteriores partes: anterius enim cerebrum rarius eſt,
quia calidius *prima tertii, ſecundo cap.* ¶ Quarto grauitas ſomni in hoc viro eſt apta
facile permutare ipſum ad ſubeth.¶ Quinto hunc virum omnino fieri puſillanimem
& timentem: quomodo enim non cum ſemper ſecum præſentem habeat cauſſam
puſillanimitatis & timoris: videlicet melancholicam materiam? vt prima, *tertii tra-
ctat. quarto cap. de melancholia* colligendum eſt, *proprie principium.* ¶ Sexto in hoc viro
omnino debet eſſe mutabilitas in opinionibus & ineptitudo perſiſtendi in ſpeculatio- F
ne ſtudii: tantam enim contrarietatem habet materia melancholica ad ſpiritum ani-
malem & vitalem frigiditate, ſiccitate & craſſitudine & opacitate ſuis, quod tranſmu-
tat ſpiritum a ſubſtantia ſui, qui debet eſſe clarus, vel diaphanus, ſubtilis, calidus &
humidus in ſimilitudinem cœleſtium corporum vergens: *primo de viribus cordis: primo*

cap. in

A *cap. in fine.* Sed omnibus iſtis aduerſantur materia melancholica, ſi bene intelligitur complexio, modus, ſubſtantia melancholicæ, & quæ ſequuntur ad ipſam, propter quod princeps *allegato cap.* dixit, quod materia melancholica faciat animalem ſpiritũ, qui debet eſſe inſtrumentum operationum interiorum ſenſuum, fieri ſylueſtrem, &c. Vnde ex his ſoluitur problema, quare melancholicorum plurimi exerceant actus beſtiales. ¶ Sequitur ſeptimo ex fundamento prædicto, quod hic Doctor paratus ſit ad melancholiam hypochondriacam, quæ mirachia nomen trahit a fonte Græcorum: cum materia melancholica labitur aut vapor eius propellitur ad inferiora mirach ibidem multiplicata extraneatur, & euaporans cerebro ſylueſtrem facit operationem ſenſuum interiorum eius: & eſt ægritudo difficilima & proprie in viris literis deditis. *Mirachia quid.*

B At vero iterum nocumentum ſplenis aliter poteſt eſſe cauſſa plurium nocumentorum in hoc viro. Suppoſito enim, quod epar ſit potens ad diſcernendum materiam melancholicam genitam in eo, & ad expellendum ipſam ad ſplenem. Et iterum conceſſo, quod ſplenis potentia conuenienter ſe habeat ad attrahendum & depurandum melancholiam a ſanguine: contingit ipſam melancholiam in ſplene receptam, tanquam in receptaculo multiplicari, propterea, quia virtus expulſiua debilitata eſt, & digeſtiua: vnde materia illa in eius ſplene multiplicata eſt cauſſa oppilationũ & apoſtematum eius in hoc viro, & iſta eſt vera ipſius diſpoſitio.

Et ex hoc fundamento ſequuntur corollaria plura. ¶ Primum, quod ſub hypochondrio ſiniſtro ſemper ſit tenſio, dolor & durities. ¶ Secundo, quod iſta ſit *Corollaria*
C cauſſa tremuli motus cordis eius, qui ſi perſeueraret in iſto viro cum reſolutionibus & debilitate, quis in ipſo perpendo, mortem ſubitam minatur ei. ¶ Quicunque habet motum tremulum cordis ſibi continuum, caueat, ne ſubita intercipiatur morte, *tertia primi cap. de his, quæ prognoſticantur ægritudines.*

Tertio: quod non ſit mirum, ſi in iſto viro appareant & perſeuerent frequentes & permixtæ febres: materia enim melancholica commixta cum ſanguine conuertit ipſum rationabiliter & alias materias ad putredinem, quod probatur, quia cauſſa, quæ putrefactionem inducit in ſubiectum frigidum & ſiccum, facilius putrefacere poteſt ſubiectum calidum & ſiccum, calidum & humidum, & frigidum & humidum: eo, quia inter cauſſam putrefacientem & tales materias inuenitur aptitudo
D conuerſionis ad putredinem, ſecundum aliquam qualitatum, per quam neutra materia illarum trium ita repugnat putrefactioni, quæ fit a calido & humido, ſicut repugnat materia melancholica frigiditate & ſiccitate ſuis. Et iſta eſt proprie cauſſa frequentandi ægritudines in hoc viro ſiue cerebrum, ſiue cor & epar ab ea dyſcraſſentur, vt iam deductum eſt, ſiue ſtomachus & alia membra, de quibus eſt videre, facile ex prædictis. ¶ Et tu ſuperadde, quod propter frequentationem euentus ægritudinum in hoc viro iam acquiſita ſit ſpecies malæ complexionis in cerebro, corde, ſtomacho, ſplene mirach & epate eius. Vnde non eſt mirum, ſi hoc corpus eſt neutrum ſimpliciter ſemper: aut vt multum ſecundi & tertii ſignificati; ſicut ſupra dictum eſt. Nec etiam eſt mirum, ſi ipſe ægrotat ægritudine, ſimpliciter & vt multum contracta in membris conſimilibus & organicis, ſicut de ſplene demonſtratum
E eſt, ¶ Ex quibus omnibus concluditur: quod oporteat hunc virum valde cautum, ſolertem & ſollicitum eſſe ad ſui regimen. ¶ Sequitur ſecundo, quod niſi cum magna aduertentia & ſollicitudine ſibi prouideat, omnino tranſiturus ſit in maraſmodeam diſpoſitionem. ¶ Et tertio, quod propter hoc oporteat omnino vitam eius eſſe breuem, quod tamen miſericordia ſua totius vniuerſi ſubſtantiæ artifex elonget ab eo, & quo ſe a tantis periculis præſeruare poſſit regimen præſeruatiuum & curatiuum, deinceps deſcribam, fauente diuina potentia.

Cap. II. *De regimine per adminiſtrationem ſex rerum non naturalium.*

F QVIA ſex inuenta ſunt inſtrumenta, quæ licet ſint res naturales, tamen quia non ſunt de eſſentia humani corporis per ſe & immediate integrantia ipſum: ideo res non naturales a ſapientibus nominatæ ſunt, ſine quibus corpus humanum nec eſſe, nec durare poteſt. *Res non naturales, vnde dictæ.*

¶ Sunt autem hæc, ſcilicet aer, quem velimus nolimus corpori humano ex neceſſi- A
tate concedimus, teſte Gal. *lib.9. terrapeuticæ, cap. vlt.* ¶ Cibus & potus ſunt alimenti ma-
teria, ſine quo viuere non contingit. ¶ Tertium eſt ſomnus & vigilia. ¶ Quartũ quies
& exercitium. ¶ Et quintum inanitio corporis & ei contraria repletio. ¶ Vltimum
accidentia animi. ¶ Ideo circa hæc recto calamo procedendum eſt, quorum gratia
pmittendum primo, q̄ diſpoſitio huius viri, q̃ neutralitas decidentiæ, altero indigeat
regimine, quã indiget ægritudo ipſius complexionalis, cõpoſitionalis aut compoſita,
quę in ſplene aſſignatæ ſunt: corpora enim, quę a pprio temperamento elongata ſunt,
& ad illud reducibilia, regi debent regimine partim per ſimilia: partim vero per con-
traria, propter quod ſimilia debent eſſe conuenientia partim lapſæ conſeruandæ cõ-
traria corruptiua lapſus iam inducti, vt colligendum eſt. *3. techni, cap. illo. Si regere & per-* B
mutare volueris, contraria autem quæ lapſui iam facto adminiſtrantur, eligantur ex altero cap. Cu-
ratio enim vnum hunc modum & illum per contraria. & parti colligunt hi ſermones. *4. primi,*
cap. 2. tertia primi, cap. de regimine corporum: Quorum complexiones non ſunt bonæ. Itaq;
cum neutralis lapſus huius viri pendeat a diſpoſitione ſplenis, materiam melancholi-
cam communicantis ad partes declaratas in primo cap. oportet, quod inſtrumenta
omnia eligantur, quæ aduerſari poſſint materiei melancholicæ cum caliditate & hu-
miditate: & quæ aperiant oppilationes ſplenis & materiam iam in eo collectã lenien-
do & reſoluendo, ſubtiliando & abſtergendo deponant. ¶ Et quia ad oppilationes
ſplenis quantumcunq; a materia frigida factas contingit corpus calefieri propter pro- C
hibitam tranſpirationem & impeditam euentationem. Ideo oportet, quod inſtrumẽ-
ta talia non ſint in gradu caliditatis notabiliter eleuata, neq; talia effectiue: oportet au-
tem, vt ſint humidiora formaliter & effectiue, quam calidiora. ¶ Itaq; eligatur pro hoc
viro aer ciuitatis, domus vel cameræ ad caliditatem & ſiccitatem naturaliter inclina-
tus, ita quod habitatio eius ſit remota a terra, a propinquitate aquarum, vallium, teſtu-
dinalium & etiam ædificiorum multam humiditatem habentium. Et ſi aer loci eius
naturaliter haberi non poſſit, fiat artificialiter talis cum igne multo, aut ſuffumigatio-
nibus rerum calidarum, vt thuris, lauda. myrrhæ, ſtyra. calamitæ & ſimilium aromatũ
in camera carbonibus ignitis abſq; fumo ſuperaſperſorum. Idem dico de veſtibus &
tegumentis omnibus tam capiti, quã ſtomacho conuenientibus. ¶ Regimen autem de
aliis quinque rebus non naturalibus inuenitur in illo conſilio de melancholia pro illo D
Vicentino, quod incipit. *Optarem 2. cap.* ſecundum, de cibo & potu incipit. *Eligat itaque*
vir iſte panem de puriſſima farina, &c.

Cap. III. *De intentionibus & inſtrumentis vniuerſalibus adminiſtranda in curã.*

EX prædictis in principio cap. præcedentis apparet, quod intentiones in regi-
mine huius viri generales duæ ſint. ¶ Prima eſt ad diſpoſitionem, quæ eſt neu-
tralitas decidentiæ ipſius. ¶ Secunda vero eſt ad ægritudines iam prædictas.
¶ Pro quarum fundamento præmittendum eſt primo, quod cum iſte vir non mole-
ſtatur vehementer a dolore ſplenis, & a nocumento ipſius cõmunicato cerebro, cor-
di, ſtomacho & epati, indigeat regimine procuratiuo neutralitatis illius. ¶ Secundo E
præmittendum, quod cum nocumentum magis percipitur in ſplene aut in membris,
quibus nocumentum a ſplene communicatur, oporteat intendere ad corrigendum
illorum membrorum nocumenta & abſcindendum ea. ¶ Propter quod pro regimine
neutralitatis illius quinq; videntur mihi neceſſaria obſeruanda. Pro regimine vero æ-
gritudinum ſuarum ſex declaranda. ¶ Quorum primum erit procuratiuum diſpoſi-
tionis capitis. ¶ Secundum cordis. ¶ Tertium epatis. ¶ Quartum ſtomachi. ¶ Quin-
tum ſplenis. ¶ Sextum vero nocumentum renum conabitur abſcindere: & tandem
erit opuſculi complementum.

Cap. IV. *De particulari regimine neutralitatis.*

PRimvm itaque obſeruandum pro remouenda neutralitate huius viri eſt, F
quod vſque ad duos annos, aut ſaltem vnum iſte vir euacuetur in vere &
in authumno ſecundum hunc modum. ¶ Adueniente medietate menſis
Februarii ventre eius exiſtente lubrico, phlebotometur ipſi ſaluatella ſi-
niſtræ manus, per quam extrahantur ſanguinis ℥ ij. vel iiij. ad plus. ¶ Inueniatur au-
tem ve-

A tem vena illa inter annularem & auricularē digitos manus: veruntamē ſi appareret in
corpore multa repletio, ſecurius etiā phlebotomare baſilicā aduerſi lateris gratia mi-
norandi & diſtrahendi materiam. ¶ Secundo vero principaliter obſeruandū eſt, vt
mane immediate ſequenti phlebotomiam huic viro adminiſtretur in mane hic po-
tus. ℞. *thymi & epithymi, an.* ℈ *j. pulpæ tamarindorum præparatæ cum aqua ſcolopendriæ. ſpicæ*
nard. cinamom. fœniculi, an. gran. ij. accipiatur totum in potu cum ij. ℥. *aquæ tamariſci aut ſcolo-* Potio leniēs.
pendriæ calefactæ, & poſt ipſum immediate dormiat hora vna, & non amplius: deinde ſurgat
& non exercitetur, aut ſaltem paucis paſſibus interpolate ambulando poſt quintam horam accipiat
ſcutellam vnam mocri brodii pulli in hyeme, & cum debilitate corporis, aut cyathum aqua leuiter
ſaccharatæ in diebus caloris, aut fortitudinis virtutis, poſt quæ duo vel ipſorum alterum per horam
B *comedere tardet.* ¶ Tertium remedium ad hanc intentionem eſt, vt die immediate ſe-
quenti minoratiuum accipiat hoc digeſtiuum in aurora calidum, poſt quod non co-
medat, niſi quatuor horis elapſis. Cuius deſcriptio eſt hæc. ℞. *ſyrup. acetoſi compoſiti*
℥ *j.* ß *ſyrup. de byzantiis* ℥ ß. *aquæ ſcolopendriæ vel tamariſci* ℥ *j.* ß. *aquæ cichoreæ, quæ proprieta-* Potio digerens.
raxacon ab Auicen. dicitur, ℥ *ij. miſce, & totum accipiat, & toties, quouſque appareat in vrina e-*
ius hypoſtaſis in fundo ſedens alba, coniuncta ſimilium partium & diaphana. ¶ Quartum in-
ſtrumentum eſt, vt poſt aſſumptionem digeſtiui mane immediate ſequenti eradice-
tur materia cum hoc compoſitæ. ℞. *electuarii diaſenæ, deſcriptione Nicolai in antidotario* Eradicans.
℥ *iiij. lapidis lazuli & lapidis arm. præparatorum, an. gran. ij. ſpicæ nard. gran. ij ſalis gemmæ, gra. j.*
miſce, & totum in potu accipiatur cum ℥ *ij. aquæ tamariſci, farfaræ vel ſcolopendriæ,* poſt quam
C medicinam & in eius aſſumptione obſeruentur conditiones omnes dictæ ſuperius in
minoratiuo. ¶ Quintum inſtrumentum gratia huius neutralitatis eſt hoc. ℞. *myrobal.*
indorum & bellyricorum, an. ʒ *j. florum boraginis & bugloſſæ, & florum enulæ & vngulæ caballinæ,* Electuarium.
quæ farfara nominatur a Serapion. in aggregat. an. ʒ *j. ſeminum endiuiæ, lactucæ ſcariolæ & aceto-*
ſæ an. ʒ *j.* ß. *ſeminum communium frigidorum* ʒ *vj. granorum phiſticorum* ℥ *ij. ſyrup. ſimplicis*
acetoſi ℥ *iiij. ſacch. alb.* ℥ *iij. pulpæ tamarindorum præparatæ, vt ſuperius dictū eſt* ℥ *j.* ß. *fiat electua-*
rium ſecundum artem, de quo poſt inſtrumenta prædicta, aſſumat ℥ ß. *deglutiendo ipſam abſque alio*
potu in aurora quatuor horas ante cibum. Eſt enim in hoc inſtrumento potentia magna
digerendi materiam melancholicam & mundificandi ſplenem ab ea & confortandi
ſtomachum eius & aperiendi oppilationes ſplenis, epatis & renum & confortandi
D cor virtute phiſticorum, & tu conſidera virtutem ſimplicium ingredientium hoc
compoſitum & non decipieris. Hæc in ſumma videntur mihi ſufficere ad regimen
neutralitatis huius viri.

CAP. V. *De cura particulari ſex nocumentorum ſequentium ad neutralitatem dictam, continens Rubricas ſex.*

RVBRICA I. *De cura grauitatis capitis cum motu ventoſitatum, tinnitu & catarrho.*

NAM autem hoc cap. in ſex partes diuiſo oportet tranſire ad regimen cor-
ruptiuum nocumentorum membrorum, quæ ægrotant in ipſo. Cum er-
go in hoc viro apparuerit grauitas capitis, motus ventoſitatum inter cra-
E neum, tinnitus vel ſonitus in auribus; deſcenſus materierum per palatum
& per nares, & iam conſequenter ſomni interrupti, & ſomnia corrupta & timorē fa-
cientia, quæ ſi perſeuerant, oportet de neceſſitate concludere, caput huius viri ægro-
tare. Tunc ergo aſpiciatur, ſi ſit vrina tincturam habens rubeam vel ſubrubeam craſſi-
tudine ſubſtantiæ & multitudine nubis nephilis vel neorematis vel ſimilium, & erit Vena ſectio.
vrina multa, tunc ſtatim phlebotometur cephalica inter pollicem & indicem dextræ
manus poſita: & educantur ſanguinis ℥ ij. vel iij. ¶ Secundum inſtrumentum eſt, vt
mane immedietate ſequenti diſtrahatur a capite materia cum iſtis pillulis. ℞ *pill. de a-* Pillulæ.
garico, pil. de hiera maiori, an. ʒ ß. *auari ponderis formentur pillulæ ſex cum ſucco roſ. obſeruatis con-*
ditionibus. quæ ſuperius in minoratiuo dictæ ſunt. ¶ Tertio principaliter adminiſtretur hoc
F ſuaue digeſtiuum & efficax in potentia. ℞. *aquæ hypericonis & ſcariolæ, an.* ℥ *j. aquæ ace-* Potio digerens.
toſæ, ſcolopendriæ, an. ℥ *j.* ß. *miſce. & accipiatur vſque ad aparitionem hypoſtaſis in præcedenti*
cap. determinatæ. ¶ Quarto principaliter purgetur cum iſtis pillulis. ℞. *hieralogodion*
hieræ ruffini, an. ʒ *j.* ß. *ſacchari alb. q. ſ. fiant pillulæ deglutiantur in aurora conditionibus obſer-* Pillulæ.
uatis, quæ in aliis euacuationibus iam ſunt dictæ.

Alia. ¶ Quinto principaliter accipiat poſt quatuor dies omni quarto ſero pillulam vnam de A infraſcriptis, cum vadit ad lectum. *℞. aureæ alexandrinæ deſcriptione Nicolai in antidot. ſo‑tyræ magnæ ibidem etiam deſcriptæ, an. ʒ ß formentur pillulæ ſex cum ſaccharo albo.* ¶ Sextum principale eſt: vt omni ſero, cum exponit ſe lecto, pulueriʐet commiſſuram coronalem & ſagittalem cum hoc puluere, ſcilicet incipiendo a ſuperiori parte frontis vſque ad ſummitatem eius in medio capitis per quatuor digitos. Deſcriptio pulueris eſt hęc. *Puluis cap. ſuperaſpergendus.* *℞. maioranæ, florum roſmarini, folii, ligni aloes, ſtæchados, pulegii, calamenti, origani, an. ʒ ß. roſar. ʒ j. violarum, florum nenupharis, an. ʒ ß. pulueriʐentur omnia ſubtiliter per ſe, deinde pulueriʐata commiſceantur & adminiſtrentur, vt ſupra.* ¶ Septimum principale inſtrumentum eſt, vt ſi per hæc omnia non ſufficienter alleuiaretur caput, tunc. *℞. coſti, ſtaphy‑ſagriæ, pyretri, piperis alb. granorum balſami, cubebarum an. ʒ j. ireos ʒ ß. aniſi, liquirit. mun‑* B *Gargariſm.* *datæ, an. ʒ ij. coquantur omnia in ℔. vj. aquæ vſq; ad conſumptionem medietatis: deinde colentur. Et de hac colatura mediocriter calida cum quarta parte ſacchari colluatur omni mane os, & fiat gargariſma per duas horas ante prandium, & ſimiliter ante cœnam colluendo vel gargarizando viij. vel x. vicibus.* ¶ Octauum principale inſtrumentum eſt, vt adminiſtrentur prædicta remedia interpolate adminiſtrando fricationes extremitatum ſuperiorum & inferiorum, ſcilicet ligaturæ ipſarum apponantur ventoſæ ſine ſcarificatione ſuper carnoſis domeſticis partibus tibiarum & aliquando ſuper nates & ſpatulas. ¶ Nonum inſtrumentum iterum ad diſpoſitiones capitis eſt hoc. *℞. florum roſmarini, maioranæ, fo‑* *Nodulus odoratus.* *liorum hederæ ſiccorum, an. ʒ ij. garyoph. ʒ j. macis, corticum citri, an. ʒ j. ß florum nenupharis, violarum lambruſc. an. ʒ ß pulueriʐentur omnia & ligentur in ſindone retorta, & vt multum odorentur.* C ¶ Vltimum inſtrumentum eſt hoc. *℞. florum roſmarini ʒ ij. maioranæ ʒ j. ligni aloes ℈* *Electuariũ.* *j. electuarii diacalamenti ʒ j. ß. ſyrup. roſar. ʒ vj. ſacchar. alb. ℥ j. ß fiat electuarium, de quo patiens ſæpe in ſero cum vadit ad lectum, accipiat quantitatem vnius nucis muſc. deglutiendo ipſum:* eſt enim de rebus confortantibus cerebrum.

RVBRICA II. *De cura motus tremuli cordis.*

Simplicia. PRo diſpoſitione vero cordis eius attendat, quod ſæpe in cibariis ſuis comedat bugloſſam, in qua comedenda ſæpe, quilibet patiens debilitatem cordis & altera nocumenta eius, debet eſſe audax, & eſt can. Auic. *11. ter‑* D *tii cap. de can. curationis cordis.* ¶ Item ſecundum ſimplex eſt vſus melliſſæ. ¶ Tertium frequens vſus corticum citri: & proprie, quando condiuntur cũ ſaccharo, mirabili enim iuuamento alleuiant motũm tremulũ & debilitatẽ cordis. ¶ Quartum eſt, quod in omni potu eius infuſus teneatur lapis ſmaragdus: ſigillat enim mirabiliter in omni inſtrumento cordiali mirabilem proprietatẽ confortandi cor. ¶ Quin‑*Compoſita.* tum ſpeciale remedium & compoſitum eſt, quod ſæpe aut ſaltem tribus vicibus in ſeptimana in aurora accipiat ʒ j. ß. lætificantis deſcripti à Rhaſe 𝔭 *Almanſ. cap. de melancholia:* & proprie diſſoluendo ipſum cum ℥ j. aquæ bugloſſæ & cochlearibus duobus vini *Electuariũ.* aromatici dulcis. ¶ Secundum compoſitũ eſt hoc. *℞. hyacint. ſmarag. ſaphy. oſſis de corde cerui fol. auri an. ʒ j. flor. enulæ, bugloſſæ, margaritarum puriſſim. an. ʒ i. ß ſacchari alb. ℥ iij. ſyrup.* E *de corticibus citri. ℥ iiij. fiat elctuar. de quo patiens ſemper ante cibũ per duas horas deglutiat cochlear vnum.* Hoc enim electuarium delectabilius eſt primo, & non minoris efficaciæ. ¶ Tertium compoſitum eſt hoc. *℞. coral. rub. been alb. & rub. an. ʒ j. ſmaragdi puriſſimi & marga‑* *Puluis.* *ritarum, an. ℈ ß. zedoariæ ʒ j. ß pulueriʐentur omnia per ſe, & de hac mixtura patiens accipiat ſuper omni cibario ſuo. aut ſaltem ante cibum immediate deglutiendo ex eo ʒ ß. cum modico vini aromati‑* *Nodulus odoratus.* *ci & dulcis.* ¶ Quartum. *℞ karabe, zedoariæ flor. nenuph. foliorum baſiliconis, florum roſmar. an. ʒ j. ambræ oriental. ℈ j. moſchi, gran. iij. florum labruſcæ ℥ ß. pulueriʐentur omnia, & ligentur in ſindone & ſæpe olfaciat ea æger. Hæc enim omnia inſtrumenta cõpetentia ſunt debilitati,* tremori & reſolutionibus & lipothymicis & ſyncopalibus cordis. ¶ Vltimũ remedium eſt hoc. *Sacculus cordialis.* *℞. ſpecierum electuarii de gemmis, deſcriptione Meſ. ſpecierum diamargaritonis, deſcriptione Ni‑* F *colai, an. ʒ ij. moſchi ambræ, an. gra. iiij. hiacinthi electi, qui nominatur rubinus ʒ ß. been alb. & rub. croci, foliorum citri, aut corticum eorum, an. ℈ ij. pulueriʐentur omnia, & fiat ſacculus quadrangularis in ſindone retorta, qui ſemper applicatus ſuper corde & nuda cute teneatur.* Hæc de diſpoſitione cordis dicta ſufficiant.

RVB.

A **Rvbrica III.** *De cura nocumenti epatis tam ſine, quam cum materia cuiuslibet ſpeciei.*

IAm vero tertio principaliter oportet procurare diſpoſitionem epatis. Et præmittendum primo, quod non apparentibus ſignis euidenter demonſtrantibus nocumentum cerebri, & cordis & continuante extenuatione corporis & cōuerſione ad maraſmodeas reſolutiones cũ caliditate percepta in hypochondrio dextro cum rugitu & murmuratione & tenſione in ipſo hypochondrio, & ſuccedente vel præparante chyloſo fluxu, ap paret hęc omnia arguere nocumentum ipſius epatis. *Signa cauſſarum.* Quod ſi fuerit applicatum cum ſiti, a-
B maritudine oris, vigiliarum inſtantia & oculorum citrinitate, prouenient hæc omnia neceſſario ab augmento vel diſtemperie cholericæ materiei. ¶ Si autem non fuerint prædicta ſigna præſentia, & appareat faciei ſqualiditas, & cachectica in facie & circa oculos diſpoſitio & ſaliuæ multitudo, mollities, lenitas, frigiditas hypochondrii dextri, & aliqualis pedum tumor, patet hæc omnia prouenire a frigiditate & phlegmatis augmento: & ſunt duo nocumenta, quæ vt in pluribus manifeſtantur in epate. ¶ Ego autem legentibus dimitto laborem eligendi ſigna ſignificantia lapſum calidũ & humidum, quia ſanguineum; & frigidum & ſiccum, quia melancholicum. Hæc enim ex prædictis eligi poſſunt per contrarietatem doctrinæ; etiam iſti lapſus non ita frequenter eueniunt: ſanguineum enim valde cito & facile tranſmutat in cholericũ.
C Et raro eſt reperire lapſum in epate melancholicũ propter contrarietatẽ eius ad epar per ambas qualitates. Cum enim epar ſit calidũ & humidũ reſpectu medii generationis, oporteret agens tranſmutãs ipſum ad melancholicũ lapſum eſſe valde potens. vbi enim magna eſt reſiſtentia, ſi debet induci lapſus contrarius, oportet agẽs eſſe potentiſſimum. ¶ Ponuntur ergo inſtrumenta nulla iſtorũ lapſuũ correctiua: ideo ſi apparent ſigna ebullitionis in ſanguine notabilis, rationale eſſet & cōueniens phlebotomiã adminiſtrare euentatiuam, i. refrigeratiuã ſanguinis, & nõ eductiuã multitudinis eius, niſi magnæ repletionis appareant ſigna, tunc enim amplior licentia in eductione ſanguinis eſſet concedenda. ¶ Deinde adminiſtretur ſecundum inſtrumentum, quod inter reliqua eſt vtiliſſimũ, ſc. aqua iulebatũ ſiue decoctio ſit, ſiue ſublimatio earũ, de qua in
D aurora dentur ℥ iij. vel iiij. quibuſdam diebus. ¶ Tertium remedium ad hoc eſt aqua acetoſæ, & eſt longe melior altera. ¶ Quartum remedium eſt lenitiuã facere euacuationẽ cum ʒ x. caſſiæ de canna extractæ cum aliqua de prædictis aquis. ¶ Quintum eſt confortare epar cum hac confectione. *Rotulæ* ℞. *trochiſcorum diarodon, trochiſcorum de ſpodio, an.* ʒ j. *ſacchar. ſecundæ coctionis* ℥ iij. *coquatur ſaccharum cum aqua fontis, & fiant rotulæ iij.* ʒ. *de quibus vnam accipiat ſemper ante cibum, & bonum eſſet etiã alterã accipere poſt omnem cibum.* ¶ Sextum remediũ ad idem poteſt eſſe confectio triaſandalorum deſcriptione Nicolai in antidotario, quæ exhibeatur, vt præcedens, &c.

Ad corrigendum autẽ epatis lapſum calidũ & ſiccũ immaterialẽ cōueniunt hęc omnia inſtrumenta. *Correctio lapſus calidi & ſicci epatis.* ¶ Primo ſalitiuum factum de endiuia, portulaca, lactuca & ſimi-
E libus. ¶ Secundo adminiſtratio ante cibum cucurbitarum confectarum. ¶ Tertio exhibere ʒ ß. trochiſcorum de violarum cum puluere liquiritiæ vel decoctione eius. ¶ Quarto exterius inungere epar cum oleo ſiſamo; cum oleo de been. ¶ Quinto exhibere in potu & in comeſtione confectiones enulferas, id eſt, quę recipiunt radicem enulæ. ¶ Volentes vero corrigere lapſum calidum & ſiccum materialem epatis adminiſtrare debẽt, omnia infraſcripta inſtrumenta cũ aqua endiuiæ, violarum, portulacæ, anguriæ & nenupharis, ſcariolæ & conſimilium exhibendo eas: vt de prædictis dictum eſt. Item quandoque bibere ℥ ß. de ſaccharo roſaceo diebus, & hora caloris cum aqua portulacæ anguriæ valde confert. ¶ Similiter confert ſaccharum violaceum, vt prædictum eſt, & confert prædictis mixtio iſta. *Tragea* ℞. *ſem. endiu. cichor. ſcariolæ &*
F *potulac. an.* ʒ j. ß. *flor nenuph.* ʒ ij. *ſeminũ commu. frigidorũ omnium quatuor* ℥ i. *ſpodii* ʒ ij. *terantur omnia per ſe ſubtiliſſime & commiſceantur cũ tripla quantitate ſacch. alb. & fiat tragea*. de qua accipiat cochlear vnum ante cibum, quod eſt valde potens ad confortandum epar, & ad frangendum caliditatem eius. ¶ Confert etiam taliter calefacto epithema iſtud: Cuius deſcriptio. ℞. *aquæ endiuiæ, violarum, nenupharum, ana* ℔. ß. *trochiſcorum*

diarodon,trochiſcorum de viol.an.ʒ j.ß.croci ℈ j.aceti cochlearia iiij.conquaſſentur omnia in morta- A
Epithema epatis. rio & infundatur in eis pannus triplicatus amplectens hypochondrium dextrum vſque ad poſteriorẽ
partem tranſuerſaliter verſus ſpinam a duabus horis poſt prandium omni hora bis vel ter vſque ad
cœnam. ¶ Hunc etiam lapſum conuenienter corrigere poteſt comeſtio codiatum.
Codiæ quid. Sunt autem codiæ animalia teſtudinalia, velut limaces habentes cornua, quæ inueniuntur in dume-
tis, quæ a tota ſpecie confortant epar, vt 14. tertii colligendum de rebus, quarum vſu iuuatur epar.
¶ Et ſimiliter dicitur ibi de epate adip. id eſt, lupi, quod mirabiliter confortet epar ſiue
comeſtum ſiue combuſtum, & in puluerem redactum & bibitum cum aqua iris vel
endiuiæ, vel altera ſimili. ¶ Taceo hic de euacuantibus materiã cholericam ab epate,
& a venis: plurima enim ſunt dicta ſuperius. Et ſi videretur inſtantia euacuationis, non
eligatur aliud, quam hoc. ℞. pulpæ tamarindorũ ʒ ij caſſiæ nuper præparatæ cũ aqua cichoreæ ʒ B
Potio lenitiua. vj. reubarb. electi ℈ j. ſpicæ nard. gran. iij ſalis gemm gran ß. miſce, & totum bibatur cum cyatho me-
dio lactis caprini, aut cum aqua violarum.

Si autem in epate lapſus reperiretur frigidus & humidus, tunc eligantur inſtru-
Correctio lapſus frigidi & humidi epatis. menta. ¶ Primum eſt aqua eupatorii. ¶ Secundum aqua abſynthii. ¶ Tertium aqua
origani. ¶ Quartum aqua calamenti & aqua phu & meu: ex quibuſdam horum aut
aliquo dando in potu in aurora tres vel quatuor ℥ actu calidas. ¶ Confectio conferens
ad hanc intentionem. ℞. ſpecierum dialaccæ, ſpecierum diacurcumæ, ana ℥ ß. ſquinanti, cipe-
Rotulæ. ri, eupatorii, ſpodii, corallorum amborum, labruſcæ, an. gran. vj. ſacchari alb. ℥ iiij. & cum aqua eu-
patorii, fiat confectio in rotulis ʒ ij. de quibus vna ſemper ante omnem cibum accipiatur. ¶ Vnguen- C
Vnguentũ. tum ſimiliter conferens ad hanc intentionem. ℞. olei de maſtic. de abſynthio & nardini,
an. ℥ j. ſquinanti, eupatorii, chamedreos, chamepythæ, origani, an. ℈ j. ceræ alb. ℥ ß. fiat vnguentũ me-
diocris mollitiei, cum quo totum hypochondrium dextrum vſq; ad partes ſuperiores an-
te dictas ter inungantur calido ante actu. Omnes autẽ communi fama affirmant, quod
ſpodium in potu datum a proprietate conferat epati. Ego autem dico illud verius eſ-
ſe in lapſibus calidis, in lapſibus vero frigidis ſcio, quod potentiſſima medicina ſit plu-
ribus diebus bibere in aurora ℈ ß. pulueris electi ligni aloes cum ℥ j. aquæ eupatorii.
Similiter valet frequens deglutitio quatuor vel quinq; granorum carpobalſami: & tu
elige meliora, ſi potes.

RVBRICA IV. *De cura lapſus ſtomachi frigidi & humidi, calidi & humidi, & frigidi ac ſicci cum materia.* D

NVNC autem quarto principaliter perueniendum eſt ad ſignandum re-
media conferentia ſtomacho. Et licet quam plurima prædictorum, quæ
aduerſantur lapſui cordis & epatis ſint etiam ſtomacho cõferentia: hic ta-
men ponam octo inſtrumenta ſtomacho conferentia, & tria quidem ad
lapſum frigidum & humidum materialem eius. ¶ Et primum quidem eſt electuariũ
Correctio lapſus frigidi & humidi ſtomachi. de ligno aloes, deſcriptione Auic. 5. can. & ſumma prima. de quo exhibeantur ʒ ij. pluri-
bus mane cum ℥ j. ß. aquæ betonicæ calefactæ. ¶ Secundum vero & non minus po-
tens illo eſt diacalamentum, quod exhibeatur, vt alterum. ¶ Tertiũ vero eſt. ℞. laudani
puriſſimi, reſinæ electæ, ſtyracis liquidæ, an. ʒ vj ment. abſynthii, cypri, galliæ muſ. eupat. an. ℈ j. E
Ceratum macis ℈ ij. ceræ quantũ ſufficit, fiat ceratũ ſcutale, quod applicitũ ſuper ſtomacho multis diebus ibi
conſeruetur. ¶ Quartum inſtrumentũ principale ad lapſum ſtomachi calidum & humi-
dum, qui tamen raro reperitur, verum ſi contingeret ſufficienter, corrigitur dando in
potu quatuor vel quinq; diebus in aurora ʒ ij. roſatæ nouellæ cum ℥ ij. aquæ acetoſæ vel
plantaginis vel labruſcæ, quæ melior eſt omnibus aliis, imo ſolus puluis labruſcæ in po-
tu datus mirabiliter corrigit hos lapſus: vt colligi poteſt a Dioſco. cap. de inanitis.

At vero iterum prouidendum eſt diſtemperantiæ ſtomachi frigidæ & ſiccæ me-
Curatio lapſus frigidi & ſicci ſtomachi. lancholicæ cum quinque ſequentibus inſtrumentis. ¶ Et primum quidem horum
eſt mirabile, quod apparentibus ſignis iſtis, videlicet ſiccitate oris cum acredine &
ſputo acido, & ventoſitatibus fluctuantibus a ſtomacho cum tenſione, optimum eſt F
mane in aurora aſſumere cyathum vnum brodii caponis vel gallinæ cum ℈ ß. pulueris
diacymini, deſcriptione Nicolai in antidotario.

Secundum verum inſtrumentum eſt hoc. ℞. aquæ farfare ℥ iij. aquæ menthæ ℥ j.
miſce, recipiatur in aurora pluribus diebus.

¶ Tertium

A ¶ Tertium vero inſtrumentum eſt, vt poſt cibum & adhuc etiam ante cibum patiens ſumat ℥ ß. confectionis de citro ſolidæ & ſaccharatæ: & erit ei valde conueniens. ¶ Quartum eſt: vt aſſueſcat mane in aurora ante prandium & cœnam per horam aſſumere de radicibus eryngi confecti duas vel tres radices longitudine digiti minoris. *Ceratum.* ¶ Vltimum inſtrumentum eſt. ℞ *olei de violis citrini ℥ j. olei de been ℥ j.ß. bdellii mollis & ſubalbidi ʒ j. ß. macis ʒ ij. menthæ ℈ ß. ceræ albæ quantum ſufficit, fiat ceratum bene tenax, quod ſemper applicitum ſuo ſtomacho permaneat vſque quo ſanitati reſtitutus erit.* ¶ Vltimo ſciendum circa diſpoſitiones ſtomachi, quod non miretur aliquis, ſi non fuerim valde ſollicitus ad conſcribendum particulariter ſolutiua diuerſis diſcraſiis, ſtomachi ſuprapoſitis appropriata. Scio enim, quod euacuationes primæ ſuperius ſcriptæ pro
B regimine capitis, cordis & epatis conuenientes ſint etiam ad mundificationem ſtomachi a materiebus diuerſis inuentis in eo ſimplicibus & commixtis: quare hic ſermonem non protelaui.

RVBRICA V. *De cura oppilationis & duritiei ſplenis.*

PRo regimine autem diſpoſitionis in quinto capite poſitæ parumper ſubtilius contemplandum eſt & remedia appropriata omnino magis eligenda ſunt ad diſpoſitionem ſplenis, quam aliorum membrorum. Ipſorum enim ægritudines in hoc viro ſunt magis per colligantiam eorum ad ſplenem, quam per proprium lapſum. ¶ Primo itaque deſcribam quædam
C inſtrumenta oppilationis ſplenis aperitiua. ¶ Secundo adminiſtrantur inſtrumenta duritiei ſplenis appropriata. ¶ In tertio vero ordine ponam aliqua ventoſitatum ſplenis extenuatiua. ¶ Quarto vero loco nonnulla tangam euacuatiua materierum in ſplene inuentarum. ¶ Quinto & vltimo ordine tangam aliqua præſeruatiua ſplenis a lapſu deteriori.

De his ergo, quæ aperiunt oppilationes ſplenis, ſimplicia & famoſa ſunt tamariſcus: & melior eſt ſcolopendria, quæ dicitur lingua ceruina, planta quidem in riuis montium oriens, cuius folia longa ſunt longitudine ſpithamæ cum dimidia vel duarum: viridis quidem in ſuperficie reſpiciente cœlum cum claritate manifeſta. In ſuperficie, quorum reſpiciente terram maculæ, quam plurimæ, tranſuerſaliter late- *Oppilationes ſplenis aperientia.* *Simplicia.*
D raliter poſitæ inueniuntur, quæ ſimilatur vermiculis rubeis: cuius radix neruoſa minuta eſt, colore nigro & ſubrubeo colorata. Et ſapor eius ad veram dulcedinem trahit cum mucillagine fere emanante a radicibus eius maſticatis. *Deſcriptio ſcolopendrii.*

Tertia vero planta eſt cortex capparorum. ¶ Quarta, quam vocat Dioſcor. Splenion, de qua ipſe ſcripſit, quod ſit tantæ potentiæ, quod vſus eius frequentatus intantum extenuet ſplenem, quod priuat hominem a ſplene, ſane intelligendo illud, quod tam magnam potentiam habet in extenuando ipſum. Eſt autem hæc planta, quam Latini & Lombardi nominant matrem ſyluam, quæ oritur in dumetis ſtipitem faciens ſubtiliſſimum inuolutum plantis aliis, ſicut torques in cuius nodis lateraliter folia duo reperiuntur ſibi inuicem diametraliter oppoſita: apud quorum *Deſcriptio ſplenii.*
E folia appẽdentia a dextra & ſiniſtra partibus inueniuntur grana duo rubea, oblonga parumper, de qua planta mirabilia vidi ego in iſtis diſpoſitionibus concitus auctoritate Dioſcoridis anazathei, cui maximam laudem & reuerentiam exhibet Gal. in notitia ſimplicium medicinarum, *ſexto ſimpl. primo cap.* ¶ Quinta vero planta eſt centaurea. ¶ Sexta, phu. ¶ Septima meu, quarum hiſtorias & virtutes lege *ſexto ſimpl.* & in aggregatore Serap. *appropriatis capitibus.*

Alia ſimplicia appropriata quam plurima ponere potuiſſem, quæ mihi experta ſunt: ſed nolo faſtidire legentes. ¶ Oppilationes ſplenis antiquas ſoleo aperire cum medicina compoſita infallibili, quæ eſt hæc. ℞ *mithridatii ʒ j. aquæ ſublimationis ſaluiæ ℥ ij. miſce, & exhibeatur in aurora, & tardetur cibus horis ad minus quatuor.* *Compoſita.*
F ¶ Secundum compoſitum illarum oppilationum aperitiuum eſt hoc. ℞. *oxymellis ſquillitici ℥ j. ſyrup. de eupatorio ℥ ß. aquæ phu* (eſt valeriana) *℥ ij. ß. miſce, & calidum exhibeatur, vt de prædicto ſtatim dictum eſt.* ¶ Tertium. ℞ *adianti, polytrichi, capillorum veneris, cetrach. an. ʒ j. rubeæ tinctorum, cortic. radic. geniſtæ, an. ℈ ij aquæ ciſternæ ℔. ij. ace-* *Potio.* *Alia.*

ti ℥ iij. liquiritiæ mundatæ & minutim inciſæ ʒ j. ß. coquantur omnia lento igne vſque ad conſum- A
ptionem medietatis, & de hoc potu bibat æger iiij. ℥ ſex vel octo diebus. & eſt medicamen infal-
libile. ¶ Scio etiam experientia certa, quod ʒ ß. veri balſami in potu data cum aqua
ſublimationis apii delet antiquas oppilationes ſplenis.

Propter ſecundum vero principale huius omnes durities ſplenis remouent in-
Duritiem ſplenis remouentia. fraſcripta medicamina. ¶ Primum eſt in aurora deglutire ʒ ij. claræ terbentinæ & ab-
ſtinere poſt ipſam a cibo & potu per horas v. ¶ Secundum ſpeciale ſimplex eſt ex-
Simplicia. hibere in aurora ij. vel iij. pillulas de pingui galbano factas. ¶ Tertium vero &
melius prædictis eſt deglutire ʒ ß. pinguis ammoniaci conuerſam in pillulas in au-
rora, vt prædictum eſt. ¶ Quartum, vt in potu detur ℥ j. ß. ſucci praſſii cum ij. ℥. a-
quæ apii. ¶ Quintum reſolutiuum & mollificatiuum ſplenis & primum. De compo- B
ſitis localibus eſt. ℞. *radicum althææ, ſaponiſticæ maioris*, quam ſcribunt, quam plu-i-
Compoſita. mi eſſe ſpeciem artanitæ, *an. M. iij. bdellii, ammoniaci pinguium, an. ℥ ß. centaureæ mi-*
noris, abſynthii, ſcolopendriæ, tamariſci an. M. j. ß. aceti ℔. ß. coquantur hæc omnia in tribus
Fomentum. *ſitulis aquæ: & in hanc decoctionem calidam in aurora infundatur ſpongia magna non maculata*
& ſuperapponatur hypochondrio ſiniſtro, vbi eſt regio ſplenis ſex vel octo vicibus renouando ipſam:
deinde ſuperponatur fruſtum philtri infuſum in aceto exſtinctionis chalybis cum decoctione ſple-
nionis & tamariſci.

Si autem reſiſtentior eſſet durities, & non complete reſolueretur per hæc: tunc
adminiſtretur hoc ceratum, cum quo quam plurimos curaui a duritie ſplenis apoſte-
moſa per tres vel quatuor annos confirmata, licet videatur eſſe contra ſententiam A- C
uicen. & Galen. *decimoquarto terapeuticæ*: veruntamen hoc non eſt omnino contradi-
ctorium eis. Reuerentiæ enim auctorum veritatem continent in pluribus, & non
ſemper. Eſt autem huius compoſiti deſcriptio hæc. ℞. *medullis, crurum boum antiquo-*
Ceratum. *rum, pinguedinis taxi, olei vulpini, an. ℥ tamariſci, ſcolopendriæ, abſynthii, corticum capparo-*
rum, ſpicæ romanæ & celticæ & vernina, an. ʒ j. ß. coſti, centaur. minoris, an. ʒ j. armoniaci ℥
j. ß. bdellii mollis & ſubalbidi ℥ ß. olei de been ℥ ij. ceræ, q. ſ. fiat ceratum ſemilunare bene tenax,
& applicetur hypochondrio ſiniſtro, videbis enim in paucis diebus reſolutionem & non
immerito: tales enim durities curari debent ex intentione reuolutionis intentionis
a mollificantibus ad reſoluentia, & econtra. *vt quarta primi, cap. 25. & tertia quarti: tra-*
ctatu ſecundo, cap. de cura ſephiros, & decimaquarto terapeuticæ, cap. de cura ſclirôſis, colligen- D
dum eſt. Cum ergo in hoc compoſito lateat virtus mollificandi & reſoluendi: ergo
eſt efficaciſſimum. Et hæc de nocumento ſplenis per mollificantia ſimul & reſol-
uentia curando ſufficiant.

Rvbrica VI. *De cura oppilationum renum a grumis & petaloidibus mucoſis.*

AT vero nunc vltimo aliqua tangenda ſunt diſpoſitionibus renum appro-
priata: dare ergo in potu in aurora, frequenter & continuatim pluribus
diebus ℥ iiij. vel v. aquæ ſublimationis litoſpermatis, eſt milium ſolis, &
valde conueniens. Similiter etiam aqua phu, meu & geniſtæ. Et iterum E
melior omnibus prædictis eſt aqua ſaxifragiæ. ¶ Et ſcio ego experientia certa, quod
continuare xv. vel xvj. diebus in aurora potum aquæ ſublimationis cretani marini, de
qua dentur ℥ v. calidæ mirabiliter mundificat renes a grumis, petaloidibus mucoſis
ſuperfluitatibus, arenis & lapil. crede mihi experto. Quid autem ſit cretanus mari-
nus, in altero conſilio magno de diſpoſitionibus viarum vrinæ declaraui & deſcripſi
plantam. ¶ Frequens autem comeſtio ficuũ ſiccarum ante cibum & prædicta con-
fert lege *ſecundo can. de ficu.* ¶ Et ſcripſit Zoar. *primo theiſir, primo cap.* quod potus a-
quæ decoctionis radicum vrticæ frequentatus & earum comeſtio mundificet & ab-
ſtergit renes a grumis lapillis & ab arenis & præſeruet eos ab ipſorum generatio-
ne. ¶ Eſt autem experientia quotidiana verificatum, quod confectio de phi- F
ſticis per me compoſita mirabiliter operatur circa diſpoſitionem tam capitis, quam
cordis, ſtomachi & renum, & tu conſidera virtutem phiſticorum: & proprie in
mundificando renes, ineſt enim eis virtus, qua comminuitur in eis lapis, qui eſt in
reni-

A renibus, *18. tertii, cap. de comminuentibus & educentibus lapides a renibus.* Si ergo in phiſticis eſt virtus ad lapidem & arenas, quæ ſunt maioris reſiſtentiæ, tunc, quæ poterit eſſe opinio tua ad negandum, quod non poſſint educere grumos petaloides & reliqua corpora minoris reſiſtentiæ. ¶ Per hæc igitur omnia apparet, quanto ingenio & labore vtendum ſit ad regimen & curam diſpoſitionum corporis humani neutralium & ægritudinum, propter quod hinc fugiant præſumptuoſi, & temerarii & parum periti Medici, qui olfecerunt medicinam & non guſtauerunt eam. ¶ Tolle igitur eximie domine Doctor hoc tibi præceptum ſalutiferum conſilium quoddam magna voragine ſcientiæ inuolutum, & rege te cum illo ſollicite & ſecuraberis a tot & tantis periculis, quæ manifeſtauit tibi primum cap. quæ tibi omnia miſericorditer & pie concedere
B dignetur Altiſſimus ad laudes eius immortales. Amen.

Conſilivm CCLXXI. *De dyſcraſia totius ad complexionem cholericam cum epate vehementer calido, cum octo malis diſpoſitionibus in quas paratus eſt labi, quæ ſunt. ¶ Febris cholerica. ¶ Diarrhœa cholerica. ¶ Stipticitas ventris ex abundantia choleræ. ¶ Multitudo arenularum & lapillorum & eorum retentio. ¶ Ardor vrinæ. ¶ Dolor capitis cholericus. ¶ Ad anginam diſpoſitio. ¶ Et deſcenſus materierum ad pectus. ¶ Diuiditur autem conſilium in tria cap.*

Cap. I. *De cauſſis & ſignis dictarum diſpoſitionum.*

C Generosvs & prudens adoleſcens Marcus de Neuo Vicentinus paratus eſt ægritudine frequenter vniuerſali ægrotare, quæ duplex eſt, videlicet mala complexio febrilis, & mala complexio calida toti corpori ab epate ſuo communicata: etiam propter alias cauſſas inferius recitandas dolore capitis ophthalmia & ventris ſtipticitate paratus eſt non raro moleſtari: propter quod indiget quandoque regimine non ſolum præſeruatiuo: ſed etiam curatiuo, vt in poſterum oſtendetur. ¶ Eſt autem huius viri naturalis diſpoſitio cholerica a generatione & nondum a tempore permutata: licet propter vehementem caliditatem epatis paratus ſit tranſire in cholericitatem aduſtam in ætate declinatiua: vt colligendum eſt, *ſecundo techni, in tract. de ſignis*: habitudinis totius, *illo cap. Decidentiæ* *Signa complexionis huius patientis.*
D *vero*, &c. Eius naturalem complexionem eſſe cholericam, ex pluribus monſtrari poteſt. ¶ Primo quidem, quia tactu caliditas eius percipitur cum acuitate in omnibus partibus & maxime circa epar. ¶ Secundo, quia habitudo eius vniuerſaliter eſt gracilis & tactu percipitur ſiccitas cum ariditate & calor eius ad citrinitatem rubedine refractam eſt decliuis, capilli capitis eius & totius nigri & ſolidi ſunt notabiliter, eſt homo velocis incurſus ad iram & paſſiones animi, faciliſq; apprehenſionis & mobilis in anima & paſſionibus: necnon venter eius ad ſtipticitatem naturaliter inclinatur, niſi ad oppoſitum perducat facilis alteratio ventris a frigiditate propter raritatē eius. ¶ Similiter etiam frequens ſitis cum amaritudine oris apparent in eo, & pulſus velox, frequens & magnus frequentius, quam paruus & mediocris. Et vrina eius in
E tinctura notabiliter eleuata a ſubignea vſque ad croceam & igneam. ¶ Et quoniam hæc omnia ſigna notabiliter magna ſunt: Ideo ex eis deducitur magnitudo lapſus notabilis, propter quod corollarie concluditur, quod hic vir non indigeat regimine conſeruatiuo, ſed ad melius reductiuo: naturalis enim complexio cholerica, vt multum a mediocritate elongata conſeruari non debet: ſicut iſta, quæ multum lapſa eſt: ſed ad melius permutari debet. ¶ Et ſequitur ſecundo, quod inſtrumenta, quibus regendus eſt hic patiens non debeant eſſe calefacientia & exſiccantia lapſui ſimilia: imo debeant eſſe permixta ex calidis conſeruantibus & ex frigidis corrigentibus choleram intenſam. Iſti ſunt ſermones colligendi *tertio techni cap. primo. Si vero permutare volueris & ad melius reducere*, &c. *Et tertia primi cap. de regimine corporum habentium malas com-*
F *plexiones: & partim quarta primi, cap. 2. & pluries alibi.*

At vero iterum quoniam iſte vir in compoſitione ſua valde rarus exiſtit, & ſanguis cholericus vehementer euaporabilis eſt & curſibilis & ſua caliditate intenſa notabiliter alteratiuus omnium partium, in quibus multiplicatur: & ad quas effunditur: ideo propter hoc fundamentum eſt facile videre. ¶ Primo propter quid hic vir *Cauſſæ febrium cholericarum in hoc viro.*

aptus ſit incidere frequenter febres cholericas interpolatas & continuas. Materia e- A
nim multiplicata in epate & ſuo receptaculo, aut quia vehementer alterando debili-
tat virtutem, aut propter aliquam de cauſſis oppilantibus in epate non fit debita e-
uentatio, frequenter putreſcere, poteſt & febres prædictas efficere. ¶ Et ſiquidem
iſta materia cholerica ibidem abſque putredine conſeruetur, malam complexionem
calidam in toto efficere poteſt alterando ſpiritum & ſanguinem toti corpori com-
municatos. ¶ Et colligitur ſecundo ex prædictis, quod ſi prædicta materia multipli-
cetur ad inteſtina, faciliter poteſt facere ſolutionẽ cholericam. ¶ Et ſi per vrinæ vias,
ardorem in eis facile producere poterit. ¶ Tertio, quod ſi hæc materia euaporando
capiti vel ſubſtantialiter ibi propulſa detineatur, cephalæam calidam generabit in i-
pſo. ¶ Si autem ad partes oculorum in oculis ophthalmiam cholericam efficere po- B
terit. ¶ Et ſi aliqualiter melancholica & incraſſata retineretur circa partes gutturis
in eis facile poteſt producere anginas cholericas, quæ notabiliter ſuſpectæ forent.

Ex quibus omnibus in vnam ſummam redactis apparet, quod iſte generoſus a-
doleſcens paratus ſit ad omnes has ægritudines. ¶ Primo ad febrem continuam cho-
lericam & interpolatam. ¶ Secundo ad malam complexionem calidam & ſiccam
totius corporis, a qua ſemper vt plurimum neutraliter affligitur neutralitate deciden-
tiæ nominata. ¶ Tertio paratus eſt ad fluxus ventris cholericos. ¶ Quarto ad dolo-
res ventris acutos. ¶ Quinto ad punctionem & ardorem vrinæ: & fortaſſe ad exco-
riationem. ¶ Sexto ad multiplicationem arenularum: & conſequenter ad lapides
in renibus. ¶ Septimo ad ſodam cholericam. ¶ Octauo ad ophthalmiam conſimi- C
lem. ¶ Nono ad anginam cholericam. ¶ Decimo ad verendas diſpoſitiones pecto-
ris & proprie ſi catarrhizans cholerica materia raptum caperet ad pectus & ad pul-
monã: & tu conſidera: quia hæc omnia facile ſunt demonſtrabilia intelligenti theo-
riã & principia ſcientiæ medicinalis. ¶ Et ſequitur vltimo ex prædictis: quod iſte vir
magna indigeat diligentia: & non minori ſolertia ſui regiminis, quod in ſequentibus
duobus capitibus principaliter aperietur.

Cap. II. *De regimine diſpoſitionum huius viri per debitam menſuram rerum non naturalium.*

D

ITAQVE pro conuenienti regimine huius viri eligatur locus habitatio-
nis eius remiſſæ caliditatis, vt per ipſum & per alias res non naturales con-
ſimiliter menſuratas conſeruari poſſit naturalis eius complexio. Et quo-
niam remiſſa caliditas intenſæ caliditati applicata remittit & refrangit i-
pſam: ideo res non naturales primi gradus caliditatem & ſiccitatem in
corpore productiuæ erunt huic corpori neceſſario eligendæ: conſeruant enim na-
turalem caliditatem & ſiccitatem corporis: vt ipſum ad melius permutare poſſint
propter cauſſam prædictam. ¶ Igitur euitet manſionem cameræ aſpectu meridiona-
Aer. li & accidentali ſubiectam. Caueat ab aere calefacto & proprie ſuffocato in cameris
& diu retento: ſicut a fumo & carbonibus non reſpiratis accenſo. ¶ Et omnino eui- E
tet veſtes excellentis calefactionis, & proprie, quæ ſibi adhæſione cum fortiſſima
compreſſione coarctant membra & maxime renes & ilia & pectus & caput eius con-
uenienti tectura cuſtodiat, propter quod non laudo in ipſo pileum palearem neque
pileos de lana, & proprie ſuffultos dorſis variorum ſua caliditate & pondere caput ve-
hementer lędentes, vt inoleuit hodie phantaſtica iuuenum tectura: qui magis opi-
nione vana & aliorum ſequela hæc, & talia capitis ornamenta geſtant, quam quæren-
tes vtilitatem propriam, ſicut etiam deteſtandæ ſunt vanæ mulieres, quæ in hac no-
ſtra ætate caput earum muniunt ornamentis fere turrigeris.

Poſt hoc autem etiam manſiones terraneas, & fluxibus aquarum propinquas
euitet propter vehementem frigiditatem & humiditatem taliũ locorum. ¶ De cibis F
Cibi. autem pariformiter dicendũ eſt, quod omnia talia alterentur cum his, quæ caliditatẽ
& ſiccitatem refrangere poſſunt. ¶ Panis igitur eligatur puriſſimæ farinæ habens æta-
Panis. tem trium dierum non plurium, multum fermenti plus, quam conſueuit & parũ ſalis
coctione non aduſtus vel torrefactus: qui etiam cruſtari debet ſi aduſtus fuerit.

Et euitet

A Et euitet frequentē comeſtionem de paſta vel de farina confectorum, vt ſunt laganæ & proprie nō fermentatę. *Carnes.* ¶ Ex carnibus accipiat eas, quæ ſunt leuis digeſtionis & boni nutrimenti communiter cognitas, euitando ex eis vetuſtas & macras, & ſolidi & duri corporis: vt ſunt antiquæ gallinæ, capones, anſeres & vetuſti porci, apri & volantia omnia, in aquis degentia dimittere debet, niſi ætate iuuenilia & pinguia corpora fuerint: quorum condimenta præparationes intelligo ſemper refrangi debere cum portulaca, cucurbita, endiuia, ſpinachia, bleta, lactuca, criſ locauna & conſimilibus. Carnes vero ſalitas in multo vſu non habeat neque aromaticis ſpeciebus calidis conditas, vt pipere, zinzibere, galanga, nuce muſc. garyoph. croco & conſimilibus ſaltem in multa quantitate poſitis. Et conueniunt ei in vſu frequentiori carnes eli-B xæ, quam aſſatæ, & proprie multum torrefactæ. *Piſces.* ¶ Ex piſcibus placent mihi fluuiales omnes, & lacunales, niſi fœtidi fuerint, velut ſunt craſſæ, tincæ & anguillæ. Cancri vero non diſplicent mihi. Saliti non multum habeantur in vſu, niſi longo tempore in aceto macerati. *Herbæ.* ¶ Ex herbis vero placent mihi omnes ſupraſcriptæ. Calidis vero plantis, vt petroſelin. rutha, mentha, fœniculo, abrotano, hyſopo & conſimilibus non multum & frequenter vtatur, neque vitupero caules in eo, & proprie non vehementer coctos. *Legumina.* ¶ Legumina vero placent mihi, ſicut cicera rub. alb. & phaſeoli proprie recentes, panicum, hordeum & oryza: hæc omnia ſunt ei vtilia. *Lac.* ¶ Lac non eſt vituperabile in eo, & proprie cum vino coniunctum, & coloſtra etiam & recocta ſunt ei vtilia, & omnes cibi lacticinei, ſi lacte cocto conditi fuerint, laudantur

C ei. ¶ Acetum, agreſta, arancia & acria omnia conueniunt ei: & proprie confracta cum brodialibus pinguibus, & croco & cinamomo, quæ duæ ſpecies in eo laudantur magis, quam alteræ: ideo piperis, garyoph. zinzib. galangæ & ſimiliū vſum vitet. ¶ Oleum vero oliuarum melius eſt ei, quam butyrum. Adeps porci colata placet. *Fructus.* ¶ Ex fructibus laudantur ei ſuis temporibus pruna, ceraſa, auellanæ, amygdalæ, pepones & anguriæ, quandoque ficus recentes & vuæ. Reliqui vero fructus, vt tribules, cucumeres & pyra mollia, difficilis digeſtionis, vt cydonia, meſpila, caſtaneæ & ſorbæ dimittantur. Perſica vero & granata dulcia & muzæ, poma & pyra dulcia & proprie cocta ſunt ei vtilia. *Potus.* ¶ Pro potu vero vtatur vino albo vel ſubrubeo odorifero, & non tranſcendente ætatem vnius anni ad dulcedinem inclinato, vt ſunt vi-

D na ſenenſia, centrilenſia & conſimilia: vina vero nigra, craſſa, conturbata, mali odoris & viſcoſa dimittantur: & proprie quando orta fuerint in montibus valde lapideis & proprie gypſeis. ¶ Caueat autem ab vſu aquarum fluuialium ſuæ vrbis: ſunt enim aquæ craſſe gypſeatæ & vehementer lædentes ſtomachum & epar, & proprie in tali complexione & habitudine, qualis eſt ſua vehementi raritate, propter quod meliores ſunt aquæ puteales laudabilium locorum. Et meliores omnino aquæ ciſternales, quæ inter alias exiſtunt digeſtioni faciliores, lauatiuæ, mundificatiuæ & aperitiuæ. *Motus & quies.* ¶ Quantum autem ad exercitium, dicendum primo, quod iſte vir nobilis omnino fugiat exercitia fortia ſui intenſione & extenſione. Exemplum primi, vt impetuoſa equitatione equi effrenis & mali greſſus & conquaſſatiui multum. Exemplum ſe-

E cundi, vt exercitium longo tempore perdurans: naturalis enim complexio huius viri & habitudo non inclinant hunc virum ad exercitia talia & proprie poſt cibum, propter quod ciuiles occupationes exerceri melius eſt, quam rurales: & venationes & curſus vehementes & equum gradarium procuret equitare & non effrenum, & in ſumma magnam ſuæ vitæ occupare partem in quiete melius eſt ei, quam in exercitio. ¶ De modo autem vigiliæ & ſomni euitet exceſſus in vigilando: imo ſomni prolixitas amplior eſt ei conuenientior, quam exceſſus in vigiliis. *Somnus & vigilia.* ¶ Modus autem ſuccurrendi replicationi per euacuantia, videbitur in tertio capite, ſed quantū ſpectat ad quintam rem non naturalem: Iſte vir accipiat menſuram cibi & potus, quam ſtomachus eius ſine dolore, tenſione & fluctuatione conuenienter tolerare poterit, &

F nunquam comedat, niſi perceperit ſtomachum eius a grauitate præaſſumpti cibi eleuatum eſſe, & niſi naturalis appetitus inuitauerit ipſum ad comedendum & bibendum. *Inanitio & repletio.* Et non comedat cibaria diuerſa multa numero & ſpecie in vna menſa, ſed ſufficiunt ei fercula duo vel tria, & nullum accipiat cibum ſine maſticatione optima & longa, ſicut nullum potum accipere debet, niſi paulatim & non impetuoſe deglu-

tiendo ipſum. ¶ Pro vltima re non naturali effugiat triſtantes animi paſſiones, vt an- A guſtiam, iram, furorem: & non perſiſtat in meditatione obiectorum melancholicæ impreſſionis, vt timoris, mortis, vt litis & ſimilium: Hæc in ſumma eſt ei regula neceſſaria in conſeruando & defendendo vitam ſuam.

Cap. III. *De regimine huius viri per meditinalia, continens Rubricas VIII.*

IN ipſo enim primo ponam regimen præſeruandi eum ab euentu febriū: & aliqualis curationis earum, ſi iam euenerint. ¶ In ſecunda tangetur regimen prohibendi ab euentu diarrhϾ cholericæ in ipſo. ¶ In tertia procurabitur regimen prohibitionis ſtipticitatis ventris. ¶ In quarta o- B ſtendētur aliqua præſeruantia ab euentu & multiplicatione arenarum & lapillorum in eis. ¶ In quinto conabor præſeruare ab ardore & punctione vrinæ & excoriatione eius. ¶ In ſexta procurabitur modus defendendi eum a ſoda cholerica. ¶ In ſeptima ponetur regimen futuræ & præſentis ophtalmiæ. ¶ In octaua tangetur aliquid de regimine ſquinanticorum. ¶ Nono & vltimo memorabo alia inſtrumenta prohibitiua deſcenſus materierum ad pectus.

Rvbrica I. *De præſeruatione a febribus cholericis.*

PRo complemento primi conuenienter faciunt omnia de regimine rerum non naturalium prætacta: quæ vere præſeruare poſſunt ab euentu C cholericarum febrium. Inſtrumenta ſunt, quæ minorant cholericam materiam: & præcipitant eam per vias inferiores tenendo epar & venas apertas conuenienter. Et ſunt quinq; inſtrumenta, quorum vſus alternatim fieri debet. ¶ Et primum quidem eſt hoc. *℞. ſucci endiuiæ, domeſticæ & ſylueſtris, quæ taraxacon*

Pillula. *vel cichorea eſt: ſucci violarum & roſarum ana ℥ ij. aloes epaticæ pulueriʒatæ ℔ ß. maſticis ʒ j. croci ʒ ß. reubarb. electi ʒ j. ſalis indi. ʒ j. ß. infundantur omnia ſubtiliter pulueriʒata in prædictis ſuccis per biduum in vmbra: poſt hæc exponantur radiis ſolis frequenter mouendo, vt exſiccentur vicibus tribus: De hac autem materia fiant pillulæ ex omni ʒ vj. de quibus accipiat omni fine quinq; dierum vnam parum ante cœnam.* Et poterit etiam de eis accipere omni fine xv. dierum ʒ j. per horam vnam & mediam ante d:em & tunc tardetur cibus horis ſex vel quin- D que. ¶ Secundum vero inſtrumentum eſt hoc. *℞. confectionis de ſeminibus ʒ j. ſpecierum*

Rotula. *diarodon ℈ iiij. ſacchari alb. ℔ ß. fiat confectio in rotulis iiij. ʒ. de qua accipiat a principio menſis Martii, vſq; ad finem menſis Septembris ſaltem ter in ſeptimana rotulam vnam immediate ante cœnam.* Et ſi etiam de ea acciperet ante prandium, bonum eſſet ei. ¶ Tertium inſtru-

Linimentū. mentum eſt hoc. *℞. olei nardini, olei de maſtice, an. ℥ j. ſem. endiuiæ, acetoſæ & ſpodii, an. ℈ j. conquaſſentur in mortario: & de hac medicina ſaltem tribus vicibus in ſeptimana vngatur tota ſpina a furcula ſpatularum inferius & ilia & hypochondrium dextrum actu tepida exiſtente.*

Quartum eſt hoc, vt accipiat ſcariolam, cichoream & folia recentia eupatorii pauca: & cum eis ſaltem bis in ſeptimana faciat ſalatitium cum albo aceto & acuto

Rotula. multum. ¶ Quintum eſt hoc. *℞. diacydonit. ſcilicet ſaccharini ℔. ß. ſem. acetoſæ. cichoreæ,* E *adianti, politrichi & capill. ven. an. ʒ j. ß. accipe de hac confectione duobus diebus ſucceſſiue intermediis in aſſumptione alterius confectionis ante prandium & cœnam rotulam vnam pro ʒ.* Si enim vtatur prædictis anno vno aut menſibus nouem, adeo fortificabitur virtus eius & poterit vti rarius & quantitate minori.

Rvbrica II. *De præſeruatione a diarrhœa cholerica & cura iam facta.*

APparet, quod ea, quæ ſcripta ſunt in particula præcedenti, præſeruari poſſint ab aduentu diarrhϾ cholericæ præcipitando per vias vrinæ & ventris mediocriter. Si autem propter aliquam cauſſam contingeret adeo F multiplicari cholericam materiam, vt ſtimulando virtutem: & acuendo ſanguinem fieret cauſſa fluxus cholerici: tunc prouidendum eſt triplici inſtrumento. ¶ Primum eſt hoc. *℞. reubarbari torrefacti mediocriter ℈ duos: diapruni ſim-*

Puluis. *plic. ʒ vj. miua cydoniorum ʒ iiij. miſce totum, & in aurora accipiatur cum ℥ iij. aquæ hordei*

ſubtilis

A *ſubtilis, & tardetur cibus eius per quinq; horas.* ¶ Secundum inſtrumentum eſt, vt cibetur iuſculis factis cum brodio pedum vitulorum vel arietum ex tortellis de ſeni ſuperpo- nendo ʒ ij. ſumach puluerizati: Sunt igitur tortelli de ſeni panis biſcoctus cōuenienter, & non combuſtus. ¶ Vltimum vero inſtrumentum eſt hoc. ℞. *miuæ cydoniorum aromaticæ* ℥ *j. aquæ exſtinctionis chalybis* ℥ *iij. aquæ ſublimationis gallarum cupreſſi* ℥ *j. miſce, & tepidum in aurora pluribus diebus aſſumatur vſq; ad ſanitatem acquiſitam.* *Tortelli de Seni.*

RVBRICA III. *De cura ſtipticitatis ventris factæ a cholerica.*

POSSET autem contingere, vt propter dominium choleræ & ſiccitatem eius poſitiuam & priuatiuā ab eius caliditate reſoluendo proceden-
B tem intantum exſiccaretur humiditas glandoſarum carnium meſenterei & aliarum partium, vt propter illud acquireretur vehemens corporis ſtipticitas: vt frequenter accidit & tunc apparet, quod cholericæ materiei multitudo in inteſtinis non ſemper ſit cauſſa fluxibilitatis ventris pungendo & ſtimulando virtutem inteſtinorum, vt ſcribitur *prima primi, cap. de humoribus*: & tunc huic ſtipticitati ſubueniri poteſt triplici inſtrumento. ¶ Primum eſt, vt ſi apparuerit intenſa rubicunditas in vrina cum craſſitudine ſubſtantiæ eius: ſtatim aperiatur ſaluatella dextræ manus poſita inter medium & auricularem digitos: licet vt plurimum inueniatur inter auricularem & annularem directe, & educantur ſanguinis ℥ v. vel iiij. ſecundū menſuram plenitudinis & prudentiam contemplatoris. ¶ Secundum ingenium eſt, vt co- *Vena ſectio.*
C netur Medicus præcipitare materiam per vrinæ vias dando in potu aquam cuſcutæ, cichoreæ, eupat. abſynth. apii & ſuccos earum ſummopere: aut ſaltem cum prædictis aut ſine illis detur in potu ſyrupus compoſitus acetoſus de ſeminibus vel de radicibus cum aqua eupat. quæ calida eſt & ſicca in primo: & aqua anguriæ, quæ frig. eſt & hum. in fine ſecundi. ¶ Tertium ingenium eſt, vt dentur in potu aquę lactis ℥ iij. cum ℥ j. ß. ſucci taraxacon: Hoc enim inſtrumentum eſt leniendi præcipitans materias cholericas per vias ventris & vrinæ: & cito etiam, quod pillulæ ſupraſcriptæ multum conuenirent in diſpoſitione iſta.

RVBRICA IV. *De cura retentionis arenularum & lapillorum.*

CVM autem vir iſte perceperit in iliis & poſterioribus partibus ſub coſtalibus
D grauitatem, dolorem & tenſionem, poterit concipere multitudinem arenarum vel lapillorum in prædictis partibus, & proprie cū vrina fuerit tenuis, clara, ignea vel crocea. Tunc ergo huic diſpoſitioni ſubueniendum eſt triplici inſtrumento. ¶ Primum eſt, vt pluribus diebus ante cœnam & prandium comedat ſalatium ex foliis ſaxifragiæ, pimpinellæ, quæ eſt ſpecies eius: herbæ bechinæ, quæ eſt altera ſpecies, & herbæ ſanamundæ, quæ eſt quarta ſpecies eius, & capil. vener. Hæc enim omnia deponunt arenas, petala, grumos & lapides a prædictis locis. ¶ Secundum inſtrumentum eſt hoc. ℞. *lapidis lincis, lapidis Iudaici, & lapidis ſpongiæ, an.* ʒ *j. cinamomi electi* ʒ *j. ß. rubeæ tinctorum, vitri combuſti, an.* ℈ *ij. ſacchar. alb.* ℔ *ß. fiat confectio cum aqua ſaxifragiæ in rotulis* ʒ *ß. & accipiatur ante cœnam & ante prandium rotula vna.* ¶ Tertiū *Rotulæ.*
E inſtrumentum eſt hoc, vt tempore iſto accipiat omni mane ℈ ij. de iſtis pillulis. ℞. *granorum hederæ recentium vel ſiccorum* ʒ *j. ſpecierum iuſtini* ʒ *ß. vitri combuſti* ℈ *iiij. cum ſucco apii, fiant pillulæ de omni.* ʒ *vj. & ſit eorum vſus vt ſupra.* *Pillulæ.*

RVBRICA V. *De præſeruatione ab ardore vrinæ & curatione eius, cum euenerit.*

ARDOREM autem in viis vrinalibus futurum & actu exiſtentem ſubleuare & tollere poſſunt duo inſtrumentia ſequentia. ¶ Primum eſt hoc. ℞. *portulacæ* ℥ *j. endiuiæ, lactucæ, ſcariolæ aceto an.* ʒ *j. ß. ſeminū commun. frigidorū* ℥ *j. papaueris alb.* ℥ *j. ß. penidiarum* ℥ *ij. ſacchari alb. duplum ponderis omnium fiat tragea, de qua tempore iſto ante omnem cibum ſemper deglutiat cochlear magnum.* ¶ Secundum *Trageæ.*
F inſtrumentum eſt hoc. ℞. *granorum alkekengi recentis* ℥ *j. ſucci apii. ſucci ſamurion,* (eſt apium campeſtre) *an.* ℥ *ß. olei nardini* ℥ *iiij. olei de ſcorpionibus facti per decoctionem* ℥ *ij. miſceantur hæc omnia & diligenter conquaſſentur & expoſita ſoli teneantur diu.* De hac materia calida inungantur partes renales omnes mane & ſero pluribus diebus & ſuperponatur pellis vel fruſtum de coto calefacta. *Samurion quid.* *Inunctio.*

Rvbrica VI. *De cura doloris capitis cholerici.* A

DOlor autem capitis cholericus cum euacuationibus ſupraſcriptis ſubleuari conuenienter poteſt: Si autem inſtiterit vehementior, tunc fiant inſtrumenta quinque. ¶ Primum phlebotomia cephalicæ dextri brachii vel manus cum ſignis mixtionis choleræ ſuperius tactæ. ¶ Secundo fiat diuerſio cum ventoſis ſcarificatis appoſitis ſpatulis, dum timetur phlebotomia: & proprie mane, & in augmento luminis lunæ. ¶ Tertio, ſi dolor non fuerit ita intenſus, tentetur prius diuerſio cum ligaturis, fricationibus & ablutionibus pedum & manuum. ¶ Quartum eſt hoc. *Epithema capitis.* *℞. aceti alb. acuti ℥ j. aquæ ſolatri, aquæ roſ. an ℥. j. olei roſarum ℔. ß. croci ʒ j. conquaſſentur hæc in mortario, & infundantur panni, & bene expreſſi applicentur fronti, temporibus & vertici capitis.* B Si autem magna foret neceſſitas euacuandi cito materiam propter multitudinem & acuitatem eius, & inſtantiam doloris & timeretur phlebotomia & ventoſæ: tunc ſoluatur venter cum hac medicina, & tardetur cibus eius horis ad minus ſex. Cuius deſcriptio eſt hæc. *Potio.* *℞ diapruni ſimplicis ʒ vj. reubarb. elect. ʒ j. aquæ lactis ℥ iij. miſce, & calidum accipiatur in aurora.*

Rvbrica VII. *De cura diſpoſitionis ad anginam.*

OCtavvm accidens eſt ſquinantiæ ſeu anginæ diſpoſitionis euentus. *Signa.* Cum ergo æger percipit quandoq; deglutiendi difficultatem, vocis raucedinem, tenſionem in gutture, extenſionem & grauitatem in extremitatibus faucium, per hoc percipere poteſt materierum congregationem C in gargalione, in quo retentæ materiæ anginoſas diſpoſitiones efficiunt: vt *9. tertii* colligendum, *& interiorum quinto.* Huic ergo diſpoſitioni ſubuenire poſſunt diuerſiones & euacuationes iam prædictæ multoties. Et cum euenerint iam apoſtemata prædicta corpore iam euacuato aut nõ multum pleno exiſtente, tria ſunt ſolemnia inſtrumenta ab hac diſpoſitione defendentia. *Venæ ſectio.* ¶ Primum eſt, vt ſtatim fiat patienti phlebotomia ambarum venarum, quæ ſunt ſub lingua, hora electa, ſi fieri poteſt, aut quacunq; hora contigerit ægritudinem non dare inducias, & per eam educantur ſanguinis ℥ ij. vel iij. ¶ Secundum inſtrumentum eſt hoc. *Gargariſm.* *℞. aquæ portul. plantaginis an. ℥ ij. rob. nucum ℥ iij. diſſoluantur omnia ſimul, & de hac medicina actu frigida ſæpe teneatur os plenum & aliquando cũ ea fiat gargariſma.* Eſt enim medicina inter alias potentiſſima & proprie a primo vſque D ad tertiũ diem. ¶ Tertium vero inſtrumentum eſt hoc. *Emplaſtrũ.* *℞. nidũ vnũ hyrundinis fol maluæ & althæ. an. M. j chamom. melil. an. M. ij. farinæ hordei ℥ iij. croci ʒ j. olei roſ. ℥ iij. olei de chamo. ℥ j. fiat emplaſtrum ſubtile, de quo pars gulæ & colli actu calido diligenter emplaſtrentur.*

Rvbrica VIII. *De cura deſcenſus materiei ad pectus.*

PRo regimine vero vltimi accidentis, ſcil. deſcenſus materiei ad pectus, conferunt omnia inſtrumenta prædicta diuertentia, minorantia & eradicantia materias. ¶ De prohibentibus vero materiam ad pectus, optimũ eſt gargariſma immediate ſcriptum. ¶ Secundum, vt ſæpiſſime poſt cœnam u. g. [illegible] at ſeptem vel octo grana maſticis. ¶ Tertium & fortius illo eſt hoc. *Potio.* *℞. diacodion ʒ iij. aquæ ſublimationis gallarum cupreſſi ℥ j. ß. bibatur ſæpe tepidum totum hoc diligenter commixtum, arcet potenter, & incraſſat eas, & tu conſidera.* E Hæc ſunt, quæ mihi neceſſaria videntur in regimine diſpoſitionum huius viri tam conſeruatiuo & curatiuo earum. Et tu diligenter conſidera: quia hæc omnia ſunt ſubtilia & magnæ contemplationis. In omnibus enim, quorum complexiones & compoſitiones malæ ſunt, neceſſarium eſt vt non ſolum ardua theoria & contemplatione in omnibus, ſed oportet Medicũ & patientem multa diligentia & ſolertia continue inſiſtere procurationibus ad acquirendam ſanitatem, & ad melius reducendam, quã Summus Ille omnium Opifex conſeruare & concedere dignetur huic viro. Ad laudem. Amen.

F

Consilivm CCLXXII. *De quadruplici mala diſpoſitione, videlicet. De laſſitudine vniuerſali totius corporis. ¶ De ardore vrinæ quaſi continuo & forti. ¶ De dolore renum & iliorum. ¶ Et de multitudine lapillorum, arenularum & grumorum a renibus. ¶ Diuiditur autem conſilium in cap. tria.*

Cap. I.

A **C a p. I.** *De cauſſis prædictarum diſpoſitionum.*

SENTIO me magis ingenter moleſtatum animi anguſt'a. Cum video vires mihi beneuola charitate coniunctos affligi diſpoſitionibus anguſtioſis & cõminantibus eis pericula non leuia: ſed difficilia multum, dico quantus ſit labor, quem oporteat me tolerare in eligendo fundamentum, viam & modum cognoſcendi diſpoſitiones & accidentia eorum: & adhibendi remedia opportuna: quis enim eſt tantæ ſeueritatis animus, vt cum videt hominem, de quo vniuerſa fama laudatiſſime pronunciat, vt ei non compatiatur pie & benigne ſubuenire procuret? ¶ Etenim his diebus labilis humanæ fragilitatis compago obtulit mihi virum diuerſis & pluribus accidentibus moleſtatum. ¶ Primum quidem horum eſt vniuerſa laſſitudo totius corporis. ¶ Secundum ardor in vrinando ſemper quaſi cõtinuus & fortis. ¶ Tertium dolor renum & iliorum in ſubſtantia non leuis. ¶ Quartũ & vltimum eſt lapillorum multitudo in renibus genitorum cum magna quantitate arenarum, quibus commiſcẽtur grumi petaloides, reſolutiones & crinoidales, furfuribus tamen reſolutionibus propinquiores.

Et licet hæc accidentia a diuerſis poſſint prouenire cauſſis: imo genere & ſpecie diſtinctis, vt paulo poſt videbitur: cognoui tamen hæc accidentia in viro iſto incepiſſe & perſeuerare a mala complexione calida renum cum magna plenitudine a ſanguine & aliis materiebus circa eos. *Signa complexionis radicalis huius patientis.* ¶ Quod autem eius complexio radicalis ſanguinea ſit & fuerit a generatione: declarat primum genus ſignorum ſubſtantialium, vt caliditas cum humiditate in vniuerſo corporis ſenſu tactus perceptibilis & maxime circa renes & epar. ¶ Secundum ſignum huius eſt mollities magna in partibus prædictis repræſentata, ac ſi maneret ab aqua notabiliter calefacta, non dico feruenti. ¶ Tertio principaliter hanc complexionem declarant ſigna ſecundi generis, videlicet magnitudo pulſus, velocitas & frequentia minores illa: cum magnitudine enim virtus ſuppleat ita bene neceſſitati augmentatæ; quod non ſit opus velocitatem & frequentiam acquiri in pulſu. Amplius eius pulſus non ſolum eſt magnus, magnitudine intellecta penes motum arteriæ magnum, quoad vnam dimenſionem, ſed quo ad omnes: fortis enim virtus magnifice mouet arterias per longitudinem, altitudinem & latitudinem ipſarum: & cum hoc etiam fortis eſt, ita quod in digitum tangentis fortiter pulſat. ¶ Similiter hoc facile deduceretur ex fortitudine operationum aliarum virtutum, ſicut vegetatiuæ: potentia enim virtutis huius in hoc viro conuenienter nutrimentum attrahit, detinet, tranſmutat & depurat, apponit, vnit & aſſimilat membris: ſed non ſunt alii motus, quibus vegetatiua potentia conuenienter operari poſſit. ¶ Et tu ſuperadde ad confirmationem, quod augmentum carnoſitatis in hoc viro a poſteriori perfectionem operationis vegetatiuæ potentiæ arguat.

Signum vero tertii generis, videlicet a caſibus ſumptum eſt coloris formoſitas cum perſeuerantia roſeitatis eius: quare facile ex his concluditur radicalis complexio huius viri: qualiter enim non aliter phyſice poteſt intelligi, niſi per ſigna ſumpta ab inhærentibus ſubſtantialiter: & ab operatione & a caſibus. Licet igitur, vt prætactum eſt, in hac complexione per ſe fiat bona digeſtio, tamen multa quantitas ſanguinis corpori ſuperaddita; propter repletionem venarum vniuerſi, corporis debilitatem facit nominatam, quo ad vaſa. *Cauſſa laſſitudinis vniuerſalis.* ¶ Eſt ex hoc facile intelligis, quæ ſit cauſſa laſſitudinis in hoc viro, quæ eſt extenſiua, propter multam quantitatem ſanguinis diſtendentis & grauantis muſculos, & alias partes: Et ita hæc laſſitudo diſtinguitur ab apoſtemoſa, vlceroſa & arefactiua: fundamentum tamen horum ſermonum collige *ſecunda primi, cap. de cauſſis & ſignis repletionum, & tertia primi, cap. de ſpeciebus laſſitudinis*. Et ſic videtur audienti ſatisfactum eſſe ad inueniendum primum accidens huius viri, quod erat laſſitudo toti corpori vniuerſalis.

Cauſſa ardoris vrinæ. Secundum accidens huius viri ardor in vrina, qui licet ex pluribus prouenire poſſit, vt alias diffuſe declaraui *in magno tractatu, de hac materia conſcripto celeberrimo Doctori domino Gerardo Veronenſi.* In hoc tamen viro hic ardor prouenit per eſſentiam; & per colligantiam: per colligantiam quidem a mala complexionẽ

renum calida per quam vrinæ efficiuntur acutæ & mordicatiuæ: licet enim domine- A
tur circa renes huius viri multitudo ſanguinis, qui per ſe non poſſet efficere hunc ardorem, per accidens tamen vrinæ in eo ſalſæ redduntur, vltra ſalſedinẽ eius propriam: hoc modo propter debilitatem in renibus, inuentam a mala complexione calida debilitatem digeſtiuam renum multa phlegmata generantur in eis, quæ propter viſcoſitatem eorum diu retenta poſſunt dupliciter fieri ſalſa.

Vrina vnde fiant ſalſa.

¶ Primo quidem propter cõmixtionem materiæ cholericæ, quæ facile ab epate renibus delegatur. ¶ Secunda vero cauſſa, quia talia phlegmata diu retenta ebulliunt & putrefiunt: propter q od ſalſedinem acquirunt. Hæc igitur phlegmata aquoſitati vrinali cõmixta ipſam reddunt acutiorem, quã ipſa ſit: delata igitur ad collũ veſicæ: & abinde ad caput pudendi mordicationem in eis leuiter conficere poteſt. ¶ Secunda cauſſa principalis ardor s vrinæ B
ꝓuenientis a renibus poteſt eſſe: & ita verificatur in hoc viro multitudo arenarũ, quæ præcipitatæ ad collum veſicæ, & inde ad caſtaneã virgæ caliditate accidentali, quæ informatæ ſunt & punctione ab angulis arenarum & lapillorum in prædictis membris facta, iam excoriationem ſatis magnam fecit in collo veſicæ: licet credam ipſam eſſe in principio augmenti vniuerſalis eius, & non valde fortem neque confirmatam. Et ex hoc fundamento apparet declaratio tertię diſpoſitionis principalis huius viri, videlicet dolorum renũ.

Cauſſa dolorum renum.

¶ Quod vero per colligantiam & propinquitatẽ ipſorum renum dolores accidant in inteſtino ilion: imo & in monoculo & in colon, eſt facile videre, mala enim complexio calida ipſorum renum vehementer & ſubito alterare poteſt prædicta membra: adhuc etiam & ventoſitates & materiæ contentæ in renibus ex- C
tendendo & comprimendo poſſunt dolores extenſiuos & grauatiuos efficere in prædictis inteſtinis, imo in ieiuno, duodeno & in ipſo ſtomacho. Ex quibus corollarie deducitur facilitas euentus nauſeæ & vomitus in diſpoſitionibus renum.

Vnde nauſea & vomitus in diſpoſitionibus renum.

¶ Deducitur ſecundo magnificentia iuuamenti vomitus in ægritudinibus materialibus renum approbatiſſimi in ægritudinibus eorum, patet *quarta primi, capite de iuuamentis, quæ affert vomitus.*

Cauſſa generationis arenarum in renibus.

Iam autẽ oportet inueſtigare cauſſas quartę diſpoſitionis huius viri: videlicet generationis & multiplicationis arenarum & lapillorum in renibus, præmittendo, quod cauſſa efficiens illorum ſit caliditas egreſſa a naturali temperamento eorum. Materialis vero cauſſa eorum eſt phlegma mucillaginoſum multum & partim vitreum, quę D
multiplicantur in prædictis membris per viam indigeſtionis, cum etiam nonnullis particulis ſanguinis craſſi & vnctuoſi, perſeuerantibus igitur his materiebus in venis renum & emulgentibus: & partibus circumſtantibus: & continuante actione caloris intenſi in talibus materiebus parte aquea & aerea ipſarum reſoluta: relinquitur pars terrea vehementer excocta. Cum ergo hæ materiæ aquoſitati vrinali vehementer ſint commixtæ per modum fluxibilitatis educuntur per colatorium panniculum, & per vreteres poros vſque in veſicam, & inde minguntur ad extra vrinæ arenoſis ſubſtantiis commixtæ, & quandoque ſimul commixtæ emittuntur portiunculæ phlegmatis nominatæ trumbi: & quandoque ſubſtantiæ ſolidiores petala nuncupatæ. Et quandoq; eiſdem commiſcentur partes panniculares ſeparatæ a ſuperficiebus mem- E
brorum, quæ nominantur reſolutiones furfureæ, quæ ſi fuerint craſſiores, & non ita ſimiles panniculis, nominantur crinoidales. Ex quibus facile concluditur euentus vrinarum diſſimilium in nephriticis: nunquam enim vrinæ in eis perſeuerant ſimiles colore & ſubſtantia & contentis; intantum, quod Medici non raro decipiuntur in cognitionibus diuerſarum ægritudinum propter hanc cauſſam; vnde & vetuſtiſſimus pater dixit: *Caue ne vitio renum & veſicæ capiaris: prognoſticorum ſecundo.* ¶ Præter hæc autem intellige, quod ſi prædictæ materiæ perſeuerarent in renibus prolixiori tempore & propter additionẽ phlegmatis de arenis ad arenas inuiſcatæ multæ arenæ inuicem & a calore intenſo diu excocto conuertuntur in lapides inter loca venarum emulgen-
tium ad ſuperiorem partem colatorii, intantum, quod continue ſuperaddito phleg- F
mate & arenis ad lapillos paruos: & colore forti indurante magnificatur lapis, qui quandoq; efficitur iam durus & magnus, quod eius cura non ſit poſſibilis propter debilitatem virtutis ad ipſum conſequentem; aut propter magnam reſiſtentiam lapidis vel lapidum ex parte velocitatis duritiei ipſorum. ¶ Vnde ex his corollarie concluditur;

A cluditur, quod lapis in renibus confirmatus, id eſt, vehementer magnificatus & valde durus non recipiat curationem. ¶ Concluditur ſecundo neceſſitas inuentionis medicinarum ſuis virtutibus comminuentium lapides: oportet enim eas eſſe calidas, ſubtiliatiuas, inciſiuas, ſeparatiuas partium & abſterſiuas, vt inferius videbitur.

¶ Tertio, quare lapis in renibus rarius eueniat pueris, quam in aliis ætatibus. Hoc enim eſt propter negationem inuentionis cauſſarum efficientium & materialium lapidis in eis. ¶ Quarto etiam raritas euentus horum lapidum in renibus decrepitorum: licet enim ibidem concurrat inuentio materialis: deficit tamen efficiens, vt plurimum abſentia caliditatis eleuatæ notabiliter. ¶ Quinto, quod horum euentus, vt ad multum verificetur in primis ſenibus propter facilitatem ambarum duarũ
B cauſſarum, quæ dictæ ſunt. In iuuenibus vero vel conſiſtentibus licet adſit cauſſa efficiens, ſcilicet caliditas intenſa: deficit tamen in eis multitudo phlegmatum prædictorum. ¶ Et ex his tandem ſexto concluditur facilitas euentus arenarum vel lapillorum in carnoſis & pinguibus: & alia quam plurima potuiſſem adiungere corollaria, quæ ex his intelligenda ſunt. Et ſunt omnes fere ſermones Auic. *18. tertii, cap. de generatione lapidis in renibus*. Hæc in ſumma videtur huius viri diſpoſitio.

Cap. II. *De regimine per res non naturales.*

EX præcedenti cap. primo diligenter contemplanti apparere poteſt fundamentum regiminis prædictarum diſpoſitionum, quæ hunc virum commendatiſſimum affligunt, & eſt, vt eligatur ei modus regiminis ex parte
C rerum non naturalium conuenienter applicandarum. Deinde ordine tertio declarabitur regimen intentionum & inſtrumentorum medicinalium. ¶ Secundum itaque caput has ſex continebit partes: & prima eſt diſcurrens per manſionem & locum conuenientes ei: ſecundo vero enumerabit regimen per adminiſtrationem quietis & exercitii: tertio vero modum aſſumptionis nutrientium regula docebitur. Quarto autem tractabit, de ſomno & vigilia. Quinto de accidentibus animi. Sexto vero diffuſum regimen electionis ciborum & potuum demonſtrabit. Huius autem ſecundi cap. ſummam, quoniam in alio conſilio quod incipit. *Manſuetiſſima humanitas*, &c. vberrime inuenies, hic dimittemus ad tertium tranſeuntes.
D

Cap. III. *De cura per medicinalia.*

PRo cap. tertio vtiliter aperiendo neceſſariæ ſunt intentiones ſeptem in regimine diſpoſitionum huius commendatiſſimi viri. ¶ Et prima ſolers & diſcreta moderatio per cibos & potus in cap. prædicto diffuſæ regulata. ¶ Secunda eſt materierum interpolata & frequentata euacuatio conueniens. ¶ Tertia ipſarum materierum diſtractio vel diuerſio. ¶ Quarta viarum omniũ vrinæ mundificatio a trumbis, arenis, lapidibus & petalis. ¶ Quinta membrorum mandantium rectificatio. ¶ Sexta, defenſio renum & viarum vrinæ a ſuſceptione materierum. ¶ Septima & vltima eſt materierum, quæ iam effuſæ ſunt omnimo-
E da conſumptio.

Pro iſto vero principali cap. huius intentionis præmittendum primo; quod hic vir indigeat duplici euacuatione. ¶ Prima eſt adminiſtranda in temporibus veris & authumni. ¶ Secunda eſt particularis euacuatio, quæ fieri debet partibus intermediis. ¶ Itaque cum ſuperuenerit medietas Februarii, de hoc 1446. huic viro fiat phlebotomia ſaphenæ ſiniſtri pedis, per quam extrahantur ſanguinis ad minus. ℥ v. & hoc per ſex horas vel ſeptem poſt prandium pede prius infuſo in aquam calidam. ¶ Die vero immediate ſequenti cum aqua decoctionis ſeminum communium frigidorum accipiat hunc potum. *℞. caſſiæ nuper præparatæ cum aqua apii ℥ xij. aquæ*
F *decoctionis ſeminum communium ℥ ij. ß. calidum accipiatur in aurora, & poſt ipſum dormiat hora vna ſola & non ambulet neque exercitetur & tardet comedere per ſex horas ad minus.*

Purgatio in Vere.

Vena ſectio.

Potio lenitiua.

Mane vero ſequenti immediate accipiat hunc potum calidum poſt cœnam per octo horas, & poſt ipſum tardet comedere per quatuor horas, &

Potio digeſtiua.

continuet ipſum diebus ad minus x. ℞. *ſyr. de eupatorio ſyrup. acetoſi compoſiti, an. ℥ vj. aquæ* A
decoctionis ſebeſten ℥ ij. miſce. &c. ¶ Vndecima vero ſequenti die præſcripta hora acci-
piat hoc ſolutiuum. ℞. *benedictæ ſimplicis ʒ iij. caſsiæ præparatæ cum aqua fœniculi ʒ vij. mi-*
ſce, & accipiatur in potu cum ℥ ij. aquæ apii calefactæ: & obſeruentur poſt illud regulæ, quæ de ſupe-
riori minoratiuo ſtatim dictæ ſunt.

Solutiua.

Purgatio in authumno peragenda.

Pro euacuatione vero in authumno ſic procedat. ¶ Si enim apparebit ei graui-
tas & tenſio in renibus cum extenſione venarum totius corporis: tunc fiat ei phlebo-
tomia baſilica, dextri brachii, per quam extrahantur ſanguinis ℥ iij. vt ſupra de phle-
botomia altera dictum eſt obſeruando. ¶ Sequenti vero mane in aurora accipiat has
pillulas. ℞. *pill. de agarico ʒ ß. diagridii, gran j. pulueris hermodactylorum ℈ j boni ponderis, zin-*
zib. pulpæ colocynth. an. gran. v formentur pillulæ vj. cum benedicta, & accipiantur circa eas obſer- B
uando, vt ſcriptum eſt de pillulis purgationis veris. ¶ Mane vero immediate ſequenti acci-
piat hoc digeſtiuum, quod continuare debet diebus ad minus x. ℞. *ſyrup. de eupato-*
rio ℥ j. ſyrup. compoſiti acetoſi ℥ ß. aquæ lupulorum & milii ſolis, an. ℥ j. miſce, & calidum acci-
piatur hora & conditionibus ſuper alio digeſtiuo dictis. ¶ Die vero vndecima ſequenti in au-
rora purgetur cum hoc potu. ℞. *electuarii indi. ʒ ij. benedictæ ſimplicis ʒ iij. miſce, & acci-*
piatur cum cyatho medio vini albi calefacti. & obſeruet poſt ipſum regulas, quæ de præcedentibus ſo-
lutiuis dictæ ſunt. Et ſic completur prima pars intentionis primæ.

Pillula.

Potio digeſtiua.

Potio ſolutiua.

Pro ſecunda vero parte eiuſdem intentionis deſcribendæ ſunt quædam me-
dicinæ, particulariter euacuantes ſecundum opportunitatem. ¶ Si ergo venter e-
ius remaneret notabiliter ſiccus tunc prouideat ſibi accipiendo parum ante cœnam C
cochlear vnum huius electuarii deglutiti. ℞. *mucillaginis ſebeſten extractæ cum aqua*
ſaxifragiæ ℥ iiij. confectionis de phiſticis ℥ ij. penidiarum ℥ j. ß. ſacchari albi ℥ iij. lapidis ſpongiæ
ſubtiliſsime trit. ʒ ij. coquatur ſaccharum & penidiæ confectio ſimul cum aqua lupulorum, deinde
incorporentur ſecum alia, & fiat electuarium cum ʒ j. pulueris diagridii diligenter incorporatis ad-
inuicem omnibus. ¶ Ad hanc etiam intentionem memoret propter ventris duritiem
comedere quandoq; ſparſim, ſcilicet cannæ caſſiæ bene ponderoſæ ante cœnam pa-
rum abiectis corticibus & ſeminibus ſugendo medullam. ¶ Si autem particularem
plenitudinem perciperet in capite & ſtomacho perceptis nocumentis in ipſis: tunc
ſummum eſſet auxilium ei bibere ʒ vj. vel vij. hieræ Gal. in aurora cum medio cyatho
calefactæ aquæ lupulorum. ¶ Si autem timeret hieram propter amaritudinem eius, D
tunc loco illius accipiantur pillularum de hiera ſimplici ℈ ij. pillularum aurearum ℈ j fiant pillulæ
vij. & poſt eas tardetur comeſtio per horas ad minus ſex. ¶ Si autem principaliter in renibus
perciperet plenitudinem, tunc mane vno in aurora accipiat ℥ j. *benedictæ cum ℥ ij. a-*
quæ lupulorum calefactis, & obſeruet ea, quæ de aliis ſolutiuis dicta ſunt. ¶ Ego autem ſcio,
quod ſi ſæpe vtatur aſſumptione pillul. de aloe abluta, ſecundum deſcriptionem
meam, ipſe excuſabitur ab aſſumptione multorum ſolutiuorum, & mundificabunt
ipſum circa caput, ſtomachum & renes, & vias epatis, & ipſum defendent a mul-
tis nocumentis aliis. ¶ Eſt autem modus aſſumptionis earum, vt omni tertio vel
quarto ſero accipiat vnam parum ante cœnam aut duas, ſecundum tamen maio-
rem & minorem ſtipticitatem ventris eius: & per hæc remedia conuenienter com- E
pletur intentio prima.

Electuariū.

Pillula.

Materiarū interpolata & frequentata euacuatio.

Pro intentione ſecunda, videlicet pro partiali euacuatione, præmittendum eſt,
quod hæc intentio recipiat diuerſitatem, aut ex parte euacuationis vniuerſalis to-
tius corporis: & huic parti ſatisfactum eſt per euacuationes veris & authumni. Et i-
terum per ea diuerſitatem recipit, quæ reſpiciunt partialem plenitudinem membro-
rum: & hoc quidem eſt declaratum in intentione præcedenti. Vel tertio recipit hæc
intentio diuerſitatem ex parte materierum peccantium. Et quia materiæ in hoc vi-
ro peccantes ſunt phlegmaticæ & choleric æ, vt ex prædictis in primo cap. probari
poteſt. Ideo licet pro ipſarum euacuatione nonnulla ſint tacta inſtrumenta in inten-
tione præcedenti huic parti multum vtilia, tamen memorabo quatuor inſtrumenta F
ſuperfluitates fere omniū humorum a toto euacuantia & a membris prædictis. ¶ Pri-
mum eſt electuarium de dactylis diaphœnicon nominatum a modernis a fenikio,
quod eſt dactylus, cuius doſis eſt ʒ iiij. ¶ Secundum eſt electuarium, nominatum in-
dum, quod etiam ſuperfluitates educit a toto corpore & doſ. ſicut præcedentis.

¶ Ter-

A ¶Tertium eſt electuarium hieralogodion, quod eſt pharmacũ ſecuriſſimum, cuius doſis eſt a ʒ iij. vſq; ad ſex. ¶Quartum eſt hiera colocynthidos, quę licet ſit medicina guſtui horribilis, eſt tamen laudabilis & bona accipiendo ex ea a ℥ iij vſq; ad v. quodcunq; autẽ prædictorum aſſumatur in aurora cum medio cyatho vini aromatici aut ℥ ij. aquæ fœniculi, lupulorum vel eupatorii calefactis: ſemper poſt talia pharmaca obſeruando conditiones in ſolutiuis aliis obſeruari debere ſcriptas. Hæc de intentione ſecunda.

Materierũ diſtractio vel diuerſio.

Iam vero declarari debet intentio tertia diuerſionis materierum, ita, quod licet plurima, imo fere omnia inſtrumenta ſcripta in duabus præcedentibus intentionibus materias diuertant: nunc per ſputum, nunc per vrinam, & amplius per ventrem etiam diuertunt, factis phlebotomiis iam prędictis. Pro hac tamen intentionẽ quinq; ponam inſtru-
B menta neceſſaria in diuerſionibus materierum a membris patientibus: quorũ tria erũt appropriata magis diuerſioni, quæ neceſſaria eſt in tempore paroxyſmorum huic viro euenientium: reliqua vero duo erunt appropriata magis in tempore interpolationis eorum: voco autem paroxyſmos euentum & fortificationem dolorum in renibus huius viri venientium; per alterum a. paroxyſmum intelligo vehementiam ardoris in vrinando affligentis hunc virum & ingenter, imo & quandoq; moleſtat ipſum ardor in extremitate pudendi etiam abſq; vrinæ emiſſione. ¶Itaq; ſi huic viro dolores acciderent ingentes in iliis: Primum & ſecurum inſtrumentum diuerſionis, imo & velocis iuuamenti eſt, vt adminiſtretur ei vomitus, quantum enim in diſpoſitionibus renum iuuamẽtum afferat, lege *4. primi, cap. de iuuamentis quæ affert vomitus, & 18. tertii, in proprio cap.* Patienti itaq;, cum

Vomitoriũ.

C opus fuerit, detur in potu brodiũ pingue, acetũ, aq. mel. decoct. raphan. dec. ſem. anethi, aliquid eorum & aliorum ciborum diuerſorum ſubſtantia, ſapore, colore & frigore & pũctione ſua nocentium. Poſt iſta detur in potu cyathus vnus aquæ decoctionis radicũ vel ſeminũ raphani tepidæ: poſt quam per mediam horam titillatio fiat in principio deglutorii cum penna vel digito, ita vt euomat: ſolet enim fere in inſtanti ſedari dolor. ¶Secundum vero diuerſionis inſtrumentum eſt hoc. ℞. *aq. decoctio. maluarum, bletæ & mercurialis lib. j. mellis roſ. ſacchari rub. an. ℥ j. benedictæ, caſſiæ fiſtulæ an. ℥ ß. ſal. gemmæ ℈ iiij. olei amygdalarum dulc. & de ſiſamo an. ℥ j. ß. calefactis & colatis omnibus diligenter fiat clyſtere cum inſtantia dolorum actu mediocriter calidum; etiam quacunq; hora.* Ego autem ad excuſandum labores experientia vera ſcio, quod ſi fiat ſuppoſitorium de ſale ſardinæ ad quantitatem digiti mi-

Clyſter.

D noris, ſufficienter confert. ¶Tertium vero inſtrumentum diuertendi principale eſt prouocatio hæmorrhoidum: ſi enim educatur per eas ad ſufficientiam ſanguis, maximum affert iuuamentum in diſpoſitionibus talibus, quod facile intelligi poteſt argumento ſumto a colligantia ſituali talium venarum ad renes & a colligantia etiam per tertium: ſphincter enim taliter colligatur renibus, colligatur epati per venas, renibus per eaſdem. Modus prouocationis hæmorrhoidum primus eſt, vt patiens ſedeat in aquam calidam decoctionis arthanitæ rubeæ tinctorum cum modico ellebori. ¶Secundus vero, vt fricentur cum panno biſello, vel foliis fici, aut aliqua re aſpera impulſione facta ſphincteris ad exteriora. ¶Tertius, vt fricentur cum aliquo felle, vel liquore acuto. ¶Quartus, vt ſuper ſphincterem apponantur ventoſa ignita, abſq; ſcarificatione.

Prouocatio hæmorrhoidum.

E Inſtrumenta vero, quæ materias diuertunt in temporibus interpolationis, ſunt hæc. ¶ Primum. ℞. *ſiſeleos, carui, ſem. aneti, ameos, fœniculi, petroſ. & apii an. M j. origani, calamẽti, puleg. an. M ij. puluerizentur hæc omnia craſſo modo, & calefiant in fundo caldariolæ cum igne mediocri ſimul cum ℔ ij. furfuris de frumento craſſi: hoc ergo totum in magno ſacculo ſubtili ponatur & calidum actu applicetur ventri & iliis bis vel ter in ſeptimana mane poſt ortum ſolis, & in ſero ante cœnam:* aut ſaltẽ medicinę tales bulliant in tribus ſitulis aquæ, vſq; ad conſumtionem tertiæ partis, in qua infundantur ſpongiæ magnæ, quæ notabiliter expreſſæ applicentur iliis bis vel ter hora prædicta. ¶Secundum vero diuertens etiam in tempore interpolationis eſt hoc. ℞. *olei irini ℥ j. olei de coſto ℥ ij. myrrhæ ʒ j. acatiæ ℥ j. boli ar. ℥ j. ß. ceræ al. q. ſ. fiat vnguentum molle,* cum quo a ſpatulis vſque ad finem ſpinæ in diebus interpolationis per 15.

Sacculus ſtomachalis.

Vnguentum

F dies omni mane inungatur tota ſpina a furcula ſpatularum inferius: hoc enim diſtrahit materias conuenienter ad cutaneam partem alleuiando membra. & hæc de intentione tertia dicta ſufficiant.

Nunc autem occurrit intentio quarta, videlicet mundificandi vias vrinales a materiebus in eis abundantibus, ſiue per vrinales vias intelligamus epar aut emulgentes

Viarum omnium vrinæ mundifi-

[...]entio ab are[...]nis, lapidibus &c. — *Trumbi quid.*

venas, renes, vreteres & veſicam ſiue omnia ſimul: ſolent autem in eis retineri trumbi, A & ſunt portiones humorales magnæ ſatis, aut petala maiora illis, aut arenæ, lapilli cortices vel ſquamæ aut furfureæ reſolutiones eius. Quocunque enim iſtorum dato vel omnibus ſimul in aliquo prædictorum membrorum, vel in omnibus illis ſufficienter educi poteſt cum aliquo ſex medicaminum infraſcriptorum: quorum tria ſunt ſimplicia & totidem compoſita.

Simplicia.

¶ Primum de ſimplicibus eſt aqua ſublimationis litoſpermatis dando ex ea calida vnc. iiij. in aurora ſex vel octo diebus. ¶ Secundum eſt aqua ſublimationis radicis althææ conſimiliter data. ¶ Tertium & de ſecretis eſt poteſtatem habens ſuper omnia alia, vt dentur hora præfata ℥ v. aquæ matricariæ, quanta enim dignitate præualeat aliis, lege 2. *can. cap. de vcuen.*

Præſtantia matricariæ in affectibus renum.

Compoſita. Morſuli.

Primum inſtrumentum de tribus compoſitis eſt hoc. ℞. *ſpecierum electuarii de ſeminibus* ʒ *ij. ſacchar. al.* ℥ *iij. medullæ granorum coti drachm. iij. granorum phiſticorum* ʒ *ij. infundantur per triduum phiſtici in aquam eupatorii: deinde incorporentur & fiat confectio ſolida in fruſtis drach. iij. vtatur autē patiens ſemper omni die ante cibū omnē, per decem dies accipiendo fruſtum vnum: deinde interpolet decem dies:* & iterum reuertatur ad accipiendum ipſam cum hac reuolutione. B ¶ Secundum vero electuarium compoſitum eſt de ſeminibus deſcriptum *5. canon. ſum. prima*, factum ſolidum cum ſacchar. alb. & aqua ſaxifragiæ. ¶ Tertium vero compoſitum eſt hoc. ℞. *gran. phiſticor.* ℥ *iij. gran. pinear.* ℥ *j. medullæ granorum coti* ʒ *j. dragagant. gūmi Arab. an.* ʒ *j. penidiarum* ℥ *ij. infundantur grana per biduum in vinum ribolicum vel tenue, clarum, aromaticum: deinde cum reliquis incorporentur: & fiat confectio ſolida. & eſt rationabilis iuuamenti & magnæ delectationis.* Superadde iſtis, quod oleum amygdalarum dulc. C oleum de pineis, & de ſiſamo vtendo eis in cibariis omnibus conuenientia valde ſint, & melius illis & ſecurius eſt oleum de enula. Et tu lege volumina ſapientum & accipies veritatem. Hæc de intentione quarta.

Alii.

Membrorū mādantium rectificatio.

Vt autem ad declarationem intentionis quintæ perueniamus, præmittendum eſt primo, quod licet plurimæ membrorum corporum, & maxime ſuperiorum ſuperfluitates inundare poſſint ad renes, illa tamen, quæ in hoc viro maxime emittunt ſuperfluitates ad eos, ſunt caput & ſtomachus, quorum duorum regimen volo eſſe tactum particulariter per ea, quæ euacuant materias a capite & a ſtomacho deſcripta ſuperius in intentione prima. ¶ At vero de confortantibus caput abſq; euacuatione multa ſunt iſta. D ¶ Primum eſt frequens odoratio ligni aloes, aut maioranæ vel folii, vel granorum paradiſi: inter quæ etiam magnam virtutem habet puluis theriacæ ſiccæ in ſindone de grana ligatus & ſæpe odoratus. ¶ Secundum vero ad hanc intentionem eſt puluis hic ſuper bregmate aſperſus omni ſero. ℞. *macis drach. ij. caryophyl.* ʒ *ij. ambræ oriental.* ℈ ß. *pulueriz entur per ſe, & commiſceantur: & deinde cum vadit ad lectum ſuperponatur ſemper deponendo primum, quando reponit ſecundum.* ¶ Tertium vero bonum capitis confortatiuum eſt, vt omni ſero apud ſomnum deglutiatur granum vnum, ſicut cicer electi & gummoſi thuris, aut ſaltem tria grana cubebarum. ¶ Quartum eſt, vt per duas horas poſt cœnam omni ſeptimana bis comedatur vnus myrobalanus chebulus. ¶ De confortantibus vero ſtomachum ſunt ſæpe deglutire per horam ante cibum granum vnum maſticis. ¶ Secundo poſt cibum comedere ℥ ß. diacydonit. ſaccharini confecti cum modico macis. E ¶ Tertio vero eſt ſaltem per vnum menſem omni mane per quatuor horas ante cibum deglutire cochlear vnum xylobalſami conditi: & eſt notabile medicamen ad eius diſpoſitiones omnes, & non ſolum ad ſtomachum. De membris vero aliis, quæ plurimum effundunt materias ad renes eius, maius eſt epar & fortius aliis: licet enim reſpectu medii generationis in hoc viro ipſum exſiſtat ampla caliditate & humiditate eleuatum: in eo tamen aut per colligantiam eius ad renes vel ſtomachum, ſiue ſit propter ampliorem eſſe in ipſo humiditatem, quam ſit caliditas per accidens in eo generantur & congregantur phlegmata per viam indigeſtionis, & adhuc fortius, ſi multa materia ſanguinea generaretur in eo abſq; peccato qualitatiuo: tamen propter ſolum augmentum quantitatiuū debilitari poſſet digeſtiua potentia epatis: vt ex principiis theoriç medicinç demonſtrari poſſet. F ¶ A qualicunq; itaq; harum cauſſarum, vel ab omnibus aut pluribus earum cōtingat, manifeſtum eſt, quod in hoc viro generantur & congregantur phlegmata multa propter magnam propinquitatem concaui epatis ad renes per colligantiam materię illæ in renibus multiplicatæ effuſæ ab epate.

Puluis capiti aſpergendus.

A Etſi contingat materias iſtas antecedentes in venis contineri, vt plurimum fit, volo regimen ipſarum eſſe poſitum per ea, quæ de euacuationibus per phlebotomiam in intentione prima ſcripta ſunt. ¶ Verum, quia non ſemper contingit vtilem eſſe phlebotomiam ſtante adhuc materia in venis; & proprie, quando non fuerit ſanguini ſufficienter commixta: ideo oportet ipſam educi euacuationibus aliis per pharmacias: de quibus multa tacta ſunt ſuperius, & proprie electuarium de dactylis, electuarium Indum & hieralogodion, & aliæ pilulæ & mixtiones in intentione prima deſcriptæ. Et ſi tu velis pharmacum delectabile, non elongeris ab iſto. ♃. *reubarbari electi, agarici an.* ʒ ß. *ſpicæ, zinziber. an. gran. iij. pulpæ colocynthid. ſalis Indi an. gran. ij. formentur pilulæ cum ſucco ro. & accipiantur.*

Pilulæ.

B ¶ De his, quæ confortant epar laxatum & reſolutum, ſunt, vt ſæpe patiens accipiat vnam de iſtis pilulis ante prandium & cœnam. ♃. *macis, roſarum, corallorum rubeorum, ſpodii an.* ʒ j. *cinamomi* ℈ *ij. fiant pilulæ cum ſucco endiuiæ de omni* ʒ *vj.* ¶ Compoſitum ſecundum eſt hoc: ♃. *ſpecierum diarhodon* ʒ j. *ſpodii* ʒ ß. *ſacchari al.* ℥ *iij. cum aqua cichoreæ fiat confectio in rotulis* ℥ ß. *de qua vna ſemper poſt cibum accipiatur.* ¶ Tertium compoſitum eſt hoc. ℞. *trociſcorum diarhodon* ʒ j. *epatis adib præparati* ʒ ß. *ſpodii* ℈ j. *cum ſucco roſ. fiant pilulæ, de quibus patiens per quindecim dies & per duas horas ante cibum ſemper accipiat duas:* ex hoc quidem apparet rectificatio membrorum mandantium ad complementum intentionis quintæ, & tu conſidera vtilitatem eorum.

Alia.

Rotulæ.

Pilulæ.

Magna videtur eſſe neceſſitas in curatione diſpoſitionum renum procedere cum intentione ſexta, quæ eſt defenſio harum a receptione materierum, quibus grauantur, C & iterum defendere eos, ne propter debilitatem eorum per viam indigeſtionis generētur materiæ dolorum, lapillorum & arenarum: & ſic de aliis. ¶ Et licet plurima prædictorum inſtrumentorum in omnibus quinq; intentionibus conſcripta vtilia ſint: adhuc tamen hic aliqua ſcribam, quæ ipſorum renum confortatiua ſunt: de quorum numero nonnulla ſunt eorum confortatiua per viam nutricationis eorum: ideo omnium animalium renes comeſti confortant eos; vt renes porci ſylueſtris, domeſtici & iuuenis; renes capretorum, vitulorum, cerui; leporis & gazelli proprie, & volatilium renes omnes. ¶ Secundum vero huius generis confortatiuum eſt comeſtio lactis ouini, ei enim nulla medicina compar eſt in debilitate renum, *18. tertii, capit. tertio.* ¶ Et ſimiliter caſeus ouinus parumper ſalitus & recocta ex eo facta, & aqua eiuſdem lactis. D ¶ Tertium iterum eius generis inſtrumentum eſt comeſtio nucis conditæ, vt *5. canon. ſumma prima, cap. vltimo* colligitur. ¶ Quartum eſt ſecacul conditum. ¶ Quintum myrobalanus chebulus conditus ſemel in ſeptimana comeſtus. & horum aliqua conferunt, vt medicina & cibus. ¶ Tertium inſtrumentum principale de confortantibus eſt euitare in eis frequentem vſum diureticorum, & proprie ſimplicium, propter quod diuretica omnia debent eſſe cōfracta cum ſtypticis, aut ſaltē eſſe diuretica cū ſtypticitate, vt maſtix & ſimilia. Quarti generis inſtrumenta ſunt adminiſtratio linimenti cōpoſiti ex infrigidante & calefaciente, de quorum numero optima ſunt oleum omphacinum, oleum rodinū, oleum de alkekengi & attinentibus ad caliditatem: ſicut ſunt oleum de maſtice, de myrto & de enula. Et de calidioribus ſunt oleum de croco, oleum de coſto, oleum liliorū E al. vſq; ad irinum. ¶ Et de compoſitis ſunt in lapſu calido ceratum ſandalinum, Gale. vnguentum de ceruſſa deſcriptione Rha. Et de calidis ſunt vnguentum deſcriptione Nicolai compoſitum. ¶ Compoſitum bonum ad hunc vitum eſt hoc. ℞. *pinguedinis anatis, olei liliorum al. an.* ℥ j. *olei omphacini* ℥ *ij. roſarum, ſpodii, maſticis, ſpicæ nardi an.* ʒ ß. *ceræ albæ, q. ſ. fiat vnguentum mediocris mollitiei,* & cum hoc ſicut cum ſimilibus vngatur ſpina tota in introitu & exitu lecti actu exſiſtente frigido in diebus caloris, & calido in diebus frigoris. Scio etiam, quod linimentum bonum ad eos ſit hoc: ♃. *mucilaginis ſebeſten, ſeminum cydoniorū an.* ℥ j. *olei roſ.* ℥ *ij. corallorum alborum & rub. an.* ℈ *ij. conquaſſentur ſimul in mortario longa compoſitione, & adminiſtretur vt ſupra.* Hæc de intentione ſexta.

Defenſio renum & via rum vrinæ a ſuſceptione materierum

Præſtantia lactis ouini in affectibus renum.

Compoſita.

Vnguentum

F Pro vltima vero conſumtione materierum, quæ iam effuſæ ſunt, præmittendum primo, quod tales materiæ aut ſint mucoſæ, trumboſæ & petaloides, aut lapilli vel arenæ vel furfureæ reſolutiones & crinoidales. In cura itaque primarum ſuperfluitatum, quæ iam effuſæ ſunt, euacuationes vniuerſales & particulares, digerentia & mundificantia renes iam plurima prædicta ſunt in præcedentibus intentionibus. ¶ Sed, vt opus perfectum habeatur: hic primo ſcribam quatuor inſtrumenta, quæ mucoſas ſuper-

Vltima & omnimoda materierum conſumtio.

fluitates & phlegmaticas educunt ab epate, emulgentibus & renibus, tales e- A
nim ſuperfluitates ſunt, quæ inuiſcant arenulas & efficiunt lapides. ¶ Secundo vero
principaliter ponam octo compoſita, quæ arenulas & lapillos a prædictis viis educunt,
mundificant & præſeruant ab earum generatione & multiplicatione in eis. ¶ Primum
Pilulæ. itaq; de educentibus trumbos & phlegmata a prædictis viis, eſt hoc. ℞. *agarici electi, her-*
modactylorum an. ʒ j. *bdellii mollis & pulpæ colocynthidos an.* ℈ j. *puluerizentur omnia per ſe & cum*
ſucco apii fiant pilulæ de omni ʒ *vij. de quibus patiens a præſenti die per totum menſem Maii omni*
Electuariũ. *ſeptimana accipiat ſex in duabus vicibus vna diſtante ab alia per quatuor dies.* ¶ Secundum ve-
ro ſpeciale ad iſtud eſt hoc. ℞. *liquiritiæ, granorum milii ſolis, nenupharis, violarum an.* ʒ *iij.*
pulueris hermodactylorum ʒ *viij. turbith electi* ʒ *v. folliculorum ſenæ* ʒ *vj. mucilaginis ſebeſten* ℥ *v.*
ſacchari ſecundæ coctionis vnc. iij. fiat electuarium, de quo patiens ſemper accipiat bis quantitatem B
nucis muſcat. per mediam horam ante cœnam diebus intermediis aſſumtioni pilularum ſtatim ante-
ſcriptarum. ¶ Et ſi contingeret, quod ſuperueniret ei fluxus ventris magnus: tunc di-
mittat anteſcriptas pilulas, & ſolum accipiat hoc electuarium, ſicut nunc ſcriptum eſt.
Et iterum ſi propter hoc electuarium adhuc perciperet exuperantem fluxum ventris,
tunc non ſecedat ab eo, ſed ſolum accipiat medietatem ipſius. ¶ Tertium inſtrumentũ
Aliud. eſt hoc. ℞. *penidiarum* ℥ j. ß. *ſacchari al.* ℥ *ij. lapidis ſpongiæ ſubtiliſſime triti ſuper marmore* ʒ *ij.*
confectionis de phiſticis ℥ *iij. mucilaginis ſebeſten factæ cum aquæ ſaxifragiæ* ℥ *v. fiat electuarium, &*
in fine addantur pulueris cinamomi ſubtiliſſime triti ℈ *ij. & fiat electuarium:* de quo electuario a
præſenti tempore vſq; per totum menſem Maii, ſiue accipiendo pilulas & electuarium
anteſcriptum, ſiue non; hic vir accipiat quantitatem medii cochlearis per mediam horã C
ante cœnam & ante prandium, imo quater vel ſepties in die de ipſo accipere poteſt ante
Vnguentum & poſt cibum ſuo libito. ¶ Quartum inſtrumentum eſt hoc. ℞. *olei amygdalarum dulc. o-*
lei de ſiſamo an. ℥ j. *olei de nenuphare, violarum, ſem. althææ, maluæ, ſem. milii ſolis an.* ʒ j. *ceræ al. q. ſ.*
fiat vnguentum molle, in cuius fine addãtur ſandal. ru. ʒ j. ß. *camphoræ* ℈ j. de hoc ergo vnguento
iſte vir in mane, cũ ſurgit, vel in ſero, cum vadit ad lectũ, inungat omnes partes femoris,
& ſub ſcroto exiſtentes, & apponat ſuper eis fruſtum vnum lanæ albæ bene pectinatæ:
aut ſaltem fruſtum vnum molliſſimi coti. Et hæc quatuor remedia ſufficere poſſunt
conuenienter ad educendum phlegmata, trumbos & petala in viis vrinalibus in-
uenta.

De his vero inſtrumẽtis, quę vrinales vias mundificant a lapillis & arenis, licet plu- D
rima ab illuſtribus auctoribus hinc inde mihi conſcribantur: Ego tamen tangam illa, q
mihi videntur ſecurius & facilius educentia lapillos & arenas. ¶ Quorũ primum eſt hoc.
Pilulæ. ℞. *radicis ſaxifragiæ, gentianæ, ariſtolochiæ rot. aſari, peucedani an. dra. j. ſanguinis hirci præparati* ʒ
iij. cum ſucco apij formentur pilulæ de omni ʒ *vij.* ¶ Secundum vero compoſitum ſpecialius
Electuariũ & elegantius ad hoc eſt iſtud. ℞. *liquiritiæ, violarum, ſem. althææ ſem. maluæ, vitri combuſti*
lapidis Iudaici & lapidis lincis an. ʒ *ij pulueris leporis combuſti ſecundum artem* ℥ *ij. penidiarum*
℥ *iij. oxymellis compoſiti* ℥ *v. ſachari al* ℥ j. ß. *fiat electuarium, quod poſtea bulliat in* ʒ *iij. ſucci lito-*
ſpermatis vſque ad ipſius conſumtionem ſucci, hoc enim eſt ſecretum magnum. ¶ Tertium
compoſitum eſt. ℞. *granorum milij ſolis, lapidis ſpongiæ, liquiritiæ an.* ʒ *ij. ſachari albi duplum*
Tragea. Rotulæ. *ponderis omnium, fiat tragea.* ¶ Quartum compoſitum eſt hoc. ℞. *phiſticorum mundatorum* E
℥ *iij. liquiritiæ* ʒ *ij. polij montani, caſſiæ ligneæ, foliorum aſari, camepytheos an.* ℥ ß. *lapidis lincis* ʒ *ij.*
ſachari al. ʒ *v. cum aqua ſaxifragiæ fiat cõfectio in rotulis* ʒ *ij.* ¶ Eſt ergo canon in applicatione
iſtorum quatuor inſtrumentorum talis. Cum iſte vir perceperit perſeuerare multipli-
cem dolorem in partibus ſpinæ & iliorum, & ardorẽ, & punctionem in vrina multipli-
cem, tunc ſtatim ſemper ante cibum deglutiat cochlear vnum trageæ, parum ante
ſcriptæ. Similiter & poſt cibum comedat fruſtum confectionis nunc vltimo ſcriptæ. Ite-
rum omni mane in aurora deglutiat cochlear vnum electuarii ante confectionem ſcri-
pti. Et iterum per horam ante cœnam accipiat quinq; de pilulis ante ſcriptis. Et ita re-
uoluendo procedat de vno ad reliquum ſpatio quindecim dierum. Neq; enim eſt poſſi-
bile vt arenæ vel lapilli ab iſto modo medicandi euadant, quin educantur &c. ¶ Quintũ F
compoſitum eſt hoc, vt in ferculo & vino huius viri ſaltem pars tertia cyathi miſceatur
Aqua vino commiſcẽda huius mixtionis. ℞. *aquæ aſparagi, milii ſolis an. vnc. v. ſaxifragiæ libram vnam, miſce.*
&c. ¶ Sextum compoſitum eſt hoc. ℞. *peucedani, biſtortæ, phu, meu ana* ℳ *ij.*
pulegii rubei, aſari, eupatorii, abſinthij, apii & rutæ, capillorum Veneris & ariſtolochiæ

vtriuſq;

A *vtriuſque an. M. ij. baccarum lauri* ℥ j. *terenda terantur:* & reliqua incidantur. fiat ergo eorum coctio in v. vel vj. ſitulis aquæ, in qua ſedeat æger, vſq; ad regionem vmbilici, quando percipit accidentia parum anteſcripta; & ſedabitur fragor & dolor in prædictis partibus. ¶ Septimum remedium eſt hoc. ℞. *olei de nenuphare & de ſemine lini an.* ℥ ß. *pinguedinis cerui & taxi an.* ℥ *ij. diſſoluantur omnia, & ſecum incorporentur trociſcorum ſtellæ gr. viij. & fiat linimentum:* de quo cum penna alæ gallinæ intincta ſæpe imponatur in concauitatem virgæ, & conuenienter tollit ardorem. ¶ Vltimum compoſitum, vt ſi dolor vehemens inualeſceret, tunc accipiat albumina quatuor ouorum in aceto, quæ infundantur in aquam frigidam cum ℈ j. camphoræ ſubtiliſſime tritæ: ipſi itaq; cyatho tota infundatur virga & ſedabitur dolor in inſtanti fere: & per hæc inſtrumenta hic commendatiſſi- Linimentũ.
B mus vir Dei miſericordia terminabitur ad ſalutem, quam ampliſſime concedat ſummus & piiſſimus ſaluator Ieſus, qui ſanat, regulat cuncta & bene diſponit ad laudes eius immortales. Amen.

CONSILIVM CCLXXIII. *De cacochymica diſpoſitione; i. de plenitudine corporis malorum humorum.*

HVIVS generoſiſſimæ matronæ diſpoſitionem credo magis cacochymiam, quam pletoram denominandam eſſe: videtur enim ex ſignificato terminorum pletorã arguere magis bonorum humorum multitudinem : cacochymiam vero malorum. Cum ergo videamus multa corporum humanorum habere plenitudinem magnã, quam ſine nocumentis tolerant manifeſtis: immo etiam in ætate decrepita: hanc vero
C generoſam mulierem in tali ætate non tolerare plenitudinem ſuam ſine magno nocumento: ideo arguendum eſt, quod materiæ iſtæ ſint illaudabiles, quia ſunt virtuti obiecta non proportionata, quod apparet ex multis. Primo, quia corpus eius fere per totum extenſione manifeſta magnificatum eſt, & proprie in regione epatis inferius. ¶ Secundo, quod non euacuantur renum & alchatin partes ab extenſiuis doloribus permanentibus, & aliquando notabiliter augmentantur. ¶ Tertio iterum hoc oſtenditur ex parte laſſitudinis vel impotentiæ ad motus progreſſiuos. ¶ Quarto, quia in quocunq; fere motu corporis, & omni fere reuolutione ad omnem differentiam poſitionis grauatur in inſpirando & exſpirando. ¶ Quinto ex varietate & interruptione ſomni & ſomniorum varietate. ¶ Sexto ex impotentia debitæ euacuationis materierum per viam ſeceſſus *Signa cacochymiæ in hoc corpore.*
D & vrinæ. ¶ Septimo ex manifeſta tumeſcentia tibiarum & pedum eius, quæ tranſcendit menſuram omnem naturalem humano corpori. Et vltimo hoc deducitur ex inſtantia dolorum in inferioribus partibus, qui ſunt tenſiui & grauatiui ſecundum dominium prouenientium a materiæ craſſitie & grauitate, licet quandoq; interius ſentiantur dolores pungitiui & inflammatiui, qui proueniunt ab aliqua parte materierum corruptarum, quæ non poſſunt regi a virtute digeſtiua & expulſiua earum: propter quod concluditur, quod oporteat de neceſſitate erumpi tibias in aliqua determinata parte, nec eſt poſſibile prohibere illud: immo non dubito, quin eruptio ſit aliqualiter illi vtilis, dato, quod in vna fiat, aut pluribus partibus.

Regimen eius igitur conſiſtit in intraſcriptis decem regulis & inſtrumentis. ¶ Et Diæta.
E primum quidem, vt fiat ei ſubtractio partis cibi & potus, canonice tamen, ita, vt ſi ſolebat accipere edulium vnc. x. tunc accipiat præcipue 9. ß. per tres dies, tribus autem ſequentibus accipiat ℥ viij. ß. & ſic ſubtrahendo procedat, vſquequo perueniat ad medietatem eius, quod accipere ſolebat: taliter enim exſiccabitur corpus eius conuenienter. Oportet enim corpora paulatim ad non conſueta transferre, quoniam natura non ſuſtinet repentinas mutationes, *3. techni.* Et clauditur in vniuerſali regula Hipp. & Gal. ſermone illo *ſect. 2. aph. 51. multum & repente euacuare & replere &c.* ¶ Secunda regula eſt, quod omni die clyſterizetur ſemel hoc clyſteri. ℞. *furfuris frumenti M ij. radicis ireos & peucedani an. M j. foliorum bletæ, maluæ & aſphodelorum an. M ij. coquantur in decem lib. aq. vſq; ad medietatem. Cuius decoctionis accipiat lib. j. ſacchari rub.* ℥ *j. hieræ Gal. benedictæ an.* ʒ *ij. ſalis cõmunis coch-* Curatio. Clyſter.
F *lear vnum, olei oliuarum antiqui* ℥ *iij. miſce, & melius eſt accipere ipſum in mane, quam in ſero.* Tertia regula eſt, quod dimittat omnes fructus, præter quam ficus & pepones, tamẽ poſt eos, cum accipit, bibat vinum ſemidilutũ. ¶ Quarta regula, quod omni mane aut ſaltem alterno bibat aquæ menthæ & aſari an. ℥ ij. calidas cum ſaccharo & comedere tardet per tres horas. ¶ Quinta eſt: vt poſtquam acceperit prædictas aquas duabus vicibus, tunc

Electuariũ. tertia die ſequenti ad iſtas pilulas accipiat parum ante cœnam ʒ iij. huius electuarii: ℞. *electuarii de epithymo ℥ j. hermodactylorum, turbith electi an. ʒ ß. zinzib. aniſi an. ℈ ß. incorporentur ſimul cum melle roſ. & ſacch. al. & fiat electuarium.* ¶ Sexta eſt, vt conſueſcat omni ſero cum vadit ad lectum, totam ſpinam ſuam inungere cum hoc linimento. *Linimẽtum.* ℞. *olei omphacini, olei de coſto an. ℥ ij. pulueris ſandaracæ, ſarcocollæ, boli arm. an. ʒ ß. conquaſſentur omnia in mortario optima contritione.* ¶ Septima eſt, vt aſſueſcat omni ſeptimana ſemel vſurpare duas ventoſas ſupernatibus cum ſcarificatione earum. Et ita procedat cum iſtis euacuantibus materiã ſimul cum pilulis & electuario anteſcripto. ¶ Octaua, vt conſueſcat bis in ſeptimana deglutire cochlear j. xylobalſami conditi, & comedere tardet per duas horas. ¶ Vltima regula & inſtrumentum eſt, quod per viginti dies ad minus omni mane in aurora, ſiue accipiat aquas anteſcriptas, aut non: deglutiat tria grana ſarcocollæ. *Sarcocollæ vis.* Ineſt enim ei ſpecialis proprietas extenuandi corpora pinguia, Ad laudem Dei. Amen.

Consilium CCLXXIV. *De triplici mala diſpoſitione: videlicet, De laſſitudine extenſiua totius corporis. De debilitate digeſtionis ſtomachi. Et de catarrho a capite ad inferiora a phlegmate. Diuiditur autem conſilium in tria capita.*

Cap. I. *De cauſſis & ſignis dictarum diſpoſitionum, & de cura laſſitudinis.*

Nobilis vir Petrus de Valmarana ſpectabilis & ſtrenui militis Domini Baptiſtę de Valmarana filius diebus iſtis laborauit quibuſdam diſpoſitionibus præternaturalibus. Et prima earum fuit leuis febricula, quæ ſecundum mihi relata, & per G
me viſa fuit vna interpolata phlegmatica, quam tribus vel quatuor diebus paſſus eſt. Et dato, quod febris phlegmatica per ſe chronica ſit ægritudo, tamen aliqua ex eis eſt breuis, velut fuit iſta, quod ex multis cauſſis contingere potuit, vel quia materia huius febris, fuit pauca, ſubtilis & euaporabilis, aut quia virtus, fuit potens multum ad ipſam digerendam & ſenſibiliter euacuandam vel inſenſibiliter, vel tertio, quia materiam talis febris contingit eſſe propinquam viis euacuationum eius, & virtutem fuiſſe potentem in expulſione ipſius cum obedientia etiam materierum & viarum, vel, quia Medicus hoc cognoſcens ſtatim a principio febris materiam minorando euacuans reddidit virtutem potentem ad reſiduum materiei digerendum & expellendum ſenſibiliter propter aliquam vel plures harum cauſſarum: igitur contingit hanc febrem eſſe D
breuem. *Cur febres phlegmaticæ interdum ſint breues.*

Laſſitudo toti corpori vniuerſalis. Secunda vero viri huius diſpoſitio eſt confractio quædam, vel laſſitudo toti corpori eius vniuerſalis: & hæc quidem laſſitudinis ſpecies non videtur eſſe arefactiua, cum nulla præceſſerit cauſſa exſiccationis vel inanitionis corporis ipſius, neq; etiam præſens ſit. quod apparet, quia neq; eſt extenuatus, neq; multum ſitiens, nec vigilatiuus, & ſic de aliis accidentibus, quæ in eo non apparent. Neq; etiam laſſitudo hæc eſt apoſtemoſa vel vlceroſa, quod planum eſt. Eſt igitur hæc laſſitudo extenſiua denominanda: & prouenire potuit propter congelationem materierum in ambitu corporis a frigiditate factã.
Curatio. Et huius quidem cura facilis eſſet per applicationem aeris calefacientis & fricationum & balneorum prouocantium ſudorem, & vniuerſaliter per applicationem omnium in- E
ſtrumentorũ, quæ calefaciendo, aperiendo & ſubtiliando materias in muſculis, lacertis & neruis imbibita hanc laſſitudinem indubie remouerent. Si autem hæc laſſitudo contingeret propter tranſmutationem materierum antecedentium febres, eſſet curanda hoc modo. Si enim materia febrium antecedens expulſa foret tota aut quaſi tota ad membra prædicta: huius quidem cura eſſet per inſtrumenta, quæ ſtatim ante hæc dicta ſunt. Sed non videtur rationale laſſitudinem iſtam in hoc viro proueniſſe per hanc expulſionem, quæ non potuit eſſe critica, quia non fuit in die critico facta, nec a natura nũtiata, & materia non fuit præparata, i. digeſta: eo, quod claudi contradictionem in theoria medicinæ, quod ægritudo chronica ſit in principio, cuius materia ſit digeſta. ¶ Et ſi credere poſſet aliquis, quod talis ægritudinis materialis cauſſa fuerit in principio mor- F
bi ſymptomatice pulſa, hoc non videtur ſaluari poſſe. ¶ Primo, quia materiæ, quæ ſymptomatice mouent virtutes ad agendum in eas, ſunt acutæ, hæc autem materia ab omni acuitate denudata eſt & fuit. Neq; etiam talis materia fuit multa, quæ propterea hic ſtimularet virtutem, quia feciſſet accidentia multa, & magis praua. ¶ Secundo, quia

non

A non apparuerunt nec apparent magnifice repletionis ſigna: nec etiam talis materia particularis per qualitates malas incitauit virtutem ad eius expulſionem; cum ipſa materia ab omni ſpecie malæ qualitatis occultæ videatur priuata. ¶ Fortaſſis autem hæc ſpecies laſſitudinis in hoc viro cótingit, quia materia antecedēs huius febris ꝓpinqua fuit in fluxu ad muſculos, aut quia huius laſſitudinis materialis cauſſa fuit inuentio materierum phlegmaticarum in venis exterioris ambitus corporis, quæ quidem materiæ quia ſuperuenit retractio caloris de circumferentia ad centrum, in principio paroxyſmi prædictę febris, ſicut fit in cuiuſcunq; febris materia, habuerunt potentiam infrigidandi & extendendi circumferētiales partes corporis magis, quam ante retractionem prædictam, vel ſine ea. & hoc quidem a poſteriori declarari poſſet, quia ceſſante prædicta caloris B retractione, minoratæ fuerunt confractiones prædictæ: immo & omnino ablatæ.

Tertium principale accidens in viro iſto inuentum eſt ſtomachi ſui debilitas in digerendo cibaria. Cum enim ſtomachus eius multitudine phlegmatum ſit læſus, vt poſtea apparebit, non eſt poſſibile, quin eius digeſtiua debilitata ſit: & non quidem nocumēto ablationis, digeſtionis, quod non apparet; eo quod digeſtibilia ſubſtantialiter tranſmutātur in eo. ¶ Si enim non tranſmutarentur, neceſſe eſſet, vt incitaret virtutem ad ſui expulſionem per inferius, & eſſet lienterica diſpoſitio, quæ nō apparet, nec apparuit, neque apparent lienteriæ futuræ prognoſtica ſigna. ¶ Aut vero talia cibaria in ſtomacho non elaborata impellerent virtutem ad ſui expulſionem per ſuperius, quod apparet eſſe falſum; quia non habet neque habuit vomitum & ſimilia illi: quare videtur quod nocu- C mentum digeſtionis in hoc viro non ſit nocumentum ablationis denominandum: & ꝙ nocumentum in digerendo in ſtomacho ipſius inuentum ſit corruptio digeſtionis denominandum: quod apparet eſſe verum; quia calor ſtomachi agens in obiecta, ſcilicet cibaria, tranſmutat ea in ventoſitates, quæ in ſtomacho congregatæ incitant virtutē ad ſui expulſionem: vnde tales ventoſitates a virtute expulſiua propulſæ franguntur ad partes ſtomachi & oris eius, & eructuando cum ſonitu ad extra propelluntur; aut quandoque ad inferius per inteſtina expelluntur cum rugitu aut ſine illo. Et ſi contingat, quod hæ ventoſitates ſubleuent materias ad os ſtomachi, faciunt in eo ſubuerſionem & nauſeam vel inclinationem ad vomitum, vt ipſe ex ore ſuo teſtificatus eſt.

Debilitas ſtomachi.

Quartum principale accidens huius viri eſt aggregatio phlegmatum in capite ſuo D non ſolum nunc, ſed etiam per alia tempora ipſi conſueta, quæ quandoque catarrhizāt ad principium ſ.izæ oppilando illud. Aliquando vero per palatum deſcendunt ad os, & pectus: & hæ ſunt materiæ phlegmaticæ, mucilaginoſæ, craſſæ & quandoque ſalſæ: quod apparere poteſt ex ſermone, ex ſalſedine in ore eius percepta. Hæc in ſumma ſunt accidentia, de quibus hic nobilis adoleſcens conqueſtus eſt. Vnde ex præmiſſis intelligi poteſt, quod febris iam predicta curam non aduocet ad ſe, cum iam ſit reſoluta, vt apparuit. Patet etiam ex prædictis laſſitudinem prædictam ad ſe non reuocare curam. Sequitur etiam ex prædictis, quod ſolum oporteat habere ſollicitudinem ad regimen ſtomachi rectificando digeſtiuam eius: & ad curam diſpoſitionis cerebri rectificando ipſum, ne catarrhales materias in ſe multiplicet. Et oportet etiam abſcindere eorum deſcenſum E ad inferiora, quoniam aut prædictæ diſpoſitiones communicant in materiali cauſa, quæ eſt phlegma, cuius generatiua cauſſa eſt mala complexio frigida & humida prædictorū membrorum. ideo neceſſe eſt complexionem amborum rectificare, per quam rectificationem materierum prædictarum generatio prohibetur & deſcenſus.

Aggregatio phlegmatũ in capite.

Cap. II. *De regimine per ſex res non naturales.*

Itaque regimen huius viri debet eſſe per adminiſtrationem ſex rerum non naturalium calefacientium, ſubtiliantium & aperientium vias & conſumentiū materias, tam ex cibis, quam ex potibus, & ex aliis quinque rebus non naturalibus. quæ omnia facile intelligi poſſunt per clariſſimos Doctores, qui eius regimen dili- F genter menſurarunt. ¶ Vnum recordando ſemper, quod huic viro non credam, vtile eſſe recedere a potu vini, ſicut mihi narratum eſt: eo ꝙ ex potu aquæ auget lapſus eius frigidus & humidus, tam ſtomachi, quā capitis, & multiplicabūtur materiales cauſſæ phlegmaticæ ſuorum lapſuum reciprocæ augmentatiuæ. Et ſi pceperit aut perceperit nocumentum additionis catarrhi fieri pp potū vini: tūc reſponderi pōt, ꝙ nocumentū facile

modificari poſſit confrangendo vinum, ſi fuerit fumoſum cum aqua conuenienter; aut eligendo vinum colore album, ſubſtantia ſubtile, & potentia mediocre, quo vti poteſt in omni ſuo regimine horis conuenientibus. A

Cap. III. *De cura per medicinalia.*

Remedia pro diſpoſitionib. ſtomachi.

PRo diſpoſitionibus vero ſtomachi & capitis videtur mihi, quod vir iſte vti debeat remediis nouem: quorum ſtomacho tria ſunt conuenientia: quatuor vero capiti appropriata: duo vero vtriſque conuenientia. ¶ Primum itaque remedium ſtomacho conueniens eſt vſus electuarii de xyloaloe deſcripti ab Auic. *5. can. ſumma 1. ex intentione ipſius auctoris.* Et accipiat ex eo poſtquam fuerit euacuatus per duas ſeptimanas ℥ ii. omni mane per nouem horas poſt cœnam deglutiendo ipſum & tardando cibum & potum horis ſaltem tribus. ¶ Secundum remedium ſtomacho conueniens eſt confectio infraſcripta, de qua hic vir accipiat rotulam vnam ante cibum & rotulam ſemis poſt cibum, bibendo poſt ipſam medium cyathum vini prædicti, & continuet ipſam duabus ſeptimanis; poſt ipſam autem ſufficiat ei accipere bis vel ter in ſeptimana ante prandium: & ita debet eſſe præcedentis electuarii vſus poſt duas ſeptimanas. Eſt autem deſcriptio confectionis talis. ℞. *ſpecierum aromatici roſ. deſcriptione Gabrielis* ʒ j ß. *ſpecierũ electuarii diacymini deſcripti a Serap. 6. breuiarii* ʒ ij. *ſacch. alb.* ℔ ß. *cum aqua menthæ, fiat confectio in rotulis* ʒ ij. ¶ Tertium inſtrumentum ſtomacho conueniens eſt, vt portet ſemper fruſtum panni electi de grana duplicatum quantitatis maioris quam pedalis, ipſum ſupponendo interulæ ſuæ aut infra ipſam. Et ſi haberet duos tales pannos, & permutaret ſæpe eos exſiccando in ſole vel ad ignem, vt ſudoroſitas conſumeretur, eſſet melius ei. Quartũ remedium in ordine, & primum de inſtrumentis capiti conueniens eſt, vt aſſueſcat in mane ſæpe ante cibum, ſcilicet per duas horas facere gargariſma tale. ℞. *aquæ maioranæ, aquæ aſari, aq. ireos ana* ℥ ij. *ligni aloes, coſti, ſtaphyſagriæ ana gr.* vj. *miſceantur omnia & calefiant & impleatur ex eis os, prægargarizando expellantur.* ¶ Secundum inſtrumentum capiti conueniens eſt, vt in ſero, quando vadit ad lectum, ſaltem tribus vicibus in ſeptimana pulueriʒet ſuper prora ſui capitis per commiſſuram ſagittalem vſque ad coronalem à ſummitate capitis quantitatem v. granorum hordei, latitudine quatuor digitorum. Cuius deſcriptio. ℞. *ligni aloes* ʒ j. *ro. laudani, ſtyracis calamitæ, maioranæ, aſari, betonicæ ana* ℈ j. *caryoph.* ʒ ß. *miſ.* ¶ Tertium remedium capiti conueniens eſt hoc. ℞. *aq. maioranæ cyathum* ß. *pulueris liquiritiæ, vio. ligni aloes, maioranæ an. gr.* v. *ſacch. al.* ʒ ß. *bulliant omnia hæc ſimul modicum: deinde coletur & parum calefiant & ore prius impleto aqua leui attractione per nares inſpirando traiiciantur, & erit capitis mundificatiuum & oppilationis rizæ aperitiuum.* ¶ Quartum & vltimum inſtrumentũ pro capite eſt hoc, vt vir iſte ſemel in ſeptimana, quando vadit ad lectũ, accipiat pilulam vnam aſſaiaret deſcriptione Aui. *1. tertii, cap. vlt.* & ſit hora accipiendi eam ſecunda poſt aſſumtam cœnam. Quantitas pilulæ eſt: vt ex ʒ j. fiant vj. cum aqua maioranæ. ¶ De remediis, quæ vtriſque horum membrorum iuuamentum cõmunicant. ¶ Primum, quod meo iudicio valde vtile eſt, vt vir iſte in ſeptimana ſemel per quinque horas poſt cœnam accipiat ʒ j. electæ & bene fermentatæ theriacæ Andromachi: & quieſcat in lecto poſt eam horis ſaltem tribus, & non accipiat cibum, niſi tranſiuerint horæ quinque poſt eius aſſumtionem, neq; fortibus exercitiis vtatur. ¶ Secundum inſtrumentum vtrique prædictorum conueniens eſt: vt vtatur infraſcriptis pilulis, de quibus accipiat in ſeptimana ſemel aut bis parum ante cœnam. Cuius deſcriptio. ℞. *alo. electæ* ℥ j. *agari.* ʒ ij. *turbith* ʒ j. *maſticis, maioranæ, croci, ligni aloes, macis, caryophyl. an. gran.* vj. *pulueriʒentur & infundãtur omnia in ſucci endiuiæ, & aquæ maioranæ ana* ℥ j. *& diligenter commiſceantur, & deinde exponantur ad ſolem, ſæpe agitando donec commiſceantur liquores.* Cum igitur conſumpti fuerint, iterum ſuperaddantur & iterum ſoli exponatur, ter ita faciendo. Ex maſſa igitur illa fiant pilulæ pro omni ʒ vij. & vtatur his, vt dictum eſt. Hæc itaque viſa ſunt mihi meliora & ſecuriora, quibus vir iſte vti poteſt. Ad laudem Dei omnipotentis. Amen.

Rotula. — *Remedia cephalica. Gargariſma.* — *Puluis capiti ſuperaſpergendus.* — *Caputpurgiũ per nares attrahendũ.* — *Pilulæ.*

B C D E F

Consilivm CCLXXV. *De maraſmo a mala complexione frigida & ſicca totius complicato cum ſtypticitate ventris, & corruptione potentiarum interiorum. Diuiditur autem conſilium in capita tria.*

Cap. I. *De cauſſis dictarum diſpoſitionum.*

Quidam

A QVIDAM de marchia Anchonitana colonus vehementi moleſtatur ægri-
tudine, quæ non minus conturbat animum meum, quam corpus eius ſua
anxietas moleſtet. Etenim hic vir laborat vehementi corporis extenuatio-
ne, quæ maraſmodeam diſpoſitionem conſecuta eſt, & non febrilem, & eſt
quidem huius diſpoſitio vehemens ventris ſtypticitas huic extenuationi
copulata, quæ poteſt eſſe accidens cauſſarum, quæ fecerunt in ipſo extenuationem, &
poteſt etiam ipſa ſtypticitas eſſe cauſſa maraſmi & ſubſtantificæ conſumptionis huius
viri: propter quæ duo hic vir etiam corruptam habet operationem imaginatiuæ poten-
tiæ, propterea quia mobilis eſt in operationibus ex variis conceptibus in imaginatiua
potentia inuentis, ſicut etiam in ipſa varia multum & diuerſa reperitur electio a læſio-
B ne potentiæ cogitatiuæ proueniens. Vnde dicendum eſt diſpoſitionem huius viri
non leuiter eſſe verendam, vt ex præmiſſis apparet, & iam paulo poſt euidentius de-
ducetur.

Dixi autem ſuperius, ꝙ prima huius viri diſpoſitio ſit extenuatio vehemens, q̃ pro- *Extenuatio huius viri vnde ſit.*
uenit in eo a mala complexione frigida & ſicca totius, quæ melancholica nominari de-
bet, & multiplicata eſt a vehemẽti frigiditate & ſicccitate totius corporis. quoniam in eo
apparent omnia ſigna ariditatis tam cerebri, quam cordis & epatis. materia enim me-
lancholica in corpore multiplicata multis de cauſſis poteſt eſſe cauſſa exſiccandi corpo-
ra, vt ſpeculatores dixerunt. ¶ Primo quidem propter ipſius complexionem contrariã
temperamento humano, quod labitur ab æquali ad pondus per augmentum caliditatis
C & humiditatis. Sed huic temperamento cōtrariatur melancholica ſui frigiditate & ſic-
citate, igitur, &c. ¶ Secunda ratio eſt: quia complexio melancholicæ materiei aduerſa-
tur inſtrumẽto omnium operationum, quod eſt ſpiritus, qui eſt calidæ complexionis &
humidæ. ¶ Tertia ratio, quia frigiditas melancholiæ contraria eſt omni rei vitę. ¶ Quar-
ta, quia ſiccitas eius eſt cauſſa conſumtionis humidi, quod eſt nutrimentum omniũ mẽ-
brorum. ¶ Quinta, quia per frigiditatem & ſiccitatem exprimitur & conſumitur humi-
ditas ſecunda omnis pro debita nutricatione mẽbrorum neceſſaria. ¶ Ex quib. omnib.
non eſt mirum concludere, ꝙ per talem complexionem frigidam & ſiccam prohibeat
tranſitus animalis ſpiritus ſenſibilis & motiui, qui eſt inſtrumentum motus dilatationis
& conſtructionis inteſtinorum & muſculorum ventris.

D Ex quo fundamento vide quam pulchre intelligere poſſis cauſſam ſecundæ diſpo- *Cauſſa ſtypticitatis ventris.*
ſitionis in hoc viro, quæ eſt ſtypticitas ventris. Multitudo enim materiei melancholicæ,
propter frigiditatem & ſiccitatem eius & contrarietatem ad humanã vitã, & ad omnes
eius operationes, eſt cauſſa, vt in hoc viro acquiſita ſit ſtypticitas tanta in ventre eius, vt
nullo modo operatione naturali venter eius leniatur. immo difficilimum eſt ipſum red-
di fluxibilem etiã cum omni inſtrumẽto medicinali, quantũcunq; ſapiẽter adminiſtra-
to. vnde niſi bene procuretur huius viri diſpoſitio, certitudinẽ habet tranſitus in firma-
tionem maraſmodeæ diſpoſitionis totius corporis, a qua nunq̃ curabitur. ꝑꝑ ꝙ oporte-
ret ipſum ſollicitum eſſe ad amandum ſuæ vitæ longitudinem & non negligendum. At
vero licet ex ſermonibus iſtis colligi poſſint tres cauſſæ extenuationis totius corporis &
E ſtypticitatis ventris. ¶ Vna quidem ex parte defectus virtutis vitalis a lapſu melancholi-
co prouenientis. ¶ Secunda vero ex parte virtutis naturalis, cui etiam contrariatur me-
lancholicus lapſus, qui vocatur lapſus complexionalis. ¶ Et tertia ex parte defectus vir-
tutis animalis ſenſibilis & etiam motiuæ: quæ omnes deducunt pulcherrime neceſſitatẽ
conſumtionis corporum & ſtypticitatis eorum ex parte cauſſarum antecedẽtium, quæ
ſunt de eſſentia corporis: nihilominus adhuc aſſignari poſſunt cauſſæ cõſumtionis cor-
poris & ſtypticitatis ventris ex parte earum, quæ primitiuæ nominantur. ¶ Quis enim
dubitat cum aer frigidus ſit ſiccus & annexa ei, vt vngi & balneari in rebus frigidis, ſtypti-
cis & ſiccis, & ſic de aliis, poſſint eſſe cauſſæ extenuationis corporum & ſtypticitatis eo-
rum. ¶ Similiter etiam quare non debeat concedi, quod vſus ciborum & medicinarum
F frigidarum, ſiccarum & ſtypticantium poſſit eſſe cauſſa omnium prędictorũ accidentiũ.
¶ Et quare etiã non debeat concedi, ꝙ ciborũ & potuũ & narcoticorum per ſe vel cũ il-
lis commixtorũ non debeat eſſe cauſſa conſumtionis corporũ & prohibitionis & ab-
lationis operationũ naturaliũ, animalium & vitaliũ, q̃ neceſſariæ ſunt ei. Ex quorum o-
mniũ fundamento vide, q̃ pulcherrimum ſit intelligere diuerſitatem effectuum in cor-
poribus humanis euenientium ex diuerſitate cauſſarum illorum effectuum ꝓductiuarũ.

¶In ſumma igitur huius viri ſtypticitas ventris,totius ariditas,mobilitas in operationib. A
laſſitudo ſuſtentandi corpus magna in ipſo eueniens, prouenit a lapſu frigido & ſicco
multiplicato in corpore huius viri:propter quod ſi in eo multiplicabitur materia melan-
cholica,quæ communicetur cerebro per compaſſionem abſolutam,nec nõ abſolutam,
iſte vir indubitanter fiet melancholicus.quæ tu conſidera.

Ex quibus omnibus concluditur: ¶Primo,quod iſte vir ad ſui procurationem de-
beat eſſe ſolicitus.¶Secundo,quod nõ debeat moram contrahere, neq; tẽpus expende-
re in vanum ad ſui curationem. Tertio,quod maxime in hoc autũno & futuro vere de ſe
debeat eſſe ſollicitus.¶Ego autem in harum diſpoſitionum regimine ſuccinᶜte regimẽ
ordinabo,quantum erit opportunum longitudini parcens.¶Primo quidem diſcurren-
dum eſt regimen ipſi conueniens ex parte ſex rerum non naturalium. ¶Secundo vero B
ex parte rerum medicinalium.

Cap. II. *De regimine per ſex res non naturales.*

PRo naturalium itaque rerum expeditione omniũ præmittendum. Primo vni-
uerſaliter,quod omnia,quæ applicantur corpori eius,debeant eſſe calida & hu-
mida effectiue;calida quidem,vt aduerſentur frigiditati melancholiæ:humida
vero,vt corrigant ſiccitatem eius , veruntamen argumento ſumto ab ætate huius viri, q̃
conſiſtentia eſt,& etiam a naturali complexione eius, quæ cholerica fuit & notabiliter
lapſa eſt,talia debent eſſe minus intenſiue calefacientia,quam humectantia. ¶Habitet
Aer. igitur & moram contrahat in aere calido minus tamen quam humido. vnde euitet ca- C
meras & manſiones in locis expoſitis aſpectui meridionali & occidentali,quę etiam ſint
poſita in parietibus montium,vnde caliditas a radiis ſolis impreſſa duplicari & multipli-
cari poſſit & reflecti:& non curet in ſuis cameris accendere ignem: & proprie cum car-
bonibus ſuffocati aeris & non euentabilis:caput ſuum & pectus muniat coopertúris re-
miſſe calefacientibus & amplius humectantib.& caueat a veſtibus & fulcimentis calefa-
Cibi. cientibus pectus eius abſq; euentatione congrua. ¶Pro cibis vero vtatur omnibus actu
& potentia humectatiuis,velut ſun- pinguia brodialia omnia,&proprie non multum ſa-
lita.vnde bleta, ſpinachia, portulaca, cucurbita, lactuca, endiuia, chryſolocanna omnia
conueniunt ei cum carnibus vitulorum, agnorum caſtratorum annualium, capreto-
rum,cuniculorum & reliquorum animalium volatilium bene pinguium peditantium: D
quorum ætas non tranſierit ſpatium anni.

Propter quod etiam piſces parui in fontibus inuenti & cancri, capedani, fontales
& lucii omnes ſunt ei cõuenientes, elixi vel aſſati cum pingui & bono oleo oliuarũ,velut
eſt marchianũ,anchonitanum,ꝙ eſt æque bonum vel forte melius,q̃ reliqua olea noſtra
ætate reperibilia. ¶ Similiter conueniunt ei omnes cibi lacticinei & cũ pinguedine por-
ci recentis & antiqua non multum ſalita. Cerebrum animalium, pulmo, teſticuli & pin-
gues eorũ partes omnes conueniunt:& butyri vſus etiam mihi placet. Aromata vero cali
da & ſicca euitanda ſunt ſaltem in vſu continuo.& mẽtha,petroſelinum, fœniculus, tar-
con,hyſſopus,ſaluia,roſmarinus & ſiſymbrium,talia dimittenda ſunt ſaltem in multo v-
ſu & continuo.nec proprie conueniunt ei,niſi gratia condimenti & aromaticitatis alio- E
rum cibariorum. ¶ Ex fructibus vero conueniunt ei ceraſa, pyra, muſcata,auellanæ,
amygdalæ recentes,ficus,vuæ,pepones bene maturi & dulces & granata dulcia. Reliqui
vero fructus frigidi,ſicci & ſtyptici dimittantur,vt ſunt cydonia,meſpilæ, ſorbæ,grana-
ta acria & conſimiles. Ex leguminibus conueniunt ei piſa, cicera alba & rubea, & oryza
communi conſuetudine præparata cum lacte amygdalarum. cicera rubea cum pingui
brodio condita & tri.& reliqui paſtiles cibi cum brodio pingui. Ex ſaporibus vero con-
ueniunt ei vinum granatorum dulcium & muzorum ſapa, ſuccus citrangulorum,agre-
Potus. ſta cum ſaccharo condita in dieb. caliditatis & cum melle in diebus frigidis. ¶ Pro potu
vero conueniens eſt ei vinum album,ſubtile,guſtui delectabile & dulce ſimpliciter tale,
aut commixtum aqua fontali clara delectabili, aut de ciſterna vel per arenam cribellata F
ſecundum conſuetudinem Ferrarienſium.

Et ſi vti poſſet aqua mellis nõ multę dulcedinis, credo ꝙ ei vtiliſſima foret,& pro-
prie quando coqueretur cum ſemine vel foliis recentibus baſiliconis: veruntamen o-
mnino melior eſſet ei aqua decoctionis ſacchari, quam mellis propter temperiem eius.

Hæc

A Hæc de ſecunda re non naturali dicta ſufficiant. ¶ Pro tertia vero re non naturali caueat cibum accipere ante naturalem appetitum eius, vt niſi præaſſumtus fuerit bene digeſtus. vnde cibum non deglutiat niſi cum bona maſticatione: & in tanta quantitate ipſum accipiat, vt ex eo non grauetur ſtomachus, neque fluctuet in eo potus. ¶ Pro quarta, ſcil. motu & quiete caueat a fortibus motibus, & proprie poſt cibum, quia poſt cibum ei conuenientius eſt quieſcere, quam moueri & hincinde diſcurrere: & non ſolum motus corporalis euitandus eſt, immo & animalis, velut furor, iracundia, anguſtia, ſollicitudo, tribulatio, melancholia & ſimilia. ¶ De vltima vero re non naturali, ſcil. ſomno & vigilia ſollicitus eſſe debet in longitudine dormiendi & nullo modo excedendi in vigilia, & dormiat ventre inferius accubato ſecundum plurimum, vt ſpiritus vniti in tali accuba-B tione conſeruentur magis. Hoc in ſumma eſt regimen huic viro conueniens ex parte ſex rerum non naturalium condecenter menſuratum.

Inanitio & repletio.

Motus & quies.

Motus animi.

Somnus & vigilia.

Cap. III. *De cura per medicinalia.*

PRo regimine vero rerum medicinalium ſeptem ab hoc viro mihi videntur obſeruanda remedia. ¶ Et primum quidem eſt, vt attendatur confortationi cordis, ne propter ſiccitatem in eo confirmatam tranſeat in maraſmum confirmatum: & hoc cum remediis duobus.

Confortatio cordis.

Quorum primum ex hoc. ℞. *croci* ʒ ß. *fol. baſiliconis, ſeminis endiuiæ, lactucæ, ſcariolæ ana* C ʒ j ß. *florum enulæ, cap. Ven. corticum citri ana* ʒ ij. *moſchi* ℈ iiij. *been al. & rub. florum boraginis & bugloſſæ an.* ʒ ij. *hyacynthi, ſmaragdi, ſaphiri an.* ℈ ß. *foliorum auri num v. puluerizentur omnia per ſe & fiat ſacculus quadrangularis longitudinis ſemiſſis in ſindone de grana retorta, qui ſemper portetur alligatus ſuper mamilla ſiniſtra & omni fine duorum menſium renouetur.* ¶ Secundum vero principale remedium & iterum ad diſpoſitionem cordis conueniens eſt hoc. ℞. *conſeruæ bugloſſæ, boraginis & violarum an.* ℥ ij. *trociſcorum de viol. trociſcorum de croco, ſeminis acetoſæ, ſcariolæ, cap. Ven. an.* ʒ ß. *ſyrup. de corticibus citri* ℥ iij. *ſacch. al.* ℥ ij. *amyli* ℥ j. *fiat electuarium, de quo omni mane in aurora deglutiat cochlear j. per mediam horam ante prandium, & ante cœnã deglutiat de eo ad quantitatem vnius nucis muſcatæ: & ita continuet hoc electuarium vſq; ad medietatem menſis Octobris.*

Sacculus cordialis.

Electuariũ.

D Tertium vero principale inſtrumentum eſt, vt ſemper in cibis vtatur his ſpecieb. ſupereffundendo de eis omni ferculo ſuo. ℞. *foliorum volubil. florum maluæ & althææ ana* ʒ j ß. *adianthi, politrichi, cetrach & ca. Ven. an.* ℈ ij. *carthami, folliculorum ſenæ, polypodii, thymi, epithymi an.* ʒ ij. *cinamomi electi* ℥ j. *ſalis Indi* ʒ xv. *fiat omnium per ſe puluis & commiſceatur.* ¶ Qu irtum remedium principale eſt hoc. ℞. *electuarii de epithymo, electuarii de ſebeſten ana* ℔ ß. *diagridii* ʒ iij. *ſucci violarum, ſucci mercurialis an.* ℥ j. *penidiarum* ℥ ij. *fiat electuarium, de quo hic vir accipiat cochlear vnum ſemper ante cibum tam in prandio quam in cœna.* Verum ſi propter aſſumtionem tantæ quantitatis inueniret ventrem ſuum minime fluxibilem, tunc accipiat de eo parum, vſquequo inueniat quantitatem, per quam venter eius remaneat fluxibilis.

Puluis cibis cõmiſcendus

Electuariũ.

E Quintum remedium eſt hoc. ℞. *olei de been, olei violarum, olei de floribus enulæ ana* ℥ j. *macis* ʒ ij. *galliæ muſcatæ, cyperi, maſticis, corallorum rub. ana* ʒ ß. *reſinæ claræ & electæ* ℥ j. *ceræ quantum ſufficit, fiat vnguentum mediocris glutinoſitatis, de quo ſemper portet ſuper ſtomacho ſuo.* ¶ Sextum eſt hoc. ℞. *olei amygdalarum dulcium, olei de ſiſamo ana* ℥ ij. *pinguedinis anatis, taſſi, gallinæ & anſeris ana* ℥ ß. *ſeminis althææ, violarum, florum volubilis, cucurbitæ & ſeminis lactucæ ana* ʒ j. *arthanitæ* ℥ ß. *eſulæ* ʒ ij. *cyclaminis, thymi, epithymi, diagridii ana* ʒ ß. *ceræ alb. quantum ſufficit, fiat vnguentum molle, cum quo totus venter inferior inungatur & ilia vſque ad femur ſaltem omni die naturali bis, mane, quando ſurgit, & ſero, quando vadit ad lectum.* ¶ Septimum vero & vltimum principale inſtrumentum in cura huius viri eſt, vt loco ſyrupi omni mane in aurora *aſſumat ſcutellam vnam aquæ lactis, in qua tepida veſperi infundantur epithymi* ʒ j. *cum* F *ſeminis ſalis Indi* ʒ ß. *& ſic per totam noctem dimittatur, mane caleſiat & coletur cum expreſſione leni, & ita bibatur.* Hoc in ſumma eſt huius viri regimen conueniens ad lui corporis rectificationem & ſanitatis acquiſitionem; quam ei omnium ille regens & miſerator concedat, qui affluenter omnibus benignitatem & bonitatem inſpirat. Ad laudes eius immortales. Amen.

Vnguentum ſtomachale.

Aliud.

Potio.

CONSILIVM CCLXXVI. *De macrefactione corporis propter defectum nutrimenti non directi ad membra.* A

DISPOSITIO huius Patauini eſt maraſmodea, non ex calore febrili; ſed ex defectu nutrimenti non directi ad membra totius corporis. Et hoc ex cauſſis ægritudinalibus & accidentalibus ipſarum ægritudinum completarum, videl. arenatica paſſione, cui aſſociata eſt iliaca & colica cum his accidentib. ſcilicet vomitu, ſupple fæcali, & deſcenſu ilii ad ſcrotum in inguina. Vomitus enim ille fit per colligantiam membrorum inferiorum cum orificio ſtomachi: acetiam quia ilion dislocatum eſt, & ad inferiora propulſum, quare non eſt poſſibile, vt fæces educantur per inferiora.

Diæta. Regimen diætæ eſt, vt ſumat vinum album, bonum & odoriferum, dilutum cum aqua decoctionis ſeminis fœniculi. Item ſumat pluries brodia pullorum, caponum, gallinarum & columborum iuuenum, & parumper carnium minutim inciſarum aut piſtarum. B

Curatio. Pro regimine medicinali capiatur ſpongia magna, quæ comprehendat loca genitalia, inguinum & femoralium quaſi, & fiat fomentatio ſubſequens vna, vel vna cum dimidia hora continue. ¶ *Ceratum ſtomachale.* Ceratum. ℞. *laudani, reſinæ electæ ana ʒ vj. ſtyracis liquidæ, galliæ muſc. ana ʒ ij. ſpecierum vnguenti glutinoſi ʒ j. ceræ, quantum ſufficit, diſſoluatur gluten cum modico aceti, & fiat ceratum ſtomachale.* ¶ *Fomentatio* Fomentatio. ℞. *fænugræci, granorum ſiſami ana ℥ viij. ſem. maluæ, althææ ana M iij. bdellii mollis & ſubalbidi ℥ ß. cymini ℥ j ß. carui, ſem. aneti, ameos & fænic. ana ℥ ß. iuæ, centaureæ minoris, incidenda incidantur & reliqua contundantur.* ¶ Item poſt clyſtere factū ante cœnam detur puluis calidus pro renibus. C ¶ *Clyſter.* Item fiat clyſtere ex decoctione ex pinguedine rerum caſtrati: de qua decoctione ℞. *cyathos quatuor, olei ℥ ij. butyri ℥ ij. croci gr. vj. ſalis cochlear j. ſacchari rub. ℥ j ß.*

CONSILIA DE FEBRIBVS.

CONSILIVM CCLXXVII. *De febre cholerica continua.*

QVONIAM ex ſignis actu apparentibus & perſeuerantibus in diſpoſitionib. notabilis viri Nicolai de Comitibus apparet continue inſtare pugnam virtutis ad morbum & materiam eius, & econtra: ideo non eſt poſſibile aliter extimare de ipſo, niſi quia oportet hanc ægritudinem criticare criſi perfecta. & hoc eſt, quod eligendum eſſet. aut ſaltem criſi tranſmutationis materiæ. quod non poſſet eſſe ſine aliquali ſuſpicione in longitudine ægritudinis aut maioris moleſtiæ eius. D ¶ Neque in iſtis tribus punctis declarandis ſpeculatione diffuſa valde neceſſarium eſt contemplari. Primus enim punctus ſatis perſuadentes habet rationes. Eſt enim febris aſſidua. eſt etiam quaſi vniformiter affligens & parua diuerſitate exacerbationis ſaltem manifeſte diuerſificata. etiam ad tactum caliditas ſatis comprehenditur. & pulſus velocitas & frequentia & magnitudo vehementes & vrinarum tinctura notabiliter eleuata. hæc omnia ſolenniter declarant inſtantiam virtutis ad morbum. ¶ Quod E vero his perſeuerantibus neceſſe ſit futuram fieri criſim & laudabilem, apparet, eo, quia cum perſeuerantia prædictorum ſignorum virtus obtinet & non ſuccumbit: neque in diebus exacerbationis febris, neque interpolationis eius. Etiam quia ſubleuatur virtus per euacuationes actuales. Et tertio, quia in euacuatione ſpontanea, videlicet in ſudore copioſo notabiliter alleuiatur virtus & non aggrauatur: quare ex iſtis cum aliis ſupra tactis ſperandum eſt de futura criſi ad bonum & non ad malum.

At vero tertio non euacuatur ab aliquali ſuſpicione tranſmutationis materierum ad aliqua loca. febris enim hæc laborioſa fuit, & acuitate notabiliter affligens. Sed in febribus laborioſis timetur tranſitus materierum ad apoſtemandum membra ex ſententia ſummi Hippocratis & commentatoris eius *ſect. 4. aph. 31. Laborioſis in febribus, &c.* Amplius omnis acuta febris habet latitudinem terminandi ad malum cum velocitate ſuæ F afflictionis & cum difficultate accidentium. Cum igitur hæc febris fuerit acuta, quia cholerica & continua, & omnes acutæ febres ſaltē continuæ aptæ ſint interficere, & a febribus interficientibus, raro contingit euadere, niſi cum contractione, id eſt tumore vel apoſte-

A apoſtemate aliquarum partium.*prima quarti, de ſignis febrium putridarum*.Igitur dubitabi-
le eſt, quod hæc febris non faciat criſin tranſmutationis prædictam. Plura alia ſpeculabi-
lia huic propoſito mihi occurrunt, quæ prætermitto diligens breuitatem.

Ex his itaque omnibus concluditur canon regiminis huius viri cum diſpoſitione *Curatio.*
tali, quoniam primo neceſſe eſt virtutem ſuſtentare & præconſeruare fortitudinem eius
in pugna laborantis.¶ Secundo neceſſarium eſt adminiſtrare digeſtiua reſiduum mate-
rierum digerentia, quam citius eſt poſſibile.¶ Tertium vero eſt vias euacuationis mate-
rierum apertas conſeruare. ¶ Quartum accidentia futura & præſentia ſcientifice gu-
bernare.¶ Primum itaque horum completur cum his, quæ actu tamen continue admi- *Suſtētatio virtutis & conſeruatio fortitudinis.*
niſtrantur & conuenienter cum cibis in quãtitate conuenienti habentibus qualitatem
B refrangendi materias & emundandi & clarificandi ſanguinem ab eis, quod pluribus
modis fieri poteſt. ¶ Primo coquendo in cibis eius radicem vnam vel duas cichoreæ: &
ſi timet eius amaritudinem, accipiat radicem endiuiæ aut ſaltem in cibis coquat naſtur-
tium in fontibus naſcens, & de eis cum prædictis aut ſine faciat ſalatitium, & ſæpe. ¶ Se-
cundo vtatur ſucco aranciorum in ſuis cibariis aut ſucco granatorũ muzorum; aut ſuc-
co limonum non ſalitorum. aut fiat ipſi gelatina cum pauco croco & abſque ſpeciebus:
& comedat ſpinachias & bletas. & aliquando radicem raparum cum foliis earum: & ſi
abominaretur ſalatitium, pretioſum eſſet comedere folia lichini cum aceto: (eſt epati-
ca fontalis vel putealis) cum qua & aliis tactis brodia pullorum, lactentis vituli, perdicũ
vel phaſianorum & conſimilium continue alterata ſint.

C Pro ſecunda vero intentione principali continuet aſſumtionem ſyrupi violati, iu- *Digerentia.*
iubini, de byzantiis compoſiti cum aceto, qui omnes aut aliqui eorum commiſceantur
cum aquis epaticæ, cuſcutæ, fumiterræ, cichoreæ, endiuiæ, boraginis, violarũ & bugloſ.
etiam cum eis ſuccum granatorum muzorum commiſcendo, a qua non deſiſterem. Et
pro hac intentione etiam vtatur confectione diarhodon, triaſandalorum, aut trociſcis
de violis, trociſcis de ſpodio cum ſem. acetoſæ confractis, cum trociſ. de eupatorio, aut
trociſ. de berberis cum ſaccharo cocto, cum aqua cuſcutæ, cichoreæ & endiuiæ. ¶ Ter- *Conſeruatio viarum apertarum euacuationis*
tium autem iam ſecundum partem complementum habet ex prędictis. quodlibet enim
prædictorum vias ductuum conſeruat apertas, aut lauando, abſtergendo, incidendo &
aperiendo materias non ſolum communes, ſed appropriatas, vt antecedentes a venis
D præcipitare faciunt. propter quod etiam aqua lactis caprini optima eſt in hoc cap. eſt e-
nim vehemẽs vehiculum ei, quod expectatur de intentionibus prædictis, *vt prima quar-
ti, cap. de cura febris quartanæ*.¶ Similiter etiam partem materierum diuidendo ſubtrahere
cum pilulis de aloe abluta: eſt enim inſtrumentum valde conueniens. ¶ Et adhuc etiam
omni ſeptimana ſemel ſubducere partem materierum cum electuario diapruni, aut cũ
medulla caſſiæ fiſt. aut tertio cum ſucco roſ. & electuario de pſyllio, aut cum caſſia fiſt. &
ſucco roſ. aut cum hoc medicamine ſemel in ſeptimana adminiſtrato cõuenientiſſimũ
eſſet. ℞. *tamarindorum electorum ℥ j. diſſoluantur cum aquis cichoreæ & epaticæ ana ℥ ij. calefactis,* *Potio.*
*& accipiatur colatura eorum cum bona expreſſione facta & commiſceatur cum hac mixtione ℞. caſ-
ſiæ fiſt. electuarii diapruni ſimplicis ana ℥ ß. rheubar. electi ʒ ß. ſpicæ nard. gran. v. miſce & totum in
E potu detur in aurora calidum & tardet cibum eius ad minus horis ſex.*

Iam vero ex prædictis apparet, quod ſatis facile accidẽtia, quæ poſſent hãc diſpoſi- *Gubernatio accidentiũ futurorũ & præſentium.*
tionem concomitari, poterunt prohiberi. ſiue enim dolor capitis, ſiue vigilia immode-
rata, vel dolor ventris, aut raptus materierum ad membra interiora vel exteriora fieri
poſſent, quæ ſunt accidentia conſimiles febres concomitari ſolentia, patet quod ipſorũ
quodlibet facile poſſit prohiberi euenire per digeſtionem materierum, ſubtractionem
earum particularem & maiorem apertionem viarum, quæ omnia cum medicinis præ-
dictis in intentionibus ſupra tactis fieri poterunt, quoniam ex ſubtractione materie-
rum & earum digeſtione virtus redditur potens, facile vertere poterit reliquum de ma-
teriebus a ſua mala qualitate. Et proprie hæc omnia valde acquirentur conſeruando
F perſeuerantiam ſudoris & pororum corporis apertionem faciendo. Et quo ad ſtoma-
chum, renes & epar cum epithematibus, linimentis, vnctionibus gubernando, de qui-
bus prolixo ſermone collatio facta fuit per famoſiſſimum Doctorem Candum, ad lau-
dem Dei. Amen.

CONSILIVM CCLXXVIII. *De febre cholerica notha maioris & minoris famæ*

cum aſthmate & dolore pectoris, & cum materia catarrhizante ad pectus. A

Aegritudines huius patientis.
1. SI bene & diligenter conſideretur diſpoſitio venerandi in Chriſto Patris, domini Abbatis ſanctæ Mariæ in organis, videtur quod ſit complicata ex variis ægritudinibus & numero pluribus & accidentibus, febrit enim febre aliqua, quæ periodica ſcribitur, licet eius diſtinctio ſpecifica nõ aſſignetur: quæ quidem febris videtur ſucceſſiſſe cauſonidi aut eidem complicata. & rationabiliter
2. videtur dici poſſe cholerica. ¶ Secunda vero ægritudo eſt pleuritis, quæ iã prædicto cau-
3. ſonidi ſucceſſit, vt ſcribit, vel eandem ſaltem concomitata erat. ¶ Tertium eſt accidens,
4. ſcilicet materiei defluxus catarrhalis a capite ad partes pectoris, quæ quidem materia phlegmatica eſt, craſſa & viſcoſa. cui etiam materiei ſucceſſit accidens ſecundum, quod eſt anhelitus difficultas, q̃ ſpecies aſthmatis extimatur. Hæc ſunt quatuor principalia, B quibus videtur adhærendum eſſe, vt patiens ſanitati reſtitui poſſit. ¶ Et licet in diſpoſitione præſenti prolixe ſatis ſpeculandum eſſet, ſi temporis conformitas elargiretur, tamen vt ſermo vtilitati adhæreat, aliquid facilime tangẽdum eſt. Aut igitur difficultas anhelitus iſta remanſit iterum complicata cum doloribus pectoris: aut econtra, ſcilicet, ꝙ anhelitus grauatur abſque dolore: quod videtur aliqualiter ſuſpicandum eſſe, eo quia ſcribitur hanc diſpoſitionem eſſe in declinatione, quo ad accidentia. Si igitur accidens primum, ſcil. dolor, qui fuit ſecundum accidens, ſc. aſthmatis cauſſa minoratum eſt, aut ex toto remotum: & aſtma illud ſe habeat ad dolorem per modum dependentiæ: neceſſe eſt concludi alterum duorum: vel quod omnia accidentia ſint in declinatione, vt ſcribitur, vel ſaltem ꝙ alterum accidentium declinauerit, ſc. dolor remanente aſthmate. Et C probatur primum horum duorum, quoniam ſi aſthma fuerit accidens doloris in conſeruari dependens ab eo, neceſſe eſt, ꝙ remoto dolore remoueatur accidens eius, ꝙ erat aſthma. ergo primum concluſum omnino verum eſt. Si autem aſthma erat accidẽs nullo modo pendens ab ipſo dolore, tunc poterit valde facile concedi, ꝙ remoto ipſo dolo-

Qua doloris huius cauſſa. re adhuc remaneret aſthma. ideo corollarium ſecundum verum. Cum igitur hic inueniantur duo accidentia, ſcilicet dolor & aſthma, & neutrum illorum habeat ab altero dependentiam, tunc erunt accidentia fixa habentia cauſſam eorum conſeruatiuam, ſi ſunt accidentia reuolubilia per intenſionem & remiſſionem, vt iam ſcribitur. Nam ſi eſſent accidentia neque incrementum neque decrementum habentia, tũc iam eſſent fixa. Et D videtur hoc contexere difficultatem magnam ſaltem de dolore. Nam dolor ille aut proueniret a mala complexione fixa calida vel frigida, quod non poteſt concedi, eo, quia mala complexio fixa non efficit dolorem: vt *ſecunda primi, cap. de cauſſis doloris.* tunc enim oporteret concedere in hectica & in diſpoſitionibus maraſmodeis ineſſe dolorẽ,

Dolor quid. quod negatum eſt ab Auicen. *ibidem.* Amplius dolor non eſt niſi contrariæ rei ſubito imprimentis contrarietatem ſentire: ſed nulla diſpoſitio fixa ſubito imprimit, quare non eſt poſſibile credere, dolorem prouenire ab aliqua fixa malæ complexionis ſpecie. ¶ Cũ autem dolor permaneat & fixus, vt iam ſcribitur, licet remiſſus, cuius cauſſa non poteſt aſſignari aliqua ſpecies malæ complexionis fixæ, vt argutum eſt: ergo ipſius doloris cauſa neceſſario erit ſolutio continuitatis. conſequentia neceſſaria eſt, eo quia dolores ſecundum quemcunque locum incumbũt, aut ſubitam alterationem oſtendunt, aut ſolutam continuitatem. E

Et forte quod hæc ſoluta continuitas intenta eſt in ſermone eo, quia ſcribit, quod hæc ſit ſpecies doloris extenſiui. Cuius plurimum prouenit a ventoſitate extendente panniculos & trahente ipſos a ſuis extremitatibus ad alias differentias poſitionis, vt *2. primi, c. de cura ſpecierum doloris.*

Cauſſa doloris extenſiui. Extenſiui doloris cauſſa eſt vẽtoſitas aut humor, qui neruũ aut muſculum extendit, ac ſi ipſum trahat ad ſuas extremitates. Cum ergo ventoſitas ſit immediata cauſſa extenſionis talis & perſeueret extenſio, neceſſe eſt materiam ventoſitatis ex qua eſſe multam, in pectore congeſtam, & talis non poteſt eſſe niſi phlegmatica materia, eo, quia ſigna cholericæ materiæ excluduntur hinc, argumento ſumto a ſpecie doloris. Neque enim eſt pungitiuus neque mordicatiuus, perforatiuus & pruritiuus, F & ſic de aliis: ſed extenſiuus ſolum, vt dictum eſt, quare, &c.

Cauſſa aſthmatis. ¶ Et ex hoc quidem fundamento volo inueſtigatam eſſe cauſſam accidẽtis, quod eſt dolor, quæ eſt mala cõplexio fixa partium pectoris cũ materia phlegmatica in pãniculis pectoris & in eius cõcauo

con-

A coatenta.ex qua generatur ventoſitas,q̃ eſt immediata cauſſa extenſionis,quæ extenſio
formaliter eſt ipſe dolor extenſiuus. Ex quo fundamento credo facile inueſtigari poſſe *Cauſſa aſthmatis.*
alterius accidentis,ſc.aſthmatis cauſſam efficientem. Vna n. numero cauſſa pōt eſſe va-
riorũ accidentiũ productiua,ſecundũ varietatẽ membrorũ, ad q̃ extenditur, & eorum
quæ ſequuntur ad ipſam. Mala n.cõplexio frigida & humida partiũ pectoris ſiue per ſpe-
ciẽ debilitatis,q̃ efficit,ſiue quia reddit mẽbra pectoris difficile mobilia,ſiue quia ipſa eſt
cauſſa cõgregationis multarũ materierũ in pectore p viã indigeſtionis pōt eſſe aſthma-
tis cauſſa. Et ſecundum primũ modũ efficit aſthma proueniens a debilitate virtutis qua-
liter fortaſſis in plurimis ſenũ aut conualeſcentiũ ſæpe prouenit aſthma. ¶Per ſecundũ
autẽ modum,ſc.immobilitandi mẽbra anhelitus, poterit eſſe cauſſa aſthmatis. qualiter
B perſæpe Medici infrigidantes velamen efficiunt aſthma,iuxta illud *13. tertii, 10.tertii.* Cũ
emplaſtras pectus, caue ne infrigidetur velamen.qualiter etiã itinerantib.per aerẽ valde
frigidũ perſæpe accidit aſthma,vt notat experientia. ¶Per tertiũ autem modum, ſc. ge-
nerationis multarum materierum & congeſtionis earum in pectore per viam indige-
ſtionis prouenit ſpecies aſthmatis ex plenitudine partium pulmonis. eo quia æger non
recipit aeris quantitatem conuenientem ad euentandum partes pectoris.quare non ex-
cuſatur ab anhelitu frequenti.qualiter ſe habet anhelitus vehementer exercitati,currẽ-
tis,& præfocati:pp quod anhelitus difficultas aſthma nominata ponitur eſſe ægritudo
pulmoni appropriata,*13.tertii,tract.1.c.de aſthmate*.In cuius deſcriptione ponitur hic ter-
minus complexus ægritudo pulmonis tenens locum generis, vt ibi aperte colligitur.vn-
C de apparet hic ſpeculanti, quod ab vna & eadem cauſſa varia & numero plura pendere
poſſint accidentia,vt iam dictum eſt. Et tu conſidera,quia locus iſte eſt ampliſſimæ me-
ditationis.¶Taceo hic de materiebus in pectore congregatis,q̃ ſc.ſint ſimplices vel cõ-
mixtæ. Nam ſatis veriſimile eſt phlegmaticæ materiei iam prædictæ commixtam eſſe
partem materiei melancholicæ reddentis materiam phlegmaticam maioris extenſio-
nis. Ad quod perſuadendum plura motiua videntur occurrere. ¶Primum equidẽ,quo-
niam hic vir a generatione melancholicæ complexionis exſiſtit, vt facile demonſtrari
poſſet ex principiis.¶Secundo quia læditur a materia melancholica ventoſitatum mul-
titudinem congerente in ſplene & toto latere ſiniſtro.¶Tertio,quia iã alias nocumen-
tis ab impreſſionib. melancholiæ prouenientib.longo tempore moleſtatus fuit. Quar-
D to iterum:quia ventoſitas vel vapor eleuatus a materia phlegmatica ſimplici non tantũ
extendit,quantum,ſi idem vapor commiſcetur ventoſitati a materia melãcholica pro-
uenienti. Vapor enim,cuius remiſſior eſt humiditas,aut amplior ſiccitas, maiorem pōt
extenſionem facere & velocius,quam ille,qui ſimplex eſt:& apparet aſſignari poſſe ad-
æquatam cauſſam vel cauſſas horum duorum accidentium,ſc.doloris & aſthmatis,quæ
iam paulo ante præmiſſa ſunt.Et pari ratione iterum deduci poteſt, q̃ aſthmatis cauſſa
efficiens ſit illa mala complexio iam præmiſſa:materialis cauſſa iam aſſignata, quæ pul- *Aſthmatis*
moni & aliis partib.pectoris immerſa poterit efficere aſthma:q̃ erit per ſe accidens non *cauſſa effi-*
proueniens vel dependens a dolore prædicto. Et hæc de duobus accidentibus virum i- *ciens & ma*
ſtum moleſtantib.ſufficere poſſunt.¶At vero iterum paulo magis contemplandum eſt: *terialis.*
E aut igitur hæc duo accidentia remãſerunt nulli generi vel ſpeciei febris complicata;aut
econuerſo. Si igitur erunt complicata febri:aut erunt ephemerę.& hoc nullo modo, cũ *An dolor &*
ipſa non reuoluatur periodice, vt iam ſcribitur. Et pari ratione neque hecticæ, cuius eſt *aſthma ſint*
excludere typum & periodum, relinquitur igitur eſſe neceſſarium concludere febrem *febri com-*
ipſam eſſe materialem.& non quidem ſine putredine,cum neq; hic ebulliat ſanguis nul- *plicata.*
la ratione vel ſigno demonſtrabilis. Neq; etiam eſt febris de putredine ſanguinis hac vel
aliis rationibus facile demonſtrabilis,& maxime, quia reuoluitur periodice. Sanguini
autem putreſcenti aſſignatur vniformitas continuæ afflictionis a principio vſq; ad finẽ,
& nulla eidem opponitur periodica reuolutio,quare,&c. Non etiam videtur eſſe febris *Qualis ſit*
melancholica, cum non aſſignetur aliqua periodus melancholiæ neq; ſcribatur. Igitur *febris.*
F remanet dubitabile an ſit febris cholerica vel phlegmatica. Quod autẽ non ſit cholerica
pura continua,apparet,quia non videtur hic periodicatio diſtincta aſſignari poſſe,velut
ſcribitur. Quod iterum non ſit periodus proueniens a cholerica materia pura motu ter-
tianario reuoluta apparet,eo,quia non vigiliarum inſtantia,non ſitis,non amaritudo o-
ris,non ventris ſtypticitas,non dolor capitis acutus præſentialiter concomitentur eam.

Igitur fortaſſis oportebit concludere, ꝙ ſit tertiana notha: aut igitur maioris famæ, vel minoris. Si prima, aut erit tertiana non pura, ꝓueniens ex mixtione rubeæ choleræ cum phlegmate craſſo, & denominabitur vitellina: aut cũ phlegmate tenui, & denominabit citrina: ergo erit febris vel a cholera vitellina vel citrina proueniens, vel ab vtraq; ſimul. Et eſſet paſſus arduę contẽplationis, an ſit poſſibile eandẽ febrẽ ſimul a cholera vitellina & citrina putreſcentib. prouenire. & eſt de pũctis, a quib. illuſtriũ auctorũ ſpeculatio deficit. ¶ Adhuc iterũ fortaſſis concludit ex quodã ſupra aſſumto fundamẽto, ꝙ febris iſta eſſet cholerica proueniens a cholera notha minoris famæ, q̃ fit ex cõmixtione ipſius cũ melancholia naturali. In cuius notitiã peruenire oporteret ꝑ paſſiones & accidẽtia ambabus materiebus cõmixtis atteſtanda. quẽ paſſum hic declarandũ relinquo, ſeruans tecũ in poſterũ aliud conferre per literas. ¶ An vero vltimo febris hæc ſit phlegmatica pura interpolata, an continua latica nominata, quæ raro inuenitur apud practicãtes & maxime pura. Et an ſit phlegmatica de phlegmate dulci, ſalſo vel pontico, mucilaginoſo, aquoſo, vel vitreo, tibi conſiderandũ relinquo; exiſtimãs, ꝙ ſi rationali iudicio & ex his, q̃ mihi ſcripta ſunt, hæc febris reponi poſſit ſub aliqua denominatione ſpecifica conuenientius dicendũ eſt ipſam eſſe tertianã non purã a cholera permixtã melancholię prouenientẽ, aut ſaltẽ a cholera cũ aquoſo phlegmate ꝑmixta, vt iã ꝓdictũ eſt. Aliter n. curãdę ſunt diſpoſitiones & accidẽtia febrib. cõplicata, q̃ ab eis denudata. Nã & ſi accidentia nõ dependerent a febre in eſſe & in conſeruari, tamẽ accidẽtia iã ꝓdicta, vt dolor & aſthma, augmentũ non leue recipere poſſunt, cũ cõplicantur eidẽ. Hæc ſunt, q̃ modo mihi cõſideranti, cũ magna tamẽ incõmoditate occurrere potuerunt, quæ ab aliis ampliori conſideratione compleantur & modificentur.

Curatio.

Nunc autẽ aliquid & facile de modo curationis harũ diſpoſitionũ percurrendum eſt. & primo quidẽ videtur eſſe ꝓmittendas intentiones neceſſarias in cura huius diſpoſitionis. ¶ Et eſſet prima vniuerſalis materierum euacuatio a toto, q̃ hic excludo: cũ nõ videatur magna eſſe in toto repletio: & iterũ, quia vir iſte conuenienter fuit hac ſpecie euacuationis minoratiue a celeberrimo phyſico euacuatus: & a materia etiã, vt de vomitu ſcribitur. ¶ Secunda vero intentio eſſet particularis materierũ diſtractio: & hanc quidẽ etiam volo a meo ſermone reſecare ꝑꝑ duplicẽ phlebotomiã & alia pharmaca conuenienter adminiſtrata.

Materierũ digeſtio.

¶ Tertia vero particularis intentio eſt materierũ digeſtio: & hanc etiã volo completã eſſe, eo quia ſcribit, ꝙ ægritudo ſit in ſtatu digeſtionis. Licet hic aliqualiter perturbari poſſet mens conſiderantis, an eſſet ſtatus digeſtionis materierũ antecedentiũ & coniunctarũ febris: an eſſet ſtatus digeſtionis materierũ facientiũ accidẽtia, vt aſthma & dolorem: aut eſſet ſtatus digeſtionis vtrarũq; materierum ſimul. & hoc quidẽ facile a viro in canone & opere perito cognoſci poteſt, eo quia tali digeſtioni de neceſſitate ſubſequitur remiſſio febris, iuxta illud authẽticũ *3. tech. Digeſtio eſt faciẽs ceſſare putredinẽ manente ſubſtãtia*. Adhuc etiã ſecundo facile cognoſci poteſt, eo quia ſi materialis cauſa aſthmatis & doloris erat phlegma, aut ſimplex, aut alteri materiei cõmixtũ, ꝙ crudũ faciebat dolores aliquãtæ intẽtionis: neceſſe eſt, ꝙ ſi erit digeſtũ, dolores ab eo ꝓueniãt notabiliter remiſſi. quare remiſſio febris & accidẽtiũ eſt ita demõſtratiuũ ſignũ remiſſionis ægritudinũ & accidẽtiũ, vt apparet.

Digeſtio quid.

Particularis materierum eradicatio.

Quarta intentio particularis eſt materierũ eradicatiua euacuatio. & huic q̃dẽ aliter cõplacere nõ poſſũ, niſi ꝙ deſcribã aliqua pharmaca diuerſæ intẽtionis ſecundũ diuerſitatẽ ſuppoſitæ materiei peccãtis. Primũ itaq; pharmacũ eradicatiuũ dominãtis phlegmaticæ materiei eſſet hoc. ℞. *aq. hyſſopi & gallarũ an.* ℥ j ß. *agaric. elec.* ʒ ij. *turbith* ℈ ij. *mannæ elect.* ℥ ij. *zinz. florũ hyſſopi an.* g̃ v. *croci* g̃ ij. *fiat omniũ horũ infuſio & exhibeatur cũ expreſſione & colatura diligẽti.*

Potio.

Secundũ pharmacũ materiei phlegmaticę cũ cholera dominãte eidẽ cõmixta eductiuũ. Cuiꝰ deſcriptio. ℞. *reub. electi* ʒ j ß. *agarici* ʒ j. *aq. violar. & lupulorũ an.* ℥ ij. *mucilaginis pſillii* ℥ j. *ſpicæ nardi* ℈ ß. *zinz.* g̃ iiij. *fiat omniũ infuſio, & exhibeatur vt prius cum* ℥ j. *mannæ incorporatæ ſecum poſt expreſſionem.*

Alia.

¶ Tertium pharmacum eductiuum materierum ex cholera & melancholia commixtarum eſt hoc. ℞. *myrobalanorum Indorum* ʒ ij ß. *mannæ* ʒ j ß. *electuarii diapruni* ℥ j. *rheubar. electi* ℈ iiij. *ſpicæ nardi gra. v. aquæ lupulorum & bugloß. ana* ℥ j. *aquæ fumiterræ* ℥ ij. *fiat omnium infuſio. & cum expreſſione exhibeatur vt prius.*

Alia.

Accidentiũ correctio.

¶ Quinta intentio principalis eſt accidentium correctio: & quidem pro correctione accidentis, ad quod principaliter inſiſtendum eſt, ſcilicet, aſthmatis, ꝙ ſuſpectius eſt. licet prædictæ intentiones conferant: tamen conſueui ego vti loch iſto,

quod

A quod tibi tranſmitto.de quo mane & cum aqua lactis ℥ iij. in quam infundatur ℈ß. ſac-
chari per vnam noctem,conſueui mane exhibere ʒ v. ſolemniter cōfert.& de ipſo iterū
æger ipſe maiori parte temporis in ore ſuo tenere debet velut loch. Fuit autē medicina
iſta. ℞. *loch de papauere ℥ iiij.* ¶ Ad hanc etiam intentionem & materierum catarrhizātium
adæquationem & abſciſſionem vti ſoleo hoc alio electuario, quod nunc mitto, de quo
exhibere ſoleo per tres horas poſt cœnam a ʒ iij.vſq; ad ſex cum aqua ſublimationis vio-
larum & chamomil.ana ℥ j.& eſt ſolennis medicina.plura vero ſcribo ex auctoribus col-
lecta & experta propter temporis penuriam.Fuit autem electuarium hoc. ℞. *electuarii de* Electuarii.
ſebeſten ℥ ij.electuarii pectoralis albi ℥ iiij.miſce. ¶ Vltimam vero intentionem, ſcilicet de re- Diæta.
B gimine ex parte ſex rerum non naturalium cōuenienter adminiſtrando peritiſſimi phy-
ſici eius ſapientiæ relinquo ad laudem omnipotentis Dei. Amen.

CONSILIVM CCLXXIX. *De quadruplici mala diſpoſitione: videlicet, De tertiana notha compoſita ex duabus tertianis nothis maioris famæ. De motu tremulo cordis. De mala complexione frigida & humida epatis cum diſpoſitione cachectica. De deſcenſu catarrhi à capite ad pectus cum tuſſi. Diuiditur autem conſilium in duo capita.*

CAP. I. *De cauſſis & ſignis dictarum diſpoſitionum.*

TRIPLEX eſt diſpoſitio,qua nobilis adoleſcentulus ſpectabilis & ſtrenui mili-
tis domini Iacobi de Tieriis dilectus genitus moleſtatur. Prima quidem eſt ter-
C tiana notha,quę non ſimplex eſt,ſed compoſita ex duabus tertianis nothis pen-
dentib. a materia cholerica vitellina nominata, q̄ fit ex commixtione choleræ cū phle-
gmate notabilis craſſitudinis,ſicut clare per celeberrimo: ph/ſicos nuperrime conſcri-
ptum eſt. ¶ Secunda vero diſpoſitio eſt debilitas in nutritiua virtute membrorum nota-
bilis & aliqualiter indigeſtiua epatis: & etiam notabilius in retentiua ipſius prouenienſ
a mala complexione ipſius humida epatis, vt conſcribitur. quæ videtur eſſe coniuncta
caliditati & non frigiditati per ſigna, quæ manifeſta ſunt: quæ quidem epatis dyſcraſia
coniuncta eſt diſpoſitioni cachecticæ cum tenſione grauatiua in regione epatis ſub dex-
tro hypochondrio percepta. ¶ Tertia vero diſpoſitio, quæ nuper contigit ei, eſt tuſſis ca-
D tarrhalis cum ſcreatu phlegmaticæ materiei notabiliter abundantis non cum exceſſu a-
licuius ſaporis manifeſte apparentis. hæ in ſumma ſunt diſpoſitiones principales, quibus
moleſtatur.

Si itaque diligenter contemplando earū diſpoſitionum canones conſcribi debet,
non videtur illud eſſe poſſibile ſine errore præſtandum, niſi primitus harum diſpoſitio-
num notitia diſtincta comprehendatur. tantum enim falluntur in canonibus Medici,
quantum in dignotionibus ægritudinum. *1. ad Glauconem 3. cap.* Itaque iſta compoſitio du-
arum tertianarum, vt prædictū eſt, aut erit compoſitio duarum tertianarum continuarū
a cholera vitellina pendentium: Aut ſecundo erit compoſitio duarum interpolatarum
eiuſdem ſpeciei: Aut tertio erit compoſitio ex vna notha vitellina interpolata cum vna
E ſimili continua: Aut quarto erit econtra vnius continuæ vitellinæ compoſitio cum in-
terpolata eadem ſpecie. Talis n. eſt diuiſio a Gal. data *2. de criſi, c. 6.* ¶ Si itaq; erit compo-
ſitio prima duarum continuatum notharum de cholera vitellina, licet ipſarum cognitio
difficillima videatur, non tamen eſt impoſſibilis viro exercitato in ſcientia & experi-
mento.

Similiter etiam duarum interpolatarum compoſitio clarior haberi poterit. Et ad-
huc etiam vnius continuę cum interpolata & earum cognitio a ſapiente viro non cum
magna anxietate conceditur, ſaltem enim hoc generali notitia deducere non eſt diffi- Signa ex
cile. Si enim ſunt duæ continuæ & paroxyſmi ſubintrantes, vt creditur: igitur vel ſubin- accidentib.
trant principio, augmento, ſtatui vel declinationi. Si primo, igitur ipſarum cognitio
haberi poterit per notitiam accidentium inſeparabilium principii particularis. Et ita de
F augmento, ſtatu & declinatione concludendum eſt. Cum enim præfuerit leuis tepor, an-
helitus coarctatio, pulſus contractio, paruitas, tarditas & raritas, extremorum infrigida-
tio, circumferentiæ corporis grauitas, ſomnolentia quædam & reliqua accidentia pro-
portionata principio particulari. Deinde ſuperuenit expanſæ caliditatis apparitio, le-

uis inquietudo, oris amaritudo, ſitis aliquanta, oculorum punctió, cholera apparens & A
manifeſtius in ſtomacho vel epate vel minera febris, quæcunque fuerit illa. Iterũ & poſt talia accidentia principio particulari parum ante attributa demonſtrari poteſt huius febris augmẽto alterius continuę febris exacerbationẽ ſuperueniſſe & cognoſci poſſe has die ſecunda, tertia, aut quarta: quare *2. de criſi. c. 5.* inquit Gal. *Plurimæ harum febrium cognoſcuntur in ſecundo aut tertio die aut magis vltimum in quarto cognitione certa.* Et non eſt aliq; genus ægritudinum in aliqua ſpecierum illarum, quæ pertranſeat diem tertium aut non multum quartum, quin cognoſcatur certe, cuius naturæ ſit. propter quod turpe eſt Medico ſcientũ ſignificationes & accidentia cuiuſcunque febrium, vt non cõgnoſcat compoſitionem a die primo. *1. quarti, cap. de febrib. compoſitis.* verum ad harum febrium cognitionem non peruenit, qui debilis eſt in ſcientia. *2. de criſi præallegato cap.* ¶ Harum autem B
febrium familiaria & particularia ſigna conſcribere non concedit ſermonis breuitas, ſed legantur pulcherrime *2. de criſi vbi ſupra, & 2. de differentiis febr. cap. 5. & prima quarti, & 6. breuiarii, & 10. Almanſ. & in diuiſionibus eius nono theoricæ, & in terapeutica ad Glauconem.* omnia ſuis locis perquirenda ſunt, ſtabiliendo principium cognitionis earum, in ſignis proprie motuum qualitatem & quantitatem ſuarum materierum conſequentibus. Et non præciſe confidendum eſt paroxyſmorum reuolutionibus vel exacerbationibus. oportet enim febrium ſpecies perſcrutari & paroxyſmos cognoſcere non ex periodorum analogia ſup. præciſe febrium, *2. can. 5. allegato.* Quæ quidem tamen horum contingit dubitari vel diſtincte cognoſci hæc febris, vel eſt accidens tenſionis epatis & malæ conclusionis eius, a qua dependet ipſa febris conſeruatione ſuæ cauſſæ, propter dyſcraſiam C
ipſius epatis, vel ipſa eadem febris fuit ægritudinum epatis effectiua, debilitando ſtomachum, deinde epar eius complexionem peruertendo naturalem. & harum omnium diſpoſitionum videtur ſatis conuenienter vnum poſſe aſſignari curationis modum, vt in ſequentibus apparebit. Hæc pauca circa primam diſpoſitionem tactam oportuit ita leuiter theorice agere, vt eſſet mei exercitii delectatio & canonis curationis recta inuentio.

Mala complexio frigida & humida epatis. Secunda vero diſpoſitio iam prætacta non minus difficilis, ſed magis mihi verenda apparet: cum ipſa ſit aggregata ex ægritudine conditionali, compoſitionali, aut forte verius compoſita ex ipſis. Et iterum aſſociat ſibi errorem in vniendo & aſſimilando ſibi D
nutrimentum partibus, quæ quantum diſſimilia ſint, probatione non multa opus eſt. Mala enim complexio humida epatis aut coniungitur caliditati, quod videtur veriſimile propter febris adhærentiam, ſicut viſum eſt. Et deduci etiam poteſt ex ſignis a pulſu & vrina ſumtis & a qualitate mutata, exeuntibus cholericis & ſimilibus aliis. ¶ Et licet iſta videantur apparenter vera: non tamen ita leuiter aſſumenda ſunt. Mala enim complexio humida & maxime perſeuerans frigiditatem ſibi aſſociat. humiditas enim maior, quam debet, reddit corpus frigidius, quam oportet. Si enim mala complexio humida immaterialis illud efficere poteſt, cum fortis fuerit, quæ erit opinio tua de mala complexione materiali humida? Sed omnis mala complexio, ſupple notabiliter intẽſa, qualiter eſt iſta, deiicit, id eſt diminuit vel aufert actum, id eſt operationem proprie virtutis E
membri. Ita & iſta deiiciet operationem digeſtiuam epatis.

Amplius omnis ægritudo chronica eſt de materia frigida, *prima tertii, c. de hemicranea. ſect. 2. aph. 3.* ſed iſta eſt chronica, igitur, &c. probatur minor, quia non eſt acuta abſolute neque peracuta cum ſuis paribus, neque conuerſiua: igitur chronica. conſequentia eſt neceſſaria ex terminis medicinæ.

Rurſus & quarto nutrimentum ex epate defertur partibus totius corporis & non indigeſtum in epate, vt ſupponitur. Igitur defectus trãſmutationis ipſius in membra neceſſario erit propter defectum nutritiuæ ipſorum membrorum, igitur nutrimentum illud non vnietur neque aſſimilabitur: & vltra. igitur neceſſe eſt & membra areſieri & maraſmari. conſequens contradicit poſitioni: quia dicitur, quod membra non ſint reſoluta, neque macrefacta. F

Amplius & quinto conceditur, quod in epate eius ſit tenſio & durities. igitur

ipſa

A ipſa erit vel ægritudo compoſitionalis ſimplex, quæ eſt oppilatio: vel erit compoſita, vt
apoſtemoſa, ſed vnaquæq; talium debilitat neceſſario aut corrumpit aut aufert digeſtio-
ne epatis, ideo in epate neceſſario ponendum eſt digeſtionis nocumentum. ¶ Adhuc
etiam & ſexto arguitur ſic. ſi epar oppilatum eſt, tunc neceſſe eſt aut vnam partem eius
oppilatam eſſe aut totum, igitur aut gibboſam aut concauam, aut vtramq; ſimul. Si pri-
ma oppilata eſt, quę nobilior eſt partium epatis, igitur de neceſſitate deficiet virtus a de-
bita ſanguificatione; igitur relinquetur tam in epate, quam in nutrimentali materia de-
fectus. Si autem concaua eius pars oppilata erit, aut erit oppilatio cadens in ramis vena-
rum paruarum, & tunc non poterit in epar per meſaraicas recipi chylus, quare retroce-
det ad inteſtina & fiet fluxus chyloſus, chylo in ſubſtantia aut colore & reliquis paſſio-
B nibus eius nullo modo aut leuiſſime permutato. ¶ Si autem fuerit oppilatio prædicta in
finibus venarum meſaraicarum & ramis earum diſſeminatis per concauum epatis, cum
tunc chylus in epatis concauitatem ſecundum partem recipiatur & ad gibbum eius de-
ferri non poſſit, accidet in ipſum, ſ. chylum permutatio & alteratio, per quam fiat rebel-
lis epati, & inſurget expulſiua ipſum repellens per meſaraicas ad inteſtina & fiet fluxus
lotiuus, i. loturæ carnis ſimilis, & maxime ſi cum illo permiſceantur aquoſitates, a quibus
epatis ſubſtantia rariſſime euacuatur. ¶ Amplius & vltimo ſi tenſio eſt in epate cum
dolore aliquanto, vt ex tactu fieri percipitur & conceditur, igitur talis dolor reſoluen-
dus eſt in cauſam ſui productiuam, ſed mala complexio humida doloris non eſt produ-
ctiua. *ſecundæ primi, cap. de cauſis doloris*, igitur &c. ¶ Ex quibus omnibus mihi ita leuiter
C contemplanti videtur omnino concedendum eſſe in epate huius adoleſcentis non ſo-
lum eſſe ponendam malam complexionem, ſed ipſam notabili frigiditati ipſius aſſocia-
tam, propter quod princeps 14. *tertii*, cum poſuit canones ſpecierum malæ complexio-
nis frigidæ & ſiccæ epatis, non eſt viſus tangere canones curationis malæ complexionis
humidæ ſimplicis, niſi in libro meo defectus exſiſtat. Et non dubito cauſam eſſe, quia
dyſcraſiam humidam epatis intellexit ſemper eſſe cōiunctam caliditatis aut frigiditatis
exceſſui, quæ tu conſidera. ¶ Ex quibus omnibus iam prætactis iuuenilis intellectus pro-
babiliter defendere poterit in tali epate ineſſe dyſcraſiam calidam & humidam poſiti-
ue & frigidam priuatiue, quibus datis facile ſaluari poſſunt omnia, quæ de magnitudine,
velocitate & frequentia pulſus quandoq; apparent. Et ea, quæ de variis vrinæ coloribus
D percipiuntur, vt ſubcitrinitate, ruffedine citrangularibus & igneis vrinis ſæpe videri poſ-
ſunt. Febre enim in fine augmenti & ſtatim exiſtente tinctiores neceſſario emittuntur
vrinæ. In principio autem & declinatione remiſſiores in tinctura apparere debent re-
miſſione caloris. Et ita pariter ex hoc fundamento de ſubſtantia & contentis vrinarum
arguendum eſt. Omnia enim accidentia de varietate aliorum exeuntium, ſicut a qua-
litate tangibili & viſibili facile ex his principiis deduci poſſunt, quæ propter faſtidium
tingendi chartam dimiſſa ſunt.

Quod vero tertio dicitur de tuſſi catarrhali, quæ nuper apparuit, hoc velut decla- *Tuſſis ca-*
ratum mihi aſſumo, verum aliqualiter non mihi leuem dubitandi anxietatem facit hæc *tarrhalis.*
tuſſis.

Si enim in principio tuſſis alicuius appareat catarrhalis deſcenſus, nō propter hoc
E tamen ſoleo ipſam ſemper catarrhalem exiſtimare. Contingit enim quandoq; caput a-
quoſa humiditate repletum eſſe in eo per indigeſtionem congregata vel per modum
euaporationis ab inferioribus corporis partibus in ipſum multiplicata infuſiua aeris hu-
miditate etiam augmentata, quæ quidem infrigidato capite ex conſiſtentia boreali
vel altera cauſa facile a cerebro per modum expreſſionis emungitur, velut aqua per ex-
preſſionem ſpongiæ infuſæ ab ea deprimitur, & ita in caſu iſto aliter catarrhalis defluxus
poterit fieri a tuſſi, quæ erit pectoris ægritudo per eſſentiam, per quam commotionem
& agitationem materierum prædictarum in capite exiſtentium defluxus rheumatizans
apparebit, qui erit accidens tuſſis, neque erit ipſe defluxus eſſentialis cauſa tuſſis, quare *Tuſſis huius*
contemplandum eſt in hoc. *cauſa.*

Videt̃ a. in hoc adduci poſſe fundamentũ demonſtratiuũ ſatis. cũ n. in iuuenculo iſto
affuerit mot⁹ tremul⁹ cordis cōtinu⁹, imo vt in plurib. mot⁹ cordis maior, q̃ ſaltuoſus no-
minat̃: adhuc & tertio in eo ſẽp affuerit mot⁹ tremul⁹ cordis continuus, imo vt in plurib.

motus cordis caphacam nominatus,ab ore ſtomachi communicatus cordi per colligantiam: quid exiſtimare poteſt aliud, quam hanc debilitatem huius tuſſis ſufficientem eſſe cauſſam? Nam etſi pluribus ante diebus hæc tuſſis non apparuerit aut permanſiua fuerit, contingere potuit pluribus ex cauſſis, aut quia materia ad alia loca diuertebatur, aut quia inſenſibiliter maior pars eius conſumebatur, aut quia virtus ad alia intenta opera motum hunc,qui minus ipſam moleſtabat, aggredi non tentabat, & plura alia paria iſtis adduci poſſunt. ¶ Et hæc quidem mala cordis diſpoſitio fortaſſis potuit eſſe cauſſa nocumenti in epate & in toto. Et verisimilius eſt, quam quod ille tremor ab epatis nocumento proueniat. Si n. tremor cordis, quando ſuperfluit, permutatur ad ſyncopen, & iterum, quando magis ſuperfluit, ad mortem, vt *vndecima tertii, tractatu & cap. ſecundis*, tunc quidem credere poteris, quod poſſit epar & alia membra debilitare tremor cordis: quicquid enim ad maius nocumentum perducere poteſt hominem, illud etiam ad minus poteſt. ¶ Dixi etiam, quod cordi poſſit accidere tremulus motus per colligantiam partium, aut totius ad ipſum, propter quam debilitatur virtus cordis, ad quam debilitatem ſequitur motus tremulus cordis, quare *vndecima tertii, tractat. ſecundo, cap. primo.* Omnis debilitas efficit in corde, dum perſeuerat in ipſo reſiduum virtutis, agitationem quandam, quaſi ipſum expellat a ſe ipſo ad nocumentum. ¶ Quæ vero & quot ſint partes, quæ cordi nocumentum communicare poſſunt, ad quæ ſequatur motus tremulus, & aliæ nocumenti ipſius ſpecies: lege *decima tertii, tractat. primo capit.* dum inquit: *Et quandoque accidunt cordi ægritudines propter communitatem panniculi ſui & cerebri, & lateris, & pulmonis, & epatis, & inteſtinorum, & reliquorum viſcerum, & proprie ſtomachi.* Et quandoque eſt propter communitatem corporis communiter, i. totius, ſicut fit in febribus, ita vt verificetur per paroxyſmos ſuos & criſes.

Cur hæc tuſſis antea non apparuerit nec ſemper duret.

Tremor cordis vnde.

CAP. II. *De cura iſtarum diſpoſitionum.*

OMNIA igitur ſupradicta inuicem contemplando diligenter, apparet, quod in regimine præfati adoleſcentuli attendendum ſit diſpoſitioni cordis principaliter: deinde epatis, tertio cerebri, & conſequenter cum his non negligendo febres, erit attendendum conuenienter cum inſtrumentis appropriatis. Neque timendum eſt, quod ſcribitur, *quarta primi, capit. primo.* quod de numero membrorum principalium illud, cui dignius attendi debet, ſit cor, deinde cerebrum, poſtea epar. Dicendum enim ad hoc, quod illud habeat veritatem conſiderando principatum & dignitatem membrorum principaliter. Sed fortior ægritudo, quæ apparet in epate huius adoleſcentuli, neceſſario cogit, vt prius epati attendatur, quam cerebro, poſt cordi. Ex quibus facile concludi poteſt ordinatum regimen, quo procedendum eſt in regimine prædictarum diſpoſitionum, quod neceſſario complectitur intentiones quinq;. ¶ Prima quidem eſt regimen diſpoſitioni cordis appropriatum. ¶ Secunda erit explicans regimen curationis diſpoſitionum epatis & rectificationis eius. ¶ Tertia erit regimen febris ſuccincte percurrens. ¶ Quarta conabitur rectificare cerebrum & accidentia eius abſcindere. ¶ Quinta vero regimen ex parte rerum non naturalium ſuccincte memorabit. Neq; enim in hoc neceſſe eſt calamum extendere, cum clariſſimorum Doctorum ſcientia his & maioribus prouidere poſſit opportune.

Regimen diſpoſitioni cordis appropriatum.

Igitur intentio prima diſpoſitionibus cordis attendens pluribus completur inſtrumentis.

Primum ſunt ſyr. digerentes materias, emendantes malam complexionem cordis, confortantes ipſum & motum tremulum abiicientes. ¶ Secundum electuarium vel confectiones conſimiles virtutes habentes. ¶ Tertium linimenta, epithemata vel ſacculi eidem applicanda. ¶ Quartum vero eſt ſpecies euacuationum leuium huic propoſito pertinentium. ¶ Pro primo igitur inſtrumento licet plures digeſtiui & cordis confortatiui inueniantur ſyrupi in voluminibus ſapientum, mihi, vt quotidiana experientia docuit, ſemper magis placet ſyr. quem Gal. ſcripſit Democrito nobili Romano *in ſecretis ad Omontheum, deſcriptione 28.* Ipſe enim tam excellentis eſt virtutis, quod omnium cordialium medicinalium virtutes & operationes complete complectitur: cuius quidem deſcriptionem ibi lege, nam propter ſcripturæ faſtidium ponere non curaui; & eius quidem ſublimitas valde facile deduci poteſt præter auctoritatem viri. Omnis enim

Digerentia.

A enim medicina cordialis eſt, aut quia cor & ſpiritum nutrit & ſuſtentat, vt vinum & aqua carnis, aut ſpumoſam ſubſtantiam illuminando, velut margarita, corallus: aut ſubſtantiam cordis vniendo, velut ſericum combuſtum, aut ſpiritum congregando, & a reſolutione prohibendo, velut emblicus & karabe: aut quinto ſua leui caliditate cor & ſpiritum contemperando, velut doronicum & macis: aut ſexto ſua frigiditate caliditatis exceſſum frangendo, velut camphora, aut mulcebriter delectando, velut aromatica omnia: aut octauo a corde & ſpiritu materiam & fumum melancholicum expellendo, velut bugloſſa & lapis lazuli: aut nono a proprietate conferendo, velut hyacinthus & ſmaragdus: decimo & vltimo venenoſitati aduerſando, vt theriaca & cortex citri, quę contrariantur veneno omni. *ſexta quarti, tract. tertio, capitulo ſecundo.* Sed hic ſyr. medici- *Medicinæ cordiales vnde tales dicantur.*

B nas omnes vires pdictas cordiales habētes includit vel ſibi ſimiles: igitur eſt omnino cordialiſſimus. Conſequētia manifeſta eſt intelligēti: & maior etiā clara, qa nullæ aliæ inueniri poſſunt cordiales medicinæ aliis viribus dictæ tales, quā prædictæ & ad eas reducibiles. Et minor manifeſta eſt ex ſerie literarum G. quas lege ibidem. Minorem leuiter probare poſſem per cuiuslibet illorum ſimplicium vires diſcurrendo, niſi longitudine terrefactus eſſem. Si etiam placet ex hoc ſyrup. confici poſſunt confectiones & electuaria mellina vel ſaccharina tuo modo. ¶ De famoſis autem in noſtra ætate per communem praxin currentibus eſt electuarium de gemmis, electuarium de hyacintho, electuarium de ligno aloes, confectio diamoſchi, confectio lætificans, quæ conueniunt ſyncopi & cardiacæ paſſioni, vt *primo de viribus cordis, penultimo cap.*

C Et ſi timeres caliditatis exceſſum ex iſtis medicinis, ſiue ſyrup. ſiue confectio, trociſ. vel electi pulueres vel decoctiones fiant ex eis, aut trageæ, frange eas cum ſucco boraginis, bugloſſæ, acetoſæ, cichoreæ vel macianorum vel apiorum pomorum ſucco, vel aquis ſublimationum horum, vel ſimilium medicinarum tuo propoſito ſeruientium. ¶ Vel elige deſcriptionem ſolennem, quæ ſemper mihi placuit, & ſcribitur ab Auicen. *ſecundo de viribus cordis peuultimo capitulo, prope finem. Compoſitio propria his, qui propter malam complexionem calidam labuntur & cardiacam & cordis debilitatem eſt iſta. ℞. ſemin. lactuc. melonis, cucurb. & cucum. &c.* lege ibi.

Inſtrumentum vero tertium, ſcil. linimenta, epithemata & ſimilia iſtis, licet plurima hinc inde colligi poſſint ab antiquis & modernis Doctoribus, placet tamen mihi

D inter omnia alia linimentum præſcriptum a Galen. *ad Omontheum deſcriptione 46.* cuius ſublimitatem in iuuamento ex ſimplicibus ſuis facile probare potes: & fieri poteſt magis ad caliditatem inclinatum, ſi timemus lapſum cordis frigidum, ſc. cum mace, ligno aloes, moſcho, ambra & ſimilibus. Et ſimiliter ipſum ad frigiditatem inclinare potes, ſi percipies lapſum eſſe calidum, ſcil. cum margaritis, roſis, ſandalis & ſimilibus: adhuc etiam ipſum temperiei vicinum ſatisfacere poteſt magis & minus ſuorum ſimplicium refrangendo gradum vel æquando, vt tibi libet. ¶ Si vero euacuationes in hac diſpoſitione fieri oportet ad materiam cholericam intendentes magis, non eligatur meo iudicio aliqua medicina ſuper iſtam, cuius deſcriptio. ℞. *aquæ cichoreæ ℥ iij. mannæ electæ ℥ j. reubarbari electi ℈ iiij. ſpicæ, ligni aloes ana gran. iij. ſalis gemmæ gran. j. infundantur & fiat eo-* *Infuſio.*

E *rum expreſſio.* ¶ Et ſi ad materiam ex cholera & phlegmate mixtam intendis: ſubdupla reubarbarum, & ſuperadde tantundem de agarico cum granis iiij. zinziberis. ¶ Si autem choleræ & melancholiæ mixtionem percipimus, loco agarici ponantur thymi & epithymi an. ʒ ij. aut loco iſtorum polypod. ʒ iiij. & fiat vt ſupra. ¶ De his vero, quæ iuuamentum omnibus fere talibus communicant, eſt commixtio pilularum de reubarbar. de lapide lazuli, de lapide armeno, & de agarico altera dominante alteri, vel ſibi æquata ſecundum tuam coniecturam dominii melancholiæ ſuper phlegmate, cholera, aut econtra.

Secunda vero intentio, qua epatis diſpoſitio curari debet, multis inſtrumentis cōplenda eſt. ¶ Primo quidem cum adæquantibus materiam. ¶ Secundo cum euacuan- *Curatio diſpoſitionum epatis & eius rectificatio.*

F tibus eam. ¶ Tertio cum reſoluentibus tumorem epatis. ¶ Quarto cum confortantibus ipſum. ¶ Inſtrumenta autem primum horum complentia, eſſe poſſunt aquæ ſublimationum endiuiæ, cichoreę, lupulorū, cuſcutę, capil. Ven. abſinth. ſcolopendrię, eupator. principaliter. Verum in mixtionibus earum dominari debet caliditas frigiditati, cū ego credam lapſum iſtum magis frigidū, q̄ calidū eſſe ponendum, pp q̄ per ſe a tali lapſū

indicando non credo conuenire frigida dominanter, niſi propter febrem principali- A
ter, quæ nullo modo negligenda eſt. Similiter etiam in ſyr. iulep decoct. troc. confec. & elect. illud idem tenendum eſſe credo. ¶ Et licet multa mihi habeam experta compoſita, duo tamen, quæ ſcribo, compoſita, me non fallunt in rectificatione epatis lapſi ægritudine complexionali, & compoſitionali, velut oppilationibus & apoſtematibus, quorum deſcriptionem habui *ex lib. 10. de comp. med. ſec. loc. capit. 12.* auctoritate Andromachi in lib. de cura paſſionum intrinſecarum, & eſt ſeries literæ ibi : *Nearchi confe-* *Confectio.*
ctio epatica prælaudata. ♃. cinamomi, caſſiæ lign. ana ʒ iiij. croci, nardi, coſti, carpobalſa. hypericonis, liquiritiæ ana ʒ viij. mellis deſpumati quantum ſufficit. ¶ Et ſi times mellis caliditatem, fiat confectio cum ſyr. ſimplici acetoſo, & detur ex eo, quantum eſt auellana, mane hora digeſtiui cum aliqua ex prædictis aquis. B

Alia medicina eiuſdem, ſcil. Andromachi potabilis ad epaticos, ſpleneticos, nephriticos, hydropicos, iuuatq; ſtomachicos & eas, quæ ex partu moleſtantur, mulieres, & eos, qui ab infirmitatibus reſumuntur & ictericos, tuſſiculoſos, pleuriticos, & ad phar-
Electuariũ. maca mortifera & morſum ferarum. Cuius deſcriptio. *♃. nardi Indianæ ʒ viij. coſti ʒ ij. caſſiæ lig. croci an. ʒ j. piperis al. obulos v. vel ij. vt habet alia litera, ſeminis apii, petroſ. ireos an. ʒ ij. acori, opobal. an. ʒ j. ſucci apii maſculi drach. iiij. paſſularum dr. vj. mellis deſpumati q. ſ. fiat electuarium.* Mirandum autem non eſt multum de nobili iuuamento iſtarum medicinarum, cũ hæ ab Andromacho deſcriptæ fuerint, a Galeno adeo excellenter collaudatæ, & in poſterum etiam a ſucceſſoribus, vt patet *5. can. 10. practica, & 7. breuiarii in antidotario Galaphrii* & pluries alibi, quæ tu ibidem lege. ¶ Ex quibus compoſitionibus volo mihi ſatis- C
factum eſſe ad primum, tertium & quartum inſtrumentorum in hoc cap. poſitorum. ¶ Ad ſecundum vero inſtrumentum de euacuationibus ſufficit illud, quod dictum eſt in fine capitis præcedentis. ¶ Denuo igitur locale compoſitum epati apponendum auctoritate Archigenis in eodem cap. conſcribere placuit: cuius quidem literæ ſeries talis
Emplaſtrũ. eſt. *Malagma ad diſpoſitiones epatis valde chronicas, quod confert etiam ſpleneticis & his, qui fiunt pallidi & febriunt & habent tenſionem hypochondriorum. ℞. ficuum pinguium ſublato multum de ſemine eorum & vmbilico, ceræ al. an. ʒ x. myrobalanorum, & intelligo ego chebulorum ℔ j. nitri marini lib. ß. aluminis ſciſſi drach. xij. bdellii, ammoniaci, fœnugræci, cardamomi, naſturtii, origani ſextarii quartum, olei irini, q. ſ. terantur forti contritione ficus in mortario & incorporentur ſecum gummi diſſoluta cum vino ſubtili & reliquis additis ſumma contritione fiat emplaſtrum* D
mirabilis effectus poſt euacuationem maxime. Et ſi bene conſideras, præſcripta vel prędicta inſtrumenta implicãt in ſe virtutes digeſtionis & euacuationis aliquantæ reſolutionis materierum & confortationis virtutum, apud quæ aliqua nonnulla in communi experientia comprobata obſeruare potes: ſicut electuarium diacur. & dialacca melius deſcriptione Meſ. *in antidotario deſcriptione prima*, & electuarium omoruſia nominatum deſcriptione Auic. *5. can. ſumma & tractat. primis.* ¶ Et iterum electuarium ab eo deſcriptum *14. tertii, tract. tertio*, de cura oppilationum epatis, quod maxima laude comprobatur ab Auic. auctoritate Gal. cuius litera aſſumſit *lib. 9. de compoſ. med. ſec. loc. præallegato cap. de medicinis Andromachi*, cuius litera & ſeries habet ita. *℞. paſſularum dr. xxv. & reliqua vide prædictis locis.* Nam Androm. argumentatur dignitatem huius electuarii ex ſingulis compo- E
nentibus inductiue demonſtrando ſicut Gal. ibidem facit literaliter. ¶ Ad hanc etiam intentionem potens eſt hoc electuarium breuis deſcriptionis, & fuit de medicinis Solonis Philoſophi, quod cõfortat epar, ſtomachum & interiora omnia membra. Cuius
Aliud. deſcriptio. *℞. ligni aloes, ariſtolochiæ rotundæ, laccæ, ſpicæ ro. folii an. drachm. x. reubarbari electi drachm. xx. mellis deſpumati, & in hoc caſu magis mihi placeret geleniabin, & fiat electuarium. Doſis eius eſt drachm. j. cum vnc. j. aquæ decoctionis corticis extrinſeci phiſtici, quæ decoctio inter reliquas probatiſſima eſt ad aperiendas chronicas oppilationes epatis:* & teſtificat Galenus didiciſſe ſe a quodam Ægyptio Medico. Hæc de cura ſecundæ diſpoſitionis ſufficiant.

Curatio febris. Pro tertia vero intentione, ſcil. pro regimine febris, ſupple ante miſſo, volo mihi F
ſatisfactum eſſe per ſyrup. & elect. digerentia, confortantia, ex quorum materiebus ſiue fiant potabilia vel deglutibilia interius aſſumenda, ſiue decoctiones aut linimenta, ſacculi, embrocæ & epythemata, aut cuiuſcunque varietatis aptentur medicamina,

omnia

A omnia erunt febri competentia regulari curatione ſumta à modo dependentiæ ſuæ, qui ſumitur a materia, vt *prima quarti, capit. de cura putridarum in generali & vndecima terapeu.* colligendum, & maxime ſi talia ante ſcripta medicamina frangantur & remittantur ſecundum modum ſuperius poſitum in regimine diſpoſitionis cordis, & ſi contingeret opus eſſe aliqualiter dominantibus infrigidatiuis vti faciēdum erit, illud multum accurata contemplatione a valde leuibus ad fortiores tranſeundo gradatim ſecundum doctrinam vetuſtiſſimi Hip. *ſect. 2. aph. 51. multum autem repente calefacere &c.* Et Commentatoris *ibidem.* Hæc de tertia intentione ſufficiant.

Rectificatio cerebri & ablatio acti dentium.

Quarta vero intentio, quæ eſt rectificatiua diſpoſitionum cerebri etiam cum prędictis medicaminibus, vt conſideranti patere poteſt, facile complectitur. ¶ Adhuc B etiam ſecundo cum fricationibus, ligaturis extremis partibus applicatis. ¶ Et tertio iterum cum ventoſis, ſi res eſſet grauior magis. ¶ Et quarto cum ablutionibus extremorum cum chamomilla, meliloto & ſimilibus in aqua decoctis. ¶ Et quinto cum collutionibus & gargariſmatibus opportuno tempore factis cum oxymelle ſimplici aut cōpoſito, aut cum ſyrup. de acoro aut de ſtœchade cum decoctione aſari, vſq; ad decoctionem agarici tranſeundo ſine ſuſpicione aliqua, quoniam ipſa eſt efficax & ſecura multum. ¶ Sexto cum odoribus rerum cerebrum confortantium, vt ligni aloes, florum dendrolibani, origani, ſtœchados, macis & ſimilibus. ¶ Compoſitum bonum ad retinendum catarrhales fluxus, & confortandum cerebrum, & exſiccandum materias crudas & frigidas in eo congenitas per viam indigeſtionis & euaporationis ad ipſum. ℞. C *laudani electi ℥ ß. ligni aloes ʒ j ſandaracæ, thuris, karabæ an. ʒ ß. colophoniæ ʒ j. macis, caryophyllorum an. ſcru. ß. reſoluantur omnia cum vino aromatico, & fiat ex eis ceratum:* ita, quod deſcribat commiſſuram ſagittalem a ſumma capitis parte, vſq; ad coronalem commiſſuram: aut fiat ex his ſacculus conſimilis, & ſuperponatur prædicto loco. Hæc de intenſione quarta ſufficiant.

Ceratum.

Pro quinta intentione, ſc. de regimine per ſex res non naturales patet leuiter conſideranti, qualiter procedendum ſit: debet enim regimen per omnia illorum genera inclinari ad leuem caliditatem cum ſubtiliantibus, incidentibus & aperientibus conuenienter confractam. Pro quorum omnium diſcurſu mihi nunc ſilentium impono propter cauſſam ſuperius tactam. hæc ſunt, quæ vtiliora colligere potui pro regimine D diſpoſitionum generoſi adoleſcentuli Ioannis Petri de Tienis.

Diata.

CONSILIVM CCLXXX. *De triplici mala diſpoſitione, videlicet: De febre continua cholerica a cholera citrina. De oppilatione ſtomachi cum tenſione in ore eius, & diſpoſitione apoſtemoſa. Et de tremulo motu cordis. Diuiditur autem conſilium in tria capita.*

CAP. I. *De cauſſis dictarum diſpoſitionum & ſignis.*

IVuenculus iſte triplici laborat diſpoſitione: quarum vnaquęq; ſatis timoroſa eſt. ¶ Et prima quidem diſpoſitio eſt febris continua de cholera notha maioris famæ, & proprie nominata citrina, quæ prouenit ex putredine cholericæ materiei commixtæ tenui vel aquoſo phlegmati. Et hæc quidem omnia probari poſſunt argumēE to ſumto a tactu, qui videtur repræſentare ſenſui tactus mollitiem intenſam & acutam caliditate informatā, velut ſi ſenſui tactus repræſentaretur aqua intenſæ caliditatis quaſi feruens. ¶ Secundum, quia pulſus eius eſt velox & frequens cum mollitie quadam organi mollis, ſc. arteriæ, quod quidem non eſt proprium tertianæ continuæ a vitellina cholera prouenienti, quoniam illa eſt craſſior vel denſior, quam citrina. Neq; etiam eſt proprium phlegmati hoc ſignum: quia licet in phlegmatica tam continua, quam interpolata tactu repræſentetur mollis caro vel arteria ei ſuppoſita, vel cuti, tamen illa mollities non repræſentatur cum tanta caloris acuitate, quanta percipitur in cholericis. Tertio ēt hoc probari poteſt, ſc. quod hæc febris per triduum augmentatur. Quarto cognoſci F poteſt hoc per ſigna ſumta ab exeuntibus: vrina enim eius eſt citrina colore, ſubſtantia tenuis, contentum habens, cuius color vergit ad ſubcitrinitatē, & eſt locatū tale ſedimen iuxta regionē aeream vrinæ: eo, quia ſui caliditate & leuitate ad ſuperiora fertur, & eſt in tali vrinę regione granulorum & ſpumarum apparentia in ſuperficie, quoniā phlegmatis aquoſitas cū ſua viſcoſitate incluſam tenet choleræ ſubtilē partē ſubſtātiā phlegmatis

Cauſſa febris.

Signa cauſſarum.

ſubleuando & extendendo in ampullas conuertentem : & multa alia ſigna paria iſtis A
adhuc adducerem, niſi diligerem breuitatem.

Secunda diſpoſitio huius iuuenculi eſt ſtomachi oppilatio, cum tenſione notabili
Oppilatio ſtomachi. in ore ſtomachi vſque ad fundum eius notabiliter percepta cum dolore notabili, pro-
pter quam auderem concedere, quod hic non ſit ſimplex oppilatio: imo apoſtemati cõ-
iuncta. licet enim vnamquamque notabilem oppilationem conſequatur extenſiuus do-
lor, vt videri poteſt *ſecunda primi, & primo de accid. morbo.* tamen dolor tantæ intenſionis
non ſolet comitari oppilationes ſimplices, ſicut conſequi ſolet apoſtemata. neq; etiam
in locis oppilatis ſolet tanta apparere durities & tenſio, quanta apparet in ſtomacho hu-
ius adoleſcentuli, vt ſenſu tactus declarari poteſt.

Motus cordis tremulus Tertia diſpoſitio principalis eſt motus cordis, qui proprie tremulus eſt & non ſal- B
tuoſus. & hoc quidem in eo meo iudicio eſt accidens denominandum magis, quam p ſe
ægritudo, eo quia ſucceſſit prædictæ diſpoſitioni ſtomachi & febri etiam. Secundo quia
talis motus tremulus intenditur & remittitur ſecundum intenſionẽ & remiſſionẽ febris,
& diſpoſitionem ſtomachi. Tertio etiam, quia per applicationem medicinalium ſto-
macho & febri conferentium minorari debet. Siue igitur ſit accidens, ſiue ægritudo per
ſe: apparet, quod hic motus tremulus cordis proueniat a mala complexione calida &
Obiectio. ſicca cordis, quæ corpus eius notabiliter exſiccauit. ¶ Et ſi argueretur contra hoc, quia
in hoc iuuenculo non apparet notabilis conſumtio: imo quædam tumeſcentia cache-
ctica ſaltem in partibus faciei repræſentata: igitur ipſe non eſt extenuatus. ¶ Negan-
da eſt illa conſequentia; & dicitur, quod cum cachexia adhuc magis & in fine augmenti C
ipſius exſiſtenti ſtat tumeſcentia corporis, vel inflatio accidentalis & conſumtio ipſius
ſubſtantialis, velut ſi hecticæ ſuperueniret mala diſpoſitio epatis vel ſtomachi, per quam
in eo generetur per viam indigeſtionis phlegma tenue, quod ſimul cũ ſanguine latũ ad
membra aliqualiter inflaret ea: patet, quod hic eſſet ſubſtantialis conſumtio & acciden-
talis tumor. In viro itaq; iſto faciliter ſaluari poteſt hæc cachectica diſpoſitio propter
nocumentum digeſtionis ſtomachi proueniens ab oppilatione & ab apoſtemate iam
prædictis. Vnde in eo per ſemitam indigeſtionis generatur phlegma tenue, ex quo ſit p̃-
dicta cachectica diſpoſitio. Et intantum mihi procedendum eſſe apparet, quod ſto-
machi diſpoſitio prædicta ſit cauſſa febris eius. Hoc enim phlegma tenue choleræ com- D
mixtum in venis eſt materialis cauſſa antecedens & coniuncta prędictæ febris nothę cõ-
tinuæ: eſt etiam cauſſa motus tremuli cordis ponendo malam complexionem in eo: ad
cuius fugam incitata virtus & partes cordis impelluntur ad diaſtolandum & ſyſtolandũ
frequenter & velociter, qualiter tremulo motu corpora videntur moueri & ſenſus oſtẽ-
dit. ¶ Vtrum autem eadem materialis cauſſa, ſc. cholera citrina, quæ facit febrem & tre-
morem cordis, ſit cauſſa oppilationis vel apoſtematis in ſtomacho iam prædictorum, ap-
paret mihi omnino concedendũ eſſe per duritiem & tenſionem, cum quibus ſimul cali-
ditas intenſa cum acuitate repræſentatur, & per alia ſigna, quibus ſuperius declarabatur,
quod febris eius erat vere continua a cholera citrina proueniens. Vnde ex omnibus in-
uicem collectis, videtur eſſe colligendum, quod diſpoſitio huius adoleſcentis ſit mala
complexio ſtomachi calida, & ſicca, & mala complexio ipſius oppilatiua vel apoſtemo- E
ſa proueniens a materia phlegmatica per viam indigeſtionis in ſtomacho genita, cui et-
iam commiſcetur cholera citrina prædicta.

Cap. II. *De cura per diætam.*

Diæta. REGIMEN igitur harum diſpoſitionum fundari debet ſuper adminiſtratione
rerum non naturalium & medicinalium. Et primum quidem horum ita men-
ſuretur, vt eligantur res omnes infrigidantes & humectantes non tranſeundo
menſuram ſecundi gradus: quibus etiam rationale eſt commiſceri aliquod leuiter cale-
factiuum, ſubtiliatiuum, aperitiuum & phlegmaticæ materiei genitæ per viam indigeſti-
onis conſumtiuum, & præcipitatiuum per vias vrinales: velut in brodialibus eius coquẽ-
do radicem fœnicul. vel petroſ. In ſaporibus vero aceto conditis aliquid pulueris cina- F
momi vel conſimilium. ¶ Et eligatur vinum colore album vel glaucum, ſubſtantia ſub-
tile & mediocris fumoſitatis. Et eſſet ei valde vtile, vt tale vinum dilueret ſemper cum
aqua bugloſſæ, vel boraginis, ponendo vini partes duas, & prædictæ aquæ partem
tertiam.

Cap.

A

CAP. III. *De cura per medicinalia.*

Curatio diſpoſitionis ſtomachi.

DE regimine igitur medicinalium videtur mihi prouidendum eſſe ſtomacho cum quinq; remediis, quæ etiam communicabunt iuuamentum febri & tremori cordis. ¶ Primum inſtrumentum horum eſt electuarium iſtud, de quo accipiat omni mane, poſtquam acceperit ſyrupum infraſcribēdum, per tres horas ante prandium quantitatem ℥ iii. deglutiendo ipſum cum cochleari. ℞. *ſeminum communium frigidorum, violarum, ſem. endiuiæ, portu. & lactucæ an.* ʒ *ij. cuſcutæ, aniſi, liquiritiæ ana* ʒ *j. granorum phiſticorum* ℥ *j. ſacchari cand.* ℥ *j.* ß. *cinamomi electi, menthæ an.* ℈ *j. ſyrupi de endiuia* ℔. ß *coquatur ſyrupus cum ſaccha. candi. & cum inſpiſſari ceperint, incorporentur cum granis phiſticorum, quæ per vnam noctem infuſa ſteterint in aqua viol. & vltimo additis aliis ſpeciebus vehementer conterendo fiat electuarium.* ¶ Secundum principale remedium eſt, vt hic iuuenculus omni die aut ſaltem tertio accipiat parum ante cœnam vnam de iſtis pilulis. ℞. *reubarbari electi* ʒ *j. agarici, aloes ablutæ cum ſucco endiuiæ an.* ʒ. ß. *maſticis, zinz. ſpicæ ana gra. v. formentur pilulæ cum ſucco roſ. pro omni* ʒ. *vj. tales enim pilulæ materias diuertunt & præcipitare faciunt a ſtomacho & minorabunt & alienabunt a clyſteri, quod in caſu iſto non videtur multæ neceſſitatis.* ¶ Tertium remedium eſt, vt omni die ante prandium & cœnam parum accipiat rotulam huius confectionis. ℞. *troci. diarodon* ℈ ß. *ſpecierum diacimini, liquiritiæ, ſpecierum triaſandalorũ abſq; camphora an.* ʒ. ß. *ſacchari al.* ℥ *iij. cũ aqua violar. fiat confectio in rotulis paruis, & exhibeatur.* Quartũ remediũ eſt, vt ſtomachus iſtius omni mane per duas horas ante prandium euaporetur cum pannis calefactis: Deinde inungatur cum oleo nardino, & ſuperponatur ei pannus calefactus, & ita permaneat vſque ad horam vnã poſt cibum, tunc igitur iterum inungatur ſtomachus cum prædicto oleo actu calido, & ſuperponatur ei petia magna emplaſtri deſcripti a Rhaſe *9. Almanſ. cap. de doloribus & apoſtematibus ſtomachi calidi.* Et incipit. ℞. *viol. &c.* ¶ Quintum remedium conueniens ſtomacho, febri & cordi, eſt hoc. ℞. *aquæ capil. Ven. aquæ cichoreæ, aquæ abſinthii, an.* ℥ *j. ſyrũ. de corticibus citri, ſyr. de endiuia, ſyr. de abſinthio an.* ℥ ß. *miſce & accipiat totum omni mane per horas ix. poſt cœnam, & poſt tres horas accipiat electuarium ſupraſcriptũ.* Deinde inungat ſtomachum ſuum vt prædictum eſt, & poſt duas horas accipiat prãdium. Et ſicut dixi inunctiones & emplaſtrum debent ſtomacho applicari cũ euaporatione prædicta ante prandium. Ita ſimiliter intelligo, quod fieri debeat ante cœnam.

Electuarium. — *Pilulæ.* — *Rotulæ.* — *Potio.*

B — C

D

Curatio motus tremuli cordis.

Cordi v. duo conſulo debere fieri localia remedia, & maxime vnũ ex eis eſt hoc: ℞. *ſem. baſiliconis* ℥ ß. *been al. & rub. an.* ʒ *ij. ſacch.* ℈ *j. oſſ. de corde cerui* ʒ *j. doronici* ʒ. *vj foliorum maioranæ recentium, foliorum baſiliconis, florum boraginis an.* ℥ *j. farinæ hordei* ℥ *iij. moſchi gra. j. corallor. rub.* ʒ. *iij. fragmentorum ſaphiri, ſmaragdi, & margaritarum ana* ℈ ß. *aquæ bugloſſæ lib.* ß. *coquatur aqua bugloſſ. cum prædicta farina vſq; ad conuenientem inſpiſſationem. Deinde addantur ſpecies iam præſcriptæ, & fiat vnguentum craſſum, de eo itaq; extendatur ſuper panno rotundo quantitas nebulæ ſaccharatæ, & tepidum ponatur ſuper ſiniſtra mamilla anterius & poſterius.* & eſt medicina infallibilis apud omnes. ¶ Secundum remedium eſt vt quaſi ſemper in ore ſuo teneat fruſtum vnum zedoariæ, quę quantum conferat tremori cordis, lege *2. can. cap. de ea*: & videbis.

Vnguentũ.

E

Curatio febris.

Pro cura v. febris iã ſatis apparet, ꝙ digerentia & particularia euacuantia, q̃ deſcripta ſunt, omnia febri conferre poſſint, materiã eius digerendo, cõſumendo & per vias occultas & manifeſtas præcipitando; quare ſolum hoc remedium materierũ euacuatiuum ſcribere volui, quod materias antecedentes & coniunctas poſt earum digeſtionẽ conuenienter euacuare poterit. Cuius deſcriptio. ℞. *reubarbari electi* ℈ *ij. agarici* ℈ *j. ſucci roſ.* ʒ *ij. ſyr. viol.* ℥ *j. zinzib. ſpicæ nardi an gra. iij. ſalis gemmæ gra. j. miſceantur omnia cum* ℥ *iij. aquæ lactis, & totum calidum in aurora exhibeatur & dormiat ſuper ipſo vna hora, & tardet cibum horis vj. aut ſaltem v.* Nihil melius eligere potui adoleſcentulo huic conuenientius, &c.

Potio.

CONSILIVM CCLXXXI.

De cauſo curato, poſt quem remanſerunt aliquæ malæ diſpoſitiones, videlicet: Mala diſpoſitio frigida capitis & neruorum cum diſpoſitionibus ſpaſmoſis & paralyticis. Mala diſpoſitio ſtomachi frigida. Oppilatio epatis cum eius debilitate. Oppilatio renum cum eorum dolore. Et contractio manuum. Diuiditur autem conſilium in tria capita.

F

CAP. I. *De narratione cauſonidis & eius cura & ſequela dictarum diſpoſitionum.*

VIR nobilis Fantinus Venetus laborat ægritudinibus quampluribus ſpecie diſtinctis & genere etiam. Primo n. laborat febre cauſonica ex materia cholerica, cuius

minera plurimũ continebatur circa regiones cordis,ſtomachi & epatis, quod declara- A
bãt accidẽtia manifeſta quamplurima. Febriuit n. diebus circa ſeptem ardentiſſima fe-
bre,q̃ nullũ habuit manifeſtũ incrementum, neq; diminutionẽ. Et tangenti caliditas
tantæ acuitatis in eius pectore percibiebať,quod eã manus vix poterat tolerare. Et pul-
ſus magnus cordis aderat cum ſiti validiſſima,inquietudine maxima, & venarum am-
plitudine. Et erat in eo vomitus & ſeceſſus cholericus,imo quandoque praſſinus ex
magna aduſtione procedens & tranſmutatione cholerę in aduſtam. Similiter etiam la-
borabat hic vir magna epatis & renum plenitudine cum ægritudine compoſitionali,
quæ erat oppilatio in eis facta,& non eſt ex raptu materierum ad caput, imo tales oppi-
lationes veniebant a materiebus in talibus infixis. ¶ Tertio iterum laborabat magna
caliditate,dolore,corruptione in operationibus imaginatiuæ potentiæ & cognitiuæ,& B
erat proprie paraphreneſis propter febrem communicatam capiti,intantum quod per
Syrſen quid. octo dies non potui plene diſcernere,an laboret vero ſyrſen, q̃ eſt apoſtema pannicu-
lorum cerebri,vt plurimum ex hoc termino intellectum. ¶ Iam vero poſt primam ſe-
ptimanam prædictam accidentia omnia intantum inualuerunt,quod facies & caput in-
flammata erant,& color eius ex rubedine cum citrinitate & viredine mixtus. Et iam
ita furibundus effectus fuerat,quod die noctuq; vexabatur furia tanta, quod vix homi-
nes duo vel tres illum tenere poterant. ¶ At vero poſtquam diuerſionibus cum frica-
tionibus & clyſteribus,collyriis acutis & ventoſis,balneationibus extremorum & capi-
tis in eo proceſſum fuit cum extinguenti diæta& digerentium medicinarum commix-
tione cum cibis & potibus, virtus fortificata conſiſtit vſq; ad vndecimum diem, tunc C
enim illa erant manifeſta ſigna veri ſyrſen. Ex quibus non leuiter territus ſum cũ eua-
cuationes per pharmaca adminiſtrare non poteram & virtus phlebotomiam tolerare
non poſſet, etiam quia bis vel ter in eadem ęgritudine fuerat phlebotomatus admini-
ſtrato collyrio notabilis apertionis, & actionis diuerſio ad inferiora facta fuit per hæ-
morrhoidum apertionem & per ſucceſſionem cholerici fluxus ſuperficiei inteſtinorũ
excoriatiui. ſubuenimus autem virtuti cum ſuſtentatione ei⁹ & etiam cum interceptio-
ne fluxuum prædictorum, qui grandes erant a 14. vſq; ad diem vigeſimum, vbi apparuit
parumper conualeſcere. ¶ Poſt viginti vero dies a viſitatione mea qualitercunq; conti-
geri taccidentia adhuc non leuiter inualeſcere viſa ſunt. & quia illud quidem rationale
eſt & propriũ febrib. conuerſiuis nominatis vel erraticis conſiderans materierum reli- D
quias in capite & pectore remanſiſſe,incepi ſubuenire ipſi cum epithematib. cordialib.
& cum embrocatione capitis,& ita proceſſum eſt per duos dies,in quorum fine apparu-
it ſpaſmus contractiuus omnium membrorũ inferiorum verſus caput,& iam ſimul cum
ſpaſmo illo inuadebant accidentia alienationis, inquietudo, vigiliarum inſtantia, ſitis
& febris intenſa. ¶ Tranſacta vero 42. die adhibitum fuit ei pharmacum extrahendo e-
uacuans ex torrefacto reubarbaro cum ſyrupo de myrro & electuario diapruno ſimpli-
ci. Et ita poſt illius euacuationem notabiliter alleuiata fuit febris & accidentia omnia
remiſſa fuerunt intantum, quod maximum argumentum de ſpe ſuæ ſanitatis futurę re-
cepi. potuit a. ſpaſmus ille contingere vel quia materia,quæ carabitum efficiebat, a vir-
tute tranſlata fuit ad neruos interiores per nucham & effecit ſpaſmum, vt colligendum E
eſt *2. tertii cap. de ſpaſmo*,vel quia pars materierum, quæ in pectore continebatur & erant
antecedentes cauſę febris,a virtute critice permutatæ fuerunt ad neruos,vel q̃ vtrumq;
ſimul accidit. Rationabilius a. eſt concedere ſpaſmum fuiſſe accidens carabiti, quoniã
ſicut fuerunt alleuiata accidentia phreneſis,ita ſpaſmus deficiendo procedebat. Poſt-
quam a. in cura huius viri proceſſum fuerat vſq; ad diem trigeſimum quartum,& iam re-
manſerat contractio in manib. eius, p̃uenit ei vniuerſalis paralyſis dextri lateris cũ pri-
uatione ſenſus & motus in toto latere illo;intantum, quod etiam in toto magno pede
ſiniſtro paralyticatus erat. Potuit autem paralyſis in hoc viro contingere,aut quia in
Cauſa paralyſis in hoc viro. cerebro eius latentes erant materiæ phlegmaticæ aquoſæ multæ,& non expellebantur
ante hoc tempus pluribus ex cauſis. Prima eſt quia virtus magis erat intẽta ad regimen F
apoſtematis & materierũ antecedẽtiũ eius,a q̃b. magis moleſtabať, quare nõ poterat v-
trãq; materiã expellere. Secũda cauſa,q̃a materia illa phlegmatica magis imbibita erat,
Obiectio. q̃ materia cholerica. Et ſi argueretur cõtra hoc, q̃a materia cholerica penetrabilior eſt
caliditate,ſubtilitate & mobilitate ſuis,ergo magis erat, p̃fundata. Huic dicitur negãdo
conſe-

A conſequentiam:neq; n.materia cholerica,q̃ erat coniuncta cauſa apoſtematis, erat alibi profundata magis,q̃ in parte apoſtemata. Et iterum antecedens cauſa, ſi qua remanſerat,non poterat ita ꝓfundari,quoniã ipſa continebat in venis. Secunda cauſa eſt,quia materia phlegmatica adhuc aquoſa,licet ſit craſſior cholerica,tamẽ quia ipſa eſt viſcoſa & frigida,ideo vehementius & longiori tpe ꝓfundata fuit.¶ Secũda cauſa principalis ꝑpter q̃ materia,q̃ paralyſin efficit,non prius tpe expulſa fuit. & eſſe potuit, quia maior fiebat diſtractio ſpirituũ ab aliis locis verſus locũ apoſtemoſum propter triſtẽ ſenſationem, quę ibi intenſiue maior erat & extẽſiue.¶ Et tertia cauſa principalis fuit, quia fortaſſe materię illæ phlegmaticæ aquoſæ in cerebro generatæ fuerunt, poſtquam ſpaſmus

B & accidentia ſyrſen alleuiata fuerãt: ꝑpter n.debilitatẽ cerebri aquoſitates multę in eo genitæ & congregatę fuerunt ex debilitate tranſmutationis alimenti in ſubſtantiã propriam.¶ Et quarta cauſa iterum potuit eſſe ꝑpter debilitatẽ digeſtiuæ primæ in ſtomacho & ſecundæ in epate, igitur generatæ fuerunt phlegmaticæ,q̃ ſimul cũ ſanguine trãſmiſſę fuerũt ad caput, aut ſaltem per modum euaporationis illic multiplicatæ fuerunt. Vnde ſi oẽs iſtæ quatuor cauſæ ſiue ipſarum aliqua vel aliquæ contigerint, manifeſte ꝓbatũ eſt, huic viro laboranti ægritudinib. calidis ſuperueniſſe paralyſin, q̃ eſt ægritudo frigida materialiter. Propter q; corollarie cõcluditur, q; mirum ſit, q; iſte vir euaſit diſcrimina tanta.¶ Secundo quia non fuit ſanitati reſtitutus, in breui tpe mẽbra eius principalia duo per ſe fuerũt manifeſte læſa, ſ.cor & cerebrũ a quib. debilitas & ægritudo nõ

C ita facile remouent. Sequit tertio, q; ægritudines hui⁹ viri ita paulatim quotidie remouent, quando n.nerui magna contractione & multo tpe ſpaſmati fuerunt, non niſi cum magna difficultate & in lõgo tpe reſtaurari poſſunt.¶ Vltimo rationale eſt, q; ipſe ad priſtinã ſanitatem complete reuertat, eo quia mẽbra eius ſucceſſiue continue melius flexibilia & ſenſibilia reddunt. Res igitur huius viri adeo clare & diſputatiue determinata eſt propter diuertere linguas ignorantium, qui fabulando cũ mulierib. prophetizare & enuntiare volunt de ægritudinibus, ea q̃ ipſi nõ viderunt, neq; vnquam intelligere potuerunt defectu ſpeculationis in medicinali ſapientia & in quotidiana rationali experientia, ſedentes intuentes ad pauca inſpicientes de facili enuntiant, *primo de generatione & corruptione.*

D Secunda v. principalis diſpoſitio, quæ remanſit in viro iſto, eſt oppilatio in epate eius & renibus viciſſitudinaria, ita q; quandoq; oppilatio ſit in concauo epatis & non in gibbo, & tunc accidunt ei tenſio ſub hypochondrio dextro cum põdere ibi percepto, & fluxus fiunt chyloſi ꝓpterea, quia per meſaraicas partes chylus in concauũ epatis recipi non poteſt, cũ locus ille ſit oppilatus, ergo retrocedit chylus ad inteſtinorum concaua, qui cognoſcitur ex albedine & ſubalbedine fluentis materiei, & hoc quando chylus paruã contraxit morã. Si a. amplius in illis cõmoraret, tunc fieret aliqualiter ſubrubeus. Cum a. oppilatio fuerit in gibbo epatis, grauedo ſentit in loco poſteriori oppoſito hypochondrio dextro cum tenſione & pondere ad inferiora, & tunc vrinę fiunt colore & ſubſtantia elemento aquæ ſimiles & omni fere contento priuatæ. Et ſi contingat oppilationem tã in concauo, q̃ in gibbo adeſſe, patet quod cognoſcet per ſigna cõgregata ex vtriſq; prædictis. Et raro contingit habentem oppilationem talem vtriuſq; partis epatis euadere febrem putridam. Ex iſtis tanquã fundamento apparet intelligi poſſe varietatem diſpoſitionũ epatis huius viri. Adhuc iterũ frequenter cõtingit in hoc viro notabilis oppilatio in rene dextro eius & aliqualiter in ſiniſtro, licet min⁹, cuius cauſa materialis eſt phlegma mucilaginoſum commixtũ multitudini arenarum, quæ duæ materiæ cũm permanſerint in concauo renum ante colatorium panniculum extendẽdo vel grauitando dolorem efficiunt ibi difficilem ſatis. Si autem contingat materias illas diu retineri ſuper colatorio panniculo, tunc propter prohibitam euentationem partium intenditur ibi caliditas, quæ eſt efficiens cauſa dolorum in prædicto loco. Vel etiam quia materiæ in prędicto loco retentæ ſunt multæ, & ad retentionem earum acquirit

E

F mala complexio ſubito alterans, idcirco dolores in renibus eius proueniunt a duplici cauſa ſimul, ſ. a mala complexione, & a ſolutione continuitatis in renibus ipſius.

Hoc autem totum declaratur a poſteriori, quoniam quando eidem applicauimus diuerſiones cum euacuatione, ſtatim euacuata materia ceſſauerunt dolores & remota fuit omnis mala cõplexio in renibus prçexiſtẽs. Hæc in ſumma eſt huius viri diſpoſitio.

Oppilatio hepatis.

Ggggg 2

Remanſerunt a. in eo duo, quibus principaliter attendendũ eſt. Primum eſt impo- A
tentia debite extendendi, dilatandi & contrahendi digitos manuũ. Secundum v. mala
diſpoſitio renũ ipſius, quæ quandoq; dolores fortes efficit in eis, quandoq; v. eſt cauſa
generationis lapidis in renib. & congregationis & augmenti eius in eis. Vnde manife-
ſtũ eſt, q; vir iſte indigeat regimine præſeruãte ipſum ab euẽtu nocumentorum capitis,
ꝑpter quæ corruptio fiat in operationib. imaginatiuæ & cogitatiuæ potentiæ, de quib.
in primo cap. dictum eſt. Indiget ſecundo regimine præſeruante ab euentu oppilatio-
num in epate & renib. eius. Indiget tertio regimine mundificatiuo renum ab arenulis
& lapillis. Ex quibus ſequitur vltimo, quod quam cito eſt poſſibile, prouidendum ſit i-
ſtis diſpoſitionibus diligenti ſolertia & conſuetudine applicationis remediorum, vt in- B
fra ſcribetur.

CAP. II. *De cura per res non naturales.*

ITAQVE pro regimine eius iuxta menſuram ſex rerum non naturaliũ p̃mittendum eſt
primo, q; iſte indigeat regimine omniũ, quæ leuiter calefaciant & exſiccent & aperi-
ant oppilationes & materias diuertant a fixione earum in tranſitu ad neruos, & caput
ad epar & renes. Et ꝑpterea locus habitationis eius ſit in aere mediocriter cal. & ſic. pl⁹
tamen declinante ad caliditatem & ſiccitatem, q̃ ad frigidatem & humiditatẽ, quoniã
frigiditas eſt augmentatiua cauſa materierũ humidarum, & materiæ humidæ ſunt cau-
ſę generationis frigidarum, frigiditas enim maior q̃ debet reddit corpus humidius, quã
oportet, teſtẽ Gal. *lib. 1. de temper. & prima primi, cap. de complexionibus.* Stet igit̃ in camera C
orientali & meridionali loco detecta & a terra eleuata, quæ nullo modo ſit ꝓpinqua a-
quis neq; fluxibus aquarũ lacunarũ, & paludum limoſarum. & caueat habitare camerã
antiquis muris ædificatam, quæ habet reuolutiones lapideas, & euitet flatũ venti ſepten-
trionalis & occidentalis in ipſa, & caput ſuum pellibus vulpinis aut de dorſis variorũ vel
agninis coopertum bene teneat, & accendat in camera ſua frequenter ignem ex lignis
abietis, lauri, carui, iuniperi, ficus & ſimilium. Pro ſecunda vero re non naturali, ſ. pro
cibo & potu, vtatur pane recipiente duplũ fermenti reſpectu communis panis, & aliqua-
liter habente ſalis plus illo. Et vtatur carnibus vitulinis caſtratinis, capretinis Carnibus
v. porcinis & agninis recentib. raro vtat̃, niſi aſſatis vel frixis, aut non multum pinguibus. D
Ex volatilibus vtatur pullis gallinis, columbinis, turdis, merulis, phaſianis, perdicibus &
auibus minutis, & carnibus ſalitis vti poteſt mediocriter & conditis ex ſalita carne & lan-
dutulis & conſimilibus non valde pinguibus. Auibus vero degentibus in aquis raro vta-
tur. Piſces conuenientes ſunt lucii, capedani, ſcardulæ, marſiones, & reliqui in aqua pe-
troſa viuentes & clara & munda a limoſitate omni. Vnum tamen obſeruando, q; ſem-
per fugiat neruoſas & cutaneas animalium partes & ventres omnes & pedes & cerebra,
præter cerebrum leporis, quod aſſatum eſt ipſi valde conueniens, & proprie in diſpo-
ſitionibus capitis prædictis. Leguminã vero omnia quantum ad eorum ſubſtantiam
non ſunt ei laudanda pręter far, panicum & oryzam, brodia tamen leguminum,
& proprie decocta cum ſaluia, roſmarino, quando neceſſarium eſt attendere capiti, &
fœniculo, petroſelino, dauco, & baucia domeſtica in diſpoſitionibus renum frigidis.
Alia autẽ legumina non placent. Ex fructibus ſuo tempore conueniunt ei ceraſa dulcia E
& bene ſolida, pepones & anguriæ, licet rarius, & ficus recentes & ſiccæ, etiam auellanæ,
amygdalæ teneræ & ſiccę, pruna recentia, pyra muſcata, vuæ albæ modicum paſſæ, factę
per conſeruationẽ earũ p aliquot dies acceptionis earũ a planta ſua. Et poteſt ẽt come-
dere granata dulcia & muza. Reliquos v. fructus vt cydonia, granata acuta, meſpila, cor-
bellos fugiat, pruna valde acria & his ſimilia pyra & poma, nuces & caſtaneæ mihi non
placent. ¶ Pro condimentis autem bonum eſt ei oleum oliuarum. Itẽ oleum de amyg-
dalis dulcibus. Itẽ oleum de nucibus. Butyri a. vſus non placet mihi in eo, niſi valde raro
& in pauca quantitate. ¶ Sapores autem cum aceto & ſucco arantiorum & granato-
rum acrium dulcorata cum ſaccharo omnes placent mihi, optimi ſunt illi etiã limones
infuſi in agreſta mediocris ſalſedinis. ¶ Species autem, cum quibus cibaria eius condiri F
poſſunt ſunt ſicut zinz. cinam. caryophylli, macis, nux muſ. & his ſimilia. Etiã plantę a-
romaticitatẽ habẽtes cũ cõueniẽti caliditate, ſubtiliatione cũ aptione cõueniũt ei. Her-
bæ v. folia, fructus & flores, ſtipticitatẽ habentes, ſicut roſa, plãtago, ſumach, myrtus, cori-
andrũ & conſimilia dimittantur. Bonum a. eſt ei in omni cõdimẽto vti croco coquẽdo
vel miſcen-

A vel miſcendo cum condimentis. De conditis v. placent mihi multũ ſolenniter & oliuæ conditæ, eryngium, paſtinacæ conditæ, citrum & cortices aranciorũ conditorũ. Inter reliqua v. ſingulare præſidiũ eſſet ei & ſecretũ magnũ, vt inueniret xylobalſamum conditũ, ſicut portatur de Damaſco, & vteretur eo omni tempore, accipiendo de ipſo per horas ante cibũ ramulos tres vel quatuor, capiti n. neruis & membris tremulis & clauſionibus epatis & renũ mirabiliter confert. Hæc eſt ſumma cibariorũ, quibus vti poteſt. De potu a. eius dicendũ primo, q̃ vſus aquę mellis, quam eidem ordinaui, nullo modo dimitti debet, ꝓprie tamen a principio menſis Octobris vſq; per totũ menſem Februarii bibatur ſola aut ſaltẽ maior pars ex ea, ita q̃ ſit dupla vel tripla reſpectu vini & coquatur ſecundum modũ ſibi datum, ex aqua ciſternæ & melle, & diligenter deſpumando ipſam. *Potui.*

B Vinum a. quo vti poteſt pro intentione capitis & renũ, ſit ſubſtantia clarũ vel diaphanũ, odore ſuaue, ſapore delectabile, nullo modo ponticum, acre vel bruſcum, & exſiſtat mediocris fumoſitatis. Et ſi ad aliquem ſaporem declinare debet, meli⁹ eſt, quod declinet ad dulcedinem, propterea quia tale vinum plurimum fundatur a ſubſtantia nõ valde ſubtili, & etiam quia dulcedo eius arguit caliditatem non valde intenſam. vnde 3. *Almanſ. propoſitione prima*, dulce calidum eſt, licet non multę caliditatis exſiſtat. Hic in ſumma eſt modus regiminis huius viri per conuenientem electionem menſurando ſex res non naturales, vnde ad medicinalia tranſeundum eſt.

Cap. III. *De regimine per medicinalia.*

C Sicut apparet in primo cap. huius tractatus, regimen ex parte medicinalium intentionum inſtrumẽtorũ multipliciter partiendũ eſt. Oportet n. principaliter attendere rectitudini cerebri & neruorũ orientiũ ab eo. Oportet ſecundo rectificare ſtomachum eius, ne generet multitudinem aquoſi phlegmatis, cuius tanta quantitas abundat in eo, quod multoties aperto ore cum incuruatione capitis exit ab eo humiditas clara & tenuis, velut aqua. Et hæc quidem materia in cerebro multiplicata valde facile euerteret ipſum in paralyſin. Oportet tertio principaliter mundificare renes eius a trumbis, arenulis & lapillis, ne firmetur in eis lapillus, qui minaretur ei pericula non leuia. ¶ Quarto principaliter attendere ſpaſmoſę diſpoſitioni, quæ remanſit in digitis eius, & quibuſdam doloribus, qui non raro apparẽt in brachiis, & extenduntur vſ-

D que ad ſpatulas. Pro intentione v. prima regiminis per medicinalia octo deſcribentur ei remedia appropriata. Pro diſpoſitione v. ſtomachi ſecunda prouidebitur illi x. remediis conuenientibus. Pro diſpoſitione a. epatis & renum ſex aliis. ¶ Pro ſpaſmoſa vero vel contracta diſpoſitione digitorum quatuor ſunt remedia opportuna.

Itaq; pro expediendo primum, quatuor oportet vti intentionibus ad hoc neceſſariis. ¶ Et prima quidem intentio eſt prohibere augmentum vel generationẽ materierum in corpore, & principaliter in cerebro. ¶ Secunda v. eſt materias illas iam in capite genitas diuertere diſtrahentibus. ¶ Tertia euacuare ipſas a capite. ¶ Quarta cerebrum ipſum confortare. Et primum horũ cõpletur rectificando malam complexionem ipſi⁹ cerebri cum purgatione iſta facta a principio menſis Martii vſq; ad medietatem Aprilis *Rectificatio cerebri & neruorum.*

E per hunc modum. ℞. *pilularum aurearum* ℈ ij. *pilularum cochiarum* ℈ j. *reformentur pilulæ* vj. *& accipiãtur vno mane duabus horis ante diem parum dormiendo poſt aſſumtionẽ immediate tardet cibum horis ad minus v.* ¶ Mane vero immediate ſequenti accipiat hunc potum. ℞. *aquæ cichoreæ, lupulorum & ſaluiæ an.* ℥ ij. ß. *miſce.* Vel accipiat hoc. ℞. *aquæ acetoſæ, nenupharis an.* ℥ j. *aquæ betonicæ* ℥ ij. *miſce.* Non pono hic ſyrupum propter abominationem, quam habet ad eos, immo ad omnes medicinas. Recipiatur hoc digeſtiuũ ſaltem diebus vij. ¶ Octaua v. die immediate ſequenti purgetur cum iſtis pilulis. ℞. *pilularum de hiera maiori & aurearum, an.* ʒ. ß. *boni pond. lapidis armeni præparati gra.* iiij. *accipiantur & obſeruentur poſt eas conditiones dictæ de præcedentibus.* Et per iſtum modum euacuandi corpus & etiam cum infraſcriptis prohibetur generatio & congregatio materierum in capite. *Pilula.* *Potio.* *Alia.* *Pilula.*

F Poſtquam verò materiæ in capite cõgregatæ minoratæ fuerint, pręmiſſa purgatione iam prædicta, diſtrahentur a capite per xv. dies poſt purgationes prædictas applicando ventoſas a quinta die lunaris reuolutionis vſq; ad decimum quartum eius, quæ ſcarificetur, ita vt ſanguinis congrua quantitas educatur. ¶ Secundo diuertitur materia cum phlebotomia, quę reſpicit magis peccatum quantitatiuum ſanguinis & materie- *Cucurbitula.* *Veneſectio.*

rum cum eo cõmixtarum, quæ non inueniunť in tali viro, ideo non pono regulam in i- A
pſa phlebotomia. Et ſi vidiſſem opportunitatẽ eius, incepiſſem ab ea prius, q̃ ab euacua-
Prouocatio hæmorrhoi dum. tione p̃miſſa. ¶ Tertio diuertiť materia a capite prouocando hæmorrhoidas fricando
ſphincterem cum foliis ficus & cum panno biſello aſpero, vel cum cortice alicuius ar-
borum rugoſę vel cum felle tauri. ¶ Quarto diſtrahitur materia a capite faciendo frica-
tiones fortes extremorum cũ ligatura eorũ. ¶ Quinto v. diſtrahiť materia a capite cum
gargariſmate facto ex aqua decoctionis radicis ireos, coſti, ſtaphyſagriæ, betonicæ, q̃
calida accipiatur. ¶ Sexto diuerti poteſt materia a capite cum pectinatione & fricatio-
ne capitis leui cum pannis calidis facta. ¶ Septimo & vltimo diſtrahi poteſt materia ca-
pitis cum pilulis in cura diſpoſitionis ſtomachi eius infraſcriptis. ¶ Tertium v. cõpletur
euacuando materias a capite cum purgatione parum ante hanc dicta. ¶ Quartũ v. horũ B
completur per cõfortantia cerebrũ, quæ multipliciter adminiſtrari poſſunt, primo o-
mni ſero hora decubitus toti proræ capitis aſpergendo de hoc puluere quantitatem
ſex granorum hordei. ℞. *folii betonicæ, origani, calamenti, maioranæ, roſmarini an.* ℈ j. *folii, li-*
Caput cõfortantia. Puluis capiti ſuperaſpergẽdꝰ *gni aloes an.* ℈ ij. *roſ. ſpodii, ſandalorum amborum an.* ʒ. ß. *pulverizentur & commiſceantur.* ¶ Se-
cundum v. confortatiuum cerebri eſt odoramentum ex prædictis ſpeciebus ligatis in
ſindone ſæpe odoratum. ¶ Tertium v. eſt, vt poſt cœnã & prandium accipiat ʒ ij. vel iij.
diambræ vel diamuſci, quæ fiant confectiones cum ſaccharo ſolido. ¶ Quarto v. cõfor-
tat cerebrum bis in ſeptimana per duas horas poſt cibũ accipere ʒ. j. aureæ Alexandri-
nę fermentatæ cum ℥ j. aquæ betonicæ calefactæ, & hæc omnia inſtrumenta multum
efficaciter confortant cerebrum, & etiam neruos orientes ab eo vel a nucha. Et ſic cõ- C
pletur regimen eius, quod eſt primum obſeruandum in cura diſpoſitionum huius viri,
ſ. appropriatum capiti & neruis eius. Oportet autem intelligere ix. remedia ſuperius ta-
cta colligi poſſe in quatuor præſcriptis intentionibus caput & cerebrum eius procuran-
tibus & neruis conterentibus.

Rectificatio ſtomachi, ne generet phlegma. Pro regimine vero ſtomachi huius viri obſeruanda deſcribantur remedia quędã.
Quorum primum eſt hoc. ℞. *menthæ, ameos, carui, fœniculi, aniſi* ʒ. ß. *macis, caryophyllorũ, pul-*
uerum pelliculárum interiorum ſtomachi, gallinarum an ℈ ij. *fiat omnium per ſe puluis & commiſce-*
Puluis. *antur, de quo ſemper parum ante cœnam & prandium deglutiat quantitatem vnius auellanæ cum*
modico vini vel hydromellis. ¶ Secundum inſtrumentum eſt, vt ſemper poſt cibum come-
dat ʒ ij. confectionis diacinamomi deſcriptione *Meſuæ in antidotario diſt. in. prima.* ¶ Ter- D
tium eſt, vt accipiat ſemper per tres horas ante prandium cochleari j. xyloballami con-
diti, vt de ipſo ſupra dictum eſt in regimine per cibos. ¶ Quartũ eſt, vt in omni cibario
ſuo coqui faciat mentham vel roſmarinum. ¶ Quintũ vt ad minus per duas horas poſt
cœnam deglutiat granum vnum vel duo maſticis claræ & electę. ¶ Sextum, vt recordeť
ſaltem bis in ſeptimana accipere ʒ ij. vel iij. de electa aqua vitis. ¶ Septimum q̃ recorde-
tur ſæpe infundere corallum rub. electũ in vinum quod bibit vel in aquã mellis. ¶ Octa-
uum vt ſingulis diebus faciat inungi ſtomachum ſuum cum hoc oleo diligenter calefa-
cto. ℞. *olei de mentha, de origano & de maſtice an.* ℥ ij. *galliæ muſ.* ʒ. j. ß. *ligni aloes* ℈ j. *ambræ, mo-*
Linimẽtũ. *ſchi ana gra. j. conquaſſentur ſimul in mortario & calefiant & inungatur cum eis ſtomachus a furcula*
vſq. ad vmbilicum & ilia ambo. Et ſi infunderetur in tali oleo calido fruſtum lanæ & ex- E
preſſum poneretur ſuper ſtomachum, eſſet bonum. ¶ Nonum eſt hoc. ℞. *maſticis electæ*
℥ ß. *aloes ablutæ* ℥ iiij. *menthæ, origani, ligni aloes ana* ℈ ij. *croci* ℈ j. *ſalis Indi* ℈ ij. *pulverizentur o-*
mnia & infundantur in ℥ ij. *ſucci endiuiæ & totidem menthæ, & exponantur radiis ſolis aut ponan-*
tur in furno poſt extractionem panis ab eo vſq. ad exſiccationem, & renouentur hi ſucci tribus vici-
Pilulæ. *bus & de illa materia fiant pilulæ de omni* ʒ. vj. *de quibus accipiat vnam parum ante cœnam omni*
fine ſex dierum & poteſt etiam mane in aurora bis in menſe accipere ſeptem ex eis, & eleganter mun-
dificant ſtomachum & caput & omnia membra nutritionis a ſuperfluitatibus phlegmatis & choleri-
cis & aliis.

Et hæc de ſecundo principali regimine diſpoſitionis huius viri ſufficiant.

Mundificatio epatis & renum. Pro medicinis vero, quæ neceſſariæ ſunt pro diſpoſitione epatis & renum, præ- F
mittendũ primo, q̃ ſicut apparuit in ſecundo cap. huius tractatus, in renib. huius viri fre-
quẽter adueniebãt oppilationes a materieb. phlegmaticis & mucilaginoſis, q̃ multipli-
cabanť in epate & ſtomacho p̃ viã indigeſtionis & nocumenta etiã faciebant in prædi-
ctis

A ctis membris, tam oppilando, quã aliter alterando. Idcirco oportet, ꝙ medicamina, q̃
vtilia ſunt huic viro, ſint ſtomachalia epatica & renum mundificatiua. Et licet plurima
prædictorum in duobus cap. immediate præcedentibus poſſint conferre ſtomacho, e-
pati & renibus: Hic tamen ponam tria medicamina cũ vno annexo, q̃ multũ conferunt
ſtomacho & epati, licet approprientur epati magis. ¶ Quorum primum eſt hoc. ℞. *ſpicæ,* *Trochiſci*
maſticis, ſucci eupatorij, ſucci abſynthij, ſem. fœniculi, aniſi an. ʒ *ij. reubar electi* ʒ *x. puluerizentur*
omnia per ſe & cum ſuccis fiant troci. ponde. ʒ j. *de quibus in potu tribuatur omni die* ʒ ß. *formatis*
in pilula, poſt eas bibatur ℥ j. *aquæ eupatorij calidæ & continuetur x. vel xij. diebus.* Inueni enim
in eis maximum iuuamentum: & non eſt mirum, ſunt enim troci. deſcriptione *Rhaſ. 9.*
Almanſ. cap. de debilitate epatis, & apparet eorum iuuamentũ ex virtutibus componentiũ.
B ¶ Secundum vero principale remedium eſt ceratum hoc, quod factum in figura lunari
applicetur ſub hypochondrio dextro & ibi adhærens teneatur, cuius deſcriptio. ℞. *ſpicæ,* *Ceratum.*
macis, cyperi, ſquinanti, calami aro. curcumæ an. ʒ *ij. reſinæ electæ* ℥ *iij. diſſoluatur reſina cum vino*
aromatico & incorporentur cum ℥ j. *ceræ & cum incipiunt infrigidari, apponantur ſpecies prædictæ*
& incorporentur ſimul vt prædictum eſt. Hoc enim mirabiliter confortat epar oppilatum & a mate-
riebus frigidis notabiliter læſum. ¶ Tertium principale inſtrumentum eſt, ꝙ poſtquã vir iſte
acceperit per x. dies vel xij. trochiſ. ſupraſcriptos, tũc omni mane in aurora accipiat tres
de iſtis pilulis, ſicut accipere debet trochiſ. ſupraſcriptos. ℞. *ſeminis azareſchis:* eſt acetoſa *Azareſchu*
minor ſpecies lappacii in pratis inuenta, ʒ *v. laccæ præparatæ, reubarbari, ſucci eupatorij, aniſi,*
ſpicæ an. ʒ j. *puluerizentur per ſe & fiant trochiſci cum ſucco eupatorii, ex quibus formentur pilulæ* *Pilulæ.*
C *tres de* ʒ ß. *& dentur cum* ℥ j. *aquæ eupatorii.* Et iſti meliores ſunt ad confortandum epar &
prohibendum generationem materierum frigidarũ & oppilationum in eo & in ſtoma-
cho etiam, & ipſorum deſcriptio colligitur *in antidotario diuiſionũ Almanſ. cap. 19. & de, cri-*
ptione vltim. Scio etiam quod ſi vir iſte aſueſcat ſæpe comedere ſex vel octo auellanas
in fine prandii & cœnæ, mirabiliter confortant epar.

Cum autem apparuerint dolores in renibus, vt ſæpe contingit in eo fieri, tunc tri- *Curatio*
plici inſtrumento procedat ſecundum hunc modum. Primo fiat ipſi clyſtere iſtud. ℞. *dolorum*
paritariæ recentis, fœniculi, foliorum apij, maluæ & mercurialis an. M j. ß. *coquatur in ſufficienti* *renum. Clyſter.*
quantitate aquæ vſq; quo fiat bene viridis, deinde cum expreſſione plantarum recipiantur huius de-
coctionis ℥ *xv. olei de ſiſamo* ℥ *iij. ſalis gemmæ* ʒ j. *caſſiæfiſtu. benedictæ & ſachari ru. an.* ℥ ß. *& cly-*
D *ſterizetur mane & ſero ante cibum accepto clyſteri per tres horas.* ¶ Poſt prouocetur ei vomitus
hoc modo. ℞. *aquæ decoctionis granorum raphani comeſtibilis* ℥ *iiij. mellis* ℥ j. *aceti* ℥ j. ß. *miſce &* *Vomitorium*
tepidum detur in potu, & poſt mediam horam cum digito fiat titillatio in radice linguæ, aut impona-
tur ibi penna intincta in oleo & prouocabitur vomitus. ¶ Tertium inſtrumentũ principale e-
ductiuum trumborũ & phlegmatũ, arenarum & lapillorum eſt hoc. ℞. *aquæ aſparagi, mi-* *Potio.*
lij ſolis & ſaxifragiæ an. ℥ j. ß. *vitri combuſti* ʒ j. *miſce & totum calidum accipiatur,* eſt enim po-
tens eductiuum. ¶ Quartum inſtrumentum eſt, vt emplaſtrentur renes cum ſemine li-
ni bullito cum recentibus foliis apii, quæ contrita calida renibus applicentur. Hæc de
tertio principali regimine.

Iam vero condecens eſt expedire cap. quartum, videlicet ponere remedia rectifi- *Rectifica-*
E catiua manuum, quæ ſecundum partẽ cõtractæ remanſerunt, pro qua diſpoſitione tria *tio manuũ.*
pono ſingularia: & primum quidem eſt hoc. ℞. *amurcæ, olei de ſiſamo, de amyg. dulcibus & de* *Linimentum.*
irebs a ı. ℥ *ij. vnguenti Agrippæ* ℥ j. ß. *conquaſſentur ſimul & de hoc liniantur manus.* ¶ Secundum
inſtrumẽtum principale eſt hoc. ℞. *bdellij mollis & ſubalbidi* ʒ *ij. ammoniaci, ſtyracis liquidæ* *Vnguẽtũ.*
an. ℥ j. *viſci quercini* ℥ *iij. olei facti de ſublimatione picis* ℥ *ij. diſſoluantur & incorporentur ſimul cũ*
ſufficienti quantitate ceræ & fiat vnguentum molle, cũ quo quatuor vicibus in die calido actu
innngantur membra læſa, & ſupponatur eis cotum vel lana non abluta calida. ¶ Vlti- *Aliud.*
mum vero medicamen, mirabilis operationis eſt hoc. ℞. *galbani, ammoniaci, bdellij molliũ*
& bene pinguium an. ℥ *iij. medullæ crurium boum* ℔. j. *conquaſſentur omnia ſimul in mortario, &*
fiat maſſa vna ex eis diligenter incorporatis, & ſic remaneat ſub radiis vel in loco calido ſaltẽ per xv.
F *dies: deinde ſublimetur per alembicum vitreum & colligatur humiditas, quæ deſcendit, ex qua actu*
calida inungantur membra bis vel ter in die naturali, & cooperiãtur coto vel lana calida, vt iam di-
ctum eſt, & non dubito, quod miſeratione diuina ſubueniente ad priſtinam ſanitatem
reducetur, ad laudes perpetuas. Amen.

CONSILIVM CCLXXXII. *De quartana continua.*

EX his, quæ mihi innotuerunt per informationẽ ſerioſiſſime datam, apparet, ꝙ A
hic patiens laborat febre continua proportionali de melancholia, ſecundum
cõmunem eius denominationem quartana cõtinua denominata. ¶ Eſt enim o-
mni die febriens, vt poſt diẽ proximum mihi manifeſtum fuit ex velocitate & frequẽtia
pulſus multum eleuatis: & erit etiam inter magnitudinem & paruitatẽ mediocris: velo-
citas n. & frequentia pulſus differentiæ ſunt non cõuenientes ætati decrepitæ viri ſan-
guinei & adhuc cholerici naturaliter ſe habentium: eo quia poſt ætatẽ conſiſtentiæ ca-
liditas incipit notabiliter diminui, & augentur etiam in humano corpore phlegmaticæ
materiæ remittentes neceſſitatem euentandi, vt patet *prima primi, cap. de ætatibus*. Si igi-
tur in ætate primi ſenij, q̃ immediate conſequitur conſiſtentiam, caliditas eſt diminuta,
ad quam ſequitur raritas & tarditas in pulſu, apparet, quod longe fortius cõcedi debeat B
quod in ætate decrepita non ſaluabuntur differentiæ tales, ſ. velocitas & frequentia, &
virtus ſatis æqualiter conſtat reſpectu decrepiti & organa motus ſunt obedientia. Igitur
ſi inueniuntur in tali ætate velocitas & frequentia, oportet quod attribuatur alicui cau-
ſæ & non lapſui naturali, vt iam apparet, ergo lapſui præter naturam. ſed nullus lapſus
alter in eo apparet, quam febris. Igitur ex velocitate & frequentia pulſus, quæ omni die
Quod ſit febris cõtinua. in eo apparet, arguitur ipſum eſſe febrientem. ¶ Amplius ſi in tali ætate pulſus ſe natu-
raliter habentis debet eſſe paruus: igitur in eodem non febriente propter debilitatem
virtutis, debet eſſe minor. ſed iam pulſus in eo magis mediocritati attinet, quã paruita-
ti, & fortaſſis ſimilatur magnitudini, ergo huius magnitudinis aſſignanda eſt cauſſa. ſed
nulla altera videtur poſſe adduci, quam neceſſitas aucta ſupra tẽperamentum ſuum. Et C
hæc quidem neceſſitas non eſt naturaliter ſe habens. Igitur prouenit a febrili caliditate.
¶ Si igitᷣ ex omnibus iſtis cõponatur vna ratio, ſ. quod pulſus eius aut ſit magnus aut ſal-
tem mediocris inter magnum & paruum: & neceſſitate præter naturam addita ſuper
temperamẽto hominis, acquiritur magnitudo, velocitas & frequentia, vt patet *2. primi,*
cap. de cauſſis contentiuis pulſus. Igitur ex mediocritate, magnitudine & frequentia pulſus
huius nobilis oportet concedi, ipſum eſſe febrientem, & tales in pulſu omni die reperi-
untᷣ: igitur omni die febrit, ꝙ fuit principaliter declarandum. ¶ Hanc etiam concluſio-
nem probant ſigna plura. ¶ Primum quia per tactũ caliditas aucta in huius nobilis mẽ-
bris ſemper repræſentatur. ¶ Secundũ, quia affuit vigiliarũ multitudo omni fere tẽpore
præter naturã in principio typi. ¶ Tertio inſtantia ſitis ad ſiccitatẽ & amaritudinem tẽ- D
dẽtis. ¶ Quarto inquietudo, quã ſæpe in nocte paſſus eſt. ¶ Quinto vrinarũ tinctura no-
tabiliter eleuata reſpectu ſuę ætatis. ¶ Sexto fluxibilitas ventris cũ quadã pũctione circa
inteſtinũ ꝑcepta, q̃ omnia caliditatẽ intenſã videntᷣ arguere, & nõ niſi febrilẽ, quare &c.
Quod ſit febris ex melãcholia. Reſtat autem declarare, ꝙ hæc febris ad melancholicas reducenda ſit. Hoc autẽ
ex fundamẽto theorico ſatis faciliter vinci poteſt. ¶ Primo quoniã exacerbat de quarto
in quartũ diẽ, ꝙ eſt proprium melancholicæ, & non alteri. ¶ Tertio quia adhuc videntᷣ
concurrere accidentia typorũ, q̃ ſunt ſatis longa. ¶ Secundo quia vſus regiminis ad ad-
uſtionem tendentis videtur hoc perſuadere, quoniam ex parte cibi & potus videtur in
eo poſſe intelligi aptitudo generationis materiei aduſtæ. ¶ Quarto confractio vel laſſi-
tudo, q̃ in profundo omnium fere membrorũ repræſentatᷣ. Et plura alia adducere poſ- E
ſem propter longitudinem dimiſſa, quare, vt ex prædictis apparet, hæc febris eſt conti-
ñ ıa ex primo diſcurſu, & non videtur altera, quam melancholica ex ſecundo diſcurſu.
Igitur eſt continua quartana.

Vnde oportet iterum ipſam ad ſuam reducere cauſſam. Neq; enim videtur quar-
tana cõtinua melancholia naturali proueniens, primo propter tincturam vrinæ, q̃ intẽ-
ſior eſt citrina: ita vt ſit ſubrufa vel rufa. Item ex breuitate durationis accidentiũ prin-
cipij exacerbationis. Ex leuitate eorum, vel facilitate abſentiæ eorum. Si n. materia me-
lancholica eſſet naturalis, nõ eſſent accidẽtia typorum ita leuia, nec parũ durãtia ꝓpter
duritiem vel terreſtreitatem materiei & reliqua ſigna, q̃ eſſent materiei melancholicæ
naturalis propria. ¶ Et pari ratione declarari poſſet, ꝙ materia antecedẽs huius febris F
nõ ſit melãcholia genita ex aduſtione ſanguinis. Neq; melancholia p̃ter naturã ꝓpter-
ea quia non inueniuntur ſigna acuitatem vel furioſitatem materiei notabilem oſtẽden-
tia. Neq; etiam credi poteſt, materiam huius febris eſſe melancholiã genitã ex aduſtio-
ne phlegmatis ſolius: propterea qua hic non apparent ſigna caliditatis præter naturam

valde

A valde intenſe præſentia, neq; præterita: neq; paſſus eſt fortia exercitia, cibaria notabiliter calida, vel febres præcedentes: quare ex prædictis a ſufficienti diuiſione videtur deducendum eſſe ꝙ materia autecedens huius febris ſit melancholia genita ex aduſtione choleræ vitellinæ aut ſaltem cum notabili phlegmate commixtæ.

VNDE ex prædictis facile intelligi poteſt regimen curationis eius, quod gratia breuitatis reduco ad xij. principalia in eo conſideranda vel menſuranda. ¶ Primum itaq; horum eſt, vt regimẽ eius ex parte ſex rerum non naturalium inclinetur ad infrigidationem & humectationem cum aliquali ſubtiliatione & apertione commixtã, ſicut omnia cibaria eius oporteret coqui cum radice cichoreæ: & altera radice fœniculi, & eſſet regimen refractum ex caliditate & frigiditate cum apertione, vnde bleta, ſpi-
B nachia, portulaca, lactuca cum foliis petroſ. & boraginis in cibis poſita eſſent ei conuenientia. ¶ Secundum principale in eo obſeruandum eſt ventris lenitas, q̃ licet fieri poſſet cum p̃dictis cibariis & cum emulſione ſeminum cõmunium, tamen meo iudicio cõueniẽtius fieret dando ei in mediis tertiis in potu ℥ iiij. aquę decoctionis foliculorum ſenæ cum foliis mercurialis volubilis vel bletæ, aut ſaltem cum foliis viol. & boraginis. ¶ Tertium principale eſt, quod materia digeratur, & nulla in ipſo videtur mihi medicina conuenientior, quam aqua lactis caprini, de qua in potu dentur in aurora ℥ iiij. omni mane: & digerendo materiam iuuabit ad ſecundum principale p̃miſſum. ¶ Quartum ad hanc intentionem conueniens & ad confortandum virtutem eſt vſus huius mixtionis. ℞. *conſeruæ bugloſ. & boraginis an* ʒ j. ß. *pulueris margaritarum* ℥ j. *viol. florum boraginis, ca-*
C *pil. Vene. an.* ʒ j. *fragmentorum ſaphiri, & ſmaragdi an.* ℈ j. *fiat electuarium cum ſyrupo de corticib. citri, aut ſaltẽ cũ violato.* ¶ Quintũ principale eſt, ꝙ ſtomachus omni mane vngatᷣ cũ hoc vnguento. ℞. *olei cydoniorũ, de maſtice, an.* ℥ ß. *olei liliorum alborum* ℥ j. *maſticis, cyperi, ſquinanti labruſcæ, corallorum alborum an.* ℈ j. *galliæ muſcatæ* ʒ j. *ceræ q. ſ. fiat vnguentum molle.* ¶ Sextum principale eſt, quod ſpina eius omni die ter extra horam principii exacerbationis inungatur cum iſto linimento. ℞. *olei amygdalarum dul.* ℥ j. *olei de nenupha. de floribus cucurbitæ an.* ʒ vj. *amyli* ʒ j. *ſem. lactu. portu. an.* ʒ j. *ceræ q. ſ. fiat vnguentum molle.* ¶ Septimũ principale eſt, ſi ventris ſtypticitas apparet, vt clyſterizetur cum hoc clyſteri, licet mihi magis placeat lenitio cum prædictis. ℞. *violæ. florum boraginis, capil. Ve. foliculorum ſenæ an. M* j. *maluarum bletæ ana M* ß. *olei viol. de ſiſamo an.* ℥ j. ß. *pulueris ſachari* ℥ j. *vitellum oui numero* j. *ſalis commu-*
D *nis* ʒ ij. *fiat clyſtere.* ¶ Octauum eſt, vt ſi apparerent ſigna neceſſitatis eradicandi materiam detur ei hæc medicina. ℞. *aquæ decoct. prunorum & ſebeſten* ℥ iij. *mannæ electæ* ℥ j. *infundantur in ſero, & in mane colentur & colatura exhibeatur.* ¶ Nonum, vt exhibeatur ei poſt cibum hęc confectio propter iuuamenta nota. ℞. *trageæ cum gemmis* ℥ iiij. *trochi. de viol. ſpecierum tria. ſandalorum abſq; camphora an.* ℈ ij. *incorporentur ſpecies iſtæ cum prædicta coctione, vt in fine coctionis ſachari illius.* ¶ Decimum vt propter defenſionem corporis a latione fumorum malę qualitatis ad ipſum, fiat ei ſacculus iſte, quem maiori parte temporis conſutum portet infra veſtem ſuper ſiniſtra mamilla. ℞. *ſpecierum electuarij de gemmis* ʒ ij. *ſpecierum lætificantis Almanſ.* ʒ iij. *trociſ. de violis, de ſpodio, cum ſem. acetoſæ an.* ʒ j. ß. *fiat ſacculus quadratus ſecundũ conſuetudinem.* ¶ Vndecimum eſt, quod ſæpe in die exhibeatur ei hæc mixtio. ℞. *aq. hor-*
E *dei ſimul coctæ cum floribus boraginis recentibus cyathum* ß. *ſyr. de ribes vel de berberis* ℥ ß. *miſceatur & exhibeatur ei, vt dictum eſt.* Et ſi viderentur inſtare ſigna maioris feruoris, poſſunt ei exhiberi cum aqua hordei ʒ iii. vel quatuor ſyr. acetoſitatis citri vel de limonibus & ſimilium. ¶ Duodecimum & optimum eſt, vt in mane aliquando detur ei hic potus, non ſolum gratia digeſtionis ſed lenitionis & cõtrarietatis ad materiam ex qualitatibus primis ſecundis & tertiis. ℞. *ſucci granatorum dul.* ℥ ij. *aquæ capil. Ve.* ℥ j. ß. *miſce.* Hæc igitur ſunt, quæ mihi ſecuriora & ſaluiora magis in hac diſpoſitione videntur.

Diæta. — *Ventris lenitio.* — *Materiarum digeſtio.* — *Cõfortatio virtutum.* — *Electuarium.* — *Vnguentum ſtomachale.* — *Linimentum pro ſpina.* — *Clyſter.* — *Potio.* — *Confectio* — *Sacculus cordialis.* — *Potio.* — *Alia.*

CONSILIVM CCLXXXIII. *De hectica cum vehementia ſitis & caliditate partium renum & totius ſpinæ & ſudore diaphoretico, & de fiſtula in coxa & iſchiade.*

F LICET vlcus ſiue fiſtula ꝓfunda ſatis in coxa huius viri ſit, ad illiꝰ tamẽ curationẽ non eſt mea intentio principalis, eo quia nõ mouẽt me accidẽtia doloris, neq; multitudinis, virulentiæ, aut corruptionis vel fœtoris illius, quare illi fiſtulæ ſolum intẽderẽ cũ inunctione ipſiꝰ facta cũ oleo de pice vel de terebinthina, aut cũ oleo

de maſtice. ¶ Neq; etiam principaliter videtur mihi opportunum intendere ad iſchiadem, niſi doloris vehementia impelleret ad illud. & hoc ſtante præcipue intendere ad illam cum ſpõgia ipſi applicata, & cũ iniunctione olei ipſi ordinati. ¶ Igitur principalis intentio mea eſt ad febrem, quæ indubitanter hectica eſt, & ſecundæ ſpeciei: & vtinam ſit non confirmata, quoniam ſi talis eſſet, deſperatus omnino eſſem de curatione illius, iuxta ſermonem Auic. *prima quarti, tractatu 3.* dicẽtis: *Et finis adubul, id eſt, ſecundæ ſpeciei hecticæ non recipit curationem, niſi Deus voluerit*: licet etiam ad ſpeciem curationis huius diſpoſitionis pauca me motiua inclinent: imo vnicũ fere videt ſpeciei curationis ipſius argumentum, q́ eſt tenor virtutis adhuc conſiſtẽtis mediocriter. Tempus autem anni, conſiſtentia naturalis, eius complexio & compoſitio ad refractionem inclinata, longitudo ægritudinis, multitudo accidentium & ægritudinum, & eorum fortitudo me diſtrahunt a vera cõfidentia ſperandi de ſalute. plura alia motiua paria iſtis adduci poſſunt. Neq; enim aſperitas in ſuperficie cutis puluerulenta iam apparens, concauitas oculorũ, arefactio non ſolum carniformibus, verum etiam ſolidis partibus iam communicata, vt ſenſus oſtendit, & viſus & tactus videnť eſſe ſigna primæ ſpeciei huius diſpoſitionis, imo ſecundæ: & magis finis eius, quam principii vel augmenti, vt hinc inde pluries ex auctorum ſententiis emolliri poteſt, quare ex his omnibus & ſimilibus facilius conuinci poteſt argumentum caſus, quam recuperandæ ſalutis.

Adubul quid.

Progno-ſtica.

A

B

Si tamen rationibus & auctoritatib. illuſtrium auctorum aliquod de ſperãda fundamentum elici poteſt, videť in his intentionibus eſſe comprehenſum. ¶ Et prima quidem eſt velox & ampla humidi nutrimentalis exhibitio velocis & exuberantis reſtaurationis effectiua, cum menſura tamen ita diſcrete applicata, vt virtutis fortitudo quãta eſt ipſam tolerare poſſit. ¶ Secunda vero intentio principalis eſt extinctio indeficientis flammæ, q̃ ipſum reſoluit & conſumit & remotio poſitiuæ ſiccitatis, q̃ iam fixa & habituata eſt: & illud quidem fieri oportet cũ infrigidantibus & humectantibus corpus eius non ſolum ſubſtantifice, ſed etiam qualitatiue. ¶ Tertia vero intentio in hoc neceſſaria eſt accidentium correctio: quorum paulo poſt memoria fiet. C

Velox & ampla humidi nutrimẽtalis exhibitio. Et extinctio indeficientis flammæ.

Primam a. intentionem complet adminiſtratio ciborum & potuũ in pauca quantitate ampliſſime nutrientium, vt aqua carnis, quam nunc intelligo brodium carnium pullorum iuuenum, aut lactentis vituli, aut agni, aut caſtratorũ iuuenum. Similiter & aqua diſſolutionis carnium iuuenculorum, phaſianorum, perdicum & iuuenculæ ortiginis: quę tamen omnia intelligo alterari debere cum decoctione foliorum atriplicis, cucurbitæ, lactucæ, portulacæ & ſimilium. ¶ Propter hæc a. inter reliqua melius inſtrumẽtorum complentium hanc intentionem eſt adminiſtratio lactis caprini aut aſinini: & vniuerſaliter loquendo optimum eſſet, ſi poſſet ab vbere ſugere lac humanum. In his n. duabus ſpeciebus lactis eſt abſolutum curationis fundamentum, ſi fuerit in eis poſſibile curationis ingenium. ¶ Modus autẽ exhibitionis lactis ſecurior eſt, vt in plures ſpargať exhibitiones magis, quam amplam quantitatem eius exhibẽdo ſemel: ꝑrſus enim ſpargere cũ debilitate virtutis eſt melius, *vt prima quarti, cap. de cibatione febricitantium colligendum*. Menſura itaq; ipſius regularis & rationalis poterit eſſe iſta, vt mane in aurora exhibeatur ei lactis ex animali nouiter accepti nondum aliqua aerea qualitate vitiati mẽſura cyathi ß. vel ℥ iij. ¶ Similiter & de ipſo quatuor aliis vicib. in die naturali exhibeať quãtitas maior prędicta, ita quod in die naturali quinq; vicibus accipere poteſt de eo: ita q́ menſura ſecunda vice exhibita parumper excedat exhibitionem primam: & ſic de aliis in tantum quod ſingula vice ex eo exhiberi poteſt vſque ad quãtitatem triũ vel quatuor ℥ & eſt mẽſura tertiæ vel quartæ partis libræ. ¶ Deinde poſt exhibitionem eius per quatuor horas cibeť cibo parum ſolidiori, ptiſana hordeacea facta in iure carnium anteſcripto vel iuſculo de amylo vel ſubtili cibo Chriſtianorũ panatella nominato: quodcunq; tamen prædictorum exhibeať, alterandum eſt cum ꝑdictis, & proprie cum olere iameno, in quo multum confidit Serap. *6. breuiarij, cap. de cura hecticæ*. ¶ Cibus etiam factus ex decoct. granorũ almes diſſolutorũ in brodialibus prętactis, valde cõueniens eſt. ſunt a: almes nominata piſa in marchia Taruiſana. Et ſcio ego quod ſi coquanť ꝑfecte in aliquo lacte de prædictis, videnť eſſe potenter reſtauratiua. ¶ Frequens etiam adminiſtratio cerebellorum & teſticulorum pullorũ, vitulorum, & mamillares partes lactentis vituli magnã habent potentiã reſtaurandi ampliſſime nutrimentũ. Caſeus ẽt recẽs primi aut ſecũdi diei ſuę ætatis nullo ſale alteratus eſt ei cõueniẽs, & lac ẽt cũ cibis coctũ, & recocta

Almes quid.

D

E

F

cum

A cum aqua lactis conueniens, & proprie magna imminente ſtypticitate ventris. ¶ Potus [*Potus.*]
autẽ conueniens eſt ei aqua hordei aut aqua cum penidiis & hordeo cocta, & ꝓpter ſub-
leuationem virtutis ampliorẽ exhibeatꝛ ei vinum albũ in colore, ſubtile in ſubſtantia; &
ab omni fæcali parte optime expurgatum, ſapore dulce, nullo modo acre vel ponticũ
& frangatur eius fumoſitas cum aqua ciſternæ præcocta aut ſine coctione ſi bene ſubti-
lis fuerit. Non laudo tamẽ, vt ei exhibeatꝛ in potu vinum extra cibum, ſed aqua hordei
cũ penidiis tũc eſt vtilior ei. Hęc de intentione prima & ſecunda cõprehenſa ſufficiãt.

Pro tertia autem intentione, licet accidentia multa maraſmodeas diſpoſitiones [*Acciden-*]
concomitari ſolentia inueniantur a ſapientibus ſcripta, ſolum tamen ad illa intendam, [*tium cor-*]
quæ videntur huic viro moleſtiam inferre: & ſunt tria. ¶ Primum eſt vehemens ſitis & [*rectio.*]
B exſiccatio partium oris & gutturis. ¶ Secundum vehemẽs caliditas partium renũ, imo
& totiꝰ ſpinæ, quæ prouenit ex forti ebullitione in ſanguine venæ cauæ per totã ſpinam
protenſæ. ¶ Tertium eſt ſudoris vehemẽtia, q̃ fortaſſis videtur ingredi caput diaphore-
tici ſudoris. ¶ Primo igitꝛ accidẽti ſubueniendũ eſt cũ frequenti exhibitione iulepi, ipſi [*Correctio*]
ordinati, accepti ſimpliciter cũ æquali aqua ciſternæ ſupradictæ. ¶ Et ſi illud nõ videretꝛ [*ſitis & ex-*]
ſufficiẽter ſatisfacere, exhibeatꝛ ei iſtud loch, de quo fere ſemꝑ teneat in ore ſuo & trãſ- [*ſiccatio-*]
glutiat. ℞. *mucilaginis granatorũ pſyllii parũ aqua tepida macerati, mucilaginis ſem. cydoniorũ an.* ℨ [*nis oris ac gutturis.*]
ij. vini granatorũ ℨ *ij. ſachar. candi* ℨ *j.ß. amyli q.ſ. ad glutinoſitatẽ, & fiat loch optimæ cõtritionis in* [*Eclegma.*]
mortario factæ. Et ſi velis materiã huiꝰ loch reducere ad iulepũ, fiat illud ſupaddendo aq.
portulacæ & aquæ anguriæ an. ℥ viij. & leui coctione coquantꝛ & clarificentꝛ & ſæpe ex eo
C in potu accipiat cyathum ß. ¶ Frequens etiã retentio foliorũ recentiũ lactucæ aut por-
tulacæ in ore potenter flammam a ꝑdictis partibus aufert. ¶ Secundo v. accidẽti proui- [*Correctio*]
dendum eſt cum inunctione ipſi iam ordinata ſaltem ſepties in die naturali facta. ¶ Fre- [*caliditatis renũ.*]
quens ẽt irroratio ſpinæ ſuæ facta cum lacte cuiuſcumq; ſpeciei frequentando remediũ
eſt efficax. ¶ Scio etiam quod ſi ſpinæ eius applicentur recentia folia nenupharis, & ſæ-
pe renouentur, omnem malam complexionem calidã ab illis eijciunt. ¶ Tertium vero [*Correctio*]
præmiſſum accidens, quod erat ſudoris inſtantia, per inſtrumenta aliorum duorum ac- [*ſudoris.*]
cidentium remotiua etiam curari poteſt. ¶ Si autem eius vehementia perſeueraret: ita
vt extinctio ex ipſo dubitaretur, ſæpe irroranda eſt facies eius ex aqua roſarum taliter
deſcripta. ℞. *aquæ roſ.* ℔ *.j. camphoræ elect.* ℥ *ij. ſem. portulacæ, ſandalorum ru. an.* ℥ *j. amyli* ℥ *ij. te-*
D *rantur omnia ſimul in mortario forti contritione: ex hoc aſpergatur facies, ſpina & totum corpus. di-*
mitto hic euentationes & flabellationes corpori applicatas tanquam omnibus notas, &c.

PRÆTER illa, quę tibi alias ſcripta ſunt, debere obſeruari in cura febris hecticę nobi-
lis genitoris tui, plura alia mihi occurrunt, q̃ habent iuuamentum efficax quantum
eſt poſſibile ex ſententiis ſapientum hincinde collectis. ¶ Et primum eſt aqua hor-
dei cum virtute cancrorum, quæ cum hoc, ꝙ eſt febris alterando corruptiua, etiam eſt
& ſufficienter reſtauratiua. Et licet modus compoſitionis eius multiplex inueniatur ab
auctoribus, melior tamen compoſitio eius eſt ſecundum hunc modũ. *Accipiatur cancrorũ* [*Aqua*]
fluuialium ℔ *ß. & infundantur in* ℔ *.iij. aquæ cum vno pugillo cineris bene cribellati. Deinde cum* [*hordei cũ cancris.*]
ſteterint infuſi per quatuor horas, fricentur cum eis fricatione notabili. Poſtea quater vel quinquies
E *abluantur cum aqua munda, poſtea coquantur & cum cocti fuerint accipiãtur caudæ illæ & minutim*
inciſæ coquantur in ℔ *.vj. aquæ hordei vſque ad bonam diſſolutionem carnium eorum, deinde cole-*
tur aqua illa & exhibeatur in potu horis & tempore, ſed non deficiat ante cibum. Et ſi velis hanc a-
quam efficere magis alternatiuam & minus nutritiuam, coquantur prædicti cãcri inte-
gri abſq; inciſione & leuiori decoctione. ¶ Ad hanc etiam intentionem a pluribus ſapi-
entum laudata eſt caro teſtudinis fluuialis, præparata modo prædicto, vel in aqua cocta
& comeſta. ¶ Dixerunt etiam nonnulli, quod caro codiarum elixatarum conueniens
ſit hecticis. Sed ego non inuenio hoc ita authẽticum: conueniunt enim magis diſpoſi-
tionibus epatis a propria ſpecie, vt patet *9. tertij cap. de rebus conferentibus epati.* Conſide-
ratione autem rationali videntur ad hæc conuenire inquantũ infrigidant & humectãt
F cum reſtauratione aliquali. ¶ Etiam piſces parui fluuiales, vt marſiones, lucij, torren-
tinæ cõuenientes eſſent quolibet modo prępartionis eorum, præterquã cum aroma-
tibus. Non curo hic dicere, ꝙ a quibuſdam laudetur caro ranarum, ꝙ tamẽ nõ eſt ita au-
thenticum. ¶ Pro hac etiam diſpoſitione conuenire poſſunt varij modi præparatio-
num, & proprie de iure carnium hædi vel caſtrati iuuenum, vel vituli lactentis, facto
ex carnibus coſtarum prędictorum animalium ſecũdum modũ poſitũ a Serap. *6. breuia.*

cap. de cura huius diſpoſitionis. ¶ Ego autem in ſimili caſu vti ſoleo reſtauratiua confectio- A
Confectio in fruſtis. ne ſecundum hunc modum facta. ℞. *pulpæ carnium gallinarum vel caponum iuuenculorum elixatorum in aqua hordei* ℔. j. *amyli* ℥ *iij. olei recentis amygdalarum dul.* ℔. j. *albuminum ouorũ recentium numero x. coquantur ergo ſimul remiſſo igne, oleum cum amylo & albuminibus ouorum coctione adeo leui, vt non multum indurentur albumina. Deinde addantur ſachari al.* ℥ *viij. & ita leuiter coquantur vt acquirant glutinoſitatem, in fine vero apponantur pulpæ carnium prædictarũ minutiſſime contritæ, deinde totum, fiat confectio in fruſtis longis vel aliter tuo modo facta.* De hac ergo confectione accipiat æger ante & poſt cibum, & quacumq; hora placet, parum & ſæpe exhibendo ex ea magis quam raro & multum, & inueni ipſam efficacem notabiliter. ¶ Confert etiam huic intentioni confectio caloe, a quibuſdam nominata ſauonea, quæ communi appellatione hodie nuncupatur marcipan, & conficitur ex oleo amyg- B
dalarum dul. & ſach. albo cum amylo. Et confert proprie, quando febris non eſt valde intenſa: tunc enim conficiunt ipſam cum oleo nenupha. vel viol. vel de flo. cucur. ¶ Bonum eſt etiam ad hanc intentionem conditum de cucur. ſecundum artem factum. ¶ Et præter iſta ſemper ſit ſolicitudo in frequenti vnctione ſpinę, cum vnguẽto alias ſcripto, cum irroratione ipſius & extremarum partiũ & faciei, cum aqua alias ſcripta: talis enim aſperſio & irroratio viuificat virtutem & in febribus reſolutam, vt patet apud Auic. *ſecunda primi, primo cap. In arena ſepeliui.* Hæc ſunt, quæ præter alias ſcripta illis adiuncta ſufficiunt in cura diſpoſitionis huius viri. Ad laudem Dei. Amen.

Consilivm CCLXXXIIII. *De hectica putredine complicata cum empyemate & phthiſi.* C

Ægritvdo huius viri quantum ad cognitionem eius nullam fere videtur oſtendere dubitationem: Eſt enim complicata ex febre & mala complexione & ſolutione continuitatis in membris pectoris. ¶ Primum quidem apparet ex caliditate fixa in corde & toto corpore & ex caliditate fiẽte, caliditas enim fixa educitur corporis conſumtione, quæ non fuiſſet rationabiliter conſecuta ad caliditatem fientem: ſaltem in tam breui tempore. fiens autem caliditas eius cognoſcitur ex reuolutione paroxyſmali & accidentibus concomitantibus principium paroxyſmorum materialium febriũ interpolatarũ. Eueniunt n. huic viro frigus, rigor & horror diuerſis tẽporibus & horis diei naturalis: vt quandoq; in die, quãdoq; v. in nocte talib. paroxyſmis affligatur: inordinate tamen procedentibus, quod contingere poteſt propter diuerſitatem ma- D
Signa caliditatis fixæ. Fientis.
teriarum in generibus & ſpeciebus earum: apparet propter debilitatem virtutis: & ſic de alijs. Et ex hoc fundamento concluditur, quod hæc febris ſit complicata ex hectica ex diſcurſu primo, & ex putrida ex diſcurſu ſecundo. ¶ Quod enim in membris pectoris ſit ægritudo compoſitionalis, deducitur, quia viæ pectoris & cannales pulmonis pleni ſunt materia catarrhali: vel ibidem congenita mucilaginoſa & acuta, vel aliunde rheumatice tranſmiſſa: & ſic ibi erit ægritudo in via. Et quod pectus eius habeat ſolutionem cõtinuitatis, manifeſtum eſt: quoniam ibi eſt ſaniei collectio, quæ emittitur cum ſputo ſanguinis, quod diu ſatis perdurauit, ſed non bene imaginari poteſt locus generationis & illius ſaniei & ſanguinis exitus ſine ſolutione continuitatis aliquarum partium pectoris, quare ibi aſſignare oportet ſolutionem continuitatis. ¶ Si enim ſputum illud ſangui- E
neum & ſanioſum effunderetur a cerebro ad pectus, non eſſet poſſibile ipſum eſſe ita continuum, ſicut fuit, &c. ¶ Neq; etiam ſi ſanguis ille a venis exiret ab extremis orificiis earum & a poris parietum ipſarum, omnino non poſſet eſſe tantus, neq; ita cõtinuus. Et ex hoc fundamento deducitur, quod ſanguis iſte exeat a partibus pulmonis: & iſte vir iam de facto incidit in phthiſin vel paratus eſt cadere in eam. ¶ Si ergo ille ſanguis ſputo ſanioſo commixtus ſit ſubtilis, clara rubedine rubicundus, ſit ſpumoſus, paucus & ſaniei aliqualiter commixtus, & ei bene adhærens, omnino arguit vlcerationem in carnoſitate pulmonis elongatam a venis magnis: & e conuerſo. ¶ Si autem ſanguis ille, qui cum ſputo ſimul emittitur, niger eſſet, craſſus, coagulatus, parum ſputo commixtus, & non educeretur niſi per magnum conatum virtutis multa tuſſi laborantis, & tactu p- F
ciperetur dolor in thorace vel in alia parte pectoris profundius apparẽs & cum difficultate aliquanta anhelitus, tunc iſte ſanguis cum iſto ſputo a concauo pectoris educeretur, & eſſet empyema denominata ægritudo talis. Quare ex omnibus colligendo ægritudo huius viri eſt complicata ex hectica cum putrida & empyemate cum phthiſi

aut

A aut ſaltem cum apparatu ad eam. Ex quibus vltimo concluditur, quod cura huius ægritudi-
nis aut ſit omnino impoſſibilis, aut valde difficilis; aut non niſi in longo tempore ad ſa-
nitatem terminabilis, quæ regi debet, vt nunc ſequitur.

ABSTINEAT itaq; vir iſte in ſuo regimine a manſione in camera vel aere frigidis *Diæta.*
& humidis & notabiliter ventoſis. ¶ In cibariis vero effugiat ſalſamenta omnia *Aer.*
ſummopere, & genus omne acutorum, velut ſinapi; raphanus, cæpæ, allium & *Cibus.*
ſimilia. vẽtoſa etiam cibaria euitare debet, vt lac crudum, legumina, cibaria omnia actu
frigida. Effugiat etiam cibaria difficilis digeſtionis, vt panem craſſum, azymum & male
coctum, lagana & ſimilia. dimittat etiã acetoſa cibaria & acria, & proprie ſalſa, vt agreſta;
limones. ¶ Pro potu ſuo eligat vinũ ſubrubeum vel cereſoleum ad dulce parumper in- *Potus.*
B clinatum, nullo modo acre vel ponticũ, aut ſit album, clarũ prædicti ſaporis. Et ſi mole-
ſtatur a potu vini, ſummopere ſibi caueat a potu aquæ frigidæ & crudæ, ſed vtatur aqua
hordei cum ſacharo cocta, & eſſet ipſi potus bonus. ¶ Carnibus vtatur capreolinis ſiccis, *Carnes.*
ſi habere poteſt & porcinis iuuenculis, & caro caſtrati annualis & vituli lactentis eſt ipſi
conueniens; & caro alaudæ & pauonis & auium minutarũ; perdicis & phaſiani & lepo-
ris. ¶ Ex piſcibus conueniunt ei cancri fluuiales, & proprie cocti cum aqua hordei vel
cum lacte vel cum vtroq; ſimul. ¶ Ex ferculis magis caules bene cocti & ptiſana de hor-
deo, & proprie cum amydo bene cocta & tri. & cibi omnes de paſta ſicca & fermẽtata,
& pedes vitulorum in aceto cocti, & animalium omnium pulmones, & proprie vulpis,
porci & cõſimilium: oua elixa & in cibis cocta abſq; frixione. Et butyrum mediocri vſu
C conueniens eſt ei, & recocta nuper a lacte accepta: caſeoli recentes abſq; ſale: & lac co-
ctum cum chondro vel amylo de farina hordei conuenientia ſunt ei. ¶ Ex fructibus bo-
næ ſunt ei ficus ſiccæ ante cibum acceptæ duæ vel tres, ſi non haberet fluxum ventris: &
grana granatorum dul. cocta ſub cineribus vel cruda: & aliquando comedere poteſt iiij.
vel v. auellanas torrefactas & excorticatas proprie poſt cibum. ¶ Crocus etiam in pauco
vſu in cibis eius eſt conueniens: & ſimiliter cinamomum pauci vſus; & hæc de cibariis
ſufficiant.

Pro regimine vero medicinali huius viri *12.* occurrunt inſtrumenta mihi pro eius *Curatio.*
cura neceſſaria. ¶ Primum itaq; inſtrumentum eſt cũ ſecundo & tertio adminiſtrandũ
capiti eius: a quo principium huius ęgritudinis videtur eſſe deducendum. Incepit enim
D magnus ab eius capite defluxus ad inferiores partes & a multa materia proueniens: fuit
enim tantus, quod occupauit loca gulæ & partium pectoris & ſpatulæ. Neq; loca iſta tantæ
materiei fuerũt capacia, quin multa pars eius flueret ad pectus, quod apparuit ex difficultate
anhelitus dolore illius partis & tuſſi magna: neq; etiam partes prædictæ materiam totã re-
ceperunt, quin multa pars eius ad venas propulſa fuerit ibi latens: quod apparuit. ex tãto n.
defluxu & ita impetuoſo neceſſe eſt cõcludere in cerebro fuiſſe magnã debilitatem: &
nunc etiam remanſiſſe, a qua materiæ multæ in cerebro genitæ poſtea pectori cõmuni-
cant facietes magnum additamentũ principali ægritudini, propter quod ipſi cerebro in-
tendendum eſt cum inſtrumentis tribus, quæ nunc ſequuntur. ¶ Primum itaq; eorum eſt,
vt raſo capite in tota caluitie applicetur ibi hoc ceratum, quod ſemper ibidem affixum ma-
E neat ſecundum hãc deſcriptionem factum. ℞. *laudani puriſſimi ℥ j. ß. reſinæ claræ & electæ ℥* *Ceratum*
ij. ſtyracis calamitæ ℥ ij. maſti. roſ. corallorum al. an. ℥ ß. ſandaracæ ℥ j. ß. macis ℈ ij. caryoph. ℈ j. diſ- *cephali-*
ſoluatur gummi in aceto mediocris acredinis & cum ſpeciebus prædictis & mediocri quantitate ceræ *cum.*
fiant cerata duo ſpharica magnitudinis nebulæ ſacharatæ. ¶ Secũdum remedium eſt, vt vir iſte
ſaltem in die ſemel ieiuno ſtomacho maſticet vnũ granũ maſticis expuendo ſemper, quod
ab eo educitur. Et ſi maſticare non poſſet ipſum propter debilitatem mandibularum;
ſaltem omni tertio ſero illud granum deglutiat per vnam horam poſt cœnam. ¶ Tertiũ
vero remedium capiti ad hanc intentionem adminiſtrandum eſt, vt ipſe omni quinto
ſero, cum vadit ad lectum deglutiat ℥ ß. huius electuarii. ℞. *diapapaue. deſcriptione Nicolai* *Electua-*
℥ j. thuris, ſandaracæ ana gra. ij. incorporentur ſimul & fiat vt dictum eſt de eo. ¶ Quartum prin- *rium.*
F cipale inſtrumentum adminiſtrandum eſt gratia mundificationis pectoris a materia
ſanioſa ſecundum hunc modum. [apothecary symbol] *loch de pino, de papa. an. ℥ j. pulmonis vulpis præparati ſe-* *Aliud.*
cundum artem ℥ ij. ireos ſicci ℈ j. centaureæ mi. ℈ ß. fiat electuarium cum ſufficienti quantitate ſapæ.
de hoc ergo electuario omni mane in aurora deglutiat ℥ ij. vel tres & totidem in ſero poſt cœnam per
duas horas, aut ſaltem bibat ipſum cum aqua hordei aut modico vini dulcis tepidi. Et attendat,

quod maiori parte temporis aliquid de hoc electuario teneat in ore ſuo: & permittat ipſum diſſolui & paulatim deſcendere. ¶ Quintum inſtrumentum ad eandem intentionem eſt mixtio iſta. *Tragea.* ℞. *paſſularum nigrarum ℥ ij. liquiritiæ mundæ ʒ j. ß. foliorum yſopi & praſſii an. ℈ j. ſeminis roſarum exſiccati ſuper ſua planta ʒ ij. pulmonis vulpis præparati ʒ j. ß. dragagan. gummi Arabi. diſſolutorum in ſapa an. ʒ j. croci ℈ ß. piperis al. gra. v. ſacha. al. triplum ponderis omnium fiat tragea, de qua ſemper in fine prandii & cœnæ vir iſte accipiat cochlear vnum.* ¶ Sextum remedium eſt, vt poſtquam vir iſte vſus fuerit tribus immediate præcedentibus remediis per x. dies, tunc iterum per totidem dies vtatur iſtis duobus ſequentibus. *Potio.* ♃. *aquæ ſublimationis caulium ℥ ij. aquæ ireos, aquæ praſſii an. ℥ ß. pulueris enulæ ſiccæ & foliorum piloſellæ montanæ an. ℈ j. detur in aurora tepidum & tardet cibum quatuor horis.* ¶ Septimum remedium, quod debet eſſe ſocium prædicto, eſt hoc. *Electuarium.* ♃. *pulueris corrigiolæ, piloſellæ, roſarum an. ℈ j. corallorum ru. lapidis hæmatitis, karabæ an. ℈ j. dragagan. ℈ ß. mellis, viol. penidiarum an. ℥ j. ß. coquantur mel & penidia vſque ad inſpiſſationem & additis ſpeciebus fiat electuarium, de quo per horam ante cœnam accipiat ß. cochlear, & tantundem in media nocte deglutiendo ipſum.* B ¶ Octauum remedium eſt, poſtquam reuoluta fuerit curatio per xj. dies præcedentes, ſi ægritudo ſalubris erit, ſatis eſt rationale magnam partem materiei mundificatam, & proprie eductam fuiſſe, propter quod ſuperueniet tunc neceſſitas adminiſtrandi remedia perfectæ mundificationis completiua & partium ſolutiuarum incarnatiua & conſolidatiua. Ita tamen quod per eorum adminiſtrationem, & virtutem ſtypticitatis & exſiccationis non lædatur anhelitus. De quorum numero eſt electuarium hoc, quod eſt mirabilis virtutis in hac materia. *Electuarium.* ℞. *radicum recentium ireos ℥ j. radicis recentis enulæ ℥ ß. conſolidæ mino. & ma. & acatiæ, dragaganti & gummi Arabici parum torrefactorum an. ℈ j. thuris, maſticis, ſarcocollæ nutritæ in lacte ſecundum artem an. ʒ ß. hæmatitis, karabæ, ſang. dra. ana ℈ ij. pulmonis vulpis præparati, centaureæ mi. & ma. granorum myrti, corrigiolæ, piloſellæ, foliorum viticellæ an. ℈ ij. ß. gummi omnes infundantur in mucilaginem ſebeſten factam cum aqua mellis bene calida, & incorporentur medicinæ per quatuor digitos & lento igne auferendo ſpumum cum euerſa caciola.* C Cum ergo materia tota fuerit reducta ad glutinoſitatem conuenientem, tunc *Electuarium.* ℞. *ſapæ dulciſſimæ ℥ ij. paſſularum nigrarum mundatarum ℥ j. ß. dactylorum pinguium numero x. terantur ſimul cum ſapa optima contritione, deinde cum eis incorporentur gummi iam dicta & contuſa vſque ad minutiſſimam contritionem. Poſt hæc autem ſuperaddantur aliæ ſpecies optime conterendo, & in fine addantur croci ℥ ß. ſubtiliſſimi pulueris capil. Ve. ℥ j. ß. & fiat electuarium, de quo patiens in aurora accipiat cochlear vnum deglutiendo, & per vnam horam ante cœnam & prandium de eo accipiat cochlear ß. ſingula vice, & quaſi in maiori parte temporis teneat de eo parum in ore ſuo & diſſolutum permittat ad inferiora deſcendere.* D Hoc enim electuarium aggregat virtutes medicinarum conuenienter abſtergentium pectorales partes, & regenerat carnē, incarnat & ſigillat, neq; tamen anhelitui nocet, ſi bene conſideres. ¶ Nonum a. inſtrumentum principale & ſecundum, quantum ad hanc intentionem in præcedenti cap. incluſam, eſt hoc. *Pilula.* ♃. *foliorum pulmonariæ, corrigiolæ, conſolidæ vtriuſque an. ʒ j. croci, liquiri. capil. Ve. an. ℈ j. amyli, terræ ſigillatæ, tutiæ præparatæ, draga. mollioris an. ℈ ij. formentur pilulæ ex pulueribus horum cum ſucco conſolidæ ma. de omni ʒ viij.* Cum ergo patiens per quatuor dies vſus fuerit electuario præcedenti, tunc accipiat ex iſtis pilulis omni mane in aurora ſex & ex eis accipiat tres per horam ante prandium & totidem ante cœnam, & ita continuet eas per quatuor dies, & econtra hunc modum continuando per 20. dies. E ¶ Decimum vero inſtrumentum eſt cordi applicandum gratia confortationis eius & corruptionis malæ complexionis calidæ & ſiccæ in ipſo exſiſtentium. *Electuarium.* ♃. *ſacharirof. recentis ℥ ij. conſeruæ buglosſæ ℥ j. violarum, ſpodij, roſ. ſem. endiuiæ, portulacæ, lactucæ an. ℥ j. ß. ſeminum quatuor communium frigidorum an. ʒ v. penidiarum ℥ ij. amyli ℥ j. carnium extremitatum cancrorum ℥ iij. lauentur diligenter cancri cum aqua cineris duabus vicibus, deinde coquantur in aqua hordei vſque quaſi ad diſſolutionem corticum a carnibus, deinde optime terantur & cum prædictis incorporentur, & fiat electuarium.* & hoc vtatur poſt 20. dies accipiendo de eo in aurora cochlear magnū & medium cochlear ex eo per horam & mediam ante prandium & cœnam, & iterum ex eo accipiat cochlear medium in fine prandii & cœnæ. F ¶ Cum ergo iam prædicta adminiſtrauerit gratia reſumtionis & completæ curationis, vti poterit hoc inſtrumento leuis applicationis, accipiendo ex eo a iiij. vſque ad vj. ℥ in aurora tepido vel iij. vel iiij. ℥ ex eo per horam & mediam ante cœnam. *Potio.* ℞. *lactis aſinini partem j.*

aquæ

A *aquæ ſublimationis conſolidæ mi.* ℥ ß. *miſce & continuet per xv. vel 20. dies.* ¶ Vltimum vero
inſtrumentum eſt ſacculus iſte, quem ſemper ſuper ſiniſtra mamilla applicatum tenere
debet, poſtquam adminiſtrauerit mundificationem in 20. prędictis diebus deſcriptam:
℞. *violarum, florum nenupharis, ſpodij, roſarum, corallorum rub. & al. oſſis de corde cerui, doronici* Sacculus
an. ʒ j. ß. *hyacinthi, ſmaragdi & ſaphiri ana* ℈ ß. *margaritarum* ʒ j. ß. *foliorum auri numero iij. ma-* cordialis.
cis ʒ j. ß. *croci* ℈ j. *galangæ, granorum paradiſi an. gra. v. pulverizentur omnia per ſe. demum incor-*
porentur & fiat ſacculus quadrangularis in ſindone retorta. Hæc in ſumma eſt via curationis electior,
quam habere potui ad laudem creatoris omnipotentis Dei; Amen. ¶ Confectio reſtauratiua &
ſecreta. ℞ *pulparum albarum caponis* ℔. j. *incidantur ſubtiliter & poſtea in mortario conterantur* Electua-
B *optima contritione, quibus contritis & ordinatis addantur* ℥ *v. iſtius pulueris, qui nunc ſequitur.* ℞ rium.
cardamomi, cinamomi, caryoph. folij, karabæ, zinzib. draga. gummi Ara. galangæ, nucis muſ. an ʒ j.
miſceantur, & fiat puluis ſubtilis, & cum iſto puluere addantur de iſtis rebus ℥ *iiij.* ℞. *amydi, liquiri-*
tiæ, pinearum bene mundatarum, ſebeſten phiſticorum, amygdalarum dulcium enucleatarum, paſſu-
larum, auellanarum mundatarum, ſeminis cucurbitæ, ſeminis melonis, ſeminis cucumeris, ſeminis
papaueris al. ſeminis lactucæ, ſeminis portulacæ, penidiarum, miſceantur cum carnibus contuſis in
mortario miſcendo cum piſtillo ſecundum poſſibilitatem, poſtea accipiantur ℔. *iiij. ſachari albiſſimi &*
diſſoluantur cum brodio pingui & fiat ſyr. decoctus ad modum ſyr. & in mortario fiat elect. vel con-
fectio confecta cum rebus, quæ ſunt in mortario, miſcendo quouſq; fuerit frigidum.

C Consilivm CCLXXXV. *De regimine præſeruatiuo a pestilentia.*

Ille, qui intendit vti regimine pręſeruatiuo ab impreſſione peſtifera, vtatur infraſcri-
ptis remediis, in quibus inuenitur vtilitas excellens, ſicut videri poteſt ex medicinis,
quæ ſunt materia compoſitionum infraſcriptarum: & confirmari etiam auctoritati-
bus illuſtrium Medicorum. ¶ Primum quidem eſt vſus trypheræ perſicæ deſcriptione
Meſ. *in antidotario diſtinctione tertia*, de qua accipi poteſt omni ſine quinq; dierum a ʒ vj.
vſq; ad viij. cum ℥ iij. aquæ ſublimationis acetoſæ cum ſacharo calefactæ. ¶ Secundum
remedium eſt vſus pilularum infraſcriptarum, de quibus omni die accipi poteſt vna vel
D duæ parum ante cœnam, aut eodem modo accipi poſſunt in aurora, ſi alia non fuerit aſ-
ſumta medicina. & eſt earum deſcriptio talis. ℞. *ſucci acetoſæ, ſucci bugloſſæ & cichoreæ an.* ℥ Pilulæ.
ij. boli armeni ℥ j. *terantur ſimul ſucci prædicti ſæpe in vna die naturali cum prædicto bolo ar. deinde*
infundantur in eis ſpecies iſtæ. ℞. *aloes epaticæ electæ* ℥ *iij. camphoræ* ℈ *ij. fragmentorum ſaphiri, hya-*
cinthi & ſmara. an. ℈ ß. *margaritarum* ʒ j. *ſeminum citri* ʒ *ij. ligni aloes, ſem. baſiliconis, karabæ, co-*
rallorum ru. zedo. an. ℥ *viij. roſarum, viol. ſem. acetoſæ. florum boraginis & bugloſſæ an.* ℈ ß. *ſpecies*
ergo iſtæ per ſe ſingulariter tritæ infundãtur in prædictis ſuccis & diligenter agitentur & exponantur
ſoli vſq; ad conſumtionem prædictorum ſuccorum & renouentur ſucci il i tribus vicibus exſiccando
ſemper ad ſolem. De materia ergo illa fiant pilulæ, ex omni ℥ *vij. cum aqua vitis, & vtendum eſt eis,*
vt iam prædictum eſt. ¶ Tertium remediũ eſt vſus huius confectionis, de qua ſemper poſt
cibum accipiendum eſt vſque ad quantitatem ℥ ß. cuius deſcriptio eſt hæc. ℞ *ſpecierum e-* Cõfectio.
E *lectuarij de ligno aloes deſcriptione Auicen. quinto can.* ʒ j. ß. *ſpecierum diamoſchi dul.* ʒ ß. *ſpecierum*
electuarii de hyacintho deſcriptione Auic. vbi ſupra ʒ *ij. ſachari al.* ℔. j. *fiat confectio cum aqua roſ. &*
cooperiatur foliis auri. ¶ Quartum remedium eſt huius odoriferi vſus; quod ſemper por-
tetur in manu. ℞. *laudani electi* ℥ j. *pulueris corticis citri, & ſeminum eius an.* ʒ j. *croci, camphoræ* Pomum
an. ʒ ß. *fiat omnium per ſe puluis & ligetur in ſindone aut cum ſucco baſiliconis fiat pomum; quod* odoratũ.
ſemper odoretur. ¶ Quintum eſt vſus mixtionis, qua ſoleo vti omni die ex ea dando cir-
ca ʒ j. ℞. *mithridatij electi* ʒ *ij. theriacæ Andromachi habentis ætatem 10. annorum ſaltem* ʒ *viij.* Electua-
ſem. citri, boli ar. an. ʒ ß. *incorporentur omnia optima contritione cum aqua roſ. muſcata.* Et vten- rium.
dum eſt, vt iam dictum; ad laudem ſummi creatoris; Amen.

F Consilivm CCLXXXVI. *De febre peſtilentiali cum anthrace vlcerato & ſex accidentibus, quæ ſolent ſequi febrem peſtilentialem.*

IN regimine huius viri tria principaliter conſiderari oportet, circa quæ regimen cura- A tiuum ſtabiliendum eſt. ¶ Primum itaq; ipſorum eſt febris peſtilentialis, qua iſte vir moleſtatus eſt per dies circa 15. ¶ Secundum vero eſt vlcus corruptum & difficilis ſanationis, quod remanſit poſt curam apoſtematis peſtilentialis. ¶ Tertium vero principale eſt circa accidentia, quæ remãſerunt vel conſecuta ſunt ad prædictas diſpoſitiones. ¶ Pro declaratione vero primi prçſupponendum eſt, febrem, quã vir iſte paſſus fuit, peſtilentialem fuiſſe. Quoniã ipſa eſt conſecuta vel p̃cedens apoſtema venenoſum & corruptum, quod antiqui nominabant altoyn, vt *3. quarti ſuo cap.* videndum. Moderni vero Itali nominant ipſum antracem, eo quia corruptio ſua tãtam malitiam habet, vt corrũpat membrum in profundum, velut antrum vel ſpeluncam faciens. Veniunt autem hęc apoſtemata a materia cholerica & ſanguinea aduſtis tam acuitate primarum qualitatũ, B quam ſecundarum & occultarum membrorũ corruptiua, propter q̧ nõ eſt mirum, ſi febris præcedens hæc apoſtemata vel ſubſequens ea, venenoſa & peſtilentialis reputet᷑. ſi enim hæc apoſtemata fiunt a natura ſymptomatice mota vehementia tranſmutationis materierum faciens propter fortem impulſionem a febrili caliditate in naturam factã, & materia illius febris iam corrupta eſt, neceſſe eſt & apoſtema ex tali materia congenitum venenoſum eſſe. ¶ Et iterum ſi prius tempore, quod raro contingit, apoſtema præcederet febrem: neceſſe eſt cõcedere iterum, illam febrem eſſe venenoſam, vapor enim putridus a materia corrupta cordi eleuatus taliter agit in ipſum cor, qualiter in ſe habet: ſed ipſe eſt venenoſus, igitur, &c. ¶ Et ex hoc fundamento facile concedi poteſt, quod non ſit incõueniens aliquam febrem peſtilẽtialem eſſe chronicam, licet in plu- C ribus ipſa ſit acuta, imo peracuta. quid enim repugnat, quin materia melancholica vel phlegmatica ſpecie venenoſitatis informari poſſit, & tñ ipſa eſſet debilis actiuitatis, tã ex parte qualitatum manifeſtarũ, quã occultarũ, ꝓpter q̧ omnino cõcedendũ eſt hãc febrẽ hu⁹ viri & fuiſſe & adhuc eſſe peſtiferã, in cuius cura procedendũ eſt, vt nũc ſequit᷑.

Curatio febris. Licet itaq; in cura huius viri diligenter & ſubtiliter multum proceſſum fuerit, tamen pro complemento curationis huius febris ſex videntur mihi neceſſaria obſeruanda. Quorum primum eſt, vt conſtante virtute in horá electa huic viro fiat phlebotomia *Venæ ſectio.* ſaluatellę ſiniſtræ manus, aut rami eius poſiti in eadem manu inter annularem & auricularem digitos, per quam extrahantur ſanguinis ℥ iiij. ventre eius prius mollificato. ¶ Secundum eſt, vt cordi eius applicetur hoc vnguentum, quod continue ibi fixum re- D maneat. ℞. *baſiliconis recentis* ℥ *iij florum boraginis, bugloſſæ & melliſſæ an.* ℥ j. *doronici, oſſis de* *Vnguẽtũ cordiale.* *corde cerui an.* ʒ j. *hyacinthi, ſmaragdi, ſaphiri an.* ℈ j. *zedo. marga. coral. ru. an.* ʒ j. *farinæ amyli* ℥ j. ß. *farinæ hordei* ℥ ij. *croci* ʒ ß. *viol. roſ. florum nenupharis an.* ʒ ij. *coquantur herbæ recentes in aqua & diligenti contritione incorporentur ſimul, & tepidum applicetur cordi: credo in hoc eſſe fundamentum ſuæ curæ.* ¶ Tertium vero inſtrumentum principale eſt, vt omni mane accipiat *Potio digeſtiua.* hoc digeſtiuum. ℞. *ſyr. de limonibus & acetoſitatis citri & de byzantijs ana* ℥ j. ß. *aquæ aceto. bugloſſæ, melliſſæ an.* ℥ j. *miſce & ſtante ſiti frigidum accipiat in aurora & ſine ipſa tepidum vſq; ad 15. dies interpolando quartũ remedium: quod nunc ſequitur.* ¶ Quartum inſtrumentum eſt, vt cũ *Potio ſolutiua.* acceperit digeſtiuũ immediate ſcriptũ 5. vicibus, ſoluat᷑ cũ hoc. ℞. *tryphera perſicæ deſcriptione Meſuæ in antidotario* ℥ ß. *ſucci roſ.* ʒ vj. *diſſoluatur cum aqua hordei calefacta & tardetur ci-* E *bus v. horis parum dormiendo poſt ipſum.* ¶ Quintum eſt, vt pluries in die cibatus & non cibatus deglutiat aliquid de hoc electuario. *Electuarium.* ℞. *conſeruæ roſarum, boraginis & bugloſſæ an.* ℥ j. *marga.* ʒ j. *hyacinthi, ſmaragdi, ſaphiri an.* ℈ ß. *ſachari candi.* ℥ j. ß. *foliorum auri numero vj. fiat electuarium cum ſufficienti quantitate vini granatorum.* ¶ Sexto ſępiſſime odoret infraſcriptum odoriferum. *Odoriferum.* ℞. *ligni al. ſtyracis calamitæ, roſ. non expanſarum, labruſcæ, ſpo. boli ar. an.* ʒ j. *cãphoræ* ʒ ß. *ambræ* ℈ ß. *moſchi electi* ℥ *viij aq. acetoſæ, aq. nenuphar. an.* ℥ j. ß. *aq. maioranæ* ℥ ij. *terantur omnia per ſe, & poſtea incorporẽtur cum aquis. Hæc enim medicina valde potens eſt in confortando principalia membra & tuendo ipſa a corruptione.*

Curatio vlceris. Pro ſecunda vero principali ægritudine, ſ. pro cura vlceris præſcripti, tria ſunt neceſſaria inſtrumenta. ¶ Primum eſt vnguentum hoc. *Vnguẽtũ.* ℞. *olei nardini, de maſtice ana* ℥ j. ß. *olei de croco* ʒ vj. *olei roſarum* ℥ ij. *ammoniaci, ſerap. opop. an.* ʒ j. ß. *terebinthinæ electæ* ℥ ij. *myrrhæ* ʒ ij. *ſarcocollæ, maſticis, thuris an.* ℈ iiij. *boli ar. bene odoriferi* ʒ ij. ß. *ceræ al.* ℥ ij. *diſſoluantur gummi cum aceto electo & incorporentur cum cura.* deinde colentur & colaturæ addantur pulueres, & fiat vnguentum, quod vltimo bulliat in ℥ v. ſucci vincetoxicæ vſq; ad conſumptionem F

illius.

A illius. Hoc enim vnguentum claudit in ſe curas omnes neceſſarias in cura vlcerum malignorum attrahendo, exſiccando, venenoſitatem corrumpendo; & ſic de aliis. ¶ Secundum vero remedium eſt puluis iſte. ℞. *ſcariolæ, agrimoniæ an. ʒ j. boli arme. camphoræ an. ℈ j. centaureæ mi. ℈ iiij. pulueriżentur omnia per ſe. deinde commiſceantur, de hoc puluere tota ſuperficies vlceris cooperiatur.* ¶ Tertiũ vero eſt vnguentũ iſtud, cum quo tota circũferẽtia vlceris vndequaq; per ſpatiũ v. digitorum inungať. ♃. *ſucci virgæ paſto. ſucci cõſolidæ maio. & mediæ an. ℥ j. ſuc. plantaginis ℥ ij. amyli ℥ j. ß. farinæ hordei, farinæ volatilis molendini an. ℥ j. ß. camphoræ ʒ j. ß ſimul terantur contritione longa in mortario plumbeo, & fiat linimentum.*

Puluis extra aſpergendus. *Linimentum.*

Accidentia vero, quę conſimiles diſpoſitiones concomitari ſolent, ſunt ſicut proſtratio appetitus, inſtãtia vigiliarum, ſitis im̃oderata cũ amaritudine oris, vẽtris conſti-
B patio & corporis inquietudo, quibus ꝓuidendum eſt per hũc modum. ¶ Debilitati appetitus ſubueniatur applicando hoc vnguentum ſtomacho ſuo. ℞. *conſeruæ cydoniorum ℥ ij. maſticis, ſpicæ roſ. coral. ru. an. ʒ j. aga. an. ʒ ß. conterantur ſimul vltima contritione & teneat ſupra ſtomachum.* ¶ Pro hac etiam intentione ♃. *conſeruæ cydoniorum ſacharinæ ℥ ij. ſpodij, maſticis, nenu. roſ. an. ℈ j. teratur diacydonite in mortario cum ſyr. de acetoſitate citri. & fiat confectio in rotul. ℥ ß. quarum vnam ſemper accipiat poſt cibum.* ¶ Pro inſtantia vigiliarum ℞. *violarum, florum nenupharis, corticis, mandragoræ an. ʒ j. ſem. aneti, croci an. ℈ j. fiat puluis & ligetur in ſindone & ſemper odoretur.* ¶ Pro immoderata vero ſiti ℞. *aquæ mucilaginis ſeminis cydoniorum factæ per infuſionem eorum ℥ ij. ſyrupi nenupharini ʒ vj. miſce & ſæpe frigidum bibatur.* ¶ Pro amaritudine vero oris maſticentur ſæpe folia acetoſæ recẽtia aut ſaltem ſemina eius, aut
C ſaltem granum vnum gummi Arabici, de quo ſuccus lambendo transglutiatur. ¶ Pro conſtipatione vero ventris detur ei ſæpe aqua infuſionis granorum ſebeſten confractorum: & ſi velis ipſam fortiorem efficere in leniendo, infundantur in ipſam folia volubilis minoris non contrita. ¶ Inquietudinem vero in conſimilibus febribus euenientem ſedare poteſt odoriferum ſupraſcriptum, & ſi volueris fortius illo, tunc ℞. *mucilaginis granorum pſyllii, ſyr. nenupharini an. ʒ ß. miſceatur cum ℥ ij. aquæ hordei ſubtilis & ter vel quater in die exhibeatur in potu.* In his in ſumma cõſiſtit curatio huius diſpoſitionis, &c.

Correctio accidentium. *Et primũ debilitati appetitus.* *Vnguentum ſtomachale.* *Rotula.* *Nodulus odoratus cõtra inſtantiam vigiliarũ.* *Potio contra ſitim.* *Contra amaritudinẽ oris.* *Conſtipationem ventris.* *Inquietudinem.* *Potio.*

Conſilium CCLXXXVII. *De febre ſimili peſtilentiali.*

LICET dubitabile ſit febrem huius viri peſtilentialem debere nominari, quoniam ipſa ſubito accidit nullo accidentium typos concomitare ſolentium prę-
D cedente, neq; enim paſſus eſt manifeſte accidentia almelileṫu concomitari ſolentia, velut oſcitationes, alices, torporem corporis, confractionem ipſius aut conſimilia principium excluſiuum febrium præcedentia. ¶ Similiter etiam neq; accidentia febres concomitantia vel eorum typos manifeſte apparuerunt, velut frigus, confractio, laſſitudo, rigor aut horror: quæ omnia motui materierum aſcribuntur lædentium magis per qualitates manifeſtas, quam occultas. Nihilominus plurimas febrium peſtilentialium hæc accidentia non raro præcedunt & concomitantur. ¶ Propter quod ex iſtis non eſt euidens argumentum, negare hanc febrem eſſe cõtagioſam, & eo fortius, quoniã ipſam concomitatũ eſt apoſtema in inguine, velut noſtris tẽporibus ſemper accide-
E re ſolet, licet apud antiquos non habeatur de tali modo peſtilẽtiæ expreſſa ſententia in ſermonibus eorum, quæ ambo motiua ſatis perſuaderent febrem eſſe reponendam ſub denominatione peſtiferarum. ¶ Neq; tamen propter hoc affirmo hanc febrem eſſe peſtilentialem. Corporibus enim immundis, velut ſcabioſis febres frequẽter valde ſubito ſuperueniunt. ¶ Adhuc etiam mota materia in ebullitione ſua frequenter in principiis febrium ſymptomaticè pellitur ad loca emunctoria, & proprie, quãdo materia vniuerſaliter fuerit replens aut emunctoriis propinqua. ¶ Et adhuc fortius, quando cõtigerit in cruribus & pedibus inueniri apoſtemata, ad quę natura inclinat materias intrinſecas q̃ remanentes in viis faciunt ibi apoſtemata, *vt prima quarti, c. de feb. apoſtematũ colligendũ.* ¶ Quarto, quia licet vir hic purgationem fecerit & inunctionem, malum tamen regimẽ
F obſeruauit, quoniam poſuit ſe ad ſtuffam, cuius calor materiam in fluxũ poſuit & incitauit virtutem ad ſymptomaticam translationem eius ad loca emunctoralia. ¶ Et iterũ quinto hoc perſuaderi poteſt, quia cum febris iſta iam ſit propinqua principio quartę diei, neceſſario apparuiſſent ſigna mortis vel ſalutis in eo, propter quod ex iſtis motiuis ſatis concludentibus ſperandum eſt hanc febrem non eſſe peſtilentialem, quicquid ta-

Diſtinctio febrium peſtilentium & non peſtilentium. *Signa febrem hãc non fuiſſe peſtilentem.*

men contingat, regendus eſt æger regimine febrium acutarum, & proprie apparentibus ſignis acuitatis vel furioſitatis materierum, vt nunc ſequetur. A

Curatio.

Primum itaq; dicendũ, quod dato, quod tranſiuerit quarta vel fuerint in fine diei cõſtante virtute cum aliis ſignis conuenientis ſpei, ſtatim fiat ei phlebotomia ſaphenæ dextræ partis vel contrariæ, per quã extrahatᷣ ſanguinis quantitas tenori virtutis vel plenitudini proportionata. ¶ Secundo v. principaliter rectificetᷣ regimen ciborũ & potuũ cum infrigidatione ꝓhibitiua & remiſſiua putrefactionis, q̃ ſapientibus viris, quorũ regimini deditus eſt, manifeſtiſſimæ ſunt. ¶ Tertio principaliter diuerſio fiat materierum cõmunium cũ clyſteri p̃fatis doctorib. notiſſimo. ¶ Quarto cõſtante virtute euacuetur materia cũ pharmaco appropriato materieb. peccãtibus, q̇ plurimum in febribus acutis educere debet electiue materias eſſentialiter calidas & aliquali aduſtione participãtes, velut hoc. ℞ *ſucci roſarum ℥ j. electuarij hamech ʒ iij. reubarbari electi ℈ j. diagridij gra. j. bibatur totum cum aqua lactis in aurora obſeruatis conditionibus in ſolutiuis cuſtodiendis.* ¶ Quinto inſuper intendatur diuerſioni materierũ appropriatarũ ægritudini: & ꝓprie apoſtemati cum ventoſis vehementer ignitis carnoſis & domeſticis tibiarum partibus applicatis cum ſcarificatione conuenienti. ¶ Sexto iterũ magno exſiſtẽte apoſtemate & aduſtionis veſtigia oſtendente fiat ſuper eo ſcarificatio pluris numeri, cũ phlebotomo ſcindẽdo cutem inceſſu trãſuerſali. ¶ Septimo ſuper locũ talẽ ponatur emplaſtrum attractiuũ ſatis notabiliter. Cum n. apoſtemata fuerint emunctoralia & per viã tranſmutationis a principalibus & nobilibus membris euenientia: tunc ingeniari oportet, vt virtutem vigoremus ad expulſionem materierum & ad attractionem earum ad loca appropriata. C

Vena ſectio. Diæta. Diuerſio. Euacuatio. Potio.

Et ſi non cum alio, ſaltem cum ſanguiſugis & cum ventoſis attrahentibus, vt *quarta primi, cap. de medicatione apoſtematum, & tertia quarti, tract. primo, cap. de exituris.* Eſt autem talis emplaſtri deſcriptio. ℞ *foliorum rutæ recentium, foliorum origani, foliorum vincetoxici* (eſt herba Laurentii) *an. M v. rad. liliorum alb. M vij. foliorum maluarum M iij. farinæ hordei, fœnugræ. & ſeminis lini an. ℥ j. ß. croci ʒ j. olei liliorũ al. ℥ j. olei de aneto & de chamomilla an. ℥ j. ß. fiat emplaſtrum & calidũ & denſum applicetur apoſtemati amplectendo partem per latitudinem magnæ ſpithamæ, &c.* ¶ Tertio iterũ attendendũ eſt materiei antecedenti cũ ſyrupis extinguentibus & prohibentibus putrefactionẽ, habentib. virtutem medicinarum, q̃ contrariantᷣ venenoſitatibus, vt ſyrupus de acetoſitate citri, limonibus, oxyzaccare & ſimilibus. Sint autem aquæ acetoſæ, roſarum, cichor. bugloſſæ & ſimilium, ante quẽ ſyrupum ſoleo vt in pluribus facere deglutiri pilulas v. factas ex puluere ſeminũ citri, cum ſucco acetoſæ, D ſemina enim citri aduerſantᷣ veneno omni, *ſexta quarti, tract. ſecundo, primo cap. de medicinis ebibitis ad venena.* ¶ Scio autẽ ego quod ſi æger in mane bibat ℥ iij. ſucci acetoſellæ cũ ℥ j. aquæ roſatæ, ſit ſingulare remedium. ¶ Aſperſiones autẽ extremitatũ & ipſarũ irrorationes & frequẽs potus ſyrupi acetoſitatis citri cũ aqua hordei vel acetoſæ, & frequẽs cõmeſtio pauca in quantitate cõtinua. ¶ Epithemata cordialia & epatica, inunctiones ſpinam infrigidantes & cõfortantes, hæc omnia tanq̃ notiſſima acutiſſimis Doctoribus ipſũ ꝓcurantib. omnia relinquo. Nõ n. hęc ſcripſi vt doceã, ſed vt ipſe mihi in memoriã reuocẽ, ſicut emplaſtrũ factũ de mica panis cõbuſta & in acetũ infuſa cũ tripla quãtitate mẽthæ & farinæ hordei inuicẽ contritorũ nauſeã tollit & vomitũ, cõfortãdo ſtomachum: & ſic de aliis. Hęc omnia benigna clemẽtia ſaluatoris in huius viri ſalutẽ felicitet. E

Emplaſtrum. Præſtãtia ſeminum citri.

Consilia *De ægritudinibus cutis.*

Consilium CCLXXXVIII. *De rubedine roſea apparente in ſuperficie cutis corporis cum aliquali contractione digitorum manuum & pedum, catarrho ſalſo, motu contractiuo ſtomachi & doloribus ancharum & ſpinæ, continens capitula quinque.*

Cap. I. *De cauſſis principalis ægritudinis.*

RVbedo verificata ſimilis colori roſarum rubearum recentium, quæ nunc cognoſcitur in viro iſto, bonam ſpem curationis prauæ diſpoſitionis, quæ primo in eo apparuit, conſideranti videtur afferre. ¶ Eſt enim hæc diſpoſitio proueniens a ſanguine inflammato vel acutæ cholerę cõmixto. F Qui propter caliditatem accidentalem ſubtilior & curſibilior effectus eſt, aperit orificia venarum capillarium, & recipitᷣ in poros membrorũ. Cum ergo ibi receptus ſit, licet membro vniatur, tamẽ quia aſſimilatiua virtus & tranſmutatiua debilis eſt, non poteſt ipſum complete aſſimilare membro, remanet ergo in membris veſtigium

Cauſſa rubedinis in hoc viro. 1.

ſuæ

A ſuæ alterationis & coloris,propter quod membra & calida & inflammata & rubicunda
remanent,ſicut ſenſus oſtendit.Sicut enim virtus tranſmutatiua fortis exiſtens ſangui-
nē vel obiectum,in quod agit,licet aliqualiter ſit inconueniens,perfecte alterare & trāſ-
mutare poteſt,ita econtra virtus tranſmutatiua notabiliter debilis exiſtens, obiectū, li-
cet bene diſpoſitum,non poteſt cōuenienter tranſmutare, quanto ergo fortius, cū vir-
tus tranſmutatiua debilis fuerit,& obiectum inconueniens, ipſum rectificare non pote-
rit,licet vltimo conatu in ipſum agat. Et ſicut planta bona, quæ a laudabili loco transfer-
tur in locum vel regionem illaudabilem,producit fructus nutrimento non conuenien-
tes,ita & ſanguis,licet laudabilis exſiſtat,receptus in poros membrorum,quorum com-
plexio corrupta eſt vel alterata,non poteſt nutrimentum efficere conueniens. Sicut
B econtra dicitur,quando planta malæ qualitatis in vna regione exiſtēs tranſmutatur ad
regionem aliā ꝑexſiſtenti contrariam in qualitatibus, tunc ꝓducit fructus nutricatio-
ni cōuenientes,vbi prius venenoſi erāt. Et ſunt ſermones Gal. *6. de accidenti & morbo*, de
planta tranſmutata ex Perſia in Ægyptum, quæ prius venenoſa erat,& fuit facta conue-
nientis nutrimenti,& colligunt ēt hi ſermones vtriq; *6. quarti, tractatu 2. cap. 10.* Et capiunt
etiam principiū veritatis, *prima primi, doc. 6. 2. cap. de virtutibus, quibus miniſtratur*. vbi eſt de
atrophia morphea & albaras,lege ibi. In ſumma igitur ex hoc ſermone colligendum,
quod rubedo, quæ in hoc viro apparet in facie, ſpina & inferioribus partibus eius, proue-
nire potuerit ꝓpter lationem ſanguinis malæ qualitatis in poros,qui non potuit aſſimi-
lari membris ꝓpter inconuenientiā ipſius ſanguinis, velut obiecti non tranſmutabilis a
C virtute nec aſſimilabilis membris. ¶ Secūda v. cauſa potuit eſſe,quia dato, quod ſanguis 2.
in complexione & in ſubſtātia laudabilis fuerit ad mēbra effuſus,tamen contingere po-
tuit,ꝙ in mēbris inuenta fuit ſpecies malæ cōplexionis, per q̃ tanquam inſtrumentū in-
conueniens virtus nō potuit actiones ſuas in ſanguinē perficere,aut ipſum cōuenienter
tranſmutaret & alteraret. Cōplexio eſt vniuerſale inſtrumētū virtutis ad oēs ꝓationes
efficiendas. Cū ergo debilitatˀ,alteratˀ ipſa vel corrumpitˀ,neceſſe eſt in operationib. ac-
cidere ꝑmutationē. Et totū hoc valde facile cōfirmari poteſt leui argumēto,licet nō de-
mōſtratiuo,videmus n. in hominib. a frigore cōgelatis mēbra palleſcere quantumcun-
que ſanguis laudabilis ad ipſa deferatur. Et iterum videmus in ſuperflue calefactis & æ-
ſtuantibus colorem membrorū verti ad inflammationē & rubedinem valde magnam
D quantūcunq; ſanguis phlegmaticus ad membra iſta deferretur. Apparet iterū tertio in
cōtritis,flagellatis & ventoſatis varias coloris ſpecies acquiri, dato ꝙ ſanguis, qui ad il-
la mēbra defertˀ,in ſui cōplexione & ſubſtantia ſit laudabilis. ¶ Tertia v. cauſa, q̄ totū cō- 3.
plet,eſt ꝙ rubedo vel alter color corruptus in mēbris acquiritˀ per has duas cauſas inuicē
congregatas,videl. ꝓpter peccatū ſanguinis ex parte quantitatis,ſubſtantiæ,& cōplexio-
nis eius,& ꝓpter corruptionē cōplexionis membrorū,ad q̄ ſanguis ille defertur. Cū er-
go in viro iſto ſanguis in ſubſtantia & cōplexione permutatus fuerit a naturalitate,& vir-
tus membrorum fuerit debilis,oportuit neceſſario hunc ſanguinem in ſubſtantiā mē-
brorū non fuiſſe debite cōuerſum & aſſimilatū,ergo in eo apparuit & apparet corruptio
in colore,ꝙ erat declarandū. Pro declaratione a. primæ partis accidentis, ſupponendū *Patientē eſſe diſpoſitum ad lepram.*
E primo,ꝙ alias declaratū fuerit,ꝙ hic vir diſpoſitus fuit ad ſpeciē lepræ ꝓueniētis ex me-
lāncholia genita ex aduſtione choleræ,apparuit n. hoc in eo iterū per multas cauſas & ſi-
gna alias de diſpoſitione ſua cōſcripta. Apparuit ſecūdo horū veritas per inſtrumēta cu-
rationis,q̄ omnia infrigidādo & humectādo tā ſubſtātifice, q̄ qualitatiue cōplexionē i-
pſiꝰ epatis & totiꝰ ꝑmutauerūt adeo, vt vbi ꝓpter vehemētē inflāmationē epatis & vena-
rū ſanguis & cholera adurabantˀ,illa vehementi flāma ab inſtrumentis iā prædictis remo-
ta nō poteſt ſanguis ampliꝰ aduri,nec cholera,ita vt cōuertatˀ in melācholiā, ſed in epa-
te & in ſanguine remanet adhuc feruida caliditas minor, q̄ aduſtiua. Ex quo fundamēto *Efficiens cauſa ruboris.*
facile apparent cauſæ ruboris mēbrorū, qui remanſit in viro iſto. Efficiens n. cauſa in-
ſtrumentalis eſt mala cōplexio epatis cal. & ſic. Materialis v. cauſa eſt ſanguis cholericꝰ, *Materialis.*
F qui eſt obiectū virtuti tranſmutatiuæ inconueniens ad aſſimilationem membrorū. Par-
ticularis v. cauſa efficiens eſt prædicta mala cōplexio in determinatis membris vel qui-
buſdam fixa & fortior, quam in aliis.

Ex quibus corollarie ſolui poteſt quæſtio , quare hic rubor in partibus quibuſ- *Cur hic rubor non appareat in omnib. partibus.*
dā inferioribus,intermediis & ſuperiorib. inueniatur,& non in omnib. mēbris corporis

totum enim hoc ſoluitur, propterea quia quorundam particularium membrorum cõplexio corrupta eſt,& non omnium. Ex quibus omnibus inuicem collectis, apparet, quis debeat eſſe modus & quot curationis inſtrumenta, quę ſunt duo, ſ. rerum non naturalium conueniens applicatio, & ſimiliter medicinalium. A

Cap. II. *De cura per regimen ſex rerum non naturalium.*

Pro regimine itaq; huius viri ex parte ſex rerum non naturalium præmittendũ primo, q̀ euitare debeat omniũ rerum non naturalium adminiſtrationẽ, quæ potentiali ſui caliditate & ſiccitate materias corporis inflammare & exſiccare poſſit. *Aer.* Propter quod aer eius & locus habitationis debet eſſe ad frigiditatem & humiditatem notabiliter inclinatus, & proprie in tpe caloris. In tempore vero frigoris ſit locus habitationis eius remiſſæ caliditatis & ſiccitatis. *Cibi.* Ex cibis autem euitare debet omnes, B qui ſui caliditate & ſiccitate ſanguinem mobilitati & aduſtioni diſponunt; velut ſunt aromata omnia, pinguia cibaria, ſalſa multum & acuta & vnctuoſa, & etiam ſemina & radices calidas, vt fœniculum, petroſel. cyminum, aniſum, carum, daucum, mentham, ſerpillum, roſmarinum, rutam & ſimilia. Iterum omnia acuta & fumoſa cibaria euitare debet; velut allium, cæpas, porrum, raphanum, ſinapi & alia ſimilia. Et in ſumma conueniens eſt ei omnia ſua cibaria confrangere in coctionibus eorum cum plantis & radicibus frigidis & humidis; vt ſunt lactuca, ſpinachia, bleta, portulaca, cucurbita, endiuia, viola, malua, chryſolocanna, & ſimilibus. ¶ Vſus lactis etiam & caſei recentis non ſaliti aut valde pauci ſalis, & coloſtri & recoctę: Et omnes lacticinii cibi ſunt ei valde conuenientes. C ¶ Vt & olei oliuarum vſus non valde ſaliti, aut ſine ſale facti. Tamen conuenientius eſſet ei oleum omphacinum, id eſt, de oliuis non bene maturis factum ſine ſale, & longe melius quam butyrum. Agreſta etiam ſiue granatorũ ſuccus, & vinum cydoniorum ꝑ condimentis eſt ei valde conueniens. Acetum v. non placet mihi, niſi fuerit acre, & nõ acutum. Carnes autem iuuenum animalium mediocriter pinguium omnes ſunt eidẽ conuenientes, ſalitæ autem effugiantur. Piſces omnes & cancri bene conueniunt ei eli- *Potus.* xi vel frixi cum pauco ſale & abſq; aromatibus. Vinum autem eidem conueniens debet eſſe albũ vel ſubrubeũ, clarum & aromaticum, leuis fumoſitatis, & ſi non poſſet haberi tale, velut eſt conſuetudo apud Marchianos habentes vina valde fumoſa, ipſum frangat cum aqua cruda electi fontis. Et ſi non timeret expenſam, melius eſſet diluere ipſum cũ D aqua ſublimationis acetoſæ vel fumiterræ, ſed prima eſt melior, & ſi non vult vti ea ſem- *Motus & quies.* per continue, ſaltem diebus tribus in ſeptimana vtatur eadem. ¶ Inſuper vir iſte omnes fortes motus & exercitia corporalia vitare debet, imo vtatur quiete inquantum poteſt in diebus caloris, & poſt cibum per quatuor horas, aliis autem temporibus & horis mediocriter poteſt ſibi concedi exercitium. In ſumma igitur nullũ exercitiũ conuenientius eſt ei, quã nauigatione factũ, aut equo gradario valde ſuauiter incedentę. *Paſſiones animi.* De paſſionibus vero & motibus animalib. idem intelligendũ, q̀ omnino euitet paſſiones omnes ſanguinem inflãmantes, & in motum ponentes, velut iracundiam, furorem & ſimilia. *Somnus et vigilia.* Dormitione vtatur prolixa ſatis, vt melior fiat materierum & ciborum digeſtio, & omnino fugiat vigilandi exceſſum, qui totum corpus inflammationi diſponit. *Inanitio & repletio.* De re vero ſexta non naturali in quacunq; cibatione memor ſit, quod nunquam cibis vel poti- E bus vſq; ad ſaturitatem ſe repleat adeo, vt per ea ſtomachi grauitas & fluctuatio ſubſequatur, & ſummopere caueat, ne ventris ſtipticitas in eo perſeueret, quæ multum conſueta eſt ei.

Opponat igitur ei coquendo in cibis bletas, maluas, violas, mercurialem & ſpinachiam recentes, liquiritiam & volubilem minorem & conſimilia, aut ſaltem aſſueſcat comeſtioni caſſiæ fiſtulæ ante cibum ex canna recenti lambendo ipſam. ¶ Et ſi perceperit nauſeã ſtomachi ex vſu caſſiæ fiſt. melius eſſet ei, vt ſaltẽ omni tertio die ante cœnam acciperet ſcutellam vnam decoctionis folliculorum ſenæ cum ℥ j. ſachari rubei. Hæc de rebus non naturalibus.

Coitus. Huic tamen vtiliſſimæ rei propter euacuationẽ, quæ conſequitur, aliquid memoriẹ reducendum de coitu, vnde frequens coeundi vſus omnino fugiendus eſt, & non eſt F ad ipſum accedendum, niſi cum ad ipſum naturaliter incitata natura inuitauerit, nec plus eſt ei coeundum, quam bis in ſeptimana, aut ter, quod conceditur ei, eo quia iuuenis eſt & ſanguine notabiliter abundans.

A Ex prædictis in cap. primo apparere poteſt, quod corruptio ruboris, quæ in mēbris huius viri percipitur, ſit ſignum bonæ ſpei præſeruationis eius a vulneribus lepræ, cuius principii iam apparuerūt impreſſiones, vt in altera ſcriptura declaraui eidē. Neq; mirandū eſt, ſi vni prauæ diſpoſitioni ſuccedat diſpoſitio leuior. Poteſt n. potentia virtutis abſq; aliquo extrinſeco auxilio materias prauæ ægritudinis & mortalis per ſe rectificare, quoniam forti virtuti nihil reſiſtere poteſt in expellendis nociuis, teſte Galen *ſect. 7. aphor. commento 55. illius. Quibuſcunq; inter phrenes &c.* Amplius perſæpe & ſæuiſſimis diſpoſitionibus videmus virtutem auxilio beneficiorū vigorantē prauas ægritudines abſcindere, vt patet in peſtilentib. leproſis & canceroſis diſpoſitionib. & ſimilib. Igitur in hoc viro virtus fortificata cum benēficio regiminis medicinalis materiā antecedentē & cō-
B iūctam leoninæ lepræ, quę in eo apparuit, digeſſit, & rectificauit, adeo ꝙ deinceps ab eo videtur mihi ipſum eſſe ſecurū, obſeruato tamen conuenienti regimine. Remanſit igiť vt prędeclaratū eſt in vniuerſo corpore, & ꝓprie in epate, mala complexio cal. & ſic. quę eſt feruoris ſanguinis effectiua cauſa, & corruptionis coloris in eo. Ex quo concluditur, quod ſuperius aſſumtum fuit, quod diſpoſitio, quæ in eo remanſit, longe leuior ſit, quam præcedens, quod fuit ſuperius declarari promiſſum.

Cap. III. *De cura per medicinalia: & ſunt decem inſtrumenta.*

PRo cura huius itaq; diſpoſitionis & aliorum accidentium, quæ in hoc viro remanſerunt, apparet mihi ꝓuidendum eſſe quindecim remediis medicinalibus, vt nunc
C ſequetur. Primum itaq; horum remediorū eſt, vt omni vere vſq; ad tres annos vir iſte purgetur per hunc modum: accipiat a principio menſis Martii vſq; ad 20. eius eligēdo, vt ſibi placet, ſyrupum iſtum, quem continuet diebus x. ℞. *ſyrupi de byzantiis, ſyrupi roſ. & de fumoterræ an. ℥ ß. aquæ lactis extracto butyro & coloſtra facta ℥ iiij. miſce & totum tepidum accipiatur.* Sumto v. digeſtiuo apparente in vrina ſedimine albo, æquali, vnito & in fundo ſedente purgetur cum hac medicina. ℞. *electuarii hamech deſcriptione maiori ʒ v. electuarii ſucci roſ. ʒ j. ß. caſſiæ fiſtulæ præparatæ cū aqua cichoreæ ʒ vj. miſce, & totum calidum accipiatur cū ℥ iij. aquæ lactis, & tardetur poſt ipſum cibus ſaltem horis ſex accipiendo poſt quintā horā aquæ hordei calidæ cyathum vnum.* In purgatione vero autumnali ſic procedat: a medietate n. men- — *Potio digerens.* — *Potio purgans.* — *Digeſtiuū autūnale.*
D ſis Septembris accipiat hoc digeſtiuum, quod continuet diebus xv. ℞. *ſyrupi violati, ſyrupi roſ. & de fumoterræ an. ℥ ß. aquæ acetoſæ, aquæ enulæ & fumiterræ an. ℥ j. miſce.* Accepto autem ſyrupo apparentibus ſignis digeſtionis iam prædictis, purgetur cum hac medicina. ℞. *caſſiæ nuper præparatæ cum aqua lactis, ſucci roſ. an. ℥ j. reubarbari electi ʒ ß. epithymi, polypodij an. ℈ j. viol. aniſi, liquiritiæ an. ğ. v. miſce & totum calidum accipiatur cum aqua lactis vt ſupra obſeruando regulas, quæ poſt ſolutiuum veris conſcriptæ ſunt.* ¶ Secūdum v. principale inſtrumētum eſt, vt vir iſte temporibus intermediis purgationis vtatur iſtis pilulis, de quibus aliquando accipiat vnam vel duas parum ante cœnam ad remouendum ſtypticitatem vētris, quę multum ipſi aſſidua eſt. ℞. *aloes epaticæ ℥ j. agarici, polypodij, thymi, folliculorum ſenæ, ſalis Indi an. ʒ iij. infundantur hæc omnia per ſe puluerizata in ſucco roſ. & ibidē infuſa pmane-* — *Purgatio* — *Pilulæ.*
E *ant per triduū, exponantur ſoli & exſiccentur. Et ita trib. vicibus reponatur ſuccus & ſub radiis ſolis exſiccetur ſæpe agitando. Cum ergo tota maſſa tertio exſiccata fuerit, de ipſa fiant pilulæ de omni ʒ vij. & ſit earum vſus, vt dictum eſt.* ¶ Tertium inſtrumentum eſt electuarium hoc, cuius vſus debet eſſe inter vnam purgationem & aliam, accipiendo de eo immediate ante cœnam medium cochlear, & erit conuenientius ad ſtypticitatem ſuam, quoniam multis hominum pilularum & proprie aloeticarum vſus inducit & auget ſtypticitatem, nimium ſiccando, & proprie in eis, quorum complexio eſt calida & ſicca. Hoc igitur electuarium in talibus mollificando conuenientius remouet ſtypticitatem. Cuius deſcriptio. ℞. *medullæ prunorum tamarindorum & ſebeſten an. lib. ß. medullæ caſſiæ fiſt. purgatæ de canna cum aqua viol. ℥ viij. violarum, aniſi, fœniculi an. ʒ j. polypodij ℥ j. ß. ſucci roſ. ℥ iiij. diagridii ʒ ij. incorporen-* — *Electuarium.*
F *tur omnia ſimul cum lib ij. ſacchari rub. & fiat electuarium.* ¶ Quartum eſt, vt diebus intermediis purgationum in aurora per quatuor horas ante prandium aſſueſcat accipere ſaltem in ſeptimana ter cochlear vnum huius electuarii. *Recipe violarum, ſeminis endiuiæ, lactucæ, portulacæ, ana ℥ ß. adianthi, polytrichi, capillorum Veneris, epaticæ, bugloſſæ, boraginis, exſiccatarum ana ℥ j. ſeminum quatuor communium frigidorum, ſem. acetoſæ, ſem. enulæ an. ℥ j.* — *Aliud.*

medullæ prunorum acetoſorum, ſucci marcianorum, ſucci roſa. an. ℥ *ij. ſucci liquiritiæ* ℥ *j.ß. incorpo-* A
rentur ſucci leui decoctione cum ℔ *.ij. ſacchari al. deinde additis ſpeciebus fiat electuarium: & eſt elegãs medicina cutis mundificatiua.* ¶ Quintum eſt, vt quater in anno ſuper humerorum carnoſitate apponi ſibi faciat prima vice ventoſas duas cum ſcarificatione, in fine menſis Martii, alias apponi faciat in medio natium, in fine menſis Septembris etiam cũ ſcarificatione: aliud a. ventoſandi tempus intermedium eligat modo ſuo. ¶ Sextum eſt, vt poſt purgationes veris & autumni ſequenti menſe omni ſeptimana quatuor diebus mane & ſero faciat caputpurgium infraſcriptum. ℞. *ſucci arthanitæ, ſucci corticis radicis ſambuci ana*
Caput-purgiũ per nares at-trahendũ. ℥ *ß. aquæ mellis* ℥ *ij. impleat os ſuum aqua frigida, deinde impleatur manus hoc caputpurgio calefacto & traijciatur per vtramq; narem leuiter bis vel ter,* & conuenienter emungat a naſo id,
quod a capite deſtillabitur abſq; deglutitione ipſius. ¶ Septimum eſt, vt aſſueſcat in vere B
& in autumno linire & fricare corpus ſuum cum oleo de vitellis ouorũ & de granis frumenti ante commixto. ¶ Octauum, vt ſi non poterit habere olea prædicta, vtatur lini-
Linimẽtũ. mento, quod poſui ipſi in apotheca deſcripto. Cuius deſcriptio eſt. ℞. *lithargiri ſpumificati* ℥ *iiij. ceruſſæ* ʒ *x. ſarcocollæ nutritæ in lacte vaccino per diem & noctem* ʒ *iij. & fiat vnguentum liquidum.* & quia poſt aliquos dies erat glutinoſum, poſui ſuccum chælidoniȩ & cõquaſſatum in mortario. ¶ Nonum eſt, vt poſt inunctiones prædictas totum corpus eius abluat aqua decoctionis radicum enulæ, ſaponariæ & lapatii ma. ¶ Decimum, vt poſt euacuationes prȩdictas ſummo ſtudio tentet aperire venas hæmorrhoidales cum foliis fici confricando eas, aut cum foliis conſolidæ ma. boraginis vel bugloſſ. aut cum rugoſis
corticibus alicuius plantæ aut cum ventoſa, trahendo eas ad extra & cum phlebotomo C
eas pungendo, vel cum ſetis porcinis, vel cum alia re acuta. Hæc quidem x. inſtrumenta diſpoſitioni vel corruptioni coloris videntur appropriata.

Cap. IV. *De cura catarrhi ſalſi.*

NVnc autem duo remedia conſcribo, quæ ſalſo catarrho eius appropriata ſunt. ¶ Primum eſt gargariſma iſtud, de quo accipiat poſt purgationes ſupra ſcriptas, per vnam ſeptimanam omni die ℥ v. in octo gargarizationib.
Gargariſma ♃. *oxymellis ſquillitici* ℥ *j. electuarii mithridatij* ℥ *j. aquæ decoctionis pyrethri & arthanitæ* ℥ *iij. ſacchari al.* ℥ *j. miſce & accepta vna parte eius in ore calida teneatur, deinde cum ea gar-*
garizetur. ¶ Secundum vero remedium adhuc acuto catarrho conueniens eſt hoc. ♃. D
Potio. *iuiubarum numero xxv. dactylorum pinguium numero x. prunorum dul. numero viij. viola. liquiri. roſ. ſem. portulacæ & acetoſæ, aniſi ana M. ß. ſebeſten numero x. capil. Ven. macis an. M j. ß omnia coquantur minutim inciſa & contuſa in lib. x. aquæ vſq; ad conſumtionem tertiæ partis, deinde colentur ſine expreſſione & de aqua iſta per duas horas poſt cœnam accipiantur* ℥ *iij. & in aurora* ℥ *v. & ſemper ſit calida.*

Cap. V. *De cura trium aliorum accidentium digitorum & ſtomachi contractione & dolore ancharum & ſpinæ.*

QVoniam a. in manibus huius viri remanſit contractio quædã circa digitos ipſarum & pedum: ¶ Ideo duobus remediis mihi videtur eidem prouidendum eſſe, quorum primum eſt, vt aſſueſcat abluere eas ſæpe manu & ſe- E
Decoctio. ro cum hac decoctione calida. ♃. *opoponacis, myrrhæ & ſerapini ana* ℥ *ß. ſulphuris viui lib. ß. arthanitæ, ireos, peucedani, biſtortæ, ariſtol. rotundæ, gentianæ an.* ℥ *j. ſalis ſardiniæ* ℥ *v. coquantur omnia in lib. centum aquæ vſq; ad conſumtionem medietatis, & fiat ex ea, vt dictum eſt.*
Linimẽtũ. ¶ Secundum remedium eſt linimentum hoc. ℞. *olei de cinamomo* ℥ *j. olei de euphorbio* ℥ *ij. olei de caſtoreo* ℥ *j. ß. miſce omnia ſimul, & ſæpe per decem partes ex hoc calido liniantur, & ſuperponã-*
Dabaon quid. *tur eis pellis vulpis aut dabaon calefacta. Eſt autem dabaon animal degens in montibus, vulpi aliqualiter conſimilis, apud incolas montium taſſus nominatus.* ¶ Stomacho v. eius accidit ſæpe aliqualis contractiuus motus ab extendente ventoſitate factus, cui prouidendum eſt cum
Potio. remedio. ♃. *ſpecierum diacimini deſcriptione Nicolai* ℈ *ij. aquæ decoctionis car.* ℥ *j. ß. & calidum*
totum in aurora ſumatur in potu & tardetur poſt ipſum cibus horis quatuor. ¶ Vltimo v. quibuſ- F
dam doloribus per anchas & ſpinam eius quandoq; apparentibus prouidendum eſt, loca prædicta fomentando cum furfuribus bene cribellatis calefactis & poſitis in ſacculis lineis, qui ſæpe applicentur dolentibus partibus. Et poſt hoc prædictæ partes liniantur cum oleo vulpino vel de croco ȩqualiter mixtis & calefactis, & pannis calidis conuenienter

A enterinuoluantur. Et omnipotentis ſaluatoris clementia a prædictis diſpoſitionibus
ſæuis integre ſanabit. Amen.

CONSILIVM CCLXXXIX. *De fœdatione faciei vel potius dubium.*

QVÆSITVM a me nuper, an in quadam defœdatione faciei generoſæ cuiuſdã mu-
lieris ꝓ ipſius curatione conueniat adminiſtratio laquei vel ſetonis in poſteriori
parte occipitis, vbi collum coniungit̃ cũ inferiori parte capitis. Et iterum an in
prædicta cura conueniat adminiſtratio ventoſæ cum ſcarificatione eidem parti appoſi-
tæ. ¶ Et tertio ſi hæc duo conueniunt, ꝗ ipſorum ſit conuenientius altero. ¶ Reſponſio
ſcientifica ad hoc quæſitũ fundari debet ſuper hac ſuppoſitione, quia aut hæc admini-
ſtrari intenduntur gratia materiei fluentis ad particulã ęgrã: aut gratia materiei, quæ iã
B in mẽbro fluxa eſt aut cõprehenſa. Propter q̃ ſecũdo p̃mittendũ, ꝗ in quacunq; regula-
ri diuerſione quatuor ſint obſeruandi canones neceſſarii. Quorũ primus eſt, ꝗ ſi diuer- *Canones in quã R. q̃ diuerſione obſeruandi.*
ſio fieri debet, ſemꝑ fiat ad cõtrariã partẽ. Secundus eſt vt diuerſio fiat a patiẽte particu-
la ad partẽ habentẽ ſibi colligantiã. Tertius canon eſt, vt diuerſio fiat per viã habentem
rectitudinẽ de mẽbro ad mẽbrum. Quartus canon eſt, vt diuerſio fiat ad partẽ non val-
de ꝓpinquã patienti particulæ nec valde diſtãtẽ ab ea, vt colligunt̃ hi ſermones in prin-
cipiis operatiuis ſcientiæ medicinæ, *4. primi, ca. 1. & 3. techni in cap.* Curatio v. vnum habet
modũ. Iſtis poſitis reſpondetur ad q̃ſita. Et primo de laqueo vel ſetone ponit̃ iſta cõclu-
ſio, ꝗ applicatio laquei in loco pręmiſſo non ſit cõueniens. Primo quia in ipſius applica- *Quod appoſitio laquei in hoc caſu non conueniat nec ventoſa.*
tione non obſeruant̃ oẽs regulæ diuertendi ſupra p̃miſſæ. Nõ n. anterioris partis ad po
ſteriorẽ p̃aſſignatã eſt debita colligantia, aut det̃ illa, ꝗ eſt cõtra regulã ſecundã. Secũdo
C quia ibi nõ eſt vera rectitudo, per quã faciliter materia ab anteriori parte ad poſteriorẽ
diuerti poteſt, ꝗ eſt cõtra regulã tertiã. Tertio quia ibi eſt ꝓpinquitas maior, q̃ debet eſ-
ſe, ꝗ eſt cõtra quartam. Et per eadem ꝓbari poteſt, ꝗ neq; ventoſa conueniens ſit. Se-
cũdo ad principale arguit̃, quia vel materia eſt in mẽbro comprehenſa aut fluẽs. ſi pri-
mo modo, tunc nullo modo cõpetit diuerſio, imo talis materia ꝑ patientẽ particulã, ſc.
per faciẽ euacuari debet, vt patet *4. primi, præallegato ca. ibi, Cũ a. materia fuerit in mẽbro com-
prehenſa, &c. & 3. tehni ibidem, Relicto v. in parte.* Si a. dicat̃, ꝗ fiat illa diuerſio, quia mate
ria adhuc eſt in curſu, tunc patet ꝗ neq; laqueus, neq; ventoſa conuenienter admini-
ſtrent̃ eo, quia deberet adminiſtrari parti cõtrariæ alteri parti, a qua fluit materia. Si er-
D go fluit ab epate vel inferioribus partibus, vt facile ꝓbaret̃ diuerſio, deberet fieri ad infe-
riores partes & nõ ad ſuperiores, quia talis operatio iuuaret materiã ad fluendũ magis,
q̃ prius. Et per hoc apparet hic eſſe inquirendũ, an hæc ægritudo ſit per colligantiã, an
per eſſentiã eueniens, aut vtroq; modo. Tertio ad principale arguit̃, quia per talia diuer-
tentia vel per vtrũq; ipſorũ non cõuenienter diuerteret̃ materia, & maxime ſi participat
aliquanta craſſitudine: Quoniã ſetæ & laqueus magis diuertũt ſubtiles, q̃ craſſas materi-
as, & in materia huius morbi credo eſſe aliq̃d craſſi vel aduſti, quare &c. Quarto ad prin-
cipale arguit̃, quoniã laqueus vel ventoſa cũ igne & ſcarificatione p̃dictæ parti appoſita
per viã continuę reſolutionis poſſent notabiliter debilitare poſteriorẽ partem cerebri,
quæ debilior eſt. cũ habeat minus de principiis vitæ, quia frigida eſt & ſicca reſpectu ali-
E arum cerebri partiũ. Quinto iterũ ad principale arguitur, quoniã talis horum applica-
tio non quærit̃, niſi vt materias ab anteriori ad poſteriorẽ partẽ diuertat. Sed per appo-
ſitionem ipſorũ in illo loco dubitandũ eſt de talium materierũ imbibitione in nuchã;
igitur de euentu paralyſis aut mollificationis vniuerſalis aut particularis. Sexto ad prin-
cipale arguit̃, ꝗ in omni regulari diuerſione obſeruari debet ne materia tranſeat ꝑ prin-
cipale mẽbrũ, ſed per talium applicationem materia tranſiret per principale, quia per
cerebrum: igitur applicatio talis non eſt conueniẽs. patet conſequentia cum maiore ꝑ
Aui. *4. primi, primo ca.* vbi dicit, *Caue, ne tranſitus fiat per principalia,* & minor eſt nota intelli-
genti, igitur &c. Et plura paria motiua ad hanc concluſionem probandam, ſ. quod nul-
lum illorum inſtrumentorum ſit conueniens adducere potuiſſem. Et hæc ſufficiant, &
F maxime ſecundum motiuum, quod in hac materia ſatis demonſtrare videtur.

Ex quibus omnibus infertur concluſio reſpõſiua, ꝗ neq; laqueus vel ſeto, neq; vẽ-
toſa cum ſcarificatione prædictæ parti applicanda conueniẽtia ſint. Et ex his corollarie
ſecũdario infert̃, quod ad canonicã hui⁹ diſpoſitionis curationem oporteret habere ſi-
gna ſumta a materia vel in membro collecta ex parte caliditatis aut alterius qualitatis

coloris, tumoris & ſpecierum dolorum in parte exiſtentium. Et iterum oporteret diſ- A
cuſſum eſſe, an hæc ægritudo ſit præciſe per eſſentiam aut per colligātiam aut per vtrū-
que ſimul contingens. Et adhuc iterum, quot & quæ ſint membra mandantia. ¶ Et vlti-
mo, quæ ſit materia, quæ fluit, an ſimplex vel cōmixta in ſuas ſpecies deducta & per ma-
nifeſta ſigna demonſtrata. Et tunc inueſtigarentur intentiones & inſtrumenta curati-
onis huius diſpoſitionis, quam non dubito curabilem eſſe.

CONSILIVM CCXC. *De ſcabie ex aduſtione ſanguinis & choleræ, cum mixtione, tamen phleg-
matis non aduſti reddentis totam materiam acutam ratione ſalſedinis.*

REVERENDVS in Chriſto Pater & ſacræ paginę Doctor dominus Ioannes
de Cypro ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini in cura ſcabiei ſuæ, quæ
pendet ex materia genita ex aduſtione ſanguinis & cholerę, commixtione B
tamen phlegmatis non aduſti, ſed reddentis totam materiā acutā ratione
Venæ ſe-ctio. ſalſedinis, talem modū obſeruare debet. ¶ Primo quidem vt adueniente luna menſis
Aprilis a quinta die illius vſq; ad 24. faciat ſibi fieri phlebotomiā venæ axillaris dextri
brachii, quæ inuenitur ſub cubito eiuſdem & extrahat de ſanguine vſq; ad ℥ v. &c. ¶ Se-
Minoratiuum. cundo vero accipiat hoc minoratiuum die immediate ſequenti phlebotomiam. ℞. *caſſiæ
nuper extractæ & præparatæ cum aqua lupulorum ℥ j. electuarii hamech deſcriptione maiori ʒ. ij. ß.
aquæ lactis caprini ℥ iij. calefiant omnia ſimul & aſſumantur in aurora, & dormiat poſt ipſam imme-
diate per horam. Et poſt quinq; horas recipiat aquæ hordei calidæ cum pauco ſaccharo cyathum vnū,
& poſt illam aquam per horam vnam prandeat.* ¶ Tertio vero loco immediate ſequenti die
Digeſtiuum. poſt minorationem accipiat hoc digeſtiuum calidum & continuet ipſum octo diebus
in aurora, & poſt ipſum tardet cibum horis quatuor. ℞. *ſyr. de byzantiis ℥ j. ſyr. de fumo-* C
terræ ℥ ß. aquæ lupulorum, acetoſæ an. ℥ j. miſce. ¶ Quarto loco poſt ſyrupum immediate ſe-
Solutiuū. quenti die accipiat hoc ſolutiuū. ℞. *electuarii hamech ʒ iiij. ß. electuarii ſucci roſ. ʒ j. aquæ lactis
caprini ℥ iij. calefiat aqua lactis & miſceatur cum prædictis, & obſeruentur omnia, ſicut de minorati-
uo dictum eſt.* ¶ Si autem venter eius eſſet ſtypticus diebus, quibus accipit digeſtiuum, tūc
Pilulæ. accipiat omni ſero immediate ante cœnam vel hora collationis vnam de iſtis pilulis. ℞.
*pilularum de fumoterræ, aloes ablutæ an. ʒ j. lapidis armeni præparati ℈ ij. diagridii gra. j. reformen-
tur pilulæ ex omni ʒ vij. cum electuario ſucci roſ.* Et poteſt etiam vti pilulis iſtis poſt purga-
tionem per plures dies ad complementum mundificationis ſanguinis & clarificationis
eius a membris iam dictis accipiēdo ex eis ter in ſeptimana vnam immediate ante cœ- D
nam. Si autem per hæc omnia non videretur ſufficienter exſiccatam eſſe materiam ſca-
biei, tunc faciat balneum iſtud, in quod ingrediatur omni mane expulſis communibus
Balneum. ſuperfluitatibus & diligenter lauet ſe cum eo, cuius deſcriptio eſt. ℞. *radicum enulæ, radicū
lapatii recentium an. lib. j. radicum ellebori nigri M j. ß. fol. fumiterræ, fol. lapatii, folio. maluæ an. lib. j.
ß. furfuris bene cribellati lib. iiij. bulliant omnia in 12. ſitulis aquæ vſq; ad conſumtionem tertiæ par-
tis, deinde balneet ſe, vt ſupra dictum eſt.* Et ſi iterum non videretur poſt applicationem præ-
dicti balnei corpus eſſe plene mundificatū, tunc hoc vnguento totū corpus iuxta ignē
diligenter fricando inungat & continuet ipſius vſum integra ſeptimana, deinde bis vel
ter lauet ſe cū ſupraſcripto balneo. Et abſq; aliqua ablutione erit mundus. Eſt a. illius vn-
Vnguētū. guenti deſcriptio talis ℞. *terebinthinæ lib. j. butyri recentis ℥ viij. vitellos oui nu. iiij. myrrhæ, li- E
thargiri, ſarcocollæ, pulueris radicis lapatij acuti an. ʒ ij. ſalis modicum torrefacti & pulverizati, ℥ ij.
picis naualis, lib. ß. diſſoluantur pix, butyrum & terebinthina, leni igne coquantur, deinde dimittan-
tur modicum tepefieri, & cum eis incorporentur vitelli ouorum, & prope infrigidationem ipſorū ad-
dantur pulueres. Cum igitur fuerint omnia diligenter incorporata, tunc totum vnguentum illud bul-
liat in lib. ß. ſucci fumiterræ & ℥ iiij. ſucci lapatii vſq; ad conſumtionem ipſorum, & eſt medicina, quæ
nunquam fallit.* Ad laudem Dei. Amen.

CONSILIVM CCXCI. *De ſcabie antiqua & fixa.*

PRo ſcabie antiqua. ℞. *peucedani ℥ iij. radicum ireos & vrticæ an. ℥ j. radicum lapatii
Balneum. & foliorum, radicum maluæ an. ℥ v. ellebori nigri ℥ j. furfuris bene cribellati lib. ß. incidē-
da incidantur & bulliant in ſex ſitulis aquæ vſq; ad conſumtionem tertiæ partis, & in hanc F
decoctionem calidam infundantur manus vſq; ad cubitos in mane per mediam horam & cum prædi-
ctis bene abluantur. in ſero vero ante cœnam eiſdem calidis infundantur pedes & diligenter fricen-
Digeſtiuū tur & abluantur vſq; ad inguina.* Itē: ℞. *ſeri caprini ℥ iij. olei recentis de ſiſamo ℥ ij. miſce & totum
calidum accipiatur in aurora, & tardetur cibus horis v. & eſt mundificatiuum ſanguinis & rectifica-
tiuum*

A *tiuum materierum corruptarũ & ſalſarum.* ¶ Itẽ. ℞. *aloes ablutæ ℥ ij. ellebori nigri ℈ ß. myrrhæ gra. vj. reformentur pilulæ cũ ſucco lapatij ex omni ℥ vj. Et accipiatur ex eis omni alterno ſero vna immediate ante cœnã, & dimittatur omne aliud ſolutiuũ.* ¶ Item. ℞. *olei de pice ℥ iij. olei de iunipero ℥ j. olei de ſiſamo ℔. j. vitellos oui numero iiij. terebinthinæ lotæ quatuor vicibus cum aqua ſublimationis lapatij acuti ℔. ß. myrrhæ, ſarcocollæ, laudani ſiccioris an. ℥ iij. ellebori nigri ℥ j. ellebo. al. ℥ ß. amyli de hordeo ℥ ij. curcumæ, radicis chelidoniæ, ireos, vini combuſti an. ℥ iiij ſerpẽtariæ, terræ camelli an. ℥ j. ß. aſphalti ℥ j. ß. terantur omnia ſimul optima contritione in mortario & fiat linimentum abſque igne. Et ſi nõ redderetur bene glutinoſum, apponatur in eo glutinis chartæ diſſolutæ cũ aceto ℥ j. ß.* Cũ hoc ergo linimento totum corpus prope ignẽ inungatur cum conuenienti fricatione bis in die vel ſex diebus continuis, ſeptima autem ſequenti die balneetur in decoctione *Purgans.* *Linimentum.*

B ſupradicta, ſcil. confricando corpus totum cum furfuribus in prædicta decoctione madefactis, quieſcat igit̃ poſt p̃dictum balneũ quatuor dieb. cõtinuis. Et poſt iterũ reuertat̃ ad balneũ, omnẽ n. antiquã ſcabiẽ & fixã hoc ingenio curaui eradicatione cõpleta, &c.

CONSILIVM CCXCII. *De acuta ſcabie vniuerſum corpus ambiente a melancholia aduſta cum permixtione cholera.*

PVER iſte annorum 7. moleſtatur acuta ſcabie, quæ pendet a materia melancholica leuiter aduſta in epate ipſius & commixta cum materia cholerica, propter quã diſpoſita eſt melancholia ad maiorẽ aduſtionẽ propter choleram ſcil. ſibi commixtam, & ſi procederet aduſtio talis, magnũ ipſi periculum incumberet, ne tranſiret in lepram, a qua Deus tueatur ipſum.

C Igitur regimẽ ipſi neceſſarium inſcriptum magna ſolertia obſeruandum in rebus infraſcriptis. Et prima quidem eſt, vt ipſe abſtineat ab omni cibo calido & acuto melancholiæ generatiuo & exſiccatiuo, ac etiam cholerę, velut ſunt aromata omnia, vt croc⁹, piper, zinziber, caryoph. cyminũ, & ſimilia, ſimiliter & ſalſa omnia cibaria multũ, vt caſeus antiquus, caro ſalita, ruta, caules, porrum, ſcalognia, raphanus & ſimilia. Similiter etiã euitet paſtiles cibos & iura valde pinguia, & proprie ſalita. Effugiat etiam vinũ fumoſum & potens, imo eligatur ei vinum quam magis poſſibile eſt debile, quod ſi nõ habeatur niſi potens, frangatur cũ aqua fontis cruda, & fiat tamen pauciferũ. ¶ Defendat̃ etiam puer a multo & forti labore currendi, & aſcendendi montes & permittatur dormire tempore prolixo multum. Et fiat ei vſus bletæ, ſpinachiæ, lactucæ, endiuiæ, cicho- *Diæta.*

D reæ, portulacæ, & proprie naſturtii aquatici. ¶ Et diligenter attẽdatur, vt comedat cibos de lacte caprino vel iumẽtino cocto vel crudo, imo coloſtrũ & recocta & caſeola recentes abſq; ſale, & oua cum lacte cocta omnia ſunt ipſi maxime conuenientia, ceraſa dulcia, ficus recẽtes & pepones & cucumeres, cucurbitæ, portulacæ, oua tenera, carnes omnes iuuenum animalium & auium viuentium in aquis, vt anatum & ſimilium, piſces & cancri fontales.

De rebus vero medicinalib. neceſſariũ eſt, vt huic puero omni mane detur cyath⁹ ß. ſeri facti de lacte vaccino, a quo extractus fuerit caſeus & recocta, & tãtundem de illo ſero dari debet ei per ſemihorã ante cœnã cõtinuando ipſum ſaltẽ xv. dieb. ¶ Secundũ principale eſt, q; omni quinta die parum ante cœnã detur ei vna de infraſcriptis pilulis, *Curatio.* *Serum lactis.*

E poſt quã immediate cœnet, quarũ deſcriptio eſt. ℞. *aloes ablutæ ℥ ij. lapidis armeni præparati ℥ ß. ellebori nigri gra. vj. ſalis Indi gra. iij. formentur pilulæ xiiij. de omni ℥ cũ ſucco roſarũ.* ¶ Tertium principale remediũ eſt, vt poſtquã acceperit ij. de pilulis immediate ſcriptis, tunc omni mane, quãdo ſurgit, & omni ſero, quãdo vadit ad lectum inungatur totum corpus eius hoc vnguẽto tepido leuiter fricando ipſum. ℞. *vnguẽti de ſucco enulæ libr. ß. adipis aſini ℥ j. vnguenti agrippæ ℥ ß. terebinthinæ lotæ in tribus vicibus cum ſucco apii ℥ ij. amyli, terræ ſigillatæ an. ℥ ß. incorporentur ſimul in mortario vltima contritione.* ¶ Quartum principale remediũ eſt, vt poſtquã fuerit inunctus puer per ſeptem dies, octaua die ſequẽti mane balneetur cum infraſcripta decoctione mediocriter calida. ℞. *radicum lapatii, foliorum & radicum* *Pilulæ.* *Vnguẽtũ.* *Balneum.*

F *violarum, fumiterræ, foliorum & radicum enulæ an. ℔. ß. radicum cucumeris aſinini vel foliorum eius, radicum gentianæ, panis porcini an. ℥ ij. furfuris frumenti ℔. ij. coquantur omnia in 15. ſitulis aq. fontalis vſque ad conſumtionem quartæ partis remanẽtibus tribus: cum ergo balneatus fuerit per ſeptem dies continuos bis in die ſemper poſt corporis exſiccationẽ inungatur totũ corpus eius cum ſucco foliorum hederæ, quæ ſerpit ſuper lapides.* cum ergo ita inunctus fuerit cum ſucco & balneat⁹ in prædicto balneo per ſeptimanã continuã, tunc reuertatur ad inungendũ ipſum cum *Succus hederæ.*

vnguento in tettio cap.ſcripto & de illo reuertatur ad balneũ & liniendũ in hoc quarto A
cap.deſcriptũ,& ita reuoluendo procedãt medicando ipſum per totũ menſem Iulii ad-
huc,quantũcumq; apparet eſſe bene mundũ nõ deſiſtat a balneo & inunctionibus præ-
dictis.¶Quintum remediũ & vltimum eſt,vt huic puero ſæpe detur ad comedendum
Rotula. de hac confectione ad quantitatẽ vnius grani fabæ craſſæ, cuius deſcriptio. ℞. *myrobala-*
norum Indorum,epithymi an.℥ß.*lapidis armeni* ℈ ß.*violarum,ſeminis acetoſæ,ſcariolæ,florum bu-*
gloſſæ ana ℈ j.*ſachari tertiæ coctionis* ℥iiij.*cum aqua violarum fiat confectio in rotulis magnis,& offe-*
*ratur ei, vt dictum eſt.*Hæc ad laudem omnipotentis Dei, Amen.

CONSILIVM CCXCIII. *De ſcabie acuta cum vlceratione crurium.*

REVERENDISSIMVS in Chriſto Dominus protonotarius in mõte,artis & vtriuſq;
legis Doctor indiget duplici regimine pro recuperãda, cõſeruãda & confirmã-
da ſanitate eius.¶Et primũ quidem regimen eſt penes res non naturales eligen- B
dum,quod conforme erit vtriſq; diſpoſitionibus,quibus aliquãdo moleſtatur.¶Secun-
dum v.regimen per medicinalia erit rectificatiuum partium epatis & ſplenis, in quibus
acutæ etiã & aduſtæ & melãcholicæ materiæ generantur,q̃ per totũ corpus effuſæ quã-
doq; ſcabies & cutaneas corruptiones inficiẽtes producunt,&aliquãdo magna pars ha-
rum materierũ deſcendit per vtrumq; ramũ inferioris venæ cauæ tendentem ad coxas.
Progno-ſtica. ¶Et ſi quidem cõtingat has materias melãcholicas eſſe fæcales,aut leuiſſima aduſtione
participãtes,tũc materiæ tales venas maiorũ pedũ & vniuerſaliter totã eorũ ſubſtantiã
replẽdo tumorẽ &extenſionẽ generant in eis,qui tumor ſi lõgo tẽpore in vtriſq; pedib.
magis pſeueraret,difficilim⁹,imo fortaſſe elephãtiaſin impoſſibilis curationis portẽde-
ret.¶At v.ſi p̃dictas materias cõtingat eſſe acutas & aduſtas, tunc quãdo deſcendunt ad C
tibias, corrũpendo carnoſitates earum,pariunt vlcera,q̃ per diuerſas membrorũ partes
hincinde ſerpendo vlcerant. ¶ Vnde ex hoc fundamẽto concluditur primo difficultas
curationis horum vlcerum,q̃ prouenit ex duobus,primo propter acuitatẽ materierum
prædictarũ,ſecundo quia tales materiæ ſunt melancholicæ,ergo effectiuæ cauſſæ chro-
nicarum ægritudinũ.¶Secundo ꝙ in vanum laborẽt curantes cum ſolis localibus ſuper
vlceroſis partibus applicatis abſq; rectificatione epatis & ſplenis mãdantium prædictas
materias. Tertio quare ſit ꝙ pedes huius reuerẽdiſſimi patris quandoq; tumeſcãt abſq;
vlcerum corruptione,quando vero cũ ea,cauſſa enim primi effectus eſt multitudo ma-
terierum craſſarum abſq; aduſtione & corruptione earum.Secundi vero accidẽtis cau-
ſa eſt materierum multarum fluxus cum aduſtione & acuitate earũ, & ſic apparet quod D
capitulum iſtud aperiat fundamentum diſpoſitionum, quibus aliquando affligitur re-
uerendiſſimus pater & Doctor.

Diæta. Regatur autem cum cibis mediocriter calefacientibus & parum exſiccantibus,
quare euitet ſalſa,multũ acuta & vehementer calida,talia n.augerẽt caliditatẽ & acui-
tatẽ in laudabili ſanguine & euerterẽt ipſum in melãcholicũ:& euitet vinũ craſſũ nigrũ.

Curatio. Pro expediendo regimine huius reuerendiſſimi patris per medicinalia, p̃mitten-
dum primo quod ſecuriſſimum ſit ꝙ ipſe vſq; ad iij. vel iiij. annos bis in anno purget ſe-
cundum modũ infraſcriptũ.¶Primo ꝙ a medietate Februarii vſq; ad medietatẽ Martii,
Pilulæ. vno mane in aurora accipiat has pilulas.℞.*pilularum Indarum* ʒ ß.*pilularum cochiarum & de*
fumoterræ an.℈ j.*formentur pilulæ vij.aut viij.cum ſucco roſ.& dormiat , &c. & accipiat cyathum* E
vnum aquæ hordei calefactæ. ¶ Die vero immediate ſequenti accipiat in aurora hoc dige-
Potio digerens. ſtiuum calefactum,quod cõtinuet per viij.dies.℞.*ſyr. de epithymo,ſyrupi compoſiti acetoſi &*
mellis roſati an.℥ ß.*aquæ lupulorum,fumiterræ & melliſſæ an.* ℥ j.*miſce & accipiat ipſum tot diebus,*
quod appareat in vrina,&c.¶Apparente a.digeſtione in vrina die immediate ſequẽti pur-
getur cum his pilulis. ℞.*pilularum Indarum* ʒ j.*auari ponderis,lapidis lazuli & armeni præpa-*
Pilulæ. *ratorum an. gra. vj. cum ſucco roſ.formentur pilulæ vij. aut viij. & accipiãtur obſeruando poſt eas*
regulas,&c.¶Pro ſecunda v.anni purgatione a medietate mẽſis Septembris vſq; ad me-
dietatem menſis Octobris,vno mane hora ſupraſcripta accipiat hoc minoratiuũ. ℞.*pi-*
Aliæ. *lularum Indarum,pilularum de lapide lazuli ambarum deſcriptione Meſ.in antidotario an.*℈ j.*pilu-*
*larum cochiarum deſcriptione Rhaſ.in Almanſ.primo c.*ʒ ß.*formentur pilulæ vij.cum ſucco roſ.& ac-* F
Potio digeſtiua. *cipiantur hora,&c.*¶Mane v.imediate ſequẽti accipiat hoc digeſtiuũ.℞.*ſyr.violati,ſyr.ſim-*
*plicis acetoſi an.*ʒ vj.*aq.cichoreæ,lupulorũ & fumiterræ,miſce,& totũ accipiatur calidũ,&c.*¶Die v.
Pilulæ. ſequẽti purget̃ p iſtũ modũ.℞.*pilularũ aurearũ,pilularũ de hiera cõpoſita,pilularũ de fumoterræ*
an.

A *an.℈ j.boni ponderis,lapidis lazuli gra.iij.formentur vij.vel viij.cum ſuccô roſarũ & accipiantur vt dictum eſt.* Poſt hoc autem attendere debet,quod ſi venter eius non eſſet conuenienter lubricus,hora,qua aſſumit ſyrupos prædictos,neceſſarium eſt ei,quod omni die aut ſaltem omni altera die parum ante prãdium vel ante collationem nocturnam accipiat vnãde infraſcriptis pilulis, quarũ etiam vſum commendo ei fore per totum tempus vitæ ſuæ accipiendo ex eis vnã vel ij.parum ante prandium.Quarum deſcriptio eſt hęc.℞.*aloes epaticæ electæ ℥ iiij.agarici ℥.ß.turbith ʒ ij.lapidis lazuli & armeni præparatorum an.ʒ ij.ß.diagridii ʒ j.maſticis,croci,macis,cinamomi,roſ.violarum an.℈ ß.ſalis Indi ℥ ß.puluerizentur omnia per ſe & infundantur in ℥ iij.ſucci endiuiæ & ℥ ij. fumiterræ,& exponantur ſoli ſæpe cum cochleari commiſcendo vſquequo ſuccus conſumatur,tunc ergo renouetur ſuccus:& ita fiat tribus vicibus. Et*

Alia.

B *reſeruetur materia iſta in pyxide lignea aut terrea,de qua fiant pilulæ de omni ʒ vj.& ſit earum vſus, vt dictum eſt.* Amplius pro conueniente conſeruatione ſanitatis eius vtatur hac confectione. ℞.*granorum phiſticorum ℥ iij.granorum pinearum ℥ ij. contundantur & infundantur in aquarum cuſcutæ & fumiterræ an. ʒ iij.& ibi remaneat per triduum.Poſt hoc a.accipiatur ſacchari albiſſimi lib.j.ß.& coquatur cum lib.ß.aquæ violarum vſq; ad conſumptionem aquæ, tunc ergo ſuperaddatur ſacchari,pul.amyli ℥ iij.& coquatur ſimul cum medullis iam contuſis,& fiat confectio in fruſtulis longis, & ſit eius vſus ante cibum & poſt cibum & in hora collationis.* Aperit hæc confectio oppilationes epatis & ſplenis & aduerſatur generationi melancholiæ & materierũ aliarum acutarum. Amplius pro partiali præſeruatione a fluxu materierum ad tibias & coxas bonum eſt,quod vtatur vnguento,quod applicabit circulo ſphincteri, cuius de-

Morſuli.

C ſcriptio eſt hæc.℞.*olei de chryſomelis ℥ j.ß.olei nardini ℥ ß.radicum philipendulæ ʒ j.ſalis gemmæ gra.iij.ellebori albi,arthanitæ & euphorbii an.gra. j.ceræ quantum ſufficit,fiat vnguentum molle & applicetur.* Adhuc iterum pro partiali præſeruatione a fluxu materierum ad tibias & coxas,bonum eſt, vt vtatur hac decoctione *gallarum cupreſſi numero xxv. ſumach,ſeminis plantaginis an.M j granorum myrti M iij.coquantur omnia in ſitulis duabus aquæ vſq; ad conſumtionem medietatis, & de hac aqua abluantur pedes & coxæ bis vel ter in ſeptimana ante collationem nocturnam.* Ad hanc etiam intẽtionem ſciendum eſt,quod bonum ſit ei portare caligulam factam ex corio pellis caninæ, & proprie,quando nocumentum eſt ei erectum ſtare, aut ſaltem tibię præſcriptæ faciat ligaturam cum inſtita cõuenienter applicata, ſicut notum eſt.Præter hæc autem ſi contingeret materias ad crura deſcendere,prouideatur

Vnguẽtũ.

Lotio pedum & coxarum.

D ei cum hoc defenſiuo. ♃.*amyli, boli armeni an.lib.ß. ſeminis plantaginis,acatiæ hypocyſtidos, roſarum,ſandaracæ,ſumach an ℥ ß.dragaganti,gummi; Arabici an.℥ j.ß.ſucci extremitatum rubi lib.j.farinæ volatilis molendini ℥ ij.conquaſſentur omnia in mortario cum piſtillo ſuo vſq; ad glutinoſitatem bonam,& cum hac materia emplaſtrentur tibiæ a genu vſq; ad pedes ligando eas cum applicatione conuenienti.*

Emplaſtrum.

Si autem contingeret,quod in aliqua tibiarum parte ruptura accideret,prouideatur ei quadruplici remedio.Primo applicando vnguentum iſtud. ℞.*olei de maſtice & de myrto an.℥ j.olei omphacini ℥ ij. tutiæ præparatæ cum aqua roſ.terræ ſigillatæ an.℥ j. hypocyſtidos, ſandaracæ,ſarcocollæ lotæ an.ʒ j.ceræ albæ ʒ vj.fiat vnguentum molle & applicetur vt conſueuit.* Itẽ ſuper vlcerib. apponat hic puluis. ♃.*pulueris hypocyſtidos, ſeminis plantaginis, granorũ myr-*

Curatio rupturarum in tibiis.

Vnguẽtũ.

Puluis.

E *ti an.℈ j.ſang.dra.boli ar.an.℈ j.pulueris oſſium cruriũ boũ cõbuſtorum ʒ x.ſpodij ʒ.j ß.pulueriẽtur omnia per ſe & diligenter commiſceantur.* ¶ Tertium vero remedium eſt hoc ceratum. ♃. *cerati rubei de mucilaginibus lib.ß. tutiæ præparatæ ℥ ß.lithargiri ℥ j.ſan.dra. boli ar.an. ʒ ij.ß.fiat ceratum cum ſufficienti quantitate ceræ.* ¶ Vltimum vero, & proprie ſigillatiuum vel conſolidatiuum eſt hoc.℞.*olei de maſtice ℥ iij.dragagãti, gummi Arab. diſſolutorum cum aceto acuto an. ℥ j.maſticis,thuris,ſandaracæ,hypocyſtidos ʒ j.tutiæ præparatæ ʒ.j.ß.ceræ,q.ſ.fiat vnguentum ſufficienter viſcoſum & medicentur vlcera.* Quando a.ſtabit neceſſitas conſolidãdi ea,ſcil.quãdo apparebunt concauitates vlcerum eſſe quaſi carne replete,vteris puluere iſto.℞.*plũbi combuſti ʒ j.tutiæ præparatæ cum aqua roſ.ʒ ij.pulueriżentur per ſe,& ſimul commiſceantur.*

Ceratũ.

Vnguẽtũ.

Puluis.

F CONSILIVM CCXCIV.*De apoſtemate in collo cuiuſdam pueri.*

RECIPE *macis, corticum citri an. ʒ i. ligni al.℈ iiij.fiat puluis ſubtilis.* De hoc puluere omni ſero,quando vadit ad lectum,quantitas iiij. granorum hordei ſpargatur ſuper anteriori parte capitis per latitudinẽ trium digitorum & cum imponitur ſecundus, remoueatur primus cum ſetula vel pectine.

Puluis capiti extra aſpergendus.

Fomentum. ¶ Item ℞.*medullæ crurium bouis* ℥ j.*granorũ ſiſami,fænugræci,ſem.lini an.*℥ *iij.radi.althææ mundificatæ* ℔ j.*coquantur omnia in quatuor ſitulis aq.vſq; ad conſumtionem quartæ partis, de hoc fomentetur omni mane & ſero locus cũ ſpongia infuſa in hãc decoctionẽ & nõ totaliter expreſſa quatuor* Linimentum. *vicibus applicata in ſpatio vnius horæ, deinde cum panno tepido exſiccetur locus.* ¶ Item. ℞.*ping.anatis,pin.taſſi.an.*℥ ß.*hyſſopi humidæ* ℥ j.*fæcis olei de ireos* ʒ *ij.miſce,cũ hoc oleo calefacto mediocriter* Emplaſtrum. *inungatur locus patiens & circumſtans poſt fomentationẽ iam dictam.* ¶ Itẽ. ♃.*radicum liliorũ alborum* ℥ *ij.radi.althææ* ℥ j.ß.*farinæ fænugræci farinæ hordei an.*℥ j.ß.*farinæ ſiſami* ℥ *iij.croci* ʒ ß.*vitellos ouorum num.iij.fiat emplaſtrum cum* ℥ *iij.mucilaginis ſem.lini.de quo petia vna ſuperponatur loco iam dicto mediocriter calida, & fiat fomẽtatio, inũctio & emplaſtri appoſitio bis in die.* ¶ Itẽ. Pilula. ♃.*pilularum alephanginarum* ʒ j.*& fiant pilulæ xij.cum ſucco roſ.de quibus omni quarta vel quinta die accipiat, vel accipiat ipſam parum ante cœnam: & erit melius.* B

CONSILIVM CCXCV. *De puſtulis & cruſtis in brachijs, cruribus & pedibus poſt partum mulieris propter malum regimen.*

CRVSTÆ, quæ ſuperuenerunt huic generoſæ mulieri portendunt ſuſpicionem primæ ſuæ ęgritudinis, quoniã non videtur rationabile reſeruatas fuiſſe materias, ſed quod ſuperuenerunt ex quadã mala reliquia materierum corruptarum, q̃ multiplicantur in quacunq; muliere prægnante, poſt euacuationẽ enim matricis a fœtu & a ſuperfluitatibus remanſerunt reliquię malæ complexionis, & fortaſſe aliquarũ materierum, quæ poſt partum non fuerunt ſufficienter purgatæ, ſicut intelligo ex his, quæ ſunt ſcripta mihi. Tales igitur materiæ ſunt cauſſa variarum ægritudinũ & accidentium, quę fiũt in mulieribus, q̃ paulo ante parturierunt, & maxime temporibus noſtris, in quibus C tales mulieres ſuperflue replent ſe, & proprie cibis inflãmatiuis, potibus calidis, aromatibus multis & conſimilibus. Talis igitur regiminis mod⁹ inflammauit ſanguinẽ & cholericas materias in hac muliere. Virtus igiť intẽta circa mũdificationẽ expellit materias ad expulſionis loca debiliora & min⁹ dubitabilia, videlicet pedes, crura, cubitos & ſimilia, quare partes illæ neceſſario corruptæ fuerũt puſtulis & cruſtis repletæ. Et bona fuit ei terminatio talis, ſine qua non habuiſſet tranſmutationẽ bonam. Hęc in ſumma eſt veritas huius diſpoſitionis & non poteſt aſſignari altera.

Diæta. Ex quo fundamẽto ſecure admodum poteſt accipi ingenium curationis talis diſpoſitionis comprehenſum in 8. remediis infraſcriptis. Quorum primũ eſt, vt mulier D iſta abſtineat a vinis fumoſis, & proprie albis, a cibis valde pinguibus ꝓprie brodialibus, ab vſu aromatum omnium, & adhæreat regimini cum rebus acerbis, humectantibus & Vena ſectio. infrigidantibus, vt alias ſcripſi in conſilio ſuo de regimine rerũ non naturalium. ¶ Secundum remedium eſt, vt ſi eius vẽter ſit mediocriter fluxibilis, vno mane apud ortum ſolis phlebotometur ipſi ſaphena poſita ſuper clauicula pedis ipſius dextri, & educantur ſanguinis ℥ iiij.& quieſcat ab ambulatione. ¶ Tertium remediũ eſt, vt mane immediate ſequenti accipiat hoc electuarium cum medio cyatho aquæ lactis caprini vel alterius Electuarium. calidæ, & tardet poſt ipſam comedere per horas ad minus ſex. ℞.*electuarii de pſyllio* ʒ *iij.e-* Rotula. *lectuarii roſ.*ʒ j.ß.*vel vtrumq; æqualis ponderis miſce.* ¶ Quartum. ℞.*trochiſcorum de ſpodio, trochiſcorum de roſ.an.*ʒ ß.*ſpodii* ℈ j *ſachari ſecundæ coctio.*℥ *iij.cum aqua fumiterræ fiat confectio in* Vnguẽtũ. *rotul.iij.*ʒ *de quibus comedat vnam in principio prandii & aliam in fine.* ¶ Quintũ. ♃.*olei de nenuphare* ℥ j.ß.*olei cydon.*℥ j.*amyli* ʒ j.ß.*trochiſc. de camphora* ℈ *ij.croci, ſpicæ nardi an.*℈ j.*ceræ albæ q.ſ.fiat vnguentum molle, lauetur duabus vicibus cum aqua lactis antedicta, & cum iſto linimento in aurora parum ante prandium & ante cœnam & hora tertia noctis tota ſpina eius inungatur actu fri-* Pilula. *gido aut ſaltem tepido.* ¶ Sextum. ℞.*aloes præparatæ* ʒ *ij.reubar.electi* ℈ *ij.ſpicæ nardi gra.v.ſalis gemmæ* ℈ *ij.cum ſucco roſ.formentur pilulæ de omni* ʒ *vij.de quibus accipiat vnam omni tertio aut* Linimentum. *quarto die ſecundum diſcretionem eius.* ¶ Septimum. ℞.*amyli de hordeo* ℥ *ij.plumbi vſti* ℥ j.*ceruſſæ lotæ* ʒ *x.olei de vitellis ouorum* ℥ ß.*confricentur hæc omnia frequenter in mortario plumbeo cum piſtillo ſuo & fiat linimentum cum quo excoriationes, puſtulæ & cruſtæ omnes cubitorum, tibiarum &* Electuarium. *pedum diligenter inungantur.* ¶ Octauum. ♃.*conſeruæ roſa.violarum & boraginis an.*℥ ß.*ſpodij* ʒ ß.*amyli de hordeo* ʒ *ij.ſyr.de berberis vel de ribes* ℥ j.ß.*ſachari al.*℥ j.*ſach.candi.*℥ ß.*fiat electuarium,* de quo hæc domina ſemper per horam & ante pandium & cœnam accipiat cochlear ß deglutiendo ipſum abſq; maſticatione. Et iſtis completis oporteret, vt eſſem informatus de modo terminationis eius.

A CONSILIVM CCXCVI. *De ſahafati humida quæ eſt puſtularum vlceratarum multitudo in facie. Diuiditur autem conſilium in capita tria.* Sahafati quid. Et quotuplex.

CAP. I. *De cauſis diſpoſitionis huius.*

HEBRÆVS iſte diſpoſitionem habet formoſitatem humani corporis dehoneſtantē, quæ ſi in eo augendo perſeueraret, a ciuili hominū cōuerſatione priuaret ipſum. Et eo maxime, quia pulcriorem particulā humani corporis inficiendo ſerpere ſolet. Eſt n. puſtularum multitudo in facie huius hinc inde diſperſa. Et ſunt choleræ ad rubicunditatē tendentes tenuē humiditatē & virulentiam effundentes. Eſtq; harum puſtularū materia humiditas mala, acuta, corroſiua, ſanguini cōmixta, quę ægritudo proprie ſahafati humida ſecūdū doctrinam Arabū denominan-
B da eſt. Et ſi peruenit ad partiū corroſionē, ſerrengi ab eiſdem dicta eſt. Eſtque altera eiꝰ Serrengi
ſpecies a materia craſſa mala ꝓueniens, faciens apoſtemata parumper craſſiora & ſolida quid.
magis, cui ſi miſcetur melancholicus humor, eueniet ex illa ſpecies ſafati ſicca nominata, quæ quandoq; partē faciei vlcerando notabiliter occupat. Et ſi vlterius maior in materia aduſtio vel malitia acquirat̃, ꝓueniet ex ea ſpecies tertia ſafati balchiati nomi- Balchiati
nata. Et eſt altera eiꝰ ſpecies quarta, nominata alnatim, ꝓueniēs a materia melācholica quid.
homogenea materiei varicum, & non intelligit̃ per eā aliud, quam vlcerum melancho- Alnatin quid.
licorū in facie hominis euētus. Vnde ex his collige quatuor eſſe ſpecies ſafati, de numero quarum ſpecies, qua ægrotat hic noſter patiens, eſt prima, & omnibus aliis leuior.
Et ſequitur ex eodem fundamento, quod bene ſperandum ſit de cura ipſius, ſi ſollicitus Prognoſtica.
C erit æger circa ipſam. Et tertio iterum ex fundamento colligitur, quod ſi harum puſtularum materia acutior fiat & aduſta magis & quantitate multiplicata, quod ex ea quæ leuis eſt, perueniatur ad ſpecies alias, quæ fortiores ſunt & prauæ magis intantum, ꝙ facies hominum ad ſimilitudinem lepræ non raro peruertunt. Et colligo omnium horū fundamentum *ſeptima quarti, tract. 3. & primo cap.* Et vtcunq; hi ſermones colligi poſſunt a Gal. *lib. 1. de compoſ. med. ſec. loc.* auctoritate Aſclepiadis, Critonis, Apollonii & aliorum quamplurimorum illuſtrium auctorum, qui præceſſerunt ipſum. Huius ægritudinis cura principaliter ſuſtentatur regimine ſex rerū non naturaliū, ſecūdo v. medicinaliū &c.

CAP. II. *De cura per diætam.*

PRo regimine autē eius per aerem vir iſte habitare debet in ciuitatibus, cameris & Aer.
D locis, in quibus aer ſit ad frigiditatem decliuis & ad ſiccitatem mediocriter inclinatus, vt per aeris frigiditatem acutæ materiei & corroſiuæ potentia refrangatur & ducatur ad medium incraſſationis, & ꝓhibeat̃ per talē aerem receptio materierū fluētiū ad faciem vel ad cutē; neq; oportet vt aer iſte ſit ad ſiccitatem notabilem inclinatus, ſed mediocri ſiccitate, vt materia puſtularū conſumatur. Et pariformiter de adminiſtratione cibi & potus & aliarum rerū non naturalium intelligendum eſt, ꝓpter ꝙ euitetur ſtatio in cameris clauſis & ſuffocati aeris, & ſæpe cameræ eius aer refrangatur cum aſperſione aquæ roſ. plantaginis, virgæ paſtoris vel decoctione ſandalorum alborū & rubeorū, ſpodii, granorū myrti, coriandri, ſem. plantaginis & conſimiliū, & caueat tenere caput ſuum calidū valde, & ſimiliter effugiat veſtes pectoris & colli efficientes ſtricturā. In ci- Cibus.
E bis v. eius attendat, quod effugiat cibarium omne habens dulcedinem naturalem; velut mel & ſaccharum, aut artificialem, ſicut omnia cibaria ex his confecta, & ꝓpriè cū notabiliter fuerint dulcorata, eo quia facile conuertuntur ad ſanguinem & aduſtioni ſunt valde parata. Euitet omne cibarium ſalſum naturaliter vel artificialiter & omne acutum, velut raphanus, ſinapi, cæpę, allium & conſimilia. Cibaria autem eius debent inclinari ad frigiditatem & humiditatem, aut ad frigiditatem cū temperamento in paſſiuis, velut ſunt portulacæ, lactucæ, endiuia, bleta, ſpinachia, cucurbita & ſimilia in tantum, quod eius cibaria ſemper refrangantur cum aliquo prædictorum. Euitet etiam cibos craſſos oppilatiuos, velut ſunt omnes leguminum ſpecies, propter eorum ſubſtantia. Et de numero eorum ſunt cibi paſtiles, neruoſæ & panniculares animaliū partes, & panis azymus aut non bene coctus vel fermentatus. effugiat etiam cibaria corruptibilia & maxime cō-
F uertibilia ad acuitatem, velut ſunt omnia melācholica cibaria dulcibus & acetoſis cōpoſita, & lac acre vel acetoſum factum. Experimentatores enim Indi reprobauerunt cōmixtionem lactis & ſimilium corruptibilium cum aceto, vt patet *3. primi, cap. de regimine per cibum & potum.* Amplius omne cibarium ex acutis & euaporabilibus compoſitum &

ex his,q̃ ſanguinem inflãmant & acuunt,euitandũ eſt,vt ſinapi, & ꝓprię melle cõfectũ, A
& porrũ,alliũ,cæpæ, bulbus,raphanus & ſimilia, & piſces ſaliti ,& caſeus antiquus & ſali-
tus.¶ Effugiat etiã calidorũ acutorũ vſum,velut ſunt mellitæ confectiones, electuaria,
cõfectiones ſacharinæ,& ꝓprie cũ calidis ſpecieb. cõdita , ſicut Hebræorum modus la-
ſciuiã magis,q̃ vtilitate frequẽter ad talia inclinatus.¶ Ex fructib. a. cõueniunt ei ceraſa,
pepones,auellanæ recẽtes,amygdalę, pruna , poma mediocris dulcedinis , pyra fere o-
mnia cocta & cruda,& ficus recentes,& ꝓprie cũ poſt eas bibit aquã. Cydonia vero,me-
ſpila,ſorbæ chryſomela & grana acria,caſtaneæ,nuces & ficus ſiccæ euitent oẽs.¶ Con-
fectiones a. quib: vti poteſt,ſunt confectio de cucurbita & de cydoniis & citrũ conditũ
abſq; ſpeciebus,pyra cõdita,coriandrũ p̃paratum,auellanæ confectæ prius bene torre-
Potus. factæ & amygdalæ etiã abſq; ſpecieb. ei conuenientes ſunt. ¶ Vino vtatur colore albo, B
ſubſtantia diaphano,ſapore mediocri ad aliquantã põticitatem tendẽte & nullo modo
ad dulcedinem. Et ſi tale haberi poteſt parũ bibatur. Si autẽ potentius eſſet confringat᷑
cum aqua ciſternæ vel deſtillata per arenam,& ſi nõ timet expenſam,melius erit prædi-
ctum vinum diluere cum aqua acetoſæ,boraginis,& fumiterræ, ſed prima melior eſt a-
liis.

Exercitium ei conueniens debet eſſe leue,ſicut mane paſſibus circa centrum le-
Motus & quies. uibus incedere. Equeſtre autẽ exercitiũ,vel aſcenſus vel deſcenſus montiũ,& pedeſtre
longus & fortis dimittantur,& ſimiliter omne exercitium,p quod oportet caput infimũ
& inclinatum teneri,& maxime quodcunq; contingat fieri exercitiũ ſub radiis ſolis &
loco multũ calido euitandum. In ſumma igit᷑ quies conuenientior eſt ei, quã exercitiũ. C
¶ De aſſumtione a. cibi ſolicitus eſſe debet, vt ſemper cũ appetitu vlterius comedendi
Inanitio & repletio. ſurgat a menſa magis,quã cum ſaturitate cõpleta.¶ Et caueat ſummopere diuerſorum
cibariorum aſſumtionẽ,& maxime quãdo diuerſis modis præparationis artificiata ſunt
cibaria. velut frixionis, aſſaturæ omnes cum aromaticis ſpeciebus & calidis compoſitę.
Neq; etiam per hoc credendũ eſt,quod multum a cibo abſtinere ſit ei conueniens,imo
nociuum eſt,eo quia inflãmat humores, & exacuit, & eſt cauſſa, vt eorum vehemẽs fiat
ad caput euaporatio, mediũ igit᷑ inter hoc obſeruet,vt nõ multũ repleat ſe cibo ſtoma-
chum grauante. Neq; etiam ſtomachum cibo inanire debet inanitione ad debilitatem
perducente ad inflãmationem. ¶ Vigilare huic iuuenculo valde nociuum eſt , eo quia
Somnus & vigilia. per multam & longam vigiliam humores inflammantur & acutiores fiunt, & huius æ- D
gritudinis materia malignior redditur. Neq; etiam dormitio eius ſeptem vel octo ho-
rarum ad plus menſuram excedere debet, quoniã per ſomnum prolixiorem multipli-
cãtur in capite materiæ per viam attractionis ad caput & digeſtionis, vnde naturalis ca-
lor cerebri nõ redditur potens ad regendũ materias in eo inuentas , quare corrũpuntur,
Paſſiones animi. & ſunt cauſſa maioris prauitatis morbi & materierum ipſius.¶ Omnes animi paſſiones
& accidentia,per q̃ in humoribus huius iuuenculi velox & fortis acquiratur motus & in
ſpiritibus,euitãda ſunt propter maiorem malitiã,q̃ acquiritur in materia,& propter de-
bilitatem,q̃ conſequitur ad reſolutionem & fortibus motibus cõſequentem, & ſimili-
ter reliquæ animi paſſiones,propter quas occupatus in profundo detinetur calor & ſpi-
ritus quaſi ſuffocatus,euitari debent, propter quod longa aſſiduitas in ſtudendo & cõ- E
templando circa res difficilis inquiſitionis & intellectus non conuenit ei. Melius ita-
que eſt ei, vt dimiſſo ſtudio & ſcriptura intendat curationi ſuæ diſpoſitionis, quam e-
contra.

Cap. III. *De cura per medicinalia.*

PRo cura vero huius diſpoſitionis oportet regulariter procedere ad ad-
miniſtrandum intentiones & inſtrumenta ei conuenientiora, & licet ego
non dubitem vniuerſalia huic diſpoſitioni cõuenientia nequaquã omiſſa
fuiſſe,imo a clariſſimis Doctorib. qui eũ pertractauerunt,fuiſſe diligenter
obſeruata,tñ ꝓpter cõplementum operis viſum eſt mihi hoc caput partiri F
in ſex partes,ſecundũ ꝙ ſex intentionibus cum multiplicitate inſtrumentorum com-
plentiũ eas in cura huius diſpoſitionis alias procedere ſolitus ſum.¶ Prima itaq; intẽtio
erit vniuerſalis corporis mundificatio.¶ Secunda erit particularis epatis & capitis eua-
cuatio

A cuátio. ¶ Tertia materierum completa digeſtio. ¶ Quarta ipſarũ eradicatio. ¶ Quinta materierũ ad faciẽ fluentiũ ab ea repercuſſio. Et vltima particularis defœdationis faciei abſciſſio & formoſitatis melioris acquiſitio.

Vniuerſalis corporis mũdificatio.

Primam itaq; intentionem complent inſtrumenta tria materiam a toto corpore minorantia, Quorum primum erit, vt in hora electa, quæ eſt in mane, pulſis iam ſuperfluitatibus communibus, quæ euacuantur a ſtomacho, vt *quarta primi cap. de phlebotomia*, fiat ei phlebotomia venæ nigræ, vel purpureę, ſiniſtri brachii, vel medię dictę, & extrahantur ſanguinis ℥ iij. vel iiij. ſecundum coniecturam ſapientis. ¶ Secundum inſtrumentum eſt, vt ſequenti die patiens iſte aſſumat hoc minoratiuum cum ℥ ij. aquæ fumiterræ calefactæ & ſacharatæ, & dormiat poſt aſſumtionem illius immediate circa horã vnam. Deinde tardet cibum ſuum quinq; horis & poſt aſſumat plenum cyathum aquæ B hordei calidæ, poſtquam per horam vnã comedat. ℞. *confectionis hamech deſcriptionẽ maiori ʒ iij. electuarij de pſyllio ʒ ij. miſce & totum ſumatur cum aqua ſuperius dicta.* ¶ Tertiũ v. inſtrumentum huius intentionis eſt, vt tentetur in hoc iuuenculo apertio hæmorrhoidũ fricando eas ſępe cum foliis fiçi aut conſolidę maioris aut cum panno aſpero aut cũ ſeta aſpera infuſa in felle tauri & permittat leuiter exire ſanguis per ſpatium vnius ſeptimanæ. Et ſi per ſe reſtringatur, bonum erit. Sin minus, emplaſtretur anus hoc emplaſtro. ℞. *acatiæ, thuris, ſandaracæ an. ʒ ij. karabæ ʒ iiij. gypſi ℥ j. ß. puluerizentur omnia, deinde conquaſſentur cum ouo vno & cum aceto prius infuſo aceto, & bene expreſſo cum hoc medicamine prædicto emplaſtretur locus.*

Vena ſectio

Purgans melãcholiam.

Apertio hæmorrhoiduum.

Emplaſtrum ad concludẽdum hæmorrhoidas.

C Secunda v. principalis intentio quatuor cõpletur inſtrumentis, quorũ duo epati magis, alia duo capiti appropriata ſunt. ¶ Et primum quidem eſt, vt ſi poſtquam prædicta vniuerſalia adminiſtrata fuerunt, apparuerint adhuc ſigna repletionis epatis ex põdere vel extenſione in hypochõdrio dextro, & apparitione venarum, quę ſint rubicundę, deinde ad craſſitudinẽ tendẽtes & dextri brachii venæ craſſæ & tenſæ appareant, phlebotometur ei ſaluatella dextræ manus inter annularem & auricularẽ & extrahãtur ſanguinis ℥ ij. vel ij. ß. ¶ Secundum v. inſtrumentũ huic intenſioni ſubſeruiens aſpiciendo epar, eſt electuariũ, quod mirabiliter rectificat complexionẽ epatis. Cuius deſcriptio. ℞. *cinamomi electi, caſſiæ ligneæ an. ʒ ij. corticũ vel florũ granati ſylueſtris ʒ vj. croci ℈ ij. roſ. ℈ v. miuæ cydoniorum & mellis deſpumati an. ℥ j. ß. paſſularum cũ arillis ℥ ij. terantur paſſulæ perfectiſſima cõ-* D *tritione, deinde leuiter coquantur cum miua & melle additis alijs ſpeciebus per ſe tritis, de quo patiens omni mane accipiat cochlear vnum in aurora.* Hoc enim potenter cõfortat epar, ipſum mundificat a ſuperfluitatibus, & prohibet earum generationẽ in ipſo. Et colligi poteſt clare hæc ſententia, *3. tertij, tractatu 3. & primo cap.* vbi auctoritate Galeni laudat medicinas tẽperate ſtypticas & maturatiuas, exſiccantes & mundificãtes virus malũ & rectificantes complexionem epatis, reſiſtendo putrefactioni, velut ſunt ſpecies aromaticæ, vt cinamomũ, caſſia lignea, ipſa n. ambo ſunt cõtraria putrefactioni, rectificãt cõplexionẽ, expellunt cauſſam corrumpentẽ, mundificant virus malũ & expellunt ipſum & reſiſtunt medicinis mortiferis & veneno, licet cinamomũ ſit fortius caſſia. Et iſtæ duæ medicinę ſunt fortiores omnibus aliis aromaticis, ſicut ſpica & alię in hoc cap. Sed flos granati ſil- E ueſtris & crocus aggregãt ad ſtypticitatẽ, maturationem, & rectificationẽ putrefactionis. reliqua lege ibi, quia pulcra ſunt. ¶ De duab. vero medicinis capiti conferentibus, prima eſt, vt huic viro ſępe in ſero, quãdo vadit ad lectũ detur cochlear mediũ huius electuarii. ℞. *trochiſcorum de viol. ʒ ij. trochiſcorum de roſ. ʒ j. florum hypericonis & roſmar. an. ʒ j. ß. florum nenuphar. ʒ ij. ſach. al. ℥ ij. ſyr. roſ. ℥ iij. fiat electuarium & adminiſtretur vt dictum eſt.* ¶ Secundum vero remediũ ad hãc intentionẽ eſt, vt ſaltẽ bis in ſeptimana hora immediate dicta accipiat vnã de pilulis iſtis. ℞. *pilularũ aſſaieret deſcriptione Aui. prima tertij c. vlt. ʒ j. pilularũ de fumoterræ ℈ j. ß. reformẽtur pilulæ cũ ſucco mercurialis ex omni ʒ vj. & detur vna ex eis.*

Particularis epatis & capitis euacuatio.

Vena ſectio.

Electuariũ rectificãs epar.

El. cephalicum.

Pilula.

Materierum completa digeſtio.

Tertia vero principalis intentio triplici cõpletur inſtrumento. ¶ Quorum primũ eſt leuius aliis, cuius deſcriptio. ℞. *aquæ acetoſæ, aquæ fumiterræ an. ℥ j. ß. aquæ radicum enulæ ℥* F *j. miſce & calidum in aurora aſſumatur vj. vel viij. vicibus vſquequo in fundo vrinalis apparuerit ſedimen album & æquale coniunctum & diaphanum.* ¶ Secundum vero digeſtiuũ fortius illo eſt hoc. ℞. *aquæ fumiterræ, aq. radicum iris & lapatij acuti an. ℥ j. ß. miſceãtur & dentur vt prius.* ¶ Tertium & adhuc prædictis fortius eſt hoc. ℞. *ſyrupi dinari ℥ ß. ſyr. de fumoterræ ℥ j. aquæ lactis caprini ℥ iij. detur in potu, vt prius vſquequo cõprehenſa fuerit digeſtio per prædicta.*

Materierum eradicatio. Potio.

Quarta completur quadruplici inſtrumento. ¶ Primum quidem horum eſt hoc. ℞. *pilularum Indarum, pilularum de fumoterræ an.* ʒ ß. *reformentur pilulæ vij. cum aqua vel ſucco fumiterræ & exhibeantur.* ¶ Secundum inſtrumentum eſt hoc. ℞. *electuarij hamech* ʒ *iij. electuarij ſucci roſ.* ʒ j. *detur in potu cum* ℥ *iij. aquæ lactis caprini.* ¶ Tertiũ & leuius prædictis eſt hoc. ℞. *ſucci fumiterræ* ℥ *iij. ſucci roſarum* ℥ *ij. miſce.* ¶ Quartum vero & omnibus aliis efficacius eſt hoc. ℞. *aquæ lactis caprini* ℥ *iij. epithymi electi* ℈ *iij. cinamomi, ſpicæ nardi ana grana iij. ſucci roſ.* ℥ ß: *miſceantur omnia in ſero, & ita permaneant per noctem totam: deinde exhibeantur in aurora ſuper omnibus ſolutiuis, obſeruando ſemper modos, qui ſcripti ſunt poſt exhibitionem minoratiuorum.* A

Alia.

Materierum ad faciem fluentium repulſio.

Quintam vero intentionem complere poſſunt inſtrumenta plura, cum n. repercuſſio fiat per tractum, per pulſum & per tranſmiſſum, varia iſtis conueniunt inſtrumẽta. Materiæ enim humorales trahuntur a partibus, ad quas fluunt, diuerſis ingeniis diſtrahẽtibus, velut, phlebotomiis prędictis, vt ſi materia ex ſplene flueret ad caput, phlebotomia nigræ vel ſaluatellæ ſiniſtræ manus eſt conueniens. Et ſi ab epate fluebat ad caput, eædem venæ dextræ manus magis cõferunt phlebotomatæ. Si ab inferioribus magis materia rapuit ad caput, tunc prouocatio hæmorrhoidum prædicta confert. Et intãtum proceſſit Auic. *7. quarti, tractatu 3. cap. de cura ſaphati*, quod voluit venam omnem determinatam particulam reſpicientem phlebotomari debere, aut aliam particulam vẽtoſari, fricari cum rubificãtibus, veſicantibus vel cauteriis procurari. tu lege ibidẽ, quia omnia iſta cadunt ex principiis *quartæ primi, cap. de phlebotomia, de ventoſis, de cauterijs & alijs.* & colliguntur in generalibus ſermonibus *3. techni in textu commenti.* ¶ Ex quibus corollarie concluditur, quod oporteat medicum cognitorem eſſe venarum reſpicientiũ corpus totum & determinatas partes, quod totum acquiritur per ſcientiam anatomiæ ſenſu viſus hæc demonſtrantem. At vero iterum repercutiendi modus completur per ea, quæ currere faciunt materias, qualia ſunt frigida claudẽtia vias curſus, & iterũ per ea quæ membrorũ ſubſtantiam fortificant, vniendo ipſam, velut ſunt ſtyptica, quoniã repellunt a ſe vaſa ſtypticis cõfortata pharmaciis, *3. techni.* De quorum numero plura ſunt. ¶ Primum eſt frequens linitio faciei cũ ſucco ſempuiui. ¶ Secundum & fortius eſt ſuccus burſæ paſtoris. ¶ Tertium & adhuc fortius ſuccus extremitatum rubi. ¶ Quartũ & iterum fortius illis ſuccus ſolatri. ¶ Quintum & melius aliis & expertum mihi eſt cõpoſitum hoc. ℞. *ſucci portulacæ, ſolatri & virgæ paſtoris an.* ℔. ß. *plumbi combuſti & puluerizati* ℥ j. *tutiæ trigeſies candentis & extinctæ* ℥ *ij. ceruſſæ lotæ, amyli an.* ℥ *iij. terantur omnia diutiſſime in mortario plumbeo cum ſuo piſtillo, deinde reſeruentur in vaſe vitreato lapideo. De hoc igitur liniatur facies & abluatur decies vel duodecies in die naturali.* ¶ Vltimum repercuſſiuum & potens eſt hoc. ℞. *fætis aceti nigri & potentis* ℥ *ij. tartari* ℥ *iij. roſarum, florum ſalicis, ſem. plantaginis, acaciæ & hæmatitis an* ʒ x. *puluerizentur omnia per ſe & miſceantur, & longo tempore conterantur cum ſucco ſolatri & albuminibus duorum ouorum vſque ad conuenientem glutinoſitatem.* cum hoc itaque ſaltem ſex vicibus in die naturali liniatur facies. Eſt enim medicamen diuina virtute mirabiliter operatiuum. Hæc de intentione quinta. B C D

Linimentum.

Aliud.

Defœdationis faciei correctio.

Linimentum.

Aliud.

Pro ſexta autem & vltima intentione principali ponẽda ſunt tria compoſita, quorum quodlibet virulentã materiã apoſtematum & puſtularum conſumit & exſiccat, & faciem formoſam reddit expellendo ab ea infectiones leproſas & alias corpus humanũ defœdãtes. ¶ Quorum primum eſt hoc. ℞. *cineris cõchularum fluuialium combuſtarum* ℔. ß. *ceruſſæ ablutæ cum aqua ſerpentariæ* ℥ *iij. ſucci cucumeris aſinini, vel aquæ ſublimationis eius, q. ſ. ad incorporandum, fiat ex eis linimentum.* ¶ Secundum & elegantius prædicto eſt hoc. ℞. *ſarcocollæ, ceruſſæ, amyli, nutritorum in aqua cineris per quatuor dies an.* ℥ *iij. incorporentur omnia cum albumine ouorum ita vt glutinoſæ fiant & in fine addantur moſchi* ℈ *ij. camphoræ candidiſſimæ* ʒ j. ß. *fiat linimentum, cum quo facies, vt ſupra, ſæpe liniatur,* & eſt gumera fortis mulieribus ornãtibus ſe dilecta magnifice. ¶ Tertiũ vero & vltimũ cõpoſitum eſt ab omnibus illuſtribus viris magnifice probatũ, & eſt lithargirum ſpumificatum cum aceto & oleo roſ. factum. Tu ergo doctrinam illius ab auctoribus quære, ne longitudine ſcripturæ faſtidium inducam, ergo ex eo in ſero tota facies hominis liniatur. Mane vero abluatur cum aqua elixationis lupinorum, & ſumma diuina virtute ſanus efficietur, Amen. E F

Consilium CCXCVII. *De puſtulis vlceratiuis poſt cauſonem cholericam.*

Hæc

A HÆc honoranda mulier Germana, ſcil. Bartholomæi commendatiſſimi viri Raguſii commorantis paulo ante laborauit febre continua cholerica: cui⁹ materia ſecundum partem continebatur in pectore, propter quod merito cauſonica febris denominari debuit, & tanta fuit materierum multitudo cum acuitate ſui, quod ſtimulata in prima ſeptimana fecit tranſmutationem criticam materierum ad caput, & virtute etiã potente de concauis venarũ effuſa fuit materia ad poros & ſuper cutaneas partes totius capitis faciei, colli, gulæ & pectoris, quæ materia etiam ſubtilitate ſubſtantię ſui & vehementi mobilitate in plurimas diuiſa partes puſtulatas fecit innumeras totius cutis vlceratiuas & excorticatiuas, cuius pars omnis aerea magis & acuta, quam aquea reſoluta fuit & remanſit terrea pars, quæ in ſuperficie cutis
B per ſuperfluitates & cortices ſquamoſas emiſſa in tantum creuit, ꝙ diſpoſitio in accidẽtibus conſimilis erat ſpeciei lepræ, quæ a ſapiẽtibus tyria nominatur, niſi quia differebat a prædicta in hoc, ꝙ hæc materia diminuenda fuit ab aduſtione & omni gradu venenoſitatis occultæ, propter ꝙ apparet, ſi huic mulieri hæc ægritudo ſæpe contingeret, magnum portẽderet ei periculum de euẽtu tyriæ. ¶ Et hi ſermones aliqualiter colligi poſſunt *ſecunda primi, cap. 5. de ægritudinibus compoſitis, tertia quarti, tractatu 3. ca. de cauſis & ſpeciebus lepræ*, & aſſumitur etiam fundamentũ ex his, quæ ſcribuntur *7 quarti, tractatu de corruptionibus capiti, faciei & toti corpori euenientibus*. & hæc in ſumã fuit hui⁹ mulieris diſpoſitio.

In regimine huius diſpoſitionis plurima & difficilia ſcribenda forent, verum quia patiens curata eſt a diſpoſitione prædicta ſufficienter & perfecte: nunc nõ videtur mihi
C neceſſarium aliud, quã ponere regimen pſeruatiuum eius a prędicta diſpoſitione, quod in quinq; cap. ſequentia partiendum eſt. ¶ Primũ itaq; horum eſt, vt hæc mulier abſti- *Diæta.*
neat, ab omni cibo calido, acuto, ſalſo, inflãmabili, qualia ſunt ficus, cæpæ, ſinapi, porrũ, & ſic de aliis: & etiam vnctuoſa euitet cibaria, & abſtineat a vinis ſubtilibus, calidis, euaporatiuis ad caput, vtatur ponticis, acribus, rubeis & ſubrubeis, & omnia cibaria eius refrangat artificialiter cũ infrigidantibus & humectantibus, vt eſt endiuia, bleta, & ſic de aliis. ¶ Secundũ principale remedium eſt, vt a præſenti tempore, vſq; ad totũ menſem Februarii futuri anni *1443*. omni fine 5. dierũ parum ante cœnam accipiat vnam pilulã de aloe præparata & abluta cum ſucco endiuiæ, ſcariolæ, portulacę, & acetoſę ſecundũ artem. Et ſi contingeret, quod non eſſet bene lubrica ventre tempore intermedio, tũc
D omni tertio die alternatim accipere poteſt pilulam vnam de prædictis hora prædicta.
¶ Tertium principale remedium eſt hoc. ℞. *ſpecierum triaſandalorum completarum, trochiſcorum de roſ. an.* ℈ j. *trochiſcorum de violis & de berberis ana* ʒ j. *ſachari albi* ℔. ß. *cum aqua acetoſæ fiat confectio in rotulis magnis, de qua omni die ſemper ante cibum accipiat* ʒ ß. ¶ Quartũ principale eſt hoc, vt omni ſeptimana tribus diebus ſucceſſiuis per quatuor horas ante prandium accipiat ℥ v. aquarum infraſcriptarum. ℞. *aquæ cap. Ve.* ℥ ij. *aquæ acetoſæ, naſturtij aquatici an.* ℥ j. ß. *miſce, & ſi non poſſet habere aquam naſturtij loco ipſius accipiat aquam cretani marini maioris, quæ potens eſt ad diuertendum & præcipitandum materias acutas omnes per vias vrinæ.* *Rotula.* *Potio.*
¶ Vltimum vero principale eſt hoc. ℞. *radicum enulæ, lapatii acuti ana M. j. radicum violarum M ij. ellebori nigri* ℈ ß. *myrrhæ, ſarcocollæ, opoponacis an.* ʒ j. *ſeminis endiuiæ, acetoſæ, ſcariolæ an. M*
E *j. granorum ſiſami M ij. bulliant omnia in vna magna ſitula aquæ vſq; ad conſumtionem tertiæ partis, vbi effundatur cineris cribellati ſcutella parua, & ex tali lixiuio caput eius abluatur in ſeptimana bis.* Ad laudem Dei, Amen. *Lixiuiũ pro abluendo capite.*

CONSILIVM CCXC VIII. *De cruſtis vel rupturis puerorum.*

SI contingat aliquibus infantibus fieri cruſtas vel rupturas ſuper capite aut in facie vel alia quacunq; parte corporis, tunc fiat remedium hoc infallibile. ℞. *vitellos oui elixatos vſque ad duritiẽ numero xvj. myrrhæ* ʒ j. *radicum iari* ʒ ß. *ellebori nigri gra. iiij. comminuantur, vel frangantur vitelli oui cum digitis, deinde in ferrea ſartagine ponantur & commiſceantur cum prædictis pulueribus, & coquantur ſuper carbonibus ignitis abſque flamma vſq;* *Linimentum.*
F *quo incipiant ſpumefieri, tunc ergo cum caceola exprimatur oleum & colligatur, & hoc toties coquendo & exprimendo quoties poterit emittere ſpumam, tunc enim abijciantur fæces & collecto oleo in vaſe ſtricti orificii & clauſo ore ſeruetur.* De hoc ergo oleo omnes partes corruptæ liniantur pluries in die, cadet enim cruſta, & remouebuntur, & ſanabitur infans.

Consilivm CCXCIX. *De lepra & proprie elephantica cum 14. accidentibus ad ipſam consequentibus & duobus cum ea complicatis, quæ ſunt: Caſus pilorum barbæ & ſuperciliorũ, puſtulæ per vniuerſum corpus apparẽtes. Aſperitas & raucedo vocis. Difficultas anhelitus. Sitis immoderata. Tenſio ſplenis. Immoderata caliditas epatis & renum. Multitudo ventoſitatis in omnibus inteſtinis. Stypticitas ventris. Multitudo puſtularum in omni pede magno. Vlceratio pedum. Stupor in pedibus & tibiis. Euerſio & corruptio coloris naturalis ad præternaturalem. Puſtulæ in colatorio & toto palato. Dolor renum ab ărenulis & lapillis. Et tenebroſitas viſus. Diuiditur autem conſilium in partes duas.* A

Prima pars continens caput vnum de diuiſione lepræ in ſuas ſpecies, & de cauſſis & ſignis earum & diſtinctione inter ipſas.

SI hominum infelicitatibus, ſi calamitatibus eorum & periclitãtibus humanorũ B actuum negotiis, in quibus rerum fragilium iactura non leuis habetur, pio atque manſueto animo condolendum eſt: Reor quidem ęquius eſſe compati calamitatibus hominum, quæ ſibi non a propoſito, ſed propter labilem corporis humani materiam conſtitutionis hominem periclitari faciunt, adeo quod partes corporis vtiles & formoſas abiiciunt & animam non raro deprauatam in ſuorum actuum interiorum operationibus reddunt. Quid enim deterius homini accidere poteſt, quã prauam & radicatam venenoſitatem in ſimplicib. & cõpoſitis partibus eius reperire, licet n. quamplurima illuſtrium philoſophorũ volumina perlegerim, in quib. conſcriptæ reperiunt valetudines praua ſui qualitate & venenoſitate totũ compoſitum inficiẽtes, fortaſſis tamen tanta venenoſitate moleſtã nullam inuenies valetudinẽ, quanta eſt lepra, quæ humanum C corpus tanta ſui venenoſitate inficiat, vt eius mẽbra & partes nõ ſolum debiles, ſed etiã conſtantes corrumpendo cadere faciat. Hæc enim eſt illa ſæua diſpoſitio, q̃ formoſitatem totius corporis aufert, adeo quod nõ raro priuet hominem mortali, imo etiã politica vita. ¶ Quare viro magnifico & excellenti domino, domino comiti de Campo Baſſo pie lugubriq; ſtylo coactus ſum aliquid fructuoſe conſcribere, quo poſſit ſe a tãta & tam peſtilenti valetudine ſua defendere. Neq; etiam hic ſermone vtor huius laudis optatiuo, ſed ſolum eorum, quæ vtilia & fructuoſa ſunt contemplando.

Lepra ſpecies quatuor.

Licet autem ab illuſtribus viris variis voluminibus lepræ ſpecies aſſignentur quatuor peruertentes humanũ corpus, ne dum a formoſitate, ſed ab operationibus omnib. intantum, q euertuntur in denominationem brutorũ animalium, ꝓpter quaſdam prõ D prietates in his brutis inuentas, q̃ ab hac praua venenoſitate corpori humano inducuntur. ¶ Prima eſt lepra leonina. ¶ Secunda thiria. ¶ Tertia vero alopecia. ¶ Et quarta eſt elephantica dicta diſpoſitio.

1. Lepra Leonina quid & vnde dicta.

¶ *Eſt autẽ leonina* lepra corporis humani a naturali cõſiſtentia adeo ingenter trãſmutatiua, q efficit hominẽ furibundũ, furioſitate leonina. Et iterum inflãmatum & aduſtũ, velut leonũ corpora. Et tertio formoſitatẽ aſpectus eius permutat ad horribilitatẽ & timorem aſpiciẽtibus inducendã; clamant etiã & iraſcunt, vt ſeipſos ẽt vix cõpati poſſint, vt leonibus cõtingit pluries in die furibũdo accendi furore. Adhuc ẽt exſiccant eorũ corpora velut leonũ corpora communi aſperitate, calloſitate, duritie ꝓcepta. ¶ Taceo hic, q in iſtis tantus ſit appetit⁹, voracitas & ſitis, q vix aptiſſima reperit medicina, vt nec potu neq; cibo ſaturari poſſint, ꝓpter q non raro apparet eorũ E appetitum ſupexcedere caninũ, qui inter corruptos appetitus ſæuior nominatur. *vt 13. tertii, tractatu 3. de appetitu*, & a Commentatore *aphoriſmorum 2. commento ſermonis vetuſtiſſimi patris illius, Potus indigentiam ſoluit.* Et ſumuntur originaliter hi ſermones *5. de accidẽti & mor. in proprio cap.* ¶ At v. iterũ hanc patientib. miſerabilem valetudinẽ contingit vigilantiſſimos eſſe in tantũ, q ſaharaticã vigiliã ſuperexcedãt, actus etiã morales interiorũ virtutũ ꝑuertuntur in eis. Inuenitur n. in cordibus eorum accenſa furibunditas, & ſimiliter in cerebro, ꝓpter q̃ amborum horũ principaliũ corrumpunt operationes in tantũ q virtus vitalis corruptos generat vitales ſpirit⁹ & a naturali euẽratione ꝑ diaſtolẽ & ſyſtolẽ pulſus magnifice elongat ab ęquali. Quis ẽt iſtorũ inuẽtus eſt, q in operationibus ſenſus cõmunis & phãtaſię q̃ ponunt in primo vẽtriculo cerebri, nõ habeat nocumentũ F diminutionis aut corruptionis aut vtriuſq; ſimul. Similiter etiã operatio imaginatiuę & cogitatiuæ potentiarũ, q̃ ponunt in vẽtriculo medio & memoratiuę q̃ ponuntur in poſteriori vehemẽter vt in plurib. corruptę lędũtur. Cũ ergo ab hac valetudinis natura ad paſſiones in leonibus inuentas iam antedictas permutentur homines, eis cõdolendum eſt,

A eſt cum permutentur & tranſmutentur de rationalibus in animalia irrãtionalia & bru-
ta, & adhuc tranſmutatione deteriori, quam erat Circes.

Dicitur autem lepræ ſpecies ſecũda theria, eo quia velut pluribus vicibus in anno 2.
accidit, ſerpentem illũ a ſua cute priuari vehementia aduſtionis venenoſæ a ſanguine, ſ. Lepra thiria vnde
corrupto, ita vides & horum patientiũ corpora decies & duodecies in anno in ſuperfi- dicta.
cie ſua excorticari cum magno dolore inflammatiuo, incenſiuo & acuto. ¶ Etiã mem-
brorum ſuperficies velut ſanguinolẽto & zinnario colore corrumpit, & effluit inde vir⁹
tenue, corruptiuum partiũ omnium, in quas effunditur. Ad huc etiã non ſo lũ propter
hoc thiria nominat. Sed & quia peſſima ſui venenoſitate medium inficit, in tantũ, quod
aſtantes & conuerſantes, vt in pluribus corrumpuntur, & lepra hæc, imo & omnes inter
B contagioſas valetudines enumeratur, *ſecunda primi cap. de complendis diſpoſitionibus*. Proce-
ditq; hæc venenoſitas ſerpendo interiora membra & corrumpendo taliter, q̃ fœtet eo-
rum anhelitus, ſicut fœtet aer propinquus cauernæ thirii, & eſt de deterioribus reptiliũ
venenantium vna & peſſima inter alias de ſeptem ſpeciebus thiriorũ, vt colligẽdum eſt
6. quarti ſecundum partem & a Gal. 11. ſimpl. cap. de echidna, ſecundũ vnã literam & ſecundum
aliam de matraſſo & thirio, vbi hiſtorice colligere potes prauitatem ſuæ venenoſitatis.
Ego itaq; non video forte amplius & triſtabilius dolendum eſſe de homine, quam dum
tranſmutetur in ſerpentum proprietates.

Fuit autem tertia lepræ ſpecies alopecia, tranſumtiue nominata ab idiomate Grę- 3.
co vbi alopem dicunt ipſi, nos vulpem. Eſt autem vulpes animal cautiſſimũ, inſidioſum, Alopecia.
C rapinæ communiter inſudans & latibula occulta quaſi vt in pluribus inhabitans, ſic etiã
iſtos permutatos vidi alopeticos leproſos tanta malitia, fraudulentia & cautelis abun-
dare, vt neq; etiã Medicus quantũcumq; electus orator pſuadere poſſit eis & inclinare
eos ad ſui curationem. Credunt n. ſemper ſe eſſe decipiendos, ſicut & alios fraudare in-
tendunt. ¶ Eſt etiam illi animali ꝓprium, vt ſaltẽ bis in anno a ſuis pilis priuetur propter
vehementem venenoſitatẽ & corruptionem in humoribus inuentam, ꝓpter quã con-
ſumitur & corrũpitur humidũ partiũ pili in poris continuatiuum, vnde & quandoq; pi-
lorũ pori intrinſec⁹ vlcerant. Quid igit apparet ibi, ſi vapor aduſtus, qui eſt materia pili
in ipſum conuertibilis, ab hac peſſima & tremenda valetudine corrumpatur. ¶ Taceo
D quod animalia illa maraſmantur, & exſiccantur, quomodo n. nõ cũ virtus nutritiua quã-
tumcunq; potens eſſet, ſi adhuc nutrimentum apponeret propter prauitatẽ eius nutri-
to non vniret, & ſi adhuc vniretur, nõ conuenienter aſſimilaretur. Sed ſicut humanorũ
corporũ habitudo pinguis & mediocris neceſſario efficitur per eorũ debitã nutrimẽti
appoſitionẽ, vnionem & aſſimilationem, ita & econuerſo per eorum actuũ ſubtractio-
nem neceſſe eſt areſcere corpora. Et ſunt ſermones colligendi ex primo de generatio-
ne & corruptione, *& prima primi, doctrina ſexta, cap. de virtute naturali miniſtrata, & de mi-
niſtrantibus ei*. Et legi poſſunt per magnum proceſſum primi virtutũ naturalium Galeni
etiam pluries alibi. quam fœdum igitur ſit humanum corpus tanta infelicitate permu-
tari, vt notum eſt vulgo, qui taliter ægrotantium conuerſationem effugit.

E Quarta vero ſpecies elephantica dicit diſpoſitio, cuius interpretatio aliter a Pau- 4.
lo Græco, aliter ab Alexandro habetur. ¶ Nõnulli n. volunt eorũ, qui leprã elephanticã Elephantica.
patiuntur, corpora ſtupenda quadam magnitudine augmentari, non minus, quã corru-
ptione partium, adeo quod naturalẽ hominũ magnitudinem excedat, p̃ter immodera-
tam pinguedinem, qua Nicomachus Græcus omnes alios exceſſit vehementi pingue-
dine ſua. Illa autem ab hac differt vel differebat, quoniã non eſt cum præſentia corru-
ptarum puſtularum. Elephantica vero lepra nõ euacuatur ab illa, vt paulo poſt demon-
ſtrabitur. ¶ Alii autem crediderunt hanc leprã elephanticã nominari cum terribilitate
eius aſpectus, quã elephãtibus dicunt eſſe ꝓpriam. ¶ Nonnulli v. dixerunt ipſam taliter
nominari propter corruptionem formoſitatis coloris tranſmutati ad colorem cõpoſi-
tum ex albo & nigro propter varietatem materierum infra tangendã, vt Aurelius Bari-
F pontus *in 5. practica cap. de elephantia*. ¶ Et quidam concedentes ſuperaddiderunt corru-
ptionem in voce humana pmutatã ad rugitum ipſorum elephantũ. tu compone omnia
ſimul, & habebis intẽtum. ¶ Eſt ergo in iſtis ægrotãtibus aſpectus valde terribilis, vt ẽt
circumſtantes timere faciat. ¶ In faciebus etiam eorum & in extremis partib. manib.
& pedibus magnis numeroſa valde apoſtematũ multitudo pcipitur, q̃ qñq; magnitudi-
nem nucis muſcatæ excedunt, quãdoq; v. grano fabę aſſimilantur cum duritie notabili

Signa elephanticorum.

& colore ſimili ei, qui apparet in moro per tres dies ante perfectam eius maturationem. A
¶ Et corrumpuntur puſtulæ & circumſtantes partes, a quibus emittitur virus opacum fœtidum aſtantes fugere faciens. ¶ Et ſupercilia incraſſantur quandoq; magnitudine maiori, quam digiti medii: palpebræ etiam conſimilibus apoſtematibus inficiuntur, ita vt ſcindantur. ¶ Eſt etiã materia tantæ malignitatis, ꝙ nõ ſolum ſuperficiales partes, ſed etiam intrinſecas & profundas palati & naſi crudelibus apoſtematibus inficiat in tantũ; ꝙ vix euentatio fieri poſſit per partes narium & palati, & ad tantum quandoq; perducũtur, vt cruciati ſuffocatione interimantur. ¶ Si etiam eorum aures aſpicies, appendiculas partes earum pluribus apoſtematibus & corruptiuis non raro videbis infectas, ita vt partes earum, imo fere omnes cadere a me viſæ fuerint. Et adhuc etiam in anfractuoſis interius partibus organi auditus puſtulę hæ oriuntur omnino ſurdum facientes. ¶ Cancer etiam non raro percipitur in concauo palati in foramine colatorii & venarum guidezeth. ¶ Venæ etiam gulæ laterales & omnes arteriæ plenæ & extenſæ percipiuntur ſanguine cõgelato, & rauceſcit eorum vox, & in locis iuncturalibus puſtulę prędictæ cõmuniter reperiuntur, ſplenis durities quam magna percipitur. ¶ Et incipit vt in plurib. corruptio ſubſtantialis in digitis pedũ & omnibus pedibus ipſis. Et quod mirabile dictu priuantur membra illa vt in pluribus operatione ſenſus tactus, non quidem ſecundum partes oẽs, quia iã extinctæ forent & mortuæ, ſolo n. ſenſu tactus priuatũ animal neceſſe eſt mori, teſte Ariſt. *lib. 3. de anima.* & ita de partib. dicẽdũ eſt, ſicut de toto animali. ¶ Stuperes etiã frequenter, ſi aliquẽ leproſum elephanticũ videres habere apoſtema magnũ in ſcroto, ita ꝙ qñq; trãſcẽdat menſurã capitis hominis duplicatã, vt ante fores eccleſiarum nõ raro videre poteris. ¶ Hæc igit̃ in ſumma ſunt ſigna Medico accidẽtia in leproſis & paſſiones, ꝑ quas in earũ cõditionibus theorice agendũ eſt. Accidentia n. magnam partẽ conferunt ad cognoſcendũ ꝙ quid eſt, i. rei eſſentiã. *primo de anima in proœmio.* ¶ Et ne talia voluntaria etiã ſine demõſtratione dicta videant̃, taliter arguendo deduci poſſunt. In quibuſcũq; n. corporib. ægrotãtibus inueniunt̃ materię vel cauſſę ꝑmutationis corporũ ſufficiẽtes ad inducendũ paſſionẽ & accidẽtia iã ꝑdicta cũ debita ipſarũ applicatione ad ſubiectũ aptũ pati cũ debita circũſtãtia tẽporis ad agendũ, neceſſe eſt in eis effectũ vel effectus inuenire: ſed in omnibus leproſis ꝑdictis inueniunt̃ oẽs vel plurimæ illarũ, q̃ dictæ ſunt, ergo in eis omnib. neceſſe eſt inueniri accidẽtia iã ꝑdicta. diſcurſ9 eſt bon9, q̃a *in primo primæ*, & cõſequentia cũ maiori ꝓbat̃ ex altiori ſciẽtia, quia ex ſufficiẽti aſſignatione cauſſarũ cõcedi debet effect9. & minor ꝓbatur q̃a in omnib. huiuſmodi leproſis ſiue leonina, alopetica, tyria & elephãtica valetudine laborãtib. materia inueni t̃ ſufficiẽs quãtitate & qualitate ſua & mẽbra parata pati, ergo, &c. patet hæc conſequẽtia ſecũda ex debita ſequela eius ad ꝑmiſſas, & antecedẽs deducit̃ inductiue, q̃s n. negaret materiã melãcholicã genitã ex aduſtione choleræ, q̃ facit leprã leoninã, poſſe inficere ſanguinẽ venalẽ & arterialẽ, ſpiritũ & ſubſtantiã mẽbrorũ, ꝓpter ꝙ & corpora exſiccant̃, & corrũpunt̃ cõpagines mẽbrorũ ſimpliciũ & cõpoſitorũ, & ſpiritus animalis, naturalis & vitalis præinuenti in corpore a materia iam ꝑdicta, & ſpiritus, q. de nouo generantur, etiã corruptiui efficiunt̃. Mala n. cõplexio melancholica ꝑdicta ꝓhibet animã generare ſpiritus cõuenientes ad operationes ꝓducendas. Neq; ẽt vapor, q. debet eſſe materia generationis ſpiritus vitalis, eſt tẽperatus in quãtitate nec in qualitate, imo corrupti generãtur ex eo ſpiritus, vnde nõ eſt mirum, ſi operationes interiorũ ſenſuũ & exteriorũ diminuuntur & corrumpuntur, vt ſupra iam declaratum eſt. Anima enim producit operationes tales, qualia ſunt organa, id eſt, mẽbra, inſtrumẽta, ſcil. ſpirit9 & materiæ humorales, ſed hæc omnia tria ſunt corrupta, ergo corruptæ neceſſario ꝓducent̃ opationes.

Ex hoc igit̃ fundamento diligens cõſiderator verificare poterit omnes paſſiones & accidentia, quæ ſuperius attributa fuerunt lepræ leoninæ. ¶ Similiter etiã ex hoc fundamento manifeſtũ eſt ſecundo verificari poſſe omnia accidẽtia & ſigna, q̃ ſuperius ponebant̃ de lepra ſecunda tyria nominata. ¶ Et cõſequenter etiã tertio verificari poſſunt F
ſigna attributa lepræ alopeciæ. ¶ Et tandẽ quarto facile intelligi poſſunt accidentia in lepra elephãtica, quorũ corruptionẽ ꝑterire non volo, quoniã hęc eſt illa, q̃ ꝓprie eſt ægritudo illuſtris & generoſi comitis de Cãpo Baſſo. Cui9 quidẽ ſigna ponunt̃ & paſſiones eſſe. ¶ Primo q̃a augmẽtat̃ ſecundũ totũ aut magis ſecũdũ partes, & ꝓprie extremas, ſanguis n. melãcholic9 effect9 eſt duplici melãcholię ſpecie. Vna q̃dẽ eſt fęcalis melãcholia

ſibi

A ſibi commixta,quam tamen non pono eſſe materialem cauſſam lepræ elephanticæ, ſed
materiali cauſſæ ipſius commixtam:& hæc eſt illa,quæ cum ſanguine ad membra infe-
riora propulſa ſanguinem reddit ineptum nutricationi conuenienti: vnde & continue
multiplicatus ſub forma antecedentis in venis: & velut coniuncta cauſſa in poris mem-
brorum augmentat ſubſtantiam eorum,quia ineptus eſt tranſmutari in membra,digeri,
reſolui,& inſenſibiliter expelli,quæ ſunt cauſſæ excreſcentiæ membrorum; imo & toti-
us corporis.¶ Et ne cauillando contingeret dubitare,quia ſanguis ille melancholiæ fæ- *Obiectio.*
cali commixtus non videtur aptus aſcēdere ſuperius propter grauitatem ſuam; ſicut in-
ferius:ideo non poterit magnificare membra ſuperiora. Dicendum primo,quod cum *Reſponſio.*
hęc materia melancholica ſit ſanguini vehementer commixta,& oporteat membra nu-
B triri,quia viuunt,eſt neceſſariũ,ꝙ tam ad ſuperiora,q̃ ad inferiora membra ſanguis pro-
pellatur. Et ſi virtus diſcretiua tantũ eſſet potēs,vt ſepararet melancholiã illã a ſanguine:
tunc non eſſet neceſſarium,propter hanc cauſſam membra præternaturaliter magnifi-
cari. Et iterũ ſecundo reſpondēdum eſt,ꝙ licet materiei melancholicæ omni ꝑꝑ graui-
tatem ſuam repugnet per ſe aſcēdere, per accidens tamē fertur ſurſum a motore extrin-
ſeco,q eſt calor præter naturam,quo nulla materia melancholica aduſta caret. Nam in
omni aduſto corpore reſeruatur veſtigiũ adurentis cauſſę,ſc. caloris extranei; teſt. Ariſt.
l.1.de generatione animalium. Ex quibus apparet,ꝙ in elephantico leproſo propria paſſio ſit
magnificari membra,& maxime faciē cum euerſione ſui ad tartaream figuram notabili-
ter magnam. Dixi autem ſuperius, quod non poniam materiã melancholicam hypoſta- *Materia cu-*
C ſiuam eſſe cauſſam alicuius lepræ,ſed oporteat ipſam aut eſſe melancholiæ aduſtę com *iuſq; lepra in*
mixtam, & adhuc ſubdominanter, aut lepræ materiã cuiuſlibet eſſe materiam melan- *ſpecie.*
cholicam ſanguineã,cholericã,phlegmaticã,& melancholicã. Et ſi cum bene conſide-
rabunt ſermones Auic.*3.quarti,tract. vltimo, de lepra:*videbit,ꝙ antecedens & coniuncta
materia leoninæ lepræ ſit melancholia cholerica. Materia vero tyriæ erit melancholia
phlegmatica,ſicut alopeciæ materia eſt melancholia ſanguinea, & elephanticę materia *Cur elephan-*
melancholia genita ex aduſtione. Et propterea hęc leprę ſpecies peior eſt aliis,ꝑꝑ plura. *tiaſis ſit le-*
¶Primo,quia aliis paribus hæc lepra eſt venenoſa magis.probatur,quia materiei eius at- *prarum peſ-*
tribuitur proprietas interficiendi animalia guſtantia ipſam,ꝙ nõ ſcribitur de altera me- *ſima.*
lancholia aduſta. Secũdo, quia in materia huius reperitur gradus caloris aduſtiui,ꝙ ap-
D paret,quia ꝓiecta ad terrã bullit in ſuperficie eius, ꝙ forte contingit propter qualitates
illius materiei vigorari per contrarietatem eius cui approximat,ꝙ eſt dictũ per antiperi-
ſtaſim. Hæc igit̃ praua materia in venis & arteriis exiſtens antecedens cauſſa eſt lepræ e-
lephanticę,in poris vero membrorũ ſparſa & immerſa coniuncta cauſſa ipſius eſt. Ex quo
fundamento apparet,ſi terribilis debet eſſe aſpectus horũ languentiũ, ita vt igniti vapo-
res ſpiritui viſibili cõmixti & lati ad oculũ aſpectũ ipſorũ reddũt, quaſi ſerpentinũ & ex-
pauēſcentē intuentes eorũ. Secundo vero eſt iſtorũ aſpectus terribilis, propterea,q a ma-
teria in tota facie multiplicata,frontē,palpebras,ſupercilia,aures,naſum, nares, & labia
alias rara pręparat ipſam ad facilē ſuſceptionē materierũ illarũ,licet ſint groſſę,& ferun-
tur tales materiæ ſuperius cũ ſanguine,vt dictũ eſt,aut a caliditate ſubleuante illas motu
recto ſurſum,& talis materia in poris recepta vnitur & multiplicat̃ propter frigiditatem
E circumſtantis aeris.¶ Et quia caliditas facit ad ſeparationē partiũ melancholię:ideo ipſa
non adeo congregat̃,vt vnũ vel pauca efficiat apoſtemata. Et cum materia melancholi-
ca ſit,q̃ ſui terreitate facit duritiē,ideo dura ſunt illa apoſtemata. Et quia talis materia cõ-
mixta eſt cũ ſanguine,ideo vertit ipſum ad opacũ vel nigrũ cum veſtigiis rubedinis pau-
cæ:ideo talium apoſtematum color eſt niger cũ remiſſo veſtigio rubedinis. Et quoniam
materia iſta acuta eſt: ideo corrumpit membra apoſtemata,& quandoq; corrumpit etiã
& vlceratas partes nõ apoſtematas:cum effundit̃ exterius virus per ſuperficiem cutis,aut
interius per poros mittitur de parte ad partē. Et ex eodem fundamento apparet decla- *Vnde lepro-*
ratio euentus cancri in palato & in naſo. Materia enim multiplicata melancholica præ- *ſi, cancri in*
F dicta in venis & arteriis panniculorum cerebri & ſubſtantiæ eius deſcendit ad inferiorē *palato &*
partē cerebri ad locum,qui lacuna nominatur,& a venis effuſa fertur in carnoſam & pã- *naſo.*
nicularem partem colatorii oris, & efficit ibi apoſtema canceroſum, ſicut a loco caruñ-
cularum cerebri deſcendit ad rizam & partes interiores naſi melancholicas puſtulas ibi-
dem efficiendo,quæ vt plurimum non ſunt tantæ duritiei,quantę in aliis partibus,& hoc

propter materiam melancholicam in ſuis qualitatibus refrangi a phlegmatica materia; A
q̃ non educatur, quin plurimũ deſcẽdat ad naſum & effundatur ad ipſum. Propter q̄ non
raro decipiuntur chirurgi exiſtimantes illud apoſtema eſſe polypũ pp frequentiã euentus
polypi in naſo: cum tantum tale apoſtema ſit canceroſum: refractis tñ & pmutatis aliqua-
liter in eo ſignis cãcri a materia phlegmatica, vt dictum eſt. Ex quibus etiam clare liquet,
quod non ſit mirum, ſi ſenſus interiores proprie imaginatiua, cogitatiua & memoratiua
læduntur lęſione corruptionis in operationibus earum, quomodo n. nõ, cum materię p-
dictæ inficiant mẽbra & ſpiritus & loca, in quibus interiorum ſenſuum corrumpunt ope-
rationes? Propter q̄ fundamentum ẽt non raro corrumpuntur operationes exteriorum
ſenſuum, pcipiunt n. frequenter tactu rem tepidam ſub ſpecie caliditatis intenſæ. Etiam
quãdoq; guſtabilia acria cum acuitate percipiuntur: velut ſi miſceretur acetum cum ſul- B
phure. Auditiua ẽt potentia decipitur quandoq; in percipiendo ſibilum, tinnitus & ſtre-
pitus in aere: in quo tamen non ſunt. Et apparet eis quandoq; olfacere res fumoſas & acu-
tas, vt cõbuſtiones aſphalti, ſulphuris & ſimilium, q̄ totum contingit propter corruptos
vapores a materia ignita ad organum olfactus delata & ſpiritui olfactus cõmixta. Et pari
ratione viſiuæ potentiæ corrumpuntur operationes: ita vt imaginationes in aere perci-
piantur ex vaporibus corruptis in cerebro multiplicatis, ſpiritui viſibili commixtis & in-
Cur elephã tici conturbata habeant & corrupta ſomnia. ficientibus totum oculum, & principaliter ad cryſtalloidem. ¶ Vnde ex hoc fundamen-
to deducere potes, quare conturbata habeant & corrupta ſomnia: ita vt appareat eis quã-
doque aſtare & altercari cum dæmonibus, & bellum & rixam agere, cum his tamen, qui
ſunt amici, quæ omnia intelligenti prædicta facillima ſunt. ¶ Propter quod ſi corrum- C
pitur eorum appetitus, & læditur per viam intenſionis, non eſt mirum, quoniam ma-
teria melancholica ad ſtomachum delata & multiplicata acuitate ſua pungendo, ſtypti-
citate ſua conſtringendo, ponticitate pungendo & corrugando exprimit & conſumit
humidum ſubſtantificum oris & totius ſtomachi, quare ſemper fere ſunt fameſcentes,
& vix ſaturari poſſunt. ¶ Qualiter vero & propter quod in ſplene, epate & in meſen-
tereo multiplicentur melancholicæ materiæ oppilantes & apoſtemantes membra præ-
dicta, & efficientes in eis corruptiones vlceroſas: Et qualiter in hac diſpoſitione quan-
doq; ſuperueniat melancholia hypochondriaca, ex prædictis plane haberi poteſt. ¶ Et
conſequenter, quare pedibus magnis fiant apoſtemata multa, dura, nigra, obſcura, cor-
rumpentia partes, & proprie digitos pedum, iam ſatis eſt facile videre. Et variantur quã- D
doq; pedes ipſorum propter multitudinem materiei melancholicæ ſuperfluæ implentis
venas, quæ quandoq; adeo groſſa exſiſtit, vt a venis effundi non poſſit in poros, ita vt ef-
ficiat in eis apoſtemata. Sed in venis conculcata remanẽs extendit eas, ita vt circumuol-
ui videantur membra velut a vitibus, quare vites a ſapientibus ſunt denominatæ varices.
Vnde leproſis tumeſcentia hæmorrhoidum. ¶ Amplius penultimi accidentis, videlicet tumeſcentiæ hæmorrhoidum & cæcitas ea-
rum valde facile poteſt haberi intellectus. Intumeſcunt enim propter ſanguinis craſſi-
tiem & multitudinem. Cæcæ vero, i. nihil educentes efficiunt hæmorrhoides propter
ſanguinis terreſtreitatẽ & craſſitudinem, cui repugnant exire per orificia extremitatum
venarum hæmorrhoidalium, quæ ſtricta ſunt. ¶ At vero vltimo non raro videbis ele-
Vnde tumeſcentia ſcroti phanticum habere ſcrotum apoſtematum apoſtemate tantæ extenſionis, quod ſtupefa-
cit aſpicientes. Materia enim melancholica dupliciter principaliter effunditur in ſcro- E
tum. Primo p venas ramificatas a caua deſcendente, quę deſcendunt ad ſcrotum cũ pan-
niculo ro. Secundo vero materia iſta effundi poteſt a meſenterio per venas in ipſo exſi-
ſtẽtes multiplicatas ad panniculum ſifac. Et quia ab inferiori parte ſifac oritur pannicu-
lus, qui nominatur didymus, in quo ramificantur & inueniuntur venę continuæ cum ve-
nis ſifac inteſtinalis, cuius ipſe didymus eſt pars: ideo cum didymus inuoluat ſubſtantiã
teſticulorum, non eſt mirum, ſi in teſticulis & toto ſcroto abunde recipiatur materia me-
lancholica ſubſtantiæ teſticulorum & totius ſcroti apoſtematiua apoſtemate magnę ex-
tenſionis: pp continuum materierum deſcẽſum ſcrotũ nõ euacuatur a corruptione in ſuis
partib. vlceroſa, in tantũ, q̄ frequenter ſubſtantiales partes eius cadant a ſcachiloſa cor- F
ruptione. Ex quib. cõcludere potes, ſi ſanguis leproſi aſtantes tangentes ipſum inficit: ẽt
audire potes ex iſtis, quod vt in pluribus & quaſi ſemper leproſus, & leproſa generat le-
proſos. q̄ etſi veriſſimũ exſiſtat de omni lepra: maxime tñ verificatur magis de elephãriaſi
dicta, cũ ipſa ſit omniũ magis praua & venenoſa magis omnib. aliis, vt ſupra deductũ eſt.

Hæc

A Hæc in ſumma eſt ſpecies lepræ, qua affligitur illuſtris & generoſus Comes de Cãpo baſſo,& eſt modus & fundamentum theoricæ contemplationis circa omnẽ ſpeciem lepræ,& ſuperadde libito tuo. Oportet itaq; vtilius circa ipſam contemplari curationis modum oſtendentis: vt nunc ſequetur.

Secunda pars huius tractatus: De cura lepræ elephanticæ continens capita decem, ſecundum intentiones decem habendas in ea.

Modus vniuerſalis curationis huius valetudinis.

ITAQVE vt huius tremendæ valetudinis ſcientifice & vtiliter regimen oſtendã, in decem intentiones ipſum partiendum eſſe deduxi: quę etiam ſecundum partem in omni ſpecie lepræ adminiſtrari poſſunt & neceſſariæ ſunt: licet eas & in- B ſtrumenta earum reſtringam proprie magis ad curam elephanticorum. ¶ Particularem enim curam leoninæ lepræ in alio tractatu ſatis conuenienter tractaui ad quendam nobilem Venetum de Raimundis. ¶ Alopeticæ lepræ materiam curationis euacuaui in alio tractatu ad quendam Gaitanum inſcripto. ¶ Et tandem Tyriæ lepræ materiam curationis in tractatulo ad Nicolaum de Iuſtinopoli inſcripto: quare multa, quæ hic ſcribentur, elephantioſis erunt propria magis. ¶ Erunt autem intentiones iſtæ: prima rectificatio regiminis ex parte ſex rerum non naturalium. ¶ Secunda materierum minoratiua euacuatio. ¶ Tertia earum diuerſio. ¶ Quarta digeſtio. ¶ Quinta eradicatiua euacuatio. ¶ Sexta completa conſumtio. ¶ Septima rectificatio membrorum, in quibus tales materiæ generantur. ¶ Octaua corruptio prauitatis & venenoſitatis ma- C terierum. ¶ Nona electio medicinarum a tota ſpecie contrariantium lepræ. ¶ Decima & vltima accidentium correctio.

CAP. I. *Intentionis primæ: De rectificatione regiminis ex parte ſex rerum non naturalium.*

PERFICITVR autem intentio prima præmittendo primo, quod quia melancholia melancholica eſt frigidæ complexionis & ſiccæ: ideo oportet rerum non naturaliũ effectum contrariari ipſi calefaciendo & humectando. Et cum ibidem ſit gradus caliditatis præter naturam, velut in aduſtis corporibus: ideo oporteret corrumpi per infrigidantia. Et quia reperitur in materia venenoſitas: ideo oportet contrariari per inſtru- D menta venenoſitatis corruptiua. Et ſi quidem, quia hæc non ſunt bene poſſibilia reperiri omnia in ſimplicibus medicinis, imo et rariſſime in compoſitis: ideo omne regimen refrangetur ex iſtis, vt deſcendendo videbis.

Eligatur itaq; aer calidus & humidus leui caliditate, ampliori tamen humiditate, & *Aer.* proprie, quæ inuenitur apud parietes montium diſcoopertorum orientali plagæ & parti meridionali, quæ propinqua eſt orientali aut parti ſeptentrionali eidem meridionali propinquæ. Et ſit locus vel habitaculum eius propinquum decurſibus fluuiorum laudabilium, aut vbi hincinde ſcaturiunt fontes diuerſi & electi, vbi flatus ventorum orientalium. Et ſit aer prædictarum partium ſerenus a caligine, nebuloſitate priuatus, vt tectis & arboribus, velut citris, citrangulis & conſimilibus ornatus. Et ſiquidem talis reperiri nõ E poſſet, imo eſſet excellenter calidus: tunc frangatur cũ frequenti aſperſione fontalis aq. aut decoctionis violarum, nenupharis, extremitatum lactucę, ſemperuiui, & conſimiliũ. Aut ſuffumigetur ex puluere iſtorũ trociſcorum carbonibus paruæ flammæ ſuperaſperſo: quorum deſcriptio eſt hæc. ℞. *florum nenupharis, violarum an.* ℥ j. *ſem. lactucæ, endiuiæ, ſcariolæ an.* ℥ ß. *ſeminum quatuor communium frigidorum* ʒ vj. *amyli* ℥ ß. *camphoræ* ʒ j. *cum ſucco lactucæ formentur trociſci ponderis* ℥ ß. *qui poſt exſiccationem eorum puluerizentur, & ſuffumigetur habitaculum mane, meridie & in crepuſculo noctis ex eis.* Et eadem hora ſufficiet ſuffumigatio cum decoctione vel puluere foliorum citri & citranguli, & conſimilium: quorum magna reperitur copia in celeberrimo regno Apuliæ. Si autem contingeret habitaculum expoſitum eſſe & propinquum aquilonari plagæ: tunc ſuffumigationes & aſperſiones prędictę F vtiles erunt, & proprie ſi eis ſuperaddatur aliquid de foliis pomorum dulciũ, chryſomelorum, granatorum dulcium & aliorum vegetabilium caliditatem habentium, folia piſticorum & amygdalarum arborum vtiliſſima eſſent. Et facile ſuffumigium eſſet hoc. ℞. *trociſcorum diauiorum, i. de violis* ℥ ß. *trociſc. de camphora* ʒ j. *fiat cum ipſis decoctio aut ſuffumigatio, vt dictum eſt.* ¶ Et eſt ei neceſſarium, vt cum prædictorũ decoctionibus ſæpe abluãtur

Troſiſci pro fumo.

Alii.

induſia ipſius & panni, quos tangit: & veſtes eius cum prædictorum puluere conſeruen- A
turin cophinis & ſuffumigentur eis. Et gratia huius confert excellēter hoc aromaticum
Nodulus odoratus. ſæpe odoratum: cuius deſcriptio eſt hæc. ℞. *terræ ſigillatæ & luti armeni an. ℥ ij. florum borag. bugloſſæ, foliorum baſiliconis an. ℥ j. ß. violarum, florum nenuphar. an. ℥ ij. camphoræ ℈ ß. labruſcæ, florum ſalicis, ſeminum lactucæ an. ℥ vj. fiat omnium per ſe puluis, & ligetur in ſindone & ſæpe odoretur.* ¶ Et de annexis aeri caueat ſummopere ne pectus & caput veſtibus & tecturis conſtringentibus muniatur, & manus & pedes pannis albis ſępe permutatis fulciantur, & proprie cum pellibus agninis in tempore hyemis manus, pedes & caput cuſtodiri debent.

Cibus. In cibis autem electio fiat ſecundum hunc modum, ſupponendo primo, quod oporteat eos non eſſe pure cibales: quia operantes a materia præciſe, ſed eſſe cibos me- B
dicinales tempore debilitatis multiplicatæ in accidentibus, & magis eſſe reſtauratiuos, quam alteratiuos, & econuerſo magis alteratiuos, quam reſtauratiuos, cum inueniretur virtus non ita directa. Qualiter autem oporteat eos in qualitatibus diſponi, appa-
Panis. ruit in prædicto cap. de aere. Debent enim eſſe leuiter calefactiui commixti cum infrigidantibus & potenter humectatiui. Propter quod oporteret panem ipſorum eſſe confectum cum aq. ſcariolæ, aut aq. violar. portul. vel lactuc. habere ſalis parum & eſſe bene fermentatum mediocriter coctū abſq; aduſtione non habentē ætatē plurium, quā duorum dierum. propter ꝗ braciatelli cum farina fermentata cōpoſiti eſſent ipſi cibus conueniens, quia eorum exſiccatio & incraſſatio remotæ ſunt per per aquam, in qua infun-
Carnes. duntur, ꝗ dat eis penetrationem & ablutionē conuenientem, vnde zeltæ ſiue nebulę eſ- C
ſent ei inconuenientes. ¶ Similiter etiam & carnes oportet eſſe leuis digeſtionis & boni nutrimēti, ſicut pullorum & volatiliū degētium in aere & in aquis, velut anatuli pingues, & ꝑdices, phaſiani, francolini, ſtarnę, turtures, turdi pingues, palumbi ſylueſtres & pipiones omnino dimittat, & aliarum vſus carniū cōuenit ei, & ꝓprie, cum nō ſunt valde pingues, & caro capreti menſalis, caro vituli lactentis & caſtrati iuuenis, & porcellorum iuuenium domeſticorum vel ſylueſtrium cōueniunt ei: vt & caro gazelli, iuuenculi cerui, qua-
Piſces. leæ & caro cuniculi. Caro leporis non placet mihi propter melancholicitatem ſuam. Ex piſcibus autem optimi ſunt illi fontales omnes iuuenes omni limoſitate & viſcoſitate priuati, & proprie, qui ſunt approbati in ciuitatibus. Meliores autem ſunt ei fontales & fluuiales, quam maritimi, & iterum conuenientiores elixi, quam aſſati. Si autem coquantur
in oleo, melius eſt ei oleum de ſiſamo & oliuarum, quam de nucibus. & conuenit etiam D
ei oleum de amygdalis dulcibus, quoniam conuenienter mundificatiuum eſt & aperitiuum. Butyri autē vſus in hoc viro non videtur cōueniens ꝑꝑ inflammabilitatem & in-
Fructus. flammationē ſuam. Ex fructibus conueniunt ei ſuo tempore ceraſa, auellanæ recentes, amygdalæ, pyra muſcata & reliqua dulcia: pyra etiam laudantᷣ ei. Ficus recentes, & proprie, quando poſt earum comeſtionē bibitur aqua recens & dimittitᷣ vinum, cum ēt mediocris dulcedinis ſit, aut ponticitatē laudabilē habens ſunt ipſi conuenientes, vt & perſica, poma granata dulcia & muza. Acetoſa vero granata non conueniunt ei propter cōuenientiam complexionis eorum cum melancholia. Vniuerſaliter n. acredo aceti nocet melancholicis. *3. regiminis acutorum.* Nuces a. meſpilæ, ſorbæ, cydonia & caſtaneæ dimit-
tantᷣ: poma vero bene matura laudari poſſunt ei: propterea, quia reſiſtunt putrefactioni, E
imo rectificant eā. Vuæ bene dulces & albæ per duos dies poſt earum collectionē con-
Fercula. ſeruatæ conueniunt. ¶ Ex ferc[illegible]s autem conueniunt ei cicerum rubeorum & alborum brodium, & ſpinachia, bleta, endiuia, cucurb. lactuc. portul. refractę cum fol. fœn. humi. omnia hęc bene cōueniunt. Melones ēt bene maturi ꝑꝑ infrigidationē & humectationē & lenificationē, ꝗ eſt in eis, ſunt ei boni. Et pari ratione cōuenirēt citrul. vel cucum. dicti, niſi timeretᷣ eorum putrefactio vel putredo ex eis. Anguriæ vero, & proprie, ꝗ naſcuntᷣ in
Radices. regno Apuliæ, ſunt ipſi bene cōueniętes ꝑꝑ apertionē & infrigidationē, ꝗ reperitᷣ in eis, & cōuenientē nutricationē acceptam ex dulcedine earum. Ex radicib. euitentᷣ ſcordeō,
porrum, allium, bulbus & raphanus, niſi in raro vſu. Et ferculum laudāt ei factum ex iure F
Lac. decoctionis ranarum fluuialium, & ꝓprie cum foliis bletę, maluæ, violarum & cucurbit. Criſolocanna v. inter alias plātas ēt ipſi valde eſt vtilis. Lactis vſus eſt ipſi valde cōueniēs, & proprie factis in eo ferculis, quibuſcunq;, & lac coagulatum, coloſtrum dictum & poſt caſeum a lacte recocta nominatum, & calcolæ recentes optimæ ſunt & conuenientes.

Mellis

A Mellis vero vſus licet ab auctoribus vniuerſa fere concordia approbetur, in hoc ta-
men viro non placet mihi pp corruptibilitatem eius in ſtomacho ſuo a caliditate epatis
notabiliter intemperato. ¶ Vſus vero aromatum, vt piperis, cinamomi vtriuſque, ga- *Aromata.*
langæ, zinziber. & ſimilium calidorum non placet, ne præparent humores ad aduſtio-
nem. Verum ſpecierum infraſcriptarum vſus placeret mihi ad vigorandum digeſtio-
nem eius primam & ſecundam, immo & tertiam: quarum deſcriptio eſt hæc. ℞. *cro-* *Puluis.*
ci drach. j. cinamomi drach. ij. macis drach. ij. violarum, florum nenupharis, ſemin. acetoſæ, ſcario-
læ, corallorum amborum an. ℨß. *ſandalorum amborum an. drach. j. fiat omnium per ſe puluis & com-*
miſceatur. ¶ Carnium & reliquorum ciborum ſalſorum vſus dimittendus eſt propter
cauſſam notam. ¶ Pinguedine anatis, gallinæ, vituli caſtrati in cibariis vti poteſt, &
B pinguedo etiam porci colata axungia nominata non multum ſalſa placet mihi. ¶ Aceti
vſus mediocriter acuti concedi poteſt ei: acutum autem acetum & acre valde non pla-
cet. Sapa vel vinum coctum in ſuis condimentis placet mihi: ſacchari autem vſus ſit ei
mediocris. ¶ De præparationibus vero ciborum mihi placent magis elixa, quam aſſa- *Præparatio*
ta. ¶ Et de partibus animalium dimittantur venter, epar, cor & principaliter ſplen. *ciborum.*
Cerebrum autem elixum aliquando non eſt ei reprobabile. Multa autem animalium *Partes animalium.*
pinguedo non conuenit ei, niſi refracta cum recenti agreſta non ſalita: aut cum ſuc-
co citrangulorum: & proprie illorum, qui reperiuntur in regno Apuliæ: quorum ſapor
declinat ad dulcedinem. Et ſimiliter conueniret ei ſuccus limonum quorundam, qui
inueniuntur ibi & vocantur limæ: quarum ſapor ad dulcedinẽ declinat ponticitati com-
C mixtam: & hoc ſatis de cibis dictum eſſe videtur.
Nunc a de potu dicendum, vinum ergo quodlibet nigrum vel obſcurum dimittẽ- *Potus.*
dum eſt, & conſimiliter rubeum, propter partem terream a racemis in eo impoſitam. Si-
militer omne album vinum, fumoſum & potens omnino effugiat. Conueniens eſt autẽ
ei vinum album, pauciferum, ſapore amœnum, medium inter dulce, ponticum & acre. Et
ſi tale naturaliter non poſſet haberi, diluatur cum aqua electi fontis, clara, ſubtili, odori-
fera; aut ſaltem ab omni fœtore priuata accepta a fonte, in quo non reperiatur multitu-
do ranarum vel viperarum, ſed exſiſtat cœlo diſcoopertus, in cuius fundo ſcaturiat aqua
diſcurrens per lapillos & non per lutum vel alueum fœtidum, propter quod laudabilis
maxime ſibi foret aqua ciſternæ, quæ cum depuratione, quam accepit in medium ex
D colliſione ventorum, amplius etiam facta eſt expurgata magis diſcurrendo per argillam
& arenam, ex quibus ciſternæ conſtruuntur rationali artificio. ¶ Si etiam quandoq;
generoſus hic vteretur, & proprie in diebus frigoris hydromelle facto ex viginti parti-
bus aquæ ciſternæ & parte vna mellis per decoctionem cadentibus, vſq; ad quartæ par-
tis conſumtionem, eſſet ipſi vtile. ¶ Omnino autem conſulo ipſi, vt tempore, quo vuę
erunt bene maturæ, faciat ſibi fieri vinum ſecundum hunc modum. *Accipiantur iij.* *Vinum artificiale in hyeme vſurpandum.*
vel v. maſtelli careni bene dulcis, infundantur in eis herbæ ſcariolæ recentis lib. j. radicum enulæ mun-
datarum & minutim inciſarum lib. j. ß. ſeminum lapacij acuti & acetoſæ, quæ eſt ſpecies eius an. ℨ *j.*
infundantur in prædicto muſto, & cum bene clarificatum fuerit, accipiatur in potu; & ſi potens fue-
rit miſceatur eidem altera medietas aquæ ciſternæ, veruntamen melius eſſet, vt ipſa aqua ciſternæ
E *bulliret in vino: ita, quod ad quinque maſtellos prædicti vini ponerentur maſtelli duo aquæ ciſternæ:*
& hic quidem potus eſſet ei vtilis a principio menſis Octobris, per totum menſem Mar-
tii. ¶ A principio vero menſis Martii, vſque in finem Septembris conueniret ei talis
potus: cuius deſcriptio eſt hæc. ℞. *muſti ſupraſcripti & aquæ ciſternæ ana maſtellos duos, e-* *Aliud pro æſtate.*
paticæ bene ablutæ & mundatæ, quæ a Galeno denominatur lichin, ſexto ſimpl. naſturt. aquatici ℔ j.
ſenetionum an. ℔ ß. *foliorum citranguli recentium* ℔ j. *incidantur minutim, & ponantur ad bulli-*
endum, cum eo, & cum exſiccatum fuerit, vtatur eo, vt dictum eſt: hoc in ſumma videtur eſſe re-
gimen ex parte cibi & potus huic viro conueniens.
De modo vero accipiendi cibum & potum primus canon obſeruandus eſt, quod nũ- *Regula circa vſum ciborũ & potuum obſeruanda.*
quam accipiat cibum neq; potum niſi verus & non mendoſus appetitus inuitet ipſum. 1.
F ¶ Secundus, quod nullum cibum accipiat ſtante nauſea vel faſtidio, vel abominatio-
ne in ſtomacho: immo tardetur cibus, vſque quo ſtomachus a prędictis fuerit alleuiatus. 2.
¶ Tertius, quod non concurrat ad accipiendum cibum aut potum, niſi percipiat ſto- 3.
machum a prædictis eſſe conuenienter alleuiatum, tunc enim cibetur & non tardet. 4.
¶ Quartus, quod nullum cibum accipiat ingluuioſe & ſubito deglutitum. ¶ Quintus 5.

6. quod multum tempus expēdat in multum maſticando cibum antequā deglutiat ipſum. A
7. ¶ Sextus, quod cibaria multum diuerſa genere & ſpecie in vna menſa dimittantur. ¶ Se-
8. ptimus, quod mollem & lubricum cibum ſemper accipiat ante durum & ſpiſſum & cō-
pactum. ¶ Octauus, quod menſura cibi ita limitetur, vt ex eo non ſentiatur ſtoma-
9. chus tenſus & grauatus. ¶ Nonus, vt cibi eius in æſtate tepidi, in hyeme vero non mul-
10. tum calidi accipiantur. ¶ Decimus, quod omnis potus accipiatur tanta menſura re-
11. gulatus, quod non fluctuet vel regurgitet in ſtomacho. ¶ Vndecimus, quod cum per-
ceperit a cibi quantitate vel potus grauatum eſſe ſtomachum, tunc prouocetur vomitus

Vomitoriū.

cum hoc potu: cuius deſcriptio eſt hæc. ℞. *aquæ decoctionis radicum raphani ℥ iij. ſacchari alb. mellis ān. ℥ ß. ſalis gemmæ gr. iij. cymini gran. v. aceti cyathum ß. miſce hæc omnia, & tepidū in potu accipiatur.* Et ſi per ipſum prouocatus fuerit vomitus, bonum eſt: ſin minus, imponatur digitus vſq; ad principium meri titillando ibidem, aut ſaltem imponatur ibi cādela vel penna oleo inuncta titillando in prædicto loco, & prouocabitur vomitus. ¶ Si autem propter aliquam contingentiam non prouocaretur vomitus, tunc ne corrumpatur cibus aut præparetur ad corruptionem febrilem, deponatur cum hoc potu: cuius de-

Potio lenitiua.

ſcriptio eſt hæc. ℞. *caſſiæ nuper extractæ a canna ſua cum aqua violarum ℥ j. aq. decoctionis mercurialis cyathum vnum, tepefiant & in potu accipiantur:* & leniendo deponetur cibus. hæc de inanitione & repletione ciborum & potuum dicta ſufficiant.

Somnus & vigilia.

Menſura v. in quarta re non naturali, ſc. ſomno & vigilia, eſt vt inclinetur iſte vir ad dormiendum magis prolixe, quam viro ſano conueniat, & quia prolixus ſomnus humectat, & quia ad melius digerendum facit, & propter quietem in eo materiæ minus diſ- C ponuntur ad corruptionem, quam in vigiliis, propter earum agitationem: dormiat ergo in die naturali non minus octo horis, & in diebus, in quibus conuenit ſomnus a natura q̄ſitus poſt aſſumtionem cibi, dormire poteſt per horam vnam, aut vnā cum dimidia, non longum tamen decubitum faciat ſuper dextra parte, ne multum calefiat epar eius. Similiter nec prolixo tempore ſuper ſiniſtro latere propter conculcationem materierum in ſplene. Dormiat ergo eleuato capite, quaſi ſemiſedens, & etiam aliquanto tempore ſuper ſpina prolixius, quam ſuper ventre, & in dormiendo in diebus frigoris caput & extremæ partes conuenienter ſint coopertæ. In diebus vero caloris mediocri tectura muniantur prædictæ partes. Reliquo a. tēpore vigilet ſecundū conſuetudinē in naturalitate

Motus & quies.

ſua ſolitam. Exercitium eſſet huic domino conueniens, ſi membra poſſent ipſum pati D ſine magna laſſitudine. Verum, quia pedes omnes debilitati ſunt propter apoſtemata corruptiua & vlceroſa: ideo oportet ipſum quieſcere, & loco exercitii vtatur diuerſionibus, de quibus in ſubſequenti cap. videbitur. Capiti autem loco exercitii conueniens eſſet leuis fricatio & pectinatio cum ſetula vel eburneo pectine.

Paſſiones animi.

De ſexta vero re non naturali attendat, quod nihil ei deterius eſſe poſſit, quam paſſionibus animalibus affligi, vt ira vel furore magnis & frequentibus: hæc enim talia cum hoc, quod augmentant ebullitionem præternaturalem in materiebus diſponunt materias ad aduſtionem & ad conuerſionem melancholicam, propterea, quia exterminant, & mutant corpus ab ea, quę eſt ſecundum naturam conſiſtentia, *3. techni.* Iocunde igitur agat & exultet in domino, quam melius poteſt diuertendo paſſiones melancholicas ad E ſtudia theologica & moralia, quæ animam paſcunt & ſapere & intelligere faciunt corpus temperando conuenienter: hoc in ſumma videtur eſſe regimen per ſex res non naturales conuenienter diſpoſitionibus huius viri menſuratum.

CAP. II. *Intentionis ſecundæ de minoratiua materierum euacuatione in leproſis.*

Materierū euacuatio minoratiua.

SECVNDA vero antepoſita principalis intentio fuit materierum euacuatio minoratiua. ¶ Pro qua dicendum primo, quod hic per euacuationem minoratiuam non intendam euacuationem materierum in quocunque corpore communiter inuentarum, quæ ſunt mucilaginoſæ & vitreæ ſuperfluitates, fæces & ventoſitates in inteſtinis multiplicatæ & aquoſitates, a quibus corpora fere nulla euacuantur. Sed in- F telligo hic per euacuationem minoratiuam appropriatam, quæ reſpicit materiam morbi antecedentem, videlicet materiam melancholicam ægritudinis huius domini genitam ex aduſtione melancholiæ & ſanguinis in epate ſuo & in venis circumſtantibus ipſum: huius autem materiei euacuatio multum confert virtutem alleuiando per modū

exonera-

A exonerationis. ¶ Præmittendum ſecundo, quod licet euacuatio hæc, vt in pluribus ad-
miniſtrari ſoleat in vniuerſali principio materialium ægritudinum: intelligitur tamen
illud verius eſſe in ægritudinibus ſeruantibus materias ſecundum magnam partem ad v-
nicam euacuationem. In chronicis autem ægritudinibus, in quibus materia multoties
regeneratur, toties iuuat ipſam euacuari minoratiue quoties ipſa multiplicatur. Et adhuc
dato, quod illa materia nõ ſit pfecte digeſta: tamẽ eius euacuatio paulatim facta alleuiat vir-
tutẽ: & eo maxime, ne noua materia generata accumuletur alteri, & ꝓprie in ægritudi-
nib. pendentibus a materia craſſa & frigida, quę valde facile compacta fit inobediens ꝓp
longitudinem ſuæ moræ in mineris. ¶ Præmittendum tertio, quod licet hic modus mi-
norandi materias multiplex exſiſtat; tamen hic videtur mihi ſufficere procedendo cum
B hac euacuatione ſex diuerſis inſtrumentis. ¶ Et primo quidẽ per phlebotomiam. ¶ Se-
cundo vero per ſolutiuam medicinam ebibitam. ¶ Tertio cum clyſteribus. ¶ Quarto
cum aperientibus venas hæmorrhoidales. ¶ Quinto cum prouocatiuis vrinæ. ¶ Sexto
& vltimo cum educentibus materias a membris, quæ magis læſa ſunt.

Et primum quidem completur, vt ſi repræſentatur plenitudo vniuerſalis, phlebo- *Venæ ſectio.*
tometur vena purpurea vel nigra ſiniſtri brachii, per quam educantur ſanguinis ℥ iij. vel
iiij. Si autem appareret repletio maior circa epar, tunc phlebotometur baſilica inuenta
ſub cubito dextri brachii. & ſi fortaſſis maior videretur repletio circa partes capitis, ſic-
ut ſemper fuit in iſto viro, tunc phlebotometur cephalica apud pollicem dextræ manus
inuenta. Phlebotomia enim vtplurimum in cura cuiuſcunq; lepræ eſt inſtrumentũ val-
C de ſingulare, quoniam plurimum materierum in leproſis generatur in venis ex aduſtio-
ne materierum, ad quas nulla commodior eſt inuenta euacuatio.

Cum ergo materia hoc modo minorata fuerit, aut ſi non apparuerit phlebotomię *Medicamenta ſolutiua.*
neceſſitas, adminiſtret ſecundũ inſtrumentum, ſc. pharmacum melancholiæ conueni-
enter eductiuum: velut eſt decoctio de epithymo communitate omnium auctorum ap-
probata colligenda a Meſ. *in antidotario*. licet mihi magis placeat decoctio ſcripta a Rhaſ.
9. Almanſ. c. de melancholia. de qua communiter tepida in aurora exhibeatur ab ℥ iiij. vſque
ad lib. ß. & tardetur poſt ipſam aſſumtio cibi per ſex horas, & parũ poſt ipſam dormien-
dũ eſt: quia nõ eſt medicina fortis. Si quis deſideraret ſecuriorẽ & leuiorẽ medicinã, ac-
cipiat iſtam. ℞. *polypodii recentis, folliculorum ſenæ contritorum, thymi, epithy. an.* ʒ j. *myrobal. In-* *Potio.*
D *dorum* ʒ *ij. aq. lactis* ʒ *v. aniſi, cinam. dauci, macis ana* ℈ ß. *puluerizentur omnia ſubtiliter & infun-
dantur in aquam lactis calidam per diem naturalem. deinde in aurora calefiant & exprimantur con-
uenienter, & tota colatura exhibeatur obſeruando poſt eam, vt de præcedenti dictum eſt.* Si quis autẽ
abominaretur potũ pharmaci, accipere poteſt pilulas iſtas, quarum deſcriptio eſt hæc. *Pilulæ.*
℞. *polyp. thymi, epithymi ana* ℥ *v. lapidis lazuli & lapidis armeni præparatorum ana* ℈ ß. *aniſi, macis,
zinz. ana* ℥ *ij. ſalis Indi* ℥ *iij. cum ſucco roſ. formentur pilulæ vij. vel viij. & exhibeantur omnes.* Et
quartum inſtrumentum de communib. eſſet dare in potu ʒ vj. electuarii diaſenæ deſcri-
pti a Nicolao *in antidotar.* cum ℥ iij. aquæ lactis caprini, & eſt medicina electa & ſecura.
Quintum vero eductiuum melancholiæ prædictæ minorando eſt hoc. ℞. *ſenæ præparatæ* *Potio.*
ʒ j. *ſalis Indi, lapidis lazuli & armeni ana gr. ij. potentur in potu cum medio cyatho aquæ lupulorum*
E *calefactæ.* Sextum medicamen melancholiæ eductiuum, quo nullum aliud elegantius in-
ueni, eſt, vt patienti dẽtur in potu cum aqua bugloſſæ calida ʒ v. vel vj. electuarii ad me-
lancholiam ſolutiui deſcripti ab Auic. *2. de viribus cordis, penult. c.* & attendantur circum-
ſtantiæ circa decoctionem de epithymo poſitæ. Ego autem ſcio, quod bonum ſolutiuũ
de ſimplicibus ſit in potu dare ℥ ij. ſucci foliorum polypodii recentis cum modico vini
alb. aromatici. Et ſi quis delectabilius pharmacum deſideraret, tunc accipiat hoc octa-
uum videl. ʒ v. aquæ deſtillationis polypodii cum foliis & radicibus recentis. Pariter etiã
quoniam vidi hoc nonum pharmacum minorare materias melãcholicas, videl. accipe-
re ℥ iij. aquæ ablutionis lapidis lazuli terdecies præparati. Non dubito etiam quod deci-
ma medicina melancholiæ conuenienter eductiua eſſet comedere quatuor vel v. myro-
F balanos Indos per vnam diem naturalem infuſos in duabus ℥. ſucci roſ. qui ſuccus bibe-
retur poſt eorum comeſtionem.

Tertium vero inſtrumentum minoratiue eductiuum melancholicæ materiæ, &
proprie multiplicatæ in mirachialib. venis, qua raro hæc ægritudo caret, eſt hoc clyſte-
re. ℞. *foliorum boraginis, bugloſſæ, corticum agarici, radicum enulæ, polypodii recentis, libanotis ana* *Clyſter.*

Mj.coquantur omnia in ℔ quatuor aquæ vſque ad conſumtionem medietatis, & huius decoctionis A
ſimplicis clyſterizentur ℥ xv. ¶ Et leuius iſto eſſet hoc clyſtere ſecundum. ℞. *decoctionis ante-*
Alium. *ſcriptæ ℔ j.olei violarum ℥ iij.butyri ℥ ß.miſce & imponatur.* ¶ Tertium clyſtere & ſecurius &
ſuauius eſt hoc. ℞. *vini alb.dulcis & aromatici ℔ ß.aq. decoctionis maluarum & violarum ℥ iiij.*
Alium. *electuarii diaſenæ & caſſiæ fiſt.ana ℥ ß.ſalis Indi ℈ j.miſce totum & imponatur.* ¶ Quartum clyſte-
re ad hanc intentionem poteſt eſſe hoc. ℞. *olei violarum ℥ iiij.brodij decoctionis carnium eritij*
terreſtris ſpinoſi ℔ ß.ſalis Indi ʒ j.electuarii hamech deſcriptione maiori ʒ vj.& totum accipiatur.
¶ Ego autem manifeſtum iuuamentum inueni in clyſterizando ℔ j.*aquæ lactis caprini poſt*
Alium. *aſſumtionem caſei cum ℥ j.caſſiæ fiſtulæ.* ¶ Sextum autem clyſtere poterit eſſe hoc. ℞. *agarici,co-*
locynth.myrobalanorum Indorum & emblicorum, thymi,epithymi, ſenæ & fumiterræ ana Mj.co-
quantur omnia in lib.vj.aquæ vſque ad conſumtionem medietatis.Et de hac colatura cum expreſſio- B
ne conuenienti abſque alio clyſterizentur cum ℥ xij.vel xv.

Quartum vero inſtrumentum, cum quo materiæ melancholicæ euacuatione mi-
noratiua communi euacuari poſſunt, eſt cum apertione venarum hæmorrhoidum, q̃
hic pertranſeo, quoniam ſermo erit de ea in ſequenti cap. vbi de diuerſione materierũ
determinabitur.

Iterum & hic ſolent ſapientes euacuare materias minoratiue cum his, quæ vrinam
prouocant. cuius inſtrumentum & modus tangentur etiam in ſequenti capite de diuer-
tentibus.

Adhuc etiam & ſexto illuſtres & peritiſſimi viri minorando euacuant materias: & C
proprie a membris, in quibus ipſa multiplicantur magis, quæ membra ſunt magis læſa
nocumento defædationis eorum aut extenuationis vel multiplicationis puſtularum in
eis. Et ſiquidẽ contingat materias corrumpere magis partes capitis, minorari poterunt
Potio purgãs caput. aut cum hoc minoratiuo. Cuius deſcriptio eſt hæc. ℞. *electuarii diaſenæ, electuarii hamech a-*
na ʒ iij.aquæ decoctionis vel ſublimationis betonicæ ℥ iij.miſce, & tepidum in potu detur. ¶ Neque
terrearis argumento ſophiſtico, quod medicinæ ſolutiuæ potabiles debeant dari calidæ,
vt *quarta primi, cap. quarto.* ¶ Reſpondetur quod illud ſit verum altera cauſſa fortiori non
ducente ad oppoſitum, ſicut in taliter facientibus, in quibus, vt in pluribus inuenitur ca-
liditas præter naturam ſatis eleuata. ¶ Et ſi timeres caliditatem aquæ betonicæ, tunc lo-
co ipſius ponere potes ij. vel iij. ℥. aquæ violarum purpurearum aut nenupharis. quælibet
enim talis eſt medicina capitalis frigida. ¶ Et ſi iterum perciperet Medicus materiam D
eſſe euacuandam a pectore magis, tunc poterit exhiberi medicina talis. Cuius deſcriptio
Potio purgãs pectus. eſt hæc. ℞. *agarici electi ʒ j ß.myrobalanorum Indorum ʒ ij.polypodii recentis, foliculorum ſenæ ana*
ʒ j.dauci, aniſi, hyſſopi ana ʒ ß.aquæ fœnic.aq.hyſſopi ana ℥ ij.caleſiant aquæ & cum eis infundantur
pulueres reliqui per duos dies naturales, tertio vero ſequenti die in aurora caleſiant & exprimantur
conuenienter: & cum eis apponantur penidiarum ʒ vj & totum in potu accipiatur tepidum vel cali-
dum obſeruatis conditionibus, quæ in prima decoctione de epithymo dictæ fuerunt. ¶ Similiter etiã
ſi materiam melancholicam perciperetur abundare circa regionem epatis, inteſtinorũ,
meſenterei & ſtomachi: tunc poterit euacuari cum hoc pharmaco completæ inten-
tionis ad omnia prædicta membra. Cuius deſcriptio eſt hæc. ℞. *aniſi, ſpicæ, violarum, cuſcu-*
Alia purgãs membra reliqua. *tæ. ſeminis acetoſæ, maſticis ana ʒ ß.roſarum, labruſcæ ana ℈ iiij.coquantur omnia in ℔ ß.aquæ vſque* E
ad conſumtionem medietatis.deinde colentur cum expreſſione conuenienti. & huius decoctionis acci-
piantur ℥ iij.& miſceantur cum v.ʒ. electuarii ſolutiui ad melancholiam deſcriptione Auic. ſecun-
do de viribus cordis, penult. cap. vel vltimo ſecundum alios. Cum his itaque ſatis videtur ratio-
nabiliter euacuari poſſe minoratiue materias a toto corpore in determinatis partibus
dominantes magis. Et ita completur intentio ſecunda euacuationis minoratiuæ mate-
rierum in leproſis.

Cap. III. *Intentio tertia de modis diuertendi materias in corporibus leproſis.*

IAm vero tempus inſtat ponendi modum diuertendi materias, quæ com-
muniter multiplicantur in leproſis. ¶ Pro qua intentione præmittendum F
primo, quod per talem diuerſionem intelligam diſtractionem materierũ
a concauitate venarum & arteriarum ad exteriores partes. ¶ Secundo vero
per hãc diuerſionem intelligo materierum diſtractionem a membris, quæ
magis læſa videntur aut læſioni periculoſiori diſpoſita ſunt. ¶ Exemplum primi ſicut

A ſunt membra, quæ vlceroſa corruptione vehementer læſa ſunt, vt frequenter contingit reperiri in facie, in palato, naſo, oculis & pectore. ¶ Exemplum ſecundi ſicut contingit neceſſarium eſſe diuerti materiam a partibus pulmonis, epatis, matricis & conſimilium, a quibus membris oportet diuerti materias per congruas regiones ſenſibiliter euacuando, trahendo eas a membris prædictis ſocias vel propinquas.

Modus autem diuertendi materias a concauo venarum & arteriarum duplex eſt. ¶ Primus quidem eſt educere materiam per inſenſibilem euacuationem ad extra. ſecũdo vero per inſenſibilem euacuationẽ. ¶ Et primus modus compleri poteſt per quatuor inſtrumenta conuenientia, quorum primum eſt, vt præmiſſis euacuationibus ca. præcedente tactis corpus exercitetur peditando, montes vel ſcalas aſcendendo vel deſcen-B dendo taliter, vt caliditate in corpore augmentata materiæ reſoluantur & in fumum cõuertantur. ¶ Secundum vero inſtrumentum euacuandi materias inſenſibiliter eſt per leuem fricationem adminiſtratam ſpinæ & partibus ab apoſtematibus & vlceribus non contactis ita. Itaq; fiant fricationes ab inguinibus vſq; ad genua trahendo ab eis vſq; ad ipſa: & a ſpatulis vſq; ad nates, & ab humeris vſq; ad cubitos cum panno aſpero tamdiu fricando, donec membra rubeſcant. ¶ Tertium vero diuertendi inſtrumentum eſt, vt poſt mundificationem prætactam balneetur mane corpus in aurora vel ab ea vſq; ad horam vnam poſt ortum ſolis in hac decoctione. ℞. *fumiterræ recentis vel ſicci* ℔ j. *foliorum enulæ & violarum, vmbilici Veneris, ſemperuiui minoris quæ vermicularis dicitur an.* ℔ ß. *chamomil. meliloti, ſpicæ Romanæ ana* ℥ *viij. bulliant omnia in magna quantitate aqu. vſq; ad conſumtionem tertiæ* C *partis, & in hac decoctione ſuauis caliditatis abluatur patiens leui fricatione hora prædicta, & in ſero etiam hora recentiori diei.* ¶ Quartum vero inſtrumentum occulte materierum diuerſiuum eſt, vt ſpina tota patientis mane & ſero inungatur cum linimento infraſcripto & ſimiliter partes omnes, quæ magis maculatæ percipiuntur. Cuius deſcriptio eſt hæc. ℞. *olei de ſiſamo* ℔ ß. *chamom. ſeminis aneti. florum boraginis & fumiterræ ana* ʒ j. *florum enulæ & ſem. lapatii ana* ʒ j ß. *terantur omnia, imbibantur & bulliant in prædicto oleo vſq; ad conſumtionem medietatis. cum quo tepido inungatur corpus bis vel ter in die ad libitum.* Hæc enim quatuor inſtrumenta & omnia ſibi cõſimilia, vt intelligenti apparet, materias inſenſibiliter euaporare faciendo a poris & a venis minorant conuenienter. ¶ Similiter etiã diuertunt ſapientes materias leproſorũ ſenſibilius euacuando eas a membris. Itaq; cũ volueris materias magis D a cutaneis partib. diuertere q̃ ab aliis, id facere poteris cũ inſtrumentis quatuor: quorum gratia poteris alia inſtrumenta eligere libito tuo. Et primũ quidẽ horũ eſt, vt fricẽtur membra hæc vel iſta cũ rubificantibus medicinis: velut ſunt origanũ, pulegiũ, ſerpillum & calamentũ contrita recentia, q̃ cortici membrorum ſuper fricata a profundis eorũ trahunt materias ad ſuperficiẽ cutis. Secundũ vero diuertens ſenſibilius euacuãs eſſe poterit adminiſtratio rubificantium & veſicãtium medicinarũ, ſicut fricando mẽbra cũ flammula recenti, aut cũ pſicaria recenti. Eſt autẽ flãmula altera duarũ intellecta planta: aut pſicaria minor in ſtratis inuenta & omni fere climate creſcens, q̃ folia habet figuræ pſicorum ſimillima, ſtipitẽ nodoſum a terra eleuatũ per cubitum vnum & mediũ parũ p ſubrubeum, acuta excellenter & partium oris veſicatiua & excoriatiua. Altera vero plã-E ta flammula nominata communior, quam in marchia Teruiſina nominant pedem coruinum. & Auic. dicit ipſum pedem alachoen vel ſubmurion. Hæc quidem planta mirabiliter materias a profundo trahit membrorum, cõuertendo eas in aquoſitatem in ampullis collectam. ex quarũ eruptione per tres dies emanare ſolet materia multa. Et huic quidẽ conſimile inſtrumentum eſt, vt fiat epithema membrorũ cũ cantharidib. cõfectis cũ aceto & fermento veteri poſt compoſitionem earũ cũ aceto in mortario diligenter conterendo. Hoc tamen inſtrumentum mihi magis ſuſpectum eſt, propterea quia vehementi acuitate ſua fluctuare facit ſanguinem in venis tanta exuperantia, quod frequẽter fit mictus eius cum ardore & acuitate tanta, quod excoriatur ab eis veſica magnifice: immo excoriatione non raro incurabili, quare ab earũ applicatione vſq; modo euanuit F operatio ab exercitatione mea. Quartum inſtrumentum iterum diuertendi materias euacuatione ſenſibiliori eſt ſcapellatio vel ſcarificatio facta in membris, a quib. intendis extrahere materiam: ſimiliter ventoſarum cum ſcarificatione applicatio. & plura etiã inuenies inferius inſtrumẽta in intentione particularis cõſumtionis materierum recordata. ¶ Tertium principale inſtrumentum, quo diuerti poſſunt materiæ, eſſet per

Mòdi diuertendi a concauo venarum & arteriarum.

Balneum.

Linimentũ.

Diuertentia ſenſibiliter.

1.

2.

Flammulã deſcriptio.

Prouocatio vomitus. prouocationem vomitus, vt ſiquidem in ſtomacho inueniretur congeſtio & modus ge- A
nerationis materierum, quæ præparantur ad euacuationem, velut in ipſo corrumpi ma-
terias propter nimiam caliditatem eidem ab epate communicatam a renibus & corde:
tunc adminiſtrandæ forent medicinæ vomitiuæ habentes reſpectum nunc ad epar, nũc
ad renes, aut ad meſenterion. ¶ Exemplum primi, ſicut eſſet vomitus factus cum deco-
ctione carnoſitatis vel ſeminum raphani. ¶ Exemplum ſecũdi, ſicut eſſet decoctio facta
cum ſpica, dauco, nenuphare, milio ſolis & ſimilibus renalibus medicinis calidis aut fri-
gidis: velut ſunt ſemina communia, cuſcuta, cichorea, ſcariola & conſimiles. ¶ Exemplũ
tertii, velut eſſet decoctio myrobalanorum Indorum, polypodii, foliculorum ſenæ, quæ
materias melancholicas trahunt ab inteſtinis. ¶ Aut erit quandoq; neceſſarium vomitũ
prouocare cum diſtrahentibus materias a ſplene: velut eſſet decoctio tamariſci, ſcolo- B
pendriæ, corticum capparorum, & ſal Indicum pauco elleboro nigro, quæ melancholi-
cas materias potenter educerent a ſplene & regionibus eidem propinquis. Et ſi bene
perpendis, hęc ſunt tria inſtrumenta diuertendi materias & ſecuriſſima. ¶ Quorum pri-
mum fuit diſtrahere ipſas per euacuationem inſenſibilem. ¶ Secundum vero fuit eua-
cuare eas per regiones conuenientes. ¶ Tertium vero dictum fuit per vomitum.

Apertio hæmorrhoidũ. Quartũ vero diuertens principale materias melãcholicas eſt cũ apertione venarũ
hæmorrhoidalium. Si enim homo conſuetus eſſet earum habere fluxum, tunc ſtatim a-
periendæ ſunt, ſi reſtrictæ fuerint. Et adhuc ſi nunquam conſueuiſſet habere ipſarum a-
pertionem, & apparet in hypochondrio ſiniſtro tumor, tenſio aut grauitas & in alcha-
tin, & in ſphinctere põdus manifeſtius & tumor in circulo ani & ſuper ipſo, per quatuor C
Modi aperiendi hæmorrhoidas. digitos ſtatim intendatur ad earum apertionem altero ſex modorum. ¶ Et primus qui-
dem eſt fricando eas ſecundum communitatem cum foliis ficus: aut cum foliis conſoli-
1. dæ maioris. ¶ Secundus eſt faciendo encatiſma in aquam decoctionis apii & nigellæ
2. calidam. ¶ Tertius fricando eas cum panno biſello infuſo in fel tauri actu tepidum.
3. ¶ Quartus & fortior fricando ea poſt expreſſionem inteſtini ab extra cum ſubtili pul-
4. uere euphorbii. ¶ Quintus ſuperponẽdo inteſtino recto ventoſam parui orificii. ¶ Sex-
5. tus, vt non conferentibus aliis, exprimatur inteſtinum voluntario motu ad extra, dein-
6. de cum phlebotomo apetiatur vna vel duæ venarum, quæ apparent magis intumentes
& nigræ. Educatur ergo ſanguinis quantitas tanta, vt de opaco permutetur ad clarum &
de craſſo ad minus craſſum. Et ſi talis venarum apertio adminiſtraretur quater in anno D
ſecundum reuolutionem quatuor temporum anni, tunc optimo iuuamento conferret.
¶ Si autem viro opere & ſcientia trito magis apparet dominium plenitudinis in partibus
capitis, tunc magis conueniens eſſet aperire venas naſi titillando in ipſum cum palea
vel feſtuca, vel cum ſetis porcinis, vel cum extremitatibus herbæ, quam Euganei vo-
Campanula quid. cant camponeolam, & eſt in rei veritate poligonia vel corrigiola dicta planta. ſiue hoc
faciat punctione in partib. naſi, ſiue virtute ſua electiua ſanguinem ab eis educat, vt mul-
ti credunt. propter quod ab eis ſanguinaria planta nominata eſt. ¶ Et gratia complemẽ-
ti ſermonis ad hanc intentionem conueniret apertio menſtruorum in muliere leproſa
exſiſtente.

Materierũ eductio per vias vrinæ. Penultimum autem inſtrumentum diuerſionis eſt melãcholicarum materierum E
eductio per vias vrinæ. ¶ Et licet pauca ab illuſtribus viris inueniantur medicamina me-
morata, quæ materias melancholicas electiue præcipitent per vias vrinæ præciſe, & non
etiam per ventrem: tamen ſæpe vidi, quod ſi detur ℥ j. vel ß. aquæ decoctionis epithymi
in potu ante prandium & cœnam, mingere facit vrinas nigras & melancholicas. ¶ Se-
cundum vero remedium eſt ſucci apii in potu dare ℥ ij. in aurora. ¶ Tertium exhibere
℥ iij. ſucci vel decoctionis orobi. ¶ Quartum decoctio pulueris lapidis lazuli, & proprie
Decoctio. facta cum aqua milii ſolis, exhibita vſq; ad ℥ iij. ¶ Quintum eſt hoc compoſitum. ℞. *ſpicæ
nardi ʒ ij. myrobalanorum Indorum num. v. coquantur in* ℔ ß. *aquæ fæniculi vſque ad medietatem.*
Alia. *de qua decoctione dentur ℥ iij. calidæ.* ¶ Sextum vero eſt hoc. ℞. *radicum geniſtæ, rubeæ tinctorum
phu, meu ana M j. coquantur omnia in* ℔ j. *cum dimidia aquæ fontis vſque ad conſumtionem medie-* F
*tatis, & huius decoctionis dentur in potu ℥ iij. vel v. cum ʒ ß. pulueris liquiritiæ, granorum milii
ſolis.*

Diſtractio materierũ a capite. Sexto vero diſtrahuntur materiæ, & proprie particularius a capite. primo quidem
Gargariſma cum hac oris collutione. ℞. *aquæ decoct. granorum ſtaphyſagriæ ℥ iij. oxymellis compoſiti ℥ ij.*

miſce

A *miſce & totum caleſiat, & de hoc toto fiat ſæpe ablutio oris ante prandiũ & cœnam per duas horas.* Secundum vero eſt maſticatio facta cum radice arthanitæ hora prædicta. Tertium vero eſt maſticatio facta cum agarico, & præualet omni alteri. ¶ Quartum & melius aliis eſt hoc gargariſma. ℞. *myrobalanorum Indorum, vio. florum boraginis & bugloſ. ana ℥ j. polypodii ℥ ij. ſalis Indi ℥ j. foliculorum ſenæ ℥ ij. coquantur omnia in ℔ j. aquæ vſq; ad conſumtionem medietatis, & cũ hac decoct. actu bene calida gargarizet æger ante prandium & cœnam per horam vnã a x. vſq; ad xx. vices.* per hæc quidem inſtrumenta apparet ſufficienter compleri poſſe curatio per diuertentia, & tu ſuperadde ſi potes alia. Aliud.

Cap. IIII. *Cap. intentionis quartæ principale de regimine horum ægrorum per digeſtionem materierum.*

B QVONIAM materierum digeſtio eſt de principalibus inſtrumentis curationis lepræ: ideo quędam digeſtiua harum materierum hic ponenda ſunt. ¶ Et primo quidem de leuibus appropriatis ad hanc diſpoſitionem poterit eſſe hoc inſtrumentum. ℞. *aqu. lupulorum, fumiter. ana ℥ j ß. miſce, & totum in diebus caloris actu frigidum exhibeatur:* in diebus vero frigidis actu calidum vel tepidum. ¶ Secundum vero digeſtiuum & iterum de leuibus eſt, vt accipiatur lib. ß. aquæ lactis caprini, & melior eſſet ei aqua lactis ouini propter maiorem lenitionem & ablutionem, quæ eſt in ea. lac enim ouinum eſt de rebus magis conferentibus leproſis: immo omne lac eſt de medicinis conuenientioribus eis, *3. quarti, cap. de cura lepræ.* ¶ Et tertium digeſtiuum fortius prædictis eſt, vt accipiantur aquę lactis ℥ iiij. ſucci fumiterræ ℥ j. & ex- Præſtãtia lactis ad lepram.

C hibeatur totum tepidum. Hæc tria reſpiciunt epar, pectus & ſtomachum digerẽdo materias in eis parum peraduſtas. ¶ Quartum vero digeſtiuum & fortius prædictis eſſet hoc ℞. *ſyr. roſ. ℥ j. ſyr. de endiuia ℥ ß. aquæ lupulorum, aq. fumiterræ ana ℥ j ß. miſce.* hoc digeſtiuum reſpicit caput, pectus, epar & materias calidiores. ¶ Quintum vero digeſtiuum & fortius illis eſt hoc. ℞. *ſyr. de epithymo ℥ j ß. aquæ acetoſæ, enulæ & ſcariolæ ana ℥ j ß. miſce.* hoc quidem reſpicit materias aduſtas craſſiores & maioris reſiſtentiæ. Sextũ digeſtiuũ poteſt eſſe hoc ℞. *ſyr. de thymo, ſyr. compoſiti acetoſi ſaccharini, ſyru. dinarii vel de byzantiis ana ℥ ß. aq. apii & fumiterræ ana ℥ ß. miſce.* hoc enim reſpicit materias magis aduſtas, viſcoſas & terreſtres. Septimum & proprie reſpiciens materiam melancholicam genitam ex aduſtione ſanguinis & melancholiæ naturalis cum ſignis vehemẽtiæ caliditatis epatis, pectoris & capitis,

D eſt hoc. ℞. *ſeminum communium frigidorum quatuor ana ℥ ij. violarum, ſcariolæ, florum boraginis & bugloſ. ſeminis acetoſæ & ſcariolæ, florum nenupharis ana M j ß. fumiterræ, florum enulæ, ſandalorum amborum, ſpodii, corallorum amborum ãn. ℥ j. ſucci pomorum macianorum ℔ ij. maluarum recentium, endiuiæ, acetoſæ, lupulorum, portulacæ, lactucæ an. M ij. lapatii acuti, radicũ enulæ & ſerpentariæ, quæ iarus nominatur, cyclaminis, gentianæ an. M j. labruſcæ, vmbilici Veneris, vermicularis, quæ eſt ſemperuiuum minus, epaticæ an. M iij. bulliant omnia in ℔ xx. aq. fontis vſque ad conſumtionem medietatis. deinde colentur cum expreſſione forti & colaturæ ſuperaddatur ſuccus prædictus cum ℥ iij aceti acuti albi, & ℔ iij. ſacchari tabarzet, leui igne coquendo ipſa & deſpumando, donec iterum tertia pars conſumatur. ſeruetur ergo medietas ita longa, de qua omni mane accipiantur ℥ v. reliqua vero medietas complete coquatur vſque ad inſpiſſationem.* de hoc ergo ſy- Syrupus aduerſus melancholiam

E rupo exhibeantur ℥ ij. cum aqua taraxacon & fumiterræ ana ℥ j ß. hic enim ſyrupus, ſi bene conſideras, omnibus materieb. melancholicis potenter aduerſatur, rectificando epar, cor & cerebrũ, clarificando ſanguinem in venis, & præcipitando ſeroſas materias & aquoſas in eis. & hic eſt ille ſyr. quem plurib. quam quadraginta diebus huic domino exhibui continuatum, & adeo excellenter rectificauit complexionem eius & cõpoſitionem omnium membrorũ & proprie faciei, quod ipſe erat pro completa ſanitate propinqua mũda & clara. & iã creſcebãt pili in ſupercilíis & barba, vt ipſe teſtis eſt: & ad talẽ terminũ deductus erat, quod in menſe Iulii vſq; ad feſtũ natiuitatis Dom. ſperabã ipſum ſanitati perfecte reſtitutũ fore, ſicut ſacræ Regiæ Maieſt. per me ſcriptũ fuit. ſed aduerſa fortuna antepoſuit ei tripedes quorũdã cerpellantiũ, quorum modus & cõſuetudo eſt multa promittere

F & pauca facere, temerarie magis, quam ſcientifice fundati. finis enim a quo omnia ita appellari decet, probat effectus hominũ. ſed ad reliqua redeundũ. ¶ Octauũ digeſtiuũ poterit eſſe hoc. ℞. *capil. Ven. cetrach, polytrichi, adiant. polypodii ana M j. radicum lupulorum, fœniculi, petroſelini, apii ana M j ß. radicum aſparagi, bruſci, boraginis & bugloſſ. ana M ij. portulacæ, ſenetionum & creſſonum fontalium ana M v. epaticæ M vj. panis dauci, ſiſeleos, orobi, rubeæ tinctorum* Aliud.

& granorum milii ſolis an. M.j ß. foliculorum ſenæ, thymi, epithymi an. M j. elleb. nigri M ij. coquantur hæc omnia in ℔ xv. aq. vſq; ad conſumtionem medietatis: deinde colentur cum expreſſione vehementi, & colaturæ apponatur ſacchari alb. ℔ iij. vini granati ℔ ß. aceti alb. acuti ℥ iiij. ſucci lupulorũ ℔ ij. & lento igne coquantur vſq; ad inſpiſſationem conuenienter deſpumando. De hoc ergo ſyr. ℥ ij. in potu exhibeantur cum ℥ iij. aquæ ſcariolæ, quam Aui. nominat endiuiam armatam, quia ſpinoſa, *14. tertii, de cura aſcitis*. licet alia litera dicat amaram. Hic ſecundus ſyrupus eſt longe efficacior primo, quia præcipitat materias per vrinæ vias & partim per ventrẽ mediocriter educendo, & digerit reſiduum materierum quantumcunque vehementer reſiſtentium. Dum tamen ſyrup. iſte ſecunda decoct. coquatur poſt colaturam aromatizetur cum iſtis ſpeciebus in ſindone rara, & de grana laxe ligatis & in eo ſuſpenſis. iſtum ſy. huic domino adhibebam poſt quatuor primos menſes a curatione mea vnaquaq; die ſemel præcedentem ſyr. diebus intermediis exhibendo ei. Qui ſyr. & omnia alia digeſtiua exhiberi debent poſtq̃ cibus digeſtione prima digeſtus fuerit, & materia craſſa ab eo deſcenderit ad inteſtina. ¶ Secundo, vt ſuper eo dormiat ſaltem per horam. ¶ Tertio, quod abſtineat æger a motu animali & corporali ſaltem per quatuor horas. ¶ Quarto, quod non accipiat cibum niſi tranſierint horæ v. ¶ Quinto, quod exhibeatur digeſtiuum in diebus caloris magni frigidius, in aliis vero calidum vel tepidum. ¶ Digerit etiam materias conuenienter interpolatim accipere, vt in ſeptimana bis ʒ j ß. confect. quę nominatur ſelite. *5. can. ſum. 1.* quæ mirabiles habet operationes, vt de ea ſcribitur ibi veterum auctoritatibus: licet Auic. quaſi vituperet ipſam ſcribendo, quod ſit medicina inordinata & inordinatæ compoſitionis, & adurat ſanguinem. lege ibi, ſi placet. & per hæc valde cõuenienter digeri poſſunt omnes: immo & omnium leproſorum materiæ, ſi virtutem componentium bene conſiderabis.

A B C (margin letters: A at line 1, B at "ſy. huic domino", C at "inordinatæ compoſitionis")

Cap. V. *Intentio quinta de inſtrumentis euacuantibus materiam leproſorum.*

PRo qua præmittendum, quod omnia inſtrumenta, quæ materias minorando euacuabant in intentione ſecunda poſita, & ſyr. etiam in fine præcedentis capit. poſitus augmentata quidem eorum doſi, aut ſaltem frequentata pluries, poſſint cõuenienter materias eradicare: quod enim poteſt iuuamentum procedere agens potens in breui tempore, non repugnat illud produci poſſe ab agente in multo tempore & frequentato: & doſis medicinarum diminuta vbi poteſt materiam minorare, multiplicata vel triplicata poterit illam eradicare, ſi vera eſt propoſitio philoſophantium, quod in maiori multitudine plus ſit de multitudine formæ. ¶ Si ergo volueris materias melancholicas educere cũ ſimplicibus medicinis, tunc de melioribus eſt, vt in aurora exhibeatur ʒ j. pilularum, q̃ fiunt ex puluere lapidis lazuli præparati. ¶ Secundum vero eſt, vt detur ʒ j. pil. de lap. armeno præparato: & proprie quando fiunt pilulæ cum modico vini aromatici. Iſtæ enim fuerunt medicinæ primę per me huic domino datæ pluries: & poſſunt frequentari, quia in eis non eſt timor, vbi ſcribitur *1. tertii, vlt. cap. de canonibus curationis capitis*. ſicut n. elleb. al. & nig. exhibẽtur ſine timore & cautela, ita lap. arm. & lap. lazu. exhibentur cũ timore & cautela. ¶ Tertium vero eradicatiuum melãcholiæ ex ſimplicib. eſt, vt exhibeãtur myrobalanorum Indorum ℈ v. cum ℥ iij. ſeri caprini, & educunt materiam melancholicam fere cuiuſcunq; ſpeciei. ¶ Quartum iterum ſimplex ſolutiuum melancholiæ aduſtæ eſt, vt de epithymo Cretenſi ſaltem collecto in altis montibus habentibus aſpectum ad meridionalem plagam, detur ʒ j ß. aut ℈ v. cũ iij. ℥. aquæ lupulorum, & educit omnẽ melancholiam aduſtam a quacunq; materia. ¶ Quintum ſimplex eſt, vt exhibeantur ʒ ij. foliculorum ſenæ, aut ʒ j ß. cum aqua lactis, vt dictum eſt. ¶ Et ſi deſiderares habere ſimplex delectabilius & leuius, eſt, vt dentur in potu ℈ v. pul. thymi cum ℥ ij. aquæ bugloſſ.

Simplicia.

De compoſitis vero ſoluentibus & eradicantibus materias melancholicas eſt decoct. quam ſcripſit Auic. *tertia quarti, vbi ſupra. ℞. myrobal. citrinorum & Indorum ana ʒ vj. ameos ʒ v. altit boni ʒ ß. paſſu. enucle. min. ß. coquantur in lib. iij. aq. donec perueniat ad tertiam partẽ. deinde colentur & exprimantur & miſceantur cum eis hydromellis ℥ v. & exhibeantur ex eo ℥ iiij. vel v.* Non enim exprimit Auic. doſim illius, & patet quod exhibere totum eſſet lib j. cũ additione hydromel. quia ſecundum me & veritatem eſſet doſis multum eleuata. Eſt autem altit aſſa fœtida ſecundum Arabes, mina vero apud nos Italos & Ægyptiacos eſt pondus xvj. ℥. dato quod mina Romana & græca ſit pondus ℥. xx. ¶ Secundum vero com-

Compoſita. *Potio.* *Altit quid.* *Mina quid.*

D E F (margin letters: D at "medicinarum diminuta", E at "robalanorum Indorum", F at "deinde colentur")

A compoſitum & delectabilius illo eſt decoctio de epithymo deſcripta a Meſ. in antido-
tario, quæ eſt æqualior meo iudicio & conuenientior aliis, de qua exhibere ſoleo a iiij ℥.
vſque ad vj. licet v. ℥. ſint mihi magis in vſu. Tertium compoſitum memorandum eſt e-
lect. ſolutiuum ad melancholiam deſcriptione Auic. *penul. cap. de virib. cordis.* de quo etiã
ſupra habita fuit memoria in intentione ſecunda de minoratiuis. Quartum compoſitũ
eſt hoc. ℞. *caſſiæ nuper præparatæ cum aqua lupul.* ℥ j. *elleb. ni. & lap. lazuli præparati ana* ℈. *viij. to-* *Potio benedicta.*
tum exhibeatur in potu cum ℥ *iij. aq. boraginis vel bugloſſ.* Hæc eſt illa benedicta medicina, quę
huic domino ſæpe exhibita educebat materiam ab eo melancholicam; colore opacam
cum ſplendore quodam, ſubſtantia, velut pix valde nigra, feruens & ebulliens in vaſe,
horribilis aſpicientib. & magis olfacientibus ipſam: & perſeuerabat illius eductio quan-
B doque per duos dies cum tanta ſuauitate operationis, q; credebatur pulſus fortis & virtus
alleuiata magnifice: per cuius vſum ſplendor & formoſitas in toto corpore & facile fue-
runt acquiſiti. ¶ Ad hanc eandem intentionem eſt quintum compoſitum diuerſarum
materierum melancholicarum eductiuum fere omnium a me nominatum elect. de e-
pithymo, & per me compoſitum, de quo exhibere ſoleo iiij. aut v. ʒ. cũ aqua lactis. ¶ Sex-
tum compoſitum melancholiæ eductiuum fere omnis, poteſt eſſe elect. diaſenæ deſcri-
ptum a Nic. *in antido.* de quo exhiberi ſolent a iiij ʒ. vſq; ad vij. cum aqua lupu. & aqua la-
ctis, & eſt medicina optima & ſecura. ¶ Vltimum vero compoſitum poteſt eſſe hoc. ℞.
pil. de lap. lazuli, pil. de lap. armen. ana ʒ ß. *aſſæ fætidæ* ℈ *iij. cum ſucc. roſ. formentur pilu. vij. & exhi-* *Pilula.*
beantur omnes obſeruatis conditionibus, quæ in aliis ſolutiuis ſcriptæ ſunt & obſeruari debent. per
C hæc quidem inſtrumenta videntur mihi conuenienter eradicari poſſe materiæ melan-
cholicæ omnes: & tu elige libito tuo. omnes enim ſecuræ ſunt & vtiles. & hæc de inten-
tione quinta.

Cap. VI. *Intentio ſexta de numeratione inſtrumentorum, quibus conſumi poſſunt reliquiæ materierum leproſorum.*

NVNC autem occurrit tempus deſcribendi medicinas electas ad conſumtionem
materierum horum languentium. de quarum numero ¶ Prima & elegantior eſt
vt poſtquam videris ægritudinem terminatam eſſe ad ſtatum vniuerſalẽ & eius
materiam pluries fuiſſe, vt ex præcedentibus apparet, tunc per ſpatium vnius menſis o-
D mni die in aurora exhibeantur ℈ ij. troc. de tyro in ſubſtantia pilulari aut puluerizati &
bibiti cum ℥ j ß. aquæ cucumeris agreſtis, qui dicitur aſininus. ¶ Secunda vero medicina
prædictarum materierum conſumtiua, & de ſecuris iterum eſt, vt patiens omni mane bi-
bat ʒ j. calamenti, & proprie cum aqua lactis; confert enim leproſis reſoluendo humorẽ
reſolutione forti, & incidendo & ſubtiliando inciſione & ſubtiliatione forti: & confert
elephanticis. Quod idem dixerunt alii de potu menthaſtri. ¶ Tertia medicina eſt, vt in
potu detur elephantico ʒ j. cedriæ vel architram: & eſt pix. cõfert etiam linita ſuper eo, *Architram quid.*
vt Auic. dixit. ¶ Quarta eſt, quam ſcripſit Conſtantinus: & eſt, quod patienti per plures
dies in potu detur ℥ j. ſucci menthæ aquaticæ, quæ videtur conferre magis in principio
quam in aliis tẽporibus. Quinta, materierum harum cũſumtiua potenter eſt caro ericii
E terreſtris combuſti. tollit enim elephantiaſin, vt ſcripſit Gal. *11. ſimpl.* ¶ Sexta, materierũ
potenter conſumtiua eſt, vt in potu detur de foliis colocynthidos exſiccatis ℈ ß. plurib.
diebus cum dragaganti & gummi Arab. ana ℈ v. & fiant pil. cum ſuc. roſ. quæ plurib. die-
bus continuatæ conſumendo materiam curant leproſos omnes. & tu lege de ea *in aggre-*
gatore cap. de canzel. dum inquit: *Poſt multa de ea dicta, ego non vidi aliquam de medicinis ſoluti-*
uis magis conferentem in ægritudinibus melancholicis, quam folia colocynthidos. ¶ Et antiqui qui-
dem defecerunt in memoratione iſtorum, & obliti ſunt vſum eorum: ſed ego tentaui &
dedi de eis in melancholia, in alopecia, tyria & lepra, ſcilicet omni: & inueni iuuamentũ
magnum. Et idem ſcripſit Aui. adhuc de ea exterius applicata. ¶ Septima medicina ite-
rum materierum talium a proprietate conſumtiua eſt, vt in potu detur ʒ ß. ſmaragdi ob-
F ſcurioris cum aqua bugloſſæ continuatis diebus: & erit magnum iuuamentum eius in
lepra, vt Conſtantinus dixit. Et ſi bene conſideras, fortaſſis talis ſmaragdus eſt de ſpecie
lapidis lazuli.
Octaua medicina eſt, vt pluribus diebus in potu exhibeatur ʒ ß. theria. Androma-
chi cum brodio decoct. ericii campeſtris. ¶ Nona, vt quibuſdam diebus detur in potu

℥ j.ſucci origani aquatici ſecundum teſtimonium Haliabatis. Et ego non aliter intelli- A
go, quod ſit origanum aquaticum, niſi illud, quod oritur & creſcit prope aquas. ¶ Deci-
ma & vltima medicina talium materierum conſumtiua eſt medicamen compoſitum al-
bedere iulium nominatum, factum & albes, quod habet tantam potentiam in cõſumen-
do materiam omnium leproſorum, & proprie elephanticorum, quod teneat locum car-
Seitaragi quid. Potio. nis viperæ: cuius deſcriptio eſt hæc. ℞. *myrobal. nigrorum, id eſt, Indorum, ſeitaragi Indi* (eſt
tapſia, quæ in rei veritate eſt ſuccus exſiccatus rutæ ſylueſtris ex India apportatus) *am-
borum ana ℥ x. macropi ℥ v. beis al. ʒ j ß. terantur omnia per ſe & liniantur cum butyro vaccino per
duos dies ita malaxata, & conficiantur cum melle cocto & deſpumato: & detur de eo in potu poſt pur-
gationes ab aureo j. vſq. ad ℥ ij.* Et ſi detur in potu cum ʒ ß. pul. diamoſchi, non erit timenda
malitia eius: quoniam confectio diamoſchi cuiuſcunq; tam dulcis, quam amari, eſt eius B
Beis quid. theriaca. Eſt autem beis in rei veritate napellus, qui eſt venenum pernitioſum: & confert
lepræ ſpeciebus omnibus. Cuius etiam napelli optima theriaca eidem reſiſtitiua, eſt pul-
uis plantæ quæ vocatur napellus Moyſi. inuenitur etiam mus quidam apud radicem na-
Napelli potentiam frangentia. pelli naſcens & creſcens, cuius puluis eſt optima theriaca contra potentiam napelli.

Hæc quidem decem medicamina illuſtrium Medicorum ſententiis emollita po-
tentia ſunt in conſumtione materierum antecedentium cuiuſcunque lepræ. & præce-
dentes 9. medicinæ non ſunt periculo & ſuſpectione magna. vltima vero non euacuatur
ab illis: licet fuerit ſcripta ab Auicen. *3. quarti, de cura lepræ, § 1.* At vero poſt conſumtionẽ
materierum lepræ antecedentium non ſufficit ad perfectionem curationis ſolum intẽ-
dere ad illas: immo oportet etiam materias coniunctas iam in membris immerſas cõ- C
ſumere, ſiue ſint materiæ apoſtematum, ſiue vlcerum frequenter corrumpentium mẽ-
bra. ¶ Propter quod oportet primo præparare tales materias ad mollificationem & re-
Balneum. ſolutionem cum reſolutiuis & ſubtiliatiuis, velut eſſet hoc cõpoſitum. ℞. *origani* ℔ j. *bacca-
rum lauri, ſtaphy. herbæ ſinapi an.* ℔ ß. *ſulphu. viui ℥ iij. terræ carpentariorum, quæ nominatur ſino-
pida ℥ ij. coquantur omnia in multa quantitate aquæ vſque ad conſumtionem medietatis. deinde iij.
vel vj. diebus omni die bis balneetur æger in hac decoct. tepida vel paucæ caliditatis, niſi in diebus hye-
mis.* Cum ergo exit æger a bal. tunc totum corpus liniatur cum theriaca Andro. & inuol-
uatur pannis in lecto quieſcens, vt ibi ſudet. Et ſi non incurreret ſudorem poſt primam
diem, exeunti a bal. cum modico aqua violarum in potu detur ʒ ß. theriacæ diateſſaron.
¶ Cum ergo ita factum fuerit per ſeptimanam vnam: tunc iterum ad magis mollifican- D
dum & præparandum materiam ad reſolutionem fiat ſecundum bal. *in aqua decoct. fœnu-
græ. gran. ſiſami an.* ℔ j. *accipiendo & radicum mollium liliorum al.* ℔ ß. Et in iſto balneo liniatur
corpus totum cum ſapone nigro & quieſcat in lecto: vt dictum eſt. ¶ Cum ergo materia
per hæc balnea ſatis fuerit præparata & ad cutem attracta, tunc neceſſarium eſt cõſume-
Aqua deſtillata ad tingendas puſtulas. re ipſam cum medicinis maiorem potentiam habentibus, velut eſt hoc compoſitum. ℞.
cinnab. auripig. vitrioli viri. & al. ana ℔ ß. *cal. non extinctæ* ℔ j. *radic. flammulæ* ℔ j ß. *alu. iame. ℥
iiij. ſalis armo. ℥ viij. terantur omnia & ponantur in alembico vitreo & ſublimentur. de hac ergo a-
qua madefiant omnes puſtulæ & vlcera vbicunque ſint per dies duos.* ¶ Tertia vero ſequenti die
Vnguentum liniantur cum hoc vnguento. ℞. *amyli ℥ j ß. lithargiri ſpumificati ℥ ij. calcis non extinctæ ʒ j ß.
ſan. dra.* ℔ j. *aceti mediocriter acuti, quantum ſufficit, fiat vnguentum in mortario plumbeo cum ſuo* E
piſtillo vehementer conterendo. & eſt de magnis medicinis ad hoc opus. ¶ Cum ergo in membris
Linimentũ. fuerint facti cortices & cruſtæ, tunc liniantur cum hoc vnguento. ℞. *olei de ſiſamo, pingue-
dinis aſini. ana* ℔ j. *vitellos ouorum num. ij. campho. ʒ j. terantur omnia in mortario æneo, ita vt fiat
linimentum in mortario cum ſufficienti quantitate albuminum ouorum.* Et hoc remouet flamma
a membris regenerando & incarnando ea & conſolidando. Cum ergo hæc facta fuerint
per duos vel tres menſes, ſiquidem res videbitur felicitari, ita procedendum eſt, inter-
polatis tamen euacuationibus minoratiuis adhibitis. Si autem apparet nouæ materiei
expulſio & apoſtematum corruptorum aduentus in membris: tunc iterum redeatur ad
curam cum ſecundo balneo ſtatim anteſcripto, & cum vnguentis conſequentibus ad i-
pſum, oportet enim toties reiterare remedia in chronicis ægritudinibus quoties mate- F
ria renouatur in eis. Hæc de intentione ſexta dicta ſufficiant.

Cap. VII. *Intentio ſeptima de medicinis rectificantibus membra corrupta malitia materierum iſtarum.*

Sunt

A SVNT autem membra indigentia rectificatione, vt epar, in quo materiæ
melancholicæ per aduſtionem plurimum generantur & in venis: & cor &
cerebrum, in quibus materiæ corrumpuntur, aut corruptæ recipiuntur. A-
lia vero membra ſunt, ſicut totius corporis ſuperficies: ad quam materiæ
corruptæ funduntur & in ipſa etiam frequenter corrumpuntur. Confortã-
tur ergo principalia omnia ſimul cum decem medicinis magna laude inſignitis ab au-
ctoribus, Et prima quidẽ diuina medicina, quam fere omnibus aliis præualere credo, eſt
elect. lætificans nominatum a Rhaſ. & ab eo compoſitum *9. Alm. c de melancholia.* lege eius
deſcriptionem. & de eo exhibere ſoleo omni mane per plures dies, & v. horis ante pran-
dium ʒ ij. verum quia in hoc viro eſt epar notabiliter calidum & cor etiam & cerebrum,
B exhibeo ipſum cum aqua ſcariolæ vel taraxacon, viol. aut nenuph. hæ enim omnes me-
dicinæ ſunt frigidæ, cordiales, cerebrales, & epaticæ, vt hincinde legere potes. Secundũ
vero medicamen, cuius memoria non eſt prætermittenda, eſt theriaca de viperis, q̃ con-
fortat ſpiritum & calorẽ innatum, & reddit ipſum potentẽ ad contrariãdũ omni lapſui,
& detur de ea in potu pluribus diebus in aurora ʒ ß. cum aliqua p̃dictarum aquarũ, & tar-
detur poſt eã cibus horis ad minus quinq;. Tertiũ principale compoſitũ eſt elect. de am-
bra proprie inuentũ ab Auic. *5. can. ſum. 1. tract. 3. rubric. iſta: electuariũ alcheſrut, & dicitur ele-
ctuarium ambræ.* detur autem ex eo ʒ j. poſt ætatẽ eius ſex menſium, & proprie cum aqua
violarũ vel bugloſſæ. Quartum compoſitum ſpeciale valens principalius ad diſpoſitio-
nem capitis eſt confectio de hyacintho, & proprie deſcripta ab Aui. vbi ſupra *Rubric. iſta:*
C *Confectio de hyacintho noſtra.* Quintum compoſitum valens ad prædicta, & proprie ad diſ-
poſitionem capitis & cordis, eſt elect. diameſchum dulce deſcrip. Meſ. *in antid.* cuius do-
ſis eſſe poſſunt ʒ ij. cum aqua aliqua de prædictis in aurora. Attende tamen, quod nõ mi-
noris iuuamenti ſit deſcriptio diamo. poſita ab Auic. *5. can. ſum. 1. rubr. iſta: medicina de mo-
ſcho dulcis.* Sextum medicamen, & proprie ad hanc intentionẽ vtile, eſt hiera vel confect.
Hermetis deſcrip. poſita ab Auic. *præallegato loco, rubr. iſta: Confectio Hermetis valens ad tena-
ſmonem, &c.* Septima, & proprie de ſimplicibus eſt, vt cum apparuerit magna capitis de-
bilitas, in ſero apud ſomnũ detur ʒ ß. pul. li. aloes cum ℥ ij. aq. nenuph. tepida aut frigida
in diebus caloris. Octaua, vt apparente magnifico nocumẽto circa cor, ter vel quater in
die patienti detur ℈ ß. pul. electi ſmaragdi viridis clari & diaphani cum ℥ j. aquæ roſatæ.
D Nona ad eandem intentionem eſt, vt pluries in die exhibeatur ℈ j. pulueris margaritarũ
non vitiatarum cum ℥ j. aquæ ſublimationis foliorum baſiliconis. Decima & vltima &
proprie conferens ad corruptionem cõplexionis epatis & rectificationẽ ipſius, & ꝓprie
a caliditate præternaturali, eſt, vt in potu detur in aurora & ante cœnam per horam j. ß. ʒ
j. vel ʒ ß. ſpodii de canna electiſſimi, quod cognoſces per eius aromaticitatem propriam
cum aqua cuſcutæ, cichoreæ & ſcariolæ. per hæc quidem omnia aut ipſorum plurima
poteris conuenienter rectificare membra principalia ab hac horribili ægritudine cor-
rupta.

Cum autem ꝑpenderis cutaneam partem multum eſſe læſam a vehementi calidi-
tate præter naturam, ꝗ cognoſcetur rubedine magna, inflãmatione, pruritu & acuitate
E magnis, tunc confert eis linitio facta cum ſucco lactucæ vel portulacæ vel foliorum ne-
nupharis aut olei omphacini. Et cum cognoueris ipſa fore læſa mala complexione fri-
gida, ꝑ viam extinctionis caloris naturalis hoc efficiente, tunc de melioribus medicinis
eſt ipſorum irroratio vel madefactio cum vino al. aromatico. Et ſi vlceratio in membris
non fuerit magna, tunc melior erit embrocatio vel madefactio eorum cum aqua cineris
non multum acuta, aut cum ſucco menthæ vel calamenti & ſimilium. Et ſiquidẽ ꝑpen-
deris in membris eſſe vlcerationes per membra ſerpentes, vna de melioribus medicinis
eſt linimentum hoc. ℞. *lithargiri, ceruſſæ ana ℥ ij. olei roſ. ℥ ij. ſucci rutæ ℥ iiij. amyli quantum ſuffi-* Linimentũ.
*cit, fiat linimentum in mortario plumbeo cum ſuo piſtillo fortiſſima contritione, in cuius fine ponantur
ʒ ij. camphoræ ſubtiliſſime tritæ.* hoc enim eſt medicamen diuinum in talibus, vt videbis: &
F ſic eſt complementum inſtrumentorum, quæ perficiunt intentionem ſeptimam.

CAP. VIII. *Intentio octaua de medicaminibus, quibus corrumpitur malitia materierum, quæ in leproſis reperiuntur ſemper.*

TEMPVS eſt expendere contemplationem in rẽ non minoris vtilitatis: & eſt inuenire medicamina conuenientia ad corumpẽdum malitiam materierũ, quæ in leproſis reperiuntur ſemper. ¶ Pro qua intentione præmittendum primo, regimen corruptionis malitiæ complexionis materierum prouenientis ab exceſſu qualitatum communium primarum & ſecundarum. ſecundo vero tangetur regimen corruptionis prauitatis venenoſitatis earum. ¶ Rectificatur autẽ & corrumpitur mala complexio manifeſte materierum per digerentia eas in nocitiuo. Neque enim credo virum phyſicis inſtructionibus adeo eruditum: qui ſciret has materias digerere digeſtione in iuuatiuo. Etiam quidem de talibus digerentibus determinatum eſt in intentione ſecunda digeſtionis materierum: Adhuc etiam in intentione præcedenti de his, q̃ confortant membra. Hic autem ſuccincte dicetur, ꝙ ſi contingit materias eſſe vehementer calidas & ſiccas caliditate putredinali, tunc de melioribus digerentibus quatuor poſſunt eligi medicinæ mihi inuentæ vtiliſſimæ. Et prima quidem eſt hæc. ℞. *ſyr. acetoſitatis citri* ℥ j. *aq. epaticæ* ℥ iij. *miſce.* Secundum digeſtiuum & fortius illo, eſt hoc. ℞. *ſyru. de endiuia, ſyr. ſimplicis acetoſi & de byzantiis an.* ℥ ß. *aq. lact.* ℥ iij. *miſce.* ¶ Tertium digeſtiuum non minoris iuuamenti quam duo prima, eſt hoc. ℞. *aqu. portulacæ* ℥ iij. *ſyr. roſati* ℥ j ß. *miſce.* Quartum digeſtiuum & adhuc delectabile eſt hoc. ℞. *ſyr. iuiubini* ℥ j ß. *aq. ſcariolæ* ℥ iiij. *miſce.* ¶ Si autem materiam etiam contigerit penes qualitates primas recedere a medio per augmentum frigiditatis & ſiccitatis, & fortaſſis etiam per augmentum frigiditatis & humiditatis: tunc de melioribus digeſtiuis eſſet hoc. ℞. *ſyrup. dinari vel de byzantiis* ℥ j. *aqu. lupu. aquæ cuſcutæ & acetoſæ an* ℥ j ß. *miſce.* ¶ Secundum digeſtiuum eſt hoc. ℞. *ſyr. de enula deſcriptione Serap. 7. breuiarii, tract. de ſyr.* ℥ j. *aq. viol.* ℥ ij. *aquæ lup.* ℥ j. *miſce.* Tertium digeſtiuum eſt hoc. ℞. *ſyr. de fumoterræ* ℥ j. *aquæ cichoreæ* ℥ iij. *miſce.* Quartum digeſtiuum ad hanc intentionem eſt hoc. ℞. *ſyr. de endiuia & melius violati ana* ℥ vij. *aq. fumiter. & borag. ana* ℥ j. *miſce.* Quintum digeſtiuum eſt hoc. ℞. *ſyr. de abſin. & roſar. ana* ℥ j. *aq. eupa. & nenupha. ana* ℥ j ß. *miſce.* ¶ Et penes hoc memorandum eſt, quod ſyrupus ſupraſcriptus deſcriptione mea vtilis eſſet ad hanc intentionem excellenter, cum hoc etiam recordando, ꝙ omnia q̃ poſita ſunt in intentione præcedente de confortantibus membra principalia, optima ſint ad hanc intentionem. ¶ Pro rectificantibus etiam materias & earum prauitatem vnanimi Medicorum concordia approbata ſunt cauteria potentialia & actualia. Et in ſumma variis voluminibus approbantur cauteria applicanda capiti & partibus adiacentibus: & ſuper ſplene, & ſuper iuncturis.

Potio digerens. *Alia.* *Alia.* *Alia.* *Alia.*

Capiti ergo applicãtur cauteria ſuper ſincipite, ſummitatibus capitis, ſuper vtraq; tempora, ſuper collo, & vltimo ſuper radicem epiglottidis. Sciendũ autem, ꝙ cauteria, q̃ adminiſtrantur in partib. capitis ſint ſphærica: quoniã vlcera ex eis facta difficilius & tardius cõſolidantur, & non eſt altera intentio in iſtis cauteriis, quia longo tempore vigilãtia eorum vlcera diuertunt & euacuant ſenſibiliter materiã a profundis venarũ ad exteriora, vnde alleuiatur virtus, & ſuper reſiduũ materierũ redditur potẽtior ad digerendũ reſiduum materierũ, cũ hoc tamẽ, ꝙ talia cauteria potẽter aduerſentur corruptiuæ venenoſitati materierũ. Modus autẽ applicandi cauteriũ in membris omnibus, & propriè oſſuoſis eſt, vt mundificato pri⁹ corpore cũ medicinis ſolutiuis & clyſterib. vẽtre vacuo exſiſtente apud ortũ ſolis applicetur ignitũ cauterium ſuper cõmiſſura coronali in loco vbi linea ſagittalis cõmiſſuræ ſibi obuiat, & profundetur cauteriũ ſuaui tactu impellẽdo vſq; ad craneũ excluſiue: deinde ſuperponatur oleum viol. aut de nenuph. vel de florib. cucur. cum vitello oui agitata vſq; ad tertiũ diẽ. tunc ergo procedatur cũ adminiſtratione butyri vel axungiæ recentis vſq; ad caſum eſcharæ. deinde medicetur cũ vnguento reſino in diebus caloris: aut cum vnguento baſilicone mi. in dieb. frigoris, interpolãdo tamẽ aliquãdo adminiſtrationẽ vnguenti Ægyptiaci facti ex melle, aceto & flore æris, ad hoc, vt nõ cito fiat vlceris cõſolidatio. Cognoſcitur autem locus ꝓdictarum cõmiſſurarum ponendo extremitatẽ naſi ſuper linea maiori raſetæ manus, & extendendo digitũ medium ꝑ frontem vſq; ad caput. Cum ergo peruenerit extremitas digiti, tunc reuoluatur primus nodus eius verſus ſuperius capitis. vbi ergo attinget reuolutio nodi digiti, ille eſt locus obuiationis inferioris partis commiſſuræ ſagittalis. ſignetur ergo cum encauſtro vel memoria: & ibi applicetur cauterium.

Modus applicandi cauteria.

Modus inueniendi commiſſurã coronalem caluæ.

In membris pauca carne redactis applicetur cum ſolerti cautela cauterium, ne fiat

A fiat profundatio amplior debito,& proprie in loco epiglottidis. Eſſet enim timor ma-
gnus de nocumento tracheæ arteriæ pulmonis,& conſequenter cordis. In locis vero,q̃
ſunt ſicut poſt aures & collum,caueatur a profundatione cauterii, propter timorem ru-
pturæ arteriarũ & venarũ In locis coniunctionis colli cũ ſpatulis timor haberi debet, ne
perueniat impreſſio cauterii ad neruos orientes a ſpondylis colli.Cauterii autem appli-
cationem ſuper lateribus partibus nocrati & ſuper ipſa nocrati timeo propter ipſam nu-
cham.¶ Adhuc etiam cum applicare intenditur cauteria ſuper hypochondriis,non fiat
magna profundatio propter nocumentum epatis in dextro , ſplenis vero in ſiniſtro hy-
pochondrio.¶ Similiter etiam cum applicantur cauteria ſuper iuncturas,diligenti ope-
ratione attendendum eſt,ne profundentur in neruis propter ſuſpicionem ſpaſmi futuri
B & in ligamentis iuncturarum propter prohibitionem motus earum. vnde & propter has
cauſſas timoris hodierno tempore multum euanuit operatio applicandi cauteria actua-
lia,propterea quia manualiter operantes raro reperiuntur conuenienter inſtructi,quã-
tum operatio requireret. Et hæc eſt cauſſa,propter quam libentius applico cauteria po-
tentialia & conuenienter refracta,quę paruo tempore applicata dimitto contentus ma-
gis de reiterata applicatione ſine nocumento,quam de vnica cum timore & læſione. Et
adhuc tertio libentius & cum maiori ſecuritate applico ſetones & eorum applicationẽ
longo tempore vigilare facio. ¶Si quis autem deſideraret habere materiam cauteriorũ
potentialium , duo hic ſcribam , quorum maioris partis ego fui inuentor & rectificator.
¶ Et primum eſt hoc. ℞. *fermenti vnius ſeptimanæ* ℥ *iij. ſaponis ni.* ℥ *j. arſenici citrini*(eſt auripi- Cauterium
C gmentum) ℥ ß. *argenti ſubli.* ℥ *ij. chalcanthi combuſti* ℥ j ß. *incorporentur omnia ſimul in mortario* potentiale.
diligenti contritione. ¶ Secundum vero cauterium & efficacius primo eſt hoc. ℞. *aq. capitel-* Aliud.
li primæ ℔ ß. *calcis viuæ* ℥ j ß. *opii* ℥ ß. *puluerizanda puluerizentur & bulliant in aqua lento igne*
vſq; ad conſumtionem medietatis: tunc ergo ſuperaddantur pulueres & coquantur vſque ad ſpiſſitu-
dinem: & reſeruetur totum in vaſe vitreo bene obturato, ne ingrediatur aer, quia diſſolueretur. facias
ergo ex eo fruſtum tantæ quantitatis , quantum volueris facere formam & ſepelias ipſum in pa-
ſtam circumferentialiter balneatam, vt melius applicetur : aut in medietate corticis nucis vel auella-
næ, & dimittatur ſuper loco per mediam horam aut ad plus per horam integram. Amplius de me-
dicinis corrumpentibus venenoſitatem materierum leproſorum , optima eſt theriaca
diateſſaron,& proprie ſcripta ab Aui. 5. *can. ſum. & tract. 1.* Et tertium eſt hieralogodion.
D Quartum hiera Ruffini. Quintum medicamen albedere iulium in ſeptima intẽtione de-
ſcriptum. Sextum beredeiulium maius. Septimum confectio de vrina hircorum mõta- Alſuledati
norum,quam Auic. nominat alſuledati: quas tamen tres medicinas compoſitas & ab A- quid.
uic. deſcriptas ſucceſſiue nõ curo declarare,quia timeo earum applicationem, propter-
ea quia duæ primæ componuntur in napello, & tertia non vacat timore maximo. ¶ Re-
ctificant etiam materierũ venenoſitates vnguenta ſuperius poſita in intentione de par-
ticulari conſumtione materierum. hic autẽ deſcribam linimenta duo venenoſitati cor-
ruptiua conuenienter. Et primum eſt hoc. ℞. *tutiæ præparatæ, & proprie cum vrina pueri* ℔ j. Linimentũ.
teratur in mortario plumbeo cum ſuo piſtillo cum ſucco acetoſitatis citri, & fiat linimẽtum. vehemẽ-
ter enim corrumpit venenoſitatem omnem cum ſua proprietate. ¶ Secũdum & primo Aliud.
E potentius eſt hoc. ℞. *terræ ſigil.* ℔ j. *ſucci vincetoxici quantum ſufficit, terantur ſimul in mortario*
plumbeo cum piſtillo ſuo & fiat linimentum. cum quo totum liniat corpus. Multa etiam in ſe-
quenti cap. determinabuntur ad hoc propoſitum vtilia & venenoſitatibus reſiſtentia.

CAP. IX. *Intentio nona de electione medicinarum a tota ſpecie & proprietate con- ferentium leproſis.*

IN hoc cap. non erit mea intentio tangere multum de medicinis, ſcriptis a quibuſdam
a proprietate conferre ad hoc cap. & proprie de eis, quæ videntur quaſi fabularia me-
dicamina, ſicut de oculo vpupæ dicitur a quibuſdam, quod ſuſpenſus ſuper leproſo dele-
at lepram. Et ſicut dicitur de pellicula, quæ abſcinditur in circumciſione pueri, ſicca &
F trita, ſi detur in potu cum modico moſchi, deleat lepram, & non permittat eam augmẽ-
tari. ¶ Neque adhibeo fidem medicinis, quarum doſis non videtur habere rationale iu-
dicium, vt dicit Albertus de oſſe elephantis, ſi detur in potu cum x. ℥. mentaſtri mon-
tani, curetur ab eo lepra. Item de ſanguine leonicæ ſi ex eo inungantur loca patientia, cu-
retur lepra.

Solum autem adhibenda eſt fides medicinis in curatione ægritudinum, quæ cum A
hoc quod operantur cum proprietate ſua, imprimunt corpori qualitates, per quas ſufficienter poteſt aut digeri aut conſumi materia antecedens vel coniuncta ægritudinum, qualiter theriaca videtur poſſe ſufficienter curare omnes ſpecies lepræ. contra. i. itur enim materiali cauſſæ & malæ complexioni, corrumpendo & rectificando eas occulta proprietate, q̃ ineſt ei principaliter a carne θηρίων ſeu viperarũ. Secundo, quia ipſa cõfortat ſpiritum & innatũ calorem, ex quib. redditur virtus potens ad curandã leprã. Et iterũ quia theriaca adhuc fermentata caliditate & ſiccitate ſuis, q̃ ponuntur in ſecũdo gradu, põt conſumere materias. Similiter ẽt ſcribitur de hiera attributa Rhaſi. Et iterũ de hiera intitulata Hipoc. vt Meſ. ſcripſit *in antid. diſt. 2.* Et Auic. *5. can. tract. 2.* tales n. hieræ non ſolũ ratione ſolutionis earum, p q̃ educunt materias leproſorum, conferunt in curatione B
leproſorũ: immo etiã & aliis qualitatibus, q̃ reſultant in eis ex virtutibus componentiũ; ſicut deducere potes examinãdo earũ compoſitiones. Confido etiam in medicinis aliis taliter operantib. ſicut dicitur de carne ericii marini; vt ſcripſit Auic. ipſam cõferre etiã pp vehemẽtiam reſolutionis & exſiccationis eius: ſicut etiã Serap. ſcripſit de carne ericii terreſtris, q exſiccata & trita & data in potu leproſis rectificet complexionem malã corruptã dominantẽ in corporib. eorũ. Et ſicut ẽt Dioſc. ſcripſit q idẽ animal aſſatũ & comeſtum valeat cõtra leprã. & concordant hi ſermones cũ Gal. *11. ſimpl.* qui dixit, q caro ericii aſſata & potata conferat patientibus elephãtiaſin, apud quẽ licet multas talium medicinarũ memorare potuiſſem, ſolũ tamen tangam memoriã de magno iuuamẽto carnium θηρίων: vt Gal. *11. ſimpl.* nominat echidnã. Et cũ bene examinabis ſermones eius, vi- C
debis, q ſit ſpecies tyri, quẽ ibidẽ Gal. matraſſum vocat, & in rei veritate eſt ſpecies aſpidis, cuius partes humano corpori diuerſis applicantur modis. Quorum primus eſt, vt ex eius carnibus trociſci fiant, qui ingrediuntur cõpoſitionem theriacæ maioris, cuius inuentor cũ horũ troc. additione primus fuit Andromachus. ante ipſum n. nõ erat cognita medicina famoſa magis in curatione venenorũ, q̃ electuariũ inſcriptũ Mithridati Regi Hiſpaniæ, quẽ Romani debellare nõ potentes armis & bello, conati fuerunt vincere cum veneno. a quo ſe defendit rex ille virtute illius electuarii. Andromachus autẽ ſuperueniens cõpoſuit elect. ex lxiiij. medicinis p̃ter mel & vinũ, cui ſuperaddit carnes viperarum in trociſcata ſubſtantia redactas, fretus hoc argumẽto, q caro viperæ a tota ſpecie contrariatur humanæ ſpeciei corrumpendo ipſam: eo quia petit cor, q eſt princip. ũ & D
fundamentum vitæ ſpirituũ & operationũ omnium: q quidem venenum confractũ cũ aliis medicinis componentibus theriacã; q̃ omnino aduerſantur veneno, poſſunt corrũpere venenum ebibitum, potatum & aliter applicatũ. Maior enim earum eſt potentia ad corrumpendum virtutem venenoſitatis viperarum, quam econuerſo. Multis ergo modis caro θηρίων adminiſtratur. & primo quidẽ modo prædicto. Secundus vero: datur caro eius ad comedẽdum patienti elixata cum porris, aneto, cicere, & pauco ſalis in aqua plurima tandiu, q caro diſſoluatur ab oſſibus: & caro illa ad comedendũ patiẽti detur. Tertius vero modus applicationis eius eſt brodium decoc. ipſius. Quartus, vt accipiantur oſſa prædicta & coquantur in aqua cum pane de ſimila, coquẽdo etiam cum eis pullos columborum: & bibat patiens de brodio illo, & comedat pullos illos. Quintus modus ap- E
plicationis carnis viperinæ ad leproſum eſt, vt accipiatur ſerpens niger & excorietur & ſepeliatur in terra, donec putreſcat & naſcantur ex eo vermes, tunc ergo extrahatur & exſiccetur cum vermibus ſuis in olla non vitreata in fornace: & vertatur in puluerem, ex quo tribus diebus omni die detur ʒj. cum aqua mellis. Sextus modus applicationis eius ad corpus leproſum, eſt, vt accipiatur ſerpens prædictus excoriatus: & ponatur in ollam & ſuper ipſum effundantur aceti ℥ viij. aquæ lib. j. tapſiæ humidæ, id eſt, recentis: (eſt ruta ſylueſtris) loco cuius poteſt poni ruta recens omnium amborum ana ℥ ij. coquantur lento igne, donec diſſoluatur ſerpens, tunc ergo coletur: & ex aqua illa fricetur facies, & omnes partes læſæ poſt abraſionẽ pilorum vel capillorũ trib. diebus cõtinuis. Septimus vt fiat inunctio corporis cum hoc epithemate, *ſumatur ſerpens niger excoriatus & decolletur,* F
vt parum infra dicetur: & ponatur in vas lapideum non vitreatum & fundantur ſuper ipſo aceti ℥ viij. aquæ ℔ j. rutæ ſylueſtris recentis, rad. draguntea amborum ana ℥ ij. coquantur lento igne, donec diſſoluatur ſerpens. tunc ergo coletur & colatura illa ponatur in vaſe vitreo bene obturato: & inungatur cum eo totum corpus, aut partes, quæ mundificatione indigent, depoſitis ſemper pilis per raſurã.

Theriaca cur & quomodo proſit leproſis.

Modi adminiſtrationis carnis θηρίων.

Inunctio ex viperis.

¶ Octauus

A Octauus modus adminiſtrationis eius eſt: vt ex carnibus ſerpentum nigrorum cum oleo antiquo fiat decoct. in vaſe lapideo ſecundum formam colligendam ab Auicenn. 5. *can. ſumma prima, tractat. 10. de oleis, Rubrica illa: Oleum de ſerpentibus competens ad impetiginem.* lege ibi: quia propter breuitatem dimitto. ¶ Nonus modus eſt, *vt accipiatur ſerpens prædictus & ponatur in vaſe lapideo vitreato ponatur ibi ſalis & ficuum contritarum an. lib. j. ß. mellis electi ℥ viij. obturetur ergo vas diligenter & ponatur in furnum ignitum donec adurantur, totum ergo post illud accipiatur & teratur & miſceatur cum eis ſpicæ Indæ, & malabatri, i. folii Indi an. ʒ ß. de hoc igitur puluere patiens vtatur in cibis: aut eis ad potandum detur pluribus diebus in aurora ʒ ß. cum ℥ ij. aquæ mellis.* ¶ Decimus eſt per modum ſubmerſionis eius in vinum, & eſt vt vipera vel echidina accipiatur viuens & ponatur in vas vino plenum & obturetur bene vas, *Puluis ex viperis.*

B vt ibidem moriatur & putrefiat ſerpens. ¶ De hoc quidem vino in potu patienti detur; mirabiliter enim videtur curare elephantiaſin, vt ſcripſit Gal. *11. ſimpl.* ſe fuiſſe expertum & confirmauit experientiis aliorum, vbi dixit, quod in vino meſſorum inuentus fuerit ſerpens ſubmerſus. Cum ergo leproſus quidam ex meſſoribus bibiſſet vinum illud, ſanatus fuit ex lepra, ſiue a caſu contigerit ſerpentem ſitibundum intraſſe ipſum vinum, & ibi mortuus fuit, ſiue a propoſito affines, vel amici elephantici leproſi occultauerint ſerpentem illum in vino quærentes leproſi deſtructionem propter verecundiam & fugam infectionis ab eo. ¶ Vipera autem iſta debet habere conditiones quam plurimas, antequam adminiſtretur. ¶ Prima conditio eſt, vt vipera non accipiatur de loco vel nemore lutoſo. ¶ Secunda, quod non accipiatur orta & nutrita in littore maris. Simili- *Qualis debeat eſſe vipera bibenda in vino.*

C ter neq; ſit accepta ex locis valde humi. fontalibus vel lacunalibus. In eis enim parum habetur iuuamenti, & multæ malitiæ propter frigiditatem & humiditatem earum, quibus ſtupefaciendo interficiunt. Neq; eligatur illa, quæ vehementi ſui caliditate ſitire facit, quam cognoſces, quia ſemper ex ſufflando ſerpit cum ore aperto. ¶ Quarto eligatur ſerpens ortus & nutritus in montibus. ¶ Quinto ſit albus in ventre inferiori. ¶ Sexto cum baculo ſerpere & pſallire cogatur aliquamdiu. ¶ Septimo poſt illud interficiatur abſciſſis capite & cauda per quatuor digitos vno ictu. ¶ Octauo effundat multum ſanguinem. ¶ Nono poſt illud ſaltu & agitatione plurimum moueatur notabili tempore. ¶ Decimo poſt abſciſſionem capitis & caudæ remaneat viuus ſerpens notabili tempore: tunc ergo ex carne eius ita conditionatę prędictis circumſtantiis fiant panniculi vel trociſci nominati, & ſunt materia theriacæ partialis, in quorum confectione le-

D ge ſermones Auicen. *ſecund. can. ſumma prima, Rubrica illa: Trociſcorum de viperis:* ibi enim clarius & ſublimius de hac materia locutus eſt, quam aliquis auctorum medicinæ, quod cum eorum reuerentia dixerim, ipſe enim flores & fructus meliores elegit, quam accipi poſſunt. Multas etiam alias medicinas ad lepram facientes ſcripſit ibidem, quas a proprietate valere magis, quam a materia communi exiſtimo, velut hoc compoſitum. ℞. *aceti, nitr an. ℥ j. ß. ſuc. caul. agre. i. non tranſplantati ℥ ij. miſce, & totum in potu detur mane & veſpere.* patet autem, quod hęc medicina non videatur operatiua pręciſe per qualitates cõmunes & manifeſtas. Secunda medicina ibidem deſcripta eſt, vt in potu dentur 10. kirat pulueris leporis tribus diebus cum iiii. ℥ vini. ¶ Tertia eſt, vt detur in potu altit cum melle ad quantitatem nucis muſ. poteſt autem poni altit ʒ ß. vel ℈ j. quid autem ſit altit, lege

E ſupra, quia eſt aſſa fœtida. ¶ Quarta eſt, vt detur de ſquilla quantitas decem kirat cũ ſyr. ſquillitico inſpiſſato ſicut loch. ¶ Quinta vt fiat loch cum ʒ v. cymin. ex ſufficienti quantitate mellis. ¶ Sexta vt dentur in potu tres oboli ſucci calamenti. Eſt autem obolus pondus trium kirat, & omnis kirat eſt pondus quatuor granorum hordei. per hæc volo ſatisfactum eſſe intentioni nonę de medicinis ab occulta qualitate operantibus ad curam lepræ elephanticæ. *Kirat & obulus quid.*

Cap. X. *Intentio decima de modo ſuccurrendi accidentibus concomitantibus lepram: continens rubricas ſedecim.*

F PLvrima enim ſunt accidentia, quorum primum eſt caſus pilorum barbæ & ſuperciliorum. ¶ Secundum multitudo puſtularum in facie, naſo intus & extra, in ſuperciliis, auribus & labiis. ¶ Tertium vocis aſperitas & raucedo. ¶ Quartum difficultas anhelitus. ¶ Quintum valida ſitis. ¶ Sextum ſplenis tẽſio. ¶ Septimum epatis & renum immoderata caliditas. ¶ Octauum multitudo ventoſitatũ in inteſtinis omnib. *Accidentia leproſorum.*

¶Nonum ventris ſtypticitas.¶Decimum puſtularum multitudo in omni pede magno. A
¶Vndecimum vlceratio digitorum pedum. ¶Duodecimum ſtupor in pedibus fere o-
mnibus & tibiis.¶Decimumtertium euerſio& corruptio naturalis coloris ad pręterna-
turalem. ¶Decimum quartum & vltimum puſtularum multitudo in colatorio & toto
palato cum excoriatione partium illarum. Duo autem alia accidentia in hoc viro com-
plicata repetiuntur, quorum primum eſt tenebroſitas viſus amborum oculorum, & pro-
prie dextri. ¶Secundum dolor in renibus ab arenis & lapillis in eo ſæpe præſentatus.

RVBRICA I. *De cura depilationis barbæ & ſuperciliorum, quod erat primum accidens.*

PRo cura itaq; primi accidentis ſciendum, quod madefactio partium depilatarum
cum decoct. aquæ ſerpentis& inunctione ipſarum cum oleo ipſius remedia ſint ap- B
propriata ad faciendum renaſci capillos & pilos vbique locorum, tamen, quia re-
media talia non vacant ſuſpicione & timore magnis: Idcirco alia quatuor ponam re-
media huic accidenti remouendo conferentia. ¶Præmittendo primo, quod talia in-
ſtrumenta oporteat eſſe habentia has qualitates. ¶ Prima, quod ſint calida leuis cali-
ditatis attrahentia vaporem aduſtum, qui eſt materia pilorum ad poros. ¶Secundo vt
ſint aperitiua, vt reſeruentur pori aperti receptiui vaporis iam dicti. ¶ Tertio, quod
non ſint ſtyptica, quia clauderent poros. ¶ Quarto non ſint vehementer inuiſcatiua
propter illud. ¶ Quinto vt neq; vehementer ſint exſiccatiua. ¶ Primum ergo com-
Linimētum. poſitum eſt hoc. ℞. *hydromellis ℥ iiij. ireos drachm. j. gran. fœniculi & aniſi an. ℥ j. ß. farinæ
ſiliginis q. ſ. ad inſpiſſandum: fiat linimentum in mortario æneo cum ſuo piſtillo: & modus applicatio-* C
*nis eius eſt, vt habeatur decoct. fœniculi humid. ex qua tepida fomententur & balneentur partes:
deinde exſiccentur, & tunc liniantur partes omnes ex prædicto linimento ter in die naturali renoua-*
Aliud. *to.* ¶Secundum compoſitum & efficacius illo eſt hoc. ℞. *olei irini ℥ j. ß. olei de piperibus
& de croco an. ℥ j. ſpicæ nardi ℥ ß. farinæ orobi, quantum ſufficit ad inſpiſſandum fiat linimentum in
mortario, vt ſupra, & applicetur, madefactis prius partibus cum euaporatione decoctionis florum cha-
momillæ.* ¶Tertium compoſitum & adhuc melius aliis eſt iſtud. ℞. *ſucci arthanitæ, ſucci*
Aliud. *extremitatum virgularum lauri an. ℥ ij. croci dr. ij. liniantur ſæpe loca ex hoc linimento actu calido.*
Aliud. ¶Quartum eſt hoc. ℞. *olei de vitel. ouorum prius elixatis & duris ℥ ij. ireos, myrrhæ, rubeæ tin-
ctorum, ſem. geniſtæ an. ℥ j. ariſto. rotundæ ℥ ß. croci ℈ j. moſchi gr. v. mellis mundi & clari ad albedi-
nem tendentis ℥ ij. fiat linimentum in mortario, & applicetur vt ſupra.* ¶Quod vero in hac parte D
dicitur a quibuſdam de vnctione facta cum puluere veſpertilionis combuſti: hoc autem
linimentum factum cum ſanguine ranæ: Hæc & ſibi ſimilia remedia ſunt verba ciarma-
torum.

RVBRICA II. *De cura puſtularum vbicunq; locorum exſiſtentium.*

QVONIAM hæc apoſtemata in ſubſtantia ſunt dura, nigredine colorata ſimili co-
lori mori perfecte maturi, tunc aut ſemper vlcerata, aut vlceribus denudata: ſi
autem ſint ſine vlcere, manifeſtum eſt, quod cura ipſarum debeat fieri cum leni-
tiuis & reſolutiuis, præmiſſis ſemp euacuationibus minoratiuis in intentione ſecunda, &
eradicatiuis in intentione quinta poſitis. Veruntamen illuſtres viri talium apoſtematũ
curam ſcripſerunt eſſe inſtituendam per mollificantia prius appoſita, ſecundario vero E
per reſoluentia applicata percipientes intentionem reſolutionis ſuccedere debere in-
tentioni mollificationis: ita vt in curatione reuolutio fiat de mollificantibus ad reſoluē-
tia, & econuerſo. Si quis tamen eſſet ſcientia & opere bene tritus, poſſet facile in compo-
ſito eodem modo componere mollificantia cum reſoluentibus bene refracta, & felici-
taretur eius cura. Vniuerſa vero apoſtemata in hoc viro plura fere q̃ quingenta curaui p
iſtum modum. Primo enim madefeci ea cum aqua cineris facta prius eius decoct. cũ gra-
Linimētum. nis ſiſami & fœnugr. tertia vero die applicui hoc compoſitum. ℞. *emplaſtri tetrapharmacon
℔ ß. mucilaginis fœnugr. ſem. lini, & radicum althææ an. ℥ ij. farinæ orobi, quantum ſufficit, inſpiſſen-
tur omnia ſimul conterendo in mortario abſq; igne, & liniatur puſtuloſus locus ex eis ter vel quater in
die.* Cum ergo perpendi ſubſtantiam apoſtematum parumper mollificatam, madefacie- F
bam apoſtemata omnia cum aqua capitelli tertiæ collectionis. Et iterum cum percipie-
bam apoſtemata talia parumper erupta, inungebam ipſa cum hoc vnguento. ℞. *ireos, ari-*
Aliud. *ſtolochiæ, ceruſſæ lotæ, calcis exſtinctæ & lotæ an. ℨ j. ß. moſchi, ligni aloes, camphoræ an. ℈ ß. terantur o-
mnia ſimul in mortario plumbeo cum ſuo piſtillo cum tribus ℥. ſaponis nigri, & fiat linimētum, ex quo
vniuerſa*

A *vniuerſæ puſtulæ, & proprie vlceroſæ ter in die liniantur.* ¶ Vltimo autem ad conſumtionẽ vi-
rulentiæ & ad incarnationem procurandam faciebam fieri linimentum puſtularum &
vlcerum cum ſucco iari vel dragonteæ minoris, & ſic tandem terminauit cura feliciter;
quod fuit ſanitati perfectæ, quaſi in omnibus partibus reſtitutus.

Rvbrica III. *De cura aſperitatis & raucedinis vocis.*

INtelligo hic vocem aſperam non aliter, quam emiſſa ad tracheam arteriã,
cuiꝰ partes aſperæ ſunt vel inæquales, propter duritiem & incriſpationem earum
a frigiditate vel caliditate factam. Raucedinem vero illius intelligo abſentiam
claritatis vocis prouenientem a trachea arteria multa humiditate infuſa. ¶ Si ergo ap-
pareat vocis aſperitas cum vigilia, ſiti & amaritudine oris, tunc factis euacuationibus &
B rectificationibus malæ complexionis calidæ teneatur in ore ſæpe iſtud molle. ℞. *ſyrup. de
papau. ſyr. iuiub. & violati an.* ʒ ß. *pinea. ſem. communium frig. an.* ℥ j. *terantur omnia in mortario
ſimul optime,* & de ipſo teneatur in ore permutatim ſæpe. ¶ Ad hanc intentionem ſufficit
etiam ſæpe in ore tenere confectionem diadragag. frigidi. ¶ Et tertium ad hoc vtile eſt *Sal Conſtantinopolitanũ quid.*
ſæpe tenere in ore grana ſalis Conſtantinopolitani, quod eſt in rei veritate ſacchar. can-
di. ¶ Ego autem experientia certa ſcio, quod grana muchetæ prius infuſa in aquam de-
coct. iuiub. in ore retenta rectificent hanc vocis aſperitatem in breui tempore. ¶ Si autẽ
fuerit hæc vocis aſperitas cum ſomno longo, abſq; ſiti, rubore & cum ſubalbedine faciei,
tunc optimum remedium eſt in ore tenere confect. diapenidionis. ¶ Secundum eſt te-
nere in ore loch de pino. ¶ Tertium & fortius aliis eſt tenere in ore confect. loch ſani de-
C ſcripti a Nicol. *in antido.* & eſt melius aliis. ¶ Si autem fortior fiat vocis raucedo, tunc de
melioribus inſtrumentis eſt, vt ægro, quando vadit ad lectum, in potu dentur ʒ ij. elect.
diairis cum modico vini alb. ſubtilis & dulcis tepidi.

Rvbrica IV. *De cura difficultatis anhelitus.*

DIligens conſiderator ex præmiſſis intelligere poteſt curam difficultatis an-
helitus, ſi enim euenerit propter ſiccitatem immoderatam partium anhelitus;
poterit curari per ea, quæ remouent vocis aſperitatem a caliditate & ſiccitate fa-
ctam. ¶ Et ſimiliter ſi euenerit in anhelitu nocumentum a mala complexione materia-
li frigida & humida, poterit curari cum eis, quæ remouent aſperitatem vocis a frigid. &
D humid. factam. Et ſimiliter nocumentum proueniens a multa materia humida infuſa in
organis anhelitus, poterit curari conuenienter per ea, quæ poſita ſunt ibi. ¶ Si autem
difficultas anhelitus prouenerit propter excoriationem factam in concaua ſuperficie
cannæ pulmonis & aliorum membrorum anhelitus, tunc de melioribus curationibus
eſt hoc elect. ♃. *loch de papauere* ℥ j. *dragag. gummi Arab. an.* ʒ ß. *mucilag. muchetæ* ℥ j. ß. *gr.* *Eclegma.*
pin. ℥ j. ß. *ſem. portul.* ʒ j. *medullæ gran. coti* ℥ ß. *terantur omnia ſimul optime. fiat loch, & ſæpe tenea-
tur in ore.* ¶ Et ſcio etiam, quam tale nocumentum anhelitus conuenienter tollat hic
potus mane & ſero tepidus acceptus. ℞. *ſyrup. iuiubi. vnc.* j. *aquæ violarum & ſublimatio-* *Potio.*
nis radicis althææ an. vnc. j. ß. *accipiatur tepidus tribus noctibus, cum vadit ad lectum & mane in
aurora.*

Rvbrica V. *De cura ſitis immoderatæ non raro concomitantis lepram.*

E QVoniam remedia, quę poſita ſunt in cap. præcedenti, quæ curabant raucedinẽ
& aſperitatem vocis factas a caliditate & ſiccitate ſufficienter curare poſſunt ſitim
prouenientem ab illis: ideo ipſa in hac diſpoſitione ad memoriam reducãtur. Ve-
runtamen præter illa tria hic ponentur inſtrumenta ſitis remotiua quinq; conueniẽtia.
¶ De communioribus ergo & leuiſſimis primum eſt, vt cum aqua decoct. ſem. commu-
nium bibatur iulepus violatus, quinta pars cum iiij. partibus aquæ. ¶ Secundum vero &
fortius iſto eſt, vt bibatur iulep. ſimplex facta ex x. partibus aquæ & vndecima parte ſach.
¶ Tertium eſt hoc. ℞. *oxyſaccharæ* ℥ ij. *aquæ hordei lib.* j. *vini cydoniorum* ℥ j. ß. *candi* ℥ ij. *fiat iulep* *Iulep.*
longum, de quo ſæpe bibat patiens. ¶ Quartum vero & extinctiuum magis eſt hoc. ℞. *aquæ de-* *Potio.*
F *coct. ſem. com. lib.* j. *ſyrup. de limo.* ℥ iij. *vini granatorum* ℥ ij. *miſce & bibatur de hoc longo abſq; altera
commixtione.* ¶ Quintum de communibus & vtile eſt, vt vj. vel viij. vicibus in die bibatur ℥
ß. ſacchar. viol. cum cyatho ß. aquæ hordei.

Rvbrica VI. *De cura tenſionis ſplenis.*

PROPTER multitudinem materierum melancholicarum in quocunque leproſo eſt rationale ſatis, ſplenem tumidum & apoſtemoſum reperiri in eis. Nam propter magnam debilitatem virtutis in quocunq; membro, & proprie in ſplene, tanquam receptaculo melancholiæ, non expellitur conuenienter melancholia a ſplene, imo multiplicatur in eo: & cum materia talis naturaliter & accidentaliter craſſa ſit propter aduſtionem incraſſatur ſplen, quod eſt membrum ſatis rarum illius receptiuum. Cum ergo cõtigerit ipſum eſſe durum & tenſum, tunc ſi apparuit ſignum mixtionis melancholiæ cum ſanguine, forti ente virtute phlebotometur ſaluatella ſiniſtræ manus inter digitum annularem & minutum, per quam educantur ſanguinis ℥ iij. vel iiij. ſecundum q; virtus tolerabit. A

Potio. ¶ Sequenti vero die liniatur venter cum hoc compoſito. ℞. *aq. decoct. tamariſ. ℥ ij. caſſiæ extractæ de canna cum prædicta aq. ʒ vj. pul. myrobal. Indorum ʒ ß. corticum rad. cappar. ſem. aceto ſ. an. gr. iij. miſce & totum exhibeatur in potu cum regulis obſeruandis in aliis minoratiuis ſuperius deſcriptis.* B

Linimentũ. ¶ Die vero ſequenti vngatur cum hoc linimento. ℞. *olei de cappa. & de ſiſamo an. ℥ j. ammoniaci, ſcolopen. & ſemin. agni caſti an. ℈ j. aceti ſquilli. ʒ ij. conquaſſentur omnia ſimul in mortario forti contritione.* ¶ Poſtquam hoc linimentũ iam fuerit per octo dies adminiſtratum, ſi non apparebit ſplenis mollificatio cõueniens, & reſolutio, tunc applicetur ei hoc

Ceratum. ceratum. ℞. *ammoniaci ʒ vj. bdellii mollis ʒ iij. ſem. agn. caſti. & plantag. ſcolopen. tamar. an. ʒ ß. emplaſtri de mucil. ℥ j. diſſoluantur omnia cum ſufficienti quantitate aceti cum ℥ . ceræ: deinde coquantur vſq; ad vehementem ſpiſſitudinem. Extendat ergo ſuper corio figuræ lunaris hoc ceratum mediocriter craſſum & applicetur hypochondrio ſiniſtro, & ibi ſemper portetur vſq; ad completam reſolutionem.* & hæc de accidente ſexto dicta ſufficiant. C

RVBRICA VII. *De cura immoderatæ caliditatis epatis & renum.*

QVONIAM materiæ melancholicæ, quæ multiplicantur in leproſis, plurimũ in epate, & in venis generantur per viam aduſtionis: ideo non eſt mirum, ſi remanet, ima fixa eſt mala complexio calida, & vt plurimum ſicca in epate, & ab eo renibus communicata, & circumſtantibus partibus, & ſi perſeuerat hæc non raro erit cauſſa attractionis febris melancholicæ aut cholericæ aduſtæ vel cauſonicæ, propter quod eidẽ prouidendum eſt. Et licet ad hoc conferre poſſint quam plurima remedia in intentione tertia de digeſtiuis deſcripta: hic tamen ſex remedia ad memoriam reuocentur.

Potio. Primum itaq; eſt hoc. ℞. *ſyrup. de ſuccis fructuum deſcripti a Meſ. in antidotario ℥ j. aquæ cichoreæ & ſcariolæ an. ℥ iij. miſce & frigidum exhibeatur in potu in aurora.* D ¶ Secundum vero non minus conueniens illo eſt hoc. ℞. *ſyrup. de berb. & de ribes an. ℥ ß. aquæ portul. & ang. an. ℥ j. ß. miſce & detur in potu vt prius.*

Rotula. ¶ Tertium vero eſt hoc. ℞. *trociſc. de viol. troc. diarodon & ſpecierum triaſandal. an. ʒ ß. ſacchar. alb. vnc. iiij. cum aqua endiu. fiat confect. in rotul. dr. iij. de quibus ſemper accipiat vnam ante cibum, ſcilic. ante prandium & cœnam, & ad manſionem iterum de ipſa accipiat vnam vel duas rotulas.*

Vnguentum. ¶ Quartum inſtrumentum ad hoc eſt iſtud. ℞. *cerati ſandal. ℥ iij. ſem. lact. & port. & endiu. an. drachm. ij. camph. drach. j. incorporentur ſimul in mortario cum albumine vnius oui, & vngantur ex eo epar & renes in die quater.*

Epithema. ¶ Quintum vero ſpeciale remedium eſt hoc. ℞. *aquæ endiu. ℔ j. aquæ ſcariol. & abſinth. an. lib. ß. ſpodii, troc. diarodon, trociſc. de viol. an. ſcrup. ij. aceti cochlear. vj. miſce & infundatur in eo pannus lineus quadruplicatus longitudinis ſpithamæ cum ß. & latitudinis ſemiſſis, diligenter expreſſus actu frigidus applicetur ſuper regione epatis & renum in die decies vel duodecies diſtanter a cibo per horam.* E

Electuar. Sextum vero talis caliditatis corruptiuum eſt hoc. ℞. *ſacchar. ro. & viol. an. vnc. j. mucilag. ſem. cydonio. vnc. j. ß. ſpodii, viol. an. drachm. j. vini gran. vnc. ij. ſacchar. alb. vnc. j. ß. incorporentur omnia ſimul in mortario diligenti contritione, & de hoc patiens ſæpe deglutiat medium cochlear inter prandium & cœnam quinquies vel ſepties bibendo poſt ipſum aliquem de potibus in capit. de cura ſitis ſcriptis aut ſine potu aliquo.*

RVBRICA IIX. *De cura multitudinis ventoſitatum in inteſtinis omnibus.*

PROPTER debilitatem inteſtinorum, & propterea, quia materia melancholica per ſe ventoſabilis eſt: & tertio propter propinquitatem ſplenis ad inteſtina: quarto iterum propter inuentionem multitudinis eius in meſenterio, rationale eſt multiplicari ventoſitates in membris inferioribus fere omnibus. F ¶ Quod ſi contingat ab eis fieri nocumentum extenſionis vel punctionis ab acuitate aduſtæ materiæ, tunc

A tiæ, tunc lenitiuum in capit. antecedente deſcriptum educendo materiam, ex qua con-
uenienter poteſt abſcindere ventoſitates illas. ¶ Si autem adhuc perſeuerent vento-
ſitates, tunc educantur cum hoc clyſteri, omni die ſemel iiij. vel v. diebus in aurora
exhibito: cuius deſcriptio eſt hæc. ℞. *granorum fœnic. aniſi an. M ß. rutæ recentis, folio-* *Enema.*
rum maluæ an. M j. furfurum craſſorum M iij. coquantur in conuenienti quantitate aquæ, vſque
ad conſumtionem medietatis: deinde colentur & diligenter exprimantur, cuius expreſſionis ℞. lib.
j. elect. diaſenæ, & de baccis lauri an. drachm. ij. olei viol. & de capparibus an. vnc. j. ß. miſce, &
adminiſtretur, vt ſupra. ¶ Si autem iterum ventoſitates non abſcinderentur: immo ex-
tendendo nocerent, tunc fiant hæc ſuppoſitoria. ℞. *ſemin. rutæ, cyclaminis, ſiſeleos,* *Suppoſitoria.*
carui an. ʒ j. ſalis Indi ℥. j. mellis bene cocti lib. ß. fiant ex eis ſuppoſitoria, & applicentur in die pluries.
B ¶ Et iterum ſi ventoſitates non abſcinderentur, tunc totus venter vngatur hoc lini- *Linimentum.*
mento. ℞. *olei de ruta, olei nardin. an. vnc. j. ß. ſemin. rutæ, arthanitæ, baccar. lauri, ſalis In-*
di ana drachm. j. terantur omnia ſimul in mortario, cum hoc actu calido venter liniatur. ¶ Et ad-
huc iterum, ſi ventoſitates non conuenienter abſcinderentur, tunc ſæpe adminiſtre-
tur ventoſa magni orificii ſuper & infra vmbilicum: & ſuper eo & lateralibus parti-
bus ſine ſcarificatione. Hæc ſunt remedia potenter ventoſitatum carminatiua & e-
ductiua.

Rvbrica IX. *De ſtypticitate ventris.*

HOc accidens in hac diſpoſitione eſt fere inſeparabile propter ſiccitatem poſi-
C tiuam prouenientem a melancholia: & priuatiuam etiam propter reſolutionē,
quę fit in hac ęgritudine caliditate generatiua materierum per viam aduſtionis.
Et licet hoc accidens conuenienter remoueri poſſit per clyſtere in præcedenti cap. po-
ſitum, hic tamen vltra illud tria ponam remedia ſingularia. ¶ Quorum primum eſt.
℞. *aquæ decoct. mercurialis cyathum j. ſacchari rub. vnc. j. miſce, & totum calidum accipiatur in* *Potio lenitiua.*
aurora, & eſt de medicinis completæ ſecuritatis. ¶ Secundum iterum lenitiuum & ſe-
curum eſt hoc. ℞. *caſſiæ nuper de canna extractæ cum aqua viol. ℥ ij. mucil. ſebeſten, mucil. pſyl-* *Electuarium.*
lii an. ℥ iij. pen. ℥ ij. ſacchar. rub. ℥ j. ß. fiat elect. de quo patiens omni die poteſt accipere cochlear j. pa-
rum ante cœnam vel prandium. ¶ Tertium vero lenitiuum conueniens poteſt eſſe hoc. ℞. *Electuarium.*
aq. decoct. granorum ſebeſten lib. j. ſacchar. rub. vnc. iij. peni. ʒ ij. diagridii drachm. j. ß. bulliant o-
mnia ſimul lento igne, & inſpiſſentur, & fiat elect. de quo etiam accipiatur cochlear j. ante cœ-
D nam, aut parum minus illo.

Rvbrica X. *De cura multitudinis puſtularum in omni pede magno.*

PVſtularum, quæ remanent & apparent in coxis, tibiis & pedibus, & iam appāru-
erunt cauſſæ diuerſificantes accidentia & ſigna, & curationis modus generalis;
qui debet fieri per applicationem inſtrumētorum mollificantium, tranſeundo
ad reſoluentia, & econtra, & non eſſet differentia curationis inter prędicta apoſtemata
& puſtulas, de quibus agitur in hoc cap. dummodo conuenirent in materiali cauſſa me-
lancholica: verum quia contingit quandoq; has puſtulas eſſe non ſolum melancholicas;
imo mixtas ex cholera & ſanguine & quandoq; ex phlegmate ſalſo ſanguini cōmmixto.
E Raro enim cōtingit, quod talia apoſtemata ſint eryſipillacea propter aptitudinem adu-
ſtionis materierum cholericarum. ¶ Idcirco ſi per ſigna videbitur dominium ſanguinis *Vena ſectio.*
aduſti & cholericarum materierū ſimul cū apparitione repletionis corporis & mixtione
ſufficienti materierum ad inuicem, ſtatim fiat phlebotomia baſilicę, & extrahātur ℥ iiij.
vel v. ſanguinis ſecundum virtutis tolerantiam. ¶ Deinde die ſequenti ſoluatur venter
cum hoc medicamine. ℞. *caſſiæ de canna extractæ cū aqua endi. ℥ j. reubarb. ele. ℈ ij. ſpic. nar. gran.* *Potio ſolutiua.*
iiij. ſalis gemmæ gran. ij. totum accipiatur in potu cum aqua lactis caprini obſeruando regulas, quæ
in aſſumtione ſolutiuorum dictæ ſunt ſuperius. ¶ Deinde applicetur hoc linimentum. ℞. *lēticu-* *Linimentum.*
læ ſueprnatantis aquæ, ſemperuiui minoris, & eſt vermicularis an. lib. j. farinæ fœnug. ℥ ij. coquantur
F *omnia ſimul in multa quantitate aquæ, deinde terantur in mortario cum lib. ß. farinæ hord. & ℥ iiij.*
olei roſ. ¶ Et ſi volueris habere remediū domeſticum magis & appropriatum: ℞. *ſuc. iari*
libr. j. ſuc. vermicula. lib. ß. infundantur in prædictis ſuccis panni, & applicentur omnibus partibus
puſtuloſis. ¶ Hæc quidem videntur remedia conuenientia a principio vſq; ad finem au-
gmenti, addendo prædictis ſuccis in toto augmento croci ℥ ß. ſarcocollæ nutritæ ʒ ij.

Cum ergo tranſiuerint hæc apoſtemata ad ſtatum, tunc liniantur cum ſapone nigro & oleo roſ. æquali portione commixtis ter vel quater in die. ¶ Si autem apoſtemata in prędictis locis etiam mixta ex phlegmate ſalſo inficiente ſanguinem & aduſtum, tunc præmiſſis euacuationibus, vt dictum eſt, applicetur hoc linimentum in principio horum apoſtematum. *Linimentum.* ℞. *aquæ cineris lib. iij. ſquinanti, ſandaracæ, blattæ, byzantiæ extremitatum abſinthii, chamepytheos an. ℥ ij. conquaſſentur omnia in mortario, & cum prædictis liniatur membrum*, aut infundantur in ipſo panni, & apponantur membris puſtuloſis. *Emplaſtrū.* ¶ Secundum inſtrumentū eſt hoc. ℞. *thuris, maſtic. ſand. an. ʒ j. ß. vitellos oui n. iiij. farinæ orobi ℥ ij. croc. ℈ j. aceti ℥ iiij. aquæ exſtinctionis ferri lib. ij. bulliant omnia ſimul in caceola lento igne vſq; ad ſpiſſitudinem mediocrem: deinde emplaſtrentur vel fricentur membra, & erit conueniens in ſtatu, & in declinatione, reſolutione & deſiccatione ſua.* Hæc de accidente decimo ſufficiant. A B

Rvbrica XI. *De cura vlcerationis pedum.*

PRopter debilitatem innati caloris in pedibus velut membris remotis a principalibus: & quia ſunt membra exanguia, & quia materiæ, quæ ibi reperiuntur, plurimum ſunt craſſæ, non poteſt calor naturalis regere materias illas, quare corrumpuntur & vlcerantur membra. Et licet omnia vlcera in leproſis ſint difficilimæ curationis, tamen ne multo tempore ibidem vigilantia corruptione ſua faciant cadere digitos, vt ſæpe contingit: Idcirco ponendus eſt modus curationis eorum. ¶ Cum ergo talia vlcera magna ſunt in principio curari debent per mundificantia, de quorum numero eſt hoc. *Vnguentum.* ℞. *mellis bene cocti lib. ß. aceti ℥ j. floris æris ℈ j. thuris, maſtic. ſarco. an. ʒ j. ß. fiat vnguentum molle in mortario, in fine cuius ponantur vitelli duo ouorum bene conterendo: & de hoc quidem medicentur vlcera, vſq; ad perfectam eorum mundificationem.* ¶ Deinceps autem curanda ſunt cum vnguento baſilicone: *& in fine ad conſolidationem ipſorum addatur prædicto vnguento puluis ſcoriæ ferri præparatæ, & lithargiri ſpu. an. ℥ ß. ad ℥ iiij. vnguenti baſiliconis.* Et hæc ſufficiant ad conſolidationem talium vlcerum. C

Rvbrica XII. *De cura ſtuporis in pedibus & tibiis.*

STvpor in membris inferioribus, & quandoque in manibus accidit propter corruptionem ſubſtantiæ membrorum ſenſus, & ſiquidem corrupta fuerit ſubſtantia, ita vt partes ceciderint ſenſibiles, non erit earum curatio poſſibilis. ¶ Si autem venerit ſtupor propter malam complexionem frigidam corrumpendo innatum calorem, & ſubſtantiam ſpiritus non totaliter, poterit quidem curari, cum difficultate tamen, & non niſi in prolixo tempore: & bonus modus curationis eſt, vt talia membra ſæpe fomententur cum vino albo, ſubtili, calido & bene potenti. ¶ Et inſtrumentum quidem ſecundum eſt, vt embrocentur frequenter cum aqua cineris, in qua cocta fuerint multa folia lauri. ¶ Tertium, vt accipiatur hoc vnguentum, quo membra ter vel quater in die diligenter vngantur. *Vnguentum.* ℞. *ol. de coſto, ol. de pipere, ol. de croco an vnc. j. pul. foliorum roſmar. eupator. ſpic. nard. origan. puleg. an. drachm. j. ceræ alb. quantum ſufficit, fiat vnguentum molle*: poſt cuius applicationem membrum muniatur caligis de pelle vulpina, aut ſaltem agnina factis. Scio autem, me non raro curauiſſe ſtuporem iſtum, cum oleo de pice nauali facto calido applicato: & cum caligis iam prædictis membro fulcito. D E

Rvbrica XIII. *De cura euerſionis & corruptionis naturalis coloris ad præternaturalem.*

COlor corporis, qui naturalis erat, in leproſis conuertitur vt in pluribus ad opacum & tenebroſum, materia melancholica notabiliter in ſanguine dominante, ſicut apparet in aſphalto & pice propter antiquitatem denigrata. ¶ Aut quandoque permutatur color ad colorem opacum aliquali citrinitate participante, quando cōtigerit aliquid de cholera melancholiæ fore commixtum. ¶ Si autem ſanguis cum melancholia commixtus exſiſtat, tunc color apparebit velut color mori tendentis ad maturationem de propinquo. Et ſi color fuerit opacus cum liuore commixtus, velut apparet in plumbi ſuperficie non raſa, tunc reſultabit iſte ex commixtione phlegmatis cum melancholia. Ex quibus apparet, quod gratia remouēdi tales colores oporteat euacuari F

materi-

A materias ipſorum effectiuas. ¶ Deinde rectificare malam complexionem. ¶ Et tertio
principaliter adminiſtrare ea, quæ ſanguinem clarificant: & a prædictis materiebus de-
purant. Quarum omnium fere complementum curationis apparuit in intentione de
euacuationibus minoratiuis & eradicatiuis materierum & digeſtiuis earum. ¶ At vero
hos colores abſcindere ſolent electuaria, confec. & pulueres, & iulep has operationes
producentia. Et licet multa hincinde ab auctoribus poſita ſint: tamen tangam ſolum
tria per os aſſumenda: & vnum exterius ſuperliniendum membris diſcoloratis. ¶ Cor-
ruptionem ergo coloris emendant elec. diacurcuma & dialacca: & ſi de eis ſimul mixtis
æqualiter aut de ipſorum altero tantum in mane detur ʒ j. ß. cum ℥ ij. aq. ſublimationis
radicum ireos, & tardentur cibus & potus horis ad minus quatuor. ¶ Secundum vero
B compoſitũ eſt electuar. nominatum ſotyra magna, cuius ʒ j. det' in potu cũ ʒ j. aq. rutę ca-
lefacta. ¶ Ad hanc etiam intentionem facit hoc tertium, ſcil. alkekengi magnum ſimili-
ter aſſumtum cum aqua ſublimationis cucumeris aſinini. ¶ Vltimum vero ad hanc in-
tentionem eſt linimentum hoc. ℞. *laccæ cocte, & præparatæ, lithargiri ſpu. ceruſſæ lotæ. an.* ʒ *ij.* Linimẽtum.
farinæ fabar. pulu. corticum ſem. melonum an. ℥ *ß. ireos* ʒ *v. omnia ſimul miſcendo diligenter incor-*
porentur cum aqua gene. & ex hoc liniantur membra corrupti coloris quacunque fere ſpe-
cie diſcolorationis deformata fuerint. Solent enim reduci ad naturalem colorem in du-
arum ſeptimanarum ſpatio.

Rvbrica XIV. *De cura puſtularum in colatorio & toto palato.*

C HOc vltimum accidens quãdoq; prouenit propter dominium materierum aduſta-
rum, quæ inueniuntur in venis & arteriis inferioris partis cerebri in loco, qui dici-
tur lacuna, a quibus effunduntur materiæ ad palatum propinquitate ſua. ¶ Cum
ergo partes palati propter malitiam ipſarũ ſint valde facile corruptibiles, hinc eſt, quod
excoriationes accidunt valde leuiter & frequenter in prædictis locis. ¶ Quæ ſi fuerint
valde magnæ, & magnam partem membri ambientes præmiſſis euacuationibus vniuer-
ſalibus & diuerſionibus, curari debent cum medicinis fortis exſiccationis & altera-
tionis: ſicut cum ſucco ſolatri diu in ore retento: & melior illo eſt ſuccus lactucæ, & ad-
huc melior aliis eſt ſuccus portulacę. ¶ Si autem accipiatur decoctio granorum ſumach:
& illa commiſceatur cum tertia parte rob nucum, & fiat collutio vel gargariſma frequẽ-
D ter ex ea actu frigida in breui tempore tollit prædictas excoriationes.

Si autem tales excoriationes ſuperficiales fuerint multum: tunc nullum inueni
medicamen melius, quam accipere ſuccum iari cum tertia parte ſucci ſemperui-
ui: & fiat cum his oris collutio ſæpiſſime in die. ¶ Dicitur autem quod ſi excoriationes
complicentur cum apoſtemate canceroſo ſint incurabiles: & hoc eſt rationi conſonum,
quoniam cancer incurabile conceditur apoſtema, ſiue vlceratus fuerit, ſiue non vlcera-
tus: & proprie in locis, in quibus adminiſtrari non poſſunt medicamina neceſſaria in
ægritudine tantæ malitiæ: quare ſi quid videtur vtile in cura ipſius, eſt, vt ſæpe liniatur
locus cum ſucco iari ſimplici, vt dictum eſt. Et ſi quid videtur aliud applicandum, nihil e-
go vtilius inueni, quam linimentum iſtud. ℞. *ſucci ſemperuiui* ℥. *ij. tutiæ præpa. cum aqua ro-*
ſata terdecies quantum ſufficit ad inſpiſſandum, fiat ex eis linimentum in mortario plumbeo cum ſuo
E *piſtillo.* & hæc ſatis videt' ſufficere poſſe ad curã leprę elephãticę & accidentiũ eius: quib.
iſte manſuetus & generoſus Comes affligitur: quantum enim laboris & ſtudii appoſuerim
in huius tractatus compoſitione, legentes intelligendo diiudicare poterunt. magna n.
anxietate negociatus ſum in illo plurima & diuerſa volumina illuſtrium auctorum per-
ſcrutando ſi bene perpendis. Miſerator autem & ſaluator omnipotens omnia illa in ſa-
lutem eius dirigere dignetur. Ad laudes eius immortales. Amen.

Rvbrica XV. *De cura primi accidentis complicati cum lepra: & eſt dolor renalis ab arenulis & lapillis.*

F POſt hæc autem ſubſidium aliquod quæſiuit Comes iſte ad duo alia accidentia, quæ
non ſunt concomitantia eſſentiam ægritudinis eius, licet ſint complicata cum ea.
¶ Et primum quidem horum eſt dolor in renibus, quem ego alias in eo curaui, &
cognoui prouenire ab arenis & lapillis congeſtis in renibus eius. Curaui ergo ipſum ſe-
cundum hanc formam, primo dedi ei caſſiæ de canna extractæ, ℥ ij. & habuit ex ea ſub-
limeiuuamentum in inſtanti ſedando dolores. ¶ Secundo dedi ipſi in potu hoc dige-

Potio digeſtiua. ſtiuum. ℞. *ſyrup. compoſiti acetoſi ℥ j. ſyrup. de ſebeſten vnc. ß. aquæ aſparagi & ſaxifragiæ an. ℥ j. ß. & calidum in potu aſſumſit per ſeptimanam vnam.* ¶ Tertio principaliter compoſui ei hoc electuarium. *Electuariũ.* ℞. *ſpecierum iuſtini, ſpecierum litontribon amborum deſcriptione Nicol. in anti. an. ℥ ß. gran. phiſticorum in aceto infuſorum per vnam noctem ℥ ij. oxymel. compoſiti ℥ v. ſacchar. alb. penidi an. ℥ ij. fiat elect. de quo patiens accipiat cochlear vnum per horam ante cœnam & prandium:* medium vero cochlear aſſumat hora, qua aſſumit digeſtiuum prædictum, frangit enim lapides & educit eos & arenas, trumbos, & petalloides. ¶ Quartum vero compoſui vnguentum hoc. cum quo renes, ilia & tota ſpina a furcula ſpatularum inferius actu calido vngi debet, & ſuperponatur lana mollis aut ſuccida, vel cotum, & diligenter ligentur cum inſtita.

RVBRICA XVI. *De cura ſecundi accidentis complicati cum lepra, & eſt tenebroſitas viſus.*

ACCIDENS autem ſecundum complicatum cum lepra non eſt vere dicendum tenebroſitas viſus, quæ proueniat ex paucitate ſpiritus viſibilis, neque ab aliqua materiali cauſſa lepræ huius dominii, ſi contingit illud nocumentũ in viſu in eo, & ſucceſſit ad ophthalmiam male curatam. Cum ergo poſuit ſe ad regimen alterius medici, ſuperuenit ei ophthalmia ex variatione regiminis inconuenientis, & ex inflammatione materierum a medicinis inconuenienter applicatis. ¶ Hęc igitur ophthalmia non conuenienter curata fuit cauſſa oppilationis vueæ: conſequenter ad vueam fuit facta retentio materierum in pupilla, quæ eſt locus perforationis eius materiæ: ergo illæ ibidem incraſſatæ iam fecerunt principium panni ſub cornea ante pupillam. Quare ſi aliquod ingenium curatiuum perfecte adminiſtrari debet, oportebit vltimo peruenire ad adminiſtrationem operationis manualis, prędictum pannum deponendo, cum confirmatus erit. quantum ergo ipſi conuenientius blandiri poteſt, eſt vt illi in oculum, & etiam in alterum ter in die ponatur vna gutta infraſcripti collyrii: poſt cuius adminiſtrationem iaceat reſupinus ſaltem per mediam horam, vel quartam eius. Eſt autem *Collyrium.* collyrii iſtius deſcrip. hæc. ℞. *ſucci roſ. ℥ ij. fellis piſcis fluuialis, qui dicitur variolus, ℥ j. aquæ ſublimationis viol. ℥ j. miſce omnia ſimul, & de hoc imponatur oculo, vt iam dictum eſt:* & reſtaurabitur, quam melius fieri poteſt. Ad laudem ſummi omnipotentis. Amen.

CONSILIVM CCC. *De lepra leonina.*

MVLTITVDO corruptionis in ſanguine a materia melancholica genita ex aduſtione choleræ eidem ſanguini commixta, non paruam dubitationem pręparationis ad lepram leoninam attulit in viro honorando Simone de Berleta. Iam enim formoſitas corporis eius peruerſa erat ad nigredinem cum facie & aſpectu terribili, & puſtularum multitudo corruptiuarum per magnam corporis partem ſerpebat cum ingenti pruritu & mordicatione. Et alia quamplurima ſigna aderant, quæ gratia breuitatis omitto. Nunc autem vt intelligentibus liquide patere poteſt, omnia hæc accidentia remota ſunt, & nihil de prædictis videtur incumbere niſi coloris faciei ſuæ aliqualis opacitas, licet minor, quam ſubtripla reſpectu præcedentis. neque propter hoc etiam amplius dubitandum eſt, quia color iſte non multum peruertitur ab eo, qui conſequitur complexionem ſuam naturalem, quæ a generatione melancholica fuit. ¶ Adhuc etiam loquatur quicunq; velit de eo, non poteſt ſi bene conſpiciuntur ſententiæ ſapientum, & proprie Auicen. *terti quarti tractat. 2. cap. de ſignis lepræ.* vbi per 30. ſigna conatur oſtendere futuram aut præſentem lepram. Quorum ſignorum neq; aliqua præſentia ſunt, niſi leuia. Ex quibus tamen nihil concludi poteſt. ¶ Quare abſq; aliqua hęſitatione depono ego: nullam ſuſpicionem in hoc viro haberi poſſe, quod tamen non eſt mirum, tanta enim materiæ melancholicæ aduſtæ quantitas ab eius corpore euacuata fuit, quod ſi deponerem, vt oculus meus vidit, mirandum forte & incredibile exiſtimari poſſet, ipſe vero de ſeipſo teſtis eſt idoneus, quia ætatem & linguam habet.

Curatio. Vt autem ſecurius ipſe commorari & ciuiliter agere valeat, ſex remediis decreui eidem prouidendum eſſe, vt nunc ſequitur. ¶ Primum itaq; ipſorum eſt, vt omni fine *Potio.* 15 dierum recipiat hanc mixtionem. ℞. *trypheræ Perſicæ deſcrip. Meſ. in anti. ℥ iiij. elect. ſuc. roſ. ℥ j. lap. lazuli & lap. arm. præparatorũ an. ℈ ß. miſce omnia, & bibantur cũ cyatho j. aq. lactis capri.*

Et tar-

A Et tardet cibum horis ad minus ſex ante bibendo per horam cyathum j. aquæ hordei calidæ ſine ſaccharo. ¶ Secundum vero inſtrumentum eſt, vt accipiat hunc potum diebus vij. poſt prædictam medicinam hora eadem calefactum. ℞. *aquæ ſublim. lapatii, fu-* Alia: *miterræ & enulæ an.* ℥ j. ß. *miſce ſimul.* Et ſic circulariter tranſeat ab iſtis aquis ad medicinam ſuprascriptam. ¶ Tertiũ inſtrumentũ eſt, vt cum fuerit ſemel euacuatus, vt prædictũ eſt, tunc 10. vel 12. diebus accipiat ℥ v. aquæ lactis extracto caſeo & recocta, vt pura remaneat aquoſitas hora eadem, qua de prædictis dictum eſt. ¶ Quartum inſtrumentum eſt, vt poſtquam acceperit iſtas aquas, tunc ſequenti die purgetur cum ʒ v. elect. ſolutiui ad melancholiam deſcripti ab Auicen. 2. *de viribus cordis, vltimo cap.* cui addantur lapid. armeni, & lapidis lazu. præparat. an. granum, & totum accipiatur cum aqua lactis præ-
B dicta, & fiat poſt hoc, vt dictum eſt de medicina prima. ¶ Quintum inſtrumentum eſt, vt adueniente principio menſis Septembr. mane vna hora electa faciat ſibi phlebotomiam de ſaluatella ſiniſtræ manus, quæ eſt inter annularem & auricularem, per quam euacuentur ſanguinis vnc. v. & illa die quieſcat a fortibus exercitiis. ¶ Vltimo vero attendat ipſe, quod ſi temporibus intermediis ad euacuationes dictas venter eius eſſet ſtypticus, accipiat hunc puluer. aliquando in ſero immediate ante cœnam cum modico brodii vel aquæ. ℞. *polypodii, ſenæ, violarum an. ſcrupul. v. lapidis lazuli gran. iij. macis* Pulvis. *gran. vj. pulueriżentur omnia per ſe & commiſceantur.* ¶ Vltimo vero attendat obſeruare regimen ex parte ciborum per me ipſi ordinatum abſtinendo a cibis acutis valde ſalſis, pinguibus, inflammantibus & inflammabilibus; & etiam a potu fumoſi & calidi vini:
C immo adhæreat regimini infrigidatiuo & humectatiuo ſibi inſtituto.

Consilium CCCI. *De lepra cuiuslibet ſpeciei cum nouem accidentibus ad ipſam conſequentibus, quæ ſunt: Aſperitas & durities cutis. Fœditas coloris eius. Caſus pilorum in ſuperciliis. Raucedo vocis. Oppilatio narium. Defœdatio vnguium & aſperitas. Vlcera crurium. Malitia complexionis in quibuſdam membris derelicta. Et puſtulæ quædam in facie remanentes. Diuiditur autem conſilium in ſectiones duas.*

Sectio prima. De lepra, cauſſis & ſignis eius, continens ſeptem capita.

Cap. I. *De quibuſdam diſpoſitionibus cutaneis lepræ affinibus.*

D SI veteres medicinæ principes & ſpeculatores omni fere corporis humani diſpoſitione quantumcunq; leuiſſima ſublimi conſideratione ingenia ſua iugiter edomuerunt, vt labilis humani corporis compaginem ad ſanitatem optatam reducerent: video in diſpoſitione cuiuſdam nobilis, quam nunc mihi in ſcriptis accepi, & voce iterum informante declarationem aſſumſi altiſſima multum conſideratione medicandum eſſe. ¶ Eſt enim diſpoſitio hæc non tantum ambigua, quantum ingentis periculi portentiua, quæ, vt apparet, eſt cutis defœdatio grandis cum multitudine puſtularum magnam partem corporis occupantium, quæ formoſitatem corporis & habitudinis pulcritudinem præternaturali mutatione longo tempore occupauerunt. ¶ Cuius quidem ſupercutaneæ partis & vicinarum ſibi, licet poſſint eſſe multæ ſpecies
E infectionis, vt ſcabies, ſerpigo, impetigo, morphea nigra & alb. zerna, morbillus & variola lepra, excoriationes, vlcera, gangrenæ & reliquæ ſibi ſimiles. Reor tamen huic nobili viro nullum ſalubre conſilium exhiberi poſſe, niſi primitus harum infectionum variæ ſpecies ad ſua cognomina deducantur, quod nequaquam video fieri poſſe, niſi prius prædictarum diſpoſitionum notitiæ præmittantur, quibus declaratis, quæ de numero prædictarum ſit huius nobilis viri diſpoſitio, theorica contemplatione patebit in ſequentibus &c. ¶ Eſt igitur ſcabies cutis infectio proueniens a materia acuta notabili- Triplex ſpecies ſcabiei.
ter ſubtili, quæ a virtute propellitur ad ſuperficiem cutis, & ſibi propinquas partes cum excoriatione, aut cum multitudine puſtularum, pruritu magno & anguſtia proueniens. Eſt autem ſcabiei materia quandoq; acuta propter choleram, quæ ſanguini commiſce-
F tur, aut phlegmati, reddens ipſum ſalſum, aliquando vero inuenitur in ipſa acuitas a materia melancholica ex aduſtione genita proueniens, propter quod triplicem ſpeciei ſca- 1.
biem omnes fere poſuerunt. ¶ Et prima eſt, quæ prouenit a ſanguine infecto a materia 2.
cholerica. ¶ Secunda vero prouenit a phlegmate ſalſo plurimum ex mixtione choleræ

cum ipſo, aut ex putredine eius proueniente. ¶ Tertia vero ex melancholicis humo- A
ribus ex quacunq; materia per aduſtionem genitis. Inter quas ſpecies omnes deterior
eſt, quæ prouenit ex aduſtione melancholiæ, aut choleræ naturalis, & fortaſſis hæ duæ
melancholiæ ſpecies nunc vltimo dictę non parum communicant in cauſſis ęgritudinis
Serpigo quid huius nobilis viri. ¶ Serpigo vero eſt cutis defædatio cum excoriatione ipſius & cruſtis
eius proueniens ex humore aduſto per membra ſerpente cum figura rotunda, cum aſpe-
ritate & ingenti pruritu & caſu corticum cutis comitata, & eſt diſpoſitio illa, quam Caſ-
ſius Felix in quarto impetiginem vocauit, Græci vero likinam vocant, Latini zernã, Itali
Impetigo. volaticam, quaſi de membro ad membrum volantem, & ad varia loca ſerpentem. ¶ Im-
petigo vero quid ſit, ex definitione ſerpiginis iam data apparere poteſt: hercle quidem
a ſapientibus duplex ponitur: vna quidem vlceroſa, & non eſt aliud, quam zerna, vt ſu- B
pra nominata, altera vero eſt in ſuperficie, velut excoriatio aut leuis vlceratio cum ſphæ-
rica figura etiam ſquamis aſperis aſſociata, volatica vt ſupra dicta. Ex quo patere poteſt,
quod impetigo ſit genus, cuius ſpecies ſunt zerna & ſerpigo, vt ex prædictis colligi po-
Morphea. teſt. ¶ Eſt autem morphea naturalis coloris corporis corruptio vel permutatio ad albe-
dinem vel nigredinem proueniens ex corruptione ſanguinis a natura propulſi ad partes
ſubcutaneas vel ſibi propinquas, qui quidem ſanguis ſi cum melancholiæ ſubtili parte
commixtus fuerit ad ſuperficiem cutis delatus morpheam facit colore nigro commu-
tatam. ¶ Si vero materia parumper craſſior fuerit & phlegmatica, profundiorem ali-
qualiter partem occupat magis, quam ſubcutaneam. Et morphea albaras vel alba no-
Albaras. minatur, quæ ambæ proueniunt ex defectu virtutis nutritiuæ non potentis nutrimentũ C
aſſimilare nutrito, vt prima primi, & primo virtutum naturalium colligendum. Neutrã
tamen iſtarum exiſtimo coincidere in diſpoſitione huius ægrotantis, vt inferius clarius
Zerna. apparebit. Quid autem zerna ſit, ex prædictis in deſcrip. ſerpiginis parum ante colliga-
Morbilli. tur. ¶ Morbillus vero eſt puſtula proueniens ex ſanguine cholerico infectionẽ habente
a principiis generationis, vel a tempore contractam, vel propter ciborum corruptionẽ
virtutem expulſiuam incitante ad criſim variis & indeterminatis temporibus efficien-
Variola. dam. ¶ Eſt autem variola puſtula conſimilis proueniens ex corruptione ſanguinis facta a
menſtruali materia vel infectione ipſius ad depurationem ſanguinis virtutem expulſiuã
critice incitantẽ, quare patet diſpoſitiones iſtas a diſpoſitione huius nobili viri notabili-
ter eſſe diuerſas, & quia iſtæ fere totum corpus occupant, & a materia aduſta proueniũt
raro vel melancholica: cuius oppoſitum de huius nobilis viri diſpoſitione videbitur. Ex- D
Excoriationes. coriationes vero ſunt cutis ſuperficialis partis abraſio a cauſſa primitiua, aut ab humore
ſubtili acuto vel ſalſo proueniens, quæ propter hæc multum differt a diſpoſitione huius
Vlcera. viri ad quam intendimus. ¶ Vlcera vero ſunt ſolutiones continuitatis prouenientes ex
eruptionibus apoſtematum, vel ſuccedentes ex vulneribus indiſcrete curatis & antiqua-
tis cum multitudine virus & saniei & partium corruptione & defectu plurimum eueni-
Gangrena. entes. ¶ Gangrænæ vero ſunt diſpoſitiones corroſiuæ ſubſtantiæ carnis cum puſtulis a-
cutis aſſociatæ pabulantes membra abſq; caſu partium & ſine corruptione læſa, a mate-
ria tamen mala & venenoſa proueniente, quæ ratione materiei diſpoſitioni huius viri
ſatis propinquæ videntur eſſe, vt ex ſequentibus apparebit.

Cap. II. *De ſpeciebus lepræ & cauſſis earum.* E

VT a. vtilius ad intentionem diſpoſitionis huius viri prouenire poſſim, poſtremo ad
prædicta ad inueſtigationem lepræ veniendum eſt, vt ex ipſa inueſtigata & cognita
Lepra quid. aliquid vtile conſuli poſſit. ¶ *Eſt igitur lepra ægritudo mala proueniens ex ſparſione choleræ ni-
græ in corpore toto, quare corrumpitur complexio membrorum, & forma & figura ipſorum, & fortaſſe
corrumpitur in fine eius continuitas ipſorum, ita, vt cadant mẽbra & corrodantur caſu, qui fit ab vlce-
ratione, & eſt ſicut cancer totius corporis.* Eſt a. mala, q̃a omne genus ęgritudinũ cõplectit̃ ma-
lã complexionem, malam compoſitionem, & ſolutam continuitatem. Eſt ẽt mala ma-
litia materiæ, quæ venenoſitate non caret. ¶ Tertio mala eſt malitia modi euenien-
di cum ſæpe generetur ex corruptione complantata principiis generationis fixionẽ in- F
ſeparabilẽ habente, quæ ẽt ſi a tempore generetur, ſine fixa infectione & malitia ſubſtã-
tiæ fieri non poteſt. Quarto iterum mala eſt malitia effectus decorem humani corporis
& ciuilem ſocietatem priuantis, adeo vt ex lege prohibitum non ſit tales ab hominum
conuerſationibus exules fieri; propter verendam venenoſitatem; quam aliis non
raro

A raro communicant, quæ omnia ex prædicta definitione ipſius a principe data *3. quar-*
ti,tract.ſecundo colligi poſſent. ¶ Sunt autem lepræ cõmuniter a ſapientibus quatuor aſſi- *Lepra quatuor varietates.*
natæ varietates, aut ſpecies ſecundum diuerſitatem quatuor ſpecierũ melancholiæ, quæ
generantur ex aduſtione aliorum quatuor primorum humorum. Nam ex humoribus
primis non aduſtis lepram generari a ſapientib. non eſt inuentũ, propter ꝙ fortaſſis a q̃-
plurimis diſpoſitionum pdictarum, imo fere ab omnibus lepra differt. Illarũ enim ægri-
tudinum materiales cauſſę vt plurimum non ſunt materię melancholicæ aduſtæ ſaltem
ſimplices & dominantes, ſicut de lepra a veterib. ſcriptũ eſt, quadrupliciter diſtincta, cu-
ius quælibet nomen ſortitur ab aliquo animali ſimilitudine quadam ad aliquã proprie- *Vnde alopecia dicta.*
tatem illius animalis lepram concomitantem. ¶ Vt alopecia vulpina nominata: eo, quia
B ſpecies talis corpus humanum, cui accidit, depilari facit, ſicut vulpibus in magna parte
ſui corporis ſæpe contingit &c. ¶ Thiria vero ſecunda ſpecies lepræ nominatur, eo, quia *Thiria.*
ſicut θηρίον ſæuum animal eſt & venenoſitate tanta participans, vt cutis eius & corpus fere
totum excoriatum, quaſi ſemper percipiatur: ita & hęc leprę ſpecies corpus humanũ,
cui accidit, quaſi ſemper excoriari faciat. ¶ Altera vero ſpecies leonina dicitur, humanũ *Leonina.*
corpus horrendum nimis & furibundum, velut leonem faciens horrenda figura & aſpe-
ctu participantem. ¶ Vltima vero eius ſpecies elephantiaſis ab auctoribus nominata *Elephantiaſis.*
eſt, eo: quia humanum corpus elephantica magnitudine & pungitiua & feritate partici-
pare facit. ¶ Et hæ quidem ſpecies quatuor a quatuor humorum aduſtione melan-
cholica proueniunt. ¶ Alopecia enim prouenit ex melancholia genita ex aduſtione
C ſanguinis ¶ Thiria vero ex melancholia phlegmatica. ¶ Leonina ex melancholia
cholerica. ¶ Sicut elephantica ex melancholia melancholica generari dicuntur.

Quoniam hæ variæ ſpecies lepræ & ſi ita generaliter præmiſſæ ſint: non tamen adhuc
mentem ſatiant vtili & neceſſaria cognitione: ideo præmittenda ſunt ſigna. Primo qui-
dem generalia vnicuiq; ſpeciei lepræ: deinde vero partialia & appropriata vnicuiq; ſpe-
ciei ſigna ponentur. Sic enim clare patebit, an aliqua ſpecies eius diſpoſitionibus no-
bilis viri aſcribi poſſit, & an ſimplex vel compoſita ex eis. Et iterum an aliqua ſpecies le-
præ cum impetigine vel ſerpigine, vel gangræna, vel altera diſpoſitione ſociata ſit. Sic
enim doctrinali proceſſu canon curationis & regiminis elici poterit & non aliter. ¶ Ve- *Lepra cauſſa in genere.*
rum, quia ſcientia ſignorum non plene haberi poteſt, niſi per notitiam cauſſarum le-
D præ, igitur de cauſſis eius pauliſper conſiderandum eſt. Omnis igitur ſpeciei lepræ
cauſſæ ad vnum genus reduci poſſent, ſcilic. ad ſanguinis infectionem a materia melan-
cholica ſecum commixta reddente ipſum obiectum inconueniens virtuti nutritiuæ &
operationibus eius. ¶ Cum enim hic ſanguis tali infectione infectus virtutem expulſi-
uam excitat, & ab eadem a nobilibus membris pellitur ad ignobilia, ſi quidem materia
ſecum commixta ſubtilis fuerit, ad cutim propulſa morpheam facit, ſi melancholia fu-
erit melancholica, nigram, ſi phlegmatica albam. ¶ Si vero aliquid acuitatis vel adu-
ſtionis habuerit materia talis, faciet impetiginem aut ſerpiginem.

Si vero materia illa cõtingenter fuerit melancholica craſſa, durũ apoſtema ſephiros
nominatum efficiet. Et ſi eidem aliquid acuitatis miſcetur, ſephiros non purum genera-
E bit ad vnum expulſa locum. ¶ Si autem materia talis genita fuerit ex aduſtione, & pro-
prie a materia cholerica, tunc in vnum locum contenta cancrum efficiet. *Eſt enim cancer* *Cancer quid.*
apoſtema melancholicum de melancholia aduſta, & a materia cholerica etiam non pura fæculenta, ter-
tia quarti, tract. ſecundo cap. proprio. Si a. materia talis p vniuerſum corporis p venas & arteri-
as expandatur a virtute propulſa, ægritudinem efficiet lepram nominatam, quæ ſua ma-
lignitate per membra ſerpendo puſtulis corruptiuis ipſa inficit & corrodit, quare lepra
eſt ita cancer communis toti corpori, ſicut cancer eſt ęgritudo particularis determinati
membri. ¶ Cauſſæ autem prædictæ infectionis ſanguinis multiplices a ſapientibus aſſi- *Cauſſa infectionis ſanguinis.*
gnantur. Quatũ prima eſt infectio tempore conceptionis in matrice contracta ex cor- 1.
ruptione ſanguinis menſtrui & ſeminum parentum: ex quibus in embryone malitia talis 2.
F irradicatur. ¶ Secunda eſt infectio ſeminis facta ex contactu infecti corporis, ſicut cum
vir ſanus leproſę mulieri copulatur a menſtruo, cuius ſpma quantũcunq; ſanũ, hac peſſi-
ma contagione inficitur: aut econtra, ſicut cum contingit mulierem ſanam copulari vi-
ro leproſo, a cuius ſemine ſanguis menſtruus & ſemen eius inficitur. ¶ Mirandum autem *Quæſtio.*
quare mater a lepra non capiatur, cum viro leproſo copulatur, aut econtra, quare vir

ſanus a muliere leproſa non inficiatur cum eidem copulatur. Quibus quidem dicendũ A
eſt, ꝙ tanta poſſet eſſe & tam fortis in viro & muliere infectio, ꝙ vnico nexu vterq; infi-
ceret alterum. ¶ Dicendum ſecundo, quod infectione vtriuſque exiſtente remiſſa,
ex frequenti tamẽ copula alter alterum inficere poſſet. ¶ Etiam tertio, quod matrix iam
facta dura & ſolida infectioni tali iam potentius reſiſtere poteſt, q̃ ſeminalis materia viri
menſtruo leproſę mulieris & ſanguis menſtruꝰ ſpermati leproſi viri reſiſtere poſſit, quare
cum ſemen vel materia vnius ab altero facilius patiat᷑, q̃ corpus matricis, proinde ſequit᷑,
quod matrix nõ ita ex cõtactu ſicut in generationis infici poſſunt. Quare diligẽter intẽ-
dendũ eſt, qualiter & quando, & cui mulieri copulet᷑ vir, & econtra. Taliter n. ſæpe a vete-
3. rib. lepra morbus hæreditarius nuncupat᷑. ¶ Tertia vero cauſſa lepræ ꝓductiua ponitur
eſſe frequens cohabitatio cũ leprofis, vbi ab infecto aere a leproſo expirato corporis ſani B
ſpiritus, humores & mẽbra infici poſſe facile videri poteſt. Adhuc ẽt ex contactu leproſo-
rũ, aut pannorũ quibus veſtiunt᷑, aut decubitu in cubiculis eorum corpora ſana infici poſ
ſunt. Si n. ex contactu leuiter ſcabientis alter ſcabioſus efficitur, quæ erit tua exiſtimatio
4. de contactu leproſi? Quarta vero cauſſa ſpecialis generationis lepræ ponitur eſſe ciborũ
& potuum, qui intrinſece ipſam efficere poſſent, aut quia corrumpuntur & aduruntur in
corpore hominis a mala complexione cal. & ſic. epatis & cordis. Ex quib. melancholicæ
materiæ per modum aduſtionis in corpore multiplicatæ lepram efficiunt, vt ſupra dictũ
5. eſt. Quinta vero cauſſa lepræ generatiua poteſt eſſe aggregata ex omnibus aut pluribus
6. prædictarum cauſſarum quatuor. ¶ Sexta lege theologica conceditur eſſe diuinæ proui-
dentiæ iudicium humano intellectui non cognoſcibile, vt in antiqua lege de Iob & aliis C
videri poteſt, quod tamen non eſt præſentis ſpeculationis. Ex quarũ cauſſarum cogni-
tione facile deduci poſſent ſigna cognitionis lepræ, ſi bene contemplando meditemur.
Quæ quidem ſigna etſi a diuerſis auctoribus hinc inde ſcripta ponantur: ipſorum ta-
men congregatam doctrinam ab Auicen. poſitam *principio, tertia quarti, vbi ſupra.*

Cap. III. *De ſignis communibus omnibus ſpeciebus lepræ.*

1. SVNT autem ſigna lepræ communia quam plurima. vnum autem eſt permutatio co-
loris faciei ad rubedinem & nigredinem. Rubedo autem arguere poteſt ignei ca-
loris aduſtionem aut materiei cholericæ, & maxime, ſi fuerit rubedo cum citrinita-
te coniuncta. Nigredo autem cum opacitate materiei melancholicæ dominium ar- D
guit, quæ ſi fuerit ex aduſtione genita nigredo erit cum quadam tranſlucentia copula-
2. ta. ¶ Secundum ſignum eſt obfuſcatio in oculis ad rubedinem decliuis: & nihil aliud
ſignificare videtur niſi in coniunctiua oculi nigredinem aut fuſcedinem cum quadam
rubicunditate coniunctam, quæ quidem arguunt aduſtiui caloris dominium & mate-
rierum, in quas agit denigrationem: ſicut in ardenti carbone quandoque apparent co-
loris rub. & nigri confractiones. Et tu ex altiori doctrina conſidera, iſtud eſſe verum.
3. ¶ Tertium ſignum in anhelitu ſtrictura, quæ quidem multipliciter accidere poteſt: aut
enim fit propter nimiam cal. & ſic. ex quibus anhelandi neceſſitas intenditur & organo-
rum anhelitus inobedientia conſequitur, aut etiam fieri poteſt in anhelitu ſtrictura pro-
pter materierum multarum inuẽtionem in pectore, quæ poſſent facere in membris an- E
helitus oppilationem coarctatoriam. ¶ Quartum ſignum eſt raucedo vocis, quæ qui-
4. dem contingit in eis propter infuſionem membrorum vocis a materia multa, propter
quam vocalia organa redduntur non ſonora debite, aut propter debilitatem virtutis ae-
rem voci ſeruientem non debite frangere & reuerberare potentis ad organum vocale,
vt tracheam arteriam, aut fit in voce raucedo propter nocumentum pulmonis & cannę,
5. quod idem eſt. ¶ Quintum ſignum eſt ſternutatio aſſidua, cuius quidem cauſſa videtur
eſſe caliditas multa in cerebro inuenta per colligantiam totius ad ipſum, aut multitudo
ventoſitatis in ventriculis cerebri contenta, quę expulſiuam cerebri excitat ad ſui mun-
dificationem: aut aliqua de ſpeciebus malæ complexionis expulſiuam cerebri incitan-
tibus. Tales enim videntur eſſe ſufficientes cauſſæ ſternutationis, vt colligendum eſt F
quinta tertii, tractat. ſecundo, ſuo capit. Et *ſeptima aphoriſ. 48. & commento eius.*
6. Sextum ſignum eſt conſtrictio gametu: hoc eſt, partium naſi, ſcilic. rizæ narium
conſtrictio: propter quam homini loquenti apparet, ac ſi per naſum vox eius proferatur,
hoc

A hoc autem totum fit propter vaporum multitudinem; quia a toto ad cerebrum eleuātur & implent carunculas cerebri, rizæ & partis adiacentis. Ex hoc quidem videntur ſigna principii vniuſcuiuſq; lepre communia. Septimum ſignum principale eſt inceptio caſus 7.
capillorum. Cuius quidem cauſſa facile videri poteſt. licet enim materialis cauſſa capilli ſit vapor aduſtus vel fumoſus, quia corpore ad determinatas partes per poros expulſus coagulatur: nil minus tamen quando contingeret caliditaté eſſe ingenter combuſtiuā, prohiberetur talium fumoſorum vaporum generatio: & ſic conſequenter continuata generatio & augmentum. Cum igitur calor melancholiæ per aduſtionem generatiuus tantæ ſit potentiæ, vt prædictorum fumorum generationē prohibere poſſit & conſume- re materiam, neceſſe eſt cadere pilos. Ex quo concludi facile poteſt: quod ſi aliquando

B in leproſis generantur pili ſubtiliores, producuntur pp paucitatem materiei. Similiter etiam pauci numero fiunt: & iſta quidem a pilis ſigna ſumta multum mihi proficua fue- runt in cognitione lepre. Octauum ſignū eſt apparentia venarum in pectore & parte fa- 8.
ciei: que quidem vene multis ex cauſſis apparerē poſſent: licet in principio fuerint laten- tes: aut quidē quia materia augmentata ſit magis, q̄ prius: aut pp multorum fumorū ge- nerationē, qui in venis & arteriis contenti ſunt, predicte partes intumeſcunt: & maxime in parte capitis ad quam lationem proprie fumoſitates inclinantur. Et ſimiliter in parte pectoris pp aduſtionem fortem ibidem a corde factam. Et iterum venæ apparentes fiūt, quia ſanguis ex aduſtione in nigredinem cōuerſus venas apparere facit tali colore colo- ratas quo carebant prius, & hoc quidem ſignum ad experientiā per me viſum eſt, & in-

C uentum certius. ¶ Nonum ſignum eſt odor corporis, per quem intelligo fœtorem: licet 9.
Auic. locutus fuerit moraliter. Cum enim in corporibus leproſorum putrefiant humo- res corporis & fœtor ſit paſſio putrefactionem conſequens: vt colligitur *4. metaphyſ. & 1. prognoſt. comment. vlt.* ſequitur q; in leproſis fœtor apparere debeat: & proprie cum ſudo- re, qui quidem non aliud eſt, quam aquoſitas humorum, cui pus cholericum eſt admix- tum: vt *cap. 2. c. proprio* colligendum eſt. ¶ Decimum ſignum eſt odor anhelitus decliuis 10.
ad fœtorem. Si enim febre putrida vel acuta contingit anhelitum fieri fœtidum, fortius videtur hoc ſignum inueniendum eſſe in leproſis, propter magnam putrefactionem in pectoribus eorum inuentā. ¶ XI. ſignum ſunt humores melācholici mali & doloſi: me- 11.
lancholici quidem propter corruptionem cōplexionis cordis & cerebri a melancholia

D aduſta, q̄ eſt materialis cauſſa lepræ: vt ſupra viſum eſt. Et mali quidē malitia intenſionis & extēſionis: doloſi vero ſunt propter diuerſitatem corruptionis in inſtrumentis & or- ganis ſenſuum interiorum facta a varietate materiei melancholice ex diuerſis humorib. generatæ: q̄ quidē materia melancholica vel vapor eius reddit ſpiritū & organa ſenſuū interiorum ſylueſtria, id eſt, inconuenientia ad operationes eorum debite perficiendas. ¶ XII. ſignum eſt multiplicatio ſomniorum melancholicorum: q̄ quidē accidit pp p̄di- 12.
ctam cauſſam: & diuerſa eſt ſecundū diuerſitatē materiei melancholice p aduſtionē ge- nitæ: q̄ fortius aut debilius, velociter aut tarde imaginatiuā p mutare poſſent. ¶ XIII. eſt 13.
ſenſatio grauedinis maxime ſuper toto corpore, & hoc quidē accidit pp lationem mate- rierū melācholicarū, q̄ in membris ſenſationis ſpecies ſuæ grauitatis imprimūt. pót etiā

E contingere pp fortē retractionē ſpirituū ſenſibiliū: aut pp oppilationē cadentē in mea- tib. eorū factā a materia melancholica vel vapore eius. Et iſta quidē vidētur eſſe ſigna le- præ ſex in augmento eius propria magis. ¶ XIIII. ſignū eſt manifeſta capillorū ſparſio & 14.
caſus: qui quidem contingit in pilis leproſorū conſumtione materierum continuantiū pilū eodē modo, quo vides in fine menſis Octobr. folia vegetabiliū concidere, ſpargere & cadere carentia nutrimēti. Accidit autē hoc magis in pilis faciei & capitis; quia cami- nū eſt caput fumorū aduſtorū receptiuū magis, q̄ aliæ partes. tertio iterū apparet diſlo- catio pilorū: & non eſt aliud, q̄ infectio pilorū in poris abſq; ſuſtētatione materiæ conti- nuantis eorū ſubſtātiā factā. ¶ XV. eſt infectio vnguiū a nimia aduſtione & ſiccitate ex- 15.
terminantib. materiā continuationis earū facta. ¶ XVI. eſt, q; forma incipit fieri fœda: 16.

F ſiue per formam intelligas corruptionem coloris, vt ſupra, ſiue habitudinis corruptio- nem a mala complexione prouenientem.

Decimumſeptimum ſignum eſt, quod facies fit terribilis: & hoc quidem ac- 17.
cidit propter magnam corruptionem in inſtrumentis & organis faciei permutantibus

ipſam nunc ad aſpectum leonis. aliquãdo vero Thirii & aliorum: vt ſupra de ſuis ſpecie- A
18. bus viſum eſt. ¶ XVIII. eſt denigratio coloris: de qua quidem ſatis in primo ſigno viſum
eſt. quæ quidem denigratio maior nunc apparet: vt in tempore æſtatis. & tu conſidera,
19. quia facile eſt. ¶ XIX. eſt, quod ſanguis incipit congelari & putreſcit. congelatur pp ex-
ſtinctionem innati caloris per viam mortificationis factam ab vrente caliditate. Et forte
ꝙ ſignum hoc verius eſt in fine ſtatus vniuerſalis. fortaſſis autem magis coagulatur ſan-
20. guis ab intenſa caliditate in principio ſtatus vniuerſalis, ꝗ tu cõſidera. Quod autem ſan-
guis putreſiat in ſtatu & pp quid, videre nõ eſt difficile. ¶ XX. eſt, ꝙ additur conſtrictio
anhelitus, donec pueniat ad difficultatem vehementer magnam: cuius quidem cauſſæ
21. leues ſunt propter neceſſitatem auctam, & debilitatem virtutis: tali tempore augmen-
tatas. ¶ XXI. ſignum eſt, quod vox peruenit in fine raucedinis, id eſt, quod raucedo ma- B
22. ior efficitur, quam vnquam fuerit, vel eſſe poſſit. Cuius quidem cauſſæ verificẽtur ex his,
quæ ſupra dicta ſunt in declaratione quarti ſigni. ¶ XXII. eſt, quod incraſſantur labia
& denigrantur: quod quidem accidit propter materiam delatam ad ea tanquam ad raras
partes, in qua facile penetrare poteſt cum craſſa ſit materia, ad quod non parum adiuuat
multitudo venarum & arteriarum compoſitionem labiorum ingrediẽtium & ſimilia ta-
lium. Ex quo etiam clare patet, quod labia denigrentur, vel propter fortem mortifica-
23. tionem, vel aduſtionẽ in ſanguine a materia melancholica proueniẽtes. XXIII. eſt, ꝙ
apparet ſuper corpore additio glãdoſa ſimilis animali dicto Græce zephos. & eſt animal
anuloſum compactũ & ſolidũ, in rupibus inuentũ, aut ſub vrceis ex putrefactione geni-
tũ, anuloſum & durũ ſatis. Sic enim in leproſis accidit apparitio multarum puſtularum, C
quæ rotundæ ſunt & duræ prouenientes a materia melancholica ſparſa per corpus: &
congelata ibidẽ malitia quãtitatis & qualitatis ſuæ virtutem ſuperantis, ne cõſumi & ex-
pelli poſſit. Et iſta quidem videntur eſſe ſigna ſtatui vniuerſali lepræ appropriata magis.
24. ¶ XXIV. ſignum eſt, quod corpus incipit vlcerari, quando lepra eſt non quieta. vlcera-
tur autem propter malignitatem augmentatam in materia per aduſtionem in omni le-
pra. Fortius autem & citius vlcerantur membra in leonina: deinde in elephantiaſi. ſecũ-
25. do in thiria, vltimo vero in alopecia: quę inter alias ſpecies eſt magis quieta propter qua-
litatem phlegmatis aduſtioni contrariantem. ¶ XXV. ſignum eſt, quod corroditur car-
tilago naſi propter deſcenſum materierum aduſtarum. quæ ſubſtantifice conſumunt
26. cartilaginem naſi aut membra carnoſa vel cutanea, cum quibus cartilagines continuan- D
tur, ex quo apparet, quare cadunt naſus & extremitates eius. ¶ XXVI. eſt, quod currit
virus fœtens. & hoc quidẽ intelligi poteſt & a naſo prouenire, & ab omnibus partibus vl-
ceratis & corruptis. ¶ XXVII. eſt, quod occultatur vox: & hoc quidem eſt propter

Quare lepro- ſis cadant nares.

27. debilitatem virtutis & corruptionem organorum vocalium confirmatam: vt ſupra in
28. quarto ſigno viſum eſt. ¶ XXVIII. eſt, quod tunc non remanent pili: & hoc quidem
29. eſt propter omnimodam conſumtionem materierum, quibus continuantur pili: vt ſu-
pra in ſeptimo ſigno viſum eſt. ¶ XXIX. eſt, quod color corporis denigratur valde.
30. ꝙ quidẽ cõtingit propter abſolutã aduſtionem ex his quę ſupra in primo ſigno viſa ſunt.
¶ Trigeſimum & vltimum eſt, quod pulſus leproſi eſt debilis propter debilitatẽ virtutis
& paucitatem neceſſitatis, eo quia ægritudo eſt frigida, ſ. materialiter, aut eſt frigida pri- E
uatione innati caloris. Eſt etiam tardus, non velox: tardus quidem propter prædictæ
frigiditatis augmentum. Nec tamen eſt valde tardus, eo quia materia per aduſtionem
aggrauatur. ¶ Eſt autem pulſus eorum ſpiſſus, cum enim non ſit neceſſitas valde aucta,
non eſt opportunum pulſum eſſe magnum & velocem, ſed ſufficit neceſſitati tantæ,
quanta inuenitur in leproſis confirmatis ſatisfacere ſpiſſitudo. Erit igitur leproſo-
rum pulſus in declinatione paruus & frequens & remiſſe tardus propter prædictas cau-
ſas, licet credam ego paruitatem, tarditatem & frequentiam in pulſu prouenire magis
propter debilitatem virtutis factam a materia ſua malitia venenoſa debilitate magis,
quam caliditate putrefactiua. & tu conſidera, quia ſpeculabile eſt. ¶ Ab aliis vero au-
ctoribus nonnulla quandoque ſigna adduntur iſtis ſicut diminui ſenſationem in mem- F
bris ſenſus tactus, & maxime in principio & augmento: aut totaliter auferri ſenſatio-
nem in confirmando leproſo: ita quod ſi etiam cum acubus pungerentur extremæ par-
tes, impreſſionem non ſentirent. Hoc tamen ſignum, ſicut & alia hincinde variis volu-
minibus inuenta ad 30. ſigna iam prædicta declarata reduci poſſent, ſi bene conſideres.

A Illa autem ſigna ponere nõn volui, quia ſuperſtitioſa ſunt, & etiam, quia longitudinem
timeo. Poſſunt autem 30. ſigna prædicta & facile reduci ad contemplationem theoricã
ſignorum, vt ad ſigna ſumta a ſubſtantialiter inhærentibus ab operationibus & a caſi-
bus, vel ad ſigna ſumta ab actione læſa, a qualitate mutata, & ab exeuntibus a corpore,
quod idem eſt, & tu contemplare. ¶ Poſt hoc autem, vt canon curationis regularis di-
ligentius habeatur, videtur mihi oportunum eſſe vniuſcuiuſq; ſpecierum lepræ ſuperius
poſitarum ſigna diſtincta diuerſis voluminib. hincinde collecta, & ſcrutinio rationis cõ-
firmata, deinde cuiuſcunq; ſpecierum can. curationis exponere. Ante iſta tamen parti-
cularia curationis dogmata capitulum ponam, in quo regulæ communes vniuſcuiuſque
ſpecierum lepræ conuenientes exponentur. Igitur poſt ſigna 30. vnicuique lepræ com-
B municantia ſecundum plurimum ſigna particularia exponenda ſunt. Et primo ſigna a-
lopeciæ propria.

Cap. IIII. *De ſignis propriis lepræ alopeciæ.*

SVNT igitur ſigna hæc. Primum quod ſupercilia ex toto depilantur. ¶ Se-
cundum quod tument cilia. ¶ Tertio inflantur oculi & rubei fiunt. Quar-
to puſtulæ rubeæ in facie & toto corpore oriuntur, ex quibus emanat
ſanguis cum ſanie. ¶ Quinto nares ingroſſantur. Sexto difficulter odorant
domini huius ægritudinis. ¶ Septimo anhelitus eorum fœtet. Octauo ge-
næ tument & rubeſcunt. ¶ Nono ſanguis frequenter effluit a gingiuis. Decimo ſanguis
C frequenter cũ vrina emittitur corruptus: & quandoq; cũ egeſtione. Vndecimũ, hæmor-
rhoidum tumor, pruritus & punctio in viro: vuluę vero & partium eius tumor, punctio
& mordicatio in muliere frequenter apparẽs. Et hæc quidem ſpecies lepræ non paruam
habet veritatem in caſu huius nobilis, ſicut in ſcriptis de ipſius diſpoſitione & comple-
xione, & aliis accepi.

Cap. V. *De ſignis propriis lepræ leoninæ.*

SIGNA vero alterius ſpeciei lepræ, quæ leonina vocatur, ſunt iſta. ¶ Primum a ſa-
pientibus poſitum eſt: quia oculi tumeſcunt, & rotundi fiunt, in quib. apparet e-
minentia venarum ſanguine cholerico abundantium, quæ rubedinem & citri-
D nitatem in oculis imponit. Sunt autem iterum oculi eorum mobiles valde. ¶ Secũdum
ſignum eſt gracilitas narium cum vehementi acuitate comitata. ¶ Tertium, quod gingi-
uæ corrugantur, a quib. effluit ſanguis amaritudine multa & acuitate participans. Quar-
tum eſt, quia maxima fit raucedo in eis. ¶ Quintum, quod vrina emittitur ignea cum a-
cuitate & tinctura cholerica. ¶ Sextum, emiſſio aliquanti ſanguinis per vrinam, licet ra-
ro. Septimum, magna vocis raucedo. Octauum, aſperitas, ſiccitas & eruptio cutis cum a-
cuitate percepta. Nonum, aliqualis ſuperciliorum depilatio, licet minor, quam in prędi-
cta ſpecie. Decimum, frequens euentus impetiginis & ſerpiginis per membra. ¶ XI. cor-
ruptio partium, in quibus impetigines fiunt cum emiſſione humiditatis citrinæ & viru-
lentæ. ¶ XII. arenoſæ ſuperfluitatis inuentio in ſanguine habentium leoninam lepram:
E quod quidem a poſteriori in eorum phlebotomiis inuentum eſt. ¶ XIII. terribilis aſpe-
ctus faciei: & in ſumma mores eorum tam ſylueſtres fiunt, quod beneficio phyſico pla-
cabiles fieri non poſſint, velut leones. ¶ Decimumquartum ſignum eſt velocitas au-
gmenti corruptionis & vlcerationis partium, cum iam corrumpi inceperint. & hæc
quidem tria vltima ſigna per me veriſſima ſæpe inuenta fuerunt: ſicut non multum an-
te cognoui in quodam honorando viro Nicoleto de Iuſtinopoli nominato.

Cap. VI. *De ſignis propriis lepræ Thiriæ.*

THIRIÆ vero lepræ, quæ fit ex aduſtione phlegmatis, ſigna propria ſunt: ap-
F paritio purium glandularum, quæ molles ſunt & ſubalbidæ: & per magnam
partem corporis inuentæ. ¶ Secundum ſignum eſt mollities & ſubalbedo
cutis. Tertium inflatio cutis totius corporis, & maxime faciei cum claritate
quadam aqueo colori vicina. ¶ Quartũ, conſtrictio narium cum defluxu madefactiuæ
humiditatis aliquanto. ¶ Quintum vocis maucedo cum debilitate ſonoritatis eius.

¶Sextum,inuentio morphearum albarum per vniuerſum fere corpus. ¶Septimum ex- A
perimentale a ſapientibus poſitum;quod ſi tales conſpergantur aquæ,non adhęret ſuper
eis.& hoc quidem videtur eſſe propterea,quia corpora talium poſitiua ſiccitate nec pri-
uatiua ſicca fiunt:ſicut aliæ lepræ ſpecies.& hęc quidem huius capitis ſcientia diſpoſitio-
ni huius nobilis viri non videtur eſſe propinqua.

Cap. VII. *De ſignis appropriatis lepræ elephantiaſis.*

ELEPHANTIASIS vero vocatæ lepræ ſigna cognitionis nonnulla ponuntur a
ſapientibus,raro tamen a Medicis,niſi valde peritis inuenta ſunt.Sunt autem ſi-
gna talia, vt variis voluminibus hincinde colligere potui. ¶Primum quidem
eſt ſenſationis diminutio, aut priuatio in pluribus partibus corporis, ita, quod etiam in B
iuncturis. ¶Secundum ſignum eſt ingroſſatio & tumor vnguium cum quadam earum
inæqualitate & liuiditate & partium earum aſperitate. ¶Tertium, inuentio plurimarũ
puſtularum in vniuerſo fere corpore cum manifeſta duritie & colore morali leui rubi-
cunditate refracto. ¶Quartum,totius corporis nigredo quadam rubicunditate leuiſſi-
me confracta. ¶Quintum,craſſitudo habitudinis vniuerſæ cum notabili ſoliditate co-
pulata.¶Sextum, oculi rotundi ſolidi & non bene mobiles apparent. ¶Septimum,cor-
rugatio palpebrarum. ¶Octauum,ingroſſatio omnium rugarum in corpore apparen-
tium,& maxime in parte faciei & extremitatum aliarum. ¶Nonum,vocis raucedo cum
grauitate & difficultate proferendi vocem. ¶Decimum, hæc lepræ ſpecies in partibus
extremis incipit apparere magis,quam aliæ ſpecies. Intelligendum tamen, quod ſigna C
huius ſpeciei tanto magis inter ſe differentia ſint: quanto melancholia per aduſtionem
a temperamento elongatur magis,& econtra. Et hoc quidem de omnibus aliis ſpecie-
bus lepræ ſimiliter intelligi debet.

Signa vero lepræ factæ ex dominio melancholiæ naturalis ex prædictis ſignis de-
monſtrari poſſunt.hanc tamen ſpeciem lepræ a melancholia naturali factam raro eue-
nire credo.¶Poſt hoc autem nemo mirari debet,ſi vniuſcuiuſq; particularis lepræ ſigna
non ſunt verificata ratione demonſtratiua. Satis enim hoc apparere poteſt ex verifi-
catione xxx.ſignorum,quæ poſita ſunt ſuperius omnium ſpecierum lepræ communia.
& tu conſidera ex illorum fundamento.

Sectio II. *De cura huius malæ diſpoſitionis,continens capita duo.* D

INVESTIGATIS itaque,qualiter apparuit,infectionibus cutis humani corpo-
ris fere omnibus vſque ad lepræ ſpecies:ponendum eſt regimen, quo humanũ
corpus a tanta miſerabili & verenda contagione tueri poſſit:quod quidem re-
gimen in duas partes partiendum eſſe decreui. ¶Et prima quidem ponit regimen vni-
uerſale vnicuique ſpeciei lepræ conueniens penes rectificationem rerum non natura-
lium. ¶Secunda vero pars regimen curatiuum ſpecierum lepræ per intentiones medi-
cinales explicabit.

Cap. I. *De regimine vniuerſali conuenienti vnicuique ſpeciei lepræ per adminiſtrationem ſex rerum non naturalium.* E

PRO executione igitur regiminis huius verendæ diſpoſitionis, omne regimen
per ſex res non naturales menſurandum inclinari debet ad frigidum & humi-
dum: eo quia ſpecies lepræ plurimum euenientes fiunt a mala complexione
humorum corporis incenſiua,& in ſpecies melancholiæ aduſtæ conuerſiua. Raro enim
contingit fieri leprã a materia non aduſta: maxime autem in viro iſto materiam peccan-
tem apparet eſſe melancholiam ex incenſione ſanguinis dominantis & choleræ ſubdo-
minantis genitam,quod quidem facile demonſtrari poteſt. ¶Primo per complexionẽ
naturalem eius fuiſſe cholericam & ſanguineam,vt mihi ſcribitur. ¶Secundo per rube-
dinem puſtularum,quæ in corpore eius apparuerunt.¶Tertio per velocitatem ſaniatio-
nis earum.Quarto per fortitudinem pruritus ibidem exſiſtentis.Quinto propter mate- F
riam virulentam,quæ inde egreditur, quæ ſuperfluitati ſanguinis & choleræ atteſtatur.
Sexto per velocitatem conſolidationis earum ſatis conuenienter factæ. & hæc quidem
ſigna caliditatem materie,naturalem & accidentalem ſignificant. Durities vero,nodo-
ſitas & compacitas puſtularum cum obtuſa ſenſatione partium, quæ apoſtematæ ſunt,
ſigni-

A ſignificant materiam in melancholiam conuerſam fuiſſe a caliditate vrente, quę obtuſionem in ſenſatione facit. aut per corruptionem organi ſenſationis vel inſtrumenti eius vel pp oppilationē a materia factā, q̄ prohibet tranſitus ſpiritus ſenſibilis ad membra.

Aer. Siue igitur hæc omnia ſint, ſiue plura ipſorum, aer ipſius, immo & cuiuſcunque leproſi, inclinetur ad frig. & hum. Eligatur igitur ciuitas & domus, vel locus aeri aquilonari & orientali detectus: cuius camera ſit prope decurſus aquarum dulcium, aut in qua tempore caliditatis effuſio frequenter fiat cum aqua dulci; aut ſternantur in camera folia vitis, ſalicis, nenuph. lactucæ, violarum, & in ſumma omnium vegetabilium frigidorū & humidorū: muniatur etiam veſtibus non valde calidis, propter quod euitentur vulpinæ pelles & ſibi ſimiles, & ſint veſtes ſindone ſuis temporibus aut ſubtiliſſimo panno ſuf-B fultæ, vel pellibus leuiſſimis ſuo tempore fulcitæ. ¶ Et ſi potens eſt, ſemper aer cameræ ſuæ renouetur cum effuſione aquæ viol. nenuph. cichoreæ, endiuiæ, lactucæ, angurię & ſimilium, cum ſandal. alb. & modico camphoræ conquaſſatorum. Talis enim aer potenter rectificat membra, ſpiritus & humores corporis, veſtes autem eius & capitis tecturam portet non valde ſtringentes, ne caliditatem naturalem per viam coarctationis a debita tranſpiratione prohibeant.

Motus & quies. Exercitium vel motum aliquem, quo corpus notabiliter agitetur, nullum in hac ægritudine video eſſe conueniens, eo quia calefacit. & ita augmentum incēſionis humorum diſponit: & iterum quia humores quietos in fluxum ad membra debilia ponit. & tertio, quia ſpiritus a debita applicatione a membris diſtrahit. ¶ Exercitium autem con-C uenientius eis videtur eſſe nauigatio per dulces aquas: aut ambulare gradariis equis inceſſu leuiſſimo: aut leuibus paſſibus ante ciborum aſſumtionem hincinde moueri. Aut leues fricationes tempore ieiunii a genubus vſq; ad cauillas pedum facere. Deinde eaſdē fricationes ab adiutoriis vſque ad manus, & tertio a ſpatulis vſque ad nates conuenienter applicare. Loco quorum non minus iuuat frequenter infundere corpus in balneum aquæ dulcis tepidi caloris, vbi coctæ fuerint plantæ, frigidæ & humidæ aut temperatæ: ſicut borago, bugloſſa, capillus Ve. viol. nenuphar, vitis, ſalix & reliqua his ſimilia. in quo quidem balneo ieiunus ingrediatur: & moram ibi contrahat vſque ad ſuauem inpreſſionem abſque caloris exceſſu. ¶ Poſt exitum autem a balneo vngatur corpus eius oleo lactucæ facto cum ſucco eius, aut oleo de nenuphare, aut oleo decoctionis cordiarum, quę D inueniuntur in rubis: aut oleo decoct. ranarum fluuialium. Hæc enim duo ſimplicia aut inuicem commixta inueni fuiſſe excellentis iuuamenti. Quiete autem vtatur ad plurimum, vel quaſi ad ſemper.

Somnus & vigilia. Somnus vero omnino in diſpoſitione tali menſuræ conuenientis exſiſtat, potius in quantitate aucta excedens, quam diminuta. Neceſſe enim eſt in his corporibus caliditatem naturalem conſeruari. Similiter etiam & augmentum humectationis efficere. taliter autem in corpore humano fit, cum ſomnum metitur modo iam dicto. Naturales enim operationes vigorantur ex eo, & melior celebratur digeſtio & ſpirituum reſolutio prohibetur & animales operationes vigorantur.

Melior autem ſomnus eſt ille, qui fit poſt cibum iam in ſtomacho bene compre-E henſum capite mediocriter eleuato: & decubitu facto prius ſuper dextro latere, in ſecūda vero dormitione ſuper ſiniſtro, & tertio iterum ſuper dextrum retrograda fiat reuolutio. per primam enim cibus in fundo ſtomachi melius vnitur, caliditas naturalis ab epate, ſuper quo ſternitur ſtomachus & ab adiacentibus partibus ſtomacho melius influitur. Per ſecūdam vero reuolutionem melius ſtomachi fundus ab epate ſuper ipſum ſtrato amplexatur, digeſtio melior celebratur. Per tertiam vero reuolutionem digeſtione iam completa melius attrahi & penetrare poteſt chylus ad partem, vbi oportet.

De forma iacendi ſuper ventrem dicendum notabile iuuamentum haberi: econtra vero ex decubitu ſuper ſpina facto plura conſequi nocumenta. ¶ Neque etiam in dormitione frequens debet fieri reuolutio de latere in latus. taliter enim corrumpitur F digeſtio, cibo & potu hincinde fluctuante, & digeſtionem effugiente bonam. ¶ Somni vero menſura eſſe debet non minor, quam octo horarum: alio vero tempore vigilandum eſt, propterea, quia vigiliæ moderatæ ſecundum conſuetudinem, tempus & cōplexionē hominis corpus humanū corroborāt & calefaciunt, virtutes animales exci-

tant,immoderati ſomni nocumenta remouent,& ſpiritus & humores ad loca neceſſa- A
ria conuenientius expanduntur,quod colligi poteſt *ſecunda primi,doctrina ſecunda,cap.de-
cimotertio.*

Repletio & inanitio.

Euitare debent omnem repletionem potuum & ciborum taliter ægrotantes ma-
gnopere,neq; enim aliquid videtur innatæ caliditatis ęque cito ſuffocatiuum:ſicut mul-
ta ciborum copia, ex qua debita digeſtio diminuitur, corrũpitur & multoties aufertur.
¶ Sit igitur menſura ciborum tanta,quæ ſtomachum non aggrauet & põderoſum faciat:
& potus tantus,qui in ſtomacho nõ fluctuet & regurgitet. Cumq; contingeret repletio-
nem ipſorum factam eſſe,illico ad deponendũ ipſam feſtinandũ eſt:& proprie cũ vomi-

Vomitus medicamentum lepræ.

tu,qui eſt medicamentum lepræ,*4.primi,c.13.* Fiat autem vomitus cum intromiſſione di-
giti vel pennæ in principio meri,titillatione facta ibidem,vt ſtomachus excitetur ad ex- B
pulſionem eius,ꝙ in eo reperitur,aut prouocetur vomitus cũ decoct.ſe.vel rad.raphani
cum modico mellis & aceti, & non fiat violentia cum vomitiuis fortibus. Si vero eſſet
fortis ſtomachi aut non pręparatus ad vomitum, ſicut habentes ſtricturam pectoris, dif-
ficultatem anhelitus & ſpuentes ſanguinem,& præparati ad phtiſin vel apoſtemata ſqui-
nantica vel ſibi ſimiles, qui vomitui indiſpoſiti ſunt:vt colligitur *4.primi,c.12.* in talibus
deponatur cibus & materiæ corruptæ in ſtomacho per viam indigeſtionis genitæ cũ le-

Potio lenitiua.

ui medicamine ſublimis iuuamenti in hac ægritudine. ℞.*thymi,epithymi,fol.ſenæ,polyp.ana
ʒ ij.viol.ſebeſten,cuſc.cap.Ven.florum borag.ana M j.coquantur in* ℔ j.*aquæ vſque ad conſumtionẽ
tertiæ partis:deinde colentur & exprimantur,& de illa colatura dentur* ℥ iiij. & ℥ j.*medullæ caſſiæ fi-
ſtul.a ſua canna recenter extractæ cum decoct.prædicta quæ calida ſumatur:& tardetur poſt ipſam ci- C
bus ſex horis.* Si vero homo eſſet medicinam effugiens aut abominans vel ſtomachum de-

Clyſter.

bilem habens,attrahatur ad inferiorem partem plenitudo prædicta cum hoc clyſteri.℞.
fol.viol.bletæ,capil.Vener.borag.& foliculorum ſenæ ana M ij.coquantur in ℔ ij.*aquæ vſque ad con-
ſumtionem medietatis,deinde colentur & fortiter exprimantur,& illi decoctioni addantur infraſcri-
pta conuenienter diſſoluta.*℞.*caſſiæ ſiſtu.hieræ Ruf.ana ʒ vj.olei viol.* ℥ iiij.*ſalis Indi* ℈ iiij.*fiat clyſte-
re in mane in diebus æſtatis,aut in ſero,ſi placet,in diebus hyemis.* & laudo multum huius clyſteris
& conſimilium in hac ægritudine vſum:eo quia clyſteria materias a membris principa-
libus euacuãt.*4.primi,c.17.* patet autem in hac ægritudine membra principalia omnia ab
infectione non eſſe munda.

Accidentia animi.

Accidentia vero,quæ animum, inſtrumenta & organa corporis impetuoſe mouẽt, D
euitentur omnia. Exterminant enim hæc omnia & mutant corpus ab ea,quę ſecundum
naturam,coſiſtentia.*3.techni.* quare ſi corpus ab hac horrenda ægritudine exterminatur,
ſatis ſumma intentione adæquandum dyſcraſiam. Igitur omnia animi accidentia ſuaui-
ter mouentia corpus & animum applicari debent. ¶ Quare ea,quæ mouent animum ex
parte coloris,delectabilia eſſe debent,ſicut aſpectus coloris albi,florum,picturarũ & re-
liquarum figurarum ab exterius mediocriter mouentium & animum delectantiũ. ¶ Et
ſimiliter etiã quantum ad auditum harmonia mulcebris omnium cantuum & ſonorum
applicari debet. ¶ Et iterum ſapores æquales ab acuitate remoti adminiſtrentur omnes,
de quibus amplius in fine dicẽdum eſt. Adhuc etiam omnia,quæ potentiam olfactiuam E
ſuauiter mouent,infrigidãtia & hum.aromatica exhiberi debent:vt odores roſarũ viol.
florum nenuph. & liliorum al. ¶ Aut delectabile hoc, ꝙ multa delectatione percipitur.

Nodulus odoratus.

℞.*flor.roſ.quæ nondum expanſæ fuerunt,florum nenuphar.& viol.& ſalicis ana ʒ iij.camphoræ* ℈ ij.
lig.aloes ℈ j.*ſandal.al.ʒ ij.conſpergantur omnia in aqua viol.& roſ.& fiat ex eis pomum,aut pulueri-
zata ligentur in panno de ſindone,quæ ſemper in manibus habeatur.* ¶ Adhuc etiam omnia,quæ
ſenſum tactus ſuauiſſime mouent,applicari debent:& leues fricationes, de quib. in mo-
tu & quiete dictum eſt. ¶ Propter quod etiam coitu rariſſime vtendum eſt. Superfluus e-
nim coitus etiam ſibi propinquus mouet materias ad exteriora corporis: & excitat va-
porem calidum putridum venientem ad partem ſuperficiei cutis. quare putrefit illic, &
putrefacit illud,cui obuiat. quare in leproſis ad maiorem corruptionem membra diſpo-
nit,*7.quarti,tract.3.c.de cura ſcabiei.* ¶ Itaq; ſi motus fortis in ſenſibus exterioribus facti nõ F
conueniunt,quæ poterit eſſe exiſtimatio tua de motib. factis in ſenſibus interioribus? &
tu cõſidera,quia taliter ægrotantes debent eſſe læti,mente iocundi, & bene ſperantes de
ſalute ſua clementia diuinæ maieſtatis obtinenda.

Cibus.

Regimen autem in hac diſpoſitione obſeruandum ex parte ciborum & potuum
exiſtimo

A exiſtimo parumper ampliandum eſſe magis. ¶ Pro cuius quidem cõplemẽto præmit-
tendum primo, quod euitentur cibi & medicinæ omnes, quæ lepram inducere poſſent.
ſicut ſcribitur de carnibus vaccinis & aſininis. Iterum de lentib. & de omnibus reb. acu-
tis, q̃ ſanguinem adurunt & in melancholiam conuertũt: niſi earum aſſumtio gratia me-
dicinalis intentionis quandoque fiat, vt ſcribitur ab Auic. *7. quarti, tract. 3. de cura lepræ*, dũ
inquit: *Et non oportet, vt negligatur adminiſtrare inciſiua: & proprie ante mundificationem: ſicut
cappares, fænic. & porri. Iſta enim mundificant cibos eorum a ſuperfluitatibus & præparant ſuperflui-
tates expulſioni.* Cum igitur adminiſtraueris medicinas laudabiles, tunc adminiſtra etiam
hoc regimen, & piſces ſaliti in hoc caſu ſunt valde boni eis. Et nos promptiores ſumus
ſuper iſta cum volumus, vt faciamus vomere: aut ventrem eorum ſoluere. Ex quo appa-
B ret, quod talia acuta cum magna cautela adminiſtrari debeant. ¶ Sint igitur cibi lepro-
ſorum ad humiditatem notabiliter inclinati, remiſſius autem frigidi, ſecũdum ſpeciem
tamen materiei aduſtæ & gradibus aduſtionis variandi ſunt. Cibus enim & potus maio-
ris infrigidationis & hum. in alopecia & leonina de ſpeciebus lepræ adminiſtrari debẽt,
q̃ in thiria & elephantiaſi, vt ex prædictis apparere poteſt. Igitur eligatur eius panis recẽs
duorum dierum, bene coctus, leuis & ſpongioſus cum aqua borag. viol. vel cap. Ven. cõ-
fectus aut cum alio medicamine venenoſitati melancholiæ aduerſanti: ſicut cum aqua
ſublimationis caulis, quæ cum proprietate ſua confert *3. quarti*, vbi ſupra. Ex carnib. autẽ *Carnes.*
eligantur omnes facilis digeſtionis, boni chymi: cuius bonitatem intelligo, eo quia con-
trariantur malitiæ materiæ melancholicę, vt ſunt frig. & hum. omnia, piſces hum. & par-
C ui, mollis carnis. Et lac, q̃ quidem eſt medicina ſolennis in mundificando cutem, vt col-
ligitur *2. can. in areola mẽbrorũ decorationis*. Conueniunt etiam carnes vitulinæ, agninæ, ca-
ſtratinę, & hædorum iuuenum & pinguium, & omnium volatilium, quorum digeſtio ſit
facilis & degentium in aqua, vt ſunt anates & ſibi ſimiles carnes. Ex fructibus autem vtã- *Fructus.*
tur omnibus frig. & hum. vt ſunt pruna, melo. cucu. cucur. ſuis temporib. lactuca, portu.
proprie endiuia, borag. & aliis herbis frigid. & hum. ſecundum diuerſitatem regionum
inuentis, vt ſpinachia, bleta, olere hyameno, viola epatica & ſimilib. Ex ferculis vero vti *Fercula.*
poteſt omni cibo acetoſo mediocriter cum rebus humidis conuenienter confracto cũ
herbis minutis frigidis prædictis artificialiter confecto cum oleo amygdala. dul. vel oli-
uarum recenti abſque ſale confecto. Iterum vti poteſt reb. acribus & ponticis cum leui
D quantitate mellis confectis. Dulcia autem in multa quantitate & frequenti vſu euitare
debent: niſi dulcedo inueniatur excellẽter refracta ab aquoſitate multa, vt patet in per
ſicis, in vuis recentibus, auellanis, pyrorum plurimis & ſimilibus. ¶ Vnctuoſa vero ciba-
ria multa euitet, quilibet talis & maxime cum rebus acutis excellenter confracta, vt ſi-
napi, oliuæ conditæ & ſimilia.

Pro potu vero vtatur vino remiſſæ vinoſitatis, colore & ſubſtantia aqueo cum aqua *Potus.*
ſubli. bora. cap. Ven. viol. nenuph. ſufficienter diluto: aut ſit muſtus, id eſt ſuccus vuæ re-
centis, vuæ bene maturæ, in quo poſt expreſſionẽ infundatur vipera vna vel duæ in mõ-
tibus inuẽtæ longi corporis: & ſpinæ nigræ cum quibuſdam lineis citrinis ſuper dorſum
protenſis, q̃ in vino dimittantur, dum vinum per ebullitionem rectificatiuam vel ſepara-
E tiuam fuerit conuenienter clarificatum, de quo bibat patiẽs. Aut bibat aquam ſublima-
tionis ſeri caprini, quã diu audiui perfectiſſimam eſſe, aut bibat aquã ſublimationis rana-
rũ fluuialium, vel cancrorum, quæ ambæ a ſapientibus magna laude probatæ ſunt. Poteſt
etiam in potu vti cereuiſia facta de lupulo, quæ etiam cutim mundificat: aut vtatur aqua
boni & electi fontis cum leui quantitate ſacch. permixta. vina autem fumoſa & calida
dimittat omnia: & maxime craſſa, turbida, valde ſtyptica & pontica. taliter enim in-
felicitaretur curatio diſpoſitionis talis. Hęc de regimine rerum non naturalium taliter
expedita ſint.

Cap. II. *Sectio ſecunda de cura vniuſcuiuſque ſpecierum lepræ per medicinas in decem intentiones diſtincta.*

F

IGITVR auxilio diuinæ clementiæ ad curam vniuſcuiuſq; ſpecierum lepræ per medi-
cinale regimẽ poſt hęc omnia deueniendũ eſt. Quod quidẽ ex illuſtriũ auctorũ ſentẽ-
tiis, magno tamen labore hincinde collectum in decem intentiones mihi partiri libuit,

quæ fundantur in ſermonibus Auic.3.*quarti*,vbi ſupra & *25.continentis c. 15. & pluries alibi*, ab illuſtribus explicantur. ¶ Prima itaq; intentio erit materierum euacuatio minoratiua. Secunda ipſarum euacuatio diuerſiua per conuenientes regiones. Tertia rectificatio regiminis per ſex res non naturales, de qua tertia vtplurimũ expeditus ſum in antecedenti particula huius ſecundæ ſectionis. Quarta materierum digeſtio. Quinta ipſarum eradicatiua euacuatio. Sexta malæ complexionis rectificatio a membris,in quibus magis fixa videtur. Septima prohibitio corruptionis membrorum a venenoſitate materiæ. Octaua correctionis accidentium,quæ in plurimis membrorum partibus manſerunt. Nona conſumtio materierum a pluribus partib. cum cauteriis facienda. Decima & vltima erit memoria medicinarum ab occulta proprietate in cura lepræ valentium, q̃ a ſapientibus veteribus & a modernis doctorib. magis probata & meliora tradita ſunt. Prima autẽ intentio de p̃dictis multis inſtrumentis cõpleri põt. ¶ Primũ eſt phlebotomia. Secundũ eſt euacuatio cũ pharmacia. Tertiũ eſt euacuatio cũ ventoſis. Quartũ cũ ſanguiſugis. Quintũ cũ ꝓuocatione hæmorrhoidũ in viro: & menſtruorũ in muliere leproſa. Sextũ cũ prouocatione ſanguinis a narib. ¶ Primum autem inſtrumentum, quod eſt phlebotomia ſecũdum plurimum neceſſarium eſt in cura huius ægritudinis: eo quia in ægritudine tali magna eſt ebullitio in vniuerſo ſanguine in venis & arteriis cõtento: & maxime in principalibus membris. Phlebotomia autem eſt euacuatio vniuerſalis, q̃ multitudinem euacuat, *4.primi,20.c.* quare,&c. Adhuc etiam: quia phlebotomia eſt euacuatio promte & faciliter applicanda & facile moderabilis, ne ſuperflue euacuet. Leproſi autem indigent promto & cito remedio nõ multum debilitante, quare, &c. Item quia phlebotomia cũ minori nocumento pluries ſecundata & triplicata fieri poteſt q̃ pharmacia, igitur, &c. ¶ Et iterum: quia phlebotomia cõuenienter facta magis euacuando corpus infrigidat: pharmacia vero econtra. quare,&c. Et 5. iterum, quia omnis pharmacia etiã proprie in lepra conueniens nõ vacat a venenoſitate quadã, q̃ lepræ venenoſitatẽ contingentẽ augmẽtare poſſet. Cũ ſpecies venenoſitatis particulares omnes Medico incognitæ ſint, ad phlebotomiã tamẽ nõ eſt ſine lumine perueniendũ. Igitur ætate, complexione & habitudine corporis & virtutis cõſentientibus, ſi apparuerit in corpore pletora & pulſus magnus & plen[9], & venæ corporis tumentes & extẽſæ, vrina rubea & purpurea cũ ſubſtãtiæ craſſitudine apparuerint, ſtatim aperienda eſt vena purpurea, matrix nigra vel cõmunis nominata in curuatura domeſticæ partis cubiti brachii dextri. & extrahãtur ꝑ eã ſanguinis ℥ v. vel vj. ampli[9] & minus ſecundũ iudiciũ periti viri: q̃ quidẽ phlebotomia iterũ remanente parte pletoræ notabili 3. vel 6. ſequenti die ſecundari & tertiari poterit ſecundũ hoc iudiciũ iã p̃dictũ. Iterũ ſi cũ apparẽtia pletoræ notabilis euidenter appareret, ſequẽtibus aliquod membrũ maiori pletora laborare, q̃ alia mẽbra: tũc phlebotomia fieri debet venæ illam partem reſpicientis, vt ſi caput magis læſum fuerit, ſecetur cephalica ſuꝑ manu dextra inter pollicẽ & indicẽ poſita: aut ſuper curuatura cubiti in eminenti parte ſatis ſituata. Si autẽ laborauerit pectus cum plenitudine doloris & anhelitus difficultate phlebotomia cõfert venarũ p̃dictarũ. Licet audeant illuſtres actores ſecare venas quidẽ in laterib. gulę poſitas, vt patet *4.primi,& 3.quarti.* vbi ſupra. Ego vero venas tales nunq̃ fui auſus ſecare ꝑꝑ timorẽ, qui ſcribitur ab auctorib. neq; vidi aliquẽ inſignẽ virũ mea ætate tales venas auſum fuiſſe aperire. Si autẽ iterũ maior apparuerit in epate vel ſplene pletora, phlebotomet̃ baſilica dextra aut ſiniſtra, q̃ inueniuntur in infima parte cubiti dextri & ſiniſtri vtriuſq; brachii, aut ſuꝑ manu phlebotomentur ſaluatellæ: hæc vel illa inter anularẽ digitum & auricularẽ poſita, q̃ ſunt rami baſilicæ, *4.primi.* vbi ſupra. Si vero maior apparuerit in inferiori parte corporis plenitudo, phlebotomia fiat de ſaphena dextra vel ſiniſtra ſuꝑ cauillã pedis poſita. Et aperiatur hæc vel illa ſecundũ plenitudinẽ maiorẽ in dextra parte, q̃ in ſiniſtra comprehenſam, aut econtra. Et extrahatur ſemper ſanguinis quantitas cũ ſuperiorib. conditionib. limitata, q̃ tu conſidera. Hæc ſunt de phlebotomia,&c. Secundum vero inſtrumentũ, quod cõpletur euacuatione minoratiua cũ pharmacia omni lepræ cõmune poteſt eſſe tale. ℞. *myrob. citrinorũ Ind. & emblicorum ana nu. v. paſſularũ enucl. M j. ſebeſten n. vj. polypo. foliculorum ſenæ, thymi, epithymi an. M j. violar. florum bugloſ. & boraginis, aniſi, cinam. an. ℥ ß. coquãtur omnia in ℔ j ß. aq. vſq; ad conſumtionẽ medietatis: deinde colentur & exprimantur: & de hac colatura patientibus detur in potu a quatuor ℥. vſq; ad ℔ ß. cum ℥ j. penidiarum.* Accipiat autem ipſam in aurora calidam: & parum dormiat ſuper ea

& tardet

Materierũ euacuatio minoratiua.

Phlebotomiæ quid, an & cur leproſis conueniat.

Minoratio cum pharmacia.

Potio.

A &c tardet cibum ſex horis: in quarum quinta accipiat cyathum vnum aquæ hordei calidę
cum pauco ſach. & ſequenti hora prandeat. ¶ Pilulæ bonæ ad eandem intentionem. ℞. *Pilulæ.*
myrobal. Indorum & citrinorum, polypodii, agarici, epithymi ana ℥ j. *diagridii* ʒ ß. *aniſi, cinam. ma-*
cis ana ℈ ß. *fiant pil. cum ſucco boraginis, & detur ex eis* ʒ j. *& ſerues omnia, quæ de præcedenti mino-*
ratiuo dicta ſunt, & ſunt leues ſatis. ¶ Pro hac etiam intentione ſunt conuenientia elec. quã-
plurima, vt elect. hamech ma. & minus: & hiera Ruffini: & hiera diacolocynth. & ſimi-
lia: de quibus tamen gratia minorationis debetur ſubdupla doſis vel ſubtripla ſecũdum
contemplationem ſapientis. ¶ Tertium ingenium minorandi materiam eſt cum vento- *Ventoſæ.*
ſis. Hæc quidem applicari debent in augmento luminis lunæ, *4. primi, c. 21.* & ſint ventoſę
magnæ natibus & ſpatul. aliquando applicatæ, frequenter vero pulpis tibiarum & coxa-
B rum applicari poſſent. & ſupplent phlebotomiæ vices, vbi ægri phlebotomiam effugiãt:
licet ipſa longe melior ſit quam ventoſæ. ¶ Quartum ingenium fuit ſanguinis euacuatio *Sanguiſugæ.*
minoratiue cum ſanguiſugis: quarum quidem euacuatio melior eſt, quia profundius e-
uacuant magis, quam ventoſæ: & debent eligi ſanguiſugæ habentes ventres rubeos, &
dorſum viride, inuentæ in fontibus vel fluuiis aquarum dulcium, vbi copia ranarum in-
ueniatur: & apponantur in tibiis vel in coxis, in natibus vel in ſpatulis. Et quandoque eas
apponi feci ſub mento. Et proprie quando lepra faciẽ hominis excellenter inficit. Locꝰ
autem priuſquam apponantur multum madefieri debet aqua & liniri luto aut ſanguine,
taliter enim melius adhærebunt: & dimittantur ſanguiſugæ tanto tempore, vt ſaturẽtur
& ſanguine impleantur & per ſe cadant. Et iterum ſanguis effluere permittatur, donec
C per ſe retineatur & non debilitet. Et ſi ſuperflueret, retineri debet cum albumine oui
conquaſſato cum terra ſigillata, thure, ſarcocolla, bolo armeno, ſang. dra. & aliis retenti-
uis, communi fama cognitis. Inſtrumentum vero quintum fuit euacuatio per hæmor- *Euacuatio*
rhoidas, quarum quidem euacuatio magnifice confert omnibus ægritudinibus de me- *per hæmor-*
lancholia, vt ſcabiei, lepræ & reliquis corruptionibus: vt patet *14. tertii, ca. 3. & 6. aph. 12. &* *rhoidas.*
comment. eius. Igitur ſi hæmorrhoides per ſe fluentes fuerint, nullo modo reſtringi debẽt,
niſi ſuperfluant. ¶ Si autem ſurdæ fuerint, aperiantur fricando eas cum foliis ficus vel
conſolidæ ma. aut cuiuſcunque alterius rei aſperæ fricatione, aut vngendo eas cum felle
tauri: aut cum phlebotomo leuiter tangendo eas.

Menſtrua vero in muliere debitæ ætatis, ſi retenta fuerint, prouocari debent. eorũ *Prouocatio*
D enim euacuatio eſt cauſſa conſeruationis ſanitatis mulieris & mundificationis corporis *menſium.*
eius ab omni nocumento in qualitate & quantitate, *21. tertii, tract. 3. c. 1.* Si autẽ menſtrua
beneficio virtutis non eueniant, prouocari poſſent phlebotomando ſaphenam. Item
cum appoſitione ventoſarum magni orificii in domeſtica parte coxarũ. Item cum liga-
turis ſuper genu factis mediocriter ſtringentibus. Adhuc etiam dando in potu ʒ j. pilu-
larum de opoponaco. Medicamen expertum ad illud. ℞. *aquæ decoct. aniſi* ℥ iij. *croci* ℈ j.
moſchi ℈ ß. *detur totum calidum in aurora: & tardet cibum ſex horis: & cuſtodiat ſe diligenter a fri-*
gore. ¶ Vltimũ inſtrumentum fuit ſanguinis prouocatio a naribus, quæ ſupplet vicẽ phle- *Sanguinis*
botomiæ, vbi fieri non poſſit: licet ipſa præeligi debeat iuxta poſſe. & hæc quidem ꝑ na- *prouocatio per nares.*
E res euacuatio fieri poteſt titillatione facta in riza cum aliquibus rebus acutis vel pun-
gitiuis, vt paleis vel cum palmite ſeminis graminis: quam quidam a proprietate credunt
ſanguinem a narib. educere, vel fiat iſtud cum ſtipite polygoniæ, vel cum ſetis porcinis,
quibus ſemper hoc facio. & permittatur currere ſanguis ſecũdum tenorem virtutis. hæc
de intentione prima.

Secunda vero principalis intentio, quæ eſt materierum diuerſio per congruas re- *Materierũ diuerſio.*
giones, iam ſecundum plurimum ex præcedenti intentione deducta eſt. Sanguis enim
& reliquæ materiæ per illa ſex inſtrumenta conuenienter a quocunque membro fere
diuerti poſſent: præter autem diuertentia iam dicta inclinari poſſent materiæ, quandoq;
ad vias ventris ex intentione iam dicta, quandoque ad vias ſudoris, quandoque per ſpu-
tum: per nares etiam per palatum educi poſſent. quandoq; vero per vrinam non minus
F conuenienter euacuari.

Sudatiuum bonum in conſimili caſu eſt hoc. ℞. *elect. anacardini* ℈ ij. *aq. decoct. aniſi* ℥ *Potio ſudo-*
iij. miſce & detur in potu calidum in aurora & cooperiatur æger pannis condecenter. ¶ Aliud ſimile *rifica.*
huic & melius eſt hoc. ℞. *aq. decoctionis aniſi* ℥ *iij. puluer. ſem. apii* ʒ j. *detur calidũ in potu vt ſupra* *Alia.*
&c. Aliud ſimile. ℞. *ſem. aneti, ſem. petroſel. croci ana* ℈ j. *vini alb. ſubtilis aromatici & bene fumoſi* *Alia.*

Prouocatio ſputi. ℥ j.ß.*aquæ fœnic.℥ ij.detur calidum vt ſupra.* ¶ Sputum autem prouocatur & diuertitur conuenienter maſticando granū maſticis. Item maſticando rad.arthanitę aut zinz. Melius tamen eſt maſticatio agar. Item maſticatio polypo.cum modico ſalis Indi: & reliqua talia, q̄ ſtomacho ieiuno ſemper fieri debent. Inclinatur autem materia ad nares odorando pulueres vel poma, de quib. ſupra de regimine accidentium animi dictū eſt. Itē inungendo nares cum modico vnguento facto ex oleo de caſtoreo cum hiera & pauco puluere euphorbii. Item attrahendo per nares aquā maioranæ calidam cum ſaccha.cōmixtam. Aliud fortius iſtis eſt hoc. ℞.*hydromel.℥ ij.ſucci rad.bletæ ℥ j.ſacch.modicum: miſce & calidum per nares leuiter attrahatur, ore tamen prius pleno aq.frigida vel calida tuo libito.* Per palatū vero attrahitur materia gargariſmate facto cum oxymelle ſquillitico, vel cum ſyrupo de calamento cum aqua ſaluiæ, maioranæ vel betonicæ calidis. Gargariſma bonum ad hāc intentionem. ℞ *polyp.recentis, aga.myrobal.Indorū, ſaxifragiæ, pyrethri, zinz.an.ʒ j.coquātur in* ℔ *j.aqu. vſq; ad conſumtionem medietatis: deinde dulcorentur cum melle & fiat cum eo gargariſma.* Vltimo autem diuerti poteſt materia per vrinas, pro cuius quidem gratia multæ ſunt inuentæ a ſapientibus medicinæ: ſicut troc.de eupa.troc.de aniſo & multi alii ſimiles. Itē aqua ſublimationis apii, petroſ.fœni.paritariæ.milii ſolis & ſimiliū. Prouocatiuum bonū ad hanc intentionem. ℞. *milii ſolis, cortic.intranei an.ʒ j.phu, meu, ſem.apii, leuiſtici & fœnic. cap.Ven.an.ʒ j ß.ſpicæ nar.ſem.orobi an.℈ ij.bulliant omnia in* ℔ *j ß.aqu. vſq; ad conſumtionem medietatis deinde colentur & exprimantur: & de hac decoctione in aurora dentur in potu ℥ iij.vel v.cū ſacch.dulcoratæ & calefactæ, & tardet cibum horis ſex ad minus.* Hæc de intentione ſecunda principali dicta ſufficiant.

Potio.

Pro tertia vero intentione principali non eſt opportunum amplius extendere ſermonem. ſatis enim diffuſe in regimine per res non naturales anteſcripto excuſati ſumus.

Materierū adæquatio. Quarta vero intentio principalis fuit materierum adæquatio & digeſtio, & hæc quidem pluribus inſtrumentis compleri poteſt: vt cum ſyrupis iulep.decoctis, puluerib. trociſ.electuariis confect.& ſimilibus, ¶ De numero autem digerentium communicantium omni ſpeciei huius diſpoſitionis primum pōt eſſe hoc & leue. ℞.*ſyr.de fumiter.℥ ij.aquæ ſublima.radicis enulæ ℥ iij.miſce* Aliud & leuius illo eſt hoc. ℞.*ſeri caprini, aq.fumiterræ ana ℥ ij.miſce.* Aliud & fortius illo eſt. ℞.*oxymellis ſquillitici ℥ j.ſyr.de byzan.℥ ß.aquæ fumiterræ ℥ ij.miſce.* Quartum leuius iſto eſt hoc. ℞.*aq.fumiter.borag.enulæ & ſcabioſæ an.℥ j ß.miſce.*

Potiones digeſtiuæ.

Iulapium. Aliud iulepium ad has intentiones ſimile. ℞.*lupulorū, cuſcutæ.flor.bora & bugl.cap.Ven.viol. an.M ij.rad.fœni.aſparagi, bruſci & apii an.M j ß.ireos, aſphodel.ameos.ſe.agni caſti ſerpen.mi.rad. bracteæ, rad.caul.an.M ij ß.omnia infundantur per duos dies non naturales in* ℔ *x.aq.ſufficienter inciſa.deinde coquantur cum ea vſq; ad conſumtionem medietatis: deinde exprimantur ſufficienter & colentur: & huic colaturæ ſuperaddantur hæc.* ℞.*aceti ſquillitici ℥ iij.trociſc.de viper.ʒ j.radicum ireos, acori, ariſtol.ro.rad.bryoniæ an.ʒ ß.pul.ſacch.mell.deſpumati ana* ℔ *j ß.coquatur vſq; ad cōſumtionem ſyrupi, de quo in potu dētur ℥ ij.cū ℥ iij.aq.fumiter.aut ſeri capri.aut fiat ſy.longus, de quo detur in potu ab ℥ iiij.vſq; ad* ℔ *ß.& ſic apparet qualiter de ſyrupis de iulep.aquis & decoct. digerentib. materiā expeditus ſum.* Et in hoc quidem iulepo inuenitur efficacia ſolemnis. Syrupi vero appropriati vnicuiq; ſpecierū lepræ, qui & æquales exſiſtant, videbitur in fine tractatus. Confectiones vero electuaria, trociſci & pulueres ex omniū prędictarum medicinarum mixtione fieri poſſunt: & maxime omnes illæ, quæ habent rectificare corruptionē corruptā cordis, epatis & ſtomachi, & aliarū partiū interiorum. de quib. multa ab auctorib. hincinde inueniri poſſent. Ego autem cuidā leproſo de prouincia Vngariæ confeci hoc electuariū & inueni ipſum iuuamenti ſolēnis. ℞.*conſeruæ bora.* ℔ *j.conſeruæ viol.lib.ß.troc.de viperis ʒ ij.ſandal.ru.vio.ſpodii, terræ ſig.an.ʒ j.flor.nenuph.ʒ v.fragmentorū ſmaragdi, hyacinth. ſaphiri, coral.ru.an.℈ ß.margaritarū ʒ ß.foliorū auri nu.xij.ſucci fumiter.cocti & deſpumati ℥ iij. ſacch.al.* ℔ *j.hoc quidem electuariū communicat intentionē cordi & omni principali & nobili membro, & clarificat & rectificat ſanguinē, & erit frangens caliditatem præter naturam.* dabam autē ex eo omni mane ℥ j. & faciebā tardare cibū v.horis. Et quādoq; ex puluerib.eius dari pōt ʒ ß.cū aq.ſublimationis calēdulæ.aliquādo vero ex puluerib.ei⁹ fieri poſſet confectio cū ſacch.alb.& aq.fumiter.quādoq; vero iterū ex eo faciebā trociſcos, de quib.dabā in potu ʒ j.cū ℥ iij.aquę lactis caprini, & ſolenniter iuuabā.tu conſidera virtutem componentiū.

Electuariū.

Euacuatio eradicatiua Quinta autem intētio fuit ſupra præmiſſa euacuatio materierū eradicatiua. p cuius qui-

A quidem complemento plures & ſolemnes medicinæ compoſitæ ab auctoribus hincin-
de conſcriptæ inueniuntur, ante tamen q̃ aliqua ipſarum exhibeatur, ſuppoſita virtutis
conſtantia ætatis & reliquis:quinque principaliter dico eſſe præmittenda.Primo, quod
non exſpectetur vel ſperetur euacuatio eradicatiua materierum huius ęgritudinis in vna
vel duabus euacuationibus vel tribus. Eſt enim hęc ęgritudo pendens a materia chroni-
citatis cauſſa,& iterum ægritudo per ſe longa eſt,cum pendeat a mala complexione ma-
teriali venenoſum latibulum in membris habente & iterum difficilius accidentia & plu-
rium membrorum concomitantur ipſam. Secundo præmittendũ, ꝙ nunq̃ exhibeatur
medicina eradicatiua euacuans, niſi appareat digeſtionis in materia ſolemne veſtigi-
um; quod comprehenditur ex remiſſione accidentium permutatione differentiarum
B pulſus ad bonum, remiſſione caloris, vrinæ æquatione ſubſtantię eius hypoſtaſis leuis
albæ & æqualis vnitæ,& in fundo poſitæ manifeſtatione in vrina taliter ægrorum. Ter-
tio præmittendum eſt, quod non fiat euacuatio cum medicina effreni labore ſoluenti;
neque in doſi eius multum audacter eleuata.talia enim pharmaca virtus ipſorum debilis
non bene regulare poteſt.amplius ipſa ſecundum plurimum ſunt calida malitiam mate-
riei exaugẽtia. Ex quo apparet,quod euacuatiuum debeat eſſe in gradu ſoluentium non
tranſcendens gradum ſecundum, quod eſt quartum in ordine pręmittendum. Et ex his
ſequitur quintum,quod medicina ſolutiua non debeat eſſe a gradu lenitionis & hume-
ctationis euacuata,quæ tamen cum infrigidantibus cõfracta ſecurior erit. ex quib. clare
concluditur, qualiter Medicus ſe debeat habere in adminiſtratione medicinarum ſo-
C lutiuarum,quæ ab illuſtribus auctoribus poſitæ ſunt, quæ vt plurimum ſunt fortes ab eis
deſcriptæ. Et hæc omnia colligi poſſent a principe *3.quart.* vbi ſupra. Medicinæ igitur ab
ipſo & ab aliis poſitæ ſunt ſicut hieralogodion, hiera diacolocynth. hiera picra, theodo-
ricon & ſimilia hincinde colliguntur.

Modus autẽ adminiſtrãdi talia cũ videris leprã a materia plurimæ cõmixtionis,cura
prudenter,vt iſtæ medicinæ confrangãtur adinuicẽ,vt communem intẽtionem ad ma-
terias omnes euacuandas habeant.& hoc quidem cum magna difficultate: & non niſi a
clariſſimis viris compleri poteſt.Ego vero longo tempore conſiderans in cura leproſo-
rum,in quibus corrupta eſt complexio:ita, quod dominantur in eis materiæ melancho-
licę diuerſarum ſpecierum ex aduſtione genitæ,in euacuatione ipſarum cõſideraui ſem-
D per dominium vnius ſuper alteras. Raro enim inueniri poteſt, cum altera materia ſuper
aliis dominetur, vt melancholia cholerica dominetur phlegmaticæ ſanguineæ & me-
lancholicæ, aut econtra, de aliqua ipſarum licet parabolanis de æquali proportione ma-
terierum detur licentia parabolandi. Hæc enim non inueniuntur in re, ſicut ex imagi-
natione in monte ſmaragdino pinguntur. Igitur ad euacuandum materiam prædictam
℞.hieralogodion magnæ, quæ ſecundum me melior eſt medicina,quæ inueniatur in hac diſpoſitione ʒ. Potio.
vj.diagridii g̃ iij.detur totum cum ℥ trib.ſeri caprini. ¶ Dominante vero phlegmate ſuper a-
lias detur hæc deſcriptio. *℞.hieralogodion ʒ v.agarici electi ʒ ß.zinzib. g̃ vj.detur hoc totũ cum* Alia.
aqua decoctionis lupulorũ vel violarũ. ¶ Dominante melãcholia ſanguinea detur hęc medi-
cina. *℞.theodorici magni ʒ iiij.aquæ decoct.prunorũ,violarũ,tamarindorũ,ſebeſten an.℥ iiij.* ¶ Do- Alia.
E minante vero materia melãcholica ex aduſtione melãcholiæ genita, detur hæc. *℞.hiera-*
logodion ℥ ß.decoc.myrobalanorũ Indorũ,polypodii & foliculorũ ſenæ an.℥ iiij.detur hoc totũ in potu
& obſeruentur conditiones poſt pharmacũ,quæ ſcriptæ fuerunt ſupra in can. euacuationis minoratiuæ.
& hęc quidem ſunt ſententiæ principis, *tertia quarti, de cura lepræ*, dum dicit: *Et non nocet,*
ſi commiſceantur cum eis pulpa colocynthidos,ſcammonea etiam:& proprie, quando illic eſt cholera:
& reliqua vide ibi. Domeſticum autem melancholiæ cuiuſcunque ſolutiuum poteſt eſſe
hoc electuarium. *℞.polypodii, foliculorum ſenæ, thymi, epithymi, carthami, cuſcutæ, viol. florum* Electuariũ.
boragin. & bugloſſ. ana ℥ ß.ſem.endiuiæ,lactucæ,ſcariolæ acetoſæ ana ʒ iij.myrobalanorum Indorum
℥ j.ſucci fumiterræ ℔ ß.ſucci violarum,mucilaginis pſyllii diſcrete factæ ana ℔ j.fiat igitur omnium
decoct.præterquam ſuccorum.deinde colentur & exprimantur & huic colaturæ addãtur penidiarum,
F *ſacch.alb.ana ℔ j.mellis roſ.colati ℔ ß.coquantur igitur leuiter vſque ad inſpiſſationem. deinde cum*
infrigidata fuerint ſuperaddatur lapidis armeni, lapidis lazuli præparatorum ſecundum artem ana
℥ ß.& diligenter incorporentur in mortaria & dimittantur fermentari per ſex menſes. detur igitur
ex eo a ʒ vj. vſque ad viij. cum ℥ iij. aquæ lactis & plus & minus ſecundum tenorem vir-
tutis:& eſt ſecurum & delectabile de compoſitis & ſecretis meis.

Rectificatio complexionis malæ.

Poſt hæc autem ad ſextam intentionem pertranſeundum eſt, quæ fuit rectificatio A complexionis malæ in membris, in quibus reperta eſt. Etiam quidem multæ inueniuntur medicinæ ab auctoribus deſcriptæ malæ complexionis cordis, epatis, ſtomachi & aliorũ rectificatiuæ. Illæ tamẽ, q̃ in hac diſpoſitione conuenientes videntur, ſunt ſicut omnes, q̃ cũ virtute tertia reſpiciunt cor, cerebrũ & epar. ſunt tamẽ infrigidãtes & humectãtes, vt ſyr. roſatus, ſy. violat⁹, ſy. de nenuph. ſyr. de corticib. citri, ſy. acetoſitatis citri, ſy. de ſucco limonũ, ſy. de ribes, ſyr. de berberis, ſyr. de byzãtiis, ſyr. de granatis, ſyr. de pyris, ſy. de pomis, ſyr. de perſicis, ſyr. de iuiubis, ſyr. de ſucco & aqua fructuũ & reliqua taliũ: vt confectiones & electuaria, pulueres, trageæ ex talib. factæ. Compoſitũ bonũ ad rectificandum malitiã complexionis calidæ & remouendum impreſſionem melancholiæ in corde & epate, & proprie cerebro communicatæ. ℞. *roſarum, violarum, florum nenupharis,* B

Electuariũ.

florum ſalicis ana ℥ ß. fumiterræ, boraginis, bugloſſæ, florum & foliorum capil. Ven. cuſcutæ, calendulæ, ſem. endiuiæ & acetoſæ ana ʒ ij. polypo. foliculorum ſenæ ana ℥ j ſyr. roſ. ℔ j. ſacchar. alb. ℥ viij. fiat electuarium, de quo omni mane detur cochlear j. & omni ſero medium eũti dormitum. Et ſi in die pluries tempore æſtus acciperet ex eo deglutiendo cochlear medium, non eſſet error. ¶ Si vero intendis cum hoc rectificationem malæ complexionis cordis magis quam epatis, huic electuario addi poſſent ea, quæ cordialia ſunt & temperata vel parum calida: ſicut macis, flores bugloſ. doronicum, os de corde cerui, hyacinthus, ſmaragdus, margarita & reliqua talium: & fiat de eo, vt ſupra de alio dictum eſt.

Si vero cum hoc intendis magis rectificationem malę complexionis epatis, huic electuario addi poſſunt trociſci de berberis, de granatis, de ſpodio cum ſemine acetoſæ: C ſicut etiam ſpodium, ſandal. rub. & alb. ſem. endiuiæ cuiuslibet, acetoſæ, ſcariolæ & alię plures epaticæ medicinæ frigidæ: taliter enim felicitabitur intentio tua. ¶ Ego autem in omni medicina quantumcunque a materia communi conſideratis lapſibus iam prædictis membrorum immiſcui ſemper trociſcos de vipera & iniunxi ſemper lepram patientibus, vt ſummopere comederent carnes ericiorum terrenorum, quæ quidem conferunt lepræ propter vehementiam reſolutionis & exſiccationis, vt *can. 2. c. de ericio*, colligendum.

Ranæ ſunt bezoar lepræ.

Similiter etiam docui ſemper, quod tales ægri comederent carnes ranarum, & maxime cum ſale & oleo decoctas. ſunt enim bezoar lepræ, vt patet *ſecundo can. capit. de rana.*

Prohibitio corruptionis membrorum a venenoſitate materiæ.

Septima intentio fuit, qua prohibetur corruptio membrorum a materierum ma- D la qualitate per medicinas, quæ a qualitate communi intenſionis materiæ prohibitiuæ ſunt: & cum hoc contrariantur venenoſitati ſuæ. Sunt autem medicinæ tales frigidę mediocriter, intenſius autem humidæ & cum hoc habentes virtutem bezoarticam, vt ſunt prædictæ fere omnes, vt viola, nenuph. & ſimilia: aut medicinæ calidæ & ſiccæ, potentis ſubtiliationis & abſterſionis: vt ſulphur, baccæ lauri & glutinum carpentariorum, ſinapi, origanum, piper, macropiper, pyrethrum, ſtaphyſagria, aloe, calamus & ſimilia, quæ omnino confrangi debent frig. & hum. Et poſſent ex eis confici vnguenta, emplaſtra, linimenta, ſuppuluerizationes corporis, euaporationes, epithemata, balnea & ſimilia. De balneis autem naturalibus bona ſunt, ſicut cineritium, ſulphureum, æneum, aſphaltinũ ſimplici virtute vel compoſita participantia, vt balneum Paduanum montis Groti, ꝙ E commixtum eſt ex calce & cinere dominantibus & ſulphure ſubdominante. Balneum de Abano, cui dominatur ſulphur ſuper calce. & balneum ſancti Petri, in quo virtus dominatur aluminis ſuper alia. Balneum ſanctæ Helenæ, in quo virtutes cineris, calcis & ſulphuris exſiſtunt ſatis rectificatæ ſimul. Balneum bonum & artificiale ad illud fieri poteſt ex aqua decoctionis enulæ. Item ex aqua decoctionis radicum iari. ¶ Ego vero tali

Balneum.

balneo ſum conſuetus vti in iſtis. ℞. *viol. maluarum, enulæ, ſcilicet domeſticæ, lapatii, omnium iſtorum radicum & foliorum ana ℔ j. enulæ campanæ vel ſyluestris, ſcordei, ariſtol. lon. calendulæ, fumiter. ana ℔ ß. florum violarum, radicum althææ recentis, radicum bardanæ ana ℥ iiij. omnia mundificentur & abluantur & incidantur in aqua magnæ quantitatis, in qua corpus ablui & abſtergi poſſit, deinde poſt exitum a balneo lectum ingrediatur & ſudet conuenienter.* F

Vnguentum

Poſt iſtud autem inungatur iſto experto medicamine corpus ſufficienter a corruptione prohibente. ℞. *lithargiri ſubtiliſſime triti ℔ ij. olei roſ. ℥ iij. agitentur ſimul in mortario: Deinde ſuperponantur eidem aceti alb. ſatis acuti ℥ iij. Et iterum concutiantur ſimul longo tempore in mortario plumbeo cum piſtillo ſuo. Poſt illud autem ſuperaddatur iterum quanti-*

A *quantitas olei inter mixtum conquaſſando: deinde ſuperaddatur acetum, & ſic fiat decies vſquequo ſpumificetur & augmentetur: creſcit enim vſq; ad quantitatem mirabilem in ſpatio duorum dierum,* Aliud. *& tu vnge cum eo, habet enim mirabilem effectum.* ¶ Aliud ſimile huic & efficacius. ℞. *ſucci rutæ, ſucci coriandri recentis an. lib. j. lithargiri, ceruſſæ de plumbo omnium an. ℥ viij. olei roſ. lib. iij. ceræ albæ ℥ iiij. coquantur ſimul oleum & cera, & in fine eius cum infrigidatum fuerit totum, ſuperponantur pulueres prædicti diligenter cum ſpatula agitando. Vltimo vero ſuperponantur ſucci prædicti & lento calore bulliat hoc totum ſuper cineribus calidis vſque ad conſumtionem ſuccorum continue cum ſpatula diligenter agitando: tandem vero ſuperponatur camphoræ ſubtiliſſime puluerizatæ & diligenter incorporentur: & hoc quidem eſt medicamen nobile & pretioſum per me inuentum.* ¶ Multa autem mirabilia ab auctoribus vnguenta & linimenta ſcribuntur, vt oleum de ſerpente

B nigro ab Auic. deſcriptum, *3. quarti,* vbi ſupra. ¶ Similiter oleum de ranis. Oleum de iunipero, oleum de tartaro, oleum de lapidibus, oleum de lauro, & reliqua talium, & tu elige ex eis, quia nolui ſcribere niſi experta. Scio autem experientia vera, quod oleum decoctio. pulueris cantharidum materiam a profundo corporis potenter attrahat, licet ſuperficie tenus rubificet & excoriet.

Pro octaua intentione corrigenda ſunt accidentia, quæ in membris derelinqui ſolent: Correctio accidentiũ. ſunt autem accidentia hæc quam plurima. ¶ Primum quidem eſt aſperitas & duri- Accidentia quæ & quot. ties in cute derelicta. ¶ Secundum fœditas coloris eius. ¶ Tertium caſus ſuperciliorum. ¶ Quartum vocis raucedo. ¶ Quintum narium obturatio. ¶ Sextum vnguium contractio & rugatio. ¶ Septimum crurium cum vlceribus contagio. ¶ Octauum

C malitia complexionis in quibuſdam membris remanentis. ¶ Nonum quarundam puſtularum in facie remanentium abſciſſio. ¶ Primum autem accidens, quod eſt aſperi- 1. Aſperitas & durities cutis. tas & durities cutis conuenienter tollitur per balneum & linimenta prædicta. ſolennia autem ab auctoribus approbata ſunt oleum amygdalarum cum lacte mulieris. Item oleum de ſiſamo, oleum de granis pineæ. Mucilago althææ cum oleo viol. & cera inſpiſſata. De vitellis ouorum ſuperlinitum. ¶ Color vero fœdus remanens remoueri poteſt 2. Color fœdus cum hoc linimento. Linimentũ. ℞. *ſucci acetoſitatis citri, ſucci limonis, ſucci linariæ an. ℥ iiij. albumina ouorum iiij. camphoræ ſubtiliſſime tritæ ℈ j. mucilaginis ſem. cydoniorum ℥ iij. amyli ℥ ij. terantur ſubtiliſſime in mortario & bene incorporentur, & fiat ex eis linimentum faciei.* ¶ Aliud ſimile huic Aliud. eſt iſtud. ℞. *aquæ fluuialis lib. j. aceti ℥ ij. aluminis zameni ℥ ß. camphoræ ℥ j. maſticis ʒ ij. terantur ſimul in mortario longa & forti contritione: deinde exponantur ad ſolem. & cum hac lauetur ſæpe*

D *facies:* hoc enim eſt fricatorium bonum mulieribus valde amicum. ¶ Ad idem valet etiam aqua ſublimationis geniſtæ. Item aqua iris, aqua radicum ſanctæ Mariæ aut ſigilli Salomonis: aqua ſaponiſticæ plantæ, quam Auicenn. arthanitam vocat. Et ſcio ego, quod ſuccus eius depuratus & ſoli expoſitus faciem potenter illuminat ſeu illucidat. ¶ Terti- 3. Superciliorũ caſus. um accidens fuit ſuperciliorum caſus, & huic quidem accidenti licet multa ab auctoribus ſcripta inueniantur: tamen de melioribus inueni hoc vnguentum, cum quo ſupercilia inungantur, prius tamen fricari debent cum pulpa recenti limonis: eſt autem vnguentum hoc. Vnguentum ℞. *corticum nucum ʒ ij. corticum interiorum citrangulorum, nitri ſubtiliſſime triti an ʒ ß. ſaponis teneri ʒ ij. pinguedinis vrſi ℥ j. ß. incorporentur ſimul in mortario diligenter, vſque ad formam vnguenti* ¶ Ad hanc etiam intentionem valet vnguentum de nucibus alu-

E mine ſciſſo & oleo factum a Dioſcoride *cap. de nuce.* Et de expertis ab auctoribus laudatis eſt facere decoctionem ranarum paruarum viridium, ex quarum aqua fiat lixiuium cũ cinere, prius tamen ſupernatans pinguedo colligatur: de hoc igitur lixiuio lauetur caput & ſupercilia, a quibus ceciderunt pili, demum cum exſiccata fuerint, inunguntur cum hac prædicta pinguedine, & multiplicat, & renouare facit pilos in omni parte corporis.

Ad raucedinem vocis multa ſunt inuenta medicamina ab auctoribus conſcripta, 4. Raucedo vocis. ſicut electuarium diairis cum aqua hyſſopi in ſero & in mane data. Et electuarium de calamento, de hyſſopo & ſimilia. ¶ Ego autem pro raucedine adhuc antiquata vti ſo-

F leo puluere cubebarum, cuius exhibeo drachmam vnam in potu cum aqua decoctionis liquiritiæ calida in ſero eunti dormitum, & in mane in aurora, & eſt efficax præmiſſa mundificatione corporis. ¶ Oppilationem narium aperiunt caputpurgia, quæ ſcripta 5. Oppilatio narium. ſunt ſupra in ſecunda parte principali in intentione de diuerſionibus.

Pomum odoratum. Item hoc pomum, quod frequenter odoratum aperit oppilationes narium & co- A
latorii. ℞. *ligni aloes, florum dendrolibani, florum origani, granorum paradiſi an. ʒß. viol. florum ne-
nuphar. an. ʒ ij. zedoariæ ʒ j. pulverizentur, & cum modico laudani & aqua meliſſæ fiat pomum.* Aut
traiiciatur per naſum modo ſuperius dicto ſuccus maioranæ, ſuccus origani, vel meliſſæ,
6. *Vnguium deſœdatio.* & quodlibet horum eſt conueniens. ¶ Vnguium defœdationem & aſperitatem remo-
uent hæc linimenta. ¶ Primum eſt emplaſtrum diachylon vigoratum cum mucilagini-
bus & gummis. ¶ Item reſina cum medulla cruris bouis. Pinguedo anſeris cum vitello
7. *Vlcera crurum.* oui. Pinguedo eius ſimiliter ſæpe linita. vlceribus crurium confert vnguentum de ceruſ-
ſa hincinde collectum ab auctoribus. ¶ Vnguentum vero vtile & efficax per me com-
Vnguentum poſitum eſt iſtud. ℞. *lithargyri, ceruſſæ an. ʒ iiij. plumbi vſti ℥ j. acatiæ, boli armen. ſang. drac.*
8. *Malitia cō plexionis, in quibuſdam membris relicta.* *an. ʒ j. colophoniæ ʒ iij. albumina ouorum numero ij. gummi Arab. ʒ v. ſucci plantaginis lib. j. terantur* B
*omnia ſimul in mortario plumbeo cum ſuo piſtillo tamdiu, donec formam linimenti aſſumat, & de hoc
liniantur membra vlcerata & apparebit efficax.* ¶ Octauum accidens erat malitia comple-
xionis in quibuſdam membris derelicta, de qua quidem videri debet in intentione ſexta
9. *Remanētia puſtularum in facie.* principali ſupra præmiſſa, & tu vide ibi. ¶ Vltimum accidens erat remanentia, quarun-
dam puſtularum in facie: hæc autem tolli poſſent cum ſpumificatione lithargyri ſupra in
intentione ſeptima principali. ¶ Similiter etiam cum linitione facta cum vnguento
decocto in pomo citrino, quod vide in antidotario Nicol. deſcriptione illa, quæ dicit:
Vnguentum citrinum vnde dictum. *Vnguentum citrinum*: quod ideo dicitur ſic, quia in pomo citrino decoquitur. ¶ Adhuc
etiam confert aqua infuſionis gummi Arab. cum albumine oui longo tempore in mor-
tario conquaſſato. C

Conſumtio materierum per cauteria Pro nonæ intentionis ſupra præmiſſæ declaratione præmittendū eſt primo, quod
cauteria multipliciter in cura lepræ iuuare poſſint: eo, quia rectificant complexionem
membrorum, quibus applicantur & conſumunt materias ſuperfluas in eis exiſtentes, &
prohibent membrorum corruptionem & augmentari & profundari in eis faciunt, ergo
a ſapientibus laudata cauteria primo in præſeruatione ab aduentu lepræ. ¶ Et primum
cauterium applicari debet loco caluariæ vel bregmatis. ¶ Secundum vero in parte infe-
riori magis in fine capillorum. Alterum vero in locis vtrarumq;. ¶ Tertium in loco cili-
orum lateraliter tamē. Duo vero in temporibus. Similiter etiam in iam facta lepra con-
ferunt cauteria prædicta. ¶ Item cauteria facta ſuper epate, ſplene, iuncturis & anchis,
& in multis aliis locis, & tu conſidera: non enim extendo ſermonem, quia non eſt con- D
ſuetudo in eis.

Ab occulta qualitate iuuantia. Decima intentio iam antemiſſa erat enumerare medicinas ab occulta proprietate
valentes ad lepram, de quorum numero plurimæ ponuntur a ſapientibus. ¶ Et primo
quidem omnium domina poſita eſt theriaca: deinde mithridatium, & medicina com-
poſita ab Auicen. *tertia quarti*, vbi ſupra. Et hiera Andromachi & hiera Hippocratis.
¶ Item carnes viperarum communi teſtimonio ab omnibus approbatæ, quarum laudē,
formam, modum compoſitionis, vide *5. can. ſumma prima in arte confectionis trociſcorum de
viperis, & tertia quarti, loco frequenter allegato, & 5. Alman. cap. 25. & 26. clarius fere quam ali-
bi, & 25. continen. cap. 25.* ¶ Altera medicina eſt colocynthis, de qua hiſtoriam & mirabilia
ſcripſit Serap. *cap. de ramiſol.* ¶ Septima medicina eſt lapis ſmaragdus, ex cuius puluere E
ʒ j. dati debet cum aqua aliqua magis & minus frigida ſecundum lapſum intenſum vel
remiſſum. ¶ Octaua eſt caro ericii & ranarum: de quibus ſupra dictum eſt in intentione
ſexta. ¶ Haliabas vero dicit, quod oſſa bouis combuſta & puluerizata & data in potu cō-
ferant lepræ cum aqua aliqua lepræ propria. ¶ Multa autem præter hæc inueniuntur
ab auctoribus, quorum memoriam facere non curaui, vt illud, quod ſcripſit Gal. *11. ſimpl.*
Et Rhaſes ſcripſit de cinere taliter combuſto cum albumine oui ſuperlinito. Et Auicen.
quod cedria ſit medicamen elephantiaſis. Et Haliab. de felle elephantis in potu dato. Et
Serap. quod linitio facta cum felle capræ ſylueſtris conferat lepræ elephantiaſi. Et
reliqua talium, quæ hinc inde in variis locis colliguntur. Hæc ſunt, quæ mihi vtiliora viſa
ſunt colligi debere in cura diſpoſitionum huius nobilis viri. Saluator autem omnipotēs F
ipſe in eius ſalute & miſericordia dirigere dignetur. Ad laudem & gloriam eius in ſempi-
terna ſecula. Amen.

Consilium CCCII. *De lepra elephantica cum duodecim accidentibus ad ipſam conſe-
quentibus, quæ ſunt. Fœtor horribilis totius corporis. Defœdatio cutis capitis. Corruptio na-*

turalis

A *turalis coloris. Multitudo puſtularum in facie. Alcoloſa diſpoſitio in ore. Anguſtia ſiue oppilatio rizæ & partium naſi. Raucedo vocis. Anguſtia anhelitus. Pruritus in vniuerſo ferè corpore. Impotentia motus membrorum plurium. Stupor quamplurium membrorum motus. Et diſpoſitio maculata ſeminis genitiui. Diuiditur autem conſilium in ſectiones duas:*

Sectio prima de elephantiaſi, eius cauſſis & ſignis, continens duo capita.

CAP. I. *De lepræ ſpeciebus & differentiis earum adinuicem.*

B LICET materia diſpoſitionis, quam in hoc tractatulo declarare intendo, ampliſſima & acutiſſima contemplatione indigeat viro attentiſſimo magnitudine ſuæ profunditatis & ſpeculationis in ea: attamen ego hac in parte magnam partem ſermonum reſecabo, quos hæc ægritudo ad ſe vocaret. ¶ In alio enim magno tractat. de lepra vniuerſaliter omnem ſpeciem eius comprehendente ſerioſe multum & particulariter materiam pertranſiui. ¶ Poſt hoc autem in altero tractatulo, ad quendam nobilem Raimundum compilato vnius partialis lepræ, videlicet leoninæ materiam ſatis exquiſite petractaui. Adhuc etiam temporum ſucceſſione quorundam in quodam nobili Germano alterius ſpeciei lepræ, ſcil. alopecię contemplationem non cum labore leui conſummaui.

Poſt hæc autem in alio circumſpectiſſimo viro lepram tertiæ ſpeciei thiriam no-
C minatam, explanaui: qui de partibus occidentalibus Maiolicanis ad Ciuitatem euganiæ gratia curationis ſe tranſtulerat. ¶ Placuit autem debilitati corporis humani, quartam lepræ ſpeciem paulo ante mihi obtuliſſe, quæ elephantica nominatur diſpoſitio. Illuſtres enim tam Græci, q̃ Arabes & Italorum quam plurimi philoſophantium & Medicorum has lepræ ſpecies quatuor his terminis cognominatas obtulerũt nobis propter quaſdam paſſiones, proprietates vel metaphoras in animalium quibuſdam inuentas. ¶ Sicut enim ſerpenti thirio merito principiorum ſuorum materialium & formalium ineſt, vt ſemel vel bis in anno puſtulis quamplurimis corporis & cutis defœdatiuis affligatur cum expoliatione cutis a toto corpore eius: ita quibuſdam hominum ex putredine phlegmatis ſalſi contingit in vniuerſo corporis puſtulas corruptiuas cum excoria-
D tione cutis accidere cum defœdatione & abominabili deteſtatione corporis. ¶ Amplius, ſicut leo de genere quadrupedum terribiliſſimum eſt animal, ita vt expaueant ipſum aſpicientes: & proprie cum ad furorem deductus eſt, vbi rubent & mobilitantur, & micant eius oculi & facies eius igneo colore ardeſcens in puſtulas quaſdam corruptiuas tranſmutatur: ita ex putredine melancholiæ genitæ ex aduſtione choleræ terribiles efficiuntur homines cum ſuæ faciei corruptione emittente igneas flammas, medium & corporea ſibi propinqua omnia magna incenſione lædentes. ¶ Etiam inuenta eſt a ſapientibus alopex, id eſt, vulpecula ex corruptione ſanguinis aduſti in ipſa conſumi humidum ſubſtantificum, & humidum etiam continuatiuum partium pilorum, q; generatũ eſt ex aduſto vapore a corde & toto corpore eleuato, quare cadunt pili defectu
E materiæ irrorantis, & ſuam continuationem efficere debentis, vnde & ſuperficietenus leui cum excoriatione cutis & ſqualida ſubalbedine cum puluere in ſui ſuperficie inuento exterminatur. & hæc eſt tertia lepræ ſpecies, quam alopeciam nominant.

At vero iterum ſi contingat inueniri materiam melancholicam naturalem, quæ putrefiat, aut materiam melancholicam ex aduſtione melancholiæ naturalis generatam, tunc ſi hæc materia multiplicata ad vniuerſum corpus expellatur & congregetur, implebit venas & arterias maiores & minores vſque ad capillares & poros exteriores & profundiores: intantum, quod magnificabuntur membra magnitudine tranſcendente quantitatem omnem indiuiduo cuilibet humanæ ſpeciei debitam: vnde & merito elephanticus nominabitur homo: ſicut enim inter omnia animalia bruta elephas excedit quantitate & mole ſua tita & talis homo fiet denominabilis ab elephante.
F Et ſi quidem hæc magnitudo omni homini præter naturam particulare concernat membrum, tunc elephantiaſis particularis denominabitur, velut apparet in leproſis nonnullis facies, capita eorũ terribilia fieri cũ magnitudine ſua. Similiter in nõnullis hominum in ſcroto congregata materia, talis acquirit magnitudo terribilis, velut ẽt ipſa

materia in toto pede magno multiplicata faciet in eo elephantiaſin particularem. Et prima quidem nominatur lepra elephantica capitis. Secunda ſcroti. Tertia vero totius corporis vſq; ad pedem incluſiue. A

Ex quorum fundamento apparet, propter quid tales lepræ ſpecies diuerſas denominationes ſortiantur. ¶ Apparet ſecundo, quæ ſit ipſarum efficiens cauſſa productiua. Eſt enim mala complexio melancholica in toto corpore omnino multiplicata. ¶ Apparet tertio, quę ſit harum diſpoſitionum efficiens cauſſa materialis. In prima enim ſpecie eſt melancholia genita ex aduſtione choleræ, quæ putreſcit, & per membra corrumpẽdo ſerpit. Ex cholerica enim materia quantumcunq; putreſcentis negaretur euentus lepræ, niſi ipſa aduſta fuiſſet, vnde & hæc dicitur lepra leonina. ¶ In ſecunda, quæ fuit prima in ordine ſermocinandi materialis cauſſa eſt phlegma ſalſum iam putrefactum & aduſtum. B ¶ In tertia materialis cauſſa aſſignatur melancholia genita ex aduſtione ſanguinis. ¶ In vltima vero melancholia genita ex aduſtione melancholiæ, oportet enim materias has diuerſas varietates lepręefficientes, non ſolum eſſe corruptas putredinali corruptione, ſed etiam aduſtas. ¶ Quomodo n. materia ſola putredine poſſet ſubſtantiam & compaginem humani corporis tanta corruptione corrumpere, quantam vides in omni ſpecie lepræ, niſi materia talis inueniretur aſſociata malæ qualitati vehementis actiuitatis, vt appareat ex ipſa infectum corpus veluta venenoſitate corrumpi, & ab eo ſubſtantiales partes cadere & ſeparari?

De numero autem harum ſpecierum lepræ, vt ſuperius innotuit hoc quarto de lepra opuſculo, iam eſt mihi tractandum de vltima ſpecie elephantica nominata: hæc quidem ſpecies lepræ licet in corpore comprehendatur, non tamen valde frequenter in omnibus partibus manifeſtatur, ſed in plurimo euentus eius concernitur in capite: deinde in ſcroto & vltimo in toto pede magno vel vtriſq;. C

Cur hæc ſpecies lepræ frequenter accidat capiti.

¶ Mirabile autem videtur, quomodo hæc lepra non raro, imo frequenter accidat in capite: hæc enim materia grauitate ſua non videtur apta ſalire & aſcendere caput. Iterum etiam, quia craſſitudine ſua non videtur bene poſſe penetrare ad ſuperiores partes. ¶ Tertio iterum, quoniam talis materia frigida & ſicca eſſentialiter, quia melancholica, igitur non videtur poſſe multiplicari in membro & partibus contrariæ complexionis omnino. Nam cerebrum & partes eius ſunt frigidæ & humidę, aut ſaltem ſecundum plurimum: igitur ibidem non videtur poſſe multiplicari melancholia talis propter repugnantiam ſiccitatis eius. ¶ Quarto iterum, quia cerebrum & omnes fere partes in capite exſiſtentes ſunt frigidæ. D Sed earum frigiditas cum humiditate contrariando remittet malitiam materierum, quę participãt aliquali caliditate reſeruata eis propter aduſtionem, aut ſaltem priuabit eas ab eis. ¶ Amplius & quinto ex contrarietate eorum, quæ dicta ſunt in iſtis motiuis, aſſignat frequentia & velocitas euentus elephantiaſis in ſcroto & in pedibus: videlicet ex grauitate & aliis: ergo ex cauſſis oppoſitis negabitur euentus elephantiaſis in capite. Ad hanc difficultatẽ

Reſponſio.

reſpondendum eſt, præmittendo auctoritatem magni Hip. *ſect. 3. aph. 19.* quod omnes ægritudines omnibus ætatibus, temporibus & regionibus aduenire poſſint: licet quædã ſecundũ quædã fiant & acuantur magis. Dicendũ igitur, quod non repugnat conſiderationi naturali materiam melancholicam quantumcunq; frigidam, grauem & craſſam in capite multiplicari poſſe, E aut per viam paulatinæ congeſtionis debilitata expulſiua partium capitis, aut per viam tranſmutationis a virtute factæ, ſicut contingit in quartanis & in ęgritudinibus ſplenis. Multoties enim materia melancholica a virtute forti critice propellitur ad ſuperiora: licet multum reſiſtat propter grauitatem & fortitudinem ſui, forti enim naturæ nihil reſiſtere poteſt in expellendis, *ſect. 7. aphor. commento 55. Quibuſcunq; inter phrenes &c.* ¶ Ad formam igitur rationis dicendum, & primo ad primam, quod licet materiæ melancholicæ non ſit aptitudo per ſe aſcendendi propter eius grauitatem, tamen euaporando multiplicari poteſt in ſuperioribus vel a virtute propelli, vt dictum eſt. ¶ Et ad ſecundum dicitur, quod craſſitudo materiæ & viarum anguſtia concludunt difficultatem tranſitus materierum per anguſtas vias, ſed non arguit impoſſibilitatem. F Videtur enim virtuti difficilius expellere ſaniem de concauitate oſſium & mediaſtino pectoris, quam expellere materiam melancholicam ad ſuperiora. Sed illa duo potentia ſua efficit virtus, vt commentator ſtatim *præallegato commento.* ergo & tertium efficere poterit. ¶ Et ad tertium motiuum negatur antecedens, materia enim melancholica pellitur

& reci-

A & recipitur in panniculum veſtientem oſſa, ita vt faciat apparere conſractionem in oſſibus. Sed plus diſtant a cuti oſſa & panniculi per frigiditatem, quam cerebrum ab ipſa per eãdem: ergo in cerebro poterit multiplicari materia melancholica, & per hoc idem ſoluitur quartum motiuum. ¶ Et ad vltimum argumentum dicitur, quod licet propter grauitatem & curſibilitatem eius ad inferiora materia melancholica frequentius & facilius inclinari poſſit ad ſcrotum, & ad crura, quantum eſt per ſe, tamen per accidens non repugnat eãdem in cerebro multiplicari propter potentiam virtutis impellentis aut euaporationem eius, propter quod concluditur frequentior euentus elephantiaſis lepræ in facie, & propter raritatem illarum partium. ¶ Et ſeptimo propterea, quia illa materia in partibus capitis recipit actiuitatem accidentalem a caliditate cerebri aggregata & mul-
B titudine vaporum, qui eleuantur ad ipſum & multitudine ſpirituum animalium & aliorum, & caliditate ſanguinis venalis & arterialis in eo. Et propter caliditatem acquiſitam ex forti motu & agitatione, quæ neceſſaria eſt ad complendum motus panniculorum & partium mobilium, quæ neceſſariæ ſunt ad euentandum in cerebro, & ad complendum operationes quinq; ſenſuum interiorum, qui inueniuntur in cerebro, quorum operationes nequaquam fieri poſſent ſine vehemẽti agitatione ſpirituum animalium in inſtrumentis illorum ſenſuum facta. & colligitur hæc ſententia *1. tertii, 2. c.* & ſic ſoluitur dubiũ.

Cap. II. *De cauſſis lepræ elephanticæ.*

Iam autem procedendum eſt ad aſſignandum cauſſas huius elephanticæ diſpoſitionis. Quęcunq; igitur cauſſæ multiplicant euentum materiei melancholicę, — *Cauſſa materialis*
C poſſunt eſſe cauſſa euẽtus huius ægritudinis: ſi cũ eis applicent cauſſæ aduſtionis fæcalis materiei melancholię. Neq; enim bene compertum eſt ab auctoribus, hypoſtaſiuã melancholiã abſq; aduſtione eſſe materialẽ cauſſam huius ægritudinis: ſparſa n. hæc materia in venis mirach & cerebro cõmunicata facit melancholiã hypochõdriacã: multiplicata vero in cerebro & corrũpens eius tẽperamentũ, melancholiã facit per eſſentiã. Eadem vero in ſplene manens occupationes, & p hæmorrhoidales multiplicata venas, a virtute potẽti pelliť per anũ hæmorrhagiã faciendo, ad aliquẽ vero locum vel loca propulſa melancholia ſemper hypoſtaſiua & cõgregata ſclyrotica facit apoſtemata, nodos, glandulas & ſimilia: & ſic de aliis. ¶ Cũ a. fæcalis melancholia recipit augmentum malitiæ ab aduſtione: hæc eſt deterior ſpecierum melancholiæ pter naturã, & tantæ malitiæ, quod proiecta ad terram ebullit ſup ea, & a multis animaliũ hauſta venenoſitate ſua cor-
D rumpit ea. Cum ergo talis materia ab adurente caliditate epatis generať, non eſt mirum, ſi euaporando ad caput plurima faciat in partibus eius apoſtemata ſolida & nodoſa, primum incipientia in labiis, naſo, auribus & ſuperciliis, propter raritatem harum partium; quas omnes venenoſitate ſua corrumpendo permutat, quia terribile eſt aſpicere tales hominum facies: & adhuc in omnibus faciei partibus in collo & gula dilatata materia corrumpit aut vlcerat prædictas partes effundendo virus & corruptas materias magni fœtoris, quæ circumſtantem aerem tanta venenoſitate inficiunt, quod magnus timor eſt circumſtantibus appropinquare ad eos, propter quod antiquitus, & nunc etiam in pluribus ciuitatum & regionum, quæ ſecundum politiam debite gubernantur, tales ægrotantes a communi hominum conuerſatione facti ſunt exules. ¶ At vero iterum hæc
E peſſima multiplicata materia non raro in venis lacunæ vel torcularis ſubſtratæ cerebro apoſtema melancholicum aut cancroſum in concauo palati apud colatorium efficit adeo, quod multiplicata aliquando illa materia completam oppilationẽ foraminis colatorii efficit, & mortem laborioſam in breui tempore, tantũ affligendo homines, quod oportet eos os apertum retinere ſemper & magno conatu inſpirationem per nares efficere. ¶ Amplius & tertio hæc materia multiplicata in anteriori parte cerebri effuſa per venas & arterias contextas in panniculo interius veſtiente naſum ibidem efficit apoſtemata claudentia vias inſpirationis aeris ad intra, & exſpirationis fumorum ad extra, pp quod cum non euacuetur fumus calidus: imo retineatur inflammando cerebrum & o-
F mnes interiores & exteriores partes capitis, faciem peruertit ad colorem rubeum ex nigro cõmixtum, velut eſt color mori propinqui ſuæ maturitati, ſicut manifeſtum eſt, & fuit in quodam Germano, qui laborabat hac ægritudine, memoriam faciam de eo. Poſt hæc iterum contemplandum eſt, quod cum materia iſta in epate multiplicata ab adurẽte caliditate priuetur aerea, aquea & vaporoſa partib. tunc cũ non habeat aptitudinẽ ita

faciliter euaporandi ac frigidiora appetendi, & maximo nocumento ſuo virtutem ſti- A
mulet ad ſui expulſionem inde per venas a caua ramificatas in dextra & ſiniſtra partibus
ad brachia propulſa innumerabilia fere facit apoſtemata nigra vel fuſca ſolida, velut gra-
num fabæ, quæ ſui fœditate, ſubſtantiam & pulcritudinem membrorum auferendo de-
format & exterminat, vt aſpicientes effugere faciat. ¶ Et cum contingat materiam illam
verſus inferiora propelli, in ſphinctere dura efficit condylomata & in toto pede magno
altero & vtroq; innumerabilia fere apoſtemata, tanta corruptione membra affligendo,
quod fœteant ea & circumſtans aer, & cadunt quandoq; digiti & ſubſtantiales particulæ
membrorum. vide, quam pulcre oporteat conſiderantem inuenire veritatem rerum.
¶ At vero inſuper ſi materias iſtas contingat commiſceri cum alteris materiebus ſpecie
diſtinctis ab eis, tunc vel illæ materiæ, quæ commiſcentur melancholiæ aduſtæ, præſcri- B
ptæ erunt ſeruantes naturalitatem ſuam, vel ab ea parte mutatæ. ¶ Si ptimo modo, tunc
aut melancholiæ aduſtæ commiſcebitur phlegma aqueum, quod minorabit malitiam
melancholiæ aduſtæ & currere faciet ipſam ad ſubcutaneas partes, & faciet tumorem
cum corruptione partium & duritie emittente humiditatem ſubcutaneam & valde fœ-
tidam, forte, quod iſta eſt illa diſpoſitio, quam Cornelius Celſus, Theodorus Priſcianus,
& multi illuſtres viri nominauerunt morbum intercutem, & tu paulo ante vidiſti ipſum
in Franciſco Capitali, qui ex illa ægritudine ſectionibus & aduſtionibus, quæ non erant
opportunæ, mortuus fuit. ¶ Si autem illi melancholicę materiei cõmiſceretur phlegma
mucilaginoſum & vitreum ſecundum partem, tunc faciet tumores in membris cum co-
lore ſubalbido & ſoliditate partium, ſicut tactus & viſus tuus vidit & palpauit in facie Ga- C
ietani mei, quem paulo ante curaui. ¶ Dum autem materiei melancholicæ aduſtæ com-
miſceretur melancholia naturalis, tunc ſi materia melancholica fæcalis minoraretur &
ſpargeretur vtraq; per vniuerſum corpus, tumoroſum reddet ipſum & ſolidum, qualiter
potes videre in his, qui patiuntur melanchiros, ſeu ictericiam nigram, & proprie, cum
fuerit antiquata. ¶ Et ſi in tali mixtione vinceret melancholia ex aduſtione melancho-
liæ genita, tunc cum tumore & duritie corporis venirent puſtulæ corruptæ & vlceratiuę
cum magno fœtore totius corporis. ¶ Similiter iterum ſi materiæ melancholicæ aduſtæ
prædictæ commiſceretur cum melancholia genita ex aduſtione choleræ, materia illa in
membro aliquo multiplicata & propulſa canceroſum faceret apoſtema. Eſt enim cancer
apoſtema genitum ex melancholia genita ex aduſtione choleræ, aut ex melãcholia na- D
turali aduſta, cui commiſcetur melancholia cholerica. *3. quarti, tract. primo in exordio, cap.*
Cancri cauſſa. *de cancro.* ¶ Si autem hæc melancholia aduſta commixta cum cholerica ſpargitur per v-
niuerſum corpus, facit apoſtemata ſerpentia & corrumpentia, membra cadere facien-
tia ſubſtantiales partes, & reddentia corpora tantæ abominationis, quod timeo dicere
& ſcribere nedum videre. ¶ Adde iterum, quod ſi tali melancholiæ aduſtæ commiſceat
ſanguis naturalis, remittendo malitiam eius, faciet ipſam promtam & obedientem cu-
rationi magis. ¶ Si autem tali materiei commiſceretur ſanguis & aduſtus, ét dato, quod
ex vna parte aliqualiter remittere poſſet malitiam melancholiæ ex parte modi ſubſtan-
tiæ, tamen ex parte acuitatis in aduſto ſanguine reſeruatæ intendere poſſet malitiam il-
lius melancholię, ſaltem tenendo viam, quod remiſſum additum intenſo intendere po- E
teſt alteri malitiam intenſiue. Ex quo ſequitur, quod hæc materia melancholica cum
ſanguine aduſto commixta faciat apoſtemata cum caliditate, pruritu & inflammatione
magnis, cum eſcharis vel fruſtis ſimilibus his, quæ venire ſolent in aliquo carbunculo vel
antrace.

Cauſſæ efficientes. Eſt autem circa hoc adhuc ſubtilius contemplandum: quod ſi plures harum ma-
terierum cõmiſcerentur ad inuicem confuſæ, ſequerentur lepræ ſpecies difficulter cog-
noſcibiles & non niſi a viro, ſcientia & opere doctiſſimo. ¶ Propter quod corollarie con-
cluditur primo difficultas cognitionis ſpecierum lepræ: raro enim contingit materias
humorales naturales & præter naturam ſimplices reperiri in corpore, imo confuſæ ſunt
inuicem in venis & arteriis maioribus & minoribus. ¶ Et ſequitur ſecundo poſſe colligi F
cauſſam difficultatis curationis harum ægritudinum vel impoſſibilitatis curationis ea-
rum, & proprie, quando fuerint antiquatæ, & a multiplici materia pendentes.

Ex omniũ horum fundamento ſpeculator poteſt elicere cauſſas efficientes. Cauſ-
ſa enim efficiens poteſtatiue eſt virtus propellens has materias de nobilibus & interiori-
bus mem-

A bus membris ad vilia & exteriora. ¶ Efficiens autem & materialis cauſſa eſt humor melancholicus ex aduſtione melancholiæ vel alterius iam declaratus. ¶ Formalis cauſſa eſt *Formales.* taliũ materierũ inuentio in ſubſtantia mẽbrorum cum alteratione earum & corruptione prædictis. ¶ Finalis eſt, vt virtus alleuiando cor & reliqua principalia & eis ſeruientia mẽ- *Finales.* bra ſeruitute latoria & præparatoria vitam cuſtodiat, aut in operationibus minora effici- at nocumenta materia illa, quam faceret, ſi non expelleretur à virtute. ¶ Et ſequitur *Species elephantiaſis.* iterum ex hoc fundamento, iuuenilem intellectum plures poſſe phantaſiare lepræ elephanticæ ſpecies prouenientes nunca melancholia genita ex aduſtione melancholiæ ſimplici exſiſtente aut naturali mixta, & eſſet prima ſpecies. ¶ Et ſecunda ex commixtione melancholię melancholicę cum ſanguine ipſa dominante ſanguini. ¶ Tertia e con-
B uerſo: ſanguine dominante ſupra ea. ¶ Quarta aſſignari põt ex æquali commixtione harũ materierum ambarũ. ¶ Et iterum tres ſpecies aſſignarentur ex commixtione melãcholiæ cholericæ cũ melancholia melancholica; & eſſent ſeptẽ. Et tres iterũ fierent ex commixtione melancholię melancholicę cũ phlegmate, & eſſent x. ¶ Et tres iterum fiunt ex commixtione melancholię melancholicę cũ ſanguine, & eſſent 13. ¶ Et 14. aſſignari põt cõmixtione pluriũ harũ materierũ ad inuicẽ. ¶ Et 15. iterũ ex cõmixtione omniũ harum materierũ ad inuicẽ. Et ſi iterũ velles phantaſiari circa mixtionẽ harũ materierũ diſtinctarũ ex parte naturalitatis & nõ naturalitatis earũ, tunc forte plures, q̃ 30. ſpecies lepræ elephantiẽæ imaginando venari poteris, vt miſcẽdo melancholię melancholicæ cholerã naturalẽ & rubeã dictã. ſecundo commiſcẽdo ei cholerã non naturalẽ notã & fa-
C moſam duplicẽ, ſ. vitellinã citrinã, aut minoris famæ, ſcil. genitam ex mixtione naturalis melancholiæ cũ cholera, aut commiſcẽdo choleram non naturalẽ aduſtam vel putridã: & de aliis etiam humoribus imaginandum componendo cũ principiis medicinæ theoricis. Vnde non immerito apparet, qualiter deludantur Medici in materia harum diſpoſitionũ, q̃ temetaria aſſumunt audacia, ſicut paulo ante deluſi ſunt quidam zarpellantes & zarpellatores Medici, vt denuo in hac diſpoſitiõ 1e vidiſti.

Signa verò harum diſpoſitionum iam immerſa ſunt & inuoluta varietatibus eorum *Signa.* trãſũmta a ſubſtantialiter inhærentibus: cum iam declaratum ſit complexionẽ & ſubſtantiam membrorum neceſſario ab hac ægritudine corrumpi. Et ſigna ſumta ex operationibus, quæ non ſolum ab hac ægritudine lędũtur nocumento diminutionis aut cor-
D ruptionis aut vtriuſq; ſimul: imo frequenter operationes auferuntur a membris, vt patet in plurimis, & præcipuæ in viro illo: membra enim eius & plurima ſenſu tactus carebant & cum peruenitur ad ablationem operationis tactiuæ iam in illo membro vel corpore apertæ ſunt portæ mortis: ſolo enim ſenſu tactus priuatum animal neceſſe eſt mori, teſte Ariſt. *lib. 3. de anima.* ¶ Propter quod ad regimen huius diſpoſitionis finaliter acceleran- dum eſt. Inferius enim quandoq; continget memoriam agere de tertio genere ſignorum ſumtorum a caſibus: licet corruptio formoſitatis hominis in hoc genere contineatur, ſed loquot ad intelligentes & ſcientiæ zelatores, & non ad temerarios zarpellones, particularius habebitur, & maxime gratia correctionis eorum.

Sectio ſecunda. De cura huius lepræ elephanticæ continens capita duo.

E ITAQVE huius tremendæ diſpoſitionis regimen enunciaturus primo diſcurrã per conuenientem applicationem ſex rerum non naturaliũ. Secundo vero principaliter ordinatum regimen curationis huius ęgritudinis per adæquatas intentiones enarrabo: in quo etiam cap. regimen præſeruationis ab euentu vel recidiua huius ægritudinis poſt curationem eius enunciabo. Tertio vero ordine ſubiungam regimẽ vel curationem quorundam accidentium, quæ ſolent ſubſequi hanc ægritudinem, curationem autem accidentium, quæ ipſam actu concomitantur in intentionibus curatiuis iam enuntiauero.

CAP. I. *Sectionis ſecundæ de regimine elephantici per diætam.*

F PRo expeditione itaq; primi capit. huius ſecundæ partis tractatuli quinque oportet vti ſermonibus inuicem diſtinctis eſſentialiter. ¶ Et primus ſermo cum ſententia aliorum præmittit neceſſitatem huius, quod cum diſpoſitio huius particularis elephantiaſis iſtius viri proueniat a melancholia melancholica, cui aliquid phlegmatis mucilaginoſi & craſſi commixtum eſt, vt primo capit. iam declaraui: ideo oportet, quod

omnes res non naturales contrarientur melancholiæ tali cum caliditate &hum. earum. A verum, quia talis melancholia non vacat accidentali caliditate remanente in ea ab vrēte cauſſa producta, quæ tamē caliditas eſt intenſiue praua: ꝓpterea, quia refracta eſt a phlegmate ſibi commixto: ideo oportet magnifice cōtēplari, ita vt caliditas producta vel ꝓducibilis ab aliqua rerū non naturaliū non ſit tanta, quanta neceſſaria foret, ſi melācholia fæcalis eſſet. Neq; ēt humectatio, q̃ aduocat ad ſe melancholia, ſit tantæ intenſionis, quanta neceſſaria foret in melancholia melancholica & cholerica. Et ſi iſta ſunt difficilia dici & ſcribi penes habitum ſcientificū, quantā credere potes latere difficultatem penes opus in applicatione rerum parum calefacientium & parum humectantium.

Aër. Itaq; pro debita menſuratione aeris præmittendum primo, quod licet aer merito qualitatum ſuarum virtute aſtrorum corpora noſtra ſemper exſiccet, vt ſcribitur *2. primi* B *c. de impreſſione aerearum qualitatum:* tamen prudētia periti Medici poteſt remittere ipſum in caliditate: per q̃ in tēpore æſtatis recedit a medio, frangendo ipſum cū rebus infrigidantibus: & remittere ēt ipſum in exſiccatione forti cū humectantib. Eligat itaq; iſte vir regionē, ciuitatē & locum habentia aſpectū orientalē & meridionalē, euentatum tamē feneſtris & portis conuenienter: & ſit locus prope decurſum aquarū fontaliū vel fluuiorū, minime a. prope mare. Et ſi talis haberi non poſſit a principio Aprilis, vſq; per totū menſem Septemb. artificialiter p̄paret ſternendo in cameris flores, folia & plantas participātes virtute infrigidationis & humectationis, velut violar. borag. & bugloſ. maluæ, lactucæ & conſimilium: aut faciendo ex eiſdē decoctiones, quibus actu frigidis irrorent parietes habitationis, aut ſaltē aſpergatur aqua recenti non ſalſa. ¶ Aut ſuffumigetur cū euapora- C

Suffumigiū. tione horum trociſcorum. ℞. *florum nenuph. florum viol. florum cucurb. an. ʒ ß. ſem. lact. endiu. ſcariolæ an. ʒ ij. amyli ʒ j. formentur trociſci cum ſucco viol. ex quibus duo vel tres coquantur in aq. & aſpergatur ex ea domus.* Similiter ēt & ſtratus, vbi dormit, talibus foliis & puluerib. aſpergat necnō ēt iſta vel ipſorum aliqua teneantur in locis, vbi ponuntur veſtes ei⁹, quibus induitur. Summopere conſideret cum duabus partibus florum nenuph. & viol. æqualibus: & quarta parte macis & corticū citri aſpergere, ſuffumigare & conſeruare in eis pileū & byreta, quibus tegit caput ſuum, aut ſaltē aliq̃d ex puluere illo ſubtiliori bis in ſeptimana ſupaſpergere caluariē capitis, erit ei vtiliſſimum valde: gratia cuius intentionis, ſc. alterādi caput, & fumos in eo retentos, fiat hoc compoſitum. ℞. *macis ʒ ß. florum borag. bugl. cap. Ven.*

Nodulus odoratus. *& corticum citri an. ʒ ij. florum nenupharis, viol. & cucurbitæ an. ʒ v. ligni aloes, maior. an. ℈ j. pul-* D *uerizentur & ligentur in ſindone retorta & ſæpe odorentur: hæc de menſura aeris ſufficere poſſent.*

Somnus & vigilia. Pro altera de rebus non naturalibus, ſc. de ſomno & vigilia præmittendū eſt, quod huic viro conueniens ſit recedere a menſura dormitionis corporū ſanorum per augmētum eius. Somnus n. prolixus multipliciter cōuenit ei. ¶ Primo, quia facit ad meliorem

Cur ſomnus prolixus leproſis conueniat. materiei digeſtionē. ¶ Secundo, quia augmētat euacuationes materierū inſenſibiles vigorando caliditatē innatā. ¶ Tertio, quia virtutē expulſiuā, quę eſt vna de quatuor virtutib. miniſtrantib. vegetatiuæ potētię fortificat & auget. ¶ Quarto, q̃a materierū fluctuationē laborioſam intrinſecat ſomnus. ¶ Quinto & vltimo, quia potēter humectat corp⁹. Somn⁹ n. humectat corpora nō minus, q̃ vigilia exſiccet ea. *2. primi, c. de his, quæ proueniunt ex ſomno & vigilia.* ¶ Ideoq;, quia iſte vir nō caret plenitudine capitis eius, non debet eſſe E ſomnus ita ꝓlixus, vt per ipſum generentur rheumatiſmi, q̃ augmentantur: ꝑpea, quia in prolixo ſomno caput repletur vaporibus ab vniuerſali corpore eleuatis ad ipſum, qui in ipſo multiplicati non conuenienter euacuātur. Somnus n. retinet omnes euacuationes: imo & fortes, præter illam, quæ per ſudorē *2. primi, c. prææallegato.* ¶ Modus igitur menſurādi ſomnum eſt, vt poſtquam cibatus fuerit per horā j. cum dimidia dormire incipiat, primo ſuper dextro latere capite parumper eleuato: deinde ſuper ſiniſtro, & aliquando reſupine quieſcat propter inclinationē materierū ad poſteriora, quę fit in reſupinatione, q̃ tamen non ſit prolixa, neq; valde frequens. Omnino autem effugiat decubitum ſuper ventre & facie: propter eum enim mouentur materiæ ad faciem & ad rizam, in quibus duabus partibus hic vir fuit moleſtatus. Menſura ergo ſomni poteſt ei concedi vſq; ad 9. F horas ſpatio extenſiori, & vſq; ad ſeptem horas ſpatio breuiore illo. Reliquo autem tempore vigilare conueniens eſt ei. Hæc de ſomno & vigilia ſufficiant.

Quietem vero huic viro conuenire magis quam exercitium, ex dictis in præce-

Motus & quies. denti capit. declarari poteſt: minus enim in illa agitantur materiæ, & conuenientius applica-

A applicatus ſeruatur innatus calor ad materierum digeſtionem, tam in nocitiuo, quam in iuuatiuo efficiendam, etiam, quia in quiete corporis non ita læditur cerebrum a multitudine fumationum, quæ ab vniuerſo corporis eleuantur & ad cerebrũ euaporant, tanquam ad lationem ſuperiorem. Et digeſtio prima, ſecunda & tertia melius perficiuntur: homine enim quieſcente non agitatur in ſtomacho cibus neq; fluctuat in eo potus ad varias differentias poſitionis. Nec etiam chylus ex eo genitus ex vehementi agitatione corrumpitur vel aliter extraneatur. Et conuenientet epar cum virtute ſua in melius tranſmutare poteſt ipſum in humores primos in quiete, quam in motu corporis. ¶ Similiter etiam & actus motiuæ potentiæ meliores perfici poſſent, velut appoſitio, vnio & aſſimilatio nutrimenti ad corpus. Et iſta eſt cauſſa, propter quam a ſapiente lauda-
B tum eſt exercitari in mane, quando in nocte quieſcente corpore conuenienter prædicti omnes actus perficiuntur conuenientius. ¶ Si igitur viro iſti aliquod competat exercitium, fiat circa tempus veris anni *1444.* nam vſq; ad illud tempus, iniungo ei quietem corporis. Iterum poterit exercitari exercitio ſuauiter peditandi a media hora, vſque ad vnam cum dimidia, aut montem aſcendendi & deſcendendi per ſcalas ſuauiter & non diu, vel fiat exercitium cum equo gradario & ſuauis inceſſus, vel nauale fiat exercitium, remis tamen non immoderate puppim agitantibus. ¶ Et fiat exercitium partium pectoris parum eleuata voce diu ſermocinando, & exercitetur naſus demucando ipſum & exſufflando per eum, & cruſtas & ſuperfluitates in eo exſiſtentes lauando & mundificando, vel cum aqua mellis vel aliis, de quibus in regimine medicinali ſermo fiet
C amplior.

Circa accidentia animi ita moderate agendum eſt, vt non agitet animum eius agitatione triſti & anguſtioſa, aut altera, per quam vehemens fiat motus in ſpiritibus & humoribus, vt tractus eorum de extra ad intus, & accubatio etiam vel ſuffocatio a multitudine vaporum opprimentium vias euentationis membrorum animalium. In omni n. ægritudine confortari mente optimũ eſt, teſte Hip. *ſect. 2. aph. 33.* Multi ẽt hominum inciderunt varias & laborioſas ægritudines, & periclitauerunt in eis, aut longo tempore afflicti magis per triſtitiam animi, quam per multitudinem & prauam qualitatem materierum, vt pulcerrime legi poteſt apud Gal. *in libello de exercitio ad Epigenem prope principium.* Et ſi paſſiones animi omnes poſitæ ſunt prouenire a corde ſecundum peripateticos in-
D cipiendo, & etiam a cerebro ſecundum ſententiam Medicorum, *vt prima tertii tract. primo & ſecundo techni. per magnum proceſſum, videri poteſt*, tunc patet, quod in talibus paſſionibus, ſi fiat motus ſpirituum & humorum de circumferentia ad profundum, inflãmabuntur cor & cerebrum, propter quod materiæ communicabuntur rizę, cordi & epati inflãmando etiam laudabiles humores & ſpiritus, propterea quia paſſiones tales exterminãt & mutant corpus ab ea, quæ eſt ſecundum naturam, conſiſtentia, *3. techni.* ¶ Igitur optimum eſt huic viro conſolari bene ſperare & lætum mente tranſire, fiet enim tunc in eo melior præſeruatio ab accidentibus & ægritudine, quæ perpeſſus eſt.

Quinta vero res non naturalis ponitur eſſe repletio & inanitio, ad quas hic non intendo prout importent repletionem humorum corporis. Sed intelligo per eas modum
E & regulam accipiendi cibum & potum & abſtinendi ab eo. Pro cuius rei determinatione 12. ponuntur regulæ ab hoc viro obſeruandæ, ex quibus per contrarietatem doctrinæ eligi poterunt 13. regulæ ab eo fugiendæ. ¶ Prima igitur obſeruanda regula eſt hæc, quod nullus cibus aut potus accipiatur in quãtitate tãta, quod ſtomachus incurrat tenſionem & grauitatem ex eo, neq; fluctuationem & ventoſationem ex potu. patet concluſio: quia ſuperuenientibus his accidentibus, ſtomachus debilitatus non conuenienter amplexabitur & terminabit illum.

Repletio & inanitio.

Regula obſeruanda circa repletionem.

1.

Secunda regula: nullus cibus aut potus aſſumi debet, niſi cum iam patiens ſenſerit præaſſumtum cibum & potum a ſtomacho fuiſſe depoſitos; probatur concluſio, quia ab oppoſito illius accidet cibum prius aſſumtum ſemidigeſtum incrudari, & ſecundum
F cibum ſuperaſſumtum corrumpi: aut non conuenienter digeri, aut ſimul cum alio ſemidigeſto a ſtomacho præcipitari vel attrahi cum illo. ¶ Tertia, nullus cibus & potus vnquam aſſumatur, niſi verus & naturalis appetitus incitetur ad ipſum; probatur: quia ſi accipietur abſque appetitu, erit ſtomachus ſatur: Sed ſuper tali ſaturitate augebitur repletio ex nouo aſſumto cibo vel potu, igitur diſponetur ad corruptionem. ¶ Quarta,

2.

3.

4.

Accidentiã animi.

poſt aſſumtum cibum quieſcendum eſt, & forti motu non exercitandum, ſaltem per A
5. totum menſem futuri Aprilis de 1445. ¶ Quinta, nullus cibus impetuoſe deglutiendus
eſt, & ſine bona maſticatione. Probatur concluſio, quo ad primam partem, quia ex re-
6. pentina deglutitione cibi laxatur meri, & terretur ſtomachus. ¶ Sexta in qualibet ca-
nonica cibatione potus non debet in quantitate continua multus aſſumi: probatur, quia
7. tunc non fit debita commixtio potus, cum cibo ſuperleuigante multo potu ad paucum
cibum. ¶ Septima diuerſa cibaria ſpecie & multa non ſunt in eadem cibatione accipi-
enda, niſi fuerint valde in qualitatibus actiuis conſimilia. Probatur concluſio, quia quo-
tuplex eſt diuerſitas ciborum & potuum in ſubſtantia & qualitatibus actualibus & po-
tentialibus, in raritate & denſitate, grauitate & leuitate, ſubtilitate & craſſitie, tot modis
& variis conſequentibus ad prædicta aggrauatur ſtomachus. Sed ex tali grauitate pro- B
8. hibetur debita digeſtio. quare &c. ¶ Octaua, nullus cibus vel potus aſſumi debet, cum
fuerit paratus in vaſis æneis. patet: quia cum ænea vaſa participent venenoſitate quadã
9. vt *quinta quarti* colligendum: ideo metuendum eſt, ne humores corporis & ſtomachi
inficiantur a talibus cibis & potibus. ¶ Nona, nullum cibarium compoſitum ex dulci-
10. bus, acribus, mellitis & lacticiniis ſimul mixtis aſſumi debet. patet, quia experimenta-
tores Indi dixerunt, quod talia cibaria præparent ad generationem lepræ. ¶ Decima,
cibaria omnia lenitiua & mollificatiua ventris ſemper ante alia ſunt accipienda. patet,
quia dato oppoſito, aut corrumpentur in ſtomacho, aut eſſent cauſſa deponendi reli-
11. qua cibaria. ¶ Vndecima concluſio, cibus & potus craſſi & ſtyptici nullo modo præmit-
ti debent ante alia cibaria. patet, quia talia apud portenarium poſita claudentia illud, C
eſſent cauſſa oppilandi ipſum, & claudendi meſaraicas, quæ terminantur ad fundum
12. ſtomachi: propter quod regurgitarent talia ad ſuperiora. ¶ Duodecima, ruta, chry-
ſomela & omnia cibaria corruptionis aptitudinem in ſe habentia diſponunt ad lepram:
probatur, quia ex aptitudine corruptionis eorum corrumpuntur humores, & adurun-
tur, & in melancholicam ſubſtantiam tranſeunt.

Poſt hoc autem de inanitione dicendum, quod omnis inanitio cibi, vel immoderata abſtinentia a cibo abſcindi debet. Probatur quoniam ex tali ſequitur augmentum caliditatis, putrefactionis, vel aduſtionis cibariorum & potuum in ſtomacho, propter quod tolerare famem ſtomachum putridis replet humoribus: hæ omnes concluſiones veridice aſſumi poſſunt, *tertia primi, capit. de regimine per cibum & potum ex 25. continentis, cap. primo.* D

Iam autem tranſire oportet ad ſextam rem non naturalem, in qua prolixius temporis
ſpatium neceſſarium eſt: propterea, quod oportet ſpecialiter per multa cibaria & potus
diſcurrere. ¶ Pro quibus præmittendum eſt primo, quod omnia cibaria, q̃ calida ſunt &
hum. conuenientia ſint: licet humidiora ſint ei neceſſaria, q̃ calidiora, ſicut apparuit 1. c.
Panis. huius tract. & in c. de aere. quare huic viro eligendus eſt panis de pura ſimila vel flore fa-
rinæ frumenti, q non habeat parũ de fermẽto, ſed quantitatẽ nobilẽ, & ſit mollis coctio-
ne nõ combuſtus vel torrefact' parũp, min' habens ſalis, q̃ cõmunis panis. Et euitet azy-
mus, opyrus & hordeaceus. Cibi v. de paſta aut de farina non vituperant ei, ꝓprie cũ lacte
Carnes. pręparati ouino vel iumentino aut caprino. ¶ Ex carnib. vero laudabiles ſunt ei vitulinę,
caſtratinæ, & de recenti & iuuenculo agno vel hædo. Carnes ẽt porcellorum iuuenum E
bene pinguium ſunt ei vtiles, & caro gazelli iuuenculi & caro cuniculi etiam. Leporis
vero, apri & cerui rariſſime comedantur. ¶ Ex volatilibus omnes pullinæ, anatulorum
iuuenum in domibus, in aqua degentium: & perdices, phaſiani & turdi bene pingues
ſunt ei vtiles: vt & caro auicularum paruarum bene pinguium, & in ſumma omnium a-
liarum, quæ ſunt iuuenculæ & pingues excellenter. Maxima enim curatio talium ægro-
tantium perficitur per humectantia & impinguantia ſubſtantifice & madefactiue. ¶ Ex
Piſces. piſcibus laudantur ei omnes fontales vel fluuiales electæ aquę cœlo & aeri detectæ, quæ
alueum habeat denudatum a paludeſtribus plantis fœtidis & corruptis in ea, in quibus
etiam non inueniatur multitudo ranarum, nec ſerpentum, aut anguillarum: quorum F
plurium eſt ex putrefactione, de quibus aquis eligantur torrentinę, varioli, lucii, capeda-
ni, marſiones, temali, ſterliones, reginæ piſces, ſturiones & conſimiles ſecundum eorum
nomina, virtutes & proprietates ſecundum diuerſa mundi climata, regiones & ciuitates
approbantes vſum eorum: ſicut, qui ſunt cum augmento ſaporis delectabilis odoris

A & denudatione eorum a viſcoſitate & craſſitudine,qualem habēre ſolent omnes piſces
ſquamas magnas habentes:propter quod vituperabilis eſt ſermo quorundam zarpello-
num,qui approbant vſum anguillarum,de quo non habent auctoritatem nec rationem
& experientiam.Et piſces omnes,qui comeduntur,ſint actu calidi & meliores ſunt elixi,
quam frixi in oleo.Saliti a. piſces omnes dimittant̃, q̃m ſunt valde nociui. Truphatores
vero quidam iam paulo ante adminiſtrauerunt in cibis horum ægrotantium ranas,ſed
plurimi mendacio vtunt̃,quia non eſt inuentũ ab auctoribus,quod cibus talis conueniat
eis,niſi,quia Gal.*11.ſimpl.*auctoritate Dioſ. voluit ſimul cum aggregatore Serap. quod ſi
detur in potu elephanticis ius ranarum cum oleo & ſale ſit bezoar eis & venenis,hoc au-
tem,quod prouocat vomitum & inducit ſeceſſum:non igitur conferunt ea via cibi,vt te-
B merarii dicũt:ſed via medicinæ.¶ Ex plantis autem,quibus cibaria condiuntur, conue- *Plantæ.*
niũt ei lactuc.ſpinachia,bleta,portul.cucur.ſcariol.endi.omnes ſenetiones,& in ſumma
plantæ omnes habentes humiditatẽ notabilẽ, quarum tamen frigiditas corrigatur cum
medicinis leuis caliditatis & quantitatis paucæ,velut ſunt fœnic.petroſel.aniſum,ſerpil-
lum,hyſſopus,calamentum & conſimilia cocta in cibis ad refrangendum brodialia præ-
dicta:de quorum numero tamẽ eligantur enula,bugl.borag.farfara,ſecacul vel eryngiũ
& rampunciolus vel conſimilia.Citrulli vero & melones ſuo tempore|ẽt ſunt laudabiles.
De plantis vero audacter calidis & ſic.non intromittat ſe in vſum earũ, niſi valde raro &
in parua quantitate & refracta cum frigidis,vt ſupra dictum eſt. ¶ Ex fructibus vero con- *Fructus.*
ueniunt ceraſa,auellanæ recentes & pyra dulcia muſcata,vel non:poma dulcia ſuis tem-
C poribus & ficus recentes:ſiccæ vero non placent propter acuitatem ſuam, qua corrum-
punt ſanguinem, & faciunt euenire ſcabiem. Vuæ vero dulces & paſſulæ ſunt laudandæ,
non tamen in vſu multo:granata dulcia & muza ſunt ei vtilia,acria vero non placẽt.Per-
ſica bene dulcia ei laudanda ſunt.Similiter & iuiubæ pp humiditatẽ ſuam & lenitionem,
quã habent.Cydonia,pyra ſolida & acria,meſpila,ſorbæ & corna dimittantur. Et chry-
ſomelæ ẽt fugiendę ſunt.¶ Lactis vſum crudi & cocti vehementer laudo ei,generat enim *Lac.*
laudabile nutrimentum contrarium melancholiæ mundificatiuũ ſanguinis,exſiccatiuũ
feruoris,aperiendo vrinales vias & mundificat ventrem ab aquoſitate & ſeroſitate ſuis.
Similiter in diebus caloris etiam mihi placet vſus coloſtri & recoctæ moderatus, recens
caſeus abſq; ſale etiam eſt ei collaudandus.¶ Butyri vero vſum gratia conficiendi cibaria *Pinguedines*
D non bene laudo. Sed mihi placet magis oleum oliuarum dulce non valde ſalitum, aut
oleum amygdalarum dulc.aut recens de ſiſamo,quod Siculi vocant ierzolena.¶ Ex pin-
guedinibus vero animalium conueniens eſt pinguedo porcelli iuuenis caſtrati & vituli,
& inter reliquas ſumme laudatur pinguedo aſini in vſu cibariorum & vnguentorum,di-
citur enim de ea,quod eradicet lepram,ſi fuerit ei eradicator, vel ſi non fuerit vehemẽ-
ter confirmata faciens ſubſtantialem corruptionem membrorum. ¶ Ex liquoribus ve- *Liquores.*
ro aliis,quibus cibaria condiuntur, laudabile foret ei vinum cydoniorum & granatorũ
muzorum & dulc. adhuc etiam & ſapa,& in ſumma liquores omnes non participantes
multa acredine vel acetoſitate proprie refracti cum ſaccharo, penidiis & conſimilibus.
¶ In ſpeciebus autem & granis , quibus cibaria condiuntur, aduertendum eſt,quod eui- *Species.*
E tentur omnia, in quibus eſt potentia multum calefaciendi & adurendi ſanguinem & a-
lias materias humorales: propter quod augmentetur materia melancholica ex aduſtio-
ne aliorum humorum,aut ſaltem ab eis imponatur caliditatis intenſio, per quam mate-
ria reddatur actiuior ad corrumpendum membra & ſerpendum per ea, & proprie,quã-
do in talibus ſpeciebus ſimul cum caliditate intenſa inuenitur dulcedo, quæ eſt ſignum
apparatus vel promtitudinis inflammationis & aduſtionis materierum taliũ. Exemplũ
horum,ſicut aniſum,fœnic.ſem.bauciæ,cyminũ,petroſ.nigella,coſtus,cinamomũ,caſ-
ſia lignea,daucus,tarcon & omnes peregrinæ ſpecies,vt galanga,piper,zedoaria & conſi-
milia.¶ Verum,quia in talibus inuenitur virtus cordialis & ſtomachalis etiam, quia ipſa
defendunt a putrefactione & rectificant iam factam, velut eſt cinamomum, coſtus, ga-
F langa & piper:ideo talia non omnino ſunt dimittenda:imo adminiſtranda cum his,quę
refrangunt caliditatis audaciam,velut cum atriplice,bleta,ſpinachia,viola,nenuphare,
portulaca,cucurb.& conſimilibus,quæ etiam omnia comminuũt vehementem ſiccita-
tem prædictorum ſeminum & plantarum,propter quod in nulla compoſitione canoni-
ca ab auctoribus inuenta inuenies aliquod antidotũ,quod non ſit compoſitum cum hac

ſcientifica electione,velut cinamomum,galanga,piper,coſtũ & ſimilia, quæ calida ſunt A in tertio & in quarto,refrangunt cum ſemine cuſcutæ,ſcariolæ, lac.& portul. aut eorum audaciam remittunt cum calidis remiſſis,ſicut crocus,hoc modo corrigit piper,& ſic de aliis tenendo viam tutiorem, quod remiſſio gradus qualitatiui fiat per commixtionem remiſſioris ad intenſum, caliditas n.croci in ſecundo gradu ducit ad medium caliditatẽ piperis in quarto:licet hoc magis contineat veritatẽ in medicinis cõpoſitis fermentatis. ¶ Adhuc tamen defendere potes, quod licet medicina non ſit fermentata: virtus tamen dirigit medicinam remiſſe calidam ad membrum paſſibile a remiſſe calida,& medicinam intenſe calidam ad membrum paſſibile ab intenſe calida, ſiue hoc fiat, quod virtus primo dirigat remiſſe calidam, quam intenſe calidam, ſiue econuerſo. ¶ Et iterũ dato, quod vtraq; medicina tam intenſa, quam remiſſa in gradu ſimul offerretur mem- B bro alterabili ab eis,vtraq; etiam actuata exſiſtente de facto, tamen dicitur, quod complexio medicinæ eleuatæ in gradu, non imprimat in membrum, niſi per modum refracti eſſe a medicina contraria,vel ſibi ſimili & in qualitate, vt frigidæ, reſpectu calidæ, & calida in primo, reſpectu calidæ in tertio. ¶ Ex hoc fundamento intelligere potes diuerſas compoſitiones medicinarum, quæ prima fronte legentibus apparent ſatis extraneæ. ¶ Et ſequitur ex hoc fundamento etiam ſecundo comprehendi poſſe, quanta difficultas ſit in elaborando circa corpus humanum applicando conuenienter actiua paſſiuis. Ex horum ſermonibus nonnulli aliqualiter colligi poſſunt *11. tertii, cap. de can. curationis cordis, & quinto canon. ſumma prima, cap. ſecundo.* Taceant igitur circumforanei & zarpellatores, qui medicinam temerariis operationibus perturbant. ¶ Ex his, quæ in C cibariis adminiſtrantur,delectationem imponentibus in eis præter ſapam & prædicta, ſunt ſicut ſaccharum, cuius vſus & ſi conueniens videretur, ad dulcorandum cibaria & potus omnes,tamen propter aptitudinem ſuæ conuertibilitatis in choleram,propter q; paratus eſt ad aduſtionem:ideo non multũ mihi placet,& proprie ſimplex. Sed confrangantur eius condimenta cum frigidis audacter & cum humectantibus remiſſe, velut ſemina omnia frigida quatuor vel quinq;, viola, flos nenupharis & conſimilia. Mellis vero vſum hic omnino deteſtor propter caliditatem & ſiccitatem eius in ſecundo gradu. Et ſi argueretur contra,quia ipſum eſt de conſeruatiuis corporis, & prohibitiuum putrefactionis:huic dicendum eſt, quod hoc contineat veritatem in corporibus mundis, vt in ſtomacho & epate:qualia vero non ſunt talia ægra corpora, immo mel & mellita ciba- D

Condita. ria facile corrumpuntur in eorum ſtomachis. ¶ Ex cõditis, quorum eſt communis vſus, ſunt cappares, qui licet habeant aliquam diuerſionem viarum vrinæ, & conuenirent his ægrotantibus, vt recentes ſunt, tamen conditi cum ſale propter augmentum calid.& ſic. non cõueniunt: & propter eandẽ cauſſam vituperandæ ſunt oliuæ conditæ, & ſimiliter condimentũ ſahanæ,& eſt de piſciculis paruis conſeruatis in aqua maris. Similiter etiam & auiculæ marinę in aceto, aqua ſalſa conditæ non placent. ¶ Bauciæ, i. paſtinacę conditę & conſeruatæ in ſyr. mellito ſunt eis laudabiles: clarificant n. ſanguinẽ & aperiunt vias vrinales, inteſtinales & pororum. Similiter ẽt laudantur ei radices ſecacul conditæ abſq; ſpeciebus acutis. Et poma, pyra, condita & cydonia, dummodo non ſint valde dura: hæc omnia ſunt vtilia. melones & cucurbitæ conditę optimæ ſunt ei. ¶ Vt & citra condita & E proprie cum ſaccharo. ¶ Xylobalſamum conditum de orientalibus partibus aſportatũ his ægrotantibus eſſet mirabilis iuuamenti. Rectificat enim cor, cerebrum & ſtomachum, & mundificat ſanguinem a ſuperfluitatibus expellendo eas per poros & vrinales vias: pariter etiam conueniunt iſti ægritudini napi & rapæ conditæ, & proprie abſque ſpeciebus multis. ¶ Et non dubito, ſi haberentur myrobalani Indi & emblici conditi, eſſet eorum vſus talibus ægrotantibus valde conueniens: aduerſantur enim melancholiæ præcipitando ipſam per viam expulſionis. Conditum vero zinziber omnino dimittatur, & cortices aranciorum conditi abſq; multitudine ſpecierum ſunt laudabiles.

Partes animalium. Ex partibus autem animalium laudabiliores huic viro ſunt cerebrum & pingues partes a neruis & ligamentis excluſæ & cutibus, & proprie ſalitis; & epar animalium F laudabilium: & proprie porci propter augmentum ſuæ nutricationis & conuenientiam in qualitatibus in hac complexione: propter quod ſcripſit Galenus *7. terap.* quod nutribiliſſimum omniũ, quæ ſcimus, ſit caro porcina, de qua etiam ſupra: ſimiliter & epar gallinæ & anatis pinguium: hæc omnia conueniunt, pulmo ẽt concedi poteſt eis:

licet

A licet enim nutriatur ſanguine cholerico ſecūdum propriam eius complexionem: in eo tamen ſanguis notabiliter refractus eſt propter accidētalem complexionem in pulmone inuentam ex defluxu phlegmatum ad ipſum. Quæ vero partes ſunt ſicut cor, inteſtina, renes, omnia dimittantur, & proprie ſplen. Eſt enim ipſe melancholiæ receptaculū tam fæcalis, quam aduſtæ ex aliis materiebus factæ. quis enim erit, qui cum induſtria ſua ſufficienter curare poſſit leproſum aliquem abſque rectificatione ſplenis; contra quoſdā modernos zarpellatores, qui promittunt curare lepram abſque rectificatione eius: deludentes tamen & deluſi. De modis autem præparationum cibariorum conuenientior eſt elixationis modus, quam aſſationis: & proprie ſecundum conſuetudinem factę cum pinguedine porci ſalita, ſiue per pinguedinem intelligas lardonem, ſiue aliam partem *Nullum leproſum poſſe curari abſque rectificatione ſplenis.* *Modi praeparandi cibos.*
B intrinſecus in partibus mirachialibus inuentam, quæ proprie pinguedo nuncupatur. tales enim pinguedines licet per ſe non eſſent multum malæ: per accidens tamen propter ſalem ſunt multum nociuæ. Modus autem præparationis cibariorum in ſartagine dimittendus eſt.

Potus autem in hac diſpoſitione conueniens eſt vinum colore rubeum, ſubſtantia ſubtile, ſapore tendens ad ponticitatem & ſtypticitatem leuem. tale enim vt plurimum remittit malitiam humorum, prohibendo ebullitionem & putrefactionem eorum. Et poſſet etiam tale vinum parum acerbum eſſe album: & non eſſet bonum minus prædicto. Reliqua vero vina ſubſtantia craſſa, non bene fæcibus expurgata, fumoſa valde & acuta quantumcunque forent guſtui delectabilia ſiue dulcia vel amœna, nō eſſent in hac *Potus.*
C diſpoſitione conuenientia: propter fortem caliditatem eorum & ebullitionem, quam faciunt in humoribus & aduſtionem in eis. verum quia in pluribus regionum & ciuitatū vina inueniuntur valde calida & acuta: ideo talia poſſēt cum tertia parte aquæ electæ de vero fonte & vere mundo eligi, & miſceri ſecundum diſcretionem moralis viri & ſecundum potentiam vini æqualiter vtraque ponendo mediocri vino: duas partes aquę & tertiam partem vini fumoſi: & erit rationalis proceſſus.

Si autem patiens ſit de illis, qui diſcretione vtuntur, tunc dico, quod conuenientius eſſet ei bibere aquam, quam vinum. ſtomacho tamen tolerante ipſum & conſuetudine affirmante hoc: velut eſt apud Mauros & alios gentiles, quibus ex lege non conceditur vinum. Iſtis enim in locis conueniret aqua ſacchari facta cū quantitate ſacchari bre-
D uiori, quam ſit illa, quæ ponitur in communi iulepo, & ſi aqua, qua vtitur in potu ſimplici vel commixta, eſſet aqua ciſternæ, melior eſſet: & proprie quando ſuccedunt magnæ pluuiæ, quam præceſſerunt tonitrua & magnorum ventorum flatus: talis enim aqua ex vehementi agitatione eius in media regione redditur expurgata magis a terreis & vaporoſis partibus per vehementem colliſionem & confractionem nubium, a quibus exprimitur. Efficitur etiam hæc aqua cōuenientior: propterea quia recepta in riuis terræ cribratur & depuratur melius per ſpongiam ex argilla factam & alteratam ex arena, velut magiſtraliter conficiuntur ciſternæ tales. vbi autem talis reperiri non poſſet aqua: tunc accipiatur de fonte aut puteo bene profundo, quæ ſi coqueretur, iterum melior eſſet. Si quis autem medicinali potu regeretur, melior aliis eſſet aqua lactis caprini, a qua caſeus
E & coloſtrum extracta forent. talis enim potus eſſet lauatiuus & mundificatiuus viarum communium venarum & eductiuus ſeroſitatum cholericarum aduſtarum, extinguendo tamen vel remittendo feruorem ſanguineæ maſſæ. ¶ Alter vero potus conueniens poteſt eſſe talis. ℞. *aquæ fumiterræ, aquæ acetoſellæ & enulæ ana* ℔ j. *ſacchari candi.* ℥ ij. *coquātur omnia ſimul vſque ad conſumtionem quartæ partis, & hoc potu vtatur cum cibis & ſine illis.* Ex quibus omnibus apparet completum eſſe caput de regimine huius verendæ diſpoſitionis per adminiſtrationem ſex rerum non naturalium. *Potus artificialis.*

Cap. II. *Secundæ partis de regimine huius diſpoſitionis per medicinalia.*

EXpedito primo principali ſecundæ partis huius tractatus, ſcilicet menſuratione conuenienti ſex rerum non naturalium: oportet expedire ſecundum: videl. regimen curatiuum huius lepræ elephanticæ, quod quidē complectitur in intētionib. ſex. Et prima quidē intētio memorat remediū per diætam obſeruandū. ¶ Secunda conatur abſcindere

materiam minoratiue. ¶ Tertia procurabit diuerſionem harum materierum. ¶ Quarta A
digeret has materias. ¶ Quinta eradicabit eas. ¶ Sexta & vltima conabitur rectifi-
care membra cum remotione quorundam accidentium, quæ ſemper concomitantur
hanc abominabilem diſpoſitionem. & ſic iſte ſecundus ſermo ſecundæ partis huius tra-
ctatus complebitur per capita ſex. ¶ Primum itaque cap. conſiderabit quantitatem ex-
hibendorum ciborum & potuum. ¶ Secundum vero de qualitate eorum aliquid ſuc-
cincte pertranſibit.

Diæta. Dicendum itaq;, quod dato, quod iſta corpora plurimũ ſint vehementer extenua-
ta ſubſtantifice a mala complexione frigida & ſicca, quæ aduerſantur nutricationi, quæ
eſt melancholica complexio. Etiam extenuata ſunt: quia talis melancholia generatur in
eis per aduſtionem. Ideo neceſſarium eſt hæc corpora vehemẽter ſicca eſſe ſiccitate po- B
ſitiua a melancholia inducta & ſiccitate priuatiua proueniente a frigiditate per viam ex-
preſſionis & ab accidentali caliditate per viam aduſtionis. ideo bene apparet, quod in-
digerent reſtauratione multa in quantitate continua. verum quia virtus naturalis tam
ſtomachi, quam epatis & aliorum membrorum notabiliter debilitata eſt in iſtis: ideo ſe-
curius eis exhibeo cibum in quantitate diſcreta ſupplentem magnifice reſolutioni &
conſumtioni iam prædictis. ergo ſecurius eſt, quod cibentur in die ter, videlicet mane
tempeſtiue in diebus frigoris ſaltem hora 14. vel 16. vſque ad medietatem Nouembris
incipiendo in principio Octobris. Secunda vero vice ad manſionem accipiant aliquid
hora vigeſimaſecunda, quando fuerint cibati in hora 14. aut 24. quando cibati fuerint in
hora 16. Tertia vero vice cibentur inter horam tertiam & quartam noctis: & talis mo- C
dus eligendi horam cibationis obſeruari poteſt vſque ad medietatem menſis Februarii
vel complementum eius.

Reliquo autem tempore ex conſideratione pari eligendus eſſet modus cibationis
a principio dierum æquinoctialium vſque ad finem eorum. poſſet enim homo prima vi-
ce cibari hoc tempore, ſicut dictum eſt de aliis paruam faciendo diuerſitatem in electio-
ne hac: niſi neceſſitas debilitatis virtutis aut euentus aliquorum accidentium deduce-
Obiectio. ret ad oppoſitum vel conſuetudo hoc faceret. ¶ Et ſi argueretur, quod inter ſecundam
cibationem iam prædictam & tertiam parua cadit mora, per quam non eſt rationabile
ſecundum cibum conuenienter eſſe digeſtum.

Huic motiuo & ſibi ſimilibus dicendum, quod tales cibationes, quæ exhibentur D
in hac hora, quam illuſtres antiqui nominant manſionem, & Itali merendam vel colla-
tionem, ſit paucę quantitatis cibi: ſicut dare vipam in lymphato vino, ſorbere vnum o-
uum cum quibuſdam nebulis ſaccharatis: bibere ferculũ vnum brodii pulli cum duab.
buccellis panis: comedere aliquid de gelatina, aut ſuis temporibus aſſumere decem vſq;
ad xx. ceraſa aut fruſtum vnum melonis accipere cum pauco pane, & duo vel tria fruſta
cucurbitæ vel citri cõfectæ comedere aut alias cõfectiones conſimiles. Hi quidẽ omnes
cibandi modi cum hoc, quod ſunt medicinales, etiam propter paruã eorũ quãtitatem faci-
le a virtute tranſmutantur, non indigentes mora tanta, quanta ſi eſſet eorum quantitas
augmentata. Et ex alio etiam conferunt, quia tales cibationes diuertunt caliditatem ab E
actione continua vel ſaltem forti circa materias. Et tunc minus inflammantur materiæ
tales & ad vſtionem diſponuntur minus.

Ad formam igitur argumenti dicendi negando conſequentiam, parua eſt diſtan-
tia cibationum inter vnam & reliquam: ergo virtus non poterit ſufficienter digerere. pa-
tet illud eſſe falſum ex prædictis. ¶ Ægrotante igitur elephantice aliquo cholerico a ge-
neratione vel melancholico ab illa ex materia per aduſtionem genita, conueniret in
primo cibatio libræ vnius cum dimidia in prima hora. ¶ In ſecunda vero daretur a qua-
tuor vſque vj. ℥. cibi & potus. In tertia vero cibatione daretur ſicut in prima. ¶ In me-
lancholico vero ęgrotante cõueniret cibi quantitas amplior indicando a cauſſa aduſtio-
nis effectiua: fortior enim intenſiue caliditas eſt neceſſaria ad adurendum melancholiã
naturalem & tranſmutandum ipſam in melancholicam melancholiam, quam requira- F
tur in cholerico. ſed ad maiorem intenſionẽ caliditatis maior ſequetur conſumtio & ex-
tenuatio. ergo neceſſaria eſt reſtauratio maior. patet conſequentia intelligenti theoriã
medicinæ, quia reſtauratio debet proportionari reſolutioni: & poſſent elici ſermones i-
bi ex diſputatis *ſect. 1. aph. & comment.* vbi inquit Hippocrat. *Senes facillime ferunt, &c.* Et

ſect.

A *ſect.1.aph.18. Aeſtate & autumno cibos grauiſſime ferunt.* Et ſunt ſermones Auic. *1.quarti,tract. 2.c.de cibatione febricitantium.* vbi ſecundum magnitudinem & frequentiam reſolutionis docet augmentare & frequenter adminiſtrare. §. illo: *Et æſtas quidem propter reſolutionem ſuam,&c.* ¶ Pro ſecunda vero parte principali huius capituli, ſcilicet de modo electionis qualitatis cibariorum & potuum excuſari debes ex his, quæ in cap. præcedenti de fere omnibus variis potibus & cibis dictum eſt.

Rvbrica II. *Intentio ſecunda.*

Remotio materiæ minoratiua antecedentis.

B RECTIFICATO itaque regimine patientis ex parte quantitatis & qualitatis ciborum & potuum, iam proueniendum eſt ad curam huius verendę diſpoſitionis. Et hoc quidem cap. partietur in duas partes. in quarum prima aperietur modus aggrediendi materiam antecedentem illius. ¶ In ſecunda vero parte attendetur ad materiam coniunctam & ad corruptionem membrorum a propria eius venenoſitate infixam.

Pro cuius primæ partis declaratione ſupponendum eſt primo, ꝙ dato, quod minoratiua euacuatio a ſapientib. concedatur in principio vniuerſali magis: hic tamen erit intentio mea non ſolum ad eam in vniuerſali principio: ſed etiam in magna parte vniuerſalis augmenti procurandum. In tali enim parte augmenti amplius de materia fluit, quam in principio. ergo non minus competit euacuatio in prima parte augmenti reſpectu fluentis materiei, quam in principio. ¶ Præmittendum eſt ſecundo, gratia huius C regiminis, quod euacuatio minoratiua, de qua hic agitur; intelligenda ſit reſpectu materiei a ſapientibus nominata euacuatio minoratiua propria. De euacuatione namque materierum, quæ in viis expulſionum multiplicantur, non eſt magna cura mihi ad præſens. Quis enim dubitat, quod fæces, ventoſitates, aquoſitates in inteſtinis, & vrinalibus viis inuentæ ſemper excludi debeant a corpore? ¶ His igitur præmiſſis primum ingeniũ euacuationis minoratiuæ eſt per phlebotomiam. Antecedens enim cauſſa huius diſpo- *Vena ſectio.* ſitionis eſt melancholica materia genita in epate per aduſtionem, quæ quidem multiplicatur in venis & maioribus proprie. ſed talibus materiebus nulla eſt euacuatio conuenientior, quam phlebotomia. *4.primi,c.20.* colligendum, & pluries alibi; igitur facienda eſt phlebotomia. Apparente igitur in toto corpore plenitudine in hora electa aperi- D atur vena magna vel purpurea vel communis, per quam educantur ſanguinis ℥ iiij. vel v. ſecundum tolerantiam virtutis.

Et ſi maior appareret plenitudo circa epar; phlebotometur baſilica ſub cubito inuenta. Et ſi maior appareret plenitudo in partibus capitis, vt in quibuſdam elephantiaſis apparet, quorum facies tartarea deformatione & coloris naturalis corruptione cum puſtularum multitudine in ea corrupta eſt: tunc fiat phlebotomia cephalicæ inuentæ proprie in inferiori parte cubiti verſus domeſticam magis. ¶ Et adde his ſermonibus; quod ſi elephantioſus aliquis conſuetus eſſet habere hæmorrhoidalem fluxum, conuenientius eſſet in eo facere apertionem hæmorrhoidum. ¶ Similiter etiam & in mulierem menſtrua prouocare: & ſanguinem a naribus educere in homine conſueto ad illum: E hi enim modi euacuationum omnes euacuationis vniuerſalis ordinem continent: argumento ſumto ab omnium venarum corporis continuitate adinuicem. ¶ Amplius ſi in elephantioſo corpore apparet plenitudo & adhuc magna, non manifeſtatis indiciis commixtionis cum ſanguine conuenientis: tunc nequaquam adminiſtretur phlebotomia prædictarum, ſed euacuetur vniuerſaliter materia cum pharmaco appropriato, vt colligendum *4.primi,cap.3. De quando & qualiter curare oportet & cap. altero de regulis communibus ſolutioni ventris & vomitui.* ¶ Si igitur appareat ſapienti viro antecedentem cauſſam ægritudinis eſſe melancholiam genitam ex aduſtione melancholiæ: tunc poterit adminiſtrare pharmacum illius electiue eductiuum. talis autem materiei & cuiuslibet alterius ex altera materia genitæ per aduſtionem eligere pharmaca appropriata non F eſt bene inuentum ab auctoribus (cum eorum reuerentia) quantumcunque illuſtribus. laudibus enim ſimplicium pharmacorum plurimum generale ſcribitur. euacuat materiam aduſtam vel ex aduſtione genitam tangentes genus & reticentes ſpeciem. Glorioſior autem doctrina & perfectior eſſet, ſi quis diceret A. euacuat melancholiam ex aduſtione ſanguinis genitam. B. euacuat melancholiam ex adu-

ſtione choleræ genitam. D. euacuat melancholiam ex aduſtione phlegmatis genitam: A
pharmacum vero notabile foret ſimplex, quod euacuaret melancholiam genitam ex
aduſtione duorum humorum,& proprie in natura complexionali contrariorum. qualis
contrarietas cholera & phlegma; & econtra ſanguis & melancholia: & econtra: vtræq;
enim iſtarum materierum veram habent contrarietatem ad inuicem ſecundum ſentē-
tiam philoſophi in deſcriptione contrariorum, quæ eſt quod contraria in eodem gene-
re exiſtentia maxime ad inuicem diſtant.& vnum non eſt in naturam alterius educibi-
le, nec alterum alteri componibile: ſed mutuo ſe expellunt. Quæ autem eſſet opinio tua
laudate pharmacum; quod eſſet cuiuſcunque melancholiæ per aduſtionem ge-
nitæ?

Vide quantum ſit difficile eligere inſtrumenta appropriata ad eradicationem æ- B
gritudinum. forte autem excuſandi ſunt auctores. ¶ Primum, quod ſpeculationes ſcien-
tificæ verſentur potius circa vniuerſalia, quam particularia. ¶ Et ſecunda cauſſa potuit
eſſe, quia inuenire pharmaca proprie vniuſcuiuſque materiei eductiua non potuit fieri
niſi a viro longo tempore ſcientia & opere ampliſſime trito. Raro autem iſta poſſunt in-
uicem bene verificari. Contingit enim melancholicum eſſe longæuum, ſed ſcientiæ nō
bene dogmaticum. Et ſi dogma contingit reperiri, ille frequenter caret experientia. Et
capiunt hi ſermones fundamentum a Gal. *lib. 3. de ingenio ſanitatis cap. 1. §. illo authentico: Pal-
ma autem eſt longum tempus in experimento rerum tentandarum eſſe neceſſarium.* Ratio vero &
ſcientia, quæ docet eſſentiam erga rerum & vniuſcuiuſque membrorum complexionē
& ſubſtantiam eorum, actiones quoque & iuuamenta ipſorum, per quam ſcientiam ſci- C
tur, quæ ægritudinum ſint curabiles, & quæ non curabiles, & quomodo curandæ ſint
curabiles.

Difficultas curationis lepræ.

Propter quod infero in iuuamento meo, quod ſi non ita particulariter tangam in-
ſtrumenta electiue & adæquate educentia materias iam prædictas, non ero ita magnifi-
ce damnandus: propterea quia non niſi qui audiuerunt & intellexerunt, ſciuerunt; &
experti in hac materia non raro defecerunt omnes. ¶ Propter quod infertur ſecundo
magnus error vulgi multitudinis popularis, qui credunt omnem capatum Medicum
eſſe ſcientem & expertum. & quod peius eſt, *non adhibetur a vulgo plena fides, niſi temerariis
& zarpellantibus Medicis, qui cum auſu præſumtuoſo ſermonibus fallacibus vulgus alliciunt & de-
cipiunt.* & eſt eorum. D

Præmittitur itaq; interius pronunciationem medicinarum ſoluentium diuerſas
melancholiæ ſpecies, quod tales medicinę particulariter, vt tactum eſt, niſi ſint bene ex-
preſſæ, ſicut in quocunque voluminum medicinarum ſimplicium legere potes. Præmit-
te ſecundo, quod ad electionem talium medicinarum ex habitu ſcientifico iuuamentū
acquiratur per commixtionem medicinarum electione prima ſoluentium hanc vel illā
materiam, cum medicinis melancholiæ eductiuis. Exempli gratia: myrobalanus niger,
lapis armenus,& lapis lazuli educunt melancholiam naturalem. ¶ Si ergo tentaueri-
mus cum eis educere materiam melancholicam ex aduſtione genitam, tunc ponenda
eſt cum eis medicina choleræ rubeæ eductiua. ¶ Et ſi tentauerimus educere materiā
melancholicam & genitam ex aduſtione phlegmatis, tunc talib. medicinis addetur a- E
garicus, turbith, colocynthis vel aliud conſimile. ¶ Et ſi deſiderares educere melancho-
liā genitā ex aduſtione ſanguinis, myrobalanis Indis & polypodio adiungatur aq. lactis
vel ſuccus volubilis aut alia medicina ſubſtantiæ ſanguinis clarificatiua. ¶ Similiter et-
iamſi tentauerimus educere melancholiam naturalem & genitam ex aduſtione illius,
tunc ſenæ, fumoterræ adderetur epithymum, lapis armenus & lazuli, & aliæ ſibi conſi-
miles medicinæ.

Medicina melancholiam naturā educentes.

Propter quod medicina melancholiæ magis naturalis eductiua poſſet eſſe talis. ℞.
*myrobalanorum Indorum ʒ j. thymi ʒ ß. aquæ violarum, aquæ farfaræ ana ℥ j. aniſi, dauci ana ℈ ß. pe-
nidiarum ℥ j. miſce & totum detur in potu.* ¶ De compoſitis autem famoſa auctoritate in-

Potio.

uentis poſſet eligi medicina talis. ℞. *ſucci buglosſ. nouiter expreſſi & ſine depuratione ℥ iij. ele- F

Alia.

ctua. diaſenæ ʒ ij. myrobalanorum Indorum ʒ ß. dauci, cuſcutæ ana ℈ vj. miſce & totum exhibeatur
in potu.* ¶ Tertia medicina poſſet eſſe talis. ℞. *ſucci boraginis & ſucci volubilis breuioris, qui
proprie nominatur lupulus, ana ℥ j ß. aquæ violarum ℥ j. miſce & totum calidum detur in potu.* voco
autem lupulum volubilem breuiorem reſpectu volubilis maioris, qui dicitur ſagittalis,
ex ſuc-

A ex ſucco cuius conficitur ſcamonea, licet altera ſit volubilis ſpecies adhuc breuior, quę in campis inuenitur aliis plantis ſemper irretita, florem producens album ſubrubeum, ex cuius etiam foliis lac emittitur. ¶ Medicina vero eductiua melancholiæ peſſimioris, quę genita eſt ex aduſtione melancholiæ naturalis, & eſt ſecundum plurimũ materialis cauſſa elephantiaſ. poteſt eſſe talis. ℞. *hieræ Ruffini ʒ iij. lapidis laz. præparati abluendo ipſum trigeſies cum aqua frigida vel aqua cichoreæ ℈ ß. miſce, & totum accipiatur in potu cum ℥ iiij. aq. violarum vel anguriæ.* ¶ Medicina autem debilior illa eſſet hæc. ℞. *electuarii diaſenæ ʒ v. & accipiatur cum aqua ſacchari.* ¶ Tertia medicina, & meo iudicio ſecurior eſſet hæc. ℞. *electuarii ſolutiui ad melancholiam deſcripti ab Auic. 2. de viribus cordis penult. cap. ʒ v. electuarii lætificantis ſecũdum Rhaſ. 9. Almanſ. cap. de melancholia ʒ j ß. aqu. farfaræ ℥ iij. miſce, & calidum accipiatur in potu.*

Medicina eductiua melancholia exuſta ex naturali.
Potio.
Alia.

B ¶ Communis autem medicina poteſt eſſe decoctio epithymi collecta a Meſue *in antido.* & proprie ſi ℥ ij. eius apponantur g vj. pulueris lapidis lazuli præparati, vt ſupra. In omni autem operatione tua vbiq; de lapide laz. caue tibi a lazulo quodam alchimiſtico. Componitur enim ex nonnullis medicinis venenoſis. Itaq; non raro decipitur Medicus ab apothecario auido pecuniæ, aut propter ignorantiam vel negligentiam hoc faciente. Ego autem materias tales cum minori anxietate euacuare ſoleo cũ hoc expeditiuo pharmaco non magnæ impenſæ. ℞. *caſſiæ de canna extractæ cum aqua lupulorum ʒ vj. lap. laz. & armeni præparatorum an. g vj. ſucci roſ. depurati ʒ ij. miſce & totum in potu exhibeatur.* ¶ Secunda medicina ad idem eſt hæc. ℞. *myrobalanor. Indorum, polypodii, ſolicul. pulueris ſenæ an. ʒ ß. penidiarum ʒ ij. miſce, & totum in potu detur cum ℥ iij. aq. violarum.* ¶ Pharmacum vero eductiuũ

Potio.

C melancholiæ genitæ ex aduſtione choleræ ſit hoc. ℞. *fumiterræ ℥ ß. epithymi ℈ j. ſucci roſ. ʒ x. penidiarum ʒ vj. miſce, & totum in potu detur cũ iij. ℥. aquæ lactis.* ¶ Secundum vero medicamen poteſt eſſe hoc. ℞. *reub. elect. myrobal. Indorum. polypodii ana ℈ j. ſucci roſ. ʒ iij. aquæ lactis ℥ iij. miſce.* ¶ Tertium inſtrumentum poteſt eſſe hoc. ℞. *hieræ Ruffini ʒ ij. electuarii roſ. ʒ j. fumiterræ ℈ ß. miſce, & totum in potu detur cum ℥ ij. aquæ fumiterræ.* ¶ Medicina vero ſolutiua melancholiæ phlegmaticæ poteſt eſſe talis. ℞. *agarici ʒ j. ſtœchad. epithymi, polypodii ana ʒ ß. colocynth. ℈ ij. bdellii ℈ j. fiant pilulæ cum ſucco roſ. & dentur ex eis ℈ iij. quia ſunt leues.* ¶ Secunda medicina poteſt eſſe talis. ℞. *pulpæ ſebeſten ℥ j. agarici ℈ j. colocynth. ʒ ß. bdellii, zinzib. an. g iij. miſce & detur in potu cum ℥ ij. aquæ anguriæ vel citrulorum, de quarum numero iſte duæ altera debet ʒ exhiberi a medietate Februarii vſque per totum menſem Aprilis. licet poſſint exhiberi omni tem-*

Educentia melancholiam ex aduſtione bilis.
Educentia melancholiam phlegmaticam.
Pilulæ.
Potio.

D *pore ſecundum electionem boni & ſcientifici viri.* hæ in ſumma videntur medicinæ ad appropriatas melancholiæ ſpecies conuenientes. multæ aliæ inueniuntur compoſitæ medicinæ variis voluminibus, ſed ipſę magis appropriantur ſpeciebus melancholiæ, quam alteri tantum. & tu potes componere aliquas prædictarum inſimul, vbi tibi incumberet neceſſitas euacuationis plurium ſpecierum aduſtæ melancholiæ, ſicut ſæpe contingit.

RVBRICA III. *Intentio tertia, de modo diuertendi materias a locis, ad quæ fluunt.*

POSTQVAM autem materiæ huius ægritudinis fuerint minoratiua euacuatione eductæ, tunc inſurgit intentio diſtrahendi materias a locis, ad quæ fluere ſolent. Etiam

E quidem plurimis oportet vti ingeniis in diuertendo. ¶ Et primum quidem corpore remanente adhuc bene repleto, diuertatur materia per loca naturaliter euacuationibus exterioris diuerſitatis & obſeruetur canon Hippocratis, *ſect. 1. aphor. 21. Quæ educere oportet, inde per conuenientia educere loca.* ¶ Muliere igitur laborante hac lepræ ſpecie, oportet diuertere materiam per menſtruales vias, ſi ſtrictæ fuerint, aperiendo eas, aut ſaltem illarum partium euacuationem augendo proprie cum hoc pharmaco. ℞. *corticis caſſiæ fiſt. caſſiæ ligneæ, polii montani, rubeæ tinctorum ana ℈ ß. trociſcorum de myrrha ℈ ij. miſce & totum in potu detur cum aqua apii vel geniſt. calefactum & multo ſaccharo dulcoratum.* ¶ Secundum vero expeditius eſt. ℞. *trociſc. de myrrha ʒ j. moſchi non ſophiſticati, & eſt de gazellis g viij. fiant pilulæ cum ſucco apii vel ariſtol. long. & dentur mane in aurora.* ¶ Si autem æger

Potio.
Pilulæ.

F vir fuerit ſiue mulier conſuetiad fluxum hæmorrhoidalem: tunc ſi fuerit reſtrictus, aperiatur, aut abundantior fiat, ſi minoratus fuerit confricatione earum frequenti cum panno aſpero vel puluere colocynthid. aut puluere nigellæ vel cum felle tauri fricando eas. ¶ Aut ſaltem aperiatur ſaphena tam gratia huius, quam menſtrua-

lis fluxus. quanti enim iuuamenti exſiſtat hæmorrhoidum apertio in melancholicis A
ægritudinibus, lege *17. tertii, cap. 2.*

Vena ſectio. Tertio principaliter diuerti poteſt materia phlebotomando ſaluatellam ſiniſtræ
manus & brachii educendo ſanguinis ℥ iij. vſque ad v. vt apparebit viro perito. Quarto
iterum diuertenda eſt materia alternatas & leues faciendo euacuationes per ventrem
cum aliqua medicinarum præcedenti cap. præſcriptarum, nec timeas illam. Rhaſ. enim
euacuauit leproſum quendam pluries quam 40. in ſpatio quatuor menſium. ¶ Adhuc &
quinto diuerti poteſt materia per apertionem viarum vrinæ cum aqua apii & ſucco
fumiterræ ſimul, aut cum aqua fœniculi decocta cum myrobalanis Indis: aut cum aqua
cuſcutæ decoctionis ſenæ. quodlibet enim horum eſt ſolenne proprie frequentando i-
pſum ad viij. vſque ad xv. dies calida accipiendo hoc a iij ℥. vſque ad v. ¶ Rurſus & ſexto B
diuerti poteſt materia prouocando fluxum ſanguinis de naribus, & proprie in conſue-
tis. Si enim is euacuandi modus eſt ſufficiens in curando quartanam & alias ægritudi-
nes a fæcali melancholia prouenientes, vt *1. quarti, cap. de quartana,* colligendum, non eſt
dubitabile, quin per talem fluxum euacuari poſſit materia per adustionem genita. facta
enim eſt ipſa mobilior & leuior propter veſtigium caliditatis in ea reſeruatum. prouo-
cetur ergo cum frequenti ſternutatione aut leui titillatione vſq; ad rizam cum ſetis por-
ci vel cum alia re pungitiua facta. ¶ Vltimo vero pro nunc iterum diuerti poteſt materia
adhuc euacuatione ſenſibili diſtrahendo ipſam per vomitum. minera enim materierũ
melancholicarum ſiue exſiſtat in ſtomacho, epate & ſplene: & adhuc in venis, poteſt ſuf- C
ficienter euacuari per vomitum cum medicina illius eductiua. ¶ Et de numero ſecurio-
rum a ſapiẽtibus approbata, & ſæpius per me eſt talis; accipiatur radix vna raphani com-
eſtibilis & cum acu craſſa vulneribus perforetur. in quorum quolibet immittatur radix
vna ellebori nigri conuenienter mundati: & tunc ſepeliatur in terra a x. vſq; ad xv. dies;
poſtea fodiatur. & ex ea radice abiecto elleboro comedatur, aut ſaltem coquatur ex ea
in aqua fruſtum magnum abſque elleboro, de qua decoctione actu tepida detur in potu
cyathus vnus magnus, corpore tamen prius cibato cibis ſpecie diſtinctis in dulcedine,
amaritudine, acuitate, craſſitudine, ſubtilitate, lubricitate & lentione, & ſic de aliis. Cũ
enim ſtomachus cibis & potibus tantæ diuerſitatis impletur, facile faſtiditur. & ad vo-
mitum facilius incitatur vomitiuo prædicto exhibito, & adhuc lenior eo. ¶ Poſt quæ vo- D
mitiua ſi fuerit neceſſarium imponatur aut penna oleo inuncta in os titillando vſque ad
principium meri. ¶ Reliqua vero ingenia diuertendi velut per fricationes, ligaturas,
ventoſas & rubificationes ponere non curaui: quoniam per talia non ſufficienter euacu-
atur materia melancholica, neque inſenſibiliter euaporat terreſtreitate ſua. Hæc de in-
tentione tertia.

RVBRICA IIII. *Intentio quarta de digeſtione materiæ.*

QVARTAM autem intentionem complere poſſunt inſtrumenta quamplu-
rima. ¶ Et primum quidem de leuibus eſt hoc. ℞. *aquæ bugloſſ. aquæ farſaræ
& boraginis ana ℥ j ß.* ¶ Secundum & fortius illo eſt hoc. ℞. *aquæ bugloſſ. ℥ iij.* E
ſyrup. de epithymo ℥ j. & hæc videntur appropriata magis materiei melancho-
licæ naturali. ¶ Tertium eſt hoc. ℞. *aquæ fumiterræ ℥ ij. aquæ lapæ ℥ j ß.* ¶ Quar-
tum eſt hoc. ℞. *ſyrup. de fumoterræ ℥ j. ſyrup. viol. ℥ ß. aquæ fumiterræ ℥ j ß. aquæ viol. ℥ ij. miſce.*
¶ Quintum eſt hoc. ℞. *aquæ lactis ℥ iij. ſyrup. de fumoterræ ℥ j.* hæc vltima tria videntur ap-
propriata magis melancholiæ genitæ ex aduſtione ſanguinis & choleræ. ¶ Sextum eſt
hoc. ℞. *ſyrup. compoſiti acetoſi ℥ ß. ſyrup. de byzantiis ℥ j. aquæ meliſſæ ℥ ij. miſce.* ¶ Septimum.
℞. *ſyrup. de thymo, ſyr. roſa. ana ℥ vj. aquæ ſublimationis. florum croci & lupulorum ana ℥ j ß. miſce.*
¶ Octauum. ℞. *ſyr. de abſinth. ſyr. de eupato. ana ℥ vj. aquæ cuſcutæ ℥ j. aquæ apii ℥ ij. miſce.* & hæc
tria videntur appropriata magis melancholiæ phlegmaticæ ex aduſtione phlegmatis
vel participantis naturam eius. ¶ Si cui autem occurreret materia melancholica, ſci-
licet ex aduſtione diuerſarum materierum & plurium, ipſa digerere poſſet cum hoc ſy- F
rupo mihi alias experto & vltimo inuento: ℞. *myrobalanorum Indorum, fumiterræ, ſenæ, poly-*
Syrupus. *podii, thymi ana ℥ ß. violarum, florum bugloſſæ & boraginis. ſem. endiuiæ, acetoſæ, ſcariolæ ana* M *j.*
ſeminum quatuor frigidorum M *ij. radicum lupulorum, apii. fœniculi, aſparagi, bruſci & paſſularũ*
nigrarum ana M *ij offis de corde cerui, hyacinthi, ſmaragdi, corallorum amborum, margaritarum* ℈
ij. bulli-

A *ij.bulliant omnia in* ℔ *xij.aquæ vſque ad conſumtionem medietatis. deinde colentur & vehementer*
exprimantur:& illi colaturæ apponatur ſaccha.alb. ℔ ß. *ſapæ electæ* ℥ *ij.ſuc.pomorum apiorum lib.ij.*
bulliant ſimul diligenter exſpumando & decoquendo & aromatizando ipſum ſemper cum iſtis. ℞.
doronici,oſſis de corde cerui,hyacinthi,ſmaragdi,ſaphiri,coral. amborum ana ʒ ß. *foliorũ auri num.*
iiij.bulliant omnia ſimul cum ſyrupo poſt impoſitionem ſacchari ita quod medietas eius terminetur ad
viſcoſitatem,reliqua vero medietas coquatur vſq; ad ſpiſſitudinem. De primo ergo cum opus fuerit
exhibeantur ℥ *v.de ſecundo vero exhibeantur* ℥ *ij.cum tribus* ℥ *aquæ ſublimationis florum viol.* Sy-
rupus inquam pretioſus eſt,ſed non minus vtilis,quam onuſtus pretio; ſi bene cõſideras
virtutem componentium.Eſt enim mũdator bonus venarum epatis & ſplenis per vtrã-
que viam euacuationis aliqualiter ſubducendo materiam. ¶ At vero iterum,quia non
B raro contingit multos hominum abhorrere potabiles medicinas:idcirco digeri poſſunt
materiæ.primo cum ſucco boraginis.ſecundo bugloſ.tertio violarum.quarto cum cor-
ticibus citri conditis.quinto cum radice eryngii condita. ſexto cum violis conditis, ſe-
ptimo cum cucur.condita. octauo iuiubis conditis. nono ſcio, quod cortex citri cum
ſacch.conditus ſit multum conueniens. quodlibet enim horum per ſe in aurora ſumtũ
aut ſimul cum aliis mixtum aduerſatur melancholię.Taceo hic electuarium Rhaſ.ab eo
deſcriptum *9.Almanſ.cap.de melancholia.*& proprie quando datur cum aqua violarum,ci-
cho.cuſcutæ,farfaræ vel cum aqua ſublimationis citri perfecte maturorum vel ſimul cũ
vino:aut ſucco recenti granatorum dul.mirabiliter enim aduerſantur melancholiæ cõ-
temperando ipſam per qualitates primas & ſecundas. Plura igitur potuiſſem conſcri-
C bere inſtrumenta, niſi timuiſſem ſcripturam tædioſam, & tu adde vel diminue tuo
libito.

Rvbrica V. *Intentio quinta de eradicatione materiæ.*

INTENTIO vero quinta fere ſecundum omnem partem eius compleri
poteſt ex his,quæ in ſecunda principali intentione de materierum euacu-
atione ſcripta fuerunt. ¶ At vero nunc quinque deſcribam ſimplicia me-
dicamina variarum materierum melancholiæ eductiua. deinde & quatu-
or compoſita. ¶ Primum ergo de ſimplicibus educentibus materiam me- Simplicia.
lancholicam eſt hoc. ℞. *myrobal. Indorum vel nigro.* ℈ *iiij. viol.* ℈ *j.dentur in potu cum* ℥ *iij.aq.*
D *lactis & hoc videtur appropriatum magis melancholiæ naturali leuem aduſtionem habenti & mixti-*
onem paucam.¶ Secundum ſimplex eſt hoc.℞.*thymi* ℈ *iiij.aniſi* ℈ ß. *dentur in potu cum* ℥ *ij.aq.*
lupulorum.& appropriatur magis melancholiæ genitæ ex aduſtione ſanguinis.¶ Tertium ſimplex
eſt hoc.℞.*pul.lapidis armeni trigeſies abluti,cum aqua ciſternæ* ℈ *iiij.& exhibeãtur in potu* ℥ *iij.vel*
ij.aquæ cuſcutæ,& erit magis appropriatum melancholiæ cholericæ. ¶ Quartum ſimplex eſt.℞.*a-*
garici electi ℈ *iiij.zinz.* ℈ ß.*detur in potu cum* ℥ *ij.abſinthii, aut fiant ex eo pilulæ & exhibeantur o-*
mnes,& eſt appropriatum magis ad melancholiam phlegmaticam. ¶ Quintum ſimplex eſt hoc.
℞.*pulueris lapidis lazuli trigeſies loti cum aqua frigida* ℈ *iiij.& detur in potu cum* ℥ *ij.aquæ bugloſſ.*
*vel farfaræ,& eſt appropriatum magis ad melancholicam.*Ex quorum fundamento facile intel-
ligi poteſt modus conficiendi medicamina cõuenientia ad diuerſas ſpecies melancho-
E liæ aduſtæ confrangendo ex prædictis duos vel tres ſecundum maiorem neceſſitatem
cadentem circa euacuationem melancholicarum materierum ſpecie diſtinctarum. Ex Composita.
numero medicinarum compoſitarum conferentium ad varias melancholiæ aduſtę ſpe-
cies quatuor compoſita ſingularia reperiuntur. ¶ Quorum primum eſt electuarium
melancholiæ ſolutiuum deſcriptum ab Auic.*2.de virib.cordis,penul.cap.*ſecundum vnam
computationem,de quo exhibere ſoleo a iiij.ʒ. vſque ad vj. cum aqua lactis calida:& eſt
medicina plurium iuuamentorum & ſecura. ¶ Secundum vero principale eſt decoctio
de epithymo deſcripta a Meſ. in antidotario, de qua exhibere ſoleo a iij.vſque ad x.℥.
parum calefacta.& hæc educit materias diuerſas plurimas. ¶ Tertium compoſitum eſt
electuarium diaſenæ deſcriptum a Nicolao *in antidot.* de quo dare ſoleo a iiij ʒ. vſque ad
F vj.cum ſero caprino calido. ¶ Quartum eſt electuarium de epithymo,quod ego com-
poſui delectabile valde & ſecurum.de quo exhibentur ʒ iiij. vſque ad vj.cum vino dulci
calido,educit melancholias diuerſas cum ſuauitate magna. Reliquas vero medicinas
fortiores,velut eſt elleborus niger,dimittat.& hæc de intentione quinta.Iam autem po-
ſtremo perueniendum,eſt ad intentionem vltimã, quæ complicat duas partes ſpecula-

tionis,& prima quidem eſt robuſta efficere membra, quæ propter hanc ſæuam diſpoſitionem debilia remanſerunt, ſecunda vero eſt prouidere accidentibus, quæ hanc verendam ægritudinem concomitari ſoluerunt. A

Confortatio membrorũ quæ poſt ſæuã hanc diſpoſitionem debilia remanſerunt. Balneum.

Primæ autem diſpoſitioni prouidendum triplici mihi conſueto remedio alternatim applicando, vbi oportuerit. ¶ Primum quidem eſt hoc. ℞. *radicum lapatii, rad. enulæ ana* ℳ*iij. radicis ſaponariæ maio. quam quidam vocant herbam fullonum* ℳ*iiij. coquatur ergo diu cum multa quantitate aqua in qua perſæpe balneetur æger.* Secundum vero inſtrumentum & fortius illo eſt, vt coquantur radices arthanitæ lib. ij. in magna quãtitate aquæ cineris, & proprie factæ cum cinere ſarmentorum vitis vel ſtipitum fabarũ. maiori enim exſiccatione & abſterſione membra robuſta efficit. ¶ Tertium vero principale inſtrumentum eſt, vt hic æger ſæpe balneetur in thermalibus aquis, & proprie quarum natura B participet ænea, ciner itia, aſphaltina & ſulphurea virtutibus. talia n. omnia cutis ſunt mũdificatiua: partes, membra ſub magna virtute confortãt & materierum corruptarum ab ea extractiua. Iſta balnea competunt huic viro tempore ſupraſcripto. & ſimiliter omnia infraſcripta remedia debent adminiſtrari vt dictum eſt: licet omni tempore poſſint adminiſtrari ſecundum deſcriptionem boni Medici.

Correctio accidentiũ

Pro ſecunda vero huius intentionis parte præmittendum primo: quod accidentia quæ communicari ſolent; imo etiam ſubſequi hanc nefariam diſpoſitionem, plura ſunt. Et primum quidem eſt totius corporis fœtor horribilis. ¶ Secundum vero cutis capitis defœdatio. ¶ Tertium naturalis coloris corruptio. ¶ Quartum puſtularum in facie multitudo. ¶ Quintũ alcholoſa in ore diſpoſitio. Sextum partium naſi & rizæ anguſtia. Septimũ vocis raucedo. Octauũ anhelitus anguſtia. Nonũ pruritus in vniuerſo fere corpore. Decimum plurium membrorum motus impotentia conuenienter exercitantibus. C Vndecimum membrorum ſenſus quamplurium ſtupor. Duodecimum ſeminis genitiui infixa & maculata diſpoſitio. propter q̃ non raro hæreditariæ acquirũtur lepræ ſpecies. quib. omnib. accidẽtibus ſeriatim nunc quantũ eſt poſſibile ſubueniendũ eſt.

1. Correctio fœtoris totius corporis.

¶ Primũ itaque accidens corrigere poſſunt ablutiones in prima parte huius capitis prætactæ. ¶ At vero ſi ipſas magis virtuoſas efficere volueris, *coquantur in prædictis camphoræ, ligni aloes, & folii ana* ℥ j. *& aromatizetur conuenienter corpus: & conuenientius eſſet & nobilius remediũ in prædictis coquere parum veri moſchi & non ſophiſticati, de quo etiam moſcho cum camphora, ambra & ligno aloes veſtes omnes eorum aromatizari debent.* D ¶ Et ſcio ego, quod accipere omni tertia vel quarta die in aurora ʒ j. electæ theriacæ Andromachi cum modico vini aromatici, corpus reddat aromaticum conuenienter.

2. Correctio cutis capitis defœdationis. Linimentũ.

¶ Accidens vero ſecundum tollere poſſunt ablutiones prædictæ & conueniunt etiam pro illo hæc omnia remedia. ¶ Primum linitio corporis cum ſucco enulæ facta. ¶ Secundum vero eſt inungere corpus cum hoc vnguento. ℞. *ellebori al.* ℥ ß. *radicum iari, id eſt, ſerpentariæ breuioris, radicis arthanitæ ana* ʒ j. *tereb. decies lotæ cum aqua cineris* ℔ j. *myrrhæ* ℥ ij. *olei irini* ℔ ß. *amyli* ℥ iij. *vitellorum oui numero* ij. *fiat linimentum in mortario longa multum contritione.* cum qua cutis capitis tota frequenter inungatur, & poſt ſuper illo linimento fiat puluerizatio cum puluere enulæ ſiccæ, & ita cõtinuetur donec cutis duabus vel tribus vicibus exfoliet.

3. Naturalis coloris corruptio.

¶ Tertium accidens eſt corruptio naturalis coloris propter malam complexionem malæ diſpoſitionis ex intentionibus quinque iam neceſſario præmittendis. E ¶ Verum quia non raro remanet in cute permutatio coloris ad opacum propter materierum prędictarum aduſtionem: ideo naturalem colorem eius reducere ſolent plurima linimenta. ¶ Quorum primum eſt, vt ſæpe abluatur facies cum decoctione corticum quatuor ſeminum communium. ¶ Secundum, vt facies perſæpe abluatur cum ſucco vel decoctione radicis eryngii. ¶ Tertium & fortius decoctio radicis iris. ¶ Quartum linimentum factum ex pinguedine aſini diſſoluta cum ſucco lapatii acuti. & hæc ſufficere poſſunt ad illud accidens remouendum.

4. Puſtulæ in facie.

Puſtulas in facie multiplicatas remouere poſſunt omnia, quæ immediate ante dicta F ſunt. ¶ De expertis vero ad illas eſt, vt fiat decoctio olei oliuarum cum ſeminibus fœnugræc. & granorum ſiſami, de qua liniatur tota facies puſtuloſa octo vel decem diebus. ¶ Cum ergo lenificatæ fuerint puſtulæ, fiat euaporatio partium faciei ſic facta ſuffumigando ipſam cum decoctione auenæ vel ſpeltæ, quæ ſuffumigatio quatuor diebus continuetur. Poſt illud autem liniatur facies cum hoc linimento.

℞. hy-

A ℞.*hydromellis* ℔ ß.*farinæ fabarum* ℥ *iij.pulueris ireos, ariſtol. arthanitæ & myrrhæ & ſar. ana* ℥ *ij.* Liniment.
conquaſſentur diu in mortario & ex eis fiat linimentum. ¶ Quintum vero accidens remouetur Alcho leſa in ore diſpoſitio.
cum frequenti ablutione oris facta cum decoctione iſta. ℞.*roſarum labruſc.granorum myr-*
ti & coriandri, ſumach & capellarum glandium ana M j.*granorum ſiſami* M ij.*coquantur omnia*
in x. ℔ *aq. vſq; ad medietatem, & de hac decoctione ſæpe fiat ore retentio, & ex ea collutio.* Oportet Collutio oris
enim virtutes medicinarum eſſe infrigidatiuas, repercuſſiuas, & materierum malæ qua-
litatis repreſſiuas. Et hæc quidem omnia complentur per decoctionem prædictam. I-
terum collutio leuior & non minus bona eſt facta ex aqua ſublimationis ſolatri vel aquę
portulacæ.

Cum ergo taliter proceſſum fuerit per ſpatium x.dierum, tūc applicentur conſum-
B tiua materierum & exſiccatiua: quorum primum eſt aqua cineris prædicta, ſecundū a-
qua ſalis, & tertium aqua aluminoſa, & proprie mineralis. Ex quorum altera frequenter
poſt materierum p̄parationē iam prædictam fiat oris collutio. exſiccatiua enim ſunt, q̄
ſanant in fine. Sextum vero accidens, quod eſt conſtrictio partium naſi, accidit pp ma- 6.
terierum retentionē in riza vel partibus adiacentibus & oppilant eas. immo frequenti⁹ Conſtrictio partium.
apoſtemantur. & ad hoc quidem plura inuenta ſunt experta medicamina. ¶ Et primum
eſt attractio olei de ſiſamo per nares in modum caputpurgii. ¶ Secundum vero & leuius
illo eſt attractio hydromellis facti cum decoctione carpobalſami. ¶ Tertiū vero eſt at-
tractio olei amygd. dul. longo tempore decocti cū foliis maioranæ. ¶ Quartū eſt linimē-
tum factū cū pēna ex pinguedine anatis cum modico croci. ¶ Quintum eſt odorare ſæ-
C pe puluerem maioranæ cum puluere ligni aloes æqualiter commixtis. ¶ Contingit autē 7.
quandoque in hac diſpoſitione vocem fieri raucam pp infuſionem materierum in cāna Vocis raucedo.
pulmonis & in reliquis vocalibus. & ad hoc confert ſæpe retinere in os lohoc factum ſe-
cundum iſtū modū. ℞.*penidiarum* ℥ *ij.mucil.ſebeſt.fænug.& ſem.lini an.* ℥ *j.croci* ʒ *ij.ficuum pin-* Electuariū.
guium minutiſſime contritarum adeo vt ſemina non appareant ℥ *iij. mellis viol.* ℥ *j* ß.*ſaccha.ſecundæ*
coctionis ℥ *iij. fiat electuarium, de quo maiori parte temporis æger in ore teneat ita vt lambendo de-*
ſcendat. ¶ Ad hanc etiam intentionē confert lohoc de pino deſcriptione Meſ. & ſimili-
ter confectio diapenidion dicta. De expertis vero mihi eſt electuariū diairis deſcriptio-
ne Nico.*in antidot.* de quo ʒ j. detur in ſero apud ſomnum cū modico vini dulcis calefa-
cti. cum ipſo enim antiquas raucedines non raro curaui, & proprie quando ad ℥ iij. p̄di- 8.
D cti electuarii ſuperadditur ʒ j. croci. ¶ Difficultas vero anhelitus vel conſtrictio ipſius fi- Difficultas anhelitus.
unt ex cauſſis eiſdem, ex quibus fit raucedo prædicta, & ex eiſdem etiam inſtrumentis
curari poteſt.

De expertis tamen ad illud eſt, vt accipiatur in aurora ʒ j. mithridatii cū modico vi-
ni dul. calefacti. Et ſecundum principale eſt & vtile, vt teneat in ore æger mel roſ. cū pul-
uere croci commixtum. Et tertium eſt, vt detur electuarium diahyſſopum mane & ſero
apud ſomnū cum decoctione croci & ſacchari factum. Et quartum eſt, vt electuaria vel
confectiones de enula. omnes enim confectiones mirabiliter confortant organa anhe-
litus, & proprie factæ cum croco. Crocus n. eſt de ſumma medicinarum conferentium
anguſtiæ anhelitus cum reliquis diſpoſitionibus pectoris, & proprie frigidis, *4.tertii*, col- 9.
E ligendum. Pruritus autem frequenter remanet in talib. propter malam complexionem Pruritus totius corporis
& materiam prauæ qualitatis in cutaneis vel ſibi propinquis partibus immerſam, & hanc
quidem remouere poſſunt omnes ablutiones in primo cap. huius intentionis poſitæ. &
vltra illud duæ ſunt medicinæ compoſitæ ad pruritum notabiliter iuuantes. ¶ Et prima
eſt hæc. ℞.*terebinth.claræ* ℔ ß.*vitellos oui num.iiij.olei de ſiſamo* ℥ *iij.ſalis Indi* ℥ *iij.pul.rad.enulæ* Linimentum
myrrhæ, ligni alo.ſarcocol.ſandal.an. ʒ *j.fiat linimentum in mortario abſq; igne, poſtea bulliat linimē-*
tum lento igne in lib.j.ſucci enulæ vſque ad conſumtionem ipſius. Hoc enim linimentum non eſt
ſolitū me decipere in abſcindendo prurituū. Secundū medicamen eſt hoc. ℞.*ſucci enulæ,* Aliud.
ſucci lapatii, ſucci iari, ſucci conſolidæ ma.ana ℔ ß.*aq.ſubli.ficuū ſic.* ℥ *iiij.vitelli ouorū nu.viij.fari-*
næ fabarum ℥ *iiij.fiat linimentum in mortario diu conterendo, de quo corpus liniatur totum aut pru-* 10.
F *rientes partes.deinde abluantur cum aqua decoct.rad. lapatii: & ſunt ambo experta.* ¶ Contingit Membrorū quorūdā impotentia.
autem quandoque, quod propter magnam debilitatem prouenientem a mala comple-
xione, quæ remanſit in membris motus, vt muſculis & chordis eorum & ligamētis mē-
bra non cōuenienter motui obediunt. Et iſtis nocumentis cōferre poſſunt ablutiones
& linimenta membrorum confortatiua ſuperius poſita.

Balneum. Et de conuenientibus ad hanc intentionem eſt balneum. ℞. *fænug. granorum ſiſami,* A
amygd. amar. ana lib. j. rad. iari & lapa. ana ℥ j. andacho. ℔ j. bulliant omnia in magna quantitate a-
Linimētum. *quæ, in qua patientis corpus multoties balneetur mediocriter calida.* ¶ Secundum remediū
ad hanc intentionem eſt, vt membra omnia, & proprie cum fuerint indurata, ſæpe liniā-
tur cum oleo irino aut cum oleo de coſto vel liliorum al. ¶ Et tertium ſpeciale eſt hoc. ℞.
Aliud. *bdellii mollis & ſubalbidi ℔ ß. opoponacis ℥ iiij. ſerapini ℥ j ß. ammoniaci ℥ ij. contrerantur hæc omnia*
& ſublimentur per alembicum. & de liquore, qui emanabit actu calido, membra languentia perſæ-
pe liniantur & cooperta conſeruentur cum pellibus vulpinis, aut pellib. dabaon: & eſt animal qua-
11. drupes taſſus nominatum. ¶ Stupor autem membrorum remediis poſitis immediate
Membrorū quorundam ſtupor. præcedenti ſermocinari poteſt, ſed de ingeniis rationabiliter applicandis eſt, vt ſpōdyli B
partium ſtupidarum, id eſt, a quibus ad ſtupidas partes deferuntur nerui, ſpiritus anima-
lis, ſenſibilis delatiui liniantur ſæpe cum oleo de croco. Item cum oleo de andachocha:
& iterum tertio cum pilulis de euphorbio, cum quo multoties ſtuporem curaui abſque
neceſſitate applicationis medicaminum ad particulas patientis. Verum partibus actu
ſtupidis multum confert balneum factum ex aqua ſalſa vel marina. & melior & fortior
illa eſt aqua ſulphurea artificialis: licet mineralis omnino ſit illa melior.

12. Vltimum vero accidens, videlicet debilitas in membris genitalibus, plura poteſt
Debilitas in membris genitalibus. habere inſtrumenta conuenientia. Ego vero in his caſibus expertus ſum hæc omnia.
Primo vſum bautiæ conditæ. Similiter vſum ſecacul conditi. & tertium eſt vſus zinzib.
conditi, de quorum ſingulo omni mane accipiatur cochlear j. vel ß. ſecundum conue-
nientiā laborantis. Quartum vero inſtrumentum eſt electuarium de ligno al. cuius vſus C
rectificat omnia principalia. Quintum & vltimum eſt electuarium de gemmis, quorum
vſus exſiſtat accipiendo de eis in aurora ʒ ij. cum modico aromatici vini. Hæc enim in
ſumma principalia membra rectificant ad laudem Dei. Amen.

Conſilia de balneis ſequuntur.

CONSILIVM CCCIII. *De modo vniuerſali intrandi balnea & de obſeruandis.*

Regula, circa balnea obſeruanda. QVi diligunt intrare balnea, iſtum modum obſeruare debent. ¶ Primo ſur-
gant ante ortum ſolis per mediam horam paſſim ambulando, vſquequo D
1. emittantur ſuperfluitates vrinales & fæcales. ¶ Secundo ingrediantur
Euacuatio. balneum & ſtent ibi tanto tempore, vt non incurrant debilitatem virtutis.
2. *Ingreſſus in balneum.* ¶ Tertio, ſi habuerint dolores ancharum vel aliorum membrorum, præter
caput, fricent membra dolentia in luto balnei bene calido. ¶ Quarto facta fricatione &
3. 4. ablutione membrorum exeant balneum & intrent lectum bene cooperti & ibi ſtent vſ-
Egreſſus. quequo bene ſudabunt, a quo ſudore diligenter exſiccentur, & adhuc in lecto quieſcant
5. ad minus per quartam partem horæ. ¶ Quinto exeant bulneum pannis bene cooperti,
euitantes ventum & aerem frigidum. & caueant accipere cibum cum ſunt adhuc calidi,
immo nunquam cibentur, niſi cum perceperint eorum caliditatem eſſe reductam ad E
6. temperiem naturalem: & tunc comedant. ¶ Sexto non comedant vſq; ad cōpletā ſatu-
Cibus. ritatē, ita, vt multū ſe repleant: imo ſurgant a cibo adhuc ſaluato aliqualiter appetitu ma-
7. gis, q̃ ablato. ¶ Septimo caueant a cibariis valde frigidis ſimiliter viſcoſis, vt a piſcibus, ca-
ſeo & paſtilibus, & a cibis facile corruptibilibus, vt lacte, ceraſis & aliis fructibus multum
humidis, & etiā a cibis valde calidis & acutis: vt ſalſis, aromatibus, allio, cępis, & ſimilib.
8. Et præter iſta cibaria comedant alia, vt placet eis. ¶ Octauo bibant vinum alb. vel cere-
Potus. ſolium, clarum, aromaticum, non valde ponticum, ſed mediocre inter ipſum & dulce, &
bibant ipſum ſolum tempore cibationis purū, niſi fuerit valde potens, tunc enim permi-
ſceant ipſum cum tertia vel quarta parte aquæ ſecundum diſcretionem. Et caueant ab
aqua frigida omnino, & a bibendo, dum ſunt in balneo, quoniam eſt valde nociuum. Si
autem inter prandium & cœnam notabiliter ſitirent, bibant aquam coctam cum nota- F
bili quantitate ſacchari albi, & ſi adhuc ſitis eſſet vehementior, bibant prædictam a-
quam coctam cum quarta parte iulepi roſati aut violati, ſi venter eſſet ſtypticus.
9. ¶ Nono, ſi incurrant virtutis debilitatem, poſſunt inter prandium & cœnam
dormire ſaltem per vnam horam. Et intendatur reſtaurationi virtutis cum ci-

A bariis laudabilibus, vt carnibus bonorum pullorum, hædinis & vitellinis, & boni agni & caſtrati. ¶ Et hunc ordinem obſeruent intrantes balneum in mane hora prædicta & in veſperis per ſeptem horas poſt prandium: & cum ingrediuntur balneum in ſero, tunc non tantum permaneant ibi ſicut in mane. immo ſaltem per tertiam partem minus & hunc ordinem, vt ſupra obſeruent in reliquis. ¶ Decimo, ſi aliquis deſideraret vti balneo propter catarrhos, tunc poſt duos dies, cum corpus iam fuerit balneo aſſuefactum, faciat aquam cadere ab alto per cannulam in maſtello lateraliter poſito, qui ſit plenus aqua puriſſima, quæ venit a fonte, & diſtet vas a capite ſaltem per tres pedes. Et cum accipit aquam illam, tunc faciat cadere ipſam prius ſuper anteriori parte, ſecundo ſuper ſiniſtra, tertio ſuper dextra, quarto ſuper poſteriori. & caput eius coronetur faciolo craſſo

Balneum a prandio.

Stillicidium

B circumdante caputa ſuperciliis vſque ad poſteriora. Et ita quicunque deſiderat balneum propter dolorem alterius partis; faciat ſuper dolente membro cadere aquam, vt de capite dictum eſt. Deinde cum exeunt balneo & fuerint ingreſſi lectum, vbi ſudauerint, ſi poſt exſiccationem ſudoris dolentia membra aut paralytica vngerentur aliquo oleo de coſto, de croco, de piperibus aut liliorum alborum aut ireos, valde bonum eſſet, dummodo olea illa ſint calida. ¶ Vndecimo, ſi quis propter contractionem vel membrorum duritiem quærit balnea, opt mum eſſet ei, vt ſuffumigarentur membra illa fumo exeunte a cuniculis, per quos aqua illa non debet eſſe vitiata a vero ſuo fonte ſcaturiens in balneum. Saturatus in balneum non intret, niſi poſt ſeptem horas, vt ſupra. ¶ Duodecimo, ſi balneantes incurrerent ſtypticitatem ventris, poſſunt omni ſero com-

Vnguenta.

Aluum mouentia.

C edere ſemiſſem vnum de caſſia lambendo accepta ſua canna. Aut accipere poſſunt ante cœnam parum pilulam vnam factam ex aloe infuſa in ſucco endiuiæ ſecundum doctrinam auctorum. Aut tertio accipere poſſunt ℈ j. huius pulueris. ℞. *epithymi, polypodii an.* ℥ j ß. / *l sulurum ſenæ* ℥ ij ß. *ſalis Indi* ℥ ß. *liquiritiæ, cinamomi, zinzib. ana* ℈ ß. *aniſi* ℈ j. *fiat puluis ſubtilis.*

Consilium CCCIIII. *De modo intrandi balnea pro inflatione cruris & debilitate.*

SPECTABILIS vir dominus Rambaldus Comes de colle alto pro vtilitate balneorum ad diſpoſitionem ſui cruris talem ordinem obſeruare debet.

D ¶ Primo in ortu ſolis vel parum poſt ingredi debet balneum cum toto corpore, & ibi ſtet per moram horæ medicæ: deinde exeat balneum & ponat ſe ad lectum & ibi dormiat vel quieſcat vſque ad horas duas, poſtea habeat maſtellum longum plenum aqua & luto balnei ſimul ita, quod aqua balnei ſit tertia pars. & infundat crus vſque ad medium coxæ & teneat ibidem per horam. Deinde lauet ipſum cum mundiſſima aqua balnei bene calida, poſtea ſiccet ipſum cum pannis calidis diligenter. ¶ Secunda die ingrediatur balneum hora prædicta & faciat omnia, quæ dicta ſunt, niſi quod ad lutum, in quod ponet crus, ſuperadiungat pulueris infraſcripti octauam partem, & diligenter miſceat puluerem cum luto. ¶ Tertia vero die ingrediatur balneum & faciat omnia, quæ dicta ſunt in ſecunda die. ſed prædicto luto, vbi iam

E fuit ſuperadiunctus puluis, ſuperaddatur ſeptima pars olei infraſcripti diligenter cum luto & aqua commixti. ¶ Quarta vero die non ingrediatur balneum cum toto corpore. non enim curo, quod balneet totum corpus deinceps gratia iuuamenti cruris ſui, niſi faceret illud propter aliam cauſſam. ſed hac quarta die debet ſe exponere ſuper vno foraminum, vnde effumet aqua immaculata a ſuo fonte ſcaturiens, & ſuper illo fumo totā tibiam ſuffumiget a genu vſque ad pedem totum. deinde exſiccet ſe cum pannis, & cum vadit ad lectum, vngat ſe a genu vſque ad pedem cum oleo infraſcripto bene calido & circumuoluat membrum pannis calidis, & bene liget ipſum. & teneat modum talem, vt omni die prandere poſſit hora decimaquarta: & intret locum ſuffumigii vigeſimaprima hora. & accipiat cœnam poſt vigeſimam tertiam. ¶ Quinta vero die vſque ad octauam

F ſemper bis ſuffumigetur in die, vt dictum eſt. deinde inungat membrum cum prædicto oleo. & bene liget ipſum, vt prædictum eſt. ¶ A quarta vero die incluſiue vſque ad octauam ab hora decimanona vſque ad vigeſimam imponat membrum in lutum & aquam cum puluere & oleo ſupraſcriptis bene commixtis. & ita omni die faciat ſemper membrum vngendo & bene ligando, vt prædictum eſt.

Puluis luto balnei commiſcendus. Puluis, qui poni debet in lutum balnei, eſt iſte. ℞. *pulueris granorum ſiſami, fœnugræci* A
& orobi ana ℥ v. pulueris aſari, iuæ & origani ana ℥ j. miſce & bene incorporentur. ¶ Oleum, quod
Oleum luto immiſcendum. poni debet in lutum, eſt hoc. ℞. *olei de ſiſamo* ℔ j. *olei de coſto, olei de pulegio ana* ℔ ß. *miſce.* ¶ O-
leum, cum quo debet inungere membrum poſt ſuffumigationem & poſt lutum, eſt hoc.
Oleum pro inunctione. ℞. *olei nardini ℥ iiij. fæcis olei de ireos, fæcis olei de croco, & fæcis olei liliorum alborum ana ℥ j ß. miſce.*
¶ Si venter eius propter balneum fieret valde ſtypticus, omni die ante cœnam accipiat
Pilulæ. vnam de iſtis pilulis. ℞. *aloes ablutæ ʒ j. fiant pilulæ ſeptem cum electuario de pſyllio.* ¶ Si pro-
pter balneum debilitaretur multum, accipiat frequenter de iſta confectione. ℞. *confe-*
Confectio. *ctionis de phiſticis factæ cum ſaccharo alb.* ℔ j. *pulueris margaritarum ʒ j ß. incorporentur ſimul cum*
aqua roſata. B

Consilivm CCCV. *De modo intrandi balnea pro arthritide ſiue paralyſi.*

Vxor honorandi viri Franciſci Brachæ teneat hunc modum in balneando ſe: quod per duos dies ſucceſſiuos ingrediatur balneum mane circa horam nonam: & in veſperis circa viceſimam primam horam, & ſtet infuſa in balneum vſque ad gulam. deinde cum exit a balneo ingrediatur lectum, & ibidem permaneat, vſquequo diligenter ſudet. cumq; a lecto ſurgit, inungat ſibi ſpondylos incipiēdo a medietate colli vſque ad cingulum. ¶ Tertia vero ſequēti die non curet accipere balneum toti corpori: ſed accipiat aquam, quæ ab alto deſtillet ſuper ancipite eius ſuper ſcamno ſedentis, & deſcendat aqua per totam ſpinam per cannulam in latere maſtelli poſitam, qui eleuatus ſit a corpore eius ſaltem per quatuor pedes, & aqua illa cadens recipiatur aliquando ſuper ſpatulis, ſuper humero & ſuper toto latere ſiniſtro, & iſtum quidem deſtillationis modum obſeruet per ſpatium duarum horarum aut ſaltem vnius. Cum ergo fecerit hoc, tunc ingrediatur lectum: deinde inungat ſe, vt dictum eſt. ¶ In hora vero veſperarum huius diei tertiæ ingrediatur ſtupham balnei, & ſi non eſſet ibi præſens, tunc exponat ſe ad foramina montis vel curriculorum, vnde aqua ſcaturiens emittit fumos multum calidos, ſuper quibus exponat totum latus ſiniſtrum & diligenter ſuffumiget ipſum per ſpatium vnius horæ. deinde ingrediatur lectum, & inungat ſe, vt dictum eſt. & ita deinceps qualibet die ſollicitet ſuper ſe aquam deſtillari in mane, vt prædictum eſt. ¶ In ſero vero attendat ſtuphæ ſuffumigationi & inunctioni, vt dictum eſt. ¶ Caueat etiam ſibi omnino a ſtypticitate ventris. Et ſi incurreret ipſam, procuret ſibi accipiendo vnam de ſuis pilulis ante cœnam aut ſaltem accipiendo ℈ ij. huius pulueris. ℞. *hermodactyl. foliculorum ſenæ ana ʒ ij. tartari ʒ j. ſalis Indi ʒ j. violarum ℈ ij.* ¶ Deſcriptio inunctionis. ℞. *olei de coſto, olei de euphorbio ana partes æquales.*

(Gloss 1: Vxor … balneando ſe — margin letter C at "ſequēti die … deſtil-". Gloss 2: margin letter D at "horæ. deinde ingrediatur lectum".)

Puluis laxat. *Inunctio.*

FINIS CONSILIORVM BARTHOLOMÆI MONTAGNANÆ.

E

Hoc conſilium quod ſequitur de diſpoſitione hypochondriaca, quod Montagnanæ attribuitur, ſed vt aliqui exiſtimant, aut non eſt eius, aut fuit iuuenis valde, dum ſcripſit, quare, &c.

Cap. I. *De pulſu hypochondrii dextri cum eructuatione multa & ſaltu cordis & pulſatione temporum.*

Oblata eſt mihi diſpoſitio, quæ multum diligenti conſideratione indiget, quia rarus ſatis & peregrinus eſt euentus eius. ¶ Secundo, quia eſt diſpoſitio multarum partium læſionem oſtendens. ¶ Tertio, quia non valde frequenter hæc diſpoſitio videtur ab auctoribus particulariter capitulata. ¶ Eſt autem diſpoſitio hæc motus diſpoſitionis, eleuationis, F
& depreſſionis partium mirach in dextra parte inferioris ventris inter vmbilicum & os anchæ & femur eueniens. Cui quidem pulſationi etiam ventoſitas non leuis inuenitur coniuncta, rugitum notabilem faciens in toto inferiori

A ventre, quæ etiam multiplicata & tranſuerſaliter tranſiens vſque ad regionem ſplenis & baſim cordis, fortem efficit cordis pulſationem, quæ non debet nominari tremor cordis: ſed proprie ſaltus. Eſt grandis valde & proprie debilitatem magnam in toto ſibi aſſociat. ¶ Cuius etiam ventoſitatis pars non leuis ad caput eleuata extenſionem in eo facit: & tem porum pulſationem magnam, & tamdiu perſeuerat cum ipſis accidentibus hæc diſpoſitio, quouſq; ventoſitas illa à virtute contra ipſam irritata propellitur ad ſtomachum, & in eius concauitate hæc ventoſitas contenta, aut virtute confringitur & colliditur, donec per eructuationes a ſtomacho exterius cum rugitibus magnis & multis expellatur ad extra: ex cuius expulſione tandem nocumenta omnia præfata facile remouentur & ſanitati fere priſtinæ reducitur æger. Hæc in ſumma eſt diſpo-
B ſitio ſummatim collecta. In cuius quidem contemplatione vt ſalubrius eidem prouideri poſſit, pauliſper theorizandum eſt. ¶ Eſt igitur hæc diſpoſitio materialis: non enim poteſt aſſignari cauſſa tanti motus & ventoſitatum ex parte malæ complexionis immaterialis: quomodo enim poſſet generari ventoſitas illa, cuius motus manifeſte percipitur, & cuius eductione æger alleuiatur? Neceſſe igitur aſſignare ſummam cauſſam ventoſitatis. Videtur itaque, quod hæc diſpoſitio ſit a mala complexione calida & ſicca, pendens à materia melancholica per aduſtionem genita ſecundum magnam partem eius: cuius etiam nonnulla pars eſt melancholia in eodem multiplicata, & a ſplene per venas in mirach, ſeu hypochondrio, & in meſenterio propulſa: & hæc quidem rationalia videntur: eo, quia vir iſte melancholico ſanguine ſatis abundare videtur: & eius
C epatis complexio notabiliter calida a generatione, quæ ſanguinem notabilem adurendo in melancholiam conuertit.

Itaq; in ſumma recolligendo hæc diſpoſitio eſt mala complexio calid. & ſicc. pendens a materia melancholica genita ex aduſtione ſanguinis: & a materia melancholica fæcali in venis prædictis contenta & multiplicata, quæ caloris debilitate in ventoſitates conuertitur multiplicatas in arteriis, ex quarum motu neceſſe eſt fieri pulſationes iam prædictas: & hæc materia ventoſata per arterias & venas propellitur ad loca prædicta, ſc. ad hypochondria, ſplenem, ſtomachum, caput & baſim cordis, efficiendo, ſicut dictum eſt. ¶ Ex quibus omnibus corollarie concludi poteſt: quod hic vir præparatus ſit ad melancholiam mirachialem & hypochondriacam a quibuſdam nominatam, quæ prouenit a materia melancholica in locis prædictis multiplicata, quia princeps *prima tertii, tractat.*
D *quarto, cap. de melancholia in mirach.* cum ipſo adunantur ſuperfluitates nutrimenti: & vapores inteſtinorum: & adurantur humores ipſius: & conuertuntur in genus melancholicum, & faciunt aduenire apoſtemata, a quibus eleuatur vapor tenebroſus ex eis ad caput: & nominatur hæc inflatio mirachia & melancholia mirachialis. lege ibi reliqua, quæ de eleuatione huius materiei a portenario, ſc. ſtomacho credidit Gal. Et quid de cauſſa huius ſenſit Theophilus, & omnia, quæ ibi ſcribuntur, exhibent teſtimonium veritatis eorum, quæ dicta ſunt.

Poteſt etiam ex his inferri, quod hæc diſpoſitio minetur apoſtemata prædictarum partium, vt dictum eſt. Similiter etiam & dolores mordicatiuos, & grauatiuos, & extenſiuos in partibus prædictis & inteſtinis, vt colicam, iliacam, & cholericam paſſio-
E nem, ſi illic multiplicaretur materia iam prædicta a virtute propulſa: & ſenſit hæc omnia pulcerrime Auicen. *13. tertii, vltimo capit.* vbi adæquate hæc materia continetur clarius, quam alicubi legi poſſet: & vide literam ibi, quandoque contingit in iſtis partibus, ſcilicet mirach & hypochondriis tremor, propter materias exiſtentes in eis: & quandoque malæ ſunt ſcilicet malitia acuitatis & venenoſitatis: & prouenit nocumentum earum ad cerebrum: & facit accidere in ipſo melancholiam, ſicut diximus; ſcil. *prima tertii. in loco præallegato: & quandoque eſt de hoc tremore, qui fit prope os ſtomachi: aut in ipſomet, ſcilicet ſtomacho patiente per colligantiam propter tremorem cordis: & quandoque facit accidere, ſcilicet hæc materia inflationem inſeparabilem & grauitatem, & quandoque ſignificat*
F *apoſtemata intrinſeca, quod ſi ſentitur attractio mirach & hypochondriorum ad ſuperiora,* ſupple facta à ventoſitate ſubleuante, *tunc quandoque ſignificat vomitum. & infra, & quandoque eſt earum, ſcilicet partium mirach attractio: & ad inferiora & partes ſuminis: & ſignificat permutationem, ſcil. materierum ad inferiora & ſolutionem ventris, ſcil. futuram, quod confirmat punctio, quia pungitiuus dolor in inteſtinis: & ſubdit, Et quandoque accidunt in iſtis membris, ſc. in hypochondriis*

& mirach dolores mordicatiui, & extenſiui propter ægritudines epatis & ſplenis. Hæc igitur in A
ſumma videtur eſſe huius nobilis diſpoſitio, quæ non leuem ſuſpicationem tranſitus in
mala accidentia prognoſticari videtur, niſi diligenter procuretur. Itaq; hanc diſpoſiti-
onem curare intendentes regimen partiantur in debitam adminiſtrationem ſex rerum
non naturalium. ¶ Secundo vero in menſuram inſtrumentorum medicinalium re-
gulariter eligendam.

Cap. II. *De cura per ſex res non naturales.*

Regimen itaque per ſex res non naturales ſpeciali diſcurſu extendere, video ſu-
perfluum eſſe, eo: quia hæc omnia per clariſſimum Doctorem Dñ. Baptiſtam Vi-
centinum accurate multum & profunda ſapientia adminiſtrata. ¶ Aer enim, ci- B
bus & potus, & reliqua omnia fuerunt, & eſſe debent vltra frigiditatem primi gradus,
vt corrigere poſſint malam complexionem calidam & ſiccam epatis: & partium, quæ
dictæ ſunt. ¶ Similiter exercitium & motus animales, & reliqua ita menſurari debent,
vt non excitent caliditatem, neq; intendant: imo eandem remittere poſſint: quies cor-
poralis & animalis quantum ad accidentia animi motum fortem & velocem in ſpiritibus
& humoribus efficientia: non nulla tamen leuia ſcribam, vt cibalibus medicinalibus in
Cibi. hac diſpoſitione vti conſueui, ipſa eadem in cibis commiſcendo & potibus, quorum pri-
mum eſt vſus bugloſſæ & ſublimationis eius in cibo & potu: vſus boraginis & violarum
purpur. portul. nenuphar. ſpinachiæ, maluarum, bletæ, attriplicis & cucurb. proprie
& conſimilium. C

Item caſei recentis abſq; ſale vſitari mihi fidum habeo, & aquæ lactis adminiſtrati-
onem ſæpe facio, & vino albo ſubtili bene expurgato medio inter dulce & ponticum
vti facio, a quo non euacuo mixtionem capillorum Ven. aquæ cichoreæ, bugloſ. vel ne-
nuphar. Si autem in diætando procedere vellem cum calidis, argumento ſumto fortaſ-
ſis a conſuetudine vel ætate, vel altera ſtomachi diſpoſitione, omnino oportet alterum
duorum fieri, aut quod talia ſint frigid. & humid. in primo gradu, aut ſaltem, quod cali-
da & ſicca humida confringantur cum frigidis & humidis prædictis. tu conſidera, &
elige ſicut placet, totum tamen, quod eligis, confirma ſecundum experientiam funda-
tam ſuper tolerantiam ſtomachi, & ſuper ſigno ſumto a iuuantibus & nocentibus. D

Cap. III. *De regimine huius diſpoſitionis per medicinalia.*

Videtur mihi procedendum eſſe intentionibus pluribus. ¶ Prima eſt
materierum minoratiua euacuatio. ¶ Secunda earum diuerſio. ¶ Tertia
earum digeſtio. ¶ Quarta eradicatiua euacuatio. ¶ Et quinta rectifica-
tio partium mandentium, & conſeruatio partium recipientium.

Materierũ minoratiua euacuatio. Vena ſectio. Pro prima intentione complenda videtur mihi, quod omnino præmittenda ſit
phlebotomia, & ſiquidem corpus appareat notabiliter repletum, ſicut exterior eius ha-
bitudo demonſtrat, phlebotometur baſilica dextri lateris ſub cubito, vel inter digitum
annularem & auricularem eiuſdem manus poſita, & extrahantur ſang. ℥ iiij. vel v. ſecun-
dum tolerantiam vel conſuetudinem. Si autem non appareat tanta interius plenitudo, E
quanta exterius percipitur, melius eſt, vt ſecetur ſaphena ſiniſtri pedis, vel ſimul fiat e-
uacuatio & diſtractio materiei per vnum diametrum completum, quæ eſt a dextro ad
ſiniſtrum. ¶ Præmiſſa autem hac euacuatione ſequenti, mane ſoluatur venter cum
Potio. hac medicina. *♃. electuarii pſyllii deſcrip. Meſ. ʒ iij. electuarii diaſenæ ʒ ij. aquæ decoct. epi-
thy. vel fu. ter. ℥ ij. vel iij. & totum in aurora detur calidum: & tardet cibum ſex horis præmittendo
lauatiuum ex aqua hordei per vnam horam ante cibum.* ¶ Si autem abhorreret medicinas po-
Pilulæ. tabiles exhibeantur pilulæ iſtæ. *℞. lap. lazuli, lap. armeni lotorum ſecundum artem an. ſcrup.
j. thymi, follicu. ſenæ an. ſcrup. ß. ſalis Indi gran. ij. formentur pilulæ vij. cum ſucco boraginis, & ex-
hibeantur.*

Materierũ diuerſio. Deinde ad intentionem ſecundam, ſcil. diuerſionem materierum procedendum F
eſt: & licet materia aliqualiter diuertatur per euacuantia prædicta: vtilius tamen mihi
videtur & neceſſarium magis, vt diuertatur prouocando hæmorrhoidas, & aperiendo
eas cum fricatione facta cum panno aſpero, & foliis ficus, vel cum aliqua re acuta, vt fel-
le taurino, vel cum decoct. ficuum ſic. & granorum ſinapi. ¶ Si autem cum iſtis fieri
non poſ-

A non poſſunt, aperiantur cum appoſitione ventoſarum, vel paruorum cornuum ſuper ſphinctere, quod valde ſecurum eſt, aut cum phlebotomo: licet hoc vltimum non ſit mihi gratum. ¶ Siue cum hac diuerſione fiat euacuatio ſiue non: procedendum tamen **Clyſter.** eſt cum adminiſtratione clyſterii. ℞. *granorum carthami excorticati, pulpæ colocynthid. thymi, epithym. fol. ſenæ, fu. terræ an. M ß. aniſi, ameos, ſeminis leuiſtici, ſiſeleos an. M j. centau. mi. M ij. omnia coquantur in lib. iij. aquæ vſque ad conſumtionem tertiæ partis. Ex quorum colatura ℞. lib. j. electuarii hamech, caſſiæ lign. an. ℥ ß. electuarii de baccis lauri ʒ ij. olei de aneto ℥ j. violati nenupharini an. ℥ j. ß. ſalis Indi ʒ j. ß. accipiat hoc clyſtere omni alterna die in mane, & quieſcat poſt ipſum, vſque ad prandium*: educet enim materias melancholicas & alias materias in inteſtinis fixas, & in meſaraicis, & franget ventoſitates potenter, & educet eas, & eſt eius **B** operatio adeo efficax, vt exiſtimem ipſum in pharmacia vel phlebotomia præmiſſis ſufficienter hunc a ſuis accidentibus curare poſſe.

Si autem iterum videretur materiam habuiſſe raptum ad ſtomachum, vel eſſe ibidem & in propinquis ſtomachi partibus aliqualiter congeſtam: tunc iterum ad euacuandum & diuertendum eam magnopere laudarem vomitum, & eo maxime, quia per eundem maxime eructuante materia ſtatim liberatur, vt prætactum fuit. ¶ Vomitorium **Vomitoriũ** autem in hac intentione adminiſtandum conueniens eſſet hoc. ℞. *epithymi, calamenti campeſtris, thymi an. M j. gran. raphani ʒ iij. coquantur omnia in libra j. aquæ, vſque ad conſumtionem medietatis, ex cuius colatura ℞. ℥ iij. aceti acuti ℥ j. mellis ʒ ij. & hoc totum detur in potu* **C** *tepidum: poſt cuius aſſumtionem per mediam horam fiat agitatio in principio meri cum digito vel cum penna oleo intincta, & euomet.* ¶ Reliquum autem materierum diuerſiuum per ſputum & per ſudorem non video opus eſſe.

Celebrata autem materierum diuerſione, vt prætactum eſt, digeratur materia **Digerentia.** cum hoc leui digeſtiuo. ℞. *aquæ ſublimationis capil. Vener. bugloſ. fum. ter. an. ℥ ij. dentur in potu cum ſacchar.* ¶ Et fortius illo eſt hoc. ℞. *ſyrup. de epithymo, ſyrup. viol. ſyrup. de fum. ter. an. ℥ ß. aquæ borag. ℥ iij. detur vt ſupra.*

Et ſi velis digeſtiuum magnæ proprietatis ad has intentiones, compone iſtud. ℞. **Syrupus.** *myrobal. citrinorum Indorum chebulorum ana numero ij. borag. bugloſ. eupatorii, cuſcutæ, radic. cichoreæ, meliſ. an. M. j. violarum, florum nenupha. ana M. iiij. corticum citri M j. ß. doronici, oſſis* **D** *de corde cerui, ben al. & ru. ana M. j. coquantur omnia in* ℔. *vj. aquæ vſque ad conſumtionem medietatis, deinde colentur, & colaturæ addatur ſucci pomorum apiorum vel dactylorum ℈ j. ſach. alb. ℈ j. ß. fiat ſyru. plene decoctus, dum coquitur, aromatizetur cum iſtis.* ℞. *fragmen. hyacinth. ſaphiri, ſmaragdi, margaritarum an. ℈ ß. foliorum auri numero j. terantur omnia ſubtiliſſime, & ſuſpendantur omnia in ſindone rara quouſque ſyrupus plene coctus fuerit.* Dentur igitur ex eo ℥ ij. cum aqua decoct. foliorum vel granorum baſiliconis. ¶ Pro hac etiam intentione complenda fiat hæc permixtio, quæ multum efficax eſt. **Electuar.** ℞. *conſeruæ, florum nenuph. violarum, borag. ana ℥ ij. ſpecierum, quæ ponuntur in aromatizando ſyr. præſcrip. ʒ j. ß. ſyr. acetoſitatis citri & de ribes ana ℥ j. ſach. candi. ℥ ij. fiat electuarium, ex quo ſemper ante cibarium omne & etiam poſt ſumat*: & elegantius forte eſt, quam aliquod prædictorum.

E Cum autem ex vſu prædictorum iam apparuerit digeſtam eſſe materiam, quod **Euacuatio eradicatiua** comprehendi debet ex mediocritate coloris & ſubſtantię vrinæ, & eius nube vel hypoſtaſi in fundo ſedente alba, coniuncta, leui, æquali & diaphana, eradicetur cum ſupraſcriptis pilulis materia, videlicet de lap. præfatis, & exhibeantur ex eis ℈ iiij. ¶ Et fortius eradicatiuum illo eſt hoc. **Potio.** ℞. *electuarii hamech deſcrip. maiori Meſ. electuarii ſolutiui ad melancholiam deſcriptio. Auic. in ſecundo de viribus cordis, penult. ca. ana ʒ ij. ß dentur in potu cum aqua decoct. doronici, aut ſeminis baſiliconis.*

Si autem cum ſolutiuo optares euacuare eradicatiue materias melancholicas iam prædictas, & alias materias diuerſas ſtomacho & partibus adiacentibus immerſas; deſcibo hoc ſolummodo ℞. **Pilulæ.** *pilularum de lap. arme. deſcriptione Meſ. pilularum ſtomachicarum* **F** *deſcrip. Alchingi legenda ab Auicen. quinto can. ſumma prima tract. 9. an. ʒ ß. & exhibeatur vt ſupra.*

Et ſi deſiderares alia compoſita vide *13. tertii, tract. primo, cap. de cura malæ complexionis materialis ſtomachi & oppilationum ipſius.*

Rectificatio partium mandantium. Nunc ad vltimam curationis intentionẽ deueniendum eſt. Pro cuius executione oportet primo rectificare partes effundentes materiam ad loca ſuperius dicta. Deinde vigorare partes materierum ſuſceptiuas. Rectificantur autem membra mandantia, ſicut meſaraicæ venæ, aorta, deſcendentes, & caua magna ſibi propinqua cum aliis venis, quę ſunt rami eius: & inteſtina, quæ ſunt harum materierum partialiter contentiua multis quidem ingeniis. A

Et primo quidem cum eductione materierum ab eis, propter quas grauabantur membra prædicta. ¶ Et pro complemento huius, recurre ſuperius ad euacuationes vniuerſales minoratiuas & eradicatiuas cum diuerſionibus, quæ omnia tacta ſunt in intentione prima, ſecunda & quarta. ¶ Secundum vero ingenium vigorandi partes illas eſt tenere earum vias & orificia aperta, & prima quidem cum diureticis conuenientibus, B

Potio. ſicut cum hac decoct. ℞. *radicis cichoreæ, endiuiæ, hortulanæ an. numero vij. fu. ter. cuſcutæ, granorum orobi an. M ß. ſemin. communium frigidorum M j. ß. aceti alb. ℥ iij. coquantur omnia in lib. iij. aquæ, vſque ad conſumtionem tertiæ partis: & de hac colatura dentur in aurora vnc. iiij.*

Si autem leuiora deſideras & promtiora: Accipe aquam ſublimationis apii aut fœnicul. aſparagi, ſcilic. bruſci & petroſelin. aut ſimilium: aperiunt enim membrorum omnium oppilationes, educendo materias etiam aduſtas, aquæ cuſcutæ, & aquæ etiam ſcolopend. & aquæ ſublimationis litoſpermatis: (eſt milium ſolis) & de expertis meis.

Alia, ſudorifica. ¶ Tertium ingenium mundificandi & alleuiandi venas & loca prædicta, eſt fricatio ſicca a ſpatulis deſcendendo vſq; ad pedes facta: & dando hoc in potu. ℞. *aquæ decoctionis aniſi & rub. tinctorum an. ℥ iij. vini albi ſubtilis ℥ j. oxymellis ſquillitici drach. ij. detur hoc totum in potu in aurora calidum, & cooperiatur pannis, & bene ſudabit.* C

Cum autem iam ſecuri fuerimus de alleuiatione partium prædictarum per has ſpecies particularium euacuationum, confortentur loca prædicta cum clyſteribus factis cum medicinis lenitiuis: in quibus ponantur aliqua cum leui frigiditate ſtypticitate reddentia membra vnita, non apta recipere ſuperfluitates, & prohibendo in eis nouam fieri materierum generationem: vt eſſet clyſtere hoc. ℞. *decoct. plantarum quatuor communium, ſcil. bletæ, maluæ, mercurialis & violarum lib. j. olei de cydoneis & roſ. an. ℥ ij. pinguedinis renum capræ ℥ j. ſalis communis ʒ j. ß. ſacchari rub. ℥ j. miſce & totum ſimul.* ¶ Conferunt etiam ad hanc intentionem compoſita quamplurima, ſicut confectio diarodon: confectio triaſandalorum deſcriptione Nicolai: confectio diacydoniten non ſolutiui poſiti ab Auicen. *quinto can. ſumma prima, tractatu tertio, deſcriptione 33. 35. & 36.* conferunt etiam ad hanc intentionem trociſ. de roſis deſcriptione maiori Meſ. D

Clyſter. [margin note beside the clyster recipe]

Recipientium confortatio. Membra vero, quæ recipiunt materias a partibus prædictis effuſas, ſunt ſicut ſplen, ſtomachus, cor, & venæ circumadiacentes ei, & caput etiam, quorum membrorum confortationi neceſſario inſiſtendum eſt. ¶ Confortantur autem membra prædicta cum medicinis reſolutiuis & exſiccatiuis mediocriter cum ſtypticitate aliquanta. ¶ Et primo quidem confortatur ſplen per vſum trociſcorum de capparibus deſcriptione Auicenn. *quinto canon. ſumma prima, tractatu octauo; capit. 27.* Item cum trociſ. de cuſcutæ ibidem poſitis *deſcript. 52.* quorum doſis ſit drachm. ß. in mane cum aqua ſcolopendriæ vel acetoſæ. E

Scio etiam, quod ſi omni mane æger in aurora deglutiat vnam pilulam factam ex ſimplici ammoniaco electo cum ſyrup. acetoſo, mirabiliter ſplenem confortet: de qua lege hiſtoriam in vera tranſlatione Dioſco. *libro quarto.* ¶ Stomachus vero confortetur cum vſu diacydonite ſupradicti. Item cum vſu aromatici roſ. Et melior illis eſſet vſus trypheræ de ſcoria ferri minoris, *quinto canon. ſumma ſeptima, tractat. tertio, deſcriptione vigeſima tertia.*

Scio etiam, quod ſi ſæpe deglutiatur granum vnum maſticis, defendit ſtomachum a receptione quarumcunq; materierum ad ipſum defluere ſolentium. ¶ Etiam vigoratur ſtomachus ex vſu huius vnctionis. ℞. *olei de cydoniis, olei de maſtic. an. ℥ j. trociſc. galliæ ʒ j. conquaſſentur ſimul: & ex eo calido ſæpe liniatur ſtomachus.* ¶ Confortatur cor ſolenniter his duobus remediis: quorum primum eſt vſus electuarii deſcription. Rhaſis *nono Almanſ. capit. de melancholia.* De quo omni mane in aurora detur ʒ j. ß. & parum F

Vnguentum ſtomachale. [margin note beside the unction recipe]

exeo

A ex eo ſemper accipiatur ante cibum. ¶ Secundum remedium eſt deſcriptio huius ſacculi facti in ſindone de grana, qui ſemper portetur ſuper regione cordis. ℞. *ſpecierum diambræ, ſpecierum diamoſchi dulcis, amborum deſcriptione Meſ. an. ℥ iij. trociſc. de roſ. de camphora deſcrip. maiori an. ʒ j. ß. fiat ex eis ſacculus*, vt dictum eſt. *Sacculus cordialis.*

Caput confortatur per alleuiationem partium prædictarum iam factam: & ſi velis eidem dirigere remedium, fiat hæc permixtio. ℞. *ſpecierum diambræ* ʒ j. ß. *ſpecierum electuarii de xyloaloe* ʒ ij. *ſacchar. alb. lib. ß. cum aqua roſ. muſcat. fiat confectio in rotulis pondere trium* ʒ. de quibus omni die poſt prandium & poſt cœnam aſſumatur vna: & erit ex ea toti cerebro conueniens confortatio magis. *Rotula cephalica.*

Hæc ſunt, quæ mihi meliora videntur de huius viri diſpoſitione.

FINIS.

TRACTATVS
A EXCELLENTISSIMI
MEDICI,
D. BARTHOLOMÆI DE MONTAGNANA, de aſpectu, ſitu, minera, virtutibus & operationibus balneorum in comitatu Patauino repertorum, continens capitula ſeptem.

B

QVONIAM multis iam ante diebus inſtantia tuæ ſollicitudinis vir inſignis domi-
ne Ioannes de Penſauro mecum diligenter egit, vt balneorum diœceſis Pataui-
næ virtutes tibi manifeſtarem ſecundum ſcientiam vetuſtiſſimorum ſapientum,
& ſecundum illud, quod quotidiana experientia diligenter in opere medicinæ
verſata aduertenti cum fundamento veritatis oſtendit. Res enim æquiſſima eſt
& eo maxime, quoniam ſollicitudinem tuam concitam eſſe cognoui: vt præce-
ptis magnifici domini tui, domini Malateſtes de Malateſtis de Penſauro, ſicut ſer-
uitor fidelis omni ingenio obtemperares, ſicut enim zelantium fidelitas oſten-
ditur, vt ſingulis, quæ ſuo principi grata & vtilia percipiuntur, ei famulans inſudare debeat. ¶ Taliter
C enim & non aliter intelligentiæ ſummo Deo complacent. ¶ Et iuſtum quidem eſt, vt quanto virtutib.
iuſtitia, æquitate, humanitate & ſimilibus dominorum mentes ornantur, tanto ſibi ſubditos, imo & o-
mnes ad ſui dilectionem promoueant, veluti hi: ſunt enim in cœlis ſicut Dii ita in ceteris omnes domi-
ni pii: velut celeberrima illa & intitulatio clariſſima domus dominorum de Malateſtis: quorum omniū
eo non minus me fidelem exiſtimo, quam te familiarem propter prædicta, & maxime propter reueren-
tiam colendiſſimi in Chriſto patris & domini, domini Pandulphi Epiſcopi Conſtantiæ Normandiæ: cu-
ius ego me votiuum cognoſco ſeruitorem. ¶ Vt igitur tuæ fraternitati velut recte tuo Domino obtem-
peranti complaceam, ſume, quæ nunc breuiſſimo ſtylo tuæ petitioni ſatisfaciant. ¶ Alias enim ego am-
pliori generalioriq; ſtylo huius materiæ ſententiam declaraui, oſtendens in vno libello in duos tracta-
D tus partito, quod de balneis Paduanis, & aliis quamplurimis ex auctorum medicinæ ſententiis, & per
experientiam haberi poſſit, velut flores ex eiſdem ſententiis nunc elegi. ¶ Conſcribam igitur tibi, quo
numero balnea Paduana & maxime famoſiora, ſimiliter quæ ſint eorum mineræ, operationes & pro-
prietates: qualiter enim capiti, pectori, ſtomacho aut iuncturis conferant, ſermo præſens tibi declara-
bit. ¶ Sunt enim in Paduano diſtrictu famoſiora balnea nume. vj. videlicet. ¶ Primum balneum, Ap- *Quot bal-*
poni vel Apponenſe dictum. ¶ Secundum, Sancti Petri. ¶ Tertium, parum prædicto diſtans domus *nea in tra-*
noua. ¶ Quartum, balneum Montis groti. ¶ Quintum, balneum Sancti Bartholomæi. ¶ Et ſextum, *ctu Pata-*
Sanctæ Helenæ, hæc quidem famoſiora. ¶ Poſt quæ & balneum reperitur ſeptimum montis Ortonis *uino, &*
dictum quidem pleriſque, licet minoris famæ, maioris tamen vtilitatis approbatum eſſe dignoſcitur, ex *quæ.*
E quibus clare liquet deinceps in horum veritatem ſeptem capita percurrenda fore.

CAPVT I. *De aſpectu, ſitu, minera, virtutibus & operationibus balnei Apponenſis.*

INVENITVR ab Euganea ciuitate per quinque fere miliaria diſtans rus Apponum dictum,
in cuius confinibus a ciuitate remotioribus verſus montem ſancti Danielis dictum, parum a *Aſpectus.*
terra eleuatus monticulus quidam leuiter effertur, in cuius quidem ſummitate ſcaturiens, a-
qua feruentiſſima iam perpetua inuenta eſt, locus quidem eſt cœlo & omni plaga mundi ma-
nifeſte detectus; hincinde enim orientali, meridionali & ſibi oppoſitis mundi partibus aperitur. Situs *Situs.*
enim ſatis ex his ſanitati hominum conformis, niſi quia hincinde mons ille varios feruentium aquarū
riuos emittens propter illarum aquarum proprio riuo translationem, quæ non raro putrefiunt, cauſſa
F eſt perſæpe euertendi aerem ad qualitates hominum ſanitati contrarias, ſpeciales autem, in quibus hu-
mana corpora balneantur, loci ſunt illa in præfati monticuli ſuperficie velut lacuna quædam aquæ fer-
uentiſſimæ contentiua, a qua non raro corpora propter eius caliditatem intenſiuam balneari priuan-
tur, deinde verſus oriens infimo monticuli in plures partes diuiſa plurima balnea diuerſis riuulis, ab v-
no tamen omnia ſcaturientia fonte, partiuntur, quorum aliqua occulta, aliqua vero vulgo & ciuibus
manifeſta linquuntur. Eſt autem huius balnei minera, vt mihi a priori, & a poſteriori parte patuit a do- *Minera.*
minio maxime ſulphurea, aliquid tamen calcis cōtinens. Ego enim olim in huius & aliorum balneorum
cognitione non parum ſudans omnium prædictorum per ſublimationem a priori veritatem cogno-
ſcere pertentaui. Cum enim aquam huius loci diligenti deſtillatione deſtillauerim, maximam fæcu-
lentiæ partem ſulphuris inueni, parum vero cineris, velut ſi calx diu in aqua coqueretur. ¶ Promouit
autem me ad hęc votiua conſideratio humillimi & omnium deuotiſſimi in Chriſto patris domini Car-
dinalis Aquilegienſis, cui in balneis Paduanis & auctor & phyſicus ſemper aſtiti. ¶ Ex quibus clare pa-
G tere poteſt, quæ ſint huius balnei operationes, calefacit enim potenter ita, quod omnem malam com- *Operatio-*
plexionem frigidam fixam in membris potenter abiicit, ſubtiliat etiam & calefacit, & omnem ſubcu- *nes.*
taneam humiditatem exſiccat, dolores autem mitigat cōuenienter, licet extenuatis magis noceat, hu-
midum exſiccando, quam dolores remittendo. ¶ Proprietates autem eius ſunt, quia confert doloribus

iunctúrarū vniuerſali corporis mundificatione antemiſſa, ſimiliter humoroſitati ſtomachi, & hydropi aſcliticí confert & ſpecialiter, vniuerſaliter enim ægritudini humoroſæ cuiuſcunque membri fuerit. epar enim & inteſtina multum calefacit & renes. ¶ Corpus quoque a pruritu, ſcabie, vlceribus ambulatiuis & corroſiuis, gangræna, miliari impetigine & ſerpigine perfecte mundat, vt experientia ſæpe me cognoſcere fecit, & ratio ex fundamento mineræ probare poteſt. Et colligitur huius ſententia *quinto theorica, ſecunda primi, tertio Alm. & pluries alibi*, & ſcripſit hæc Oribaſius, *in 6. & Gal. in libello dinamidiorum*, dum inquit. *Quod virtus aquæ ſulphureæ eſt malaſtica calefactoria, omnes dolores mitigat, ſtomachum diſſolutum euertit & reliqua.*

Cap. II. *De ſitu, aſpectu, minera, operationibus & proprietatibus balnei S. Petri.*

Aſpectus. A Prædicto vero diſcedens balneo verſus oriens ambulando quis parum diſtanter vt per miliare quaſi locum inuenit villam ſancti Petri nominatum, in cuius quidem orientali parte monticulus a terra conſurgit notabiliter eleuatus, hic quidem verſus orientalem & ſeptentrionalem *Situs.* plagā varios hincinde riuulos emittit feruētes, nūc vero minus calidos, & quod mirabile dictu, ſapore, odore, & calore non parum differentes aquas hincinde effundit: in capite enim montis verſus oriens magis aquas inuenies clariſſimas, notabiliter feruentes, & ſapore ſalſo multum excellentes: verſus autē ciuitatem magis inuenies aquas colore æneo coloratas ac ſi eiſdem aliquandiu infuſum fuiſſet æs, & eſt quidem locus iſte fouea ſphęrica cuiuſcunq; communis aquas notabiliter calidas in ſe perpetuo conti- *Minera.* nens. ¶ Eſt autem vt ex prædictis patet huius loci minera diſtincta. Pars enim mineræ primæ in capite montis verſus oriens eſt magis aluminoſa; vt experienti patere poteſt. Pars vero ſecunda ænea magis exſiſtit: vt diſtillanti apparuit, licet etiam in ea aliquid aluminis contineatur. ¶ Eſt autem locus hic delectabilis ſatis ratione ſitus, licet ex cauſſa vaporum ab aquis corruptis eleuatorum, & vallibus circum- *Operationes.* dantibus hinc inde in ſua bonitate remittatur. ¶ Sunt autem balneorum huius loci operationes diuerſæ ſatis. Primus enim in capite montis exſiſtens confert fluxui ſanguinis menſtruali & hæmorrhoidali immoderatis, confert etiam doloribus ſtomachi, colicis & iliacis & ventoſitatibus, & humiditate multa laborantibus. Secundus vero confert vlceribus crurium, ani, pudendorum, & ſcabiei, ſimiliter etiam pruritui, vlceribus & phlegmati ſalſo oculorum & aurium conferre poteſt.

Cap. III. *De ſitu, aſpectu, minera, operationibus & proprietatibus domus nouæ.*

Situs. POſt hoc autem a præfato deſcendendo loco verſus meridiem parum diſtanter elongatus aliquis forte quantum baliſta iaculari poſſet monticulum inueniet notabilius præfato a terra conſurgentem.

Locus quidem eſt vndequaque cum vallibus notabiliter ſeptus, vnde ſtagnantium hincinde aqua- *Aſpectus.* rum nunc frigidarum, nunc actu calidarum inuicem commixtio diuerſis vallibus & foſſiculis facta aerem non bono odore, & conuenienter mala diſpoſitione qualificat, hic quidem mons verſus occidens & aquilonem calidarum aquarum varios riuos ſtagnando emitit, in capite namq; montis verſus aquilonem & ciuitatem abinde ſcaturiunt aquæ quamplurimæ notabiliter ſalſæ. Vnde Cararienſis olim dominus ſales quamplurimos effluenter elaborare fecit, verſus autem occidens magis effluens & feruens notabiliter ab hoc colle effunditur aqua ingenium domus vnius plurimum recepta: quæ quidem domus noua nuncupatur, vnde hoc balneum denominationem capit. ¶ Et eſt quidem minera huius cal- *Minera.* cea & notabiliter ſalſa: ſimiliter etiam & alumine multo participans magis quam prima. Hæc autem omnia ſublimanti & a poſteriori negotianti patere poſſunt. Prima aqua notabiliter confert hydropi *Operationes.* & humoroſitati ſtomachi, ſimiliter etiam paralyſi endimiæ cachexiæ. Secunda vero aqua notabiliter ventrem ſoluit, mucoſas educendo ſuperfluitates licet tamen minus ventrem ſoluat quā prima. Quod idem contingit propter ſtypticitatem quam aqua talis a calce & ab alumine recipit. Prima igitur ſolutiua magis eſt. Secunda vero poſt ſolutionem laxata in euacuationibus membra confortat magis. confert etiam hæc ſecunda corizæ & catarrhis & reumatiſmo capitis, ſi debite fuerit aſſumta, vt alias *in tractatu de balneis* ſatis ingenioſe monſtraui.

Cap. IV. *De ſitu, aſpectu, minera, operationibus & proprietatibus balneorum montis groti.*

Situs. CONTINVANTI igitur verſus meridiem iter a prædicto loco ſecedens parumper villam inueniet montis groti apud incolas nominatam, apud vetuſtiſſimos autem patres olim mons ęgrotorum dicebatur: & digne quidem, non minus enim nunc, quam vetuſtiſſimis temporibus ad hunc locum, tanquam ſalutis ægrotorum magna copia hincinde perducitur, ſiue forte propter experientiā ſanandi ab ægritudinibus peruenerit virtus balneorū illius loci, ſiue quia conſimilia balnea antiquitus ſacra dici conſueuerunt, vt Philoſophus *problemate 24. problemate vltimo.* ¶ Eſt autem locus hic me- *Aſpectus.* ridionali aſpectu notabiliter priuatus, omnino autem ab occidentali elongatus, vnde forte aliud virtualiter ex hoc acquiri poteſt, meliora enim loca ſunt, quæ aſpectui orientali ſunt detecta, qualis eſt locus iſte. ¶ Eſt autem mons aliqualiter a villa diſtans prædictis altior, multos diuerſarum aquarum riuulos hinc inde concedens. ¶ Primum quidem prope locum Eccleſiæ magnus riuus in plura loca nunc *Minera.* ſecreta nunc vero communia ſegregatur. Cuius minera, vt videre potui, ſulphurea & cinerea qualitate participat, credo autem ſecundum quod diſtillatio manifeſtauit, cinerem illum ex calce fore ab aquæ caliditate factum. ¶ Poſt hunc autem riuum verſus oriens magis proprie quaſi prædictum velut paruula lacuna iacet, quam balneum equorum nominant: quæ quidem mineram habet excellentiſſime ſulphuream magis quam primus riuus, vt videre potui. ¶ Poſt hæc autem loca plura prope inuenies

loca bal-

A loca balneorum diuerſorum, quæ vt pertentaui ſale & cinere dominanter participant, minus autem ſulphuris in eis inuenies. ¶ Ex his autem omnibus horum balneorum virtutes & operationes patere *Operationes.* poſſunt. ¶ Primi namque balnei operatio & proprietas eſt, doloribus & repletionibus neruorum notabiliter iuuamentum afferre, corpus ab omni ſcabie, impetigine & ſerpigine ante purgatum, conuenienter mundificare. Confert enim omni humoroſæ ſuperfluitati in quocunque membro commoranti, ſi debite adminiſtretur, ſtomachum tamen in appetendo debilitat, & nimium relaxando remollit. ¶ Alterius autem & illius loci balnei proprietas eſt, excellenter calefaciendo diſſoluere, neruos etiã nimia frigiditate & induratione læſos confortare, & antiquis conferre doloribus. In omnibus enim operationibus vtiliſſimus eſt ad prædicta dato, & ſapientius aſſumi debeat.

CAPVT V. *De ſitu, aſpectu, operationibus, & proprietatibus balnei ſancti Bartholomæi.*

B POſt terga vero prædicti collis diſtanter ambulans montem inueniet lateraliter applicatum, quia *Situs.* beato Bartholomęo denominationem capit. ¶ Eſt autem locus iſte ſylueſter ſatis, orientali aſpectu *Aſpectus.* omnino priuatus, ſimiliter etiam & a meridionali plaga partim ſubterfugus pariformiter, & ab aquilonari, in totum vero occidentali plagæ liberum habens aſpectum. Mons quidem iſte penes eius confinia valles habet ampliſſimas a parietibus ſuis aquas effundens & qualitate & virtute diuerſas. Scaturiunt enim inde aquæ in putealem quamplurimis hinc inde collectis, tempore quidem veris notabiliter in calore remiſſæ. Æſtatis a. & authumni principio notabiliter calidę pingues & craſſæ ſunt, vt tãgenti rem mollificatiuam & tactui gratam percipere videatur. ¶ Eſt enim, vt diligenter conſiderare po- *Minera.* tui, iſta aquarum minera ſulphure ſubdominante: excellenter autem vt deſtillatio docuit, bitumine C vel aſphalto participans. Rem enim poſt ſublimationem pertinentem ſulphuris vel aſphalti ſubſtantiæ ſublimati inueni, aliqualiter autem odore ſuo recte conſpicienti pluuialis vaporis ſimilitudine oſtendit. ¶ Ex quibus lucide ſatis conſideranti patere poteſt, quæ ſint aquarum huius loci virtutes & opera- *Operationes.* tiones, ſunt enim mediocriter calefactiuæ, omnium duritierum in quacunque parte corporis potenter emollitiuæ, neruos antiqua duritie & motus impoſſibilitate læſos notabiliter extenſibiles faciunt. ¶ Ego enim cum olim bonæ memoriæ Reuerendiſſimum patrem dominum Cardinalem Aquilegienſem ad Azemena perductum, quo contractus in pedibus, genubus & brachiis omnino factus erat, hæc balnea intrare iuſſiſſem, vidi, tetigi, percepi in prædictis aquis membra ſua æque bene diſtendere, rectũ ſtare ac ſi iuuenculus fuiſſet extra tamen aquas non diu perſeuerabat poſſibilitas tenſionis illa: cuius D cauſſam peritus phyſicus facile pronunciabit. ¶ Adhuc etiam anno ante hunc immediate virum nobilem Georgium de ſancto Caſſiano Piſanum ciuem ad Azemena perductum, notabiliter conualere vidi. Alia autem exempla quamplura tradere poſſem, ſed dimittantur, ne hypocriſi imputentur, & tu vide ſecundum, qui viuens teſtis exſiſtit.

CAP. VI. *De ſitu, aſpectu, minera, virtutibus & operationibus balneorum S. Helenæ.*

SI diligẽs aliquis cauſſarum phyſicus ad inquiſitionem anhelet, a prædicto iam loco diſcedens, an *Situs.* ſecus verſus pergens, optauerit alterius loci perquirere balnea, perueniet ad monticulum medio E quidem plurimarum vallium inuolutum. ¶ Collis quidem eſt ab aliis pauliſper fugiens, nec multum a terra ſuperbiens, in cuius quidem orientali coſta a meridie etiam non fugiens, aquas ſcaturientes quamplurimas inuenies, vnde enim a minera immediatius cõſurgit aqua, tanti feruoris exſiſtit vt ſen- *Aſpectus.* ſus tactus ab eius impreſſione ſe defendere non poſſit. ¶ Cum autem per longioris diſtantiæ tractum aqua illa a ſuo progenitore diſtrahitur, parumper ab eius feruore recedit, omnis tamen inde ibi ſcaturiens aqua ingenti eſt caliditate munita, neque ipſam terrefacit leuis ad aquilonem aſpectus: cum ſit etiam a fauonio & zephyro flatu omnino ſecura. ¶ Eſt autem huius loci minera ingenti ſulphure mu- *Minera.* nita, vt odor & operatio declarare poſſunt, cinerea etiam remiſſa valde, leuiori autem aluminis virtuali participans. Neque miretur aliquis, ſi varietatem tam arduam cinis per ſublimationem exhauſtus oſtendere videtur, quis enim ambit tam intenſam caliditatem aliquo ſubiecto pabulatam eius aliquas partes aut illarum, per quas defluit, partem aliquam in cineres euertere. Qualiter autem vnum elemen- *Balnea* torum in alterum tranſmutetur, & elementa in varia compoſita terminentur, phyſico negotianti vide- *ſimplicia* F re eſt facile. Raro enim mihi crede, & ſi non palcet experiri poteris, apud ne dum huius, ſcilicet cuiusli- *raro inue-* bet loci incolas ſimplicia balnea reperies, plurima enim illarum compoſitas mineras habent, quare *niri.* compoſitas in eis virtutes eſt inſurgere neceſſarium. Medicus autem ſpeculator ex ſenſibus dominationes in compoſito & virtutes & qualitates auctenticare debet. ¶ Calefaciunt igitur huius loci aquæ *Operatio-* mirabili caliditate, neruos mundificantes, dolores in eis extenſiuos placantes: & replentes materias ſpa- *nes* ſmo diſponentes exſiccatione ſua conſumendo, prohibentq; membra iuncturalia recipere ſuperfluitates, ſi ante tempus periodicationis infundantur eiſdem cum canone, modo & obſeruatione concedẽtibus. Mundificant etiam ſuperficiem corporis a cutaneis infectionibus, & alia quamplurima iuuamẽta faciunt, quæ leguntur *ſecunda primi doctrina ſecunda, cap. 19. & 5. theoricæ* a Galeno, Oribaſio & aliis auctoribus, quorum memoriam afferre non eſt opus Medicis ſaltem vigili cum ſententia vtentibus.

CAP. VII. *De ſitu, aſpectu, minera, operationibus & proprietatibus aquarum calidarum montis Ortonis.*

G FAmoſitas balneorum prædictorum me rationabiliter impulit, vt prędicta loca deſcriberem balneorumque dictorum virtutes exponerem dato, quod loci circumſtantia, propinquitas & virtus *Situs.* rationabilius me promouere debuiſſet ad explicandum montis Ortonis balnea. Eſt autem mons iſte in plurium montium medio ab aliis tamen ſeparatus, effugiens inter montem illum, ſcilicet quem

olim progenitores noſtri fama & opere dignius, quam nunc, coluerunt montem ſcilicet rubeum no- A
minatum, vbi quondã illuſtris Euganea ciuitas non leuibus laudibus emicuiſſe ſcribitur, & inter mon-
tem, quẽ nunc ſancti Danielis mõtem, tunc autem templum Deæ Cereris cognominatum fuiſſe per-
Aſpectus. legimus, hunc quidem Ortonem montem primitias ſui nominis ab Ortone viro quidẽ in armis & vir-
tute conſpicuo, aliqui nomen accepiſſe pronuntiant. ¶ Hic quidem mons ex gremiis eius apud ſuper-
ficiem terræ, velut eius ſororem, aquas calidas abundanter effundit in medio quidem terræ termino-
rum montis orientali & meridionali plaga liberrimorum, quia ſeptentrionali & occidentali plaga ele-
Minera. uatos huius montis colles velut clypeos habere videtur. ¶ Eſt autem huius aquæ minera ſalſa, ſulphurea
& pinguis, difficulter demonſtrabili virtute compoſita, confert enim doloribus antiquis, durities arti-
culoſas, ſplenem & hydropem ſoluendo, deponit, confortat laxata membra, & alia quamplurima iuua-
menta facit, quæ alias in ampliori ſtylo deduxi: propter loci autem ſylueſtrem habitationem raro quæ- B
ritur. ¶ Hæc itaque pauliſper aduertenti & mihi conſideranti de Euganeis balneis illuſtri ac magnifico
domino fideli charitate conſcribuntur. ¶ Modum autem ſolemnitatis & canones in introitu balneo-
rum obſeruandos, vt purgationes generales & particulares digeſtiones, diuerſiones mittentium & re-
cipientium, membrorum confortationes, particulares materierum conſumtiones & reliqua particula-
ria ſcribere non videtur fuiſſe condecens, illuſtrium enim Phyſicorum ſuorum prouincia determina-
bit. ¶ Ego autem velut fidelis ſeruus calamum erexi. quia celeberrimæ & generoſæ tantorum domino-
rum propagini me totum deuotum reddo, & maxime propter votiuam affectionem, quam conſeruare
me ſentio reuerendiſſimo & humillimo in Chriſto patri & domino domino Pandolpho, illuſtriſſimi
principis dominii & noſtri nato domino meo præcipuo. AMEN.

C

TRACTATVS SECVNDVS PRÆCEDENTI CONtinuandus; & eſt de regulis & modo obſeruandis a balneandis, & de modo ſuccurrendi accidentibus eis euenientibus.

POST tractatum, quẽ alias compilaui de materia balneorum Patauinorum, in quo
deſcripſi ſeptem eſſe balnea Paduana: & nõ ſolum loco, vel ſitu, ſed etiam minera &
virtutibus differentia. ¶ Quorum primum & famoſius apud veteres eſt balneum
Apponenſe, noſtris autem temporibus de Abano dictum; cuius in antiquis ſapiẽ- D
tum ſermonibus adhuc memoria viget, iuxta illud Lucani dictum:

Heu balneo ſi vera fides memorantibus augur,
Colle ſedens Appone terris fumiger exit.

¶ Secundum verò eſt balneum ſancti Petri nominatum. ¶ Tertium, non multum diſtans a noſtra
ætate de nouo autem conſtructum. ¶ Quartum, eſt balneum montis ægrotorum, quod ita cognomi-
natum eſt fama & experientia iuuamenti eius ad ægritudines quam plures. ¶ Quintum, balneum a
monte Ortoni cognominatum. ¶ Sextum, balneum in fine montis & extremitate conuallium ſitum,
vbi iam nunc beati Bartholomæi templum ædificatum eſt: & ab eo denominationem capit. ¶ Vltimum
vero eſt balneum a ſancta Helena cognomen capiens, præter quæ ſeptem balneorum diuerſitates, nul-
lum aliud balneum exteriori fama vel ſcriptura ſapientum aut iuuamento vel vtilitate cognitum eſt. E

Quorum quidem balneorum vtilitates & iuuamenta tum experimentali iudicio; tum vero ratione
Situs. mineræ, per quam tranſeunt, eorum etiam ſitum & aſpectum ad plagas mundi, & quæ eorum, & quibus
& quam diuerſis confert ægritudinibus iam præallegato tractato ſatis diffuſe auctoritate, rationibus &
experimento deduxi, cuius tractatus memoriam quia ad hunc locum coniungendam cupio, iam præ-
dicta repetere non curaui, quare hoc tractatulo ſolum intendo ſcribere canones & modum, quem ob-
ſeruare debent, vt nunc ſequitur ordinate. ¶ Primum itaque pręmitto hanc ſuppoſitionem, quod ne-
ceſſe ſit intrãtes balnea prædicta, prius eſſe vniuerſalibus euacuationibus præparatos, ſi repleti fuerint,
perſuadetur facile, quia quærentes balnea aut gratia curationis alicuius ægritudinis accidentis, hoc
faciunt: aut gratia laſciuia & delectationis. ¶ Si primo modo, materiæ inclinabũtur ad loca ægra ægri-
tudines magis augmentando, quam alleuiando, igitur procurari debent. Conſequentia patet, quia ex F
remotione cauſſæ nocumenti, remouetur nocumentum: & antecedens arguitur, quia balneum ſua ca-
Regula circa balnea obſeruanda. liditate actuali aut potentiali, aut vtraq; ſimili colliquabit materias & in motu ponet, ſed illæ materiæ
diſſolutæ pelluntur a membris fortioribus ad debilia, *vt prima primi, cap. de memb. in fine igitur, &c.* Si
autẽ quęrantur balnea gratia delectationis & laſciuiæ, tunc quia talia corpora plurimũ ſunt repleta, &
Præparatio ad balneũ. reguntur in balneis effrenitanti regimine in cibis & potibus, plurimum incurrunt febres putridas & a-
lias diſpoſitiones prauas. ¶ Prima itaq; regula obſeruanda eſt, ꝙ tẽpore calido balnea ingrediantur ho-
1. mines in hora diei, qua remiſſa eſt caliditas in mane vel in ſero: perſuadetur, quia corpora in hora tali
ſunt minus parata reſolui & debilitari a caliditate balnei ſola, quã a caliditate continentis & balneorum
2. ſimul. ¶ Secunda, quod hæc hora debet eſſe ortus ſolis vel parum diſtans & hora 21. vel prope illam, pa-
3. tet quia talibus horis ſol ab hemiſphærio noſtro elongatus eſt, igitur &c. ¶ Tertia, quod ingredi- G
entes balneum prius expurgentur a fęcibus, vrina, ſputo & ſuperfluitatibus communibus, patet quia
ſi applicaretur balneum cum retentione ſupradictarum ſuperfluitatum, periculum eſſet extraneatio-
nis earum & defluxus ad membra debilia, oppilationum & apoſtematum ipſorum: quare ingredientes
4. balneum ꝓcurent ſemper educere fæces, vrinã & alia. ¶ Quarta, ꝙ aqua, quam ingrediuntur homines,

ſit a

A ſita contractu rerum inficientiũ enudata: ita vt ſit aqua a ſuo fonte ſcaturiens in ſuum balneum bene
mundificata recepta, q̃ leproſi, ſcabioſi, epidimia infecti, menſtruoſæ mulieres, aut alio tali cõtactu in- *Mora in*
greſſi non fuerint, patet hæc regula, quia ꝙ tangitur a corrupto, corrumpitur vel aptum eſt corrumpi. *balneo.*
¶ Quinta, ꝙ ingredientes balneum non perſeuerent in eis vſq; ad euentum debilitatis excluſiue, patet, 5.
quia balnea talia eleuata caliditate ſua multũ ſunt reſoluentia & humidi ſubſtantifici & ſpirituum con-
ſumtiua: igit̃, &c. ¶ Sexta, ꝙ balneantes tempore, quo ſunt infuſi aqua, omnino euitent cibũ & potum ꝓ 6.
communem modum laſciuiæ perſuadetur: quia cibi & potus aut ſunt calidi, actu & potentia, igitur au-
gmentabunt caliditatem & a balnei calore diſponent ad corruptionem & putredinẽ, aut tales ſunt fri-
gidi actu, & calidi potentia, & propter actualem frigiditatẽ prohibebunt diſſolui id, ꝙ a balneis diſſolui
B debet, & iterum inuenientes vias penetrant in anguſta loca, in quibus laborioſas oppilationes perſæpe
faciunt, aut vero cibi & potus ſunt calidi actu & frigidi, potentia & qualitercunq; contingat, diſtrahũt
innatam caliditatẽ ab actione reſolutionis materierum, q̃ ad putredinem diſponuntur. Septima, quod 7.
balneatus calidæ cõplexionis & raræ texturæ, humorum ſubtiliũ & debilitatem habens a generatione
vel a tempore, euitet longã morã in balneis & fortem fricationem in eis, patet, quia talia conſimilia ad
ſuſpectã reſolutionẽ perducere poſſent ꝑ debilitatem. ¶ Octaua, ꝙ balneatus pannis diligenter coope- 8.
riatur dum exit ad balneum, patet, q̃a cum caliditas continentis temperata ad caliditatẽ balnei ſit quaſi
frigiditas: & corpus ſit iam factum rarum priuatione humidi membralis & ſpirituum: periculũ eſt in-
greſſus aeris illius in profundum corporis. ¶ Nona, ꝙ balneatus poſt exitum balnei ingrediatur lectũ, 9.
vbi pannis diligenter tectus dormiat & ſudet. ¶ Prima pars patet, q̃a per quietem & ſomnum ceſſat re- *Quies &*
C ſolutio & ſequitur reſtauratio ſpirituum aĩalium & remotio laxitudinis. ¶ Secunda pars arguitur, quia *motus.*
cum a caliditate balnei plures ſubtiliatæ fuerint & ablatæ ad circumferentiã corporis, per ſudorem ex-
cluduntur propter quod corpus alleuiatur. ¶ Decima, ꝙ poſt q̃ balneatus quieuerit, priuſquã comedat, 10.
motu progreſſiuo pluribus paſſibus exercitari debet, patet, quia per tale exercitium vapores & ventoſi-
tates plurimæ a calore balnei generatæ inſenſibiliter expelluntur. ¶ Vndecima, ꝙ ſi balneatus prædicto 11.
exercitio exercitari nõ poſſit; vt quia arthriticus, paralyticus, aut debilis fuerit, eidem leues fricationes
extremis partibus ſiccæ applicari debent, patet hic ex non ex deductione præcedentis. ¶ Duodecima, ꝙ 12.
ſi propter inſtantiam doloris aut vlcerum: aut alterius cauſſæ balneato non poſſunt applicari fricatio-
nes, vtile eſt ante cibationem præmittere ſuppoſitionẽ de melle, radice blitis, radice ireos: aut de carne
ſalita facta vel aliter, vt ibi placet igitur &c. ¶ Decimatertia, quod iſtis peractis balneati recipiant cibum 13.
conuenientis quantitatis & potum, vt neq; augmento peccet, neq; diminutione. ¶ Prima pars patet, vt *Diæta in*
D per cibum reſtauratio condecenter fiat, & etiam declaratur; quia ſi cibus quantitate ſua menſuram cõ- *cibo & po-*
uenientem excedit, non poterit conuenienter digeri: cum membrorum calor a b actione balnei debi- *tu.*
litatus ſit. ¶ Et ſecunda pars arguitur, quia ſi cibus erit a quantitate conuenienti diminutus, non con-
uenienter fiet ex eo reſtauratio & fortaſſe prius ad membra adducetur, quam bene digeratur. ¶ Deci- 14.
maquarta, qnod cibi conueniens quantitas illa, quæ ſtomachi grauitatem non efficit, neque nauſeat.
Potus vero conueniẽs quantitas eſt, quæ in ſtomacho non natat & fluctuat; colligitur hæc regula *tertia*
primi, de regimine cibi & potus, & quarto Almanſor. 4. cap. & 21. continentis ¶ Decimaquinta, quod 15.
qualitas ciborum cõueniens balneatis limitetur penes multa, primo vt cibus ſit facile digeſtibilis, quia
calor ſtomachi aliqualiter debilis, ſecundo ſit boni nutrimenti & non ſuperfluus, tertio ſit facile pene-
tratiuus, quarto non ſit craſſus neq; oppilatiuus: & idem de potu omnino intelligendum eſt. ¶ Deci- 16.
E maſexta eſt, quod panis recens bene fermentatus & coctus; carnes pullorum & auium non degentium
in aquis: carnes hædi, vituli & annualis agni, oua, piſces non viſcoſi, caſeus recens, lac coctum, coloſtrũ
& aliæ partes lactis conuenienter aſſumtæ conueniunt. ¶ Fructus vero & alii corruptibiles cibi, aroma-
ta, olera valde calida & radices calidæ vt allium, euitari debent, patet, quia omnia talia aut ſunt multum
repletiua & per balneum intenditur corporum exſiccatio, quare contrariantur ei. ¶ Idem dico de potu,
proprium enim balneatorum vinum nõ debet eſſe craſſum, ponticum ſtypticum, aut fumoſum valde.
¶ Decimaſeptima, aquæ frigidæ coctæ vel crudæ vſus omnino non placet, patet, q̃a cum mẽbra inanita 17.
ſint & calefacta, poterit facile aqua penetrare & attrahi ad remotas partes, quare nocebit membris de- *Sect. 5.*
bilibus & neruoſis, iuxta illud veteris. *Frigidum inimicum, &c.* Et iuxta ſermonem magnum eiuſdem. *aph 18.* *Sect. 5.*
Frigida velut nix, & cryſtallus &c. pectori inimica. ¶ Decimaoctaua eſt, balneatus omnino euitare debet *aph. 24.*
F coitum & ſi non propter aliud, ſaltem ne lædat morales actus, amplius a calore balnei reſoluitur ſatis & 18.
exſiccatur de humido membrali & ſubſtantifico, & per coitum euacuatur ſuperfluitas vltimi alimenti
vtilis, vt *vigeſima tertii* colligendum. ¶ Decimanona, balneantes corpora ſua bis in die non ingrediant̃ 19.
balneum vice ſecunda: niſi diſtanter a præaſſumto cibo per horas 7. perſuadetur; quia ſi balneantur
corpora cibo adhuc in ſtomacho ſtante, periculũ eſt attractionis cibi crudi ad meſaraicas & epar, quare
inſtat periculum corruptionis ipſius & oppilationis in prædictis partibus. ¶ Vigeſima, accipientes bal- 20.
neum propter duritiem & contractionem neruorum & gratia ſedationis dolorum inter primam bal-
neationem & ſecundam, membra languentia luto in minera balneorum inuento actualiter calido em-
plaſtrari debent: patet, quia lutum illud omnino eaſdem habet virtutes & operationes, quas habet aqua.
Amplius denſitate ſubſtantiæ ipſius & multitudine materiæ vehementius imprimit in membra, quam
G faciat aqua, & conſeruatur eius impreſſio diutius, cum non euaporet ita cito, ſicut aqua, quare eius ap-
plicatio conueniens eſt, & propter hoc & ſimilia motiuã maius iuuamentum ex operatione eius inue-
ni, quam ex applicatione aquæ, & proprie quando detinetur ſuper membris, quamdiu remanet cali-
ditas eius actualis notabiliter intenſa, & non infrigidatur. ¶ Vltima regula, accipientes balneum gratia 21.

Velocis penetrationis caliditatis actualis & virtutum qualitatum naturalium balnei maius iuuamen- A
tum acquirunt ex ſuffumigatione membrorum a vapore aquæ eleuatorum, quã ex applicatione aquæ
perſuadetur quia ex applicatione euaporationis prædictæ velocius fit impreſſio & ſuauius, quam ex ap-
plicatione aquæ, quare &c. Et modus applicationis eius eſt talis, vt foramina fiant in riuis curriculorũ,
vnde effunditur aqua ad balneum & mẽbra ſuperponantur illis foraminibus, per quæ vapor multus &
bene vnitus exiens notabilem impreſſionem in membris facit ſedando dolores, leniendo duritiꝭ, &
conſumendo humores, ſicut longa mihi experientia inuentum & comprehenſum eſt. Hæc quidem
ſunt, quæ apud balneantes obſeruari debent, per quæ obſeruata balnea notabiliter conferunt, & eua-
cuationes vel operationes a ſuis qualitatibus prouenientes inducent conuenienter, aliter autem non
Accidentia a balneis inferri ſolita. modo nõ conferãt, ſed etiam vehementer nocebunt. ¶ Pręter hæc a. intelligendum, quod balnea pdicta
nonnulla accidentia producere ſolent, quæ ſi perſeuerent, iuuamenta balneorum impediunt. Quorũ B
primum eſt immoderata vigilia. ¶ Secundum vehementia ſitis. ¶ Tertium dolor capitis. ¶ Quartũ con-
1. ſtipatio ventris. ¶ Quintum immoderatus ſudor. ¶ Sextum punctio & ardor vrinæ. ¶ Septimum deflu-
Vigilia vnde & quomodo curanda. xus rheumatis a capite ſtillãtis. ¶ Octauum proſtratio appetitus, quibus omnibus ſubuenire conſueui,
ſecundum quod nunc ſequetur. ¶ Vigilia, quæ conſequitur applicationem balnei, contingit aũt ꝑpter
conſumtionem ſuorum vaporum, q̃ ſunt materialis cauſſa oppilationis contingentis in organo ſenſus
communis & cerebri, aut propter illorum vaporum caliditatẽ exauctam & factam a virtuali caliditate
balneorum, quæ materias calidas, inflammatiuas & exſiccatiuas faciunt. ¶ Et modus facilis prouidendi
Potio. vtriq; eorum eſt, vt in ſero eunti dormitum detur hoc ℞. *aquæ ſublimationis, lactucæ vel portulacæ* ℥ *iij.*
Alia. *ſyrupi de papauere* ℥ j. *detur hoc totum tepidum in potu per duas horas poſt cœnam.* ¶ Et fortius illo eſt hoc.
℞ *ſyrupi de papauere* ℥ j. *ſyrupi violati* ℥ ß. *aquæ nenupharis* ℥ *iij. detur vt ſupra.* ¶ Aut dentur tres de iſtis C
Pilulæ. pilulis. ℞ *ſeminum lactucæ, violarũ, florũ nenupharis, ſeminum cõmunium frigidorum omniũ ana* ℥ j. *croci,*
ſeminis aneti ana ℈ j. *ſeminis hyoſcyami albi* ℈ ß. *corticũ mandragoræ* ℥ j. *fiant pilulæ cũ emulſione papaueris,*
& dentur vt dictum eſt, ẽt portulaca & lactuca, folia violarum, flores nenupharis & maluarum & grana
2. papaueris in cibis cocta oĩa talia ſomnum prouocant. ¶ Sitis vero vehemens eueniens ex conſumtione
Sitis vehemens. humidi roridi, ꝙ humectare ſolet os ſtomachi, remouetur cũ iſtis ℞ *iulep. roſ.* ℥ j. ß. *aquæ violarũ & bo-*
Potio. *raginis, ana* ℥ *ij. miſce & bibatur ex eo ſæpe.* ¶ Item ſyrupus de ribes, de berberis, ſyrupus de fructibus &
conſimiles infrigidatiui & humectatiui conferunt ¶ Deſcriptio bona ad illud ℞ *ſyrupi de pomis, ſyrupi*
Alia. *de nenuphare, ana* ℥ j. *aquæ decoctionis ſe. lactucæ* ℥ *ij* ß. *miſce & bibantur frigidi.* ¶ Semina etiam anguriæ
ſæpe in ore retenta & maſticatio portulacæ vel acetoſæ conuenienter ſitim ſedant. Ego autẽ inuenio iu- D
uamentum maximum in aqua lactis caprini, & proprie quando extracto caſeo coquitur iterum lac &
fit recocta: tunc enim remanet dicta aqua lactis, cuius ℥ iiij. vel v. datæ in potu vehementer ſitim ſedãt,
3. *Dolor capitis.* & proprie cum talis aqua fuerit parum ad acetoſitatẽ inclinata. Dolor capitis, qui contingit ex balneis
plurimum ex colligantia capitis ad inferiores partes, q̃ fundunt vapores ignitos facientes ſolutionem
continuitatis extenſiuam in pãniculis cerebri, aut malam cõplexionem calidam, inducentes in eis, aut
contingere poteſt propter applicationem aquæ balnei ſupra caput. ¶ Et primi quidem doloris canon
curationis eſt in potu accipere ea, q̃ reprimunt vapores & prohibent aſcenſum eorum ad caput: & hoc
continere poſſunt omnia, q̃ ſomnum inducere ſunt ſcripta. ¶ Item diacydonitem de ſaccharo ſine ſpe-
ciebus, coriandrum confectum, grana granatorum & ſimilia frigida & ſtyptica poſt cibaria comeſta cõ-
Potio. ferunt. Deſcriptio bona. ℞ *oxyſacchara* ℥ j ß. *aquæ plantaginis, aquæ cichoreæ vel acetoſæ ana* ℥ j ß. *detur in* E
potu eunti dormitum. Item aſſumtio vnius pilulæ vel duarum poſt cœnam, q̃ factæ ſunt ex aloe infuſa in
Linimentum. ſucco roſ. endiuiæ vel acetoſæ, materias & vapores reprimunt & per inferiora deponunt. ¶ Linimentum
bonum ad illud ℞ *trochiſcorum memitæ* ℥ *ij. camphoræ gra. iij amyli* ℥ *ij. croci* ℈ ß. *aquæ violarũ, aquæ roſ.*
ana ℥ *ij. conquaſſentur omnia in mortario & aſpergantur vel liniantur ex eo frons & tempora:* aut imbibatur
4. ex eo pannus lineus duplicatus latitudinis quatuor digitorum & circundetur ex eo frons & tempora.
Conſtipatio vẽtris. ¶ Venter vero, ſi fuerit ſtypticus, molliri debet cum ſyrupo de prunis, decoctione fructuum ſolutiua,
ſyrupo violato & ſimilibus frigidis & humidis, cum aquis proportionalibus. Item cum aqua lactis
præparata, cum decoctione bletum, violarum maluarum vel vtendo eis in cibis, ex comeſtione ſemi-
Pilulæ. nis ſiſami vel caſſiæ fiſtulæ pinguis ante cibum. ¶ *Item* ℞ *aloes epaticæ, ſyrupi lupulorum, ſyrupi violarum*
ana ℥ ij. *maſticis, croci ana gra. iiij. infundatur aloe in eis per diem & noctem: vel per tres dies naturales: &* F
fiant ex eis pilulæ poſt exſiccationem ſucci leui igne vel in ſole factam: ex quibus in ſero ante cœnam parum
5. accipiantur duæ vel tres & ſunt remedium bonũ & vtile. ¶ Sudor omnino in balneis detineri nõ debet,
Sudor immodicus. niſi qñ effrenitauerit, cum ꝑ illum exſiccẽt ſuperfluitates, ſicut intendit. Si a. inualeſceret adeo ſudor,
vt per ipſum laxũ redderetur corpus in virtute motiua & reſolutum ſubſtantialiter, alteretur regimen
ex parte ciborum cum lacte, rebus acetoſis & acribus: vt gelatiua, conditis de vino granatorum & cibis
amygdalatis & humorum incraſſatiuis; vt pedib. aĩalium bene coctis & aceto infuſis & ſimilib. & pannico
cum lacte cocto. Et nõ dubito, vt expertus ſum; ꝙ iuſcula de milio facta cum lacte caprino notabiliter
ſudorem ꝓhibeant. ¶ Quieſcere a. a balneo & in vmbra morari & corpus pauliſper euentari ſunt de in-
tercipientibus ſudorem conuenienter. ¶ Frigida a. & ſtyptica & ſicca medicamina ſuperficiei corporis
applicata non placent mihi: ne oppilando vel cõſtringendo anxietatis, anguſtiæ & aliorum prauorum G
6. accidentium ſint cauſſæ. ¶ Ardor vel punctio in membris vrinæ & proprie in extremitate pudendi cõ-
Punctio & ardor vrinæ. tingit balneatis aut ex mala cõplexione calida epati & renib. eueniente propter caliditatẽ actualem &
vtplurimum potentialẽ balneorum, a qua contingit vrinalẽ aquoſitatem & materias humorales inflã-
mari, q̃ ſunt cauſſa punctionis pdictæ, aut etiã arenulæ frequenter ex balneorum caliditate generantur

aut

A aut genitæ exacuuntur & exaſperantur, & ſunt cauſſa p̄dictæ punctionis: imo & q̄nq; excoriationis in viis vrinæ euenientis. Quorũ oĩm curatio eiſdẽ inſtrumentis facile pfici pñt. Eſt igitur remedium effi- *Tragea.*
cax ad hæc oĩa huius trageæ vſus ante cibũ ſemper cochlear vnũ accipiendo ex ea. ℞ *quatuor ſeminum frigidorũ cõmunium ana ʒ ß. ſeminis papaueris albi ʒ iij. ſeminũ endiuiæ, lactucæ, portulacæ & acetoſæ ana ʒ j. florũ nenupharis ʒ ß. penidiarũ ʒ j. ſacchari albi ʒ j ß & fiat tragea.* ¶ Conferunt ẽt huic nocumento pi- *Pilulæ.*
lulæ iſtæ accipiendo ex eis ante cœnã & in aurora iiij. vel v. ℞ *ſucci liquiritiæ ʒ iij. violarũ ʒ ij. ſeminis lactucæ ʒ vi. gran. papaueris albi ʒ j ß. croci ℈ ß. fiant pilulæ cũ ſucco foliorũ violarũ & ſunt efficaces.* ¶ Con-
tingit etiã frequẽter rheumatiſmus a capite pp colliquationẽ materierũ a caliditate balnei factã aut ni 7.
mia reſolutione; ex qua debilitat̃ digeſtiua cerebri. ¶ Et huic q̄dem prouideri poteſt ſuperaſpergendo *Catarrhus*
proræ capitis ex hoc puluere qñ itur ad lectum ℞ *laudani. ſtyracis calamitæ, roſ. ligni aloes ana ʒ ß. ſanda-* *a capite.* *Puluis ca-*
B *racæ ʒ vi. ſpodii ʒ v. macis ℈ ß. & fiat puluis ſubtilis.* ¶ Confert etiam ad illud odoramentum nigellæ tor- *pitis ſuper-*
refactæ, & proprie ſi materia fuerit ſubtilis. ¶ Cõpoſitum bonum ad vtramq; intentionem ℞ *ligni aloes* *aſpergen-*
ʒ j. ſtyracis calamitæ, laudani ana ʒ ß. coriandri præparati ʒ iij. ſandalorũ alborũ ʒ ij. acatiæ ʒ ß. cãphoræ gr. *gendus.* *Nodulus*
ij. fiat puluis ſubtilis & ligetur in ſindone denſa & odoretur ſæpe. ¶ Contingit a. balneatis appetitus pro- *odoratus.*
ſtratio ex laſſitudine oris ſtomachi proueniente a multa reſolutione ipſius etiã ex defluxu materierum 8.
phlegmaticarum, q̄ multiplicantur in ore ſtomachi per viam colliquationis & attractionis ad ipſum. In- *Proſtratio*
tentio itaq; eſt vigorare os ſtomachi cum his, q̄ vniendo ipſum & abſtergendo ab eo phlegmata remo- *appetitus.*
uẽt nocumento cauſsã, de quorum numero põt eſſe vſus diacydonites ſine ſpecieb. accepti poſt cibum
vſq; ad ʒ ij. ¶ Item comeſtio coriandri de propinquo cõfecti. ¶ De medicinis a. propriis & expertis eſt,
vt accipiatur miua cydoniorũ ſacharina ʒ j ß. aquæ decoctionis granorũ maſticis aut ſublimationis, menthæ ʒ *Potio.*
C *ij. detur hoc in potu in aurora, de quo etiam accipiat bis vel ter in die.* ¶ Et confert etiam ad illud ſyrupus de mentha cum ſignis frigiditatis, & ſyrupus roſ. aut oxyſachara, ſyrupus de ribes & de berberis cum ſignis caliditatis & ſibi conſimiles, qui accipi debent cum aquis ſupradictis & ſibi conſimilibus. Hæ ſunt, quæ mihi vtilia videntur & congrua ad remouendum nocumenta prædicta balneatis ſuperuenientia.

TRACTATVS TERTIVS ALIIS CONTINVANDVS: ET EST DE MODO & regulis actualiter balneandi & aliqualiter etiam aquam bibendi in quibuſdam ægritudinibus particularibus.

D LICET in alio tractatu modum balneandi corpora, & regulas obſeruandas in balneando deſcripſerim exquiſite ſatis: quia tamen modus ille & canones poſiti videntur magis ſatisfacere peritis & in medicina exercitatis: ideoq; modos & regulas obſeruandas in balneando, q̄ poterunt eſſe cõmunia vnicuiq; quamvis etiam facile intelligenti, iterum hoc opuſculum deſcribere exquiſite curaui, p̄mittendo primo regimen ex parte ciborum penes quantitatẽ & qualitatem eorum. ¶
Quicunq; igitur balnea intrare deſiderat, vtatur cibis leuis digeſtionis & penetrationis, boni nutrimẽ- *Cibi bal-*
ti & non valde frigidis, neq; oppilatiuis vel calidis. De numero igitur laudabilium ſunt ſicut panis recẽs *neantium.*
& bene fermentatus, digeſtioni bene paratus. Carnes pullorum iuuenum, vitulorũ, hædi anuualis agni, & iuuenis caſtrati & carnes anatulorum, perdicum, phaſianorũ, leporum & ſimiliũ ſuis temporibus. Ex ferculis vtatur bletis, ſpinachiis, boragine, fœniculo, petroſelino & ſimilibus, & pñt vti brodio cicerum rubeorum vel alborũ, panico hordeo & iuſculis ex eis factis & ſimilibus. Lactucæ a. & reliqua olera vel
E fructus frigidi ſicci dimittant; vt pyra, caſtaneæ, cydonia & ſimilia. Aceto vero aliq̄n vti pñt, niſi timendo ex eo nocumentum neruorũ: ſucco aranciorum & ſimilib. inciſiuis & aperitiuis non cũ multa ſtypticitate vti pñt: vt ẽt vino granatorũ muzorum & ſimilib. Vinum vero eorum in potu ſit album, ſubtile, aromaticum, mediocre in potentia aut rubeũ vel cereſoleum, parum aromaticum, & ſi timeatur nocumentũ vini propter ægritudines neruorũ vel iuncturarum, frangatur ipſum cũ aqua ſimplici cocta vel cum aqua recenti, ſi fuerit laudabilis & bona, caueant tñ a potu oẽs, qui balneantur tẽpore, quo ſunt in
balneo, aut poſt exitum ab eo ſaltẽ per horã cum dimidia. ¶ Si a. ppter ĩmoderatam ſitim tali tempore *In ipſo bal-*
cogerentur bibere ẽt inter cibum & cibum, melius eſt vt bibant aquã p̄coctam cum ſachari q̄titate ſuf- *neo non eſ-* *ſe bibendũ.*
ficienti, in qua ponatur quinta vel ſexta pars vini granatorum muzorum vel acrium in hoĩb. calidiori-
bus. & erit potus valde laudabilis eis. Neq; comedant aut bibant aliud, q̄ p̄dictum eſt, niſi in die & tunc *prandio &* *cœna.*
F cum comedunt, non multum repleãt ſe cibo vel potu. Intentio n. in balneis eſt vacuare, exſiccare cor-
pora, multus a. cibus & potus repleret & alia q̄ plura nocumenta faceret. ¶ Igitur balneator mane ante *Regula*
ortum ſolis ſurgat & quibuſdam paſſib. ambulando procuret habere fæcum & vrinæ expulſionẽ, & ſi de- *balneanti-* *bus obſer-*
bilis fuerit aut dolore vel nocumento iuncturarum læſus, aut ambulare non poſſit & venter eius ſtypti- *uandæ.*
cus fuerit, ſupponat ſibi ſuppoſitorium ex melle & ſale compoſitum: aut factum de radice bletæ ireos 1.
dauci vel petroſelini, quorũ q̄libet intingatur melle & ſale conquaſſatis adinuicem: & vnum vel duo ex
eis imponat vſq; quo ſuperfluitates depoſitæ fuerint. ¶ Secunda, q̄ pulſis iam ſuꝑfluitatibus balneum
ingrediatur in ortu ſolis, vbi corpus ſtet infuſum circa quartã vel tertiã ptẽ horæ: aut plus vel minus ſe- 2.
cundũ poſſibilitatẽ tolerantiæ, deinde ſi qua mẽbra fuerint; quorũ gratia balneũ affectaret talia mẽbra
aqua illa & cũ fæce in fundo balnei cõiter inuenta confricent: & quoties hoc faciat, toties conuenĩẽter 3.
G & ſuauiter tolerare poterit abſq; nocumento reſolutionis. ¶ Tertia obſeruanda eſt, q̄ balneatus anteq̄
aliq̄ incurrat debilitatẽ, balneũ exeat, & pannis conuenienter tectus lectũ ingrediatur, vbi tantã morã
faciat, quouſq; conuenienter ſudet, demũ iterũ q̄eſcat tanto tẽpore vſq; quo calor naturalis ad tẽpiẽ 4.
fuerit reductus. ¶ Quarta, q̄ tunc accipiat cibum & potum ſuum ſicut ſuperius limitatum eſt in quantitate & qualitate conuenientes: quare, &c.

5. ¶ Quinta, quod accepto cibo tardet per horam vnam,aut vnam cum dimidia: & tunc dormire poterit A
per vnam horam: aut plus ſecundum quod quęritur maior reſtauratio virtutis animalis,&cibi digeſtio
6. melior. ¶ Sexta,quod poſtquam dormierit conuenienter balneatus, ſi propter aliquod nocumentum,
vt propter duritiem, dolorem,tumorem, mollitiem vel contractionem membri alicuius balneum ex-
quiſierit,bonum eſt,vt membra illa liniantur,emplaſtrentur & intingantur luto illo, quod inuenitur
in loco,vbi defluat aqua,quæ continue deſtillat a balneo,&ſi contingeret lutum illud eſſe frigidum aut
remiſſi caloris, colligatur & infundatur in aquam virgineam aureo fonte primordiali ſcaturientem: &
7. tunc ex eo emplaſtrentur membra, vt dictum eſt. ¶ Septima, quod ſi propter aliquam de cauſſis prædi-
ctis in regula immediate præcedenti quæſitum fuerit balneum, laudo vt balneantes exponant ſe aut
membra languentia ſuper foraminibus, vnde aqua decurrit ad balneum, ex quibus eleuatur fumus a-
ctuali & potentiali caliditate valde calidus, ſuper quo fumo fomententur membra per vnam horã vel B
per duas,& poſtea cum tranſierit hora aliquantæ quietis accidentium,remoueatur a prędicto fumo,&
8. ſuper lecto vel ſedendo quieſcat ſecundum conuenientiam eorum. ¶ Octaua, quod iam tranſactis 7.
vel 8.horis poſt balneationem de mane factam,ſecundo ingrediatur balneum vt hora vigeſimaſecun-
da vel circa illam,in quo tamen a ſecunda vice veſperarum minorem contrahant morã,quam in mane.
Corpus enim non patitur tantam reſolutionem in ſero,quantam in mane propter cauſſas cognitas, &
in hac balneatione ſecunda obſeruent de fricatione cum aqua & luto balnei, ſicut dictum fuit ſupra in
9. ſexta regula. ¶ Nona,quod poſt balneum veſpertinum iterum ingrediantur lectum & obſeruent etiam
omnia,vt in tertia regula dictum eſt,& iterum cibum & potum accipiant ea,quæ in quarta regula dicta
10. ſunt. ¶ Decima, poſt cœnam balneati parumper emplaſtrent membra prędicto luto,poſtea abluant &
11. deſiccent ea &inungant aliquo de vnguentis infraſcriptis ad diuerſas intentiones poſitis.¶ Vndecima, C
balneantes die ſecunda,ſequenti iterum balneum ingrediãtur hora in prima regula præaſſignata,&ſe-
cunda, ſit tamen balneũ omni die a præcedenti aqua euacuata diligenter ablutum & mundificatum,in
quod recipiatur aqua noua nulla cõtagione balneantium vitiata, ſed pura & aurea radicali minera ſca-
12. turiens effuſa. ¶ Duodecima,quicunq; deſiderat per balneum exſiccationẽ humiditatũ cerebri&con-
ſumtionẽ catarrhorum defluentium & materierũ,q̃ imbibuntur in neruis&remolliunt eos,vt in mol-
lificatis vel paralyticis fieri ſolet, teneãt iſtum modum,primo recipiant virgineã aquã in magnum do-
lium,in cuius latere prope fundũ perforato ſit impoſita cannula,qualis eſt illa,qua vinũ hauritur a vaſe,
tunc igitur balneator circundet caput apud ſupcilia per inceſſum tẽporum & aurium vſq; ad occiput cũ
panno vel faciolo ſphærice retorto, cumq; caput ita coronauerit ſuper ſcamno ſedens, recipiat aquã a D
cañula deſtillantẽ.Primo ſuper prora capitis in loco bregmatis ꝑpter catarrhos,& in loco occipitis ꝓ-
pter mollitiẽ vel paralyſin,aut in lateribus,vt in monopagia & hemicranea & ſimilibus & tanto tẽpore
aq̃ deſcẽium,ſuper caput accipiat,vſq; quo ſentiat caliditatẽ conuenienter in profundas partes capitis
penetraſſe.Attende tamen,quod ſi quis propter mollitiem vel paralyſin quęrit effuſionem aquæ ſuper
caput, non debet poſteriorem partem capitis tegere pannis, ſicut dictum eſt: ſed liberam dimittat o-
mnem partem occipitis, vt aqua poſtea cadens per totum collum & ſpondylos defluat, vt conuenien-
ter in nucha & neruis faciat exſiccationẽ & laudo magis, quod talis aquæ effuſio ſuper caput fiat in die E
ſecunda vel tertia cum iam corpus aliqualiter aſſuetum fuerit balneo, quam in prima. ¶ Decimatertia
13. eſt, quod taliter balneans caput & alii etiam hac ſecunda die cum balneum exeunt,bibant de aqua a mi-
Motus & menſura habendi aquã thermalem. nera fluente quantitatem cyathi medii pro prima vice.aut ℥ iij. deinde aliis vicibus parum aquæ ſuper-
addendo procedat vſque quo veniant ad menſuram cyathi vnius aut a iiij. ℥. vſque ad viij. ¶ Decima-
quarta, quod taliter balneati, qui deſiderant accipere balneum ſuper capite & nucha propter cauſſas
prædictas, in veſperis minorem moram faciunt in prædictis, quam mane, propter cauſſam notam &
14. aſſignatam. ¶ Decimaquinta, quicunque deſiderant ingredi balneum propter hypoſarcam, id eſt, hy-
15. dropem carnoſam, melius iuuamentum accipient a luto, de quo emplaſtretur totum corpus: & ſtent
tunc in ſtupha balnei aquam non tangendo: niſi cum voluerint a loco illo ſecedere; tunc enim aqua
16. veri fontis corpus eſt abluendum & immediate exſiccandum. ¶ Decimaſexta, quod qui balneantur
propter tympanitem, maius iuuamentum acquirunt fomentando corpora ſuper vapore aquæ, vt di-
ctum eſt ſupra in ſexta regula,imo etiam maius iuuamentum acquirunt tales iacendo ſuper ſaxis vel la- F
teribus ab aqua balnei calefactis: ab hoc enim vapore maximum vidi ſequi iuuamentum, vt in prædi-
ctis etiam in duritiebus neruorũ &in ſedãdo dolores,& a materia frigida & a ventoſitate procedentes.
17. ¶ Decimaſeptima eſt,quod aſcite laborantes,qui quærunt balneũ,& proprie tales a cauſſa frigida facti
maius iuuamentum reperient ex potu aquę balnei ſecundum quantitatẽ limitatam in decimatertia re-
gula,vt ſupra,q̃ inuenient ex aqua fumo vel luto balnei,licet vtcunq; conferat ad illud diſcrete appro-
18. ximatũ.¶ Decimaoctaua,empyici & aſthmatici abſq; vlcere pulmonis magnũ iuuamentũ accipiunt ex
19. potu aquę balnei ſecundũ quantitatẽ limitatẽ in regula tredecima.¶ Decimanona,colicis&iliacis abſq;
Clyſter ex aquis thermalibus. lapide renũ maximum iuuamentũ cõfert clyſtere factũ ex aqua balnei cũ quarta parte ſui olei de cher-
ua:& leuius illo eſt oleũ de baccis lauri,vel de rutha ſicut mihi manifeſtauit ratio & experientia,& eſt eius
deſcriptio talis ℞. *aquæ ſtillantis a prima minera* ℔. *1. olei de lauro* ℥ *iiij. miſce de oleo aũt de cherua cõſueui*
20. *accipere* ℥ *iij. eo quod potẽtius eſt.* ¶ Vigeſima, laborantes hernia aquoſa, ventoſa qualitercunq; aut car-
noſa non confirmata, magnum iuuamẽtum accipiunt fomentando primo mẽbra cũ vapore: vt ſupra G
dictum eſt in ſexta regula, & ſedendo ſuper lapides calefactos, vt dictum eſt in decimaſexta regula &
poſt emplaſtrando ſcrotum &inguina cum luto balnei,&proprie in quo commixta fuerit decima pars
ſulphuris viui puluerizati:multos enim vidi his ægritudinibus laborantes ſanari.

Quod

A Quot autem & quæ ſint accidentia balneatis contingentia, & quis modus & intentio remouendi ea, & quæ ſint inſtrumenta vel medicamina, quæ abſcindunt talia accidentia, in alio tractatu legendum eſt, vide ibi.

Deſcriptio quorundam remediorum conferentium quibuſdam accidentibus balneorum.

COmpoſitio defenſiui boni prohibentis curſum materierum ad omnia membra debilia, de quo circumferentialiter partes inungi deberent poſt exitum a balneo, & ligari cum panno cõuenientis adhæſionis. ℞ *ſandaracæ* ʒ *iij. amyl.* ℥ j. *ſpodii, acatiæ balauſtiæ, hypocyſtidos ana* ʒ *ij. ſief memitæ* ʒ *iiij. farinæ volatilis molendini* ℥ *ij* ß. *ſucci plantaginis* ℥ *iiij. aut loco eius accipiatur aqua ſublimationis eius, deinde vitellos oui numero ij. terantur omnia diu in mortario plumbeo cum ſuo piſtillo, & fiat ex eo vt* *Defenſiuũ.*
B *dictum eſt.* ¶ Linimentum bonum ad remolliendum durities & contractiones, quæ in membris inueniuntur, quod applicari debet per vnam horam poſt exitum a balneo ſuper particulis patientibus & circumferentialibus etiam ℞ *olei de ſiſamo, olei amygdalarum dulcium* (& ſit vtrumque recens nõ rancidum) *ana* ℥ j. ß *vitellos oui numero ij. medullæ crurium bouis, ſeui caſtratini, pinguedinis anatis & gal. ana* ℥ j. *croci* ʒ j. *diſſoluantur pinguedines & colentur, deinde effundantur in mortarium: & omnia alia ſuprascripta ſecum incorporentur diligenter conterendo: & in fine addantur armoniaci diſſoluti cum aceto* ʒ *10. & diligenter incorporentur ad inuicem, & eſt medicamen nobilis iuuamenti,* & ſi velis etiam locis dolentibus applicare ipſum, potenter ſedat dolores, ſi autem velis ipſum magis facere anodynum, adde deſcriptioni ℥ *iiij. de oleo de chamomilla*, & ſi velis ipſum aliqualiter ſtupefactiuum, adde completæ deſcriptioni ʒ j. *opii*, & erit magni & nobilis iuuamenti ad prædicta, nec opium poterit ſtupefaciendo nocere, vt *Linimentum.*
C patet intelligenti. AMEN.

TRACTATVS EXCELLENTISSIMI MEDICI DOmini Bartholomæi de Montagnana. De modo componendi medicinas, & de doſi earum inuenienda.

CAPVT I. *De modo componendi recepta ſiue medicinas.*

OPORTET compoſitorem receptorum cognoſcere genus ægritudinis; quia vel ægritudo eſt in complexione, compoſitione vel vnitate. *Quæ antequam recepta ſcribantur, ſint obſeruanda.*

D Secundo, neceſſe eſt cognoſcere ſimplicem vel compoſitam ægritudinem, materialem vel immaterialem.

Tertio, neceſſe eſt cognoſcere membrũ, an ſit calidum vel frigidũ, humidũ vel ſiccũ.

Quarto, neceſſe eſt cognoſcere morbum an particularis vel vniuerſalis.

Quinto, qua morbus noceat virtute, an qualitatibus primis, manifeſtis vel occultis, vel vtriſque.

Sexto, vt medicinæ ſint acceptæ ex parte ægritudinalis diſpoſitionis.

Sequuntur regulæ tres ex parte corporis ægrotantis ſe tenentes.

Primo, oportet Medicum volentem medicari, complexionem totius vel partis cognoſcere, an ſit complexio naturalis, calida, frigida, humida vel ſicca.

Secundo, oportet cognoſcere iuuamenta & operationes particulares corporis patientis.

E Tertio, oportet cognoſcere modum ſubſtantiæ membrorum, an ſit ſubſtãtia rara vel denſa, an fortis vel debilis texturæ.

Nouem regulæ ſumtæ ex parte medicinarum ſimplicium.

Prima, neceſſaria eſt notitia graduum ſimplicium medicinarum, quæ ſunt quatuor.

Secunda, neceſſaria eſt notitia ſecundarum virtutum medicinalium, vt ſi medicina mollificat, lubrificat, vel incidit.

Tertia, neceſſaria eſt notitia tertiarum virtutum medicinalium, quæ eſt operatio cum proprietate: vt quia aliqua medicina calefacit renes, aliqua caput, aliqua cerebrum.

Quarta, oportet cognoſcere ſpecificam proprietatem cuiuslibet medicinæ ſimplicis, quæ eſt proprietas electiua.

F Quinta, neceſſaria eſt cognitio doſium medicinarum.

Sexta, oportet cognoſcere modum ſubſtantiæ, an ſit ſubſtantia ſolida, vel liquida.

Septima, oportet cognoſcere tempus collectionis: nam radices non ſunt eligendæ niſi poſt caſum foliorum, & præcipue a medio Septembris vſque ad initium Nouembris, & flores ſunt colligendi a medio Maii vſque ad primum Iulii, & de fructibus ſecundum diuerſitatem herbarum. *Quando colligendæ radices, &c.*

Octaua, oportet cognoſcere ætatem & periodum medicinarum.

Nona, oportet cognoſcere ſaporem medicinarum. Nam fallit plus iudicium ſumtum a calore, quã a ſapore, aliquando enim virtus eſt in foliis: aliquando in floribus, aliqñ in palmitibus, aliqñ in radice.

Nouem regulæ ſumtæ a parte medicinarum ingredientium harum compoſitionem.

Prima, omnis medicina ingrediens antidotarium, aut eſt temperata aut non.

G Secunda eſt, an velocis operationis tardæ vel mediocris.

Tertia, aut ingreditur ratione multorum iuuamentorum, aut ratione vnius principalis.

Quarta, an medicina ingrediens habeat iuuamentum cum nocumento, vel ſine nocumento.

Quinta, vtrum medicina ingrediens ſit iuuatiua ratione ſui per ſe: aut non ſolum ratione ſui, ſed ratione etiam aliorum ſecum commixtorum.

Sexta, vtrum medicina ingrediatur ſolum ratione ſui iuuamenti, quod facit, vt cum iuuamento & A
correctione aliquarum medicinarum ſecum commixtarum.

Septima, medicina ingrediens cauſſa conſolandi, aut excedit medicinam conſolandam in gradu, aut exceditur ab ea.

Octaua, vtrum medicina ingrediens antequam ingrediatur, ſit conſolatiua vel non, vnde medicina aliquando aliquam partem corrigit abſque altera ab ea.

Nona, vtrum medicina ingrediens ſit ſubſtantiæ denſæ, mediocris vel æqualis.

Ex prædictis ſequuntur concluſiones.

Prima concluſio, minor eſſe debet doſis medicinæ ingredientis compoſitionem, quæ eſt eleuata in
gradu, quã medicinæ, quæ non eſt ſic eleuata in gradu; vt ſi ſpica nardi chamomillæ adiungatur, minor B
debet eſſe doſis ſpicæ nardi, quam chamomillæ, quæ eſt calida & ſicca in primo: & in prima manſione.

Secunda, maior debet eſſe doſis medicinæ habentis reſpectum ad longinquas partes, quam habẽtis reſpectum ad propinquas, vt agaricus habet educere phlegma a toto corpore, maior tñ eſt reſpectus eius ad ſtomachum: & hermodactyli maiorem habent reſpectum ad iuncturas; quare in comparatione ipſorum cum agarico maior debet eſſe doſis hermodactylorum, quam agarici, ad educendum phlegma ex vtriſque.

Tertia, minor debet eſſe doſis ſcamoneę q̃ rheubarbari & tãto minor doſis quanto excedit in gradu.

Quarta, medicinarum ingredientium compoſitionem multorum iuuamentorum & velocis operationis, minor debet eſſe doſis, quam medicinarum multorum iuuamentorum & tardæ operationis.

Quinta, doſis medicinæ habentis plura iuuamenta debet eſſe maior, quã habentis ſolum vnum iu-
uamentum, ratio eſt: quia raro eſt, q̄n medicinæ aliquæ includant nocumenta, ſed illa nocumenta cor- C
riguntur per pluralitatẽ iuuamentorum, ſicut in theriaca caro thirii ponitur in pauca doſi: quia eſt venenum: quia habet petere cor; tamen quia refracta per alias medicinas ingredientes, quæ ſunt multorum iuuamentorum antequam ſuam perficiat operationem, aliæ medicinæ præceſſerunt & fecerunt potentiorem operationem.

Sexta, doſis medicinæ raræ, debet eſſe amplior, quam doſis medicinæ ſubſtantiæ denſæ.

Septima, doſis medicinarum ingredientium habentium vnum iuuamentum tm̃, vel plura per ſe illa operantia, debet eſſe maior, quam medicinarum non operantium ſolum per ſe, ſed cum aliis, vnde illæ medicinæ ſolum operantur per ſe, q̃ non indigent cõſolatione, & non per ſe, q̃ indigent conſolatione.

Octaua, medicinarum ingredientium compoſitionem ratione ſuorum iuuamentorum, quæ per ſe
producunt, & cum hoc, ratione conſolandi alias medicinas, maior debet eſſe doſis, quam medicinarum D
ingredientium ratione vnius tantum. Vnde abſynthii doſis ℨ j ſumitur, ſi tamen componatur cũ alio ratione iuuamenti ſui & conſolationis debet eſſe ℨ ij.

Nona, medicinarum ingredientium compoſitionem ratione conſolandi, doſis debet eſſe maior, quam medicinarum, quæ conſolantur.

Vtrum medicina ponenda in electuariis ſicut in opiatis &c.

Decima, medicinarum ingredientium cõpoſitionem ratione conſolandi, doſis aliquando debet eſſe maior & aliquando eſſe minor. ¶Sed diceres vtrũ medicinæ ponẽdæ in electuariis, ſicut ſunt opiata & digerentia, ſint magis corrigendæ q̃ in laxatiuis? ¶ Reſpondeo ꝙ ſic, q̄a laxatiua nõ ſolent penetrare per membra, ſicut alteratiua, vt patet per Nicolaũ. ¶Secundo, diceres quare in medicina aliquando po-
nantur duæ medicinæ pro baſi, aliquando tres, aliquando ſolũ vna? Exẽplum ſecundi, vt in benedicta
ponĩt turbit ad euacuandum phlegma a renibus & iuncturis, & ad ipſum fortificandum ponuntur her- E
modactyli, & q̄a ẽt tarde operant̃, ſcamonea. Exẽplum primi, vt in paralyſi q̃ritur materierũ cõſumtio & neruorũ confortatio, ideo ſimul miſcetur caſtoreum & pyrethrum pro vna baſi. Aliquando ponimꝰ in vna baſi duas medicinas ꝓrias appropriatas diuerſis membris, q̄a natura poſtea diuidet vnicuiq; ſuũ cõueniens: q̄a vnicuiq; mẽbro naturale eſt ſuum incõueniens remouere, & iuuat ad hoc attractiua & aſpectus mẽbri, ſed ꝑter baſim vel baſes aliq̄n miſcemus cum baſi eius oꝑationes iuuantes, q̃ ſunt ſimilis oꝑationis, vt in theriaca miſcemus vipas & terrã ſigillatã, q̃ valent cõtra venenum ſicut caro thirii, qñq; ẽt iuuatur baſis per aliã medicinam, q̃ ſibi ꝑparat materiam, vt ei obediat, & ſic cũ turbit miſcemꝰ, zinzib. Aliquando miſcemus reprimẽtia, vt in theriaca ponĩt bezoar ſuper venenoſitate carnis thirii, & quia aloe eſt excoriatiua ſua mora, miſcemus bdelliũ & aniſum, quia nocet ſtomacho, miſcemus ſan-
dalos albos & rubeos, & maſticẽ & bdellium, quia nocet excoriando inteſtina. ¶Tertio dices, quomodo F
inuenĩt baſis alicuius medicinæ? ¶Dicitur ꝙ baſis inuenitur in areolis medicinarũ, quas ponit Auicen. prima n. areola eſt cõplexionis gradus medicinarum, vt calida, frigida, &c. ſecunda eſt ꝓprietatum diuerſarum, ſecundum ꝙ q̃dam reſpiciunt ſtomachum, epar, tertia eſt medicinarum oppilantium. Et dicitur areola ordinatio ſermonis valentis ad idẽ & ſic de aliis. ¶ Vltra areolas conſidera quatuor gradus bonitatis medicinarum in confortatione, vt ſtomacho aliquid eſt bonum, vt maſtix, aliquid eſt magis bonum, vt cinamomum, aliquid valde bonum, vt mentha: aliquid maxime bonum, vt abſynthium. Ex areolis igĩt accipe medicinas, q̃ ſunt paucioris nocumenti, q̃ potes, & ſi qua ſunt nocumenta, corrige, vt ſi epar ſit calefactum & oppilatũ, melior eſt ſimplex medicina, q̃ cõpoſita; q̄a indiget iſtis tribus, ſ. in-
frigidatione, deoppilatione & medicina reſpiciente epar. Si a. non habes medicinam complentem illa
tria, ſed duo tm̃, vt aqua endiuiæ, reſpicit epar & infrigidat; addatur tunc ſemen feniculi, quia deoppi- G
lat; & quia calefacit aliquantulum, apponatur eo minus, & ſi reperio medicinã facientẽ vnum tantum, ſicut lactuca tantum infrigidat, ideo miſcetur cum ſandalis & ſemine feniculi, & ſic iſta tria ponuntur pro baſi; quia lactuca non deoppilat, nec reſpicit epar &c. Et ſic huic opuſculo finem imponimus.

Quare interdum duæ baſes, interdum tres, & nonnunquam tantum vna.

Quomodo inueniatur baſis medicinæ.

Cap. II.

A **Cap. II.** *De modo inueniendi doſim vniuſcuiuſque medicinæ.*

AD inueniendum doſin vniuſcuiuſq; medicinæ compoſitæ, quædam ſunt conſideranda. ¶ Primo ex parte totius compoſiti. ¶ Secundo ex parte doſis propriæ, ſiue ex parte illius compoſiti. ¶ Tertio ex parte vtriuſque. Ex parte compoſiti primo quinque attendere oportet. ¶ Primo qualitatem & virtutem ipſius. *Obſeruanda ex parte compoſiti.* ¶ Secundo quantitatem. ¶ Tertio numerum ſimplicium. ¶ Quarto compoſitionem & proportionem dictorum ſimplicium in dicto compoſito. ¶ Quinto genus totius ſiue menſuram gradualem & virtutem illius compoſiti. ¶ De qualitate autem duplex eſt operatio attendenda, vna, quæ ex modo mixtionis reſultat, quæ ratiocinatiue non poteſt perfecte acquiri, niſi ſecundum quod auctores noſtri de ea ponunt: & habetur per experientiam, & de hac poſſumus inueſtigare hoc modo: quia ſi ſimplicia habeant omnino eandem qualitatem & virtutem, totum illud com- *1. Qualitas.* B poſitum habebit illam eandem qualitatem & virtutem in ſummo. Si vero habeant contrariam, & ſint adæquatæ contraria, habebit iſtam virtutem mediam, & ſecundum hoc habebit plus vel minus ſecundum qualitatem ſimplicium in ea exſiſtentium, & hoc pharmacum factum totum compoſitum ex ſimplicibus ſolutiuis erit multũ ſolutiuum. ¶ Quantitas vero quandoq; ponitur confuſa ab auctoribus, ſc. ad arbitrium conficientis pharmacum, & ſecundum quod plus vel minus de pharmaco vult conficere, & ſic illo modo ponitur hic ℞. *hieræ picræ partem vnã ſtoechados partem vnã*, & quandoq; ponitur determinate, vt dicitur: ℞. *de prædictis*, ℥ j. *vel* ℞ ℥. ß. *quomodocunq; dicatur, eſt ſatis nota quãtitas totius compoſiti ei*, qui poteſt omnem quantitatem ſingularium ſeu ſimplicium aggregare & facere vnam ſummam, quæ ſit ſumma quantitatis totius cõpoſiti, ſicut eſt in præſenti pharmaco, ſicut cum pulueris picræ ponit ℥ j. & ℥ j. epithymi ℥ j. ſtoechados, ſcamoneæ ℥ ß. myrobalanorum ℥ ij. & ſic erunt quatuor ℥. *2. Quantitas & numerus ſimplicium.* C & ſic apparet ſecundum & tertium. ¶ Circa quod eſt notandum, quod ex parte totius ſit numerus componentium ſimplicium pharmacum, quæ cõpoſitum ingrediuntur. Hic n. numerus facilime inueniri poteſt, in præſenti n. pharmaco quinq; ſimplicia ingrediuntur, verũ tamen eſt quod inter illa ſimplicia quandoque cadit diuerſitas, ideo inter illa eſt ordo attendendus, quare oportet ſimplicia ſic diuerſa ad ordines reducere; vt ſimplicia, quæ ab iſtis differunt, tunc conueniant & ad vnum ordinem reducãtur ex alia ad alium: & ſic de aliis, vt ex hac reductione eorũ propria inueniatur diuerſitas. Sed hæc diuerſitas, quæ inter contraria cadit, aut eſt cũ contrarietate & reſiſtentia eorũ ad inuicem, aut ſine contrarietate, cũ contrarietate quidem; vt ſimpliciũ quædam ſunt ſolutiua, quædã conſtrictiua, quædã calida & quædam frigida, &c. Diuerſitas in pſenti pharmaco non attenditur. Ideo de ipſa nihil ad præſens dicit. D ¶ Diuerſitas vero ſine contrarietate eſt diuerſitas aut inter ſolutiua fortia & debilia: aut inter ſolutiua & digeſtiua: & ſic de aliis: hic autẽ diuerſitas in propoſiti pharmaci compoſitione eſt reperta; quia ibi ſunt ſolutiua fortia, vt eſt ſcamonea, ſunt etiam ſolutiua debilia, vt epithymũ, polypodium, myroba: ſunt ẽt digeſtiua aperitiua vt ſtoechas. Faciemus igitur in pręſenti pharmaco tres ordines, vnum ſolutiuorum fortium: & ſic in hoc pharmaco ſcamoneam in vno ordine ponemus. Secundum ſolutiuorum debiliũ faciemus, & in hoc ponemus puluerem hieræ, epithymũ, myrobalanos. Tertium ponemus digeſtiua, & ſic habemus tertium, quod erat conſiderandum ex parte totius compoſiti. ¶ Et in iſto tertio apparet quartum, ſcilicet quæ ſit proportio eorum ad inuicem, ſed quia proportio attenditur penes exceſſum vnius ad alterum, ſed talis exceſſus poteſt attendi in medicinis ſimplicibus mixtis ad inuicem, vel in ordinibus ſuis, ſicut digeſtiua ponunt & non plura numero: ſolutiua vero econtra. Ordines ſoluti- *3. Numerus.* E uorum poſſunt eſſe plures numero ordinibus digeſtiuorum, vt patet in præſenti pharmaco, ſi conſideras, quia ſolutiua ſimplicia ſunt plura digeſtiuis. Item ordines ſolutiuorum. ¶ Secundo poteſt attendi exceſſus quantitatis eorum: quia de vno pharmaco ingreditur ℥ j. in aliquo compoſito, de altero vero ſumatur maior quantitas vt ℥. ij. aut ordo ſolutiuorum excedit in hoc compoſito ordinem digeſtiuorum in quantitate, & hoc quia plures, ℥. ſolutiuorum ſunt: de non ſolutiuis autem ponit ℥ ß. ¶ Tertio poteſt attendi iſte exceſſus ratione gradus ſuæ virtutis, in quo maxime conſideratur ſiue attenditur proportio & exceſſus, eo quod exceſſus virtuoſus in omnibus rebus eſt excellentior quantitatiuo numeroſo ſiue diſcreto, vt ponit Galenus *in fine ſexti de ingenio ſanitatis*, & in iſto modo tertio ſcamonea in huius pharmaco excedit omnia ſimplicia pharmaca, eſt enim excellentiſſimæ virtutis ſolutiuæ, licet in numero excedatur ab aliis, quia illa ſunt quatuor: & de quantitate, cum de illa in toto compoſito ſint *4. Compoſitio & proportio ſimplicium in compoſito.* F octo: diuidunt enim quatuor ℥. in duas medietates & ſic in toto erunt octo partes, quarum vna erit ſcamonea, in iſta proportione horum ad inuicem tam ratione numeri, quam ratione virtutis ſimplicium pharmacorum: aut iſtorum ordinum ſtatim apparet, quid ſit gradus compoſiti pharmaci. Nam quia denominatio debet fieri ab eo, quod excedit ratione gradus ſiue virtutis compoſiti pharmaci, ſicut ſcamonea in huiuſmodi compoſito pharmaco, ideo ipſum ponemus in quarto gradu ſolutiuorum ſcilicet in principio eius, quia ipſum non eſt totum ex fortiſſimis medicinis, vnde non eſt ſolutiuum ſic, ſicut ſi eſſet ſcamonea pura. Nam & in ſolutiuis quatuor gradus diſtinguuntur: vt quia ponimus in primo gradu ſolutiuorum aquam lactis, ſyrupum violatum, mel ro. colatum. In ſecundo vero ponimus tamarindos, caſſiam fiſtulam, mannam & ſimilia. In tertio ponimus polypodium, rheubarbarum & ſimilia. In quarto ſcamoneam, ſerapinum, colocynthidẽ & ſimilia. Ex hoc apparet quintum, quod erat *Genus totius ſiue menſura gradualis.* G conſiderandum ex parte totius compoſiti, quæ pars poteſt dici doſis. Eſt ſciendum quod doſis dupliciter poſſit inueniri, vno modo per ſcripturam, quæ ab auctoribus ponitur, talis pharmaci ſimplicis vel cõpoſiti doſis eſt ʒ. ij. vel ℈. j. Alio modo poteſt inueniri ratiocinatiue, tam in ſimplicib. q̃ in cõpoſitis. *Doſim dupliciter poſſe inueniri.* Nã doſis eſt quantitas determinata vel pars aliqua pharmaci ſimplicis vel cõpoſiti, q̃ de ſe eſt apta nata facere operationẽ ſufficientẽ & diminutã & non ſu pfluã. Et dico ꝙ de ſe, quia rõe corporũ vel humorũ *Doſis quid*

quandoq; poteſt facere ſuperfluam vel diminutam. Et per hoc quod in venis non eſt propria doſis de A
ſe, ſemper eſt apta nata facere operationem ſuperfluam. Modo dico ſi doſis ab auctoribus non ponitur
poſſumus eam ratiocinatiue inuenire. Nam hæc doſis non eſt punctualis, ita quod conſiſtat in indiui-
ſibili, ſed habet latitudinem, quia diſtinguitur doſis cuiuslibet pharmaci ſimplicis vel cõpoſiti per tres
manſiones, quia q̃dam eſt, cuius doſis minor eſt, vt ſcamoneæ 5 grana, q̃dã maior 15. grana, q̃dã media,
vt q̃ in medio horum conſiſtit. ¶ Hoc autem ratiocinatiue ſic colligere poſſumus, quodlibet pharma-
cum cuius doſim quærimus, aut eſt in primo gradu virtutis, verbi gratia in ſolutiuis ponimus: quia in
his magis quærimus doſim, vt ſerum lactis, ſyrupum violatum, & tunc doſis horum incipit ab ℥.j. & ten-
dit vſque ad 5. vel 6. ſecundum gradum, quem obtinet inter ſolutiua primi gradus inferior aut me-
dia minor & maior, poteſt enim ad quartum vel ſexum octauum, & etiam eſſe in medio. ¶ Aut tale
pharmacum eſt in ſecundo gradu ſolutiuorum, & huius doſis incipit ab ℥ ß. & vadit vſque ad ℥ ij. vt me- B
dia medio modo. ¶ Si ponitur in tertio gradu minor doſis eorum incipit, a ʒ.j. & tendit vſque ad ʒ.iij.
vel 4. ¶ Si vero ponitur in quarto gradu, doſis minor incipit a granis duobus & tendit vſq; ad ℈. vel ʒ j. ad
plurimum, & iſto modo diuerſificantur ſecundum diuerſitatem in manſionibus ſuis, & hoc erat atten-
dendum ex parte doſis ſiue quantitatis determinatæ partis compoſitæ. ¶ Sed ex parte vtriuſque atten-
dendum eſt, quod quia eadem eſt proportio ſimplicium pharmacorum in qualibet parte compoſiti
aut ordinis ipſorum ſimplicium, quæ eſt in eorum toto compoſito, & hoc cum totum ſit vnius ratio-
nis, omnes videntur recipere totius denominationem, ita quod quæ eſt proportio ſolutiuorum in to-
to pharmaco, talis eſt eorum in qualibet parte compoſiti, oportet primo inuenire doſim vniuſcuiuſq;
ſimplicium dominantium in compoſito, maxime ratione gradus vel virtutis, ab iſtis enim, vt dictum
eſt, denominatur totum compoſitum. Secundo oportet ſcire, quod ſi hoc pharmacum virtutis fortis C
componitur cum adiuuantibus ipſum, debet poni minor doſis ſua, & ſi ponatur cum contrariantibus
ipſi, debet poni maior doſis. Si vero non iuuatur, nec læditur, debet poni media doſis. Ita iſta forte fuit
vna ex cauſſis, propter quas auctores doſes cuiuslibet pharmaci ſunt partiti in tres manſiones.

Reſtat prædicta applicare ad opus, vt in prædictis deſcriptionibus ſtatim dicam exemplum, verbi
gratia, ex hoc pharmaco dicitur debere fieri pilulas magnas, & ideo dicuntur magnæ, quia in modica
quantitate magnum & ſufficientem effectum inducunt. Inueſtigamus ergo in hoc pharmaco doſim
ſufficientem & competentem, primo attendentes ex parte totius compoſiti & inueſtigabimus ea, quæ
dicta ſunt.

Inueſtigemus ergo virtutem ſuæ qualitatis. Hæc autem qualitas eſt illa, quæ ex ſimplicibus in com-
poſito reſultat, quia igitur omnia illa ſimplicia ſunt ſolutiua vel adiuuantia ſolutiua, totius etiam phar- D
maci virtus ſolutiua erit.

Secundo oportet inueſtigare eius quantitatẽ: quia eius quantitas eſt indeterminata, ideo oportet de-
terminare eam vt ſcamoneæ ℥ j. ponitur hieræ, epithymi ſtoechados, añ ʒ.ij. myrobalanorum, ʒ.j. tunc
totius compoſiti quantitatis eſt, ℥ viij.

Tertio oportet inueſtigare numerum ſimplicium & diuerſitatem eorum. Simplicia ſunt quinque
& diuerſitas eorum eſt, quia quædam eorum ſunt ſolutiua: quorum quædam ſunt debilia & quædam
fortia, quædam digeſtiua & quædam non. Ex his omnibus faciemus tres ordines. ¶ Primus eſt digeſti-
uorum. ¶ Secundus ſolutiuorum debilium, in quo ponemus puluerem hieræ, epithymi, myrobalano-
rum. ¶ Tertius fortium ſolutiuorum, in quo ponemus ſcamoneam.

Quarto oportet inueſtigare proportionem, & illam ſic conſideramus, ipſa ſic ſe habet quod debi- E
lium ſolutiuorum ſunt quartæ. ij. ß. non ſolutiuorum fortium, ſcamonea, ſcilicet eſt, viij. pars & reſpe-
ctu totius compoſiti. Solutiuorum non fortium ſunt partes quinque, verum eſt tamen, quod quando
digeſtiua ſunt adiuuantia, ſolutiua ponenda ſunt in numero ſolutiuorum debilium. Et ſi hoc modo
faciemus, ponemus totum pharmacum ſolutiuum eſſe ex ſolutiuis eius ex quartis iij. ß. debilium ſolu-
tiuorum & octaua fortiorum: & ſic patet proportio ſimplicium in toto compoſito.

Reliquum vero eſt inueſtigare huius pharmaci gradum: gradus enim ex prædicta proportione in-
uenitur, verbi gratia, vt dictum eſt. Nam in hoc pharmaco compoſito pharmacum ponitur maxime
ſolutiuum, quod eſt ſcamonea, & ponitur ipſius quantitas ſufficiens: quia tamen alia pars totius com-
poſiti maior eſt, ſed ſolutiuorum adiuuantium ſuper opere ſcamoneæ ponuntur duæ partes, ideo to-
tum pharmacum non poteſt poni in gradu fortiſſimorum ſolutiuorum propter ſolutiua non fortia, F
quæ ibi dominantur in quantitate, nec poteſt poni in gradu primo, ſcilicet ſolutiuorum debilium, quia
ibi dominãtur in virtute, propter quod ponendum eſſet in medio ſolutiuorum ſecundi gradus & quar-
ti, nunc autem quia excedẽs in virtute eſt magis dignum, vt ab eo fiat denominatio, propter hoc phar-
macum magis declinat ad gradum fortiorem quam minorem, & ſic eſt in fine tertii gradus. Vt ergo
inueniamus propriam doſin pharmaci huius, oportet attendi illud, quod dicebatur ex parte totius
compoſiti pharmaci. Dicebatur enim quod tota hæc doſis qandoque ab auctoribus ſubſcripta, vt hic
ponatur pharmaci, ʒ.ij. quandoq; non ponatur, vnde ipſam ratiocinatiue inuenire oportet, aut dato ꝙ
ponatur inueſtigare, vtrum conueniens ſit aut non, quomodo hoc inuenimus certe oportet conie ctu-
rari ſuæ virtutis gradum: quia gradus huius pharmaci eſt quia ponimus in fine tertii gradus & quia dor-
ſis horum ſolutiuorum incipit a ʒ.j. & tendit vſque ad quatuor. G

¶ Sed vt magis determinate ipſam inueſtigemus, oportet addere illud, quod dicebatur ex parte vtri-
uſque, propter quod oportet attendere doſin propriam dominantium & maxime in virtute, vt in hoc
pharmaco ſcamoneæ a gran. j. ß. vſque ad tria, verum quia ponitur cum pharmacis aduuantibus, opor-
tet ponere

A tet ponere doſin minorem, oportet enim tantam quantitatem totius compoſiti accipere, in qua non ſit de ſcamonea vltra v. ğ. ¶ Et adhuc ſcire debes prædictam regulam generalem, quod eadem eſt proportio pharmacorum in toto compoſito & in qualibet parte, & quia in toto compoſito eſt pars illa ſcamoneæ & in qualibet parte eſſet illa pars eius: accipiatur ergo doſis huius pharmaci, quæ ponitur in litera ſ. ʒ. ij. videamus, an ſit conueniens doſis in his. ʒ ij. 8. pars eſt ſcamoneæ & dimidia doſis eſt gran. 9 quinoctaua pars eſt quarta ʒ j. ſcamoneæ, quæ eſt gran. xv. quæ eſt maior doſis ſcamoneæ, quia hic eſt compoſita ſcamonea cum aliis pharmacis ſolutiuis, & quia ſic eſt, oportet quod ponatur doſis minima, quia ibi ſolutiua ad inuicem vniunt operationem ſcamoneæ, ideo doſis hic poſita eſt nimis magna & ideo non eſt danda. Nam ſi eſſet aliquod ſolutiuum cum vij. granis ſcamoneæ, adhuc per ſe eſſet maxima doſis, propter quod non damus illius pharmaci ʒ ij. quia in ʒ j. illius pharmaci erant gran. vij. ſca-
B moneæ & illa eſt ſufficiens doſis quando eſt compoſita cum aliis ſolutiuis, & maxime, quando non eſt ibi ſolutionem eius prohibens. &c. Et ſic patet, quod illud dictum Auicen. ſit verum, ſcilicet, quod indumati ignorantis ad ibi ſufficiendum. Et propter hoc illud dictum erit in memoria cuiuslibet Medici prudentis. Et per hunc modum in ceteris ſolutiuis eſt particularis doſis propria inuenienda, ſed non expectes vlterius, quod amplius tibi ſcribam particulariter. Nam per hoc intelligens poterit per ſe de ceteris inueſtigare ſolutiuis & aliis pharmacis, & ſic huic operi imponitur finis.

CAPVT III. *De gradibus medicinarum.*

MEdicinæ temperatæ. Aurum, margarita, capillus Ven. borax, radix lilii, manna: caſſia fiſtula, ſmaragdus. *Medicina temperata.*

C Herbæ calidæ in primo. Abſynthium, borago, fumus terræ, eupatorium, ſtoechas: coriandrum, ocimum, ſpica cel. chamomilla, tribulus, cuſcuta, ſpica nardi, althæa. *Medicina calida in primo.*

Flores calidi in primo. Chamomillæ, enulæ, lilii, althææ.

Semina calida in primo. Althææ, trifolii, ſiſami, ocimi, attriplicis, cuſcute.

Radices calidæ in primo: Ireos ariſtologiæ vtriuſque, agarici.

Frondes calidi in primo. Lauri, chamomillæ, ariſtologiæ vtriuſque.

Fructus calidi in primo. Amygdalæ dulces, iuiubæ, myrobalani citrini, mora matura, oliua matura, canna mellis.

Lignum calidum in primo. Phu, id eſt, valeriana.

D Grana calida in primo. Tritici oryza: cardamomum, cicer album, orobum, cubebæ.

Succus calidus in primo. Aloe, laudanum, ſarcocolla, ſtyrax.

Venæ calidæ in primo. Nitrum album.

Carnes calidæ in primo. Porcina, camelina, vrſina, paſſerum iuuenum, anatum, phaſianorum, equina, pullina.

Herbæ calidæ in ſecundo. Polium, amomum, aſphodeli, praſſium, cataputia, anetum, centaurea, cyperi, mentha, fœniculus. *Medicina calida in ſecundo.*

E Semina calida in ſecundo. Semen apii, aneti, paſtinacæ, rapha. croci hortenſis, balſamitæ, fœnugr. vrticæ, dauci.

Flores calidi in ſecundo. Flores croci hortenſis, bulbi, aſphodeli.

Radices calidæ in ſecundo. Radix apii, acori, ſquillæ, peoniæ, fœniculi, capparorum, aſari, cyperi.

Ligna calida in ſecundo. Reubarbari, xylobalſami, caryophylorum, ligni aloes, corticum thuris.

Folia calida in ſecundo. Folia citri, ſenæ, tamariſci.

Fructus calidi in ſecundo. Nuces muſcatæ, macis, vuæ maturæ: phiſtici, dactyli, amygdalæ amaræ, vuæ paſſulæ, ficus ſicci, nuces.

Grana calida in ſecundo. Cautebrum, cicer niger, phaſeoli, grana citri.

Gummi & ſucci calidi in ſecundo. Aloe, mel, maſtiche, myrrha, lacca, balſamum, thus, bdellium.

Venæ calidæ in ſecundo. Sal gemma.

Superfluitates animalium calidæ in ſecundo. Moſchus, vrina, ambra.

F Herbæ calidæ in tertio. Enula, ſiſeli, hypericon, chamepythio, ſampſucus, calamentum, origanum, ruta domeſtica, apium, thymus, chamedrii, hyſſopus, menthaſtrum, pulegium, porrum, ſquinanthum. *Medicina calida in tertio.*

Semina calida in tertio. Petroſelini, ameos, aniſi, cardamomi, carui, epithymi, nigellæ, cymini, ſileris, rutæ domeſticæ, erucæ.

Flores calidi in tertio. Sambuci, ſquinanthi.

Radices calidæ in tertio. Enulæ, meu, id eſt peucedani, ſquinanthi, diptami, cæparum, ellebori vtriuſque, hermodactyli, ſerpentariæ, centaureæ, doronici.

Calidæ in tertio. Gentiana, polypodium, caſſia lignea, turbit, galanga, piper longum, cinamomum, coſtum.

Folia calida in tertio. Oleandri nucis, colocynthidos.

Fructus calidi in tertio. Nux muſcata, catapucia: colocynthidos, cucumer aſininus.

G Grana calida in tertio. Piper longum.

Gummi & ſucci calidi in tertio. Hyſſopus humida, pix naualis, aſſa fœtida, gummi iuniperi, opoponacum, galbanum, ſcamonea. ſerapinum: euphorbium, pix liquida, ammoniacum.

Venæ calidæ in tertio. Magnes, ſal gemmeium, mumia, nitrum.

Calida in quarto.

Herbæ calidæ in quarto. Ruta ſylueſtris, naſturtium, napellus. A

Semina calida in quarto. Sinapi cæparum, rutæ agreſtis, naſturtii.

Lignum calidum in quarto. Tapſia, pyrethrum.

Fructus calidi in quarto. Anacardum.

Grana calida in quarto. Piper nigrum, baccæ lauri.

Venæ calidæ in quarto. Argentum viuum, calx, flos æris, vitriolum, æs vſtum: ſulphur, ſal ammoniacum.

De frigidis.

Frigida in primo.

Herbæ frigidæ in primo. Mercurialis, ſcariola, malua, caulis, endiuia, acetoſa, iuniperi.

Semina frigida in primo. Maluæ, cydoniorum, plantaginis, ſcariolæ, melonis, cucurbitæ, roſarum, cucumerum. B

Flores frigidi in primo. Roſarum, pyrorum, amygdalarum, ſalicis, malorum.

Fructus frigidi in primo. Glandes, oliua immatura, ceraſa, pruna, pyra, tamarindi, coctana, omnes myrobalani.

Grana frigida in primo. Amydum, fabæ, panicum, hordeum.

Succi frigidi in primo. Acatia, acetum.

Venæ terræ frigidæ in primo. Bolus armena, lithargirum, chymolea, cachimia, lateres, argilla.

Carnes frigidæ in primo. Porcina, leporina, caprina, ceruina, coturnicis: caro piſcium recentium: bouina, mullina, aſinina.

Frigida in ſecundo.

Herbæ frigidæ in ſecundo. Memithæ, pentaphilon, pſyllium, lactuca domeſtica. C

Semen frigidum in ſecundo. Lactucæ domeſticæ.

Flores frigidi in ſecundo. Violarum, nenupharis, balauſtiarum, fabarum.

Radices frigidæ in ſecundo. Mali granati, arnogloſſæ.

Folia frigida in ſecundo. Folia ſalicis.

Fructus frigidi in ſecundo. Galla immatura, chryſomila, mora, perſica, cucumeres, citrulli, ſorbæ, melones.

Grana frigida in ſecundo. Berberis, ſumach, cydoniorum.

Gummi & ſucci frigidi in ſecundo. Dragaganti, gummi arabici.

Venæ frigidæ in ſecundo. Lapis hæmathitis, lazuli, alumen, ceruſſa, plumbum.

Frigida in tertio.

Herbæ frigidæ in tertio. Virga paſtoris, ſemperuiuum, hypocyſtis, portulaca. D

Semina frigida in tertio. Pſyllii, portulacæ, papaueris albi.

Flores frigidi in tertio. Papaueris albi.

Ligna frigida in tertio. Sandali.

Fructus frigidi in tertio. Poma mandragoræ.

Gummi & ſucci frigidi in tertio. Camphora, ſanguis draconis, ſuccus hypocyſtidos.

Venæ frigidæ in tertio. Gypſum, ſpodium, ferrugo:

Frigida in quarto.

Medicinæ frigidæ in quarto, Semen hyoſcyami, opium, antimonium, argilla, tutia, papauer nigrum.

De ſiccis.

Sicca in ſecundo.

Herbæ ſiccæ in ſecundo. Abſynthium, virga paſtoris, cinabrium, porrum, eupatorium, raphanus, anetum, pentaphilon, catapucia, ocimum, coriãdrum, ſcariola, cuſcuta, ſpica celtica, memitæ, naſturtium, zinzib. fumus terræ: aſphodelus, capparis, mentha. E

Semina ſicca in ſecundo. Apii, coriandri, acori, plantaginis.

Flores ſicci in ſecundo. Roſarum, crocalæ, croci hortenſis, balauſtiarum, aſphodelorum.

Radices ſiccæ in ſecundo. Apii, aſari, fœniculi, ariſtologiæ longæ, arnagloſſæ, rheubarbari, cinamomi, tamarindus, ſebanum: omnes ſandali, peucedani, id eſt, meu: pœoniæ, mali granati, ſquillæ, agarici, phu.

Frondes ſiccæ in ſecundo. Salicis, vitium, oliuæ, citri, oleandri, colocynthidos, ſerpentariæ, lauri.

Fructus ſicci in ſecundo. Glandes, citri, amygdalæ amaræ, ſorbæ, meſpila, coctana, pyra, nux muſ. myrobalani, mora immatura. F

Grana ſicca in ſecundo. Panicum, berberi, milium, lupini, aniſi.

Gummi & ſucci ſicci in ſecundo. Aloe, vinum nigrum, maſtiche, ammoniacum, galbanum, balſamum, mel, thus, myrrha.

Sicca in tertio,

Herbæ ſiccæ in tertio. Folium, ſiſeli, pulegium, thymum, hypericon, hyſſopus, calamentum, origanum, ſquinanthum, hypociſtis, ruta domeſtica, praſſium.

Semina ſicca in tertio. Petroſelini, cymini, vrticæ, ameos, carui, nigellæ, rutæ domeſticæ, cordumeni, raphani.

Radices ſiccæ in tertio. Squinanthum, ellebori vtriuſque, diptami, tormentillæ, hermodactyli, ſerpentariæ.

Ligna ſicca in tertio. Gentiana, coſtum, tapſia, caſſia lignea, turbit, piper longum, galanga.

Gummi & ſucci ſicci in tertio. Acatia, aſſa fœtida, ſcamonea, opoponacum, euphorbium, hypocyſtis, ſerapinum, gummi, iuniperi, pix omnis. G

Venæ ſiccæ in tertio. Magnes, nitrum, ſal gemmeium, mumia, caſtoreum, aſphaltum, ferrugo, ſapo.

Sicca in quarto.

Herbæ ſiccæ in quarto. Ruta ſilueſtris, naſturtium.

Semina ſicca in quarto. Synapi, naſturtii, papaueris nigri.

Lignum

A Lignum ſiccum in quarto. Pyrethrum.
Fructus ſicci in quarto. Anacardi, piper nigrum.
Venæ ſiccæ in quarto. Calx, vitriolum, flos æris, ſulphur.

De humidis.

Herbæ humidæ in primo. Enula, mercurialis, borago, lactuca. *Humida in primo.*
Semina humida in primo. Althææ, paſtinacæ, atriplicis.
Flores humidi in primo. Fabarum, phaſeolorum.
Ligna humida in primo. Liquiritiæ, mora matura, iuiubæ, vua matura, canna mellis, amygdalarum dulcium.
B Gummi humida in primo. Dragagantum, laudanum, bdellium.
Venæ humidæ in primo. Plumbum, chachimia auri & argenti.
Herbæ humidæ in ſecundo. Althæa, portulaca, atriplex, pſyllium, malua. *Humida in ſecundo.*
Semina humida in ſecundo. Maluæ, portulacæ, nenupharis, ſiſami.
Fructus humidi in ſecundo. Perſica, cucurbitæ, melones, citrulli, cucumeres.
De humidis in tertio. Semen papaueris albi, florum violarum. *Humida in tertio.*

Capvt IV. *De canonibus obſeruandis in compoſitione medicinarum.*

Medicinarum temperatarum non eſt determinata doſis, ex quo quanto plus de illis exhibetur, tanto maior ſequitur confortatio, ex quo ſequitur, quod omni hora liceat Medico exhibere medicinam temperatam, ſiue ab intra, ſiue ab extra: ab intra, ſi tolerat ſtomachus & educta C repletione: ab extra vero faciendo epithemata circa cor. ita tamen, quod omne epithema determinet propriam qualitatem ſibi & doſim, & determinabitur in capite proprio de epithematibus.

Secundus canon. Nulla frigiditas ſenſibiliter lædens aliquod membrorum corporis humani poteſt ſufficienter expelli per aliquam medicinam ſimplicem calidam in primo, neque per medicinam ex his compoſitam ex eo, quod quando componitur medicina, ex his medicinis ſupradictis non reſultat medicina potens in calefaciendo vltra gradum primum.

III. Frigiditas percepta in corpore humano, notabiliter lædens corpus humanum poteſt ſufficienter expelli per iſtas medicinas.

IV. Oportet Medicum prudentẽ valentem expellere malam complexionem frigidam exſiſtentem in corpore humano, primo incipere ab iſtis medicinis ſupra dictis, deinde aſcendere ad fortiorem, quo- D niam non eſt determinatus gradus frigiditatis peccantis, cum vero viderit Medicus iſta non proficere, ſignum eſt frigiditatem peccare in maiori gradu, quam in primo.

V. Nihil deterius eſt Medico applicare ex multis ſupra dictis, ex quo remittitur virtus vnius a virtute alterius, propter frigiditatem admixtam. Ex quo ſequitur corollarie, quod optimum ſit perfice re recepta breuiora, quam poſſit.

VI. Licet medicinæ ſupradictæ poſſint multipliciter applicari, puta aut applicando earum aquas, aut eas pulverizando, aut ex his componendo ſyrupos. Nihil eſt melius, quam eas localiter applicare mediante ſacculo, epithemate, vel embrocatione.

VII. Ad remouendũ ventoſitatem & ad reſoluendum nihil melius eſt, quam in primo applicare has medicinas ſimplices calidas in primo. Quandocunque ſunt duæ medicinæ concurrentes ad compoſi- E tionem tertiæ, & vna ſit debilis virtutis & altera fortioris virtutis, debet Medicus componens ponere maiorem quantitatem medicinæ debilis, reſpectu quantitatis medicinæ fortis, vt eſt comparando chamomillam ad euphorbium.

VIII. Medicus abſolute debet ponere paucam quantitatem medicinæ, quæ eſt velocis operationis in cõponendo quamlibet medicinã. Medicina autem dicitur velocis operationis, quæ ſiue fuerit ſumta in parua quantitate, ſiue in magna, facit propriam operationem, vt ſunt frigida in quarto, vt opium, & etiam calida in quarto. Ex quo ſequitur corollarie, quod non liceat tranſcendere quantitatem ℈. in dando medicinam opiatam ſimpliciter: & notanter dico ſimpliciter, quoniam ſunt aliquæ medicinæ opiatæ, de quibus Medicus poteſt dare vſque ad ℥ ij. vt philonium & requires, ſed iſta dicuntur opiata correcta aliqualiter.

F IX. Medicus debet operari cum medicina ſimplici, exempli gratia, exhibendo chamomillã in remouẽdo dolorem ex ventoſitate. Et ſi iſtæ non proſunt, debet venire ad medicinã compoſitam ex medicinis ſupradictis, quibus ſtantibus aduertendum eſt, quod licet medicinæ ſupraſcriptæ poſſint applicari, vno modo ex his conficiendo ſyrupos, vt declarabitur de modo componendi ſyrupos inferius. Poſſet etiam applicari dando ex his pilulas, vt inferius patebit: tamen applicando eas localiter eſt melius, vt declaratum eſt hoc modo: aut conficiendo epithema aut embrocationem: & hoc aut cum ſpongia, aut cum ſacculo, primum & ſecundum declarabitur inferius. *Sacculorũ quadruplex applicatio.*

¶ Pro tertio notate, quod quadrupliciter a Medico applicetur ſacculus, vno modo faciendo ex his ſacculum ſtomachalem. Alio modo faciendo ſacculum capitalem, tertio faciendo ex his ſacculum cordialem, quarto ſacculum vniuerſalem reſpectu cuiuſcunque partis corporis humani. Et diffe- *Differentia ſacculorum.* G runt iſti ſacculi ex parte modi componendi & ex parte figuræ & formæ. ¶ Ex parte componentium hoc modo: quia ſi Medicus facere debet ſacculum capitalem, faciat ipſum ex medicinis reſpicientibus cerebrum, vt & maiorana & huiuſmodi, vt dicetur inferius. Similiter vero debet facere ſacculum cor- *1.* dialem ex medicinis reſpicientibus cor. Sed hic nota, quia nil melius in faciendo ſacculum cordialem

pro confortatione cordis,quã facere ipſum ex medicinis tẽperatis:& ideo practicantes volentes facere A
ſacculum cordialem, componunt ipſum ex ſpeciebus temperatis cordialibus aut ex ſpeciebus electuarii de gemmis&huiuſmodi.Similiter diuerſificantur alii ſacculi ſecundum diuerſitatem membrorum læſorum. Differunt etiam iſti ſacculi ex parte figuræ: quia ſacculus capitalis debet eſſe figuræ oblongæ dummodo non tranſcendat longitudinem ſex digitorum, ſcilicet ad modum quadranguli,cuius duo latera æquantur, & alia duo non æquantur:ſecundum aũt latitudinem non tranſcendat quantitatem quatuor digitorum , & hoc menſuratur ad modum menſuræ primæ. Sacculus autem ſtomachalis debet eſſe triangularis figuræ ſcutalis. Et ſimiliter ceratum ſtomachale, cuius cerati ſtomachalis acuta pars tangat os ſtomachi,pars vero obtuſa debet vergere verſus inferius.Sacculus cordialis debet eſſe quadratus ſecundum angulos æquales, aliquando tamen ſacculi fiunt vtplurimum oblongi:& ita ſacculi ad epar fiunt: & ſic de aliis membris. Longitudo autem ſacculi cordialis eſt vſque ad octo B
digitos, latitudo vſque ad v.

Figura ſacculorũ cordialiũ. 2. Stomachalium.

3. Differunt tertio iſti ſacculi. Nam ſacculus capitalis & cordis, vtplurimum fiunt ex pulueribus & medicinis pulueriżatis, alii autem fiunt ex herbis paulatim contuſis, aut ex ſeminibus,aut ex foliis aut ſuccis,vt patebit inferius,vbi determinabitur de doſi propria,quam debet habere Medicus componẽdo iſtos ſacculos. Et vt ita melius intelligantur, nota, quod poſt medicinas calidas in primo requirantur medicinæ calidæ in ſecundo ſupra tactæ,&c.

CAP. V. *De medicinis reſpicientibus humores tam ſolutiuis, quam alteratiuis, continens Rubricas xiij.*

POſtquam declaratum eſt, quæ ſint medicinæ ſimplices, quibus vtuntur Medici in componendo C
ſyrupos, medicinas laxatiuas,vnguenta,emplaſtra &c. Nunc reſtat, vt incipiamus doſare vnamquamque medicinam.Et primo doſabuntur medicinæ digeſtiuæ. ¶ Secundo medicinæ laxatiuæ. ¶Tertio confectiones. ¶ Quarto epithemata. ¶ Quinto embrocationes. ¶ Sexto vnguenta. ¶ Septimo emplaſtra. ¶ Octauo cerata. ¶ Nono trochiſci. ¶ Decimo rob.Quantum ad primum,de doſatione medicinarum digeſtiuarum notandum, quod medicinæ digeſtiuæ exhibeantur ſub duplici forma, quædam exhibentur ſub forma ſyruporum:& illæ ſunt duplices,quædam ſunt magiſtrales,& quædam conſuetæ. Quædam autem exhibentur ſub forma aquarum, & illæ ſunt duplices; aut exhibendo aquam deſtillatam,aut exhibendo aquam, in qua facta fuit decoctio medicinarum ad propoſitum Medici.

Regula circa ſyrupos. Doſis ſyruporum.

Si autem Medicus voluerit dare ſyrupum compoſitum, teneat hanc regulam firmam & ſolidam, D
quod non liceat tranſcendere ℥ ij ſyrupi:licet doſis conſueta ſit ℥ j ß.neque tranſcendere ℥ i j aquarum pro quaque vice.

Secunda regula eſt, ſi voluerit ſyrupum clarificare, vt efficiatur magis placidus aſſumenti,debet aſſumere ſubduplam quantitatem vltra quantitatem ſupradictam: vt facta clarificatione & reſolutione per ignem maneat in debita doſi. Et ſimiliter intelligendum de ſyrupis & aquis miſcendis cum ſyrupo.

3. Tertia regula, quod melius ſit dare ſyrupos non clarificatos; quoniam melius operantur, & hoc ſtante materia acuta.

4. Quarta, quod ſicut dictum eſt de clarificatione: ita dicendum de aromatizatione, quod ſi Medicus voluerit facere ſyrupum aromatizatum, accipiat quantitatem deſcriptam in ſecunda regula vt facta aromatizatione remaneat in debita doſi. Et vt melius declarentur, limitemus exemplum in vnaquaque parte. E

RVBRICA I. *De ſyrupis.*

ET primo incipiamus a ſyrupis reſpicientibus ſtomachum,quibus practicantes vtuntur,qui ſunt duplices,quidam reſpiciunt materiam frigidam, quidam calidam. ¶ Syrupi reſpicientes materiam calidam ſunt roſatus,violatus,iulepium roſatum,de endiuia,gelenabin. ¶ Syrupi reſpicientes caput lapſum ad calidum,ſunt ſyrupus de nenuphare, diarhodon,quem ponit Meſ. violatus etiam. ¶ Syrupi reſpicientes materiam frigidam, ſunt ſyr.de abſynthio, de mentha, oxymel ſquilliticum. ¶ Syrupi reſpicientes materiam cholericam calidam in ſplene,ſunt ſyrupi de epithymo, thymo, eupatorio, bizantiis. ¶ Syrupi reſpicientes materiam frigidam in capite,ſunt de ſtœchade, oxymel compoſitum,de abſynthio &c. ¶ Similiter ſicut dictum eſt de ſyrupis, ita dicendum eſt de aquis, quod aliquæ F
reſpiciant ſtomachum,aliquæ caput, aliquæ ſplenem, & ſic de aliis. ¶ Ex quo ſequitur iſta regula, quod Medicus volens ordinare ſyrupum,debeat aſſumere aquam appropriatam membro, cui proportionatur ſyrupus, verbi gratia, accipiens medicinam ſtomachicam, debet aſſumere aquam ſtomachicam, & hoc quantum ad ægritudinem ſimplicem. ¶Si vero ægritudo eſſet compoſita,diuidat ſyrupum &aquas; ita tamen,quod maior quãtitas reſpiciat deteriorem ægritudinem, minor autem quantitas minus malam ægritudinem; vel faciat, quod ſyrupus reſpiciat vnam,& aqua aliam: ſed melius eſt, vt diuidatur. ¶ Exempli gratia volo remouere diſpoſitionem ſtomachi frigidam, diſponendo materiam cum hoc, ꝙ iſta diſpoſitio non ſit per viam cõmunitatis: quoniam oporteret Medicum reſpicere membrum mandans cum aliqua parte ſyrupi vel cum aliqua parte aquarum, vt ℞ *ſyrupi de abſynthio ℥ j. ſyrupi de metha ℥ ß.aut oxymellis ſquillitici, ſi materia fuerit multum craſſa ℥ ß. aquarum abſynthii,menthæ ana ℥ ß. miſce pro vna vice.* In lapſu calido ℞ *ſy.roſ.* ℥ j *ſy. violati* ℥ ß. *aquarum violarum,endiuiæ ana* ℥ j ß. G

Syrupus in lapſu ſtomachi frigido.

Alius in calido.

Notandum tamen,quod iſta debeat eſſe vobis regula infallibilis; quod in quacunque paſſione ſiue calida, ſiue frigida fuerit, ſi Medicus voluerit dare ſyrupum, bonũ eſt vt miſceat aliquã aquã cordialem; vt eſt aqua meliſſæ, aqua bugloſ. &c. vt melius actuetur ſyrupus & confortetur virtus: Exempli gratia,

volo

A volo dare ſyrupum in paſſione capitis a materia frigida, ſic dicam. ℞ *ſyrup. de ſtœchados ℥ j. oxymellis compoſiti ℥ j. aquarum ſaluiæ ℥ ij. bugloſſæ ℥ j. & ille eſt* partim cordialis & partim capitalis. *Ad paſſionem frigidam capitis.*

Dictum eſt de ſyrupis vſualibus, ſequitur de ſyrupis magiſtralibus.

Et primo notandum, quod omnis ſyrupus compoſitus ex variis medicinis reſpicientibus varias ægritudines appelletur ſyrupus magiſtralis, verbi gratia, ſi quis cōponeret ſyrupum ex abſynthio & ſtœchade ſumtis in æquali quantitate, reſultaret ſyrupus conueniens ſtomacho propter abſynthium & capiti propter ſtœchadem, & notanter dictum eſt, ſi ſyrupi in æquali quantitate aut in parum minori: quoniam ſi aſſumeretis ſtœchadem in j ℈ & abſynthium in magna quantitate, puta in j M. ex illis reſultaret ſyrupus ſtomachalis & non capitalis. *Notanda.* 1. *Syrupi magiſtrales qui.*

B Notandum ſecundo, quod nil ſit melius Medico, quam componere ſyrupum magiſtralem in ægritudinibus compoſitis, patet quia mediante iſto ſyrupo, habebit intentionem ad plures paſſiones. Exēpli gratia, mulier patitur malam diſpoſitionem matricis ex materia phlegmatica, & malam diſpoſitonem ſtomachi ex eadem materia ponendo ex abſynthio & matricaria, reſultabit medicina conueniens ambabus paſſionibus. 2.

Tertio notādum eſt, quod Medicus volens componere ſyrupum magiſtralem, debet aduertere pro regula firma & conſtanti quod omnes iiij. M. herbarum huius decoctionis requirunt j. lib. mellis, quod ſit deſpumatum, aut tātundem ſachari, ſi volueris facere iulepum, exempli gratia, volo componere ſyr. magiſtralem reſpicientem ſtomachum & cerebrum lapſa ad frigidum, ſic dicam. ℞ *abſynthii, florum labruſcæ, menthæ, radicum fœniculi ana M. ß. maioranæ, ſaluiæ, betonicæ, euphragiæ ana M. ß. bulliant vſque ad conſumationem: deinde adde mellis deſpumati lib. j. miſce & fiat ſyrupus.* 3. *Syrupus pro ſtomacho & capite frigidis.*

C Nota quarto, quod ſi Medicus voluerit componere ſyrupum ex herbis & pulueribus, puta in ſyrupo præcedenti ponendo coriandrum & aniſum &c. primo debet aduertere, vt faciat decoctionem herbarum magnam præcedere: deinde miſceantur pulueres, & tertio addatur quantitas mellis. 4.

Quinto notandum eſt, quod Medicus volens componere ſyrupum magiſtralem ex multis medicinis non debet determinare doſim determinatam mellis: ſed in fine addantur mellis lib. j. & ß. & hoc ſi aromatarius fuerit peritus, ſi vero non: declinet potius ad maiorem, quam ad minorem quantitatem. Ex quibus patet corollarie differentia inter iulepum & ſyrupum. Iulepus enim fit ex aqua deſtillata & ſacharo, & ſyru. fit ex decoctione & melle. ¶ Secundum corollarium, magis digeſtiuus eſt ſyrupus, quā iulepus, ex quo dicitur eſſe maioris virtutis. 5. *Differētia inter ſyrupum & iulepum.*

D Sexto notandum, quod aliqui doſant ſyrupum magiſtralem aliter ſic facientes. Primo faciunt decoctiones de medicinis appropriatis ſibi; deinde capiunt decoctionem in tanta quantitate, quanta ipſis videtur imaginando, quod quælibet libra decoctionis requirat lib. ß. mellis deſpumati. Exempli gratia hoc modo volo componere ſyr. cordialem, ſic dicam, ℞ *bugloſſæ, boraginis, meliſſæ ana M. j. corallorum rub. nucis muſ. margaritarum non perforatarum, oſſis de corde cerui, ana ℥ j. fiat decoctio, quo facto addatur lib j. decoctionis lib. ß. mellis, miſce & fiat ſyrupus.* Ex quibus ſequitur corollarie differentia inter ſyrupū, decoctionem & iulep. quia iulep. & ſyrupus præſupponunt mel vel ſacharum, decoctio autem non: niſi Medicus artificialiter faceret, quod decoctio eſſet magis amabilis ægrotanti. 6. *Syrupus cordialis.* *Differentia inter ſyrupum, iulepum & decoctionē.*

Septimo notandum, ſi Medicus vult facere ſyrupum magiſtralem reſpicientem duas paſſiones; quarum vna ſit deterior altera; debet capere maiorem quātitatem medicinarum reſpicientium deteriorē, minorem quantitatem reſpicientem alteram. Exempli gratia, ſi quis pateretur dolorem ſtomachi & dolorem capitis: & dolor ſtomachi eſſet deterior & intenſior: medicinæ ſtomachales deberent aſſumi in maiori doſi: & maxime ſi membra fuerint æqualia in nobilitate. Et notanter dico; quia ſi quis pateretur dolorem cordis paruum & dolorem inteſtinorum, tamen debet aſſumere medicinas cordiales in maiori doſi. Corollarie ſequitur Medico volenti digerere, melius eſſe exhibere aqūam decoctionis, q̃ āquam deſtillatam, quia eſt maioris virtutis. Sicut dicitur de his, pari ratione dicetur de aliis quantum ad exhibitionē & doſim aquarum deſtillatarum & aquarum decoctionis debent ſeruare hanc regulam. 7.

E Non licet medico danti aquam deſtillatam vel aquas decoctionis tranſcendere vj ℥. pro vna vice & minus ſecundum complexionem patientis & ætatem. Corollarium, minor quantitas ℥ eſt exhibenda puero vel infanti, patet per præcedentem. ¶ Pro ampliori notitia terminorum, quæ dicta ſunt, nota, ꝙ ſyrupus magiſtralis poſſit componi ex herbis, lignis, radicibus, ſeminibus, gummi, ſuccis & aliis quam variis medicinis: & ideo Medicus debet habere in ordinando ſyrupum magiſtralem hanc regulam ſolidam, quod herbæ deſcribat per manipulos aut partes manipulorum: vt eſſet dicere partem ß & partē iij. radices autem debet deſcribere numero: vt ℞ althææ radicem vnam vel duas. Ligna, ſemina, fructus poſſunt deſcribi dupliciter: aut vt deſcribantur cum manipulis: vt eſſet dicere, ℞ cinamomi, fœnic. fœnugræci an̄ M. j. Sed verior modus ē, quo vtuntur practici: vt ſemina ligna habeant ordinari cum ponderibus determinatis, videlicet aut per ℥ aut per ʒ aut per ℈. ſecundum medicinæ neceſſitatem, vt eſſet dicere. ℞ cichoreæ M. j. ſandalorum alborum ℥ j &c. Fructus a. deſcribantur cum manipulis, vt eſſet dicere prunorum M. j. aut cum numero determinato, vt eſſet dicere ficuum ſiccarum numero x. Notandum eſt, ꝙ Medici practicātes vtantur iſtis terminis in ordinando partē ß. partem iij. &c. quæ, vt intelligatur, ſit hic vobis talis regula, quod qn̄cunq; reperimus iſtos terminos partē, ß. partē iij. quod ſemper debet referri ad partem p̄cedentēm, vt ſi p̄cedat M. vt eſſet dicere, ℞ ſeminis cucurbitæ, melonis, acetoſæ an̄ partē ß. debet intelligere ꝙ intelligant ſemina melonis: & ſemina acetoſæ j. M. Si vero aliquod ordinatur abſolute, non p̄ponendo, neq; poſtponendo aliqua, limitando, debetis intelligere de his abſolute: vt eſſet dicere, ℞ meliſſæ, acetoſæ, debetis intelligere accipiendo acetoſam in herba & nō aliam ſubſtantiam.

(Marginal letters F and G stand beside the lines "ſyrupus magiſtralis poſſit…" and "debet referri ad partem…".)

Tertio vero caueat Medicus inquantum poteſt componere ſyrupum magiſtralem ex herbis ſiccis: A
& hoc eſt,quod volunt practicantes,quando dicunt ℞ meliſſæ viridis: & hoc habet locum, qñ Medicus vult facere ſyrupum ex herbis. Si enim vellet facere ex ſeminibus aut lignis, aut ex venis aut ex radicibus,& huiuſmodi,non eſt vis vtrum recipiantur in ea viridia aut ſicca.

Differẽtia inter ſyrupum & rob. Quarto nota,quod canones prædicti,quos debet obſeruare Medicus in cōponendo ſyrupum magiſtralem,debet conſeruare in conficiendo rob.ſed in hoc eſt diuerſitas,quoniā in ſyrupis fit decoctio ex herbis aut ex medicinis prædictis. Rob a. conficitur ex ſuccis,ſicut eſt rob de nucibus & aliis,pro cuius *Regulæ circa rob.* confectione ſeruentur iſtæ regulæ. ¶ Prima regula eſt, Medicus volens ordinare rob:non debet deter-
1. minare pondus ſuccorum cum manipulis: ſed lib.℥. aut ponderibus inferioribus &c. vt eſſet dicere ℞
2. ſucci menthæ lib.j.vel ℥ vj. ¶ Secunda, quod quælibet lib.ſucci requirat ℥ vj. mellis aut ſacchari, aut ad minus v. quod debet præparari eo modo,quo præparatur ſy.magiſtralis: ita quod mel & ſacharum po- B
3. natur poſt decoctionem ſucci,ſicut in ſyrupis ponitur poſt decoctionem factā,vt dictum eſt ¶ Tertia, fortioris alterationis & digeſtionis eſt rob,q̃ ſyrupus,patet quia ſuccus eſt maioris acuitatis,q̃ decoctio.
4. ¶ Quarta, Medicus magis debet vti ſyrupis,quam rob.patet,quia ſyrupi ſunt magis amabiles ægrotāti,
Corollaria. quam dicatur eſſe rob.¶ Quinta,licet præcedens regula in paſſione vermium,& in oppilationibus Me-
5. dicus ſi poteſt magis debeat vti rob, quam ſyr. ¶Corollarium, licet magis ſit digeſtiuum rob, quam ſyrupus,maioris tamen alterationis eſt ſyrupus,quam rob.patet,quia ſubtilioris ſubſtantiæ & ſubtilioris penetrationis.¶Corollarium ſecundū nihil eſt magis conueniens ad digerendum materiam peccātem in remotis; quā dicitur eſſe rob: & antiqui vtebantur eo propter fortitudinem ſtomachorū ægrotantium. ¶ Pro intellectu eorum,quæ dicta ſunt, ſequitur hæc regula,quod Medicus volens exhibere ſyr. magiſtralem, non debet tranſcendere quantitatem ij ℥. addendo ℥ iij. aquarum ſecundum intentio- C
nem ſuam,vt dictum eſt de ſyrupis vſualibus.

Rvbrica II. *De medicinis ſolutiuis tam ſimplicibus, quam compoſitis.*

Medicina lenitiua. SEquitur modo de ſecundo principali ſcilicet,de medicinis educentibus, & quia illæ ſunt duplices, quædam lenitiuæ,quædam laxatiuæ,lenitiuæ,vt caſſia, manna, diacaſſia, electuarium de ſebeſten & huiuſmodi,quæ poſſunt exhiberi dupliciter,vno modo,exempli gratia,vt exhibendo caſſiam in cañá: alio modo dando ipſam extractam,quæ diſtemperetur cū aqua. Similiter electuarium de ſebeſten aliquando damus ſine aqua, vt dando ipſum ad comedendum: & illæ medicinæ non habent horam determinatam, poſſunt enim exhiberi qualibet hora dummodo exhibeantur ante cibum. ¶ Ex quo ſe-
Regulæ. quuntur iſtæ regulæ.¶ Prima regula,Medicus volens exhibere caſſiam in canna,tranſcendere non de- D
bet quantitatem j ℥. cum dimidia. ¶ Secunda, Medicus exhibendo electuarium de ſebeſten aut dyacaſſiam, tranſcendere non debet quantitatem ℥ j. aut ad plus vſque ad ʒ x. ¶ Tertia, Medicus volens exhibere mannam,poteſt ipſam exhibere vſq; ad ℥ j. & ß. & maxime ſi voluerit cum ea euacuare hu-
Laxatiua. morem cholericum. Medicinarum autem laxatiuarum quædam ſunt ſimplices, quædam compoſitæ, ſimplices reperiuntur in quadruplici ſpecie,q̃dam reſpiciunt humorē cholericum,quędam humorem phlegmaticū,q̃dam ſanguineum,&q̃dam melancholicum.Exēplum primi aloe,ſcamonea,fumusterrę, rheubarbarum,aqua caſei,myrobalani,tamarindi,pſyllium & huiuſmodi.Ex quo ſequunt̃ iſtæ regulæ.

Aloes. De aloe prima,Medicus volens exhibere aloē,debet exhibere ipſum non tranſcendendo ʒ ß.dummodo hos canones ſeruet. ¶ Primus, aloe poteſt exhiberi lota & non lota,& melius eſt vt exhibeatur lota,ex lotione enim remittitur eius acuitas, quæ nocet inteſtinis. ¶ Secundus, in paſſione epatis non E
debet dari aloe, ex quo ſequitur, quod in paſſione hydropica non conueniant pilulæ de aloe. ¶ Tertius, patientibus fluxum ſanguinis,ſiue hæmorrhoidalis ſit,ſiue inteſtinalis,ſiue menſtrualis, ſiue pectoralis, non debent dari propter fracturam venæ pilulæ de aloe vel aloeticæ.

Scamonea. De ſcamonea ſecunda regula, Medicus volens exhibere ſcamoneam, nō debet tranſcendere quantitatem ß ℈. ſiue gra.iij.cañ.ſequens.Caueat Medicus,vt non exhibeat ſcamoneam,quæ non ſit correcta, ex quo ſequitur,quod liceat Medico dare in aliquo corpore ſcamoneam correctam vſq; ad quantitatem ℈ j.

Fumaria. De fumoterræ nota primo, quod fumus terræ detur & dari poſſit tripliciter,aut dando eius aquam deſtillatam: aut dando eius decoctionem, aut eius ſuccum. Fumus terræ datus primo & ſecundo modo,eſt medicina lenitiua,tertio modo eſt laxatiua,data in notabili doſi. Prima regula, Medico volenti F
exhibere fumumterræ, tertio modo non debet tranſcendere quantitatem ℥ ij. & ita eſt dicendum de ſucco foliorum perſici, ſeu de floribus eius.

Rhabarbara. De rheubarbaro notandum,quod rheubarbarum poſſit dari dupliciter. Vno modo dandum ipſum in forma propria. Alio modo dando ipſum torrefactum vel aſſatum.

Pro primo ſeruentur iſti canones. ¶ Primus eſt,Medicus volens dare rheubarbarum in forma propria,ſiue det ipſum in forma liquida vel pilulari non debet tranſcendere ʒ j ß.¶ Secunda regula,caueat Medicus dare rheubarbarum ſine ſpica aut ſquinantho, hoc modo limitando quod quælibet ʒ rheubarbari requirit ℈ ß. ſui correctiui,ſcilicet ſpicæ,aut ſquinanthi. ¶ Tertia regula, Medicus dans rheubarbarum temperatum cum aqua, debet admiſcere modicum vini boni vinoſi hoc modo limitando, ſi dederit ʒ j ß. rheubarbari, & ℈ j vini.

Modus torrefaciendi rhabarbarum. Quantum vero de ſecundo, ſc. de rheubarbaro torrefacto, quod totaliter torrefit, capiatur rheu- G
barbarum & ponatur ſuper aliqua re ſubtili ferrea: & tunc applicetur igni & permittatur ſtare per aliquantulum,donec calefiat & torrefiat, hoc eſt aliqualiter torrefiat, quod cum fuerit taliter præparatū, excedit oēs medicinas in fluxu cholerico, epatico & dyſenterico. ¶ Prima regula, Medicus dans rheubarbarum

A barbarum torrefactum, poteſt dare ex eo vſque ad ʒ ij.& communiter doſis eſt ʒ j ß. ❡Secunda, quod
Medicus dans tale rheubarbarum non debeat miſcere ſpicam ſeu ſquinanthum torrefactum, &c.
De aqua caſei nota, quod aqua caſei ab aliquibus vocatur correctiuum rheubarbari, ita quod volē-
tes dare rheubarbarum ſemper dent ipſum cum aqua caſei: quod tamen non commendo. Si tamen *Aqua caſei.*
Medicus voluerit ſic facere, tranſcendere caueat ʒ j. rheubarbari: & ℥ ij. aquæ caſei.
Nota, quod aqua caſei ſit duplex, quædam eſt ſubtilis & dicitur ſerum caprinum: eſt & medicina le-
nitiua & laxatiua, quædam craſſa, & de iſta facit mentionem Meſue *in cap. de aqua caſei*, quo modo de- *Aqua caſei duplex.*
beat præparari. ❡Prima regula, Medicus volens dare aquam caſei puram, poteſt dare ℥ v. pro qualibet
vice: illa aqua magis reſpicit humorem aduſtum. ❡Secunda regula, Medicus volens dare aquam caſei,
ſecundo modo non debet tranſcendere ℥ iij.
B Tamarindi autem licet poſſint dari multipliciter & ſub forma pulueris, & ſub forma pilularum, pra-
cticantes tamē dant ipſos in infuſione: & ita debet fieri, pro quo nota regulas. ❡Prima regula antequam *Tamarindi.*
ponantur tamarindi in infuſione aquæ valentis ad propoſitum veſtrum: vt in aqua endiuiæ: vt in paſ-
ſionibus epatis; aut in aqua menthæ, vt in paſſionibus ſtomachi, faciatis tamarindos contundere &
rumpere: deinde contuſi ponantur in aqua & per duas horas dimittantur ſtare, poſtea colando adiuue-
tur, donec exeat ſubſtantia eius, & ſic præparatos exhibeatis. ❡Secunda, Medicus dans tamarindos de-
bet dare miſcendo aquam ſtomachi confortatiuam, quia ſunt nauſeatiui. ❡Tertia, Medicus dare po-
teſt tamarindos vſque ad quantitatem ʒ j.
De pſyllio nota, quod pſyllium poſſit dari tripliciter: vt dictum eſt de fumo terræ, aut dando eius a-
quam deſtillatam, aut puluerem, aut ſuccum: & circa exhibitionem ipſius ſeruetur modus declaratus *Pſyllium.*
C per totum, ſicut de fumoterræ, verum tamen ſub dupla quantitate pſyllii, ſcilicet j ℥. erit laxatiua, ſicut
ʒ j ß. fumiterræ, in aliis autem ſeruetur, vt ſupra &c.
De medicinis compoſitis materiam cholericam ſoluentibus. ❡Notandum, ꝙ quædam ſint compo-
ſita in forma pilulari, quædam in forma electuarii, pilulæ autem euacuantes materiam cholericā ſunt *Medicin. compoſit. educentes choleram.*
pilulæ de aloe, aureæ, de rheubarbaro, pilulæ de fumoterræ & huiuſmodi, aliqui addunt pilulas aggre-
gatiuas, quæ licet euacuent materiam communem cum hoc etiam euacuant cholericam. ❡Modus autē
doſandi tales pilulas eſt duplex. Primus quo ad numerum. Secundus quo ad quantitatem. Quo ad nu- *Modus doſandi pilulas ducentes choleram.*
merum, bonum eſt dare eas in numero impari: vt ſequamur communem modum practicantium &
beſtialem. Quantum vero ad quantitatem, eſt, vt non tranſcendamus pro vna vice quantitatem ʒ j.
D Secundo nota, quod Medicus volens dare pilulas, poſſit eas reformare tripliciter, aut cum aqua, aut
cum electuario, aut cum ſyrupo, hoc modo gratia exempli, non limitando quantitatem ſyrupi aut ele-
ctuarii ℞ *pilularum de rheubarbaro ʒ j. fiant pilulæ vij. cum electuario ſucci roſarum, aut cum aqua endi-*
uiæ, aut cum ſyrupo violato.
Nota, quod pilularum ſupraſcriptarum quędam poſſunt exhiberi omni hora: & ſunt pilulæ de aloe, *Pilulæ.*
q̄ poſſunt dari ante cibum & poſt, & hoc ſaltem per horam poſt & in mane & in ſero: & non requirunt
aliquam cuſtodiam. Aliæ autem prædictæ debēt dari mane ante cibum regulariter operando: ita quod
aſſumens perficiat ſomnum poſt ſumtionem pilularum; & hoc per mediam horam, & demum ſtet per
quatuor horas, ſtomacho ieiuno: vltimo aſſumat lauatiuum, ſi expedit, deinde cibum.
E Nota, quod Medicus aut intendit euacuare a capite, aut a partibus remotis, aut a partibus ventris. Si
a capite & a locis remotis, bonum eſt, vt pilulæ ſint magis duræ, vt longiorem moram faciant in ſtoma-
cho: & ex conſequenti maiorem attractionem. Si vero vult euacuare a partibus ventris, bonum eſt, vt
pilulæ dicantur eſſe molliores. ❡Ex quibus ſequūtur corollaria. Malefaciunt Medici dantes pilulas au-
reas immediate poſt cibum aut cœnam in ſero. ❡Secundum corollarium, nō bene faciunt Medici pra- *Corollari*
cticantes faciendo reformari pilulas & dando eas molles in qualibet paſſione.
Electuaria ſoluētia humorem cholericum, ſunt electuarium de pſyllio, de ſucco roſarum, diaphœ-
niconis, quod etiam euacuat materiam cōmunem, electuarium de epith. thymo &c. Catarcticum im- *Electuaria ducentia bilem.*
periale, quod ponit Nico. oxymel laxatiuum, ꝙ ponit Meſue. ❡Circa modum doſandi iſta electuaria,
nota quod illa electuaria poſſint exhiberi in forma liquida diſtemperando ipſa cum aquis. Alio modo
F dando ipſa abſolute non diſtemperata &c. ❡Primus modus eſt magis conueniens in volendo euacuare
materiam a partibus ſtomachi & a partibus ventris. ❡Secundus modus eſt magis cōueniens in euacu-
ando materiā a capite. ❡Nota, quod hora conueniens pro exhibitione iſtorū electuariorum ſit hora,
in qua ſtomachus fuit ieiunus: ita tamen, quod poſt aſſumtionem ſequatur aliquis ſomnus, prout vi-
detur aſtanti Medico. ❡Nota, quod Medicus volens diſtemperare electuarium, non debet tranſcen-
dere quantitatem iij. ℥. aquarum, licet doſis magis conueniens ſit quantitatis ℥ ij ß.
Nota, quod poſt aſſumtionem electuariorum iſtorum oporteat, vt exhibeatur lauatiuum dando
brodium pulli: aut aquam hordei cum ſacharo in quantitate ℥ vj. per quatuor horas poſt aſſumtionē,
deinde ſtet per mediam horam antequam aſſumat cibum.
Quinto nota, quod faciens aſſumtionem in ſero electuarii, vtatur ante ſuppoſitoriis vel clyſteriis,
ne retentio fæcum impediat operationem medicinæ. ❡Doſis electuarii de pſyllio eſt a ʒ iij. vſque ad ʒ
G v. licet in puero ſufficiens ſit ʒ ij. ſecundum varietatem corporum. ❡Doſis electuarii de ſucco roſa. eſt
a ʒ iiij. vſq; ad v. ❡Doſis diaphœniconis eſt vſque ad ʒ iiij. & plus & minus ſecundum ætatem & com-
plexionem. ❡Doſis electuarii de epithymo eſt vſque ad ʒ v. ß. ſimiliter de thymo. ❡Doſis catarctici im-
perialis eſt a ʒ iij. vſque ad v. ❡Doſis oxymellis laxatiui eſt vſque ad ʒ vj. quas doſes non licet Medico
regulariter euacuando tranſcendere: varientur tamen ſecundum diuerſitatem corporum, &c.

Rvbrica III. *De medicinis vſualibus euacuantibus phlegma.* A

Sequitur de medicinis vſualibus euacuantibus phlegma, quarum aliquæ ſunt ſimplices, aliquæ compoſitæ: ſimplices ſunt turbit, agaricus, colocynthis, cucumer aſinininus, myrobalani chebuli, rheubarbarum, & hermodactyli: ſal gemmeum, euphor. eupa. & huiuſmodi.

Turbethũ. De turbit. Nota quod Medicus nullo modo debet dare turbit, niſi det ipſum correctum cum zinzib. ita quod quantitas ziuzib. ſit dupla ad turbit. ℞ gratia exempli, turbit. ℈ ij. zinzib. ℈ j.

Notandum eſt, quod optimum ſit & ſalutiferum dando turbit miſcere aliquam medicinam cordialem, ne ex læſione turbit fiat læſio in corde.

Tertio nota, quoniam turbit communiter mouet dolores ventris: ideo laudant Medici, quod poſt aſſumtionem ipſius fiant calefactiones circa ventrem & ſtomachum, cum pannis calidis non omittendo enema vel ſuppoſitorium. B

Quarto nota, quod doſis turbit ſit a ʒ j. vſque ad ij. licet Medici communiter non tranſcendant doſin ʒ j boni ponderis.

Agaricus. De agarico nota, quod ſit medicina familiaris, ſi fuerit correctus, ſi vero non fuerit correctus, eſt medicina a Medicis excutienda.

Secundo nota, quod habeat duplex correctiuum. Primum vocatur oxymel ſquilliticum. Secundũ vocatur ſal gemmeum. Tertium correctiuum addo de mente Gale. vt allegat Meſue, videlicet zinzib. Pro quo notate pulcram regulam: aut Medicus exhibet agaricum in forma liquida, aut in forma pilulari, aut pulueris: Si primo modo, melius eſt, vt corrigatur cum oxymelle, licet poſſit etiam corrigi cum ſale gemmeo. Si ſecundo modo & tertio, debet corrigi cum ſale gemmeo: & etiam cum oxymelle. C

Tertio nota, caueat Medicus dare agaricum, niſi miſceatur cum eo aliqua medicina ſtomachalis, quoniam inducit nauſeam, & ideo practicantes laudant, quod aſſumens agaricum poſt aſſumtionem comedat aliquid coriandri confectum ad prohibendum vomitum; aut bucellam panis infuſam in re acetoſa: aut infundetur, donec prohibitus fuerit vomitus; quare ſequitur, quod bonum ſit cum agarico miſcere cinamomum, aut garyophillos: aut calamum aromaticum: aut maſticem & huiuſmodi. Doſis autem huius eſt a ʒ j ß. ad ʒ ij boni ponderis.

Correctiuum autem detur ſubtriplum ad agaricum hoc modo, ℞ gratia exempli, agarici electi ʒ j. ſalis gemmei ℈ j cinamomi parum, miſce & fiant pilulæ vel puluis, &c.

Et quia aromatarii communiter tenent agaricum præparatum, ideo practicantes dicunt, ℞ agarici præparati, aliqui dicunt agarici infuſi: & in his non eſt differentia: quia dicendo ℞ agarici infuſi eſt dicere ♃ agarici præparati: quare poſſumus vtrumque intelligere. D

Vltimo nota, quod agaricus non debeat præparari cum oxymelle, niſi fruſtatim incidatur, & permittatur ſtare ſaltem per quatuor horas.

Colocynthis. De colocynthide primo nota, quod nullo modo debeat exhiberi ſine ſuo correctiuo, vt quod ſecundum communem ſententiam eſt medicina confortatiua ſtomachi, vt zinzib. cinamomum, garyophillus & huiuſmodi, verum, quod aliqui ponunt maſticem eſſe proprium correctiuum inter cetera. Attamen ſi velitis ſcientifice dare colocynthidem: quia de ſua proprietate lædit cor, omnino optimum eſt, vt cum ea nõ ſolum miſceatur medicina ſtomachalis, imo etiam cordialis; quam nullo modo omittatis: abſtinendũ tamen eſt ab iſta medicina in quantum eſt poſſibile, quoniam eſt medicina, quæ euacuat laxando omnia membra principalia. Si tamen velitis ipſa vti, vtamini cum aliis medicinis.

Secundo nota, quod vtantur ea practicantes dupliciter: aut in clyſteri, aut in ſuppoſitorio, & tunc eſt medicina ſublimis euacuando a capite: quare laudatur in apoplexia, & paralyſi & ſimilibus, & hæc nullo modo omittenda eſt in cura talium: ſimiliter laudatur in colica ex fæcum retentione, cuius doſis pro clyſteri eſt vſque ad ʒ iij. Alio modo vtuntur ea dando per os, quæ debet dari prædicto modo, & eius doſis eſt a ʒ j. vſque ad ʒ j ß. &c. E

Cucumer aſininus. De cucumere aſinino primo nota. Cucumere aſinino vtuntur Medici tripliciter, aut vtendo pilulis confectis & ſucco eius, aut puluere, aut eius aqua.

Pilulæ ex cucumere aſinino aduerſus hydropem. Pro quibus notate, quod pilulæ de cucumere aſinino, quæ magiſtrales reperiuntur, ſint mirabilis iuuamenti in curando hydropem, & maxime aſcitem, duæ enim aut tres iſtarum pilularum paruæ etiam maximam quantitatem aquæ contentæ in ventre euacuant, & vtplurimum vſque ad mediam ſitulam, ex quo doſis pilularum eſt vſque ad ℈ j. F

Alio modo vtuntur ſucco: & hoc in clyſteri forti ad diuertendum materiam a locis remotis, aut attrahendo ipſum per nares, quoniam eſt mirabiliter medicina in curando hemicraneam: aut dolorem capitis antiquum, hunc tamen modum obſeruando, quod patiens, qui ſumit ſuccum per nares, debeat implere os ſuum aqua, ne talis medicina tranſeat ad pulmonẽ & partes pectoris, quo facto videbit maximam experientiam in curando mirabiliter omnem dolorem frigidum a materia frigida capitis. Laudo tamen, quod cum trahitur talis ſuccus per nares, quod cum eo miſceatur ſuccus endiuiæ, aut acetoſæ, vt remittatur eius acuitas, verum melius eſt vti aqua eius, quam ſucco: quia eſt minus periculoſa, doſis autem ſucci attrahendi per nares pro vna vice eſt vſque ad ʒ ß. aquæ autem eſt vſque ad ʒ j.

Nota ſecundo, quod illæ medicinæ debeant eſſe vltimæ in paſſionibus capitis, licet pilulis ſupraſcriptis poſſetis vti audacter: quia euacuãt ſine nocumento. Si vero illæ pilulæ non eſſent apud vos, cõponatis pilulas ex ſucco cucumeris & ex medicina ſtomachali, ita quod medicina ſtomachalis ſit ſubdupla ad quantitatem cucumeris aſinini, ſic dicendo ℞ *ſucci cucumeris aſinini* ʒ j *maſticis* ʒ ß. *fiant pilulæ cum ſyrupo de mentha*, de quibus exhibeantur patienti duæ vel tres ad plus. G

Pilulæ ex cucumere aſinino.

De myro-

A De myrobalanis chebulis & belliricis, & primo nota, quod de proprietate myrobalanorum ſit, vt inducant amaritudinem oris, quæ durabit notabili tempore, niſi corrigatur: & ideo pro conſtanti regula tenendum eſt, quod myrobalani non debeant dari ſine ſaccharo, aut ſine paſſulis: vt patet ex Auicen. in pluribus locis, qui ordinando medicinam de myrobalanis ſemper ordinat ipſam cum ſacharo aut cũ paſſulis: & patet maxime *prima tertii, de cura* ſodæ a phlegmate, *& decimaquarta tertii, de cura aſclitis*, dulcedo enim ſachari remittit acuitatem myrobalanorum: ita tamen, quod quantitas ſachari ſit ſubdupla ad quantitatem myrobalanorum, doſis autẽ myrobalanorum chebulorum indorum datorum in infuſione eſt vſque ad ℥ iij ß. *Myrobalani*

De ſale gemmeo notate, quod non ſit danda medicina ſimpliciter facta ex ſale gemmeo, quoniam induceret excoriationem inteſtinorum & fortaſſe ſtomachi: bonum tamẽ eſt, vt quando Medicus vult B euacuare humorem viſcoſum & phlegmaticum, vt cum medicina miſceatur aliquid ſalis gemmæ, quoniam ſal gemmeium habet ſtimulare virtutem expulſiuam: ideo ſequitur melior euacuatio. Caueat tamen Medicus miſcendo ſal gemmeium tranſcendere doſim j ℈. *Sal gemmeum.*

Nota ſecundo, quod licet prædicto modo poſſimus vti ſale gemmeo, melius ſit tamen, & hic modus debeat ſeruari, vt eo vtamur in clyſteri & in cura febrium a materia frigida & in diuertendo materiam a locis remotis, & tunc licet de eo poni in clyſteri vſque ad ℥ ij. Aliquando neceſſarium eſt Medico facere ſuppoſitorium ex ſolo ſale gemmeo ſtante maxima ſtypticitate ventris, vt in cura colicæ, & maxime ex retentione fæcum, & tunc erit ſuppoſitorium mirabile in euacuando materias duras, faciatis tamen, vt nõ teneatur longo tempore tale ſuppoſitorium; quia aliquando induceret excoriationem ani, & in extremitate inteſtini recti.

C De euphorbio & eupatorio nota, quod iſtæ medicinæ non ſint vſuales apud Medicos, niſi in euacuando materias a capite, vtendo euphorbio attracto per nares: ſed in eis duobus debetis ſeruare canones deductos in capite de fumoterræ. *Euphorbiũ & eupatorium.*

De hermodactylis nota primo, quod poſſint exhiberi ſub forma pilulari, & ſub forma pulueris, & vltimo ſub forma ſucci; licet Medici non vtantur ipſis vltimo modo: ſed communiter primo modo, & ſecundo. *Hermodactyli.*

Nota, quod ſiue demus eos ſub forma pilulari, ſiue ſub forma pulueris, debeat miſceri & addi proprium correctiuum, quoniam de ratione hermodactylorum eſt, vt primo noceant ſtomacho generãdo nauſeam, ſecundo ventoſitatem, tertio, quia tardæ motionis. ¶ Et ideo pro conſtanti regula ſeruetur D iſte modus, quod dando iſtam medicinam miſceatur modicum zinzib. aut menthæ.

Doſis eius ipſum exhibendo ſub forma pilulari, eſt vſque ad ℥ j. & debet exhiberi mane, doſis autem pulueris eius eſt vſque ad ℈ ij. &c.

RVBRICA IIII. *De medicinis ſoluentibus humorem melancholicum.*

SEquitur de ſoluentibus humorem melancholicum, quorum aliquæ ſunt medicinæ ſimplices, ſicut lapis lazuli, lapis armenus, epithymum, fumus terræ, ſena, elleborus niger & camepitys. Aliæ ſunt compoſitæ, videlicet pilulæ & electuaria.

De lapide lazuli. Nota quod ipſo vtantur Medici dupliciter, vno modo ſub forma pilulari, alio modo ſub forma pulueris, & quia educit laxando virtutem & cum dolore, ideo neceſſarium eſt, vt rectifi- E cetur cũ aliqua medicina cordiali, vt bugloſſa, oſſe de corde cerui, corticib. citri & huiuſmodi, doſis eius eſt a ℥ j vſq; ad ℥ j ℈ j. & hoc ſub forma pulueris, ſub forma a pilulari eſt vſq; ad ℥ j. & debet dari in mane. *Lapis lazuli.*

De lapide armeno. Notandum, quod illa medicina habeat prærogatiuam in ſoluendo humorem melancholicum inter ceteras medicinas, & dari poteſt vno modo lota, primo modo lota cum vino ſubtili aut aqua dul. euacuat cum dolore & faſtidio, & ſine nocumento: non lota autem euacuat cum dolore & faſtidio & huiuſmodi. Doſis autem lotæ eſt vſque ad ℥ ij. non lotæ autem eſt vſque ad ℥ j. bonũ tamen eſt, vt corrigatur cum aliqua medicina cordiali. *Lapis armenus.*

De epithymo nota, quod ſit mirabilis medicina in ſoluendo humorem melancholicum & confert ægritudinibus capitis & epatis, apoplexiæ, dolori capitis a tali materia & oppilationi ſplenis, pro quo nota, quod tale ſoluit inducendo ſitim, inflammationem, dolorẽm & ſit tardæ motionis: & ideo bonũ F eſt, vt rectificetur cum modico piperis & modico ſalis gemmei, & ſufficit vnum granum vniuſcuiuſq; iſtorum: & detur mane. Doſis autem eius eſt ſub forma pulueris vſque ad ℥ iij. in decoctione vero vſque ad ℥ iiij. in forma pilulari vſque ad ℥ j. *Epithymũ.*

De fumoterræ, de quo ſuperius dictum eſt. Nota, pro completa doctrina, quod fumus terræ ſit de medicinis benedictis ſoluentibus humorem melancholicum; quare euacuat confortando, confortatur tamen in operatione dando ipſum cum aqua lactis: & cum decoctione paſſularum: & cum ſucco abſynthii & huiuſmodi. *Fumaria.*

De ſena ſequitur, quod ſoluat humorem melancholicum, mundificat cerebrum, cor, conſeruat virtutem in iuuentute, generat gaudium, rectificatur tamen in complexione & in operando, ſi datur cum brodio gallinæ, aut carnium, aut vino ſubtili, aut ſal gem. doſ. eius eſt vſque ad ℥ vj. *Folia ſenæ.*

De elleboro nigro ſequitur, quod ſit medicina per antonomaſiam ad cancrum, lepram & ſurditatẽ, primo nota, quod Medicus non debeat dare niſi prius corrigat cum pipere vel dauco, petroſil. aniſo, G origano, calamento, aliter euacuaret cum nocumento, doſis eius eſt vſque ad ℈ j ß. in pilulis, in puluere vſque ad ℈ j. *Elleborus niger.*

De chamedry fiat, vt dictũ eſt, in ca. de fumoterræ. De electuariis ſoluentib. humorẽ melancholicũ. Electuaria ſoluentia humorẽ melancholicũ ſunt electuariũ de epithymo Hermetis, diaſena, hamech. *Chamedrys.*

Nota quod nullum iſtorum electuariorum debeat dari, niſi cum aqua reſpiciente humorem melancholicum, vt melius actuetur medicina, vt puta cum aqua fumi terræ, lupulorum, doſis electuarii de epithymo vſque ad ʒ vj. doſis diaſenæ vſque ad ʒ vj. doſis electuarii hamech vſque ad ℥ iiij.

RVBRICA V. *De confectionibus.*

NOta quod confectiones quædam ſint ſimplices, ſiue vſuales, & quædam magiſtrales. Vſuales ſunt, quarum aliquæ reſpiciunt ſtomachum, vt aromaticum roſ. diacinamomum, diacynaminum, diambra, diarhodon abbatis & huiuſmodi, quorum doſis pro vnaquaq; vice eſt vſque ad ʒ vj. communis modus practicantium eſt pro vna vice ʒ iiij.

De confectionibus magiſtralibus.

NOta quod differat modus conficiendi confectiones in forma ſolida ab electuario. Confectio autem vtplurimum fit cum ſacharo & aquis: electuarium autem fit cum melle & ſyrupo.

Nota ſecundo, quod quælibet ʒ ſpecierum requirat ſaltem ℥ ij ſachari optimi. Exempli gratia, volo ordinare confectionem ſtomachalem in ſtomacho frigido ſic dicam. ℞ *ſpecierum aromatici roſ.* ʒ j. *ſpecierum diacinamomi* ʒ ß. *dialaccæ* ʒ j. ß. *requirit ſaltem* ℥ iij *ſacchari:* & *ſic dicam ſachari optimi* ℥ iij. *fiat confectio* in tabulis vel in morſellis cum aqua mēthæ, meliſſæ: & ſic de aliis aquis ſtomachalibus. Similiter ſi volo ordinare confectionem cordialem, dicam. ℞ *ſpecierum electuarii de gemmis,* ʒ j. *ſpecierum diamoſchi* ʒ j. ß. *oſſis de corde cerui, margaritarum perforatarum ana* ℈ j. *ſach.* ℥ vj. *fiat confectio in morſellis cum aqua bugloſſæ.*

Tabulæ. *Morſelli.*

Tertio notandum, quod confectionum quædam ſint laxatiuæ & iſtæ componuntur ex medicinis laxatiuis, vt diaturbit: diaphœnicon, diacatholicon, doſis primi eſt a ʒ ij. vſque ad vj. Similiter ſecundi doſ. ʒ ij. vſque ad iiij.

Nota quarto, quod differat mixtura & electuarium in hoc, quod componendo mixturam accipiuntur compoſita in forma ſolida & proprie in conficiendo electuaria, accipiuntur ſpecies confectionum, exempli gratia. ¶ Exemplum primi, volo ordinare mixturam ad ſedandum ſitim, dicam. ℞ *ſachari roſa. ſachari bugloſſati, ſachari boraginati ana* ℥ j: *fiat mixtura cum ſyrupo de agreſta.* ¶ Aliud eſt ſi vellem ordinare electuarium, dicerem. ℞ *ſpecierum &c.*

Nota quod hora exhibendi confectionem ſtomachalem, cordialem & cephalicā, ſit, vt exhibeat per duas horas ante cibum, hoc eſt, ante prandium, pariter loquor de confectione materiali, vt diagalanga & diamargariton & huiuſmodi.

RVBRICA VI. *De epithematibus.*

SEquitur de epithematibus, pro quo ſcias, quod epithemata proprie importent medicinam compoſitam ex aquis deſtillatis & ſpeciebus, quæ mediante panno lineo vel laneo applicantur membro infuſo in aquis prædictis: vt puta ipſi ſtomacho, cordi & huiuſmodi, & in hoc differt epithema ab embrocatione: quoniam embrocatio fit ex rebus bullitis in aqua & vino, & non ex aqua deſtillata, &c.

Nota ſecundo, quod licet circa membrum principale quodlibet poſſit fieri epithema: tamen Medici communiter vtuntur duplici epithemate ſcilicet, epatico & cordiali: licet idem epithema epaticum poſſit fieri circa renes: & quodlibet iſtorum appellatur epithema alteratiuum & confortatiuum.

Nota tertio, quod epithema epatis debeat fieri cum aquis deſtillatis epaticis & ſpeciebus reſpicientibus epar, vt ſunt ſpecies triaſandalorum in lapſu calido: & ſpecies diarhodon & diacinamomi in lapſu frigido. ¶ Epithema autem cordiale fit cum aquis cordialibus & ſimiliter ſpeciebus, vt ſunt ſpecies cordiales temperatæ, ſpecies electuarii de gemmis, & iſta valent in quocunque lapſu ſiue calido, ſiue frigido. Vltimo autem ſpeciebus diamoſchi & ſpeciebus diambræ in lapſu valde frigido. Doſis autem epithematis quantum ad aquas eſt ab ℥ x. vſque ad xij. licet communiter accipiamus ℥ xij. ipſarum aquarum. Doſis autem ſpecierum eſt a ʒ j ß. vſque ad ʒ ij.

Nota quarto, quod Medicus volens ordinare epithemata epatis nō debeat omittere modicum aceti, puta ab ℥ ß. vſque ad ℥ j. ratione facilioris penetrationis. Pariter ſi vult ordinare epith. cordi, caueat omittere ne in ea ponatur modicum maluatici aut vini odoriferi aut modicum croci, practicantes magis croco, quam vino vtuntur.

Nota quinto, quod nihil ſit præſtantius aut vtilius Medico, quam facere epith. circa epar vel cor remouendo febrem tam a materia calida, quam frigida, magis tamen in calida febre iuuant; quæ tamen epithemata non debent fieri, niſi in ſtatu vel declinatione euacuata materia: vt habetur *prima quarti, de cura phlegmatica.* ¶ Exemplum volo ordinare epith. forti patienti febrem cholericam dicam ſic. ℞ *aquarum epaticæ, endi, ſolatri, ſemperui, ana* ℥ iij. *aceti* ℥ ß. *ſandal.* ʒ j ß. *miſce* & *fiat epith. ita tamen quod vbi aſſumo iſtas iiij. aquas poſſum* j. aut ij. aſſumere vt placet: rariſſime omittitur aqua ro. in vtroque epithemate. Exemplum ſecundi, vt prius volo in lapſu frigido: vt in hydrope dicam. ℞ *aquarum eupa. ſenæ, abſyn. ana* ℥ iij. *ſpecierum diaro. abbatis* ʒ ß. *aceti parum miſce & fiat epithema.* Aliquando tamen, qui gloriantur in variando modum communem, accipiunt ſimplicia componentia ſpecies prædictas loco illarum ſpecierum compoſitarum. Exempli gratia dicendo. ℞ *aquarū &c. oſſis de corde cerui, marg. hyacinthi: auri puri, ana* ℈ j. *quod tamen ſuperfluum eſt dicere,* cum illa ſimplicia ingrediantur ſpecies prædictas. Si vero ex inopia non poſſent haberi res prædictæ, capiantur aquæ ſolæ cum aceto & fiat vt ſupra. ¶ Nota vltimo, quod iſta epithemata non habeant determinatam horam applicationis ex eo, quia poſſunt applicari qualibet hora: imo debent continuari in febribus acutis, ſiue in febre a materia venenoſa, vt peſtilentialibus, in quibus maxime iuuant.

Epithema epatis. *Epithema in lapſu frigido.*

RVB.

A RVBRICA VII. *De embrocationibus.*

PRo quibus nota, quod embrocatio proprie fiat cum ſpongia madefacta in decoctione herbarum, ex quibus componitur, quæ applicatur membro lapſo & eſt fortioris operationis, quam ſit epithema, quoniam fortius imprimit aqua decoctionis, quam aqua deſtillationis, ſimiliter vinũ fortius imprimit.

Nota quod ad hoc, quod fiat optima decoctio ſiue in vino, ſiue in aqua, oportet, quod tantum bulliant res, donec fiat conſumtio vſque ad medietatem. Inter aquas autem eligibilior eſt aqua ciſternæ, quam aqua pluuialis, & fluuialis magis quam pluuialis. ❡ Notandum tamen eſt, quod multiplex ſit embrocatio, ſicut multipliciter faciunt Medici circa diuerſa membra, ſi ſit circa ſtomachum, vocatur ſtomachalis, ſi circa epar, epatica, &c. Differunt etiam ex parte componentium; quia embrocatio ſtoma-
B chalis componitur ex rebus ſtomachalibus, vt ex mentha, abſynthio, labruſca & huiuſmodi: capitalis vero fit ex rebus cephalicis, vt ex ſaluia, maiorana, betonica, ſtoechade & huiuſmodi. Vnum aduerte, quod quilibet M. herbæ requirat lib. ß. aquæ, exempli gratia, volo facere decoctionem ſtomachalem in lapſu frigido ſic dicam. ℞ *foliorum labru. abſyn. & menthæ, & meliſſæ ana M. j. bulliant in* ℔ *iiij. aquæ donec fiat conſumtio medietatis vel tertiæ partis, madefac ſpongiam & applicetur loco dolenti.* ❡ Et quia iſtæ embrocationes communiter præparantur in domibus a mulieribus &c. & non ab aromatariis, hinc eſt, ꝙ Medici ordinant quod loco lib. j. aſſumant menſurã vnius phialæ. ❡ Nota quod licet iſtæ embrocationes poſſint applicari qualibet hora, conuenientius tamen ante cibum applicetur cordialis, ſtomachalis vel capitalis & aliæ indifferenter. ❡ Quinto notandum, quod in ſedando dolorem ſiue a materia ca-
C lida, vel frigida, embrocationes iuuant maxime reſpectu aliarum medicinarum maxime circa dolores podagricos, arthriticos & inteſtinales.

RVBRICA VIII. *De vnguentis.*

NOta, quod differentia ſit inter modum componendi vnguenta & emplaſtra, quia vnguentum *Nota circa*
oportet componi omnibus componentibus redactis ad ſubtilitatem: & ſic reſultat vnguentũ *vnguenta.*
ſubtile, emplaſtrum autem deducitur ad formam craſſam ex parte componentium: & ita pa- 1.
tet verificatio chirurgorum, qui appellant vnguentum ſubtile & emplaſtrum craſſum. ❡ Secundo no- 2.
ta, quod ſimplicia componentia vnguentum debeant pulueriʐari ſeorſum, antequam ad formam vn- *Differentia in compoſitionem*
guenti reducantur; exempli gratia, ſi in vnguento renali ingrediantur ſandali & bol. ar. ſandali debent *vnguenti & emplaſtri.*
D pulueriʐari ſeorſum, & ſic bolus ar. & hoc eſt ſimplicia ſeorſum pulueriʐari, vt cõmuniter dicunt pra-
cticantes, quibus pulueriʐatis fit vnguentum, vt infra. ❡ Tertio nota, quod in hoc differt ceratum ab
vnguento, ceratum n. fit & componitur communiter cum reſina, vnguentum autem communiter cũ 3.
modico ceræ. ❡ Quarto nota, quod ſub triplici forma fiat vnguentum quoddam molle, quoddam me- *Differentia inter*
diocre, quoddam craſſum: vt vnguentum, quod habet rationem & formam aliqualiter cerati & iſta ha- *cerata &*
bent ordinem ad inuicem quia primum eſt operationis velocioris, quam ſecundum, & ſecundum quã *vnguenta.*
tertium. ❡ Quinto nota, quod Medicus volens ordinare vnguentum ſiue molle, ſiue mediocre, debe- 4.
at menſurare, quod quælibet ℥ olei vel ſucci habeat ʒ j. pulueris aut ad plus ʒ j. ß. licet vnguentum fiat 5.
molle vel magis craſſum ſecundum maiorem vel minorem mixtionem ceræ: ita tamen quod Medicus
ordinando ſi voluerit facere vnguentum molle, dicat: *& adde modicũ ceræ.* Si vero craſſum dicat: *& ad-*
E *datur tantum ceræ, donec reddatur ad ſpiſſitudinẽ & craſſitiem quandam:* aut loco ceræ accipiantur gum- 6.
mi, vt ammoniacum, ſerapinum & huiuſmodi. ❡ Sexto nota, quod vnguentorum quoddam ſit incar-
natiuum, vt vnguentum de ſarcocolla: quoddam conſumtiuum, vt vnguentum apoſtolorum quoddã *Vnguentũ*
alteratiuum, vt infrigidans Gal. quoddam corroſiuum, vt vnguentum de lithargiro & huiuſmodi. ❡ Ex *ſtomachale.*
quibus patet modus ordinandi vnguentum, primo ponantur liquida, vt olea aut ſucci, deinde ſimpli-
cia ſeu puluereș; exempli gratia, volo ordinare vnguentum ſtomachale ſic dicam. ℞ *oleorum de abſynth.*
nardi, de mentha ana ℥ *j. garyo. maſti. calami aromatici ana* ʒ *j. miſce, & fiat vnguentum molle cum modico*
ceræ. Si vero velitis addere aliquam pinguedinem; vt eſt pinguedo gallinæ, dicat Medicus poſito rece- *Differentia inter*
pto diſſoluta pinguedine fiat vnguentum, vt ſupra. ❡ Ex quo patet ſecundum aliquos differentia inter *linimentũ*
linimentum & vnguentum, linimentum abſolute ſubtilem habet formam, vnguentum autem mediã *& vnguentum.*
F vel craſſam. Similiter ſi velimus ordinare vnguentum pro renibus, quando renes fuerint lapſi ad cali-
ditatẽ, ſic dicam. ℞ *infrigidantis Gal.* ℥ *j. ß. olei nenuph. olei de ſiſamo ana* ℥ *ß. ſanda. al. boli ar. ſpod. ana* ʒ *j.* *Vngu. pro renibus calidis.*
fiat vnguentum molle. ❡ De hora autem applicationis vnguentorum nota, quod poſſint applicari qua-
libet hora & quolibet tempore, dummodo inter vnam applicationem & alteram mediet tempus iij ho- *Hora applicationis*
rarum, hoc ſuperaddendo, quod ipſa applicentur calida ſeu tepida, niſi fuerint illa, quæ applicantur *vnguentorum.*
vulneribus, quæ nullo modo taliter applicari debent. Et hoc de modo componendi vnguenta.

RVBRICA IX. *De emplaſtris.*

NOta, quod in conficiendo emplaſtra debeant ſeruari iſti canones. ❡ Primus eſt, quod quando- 1.
cunque Medicus intendit componere emplaſtrum ex herbis, non debeat eas vllo modo facere *Canones circa emplaſtra obſeruandi.*
pulueriʐare quemadmodum ex radicibus althææ, meli. chamomil. Sed debulliant iſtæ, quibus
G bullitis addatur oleum iuxta intentionem Medici, verbi gratia, oleum reſolutiuum ſi Medicus inten-
dit reſoluere, oleum infrigidatiuum ſi intendit infrigidare, & ſic de aliis.
Secundus canon. Medicus intendens componere emplaſtrum debet proponere & menſurare ſic, 2.
quod vnicuique. M. herbarum correſpondeat ℥ ß. olei aut alterius liquoris, vt butyri, pinguedinis, vt
eſt pinguedo gallinæ adeps porci & huiuſmodi.

Empla-ſtrum reſolutiuum. ¶ Tertius, quod in ordinando emplaſtrũ dicat medicus: *bulliant, donec veniant ad ſpißitudinem, ex his* A
fiat emplaſtrum, verbi gratia, volo ordinare emplaſtrum reſolutiuum, dicam ſic ℞ *florum chamomillæ,*
mel. ſe. aneti, rad. althææ ana M. ß. oleorum chamomil. aneti, lilio. al. ana ℥ j. miſce: & bulliant & ex his fiat
4. *emplaſtrum.* ¶ Quartus, quandocunque Medicus intendit operari aliquid mediante emplaſtro, debet
ſeruare, vt ponatur emplaſtrum multum craſſum, primo tamen incipiendo ab vnguentis: & ſi nõ pro-
5. ſunt, veniat ad applicationem emplaſtri. ¶ Quintus, Medicus ordinãdo emplaſtrum ex rebus, quæ poſ-
ſent puluerizari: vt ſunt caryoph. cala. aromaticus & huiuſmodi, non debet ex his puluerizatis face-
6. re emplaſtrum; ſed tantum contuſis. ¶ Sextus & vltimus canon: in reliquis omnibus ſeruentur canones
declarati in cap. de ceratis & vnguentis, & hæc ſufficiant de emplaſtris.

Rvbrica X. *De ceratis.*

Differentia inter ceratum & vnguentum. NOta primo, quod in conficiendo cerata debeamus aduertere, quod iſta ſit differentia inter ce- B
ratum & vnguentum, quoniam vnguentum fit cum cera & ceratum cum reſina: & ideo pra-
cticantes in fine cum ordinant vnguenta dicunt, *cera quantum ſufficit fiat vnguentum*, in fine
autem cerati dicunt, *fiat ceratum cum reſina*: ideo quia cum cera non duceretur ceratum ad formam
2. denſam & ſolidam. ¶ Secundo nota, quod ſicut in conficiendo vnguentum quælibet ʒ pulueris requi-
Ceratum. rit ſaltem ℥ j. olei aut alterius liquoris: ita etiam debet ſeruari in conficiendo ceratum. Exempli gratia,
ſic dicam, ℞ *olei cydoniorum, olei de mentha ana ℥ j. caryoph. maſt. ana ʒ j. fiat ceratum cum reſina.* ¶ Ter-
3. tio nota, quod ceratũ quoddam ſit ſtomachale, quoddã epaticũ, quoddã cephalicũ, quoddã ſpleneticũ,
Differẽtia cerati vnguenti & emplaſtri ſecundum vim operationis. qddam matricale, quia differunt ex parte mẽbrorum, quibus applicantur, vnde ceratum ſtomachale
debet eſſe ad formam ſcuti, cerebrale vt plurimum ad formam rotundam, epaticum ad formam luna-
rem, ſpleneticum & matricale ad formam quadratam. ¶ Quarto nota, quod in ordinando iſta habeãt C
ordinem ad inuicem ſcilicet vnguentũ, ceratum & emplaſtrum, fortioris operationis eſt ceratum quã
vnguentum: & adhuc fortioris operationis eſt emplaſtrum: ſed ægrotantibus minus tædioſum, primo
4. ergo Medici ſapientes debẽt incipere ab vnguento, & ſi illud non ſufficit, deſcendant ad ceratum, & ad-
huc fortius deſcẽdant ad emplaſtrum: ſed in paſſionibus ſtomachi mirabiliter operatur ceratum inter
5. cetera medicamina. ¶ Quinto notandum, quod medicinæ puluerizandæ pro vnguento debeant ſub-
Differentia ceratorum ſecundum partẽ cui applicantur. tilius puluerizari, quam pro cerato, ideo practicantes dicunt in fine vnguenti *puluerizanda puluerizen-
tur ſubtiliſsime*: in fine autem cerati non. Doſis autem cerati non eſt limitata ex eo, quia magnificatur
& minoratur ſecundum quantitatem, quam voluerint Medici, &c. Differunt etiam cerata ſupraſcri-
pta ex parte componentium, quoniam ceratum ſtomachale componitur ex rebus ſtomachalibus, &
ſic de aliis. D

Rvbrica XI. *De clyſteriis.*

NOta, quod clyſteriorum quoddam ſit commune, vt factum ex herbis communibus ſeu de-
coctione earum, vt blitis, mercurialis, maluæ, violæ & huiuſmodi, vel aliter clyſtere commune,
quod fit ex brodio pulli carnium & huiuſmodi. Quoddam autem artificialiter, vt compoſitũ
2. ex medicinis ad propoſitum ſeruientibus. ¶ Secundo nota, quod medicinarum, quæ ponuntur in cly-
ſteriis, aliquæ ſint ſimplices, & aliquæ compoſitæ. Simplices ſunt vt turbit, ſal gemmeium colocynthis
aga. Doſis autem primi eſt ʒ ij. Doſis ſecundi eſt vſque ad ʒ j. tertii vſque ad ʒ ij. quarti vſque ad ʒ ij.
Medicinæ compoſitæ ſunt ſicut electuarium diaphæniconis, hiera picra, hiera logodion, electuarium
de baccis lauri, benedicta: litontribon, caſſia fi. electuarium diaſenæ. Doſis primi eſt vſque ad ℥ j. Do-
ſis ſecundi eſt vſque ad ʒ vj. tertii vſque ad ℥ ß. quarti vſque ad ʒ v. quinti vſque ad ℥ j. ß. ſexti vſque ad E
ʒ vj. ſeptimi vſque ad ℥ j. ß. octaui vſque ad ℥ ij. & ex hoc patet quod ſit clyſtere lenitiuum & clyſtere
3. forte. ¶ Tertio nota, quod in caſu neceſſitatis poſſit fieri clyſtere nutritiuum, vt clyſtere factum ex
brodio caponis aut gallinæ, vt affirmat Conciliator *differentia illa. Vtrum ſubmiſſa per anum poſſint nu-
4. trire & maxime in caſu ſtante maxima neceſſitate ex parte virtutis attractiuæ membrorum.* ¶ Quarto no-
ta, quod clyſtere ſemper debeat præcedere exhibitionem medicinæ & maxime medicinæ fortis, vt ſi in
mane debet exhiberi medicina in ſero exhibeatur clyſtere, vel loco clyſteris exhibeatur ſuppoſito-
rium.

Rvbrica XII. *De trochiſcis.*

Differentia inter pilulas & trociſcos. PRo quorum notitia nota, quod differentia ſit inter pilulas & trochiſc. ex parte figuræ. Pilulæ enim
fiunt ſub forma rotunda deglutibili. Trochiſci vero fiunt ſub forma rotũda compreſſa in medio: F
vt patet. ¶ Secundo differunt ex parte operationis, quoniam omnes pilulæ aut leniunt ventrem
aut laxant. Trochiſci autem multoties nõ operantur aliquid iſtorum, vt patet de trochiſcis diarhodon,
quæ ponuntur a Nico. & M. ſ. valde conuenientes ad remouendum oppilationem ſequentem vnam-
quamque febrem rectificando totalem complexionem & maxime in febribus a materia frigida, & ideo
Medicus dare debet tales trochiſcos in declinatione talium febrium, quoniam mirabiliſſime cõferunt
in remouendo debilitatem totius & in aperiendo oppilationes, ſi quæ fuerint & in ſubtiliando mate-
riam frigidam & craſſam, in quo conſiſtit modus digerendi talem materiam. Iſta ſumuntur ex mente
principis *de cura phlegmatica in fine.* ¶ Tertio differunt ex parte temporis requiſiti pro exhibitione.
Pilulæ enim exhibentur in determinato tempore: ita quod in mane & in ſero tantum iuxta communẽ
modum practicantium regulariter operantium. Trochiſci autem poſſunt exhiberi qualibet hora in- G
differenter: licet etiam melius ſit mane: operantur enim conuenientius. ¶ Quarto differunt; quia tro-
chiſci non ſunt ita abominabiles guſtui, ſicut pilulæ: licet poſſint fieri ita parui, quod poſſint deglutiri
dato quod hoc non eſſet in vſu.

A 2. *Notādum.* Nota ſecundo, quod Medicus non debet dare medicinam ſub illa forma trochiſcorum: talis enim forma eſt inepta ad deglutitionem: ſed volens dare trochiſcos debet eos dare aut componendo ex his pilulas aut confectiones, aut electuaria aut decoctiones, ſecundum quod melius videbitur ei. ¶ Aduertendum tamen, quod volens dare trochiſcos habita intentione ad caput melius ſit eos exhibere ſub forma pilulari, quam ſub alia forma.

3. *Differētia trochiſcorum. Aperitiui.* Tertio nota, quod trochiſcorum quidam ſint aperitiui, quidam confortatiui; quidam aliqualiter ſolutiui, trochiſci aperitiui ſunt, trochiſci de rheubar. trochiſci de berberis, trochiſci de ſpodio, trochi. de eupatorio, troch. de lacca, troch. de myrobal. troch. de hieralogodion, troch. de epithymo, omnes iſti ſunt aperitiui, quorum aliqui reſpiciunt materiã calidam, aliqui frigidam. Nulla eſt enim oppilatio B proueniens a materia craſſa ita viſcoſa frigida, quæ non poſſit remoueri per alterum iſtorum, videlicet per trochiſcos de myrobala. aut de lacca &c. quare in retentione menſtruorum antiquiſſima mirabiliter commendantur trochiſ. de myrobal. *Confortatiui.* aliqui confortatiui, vt trochiſ. de abſyn. de mentha, &c.

4. Quarto nota, quod ex omni medicina, quæ poteſt puluerizari, poſſint componi trochiſci, doſando medicinas componentes ſecundum intentionem Medici: ita quod ſi maior eſt intentio ad caput, quã ad ſtomachum, plus ſumatur de medicina cephalica, quam ſtomachali, ex quo patet, quod poſſent formari trochi. ſtomachales ex medicinis ſtomachicis, & capitales ex reſpicientibus caput; & cordiales ex cordialibus, & ita diſcurrendo per omnia membra corporis humani, exempli gratia, volo componere trochiſcos ſtomachales, ſic dicam: *Trochiſci ſtomachales.* *℞ maſticis, cinamomi electi, garyoph. coriandrorum præparatorum, calami aromatici ana ℥ ß. fiant trochiſci cum ſyrupo de mentha, aut cum aliqua aqua ſecundum intentionem Medici, dummodo pondus trochiſci vnius non excedat* ℥ ß. poſſum etiam componere tro- C chiſcos ex ſuccis: licet iſte modus non ſit in vſu: quia trochiſci requirunt formam aut ſubſtantiam denſam.

5. Quinto nota, quod Medicus poſſit plus exhibere de trochiſcis, quam de pilulis: quoniam afferunt debilitatem ipſi virtuti, quæcunque ſint, ſiue lenitiuæ, ſiue laxatiuæ, trochiſci autem non: & ideo trochiſcorum doſis, preter trochiſcos opiatos, eſt a ℥ j ß vſque ad ℥ ij. licet ſit melius non tranſcendere ℥ j. ne ex quantitate afferatur tædium aſſumenti. ¶ Trochiſci autem aperitiui non debent exhiberi vltra quantitatem j ℈ ʒ ß. addendo quod medicina ſub forma trochiſcorum ſeruetur longiori tempore, quã ſub forma pilulari, & ſic patet de trochiſcis, &c.

Rubrica XIII. *Sequitur de rob.*

D *Notanda. 1. Differētia inter ſyrupos & rob.* Nota primo differentiam inter ſyrupum & rob: ſyrupus enim fit ex decoctione medicinarum ſimplicium addito melle vel ſacharo: vt declaratum eſt de modo ordinandi ſyrupum magiſtralem, rob autem dicitur eſſe ſuccus herbarum inſpiſſatus, qui poteſt dari cum medicinali aliquo, aut cum aqua ſimplici aut brodio & ceteris huiuſmodi, ſecundum intentionem diuerſam Medici. ¶ *Rob multiplex.* Rob autem multiplex eſt, quoddam eſt rob de ribes, & eſt ſuccus de ribes inſpiſſatus; quoddam rob de pomis & ſuccus de pomis inſpiſſatus. ¶ *Modus cōponendi.* Modus autem componendi rob, eſt talis. ℞ *pomorum lib. x. fiat ſuccus & ponatur in vaſe ad ſolem bene obturato, donec exſiccetur & pingueſcat: deinde exhibeas cum aqua aut alio, vt ſupra, dummodo Medicus non tranſcendat quantitatem ℥ ij.*

2. Nota ſecundo, quod in materia craſſa puta phlegmatica & melancholica fortioris operationis ſit rob, quam ſyrupus: patet, nam fortior eſt operatio in ſucco, quam in decoctione, ergo &c. conſequen- E tia tenet, & aſſumtum patet, nam in decoctione exhalant partes ſubtiles, in ſucco autem remanent, in materia autem calida præſtantior eſt ſyrupus, quam rob.

3. Nota tertio, quod ſicut ſyrupus magiſtralis componitur ex decoctione plurium medicinarum ſimplicium, quarum vna reſpicit vnum membrum: & alia aliud: ita Medicus poteſt componere rob magiſtrale ex pluribus ſuccis, verbi gratia volo componere rob confortatiuum ſtomachi & reſolutiuum, ventoſitatiuum, alteratiuum male complexionis calidæ: capiam ſuccum de pomis & ſuccum de granatis, & iſti ponentur ad ſolem donec exſiccentur: ex his enim reſultabit vna medicina confortatiua & alteratiua, quoniam vnum ſumetur in maiori doſi: & alterum in breuiori, nam ſi maior eſt intentio ad confortandum, quam ad alterandum, plus ſumetur de ſucco pomorum, quam de ſucco granatorum; & econtra.

F 4. Nota quarto, quod propter illas intentiones, propter quas exhibentur ſyrupi, poſſunt etiam dari rob: & ea hora & eodem tempore. Rob enim ipſorum quoddam eſt infrigidatiuum, quoddam ſubtiliatiuum, quoddam incraſſatiuum, quoddam cephalicum, quoddam ſtomachale, & hoc ſecundum diuerſas virtutes medicinarum, quarum ſucci componuntur. ¶ Rob autem magis abhorrentur, quam ſyrupi propter eorum ſpiſſitudinem, quare conſulo, vt pueris & corporibus delicatis magis exhibeantur ſyrupi, quam rob, quoniam ſuauiores ſunt aſſumentibus. Hoc autem ſerua in omnibus præterquam in gargariſmis; in quibus magis laudatur rob, quam ſyrupus: quoniam fortioris eſt virtutis ad attrahendum, ſubtiliandum: quare, &c.

Finis tractatus de doſatione medicinarum.

SEDES SEV INDEX RERVM ET VERBORVM OBSERVANDORVM IN TOTO HOC OPERE BARTHOLOMÆI MONTAGNANÆ CONTENTORVM.

A.

ABel quid? 847.b.
Abugiliſſe quid? 513.c.
Ablutio oris ad impedimētum ſermonis ex paralyſi. 271.a.
Abortui cauſæ 833. a. Curatio 837 c. per remotionem nocumentorum quæ in matrice euenire ſolēt. 838. f. & defectu ſeminis virilis. 839. a. 841. d. 842. c. e. 877. f.
accidentia animi contriſtari facientia omnia nocere ſanis, exceptis iis qui carnis minoratione indigent. 277. e.
accidentia febris phlegmaticæ. 367. c.
accidentia nauigantium trans mare quot & quæ. 13. e.
acetum nocere neruis. 98. e.
acorus. 182. f.
adip. 648. b.
adog lactis quid ſit. 531. c.
adubelas. 733. d.
adubul. 1186. a.
aduragi quid ſint. 644. a.
adurem. 387. e.
Ægritudines omnes, omnibus temporibus, omnibus ætatibus & regionibus accidere poſſe. 527. e.
Ægritudines omnes a frigida materia prouenientes eſſe chronicas. 228. d.
aer cur ſemper moueatur motu circulari. 332. d.
aloe. 1302.
alarum complexio. 4. c. 125. c.
albaras. 1240. b.
albedere Julium medicamentum. 1226. a.
alberga. 816. c.
albes. 1226. a.
alchatin. 563. b. 698. d.
alcheel quid. 571. e.
alchucat quid. 1019. d.
alchocol. 422. d.
alcola. 425. b
alcutem. 1005. a.
aloe. 1302. e.
algobogi. 644. a.
alguadi. 807. b.
aliabid. 684. c.
aliſtimbre. 924. c.
alkatim pars corporis quæ. 297. a. 740. d.
alkeel quid. 121. d.
alkindi. 674. c.
alkiſt. 789. f.
allium. 129. b.
almes quid. 1186. f.
almibit. 673. b.
almoſos. 126. a.
almoſufath. 644. a.
almuri quid. 1019. d.
alnatia quid. 1207. b.
aloe aperit orificia venarum. 397. c.
alopecia vnde dicta. 1211. c. 1241. a. ſigna. 1245. b.
alſuledati quid. 1229. d.
alteraten locus corporis quis. 66. e.
alterim. 387. f.
althæa arborificata. 376. f. cur ſic dicta. 377. b.
altit quid. 1224. e. 1231. d.
altoyn quid. 1192. a.
alubleb quid. 735. a.
amaracos quid. 100. a. quæ eius facultas. ib.
ambra quid, 183. a. eius facultas. 105. a.
amygdalæ. 7. c, 130. b. 305. a.
analepſia. 215. d.
anatum carnis incommoda. 83. c. 97. a.
ancha. 666. b. 670. d. ancharum doloris curatio. 1013. c. 105. c.
andacocha. 652. a.
andonacha, præſtantiſſima cōtra tremorem. 620. b.
anethum. 128. d. 389. c.
angina cauſæ, ſigna curatio. 436. a. 454. f. 456. d. 1148. b. c.
anhelitus, difficultatis cauſſa, ſigna, differentiæ. 458. a. 459. c. curatio 460. a. 470. a. 475. d. 482. d. 550. b. 1166. f.
anima quid. 1037. a. quomodo fiat prudens. 294. e.
animi accidentia contriſtari facientia omnia eſſe nociua ſanis exceptis iis, qui carnis minoratione indigent. 277. e.
anſerum ſylueſtrium carnium incōmoda. 97. b.
antepersica. 191. c. non eſſe chryſomela. ibid.
antophyllon quid. 431. c.
antrax vlcus, vnde nomen habeat. 1192. a. eiuſdem cauſſæ. ibid. b. curatio: ibid. f.
ani puſtularum curatio 689. a.
apii aquam non lædere caput, ſicut facit herba. 398. e.
apponēſi Balnei aſpectus, ſitus, minera, virtutes & operationes. 1285. e.
apophlegmatiſmata ſimplicia & cōpoſita. 510. c.
apoplexia. lethargus, epilepſia, & ſubeth quomodo differant. 244.
apoſtema quid. 381. d.
apoſtemata raro inueniri ſimplicia. 419.
apoſtematis colli curatio. 1203. f.
apoſtematis epatici curatio. 736. a.
apoſtema fluxum. 372. b.
apoſtemata melancholica omnia ſub triplici eſſe differentia. 372. d.
apoſtemata narium ſecundi modus. 88. a.
apoſtematis in profundo pectoris cauſſa, ſigna 464. c. &c. curatio. 465. c. 526. a.
apoſtematis ſphincterici curatio. 1107. d.
apoſtematis duri in radice virgæ cauſſa. 811. c. curatio. ib.
appetitus vnde fiat 579. d. eius debilitas quomodo curāda. 580. b. 598. d. 453. e.
appetitus nimii & præternaturalis cura. 227. e.
appetitus canini, cauſſa effectiua. 642. f.
aquam apii non lædere caput ſicut facit herba. 398. e
aquæ bugloſſæ præſtantia. 541. b.
aquarum calidarum montis Ortonis deſcriptiones & virtutes. 1287. c.
aqua caſei. 1303. a.
aquæ deſcenſus. 284. e. 310. a. 311. b.
aqua deſtillata ad tingendas puſtulas. 1226. d.
aqua frigida cur noceat neruis. 1063 d.
aqua fructuum. 611. b.
aquam hordeaceam calculoſis non conuenire. 711. b.
aquæ hordei incommoda. 353. a.
aquæ hordei cum cancris deſcriptio. 1187. e.
aqua lactis & eius facultas. 229. b. 366. b.
aquæ lactis, modus conficiendi. 935. f
aqua maſticis. 599. c.
aqua mellis. 265. d.
aquarum thermaliū modus & menſura bibendi. 1292. e.
architram quid. 1225. b.
ardoris vrinæ cauſſa, ſigna, curatio. 215. d. 700. d. 720. &c. per colligātiam a toto corpore 726. a. a capite pectore & ſplene 728. c. a ſiccitate carnium glandoſarum 732. f. ab effuſione materierum ab epate ad vias vrinæ 733. d. ab vlceribus renum 732. b. a prædictis cauſſis

præterquam a lapide 738. b. a lapide in renibus & diſtractione doloris eius a colica 739. b. ab vlceribus veſicæ 750. b. ab vlceribus in collo veſicæ 757. e. ex potu cantharidum. 758. f. 783. d. 787. d.
arenularum multitudo in renibus. vide renum oppilatio & dolor.
argalia. 780. d.
armelina. 1050. a.
aromata omnia eſſe membris principalibus grata. 98. f. 294. b. 352. e.
arſenicum citrinum quid. 462. e.
arthritis critica 93. c. curatio 933. c.
arthriditis cauſſæ 945. e. curatio 946 f. 951. e. 962. &c. 988. a.
arthritici dolores vnde plerumq; fiāt. 395. e.
arthritis pedum, quare frequentior, quam membrorū aliorum. 982. e,
aſamat os. 328. c.
aſaracha. 422. c.
aſarnax. 592. c.
askakilon. 671 e. 678. a. 679. e.
aſparagi. 129. d. 304. f.
aſperitatis cutis curatio. 1255. c.
aſperitatis vocis curatio. 1233. a.
aſamach. 593. b.
aſſaphati balkiati. 381. f.
aſthma quid. 382. d.
aſthma vide anhelitus difficultas. 472. c.
atomos vrinæ quid. 1043. e.
auditus nocumenta quot ſint 591. e. cauſſæ 592. curatio 596. c. f.
auditus grauedo. 329. b.
auditus cur nōnunquam in ſtatu febrium corrumpatur. 329. e.
auellanæ. 7. d. 130. a. 305. a.
auellanas augmentum efficere in cerebro. 204. d.
aurium tinnitus cauſſæ. 690. e. curatio. 694. c.
aurium ſonitus cauſſæ 116. c. curatio. 1129. b.
autoris pudicitia. 230. e.
azabrai vel azabrei. 644. a.
azaema quid. 1071. b.
azareſchis. 1183. b.
azarut. 502. e.
azebema quid. 961. c.
azelinum quid. 828. c.
azerech. 513. b.

B.

Balchiati quid. 1205. b.
Balneantium regulæ obſeruandæ 1288. f. 1291. d. 1226. d.
ad balnea præparatio. 1288. f.
balneorum accidentia. 1290. a. curatio. ibid. b.
balnei S. Bartholomæi deſcriptio, virtutes &c. 1287. b.
balnei Domus nouæ deſcriptio, virtutes &c. 1286. c.
balneorum S. Helenæ deſcriptiones & virtutes. 1287. e.
balneorum Montiſgroti deſcriptiones & virtutes &c. ib. c.
balnei S. Petri deſcriptio, virtutes &c. 5286. b.
balſaminæ facultas. 99. f.
barbæ depilationis curatio. 1232. b
Bartholomæi balnei deſcriptio, virtutes. 1287. b.
baſilicon. 304. e.
baſilicon caryophyllatum. 389. b.
baſis medicinæ quomodo inuenienda 1294. f.
batincicus. 126. e.
bauciæ quid. 129. c. 536. e. 1122. c.
baurach quid. 597. d.
bdellium quid & quotuplex. 1005. b.
beis quid. 1226. b.
beta. 128. e. omnes eius ſpecies 389 d.
bheen. 859 f.
boraginis facultas & incommoda 100 c. 128. f.
botarga. 1022. b.
bothor. 381. d 739. a.
bothor lenia. 382. a.
botium quid. 436. d. cauſſæ. ib. quotuplex ibid. e. curatio. ibid. f.
branchi. 346 f. eius curatio. 1129. d.
bregma pars capitis quæ. 297. b
bruſcandoli. 1122 e.
bugloſſæ præſtantia ad affectus cordis. 92. b.
bulimi curatio. 548. d.
burio. 912. b
buris quid. 899. a.
butyri qualitates. 304. a.

C.

Cachabre quid. 314. c.
Cachexiæ cauſſæ, ſigna, curatio. 602. b. 640. f. 642. c. 648. e.
cachecticæ diſpoſitionis capitis cauſſæ 1097. e. curatio 1098. d.
cacochymiæ ſigna 1157. c. curatio ib. c.
cæcitas cur quibus fiat derepente, cū tamen in oculis nihil plane appareat. 337. e.
cepæ. 129. b.
calculi renalis ſigna 739. b. deſcendentis in veſicam 740. c. curatio 746. b.
calculorum in renibus, quæ ſint cauſſæ; quique ad hos generandos ſint proni 568. c. curatio 571. 603. b. 700 b. 708. b. 712. a. 713. d. 714. c. 715. d.
calculi ſignum infallibile in collo veſicæ. 763. e.
Caliditatis ſigna in vniuerſo corpore. 115. c. 55. (57.
caliditatis fixæ ſigna 1188. c. fientis ib.
calidæ & ſiccæ complexionis cauſſæ. 723. e. 59.
calidæ & ſiccæ cōplexionis totius corporis curatio. 1073. c. 61.
calidum obiectum membri alicuius, quare a potentia tactiua ſentiatur frigidum, & econtra. 1033. e
caloe confectio. 506. a. 1188. a.
caluaries quid. 577. e.
camellinum quid. 8. d. 938. d.
camponcola quid. 122. d
canabit. 126. a. 502. d.
cancer quid 372. e. 1241. f. Quæ eius inſeparabilia accidētia. Ib. e. eius cauſſæ 124. e. 8.
cancri leproſi in palato & naſo, cauſſa. 1213. f.
cancri mamillarum curatio cum doloribus iuncturarum. 558. f.
cācri nondū exulcerati curatio. 557. e
cancri ſigna 814. a. curatio. 815. e.
candaruſium. 502. d. 1048. a.
canini appetitus cauſſa effectiua. 642. f
canones de præſeruatione a peſte. 122. a.
canones circa vomitum. 132. d.
cantharidum incommoda. 738. d.
cantharides cur ex diureticis abiiciendæ. 712. d. 20
cantharidum potionis curatio. 759. a
capillus Veneris 398. f. eius vis & facultas. 164. f. 165. a.
cappares conditi. 129. d.
capitalia medicamenta ſimplicia & compoſita. 510. a. 26.
capitis humani oſſium quot numero ſint. 373. e
capitis humiditas multa, quomodo curāda. 578. e. 603. e. 698. c. 576 b. 614 a.
caput confortantia. 493. e.
capitis dolor vnde proueniat 568. d. differentiæ ib. e. curatio cum grauitate & ſomnolentia multa, tenſione & rubicunditate partium capitis 571. d. 1128. e. 1137. e. 1348. a
caput lactis quid. 1077. f.
carabe quid. 314. c.
carabitum. 408. a.
carathit. 754. b.
cardamomi minoris deſcriptio. 854. f
cardiaca quid. 533. a.
caro an ſit organum tactus. 1036. f.
carnes ex melioribus partibus animalium quæ eligendæ. 305. e.
carnes virtutem acquirere eorum cū quibus coquūtur & præparātur 5. a
carnes quomodo coquendi & præparandi. 125. d.
carnium coctionis & præparationis modus. 940. f.
carnium elixarum & aſſatarum modus vtendi. 940. f.
carnis præparatio quæ optima ophtalmicis. 305. e.
caro anatum. 83. c.
carnis gallinarum præſtantia. 83. c.
carnem porcinam omnium aliarum maxime nutrire. 1047. c.

carnis thiriũ modus adminiſtrandi. 1230.d.
carotæ. 129.c.130.b.1122.c.
carui vires. 205.e.
carubia. 502.c.
caſtaneæ. 7.f.101.c.130.c.305.b.
caſtoreum. 183.b.
caſtrationis modus in hernioſis 903.e
catalepſia. 251.d
cataracta. 315.e.349.c.
catarcha cauſſa 1108.e.ſpecies 1109.b. curatio 1111.1158.b.1171.d.1129. 1198.c.
catarrhi futuri ſigna 406.d.
catarrhi curatio.562.f.565.d.6 3.d. 627.d.633.a.ſigna differẽtiæ.487. curatio. 489.
catharri ſalſi cauſſæ. 406.c.
catharrizans materia per quas vias a capite deſcẽdat ad pectus. 467.a
catarrhi ſuffocantis cauſſæ.439. curatio. 450.e.
catatre quid. 744.e.
cauacar. 197.d.
caudæ animalium quadrupedum complexio. 4.d.125.b
caules. 128.e.389.d.
caules qualẽ generent ſanguinẽ 100.c
cauſſa fortis agitationis arduũ in paroxyſmis epilepticis. 251.c.
cauſonicæ febris ſigna. 1178.
cauteriorũ modus applicandi.1228.e
cauteria potentialia. 1058.e.
cedria quid. 1225.d.
cekadrati piſces qui ſint. 1085.e
centrum galli. 297.e
cephalæa quid. 222.c
ceraſa. 7.e.101.f.
cerebri complexio. 4.b.
cerebri naturaliter calidi ſigna. 160. b.173.c.
cerebri calidi & humidi ſigna. 623.e
cerebri debilitatis ſigna 1081.c.curatio. 1087.d.
cerebri frigidi ſigna. 394.d.42
cerebri frigidi & humidi curatio 603 f.694.c.565.a.576.b.619.d.44
cerebri humidi ſigna. 209.b
cerebri oppilationis curatio. 1128.c.
cerebrum leporinum vtile ad neruos 124.e.& caput.181.b.
cereuiſiæ incommoda. 305.f.
ceratum ab vnguento quomodo differat. 1308.b.
ceratum cephalicum. 577.e.598.e
ceratum cephalicum contra catharrhos. 151.d.
ceratum ad dolores iſchiadicos 315.b
ceratum de pelle arietina. 287.909.c. 578.b.596.e.
ceratũ ſtomachale contra vomitum nauigantiũ.13.b.56.e.578.d.198.d
chærefolium.389.d.eius facultas 100. d.128.f.
cheſmes. 730.f.
cholericæ complexionis ſigna. 931.f. 1041.d.correctio. 1143.c.
cholericæ cõplexionis curatio. 629.f.
cholericæ nothæ curatio. 1366.
cholericæ febris cõtinuæ cauſſæ ſigna curatio. 1164.d.1175.e.1146.c.
cholericorum pulſus a. 1042.c.
cholerica ægritudo quid. 581.c.
chondrum quid. 1048.a.eius farina. 529.d.8
chryſomela. 7.e.101.c.130.d.305.b.
chryſomelum. 675.d.
chiragrici doloris curatio. 983.f.
cibatio bona & ordinata quomodo inſtituenda. 519.535.d.
cibus,an quoq; noceat neruis.1064.d
ciborum menſura canonica. 156.c
cibi aſſumendi generalis quantitas. 325.b.
ciborum quantumcunque cibalium multitudinem dupliciter nocere poſſe. 82.b.
cibi cibales quot modis diminutionem coitus patientibus conueniãt 115.c.23
cibi medicinales, qui noceant neruis. 1064.e.25
cicerum alborum incommoda.127.d
cicera alba maxime nutrire pulmones. 28.490.b.
cicerum rubrorum facultas & vires. 127.d.30
cinamomi facultas contra tremorem 620.b.31
circumuolutionis in ſomno incõmoda. 277.d
citri. 7.d.
clyſteriorum differentia. 1308.d.
clyſter ex decoctione hermodactylorum 1619.a.& ex colocynthide ib. c.& Almuri. ib.d.
cobugi. 387.e.
clyſtere contra fluxum ventris nauigantium. 13.d.
codiæ quid. 404.c.652.a.1140.a.
cogitatiuæ potentiæ ſedes. 233.a
cohol de antimonio. 298.c.
coitus quid. 230.d. quibus maxime noceat 1093.e.quoties & quãdo ſit exercendus 54.f.1126.a.eius potentia in debilitando virtutes 238 d.melancholicis in primis eſſe noxiũ 230.d.eius immodici incommoda 13.c.54.e.136.d.174.b.448 f.572.c.945.a.coitus impediti cauſſæ primitiuæ 108.d.e.f.corporales 109.e.f. coitum promouentia per qualitatem occultam. 116.d. coitus appetitus paucitatis curatio 745.d.coitus diminutionẽ patientibus quæ ſint vitanda.114.c.
Iulepi & ſyrupi quomodo differãt 130
colata quid. 358.a.
colcotar. 689.d.
colici doloris cauſſæ 585.b.curatio ib. f.656.f.quomodo differat a dolore nephritico 708.c.739.c.cur magis ſit intenſus poſt ſumtum cibum ib. e.616.b.
colli doloris curatio. 1129.a.
collyrium diuinum 298.c.
collyrium de fellibus. 298.b.341.a.
colocynthidis vires. 338.c.1304
coloris corruptionem vel mutationẽ non eſſe morbum. 380.f.
coloris naturalis euerſionis ad præternaturalem curatio. 1236.f.
coloris fœdi correctio.1255.c.1274.e.
coleſtrum quid. 23.a.1216.f.
columbagar quid. 911.a.
columborum ſylueſtrium pullas habere proprietatem confortandi cerebrum. 312.b.16
columbagar. 895.d.
complexionis mutatæ accidentaliter ſigna. 224.b.
complexionis humidæ & calidæ tot. 19 corp.ſigna.1101.d.curatio.1102. d.1115.a.
cõplexionis calidæ & ſiccæ totius corporis curatio. 1073.c.
complexionis frigidæ & humidæ totius corporis ſigna 1090.a. correctio 1051.c.1096.c.
complexionem epatis calidam poſſe quoq; eſſe cauſſam efficientẽ phlegmatis aquoſi & vaporum. 641.b
compoſitio medicinarum quæ requirat. 1299.c.
compoſtella. 938.d.
conceptionẽ proprietate occulta adiuuantia. 841.b.
condilomata quid ſint 691.e.curatio 694.e.
confectionum differentiæ. 1306.a.
confectio & electuarium quomodo differant. ib.b.
confectio ad omnes affectiones frigidas. 133.e.
confectio de medullis. 117.b.
confectio renalis. 212.c
cõfortationis varia ſignificata.297.d
conſumatum quid. 235.a.
contactum frequentem vetularum debilitare membrum virile.115.a
contractionis digitorum cura. 216.c. 1198.e.
cordis complexio. 4.c.124.f.
cordis debilitatis cauſſæ ſigna.516.d. curatio 694.b.539.d.1163.c.
cordis frigidi ſigna. 224.b.
cordis motus iectatiuus quis ſit.832.f
cordis palpitationis curatio 542.b.e. 550.a.d.
cordis ſaltum eſſe accidens apoſtematis ſtomachi 605.e.curatio.607 e.661.d.613.d.617.e.

cordis

cordis motus tremulus quomodo diſtinguatur a ſaltuoſo 3076.b.1096e
cordis motus tremuli cauſſæ curatio. 1130 b.1138.d.1176 e.
cordialia medicamenta unde nomen habeant. 1173.a.
cordialia medicamina plerunq; etiã eſſe cerebralia. 231.c.
cordumeni. 1066.d
coriandri confecti vires. 157.d
corizæ curatio. 1129.d
coronalis capitis commiſſuræ modus inueniendi. 1228.f
corphea quid. 1240.b.
corporum temperamenta, ſecundum quatuor anni tempora. 772.b &c.
corpora media, quæ dicuntur inter ſana & ægra. 1133.c.
corporis paſſiones. 1133.b.
corporũ quorundam morientium color, quare interdum ad citrinitatem conuertatur. 642.a.
corruptio operationum quid. 103.d.
craſilens quid. 225.d.226.f.227.a.
cretani marini deſcriptio, eiuſq; vires. 538.d.
criſis quid. 896.d.
croci commoditas ad nocumenta pectoris. 218.d.
crurum doloris curatio. 621.e.
crurum tumoris curatio. 926.c.
crurum vlcerationis curatio. 1202.b
cruſtarum in brachiis, cruribus & pedibus curatio. 1204.b.1209.e.
cubeze quid. 1003.
cucumer aſininus. 1304.e.
cucurbitæ quales generent humores. 100.d. earum correctio. ib.
cura nimii & præternaturalis appetitus. 227.e.
cura ardoris vrinæ. 215.d
cura contractionis digitorum. 216.c
cuſius quid. 1066.a.
cutis aſperitatis & duritiei curatio. 1255.c.
cutis complexio. 4.f.
cutis rubedinis cauſſæ. 1194.f. quare non ſemper in omnibus membris corporis appareat. 1195.f. curatio. 1196.a.
cutis capitis defœdationis correctio. 1274.d.
cutis faciei infectæ curatio. 1113.d
cuthubuth quid. 225.d.
cydonia. 8.b.131.b.
cydonia debilitat iuncturas. 57.b.

D.

DAbaon. 60.e.618.b.687.f.845.d 1003.f.1198.e.
dactyli. 7.c.101.d.305.c.
dæmonium. 408 a.
danich. 525.b.
darſinis. 783.b.
debilitatis cerebri ſigna. 1081.c. curatio. 1087.d.
decoctio modici macis. 1087.e.
decoctum pro ablutione pedum nauigantium. 15.b.
decubitus reſupini incommoda. 385.c. 626.b.
defœdationis vnguiũ curatio. 1256 a
deglutitionis impeditæ curatio. 562.c
delectationes in animũ impreſſæ quare interdum dolorẽ ſedant. 1035.a
deluſio viſus. 284.c.
dendrolibanum. 389.b.
dẽtium corruptorum curatio. 425.d.
dentium doloris curatio. 431.d
depilationis curatio. 1232.b.
deſcenſus aquæ. 384.e.310.a.311.b
diachylon cum gummi. 377.e.
diacydonites. 259.a.
diagridiũ, cur pilulis addatur. 491.c
diarrhææ cholericæ curatio. 1146.f.
diaſtoles vtilitas. 532 f.
dibich 1068 d. dibich glandiũ. 1005.b
didymus quid. 112.f.
difficultatis anhelitus cauſſæ, ſigna, differentiæ 459.c. curatio. 460 a. 480.a.475.d.482.d.550.b.1166 f.
difficultatis mingẽdi curatio. 744.d
digeſtio quid. 1168.d.
digeſtio ſtomachi vnde corrũpatur, & corrupta quomodo corrigenda 579.d. eiuſque ſigna 919.f.581.b. 596.598.d.&c.600.b.659.d.29. 615.e.633.a.441.e.543.d.991.a. 1081.
digeſtio ſtomachi diminuta, raro & non bene corrigitur a digeſtione epatis. 567.e.
digitorum motus impotentiæ cauſſa 1030.b. curatio e. 1001.c.1006.f.
digitorum contractionis cura. 216.c.
digitorum contractorum lotio. 271.a
diminutio operationum quotuplex. 1031.d.
diſpnæa quid 458.b.475.e. cauſſæ ſigna curatio. 482.d.
diuerſionum materierum differentiæ 492.b. cum euacuatione inſenſibili ib. cum euacuatione ſenſibili ibid. c.
diuerſiones quæcunque, quæ habeant obſeruanda. 1199.b.
diuerſio materierum a capite quot modis fiat. 1182.a
diuerſio materierum a cõcauo arteriarum & venarum quotuplex. 1121.a.
diureticorum præſtãtia in doloribus iuncturarum. 961.e.
dormitio naturalis. 54.a.153.d
dolor quid. 1116.d
dolorem omnem, eſſe paſſionem tactus. 1035.c.
dolor an ſit paſſio appetitus. 1035.f.
doloris in genere cauſſa. 275.b.
doloris vniuſcuiuſque, quæ ſit cauſſa immediata. 554.e.
dolorum differentiæ. 676.b.
dolores periodici quare quandoque durent tempore longo quandoque breui. 73.b.
doloris extenſiui cauſſa. 1166.e
dolor & tenſio in partibus gulæ & colli, quare interdum etiam fiat in hominibus adhuc ſanis. 487.d
dolores renum quomodo curãdi. 587.a. 602.d.
doloris ventris a ventoſitate curatio. 666.b.
doſis medicinarum quid. 1295.g
doſis vniuſcuiuſque medicinæ, quomodo inuenienda. 1295.a.
dragoncelli. 456 d.
duritiei & aſperitatis cutis curatio. 1255.c.
dyſuria quid. 602.f.
dyſuriæ cauſſæ ſigna curatio. 720.a. 741.a.744.e.752.c.760.a.766.b. 770.a.797.c.805.f.

E.

EBrietatem prohibentia. 227.a.
Echidna. 1230.c.
electuarium & confectio, quomodo differant. 1306.b.
electuariũ ad omnes affectiones frigidas. 133.d.
electuarii ex ambro vires. 106.c.
electuarii ex aromatibus vires. ib.c.
electuarium benedictum. 481.f.
electuarium dialaccæ. 640.b.
electu: ducis & lythontribon. 704.e.
elect. pro effœminatis, qui non poſſunt coire. 207.c.
electuarium præſtantiſſimum contra epilepſiam. 247.c.
elect. pro epilepſia puerorum. 262.a
electuarium contra extenuationem nauigantium. 15.e.
electuaria melancholiam purgantia quomodo ſint exhibenda. 1306.a.
electuar. ad renes præſtantiſſimum. 453.a.
electuarium de ſcoria ferri. 675.d.
electuarium ad confortationem ſtomachi & organorum ſenſus, &c. 597.b.
electuarium ad ſurditatem & caliginem oculorum. 334.a.
electuarium ad excitandam Venerem. 117.a.
electu. de Xyloaloë. 939.e.
elephantiaſis vnde nomẽ habeat 1211 e.1341.c. quare frequenter accidat capiti 1258.c. quare leprarum peſſima 1213. c. eiuſdem cauſſæ. 1259.c. ſigna 1259.c. ſigna 1211.f. 1246.a.1261.c. ſpecies ibid. a. curatio. ib. e.
elephantiaſis ſpecies 928.d. ex ſanguine naturali, ib.d. eiuſdem ſigna ib. e. curatio 928 f. ex humore melã-

cholico 929.e.ſigna ib curatio 930a
elephātica & varicoſa diſpoſitio quomodo differant. 928 b
elephantici cur habeant conturbata & corrupta ſomnia. 1274.b
elma. 746 e.
embrocatio quid.1307.a. quid obſeruandum. ibid.
embryonis ægritudinis ſigna 835. e. 836 a. eiuſdem calidæ & ſiccæ cōplexionis curatio. 837 b.
eminentiæ cutis quid. 381.d.
emplaſtra quomodo cōponenda 1307. g. circa hæc quæ obſeruanda. ib.
emplaſtrum aſſoſati. 556.d.
emplaſtra ad dolorem capitis antiquum. 60 a.
empl. contra hæmorrhagiam poſt ſanguiſugas. 686.a.
emplaſtrum ſiſtens prouocatum fluxum hæmorrhoidum. 164.b.
empl. de melileto. 612.d.
empyematis curatio. 1189 d.
emulſio prouocans ſomnum. 35.b.
encatiſma quid. 229.c. 590.b 676.b. 693.c.
endiuiæ omnes ſpecies conferre nocumento epatis. 90.e.
epatis complexio. 4.c.125 a.
epatis complexionem calidam poſſe quoq; eſſe cauſſam efficientē phlegmatis aquoſi & vaporum.641.b
epatis calidi ſigna. 224.a
epatis caliditatis correctio. 1234.c.
epatis calidi curatio 623. d. 633. a. 635.d.
epatis calidi & ſicci ſigna. 79.e.d.e.
epatis calidi & ſicci curatio. 1139.e.
epatis debilitatis curatio.631.f.868. 869.e.
epatis duritiei curatio.869.e.1173.e.
epatis frigiditas & humiditas quomodo corrigenda 579. c. 640. f. 648.e.615.e.1140.b.1170.d.
epatis concaua pars per quas vias expurganda. 608.e.
epatici fluxus curatio. 570.b.
epatis oppilationis cauſſæ 515.d.597.e ſigna ib.curatio 570.f.579.a.638.f 632.d.633.b.635.d.636.b,1131.c. 1179.d.47.
epatica medicamenta ſimplicia & compoſita 512.e.857.c.
epilepſia quid. 252.a.
epilepſiæ proprium quid. 244.a.
epilepſiæ quatuor ſpecies. 251.c
epilepſia ſyncopalis ſigna. 250.e
epilepſia, apoplexia, lethargus & ſubeth, quomodo differant. 244.
epilepſiæ in fieri & in facto eſſe ſigna. 252.b.
epilepticis, quibus appareat ſpuma. 887.c.59
epilepticis vnde appareat ſpuma.252
epilepſiam frequentes paroxyſmos habentem interficere. 247.c.
epilepſia ex corruptione lactis.250.c.
epileptici cur inuoluntarie ſemen emittant. 807.b
epithemata qd ſint 1306.d. circa hæc quid obſeruandum. ibid.e.4
epithemata epatis. 1306.f.
epithymi facultates & operationes. 1305 f.
eriſmon. 816.a.
eructationis acidæ & fumoſæ curatio 660.c. 625.c.
eſtiomenum. 671.e.678.a.629.e.
euphorbii qualitas. 338 b.
exclamatio contra agyrtas. 343 b
excoriatio quid. 1240.d.
exercitiorum corporis vtilitas.914 a
extenuationis totius corporis cauſſæ 1061.d.curatio.1162.1164.a.1076.d

F.

FAbarum incommoda. 127.d.
Faciei cutis, a phlegmate ſalſo infectæ curatio. 1113.d.21
faciei fœdationis curatio. 1199. a. 1209.e.1255.c.
faciei intenſa rubedo num ſit morbus 380.f.
feces vrinæ quid. 1043.f.
fautenegi. 336.e.
febris colliquatiuæ curatio. 617.e.28
febris continuæ ſigna. 607.a.
febrium peſtilentialium differentia 1193.d. ſigna ib. curatio cum anthrace 1192.d.1194.a.
febres phlegmaticæ cur interdum ſint breues. 1158.c.
febris phlegmaticæ accidentia.367.c
fellium ad collyria vſualium quinq; ſpecies. 341.b.
feluZaharagi quid. 231.b. 675.b.
fertilitatem in tempore ſterilitatis deteriorem eſſe, quam ſterilitatem in tempore fertilitatis. 35.a.41
feſire quid. 1065.d
ficus. 7.b.100.a.130.b.305.a
ficuum commoda. 101.b
ficus, eiuſq; cauſſæ 682.a.curatio.689 d.694.e.695 f.
fiſtulæ coxæ curatio. 1185.f
fiſtulæ oſſis maxillæ curatio. 421.d.
flamulæ deſcriptio 1121.d
fluxus epatici curatio. 670.b
fluxus menſtrualis ordinatus, in mulieribus quando fieri debet. 851.e.
fluxus menſtruorū inordinati cauſſæ 845.b.curatio.846 d
fluxus phlegmatis mucilaginoſi, & materiæ albæ, ex matrice cauſſæ 845.d. curatio 846.d.848.e.860. b. 862. f. &c. quare hæc materia interdum retineatur vſq; ad tempus prope partum. 853.e.
fluxus ventris cauſſæ & curatio.660. f.669.a.
fœdationis faciei curatio. 1199. a. 1208.e.1255.c
fœdi coloris correctio. 1255.c.1274.e
fœniculus. 128.b.304.d.
fœtoris oris cauſſa, ſigna 423.a.e.curatio.424.b.426.b.429 e. (4
fœtoris toti⁹ corporis correctio.1274.c
fœtus ægrotantis ſigna. 836.a
fœtus mortui ſigna.836.c.putrefacti ibid.d.
fontenegi. 40.b.
frigidæ & ſiccæ complexionis totius corporis ſigna 1080.b.curatio 1087b
fructus omnium maxime eſſe vaporoſos. 407.b
fructus poſt cibum ſumtos meliores eſſe coctos, quam crudos.6.e.129.e
fructus omnes recentes deteriores eſſe ſiccis. 6.d.129.e.
fructus inter omnia cibaria maxime eſſe vaporoſos. 6.d.
fructus horarii vnde dicātur.1123.a
fructus lenitiuos conſtipatiuis eſſe præmittendos in menſa. 6.d.129.e.22
fumariæ vſus. 1305.f
futraſium. 828.c

G.

GAllinaceæ carnis præſtantia. 83. c.303.b
gangrena quid. 1240.d
garab quid. 319.e.373.d
gauones. 486.d
gaurum. 490.e
gaZelli. 540.d
gelatina. 126.a
geleniabin, 574.f.613.c
geloum quid. 921 b.
generationis principia materialia. 834.c
genuum doloris cauſſa 1069.d. curatio. 1071.c
gibboſitas quid 915.d. differentiæ ib. cauſſæ ib.curatio 917.a
gingiuarum corruptarum curatio. 425.c.431.c.
gladiolus. 182.f
glandula. 372.d
gluten alimbat quid. 597.f.
gonorrhæa quid.806.c.cauſſæ ibid.f. prognoſtica 808.a. curatio ib.b
gradus medicamentorum. 1297.e
granata. 8.a.101.f.131.a.305.d.
grauedo auditus. 329 b
grauitas capitis quid. 143.e
guacre & tarax quomodo differant. 592.b
gulæ apoſtematis cauſſæ 436.a curatio. 437.454.f
gummi palmarū ſylueſtrium. 1005.b
gutta ſerena. 837.d
gypſi puluis præſtātiſſimus in reſtringendo ſanguine 687.a

Hæmor-

H.

HAemorrhoides quæ ſint & quot. 395.d.
hæmorrhoidum locus, vtilitas, differentiæ. 671.c.442.c
hæmorrhoidalis fluxus cauſſa. 395.d
ſigna fluxum hæmorrhoidalē eſſe conſtrictum. 399.c
hæmorrhoidum apertio ad quid vtilis. 151.f.8.
hæmorrhoidum prouocatio varia. 539.a.665 d.672.e.
hæmorrhoidalem fluxum prouocātia medicamenta. 399.e. reſtringentia. 400.a
hæmorrhoidum exſiccatio. 674.e.14
hæmorrhoidum reſtrictio. 1207.b
hæmorrhoidum fluxio ſuperflua quo modo curanda. 648.e.674.e.686.e.690.c.
hæmorrhoidum reſtrictionis cauſſa. 442.c
halyon quid. 1049 c.20.
haZaheme. 946 e.971.b
hecticæ ſigna, curatio. 1186.d. cū empyemate & phtiſi. 1188.c.
hectica ſenectutis, quid. 1075.e
heilbagne quid. 512.b.854.f
helbehe. 1003.d
S. Helenæ balneorum deſcriptiones & virtutes. 1287.e.
hemicrania quid. 71.b
herba dæmonis. 816 c
herba Laurentii. 1194.c
herba mauri. 899.d
herba militis quid ſit. 612.b
herba Vngaria. 816.c
hermodactyli quomodo exhibendi. 1305.c.
hernia quid 891.a. quotuplex ib. 908.e. mirachalis quid. ib. quotuplex. ib.b. cauſſæ, ſigna ib.c.
herniæ curatio. 577.f.587.d.629.a.
herniæ aquoſæ cauſſæ 893.d. ſigna ib.f curatio 894.a. ventoſæ cauſſæ ib.e. ſigna ibi. curatio ibid.f. humoroſæ cauſſæ 895.e. ſigna 896.b. curatio ib.c. 911.b. carnoſæ cauſſæ 897.b. ſigna ib.c. curatio ib.d. 911.d. varicoſæ cauſſæ 898.d. ſigna, curatio ib.e f. 912.a. buris cauſſa, ſigna, curatio 899.b. 912.b. duræ oſſealis ſigna ib. oſſealis inteſtinalis cauſſæ ib.f. curatio 900.c.905.d. oſſealis compoſita ex ventoſa & adipina 908 e. oſſealis cuiuslibet ſpeciei 910 d. aquoſæ ib. ventoſæ ib.e. inteſtinalis curatio. 912 e.
hernia inteſtinali & ventoſa laborātibus, quare tempore retentionis anhelitus tumor creſcat. 900.b
hernia oßealis. 581.f. carnoſa. 582.c.
herniæ ſcroti ſpecies. 893.d.
herpillum quid. 764.a
hierologodion. 644.e.
huſnen. 834.a.
hydromellis deſcriptio. 1125.e.
hypochondriacæ diſpoſitionis curatio 1278.f.
hypochōdriorū doloris curatio. 575.b
hypoſelinum. 1005.f.
hypoſita quid. 768.b
hyſſopus. 165.a.

I.

IAcorum citrinum. 801.f.
Iamen aluminis. 869.c.
Iarus Galeni. 340.a.
icteritiæ cauſſa, ſigna, curatio. 544.f
ierZolena quid. 1265.d.
iliaci doloris curatio. 440.b.616.b.
iliſthi quid. 225.d
imaginationis ſedes. 233.a.
imaginationis læſionis cauſſa. 1116.a
imaginatio quomodo cum vertigine & ſcotomia differat & conueniat 89.b.
Imaginationum oculorum cauſſæ & curationes 662.d.1116.c.1129.c.
impetigo quid. 1240.a
impregnationis nullam eſſe medicinam. 162.c
inanitio & repletio quare noceant neruis 1064.a.
inediam eſſe principium curationis catarrhi. 357.f.
infantilis morbus quid 249.c.250.b. vnde proueniat ib. eſſe triplicē ib.d
infectionis ſanguinis cauſſæ. 1241.e
infuſio euacuans choleram ex partibus ſuperioribus 908.f. alia euacuans phlegma ibid. & alia, melancholiam. 509.a
infuſio melancholiam egregie educens. 557.f.
inguinum apoſtematum curatio. 812 f. curatio 814.d. 818.c.
inſtrumenti deſcriptio quo liquores iniiciuntur in vterum. 881.b.
inteſtini duodeni ſuperfluitates a ſtomacho deſcendentes quare non remorentur. 582.c.
inteſtinum ieiunum quare ſemper vacuum. 582.c.
inteſtini recti tumoris, apoſtematis & doloris cauſſæ & curatio. 691.692.
inunctio ex vipera. 1230.f.
iræ ſpecies quæ ſint. 518.d.
iraſcentia corpora quare appareant rubicunda & quaſi inflammata. 518.d.
irigeron. 1054.d.
iſchiatici doloris curatio 1012.f 1013.c.1014.d.1015.c.
iuiubæ. 7 f.101.c.130.f.305.c.
iuncturarum doloris, & debilitatis cauſſæ 932.a. curatio 933.c.955.b cum tumore 958.a.976 c.982.d.985 d.989.c.1114.c.1149.a.
iuncturarum dolentiū curatio. 560.c
iuncturarum duritiei curatio. 982.c
iuncturarum frigiditatis cauſa 976 f. ſigna, curatio. 977.b
iuncturarū laſſitudinis cauſſæ. 625.e
iuncturarum ſaltus quid. 978.d. cauſſa ib. e. curatio ib. f.
iuncturarum ſtuporis cauſſa, curatio 977.d.
iuncturarum tremoris cauſſa, curatio. 978.b
inſtinum vnde dictum. 50.c.

K.

KArabe. 666.a.692.f.
Karabitus quid. 225.d.
karathit. 754.b
kebiſgeni quid. 249.d
keiſim. 612.b.705.b.426.e.
kerua. 658.f
kiens. 895.e.
kina quid. 1240.a
kirat. 525.b. kirat & obulus. 1231.e

L.

LAc quibus non conueniat 126.d quod non ſit præſtantius. ib
lac ouillum præſtantiſſimum medicamentum in doloribus renum. 587.b.702 b.50.a.
lactis caput quid. 1077.f.
lactuca obtenebrat viſum. 815.f.
lacuna. 423.d.
læſiones operationū quotuplices ſint. 1031.d.
lapillorum multitudo in renibus. vide renum oppilatio & dolor.
lapis armenus quomodo exhibendus 1308.e.
lapis marchaſita. 954.d.1004.
lapis laZuli quomodo exhibendus. 1305.d
laſſitudinis & impotentiæ ad motus progreſſiuos curatio. 745.c
laſſitudo, vide iuncturarum dolor.
laſſitudinis iuncturarū cauſſa. 625.c.
laſſitudo totius corporis cauſſa. 1149.e. curatio. 1151.d.
laſſitudinis extenſiuæ totius corporis curatio. 1158.d.
laudanum electum quale ſit. 151.d
laZar. 340.d
legumina omnia eſſe ventoſa & inflatiua. 127.d.
lentes. 127 f.
lentigo vnde fiat. 381.c. lentigines citrinæ vnde. 1042.b
lepra quid. 1240.e. eiuſdem quatuor varietates 1241.a. cauſſæ 1241.d. ſigna 1242 d. curatio 1246.b.
lepræ cuiusq; materia quæ ſint. 1213.c
lepræ ſpecies quæ ſint 1210.c.1257.b. differentiæ ib. cauſſa. 1258.a.
lepræ cuiuslibet ſpeciei cauſſa, ſigna, 1239.d. & c. curatio. 1249.f.
lepræ elephantiæ ſigna. 899.b.

leproſorum accidentia 1231.f
leproſum nullum poſſe curari abſque rectificatione ſplenis 1267.a
leproſis quare cadant nares 1244.d
leproſorum pulſus 1244.e
leproſis, vnde tumeſcentia hemorrhoidum, 1214.d. ſcroti, ibid.
leproſa mulier, ſi copulatur cum viro ſano, quare non inficiatur, & ecõtra 1241.f
lethargus, apoplexia, epilepſia, & ſubeth quomodo differunt 244
lichinum 1765 b
licinium quid 8118.
lienis officium 1134.c
lienis obſtructionis & duritiei ſigna, curatio 1141.c
ligamenta carere ſenſu 1016.a
ligatura ſcroti aduerſus epilepſiam 249.a
likai 510.b
liknum 1054.d
lingua grauedinis & doloris cauſſa & curatio 625.a. 628.d
linimentum contra ablatum appetitum nauigantium 15.d
linimentum ad dolorem capitis nauigantium 14.e
linimentum ad renes & ilia 587 b
lipothymia cauſſa, ſigna, curatio 551.d. & 604.e
lithontribon vnde dictum 50.e
lithoſperma quid 868.d
locuſtæ 129.d. 619.a
lohoch quid 577.d
lotio contractorum digitorum 271.a
luf 421.b
lumborum dolentium curatio 698.d
lutum Romanum 754.b

M.

MAchiteca 1004.f
Maciana quid ſint 651.c
Maciei totius corporis cauſſa 1073.f curatio 1676.d. 1162.c. 1164.a
maiorana 304.d. eius facultas 100.a. 128.c.
malabatrum quid 1231.a
malua althæa 377.a
malua hortulana 377.a
malum terræ 1004.e
mamillarum aliorumq; mẽbrorum extenuationis curatio 558.d
mandragoræ radix quid 841.a
mania quid 225.b
manuum cõtractionis curatio 1183.e 1198.e
manuum tremoris cauſſe, curatio 1006.f
maraſmi definitio 548.
maraſmi totius corporis cauſſa 1073.f. curatio 1076.
maraſmi cauſſa 1161.d. curatio 1162.c. 1164.a
maraſmodeæ diſpoſitionis curatio cũ febre continua 528.f
marchaſita 339.f. 378.b. 954.d. 1004.e
marella 1004.d
marmacor quid 114.d
maſticis vires 205.e
maſticatio ciborum quantum commodet 227.e
mater puerorum quid 249.c
matraſſum 1230.c
matricariæ præſtantia in affectibus renum 1154.a
matricis apoſtematum cauſſa, ſigna 878.f. curatio 879.f
matricem confortãtia medicamenta 858.f
matricis corruptionis ex aborſu curatio 874.c
matricis debilitatis ſigna 860.e
matricis exitus cauſſa 874.e. prognoſtica 875.a. ſigna ibid.b. curatio ibid.f
matricis frigidæ & humidæ diſpoſitionis cauſſa 822.c. curatio 823.e
matricis a ſuperflua humiditate mundificatio 831.f. eiuſdem calefactio & exſiccatio 832.b. ventoſitatum conſumtio ibid.b. mollitiei & humoroſitatis conſumtio ibid.c. retentiuæ facultatis confortatio ibid.d
matricis præfocationis cauſſa 882.d quomodo differat ab epilepſia 889 b. a ſtupore ibidem c. a lethargo ibid. a ſyncope ibid. a ſpaſmo ib.d. curatio 883.e. 884.e. 889.e
matricis vigoratio in prægnantibus 858.b
medem ars 437.e
medicamina fere omnia ab arborib. peregrinis ad nos aduecta eſſe corrupta & ſophiſtica 105.c
medicamentorum præſcriptio quæ requirat 1293.d
medicinæ cibales, quæ noceant neruis 1064.d.
medicamenta cordialia vnde nomẽ habeant 1173.a
medicamenta fluxum hæmorrhoidalem prouocantia 399.e. reſtringentia 400.a
medicamenta humida in gradu primo 1299.a. in ſecundo ibid.b. in tertio ibid.
medicamenta hyemalia quomodo exhibenda 772.b. æſtiua quomodo adminiſtranda 773.d
medicinarum ingredientium obſeruationes 1293.g
medicamentum philoſophorũ 510.e
medicamẽta ſimplicia capiti, cerebro & ſpinali medullæ vtilia 1066.c
medicinarum gradus. 1297.c.
medicinæ calidæ quare vſurpantur, cum tamẽ ægritudo ſit complexio calida. 1067.b.
medicinæ vtrum ponendæ in electuariis ſicut in opiatis &c. 1294.d
medicinæ calidæ in primo gradu 1297.c. in ſecundo ib.e. in tertio ib.f. in quarto 1298.a.
medicinæ frigidæ in primo gradu 1298.b. in ſecundo ib.c. in tertio ib.d. in quarto ibid.e.
medicinæ ſiccæ in ſecũdo gradu 1298 e. in tertio ib.f. in quarto ib.g.
medicinæ temperatæ. 1297.c.
medicinam lenitiuã nullam eſſe, quæ præter eductionem per aluum non etiã deducat per vias vrinæ. 726.d
medico circa præſcriptionem medicinarũ quæ ſunt obſeruanda 1293.d
medullæ complexio. 4.b.
meiegete. 854 f.
mellis facultas. 127.a
mel ſtyracis. 597.f
melanchiros quid. 1260.e
melancholicæ complexionis ſigna. 1045.b
melancholiam educentia medicamenta varia. 1271.a
melancholiã euacuantia medicamẽta ſimplicia & compoſita. 1244.d
melancholica apoſtemata omnia ſub triplici eſſe differentia. 372.d
melancholia morbus quid. 225.b. vnde proueniat. ib.
melegete quid. 520.c. 895.d.
meliketa. 512.b
meliſſæ vtilitas. 152.a
melones quando comedendi. 6 a
melonum facultas 100 e
melon indus. 932.b
melo Romanus. 730.d
membrorum omnium, motus debilitatis curatio. 539.e. 745.e
membra cur priuentur operationibus ſenſus & motus. 244.f
membra cur interdum ſentiant & non moueantur, aut moueantur & non ſentiant. 110 b.
membrorum olfactum complentium varia officia. 73.e.
membrum olfactus defenſiuum. 73.f
membra partibus coitus, ſeruitute lautoria inſeruientia. 122.b
membra vicina membris genitalibus. 113.e
membra ſpermatica. 110.e
memita. 1054.d
memithen non eſſe chelidoniã. 365.c
menſis medicinalis quis ſit. 852.b
menſtrua vnde nomẽ habeant 866.b
menſtruorum fluxus, quare in mulieribus quibuſdam phlegmaticis & debilibus accidat frequentius prope coniunctionem lunæ quam ante 852 b. Quare in robuſtis frequentius

quentius accidat in fine ſecunda quadraturæ lunaris aut prope ipſam. ibid.
menſtruorum fluxus ordinatus in mulierib. quãdo fieri debet. 851.e
menſtruorũ exitus inordinati cauſſa 845.b. Curatio 846 d
menſtruorũ retẽtionis curatio 873.b.
menſtruorum alborum cauſſæ 845. b curatio 846 d. 849. 860. b &c.
menſura commoda ſeu canonica ciborum & potuum. 156. c
menthæ ſpecies & facultas 89. e. 128. c. 304. d
mendaſengi 688. b
meri. 560. d
meſpila. 8. c
meZereon magnum 783. e
michleta quid. 43. b
mictionis frequentis cauſſæ curatio 791. e 792. e 901. b
mictionis ſanguinis cauſſæ, ſigna, differentiæ &c. 749. b 787. d 794. f curatio 796. e
milium ſolis. 165. a
mina quid 1224. f
mingẽdi difficultatis curatio 744. d
mirachia quid 1735. a
mirach 71. c 642. c 659. e 666. b 669 b 891. a
mirifolium quid 872. d
modus demõſtrandi alicuius mẽbri complexionem naturalem 173. e
modus doſandi pilulas ducentes choleram 1303. c
modus ſecãdi apoſtemata nariũ 88. a
molæ curatio 844. c
montiſgroti balneorum deſcriptiones & virtutes 1286. e
mora. 8. a 131. a. 305. d
mora bati quid 1050. b
morbilli quid 1240. c
morbus infantilis quid. 249. c
mori ſigna 813. c curatio 814. d
morientium quorundam color quare interdum ad citrinitatem conuertatur. 642. a
moſchum tupapyrium. 830. f
moſchus tubapiticus 862. a
motus animi quando noceant neruis 1074. e
motus cur in aliquo membro auferatur & non ſenſus. 1002. b
motus contractiui partium inferiorum cauſſæ. 882. a
motus iectigatiuus quid. 22. c
motus membrorum debilitatis cauſſæ 979. d. ſigna cauſarum 980. b. curatio ibid. 986. e.
motus pectoris quomodo fiat. 625. b.
motus progreſſiui impotentiæ curatio 1012. b.
motus ſaltuoſi membrorum cauſſa. 971. c. curatio, ibid. f.
mucheita 712. f. 714. b. 727. b.
mulieres cum mala cõplexione frigida & humida matricis complicata etiam lapſui humido & frigido epatis, an quoq; poſſint impregnari 852. c.
mulieres prægnãtes an quoq; ſpermatiZare poſſint. 888. a.
mulieres quædam quare in poſtremis menſibus abortiant & non in primis 851. b.
mulieres quædam, quare in fine primæ, ſecundæ, tertiæ aut quartæ quadraturæ purgentur. 851. e.
muſculi mouentes virgam. 110. b.
muZa 347. b.
myrobalanorum proprietas quæ ſit. 1305. a.

N

NApelli potentiam frangentia. 1226. b.
napi. 129. c.
narcoticorum obſeruationes. 1056. d
narcotica quando vſurpanda. 967. e.
narcotica plurib. modis hecticis conuenire 495. c. in horum vſu quæ ſunt obſeruanda ibid. d. 688. d.
narcoticorum corrigentia 510. d.
narcotica in affectib. oculorum nunquam vſurpari abſq; corruptione ſenſuum interiorum & metu cæcitatis. 307 b.
nares cur intus habeãt tot foramina eaque tam anguſta. 76. f.
nares cur leproſis cadant. 1244. d
naſi partes. 373. f.
naſi corrupti & exulcerati cauſſæ & curatio. 423. & 424. f. 426. b.
nauſeatos non poſſe habere caput inoffenſum. 360. b.
nearchi confectio epatica. 1174. a
nemen quid. 100. a. quæ eius facultas ibid.
nephriticus dolor, quomodo a colico differat 708. c. 739. b. cur intendatur ſtomacho exiſtente vacuo. 709. e. 740. a. eiuſdem ſigna, curatio 712. 713. d. 739. b. 746. b.
nera 829. f.
neridem 826. e.
neruus carnoſus an ſit organum tactus. 1039. b
neruorũ exſiccationis curatio. 617 f.
neruorum immoderatæ ſiccitatis & duritiei cauſſæ. 971. b. curatio ib.
neruo tranſuerſaliter ſecto, quare in membro remaneat motus partialis. 980. b
nerui auditui ſeruientes. 346. c.
neruos oculorum omnium eſſe nobiliores. 300. e
nobilium conſuetudinem eſſe, vt multum dormiant. 171. f.
nocratus locus quis ſit. 451. e. 506. e.
nubes in vrina quid. 1043. d.
nuces. 8. b. 101. b. 130. c. 305. b.
nucha. 665. f. 678. a.

O

OCimi facultas. 100. b. 128. d.
oculorum calidorum & ſiccorum ſigna. 290. a.
oculorum calidorum & humidorum ſigna. 290. b.
odoratus quomodo fiat. 74. a. cur infrigidati & obſtructi circa nares non olfaciant. ibid. d. cur quidam praue olfaciant quidam non ibid. odoratus quot modis lædatur. ib. f. & e. 75. 77. b. c.
offenſio viſus ex parte tunicarũ multiplex. 288. b.
olei oliuarum bene maturi qualitates. 304. a.
oleum de chryſomelis. 675. d.
oleum de napta quid. 597 f
olei de nucibus qualitates. 304. a.
oleum præſtantiſſimum pro pulmone exulcerato. 565 d.
oleum præſtantiſſimum contra ſurditatem. 327. d.
oleum roſatum ſingulare. 558. b.
olei veſpertilionis deſcriptio. 984. d.
oliua. 8. e.
olfactus quid. 76. b.
olfactiuæ operationis organon quale. 174. d.
omoruſia. 1174. d.
operationum corruptio quid. 1032. d.
operationum diminutio quotuplex. 1031. d.
operationum læſiones quotuplices ſunt 1031. d.
operationes ſenſuum interiorum corruptæ quomodo corrigendæ. 663. b.
opii virtus. 557. c.
opium kirathum. 754. c.
opopyra. 902. a. 1114. b.
oppilationis epatis cauſſæ 515. d. 567. e. ſigna ibid. curatio. 570. f. 579. a. 638. f. 632. d. 633. b. 635. d. 636. b 1131. c. 1179. d.
oppilatio membrorum vnde fiat. 18. b.
organon olfactiuæ operationis quale. 74. d.
oris fætoris cauſſæ, ſigna. 423. a. e. curatio. 424. b. 426. b. 429. e.
oris vlceroſi curatio. 425. e
ornamentorum onuſtorũ capitis incommoda, quibus etiam mulieres Italicæ vtuntur. 437. e.
orthopnϾæ cauſſæ, ſigna 458. a. curatio 460. a 475. e. 482. d.
ortonis montis aquarum calidarum deſcriptiones & virtutes. 1287. g
oryZæ facultas. 127. e. 293. b. 304. c. 351. f.

oſſium capitis humani quot numero ſint. 373.e.
oua tarrata. 731.b.
ouorum & partium eorum facultas. 126.b. & quæ inter omnia meliora. ibid.
ouum affectio quid. 119.

P

PAlpitationis cordis curatio. 542 b.e.550.a.d.
panis diureticus. 934.e.
panis opyrus. 443.e.
panici facultas. 127.e.
pannus cutis vitium vnde fiat. 381.c.
paralyſis quid 263. 979.a. cauſſa ib. b. ſigna ib.c. curatio.ib. 1180.b.
paralyſin omnē veram auferre ſenſum & motum. 269.e
paro quid. 1103.b.
partem aliquam dupliciter dici organicam. 1038.a.
partium omnium animalium facultates. 940.a.
partes naſi. 373.f.
paſſio galeata quid. 568.e
paſſulæ. 101.b.130.b.305.b.
paſtinaca. 129.c.
pauonis Vicentini deſcriptio. 489.e
pectus quas partes contineat quæ dolere poſſunt. 554.d
pectoris motus quomodo fiat 625.b.
pectus cōfortantia medicamēta 496 f.511. c.
pectoris percuſſio fortis quomodo variorum nocumentorum poſſit eſſe cauſſa. 516.d.
pectoris dolentis curatio 526.a.554. f. a ſanguinis multitudine.555.a. a materia vehementer impulſa & per pectus agitata.556 b. a materierum acuitate.ibid.e. a materia ventoſa in partibus pectoris genita. 558.b.
pectoralia medicamenta ſimplicia & compoſita.511.c. externa. 514 f.
pedum animaliū cōplexio.4.d.125.b
pedis exceſſiuæ caliditatis cum corruptione operationis tactiuæ potētiæ curatio. 1027.b.
pedum ſtuporis cauſſa 1024.a. curatio.1025.b.
pedum tumoris cauſſa, 1021.d. prognoſtica.ib.e. curatio. 1022.a.
pedum vlcerationis curatio 1236.b. 1256.a. ſtuporis ibid. d.
pedicon. 532.c.
periodi in ægritudinibus quomodo & quotupliciter contingant. 72.c
perſica. 7.a.100.f.129.f.305.a.
perſicorum facultas & delectus 100.f.
peſtilētialium febrium diſtinctiones 1193.d. ſigna ibid. curatio.1192.d. 1194.a.
peſtis præſeruatio. 1191.c.
petala quid ſint. 1150.d
petami quid ſint. 521.b.
S. Petri balnei deſcriptio, &c. virtutes 1286.b.
petroſelinum. 304.d.
petroſelinum eſſe ſpeciem apii. 128 b.
petroſelini facultas. 99.d.128.b
phantaſiæ ſedes. 233.a.
pharmacum præſeruans a peſte & membra principalia confortans. 122.b.
phaſeolorum incommoda. 127.d.
phiſtici. 7.c.101.f. 130.e.305.c.
phlebotomia quid. 1250.b.
phlegma quid 822.f. phlegmatis aquoſi cauſſa. 845.d.
phlegmaticæ complexionis ſigna. 1044.e.
phlegmatis ſalſedinis tres cauſæ 213.b
phlegmatis ſalſi ſpecies. 405.d.
phlegmaticæ febris accidētia.367.e.i
phthiſici quare aliquādo per aliquot annos non tuſſiant. ibid.d. quare frequenter aut nulla aut exigua difficultate anhelitus moleſtentur ibid. quare interdum nullum dolorem in pectore ſentiant. ibid.f.
phthiſicis quare interdum tuſſis fiat magna, interdum fere ceſſet.486. c. quare quibuſdam videatur defeciſſe febris ibid. e.
phthiſis cauſſæ ſigna, curatio. 484.a. d &c. 497.f
phthiſis ſigna. 1074.b.
phthiſis curatio. 1489.d
phthiſin facile incurrentes & ad eam proni exiſtentes quales ſint. 274.
pilæ paruæ commoditas. 10.d.
pilularum vſus quæ requirat. 449.f.
pilulæ & trochiſci quomodo differāt. 1308.f.
pilulas ducentes choleram doſandi modus. 1303.c.
pilulæ ex cucumere aſinino. 1304.e.
pilulæ fœtidæ quotuplices. 355.e.
pilulæ confortātes memoriam excellenter. 359.b.
pilularum de moſcho deſcriptio. 890.d.
pilulæ præſeruantes a peſte & membra principalia confortantes. 122.b.
pilularum de ſarcocolla maiorum Meſ. præſtantia & vires. 246.d.
pineæ. 7.c. 101, 130.d. 305.b.
pinguedo quantum præſtet melancholicis. 226.b.
piperis albi vires. 190.c.
piſces nocentes neruis. 9064.f.
piſcis regina. 537 b.
plāta nocētes capiti & neruis. 1065.a
pleuritidis ſigna 466. e. curatio. 467.d.
podagra qui plerunq; obnoxii. 982.f. quo tempore potiſſimum generetur. 983.a. curatio. 983.b. 985.e.986.e
pœoniæ præſtātia in epilepticis. 247.b
polytrichi deſcriptio. 780.a. quare ſic dicta. ibid.
poma. 130.a.
poma appia 1123.c. dactylina.ibid.d. calamana. ibid.
pomorum delectus. 101.a.
pomum odoratum præſeruans a peſte 122.e.
pomum odoriferū pro nauigantibus. 15.c.
porcorum domeſticorum carnium incommoda. 97.e.
porrum. 1229.b.
portulacæ præſtantia ad affectus aurium. 369.b.
portulacæ præſtantia ad mundificādos pulmones. 494.d.
potus aſſumendi generalis quantitas. 325.c.
potuum menſura canonica. 156.c.
potus contra dolorem capitis nauigātium. 14.e.
potio diuina ad ophthalmiam. 295. a.
potus contra fluxum ventris nauigantium. 14.e.
potus ad ſitim nauigantium. 14.f.
potus ad inſtantias vigiliarum nauigantium. 15.a.
potus compoſitus magiſtralis pro habentibus cerebrum frigidum & humidum. 103.a
præfocationis matricis cauſſæ 882.d. quomodo differat ab epilepſia.889 b. a ſtupore ib. c. a lethargo. ibid. a ſyncope ib. a ſpaſmo ib. d. curatio.883.e.884.e.889.e.
prægnantes mulieres an quoq; poſſint ſpermaticare. 888.a.
prælatorum mos eſt, vt diu comedāt. 325 b.
priapiſmi materialis cauſſæ. 110.d.
prolem generare cupientibus quid neceſſarium ſit. 161.f.
propuleon quid. 590.f.
prudentia quid. 353.b.295.a
pruna. 7.b.131.b.
pruritus totius corporis curatio 1275.e.
pſyllium. 1303.b.
pudendi extremitas quare propter vlcera vel alias ſpecies malæ complexionis veſicæ doleat. 7.2 c.
pulmonum complexio. 4.c.124.f.
pulmonum carnoſitatis exulceratæ ſigna. 1188.e.
pulmonis exulcerati oleum præſtantiſſimum. 763.d
pulſus cholericorum 1042.a 62
pulſus durities vnde. 691.a.

puluis præſtantiſſimus ad affectus oculorum. 309.b.
puluis præſeruans a calculo. 212.c.
puluis gypſi præſtãtiſſimus in reſtringendo ſanguine. 687.c.
pulſus leproſorum. 1244.e.
puluis ex viperis. 1231 a.
puluis reſtaurans viſum decrepitorũ 7299.a.
puris mictio, vide ſaniei mictio, &c.8
puſtularum & cruſtarum in brachiis cruribus & pedibus, &c. curatio. 1204.b. 1256.b. in facie. 1274.f.
puſtularum curatio. 1232.d. 1235.d. 1237.c.653.d.
puſtularũ circa anum curatio.689.a
puſtularum vlceratarum curatio. 1205.a.1209.a.16
pyra. 6.f 101.a.130.a 305.a
pyramellus. 835.f.

Q

QVartanæ continuæ ſigna. 1184.a.curatio.1185.a.
quatula. 388.a.
quietem ſemper infrigidare. 179.b.

R

RAdices quãdo colligendæ 1293.f.
radix iari. 676.c.
ramicis oſſealis curatio. 908.e.
rapæ. 129.b.
raparum vires ad cæcitatem. 304.e.
raparum nocumenta. 610.b.
raparum ſemina in acuendo & confortando viſum, præſtantiſſima. 597.e.
raphanus. 129.a.
raphani uſus in confortando auditũ præſtantiſſimus. 597.e.
raponcioli. 129.d.
raucedinis vocis curatio. 1233.a. 1355.f.1275.c.
regulæ circa repletionem & inanitionem. 55.a.
regulæ in cura aurium obſeruandæ. 40.c.
regulæ circa quod modum coquendi & præparandi carnes. 125.d.
renum complexio. 4.d.125.a.
renum caliditas quomodo moderanda.734.n.635.d. 539. 544.d. 868.d.1234.d.
renum debilitas quare ſit cauſſa defectus coitus. 199.e.
renum dolores quomodo curandi 587 a.602.d.566.b.
renum doloris curatio 698.e.eiuſdem cauſſæ, ſigna 707.727.a.713 d.714 c.715.d.716.a 440.d 1183.d.1237.f
renum dolores a calculis & flatibus quomodo diſtinguendi. 568.c.
renu exulcerationis ſigna, cauſſa curatio.737.b.738.b.&c.718.d.741.d.
renũ oppilationis cauſſa curatio 697.b.635.d.636.b.452.f.416.a.803.d.1080.b.1131.e.1182.f.1142.e.
1147.1150.d.
renalis confectio. 212.c.
res naturales vnde dictæ. 1135.f.
rheuma quid. 356.b.
rhabarbarum torrefaciendi modus. 1302.f.
rhabarbari præſtantia ad cõquaſſationes internas. 521.e.
rhagades quid. 677.b.
rheumatiſmus quid. 870.b.
riza quid. 421.e.
rob. & ſyrupi quomodo differant. 1302.a.
roſa malua. 377.a.
rosbot. 1070.e.
roſmarinum. 304.d. eius facultas. 128.c.
rothab. 347.a.133.e.
rotulæ ad omnes affectiones frigidas.
rubedo intenſa faciei num ſit morbus 380.f.
rubedinis cutis cauſſæ 1194.f. quare tantum in quibuſdam corporis partibus interdum appareat.1195 f.curatio.1196.a.
rugitus cauſſæ & curatio. 660 c.
rupaginis curatio. 908.e.
rupturarum vel cruſtarum puerorũ curatio. 1209.e.
rupturæ tibiarum curatio. 1023.e.
ruta domeſtica. 18.e.

S

SAboth piſcis qd.66.c.298.a. 662 f.
ſachari qualitates. 304.a.
ſacharum quomodo excitet tuſſim & eandem etiam ſoluat. 147.c.32.
ſacharum tabarzet. 610.c 1120
ſacerdotes diu morari in menſa.64.b
ſacculorum applicatio quotuplex. 1299.f. differentiæ. ibid.g.
ſacculi in ore tenẽdi contra ſitim nauigantium.15.a.
ſagaſſer. 712.c.
ſagraſim. 705.e.40
ſaget almarina quid. 100.a. quæ eius facultas.ib.
ſabafati quid. 1205.a. eiuſq; ſpecies ibid.c.
ſal cõſtantinopolitanũ. 358.a.1233.b
ſal gẽmeũ quomodo exhibẽdũ.1307.a
ſalis gemmæ facultas. 481.c.
ſalſedinis cauſſæ. 485.b.
ſalſedinis phlegmatis tres cauſſæ 213b
ſaltus iuncturarũ quid. 978.d. cauſſæ ibid.e. curatio ibid.f.
ſaltus oculi. 168.b.
ſaluia. 128.a. ſylueſtris. 297.e.
ſamureton.705.e.712.c.1147.f.
ſanguineæ cõplexionis ſigna. 1044.b.
ſanguinem poſſe conuerti in phlegma. 860.d.58
ſanguinis infectionis cauſſæ. 1241.e.
ſanguis a venis & arteriis effuſus quibus modis retineatur. 529.a 61
ſanguis quod modis ſub cute mortificetur. 381.a
ſanguinis fluxus immoderati ab inteſtino, curatio. 692.e
ſanguinis exſpuitionis ſigna & differentiæ 1188.c.
ſanguinis mictionis cauſſæ, ſigna, differentiæ &c.749.b.787.d.794.f. curatio. 796.c
ſanguinis exſpuitionis cauſſæ, ſigna, curatio 483.d.527.a. cum tuſſi & ſcreatu ibid.d.528.f.
ſaniei mictus cauſſæ 774.d. ſigna ſi ex renibus. ibid. ex vlceribus vreterũ ibid.f. ex veſica 775.a. ex vlcerib. colli veſicæ. ib. curatio ib. d. 776.e.13
ſaphati quid. 381.e.382.a
ſaponaria. 1004.c.
ſarcocollæ virtus. 558.e.1158.b.
ſauonea confectio. 1188.a.
ſcabies quid. 1239.e. eius ſpecies ib. curatio 1200.b.1201.b, cum vlceratione crurium. 1202.b.653.d.
ſcalonia. 520.b.445.e.1049.a.21.
ſcommonea. 1302.e.
ſcolopendrii deſcriptio. 1141.d.
ſcordeon quid. 848.b.
ſcotomia quomodo cum vertigine & imaginatione differat & cõueniat.89 b. eius cauſſa & curatio 661.f.998.e
ſcroti ligatura aduerſus epilepſiam. 240.a.
ſebere. 712.f.
ſecacul quid.116.b.520.c.702.c.828.c
ſecaniabin. 645.d.705c
ſectionis modus abſq; caſtratione in hernioſis. 904.a
ſectionem venarum inferiorum magis debilitare quã ſupernarũ 307.e
ſedenegum. 810.f.
ſeitaragi quid. 1226.a
ſelite quid. 105.b.
ſeiphe quid. 105.b.204.e.
ſemen quid. 230.e.
ſemen vbi generetur. 110.e.
ſemen vnde generetur. 807.a.44
ſemen an & quomodo ab omnib. partibus principalibus decidat.111.b.46
ſeminis multitudinis cauſſæ. 806.e.
ſeminis virilis præparatio, ne fiat abortus 839.d. eiuſdem globoſitas & compacitas vnde proueniat. ib.e.
ſenſatum in inſtrumento ſenſibili nil efficere niſi formam. 176.c.
ſenſuum interiorum nocumentorum duodecim nomina. 225.c.
ſenſuum interiorum operationes corruptæ quomodo curandæ. 663.b.
ſephiros quid.372a. quomodo a cãcro differat & quomodo cũ eo conueniat.ib.d.q̃ & quot eius accidentia inſeparabilia ib.f.
ſequanabum quid. 338.a.
ſerapini præſtantia ad guttã ſenenã 338.a.
ſerpigo quid. 1246.a

Index rerum & verborum.

ſerpilli facultas. 100. a. 128. c. 389. a.
ſerrengi quid. 1205. b. 381. f.
ſeton. 665. f.
ſibare. 408. a.
ſibili in auribus cauſſa. 346. a. b. c. 8.
ſiccitatē tripliciter prouenire a cholera. 1041.
ſicla quid. 615. b.
ſief pro ſurditate confirmata. 336. e. 13
ſifac. 577. f. 581. f. 642. c. 666. d. 707. a.
ſigna complexionis mutatæ. 224. b.
ſigna catarrhi futuri. 406. d.
ſigna demonſtratiua catarrhorum. 407. b.
ſigna corporis naturaliter calidi & ſicci. 61. c.
ſigna complexionis naturalis cerebri calidæ. 160. b. c. 173.
ſigna humidi cerebri. 209. b.
ſigna frigidi cerebri. 309. d.
ſigna frigidi cordis. 224. b.
ſigna epatis calidi & ſicci. 79. c. d. e. 27.
ſigna calidioris epatis. 37. b. 224. a.
ſigna epilepſiæ ſyncopalis. 250. e.
ſigna ſtomachi laborantis neutralitate decidentiæ. 209. c.
ſigna lapſus calidi & ſicci in pudentis virilibus. 109. f. frigidi & humidi. ibid. calidi & humidi. 110. a.
ſigna certiora quibus Medicus morborum determinatam & diſtinctam cognitionem adipiſcitur. 454. f.
ſimile additum ſimili facit ipſum fuere. 228. d.
ſimplicia oculos confortantia. 297. e.
ſirſe. 408. a.
ſiſamus quid. 502. c.
ſiſymbrii facultas. 99. f.
ſitis vehementiæ curatio. 1187. b. 46.
ſmaragdi vis & facultas in confortatione cordis & ſtomachi. 620. d.
ſoda quid. 568. d.
ſofritum. 938. d. 50.
ſolutione continuitatis conſolidata quare poſtea remaneat dolor in altera parte contraria parti quæ vulnerata fuit. 1070. e. 54.
ſomni conuenientior hora. 54. a.
ſomnum naturalem omnes operationes naturales fortiores efficere. 573. a. 583. b. eius vtilitas. 683. d. tempus quantitas, forma decubitus, &c. 480.
ſomnum omnem fluxum ſiſtere præter eum qui per ſudorem fit. 35. b.
ſomnus diurnus quando & quibus conueniat. 54. b.
ſomni diurni nocumenta. 12. c. 54. b. 385. c.
ſomni reſupini incommoda. 12. d. 54. c.
ſpaſmi cauſſæ 981. e. curatio. ib. 1178. f. 1180. b.
ſpaſmi, teſticuli ſiniſtri curatio. 905. d.
ſpatularum doloris cauſſæ. 865. d. curatio. 867. d. 1129. a.
ſperma quid. 230. e.
ſphyncteris dolor quomodo ſedandus 687. c. Apoſtemoſi curatio. 694. e. 695. f.
ſpicæ nardi facultates. 105. a. 182. d.
ſpinæ caliditatis correctio. 1187. c. 1233. e.
ſpinæ doloris curatio. 791. d. 21.
ſpinæ & ſpatularum dolor quomodo curandus. 621. e.
ſpiritus humani corporis quot ſint & quotuplices. 161. d.
ſpiritus animalis generatio quomodo fiat. 532. f.
ſpiritum viſiuum confortātia & augmentantia. 298. e.
ſplenis complexio. 4. c. 125. a.
ſplenis officium. 1134. d.
ſplenis oppilatio & durities quomodo curanda. 654. c. 655. f. 622. d.
ſplenis affecti ſigna. 544. d.
ſplenis obſtructionis & duritiei ſigna curatio. 1141. c.
ſplenetica medicamenta triplicia & compoſita. 513. c.
ſplenis deſcriptio. 1141. d. 49.
ſquinanticorum apoſtematum curatio. 476. d.
ſtaphyſagria. 182. e.
ſterilitatis cauſſæ curatio 819. e. 827. a. 828. e. 831. f.
ſtypticitas ventris vnde. 442. a. 581. e. quomodo aperienda. 452. f. 588. a. 657. f. 659. e. 678. e. 549. d. 1147. b. 1235. c.
ſtœchas. 182. e.
ſtomachi complexio. 4. d. 125. a. 61.
ſtomachus in quibus colligantiā habeat cum corde 516. e.
ſtomachum omnium maxime habere colligantiam cum cerebro. 148. a.
ſtomachi digeſtionem diminutam raro & non bene corrigi a digeſtione epatis. 567. e.
ſtomachi frigidi & humidi cauſſæ, ſigna, curatio. 564. d. 567. b. 757. b. 572. d. 578. d. 585. d. 591. 596. f. 600. c. 638. e. 698. b. 576. b. 614. a. 616. b. 618. d. 623. b. 631. b. 1134. b. 1140. d. 1177. f.
ſtomachi debilitatis curatio. 453. e. 517. e. 539. d. 693. e. 575. e. 618. c. 543. d. 867. d.
ſtomachi apoſtemoſa diſpoſitio quomodo curanda. 600. a. 605. c. 613. a. 1177. a. 8
ſtomachi laborantis neutralitate decidentiæ ſigna. 209. c.
ſtomachi vehemens pulſatio quomodo curanda. 617. d.
ſtomachalia medicamenta ſimplicia & compoſita. 512. b. 857. e.
ſtomachalium operationum quæ & quot ſint. 453. f.
ſtranguria quid. 602. f.
ſtranguriæ cauſſæ, ſigna, curatio. 706. b. 720. a. 741. a. 744. e. 761. b. 766. b. 797. c. a. 805. f. 28
ſtupefacientia non eſſe vere dolorem ſedantia. 241. b.
ſtuporem & torporem eſſe ſynonyma. 185. a.
ſtuporis iuncturarum cauſſæ, curatio 977. d.
ſtuporis membrorum curatio. 1114. b.
ſtuporis pedum cauſſæ. 1024. a. curatio 1025. b. 1236. d. 1276. b.
ſubeth, apoplexia & lethargus quomodo differat. 244.
ſudor quid. 642. c.
ſudoris diaphoretici curatio. 1188. c.
ſuffocatio matricis vnde. 882. quomodo differat ab epilepſia, lethargo, ſtupore, ſyncope & ſpaſmo 889. c. d. eius curatio. 883. e. 884. e. 880. e.
ſuffocantium materierum cauſſa quotuplex ſit. 439. c.
ſuffuſ quid. 165. b.
ſuffumigium præſeruans a peſte. 122. e.
ſuffumigium ad fluxum ventris nauigantium. 14. d.
ſuſufebede. 859. d.
ſula quid. 60. b. 1061. a.
ſumach. 601. d.
ſumen. 666. b.
ſuperciliorum depilationis curatio. 1232. b. 1255. e.
ſuperfluitates in inteſtino duodeno a ſtomacho deſcendentes quare non remouentur. 582. c.
ſurditas quid 592. a. a generatione quando ſit, quare incurabilis ibid. cauſſæ. 592. e. curatio. 596. c.

ſurdi-

ſurditatem antiquatam etiam poſſe curari. 40.a.
ſurditatem antiquam non eſſe plane incurabilem 328 f.
ſurditas incurabilis quæ. 328.d
ſyncope quid. 245.a.
1.ſyncope quare dicatur &c. 552.b.
2.ſyncopes cauſſæ 531.e.curatio.134.f 575.c. 604.d.
ſyrſen quid. 1178. b.
ſyrupi & iulepi quomodo differant. 1301.d.
ſyrupi & rob quomodo differant 1302.a.
ſyruporum exhibitio quid requirat. 1300. d. doſis ibid.
ſyrupi magiſtrales. 1301.a.
ſyrupus ad melancholiam præſtantiſſimus. 1224.e.
ſyrupus mirabilis iuuamenti ad diſpoſitiones frigidas pectoris, ſtomachi, epatis, pulmonis, ſplenis, &c. 138.e.
ſyrupus ad ſtomachum calidũ 1300 f.
ſyrupus ad ſtomachum frigidum. 1300.e.

T.

TAbarZet quid. 203.f.
Tactus ſenſus præſtantia præ ceteris. 1036.b
tactus inſtrumentum. 1036.d.
tamarindi. 1303.b.
tapſia quid. 1230.e.
tarax quid. 592.b. a Guacre quomodo differat. ibid.
tarax natiua. 329.a.
tarcon quid. 510.d.536.d.
taſſus. 1003.f.
taulup. 1054.c.
temperatarũ medicinarum doſis. 1299.c.
tenebroſitatis viſus curatio. 238.b.
terræ malum quid. 1004.e.
tertianæ continuæ periodicæ curatio. 1132.b.
tertianæ intermittentis curatio. 1132.c.
tertianæ nothæ ex duabus tertianis nothis compoſitæ ſigna 1169.f. curatio. 1174.f. 1130.d.
teſticulorum complexio. 4.e. 125.b.
teſticuli euulſionis modus in hernioſis. 903.e
teſticulorum contractionis curatio. 907.a.
teſticuli ſiniſtri ſpaſmati curatio. 905.d.
teſticulorum tumoris curatio. 828.e. 820.e.
theriacæ præſtantia ad calculos renum. 50.d.
theriaca cur & quãdo leproſis proſit. 1230.a.
thermalium aquarũ modus & menſura bibendi. 1292.e.
thiria vnde dicta. 1211.a. 1241.b. ſigna. 1245.f.
thirorum carnium modum adminiſtrandi. 1230.d.
tibiarum ruptura curatio. 1023.e.
tibiarum ſtuporis curatio. 1236.d.
tinnitus aurium cauſſæ. 690. e. curatio. 694.c.
torporem & ſtuporem eſſe ſynonyma. 185.a.
tortelli de ſeni. 1147.a
tortura oris quid. 269.b.
tragea ad omnes affectiones frigidas. 133.d.
tragea mundificans renes. 361.d.
tranguilides. 746.c.
trapellatio. 426.a.
tremor quid. 619. e. 620. a. cauſſæ. curatio. ibid.
tremorem cordis aſſiduum ſemper minari ſubitam mortem. 197.f.
tremoris iuncturarũ cauſſæ curatio 978.b.
tri quid. 1086.f.
triſtitiam eſſe nociuam ſanis exceptis iis, qui carnis minoratione indigent. 277.e
trochiſci & pilulæ quomodo differãt. 1308.f.
trochiſci de calce. 1058.e.
trumbi quid. 1150.d. 1154.a.
tubapirium. 327.d.
tumoris crurum curatio. 926.c.
tumoris pedũ cauſſæ 1021.d. curatio. 1022.a.
tumoris teſticulorum curatio. 818.e. 820 e
tumorſios quid. 813.a.
turpethum. 1304.a.
tuſſis quid. 486 e.
tuſſis curatio. 565.d. 1010.a. 1171.d.

V.

VApor cur quibuſdã hominibus appareat moueri ſurſum, quibuſdam vero deorſum. 332.d.
vapor cur quibuſdam appareat niger, ruber, &c. 332.e.
variolæ quid. 1240.c.
varicoſa & elephantica diſpoſitio quomodo differat. 928.b.
variolus piſcis. 298.a.
varicum cauſſæ. 922.f. ſigna 923. a. curatio. 922.b. 923.d.
varix quid. 898.d
veuen quid 780.b. eiuſdem virtutes. ibid. 880.b. 167.d. 185.f.
vehuen quid. 510.d. 1066.f.
venarum emulgentium ortus. 807.a.
venarum apertionem prohibentia & venas fractas conſolidantia. 525.d.
venarum inferiorum ſectionem magis debilitare, quam ſuperiorum 58.e. 307. c.
venarum poſt aures ſectio cur faciat ſteriles. 111.c.
ventoſæ quo tempore ſoleant apponi. 186.d.
ventoſitatum in inteſtinis curatio. 1234.f.
ventris doloris curatio a ventoſitate. 666. b.
ventris fluxus cauſſæ, eiuſq; curatio. 600.f. 669. a.
ventris ſtypticitas vnde 442.a. 581. e. quomodo aperienda 452.f. 588. a. 657 f. 659.e. 678.e. 549.d. 1147 b. 1235.c.
vermicularis minor. 1054.d.
vermium in auribus curatio. 335.e.
vertigo quomodo a ſcotomia & imaginatione differat, & cum iiſdem cõueniat. 89.b.
vertiginis curatio. 661.f. 543.d.
veſicæ deſcriptio 749. e. vtilitas. 767.e.
veſicæ collum ex quib. componatur. 721.d.
veſicæ exulcerationis cauſſæ. 747.d. ſigna, & quomodo differãt ab exulcerationibus renum & vreterũ ib. f. curatio. 718. c. 750.b. 783. d.
veſicæ colli exulcerati ſigna. 757.f. curatio. ib. 760.d.
veſicæ collo an propter vlcera vel alias ſpecies ſolutionis vnitatis dolor cauſſetur. 722. a. quæ in eo ſint partes doloris perceptiuæ. ibid. b.
veſicæ fellis obſtructæ curatio. 638. e. 658.a. 544
viarũ vrinalium mundificatio 1154. a defenſio a ſuſceptione materierũ 1155. c.
vigiliarum immodicarum cauſſæ. 549.b.
vigiliarum nimiarum incommoda. 277.c.
vincetoxicum quid. 1194.c.
vinculum ſoluere non eſſe ignorantis. 162. e.
vini qualitas. 294.c.
vini diuerſitas a loco. 131.
vinum magnam habere conuenientiam ad virtutẽ hominis. 294. c.
vinum quomodo præparandum vt non inebriet. 227.a.
vinum, an in dolore iuncturarũ conueniat. 941.x.
vinum Achileidum. 1052. b.

vipera bibenda in vino qualis eligẽda. 1231.b.
virga pudendorum quid ſit, & vnde conſtet. 113 f.
virgæ erectionem ad generationem eſſe neceſſariam. 819 c.
virgæ erectio & ſenſus vnde. 111.d. 113.e.
virga quare in quibuſdã ſit teta nota 110.c.
virga quare in quibuſdam trahatur verſus ſcrotũ, in quibuſdã verſus hypochondria, in quibuſdam verſus dextrum & in aliis verſus ſiniſtrum. 110.c.
virgæ erectionis impotentiæ, curatio. 819.c.
virgam per proprietatem occultam erigentia. 116.d.
virgæ apoſtemoſæ curatio. 812.a.
virtutum omnium defectus ſubitaneus, vnde interdum hominibus proueniat. 532.b.
viſiuum ſpiritum cõfortantia & augmentantia. 298 e
viſionis corruptionis nocumenta 594 d. curatio 596 &c. 663.a. 614.a. 619.d. 623.a.
viſus deluſio. 284.c.
viſus offenſio ex parte tunicarum multiplex. 288.b.
viſus tenebroſitatis curatio. 1238.b.
vitrum comburendi modus, eiuſque vtilitas. 746.b. 868.f.
viur quid. 165.b.
vlcus quid. 1240.d.
vlcerationis crurium curatio. 1202 b
vlceri epatici curatio. 733 f.
vlcerationis pedum curatio. 1236.b. 1256.a.
vlcerum veſicæ, renum & vreterum curatio. 750. &c.
vmbilicus vnde & ad quid ſit factus 441.b.
vmbilici officium. 891.b.
vndengerum. 816.a.
vndimia quid. 418.a.
vnguẽta ab emplaſtro quomodo differãt a cerato ibid. d. a linimento. ibid. e. 1307.c. hora applicationis, quæ ſit. ibid.f.
vnguentum aregon. 587.d.
vnguentum citrinum vnde dictum. 1256.b.
vnguentum contra fluxum ventris nauigantium. 14.d.
vnguentum pro renibus. 599.a. 1307 f.
vnguentum ſtomachale. 1307.e.
vnguentum ſtomachale contra vomitum nauigantium. 13.b.
vnguium defœdationis curatio. 1256 a.
vocis aſperitatis & raucedinis curatio. 1233.a. 1255 f.
vocis impeditæ curatio. 716.b. &c.
volatica diſpoſitio. 1240.a.
vomentibus quid obſeruandum. 132.d.
vomitus vtil tas 11.a. quoties in anno vomendum ib.b. canones in vomitione obſeruandi. ib.c. vomitus inſtrumenta ſeu modi. ibid.f.
vomitum maxime cõferre illis, quorum cõplexio prima eſt cholerica & qui ſunt macri. 132.c.
vomitum nocere oculis. 316 b.
vomitus inordinati cauſſæ. 517.b.
vomitus curatio. 517.e. 622.c.
vomitus prouocatio quomodo fieri debet, & quid obſeruandum. 944.a 1018.a.
vomitus prouocatio in nephriticis quantum proſit. 709.e. 711.d
vreterum exulceratio quomodo differat ab exulceratione renum & veſicæ. 749.
vrina omnis acuta eſt & ſalſa. 788.e.
vrinæ ardoris curatio. 1147 f. 215.d.
vrinæ ardoris cauſſæ, ſigna, curatio 700.d. &c. per colligantiam a toto corpore 726.a. a capite, pectore & ſplene 728.c. a ſiccitate carnium glandoſarum 732.f. ab effuſione materierum ab epate ad vias vrinæ 733.d. ab vlceribus renum 737 b. a prædictis cauſſis, præterquam a lapide 738.b. a lapide in renibus & diſtractione doloris eius a colica 739.b. ab vlceribus veſicæ 750.b. ab vlceribus in collo veſicæ 757.e. ex potu cantharidum 758.f. 783.d. 787.d.
vrinæ arenoſæ ſigna. 699.e.
vrinæ cholericorum. 1043.b.
vrinæ deſtillationis cauſſæ curatio. 706.b. 791.e. 792.e. 752.c. 760.a. 805 f.
vrinæ frigiditatem oſtendentes, quẽ habeant colorem. 198.e.
vrinæ nigræ cauſſæ. 803.b.
vrinæ tincturam non ſemper arguere caliditatẽ epatis aut renum. 199 b
vrina non ſatis tincta an ſemper ſignificet frigiditatem. ibid.
vrinæ vnde fiant ſalſæ. 1150.a.
vrinæ ſanioſæ cauſſa. 697.a.
vrtica græcanica. 746.f.
vſnen. 525.a. 122.e. 1066.e.
vua. 8.c.
vua omnis nocet renibus. ib.
vua lupina. 182.e.
vua mõtana ſeu vulpina quid. 782.d
vuulæ elongationis cauſſæ, ſigna 431 f. curatio 432.d.

X.

XYloaloe quid & quæ eius facultates. 182.c.
Xylobalſamum quid. 105 c.
Xylocaracta. 502.e. 546.c.

Z.

ZArpellatores qui ſint. 1266.b.
Zedoariæ vires. 205.b.
Zephos quid. 1244.b.
Zerna quid. 1240.a.
Zibare quid. 225.d.
Zibibum. 50.e.
Zimia. 372.b.
Zinziberis conditi vires. 127.c.
Zirbus. 577.f. 581.f. 588.c. 666.d.
Zohar quid. 284.c.
Zurumbet. 525.a.
Zurzulena quid. 502.e.

F I N I S.

D. ANTONII CERMISONII MEDICI OLIM EXCELLENTISSIMI

Conſilia Medicinalia

CONTRA OMNES FERE ÆGRITVDINES A CAPITE vſque ad pedes,

VNA CVM FRANCISCI CABALLI tractatu de animali thirio,

Et locupletiſsimo rerum, ſententiarum & verborum Indice.

PRODEVNT

Ex Collegio Muſarum Paltheniano,

Quod eſt in Nobili Francofurto.

M DC IV.

INDEX CONSILIORVM CERMISONII MEDICI EXCELLENTISSIMI.

De Ægritvdinibvs Cvtis.

Conſ. 1. Contra Alopeciam. fol. 2.
2. Cõtra ſaphati antiquũ capitis & magis a ſanguine admixto cum aliqua choleræ mixtione & ſalſi phlegmatis, aliqualis tamen non multi corporis naturalis complexionis ſanguineæ declinantis ad cholericitatem, ætatiuæ vero ſex annorum. ibid.
3. Contra fiſſuram volarum manuum & plantarum pedum ex complexione eorum ſicca. 3.
4. Contra ſtuporem cutis manuum. ibi.
5. Contra frigus ex itinere. ibid.
6. Contra ſcabiem. ibid.
7. Contra ſcabiem ſiccã ex humoribus aduſtis, vel phlegmate ſalſo. ibid.
8. Contra debilitatem virtutum naturalium, & ſcabiem ſiccam. 4.
9. Contra pannum corporis. 5.
10. Contra pruritum corporis. ibid.
11. Contra ſudorem diaphoreticum. ibid.
12. Contra veſtigia, ſiue ſint rubea, citrina, liuida, vel nigra. 6.
13. Contra totius corporis extenuationem & virtutum naturalium debilitatẽ ex mala complexione calida & ſicca prouenientem cum inchoatione ad hecticam. ibid.
14. Contra ſupercalefactionem corporis ex itinere, aut alia de cauſſa tempore caumatis. 7.

De Ægritvdinibvs Capitis.

15. Contra dolorem capitis. fol. 8.
16. Contra chronicum dolorem capitis per eſſentiam & colligantiã ex vaporibus a ſtomacho, & a matrice aſcendentibus cum aliquali matricis ſuffocatione. 15.
17. Contra melancholiam. 16.
18. Contra accidentia melancholica mulieris cuiuſdam valde cholericæ. 17.
19. Contra vertiginẽ, paralyſin & principium Apoplexiæ. 18.
20. Contra Epilepſiæ principium. 19.
21. Contra Epilepſiam. ibid.
22. Contra debilitatem memoriæ. 20.
23. Contra viſus debilitatem ex panno. 21.
24. Contra lachymam oculi & conturbatiõnem eius & principium ophthalmiæ. ibid.
25. Contra pruritum oculorum. 22.
26. Contra debilitatem auditus & ſtomachi. ibid.
27. Contra manationem ſaniei ex aure. 23.
28. Contra catarrhum ſalſum & calidum cum aliquali tuſſi. 24.
29. Contra catarrhum ſubtilem & aliqualem ſalſedinem pluries ſapientem. 25.
30. Contra fluxum catarrhi ſubtilis, nõ ſalſi nec amari ad pectus. 27.
31. Contra defluxum præternaturalem catarrhi. ibid.
32. Contra rheumatis diſpoſitionem. 28.
33. Contra catarrhi ſubtilis fluxum ad fauces, pulmonem & pectus. 28.
34. Ad dolorem dentium a materia frigida. 30.
35. Idem. ibid.
36. Ad conſeruandum & mundificandũ dentes & gingiuas. 31.
37. Contra aicolam. ibid.
38. Contra paralyſis materialis principiũ, vertiginem & procliuitatem ad phlegmaticam, apoplexiam, omnes per eſſentiam tales. 32.
39. Contra pãnum conſequentẽ ophthalmiam, ophthalmia ipſa deleta. 35.
40. Conta catarrhactam non confirmatam. 36.
41. Contra fœtorem oris. ibid.
42. Contra rheuma a cerebro ad maxillas, ſeu contra branchum, quod idem eſt. 37.
43. Contra apoſtemata gutturis, ſcil. amigdalarum, a phlegmate ſubtili, ſed ex phlegmate & cholera commixtis, quæ apoſtemata aliquando veniunt, aliquando recedunt periodica. ibid.
44 Contra botium gulæ. 39.
45. Contra ſpinam gutturi infixam. 41.

De Ægritvdinibvs Pectoris.

46. Ad diſſoluendum lac in mamilla coagulatum fol. 43.
47. Ad prouocandum menſtrua ibid.
48. Contra difficultatem anhelitus. ibid.
49. Contra Aſthmaticam paſſionem. 44.
50. Contra Aſthma & tuſſim. ibid.
51. Contra tuſſim & proprie a materia acuta. fol. 46.
52. Contra tuſſim ſiccam. 47.
53. Idem. ibid.

54. Contra ſputum ſanguinis a partibus pecto- ris, tuſſim & vocis remedium. ibid.

55. Contra ſputum ſanguinis ex fractura venæ. 48.

56. Contra Empyema. ibid.

57. Contra phthiſin. 49.

58. Contra tremorem cordis cum aliquali do- lore. 50.

De Ægritvdinibvs Stomachi & epatis.

59. Contra pulſationem arteriæ ſtomachi. 55.

60. Contra debilitatem digeſtiuæ ſtomachi & & conſequenter epatis caliditatem. ibid.

61. Contra ſtomachi & epatis debilitatem. 57.

62. Contra ſtomachi debilitatem & cerebri a materia phlegmatica. ibid.

63. Contra debilitatem digeſtiuæ ſtomachi appetitiuæ & retentiuæ oris ſtomachi. 58.

64. Idem. 59.

65. Contra debilitatem ſtomachi a multo phlegmate cum aliquali cholera, & repletione capitis cum grauitate ab eadem, cum ventoſitatis multitudine in membris naturalibus, & renum dolore aliquali. 60.

66. Contra relaxationem ſtomachi. ibid.

67. Contra ardorem ſtomachi. 62.

68. Contra vomitum vermium in nocte dormiendo, quandoque viuorum, quandoque mortuorum. ibid.

69. Contra vomitum & proſtrationem appetitus. ibid.

70. Contra ſitim. 63.

71. Contra icteritiam. ibid.

72. Contra dolorem ſtomachi cum periculo vel inclinatione ad apoſtema. ibid.

73. Contra ardorem ſtomachi intenſum cum aliquali ipſius debilitate. 64.

74. Contra debilitatem ſtomachi cum ventoſitate ipſius. 65.

75. Contra caliditatem epatis & fluxum choleræ ad ſtomachum. ibid.

76. Contra epatis debilitatem & oppilationem eius. 66.

De Ægritvdinibvs Ventris inferioris.

77. Contra debilitatem epatis & principium hydropis. 69.

78. Idem. 70.

79. Contra hydropem aſcitem a cauſſa frigida cum aliquali naturali lapſu epatis ad caliditatem. 71.

80. Contra fluxum epaticum cum excoriatione inteſtinorum & principium hydropis ab epatis frigiditate. 72.

81. Contra fluxum epaticum & dyſenteriam cum teneſmo ab humoribus aduſtis & diuerſis cum febre continua perſeueratis omnibus tribus menſibus. ibid.

82. Idem. 73.

83. Idem. ibid.

84. Idem. 75.

85. Contra diarrhœam a cauſſa calida. ibid.

86. Contra fluxum ventris ex epatis & ſtomachi debilitate ſeu contra lienteriam & fluxum epaticum. ibid.

87. Contra ventris ſtipticitatem. 76.

88. Idem. fol. 77.

89. Contra colicam. 78.

90. Idem. ibid.

91. Contra vermes. 79.

92. Contra vermes pro puella, patiente exitum ani. ibid.

93. Contra vermes cum febre & fluxu materierum diuerſarum, ſed amplius phlegmatis. ibid.

94. Contra debilitatem virtutum naturalium, iuncturarum & contra vermes. 80.

95. Contra exitum ani, ſeu inteſtini, propter mollificationem ipſius inteſtini. ibid.

96. Contra exſuperantem fluxum hæmorrhoidum. 81.

97. Contra dolorem hæmorrhoidum. ibid.

De Ægritvdinibvs Renvm & veſicæ.

98. Contra caliditatem renum. ibid.

99. Idem. ibid.

100. Contra calculum renalem & ventoſitatem 82.

101. Contra dolorem calculi. 83.

102. Contra dolorem renalem. 84.

103. Contra dolorem calculi renalis a lapide, vel ab arenulis vel phlegmate viſcoſo ventoſante corporis naturalis complexionis ſanguineæ ad cholericum tamen tendentis. 85.

104. Contra præcipitationem phlegmatis ſalſi ad renes, & veſicam cũ ardore vrinæ & dolore in collo veſicæ. 86.

105. Contra ardorem virgæ cum vlcere, ardore & dolore intẽſo calami, virgæ & colli veſicæ. 87.

106. Contra ardorẽ vrinæ ad intra & foris cum aliquali excoriatione virgæ & colli veſicæ & alicuius partis concauitatis veſicæ eiuſdem, quin imo & vlcus ipſarum. 88.

107. Con-

107. *Contra mictum ſanguinis & dolorem calculi.94.*
108. *Contra lapidem in veſica. 97.*
109. *Contra mictum in lectum. 99.*

De Ægritvdinibvs Membrorum generationis in viris.

110. *Contra gonorrhœam. ibid.*
111. *Contra impotentiam coeundi propter ſolam impotentiam erectionis virgæ, ex nimia humiditate a cerebro effluente & laxante & impediente dictam erectionem.103.*

De Ægritvdinibvs matricis.

112. *Contra præfocationem matricis.105.*
113. *Contra diminutum fluxum menſtruorum poſt abortum aut poſt partum. ibid.*
114. *Contra indebitam mundificationem ſanguinis poſt partum. ibid.*
115. *Contra retentionem præternaturalē menſtruorum & indebitam euacuationem. ibid.*
116. *Contra retentionem menſtruorum & dolorem matricis. 109.*
117. *Contra præternaturalem retentionē menſtruorum medicinæ efficaces & remiſſæ. ibid.*
118. *Contra retentionem menſtruorum ex materia craſſa oppilatiua. 110.*
119. *Idem. ibid.*
120. *Contra fluxum menſtrualem. ibid.*
121. *Contra fluxum ſanguinis menſtruorum poſt abortum, aut poſt partum naturalem.111.*
122. *Contra debilitatem matricis. ibid.*
123. *Inquirenda in diſpoſitione matricis. ibidem.*
124. *Contra exitum fœtus in mala figura. ibidem.*
125. *Contra difficultatem partus. ibid.*
126. *Contra abortum. 112.*
127. *Contra retentionem ſecundinæ. ibid.*
128. *Contra dolorem matricis. ibid.*
129. *Idem. ibid.*
130. *Contra ventoſitatem matricis. 113.*
131. *Contra curſum matricis. ibid.*
132. *Idem. 114.*
133. *Contra ſterilitatem mulieris ex debilitate virtutis conceptiuæ. 115.*

De Passionibvs Ivnctvrarum & extremitatum.

134. *Contra podagram a materia mixta. ibid.*
135. *Contra podagram calidam cum aliquali phlegmate, ſed non minus, ſeu non multum intenſe calidum. 116.*
136. *Contra podagram ex materia mixta. 117.*
137. *Contra guttas & dolores earum. ibid.*
138. *Contra nodoſitatem iuncturarum manus & aliquantulum ſtuporem. ibid.*
139. *Contra morbum Iſchiadicum. ibid.*
140. *Contra ſciaticam cura particularis.124.*
141. *Medicina ſanctiſſima, quæ mundificat guttas, ac debilitatem neruorum, & capitis ac epatis: ſplenem, renes & pulmonem, dolorem ventris, lapidem in renibus, ſpaſmum atque ſurditatē aurium, &c.125.*
142. *Contra tumorem tibiarum. 126.*
143. *Idem. ibid.*
144. *Contra tabem ſeu extenuationem cruris. 129.*
145. *Medicinæ communes. 130.*

De Apostematibvs.

146. *Contra cancrum confirmatum. 131.*
147. *Contra tubera difficilis digeſtionis.133.*

De Febribvs.

148. *Contra Quartanam. ibid.*
149. *Contra peſtem. ibid.*
150. *Idem. 134.*

De Venenis.

151. *Contra venenum canis rabidi.136.*
152. *Contra ſputum ſanguinis a pulmone & retentionem præternaturalem menſtruorum, ſeu valde diminutam quantitatem eorum. ibid.*
153. *Contra debilitatem ſtomachi & effuſionem choleræ ad ipſum ſtomachum. 137.*

LIBRI FRANCISCI CABALLI Brixienſis: de animali Thirio, paſtillos theriacos & theriacam ingrediens.

Sectionis I.

Cap. 1. *De duplici theriaca a ſenioribus & iunioribus conceſſa. 138.*
2. *De Etymologia huius nominis, quid eſt theriaca. ibid.*
3. *Quod theriaca ab hoc nomine θηρίον dicta, eo dicta ſit, quod ad ferarū venenatarum curā ſit inſtituta: non autem eo, quod fere eam ingrediantur. ibid.*
4. *Quod ante theriacæ magnæ compoſitionem, duo eius præfuerant fundamenta, ſcilicet*

Index Conſiliorum.

mithridaticũ antidotum, & paſtilli theriaci, ex quibus duobus aliis quibuſdam additis, poſt hoc inuenta eſt theriacæ magna confectio.139.

5. *Quod animal, ex quo theriaci paſtilli & ipſa theriaca conficitur, ſit vipera, & quod a compoſitione dictorum cognoſcatur paſtillorum, & non ab ipſorum nomine, neque a nomine theriaca.140.*

6. *De diuiſione trium nominum, ſcilicet animalis feræ, ſerpẽtes & triplici animalium venenatorum naturali gradu: & aliis diuerſitatibus veneni ab accidentibus ſumtis.ibid.*

7. *De ſerpentum notitia ex ſignis exterioribus & interioribus ſumta. Et primo de Baſiliſci notitia. 141.*

8. *De notitia ſerpentis dictæ* κατωβλέπας. *142.*

9. *De notitia aſpidis ſerpentis.ibid.*

10. *De notitia ſerpentis exſpuentis.ibid.*

11. *De notitia ſerpentis hirundinis.ibid.*

12. *De notitia ceraſtis duo habentis cornua. ibi.*

13. *De notitia ceraſtis quatuor habentis cornua. ibid.*

14. *De notitia hæmorrhoidis.143.*

15. *De notitia ſerpentis, qui dicitur Seps.ibid.*

16. *De notitia iaculi ſerpentis.ibid.*

17. *De notitia Amphisbænæ ſerpentis.ibid.*

18. *De notitia ſerpentis dipſadis, ſeu ſitula.ibid.*

19. *De notitia ſerpentis dicti cherſydros. 144.*

20. *De notitia hydræ.ibid.*

21. *De notitia ſerpentis ſcytale dicti.ibid.*

22. *De notitia ſerpentis chelydri.ibid.*

23. *De notitia ſerpentis Kenchridos.ibid.*

24. *De notitia ſerpentis natricis.145.*

25. *De notitia ammoditis ſerpentis.ibid.*

26. *De notitia ſerpentis phareæ.ibid.*

27. *De notitia ſerpentis dicti præſter.ibid.*

28. *De notitia viperæ per interna & externa ſigna.ibid.*

29. *Quod alii alia ſenſerint de viperæ partu, de quo partu Plinius Ariſtotelẽ imitari credidit, ſed in aliquo deceptus fuit.ibid.*

30. *Inter viperas qualis ſit eligenda magis ad theriacam, theriacoſque conficiendum paſtillos.147.*

31. *De ſerpentibus miræ formæ, ſcilicet alatis, ac miræ magnitudinis.148.*

32. *De draconibus.ibid.*

33. *De crocodilis. ibid.*

34. *De pſyllis, marſis, ophiogenis, ſerpentibus & crocodilis dominantibus.ibid.*

Sectionis Secvndæ.

Cap. 1. *De Latinorum errorib.tam interpretum quam reliquorum Philoſophorum ac Medicorum. Et primo de errore interpretum ex Arabica in Latinam interpretantium linguam.149.*

2. *Generalis diſputatio contra Philoſophos ac Medicos Latinos de animali, theriacam conficientes, & hoc nomine thirus male ſentientes.151.*

3. *Specialis diſputatio contra Albertum Magnum de thiro.152.*

4. *Specialis diſputatio contra Nicolaum Medicum de Thiro.154.*

5. *Eadem, contra Petrum de Appono.ibid.*

6. *Eadem, contra Aggregatorem de Dondis Patauum.155.*

7. *Promiſſio ad vlteriora, ac de prolixitate & præſumtione legitima excuſatio.*

DN. ANTONII CERMISONII MEDICI EXCELLENTISSIMI

Conſi'ia Medicinalia

Contra omnes fere ægritudines a capite vſque ad pedes;

Contra Alopeciam.

M OLIENDVM in vere minoratiuum ℞. *pilularum indarum, agarici ana* ʒ ß *ſalis* Pilulæ.
gemmæ gra.j polypodii ℈ ß *miſce, & cum electuarii hamech quantum ſufficit ad incor-*
A *porandum formentur pilulæ v. pro* ʒ. ¶ Digeſtiuum ℞. *ſyrup. de fumoterræ* ℥ j. *iulep.* Potio digeſtiua.
violarum ℥ ß *aquarum acetoſæ, lupulorum ana* ℥ j. *ſeri caprini* ℥ j. *polypodii pulueri-*
zati gra. ß *ſachari albiſſimi* ℥ j. *miſce.* Ventoſæ apponantur ſpatulis, collo, tempori-
bus, & ſub mento. ¶ Eradicatiuum vſuale. ℞. *pilularum ſuprascriptarum* ʒ j. veſi-
catorium apponatur partibus poſterioribus & laterialibus capitis, cooperiatur
ſemper die & nocte cum byreto de pellibus, vt materia reſoluatur & fricetur ca-
put cum panno aſpero, donec rubeat. Deinde fricetur cum corticibus raphani. ¶ Lotio capitis ſiue bal- Lotio capitis.
neum. ℞. *foliorum & radicis ſiclæ M ij. tapſi barbati M j.* ß *ſcabioſæ abſynthii, foliorum raphani, ana M j.*
miſce, & bulliant. Aliud. ℞. *abrotani M j. capillorum veneris M ij. narciſci* ℥ ß, *radicis arundinum* ℥ j. *fo-* Aliud.
liorum raphani, labruſcæ ana M j. xylocaractæ ℥ ij. *miſce, & omnia bulliant.* ¶ Vnctio. ℞. *adipis vrſi, & pro-* Vnctio.
B *priæ antiqui* ℥ iiij. *nucum rancidarum partes tres, adipis anſeris partem vnam, cundegi badagæ ſeu nidi partes*
quatuor, miſce. ¶ Alia. ℞ *olei myrtini* ℥ ij. *ſuccorum chelidoniæ & radicis enulæ, & lapatii acuti ana* ℥ ß *a-* Alia.
rundinum radicum aduſtarum ℥ j. *baurach* ℥ ß *xylocaractæ* ℥ ß *alchitram* ʒ ß *ſtaphiſagriæ* ℈ ij *ſulphuris viui*
ʒ ß *ſeminum ruthæ* ℈ ij. *adipis vrſi antiqui aut anſeris* ℥ ß *terebinthinæ lotæ* ℥ j. *ceræ albæ quantum ſufficit pro*
vnguento molli.

CONS. II. *Contra ſaphati antiquum capitis & magis a ſanguine admixto cum aliqua choleræ mixtione, & ſalſi plegmatis, aliqualis tamen non multi corporis naturalis complexionis ſanguineæ declinantis ad cholericitatem, ætatiua vero ſex annorum.*

S Olutiuum minoratiuum & digeſtiuum dictorum humorum. ℞. *ſucci fumiterræ, ſeri ca-* Potio.
C *prini ana* ℥ j ß *ſachari albi* ʒ ß *miſce, & fiat potio.* Iſtud aſſumat hora digeſtiuorum, & vta-
tur pluribus diebus continuis, ſed ſi ſolueret nimium, tūc ſolum vtatur trib. vel quatuor
diebus. ¶ Aliud, vt ſupra ℞. *medicamen immediate ſuprascriptum myrobalanorum nigro-* Alia
rum ℈ ß *myrobalanorum citrinorum, epithymi ana gra. vj puluериſentur pulueriſanda, mi-*
ſce, & fiat potio & vtatur iſto ſi volet fortius. vt ſupra ¶ Digeſtiuum ℞ *ſyru. de fumoterræ* ℥ j. *epithymi, vio-* Digeſtiuū.
lati ana ℥ ß *aquæ acetoſæ* ℥ ij. *lupulorum* ℥ j. *hoc digeſtiuū aſſumat poſt completam aſſumtionem ſolutiui im-*
mediate ſumti: & aſſumat octo diebus continuis hora digeſtiuorum. ¶ Solutiuum efficacius ſuprascriptis Solutiuum
duobus ℞. *ſolutiuum ſuprascriptum etiam in quo ſolutiuo reiteretur myrobalanorum nigrorū* ℈ ß *citrino-*
rum gra iij epithymi gra. iiij. pul. pul. & fiat potio. Iſtud ſolutiuum accipiat die tertia poſt cōpletam aſſum-
tionem octies digeſtiui immediate ſumti cū modis ſolutiuorū. ¶ Euacuatiuū & etiam efficacius diuer- Cucurbitula.
ſiuum, &c. Ventoſæ duæ ponantur cum ſcarificatione pulpis ſpatularum. Deinde poſt vnam horam po-
D naturalia in parte, vbi alligat caput cum dorſo, ex quibus extrahatur ꝑ qualibet tertia ℥ j ſanguinis. Sed
ſi æger eſſet ætatis conuenientis. Primo fiat phlebotomia baſilicæ. Deinde cephalicæ, quæ hic dimittun- Venæ ſectio.
tur propter ætatem. Hæ ventoſæ apponantur per octo dies poſt ſolutiuum immeditae ſuprascriptum, &
hoc cum modis, &c. ¶ Solutiuum minoratiuum facile & vſuale. ℞ *ſeri caprini* ℥ iiij. *pulueris ſenæ myro-* Solutiuum minoratiuum.
balanorum indorum ana gra. vj ſachari albi ʒ ß *pul. pul. deinde miſce, & fiat potio. Hoc aſſumat per 10 dies poſt*
ventoſas cum modo ſolutiuorum facilium, &c. ¶ Digeſtiuum vſuale. ℞. *aquarum fumiterræ* ℥ ij. *acetoſæ, lupu-* Digeſtiuū.
lorum ana ℥ j. *ſachari albiſſimi* ʒ j. *miſce iſtud & aſſumat* vij. *vicibus poſt tertiam diem a ſolutiuo immediate*
cum modis, &c. ¶ Solutiuum eradicatiuum facile & vſuale ℞. *ſolutiuum ſuperius compoſitum ex ſero; pul-* Solutiuum eradicatiuum.
uere ſenæ, &c. ſenæ pulueris iterum gra. v. miſce & fiat potio. Hoc aſſumat poſt completam aſſumtionem di-
geſtiui octies & hoc poſt tertiam diem cum modis, &c. ¶ Euacuatiuum & amplius diuerſiuum ſi eſſet
in ætate ſpermatis ſeu re hac phlebotomandæ eſſent venæ poſt aures. Et iterum vena frontis & ſanguis ex

 naribus.

naribus prouocandus. Verum quia pueris ſufficit poſitio ſanguiſugarum duarum locis dictis poſt au- A
res: Et ſi ſit neceſſe, prouocetur leuiter fluxus ſanguinis narium. Et iterum ſi fuerit neceſſe apponatur
ſanguiſuga ipſi venæ frontis: hæ ſanguiſugæ appoſitæ dimittantur vſq; ad tumeſcentiam: deinde remo-
ueantur & poſtquam ablatæ fuerint, dimittatur exire ſanguis, deinde reſtringatur cum tela aranea mi-
xta cum cinere ſubtili & farina: aut cum conſtrictiuo compoſito ex bolo armeno, ſanguine draconis,
terra ſigillata, acatia, &c. Et hæ ſanguiſugæ apponantur per 10. dies poſt ſolutiuum ſupraſcriptum im-
Solutiuum minoratiuum. mediate. Solutiuum minoratiuum facile. ℞. *ſolutiuum minoratiuum proximum immediate hoc aſſumat,*
vt ibi & hoc per 10. dies poſt remotionem ſanguiſugarum. ¶ Digeſtiuum vſuale. ℞. *digeſtiuum ſupraſcriptum*
Digeſtiuũ. *immediate & aſſumat, vt ibi.* ¶ Solutiuum eradicatiuum; ℞. *ſolutiuum immediate ſupraſcriptum, & vt ibi.*
Eradicat. ¶ Euacuatiuum, ſanguiſugæ ſex ponantur, videlicet duæ in medietate dextræ cutis capitis, & duæ in ſi-
niſtra, & aliæ duæ in ſuperiori parte capitis, & hoc ponendo primo duas in vna parte, deinde duas alias B
alio tertio die, ſcilicet in alia parte, & alio tertio die duas. Et vbi primo ponuntur, poſtea nõ ponant & ap-
ponantur, vt ſupra cum modis, &c. ¶ Solutiuum facile vſuale. ℞ *proximum ſupra deſcriptum ſolutiuum,*
& ſumat, vt ibi. ¶ Digeſtiuum vſuale. ℞. *digeſtiuum proximum ſupra, vt ibi.* ¶ Solutiuum, vt ſupra. ℞. *vt*
immediate ſupra, vt ibi. Euacuatiuum dictorum humorum, &c. totum caput abradatur, deinde ſatis
fortiter fricetur, donec ſanguis exeat & dimittatur, ita exire ſatis copioſe: poſtea lauetur totum ca-
put cum aqua decoctionis ſiclæ. Et ſi caput ſuum poſtea ſudaret, bonum eſſet, & hoc totum ſtomacho
ieiuno in mane per horam ante cibum duobus diebus continuis, & hoc ſaltem per quatuor dies poſt aſ-
Solutiuum & reſolutiuum. ſumtionem ſolutiui immediati. ¶ Solutiuum & reſolutiuum dictarum cauſſarum. ℞ *foliorum maluæ M.*
ij. blitis M j. violarũ M ij. radicum althææ M j. ſeminũ fœnugræci ʒ ij. aquæ ſtagni quantũ ſufficit pro lotione,
& pro epithemate totius capitis, miſce bulliant ad lentum ignem vſque ad conſumtionem medietatis. Iſta lo- C
tione lauetur caput ſingulo die decem diebus continuis, deinde exſiccetur: poſtea vngatur cũm vng-
uento infraſcripto immediate, in hyeme in aqua calida, in æſtate vero frigida, actu. Et hoc in mane
ſtomacho ieiuno. Poſt vero prandium cum panno lineo infuſo in dicta decoctione epithimetur caput
per vnam horam ante cœnam omnibus dictis diebus decem. Deinde exſiccetur, & iterum vngatur cum
Digeſtiuũ & reſolutiuum. vnguento, vt ſupra. ¶ Iſta vero lotione taliter vti incipiat di: tertia poſt fricationem & lotionem, &c. ¶ Di-
geſtiuum & reſolutiuum, vt ſupra. ℞. *olei ſiſamini ʒ j. violati ʒ ij. axungiæ porcinæ non ſalſæ ʒ ß. pinguedinis*
gallinæ anatis ana ʒ ij. butyri ʒ j. miſce omnia, & fiat vnctio. Hac vnctione vngatur caput 15. diebus
continuis, imo etiam poſt ſumtas epithemationes & lauationes &c. & vltra illud tempus etiam per
Exſiccatiuum & cõſumtiuum. quinque dies continuos, &c. ¶ Exſiccatiuum & conſumtiuum. ℞. *cimoleæ ʒ ß j. ſulphuris viui ʒ j.*
cineris cucurbitæ, in qua oleum commune pluribus menſibus ſteterit aut ſaltem cucurbitæ ſimplicis ſiccæ D
ʒ ß. pulpæ colocinth. ℈ ij. olei roſati, aceti ana quantum ſufficit pro linimento aut etiam epithemate. Et hoc
linimento vtatur bis in die aut ſaltem ſemel, vt immediate ſupra de vnctione, & hoc incipiat vti
poſt completum vſum vnguenti ſupraſcripti & vtatur ſaltem decem diebus continuis. ¶ Medicamen,
vt ſupra. ℞. *medicamen ſupraſcriptum, ſed adde maiorem quantitatem aceti & vtere, vt ſupra, & erit effi-*
Linimentũ *cacius.* ¶ Exſiccatiuum, vt ſupra. ℞. *alcanæ ʒ ij. indici ℈ j ß. ariſtologiæ longæ ʒ ß. olei alkeiri, roſati ana*
Exſiccatiuum. *quantum ſufficit pro linimento & pro epithemate pul. pul. deinde omnia ſimul miſce, & fiat linimentum,* hoc
Aliud. vtatur, vt immediate ſupra, ſi vult permutare. ¶ Aliud. ℞. *tutiæ præparatæ ʒ j climeæ auri ʒ ij. cimoleæ ʒ j*
ß. cartæ combuſtæ ʒ ij. aceti quantum ſufficit pro linimento pul. pul. & fiat, vt ſupra linimentum, & vtatur,
Aliud. *vt ſupra.* ¶ Aliud, vt ſupra. ℞. *gummi pini ʒ ij. glutinis albotin ſeu terebinthina lotæ ter cum aqua fumiterræ*
ʒ ß. ſulphuris viui ʒ ij. radicis ireos ʒ ß. olei roſati, aceti ana quantum ſufficit pro linimento pul. pul. dein- E
Aliud. *de miſce, & fiat linimentum & vtatur, vt ſupra de alio immediate ſupraſcripto.* ¶ Aliud, vt ſupra. ℞. *lithar-*
gyri ʒ j ß. ſcoriæ argenti ʒ ß. amygdalarum amararum combuſtarum ʒ j ß. venarum tinctorum ʒ ij. cartæ
combuſtæ ʒ j ß. ſulphuris viui ʒ ij. olei roſati, aceti ana quantum ſufficit pro linimento pul. pul. & fiat, vt ſu-
pra. ¶ Aliud, vt ſupra. ℞. *ſtercoris lacerti ʒ ij. venarum tinctorum ʒ j ß. cartæ combuſtæ ʒ ß. ſcoriæ ar-*
genti ʒ j ß. fuliginis furni ʒ iij. ſulphuris viui ʒ ij. lithargyri, ceruſæ ana ʒ j ß. olei roſati, aceti ana quantum
Aliud. *ſufficit pro linimento pul. pul. & fiat, vt ſupra.* ¶ Aliud, vt ſupra. ℞. *coriandri ſicci aduſti ʒ ij. cineris li-*
gni vitis ʒ j ß. myrræ alcanæ ana ʒ j. aluminis iameni ℈ ij. aloes, lithargyri ana ʒ j ß. olei roſati aceti ana quan-
Aliud. *tum ſufficit prout ſupra pul. pul. & fiat, vt ſupra.* ¶ Aliud, vt ſupra. ℞. *venarum tinctoris ʒ ß. lithargyri ʒ*
Aliud. *vj. olei roſati aceti ana quantum ſufficit, vt ſupra etiam fiat, vt ſupra* ¶ Aliud, vt ſupra. ℞. *bdellii ʒ ß lithargyri*
ʒ vj. ſulphuris viui ʒ vj. cartæ combuſtæ ʒ ij. mellis ʒ j. olei de frumento aceti ana quantum ſufficit, vt ſupra F
Aliud. *pul. pul. & fiat, vt ſupra.* ¶ Aliud, vt ſupra. ℞. *amygdalarum amararum combuſtarum cum corticibus ſuis ʒ ij.*
venarum chelidoniæ, coriandri ſicci, ſcoriæ argenti ana ʒ ß. venarũ tinctorum ʒ ij. ariſtologiæ longæ ʒ j ß. mer-
Aliud. *daſeng. ʒ ij. olei roſati aceti ana quantum ſufficit, vt ſupra.* ¶ Aliud, vt ſupra. ℞. *chartarum combuſta-*
rum ʒ ij. ſulphuris viui ʒ j ß. lithargyri ʒ ij olei roſati, aceti ana quantum ſufficit, vt ſupra, &c. ¶ Aliud, vt ſu-
pra. ℞. *calcis lotæ ʒ j ß. cartarum combuſtarum ʒ ij. venarum tinctorum ʒ ij. lithargyri ʒ iij. ſulphuris vi-*
Aliud. *ui ʒ ij. olibani ʒ j. olei nucum, aceti ana quantum ſufficit, vt ſupra.* ¶ Aliud, vt ſupra. ℞. *florum caulium*
piſtatorum ʒ ij. ſulphuris viui ʒ j ß. lithargyri ʒ ij. bdellii ʒ ij. olei roſati, aceti ana quantum ſufficit, vt ſupra.
Aliud. ¶ Aliud, vt ſupra. ℞. *radicis lilii albi ʒ iij. lithargyri ʒ ß. cartæ combuſtæ ʒ ij. mellis quantum ſufficit pro*
linimento, vt ſupra. ¶ Aliud, vt ſupra. ℞. *peponæ, ſeu pepo, ſeu pulpæ, eius cum matribus ſeminum eius, ſeu*
cum viſceribus ipſius liniatur ſæpe ſaphati, & vtatur, vt ſupra. ¶ Aliud. ℞. *radicis vitis albæ ʒ ij. car-* G
tarum combuſtarum ʒ ij. climiæ argenti lithargyri ana ʒ iij. vrinæ hominis, olei roſati ana quantum ſufficit,
vt ſupra. ¶ Aliud, vt ſupra. ℞. *fecis vrinæ hominis, quantum ſufficit pro linimento, & fiat, vt ſupra.* ¶ A-
liud, vt ſupra, *liniatur ſæpe ſaphati cum acetoſitate citri, aut cum ſucco citranguli, ſeu arancii mixto cum ſuc-*
co mal-

A *co maluarũ.* Mitigatiuum doloris & ardoris cauſſati, ex medicinis applicatis lauetur & epithimetur cum decoctione ſupraſcripta toties, donec non amplius doleat, deinde liniatur locus idem ex hoc medicamine. ℞. *ſeminum communium frigidorum maiorum* ℥ ij. *minorum frigidorum* ℥ ij. *ſeminum papaueris* ℥ j. *mucilaginis, pſyllii* ℥ ß *ſucca lactucæ, olei roſati ana quantum ſufficit pro linimento* & epithimetur cum eo. ¶ Exſiccatiuum efficacius ſupraſcripto. ℞. *ſulfuris viui* ℥ ß *carta combuſtæ* ʒ iij. *olei roſati, quantum ſufficit pro linimento piſta.pi. deinde miſce, & fiat linimentum, & vtatur vt ſupra.* Alia eſſent, ſed iſta ſufficiunt pro nunc.

Linimentum.

Cons. III. *Contra fiſſuram volarum manuum, & plantarum pedum ex complexione eorum ſicca.*

Balneum.

B Recipe *foliorum maluarum M* vj. *blitis M* ij. *violarum M* iij. *radicum maluauiſci M* iij. *ſeminum lini* ℥ j. *fœnugraci* ℥ ij. *capitis caſtrati numero* ij. *porci numero* ij. *bulliant omnia ſimul in quãtitate aquæ pro decoctione balnei.* In hac decoctione calida ſuauiter ad modum lactis dum mulgetur ab vbere, teneat ſtomacho ieiuno manus per quartam partem horæ, ſingulo die ſemel. Poſtea cum panno lineo ſuauiter exſiccentur dicta membra. ¶ Vltimo cum vnctione infraſcripta vngat dicta loca læſa pedum & manuum. ¶ Vnctio ℞. *radicum maluauiſci M* j. *ſeminis fœnugraci M* ß *foliorum violarum M* j. *maluarum M* ij *axungiæ porci, draganti, gummi arabici ana* ʒ. *vnam, vitellorum ouorum numero* ij. *ſeminum cucumerum, cucurbitæ, melonis, citrulli ana* ℥ j. *olei violarum quantum ſufficit ad incorporandum, pro vnguento molli.* ¶ *Radices, ſemina, malua, & violæ, prius ab ipſis radicibus extracto meditullio bulliant ſimul in ſufficienti quantitate aquæ, vſque ad debitam & optimam decoctionem. Deinde optime piſtentur & ſubtiliſſime triturentur, ita vt cum reliquis bene incorporentur. Vltimo reliqua omnia addantur, miſce & fiat vnguentum ad lætum ignem, ex hac vnctione, vngat loca læſa dictorum membrorum continue poſt ſupraſcriptum balneum, & etiam cum vadit dormitum, & etiam alia hora ad libitum.*

Linimentum.

C ¶ Ceratum conferens in debilitate manus ex vulnere, ita vt nerui non extendantur. ℞. *oxycrocei* ℥ j. *pulueris violarum* ʒ ß. *miſce, & cum oleo liliorum, & cera albæ, q. ſ. ad incorporandum formentur cerata.* ¶ Vnctio. ℞. *mucilaginis, althææ, ſeminum lini, fœnugraci, pulueris viol. ana* ʒ j. *calamenti* ʒ ß *vnguenti dialthea* ℥ j. ß *oleorum vulpini, maſticini, myrtini, liliorum alborum, ſpicæ ana* ℥ j. *ceræ quantum ſufficit pro vnguento molli.* ¶ Pila in manu portanda. ℞. *oxy crocei* ℥ v. *violarum, myrtillorum, calamenti ana* ʒ iij. *miſce, & fiat magdaleon, portetur in manu ad modum pilæ.*

Ceratum ad debilitatem manus ex vulnere.

Vng. molle.

Pila in manu portanda.

Cons. IV. *Contra ſtuporem cutis manuum.*

Vnguentum, &c. ℞. *oleorum lauri* ℥ ß *aneti* ℥ j. *ſtyracis liquidæ* ℥ j. *maioranæ ſerapini ſtoechados ana* ℈ j. *miſce, & fiat vnctio.* Ad idem efficacius immediate. ℞. *aquæ maris, q. ſ. ad debitam decoctionem*

Vng.

D *aliarum medicinarum infraſcriptarum.* ℞. *radicum pyrethri* ℥ j. *ſtoechados M* ij. *tapſiæ* ℥ ß *herbæ aneti aut ſeminum M* ij. *baccarum lauri* ℥ ij. *coſti M* j. *maioranæ M* ij. *contun. con. ſecũdum cano. & miſce, & fiat decoctio ad conſumtionem quartæ partis aquæ.* ¶ Ad idem efficacius priori. ℞. *aquæ thermarum quantum ſufficit ad decoctionem euphorbii* ℥ ß *pyrethri* ℥ j. *tapſiæ* ℥ ß *radicum vitis albæ* ℥ ij. *radicis enulæ* ℥ iiij. *herbæ coſti, maioranæ, ana M* ij. *ſeminum ſinapi* ℥ ij. *piperis* ʒ j. *foliorum ſambuci M* iij. *baccarum lauri* ℥ ij. *contundenda contundantur & bulliant in dicta aqua, vſque ad conſumtionem quartæ partis.*

Balneum.

Cons. V. *Contra frigus ex itinere. Portet veſtem, &c.*

Non cito tranſeat ad ignem cum applicuit ad hoſpitium, ſed prius parum deambulet: deinde ſit remotus aliqualiter. Et cum de nouo cito vult itinerare, non vadat multum propinquus. Vtatur alleis, ſinapi, aſſa aromatica, nucibus, cæpis. Et proprie in mane antequã equum aſcen-

E dat, non equitet vacuus, ſed prius cõmedat, aut ſaltem faciat collationem bonam, & modicum quieſcat poſt dictum cibum, deinde equitet & non bibat aquam, bibat in collatione cyathũ vini ſatis vinoſi mane, ſed non nimis vinoſi exceſſiue & ipſum bibat cum ʒ ß aſſæ aromaticæ. Allea inter cetera ſunt maxime iuuatiua. ¶ Vnctio extremitatum ſcilicet manuum & pedum cum aſſa fœtida & galbano iuuat multum, & proprie in mane, antequam equitet rotulares ocreæ chirothecæ non ſint ſtricti, ſed ampli. Si viſus læditur a niue portet ſindonem nigrum rarum ſimplicem ſecundum neceſſitatem, vel duplum.

Cons. VI. *Contra ſcabiem.*

Balneum.

Recipe *hordei excorticati* ℥ ß *foliorum maluarum blitis ana M* j. *fumiterræ M* ij. *boraginis, bugloſſæ ana M* ß *acetoſæ M* ß *caulium M vnum ſemis, calamenti M* j. ß *ſquinanti M* j. ß *epithymi M* j. *lu-*

F *pinorum* ℥ *ſumanum lupinorum M* ij. ℥ *florum vio. M* ij *furfuris M* ij. *foliculorum ſenæ M* j. *radicum althææ M* ß *ſeminis lini fœnugraci ana* ij. ß *contundantur & bulliant ſufficienter in aqua, & in decoctione ſufficienter calida ponat ſcabioſus manus ſuas, &c.*

Cons. VII. *Contra ſcabiem ſiccam ex humoribus aduſtis, vel phlegmate ſalſo.*

Phlebotomia fiat venæ nigræ ſeu communis, brachii dextri non exſiſtente caliditate epatis, ſed epate multum lapſo ad caliditatem etiam naturalem fiat phlebotomia baſilicæ, brachii dextri, de qua extrahantur ℥ vj. ſanguinis, ſed vbi corpus foret multum repletum extrahantur ℥ viij. Iſta fiat hora tertiarum ſtomacho ieiuno, & moueatur prius patiens de ambulatione itineratiua facili per vnum miliare ad minus luna potius creſcente quam decreſcente: & poſt ipſius commenſurationem per quatuor dies ad minus, quæ taliter fiat non exſiſtente aliquo contradicente, cuiuſmodi ſunt notabiles

G euacuationes præcedentes, corporis diſpoſitio ad choleræ ebullitionem vel incruditatem phlegmatis, & ſimilia. ¶ Minoratiuum facile ℞. *caſſiæ electæ* ℥ j. *diaſenæ* ʒ iij. *electua. hamech.* ʒ j. *ſeri caprini q. ſ.* Iſtud aſſumat die tertia poſt phlebotomiam ſupraſcriptam in aurora, deinde dormiat per horam mediam ad plus: tranſa[illegible] vna hora poſt aſſum[illegible]ius, fricet ſibi ventrem ſuauiter & ilia cum panno, lineo

Minoratiuum.

ſuauiter calido ter vel quater: poſtea dictum pannum retineat ſupra ventrem tandem ſurgat, & ſtet in A
camera feneſtris clauſis, interdum ſedendo, interdum deambulando, ſecundum quod magis placet, &
Digeſtiuũ. ſtet ieiunus per horas 5. &c. ¶ Digeſtiuum. ℞. *ſyrupi de fumoterræ ℥ j. iulep. ℥ ß. aquarum fumiterræ, endi-
uiæ, lupulorum ana ℥ j. miſce.* Iſtud ſumat quatuor diebus continuis in aurora calidum die immediate ſe-
Solutiuum eradicatiuum. quente diem aſſumtionis ſupraſcripti ſolutiui. ¶ Solutiuum eradicatiuum. ℞. *caſſiæ electæ ʒ j. diaſenæ, ele-
ctuarii hamech ana ʒ j. polypodii ʒ ß. aquæ fumiterræ ℥ j. ſeri caprini q. ſ. pro potione miſce, & fiat potio.* Hoc
ſolutiuum aſſumat die tertia poſt aſſumtionem ſyruporum ſupraſcriptorum, cum modis ſupraſcriptis
in minoratiuo hoc addito, quod per horas, quinque poſt aſſumtionem huius aſſumat cyathum vnum
aquæ hordei excorticati calidæ ſine ſacharo, deinde experiatur poſt per mediam horam ipſam ſecedere,
Digeſtiuũ vſuale. poſt comedat pro ferculo blites cũ boragine, vel petroſelino, &c. ¶ Digeſtiuũ vſuale & facile. ℞. *aquarum
fumiterræ ℥ ij. acetoſ. lupulorum ana ℥ j. ſachari albi ʒ j ß. miſce.* Iſtud aſſumat poſt eradicatiuum immedia- B
te ſupraſcriptum duobus diebus continuis cum modis in digeſtiuis obſeruandis. Aliis duobus diebus
continuis vtatur confectione infraſcripta. ¶ Solutiuum vſuale & facile. ℞. *caſſiæ electæ ʒ j. diaſenæ ʒ ij. po-
lypodii ʒ j. aquarum fumiterræ ℥ j. ſeri caprini, quantum ſufficit pro potione miſce, & fiat potio.* Iſtud aſſumat
die quinta a die prima digeſtiui ſupraſcripti, & poſt binam aſſumtionem confectionis infraſcriptæ, cum
Confectio digeſtiua & confortatiua. modis, vt ſupra. ¶ Confectio digeſtiua virtutum omnium confortatiua. ℞. *diadraganti frigidi ʒ iij. ſpe-
cierum triaſandalorum ʒ j ß. ſpecierum diarhodon ana ℈ j. miſce, & cum aqua acetoſæ q. ſ. fiat confectio ſolida
in morſellis.* Iſtius ſumat in mane morſellum vnum duobus diebus continuis poſt aſſumtionem ſyrupi ſu-
praſcripti, quibus non aſſumat dictum ſyrupum. Et ſic ex dictis aſſumtionibus digeſtiui vſualis, & etiam
Balneum pro brachiis, manib. & pedib. ſuperiorum reiteret aſſumtionem digeſtiui & ſolutiui vſualium, cum modis ſupraſcriptis. ¶ Balneum
particulare brachiis & manibus, & cruribus vlceratis, ſi aliquid iſtorum vlceretur. ℞. *hordei excorticati* C
*℥ j. foliorum blitis, maluarum ana M j. fumiterræ M iij. lupul. M j. acetoſ. M ß. caulium M j. furfuris ligati
in petia M ij. foliculorum ſenæ M j. viol. M j. radicum maluauiſci M ß. ſeminis fœnugræci ℥ j. ſe. lini ʒ j. bulli-
ant omnia ſimul in ſufficienti quantitate, aquæ pro balneo manuum, &c. vſque ad conſumtionem quartæ par-
tis aquæ & vſui reſeruetur.* In iſto balneo debite calido balneentur manus, & brachia, & crura, ſi vlceroſa
fuerint, ſingulis diebus ſtomacho ieiuno, videlicet ante prandium, & ante cœnam per vnam horam, in
quo balneo ſupraſcripto teneat membra per dimidium horæ, poſtea exſiccentur cum pannis lineis ſua-
uiter calidis, deinde cooperiat immediate dicta membra cum illis pannis, &c. ſub veſtibus, & ita retineat
per medium ß. horæ, quo balneo vti incipiat tertia die poſt aſſumtionem ſolutiui eradicatiui ſupraſcri-
pti: & ita vtatur ad libitum quouſq; liberetur. ¶ Vnguentum pro ſcabie. ℞. *lithargyri ℥ iij. myrræ, aloes ana*
Vnguentũ pro ſcabie. *℥ ß. ſalis gemmæ, ſulphuris, argenti viui exſtincti cum ſaliua hominis ana ℥ ß. areos ʒ j. lupulorum ℥ ij. ſeminis* D
*raphani garioph. ana ℥ j. ſarcocollæ ℥ ß. ſeminis acetoſi ʒ j. tartari vel greppæ, reſinæ pini ana ℥ ij. ſucci fumiter-
ræ, radicum lapatii, radicum enulæ ana lib. 1. chelidoniæ lib. 5. terebinthinæ lotæ ℥ vj. olei laurini lib. 1. mellis ℥
iij. axungiæ porcinæ ℥ iij. vitelli ouorum nume. 3. pul. pul. & puluerizata in aceto forti per duos dies infundan-
tur, deinde extrahantur ex dictis ſuccis optime incorporentur, aut lento igne, & cum cera alba, quantum
ſufficit fiat vnguentum molle.* ¶ Aliud vnguentum. ℞. *aloes ſpongiæ combuſtæ, thuris, maſticis ana ℈ j. argen-
ti viui exſtincti cum ſaliua ℥ ij. ſucci radicis chelidoniæ, enulæ ana ℥ ß. ceruſæ, lithargyri ana ʒ ij. axungiæ por-
cinæ ℥ ß. ſalis communis ℥ j. terebinthinæ ʒ j ß. vitellos ouorum numero ij. olei laurini ℥ ij. ceræ al. q. ſ. pro vnguento
molli vadat ad ſudatorium tertia die poſt ſumtionem ſolutiui vſualis vltimam*, & per ſex vel 7. ho-
ras poſt prandium diebus alternatis tribus aut quatuor, & non balneet ſe in ipſa, ſed faciat ſe frica-
ri cum panno lineo ter, & ter ſudet, & maneat in ſudatorio per tertiam horæ aut medium ad plus, E
poſtea intret lectum ſudatorii, in quo ſudet & dormiat, ſi poteſt, poſtquam autem ter vel quater inter-
miſſæ, vt ſupra, iuerit ad ſudatorium, poſtea adhuc redeat ſemel vel bis ad plus, ad ipſum ſudatoriũ dieb.
intermiſſis, vt ſupra, quib. vicibus, tunc balneet ſe, præcedente tamen ſudatione prius & fricationibus, vt
ſupra. Die vero ſequente vltimum balneum vngat ſe in ſero, cum vadit dormitum altero iſtorum vng-
uentorum, quorum primum efficacius eſt poſteriori vnguendo ſe totum tribus ſero continuis. Et ita
inunctus iaceat tota nocte inuolutus linteo. Si vero vellet Sudatorium efficacius, imponat balneo ſu-
praſcriptas res in balneo particulari manuum, &c. Vltima die a die ſequenti vltimam diem vnctio-
nis, modo ſupraſcripto introeat ſudatorium, & ſe complete lauet & mundificet, &c. vt ſupra dictum
eſt.

Cons. VIII. *Contra debilitatem virtutum naturalium & ſcabiem ſiccam.* F

Pilulæ. Solutiuum minoratiuum facile. ℞. *pilularum alephanginarum ℈ ij. de rheubarbaro ℈ j. miſce, & fi-
ant pilulæ vij. cum ſyru. de abſyn.* has aſſumat per horam ante diem & poſt ſtet in lecto per horam
cum dimidia, & poſt earum aſſumtionem maneat ieiunus horis quatuor, deinde prandeat bo-
Potio digeſtiua. rag. cum carnibus bonis. ¶ Digeſtiuum. ℞. *ſyru. de abſyn. ℥ j. de bizantiis & acetoſi ſ. ana ℥ ß. aqua-
rum cichoreæ ℥ ij. lupulorum ℥ j. miſce.* Iſtud ſumat vj. diebus in aurora continue calidum tertia die vel al-
Pilulæ eradicatiuæ. tera poſt aſſumtionem ſupraſcriptam, &c. ¶ Solutiuum eradicatiuum. ℞. *pilularum de rheubarbaro, a-
garici ana ʒ ß. zinzi. gran. ij. agaricus ipſe in fruſta minuta diuiſus, & non piſtatus infundantur per ho-
ras ſex in oxymelle. ſ. q. ſ. deinde piſt. piſt. & incorporentur, &c. fiant pilulæ vij.* Iſtas aſſumat poſt ſyru.
mane & ſtet in lecto per horam cum dimidia, deinde ſurgat & maneat ieiunus quinque horis. Et
ſi infra talem terminum quater vel quinquies eduxerit, ſumat lauatiuum, & ſit aqua cocta cum hor- G
Morſelli confortãtes. deo excorticato calida, & non tepida, quia inducit nauſeam. Si vero non tantum duxerit, pran-
deat. Et ſi ſumit lauatiuum, ſtet per horam poſt ad prandendum. ¶ Membrorũ naturaliũ, & proprie ſto-
machi,

A machi & epatis confortatiuum. ℞. *ſpecierum aroma. roſ. deſcriptione Gabrielis* ℈ ij. *ſpecierum diarho-
don abb. ℈ j. *coriandri præpara. non confec.* ℈ j. *ſacch. albiſſimi* ℥ iij. *miſce cum aqua abſyn. quantum ſufficit
formetur confectio ſolida in morſellis iij. pro quolibet. Iſtam aſſumat immediate poſt eradicatiuum, & ſer-
uet talem regulam, quod vna die aſſumat alia non, & ſic vltra per horam ante diem. ¶ Vnguentum pro- *Vnguentum.*
pter ſcabiem & pruritum propter denſitatem cutis. ℞. *terebinthinæ lotæ ter cum aqua fumiterræ quantita-
te ſufficienti ad hoc* ℥ ij. *vitell. oui numero ij. axungiæ porcinæ* ℥ ß. *butyri* ℥ j. *ſalis communis* ℥ j. *miſceantur o-
mnia ſimul ad lentum ignem, & totum redigatur in forma vnguenti*, cum iſto ſe vngat patiens per totum
corpus, vel vbi habet pruritum, & incipiat ſe vngere poſt aſſumtionem eradicatiui ſupraſcripti.

CONS. IX. *Contra pannum corporis.*

PRimo fiat phlebotomia venæ nigræ, ex qua trahantur ℥ v. ſanguinis. Et fiat hæc phlebotomia hora *Venæ ſe-*
B tertiarum ſtomacho ieiuno præcedentis ventris beneficio, & aliquali habito exercitio. ¶ Soluti- *ctio.*
uum minoratiuum facilimum. ℞. *caſſiæ electæ, ſucci roſarum, diaſenæ, polypodii, aquæ acetoſæ, ſeri ca- *Minorati-*
prini miſce, & fiat potio. Hanc potionem aſſumat, cum omnibus modis aſſumendi ſolutiua cum cuſto- *uum.*
dia, præterquam, quod ſi non vult, non dormiat nimis aut parum. ¶ Ventoſæ duæ cum ſcarificatione ap- *Cucurbi-*
ponantur natibus per ſex horas poſt prandium in die poſt ſolutiuum dictum: ex quarum qualibet ex- *tula.*
trahatur ſanguinis ℥ j. Item eædem ventoſæ apponantur ſpatulis per ſex horas poſt prandium, & hoc
fiat die quarta poſt appoſitionem ventoſarum primarum, ex quarum qualibet extrahatur ſanguis ad
quantitatem ℥ ß. ¶ Digeſtiuum. ℞. *ſyruporum de epithymo* ℥ vj. *de pomis* ℥ ß. *iulep. violati* ℥ iiij. *aquæ a- *Digeſtiuū.*
cetoſæ, aquæ lupulorum ana ℥ j ß. *ſandalorum rubeorum* ℈ ß. *miſce.* Iſto ſyrupo vti incipiat die im-
mediate poſt aſſumtionem ventoſarum primarum, & aſſumat octo diebus continuis. Et poſt aſ-
C ſumtionem ſtet ieiunus horis tribus. ¶ Solutiuum eradicatiuum ad idem. ℞. *caſſiæ electæ, diaſenæ, *Eradicati-*
rheubarbari, polypodii, electuarii hamech, aquæ acetoſæ, ſeri caprini miſce. ¶ Solutiuum vſuale facile. ℞. *uum.*
caſſiæ electæ, diaſenæ, polypodii, ſeri caprini miſce. Hoc ſolutiuum aſſumat ſemper poſt aſſumtionem *Solutiuum vſuale.*
ſyrupi immediate præcedentis, &c. ¶ Confectio digeſtiua epatis & ſplenis confortatiua. ℞. *diadra- *Confectio*
*ganti frigidi, ſpecierum triaſandalorum, diarhodonis abbatis, ſeminis acetoſæ, ſeminum communium, *digeſtiua*
ſachari albiſſimi miſce, & cum aqua lupulorum fiat confectio in morſellis ℥ iij. *pro morſello.* Iſtius con- *& confor-*
fectionis aſſumat vnum morſellum in mane cum ſurgit vna die, ſic & alia non, & poſt aſſumtionem *tatiua.*
ſtet ieiunus horis tribus ad minus, qua vti incipiat poſt completam aſſumtionem digeſtiui, & ſolutiui
vſualis, & ea taliter vtatur diebus, quibus non aſſumit digeſtiuum vel ſolutiuum. ¶ Balneum. ℞. *meli- *Balneum.*
*loti, ſe fœnugræci, lupulorum, melonum: Contundantur omnia craſſo modo, & bulliant in ſuffieienti quanti-
D *tatate aquæ pro balneo vſque ad conſumtionem tertiæ partis. In hoc balneo ſuauiter calido balneentur loca
pannoſa cum ipſius decoctione fricando. In quo balneo moretur per vnum octauum horæ. Eo autem vti
incipiat per integrum menſem, poſt aſſumtionem digeſtiui vſualis ſupraſcripti, & ipſo bis in hebdo-
mada taliter vtatur poſt prandium, prius tamen habito ventris beneficio. ¶ Balneum aliud efficacius. *Aliud effi-*
℞. *foliorum andacochæ viridium, ſambuci, meliloti, fici ſiccæ, ſeminum fœnugræci, lini, fabæ excorticatæ, hor- *cacius.*
*dei excorticati, cucurbit. baccarum lauri, lupinorum, raphani amygdalarum amararum, ſeminum caulium,
*chartami, croci, ficuum albarum, nucum rancidarum, cucurbit. contundantur craſſo modo, & bulliant, & fiat
balneum, vt ſupra. Quo balneo vtatur, vt dictum eſt de alio balneo. Et ipſo balneo vti incipiat in menſe
ſequenti poſt vſum balnei præcedentis.

CONS. X. *Contra pruritum corporis.*

E DEcoctio. ℞. *maluarum, blitis ana M j. furfuris M ß. fumiterræ M j ß. radicum enulæ & lapatii ana* *Balneum.*
lib. ß. ſedeat patiens in hac decoctione calida, deinde vngatur hoc vnguento ſequenti. ¶ Vnguentum. *Vnguentū.*
℞. *apii partes duas, radicum enulæ partem vnam, ſulphuris vini partes duas, ſaxifragiæ partem vnam,
*apium, & enula infundantur in aceto forti per duos dies, prius ipſis minutim inciſis, deinde reliqua ad-
*dantur & ſimul optime incorporentur, prius tamen piſtentur: iſto vnguento vngatur vel fricetur locus vel to-
tum corpus, vbi eſt pruritus, &c.

CONS. XI. *Contra ſudorem diaphoreticum.*

EX ſignis mihi per te eleganter ſcriptis, & ordinatim tranſmiſſis, videlicet infirmi quinquage-
narii habitudine macra, naturali complexione cholerici, & regimine ſuo debito quotidianis
ſudoribus, chronicis primo ipſi occurrentibus, deinde ex ipſorum ſudorum ceſſatione, & no-
F cturna emiſſione continua, mucoſitatis phlegmatis per ſeceſſum, licet recte per collyrium ſeu
ſuppoſitoriū: Arbitrandum eſt, tunc primo materiam fuiſſe phlegmaticam choleræ admixtā aut phle-
gma potius aquoſum, & maioris maſſæ, & minoris potentiæ. Phlebotomia vero ſatis ſubtilē maioris po-
tentiæ ad euaporandū, licet minoris maſſæ, cū ſudor ſit aquoſitas ſanguinis, cui pus cholericū eſt admix-
tum. i. pars ſubtilis humorum cuiuslibet indifferenter, ex ſubtilitate ſubſtantiæ proportionalis choleræ
apta cū vrinali aquoſitate, quæ eſt animi intra venas ad cutim a calido euaporare: deinde in hoc conden-
ſari ſudore, quāto magis, ſi phlegma ſit ſubſtantiæ ſubtilis, quia aquoſum eſt & admixtū choleræ ſubtili,
ex naturali complexione ipſius infirmi? Ceſſante vero dicto ſudore natura, & nō arte, & ipſæ mucoſita-
tes ſuccedentes, vt ſupra: Tunc arbitrandū eſt ſecundo phlegma mucilaginoſum multiplicatū eſſe, non
aptum ad cutim reduci ex craſſitie ſuæ ſubſtātiæ, licet ſecum cholera admiſceatur. Initiante autem mor-
G bo iam eſt octaua dies eius naturalis, vt febre acuta valde, vt ſcribitur, quæ etiam debet eſſe continua,
quia aliter non eſſet acuta valde, ſecum tā multarum inſtantiarum vigiliarum cogitationib. quibuſdam
melancholicis cum virtutis proſtratione: Arbitrandum eſt, non eſſe cholericam ſaltem vigore, aut cho-
leram aduſtā, licet maior maſſa poſſit eſſe phlegma: quod phlegma reſoluta cholera, tunc forte vigore &

maſſa dominabitur. Idcirco veram cholerã aut choleram aduſtam: q̃a non omnis mẽtis alienatio cũ lo- A
catione multa ſignificat melancholiam: ſed & vere choleræ aduſtæ ebullientis ſunt accidẽtia, quãto ma-
gis ipſis coniunctis cum febre acuta valde, & cita virtute magna proſtratione dicta? Ex oris vero tũc di-
ſtenſione, in pedibus & manibus iectigatione arbitrandum eſt, virtutem ſenſitiuam eſſe corruptã, ex o-
riginib. neruorum læſione a dicto phlegmate mucoſo, partim aquoſo & communicato, q̃ prius multipli-
cabantur, & totidem per inteſtina pars eius euacuabat, ſed nõ ita ſufficienter, ex quorũ phlegmatum cõ-
municatione dicta, timendũ eſt de futura paralyſi, ſi morbus dabit inducias virtutis. Ex ipſius autẽ pulſus
cadentia, vrina ſubſtantia turbida & omnino ſub iugali ſequeſtratione eius non debita, licet ſit aliqualis
nihil ſumme nutribile, alienatione cõtinua vitalis & animalis motione, debilitate intẽſa, in hora & totali
vigilia. Arbitrandum materiam acutã vigere, mẽbra principalia petere & ipſorũ temperiem mortificare,
& cerebri, cordis & epatis. Ideo prognoſticandũ eſt de morte amplius q̃ de vita, & proprie apparentibus B
omnib. his in ætate ſenili valde lapſa & habitudine multum tenui dicta licet Aui. *O quanta ſigna timoroſa*
Clyſtere. *vidimus de caſu pulſus, &c.* ſed quia hoc eſt rarum, ideo prognoſticandum eſt de morte. ¶ Clyſtere. ℞ *fo-*
liorum blitis, maluarum ana M j. mercurialis M ij. radicis altheæ M ß ſeminũ lini, chartami, fœnugræci ana
℥ ß. Vitellum oui j. caſſiæ ℥ j. hierapicræ, ſachari rub. ana ℥ ß. olei communis ℥ vj. ſalis cõis ℥ ij. herbæ, radices, &
Minoratiuum. *ſemina bulliant ſecundum canonem & ſumantur de colatura cyathi tres pro clyſteri.* ¶ Minoratiuũ. ℞ *mannæ*
℥ j. tamarindorum ℥ ij. diaſenæ ℥ j. aquæ fumiterræ ℥ j. ſeri caprini quantum ſufficit pro potione miſce, & fiat
potio. Fricationes. ¶ Fricationes fiant leues brachiis & cruribus, ſtomacho ieiuno & omnes fiant leues, ne
Cucurbitula. paralyſis adducatur. ¶ Ventoſæ ſine ſcarificatione apponãtur ſpatulis, vna primo ſpinæ, vbi collum con-
Lotio. iungitur dorſo, duæ pulpis carnoſis ſpatularum, quæ ponantur in die per ſex horas poſt prandium aut
ſeptem ad maius. ¶ Lotio. ℞ *foliorum chamomillæ. M j. roſarum M ij. ſaluiæ, radicis acori ana M ß. miſce,* C
deinde bulliant in ſufficienti quantitate aquæ vſq; ad conſumtionem tertiæ partis aquæ. Cum hac decoctione
ſuauiter calida lauentur brachia & tibiæ, ſtomacho ieiuno breui & leui fricatione, ne paralyſis adduca-
tur, vt ſupra. Quæ lotio fiat diebus intermiſſis, vid. 1 vna die ſic & alia die nõ, & taliter remittant ſecundũ
Digeſtiuũ. neceſſitatem. ¶ Digeſtiuum. ℞ *ſyr. de pomis ℥ j. oxyſacharæ ℥ ß aquarũ endiuiæ ℥ j. capillorum vene. ℥ j. mi-*
Eradicatiuum. *ſce, & aromatizetur cum corallis ru. ℈ j.* ¶ Eradicatiuum. ℞ *ſolut. ſuum ſuprascriptum ex manna & tama-*
rindis, &c. rheubar. electi ℥ j ß. rheubar. minutim inciſum non piſtatum infundatur in dictis ſero, & aqua per
horas 12. ad minus, deinde optime exprimatur & coletur & ſubſtantia abiiciatur, vltimo dictæ colaturæ reli-
Solutiuum vſuale. *qua omnia addantur, & fiat potio.* ¶ Solutiuum vſuale. ℞ *pilul. de hiera ſimplici ℥ ß. agarici polypo. rheubar-*
bari ana ℈ ß. ſalis gemmæ gran. j. ſpicæ gran. ß. corallorum ru. ℈ ß. miſce, & cum diaſena, quantum ſufficit &
Morſelli confortantes. *fiant pilulæ vij pro ℥.* ¶ Confortatiuum. ℞ *ſpecierum diarhodon abba. ℥ ß ſpecierũ triaſandalorum ſine cam-* D
phora ℈ ij. gemmarum, margaritarum, elec. de gemmis ſine ſpecieb. ℥ j ß ſpecierum diamuſ. hi dulcis ℥ ß. ſa-
chari albiſſimi ℥ x. miſce, & cum aqua capillorum veneris fiat confectio ſolida trium ℥ pro morſello. ¶ Con-
Pilulæ confortantes. fortatiuum aliud. ℞ *trochiſcorũ de rheubarbaro ℈ j ſpecierũ diarhodon abbatis ℥ ß ſpecierũ triaſandalorum*
ſine camphora ℥ j ſaluiæ, radicis acori, ſachari albiſſimi ana ℈ j. miſce, & cum melle ro. &c fiant pilulæ vij. pro ℥.
¶ Solutiuum. Reiterando ſolutiuum, ſiue minoratiuum ponatur loco mannæ caſſia fiſtula ℥ j.

CONS. XII. *Contra veſtigia, ſiue ſint rubea, citrina, liuida vel nigra.*

Linimentum. R*Ecipe farinarum cicerum, fabarum ana ℥ j. amyli ℥ ij. medullæ ſeminum melonum ℥ j. draganti,*
gummi arabici ana ℈ j. albuminis oui conquaſſati ℥ j. ceruſæ lotæ pluries cum aqua pluuiali ℥ j. deco-
ctionis vltimæ carnium abſtractarum, quantum ſufficit pro linimento miſce, & fiat linimentum. Hoc
Lotio. linimento vngatur locus veſtigiorum in nocte, in die vero lauetur cum iſta decoctione ℞ *vio-* E
larum M ij. medullæ melonis contuſæ craſſo modo ℥ ß. miſce & decoquantur. ℞ *amyli ℥ iij. draganti ℈ j. ce-*
ruſæ lotæ, vt ſupra ℥ j ß. lactis cuiuslibet, ſed melius aſinæ, quantum ſufficit pro linimento. Tum his ſimiliter
liniatur locus, vt ſupra. Si vero locus eſt tumefactus, retineatur aliquibus noctibus lamina plumbi ſub-
tilis ligata compreſſa ſuper dicto loco, prius tamen ipſo loco dealbato cum aliquo ex ſuprascriptis lini-
mentis, quibus vti debet alternatim ad libitum. ¶ Mollitiuum conſumtiuum & aliqualiter dealbatiuum.
Vnguentũ molle. ℞ *mucilaginum ſeminis althææ, lini ana ℥ j ß. fœnug. ſeminum communium maiorum frigidorum ℥ iij. ſarco-*
collæ ℥ j. ceruſæ lotæ pluries cum aqua anguriæ batecæ ℥ j pinguedinis gallinæ ℥ iij. olei liliorum alborum ℥ j.
ceræ al. quantum ſufficit pro vnguento molli miſce, & fiat vnguentum molle. Hoc vnguento vngatur, vt ſupra.

CONS. XIII. *Contra totius corporis extenuationem & virtutum naturalium debilitatem ex mala comple-*
Fercula. *xione calida & ſicca prouenientem cum inclinatione ad hecticam.* ¶ *Fercula conuenientia.* F

PAnatella & mica panis debite fermentati triturati cocta in brodio aliquarum infraſcriptarum
carnium laudabilium iuuat quocunque tempore anni. Panatella ex bolis panis coctis in brodio ſi-
mili. Offa ſolius panis cum dicto brodio aut, &c. cum modico modici caſei mollis non ſaliti, aut
ſaltem remiſſe ſalſi. Panatella facta ex ſcaletis ſacharatis cum dicto brodio, ptiſana hordei cum dicto
brodio, ptiſana amyli, iuidem far ſpeltæ. Ptiſana frumenti iuuat ſolum tempore frigido. Ferculũ ex blitis
partibus duabus, & boragine parte vna, nõ abiecta prima aqua ebullitionis ipſarum herbarum. Brodeti
ex vitellis ouorum in brodio pulli & modico ſachari, &c. facti ſine mica panis ad libitum. Cucurbita fa-
cta cum vitello oui, & albumine, & agreſta cum ſuo racemo & modico croci. Et tantum tempore calido
Carnes. iuuat aliquando in hebdomada, ſed non ſæpe. ¶ Carnes. Pulli maioris ætatis menſium duorum, nec am-
plioris vnius anni, perdicis, phaſiani, hædi, vituli lactantis, caprioli ſyluestris vel ſimiles carnes laudabi- G
les. Virtutum naturalium refectiuum, & humidi ſubſtantifici reſtauratiuum humorumque æquatiuum
& inteſtinorum lenitiuum. In aurora ſtomacho ieiuno aſſumat ſaltem ℥ vj. brodii pulli debitæ deco-
ctionis, ℥ ß. ſachari albiſſimi trium coctarum ſimul mixta, & ipſius pulli ſaltem menſium quatuor. Hoc
vero

A vero brodio debite calido, & nō tepido vtatur ſaltem omnibus alternis diebus, ſeu omnibus intermiſſis
diebus in ſingula hebdomada quocunq; tempore anni. Sed melius eſt eo vti taliter in ſingulo die, & iam
quocunq; tempore anni. ¶ Virtutum naturalium refectiuum, vt ſupra ꝓxime efficacius ipſo priori pro- *Refectiuū.*
ximo. ℞. *aquæ carnium ꝓxime elixatarum quātum ſufficit pro ferculis comedendis ſecundum cano. meum in*
pluribus meis conſiliis deſcriptū, vbi de hoc. In hac aqua carnium ab ipſa aqua omni pinguedine ſupernatante
condiantur omnia fercula ſua. In iſta aqua carnium cōdiantur ſolum prandium, & cœna ſua oēs. ¶ Virtu-
tum naturalium confortatiuum, & proprie epatis humidiq; ſubſtantifici membrorum oīum reſtaura- *Morſelli eō*
tiuum, & intenſæ malæ complexionis calidæ & ſiccæ correctiuum, & amplius ipſius diuturnæ malæ cō- *fortatiui.*
plexionis caloriſq; naturalis cōfortatiuum pulparum, alarum & pectoris caponis, debite pinguis & non
antiqui. ℞. *perdicis, phaſiani vel hædi, quæ ex his quatuor carnium ſint ipſi gratiores ℔ iij. amygdalarum dul-*
B *cium excorticatarum ℥ j. pinearum mundatarū, deinde infuſarum in aqua feruenti quater, & poſtea expreſ-*
ſarum: Vltimo in vmbra exſiccatarum ℥ j. phiſticorum ℥ j. auellanarū mundatarum ℥ ß. iniubas numero ſex,
ſeminum cōmunium maiorū frigidorum ℥ j. minorum frigidorū ℥ ß. maluarū ʒ iij. portulacæ iterum ʒ ij. paſ-
ſularum paruarum, magnarum, ſebeſten an. ʒ ß. amydi ℥ j ß. liquiritiæ raſæ & mundæ ℥ ß. dragaganti, gum-
mi arabici an. ʒ iij. mucilaginis cydoniorum ℥ ß. elec. regum ʒ iij. menthæ ſiccæ ʒ j. nucis moſcatæ ʒ j ß. macis
ʒ j ß. ſcoriæ ferri ʒ j. ſpecierum aromatici roſ. deſcriptione Gabrielis ʒ iij. tria ſandalorum ſine camphora ℈ ij.
gemmarum & margaritarum elec. de gemmis ſine ſpeciebus ℥ ß. penidiarum partes ij. ſacchari albiſſimi triū
coctūrum partem vnam, de ambobus his ſimul quantum ſufficit pro confectione capo. vel aliæ carnes dictæ ipſi
gratiores coquantur debite, deinde dictæ pulpæ ab aliis carnibus ſeparatæ extrahantur, & incidantur minu-
tim, & poſtea piſtentur ſubtiliter, & ita alia piſtanda piſtentur: & pul. pul. ſubtiliter. Vltimo, reliqua omnia
C *addantur cum aqua abſynthii partes duæ, bugloſſæ partem vnam, de ambobus his quantum ſufficit pro confe-*
ctione fiat confectio ſolida in morſellis trium ʒ. pro quolibet morſello. Iſtius confectionis reſtauratiuæ, &c.
aſſumat morſellos duos, mane ſaltem per duas horas ante prandiū: & iterum duos morſellos per vnam
horā ante cœnam in ſingulo die quocunq; tempore anni. Caliditatis renum aliqualiter remiſſiuū, ſicci-
tatis eorundem & totius dorſi correctiuum, & partim ipſorum humectatiuum. ℞. *oleorum violati ℥ ij.* *Vnguen-*
amygdalarum dulciū, ſiſami ana. ℥ j. cydoniorum ℥ ß. butyri recentis ſine ſale, ſeminū communiū minorū fri- *tum ad*
gidorū an. ℥ ß. dragaganti, gummi arabici. an. ℥ ß. vitellos oui numero ij. boli armeni ʒ iij. ſeminis acetoſæ ʒ j. *caliditatē*
raſuræ eborum ℥ j ß. ceræ albiſſimæ q. ſ. pro vnguento molli, dragagāti, & gummi arabicū infundantur ſaltem *renum.*
per diem naturalem, in partes dictorum oleorum quantū ſufficit ad ipſorum amborum debitā imbibitionē &
mollificationem. deinde reliqua pul. pul. ſubtiliter, vltimo omnia ſimul optime incorporentur, & fiat vnguentū
D *molle ad lentum ignem.* Ex hac vnctione actu frigida tempore calido vngatur ſpina tota a collo excluſiue
vſq; ad os caudæ incluſiue, & ſic ſaltem per quatuor digitos lateraliter, vngatur tota ſpina bis in ſingulo
die cuiuslibet hebdomadæ præterquam tempore frigido, ſtomacho ieiuno, videlicet ante prādium ſal-
tem per horam vnam, & ante cœnam per tantundem; deinde ſpina ipſa non exceſſiue calida remaneat,
ſed tantum ſuaui caliditate taliter retineatur. Virtutum naturalium confortatiuum & proprie ipſarum
virtutū membrorum naturalium, & proprius epatis, & propriiſſime ſtomachi oppilationumque mem-
brorum eorundē deoppilatiuū. ℞. *ſyr. de abſynth ℥ j ß. de mentha ℥ ß. aquæ decoctionis abſinth. ij, aq. cichoreæ* *Potio de-*
an. ℥ j ß. miſce. Iſtum ſyru. aſſumat in aurora debite calidū & non tepidum, quatuor diebus continuis in *obſtruenē.*
ſingula medietate menſis cuiuslibet, & poſt ipſius aſſumtionem ſtet patiens ieiunus horis tribus, & ite-
rum dormiat ad libitum, ſed tñ non amplius duab. horis, virtutum naturaliū confortatiuū, &c. vt ſupra
E immediate. Efficacius ipſo priori immediate. ℞ *trochiſci de abſynth. ʒ j ß. de rheubar. ʒ ß. de cāphora ℈ ß.*
Syrupi de abſynthio quantū ſufficit ad omnia debite incorporandū. Pul. pul. ſubtiliter deinde omnia ſimul opti-
me incorporentur in mortario cum piſtillo. Vltimo ex hac maſſa formentur pilulæ. vij. pro. ʒ. ſolum temporibus
illis quibus pilulas ipſas aſſumere voluerunt. Si vero medicamen congruit efficacius priori immediate, tūc
iſtarum pilularum aſſumat a tribus vſq; ad v. ad libitum, in aurora duobus dieb. ſingula hebdomada ab-
inuicem diſtantibus per alios duos dies. In quibus aliis diebus dictas pilulas non aſſumat. Virtutum na-
turaliū confortatiuum, vt proxime ſupra. ℞. *trochiſcorū de eupatorio ʒ j. de rheubarb. ℈ j. ſpecierū diarho-*
don abbatis ʒ ß Abſynthii ſicci, terreni & nō marini ℈ j. ſyr. de abſynth. quantū ſufficit ad omnia debite incor-
porandum. pul. pul ſubtiliter, deinde ſimul omnia incorporentur in mortario cum peſtillo. Vltimo ex hac maſſa
formentur pilulæ. vij pro. ʒ. Si vero permutare contingat, tunc iſtarum pilularum aſſumat a tribus vſque
F ad quinque ad libitum in aurora, & vt de alio medicamine proximo ſupraſcripto compoſito de troch.
de abſynthio de rheubarbaro, vt ibi.

Cons. XIV. *Contra ſupercalefactionem corporis ex itinere, aut alia de cauſſa tempore caumatis.* *An conue-*

Quæritur primo, vtrum phlebotomia ſit molienda, & hoc propter ſupercalefactionem corporis *niat venā*
ex itinere longo tempore feruentis caloris: Item propter inordinatum regimen rerum non na- *ſectio.*
turalium, & proprie ex copia fructuum, quorum eſt ſupercal. facere putredine, licet frigidi
ſint formaliter. Reſpondetur vt hic infra. videlicet ex præſenti diſpoſitione non fiat phlebo-
tomia quia ętas notabilis ſenii vt ſic phlebotomię contradicit, fluxus notabilis ventris præcedēs a phle-
botomia excuſat, fluxus præcedens dictus etiam ipſi phlebotomiæ aliqualiter contradicit. Vrina non
indicat de phlebotomia, & nec alia ſigna ebullitionis ſanguinis adſunt. ¶ Cura dictæ ſupercalefactio-
G nis. ſ. & ſolutiuum minoratiuum facile. ℞. *mannæ ℥ ß. tamarindorum ʒ iij. aquæ violarum ℥ j. ſeri capri-* *Minoratiū-*
ni quantum ſufficit pro potione miſce, & fiat potio. Item medicinæ remouentes dictum feruorem caloris. *uum.*
℞. *iulep. violati, ſyru. endiuiæ ana ℥ j. ſeminum cōmunium maiorum frigidorū ʒ ij. aquæ epaticæ ℥. ij. capillo-*
rum veneris ℥ j. miſce. ¶ Solutiuum eradicatiuum. ℞. *caſſiæ fiſt. ℥ j. tamarindorū ʒ iij. aquæ violarum ℥ j. ſe-* *Eradica-*
tiuum.

Morſelli cõfortãtes. *ri caprini quantum ſufficit pro potione.* ¶ Confectio confortatiua dictorum membrorum digeſtiua & alteratiua feruoris. ℞ *ſpecierum triaſandalorum* ℥ j. *diarodon abbat.* ℥ ß. *diadraganti frigid.* ℥ iiij. *miſce & cum iulepo viol. quantũ ſufficit. fiat confectio ſolida in morſellis* ℥ iij. *& hoc in mortario ſine igne.* A

Verũ vẽter fluxibilis ſit cohibẽdus. Secũdo quæritur, vtrum venter fluxibilis notabiliter quatuor diebus naturalibus continuis præteritis, licet non valde ſuperflue fluxibilis fuerit, ſit nunc cohibendus.? ¶ Reſpondetur ex præſenti diſpoſitione, non eſſe reſtringendum quia fluxus humoralis eſt paruus in præſenti venter fæcat & fæces ſunt iunctæ debite. Non eſt lienteria. Aliqualis humor cholericus ſeceditur & modicus vna cum fęcibus, ſed fęcibus non cõmixtus. Et fluxus dictus non eſt diuturnus, ſed modici tẽporis cum conſtantia virtutis. ¶ Tertio quæritur pręſeruatio a futuro dolore & etiã aliqualis cura præſentis doloris ex calculo in viis vrinalibus. Item ex ventoſitate in inteſtinis ſtomacho, &c. *Præſeruatio a futuro dolore.* Reſpondetur ſi ex ſumtis cibus medicinis ꝓpriis ad dictum feruorem caloris, ergo non curabitur, nec præſeruabitur a dictis doloribus ex calculo, &c. tunc ex eo caſu dictas medicinas infraſcriptas aſſumat. B

Minoratiuum. ¶ Solutiuum minoratiuum facile. ℞ *caſſiæ fiſtul.* ℥ j. *bened. ſimplicis.* ℥ iij. *aquæ aſparagorum.* ℥ j. *ſeri caprini quantum ſufficit pro potione miſce & fiat potio.* *Digeſtiuũ.* ¶ Digeſtiuum. ℞ *ſyr. de byzantiis.* ℥ j. *oxymellis ſimplicis* ℥ ß. *aquarum aſparagorum, ſaxifragiæ an.* ℥ j ß. *miſce.* *Eradicatiuum.* Solutiuum eradicatiuum. ℞ *caſſiæ fiſt.* ℥ j. *aquæ ſaxifragiæ* ℥ j. *ſeri caprini quantum ſufficit pro potione miſce & fiat potio.* ¶ Mixtura confortatiua digeſtiua reſolutiua & comminutiua & prouocatiua. ℞ *elect. lithontribon.* ℥ j. *lapidũ lincis, iudaici, ſpongiæ milli ſolis an.* ℈ j. *aquarum ſaxifragiæ, ſcolopendriæ an.* ℥ j. *miſce.* *Clyſter.* ¶ Clyſtere. ℞ *decoctionis infraſcriptæ immediate colatæ cyathos iij. vitel. oui numero j. caſſiæ fiſt.* ℥ j. *bened. ſimplicis, ſacchari rub an.* ℥ ß. *olei aneti, chamomillæ an.* ℥ iij. *ſalis communis.* ℥ ij. *miſce & fiat clyſtere.* *Fomentatio.* ¶ Fomentatio paranda cum ſpõgiis locis dolentibus doloris mitigatiua, aperitiua & prouocatiua. ℞ *paritariæ M iij. pulegij, calamenti an. M j. ſenationum M j ß. chamedreos, chamepitheos. an. M j. florum aneti M ij. florum chamomillæ, meliloti an. M j ß. ſauinæ folij an. M ß. radicum althææ M j. ſeminum feniculi, aniſi, carui, ameos, ligni fœnugræci, carthami ana.* ℥ j *herbæ, radices, flores, ſemina omnia bulliant in ſufficienti quantitate aquæ pro fomentatione & clyſteri vſq; ad conſumtionem tertiæ partis aquæ. In hac decoctione calida ſpongia infundatur, deinde expreſſa aqua a ſpongia loco dolenti ſpongia panno innoluta actu calida apponatur, &c.* C

Cons. XV. *De ægritudinibus capitis. Contra dolorem capitis.*

Caſus in terminis eius.

Cauſſæ. EST dolor capitis per communitatem non abſolutam a ſtomacho principaliter proueniens, ad quem cauſſandum ſecundum plurimum concurrit ſplen aut materia in mirach exiſtens, & non raro renes ipſum dolorem faciunt. Cuius cauſſa immediata ſiue cõiuncta ſecundum plurimum eſt vapor mixtus ex vapore phlegmatico, in maſſa vaporoſa dominante & melancholico ſubdominante: aut ventoſitas, nunc ſimplex, nunc compoſita, vt ſupra a ſtomacho immediatius ad anteriorem partem capitis tranſmiſſa: aut vapor ſimul phlegmaticus ad poſteriorem partem capitis caliditate renum eleuatus. Exiſtimo enim vaporem communem a fæcibus eleuatum, quæ longo tempore continue in eo retinentur non parum fouere ipſum dolorem. ¶ Cauſſa autem antecedens eſt materia ipſa phlegmatica in ſtomacho per viam indigeſtionis multiplicata, ſiue materia phlegmatica per caliditatem exceſſiuam renum ad caput trãſmiſſa, vt ſupra; & melancholia naturalis in ſplene aut mirach exiſtens, vt exiſtimo, aliquando etiam aliqualiter aduritur. Cauſſa primitiua eſt omnis res quæcunque ſit phlegmatis aut melancholię generatiua, virtutis digeſtiuę ſtomachi, aut quomodolibet aliter ipſius ſtomachi, aut ſplenis vel mirach debilitatiua, ſed principalius digeſtiuæ, & omnis res, quæcunq; eſt renum calefactiua; de quibus omnibus principalis ſermo fiet infra. Ex quibus omnibus apertæ ſunt omnium ſuorum accidentium cauſſę, quas aſſignare cum ei pergratiſſimum fore intelligam, hoc in loco non pigebat & iuxta ordinem ſcripturæ ſuæ. ¶ Solutiones de accidẽtibus. Ad primum, quia dicit ſe ſentire dolorem in ſtomacho: *Vnde patienti dolor ſtomachi.* patet quia ventoſitas aut vapor eſt cauſſa illius & præcipue vẽtoſitas per indigeſtionis viam cauſſata. Quod autem declinat ad latus ſiniſtrum, patet, quoniam exiſtimo ſplẽ debilitatus eſt & ab illo forte, &c. venit ventoſitas aut ad ipſum a ſtomacho mandatur, & ex eadem cauſſa patitur nocumẽtum in corde ex malo vapore, eleuato ad ipſum vel ſaltem ad os ſtomachi, quod cum cordẽ maximam affinitatem habet & propinquitatem, ita vt antiqui dolorem oris ſtomachi, præcordium ſiue dolorem cordis nominauerunt vt *ſect. 4. aph.* & commento 17. Et in aſſumtione cibi ſedatur dolor, quia vapor & ventoſitas reprimitur: ſed cum incipit cibus calefieri, tunc augetur dolor, & eſt proprium ſignũ quod a ſtomacho veniat immediate. ¶ Ad 2. ſentitur in parte anteriori, vt qui eſt a ſtomacho propter aſpectum eius ad ſinciput interdum in poſteriori propter renes, & propter eandẽ cauſſam in ſpatulis ſuo modo vel ſcapulis. *Vnde dolor in ſpatulis.* Et cauſſa doloris in ſpatulis eſt, nocumentum in ore ſtomachi exiſtens vt *13. tertij de debilitate ſtomachi.* Et quia os ſtomachi decimitertii ſpondyli dorſi alligatur, quod eſt inter ſpatulas ſiue ſcapulas hinc, &c. Verum dolor ventoſus eſt mobilis, non enim figitur vno loco, ſicut humoralis ſed mouetur de vno loco ad alium: & ideo aliquando eſt dolor in collo ſuo, ex ventoſitate replente & extendente neruos colli ad diuerſas differẽtias poſitionis. Et quod ita ſit, patet ex eius ſubita inuaſione & ſubito eius receſſu. Quod autem memoria labatur, patet ex dolore illo debilitante virtutem ipſam, cum dolor ille maxime debilitat, & quia vapores eleuati humidi exiſtentes organum memoriæ diſproportionatũ cum ſicco vigorantur, & ex eadem cauſſa apparent muſcæ ante oculos, quia vapores eleuati inter corneam & pupillam virtuti viſus repræſentantur. Vnde indicat in aere eſſe atoma velut muſcas, & huius corruptus vapor vel ventoſitas aeri materiali occurrens in aure facit ſonitum. ¶ Ad 3. de dolore vmbilici, &c. *Vnde dolor vmbilici.* ventoſitas craſſa eſt cauſſa, cuius ſignum, quia ſtatim emiſſa ventoſitate per inferius, remouetur dolor. *Vnde dolor renum.* ¶ Ad 4. de dolore renum, &c. patet ex dictis ſupra. & quod anhelitus difficultetur, &c. patet

vento-

A ventoſitate extendente panniculos pectoris ſaltem verſus dorſum cui alligantur. ¶ Ad 5. aliquando dolor eſt in vna tibia, aliquando in alia, patet quoniam motus ventoſitatis eſt ad inferiora propulſæ. ¶ Ad 6. de calefactione manuum dicitur, quod ex debilitate vaporũ a ſtomacho ad extremitates. ſ. ad manus & ad pedes ex debilitate ipſius contingente magis in oppoſitione, & coniunctione lunę. ¶ Ad 7. dico, quod cauſſa ſtipticitatis ventris ſit debilitas virtutis expulſiuæ, ſtomachi cauſſata a frigiditate eius & ſiccitate aliquali a materia melancholica ad ſtomachum, a ſplene tranſmiſſa. Vnde hæ duæ ſe iuuant in faciendo ventrem ſtipticum vt. *ſect. 2. aph. commento 2.* ad quid concurrit fortitudo attractiuæ epatis vnde chylus perfecte ab epate attrahitur, ita vt fæces duræ remaneant, quæ poſtmodum eductioni reducuntur in epate cuius ſignum, quia optime nutritur, & etiam eſt vna de cauſſis Galeni *allegato cap.* Credo prēter has concurrere viſcoſitatis humoris phlegmatici multiplicati, qui facit partes fæcales multum adhęrere pa-
B rietibus inteſtinorum, propter quod diu retinentur & calor inde non ceſſat in eas agere, quare indurãtur, & ſignum huius eſt q̃m cum exeunt ſemper, exeunt cum talib. mucilaginibus ita, vt quandoq; propter viſcoſitatem ſequatur inteſtini vlceratio ſuperficialis, ita, quod in ipſis apparet aliquid ſanguinis, ad quod etiam facit aſperitas & durities ipſarum. ¶ Ad 8. quod de phlegmate educatur per nares, patet, quia ipſum phlegma multiplicatur in cerebro, ex aſcenſione vaporum phlegmaticorum ad ipſum peruenientium, ad quod concurrit virtus cerebri digeſtiua facta debilis, tum ex dolore ipſorum, ex mala complexione vaporum ipſorum, quod quidem phlegma per nares, tanquam per loca expulſioni cerebri conuenientia ad extra mittitur, inſtante autem dolore, nihil egreditur, propter fortem debilitatem virtutis expulſiuæ, quæ etiam pro tunc debilitatur: vnde ceſſante dolore virtus expulſiua vires aſſumit & inde nociuum a ſe expellit. ¶ Ad 9. quod ſtante dolore fugit conuerſationem, & dicitur, quod con-
C tingat ex vaporibus multis eleuatis perturbantibus ſpiritum, & per conſequens rationem. ¶ Ad 10. patet ex eodem fundamento, quoniam illa ſomnia fiunt propter tenebroſitatem ſpirituum tenebratorũ, ex vapore illo melancholico ſecum mixto. ¶ Ad 11. dico licet multæ poſſint eſſe cauſſæ deſiderii coitus, exiſtimo tamen in eo caliditatem renum eſſe, in cauſſa & ſimiliter epar, vnde renes & epar ſunt cauſſa deſiderii coitus, vt Auic. *23. tertii. cap. primo.* erectionis autem eius frequenter eſt ventoſitas, in eo multiplicata. Quod autem ventoſitas hoc faciat patet ex Auic. *allegato loco. cap. 2.* ¶ Ad 12. intenſio appetitus eius eſt frigiditas humoris, in ſtomacho multiplicati, & corrugatio partium oris ſtomachi conſequens impreſſionem factam a vapore melancholico, vel fortaſſe humore. ¶ Ad 13. dicitur iectigationes, ex vẽtoſitate ſub cute membrorum clauſa contingere. Horribilationes vero ex horribilitate vaporum ſimplicium vel compoſitorum, vt ſupra ſuper membra ſenſibilia, ipſorum vt in principio paroxyſmorum cõ-
D tingere quandoq; conſueuit. Ex quibus omnibus viſum eſt mihi, & licet leuiter, ad interrogationes de ſuis accidentibus fore ſatisfactum. ¶ Ad ea autem, quæ de vita, tum ex parte ciborum, tum ex parte electuariorum, ſiue confectionum ſatisfaciam pro poſſe in his quæ ſequuntur. Æquo itaque animo patiatur, ſi de eis dilatationem faciam, atque alium ſeruauero ordinem ab eo, quem ſua ſcedula ſcriptum inueni. Accedens itaq; ad id, quod ipſius maxime deſiderio expectare ſentio, vt ipſi pro poſſe ſatisfaciam, hoc medicinali calle procedam iuxta ſententiam Auic. *4. primi. cap. primo.* vt primo diætam in ſex rebus, non naturalibus ponam, deinde exhibitionem medicinarum ei adiiciam, ſubiungendo *can.* amborum eorum in obſeruatione neceſſario.

Cur dolor aliquando in vna tibia, aliquando in altera.
Vnde calefactio manuum.
Vnde ſtipticitas ventris.
Vnde phlegmatis emiſſio per nares.
Cur ſtante dolore patiẽs fugiat conuerſationem.
Vnde triſtia ſomnia.
Vnde deſideriũ coitus.
Vnde intẽſio appetitus.
Vnde iectigatio.

Cap. I. *De ſex rebus non naturalibus, & primum de Aere.*

E Res non naturales, in quibus conſiſtit diæta, ſunt ſex. videlicet aer. Et licet auctores de aere, ſolum videantur facere mentionem, tamen ſub eo comprēhendere debemus etiam alia tria elementa, & eis annexa, & de eis tractare, vt expediens fuerit propoſitis. ¶ Ab aere itaq; initium faciens, qui maxime neceſſarius & ineuitabiliter nobis occurrit. Dicendum, quod debeat ſibi cauere hic noſter patiens ab aere calido, vehementer frigido, ventoſo, nebuloſo, a vento boreali, á vento auſtrali, a radiis ſolis, præcipue æſtatis, ab æſtuariis ſiccis vehementer calidis, & ſi fuerint conſuetudinaria, ſed eis moderate calidis vtatur tempore magni frigoris. De rectificatione vero nihil in præſentiarum, quoniam non duxi neceſſarium. ¶ Faciem igni non oſtendat ſeu calefaciat, neq; apud ipſum dormiat; præcipue poſt aſſumtionem cibi, vt nonnulli conſueuerunt. De aqua ſeu de proportionali aquę. ¶ Caput ſuum lauet cũ lixiuio dulci,
F & non cum aqua frigida vel calida ſimplici: in quo lixiuio bulliant chamomilla, laurus, roſa hoc modo. videlicet. ℞ *chamomillæ partem j. roſarum, lauri an. partem* ß. ¶ Prius tamen quam caput ſuum lauet, faciat capillos emouere cum raſorio, deinde ducat ſuper capillos vitellum vnum oui aut duo ad libitum, poſtea lauet cum modico lixiuio. Et exſiccet caput pannis mediocriter calidis & ſuauiter fricando; caput vero eius teneat coopertum die ac nocte, ſecundum quod videbitur ei expedire, ſecundum temporis conſtitutionem: ita tamen, quod non teneat caputium vel byretum nimis calidum, nec nimis leue. In hoc autem oportet, vt ſit huius rei æquus moderator. ¶ De terra autẽ, & habitatione eius nulli dubium eſt, quod eius determinatio congruiſſima foret hoc loco, cum alia & alia alterius, & alterius diſpoſitione ſit conuenientior: ſed quia exiſtimo ciuitatem ſuam, & loca ſuæ habitationis fore ſibi maxime congrua, hinc de ea ſuperſedeo.

Ignis.
Aqua.
Lixiuium.
Terra.

G Cap. II. *De cibo & potu.*

Secunda eſt cibus & potus. ¶ Prius autem de cibo ſermonem faciã annectendo cibaria ei conuenientia, quib. ſine nocumento ſaltem notabili vti poterit, ſubiungamq; cibaria eidẽ nociua, in quorũ vſu lædet notabiliter. ¶ Et quia panis inter cibaria ſe habet tanquam materia prima, hinc de ea prius. ¶ Panis ſit de

Panis.

ſit de frumento vnius anni ad plus, non perforato ſed mundo, ab omni alio grano & præcipue ab oleo, A
nato in loco ſicco, nõ paludoſo ſeu valloſo, & ſit de ſimila, ſeu de flore farinæ eius, bene pinſatus, fermẽ-
tatus & coctus vt decet, in eius factione ponatur modicum ſalis, vt moris eſt, ſit frigefactus non calidus,
vnius diei & non durus, plurium dierum, de quo comedat quanto minus poteſt & eum mundet ſaltem
a cruſta inferiori. De pane autem ſpeltæ nullo modo comedat, quia nocet ſtomacho & generat ventoſi-
tatem & rugitum. eſt enim frigida. & viſcoſa ex quib. patet etiam, quod a paſtilitiis debeat omnino abſ-
tinere, vt ſunt alaganæ cruſtæ tartari, ſeu artocleari lauelli, macarones, paſtelli & huiuſmodi. ſunt enim
duræ digeſtionis, oppilatiua, ventoſitatum & phlegmatum multiplicatiua.
Carnes cõuenientes. Quantum ad carnes initium faciens a bipedibus pullinæ gallinaceæ iuuenes domeſticę & gallinæ de-
ſerti caponum, perdicum, phaſianorum, turturũ, ſcarnę iuuenes, auiculę paruę in rubis degentes, turdi,
merulæ: Et meliores ſunt, quæ cum nocticorace ſeu aue capiuntur, q̃ cum rete. ¶ Ex quadrupedib. con- B
uenientes ſunt hedinæ vitulinæ manzinæ vnius anni, duorum dierum aut trium ad minus, & præcipue
tempore frigido capreolinæ iuuenes. hæ. n. mirabilem proprietatẽ habent inter carnes alias ſylueſtres,
leporinæ iuuenes (his tñ duabus raro vtat̃ cum abſolute nutrimentum præbeãt melancholicũ, arietinæ
Carnes inconuenientes. iuuenes, teſticuli caſtrati, aut vituli. ¶ Carnes inconuenientes ſunt hę. vcz & vt s̃. a bipedib. incipiens, an-
ſerinæ, anetinæ, qualearum, bipionum ſeu columbarũ iuuenum. ſunt. n. ex his, quæ maxime cerebro nõ-
cent & præcipuæ aſſatæ aues in aquis degentes, pauonum, gruis, &c. ¶ Ex quadrupedib. ſunt hæ. vcz bo-
uinæ, vaccinæ, porcinæ domeſticæ, recentes & ſalitę. porcinæ vero iuuenes ſylueſtres & recẽtes ſunt mi-
nus nociuæ, quibus interdum & raro vti poterit. Salcitiæ ſiue illę & oĩs confectio, ſiue omne cõpoſitum
ex carnibus ſalitis porcinis & recentibus agnellinæ, pecudinæ, arietinæ, antiquæ ceruinæ, cutes aĩalium,
cerebra eorũ inteſtina. Licet vti poſſet epate gallinarũ aſſato, ſed aliis raro & in modica quantitate præ- C
ſertim dum, &c. Et eius ſtomachus eſt magis rectificatus, quo tẽpore poterit etiã ad inconſueta tranſire.
Piſces. Piſces conuenientes ſunt parui, petroſi & piſces in eius patria laudati ſuo tẽpore de aquis mundis & cur-
rentibus, quibus vtatur raro & in modica quantitate. Euitandi ſunt cancri. ¶ Omnia conchylia, qm̃ ſua
nitroſitate multum nocent interiori tunicæ ſtomachi, magni, ſaliti, vt ſturiones, thonina, morona, &c.
Oua. anguillæ, tencæ, lucii valloſi, & breuiter piſce non delectetur. ¶ Ouis gallinarum vti põt & ipſis a macris
gallinis genitis inter nouilunium & plenilunium, & ſint tremula & ſorbilia. Inconuenientia ſunt, dura,
Lacticinia aſſata, frixa. ¶ Butyrum euitet, quia villos ſtomachi mollificat. Lac. n. eſt de eis, quorum vſu debilitat̃ ſto-
machus. Auic. 13. *tertii cap. de his quorũ vſu, &c.* tñ quia ipſum eſt maxime in vſu in regione illa huic addo
remotionẽ nocumenti eius, vt eo nondum, ſed raro vti poſſit. ſit igitur recens & cum eo ponantur aro-
mata confecta hoc modo videlicet. ℞. *myrti.* ℥ j. *cinamomi.* ℥ ß. *ſacch. eptimi.* ℥ iij. *puluerizetur omnia ſub-* D
tiliter, & fiant inde omnia aromata, &c. Caſeum vitet ſalitũ. ¶ Caſeus recens ſine ſale ſtomachũ cõfortat,
caſeus cum ſale factus moderate, qui apud nos dulcis dicitur, & raro in modica quantitate. Caſeus vnius
anni cum dimidio vel duorum, ita vt de eo poſt cibum aſſumat tres bolos & non plures, vt infra *in can. 8.*
Scias quod talis non debeat eſſe multum viſcoſus, cuiuſmodi eſt vaccinus: vnde pecudinus melior, aut q
Oleum. eſt ex vacca & pecude & medii temporis vnius anni vel circa. ¶ Oleum de oliuis maturis, de oliuis imma-
Legumina. turis, de nucibus. hæc ſunt & eſſe poſſunt in ſuis ferculis conuenientia. ¶ Euitet fabam & præcipue cum
cortice, phaſeolos, cicer album, cicer rubeum omnino. ¶ De brodio vero eius vti poteſt. In brodio vero
eorum ad bulliendum ponãtur ſemina frigida maiora, aut radix cichoreæ, ſiue endiuiæ. lenticulam, pã-
nicum, milium. Ex granis conuenientia ſunt oriza præparata, vt hic infra *in can.* far cum lacte amygdã-
larum, & ſaccharo ſyru. cõditum cum vino cocto aut aliter coriandrum cõfectum cum ſaccharo, & vna E
ſola coopertura; quo vtatur poſt cibum; & nihil bibat poſt, vt in *octauo can.* ponitur oriza per noctẽ in
aqua furfurum, deinde fortiter exprimatur tandẽ coquatur poſtea cum lacte amygdalarum vſq; ad eius
diſſolutionem, ita, vt fiat ſicut kiſt. deinde cum ſaccharo & aromatib. de quib. infra quibus cum ferculis
ſuis vti poterit ferculum præparetur eſui. ¶ Herbæ ac radices ex eis conuenientes ſunt blites, in cuius de-
coctione proiiciat̃ prima aqua. Borago, petroſelinum ſpinachia, aſparagus, feniculus, ſaluia cum tñ odor
ſi cõtinuetur, facit dolorẽ capitis. Mentha, lactuca non tñ ſola, ſed cum boragine, petroſeli, &c. ¶ Ex eis
inconuenientes ſunt eruca, apium, caules. Brodio tñ illorum decoctorum cum carne pingui gallinacea
aut arietina vti poteſt. Enula, portulaca, paſtinacha ſiue daucus, raphanus. Rapę & earum cimmis vti põt
decoctis, vt ſupra de caulibus. nabiones, cucurbita & ſimilia. ¶ Euitet cæpas, ſunt. n. de eis quę faciunt do-
lorem capitis, & excitãt coitum. Auic. Porrum eſt ex eis, quę faciunt dolorẽ capitis & ſomnia mala. Auic. F
Alleum facit dolorem capitis & licet coctum, conſulo vt dimittatur, ſcribo pro nunc ad hominẽ. Et qm̃
Species cibis commiſcenda. cibaria cõpoſita & ſimplicia in regione illa conſueta mihi ad plenum nota nõ ſunt, hic de cõpoſitis fer-
culis nullã feci mentionẽ, addoq;, ꝙ cum ex ſimplicium notitia ad eã, quæ cõpoſitorum peruenit̃ faci-
Aromata. le ea ſub ſilentio pertranſiui ſperans, ꝙ cum ſimplicium vſualium notitiã habuit & cõpoſitorum boni-
tatẽ & malitiã comprehendet, quare, &c. Aromata, quib. vti debet in ſuis ferculis, de quibus ſupra. ℞. *co-*
riandrorũ præparatorũ. ℥ j. *cinamomi, galãgæ an.* ℥ ij. *garyophilorũ* ℥ iiij. *piperis* ℥ ij. *zinzib.* ℥ j. *corallorũ rũ.*
℥ j. *pul. pul. ſubtiliter, &c. Et cũ modico modici croci fiat aromata, de quib. ponat ſuper fercula ſua & nõ in mul-*
Fructus. *ta quãtitate,* quib. etiã vti poterit ſecuri⁹ & abundantius in hyeme, vt tẽpore magni frigoris. ¶ Ex fructib.
Acetum paſſularũ. conuenientes ei ſunt cappares decocti vehementer conditi cum aceto paſſulato, vt hic *in can.* aceti paſ-
ſulati. Et cum aromatibus, de quibus ſupra & ſaccharo optimo in modica tñ qnantitate. ¶ Acetum paſ- G
ſularum. ℞. *aceti non multum vineſi* ℔ ij *paſſularum.* ℥ ij. *bulliant vſque ad conſumtionem tertiæ partis aceti,*
deinde coletur, & fortiter exprimantur paſſulæ: deinde iterũ paſſulæ terãtur in mortario, & fiat earũ expreſſio
& acetũ tali vſui reſeruetur. Amygdalę dulces a corticibus mundatę ꝑ infuſionẽ earum in aqua feruenti

A facta earum aliquali & leui expreſſione & raro & in modica tñ quantitate. Pineæ præparatæ vt de amyg-
dalis dictum eſt. Cydonia aſſata & cũ ſaccharo in modica tñ quantitate. Ficus ſiccæ albæ ſubtilium cor-
ticum. Phyſtici ſeu piſtachij. Oliuæ ſalitæ in modica tñ quantitate. Poma, pyra dulcia & bene matura de-
cocta cum ſaccharo. Perſica matura ante cibum, poſtq; bibat modicum vini odoriferi. Granata muza
ſeu medii ſaporis raro & maxime poſt cibum in modica quantitate. Paſſula in oẽm modum ante & poſt
cibum. Vnde ſciat nullũ fructum & quaſi audeo dicere, nihil aliud ſtomacho ſuo ita eſſe congruum ſic-
ut ipſa & ſit parua, magna de corintho ita ꝙ ea vtatur quantumcunq; poteſt. Vua bene matura, quæ ſte-
tit ſuſpenſa per dies duos ad minus in modica quantitate poſt cibum. ¶ Ex fructibus. Nuces ſiccæ maxi-
me tempore frigido. Nuces recentes cum modico ſalis, meſpila ante cibum & bene matura & in modica
quantitate. ¶ Ex fructibus euitandis, ſunt auellanæ præcipue recentes domeſticæ aſſatæ, &c. quia coitum
B incitant. Caſtaneę citrũ maxime caro eius, ficus recentes, pruna; fungi, iubebæ, pepones, caro aranciorũ,
poma, pyra cruda & immatura, dactylus. ¶ Euitet mel & ſapores, in quos ingreditur pro poſſe, ſed fiant
ſapores dulces cum vino cocto aut ſaccharo optimo æſtate præcipue & puluere ſacchari hyeme, de qui-
bus ſaporibus nullam aliam mentionem facio, cum ſint compoſiti ex his ſimplicibus. Et ſi aſſatum aliis *Præparatio ciborũ.*
paribus difficilius digeratur elixo, conſulo tamen, vt quandoq; eo vtatur, præſertim ex carnib. facile di-
geſtibilibus, vt ſunt pullinę auium paruarum & huiuſmodi. Elixo aũt frequẽtius vtatur habito reſpectu
ad ventris ſtipticitatem, q̃ hoc loco non paruifacio. Nota tamen; quod cum peruenire cuperet ad aſſa-
turam aliarum carnium digeſtioni difficilium, hoc modo eſſe procedendum; vt prius elixentur, deinde
ſuper veru fortiter ligentur & valde velociter ducantur ad ignem ſuauem, quibus poſtmodum ſecu-
rius vti poterit; dicta & dicenda obſeruentur vſquequo ad ſuam perueniat ſanitatem, ad quam his ob-
C ſeruatis vt in bono Ieſu ſpero, cito perueniet; deinde omnia illa ſuo modo tractabit. ¶ Ex potu noci- *Potus.*
uum eſt vinũ nigrum, craſſum: Vinum turbidũ quodcunque, vinũ maluaticum, vinum omne vinoſum,
vinum dulce quodcunq;, vinum aromaticum etiam nocet vſq; eius, de eo tñ circa medium cyphum &
ſpecialiter tempore magni frigoris bucella panis ante menſam aſſumere poteſt poſt multa. Cereuiſia a-
qua frigida, ſimul agreſta, qua tamen in ſaporibus vti poterit, & in modica quantitate. Ex eo conueniẽs
eſt vinum albũ mediocris vinoſitatis, boni ſaporis & non pinguoſum, non nouum, ſed duorũ menſium
ad minus, aut quatuordecim ad plus non cõquaſſatum ſiue motum de nouo, ſed quietum. xxx. dierum,
quod nõ ſteterit in vaſe priuato vini longis horis, ſed ſit recenter hauſtum quod tunc non ſit paucum in
vaſe magno. Vinum gaarium ſeu goretũ mediocris vinoſitatis, eſt.n. color ſicut lapidis dicti granata aut
rubinus cum conditionibus dictis ſupra immediate. De vinis loci non ſum formatus, hinc dimitto diſ-
D cretioni ſuæ & peritorum aſtantium, tñ ſi contingat propter ventoſitatem magnam vini, ipſum eſſe di-
luendum, diluatur cum aqua ſimplici decocta aut ſic ſola in quantitate ad libitum aut etiam modicum
maſticis. ſunt.n. hæc ſtomachum mirabiliter vigorantia. Et ſi in narratione ſex rerum non naturalium
prolixius fuerim, mi Henrice, non hoc iudices, niſi artificio fore confectum; cum ex eorum obſeruãtia
præcipue maxima tuę reſtituendæ ſanitatis pars exiſtat. Nam non ſemper vnaquæq; diſpoſitio mala ſuo
contrario medicat: ſed non raro ex regiminis bonitate ſex rerum non naturalium remouetur. Rogabar
.n. inſtantiſſime, vt in his ꝓ poſſe ſatisfacerem; quod non niſi prolixitate eadem potuiſſe facere intelli-
gebam. Malo enim in longitudine, quam in breuitate deprehendi. ¶ Expeditis, quo ad primum, ſecun-
dum aggredior regimen ſcilic. medicinale, quod cum virtuti non ita familiare exiſtat non tanquam pla-
cidum non dico guſtui tantum: ſed & auditui non gratum, breuibus & efficacibus remediis ſtringam
E quibus ad plurimum auxiliante Ieſu tibi ſatisfaciam. Et tria ante actualem medicationem debet Medi-
cus cognoſcere, caſum videlicet in terminis ſecundum canones curatiuos, ſecundum inſtrumenta, quæ
ſunt medicinæ ſimplices vel compoſitæ quibus canones illi complentur, iam in principio primum, vt
exiſtimo ſatis aperte declaratum fuit. Vnde ad duo ſequentia me ordino. ¶ Canones curatiui in cura illa
attendendi. Primus, ordinatio dietæ in ſex rebus nõ naturalibus. Secundus vero, minoratiua commu-
nis. Tertius, digeſtio materiæ propriæ. Quartus, euacuatio ipſius. Quintus, cõfortatio digeſtiuæ ſtoma-
chi. Sextus, cõfortatio ſplenis & mirach. Septimus, diuerſio materiæ de ſuperioribus. Octauus, prohibi-
tio, ne vapores caput aſcendant. Nonus, confortatio capitis, ne recipiat. Decimus, remiſſio doloris ca-
pitis & renum. Vndecimus, ingeminatio remotionis dolorũ cum aderit. Duodecimus, correctio acci-
dentium ſuorum quæ ſunt primum tremor cordis, ſecundum appetitus intenſus ad cibum, tertium ap-
F petitus intenſus ad coitum, quartum dolor ſtomachi, quintum conſtipatio ventris.

Cap. II. *De ſomno & vigilia.*

MElius eſt abſolute declinare ad multitudinem ſomni, quam ad eius paucitatem: ſed in his ſit ille bo-
nus moderator, ſi tamen ſuperuenirent vigiliæ ſuperfluæ, omnino ſtudeat ad ſomnum recuperan-
dum, diurnus tamen peſſimus, a quo omnino caueat.

Cap. III. *De motu & quiete.*

SIt eius exercitium temperatum, &c. ſecundum negotia ſua ante prandium & poſt ipſum per horas
ſex & non ante longum, breue, &c. vt videbitur. ¶ De inanitione & repletione audiatur Auic. *prima
tertii cap. de regimine* vniuerſali ſodę. Poſt hoc ſcias, quod ex rebus in remotione ſodæ ſiue dolore capitis
iuuantibus ſit paucitas congeſtionis & potus proprie vini, & quoniam dolor ille per communitatem eſt
G a ſtomacho, vt ſupra, audiat Auic. 13. *tertii cap. de rebus in quarum* vſu offenditur ſtomachus. Ex rebus
magis inimicis ſtomacho eſt repletio, quia ab ea tanquam a principali inimico cauendum. De inani-
tione dico, quod cum coitus ſub ea comprehendatur, ab ea abſtineas. Auicen. loco allegato. & coitus
eſt ex rebus magis nocitis ſtomacho, & dimiſſio eius eſt ex rebus magis conferentibus ei. Ventris be-
neficium

neficium omnino ſingula die habeat arte vel natura, cum, vt dictum eſt, vapores a fecibus eleuati ſunt A
partialis cauſſa dolorum. Ars autem in hoc prouidit per clyſtere, per ſuppoſitorium & per id, quod per
os ingreditur, vt ſunt potiones ventris lenitiuæ aut ſolutiuæ, de quibus in fine faciam recepta ad hoc
ſpecialia, quibus ſatisfaciam vltimo accidenti in ordine ſuperius ſcripto.

Cap. IV. *De accidentibus animi.*

GAudeat pro poſſe & lætetur, quoniam facile ex hac ægritudine diuina clementia curabitur, præci-
pue cum ſit in qualitate actiua. Talis namq; diſpoſitio facillime curatur. Auic. *de curationibus capi-
tis dolorum cum modis vniuerſalibus*, ſitque vt frequentius in ſocietate & minus, quam poteſt ſolus per-
maneat.

Cap. V. *De Curatione per medicinalia.*

PRimus canon ſatis ad plenum apertus dimittitur. Secundus canon completur cum exhibitione re- B
2. rum leuium, vt ventris lenitiuum dicitur lenium: quoniam ſolutio huius non debet eſſe laborioſa,
2 Canon. Minoratio communis. vt patet intelligenti ℞. *caſſia.* ℥ j ß. *diaſena.* ℥ ij. *aquarum abſynthij partes. ij ſcolopendriæ partem. j. Extra-
hatur caſſia cum harum aquarum ſufficienti quantitate: deinde cum diaſena & dictis aquis miſceatur, ſicut
totum fiat conuenienter potabile.* Hanc medicinam calidam & non tepidam accipiat in mane per horam
ante diem, poſt cuius aſſumptionem ſtet in lecto per horam tantum, & iterum ſi poteſt, dormiat, deinde
ſurgat & parumper ambulet per cameram clauſam clauſis feneſtris, & ſtet ieiunus ad minus quinq; ho-
ris vel circa, poſt eius aſſumptionem: deinde prandeat & ea die cameram non egrediatur, nec accipiat la-
uatiuum: ſequenti vero die incipiat accipere digeſtiuum, quod ſequitur. Tertius canon cõplex per di-
3. Digeſtio. geſtiua & primo facilia. ¶ Digeſtiuum leue. ℞. *ſyr. de abſynth. de epithymo an.* ℥. ß. *mell. ro. colati.* ℥ ij. *aquar.* C
Potio leuis. *endiu. ſcolopend. capil. ve. an.* ℥ ij. *miſce & iulepiza.* Cum ordinatum ſit hoc iulepium pro duab. vicib. vt cõ-
gruentius iulepizatio fieri poſſit, hinc medietatẽ accipiat pro vice, vt ſit calidũ mane in aurora, poſt eius
aſſumtionem dormiat ad libitum continuetq; eius aſſumtionem per octo dies, poſt eius complementũ
Efficatior. recipiat pilulas, quæ ſequuntur poſt deſcriptionẽ digeſtiui efficacioris. ¶ Digeſtiuũ efficacius priore. ℞.
ſy. de abſynth. ℥ j. *de epith.* ℥. ß. *oxym. ſquilit.* ℥ j. ß. *aquar. ſaluiæ.* ℥ ij. *boraginis* ℥ j ß. *endiu.* ℥. iij. *miſce & iu-
lepiza.* Iſtud digeſtiuum accipere incipiat per dies quatuor vel quinq; ad libitũ poſt aſſumtionem pilu-
larum, quæ ſequũtur & ipſum aſſumat, cum modo & cũ ordine, vt ſupra de priori, poſt cuius aſſumtio-
nẽ accipiat pharmacum, quod ſequitur deſcriptionem pilularũ, &c. In tempore aũt medio, quo vacabit
ab aſſumtione digeſtiui & ſolutiui, accipiat de confectione inferius in quinto can. ordinata. ¶ Euacuati-
uum ſiue minoratiuum & facile, ℞. *aloes ſuccotrina.* ℥ iij. *myrobalanorum nigrorũ.* ℥ ij *epithymi.* ℥. ß. *roſa-* D
rum ℈ ij. *croci.* ℈ ij. *Et cum ſy. de abſyn. fiant pilulæ. Iſtarum pilularum accipiat. v. pro vice vſq; ad vij. dies ad
libitum mane in aurora vel circa.* Poſt quarum aſſumtionem dormiat, per horam vnam vſque ad ij. ſtet
ieiunus quatuor horis non egeat lauatiuo. Et ſi non eduxerint in ſpatio ſignato, prãdeat: quoniam for-
4. Euacuatiuum minoratiuum facile. Eradicatiuum. taſſe poſt prandium amplius operabuntur. ¶ Euacuatiuum efficacius priori & eſt vt eradicatiuum. ℞.
hieræ ſimplicis deſcriptio. Gal. ℥ ij ß. *diaſena.* ℥ j. ß *ſyrupi de epithymo.* ℥ j. ß. *aquarum abſynth* ℥ j ß. *endiuiæ ca-
pillorum vene. an.* ℥. ß. *miſce* Iſtud ſolutiuum aſſumat calidum & non tepidum poſt aſſumtionem ſecundi
digeſtiui, vt ſupra, in mane per horam ante diem, deinde poſt eius aſſumtionem dormiat & ſi poteſt per
vnam horam cum media vel circa vel ſaltem ſtet in lecto, deinde ſurgat & ſtet in camera clauſis feneſtris
& maneat ieiunus horis quatuor vel circa poſt eius aſſumtionem, & accipiat deinde lauatiuum ex bro-
dio pulli macri abſque ſaccharo, vel ex aqua hordei excorticati abſque ſacharo, & ea die domum non E
Solutiuũ aliud. egrediatur. ¶ Solutiuum aliud valens ad idem. ℞. *diaſena.* ℥ ij. ß. *agarici.* ℥ ij. *ſyrupi de epithymo.* ℥.
ß. *aquarum ſaluiæ, boraginis, ſcolopendriæ. ana.* ℥ j. ¶ *Agaricus non piſtatus neque tritus multum ponatur
cum petia in infuſione oxymellis ſquilitici & aquarum iam poſitarum, ana quantum ſufficit pro eius in-
fuſione, in qua dimittat per noctem, deinde fiat fortis expreſſio illi expreſſioni addantur diaſena & ſyr. de epi-
thymo, & omnia ſimul miſceantur addendo de prædictis aquis, ut expediens fuerit, de hoc totum fiat condecen-
ter potabile.* Si autem ſolutiuum prędictum fuerit ei difficile, propter eius amaritudinem, ita quod ipſum
5. Confortatio digeſtionis ſtomachi. Vnguentũ. abominetur. loco illius accipiat aliud cum modis & ordinibus, vt ſupra. conſulo tamen, vt omnino ip-
ſum accipiat. Nam ipſum pro efficaciori habeo Et ſic completur quartus canon. ¶ Quintus canon com-
pletur, vnctione ſtomachi & aliqualiter ſplenis confortatiua. ℞ *oleorum abſynthii.* ℥ ij ß. *maſticis.* ℥. ß. *ſpi-
cæ.* ℥ j *pulueris abſynthii.* ℈ ij. *mẽthæ.* ℈ j. *garyoph.* ℈. ß. *calami aromatici* ℈ j. *macis.* ℈ j. *galliæ muſ.* ℈ ß. *coral-* F
lorum ru. ℥. ß. *coriandrorum præparatorum.* ℥ j. *laudani optimi.* ℈ j *Et cum modico ceræ & vnguenti fiat vn-
guentum molle.* Hac vnctione inungat ſtomachum eius & lienem bis in die ante aſſumtionem cibi &
6. continue. ſ. calida. Deinde ſuperponatur pannus lineus duplicatus &c. & hoc factis purgationibus præ-
Confortatio ſplenis. Morſelli confortantes ventriculũ, &c. dictis. ¶ Confectio ſtomachi & aliqualiter mirach & ſplenis confortatiua ℞ *ſpecierum electuarii de gem-
mis.* ℥ ij. ß. *diarhodon abba.* ℥. j ß. *pulueris ſcolopendriæ.* ℥ ß. *pinearum mundatarum phiſticorum mundato-
rum an.* ℥. *xv. ſacchari albiſſimi trium coctarum.* ℥. *xiiij pineæ & phiſtici mundetur in aqua feruenti. demum
exprimantur leuiter & cum aqua ſcolopen. ſufficienti quantitate fiat confectio in morſellis rotulis trium.* ℥. De
hac confectione vtatur, ſicut cum primum compleuerit primam purgationem ex pilulis, &c. In tem-
pore medio, quo ſtabit antequam ad ſecundam deueniat purgationem, de ea accipiat ſingulo die vnum
morſellum, ſiue vnam rotulam ante prandium per quatuor horas & aliud, ſiue aliam ante cœnam per G
Pilula confortatiua. horam ſimiliter, cum compleuerit ſecunndam purgationem de ea immediate vtatur, vt dictum eſt.
ipſa vero confectione deinde ſemper ad libitum vti poterit factis purgationibus. ¶ Pilulæ non ſo-
lutiuæ ſed ſtomachi mirach & ſplenis confortatiuæ. ℞. *trochiſ. de eupato.* ℥ j ß. *de abſynthio.* ℥ j. *de gallia
muſcata.*

A *muſcata.ʒ ß. ſyrupi de abſynthio. q.ſ.pro conficiendis pilul.& fiant pilulæ. ix. pro ʒ. poſtquam autem complenerit aſſumtionem digeſtiuorum & ſolutiuorum,acceperitque de confectione aliquibus diebus, tunc interponat tempus aliquale,vt exempli gratia.8.dierum, & tunc illo iterum accipiat omni mane pilulas quinque ex his,poſt quarum aſſumtionem dormiat ad libitum & ſtet ieiunus ad minus trib. horis.* ¶ Diacydonite cum ſpeciebus eſt,&c.ex his,quæ ſtomachum ſuum confortat, & in his completur,&c. ſextus canon. ¶ Septimus canon completur ex his.Diuertitur autem materia a ſuperioribus cum poſitione ventoſæ magnæ, poſitione pedis in aqua calida,fricatione tibiarum, ligatione doloroſa ipſarum,deinde ſi aliquid aſcenderit poſitione ventoſarum in ſpatulis & fricatione earum doloroſa: Vomitu.n. iuuabitur, quem maxime commendat Auicen.*prima tertii de regimine vniuerſali ſodæ.* præcipue per cõmunitatem a ſtomacho,qualis eſt hic dolor.Qui debet fieri etiam tempore actualis doloris cum vomitiuo leui, hic infe-

VII. *Diuerſio materierum a ſuperioribus.*

B rius declarando ſeu deſcribẽdo.Sed aduertendum, quod tali vti nõ debeat præcipue, ſi eſt ſtricti pectoris,aut ſi cum difficultate ipſum facit.Item quia,vt exiſtimo maxima pars curæ eius erit lenificatio ventris eius continua,vereor,ne diuertendo illa impediat. Si autem leuiter ipſum cum vomitiuo faciet, & de fractura venæ nõ ambigatur,aliquando vt faciat conſulo,ponatur ventoſa magna ſuper vmbilicum, ſtatim cum ceperit ſentire dolorem,aut motum eius,&c.& dimittatur per ſpatium vnius horæ vel minus,vt diſcretioni ſuæ videbitur.Et ſi ſufficiet ventoſa,non tranſeat ad aliud medicamen. Si minus ponat pedes eius in aquam calidam,& ita calidam ſicut ſufferre poterit,in aqua bullierint hordeum, violæ,roſæ,papauer album,& maxime factis purgationibus,& illos in illa teneat, vt videbitur ei expedire, & ſi ſuffecerint hæc duo,ab aliis quieſcat,ſi vero non tranſeat ad aliam,videlicet ad fricationes factas in aqua calida, & ad ligaturas doloroſas,& fricationes doloroſas.Penultimo ad ventoſas, & vltimo ad vo-

C mitum attentis,quæ dicta ſunt. ¶ Vomitiuum facile. ℞. *oxymellis ſimplicis.ʒ ij.aquæ tepidæ.ʒ x.miſce & bibat feſtine deglutiendo.* Cum autem ſteterit per quintum horæ,ſi non ſuperueniet ei nauſea, imponat digitum vel pennam omnino inunctam in gutturæ eius faciet tunc vomitum. Quod ſi contingat tunc cibum totum emittere,tunc per horas duas poſt vel circa poterit de nouo cibũ recipere. ¶ Vomitiuum efficacius priori. ℞.*raphanũ vnum,ellebori albi fruſta numer. viij ponantur illa fruſta in dicto raphano, & permittantur ſtare per noctem in eo,poſſunt & plura recipi ſecundum quantitatem maiorem raphani, deinde mane abiiciantur fruſta. Raphanus ipſe in partes ſatis minutas incidatur ad bulliendum in aqua ſatis conuenientis quãtitatis, & facta ebullitione,ſi vis efficacius,fac expreſſione raphani. De hac aqua tepida accipiantur ʒ viij.quibus addantur ſyr.acetoſi ſimplicis. ʒ ij.& bibatur, &c.vt in præcedenti capit.* ¶ Prohibentia,ne vapores caput aſcendant ſunt coriandrum cõfectum,fructus frigidi ſtiptici,aqua frigida, lac acetoſum,

Vomitiuũ.

Aliud efficatius.

VIII. *Prohibitio ne vapores aſcendat ad caput.*

D de quo extractum eſt butyrum,diacydonite cum ſpeciebus,caſeus antiquus duorũ annorum, vel circa, coriandrum præparetur, & vnicam coperturam ſachari habeat, de quo accipiat ante aſſumtionem cibi vnum cochlear: & ſimiliter poſt aſſumtionẽ cibi integre & vltra nõ bibat cydoniis aſſatis, præcipue quia ventris lenificatio ſemper quæri debet vtat poſt aſſumtionẽ cibi & vltra nõ bibat. ¶ *S*imiliter meſpilis poſt cibũ tantũ aqua frigida & maxime cũ infeſtatur dolore,& ſimiliter lacte acetoſo,ſed ſunt curæ mendoſę quamuis ab auctoribus laudetur prohibentibus digeſtionem. Diacydonite cum ſpeciebus poſt aſſumtionem,& ſupra nihil bibat.De caſeo accipiat duos vel tres bolos, nihil vltra accipiendo, poſt complementũ ſuæ cibationis,vt ex eo in ore ſtomachi fiat ſicut tela;tamen & ſi videatur nocere ex parte generationis humorum phlegmatici & melancolici,quia tamen & modicum erit eius nutrimentum, cuius defectum potus bene corrigit & inde iuuamentum maius ſequatur. Conſulo, vt illo ſic vtatur, quod

E non loco cibi,ſed magis loco antidoti concedatur. ¶ Confortantia caput, ne recipiat, &c. ſunt embrocæ,ſacculi,odorabilia,ſuffumigia. Et quia embrocæ forent valde ei moleſtæ. Hinc tamen de eis vel ſimilibus rebus, ex quibus fiet ſacculus, poterunt & illæ fieri cum aqua,addendo modicũ aceti ad penetrandum. ¶ Sacculus capitis confortatiuus. ℞. *roſarũ M ij.chamomillæ. M ß. ſtœchados. M ß. cubebarũ quartam M.nucis cupreſſi. M ß.calami aromatici. M ß.ſandaracæ.ʒ ß.galliæ muſ.ʒ j. Contundẽda contundãtur & omnia ſimul miſceantur, & ex his fiat ſaccus capitalis, & ſit factus ad modũ byreti religioſorum. Iſtum ſaccũ ponat ſuper caput ſuum poſt quã factæ ſunt purgationes, & ipſum portet die ac nocte ſub ſuo caputio.* Sit aũt craſſior tempore frigido, calido aũt leuior. ¶ Odorabile. ℞. *nigellæ torrefactæ ʒ j. nucis cypreſſi.ʒ ß. calami aromatici.ʒ ß.ſandaracæ.ʒ j.ſtyracis.ʒ j ß.ligni aloes.ʒ ß. laudani.ʒ iij.roſ.ru.M j ß.Contundantur contundenda ex his fiat pomum.* Hoc autem pomum portet in manu, quod debeat moderate odorare,

IX. *Confortatio capitis.*

Sacculus.

Pomum odoratum.

F hoc eſt,nõ frequenter. Vnde Meſue *de appropriatis de ſoda frigida in fine,inquit* Hippocr. aromata capitis grauedinem faciunt. Et ego quidem dico, quod non elongetur, quando hoc ſit in frequenti vſu eorum. Conuertunt enim vapores ad caput, imo replent illud vaporibus. Moderatus vero vſus ipſorum cerebrum confortat, & calefacit, ſed non fiat adeo frequens, vt perducat ad illud. Et quidam canon eſt non debere conferre apud repletionem, & hoc eſt, quod Hippocrates voluit. Nam poſt mundificationem confortat & calefacit, reſiduum ſodæ remouet. ¶ Suffumigium. ℞. *ſandaracæ, corticis thuris ana ad libitum, ponantur ſuper carbones ignitos & cum capite cooperto fumum ex eis recipiet ſemper intelligitur, quo ad hæc remedia localia, quod factæ ſint purgationes prius conuenientes.* ¶ Decimus completur ex his. Remiſſiuum caliditatis renum lene. ℞. *aceti partem.j. olei roſa. partes. iiij.conquaſſentur bene ad inuicem & cum modico ceræ fiat vnguentum.* Hac vnctione inungat ſibi renes ſero & mane cum ſurgit, factis

Suffumigium.

X. *Remiſſio dolorum renum*

G euacuationibus, vt ſupra, & ſit vnctu aliqualiter calida, vt melius penetret, deinde ſuperponat pannũ lineum,&c. ¶ Aliud ad idem efficacius. ℞. *oleorum ſpicæ, violati, roſati. an. ſandalorum ru. boli armen. & cum modico ceræ & aceti fiat vnguentum.* Si autem medicamen fortius fuerit expediens, vtatur hoc anteſcripto, vt de priori dictum eſt.

Vnguen.

Aliud.

XI. Ingeminatio remotionis.

¶ Vndecimus canon completur ex his. Ingeminabitur in remotione dolorum, tum capitis, tum A
ventris, cum aderit ſternutatione, fricationibus doloroſis, poſitione ventoſarum, ligationibus doloro-
ſis, poſitione pedum aut manuum in aquam calidam, impoſitione ſuppoſitoriorum acutorum, potu
aquæ frigidæ, vt canone octauo. Fiat ſternutatorium ex puluere ellebori albi, aut conditi, aut piperis
nigri, trahendo per nares ad quantitatem vnius ciceris vel plus, ſi expediens erit. Quod totum debet
intelligi maxime regulariter fieri debere factis purgationibus, quib. oportet ipſum ſæpe vti, & ſeipſum
mundum tenere, quod ſi conferrent ſternutationes illæ factæ, ſicut aliquando conferre conſueuerunt
bene. Si vero non, faciat ſibi fieri fricationes fortes ſpatularum, deinde apponat ſibi ventoſas ſiccas.
Quod ſi ex his inueniat iuuamentum, ad alia non trāſeat, ſin minus, faciat ſibi fieri ligationes fortes &
doloroſas ad extremitates muſculorum brachii iuxta ſpatulas. Quod ſi non ſufficient omnia hæc, po-
nat pedes aut manus, vel pedes & manus ſimul ad libitum in aquam valde calidam, in qua eos teneat bo- B
no ſiue longo tempore.

Suppoſitorium forte.

¶ Suppoſitorium forte. ℞. *ſpecierum de hiera* ℥ *j. colocynthidæ* ʒ ß. *ſalis gem-*
mæ ℈ *ij mellis* ℥ *j. fiant ex his ſuppoſitoria conuenientia.* Vltimo vero imponat ſibi ſuppoſitorium forte fa-
ctum, vt hic ante, quo etiam poteſt vti pro lenitione ventris ſui, ſiue pro eius mundificatione a fecibus,
&c. de quo & ſimili infra in ſequenti canone. Nota tamen quia dictum eſt de ligationibus, quod de-
beant reiterari ita, quod non ſtent ligata, niſi per ſpatium vigeſimæ partis horæ, debet enim remoueri
parumper, deinde quieſcere, & poſtea reiterari.

Sacculus ſtomachalis.

¶ Remotiuum dolorem ventris cum aderit. ℞. *men-*
thæ, abſynthii, aneti an. M *j. cym. vſti.* M *j ß. granorum lauri* M *j. ariſtologiæ* M *ß. milei* M *iij. contun-*
denda contundentur, & fiat ſacculus, ita longus, vt poſſit capere ſtomachum & vmbilicum, & infra per duos
digitos latos: latus vero, vt poſſit occupare ſtomachum & partem ſiniſtram ventris. Iſtum ſacculum tem-
pore doloris ventris calidum ſuper ventrem ponat, & reiteret ad libitum. Inungatque pro tunc ven- C
trem & ſtomachum cum vnctione ſuperpoſita in quinto canone.

Potio dolorem ventris leniens.

¶ Potus, in quo etiam iuuamentum
inueniet. ℞. *vini aromatici* ℥ v. *galangæ* ʒ ß. *cinamomi* ℈ *j. miſce hunc potum calidum accipiat inſe-*
ſtante dolore.

XII. Accidentium correctio. Et primo intenſi appetitus.

¶ Duodecimus canon completur ex his. Correctio primi accidentis, & tertii & quarti ſa-
tis aperta eſt, & conſequetur ex remediis iam ordinatis ad hoc & ipſis iam completis. Secundi autem &
quinti remedia valentia nunc ponentur. Propter igitur ſecundum accidens expedit, vt ipſe non vtatur
regimine ita ſubtili, vt ſunt carnes pullinæ & huiuſmodi: ſed vtatur regimine craſſiori, id eſt, regimine
multo in quanto & pauco in quali dicente *Auic. quarta primi. cap. primo.* Nobis quandoque neceſſa-
rium eſt qualitatem minuere, & in quantitate augmentum facere & hoc quidem cui augmentum fue-
rit ſuperius, & in venis crudi fuerint humores, ſed quia timetur digeſtiuæ, ideo oportet in re iſta pru-
denter ſatis procedere, vt ſcil. cibaria eius, ſint in modica quātitate ex his, quæ dicta ſunt ſupra. Et ſunt D
ex cibariis declinantibus magis ad craſſum, quam ad ſubtile: vt carnes vitulinę, mancinæ iuuenes, quæ
ſteterunt ad minus per duos dies mortuæ, & præcipue durante frigore: deinde facta remiſſione appeti-
tus, poterit vti aliis rebus & ſimilibus ad libitum. Item vtatur brodiis pinguibus ante aſſumtionem cibi
& ſimiliter carnibus pinguibus, & cum bibit brodium ipſum paulatim deglutiat & interponat tempus
inter glutionem vnam & aliam. Hoc regimen ſeruare poterit, quaſi omni die & ipſum frequentare, &
ipſi non nocebit verum magis iuuabit. Item habeat & teneat in ore eius rem pinguem & maſticatam
deglutioni propinquam, deinde habeat cyphum vini odoriferi albi, & ſic actu calidum, & bibat de eo
paulatim deglutiendo ſimul modicum de illa re pingui, & ita paulatim procedat, donec totum fuerit
deglutitum. Si vero res pingues fuerint, pinguedo ipſa calida conuenientius erit, hoc autem re-
medio vtatur bis in hebdomada, tantum accipiendo ipſum mane ante aſſumtionem alterius cibi per E
ſpacium duarum horarum.

Correctio cōſtipationis vētris. Suppoſitorium.

¶ Succurritur autem quinto & vltimo cum his ſuppoſitoriis leuibus & for-
tibus. ¶ Suppoſitorium leue. ℞. *mellis* ℥ *j. ſalis communis* ʒ *j. fiant ſuppoſitoria.* Iſtis ſuppoſitoriis vti
poteſt, cum voluerit, ad libitum & ſine nocumento. Quod ſi fortius habere cupiat, accipiet de his, quæ
poſita ſunt ſupra in quinto canone ſeptimo. ¶ Aliud & ſatis facile & vſuale. ℞. *radicis blitis quantita-*
tem conuenientem ad hoc, deinde inungatur oleo commune & pulueriżetur ſale contrito.

Potio lenitiua.

¶ Sorbitio leniti-
ua ventris. ℞ *brodii gallinæ vel caponis pinguis, vel alterius carnis ex dictis, ſed melius ex primis.* ℥ *xij. me-*
dullæ carthami craſſo modo fractæ ℥ *ij. cordumeni* ʒ *ß. zinzib.* ʒ *ß. penidiarum* ʒ *ß. Medulla cardamina,*
cordumeni, zinzib. in dicto brodio bulliant vſque ad conſumtionem tertiæ partis, deinde in fine diſſoluantur
penidia, & totum miſceatur. Iſto lenitiuo ſiue ventris ſolutiuo vti debet mane ipſo exiſtente calido, ſuper
cuius aſſumtionem dormiat, & ſtet ieiunus horis tribus ad plus & duabus ad minus, deinde prandeat. F

Lenitiuū aliud.

¶ Lenitiuum aliud ſiue ventris eductiuum. ℞. *carthami excorticat.* ʒ *ij. ſebeſten* ℥ *ß. tamarindorum* ʒ *ij.*
ſalis communis ʒ *ij ß. oxymellis* ℥ *j. brodii pinguis, vt ſupra* ℥ *viij. calefiat brodium hoc cum dictis rebus, de-*
inde ſic calidum accipiat cum dictis ordinibus vt ſupra, in præcedenti canone immediate. Temporibus ve-
ro aliis, quibus carnes non comeduntur, poteſt brodio caulium leuiter coctorum non lotorum, loto
brodio carnium vti, addito oleo calido communi. Omnia terantur & diſſoluantur cum dicto brodio,
deinde omnia ſimul miſceantur lenitiuo poſito ſupra in principio ſecundi canonis, interdum vti pote-
rit, & conuenienter de x. in xv. in x. vel xv. diebus ad libitum. Pilulæ ad idem ſunt. ¶ Pilulæ alephan-
ginæ, ſi de eis accipiant ante aſſumtionem cibi ad libitum mane vel ſero num. 5. Et maxime eas come-
dendo & ſimiles, quoniam non euacuant a membris remotis trahendo materias nouas ad ſtomachum,
nam in hoc caſu ſolum materierum, quæ ſunt in viis ductuum, quæritur euacuatio. Et illa fuit ſententia G
Auicen. *13. tertii, de debilitate ſtomachi, & de curationibus cum modis vniuerſalibus.* ¶ Pilulæ in quorum
vſu maximum iuuamentum inueniet. Vtatur pilulis deſcriptis ſuperius in tertio canone, de eis vero ac-
cipiat a tribus, vſque ad quinque, mane cum ſurgit, vel ſero ante cœnam: poſt quarum aſſumtionem ſtet
ieiunus

A ieiunus duabus horis ad minus, ſi poteſt ſæpe vtatur hiera ſimplici Galen. cum brodio pingui carnium, de quibus ſupra, doſis eius ſit ʒ ij ß. & ſi ʒ ij ß non ſufficerent vadat vſque ad *iij*. & vltimo vſque ad quatuor. ℞. chebulum conditum vnum, hoc chebulo ſic vtatur, vt omni hebdomada ipſum accipiat mane, poſt cuius aſſumtionem ſtet ieiunus horis tribus ad minus, ita quod chebulo, modo pilis, modo alio lenitiuo, modo clyſteri, modo ſuppoſitoriis vtatur ad libitum. ¶ Clyſtere lenitiuum & aliqualiter ventoſitatis carminatiuũ. ℞. *maluæ. vio. an. M j. maluaui, ſiue althææ radicis M j. carthami M j. cymini M ß. caſſiæ, hierepicræ, ſacha. rub. an.* ℥ *ß. ſalis communis* ʒ *iij olei violati, liliorum alborum an.* ℥ *j ß. bulliant herbæ, radices & ſemina in aqua ſufficientis quantitatis ad conſumtionem tertiæ partis, deinde illarum fiat fortis expreſſio, de qua coctione accipiat lib. j. & in illa ponantur reliqua. & iterum igni ponãtur omnia, & miſceantur, & leuiter bulliant, deinde remoueantur, & fiat inde clyſtere, quo clyſteri vti poterit ad libitum alternatis* *Clyſter.*

B *diebus, quibus ei videbitur expedire.* quod ſi leue voluerit, poterit illo frequenter vti ex ſolo brodio carnium oleo communi & ſale, quantitate conuenienti. Item decoctione caulium, oleo, communi ſale poterit clyſtere fieri, nec miretur, ſi in hoc vltimo accidẽti tantum cõmoratus fuerim, quoniã, vt exiſtimo, maior pars curæ eius exiſtit, & pro hoc etiam multũ me rogauit, debet ergo omnino ſic ſe diſponere, vt leui venter eius fiat lubricus & omni die beneficiũ habeat. De phlebotomia nullam mentionẽ feci pp temporis conſtitutionem, ſed credo, ꝙ ei ſit maxime neceſſaria, & omnino neceſſaria. Phlebotometur itaq; in principio Martii vena magna, ſiue cõmunis dicta & extrahantur ℥ *viij.* ſanguinis, deinde circa 20. diem eiuſdem menſis extrahantur ℥ *vj.* ex baſilica ſiniſtra, poſtea incipiat facere purgationes ordinatas ordine, qui ſcriptus eſt, & reliqua omnia obſeruet, vt ſupra. ¶ Similiter in principio authumni ſic ſe diſponat, vt in principio veris ſic dictum eſt, & in omnibus omnia ſeruet, & ſic Ieſu miſericordia, *Vena ſectio.*

C ſuam adipiſcetur ſanitatem, quam ſibi concedere dignetur. Ad laudem eius.

Conſil. XVI. *Contra chronicum dolorem capitis per eſſentiam & colligantiam ex vaporibus a ſtomacho, & a matrice aſcendentibus cum aliquali matricis ſuffocatione.*

Clyſtere. ℞. *olei liliorum al.* ℔ *j. vitel. oui j. pul. ſachari* ℥ *ß. ſalis communis* ʒ *ij. miſce & fiat clyſtere.* Iſtud clyſtere applicari curet per diem ante infraſcriptum ſolutiuum, & ipſo vtatur ſemel ad minus in hebdomada. ¶ Minoratiuum, ℞. *pilularum alphanginarum* ℈ *ij. agarici* ℈ *j. ſalis gemmæ, zinziberis. an. gran. j. reformentur cum ſyrup. de ſtœch. pil. vij.* Iſtud minoratiuum *Pilula.*

D aſſumat cum forma & modo, obſeruandis in minoratiuis ſiue lauatiuo, & pro prandio comedat blitas cum boragine & carnes laudabiles. Sexta die poſt minoratiuum fiat phlebotomia ambarum ſaphenarum, ex quarum qualibet extrahantur ſanguinis ℥ *iij.* per *vij* horas poſt prandium habito prius ventris beneficio & reliqua. Octaua vero die poſt illam phlebotomiam fiat phlebotomia cephalicæ manus dextræ, ex qua extrahantur ſanguinis ℥ *iij.* & fiat cum regulis phlebotomiæ, &c. ¶ Digeſtiuũ. ℞. *aquarum capil. veneris.* ℥ *j. ſaluia.* ℥ *ß. abſynthii* ℥ *j. ſach. al.* ℥ *j. aqua cichoreæ* ℥ *ij. miſce.* Iſtud digeſtiuum accipiat quatuor diebus continuis incipiendo die tertio poſt phlebotomiam cum regulis digeſtiuorum. ¶ Solutiuum, eradicatiuum. ℞. *pilularũ fœtidarum aurearum. an.* ℈ *j. ſalis gemmæ, zinib. an. g. j. miſce & cum elect. indo reformentur pilulæ viij.* Iſtud ſolutiuum aſſumat tertia die poſt completam aſſumtionem digeſtiui cum ordinibus ſolutiuorum, hoc addito, quod per quinq; horas poſt aſſumat cyathum *Vena ſectio.* *Potio digeſtiua.*

E vnum aquæ hordei excorticati ſine ſacharo & prandeat. ¶ Diuerſiuum coxæ & cura cum pedibus primo fricentur ſtomacho ieiuno habito ventris beneficio aut ſaltem tentato haberi, demum hoc fiat collo & ſpatulis & totis brachiis infra cum manibus ſaltem alternis diebus & proprie diebus, quibus non fit lotio: iſtæ fricationes fiunt, vt hic ante diuerſiuum a capite & matrice. ℞. *ſtœchados M j. florum chamomillæ, meliloti an. M j ß. ſaluiæ, roſmarini, ſauinæ, matricariæ, calamenti an. M ß. ſeminis iuniperi* ℥ *j foliorum violarum. M ß. ſalicis lactucæ an. quartam partem M j. violarum maluarum an. M j. florum violarum. M j. roſarum. M ß. omnia bulliant in ſufficienti quantitate aquæ pro lotione tibiarum vſque ad conſumtionem tertiæ partis aquæ, ex hac decoctione calida lauentur & fricentur bene crura a genu infra cum pedibus ſtomacho ieiuno.* Deinde immediate fiat manibus cum brachiis a cubitu infra, & poſt omnium ipſorum lotionem eadem membra retineantur calida per mediam horam ad minus, deinde prandeat *Lotio pedum.*

F vel cœnet ad libitum: ſed melius eſt hoc ante cœnam, licet etiam, ſit bonum ante prandium alternis ſaltem diebus, & hoc diuerſiuo taliter vti incipiat quarta die poſt aſſumtionẽ ſolutiui, eradicatiui ſumti. ¶ Matricis confortatiuum & orificiorum venarum ipſius aliqualiter aperitiuum & eandem aliqualiter faciens deſcendere verſus orificium eius. ℞ *gallia muſc. craſſo modo contuſa: deinde in petia lini ſubtili & rara ligata* ʒ *iij. Iſtam galliam teneat in vulua tota nocte, aut amplius, & intra quantum commode eſt poſſibile alternis noctibus, & incipiat quarta die poſt ſolutiuum eradicatiuum.* ¶ Diuerſiuum a cerebro, & ipſius mundificatiuum & ſolutiuum facilimũ. ℞. *pilularum aſſaiaret* ʒ *ß Iſtas pilulas ſumat ſingula hebdomada quocunque tempore anni indifferenter in ſero cum vadit dormitum, & incipiat vti per octo dies poſt ſolutiuum eradicatiuum.* Die ſexto poſt aſſumtionem ſolutiui eradicatiui ventoſæ tres apponantur ſpatulis per horas ſex poſt prandium. Primo, vna ſine ſcarificatione ponam almucatim, ſeu ſpinæ, vbi *Confortatio matricis.* *Diuerſio a cerebro.*

G collum coniungitur dorſo: deinde aliæ duæ cum ſcarificatione ponantur pulpis carnoſis ſpatularum per vnum octauũ horæ poſt primæ ventoſæ appoſitionẽ: ex quarum duarum extrahatur ſanguinis. ℥ *j.* ventoſæ iſtæ apponantur, vt hic ante. Quarta die poſt appoſitionem ventoſarum, & ſanguiſugæ duo apponantur temporibus cum cannula ſecundum canones, & permittantur attrahere tãtum per quan- *Diuerſiuũ a capite & euacuatiuum inde.*

tum ipſæ repleant: quib. repletis, ſi tunc ex ſe cadent bene, ſin minus ipſis taliter repletis, capitib. earum A
apponatur ſal & tunc im̃ diate cadunt, & dimittatur ſanguis exire notabili tempore ab orificiis factis ab
ipſis ſanguiſugis. Si vero ſanguis tandẽ non reſtringeret, tunc ſupradictis foraminib. apponat pulueris

Puluis reſtringens ſanguinem a ſanguiſugis motũ.

iſtius quantũ libet. ℞. *boli armeni partes ij. ſanguis dracon. partẽ j. terræ ſigillatæ, tutiæ præparatæ, an partẽ ß. miſce* Iſte ſanguiſugæ apponant. vt hic ante. ❡ Digeſtiuũ ſuum vſuale. ℞. *aquas ſupra ſcriptas, &c.* Aſſumat eas calidas bis in menſe præterquã tempore æſtiuo cum modis prædictis in ſyrupo, & eis vti incipiat 8. die poſt appoſitionem ventoſarum.

Solutiuũ.

❡ Solutiuũ facile & vſuale. ℞. *caſſiæ fiſt.* ℥ *j. ſebeſten pulpæ, diaſenæ an.* ʒ *ij. ſach. albi q. ſ. pro dactylo confic. miſce.* Aſſumat id ſolutiuũ ſingulo menſe 3. die poſt aſſumtionem bis aquarum ſumtarum in mane ſtet in lecto, per horam non dormiens, poſt ſurgat, & ſtet ieiuna, ſolum horis quatuor cum regulis ſolutiuorum debilium. ❡ Membrorum naturalium confortatiuum, & eorundem aperitiuũ matricis, & cerebri confortatiuũ. B

Pilula.

℞. *trocibſ. de abſynthio, de capparibus, diarodon, ligni aloes pulverizati, ſacha. albi an.* ℈ *j. cum ſyrup. de calamento formentur pilulæ vij. pro* ʒ. *ſingula hebdomada ad minus ſemel, aſſumat adminus ſemel tres harum pilularum, in mane cum ſugit, præterquam in æſtate, & ſeruet regulas ſolutiuorum facilium:* & poſt ſolutiuum prædictum incipiat vti iſtis pilulis ad libitum.

Cerebri cõfortatio.

❡ Cerebri confortatiuum, & ab ipſo diuerſiuum aliqualiter & vaporum a ſtomacho ad cerebrum repreſſiuum. ℞. *myrabolanum, chebulum conditum num. j.* Aſſumat ſingulis 20. diebus ſemel quocunque tempore anni, in mane cum ſurgit, & ſtet ieiuna horis tribus ad minus, poſt ipſius aſſumtionem membrorum naturalium confortatiuum, & proprie ſtomachi, & viarum matricis aperitiuum. ℞ *foliorum abſynthii viridis terreni partes iiij. cichoreæ viridis partes iij. praſſii ſiue marubii partem. j. paſſularum quantum libet ſpecierum infraſcriptarum* ℈ *j. vitel. oui j. miſce & fiat raphiolus, ſecundum can.* Iſtius raphioli aſſumat in mane, cum ſurgit bolos *ij* ſine paſta, & ſine potu, & ſtet ieiuna horis tribus, ad mi- C
nus ſaluo quod immediate aſſumat vnum cochlear coriandrorum præparatorum cum ſacharo, & eo raphiolo taliter vtatur decem diebus continuis, præterquam tempore æſtatis. Species de quibus ſupra

Species. Confortatiuum:

mentio. ℞. *coriandri præparati, & non conf* ʒ *iij. maſticis* ʒ *j. pulueri zentur ſubtiliter, & miſce.* Iſtius pulueirs ponat in quolibet raphioli ℈ *j* ❡ Confortatiuum vt ſupra. ℞. *abſynthii q. ſ. pro duobus aut trib. bolis comedendis quod nullo modo ſit natum prope mare.* Iſtud abſynthium comedat vt ante, hic in mane cum ſurgit, ad minus ſemel in hebdomada, quocunque tempore anni, præterquam æſtate cum ordinibus dictis in raphiolo. ❡ Membrorum naturalium confortatiuum, & proprie ſtomachi, & vaporum repreſſiuum. ℞. *coriandrorum præparatorum confe. cum vna ſola coopertura* ʒ *ij. Iſtos coriandros aſſumat poſt completum cibum & potum omnem ſingulo die in cœna & prandio.* Diuerſiuum a cerebro & euacuatiuum materiæ coniunctæ. Si vero ex ſupraſcripta cura non alleuiabitur, tunc per dies 15. poſt aſſumtio- D
nem ſanguiſugarum fortaſſe erit neceſſe ſanguinem ex naribus prouocare ſecundum cano. Similiter, ſi menſtrua fuerint præternaturaliter dimininuta, occurrendum eſt huic præternaturali cum medicinis dicta menſtrua æquantibus, & proprie ipſa prouocantibus, vt ſuo loco dicendum.

Consil. XVII. *Contra melancholiam.*

Signa principii melancholiæ. Confirmata.

Signa ſpeciei melancholiæ, ſigna principii eius ſunt extimatio mala, timor ſine cauſſa: velocitas iræ: dilectio ſolitudinis, tremor, vertigo, ſonitus, tinnitus & ꝓprie mirachius. Signa melancholiæ cõfirmatæ ſunt, timor, triſtitia, malitia extimationis, alienatio ſermonis, faſtidium propter multam ventoſitatem, timor ex eis, quæ non timentur communiter, ſepties iſtæ indefinitæ, quidam eorum timent caſum cœli ſuper ſe, quidam quod terra abſorbeat eos, quidam timent latrones, aliqui lupos, ne ad eos ingrediantur. Quandoque res proprie habent in hoc impreſſionem: & cum hoc quandoq; imaginan- E
tur res coram oculis ſuis, quæ non ſunt ſane: & quandoque imaginantur ſeipſos reges factos, aut lupos aut dæmones, aut aues, aut inſtrumenta artificialia, quidam eorum ſunt, qui rident, & proprie, quorum melancholia eſt ſanguinea, quia imaginantur res placidas. Quidam ſunt, qui plorant proprie quorum melancholia eſt pura, & quidam eorũ diligunt mortem, & quidã ſunt qui abhorrent.

Signa melancholiæ per eſſentiam.

Signa melancholię cuius cã eſt in cerebro per eſſentiam ſunt ſuperfluitas cogitationis, aſſiduatio ſolitudinis melancholicæ, aſſiduus aſpectus ad vnam rem. Item etiam ad terram, ſignificant ipſam color capitis faciei & oculorum, nigredo pilorum, capitis craſſitudo, intenſio inſomnietatis, & anteceſſio cogitationum, mora in ſole, ægritudines cerebri antecedentes, & ſigna, quæ dicemus membris communicantibus cerebro peruenta, vt non appareat iuuamentum cum aliquod membrũ medicatur, ſed remaneat, & vt accidentia valde magna ſint. F

Signa melancholiæ ex cõmunitate totius.

❡ Signa melancholiæ, quæ facta eſt cõmunitate totius corporis, ſunt nigredo corporis, eius arefactio, retentio eius, quæ euacuatur a ſplene & a ſtomacho, & quod euacuatur ex ano, cum periodis, aut ex menſtruis, cum periodis, & multitudo pilorum corporis & vehemens nigredo ipſorũ, & anteceſſio ciborum malorum melancholicorum, ægritudines, quibus ſuccedit melancholia, ſunt ſicut tẽporaneæ & ꝑmixtæ.

Signa melancholiæ facta ex ſplene.

❡ Signa melancholiæ facta ex ſplene. Multitudo appetitus ꝑꝑ effuſionẽ cholerę nigræ ad ſtomachũ Paucitas digõis ꝑꝑ frigiditatẽ complexionis: multitudo rugitus lateris ſiniſtri: inflatio ſplenis, qui nõ ſeparatᷓ ab eo repletio vehemens ꝑꝑ dictam inflationẽ, quandoq; cũ melãcholia febris eſt quartana & natura eſt lenis, quandoq; mordicatio choleræ nigræ facit, vt ſit mania.

Signa melancholiæ ex cauſſa ſtomachi.

❡ Signa melãcholię ex cã ſtomachi. ſigna apoſih matis ſtomachi, augmentũ melancholiæ cũ nauſeatiua ſatietate & repletione in hora digeſtionis, multoties excitantᷓ dolores apud cõeſtionẽ, vſq; quo digeratᷓ cib⁹, deinde quieſcunt dolores apud digõnem. Si aũt eſt calidũ, ſignificat ipſum inflãmatio mirach, ſitis, vtplurimũ. G

Signa hypochõdriaca.

❡ Signa melancholiæ hypochõdriacæ grauitas hypochondriorũ attractio ad ſuperiora, nauſea inſeparabilis, malitia aĩæ, corruptio digõnis, eructatio acetoſa, ſputũ humidũ, rugitus, exitus ventoſitatis, inflammatio, dolor in ſtomacho, aut inter ſpatulas, & ꝓprie poſt cibum, vſq; quo digeratur, quandoq;
euomit

A euomit phlegma cholericũ quandoq; acetoſum dentes cōgelans. Hæc accidentia accidunt poſt aſſumtionē: ibi imo poſt ipſum p horas aliquas. Egeſtio eſt phlegmatica, cholerica, & alleuiatur p bonitatem digeſtionis, & augmentatur diminutione ipſius, plerunq; p̄cedit eam apoſtema in hypochondrio, aut eſt cum ea apoſtema, & inuenitur tremor plurimus in hypochondrio, & in quibuſdã horis, & augmentatur cũ ſatietate nauſeatiua. Velocitas digeſtionis, cholera nigra faciēs melancholiã, cum ipſa eſt cum ſanguine, tunc eſt cum gaudio, & comitatur ipſam triſtitia vehemens. Si aũt eſt cum phlegmate, eſt cum pigritia & paucitate caliditatis ipſius, & quiete: ſi cum cholera, eſt cum agitatione, læſione, dæmonio & ſimilis maniæ. Et ſi vero fuerit cholera nigra pura, tunc cogitatio in ipſo erit plurima & audacia minor niſi moueatur & iraſcatur. Et hoc odium, cujus non obliuiſcitur, &c. Sequitur cura. ¶ Neceſſe eſt, vt melancholia curetur in principio, quoniam cōfirmata eſt difficilis curationis, & praua. In omni diſpo-

Prognoſtica. *Diæta.*

B ſitione melancholica neceſſe eſt, vt gaudio vtatur, ſedeat in locis temperatis, humectetur locus ſtationis. Aer eiuſdem odorificetur ſemper, olfaciat odores bonos, & flores boni odoris, ſumat cibos laudabilis chymi humectatiuos valde, fiat augmentum eius in hoc, vt corpus tenereſcat cibis conuenientibus. Balneo vtatur ante cibum, & effundatur ſupra caput aqua tepida, non vehementis caliditatis. Cum egreditur balneum, ſi ſitit, non eſt malum vt parum aquæ potet. Adminiſtretur fricatio faciens prædicta in capit. de conſeruatione ſanitatis. Sitque ſtudium in humectatione eius ſupra ſtudium calefactionis, quantum eſt poſſibile alienet a ſe coitum, vt & ſudorem vehementem, fabas, carnes ſalitas, lentes, caules, vinum craſſum, omne ſal, omne ſalſum, acre, acutum, & omne quod eſt vehementis acetoſitatis, oportet vt ſumat pinguia & dulcia, cum voluntas eſt, vt dormiat, non embrocetur eius caput, niſi cum aqua papaueris, & chamomillæ, alchocohen, ſomnus enim eſt ex conuenientibus curis ipſo-

Curatio.

C rum. Veruntamen ſuccurratur eum eo, quod tantum affert eis ſalutem, quantum nocumentum papauer attribuit. Si autem melancholia fiat ex malitia complexionis ſingularis frigidæ aut ſiccæ ſufficiet, vt adminiſtres calefactionem cordis cum lætificantibus ex medicinis de moſcho, theriaca, mithridatio, & his ſimilibus, & etiam caput cum eis, quæ dicta ſunt in capit. de ſtoliditate, quæ ex ea fortis eſt conſequens ſucceſſionem alterius ægritudinis calidæ, tunc eſt facilis, ita, vt embrocationibus remoueatur. Si autem melancholia eſt ex materia confirmata in cerebro, tunc theſaurus curæ ipſius ſtat in tribus rebus. Prima earum eſt euacuatio materierum, & fortaſſe erit euacuatio per clyſtere & vomitum, niſi in illo, cuius eſt ſtomachus debilis, quæ in hac ægritudine nunquam vomere debet, nec etiam in hypochondriaca. Secunda res eſt, vt adminiſtretur humectatio aſſidua cum euacuatione, cum embrocis oleis calidis, ponas in eis ex medicinis ſicut chamomilla, aneto, meliloto, radice lilii, & nō incraſſetur humor per

D reſolutionem puram, in qua non eſt lenitas, neque craſſitudo, vt humectet, & non ſit ex eis reſolutio. ¶ Si cholica nigra elongata eſt a caliditate, tunc addas folia lauri, calamentum cum humectantibus. Adminiſtra cibos generatiuos ſanguinis laudabilis, vt piſces petroſos, carnes laudabiles prædictas, in quibuſdam horis, vinum album permixtum præter antiquum & forte. Tertia res eſt, vt adminiſtres confortationem cordis, ſi ſentit complexionem frigidam cum lætificantibus calidis, & ſi ſentit complexionem declinantem ad latus caliditatis cum lætificantibus temperatis, & ſic caliditas eſt valde fortis, adminiſtra lætificantia multum frigida, & iſtud quidem ſcies ex pulſu, diſtinguamus has tres res, videlicet. Curatio ita inſtituenda eſt: nam ſi vides venas plenas, qualitercunque ſit, tunc cholera nigra eſt ſanguinea, phlebotomia ergo fiat venę nigrę, imo oportet, vt ſecundũ diſpoſitionem omnē a phlebotomia in-

Vena ſectio.

E cipias, niſi timor vehementis debilitatis affuerit. Scias, ꝙ ſi materię ſint paucæ, & in cerebro tantũ ſiccitas dominetur ſuper complexionem, ſi phlebotomas & inuenies ſanguinem ſubtilē, non retineas ſanguinem propter hoc, ꝙ multoties præcedit in ipſo ſubtilitas. Oportet, vt amplifices phlebotomiam, vt non effluat ſubtile, & retineatur craſſum & inde augeatur. Conſidera quod duorum laterum capitis ſit grauius, & aperi cephalicam eiuſdem lateris, quandoque erit neceſſarium tibi, vt phlebotomes baſilicam, & ante phlebotomiam venarum frontis minus plus cum inuenis ſigna communia. Deinde ſi inuenis humorem melancholicum declinare ad frigus, euacua cum pilulis factis ex epithymo, & aloe, & incipe a digeſtione. Pilulę ex epithymo, & aloe in principio leues, in quibus eſt epithymum, deinde cum decoctione epithymi & agarici, poſtea ſi non conferunt, adminiſtra hieras magnas, lapis lazuli iuuat, lapis armenus, pilulæ factæ ex eis iuuant, & ſine timore adminiſtratio dictarum medicinarum, in aqua caſei. Si non conferunt, reitera curam in omni hebdomada euacua cum ſubtilibus. Expertum eſt po-

F tare infra ſcriptam trypheram epithymi. *℞. tryphera ℨ ij. epithymi ʒ j. hiera ℨ ß. omni menſe euacua cum hieris magnis, donec remoueatur ægritudo.* Odoramenta bona, videlicet moſchus, ambra, xyloaloes iuuāt & humectationes & minus ex calefactione, ſi materia ſit decliuis ad choleram citrinam: non tamen euites chamomillam, aqua decoctionis abſynthii iuuat.

Trypheræ.

Consil. XVIII. *Contra accidentia melancholica mulieris valde cholericæ.*

ENema lenitiuum, mollitiuum, materierum communium eductiuum, & diuerſiuũ a corde, ſplene, epate & ſtomacho. *℞. caput ouis caſtrati ſeu agni numero j. maluarum blitis, violarum an. M j. radicis althææ ſeu maluauiſci, quod idem eſt M ß. ſeminum fœnugræci ℨ ß. vitellum oui numero j. caſſiæ fi. ℨ j. ſachari rub. ℨ ß. olei cōmunis ℨ iiij. ſalis cōmunis. ʒ ij. caput bulliat in ſufficienti quantitate aquæ vſque ad conſumtionem: deinde in eius decoctione, herbæ, radices & ſemina bulliant vſque ad conſumtionem*

Enema.

G *tertiæ partis decoctionis, deinde optime exprimantur & colentur, vltimo, dictæ colaturæ tribus cyathis ſeu ℨ xviij. reliqua omnia addantur & fiat clyſtere.* Iſtud enema vſurpet debite calidum ſtomacho ieiuno, & proprie ante cœnam diebus immediate præcedentibus aſſumtionem ſolutiui minoratiui & eradicatiui infra ſcriptorum, quo enemate etiam vti poteſt, ſemel in hebdomada ſtomacho

Solutiuum minoratiuum. ieiuno & proprie ante prandium ad libitum. ¶ Solutiuũ minoratiuũ. ℞. *caſſiæ electæ ℥ j. diaſenæ ʒ iij. tamarindorũ ʒ j. aquarum lupulorum, bugloſſæ, endiui. an. q. ſ. pro potione miſce.* Iſtud ſolutiuum aſſumat debite calidum non tepidum per octo horas poſt finem cœnæ immediate præcedentis, & poſt ipſius aſſumtionem ſtet in lecto per horam, &c. vt fit & pro ferculo commedat blites, cum boragine & carnes laudabiles. ¶ Digeſtiuũ. ℞. *ſyrup. de pomis ℥ j. de byzanthiis ℥ ß. de epithymo ℥ ij. aquarum acetoſæ. ℥ ij. lupulorum bugloſſæ an. ℥ ß miſce.* Iſtud aſſumat debite calidum poſt cœnam per octo horas, quo vtatur diebus quatuor continuis, & tertia die poſt ſumtionem ſupraſcripti minoratiui. ¶ Solutiuum eradicatiuum. ℞. *ſolutiuum ſupraſcriptum rheubarbari electi. ʒ j. epithymi ʒ ij. ſpicæ g̃ ij. mellis paſſularum ℥ ß. rheubarbarum prius minutim inciſum, deinde leuiter trituratũ & non piſtatum, infundatur in dictis aquis per horas 12. ad minus: deinde optime exprimatur & coletur, vltimo reliqua addantur, & fiat potio.* Iſtud aſſumat calidum, &c. vt ſupra. ¶ Lotio diuerſiua. ℞. *foliorum violarum. M j. blitis, ſalicis, ana. M j. florum nenupharis M ß. florum violarum. M j. florum roſarum. M ß. chamo M ij. Contundantur omnia cum craſſo modo: deinde ſimul bulliant in ſufficienti quantitate aquæ, vſque ad conſumtionem quartæ partis aquæ.* Cum hac decoctione debite calida non tepida lauentur cura a g nu infra, alternis diebus ſtomacho ieiuno, & proprie ante cœnam per horam vnam vel circa. Qua lotione taliter vti incipiat poſt diem tertiam, poſt aſſumtionem ſolutiui eradicatiui ſupra ſcripti. ¶ Epithema cordiale. ℞. *corticum citri ʒ ß. oſſis de corde cerui, corallorum rubr. ana ʒ j. been albi & rubei ℈ j. ſeminum acetoſæ ʒ ß. garyoph. ʒ j. croci ℈ ß. roſarum ſandalorum an. ℈ ß. ligni aloes ℈ j. aquarum roſarum ℥ ij. bugloſſæ ℥ v. acetoſæ ℥ iij. miſce & fiat epithema.* In iſto liquore infundatur ſindon g aneus duplus in forma ſcuti, &c. modicum expreſſus apponatur, &c. Quo cordiali taliter vtatur per quatuor horas ad minus poſt nutrientis aſſumtionem, & ipſum taliter reiteret inter prandium & cœnam ad minus bis. Et totidem inter cœnam & prandium, & eo diebus alternis vti incipiat die quarta poſt aſſumtionem ſolutiui eradicatiui ſupraſcripti. ¶ Digeſtiuum vſuale. ℞. *ſeri caprini, aquarum acetoſæ an. ℥ j. ſucci foliorum blitis ℥ j ß. lupulorum, abſynthii an. ℥ j ſacchari albiſſimi ʒ j. iſtud aſſumat debite calidum, &c. vt ſ. in aliis digeſtiuis.* quo taliter vti incipiat poſt octo dies ad minus poſt aſſumtionem ſolutiui eradicatiui ſupraſcripti. Et eo taliter vtatur quatuor diebus continuis in ſingulis duobus menſibus. ¶ Digeſtiuum aliud vſuale. ℞. *ſeri caprini, aquarum acetoſæ an. ℥ j ß. lupulorum, abſynthii an. ℥ j. ſacha. albiſſimi ʒ j.* ſi hoc eſt ipſi gratius priore, ipſum aſſumat calidum, &c. vt ſupra, quo vtatur ſemel in ſingulis duobus menſibus, & proprie poſtquam aſſumſerit diebus quatuor digeſtiuum vſuale ſupraſcriptum. ¶ Caputpurgium. ℞. *aquarum maioranæ ℥ ij. violarum ℥ j. ſucci foliorum blitis. ℥ j ß. ſacchari candi. pulueriʒati ʒ ij. miſce. de quo liquore tepido trahat ter vel quater per nares ſucceſſiue ieiuno ſtomacho & proprie per horam ante prandium diebus alternis.* quo vti incipiat per 12. dies poſt aſſumtionem ſolutiui eradicatiui ſupraſcripti & eo taliter vtatur in chelo modis duobus. ¶ Vnctio ſplenis confortatiua & aperitiua. ℞. *oleorum capparorum ℥ j. violati ℥ ß. pulueris ſcolopendriæ ʒ j. croci ℈ ß. ceræ albæ q. ſ. pro vnguento molli miſce, cum modico aceti fac vnguentum pro ſplene.* Cum hoc vngatur ſplen cum manu ſuauiter calida ſtomacho ieiuno ſaltem ſemel in die diebus alternis in menſe vno, qua vti incipiat per duodecim dies poſt aſſumtionem eradicatiui ſupraſcripti. ¶ Pilulæ confortatiuæ ſplenis & epatis. ℞. *trochiſci de capparibus ʒ ß. diarhodon ʒ j. abſynthii ʒ ß. ſandalorum rub. corallorũ rubr. an. ʒ ß. ſeminis acetoſæ ℈ j. ſachari albi ʒ ß miſce & cum ſyrup. de pomis formentur pilulæ vij. pro ʒ.* Iſtarum pilularum non ſolutiuarum aſſumat ʒ ß. in mane, cum ſurgit, bis in hebdomada in vno menſe ad libitum & poſt ipſarum aſſumtionem ſtet ieiuna ad minus horis tribus, quibus vti incipiat quarta die poſt aſſumtionem eradicatiui ſupraſcripti. ¶ Confectio caliditatis lapſæ reductiua & pectoris & cordis confortatiua & ſputum facilitans. ℞. *diadraganti frigidi deſcript. Nico. ʒ ij. elect. regum Meſue ʒ ß. ſeminum communium frigidorũ maiorum ʒ ß. corallorum rub. ʒ ij. croci ℈ j. oſſis de corde cerui ʒ j. cum iulepo viol. reformetur confectio in mortario ſine igne in morſellis. ij. ʒ. pro quolibet morſello.* Iſtius aſſumat morſellum vnum mane diebus alternis in vno menſe: & poſt eius aſſumtionem ſtet ieiuna ad minus horis tribus, qua vti incipiat per quatuordecim dies poſt aſſumtionem eradicatiui ſupraſcripti. ¶ Confectio confortatiua, vt ſupra. ℞. *gemmarum, margaritarum, electuarium de gemmis ſine ſpecieb. an, ʒ j. ſpecierum diarhodon abbatis, trochiſ. de rheubarbaro an ℈ j. radicum capparorum. ſpecierum trianſandalorum, ſeminum acetoſæ. an. ʒ ß. ſachari albiſſimi ℥ vj. miſce & cum aqua acetoſæ fiat confectio ſolida in morſellis ʒ ij. pro morſello.* Iſtius aſſumat morſellum vnum mane diebus alternis in vno menſe, & poſt ipſius aſſumtionem ſtet ieiuna ad minus horis tribus, qua confectione vti incipiat per duos menſes poſt aſſumtionem eradicatiui ſupraſcripti. ¶ Solutiuum facile confortatiuum, &c. ℞. *triphera ſine opio ʒ ij. epithymi ʒ j. hieræ ʒ ß. paſſularum ℥ ß. aquæ acetoſæ ℥ j. ſeri caprini. q. ſ. pro potu.* Iſtud aſſumat calidum per nouem horas poſt finem cœnæ immediate præcedentis in ſingulis tribus menſibus ſemel, & cum modis deſcriptis in aſſumtione ſolutiui eradicatiui ſupraſcripti, præterquam quod poſt aſſumtionem dormiat ad libitum, & non ſumat lauatiuum.

Side notes, in order: *Digeſtiuũ.* — *Eradicatiuum.* — *Lotio diuerſiua.* — *Epithema cordiale.* — *Digeſtiuũ vſuale.* — *Aliud.* — *Caputpurgium.* — *Inunctio ſplenis confortatiua & aperitiua.* — *Pilula confortatiua ſplenis & epatis.* — *Morſelli.* — *Alii.* — *Solutiuum facile confortatiuũ.*

Margin letters: A B C D E F

Conſil. XIX. *Contra vertiginem, paralyſin & principium apoplexiæ.*

G

Pilula. Medicinæ virtuti familiares. ℞ *pilularum alephanginarum, agarici an. ℈ j ſalis gemmæ zinʒ b. an. gran. j. miſce & cum ſyrupo. de ſtœchade reformentur pilulæ vij pro. ʒ.* ¶ Diuerſiuum. Extrema fricentur cum panno ſuauiter calido per horam ante cibum. ¶ Digeſtiuum. ℞. *aqua*

A ℞.aquæ mellis factæ ſecundum canonē q.ſ.pro decoctione delectabili:ſaluiæ partes,ij.maioranæ partem ß.roſ- *Digeſtiua*
marini partem j.miſce deinde bulliant vſque ad conſumtionem tertiæ partis aquæ, vltimo exprimantur & *potio.*
colentur.¶ Si vero vult medicamen efficacius addantur piperis,zinzibe.cinamo.an.q.ſ.pro decoctione dele-
ctabili bulliant omnia ſimul, & colentur vt ſupra. ¶Si iterum vult medicamen efficacius tunc ℞.ſy. de ſtœ-
chade ℥j.oxymell.ſ.℥ß aquæ ſaluiæ ℥j.ß aquarum hyſopi,abſynthii an.℥j.miſce. ¶Poſt vero debitam aſ-
ſumtionem alterius digeſtiuorum ſupra ſcriptorum, reaſſumat pilularum ſupraſcriptarum quantita-
tem ad libitum. ¶ Caputpurgium per nares attrahendum ℞.aquæ maioranæ ʒij.pulueris nucis muſca. *Caput*
℈j.mell.ʒij.miſce.¶ Digeſtiuū vſuale & virtute familiare. ℞.aquæ ſaluiæ ℥j aquæ maior.herbæ hyſo.abſyn. *purgium.*
an.℥j.pul.nigel.ʒß.ſaccha.al.ʒij.aut & melius mell ℥iij.miſce. Solu.vſuale & facile. ℞.pilu.ſupra ſcripta- *Digeſtiuū*
rum quantitatem ad libitum. ¶ Cerebri confortatiuum, ſuffumigetur camera ex thure.Hunc vero fu- *vſuale.*
B mum a longinquo recipiat, & non radios directos ipſius fumi,aut ſuffumigetur cum auibus cypri arti- *Solut.*
ficialibus Salibanz ori vel ligno aloes ad libitum.¶ Cerebri confortatiuum vt ſupra. ℞.cubebarum ʒj.ß *Nodulus*
cardamomi ʒj.nigellæ torrefactæ ʒiij.miſce deinde ligentur in ſindone graneo ſubtili & raro. Iſtam mixtu- *cōfortans*
ram odoret crebro & proprie ſtomacho ieiuno.Cerebri confortatiuum & cordis ℞.theriacæ debite fermen- *cerebrū.*
tatæ ʒj.ß aquæ ſaluiæ ℥ij. miſce iſtam theriacam,aſſumat ſtomacho ieiuno in aurora per x.horas poſt cœ- *Conf. ce-*
nam & poſt ipſius aſſumtionem ſtet ieiunus horis ſeptem, & interim dormiat, ſed non amplius duabus horis. *rebri &*
¶ Aliud.℞.acori nutriti ſine cano.ʒß.¶ Aliud.℞.diacori ʒiij. ¶ Solutiuum aliud vſuale facile, &c.℞.pi- *cordis.*
lularum aſſaiaret, agarici ana ℈j.ſalis gemmæ,zinzibe.an.gra.j. miſce & cum ſyru.de ſtœchado fiant pilulæ *Pilulæ.*
v j. Iſtarum aſſumat ab vna vſque ad duas ad libitum diebus ad libitum in ſero, cum ponit ſe ad dormi-
endum etiam ſi cœnauerit.Cerebri,ſtomachi & epatis confortatiuum ℞.myrobalanum chebulum con-
C ditum j.hunc aſſumat in aurora diebus ad libitum ¶ Cerebri confortatiuum efficacius priori. ℞.flo-
rum ſaluiæ viridis,quantum ſufficit pro conſerua delectabili,mellis electi lib.ij.ſpecierum diamoſchi dul.ʒj. *Electua-*
miſce,deinde fiat elec.ſeu.melius conſerua ſecundum can. ¶ Cerebri,nuchæ,& neruorum confortatiuum. *rium.*
℞.oleorum liliorum alborum ℥ij ſpicæ chamo. an.℥j.ſpecierum diamoſchi dul.ʒij.miſce. Ex hac vnctione *Vnctio*
vngatur nucha ſpondyli, colli, & omnes ſpondyli ſpinæ & etiam membra læſa. *cōfortans cerebrum & neruos.*

CONS. XX. *Contra epilepſiæ principium.*

MInoratiuum.℞.pilularum de hiera deſcriptarum in recepto infra notato.agarici ana.℈j. zinzi.gra.ij. *Pilulæ.*
agaricus infundatur in oxymell.ſimplici:deinde miſce & fiant pilulæ.vij.¶ Pilulæ de hiera,de quib. ſu- *Pilulæ de*
pra.℞.ſpecierum de hiera picra partem j.ſeu de hiera maiori Galeni,aloes, ſuccotrinæ electæ partes ij. miſce, *hiera.*
D & cum ſyrupo de ſtœchade, fiat magdaleon pro pilulis. ¶ Digeſtiuum. ℞.ſyrupi de ſtœchade ℥j.oxymell.
ſimplicis ℥ß.aquarum maio.℥j.ß ſaluiæ ℥j.acetoſæ ℥ß miſce ¶ Eradicatiuum ſolutiuum.℞.pilularum fœ- *Digeſtio.*
tidarum de hiera de quibus ſupra,agarici an.℈j.zinzi.gra.ij miſce vt in primo minoratiuo ſ.infundendo a-
garicum in oxymelle ſimplici.¶Solutiuum facile & vſuale. ℞.pilularum alephanginarum ℈ij. agarici ℈j. *Pilulæ.*
agaricus infundatur in oxymelle ſimplici deinde miſce & fiant pilulæ, &c.¶ Cerebri & neruorum confor- *Aliæ.*
tatiuum,& cauſſarum tam antecedētis, quam coniunctis digeſtiuum & reſolutiuum. ℞.ſpecierum dia-
moſchi dulcis ʒj.ß.radicis pœoniæ,℈ij. caſſiæ ligneæ.℈ß.ſach.albiſſimi ℥vj.piſta.pi.deinde omnia ſimul miſce
& cum aqua maio.& ſaluiæ an fiat confe.ſolida in morſell.ʒiij.pro quolibet.¶ Digeſtiuum vſuale.℞.aqua- *Morſelli.*
rum ſtœchados ℥j ß.betonicæ ℥j.maioranæ,ſaluiæ an ℥ß radicis pœoniæ pulueriзatæ gra.ij.ſacch.al.ʒj.mi-
ſce.¶ Cerebri confortatiuum vt ſupra, ſcilicet efficacius. ℞.ſpecierum diambræ ℈j.ß oſſis de corde cerui *Digeſtiua*
E ℈j.carpobalſami,galliæ muſca.ana.ʒß linguæ arietis,℈j.radicis pœoniæ ℈ij ſaccha.albiſſimi.℥viij.pul.pul. *potio.*
& fiat confec.vt ſupra de alia immediate.¶ Aliud vt ſupra. ℞.aſſæ ℈j.carpobalſami ʒß galliæ muſ.linguæ a-
rietis an.℈ij.nucis indicæ ℈j.radicis pœoniæ ʒj.piſtanda piſtentur, & cum ſy.de ſtœchade fiant pilulæ vij.pro *Cōfectio.*
ʒ.¶ Aliud vt ſupra, ſed efficacius. ℞.radicum vitis albæ, radicum ariſtolegiæ ro. an. ℈j.radicum
andacochæ, radicum pentaphilon. an. ℈ß.ſpicæ epithymi an. ʒß ſeminum plantaginis. M j.corallorum
ru ʒß pul pul.deinde ex omnibus ſimul mixtis fiant pilulæ vt ſupra. ¶ Aliud, vt ſupra, ℞.lapidum armeni *Aliæ.*
lyncis,gagatos an. ℈j.opoponacis, laccæ an. ℈ß ambræ ℈ij:oſſis de corde cerui ℈j. pul. pul. ſecundum cano.
deinde cum ſy.de ſtœchade fiant pilulæ vt ſupra. ¶ Aliud virtutis familiare.℞.ſeminum ſiſeleos ʒj roſma. ʒ *Pilulæ.*
ß ruthæ ℈j.ſpicæ,galliæ muſ.an. ℈ß ſtœchados ʒj. coral.ru.℈j.ſeminū plantaginis ℈ß pi.pi.& cū ſucco feni-
culi fiant pilulæ vt ſupra vij.pro ʒ. ¶ Caputpurgium & cerebri confortatiuum.℞.aquarum maioranæ, *Caputpur-*
F ſtœchados an.℥j ſucci foliorum blitis ʒß nigellæ ℈ß pœoniæ ℈j.mannæ electæ ʒß pul.omnia & miſce.¶ Ce- *gium &*
rebri confortatiuum. ℞.theriacæ andromachi ʒj.ß. Cerebri & nuchæ confortatiuum ℞.vnguenti de *eius con-*
bdellio meſ.℥j.coral.rub.℈ij ſeminis plantaginis ℈j.oleorū liliorū albo.℥j ſpicæ ʒß laudani.q.ſ.ad omnia ſi- *fortatiuū*
mul tenacitatem faciendam ceræ nouæ, quantum pro vnguento molli pul.pul. & fiat vnguentum ad len- *capitis.*
tum ignem.

CONS. XXI. *Contra epilepſiam.*

ANtonius Cermiſonius requiſitus a ſpectabili viro N.vt indicium & eſſentiam ægritudinis profer-
ret,&c.In caſu ſupraſcripto implicantur tria dubia principaliter. Primum vitium hic in omnibus
ſit epilepſia.Prima concluſio ex ſignis narratis in caſu hic morbus eſt epilepſia tanquam ex ſignis com-
G munibus & propriis epilepſiæ.Secunda concluſio epilepſiam aliquando concomitatur ſtupor,cum ipſa
aliquando permutetur ad paralyſin,ſicut & apoplexiam & paralyſin multoties procedit ſtupor. Ergo
non eſt inconueniens, quod ſtupor concomitetur epilepſiam, ſicut eſt in caſu illo. Tertia concluſio
ſpaſmus non neceſſario coniungitur epilepſiæ, vt quando epilepſia eſt in ſua, in qua virtus eſt impo-

tens ad expellendum materiam ad extremitates neruorum & origines, vt quãdo cauſſa epilepſiæ eſt va- A
por, aut materia ſubtilis ſubſtantiæ, & non multum acutæ qualitatis, quorum non eſt cauſſare ſpaſmum,
& ita eſt in caſu illo dicto. Hæ tres concluſiones ad literam ponuntur ab Auic. *prima tertii, & cap. proprio
de apoplexia:* & etiam *ſecunda tertii trac. & cap. de paralyſi.* Item a Serap. *in breuiario tract. 3. cap. de apople-
xia.* & nono *cõtinentis tract. de apoplexia.* Secundũ dubium vtrum dicta apoplexia ſit propria, vel per eſ-
ſentiam in cerebro, aut cõmunitatem ex alio membro. ¶ Prima cõcluſio epilepſiæ dictæ primi paroxy-
ſmi leues, qui fuerunt ſine ſpaſmo & ſine capitis grauedine, &c. fuerũt ex cerebri debilitate, & per com-
munitatẽ vaporum eleuatorum a multis materiis retẽtis in dictis magnis venis mẽbrorum naturalium,
vt epatis, ſplenis & ſtomachi, geniti defectu naturalium virtutum membrorum dictorum, & retenti
per diminutum fluxum hemorrhoidarum ſibi conſuetarum, quod teſtatur corde aliqualis altero & ſto-
machi fluxu cholericus vitellinus, q̃ veriſimiliter ſecutus debilitauit mẽbra naturalia, & omnia ſine ca- B
pitis grauedine. Et omnia ſentiunt auctores dicti in locis allegatis. ¶ Secunda concluſio epilepſiæ dicti
paroxyſmi fortes, qui fuerunt cum ſpaſmo & capitis grauedine, &c. fuerunt paroxyſmi epilepſiæ ꝓprie
& per eſſentiam in cerebro, & hoc propter adiuncta debilitatem virtutum naturalium cerebri & paro-
xyſmorum continuitatis ſeu cõtinua reiteratione, quod teſtatur in cano. cõtinua capitis grauedo tem-
pore quietis, videlicet inter vnum paroxyſmum & alium, & continua oculorum tenebroſitas, & vertigo
& priuatio ſignorum ſignificantium læſionem alterius mẽbri, & hoc idem ſentit Auic. *dicto ſecundo cap.
& dicti Auctores dictis cap. de epilepſia.* ¶ Tertium dubium vtrum in dicto caſu epilepſiæ dictæ, cauſſa ſit
humor, vẽtoſitas, an vapor, & ſi humor, an ſit phlegmaticus, an ſanguineus. Prima cõcluſio in dicto ca-
ſu epilepſiæ paroxyſmorũ leuium cauſſa fuit vapor, ſed paroxyſmorũ fortium, quibus cõmunicatus fuit
ſpaſmus, cauſſa fuit humor phlegmaticus aquoſus, ſubtilis, quod teſtatur ſpaſmus, grauedo capitis, ocu- C
Curatio. lorum tenebroſitas, hoc idem aſſerunt Doctores dicti locis allegatis. ¶ His viſis veniamus ad remedia, &
Syrupus. primo poteſt dari ſyru. talis ℞ *ſy. de ſtœchade ℥ j. oxymellis ſquillitici ʒ ß. aquæ ſaluiæ, aquæ maioranæ an. ℥ j.
ß. pulueris ſeminis pœoniæ ʒ ß. miſce* Pilulæ efficaces. ℞ *pilularum de hiera maiori, cotiarum, agarici, an. ℈ j.*
Pilula. *ſalis gemmæ gra. j. miſce & cum elect. indo q. ſ. ad incorporandum reformentur pilulæ vij.* ¶ Pilulæ faciles. ℞
Pilularum de hiera ſimplici ℈ j. agarici ℈ j. ſalis gemmæ gra. j. miſce & reformentur pilulæ cum dicto elect. vt
Alia. *ſupra* ¶ Confectiones ℞ *Myrobalanos, chebulos conditos numero ij. diamoſchi dulcis ʒ iij. diacori ʒ ß. aro-
matizentur cum ſeminibus nigellæ, ſiſeleos pœoniæ ana quantum ſufficit ad incorporandum, vel ad aromati-*
Clyſter. *zandum.* ¶ Clyſtere. ℞ *mercurialis M ij. maluarum M j. ſtœchadis, maioranæ radicum feni. petroſ. centau-
reæ minoris an. M ß. ſeminũ ſiſeleos, carthami an. ʒ iij. caſſiæ fiſt. ʒ ß hieræ picræ ʒ ß. ſacch. rub. ʒ ß. vitellum*
Maſtica- *oui j. olei aneti. ℥ iij. herbæ, radices, ſemina bulliant ſufficienter, deinde optime exprimãtur & colentur, vltimo* D
torium. *duobus cyathis dictæ colaturæ reliqua omnia addantur, & fiat clyſtere.* ¶ Maſticatorium. ℞ *ſiſeleos ʒ j. maſti-
cis ʒ ß. nucis muſc. ℈ j. pyrethri ʒ j. ceræ q. ſ. ad incorporandum miſce, & fiãt pilulæ paruæ*, olfaciat rutham ſæ-
Caput piſſime maſticet ſæpe ſolum matricariam. Caputpurgium ℞ *aquæ maioranæ ℥ ij. pulueris radicis ireos*
purgium. *ʒ ij. nuc. moſc. ℈ j. miſce.* Summum remedium eſt mutare aerem humidum in ſiccum, vt Hip. *2. aph. 451.*
& Aui. *prima tertii, 2. cap. de epilepſia.*

Cons. XXI. *Contra debilitatem memoriæ.*

SOlutiuum minoratiuum facile. ℞ *caſſiæ fiſt. ℥ j. myrobalanorum indorum ʒ ij. ſyrupi de ſtœchade
℥ j. aquæ endiuiæ ℥ j. ſeri caprini. q. ſ. pro potione, myrobalani prius minutim inciſi infundantur per*
Potio mi- *xij horas ad minus in d. aqua: deinde optime exprimantur, & dictæ expreſſioni reliqua omnia ad-*
noratiua. *dantur, & fiat potio.* ¶ Solutiuum minoratiuum aliud ℞ *pilularum de hiera ſimplici ℈ ij agarici* E
℈ j. bdellii gra. ij. ſalis gemmæ gra. j. miſce & cũ elec. indi. &c. & fiant pilulæ vij. pro ʒ ¶ Syrupus ℞. *ſucci acori
℥ j. ſuccorũ cyperi, ireos, calamenti an. ʒ ß. pulueris ſileris montani ʒ ij. ſucci ſaluiæ ℥ j ſaccha. al. q. ſ. miſce & cũ*
Syrupus. *aqua alkeiri aut ſtœchados. q. ſ. ad ſyrupandum fiat ſyrupus ad lentum ignẽ & clarificetur* ¶ Syrupus alius. ℞
Pilula. *ſyrupi ſtœchados ℥ j. oxymellis ſimplicis ʒ ß. aquæ ſaluiæ ℥ ij. aquæ capilli veneris ℥ j. miſce* ¶ Solutiuum eradi-
catiuum. ℞ *agarici myrobalanorum, chebulorum, ſpecierum hieralogodionis deſcriptione an. ʒ j nucis muſc.*
Potio. *gra. j. miſce & cum elec. indi. &c. fiãt pilulæ vij pro ʒ.* Potio loco ſyrupi. ℞ *aquæ maioranæ ℥ ij. aquæ menthæ,
aquæ hyſopi an. ℥ j. miſce & aromatizetur cum modico acori vel cyperi.* Fricationes fiãt ad collum, ſpatulas
& brachia tota ab humero infra cum panno mane cum ſurgit, & hoc ſaltẽ bis in hebdomada. ¶ Lotio ex-
Lotio ex tremorum. ℞ *Florũ chamomillæ M ij. ſtœchados M ß. ſaluiæ roſmarini an. M j. contundantur omnia craſſo*
tremorũ. *modo: deinde bulliant omnia in ſufficienti quantitate ad conſumtionem quartæ partis aquæ.* Ventoſæ ſine ſca- F
rificatione duæ, carnoſitatibus ſpatularum tertiæ ſpinæ. vbi collum coniungitur dorſo ſaltem ſemel.
Enema. ¶ Enema. ℞ *Foliorũ blitis, mercurialis an. M j ſtœchados chamomillæ, maioranæ, ruthæ, menthaſtri an. M j.
ß. ſileris montani, fœnugræci an. ʒ ß. vitellum oui j. an. M ß. caſſiæ fiſt. ℥ j hieræ picræ ʒ vj ſacchari rubei ʒ iiij.
olei meiri ʒ ij bulliant herbæ radices & ſemina ſecundum cano. dictum trib. cyathis dictæ colaturæ, reliqua o-*
Caputpur- *mnia addãtur, & fiat clyſtere.* ¶ Caputpurgiũ. ℞ *aquæ maioranæ ℥ j ſucci ebuli ʒ ß. pulueris ireos ʒ j. ſaccha-*
gium. *ri ʒ j. ß miſce.* ¶ Sternutatorium. ℞ *ellebori albi partem j. pulueris ireos partes ij. miſce* ¶ Odoramentum. ℞
Sternuta- *radicum ireos ʒ j ß ſeſeleos. ſtœchados an. ʒ ij. nucis muſcatæ ʒ ß menthæ, diambræ, thuris calamenti, ſtyracis*
torium. *calamitæ ana ʒ ß. ligni aloes ℈ ij. laudani quantũ ſufficit pro pomo conficiendo.* ¶ Confectio. ℞ *diacori ʒ ij.*
Pomum *ſpicæ nardi ℈ j. nucis muſcatæ ʒ ß ireos ʒ j. radicum ariſtologiæ rot. ſiſeleos, ſaluiæ ana ʒ ß. mellis. q. ſ. pro elect. &*
odoratũ. *fiat electuarium.* ¶ Alia confectio. ℞ *ſpecierum diacori ʒ ij ſpecierum diamoſchi dulcis ʒ j. ſaluiæ ʒ j. ß mel-* G
Elect. *lis q. ſ. pro elect. vt ſupra.* ¶ Alia. ℞ *chebulorum conditorum ℥ ij. diacori ʒ ß ſaluiæ ℥ j. mellis q. ſ. ad incorporan-*
Cõfectio. *dum, & fiat confectio.* ¶ Lotio pro capite. ℞ *ſtœchados M j. ſaluiæ ℥ j maioranæ, bacharæ, roſmarini an. M ß.*
Lotio pro capite. *bulliant ſufficienter in lixiuio quercuum aut ſarmentorum vitis, quod poſtremum eſt melius.*

Cons.

A

Cons. XXIII. *Contra viſus debilitatem ex panno.*

SOlutiuum facile. ℞ *pilularum lucis minoris Meſuæ* ℈ *ij. agarici* ℈ *j. ſalis gemmæ, zinzib. an. gra. ſ.* Pilulæ.
miſce & cum ſyru. de ſtœchade & ſucci feni an. reformentur pilulæ vij. dentur ſecundum canon. Collyriũ
&c. ¶ Confortatiuum viſus & oculos clarificans. ℞ *ſuccorum chalidoniæ* ʒ ß. *rutbæ* ʒ *iij. feni.* confortatiuum.
roſæ verbenæ an. ʒ ß. *ſacchari candi. puluerizati* ʒ *ij. miſce.* De iſtis ſuccis actu frigidis ponat in
oculos duas vel tres guttas tempore calido vel recenti tempore frigido tepidis, ſtomacho ieiuno per v-
nam horam ante cibum, & proprie mane & diebus alternis, &c. Tertia die poſt ſolutiuum ſupra ſcri-
ptum, & ſpatio dierum xv. modo dicto aliis diebus xv. non vtatur. ¶ Confortatiuum vt ſupra. ℞ *myro-*
B *balanum chebulum conditum vnum ſumatur, vt eſt in aurora ſingulo menſe ſemel, & poſt ſtet ieiunus horis*
quatuor. ¶ Viſus confortatiuum & oculos clarificans. ℞ *ſuccorum chalidoniæ* ʒ ß. *rutæ* ʒ *iij feniculi, ro-*
ſæ verbenæ an. ʒ ß *climæ lauri* ℈ *j. margaritarum non perforatarum* ʒ ß. *ſileris montani* ʒ ß. *croci* ℈ ß. *ſaccha-* Aliud.
ri candi ʒ *ij. puluerizanda puluerizentur, deinde miſce.* Si vult efficacius confortatiuum & viſum clarifi-
cans ſupra ſcripto, illo vtatur vt ſupra. ¶ Viſum clarificans & caliginem remouens, vt ſupra. ℞ *feniculi*
depurati ʒ *j. mellis electi* ʒ *j fellis perdicis* ʒ ß. *miſce.* Si vult medicamen permutare, iſto vtatur, vt ſupra.
¶ Viſum clarificans efficacius priorib. ℞ *ſucci feniculi depurati* ʒ *j.* ß. *mellis electi* ʒ *j fellis vulturis* ʒ ß. *miſ.*
Si vult efficacius prioribus, iſto vtatur vt ſupra. ¶ Confortatiuum vt ſupra. ℞ *licii* ʒ *j.* ß *ſacchari candi* ʒ ß.
ſucci feniculi depurati q. ſ. ad aliqualiter impiſſandum totum licium & ſaccharum, & pulverizentur ſub-
tiliter, deinde optime cum dicto ſucco feniculi incorporentur in mortario cum piſtillo, donec totum redigatur
C *in modum mellis fluentis.* Si vult medicamen efficacius viſum clarificãs &c. vtatur iſto cũ modis, vt ſupra.
¶ Confortatiuũ vt ſupra. ℞ *ſeminum ſiſeleos* ʒ *j. feniculi* ʒ *j cubebæ* ʒ *ij. nucis muſcatæ* ʒ *ij. macis* ʒ *j.* ß. *ſacch.* Tragea.
optimi ʒ *iiij ſemina conficiantur cum vna ſola coopertura ſacchari. Vltimo reliqua minutilanda incidantur,*
& fiat tragea puluerizata. Iſtius trageæ aſſumat ʒ iij. vel ʒ ß. in mane cum ſurgit bis in hebdomada tem-
pore frigido, & ſemel tempore recenti: poſt ſtet ieiunus horis tribus ad minus. ¶ Confortatiuum vt ſu-
pra. Aromata ſeu ſpecies pro ferculis & ſaporibus. ℞ *aromatum trageæ immediate ſupra ſcriptæ* ʒ ß. *zin-* Species.
zib. cinamomi electi garyoph. an. ʒ *j ſpecierum diamoſchi dulcis* ʒ *ij. ſacchari albiſſimi* ʒ ß. *pulverizentur o-*
mnia ſubtiliter, deinde miſce. Iſtis aromatibus vtatur ſuper ferculo ſaltem ter in hebdomada, & proprie
tempore frigido vel recenti ad libitum in quantitate debita.

D

Cons. XXIV. *Contra lachrymam oculi & conturbationem eius & principium ophthalmiæ.*

PHlebotomia primo fiat cephalicæ manus lateris oppoſiti oculo læſo, ex qua extrahantur v. ℥. Venæſe-
ſanguinis. Hæc vero phlebotomia taliter primo fiat & hora tertiarum ſtomacho ieiuno, & ctio.
prius habito ventris beneficio, eodem mane & luna non exiſtente in combuſtione nec op-
poſitione. ¶ Solatiuum minoratiuum. ℞ *pilularũ aurearũ* ℈ *j. agarici* ℈ ß. *ſalis gemmæ, Zinzib.* Pilulæ.
an. gra j. miſce & cum diaphœniconis q. ſ. ad incorporandũ, reformentur pilulæ v. Iſtas pilulas aſſumat in au-
rora cum cuſtodia ante aſſumtionẽ ſyrupi infraſcripti per vnũ diem. ¶ Digeſtiuum. ℞ *oxymellis ſimplicis* Potio di-
℥ ß. *ſyr. violati* ℥ *j. aquarum cichoreæ* ℥ *ij feniculi* ℥ *j. miſce.* Iſtum ſyrupum aſſumat calidum in aurora qua- geſtiua.
tuor diebus continuis. ¶ Solutiuum eradicatiuum. ℞ *pilularum aurearum* ʒ ß. *agarici* ℈ *j ſalis gemmæ,*
E *zinzib. an. gra j. miſce & cum diaphœniconis q. ſ. ad incorporandum reformentur pilulæ vij.* Iſtas pilulas aſ-
ſumat in aurora cum cuſtodia per vnam diem poſt completam aſſumtionem ſyrupi immediate ſupra
ſcripti. ¶ Prohibitiuum fluxus humiditatum ad oculum. ℞ *cineris lanæ ſuccidæ ſeu non ablutæ & combu-* Linimen-
ſtæ q. ſ. pro linimento albuminis oui optime conquaſſati q. ſ. ad incorporandum ipſum cinerem pro dicto li- tum pro-
nimento miſce. Ex iſto linimento liniantur medietas frontis & tempus oculi læſi. ¶ Prohibitiuum vt ſu- hibens flu-
pra efficacius priore. ℞ *aloes ſuccotrinæ, tutiæ præparatæ, ſief memitæ, licii, boli armeni ana partem j gummi* xum ad o-
arabici partes ij de omnibus ſimul q. ſ. pro linimento albuminis oui optime conquaſſati q. ſ. ad hoc incorporan- culos.
dum pro dicto linimento miſce. Ex iſto linimento liniantur tempus & frons, &c. vt ſupra. ¶ Oculi & pal- Aliud.
pebræ confortatiuum & lachrymam exſiccans. ℞ *ſief albi ſine opio* ℈ ß. *tutiæ præparatæ* ℈ *ij. thuris* ℈ ß.
croci gra. ß. *ſucci feni. partes ij. aquæ roſ. partẽ j. De ambobus q. ſ. ad reddendum fluxibile. pul. pul. deinde mi-* Collyriũ
F *ſce: de hoc liquore ponat in angulis lachrymalibus pluribus vicibus in die ſaltem quater. Hoc vero liquore ta-* cõfortans
liter vtatur octo diebus continuis: deinde interponat vnam ſeptimanam, in qua nihil ponat in oculum, & oculos &
ſi tunc non recipit debitum iuuamentum, tranſeat ad liquorem immediate infra ſcriptum. ¶ Confor- explicans
tatiuum oculi &c. vt patet. ℞ *myrobalanorum citrinorum* ℈ ß. *tutiæ præparatæ cum aqua roſa. ſecundum* lachry-
cano. ℈ *j. ſucci feniculi partem j aquæ roſa. partes ij. De ambobus q. ſ. ad reddendum totum fluxibile pul. pul.* mas.
deinde miſce. De hoc liquore frigido & non intenſe frigido ponat in angulis lachrymalibus ſaltem bis in die Aliud.
& cum reliquis modis & ordinibus deſcriptis in vſu liquoris immediate ſupra ſcripti. ¶ Confortatiuum
oculi, &c. vt hic ſupra efficacius priori. ℞ *ſief memitæ* ℈ *j. tutiæ ablutæ, thuris, ſief albi cum opio, croci ana* Puluis ad
℈ ß. *pulverizentur omnia ſubtiliter, deinde miſce. De hoc puluere ſuffletur in angulos lachrymales,* ſtomacho idem.
ieiuno bis in die, videlicet ante prandiũ & ante cœnã, & cũ reliquis modis & ordinib. deſcriptis in vſu
G liquoris immediate ſupra ſcripti. ¶ Confortatiuũ oculi vt ſupra. ℞ *ſucci granatorũ acetoſorũ primo cocti,* Collyriũ.
& ex decoctione redacti in medietate ipſius, & colati q. ſ. ad reddendũ totũ infraſcriptũ fluxibile. ℞ *ſief memi-*
tæ ℈ *j. aloes electæ puræ* ℈ ß. *moſchi parũ* ℈ *j licii* ℈ *j. croci gra.* ß *pulverizanda pul. ſubtiliter, deinde miſce &*
pone in vaſe vitreo & obtura orificiũ eius, & ſic dimitte dieb. quatuor in ſole. De hoc liquore ponat in angulis

lachrymalibus duas aut tres guttas ſtomacho ieiuno ſingulo die bis, videlicet ante prandiũ & cœnã. & cum re- A
liquis modis & ordinibus deſcriptis in vſu liquoris immediate ſupra ſcripti. ¶ Confortatiuum oculi, palpe-
brarum & humorum ad oculum fluxorum, & in tunicis oculi, & in palpebris oculi infuſorum reſoluti-
uum. In fine vero ſtatus morbi, & in declinatione eiuſdẽ ſanguinis, vt extrahatur calidus a venis ſub alis
columbæ, ponatur in oculum totum ad minus quater in ſingulo die pluribus diebus ad libitum, ſed ſal-
tem diebus ſex. Aliæ vero ſunt medicinæ notabiliter intenſiores & efficaciores omnibus ſupradictis
medicinis, vt tam alteratiuæ, quam euacuatiuæ & propriæ cauentium actuale in ſummitate commiſſu-
ræ coronalis. Item inciſio arteriarum temporum, deinde actualis cauterizatio earundem: quem medi-
cinæ omnes intẽſiores & efficaciores; & aliæ duæ notabiliter efficaciores hic non ſerioſe deſcribuntur,
ſperans ex ipſis medicinis prioribus etiam naturæ magis familiaribus curam perfici ſecurius & cum in-
firmi moleſtia minori. Si vero ſupra ſcriptis medicinis naturæ familiaribus non debite curetur, tunc B
neceſſaria eſt chirurgia, vt infra, videlicet quod ſcindatur & aperiatur locus palpebræ, in quo ſi ſita ma-
teria eſt indurata, & inde extrahatur dicta materia indurata, quæ inciſio & abſtractio ſapienrter & cano-
nice fiat: deinde locus curetur cura vlcerum, videlicet primo mundificetur locus ipſe. Secundo remo-
ueatur a loco mala cõplexio calida. Tertio conſolidetur vulnus omnia hęc tria, vt infra, videlicet mun-
dificetur locus ipſe cum aqua decoctionis hordei excorticati partis, & aqua mellis partem vnam, omni-
bus ſimul mixtis, remoueatur mala complexio calida a loco cum ſief albo & raſio fricato & diſſoluto la-
cte mulieris ſuper cote ſeu ſuper lapide acutorio, quod idẽ eſt prius ipſo lapide loto cum aqua alia parte
lactis mulieris, quæ lotio lapidis abiiciatur: deinde ſief fartuetur cum alia parte ipſius lactis mulieris, &
imponatur, vt ſupra.

Cons. XXV. *Contra pruritum oculorum.* C

PRimo fiat phlebotomia cephalica, manus dextræ per vj. vel vij. horas poſt prandium, quæ ta-
men non fiat niſi prius habito conſilio cum Medicis aſtãtibus, & extrahãtur ſanguinis ℥ iiij.
Ponantur ventoſæ tres vna in medium ſpatularum immediate ſub collo: alia ſub carnoſitate
ſpatularum, & tertia alteri ſpatulæ, & iſtę duæ ſcarificentur & extrahantur ℥ ij ſanguinis vna,
videlicet pro qualibet ſpatula, & iſtæ debent apponi per vj. vel vij. horas poſt cibum. Et ſi facta fuerit
phlebotomia, ponantur ventoſæ ſolum tertia die poſt phlebotomiam. Si vero non facta fuerit, incipia-
tur a ventoſis. ¶ Lotio, cum qua lauãtur brachia a cubito infra & tibiæ a genu infra ſtomacho ieiuno an-
te cœnam omni die. Deinde poſt lotionem ſtet calidus, & non recipiat frigidum. Et nota quod phlebo-
tomia facta manus phlebotomata non lauetur, niſi poſt quatuor dies, ſed alia membra lauentur. ℞
Florum nenuphari M ß. roſarum, violarum ana M j. corticum papaueris, M ß. florum ſalicis, foliorum ru- D
tha, an. M ij florũ chamomillæ, M j ß. Contundantur omnia craſſo modo, & bulliãt in aqua ſufficientis quan-
Pilula. *titatis pro lotione vſq; ad conſumtionem quartæ partis aquæ.* ¶ Solutiuum minoratiuum facile. ℞ *Pilularũ*
aurearũ ℈ j. de hiera ſimplici an. ℈ ß. miſce, & cum iulepo violato. q. ſ. ad incorporandũ formentur pilulæ vij.
quas aſſumat quarta die poſt ventoſationẽ factã in aurora: deinde immediate experiatur dormire per horã vel
circa qua tranſacta ſurgat ſiue dormiuerit ſiue non, & ſtet poſt aſſumtionẽ quinq; horis ieiunus, & tunc aſſu-
mat pro lauatiuo vnũ cyathum aquæ hordei excorticati calidæ ſine ſaccharo, & per mediã horã poſt experia-
tur, ſi poteſt habere ſeceſſum, & ſiue exeat aqua dicta p̱ ſeceſſum ſiue non prandeat cibaria boni nutrimẽti tem-
perati. ¶ Syrupus, quem aſſumat quatuor dieb. continuis in aurora poſt pilulas ſupraſcriptas, poſt quem
Potio. ſyrupum dormiat ad libitum, & ſtet ieiunus horis quatuor. ℞ *Syrupi de papauere. ℥ ß. iulepi violati ℥ j. a-*
quarũ nenupharis, ℥ j. endiuiæ, ℥ ij. miſce, & exhibeatur in potu. ¶ Solutiuum eradicatiuum facile. ℞ *Pilu-* E
Pilula. *larũ ſupraſcriptarum ʒ j. vbi prius erant ℈ ij.* Iſtas pilulas aſſumat in aurora, modo & ordine prius ſcriptis
in pilulis, quas etiã pilulas aſſumat poſt quatuor dies ſupra ſcripti ſyrupi. ¶ Confec. aſſumenda poſt pilu-
las mane cum ſurgit dieb. octo continuis, poſt quam ſtet ieiunus horis tribus. ℞ *ſpecierũ & omnium in-*
Morſelli. *gredientium, diadraganti frigidi, ʒ ß. ſpecierum tria ſandalorũ ʒ ij. ſacchari albi ℥ vj. miſce & cum aqua ro.*
q. ſ. ad conficiendum fiat confectio ſolida in morſellis triũ drachmarum pro ſingulo & omni die aſſumat vnum
morſellum. Aqua loco collyrii, qua oculos ſibi lauet quater in die ad minus, & pluries ad libitum maxime
ſtomacho ieiuno. & hæc ante & poſt omnia ſupra ſcripta. ℞ *Aquam puram frigidam immediate, cũ hau-*
Collyriũ. *ritur ex puteo, & cũ ipſa balneentur oculi non fricando.* ¶ Collyrium, de quo tepido ponat in oculos guttas
duas vel tres in vnum quoq; oculum ter in die maxime ſtomacho ieiuno, quo non vtatur, niſi poſt pilu-
larum vltimarum aſſumtionem. ℞ *Tutiæ præparatæ optime, ʒ ß. antimonii, ℈ ß. aquæ ro. quantum ſ. miſce &* F
Aliud. *fiat collyrium.* ¶ Aliud collyrium aſſumendum, vt ſupra ſcriptum. ℞ *Sief album, diſſoluatur ſuper lapide*
cote fricando ipſum cum lacte mulieris.

Cons. XXVI. *Contra debilitatem auditus & ſtomachi.*

Pilula. *REcipe pilularum alephanginarum ℈ ij. agarici electi. ℈ j. agaricus in fruſta diuiſus, & nõ piſtatus*
infundatur in oxymelle ſimplici q. ſ. ad eius debitã imbibitionem ex dicto oxymelle ſimplici per ſex
horas: deinde omnia ſimul optime incorporentur in mortario cum piſtillo. Vltimo ex hac mixtura
formentur pilulæ vij. Digeſtiuum & membrorum naturalium, & proprie ſtomachi conforta-
Potio. tiuum. ℞ *Syruporum de abſynthio ℥ j. acetoſi ſimplicis ℥ ß. aquarum cichoreæ, lupulorum an. ℥ j. ß miſce.*
¶ Iſtud digeſtiuum aſſumat in aurora debite calidum & non tepidum duobus diebus continuis & ſin-
gula medietate cuiuſlibet menſis præterquam tempore calido, & poſt aſſumtionem ſtet ieiunus ad mi- G
nus tribus horis. Prædictarum pilularum ſolutiuarum aſſumat a tribus vſque ad quinque ad libitum,
& hoc in aurora aut ad libitum in mane, cum ſurgit ſemel in ſingula medietate cuiuſlibet menſis, præ-
terquam tempore magni caumatis, & etiam magni frigoris. Et ſi ipſas pilulas aſſumat in aurora,
tunc

A tunc poſt earum aſſumtionẽ dormiat vna hora ſi poteſt. Si antẽ non dormierit, non ſtet in lecto pluſquã vna hora: trãſacta vero vna hora dicta, ſiue dormierit, ſiue non, ſurgat & non vlterius dormiat. Sed poſt earum aſſumtionem ſtet ieiunus horis quinque, ſiue prædictas ſumſerit in aurora ſiue in mane. Et non aſſumat lauatiuum aliquid, ſed in dicto termino quinque horarum prandeat, & pro ferculo in ipſo brodio comedat blites cum boragine & fœniculo. Item carnes laudabiles, ſunt pulli, perdices, phaſiani, hædi, vel vituli, vel aliæ. ¶ Stomachi confortatiuum cordis, cerebri, & auditus. ℞ diambræ, ℥ j. iſtius confectionis ſumat vnum morſellum mane, cum ſurgit duobus diebus continuis ſingula hebdomada ſolum tempore frigido. Et poſt iſtius aſſumtionem ſtet ieiunus horis tribus ad minus. ¶ Auditus confortatiuum. ℞ *Olei amygdalarum amararum ℥ ij. moſchi ℈ ß. nucis muſcatæ pulnerizatæ ℈ ij. Iſtius liquoris non calidi neque frigidi, ſed tepidi tantum tres vel duas guttas in aure auditas diminuti ponat*
B *veſperi cum vadit dormitum tribus diebus in ſingula hebdomada præterquam tempore calido.* *Oleũ confortãs auditum.*

CONS. XXVII. *Contra manationem ſaniei ex aure.*

COena ſit breuior prandio euitet humida in cœna, res vaporoſas, vt fructus, ſubſtantiam caulium, cancros, piſces & proprie magnos & præcipue elixos. Legumina, exceptis ciceribus rub. paſtilia aut alaganas, raphiolos, turtas & ſimilia aromata & proprie intenſæ caliditatis acumina, vt allia, cæpas, ſcalognas, raphanum, & ſimilia, carnes antiquas, vt anſeres, anates, & ſimilia, carnes porcinas, raginas, lacticinia, vt lac, caſeum non durum, butyrum & cetera lacticinia, excepto caſeo duro, omnia vina vinoſa alba, multum nigra, coitum ſuperfluum proprie poſt cibum, quoniam eſt peſſimus, ſapores acutos & ſimilia habentia ſpecies acutas, vt ſinapi, &c. vitet. Ventos, quietem nimiam, vtatur panico pro ferculo, ſpelta, farre, blitibus cum prima ebullitione in ſua aqua & cum bora- *Cibi vitandi.* *Eligendi.*
C ginis & petroſ. brodio, cicerum rub. cum aliquibus granis brodio caulium, ſiue caulibus, radicibus petroſelini, brodeto ſine caſeo, non antiqua pulte hordei, & propie in cœna vtatur carnibus vitulinis, caſtratinis, & proprie caſtrati capræoli, hædi, leporis iuuenis, carnibus pulli perdicum phaſianorum: laudarum, turturum, turibrum, columborum ſeu pipionum, paruarum auium ruralium nouis quomodolibet, & proprie ſorbilibus, & non duris fritaliis, mollibus, caſeo duro poſt cibum non multæ quantitatis. Vtatur ſaporibus agreſtibus vel acetoſis, ſed non acutis, ieiunet ſaltem ſemel in hebdomada. Prandium ieiunii non ſit maius aliis prandiis. Singulo die beneficium habeat ventris ſaltem ſemel & ſi non naturaliter, ſaltem artificialiter cum enemate infra ſcripto. Non ſtet in lecto amplius nouem horis in iſta hyeme, in quibus non dormiat plus ſeptem horis. Acrem cohabitet ſiccum & debitæ caliditatis. Portet caput conuenienter calidum & magis in nocte, quam in die. Non teneat aures obturatas & pro- *Somnus & vigilia.* *Aer.*
D prie de nocte, ſed ſolum coopertas. Iaceat in nocte ſuper aurem, vnde fluit ſanies, exercitetur conuenienter & proprie ſtomacho ieiuno mane & veſperi, euitet melãcholias iuxta poſſe, vtatur gaudio virtuoſo. ¶ Enema diuerſiuum a capite & materierum communium eductiuum. ℞ *Foliorum blitis, maluarum an. M j. mercurialis M. ij. ſaluiæ ſtœchados an. M ß. florum chamomillæ M j. ſeminum fœnugræci, ℥ ß. vitellum oui j. caſſiæ fiſt. ℥ j. hieræ picræ, ſacchari rub. an. ℥ ß. olei communis ℥ iiij. ſalis ℥ ij. herbæ & ſemina bulliant ſimul in ſufficienti quantitate aquæ vſque ad conſumtionem medietatis, deinde optime exprimantur & tribus cyathis colaturæ reliqua addantur & fiat clyſtere.* Iſtud enema aſſumat debite calidum ſtomacho ieiuno. ſ. ante prandium vel cœnam ad libitum; & ipſum taliter aſſumat in præcedentibus, & ſequentibus diebus ſolutiui minoratiui & eradicatiui infra ſcripti, quo vti poteſt omni hebdomada ieiuno ſtomacho, vt ſupra dictum omnibus xv. diebus ſemel. ¶ Solutiuum minoratiuum materierum in capite & *Motus animi.* *Enema.*
E ſtomacho peccantium vſuale & facile. ℞ *Pilularum de hiera. ſ. ℈ ij. agarici ℈ j. ſalis gemmæ, zinziberis an. gra. j.* Iſtud ſolutiuum aſſumat in aurora, deinde poſt ipſius aſſumtionem experiatur dormire per horam tantum: & tranſacta hora cum dimidia poſt aſſumtionem ſolutiui ſurgat immediate, ſiue dormierit, ſiue non, vt communiter fit, &c. Quibus pilulis poteſt vti a tribus ad v. ad libitum omnibus diebus xx. cum modis ſuis. ¶ Digeſtiuum dictæ materiæ & ceræ confortatiuum. ℞ *aquarum ſaluiæ, ſtœchados, violarum an. ℥ j. zinzib. albiſſimi ʒ j.* Iſtud digeſtiuum aſſumat calidum in aurora octo diebus continuis, & poſt aſſumtionem ſtet ieiunus horis quatuor & interim domiat ad libitum, quo digeſtiuo taliter vtatur in ſpatio omnium xl. dierum, & ipſo vti incipiat die tertia poſt dictam aſſumtionem dicti ſolutiui minoratiui ſupra ſcripti. ¶ Solutiuum eradicatiuum dictæ materiæ efficacius. ℞ *Pilularum de hiera ſcilicet Galeni ℈ ij. agarici ℈ j. miſce & cum diaphœn. q. ſ. fiant pilulæ vij.* Iſtud ſumat in aurora, modo *Pilulæ.* *Aliæ.*
F quo ſupra in minoratiuo, quod ſolutiuum accipiat tantum ſemel die tertia poſt completã ſumtionem dicti ſyrupi in dictis ſuis octo diebus ¶ Lotio brachiorum & crurium a capite diuerſiua. ℞ *Florum chamomillæ, meliloti an. M. ij ſaluiæ, M j. ſtœchados M j ß. violarum M j. lactucæ M ß. miſce. & bulliant in ſufficienti quantitate aquæ vſq; ad tertiæ partis conſumtionem.* Iſta decoctione calida lauentur brachia a cubito infra, & crura a genu infra, omni die ſemel aut bis ad libitum ſtomacho ieiuno ante prandium vel cœnã, qua taliter vtatur diebus alternis vna hebdomada ſinguli mẽſis, & taliter vti incipiat ſequẽti die aſſumtionis ſolutiui eradicatiui ſupra ſcripti. ¶ Medicinæ ponendæ in aurem, a qua fluit ſanies, ℞ *Aquæ mellis ℥ ij. aloes, thuris an. ℈ ij. myrræ, ℈ ß. Iſtius aquæ duas aut tres guttas tepidas ponat in aurẽ per vnã horã ante cœnã ſtomacho ieiuno diebus alternis.* Deinde teneat aurem obturatam per vnã horam aut duas ad plus poſt dictam impoſitionẽ deobturet, poſt dormiat cũ aure cooperta, ſed foramine eius deobturato, qua *Lotio brachiorũ & crurium.* *Aqua imponenda auri.*
G vti incipiat poſt aſſumtionẽ ſolutiuorum, digeſtiuorum, & enematũ ſupraſcriptorum & poſt vſum lotionis ſupraſcriptæ dieb. quatuor & taliter cõtinuet octo diebus. ¶ Mixtura. ℞ *Aluminis vſti, mell. an. ʒ j. miſce.* Iſta mixtura inuoluatur tẽta linea & breui, & in aurẽ ponatur p horã ante cœnã cũ modis in impoſitione aquæ ſupraſcriptæ, deinde cũ vadit dormitũ, dictã tentã extrahat ab aure, qua vtatur dieb. vj. intermiſſis in ſpatio xl. dierũ, & ea vtatur reiterãdo, vt ſupra. ¶ Mixtura alia. ℞ *Olei amygd. amararũ ℥ ij.* *Alia mixtura.*

myrra ℈ ß *croci* ℥ *iij. aloes.* ℈ j. *miſce.* Dum præſumtio eſt futuri doloris auris, tunc iſtius olei tepidi duas A
aut tres guttas in aurem ante cœnã imponat cum modis deſcriptis in vſu aquæ mellis, quo oleo ſolum
taliter vtatur præcedentibus digeſtiuo ſolutiuo, & enemate ſupraſcriptis & dolore præſente aut præ-
ſumtiuo de proximo fieri.

Cons. XXVIII. *Contra catarrhum ſalſum & calidum cum aliquali tuſſi.*

Vena ſe-ctio. FIAT phlebotomia cephalicæ brachii dextri, ex qua trahãtur ℥ iij. ſanguinis. Iſta phlebotomia
cephalicæ brachii dextri fiat per vj. aut vij. horas poſt prandium, & maxime in iſto vere: non
autem fiat, niſi conſilio inſignium doctorum. ¶ Ponantur ventoſæ duæ ſuper carnoſitatẽ ſpa-
Cucurb. tularum vna cuilibet ſpatularum, & ex qualibet extrahatur ℥ j. ſanguinis. Iſtæ ventoſæ cum
ſcarificatione apponuntur ſpatulis quarta die poſt ſupraſcriptam phlebotomiam, & per ſex horas poſt B
prandium. Non tamen apponantur, niſi cum conſilio inſignium doctorum aſtantium. ¶ Solutiuum
Potio. minoratiuum facile. ℞ *Caſſiæ fiſtul.* ℥ j. *tamarindorum* ℥ ß *aquarum hordei excorticati, violarum, pro po-
tione an. q. ſ. miſce.* Iſtud ſolutiuum aſſumat calidum & non tepidum in mane per horas octo poſt finem
cœnæ diei immediate præcedentis, poſt ipſius aſſumtionem non dormiat, ſed in lecto ſtet per vnam ho-
ram, poſtea ſurgat & cum panno ſuauiter calido poſtea fricet leuiter ſibi ſtomachum, ventrem, & ilia,
quem pannum ſuauiter calidum retineat ſuper dictis membris: deinde ſtet ieiunus poſt ipſius aſſumtio-
nem horis quinque, & non ſumat lauatiuum aliquod, ſed in dicto termino horarum prandeat, & pro
ferculo comedat blitem cum boragine & petroſelino, carnes laudabiles vt pulli, vel perdices, &c. ¶ So-
Pilula. lutiuum aliud minoratiuum efficacius. ℞ *Pilularum de hiera ſimpli.* ℈ *ij. agarici,* ℈ *j. maſticis, grana* ß *mi-
ſce, & cum elect. ſucci roſ. q. ſ. ad incorporandum reformentur pilulæ, vij. pro* ʒ. Iſtud ſolutiuum aſſumat C
cum modis & ordinibus deſcriptis, in aſſumtione ſolutiui ſupra ſcripti, quo vtatur taliter in caſu, quod
Syrupus. illud ſit ſibi gratius ſuperiore, & etiã ſi vult ſolutiuũ efficacius ſuperiore. ¶ Syrupus. ℞ *Syrupi de papaue-
re,* ℥ *j. iulepi, violati,* ℥ ß. *aquæ hordei excorticati* ℥ *iij. miſce.* Iſtum ſyrupum aſſumat debite calidum, & non
tepidum in mane per nouem horas poſt cœnam immediate præcedentem quatuor diebus continuis.
Deinde poſt ipſius aſſumtionem ſtet ieiunus ad minus horis quatuor, & iterum dormiat ad libitum.
Alius ef-ficacior. Quo digeſtiuo taliter vti incipiat die ſequenti diem aſſumtionis ſolutiui ſupra ſcripti. ¶ Syrupus alius
efficacior. ℞ *Syr. de papauere,* ℥ *ij. de liquiritia, mellis roſa. colati an.* ℥ ß. *aquæ nenufa.* ℥ *iij. miſce.* Iſtum ſyru-
pum aſſumat cum modis & ordinibus deſcriptis in aſſumtione ſupra ſcripti ſyrupi. Quo taliter vtatur
Potio era-dicatiua. in caſu, quo vellet ſyrupum efficaciorem, & etiam ſi eſſet ſibi gratior priore. ¶ Solutiuum eradicatiuum
facile. ℞ *Mannæ electæ,* ℥ *j. tamarindorum,* ℥ ß. *rheubar. electi,* ℥ ß *elect. ſucci roſ.* ℥ ß *aquarũ hordei excor-* D
ticati, ℥ *j. violarũ an. q. ſ. pro potione.* Iſtud ſolutiuum eradicatiuum aſſumat cum modis & ordinibus de-
ſcriptis in aſſumtione primi ſolutiui ſupraſcripti. Sed poſt ipſius aſſumtionem dormiat dicta vna hora,
qua caret, ita tamen quod ſiue dicta hora dormiat, ſiue non dormiat. Poſtea ſurgat, & in dicto termino
horarum quinque, aſſumat pro lauatiuo vnum cyathum aquæ hordei excorticati ſine ſaccharo: deinde
per mediam horam experiatur dictam aquam ſecedere, ſi poteſt, in quo termino, ſiue ſeceſſerit, ſiue
non, prandeat; vt ſupra in primo ſolutiuo. Quod ſolutiuum taliter aſſumat tertia die poſt completam
Pilulæ. aſſumtionem ſyrupi quarti. ¶ Solutiuum aliud efficacius. ℞ *Pilularum aurearum. rheubarbari electi,
agarici electi an* ℈ *j. miſce tamẽ & cum elect. ſucci, an. q. ſ. ad incorporandũ reformentur pilulæ vij.* Si primum
ſolutiuum noluerit aſſumere, aſſumat iſtud modis & ordinibus ſupra ſcriptis, & dormiat immediate
Potio. poſt ipſius aſſumtionem per vnam horam, & non plus. Potus loco ſyrupi. ℞ *hordei excorticati* ℥ ß *in-* E
iubarum numero viij. ſebeſten numero x. liquiritiæ mundæ, ℥ ß. *paſſularum paruarum nigrarum,* ℥ ß *viola-
rum* ℥ *j. ſeminum cucurbitæ M j. melonis an* ℈ ß *penidiarum* ℥ *j. bulliant omnia ſimul in ſufficienti quanti-
tate aquæ, vſque ad conſumtionem tertiæ partis aquæ, deinde optime exprimantur & colentur.* Iſtam deco-
ctionem aſſumat loco ſyrupi modis prædictis in quantitate, iiij. ℥. octo diebus continuis in aurora com-
Alia. pleta certa purgatione, & ipſam poteſt aſſumere ante cœnam. ¶ Potus alius. ℞ *Iulepi violati,* ℥ *j. mellis
ro. colati,* ℥ ß. *aquæ hordei excorticati* ℥ *iij. miſce.* Iſtam potionem aſſumat modis & ordinibus ſupra ſcri-
Pilulæ nõ ſolutiuæ. ptis in alio potu, & hoc poſt completam purgationem. ¶ Pilulæ non ſolutiuæ. ℞ *Amyli, amygdalarum
dulcium excorticatarum, ſucci liquiritiarum an.* ℥ *ij. draganti,* ℈ *j. gummi arabici* ℈ ß *penidiarum* ℥ *j. miſce,
& cum mucilagine pſyllii q. ſ. ad incorporandum formentur pilulæ, vij. pro* ʒ. *vel ad quantitatem fabæ pro*
Cõfectio. *qualibet* iſtarum pilularum teneat vnam in ore de die, & hoc faciat pluribus vicibus. ¶ Confectio. ℞ F
Diadraganti frigidi, ℥ *ij. iſtius confectionis teneat in ore ad quantitatem auellanæ de nocte inter genam &*
Pilulæ nõ ſolutiuæ. *maxillam,* ex latere oppoſito ſuo lateri, ſuper quo iacet, & hoc faciat diebus pluribus. ¶ Pilulæ aliæ non
ſolutiuæ. ℞ *Draganti,* ℈ *j. ſeminum cydoniorum, cucurbitæ, ſiliginis an.* ℥ *ij. ſucci liquiritiæ,* ℥ ß *penidiarum,*
℥ *j. miſce & cum iulepi violati. q. ſ. ad incorporandum formentur pilulæ, vij. pro* ʒ. Iſtarum pilularum teneat
Lotio ex-tremorũ. vnam in ore de die ſi ipſi ſint gratiores ſupra ſcriptis, modo & ordine dicto. ¶ Lotio extremorum. ℞ *Fo-
liorum lactucæ, nenupharis, portulacæ, violarum, roſarum, florum ſalicis, vitis, chamomillæ, meliloti, miſce &
bulliant in ſufficienti quantitate aquæ vſque ad conſumtionem tertiæ partis.* In hac decoctione calida fri-
cẽtur tibiæ & genua infra, & brachia a cubito infra, & hoc ante cœnam ſtomacho ieiuno alternatis die-
Lotio pro capite. bus, videlicet vna die ſic alia non & hoc faciendo per vnum menſem ¶ Lotio pro capite. ℞ *Violarum
M ij. hordei excorticati* ℥ *j. maluarum, M j. florum chamomil. M ß bulliant omnia ſimul in ſufficienti* G
quantitate lixiuii non nimis fortis vel acuti. Cum hac decoctione lauet ſibi caput omnibus xv. diebus an-
Enema. te prandium ſtomacho ieiuno. ¶ Enema ſeu clyſtere. ℞ *Foliorum maluarum, blitis an. M j. mercurialis,
M ß hordei excorticati,* ℥ ß *ſeminum fœnugræci,* ℥ ß *vitellum oui numero j. caſſiæ fiſtul.* ℥ *j. diaphœniconis,*
ſacchari

A *ſacchari rubei an. ℥ ß. olei violati ℥ iiij. ſalis communis ℥ ij. herbæ, ſemina, & hordeum bulliant ſimul in ſuffi-
cienti quantitate aquæ vſq; ad cõſumtionem tertiæ partis aquæ, deinde optime exprimantur & colentur. Vlti-
mo tribus cyathis dictæ colaturæ reliqua omnia addantur, & fiat clyſtere.* Iſto clyſteri vtatur in hebdomada
bis, aut ad minus ſemel & hoc ſtomacho ieiuno ante prãdium vel cœnam ad libitum. ¶ Confectio pro-
hibens fluxum catarrhi ad intra. ℞ *diapapaueris ℥ ij. iſtius confectionis teneat ad quantitatem auellanæ to-* Cõfectio.
*ta nocte inter genam & maxillam, & hoc pluribus vicibus & ſolum illis noctibus, quibus non tenet in ore a-
lias medicinas ſupraſcriptas.* ¶ Confectio alia efficacior ad idem. ℞ *diacodion ℥ ij. iſtius confectionis teneat
in ore de nocte cum modis & ordinibus deſcriptis.* ¶ Gargariſma ad idem prohibens fluxum, vt hic ante. Alia.
℞ *aquæ frigidæ valde q. ſ. iſto gargariſmate vtatur ad libitum & præcipue ſtomacho ieiuno pluribus diebus.* Gargari-
¶ Vnctio pro pectore. ℞ *olei violati, amygdalarum dulcium an. ℥ ß. butyri recentis ſine ſale ℥ ß. diadragan-* ſma.
B *ti, gummi arabici an. ℈ j. ſeminum melonis, cucurbitæ ana ℥ ij. ceræ albiſſimæ q. ſ. pro vnguento molli miſce, &* Vnguen.
fiat vnguentum molle. Hac vnctione vngatur totum pectus ſolum & nõ ſtomachus, & hoc ſaltem ſemel pectorale.
in die ſtomacho ieiuno, & præcipue ante cœnam pluribus diebus continuis. ¶ Aliud gargariſma ℞ *ro-
ſarum M j lentes ℥ ß. coriandri ℥ ß. corticis papaueris M ß. violarum M j. bulliant in ſufficienti quantitate
aquæ vſque ad conſumtionem tertiæ partis aquæ, deinde optime exprimantur & colentur.* Iſtud gargariſma Gargari-
gargarizet frigidum valde pluries in die, & hoc cum modis & ordinibus ſupraſcriptis, & hoc dieb. qui- ſma.
bus non gargarizat cum dictis gargariſmis. ¶ Appoſitio cantharidum. ℞ *cantharidum ℥ ß fermenti tri-* Cauteriũ.
tici q. ſ. pro incorporatione pulueris iſtius, miſce & ſimul optime incorporentur cum piſtillo. Iſtius medica-
minis cantharidum apponatur ℥ ß. ſolum ſuper quolibet duorum oſſium poſt aures veſperi cum va-
dit dormitum, & ita teneat tota nocte, ſed ipſo medicamini ſuperponatur folium caulis, ne tangat au-
C res, in mane vero remoueatur ipſum totum, & reperietur veſica parua plena aquoſitate, quæ aperiatur
cum forpice in parte inferiori veſicæ, vt inde aquoſitas poſſit fluere: deinde ſuperponatur axungia cum
folio caulis, quæ omni die remoueatur, vt inde humores poſſint fluere. ¶ Sanguiſugæ. ℞ *ſanguiſugarum* Sanguiſu-
numero iiij. Iſtarũ ſanguiſugarũ duæ apponãtur tẽporibus, vna pro quolibet tẽpore, & aliæ apponantur ga.
ad paleareſtum ſub mento, videlicet vna in parte dextra, alia in parte ſiniſtra. ¶ Laqueus ſiue ſetaceus ap-
ponatur ſuper parte poſteriori colli infra originẽ nuchæ per duos digitos. Iſte laqueus ſiue ſetaceus ap-
ponatur in parte poſteriori cũ conſilio valentium Doctorũ aſtantium, & cum modis & ordinibus ſer-
uãdis in appoſitione laquei. ¶ Quãtum ad diætam, bibat vinum goretum ſiue mediocris coloris & modi- Diæta.
cæ vinoſitatis, aliqualiter dulce naturaliter vel artificialiter. ſ. cum ſaccharo taberzet. ¶ Comedat pultes
hordei, amylum, far, ſpeltam, blites cum lactucis, rapas, cucurbitas, atriplices, fabas fractas ſine cortici-
D bus coctas cum carnibus. Et ſimiliter cicer rubeum ſine corticibus. Lac caprinum coctum cum fercu-
lis non exſiſtente febre vel dolore capitis. ¶ Carnes pullorum vituli, hædi, perdicis, phaſiani, caſtrati ani-
malis annualis, ſed cum lactucis & vino granatorum non exſiſtente tuſſi. Oua ſorbilia cum albumine in
principio menſis. piſces elixatos, menolas, anguillas, paſſeres, albaros, oratas paruas & ſimilia. Comedat
etiam duos vel tres bolos lactucarum coctarum poſt cœnam cum aceto dulcorato cum ſaccharo. Ab-
ſtinentia a rebus frigidis notabiliter & exceſſiue calidis. A calidis vt pipere, zinzibere, cymino, aniſis &
ceteris aromatib. calidis, ſaluia, roſmarino, pulegio. Et ab acuminibus, videlicet allio, cæpis, porris, ſca-
longiis, raphano, & ſimilibus.

Cons. XXIX. *Contra catarrhum ſubtilem & aliqualem ſalſedinem pluries ſapientem.*

E Nteſtinorum lenitiuum & materierum ab ipſis eductiuum. ℞ *decoctionis multum pinguis car-
nis porci caſtrati, vel vituli ſed melius porci, deinde aliarum carnium ſubſequenter ℥ xv. vitellos o-
uorum numero ij. caſſiæ fiſtulæ ℥ j. olei oliuarum optimi ℥ iiij. ſalis communis ℥ iij. miſce, & fiat cly-* Enema.
ſtere. Iſtud clyſtere ipſi imponatur ſuauiter calidum ſtomacho ieiuno, videlicet ante cœnam
per vnam horã in die immediate præcedente, diem aſſumtionis pilularum immediate infraſcriptarum
ſeu ſolutiui minoratiui immediate infraſcripti, & poſt ipſarũ aſſumtionẽ ſtet ieiunus horis quatuor ad
minus vel quinq; ad amplius, & poſt earundẽ aſſumtionem immediate dormiat nõ amplius quartis ho-
ræ, hoc etiam clyſtere taliter aſſumat ſtomacho ieiuno cum eſſet præternaturaliter ſtipticus videlicet
per vnam horam ante prandium vel ante cœnam ad libitum. ¶ Solutiuum minoratiuum. ℞ *pilularum* Pilula.
*de hiera ſimplici ℈ ij. agarici ℈ j. ſalis gemmæ, zinzib. an. gra j. pulueris violarum ℈ ß. miſce & cum oleo vio-
la. q. ſ. ad incorporandum reformentur pilulæ vij. pro ℥.* Iſtarum pilularum aſſumat ℈ ij in aurora & poſt
F ipſarum aſſumtionem ſtet ieiunus horis quatuor ad minus vel quinque ad amplius, & poſt earundem
aſſumtionem immediate dormiat non amplius tribus quartis horæ. Tranſacta vero vna hora poſt ipſa-
rum aſſumtionem ſurgat, & nõ aſſumat lauatiuum aliquod, & poſtea in termino quinq; horarum poſt
aſſumtionem prandeat, & pro ferculo in prandio ſumat blites cum boragine & feniculo. Item carnes
laudabiles vt pulli, perdicis, vituli & ſimiles ¶ Digeſtiuum efficax. ℞ *ſyrupi de liquiritia ℥ j de iniubis, iu-* Potio di-
lepi violati an. ℥ ß. aquarum nenupharis ℥ j. hordei excorticati ℥ ij miſce. Si vero vult digeſtiuum efficacius, geſtiua.
loco iulepi violati ponatur ſyru. de papauere ℥ ß. Iſtum ſyrupum aſſumat in aurora debite calidum, & nõ
tepidum, ſeruatis modis & ordinibus deſcriptis in aſſumtione primi ſyrupi digeſtiui deſcripti contra
pulſationem arteriæ ſtomachi. Hoc vero ſyrupo taliter vti incipiat die immediate ſequente diem aſſum-
tionis pilularum immediate ſupraſcriptarum. Si vero vult medicamen efficacius, iſtud digeſtiuum cum
G conditione ſuperius poſita aſſumat ſeruatis modis & ordinibus deſcriptis in aſſumtione digeſtiui im-
mediate ſupraſcripti. ¶ Solutiuum, eradicatiuum. ℞ *pilularum aurearum, pilularum de hiera ſimplici an.* Pilulæ e-
℈ ß agarici ℥ ß. ſalis gemmæ, zinzib. an. gra j. miſce & cum ſy. de nenuphare q. ſ. ad incorporandum reformen- radica-
tur pilulæ ſex pro ℥. Iſtas pilulas aſſumat in aurora die ſequenti diem completæ aſſumtionis quater factæ tiuæ.

digeſtiui ſuprafcripti, & poſt ipſarum aſſumtionem immediate dormiat a media hora vſque ad vnam A
horam ad amplius, ſi poteſt. Tranſacta vero vna hora cum dimidia, ſiue dormierit, ſiue non, non amplius dormiat ſed ſurgat à lecto. Et poſt earundem pilularum aſſumtionem ſtet ieiunus horis quinque. & in dicto termino horarum quinque aſſumat pro lauatiuo vnum cyathum aquæ hordei excorticati calidi ſine ſaccharo, & per vnam horam poſt ipſius aquæ aſſumtionem, ſiue poſt dictam aquam ſecedat ſiue non, tunc prandeat ſeruatis modis & ordinibus deſcriptis in aſſumtione pilularum contra pulſationem arteriæ ſtomachi compoſitarum ex pilulis modis cum agarico, &c. ¶ Digeſtiuum facile & vſuale. ℞ *aquarum violarum* ℥ *j* ß. *nenupharis* ℥ ß *hordei excorticati* ℥ ß. *ſacchari albiſſimi* ℥ *ij. miſce.* Iſtud digeſtiuum aſſumat debite calidum & non tepidum tribus diebus continuis in aurora per vnum menſem poſt aſſumtionem pilularum immediate ſupra ſcriptarum, ſeruatis modis reliquis & ordinibus deſcriptis in aſſumtione proximi digeſtiui anteſcripti. ¶ Solutiuum facile & vſuale. ℞ *pilularum de hiera ſ.* B
℈ *ij. agarici* ℈ *j. ſalis gemmæ zinzib. an. gra. an. j pulueris violarum* ℈ ß. *miſce & cum iulepo violato q. ſ. ad incorporandum reformentur pilulæ vij pro* ℥. Iſtarum pilularum aſſumat ℈ ij in aurora quarta die ſequenti immediate diem aſſumtionis digeſtiui vſualis immediate ſupraſcripti, & poſt ipſarum aſſumtionem ſtet ieiunus horis tantum quatuor ſeruatis modis & ordinibus deſcriptis in aſſumtione primarum pilularum ſimilium his hic ſupra poſitarum & compoſitarum in hiera ſimplici, agarico, ſale gemmæ, vt ibid. ¶ Digeſtiuum vſuale virtuti familiare, digeſtiuo vſuali ante ſcripto. ℞ *aquæ hordei excorticati, ſacchari albiſſimi ſeu optimi trium coctarum* ℥ ß. Iſtud digeſtiuum aſſumat debite calidum & non tepidum immediate, quando vadit dormitum & lectum intrauit, ſiue cœnauerit ſiue non. Et tali vtatur diebus quinque continuis ſingulo menſe quocunq; tempore anni præterquam tempore hyemali. ¶ Solutiuum aliud vſuale & facile. ℞ *pilularum aſſaiaret* ℈ *ij. agarici elect.* ℈ *j ſalis gemmæ gra. j. miſce & cum iulepo viola-* C
to q. ſ. ad incorporandum reformentur pilulæ vij pro ℥. Iſtarum pilularum aſſumat ℈ j aut ij. ad amplius ſingulo menſe ſemel in ſero cum vadit dormitum, die immediate ſequenti diem v. completæ aſſumtionis quinquies factæ digeſtiui immediate anteſcripti compoſiti ex aqua hordei & ſaccharo. ¶ Diuerſiuum virtuti familiare valde. Extrema fricentur in mane vt immediate cum ſurgit habito prius ventris beneficio aut ſaltem tentato haberi, videlicet primo crura a genu infra & pedes fricētur, vt ſupra cum manibus aut cum panno lineo in æſtate frigido, in hyeme vero temporibus mediis cum panno calido fricatione, media intētione & duratione, deinde manus & brachia ab humero infra cum manibus vel panno immediate fricentur, vt hic ante crura. Iſta fricatione taliter vtatur ad minus alternis diebus quocunque tempore anni catarrho ipſum vexante & prius habito ventris beneficio aut ſaltem tentato haberi. Et ea fricatione taliter vti incipiat die immediate ſequenti diem aſſum- D
tionis proximi primi ſolutiui minoratiui ſupraſcripti compoſiti ex pilulis de hiera ſimplici, agarico, ſale gemmæ, vt ibid. Diuerſiuum virtuti familiarius & efficacius diuerſiuo priori. ℞ *foliorum ſalicis M i j. lactucæ M ij vitis M. v. foliorum roſarum M ij. violarum M ij. nenupharis M j. aneti M j. corticis papaueris, allii M* ß. *Contundantur omnia craſſo modo, deinde bulliant in ſufficienti aqua quantitate ſimul pro lotione extremorum vſq; ad conſumtionem quartæ partis aquæ.* Si vero medicamine efficaciori indiget, tunc ex hac deſcriptione debite calida lauentur & fricētur brachia, manus, crura & pedes ſtomacho ieiuno, videlicet ante prandium per horam, & ante cœnā per tātundem, deinde dicta extrema retineantur debite calida & cooperta. Et ea lotione taliter vti incipiat die ſequenti immediate diē aſſumtionis proximi ſupra ſcripti eradicatiui compoſiti ex pilulis aureis de hiera. ſ. & agarico, &c. ſeruatis reliquis & ordinib. deſcriptis in vſu fricationis immediate ante ſcriptæ. ¶ Diuerſiuum inteſtinorum lenitiuum & phlegmatis aquoſi E
& ſalſi eductiuum efficacius priori proximo diuerſiuo. ℞ *foliorum blitis M ij. maluarum M j. mercurialis M j* ß *radicū althææ M* ß *agarici, polypodii an. amborū craſſo modo inciſorū* ℥ *j. vitellū oui numero j. caſſiæ fiſt.* ℥ *j. hiera picræ* ℥ ß. *olei oliuarum optimi* ℥ *iiij. ſalis communis* ℥ *iij herbæ & radices bulliant ſimul in ſufficienti quantitate aquæ pro decoctione clyſteris vſq; ad conſumtionē medietatis aquæ, deinde optime exprimantur & colētur, deinde 28.* ℥ *dictæ colaturæ agaricus & polypodiū fruſtatim inciſi craſſo modo addātur & ſimul bulliāt vſq; ad conſumtionē tertiæ partis ipſius decoctionis & colaturæ, poſtea exprimātur & colentur, vltimo dictæ colaturæ ſecundo reliquis addātur, & fiat clyſtere.* Iſtud enema ſuauiter calidum ſibi imponat ſtomacho ieiuno, videlicet ante prādium per vnam horā, vel ante cœnā per tantundē ad libitum alternis dieb. quia vna die ſit & alia non. Et ſi eo faciliter vti incipiat, die immediate ſequēti diem aſſumtionis proximi ſolutiui eradicatiui ante ſcripti cōpoſiti ex pilulis aureis de hiera ſimplici, agarico, &c. Et ipſo enemate taliter v- F
tatur ſaltē in vna hebdomada aut amplius ad libitum, & catarrho ipſum vexante. ¶ Diuerſiuum priorib. efficacius ſunt ventoſæ tres ſine ſcarificatione quarū primo duæ ponātur pulpis ſeu carnoſitatib. ſpatularum, deinde ipſis duab. amotis, tertia immediate apponatū ſpinæ, vbi collum cōiungitur dorſo. primæ vero ventoſæ taliter appoſitæ dimittātur per vnā quartā horæ, & poſtea auferantur, deinde tertia vētoſa itidē ſeu per tantundē tempus dimittatur, & poſtea auferatur. Iſtæ ventoſæ taliter illi apponātur per ſex horas ad minus poſt prādium, & per vij. horas ad plus die decima ſequenti diem aſſumtionis dicti primi ſolutiui eradicatiui ſupra ſcripti compoſiti ex pilulis aureis, de hiera ſimplici, agarico, &c. Et eas ventoſas taliter ſibi apponat ſaltem ſemel & prius habito ventris beneficio aut ſaltem tentato haberi. Caputpurgium. ℞ *aquarum maioranæ* ℥ *j. violarum* ℥ *j* ß. *ſucci foliorum blitis* ℥ *j. pulueris ſacchari candi* ℥ *ij. miſce.* ¶ De hoc liquore tepido & non calido nec frigido attrahat per nares ſtomacho ieiuno tantum G
in mane per vnam horam ante prandium duobus diebus in hebdomada ad libitum prius habito ventris beneficio aut ſaltem tentato, deinde non exponat ſe aeri frigido nec calido, ſed temperato quouſque pranſus ſit. Et hac attractione taliter vtatur ſaltem in vna hebdomada ſinguli menſis quocunque tempore anni frigido vel recenti, tempore autem calido hoc medicamine non vtatur. ¶ Catarrhum firmans,

Potio digeſtiua. *Pilula.* *Potio digeſtiua.* *Pilula.* *Potio extremorū.* *Enema.* *Caputpurgium.*

Catarrhũ firmantia & ſputũ facilitãti. Gummi arabicũ.

A mians, ſputum a pectore iuuans virtuti familiare. ℞ *gummi arabici* ℥ ß. *Iſtius gummi teneat tota nocte cum catarrho vexatur aut tuſſi, in ore ad quantitatem auellanæ ſaltem inter genam & maxillam ex latere oppoſito lateri ſuper quo iacet quando catarrho vexatur aut tuſſi.* ¶ Catarrhum firmans, vt hoc ante efficacius prioribus catarrhum firmantibus ℞ *diadraganti frigidi* ℥ ij. Si vero vult medicamen efficacius priori immediate, tunc iſtius diadraganti teneat in ore ad quantitatem auellanæ craſſæ in nocte ſeruatis reliquis modis & ordinibus deſcriptis in vſu ſeu in retentione in ore gummi arabici ſupraſcripti immediate. ¶ Catarrhum firmans & eſt vt hic ante efficacius prioribus catarrhum firmantibus. ℞ *diapapaueris in forma ſolida* ℥ j. Si vero vult medicamen efficacius priori proximo, tunc iſtius confectionis diapapaueris vtatur ſiue teneat in ore ad quantitatem vnius auellanæ craſſæ ſeruatis modis & ordinibus deſcriptis in vſu confectionis diadraganti frigidi immediate ſupra ſcripti. ¶ Catarrhum firmans vt ante, efficacius
B prioribus catarrhum firmantibus diacodion. ℞ *diacodion in forma ſolida* ℥ j. Si vult adhuc efficacius proximo tunc iſtius confectionis diacodion teneat in ore ad quantitatem craſſæ auellanæ in nocte ſeruatis modis & ordinibus in vſu confectionis diapapaueris immediate ſupraſcripti. ¶ Catarrhum firmans, &c. vt ante efficacius priori immediate. ℞ *diacodion in forma ſolida* ℥ ij. *ſpodii* ℥ ß. *boli ar.* ʒ iij. *camphoræ gra. ij. miſce & cum ſyr. de nenuphare q. ſ. ad incorporandum reformetur confectio in forma ſolida in mortario cum piſtillo ſine igne.* ¶ Si vero vult medicamen efficacius proximo, tunc iſtius confectionis compoſitæ & diacodion, ſpodii, &c. vt hic immediate ſupra teneat in ore ad quantitatem craſſæ auellanæ, in nocte ſeruatis reliquis modis & ordinibus deſcriptis in vſu confectionis ſolius diacodion immediate ſupraſcripti. ¶ Cerebri confortatiuum. ℞ *myrobalanum conditum numero* j. Iſtum myrobalanum aſſumat in aurora aut in mane cum ſurgit, ad libitum ſingulis diebus ſemel quocunque tempore anni,

Cõfectio.

Cerebri confortatiuum.

C deinde poſt ipſius aſſumtionem ſtet ieiunus horis tribus ad minus. Et eo taliter vti incipiat ad libitum in aliquo dierum poſt aſſumtionem ſolutiui compoſiti ex pilulis aureis, de hiera ſimplici, agarico, &c. ¶ Diuerſiuũ a cerebro & caputpurgium efficacius priori diuerſiuo capitiſpurgio ellebori proximo. ℞ *ellebori alb. gra. j. violarum ſiccarum M* ß. *pulueriƶentur omnia ſubtiliter, deinde miſce.* Si vero poſt catarrhi dicti firmationem factum, vt hic ante, tunc ipſe inueniet veriſimiliter iteratum catarrhum, ſeu iteratum fluxum materiæ ad intra propter ipſius materiæ exuberationem multam, tunc iſtud diuerſiuum & caputpurgium compoſitum ex elleboro & violis attrahat per nares, ſtomahco ieiuno, videlicet ante prandium per vnam horam prius habito ventris beneficio, aut ſaltẽ haberi tentato & eo taliter vtatur ſemel aut bis, aut ad amplius in hebdomada tantum neceſſitate vrgente propter dictum nouum defluxum, vt hic ante immediate. ¶ Contra catarrhum ſalſum. ℞ *aqua hordei facta ſecundum receptum proxi-*

Puluis diuertens a cerebro.

Potio contra catarrhum ſalſum.

D *mum infraſcriptum* ℥ vj. *ſacchari albiſſimi trium coctarum* ℥ j. *miſce.* Iſtius aquæ debite calidæ & non tepidæ aſſumat duobus diebus continuis in ſingula hebdomada videlicet ℥ vj. in aurora & poſt ipſius aſſumtionem dormiat ad libitum, ſed tamen non amplius duabus horis aqua hordei, de qua hic ante fit mentio. ℞ *hordei excorticati* ℥ j. *aquæ fluuialis mundæ claræ* ℥ xx. *miſce deinde bulliant ſimul ad mediocrẽ ignem vſque ad conſumtionem tertiæ partis aquæ: deinde non coletur, ſed hordeum in dicta aqua continue poſtea dimittatur.* Et quia hæc aqua faciliter corrumpitur tempore calido, ideo alternis dieb. ipſa aqua tunc reficiatur, videlicet vna die dicta aqua taliter fiat & alia die non, ſed tertio die iterum de nouo fiat & taliter reficiatur ſecundum neceſſitatem. De hac aqua ſumat ℥ vj ſtomacho ieiuno, &c. vt hic ſupra in alio recepto proximo. ¶ Medicamen efficacius aliqualiter priori. ℞ *medicinam primam ſupraſcriptam* ℥ v. *ſyrupi de liquiritia* ℥ j ß *miſce.* Si vero medicamen congruit efficacius priori immediate, tunc iſtã medicinã
E debite calidam & non tepidam aſſumat in aurora, &c. vt ſupra de alia prima medicina. ¶ Confectio ℞ *diadraganti* ℥ ij. *diapenidionis* ℥ j. *miſce & cum ſyr. de liquiri. q. ſ. ad incorporandum reformetur confectio ſolida in mortario cum piſtillo, & ſine igne in morſellis trium* ʒ *pro quolibet morſello.* Iſtius confectionis aſſumat vnum morſellum in aurora vel ad libitum in mane, cum ſurgit duob. diebus in ſingula hebdomada, & poſt ipſius aſſumtionem ſtet ieiunus horis tribus ad minus. ¶ Clyſtere. ℞ *aquæ hordei ſupraſcriptæ* ℥ xvj. *vitellum oui numero j. mellis roſ. colati* ℥ iij. *olei roſ.* ℥ iij. *ſeui hircini* ℥ ß. *miſce & fiat clyſtere.* Iſtud clyſtere ſibi imponi faciat ſuauiter calidum ſtomacho ieiuno videlicet per duas horas ante prandium, vel ad libitum per vnam horam ante cœnam ſemel in ſingula hebdomada.

Cõfectio.

Clyſter.

Cons. XXX. *Contra fluxum catarrhi ſubtilis, non ſalſi nec amari ad pectus.*

F R*Ecipe pilularum alephanginarũ, vel de hiera ſimplici* ℈ ij. *agarici* ℈ j. *ſalis gemmæ gra. j. vel ij. reformentur pilulæ vij. pro* ʒ. *cum modico ſyrupi de ſtœchade, & ſi vis, adde ƶinzib. gra. j.* ¶ Caputpurgium. ℞ *aquæ maioranæ partes ij. ſucci foliorum blitis partem j. miſce & fiat caputpurgium.* Potes addere partem aquæ violarum, ſi apparet caliditas actualis catarrhi. Lotio capitis fiat cum lixiuio forti. ¶ Pro diuerſione. Balneentur crura a genu deorſum, & brachia a cubito deorſum cum infraſcripta decoctione. ℞ *roſarum florum chamomillæ, meliloti, ſaluiæ an. partes æquales miſce,* & fiat decoctio, & lauentur vt ſupra cum vult cœnare in ſero. fiant fricationes brachiorum & crurium ad diuertendum. Item ſecure poſſunt apponi ventoſæ ſuper ſpatulas & ſuper nates ſine ſcarificatione. Item poteſt comedere omni die poſt confect. coriandri præparati cum ſacch. optimo vna coopertura tantum cooperto.

Pilulæ.

Caputpurgium.

Cons. XXXI. *Contra defluxum præternaturalem catarrhi.*

G P Hlegmatis a cerebro diuerſiuum & per conſequens naturaliſſimam regionem, videlicet per ſnares mundificatiuum, & virtuti familiare. ℞ *aquæ maioranæ, ſucci foliorum blitis, nucis muſcatæ pulueriƶatæ ſubtiliter, ſacchari candi pulueriƶati miſce.* Ex hac mixtura tantum tepida

Caputpurg.

& non calida,nec frigida attrahat per nares bis vel ter ſucceſſiue ſtomacho ieiuno in mane vel adhibi- A
tum per vnam horam ante cœnã ſemel in ſingulis quindecim diebus, ſi ipſo catarrho moleſtatur. Hoc
vero medicamine non vtatur tempore calido. Phlegmatis a cerebro diuerſiuum, &c. vt immediate ſu-
Alud. pra efficacius immediate priori. ℞ *medicaminis proximi ſupraſcripti ʒ iij. mellis mundi & electi ʒ ij. miſce.*
Si vero medicamen conuenit efficacius aliquantulum priori proximo,tunc ex hac mixtura priori tan-
tum tepida & non calida nec frigida attrahat per nares, &c. vt hic ſupra de alio medicamine proximo.
Phlegmatis a cerebro diuerſiuum,&c. vt ante immediate ſupra efficacius immediate priori. ℞ *medica-*
Alud. *minis ſupraſcripti immediate proximi ʒ iij manna elect. ʒ ß. miſce.* Si vero medicamen congruit adhuc ef-
ficacius priori immediate,tunc ex hac mixtura tantum tepida & non calida nec frigida attrahat per na-
res,&c. vt hic ſupra de alio medicamine proximo. ¶ Cerebri confortatiuum & ipſius catarrhi craſſi di-
geſtiuum & reſolutiuum. ℞ *diamoſchi dulcis ʒ ij. diambra ʒ j. cubebarum ℈ j. melegete ℈ ß. ſacchari tabar-* B
Morſelli. *zet albiſſimi trium coctarum ʒ x. Pulueriẑanda puluerizentur ſubtiliter, deinde cum aqua maiorana & fe-*
niculi an. q. ſ. ad conficiendum fiat confectio ſolida in morſellis trium ʒ pro quolibet morſello. Iſtius confectio-
nis aſſumat vnum morſellum mane cum ſurgit, duobus diebus in ſingula hebdomada,& poſt ipſius aſ-
ſumtionem ſtet ieiunus horis tribus ad minus: hac vero confectione taliter vtatur tantum tempore fri-
gido & non tempore calido. ¶ Cerebri confortatiuum & eſt proprium. ℞ *myrobalanum, chebulum con-*
ditum vnum. Iſtum vero aſſumat in aurora, vel ad libitum in mane, cùm ſurgit ſemel in ſingulo menſe.
Et poſt ipſius aſſumtionem ſtet ieiunus horis x. hoc vero medicamine taliter vti poteſt quocunq; tem-
pore anni.

Pilula. ¶ Solutiuum facile & vſuale. ℞ *pilularum de hiera. ſ. ℈ ij. agarici ℈ j. agaricus ipſe in fruſta minu-*
ta diuiſus & non piſtatus infundatur per horas ſex ad minus in oxymelle ſimplici q. ſ. ad ipſius agarici debi- C
tam imbibitionem ex dicto oxymelle, deinde omnia ſimul miſce, & cum ſyrupi de ſtœchade. q. ſ. ad ipſas ſimul
incorporandum in mortario cum piſtillo, & ſine igne reformentur pilulæ vij pro ʒ. Iſtarum pilularum aſſu-
mat in aurora a tribus vſq; ad v. ad libitum in mane cum ſurgit, ſed tamen in aurora melius,& poſt ipſa-
rum aſſumtionem, ſi ipſas aſſumat in aurora, ſtet in lecto per horam vnam cum dimidia & iterum dor-
miat, ſi poteſt, ſed non amplius vna hora,& tunc poſt earundem aſſumtionem ſtet ieiunus horis quinq;
& non aſſumat lauatiuum aliquod, ſed in termino dicto quinque horarum prandeat,& pro ferculo in
ipſo prandio comedat blites cum boragine & petroſelino, non abiecta prima aqua ebullitionis ipſarum
herbarum, ſed in ipſa aqua cocta. Item laudabiles carnes comedat vt pulli, perdices, phaſiani, hædi vel
vituli, aut aliquas carnes conſimiles. Si vero ipſas pilulas aſſumat mane, cum ſurgit, tunc poſt ipſarum
aſſumtionem non dormiat, ſed ſtet ieiunus horis v. vt hic ſupra. Iſtis vero pilulis vtatur ſemel in ſingu- D
la cuiuſlibet menſis præterquam temporibus magnorum caumatis & frigoris.

Cons. XXXII. *Contra reumatis diſpoſitionem.*

Potio digeſtiua. Digeſtiuum. ℞ *ſyrupi de ſtœchade, oxymellis compoſiti an. lib. ß. miſce ſed doſis ſit ʒ j ß. cum decoctio-*
ne cubebarum, nucis muſc. aniſi, maſticis & cyperi. ¶ Solutiuum. ℞ *pilularum cochiarum Rhaſis*
Tragea. ʒ j. ¶ Tragea confortatiua. ℞ *trium piperum ʒ j zinzib. ℈ j ß. caryoph. galangæ ſtœchados an.*
ʒ j. cubebarum nucis muſc. an. ʒ ß. aniſi. ʒ iiij ß. ſacchari. q. ſ. ſit doſis in ieiunio vnum cochlear vſ-
Ceratum. *que ad dies quatuor, poſtea vero potet modicum vini ſubtilis.* ¶ Ceratum. ℞ *laudani ʒ j. aloes ʒ ß. pulueris pu-*
legii, calamenti ſtœchados an. ʒ j. macis corticum citri an. ℈ ß. incorporentur omnia ſimul addito modico ace- E
Vnguent. ſtomachale. *ti, & applicetur parti capitis abraſæ.* ¶ Vnguentum pro ſtomacho in caſu iſto. ℞ *maſticis ʒ j. aloes ʒ ß. ci-*
namomi, caryoph. an. ʒ j. ligni aloes, folii an. ʒ ß. olei nardini, ceræ an. quantum ſufficit pro vnguent. Ex iſto
vnguento actu calido, vngatur ſtomachus ieiunus.

Cons. XXXIII. *Contra catarrhi ſubtilis fluxum ad fauces, pulmonem & pectus.*

Diæta. Regimen in ſex rerum non naturalium adminiſtratione conſiſtit. Sit itaque qualitate in craſ-
ſatiuum & infrigidatiuum, ſed remiſſius infrigidatiuum, quam incraſſatiuum. Quantitas
vero ſit, vt de vnaquaque ipſarum ſex rerum non naturalium adminiſtratione in propriis F
capitulis ipſarum infra ſcriptarum. Euacuentur ventris ſolutione materiæ communes in
Curatio. viis ductuum ſuperfluæ. Minoretur & proprie ventris ſolutione cerebri repletio phlegmatis ſubtilis
aliqualiter calidi: ſed non multum, & tamen non acuti ad fauces, ad pectus, & pulmonem catarrhi-
zantis. Remoueantur cauſſæ ipſius catarrhi dictã materiam ante in cerebro multiplicantes. quæ cauſſæ
in hoc caſu principales numero ſunt tres, videlicet euaporatio magna nutrientis & reliquarum humi-
ditatum & phlegmatis a toto ad cerebrum multiplicata. Naturalis caliditas cerebri debilitata non va-
lens ipſos vapores, qui ſunt natura catarrhi reſoluere in cerebro condenſati. Debilitas caloris eiuſdem
nutrimentum proprium cerebri digeſtiui impotentis, quã indigeſti & catarrhus ex eius paulatina con-
geſtione cõſiſtit. Minoretur & ꝓprie vẽtris ſolutione & gulæ & pectoris & pulmonis repletio phlegma-
tis a cerebro ad ipſa membra catarrhizantis etiam ſecundum eius partem fluentem a gula in pectore. Et G
ſecundũ partẽ ex diuturna mora in pectore ibidẽ in craſſati. Diuertatur a cerebro ad partes ignobiles, &
ꝓprie extremas dicta materia ſubtilis fluens vt ſup. Siſtãtur aliqualiter ſeu minorẽtur dicti ſubtilis phle-
gmatis flux⁹ a cerebro ad fauces in pulmonẽ. Remoueãtur cauſa vel cauſſę dictũ catarrhũ ſeũ phlegma
ad fau-

A ad fauces, pectus & pulmonem fluere faciens, quæ cauſſæ in hoc caſu noſtro principales ſunt quatuor, videlicet, Debilitas retentiuæ cerebri & eius colatorii, Materiæ catarrhum dictum exuberantem multiplicatiuæ, cum virtutis expulſiuæ fortitudine, Ardor & aſperitas faucum & gulæ incenſus & diuturnus, Tuſſis notabilis. Eradicetur ſeu abſolute remoueatur ipſius catarrhi ſubtilis ſeu phlegmatis fluxus a cerebro ad fauces ad pumlonem. Digeratur paulatim ipſius catarrhi dicta materia ſubtilis non multum calida phlegmatica, ſed non acuta, vt ſupra, & proprie in gula, pulmone, & pectore & proprius cerebro. Itē digeratur dicta materia craſſa, phlegmatica in pulmone & pectore ex diuturna mora in ipſo incraſſata, quæ ambæ materiæ, ſubtilis & craſſa in pectore digerendæ ſunt etiam ipſæ ſimiliter cum dicta materia ſubtili in cerebro digerenda, & hoc propter phthiſis ſuſpicionē aliqualiter, aut ſaltem de proximo futuræ, quæ nec digeſtionis nec euacuationis tolerat inducias, licet hac ſuſpicione nō exiſtente dictum

Cauſſa huius catarrhi.

B catarrhum digerere, & euacuare regularius eſſet: deinde ad ipſarum catarrhi ſubtilis & craſſi, gulæ, pulmonis & pectoris digeſtiones, & euacuationem tranſire liqueret. Euacuetur eradicatiue, ſed paulatim dicta materia phlegmatica ſubtilis aliqualiter calida, ſed non acuta a dictis, cerebro gula, pulmone, primo ventris ſolutione a dictis mēbris: ſecundo dicti phlegmatis ſubtilis per nares eductione: tertio ipſius materiæ a cerebro euaporatione. Item dicta materia phlegmatica craſſa in pulmone ex diuturna eius mora incraſſata etiam eradicatiue: ſed paulatim euacuetur. Primo ventris ſolutione ab ipſo pulmone. Secundo & proprius inde per ſpeciē eius eductione. Tertio dictæ materiæ a dictis pectore & pulmone euaporatione. Quæ tres materiæ, ſubtilis in cerebro, ſubtilis & craſſa in pulmone ſimul euacuādæ ſunt, dicta cauſſa craſſa ſuſpicionis phthiſis præſentis aut futuræ non dantis inducias, vt ſupra. ¶ Conforten-tur virtutes omnes, videlicet vitalis, naturalis & animalis totius, & proprie cerebri, gulæ, pulmonis, &c.

C Et proprie eorum virtutes naturales omnes. Et propriiſſime ipſius cerebri naturalis, vt ipſa membra dictas materias, ſubtilem & craſſam non generent, nec recipiant. Remoueantur cerebri, faucum, pectoris & pulmonis malæ complexiones, a dictis morbo cauſſa morbi & accidentibus derelictæ. Corrigantur accidentia principalis dicti catarrhi ſubtilis in caſu noſtro & a futuris præſeruentur eidem caſui propriis, videlicet vomitus, tuſſis, anhelitus conſtrictio, hæc tria præſentia, ſequentia vero empyema & phthiſis, hæc duo ſaltem futura in hoc caſu noſtro.

Correctio accidentium.

Regimen ex ſex rebus non naturalibus ſit vt infra. Aer ſit frigidus ſed remiſſe & declinans ad ſiccitatem. Cibus & potus itidem frigidus, ſed remiſſe & declinans ad humiditatem ſaltem actu & pulmonis & pectoris lenitiuus, videlicet amydum, ſpelte, pultes ex ciceribus rubeis, abiecto cortice & proprie omnia cum cortice, amygdal. dulcium. Item cum lacte ſi nō eſt febris aut dolor capitis aut grauedo eiuſ-

Regimen per ſex res non naturales.

D dem. Quieſcat non iacendo ſed ſedendo hora vigiliarum ſibi debitarum. Vigilet multum tamen cum proportione. Non dormiet in die nec multum in nocte. Ieiunet ſæpe, cœnet parce famem ſitimque ferat, nec ſe repleat. Non aſſumat nutriens, niſi digeſto priori, mentem quietem habeat hilarem ac lætam. Euacuentur materiæ communes. *℞ foliorum blitis, maluarum an. M j. ß mercurialis. M j. ß radicum althea M ß ſeminum fœnugraci, carthami an. ℥ ß. vitellum oui numero j hieræ picræ ſacchari rubei an. ℥ j. olei oliuarum ℥ iiij. ſalis communis ʒ ij. bullienda bulliant deinde miſce, & fiat clyſtere. ℞ caſſiæ fiſt. ℥ j. ſebeſten ℥ ß. aqua decoctionis ſaccha. q. ſ. pro potione miſce & fiat potio, aut dictis caſſiæ & ſebeſten addatur ſacch. electi. q. ſ. pro dactylo.* Et immediate poſt aſſumtionem dicti dactyli bibat dictæ aquæ ſacchari ℥ iij. minoretur pletora phlegmatis ſubtilis a toto. *℞. caſſiæ fiſt. ℥ j. medullæ, carthami ʒ ij. iuris galli decrepiti decocti cum ſacharo ſecundum canones q. ſ. pro potione, macis ℈ j. amygdalarum dulcium ʒ j. penidiarum ℥ ß. miſce aut ſub-*

Clyſter.

Potio.

E *tracto iure galli, quod tantum optimum eſſet cum reliquis medicinis addatur ſacchari electi. q. ſ. pro dactylo, & fiat dactylus.* Sed medicina dicta cū iure eſt lōge melior. Minoretur cerebri repletio phlegmatis ſubtilis & aliqualiter calidi ſed non acuti. *℞ pilularum de hiera ſimplici ℈ ij agarici ℈ j. ſalis gemmæ gra. j. violarum gra. v. miſce & cum iulepo violato fiant pilulæ vij. pro ʒ.* Remoueantur cauſſæ dicti phlegmatis, videlicet opprimantur vapores quæ ad cerebrum eleuantur, vt infra. *℞ coriandrorum præparatorum confectorum ſolum cum vna coopertura ℥ j. de quibus coriandris comedat immediate poſt cibum ʒ ij. & iterum per vj. horas poſt cibum comedet tantundem.* Item diacitoniton de ſaccharo & ſine ſpeciebus ℥ j. comedat loco dicti coriandri ad libitum cum modis tamen dictis. *℞ roſarum ſiccarum ʒ j. ſacchari albiſſimi ℈ j. miſce & cum ſyrupo de myrto q. ſ. ad incorporandū formentur pilulæ vij pro ʒ. aſſumat ad minus tres iſtarum pilularum ad libitum cum modis dictis, &c.* ¶ Confortetur calor naturalis cerebri vaporum reſolutiuus

Bolus.

Pilula.

Pilula.

F & digeſtiuus eiuſdem & faucium. *℞ auellanarum mundatarum ℥ j. caſſiæ ligneæ, galliæ muſcatæ an. ℈ j. ligni aloes ʒ ß moſci gra. quandam partem, ſpicæ ℈ ß. ſtœchados ʒ ß. nucis muſ. ℈ j. roſarum ʒ j. emblicorum ℈ j. corallorum rubeorum ʒ j. miſce & cum ſacchari bugloſſati iulepi violati. q. ſ. fiat electuarium.* ¶ Aliud valens vt ſupra. *℞. ſpecierum diambræ ℈ j. aromatici roſati deſcrip. Gabrielis ʒ ß. ligni aloes ℈ ij. emblicorum ℈ j. ſacchari albiſſimi ʒ viij. roſarum ℥ ß. corallorum ℈ j. miſce & cum aqua violarum. q. ſ. fiat confectio ſolida.* Minoretur pectoris & pulmonis repletio a duob. phlegmatibus craſſo & ſubtili. *℞. caſſiæ fiſt. ℥ j aſſæ ſeu thymi ℈ j. agarici ℈ j. ariſtologiæ ℈ ß. carthami ℈ ij. aquæ mellis, aquæ hordei excorticati an. q. ſ. pro potione miſce aut loco caſſiæ ſimul, quæ ſubtrahatur, & addatur omnibus iſtis medicinis agarici, thymi an. ℈ ij. deinde omnia incorporentur cū iulepi violati. q. ſ.* Diuertatur dictus catarrhus aquoſus ſubtilis a cerebro, fricentur ſuauiter & tempore paruo, ſtomacho ieiuno, habito ventris beneficio, cum panno lineo brachia a cubito

Electuarium.

Cōfectio.

Potio.

G infra, & tibiæ a genu infra, balneentur eædem partes cum eodem ordine cum hoc inferius. *℞ violarum M ij hordei excorticati ℥ j. milii ℥ iiij. roſarum M j. ß foliorum vitis M iij. foliorum chamomillæ M j. ß. miſce & bulliant, & fiat lotio.* Diuertatur catarrhus, vt hic ante immediate, &c. videlicet ventoſæ ſiccæ apponantur cum modis & ordinibus, quibus ſupra fit lotio. *℞. mannæ ʒ ß. aquæ hordei. q. ſ. ad diſſoluendum*

Lotio extremorū.

dictam mannam miſce. Attrahatur calida per nares ad libitum ſtomacho ieiuno. ¶ Attractiuum per nares. A
℞ ſucci caulis ʒ ij. ſucci anagalli ℥ j. ſucci chalidoniæ ʒ ß. myrræ ʒ ij. ſarcocollæ ʒ j. aquarum hordei, violarum,
Caput-purgium. *maioranæ an. ℥ j. miſce.* ¶ Caputpurgium efficacius. *℞ aquarum infra ſcriptarum ſ. hordei excorticati, violarum, maioranæ an. ℥ j. ſucci foliorum blitis ℥ j. ß ſacchari candi. ʒ j ß. miſce.* Iſtius caputpurgii attrahat per nares quantitatem ad libitum, & hoc diebus alternis ſtomacho ieiuno & prius habito ventris beneficio. Si vult ipſum efficacius, tunc loco ſucci foliorum blitis ponat ſuccum eius radicis. Iterum ſi vult efficacius, addat puluerem radicis ireos ad ʒ ß. Prohibeatur fluxus catarrhi, vt infra. *℞ aquam frigidam,*
Collutio oris. *&c. quam teneat in ore ad libitum.* ¶ Aliud prohibens fluxum, &c. *℞ diapapaueris, de hac cõfectione teneat quantitatẽ auellanæ in ore inter genã & maxillam & proprie in nocte.* ¶ Aliud vt ſupra *℞ roſarum ℈ j. lentium excorticatarum ʒ ß. coriandrorum præparatorum ℈ j. violarum ʒ ß. corticum papaueris albi ℈ ij. terræ ſigillatæ, boli armeni an. ʒ j. olibani ʒ ß. ſpicæ ℈ ij. miſce & bulliant in aqua decoctionis myrti vſque ad cõſumtionem medietatis: deinde optime exprimantur & colentur. Iſtius colatura quantitatem ad libitum teneat in* B
Formæ inſtar lupinorum. *ore non tranſglutiendo aliquid.* Idem vt ſupra, ſed in alia forma. *℞. eaſdem medicinas & non ponantur in aliqua decoctione, ſed omnes ſimul incorporentur cum ſyrupi de myrto q. ſ. & fiant formæ ſimiles lupinis. Et de eis teneat vnam in ore ad libitum, & non deglutiat aliquid de ſaliua cui aliquid commiſcetur de medicina di-*
Alia. *cta.* ¶ Aliud retinens fluxum. *℞ boli armeni, terræ ſigillatæ an. ʒ j. myrtillorum, papaueris albi an. ʒ ß. amydi ʒ j. olibani ʒ. j. ſpicæ ℈ ij. miſce & cum ſyrupi de myrto q. ſ. formentur pilulæ in forma vt ſupra.* ¶ Aliud vt ſupra. *℞ laudani ʒ iij ſandaracæ ℥ j. calamẽti ʒ ß. dauci ʒ j. myrtillorum ʒ iij. roſarum ʒ vj. miſce & fiat ſacculus*
Sacculus cephalicus. *pro commiſſura coronali capitis.* Et ſecundum hanc proportionem aſſumatur tanta quantitas ſupraſcriptorũ, vt ſufficiat pro ſacculo. Remoueantur cauſſæ dicti phlegmatis ſubtilis, & debilitas retentiuæ
Alia forma. corrigatur, vt ſupra. *℞ boli armeni, terræ ſigillatæ ana ʒ j. olibani ʒ ß. ſeminum cydoniorum ʒ iij. miſce & cum ſyrupo de myrto fiant pilulæ in forma lupinorũ. Et teneat vnam ex his in ore & proprie in nocte.* ¶ Aliud C
vt ſupra. *℞ ſandaracæ ℥ j. olibani ʒ ij. ſpicæ ʒ j. roſarũ ʒ ß. myrtillorũ ʒ ij. miſce, fiat ſacculus.* Aſſumatur tanta quantitas vt ſupra. Exuperans materia catarrhi abiiciatur ſolutiuis minoratiuis dictæ materiæ in cerebro ſupra ſcriptæ reiterandis in hoc canone. ¶ Aſperitas faucium gulæ, &c. intenſa remoueatur, vt
Pilulæ. infra. *℞ ſucci liquiritiæ pinearum correctarum in aqua feruenti & ſtrictis capitibus earum ℥ ß. plantaginis ℥ iij. iniubas numero vj. maſticis ʒ ij. mucilaginis, pſyllii ʒ j. miſce & cum gummi arabico fiant pilulæ vt immediate ſupraſcriptæ.* ¶ Aliud, vt ſupra immediate. *℞ ſeminum cydoniorum ℥ j. ſebeſten ℥ ß. iniubas numero iiij. violarum ʒ iij. ſucci liquiritiæ ℥ ß. maſticis ʒ j. ß bdellii ʒ j. amygdalarum dulcium excorticatarum ℥ ß. roſarum ℥ ij. miſce & cum dragaganto fiant pilulæ immediate an.* Digerantur paulatim in cerebro & pul-
Potio digerens. mone phlegmata vt infra. ¶ Digeſtiuum. *℞ ſyruporum ſtœchados, de hyſopo an. ʒ ß. iulepi violati ℥ j. oxymellis ſimplicis ʒ ß aquarum betonicæ, hordei excorticati an. ℥ j. miſce.* Euacuentur dicta phlegmata a di- D
ctis membris. *℞ pilularum aurearum, de hiera picra an. ℈ j. agarici ℈ j. ſalis gemmæ gra. ij. violarũ gra. viij.*
Pilulæ. *miſce & cum iulepi violati, & ſyrupi de ſtœchade an. q. ſ. fiant pilulæ vij pro ʒ.* ¶ Aliud ad idem. *℞ pilularum cochiarum aurearum, agari. an. ℈ j. ſalis gemmæ gra. j. violarum gra. viij. miſce, & ſyrupi vt ſupra fiant pilu-*
Alia. *læ vt ſupra.* ¶ Aliud facile & vſuale. *℞ terebinthinæ lotæ ter in aqua hordei excorticati ʒ ij. vtatur iſta terebinthina lota ad minus ſemel omnibus xv. diebus.* Educatur a cerebro per ſudorem dictum phlegma ſubtile vt infra, videlicet euaporetur caput ſuper aqua calida mediocriter ſimplici, mane ſtomacho ieiu-
Euaporatio. no præcedente ventris beneficio & extremorum lotione. ¶ Aliud efficacius, euaporetur vt ſupra, aqua calida mediocriter, in qua decoquentur infra ſcripta videlicet. *℞ meliloti M j. ß radicum althææ, radicum blitis an M ß ſeminum fœnugræci ℥ ß.* Et poſt ſupraſcriptam euaporationẽ tueatur caput & faciem E
ab aere frigido. Educantur per ſputum ambo phlegmata dicta vt infra. *℞ diadraganti ʒ j. De hac confectione teneat inter genam & maxillam ad quantitatem auellanæ & proprie in nocte, & melius ſub lingua.* Aliud vt ſupra. *℞ diapenidionis ʒ j. diadraganti ℥ ß miſce in mortario cum piſtillo, teneat in ore vt ſupra.* ¶ Aliud vt ſupra. *℞ loch ſani & experti, diadraganti frigidi an. ℥ ß. miſce in mortario cum piſtillo, & teneat in ore vt ſupra.*

Cons. XXXIV. *Ad dolorem dentium a materia frigida.*

Collutio oris. PRimo ſoluatur cum pilulis coctis, deinde colluatur os cum ſtiptico vino calido, videlicet *℞. maſticis ʒ ij. ſaluiæ ʒ iij. pyrethri Zinzib. diptami paſſularum, cubebarum ana ʒ j. origani ʒ j ß. roſarum ℈ ij. miſce & bulliat lib. vini j. vermilii vſque ad conſumtionem medietatis, & poſtea coletur, de quo calido teneat in ore & eſt optimum & expertum mitigat dolorem, & reſoluit mate-* F
Dentifricium. *riam, & confortat gingiuã & dentes.* ¶ Dentifricium meum dentes dealbat & abſtergit, & gingiuam fortificat & cõfortat & aromatizat. *℞. oſſis ſepiæ, chocularum albarum marinarum an. ʒ j. ß. pumicis ʒ ij. ß. aluminis aſſi ʒ j. ariſtologiæ pyrethri, galli cinamomi, piperis longi an. ℈ ij. galliæ mu. ʒ ß. iniubæ ℈ j. miſce, & fiat puluis & cum melle deſpumati quantum ſufficit incorperentur & fricentur dieb. alternis ſtomacho ieiuno.*

Cons. XXXV. *Contra dolorem dentium a materia frigida.*

PRimo ſoluatur cum pilulis cochiis calefactorium cum panicio, chamomilla, anetho, abſynthio, milio, ſale multum valet. Collutio cum vino calido vel aceto bullitionis ſandaracæ, aut bullitionis pyrethri, calamẽti, origani, piperis, ſinapi etiam multum valet. Liniatur dens dolens cum theriaca, fiat etiam collutio oris cum aceto bullitionis colocynthide, aut alleorum, aut pyrethri aut ſaxifragiæ aut corticum radicum capparis aut ex aceto, quod multum bullierit in teſta colocynthidos. G

Cons.

A **Conſil. XXXVI.** *Ad conſeruandum & mundificandum dentes & gingiuas.*

CAnones conſeruatiui dentium & gingiuarum ſunt.x.infraſcripti. ❡ Primus canon,euitet cor- Canones.
ruptionem cibi & potus in ſtomacho imo & omnem cibi corruptionē iuxta poſſe, & ex con- 1.
ſequenti nutrienda facilis corruptionis,vt lac,piſces ſalitos,piſces paruos & ſimilia, poſt poſi-
tionem cibi ſubtilis craſſo motu fortes feſtinos poſt aſſumtionem cibi,quinimo,& ante cibi deſcēſum
de ſtomacho ſomnum feſtinum poſt cibi aſſumtionē & nutrienda diuerſa, quæ omnia ſunt corruptio-
nis cibi in ſtomacho effectiua cauſſa,vel ſaltem diſpoſitiua. ❡ Secund⁹ canon non aſſueſcat vomitui,& 2.
maxime ſi vomeret rem acetoſam.❡ Tertio,euitet cibaria viſcoſa,ſicut confectionē de melle & ficus vi-
ſcoſas. ❡ Quart⁹, euitet res duras ad frangendum. ❡ Quint⁹, cōgelatiua dentes ſeu ſtupefactiua euitet. 3.
❡ Sext⁹, res vehementis frigoris comedere euitet, & proprie poſt aſſumtionē calidi,ſimiliter ea, q̄ ſunt 4.
B vehementis caloris,maxime poſt frigidi aſſumtionem. ❡ Septimus, nō comedat res dentibus nocentes 5.
ſua proprietate,vt ſunt porri & reliqua huiuſmodi. ❡ Octauus, mundificet ſibi dentes immediate poſt 6.
cibum ab eo ſuperfluo,quod ingreditur inter ipſos,& proprie cum ligno ſubtili nō acuto, vt ſunt ligna in- 7.
fraſcripta,& hoc non cum multa perſcrutatione, ne noceat gingiuæ,vel carni, quæ eſt inter dentes,vel 8.
dentes commoueat.❡ Nonus,facta dicta mundificatione immediate poſt cibum,vt ſupra lauent dentes
immediate cauſſa, cū vinis nigris mediæ vinoſitatis nō acetoſis ſeu agreſtibus,quod idem eſt nec dulcib.ſed 9.
mediis ſaporis. ❡ Decimus,fricentur dentes ſuauiter & tempore breui,nam fortis fricatio aut diuturna
deſtruit dētium humiditates naturales,& ad eos trahit rheuma & vapores a ſtomacho aſcendentes, aut 10.
ſaltem ipſos præparat,ad hæc recipienda. Sed fricatio cum æqualitate abſtergit dentes, & carnes gingi-
uarum confortat, & prohibet lapides,ſeu gypſum circa ipſos generari,& facit oris odorē bonum, & con-
C uenientius,cum quo fiat fricatio eſt lignū,in quo eſt ſtipticitas & amaritudo, cuiuſmodi ſunt infraſcri-
pta.Licet oleum roſ.ſit fricatorium conueniens,ſi caliditas ſit cauſſa læſionis dētium & oleum de been,
& oleum de neride.Compoſitio eſt neceſſaria,ſi dicta caliditas & frigiditas ſint cauſſæ mixtę. Quæ frica-
tio cum dictis oleis fieri debet,cum vadit dormitum,& præcedere debet fricationes alias moliēdas cum
fricatoriis infraſcriptis,cum vadit dormitum,&c.ſtomacho ieiuno alio tempore ad libitum.Hos 10.ca-
nones explicite collegite ſpeciales ex Auic. *7.fen tertii.cap.2. partim rubrica de præſeruatione dentium, &*
partim cap.3.eiuſdem fen.rubrica de cura dentium. ❡ Mundificatiuum dentium ab ingredientibus cibis,
inter ipſos iuxta *8. can.* anteſcriptum. Sumatur ramus cupreſſi,aut ligni aloes roſmarini, pini, vel iuni-
peri ad libitum,hic ramunculus ſubtilietur, & fiat flexibilis,ita tamen, vt non incidat,nec ſit acutus, ſed
tantum obtuſus cum latitudine æquali,cum hoc ramuſculo mundificentur dentes,vt ſupra.iuxta *can.8.*
D ❡ Lotio dentium & gingiuarum mundificatiua & eorundem cōfortatiua & tremoris, & paralyſis mi-
tigatiua,& neruorum confortatiua iuxta *can.9.*etiam ſcriptum. *℞.vini noui mediæ vinoſitatis maſtellum* Lotio dentium.
ſeu brentam vnam,ſaluiæ recentis inciſæ in mediocria fruſta & non piſtata,nec lota ℔.*j.vinum ipſum poſt fa-*
ctam expreſſionem ab vuis ſuis immediate quatuor diebus continuis prius bullire permittatur cum racemis
ſeu graſpis ſuis notabili bullitione. Deinde quinta die dicto vino prius extracto & colato a dictis graſpis,poſtea
dicta ſaluia imponatur & dimittatur cum ipſo vino bullire,vſque quo ipſum clarum efficiatur: cum hoc vino
dentes lauentur poſt aſſumtionem cibi præcedente mundificatione ipſorum dentium iuxta nonum can. ante-
ſcriptum. ❡ Lotio alia valens ad id, quod ſupra. *℞. cinamomi elect.*ʒj. *maſticis* ʒß. *galliæ muſc. cubeba-*
rum an. ʒij. *ſeminum iunip.* ʒiij. *radicis cyperi* ʒjß. *foliorum roſmarini* ʒvj. *Contundantur omnia craſſo* Alia.
modo exceptis foliis roſmarini,deinde omnia ſimul miſce, vltimo in brēta vna vini muſti ponantur ʒvj. *dicta*
E *mixturæ & bullire permittatur,&c.*vt ſupra in vino ſaluiato ſupraſcripto cum hoc vino dentes lauentur
poſt aſſumtionem cibi præcedente mundificatione ipſorum iuxta *9. can.* ante ſcriptum, vtatur modo
iſta lotione, modo alia ad libitum. Fricatione dentium & gingiuarum abſterſiua, mundificatiua
& confortatiua iuxta decimum canonem anteſcriptum. *℞. mellis partes duas,ſachari tabarzet partem j.*
miſce. Cum hac mixtura dentium & gingiuarum in ſero,cum vadit dormitum, & etiam ſtomacho ie-
iuno alio tempore ad libitum iuxta *can.10.* anteſcriptum. ❡ Aliud fricatorium valens ad id, quod im-
mediate ſupra. *℞. pulueris capitis leporis ad quantitatem auellanæ,hic puluis ligetur in petia linea rara ſub-* Elect.
*tili,& cum iſtis taliter ligatis fricentur dentes & gingiuæ,*vt ſupra. ❡ Aliud fricatorium valens ad id quod
ſupra. *℞. ſalis aduſti ad quantitatem auellanæ,mellis. q.ſ.pro electuario miſce & totum redigatur in forma*
*electuarii.*Iſtud electuariū ligetur in petia,cum qua fricentur dentes, &c. vt ſupra. ❡ Fricatorium aliud
F confortans dentes & gingiuas. Ex theriaca antiqua ad minus quatuor annorum, fricatio dentium fiat
cum digits omni menſe ad minus ſemel per nouem horas poſt cœnam & ad minus per quatuor horas
ante prandium,ſuper qua fricatione cum dicta theriaca poteſt dormire ad libitum. Nota,quod per tres
horas ad minus poſt applicationem anteſcriptorum medicaminum non fiat commeſtio nec lotio cum
vino vel aliis rebus dicta medicamina & vigores ipſorum a dentibus & gingiuis abiicientibus.

Conſil. XXXVII. *Contra alcolam.*

PHlebotomia fiat ex cephalica manus lateris dolentis ex qua extrahantur ʒ*iij.*ſanguinis:eodem ve-
ro die phlebotomiæ & duobus diebus ſequentibus immediate eandem teneat in ore pluries in die
lac aſininum vel caprinū,ſed melius aſininum,deinde vaccininum,poſtea caprinū. Hoc vero lac
G teneat in ore frigidū actu & permittat ipſum in ore notabiliter calefieri,ſed ipſum frigidum pluries in ore
reaſſumatur,eiſdē 3.dieb,etiā aliquoties & pluries teneat in ore ſuccum extremitatis ficus aut papaueris
vitis,& ſic actu frigidum,& vt aliquoties teneat in ore dictum lac & aliquoties dictum ſuccum. Si tem-
pus eſſet proportionabile ſolutioni ventris, ſeu pharmaco aſſumat ſolutiuū infraſcriptum. *℞. pilularum* Pilulæ.

aurearum.℈ ij. agarici ℈ j. ſalis gemmæ ℥ j. pulueris vio. gran. ß. miſce & cum iulepi viol. q. ſ. ad incorporandum formentur pilulæ vj. vel vij. ad libitum. A Iſtas pilulas aſſumat in aurora & cum cuſtodia ſeruando ordines obſeruandos in aſſumtione ſolutiui cum cuſtodia, qui canones explicabuntur, dum terminabimus patientem dictas pilulas debere aſſumere. Quarta vero die a ſupraſcripta phlebotomia cephalica, ſi tunc debite non conualuit, fiat phlebotomia venarum duarum, quæ ſunt ſub lingua. Eodem vero die phlebotomiæ ſub lingua immediate ſcriptæ, & octo dieb. ſequentib. eandem teneat in ore pluries in die

Pilulæ. ad quantitatem auellanæ mixturæ infraſcriptæ immediatæ. *℞. foliorum oliuæ ℥ ij. ſandalorum, ſpodii an. ℥ j. camphoræ ℥ vj. gummi arab. q. ſ. ad omnium incorporationẽ gummi ipſum infundatur per horas 12. in aqua plantaginis q. ſ. ad ipſius infuſionem, & diſſolutionem, & omnium ſimul debitam incorporationem, deinde reliqua piſtentur debite, vltimo omnia ſimul incorporentur optime in mortario cum piſtillo, & ſic igne fiat magdaleon.* Si vero vult medicamen liquidum, quia ipſum ſit ipſi gratius retinere in ore, tunc dictæ B medicinæ huius recepti bulliant in aqua plantaginis q. ſ. ad ipſarum debitam ebullitionem, & oris collutionem. Vltimo hunc liquorem actu frigidum teneat in ore cum reliquis modis & ordinibus, vt hic ſupra immediate.

Consil. XXXVIII. *Contra paralyſis materialis principium, vertiginem & proclinitatem ad phlegmaticam, apoplexiam, omnes per eſſentiam tales. Regimen.*

Regimen totum & proprie nutriens generaliter in calidum & ſiccum in primo vſque ad ſecundum incluſiue ad libitum, & ſecundum neceſſitatem, & ipſum non tranſcendat ſecundum gradum. Particulare vero ſit ipſius totum regimen & proprie nutriens, ſingulariter de vnaquaque ſpecie eiuſdem regiminis proprie nutriens infirmum verbo amplo ammonui. ❡ Singulo die ventris beneficium habeat, & ſi non habeat naturaliter, fiat aliquoties tale artificialiter ſaltem ſemel in hebdo- C

Clyſter. mada cum altero duorum enematum immediate infra ſcriptorum ad libitũ. *℞. brodii optime pinguis & completæ decoctionis, carnium pulli vel caſtrati, ſed melius pulli. ℥ xij. vitellos ouorum nu ij. olei liliorum alborum ℥ iiij. pulueris ſachari ℥ j. ſalis cõmunis ℥ iij miſce & fiat clyſtere.* Si vero vult medicamen aliqualiter efficacius, & tamen virtuti familiare ſupraſcripto enemati addantur caſſiæ fiſtul. ℥ j. hieræpieræ ℥ ß. Iſto clyſteri ſeu enemate taliter vtatur ſtomacho ieiuno ſaltem ſemel in hebdomada vel amplius ad libitum, videlicet ante prandium, vel ante cœnam per vnam horam quocunque tempore anni, prætérquam tempore calido. Quo tempore loco olei liliorum alborum ponat tantundem olei oliuarum temperati, miſce & fiat clyſtere. ❡ Ventris lenitiuum efficacius, priori tamen virtuti familiare: *℞. fo-*

Alius. *liorum blit. M j ß. mercurialis M j. ſtœchados, ſaluiæ. an. M j ß. vitellum oui j. caſſiæ fi. ℥ j. hierepicræ ſacch. rubei an. ℥ ß. olei liliorum alborum ℥ iiij. ſalis communis ℥ iij. herbæ iſtæ bulliant in aqua fluuiali. q. ſ. pro de-* D *bita quantitate decoctionis clyſtere, deinde optime exprimatur & coletur, vltimo ℥ xij. colaturæ reliqua addantur, & fiat clyſtere.* Et ſi placuerit habere medicamen efficacius priori immediate vel ſibi placuerit permutari clyſtere, tunc iſto vtatur ſeruatis modis prius dictis in clyſteri ſupraſcripto. ❡ Solutiuum & materierum communium a ſtomacho & inteſtinis eductiuum, & ipſorum inteſtinorum leniti-

Potio. uum facilimum, & virtuti valde familiare. *℞. caſſiæ fi. ℥ ij. aquæ ſaluiæ q. ſ. ad ipſam caſſiã mundificandum ab arillis & ſcophis ſuis, & ad eandẽ diſſoluendam pro potione miſce & fiat potio.* Iſtud ſolutiuum aſſumat in mane debite calidum, & poſt aſſumtionem ipſius ſtet ieiunus tantum horis 4. & non dormiat interim, nec aſſumat lauatiuum aliquod prandeatq; in dicto termino videlicet, quatuor horarum, & pro ferculo comedat blites cum boragine & feniculo Itẽ carnes laudabiles, vt hædi, pulli vel vituli, aut ſimiles & eo ſaltem ſemel vtatur in vere & ſaltem ſemel in authumno. ❡ Solutiuum materierum cõmunium eductiuum, E

Potio. vt ſupra ſolutiuo ſupraſcripto efficacius virtutiq; familiarius & gratius. *℞. mannæ electæ ℥ j. aq. ſaluiæ q. ſ. ad ipſam materiam diſſoluendam, deinde colandam pro potione, miſce & fiat potio.* Si vero medicamen delitioſius & virtuti gratius affectat, aut etiam medicamen permutare vult, tunc illud manna aſſumat ſeruatis modis prius dictis in aſſumtione ſolutiui immediate ſupraſcripti. ❡ Digeſtiuũ facile & vſuale, & confortatiuũ cerebri & muſculorum. *℞. aqua mellis factæ ſecundũ cano. ad hoc. q. ſ. pro decoctione*

Alia digeſtiua. *infraſcriptorum triũ, ſaluiæ partes ij. maioranæ partes ß. roſmarini partẽ j. Incidantur minutim, deinde ſimul bulliant vſq; ad conſumtionem tertiæ partis ipſius aquæ, vltimo exprimantur & colentur optime.* Iſtud digeſtiuum debite calidum aſſumat in aurora pluribus diebus continuis, & proprie vſq; ad diem 14. deinde poſt ipſius aſſumtionem ſtet ieiunus horis 4. & interim dormiat per vnam horam ad longius, & non vltra. ❡ Attente vero, quod ſupra dicto lenitiuo & ſolutiuo materierum cõmunium digeſtiuo confor- F tatiuoq; vtatur vſque ad 4. diem ab inſtanti initiantem morbum ipſum, imo vſq; ad 7. quinimo vſq; ad 14 diem ſecundum aliquos, & interim non vtatur medicinis aliis efficacib. ſolutiuis, nec alteratis efficacibus. Secundo nota, quod nullam infraſcriptarum medicinarum aſſumat infirmus vſq; ad 14. diem, & hoc vſq; ad illud de mirobalanis, chebulis conditis. Solutiuum minoratiuũ facile vſuale. *℞. pilul. de hie-*

Pilulæ. *ra ſimplici ℈ j. pilul. alephangin. agar. an. ℈ j. ſalis gemmæ Zinzib. an. ℥ j miſc. & cũ elect. indi q. ſ. ad incorporandum reformẽtur pilul. vij. pro ℥.* Iſtarum pilularũ aſſumat ℈ ij. in aurora, & poſt ipſarum aſſumtionem ſtet immediate in lecto per vnam horam cum dimidia ad amplius, & interim dormiat per vnã horam, & poſt dictum terminum ſurgat aut dormiat, ſiue non, & cum ſurrexerit, partim deambulet, partim ſedeat, ſecundum quod eſt ſuę naturæ cõuenientius, & interim cum panno ſuauiter calido fricet bis ventrem & ſtomachum, & plus verſus dorſum fricatione ſuaui. Vnde ipſum pannum ſuauiter calidum te- G neat ſuper dictis membris, & ſtet in tenebris aut ſaltem pauco lumine, & nõ aſſumat lauatiuum aliquod maneatq; ieiunus poſt ipſarum aſſumtionem horis 5. & in dicto termino prandeat & cõmedat pro ferculo blites cum boragine, &c. vt dictum eſt ſupra, & hoc ſolutiuũ taliter aſſumat ſemel in vere & ſaltem

ſemel

A ſemel in authumno. ❡ Digeſtiuum. ℞. *ſyrupi de ſtœchade ℥ j. oxymellis ſimplicis. ℥ ß. aquarũ ſaluiæ ℥ j ß. hyſopi ℥ j. abſynthij ℥ ß. miſce.* Iſtud digeſtiuum aſſumat in aurora debite calidum quatuor dieb. continuis in vere & totidem in authumno prius ante dictos quatuor dies ſemper aſſumat ſolutiuũ imediate anteſcriptum & ſtet ieiunus poſt aſſumtionem huius digeſtiui tribus horis ad minus, & interim dormiat per vnam horam, aut duas ad amplius. *Potio digeſtiua.* ❡ Solutiuum eradicatiuum. ℞. *pilularum de hierapicra ſecũdum receptum proxime infraſcriptũ, pilularum fœtidarũ, agarici an. ℈ j ſalis gemmæ. g̃ j. zinzib. g̃. miſce & cum elect. indi. q. ſ. ad incorporandũ formentur pil. vij. pro ℥.* Iſtarum aſſumat ℈ ij. in aurora ſeruatis modis deſcriptis ſupra in aſſumtione minoratiui præterquam in termino 5. horarum poſt ipſarum pilularum aſſumtionem aſſumat pro lauatiuo vnum cyathum aquæ hordei excorticati calidæ ſine ſacha. deinde poſt vnam horam prandeat, vt ſupra. Has vero pilulas taliter aſſumat poſt completam aſſumtionem digeſti- *Pilula.*

B ui ſupraſcripti.

❡ Pilulæ de hierapicra, de quibus fit mentio in recepto ſupraſcripto. ℞. *ſpecierum hierepicræ Galeni partem j. aloes ſuccotrinice electuar. partes ij. miſce cum ſyrup. de ſtœchade q. ſ. ad incorporandum fiat magdaleon pro pilulis formandis.* Iſtæ pilulæ ponantur in ſolutiuo eradicatiuo ſupraſcripto modo & ordine ibi poſito. *Pilulæ de hiera picra.* ❡ Solutiuum & eradicatiuum. ℞. *hierarum Hermetis, diacolocynth an ℥ j. agarici ℈ j. ſalis gemmæ, zinzib. an. gran. j. aquarum ſaluiæ, maioran an. q. ſ. miſce & fiat potio.* Si vero ſolutiuum immediate anteſcriptum permutare voluerit, aut potius affectet potionem, quam pilulas, tunc iſtam potionem aſſumat cum modis ſuperius ſcriptis in aſſumtione ſolutiui ſuperioris eradicatiui. *Potio.* ❡ Diuerſiuum efficacius immediate. ℞. *foliorum blitis, mercurialis an. M. j. ſtœchados, ſaluiæ, maioranæ an. M. j ß. centauriæ minoris M j. corticum agarici ligatorum in petia linea ℥ ij. ſeſeleos. ℥ ß. vitellum oui num. vnum, caſſiæfiſtul.* *Clyſter.*

C *℥ ß hierapicræ, ſachari rub. an. ℥ ß. olei liliorum alborum ℥ iij. ſalis communis ℥ ij. herbæ cortices agarici bull. ant ſimul in ſufficienti quantitate aquæ fluuialis. q. ſ. pro enemate vel enematibus, deinde optime exprimantur & colentur, vltimo ℥ xij. dictæ colaturæ reliqua omnia addantur, & fiat clyſtere.* Si vero indiget diuerſiuo efficaciori immediate tunc iſto enemate vtetur ſtomacho ieiuno & proprie in mane cum neceſſitas ad hoc impellit. ❡ Euacuatiuum & proprie a ſtomacho. Vomitus fiat cum vomitiuo deſcripto, in recepto immediate infraſcripto ſtomacho repleto, cibariis diuerſarum formarum & virtutum, videlicet ipſis viſcoſis, aliis vero inciſiuis, ſubtiliratiuis, & aliis abſterſiuis omnibus his commixtis in dicto prandio, hunc vero vomitiuum dicta hora ſibi prouocet, tunc aſſumendo vomitiuum tepidum immediate infraſcriptum, videlicet. ℞. *decoctionis raphani, radicum aneti, & roſarum ad minus ℥ viij. aceti acuti multum ℥ j ß. olei ſeſamini, aut ſaltem oliuarum acuti guſtus & fœtidi, aut ſaltem non ſuauis odoris* *Vomitoriũ.*

D *℥ iij. ipſa decoctio primo coletur, deinde omnia ſimul miſce.* Iſtam decoctionem vomitiuam aſſumat tepidam in modum lactis, dum mulgetur ab vbere, & non calidum, nec frigidum ſemel in menſe per vnam horam ad minus & non amplius per vnam horam cum dimidia poſt prandium, & iſto vomitu vtatur ſingulo menſe ſemel, & eo taliter vti incipiat per vnum menſem poſt aſſumtionem ſolutiui eradicatiui ſupraſcripti. Si vero vult efficacius medicamen, *in dicta radice imponas ellebori albi ℈ ß. quæ ſola quantitas etiam ſit diuiſa, & poſita in pluribus partibus ipſius radicis, & taliter infuſa horarum quatuordecim remaneat, deinde ex ipſa & aliis ſupraſcriptis fiat decoctio, &c. vltimo fiat potio, vt hic ante.* Alio vomitiuo vtatur, vt ſupra, ſi vult habere vomitiuum efficacius ſupraſcripto. ❡ Caputpurgium per nares attrahendum. ℞. *aquæ maioranæ ℥ ij. ſucci foliorum blitis. ℥ j. nucis muſcatæ gran. v ſachari candi. puluerizati ℥ j ß. pul. pulueri.* Deinde ſimul miſce huius liquoris ſeu caputpurgii tepidi in modũ lactis, dum mul- *Caputpurgium.*

E getur ab vbere, attrahat aliquantulum per nares ante prandium ſtomacho ieiuno per vnam horam tribus diebus tantum in vna hebdomada ſinguli menſis præterquam tempore æſtatis vltima parte veris, & prima parte authumni, & eo ſimiliter vti incipiat octauo die poſt aſſumtionẽ ſolutiui ſupraſcripti eradicatiui. Et eodem modo vtatur caputpurgiis per nares attrahendis infraſcriptis. Si vero vult medicamen efficacius, tunc loco dicti ſachari ponat mellis tantundẽ. Si iterum vult hoc medicamen efficacius, loco ſucci foliorum blitis ſumat ſucci radicum blitis tantundem. Si iterum efficacius, addat ſupraſcripto medicamini mannam. Si adhuc efficacius addatur pulueris ireos ℥ ß miſce. ❡ Caputpurgium maſticatorium. ℞. *maſticis albi lucidi, thuris electi an. g̃. iiij. miſce.* Si vero vult medicamen permutare, de hac mixtura quantitatem ad libitum maſticet ſpatio vnius quartæ horæ ſtomacho ieiuno mane per duas horas ante pandium ad minus ſemel in ſpatio duodecim dierum. Hæc vero ma- *Maſticatorium.*

F ſticatio dicta in caſu noſtro eſt vtilis, niſi timeatur deſcenſus catarrhi ad pectus: quia tunc ex tali maſticatione augeretur, in quo caſu dimittatur. Si vero medicamen congruit efficacius, dictis maſtici & thuri addatur *nigellæ gra. v. cubebarum gra. ij. terebinthinæ ℥ j. mellis ℥ iij. ceræ citrinæ nouæ. q. ſ. ad incorporandum miſce & fiant pilulæ paruæ.* Iſtas pilulas maſticet, vt hic immediate ſupra. Si vero vult medicamen priori efficacius, tunc ipſi addat radicum pyretri ponderis gran. *viij.* puluerizanda puluerizentur, deinde omnia ſimul miſce & maſticet, vt ſupra.

❡ Caputpurgium gargariſma. ℞. *oxymellis ſimplicis, aquæ maioranæ an. ℥ ij cubebarum ℥ j. miſce.* Si vero medicamen huius caputpurgio immediate ſupraſcripto permutare vult, quæ mutatio multoties eſt neceſſaria ſecundum canonem. Medicinales, tunc cum liquore hoc debite calido gargarizet aliquantulum in mane ſtomacho ieiuno, per duas horas ante prandium, ſaltem ſe- *Gargariſma.*

G mel in toto ſpatio quindecim dierum, præterquam tempore calido: hæc vero mutatio in caſu noſtro eſt vtilis, niſi timeatur deſcenſus catarrhi ad pectus, vt hic immediate ſupra. Si vero vult medicamen aliqualiter efficacius priori immediate, tunc ipſi medicamini addat *aquæ hyſſopi ℥ j pulueris nigellæ ℥ ß. miſce.* Si iterum efficacius priori amoueat dictum oxymel ſimplex, & loco ipſius

ponat ſquilliticum. Caputpurgium ſternutatorium efficax ſatis. Prouocetur ſternutatio cum modico piperis attracti per nares. Iſtius piperis attrahat æger ſolum tantam quantitatem ꝑ nares, ex quanta ipſe ſternutet. x. vel xij. vicibus ad amplius ſtomacho ieiuno in mane per duas horas ante prandium ſemel in 10. dieb. præterquam tẽpore calido, & eo ſternutatorio taliter vtatur. 20. die immediate poſt aſſumtionem ſolutiui eradicatiui ſupraſcripti. Si vero vult medicamen efficacius priori immediate, tunc ipſi addat radic. pyrethri. ℥ ij. ¶ Digeſtiuum vſuale, & virtuti familiare. *℞. aquæ ſaluiæ ℥ j ß. maioranæ, hyſopi an. ℥ j. abſynthii ℥ ß. nigellæ ℥ ß. ſachari albiſſimi ʒ j. miſce.* Iſtud digeſtiuum aſſumat, vt ſupra, & eo taliter vtatur trib. dieb. in totali ſpatio ſingulorum 50. dierum ſemel præterquam tempore æſtatis, vltima parte veris, & prima parte authumni ipſoque digeſtiuo taliter vti incipiat per vnum menſem cum dimidio poſt aſſumtionem ſolutiui eradicatiui ſupraſcripti. ¶ Solutiuum vſuale & facile. *℞. pilularum alephanginarum, de hiera ſimplici, agarici an ℈ j. ſalis gemmæ, zinzib. ℥ j. miſce & cum ſyr. de ſtœchade. q. ſ. ad incorporandum reformentur pill vij. p. ʒ.* Iſtarum pilularum aſſumat a duab. vſq; ad 4. ad libitum in aurora vel in mane, cum ſurgit, vel ante cœnam per vnã horam, ſed melius in aurora. Has vero pilulas taliter aſſumat 4. die poſt aſſumtionem in trib. diebus digeſtiui immediate ſupraſcripti. ¶ Cerebri confortatiuum. *℞ cubebarum, nigellæ torrefactæ, cardamomi, cubebæ ſolum contundantur craſſo modo & nigella ſolum torrefiat.* Vltimo, *omnia ſimiliter miſce & in ſindone alba ſubtili & rara ligẽtur. Iſtã mixturam ſupraſcriptã, videlicet ex nigella, &c. portet in manu ſtomacho ieiuno in mane ſæpe odorando duob. dieb. in hebdomada præterquam tẽpore calido.* Hac vero mixtura taliter vti incipiat x. die poſt aſſumtionẽ ſolutiui eradicatiui ſupraſcripti. ¶ Cerebri confortatiuum, vt hic ante aſſumat fumum thuris. & ipſum a longe recipiat, ita, ꝙ tota ipſa camera, ipſo fumo thuris tunc fumigetur mediocriter. Hoc fumigio taliter vtatur ſaltẽ ſemel in qualibet hebdomada, cum vadit dormitum, de mane cum ſurgit, præterquã temporib. calidis, & eo fumigio taliter vti incipiat poſt aſſumtionem ſolutiui eradicatiui ſupraſcripti. *Si* vero vult fumigium efficacius confortatiuũ, tunc dictum fumigiũ fiat cum auib. cypri vel ſalmibazarer, ligno aloes ad libitum. ¶ Cerebri confortatiuum & cordis *℞. theriacæ debitæ fermentatæ ʒ j ß. aq. ſaluiæ ℥ ij. miſce.* Iſtam mixturã aſſumat poſt cœnam immediate præcedentem ipſam aſſumtionẽ per x. horas, & poſt ipſius aſſumtionem ſtet ieiunus horis. 7. & interim dormiat ad libitum, ſed tñ non amplius duab. horis, & ea mixtura taliter vtatur ſingulo menſe ſemel præterq̃ tpe calido ipſoq; taliter vti incipiat die immediate ſequenti diẽ aſſumtionis ſolutiui eradicatiui ſuperius. ¶ Cerebri confortatiuum vt hic ante. Si vero medicamen permutare vult, tunc aſſumat *mithrid. ʒ j. aq. ſaluiæ ℥ j ß. ſeruatis modis deſcriptis in aſſumtione theriacæ.* ¶ Cerebri confortatiuum crebrius vſuale. *℞. acori nutriti ſecũdum can. ʒ iij.* Iſtum acorum aſſumat in mane, cum ſurgit ad libitum in ſingula hebdomada ſemel, & poſt ipſius aſſumtionem ſtet ieiunus horis trib. ad minus, & eo acoro taliter vtatur, quocunq; tempore anni, præterquam tempore magni caumatis ipſoq; vti incipiat die 15. poſt aſſumtionem ſolutiui eradicatiui ſupraſcripti. ¶ Cerebri confortatiuum, vt hic ſupra *℞. diacori ʒ iij.* Si vero vult medicamen aliqualiter efficacius priori immediate, tunc aſſumat diacorum immediate ſupra ſcriptum, & eo taliter vtatũ, vt dictum eſt de acoro. ¶ Vnctio virtutis naturalis & proprie nuchæ, & membrorum, & ꝓprie virtutis animalis confortatiua, & ipſius mẽbri calefactiua & reſolutiua eiuſdem. *℞ ol. lil. alb. ʒ ij. ſpicæ, chamo. an. ℥ j. ſpecierũ diamoſchi ʒ j. miſce.* ¶ *Ex hac vnctione debite calida vngatur nucha & ſpondyli colli & totius dorſi ſaltem ſemel in die ſtomacho ieiuno, & ſaltẽ in mane cum ſurgit prius habito ventris beneficio, aut ſaltẽ tentato haberi, & ea vnctione taliter vngatur ad minus ſemel in ſingula hebdomada ſolutũ tempore frigido.* ¶ Vnctio alia virtutis, &c. vt ſ. efficacior priori imediate. *℞. ol. nuc. indicæ, de coſto an. ℥ j ß. oleo. de maſtice, lilior. al. an ℥ ß. diambræ ʒ j. diamoſchi dul. ʒ ij. miſce.* Si vero vult medicamen priori efficacius, vngatũ hac vnctione, vt de alia dictum eſt. Etſi adhuc vellet medicamen efficacius ſupraſcriptis, ſupra ſcriptæ medicinæ immediate addatũ *caſtorei ʒ ij.* ¶ Cerebri confortatiuum & digeſtiuum, & aliqualiter ſolutiuum. *℞. hieræ ſimpliciter compoſitæ ſecundum receptum infraſcriptum ʒ iij. piperis ℈ j, miſce.* Iſtud ſolutiuum aſſumat in aurora in ſpatio ſingulo 40. dierum ſemel; in tempore tñ frigido ſeruatis omnib. deſcriptis in aſſumtione ſolutiui eradicatiui ſuperioris. Pilulæ de hiera ſimplici, de quib. fit mentio in recepto immediate ſupraſcripto. *℞. pilul. de hiera ſimplici partem j. mellis electi quantum pro electuario ſufficit, miſce & fiat electuarium.* ¶ Cerebri confortatiuum, & materiæ digeſtiuum. *℞. zinzib. cõditi ſeu in conſerua ʒ ij* Iſtud zinzıber ſine potu aſſumat in mane cum ſurgit, ſaltem ſemel in ſingula hebdomada, & tantum tempore frigido, & poſt ipſius aſſumtionẽ ſtet ieiunus horis trib. ad minus. ¶ Cerebri confortatiuum. *℞. ſpẽr. diamoſchi dulcis ʒ ij. aromatici ro. deſcriptione Gal. ʒ j. ſach. albiſſimi ℥ vj. miſce & cum aq. ſaluiæ & abſynthii q. ſ. ad conficiendum fiat confe. ſolida in morſellis. ʒ iij. pro quolibet.* Iſtius cõfectionis aſſumat vnũ morſellum ſine potu in mane trib. dieb. alternis in vna tantum hebdomada ſinguli menſis, præterquam tempore calido, & iſta confectione taliter vtatur die x. poſt aſſumtionem ſolutiui eradicatiui ſupraſcripti. ¶ Solutiuum aliud vſuale & virtuti familiare. *℞. pilul. aſſaiaret ℈ ij. agarici ℈ j. ſalis gẽmæ, zinzib. an. ℥ j. miſce & cum ſyr. de ſtœchade q. ſ. ad incorporandũ formentur pil. vij. pro. ʒ.* Iſtarum pilularum aſſumat a duab. vſq; ad quatuor ad libitum, in ſero tantum cum vadit dormitum, ſiue ipſe cœnauerit, ſiue nõ, & eis taliter vtatur ſingulo menſe ſemel, præterq̃ tempore calido, & magni frigoris ipſiſque pilulis taliter vti incipiat per vnum menſem poſt aſſumtionẽ ſolutiui eradicatiui ſupraſcripti. ¶ Cõfortatiuum cerebri & ſtomachi. *℞. thuris, maſticis an. ponderis ℥ iij. miſ.* Iſtam mixturã deglutiat vt pilulas in mane, cum ſurgit ſolum in ſpatio 15. dierum ſemel præterq̃ temporib. calidis, & ea mixtura taliter vti incipiat per 25. dies poſt aſſumtionẽ ſolutiui eradicatiui ſupraſcripti. ¶ Cerebri cordis, & ſtomachi confortatiuũ *℞. ſpecierũ diamb. ʒ ij. ligni aloes. ʒ j ß. nuc. muſ. macis an. ℈ j. ſach. albiſſimi ℥ vij. miſ. & cum aq ſaluiæ & melliſſæ an. q. ſ. fiat conf. vt ſ.* Si vero vult conf. efficacẽ, tunc ſupraſcri-

Potio digeſtiua.
Pilulæ.
Nodulus odoratus confortans cerebrum.
Suffumigia.
Potio confortans cerebrum & cor.
Vnguentũ confortatiuum.
Aliud efficacius.
Solutiuũ.
Electuarium.
Morſelli.
Pilulæ.
Bolus.
Confectio.

A B C D E F G

A praſcripta, aut vellet permutare, tunc hac confect. vtatur, vt dictum eſt de confectione diamoſchi ſupraſcripti. ¶ Confortatiuum, vt hic ante immediate. ℞. *trochiſ. de abſynthio* ℈ *j. ſtœchados, maioranæ, ſaluia an.* ʒ *j. galliæ muſca.* ℈ *j. ligni aloes electi* ʒ *j. menthæ ſiccæ* ℈ *j. zinzib.* ʒ *j. corallo. rub.* ℈ *ij. pul. omnia ſubtiliter, deinde ſimul miſce, & cum ſyr. de ſtœchade q. ſ. ad incorporandũ reformentur pilulæ vij. pro* ʒ. *Pilulæ.* Si vero dictas confectiones permutare velit, tunc iſtarum pilularum aſſumat a duabus vſq; ad tres ad libitum, in mane cum ſurgit, &c. vt ſupra in confectionibus dictum eſt. ¶ Nota quod iſtarum duarũ medicinarum immediate, deinde ſimplicium virtuti familiarium proximorum ſequentium inferius vſque ad finem ipſius morbi ſeruatis ſuper infraſcriptis canonibus vſus ipſarum medicinarum, &c. ſimplicium. ¶ Cerebri, ſtomachi & epatis confortatiuum. ℞. *myrobalanum, chebulum conditum j.* Iſtum myrobala ſum aſſumat in aurora, vel mane cum ſurgit ſingulo menſe ſemel, quocunque tempore anni, &

B eo taliter vti incipiat, quarta die tantum poſt factum primum vomitum. ¶ Cerebri, neruorum, ſtomachi confortatiuum vſuale, tantum aſſumendum factis aliquibus purgationibus naturalibus ſumtis. ℞. *ſaluiæ viridis* M *j* ß. *mellis electi q. ſ. pro electu. ſpecierum diamoſchi dulcis* ʒ *ij. ſaluia tantum minutim inciſa, mel vero bulliat prius leuiſſima bullitione & diſpumetur, deinde ſaluia cum ipſo melle tanto prius leuiter bullito ſimul ambo bulliant leui ebulitione ſimul cum ſpatula ſæpiſſime ferrea vel lignea ipſa permiſcendo, & poſtea ipſo toto depoſito ab igne, & tamen tepeſcenti & nõ calido dictæ ſpecies addantur, & cum ſpatula omnia ſimul incorporentur. Vltimo totum recondatur in vaſe terreo vitreato & obturetur, & ſi æſtas adeſt, ad ſolem dimittatur tribus aut quatuor diebus ad libitum, cuius electua. aſſumat* ʒ *iij. in mane cum ſurgit diebus duobus in ſingula hebdomada, ſingulo menſe ſemel, tantum tempore frigido, & poſt ipſius aſſumtionẽ ſtet ieiunus ad minus tribus horis: & hoc electuario non vtatur poſt 14. diem, & factis aliquibus purgationibus, vt ſupra.* *Electuariũ de ſaluia confortans cerebrum, neruos & ſtomachũ.*

C ¶ Medicinæ ſimplices. Grana pini iuuant, & ſic proprie, a quibus vnctuoſitas extracta eſt ſecundum canone n, nam vnctuoſitas ſtomachum lædat. Cerebrũ leporis iuuat, & eſt propriũ, aſſa, piper, origanum, zinziber hyſopus, cappares, brodium cicerũ rubeorum factum ſecundũ can. ad hoc. Quã ex medicinis immediate ſupraſcriptis aſſumat, videlicet modo vnã, modo aliam ad libitum in mane cum ſurgit, ſaltem ſemel, in qualibet hebdomada. *Simplicia.* Hydromel ſeu aqua, idem dicitur ſecundum receptum immediate infraſcriptũ, iuuat aſſumta ſaltẽ pluries in potu, & in cibo in cœna & prandio, videlicet ℞. *aquæ fluuialis claræ & bonæ part. viij. mellis electi part. j. miſce, deinde ſimul bulliant ad lentũ ignem vſq; ad conſumtionem 3. partis aquæ, continue ipſam decoctionẽ deſpumãdo, & poſtea ab igne deponatur, vltimo coletur, & tũc erit ſimplex mellicratum.* *Mellicratum ſimplex.* Oxymel ſeu aqua mellis compoſita ſecũdum receptum im̃ediate infraſcriptum, & potus optimus aliquoties ſumtus. ℞. *aq. mellis ſimplicis immediate ſupraſcriptæ* ℔. *iij. ſaluiæ viridis, & eſt*

D *melior, aut ſaltẽ ſicca ſi viridis haberi nõ pot.* M ß. *maiora. viridis, aut ſaltẽ ſiccæ.* M *j. Dictæ herbæ incidantur minutim, deinde aqua ſimul mixta bulliant ad lentũ ignẽ vſq; ad conſumtionẽ quartæ partis, vltimo colentur.* *Compoſitum.* Vinum antiquũ aliqualiter vinoſum, ſed non calidũ vinoſum, aſſumtũ tantum in declinatione morbi, & tantum ipſum vinum in pauca quãtitate aſſumtum iuuat, videlicet aſſumtũ ab ℥ viij. vſq; ad ij. alias xij. ad amplius, vno bolo panis ſemper prius comeſto, & poſtea immediate dicto vino habito, deinde infirmus non aliud aſſumat vſq; ad horas 3. ad minus. Vinum multum ſumtum nocet, ſed parce potet, vt & eſt proprium, nam vinum ſumme nocet oculis & neruis. *Potus.* Potus ſit exſiccatiuus, patiatũ ſitim & famem, vitet aquam, vitet potum ſuper cibum, vitet ſomnum ſuper cibum. ¶ Embrocatio fiat cum aqua ſulphurea factis debitis digeſtionibus & euacuationibus pluribus. Fricatio fiat cum eadem aqua ſulphurea, vt hic ante de embrocatione. *Motus & quies.* Exercitio vtatur vt hic ante, & proprie ſtomacho ieiuno. Forte ſoluti-

E uum non detur ſaltem in principio vſq; ad quartum diem ab inſtanti initiante morbum, & melius, nec etiam vſq; ad 7. quinimo vſq; ad 14. diem ſecũdum aliquos vt ſupra. Paulatim digeratur materia & paulatim euacuetur. Nota quod quando primum ex ſupraſcripto debite infirmus ipſe non conualeſcit, tunc non vlterius medicinis euacuatis vt talibus vtatur. Aliæ vero ſunt, vel ad hoc, vel ad ſupra ſcriptum caſum medicinæ efficaciores, & virtuti magis moleſtæ, & medicinis omnib. ſupraſcriptis, videlicet ſpecies gummi, anacardus, colocynthis, rubificatoria, turbit, veſicatoria, ſpecies fellium, cauteria & ſimilia virtuti valde moleſta: quæ quia valde moleſta, hic ſerioſe nõ deſcribo, ſperans ex ſupraſcriptis medicinis omnibus leuioribus, & virtuti magis familiarib. dicti morbi curam exequi ſecurius, & cum minori moleſtia infirmi.

Consil. XXXIX. *Contra pannum conſequentem ophthalmiam, ophthalmia ipſa deleta.*

F MOllitiuum & pannũ ipſum delens. ℞. *ſanguinis columbæ extracti a vena, quæ eſt ſub ala ſiniſtra per phlebotomiam,* de iſto ſanguine æger imponi faciat in oculũ ſuum 8. dieb. cõtinuis primis, ſaltem quater in die, deinde tranſactis 8. dieb. tranſeat ad infraſcripta. *Collyrium.* Pannum ipſum delens, vt ſ imediate. ℞. *ſucco. fenic.* ʒ ß. *verbenæ, chelidoniæ, ruthæ an.* ʒ *j. roſ.* ʒ *j* ß. *antimon.* ℈ *j. coral. ru.* ℈ ß. *croci* g̃ *j. ſach. candi.* ʒ *j. pul pul. & fiat collyriũ.* *Aliud.* Vt. ẽ iſto poſt x. diem poſt completum vſum im̃ diate ſupraſcripti, & hoc tepido non frigido, nec calido & ſaltem in die duas aut tres guttas imponendo. ¶ Pannum ipſum delens fortius priori. ℞. *ſuccorum abſynthii* ʒ ß. *feniculi* ʒ *j. radicis acori pulueriʒata* ʒ ß. *baſiliconis* ℈ ß. *antimonii* ℈ *j. aloes ſuccotrinæ* ʒ ß. *mellis electi* ʒ ß. *pul. pul. deinde omnia ſimul miſce, vt ſupra.* *Aliud.* Si vero voluerit medicamen efficacius priori, tunc de illo ponat duas guttas vel tres tepidas, vt ſupra immediate de ſupraſcripto. ¶ Pannum ipſum delens, vt ſupra immediate. ℞. *ſuccorum ebani* ʒ *j. epatis capræ.* ʒ ß. *litii* ℈ *j.*

G *margaritarum ſaltem medie perfe.* ℈ ß. *olibani* g̃. *v. al. ſuccotrinæ elect.* ℈ ß. *coral. rub. gra. vij. mellis elect.* ʒ *j. pul. pul. vt ſupr. & fiat collyrium, & vtatur vt ſupra immediate* ¶ Pannũ ipſum delens, vt ſupra. ℞. *ſuccorum fenic.* ʒ *j. abſyn.* ʒ ß. *fell. perdic.* ʒ *ij. oſtracorum cum carne ſua combuſtorum* ℈ *j. margaritarum* ℈ ß. *corallo. rub. litii antimonii an. gra. vij. vitri vſti* ℈ *j. ſach. candi.* ʒ *j. pulueriʒanda pulue. ſeorſum ſecundum* *Aliud.* *Aliud.*

Aliud. *cano. & fiat collyrium & applicetur vt immediate, ſi vult permutare.* ¶ Pannum ipſum delens vt im̃ediate. A ℞. *ſucci feniculi* ℥ *j. fellis perdicis* ʒ ß. *margaritarum* ℈ *j. vitri vſti* ʒ ß. *abſynthii* ℈ ß. *antimonii* ℈ *j. marcaſitæ, ſarcocollæ an* ℈ ß. *aloes ſuccotrinæ* ℈ *j. mellis electi* ʒ ß. *miſce & fiat collyrium, vt ſupra, & vtatur vt ſupra.* Si vero timet iterum futuram ophthalmiam, tunc ſuprafcriptis omnibus medicinis addatur quinta pars aggregati aquæ roſ. non muſcatæ.

Consil. XL. *Contra catarractam non confirmatam.*

Pilulæ. SOlutiuum minoratiuum materiei phlegmaticæ antecedentis cauſſæ ipſius. ℞. *pilularum de hierapicra Gal. compoſitarum ſecundum receptum infraſcriptum* ʒ ß. *agarici* ℈ ß. *zinz.* gr. *ij. agaricus in fruſta diuiſus infundatur in oxymellis ſimplicis q. ſ. deinde omnia ſimul miſce, & fiant pilulæ v.* Hoc ſolutiuum aſſumat cum ordine ſolutiuorum minoratiuorum, & hoc præterquam temporib. exceſſiuis, pilulæ de B

Pilulæ de hiera. hiera, de quib. ſupra. ℞. *ſpecierũ elect. hieræ Gal. partẽ j. aloes ſuccotrinæ partes ij. ſucci fœnic. q. ſ. ad omnia debite incorporandum pro pilulis confici. miſc. & fiat magdaleon, & vtatur vt ſupra.* ¶ Digeſtiuũ, &c.

Potio digeſtiua. ℞. *ſyr. ſtœchados* ℥ *j. oxymellis ſquillitici* ʒ ß. *aquarum feniculi* ℥ *ij. euſragiæ* ℥ *j. miſce & aſſumat ſicut aſſumuntur digeſtiua.* ¶ Solutiuum eradicatiuum.

Pilulæ. ℞. *pilularum de hiera ſupraſcriptarum, pilularum cochiarum, agarici elect. an.* ℈ *j zinzib.* gr. *ij. agaricus inciſus infunditur in eximellis ſquillitici q. ſ. & fiant pilulæ vij. & aſſumat modo eradicantium.* ¶ Digeſtiuum vſuale.

Potio digeſtiua. ℞. *aquarum maioranæ* ℥ *j* ß. *ruthæ* ℥ *j. feniculi, euſragiæ* ʒ ß. *nucis muſ.* ℈ *j. pulueris ſachari* ʒ *j. miſce & aſſumat modo digeſtiuorum.* ¶ Solutiuum vſuale & facile.

Potio ſolutiua. ℞. *pilularum de hierapicra Galen. ſupraſcriptarum, agarici, zinzib. an.* ℈ *j. agaricus inciſus infundatur in oxymellis ſquillitici quãtitate ſufficienti, deinde miſce, & fiat potio aſſumat poſt digeſtiuum.* ¶ Euacuatiuum & diuerſiuum. ℞. *piperis longi* ʒ *j. nucis muſc.* ℈ ß. *maioranæ* ℈ *j. maſticis* ʒ *j. fiant pilulæ craſſæ, miſce & maſticetur ſtomacho ieiuno, ſaltem per mediam horam duobus diebus in ſingula hebdomada præterquã tempore calido.* C ¶ Euacuatiuum & diuerſiuum, vt ſupra.

Pilulæ maſticandæ. ℞. *pyrethri* ℈ *ij. ſeminum feniculi* ℈ ß. *nucis moſc.* ℈ *j. maſticis* ʒ *j. miſce & fiant pilulæ craſſæ, vt ſupra, & maſticetur, odoret ſampſuchum. j. maioranã viridem.* ¶ Subtilitatiuum & reſolutiuum abſterſiuum virtuti familiare. ℞. *ſucci feniculi* ℥ *j mellis electi* ʒ *ij. miſce, & fiat collyrium.* quo vtatur poſt euacuationes ſupraſcriptas, & hoc præterquã tempore magni cauſmatis. Et iſte eſt modus, ponatur in oculum quatuor vel quinque vicibus in die ſtomacho ieiuno, ſcil.

Collyrium. mane bis & ſero duabus vel tribus vicibus, actu frigido vel repido, &c. ¶ Aliud vt ſupra conf. ℞. *capitis hyrundinis aduſti* ʒ ß. *mellis apum electi* ℈ *j. vrinæ infantis non polluti* ℥ *j. miſce & fiat collyrium, vt ſupra.*

Aliud. ¶ Aliud & efficacius. ℞. *olei balſamini. q. ſ. pro collyrio.* ¶ Aliud vt ſupra efficacius. ℞. *fellis teſtitudinis nemoralis* ʒ *ij. ſucci feniculi* ʒ *ij. mellis apum* ℈ *j. miſce & fiat collyrium.* ¶ Aliud vt ſupra. ℞. *granorum lauri excorticatorum* ʒ *j. gummi arabici* gr. *j. vrinæ pueri non polluti* ℥ *j, miſce vt ſupra.* ¶ Aliud vt ſupra. D ℞. *ſerapini* ℈ *j. mellis apum* ʒ *j. aquæ ru[illegible]* ℥ *j* ß. *miſce & vt ſupra.* ¶ Aliud vt ſupra. ℞. *fellis hirci* ʒ *j. ſerapi.* ℈ ß. *mellis apum* ʒ *j. ſucci feniculi* ℥ ß. *miſce vt ſupra, & eſt proprium.* ¶ Aliud vt ſupra. ℞. *granorum lauri excorticatorum* ʒ ß *fellis hirci exſiccati in vaſe æneo per dies. 12.* ʒ *j ſerapini.* ℈ *j. gummi arabici. gran. ij. mellis apum* ℈ *ij. ſucci chalidoniæ* ʒ ß. *vrinæ pueri non polluti.* ℥ *ij. miſce vt ſupra.* ¶ Aliud vt ſupra. ℞. *fellis hirci exſiccati, vt ſupra.* ʒ *j. pulpæ coloçynthid.* ℈ ß. *ſerapini gran. vj. aquarum feniculi, ruthæ an.* ℥ *j. miſce, vt ſupra.* ¶ Aliud vt ſupra. ℞. *ſerapini* ℈ *j. aſſæ fœtidæ* ℈ ß *ellebori albi gran. v. mellis apum* ʒ ß. *miſce, vt ſupra.* ¶ Aliud vt ſupra. ℞. *ellebori albi gran. v. piperis* ℈ ß. *ammoniaci gran. vij. ſucci raphani* ʒ *j. miſce & fiat collyrium.*

Consil. XLI. Contra fœtorem oris.

E

Potio minoratiua. SOlutiuum minoratiuum ℞. *caſſiæfiſtul.* ℥ *j. rheubarbari electi* ʒ *j. ſpicæ* ℈ ß. *aquæ hyſopi.* ℥ *j ſeri caprini quantum ſufficit pro potione miſce & fiat potio.* ¶ Pilulæ ſolutiuæ faciles.

Pilulæ. ℞. *pilularum de hiera ſimplici* ℈ *ij. rheubarbari* ℈ *j. ſpicæ* ℈ ß. *miſce cum ſyrupo de abſynthio q. ſ. ad incorporandum fiant pilulæ vij. pro* ʒ. Si ſupraſcriptum ſolutiuum ſit faſtidioſum guſtui, aſſumat has pilulas in aurora cum modis, &c. & ſunt magis appropriatæ. Syrupus digeſtiuus.

Syrupus digeſtiuus. Alius. ℞. *ſyruporum de abſynthio, de byzantiis an.* ʒ ß. *aquarum feniculi, betonicæ, an.* ℥ *j* ß. *miſce.* Iſtum ſyrupũ aſſumat calidum in aurora quinque diebus continuis, deinde dormiat ad libitum, ſed ſtet ieiunus quatuor horis, poſt aſſumtionem, quem aſſumere incipiat tertia die poſt aſſumtionem ſolutiui alicuius ex ſupraſcriptis. ¶ Syrupus alius. ℞. *ſyrupi de calamento* ʒ ß. *oxymellis ſimplicis* ℥ *j. aquarum abſynthii, capil. ve. an.* ℥ *j* ß. *aſſumat iſtum ſyrupum loco ſupraſcripti, ſi placet magis.* ¶ Solutiuum eradicatiuum.

Potio eradicatiua. ℞. *caſſiæfiſtul.* ʒ *j. rheubarb. electi, turbit. an.* ʒ *j. aquarum* F *abſynthii, hyſopi. q. ſ. pro potione, miſce & fiat potio.* Iſtud ſolutiuum aſſumat tertia die poſt completam aſſumtionem ſupraſcripti & hoc cum modis vt ſupra, in anteriore. ¶ Solutiuum aliud eradicatiuum.

Pilulæ. ℞. *pilularum de hiera ſimplici* ʒ ß. *rheubarb. electuar. agarici. an* ℈ *j. ſalis gemmæ. gran.* ß. *miſce cum ſyrupo de abſynthio.* ℞. *pilul. vij pro* ʒ. Iſtud ſolutiuum aſſumat loco ſupraſcripti, ſi ſibi magis placet, & ſic eſt etiam ipſi proprium. Caputpurgiũ.

Caputpurgium. ℞. *aquæ maioranæ* ℥ *iij. ſucci blitis* ℥ *ij. myrræ, nucis muſc. an.* ʒ ß. *miſce de iſto liquore calido attrahat per nares quinquies vel ſepties ſtomacho ieiuno ante prandium, & ante cœnam, & ante prandium melius per horam vnam alternis diebus omni menſe ſex dieb.* ¶ Maſticatorium.

Maſticatorium. ℞. *maſticis* ʒ *j. thuris* ʒ ß. *mentaſtri, radicum ireos an.* ℈ *j. nucis muſ.* ℈ ß. *ceræ q. ſ. ad incorporandum reformentur pilulæ quãtitate auellanarum.* Vnã ex his maſticet ſtomacho ieiuno per horam vnã ante cœnam vel prandium, & p̃cipue ante prandium alternis dieb. & diebus, quib. non ſumit caputpurgium, dieb. 6. G in menſe, vt ſupra de caputpurgio, quod maſticet per quartã aut octauam horæ, & nihil deglutiat, quo vti incipiat per menſem poſt inceptionem ſupraſcripti caputpurgii. ¶ Gargariſmus.

Gargariſma. ℞. *aquæ mellis* ℥ *iij. maioranæ, mentaſtri. an.* ʒ ß. *radicum ireos, myrræ an.* ℈ *j. nucis muſc.* ℈ ß. *miſce & bulliant ſimul*

ad lentum

A ad lentum ignem vſq; ad conſumtionem tertiæ partis, & ſeruetur de iſto liquore calido gargariʒet quatuor vicib. in mēſe intermiſſis ſtomacho ieiuno, ſed ſemper vtatur p mēſem caputpurgio maſticatorio ſuperiꝰ deſcripto, deinde vtatur iſto gargariſmate vt ſupra quatuor dieb. quib. nō vtitur gargariſmate & caputpurgio. ¶ Vnguē- *Vnguentū.*
tum. ℞. olei violati ℨ ß. butyri recentis ℥ j. ceræ albiſſimæ. q. ſ. pro vnguento molli fiat vnguentū. Iſto vnguento vngat ſibi nares ad intra veſperi cū vadit dormitū, vt cruſtæ ſeu eſcharę, quæ ſunt ad intra cadant ſeu exoluant. ¶ Medicinæ cōfortātes cor & cerebrū ℞. ſacch. roſati ℥ j. macis, xyloaloes an. ℈ j. maſticis ℨ ß. miſce. Iſtius confe. aſſumat ℨ j. in mane cum ſurgit, deinde poſt ipſius aſſumtionē ſtet ieiunus. ¶ Item quacunq; *Confectio.*
hora fœtore inualeſcēte, ſiue ſtomacho ieiuno, ſiue non, aſſumat ℨ j. ¶ Confortatiua ſtomachi. Tryphera cōfortatiua. ℞ mirabolanorū, chebulorū, emblicorum, beliricorū. an. ℨ ij. omniū aſperſorū oleo roſato & aq. deinde exſiccatorum in vmbra ſecūdum can. magiſtralē, roſarum ſiccarum ℨ j. radicum cyperi ℈ ij. extremi-
B tatum myrti viridum, ligni aloes, ſpicæ, maſticis. an. ℨ ß. cinamomi zinzib. croci cardamomi, melegetæ, nucis muſ. an. ℈ j. ambræ crudæ ℨ ß. moſchi gra. j. Confice cum melle paſſularum & fiant pilulæ iiij. pro. ℨ. Iſtius trypheræ aſſumat ℨ ij. ter in hebdomada ſtomacho ieiuno, vt ſupra in electuario ante ſcripto, quā aſſumat, vt ante ipſo nō ſumente electuarium. ¶ Confortātia ſtomachum vt ſupra. ℞. troch. de abſynth. ℨ j. de rheubar. ℨ ß. ſpecierum dyamoſchi ℈ ß. miſce, & cum mina cydoniorū, vt ſufficit fiant pilulæ. vij. pro ℨ. De iſtis pi- *Tryphera conforta-tiua.*
lulis aſſumat tres in mane ſemel in hebdomada cum ordinibꝰ, vt ſupra in electuar. ℞. troch. diarhodon de *Pilulæ.*
ſcriptione M. ß galliæ muſ. an. ℨ ß. ſyrupi de abſynth. q. ſ. fiat pilulæ. vij pro. ℨ. Iſtis pilulis vtatur vt immedia- *Alia.*
te ante ipſo non ſumēdo immediate dictas. ℞ ſucci menthæ ℥ ij pulueris aniſorum ℈ j. maſticis ℨ j. pulueris mentaſtri ℈ ß. miſce. de iſto liquore aſſumat ℥ j. ſemel in hebdomada diebus, quibus non aſſumſerit alias *Liquor.*
medicinas in aurora ℞. maſticis lucidi & clari ℈ j. deglutiat ſemel in hebdomada iſtius maſticis ℈ j. vt ſ. im-
C mediate in prædicto liquore. ¶ Remouentia fœtorē, ſemē leuiſtici maſticatū mane & ſero ſtomacho ieiuno aut quacunq; hora inualeſcente fœtorem iuuat. Semen apii maſticatum, vt ante, valet, vt ſupra, ſed ipſum prius torreſiat & aſſetur & vtatur eo immediate, & eſt proprium ad hoc. Nux muſcata maſticata, vt ſupra & deglutita ad ℈ j. pro vice valet vt ſupra. Maſtichæ maſticata vt ante valet ſicut nux. ¶ Remouē- *Remouentia fœtorē ſimplicia. Pilulæ.*
tia fœtorem vt ſupra. ℞. nucum cupreſſi ℈ j. ſeminū iuniperi ℨ j. miſce & cū paſſulis paruis & nigris incorporētur, & formentur pilulæ. vij pro. ℨ. De iſtis pilulis aſſumat ſemel in hebdomada vt ante in pilulis immediate. Lignum aloes maſticatum de eo maſticetur ad libitū. folium ſimiliter vt lignum alo. Electuarium de perſicis deſcriptione Meſ. diſtinctione prima antidotarij aſſumat ℨ j. in hebdomada ter in mane cum ſurgit, & eſt proprium ad hoc. ℞. troch. de cyperis ℈ ij. de ligno aloes ℈ j. cū melle paſſularū fiant pilulæ vij. pro. *Alia.*
ℨ. de iſtis vtatur vt de pilulis ante dictis. ℞ pilularū de garyoph Aui. fen. 6. cap. pe. de fœtore oris. ℞ gariophy- *Alia.*
D lor. galangæ. an. ℨ ß. moſchi caphoræ an. gra. ß. pyrethri ℨ j. aloes ℥ iij ſinapi ℥ j. fiat pilulæ vij. p ℨ. cum ſyrupo de ſtœchade. Vtatur his pilulis vt immediate ante eſt dictū & eſt ꝓprium. ℞. cubebarum ℈ j. maſticis ℨ j. nucis muſc. xyloaloes an. ℨ ß. thuris ℈ ij. cum aq maioranæ, vt ſufficit fiant pilulæ. vij. p. ℨ. & vtatur vt ſup. Vtatur piſticis ſeu piſtachiis non tranſeundo. viij ℥. in die. Vtatur aqua mellis, & ꝓprie gargariſmatibus, cuius *Gargariſma.*
cōpoſitionis modus eſt. ℞. mellis albi parte. j. aq. ſimplicis partes. viij. bulliāt ad lentum ignē ad conſumtionē tertiæ partis aquæ, & abiecta ſpuma coletur p pannū & ſeruetur. Vtatur ea in forma gargariſmi ad libitum.
¶ Pilulæ. ℞ folii ℈ j. maſticis ℨ j. nucis muſ. ℈ j. maioranæ ℨ ß. formentur pilulæ cū ſyrupo de ſtœchade, vt ſ. & *Pilulæ.*
vtatur eis vt de aliis dictū eſt. ℞ ſpicæ ℨ ß. gall. muſcatæ ℈ ij. garyophilor. ℈ j. nucis muſ. ℨ ß. roſar. ℈ ij. myrræ ℨ j moſchi. gra. j. bulliāt in vino odorifero non nimis fumoſo ad conſumtionē quartæ partis. ℞. de puluere ex ſupra- *Puluis inſufflendus.*
ſcriptis medicinis & inſuffletur. Nota quod his medicinis ſupraſcriptis non vtatur omni die, ſed tm̄ inter-
E miſſis diebus, l. vna die ſic aſſumat aliquam prædictarum, & alia die nihil præterquam ſyrupos aſſumendos, & eos cōtinuatim, & non vtatur niſi vnica medicina ſingulo die, quia ꝓcliuis eſt ad fluxū ſanguinis nariū, non vtatur medicinis ſupraſcriptis & præcipue accutiorib. ex ipſis, niſi conſilio Medici periti.

Cons. XLII. *Contra rheuma à cerebro ad maxillas ſeu contra branchum, quod idem eſt.*

CVm vino ſaluiato colluat ſibi os ſtomacho ieiuno & proprie mane & hoc ſemel in hebdomada, & non calido tempore, ſitque ipſum vinum ſaluiatum ex vino nigro mediæ vinoſitatis, ſecūdum hunc modum infraſcriptum. ℞. ſaluiæ M j. ſtœchados M ß. mellis electi ℥ ij. pulueris nucis muſ. *Vinū ſaluiatum.*
ℨ j. vini nigri vt ſupra ℔ iij. ſaluia & ſtœchades minutim inciſa bulliant in dicto vino, vſq; ad conſumtionem quartæ partis, deinde mel addatur, & totum bulliat ad cōſumtionem ſecūdæ quartæ totius primi vini & ita ad cōſumtionē tertiæ viniꝰ vini remanētis pul. addatur miſce & vſui ſerua. ¶ Aliud fortius. ℞. cinamomi electi ℨ j *Gargariſma.*
F maſticis ℨ ß galliæ muſcatæ, cubebarū an. ℨ ij ſeminum iuniperi ℥ iij. radicum cyperi ℥ j ß. foliorū roſmarini ℥ vj. contūndātur omnia craſſo modo exceptis foliis roſmarini, quæ minutim incidantur, vltimo bulliant in vino vt ſupra, ad conſumtionem tertiæ partis, & colluat vt ſupra. ¶ Aliud efficacius. ℞. theriacæ debite fermentatæ ℨ ij. ſpecierum diamoſchi dul. ℈ j. miſce & fiat fricatorium. Recip. vt ſupra.

Cons. XLIII. *Pro magnifico marchione, Domino Carolo de Gonzaga, contra apoſtemata gutturis. ſ. amygdalarum, &c. a phlegmate ſubtili. ſ. ex phlegmate & cholera commixtis, quæ apoſtemata aliquando veniunt, aliquando recedunt periodica.*

EDuctiuum materierum communium & clyſtere. ℞. hordei excorticati, brodii carnium pinguium ſeu pulli, caſſiæ fi. olei cōmunis, vitellum oui, pulueris ſacchari, ſalis communis. hordeum bulliat in brodio vſq; ad debitam conſumtionem. deinde ℞. huius decoctionis ℥ xviij. & reliqua omnia addantur, & fiat *Clyſter.*
G clyſterē & applicetur ſecundū can. Potio vt ſupra, & ęqualiter appropriata. ℞. caſſiæ fi. pulparū ſebeſten, aquæ hordei canonice factam vt infra q. ſ. pro extractione caſſiæ & debitā præparatione pulparum ſebeſten, & p potione miſce, & fiat potio, & detur in aurora, &c. & ſtet ieiunus quatuor horis poſtquam dormiet per horam, deinde comedat non aſſumendo lauatiuum ferculo, poſt comedat blites cum boragine coctas in *Potio.*

DD

Alia. prima aqua ebullitionis ipſarum & carnes laudabiles, aqua hordei canonica de qua ſupra. ℞. *hordei excorticati partem. j. aquæ fluuialis partes. xx. miſce & bulliant vſq; ad conſumtionem quartæ partis.* ¶ Euacuatiuum in principio a toto humorum & fiat phlebotomia baſilicæ obſeruatis regulis, & luna exiſtente in geminis, nec ipſa in coniunctione, nec in oppoſitione, nec in aliquo malo aſpectu. ¶ Euacuatiuum proprium capitis fiat phlebotomia cephalicæ ſiniſtræ manus, de qua extrahantur ℥ iiij. ſanguinis vel v. per x. dies poſt immediatam phlebotomiam, quæ dies decima ſit. v. dies poſt aſſumtionem ſolutiui infraſcripti incipiendo ipſum accipere poſt diem quintam ad plus poſt phlebotomiam, &c. ¶ Euacuatiuum

Pilulæ. proprium minoratiuũ phlegmatis ſubtilis a cerebro. ℞. *pilularũ cochiarum* ℈ j. *pilularũ de rheubarbaro, agarici an.* ℈ j. *ſalis gemmæ gra. ij. agaricus diuiſus in fruſta infundatur in oxymel. ſimplici per x. horas deinde omnia ſimul piſtentur & fiant pilulæ. v. & dentur hora ſolutiuorum & ſeruetur regimen ipſorũ: hoc vero ſolu-*

Potio digeſtiua. *tiuum accipiat per v. dies poſt primã phlebotomiam,* deinde poſt v. alios dies fiat ſecunda phlebotomia vt ſ. **B**
¶ Digeſtiuum in principio phlegmatis & choleræ cauſſarum antecedentium in cerebro peccantiũ. ℞. *ſyrupi ſtœchados* ℥ j. *roſati* ℥ ß. *aquarum betonicæ, cichoreæ an.* ℥ j ß. *miſce, & detur hora digeſtiuorum hoc ſolutiuũ accipiat per tres dies poſt pilulas immediate ſupraſcriptas.* ¶ Eradicatiuũ materierum dictarum in principio cauſſarum antecedentium. ℞ *pilularum earũ cochiarum, agarici an.* ℈ j. *agaricus præparetur vt ſ. cum oxymelle ſimplici & fiant pilulæ v. vt ſ.* Iſtud ſolutiuum accipiat cõpleta digeſtione ſeu poſt aſſumtionem octo vicibus digeſtiui & ſeruetur regula ſolutiuorum eradicantiũ, & per horas. v. aſſumtionis detur lauatiuum, cyathus j. aquæ hordei ſine ſaccharo, & poſt horam comedat vt ſupra, prius tñ tentet ſecedere aquã &c. ¶ Repercuſſiuum a dictis amygdalis dictarum materierum in principio vt ſ. ℞. *rob nucum q. ſ. ad gargarizandum hoc vtatur per vj horas poſt cœnam ter vel quater gargarizando & ſimiliter per v. horas poſt prandium.* ¶ Aliud vt ſupra efficacius. ℞. *rob. mori. q. ſ. ſi non placet immediate ſupraſcriptũ.* ¶ Aliud vt ſupra **C** efficacius. ℞. *granatorum muzgrũ aquæ ciſternæ ſeu pluuialis. q. ſ. ad decoctionẽ. granatorum cortices exteriores remoueantur, & poſtea fiat decoctio vſq; ad tertiæ partis conſumtionẽ & applica vt ſ.* ¶ Confortatiuum in toto principio vniuerſali & in toto augmento vniuerſali duorum mẽbrorum &c. vt ſupra. ℞. *decoctionis immediate ſupraſcriptæ ſ. ex granatis muzi, & aqua pluuiali, & ex hac decoctiõe colluat os & gargarizetur ter vel quater ſtomacho ieiuno per duas horas ante prandiũ, & poſt prandiũ per octo horas ſaltẽ ter in hebdomada.*

Gargariſma. ¶ Confortatiuum vt immediate ſupra. ℞. *ſpecierum tria ſandalorũ ſine cãphora, aquæ ciſternæ miſce & bulliãt vſq; ad conſumtionẽ quartæ partis aquæ.* Et vtatur actu frigida hac decoctione loco ſupraſcriptæ. ¶ Di-

Diuertentia. uerſiuũ in fine principii & in augmento & ſtatu materierũ &c. ℞. *florũ chamomillæ, meliloti, roſarũ miſce & bulliant in ſufficienti quantitate aquæ ſimplicis, vſq; ad conſumtionem quartæ partis aquæ: deinde lauentur extrema ſuauiter fricando. ſ. manus, brachia & pedes cũ coxis aduerſum trahendo a capite.* deinde ſiccentur **D** membra & cooperiantur & hoc ante cibũ. ſ. cœnam & prandium per duas horas. ¶ Aliud vt ſupra efficacius ligentur extrema ligatione doloroſa ſtomacho ieiuno vt ſupra. ſ. per duos digitos, vel tres ſupra ge-

Ventoſa. nu & cubitum cum modis cõuenientibus ad hoc. ¶ Aliud efficacius. Ventoſæ duæ ponantur pulpis ſpatularum & vna ſpinæ, vbi coniungitur collum cum dorſo primo pulpis, deinde per vnam horam ſpinæ ſtomacho ieiuno &c. & primæ dimittantur per vnam horam, tertia vero per vnũ quartum horæ. ¶ Aliud vt ſupra, ſed remiſſius & ſimul aliqualiter digeſtiuę in toto augmento vniuerſali materierum &c. ℞. *diapapaueris, macis puluerizati miſce & cũ ſy. ro. q. ſ. ad hoc incorporandũ omnia ſimul incorporentur in mortario ſine igne:* & huiuſmodi confec. teneat in nocte tota quantitate auellanæ, inter maxillam & genam ſuperiorem, ſaltẽ alternis noctibus. ¶ Retentiuum in tertia parte augmenti, ne dictæ materiæ deſcẽdant, &c.

Pilulæ impedientes deſcenſum materierũ. ♃. *diapapaueris, nucis muſcatæ pulueris, ſyru. ro. q. ſ. ad ipſa incorporãdum: miſce & fiant pilulæ ad modũ fabæ & tota nocte teneat vnam ſub lingua vt ſupra.* ¶ Aliud efficacius. ℞. *medicaminis ſuperius, boli armeni pulue-* **E**

Alia. *rizati miſce & cũ ſyru. ro. & fiat pilulæ vt ſupra & fiat ſiue vtatur modo ſupraſcripto, ſi aliud nõ placet.* ¶ Aliud

Confectio. vt ſupra, & hoc ſi materia eſſet phlegma & eſt fortius. ℞. *diacodion deſcriptione Meſuæ, boli armeni, miſce & cum ſyrupo de nenuphare fiat in forma confec. & vtatur tenendo inter genam & maxillã tota nocte ſaltem duabus noctib. in hebdomada præterquam tempore magni frigoris.* ¶ Prohibitiuum generationis dictarum

Pilulæ materierũ. ſ. in cerebro & in toto tẽpore morbi & maxime phlegmatis ipſorumq; diuerſiuũ vt ſupra. ℞. *pilularũ alephangmarũ, agarici ſalis, gẽmæ miſce & cũ electuario ſucci ro. quantum ſufficit & fiant pilulæ. vij.* Vtatur iſtis pilulis a tribus vſq; ad v. in omni menſe ſaltem bis, & hoc præterquã tẽpore magni caumatis

Succus per nares extrahẽdus. aut frigoris & hoc ſeruando regulam ſolutiuorum euacuãtium. ¶ Prohibitiuum dictorum humorũ in cerebro & eductiuum ipſorũ per nares. ℞. *aquarũ maiorana, violarũ, ſucci foliorum blitis, ſacch. candi. puluerizati. Ex hoc liquore tepido in modo lactis nuperrime ab vbere extracti, attrahat tria cochlearia ſucceſſiue* **F**

Sternutatio. *per nares ſtomacho ieiuno, & ſtet poſt in camera,* & hoc vtatur ſaltem bis in ſingula hebdomada præterq; in tẽporibus extremis calidis aut frigidis. ¶ Aliud vt ſupra efficacius. ♃. *medicaminis ſuperiores mellis apum miſce & fiat vt ſupra.* ¶ Aliud vt ſupra efficaci?. ℞. *medicaminis ſuperioris, mãnæ, miſce & operetur vt in alio immediate ſuperiori ſi ſibi magis placet.* ¶ Digeſtiuum, vt immediate ſupra. Sternutatio prouocetur cũ ſetis ꝓcinis ſuauiter titillando in narib. ſtomacho ieiuno, in mane habito vẽtris beneficio per duas horas ante prandiũ & hoc ad minus ſemel in ſingula hebdomada & tunc non egrediatur camerã. ¶ Diuerſiuũ

Digeſtiua. vt ſupra efficacius. ℞. *ellebori albi quantitatem modicã ſufficientem pro. xij. ſternutationibus & ſi vult fortius tunc attrahat per nares vt ſupra.* ¶ Digeſtiuum cõmune in ſtatu vniuerſali dictarũ materierum, &c. magni phlegmatis. ℞. *lactis caprini. q. ſ. pro oris lotione & gargarizatione quinquies ſucceſſiue in eadẽ hora ſacchari albiſſimi miſce & gargarizet,* deinde deglutiatur ꝑ duas horas ante prandiũ & cœnã & hoc ſaltem quin- **G**

Morſelli. quies in hebdomada. ¶ Digeſtiuum vt ſupra efficacius ſuperiori. ℞. *mellis roſ. colati, ſyrupi de liquore aquæ violarum miſce. hoc vtatur loco ſupraſcripti ſi ſibi placet vt ſupra.* ¶ Digeſtiuum vt ſupra efficacius priori.

℞. diape-

A ℞ diapenidionis, diadraganti frigidi, nucis muſ. piſtanda piſtentur, & cum iulep. roſa. in mortario fiat confe.
drachmarum trium pro morſello, ſi ipſi magis placet illud, teneat quãtitatem auellanę inter genam & ma-
xillam tota nocte ſaltem alternis noctibus. ¶ Digeſtiuum vt ſupra efficacius priori. ℞. pulparum ſebeſten,
liquiritiæ, granorum pinearum mundatorum, pulparum dactylorum, gummi arabici, melius apum, piſtanda
piſtentur ex ſyrupo violato quantitate ſufficiẽti fiat in mortario ad modum electuari: de hoc medicamine te-
neat in ore tria cochlearia, ſucceſſiue deglutiendo cum modis dictis de lacte caprino, &c. ¶ Digeſtiuũ vt Gargariſ-
ſupra efficacius priori ℞. radicis althææ mũdatæ à meditulio, ſeminis lini, pulparum dactylorũ, ficuum opti- mum.
marum, mellis apum, croci, piſtanda piſtentur & bulliãt in ſufficienti quantitate aquæ, hordei, p gargariſma-
tibus ad conſumtionẽ tertiæ partis. Si vero voluerit permutare, tunc vtatur iſto loco dictorum cum modis
dictis in gargariſmate lactis & ſacchari, &c. ¶ Euacuatiuũ materierum propinquarũ antecedentib. exi-
ſtentium in venis propinquis radici linguæ interprete primę partis ſtatus. Phlebotomia fiat de venis ex-
B iſtentibus ſub radice linguæ de quibus extrahantur ℥ ij. ℔. ℥. ſanguinis, & fiat per vj. vel viij. horas poſt
prandium, luna non exiſtente in ariete, & hoc alio non contra operante. ¶ Aperitiuum in tertia parte
ſtatus poroſitatum dictarum amygdalarum & merileſorum, &c. ℞. croci, ſufruris triticei, meliloti, butyri Alind.
aquæ mellis factæ canonice. q. ſ. pro collutionibus & gargariſmatibus bulliãt omnia ad conſumtionẽ tertiæ par-
tis & coletur & de colatura gargarizet ante prandiũ per j. horam & poſt prandiũ per v. horas & ante cœnã per
vnã horã ſaltem quinquies p vice. Aqua mellis canonica. ℞. mellis. apũ partẽ j aquæ ſimplicis partes viij. bulliãt Aqua
ad conſumtionem quartæ partis deſpumãdo ſemper. Reſolutiuum & euaporatiuum in declinatione mate- mellis.
rierũ coniunctarum dictorum apoſtematum amygdalarum, &c. ℞. myrræ, croci, caricarũ, aquæ hordei. ℥
xx miſce bulliant omnia ſimul vſq; ad conſumtionẽ quartæ partis huius decoctionis ℞. ℥ iij. oxymellis ſimplicis
℥ ij. miſce. fiat gargariſmus & collutio oris modis vt immediate ſupraſcriptis. ¶ Purgatorium vt immediate Gargariſ-
C ſed fortius. ℞. medicaminis immediate ſupraſcripti ireos radices inciſæ minutim bulliãt ad conſumtionẽ ſextæ ma.
partis: deinde coletur & vtatur, vt aliud immediate ſi magis placet. Aliæ vero ſunt medicinæ intenſiores
ad morbos dictos, ſed valde moleſtæ velut ſunt genera gummi rubificatoria, veſicatoria, cauteria com-
miſſuris coronali, & ſagittali cranei, & proprie ipſi coronali applicatæ, & propriæ ipſis amygdalis. Et ſe-
to ſeu ſedagnus ſub occipite, & ſic cum Dei laude. A. C. hunc abbreuiaui remouens regimen ſex rerum
non naturalium, quia ex aliis conſimilibus conſiliis de reumatiſſimis haberi poterit.

CONS. XLIV. *Contra botium gulæ pro vxore Domini Guidi de Alaruio Taruiſani, & Domini po-
teſtatis Patauini D. Nicolai Acontareno honorabilis vicarij.*

SOlutiuum facile & vſuale melãcholię aliquantulũ, & phlegmatis multo amplius & a toto & p-
prius a cerebro. ſ. ℞. pilularum alephanginarum de hiera ſimplici, agarici ana ℈. j ſenæ polypody an.
D ℈. ß. ſalis gemmæ gra ij zinz. ſpicæ an. gra j. miſce, & cum ſyrupi de ſtœchade. q. ſ. ad incorporandum
pro pilulis conficiendis formentur pilulæ vij. pro. ℥ Iſtarum pilularũ aſſumat ℥ ß. in aurora ſingulo Pilulæ.
menſe ſemel, & poſt ipſarum aſſumtionem immediate in ſpatio vnius horæ cum dimidia dormiat, ſi po-
teſt, & non amplius vna hora: tranſacta vero ipſa hora cum dimidia ſiue dormierit, ſiue non, tantum vna
hora tunc non amplius dormiat ſed ſurgat, & ſtet ieiunus poſt aſſumtionem tantum horis quatuor: &
non aſſumat lauatiuum, & in dicto termino prandeat comedatq; blites cum boragine, feniculo, petro-
ſelino mixtas. Item carnes laudabiles, vt pulli, perdicis, vel vituli, & ſimiles laudabiles carnes. ¶ Solutiuũ
etiam vt ſupra aliquantulum efficacius priori, & tamen facile & vſuale. ℞. pilularum aſſaiaret, indarum a- Pilulæ.
garici an. ℈. j. ſalis gemmæ. zinzib. an. gra. j. miſce, & cum ſyrupi de ſtœchade. q. ſ. fiant pilulæ. vij. pro. ℥. Iſtarum
pilularum aſſumat ℈ j. immediate cum vadit dormitum etiam ſi ipſe cœnauerit. has vero taliter aſſumat
E ſingulo menſe ſemel: diſtanter tamen per xv. dies ab aſſumtione pilularum primarum ſupraſcripta-
rum ¶ Diuerſiuum & aliqualiter euacuatiuum à cerebro. ℞. pulueris cantharidum ℈ j. fermenti triticei. q. Veſicato-
ſ. ad incorporandum ipſum puluerem, & duas paruas pilas quantitate duarum auellanarum formandas miſce, rium.
& cum modici aceti ſolum. q. ſ. ad penetrandum formentur duæ paruæ pilæ quantitatis auellanarum duarum.
Iſtæ duæ pilæ paruæ ponantur in ſero cum vadit dormitum, ſemel in ſingulis duobus menſibus ſuper
duobus oſſibus immediate poſt aures, ita tamen, vt nõ tangant aures: deinde inter ipſas pilas, & aures im-
mediate ponat folium caulis duplicatum vt pilæ non tangant aures, & poſtea tantum in mane immedi-
ate ſequenti remoueantur; deinde veſicæ factæ ab hoc medicamine in inferiori parte earum incidãtur,
ita ſolum vt aquoſitas ex veſicis effluat; ipſis veſicis tamen non inde amotis. vltimo ſuper eiſdem veſicis
ponatur aliquid de axungia porcina non ſalſa, extenſa ſuper folium caulis, & ipſa axungia taliter reite-
F retur ſingulo die ſemel, vſque ad completam generationem cutis in locis dictis, &c. ¶ Caputpurgium
ſiue diuerſiuum & euacuatiuum a cerebro, & proprie phlegmatis efficacius priori diuerſiuo & tamen
frigidum & virtuti familiare. ℞. aq. maioranæ ℥ ij. ſucci foliorũ blitis ℥ j ſacchari candi. puluerizati ℥ ij miſce. Caput-
Iſtius caputpurgii tantum tepidi in modum lactis, cum mulgetur ab vbere, attrahat aliquantulum per purgium.
nares ſtomacho ieiuno, per horam vnam ante prandium ſemel in hebdomada quocunq; tempore anni
ad libitum præterquam tẽpore calido. ¶ Caputpurgium, &c. vt immediate ſuperiori efficacius ipſo im-
mediate priori. Si vero medicamen congruit efficacius immediate priori cõpoſito ex ſucco aquæ maio-
ranę, ſucco foliorũ blitis, &c. tũc illi medicamini addatur mellis ℥ ij. Et iterũ ſi congruit medicamen ef-
ficacius caputpurgium priori caputpurgio, tunc ipſi caputpurgio immediate addatur nigellæ pulueri-
zatę ℥ j. Inſuper ſi adhuc cõuenit efficacius immediate priori, tunc etiam inſuper adde mannam. ¶ Mol-
G litiuum materierum cauſſarum coniunctarum peccantium. ℞. lithargyri triti ℥ ij. olei cõmunis ℥ iiij. mu-
cilaginum fœnugræci, ſeminũ lini, maluauiſci an. ℥ iiij. Lithargyrium cum dicto oleo diſſoluatur ad lentum
ignem; deinde omnia reliqua addãtur, & cũ ceræ albæ quantum ſufficit ad omnia ſimul incorporandũ & cum

modico modici aceti ſolũ quantum ſufficit ad penetrandum totũ reducatur in forma diachylonis ad lenĩũ ignẽ. A
Iſtum diachylonẽ teneat continuo, permutãdo ſeu reiterando ſingulo die ſemel ſuper loco læſo, & octo
diebus naturalibus continuis. poſtea vero amoto ipſo, ſuper ipſo membro læſo ponatur epithema vel
Fomẽtatio fomentatio, vel emplaſtrũ aliquod de infraſcriptis, ſeruatis reliquis modis & ordinib. deſcriptis in appo-
ſitione & vſu eorundem infraſcriptorum. ¶ Exſiccatiuum & reſolutiuũ melancholiæ & amplius phleg-
matis a membro lęſo, &c. ℞. *corticũ citri ℥ iij. limonum ℥ j. vrinæ ægri vel alterius hominis, maſculi infantis*
q. ſ. pro media decoctione ipſarũ corticũ miſce. deinde omnia bulliant ſimul vſque ad mediã decoctionẽ ipſorum
corticũ. Poſtea vero cortices ab ipſa decoctiõe extracti piſtẽtur. In hac decoctione debite calida infundatur ſpõ-
gia noua deinde exprimatur: & poſtea taliter calida & expreſſa ſuper mẽbrũ læſum primo ponatur & ligetur
ſatis expreſſe, ita tamen, vt mẽbrum ipſum a ſua reſolutione nõ impediat, nec dolor aliquis adducatur & taliter
ſuper loco dimittatur horis. vj. Vltimo amota ſpõgia ipſa dicti cortices piſtati ſuper eundẽ locũ læſum apponãtur B
Emplaſtrũ *debite calidi, & ligentur & taliter dimittãtur horis xviij.* His vero duab. medicationib. ſ. fomentatione ex
decoctione, & emplaſtro ex dictis corticib. taliter vtatur ſingulo die bis in. vj. dieb. continuis immediate
ſequentib. amotionẽ diachylonis ꝓximi ſupraſcripti. ¶ Exſiccatiuũ & reſolutiuũ vt ſupra efficacius ex-
ſiccatiuo priori immediate. Folia liliorum alborũ conterantˉ in mortario cũ piſtillo craſſo mõ ſolum, vt
ſuccus foliorum ad ſuperficiẽ eorũ adducatur, & ab ipſis nõ exprimatˉ & effluat. Cũ his foliis taliter cõ-
tritis emplaſtretur loc⁹ ęger ſeu ſuper locũ folia dicta ponãtur & ligentur. hoc vero medicamine taliter
vtatur ſupra dieb. cõtinuis in ſingulo mẽſe præterq̃ tẽpore calido. Et proprie ſi vult medicamẽ efficaci⁹
aliqualiter dicto priori medicamine exſiccatiuo cõpoſito ex dictis corticib. aut ſi ipſum medicamẽ per-
Emplaſtrũ mutare vult. ¶ Exſiccatiuũ etiam vt ſupra fortius aliquãtulum priori immediate ℞. *farinæ ciceris rubei. q.*
ſ. p emplaſtro, aquæ decoctionis notabilis ſeu multæ cauliũ quantũ ſufficit ad decoctionẽ dictæ farinæ ꝓ empla- C
ſtro. bulliãt omnia ſimul ſufficiẽter ſeu media ſolutione, & totũ redigatur in forma emplaſtri. Si vero vult me-
dicamen aliquãtulum efficacius priori immediate, tunc iſtud emplaſtrum apponat loco ęgroto, ſeruatis
reliquis modis & ordinib. deſcriptis in vſu emplaſtri immediate ſupraſcripti. ¶ Exſiccatiuum etiã vt ſu-
pra. ℞. *foliorũ cauliũ partes. iij. foliorũ aneti partẽ j. de ambob. ſimul q. ſ. pro emplaſtro miſce & bulliant omnia*
Empl. exſiccatiuũ. *ſimul in aqua vſq; ad notabilẽ eorũ decoctionẽ: deinde ipſa ſeparẽtur a ſua decoctione.* Si vero medicamen ꝑ-
mutare vult, tunc hac decoctiõe debite calida primo epithymetur locus æger, deinde cum ſupraſcriptis
calidis & florib. emplaſtretur idem locus ſeruatis reliquis ordinationib. deſcriptis in vſu fomẽtationis, &
emplaſtri ſupra ſcriptorum cõpoſitorum ex corticib. citri, limonũ, &c. ¶ Exſiccatiuũ etiã vt ſupra effica-
ci⁹ prioribus. ℞. *myrræ ℥ ij. litii ℥ j. cyperi radicis ℥ ß. aloes ℥ iij. croci ℥ ß. foliorũ tamariſci M ß. aquæ multæ*
decoctionis caulis quantũ ſufficit pro ipſorũ decoctione miſce: deinde omnia piſtata ſimul bulliãt mediata bulli- D
tione. Si vero vult medicamen efficacius aut permutare, tunc cum hac decoctione primo epithymetur
ſeu fomẽtetur locus læſus: deinde cum ſubſtantia iſtarum medicinarum emplaſtretur locus idem, vt hic
immediate ſupra de dictis, fomentatione & emplaſtro, cõpoſitis ex foliis caulium & floribus aneti. ¶ Ex-
ſiccatiuum etiã vt ſupra efficacius priori. ℞. *cinerũ fuſtiũ caulium partes. iij. ramorũ fici partes. ij. ſarmẽtorũ*
vitis, ſilicis an. partem j ß, aquæ fluuialis quantũ ſufficit pro lixiuio, bulliant omnia ſimul vſq; ad cõſumtionem
medietatis dictæ aquæ. Si vero vult medicamen efficacius priori, tunc cum hac decoctione debite calida
fiat fomẽtatio loci læſi cum ſpõgia noua infuſa in dicta decoctione calida, vt ſupra in fomentatione fa-
Emplaſtrũ cta ex decoctione corticum citri & limonum, vt ibi. ¶ Exſiccatiuum &c. vt ſupra. ℞. *ſtercoris vaccini quã-*
tũ ſufficit ad omnia ꝓxime infraſcripta incorporandũ pro emplaſtro olibani ℥ iij. ſtyracis ℥ ij. vſneæ ℥ j. calami
aromatici ℥ ß. ſpicæ ℥ ij. abſynthij M j. pul. pul. deinde omnia ſimul miſce & fiat emplaſtrũ. Si vero medicamẽ E
permutare vult, tũc iſtud emplaſtrum calidum apponat loco læſo, & vt ſupra de emplaſtro facta ex cine-
rib. ex aqua cauliũ &c. ¶ Exſiccatiuum vt ſupra & eſt ꝓprium & efficacius priorib. ℞. *radicis nucis teneræ*
Gargariſma exſiccatiuum. *ſeu quæ nondũ fecit fructũ partes iiij. corticis arboris eiuſdẽ parte j. piperis granorũ parte j ß. bulliãt omnia ſi-*
mul in vini albi ſatis vinoſi quantũ ſufficit ꝓ gargariſmate vſq; ad conſumtionẽ medietatis ipſius vini. Si vero
vult medicamen huic morbo magis propriũ & efficacius madicationib. prioribus, tunc cũ hac decocti-
one ſuauiter calida gargarizet. v. vel vj. gargarizationib. ſtomacho ieiuno vẽz ante prandiũ & ante cœnã
ꝑ duas horas plurib. diebus cõtinuis & taliter gargarizãdo, in quolibet dictorũ tẽporum gargarizationis
deglutiat partibiliter ſeu paulatim ℥ ß. dictæ decoctionis. vẽz vnum cochlear pro qualibet gargarizatio-
ne vſq; ad ſummã dictę ℥ ß. in ſingulo dictorũ totalium tẽporum gargarizatiõis. hoc vero medicamine
taliter vtatur ſex dieb. cõtinuis ſinguli mẽſis, & tñ tempore frigido, ipſumq; medicamen taliter reiteret F
ſecundum neceſſitatem. ¶ Euacuatiuum & proprium vt ſupra efficacius priori immediate. ℞. *tonſorum*
Fomentũ. *ſeu cimaturarũ ſcarlatini pãni ℥ ij. viridis pãni, azurini an. ℥ iij. bruni ℥ ij. ſpõgiæ nouæ, marinæ debite cõbuſtæ*
ſolũ in tantũ, vt ſpõgia ipſa debite puluerizari poſſit ℥ iij. pumicis marinæ ℥ ß. oſſis ſepiæ ℥ j. teſtarũ oſtracorum,
marinarũ cõbuſtarum ℥ ß. tonſa ſeu cimatura dicta, & ſpongia debite cõburantur ſolũ in tantũ, vt puluerizari
poſſint. deinde vnumquodq; eorũ per ſe puluerizetur craſſo modo. poſtea omnia ſimul bulliãt in vrinæ patientis
aut alterius hominis infantis maſculi. q. ſ. pro ſuffumigio & fomentatione. Si vero vult medicamen efficacius
priori immediate, tunc ex hac decoctione ſimul cum dictis medicinis debite calidis recipiat ore aperto
fumũ ꝑ os, & ad os & ad locũ lęſum ſtomacho ieiuno. vẽz ante prandiũ & ante cœnã per duas horas ſaltẽ
bis in hebdomada quocunq; tẽpore anni, præterquã tẽpore magni caumatis. Si vero dicta vrina ex ſa-
pore & odore ſibi nimis horribilis eſſet tunc ſupraſcriptæ medicinæ ſine vrina bulliant in aqua ciſternæ G
vt hic ante de vrina: licet tñ vrina ad hoc ſit pręſtãtior. deinde per tres horas dictã ſuffumigationẽ ex hac
decoctione debite calida, & tñ cum vrina facta, vt hic ante primo epithymetur ab extra cum ſpõgia no-
ua, deinde emplaſtretur locus læſus cum ſtupa canabis, infuſa in ipſa decoctione. ¶ Exſiccatiuum etiam
proprium vt ſupra, &c. ℞. *oſſis ſepiæ ℥ j. ſalis gemmæ gra. iij. piperis ℈ j. pumicis marinæ ℥ j. ſpongiæ nouæ ma-*

rinæ

A *rin: debite combuſtæ ſolum in tantum vt ſpõgia ipſa puluerizari poſſit ℥ j ß. mellis quantum ſufficit ad omnia*
ſimul incorporandum pul. pul. deinde omnia ſimul miſce & fiant pilulæ in forma lupinorum. Si vero ſupra-
ſcriptum medicamen immediate permutare vult, tunc iſtarum pilularum teneat vnam ſub lingua tota
nocte, alternis noctibus vcz vna nocte taliter teneat, & alia nocte non teneat, aut ipſam pilulã teneat ſal-
tem duabus noctibus in hebdomada. Iſtis vero pilulis taliter vtatur quocunque tempore anni, præterq̃
tempore magni cauſmatis. Ex his etiam medicinis debite decoctis in vrina, vt ſupra, epithimetur vel fo-
mentetur ad extra membrum læſum cum ſtupa canabis, aut cum ſpõgia marina noua, infuſis in iſtarum
medicinarum decoctione, hoc autẽ emplaſtro fomentatio vel epithymatio fiat pluribus noctibus con-
tinuis ad libitum vel quocunq; tempore anni. ¶ Exſiccatiuum etiam & proprium vt ſupra. ℞. *medicinas* *Pilulæ.*
omnes præter vrinam ſuprã ſcriptam in tertio recepto, vcz. cimaturas pannorum &c. mellis quantum ſufficit ad
B *omnes ipſos pulueres incorporandum. miſce & fiant pilulæ in forma lupinorum vt ſupra.* Si vero medicamen
permutare vult, tunc iſtarum pilularum vnam ſub lingua teneat tota nocte, quocunq; tempore anni ad
libitum, &c. vt ſupra in viſu pilulæ ſeu pilularum ſupraſcriptarum. ¶ Exſiccatiuum etiam & proprium
vt ſupra efficacius prioribus. ℞. *radicum viticellæ* ℥ ß *aſparagi, bruſci, polypody an.* ℈. j *ariſtologiæ rot. cucu-*
meris agreſtis an ℈ ß. *tapſi barbati* ℥ ß. *iari.* ℈ j *ſpõgiæ nouæ marinæ* ℥ j. *pumicis marinæ* ℥ ß. *brancæ vrſinæ, ſa-* *Alia.*
ponariæ ana. ℈ ß. *oſſis ſepiæ* ℥ ß. *lactis ſcrophæ. q. ſ. ad omnia incorporandũ pul. puluerizãdo; deinde omnia ſimul*
incorporentur & formẽtur pilulæ in modum lupinorum. Si vero vult medicamen efficacius priori, tũc iſta-
rum pilularum teneat vnam ſub lingua tota nocte, ſaltem duab. noctibus, in ſingula hebdomada etiam
tãtum tempore frigido. ¶ Exſiccatiuum & eſt proprium, &c. ℞. *ſpongiæ nouæ* ℥ j. *oſſis ſepiæ* ℈ ij. *pumicis* ℥ ß. *Alia.*
ſalis gẽmæ gra. iij radicis tapſi barbati ℥ ß. *thuris* ℈ ij. *zinzib.* ℥ ß. *ſpongia ipſa prius minutim inciſa deinde po-*
C *ſita in texta terra nõ vitreata exſiccetur optime in furno, poſtea vero ipſa exſiccata & reliqua omnia ſeorſum*
& difformiter, vt decet ſecundum cano. pul. Vltimo formentur pilulæ, vt immediate ſupra. Ex iſtis pilulis eti-
am teneat in ore ſub lingua, vt de aliis pilulis immediate ſupraſcriptis. ¶ Regimen ſuccinctum & com- *Diæta.*
pendioſum ad hoc. Euitet piſces & proprie magnos & proprie elixos, tam magnos, quam paruos. Legu-
mina, carnes bouinas, porcinas, recentas, carnes ſiccas, lacticinia omnia vt caſeum, &c. Omnia, nutri-
mentum melancholicum & amplius phlegmaticum & quodlibet nutrimentum craſſum generantia, a-
quam puram & proprie intẽſe frigidam. Non tangatur membrum læſum aqua ſimplici, etiam ad extra.
Carnes aquaticas, vt anſeres, anates & ſimils euitet. Vtatur vino diluto diaphano & odorifero non ni-
mis vinoſo, & aquã mixto aliquantulum proportionabiliter ad eius vinoſitatem. Aromatibus bonis vi-
delicet compoſitis ex pipere, croco, galanga, cinamomo, garyophilis. In cœna ſemper vtatur aſſato & nõ
D elixo. Nota quod cum ex hoc morbo congrue conualeſcit, tunc nullo ſupraſcriptorum medicaminum
amplius vtatur. Hæc vt ſupra, &c.

Cons. XLV. *Contra ſpinam infixam gutturi.*

CVra generalis. ¶ Canones curatiui. Primo, ſpina ipſa exiſtente fixa gutturi, collum ipſum ſiue ſpon- *Canones*
dyli colli in medio colli percutiantur cũ pugillo ſatis potenter pluries ſucceſſiue notabili moleſtia, *curatiui.*
& continuo infirmus in dictis percuſſionibus potentes exſcreationes faciat etiã experiendo. ¶ Se- 1.
cundus canon, ſi ſpina ipſa eſt ſubtilis multum inter ſpinas, tunc deglutiatur res dura pluries & ſucceſ- 2.
ſiue. ¶ Tertius, ſi non taliter educetur ſpina ſubtilis, deglutiatur pluries & ſucceſſiue primores gutturis
& loci infixionis ſpinæ mollitiua & aliqualiter abſterſiua: deinde immediate poſt res dura deglutiatur. 3.
¶ Quartus. Si vero craſſa ſpina vel etiam ſubtilis taliter non exeat & appareat in gutture aperto ore & 4.
E depreſſa lingua vſque ad radicem eius cũ digito, aut cum alia re longa & dura ſufficienti, ipſam linguam
deprimere, tũc primo cum inſtrumento ferreo proportionabili ad hoc capiatur ſpina, quam magis poſ-
ſibile eſt prope foramen membri, in quo foramine ipſa infixa eſt, deinde ipſa ſpina ſic appræhenſa cum
dicto inſtrumento extrahatur leuiter, ne frangatur. ¶ Quintus. Si autem taliter non appareat aperto ore, 5.
tũc guttur liniatur ad intra, cum gargariſmis & collutionibus gutturis & deglutionibus lenitiuis, abſ-
terſiuis, ſubtiliatiuis & dulcibus. ¶ Sextus. Si vero taliter non educitur ſpina, tunc ſorbeat ſeu deglutiat 6.
infirmus res viſcoſas valde. ¶ Septimus. Deinde res longa valde tenax, poroſa valde vſq; ad extremitatem 7.
meri incluſiue imponatur gutturi. Et ipſi extremitati meri ipſa continua & viſcoſa propter artem extra-
hes exiſtentem continue in manu retenta. Deinde taliter in gutture & ſuperiori extremitate meri poſi-
ta extrahatur impetuoſe, & ita talis impoſitio & talis extractio ſucceſſiue pluries, & pluries reiterentur
F ſecundũ neceſſitatem. ¶ Octauus. Si nec taliter educitur ſpina, excitetur ſingultus vel prouocetur. ¶ No- 8.
nus. Et iterũ ſi nec ſic educitur, tũc prouocetur vomitus poſt comeſtionẽ, de proximo rerum viſcoſarũ. 9.
¶ Decimus & vltimus. Si & ita non educit, maturatiua & apperitiua exteriꝰ & interius gutturi applicẽtur. 10.
Cura particularis ſeu inſtrumenta medicinalia ſeu ſpeciales medicinæ huic curæ proportionabiles.
¶ Primus canon exequatur cum pugillo quãuis ſicut alia inſtrumẽta conuenientia, tñ pugillus eſt me- *1. Canon.*
lius, qm ipſe homo omni ipſo poteſt ipſas percuſſiones intenſiores aut remiſſiores metiri, prout oportet *Cura particularis.*
& quanto citius hoc faciat, tanto melius. Secundus exequatur hoc modo. ℞. *cruſtam panis triticei bene* 2.
cocti, quãtum ſufficit pro quatuor aut quinq; bolis ſatis magnis. Ex iſta cruſta impetuoſe deglutiantur ſucceſſiue *Boli.*
quatuor vel v boli ſatis magni. ¶ Tertius exequatur hoc modo. ℞. *olei amygd. dul.* ℥ ij *cruſtæ panis triticei bene* 3.
cocti, quantum ſufficit pro quatuor aut v. bolis ſatis magnis. Iſtud oleum, &c. debite calidũ paulatim ſucceſ- *Alius.*
G ſiue pluries primo deglutiat inferius ſpinam habens: deinde immediate poſt ipſius olei immediatam aſ-
ſumtionem deglutiatur quatuor aut quinq; boli ad libitũ, duri ſatis magni ex dicta cruſta panis. ¶ Quar- 4.
tus exequitur hoc modo. *Accipe moliculam ferream bifurcatam in vna extremitate ipſius moliculæ, & ali-*
qualiter lata & integra in alia extremitate cũ qua lata extremitate vnguenta chirurgici ſuppetias extendunt.

Et cum alia extremitate bifurcata chirurgici tentas ipſas a vulnerib. extrahunt. Poſtea cum dicta extremitate A
bifurcata ipſius molicule dicta ſpina apparens, aperto ore capiatur: deinde ſuauiter ne ſpina ipſa frangatur ex-
trahatur ſimul cum radice ſua, &c. aut cũ tenacula ferrea dentata duorum ſuorum radiorum ſubtiliũ denta-
5. torum dicta ſpina debite capiatur & ſuauiter extrahatur. ¶ Quintus exequatur hoc modo. ℞. farinæ frumẽ-
Collutio ti ℥ j. caſei mollis valde nõ ſalſi vel parum ſalſi, triturati butyri an. ℥ ß. vitellum oui numero j. ſacch. ru. ℥ ß. aquæ
oris & fluuialis, aut ad libitum brodij pinguis carniũ quantum ſufficit ꝓ iſtorum decoctione. miſce omnia ſimul deinde
gutturis. bulliãt ſimul vſq; ad debitã decoctionẽ eorum & non coletur, & totum redigatur in forma multum liquida &
optime potabili. Ex hac decoctione debite calida & nõ tepida colluatur plures os primo & guttur; & deinde ex
ipſa decoctione debite calida fiat gargariſmus pluries, & ſucceſſiue. Et poſtea dicta decoctio taliter debite ca-
lida deglutiatur etiã pluries & ſucceſſiue. ¶ Gutturis lenitiuũ & abſterſiuũ, &c. vt ſupra efficacius priori.
Lenitiuũ ℞. rob vuæ ℥ x. ficus ſitrinas ſiccas pingues numero iij. ficus ipſe prius minutim inciſæ: deinde craſſo modo piſtatæ B
& abſter- poſtea bulliant in dicto rob vuæ vſq; ad conſumtionẽ quartæ partis dicti rob. deinde optime exprimantur & co-
ſiuum. Aliud. lentur, hac vtatur vt ſupra immediate &c. Gutturis lenitiuũ, &c. efficacius priori ℞. olei amygd. d. ℥. iij.
Aliud. oxymellis cõpoſiti ℥ ij. Si vult medicamẽ efficacius iſto vtatur vt ſup. ¶ Gutturis lenitiuũ, &c. efficaciꝰ prio-
ri immediate. ℞. olei ſiſamini ℥ iij. oxymell. ſquillitici ℥ ij. miſce, & colluatur os & guttur & ipſum gargarizet
6. & deglutiat, &c. vt ſupra dictũ eſt. ¶ Sextus exequatur ſic. ℞. alaganas ex farina tritici recẽter factas quantũ
Ferculum. ſufficit ꝓ j. paraphide. Oua gallinarũ cũ vitellis & albumine num. ij. aquæ pluuialis, aut ad libitũ brodij pinguis
carnium quantum ſufficit ad dictarum alagenarum multã decoctionẽ, & ipſam potabilẽ. alaganæ ipſæ recentes
bulliant valde in dicta aqua, aut in dicto brodio vſq; ad ipſarum ſaltẽ mediam diſſolutionẽ. Deinde dicta oua
addãtur, & cũ dictis alaganis valde calidis optime permiſceãtur. Iſtius ferculi debite calidi ſaltẽ viij ℥. ſorbeat
ſeu impetuoſe deglutiat infirmus. hæc vero ſorbitio taliter pluries reiteretur ſecundum neceſſitatẽ. ¶ Res C
viſcoſa deglutienda, &c. priori efficacior. ℞. oua cum albuminib. & vitellis numero ij. farinæ tritici. ℥ ß. dra-
Aliud po- ganti ℈ j. aquæ fluuialis, aut ad libitum brodij pinguium carniũ quantũ ſufficit ad omnium ipſorũ ſimul debitã
tabile. decoctionem miſce. deinde ſimul omnia bulliãt vſq; ad eorum decoctione debitã, vt ipſa remaneat potabilis de-
7. bite. Iſtius ferculi debite calidi ſaltẽ ℥. viij ſorbeat &c. vt ſ. ¶ Septimus exequatur ſic. ℞. candelã ceream,
cuius vna extremitate fruſtum coti ſeu bõbicis optime ligetur cum filo, ita tamen vt ipſius coti multæ partes nõ
ſint coopertæ filo. Alia vero extremitas cãdelæ teneatur in manu dextra os exiſtẽs. Iſtius cãdelæ extremitas cui
totum alligatum eſt, imponatur gutturi & ſuperiori primæ parti meri incluſiue, & ibidẽ pluries ſurſum
& deorſum ducatur cum manu & tandem extrahat. & hoc pluries faciat ſecundum neceſſitatem. ¶ Res
lõga tenax &c. efficacior priori immediate. ℞. filum lanæ duplatum tenax ſeu nõ faciliter frangibile quã-
titatis triũ ſpithamarum. Iſtud filum actu ſiccum ſecũdum extremitatem duplatã deglutiat vſq; ad pri- D
mã partẽ meri incluſiue: deinde ꝑ aliã extremitatem exiſtentẽ extra os manu ligatum, cum manu impe-
tuoſe extrahatur, & hoc fiat pluries ſecundum neceſſitatẽ. ¶ Res alia tenax adhuc efficacior. ℞. fruſtũ ſpõ-
giæ quãtitatis proportionabilis ſeu debite ad deglutiendum: deinde ligetur cũ vna extremitate fili dupli fortis
linei & lõgitudinis ſaltẽ duarum ſpithamarum, & cũ vna eius extremitate ſumẽdo cum acu implicetur ferme
in ipſo bolo ſpõgiæ plurib. implicationib. & firmis & ita ferme, vt dictum filum a dicta ſpõgia nõ faciliter euelli
poſſit, cum quo tamẽ non ſtringatur multum ſpõgia dicta, ne poroſitates ipſius ſpongiæ claudantur. Alia vero ex-
tremitas ipſius fili fortis dupli remaneat extra os: deinde ferme ipſa extremitas manu annectatur, quo medica-
mine vtatur, vt ſ. ¶ Res alia tenax, &c. vt immediate ſupra ficus citrina ſicca & pinguis verſetur: deinde cũ
8. vna extremitate fili fortis & dupli lõgitudinis duarũ ſpithamarum ligetur, &c. vt ſ. ¶ Octauus. ℞. ſeminis
ſinapis puluerizati ℥ ij. vini acuti non dulcis ℥ vj. miſce. Iſtam mixturã deglutiat paulatim & ſucceſſiue ſto- E
Prouocati- macho repleto. valet ꝑ vnum quartum horæ poſt prãdium. ¶ Prouocatiuũ ſingultus aut fortiꝰ priori ℞.
uum ſin- diatrionpipereon ℥ ß. vini acuti non dulcis ℥ ij. hoc vtatur vt ſupra in alio dictum eſt. ¶ Nonus canon ſic exe-
gultus. 9. quitur. Poſt cibum ponatur digitꝰ in gutture, &c. vt hic ex directo digitus implicetur gutturi vſq; ad ſu-
periorẽ meri incluſiue, & hoc poſt cibationẽ ſuarum rerũ viſcoſarũ copioſam, & ꝓprie per vnũ quartũ
horæ poſt prandium ſuum copioſum & tunc taliter ibi agitetur digitus & meri, vt fiat vomitus aut pẽna
anſeris vel alterius aĩalis oleo intincta gutturi & ipſi meri, vt hic ante de digito, taliter applicetur, vt vo-
Vomitiuũ. mitus fiat. ¶ Aliud vomitiuum efficacius. ℞. aquæ ſimplicis fluuialis ℥ viij. olei oliuarum acri guſtus, & odoris
horrendi ℥ iiij. miſce taliter & totum fiat tepidũ non calidum, quo vtatur per octauum horæ poſt prandium ſuũ
copioſum rerũ viſcoſarũ: deinde digitum aut pennã imponat gutturi &c. vt in alio dictum eſt. ¶ Aliud vo-
Aliud. mitiuum efficacius ℞. naſturtij ℥ ß. aquæ fluuialis ℥ viij. naſturtium ipſum debite calidũ piſtetur: deinde di- F
10. ctæ aquæ miſceatur & optime incorporetur. Quo medicamine tepide vt ſ. vtatur. Decimus hoc modo exe-
Gargariſ- quitur. ℞. radicum althææ ℳ ß. ſeminis fœnugræci: ſeminis lini an. ℥ ß. ſeminum carui, carthami, ameos an. ℥
ma. ij. aquæ mellis factæ ſecundum can. &c. quantum ſufficit ꝓ omnium debita decoctione pro gargariſmate miſce.
deinde omnia bulliant ad lentum ignem vſq; ad conſumtionem medietatis aquæ mellis dictæ. Et hoc liquore
debite calido fiat gargariſma pluries in die & proprie ſtomacho ieiuno, & proprie in mane & ipſum liquorẽ etiã
notabili tẽpore taliter debite calidũ in ore teneat pluries, ipſumq; paulatim pluries ſucceſſiue deglutiat, eoque
Aqua taliter vtatur ſecundum neceſſitatẽ. Aqua mellis, de qua facta eſt mentio, ſic fit. ℞. aquæ fluuialis ſimplicis
mellis. mundæ claræ partes. viij. mellis electi partem j. miſce: deinde ſimul bulliant ad lentum ignem continue deſpu-
mando vſq; ad conſumtionem tertiæ partis: deinde non coletur, ſed ſeruetur vſus vt ſupra ¶ Medicamen ma-
Empl. ſtrũ turatiuum aperitiuum, vt ſupra immediate. ℞. farinæ ℥ ij. oleorũ ſpicæ ℥ iij. amygdalarum dul. ℥ j ß. aquæ. f. G
maturati quantum ſufficit ad decoctionem pro emplaſtro miſce. deinde omnia ſimul bulliant ad lentum ignem vſque
uum. ad conſumtionem tertiæ partis dictæ aquæ, & totum redigatur in forma ſolida. Si vero gargariſmate non e-
ducitur ſpina, tunc hoc emplaſtrum debite calidum gutturi ad extra applicetur bis in ſingulo die
ſtomacho

A ſtomacho ieiuno, vt ante prandium & ante cœnã, & ibi ligetur & retineatur ſecundum neceſſitatem.

CONSILIVM XLVI.

De ægritudinibus pectoris.

AD diſſoluendum lac in mamilla coagulatum. ℞. *coaguli hædi ℨ vj. ſtyracis liquidæ ℨ j. abſynthii ℨ j carui feniculi, ſeminis aneti an. M j. aniſi M partes ij. chamomillæ, ſe. althææ an. M iij farinæ hordei ℨ j ß. olei de abſynthio ℨ j. pinguedinis anatis ℨ j ß. miſce, & fiat emplaſtrum, & poſt addatur croci ℈ j.*

CONSILIVM XLVII. *Ad prouocandum menſtrua.*

R*Ecipe ſpicæ, de myrra, rubeæ tinctorum ana ℨ j miſce, & fiat puluis pro tribus vicibus detur cum vino vel brodio.* Puluis.

CONSILIVM XLVIII. *Contra difficultatem anhelitus.*

B R*ecipe caſſiæſi. ℨ j. ſucci ireos ℨ ß. aquæ hyſopi q. ſ. pro potione miſce.* Iſtud aſſumat in aurora, &c. nec ſumat lauatiuum.

Syrupus: ℞. *Syrupi de hyſopo ℨ j. de abſynthio ℨ ß. aquarum capillorum veneris ℨ j. feniculi ℨ j ß.* Iſtud ſu- Syrupus.
mat quatuor diebus continuis in aurora poſt ſumtionem ſupraſcripti ſolutiui ¶ Eradicatiuum. ℞ *pilu-* Pilulæ.
larum de hiera ſimplici ℈ ij. agarici ℈ j. ſalis gemmæ gra j. miſce, & cum electuario indo fiant pilulæ vij pro ℨ.
Iſtud ſumat in aurora, &c. ¶ Minoratiuum. ℞. *mannæ ℨ ij ſucci ireos ℨ ij aquæ hyſopi ℨ j. ſeri caprini q. ſ. pro* Potio mi-
potione. Iſtud ſumat in aurora, &c. & in vere circa 20. Aprilis. ¶ Syrupus. ℞. *ſyr de praſſio ℨ j. oxymellis ℨ ß.* noratiua.
aquarum abrotani, fenicu. ana ℨ j ß. miſce. Hoc ſumat in mane vere poſt minoratiuum cum modis, &c. Syrupus.
¶ Eradicatiuum. ℞. *pilularum de hiera ſimplici fœtidarum ana ℈ j. agarici ℈ j. ſalis gemmæ gra j. miſce, & cum* Pilulæ.
electuarii indi fiat pilulæ vij. pro ℨ. quas ſumat poſt dictos ſyrupos. ¶ Digeſtiuum aliud. ℞. *aquarum enulæ, ca-* Potio.
C *pil vene. abrotani ana ℨ j. ſachari albiſſimi ℨ ij. miſce, & cum modico croci aromatizentur.* Iſtas aquas ſumat
omni menſe tribus diebus continuis in aurora, & poſt dormiat ad libitum. ¶ Pilulæ vſuales. ℞. *pilularum* Pilulæ.
de hiera ſimplici ℈ ij. agarici ℈ j. ſileris montani ℈ ß. ſalis gemmæ gra j fiant pilulæ vij. cum elec. indo. De his ſu-
mat quatuor in aurora poſt ſumtionem dictarum aquarũ ¶ Electuarium. ℞ *thuris ℈ ij. cymini, ariſtolo-* Electuariũ
*logiæ ro. ana ℨ ß fœnugræci ℨ j. amygdalarum amararũ ana ℨ ß. croci ℈ j. mellis q. ſ. Iſtius aſſumat cochlear v-
num in mane cum ſurgit quatuor dieb. continuis in ſpatio 20. dierũ: deinde ſtet ieiunus ad minus trib. horis poſt
ipſius ſumtionem.* Iſto vtatur authumno & hyeme, & poſt cõpletam primã euacuationẽ & aſſumtionẽ ſo-
lutiui minoratiui ſupraſcripti. ¶ Aliud electuarium. ℞ *radicis enulæ ℨ ß. ireos, nigellæ, cymini, ſiſeleos ana ʒ j.* Aliud.
croci ℈ j amygdal. amararũ ℨ j. terebinthinæ ℨ ß. butyri ℨ j mellis q. ſ. pro electuario. Iſtius ſumat vnũ cochlear
&c. vt de alio dictum eſt. Quo vtatur in iſto vere, & non in æſtate, & poſt completã aſſumtionẽ ſecundæ
D euacuationis ¶ Solutiuũ eradicatiuũ. Cõfectio ℞ *ſeminũ ſileris montani ℈ ij. cymini ℈ j. olibani ʒ j ſandara-* Morſelli.
*cæ ʒ j. ſeminum balſami ʒ j. ſachari albiſſimi ℨ x. croci ʒ ß. miſce, & cũ aqua enulæ fiat confectio ſolida in mor-
ſellis.* Iſtius aſſumat morſellum vnum in mane, & cum aliis ordinibus deſcriptis in electuariis qua vtatur
duobus diebus continuis in illo authumno, & hyeme, & in menſe. ¶ Alia confectio. ℞ *ſpecierum aroma-* Alia.
*tici nardini deſcriptione Meſ. primo antidotarii ʒ ij. ſpecierum abpta moſchata deſcri. Nicolai ʒ j. croci ℈ j.
ſachari albiſſimi ℨ viij. miſce iſtius aſſumat vt de ſuperiori, qua vtatur duobus dieb. cõtinuis in vere & æſtate.* Elect. tem-
¶ Electuariũ tempore paroxyſmi ſui acceſſus. ℞. *baccarũ lauri ℨ j. ſiſeleos, radicis ireos, ſinapi, cymini, ariſto-* pore paro-
ro. ana ℨ ß. myrrhæ ℈ j galbani aromatici ana ℨ j. terebenthinæ ℨ ß. electuarii regum q. ſ. croci ℈ ij. miſce. Iſtius xyſmi ſu-
aſſumat vnum vel duo cochlearia tempore quo ſuperueniet ſibi acceſſio illius difficultatis anhelitus, & mendum.
non bibat poſt ipſius aſſumtionem, ſed quanto citius poſt aſſumtionem poterit dormire, melius eſt.
E ¶ Aliud aſſumendum tempore paroxyſmi. ℞ *baccarum lauri ℨ j. ſiſeleos, radicum ireos, ſinapi ana ʒ ß. croci* Aliud.
*℈ j. ſacha. ʒ ß. miſce, deinde maſticetur & deglutiatur, ſi illa medicina eſt ipſi gratior aut ſi ſupraſcripta non
ſufficienter iuuerit, aſſumat iſtius ad quantitatem caſtaneæ, poſt quod bibat circa duas ℨ. & non plures vini al-
bi ſubtilis aromatici, poſt quod dormiat vt immediate ſupraſcripta.* ¶ Fomentatio pro ſtomacho. ℞ *abſyn-* Fomenta-
thii M ij menthæ M j. coriandr. præparatorum ℨ ß. calami aromatici ℨ ß. corallorum rub ℨ iij. florum labru- tio pro ſto-
ſcæ M ß. maſticis ʒ ij. cinamomi ʒ iij. baccarum lauri ℨ j contundantur craſſo modo & miſce. Deinde bulliant macho.
*in ſufficienti quantitate aquæ, vſque ad conſumtionem tertiæ partis aquæ. In hac ſpongia infundatur, & fiat
fomentatio pro ſtomacho, qua vtatur cum prouenit ſibi difficultas anhelitus.*

Contra aſthma & tuſſim cum ſuſpectione ad phthiſim.

REgimen ex nutriente ſuccinctum habitum eſt ſuperius omni conſilio contra aſthma & tuſſim. Cura me-
F Nunc ſequitur cura medicinalis ſuccincta, digeſtiuum ſcreatum iuuans, tuſſim mitigans, & an- dicinalis
helitum facilitans. ℞. *ſyruporum de praſſio conferentur ſeminibus Meſ. ℨ j ſyruporum de abſinthio,* ſuccincta.
de calamento, iulepi violati ana ℨ ij. aquarum decoctionis hordei excorticati ℨ j. capillorum vene. ℨ ij. Potio.
miſce. Iſtum ſyrupum aſſumat calidum in aurora tribus diebus cõtinuis in toto ſpatio omnium duorum
mẽſium ſimul, præterq̃ tpe magni caumatis, deinde poſt ipſi⁹ aſſumtionẽ ſtet ieiunus horis trib. ad min⁹,
& iterũ dormiat ad libitũ, ſed non ampl⁹ duab. horis. ¶ Solutiuum vſuale & facile ℞ *pilularũ alephangi-* Pilulæ.
*narum ℈ ij. agarici ℈ j ſalis gemmæ, zinzi. ana gran. j. calamenti ℈ j. abſynthii gran. iij. miſce, & cum ſyrupo de
praſſio q. ſ. ad incorporandũ formentur pilulæ vij. pro ʒ.* Iſtarum pilularum aſſumat in aurora a duab. vſq; ad
v. ad libitũ ſaltẽ ſemel in menſe, deinde poſt ipſarum aſſumtionẽ ſtet ieiunus horis quatuor ad minus, &
iterum dormiat, ſed nõ amplius vna hora. ¶ Digeſtiuum & cõfortatiuum anhelitum facilitans vt ʒ. ℞. *a-* Potio dige-
G *quarũ capillorum ve. ℨ j. praſſii ℨ ß. enulæ ℨ j hyſopi ℨ ß. croci g̃ j. ſachari albiſſimi ℨ ij. miſce.* Iſtud digeſtiuum ſtiua.
aſſumat calidũ in aurora ter in ſingulo menſe præterquam tpe calido, & cum reliquis modis & ordinib.
deſcriptis in aſſumtione digeſtiui ſupraſcripti aſſumat. ¶ Digeſtiuũ catarrhi, ſeu medicamen fluentis ad
pectus. ℞. *aquæ mellis ſecundum cano. infraſcriptum in fine ℨ iij. aquæ decoctionis hordei excorticati ℨ iij.*

ſachari albiſſimi ʒ ß. *miſce.* Iſtam aquam aſſumat calidam duobus diebus in ſingula hebdomada in ſero A
Pilula. cum vadit dormitum, & in mane, ſiue cœnauerit, ſiue non. ¶ Solutiuum vſuale, & facile. ℞. *pilularum aſſaiaret* ℈ *ij. agarici* ℈ *j. Zinz. ſalis gemmæ ana gra. j. miſce, & cum ſyrupo de ſtoechade q. ſ. ad incorporandum formentur pilulæ vij. pro* ʒ. Iſtarum pilularum aſſumat a duabus vſque ad tres ſemel in menſe, veſperi cum vadit dormitum immediate, ſiue cœnauerit, ſiue non. ¶ Pectus mundificans & ſcreatum adiuuans. ℞. *electuarii regum Meſ.* ʒ *iiij. diapenidion* ʒ *iij. miſce, & cum modico ſyrupi de praſſio. q. ſ. ad incorporandum totum redigatur in forma electuarii.* Iſtius electuarii teneat ad quantitatem auellanæ ter in ore, in tota nocte ſaltem duabus noctibus in ſingula hebdomada, præterquam tempore magni caumatis. ¶ Confortatiuum pulmonis & anhelitum facilitans, vt ſupra. Vtatur ferculo compoſito ex ferculis ouorum, radice, enula, croco modico. Omnibus iſtis diſſolutis & coctis, ſimul in brodio pulli mediæ pinguedinis. Iſto B ferculo vtatur in prandio, vel in cœna, & fiat ſæpe ad libitum, & prius in cœna. ¶ Anhelitum facilitans, pectus mundificans, ventrem leniens. ℞. *ficus ſiccas albas & pingues numero iiij. paſſularum paruarum nigrarum* ʒ ß. *brodii pulli mediæ pinguedinis* ʒ *vj. ſach. albiſſimi cum dicto brodio mixti* ʒ ß. Ficus per vnum quartum horæ ante prandium, deinde immediate dictas paſſulas. Vltimo immediate dictum brodium bibat, hac vero potione & comeſtione ſimul vtatur ſaltem ſemel, in ſingula hebdomada. Aqua mellis, de
Aqua mellis. qua ſupra fit mentio. ℞. *mellis partem j. aquæ pluuialis mundæ & claræ partes 9. miſce, deinde bulliant ad lentum ignem vſque ad comſumtionem tertiæ partis aquæ, continuo deſpumando, vltimo per petiam lineam ſubtilem & albam coletur, & ipſa vtere, vt ſupra.*

Cons. XLIX. *Contra aſthmaticam paſſionem.*

Contra aſthma chronicum a quinq; annis citra incoatam ex phlegmate mediocriter craſſo & viſcoſo, partim in pulmone congeſto, partim a cerebro catarrhizato, quod quandoq; pro parte in C ventoſitates conuerſum auget conſtrictionem anhelitus, & dolorem inducit in pectore, & partibus adiacentibus communicanſq; ſtomacho & inteſtinis, debilitat earum digeſtiuam, vnde in eis ventoſitates multiplicantur, pleruṅq; in eis dolorem inducentes, quæ quandoq; per os, quandoque per inferius expelluntur. Quandoque autem communicant aſthmati, & partibus ſpiritualibus augent conſtrictionem anhelitus, vnde fit, vt ſicut ſtomachus ægrotat per colligantiam ad pulmonem & membra ſpiritualia, ſic pulmonis augeatur & conſeruetur ægritudo per colligantiam ad ſtomachum. Mutuo enim horum membrorum diſpoſitiones ſeſe augent & fouent. ¶ Minoratiuum. ℞. *agarici præparati ſe-*
Pilula. *cundum doctrinam Meſ.* ℈ *ij. pilularum alephanginarum* ℈ *j. cum aqua hyſopi formentur pilulæ vij. pro* ʒ. Has pilulas aſſumat in aurora, tardetq; prandium poſt earum aſſumtionem, per quatuor aut quinque
Potio digeſtiua. horas, nec poſt ipſarum aſſumtionem dormiat niſi horam, immediate cum eas ſumſerit. ¶ Digeſtiuum: D ℞. *mellis mundi ſeu clari* ʒ *vj. aquæ ciſternæ ſeu fluuialis* ʒ *iiij. miſce. & bulliant inuicem vſque ad conſumtionem tertiæ, vel quartæ partis, & inferatur continue ſpuma eius, & poſtea coletur, huius aquæ aſſumat* ʒ *iiij. debite calidæ die immediate ſequenti diem aſſumtionis prædicti minoratiui in aurora, & tardet prandium poſt eius aſſumtionem ſaltem tribus horis, & continuet ipſam aquam diebus ſex continuis.* ¶ Eradicatiuum. ℞. *pi-*
Pilula. *lularum de agarico* ʒ *j. deſcriptione Meſ. Et formentur pilulæ, quas aſſumat die alia poſt aſſumtionem prædictam digeſtiui per horam ante diem cum modis & ordinibus vt ſupra.* ¶ Dilatatiuum anhelitus etiam correctiuum catarctici præcedentis ventoſitatis terminatiuum. ℞. *theriacæ andromachi* ʒ *j. aquæ mellis* ʒ *j.*
Potio. *vini al. odoriferi* ʒ ß. *miſce.* Quod aſſumat die immediate ſequenti diem aſſumtionis eradicatiui ſuprascripti debite calidi per duas horas ante diem, & tardet prandium poſt eius aſſumtionem per ſex horas, & iterum dormiat, ſi poteſt, per duas horas ad amplius. ¶ Digeſtiuum ſimul & euacuatiuum cauſæ diſ- E poſitionum præcedentium. ℞. *therebinthina clara & diaphana* ʒ ß. *hanc ſumere incipiat die immediate ſequenti diem aſſumtionis theriacæ ſuprascripta in aurora, & ita eam ſumat diebus continuis 10. tardetq; prandium poſt eius aſſumtionem per tres, aut per quatuor horas.* ¶ Diuerſiuum materiæ catarrhalis ad pulmonem
Diuerſiuũ per nares attrahendum. affluentis: ℞. *ſucci blitis, aquæ maior. ana* ʒ *j. ſachari candi* ʒ *ij. miſce;* hunc liquorem tepidum trahat per nares mane ſtomacho ieiuno tribus vicibus diebus alternis, hoc liquore taliter vti incipiat immediate poſt aſſumtionem theriacæ ſupraſcriptam, & ita eo vtatur alternis diebus 15. aut 20. dies. ¶ Conſtrictiuum catarrhi, & exſiccatiuum reſidui materiæ in pulmone exiſtentis. ℞. *loch de pino* ʒ *j* ß. *boli ar.* ʒ
Confectio. *j. cum ſyrupo de hyſopo formetur confectio ſolida ſine igne.* Iſtius confectionis frequenter die & nocte teneat in ore, ad quantitatem auellanæ permittatq; eam paulatim diſſolui, hoc taliter vti incipiat ſumto eradicatiuo. ¶ Confortatiuum pulmonis, & dilatatiuum eductiuumq; materierum in ipſo contentis. ℞.
Electuariũ. *ſucci caulium, & proprie turſorum eorum, mellis clari ana lib. j. pulmonis vulpis præparati* ʒ *iiij. bulliant ſimul ſuccus & mel, ſemper deſpumando vſque ad ſucci conſumtionem, & in fine addatur pulmo vulpis, & fiat electuarium.* De hoc electuario ſumat ʒ iij. vel iiij. in mane, & etiam veſperi ʒ j. per horam ante cœnam; vel per duas, ſed in mane non ſumat ipſum, quamdiu ſumit terebinthinam; in ſero poteſt tamen ipſum ſumere; tunc &c. F

Cons. L. *Contra aſthma & tuſſim.*

Diæta. *Regimen ex nutriente ſuccinctum.* *Potus.*

Vinum. Vinum ſit pauciferum, & aut ſaltem vinoſitatis mediæ, & non vinoſum, & ſit medii coloris, ſeu coloris granati, ſeu ciſioli; quod idem eſt, vel album aliqualiter; dulcedine participans, & ſi non ſit tale naturaliter, fiat tale artificialiter cum ſacharo taberzet, ſeu albiſſimo trium coctarum G leniſicetur aliqualiter dictum vinum medium, ſeu vinoſitatis mediæ, ex aqua decoctæ hordei excorticati, vſque ad aperturam incluſiue granorum hordei in ipſa decocti; aut ſaltem leniſicetur ex aqua
Cibus. fluuiali ſimplici, vel ciſternæ debite cocta cum ſacharo, vel ſecundum ſacharum ad libitum. ¶ Ptiſana ex fa-

A farina hordei optime cocta in brodio pulli pingui vel gallinæ, caponis vel alterius carnium laudabilium
infraſcriptarum,& proprie comeſta non ſpiſſa, ſed medie rara. Kiſt nutriens ipſi conueniens. Kiſt hordei
ſeu hordeum excorticatum vel decoctum optime vſq; ad granorum completam aperturam in brodio
pulli vel galline, vt ſupra, vel de ptiſana dictum expreſſum per ſtamineam & comeſtum ipſum expreſſum
medie rarum & nõ ſpiſſum iuuat optime, vt immediate ſupra: Pultes ex farina amyli decoctæ & comeſtæ
non ſpiſſæ,&c. vt ſupra de ptiſana iuuat far,& ſpeltæ mũdæ,& excorticanti, deinde fractæ & decoctæ co-
meſtæ non ſpiſſæ, vt ſupra. Frumentum mundum & fractum, deinde coctũ in brodio pulli & comeſtum
non ſpiſſum, vt ſupra. Offæ ex nuce, panis latis & medie ſubtilibus Panis optime farinæ, frumenti debite
fermentati & cocti, factæ cum brodio debite pingui, pulli vel gallinæ, vel caponis, vel alterius carnium
infraſcriptarum ad libitum,& cum debita quantitate caſei triturati mollis,& nõ ſaliti,&c. Alaganæ ſub-
B tilis non ſalſæ exſiccatæ, deinde coctæ optime & comeſtæ mediæ raræ,& non ſpiſſæ in brodio pulli,&c. vt
ſupra ſimila frumenti optime cocta & comeſta non ſpiſſa etiam, vt ſupra, Gimilla ſpeltæ præparata, vt ſi-
mila frumenti,& etiam, vt ſupra actum, melior eſt ſimila frumenti, amygdalæ dulces optimæ, prius bene
piſtatæ, deinde coctæ debite in brodio pulli,& vt ſupra de ptiſana comeſta ſpiſſæ, vel raræ, vel mediæ ad li-
bitum, ſed ſpiſſæ magis iuuantes ſunt,& proprie cum ſacharo. Mica panis optime minuta ſeu triturata,
deinde cocta debite in brodio pulli, vt immediate ſupra & comeſta rara vel ſpiſſa ad libitum, vt ſupra. Vi-
telli ouorum cum eorum albumine conquaſſata optime in brodio pulli, vt ſupra vltimo cocti debiti
comeſti rari vel ſpiſſi medie non multum,&c. vitelli ouorum cum eorum albumine & optime recẽtium
mixti, cum aliquantulo farinæ hordei vltimo cocti in brodio pulli,&c. vt ſupra ſine eorum conquaſſa-
tione multa,& comeſti ſpiſſi vel rari ad libitum. Spinachiæ partes tres, boraginis partem vnam,& fœni-
C culi modicum, omnes ſimul debite cocti in brodio pulli,&c. vt ſupra, de ptiſana & comeſti rari vel ſpiſſi
ad libitum. Cicera rubea vel nigra, vel prius fracta, deinde abiectis omnibus corticibus ſuis, vltimo opti-
me cocta in brodio pulli, vt ſupra de ptiſana & comeſta medie rara,& non ſpiſſa iuuant,& ſunt optime
edulium in hoc caſu. Faba prius fracta, deinde omnibus corticibus abiectis. Vltimo multum cocta in
brodio pulli, vt ſupra de ptiſana & comeſta immediate,& comeſta rara aliquoties, ſed non ſæpe. Blitis
partes iij. boraginis partem j: debite cocta in brodio pulli,&c. vt ſupra de ſpinachiis. Portulaca cum ali-
quantulo boraginis, ſimul bullita & cocta in brodio pulli,&c. vt ſupra,& non abiecta aqua ebullitionis,
ſed tantum in illa cocta. Rapæ dulces prius bullitæ optime in aqua ſimplici fluuiali, deinde abiecta dicta
decoctione optime tere cum modico fœniculi in brodio pulli,&c. vt ſupra ante iuuat,& non comeſtæ
aſſatæ. Cucurbita prius bullita,&c. vt ſupra de rapis, deinde cum modico menthæ, ſed guſtus ipſius men-
D tham non horret ſimul debite cocti in brodio pulli,&c. vt ſupra, in quibus diſſoluatur tantum vitellus
oui ſemel aut ipſa cucurbita cocta ſine dicta mentha tempore magni caloris,&c. iuuat. Vitelli ouorum
ſine eorum albumine,& proprie recentis cum modico farinæ amyli conquaſſati, deinde debite cocta in
lacte caprino vel aſinino, vel vaccino, vel ouino, ſed melius in priori lacte, deinde ſubſequenter in aliis.
Lac caprinum aliquando comedat coctum in ferculis ſuis ſupraſcriptis,& proprie in vere multum, ta-
men lac comedat coctum vel crudum exiſtente in ipſo putrida febre aut dolore, vel grauamine capitis,
aut dolore inteſtinorum, vel etiam rugitu ipſorum, vel tenſione ventris, vel etiam fluxu eiuſdem,&c.
Et totum, quod hic dicitur de lacte caprino hoc intelligatur de qualibet ſpecie lactis, ſeu de lacte cuiuſ-
libet animalis, alterius ſpecierum,& proprie de lacte aſinino & vaccino. Oua recentia gallinarum ſorbi-
lia cum eorum albumine lacteo in principio menſe,& proprie in principio prandii iuuant, ſi non times
E ventris ſolutionem præternaturalem. In omnibus ſupraſcriptis ferculis pinguibus & macris vtatur ſæpe
lactis amygdalarum dulcium partibus tribus, ſeminum maiorum frigidorum parte vna, omnibus ſimul
mixtis cum dictis ferculis. Quæ ſemina maiora frigida communia omnia ſunt cucurbitæ, cucumeres
melones, citrulli, ſemina. Et hoc intelligitur caſu, quo ipſum lac amygdalarum non horret; neq; lac di-
ctorum ſeminum cõmunium. Fercula ſua ſint omnia debite,& medie ſpiſſa,& nõ acute ſalſa. In omnib.
ſupraſcriptis ferculis pinguibus vel macris vtatur ſæpe ad libitum ſacharo tabarzet, ſeu optimo ſacharo
albiſſimo trium coctarum, quod idem eſt. Carnes domeſticæ. Pulli & pullæ iuuenes aut vnius anni ad
plus & mediæ pinguedinis debite coctæ & elixi boni ſunt & iuuantiores ipſis aſſatis. Perdices,&
proprie perdiconi cocti elixi,& vt ſupra de pullis iuuant. Francolini cocti,&c. vt ſupra, de per-
dicibus. Phaſiani,& proprie phaſianati,&c. vt ſupra, turdi, vt ſupra aliquoties. Alaudæ paruæ
F ceſarum ſeu arborum, vt ſupra excluſis paſſeribus, quæ non congruunt. Sed tamen omnibus ſpecie-
bus dictis carnium auium aſſatarum poteſt vti aliquando, ſed raro. Nam elixæ præſtantiores ſunt, hæ-
di ſeu capreti, quod idem eſt, lactantes debitæ pinguedinis. Carnes elixæ debite coctæ iuuant,& eiſ-
dem aſſatis carnibus iuuantiores ſunt, vt ſupra de pullis. Vituli lactantis carnes,&c. hoc ſupra de car-
nibus hædi iuuant. Caſtrati vnius anni ad minus carnes,&c. hoc ſupra. ¶ Carnes ſylueſtres, gazelli
ſeu capreoli carnibus,&c. vt ſupra de carnibus caſtrati vel vituli aliquando vti poteſt ipſis elixis,
deinde aſſatis ſeu frixis, vt ſupra. Leporulis iuuenibus aliquando vti poteſt,& vt ſupra hic de car-
nibus gazelli,& non ſæpe. Carnes apruli, videlicet iuuenes apri aliquando vti poteſt,& non ſæpe
&c. vt ſupra de carnibus leporum. Sed tamen omnibus ſpeciebus dictis carnium quadrupedum aſſata-
rum vti poteſt aliquando, ſed raro. Nam elixæ præſtantiores ſunt. Pulmones elixi ſupradictarum auium
G conuenientes ſunt. Epata ſupraſcriptarum auium cocta mollia elixa vel aſſata ad libitum. Gelatiuum
cum vino,& cum aliquibus modicis aromatibus,& cum modico croci cõpoſitum,& cum modico mo-
dici aceti,& non multum acuti fractum cum aliquib. membris neruoſis vel aliquib. pullis vel perdicibus
carnibus, hædi vel capreti, vel vituli, vel alterius carnium ſupraſcriptarum ad libitũ,& ſic ipſum gelati-

uum multa dulcedine participans cum ſacharo albiſſimo ad libitum. Pulmo vulpis elixus debite coctus, A
vt ſupra de pulmonibus auium ſupraſcriptarum, aut etiam pulmo vulpis aſſatus ſecundum canones, de-
inde puluerizatus & vltimo medicinaliter ſumtus, ſecundum can. conueniens. ¶ Caſeus proprie vac-
cinus mollis non ſalſus, aut valde parum ſalſus iuuat, & quanto mollior tanto commodior. ¶ Oua recen-
tia gallinarum ſorbilia mollia, &c. vt ſupra in capite ferculorum verſus finem. ¶ Diebus abſtinen-
tiæ a carnibus duo oua ſorbilia recentia, vt immediate ſupra *in capite ouorum* in principio pran-
dii, & in principio cœnæ appoſita ad libitum iuuant. Omnia ſupraſcripta fercula macra condita cum
butyro vel oleo amygdalarum dulcium, & non cum oleo oliuarum præſtantia etiam ſunt. ¶ Piſces par-
ui petroſi elixi, & non aſſati, nec frixi aſſumi poſſunt. Strimuli vt hic immediate de piſcibus paruis pe-
troſis. Timali, lucii parui, vt ſupra, tenchæ paruæ aquæ puræ fluminalis, vt ſupra, ſed raro, barbi par-
ui abiectis ouis eorum, vt ſupra, menolæ, anguillæ, paſſeres paruæ, vt habetur ſupra, barboni, albori B
parui, rombi parui, vt ſupra, anguiculæ paruæ, vt hic ſupra, &c. Si vero dictorum piſcium frixorum a-
liquoties appetit ipſos, tunc tantum frixos in oleo amygdalarum dulcium aut butyro comedat. Licet
tamen ipſi elixi iuuantiores ſint, vt ſupra. ¶ Vina vinoſa, vina terrea agreſtia & nigra euitet, ſed
ſupra amabilia conferunt, vt ſupra, res ſalſas euitet. Res calidas ſaltem primum gradum tranſcen-
dens, acumina omnia euitet, videlicet allea, cepas, bulburos, ſeu ſcalones, porros raphanos & ſi-
milia. Sementina vero & fœniculo aliquando vti poteſt, & non multum, aromata calida euitet ſal-
tem dictum primum gradum excedentia. Res acetoſas euitet, vt acetum & ſimilia. Res agreſtas,
videlicet aran. agreſtam, limones & proprie ſalſos. Vinum granatorum ſine ſacharo & ſimilia e-
Curatio uitet. De vino granatorum cum brodio & ſacharo multo optimo, aliquando vti poteſt, ventos e-
per medi- uitet, tam calidos, quam frigidos, & proprie calidos aere æſtuoſos, radios ſolis, radios lunæ, exercitium C
cinalia. multum calefactiuum proprius ſuper cibo. ¶ Digeſtiuum catarrhi, ſiue materiæ fluentis ad pectus. ℞.
Potio dige- *aquæ mellis factæ, ſecundum can. infraſcriptum in fine ℥ iij. aquæ decoc. hordei excorticati ℥ iiij. ſachari albiſ-*
ſtiua. *ſimi ℥ ß. miſce.* Iſtam aquam aſſumat calidam duobus diebus in ſingula hebdomada, veſperi cum va-
dit dormitum immediate, & ſi cœnauerit, vel non cœnauerit. ¶ Anhelitum facilitans pectus, faci-
litans ſeu mundificans, ventrem leniens. ℞. *ficus ſiccas albas & pingues numero iiij. paſſularum par-*
uarum nigrarum ℥ ß. brodii pulli mediæ pinguedinis ℥ vj. ſachari albiſſimi cum dicto brodio mixti ℥ ß. fi-
cus per vnum quartum horæ ante prandium comedat, deinde immediate dictas paſſulas, vltimo im-
mediate dictum brodium bibat. Hac vero comeſtione & potione, ſimul taliter vtatur ſaltem ſemel
Aqua mel in ſingula hebdomada ¶ Aqua mellis, de qua ſupra fit mentio, ſic fit. ℞. *mellis partem j. aquæ fluuialis*
lis. *mundæ & claræ partes viij. miſce, deinde bulliant ad lentum ignem vſque ad conſumtionem tertiæ partis aquæ,* D
continue deſpumando vltimo per petiam lineam ſubtilem & albam coletur & ipſa vtetur, vt ſupra.

CONS. L I. *Contra tuſſim & proprie a materia aliqualiter acuta.*

Syrupus. PEctus mundificans, tuſſim mitigans ac venam ſiſtens. ℞. *ſyruporum de myrto ℥ ß. de portulaca ℥ j.*
iulepi violæ ℥ j. aquæ portulacæ ℥ ij. miſce. Iſtum ſyrupum aſſumat in aurora frigidum præterquam
tempore recenti, quo tempore recenti ipſum aſſumat debite calidum, & poſt illius aſſumtionem
ſtet ieiunus horis ſaltem tribus, & interim dormiat ad libitum, ſed tamen non amplius duab. horis,
tunc dormiat. Hoc vero digeſtiuo taliter vtatur ſex diebus continuis ſemel in ſingula parte veris, & in æ-
Potio dige- ſtate tãtundem, & ſemel in prima parte authumni. ¶ Digeſtiuum vſuale, &c. vt immediate ſupra. ℞. *aquæ* E
ſtiua. *portulacæ ℥ j. aquæ plantaginis ℥ j. aquæ violarum ℥ j. diadraganti frigidi ʒ j. miſce.* Iſtud digeſtiuum aſſu-
mat in aurora diebus ſaltem quatuor continuis in ſingulo menſe quocunque tempore anni, &c. vt ſu-
pra de alio digeſtiuo immediate ſupraſcripto. ¶ Tuſſim mitigans pectus mundificans & materiæ acui-
Confectio. tatem remittens. ℞. *diadraganti frigidi ℥ iij. Iſtius confectionis ad quantitatem auellanæ teneat in ore inter*
genam & maxillam, & latere ſuperiori oppoſito lateri, ſuper quo iacet tota nocte duabus ſaltem noctibus in
ſingula hebdomada quocunque tempore anni, præterquam dum ſanguinem expuit aut ſputum ſanguinis eius
comprehenditur de proximo futurum. Tempore vero, quo ſanguinem exſpuit aut ſputum ſanguinis com
prehenditur de proximo futurum, iſtius confectionis ad quantitatem auellanæ teneat in ore inter ge-
nam & maxillam tota nocte ex latere ſuperiori oppoſito lateri, ſuper quo iacet alternis ſaltem noctibus.
Morſelli ¶ Sputũ ſanguinis ſiſtens tuſſim mitigans, &c. vt immediate ſupra. ℞. *diadraganti frigidi ℥ j. boli armeni* F
Sputũ ſan- *debite puluerizati, ſecundum can. ʒ ij miſce, & cum ſyrupo de myrto q. ſ.* ad hæc ambo optime incorporan-
guinis ſi- dum in mortario cum piſtello, & ſine igne fiat confectio mediocriter ſolida in morſellis trium ʒ. pro
ſtentes quoque morſello, ſeu reformetur confectio rotunda ex vtraque parte mediocriter depreſſa. ¶ Sputum
Et tuſſim ſanguinis ſiſtẽs, tuſſim mitigans, &c. vt immediate ſupra efficacius ipſo priori ſupra immediate. ℞. *dia-*
mitigantes *papaueris ℥ ij. boli ar. debite puluerizati, vt ſupra ʒ j ß. miſce, & cum ſyrupo de myrto q. ſ. reformetur confe-*
Alii. *ctio ſolida mediocriter, &c. vt in confectione immediate ſupraſcripta.* Si vero medicamen congruit effi-
cacius priori immediate, tunc iſtius confectionis ad quantitatem auellanæ teneat in ore inter genam &
maxillam tota nocte, &c. vt immediate de alia confectione ſupraſcripta. ¶ Catarrhi & proprie ipſius a-
liqualiter acuti a cerebro diuerſiuum & euacuatiuum. ℞. *aquæ violarum ℥ ij. ſucci mollis blitis ℥ j. ſachari* G
candi puluerizati ʒ j. miſce. Iſtius medicaminis actu frigidi tempore calido, ſed temporibus frigido &
mediis actu tantum tepidi, & non calidi, nec frigidi attrahat per nares ſucceſſiue duo vel ad libitum tria
cochlearia, ſtomacho ieiuno in mane per vnam horam ante prandium ſaltem ſemel, in ſingula medie-
tate cuiuslibet menſis quocunque tempore anni, præterquam tempore magni caumatis.

CONS

A

Cons. LII. *Contra tuſſim ſiccam.*

TVſſim mitigans, ſputum adiuuans & catarrhũ ſiſtens. ℞. *diadraganti deſcrip. Nico.* ʒ *ij. boli armeni* ʒ *j. diadragantũ piſtetur, bolus arme. puluerizetur, deinde ex omnibus, ſimul mixtis cum ſyrupo de myrto fiat confectio mediocriter ſolida in mortario & ſine igne.* Iſtius teneat in ore ad quantitatem auellanæ, &c. tota nocte ſaltem duabus noctibus in ſingula hebdomada. ¶ Caputpurgium catarrhum diuertens ipſum per nares euacuans. ℞. *aquæ maioranæ* ʒ *ij. hordei excorticati* ℥ *j. ſucci foliorum blitis* ℥ *j. ſachari candi pulueriżati* ʒ *ij. Iſtius liquoris tepidi attrahat per nares cochlearia ij ſucceſſiue ſtomacho ieiuno per horam ante prandium ſemel in hebdomada, poſt cuius attractionem non tranſeat ad aerem frigidum nec vẽtum ſaltem vſque poſt prandium.* ¶ Caputpurgium aliud ſuperiori immediate efficacius. ℞. *caputpurgium immediate ſupraſcriptum, mellis electi* ʒ *ij. Si vult medicamen efficacius iſto, vtatur vt ſupra.* *Morſell.* *Caputpurgium.* *Aliud.*

B ¶ Caputpurgium, &c. vt immediate ſupra efficacius. ℞. *caputpurgium immediate ſupraſcriptum, mannæ electæ* ʒ *j. miſce.* Si vult medicamen efficacius vtatur illo, vt ſuperiori. *Aliud fortius.*

Cons. LIII. *Pro quodam religioſo.*

FAcilitatiuum ſputi tuſſis & anhelitus. ℞. *ſachari violati* ℥ *j. ſeminum quatuor communium maiorum frigidorum, videlicet, cucurbitæ, cucumeris, melonis & citrulli ana* ʒ *j. ſeminum maluæ* ʒ *j ß. paſſularum nigrarum paruarum tranſmaritimarum, ſeminum coti medullarum ana* ʒ *ij. capitis lactis* ʒ *ij. Sed ſi non reperitur caput ipſum lactis, tunc ſumatur butyri tantundem, ſebeſten pulparum* ℈ *viij. capillorum veneris* ʒ *ij. ſeminum lini* ʒ *j ß. phiſticorum, pinearum granorum ana* ʒ *ij. orobi, farinæ praſſii ana* ʒ *j ß. diadraganti frigidi* ʒ *ß. croci gra. j. ſyrupi de liquiritia q. ſ. ad omnia ſimul debite incorporandum pro electuario. Piſtanda piſtentur & pul. pul. omnia ſeorſum & difformiter, vt decet ſecundum canonem, deinde ex o-* *Electuarium.*

C *mnibus ſimul mixtis totum redigatur in forma electuarii.*

Cons. LIV. *Contra ſputum ſanguinis a partibus pectoris, tuſſim & vocis raucedinem.*

PHlebotomia diuerſiua, primo incipit apparere ſputum ſanguinis vel ſigna ſputi ipſius, tunc phlebotomia fiat vtriuſque ſaphenæ pedis, ex quarum qualibet duarum ſaphenarum duæ ℥. ſanguinis extrahantur. Hæc phlebotomia fiat per horas ad minus ſex, & non amplius 7. horis poſt prandii ſeu comeſtionis finem immediate præcedente, & prius habito ventris beneficio ante ipſam phlebotomiam, & luna non exiſtente in aquario, nec in alio malo aſpectu aſtrali, nec aliqua naturali euacuatione præcedẽte virtutem deiiciente, vt ſunt notabiles fluxus ventris, fluxus hæmorrhoidalis, mẽſtrua, copioſus ſudor, fluxus ſanguinis nariũ & ſimilia. Et poſt ipſam phlebotomiam ſtet ieiunus non minus hora vna cum dimidia, nec amplius horis tribus hæc phlebotomia, &c. vt immediate ſupra. ¶ Phlebotomia ſe- *Vena ſectio. 1.* *2.*

D cunda fiat baſilicæ brachiæ dextri, ex qua extrahantur iiij ℥. ſanguinis, hæc phlebotomia baſilicæ fiat ſtomacho ieiuno in mane ꝑ duas horas ante prandium ſeu cibum, die quinta ſequente ſupraſcriptam phlebotomiam ſaphenarum immediate ſupraſcripta. ¶ Sanguinem ſiſtens. ℞. *trochiſcorum de terra ſigillata, de karabe ana* ʒ *ß. aquarum plantaginis, portulacæ ana* ℥ *j ß. penidiarum* ℈ *j. miſce.* Iſtud medicamen aſſumat in aurora frigidum toto tempore anni, præterquã tempore hyemali, quo tempore ipſum aſſumat debite calidum, & continuo poſt ipſius aſſumtionem ſtet ieiunus horis quatuor, & iterũ dormiat ad libitum, ſed tamen non amplius duab. horis. Hoc vero medicamine taliter vtatur ſaltem quatuor diebus continuis, dum actualiter exſpuit ſanguinem multum vel paucum, vel etiã, dum exſpuitio ipſius ſanguinis de proximo futura eſt. Sanguinem ſiſtens, vt ſupra. Maſticet & exſuccet ſuccum foliorum & turſorum portulacæ crudæ Iſtam portulacam crudam taliter maſticet pluries ad libitum in die, & ꝓprie ſto- *Mixtio ſanguinem ſiſtens.*

E macho ieiuno, dum exſpuit ſanguinem aut ipſius ſanguinis exſpuitio de proximo futura. Et ipſam portulacam taliter maſticet pluries in temporibus aliis, in quibus non apparet ſanguis. Solutiuum facile. ℞. *caſſiæ f. electæ* ℥ *j. rheubarbari electi* ʒ *j ß. aquarum portulacæ, violarum ana q. ſ. pro potione miſce, & fiat potio.* Iſtam potionem aſſumat in aurora frigidam tempore calido & temporibus mediis, ſed debite calidã ꝑe recenti & frigido. Et poſt ipſius aſſumtionem ſtet in lecto per vnam horam tantũ, & iterum dormiat, aut ſi poteſt ad amplius per vnã horam, deinde in termino dicto vnius horæ, ſiue dormierit, ſiue non dormierit, tunc ſurgat, & poſt ipſius potionis aſſumtionem ſtet ieiunus horis quinque; deinde prandeat, & non aſſumat lauatiuum aliquod, ſed in dicto termino quinq; horarum tantum prandeat, & pro ferculo in ipſo prandio dictam portulacam comedat. Item carnes laudabiles, vt pulli hædi, vel vituli, vel caprioli ſylueſtres, aut ſimiles carnes laudabiles. ¶ Sanguinem ſiſtens, & proprie vt ſupra. ℞ *ſyruporum de myr-* *Potio ſolutiua.*

F *to* ℥ *j. de iniubis* ℥ *ß. aquarum plantaginis, portulacæ ana* ℥ *j ß. miſce.* Iſtum ſyrupum aſſumat in aurora frigidũ quocunque tempore anni, præterquam frigido, quo tempore ipſum aſſumat debite calidum. Et poſt ipſius aſſumtionem ſtet ieiunus horis quatuor, & iterum dormiat ad libitum, ſed non amplius duabus horis, &c. vt ſupra in aſſumtione alterius medicaminis compoſiti ex trochiſ. de terra ſigillata & karabe, vt ibi. ¶ Sanguinis conſtrictiuum venæ conſolidatiuum & pulmonis & pectoris confortatiuum. ℞. *ſeminum althææ* ʒ *j boli ar.* ʒ *j ß. corallorum ru.* ℈ *j. coriandrorum* ʒ *ß. plantaginis q. ſ. ad incorporandum pul. pul. deinde omnia ſimul miſce, & formentur pilulæ vij. pro* ʒ. *Iſtarum pilularum aſſumat a tribus vſq; ad v. ad libitum in aurora aut in mane cum ſurgit:* ſed tamen melius in aurora ſaltem duobus diebus in ſingula hebdomada vſque quo non amplius ſanguinem exſpuit, cum vero non amplius ſanguinem exſpuit, has etiam pilulas dimittat. *Pilulæ.*

G Conſtrictiuum ſanguinis ℞. *trochiſcorum de karabe* ʒ *j. de terra ſigilla.* ℈ *ij. boli armeni* ʒ *j ß. lapidis hæmatitis prius loti in aqua plantaginis* ℈ *j ſpodii* ʒ *ß. coriandrorum præparatorum gran. j. ſucci plantaginis. q. ſ. ad incorporandum pulueriżentur pulue. deinde omnia ſimul miſce, & formentur pilulæ vij pro* ʒ. Si vero vult medicamen efficacius medicamine proxime ſupraſcripto aut medicamen permutare, ex *Alia conſtringentes ſanguinem*

his communibus iſtas pilulas aſſumat, & ipſis vtatur cum modis & ordinibus deſcriptis in aſſumtione A
& in vſu earundem pilularum proxime ſupraſcriptarum.

CONS. LV. *Contra ſputum ſanguinis ex fractura venæ.*

Venæ ſectio. PRimo phlebotomia fiat vtriuſque ſaphenæ, ex quarum quælibet extrahantur ℥ iij. ſanguinis:
phlebotomia fiat duarum ſaphenarum tranſactis vij. horis poſt prandium, & prius habito bene-
ficio ventris, ſecundo fiat phlebotomia baſilicæ brachii dextri, ex qua extrahantur vij. ℥ ſanguinis, hæc
phlebotomia fiat hora tertia ſtomacho ieiuno quarto die poſt ſupraſcriptam phlebtomiam ſaphenæ, &
Potio ſolutiua. prius habito ventris beneficio. ¶ Solutiuū facile. ℞. *caſſiæ fi. electæ* ℥ j. *puluerum tamarindorum* ℥ ß. *aqua-
rum vio. plantaginis ana* ℥ j ß. *miſce & fiat potio.* Iſtud ſolutiuum aſſumat in aurora, vel in mane cum ſurgit
ad libitum. Et poſt ipſius aſſumtionem ſtet ieiunus horis quatuor ad minus, & interim non dormiat, & B
ſi dormit non amplius media hora. Et in dicto termino 5. horarum prandeat, nec aſſumat lauatiuum
Alia. aliquod & in prandio comedat portulacam. Item carnes laudabiles, vt pulli. Solutiuum facilimū. ℞. *caſ-
ſiæ fi. electæ* ℥ j ß. *aquarum vio. plantaginis miſce, & fiat potio.* Iſtud ſolutiuum aſſumat cum modis dictis
in alio ſolutiuo ſupraſcripto. ¶ Conſtrictiuum ſanguinis venæ conſolidatiuum & pectoris ac pulmo-
Pilulæ. nis confortatiuum. ℞. *ſeminis althææ boli armeni coral. rub. coriandorum præparatorum, ſucci plantaginis
q. ſ. ad incorporandum. Puluerizanda pul. formentur pilulæ vij. pro* ʒ. Iſtarum pilularum aſſumat a tribus
vſque ad libitum in aurora, vel in mane, cum ſurgit: ſed tamen melius in aurora ſaltem duobus diebus
in ſingula hebdomada vſque quo non amplius ſpuit ſanguinem. Cum autem amplius non ſpuit, tunc
Aliæ. iſtis pilulis amplius non vtatur. ¶ Conſtrictiuum ſanguinis, vt immediate ſupra. ℞. *trochiſcorum de ka-
rabe, de terra ſigillata, boli armeni, lapidis hæmatitis prius ter loti in aqua plantaginis, ſpodii, coriandro-
rum præparatorum, ſucci plantaginis q. ſ. ad incorporandum pulueriza nda pul. deinde omnia ſimul miſce,* C
& formentur pilulæ vij. pro ʒ. Si vero vult medicamen efficacius ſupraſcripto proximo, aut medicamen
permutare voluerit, tunc has pilulas aſſumat, & ipſis vtatur cum modis, &c. deſcriptis in vſu pilularum
Morſelli confortantes cerebrū. proxime ſupraſcriptarum. ¶ Cerebri confortatiuum. ℞. *diamoſchi dulcis* ʒ j. *triaſandalorum ſine campho-
ra* ʒ ß. *miſce, & cum aqua plantaginis q. ſ. ad incorporandum fiat confectio ſolida in morſellis iij.* ʒ. *pro morſello.*
Pilulæ. ¶ Solutiuum, &c. ℞. *pilularum indarum de rheubarbaro ana* ℈ j. *agarici. ſalis gemmæ zinzibe. ana gra.* j. *mi-
ſce, & cum diaſenæ q. ſ. ad incorporandum formentur pilulæ vij. pro* ʒ. Iſtarum pilularum aſſumat a tribus
vſque ad quatuor cum modis ordinibus deſcriptis in aſſumtione pilularum immediate ſupraſcri-
ptarum.

CONS. LVI. *Contra emphyſema.*

Pilulæ. MInoratiuum. ℞. *pilularum de hiera ſimplici* ℈ ij. *agarici* ℈ j. *ſalis gemmæ gra. j. miſce, & cum ſyrupo* D
Potio digeſtiua. *de liquiritia formentur pilulæ vij. pro* ʒ. ¶ Digeſtiuum. ℞. *ſyrupi de hyſopo* ℥ ß. *de liquiritia* ℥ j. *a-
quarum ameos* ℥ j. *hordei excorticati* ℥ ij. *miſce.* ¶ Eradicatiuum. ℞. *caſſiæ fi.* ʒ. j. *agarici albi* ℈ ij. *idem*
Alia eradicatiua. ʒ *ſalis gemmæ gran. j. aquarum capilli vene.* ℥ j. *hordei excorticati* ℥ ij. *agaricus ipſe minutim inci-
ſus infundatur in dictis aquis per horas 12. ad minus: deinde optime exprimatur & coletur, & dictæ colaturæ
Digeſtiua. reliqua omnia addantur, & fiat potio, ſubſtantia agarici prius abiecta.* ¶ Digeſtiuum aliud. ℞. *ſyruporum de
hyſopo* ℥ ß. *de liquiritia* ℥ j. *de abſynthio* ℥ ß. *aquarum cap. ve. mellis ana* ℥ j ß. ¶ Solutiuum. ℞. *ſupraſcri-
Alia. ptam potionem ex caſſia & agarico, &c.* ¶ Digeſtiuum vſuale. ℞. *aquarum quatuor infraſcriptarum, vide-
licet capil. veneris* ℥ j ß. *mellis hyſopi ana* ℥ j. *hordei excorticati* ℥ j ß. *ſachari albiſſimi* ʒ j. *miſce.* ¶ Solutiuum
Elect. digeſtiuum & pectoris mūdificat. vſuale. ℞. *ſolutiuum ſupraſcriptum de hiera ſimplici & agarico, &c.* ¶ Electuarium digeſtiuū pectoris mū-
dificatiuum. ℞ *electuarii regum* ℥ ij *ſeminum communiū frigidorum maiorum* ℥ j. *pulueris ireos, hyſopi ſic-* E
ci ana ℈ j ß. *diadraganti* ʒ j. *mellis paruarum paſſularum q. ſ. pro electuario miſce.* ¶ Confectio ad idem, quod
ſupra. ℞. *diadraganti frigidi* ℥ ß. *diapenidionis* ℥ j. *diahyſopi* ℥ vj. *miſce, & cum aqua capilli veneris fiat
confectio.* ¶ Confectio ad idem, quod ſupra. ℞. *loch ſani & experti, diapraſſii, diadraganti ana* ℥ j.
miſce, & cum aqua capilli veneris fiat confectio. ¶ Confectio iuuans ſcreare, & ſcreans malas humidita-
tes, & proprie viſcoſas, & prohibens venæ, pectoris, pulmonis, & tracheæ arteriæ aperturam. ℞. *diadra-
ganti* ʒ. j. *boli armeni* ʒ j ß. *miſce, & cum ſyrupo de myrto fiat confectio ſolida in morſellis trium* ʒ. *cum pi-
Pilulæ. ſtillo & fine.* ¶ Pilulæ ad idem, quod ſupra. ℞. *draganti, gummi arabici, ana* ʒ ß. *coral. ru. boli armeni a-
na* ʒ ß. *trochiſcorum de terra ſigil. ſacha. al. ana* ℈ j. *iulepi viola. q. ſ. dragantum, gummi arabici infundan-
tur in dicto iulepo, donec ſufficienter molleſcant, deinde omnia ſimul miſce, & fiant pilulæ leuiter preſſæ.* ¶ Con-
fectio reſtaurans ad id, quod ſupra. ℞. *diamydi ſeu diamarzapanis* ℥ vj. *coral. rub. boli armeni ana* ʒ ij *mi-
ſce, & cum piſtillo in mortario, &c. fiat confectio cum ſyru. cydoniorum.* Syrupus ad id, quod ſupra. ℞. *iule-* F
pi violati, aquarum plantaginis, vngulæ caballinæ ana ℥ j ß. *miſce,* ſi apparet veſtigiū ſanguinis, & timor ſit
de apertura iterata venæ in pectore, vel in pulmone, vel in trachea aut eſſet aperta, tunc phlebotomia
primo fiat de ſaphena pedis dextri, ex qua trahantur ℥ ij. ſanguinis aut fiat phlebotomia vtriuſque ſa-
phenæ, quæ ſunt infra talum pedum immediate, ſeu infra cauiculas. Ex quarum qualibet trahatur ℥ j.
ſanguinis, deinde tertia die, fiat phlebotomia brachii dextri baſilicę hora tertia ſtomacho ieiuno, ex qua
Diæta. extrahantur ℥ iiij. ſanguinis. Cibi ſunt glutinatiui, lenitiui, videlicet, far, ſpeltæ ſine ſale, cicera nigra ſine
corticibus, alaganæ ſubtiles ſine corticibus, ſpinachiæ, panis coctus, caſeus recens non ſalitus, lac deco-
ctum, lac vaccinum, de quo extractum eſt butyrum, & hoc non exiſtente febre humorum, nec capitis
grauedine, ſeu dolore notabili. Euitet omnes res ſanguinem mouentes, ſicut ſunt calefacientes aperi- G
tiue. Potus vini plurimi, & proprie vinoſi, ſaltus, clamores, rixas, anhelitus altos, locutionem plurimam,
multitudinem balneationis, coitum, itinera, res rubeas, medicinas calefacientes & aperituras, ſicut a-
loes apium, ſiſymbrium, caſeum antiquum, &c.

CONS. LVII.

A

Cons. LVII. *Contra phthiſin.*

SOlutiuum materierum communium ab inteſtinis & lenitiuum eorum. ℞. *olei communis ſeu oliuarum optimi ℥ xvj. vitellorum ouorum nume. ij. ſalis communis ʒ iij. miſce.* ¶ Solutiuum facilimum. ℞ *mannæ ℥ ij brodii pulli macri q.ſ. ad eius diſſolutionem.* ¶ Digeſtiuum. ℞. *iulepi viola. ℥ j ß. aquæ decoctionis excorticatæ, liquiritiæ ℥ ij. hoc aſſumat in aurora diebus ſex continuis poſt ſolutiuum immediate.* Solutiuum facilimum. ℞. *ſolutiuum ex manna ſupraſcriptum, hoc aſſumat modis dictis poſt completam ſumtionem digeſtiui ſupraſcripti die tertia.* ¶ Confectio lenitiua pectoris, pulmonis, & cannæ & digeſtiua. ℞. *diadraganti deſcrip. Nicolai ℥ j.* Iſtius aſſumat quantitatem auellanæ in ore, in nocte, &c. Qua vtatur diebus intermiſſis, & ea vti incipiat die tertia poſt aſſumtionem ſolutiui immediate ſupraſcripti.

Clyſter. Potio lenitiua. Digeſtiua. Conf. lenitiua.

¶ Diuerſiua a capite & pectore. Fricationes fiant brachiis a cubito infra, & cruribus à genu infra, in ma-

B ne cum ſurgit, prius tamen habito ventris beneficio. ¶ Lotio brachiorum ſeu crurium diuerſiua. ℞. *florum chamomillæ, meliloti ana M j. viola. M ij. roſarum M j. contundantur omnia craſſo mo. deinde bulliant ſimul in ſufficienti quantitate aquæ vſque ad conſumtionem quartæ partis aquæ. Iſta lotione leuiter calida per vnum vigeſimum horæ ſuaui fricatione brachia & crura a cubito & genu infra, & hoc ante cœnam per horam vnam duobus diebus in ſingula hebdomada, & poſt lotionem teneat brachia & crura debite calida.* Qua vti incipiat die ſexto poſt aſſumtionem ſolutiui immediate ſupraſcripti, ſed fricationibus immediate ſupraſcriptis vtatur, vt ante ſcribitur per vnum octauam horæ diebus intermiſſis, quibus vti incipiat die ſecunda poſt aſſumtionem ſolutiui ſupraſcripti. ¶ Confectio alia pulmonis lenitiua, vt ſupra. ℞. *diamydi vel marzapani, quod idem eſt ℥ vj. ſeminum communium maiorum frigidorum ℥ ß. miſce, & fiat confectio ſine igne mediocriter ſolida in morſellis ij ʒ. pro quolibet.* Iſtius confectionis aſſumat vnum morſellum

Diuerſiua. Lotio diuerſiua extremorum. Confectio pulmonis lenitiua.

C in mane diebus intermiſſis. Deinde poſt ipſius aſſumtionem ſtet ieiunus horis tribus ad minus. Qua vti incipiat quarta die poſt aſſumtionem ſolutiui immediate ſupraſcripti. ¶ Solutiuum aliud facilimum vſuale. ℞. *caſſiæ ſi. ℥ j. ſebeſten. ℥ ß aquarum decoctionis hordei, liquiritiæ & violæ. ana q.ſ. propotione.* Quam aſſumat modo quo ſupra tranſacto menſe vno poſt aſſumtionem ſolutiui immediate ſupraſcripti. ¶ Digeſtiuum efficacius primo. ℞ *ſyrupi de liquiritia ℥ j. iulepi viola. ℥ ß. aquarum hordei excorticati, vngulæ caballinæ ana ℥ j ß.* Iſtud digeſtiuum aſſumat calidum in aurora, &c. Quo vti incipiat die ſequenti diem aſſumtionis ſolutiui immediate ſupraſcripti. ¶ Solutiuum facile, ſed tamen efficacius priori. ℞. *pilularum de hiera ſimplici ℈ ij. agarici ℈ j. ſalis gemmæ gran. j. violarum pulueriʒatarum ℈ j. miſce, & cum iulepo violato fiant pilulæ v. pro ʒ.* Iſtud ſolutiuum ſumat in aurora, &c. die quarta poſt aſſumtionem completam digeſtiui immediate ſupraſcripti ſexies. ¶ Enema ſolutiuum materierum communium ab inte-

Potio lenitiua. Alia fortior. Pilulæ. Enema.

D ſtinis & diuerſiuum efficacius priori. ℞. *foliorum blitis, maluarum ana M j. florum chamomillæ, & meliloti, radicis althææ, & petroſelini ana M ß. ſeminum lini, fœnugræci ana ℥ j aniſi, feniculi, carthami ana ℥ ij. vitellum oui nume j. caſſiæ ſi ℥ j. benedictæ ſimplicis, ſachari ru. ana ℥ ß hieræ picræ ℥ ß. ſalis communis ʒ ij. herbæ, flores, radices & ſemina bulliant ſimul in ſufficienti quantitate aquæ vſque ad conſumtionem quartæ partis aquæ, deinde optime exprimantur & colentur, vltimo tribus cyathis dictæ colaturæ omnia reliqua addantur, & fiat clyſtere.* Iſtud ſuauiter calidum aſſumat ſtomacho ieiuno diebus immediate præcedentibus dies aſſumtionis duarum medicinarum ſolutiuarum ſupraſcriptarum proximarum, & ipſum etiam taliter aſſumat diebus ſequentibus aſſumtionē eorundem ſolutiuorum dictorum. ¶ Electuarium pectoris confortatiuum. ℞. *electuarii regum ℥ iij. ſeminum trium frigidorum maiorum ℥ j.* Iſtius electuarii aſſumat ℥ ß. in mane cum ſurgit, deinde poſt ipſius aſſumtionem ſtet ieiunus ad minus horis tribus.

El. pectoris confortatiuum.

E Quo vti incipiat poſt aſſumtionem ſolutiui potabilis immediate ſupraſcripti, & taliter vtatur diebus intermiſſis in ſpatio duorum menſium. ¶ Confectio pectoris lenitiua vt ſupra, & acuitatis catarrhi remiſſiua. ℞. *diadraganti ℥ j. papaueris ℥ ß. miſce, & cum ſyrupo de liquiritia fiat confectio mediocriter ſolida in mortario cum piſtillo ſine igne ſi vis.* Si catarrhus ſubtilis rheumatizet ad pectus, tunc eo caſu teneat fruſtum iſtius confectionis in ore inter genam & maxillam ad quantitatem auellanæ noctibus alternis, cum aliis modis ſupraſcriptis & hoc factis purgationibus ſupraſcriptis. ¶ Caputpurgium. ℞. *aquarum maioranæ & violarum, ſucci foliorum blitis ana ℥ j. ſachari candi. pulueriʒati ana ʒ j.* De iſto ſuauiter calido attrahat per nares, ſtomacho ieiuno per horam vnam ante cibum, & proprie prandium duobus diebus in ſingula hebdomada, ſemel tantum in die, aut ſemel tantum in hebdomada, quo vti incipiat per dies viij. poſt aſſumtionem ſolutiui immediate ſupraſcripti. ¶ Euaporatiuum cerebri & pecto-

Confectio. Caputpurgium. Suffumigiũ.

F ris confortatiuum. ℞. *maſticis, thuris ana q.ſ. ad incorporandum.* Cum hoc ſuffumiget cameram, in qua dormiat, ſingula hebdomada duabus noctibus, quo vti incipiat poſt factum caputpurgium diebus duobus. ¶ Veſicatorium diuerſiuum efficacius priori. ℞. *cantharidum ʒ ß. fermenti tritici q.ſ. miſce, & cum modico aceti acuti fiant pilulæ duæ quantitate auellanæ.* Iſtud veſicatorium apponat poſt aures & ipſum cooperiat cum folio caulium ne aures tangat, & in mane reperiet in loco veſicatorii veſicam vel veſicas eleuatas plenas aqua: quas incidat ſolum a parte inferiori: ita vt aqua ex ipſis effluat, ſed non moueantur pelles ipſarum veſicarum, & ſuper loca veſicarum ponatur axungia porcina ſine ſale, deinde folium caulis ſuper axungia, quæ axungia ſemel iteretur in die, quod veſicatorium apponat poſt vſum communium medicinarum ſupraſcriptarum. ¶ Digeſtiuum vſuale & facile. ℞. *hordei excorticati ℥ ß. violarum M j. liquiritiæ, ſebeſten ana ℥ ß. miſce, & bulliant in ſufficienti quantitate aquæ vſque ad conſumtio-*

Veſicatorium. Potio digeſtiua.

G *nem medietatis aquæ, poſtea optime exprimantur & colentur, vltimo quibuſcunque vj ℥. dictæ colaturæ addantur penidiarum ℥ ij.* Iſtud aſſumat calidum in aurora tribus diebus continuis in ſingulo menſe, &c. ¶ Solutiuum vſuale & facile. ℞. *pilularum alephanginarum, de hiera ſimplici, violarum pulueriʒatarum ana ℈ j miſce, & cum ſyrupo de ſtœchade fiant pilulæ vij. pro ʒ.* Iſtarum pilularum aſſumat a duabus vſque à

a tribus in mane omnibus diebus, &c. ¶ Solutiuum vſuale & facile. ℞. *ſolutiuum facilimum ſupraſcriptum* A
ex caſſia, ſebeſten, &c. & vtatur modis dictis, ſi ipſi eſt gratius pilulis dictis. ¶ Electuarium pectoris con-
fortatiuum vt ſupra. ℞. *electuarij regum cum ſeminibus maioribus frigidis ſupraſcriptis*: Iſto vtatur bis in
hebdomada cum modis ſupraſcriptis in aſſumtione electuarii ſupraſcripti. ¶ Confectio pulmonis le-
nitiua. ℞. *confectionis diamydi ſeu marzapani, quod idem eſt cum ſeminibus maioribus frigidis anteſcriptis.*
Iſta vtatur bis in hebdomada ad libitum cum modis, vt ſupra.

Cons. LVIII. *Contra tremorem cordis cum aliquali dolore.*

CAſus in terminis honeſtiſſimæ mulieris, &c. Tremor eſt cordis cum aliquali dolore nõ conti-
Cauſſa. nue, ſed interpoſite ipſam ſtimulãs, cuius cauſſę ſunt ſex: coniuncta cauſſa tremoris cũ dolore
aliquali eſt duplex. ſ. ventoſitas a partibus inferioribus eleuata cordi & pannicularibus parti- B
bus cordis communicata. Et ſecundo fumi capinoſi a matrice eleuati cordi communicati.
Cauſſa antecedens eſt duplex. ſ. debilitas digeſtiuæ ſtomachi merito raritatis texturæ ſpecialiter, ex qua
dicta ventoſitas multiplicatur. Et deinde paucitas euacuationis menſtrui, ex qua dicti fumi capinoſi ele-
uantur a matrice. Cauſſa primitiua fouens aut etiam addens ad dictum dolorem cũ dolore aliquali, fuit
duplex. ſ. percuſſio abſq; continui ſolutione circa partes cordis aut illi vicinas, ipſi data ab equo iam ſex
annis elapſis vel circa. Item cauſſa primitiua fuerunt accidentia animi terribilia digeſtionem fieri impe-
dientia. Accidens ſequens dictam percuſſionem & cauſſam primitiuã eſt vrina abinde citra egreſſa con-
tinuetur bibiſſima, quę parum clareſcit cum ſedimine craſſo qualiter arenoſo. ¶ Quęritur primo vtrum
balnea porretæ ſint cauſſa continua dictorum morborum dictorum vaporum a matrice, &c. Item cauſ-
ſarum ipſorum accidentium & ventoſitatis, quia dictorum vaporum, &c. Item morborum raritate tex- C
turæ ſtomachi oppilationum matricis malæ complexionis eiuſdem &c. ¶ Secundo quæritur, quæ ſint
cauſſæ curatiuæ dictorum accidentium, videlicet tremoris cordis cum aliquali dolore debilitatis dige-
ſtiuæ ſtomachi multiplicationis ventoſitatis & etiam multipli. vaporum, &c. a matrice. Item cauſſarum
& morborum communium dictorum, vt ſupra. ¶ Ad primum dubium cum quæritur vtrum balnea &c.
1. Canon curationis dicitur quod non pluribus, & pluribus rationibus & cauſſis particularibus ſcribendis. ¶ Ad ſecundum
quæſitũ, quo quærebatur, quæ ſint cauſſæ curatiuæ, &c. Reſpondetur quod xij ſint can. curatiui cauſſa-
rum antecedentium & tranſiturarum in antecedentes cauſſas, dicti tremoris cordis cum aliquali dolore
debilitatis digeſtiuæ ſtomachi multiplicationis vẽtoſitatis multipli. vaporum a matrice omnium dicta-
1. rum &c. vt ſupra. ¶ Primus canon, ſoluantur materiæ cõmunes ſuperfluæ in viis ductuum, vt infra. ¶ Se-
2. cundus, minoratiue ſoluantur materię & cauſſæ antecedẽtes dicti vaporis tremoris cordis a mẽbris mã- D
dantibus, in quib. vigent, videlicet phlegma a ſtomacho, & melancholia matrice, melancholia a ſplene
& epate. ¶ Tertius, diuertant materiæ & cauſſæ antecedentes dictæ a dictis mẽbris mandantibus, in qui-
3. bus vigent. ¶ Quartus, digerantur paulatim materiæ & cauſſæ dictæ in dictis membris. ¶ Quintus, eradi-
4. catiue ſoluantur & paulatim materiæ & cauſſæ antecedentes dictæ a dictis membris. ¶ Sextus, efficacius
5. diuertantur, quam prius dictæ materię ante digeſtionem a dictis membris &c. ¶ Septimus, prouocatiue
6. educãtur. Item & ſolutiue pluries ſuauiter dictæ materiæ paulatim & cauſſæ antecedentes a dictis mem-
7. bris. ¶ Octauus, cõfortentur ſtomachus, matrix, ſplen, epar & membra dicta, vt phlegma, melancholiã,
8. cauſſas antecedentes dictas non de nouo generent. Item confortentur in omnibus ſuis virtutibus mẽ-
bra dicta proprie in naturalibus virtutibus. ¶ Nonus. Remoueatur lapſus dictorum membrorum qua-
9. tuor derelictus ex dictis cauſſis digeſtiuis, & euacuatiuis, vt ſupra poſt digeſtionem & euacuationem di- E
ctam. ¶ Decimus corrigantur accidentia derelicta ex dictis lapſibus, & cauſſis poſt ipſorum lapſuum &
10. cauſſarum remotionẽ dictam, &c. ¶ Vndecimus. Diæta ſit conſeruanda principaliter omniũ virtutum
11. quatuor dictorum membrorum. Item ſit augmentatiua omnium quatuor virtutum & hoc tantum ſe-
cundum neceſſitatem incumbentem. Item ſit medicinalis & curatiua omnium cauſſarum antecceden-
tium dictarum. Item lapſuum omnium dictorum quatuor membrorum ſequentium dictas cauſſas.
12. ¶ Duodecimus. Regimen ex aliis quinque rebus non naturalibus ſit proportionabile dictæ diætæ.

Cap. I. *De euacuantibus lenitiuis.*

PRimo euacuentur materiæ communes ſuperfluentes in viis ductuũ &c. iuxta doctrinam primi cañ.
Clyſter. curatiuam medicinæ infraſcriptæ, videlicet enematibus, potionibus. ¶ Primo enematibus mollitiuis F
ipſarum materierum & viarum ductuum inciſiuis, ſubtiliatiuis, abſterſiuis, lenitiuis, lauatiuis & educti-
uis, vt infra videlicet. ℞. *foliorum blitis, maluarũ an. M j. mercurialis M j ß. hordei excorticati ℥ ß. florũ cha-
momillæ, radicum althææ an. M ß. epithymi, arthemiſiæ an. quartã partem. fœnugræci, carthami an. ℥ ß ficuũ
ſiccarum albarũ pinguium numero iij. vitellum oui numero j. benedictæ ℥ ß ſacch. ru. an. ℥ ß. olei liliorum a. ℥
iiij. ſalis ʒ ij. herbæ, radices & ſemina bulliant in ſufficienti quãtitate aquæ, vſq; ad tertiæ partis conſumtionem.
Deinde optime exprimantur & colentur, vltimo tribus cyathis dictæ colaturæ reliqua omnia addantur & fiat
Alius. clyſteriũ.* Iſtud enema ſumat ſaltem ante aſſumtionem aliquarum infraſcriptarum medicinarũ, & ipſum
ſufficienter calidum ſtomacho ieiuno. ¶ Enema, aliud. ℞. *foliorum blitis, maluarum an. M j. mercurialis
M ß. hordei excorticati ℥ ß. leuiſtici, eupatorij. an. M ß. lupinorum contuſorum craſſo modo ℥ ß florum cha-
momillæ, radicum althææ, radicũ meliloti. an. M ß. ſeminum fœnugræci, carthami an. ℥ ß. vitellum oui num j.
caſſiæ fi. ℥ j. hieræ picræ, ſacch. ru. an. ℥ ß. olei liliorum alborum vel cõmunis ℥ iiij ſalis communis ʒ ij herbæ, radi-* G
ces ſemina, &c. vt ſupra. Iſtud enema aſſumat ſaltẽ ſemel ante aſſumtionem alicuius infraſcriptarũ medi-
cinarũ debite calidũ ſtomacho ieiuno, ſed inter aſſumtionẽ iſtius enematis prima vice, & enematis præ-
cedẽtis prima vice interponat dies duos. Iſto enemate vtatur omni menſe ſemel ad minus, ſed inter huius
& præce-

A & præcedentis aſſumtionem interponat octo dies. ¶ Secundo potionibus lenitiuis euacuentur dictæ materiæ communes iuxta dictum primum can. vt infra videlicet. ℞. *caſſiæ fi.* ℥ *j. tamarindorum, ſucci violarum, ſucci roſa. ana* ℥ ß. *aquæ fumiterræ* ℥ *j. ſeri caprini q. ſ. pro potione miſce.* Iſtud aſſumat calidum in aurora, &c. Dormiat per mediam horam poſt, non plus, & aſſumat lauatiuum aliquod, die tertia poſt aſſumtionem ſuprascripti enematis. ¶ Alia potio lenitiua, vt ſupra: ℞. *mannæ* ℥ j ß. *prunorum damaſcenorum aut ſaltem auguſtenſium magnorum & nigrorum* ℥ ß. *ſyrupi violati facti cum ſucco violarum* ℥ *j. ſebeſten* ℥ ß. *ſucci roſa.* ℥ ß. *aquæ fumiterræ* ℥ *j. ſeri caprini q. ſ. pro potione.* Iſtud ſolutiuum aſſumat, vt in præcedenti dictum eſt, quod aſſumat primo in caſu, quo iſtud eſſet ſibi gratius ſuprascripto, ſecundo in caſu, quo materiæ communes ex præcedenti ſolutiuo non eſſent ſufficienter euacuatæ, &c.

Potio. *Alia.*

Cap. II. *De euacuatione minoratiua.*

B SEcundo minorentur principaliter ſolutione materiæ & cauſſæ antecedentes dicti tremoris, &c. ſolutiuis leuibus phlegmatis & melancholiæ, videlicet a ſtomacho phlegma, a matrice phlegma, & melãcholia a ſplene & epate: melancholia iuxta materiam dicti ſecundi can. curatiui, videlicet potione, pilulis minoratiuis, vt infra. ¶ Potio minoratiua. ℞. *caſſiæ fi. rheubarbari, electuarii indi maioris deſcripti in Meſuæ amota ſcamonea, ſyrupi de byzan. aquæ de iuniperi, ſeri caprini q. ſ. pro potione. rheubarbarum prius minutim inciſum infundatur ad minus per horas 12. in dicto ſero: deinde optime exprimatur & ſubſtantia rheubarbari abiiciatur, dictæ expreſſioni reliqua omnia addantur & fiat potio.* Iſtud aſſumat in aurora, &c. per dies octo poſt aſſumtionem dicti ſolutiui lenitiui primi vel ſecundi deſcripti in ſolutiuo antepenultimo incipiendo ab ipſo. ¶ Solutiuum minoratiuum aliud. ℞. *pilularum de hiera ſ. indarum fœtidarum amota ſcamonea ana* ℈ j. *agarici* ℈ ß. *ſalis gemmæ gra. j. miſce, & cum electuarii indi ſine* C *ſcamonea q. ſ. fiant pilulæ vij. pro* ʒ. Scamonea non ingrediatur medicinas in paſſionibus cordis, quia ipſa multum inimicatur cordi. Iſtud ſolutiuum aſſumat vt ſupra, vel vbi eſſet gratius prædicto, vel vbi præcedens non debite, &c.

Potio. *Pilula.* *Scamonea vitanda in paſſionibus cordis.*

Cap. III. *De diuertentibus.*

TErtio diuertantur materiæ & cauſſæ antecedentes dictæ a dictis quatuor membris mandantibus iuxta tertium canonem dictum fricationibus, tantum & lotione crurium ex decoctione medicinarum calidarum actu & potentia aromaticarum ſubtiliantium, aperientium aliqualiter, & proprie a matrice, licet remiſſe prouocantium ante digeſtionem & ſolutionem primam eradicatiuam. ℞ *florum chamomillæ, aneti, abrotani ana M j ß. iuniperi* ℥ *ij. roſmarini M j ß fumiterræ M j ß. contundantur omnia craſſo modo, deinde miſce, & bulliant in ſufficienti quantitate aquæ vſque ad conſumtionem tertiæ par-* D *tis aquæ, deinde vſui ſeruа.* Iſtis diuerſiuis ſolum vti incipiat, & vtatur poſt primam aſſumtionem ſolutiui minoratiui anteſcripti vel anteſcriptorum. Fricationes tamen crurium fiant a genu infra ſtomacho ieiuno, & cum panno ſuauiter calido, quæ fiant intenſe & extenſo tempore, ſecundum virtutem infirmi, ita tamen, vt non inducant violentiam, vel etiam fiant cum manibus, ſecundum quod fuerit ipſi gratius. Altera iſtarum fiat mane poſtquam aſſelauit cum ſurrexit & fiat octo diebus continuis, deinde interponat octo dies, quibus non fiat, poſtea reiteretur continuando cum dicta interpolatione. Iſta lotione calida lauentur crura tantum cum modis & ordinibus deſcriptis in fricationibus. Qua vtatur bis in hebdomada ad minus: & ea die qua vtitur lotione, non vtatur fricationibus.

Lotio crurum.

Cap. IV. *De digerentibus.*

E QVarto digerantur paulatim dictæ antecedentes cauſſæ & materiæ phlegmaticæ ventoſabiles & genitæ ex indigeſtione, & proprie in ſtomacho & matrice iuxta quartum cano. ex calefactiuis leuibus & exſiccatiuis, ſubtiliatiuis, inciſiuis, abſterſiuis, aperitiuis omnibus tribus aliqualiter efficientibus calefactiuis leuibus, vt hic ante. ¶ Syrupus. ℞. *ſyrupi de bizan. de abſ. oxymellis ſ. an.* ℥ ß. *aquarum capill. ve. apii, fumiterræ ana* ℥ j. Iſtum ſyrupum aſſumat calidum in aurora, &c. diebus continuis, & hoc per ſex dies poſt aſſumtionem ſolutiui anteſcripti vel anteſcriptorum. Poſt hunc vero ſyrupum aſſumat ſexto die poſt ſyrupum eradicatiuum ſuprascriptum. ¶ Syrupus alius. ℞. *ſyrupi de abſynthio, de epithymo, oxymellis compoſiti ana* ℥ ß. *aquarum matricariæ, capillorum ve. ana* ℥ j ß. *Iſtum ſyrupum efficaciorem ſumat, vt ſupra quem aſſumere incipiat per 10. dies poſt completam aſſumtionem ſyrupi ſuprascripti:* interim nullam medicinam accipiat ſed virtutem quieſcere permittat, & materiam morbi digerere, poſt hunc vero ſyrupum ſumat ſolutiuum eradicatiuum infraſcriptum, hos F vero ſyrupos primum & ſecundum, & eradicatiua duo illa infraſcripta reiteretur aſſumere, ſecundum neceſſitatem digeſtionis & euacuationis materiæ, & ſecundum potentiam virtutis principaliter: nam dictæ materiæ in dictis caſibus ſunt paulatim euacuandæ: & hoc, quia materiæ ſunt difficilis digeſtionis & eradicationis, ex modo ſubſtantiæ earum, & earum fixione.

Syrupus. *Alius.*

Cap. V. *De eradicatiue euacuantibus.*

QVinto eradicatiue ſoluantur & paulatim dictæ materiæ & cauſſæ antecedentes dicti tremoris cordis, & a dictis mẽbris iuxta quintũ can. ex propriis ſolutiuis efficacibus phlegmatis & melancholiæ quia a ſtomacho ſoluatur phlegma proprie a matrice, phlegma & melãcholia a ſplene, & epate melãcholia. Solutiua eradicatiua. ℞. *ambo ſuprascripta ſolutiua minoratiua, vt ſupra: quæ vt fiant eradicatiua, vbi prius erant minoratiua, augeantur pro tertia parte pluſquam prius. Nam tunc medicina debilis efficietur for-* G *tis.* Iſtud aut iſta aſſumat poſt dictos ſyrupos, cum modis, &c. quæ ſolutiua præſentia aſſumat virtute exiſtente debili, ipſa tamen virtute dicta ſolutiua tolerare potente. ¶ Alia ſolutiua eradicatiua, videlicet, primo eradicatiua. ℞. *caſſiæ fi.* ℥ *j. electuarii indi amota ſcamonea theodoricem hyphiſticon Nicolai amotis aloe & ſcamonea ana* ʒ *iij. aquæ matricariæ* ℥ *j. ſeri caprini q. ſ. pro potione.* Iſtud ſumat poſt comple-

Potio.

tam ſumtionem quater primi ſyrupi anteſcripti. Et hoc ſi virtus eſt fortis cum modis &c. ¶ Eradicatiuæ A
Pilulæ. pilulæ ſolutiuæ. *℞. pilularum fœtidarum, amota ſcamonea pilularum de ſerapino Meſuæ ana ℈ j. pilula-*
rum indarum, agarici ana ℈ ij. ſalis gemmæ gran. ij. miſce, & cum electuario indi ſine ſcamonea fiant pilulæ
vij. pro ʒ. Sed ſi prædicta ſolutiua non debite ſoluerint ſecundum neceſſitatem, tunc loco ſcamoneæ ad-
datur tantum colocinthidos, quia non tantum inimicatur cordi, aut ſi fieri aliter non poteſt, addatur
medietas ſcamoneæ ingredientis in dictis ſolutiuis ordinatis ab auctoribus ipſorum. Iſtud ſumat poſt
completam ſumtionem quater ſyrupi anteſcripti, ſi virtus fuerit fortis cum modis, &c.

Cap. VI. *De diuertentibus efficacioribus.*

SExto efficacius diuertantur materiæ & cauſſæ dictæ a dictis membris mandantibus diuerſiuis effica- B
cioribus, quam prius ante digeſtionem eorundem, tamen virtute formaliter eiuſdem cum prioribus
diuerſiuis, ſed tamen in gradu intenſioris iuxta ſextum can. videlicet fricationibus crurum ſatis forti-
bus, & cum panno aſpero ſatis calido mediocriter, poſtea vtatur lotione ipſorum crurum ex decoctio-
ne calida vt infra; his fricationibus vtatur cum modis vt ſupra, quibus vti incipiat per ſex dies poſt aſ-
Lotio crurum. ſumtionem eradicatiui anteſcripti. ¶ Lotio de qua immediate ſupra. *℞. abſ. matricariæ. pulegii, epithymi,*
abrotani, lupinorum, roſmarini, ſeminum iuniperi, contundantur omnia craſſo modo, deinde bulliant in ſuffi-
cienti quantitate aquæ vſque ad conſumtionem quartæ partis aquæ, deinde vſui ſerua. Iſtis vtatur, vt ſupra,
quibus lotionibus vti incipiat poſt fricationes hic immediate ſcriptas.

Cap. VII. *De prouocantibus menſtrua.*

SEptimo prouocatione & ſolutione, primo ſuauibus & paulatinis, ſecundo efficacioribus educantur C
dictæ materiæ, a dictis membris: quia a ſtomacho phlegma, &c. Ex medicinis, videlicet inciſiuis, ab-
ſterſiuis, ſubtiliatiuis, lenitiuis, aperitiuis, lauatiuis, ſolutiuis, leniſſimis, & prouocatiuis menſtruorum, vt
Syrupus. ante. *℞. abſynth. M j. abrotani calamenti epithymi ana quartã partem M eupatorii, hyperico. ana M praſſii* –
quartã partem M ſiſa ℥ j. galli ʒ ß. iuniperi ʒ ß. leniſtici, matricariæ ana M ß. omnia minutim incidantur, de-
inde ſimul bulliant ſufficienter, & fiat ſyrupus cum ſacharo ſecundum magiſtralem doctrinam ſyrupi Zandi,
cuius ſyrupi ℞. ℥ j. oxymellis compoſiti, de radicibus ʒ ß. aquarum ſaluiæ, capil. ve. ana ℥ j ß. Iſtum ſyrupum
aſſumere incipiat per menſem poſt aſſumtionem vltimarum digeſtionis & eradicationis anteſcripta-
Pilulæ. rum cum modis, &c. ¶ Solutiuum vſuale, & leue, & ſuaue. *℞. ſpecierum hieræ ʒ ß. deſcriptæ a Meſue tertio*
antidotarii amota aloe ſpecierum pilularum de ſerapino deſcriptis Meſue decimo antidotarii ſpecierum pilu- D
larum indarum Meſue ibidem, agarici ana ℈ j. ſalis gemmæ gra. j. al. ʒ j ß. miſce, & cum ſyrup. de epithymo
q. ſ. ad incorporãdũ fiant pilulæ vij. pro ʒ. Iſtas pilulas ſumat quarta die poſt completam aſſumtionem qua-
ter huius ſyrupi immediate anteſcripti, quas aſſumat omnibus duobus menſibus ſemel poſt dictos duos
ſyrupos &c. Efficacius a matrice prouocentur menſtrua phlebotomiis, ventoſis cum ſcarificationibus,
& ſiue ſcarificationib. ſubtiliantibus, aperientibus, prouocationibus menſtrua efficaciter ſuppoſitoriis,
Venæ ſectio ſuffumigiis, & ebibitis. Phlebotomia primo fiat ambarum ſaphenarum, ex quarum qualibet extrahan-
tur iij ℥. ſanguinis ad minus aut duæ: quæ phlebotomia fiat per horas vij. poſt prandium, & non com-
pletis omnibus digeſtionibus, & fiat per octo dies poſt aſſumtionem ſolutiui, ſeu pilularum immediate
ſuprafcriptarum in capite præcedenti, quæ phlebotomia fiat, ſi præcedentes medicinæ omnes non con-
Cucurbitulæ. tulerint ſufficienter, & menſtrua non ſufficienter prouocauerint. Ventoſæ duæ apponantur cum ſcari- E
ficatione pulpæ tibiarum in extremitate ipſarum pulparum, ſub poplitis curuatura ventoſæ ſine ſcari-
ficatione tres apponantur, vna femori, & duæ pulpis interioribus coxarum, per quatuor digitos infra
vuluam. Ex quibus ventoſis ſcarificatis extrahatur ℥ j. ſanguinis pro qualibet, quæ apponantur dictis
pulpis tibiarũ per dies quatuor poſt dictas has phlebotomias anteſcriptas, & per ſex horas poſt prandiũ
ventoſæ cum ſcarificatione apponantur dictis pulpis coxarum, in ſequenti die diem aſſumtionis ſupra-
Peſſarium prouocans menſtrua. ſcriptarum ventoſarum cum ſcarificatione pulpis tibiarum, & per ſex horas poſt prandium. ¶ Peſſa-
rium ſupponendum ſubtiliatiuum aperitiuum & prouocatiuum, vt ſupra, videlicet, *℞. ſauinæ abſynth.*
abrotani, matricariæ, ſatureiæ ana ℈ ij. radicum ariſtologiæ longæ ʒ ß. centaureæ minoris, gentianæ, harmel, a-
na ℈ j. lapidis lazuli ʒ j. agarici ʒ j. ammoniaci, myrræ ℈ ß. ſiſami ʒ j. galbani ℈ j. lupulorum ʒ j ß. laudani ʒ
iij terebenthinæ q. ſ. puluerizanda pul. deinde gummi infundantur in oleo ruthæ, vltimo omnia ſimul incorpo- F
rentur, & fiat licinium ſeu peſſarium longitudinis quatuor digitorum ad minus & craſſitiei poplitis quod peſ-
ſarium eſt efficax in prouocando. Si vero non eſt neceſſarium peſſarium tantæ efficaciæ, ſumatur tan-
tummodo medietas vniuſcuiuſque dictarum herbarum, radicum, lapidum & gummi, & non medietas
quantitatis earum, ex qua medietate fiat peſſarium, vt ſupra. Iſtud peſſarium vuluæ & intra collum ma-
tricis imponatur remanente notabili quantitate fili duplicati extra vuluam, cuius fili vna extremitas
ſit optime contexta cum ipſo peſſario & alia extremitas, quæ eſt extra, ſit ligata coxæ, ita vt ad libitum
poſſit extrahi & imponi collo matricis, quod peſſarium imponatur collo matricis. & in nocte ſequente
immediate diem aſſumtionis dictarum ventoſarum pulpis coxarum, & ipſum peſſarium remaneat tota
Suffumigium prou. menſtrua. nocte intra collum ſi mulier ex ipſo moleſtiam non ſentit. ¶ Suffumigium. *℞ abrotani, calamenti, cha-*
mepithæos, chelidoniæ, origani, cicutæ ana ℈ j. abſ. ℈ ij. matricariæ lib. 1. mell. ʒ ß praſſii, harmel. ana ℈ j. lu- G
pulorum ʒ ß. ligni al. ʒ j. ſtyracis liquidæ ℈ ij. galbani ʒ j. moſchi gran. j. puluerizanda pulueriʒentur, vltimo
omnia ſimul miſce, deinde ponantur ſuper carbones accenſos, quibus ſupponatur embota, cuius embotæ ſub-
tilis extremitas vuluæ ſupponatur, & fiat ſuffumigium. Si vero non eſt neceſſarium ſuffumigium tantæ ef-
ficaciæ ſumatur tantummodo medietas numeri dictarũ herbarum & granorum, & non medietas quan-
titatis

A titatis earum ex qua medietate, fiat ſuffumigiũ, vt ſupra. Iſto ſuffumigio vtatur per ſex aut ſeptem horas poſt prandium ad plus, & pluries eo vtatur ad libitum, quo vti incipiat per duos dies, poſtquam dimiſit vſum ſupraſcripti peſſarii. ¶ Bibendum ſeu per os aſſumendum. [*Potio prouocans menſtrua.*] ℞. *diaprasſii Nicolai electuarii antidoti hæmagogi eiuſdem* ℈ *ij. aquæ ſauinæ* ℥ *ij. miſce.* Iſtam potionem mẽſtruorum anteſcriptorum prouocatiuam ſumat, cum modis & ordinibus deſcriptis in ſupraſcriptis ſyrupis in capi. tertio, quam aſſumere incipiat in aurora eiuſdem noctis in qua ponit ſupraſcriptum peſſarium vuluæ. ¶ Alia fortior prima. [*Alia.*] ℞. *diacalamenti Meſuæ primo antido.* ʒ *j ß. rubeæ tinctorum* ℈ *j. aquæ matricariæ* ℥ *ij.* Iſtam aſſumat, ſi prima non ſufficienter contulerit, & mẽſtrua non prouocauerit cũ modis, &c. vt in alia dictum eſt, ſed interponat dies quatuor inter iſtam & anteſcriptam, poſt nihil aſſumat. ¶ Alia fortior ſecunda. [*Alia.*] ℞. *trochiſcorum de myrra deſcriptione Rhaſis nono Almanſ. in capite de retentione menſtruorum* ℈ *ij. aquarum ſauinæ, ruthæ ana* ℥ *ß.*

B *miſce.* Iſtam aſſumat cum modis, vt ſupra. Si ſecunda non ſufficienter prouocauerit menſtrua. Fœtida applicentur ſurſum ad naſum odoribus & ſuffimigiis, & odoramentis. Caſtoreum odoret, aſſam fœtidam, cicutam & ſimilia fœtida. ¶ Suffumigium, ſuffumigentur nares ex prædictis fumo coti combuſti, pennarum & perdicis, cornu veteris & ſimilibus. Ex altero iſtorum fœtidorum odorabilium ad libitum ſuffumiget nares per ſex horas poſt prandium & totum ſtomacho ieiuno, qua vti incipiat in die ſequenti noctem, in qua incipit ponere peſſarium, & ea vtatur ad libitum. Odorifera applicentur inferius intra vuluã & extra. [*Odoramẽta genitalibus applicanda.*] ℞. *galliæ moſc.* ʒ *j. ligni aloes* ʒ *ß. moſchi gra. ß. miſce, deinde ligentur in petia linea ſubtili ex antiquitate: quæ petia ligata cum filo, ſimul cum dictis medicinis vuluæ imponatur, extremitatibus fili remanentibus coxis alligatis.* Ex dictis ſuffumigium fiat per embotum in nocte, cum vadit dormitum, & tota nocte ipſum teneat. Iſtud ſuffumigium fiat vuluæ & matrici proprie per horas ſex poſt prandium, & etiam

C ſtomacho ieiuno cum modis dictis in alio, quo vtatur tempore, quo naribus fœtida odorat.

Cap. VIII. *De confortatione ſtomachi, matricis, ſplenis & epatis.*

OCTauo confortentᷣ ſtomachus, matrix, ſplen & epar, vt dictas marerias & cauſſas antecedẽtes & cõiunctas ad cor non trãſmittant, ſed potius euacuent nec de nouo generent. Item confortentᷣ omnia dicta mẽbra, in omnib. virtutib. ſuis, vt ante videl. medicinis ſtomachicis, matricalibus, ſpleneticis & epaticis. Nam primo ſtomachus confortetur ex ſtipticis notabiliter, ac proprie os eius, propter eius debilitatem & texturæ raritatem. ¶ Sacculus ſtomachi cõfortatiuus, vt ſupra. [*Sacculus ſtomachalis.*] ℞. *abſ. partes quatuor, menthæ partes ij. roſ. partem ß. radicũ cyperi* ʒ *ß. florum labruſ.* ʒ *ij. calami aromatici, coriand. præpa. ana* ʒ *ß. contundantur omnia craſſo modo, deinde miſce, & ponatur in ſacculo facto in forma ſcuti, qui ſuauiter calefactus, & ſiccus ſtomacho apponatur, & iteretur ſtomacho ieiuno.* Quem retineat ad minus 8. diebus cõtinuis ſuper ſto-

D macho, ita vt caſpis ſacculi longior ſtet ex directo oris ſtomachi, baſis vero ſuper fundo. Et hoc vti incipiat poſt dictas primas euacuationes eradicatiuas ſupraſcriptas in capite quinto eradicatiui materierum. Ceratũ ſtomachicũ [*Ceratum ſtomachicum.*] ℞. *cerati ſtomachici deſcripti a Meſ. vndecima diſtin. anti. quo extendatur in forma mediocriter craſſa ſuper fuſtaneo aut corio figuræ in modum ſcuti, cum modis & ordinibus, vt ſupra dictum eſt in ſacculo, quo vti incipiat per tres dies poſt amotionem dicti ſacculi:* ſed in dictis tribus diebus intermediis infraſcripta vnctione calida vngatur ſtomachus bis in die ipſo exiſtente ieiuno. ¶ Emplaſtrum ſtomachi. [*Emplaſtrũ ſtom.*] ℞. *emplaſtri diaphoen. confortatiui ſtomachi & epatis mirabiliter deſcripti a Meſ. ibidem hoc ſuper fuſtaneo aut corio extendatur in forma debita, & vtatur poſt dictum, cum modis in ipſo dictis.* ¶ Vnctio ſtomachi. [*Vnguentũ ſtom.*] ℞. *oleorum abſ.* ℥ *j. maſticis, cydoniorum, myrtini ana* ʒ *ß. pulpæ cydoniorum bene coctorum in vino ſtiptico* ℥ *j.*

E *pulueris omnium infraſcriptorum abſ. maſticis ana* ʒ *ß. macis* ℈ *ß. myrtillorum* ʒ *ß. calami aromatici* ℈ *j. bellirici* ʒ *ß. ſpicæ* ℈ *j. carioph. cinamomi ana* ℈ *ß. cyperi* ʒ *ß. labruſ.* ℈ *j. corallorum ru.* ʒ *ß. coriandri præparati* ℈ *ij. ceræ q. ſ. pro vnguento molli fiat cum modico ceræ ad lentum ignem.* Iſta vnctione calida vngatur ſtomachus bis in die ieiunus, quib. non vtitur ſupraſcriptis, ſacculo, cerato, &c. Quibus quatuor medicinis ſtomachi vtatur per menſem continuum cum modis hic immediate anteſcriptis, deinde ſtet 10. diebus, quibus nulla prædictarum medicinarum quatuor vtatur, poſtea ſi non debite conualuerit, reiteret dictas quatuor medicinas ſtomachicas, vt ante. ¶ Fomentatio pro ſtomacho. [*Fomentatio pro ſtomacho.*] ℞. *abſ. M ij. ameos M j anu. berberis* ʒ *ß. bellirici, calami aromatici, cyperi ana* ℥ *j. cydoniorum* ℥ *j ß. coriandrorum præpara.* ℥ *j. menthæ M ij. roſ. M j. ſeminum iuniperi* ℥ *j. maſticis* ʒ *iij. Contundantur omnia craſſo modo, deinde miſce, & bulliant in ſufficienti quantitate aquæ aut vini nigri ſtiptici vſque ad conſumtionem tertiæ partis. In hac decoctione*

F *calida ſpongia infundatur, deinde ea expreſſa & debite calida panno lineo inuoluta ſtomacho applicetur, ſuper quo dimittatur tepeſcere: ſed prius ante teporem amoueatur, & in quacunque applicatione reiteretur bis vel ter ſecundum neceſſitatem, poſtea amota fomentatione, ſtomachus ſupraſcripta vnctione vngatur.* Iſta fomẽtatione vtatur ſtomacho ieiuno, & duobus diebus continuis, & bis in menſe, qua vti incipiat poſt menſem primum applicationis dictorum cerati, ſacculi, &c. ¶ Confectio ſtomachi. [*Morſelli ſtomachici.*] ℞. *ſpecierum aromatici ro. deſcrip. Gabrielis primo anti. Meſuæ* ʒ *j. ſpecierum diarhodon abba.* ʒ *ß. ſachari albiſſimi* ℥ *iij. miſce & cum aqua endiuiæ fiat confectio ſolida in morſellis* ʒ *iij. pro quolibet.* Iſtius confectionis aſſumat morſellum vnum mane cum ſurgit, ſtomacho ieiuno; deinde ſtet ieiunus ad minus tribus horis poſt ipſius aſſumtionem, qua vti incipiat per 10. dies, poſtquam aſſumſit vltimum ſolutiuum eradicatiuum ſupraſcriptum in capite 2. ſolutiuorum ſoluentium, & ipſo vtatur per 10. dies continuos. ¶ Confectio ſtomachi alia. [*Alia.*]

G ℞. *ſpecierum aromatici carioph. Meſuæ ibidem* ʒ *j. ſpecierum triaſan.* ℈ *j. ſachari albiſſimi* ℥ *ij ß. miſce & fiat confectio vt ſupra.* Et vtatur ea, vt ſupra per 8. dies poſt aſſumtionem confectionis ante dictæ. ¶ Pilulæ ſtomachicæ confortatiuæ. [*Pilulæ ſtomachicæ confortatiuæ.*] ℞. *trochiſcorum de abſinth.* ʒ *j. de roſ.* ℈ *j. ſachari albiſſimi* ʒ *ß. miſce, & cũ ſyrupo de mentha q. ſ. reformentur pilulæ vij. pro* ʒ. Iſtis vtatur ſex diebus continuis cum modis anteſcriptis, & hoc per 10. dies poſt ſecundam confectionem immediate anteſcriptam. Vtatur phiſticis, quoniam optime

confortant ſtomachum, & epar ad libitum, & proprie ſtomacho ieiuno, & non poſt cibum immediate. A
¶ Notabiliter ſtiptica aſſumta ad intra licet ſint confortatiua ſtomachi lapſi debilitate texturæ, tamen
non competunt in caſu iſto. Sed ipſa notabiliter ſtiptica, quia ſunt oppilatiua vehementer epatis, ſplenis
& matricis, quorum apertio diligenter quærenda eſt, in caſu iſto. Ad extra vero ſtomacho applicata o-
ptime iuuant eum lapſum raritate texturæ. ¶ Matrix confortetur aromaticis & matricalibus medicinis,
Confectio matricalis ſed non ſtipticis manifeſte. ¶ Confectio matricalis. ℞. *abrotani ʒ ß. calamenti, carpobalſami, caſſiæ ligneæ*
ana ℈ j. macis, meliſſæ ana ℈ ij. ſachari albiſſimi ℥ vj. Pulverizentur omnia ſubtiliſſime, deinde miſce. & cum
aqua iuniperi q. ſ. fiat confectio ſolida in mortario iij ʒ. pro quolibet. Iſtius aſſumat vnum morſellum mane
cum ſurgit commodis dictis in confectionibus ſtomachicis, qua vti incipiat per quatuor dies poſt aſ-
ſumtionem dictarum pilularum in capite ſeptimo prouocantium & ſoluentis, & ipſa vtatur quatuor
diebus continuis, quam reiteret ſecundum neceſſitatem prouocationis. Et ſi ſtomachus non eſt nota- B
biliter lapſus, & cum hæc ſit neceſſitas confortationis matricis, tunc loco confectionis ſtomachicæ hanc
Morſelli. confectionem aſſumat. ℞. *ſpecierum confectionis de ſcoria ferri. Auic. tertio trac. ſecundi libri ʒ j ß. bacca-*
rum lauri ℈ j. corticum citri ℈ ij. meliſſæ ʒ j. cinamomi ℈ j. nucis moſ. ʒ ß. roſmarini ℈ ij. ſerpilli, radicis ireos,
ana ℈ ß. ſachari albiſſimi ℥ xij. miſce, & cum aqua matricariæ fiat confectio ſolida in morſellis quatuor pro
quolibet. Iſta vtatur ad minus quinquies cum modis ſupraſcriptis. Splen vero & epar confortentur ex
Confectio epatica & ſplenetica. ſpleneticis & epaticis medicinis, ſed non ſatis manifeſte, & proprie epar. ¶ Confectio epatica & ſplene-
tica. ℞. *ſpecierum diarhodon abb. Meſuæ ʒ j. ſpecierum confectionis epatis Serapionis octauo antido. ʒ ß. ſacha-*
ri albiſſimi ℥ iij. miſce, & cum aqua abſ. fiat confectio ſolida in morſellis. Iſta vtatur ad minus quater in men-
Alia. ſe cum modis, vt in ſuperiori. ¶ Confectio epatica & ſplenetica alia. ℞. *ſpecierum diarhodon Nicol. ſpe-*
cierum electuarii lætificantis Meſ. primo antido. ana ℈ ij. ſpecierum triaſandalorum ℈ j. ſachar. albiſſimi C
℥ iij. miſce, & cum aqua abſ. fiat confectio, vt ſupra: qua vtatur, vt ſupra. Sed iſta aliquando vtatur, aliquan-
do confectione immediate anteſcripta, ne natura vni medicamini aſſueſcat. Nam ab aſſuetis non pati-
Alia. tur. ¶ Cõfectio alia. ℞. *ſpecierũ confectionis Hermetis deſcriptione Serapionis 8. antidota. ſpecierum diarh. d.*
abba. an. ℈ ij. ſpecierũ triaſ. ℈ j. ſachari albiſſimi ℥ iiij. miſce, & cum aqua abſyn. fiat confectio, vt ſupra, qua vta-
Pilulæ ſplenetica & epatica. *tur, vt ſupra.* ¶ Pilulæ ſpleneticæ & epaticæ. ℞. *trochiſcorum de rheubarbar. de abſynt. ana ℈ j. trochiſ. de cap-*
paribus ʒ j. miſce, & cum ſyrupo endiuiæ fiant pilulæ vij. pro ʒ. Iſtis vtatur vt in confectione anteſcripta.
Confectio cordialis. ¶ Confortetur cor ex medicinis cordialibus & aromaticis. ¶ Cõfectio cordialis. ℞. *ſpecierum aro. garyoph.*
deſcriptione Meſuæ primo anti. ʒ j. corticum citri, coral. ru. ana ℈ j. croci ℈ ß. ſpecierum triaſan. ℈ j. ſachari
albiſſimi ℥ iiij. miſce, & cum aqua acetoſæ q. ſ. fiat confectio ſolida in morſellis iij ʒ. pro quolibet, cuius ſumat
vnum cum ſurgit: deinde ſtet ieiunus ad minus horis quatuor, qua vti incipiat ad minus quater illo primo D
menſe poſt aſſumtionem vltimi eradicatiui deſcripti ſupra in capite quinto, deinde in ſequẽtibus men-
Alia. ſibus ipſum aſſumat ad minus octies cum modis & ordinibus dictis. ¶ Confectio cordialis alia. ℞. *ſpe-*
cierum gemmarum & margaritarum, ſpecierum electuarii de gemmis Meſuæ primo antido ana ʒ ij. gal-
liæ moſ. ʒ j. roſma. ℈ ij. coral. ru. terræ ſigillatæ, ſpecierum triaſan. ana ℈ j. ſachari albiſſimi ℥ x. miſce, & cum
aqua bugloſſæ fiat confectio, vt ſupra. Iſtius confectionis aſſumat vnum morſellum cum modis, &c. vt ſu-
pra in præcedenti immediate, ſed aliquando vtatur hac, aliquando illa. Quia ad præſens calor inuale-
ſcere incipit recenter medicinæ omnes ſuprapoſitæ calidæ ſunt: proinde dictis medicinis ſtomachi, ma-
tricis, ſplenis & epatis adminiſtrentur ſpecierum triaſan. deſcrip. Nicolai quæ frigidæ ſunt. Medicinis
autem cordialibus adminiſtrentur medicinæ frigidæ cordiales. Auic. *vndecima tertii capite ſeptimo &*
vltimo, videlicet, margaritæ, camphora, corallus, & proprie ru. roſa. ſpodium, lutum ſigillatum, corian- E
drum, ſiccum, quæ ſpecies triaſ. & medicinæ frigidæ dictæ adminiſtrentur ſupraſcriptis medicinis cali-
dis in forma & quantitate iudicio Medici inſignis aſtantis, ſecundum can. anteſcriptum. Item cum
lapſus & accidentia præternaturalia dictorum membrorum, videlicet ſtomachi, epatis, matricis & ſple-
nis, in quibus in nono & decimo can. ſupraſcriptis fit mentio prouenientis ex dictis cauſſis non mi-
hi innoteſcunt, quia ipſorum malam informationem habeo, & etiam curam dictarum cauſſarum ante-
cedentium veriſimiliter erit cura lapſuum & accidentium dictorum, proinde ſuper nono & decimo can.
non conſulo ad præſens, ſed ſi mihi vlterius ſcribatur, & dicti lapſus & accidentia notificentur, conſu-
lam exquiſite. Duos vltimos canones loquentes de diæta ex aliis rebus v. non naturalibus ego non dear-
ticulabo, & hoc ideo, quia totius complexionis naturalis dictæ & dictorum v. membrorum ſuorum la-
pſorum penitus ignoro ſcientiam & gradum. Et quia de ipſis malam habeo informationem, a quibus o- F
mnibus complexionibus omnium dictorum duorum vltimorum can. particularium notitia ſumenda
eſt, & etiam ab eſſentia, & gradu aliorum multorum accidentium vltra dicta accidentia, quorum acci-
dentium aliorum malam itidem informationem habeo. Cum cor propter eius dignitatis principatum,
& ſuę virtutis potentiam non diuturno tempore cauſſam principalem cõiunctam & materialem patia-
tur, niſi dicta cauſſa materialis coniuncta pendeat ineſſe & conſeruari notabili tempore ab eius cauſſa
antecedẽti præternaturali, & ipſa cauſſa antecedente amota amouetur dicta cauſſa cõiuncta, cum amo-
ta cauſſa amouetur effectus. Ideo cura cauſſæ antecedentis vel cauſſarum antecedentium vt pluries eſt
ſufficiens cauſſa morborum materialium, cordis proinde ſuper dictis cauſſis coniunctis non conſulo ad
præſens, quia ſola ſufficit cura cauſſarum antecedentium, vt ante. Item non conſulo ad præſens ſuper di-
ctis cauſſis coniunctis, quia nuntius feſtinat receſſum, ſed in poſterum mihi reſcribatur ſuper dictis G
cauſſis coniunctis tremoris cordis cum aliquali dolore, conſulam. Sufficiant tamen pro nunc cordialia
antedicta.

A **Consil. LIX.** *De ægritudinibus ſtomachi & epatis. Contra pulſationem arteriæ ſtomachi.*

Recipe ſolutiuum minoratiuum, *caſſiæ electæ ʒ vj. diaſenæ ʒ iij. ſucci roſ. ʒ j. aquæ abſynthii ʒ j. ſeri* Potio minoratiua.
caprini q. ſ. pro potione miſce & fiat potio. Iſtud ſolutiuum aſſumat debite calidum, & non tepi-
dum in aurora aut in luce proxima ad libitum, & poſt ipſius aſſumtionem ſtet ieiunus horis
iiij. vel v. ad amplius. & iterum non dormiat, ſed per horam vnam poſt ipſius aſſumtionem ſur-
gat, non aſſumat lauatiuum aliquod, in dicto termino quatuor vel quinque horarum prandeat, & pro
ferculo in prandio aſſumat blites cum boragine & feniculo. tunc carnes laudabiles, vt vituli, pulli, per-
dicis & his ſimiles. ¶ Digeſtiuum efficax. ♃. *ſyrupi de byzantiis ℥ ß. de pomis ℥ j. oxymell. ſimplicis ℥ ß. aqua-* Digeſtiua.
rum acetoſæ, abſynthii, bugloſſæ an. ʒ j. miſce. Iſtud digeſtiuum aſſumat debite calidum & non tepidum, &
B in aurora quatuor diebus continuis tantundem. Et poſt ipſius aſſumtionem ſtet ieiunus horis tri-
bus ad minus & iterum dormiat ad libitum, ſed non amplius duabus horis. Et eo taliter vti incipiat die
tertia poſt aſſumtionem ſolutiui immediate ſupraſcripti. ¶ Solutiuum eradicatiuum. ℞. *pilularum inda-* Pilulæ eradicatiuæ.
rum ℈ ij. agarici ℈ j ſalis gemmæ, zinzib. an. gran. j. miſce & cum diaſenæ. q. ſ. ad incorporandum reformentur
pilulæ. vij. pro ʒ Iſtas pilulas aſſumat in aurora die immediate ſequenti diem completæ aſſumtionis qua-
ter frigidæ digeſtiui ſyrupi ſupraſcripti, & poſt ipſarum aſſumtionem immediate dormiat a media hora
vſque ad vnam horam ad amplius, ſi poteſt. Et tunc tranſacta vna hora cum dimidia, ſiue dormierit ſiue
non, non amplius dormiat, ſed ſurgat, & poſt earum aſſumtionem ſtet ieiunus horis. v. & non aſſumat
lauatiuum aliquod, ſed prandeat ſeruatis modis & ordinibus ſupraſcriptis in aſſumtione primi ſolutiui
C ſupraſcripti, vt ibi habet. ¶ Digeſtiuum vſuale & facile. ♃. *aquarum acetoſæ, capillorum ven. abſynth. bugl.* Digeſtiuū.
an. ʒ j. pulueris polypodii. gran. ij. ſacch. albiſſ. ʒ iij miſce. Iſtud digeſtiuum vſuale aſſumat in aurora tribus
diebus continuis debite calidum & non tepidum, ſeruatis modis & ordinibus deſcriptis in aſſumtione
primi digeſtiui ſupraſcripti, vt ibi habetur. Hoc vero digeſtiuo taliter vti incipiat per menſem poſt aſ-
ſumtionem pilularum immediate ſupraſcriptarum. Et eo taliter vtatur bis in vere & totidem in au-
thumno, ſi expedit, aut ſi ſit neceſſe & non aliter, quamuis etiam ipſe non aſſumſiſſet duo ſolutiua, &
ſyrupos ſupraſcriptos. ¶ Solutiuum vſuale. ♃. *caſſiæ fi. electæ ʒ j. diaſenæ ʒ ij. aquæ abſynt. ʒ j. ſeri caprini* Potio ſolutiua.
q. ſ. pro potione miſce & fiat potio. Iſtud ſolutiuum vſuale aſſumat in aurora debite calidum, & non tepi-
dum, quarta die immediate ſequente diem aſſumtionis digeſtiui vſualis immediate anteſcripti, & poſt i-
pſius aſſumtionem ſtet ieiunus horis tantum. iiij. ſeruatis modis & ordinibus deſcriptis in aſſumtione
D primi ſolutiui ſupraſcripti compoſiti ex caſſiæ fi. diaſenæ, ſucco ro. vt ibidem. ¶ Cordis cerebri & epatis,
& ſtomachi & ſplenis confortatiuum. ♃. *ſpecierum electuarii de gemmis ʒ j. diamoſchi dulcis ℈ j. aromati-*
ci deſcriptione Gab. ℈ ß. triaſandalorum ſine camphora ʒ j pulueris ſcolopendriæ ʒ ß. ſacch. albiſſi. ℥ xij. miſce
& cum aquarum abſynthii partibus & bugloſſæ partibus ij & ambobus ſimul. q. ſ. ad incorporandum fiat ſoli-
da confectio in morſellis trium tertiarum pro morſello. Iſtius confectionis aſſumat vnum morſellum in ma- Morſelli.
ne cum ſurgit duobus diebus in hebdomada ad libitum tantum temporibus, quibus ſupraſcripta alte-
ratione vexatur, & etiam duabus hebdomadis ſequentibus aſſumtionem ſolutiui eradicatiui proximi
ſupraſcripti compoſiti ex pilulis indis, agarico, ſale gemmeo, &c. vt ibidem.

Consil. LX. *Contra debilitatem digeſtiuæ ſtomachi, & conſequenter epatis caliditatem.*

E Tuis litteris quædam expoſuiſti accidentia, quibus maximo cum deſiderio exſpectas, vt reme-
diis opportunis efficacibus occurram, nonnullas feciſti petitiones, quibus vt ſatisfaciam, bre-
uibus rem claudam his, quæ te exſpectaturum intelligo. Accidentia ſunt hæc, debilitas dige-
ſtiuæ ſtomachi, frigida phlegmatica, dolor eius aſſiduus, quaſi quædam ventoſitas in eo gene-
rata perſæpe & minuit & augmentat. Epatis caliditas exceſſiua, complexionalis magis quam materialis,
deſcenſus humiditatis ſiue catarrhi a capite, dolor in eo aggrauatiuus ex cauſſa frigida. Inflammatio re-
num, complexionalis magis dolor in eis ex cauſſa eadem. Petitiones tuæ ſunt hæ vtrum conferat coi-
tus de decem in decem dies. Vtrum balnea in hoc caſu naturalia tibi conferant. Vtrum butyrum ſit
tibi conueniens. Vtrum vti pilulis ordinatis ſit tibi conforme. Vtrum congruum foret zinzibere in-
terdum condito vti. Accidentibus occurrens tibi familiaribus remediis facillimiſq;, ſed vt ſpero in Ie-
F ſu miſericordia efficacibus tibi pauca & vtiliſſima tranſmitto, ordine præſcripta obſeruans, quibus, ſi
obtemperaueris, ſalutem vt cupis, conſecuturus es. ¶ Digeſtiuum facile contra debilitatem ſtoma-
chi digeſtiuæ, cui principaliter inſiſtendum, & aliqualiter contra epatis debilitatem. ♃. *ſyrupi de abſyn-* Potio digeſtiua.
thio ʒ j. mellis roſ. colati ℥ ß. aquarum abſynthii ℥ ß cichoreæ, capill. ve. ana. ʒ j ß. miſce. Iſtum ſyrupum aſ-
ſumat calidum & non tepidum in aurora, decem diebus continuis, ſtetque ieiunus poſt eius aſſum-
tionem horis tribus, iterum dormiat ad libitum, ſed tamen non amplius duabus horis. ¶ Solutiuum
facile. ♃. *pilularum alephanginarum, de rheubarbaro, agarici electi. Agaricus minutim inciſus in fruſta* Pilulæ.
ponatur in infuſione oxymelle ſimplici per horas x. deinde ex ipſo cum aliis fiat pilulæ vij. pro. ʒ. Iſtarum pi-
lularum accipiat iij. & ſi tres non educunt ſufficienter, accipiat vſque ad. v. de mane in aurora & hoc
in capite. v. dierum ita quod cum aſſumſerit. v. diebus de ſy. ſupraſcripto, accipiat pilulas, deinde aliis
G v. vicibus accipiat de ſyr. vt ſupra & demum de pilulis, vt dictum eſt nunc. ¶ Confectio ſtomachi & epa-
tis confortatiua ℞ *ſpecierum aromatici roſ. deſcriptione Gab. diarrhodon abbatis an. ʒ ij ß. ſacchari albiſſimi* Morſelli pro epate & ſtom.
trium coctarum ℥ xij. fiat confectio ſolida in morſellis trium ʒ. pro vnoquoq; morſello cum aqua abſynth. & en-
diuiæ an. q. ſ. Iſtius cõfectionis accipiat omni die vnum morſellum, de mane in aurora & dormiat ſupra,

veſperi ante cœnam vnum alium per horam & continuet ſic. 8. diebus, iteratis illis duabus purgationi- A
Vnguentum ſtom. bus dictis ſupra. ¶ Vnctio ſtomachi confortatiua. ℞. *oleorum abſynth.* ℥ j ß. *maſticis* ℥ j. *aneti cydonio-*
rum. an. ℥ ß. *pulueris abſynthy, maſticis, menthæ an.* ℈ j *gar.* ℈ ß. *calami aromatici* ℈ j. *galliæ muſc.* ℈ ß. *ci-*
namomi ℈ j. *coral. ru. coriandrorum præpa. an.* ℈ ij. *Et cum modico ceræ fiat vnguentum pro ſtomacho.* Hac
vnctione vngatur ſtomachus mane cum ſurgit, & veſperi ante cœnam, ſuperponatur deinde pannus ca-
lidus, & nullo modo vngatur epar nec ſplen. Hac vnctione vtatur facta prima purgatione, & tunc pri-
mum ea incipiat vti. ¶ Vnctio epatis confortatiua & eius caliditatis remiſſiua. ℞. *oleorum de ſpica* ℥ j. *roſati*
Vnguẽtum epaticum. ℥ ß. *pulueris ſandalorum ru.* ℥ j *ſpody* ℥ j. *Et cum modico ceræ & aceto fiat vnguentum.* Hac vnctione vnga-
tur epar vt de ſtomacho dictum eſt, & ſupponatur petia non calida ſed tepida. hac tamen vnctione non
Pilulæ ſto. confortatiuæ. vtatur niſi poſtquam factæ fuerint illæ duæ purgationes poſitæ ſupra. ¶ Pilulæ nõ digeſtiuæ neq; ſoluti- B
uæ ſtomachi confortatiuæ, & amplius caliditatis epatis remiſſiuæ & confortatiuæ. ♃. *trochiſc. de roſ. de-*
ſcriptione Meſ. octaua diſtinctione antidotarij. quorum initium eſt confectio trochiſcorum de roſ. &c. ℥ ij. *tro-*
chiſcorum de ſpodio ℥ j. *fiant pilulæ, cum ſyrupo de abſynthio. 8. pro.* ℥. ¶ Poſtquam completæ fuerunt purga-
tiones duæ dictæ, & tranſierunt dies octo aſſumtionis confectionis ordinatæ, incipiat vti his pilulis hoc
modo. vcz continue. x. diebus accipiat de mane cum ſurgit quinque ex eis, ſtetq; ieiunus horis trib. ve-
ſperi autem per horam, antequam vadat cœnatum, accipiat tres, &c. ¶ Stomachi & epatis cõfortatiuum:
℞. *ſumitatũ abſynthij. q. ſ. pro raphiolo paſſularum nigrarum quantumlibet, pulueriſiſq; maſticis coriandrorũ*
præpa. endiuiæ ana. quantumlibet. abſynthiũ minutim incidatur & non piſtetur, deinde omnia ſimul incorpo-
rentur & fiat cum pauco paſte ſubtiliſſime raphiolus. Aſſumat de hac mixtura octo dieb. continuis mane,
& etiam poſt ipſius aſſumtionem vnum cochlear paſſularum paruarũ: deinde ſumat vini mediocris ca- C
loris & mediocris vinoſitatis ℥ iij. poſtea ſtet ieiunus horis tribus & demũ prandeat. ¶ Vnctio familiaris
& vtilis ad renum caliditatem exceſſiuam. ℞. *olei roſ.* ℥ ij *aceti* ℥ ß. *Conquaſſentur adinuicem & cum modi-*
Vnguẽtum contra caliditatem renum. *co ceræ fiat vnguentum.* Iſta vnctione vngantur renes veſperi cum vadit dormitum, ſuperponaturq; pan-
nus lineus tepidus. ¶ Alia fortior ad idem. ℞. *oleorum roſ. violati, nenupharis an.* ℥ ß. *ſandalorũ ru.* ℥ j. *cina-*
momi ℥ ß *& cum modico ceræ & aceti fiat vnguentum.* Et ſi expediens fuerit vnctio fortior ſupra ſcripta
Aliud. cum hac vngatur vt ſupra. Et quoniam ſpero dolorem renum his medicaminib. remotum fore, cum ex
ipſa mala complexione credam dependere. Ex his puto omnibus accidentibus ſatisfactum eſſe. Ad pe-
I. titiones autem reſpondeo. ¶ Ad primam; quæritur an coitus, &c. Reſpondeo ex verbis Auic. 13. *ter-*
An coitus de 10 in 10 diem huic patienti conueniat. *tij capit. de rebus in quibus non eſt ſic inquiens. Et coitus eſt ex rebus magis nociuis ſtomacho. Et dimiſſio eius*
eſt ex rebus magis conferentibus ei. ad quid concurrit, quod coitus fuit vna ex pluribus cauſſis debilitatis D
ſtomachi patientis. Quare conſulo, vt ipſum relinquat vt eſt ei poſſibile. ¶ Ad ſecũdum cum quæritur an
balnea naturalia, &c. Reſpondeo quod ſtante multa materia exiſtimo nõ competere. ¶ Ad tertium cum
An balnea naturalia. quęritur vtrum butyrum, &c. Ea dicam quę apud auctores inuenio, Butyrum ſtomacho nocet, quia vil-
An butyrum. los ſtomachi lubricat & relaxat, & non aſſuetũ nauſeam facit vt cetera vnctuoſa, præterea quia aereum
eſt natat ſuper cibo in ſtomacho, ſicut oleum ſuper aqua, quaſi cibis craſſitiem tribuit & viſcoſitatem:
propter quod difficilius digeritur, & cibos digeri incipiẽtes lubricat & deponit de ſtomacho, priuſquã
Butyri nocumenta corrigẽda quæ. coctionis tempus compleuerit. ¶ Remouetur tamen nocumẽtum; ſi cum eo miſceantur ſtiptica & ſto-
machum confortantia. Et his conſulo, vt eius vſus relinquatur. ¶ Ad 4. dicitur quod pilulæ illæ ſint con-
uenientes, ſed illis conueniẽtiores ſolutiuæ ſuperius deſcriptæ, quibus cõſulo, vt ſæpius vtatur de quin-
to in quintum, aut de ſexto in ſextum, vna duabus aut tribus ad libitum ante cœnam vel ante prandium E
per duas horas. ¶ Ad vltimum dico quod cum caliditas zinziberis ſit ſatis intẽſa; & caliditas ſtomachi pa-
tiẽtis valde remiſſa, dubito quod caliditas exceſſiua zinzib. non reſoluat caliditatem remiſſam ſtomachi
patientis, ad quod concurret caliditas exceſſiua epatis. Ex quibus infero, quod ab omnibus ita exceſſiue
calidis patiens debeat cauere, & ſi inſtaretur de theriaca, dico quod de illa ratione caliditatis intẽſe non
deberet aſſumere, ſed quia proprietatem habet, &c huic dięta & modica quantitate cum canonibus ha-
bẽdis ad hoc poterit temporibus magni frigoris conſilio Medicorum aſtãtium accipere. Propter quod
notandum, quod cum virtus & morbus varietatem patiantur, ideo ſupraſcriptis medicinis quamuis le-
uibus & familiaribus vtatur conſilio Medicorum aſtantium, qui varietatem, ſi alicui ipſorum accideret,
ſcirent.

De regimine ſex rerum non naturalium generalia quædam. F

EVitet aerem frigidum nebuloſum vẽtoſum, panem non fermentatũ, craſſas carnes duræ digeſtio-
nis, Et vniuerſaliter omnia, quæ ad digerẽdũ ſunt difficilia, vt caſtan. paſtilli. Et abſtineat ab omnib.
accidẽtibus, & a leguminibus vt fabis, phaſeolis, ciceribus albis. de brodio rubeorum vti poteſt, ſi cũ eo
decoquant ſiue bulliant radices cichoreæ, ſemina communia frigida maiora. Abſtineat a carnibus ſali-
tis, a caſeo ſalito. Piſcibus raro vtatur & de aquis claris vt ſunt thimalus truita, &c. Caſeo non ſalito ſiue
dulci vnius anni cum dimidio & duorum vti poteſt poſt menſem, comedendo de eo. iij. aut. iiij. bolos ad
ſtomachi ſigillationem. Vino goreto mediocris vinoſitatis vtatur. Ab aqua frigida abſtineat & a vino
Species pro condiendis cibis. potenti. Aromata, quibus vti poteſt in ſuis ferculis ad libitum, ſunt iſta. ℞. *cinamomi* ℥ j. *cardamomi* ℥ ij.
ſandalorum ru. ℥ j. *coriandrorum præpa.* ℥ j. *piſtentur ſubtiliſſime & cribellẽtur per cribrum, deinde cum mo-*
dico croci fiant aromata. Ex fructibus vtatur piſtachiis ſiue phiſticis, amygdalis dulcibus in modica quan- G
titate infuſis in aqua feruenti, & in ea aliqualiter dimiſſis. paſſula nigra in omnem modum, quia ſtoma-
chum & epar mirabiliter cõfortat. Vtatur exercitio temperato mane & ſero per vj. horas poſt prandiũ,
habeat omni die ventris beneficium arte vel natura, dormiat de mane quantum ſibi ſatisfieri putat, in
die omnino non dormiat. Mente lætetur & ſperet in domino, qui ſibi ſanitatem reſtituet.

A **Cons. LXI.** *Contra ſtomachi & epatis debilitatem.*

SOlutiuum facile. ℞ *pilularum contra peſtem, abſynth. j pulueriz. misce, & cum ſyrupo de abſynthio. q.ſ. ad incorporandum formentur pilulæ vij.* Iſtarum pilularum aſſumat a. ij. vſque ad iiij. ad libitum in aurora: aut de mane cum ſurgit, ad libitum ſingulis .xv. die ſemel quocunque tempore anni, & poſt earum aſſumtionem ſtet ieiunus horis. iiij. & ipſis pilulis taliter vtatur tantum, quando prædicta alteratione vexatur aut de proximo debet vexari. ¶ Stomachi & epatis confortatiuum & membrorum omnium naturalium & proprie ſtomachi. ℞ *abſynthii ʒ j macis ℈ ß coriandrorum præpa. ʒ j. puluerizentur omnia, deinde cum ſyr. de abſynthio. q.ſ. ad incorporandum formentur pilulæ vij pro. ʒ.* Iſtarum pilularum aſſumat a duabus vſque ad quatuor in mane cum ſurgit, ſemel aut bis ad amplius in hebdomada, quocunque tempore anni præterquam tempore magni caumatis. deinde ſtet
B ieiunus horis tribus ad minus. Tempore vero magni caumatis iſtis pilulis etiam vti poteſt ſemel tantum in hebdomada. ¶ Confortatiuum vt ſupra, & propriiſſime ſtomachi. ℞ *maſticis albi & diaphani ſeu lucidi. gran. iiij: Hãc maſticem aſſumat in mane cum ſurgit ſemel aut bis in hebdomada quocunq; tempore anni, præterquam tempore magni caumatis: deinde ſtet ieiunus horis. iij. ad minus* ¶ Confortatiuum vt ſupra immediate. ℞. *abſynthii ſicci ʒ j. macis ℈ j. coriandrorum præpa. ʒ j. garyoph. ʒ ß. coral. ru. ℈ j. Puluerizentur omnia deinde cum ſyrupo de abſynthio. q.ſ. ad incorporandum formentur pilulæ vij pro ʒ.* Iſtarum pilularum aſſumat a ij. vſque ad iiij. ad libitum ſemel in hebdomada, aut bis & eas ſumat cum reliquis modis & ordinibus, quibus aſſumit maſticem. ¶ Confortatiuum vt ſupra. ℞. *trochiſcorum de abſynthio ʒ j de diarhodon ℈ j. de rheubarb. ʒ ß. miſce. & cum ſy. de mentha. q.ſ. ad incorporandum formentur pilulæ. vij pro ʒ.* Iſtarum pilularum aſſumat a duabus vſque ad iiij. ad libitum in hyeme tantum, & cum reliquis modis &
C ordinibus deſcriptis in vſu pilularum immediate ſupraſcriptarum. ¶ Confortatiuum vt an. ℞ *ſpecierum aromatici roſa. deſcriptione Gabr. ʒ j. diambra. ʒ j. triaſandalorum ſine camphora ℈ j coriandrorum præpar. ʒ ß. coral. ru. ʒ j ſacchari albiſſimi ℥ viij. Puluerizentur puluerizanda: deinde omnia ſimul miſce & cum aqua abſynthii. q.ſ. ad incorporandum fiat confectio ſolida in morſellis. iij ʒ. pro morſello.* Iſtius confectionis aſſumat vnum morſellum in mane cum ſurgit bis in hebdomada in hyeme tantum, & cum reliquis modis deſcriptis in aſſumtione pilularum immediate ſupraſcriptarum. ¶ Nota quod ſupradictis medicinis nõ vtatur, nec aliqua ipſarum, niſi dum actu ipſa alteratione vexatur, aut quando vexatio ipſa proxima eſt. Et eadem hebdomada, qua altera ſupradictarum medicinarum vtitur, non vtatur altera ex ipſis prę ter quam ſupradictis primis pilulis ſolutiuis, quibus taliter vtatur, vt ſupra ad libitum.

Margin: Pilulæ. / Aliæ confortantes. / Aliæ. / Aliæ. / Morſelli.

Cons. LXII. *Contra ſtomachi debilitatem & cerebri a materia phlegmatica.*

D ERadicatiuum materierum communium ab inteſtinis. ℞ *foliorum blitis M. j. mercurialis M j. radi. maluauiſci M ß. ſeminum fœnugræci, lini, carthami an ℥ ß. vitellum oui numero j caſſiæ ſi. ℥ j. benedictæ ſimplicis, hieræpicræ, ſacchari rub. an ℥ ß olei oliuarum ℥ vj ſalis cõmunis ʒ ij. herbæ, radices & ſemina bulliant in ſufficienti quantitate aquæ vſq; ad conſumtionem medietatis aquæ: dein de optime exprimantur & colentur. Vltimo tribus cyathis ſeu. xviij ℥. dictæ colaturæ reliqua omnia addantur & fiat clyſtere.* Iſto enemate ſuauiter calido vtatur ſtomacho ieiuno ad minus omnibus. xv. diebus ſemel: quod etiam enema taliter aſſumat ante cœnam diei præcedẽtis diem aſſumtionis ſolutiui minoratiui immediate infraſcripti. Et ipſum iterum taliter aſſumat die immediate ſequenti poſt aſſumtionem dicti ſolutiui. Et eo etiam taliter vtatur ante & poſt aſſumtionem ſolutiui eradicatiui infraſcripti. ¶ Solutiuum minoratiuũ facile & vſuale. ℞. *caſſiæ fiſt. ℥ ß. ſucci roſ. ℥ ß. ſacch. albiſſimi. q.ſ. pro dactylo aquæ abſynt. q.ſ. ad extrahendum*
E *caſſiam & miſce fiat dactylus & deauretur.* Iſtud aſſumat ad minus ſemel & per. viij horas ad maius poſt cœnam diei præcedentis: deinde poſt ipſius aſſumtionem non dormiat, ſed in lecto iaceat per horam & poſt ſurgat, & cum panno ſuauiter calido fricet leuiter ſibi ſtomachum, ventrem & ilia, & pannum ita ſuauiter calidum ſuper dictis membris retineat, & ſtet in vmbra continue, partim deambulando, partim ſedendo, prout naturæ ſuæ eſt gratius: ſtet ieiunus poſt ipſius ſolutiui aſſumtionem horis quinq; & non amplius, & non aſſumat lauatiuum, ſed in dicto termino prandeat, & pro ferculo comedat blites cum boragine & feniculo, & carnes laudabiles. Quo ſolutiuo etiam vti poteſt ſemel ad libitum ſingulis duobus menſibus. ¶ Digeſtiuum confortatiuum ſtomachi & epatis. ℞. *ſyruporum de abſynth. ℥ j de mentha. oxymell. ſquil. ℥ ß. aquarum menthæ ℥ j abſynt. cicho. an. ℥ j ß. cinam. electi puluerizati. gra. iij. miſce. Iſtud aſſumat in aurora ſex diebus continuis &c.* ¶ Solutiuum eradicatiuum. ℞. *caſſiæ f. ℥ j rheubar. electi ʒ iij ſpicæ*
F *gra. iij aquæ abſynt. ℥ j. ſeri caprini. q.ſ. pro potione. rheubarbarum prius minutim inciſum, & non piſtatum infundatur in dicto ſero per horas xij ad minus: deinde optime exprimatur, & ſubſtãtia rheubarbari abiiciatur, vltimo dictæ expreſſioni alia addantur.* Iſtud aſſumat in aurora &c. poſtquam dormiat ſi poteſt per vnam horam, aſſumat pro lauatiuo vnum cyathũ aquæ decoctionis hordei excorticati, & ſine ſaccharo. quod ſolutiuum aſſumat interponendo vnam diem poſt completam ſy. aſſumtionem. ¶ Vnctio ſtomachi cõfortatiua. ℞ *oleorum abſynt. ℥ ij maſticis ℥ j. ſpicæ, cydoniorum an. ℥ ß. puluerũ maſticis ℈ j. abſynt. ʒ ß. menthæ ℈ j. garyoph. ℈ j. calami aroma. ℈ j. macis ℈ ij cyperi galliæ an. ℈ j. cinam. ℈ ß florũ labruſcæ roſ. an ℈ j. cora. ru. ℈ ß. corian. præparatorũ ʒ ß. laudan. ℈ ij ceræ q.ſ. miſce & cum modico aceti fiat vnguentũ molle fiat medietas recepti, &c.* Iſta vnctione cũ manu calida vngatur ſtomachus totus incipiẽdo ab ore ſtomachi incluſiue & ſtomacho ieiuno & hoc die ſequente diẽ aſſumtionis ſolutiui eradicatiui immediate antescripti. qua
G taliter vtatur. vij. dicbus continuis: deinde interponat alios. viij. dies, quib. ipſa non vtatur: poſt ea vtatur ea aliis dicbus. viij continuis & adhuc interponat alios viij dies, & ſic pluries faciat. ¶ Sacculus ſtomachi confortatiuus. ℞ *foliorum abſynth. recentis partes ij menthæ, ro. partem j. calami aromatici ſpicæ ana. ℈ j. garyoph. ʒ ß. macis ℈ j. cinamomi ʒ ß. radicum cyperi ℈ ij. maſticis ʒ j florum labruſcæ M j. coriand.*

Margin: Enema. / B[illegible]. / Syrupus. / Potio ſolutiua. / Vngu. ſtomacha confortãs. / Sacculus ſtomachalis.

præpara.℈ *ij.coral.ru.*ʒ ß.*miſce & fiat ſacculus in forma ſcuti.* Iſtum ſuauiter calidum ponat ſuper ſtoma- A
chum mane cum ſurgit, & taliter tota die & non in nocte,quo taliter vti omnibus illis.viij.diebus con-
tinuis intermiſſis,quibus ſupraſcripta vnctione non vtitur. Si vero vult medicinam fortiorem vnctio-
ne,& ſacculo ſupraſcriptis,minuantur dicta olea & augeãtur pulueres & cera proportionabiliter & ad-
Pilulæ confortantes. datur picis & reſinæ.q.ſ.pro cerato, quo vtatur vt ſupra de ſacculo dictum eſt. ¶ Pilulæ confortatiuæ &
nō ſolutiuæ.℞.*troch.de abſ.* ʒ j.*de rheubarbaro* ʒ ß.*ſpicæ* ℈ j *cinamomi* ℈ ß.*corian.præpa.*℈ ß.*ſacch. albiſſi-
mi ℈ j.*miſce & cum oxym.ſquil.fiant pilulæ.*vij.*pro*.ʒ.Iſtarum aſſumat a tribus vſq; ad v.cum ſurgit duob.
diebus in hebdomada: deinde poſt ipſarum aſſumtionem ſtet ieiunus ad minus horis.iiij. quibus tali-
ter vti incipiat quarta die poſt ſequentem diem aſſumtionis ſolutiui ſupraſcripti. ¶ Confectio confor-
Morſelli cōfortãtes. tatiua ſtomachi,epatis & cerebri. ℞.*ſpecierum aromatici roſ. deſcriptione Gab.* ʒ j.*ſpecierum diarhodon*
ab. ʒ ß.*ſpecierum diamoſci. d.* ℈ j. *coriand. præpa.* ʒ ß.*ſacchari albiſſimi* ℥ v.*miſce & cum aqua abſynt.fiat* B
confectio ſolida in morſellis iij.ʒ. Iſtius aſſumat vnum morſellum mane cum ſurgit, poſt cuius aſſumtio-
nem ſtet ieiunus ad minus horis tribus, qua vtatur aliis duobus diebus in hebdomada a diebus, quibus
Caputpurgium. ſumit pilulas immediate ante ſcriptas. ¶ Caputpurgium facile. ℞. *aquæ maioranæ* ℥ *ij. ſucci foliorum*
blitis ℥ j. *pulueris nucis muſ.* ℈ j. *ſacch. candi.* ʒ j. *miſce.* Et ſi ipſum vult efficacius, loco ſucci foliorum
blitis, ponat ſuccum radicis blitis. Iſtius ſuauiter calidi per nares attrahat ʒ ij.ſeu cochlearia duo in ma-
ne cum ſurgit, duobus diebus in hebdomada habito prius ventris beneficio: deinde ſtet ieiunus horis
tribus, quo vti taliter incipiat per vnum menſem, poſt aſſumtionem ſolutiui eradicatiui ſupraſcripti.
Aliud efficacius. ¶ Caputpurgium efficacius ſupraſcriptis. ℞. *caputpurgium ſupraſcriptum primum, pulueris ireos* ʒ ß.
miſce. Iſto vtatur caſu quo velit efficacius caputpurgium, vt ſupra de alio dictum eſt. ¶ Pilulæ ſolu-
Pilulæ. tiuæ faciles & vſuales. ℞.*pilularum de hiera.ſ.rheubarbari electi agarici.ana.* ℈ j.*ſpicæ.gran.ij.ſalis gemmæ.* C
gran.j.miſce & cum electuarii indi.q.ſ.fiant pilulæ.viij. Iſtis vtatur omnibus duobus menſibus ſemel cum
Potio dig. aliis modis dictis in eradicatiuo ſupraſcripto. ¶ Digeſtiuum confortatiuum & vſuale. ℞. *aquæ abſ.* ℥ *ij a-
quæ menthæ,aquæ cichoreæ an.* ℥ j.*cinamomi,cuſcutæ an.* ℈ ß.*ſacchari candi.* ℥ j.*puluerizanda puluerizentur
ſubtiliter deinde miſce.* Iſtud ſumat ſingulo menſe quatuor diebus continuis cum modis, vt ſupra in pri-
Pilulæ. mo digeſtiuo. ¶ Pilulæ aliæ ſolutiuæ faciliores & vſuales. ℞.*pilularum alephangi.*℈ *ij.rheubar. electi* ℈ j.
*ſpicæ.gran.ij.miſce & cum electuario indi formentur pilulæ.viij.*Iſtarum aſſumat a tribus vſque ad v.omni-
bus.xx.diebus ſemel in mane cum ſurgit, poſt quarum aſſumtionem ſtet ieiunus horis quinque. ¶ Mi-
xtura ſtomachi & epatis confortatiua.℞.*ſumitatum abſynth.q.ſ.pro raphiolo,paſſularum paruarum nigra-
rum quantumlibet,pulueris maſticis,pulueris coriandri præpa.pulueris cinamomi an.quantumlibet, vitellum*
Paſta. *oui j. Abſynthium minutim incidatur & non piſtetur, deinde fiat raphiolus trium vel iiij.bolorum, qui mo-* D
*dicum prius bulliat,deinde ab ipſo cutis extrinſeca amoueatur.ſ.paſta & ſolum mixturam intrinſecam come-
dat,& hoc in mane cum ſurgit octo diebus cōtinuis in omnibus quadraginta diebus,deinde ieiunet horis qua-
tuor poſt ipſius aſſumtionem.*Qua vti incipiat per xx.dies poſt aſſumtionem ſolutiui eradicatiui ſupraſcri-
pti.¶ Confortatiuum ſtomachi vt ſupra.℞.*maſticis* ℥ *ij.Iſtius maſticis granorum aſſumat* ℈ j.*in mane cum
ſurgit bis in hebdomada,poſtea ſtet ieiunus horis.iiij.* Quo vti incipiat quinta die poſt aſſumtionem ſupra-
ſcriptæ mixturæ.¶ Confortatiuum ſtomachi aliud, vt ſupra,& cibi in ſtomacho detentiuum. ℞.*coriand.
præpa.ſecundum canon. dictum confec.ſolum cum vna leui coopertura ſacchari* ℔ j. *Iſtorum coriandrorum
aſſumat* ℥ j.*ſeu cochlear.j.ante cibum.&* ʒ j.*poſt cibum interpolatim.*videl.vna die ſic & alia non,quibus vti
incipiat die ſequenti aſſumtionem eradicatiui ſupraſcripti. ¶ Confortatiuum vt ſupra. ℞. *phiſticorum
electorum & debite mundatorum* ℔ j.*his vtatur ante cibum à media* ℥.*vſque ad* j. Nota quod ſupraſcriptis E
medicinis nō vtatur tempore magni caumatis.videlicet a die 3.Iulii vſque ad xx.Auguſti incluſiue,præ-
terquam enemate ſolutiuo minoratiuo & coriandris. Item ea die,qua vtitur vna ex ſupraſcriptis medi-
cinis,non vtatur alia. Et quia corporum diſpoſitiones videlicet ſanitas ægritudo, neutralitas,& cauſſę &
accidentia earum,& virtutis tenor varietatem tam formalem,quam gradualem in ipſis faciunt.Proinde
medicinis cum cano.ſupraſcriptis, vtatur conſilio periti Medici.

CONS.LXIII. *Contra debilitatem digeſtiuæ ſtomachi, appetitiuæ & retentiuæ oris ſtomachi.*

Enema. RECipe clyſtere vſuale ex oleis liliorum alborum &c.vt ſupraſcriptum eſt in cura ſupra dolorem re-
nalem. Iſto enemate vtatur, vt ſupra in caſu eiuſdem clyſteris ſupraſcripti in cura doloris renalis.
Pilulæ. ¶ Solutiuum minoratiuum facile. ℞. *pilularum de hiera ſimplici* ʒ j. *puluerum coriandrorum præpa.*
℈ j.*miſce & cum ſyr.de abſ.q.ſ.ad incorporandum reformentur pilulæ. vij.pro* ʒ. Si non timet de dolore re- F
nali,ſed potius de alteratione ſtomachi, tunc iſtas pilulas aſſumat in aſſumtione minoratiui ſupraſcripti
Potio digeſtiua. in dolore renali.¶ Digeſtiuum ſtomachi confortatiuum.℞.*ſyruporum de mentha* ℥ ß. *de abſynth.* ℥ j.*oxy-
mell.ſimplicis* ℥ ß.*aquarū abſynthij* ℥ *ij.menthæ* ℥ j. *miſce.* Iſtud digeſtiuū aſſumat debite calidum ꝑ horas
ix.poſt cœnam præcedentem, cum aliis modis & ordinibus deſcriptis in aſſumtione digeſtiui ſupraſcri-
Pilulæ. pti in dicto dolore renali.¶ Solutiuum eradicatiuum facile. ℞.*pilularum de hiera ſimplici* ℈ *ij.agarici* ℈ j.
ſalis gemmæ gran.j.puluerum coriandrorum præpa. ℈ ß.*miſce & cum ſyrupo de abſynth.q.ſ.&c.fiant pilulæ vt
hic immediate ſupraſcriptæ.* Iſtas pilulas aſſumat per viij. horas poſt cœnam immediate præcedentem
cum aliis modis & ordinibus deſcriptis in aſſumtione ſolutiui eradicatiui ſupraſcripti in dicto dolore
Sacculus ſtomachalis. renali. ¶ Sacculus confortatiuus ſtomachi vt ſupra.℞.*abſynth partes iiij.menthæ partes ij.roſarum florum
labruſcæ partem j macis* ʒ j.*calami aromatici, garyoph. an.* ʒ j ß. *maſticis* ʒ *iij. coriandrorum præparatorum,* G
*coral.ru.an.*ʒ j *Contundantur omnia craſſo modo, deinde ex ipſis fiat ſacculus formæ ſcuti. Iſtum ſacculū reti-
neat ſuper ſtomacho octo diebus continuis, deinde remoueat ipſum per quatuor dies: poſtea reponat ipſos octo
diebus aliis continuis, & ita remittetur quater in vno menſe:* deinde ipſum dimittat per tempus notabile.

Item

A Item ipſo etiam poteſt vti aliquando, præterquam tempore magni caumatis. ¶ Vnctio confortatiua, vt *Vnguentū*
ſupra immediate ℞. *horum trium oleorum ſ. maſticis* ʒ j *cydoniorum* ʒ ß. *abſynthii* ʒ j ß. *Et 11. puluerum ſe-* *ſtomacha-*
quentium gerioph. ℈ j *maſticis* ℈ ß. *abſynthii* ʒ j. *ſpicæ gra vj macis* ʒ ß. *calami aromatici gra.* ß. *menthæ* ʒ ß. *le.*
florum labruſcæ ℈ j *coriandrorum præpa. coral. ru. roſarum ana* ℈ ß. *ceræ q. ſ. pro vnguento molli miſce, & cum*
modico aceti q. ſ. ad penetrādum fiat vnguentum molle pro ſtomacho. Iſta vnctione calida vngatur ſtomacho
ieiuno bis in die totus ſtomachus, incipiendo ab ore ſtomachi incluſiue, qua vnctione taliter vngatur
diebus iiij, intermiſſis inter dies aſſumtionis ſacculi ſuper ſtomacho, quibus non retineat ſacculum. ¶ A- *Pulu. ex a-*
romata ſtomachi confortantia, vt ſupra. ℞. *nucis moſc. macis ana* ʒ ß *gerioph.* ʒ j. *croci* ℈ j. *cinamomi, ſa-* *romatibus.*
chari albiſſimi ana ʒ ij *pulueriẕentur omnia ſubtiliter, deinde miſce.* Iſtis aromatibus ſecundum quantita-
tem ipſarum mediocrem vtatur ſuper ferculis ter & quater in hebdomada, præterquam tempore magni
B caumatis. ¶ Trochiſci ſtomachi confortatiui, vt ſupra. ℞. *trochiſcorum de abſynthio, de diarhodon, de* *Trochiſci*
rheubarbaro ana ℈ j. *ſacha. albiſ. miſce, & cum ſyrup. de mentha q. ſ. ad incorporandum formentur pilulæ vij.* *ſtomacha-*
pro ʒ. Iſtarum pilularum non ſolutiuarum aſſumat ʒ ß. in mane cum ſurgit, omnibus 20. diebus præter- *les.*
quam tempore magni caumatis. ¶ Confectio confortatiua ſtomachi, vt ſupra. ℞. *ſpecierum aromatici ro-* *Morſelli.*
ſati deſcriptione Gab. ʒ ij. *diacinamomi* ʒ ß. *coral. rub.* ℈ j. *coriandrorum præparatorum* ʒ ß. *ſachari albiſſimi*
ʒ *viij. miſce, & cum aqua abſynthii q. ſ. ad conficiendum fiat confectio ſolida in morſellis ij* ʒ *pro quocunque*
morſello. Iſtius confectionis aſſumat vnum morſellum in mane, cum ſurgit ſingula hebdomada ſemel,
præterquam tempore magni caumatis, deinde poſt ipſius aſſumtionem ſtet ieiunus ad minus horis tri-
bus. ¶ Mixtura ſtomachi confortatiua, vt ſupra immediate. ℞. *foliorum abſynthii q. ſ. pro raphiolo, paſſu-* *Bolus.*
larum paruarum nigrarum quantum libet, pulueris maſticis, coriandrorum præparatorum, coral. ru. ana
C *quantum libet, vitellum oui j. abſynthium minutim incidatur modo piſtentur omnia ſimul incorporentur, &*
fiat vnus raphiolus, qui poſtea modicum bulliat. Iſtius mixturæ aſſumat tres aut quatuor bolos in mane
cum ſurgit 10. diebus continuis, & hoc tempore veris, & etiam tempore hyemis: deinde poſt ipſius aſ-
ſumtionem comedat j. ʒ vel ij. coriandrorum medie confectorum, vt oris amaritudo remoueatur. ¶ Di- *Digeſtiuū.*
geſtiuum aliud valens ad id, quod ſupra in digeſtiuo primo huius curæ ſtomachi, &c. ℞. *aquarum ab-*
ſynthii ℥ j ß *menthæ, cichoreæ, capillo. vene. ana* ℥ j. *ſachari albiſſimi* ʒ j. *pulueris maſticis* ℈ j. *miſce.* Iſtud di-
geſtiuum aſſumat in aurora tribus dieb. continuis in ſingulo mēſe ſemel, preterquam in tempore magni
caumatis cum aliis modis & ordinibus deſcriptis in aſſumtione digeſtiui ſupraſcripti. ¶ Confortati-
uum ſtomachi. ℞. *maſticis albi & lucidi* ℈ ß. *Iſtius maſticis aſſumat* ℈ ß. *in mane cum ſurgit duobus diebus*
in ſingulo menſe.

D

Cons. LXIV. *Contra debilitatem ſtomachi.*

SOlutiuum facile & ſtomachi confortatiuum. ℞. *mannæ electæ* ʒ ij *pulparum tamarindorum* ʒ ij. *Potio ſolu-*
aquæ abſynthii ℥ j *ſeri caprini* ℥ iij. *Pulpæ tamarin. infundantur & diſſoluantur optime in dicto ſero* *tiua & cō-*
& fiat potio. Iſtam aſſumat in aurora, &c. non aſſumat lauatiuum aliquod, pro ferculo blites *fortatiua.*
comedat cum boragine, & feniculo, & carnes laudabiles. ¶ Confortatiuum ſtomachi. ℞. *oleo-* *Vng. ſtoma-*
rum iij. infraſcriptorum ſcil. abſynthii ʒ ij *maſticis* ʒ j. *cydoniorum, myrtillorum ana* ʒ ß. *puluerum iij. infra-* *chale.*
ſcriptorum ſcil. abſynthii ʒ j. *maſticis, menthæ, myrtillorum ana* ʒ ß. *calami aromatici, ſpicæ ana* ℈ j. *macis* ℈ ij.
gerioph. ʒ ß. *cyperi, roſarum, florum labruſcæ ana* ʒ ß. *coral. ru* ʒ j. *coriandrorum præparatorum* ʒ ß. *ceræ nouæ*
q. ſ. ad omnia incorporandum miſce & cum modico aceti q. ſ. ad penetrandum fiat vnguentum molle pro ſto-
macho. Et hoc ſtomachus vngatur cum manu calida ipſo ſtomacho exiſtente ieiuno in mane ſaltem in
E die ſemel prius habito ventris beneficio, præterquam tempore magni caumatis, quo tempore non fiat *Sacculus*
vnctio. ¶ Confortatiuum ſtomachi, vt ſupra. ℞ *abſynthii viridis M ij. menthæ viridis M j ſe. myrtillorum* *ſtomacha-*
ʒ ß. *maſticis* ʒ iij *garyoph.* ʒ j. *calami aromatici* ʒ ij. *macis* ʒ ß. *cyperi* ℥ ß *ſpicæ* ʒ ij *florum labruſcæ, roſarum* *lis.*
ana M ß coriandrorum præparatorum ʒ ij. *Contundantur omnia craſſo modo exceptis herbis viridibus, de-*
inde omnia ſimul miſce, & fiat ſacculus in forma ſcuti pro ſtomacho. Si medicamen permutare voluerit,
conuenit vt iſtum ſacculum ſibi apponat ſuper ſtomachum in mane cum ſurgit prius habito ventris be-
neficio, & ipſum taliter retineat de die, & non de nocte, quo non vtatur tempore magni caumatis. ¶ Cō-
fortatiuum ſtomachi vt ſupra. ℞ *abſynthii viridis M iij. menthæ viridis M j ß. ſe. myrtillorum* ʒ ß. *florum* *Fomenta-*
roſarū labruſcæ ana M ß. maſticis ʒ j. *calami aromatici* ℥ ß *ſpicæ* ʒ j *macis* ℥ ß. *gerioph.* ʒ ij *coriandrorum præ-* *tio ſtom.*
paratorum ʒ iij. *nucū compreſſi* ℥ ß. *Contundantur omnia craſſo modo, præterquā herbæ & flores, deinde omnia*
F *ſimul bulliant in aqua fluuiali q. ſ. pro fomentatione ſtomachi vſque ad conſumtionem quartæ partis aquæ.* Si
medicamen conuenit efficacius priori immediate, tunc in hac decoctione ſuauiter calida infundatur
ſpongia, qua prius bene expreſſa poſtea panno lineo ſubtili raro & albo inuoluta taliter ſtomacho ap-
ponatur ipſo ieiuno exiſtente, & proprie in mane per duas horas ante prandium quatuor diebus conti-
nuis prius habito ventris beneficio, deinde ſtomachus ipſe debite exſiccetur cum panno lineo. Vltimo
pellis agnina ſubtilis ſuper eundem ſtomachum ponatur ſuper quo retineatur ſaltem vſque poſt pran-
dium per duas horas. ¶ Confortatiuum, vt ſupra. ℞. *abſynthii ſicci* ʒ ij *coriandro. præpa.* ʒ j. *coral. ru.* ʒ ß. *Pilulæ.*
pulueriẕentur omnia ſubtiliter. Deinde cum ſyrupo de abſynthio ex ipſis fiant pilulæ v j. pro ʒ. Iſtarum aſſumat
tres in aurora vel in mane, cum ſurgit ſaltem ſemel in hebdomada, poſt quarum aſſumtionem ſtet ieiu-
nus horis tribus ad minus. ¶ Medicamen aliud efficacius immediate priori. *Supraſcriptis immediate ad-* *Alia.*
G *dantur menthæ ſiccæ* ʒ j. *macis* ʒ j ß. *garyoph.* ʒ ß. *calami aromatici* ʒ j *miſce & fiant pilulæ, vt ſupra.* Si me-
dicamen congruit efficacius, iſtarum aſſumat tres, &c. vt ſupra, præterquam tempore magni caumatis.
¶ Confortatiuum, vt ſupra ℞. *maſticis albi & lucidi* ʒ ij. *Iſtius aſſumat tria grana ſemel in ſingula medietate*
ſinguli menſis in mane cum ſurgit, vt de pilulis dictum eſt.

Cons.

CONS. LXV. *Contra debilitatem ſtomachi a multo phlegmate cum aliquali cholera, & repletione capitis cum grauitate ab eadem, cum ventoſitatis multitudine in membris naturalibus, & renum dolore aliquali.* A

Clyſter. EDuctiuum materierum communium ab inteſtinis. ℞. *olei oliuarum maturarum coloris tamen clari, boni odoris, vnius anni & ſuauis ſaporis* ʒ *x. olei liliorum alborum* ʒ *vj. vitellos oui numero ij. pulueris ſacchari* ʒ ß. *ſalis communis* ʒ *ij. miſce & fiat clyſtere.* Eductiuum vt ſupra.
Alius. ℞. *foliorum blitis. M j. maluarum. M j. mercurialis M j* ß. *radicum althaæ ſiue maluauiſci. M* ß. *ſeminum fœnugræci, lini, carthami an.* ʒ ß. *vitellos oui numero j. caſſiæ f.* ʒ *ij. hieræpicræ, ſacchari ru. an.* ʒ *j. olei oliuarum optimi* ʒ *vj. ſalis communis* ʒ ß. *herbæ, radices & ſemina bulliant &c. pro clyſteri.*
Potio. ¶ Solutiuum materierum communium a ſtomacho & inteſtinis. ♃. *caſſiæ f. electæ* ʒ *j. pulparum tamarindorum piſtatarum ſubtiliter* ʒ *iij. aquæ abſynthij* ʒ *j. ſeri caprini. q. ſ. pro potione.* Quod ſi ſupraſcriptum ſolutiuum in forma potionis nõ B
Bolus. eſſet ipſi gratum. ℞. *caſſiæ & tamarum. vt ſupra ſacchari tabarzet. q. ſ. p dactylo.* Quod ſi vult ſolutiua gratiora.
Potio. ♃ *mannæ electæ* ʒ *ij. tamarum. piſtatorum vt ſupra* ʒ *ij. aquæ abſynthii* ʒ *j. ſeri caprini. q. ſ. pro potione.*
Bolus. Aut ℞. *mannã & tamarind. vt ſupra ſacchari tabarzet. q. ſ. pro dactylo & fiat dactylus vt ſupra.*
Pilulæ. ¶ Solutiuum minoratiuum materierum propriarum a ſtomacho cerebro, renibus & inteſtinis vſuale. ♃. *pilularum de hiera ſimplici, pilularũ alephanginarũ, agarici an.* ℈ *j. ſalis gemmæ, zinzib. an. gra. j. miſce & cũ ſyrupo de ſtœchade q. ſ. reformentur pilulæ. vij. pro.* ʒ.
Potio dig. ¶ Digeſtiuum materierum in dictis membris. ℞. *ſy. de abſynt.* ʒ *j. ſyrupi de ſtœchade, oxymellis ſimpl. an.* ʒ ß. *aquarum abſynt. ſaluiæ ana.* ʒ *j aquæ cicho.* ʒ *j* ß. *miſce.*
Pilulæ. ¶ Solutiuum materierum eradicatiuum vt ſupra ℞. *pilularum fœtidarũ, aurearum an* ℈ *j. agarici* ℈ ß. *ſalis gẽmæ, zinzib. an. gra. j. miſce & cum ſy. de abſynthio & ſtœchad. an. q. ſ. fiant pilulæ. vij. pro.* ʒ. ¶ Digeſtiuum vt ſupra vſuale. C
℞. *aquæ abſynth.* ʒ *ij. aquarum ſaluiæ, capil. ve. cichoreæ an.* ʒ ß. *ſacchari albiſſimi* ʒ *j.* ¶ Solutiuum vſuale vt ſupra. ℞. *ſupraſcriptas pilulas compoſitas ex pilulis de hiera ſimplici & alephangin. poſitas in minoratiuo ſupraſcripto.*
Pilulæ confortantes. ¶ Confortatiuum cerebri, ſtomachi & membrorum omnium naturalium ℞. *troch. de abſynth.* ʒ *j. de diarhodon.* ℈ *j. ligni aloes, nucis mu. an.* ℈ ß. *ſacchari albiſſimi* ℈ ß. *puluerizentur omnia ſubtiliter & cũ ſyru. de abſynthio, & de ſtœchade an. q. ſ. reformentur pilulæ. vij. pro.* ʒ. ¶ Diuerſiuum dictarum materierum a cerebro & a ſtomacho euacuatiuum ipſorumque ſtomachi. ſ. & cerebri confortatiuum. ℞. *pilularum aſſaiaret.* ʒ ß. ¶ Diuerſiuum euacuatiuum & confortatiuum vt ſupra. ℞. *myrobal. chebulum conditum.*
Morſelli. ¶ Confortatiuum ſtomachi & cerebri vt immediate ſupra. ℞. *ſpecierum aro. ro. deſcrip. Gab.* ʒ *j ſpecierum diarhod. abba. diamoſchi dulcis an.* ℈ *ij. coriand. præpa.* ℈ *ij. coral. ru.* ʒ ß. *ſacchari albiſſimi* ʒ *x. miſce & cum aquarum abſynthii & ſaluiæ an. q. ſ. confectio fiat ſolida in morſellis. iij* ʒ. *pro morſello.* ¶ Confortatiuum ſtomachi & cerebri. ℞. *foliorum abſynth. viridis terreni & nõ maritimi partes ij. aut. q. ſ. pro raphiolo, ſaluiæ partem. j. paſſularum paruarum nigrarum* ʒ *iij. vitellum oui numero. j ſpecierum infraſcriptarum. q. ſ. ad aromatizandum, herbæ minutim incidantur &c. & fiat raphiolus in paſta craſſa ne frangatur, qui bulliat vſq; ad ſemi decoctionem immo minus deinde paſta abiiciatur, & de contento in paſta ſumat bolos. ij vel iij.* D
Paſta.
Species pro condiendis cibis. ¶ Aromata confortatiua ſtomachi & cerebri, de quibus immediate fit mentio, ſupra. ♃. *coriand. præpa.* ʒ *j* ß *maſticis* ʒ ß. *cinamomi garyoph. an.* ʒ *j. puluerizentur omnia &c.*
Vnguẽtum ſtomachale. ¶ Confortatiuum ſtomachi. ℞. *olei abſynthii* ʒ *j* ß. *oleorum ſpicæ, cidoniorum an.* ʒ ß. *abſynthij* ʒ *j. maſticis* ʒ ß. *ſpicæ, mẽthæ, garyoph. an.* ℈ *j corallo. ru.* ℈ ß. *calami aro. nucis muſ. macis, radicum cyperi. galliæ muſc. cinamomi an.* ℈ ß. *florum labruſcæ an.* ℈ *j. coriadrorum præpa.* ℈ *ij. laudani* ℈ *j. ceræ q. ſ. miſce & cum modico aceti. q. ſ. fiat vnguentum molle pro ſtomacho, fiat medietas recepti.*
Sacculus ſtomachalis. ¶ Confortatiuum ſtomachi vt ſupra. ♃. *foliorum abſynthii recentis partes. iij. q. ſ. pro ſacculo ſtomachi, menthæ recentis partem quartam, calami aro. ſpicæ, garyoph. an.* ʒ *ij. macis, cinamomi, radicum cyperi an.* ʒ *j florum labruſcæ, roſarum an.* ʒ *j. coriandrorum præparatorum* ʒ *ij. corallorum rub* ʒ *j. Contundantur contundenda craſſo modo, deinde omnia ſimul miſce & fiat ſacculus in forma ſcuti pro ſtomacho* E
Fomentatio. ¶ Confortatiuum ſtomachi. ♃ *foliorum abſynthii M iij. menthæ, M j* ß. *florum labruſcæ, roſarum camomillæ, radicum cyperi ana. M* ß. *calami aro.* ʒ ß. *garyoph* ʒ *iij ſpicæ, cinamo. ana.* ʒ *iij. ſeminum feniculi, carui. an.* ʒ ß. *coriand. præpar.* ʒ *ij. Contundantur omnia craſſo modo, deinde ſimul bulliant in aqua ciſternæ quantum ſufficit pro fomentatione vſque ad conſumtionem quartæ partis & modico aceto. q. ſ. ad penetrandum. deinde in decoctione illa calida infundatur ſpongia & exprimatur & ſtomacho applicetur.* ♃. ſpongias. ij. quantitatis proportionabilis ſtomacho pro ſupraſcripta fomentatione.
Lixiuium confortans cerebrum. ¶ Confortatiuum cerebri. ♃. *lixiuii facti ex cineribus tãtum ramorum vitis, & aquæ ciſternæ, ambobus ſimul mixtis & bullitis ſufficienter. q. ſ pro debita capitis lotione ſtœchados, ſaluiæ, roſmarini ana. M* ß. *foliculorum ſenæ. M j. baccarum lauri, maioranæ ana. M. quartam partem. violarum. M* ß. *bulliant omnia ſimul vſque ad conſumtionem quartæ partis lixiuii, cum quo lauetur caput ſingulis. xv. diebus tantum ſemel in mane ieiuno ſtomacho prius habito ventris beneficio.* Aliis vero diebus ſingulo mane habito prius ventris beneficio pectinet caput ſuum. F

CONS. LXVI. *Contra relaxationem ſtomachi.*

Diæta. NVtriens ſeu cibus & potus. Vinum bibat diaphanum ſeu clarum coloris granatæ, vel rubini ſeu medii coloris aut ciſiolum. Vinum etiam album poteſt bibere ſed non nigrum, ſitq; ipſum vinũ mediȩ vinoſitatis & non pauciferum, nec vinoſum, ne ſtomachi vel etiam epatis digeſtiuam debilitet, & ne ſanguinem inflãmet ipſumq; ſubtiliet nec venas. Et tandẽ hæmorrhoidas aperiat, & ſit ſaporis medii ſeu bruſci & nõ dulcis, quoniam vinum dulce epar oppilat, lympheturq; vinum ipſum quarta parte aquæ ſimplicis fluuialis, & melius aquæ ciſternæ decoctæ vſq; ad cõſumtionem quartȩ partis ipſius aquæ. Nam aqua cruda digeſtiuam ſtomachi & epatis debilitat, oppilationes & propriæ viarum cibi adducit. ¶ De ſalata comedat in æſtate ad amplius ter in hebdomada in introitu menſe G

tres aut

A tres aut quatuor bolos ſalatæ leuiter bullitæ, quam comedat cum aceto mediæ acetoſitatis, ſeu acuitatis
lymphato, ſua aqua cocta. Et cum modico ſachari albiſſimi trium coctarum, vnde pro ſalata comedat
endiuiam cum tertia parte boraginis, & modicis foliis feniculi, aut lactucas ſimiliter comedat, ſed tamen
endiuia melior eſt ipſa lactuca. ¶ Gelaticũ ſeu carnes bene digeſtibiles aliquas laudabiles ipſas ex infra-
ſcriptis carnib. laudabilib. ordinatas in gelatico ſecundũ cã. adhoc cũ modico croci & ſine aliis aromati-
bus. In hyeme cappares ꝓ ſalata comedat, a quib. ſal ſit optime eductũ, bullitos & cõditos ſecundũ can.
communem ad hoc. Deinde eos comedat cum aceto mixto, cũ modico vini & ſacharo albiſſimo, & ſine
aqua. Si vero oleum appetit cum ipſis capparibus, tunc apponat modicum olei temperati optimi. Bora-
gines cum aliquantulo menthæ & modico feniculi bullitos, &c. vt hic ſupra de capparibus, & eſt ſalata
hæc perfectior. In temporibus autem mediæ, videlicet in 2. & 3. partibus veris, & in 1. & 2. partibus au- Planta.
B thumni ſalatam comedat ex cichorea, ſeu ſponſa ſolis cũ boragine, &c. vt ſupra de capparibus. Lupulos
coctos & conditos ſecundum cano. &c. vt ſupra de capparibus in vere poteſt comedere aliquoties. Et ſi-
militer coctos, aſparagos & cõditos, vt ſupra de lupulis. Ipſos tamẽ aſparagos comedat ter in hebdomã-
da cum ſale & modico aceti, ſi acetũ eſt ipſi gratũ, & pane. Et nullo modo comedat oleũ cum aſparagis,
nec aquam ipſorum aſſumat, quoniam tam oleum, quã aqua eorum ſtomachum valde laxat. Quinimo
aſparagus ipſe ſtomachum laxat, ſed tamẽ oppilationes membrorum naturalium aperit, & vrinam pro-
uocat. Pro ferculo aliquando comedat brodium cicerum rubeorum cum aliquib. granis eorum debite
coctorum. Item brodium caulium cum paucis foliis eorum. Item blites cum boragine, & aliquantulo
menthæ ſimul coctas. Et ſimiliter ſpinachias cum boragine & aliquibus paucis foliis feniculi. Et brode-
C tum, factum ex mica panis & vitello oui. Far ſeu farrum debite coctum mixtum cum vitello oui, deinde
comeſtum rarum, & non ſpiſſum, & cum aliquantulo pulueris coriandrorum præparatorum non con-
fectorum. Rapę bene coctæ conueniunt conditæ cum vitello oui & pulueris coriãdri præparati, ſed non
amplius, quam bis in hebdomada. Amygdala cum boragine & ſine boragine facta. Cicera rubea fracta,
abiectis corticibus, cocta comeſta rara & nõ ſpiſſa, etiam cum aliquãtulo aromatum proximorũ infra-
ſcriptorum comedere poteſt, ſed non amplius, quam bis in hebdomada. Radices petroſelini comedere
poteſt cum aliquantulo menthæ tempore frigido, ſed non amplius, quam ſemel in hebdomada. Nam
radices petroſelini notabilis ſunt apertionis, ſed menthę ſuccus ſanguinis fluxũ retinet. Cucurbita cum
granis agreſtæ, & cum aliquãtulo croci cocta & comeſta tempore notabilis caloris aliquoties iuuat non
amplius, quam ter in hebdomada. Sepemia facta ex pulpis alarum, pectoris & muſculis albis gallinarum
D cum amygdalis & brodio ipſarum gallinarum, & ſucco arãcii & puluere coriandrorum præparatorum,
& ſacharo albiſſimo trium coctarum in æſtate & temporib. mediis comeſta aliquoties, ſed nõ amplius,
quam bis in hebdomada. ¶ Ex carnib. conueniunt carnes vituli a duob. menſibus ad minus, vſq; ad 8. Carnes.
menſes ad amplius. Item carnes hædi vnius menſis ad minus, & duorum menſium ad plus. Item caſtrati
carnes conueniunt non minoris ætatis 8. menſium nec maioris vnius anni. Et carnes capreti caſtrati
non maioris ætatis. 8. mẽſium aliquando, ſed raro poteſt ſumere de carnibus porcelli domeſtici a duo-
bus menſibus excluſiue, vſq; ad 8. menſes ad amplius, parum tamen & ipſis recentibus & non ſalſis. Et
ſimiliter de carnibus porcelli ſylueſtris a duobus menſibus excluſiue vſq; ad 8. ad amplius. Conuenien-
tes ſunt carnes caprioli ſylueſtris iuuenis, pullorum paruorum & craſſorum proportionabiliter ſecun-
dum tempora anni, carnes perdicum phaſianorum, turdorum, & proprie grana iuniperi comedentium
E temporib. hyemali & authumnali, alaudarum, palumborũ domeſticorum, quamprimum ſunt cõple-
tarum pennarum. De his palumbis tantum tempore frigido comedat, & nõ amplius ter in hebdomada.
Conueniunt carnes auium paruarum in arboribus aut cęſis degentium exceptis paſſeribus. Epata galli-
narum, anſerum, anatũ, & proprie domeſticorum. Supraſcriptas aũt carnes in prandio comedat ſem-
per elixas. In cœna vero aſſatas vel elixas ad libitum. ¶ Piſces comedat omnes paruos tam maritimos q̃ Piſces.
aquæ dulcis fluentis. Menolas, anguillas, barbonos, anguſigulas, arbores, paſſeres, ſipholeas auratas
ſgombros, ſaros. De gambarellis aliquando comedere poteſt, ſed non ſæpe, piſces petroſos aquæ dulcis
fluentis, themalos, lucios, paruos ſturiones, barbos paruos, ouis eorum abiectis, cauedanos paruos, tru-
tas paruas. De omnibus ſupraſcriptis piſcibus, paruis etiam in ſpecie ſua comedere poteſt ipſis elixis in
prandio, & in cœna aſſatis. Oua ſorbilia comedere poteſt diebus, quibus non comeduntur carnes, vide-
licet vitellum cum albumine tremulo in modum lactis. Oua fracta in aqua ſimiliter integre frixa, & o- Oua.
F ua in fritaliis mollibus. Caſei antiqui non minoris ætatis duorum annorũ duos aut tres bolos poſt cœ-
nam vel prandium ad libitum ſemel in die comedere poteſt. Lac vero & omnia alia lacticinia, vt buty-
rum caput lactis zuncatas, &c. euitet. ¶ Aromata pro ferculis & ſaporibus. ℞. *cinnamomi electi, galan-*
gæ, garyophillorum, zinzib. croci, coriandrorum præparatorũ, ſachari albiſſimi trium coctarum, puluerizen- Aromata
tur omnia ſubtiliter, deinde ſimul miſce. ¶ De iſtis aromatibus aliquando vti poteſt ſuper ferculis & in ſa- pro ferculis.
poribus, ſed non amplius, quam ter in hebdomada, & non exſiſtente tempore calido. ¶ Sapores come-
dat, vt vinum granatorum cum aliquantulo ſachari optimo, agreſtam, ſuccum limonum, ſuccum aran-
cii. Et proprie iſta cum duabus partibus boni brodii carnis tantũ mediæ pinguedinis, vitello oui, & paſ-
ſulis paruis nigris, aut cum paſſularum ipſarum melle. Limoniam factã ex ſucco limonum & ſacharo
albiſſimo & amygdalis dulcibus excorticatis, vel ex ſucco citri, vel arancii, vel vino granatorũ, aut etiam
G cum paſſulis vel ipſarum melle. Salſam factam ex modicis lactucis & ſerpillo, leuiſtico, ſatureia, & mo-
dico aceti non multum acuti, & brodio. Compoſitam canonice coctam & factam ex rapis cum modico
aceti nõ multum acuti, & ſpeciebus exſiſtentibus ad hoc, vt coriandro carui, &c. ſecundum can. ſed ta-
men ſine ſinapi. Iſta tamẽ compoſita raro vtatur. Si vero vult ſupraſcriptos ſapores acres dulcorare, tũc

ponat ſacharum in ipſis ſaporibus,aut paſſulas nigras paruas aut cibum & omnia bene piſtata, ſed paſſulæ ſunt meliores. Fructus comedat poſt cibũ aliqñ videlicet poma cocta cũ coriandris confectis vna ſola coopertura ſach. Pira cocta cum coriandris,ſimiliter iuiubas aliquando,ſed mundas a ſuis corticib. Perſica boni ſaporis,& proprie perſica cydonia: ſed hæc melius comeduntur ante cibum,de omnib. tamen modicum comedat. Ante vero cibum poteſt comedere ceraſa,peponas,maraſchas, ſed de omnib. non ſæpe & modicum:pruna damaſcena,& etiã auguſtiẽſia & nigra,ficus recẽtes,& vuas bene maturas, & ꝓprie poſt earum collectionem ſubſolatas 2.dieb ad minus. De his quatuor ſæpius & liberius poteſt comedere ante cibum moderate tamen & nõ ſæpe. Poſt omnẽ cibum comedere poteſt diacydoniton de ſacharo ſine ſpecieb. ʒ ß. Coriandros præparatos deinde confectos cum vna cooꝑtura ſachari albiſſimi cydonium conditum ſine in conſerua. Item cydonium coctum deinde cum dictis coriãdris comeſtum. A

Potio. ¶ Solutiuum facile. ℞. *mannæ elect. aq. abſynthii. q. ſ. pro potione miſce & fiat potio.* Iſtud ſolutiuum facile aſſumat debite calidum & non tepidum in aurora,& ſtet in lecto per vnam horã poſt ipſius aſſumtionem non dormiat interim,ſed ſi dormit non dormiat amplius quam per vnam quartã horæ. Tranſacta vero dicta vna hora ſiue dormierit,ſiue non,tunc ſurgat & nõ vlterius dormiat. Et poſtquam ſurrexerit, ſtet ieiunus nõ amplius horis 4. nec minus horis 3. Et interim parum deambulet & partim ſedeat, prout ſuæ naturæ eſt gratius. Et non ſumat lauatiuum aliquod, ſed in dicto termino quatuor aut trium horarum prandeat. Et pro ferculo comedat blites cum boragine & aliquantulo menthæ. Et comedat carnes laudabiles,vt pulli, hædi, vituli,perdicis aut phaſiani,aut alias huiuſmodi laudabiles carnes. B

Alia. ¶ Digeſtiuum confortatiuum. ℞. *ſyrup. de abſynthio ʒ j. ß. coriandrorum præparatorum ℈ v. aquarum acetoſæ ʒ ß. cichoreæ ʒ ß. miſce.* Iſtud digeſtiuum aſſumat debite calidum & non tepidum in aurora quatuor diebus continuis ad minus. Et poſt ipſius aſſumtionem ſtet ieiunus horis 4. Et interim dormiat ad libitum, ſed non amplius duabus horis. Hoc digeſtiuo taliter vtatur, quando ſtomachus eſt relaxatus ad fluxum. C

Consil. LXVII. *Contra ardorem ſtomachi.*

Confect. Confectio prima. ℞. *diadraganti frigidi ʒ j.* ¶ Confectio ſecunda. ℞. *diapapaueris ʒ j. iſtarum confectionum vtatur quantitate ad libitum*, & quanto amplius, tanto melius, non excedendo ʒ *ij.* in die naturali. Item teneat ſæpe in ore inter genam & maxillam de ipſis quantitatem auellanæ.

Syrupus. ¶ Syrupus. ℞. *mell. roſ. colati. ʒ ß. iulep. viol. ʒ ij. aq. plantag. ʒ j. miſce & aromatizentur cum modico maſticis.*

Alius. ¶ Sirupus alius. ℞. *ſyr. de granatis quantitatem ad libitũ. aq. hordei ad duplum ſyrupi, miſce & aromatizentur, vt ſupra.*

Alius. ¶ Syrupus alius. ℞. *ſyr. de cydoniis ʒ j ß. ſyr. de granatis ʒ j. aq. plantaginis ʒ j. miſce & aromatizentur, vt ſupra.* De iſtis ſyrupis dictis aſſumat ſæpe in die naturali quantitatem ipſorum ad libitum non excedendo. vj. ʒ ¶ Confectio alia. Aſſumat de diacydoniton ante cibum quantitatem nucis. Vtatur phiſticis, vtatur granis pini prius infuſis ter in aqua feruente, vtatur paſſulis nigris paruis & hoc ante cibum in medio cibi, poſt cibum & inter cibum, & cibum ad libitum. D

Electuarium. ¶ Confectio ſeu electuarium. ℞. *paſſularum paruarum nigrarum ʒ ß. cydoniorum optime coctorum ʒ ij. gummi arabici ℈ ij. pinearum præparatarum in aqua feruente, vt ſupra ʒ ß. boli armeni ʒ ij. trochiſcorum de terra ſigilata ʒ j. miſce & cum ſyrupi myrtini. q. ſ. pro electuario fiat electuarium.* Iſtius confectionis ſeu electuarii aſſumat ʒ *iij.* per duas horas ſtomacho ieiuno ad minus ante prandium, & ante cœnam.

Consil. LXVIII. *Contra vomitum vermium in nocte dormiendo, quandoque viuorum, & quandoque mortuorum.* E

Pilula ſolutiua. Solutiuum facilimum. ℞. *aloes ſuccotrinæ ℈ ij myrræ ʒ j. croci gra. x. coriandrorum præparatorum ℈ ß. miſce & cum ſyr. de abſynthio. q. ſ. ad incorporandum fiant pilulæ ix. pro ʒ. Iſtarum pilularum aſſumat a tribus vſque ad 5. ad libitum in mane cum ſurgit: deinde poſt aſſumtionem ſtet ieiunus quatuor horis, quibus taliter vtatur 15. diebus continuis ſemel in duob. menſibus.* vna vtatur duobus menſibus continuis quatuor vicibus æqualiter diuidendo tempus.

Alia confortatiua. ¶ Pilulæ aliæ confortatiuæ membrorum non ſolutiuæ & vermium interfectiuæ. ℞. *nigellæ ʒ ß. abſynthii ʒ j. ariſtologiæ ro. ℈ j. ſandaracæ ʒ ß. gentianæ ℈ j zenoninæ ſeu ſementinæ ʒ j. coriandrorum præparatorum, coral. rub. ſeminum portulacæ an. ℈ j. ſachari albiſſimi ʒ ß. miſce & cum ſyr. de abſynthio. q. ſ. ad incorporandum fiant pilulæ ix. pro ʒ.* Iſtarum pilularum non ſolutiuarum aſſumat a vj. vſque ad ix. in mane, cum ſurgit deinde poſt aſſumtionem ſtet ieiunus 4. horis. Quib. taliter vtatur tantum in hebdomada ſemel in duobus menſibus. Poteſt etiam ipſas aſſumere, quando ieiunat, & hoc in ſero, quando vadit dormitum, & quando aſſumit iſtas, non aſſumat alias: comedat aliquando nuces communes ſolas ſtomacho ieiuno 3. vel 4. ſine potu: deinde poſt aſſumtionem ſtet ieiunus horis duabus, & melius tribus: & adhuc meliores eſſent nuces rancidæ, quam dulces ſanæ, ſi rancidas comedere poſſet, ſed ſi non poteſt, ſaltem ſanas comedat, & bis in hebdomada aut ter ſtomacho ieiuno. F

Consil. LXIX. *Contra vomitum & proſtrationem appetitus.*

Aſpergatur facies aqua frigida tempore vomitus & fricentur manus a cubito infra.

Potio ſolutiua. ¶ Solutiuum. ℞. *mannæ. ʒ j. tamarindorum ʒ j. aq. abſynthii. q. ſ. pro potione.*

Alia. ¶ Aliud. ℞. *caſſiæ fiſt ʒ. tamarindorum ʒ j. aq. abſynthii. q. ſ. pro potione.* Iſtos aſſumat, quam eſt ſibi gratius, cum modis obſeruandis in ſolutiuis, cum cuſtodia, vtatur coriandris confectis cum vna leui coopertura ſachari, & hoc ante cibum, & poſt cibum & quantitatẽ ſumat ad libitum. G

Electuarium. ¶ Cõfectio ſeu electuarium. ℞. *paſſularum paruarũ nigrarum ʒ ß. cydoniorum optime coctorum ʒ ij. gummi arabici ʒ iij. pinearũ præparatarum, ſecundum can. ʒ ß. boli armeni ʒ ij. trochiſcorũ de terra ſigillata ʒ j. miſce & cum ſyrupo myrtino fiat*

electuarium

A *electuarium ſiue confectio.* Iſtius aſſumat ℥ iij. per duas horas ſtomacho ieiuno ante prandium, & ante cœnam, *vtatur aqua carnis.* ℥ *iiij. pulnerum roſarum rube. coriandrorum an.* ℈ *j. miſce.* Iſtam aquam aſſumat ante cœnam per duas horas: vtatur miua cydoniorum loco ſaporum aliquorum ante prandium per duas horas. ¶ Syrupi. ℞. *miuæ cydoniorum* ℥ *j* ß. *ſyrupi roſarum* ℥ ß. *aquæ abſynthii* ʒ *j.* ¶ Alius ſyrupus. ℞. *vini granatorum* ℥ *j. pulueris roſ.* ℈ *j. aquæ abſynthii* ℥ *j. ſachari albiſſimi* ℥ *ij. Iſtis ſyrupis vtatur calidis in aurora modo vno, modo alio, ad libitum.* Vtatur perſicis in vino odorifero, & de his aſſumat vnum vel duo poſt cibum. Aſſumat aliquoties de oliuis immaturis & capparibus, vt ſibi placuerit ante cibum, poſt cibum, & in medio cibi, dummodo modicam quantitatem aſſumat pro vice. ¶ Emplaſtrum. ℞. *carnium cydoniorum coctorum optime. q. ſ. pro emplaſtro ſtomachi. florum labruſcæ, coriandrorum an.* ℥ *ij. coral. rub.* ℥ ß. *maſticis* ʒ *j* ß. *garyoph. calami. aromat. an.* ℥ ß. *vini cydoniorũ. q. ſ.* ꝑ *emplaſtro, contundantur*

Syrupus. *Alius.* *Emplaſtrũ ſtomachi.*

B *contundenda & ſimul bulliant. Iſtud emplaſtrum extendat ſuper panno lineo in forma ſcuti & calidum ſtomacho apponatur, & retineatur continue, & omni die ante cibum remoueatur.* Vtatur poſt cibum cydoniis optime coctis, quibus admiſceantur coriandri leuiter confecti. De iſtis aſſumat poſt cibum duo vel tria cochlearia.

Consil. LXX. *Contra ſitim.*

MAſticet grana pinearum præparata ſecundum canon. & partem aliqualem deglutiat. Teneat in ore ſemina cydoniorum. Teneat etiam cryſtallum infuſum in aqua frigida. ¶ Pilulæ ad id, quod ſupra. ℞. *perſicorum.* ℥ *ij. draganti* ℥ ß. *granorum pini* ℥ ß. *mucilaginis, pſyllii* ℥ ß. *ſeminum cydoniorum* ℥ ß. *ſebeſten* ℥ ß. *miſce cum ſyrup. de granatis. q. ſ. ad conficiendum fiant pilulæ*

Pilulæ.

C *craſſæ, quas teneat in ore ad libitum dum ſitit.*

Consil. LXXI. *Contra icteritiam.*

SOlutiuum. ℞. *caſſiæfiſtul.* ℥ *j. tamarindorum* ℥ *ij. rheubarbari elect.* ℥ *j. aquæ fumiterræ* ℥ *j. ſeri caprini. q. ſ. pro potione, rheubarbarum prius minutim inciſum infundatur in dicto ſero per horas duodecim, deinde optime exprimatur & coletur, & ſubſtantia abiiciatur, & expreſſioni reliqua omnia addantur miſce & fiat potio.* ¶ Digeſtiuum. ℞. *ſyrup. acetoſi ſimplicis, iulepi violati an.* ℥ *j. aquarum cuſcutæ, raphani an.* ℥ *j. endiuiæ* ℥ *j. miſce.* ¶ Solutiuum eradicatiuum. ℞. *caſſiæfiſt.* ℥ *j. tamarindorum* ℥ *ij. rheubarbari electi* ʒ *j. electuarium ſucci roſarum* ℥ *j. aquæ fumiterræ* ℥ *j. ſeri caprini quãtum ſufficit pro potione. Rheubarbarum in fruſta minuta diuiſum, & non piſtatum infundatur in dicto ſero, vt ſupra, deinde reliqua omnia addantur, miſce & fiat potio, vt in alio.* ¶ Confectio ſpecierum diarhodonis. ℞. *ſpecierum diarhodo-*

Potio ſolutiua. *Digeſtiua.* *Eradicatiua.*

D *nis abbatis* ℈ *j. triaſandalorum* ℥ ß. *trochiſcorũ de rheubarbaro* ℈ ß. *ſeminum communium maiorum frigidorum* ℥ *iij. ſachari albiſſimi* ℥ *j. miſce & cum aqua cuſcutæ. q. ſ. ad incorporandum fiat confectio in morſellis iij.* ʒ *pro morſello.* ¶ Solutiuum vſuale. ℞. *lactis caprini, carthami contuſi, carthamus infundatur in dicto lacte tribus horis, deinde totum aggregatum cum coagulo coaguletur, & taliter dimittatur per horas duodecim. Vltimo ex dicto lacte in fruſta diuiſo auferatur ſerum. Deinde* ℞. *dicti ſeri* ℥ *iiij. ſachari albiſſimi* ℥ *j. aquæ endiuiæ* ℥ *j. miſce.* ¶ Digeſtiuum vſuale loco ſyrupi. ℞. *aquarum endiuiæ* ℥ *ij. cuſcutæ* ℥ *j. ſachari albi* ℥ *j. miſce.*

Morſelli. *Digeſtiuũ vſuale.*

Consil. LXXII. *Contra dolorem ſtomachi cum periculo vel inclinatione ad apoſtema.*

E EDuctiuum materierum communium ab inteſtinis. ℞ *foliorum blitis. M ij. mercurialis. M ij. radicum maluauiſci. M* ß. *ſeminũ fœnugræci, lini, carthami an* ℥ ß. *vitellum oui j. caſſiæfiſt.* ℥ *j. hieræpicræ, ſach. rub. an.* ℥ ß. *olei oliuarum ſecundũ can.* ℥ *vj. ſalis cõmunis* ℥ *ij. bulliant ſecundum cano. & fiat clyſtere.* Hoc clyſtere ſuauiter calidum ipſi imponatur omnibus xv. diebus ſemel & ab hoc incipiat, & hoc ante cœnam per horam vnius diei immediate præcedentis diẽ aſſumtionis ſolutiui minoratiui & eradicatiui infraſcriptorum, & in mane ante prandiũ die immediate ſequentis diem dictorum ſolutiuorum. ¶ Solutiuum minoratiuum facile. ℞. *caſſiæfiſtul. electæ diaſenæ, ſachari albiſſimi. q. ſ. pro dactylo, aquæ abſynthii. q. ſ. ad extrahendum caſſiam, miſce & fiat dactylus & teratur.* Iſtud ſolutiuum minoratiuum aſſumat ſemel ad minus per viij. horas poſt cœnam immediate præcedẽtem & poſt ipſius aſſumtionem non dormiat, ſed iaceat hora 1. & ſurgat, & cum panno ſuauiter calido fricet ſibi

Enema. *Bolus.*

F ſuauiter ſtomachum, ventrem, & retineat taliter pannum, & ſeruet cetera, quæ ſeruantur in can. magno ſolutiuorum, & non aſſumendo lauatiuum aliquod, quo etiam ſolutiuo, ſi ſenſerit iuuamentum, poteſt vti ſingulis duobus menſibus. ¶ Digeſtiuum ſtomachi & epatis confortatiuum. ℞ *ſyr. de abſynthio* ℥ *j. de mentha, oxymellis ſimplicis an.* ℥ ß *aquarum abſynthii, cichoreæ an.* ℥ ß. *aquæ menthæ* ℥ *j. miſce & fiat pro iiij. vicibus.* Iſtud digeſtiuum aſſumat debite calidum in aurora vj. diebus continuis, & poſt ſtet ieiunus horis ad minus quatuor & dormiat ad libitũ. & incipiat vti die ſequenti ſolutiui minoratiui dicti. ¶ Solutiuum eradicatiuum. ℞ *pilularum de hiera ſimplici, aurearũ, agarici electi, rheubarbari electi an.* ℈ *j ſalis gemmæ, zinzib. ſpicæ an. g̃. ij. cum ſyrupo de abſynthio formentur pilulæ vij. pro* ʒ. Iſtarum pilularum aſſumat ℈ *ij.* ſecundum canonẽ magnum, & quas aſſumat poſt completam aſſumtionem digeſtiui. ¶ Confectio confortatiua ſtomachi, epatis & cerebri. ℞. *ſpecierum aromatici ro. deſcri. Gal.* ʒ *j. diarhodon ab*

Potio. *Pilulæ.* *Confectio.*

G ʒ ß. *diamoſchi dul.* ℈ *j. coriandrorum præparatorum* ℈ *j. coral. rub. ſachari albi* ℥ *v. fiat confe. ſecundũ can. cum aqua abſynthii.* Iſtius confe. aſſumat duobus diebus continuis in hebdomada de mane cum ſurgit j morſellum, & ſtet ieiunus tribus horis ad minus, & ea taliter vtatur vno menſe, & ea incipiat, vti tertia die poſt aſſumtionem ſolutiui immediate ſupraſcripti. ¶ Pilulæ confortatiuæ & nõ ſolutiuę. ℞. *tro-*

Pilulæ cõfortantes.

chiſcorum de abſynth ʒ j. de rheubarbaro ʒ ß ſpicæ cynam. an ℈ ß. coriandr. præparatorum coral. rub. an. ℈ j. cum ſyr. de abſynthio formentur pil. vij. pro ʒ. Iſtarum pilularum aſſumat a trib. vſq; ad 5. ad libitum in mane cum ſurgit du b. dieb. cōtinuis, & ſtet ieiunus horis tribus, quib. taliter vtatur in vno menſe, quib. vti incipiat poſt duos dies poſt aſſumtionem ſupraſcriptæ confe. ¶ Vnctio ſtomachi confortatiua. ℞. *ol. de abſynth. ℥ ij. maſticis ʒ j ſpicæ cydonior. an ʒ ß. pulu. abſynth. ʒ ß maſticis ℈ j. menthæ ℈ j garyophyl. ℈ ß. calam. aromat. ℈ j. macis ℈ ij. cyperi galliæ muſca. an. ℈ j. cinnamomi ℈ ß. florum labruſcæ roſar. an ℈ j. corallo rub. ℈ ß. coriandrorum præparatorum ʒ ß. laudani ℈ ij. ceræ. q. ſ. pro vnguento molli, & fiat vnguen.* Cum iſto vnguento vngatur ſtomachus cum manu calida 8. diebus continuis, & poſtea ſtet 8. diebus, quibus non vtāt & ita alternatim pluries ad libitum, & eo vti incipiat tertio die poſt ſolutiuū & eo etiam vtatur poſt fomentationem factis comple. infraſcriptam. Sacculus ſtomachi confortatiuus. ℞. *fol. abſynthii recentis partes ij. menthæ recentis partem j. calam. arom. ſpicæ an. ʒ ij garyophillorum ʒ ß. macis ℈ ij. cinamomi ʒ ß cyperi ℈ ij maſticis ʒ j florum labruſcæ, roſarum an. M j. coriandrorum præparatorum ℈ ij coral. ru. ʒ ß. contundantur craſſo modo, & fiat ſacculus in forma ſcuti hunc ſuauiter calidum ponat ſuper ſtomacho in mane cum ſurgit & tota die ita retineat, & non in nocte & hoc ſacculo vtatur illis octo diebus intermiſſis, quibus non vtitur vnctione ſupraſcripta.* ¶ Si vero vult efficacius medicamen ſupraſcripto ſacculo & vnctione, tunc minuatur olea vnctionis, & augeātur pulueres & cera proportionetur, etiam addatur picis naualis & reſinę. q. ſ. pro cerato, hoc cerato vtatur in caſu, quo velis medicamen efficacius, ſed vtatur modis, quibus ſupra in dicto ſacculo ¶ Fomentatio ſtomachi confortatiua. ℞ *fol. abſynthii M j. menthæ M. ij. flor. roſ. M j. chamomillæ meliloti an. M j ſeminum feniculi, carui, coriandrorum præparatorum an ʒ ß. bulliant omnia ſimul in aqua ciſternæ. q. ſ. pro fomentatione vſque ad conſumtionem quartæ partis hac fomentatione vtatur dolore infeſtante ſtomacho ieiuno, & factis purgationibus, & hoc cū ſpongia vel filtro, vel panno lineo cum modis & regulis fomentationū* & permittas ipſam frigefieri. Medicinæ viſuales & faciles. Lenitiuum facillimum. ℞. *brodii pulli mediæ pinguedinis ℥ vj. ſach. albiſſimi ʒ ij. miſce.* Iſtud ſuauiter calidum aſſumat per horam vnam ante prandium, ſine alia commixtione vel potu. ¶ Aliud facillimum. ℞. *paſſularum paruarum nigrarum ʒ ß ficus albas pingues nu. iiij. miſce.* Iſto vtatur, vt ſupra, & eſt efficacius ¶ Pilulæ viſuales & faciles. ℞ *pilularum de hiera ſimplici rheubarbari electi, agari. an ℈ j. ſpicæ, ſalis gemmæ an. gra j. miſce & cum aq. abſynthii fiant pilulæ vij. pro ʒ.* Iſtas pilulas aſſumat omnibus duobus menſibus ſemel cum regulis datis in ſolutiuo eradicatiuo præcedente, &c. ¶ Digeſtiuum confortatiuum epatis ſtomachi & membrorum naturalium. ℞. *aquarum abſynthii ℥ ij menthæ, cichoreæ an. ℥ j. cinamomi ℈ ß coriandrorum præparatorum ʒ ß. coralli. rub. ℈ j macis ʒ ß miſce, vtatur hoc digeſtiuo cum ſupraſcriptis modis in cap. digeſtiui, & ipſum ſequantur, & præcedāt pilulæ immediate ſupraſcriptæ.* ¶ Confortatiuum ſtomachi & doloris prohibitiuum. ℞. *coriandrorum prepara. confect. cum vna ſola coopertura lib. j.* Iſtorum ſumat vnum cochlear poſt cibum intermiſſis diebus quibus incipiat vti poſt cibum. ¶ Solutiuum confortatiuum, vt ſupra. ℞. *phiſticorum elect. mundatorum ʒ xij. Iſtis vtatur, vt ſupra, immediate de coriandris.* ¶ Confortatiuum, vt ſupra. ℞ *maſticis albi lucidi non puluerizati ʒ ij.* Iſtius maſticis aſſumat ℈ j. in mane cum ſurgit bis in hebdomada diebus intermiſſis, & poſt ipſius aſſumtionem ſtet ieiunus quatuor horis. Quo taliter vti incipiat poſt aſſumtionem ſolutiui eradicatiui per dies 20. & ipſo vtatur ad minus omni menſe ſemel. Mixtura ſtomachi & epatis confortatiua. ℞. *ſumitatum abſynthii q. ſ. pro raphiolo paſſularū paruarum quantumlibet, pulueris maſticis, coriandrorum præparatorū. an quantumlibet cinamomi, vitellum oui fiat raphiolus ſecundum can quem ſcis,* huius ſumat duos aut tres bolos in mane cum ſurgit, omni menſe ſemel, & ſtet ieiunus ad minus horis iiij. accipiat illis diebus, quib. non aſſumit maſticem & continuet per menſem ad minus. ¶ Caueat a cibis de paſta, lacte a caſeo molli lacticiniis omnibus, piſcibus omnibus craſſis, & maxime elixis, fructibus humidis frigidis, ſicut ſunt poma, pira, perſica cerasa, caueat etiam a lactucis, endiuia, portulaca, ſpinachiis, cucurbitis, cucumere, melonibus & ſimilibus ¶ A carnibus craſſis & pinguibus, a leguminibus omnibus, niſi brodio cicerum rubeorum, caueat a naponibus, raphano ab acruminibus, vt ſunt allium, porrum, cæpæ, bulbus, & fungis omnibus. Vinum acre & ſtipticum euitet, ſed vtatur vino coloris medii, paucifero, dulci, mediocriter fumoſo Potus multitudinem, & etiam cibi euitet ita, vt ſurgat a menſa cum reliquiis famis. Euitet coitum, motum fortem, aut equitationē poſt cibum non faciat, niſi ad minus poſt quatuor horas ventris ſtipticitatem fugiat, & cui prouideat ſupra. Nota quod cum ex morbo conualeſcit, vſque ad conualeſcentiam excluſiue dimittat omnia ſupraſcripta medicamina & maxime prima x. ſed ſolum teneat bonum regimen.

Margin: *Vnguentū ſtomachale.* — *Sacculus ſtomachalis.* — B — *Ceratum.* — *Fomentatio.* — C — *Potio lenitiua.* — *Pilulæ.* — *Digeſtiuū confortās.* — D — *Paſta.* — E — *Sibi vitādi.* — *Potus.* — F

CONSIL. LXXIII. *Contra ardorem ſtomachi intenſum cum aliquali ipſius debilitate.*

MInoratiuum facile familiare. ℞. *electuarii caſſiafiſtulati Nic. cui non addatur ſcāmonea, nec aliquod ſolutiuum ʒ x. coriandrorum præparatorum pul. ʒ ß. aquarum abſynthii cichoreæ an q ſ pro potione miſce & fiat potio, &c.* Digeſtiuum virtutis familiare. ℞. *aq. hordei excorticati ſecundum ca. ʒ vj. diadraganti remiſſe frigidi ʒ ij coriandrorū præparatorū pulueris ʒ ß. miſce & aſſumat, ſed nō tempore frigido.* Aqua hordei. ℞. *hordei excorticati partē j. aq. ſimplicis partes xx. bulliant ad conſumtionē quartæ partis.* ¶ Digeſtiuum, vt ſupra efficacius priori. ℞. *digeſtiuū ſupraſcriptū ſeminum cōmunium aliorum frigidorum mūdatorum a corticibus ſuis, ſcil. cucurbitæ, cucumeris, citrulli, melonis an ʒ ß. piſtentur, & cum aqua hordei. q. ſ. diſtemperentur, deinde omnia ſimul miſce & bibat.* ¶ Solutiuum eradicatiuum facile. ℞ *ſolutiuum primum ſupraſcriptum. ſuc. roſ. tantū, & non electua. quoniā electuarium ſtomachum debilitat ʒ ß. miſce*

Margin: *Potio minoratiua.* — *Digeſtiua.* — *Aqua hordei.* — G

A *miſce & fiat potio.* ❡ Digeſtiuum efficacius priore. ℞ *ſyrup. roſ.* ʒ j *de berberis, abſynthij an.* ʒ ß. *aquarum*
acetoſæ, cichoreæ an. ℥ j ß. *coriãdrorum præparatorum pul.* ʒ ß. *miſce.* ❡ Solutiuum eradicatiuum efficacius, Pilulæ.
℞. *pilularum communium infraſcriptarum, rheubarbari electi. an* ʒ ß. *ſquinanti, coriandrorum præparato-*
rum an ʒ ij. *pul. pul. ſecundum canon. omnia deinde cum ſyrup. roſ. q. ſ. fiant pilulæ vij pro* ʒ. *in mortario ſine*
igne. ❡ Pilulæ communes de quibus ſupra. ℞. *al. ſuccitrinæ elect.* ʒ ij. *myrræ, croci an.* ʒ j *pul. pul miſce cum* Alia.
ſyrup. roſ. fiat magdaleon in mortario ſine igne. ❡ Digeſtiuum vſuale. ℞. *aquarum acetoſæ, abſynthii. an.* Digeſt.
℥ j ß. *vini granatorum* ℥ j. *coriandrorum præparatorum* ʒ ß. *ſacha al.* ʒ j. *miſce.* ❡ Solutiuum vſuale. ℞. Potio.
primum ſolutiuum pulparum tamarindorum ℥ ß. *coriandrorum præparatorum nouiter* ʒ ß. *pulpæ incidan-*
tur & diſſoluantur in mortario cum aquis, deinde miſce & fiat potio. ❡ Stomachi confortatiuum, ardoris
remiſſiuum & mitigatiuum. ℞. *gemmarum & margaritarum, electuarii de gemmis & ſine ſpeciebus* ʒ j.
B *ſandalorum rub. gran. iij. coral. rub. gran. v. coriandrorum præparatorum* ʒ j. *macis gra. v. ſacch. albi* ℥ iij.
aquarum acetoſæ, abſynthii an. q. ſ. ad omnia confect. & vtatur ſtomacho ieiuno & temporibus mediis. ❡ A-
liud vt ſupra efficacius. ℞. *diadraganti frigidi Nicolai* ℥ iij. *coriandrorum præparatorum* ʒ j. *miſce & cum* Rotulæ.
ſyrup. roſ. q. ſ. fiat confect. in mortario in rotulis, &c. ❡ Aliud vt ſupra efficacius. ℞. *diadragãti frigidi* ℥ ij.
ſpecierum triaſandalorum ʒ ß. *diarhodon abb.* ℈ ß. *coriandrorum præparatorum pul.* ʒ j. *piſtanda piſtentur* Morſelli.
deinde omnia ſimul miſce, & fiat confectio in mortario in morſellis iij. ʒ. *cum ſyrup. q. ſ.* ❡ Aliud vt ſupra
efficacius. ℞. *electuarii de perſicis* M. *ſuæ diſtinct. j. antidotarii ſui ſine aromatibus in ipſo electuario deſcri-* Electua-
ptis ℥ iiij. *coriandrorum præparatorum pul.* ʒ j ß. *miſce & cum ſyrup. roſ. fiat confectio ſiue reformetur ele-* rium.
ctuarium. ❡ Ardorem ſtomachi mitigantia. Primum ſorbeat paulatim degluttiendo vnum ouum to-
tum crudum ſtomacho ieiuno ſaltem per vnam horam ante cibum, & melius, ſi ſolum albumen ipſius
C oui. Et etiam ipſum ouum coctum ſorbile & multum molle & valde modicum calidum, ſed tamẽ me-
lius eſt crudum. ❡ Secundum grana pini munda confect. cum coopertura ſachari albiſſimi, vt ſupra vel
ouo. Et melius grana ipſa non conf. quomodo libet, ſed tamen poſt præparata ſecundũ cano. doſis ℥ ß.
❡ Tertium ſuccus capreolorum vitis cum modico ſachari albiſſimi, & aliquantulo coriandrorum præ-
paratorum pul. ad idem iuuat. & erit ſapor pro carnibus, & aliis ad libitum. ❡ Confortatiuum, vt ſupra
de aliis. ℞. *abſynthii viridis terreni, maſticis garyophilorum. an. gra. v. coriandrorum præparatorum* ʒ j. *paſ-* Paſta.
ſularum ℥ ij *vitellum oui num. j. fiat raphiolus in paſta craſſa, & coquatur in brodio aquæ carnis, & parum*
bulliat, poſtea dum moleſtatur comedat, de iſto ſine paſta, & poſt accipere poteſt, de paſſulis, ſed ad libitum ſui
eſt. ❡ Aliud vt ſupra. ℞. *ſyruporũ de abſynthio* ℥ j ß. *roſati* ℥ ß. *aquarum cichoreæ* ℥ ij *menthæ* ℥ j. *miſce aſ-* Potio.
ſumat hora digeſtiuorum. ❡ Stomachi confortatiuum, & vt ſupra. ℞. *diadraganti remiſſe frigidi Nico-* Morſelli.
D *lai* ℥ iij. *macis* ʒ ß. *ſpecierum aromatici roſ. deſcript. Gal. j. coriandrorum præparatorum* ℥ ß. *florum labru-*
ſcæ gra. v. piſtanda piſtentur, & cum ſyrupo de mentha quantum ſufficit fiat confect. in mortario ʒ iij *pro mor-*
ſello. ❡ Aliud, ſed efficacius. ℞. *confe. immediate ſupraſcriptæ* ℥ iij. *garyophilorum gra. v coral. rub. gra. j.*
pul. pul. & cum ſyrup. de abſynthio fiat confe. vt ſupra.

Consil. LXXIV. *Contra debilitatem ſtomachi cum ventoſitate ipſius.*

SOlutiuum minoratiuum. ℞. *pilularum communium infraſcriptarum* ʒ j. *maſticis. gra. iij. coriandro-*
rum ſiccorum præparatorum, non confect. gran. x. pul. pul. & miſce omnia cum ſyrupo acetoſo ſimplici. q. ſ. Pilulæ.
& fiant pilulæ vij. pro ʒ. ❡ Pilulæ communes, de quib. ſupra. ℞. *aloes ſuccitrinæ partes iiij. myrræ par-* Alia.
tes ij. croci partem j. pul. pul. & cum melle ro. colati. q. ſ. pro pilulis conf. &c. Digeſtiuum & ſtomachi con- Potio.
fortatiuum ventoſitatiſque reſolutiuum. ℞ *ſyrup. de abſynthio* ℈ j ß. *oxymellis ſimplicis* ℥ ij. *aquarum ab-*
E *ſynthii* ℥ j ß. *feniculi* ℥ ß. *cichoreæ* ℥ j. *coriandrorum ſiccorum præparatorum pulue.* ℈ j. *miſce & fiat potio.*
❡ Solutiuum facile eradicatiuum. ℞. *pilularum primarum* ℈ ij. *agarici* ℈ j. *miſce agaricus inciſus infunda-* Pilulæ.
tur in quantitate ſufficienti oxymellis ſimplicis, deinde omnia ſimul miſce in mortario reformentur pilulæ vj.
pro ʒ. ❡ Digeſtiuum vſuale. ℞. *aquarum abſynthij* ℥ ij. *feniculi* ℥ ß. *cichoreæ* ℥ j ß *coriandrorum præpara-*
rum ℈ j. *ſach. albiſſimi* ℥ j. *miſce & fiat potio.* ❡ Solutiuum facile & vſuale. ℞. *pilularum primarum, &c.*
❡ Stomachi confortatiuum ventoſitatiſque reſolutiuum. ℞. *coriandrorum ſiccorum, deinde præparato-*
rum non confe. ʒ j. *macis* ℈ ß. *garyophillorum. gran. v. maſticis* ℈ j. *piſtentur piſt. & in mortario cum ſyrup. roſ.* Alia.
quantitate ſufficienti fiant pilulæ vij. pro ʒ. Iſtarum pilularũ non ſolutiuarum ſumat quatuor vel quinque
diebus alternis omni menſe, &c. ❡ Stomachi & epatis confortatiuũ, & ſimiliter ſplenis, vt im̃ediate. ℞. Alia.
trochiſ. de abſynthio ʒ j. *de rheubar.* ʒ ß. *de roſis* ℈ j. *coriandrorũ præparatorum* ʒ ß. *pul. pul. & ſimul mixtis,*
F *vt ſupra fiant pilulæ vij. pro* ʒ. *aſſumat, vt ſupra immediate.* ❡ Confortatiuum, vt ſupra immediate aroma-
tizet cum puluere coriandrorum ſiccorum præparatorum fercula ſua ſaltem duobus diebus in ſingula
hebdomada.

Consil. LXXV. *Contra caliditatem epatis, & fluxum choleræ ad ſtomachum.*

R*Ecipe mannæ electæ* ℥ ij ß. *ſucci roſarum* ℥ ß. *aquæ endiuiæ* ℥ j. *ſeri caprini q. ſ. pro potione miſce & fiat* Potio.
potio. Iſtud ſolutiuum aſſumat cum modis & ordinibus ſeruandis in aſſumtione ſolutiuorũ cum
cuſtodia. ❡ *Solutiuum*, vt ſupra. ℞. *caſſiæfiſtul. ſucci roſarum an.* ℥ j. *aquarum endiuiæ, abſynthii* Alia.
an. ℥ ß. *ſeri caprini q. ſ. pro potione, miſce & fiat potio.* Iſtud ſolutiuum aſſumat, ſi eſt ipſi gratius priori cum
modis & ordinibus. &c. ❡ Syrupus. ℞ *ſyrupi endiuiæ ex ſolo ſucco endiuiæ* ℥ j. *iulepi violati* ℥ j. *aquarum*
cichoreæ, abſyn. an. lupulorum ℥ j. *miſce. Iſtum ſyrupum aſſumat calidum in aurora per vij. horas poſt cœnam* Syrupus.
G *diei præcedentis.* Et poſt ipſius aſſumtionem dormiat ſuper latere dextro ad libitum. Quem ſyrupum aſ-
ſumat diebus 5 continuis aut 6. Quem aſſumere incipiat die ſequenti, ſcil. poſt aſſumtionem ſolutiui ſu-
praſcripti. ❡ Syrupus. ℞ *ſyr. de byzantiis* ℥ j. *oxyſach.* ℥ ß. *aquarum abſynthii* ℥ j. *cichoreæ* ℥ ij *miſce.* Iſtum

ſyrupū aſſumat in caſu, quo ſit ſibi gratior: primo vel in caſu, quo vellet oppilationes aperire, vel pro- A

Eradicatiuum.

mouere aliqualiter. ❡ Solutiuum eradicatiuum. ℞. *māna elect.* Ʒ *ij. rheubar. elect.* Ʒ *ij. aquæ endiuiæ* Ʒ *j. ſeri caprini. q. ſ. de potione, miſce & fiat potio.* Iſtud ſolutiuum aſſumat cum modis & ordinibus ſolutiuorum ſupraſcriptorum poſt completam digeſtiui aſſumtionem. ❡ Solutiuum &c. ℞. *caſſiæ fi.* Ʒ *j ſucci roſ.* Ʒ ß. *diaphœniconis* Ʒ *j* ß. *myrobalanorum, chebulorū* Ʒ *ij ſeri caprini q. ſ. pro potione miſce, myrobalani minuti inciſi & triturati craſſo modo prius infundantur in dicto ſero, deinde optime exprimantur & colentur, & colaturæ addantur reliqua omnia.* Iſtud ſolutiuum aſſumat, ſi eſt ipſi gratius, aut cum cholera, phlegmate requirit maiorem euacuationem. Quod aſſumat cum modis, vt ſupra. ❡ Potus loco ſyrupi. ℞. *aquarum endiuiæ, abſynthii, lupulorum an.* Ʒ *j. lactis ſeminum communium frigidorum miſce, & aromatizetur cū modico coral. rub. Et omnibus adde ſach. al.* Iſtas aquas aſſumat omni menſe ter ad minus cum modis & ordinibus deſcriptis in ſyrupis ſupraſcriptis, quas aſſumat durante caumate. Et vltra nihilominus poteſt B ipſas ſumere in mane cum ſurgit, & non eſt cura, ſi non dormit. ❡ Potus loco ſyr. ℞. *aquarum cichoreæ, epaticæ an.* Ʒ *j. abſynthii* Ʒ *j* ß. *vini granati* Ʒ *j. ſach. albiſſi.* Ʒ *ij miſce.* Iſtas aquas aſſumat, ſi quærit maiorem epatis infrigidationem & choleræ, aut ſi fuerint ipſi gratiores cum modis, &c. ❡ Pilulæ cōfortatiuæ di-

Pilulæ digeſtiuæ.

geſtiuæ nō ſolutiuæ. ℞. *troch. de ſpod.* Ʒ *j. de abſynth.* Ʒ ß. *ſach. albiſſimi* ℈ *j. miſce cum ſyr. endiuiæ, de ſolo ſucco q. ſ. fiant pilulæ ix. pro* Ʒ. Iſtarum pilularum aſſumat ℈ *ij.* in mane cum ſurgit, cum modis & ordinibus deſcriptis in ſupraſcriptis aquis. Quas pilulas aſſumat duobus menſibus, quibus non aſſumit aliquam aliarum medicinarum ſupraſcriptarum. ❡ Pilulæ confortatiuæ, vt ſupra. ℞. *trochiſ. de rheubarb.* Ʒ *j. de abſynth.* Ʒ ß. *ſemin. endiuiæ* Ʒ *j. ſach. albiſſimi* ℈ *j. miſce & cum aq. epaticæ, fiant pilulæ, vt ſup. aut cum ſucco endiuiæ.* Si iſtæ pilulæ ſint ipſi gratiores, aut ſi quærit maiorem infrigidationem aut confortationē, tunc

Alii.

Morſelli.

de iſtis pilulis aſſumat, quemadmodum de immediate antedictis dictum eſt. ❡ Confectio confortatiua & digeſtiua. ℞. *ſpecierum triaſandalorum* Ʒ *ij. aromatici roſati deſcriptione Gabr.* Ʒ *j. ſach. albiſſimi* Ʒ *vj. & cū aq. endiuiæ partib. ij. & abſynthii partem vnam. q. ſ. pro conficiendo fiat confectio ſolida in morſello. iij* Ʒ. *pro morſello.* Iſtius confectionis aſſumat vnum morſellum in mane cum ſurgit cum modis pilularū diebus, quibus non ſumit aliquā aliarum medicinarum. ❡ Confectio vt ſupra. ℞. *ſpecierum diarhodon* C

Alii.

abbatis Ʒ *j. triaſandalorum* Ʒ *ij. aromatici ro. deſcri. Gabr.* Ʒ *j. ſach. albiſſimi* Ʒ *viij. & cum aq. epaticæ, abſynthii an. q. ſ. pro conficiendo fiat confectio ſolida in morſellis, vt ſupra.* Iſta cōfectione vtatur, ſi eſt gratior, aut ſi quærit oppilationum apertionē cum membrorum confortatione cum modis & ordinibus, vt ſupra.

Alii.

❡ Confectio alia vt ſupra. ℞. *manuſchriſti cum perlis* Ʒ *vj. ſandalorū rub.* Ʒ *j. corallorū rub.* Ʒ ß. *coriand. præparatorum* ℈ *ij. maſticis* ℈ *j. loco maſticis, ſi abhorreret, ponat mentham ſiccā ſachari albiſſimi* Ʒ *ij. Et cum aquarum violarum abſynthii an. q. ſ. pro conficiendo fiat cōfectio ſolida in morſellis, vt ſupra.* Si confectionem D vult magis familiarem aut ſtomachi magis confortatiuam: aut ſi hæc eſt ipſi gratior, tunc iſtius aſſumat morſellum vnum cum modis & ordinib. vt ſupra.

Consil. LXXVI. *Contra epatis debilitatem & oppilationem eius.*

Caſus in terminis. Morbus eſt debilitas epatis cum oppilatione eius ſuccedens febri chronicæ cholericæ, non puræ, cuius materia fuit in venis membrorum naturalium ipſius debilitatis & oppilationis, tempus eſt menſium quatuor in naturali cōplexione cholerica, ad quas præternaturales diſpoſitiones fixas de facili ſequeretur hydrops. ❡ Cura in trib. ſita eſt, prima eſt regimen in quinq; reb. nō naturalibus, q̃ ſunt aer, motus & quies, ſomnus & vigilia, inanitio & repletio, & accidentia animi. 2. eſt nutriēs ſiue exhibitio ſecūdæ rei non naturalis, ſcil. cibi & potus. 3. eſt exhibitio medicinarū tam ſolutiuarum, q̃ alteratiuarum morborum, quam etiam confortatiuarū membrorum E

Aer.

a forma ſpecifica, ſiue proprietate occulta, quod idem eſt. ❡ Regimen, quod eſt prima res dicta, vt infra. ❡ Aer. Aere vtatur temperato iuxta poſſibile ſibi, non exeat domo. Intret antequam ſol occidat, in mane, niſi tranſacta vna hora diei, & in ſero domum intret, antequam ſol occidat, & hoc propter aeris malitiam, quæ eſt ante & poſt dictas horas. Rectificet aerem cum igne accenſo in camera omni mane antequam ſurgat de lecto, cui igni per aliquātulum tempus ſe approximet teneatq; toto ſero ignem accenſum in camera, donec vadat dormitum, vt aer remaneat tota nocte rectificatus. Euitet ventos & aerem

Motus & quies.

exceſſiue frigidum, maxime pluuioſum, & exceſſiue calidum iuxta poſſibile. ❡ Motus & quies. Exercitium ſit temperatum iuxta poſſibile. Vadat omni mane cum exit domū ad ſanctum firmum, vel ad eccleſiam cathedralem, ſuauiter continue deambulando, vadat tm̄ duobus diebus in hebdomada in mane cum ſurgit ad S. Zenonem in montem, vel ad minus ad *S.* Nazarium ſuauiter deambulādo, vt ſupra, ſed F tpe magni caloris non ſe exercitet tm̄. Alio vero tpe diei quieſcat, & ſedeat & deambulet ſuauiter prout virtuti & ſenſib. ſuis eſt gratius & placidius. Euitet exercitium æſtuoſum. Veſtes ſint de lana & non de lino præter induſium, ſuffultæ in hyeme pellibus agnorum aut dorſorum varii, aut leopardorum aut luporum, ceruorum, aut martium pellibus ſubtilibus, non multum calidis aut ſchyratorum: ſed pelles agninæ nunc ceteris ſunt meliores, nullo modo portet pelles vulpinas aut lupinas, aut pelles alias acuti caloris, in æſtate non ferat veſtes laneas tales, aut ex ipſis non ſentiat æſtum, ſed tueatur cōuenienter ab aere tam in æſtate, q̃ in hyeme. Euitet omnes veſtes inducentes ſibi æſtum, & vtatur tm̄ veſtib. ſufficien-

Somnus & vigilia.

ter a frigore vel calore defendere, vt ſupra dictum eſt. ❡ Somnus & vigilia. Vigilet per vnam horam cum dimidia poſt cœnam, poſtea vadat dormitum, & dormiat 6. aut 7. horis ad plus, non dormiat in die, niſi tempore magni caloris, quando non poteſt dormire in nocte, tunc dormiat in die per vnā horam. Cum G vadit dormitum, primo dormiat ſuper latere dextro, poſtea facto primo ſomno dormiat ſuper ſiniſtro, poſtea finito ſecūdo ſomno tps debitū dormitionis nō ſit completū, iterum dormiat ſup latere dextro, Item vero dormitiones tā in die, q̃ in nocte intelligant fieri ipſo nō ſentiēte caliditatē excellentē ſeu ex-

ceſſiuam

A ceſſiuā in dicto latere & vrina non exiſtente tincta, imo in his duobus caſibus nō dormiat in primo, nec
in ſecundo, tertio ſomno, niſi ſuper ſiniſtro latere; dormiat bene coopertus pannis, ita tamen, vt non
ſentiat æſtum nec pondus magnum, nam bene cooperiri pannis in ſomno multum iuuat digeſtionem.
R. ſiduo tempore diei & noctis vigilet ſ. vltra ſex horas. ¶ Accidentia animi. Iram ex toto euitet, me- *Accidētia animi.*
lancholiam ſolicitudines & cogitationes anguſtioſas. Habeat mentem quietam, hilarem & lætam iuxta
poſſibile: parum ſcribat, & quando ſcribit, non ſtet flexus ſuper epate vel ſtomacho, ſed adhæreat rei al-
tæ ſemiſtādo & ſemiſedendo. ¶ Inanitio & repletio. Ieiunet ſaltem vna die in hebdomada. nam hoc eſt *Inanitio*
ſumma medicinarum. Habeat beneficium ventris omni die bis ſaltem in mane cum ſurgit iuxta poſſi- *& reple-*
bile, nullo modo teneat vrinam, quando appetit mingere. comedat tamen bis in die in prandio & cœ- *tio.*
na & non bibat inter illas horas, cœnæ principium diſtet a fine prandii octo horis ad minus ſi dn. elius
B nouem, id eſt nunquā comedat niſi digeſto priori cibo. Prandeat in fine tertiæ horæ ab ortu ſolis. con e-
dat conuenienter & cibaria boni nutrimenti & bene digeſtibilia, ſed tamē ſurgat ſemper a menſa cum
reliquiis famis, comedat ſex bolos ad minus antequam bibat vinum, ſed melius ſi xij bolos comedat,
cibus ſubtilis liquidus & facilis digeſtionis, & recedat craſſum, durum & difficilis digeſtionis. ¶ Secunda
res eſt nutriens ſiue cibus & potus. Vinum bibat album non vinoſum, ciſiculum, coloris granati, non bi- *Cibi.*
bat vina potentia, nigra craſſa vel dulcia. ¶ Cibus & primo ſalata, comedat tres vel quatuor bolos ſalatæ *Plantæ.*
in introitu menſæ. Aliquando. ſ. bis in hebdomada, videlicet endiuiam amaram cum mediis foliis fe-
niculi, boraginis, petroſelini cum aceto, cappares cum aceto, creſſones ſiū epatica, lupulos aſparagos, ra-
digium & eſt optima herba, & omnia illa comedat in æſtate & in hyeme, & cum aceto, aliquādo come-
dat modicum raphani, quando non eſt calor magnus. In æſtate comedat lactucam cum modico bora-
C ginis, petroſelini, feniculi cum aceto. Item gelatinum factum ex aqua & aceto & modico croci ſine vi-
no, & ſine aliis ſpeciebus. In gelatitio ſint carnes laudabiles bonæ infraſcriptæ, vt hædinæ, pullinæ, &c.
Brodetos comedat ex ouis integris cum pane & brodio factos ſine caſeo recenti, ſed ſi vult caſeum po-
nat modicum caſei antiqui duri, comedat brodium cicerum cum aliquibus granis ſed paucis. Brodium
caulium cum paucis foliis, brodium ſ. ſ. olorum ſine granis, ſpinachias, radices petroſelini, & folia bli-
tes cum tertia parte lactucarum, vel endiuiæ, & modico boraginis & petroſelini & feniculi. Rapas elixas
etiā aſſatas ſine caſeo, panatam, ſpeltam, pultem hordei & hoc eſt optimum ferculum. ¶ Carnes come- *Carnes.*
dat vituli lactantis, caſtrati iuuenis, capræti domeſtici, capreoli ſyluestris, leporis iuuenis. pullorum pha-
ſianorum, perdicum, turdorum, alaudarum, paruarum auium, ſapium carnes limacum ſunt optimæ. v-
bera animalium epata, gallinarum non dura, epata anſerrum, carnes comedat potius elixas, quam aſſa-
D tas. ¶ *De caſeo veteri poteſt comedere poſt cibos ſed modice.* Piſces comedat paruos petroſos, luciolos par- *Caſeus.*
uos, temalos, capedanos, barbos, omnes tamen paruos, ſtilios, ſardenas, cancros aliquando. Omnes
autem piſces potius elixos, quam aſſatos. ¶ Oua comedat ſorbilia aut facta in aqua fritalia mixta cum *Piſces.*
herbis ſupraſcriptis, paſtinachis cū vino granatorum. ¶ Species. Has ſpecies aliquando comedat & ad *Oua.*
libitū. ℞ *cinamomi ℥ j, caryoph ℈ j. croci ℈ ß ſandalorū rub ℥ j ß. coriandrorū ℥ j. ſpodii ℥ ß ſeminis endi-* *Species.*
uiæ lactucæ portulacæ ana ℥ ß Piſtentur omnia ſubtiliter, & omnia ſimul miſce. ¶ Comedat vinū granatū,
& eſt optimum quocunq; modo ſumat, acetum, ſuccum arancii, limonum. Et omnia iſta maxime cum
brodio caulium, vitello oui & paſſulis nigris. Limoniam factam ex amygdalis dulcibus & ſucco limo-
num & ſaccharo vel cedri vel arantiorum vel vino granatorum ſalſam factam ex lactucis & modico
ſerpillo vel leuiſco vel ſaturcia cum aceto. Compoſitum ſiue compoſtam communem bene coctam
E ex rapis cum aceto & ſpeciebus modice communibus vel coriandro, caruo, &c. & ſine ſinapi. Si ve-
ro vult dulcorare dictos ſapores acres, ponat intus ſaccharum aut ficus pingues bene piſtatas aut paſ-
ſulas nigras aut zibebam, omnia bene piſtata. ¶ Comedat poſt cibum pyra cocta cum coriandris con- *Fructus.*
fectis. poma cocta vt ſupra. Iuiubas ante cibum vero poteſt comedere ceraſa, ficus recentes, pepones,
ſed de omnib. modicum & raro. Maraſcas vero pruna anguſtienſis & vuas bene maturas poteſt liberius
ſæpius comedere ante cibum, ſed tamen moderate. ¶ Euitet ex toto ponere indigeſtum ſupra indi- *Euitāda.*
geſtum aquam frigidam potare, vinum dulce, vinum nigrum, & omne vinum craſſum oppilatiuum.
Vinum turbidum, vinum coctum, & omne vinum vinoſum & potens. Euitet comedere omnia viſco-
ſa, vt frumentum coctum in ferculo. Aliganas, raphiolos, legumina, caſeum recentem. Membra
F animalium neruoſa ſaltem in hyeme, & vniuerſaliter omnia viſcoſa oppilatiua, vt carnes craſſas bo-
uinas, porcinas recentes & ſalſas, carnes ſyluestres niſi deſcriptas ſuperius, anſerum, anatum, tam do-
meſticorum, quam ſyluestrium, & vniuerſaliter omnes carnes aquaticas. Euitet piſces viſcoſas, vide-
licet tenchas, truitas, anguillas & ſimilia. caſeum ſalſum & omnia multum ſalſa, omne genus acru-
minum, vt allium, cæpas, ſcalognas, porros & ſimilia. Herbas calidas notabiliter, vt ſaluiam, men-
tham, erucam ſiue ricolam & ſimilia, mel, nuces, caſtaneas, dactylos, lac, nimium vſum aloes, eſulam, ſed
regimen ſuum potius declinet ad frigidum non exceſſiuum quam ad calidum. ¶ Tertia eſt exhibitio *Curatio*
medicinarum. ¶ Solutiuum primum facilimum tempore morbi ℞ *caſſiæfiſtul. pinguis ℥ j ß. tamarin-* *per medi-cinalia.*
dorum prunorum, ana ℥ iiij. iulepi violati ℥ j aquæ endiuiæ ℥ j. ſeri caprini q. ſ. pro potione, miſce & fiat potio. *Potio ſo-*
Aſſumat ſemel iſtud ſolutiuum calidum in aurora, & nō dormiat poſt aſſumtionem eius, ſed ſtet quin- *lutiua.*
que horis poſt aſſumtionem eius antequam comedat vel bibat aliquid: deinde in dicto termino pran-
G deat, & non ſumat aliquod lauatiuum ante prādium vel brodium, vel aliud: ſed comedat in prandio bli-
tes vt ſupra ſcriptum eſt pro ferculo.
¶ Syrupus. ℞ *ſyrupi de endiuia ℥ j. ſyrupi violati ℥ ß. aquarum epatici ℥ j. abſynthij ℥ j.* *Syrupus.*
miſce. Iſtum ſyrupum aſſumat calidum in aurora, & hoc quatuor diebus continuis omni

mane tantum, quantum hic deſcribitur. Poſt dormiat ſi poteſt, deinde ſtet ieiunus tribus horis ad mi- A
nus. Quem ſyrupum incipiat aſſumere poſt diem aſſumtionis ſuprascripti ſolutiui.¶ Solutiuum aliud.
℞ *ſolutiuum ſupra ſcriptum, cui addatur rheubarbari ʒ j ß.* Iſtud ſolutiuum aſſumat cum modis vt ſupra
Trochiſci confortatiui epatis. in alio ſolutiuo. Quem ſumat quinta die poſt ſyrupos ſuprascriptos.¶ Trochiſci confortatiui epatis. ℞
trochiſcorũ de eupatorio ʒ ß. trochiſcorũ de ſpodio ʒ j. miſce & cum ſyrupi endiuiæ q. ſ. reformentur trochiſci.
Aſſumat ʒ j. iſtorum trochiſcorum cum ℥ ij. aquæ epaticæ calidæ, & hoc octo dieb. continuis in aurora
& dormiat poſt aſſumtionẽ, ſi poteſt, deinde ſtet ieiunus per tres horas. Quos trochiſcos incipiat aſſu-
mere poſt diem aſſumtionis ſolutiui immediate ſuprascripti.¶ Confectio confortatiua epatis & ſtoma-
chi. ℞ *ſpecierum aromatici roſati ʒ j. triaſandalorum ʒ ij. ſacchari albiſſimi ℥ vj. miſce & cum aqua endiuiæ*
Morſelli. *q. ſ. fiat confectio ſolida in morſellis trium ʒ pro quocunque morſello.* Iſtius confectionis ſumat vnum mor-
ſellum in mane cum ſurgit octo diebus continuis, deinde ſtet ieiunus per tres horas. Quam confectio- B
nem incipiat aſſumere immediate poſt completam aſſumtionem iſtorum omnium ſuprascriptorum
trochiſcorum.¶ Epithema pro epate. ℞ *ſpecierũ cerati ſandalini Meſuæ ʒ iiij. pulueris abſynthij ʒ j. aquæ*
Epithema epatis. *endiuiæ ℥ ß epaticæ ℥ j ß. miſce.* Epithemetur epar cum petia linea dupla longitudinis vnius ſemiſſis, & la-
titudinis quatuor digitorum, infuſa in hoc epithemate & ponatur ſuper epar & hoc poſt aſſumtionem
dicti ſyrupi quater, & bis poſt aſſumtionem dicti primi ſolutiui, ſed tempore dictorum ſyruporum vel
ſolutiui dicti nõ vtatur hoc epithemate, ſed tempore, quo aſſumit dictos primos trochiſcos, & primam
Tragea. confectionẽ. Quod epithema ponat ſuper epar per duas horas poſt cibũ ipſo prius facto tepido.¶ Tra-
gea. ℞ *coriandrorum confectorum ſeminum vj infraſcriptorum, videlicet cucurbitæ, melonis, cucumeris, ci-*
trulli an. ʒ j endiuiæ ʒ j lactucæ, portulacæ an. ʒ ß paſſularum paruarum nigrarum ℥ j. auellanarum ℥ ß. phi-
ſticorum ℥ j zibebarum ℥ ij amygdalarum amararum ℥ ß. corticum citri ʒ j. ſeminis attriplicis ʒ ß. pulueris C
ſandalorum rub. ʒ j ſacch. albiſſimi ℥ ij. vini granatorum q. ſ. pulnis ſandalorum diſſoluatur in vino granato-
rum, & optime incorporetur ſimul ad lentum ignem, donec dureſcat: poſtea omnia incidenda minutim inci-
dantur, & fiat tragea. Sumat cuius duo cochlearia poſt cibum ſæpe, & ſæpe quantum ipſi libuerit. Me-
Potio ſolutiua. dicinæ vigorotiores ſuprascriptis.¶ Solutiuũ aliud facile. ℞ *mannæ electæ ℥ j. rheubarbari electi ʒ j ß dia-*
pruni ſine ſcamonea deſcriptione Nico. ʒ ß. aquæ endiuiæ ℥ j ſeri caprini q. ſ. pro potione, miſce & fiat potio. Hoc
ſolutiuum facile aſſumat cum modis & ordinibus, quibus ſumſit ſuprascriptum ſolutiuum, & hoc in
caſu, in quo non liberetur cum omnibus ſuprascriptis ſ. cibo & potu & medicinis, &c. conſequenter
Syrupus. aſſumat infraſcriptos ſyrupos, trochiſcos, confectionem & vnctionem, vt ſupra de aliis.¶ Syrupus. ℞ *ſy-*
rupi acetoſi de fructibus ſecundum Meſuæ ℥ j. ſyrupi roſa. ʒ ß. de byzantiis ʒ ß. aquarum endiuiæ abſynthii, lu-
pulorum an. ℥ j. miſce. Iſtum ſyrupum aſſumat quatuor diebus continuis calidum in aurora poſt ſupra D
ſcriptum ſolutiuum immediate cum modis & ordinibus quibus ſupra. ¶ Solutiuum ℞ *ſolutiuum ſupra*
ſcriptum immediate, cui addatur diaphœniconis. Iſtud ſolutiuum aſſumat immediate poſt ſuprascriptos
Trochiſci. ſyrupos ordinibus, quib. ſup. Trochiſci epatis confortatiui & ſtomachi. ℞ *trochiſcorum de rheubarbaro*
ʒ j. de ſandalis ʒ ß. miſce & cum ſucco eupatorii q. ſ. reformentur trochiſci. Iſtorum trochiſcorum ſumat ʒ j.
cum ℥ ij. aquæ endiuiæ octo diebus continuis immediate ſequentibus aſſumtionem ſuprascripti ſolu-
Morſelli. tiui, & hoc cum ordinibus, quibus ſupra. ¶ Confectio confortatiua vt ſupra. ℞ *ſpecierum diarhodonis*
abba. ʒ j. diapapaueris albi ʒ j phiſticorum minutim inciſorum ℥ j ſpecierũ triaſandalorũ ʒ j. ſacchari albiſſi.
℥ vj. miſce & cum aqua abſynthii q. ſ. fiat confectio vt ſupra. Iſtius confectionis aſſumat vnum morſellum. ſ.
trium ʒ in mane cum ſurgit, octo diebus poſt aſſumtionem totalem ſuprascriptorum ſyruporum, &
Vnguentũ epatis. hoc modis & ordinibus, quibus ſupra in alia confectione.¶ Vnctio. ℞ *ſeminum endiuiæ ʒ j. lactucæ por-* E
tulacæ plantaginis ana ʒ j ß florum nenupharis, roſarum ana ℈ j. ſandalorum rub. ſpodii ana ℈ ß. draganti,
gummi arabici, abſynthii an. ℈ j ſpicæ, ſquinanti an. ℈ ß. ceræ al. q. ſ. pro vnguento molli puluerizentur pul. ſub-
tiliter, deinde omnia miſce, & cũ modico aceti fiat vnguẽtum molle ad lentũ ignem. Vngat epar cum illa vn-
ctione ſolum diebus, quibus ſumit trochiſcos & confectionem immediate ſupra ſcriptos & 1.õ diebus,
quibus ſumit ſolutiua & ſyrupos ſuprascriptos immediate. Et hanc vnctionem faciat cum modis, cum
quibus ſupra in epithemate ſupra ſcripto. Infra ſcriptas medicinas poteſt aliquando aſſumere tempo-
re ſanitatis, & etiam tempore morbi ſupra ſcripti cum modis & ordinibus, quibus infra. ¶ Solutiuum
Potio ſolutiua. aliud. ℞ *prunorum nigrorum auguſtienſ. ſebeſten, tamarindorum ana ℥ ij. mannæ ℥ j. caſſiæ fiſt. mundæ*
℥ ß rheubar. electi ʒ j. ſeri caprini q. j. Pruna, ſebeſten & tamarindi modicum incidantur deinde bene diſſol-
uantur ad dictum ignem cum dicto ſero. Vltimo reliqua omnia addantur, & fiat potio. Tempore vero, quo F
liberatus eſt omnibus ſex menſibus. ſ. in medio veris & authumni aſſumat ſemel ſolutiuum, quod eſt fa-
Decoctio. cile ad hoc, vt conſeruetur in ſanitate ſua. ¶ Decoctio loco ſyrupi. ℞ *cicerum rub. ℥ iiij. hordei excorti-*
cati ℥ ß. radicum endiuiæ M. j feniculi, petroſelini, aſparagi, bruſci an. M. ij. ſeminum cucurbitæ, melonis,
cucumeris, citrulli an. ʒ ij. ſeminum endiuiæ, lactu. portula. plantaginis an ʒ j. eupatorii, cyperi an ʒ j. bulliant
omnia in ſufficienti quantitate aquæ vſque ad conſumtionem tertiæ partis aquæ, deinde optime exprimantur
& colentur. Vltimo cuilibet libræ colaturæ addatur aceti ℥ j croci gra. ij. pulverum ſacchari ℥ j. Iſtam deco-
ctionem loco ſyrupi ſumat octo diebus cõtinuis in aurora cum modis & ordinibus, quib. aſſumſit præ-
dictos ſyrupos. Et hoc poſt diem aſſumtionis ſolutiui immediate ante ſcripti. Item & iſta vice aſſu-
mat ſolutiuum immediate ſupra ſcriptum cum modis, quibus aſſumſit prius, quod aſſumat poſt ſupra-
Elect. confortans epar & ſtomachum dictam decoctionem.¶ Electuarium confortatiuum epatis & ſtomachi. ℞ *ſucci eupatorii, abſynthii, en-* G
diuiæ, rheubarbari electi ſpicæ, laccæ ablutæ, ſpodii, amygdalarum amararum, phiſticorum, ſeminum endi-
uiæ lactu. portulacæ plantaginis, ſandalorum rub. mellis paſſularum q. ſ pro conficiendo electuario puluerizan-
da pul. ſubtiliter, poſtea amygdalæ & phiſticæ bene piſtentur. Vltimo reliqua omnia addantur & omnia ſimul
optime

A *optime incorporentur ad lenium ignem, & fiat electuarium.* ¶ Theriaca optime confortatiua omnium virtutum. *℞ theriacæ ʒ j ſaccharirosa ʒ ß. miſce & incorporentur bene ſimul cum ſyrupo roſato.* Iſtam aſſumat tempore ſanitatis quatuor vicibus in anno, ſemel in principio hyemis, ſemel in medio hyemis, ſemel in principio veris, & ſemel in medio authumni. ¶ Pilulæ ſolutiuæ facilimæ. *℞ pilularum de eupatorio maiorum ℈ j de rheubarbaro ℈ ij ſpodii, ſandalorum rub. ana ℈ ß. miſce & reformentur pilulæ ſiue magdaleon cum ſucco endiuiæ, quantum ſufficit ad reformandum:* poteſt tam in ſanitate quam in infirmitate ſupra ſcripta, ſi placet, aſſumere omni menſe iſtarum ʒ j pilularum, quæ ſunt facilimæ, & epatis ſtomachi confortatiuæ, quas ſumet in aurora, & non dormiat poſt ipſarum aſſumtionem, & prandeat hora ſua ſiue ſoluerit, ſiue non. Si vero dictæ pilulæ non ſoluerint in die, ſed tantum in nocte tempore dormitionis, tunc non ſumat ipſas in aurora, ſed per vnam horam ante cœnam. ¶ Clyſte- *Aliud* *Pilulæ*

B re mollificatiuum. *℞ olei violati communis ana ʒ iij vitellum oui vnum. foliorum maluarum M j radicum maluauiſci M ß. ſeminis lini. ſeminis fœnugraci ana ʒ j ß. Herbæ, radices & ſemina bulliant in ſufficienti quantitate aquæ vſque ad conſumtionem tertiæ partis: deinde optime exprimantur & colentur, vltimo lib. j. dictæ colaturæ reliqua omnia addantur, & fiat clyſtere.* Hoc clyſteri vtatur ad libitum per vnam diem tantum ante infra ſcriptum & ordinibus, quibus ſupra ſcriptum eſt. ¶ Clyſtere aliud eductiuum & mollificatiuum. *℞ foliorum maluarum, blitis, violarum ana M j. mercurialis M j. radicum maluauiſci M j. ſeminum lini, fœnugraci ana ʒ ß. hordei excorticati ʒ ß furfuris ligati in vna petia M j. vitellum oui j. caſſiæ fiſtul. ʒ j diaphœnicionis ʒ j. olei communis, violati ana ʒ iij ſalis communis ʒ ij. herbæ, radices. ſemina & furfur bulliant ſimul & optime exprimantur & colentur, vltimo colaturæ reliqua omnia addantur.* Aſſumat iſtud clyſtere ſtomaho ieiuno poſt ſupra ſcriptum, quo vtatur ad placitum, non ta- *Enema emolliens.* *Aliud.*

C men niſi ſemel in hebdomada tempore ſanitatis, ſed tempore morbi ſupra ſcripti aſſumat toties, quoties diſcretioni ſuæ videbitur conferre. ¶ Medicinæ cibales & cibi medicinales. *℞ auellanarum ſine corticibus, vuæ paſſæ, cubebi ana ʒ j ß. granorum granatorum nigrorum ʒ ij. miſce ℞ ficuum ſiccarum pinguium ſacchari violati ana ʒ j. miſce. ℞ amygdal. amararum excorticatarum ʒ ß granorum granatorum acetoſorum vel ſacchari violati ʒ j miſce. ℞ phiſticorum vel piſtaciorum, quod idem eſt, granorum granatorum. violati ana ʒ ß. miſce ℞ foliorum roſmarini ʒ ij. ſeminis endiuiæ ʒ ß coriandrorum præparatorum confectorum ʒ ij miſce. ℞ foliorum abſynthii quantum ſufficit, pro raphiolo paſſularum paruarum nigrarum quantum placet. pulueris ſeminis endiuiæ, maſticis coriandrorum ana quantum placet. vitellum oui j. abſynthium incidatur minutim. deinde omnia ſimul miſce, & fiat vnus raphiolus, qui poſtea modicum bulliat.* Vnam iſtarum medicinarum magis gratam aſſumat in mane, cum ſurgit diebus, quibus placue- *Medicinæ cibales, & cibi medicinales.*

D rit. nam omnes iſtæ ſunt cibus & medicina confortatiua epatis & ſtomachi valde. *℞ epar lupi coctum non durum. carnes limacum. vbera animalium, vt omnium vaccarum, epata anſeris cocta non dura. epata gallinarum cocta non dura, vuas paſſas paruas & nigras, vuas Zibebas.* Vnum iſtorum ſeptem ciborum magis gratum aſſumat tempore ſanitatis in prandio vel cœna quotieſcunque placuerit, deinde permutet de vno ad aliud, quando & quoties placuerit. nam tales ſunt cibi medicinales confortatiui epatis & ſtomachi valde.

CONS. LXXVII. *De ægritudinibus ventris inferioris. Contra debilitatem epatis & principium hydropis.*

E Hic ponuntur probationes xij. can. vniuerſalium curatiuorum ſupra in tali conſilio ¶ Vniuerſales canones curatiui. Primus canon. ¶ Regimen in ſex rebus non naturalibus, videlicet aere cibo & potu, &c. ſit quantitatis & qualitatis vt ſupra. hunc canonem collige *tertio techni, tractatu primo capit. §. 1. hæc omnia dicta nunc genera ſalubrium cauſſarum, materierum quadam ſunt cum competenti vſu. &c. & tractatu tertio cap. 4. eiuſdem libri §. Igitur nunc paratum eſt cibis & potibus exterminantib. ſpiſſitudinem, &c. Et quarti fen. primi can. cap. 1. cuius rubrica locutio vniuerſalis de medicatione. dicemus quotiens medicationis ex vna trium rerum completur.* Secundus canon. ¶ Euacuetur ventris ſolutione materiæ &c. colligitur *ſectione ſecunda aphor. 9.* corpora, vbi quis vult purgare, oportet prius fluxa facere. & Galenus *in commento illius* implicite, ſed tam vilis non fuit intentio Hippocratis. *Aliud vero magis, &c.* Et nota quod propter verba iſta *vilis & magis neceſſarium &c.* non pa- *Canones curatiui.* 1. 2.

F rum hic, ſed ad maius, &c. In quibus omnibus partibus implicatur, inteſtinorum fluxibilitatem debere fieri, quæ ex ſuperfluitatum communium ſolutione educuntur. Et Galenus *in commento aphor. 21 ſectione prima. Inde ducere oportet. &c.* propter illud vnde & Medicum inueſtigare maxime oportet. Et *quarta primi capit. tertio, de quando & qualiter euacuare oportet implicite.* Ibi eſt, & iſta eſt conſideratio partis ſuæ declinationi. Nam patet, quod materiæ communes naturaliter ad inteſtina declinent particula immediate ſequente ibi *Et tertia membrorum egreſſionis eius modo materiæ communes naturaliter per inteſtina egrediuntur. Et propter illud, quod maxime cuſtodire debemus in huiuſmodi diſpoſitionibus eſt habitudo canalium ne ipſi ſint clauſi; modo inteſtina ſint apta claudi, &c.* Et in *capit. quarto eiuſdem fen. rubrica de regulis communibus ſolutione ventris & vomitus, &c. Et ventris ſolutiua faciunt vomitum propter ſtomachi debilitatem. Et cap. quinto de rubrica regulis purgationis. §. 1. Iam in præſenti ſermo-*

G *ne oſtendimus quomodo ſit &c* Et particula immediate ſequenti *& ad ſummum mollificare.* Et particula, *ex cauſſa præterea timoroſa & medicina ventris.* &c. Et *prima quarti. tractatu ſecundo, capit. ſeptimo de cura putridarum in genere. Deinde fac phlebotomiam ſequi ſolutionem ventris ſubtilem.* deinde ſubdit. *Et ſic vltimitas inde lenificando non fluxus ventris non ſolutio laborioſa.* Et parum poſt

Cum ergo lenieris hac lenificatione, fortaſſe indigebis eos ſubtiliare. Liquet ergo, quod lenitiua euacuatio A
debeatur omnibus membris in viis ductuum exſiſtentibus, quia ſi debetur cum ſanguis peccat, aut pec-
cantes humores ſanguini ſunt commixti, vt in *capit. ſeptimo*, ampliusque iuuat humoribus a ſanguine ſe-
3. paratis. Tertius can. Minorentur & proprie ventris ſolutione a membris naturalibus materiæ propriæ,
&c. Colligitur *ſect. 1. aphor. 3 in exercitantibus ad ſummum.* Et Galenus *in commento*, & ſimiliter in arti-
ficiali purgatione oportet nocitura purgare *ſect. ſecunda, aphor. & comment. 29. inchoantibus morbis.* Et
Galen. *in commento ſed inanitione oportet facere, vt de materia minuatur. & quarta primi cap. primo impli-
cite. Et dicemus, quod in ægritudinibus, in quibus eſt timor, &c. vbi immediate ſcribit, & poſt maturationem
ventrem ſoluas, propterea quandocunque alicuius virtus fuerit fortis & humores ipſius ſine materia multa &
4. mala, &c.* Quartus canon. ¶ Digerantur dictæ materiæ in dictis membris, in quibus vigent, &c. Col-
ligitur *quarta primi capit. primo.* Ægritudo quoque ſi multæ ebullientis materiæ, &c. *& capit. tertio illa* B
*parte, & quarta quidem hora euacuationis ipſius, dicunt namque penitus, &c. & prima quarti, tract. ſe-
cundo, capit. ſeptimo. rubrica de cura putridarum in genere. & cum adminiſtrauerint canones prædictos, &c.*
Et paulo poſt, *& non euacues materiam indigeſtam in calido & frigido. & ſectione prima, aphor. 22. digeſta
medicari, &c.* Et Galenus *in commento ſi quieſcant autem, & in quibuſdam membris habitantes, & ter-
tio techni, tractatu tertio, capit. ſecundo. Ferunt etiam ſi ita contingat in humoribus. & ſecundo regiminis
acutorum, tractatu ſecundo, capit. primo, cum quo morbi cuiuſcunque diſpoſitionibus ægreque virtutes, &c.*
5. minui namque maximum iuuamentum eſt. Quintus canon. ¶ Aperiantur viæ dictorum membro-
rum, &c. Colligitur *in commento Galeni ſecundæ particulæ, ſed non tam vilis fuit intentio Hippocratis, &
6. quarta primi, capit. tertio ibi. Quod autem magis cuſtodiri in huiuſmodi diſpoſitione, &c. & capit. quarto
antequam ventris ſolutio fiat, &c. & capit. quinto iam in præſentibus ſermonem oſtendimus.* Sextus canon. C
¶ Eradicatiue ſoluantur & proprie ventris ſolutione dictæ materiæ propriæ, &c. colligitur *ſectione pri-
ma, aphor. ſecundo. In turbationibus ventris, &c.* & Galenus *in commento aphor. 22. ſecundæ particulæ,
ex plenitudine quæcunque ægritudines fiunt, & ibi: nec in his diutius eſt immorandum, & quarta primi, ca-
pit. tertio. Scias præterea, quod intentio in omni euacuatione ſit vna, quinque, &c. & ibi: quæ quidem hora
euacuationis, & ibi: cum humore fuerit iſtius generis. & tertio techni, tractatu tertio, capit. tertio. Ferunt enim
ſi ita contingit accidentia febrem. & prima quarti, tractatu ſecundo, capit. ſeptimo, de cura putridarum in ge-
7. nerali illa parte, & cum adminiſtraueris, &c.* Septimus canon. ¶ *Aperiantur viæ ſeu venæ mediæ inter
dicta membra, &c.* colligitur *prima quarti capit. ſecundo, rubrica de medicatione ægritudinum malæ com-
plexionis & cholericæ, ſiquidem ſi fortior cauſſis, &c. & propter hoc caliditas caliditate intendit, &c. & vigeſi-
maprima tertii, tractatu tertio, capit. vltimo, rubrica retentio menſtruorum & paucitas in cura. deinde admi-* D
niſtrentur medicinæ, & aperiantur pori. Et poſt. *Et ſimiliter ſi cauſſa fuerit humiditas, & adminiſtrentur
8. medicinæ, &c.* Octauus canon. ¶ Moueatur ſanguis menſtruus ad vias, &c. Colligitur, *vigeſimaprima
9. tertii vbi ſupra, canon immediate præcedens, & ſunt illæ, quæ mouent ſanguinem ad matricem.* Nonus ca-
non. ¶ Prohibeatur ſanguinis fluxus aduerſus matricem fluere, colligitur vt ante illa parte aſſiduo
10. ſtringentium. Decimus canon. ¶ Prouocetur ſanguis ad matricis concauitatē. Colligitur *vbi ſupra illa
11. parte, & regimen in hoc eſt mouere ſanguinem cum fortitudine ad menſtrua.* Vndecimus canon. ¶ Remo-
ueatur mala complexio frigida vel humida, &c. habetur generaliter *tertio techni tractatu tertio, capit. ſe-
cundo illa parte vnum commune habentes præceptum efficaciter vnamquamque earum, &c. tertia fen. pri-
mi doctrina, capit. decimoſeptimo, rubrica de regimine corporum, quorum complexiones non ſunt bonæ, eo-
rum autem, cui ſuperuenit error, & quarta primi capit. ſecundo, illa parti. quoniam non ſufficit nobis illud, ſi* E
complexiones, &c. Confortentur virtutes omnes, &c. Colligitur *quarta primi, capit. primo, implicite. Scias
præterea, quod ex congruis medicinis, quæ conferunt, &c.* vbi per vitalis intelligit proprie vitales &
naturales.

Cons. LXXVIII. *Contra principium hydropis.*

Potio ſolutiua. SOlutiuum facilimum. ℞ *caſſiæ electæ ℥ j. ſucci roſarum ℥ iij. aquæ abſynthii q. ſ. pro potione miſce & fiat potio.* Si vero vult medicinam magis appropriatam & efficaciorem, addatur rheubarbari in ſubſtantia ʒ j. & totum eſt ſolutiuum. Iſtam medicinam leuiter ſolutiuam aſſumat calidam in aurora & non tepidam, & poſt ipſius aſſumtionem iaceat in lecto per horam vnam cum dimidia, & interim non dormiat, & poſtea ſurgat, & ſtet ieiunus poſt ipſius medicinæ aſſumtionem horis v. & non aſſumat lauatiuum aliquod, ſed prandeat in termino v. horarum. Iſto ſolutiuo vta- F

Decoctio. tur ad minus ſemel in menſe ipſo exſiſtente ſtiptico. ¶ Confortatiuum epatis. ℞ *praſſii ſeu marubii, quod idem eſt ℥ iij. vini albi conuenientis vinoſitatis, videlicet montani non exceſſiue vinoſi q. ſ. ad leuem decoctionem. bulliant ſimul ad lentum ignem.* Iſtius decoctionis calidæ aſſumat in aurora ℥ ß. cum aqua cichoreæ ʒ j diebus alternis, videlicet vna ſic & alia non, deinde poſt ipſius aſſumtionem dormiat ad

Potio. libitum, & ſtet ieiunus ad minus horis quatuor. ¶ Confortatiuum epatis & ſtomachi. ℞ *aquæ cichoreæ habentis florem cœruleum ℥ j. eupatorii ℥ j. abſynthii ℥ ij. ſacchari albiſſimi ʒ ß. miſce. Iſtas aquas aſſumat calidas in hebdomada bis ad minus, & cum aliis modis & ordinibus deſcriptis in aſſumtione ſuperioris de-*

Pilulæ. *coctionis.* ¶ Confortatiuum epatis & ſtomachi. ℞ *trochiſcorum de abſynthio, de rheubarbaro ana ʒ ß. ſpecierum diarhodon abbatis, ſacchari albiſſimi ana ℈ ß. miſce & cum ſyrupo de eupatorio. q. ſ. ad incorporandum reformentur pilulæ vij. pro ʒ.* Iſtarum pilularum aſſumat a tribus vſque ad v. ad libitum cum ℥ ij. G vini albi montani non nimis vinoſi, & cum aliis modis & ordinibus deſcriptis in aſſumtione decoctionis ſupra poſitæ. ¶ Confortatiuum vt ſupra immediate. ℞ *cinamomi ʒ j ß. ſiſeleos ʒ ß. origani, chame-*

dreos

A dreos zinzib. ana ℈ j. croci ℈ j. ſacchari albiſſimi ʒ j. pulverizentur omnia ſubtiliter, deinde miſce in morta- Species.
rio cum piſtillo. Iſtis aromatibus aliquando vtatur ſupra cibis ſuis, videlicet bis aut ter in hebdomada.
¶ Confortatiuum, &c. ℞ dialaccæ ʒ j ß. vini albi montani non exceſſiue vinoſitatis ℥ ij. miſce. Iſtam mix-
turam aſſumat tepidam in aurora ſemel in omnibus xv. diebus cum aliis modis & ordinibus deſcriptis
in aſſumtione trochiſcorum de abſynthio & rheubarbaro. Nota quod tempore magni caumatis non
vtatur ſupra ſcriptis medicinis, niſi medicina ex caſſiafiſtula & medicina ex trochiſcis de abſynthio, &c.
& medicina ex aquis cichoreæ eupatorii, &c. omnibus tribus medicinis ſupra ſcriptis. Nota quod ea
die, qua vtitur vna, non vtatur alia ex ſupra ſcriptis medicinis.

B Cons. LXXIX. *Contra hydropem aſcitem a cauſſa frigida cum aliquali naturali lapſu epatis ad caliditatem.*

MEdicinæ potentia efficaces, & virtutis non valde moleſtæ, & huic morbo multum con-
gruentes. ¶ Solutiuum aquoſitatis hydropis. ℞ pilularum de rauet Meſ. ℈ ij. agarici, ra- Pilulæ.
dicis ireos ana ℈ j ſalis gemmæ, zinzib. ana gra. ij. bdellii gra. ij. eupatorii ℈ ß. pul. pul. &
cum ſyrupo de abſynthio fiant pilulæ vij. pro ʒ. ¶ Aliud efficacius. ℞ pilularum de meze- Alia.
reon ℈ ij. de rauet Meſuæ agarici, radicis ireos ana ℈ j. bdellii gra. ij. ſalis gemmæ, zinziber.
ana gra. j. eupatorii ℈ j. pul. pul. vt ſupra immediate. ¶ Solutiuum aquoſitatis & ipſius exſiccatiuum. ℞
vnguenti arthanithæ quantum pro vnguento, aceti acuti quantum ſufficit ad incorporandum miſce. Hoc Vnguentum.
vnguento vngatur venter manu calida, & hoc cum modo & ordine ſolutiuorum. ¶ Epatis & ſtoma-
C chi confortatiuum, aperitiuum oppilationum, & aquoſitatis exſiccatiuum. ℞ ſeminum agni caſti,
aniſi apii ana ℈ j feniculi ʒ ß. calami aromatici, ſpicæ ana ℈ j. calamenthi ʒ ß. abſynthii ſicci ʒ ij. ſeminis Pilulæ.
endiuiæ ʒ j ſolatri ʒ ß. pulverizentur omnia vt decet, deinde cum ſyrupo de abſynthio fiant pilulæ vij pro ʒ.
Iſtarum pilularum aſſumat v. in ſingula hebdomada ſaltem duobus diebus, præterquam tempore ca-
lido. ¶ Aliud vt ſupra fortius. ℞ trochiſci de abſynthio, de rheubarbaro ana ℈ ij. de ſpodio, ſpecierum Alia.
dialaccæ ʒ j eupatorii ʒ j ß. ſpicæ ʒ ß. radicis ſquinanti ℈ j. ſeminum endiuiæ ʒ j. pul. pul. & fiant pilulæ vij.
pro ʒ. cum ſyrupo de abſynthio, & vtatur vt ſupra immediate. ¶ Aliud & fortius. ℞ radicis chameleon- Alia.
tis ʒ ß. betonicæ ℈ j. cuſcutæ ℈ ij. cinamomi ℈ j. eupatorii ʒ j. radicis enulæ ʒ ß. macis ℈ j. origani, polii ana
ʒ ß. rheubarbari electi ʒ j ß. radicis ſquinanti ℈ j. ſeminum endiuiæ, ſolatri ʒ j. pul. pul. & fiant cum ſyru-
po de abſynthio pilulæ vij. pro ʒ. & vtatur vt ſupra. ¶ Aliud vt ſupra & aliqualiter ſolutiuum. ℞ hieræ Potio.
D archigenis ʒ j ß. aquæ abſynthii quantum ſufficit pro potione, miſce & fiat potio, fiat vt ſupra immediate.
¶ Aliud efficacius ſolutiuum. ℞ triphera ferruginatæ deſcriptione Nico. ʒ j ß. aquæ abſynthii quantum Alia.
ſufficit pro potione miſce & fiat potio, vtatur vt ſupra. ¶ Aliud efficacius, ſed non ſolutiuum. ℞ theria- Alia.
cæ fermentatæ, videlicet non minoris ætatis annorum ſeptem, nec maioris ætatis annorum xx. ʒ j. eupatorii
℈ j ſpicæ gra ij. aquæ abſynthii ℥ iij. miſce & fiat potio, & vtatur vt ſupra. Medicinæ remiſſæ potentia vir-
tuti familiares & cum hoc vſuales.

¶ Solutiuum vſuale facile & proprium. ℞ ſeri caprini ℥ iiij. radicis ireos pulverizatæ craſſo modo ʒ ß. Alia.
ſacchari albiſſimi ʒ ij. miſce & fiat potio. Iſtud aſſumat omnibus xv. diebus ſaltem & hoc modo & or-
dine ſolutiuorum minoratiuorum. Si vero vult fortius, tunc huic toti addat iterum radicum ireos
ʒ ß. ¶ Epatis confortatiuum, ſed non ſolutiuum. ℞ vrinæ hominis maſculi pueri ætatis intra termi- Alia confortans epati.
E num a v. anno excluſiue vſque ad xij. annum incluſiue ℥ vj. eupatorii ʒ j ſpicæ grana ij. coral. rub. ʒ j. ſemi-
num endiuiæ ʒ ß. ſacchari albiſſimi ʒ ij. miſce & fiat potio. Iſtam aſſumat vt ſupra immediate de confor-
tatiuis. ¶ Aliud vt ſupra. ℞ trochiſcorum de eupatorio, de abſynthio, diarhodon ana ʒ ß. ſpodii ℈ ß. coral. Pilulæ.
rub. ℈ j miſce & cum ſyrupo de abſynthio quantum ſufficit formentur pilulæ vij pro ʒ. Iſtarum pilularum
aſſumat a tribus vſque ad v. ad libitum in aurora vj. diebus continuis ſinguli menſis, præterquam tem-
pore magni caumatis, & hoc modo minoratiuorum. ¶ Epatis vt ſupra ℞ lactis capræ & proprie calidi
& proprius dum mulgetur ab vbere ℥ iiij. eupatorii ʒ j. ſpodii gra. iij. ſacchari albiſſimi ʒ ij. miſce. Iſtud bi-
bat ſaltem ſemel in hebdomada, & amplius ad libitum, & hoc cum ſurgat, & hoc modo minoratiuo-
rum. ¶ Epatis confortatiuum. ℞ abſynthii ſicci ʒ j. eupatorii ʒ ß. rheubarbari electi ℈ ß. coriandrorum Alia.
præparatorum ʒ ß. coral. rub. ℈ j. miſce cum ſyrupo de abſynthio formentur pilulæ vij. pro ʒ. Vtatur vt imme-
F diate ſupra de ſupraſcriptis modis.

¶ Solutiuum facile epatis confortatiuum vt ſupra. ℞ abſynthii ſicci ℈ ß. eupatorii, cuſcutæ ana gra. vj. Alia.
maſticis gra. vj. ſeminum ſolatri gra. v. endiuiæ ℈ ß. coriandrorum præparatorum ℈ ß. cinamomi gra. iiij. ma-
cis. ſpicæ ana gra. vj. rheubarbari electi ʒ j. agarici ʒ ß. ſalis gemmæ, zinzib. ana gra. iiij. pul. pul. & cum ſyrupo
de abſynthio fiant pilulæ vij. pro ʒ. Iſtarum aſſumat a tribus vſque ad quinque in ſingulo medio menſe
ſeruatis modis dictis in pilulis compoſitis ex pilulis de rauet, agarico, &c. ¶ Epatis confortatiuum vt
ſupra. Vtatur vberibus animalium, & hoc in principio menſis ſemel in die diebus alternis. ¶ Aliud
ſupra. ℞ ſpecierum confect. de eupato. Meſuæ ʒ j. diarhodon abbatis ʒ ß. macis ℈ ij. ſeminis aniſi, vt Morſelli.
integrorum ʒ ß. ſpodii gra. v. ſeminum endiuiæ ℈ j. ſolatri ℈ ß. coriandrorum præparatorum ʒ j. ſacchari al-
biſſimi lib. j. pul. pul. & miſce, & cum aqua abſynthii quantum ſufficit fiat confectio ſolida in mor-
G ſellis iij. ʒ. pro quolibet. Iſtius confectionis aſſumat vnum morſellum
in alternis diebus in x. diebus, ſinguli menſis, & hoc
in mane cum ſurgit, &c.

A

Cons. LXXX. *Contra fluxum epaticum cum excoriatione inteſtinorum & principium hydropis ab epatis frigiditate pro quodam fratre ordinis ſancti Franciſci.*

Diæta. Regimen ſex rerum non naturalium. Vtatur vino goreto, mediocris vinoſitatis & ſaporis, & cibariis potius ad caliditatem, quam frigiditatem declinantibus. ¶ Euitet aquam ſimplicem fluuiorum, fontium, ſtagnorum, ciſternæ, licet minus mala vinum pauciferum, ſcilicet ad frigiditatem declinans vinum vinoſum, vinum dulce, multum agreſte, acetoſum, cibaria viſcoſa, lenitiua, elixa ſero, euitet mane aſſata fructus humidos & lubricos, ceraſa, pepones, bathecas, ficus recentes & ſiccas vuas & ſimilia. De perſicis vero recentibus prius ipſis infuſis in vino albo vinoſo aliquando comedere poteſt, ſed non multum, & cum hoc & raro. Perſica autem ſicca minus nociua ſunt. Euitet legumina, blites, ſpinachias, cucurbitas, oua ſorbilia, lac, caſeum mollem, ficus ſiccas, herbas crudas, alagenas, paſtilia & artocreas, raphiolos, aquaticas carnes. ¶ Epatis & ſtomachi confortatiuum. B

Paſta. *℞ ſummitatum abſynthii quantum ſufficit pro raphiolo vno, paſſularum paruarum ʒ iij. maſticis, coriandri ana ʒ ß vitellum oui. Abſynthio minoratiui inciſo & maſtice & coriandro puluerizetur cum vitello oui fiat raphiolus cum tela paſtæ, & coquatur leniter.* De quo infirmus aſſumat tres bolos actu calidos paſta prius in aurora octo diebus continuis in ſingulo menſe temporibus frigidis & tempore medio ſolum omni ſecundo menſe octo diebus continuis. In tempore vero calido non vtatur hoc medicamine, & poſt aſſumtionem dormiat pauculum. ¶ Digeſtiuum ſtomachi & confortatiuum epatis efficacius. C

Digeſtiuũ & epatis confortatiuum. *℞ ſyrupi de abſynthio ℥ iiij. aquarum eupatorii. menthæ, cichoreæ ana ℥ j. miſce & aſſumat in ſecunda tertia veris quinque vicibus, & totidem in vltima tertia authumni. In ſecunda vero tertia hyemis octies in æſtate decimo, non & hoc cum ordine digeſtiuorum, & hoc ſi medicamen voluerit permutare.*

Aliud. ¶ Digeſtiuum vt ſupra efficacius priori. *℞ ſyrupi de eupatorio ℥ j. de abſynthio ℥ ß. oxymellis ſimplicis ℥ ij aquarum menthæ ℥ j capillorum veneris ℥ j ß. abſynthii ℥ j ß. cuſcutæ puluerizatæ gra. v. miſce.* Si vellet medicamen efficacius, vtatur eo, & hoc pro ſupra ſcripto immediate, &c. ¶ Digeſtiuum, &c. vt ſupra efficacius prioribus. *℞ digeſtiuum immediate ſupra ſcriptum, cinamomi electi gra. iiij. miſce.* Et ſi vult permutare vtatur iſto modo ſupra ſcripto loco eius. ¶ Confortatiuum digeſtiuum vt ſupra, virtuti valde familiare.

Aliud. *℞ aquarum abſynthii, eupatorii ana ℥ j ß. menthæ, cichoreæ ana ℥ j. radicum acori puluerizati gra. v. coriandrorum præparatorum ℈ ß. ſacchari albiſſimi ʒ ß. miſce.* Iſtud digeſtiuum aſſumat ſingulo menſe quatuor diebus continuis, præterquam in caumate, & hoc cum ordinibus digeſtiuorum. D ¶ Epatis confortatiuum, vt ſupra efficacius priori. *℞ trochiſcorum de abſynthio ʒ j. de rheubarbaro ʒ ß. ſpicæ gra. iij. croci gra. ij. coriandri præparati ℈ j. pul. pul. & cum oxymellis ſimplicis fiant pilulæ vij pro ʒ.* Si vero vult permutare, tunc aſſumat iſtarum pilularum iij. tribus diebus continuis ſinguli menſis præterquam in æſtate, & hoc cum ordine immediatæ dicto. ¶ Confortatiuum epatis, vt ſupra efficacius.

Pilulæ. *℞ trochiſcorum de eupatorio ʒ j. de abſynthio ʒ ß. croci gra. v. corallorum rub. ℈ j pul. pul. & cum oxymelle ſimplice fiant pilulæ vij. pro ʒ.* & vtatur modo ſupra ſcripto immediate ſi vult permutare.

Alia. ¶ Confortatiuum, vt ſupra efficacius. *℞ pilularum immediate ſupra ſcriptarum ℈ ij. ſpecierum dialaccæ ℈ j. miſce & cum ſyrupo de abſynthio fiant pilulæ vij. pro ʒ.* Si vero vult permutare, vtatur iſtis loco ſumtarum vt ſupra.

Cõfectio. ¶ Epatis confortatiuum vt ſupra. *℞ diacori ℥ viij. ſpecierum diarhodon abba. aromatici roſ. deſcript. Gabri. ʒ j. miſce, & vtatur de iſto aſſumendo ʒ iij. loco prædicti confortatiui, ſi voluerit permutare ordine eodem.* E ¶ Epatis confortatiuum, vt ſupra, efficacius priori.

Morſelli. *℞ ſpecierum diambræ ℈ j. aromatici roſ. deſcript. Gabri. ℈ ij. diarhodon abba. ʒ ß. ſacchari albiſſimi ℥ iiij. miſce & cum aqua abſynthii fiat confectio ſolida in morſellis ʒ iij. pro morſello.* Si vero vult permutare, accipiat in mane vnum morſellum modo & ordine eodem ſupra ſcripto. ¶ Epatis confortatiuum vt immediate & ventris aliqualiter reſtrictiuum. *℞ maſticis optimi ʒ j. Iſtius maſticis aſſumat ℈ ß. in mane cum ſurgit tribus diebus continuis omni vigeſimo die præterquam tempore calido, & poſt ſtet ieiunus quatuor horis.* ¶ Epatis confortatiuum virtuti familiare & vſuale.

Tragea. *℞ coriandri præparati & cooperti vna coopertura ſacchari ℥ vj. maſticis ʒ j. cinamomi electi corticum interiorum electorum ʒ iij. macis electi ʒ ij. miſce, cinamomum & macis minutim incidantur. deinde miſce, & fiat tragea ſine alia additione ſacchari.* Vtatur iſta tragea aſſumendo ʒ iij ordine eodem immediate ſupra ſcripto. ¶ Epatis confortatiuum vt ſupra in principio & reſtauratiuum membrorum. F *℞ phiſticorum mundatorum a corticibus ℥ vj.* Iſtorum phiſticorum comedat ℥ ß. duobus diebus in ſingula hebdomada in mane cum ſurgit præterquam tempore magni caumatis. ¶ Epatis confortatiuum & ſolutiuum facile aliquali ventris ſtipticitate tunc poſt ipſam leuem ſolutionem relicta. *℞ myrobalanum cheb. conditum numero vnum.* Iſtum myrobalanum aſſumat omni xx. die, in quocunque tempore anni in aurora, & ſtet ieiunus poſt horis quatuor. Nota quod quamprimum ex ſupra ſcriptis infirmitatibus conualeſcit, tunc non amplius vtatur iſtis medicinis.

Cons. LXXXI. *Contra fluxum epaticum, & dyſenteriam cum teneſmo ab humoribus aduſtis, & diuerſis cum febre continua perſeueratis omnibus tribus menſibus.* G

Inteſti-

A INteſtinorum abſterſiuum lauatiuum & confortatiuum ℞ *aqua hordei excorticati lib j.*
vitellum oui j. olei roſati ℥ iiij. ſacchari optimi ℥ ß. miſce & fiat enema & inteſtinorum la- *Enema*
uatiuum abſterſiuum & amplius confortatiuum priore inteſtina ſtagnãs & ſtipticum. ℞ *de-*
coctionis hordei excorticati, deinde torrefacti plantaginis polygonis ſeu corrigiolæ, florũ tapſi *Aliud.*
barbati lib j. vitellũ oui j. ſeui hircini ℥ iij. olei roſ. ℥ iiij. ſacchari optimi ʒ ß. boli armeni ʒ ß.
miſce & fiat clyſtere Iſtud clyſtere taliter tepidum ſibi imponat per vnã horam ante cœnam præceden-
te clyſteri ſupra ſcripto, die eodem per vnam horam ante prandium, quibus vti incipiat tertia die
immediate ſequenti poſt aſſumtionem primi clyſteris ſupra ſcripti in duobus diebus primis, & ipſis
taliter vtatur duobus diebus ad minus. ¶ Suppoſitorium confortatiuum & ſtagnatiuum ℞ *ſeui hir-*
cini quantum ſufficit pro ſex liciniis ſiue ſuppoſitoriis. Vnum ex iſtis ligatum cum filo longo imponat ſi- *Suppoſi-*
B bi cum vadit dormitum, & taliter teneat tota nocte, & vtatur ad libitum. ¶ Confortatiuum ſtoma- *toria.*
chi. ℞ *ſuccorum abſynthii ℥ iiij. menthæ ℥ ij. cydoniorum ℥ iij. aloes ſuccotrinæ ℈ j. maſticis, abſynthii ſicci,*
menthæ ſiccæ ana ʒ ij. ſpicæ, calami aromatici ana ʒ ß. garyophilorum ℈ j. roſarum, florum labruſcæ ana *Empla-*
ʒ j. corallorum rub. ʒ ß. coriandrorum præparatorum ʒ j ß. ſucci ſimul miſceantur, deinde reliqua pul. pul. & *ſtrum.*
in ſe miſceantur, & medietas dictæ mixturæ puluerum in dicta mixtura ſuccorum infundatur, & optime
imbibatur alia medietate mixturæ vltimo dictorum ſuccorum ſuper dicta mica panis taliter ſuccis infu-
ſa apponatur, & ipſa mica panis cum dictis pulueribus panno lineo ſubtiliſſimo, vt ſerico inuoluatur,
& ſtomacho apponatur ipſo ſtomacho ieiuno. ¶ Aliud vt ſupra. ℞ *olei abſynthii ʒ j ß. myrtillorum, cy-*
doniorum ʒ ß. abſynthii ℈ ij. maſticis, menthæ ana ℈ j ſpicæ, calami aromatici, ſquinanti, macis ana ℈ ß. ga- *Vnguen-*
ryophilorum ℈ j. florum labruſcæ, roſarum ana ʒ ß. coriandrorum præparatorum ℈ j. corallorum rub ʒ ß. ce- *tum.*
C *ræ nouæ quantum ſufficit pro vnguento molli, miſce & cum modico aceti fiat vnguentum molle pro ſtoma-*
cho. Iſta vnctione cum manu ſuauiter calida vngatur totus ſtomachus ab ore vſque ad fundum ſto-
macho ieiuno, ſcilicet mane & ſero manu calida, ſiue ante prandium & ante cœnam. ¶ Aliud vt ſupra.
℞ *abſynthii viridis partes quatuor, menthæ viridis partes tres, florum labruſcæ, roſarum an. partem vnam.*
De his quatuor quantum ſufficit pro ſacculo, pro ſtomacho maſticis ʒ j. calami aromatici, macis ana ʒ ij. ga- *Sacculus*
ryophilorum ʒ j. coriandrorum præparatorum ʒ j. contundantur contun. & fiat ſacculus pro ſtomacho in pan- *ſtomachi.*
no ſiue ſerico in forma ſcuti, & quidem appendatur collo cum filo, vt melius adhæreat ſtomacho.

CONS. LXXXII. *Contra dyſenteriam & fluxum epaticum & febrem ſimul, &c.*

D DIgeſtiuum ℞. *ſyruporum de mentha ʒ ß. endiuiæ facta ex ſolo ſucco eius, & non cum aliis ʒ j.* *Potio di-*
vini granatorum, aquarum endiuiæ, abſynthii ana ℥ ß. miſce & aſſumat hora digeſtiuorum, *geſtiua.*
&c. ¶ Minoratiuum & confortatiuum ℞ *micletæ ʒ vj. aquarum plantaginis, endiuiæ ana*
quantum ſufficit pro potione. Aſſumat poſt digeſtiuum, ſcilicet aſſumtum tribus vel qua-
tuor vicibus, & cum cuſtodia, & hoc etiam prius aſſumto minoratiuo. Tunc vtatur a-
qua chalybeata, in qua chalybs ſit ſolus exſtinctus ter. ¶ Digeſtiuum. ℞ *ſyruporum de myrto ʒ ß. endi-*
uiæ vt ſupra ʒ j. aquarum plantaginis ℥ ij. abſynthii ℥ ß. miſce & aſſumat vt ſupra. Solutiuum eradicati-
uum. ℞ *micletæ ʒ iiij. rheubarbari vſti ʒ j ß. aquarum plantaginis, endiuiæ quantum pro potione miſce, &*
fiat potio, & aſſumat cum cuſtodia. ¶ Confortatiuum & digeſtiuum. ℞ *ſpecierum triaſandalorum ʒ j.* *Eradica-*
E *diarhodon abbatis ℈ j. coriandrorum præparatorum pulue. ʒ ß. croci gra. ij. ſacchari albi ℥ iiij. miſce &* *tiuum.*
cum aquarum endiuiæ part. ij. abſynthii parte vna ad confect. fiat confect. ſolida in morſellis iij. ʒ pro quolibet. *Morſelli.*
& aſſumat vnum ante prandium ſingulis diebus in hebdomada. ¶ Digeſtiuum vſuale & confortati-
uum vt ſupra. ℞ *aquarum endiuiæ ℥ j. plantaginis ℥ ij. abſynthii ℥ ß. corallorum rub ℈ j. coriandrorum præ-*
paratorum pulue. ℈ j. ſacchari albiſſimi ʒ ß. miſce & aſſumat hora digeſtiuorum. ¶ Epatis confortatiuum *Epithe-*
etiam acuitatis caloris humorum repreſſiuum. ℞ *aquæ endiuiæ lib. j abſynthii ℥ ij. ſpecierum trochiſco ſan-* *ma.*
dalini deſcriptione Meſuæ ʒ iij. ſquinanti puluerizati ℈ j. coriandrorum puluerizatorum ʒ ß. miſce & fiat
epithema cum petia linea epati, & hoc facta prima euacuatione, & hoc alternis diebus. ¶ Confortatiuum
conſtrictiuum rectificatur humoribus malignis dyſenteriæ, & fluxus epatici detur electuarium infra
ſcriptum. ℞ *electuarii de ſorbis ʒ ij. miuæ cydoniorum ʒ j. aquarum plantaginis ℥ ß. endiuiæ ℥ ß. miſce.*
F Iſtud aſſumat ter in hebdomada debite calidum alternis diebus, & poſt dormiat ad libitum. Aliud
vt ſupra, & remiſſe ſolutiuum. ℞ *myrobalanum chebulum conditum vnum.* Iſtum aſſumat ſemel in
hebdomada in aurora. Facta vero prima & ſecunda purgatione, vtatur vino & aqua ſeptem vel octo
vicibus chalybeatis, ſcilicet in omnibus, in quibus oportet eum vti eis, ſcilicet ferculis & aliis. Me-
dicinæ efficaciores adhuc ſupra ſcriptis medicinis, & proprie ad dyſenteriam ipſam. Coagulum le-
poris iuuat, caſeus antiquus ablato ſale ab eo, oryza, torrefacti glandes, aſſata balauſtia, ſemen
roſæ, & eſt proprium bolus armenia trochiſci de carta combuſta Auicen. & aliæ plures medicinæ
& reliqua.

CONS. LXXXIII. *Contra dyſenteriam Clyſtere.*

G REcipe *aquæ decoctionis hordei torrefactæ, quantum ſufficit pro decoctione herbarum duarum* *Enema.*
immediate infraſcriptarum foliorum plantaginis M iiij. centinodiæ ſeu corrigiolæ M ij.
& vitellum oui numero j. olei roſati ℥ iij. gummi arabici ʒ ß. pinguedinis hirci. ℥ j. herbæ

dicta prius lauatæ minutim incidantur cum cultello & non piſtentur, ne ſuccus ab eis effluat, deinde in dicta A
aqua hordei bulliant optime, poſtea exprimantur & colentur, & ſubſtantia eorum abiiciatur, cuius co-
latura ℞ ℥ *xv. reliquas vero medicinas adde miſce & fiat clyſtere.* Iſtud clyſtere ſibi imponat tepidum
ſtomacho ieiuno ſaltem ſemel in die. ¶ Acuitatum humorum exſtinſtiuum conueniens & virtutis
Potio. retentiuæ confortatiuum, ſanguinem abſcindens. ℞ *vini granatorum* ℥ *vj granorum ribes* ℥ *ij. ſumach*
℥ *ß. tamarindorum* ℥ *iij. margaritarum perforatarum ſeu bonarum* ℥ *iij. ſyruporum de acetoſitate citri*
℥ *vij. roſati* ℥ *vj. aquarum plantaginis partes duas, acetoſæ partem vnam, aquæ ciſternæ chalybeatæ partes*
tres, de his tribus ſimul quantum ſufficit ad omnium ſupra ſcriptarum decoctionem pro potu delitioſo grana
ribes & ſumach piſtentur debite. Tamarindi vero cum dicto vino granatorum diſſoluantur conue-
nienter in mortario cum piſtillo. Margaritæ autem puluerizentur, deinde omnia ſimul bulliant ad
lentum ignem tanto tempore, quantum ſufficit pro ſyrupo ſatis longo & vſuali pro potu, & poſtea B
optime exprimantur & colentur, & ſubſtantia eorum craſſa terrea abiiciatur. Vltimo dictæ colatu-
ræ margaritæ addantur, miſce & fiat ad libitum potus delitioſus ſeu iulepium potabile delitioſum.
Tragea. ¶ Puluis. ℞ *coriandrorum præparatorum* ℥ *ß. ſeminum plantaginis* ℥ *ij. corallorum rubrorum, ſeminum a-*
cetoſæ ana ℥ *j. puluerizentur ſubtiliter, deinde miſce. Iſtius pulueris ponat, ad minus* ℥ *ß. ſuper vipa facta*
ex pane torrefacto, ſed bene bruſtulato & vino nigro ſtiptico, ſed non multum vinoſo. Hanc vipam comedat
in principio prandii & cœnæ quarumlibet videlicet ipſius vipæ bolos tres. Poſt dictam vipam comedat bo-
los tres ad minus cydonii optime decocti, deinde aromatizati cum puluere coriandrorum præpara-
torum bibat aquam ciſternæ & chalybeatam ſeu exſtinctionis chalybis ſexies toties exſtinctus, vide-
licet ipſam aquam bibat mixtam cum tantundem dicti vini nigri non multum vinoſi. Si vero dictam
aquam ciſternæ habere non poteſt, aſſumat aquam fluuii claram aut ſaltem putei, & in ipſa taliter ex- C
ſtinguat chalybem, & ea vtatur per omnia, vt hic ante de aqua ciſternæ. Si vero potus congruit effi-
cacior, tunc in dicta aqua ciſternæ taliter chalybeata bulliant optime aliqua fruſta lata cydonii crudi.
℞ *plantaginis* ℥ *ij. acetoſæ* ℥ *j. coriandrorum præparatorum* ℥ *ß. miſce.* Iſtas aquas aſſumat frigidas in auro-
ra ſex diebus continuis, videlicet ſingulo mane totidem. ℞ *ſyruporum de myrto, roſati ana* ℥ *ß. de ribes*
℥ *j. miuæ cydonii* ℥ *ß. aquarum plantaginis* ℥ *ij. acetoſæ* ℥ *j. puluerum præparatorum* ℥ *ß. miſce.* Si vero me-
dicamen congruit efficacius priori immediate, tunc iſtum ſyrupum aſſumat tantum in aurora ſerua-
tis reliquis modis & ordinibus deſcriptis in aſſumtione & vſu aquarum immediate ſupraſcriptarum.
Pilula. ℞ *trochiſci de ſpodio* ℥ *j. de terra ſigillata* ℈ *ij. boli armeni* ℥ *ß. ſeminum plantaginis* ℥ *j. corallorum rub.* ℥ *ß.*
coriandrorum præparatorum ℈ *ij. Puluerizentur omnia ſubtiliter, deinde cum miua cydoniorum quantum*
ſufficit ad incorporandum formentur pilulæ vij pro ℥. Si vero medicamen congruit efficacius priori im- D
mediate, tunc iſtarum pilularum aſſumat iij per duas horas ante cœnam, deinde immediate bibat a-
quas ſupraſcriptas, &c. vt ſupra de aſſumtione aquarum ſupraſcriptarum earundem. Et iterum in
mane ſequenti aſſumat quinque pilulas ex ipſis, deinde ipſas aquas bibat immediate poſt, vt hic ante.
Potio. ¶ Solutiuum facile ventrem ſtipticum relinquens. ℞ *micletæ* ℥ *vj. aquarum plantaginis partes ij. acetoſæ*
partem vnam, miſce de ambobus his quantum ſufficit pro potione miſce & fiat potio. ¶ Solutiuum facile
Alia. ventrem ſtipticum relinquens efficacius priori immediate. ℞ *micletæ* ℥ *iiij. rheubarbari torrefacti ſe-*
cundum canon. ad hoc, ſed non multa torrefactione ſi ſatis notabili torrefactione non valde multa ℥ *j. aqua-*
rum plantaginis partes ij. acetoſæ partem vnam, de his aquis ſimul quantum ſufficit pro potione rheubarbari
taliter torrefacti trituretur ſeu puluerizetur debite omnia ſimul incorporentur, miſce & fiat potio. Iſtud E
ſolutiuum facile & ſtipticum ventris eductiuum aſſumat in aurora, & poſt ipſius aſſumtionem dormiat
infirmus immediate ſi poteſt tantum per duas horas, tranſactis vero duabus horis ſiue in ipſis tribus
dormierit per dictas duas horas vel non, tunc vlterius non dormiat, & poſt eius aſſumtionem ſtet ieiu-
nus horis quinque, & non aſſumat lauatiuum aliquod, ſed tantum in dicto termino trium horarum
prandeat. Comedat panatellam ex pane biſcocto factam in brodio pulli, ſed non pingui, panatellam
in dicto brodio factam ex nebulis ſine ſaccharo. Far ferculum & proprie far ſpeltæ in ipſo brodio,
alaganas ſubtiles factas ſine ſale in ipſo brodio coctas. Nota quod quamprimum ex ſupraſcripto mor-
bo infirmus conualeſcat, tunc non vlterius medicinis ſupraſcriptis, nec aliis medicinis ad hoc vtatur.
Quanquam vero ſupraſcripta medicamina omnia virtuti ſint familiaria & morborum dictorum pro-
prie curatiua, nihilominus quia in morbis omnibus non a ſola virtute curabilibus, ſed etiam arte cu-
ratiua indigentibus, tam virtus ipſa neceſſitatis varietatem gradualem ad ſe curam trahentem, quam F
morbi itidem cauſſæ & accidentia earum varietatem crebro formalem ſimul patiuntur, & maxime
pluries gradualem eandem, tam ex dictarum omnium naturalis temporis fluxu, quam ex ipſo mor-
borum temporum medicinalium omni decurſu, quinimo & omnes res naturales, non naturales, &
præter naturam varietatem itidem ſaltem gradualem, & non multoties formalem plurima valde ipſa-
rum rerum omnium varietatibus ipſis proprie gradualibus, & etiam formalibus tunc cura, ſeu opus
medicinale, tam ſaltem gradualiter, quam etiam pluries formaliter canonice varianda eſt & ob hoc
in ſuperioribus medicinalibus canonibus vſualibus, ſeu in ipſis canonibus vſus medicinarum ſupra-
ſcriptarum notanter hæc deſignantur, videlicet. Si vero medicamen congruit efficacius, & iterum, ſi
medicamen permutare congruit, idem ſupraſcriptis medicinis omnibus vtatur, huiuſmodi tan-
tum iudicio & conſilio inſignium Doctorum curæ ipſius aſtantium exquiſitæ, & optime dictas omnes G
diſcernentium varietates rerum ipſarum naturalium, & præter naturam, ſiquidemq; ſpeculantium vir-
tutes ſeu potentias tam graduales, quam etiam formales medicinalium inſtrumentorum ſeu medicina-
rum, quod pro eodem habetur: quibus medicinalis omnis curationis operatio perficitur.

A

Cons. LXXXIV. *Contra dyſenteriam alterius.*

*R Ecipe abſynthii viridis M ij. menthæ viridis M ß. maſticis ℨ ß. garyophilorum ℨ j. macis ℨ j. cala-
mi aromatici ℨ j. roſarum, florum labruſcæ ana M j. ſumach. myrtillorum ana ℨ j. coral rub. ℨ j. co-
riandrorum præparatorum ℨ ij. herbæ, flores & ſumach myrtilli ſimul bulliant in vini nigri, & a-* *Fomentatio.*
*quæ fluuialis mundæ & claræ quantum ſufficit pro fomentatione vſque ad conſumtionem quartæ
partis ipſius liquoris, deinde reliqua pulueriZentur craſſo modo. Vltimo ipſa pulueriZata dictæ decoctioni ad-
dantur.* ¶ Digeſtiuum humorum aqueorum & choleræ ſimplicis, choleræ aduſtæ & phlegmatis ſalſi *Digeſtiuum.*
fluxumque intercipiens, aut aliqualiter ſiſtens. ℞ *aquarum roſatæ ℨ xij. acetoſæ ℨ vj. ſumach ℨ ß. maſti-*
B *cis ℨ j. ſpodii ℨ ß. ſumach, ſpodium & maſtiche contundantur craſſo modo, deinde ſimul bulliant in ipſis aquis
ad lentum ignem vſque ad conſumtionem quartæ partis ipſarum aquarum & vſui reſerua.*

Cons. LXXXV. *Contra diarrhœam a cauſſa calida prouenientem.*

*R Ecipe rheubarbari electi ℨ j. myrobalanorum emblicorum ℨ ij. myrtillorum, ſacchari roſ. ve-
teris ana ℨ ß. Bulliant omnia ſimul in aqua acetoſæ vſque ad conſumtionem tertiæ partis aquæ,
deinde optime exprimantur & colentur.* Vitellus oui detur cum alumine, & prius infunda-
tur cũ cortice in aceto ſimplici per horas iij. deinde coquatur in du-b. partibus aquæ & tertia
C aceti, aut in ſimplici aqua tantum ad placitum, donec dureſcat. Non detur ſaccharum, nec res nota-
biliter ſaccharata, non detur aqua deſtillata. Sed ſi deliberaret ex toto dare aquam deſtillatam, tunc
ipſi addant tertiam partem aquæ roſ. non muſcatæ. Fiat ferculum ex panitio ſeu milio ſpiſſum & non
rarum, fiat ferculum ex pane biſcocto, cibetur cum pulte oryzæ, vel fabarum vel hordei coctæ in a-
qua ciſternæ. Et hæc cibaria coquantur in aqua ciſternæ ipſaque cibaria condiantur cum vitellis ouo-
rum prius retentorum cum cortice ſuo in aceto per horas tres, in quibus ferculis ponatur puluis myr-
tilli. Bibat vinum ſtipticum lymphatum cum aqua ciſternæ, vel cum aqua decoctionis plurimæ myr-
tillorum vel ſumach vel ſorborum. Somnus prouocetur pro poſſe vel quies, dormiat ſuper ventre.
℞ *theriacæ ſacchari roſ. ana ℨ j. Incorporentur cum rob de cydoniis, ſumat duabus horis poſtquam refectus
eſt,* deinde ſtet duabus horis quod nihil comedat, vtatur electuario de ſorbis cum ſaccharo roſato, ſi
D virtus eſt debilis, nutriatur cum carnibus laudabilibus valde, & etiam virtutibus omnibus ipſis coctis
aſſatis vel frixis & conditis cum pulueribus myrtillorum vel ſumach & præparatis cum vino grana-
torum, vel de ſucco berberum, vngatur venter cum oleis de maſtice, de myrto mixtis cum cera mul-
tum liniat.

Cons. LXXXVI. *Contra fluxum ventris ex epatis & ſtomachi debilitate, ſeu contra lienteriam & fluxum epaticum.*

M Ixtura ſtomachi & epatis confortatiua. ℞ *ſummitatum abſynthii quantum ſufficit pro raphio-
lo vno, paſſularum nigrarum paruarum quantum libet, pulueris maſticis quantum libet, pulue-* *Paſta.*
E *ris coriandrorum, endiuiæ an. quantum libet, vitellum oui j. Abſynthium minutim incidatur &
non piſtetur, deinde omnia ſimul incorporentur optime, & fiat ex ipſis raphiolus,* qui bulliat prius
modicum, deinde amoueatur eius paſta & ſolum dictam mixturam aſſumat. Si vero tali mixtura vti
non poſſet, quæ optima eſt, propter amaritudinem; accipiat ſyrupum infra ſcriptum. ¶ Digeſtiuum
ſtomachi & epatis confortatiuum. ℞ *ſyrupi de abſynthio ℨ j. oxymellis ſimplicis ℨ ß. aquarum menthæ, lu-* *Syrupus.*
pulorum ana ℨ j ß. cinamomi electi gran. j. miſce. Iſto digeſtiuo vtatur octo diebus continuis, & poſt aſ-
ſumtionem ſtet ieiunus horis tribus, quo vtatur ſingulo menſe præterquam menſe Iulii & Auguſti.
¶ Aliud digeſtiuum priori efficacius. ℞ *aquarum abſynthii, menthæ, cichoreæ, eupatorii ana ℨ j. cuſcutæ* *Potio digeſtiua.*
gra. j. miſce. Iſtas aquas aſſumat, vt dictum eſt de ſyrupo. ¶ Aliud ad idem priori efficacius. ℞ *ſyrupi de
eupatorio, oxymel. ſimplicis an. ℨ j. aquæ abſynthii ℨ ij. aquæ menthæ, aquæ capil. veneris an. ℨ j. cinamomi ele-*
F *cti gra. ij. miſce.* Iſto ſyrupo vti incipiat tranſactis octo diebus poſt aſſumtionem ſyrupi immediate ſu-
pra ſcripti, & aſſumat quatuor diebus continuis. ¶ Confectio ſtomachi & epatis confortatiua. ℞ *dia-
cori ℨ viij. ſpecierum diarhodonis abbatis ℨ j. ſpecierum aromatici roſati ℨ j. miſce.* Iſtius confectionis aſſu- *Cõfectio.*
mat ℨ iij. in mane cum ſurgit quatuor diebus continuis ſingulo menſe, & poſt aſſumtionem ſtet ieiu-
nus ad minus quatuor horis. ¶ Confectio epatis, ſtomachi, cerebri confortatiua. ℞ *ſpecierum moſchi* *Morſelli.*
*dulcis, diambræ an. ℈ j. ſpecierum aromatici deſcriptione Galen ℈ ij. ſacchari albiſſimi gra. iiij. miſce & cum
aqua abſynthii fiat confectio ſolida in morſellis iij ℨ. pro vnoquoque morſello.* Qua confectione vtatur, vt
dictum eſt de alia ſupra ſcripta immediate, & hoc in caſu, quo non eſſet ex medicinis ſupraſcriptis li-
beratus, aut notabiliter alienatus. ¶ Trochiſci ſtomachi & epatis confortatiui. ℞ *trochiſcorum de
rheubarbaro. ℈ j. de abſynthio ℈ ij ſpicæ ℈ ß croci gra. ij ſeminis endiuiæ ℈ ß ſacchari albiſſimi ℈ j miſce &* *Pilulæ.*
G *cum oxymelle ſimplici, &c. fiant pilulæ vij. pro ℨ.* Iſtarum pilularum non ſolutiuarum aſſumat a duabus
vſque ad v. ad libitum de mane cum ſurgit ſingulo menſe quatuor diebus continuis, & poſt ipſarum
aſſumtionem ſtet ieiunus ad minus horis quatuor. ¶ Trochiſci alii ad idem. ℞ *trochiſcorum de eupa-
torio, de abſynthio ana ℨ j. ſpecierum dialacis ℈ ß. croci gra. ij. ſummitatum endiuiæ ℈ j. miſce & cum oxy-* *Aliæ.*

melle ſimplici reformentur pilulæ vij. pro ʒ. Iſtarum pilularum aſſumat a duabus vſque ad quinque ad libitum, vt dictum eſt in prædicto recepto, & hoc vbi ex aſſumtione ſupra ſcriptarum non liberetur. A
¶ Confortatiuum ſtomachi & epatis. ℞ *coriandrorum preparatorum ſecundum can. deinde confectorum vna ſola coopertura ſacchari, quibus vtatur ſumendo cochlear vnum ante cibum per vnam horam ſiue per octauam hora, & hoc per menſem vna die ſic & alia non, ſiue acceperit medicinam ſiue non.* ¶ Confortatiuum vt ſupra. ℞ *maſticis albi & lucidi* ℈ *iij.* Iſtius maſticis aſſumat integrum ℈ j. deglutiendo duobus diebus in hebdomada mane cum ſurgit, deinde ſtet ieiunus horis tribus, quo vtatur omni tempore du-
Cōfectio. rante morbo præterquam tempore magni caumatis. ¶ Confortatiuum vt ſupra. ℞ *phiſticorum ſeu piſtachiorum mundorum & electorum ʒ j. iſtius confectionis vtatur omni tempore diebus intermiſſis præ-*
Sacculus ſtomachalis. *terquam tempore magni caumatis & diebus, in quibus vtitur dictis coriandris.* ¶ Sacculus ſtomachi confortatiuus. ℞ *foliorum abſynthii partes ij. menthæ recentis partem vnam, roſarum ſiccarum, florum labruſcæ ana partem ß. calami aromatici, ſpicæ ana* ℈ *ij. garyophilorum ʒ ß. coralli rubei* ℈ *ij. coriandrorum præparatorum ʒ ß. maſticis ʒ j. myrtillorum* ℈ *ij. miſce & fiat ſacculus in forma ſcuti, & portet iſtum ſaccu-* B
Vnguentū ſtomachale. *lum tota die, & non de nocte, ita vt acutior cuſpis ſacculi iaceat directe ſuper ore ſtomachi. Pars vero latior deorſum ſuper vmbilicum per digitos tres.* ¶ Vnctio ſtomachi confortatiua. ℞ *oleorum omnium infra ſcriptorum, abſynthii ʒ j ß. maſticis ʒ j. cydoniorum, myrtillorum ana ʒ ij. puluerum infraſcriptorum, abſynthii, maſticis, menthæ ana ʒ ß. ſumach, garyophilorum, calami aromatici, macis, cyperi, galliæ muſcatæ, cinamomi ana* ℈ *ß. myrtillorum, corallorum rub. coriandrorum præparatorum ana ʒ ß. laudani optimi ʒ ij. ceræ q. ſ pro vnguento molli miſce, & cum modico aceti quantum ſufficit ad penetrandum fiat vnguentum molle.* Quo vngatur totus ſtomachus mane cum ſurgit, incipiendo ab ore ſtomachi incluſiue vſque ſupra vmbilicum per digitos tres, & nullo modo vngatur epar nec ſplen. deinde ſuper ſtomacho ponatur ſacculus dictus, & hac vtatur, vbi ex ſupraſcriptis medicinis non eſſet liberatus. C ¶ Solutiuum
Enema. materierum communium in viis ductuum. ¶ Enema. ℞ *radicum maluauiſci M ß. florum blitis, mercurialis ana M j. ſeminum fœnugraci. lini, carthami ana M ß. vitellum oui j. caſſiæfiſtul. ʒ j. benedictæ ſimplicis ſacchari rubei ana ʒ ß. olei communis ʒ iiij. ſalis communis ʒ ij. herba, radices & ſemina bulliant, &c. deinde tribus cyathis dictæ colatura omnia addantur, & fiat clyſtere.* Quo vtatur, quando incipit aſſumere aliquam ſupraſcriptarum medicinarum, ſtomacho ieiuno ad minus ſemel vel pluries ad libitum cum modis & ordinibus, &c.

CONS. LXXXVII. *Contra ventris ſtipticitatem.*

D

Fere ex vitellis ouorum. VEntris linitiuum virtutiſque & totius corporis ſeu membrorum omnium reſtaurati- uum, & doloris ipſius ventris mitigatiuum. ℞ *vitellos ouorum recentium vt vnius diei numero duos vel duorum ad amplius & coctos ſorbiles ſeu molles valde, ſacchari albiſſimi trium coctarum ʒ ß. vel ad libitum & melius ʒ j. Iſtos vitellos coctos molles ſorbeat ſeu deglutiat integros ſi poteſt ſimul cum dicto ſaccharo, & ſi non poteſt ipſos taliter deglutire, tunc prius ipſum ſaccharum commedat*, deinde vitellos aſſumat, hos vero vitellos & ſaccharum taliter aſſumat mane ſtomacho ieiuno ad minus per quadraturam horæ ante prandium quatuor diebus continuis in ſingula medietate cuiuſlibet menſis, temporibus frigido & medio. ¶ Ventris leni-
Potio. tiuum vt ſupra humorumque euacuatiuum. ℞ *iuris ſeu brodii media pinguedinis gallinæ vel caponis ad libitum ʒ viij. ſacchari albiſſimi trium coctarum ʒ j. miſce.* Si vero medicamen permutare conuenit, E aut humores magis euacuandi ſunt ſeu temperandi, tunc iſtam mixturam ex brodio debite calido & non tepido, & ſaccharo dictis deglutiat in mane ſtomacho ieiuno ante prandium ſeruatis reliquis modis & ordinibus deſcriptis in aſſumtione alterius medicaminis immediate ſupradicti compoſiti ex vitellis ouorum & ſacchari vt ibi.

¶ Ventris lenitiuum, &c. vt immediate ſupra quolibet priori medicamine aliqualiter efficacius. ℞ *medicamen primum ſiue compoſitum ex vitellis ouorum & ſacchari vt ibi.* ¶ Medicamen ſecundum compoſitum ex brodio gallinæ & ſaccharo ſupraſcriptum vt ibi. Si vero medicamen congruit aliqualiter efficacius prioribus, primo ſumat in mane ſtomacho ieiuno ante prandium dictum primum medicamen compoſitum ex vitellis ouorum & ſaccharo. Deinde immediate aſſumat dictum ſecundum medicamen compoſitum ex dicto brodio gallinæ & ſaccharo ſeruatis reliquis modis & ordinibus deſcriptis F in canonibus duobus in aſſumtione dictorum medicaminum immediate ſupraſcriptorum. ¶ Ventris lenitiuum, &c. vt immediate ſupra efficacius ipſo priori immediate. ℞ *medicinas omnes deſcriptas in recepto immediate ſupraſcripto, paſſularum tranſmaritimarum corintiarum paruarum nigrarum* ʒ j. Si vero medicamen congruit efficacius priori immediate, primo aſſumat ſupraſcriptos vitellos cum ſaccharo, deinde immediate dictas paſſulas comedat. Vltimo ſupraſcriptum brodium cum ſaccharo immmediate bibat in mane ante prandium ſtomacho ieiuno ſeruatis reliquis modis & ordinibus deſcriptis in aſſumtione alterius medicaminis immediate ſupraſcripti. ¶ Ventris lenitiuum, vt ſupra immediate efficacius ipſo priori immediate. ℞ *medicinas omnes deſcriptas in recepto immediate anteſcripto. Ficus citrinas ſiccas & pingues numero vj.* Si vero medicamen congruit efficacius priori G immediate, primo aſſumat ſupradictos vitellos ouorum cum ſaccharo, deinde dictas ficus bene maſticatas immediate deglutiat, & poſtea immediate paſſulas dictas. Itidem vltimo brodium ipſum cum ſaccharo immediate bibat mane ſtomacho ieiuno, &c. vt ſupra de alio medicamine immediate ſupraſcripto.

¶ Ventris

A ¶ Ventris lenitiaum, &c. vt immediate ſupra efficacius ipſo priori immediate, ventoſitatiſque reſolutiuum & phlegmatis aliqualiter eductiuum. Eſtque medicamen ſenum. ℞ *medicinas omnes deſcriptas in recepto immediate ſupra ſcripto, medullæ carthami electi ʒ j. folia menthæ numero quatuor. Et ſi iterum congruit medicamen aliqualiter efficacius priori immediate, addat iterum vnam aliam ʒ. medullæ carthami, dictis ficubus & menthæ, maſticis & deglutiat, &c.* vt ſupra de medicamine hic immediate ſupra ſcripto. Si vero medicamen congruit efficacius priori immediate ventoſitaſque reſoluenda eſt, & phlegma aliqualiter educendum, tunc primo aſſumat dictos vitellos ouorum cum ſaccharo, deinde immediate dictas ficus cum iſta medulla carthami & mentha bene maſticata omnes deglutiat, & poſtea dictas paſſulas itidem. Vltimo dictum broduim cum ſaccharo immediate bibat in mane ſtomacho ieiuno, &c. vt ſupra de alio medicamine ſupra ſcripto. Ventris lenitiuum, &c. vt ſupra imme-
B diate efficacius ipſo priori immediate eſt quam medicina ſenum mundificat viſcera, & abſtergit renes. ℞ *terebinthinæ electæ, videlicet diaphanæ lucidæ mundæ, & non lotæ ℥ ß. ſacchari albiſſimi trium coctarum puluerizati quantum ſufficit ad ipſam terebinthinam debite inuoluendam, vt immediate infra.* *Bolus.* Terebinthina ipſa tota ſimul aut ad libitum ad fruſta duo vel tria diuiſa ſecundum poſſibilitatem aſſumentis, vel vt ipſi melius libet, inuoluatur optime in dicto puluere ſacchari, deinde fruſtatus ipſa terebinthina ſeu ipſa fruſta deglutiantur omnia taliter ſaccharo trium coctarum inuoluta, aut ſi ipſi gratius eſt ipſa terebinthina ſaccharo inuoluat vt hic ante, poſtea tota aut ſaltem fruſtatiuus, vt ante inuoluantur in partes ſcaletæ ſeu nebulæ vino dulci prius madefactæ quantum ſufficit, ad ipſius terebinthinæ debitam inuolutionem. Iſtam terebinthinam taliter ſaccharo aut ſcaleta ſeu nebula inuolutam, vt hic ante, aſſumat in aurora, vel ad libitum in mane cum ſurgit, ſaltem ſemel in menſe, & ad
C amplius in ſingula medietate cuiuſlibet menſis ſemel quolibet tempore anni, præterquam tempore calido.

¶ Ventris lenitiuum & dolorum mitigatiuum, &c. vt ſupra. ℞ *olei communis temperati ſeu optimi, videlicet olei oliuarum debite maturarum & non putrefactarum, nec præternaturaliter aliter immutatarum ipſiuſque olei vnius anni tantum diaphani, coloris, ſuauis odoris quod idem eſt, quod oleum commune temperatum ℥ xvj. vitellos oui ſine albumine numero ij. ſacchari albiſſimi trium coctarum ℥ j. ſalis communis ʒ iij. miſce, & fiat clyſtere.* *Enema.* Si vero medicamen permutare vult, tunc iſtud enema ſeu clyſtere debite calidum ſibi imponi faciat ſtomacho ieiuno in mane, ante prandium per duas horas, vel ad libitum ante cœnam per horam vnam. Hoc vero enemate taliter vti poteſt ad libitum ſemel in ſingulo menſe quocunque tempore anni, præterquam tempore calido, ſiue tempore magni caumatis, niſi
D magna neceſſitas ad hoc incumberet, quo caſu tunc etiam tempore magni caumatis ipſo enemate vti poteſt.

¶ Ventris lenitiuum & dolorum mitigatiuum & efficacius priori immediate, viſcerumque confortatiuum. ℞ *decoctionis capitis ouis caſtrati, vel agni, melius ouis, deinde caſtrati & vltimo agni. quod caput ouis vel caſtrati, &c. decoquatur, vt hic proxime infra ℥ xv. vitellos oui numero tres, olei amygdalarum dulcium ℥ vj. ſacchari albiſſimi trium coctarum ℥ j. ſalis communis ʒ iij. Caput ouis vel caſtrati, &c. bulliat in aqua fluuialis mundæ, & claræ quantum ſufficit pro ipſius capitis decoctione vſque ad notabilem ſeparationem carnium ab oſſibus, deinde decoctio ipſa optime calida coletur, vltimo tribus cyathis dictæ colaturæ reliqua omnia addantur miſce, & fiat clyſtere.* *Aliud efficacius.* Si vero medicamen congruit efficacius priori immediate, iſtud enema ſibi imponi faciat debite calidum ſtomacho ieiuno ſeruatis reliquis modis & or-
E dinibus deſcriptis in vſu enematis alterius immediate ſupra ſcripti.

Cons. LXXXVIII. *Contra ventris ſtipticitatem.*

VEntris lenitiuum leue. ℞ *foliorum ſeu matris violarum M. j. ſebeſten ʒ iij penidiarum ℥ ß. incidantur folia minutim & imponantur cum ſebeſten in lib. j. aquæ, bulliant vſque ad conſumtionem tertiæ partis. In qua poſtquam colata fuerint diſſoluantur penidia, deinde miſce.* *Decoctio.* Iſtius aquæ aſſumat ab ℥ v. vſque ad vj. vel ſero ante cibi aſſumtionem per duas horas, nec dormiat poſt.
¶ Aliud efficacius & materiæ phlegmaticæ præcipue ventoſitatis eductiuum. ℞ *medullæ carthami ℥ ß. amygdalarum mundatarum & aliqualiter aſſatarum ʒ ij. ſebeſten ʒ iij. ſacchari rub. ℥ j. aquæ fontis lib. ij.* *Alia.*
F *bulliant ad conſumtionem tertiæ partis, deinde colentur, qua vtatur vt ſupra, ad ℥ iiij. vſque ad viij.* ¶ Aliud fortius. ℞ *medullæ carthami ʒ ij. ſebeſten ʒ j. tamarin. ʒ j ß. ſalis communis ʒ ij. mellis crudi ℥ j. aquæ fontis lib. j ß. bulliant ad quantitatem tertiæ partis & colentur.* *Alia.* ¶ Doſis ab ℥ iiij. vſque ad vij. & plus & minus ſecundum ætates, regiones, &c.

¶ Lenitiuum Serapionis, quod æquiualet præcedenti. ℞ *medullæ carthami ʒ xx. aquæ calidæ lib. ß. penidiarum ʒ x. proiiciatur aqua calida ſuper medullam carthami, & permittatur bullire leuiter, & in fine addantur penidiæ colentur, & vtatur vt ſupra.* ¶ Aliud Serapionis, & eſt eductiuum lenitiuum ventoſitatis, phlegmatis & choleræ eductiuum. ℞ *medullæ carthami ℥ iij amygdalarum mundatarum ℥ viij. aniſi ℥ ß. ſalis communis ʒ j. carnium ficuum pinguium numero vj. mellis quod ſufficit pro electuario.* *Electuarium.* Doſis ab ℥ ß. vſque ad ℥ j ß.

G ¶ Lenitiuum vſuale & naturæ valde proportionatum. ℞ *iuris gallinæ vel caponis ℥ x. medullæ carthami ʒ j. ſalis communis ℥ ß. penidiarum ʒ j. olei communis ℥ ß. bulliant leuiter vſque ad conſumtionem quintæ partis, quod totum calidum ſumatur ante cibum vt ſupra.* Quidam loco brodii ſupraſcripti accipiunt brodium caulium cum aliis rebus: tamen in aliquibus leniter venter cum brodio caulium non

lotorum & non completæ decoctionis cum oleo & ſale tantum maxime, quando ſuper caules cecidit A
ros aut pruina, & colligantur ante ſolis ortum. Quibuſdam ventrem habentibus valde ſtipticum oportet addere, quæ dicta ſunt de carthamo, &c. Et ſciendum, quod lenitiua ventris in febribus, in quibus ſolū quæritur lenitio debeant eſſe frigida magis, quam calida. ¶ Lenitiua vero ventris vſualia poſita ab Auicen. *cap de cura putridarum,* vt ſunt aquæ hordei, ſyrupus acetoſus ſimplex, ſyrupus violatus, ſunt debilia valde, & non niſi, vt æſtimo, in ventris fluxibus valde erunt efficacia. De hac materia vide Auicennam *tertia primi de regimine ſenum*, vide etiam *de cura putridarum*, vbi ponit pulchra alia lenitiua & fortiora.

Cons. LXXXIX. *Contra colicam.* B

Clyſter. DOloris mitigatiuum & inteſtinorum lenitiuum. ℞ *foliorum maluarum Manipulos ij, chamedreos, chamepitheos, abrotani, ſauinæ ana M ß. folii roſmarini ana M j. florum chamomillæ M j ß. aneti M j. meliloti M j ß. radicum althææ ſeu maluauiſci M j. feniculi, apii, ariſtologiæ longæ an. M ß ſeminum fœnugræci ℥ j. lini, carthami, aniſi, feniculi, carui, ameos an. ℥ j baccarum lauri ℥ j. Radices fruſtatim incidantur in fruſta ſaltem mediocria, ſemina vero contundantur craſſo modo: deinde omnia ſimul bulliant in quantitate aquæ ſimplicis mundæ & claræ, & melius ipſius aquæ fluuialis ſufficienti pro fomentatione vſque ad conſumtionem quartæ partis dictæ aquæ, deinde ℞ decoctionis huius caleturæ cyathos tres ſeu ℥ xviij. caſſiæfiſtul. ℥ j. benedictæ ſimplicis ℥ ß. olei anetini ℥ iij. vitellum oui numero j. electuarii de baccis lauri ℥ ij. ſalis communis ℥ ij. ſacchari rub. ℥ ß. miſceantur & fiat clyſtere.* Iſtud clyſtere ſibi imponi faciat quando a dolore vexatur, aut futurus eſt de C
Fomentũ. proximo. ¶ Doloris mitigatiuum. ℞ *ſupra ſcriptæ decoctionis quantitatem ſufficientem pro fomentatione. ℞ ſpongias ij. quantitatis proportionabilis loco dolenti. In hac decoctione debite calida & non tepida infundatur ſpongia, deinde optime exprimatur: poſtea panno lineo ſimplici inuoluta & taliter debite calida loco ventris apponatur, quando dolore infeſtatur.* Et taliter ſuper loco dolenti dimittatur, donec caliditas ſpongiæ notabiliter remittatur, non tamen infrigidetur, nec tepefiat ſuper ipſo loco, ſed reiteret aliam ſecundum neceſſitatem, hac fomentatione vtatur quando dolore vexatur prius tamen habito clyſteri præcedente.

Cons. XC. *Contra colicam ventoſam & partim ex fæce.* D

Enema. ENema. ℞ *olei chamomillæ ℥ vj. oleorum aneti, liliorum, ſiſamini an. ℥ iij. vitellum oui j. miſce.*
Aliud. ¶ Aliud enema. ℞ *oleorum aneti, ſpicæ, an. ℥ iij. olei liliorum alb. ℥ vj. vitellum oui j.*
Aliud. ¶ Aliud. ℞ *decoct. capitis caſtrati ℥ xij. oleorum ſpicæ, liliorum alb. aneti, ſiſamini an. ℥ iij. vitellum oui j. hieræpicræ ℥ ß. miſce & fiat clyſtere.* ¶ Enema aliud. ℞ *vini albi vinoſi*
Situs dormitionis. *℥ viij. butyri ℥ vj. vitellos ouorum numero ij. croci ℥ ß. miſce.* Dormiat ſuper ventre compreſſo. Si leniatur ex aliquo iſtorum ſupra ſcriptorum, poſtea fricetur ſuauiter locus doloris cum manu verſus dorſum, & ſi ex hoc iuuamentum percipit, tunc fricatio fiat per tempus notabile, & plu-
Somnus. ries reiteretur, & proprie ſtomacho ieiuno, aut etiam dolore inualeſcente. ¶ Dormiat multum ſi po-
Lenitiua. teſt. ¶ Lenitiuum & mitigatiuum doloris. Vitellos oui ſine albumine ſumtos ante cibum cum modico croci iuuat. ¶ Lenitiuum vt ſupra. *Brodium caulium coctum cum carne gallinæ pinguis & ficubus albis pinguibus, cui datur poſt decoctionem penidiarum quantum libet, croci modicum, conueniens eſt ante cibum, vel quauis hora ſtomacho ieiuno.* E

Potio. ¶ Solutiuum facile. ℞ *caſſiæfiſtul. ℥ j. ſebeſten diſſoluti optime ℥ iij ficus albas diſſolutas optime numero ij. penidiarum ℥ ß. cinamomi ℈ j. aquarum feniculi aneti, chamomillæ, ana quantum ſufficit pro potio-*
Alia dolorem leniens. *ne.* ¶ Mitigatiuum doloris & reſolutiuum. ℞ *aquæ chamomillæ ℥ iij. cinamomi ℈ j. croci gra. ij. ſacchari albiſſimi ℥ ß. miſce & potetur ſtomacho ieiuno.* ¶ Lenitiuum doloris, bibat olei communis optimi ſtomacho ieiuno ℥ vj. ¶ Lenitiuum vt ſupra. Bibat olei ſiſamini optimi ſtomacho ieiuno ℥ vj. ſi non habet ſtomachi debilitatem, aut olei amygdalarum dulcium tantundem ad libitum. ¶ Confectio ventoſitatis reſolutiua. ℞ *diacimini vel diacinamomi ℥ iij.* Ventoſa doloris mitigatiua ponatur ipſa ſuper vmbilicum incluſum intra ventoſam, quocunque tempore infeſtaret. Solutiuum efficacius priore. F
Potio. ℞ *hieræpicræ Galen. ℥ iij. caſſiæfiſtul. ℥ vj. ſebeſten ℥ ij. aquarum ruthæ, aneti ana quantum ſufficit, miſce & fiat potio.* ¶ Reſolutiuum. ℞ *pulueris ſeminis ruthæ ℥ ß. pulueris ſe. carui ℈ ij. aquæ feniculi ℥ ij.*
Potio re ſoluens. *vini albi aliqualiter vinoſi antiqui ℥ j. miſce & potetur ſtomacho ieiuno.* Euaporatiuum. ℞ *milii partes*
Sacculus. *iij. quantum ſufficit pro ſacculo ſalis partes ij furfuris, florum chamomillæ, florum aneti ana partem j. miſce, & fiat ſacculus, qui debet debite calidus loco dolenti apponi.* ¶ Fomentatio euaporatiua. ℞ *florum*
Fomẽtatio vaporoſa. *chamomillæ, meliloti ana M ij. florum aneti M j ß. abſynthii M ij. folii ruthæ ana M j. ſquinanti M j ß. arthemiſiæ M j. eupatorii M j. pulegii M ß. roſmari M j ß. calamenthi, chamedreos, chamepitheos an. M ß. radicis ariſtolog. ro. ℥ j ſeminum carthami ℥ ß. ſemin. iuniperi, fœnugræci ana ℥ j ſeminum aniſi, feniculi, carui, ameos, ſileris montani ana ℥ iij. Contundantur omnia craſſo modo: deinde miſce & bulliant in ſuffi-*
Morſelli reſolutiui. *cienti quantitate aquæ vſque ad conſumtionem tertiæ partis aquæ.* ¶ Confectio reſolutiua. ℞ *ſpecierum diacymini ℈ ij. ſpecierum diagalangæ ℥ j. cinamomi ℥ j. croci ℈ j. ſacchari albiſſimi ℥ ij. miſce & cum aquarum ruthæ & feniculi ana quantum ſufficit fiat confectio ſolida in morſellis trium ℥ pro quolibet morſello.* G

Solutiuum

A Solutiuum facile. ℞. *medullæ carthami* ʒ *j. ficus ſiccas albas pingues iij. miſce & aſſumat ante prandium per tres horas.* ❡ Solutiuum aliud facile & naturæ familiare. ℞. *ficus albas ſiccas pingues numer. iiij. ſebeſten.* ʒ *iij. paſſularum paruarum nigrarum* ʒ *ij. penidiarum* ʒ ß. *brodii pulli vel caſtrati quantum ſufficit pro potione.* ❡ Solutiuum facile efficacius ſuprafcriptis immediate. ℞. *brodii galli decrepiti* ʒ *viij. polypodii M j. florum aneti M* ß. *ſem. carthami contuſi* ʒ ß. *ſalis* ʒ ß. *gallus prius optime ſuſticetur, deinde occidatur & euiſceretur. Vltimo omnia reliqua in eius ventrē includantur, & cum ipſis optime decoquantur, cuius decoct. ſumatur quantitas dicta & fiat potio.* ❡ Vnctio mitigatiua doloris & reſolutiua. ℞. *oleorum chamomillæ, abſynthii* ʒ *j. oleorū ſpicæ, liliorum alb. an.* ʒ *iij. olei ruthæ* ʒ ß. *pulueris cinamomi* ʒ *j. pulueris ſileris montani, caſſiæ ligneæ, ſpicæ an.* ℈ *j. ceræ quantum ſufficit pro, &c. miſce & cum modico aceti quantum ſufficit fiat vnctio mollis.* ❡ Suppoſitorium ventoſitatis reſolutiuum. ℞. *amygdalarum amararum*

B ʒ ß. *bdellii* ʒ ß. *caſſiæ ligneæ ſtyracis ſiccæ craſſæ an.* ℈ *j pulegii ſpicæ an.* ʒ ß. *radicum ireos, radicum ariſtologiæ rotundæ an.* ℈ *ij. ſeminum apii, praſſii an.* ℈ *j. ſeminum ruthæ* ℈ *ij ſeminum ſileris montani, aniſi. feniculi, carui, ameos an.* ℈ *j. cinnamomi* ℈ *ij. cymini* ʒ *j. croci* ℈ *j. ſalis communis* ʒ *j. mellis quantum ſufficit pro ſuppoſitoriis conficiendis.*

Bolus ſolutiuus. Potio ſol. Vnguent. anodynum & reſoluens. Suppoſitoria ventoſitates reſoluentia.

Consil. XCI. *Contra vermes.*

CLyſtere. ℞. *lactis caprini* ʒ *ij. mellis* ʒ *iij.* ❡ Vnctio. ℞. *oleorum maſticis* ʒ ß. *abſynthii, amygdalarum amararum an.* ʒ *j. pulueris aloes, abſynthii, gentianæ an.* ʒ ß. *nigellæ* ℈ *ij. ſeminum portulacæ, coriandrorum, coral. rub. an.* ʒ ß. *fellis tauri* ʒ *j. baurach* ʒ ß. *ceræ q. ſ. pro vnguento. pul. pul. deinde omnia ſimul miſce & fiat vnguentum* ❡ Pilulæ ſolutiuæ vermium & humorū ipſorum. ℞. *aloes* ʒ *ij.*

C *myrræ* ʒ *j. croci* ʒ ß *rheubarbari* ʒ ß. *corticum radicum capparum, baurach, thymi iudaici an.* ℈ *j. puluerizentur ſubtiliter, deinde omnia ſimul miſce, & cum ſyrupi de abſynthio q. ſ. ad incorporandum reformentur pilulæ vij. pro* ʒ. ❡ Potus digeſtiuus. ℞. *agrimoniæ M ij. radic graminis M j. ſiliginis* ʒ ß. *coriandrorum præparatorum* ʒ *ij. ſeminum portulacæ* ʒ *j. miſce, deinde omnia bulliant in ſufficienti quantitate aquæ, vſque ad conſumtionem tertiæ partis aquæ, deinde optime exprimantur & colentur, & dictam colaturam vſui reſerua.* ❡ Pilulæ interficientes vermes. ℞. *croci* ℈ ß. *myrræ* ʒ ß. *corti. radicis capparum* ℈ *j. abſynthii* ʒ ß. *baurach gra. iij. thymi, nigellæ polii an.* ʒ ß. *ſementinæ* ʒ ß. *ſandonici, terræ ſigillatæ, ſeminum raphani an.* ℈ *j. coriandri præparati, coral. rub. an.* ℈ *j. ſachari albiſſimi* ʒ ß. *puluerizentur omnia ſubtiliter, deinde cum ſucco enulæ. q. ſ. ad incorporandū omnia reformētur pilulæ ix. pro* ʒ. ❡ Puluis pro epithemate. ℞. *aloes, abſynthii an.* ʒ *j. baurach* ℈ *j. gentianæ* ʒ ß. *tinii calamenti, maſticis indici, nigellæ, menthæ, abrotani*

D *an.* ℈ *ij. coriandrorum præparatorum, corall. rub. an.* ʒ *j. fellis tauri* ʒ *ij. ſucci cæpæ* ʒ ß. *pul. pul. deinde omnia ſimul miſce. Iſtius pulueris & ſucci cæpæ medietas infundatur in aceto conuenientis acetoſitatis, deinde in ipſo aceto taliter mixto, & ſuauiter calido infundatur filtrum in figura ſcuti aut tela quadruplicata, deinde ſcutum taliter infuſum & extractum ab ipſo liquore aſpergatur cum parte pulueris, quæ remanſit. q. ſ. ad aſpergendum vltimo: poſtea ſcutum taliter madefactum, & aſperſum tepidum ſuper ſtomachum ponatur, ita vt cuſpis acutior ipſius ſtomachi cooperiat os ſtomachi Baſis vero ſcuti cooperiat fundum ſtomachi*: & taliter reiteretur hoc medicamen ter vel quater in die naturali. ❡ Confectio. ℞ *ſementinæ, diptami albi an.* ʒ *j. nigellæ* ℈ *j. ſeminum portulacæ caudani an.* ʒ *j. coriandrorum præparatorum* ℈ *j. endagi, bagadæ, cornu cerui vſti an.* ʒ ß. *ſachari albiſſimi* ℔ *j. miſce & cum aquis agrimoniæ, gentianæ an. q. ſ. fiat confectio ſolida in forma rotunda.* ❡ Electuarium. ℞ *theriacæ antiquæ* ʒ ß. ❡ Emplaſtrum. ℞. *radicis enulæ* ʒ *j. folio-*

E *rum viridium horum quatuor infraſcriptorum, videlicet, abſynthii, ruthæ, menthæ, abrotani an. M j. nucleorum perſicorum, lupinorum an.* ʒ ß. *baurach* ʒ *j. thymi, nigellæ, gentianæ indæ aloes an.* ʒ *j. fellis tauri* ʒ ß. *cæpæ* ʒ *j. coriandrorum præparatorū, ſumach, ſeminis portulacæ an.* ʒ *j. olei abſynthii, olei amygdalarum amararū an. quantum ſufficit, ad impugnandum. Radices, herbæ, nuclei & cæpæ contundantur, & deinde ſufficienter bulliant, vltimo omnia cum reliquis incorporentur, & fiat emplaſtrum ad lentum ignem.*

Clyſter. Vnguentū. Pilulæ ſolutiuæ. Potio digeſtiua. Pilulæ interficientes vermes. Puluis pro epithemate. Rotula. Electuarium. Emplaſtrum.

Consil. XCII. *Contra vermes pro puella domini Vincilai de Ripa patiente exitum ani.*

F REcipe. *ſucci abſynthii q. ſ. ad infuſionem infraſcriptæ, micæ panis in canone infraſcripto, aloes epaticæ* ʒ *j. gentianæ* ʒ ß. *nigellæ* ℈ *ij. maſticis* ʒ ß. *lupulorum, ſeminis* ʒ *j. myrræ* ʒ ß. *coriandrorum præparatorum* ʒ *ij. corallorum rub. gran. ij. fellis tauri, aut ſaltem bouis* ℈ *ij pulueriżanda puluerizentur ſeorſum & diſformiter, vt decet ſecundum can. Deinde in dicto ſucco abſynthii infundantur, & ex dicto ſucco imbibatur mica panis craſſitiei vnius digiti & figuræ ſcutalis, ſiue in modum ſcuti. Poſtea ipſa mica panis taliter imbibita aſpergatur cum dicta mixtura pulueris, & felle tauri, aut ſaltem bouis. Vltimo mica taliter imbibita & aſperſa ſuauiter in velo ſerico ſubtili & raro, &c. applicetur.* *Fomentū.*

Consil. XCIII. *Contra vermes cum febre & fluxu materierum diuerſarum ſed amplius phlegmatis.*

G VErmium interfectiuum & eductiuum materierum acutarum abſterſiuum & lauatiuum. ℞ *lactis caprini* ʒ *x. mellis & eſt efficacius* ʒ *ij. aut ſachari, & eſt minus efficax, miſce, & fiat clyſtere.* ❡ Vermiū interfectiuum & eductiuum, &c. ℞. *oleorum maſticis* ʒ ß. *abſynthii, amygdalarum amararum.* *Enema.*

Vnguentū. *an ʒ j. aloes, abſynthii, gentianæ an. ʒ ß. nigellæ ℈ j. ſeminum portulacæ, coriandrorum præparatorum, coral. rub. an. ℈ j. fellis tauri vel bouis ʒ j. baurach ℈ j. ceræ nouæ. q. ſ. pro vnguento molli. pul. pul. & fiat vnguentum pro ſtomacho & inteſtinis gracilibus vſque ad vmbilicum.* ❡ Vermium eductiuum & confortatiuum ſtomachi. A

Pilulæ. *℞. abſynthii ʒ ß. nigellæ ℈ ß. cornu cerui vſti ℈ j. ſementinæ ℈ ij. corticum radicum capparum ʒ j. ſeminum portulacæ, coriandrorum præparatorum an. ℈ j. pul. pul. & cum ſyrupo de abſynthio fiant pilulæ ix. vel x. pro ʒ.* ❡ Digeſtiuum materiæ vermium, vt ſupra de vnguento.

Potio. *℞. agrimoniæ M j. radicum graminis M ij. ſeminum ſiliginis ℥ j. coriandrorum præparatorum ℥ ß. portulacæ ʒ ij. miſce & bulliant ad conſumtionem medietatis in aqua ſufficienti quantitate ciſternæ, & exprimantur, & aſſumat loco ſyr. ℥ iij. bis in die & lymphet etiam vinum.* ❡ Vermium interfectiuum, vt ſupra de vnctione.

Morſelli. *℞. ſementinæ ʒ ß. radicis diptami albi. ℈ j. nigellæ ℈ ß. endagi bagadæ ℈ ß. ſeminum caudani ʒ ß. portulacæ ℈ j. coriandrorum præparatorum ʒ ß. garyophillorū ʒ ß. cornu cerui vſti ʒ ß. ſachari albiſſimi ℔ j. miſce & cum aquarum agrimoniæ & abſynthii. q. ſ. ad conſi. fiat confect. ſolida in morſellis.* ❡ Materiæ phlegmaticæ digeſtiuum & vermium repulſiuum. B

Potio. *℞. aquarum abſynthii ℥ j ß. menthæ, ſcabioſæ an. ʒ ß. miſce & aromatizetur cum modico modici croci.* ❡ Digeſtiuum vt immediate & membrorum naturalium confortatiuum.

Alia. *℞. maſticis ℥ iij.* ❡ Digeſtiuum vt immediate vt ſupra, &c. *℞. theriacæ antiquæ ʒ ß. vini albi mediæ vinoſitatis ℥ j. miſce.* ❡ Fluxum reſiſtens & febrem, materias ipſorum abiiciendo, membra naturalia confricando, & ſtipticando, & vermes repellens, interficiens & educens.

Alia. *℞. myrobalanum chebulum conditum j.* ❡ Aliud vt ſupra, ſed efficacius. *℞. micletæ ʒ iij. aquæ abſynthii, quantum ſufficit pro potione miſce & fiat potio.*

Conſil. XCIV. *Contra debilitatem virtutum naturalium iuncturarum & contra vermes.*

Pilulæ. Solutiuum facile minoratiuum. *℞. pilularum de benedicta, de hiera ſimplici an. ℈ j. agarici, hermodactilorum an. ℈ ß. ſalis gemmæ gra. j. zinzib. gran. j. ß. maſticis gra. ij. miſce cum ſyrup. de abſynthio q. ſ. ad incorporandum formentur pilulæ vij. pro ʒ.* Iſtarum pilularum aſſumat a duabus vſque ad quatuor ad libitum in aurora omni menſe ſemel. Et poſt ipſarum aſſumtionem dormiat per horam, ſi poteſt, ſed ſtet ieiuna quatuor horis ad minus, deinde prandeat; ſi pilulæ eam ſoluerint vel non, aſſumat lauatiuum ante prandium. Nam forte tardabunt ſolutionem, & ipſam leuem facient. C

Potio ſolutiua. ❡ Aliud ſolutiuum facilimum. *℞. caſſiæ fiſt. ℥ j ß. myrobalanorum chebulorum ʒ ij. aquæ abſynthii ʒ j. ſeri caprini. q. ſ. pro potione miſce & fiat potio. Myrobalani contriti craſſo modo infundantur prius in aqua & ſero per horas 12. ad minus. Deinde optime exprimantur & colentur, vltimo dictæ colaturæ ipſa caſſia fi. addatur miſce & fiat potio.* ❡ Iſtam caſſiamfiſtulam aſſumat in aurora ſingulis duobus menſibus, & poſt ipſius aſſumtionem dormiat parum, vel non dormiat & aſſumat cum modis & ordinibus deſcriptis in alia medicina. Nam tarde ſoluet iſta. D

Potio digeſtiua. ❡ Digeſtiuum. *℞. aquarum ſaluiæ ℥ j ß. menthæ ℥ j. abſynthii ℥ ij. miſce, &c.* Iſtas aquas calidas aſſumat in aurora quatuor diebus continuis, in ſingulis duobus menſibus. Deinde poſt ipſarum aſſumtionem dormiet ad libitum, & ſtet ieiunus ad minus horis 3. ❡ Confectio.

Morſelli. *℞. ſpecierum aromatici. ro. deſcriptione Gab. ʒ j. diamoſchi dulcis ʒ ß. ſachari albiſſimi ℥ iij. miſce cum aquarum ſaluiæ, abſynthii an. quantum ſufficit fiat confectio ſolida in morſellis iij. ʒ.* Iſtius confectionis aſſumat vnum morſellum cum excitatur omni hebdomada ſemel. Et poſt ipſius aſſumtionem ſtet ieiunus ad minus horis tribus, & non curet interim dormire.

Pilula. ❡ Solutiuum facile. *℞. pilularum ſupraſcriptarum ʒ j.* Iſtud ſolutiuum aſſumat quinta die poſt completam aſſumtionem ſupraſcriptarum aquarum in ſingulis duobus menſibus, cum modis & ordinibus deſcriptis pilularum ſupraſcriptarum. ❡ Pilulæ ſolutiuæ & confortatiuæ membrorum naturalium & iuncturarum & vermium interfectiuæ. E

Pilulæ ſolutiuæ, confortatiuæ, & interficientes vermes. *℞. trochiſcorum de abſynthio ℈ ij. de rheubarbaro ℈ j. nigellæ, gentianæ an. ℈ ß. ſementinæ ʒ ß. ariſtologiæ longæ ℈ j. baurach ℈ ß. abrotani ℈ j. cornu cerui vſti ʒ j. coriandri præparati ℈ ij. abſynthii ℈ ij. ſaluiæ ℈ ß. maſticis ℈ ij. caulis ſeminis carui, menthæ an. ℈ j. myrræ ʒ ß. croci ℈ j. ruthæ ʒ ß. ſeminis plantaginis. ℈ ij. aloes omnium ſimul collectorum iiij. part. miſce & cum fellis tauri & ſucci pori. q. ſ. ad incorporandum formentur pilulæ vij. pro ʒ.* Iſtarum pilularum aſſumat a tribus vſque ad quintum, ad libitum in aurora omnibus 20. diebus, cum modis tactis in aſſumtione aliarum pilularum.

Pil. confortatiuæ ſtomachi. ❡ Pilulæ confortatiuæ ſtomachi. *℞. trochiſcorum de abſynthio ʒ j. ſpecierum aro. ro. deſcriptione Gab. ʒ ß. menthæ, ſiccæ, ſaluiæ an. ℈ j. maſticis ℈ ij. miſce & cum ſyrup. de abſynthio. q. ſ. ad incorporandum formentur pilulæ vij. pro ʒ.* Iſtarum pilularum aſſumat a ij. vſque ad v. ad libitum in ſingula hebdomada, deinde poſt ipſarum aſſumtionem ſtet ieiuna horis tribus, & iterum dormiat ad libitum. F

Lotio pedum. ❡ Lotio pedum. *℞. ſaluiæ M ij. ſtœchados M j. betonicæ, calamenthi an. M ß. miſce deinde bulliant in ſufficienti quantitate aquæ vſque ad conſumtionem quartæ partis aquæ.* Iſta lotione ſuauiter calida lauentur pedes, crura & genua ante cœnam, ſemel aut bis ad libitum ſingulo menſe leuiter & parum fricando verſus ſurſum: & hoc idem faciat manibus ſi libet.

Conſil. XCV. *Contra exitum ani ſeu inteſtini propter mollificationem ipſius inteſtini.*

Inſeſſus. *Recipe, emblicorum, myrtillorum ℥ ß. ſumach, roſarum ℥ j. nucum cupreſſi ℥ ß. thuris ℥ j. vini nigri ſtiptici q. ſ. pro decoctione ſupraſcriptarum rerum, contundenda contundantur craſſo modo. Deinde omnia ſimul mixta bulliant ad lentum ignem vſque ad conſumtionem tertiæ partis dicti vini. In hac decoctione non tepida, ſed ſuauiter calida ſedeat per vnum quinquageſimum horæ puella ægra immediate ſaltem poſt ventris ſucceſſum, & antequam inteſtinum in anum introducatur.* Et ſaltem bis in die taliter ſedeat, ſi ipſa non ſecederet, aut ſaltem ſpongia vna noua ex dicta decoctione ſuauiter calida imbibita, G

deinde

A deinde leuiter expreſſa & panno lineo ſimplici albo & raro inuoluta apponatur ano, &c. vt ante de dicto balneo, & ibi retineatur ſuauiter compreſſa ſaltem per horam vnam. Deinde poſt ſeſſionem dictam in ipſo balneo, & etiam poſt dictam ſpongiam, & antequam inteſtinum introducatur in anum, vt ante, tunc pulueris alterius medicaminis immediate infraſcripti aſpergatur ſuper dictum inteſtinum pars conueniens ad hoc. Poſtea inteſtinum ipſum cum dicto puluere in anum intromittatur, quantum poſſibile eſt, & retineatur taliter intra anum, cum natibus ſtantibus ſtrictis per tempus notabile, vt eſt poſſibile. ¶ Ad idem aliud. ℞. *acatiæ* ʒ *j. roſarum, myrtillorum ſicco. an.* ʒ ß. *ſumach* ℈ ß. *balauſtiorũ* ʒ *j. antimonii* ℈ *j. aluminis* ℈ ß. *maſticis* ʒ ß. *nucum cupreſſi* ℥ *j. ſpicæ, caſſiæ ligneæ an.* ℈ *j. puluerizanda pul. ſeorſum & difformiter, vt decet ſecundum can. deinde omnia ſimul miſce.* Iſtius medicaminis puluerizati, vt hic imm. diate ſupra pars ſufficiens ad hoc ponatur ſuper dictum inteſtinum egreſſum. Et taliter **B** ponatur immediate poſt balneum ſupraſcriptum, aut etiam immediate poſt ſpongiam ſupraſcriptam. Deind. inteſtinum introducatur, &c. vt ante in alio canone alterius medicaminis immediate ſupraſcripti. ¶ Ad idem. ℞. *cydoniorum* ℥ *iij. balauſtiorum* ℥ *ij roſarum* ℥ *j* ß. *nucum cupreſſi* ℥ *ij. vini nigri ſtiptici quantum ſufficit pro decoctione iſtarum rerum. Cydonia ipſa minutim incidantur, & melius grattuſentur, deinde reliqua contundenda contundantur craſſo modo. Vltimo omnia ſimul mixta bulliant ad lentum ignem, vſque ad conſumtionem tertiæ partis dicti vini.* Si vero medicamen permutare congruit, tunc in hac decoctione non tepida, ſed tantum ſuauiter calida ſedeat puella. Deinde inteſtinum aſpergatur ex puluere immediate ſupraſcripto, &c. vt ibi, aut ſpongia ex hac decoctione imbibita inteſtino apponatur, & vt ſupra de alio medicamine primo ſupraſcripto compoſito ex emblicis, myrtillis, &c. vt ibi.

Puluis. — *Decoctio.*

C

Conſil. XCVI. *Contra exuperantem fluxum hæmorrhoidum.*

Fluxus hæmorrhoidalis conſtrictiuum. ℞. *myrobalanos chebulos numero ij.* pulpas iſtorum myrobalanorum comedat in aurora quatuor diebus continuis, in quibus exuperantem fluxum patitur, & poſt ipſius aſſumtionem ſtet ieiunus horis quatuor, & dormiat iterum non plus, quam per horam. Hoc medicamine vtatur quocunque tempore anni, quando prædictum fluxum patitur. ¶ Fluxus hæmorrhoidalis conſtrictiuum priori efficacius. ℞. *tryphera ferruginata ex arte fanonis.* ʒ *ij. aquæ plantaginis* ℥ *j* ß. *miſce.* Si vero medicamen congruit efficacius, iſtam mixturam ſumat in aurora debite calidam, vt ſupra de myrobalanis. ¶ Fluxus hæmorrhoidalis conſtrictiuum efficacius priori immediate. ℞. *pilularum de bdellio.* Si vero medicamen congruit efficacius, tunc a quinque vſque ad ſeptem, ſumat iſtarum pilularum in aurora cum modico vini nigri ſtiptici, vt ſupra de myrobalanis omnia **D** ſeruando.

Pilula.

Conſil. XCVII. *Contra dolorem hæmorrhoidum.*

Suaue prouocatiuum & aperitiuum hæmorrhoidum. ℞. *folium ficus & cum dorſo eius fricet eas, & hoc quando vult quod aperiantur & ſanguinem educant.* Iſta vtatur fricatione pluries cum hæmorrhoides tument & dolent, & ſanguinem quærit educere, verum hanc præcedant euacuationes debitæ ad hæmorrhoidas. ¶ Vnguentum mitigatiuum doloris hæmorrhoidum, ſi cum eis eſt ardor, &c. ℞. *olei violarum, olei roſarum, albuminis oui, vitellum oui, ceræ albæ. Fiat vnguentum molle inungatur petia* **E** *in dicto vnguento, deinde ducatur circa candelam & imponatur, & vltimo extrahat, petia remanente. Et ſi non ſentit ardorem, & tamen dolet, addatur modicum croci. Si eſt ſine ardore, apponatur adeps anatis, cum ſubſtantia corpulentia accepto fruſto longo aliqualiter filo alligato, & ſic integrum ano apponatur dolore infeſtante, & proprie ſi eſt ſine dolore.*

Vnguentũ.

Conſil. XCVIII. *De ægritudinibus renum & veſicæ. Contra caliditatem renum.*

Solutiuum facilimum. ℞. *caſſiæ ſi. electæ, tamarindorũ an.* ℥ *j ſucci viol. recentium, & in conſerua ſacha.* ℥ *ij. ſucci roſarum* ℥ *ij. myrobalanorum chebulorum puluerizatorum* ℈ *j. draganti, ſach. candi. an.* ℥ *ij. iulep. viol. aquæ endiu. an. q. ſ. pro diſſolutione caſſiæ, tamarindi minutim inciſi diſſoluantur cum dictis* **F** *iulepo & aqua ſufficienti ipſis remanentibus in forma electuarii, vltimo reliqua omnia addantur, fiat electuarium.* ¶ Vnctio pro renibus. ℞. *oleorum nenupharis* ℥ *vj. roſati & violati an.* ℥ *iij. draganti & gummi arabici an.* ℈ ß. *ſeminum iiij. minorum frigidorum communium, videlicet, lactucæ, portulacæ, endiuiæ, plantaginis an.* ℈ *j. raſuræ eboris, ſandalorum rub. an.* ℈ ß. *ceræ albiſſimæ. q. ſ. fiat vnctio mollis pro renibus.*

Electuarium. — *Inunctio renum.* — *Semina 4. frigida minora.*

Conſil. XCIX. *Contra caliditatem renum.*

Recipe *oleorum roſati* ℥ *j* ß. *nenupha.* ℥ *j. myrtillorum* ℥ ß. *draganti, gummi ara. an.* ℥ ß. *ſeminum communium maiorum frigidorum* ℥ *j. mino. frigi. papa. al. an.* ℥ ß. *mucilaginis, portulacæ & papaue. al. an.* ℥ *j. ſandal. rub.* ℥ *vj. boli armeni* ℥ *ij. raſuræ eboris* ʒ *j. ceræ albæ. q. ſ. pro vnguento molli. Et ſi adin-* **G** *corporandum neceſſaria ſit maior olei quantitas, tunc ſolum dictum oleum nenupharis augeatur, puluerizanda pul. vt decet, deinde omnia ſimul miſce. Vltimo cum modico modici aceti ſolum, quantum ſufficit ad penetrandum omnia ſimul incorporentur ad lentum ignem.* Ex hac vnctione actu frigida, vt eſt, vngatur, vt oportet renes. Si vero medicamen congruit efficacius priori immediate. ℞. *vnguenti*

Vnguentũ.

[*Aliud fortius.*] *immediate ſuprascripti ʒ j ß. mucilaginis pſyllii ʒ ß. miſce deinde omnia ſimul incorporentur, vt ſupra pro vn-* A
guento molli. Si vero iterum efficacius congruit. [*Aliud.*] ℞ *vnguenti immediate ſuprafcripti ʒ j ß. camphoræ gra. vj. Camphora ipſa puluerizetur, vt decet, deinde omnia ſimul miſce, & optime incorporentur ad lentū ignem, & fiat vnguentum, vt ſupra.* Si vero adhuc efficacius conueniret remedium, ſuper locum renum ex directo ponat laminā plumbea latitudinis quatuor digitorum, longitudinis ſex, & craſſitiei ſaltem vnius coſtæ cultelli conuenientis ad incidendum panem perforatam pluribus foraminibus, latitudinis partis craſſioris vnius acus ſubtilis ſeu conuenientis ad ſuendum, hanc teneat ſuper renibus pluri tempore ſecundum neceſſitatem.

CONSIL. C. *Contra calculum renalem & ventoſitatem.*

[*Clyſter.*] DOloris mitigatiuum, lapidis comminutiuum, cauſſarum dolorum & materierum communium B
eductiuum, ventoſitatiſque reſolutiuum & eductiuum. ℞ *oleorum liliorum alborum ʒ iiij. ſpicæ ʒ iij. aneti ʒ v. chamomillæ ʒ iiij. vitellos oui numero ij. pulueris cinamomi ʒ ij. croci ʒ ß. pulueris ſacha. ʒ j ſalis communis ʒ iij. miſce & fiat clyſtere.* Iſtud clyſtere debite calidum ſibi imponat dolore ipſum vexante, aut dum vexationi ex dolore proximus eſt. Et ipſum etiam taliter ſibi imponat diebus præcedente & ſequenti die aſſumtionis ſolutiui proximi infraſcripti. ❡ Solutiuum & eſt proprium. ℞ *caſſiæ fiſt. ʒ j benedictæ ſ. ʒ iij. electuarii indi. ʒ j. aquarum aſparagorum, ſcolopendriæ an. q. ſ. pro potione miſce & fiat potio.* Iſtud ſolutiuum aſſumat debite calidū in aurora & cum cuſtodia tempore, quo actualiter dolet aut dolori proximus eſt. ❡ Doloris mitigatiuum lapidis comminutiuum & ipſius eductiuum,
[*Vnguentū.*] ventoſitatiſque reſolutiuū. ℞ *oleorum ſcorpionis compoſiti deſcriptione Meſuæ, nucleorum perſicorum ʒ j. chamomillæ ʒ ß. oleorum ſpicæ, liliorum alborum, pinguedinis gallinæ an. ʒ ß. anatis ʒ j. pulueris cinamomi* C
ʒ ij. croci ʒ ß. miſce & fiat vnctio. Ex hac vnctione debite calida vngatur locus doloroſus ſtomacho ieiuno ſaltem bis in die, videlicet ante prandium & ante cœnam, & amplius ad libitum ſecundum neceſſitatem. Et ea vnctione taliter vti incipiat die ſequenti diem aſſumtionis ſolutiui ſupraſcripti. ❡ Doloris mitigatiuum & lapidis comminutiuum, &c. vt immediate ſupra efficacius priori immediate. ℞ *paritariæ*
[*Enema.*] *M. iij. ſenctionum, pulegii, calamenti, chamedreos, chamepitheos, ſauinæ, abrotani an. M ß. radicis althææ f. uſtatim inciſarum M ß. ſeminum lini fœnugræci, carthami an. ʒ ß. aniſi, feniculi, carui, ameos an. ʒ ij. florum chamomillæ, meliloti, alkeæ an. M j ſemina contundantur craſſo modo, deinde omnia ſimul bulliant in ſufficienti quantitate aquæ fluuialis vſque ad conſumtionem medietatis aquæ, poſtea optime exprimantur & colentur, cuius colaturæ ℞ ʒ xv. vel ad libitum ʒ xij. oleorum liliorum alborum ſpicæ, aneti an. ʒ ij caſſiæ fiſt. ʒ j. benedictæ ſimplicis ſachari rub. an. ʒ iiij. vitellos oui num. ij. ſalis communis ʒ iij. miſce & fiat clyſtere.* Si D
vero medicamen congruit efficacius priori im̃ediate ante iſtud enema, tunc iſto enemate vtatur ipſum
[*Fomentatio.*] dolore infeſtante, & proprius ſtomacho ieiuno. ❡ Dolorum mitigatiuum, &c. vt ſupra, tantum clyſteris proximi ſupraſcripti demtis aliis medicinis fiat fomentatio calida cum ſpongiis ſecundum cano. & loco dolenti. ℞ *ſpongias ij. craſſiorum trium digitorum & latitudinis proportionalis loco dolenti.* ❡ Si vero ex ſupraſcriptis medicinis non debite conualeſcit infirmus, tunc ex hac decoctione fiat fomentatio cum ſpongia ſecundum can. loco dolenti quacunque hora dolore vextante aut vexationi proximus eſt, præ-
[*Confectio.*] terquam renibus dolentibus, quibus hæc fomentario non fiat. ❡ Dolorum mitigatiuum, &c. ℞ *diacinnamomi ʒ j.* Iſtius confectionis aſſumat aliquibus diebus vnum morſellum ſtomacho ieiuno, videlicet ſaltem ſemel in die mane cum ſurgit, aut etiam ante cœnam per duas horas ad libitum. Ea confectione taliter vti incipiat die tertia poſt aſſumtionem infraſcripti medicaminis cōminutiui lapidis, &c. E
[*Potio.*] compoſiti ex lithontribon. ℞ *lapidis lincis, iudaici, vt ibidem.* ❡ Lapidis comminutiuum, & ipſius eductiuum arenularumque phlegmatis & ventoſitatis. ℞ *lithontribon ʒ j ß. lapidum lincis, iudaici, ſpongiæ an. ℈ ß. milii ſolis ſeminum fœniculi an. gra. v cinamomi gra. iij aquarum ſaxifragiæ, aſparagorum an. ʒ j ß. puluerizentur pul. deinde omnia ſimul miſce.* Iſtam potionem non ſolutiuam aſſumat in aurora debite calidam & non tepidam die tertia poſt diem aſſumtionis ſolutiui proximi ſupraſcripti, ſi morbus & dolor dat inducias. Et poſt ipſius potionis aſſumtionem ſtet ieiunus horis 4. Si vero morbus non
[*Curatio doloris præſentis.*] dat inducias, quia ipſum maxime moleſtat, tunc iſtam potionem aſſumat die ſequenti immediate poſt diem aſſumtionis eiuſdem ſolutiui. ❡ Curatiua actualis doloris renalis, præſeruatiua, quæ a futuro lapide renum, & a dolore eorum ex materia ipſos renes & vias vrinales oppilante, ac etiam ventoſitate eo-
[*Medicina pro ſenibus calculoſis.*] rundem virtuti familiaria & vſualia, vt hic infra. ❡ Præſeruatio & etiam cura aliqualis, ventris leniti- F
uum facile & vſuale eſtq; medicina ſenum, mundificat viſcera & abſtergit renes. ℞ *terebinthinæ electæ, videlicet diaphanæ, lucidæ, mundæ & non lotæ ʒ v. aut ad libitum ʒ j. ſach. albiſſimi trium coctarum puluerizati. q. ſ. ad ipſam terebinthinam debite inuoluendam, vt immediate infra in ſequenti latere.* Terebinthina ipſa tota ſimul aut ad libitum in fruſta duo vel tria diuiſa, ſecundum poſſibilitatem aſſumentis, vel vt ei melius libet, inuoluatur optime in dicto puluere ſachari, deinde fruſtatim deglutiatur taliter ſacharo trium coctarum inuoluta, aut ſi ei gratior eſt ipſa terebinthina ſacharo inuoluta, vt hic ante, poſtea tota vel quaſi tota, aut ſaltem fruſtatim, vt ante inuoluatur in partes ſcaletæ ſeu nebulæ vino dulci prius madefactæ. q. ſ. ad ipſius terebinthinæ debitam inuolutionē. Iſtam terebinthinam taliter ſacharo aut ſcaletæ inuolutam, vt hic ante, aſſumat in aurora, vel ad libitum in mane cum ſurgit ſaltem ſemel in menſe, & amplius in ſingula medietate cuiſlibet menſis ſemel, quocunq; tempore anni, præterquam tempore G
[*Potio lenitiua.*] calido. ❡ Ventris lenitiuum, & a renibus euacuatiuum facile efficacius priori immediate. ℞ *caſſiæ electæ ʒ j ß. aquæ hordei excorticati tempore calido. q. ſ. pro potione:* ſed tempore frigido aquæ mellis tantundem loco dictæ aquæ hordei, miſce & fiat potio. Si vero medicamen congruit aliqualiter efficacius

priori

A priori immediate, tunc iſtam potionem ex caſſiafiſtul. &c. vt hic ante aſſumat in aurora debite calidam,
& non tepidam, ſemel in ſingulo menſe, & poſt ipſius aſſumtionem non dormiat: aut ſi dormierit, non
amplius quam media hora dormiat, ſed ſtet in lecto per vnam horã cum dimidia poſt ipſius aſſumtio-
nem. Et poſt eiuſdem aſſumtionem ſtet ieiunus horis quatuor, deinde prandeat, & non aſſumat lauati-
uam aliquod & in dicto prandio comedat blites & boraginem. Habeat carnes laudabiles, vt pulli, hædi
vel vituli, aut ſimiles laudabiles. ❡ Præſeruatiua a futuro dolore renum & lapidis, ſed non ſolutiua. ℞. *Præſeruatio a dolore futuro.*
amygdalas amaras electas debite mundas. &c. a cortice ſuo ſubtili ſicco in vj. Deinde coopertas ſeu confectas
ex vna coopertura ſola ſachari albiſſimi trium coctarum. Iſtas amygdalas comedat bene maſticando in auro-
ra, aut ad libitum in mane cum ſurgit, ſed melius in aurora, & tunc poſt ipſas dormiat, ſi poteſt ad libitum. Et
poſt earum aſſumtionem ſtet ieiunus horis quatuor. Iſtis vero amygdalis taliter vtatur ſaltem ſemel in ſin-
B gula medietate cuiuslibet menſis præterquam tempore calido.

❡ Preſuatiuum a dolore renali, &c. vt immediate ſupra aliqualiter efficacius ipſo priori imme-
diate renesque mundificans. ℞. *amygdalas amaras confectas, &c. vt immediate ſupra num. vj. aquæ mel-*
lis factæ ſecundum canonem infraſcriptum ℥ iij. Si vero medicamen congruit aliqualiter efficacius me-
dicamine priori immediate, tunc iſtas amygdalas amaras comedat in aurora, vel ad libitum in mane
cum ſurgit: deinde immediate iſtam aquam mellis bibat calidam & non tepidam, aut ad libitum frigi-
dam, ſed tamen melius calidam, ſaltem ſemel in ſingula medietate cuiuslibet menſis præterquam tem-
pore calido, &c. vt immediate ſupra de ſolis ipſis amygdalis amaris. Aqua mellis de qua immediate *Aqua mellis.*
fit ſupra mentio. ℞. *mellis electi ℥ j. ſeu partem vnam, aquæ fluuialis mundæ & claræ ℥ ix. ſeu partes no-*
uem miſce, deinde bulliant ad lentum ignem vſque ad conſumtionem tertiæ partis aquæ continue ſemper
C *ipſam decoctionem deſpumando. Vltimo eadem decoctio tunc ab igne depoſita coletur per pannum lineum*
ſubtilem album & rarum, & vſui ſerua. Iſta aqua mellis vtatur cũ dictis amygdalis amaris, vt in alio rece-
pto proxime ſupra. ❡ Præſeruatiuum a dolore renali, &c. vt proximo ſupra. ℞. *medullæ oſſium cераſo-*
rum coopertæ ſeu confectæ cum ſacharo albiſſimo, &c. vt ſupra immediate, amygdalæ amaræ ℥ j. aquæ mellis
ſupraſcriptæ proxime ℥ ij. Si vero medicamen ſupraſcriptum compoſitum ex amygdalis amaris, & aqua
mellis permutare congruit, tunc primo iſtas medullas oſſium ceraſorum comedat bene maſticando:
deinde immediate ipſam aquam mellis bibat in aurora, vel ad libitum in mane cum ſurgit, ſeruatis re-
liquis modis & ordinibus deſcriptis in aſſumtione & vſu alterius medicaminis proximi ſupraſcripti, cõ-
poſiti ex amygdalis amaris & aqua mellis, vt ibi. ❡ Præſeruatiuum a dolore renali, &c. vt proxime ſu- *Potio.*
pra & proprie lapidem frangens. ℞. *brodii ciceris imperatoris, ſeu cicerum rubeorum ſiue nigrorum, ſe-*
D *cundum Auicennam facti ſecundum canonem ad hoc ℥ iiij. pulueris cinamomi ℈ j. ſachari candi pulue-*
rizati ℥ ij. miſce. Si vero medicamen congruit efficacius priori proximo, compoſito ex medullis oſſi-
um ceraſorum, & aqua mellis, tunc iſtam potionem debite calidam & non tepidam, aut etiam frigi-
dam, ſed tamen melius calidam aſſumat in aurora, aut ad libitum in mane cum ſurgit ſeruatis reliquis
modis & ordinibus deſcriptis in aſſumtione, & vſu alterius medicaminis ſupraſcripti compoſiti ex a-
mygdalis, amaris & aqua mellis, vt ibi.

❡ Præſeruatiuum a dolore renali, &c. vt proprie ſupra. ℞. *cretani marini, ſeu herbæ nominatæ Ve-* *Potio.*
netiis herba ſancti Petri ℥ ij. feniculi aut ad libitum aniſi ℥ j. ſeminum melonum mundatorum ℥ ij. aquæ
mellis ℥ iij. Si vero medicamen proximum ſupraſcriptum permutare congruit, tunc iſtam herbam cum
feniculo & ſeminibus peponis primo comedat bene maſticando, deinde immediate ipſam aquam
E mellis bibat in aurora, vel ad libitnm in mane cum ſurgit, vt immediate de alio medicamine ſupraſcri-
pto. ❡ Præſeruatiuum a dolore renali, &c. vt proxime ſupra. ℞. *granorum pinearum mundatarum de-* *Pilula.*
inde optime confectarum ex vna ſola coopertura ſachari albiſſimi trium coctarum ℥ ß. Iſtas pilulas taliter
confectas comedat bene maſticando in aurora, vel ad libitum in mane cum ſurgit, ſaltem ſemel in ſingula
hebdomada, quocunque tempore anni, & poſt ipſarum aſſumtionem ſtet ieiunus horis tribus ad minus. ❡ Præ-
ſeruatiuum a dolore renali, &c. vt ſupra proxime. ℞. *granorum phiſticorum debite mundatorum, deinde*
confectorum ex vna ſola coopertura ſachari albiſſimi trium coctarũ ℥ ß. Iſtos phiſticos comedat bene ma-
ſticando in aurora, vel in mane cum ſurgit ad libitum, ſaltem ſemel in ſingula hebdomada quocunque
tempore anni præterquam tempore calido, &c. vt de pineis immediate ſupraſcriptum. ❡ Præſeruati-
ua a dolore renali, vt ſupra proxime. Vtatur ſpongiis alternis diebus tempore quo apparent ipſi aſpara-
F gi virides. Vtatur peponis cum arillis ſeu ſeminibus ſuis teneralibus & matribus, in quibus medullæ ipſę
implicantur, quibus omnibus diebus vtatur alternis, ſed non in multa quantitate, ne inducerẽt febrem
aut fluxum ventris. Vtatur ante cibum quatuor aut quinque bolis raphani mediocris acuitatis optime
ipſum maſticando ſaltem ſemel in ſingula hebdomada, tempore tantum frigido, & medio, & non tem-
pore calido. Ea vero die, qua aſſumitur vna ex ſupraſcriptis medicinis præſeruatiuis a futuro lapide re-
num, &c. non aſſumat aliam.

CONSIL. CI. *Contra dolorem calculi.*

SOlutiuum minoratiuum facile. ℞. *caſſiæ electæ, benedictæ ſimplicis, ſebeſten an. ℥ iij. aquæ aſparago-* *Potio ſolutiua.*
rum, ſcolopendriæ an. q. ſ. miſce & fiat potio. Si vero formatum in forma ſolida factum ſit gratius, aſ-
G ſumat iſtas pilulas. ℞. *ſpecierum benedictæ ſimplicis, aloes ſuccotrinæ, pilularũ de hiera ſimplici an ℈ j.* *Pilula.*
miſce & cum iulepi violati q. ſ. ad incorporandum formentur pilul. xvij. ❡ Enema faciendum ante ſoluti- *Enema.*
ua prædicta. ℞. *florum blit. M j. chamomillæ, meliloti an. M j. aneti, florum pulegii, calamenti, althææ an.*
M j. ſeminum lini, fænugræci, carthami an. ℥ ß. aniſi, feniculi, carui, ameos, dauci ana ℥ ij. iuniperi ℥ ß.

radicum feniculi,petroſelini aſparagi,apii,bruſci an.quartam partem M j ß. vitellum oui numer.j.caſſiæfiſt. A
ʒ j. benedictæ ſachari rubei an. ℥ ß. oleor.aneti, chamomillæ, liliorum alborum an. ℥ ij. ſalis communis ʒ ij.
herbæ radices, & ſemina prius craſſo modo contuſa, & flores bulliant in ſufficienti quantitate aquæ, vſque ad
conſumtionem tertiæ partis aquæ, deinde optime exprimantur & colentur, vltimo tribus cyathis dictæ colatu-
Potio digeſtiua. *ræ reliqua omnia addantur, fiat clyſtere.* ¶ Digeſtiuum. ℞. *ſyruporum de byzantiis ℥ j. de liquiritia, oxy-*
mellis ſimplicis an. ℥ ß. aquæ capill. ven. aſparagi M j ß. miſce. ¶ Solutiuum eradicatiuum. ℞. *ſoluti-*
Eradicatiua. *uum ſuprascriptum electuarii indi. ʒ j. miſce.* ¶ Fomentatio. ℞. *paritariæ ſeu vitriolæ M iiij. ſenationum*
Fomentatio. *ſeu creſſonum M ij foliorum blitis, maluarum an. M ß. ruthæ. pulegii, calamenti, chamedreos, chamepi-*
theos, mentaſtri, ſauinæ an. M j. radicum althææ M j ß. florum chamomillæ, meliloti an. M j ß. aneti M j.
ſeminum lini, fœnugraci an. ℥ ß. ſeminum iuniperi, aniſi, dauci, feniculi, carui, ameos ℥ j. Contundantur
omnia craſſo modo, deinde omnia ſimul bulliant in ſufficienti quantitate aquæ vſque ad conſumtionem quartæ B
partis aquæ. Item. ℞. *ſpongias duas quæ infundantur in dicta decoctione, deinde optime expreſſæ, & poſtea*
panno lineo inuolutæ & debite calidæ locis dolẽtibus apponantur, præterquam epati ſuper quibus locis non di-
mittantur refrigerari, ſed cum tepere incipiunt, remoueantur, & reiterentur bis vel ter immediate ſucceſ-
ſiue, & ipſas taliter apponat dolore inualeſcente. ℞. *olei aneti ℥ ß. olei ſcorpionum Meſ. ℥ j ß. olei lilior. albo.*
chamomillini an. ℥ ß. milii ſolis ℈ ij. cinnamomi ʒ j. miſce. ¶ Electuarium lapidis comminutiuum, &
Electuarium. ipſius eductiuum, & viarum vrinæ mundificatiuum. ℞. *iuſtini deſcriptione Nico. ʒ j. lapidis lincis, iu-*
daici, ſpongiæ an. gran. vj. milii ſolis ℈ ß. cinamomi gran. iiij vini riboli, quantum ſufficit, vt fiat delectabile,
Confect. *miſce.* ¶ Confectio confortatiua ſtomachi, ventoſitatis reſolutiua & lapidis comminutiua. ℞. *diaci-*
Enema. *namomi ʒ j.* ¶ Enema vſuale. ℞. *oleorum chamomillæ, lileorum alborum an. ℥ vj. vitellorum oui nume-*
Potio digeſtiua. *ro j. ſachari rub. ℥ j ſalis communis ʒ ij. miſce & fiat clyſtere.* ¶ Digeſtiuum vſuale. ℞. *aquarũ aſparago-* C
rum ℥ ij. ſcolopendriæ, ſaxifragiæ, cap. ve. ana. ℥ ß. milii ſolis ʒ ß. cinamomi pul. ℈ j. ſachari ʒ j. miſce. ¶ So-
Pilula. lutiuum vſuale in forma ſolida. ℞. *pilularum de hiera ſimplici ℈ ij. agarici ℈ j. ſpicæ gran. ij. Agaricus in-*
fundatur in oxymellis quantitate ſufficienti ad infuſionem. Deinde omnia ſimul miſce, & cum benedictæ ſim-
plicis. q. ſ. ad incorporandum reformentur pilulæ vij. pro ʒ.

Consil. CII. *Contra dolorem renalem.*

Enema. R*Ecipe foliorum blitis, florum chamomillæ an. M j. meliloti, aneti pulegii, calamenti an. M ß. radi-*
cum althææ ſeu maluauiſci M ß. feniculi, apii, petroſelini, aſparagi, bruſci ana quartam partem M j.
ſeminis lini, fœnugræci, carthami an. M j ß. aniſi, feniculi, carui, ameos an. ʒ ij. dauci, iuniperi an. ʒ ß. D
vitellum oui j. caſſiæfiſtulæ ℥ j. benedictæ ſimplicis, ſachari rubei an. ℥ ß. oleorum aneti, chamomillæ, li-
liorum alborum an ℥ ij ſalis communis ʒ ij. herbæ radices, flores & ſemina prius contuſa craſſo modo bulliant
ſimul in ſufficienti quantitate aquæ vſque ad conſumtionem tertiæ partis aquæ. deinde exprimantur & colen-
Potio. *tur, vltimo tribus cyathis dictæ colaturæ reliqua omnia addantur, & fiat clyſtere.* ¶ Solutiuũ minoratiuum
facile ℞. *caſſiæfiſtulæ electæ ʒ vj. benedicitæ ſimplicis, ſebeſten an. ʒ iij aquarum aſpargorum, ſcolopendriæ,*
an. q. ſ. pro potione, miſce & fiat potio. Iſtud ſolutiuum aſſumat debite calidum, & nõ tepidum, ſtomacho
ieiuno, hoc per octo horas poſt cœnam immediate præcedente. Et poſt ipſius aſſumtionem non dor-
miat immediate, ſed iaceat in lecto per horam vnam, deinde ſurgat & poſt ipſius aſſumtionem ſtet ieiu-
nus tantum horis 4. & nõ aſſumat lauatiuum aliquod, ſed in dicto termino 4. horarum prandeat. Nam
forte ipſum ſoluet poſt prandium, & pro ferculo comedat in prandio bletas cum boragine & feniculo. E
Item carnes laudabiles elixas & non aſſatas, vt pulli, perdicis, hædi & ſimilium, &c. ¶ Solutiuum aliud
in forma ſolida & minoratiuũ. Si vero pharmacum durum ſit ei gratius, quã liquidum ſuprascriptum,
Pilula. tunc aſſumat pilulas iſtas. ℞. *ſpecierum benedictæ ſimplicis, aloes ſuccotrinæ an. ℈ j. pilularum de hiera ſim-*
plici ℈ j. miſce, & cum iulep. violati, q. ſ. ad incorporandum formentur pilulæ vij. pro ʒ. Iſtas pilulas aſſumat
per 8. horas poſt cœnam imẽdiate præcedente cum reliquis modis & ordinibus ſuprascriptis in aſſum-
tione ſolutiui minoratiui immediate ſuprascripti, præterquam quod ipſas pilulas non calfaciat, non co-
medat, ſed eas deglutiat integras. ¶ Digeſtiuum. ℞. *ſyruporum de byzantiis ℥ j. de liquiritia, oxymellis*
Potio digeſtiua. *ſimplicis an. ℥ ß. aquarum cap. veneris, aſparagorum an. ʒ j ß. miſce.* Iſtud digeſtiuum aſſumat calidum, &
non tepidum, & hoc per 8. horas poſt cœnam immediate præcedentm, deinde poſt ipſius aſſumtionem
ſtet ieiunus ad minus horis tribus & iterum dormiat ad libitum. Quod digeſtiuum taliter aſſumat qua- F
tuor diebus ad minus & taliter ipſum aſſumere incipiat die ſecunda, immediate ſequenti aſſumtio-
Potio eradicatiua. nem ſolutiui minoratiui anteſcripti. ¶ Solutiuum eradicatiuum. ℞. *ſolutiuum ſupraſcriptum electuarii*
indi. ʒ j. miſce & fiat potio. Iſtud ſolutiuum aſſumat debite calidum & non tepidum, & hoc per 8. horas
poſt cœnam immediate præcedẽtem cum aliis modis & ordinibus deſcriptis in aſſumtionẽ ſolutiui mi-
noratiui ſupra ſcripti, præterquam quod poſt ipſius aſſumtionem ſtet in lecto per horam vnam, in qua
dormiat, ſi poteſt, tranſacta vero dicta hora, ſiue dormierit, ſiue non, ſurgat & non dormiat, & ſtet
Fomentatio. ieiunus poſt ipſius aſſumtionem horis quinque. ¶ Fomentatio. ℞. *paritariæ ſeu herbæ vitrioli M iiij. ſe-*
netionum ſeu creſonum, quod idem eſt M ij. foliorum blitis maluarum an. M ß. ruthæ pulegii, calamenti,
chamedreos, chamepitheos, mentaſtri, ſauinæ an. M j. radicum althææ ſeu maluauiſci M ß. florum cha-
momillæ, meliloti an. M j ß. aneti M j. ſeminũ lini fœnugræci, iuniperi, dauci, aniſi feniculi, carui, ameos an. G
ʒ j. Contundantur omnia craſſo modo, deinde omnia ſimul bulliant in quantitate aquæ, vſq; ad conſumtionem
quartæ partis aquæ. ℞. *ſpongias duas, quæ infundantur in dicta decoctione, deinde optime exprime, & poſtea in*
panno lineo inuoluantur & debite calidæ locis dolentibus apponantur præterquam epati, ſuper quibus locis
non

A *non dimittatur infrigidari, ſed cum incipiunt tepere remoueantur, & reiterentur bis vel ter ſucceſſiue imme-
diate & ipſas apponat dolore inualeſcente.* Iſta fomentatione cum ſpongiis locis dolentis appoſitis, vt hic
ante, taliter vtatur ſolum dolore præſente & præcedente enemate, ſupraſcripto ipſam fomentationem.
¶ Vnctio. ℞. *oleorum aneti ℥ ß. ſcorpionum Meſ. ℥ j ß. liliorum alborum ſpicæ, chamomillæ ana. ℥ ß. milii ſolis
℈ ij. cinamomi ʒ j. miſce. hac vnctione debite calida vngantur loca dolentia dolore præſente, quam vnctionem
faciat ad minus bis in die ſtomacho ieiuno.* videlicet ante prandium & ante cœnam, & ipſam pluries faciat *Vnguentū.*
ſecundum neceſſitatem. Item eandem vnctionem taliter faciat immediate poſt dictam fomētationem;
prius tamen exſiccatis locis dolentibus. ¶ Electuarium lapidis comminutiuum, ipſius eductiuum & via-
rum vrinæ ab omni materia mundificatiuum. ℞. *iuſtini deſcriptione Nico. ℥ j. lapidū lincis gra. vj. iudaici,
ſpongiæ ana. gra. vj. milii ſolis ℈ ß. cinamomi ʒ iij. vini riboli q. ſ. miſce & fiat potabile.* Iſtud electuarium aſſu- *Electuariū*
B mat debite calidum, per nouem horas poſt cœnam immediate præcedentem: deinde poſt ipſius aſſum-
tionem ſtet in lecto ad minus horis duabus, & iterum dormiat ad libitum & ſtet ieiunus poſt ipſius aſ-
ſumtionem horis v. & non aſſumat lauatiuum aliquod, ſed prandeat in dicto termino, & prandium ſit
bletes & carnes laudabiles in aſſumtione ſolutiuorum ſupraſcriptorum. Quod electuarium taliter
aſſumat poſt aſſumtionem dicti ſolutiui tertia die ſupraſcripti, & hoc ſolum dolore præſente aut de
proximo futuro, aut de proximo præterito. ¶ Confectio ſtomachi confortatiua, ventoſitatis reſoluti- *Confect.*
ua, & lapidis comminutiua. ♃. *diacinamomi ℥ j.* Iſtius confectionis aſſumat ʒ v. ſtomacho ieiuno & ma-
ne cum ſurgit ſex vicibus & alternis diebus, videlicet vna die ipſum aſſumat, & altera die non aſſumat.
Qua confectione taliter vti incipiat tertia die poſt aſſumtionem electuarii ſupraſcripti. ¶ Enema vſuale. *Enema.*
♃ *oleorum chamomillæ, liliorum alborum an ℥ vj. vitellū oui vnum, ſacch. rubei ℥ j. ſalis communis ʒ ij. miſce
C & fiat clyſtere.* Iſto enemate ſuauiter calido vtatur ſtomacho ieiuno omnibus xv. diebus ſemel & amplius
& minus ad libitum. ¶ Digeſtiuum aliud. ℞ *aquarum aſparagorum ℥ ij. ſcolopendriæ, ſaxifragiæ, capillorum* *Potio di-*
veneris an ℥ ß. cinamomi pulueriżati ℈ j. ſacch. ℥ j. miſce. Iſtud digeſtiuum aſſumat calidum in aurora tri- *geſtiua.*
bus diebus cōtinuis cum aliis modis & ordinibus deſcriptis in aſſumtione digeſtiui ſupraſcripti, quo di-
geſtiuo taliter vtatur in ſingulis duob. menſibus ſemel, præterquam tempore magni caloris. ¶ Solutiuū
aliud minoratiuum in forma ſolida, vt ſupra facile & vſuale. ℞. *pilularum de hiera ſimplici ℈ ij. agarici ℈ j.* *Pilulæ.*
*ſpicæ gra. ij. agaricus infundatur in oxymel q. ad infuſionem, deinde omnia ſimul miſce & benedictæ ſimplicis
q. ſ. ad incorporandum reformentur pilulæ vij. pro ʒ.* Iſtarum pilularum aſſumat a duabus vſque ad iij. ad
libitum & hoc duobus menſibus ſemel in mane cum ſurgit.

Consil. CIII. *Contra dolorem calculi renalis & ventoſitatem a lapide, vel ab arenulis, vel phlegmate
D viſcoſo ventoſante corporis naturalis complexionis ſanguineæ ad cholericum tamen ten-
dentis, etiam 44. annorum.*

DOloris mitigatiuum, & lapidis comminutiuum; materierum eductiuum, ventoſitatis reſoluti-
uum & oppilationis viarum aperitiuum. ℞ *oleorū liliorum albo. ℥ vj. ſpicæ ℥ iij. aneti ℥ j. vitel oui* *Enema.*
num j pulueris cinamomi ʒ ij. pulueris ſacch. ℥ j. ſalis communis ʒ iij. miſce, & fiat clyſtere & applica.
¶ Solutiuum. ℞. *caſſiæ fi. electæ ℥ j. benedictæ ſimplicis ʒ ß. electuarii indi. ʒ j. aquarum ſcolopendriæ, aſpara-
gorum an. ℥ j. miſce & fiat potio & obſeruet modum minoratiuorum.* ¶ Inteſtinorum minoratiuum doloris *Potiō ſolu-*
mitigatiuū, lapidis eductiuum arenularum & phlegmatis itidem, oppilationis aperitiuū, ventoſitatiſq; *tiua.*
reſolutiuum. ℞. *pitariæ M iij. ſenetionum M ij. pulegii, ſauinæ, calamēti, abrotani, chamedreos, chamepitheos,* *Enema.*
*folii an M j. flo. chamomillæ, meliloti, alchoen an. M j ß. radicum althææ, apii, fœniculi petroſi. aſparagi, bruſci
E an. M ß. ſeminū aniſi, fœniculi, carui, ameos, dauci, carthami, lini, fœnugræci. an. ℥ ß. vitell. oui nu. ij caſſiæ fiſt.
℥ j. benedictæ ſimplicis, pulueris ſacch. an ℥ ß. croci ℈ ß. oleorum liliorum alborum chamomillæ, aneti an. ℥ ij.
ſalis cōmūnis ʒ iij herbæ flores & ſemina contuſa craſſo modo bulliant in aqua ſufficienti pro tribus clyſterib. &
fomentatione infraſcripta: deinde colentur & vltimo tribus. vel. iiij. cyathis dictæ colaturæ reliqua omnia ad-
dantur & fiat clyſtere.* ¶ Doloris mitigatiuum, lapidis comminutiuum vt ſupra. *Accipe ſpōgias & infunde* *Fomētatio*
*in decoctione immediate ſupraſcripta & hoc modo procede ſecundum can. fomētationum & applica loco do-
lenti præterquam renibus* ¶ Lapidis comminutiuum & ipſius eductiuum arenularū, phlegmatis, ventoſi-
tatis itidē. ℞. *lithontribon. ℥ j ß. lapidis lincis, iudaici, ſpōgiæ. an ℈ ij. milii ſol. fœniculi an. gra vj. cinamo gra.
iij. aquarū ſaxifragiæ, ſcolopendriæ, aſparagorum an. ℥ j pul. pul. ſecūdum can. deinde omnia ſimul miſce. Hāc* *Potiō dige-*
potionem aſſumat die ſecūdo aut primo poſt ſolutiuū ſupraſcriptū, & hoc ſecundū quod morbus magis infeſtat *ſtiua.*
F *& obſeruet modū digeſtiuorum.* ¶ Aliud vt ſupra. ♃. *oleorum ſcorpionis ſecundū Meſ. ℥ ij. chamomillæ, ſpicæ,* *Vnguētum*
*liliorum alborū an ℥ ß. pulueris cinamomi ʒ iij. croci ʒ j. pinguedinis an. ℥ j. miſce. hac vnctione vngatur locus
dolens bis aut ter in die ſtomacho ieiuno, &c.* ¶ Aliud vt ſupra ℞ *diacinamomi ʒ iij* Iſtius confe. aſſumat ali-
qn̄ ſaltē ſemel in die. ſ. hora digeſtiuorū vel ante cibum per horam. ¶ Aliud, vt ſupra efficacius. ℞. *tantum* *Confect.*
*ſupraſcriptorum quatuor generū medicinarum pro clyſteri. ſ. herbarum, radicum. flo. ſeminū q. ſ. pro ſemicupio
omnium poſitorū vt ſupra. aquæ fluuialis. q. ſ. pro decoctione ipſius bulliāt ad conſumtionē quartæ partis, & fiat
ſemicupiū ſecundum can. &c.* Prȩſeruatiuum a dicto dolore vt ſupra. ℞. *brodii cicerū rubeorum ℥ vj ſacch.* *Balneum.*
albiſ. ℥ ß. mellis paſſularū ℥ ij. miſce. Iſtud brodiū aſſumat ſaltem ſemel in omni medietate hebdomadæ, & *Potio.*
hoc alternis hebdomadis, & hoc ordine digeſtiuorum. ¶ Aliud vt ſupra. ℞. *aquæ mell. ſ. fact. e ſecundū can.* *Alia.*
infraſcriptū immediate ℥ iiij. ſeminum althææ ſeu maluauiſci ℈ ij. ſeminum cōmunium maiorum frigidorum *Aqua*
G *ʒ ß. miſce.* Iſtam mixturā aſſumat, vt ſupra. ſed quando vna hebdomada accepit ſupraſcriptam, tunc alia *mellis.*
hebdomada accipiat iſtam. ſ. tantum ſemel vt ſupra. ¶ Aqua mellis, de qua ſupra. ♃. *mellis electi partem j.* *Alia potiō:*
aquæ fluuialis partes. iiij. miſce bulliant ad conſumtionem quartæ partis continue bene deſpumando. ¶ Aliud vt *Aqua hor-*
ſupra. ♃ *aqua hordei vt immediate infra ℥ iiij. ſeminum althææ ſeu maluauiſci ʒ ß. ſeminum communium* *dei.*

maiorum frigidorum ʒ j. *ſucci liquiritiæ* ʒ ij. *ſacchari albiſſimi* ʒ j. *miſce. Aſſumat cum can. immediate ſu-* A
praſcripto. Aqua hordei vt ſupra. ℞. *hordei excorticati & mundi partem* j. *aquæ fluuialis partes xx. bulliant*
Potio ſolutiua. *vſque ad aperturam granorum incluſiue.* ¶ Solutiuum facile & vſuale. ℞. *caſſiæ fi. electæ* ʒ j. *pulparum ſebeſten*
℥ iiij. *aquæ decoctio. liquiri.* ℥ j. *ſeri caprini. q. ſ. pro potione miſce ſecundum can. & aſſumat hora & modo mi-*
noratiuorum. ¶ Aliud ſed efficacius. ♃. *pilularum de benedi ſecundum receptum infraſcriptum* ℈ ij. *agarici*
℈ j. *Agaricus infundatur in oxymel. ſimplici & incorporentur poſt omnia cum dicto oxymelle & fiant pilulæ*
Pilulæ. *vij.* & aſſumat vt ſupra. ¶ Pilulæ de benedict. ♃. *ſpecierum electuarii de benedic. partem* j. *aloes ſuccotrinæ*
Pilulæ de benedicta. *tantundem miſce, deinde cum electuario de benedic. q. ſ. fiat magdaleon pro pilulis.* ¶ Præſeruatiuum a dolore
Præſeruatia. renali. ♃. *amygdalarum amararum nu. x. paſſularum* ʒ ij. *miſce.* Iſtam mixturam aſſumat ſtomacho ie-
iuno ſaltem ſemel in qualibet medietate menſis. ¶ Aliud. ♃ *nucleorum perſicorum nu. x paſſularum* ʒ ij.
miſce vt ſupra. ¶ Aliud efficacius. ♃ *abſynthii terreni & non maritimi* ʒ j. *ſeminum althææ* ℈ ij. *fœnugræci* ʒ B
ß. *granorum iuniperi* ʒ j ß. *piſtanda piſt. & omnia miſce in mortario & fiant pilulæ vij pro* ʒ. *aſſumat vt ſupra*
Pilulæ. *immediate* ¶ Aliud. ℞. *medullæ oſſium ceraſorum* ʒ. iij *paſſularum* ʒ j ß. *miſce vt ſupra.* ℞. *ſeminum malua-*
rum ʒ iij. *althææ* ʒ ij *ſeminum minorum frigidorum an.* ʒ j. *radicum liquiritiæ raſæ & mũdæ minutim inciſæ,*
Tragea. *ſacch. albiſſimi quantum pro tragea miſce & fiat tragea pulmenta.* Iſtius aſſumat a ʒ ij. vſque ad ʒ iij. ad libi-
tum vt ſupra. Comedat tres bolos raphani mediæ acuitatis, & hoc cum ſale ante cœnam & cum pane
vel ſine & melius vt ſupra de aliis. ſ. in ſingula medietate menſis & non tempore calido. Comedat xvj.
aut xx. lupinos cum ſale præparatos in aqua ſimplici ſecundum can. ad hoc & ante prandium & ſine pa-
Puluis. ne, vt ſupra de aliis. ¶ ℞. *cineris oſſium capitis & crurium leporis decollati & combuſti, ita vt fiat cinis* ʒ j. *vini*
albi mediæ vinoſitatis ʒ iij. *miſce & aſſumat vt ſupra.* ¶ Aliud. ♃ *cineris oſſium exſiſtentium in cruribus ſ. in*
genubus poſterioribus leporis decollati ʒ j. *amygdalarum dulcium piſtatarum* ʒ j ß. *paſſularum* ʒ ij. *vini vt* C
ſupra ʒ iij. *miſce vt ſupra.* ¶ Aliud. ℞ *corticis rubri interioris immediate nucleorum auellanæ ſeu corticis duri*
ipſius auellanæ ʒ j *ſeminis althææ* ʒ ß. *granorum pini infuſorum in aqua feruenti* ʒ v. *ſacch. albiſſimi* ʒ iiij. *vi-*
ni albi ſubtilis vt ſupra. ʒ iij. *miſce vt ſupra.* ¶ Aliud. ♃. *auis dicta cauda tremula* ʒ ß. *prepara aut elixando*
aut aſſando & aſſumat vt ſupra. In ea autem hebdomada, in qua aſſumit vnam de ſupraſcriptis medicinis
præſeruatiuis, non aſſumat aliam præterquam auis ſupraſcriptæ, de qua poteſt ſaltem ſemel in qualibet
hebdomada comedere, dato etiam, quod aſſumeret aliam medicinam ſupraſcriptam & idem intelliga-
Incommoda abuſus aperientiũ. tur de oſſibus leporis de cortice rubeo auellanarum, & de granis pini ipſius ſupraſcriptis. Nam medici-
næ ſupraſcriptæ ſunt aperitiuæ, & multus vſus medicinarum aperitiuarum & proprie non præſente do-
lore eſt efficax cauſſa dolorem ipſum adducendi: quoniam multus vſus ipſe cloacam renes effecerit, ad
ipſos renes materias valde multas ſuperfluas a ſtomacho & epatis ducendo, & iterum multus vſus me- D
dicinarum appoſitarum podagram efficit, & cetera reliqua ſunt.

CONSIL. CIV. *Contra præcipitationem phlegmatis ſalſi ad renes, & veſicam cum ardore vrinæ & dolore in collo veſicæ.*

Pilulæ. SOlutiuum minoratiuum. ℞. *pilularum de hiera ſimplici* ℈ ij. *agarici* ℈ ij. *ſeminum portulacæ* ℈ ß. *miſce*
Potio digeſtiua. *& cum ſucci roſati. q. ſ. & fiant pilulæ vij vel viij.* Iſtas pilulas aſſumat in aurora, &c. ¶ Digeſtiuum.
♃. *ſy. de liquiritia* ʒ j. *iulep. violat.* ʒ ß. *aquæ capil. vene* ʒ j. *aquæ decoc. hordei excorticati & maluarum.*
Eradicatiua. *an.* ʒ ij *miſce.* Iſtud ſumat in aurora calidum quatuor diebus continuis. ¶ Solutiuum eradicatiuum faci-
le. ℞. *caſſiæ fi.* ʒ j *benedictæ ſimplicis* ʒ v. *tamarin.* ʒ ij. *ſyrupi de liquiritia* ʒ j *ſeri caprini. q. ſ. pro potione multa.*
Digeſtiuũ. Iſtud ſumat in aurora &c. & ſumat pro lauatiuo aquę hordei. ¶ Digeſtiuum vſuale. ℞. *aquæ capil. ve.* ʒ j. *de-*
coctionis hordei excorticati, lactis ſeminum communium frigidorum an ʒ j ß. *ſacch. albiſſimi* ʒ ij. *miſce.* Iſtud E
ſumat per menſem poſt ſumtionem ſolutiui eradicatiui ſupraſcripti, calidum in aurora tribus diebus
continuis inter tempus dierum lx. cum modis vt ſupra. ¶ Solutiuum vſuale. ℞. *caſſiæ fi* ʒ j. *ſy. de liqui. aquæ*
hordei excorticati an ʒ ß. *ſeri caprini q. ſ.* Iſtud ſumat immediate poſt dictam digeſtiuum cum modis, &c.
Confect. non tamen dormiat. ¶ Confectio. ℞. *diadraganti frigidi* ʒ. iij. *fiat confectio in morſell.* iij. ʒ *pro quolibet.*
Iſtius ſumat morſellum vnum in mane duobus diebus continuis inter tempus ſingulorum xv. dierum
deinde ſtet ieiunus tribus horis, qua incipiat vti poſt viij. dies poſt aſſumtionem ſolutiui eradicatiui ſu-
Alia. praſcripti. ¶ Confectio alia. ℞. *troch. alkekengi ſine opio, diadraganti frigidi. ſacch albiſſimi q. ſ. miſce & cum*
aquæ caudæ equinæ q. ſ. fiat confectio vt ſupra infra tamen terminum ſinguli menſis, & poſt aſſumtionem ſolu-
Enema. *tiui eradicatiui per dies xx.* ¶ Clyſtere. ♃. *decoctionis capitis ouis cyathos iij vitel. oui.* j. *caſſiæ fi.* ʒ j ß. *ſacchar.*
rub. ʒ ß. *miſce* Iſto vtatur in mane ad libitum ad minus diebus tribus continuis. ¶ Vnctio. ℞. *olei roſ.* ʒ j ß. F
Vnguẽtum *viol.* ʒ ß. *olei maſticis* ʒ ij. *ſeminum communium maiorum frigidorum* ʒ iij. *thuris gra.* j. *raſuræ eboris* ʒ ß.
Diæta. *boli armeni* ʒ j *ceræ albæ q. ſ pro vnguento molli.* Et hac vngantur renes vſque ad os caudæ & etiam inter
anum & teſticulos ad minus diebus duobus in hebdomada, quando vadit dormitum & poſt aſſumtionẽ
eradicatiui ſupraſcripti per viij. dies. Comedat carnes pullorum, vituli, hædi, perdicis, phaſiani, leporis
iuuenis, capreoli, caſtrati annualis: ſed iſtæ alterentur cum lactuca cocta & ipſas comedat cum vino gra-
natorum non præſente tuſſi. oua ſorbilia. Comedat piſces paruos elixos, non aſſatos, themalos paruos,
lucios paruos, capedanos, barbos, ſtrilos, ſardenas & ſimiles piſces paruos. Comedat pultem hordei,
amylli, far, ſpeltam, ſpinachias, blites cum endiuia. ſed abiecta prima aqua ebullitionis blitum, fa-
bas fractas & ſine corticibus coctas cum carnibus recentibus concurbitas, attriplices, lac caprinum non
exiſtente febre nec dolore capitis. Vtatur vino goreto ſeu coloris granatæ non vinoſo, non agreſti neq; G
dulci multum, ſed ad aliqualem dulcedinem tendente vel naturaliter vel artificialiter cũ ſaccharo opti-
mo aut melle paſſ. paruarum nigrarum, aut cũ decoctione liquiritię & ſit vinum medium inter craſſum
& ſubtile. Abſtineat a rebus calidis & proprie notabiliter a ſalſis & acutis. ¶ Euitet ventos cuiuſcunque
generis

A generis & proprie intenſos, & proprie boream & auſtrum. Ea vero die, qua vtitur vna de ſupraſcriptis medicinis enumeratis, non vtatur aliis.

CONSIL. CV. *Contra ardorem virgæ cum vlcere, ardore & dolore intenſo calami virgæ, & colli veſicæ.*

LEnitiuum inteſtinorum. *♃. olei amygdalarum dulcium ℥ vij. olei violati, olei communis vnius anni boni odoris. an. ℥ iij. vitellum oui num. j. ſacch. albiſſimi ℥ ß. ſalis communis ℥ ij. miſce & fiat clyſtere.* Iſtud clyſtere imponat debite calidum per duas horas ante prandium, aut per vnam horam ante cœnam ad libitum. Et ipſo taliter vtatur ad minus ſemel in qualibet hebdomada. Clyſter.

¶ Lenitiuum inteſtinorum vt ſupra. *♃. olei ſiſamini ℥ vij. olei viola. olei oliuarum an. ℥ v. vitel. oui numero j. ſacch. albiſſimi ℥ ß. ſalis communis ℥ ij. miſce & fi. clyſtere.* Iſto clyſtere vtatur cum modis & ordinibus, vt ſupra. Alius.
B

¶ Aliter ad idem. *♃. decoctio. pinguis carnis porci vel caſtrati non ſalitæ ℥ x. vitellorum ouorum num. ij. olei oliuarum vt ſupra. ℥ iij. ſalis cõmunis ℥ ij. miſce & fiat clyſtere.* Iſto clyſteri vtatur vt ſupra. Alius.

¶ Aliter ad idem. *♃. foliorum maluarum M ij. blitis, violarum an. M j. radicum maluauiſci M ß. ſeminum fœnugræci ℥ ß. vitellum oui numero j. axungiæ porcinæ non ſalſæ ℥ ij. olei communis optimi vt ſupra. ℥ iiij. ſaccha. albiſſimi ℥ ß. ſalis communis ℥ ij. Herbæ, radices & ſemina bulliant in ſufficienti quantitate aquæ vſque ad conſumtionem medietatis aquæ, & tribus cyathis dictæ colaturæ, reliqua omnia addantur & fiat clyſtere.* Iſta clyſteria ordinatim poſui, quę gradatim procedunt quibus taliter vtatur, vt dicitur de primo clyſteri modo vno, modo alio, cum voluerit permutationem facere. Aut illo, quod magis placet horis prædictis vt ſupra, non tamen quod ſi clyſtere ipſum, quodcunque eligatur, poteſt ſecedere ſine ſale, erit vtilius, quod ſi non apponetur ſal, quod feci in vltimo, quod eſt confortatiuum. Alius.
C

¶ Lenitiuum inteſtinorum vt ſupra, ſed amplius confortatiuum. ℞. *decoc. perfectiſſimæ vſque ad ſeparationem carnium ab oſſibus capitis ouis caſtrati vel agni, ſed melius ouis ℔ j. vitellos ouorum num. ij. olei ſiſamini ℥ iiij. miſce & fiat clyſtere non ponendo aliquid ſalis.* Alius.

¶ Solutiuum facile. ℞. *pulparum ſebeſten preparatarum vt infra ℥ j ß. penidiarum ℥ j. ſebeſten infundatur per horas xiiij in brodio pulli macri q. ſ. pro ſeparatione ipſarum pulparum ab oſſibus & earum diſſolutione, deinde pulpæ mundentur ab oſſibus. Vltimo piſtetur optime & piſtatæ cum dictis penidiis optime incorporentur & fiat dactylus.* Iſtud ſolutiuum facilimum aſſumat, ante diem poſt cœnam præcedentem per viij. horas, & poſt ipſius aſſumtionem non dormiat, & ſtet ieiunus horis. iiij. tantum & non aſſumat lauatiuum, ſed in dicto termino quatuor horarum prandeat, & comedat res laudabiles. Et ipſum ſolutiuum taliter aſſumat in die immediate præcedente quatuor dies aſſumtionis digeſtiui infraſcripti. Bolus ſolutiuus.
D

¶ Solutiuum facile & vſuale. ℞. *pulparum dactylorum ℥ ß. pulparum ſebeſten præparati vt ſupra ℥ j ß. paſſularum paruarum nigrarum ℥ ß. penidiarum quantum ſufficit pro dactylo. Dictæ ambæ pulpæ piſtentur optime & paſſulæ ſimiliter, deinde omnia miſce fiat dactylus.* Quando voluerit ſolutiuum mutare tunc loco ſupraſcripti ſolutiui aſſumat hoc, vel aliquod ſequentium numeratorum ſolutiuorum cum modis & ordinibus ſupraſcriptis. Alius.

¶ Minoratiuum acutæ materiæ proprie & materierum communium a viis ductuum & lenitiuum & facile. ℞. *mannæ ℥ ij. iulep. violati ℥ j. decoctionis horum ſ. violarum ℥ j. liquiritiæ ℥ ß. paſſularum nigrarum ℥ ij. tolle iſtius decoctionis q. ſ. pro potione & omnia miſce & fiat potio.* Potio minoratiua.

¶ Minoratiuum &c. vt ſupra efficacius priori, ſed tamen facile. ℞. *caſſiæfiſtulæ ℥ j. ſebeſten ℥ ß. pulparum tamarindorum, prunorum an. ℥ ij. iulep. violati ℥ j. decoctionis ſupraſcriptæ in ſolutiuo præcedente. q. ſ. pro potione miſce & fiat potio.* Alia.

¶ Digeſtiuum. ℞. *ſyrupi de papauere ℥ ß. iulep. violati ℥ j. decoctionis horum. ſ. violarum M j. liquiritiæ raſæ ℥ ß. paſſularum nigrarum ℥ ij. huius decoctionis accipe ℥ iij. miſce & fiat potio.* Iſtud ſolutiuum aſſumat debite calidum in aurora ſeu per viij. horas poſt cœnam præcedentem, deinde poſt aſſumtionem eius ſtet ieiunus horis quatuor ad minus. Et interim dormiat ad libitum, & ipſum digeſtiuum aſſumat quatuor diebus continuis poſt diem ſolutiui ex manna, iulepo violato, &c. Digeſtiua.
E

¶ Solutiuum eradicatiuum. ℞. *ſupraſcriptum ſolutiuum ex caſſiafi. tamarindis & ſebeſten &c.* vel aliquod aliorum & ipſum aſſumat tertia die poſt quatuor dies completæ aſſumtionis digeſtiui immediate ſupraſcripti.

¶ Acuitatis vrinæ remiſſiuum, & doloris mitigatiuum, & malæ complexionis acutæ, epatis & omnium viarum vrinæ euacuatiuum, & vlcerum conglutinatiuum. ℞. *diadraganti frigidi ℥ j. diapapaueris ℥ ß. ſucci liquiritiæ ℥ ij ſpecierum triaſandalorum ſine camphora ℈ ij. iulep. violati q. ſ. ad incorporandum miſce, & incorporentur omnia ſimul cũ piſtillo in mortario ſine igne & totum ducatur in forma ſolida.* Iſtius confectionis aſſumat ℥ iij. in mane cum ſurgit duobus diebus in hebdomada ad libitum. Deinde poſt ipſius aſſumtionem ſtet ieiunus horis tribus ad minus. Confectio mitigans acuitatem vrinæ, &c.
F

¶ Digeſtiuum vſuale. *♃. aquæ violarum ℥ j. lactis ſiue diſſolutionis partis ipſius papaueris albi ℥ j. lactis ſiue diſſolutionis partium duorum ſeminum communium maiorum frigidorum ℥ j ß. iulepi violati ℥ j. miſce.* Iſtud digeſtiuum aſſumat calidum in aurora quatuor diebus continuis in ſingulo menſe, & cũ reliquis modis & ordinibus deſcriptis in aſſumtione digeſtiui ſupraſcripti. Potio dig.

¶ Minoratiuum & lenitiuum vt ſupra facilius ſupraſcriptis & vſuale. ℞. *caſſiæfiſt. electæ ℥ j pulpæ ſebeſten ℥ ß. iulepi violati ℥ j. aquarum endiuiæ partem j. violarum partes ij. de ambabus. q. ſ. pro potione miſce & fiat potio.* Iſtud ſolutiuum vſuale aſſumat ſemel omni menſe in die ſequenti iiij dies poſt aſſumtionis completæ digeſtiui vſualis cum modis vt ſupra in primis ſolutiuis ante dictis. Minoratiua.

¶ Dolorum mitigatiuum & vlcerum conſolidatiuum. ℞. *diapapaueris albi ℥ ß. diadraganti frigidi ℥ j. ſacchari violati ℥ j ß. boli armeni ℥ iij. miſce, & totum redigatur in forma electuarii.* Iſtius electuarii aſſumat ℥ ij. ſolum in aurora ſemel in hebdomada ad minus. Et poſt ipſius aſſumtionem immediate aſſumat ℥ ij. aquæ alkekengi calidæ: deinde ſtet ieiunus horis quatuor & interim dormiat ad libitum. Elect. mitigans dolores &c.
G

¶ Ad idem. *♃. ceraſa. ij. vel iij. alkekengi ad libitum, aqua alkekengi ℥ j. vtatur his ceraſis cum aqua alkekengi bis in hebdomada in aurora, cum modis nunc immediate an-* Ceraſa.

Pilulæ. reſcriptis in electuario. ¶ Ad idem. ℞. vij. ſeminum infraſcriptorum excorticatorum. ſ. melonis, cucurbitæ, citrulli, cucumeris ana ʒ ß. portulacæ, maluauiſci an. ʒ j. hyoſcyami, papaueris albi an. ʒ j ß. apii ℈ j. ſucci liquiritiæ ʒ j ß. amydi. ʒ ij. boli armeni ʒ iij. ſacchri albiſſimi ʒ j. piſtanda piſtentur & pulueriƷanda pulueriƷentur ſubtiliter, & dragantum infundatur per duos dies naturales, & in aqua alkekengi. q. ſ. aa infuſionem. deinde omnia ſimul miſce & cum mucilaginis pſyllii. q. ſ. ad incorporandum fiant pilulæ. vij. pro ʒ. Iſtarum pilularum aſſumat ℈ ij. in aurora ſemel in hebdomada, & poſt ipſarum aſſumtionem bibat immediate ℥ ij. aquę alkekengi calidæ. deinde ſtet ieiunus horis iiij. & interim dormiat ad libitum. ¶ Caliditatis ſuperfluæ renum remiſſiuum & ipſorum renum confortatiuum. ♃. vnguenti Gal. ʒ j ß. ſpecierum cerati ſandalini deſcriptione. Meſ. ʒ j ß. raſuræ eboris ʒ ß. boli armeni ℈ ij. miſce & cum olei nenupharis. q. ſ. ad penetrandum, formetur vnguentum molle pro renibus. Ex hac vnctione actu frigida vngantur renes & ſpina ipſa a renibus infra vſque ad os caudæ incluſiue, & hoc in mane cum ſurgit, & in ſero cum vadit dormitum. Et ipſa vnctione taliter vtatur in vna hebdomada ſingulo die: deinde interponat ſequentem hebdomadam in qua ipſa vnctione non vtatur, & ita pluries reiteret interpolando, vt ſupra dictum eſt ſecundum neceſſitatem. Supraſcriptis medicaminibus aſſumendis per os vtatur modis & ordinibus antedictis & hoc duabus hebdomadis continuis; deinde tertia hebdomada nullum medicamen per os aſſumat, poſtea in aliis duabus hebdomadis immediate ſequentibus dicta medicamina reaſſumat, & ita aſſumtionem medicaminum reiteret ſecundum neceſſitatem interpolando, vt ſupra. Et hoc vt virtuti detur quies & natura medicaminibus non aſſueſcat. A B

Vng. refrigerans cõfortans renes.

Conſil. CVI. Contra ardorem vrinæ ad intra & foris cum aliquali excoriatione virgæ & colli veſicæ, & alicuius partis concauitatis veſicæ eiuſdem, quinimo & vlcus ipſarum. C

Enema. Recipe oleorum amygdalarum dulcium, violarum an. ℥ iij. oliuarum ſeu communis vnius anni tantum boni ſaporis & odoris ℥ iiij. vitellum oui num. j. ſaccbari albiſſimi trium coctarum ℥ ß. ſalis vnã communis ʒ ij miſce. Iſtud clyſtere vſurpet debite calidum per ij. horas ante prandium, aut per horã ante cœnam ad libitũ. Et ipſo taliter vtatur ad minus ſemel in ſingula hebdomada. Quod ſi hoc clyſteri ſine ſale ipſe poteſt ſecedere ſeu amittere, hinc ad duas horas ad maius, tunc in ipſo non apponatur aliquid ſalis & melius erit. Et hoc idem obſeruetur in omnibus aliis clyſteribus infraſcriptis.

Aliud. ¶ Lenitiuũ inteſtinorum vt ſupra. ℞. oleorũ ſiſamini ℥ viij. violati ℥ v. oliuarũ vnius anni vt ſ. ℥ v. vitellũ oui num. j. ſacch. albiſſimi trium coctarum ℥ ß. ſalis communis ʒ ij. miſce. Si vero congruit medicamen ſupradictum permutare, tunc loco clyſteris ſupradicti eligat hoc cum modis & ordinib. deſcriptis in vſu clyſteris immediate ſupraſcripti. ¶ Lenitiuum ventris, &c. vt ſupra. ℞. decoctionis pinguedinis carniũ pinguium porci vel caſtrati non ſalitorum nec putrefactorum ℥ x. vitellos ouorum num. ij. olei oliuarum &c. vt ſ. ℥ iiij ſalis communis ʒ ij miſce & fiat clyſtere. Si vero congruit medicamen permutare, tunc loco ſupraſcripti clyſteris aſſumat hoc clyſtere cũ modis & ordinib. deſcriptis in vſu clyſteris ſupraſcripti. ¶ Lenitiuum inteſtinorũ vt ſupra. ℞. foliorum maluarũ. M ij blitis, violarum an. M j radicum maluauiſci M j ſeminum lini ℥ j. axungiæ porcinæ non ſalitæ ℥ ij. olei communis vt ſupra ℥ iiij ſacch. albiſſimi ℥ ß. ſalis cõmunis ʒ ij. Herbæ radices & ſemina bulliant in ſufficienti quantitate aquæ pro clyſteri vſq; ad conſumtionem medietatis aquæ, deinde optime exprimentur & colentur, vltimo tribus cyathis dictæ colaturæ reliqua omnia addãtur & fiat clyſtere. ¶ Lenitiuum vt ſupra, & amplius confortatiuum. ℞. decoctionis perfectiſſimæ vſq; ad ſeparationem carnium ab oſſibus, capitis omniũ vel caſtrati vel agni ſed melius ouis ℥ xvj. vitellos ouorum nu. ij. olei ſiſamini ℥ iiij. In hoc clyſteri non ponatur aliquid ſalis miſce & fiat clyſtere. ¶ Solutiuum facile communium materierum a ſtomacho, & ab inteſtinis ſimul. ℞. pulparum ſebeſten præparatarum, vt hic infra ℥ j ß. penidiarum ℥ j. ſebeſten infundatur per horas 24. in brodio pulli macri. q. ſ. pro ſeparatione ipſarum pulparum ab oſſibus & earum diſſolutione. Deinde pulpæ mundetur ab oſſibus. ¶ Vltimo piſtentur & piſtatæ cum dictis penidiis optime incorporentur & fiat dactylus. Iſtud ſolutiuum facillimũ aſſumat ante diem poſt cœnam immediate præcedentẽ per horas viij. Et poſt ipſius aſſumtionem ſtet ieiunus horis iiij. & nõ aſſumat lauatiuum aliquod, ſed in dicto termino quatuor horarum prandeat, & in prandio comedat blites cum boragine, & res laudabiles &c. Et ipſum ſolutiuum taliter aſſumat in die præcedenti quatuor dies aſſumtionis infraſcripti ſolutiui minoratiui. ¶ Solutiuum facile & vſuale, &c. vt hic ante. ℞ pulparum dactylorum ℥ ß. ſebeſten pulparum præparatarum vt ſupra ℥ j ß. paſſularum paruarũ nigrarum tranſmaritimarum ℥ ß penidiarum q. ſ. pro dactylo. Si vero vult medicamen immediate ſupraſcriptum permutare, tunc loco ipſius aſſumat hoc ſolutiuum, cum modis & ordinibus deſcriptis in aſſumtione ſolutiui ſupraſcripti. ¶ Minoratiuum acutæ materiæ propriæ & materierum communium a viis ductuum eductiuum, lenitiuum & facile. ♃. mannæ ℥ ij iulepi violati ℥ j. decoctionis violarum ℥ j. liquiritiæ ℥ ß. paſſularum paruarum nigrarum tranſmaritimarum corinthiarum ʒ ij. ſtius confectionis q. ſ. pro potione. deinde reliqua omnia addantur miſce & fiat potio. Iſtud ſolutiuum minoratiuum aſſumat die 3. ſequenti aſſumtionem alterius ſolutiui ſupraſcripti, & cum modis & ordinibus deſcriptis in aſſumtione ipſius ſolutiui ſupraſcripti compoſiti ex pulpis ſebeſten & penidiis vt ibi. ¶ Minoratiuum materierum, &c. vt ſupra priori efficacius & facile. ℞. caſſiæ fiſt. ℥ j. pulparum ſebeſten ℥ ß. tamarindorum, prunorum an. ℥ ß. iulepi violati ℥ j. Decoctionis ſupraſcriptæ in ſolutiuo immediate ſupraſcripto. q. ſ. pro potione miſce & fiat potio. Si vero ſolutiuum congruit efficacius prioribus, tunc loco ipſius ſolutiui prioris aſſumat hoc ſolutiuum cum modis & ordinibus deſcriptis in aſſumtione dicti ſolutiui immediate ſupraſcripti. ¶ Digeſtiuum materierum acutarum. ℞. ſyrupi de papauere ℥ ß. iulepi violati ℥ j. decoctionis violarum M j. liquiritiæ raſæ ℥ ß. paſſularum paruarum nigrarum tranſmaritimarum corinthiarum ʒ ij. ♃. huius decoctionis

Aliud. D

Bolus ſolutiuus. E

Alius. F

Potio.

Potio minoratiua. G

Potio digeſtiua.

A *decoctionis ℥ iij. Deinde omnia reliqua addantur miſce & fiat potio.* Iſtud digeſtiuum aſſumat debite calidum in aurora, ſeu per octo horas poſt cœnam immediate præcedentem dictam horam aſſumtionis. Deinde poſt ipſius aſſumtionem ſtet ieiunus horis iij. ad minus & interim dormiat ad libitum. Et ipſum ſolutiuum taliter aſſumat quatuor diebus continuis ſequentibus, immediate diem aſſumtionis ſolutiui primi minoratiui ſuprafcripti cōpoſiti ex manna, iulepo violato &c. ❡ Solutiuum eradicatiuum facile vt ſupra. ℞. *ſolutiuum ſupraſcriptum compoſitum ex caſſiafiſt. tamarindis &c.* vt ibi. *Huic ſolutiuo toti addatur 3. pars ſolutiui eiuſdem ſeu hoc ſolutiuum augeatur in ſexquitertia proportione.* Iſtud ſolutiuum eradicatiuū aſſumat 3. die poſt quatuor dies completæ aſſūmtionis digeſtiui immediate ſupraſcripti, cum modis & ordinibus, quibus ſupra in eodem ſolutiuo ſupraſcripto. ❡ Acuitatis humorum & vrinæ remiſſiuum. ℞. *ſeminum communium quatuor maiorum frigidorum. videlicet cucurbitæ, cucumerū, melonis, citrulli an. ℥ j.* *Semina 4. frigida maiora.*
B *aquæ ſolatri. q. ſ. pro potione, ſacchari albiſſimi trium coctarum ℥ j. Dicta ſemina prius mundata a ſuis corticib. piſtentur & diſſoluantur optime, cum dicta aqua ſolatri. deinde ſaccharum addatur, miſce & fiat potio.* Iſtam potionem actu frigidam tempore calido, & actu calidam tempore frigido, aſſumat in aurora aut in mane, cum ſurgit ad libitum, duobus diebus in ſingula hebdomada quocunq; tempore anni, ipſe infirmus moleſtatur, modo ipſo ſupraſcripto & poſt eius aſſumtionem ſtet ieiunus horis iij. ad minus. ❡ Vlcerum mūdificatiuum vt ſupra. ℞. *aquæ mellis apum canonicæ factæ ſecūdum aliud receptum proprie infraſcriptum ℥ vj. Iſtius aquæ mellis debite calidæ non tepidæ aſſumat æger ℥ vj. ſtomacho ieiuno in aurora ſaltem quatuor diebus continuis.* Deinde poſt ipſius aſſumtionem immediate ſtet ieiunus horis iij. & melius quatuor. Et interim dormiat non amplius ij horis. hāc vero potionem iſtius aquæ taliter reiteret temporibus interpolatis ſecundum neceſſitatem, nec mirādum, ſi hoc mundificatiuum ex melle poſitum eſt, immediate *Potio acuitatem humorum remittens.*
C ſupraſcriptum compoſitum ex ſeminibus communibus quatuor maioribus frigidis. Quoniam ſemina dicta abſterſiua ſunt mundificatiua, & minus quam ipſa aqua mellis. ❡ Vlcerum mundificatiuum, vt ſupra. ♃. *aquæ mellis de qua ſupra. q. ſ. ad ſyringatione virgæ & tot' veſicæ.* Ex hac aqua tepida in modū lactis, cum mulgetur ab vbere, ſtringatur virga ſaltem ſemel in die diebus neceſſariis ad hoc. ❡ Aqua mellis canonica, de qua in alio recepto ſupraſcripto fit mentio. ℞. *aquæ ſimplicis fluuialis mundæ & claræ ℥ ix. mellis electi ℥ j. ſeu partem ponderalem quātitatem ad libitum, miſce. deinde ſimul bulliant ad lentum ignem continue deſpumando vſq; ad conſumtionem ſaltem quartæ partis, & melius tertiæ partis dictæ aquæ. deinde vſui ſerua.* Iſta aqua in potu vtatur, & ex ea veſica ſtringetur vt ſupra in aliis duobus receptis de ipſa aqua mellis immediate ſupra ſcriptis. ❡ Acuitatis humorum & vrinæ remiſſiuum vt ſupra, & doloris ab ipſa vrina mitigatiuum. ♃. *lactis mulieris. q. ſ. ad iniiciendum in virgam cum ſyringa. aut ad libitum.* albuminis oui o- *Potio vlcera mundificans.* *Aqua mellis.* *Iniectio*
D ptime conquaſſati & deſpumati. deinde mixti cum dicto lacte. Iſtud medicamen imponatur in virgam cum ſyringa tepidum in modum lactis, cū mulgetur ab vbere. hoc vero medicamine taliter vtatur ſaltē bis in ſingulo die plurib', & plurib' diebus continuis. ❡ Acuitatis humorū remiſſiuū &c. efficacius priori immediate. ℞. *ſeminum cōmunium quatuor maiorum frigidorū ℥ ß. papaueris al. ℥ ij. pulparum ſebeſten ℥ j ß. Lactis ſeminū papaueris. q. ſ. pro potione. Iſtæ pulpæ ſebeſten diſſoluantur optime cum dicta aqua papaue. q. ſ. ad ipſarum diſſolutionē. ſemina vero mundata a corticibus ſuis piſtentur & diſſoluantur optime cum alia parte dictæ aquæ papaueris. Vltimò omnia ſimul miſce & fiat potio.* Si vero medicamen congruit efficacius priori immediate, tūc iſtam potionem aſſumat mane, &c. vt ſupra per omnia de alio medicamine immediate ſupraſcripto dictum eſt. ❡ Acuitatis humorum remiſſiuum, & doloris ab ipſa vrina mitigatiuum. ♃. *pinearum granorum mundatorum, deinde ter infuſorum in aqua feruenti ℥ xij. ſeminum papaueris alb. ſe-* *Potio.* *Morſell.*
E *minum althaa. portul. an. ℥ ij. ſacchari albiſſimi trium coctarum ℔ ij ſemina omnia piſtētur craſſo modo. deinde omnia ſimul miſce. Vltimo cum aqua nenūpha. quantitate ſufficienti ad hoc fiat confectio ſolida in morſell. ij. ℥ pro quocunq; morſello.* Iſtius confectionis aſſumat vnum ſtomacho ieiuno in mane per duas horas ad minus ante prādium. & tantundem aſſumat ante cœnam, ad minus per vnam horam ſaltem tribus diebus in ſingula hebdomada, quocunque tempore anni, præterquam tempore intenſioris frigoris hyemalis. ❡ Dolorum mitigatiuum. Teneat caput virgæ ſeu partem doloroſam virgæ in aqua frigida ſimplici munda & clara. hoc vero medicamine taliter vtatur pluries ad libitum, in die ipſum taliter reiterando pluribus & pluribus diebus ad libitum. ❡ Acuitatis humorum remiſſiuum &c. vt ſupra & eſt proprium. ℞. *ſeminum communium quatuor maiorum frigidorum ℥ ij papauer. al. ℥ j ſucci liquiri. ℥ ij. aquæ alkekengi. q. ſ. pro potione. Iſtā ſemina prius mūdata. deinde piſtata vt ſupra ſuccuſq; liquiritiæ omnia ſimul cum* *Potio contra acuitatem humorum.*
F *dicta aqua incorporentur miſcē & fiat potio.* Si vero congruit medicamen magis proprium, tunc iſtam potionem aſſumat in mane ſeruatis reliquis modis & ordinibus, deſcriptis in aſſumtione, & vſu potionis ſupraſcriptæ. ❡ Acuitatis vrinæ remiſſiuum & dolorum mitigatiuum, male cōplexionis acutæ epatis renum & omnium viarum vrinæ euacuatiuum, & vlcerum conglutinatiuum. ℞. *diadragāti frigidi ℥ j. diapapaueris ℥ ß. ſucci liquiritiæ ℥ j. ſpecierum triaſandalorum ſine camphora ℈ j. iulepi violati. q. ſ. ad incorporandum miſce, & omnia ſimul incorporentur in mortario cum piſtillo & ſine igne, & totum redigatur in formā ſolida ſaltem mediæ caliditatis.* Iſtius confectionis aſſumat ℥ iij in mane cum ſurgit duobus diebus in hebdomada ad libitum. Deinde poſt ipſius aſſumtionē ſtet ieiunus horis tribus ad minus. ❡ Acuitatis humorū vt ſupra repreſſiuum prioribus omnibus efficacius. ℞. *trochiſcorū alkekengi ſine opio, de papauere an. ℥ j. dragaganti ℥ j. ſpecierum triaſandalorum ℥ ij. ſeminum maluarum ℥ ij. ſucci liquiri. cydoniorum an. ℥* *Confectio.* *Pilulæ.*
G *ß. mucilaginum pſyllii. q. ſ. ad omnia optime diſſoluendum & incorporandum. Piſtanda piſtentur & puluerizanda pulueriẓētur ſubtiliter. deinde omnia ſimul optime incorporētur, & fiat magdaleon, ꝑ pilulis formādis.* Si vero medicamen congruit efficacius omnibus ſupraſcriptis, tunc ipſarū piluiarū aſſumat ℈ ij. in manecum ſurgit duob. diebus in ſingula hebdomada tempore calido. Et poſt ipſarum aſſumtionē imme-

diate bibat aquas immediate infraſcriptas & poſt earum aſſumtionem ſtet ieiunus horis iij. ad minus. A
Potio. ¶ Aqua, de qua ſupra fit mentio. ℞. *aquarum papa. al. ʒ ij. ſolatri. ʒ j. ſacch. albiſſimi trium coctarum ʒ j. myr-
tillorum fructuum piſtatorum ʒ ij. miſce.* Iſtam potionem aſſumat immediate poſt aſſumtionem pilularũ
Potio dig. immediate ſupraſcriptarũ. ¶ Digeſtiuum vſuale materierum acutarũ &c. immediate ſupra. ℞. *aquæ vio-
larum ʒ j. lactis ſeu diſſolutionis ſeminum quatuor maiorum frigidorum ʒ j ß. lactis ſeu diſſolutionis ſeminum
papau. al. ʒ j. iulepi violati ʒ j. miſce.* Iſtud digeſtiuum aſſumat calidum in aurora quatuor diebus cõtinuis
in ſingulo menſe, & cum reliquis modis & ordinibus deſcriptis in aſſumtione digeſtiui ſupraſcripti cõ-
poſiti ex ſyrupo de papauere, iulepi violati &c. vt ibi. ¶ Lenitiuum & minoratiuũ vt ſupra facilius ſupra-
Potio lenitiua & minoratiua. ſcriptis ſolutiuis & vſuale. ℞. *caſſiæ fi. ʒ j. pulparũ ſebeſten ʒ j. iulepi violati ʒ j. aquarũ endiuiæ parte vnã, vio-
larũ partes ij. De ambab. aquis. q. ſ. pro potione miſce & fiat potio.* Iſtud ſolutiuũ vſuale aſſumat omni menſe
ſemel in ſequẽti quatuor dies aſſumtionis digeſtiui vſualis immediate ſupraſcripti. Et cum reliquis mo- B
dis & ordinibus deſcriptis in aſſumtione duorum ſolutiuorum primorum ſupraſcriptorum. ¶ Doloris
Electuariũ mitigatiuum &c. vt ſupra, & vlcerum conſolidatiuum. ♃ *diapapaueris albi ʒ ß. dragaganti frigidi ʒ j. ſac-
chari violati ʒ j ß. boli arme. ʒ iij. mucilaginis, ſeminum cydoniorum ʒ ß. miſce & totum redigatur in forma
electuarii.* Iſtius electuarii aſſumat ʒ iij. in aurora, & ſemel in hebdomada ad minus, & poſt ipſius aſſum-
tionem aſſumat immediate ʒ ij. alkekengi calidæ: deinde ſtet ieiunus horis quatuor. & interim dormiat
ad libitum. ¶ Doloris mitigatiuum & vlcerum conſolidatiuum vt ſupra. ℞. *ceraſa alkekengi num. ij. vel iij.
aquæ alkekengi ʒ j.* Vtatur his ceraſis in aqua alkekẽgi hoc modo, primo aſſumat dicta ceraſa. deinde bi-
bat dictam aquam bis in hebdomada in aurora cum modis vt ſupra in aſſumtione mixturæ immediate
ſupraſcriptæ compoſitæ ex diapapauere, & diadragaganto frigido &c. vt ibi. ¶ Doloris mitigatiuum vt
Pilulæ. ſupra. ℞. *ſeminum excorticatorum communium quatuor maiorum frigidorum, videlicet melonis, cucurbitæ,* C
*citrulli, cucumeris an ʒ ß. ſeminum portulacæ, althææ ſeu maluauiſci an. ʒ j hyoſcyami, papaueris albi ʒ ß. apii
℈ j. amygdalarum dulcium excorticatarum ʒ ß. dragaganti ℈ j. mucilaginis ſeminum cydoniorum ʒ j. ſucci
liquiri. ʒ j. ß. amyli ʒ ij. boli armeni ʒ iij ſacchari albiſſimi trium coctarum ʒ j. Piſtanda piſtentur pul pulue-
rizentur ſeorſum & difformiter vt decet ſecundum can. ad hoc. & dragagantum infundatur per ij. dies na-
turales in aqua alkekengi q. ſ. ad infuſionem; deinde omnia ſimul miſce & cum mucilagine pſyllii. q. ſ. ad incor-
porandum formentur pilulæ vij. pro ʒ.* Iſtarum pilularum aſſumat ℈. ij. in aurora ſemel in hebdomada. Et
poſt earum aſſumtionem bibat immediate ʒ j. aquę alkekengi calidæ: deinde ſtet ieiunus horis quatuor
Vng. refrigerans & cõfortans. & dormiat ad libitum. ¶ Caliditatis ſuperfluæ renum remiſſiuum & ipſorum renum confortatiuum. ℞.
*vnguenti Gal. ʒ j ß. ſpecierum cerati ſandalini deſcriptione Meſuæ ʒ j ß. raſuræ eboris ʒ j. boli armeni ℈ ij. Pi-
ſtanda piſtentur ſeorſum etiam difformiter vt hic ante. Deinde miſce cum oleo nenupharis. q. ſ. ad incorporan-* D
dum, & cum modico modici aceti. q. ſ. ad penetrandum formetur vnguentum molle pro renibus. Ex hac vn-
ctione actu frigida vngantur renes, & ſpina ipſa a renibus infra vſque ad os caudæ incluſiue, & hoc in
mane & in ſero & idem cum vadit dormitum, & ipſa vnctione taliter vtatur in vna hebdomada ſingu-
lo die. deinde interponat hebdomadam ſequentem, in qua ipſa vnctione non vtatur, & ita pluries rei-
teret interpolando vt ſupra ſcriptum eſt ſecundum neceſſitatem. ¶ Doloris mitigatiuum virgamque
ſtagnans. ♃. *albuminis oui optime conquaſſati & deſpumati ʒ j. ſucci lactucæ ʒ j pulparum ſebeſten ʒ j. gum-
mi arabici, dragaganti ana. ℈ ß. ſanda. ru. ſubtiliter puluerizatorum ℈ j. Iſtius pulpæ ſebeſten prius minu-
tim inciſæ infundatur immediate dicti ſucci lactucæ per vnum diem naturalem, deinde cum dicto ſucco opti-
me diſſoluantur, dragagantum vero prius craſſo modo piſtatum infundatur per diem naturalem, in alia me-
dietate dicti ſucci lactu. deinde ipſa mucilago cum dicto ſucco diſſoluatur optime. Vltimo omnia ſimul miſce,* E
&c. ¶ Doloris mitigatiuum &c. vt ſupra efficacius ipſo priori immediate. ♃. *medicamen immediate ſu-
praſcriptum demto ſucco lactucæ, loco cuius ponatur ſucci ſolatri tantundẽ.* Si vero medicamen congruit ef-
ficacius priori immediate, tunc iſtud medicamen imponat virgæ, ſeruatis omnibus modis & ordinibus
deſcriptis in medicamine immediate ſupraſcripto. ¶ Doloris mitigatiuum & vlcerum conſolidatiuum,
&c. vt ſupra efficacius priori immediate. ♃. *medicamen immediate ſupraſcriptum hyoſcyami pulueriza-
ti ſubtiliter, boli armeni ana. ʒ ß. ſucci ſolatri ʒ ij. miſce.* Si vero medicamen congruit efficacius priori im-
mediate, tunc iſtud medicamen imponat virgæ, &c. vt ſupra per omnia de alio medicamine immediate
ſupraſcripto. ¶ Doloris mitigatiuum, &c. vt ſupra efficacius ipſo priori immediate. ℞. *medicamen imme-
diate ſupraſcriptum, mucilaginis pſyllii ʒ j cydoniorum portulacæ an. ʒ ß. gummi arab. ℈ j. boli armeni, iterũ
ipſiusq; boli arme. puluerizati ſeorſum & ſubtiliter ʒ ß. Ipſum gummi prius craſſo modo piſtatũ infundatur in* F
dicto medicamine per vnũ diem. deinde cum ipſo medicamine optime diſſoluatur, vltimo omnia ſimul miſce.
Si vero medicamen congruit efficacius priori immediate, tunc iſtud medicamen imponat virgæ, &c. vt
ſupra per omnia de omnia medicamine immediate ſupraſcripto. ¶ Abſterſiuum lauatiuum & conſoli-
datiuum. ℞. *lactis equæ & eſt propriũ aut ad libitũ capræ ſed melius equæ ʒ iij.* Iſtud lac tepidũ calore, cum
mulgẽt ab vbere, aſſumat ſtomacho ieiuno ſaltẽ in mane cũ ſurgit prius habito vẽtris beneficio aut ſal-
tem tentato haberi. Et poſt aſſumtionẽ lactis ſtet ieiunus ſaltẽ horis. iij. & interim nullo modo dormiat,
nec iaceat ſed in camera quieſcat partim, partim ſedendo, partim deãbulando prout ſuę naturæ eſt gra-
tius. Hoc vero lacte taliter vtatur temporib. pluribus conſilio ſpectabilium dñorum Doctorum curam
Potio. hanc agentiũ, &c. vt infra in cap. vlt. in fine huius conſilii deſcripto. ¶ Conſolidatiuum vlcerum ipſius
mũdificatione facta. ℞. *mumiæ ʒ j. boli arm. ℈ ij. trochiſcor. alkekẽgi ʒ ß. ſucci liquiri ℈ j. aquæ caudæ equinæ* G
*q. ſ. p collyrio &c. vt s. Puluerizãda puluerizentur ſeorſum & deformiter vt decet ſecundũ can. deinde omnia
ſimul miſce.* Iſtud medicamen debite calidum temporib. frigido & mediis & frigidis tẽpore calido aſſu-
mat æger ſtõ ieiuno in aurora ſaltẽ trib. dieb. in ſingula hebdomada intermiſſis ſeu interceptis ſaltẽ per
vnum

A vnum diem diebus aliis, in quib. non aſſumat per vnũ talẽ diem. ¶ Conſolidatiuum vlcerum,&c.vt im-
mediate ſupra. *℞.acatiæ, aluminis cum aqua alkekengi ana ʒ ß. hypocyſtidos ℈ ij.adipis anſeris ʒ j.olei roſati*
q.ſ.pro collyrio,&c.vt ſupra. Pulueriʒanda pulueriʒentur ſeorſum & difformiter,vt decet ſecundum can. de-
inde omnia ſimul miſce. De hoc medicamine actũ frigido, non tamẽ acute frigido imponat virgæ & con-
cauitati virgæ alias veſicæ cũ ſyringia aut impulſorio ſeu sbolzarolo ſingulo die pluries, & ſaltẽ ſtoma-
cho ieiuno & plurib.dieb.iudicio dominorum Doctorũ,&c.vt ſupra. ¶ Conſolidatiuum vlcerum,&c.vt
immediate ſupra efficacius ipſo priori immediate. *℞.terræ ſigillatæ ℈ ij.cimoleæ,cornu cerui valde vſti ana*
ʒ ß ſtyracis liquidæ ℈ ij.olei roſa.q.ſ.pro collyrio,&c.vt ſupra. Pulueriʒanda pulueriʒentur ſeorſum & diffor-
miter,vt decet ſecundum canonem,deinde omnia ſimul miſce. Si vero medicamen immediate ſupraſcriptũ
permutare congruit, tũc de hoc medicamine virgæ imponat,& veſicæ,&c.vt ſupra de alio medicamine
B immediate ſupraſcripto. ¶ Conſolidatiuũ vlcerũ &c.vt immediate ſupra. *℞. vnguenti ceruſæ ʒ ij. ſarco-*
collæ;thuris ana ℈ ij.amyli ℈ j.pinguedinis anſeris ʒ j.lactis mulieris q.ſ.pro collyrio,&c. Pulueriʒanda pulue-
riʒentur ſeorſum & difformiter,vt decet ſecundum canonem,deinde omnia ſimul miſce. Si vero medicamen
immediate ſupraſcriptum permutare cõgruit,tũc de hoc medicamine imponat virgæ & veſicę,vt ſupra
de alio medicamine immediate ſupraſcripto. ¶ Conſolidatiuum vlcerum,&c.vt immediate ſupra effica-
cius priori immediate. *℞ karabe ℈ j.thuris,terræ ſigi.an.ʒ ß.coralli alb.℈ j.amyli ℈ j.plumbi vſti,deinde ab-*
luti cum aqua alkekengi ſufficienti quantitate ad hoc ʒ j.trochiſcorum alkekengi ℈ ij. lactis mulieris q.ſ.pro
collyrio iniiciendo in veſicam pul. pul.ſeorſum, & difformiter, vt decet ſecundum canonẽ, deinde omnia ſimul
miſce. Si vero medicamẽ cõgruit efficaciꝰ priori immediate,tũc de hoc liquore imponat virgæ & veſicæ,
vt de alio medicamine immediate ſupraſcripto. ¶ Conſolidatiuũ vlcerũ,&c.vt ſupra,& valet in corroſio-
C ne ꝓpinqua meatus. *℞. trochiſcorum de cart. ℈ ij.merdaſeng.ʒ ß.ceruſæ lotæ cum aqua alkekengi ℈ j.amyli*
℈ j.terræ ſigillæ.cornu cerui valde vſti an.ʒ ß.corallorũ alborum, ru.an. ℈ j lactis mulieris q.ſ.pro collyrio,&c.
vt ſ. Si vero medicamen permutare congruit,tunc de hoc liquore imponitur virgæ & veſicæ, vt de alio
medicamine immediate ſupraſcripto. Si vero dolor eſt fortis tunc *℞. collyrium albũ ad oculos lactis mu-*
lieris an.ʒ ß.miſce. Si vero dolor eſt fortis,tunc de hoc liquore imponat virgæ & veſicæ,cũ ſyringa, vt de
alio medicamine immediate ſupraſcripto. ¶ Euitanda generaliter. Euitet regimẽ omne calefactum no-
tabiliter, & ꝓprie motꝰ corporeos & alios,& ꝓprius nutriens ſeu cibum & potũ ſalſos & acutos amaros,
& multum dulces & calidos ſaltẽ vltra primũ gradũ. ¶ Euitet coitum. Aliæ vero q̃ plures ad hoc curatiuę
ab auctorib. infraſcriptis medicinæ ſunt inteſiores efficaciores & virtuti magis moleſtæ ſeu valde mo-
leſtiores omnib.aliis medicinis virtuti familiaribus in iſto cõſilio ſerioſis ad hoc canonice curatiuis cu-
D iuſmodi ſunt proprie. Vomitus cerebro factus,ſtupefacientia,niſi dolor ſit vehemens valde nõ conue-
niunt; Sunt autem hyoſciamus,opium,&c. Quas medicinas,quia inteſiores efficaciores & virtuti val-
de moleſtæ ſunt; hic non ſerioſe deſcribo, ſperans ex dictis aliis medicinis omnibus virtuti familiaribus
in iſto conſilio ſerioſe ſupraſcriptis curam perfici ſecurius, & cum minori moleſtia infirmi. Nota quod
ſupraſcriptis medicaminib.omnib. aſſumẽdis ꝑ os vtat̃ ipſe infirmus cum modis & ordinibus deſcriptis
in ipſis medicaminib.ſeu in canonib. vſualibus medicaminum ipſorum omnium. Et hoc duabus heb-
domadis continuis,deinde in 3.hebdomada illis duabus coniuncta nullum medicamen per os aſſumat;
poſtea in aliis duab.hebdomadis immediate ſequentibus ipſum 3. hebdomada dicta medicamina per os
reaſſumat, vt ſupra, poſtea in alia hebdomada ſequenti proxima nullum ex bis medicaminib. per os aſ-
ſumat, & ita aſſumtionem ipſorũ medicaminum pluries reiteret ſecundũ neceſſitatẽ interpolãdo ſem-
E per vnam hebdomadã,& non aſſumendo dicta medicamina & hoc, vt virtuti det̃ quies & natura medi-
caminibus nõ aſſueſcat. Et hic idem canon de temporali interceptione medicinarum aſſumendarũ per
os talium per primam & ſecundam medicinales virtutes. Ipſe ẽt in omnib.aliis morbis chronicis cano-
nice obſeruandus eſt. Et amplius quamprimum a ſupraſcripto morbo debite valet infirmus, tunc non
vlterius medicinis curatiuis per primam & ſecundam virtutes earum ſupraſcriptarum. Nec ẽt aliis me-
dicinis curatiuis ad hoc per dictas duas virtutes vlterius vtat̃. Nã medicinę per primã & ſecundã virtutes
eorum morborũ curatiuæ ſanitati ſeu corpori ſano applicatæ ægritudinẽ itidem ſunt adducentes. Qm̃
medicinæ graduales per primam & ſecundam virtutes earũ tales ſunt ꝓpter naturam virtutũ taliũ gra-
dualium. Ideo corpori ſano applicatæ ſunt ægritudines producentem. Quæ canonice applicatæ corpori
ægro ſunt eius curatiuæ & neutro applicatæ ſunt ipſius præſeruatiuæ. Verũ namq; medicinæ graduales
F per tertiam & quartam virtutes earum tales corpori ſano canonice applicatæ ſanitatis ſunt conſerua-
tiuæ. Ægritudini autem & neutralitati canonice applicatæ eædem & 3. & 4. virtutes medicinarum ipſa-
rum ſunt morbi curatiuæ & neutralitatis præſeruatiuæ. ¶ Remiſſiones pro medicinis ſimplicibus,& et-
iam particularibus compoſitis omnibus ſupraſcriptis integrantibus ſeu componentibus medicinas o-
mnes compoſitas ſerioſe in iſto conſilio ſupraſcriptas colligendæ ſunt ab auctorib. proximis infraſcri-
ptis in locis propriis medicinarum ipſarum vt proxime infra. Omnium vero medicinarum compoſi-
tarum ſupraſcriptarum medicinas omnes ſimplices & particulares etiam compoſitas collige ab aucto-
rib.proximis infraſcriptis. Et primo iſtas medicinas omnes deſcriptas in ipſorum auctorum medicinis
compoſitis collige in capitulis eorum propriis curarum abſolute morborum ardoris vrinæ, deinde ex-
coriationis virgæ,&c.vt ſupra: aut ſaltem capitis eius ad intra. Et partim in capitulis propriis de hoc an-
G tidotariorum ſuorum, videl. aliquas ex ipſis ſimplicibus medicinis, & etiam particularibus compoſitis
collige ab aliquo ſeu ab aliquibus auctorib.ipſis infraſcriptis, & proprie ab Auic. Et alias ex ipſis ſimpli-
cibus medicinis & compoſitis ab aliis auctoribus infraſcriptis. Et ſic ſucceſſiue vſque ad perfectam no-
titiam & doctrinam ab ipſis auctoribus infraſcriptis omnium medicinarum ſimplicium, & etiam par-
ticularium compoſitarum ſupraſcriptarum integrãtium omnes ipſas medicinas compoſitas ſupraſcri-

ptas ſerioſe in conſilio iſto cuiuſmodi auctores ipſi ſunt Auicenna, Serapio, Haliabas, Galenus, & pro- A
prie de virtutibus medicinarum ſimplicium. Rhaſes in diuiſionibus. Azaranus & Rhaſes *in continente.*
Verum licet iſtorum auctorum medicinæ ſuæ omnes compoſitæ, de quibus hic proxime ſupra fit men-
tio, trium morborum dictorum ardoris vrinæ & excoriationis virgæ, &c. vt ſupra formaliter ſeu per ea-
rum medicinarum formas ſeu virtutes ſint canonice abſolute curatiuæ. Nihilominus, quia medicinæ
ipſæ compoſitæ auctorum dictorum gradualiter diſproporionales ſunt ſeptem generibus rerum natu-
ralium, & eis annexorum infirmi dictis tribus morbis ægroti aut ſaltem aliquibus earum rerum. Et iti-
dem gradualiter diſproportionatæ ſunt tribus generibus præter naturam, & eis annexarum infirmi e-
iuſdem, aut ſaltem aliquibus earum rerum, tam ex ipſarum medicinarum ſimplicium, & etiam particu-
larium quantitate ipſas medicinas compoſitas auctorum ipſorum integrantium ſeu componentium,
quam & ex earundem ſimplicium, & etiam particularium compoſitarum medicinarum inter ſe diſpro- B
portionatæ ad dicta 7. genera rerum naturalium dictarum, & eis annexorum. Et ad tria genera rerũ pręter naturam ipſarum, & eis annexorum ægri dicti, aut ſaltem aliquibus earum rerum. Proinde ipſæ me-
dicinæ compoſitæ auctorum dictorum non formaliter hic deſcribuntur. ¶ Sed in iſto conſilio canonice
ſerioſe deſcribuntur medicinæ ſimplices, & etiam compoſitæ particulares ipſas compoſitas medicinas
auctorum dictorum integrantes ſeu componentes. Et nunc poſitæ medicinæ eædem ſimplices & etiam
particulares compoſitæ ſub aliis tamen quantitate & compoſitione medicinarum ipſarum in ſupraſcri-
ptis aliis medicinis omnib. cõpoſitis in iſto conſilio ſerioſe deſcriptis Et curæ dictorum triũ morborum
ꝓportionalibus. Quoniã omnes iſtæ cõpoſitæ medicinæ in iſto cõſilio ſerioſe ſupraſcriptæ forma, quã-
titate, gradu & compoſitione tam medicinarum compoſitarum earundem, q̃ etiam dictarũ ſimplicium
medicinarum, has compoſitas medicinas integrantium proportionales omnes ſunt dictis ſeptem gene- C
ribus rerum naturalium, & eius annexorum ægroti ipſius. Et dictis tribus generibus rerum præter na-
turam, & eis annexorum ægri eiuſdem.

Regimen ex nutriente, ſeu cibus & potus.

Vinum. VInum bibat medii coloris ſeu rubei, ſeu granatæ, ſeu goretum, quod totum eſt idem, quod vinum
medii coloris. Sitque vinum ipſum non amplioris, quam mediæ vinoſitatis, & melius aliqualiter in-
fra vinoſitatem mediam. Saporis medii inter dulcem & agreſtem ſaporem. Si vero vinum appetit tan-
tum dulce, tunc ipſum dulcorem cum aliquanto ſachari albiſſimi trium coctarũ reddẽtis vinum ipſum
aliqualis dulcedinis, ſed remiſſe. Et iterum ſi vinum ipſum non ſit tale naturaliter medii ſaporis inter
dulcem & agreſtem, tunc ipſum conſtituat tale artificialiter cum aliquantula parte & modica ſachari al-
biſſimi dicti. Ipſumque vinum ſit debite digeſtum, & non nimis nouum, nec antiquum, videlicet non D
minoris ætatis menſium duorum cum dimidio, nec amplioris anni vnius. Lymphetur vinum ipſum in
æſtate ſaltem ex quarta parte aquæ ſimplicis fluuialis mundæ & claræ, tempore vero frigido non lym-
phetur, aut etiam ad libitũ lymphetur ex ſexta parte aquę ad amplius. In temporib. vero mediis lymphe-
Panis. tur ex quinta parte dictæ aquę. ¶ Panis ſit ex optima farina boni frumẽti debite cicotriconizata ſeu bura-
tata. Sitque panis debite fermentatus, ſpongioſus, leuis factus, bene d g ſtus & debite coctus ad calidita-
tem ſiccam igneam furni, & non coctus in liquore aliquo. Et non comedatur in prima die 24. horarum,
nec poſt quartam diem decoctionis ipſius. Non ponat indigeſtum ſuper indigeſto omnium quatuor
digeſtionum, & proprie ſuper indigeſto primæ digeſtionis ſtomachi, & conſequenter a fine prandii vſq;
ad principium cœnę 9. horas abſtinentiæ a quocunque nutrimento, videlicet cibo & potu, ſaltem nutri-
tiuo interponat. Comedere incipiat in prandio & cœna a pane cum ferculo, videlicet bolos ſeptem ſal- E
tem, tres ipſius ferculi cum pane comedere incipiat in ipſis prandio & cœna: deinde carnes cum reſidua
parte ferculi, & etiam poſt ferculum ipſum comedat debite; comedatque ſemper in ipſis prandio & cœ-
na ſaltem bolos 12. antequam bibat, deinde bibat vinum ſuum medii coloris, &c. vt ſupra ipſum potum
pluries in ipſis prandio & cœna partiendo ſeu diuidendo. Non comedat ad amplius, niſi bis in die natu-
rali 24. horarum. Ieiunet duobus diebus continuis in ſingula hebdomada, videlicet, in die veneris &
ſabbati, ſed loco cœnæ comedat ſolum ʒ ℥ aut ad amplius iij. panis, cum quo pane bibat vnum cyathum
Fercula. ſui vini medii coloris ſe. ℥ vj. &c. vt ſupra. ¶ Brodetus factus ex mica panis & toto ouo, videlicet ex vitello
cum albumine eius & brodio carnium laudabilium infraſcriptarum eſt conueniens ferculum. Far ſeu
farrum ſpeltę, aut ẽt frumẽti debite coctum & mixtũ cum ipſo ouo, aut etiam ad libitum non mixtum, &
cocto cum brodio aliquarum carnium infraſcriptarum laudabilium; deinde comeſtum rarum, & non F
ſpiſſum, ſeu denſum conueniens eſt. Panatella ex mica panis facta cum ouo toto & brodio, &c. vt ſupra.
Amygdalata ſeu amygdalæ dulces & mundæ, bene piſtatæ cum mica panis & brodio mixtæ iuuant itidẽ.
¶ Blites cum boragine & lactucæ modico, abiecta prima aqua ebullitionis ipſarum, ſpinachiæ cum bo-
ragine itidem. Brodetus factus cum toto ouo, coctæ ſeu dictæ zinzarellæ factæ cum vitello oui, & modi-
co farinæ, & ſine albumine oui & coctæ, &c. vt ſupra. Similia frumenti ſeu granzoli cocti cum brodio co-
meſti rari, & non ſpiſſi. Cucurbita, & proprie aromatizata cum coriandro ſaltem, quando decocta eſt
cucurbita ipſa, & etiam ſine coriandro iuuat. Hordeum excorticatum, deinde piſtatum, & poſtea co-
ctum cum brodio; deinde expreſſum per ſtamineam. Spelta excorticata a cortice ſuo primo, deinde
munda, & poſtea cocta cum brodio conueniens eſt. Amydum ſeu ptiſana, ſiue pultes amydi portulacæ
Carnes. ferculum. Ptiſana ſeu pultes ex farina hordei excorticati. ¶ Carnes vituli ætatis a duobus menſibus ad G
minus vſque ad 14. menſes ad amplius ſunt optimum edulium quocunque tempore anni in diebus pin-
guibus, ſeu in quibus ſunt carnes comedendæ, hædi ſeu capreti domeſtici carnes ætatis ab vno menſe
vſque ad duos ad amplius itidem ſunt optimæ. Caſtrati animalis vel circa carnes ſiue agni iuuenis ca-
ſtrati

A ſtrati vel ſaltem non minoris ætatis decem menſium, nec maioris menſium 12. ſunt cibus conuenientes. Capreti caſtrati non amplioris ætatis 8. menſium, capreoli ſylueſtris iuuenis, & hæ ſunt carnes conuenientes perdicum, phaſianorum, turdorum, grana iuniperi non comedentium, alaudarum, auium paruarum menſis aut etiam in arboribus degentiũ ſeu habitantiũ, paſſeribus olim taxat exceptis. epata gallinarum, anſerum & anatum, & proprie domeſticarũ ipſarum omniũ trium. Supraſcriptas autẽ carnes in prandio comedat ſp elixas. In cœna aſſata ad libitum vel elixas & tantum melius elixas ¶ Piſces comedat paruos tam maritimos, quam etiam aquæ dulcis fluentis, videl. menolas, barbonos, auguſtigulas, arbores, paſſeres, ſtercolas, auratas, ſgombros, ſuros. De gãbarellis vero aliquando comedere poteſt, ſed non ſæpe, imo raro. ¶ Piſces aquę dulcis, piſces paruos petroſos, aquæ dulcis fluentis, videlic. temalos, *Piſces.*
B lucios, paruos ſtrilios, barbos paruos, ouis eorum abiectis capedanos paruos, truitas paruas, ſed tamen ipſas valde raro, ſardenas, piſces paruos, petroſos, vt maioranas, ſeu marſionos, oſellatas, piſces & ſimiles. De omnibus ſupraſcriptis piſcibus paruis etiam in ſpecie ſua comedere poteſt ipſis elixis in prandio & in cœna aſſatis, ſed tamen valde raro vtatur piſcibus & modicũ, vnde nõ amplius, quam ſemel in ſingula medietate cuiuslibet menſis. ¶ Oleum ſit cõe optimum ſeu temperatum, videl. oleum oliuarum debi- *Oleum.*
te maturarum & non putrefactarum, nec præternaturaliter immutatarum vnius anni tñ diaphanum, ſuauis odoris & dulcis ſaporis, ꝙ idem eſt, ꝙ oleum temperatum. Et tñ melius eſt oleum amygdalarum dulcium non præternaturaliter alteratarum. ¶ Oua ſorbilia, videl. vitellum oui cum albumine eorũ tre- *Oua.*
mulo comedere poteſt in modum lactis ſaltem diebus in quib. non comeduntur carnes. Oua fracta in aqua, oua integra frixa, oua infritaleis mollib. ¶ Caſeus dulcis ſeu modicum ſalſus non maioris ætatis *Caſeus.*
C trium menſium, & iterum melius iunioris, & amplius melius ætatis iunioris. ¶ Lac & proprie caprinum *Lac.*
aliquando imo pluries comedere poteſt, & melius coctum, & tamen melius eſt lac equinum & hoc lac crudum vel ad libitum coctum. ¶ Sapores comedat, videl. vinum granatorum cum aliquantulo ſacharo optimo albiſſimo, & cum aliquantulo brodio. Agreſtam, ſuccum limonum, ſuccum arancii, omnia hæc tria, & de dicto vino granatorum, & proprie omnia iſta cum duabus partibus boni brodii carnium tantum, bene pinguis vitello oui, & cum paſſulis paruis tranſmaritimis nigris ſaltem corinthiis. Aut cum ipſarum paſſularum melle aut cum ſacharo albiſſimo trium coctarum. Limoniam factam ex ſucco limonum & ſacharo albiſſimo & amygdalis dulcibus excorticatis, vel ex ſucco citri, vel arancii, vel vino granatorum, & brodio aliquantulo aut etiam cum dictis paſſulis vel ipſarum melle, aut ſacharo albiſſimo vt ante. ¶ Fructus comedat poſt cibum aliquando, videl. pyra cocta, deinde comeſta cum coriandris *Fructus.*
D confectis ex vna ſola coopertura ſachari. Perſica boni ſaporis, & proprie ipſa cydonia, perſica & melius ante cibum ex Auic. *2. can. cap. proprio de perſico*, ſed tamẽ de omnib. modicum. Si vero vult de ipſis perſicis poſt cibum comedere, tunc comedat bolos tñ tres de omnib. modicum & non ſæpe. Maraſcas, aliquando, ſed non crebro. Pruna etiam damaſcena, & etiam auguſtienſa nigra. Melones, & proprie cum ſuis interioribus. Poſt vero cibum coriandros præparatos, deinde confectos, vt ſupra, vtatur granis pini & ad hoc ſunt proprium edulium ante cibũ & ad libitum poſt cibũ. ¶ Euitãda, & proprie generaliter talia. Coitus eſt ſumme nociuus, vinum nocet & proprie vinoſum. Omne etiam album vinoſum & nõ vi- *Coitus.*
noſum nocet, frigus loci ipſius nocet. Repletio nauſeatiua maxime nocet. Euitet omnes vuas ſiccas & *Repletio & inanitio.*
recentes. Itidem & ficus omnes, tam ſiccas, quam recentes, acetum, res viſcoſas, poma, legumina omnia, & proprie recentia. Carnes porcinas & cydonia itidem euitet. Non vtatur rebus aperitiuis notabiliter ſaltem, nec ẽt multum ſtipticis, nec calidis notabiliter, nec frigidis, ſed tñ remiſſe calidis reb. Regi-
E men vero ex nutriente proximũ ſupraſcriptum proportionale ex dictis morbis ardoris & excoriationis virgæ, & ſimul debilitati ſtomachi dictis tribus morbis oppilatæ. Si vero debilitas ipſa digeſtiue ſtomachi huic caſui non adeſſet, tunc regimen ipſum ex nutriente frigidum etiam notabiliter congruũ eſſet. ¶ Canon vniuerſalis in oĩ cura per infirmos homines exquiſite obſeruãdus, vt cura quolibet morborũ omniũ debitũ conſequat. Quanq̃ vero ſupraſcripta medicamina omnia virtuti ſint familiaria, vt dictorum trium morborũ, videl. ipſorũ ardoris vrinæ & excoriationis virgæ, &c. vt ſupra, ꝓpria curatiua, nihilominꝰ, q̃a in morbis oĩbus & proprius non a ſola virtute curabilib. ſed etiã arte curatiua indigentib. vittus neceſſario gradualem. Morbi vero ipſi varietatẽ crebro ſimul patiuntur & neceſſario gradualem morbo ipſo hoc ſumto cõiter, videl. pro morbo ꝓprie ſimul & cauſſis, & accidentib. morbo eiuſdẽ tam & primo ab ipſorum virtutis & morbi naturalis ſeu ſolaris tpis fluxu, q̃ & ſecundo ab eorundẽ virtutis
F & morbi medicinaliũ temporum quatuor de curſu generum duorum, videl. ipſorũ temporũ quatuor medicinaliũ actionis morbi in virtutem. Deinde & ſecundo actionis virtutis ipſius medietas morbum cauſſas & accidẽtia morbi eiuſdẽ. Et q̃ ẽt vt tertio ab ordinato, & amplius ab inordiuato regimine ſex rerum nõ naturaliũ, & eiſdẽ reb. annexorum corpori applicabiliũ. Qm̃ & quarto ab inordinato regimine q̃ multarum rerum accidentalium ſeu cõtingenti corpori applicabilium, & propriiſſime medicinalium infraſcriptorũ ſeu medicinarum. Ideo & primo pro debito iudicio de iſto meo caſu in terminis canonice integrando ex ſeptẽ generibus rerum non naturalium & eis annexorum. Et ꝓprius ex reb. omnium dictorum & eis annexis, vt quilibet etiam alius canonicus medicinalis caſu in terminis integrandus eſt, & ꝓprie de fluxu naturalis ſeu ſolaris tpis morbi & virtutis. Et dicto decurſu oĩm temporũ medicinalium generũ duorum dictorũ. Deinde & ſecũda ꝑ canonico cõſilio applicationis dictorũ ſex generum
G rerum non naturalium, & eis annexorum neceſſario corpori applicabiliũ, tunc ſupraſcriptis medicinis cibus & regimen ſex rerum non naturalium & eis annexorũ, & ꝓprius rerũ oĩm dictorũ ſex generum & medicinis aliis quibuslibet ſemꝑ vtat infirmus dictꝰ iudicio tñ & cõſilio ſpectabilium Doctorũ Medicorum dictam curam agẽtium. Et itidẽ ſemper iudicio primo, deinde conſilio valentiũ dominorum

Doctorum Medicorum ſcientificorũ,& omnes aliæ medicinales curæ canonice perficiendæ. Iudicium A
namque medicinale eſt de canonico caſu in terminis. Cõnſilium vero primo eſt de vniuerſali canonica
cura medicinali ſeu de vniuerſalibus canonibus medicinalibus particularibus curatiuis. Vltimo de par-
ticularibus inſtrumentis canonicis medicinalibus ſeu medicinis, & regimen omnibus particularibus
dictis omnes tam vniuerſales quam particulares canones curatiuos opere perficientib. ſeu ipſos omnes
canones ad opus debitum, ſiue ad operationem debitam producentibus. Nam medicinalis ſcientia &
ars ſumme ſcientifica ſeu ſpeculatiua omnibus aliis ſcientiis & artibus totius vniuerſi difficilior eſt & pe-
riculoſior. Et vbi namque maius eſt periculum ibi cautius agendum eſt. Ideo in curis quibuslibet mor-
borum omnium medicinali arte naturali indigentium ſit ſemper præſentia & doctrina valentium vi-
rorum dominorum Doctorum Medicorum curas ipſius agentium, vt hic ante. B

CONS. CVII. *Pro Gatamelata armigero famoſo.*

Contra mictum ſanguinis & dolorem calculi.

IN ſupraſcripta immediate ſcriptura cum pluribus concluſionibus & ſerioſis probationibus ſuis, eli-
ciuntur ſummatim concluſiones principales immediate infraſcriptæ, videlicet. Prima concluſio. Mi-
ctus eſt ſanguineus in modum loturæ carnis, quando nutrimentum tranſit ad renes, & aliquando eſt
cum dolore, & aliquando ſine dolore. Procliuitas ad dolorem calculoſum, quinimmo paſſus fuit do-
Cauſſæ mi-ctus ſanguinei. lorem ipſum calculoſum. ¶ Cauſſæ ipſius mictus ſanguinei. Debilitas ſequeſtratiuæ renum ſanguinis ab
vrina, &c. Et cauſſa ipſius mictus ſanguinis ſtante incolumitate epatis & venarum. Dilatatio meatuum
renum præternaturalis eſt immediata cauſſa ipſius debilitatis ſequeſtratiuæ renum. Materia phlegmati-
ca multiplicata, & proprie a ſtomacho per indigeſtionem genita, deinde ad renes præcipitãs cauſſa prin-
cipalis eſt corporea ſeu intrinſeca doloris ipſius renum. Inordinatum regimen valde calefactiuum, & C
proprie nutrimenti valde calidi, & medicinarum valde calidarum, vſus propter calculi dolorem & co-
licam, quibus vexatus fuit & exercitiorum animalis & corporei maxime calefacientium valde inordina-
torum, & ex eorum intenſiſſimis gradu, quantitate, temporibus & horis diſproportionabilibus maxime
fuerunt cauſſa primitiua ſeu extrinſeca ipſius dilatationis meatuum renum, & conſequenter debilitatis
Cauſſæ doloris calculi. ſequeſtratiuæ eorum renum dictæ. Cauſſæ vero ipſius doloris calculoſi dicti. Cauſſæ vero ipſius doloris
calculoſi fuerunt eædem ſupraſcriptæ primitiuæ cauſſæ renes ſumme calefacientes. Item & eadem cor-
porea ſeu intrinſeca cauſſa materialis calculi ipſius, videlicet phlegma dictum. Ego vero nunc dico, &
hic infra, videlicet, quoniam vero vnius effectus plures poſſunt eſſe cauſſæ etiam in eodem genere cauſ-
ſarum. Quinimmo cauſſæ generaliter contractæ vnius effectus poſſunt eſſe perfectiuæ, videlicet vna
per accidens & altera per ſe, proinde non ſolum regimen ipſum inordinatum ſupraſcriptum forte fuit D
cauſſa dilatationis meatuum renum, & conſequenter debilitatis ſequeſtratiuæ. Verum etiam ex eiſdem
ſignis in eadem ſcriptura prima ſupraſcripta poſitis canonice medicinaliter elici poteſt, vna ex princi-
paliſſimis cauſſis effectus dilatationis meatum colatorii ipſorum renum veriſimiliter fuit lapis genitus
ſuper renes ipſos meatus colatorii, tunc dilatans, & tamen tunc non neceſſario frangens, licet tamen ex
dubio frangens. Et iterum alia cauſſa dilatationis dictæ augmentato nutrimento ſeu ſanguine in ipſis
renibus tempore nutricationis ipſorum renum forte eſt extenuatiua debilitas renum ipſorum, qua ex-
tenuatione ſeu debilitate ipſa extenuatiua valde deficiat virtus contentiua, ita, vt interim tempore debi-
to virtus ipſa ſequeſtratiua renum ſanguinem ab aquoſitate vrinali ſequeſtrare non valeat. Et conſe-
quenter & ſummatim, tunc ipſius mictus ſanguinis dicti forte & veriſimiliter tres erunt cauſſæ princi-
paliſſimæ, videlicet. Prima lapis ipſe, qui colatorium præter naturaliter dilatauit. Secunda caliditas mea- E
tus renum dilatans, & ſanguinem attrahens, & educens valde exceſſiuum renum. Et forte naturalis, ſed
ſaltem præternaturalis ipſorum a ſupraſcripto inordinato regimine producta, & proprie nutrientis, &
medicinarum & exercitii olim maxime calefacientium. Tertia principalis cauſſa eſt valde magna debi-
litas extenuatiua renum. Ex quibus omnibus cauſſis principaliſſimis maxime læſæ ſunt contentiua, &
tandem ſequeſtratiua renum ipſorum. Proinde ſingulariter aduertendum eſt, ſi omnes ſupraſcriptæ
immediate tres cauſſæ ſunt dicti mictus ſanguinis effectiuæ cauſſæ. Et tunc omnibus dictis tribus cauſ-
ſis oportet principalem curam diligenter adhibere. Inſuper ſi ſupraſcriptæ immediate tres cauſſæ fue-
rint ſimul adæquata cauſſa dictarum præternaturalium dilatationis renum, & debilitatis eorum ſeque-
ſtratiuæ ſanguinis ab vrina, videlicet lapis arenalis procedens, ſupercalefactio renum maxime intenſa ab
inordinato regimine omnium dictarum rerum, & extenuatio renum ipſorum, tunc & præſentialiter et- F
iam cauſſa duarum diſpoſitionum proximarum dictarum, tunc & eo caſu euacuationes & digeſtiones
infraſcriptæ curæ dictarum dilatationis & debilitatis contentiuæ ſuſpectæ ſunt. Et conſequenter relin-
quendæ indicatione ſumta tantum a dictis præternaturalibus diſpoſitionibus duabus, videlicet dilata-
tionis, debilitatis contentiuę renum. Et iterum, quoniam ex tota ſupraſcripta ſcriptura in principio po-
ſita non habentur omnes proprietates & paſſiones medicinales corporis ęgroti neceſſario requiſito ad
canonicum caſum medicinalem ponendum in terminis medicinalibus, & ſunt concluſiones naturales
& ætatiua totius & membrorum, & proprie ipſorum læſorum & elementa medicinalia & compoſitio-
nes membrorum eorundem, & virtutes totius & membrorum ipſorum. Et ſic de multis proprietatibus
& paſſionibus ſumme neceſſariis, &c. vt hic ante. Ideo ex tota ipſa ſcriptura in principio poſita non di-
citur hic canonicus medicinalis caſus in terminis materiæ huius ſecũdum modum conſuetum, &c. Nec G
hic ponuntur canones vſuales medicinarum infraſcriptarum ſecundum conſuetum modum ipſum, &c.
Nec hic ponitur regimen ſex rerum non naturalium proportionalium dictæ curæ. Canonice medici-
cinaliter in cuiuslibet morbi cura ſumme neceſſaria. Idcirco ſupraſcripta omnia merito relinquenda
ſunt

A ſunt ſano ſolerti & exquiſito iudicio ſpectabilium & celeberrimorum dominorum Doctorum Medicorum dictæ curæ præſentium & ipſam diligenter agentium. Verum, quia limites mandati & portionis etiam non ſunt excedendi. Quoniam ad interrogata proprie valentium virorum reſpondendum eſt de infraſcripta cura tantum, deſcribetur ſolum iuxta totalem ſeriem & continentiam totius ſupraſcriptæ ſcripturæ in principio. Iuxta quam ſolam ſcripturam quæritur canonicum conſilium medicinale.

Ad quæſitum ſolum ipſius dictæ ſcripturæ primæ reſpondetur primo generaliter, vt hic immediate infra videlicet. Adæquata cura dictarũ duarum diſpoſitionũ ex ipſa ſcriptura manifeſtatarum canonice integranda eſt ex duab. videl. Primo ex vera cura ipſius mictus ſanguinis præſentis, ſecundo ex præſeruatione a futuro lapide renali, in quem procliuatur æger. Quæ operationes contrarietatem notabilem
B ſortiri videntur. Nam mictus ipſe ſanguinis dictus medicinis ſtipticis videtur per ſe curandus eſſe. Procliuitas autẽ in lapidis renalis generatione videtur per ſe medicinis operatiuis, alias aperitiuis, cõtrariis ipſis medicinis ſtipticis præſeruanda. Proinde neceſſe eſt ſpectabiles celeberrimos & præclaros Medicos curam hanc agentes ſumma diligentia & ſollicitudine curam ipſam perficere. Et eo amplius, quoniam quodlibet horum duorum perſeuerantium & incenſorum præternaturalium accidentium ſeorſum & magis coniunctum eſſe morborum periclitantium, & proprie hydropis hecticæ & excoriationis renum perfectiuum.

Ad ipſum ergo principale quæſitum canonice & ſpecifice reſpondetur, vt hic immediate infra, duo- *1. Canon*
decim eſſe canones curatiuos dicti mictus ſanguinei. Primus canon. ¶ Euacuentur quantitas & multi- *curatiui*
tudo humorum præternaturaliter mixtorum ſanguini, & ſimul modicum diſtantium a natura ſangui- *mictus ſanguinis.*
C nis, ſi taliter peccant, & proprie ſanguis euacuetur ſuperfluens quantitate ſi taliter ſuperfluit. Secundus
canon. ¶ Mundificentur ſtomachus & epar proprie a phlegmate & ſtomachus proprie, & primo eua- 2.
cuatione minoratiua cum medicinis leuibus. Tertius. ¶ Digeratur phlegma ipſum, & proprie viſcoſum, 3.
& maxime in ſtomacho & epate medicinis non valde ſubtiliatiuis, nec inciſiuis, nec aperitiuis, nec calefactiuis, nec abſterſiuis talibus valde, ſed tantum remiſſe talibus omnibus ipſis operationibus perfecti-
uis. Et hoc propter renum retentiuæ debilitatem. Quartus. ¶ Euacuetur eradicatiue phlegma ipſum, 4.
& proprie viſcoſum, & proprius a ſtomacho, & ab epate ad renes ipſos præcipitans. Quintus. ¶ Diuer- 5.
tatur phlegma idem ad renes præcipitans, & primo vomitu, ſed raro, ſecundo per inteſtina & crebro.
Sextus. ¶ Digeratur paulatim, & proprie in ipſo ſtomacho phlegma dictum ad renes ipſos præcipitans 6.
epate mediante. Septimus. ¶ Euacuetur paulatim, & proprie a ſtomacho phlegma idem. Octauus. ¶ In- 7.
D frigidetur ſanguis, & proprie in renibus & acuitas ipſius corrigatur & epar confortetur. Nonus. ¶ In- 8.
craſſetur ſanguis idẽ. Decimus. ¶ Confortetur virtus digeſtiua ſtomachi debilis. Vndecim.⁹ & 12. ¶ Con- 9. 10.
fortetur virtus digeſtiua renum medicinis remiſſe ſtipticis, renum tantum mediæ vnitiuis, & conſe- 11.
quenter tantum confortatiuis & non conſtipatiuis renum ipſorum. ¶ Euacuatiuum quantitatis & 12.
multitudinis humorum mixtorum ſanguini & proprie ſanguinis ipſius, &c. ſi ſanguis ipſe proprie quantitate ad ſecuram euacuatiuam artificialem trahente ſuperfluitur, &c. vt ſupra iuxta doctrinam
primi canonis vniuerſalis ſupraſcripti. Si repletio eſt ſanguinis, &c. vt hic immediate ante, tunc primo *Vena ſectio.*
phlebotomia fiat baſilicæ brachii dextri, per quam non minus quam vj ℥. nec amplius quam vij ℥. ſanguinis euacuentur ad hoc conſentiente virtute. Iſta phlebotomia taliter fiat, vt hic ex directo ſtomacho ieiuno in mane 2. hora diei, prius tamen habito ventris beneficio naturaliter, aut ſaltem artificia-
E liter cum enemate communi aut cum ſuppoſitorio communi facto ex melle, aut ex lardo ſalſo, & poſtea iterum bene ſalſato, aut ex radice blitis optime ſalſæ, deinde corpore exercitato ſaltem per vnum miliare. Et ſi exercitium eſt ipſi diſproportionale, quod veriſimile eſt in hoc caſu, tunc loco ipſius fiant fricationes cum manibus ſaltem medie, primo pedibus & cruribus vſque ad genua excluſiue: deinde manibus & brachiis vſque ad humores excluſiue. Et iterum hæc phlebotomia ipſa non fiat luna exſiſtente in gemini, nec in coniunctione, nec in oppoſitione cum ſole, nec aliquo alio malo aſtrali aſpectu præſente. Et iterum hæc phlebotomia ipſa taliter fiat non præcedente aliqua alia notabili euacuatione ſanguinis, nec aliorum humorum indifferenter vndecunque & conſequenter ſolum virtute ad hoc conſtante phlebotomia ipſa taliter fiat. ¶ Minoratiuum phlegmatis a ſtomacho & epate, &c. vt ſupra iuxta
doctrinam ſecundi canonis generalis ſupraſcripti. ℞. *caſſiæ fiſtulæ electæ & noniter tractæ* ʒ j. *ſebeſten pul-* *Potio ſolutiua.*
F *parum* ℈ *iij. myrobalanorum chebulorum* ʒ j. *aquæ abſynthii q. ſ. pro potione: pulpa ipſa ſebeſten prius minutim inciſa, poſtea molantur optime, ſeu diſſoluantur optime in mortario cum piſtillo & ſine igne cum alicu-*
ius partis dictæ aquæ quantitate ſufficienti ad hoc. Vltimo omnia ſimul miſce, & fiat potio. ¶ Digeſtiuum *Potio digeſtiua.*
materiæ dictæ, & proprie in membris ipſius, &c. vt ſupra in tertio canone ſupraſcripto deſcribitur. ℞. *ſyruporum de abſynthio, de roſis ana* ʒ j. *de granatis tantum* ʒ ß. *& non oxyſacchara, quoniam acetum non conuenit, niſi miſceatur bolus armenæ, aqua cichoreæ* ʒ ij ß. *miſce.* ¶ Eradicatiuum dictæ materiæ, & proprie a dictis membris, &c. vt in quarto canone ſupraſcripto notatur. ℞. *medicamen primum minoratiuum ſupraſcriptum compoſitum ex caſſia fi. &c. vt ibi.* Hoc vero medicamen augeatur per quartam partem medicaminis ipſius totius. ¶ Diuerſiuum a ſtomacho & ab epate, & proprius a ſtomacho ad inteſtina, &c.
vt in quinto canone ſupraſcripto. ℞. *myrobalanorum chebulorum citrinorum* ℈ j. *emblicorum* ℈ ß. *a-* *Pilulæ.*
G *garici electi* ʒ ß. *Agaricus ipſe in fruſta minuta diuiſus, & non piſtatus, infundatur per horas iiij. in mellis roſati colati quantitate ſufficienti ad eiuſdem agarici debitam imbibitionem ex dicto melle roſato colato*
deinde reliqua pulueriZanda pul. ſeorſum & differmiter, vt decet ſecundum canonem. Et poſtea ſimul debi- *Prouocatio*
te incorporentur in mortario cum piſtillo, & ſine igne. Vltimo ex hac mixtura formentur pilulæ vij. pro ʒ. ¶ Di- *vomitus.*

uerſiuum a ſtomacho per meri ſeu per vomitum. Prouocetur vomitus cum digito impoſito in princi- A
pio meri ſeu gutturis. Iſte vomitus taliter prouocetur poſt prandium per vnā horam in ſingula medie-
tate mēſis cuiuslibet tm̄ ſemel ex vomitu multoties paruo tēpore reiterato virtutis ſtomachi diſpropor-
tionentur. Si vero medicamen congruit efficacius, tunc prouocetur vomitus cum penna plumata oleo
acuti ſaporis intincta, poſtea principio meri impoſita, &c. vt hic ante de vomitu cum digito. Si vero me-
dicamen congruit efficacius, prouocetur vomitus cum mixtura tepida compoſita ex aqua, aceto & oleo
acuti ſaporis, & non prouocetur cū decoctione raphani, quoniam eſt renum valde læſiua. ¶ Digeſtiuum
Vomitoriũ. vſuale materierum dictarum in mēbris dictis, &c. vt hic in 6. canone ſuprascripto. ℞. *aquarum. chamo-
millæ ℥ j. abſynthii ℥ j ß. vini granatorum, non facti acetum ℥ j. coriandrorum præparatorum ℈ j. ſachari albiſ-*
Pilulæ. *ſimi trium coctarum ℥ j ß. miſce.* ¶ Solutiuum facile & vſuale, &c. vt in 7. canone ſuprascripti. ℞. *agarici e-
lecti rheubarbari electi an. ℈ j. myrobalanorū, chebulorū citrinorum ana ℈ ß. ſquinanti gra. ij. Agaricus ipſe in* B
*fruſta minuta diuiſus & non piſtatus infundantur per horas ij. in mellis roſati colati quātitate ſufficienti, &c.
vt ī alio recepto cōpoſito ex myrobalanis chebulis citrinis, &c. vt ibi. Vltimo ex hac mixtura fiat pilulæ vij.* Re-
Potio contra calidit. renum. miſſiuum malæ complexionis calidæ renum, &c. vt in 8. canone ſuprascripto. ℞. *ſyruporum roſati facti ex
optimo ſacharo albiſſimo trium coctarum, quoniam quodlibet aliud ſacharum calidum eſt ſaltem in gradu ſe-
cundo quod non conuenit.* (Et ita ſubſequenter intelligatur in hoc caſu de quolibet alio medicamine ſa-
Alia. charato) *de portulaca ℥ ij. aquarum acetoſæ ℥ ij. endiuiæ ℥ j. miſce, &c.* ¶ Remiſſiuum caliditatis renum vt
immediate ſupra efficacius ipſo priori immediate. ℞. *ſyruporum nenupharis, roſati ana ℥ j. aquarum plan-*
Vng ad idẽ *taginis, acetoſæ ana ℥ j ß. miſce.* ¶ Remiſſiuum caliditatis renū, &c. vt immediate ſupra. ℞. *oleorū roſati ℥ ij.
cydoniorū ℥ j. ſuccorum plantaginis, portulacæ ana ℥ ß. draganti, gummi arabici ana ʒ ß. ſandalorū rubeorum
ʒ ß. boli armeni ʒ j ß. ceræ albæ q. ſ. ad omnia ſimul optime coniungendum pro vnguento molli pul. pul. ſeorſum* C
Potio refrigerans ſanguinẽ in renibus. *& difformiter, vt decet ſecūdum canonem, deinde omnia ſimul miſce. Vltimo ad lentum ignē fiat vnguentum
molle pro renibus.* ¶ Infrigidatiuum ſanguinis, & proprie in renib. &c. vt in canone 9. ſuprascripto. ℞. *ſy-
ruporum de portulaca ℥ j. de roſis ℥ ß. aquæ nenupharis ℥ iij. miſce.* ¶ Infrigidatiuum ſanguinis & epatis con-
Morſelli. fortatiuum, &c. vt immediate ſupra. ℞. *ſpecierum triaſandalorum ʒ ij. diarhodon abbatis ʒ iij. ſachari albiſ-
ſimi trium coctarum ℥ xv. miſce, & cum aquæ acetoſæ quantitate ſufficienti ad conficiendum fiat confectio ſo-
lida in morſellis iij ʒ pro quocunque morſello.* ¶ Incraſſatiuum ſanguinis, &c. vt in canone 10. ſuprascripto. ℞.
ſyruporum de iuiubis ℥ j. roſati, portulacæ ana ℥ j ß. aquarum acetoſæ nenupharis ana ℥ j ß. miſce. ¶ Virtutis di-
geſtiuæ ſtomachi confortatiuum, &c. vt in canone 11. ſuprascripto. ℞. *ſyruporum de mentha ℥ j ß. roſati ℥
Pilulæ confortantes ſtomachũ. ß. aquarum abſynthii, acetoſæ ℥ j. miſce.* Virtutis digeſtiuæ confortatiuum, vt immediate ſupra. ℞. *trochi-
ſcorum de abſynthio ℥ j ß. roſarum ʒ iij. coriandrorum præparatorum ʒ j. corallorum ru. ℈ j. Pulueri zentur o-* D
*mnia ſeorſum & difformiter vt decet ſecundū canonem, deinde cum ſyrupi de myrto quantitate ſufficienti ad
hoc omnia ſimul optime incorporentur in mortario cū piſtillo, & ſine igne. Vltimo ex hac mixtura formentur*
Morſelli ad idem. *pilulæ vij. pro ʒ.* ¶ Confortatiuum ſtomachi &c. vt immediate ſupra. ℞. *ſpecierum aromatici roſati deſcri-
ptione Gabriel. ʒ. ij. corallo. rub. ℈ j. coriandrorum præparatorum ʒ j ß. ſachari albiſſimi trium coctarum ʒ xij.
Pulueri zanda pulueri zentur ſeorſum & difformiter, vt decet ſecundum canonem ad hoc, deinde ex omnibus
ſimul mixtis cum aquæ acetoſæ quantitate ſufficienti ad conficiendum fiat confectio ſolida in morſellis iij ʒ pro
quocunque morſello.* ¶ Confectio confortatiua ſtomachi, &c. vt immediate ſupra. ℞. *vnctionis ſtomachicæ
Meſuæ quantitate ſufficiente pro vnguendo ſtomachū tantum. ℞. cerati ſtomachici Galeni quantitatē ſuffici-
entem pro ceratando ſtomachū ipſum. ℞. ſacculū ſtomachalem compoſitum ex abſynthio, mētha, roſ. labruſ-
ſcæ florib. calamo aromatico, mace, cinamomo, garyophilis, ſpica, corallis rubeis, coriandris præparatis. Quan-* E
*titas omnium proportionales ſufficientes pro ſacculo ſtomachico. Pulueri zentur omnia ſeorſum & difformiter
&c. & fiat ſacculus formæ ſeu figuræ ſcutalis ſiue vnius ſcuti. ℞. medicinarum omnium immediate ſupraſcri-
ptarum in dicto ſacculo quantitatem ſufficientem pro fomentatione aquæ ciſternæ q. ſ. ad bulliendum ſi ſuffici-
enter, medicinas iſtas pro fomentatione eadem vel ad libitum fomentationibus miſce, deinde ſimul bulliant ad
mediocrem ignem vſque ad conſumtionem quartæ partis dictæ aquæ. In hac decoctione debite calida infundatur
ſpongia, deinde inter duo inciſoria debite exprimatur poſtea taliter expreſſa & debite calida, & panno lineo al-
bo ſubtili & ſimplici inuoluta ſtomacho ieiuno apponatur ſecundum neceſſitatem.* ¶ Confortatiuum virtutis
Potio. cōtentiuæ renū medicinis tm̄ remiſſe ſtipticis, & non intenſe talib. &c. vt in canone 12. ſuprascripto no-
tatur. ℞. *ſyruporū de myrto, de roſis an. ℥ j. ſucci liquiritiæ ʒ ij. aquæ endiuiæ ℥ ij. raſuræ eboris ʒ ß. miſce.* ¶ Vir-
Vnguentũ. tutis contentiuę renū confortatiuū, &c. vt immediate ſupra. ℞. *oleorum cydoniorum ℥ ij roſa. ℥ j. dragagā-* F
*ti, gummi arabici ana ℈ j. boli armeni ʒ ij. raſuræ eboris ʒ j. ceræ apū nouæ q. ſ. ad omnia debite coniungendum
pro vnguento molli pulueri zanda pulueri zentur ſeorſum & difformiter, vt decet ſecundum canonem, deinde
omnia ſimul miſce. Vltimo fiat vnguentum molle ad lentum ignem.* Frigida & ſtiptica & glutinatiua, ſed re-
miſſe proprie talia valde remiſſe glutinatiua, videlicet talia ſolum confortatiua vngēdo aliqualiter renes
ipſos, & nō cōſtipando in iſto caſu cōueniunt, & proprie ꝓpter procliuitatem ęgri in calculi generatio-
nem aut ſaltem arenoſum dolorē ſint remiſſe talia, cuiuſmodi ſunt granata, & proprie muza in hoc caſu,
ſuccus granatorum cū coriandri puluere. Dactyli cum bolo armeno ſacharati itidē. ¶ Confectiones im-
pugnatiuæ poſitæ ab Auicenna in extenuationis *proprio cap. libri eiuſdem.* E itidē confectio proxima in-
fraſcripta. Et lac ouinum ad hoc eſt ꝓprium, & proprie ſumtum ſtomacho ieiuno. Et poſt ipſum lac non
eſt dormiendum, & iterū melius lac ipſum ouinū, cui miſceatur bolus armenꝰ & renes comeſti ꝓprium G
ſunt medicamen ad hoc videl. ¶ In confortatione renum ipſorum, & ꝓprie ſi permiſcentur cum eis pro-
hibentia renum dilatationem, ſed non notabiliter ſtiptica propter procliuitatem ægri in calculum, &c.
vt ſupra. Lamina plumbi plurib. foraminib. paruis perforata ſuper dorſo ex directo renū portata. ¶ Cō-

fectio

A fectio reſtauratiua, de qua hic proxime ſupra fit mentio. Confectio ſecundum modum conſuetum, &c.
℞.pulparum tantum albarum, videlicet ſolum alarum muſculorum & pectoris caponis annualis & non antiquioris nec iunioris menſium ſex, & non multum pinguis, ſed tantum mediæ pinguedinis, aut ad libitum, pulparum phaſianorum vel perdicum non antiquorum, videlic. non maioris ætatis menſium nouem, nec minoris menſium trium, & nec nidificãtium nec ouantium. Aut ad libitum pulparum caſtrati annualis vel circa non minoris ætatis menſium 11. nec maioris menſium 13. aut ad libitum pulparum hædi ſeu capreti domeſtici debite pinguis, ætatis non minoris vnius menſis, nec amplius menſium duorum, verum pulpæ ipſorum pullorum in hoc caſu præſtantiores ſunt, quoniam humores æquant, deinde hædorum ſeu capretorum domeſticorum, poſtea phaſianorum & perdicum, & vltimo caſtratorum ipſorum lib.3. amygdalarum dulcium excorticatarum ℥j phyſticorum ℥ ij. pinearum granorum mundatorum, deinde ter infuſorum in aqua feruenti. Et poſt infu- Morſelli.
B *ſionẽ pro qualibet vice extenſorũ immediate ſuper panno lineo albo, deinde ipſa grana taliter extẽſa immediate, poſtea immediate cooperiantur vno alio panno lineo. Vltimo ipſa taliter cooperta & extẽſa immediate inter dictos duos pãnos & exprimãtur aliqualiter ita vt oleageneitas ſtomachi læſiua ab eis abiiciatur antequã grana ipſa frigeſcant ℥iij ſiſami granorũ ℥j. ſeminum communium quatuor maiorum frigidorũ ℥ iij. dragaganti, gummi arabici an. ℥j ſpecierũ aromatici roſati deſcrip. Gabriel. ʒ vj. raſuræ eboris ʒ iij. electuarii regum ʒ iij. diadraganti frigidi Nicolai ℥ v. penidiarum ℥ vj. ſachari albiſſimi triũ coctarum q.ſ. ad conficiendum, ita vt confectio ipſa ſit guſtui valde delectabilis. Pullus ſeu capo ipſe aut ad libitum aliquæ aliarum carnium hic anteſcriptarum decoquantur debite, & tamen non multum decoquantur: deinde ipſius caponis pulpæ tantum albæ alarum muſculorum & pectoris caponis aut ad libitum carniũ aliarum minutim cum cultello incidãtur & non piſtentur, nec ſuccus earum ſubſtantificus ab ipſis abiiciatur, poſtea molantur & triturẽtur optime, deinde*
C *puluerizanda pul. debite & reliqua non puluerizanda molantur, vt dictæ pulpæ caponis ipſius poſtea electuarium ipſum diadragagantum & ſacharum dicta addantur dictis pulpis taliter multis, deinde ipſa ſimul mixta cum ſyrupi roſati quantitate ad lentum ignem optime incorporentur, & poſtea iſti mixturæ depoſitæ ab igne dictæ ſpecies addantur, & omnia optime ſimul incorporentur ſeu infundantur. Vltimo ex tota iſta mixtura fiat confectio ſolida in morſellis iij ʒ. pro quocunque morſello.* Supraſcriptarum vero quarumlibet compoſitarum, quam ſimplicium medicinarum medicinas omnes ſimplices colligetales, & proprie a medicinalibus auctoribus, vt hic infra proxime notandis in eorum capitibus. Rubricarum ſeu titulorum omnium morborum deſcriptorum in tota dicta ſcriptura in principio ſupraſcripta, videl. in eorum capitulis rubricarum ſeu titulorum curarum malæ complexionis calidæ renum dilatationis ipſorum malarum cõplexionum digeſtiuarum ſtomachi, epatis, lapidis renum præſentis, aut ſaltem præſeruationis a futuro
D lapide & partim. Sed tamẽ ſecundum minus in capitulis eorum propriis librorum ſuorum de ſimplicibus auctorum in quã ipſorum ſpecialium ad hoc, de quib. hic proxime ſupra generalis fit mentio, videl. Auicennæ, Galeni, Serapionis, Rhaſis *in breuiario & additionib. ſuis. Haliabatis cõtinentis*, Rhaſis & Azarini. Quib. etiam auctoribus omnib. plures alii auctores in medicinis omnib. ſimplicibus ſupraſcriptis explicite ad hoc communicãt. ¶ Quantum vero in morbo quolibet medicinali arte curatiua neceſſario indigente virtus ſeu virtutis aut virtutum potentia corporis cuiuslibet ægri varietatẽ neceſſario patitur gradualem. Morbus vero quilibet ſeu potẽtia eius varietatẽ cerebro formalẽ ſimul patitur, & neceſſario gradualẽ tam ex ipſorum virtutis & morbi cuiuslibet phyſicorum ſeu naturalium tẽporum fluxu, q̃ ex eorundẽ virtutis & morbi medicinaliũ tẽporum decurſu, quã ẽt & tertio exordinato, & tñ valde pluries inordinato regimine ſex rerum nõ naturaliũ & reb. eiſdẽ annexarum, in morbo ipſo quolibet neceſſa-
E rio corpori applicatarum, & iterum, & quarto loco ſeu ex quarta cauſſa, quã ẽt ex vſu rerum accidẽtaliter & corpori, videl. medicinarum cõuenienter & valde multoties in morbo quolibet inconuenienter applicatarum. Proinde ſupraſcriptis medicinis aliis quibuslibet vtatur infirmus ſolum iudicio & conſilio ſpectabilium & circumſpectorum dominorum Medicorum celeberrimorum ſupraſcriptæ præſentium & ipſam diligenter perficientium.

Cons. CVIII. *Contra lapidem in veſica.*

Caſus in terminis.

MOrbus proprie fuit lapis veſicæ, qui eſt morbus in numero addito, chronicus multum, videlic. tempore infantiæ alio lapidẽ præcedente corporis, ætatis, fortitudinis ſeu finis adoleſcentiæ parte habitudinis naturalis, mediæ ſexus virilis, artis ciuilis, ſed in aucupando equeſtris exerci-
F tii laborioſi, regionis medii anni horæ præſentis hyemalis virtutum omnium naturalium & vitalium, & ſaltem nutritiarum; alias nutritiuarum bene conſtantium virtutib. ſtomachi & epatis digeſtiua renum expulſiua, quæ expulſiua eſt inteſtinorum & veſicæ omnib. his duntaxat exceptis; cuius corporis naturalis complexio totius aliqualiter calida cholerica & renum, & veſicæ, & amplius epatis adhuc lapſa, ſtomachi vero complexio frigida eſt, & humida aliqualiter. Accidentia dicto morbo ſeu lapidi in veſica *Accidentia morbũ*
coniuncta curam ad ſe trahentia ſunt duo, dyſſuria, ſeu difficultas mingendi, quæ eſt mictus modicus & *hunc concomitãtia.*
credo impotentia retinendi vrinam cum vrinandi intenſo appetitu. Accidẽtia ipſum morbum concomitantia ſunt grauedo in pectine & peritoneo difficultas mingendi, quia non ſine magna & notabili compreſſione. Accidentia ipſum morbum ſequentia ſunt dolor intenſus in virga, pectine, & proprie in mictu, impotentia mingẽdi aut ſaltẽ difficultas hora neceſſitatis exitus egeſtionis ſeu inteſtini recti, &c. *Sequentia.*
G Ardor vrinæ, excoriatio virgæ, excoriatio veſicæ in collo, excoriatio fundi vel corporis veſicæ. ¶ Cauſſæ *Cauſſa lapidis veſicæ.*
lapidis veſicæ morbi ſupraſcripti cauſſæ coniunctæ. Prima, arenulæ multæ ex vna phlegmatis crudi & mucilaginoſi, & proprie mucilaginoſi diu & præternaturaliter in veſica retentorum ibidem generatæ, ſicut dicti morbi & lapidis partialis cauſſa materialis. Secunda, phlegmatum crudorum dictorum in ve-

ſica crudi & mucilaginoſi, & proprie mucilaginoſi pars altera dictas arenulas in ſe copulans & inuiſcans. A
Eſt dicti lapidis pars altera materialis. Tertia, caliditas intenſa veſicæ dictas arenulas cum parte dicto-
rum phlegmatum congerens. Vltimo totum taliter digeſtum in lapidem tranſmutans dicti lapidis eſt
cauſſa efficiens, imo & ſola caliditas temperata veſicæ ſufficiens eſt, ex ipſis phlegmatibus taliter diu re-
tentis, arenulas & tandem lapidem generare. Quam autem magis caliditas intenſa cauſſæ anteceden-
tes. Prima, debilitas expulſiuæ virtutis veſicæ dictas arenulas ac dicta phlegmata ab ipſa veſica expellere
ad extra in dicto tempore non valens, propter quam arenulæ & phlegmata dicta diu & præternaturali-
ter retinentur. Secunda, dictorum phlegmatum a ſtomacho & epate ad renes, & tandem ad veſicam a
renibus præcipitatio, ex quibus taliter diu retentis, vt ex materia arenulæ & lapides generantur. Tertia
attenuatoria viæ colli oppilatio cauſſæ antecedentes, dictarum cauſſarũ antecedẽtium. Prima, caliditas B
& humiditas veſicæ ſuperflua dictam expulſiuam eiuſdem debilem taliter & inæqualiter debilitãtes. Se-
cunda, inteſtinorum expulſiuæ debilitas dicta phlegmata non ſufficienter educens, qua debilitata ipſa
phlegmata a ſtomacho per corruptam, & ab epate per diminutam digeſtionem genitam a ſtomacho &
ambo ab epate in renes præcipitantia tandẽ ab ipſis renibus in veſicam deciduntur, inteſtinis dicta phle-
gmata non debite purgantibus a dictis membris. Tertia venarum meſaraicarum ab epate inteſtinis op-
pilatio, &c. Quare phlegmata, tam in epate, quam in ſtomacho genita ad renes præcipitantia in veſicam
ab eis effluunt. Quarta cauſſa eſt ex generatione, ſcilicet debilitas informatiuæ virtutis colli veſicæ, vel
eius materiæ generatiuæ quantitas diminuta, quæ debilitata vel materiæ diminutæ ipſa via colli taliter
ſtricta a generante generatur. Et ita eiuſdem colli oppilatio attenuatoria a generatione producitur, aut
cauſſa ex tempore talis ipſam taliter cohortans, & ſibi attenuatoriam oppilationẽ producens. ¶ Cauſſæ C
primitiuæ. Prima, inordinatum regimen ſex rerum non naturalium, & eis annexorum quantitate pec-
cantium, quo in ſtomacho per corruptam digeſtionem, & in epate perualde diminutã dicta phlegma-
ta generantur. Et ſi dictum regimen ſit ſex rerum calidarum & frigidarum. Secunda, vſus nutrientium,
exercitii, quietis & eis annexorum qualitate peccantium omnium intenſe infrigidantiũ dictas comple-
xiones frigidas naturales ſtomachi & inteſtinorum ad frigiditatem intenſiorem tradentium, ex qua vel
quibus frigidis complexionib. membrorum dictorum in ſtomacho & epate dictæ materiæ generantur.

Cura vniuerſalis dicti lapidis veſicæ. Canones curatiui.

1. Canon. PRimus. Regimen in ſex rebus non naturalib. ſit qualitate calefactiuum ſubtilitatiuum & aperitiuum
in omnib. ipſis, tamen leuiter. Quantitate vero ſit dictum regimẽ, vt in propriis capitulis dicetur in- D
2. ferius. Secundus. ¶ Euacuentur materiæ communes ſuperfluę in viis ductuum membrorum naturaliũ.
ſ. fæces ab inteſtinis, vrina cum fundo ſuo a veſica, & phlegmata a ſtomacho, & inteſtinis medicinis leni-
3. tiuis & lauatiuis, vt bibitis & ſuppoſitis, & potionibus clyſteribus. Tertius. Minorentur ventris ſolutio-
ne antecedentes cauſſæ, & proprie materiæ dicti lapidis veſicæ a dictis membris, in quib. vigẽt, ſicut hu-
mores aduſti prius, tamen mucilaginoſi, quam cruda & amplius a vaſis totius, a venis & potius ab epate
4. medicinis bibitis & leuibus ſolutiuis, & propriis ad hoc per tertiam & quartam virtutes earum. Quartus
¶ Digerantur dictæ materiæ omnes antecedentes cauſſæ lapidis, & in dictis membris omnib. & proprie
mucilaginoſum phlegma in epate medicinis bibitis ad hoc propriis per ſecundam, tertiam, & quartam
5. virtutes earum. Quintus. Aperiantur leuiter dicta membra omnia, in quib. dictæ materiæ antecedentes
peccant, præterquam renes & communib. epatis; ne dictę materiæ ad veſicam præcipitẽt, concauũ vero E
epatis aperiatur ad inteſtina, vt ipſæ dictæ omnes materiæ ad extra aperiantur, antecedẽtes digeſtæ edu-
6. cantur inde apertæ, & proprie mucilaginoſæ medicinis ad hoc ꝓpriis, vt ſupra. Sextus. ¶ Eradicẽtur ma-
teriæ omnes dictæ cauſſæ antecedentes lapidis a dictis membris, vt ſupra, medicinis propriis ad hoc per
7. tertiam virtutem. Septimus. ¶ Diuertantur omnes dictæ materiæ antecedentes, & proprie mucilagino-
ſæ a dictis membris, in quibus vigent, videlicet a vaſis totius ſeu venis ad extra ab epate vero & renibus
mediante epate ad inteſtina medicinis propriis per tertiam & quartã virtutes motu proprio membro-
8. rum & ſudore. Octauus. ¶ Aperiãtur efficacius modo quam prius in canone quinto omnia dicta mem-
bra, in quib. vigent dictæ materiæ cauſſæ antecedentes, præterquã renes & gibbus epatis, ne præcipitent
materiæ, &c. & veſica, in qua cadunt & mucilaginoſum phlegma & arenulæ cauſſæ cõiunctæ peccantes
aperiantur, videl. concauũ epatis ad inteſtina, & ad extra ex veſica, vt materiæ antecedẽtes & coniunctæ
educant & effluant apertæ, & proprie a veſica mucilaginoſum phlegma & arenulæ medicinis ad hoc ꝓ- F
9. priis per ſecundã, tertiam & quartam virtutes. Nonus. ¶ Aſtringantur dictæ materiæ omnes cauſſæ an-
tecedentes & coniunctæ a dictis membris ſic apertis, & ꝓprie mucilaginoſæ a veſica ꝑ ſecũdam, tertiam
& quartã virtutes medicinarũ ad hoc ꝓpriarum. Renib. vero & gibbo epatis abſterſio non fiat, ne dictæ
materiæ ad veſicã præcipitent, ſed amplius a renib. & epate ad inteſtina diuertantur medio modo epatis
10. concauo medicinis ad hoc ꝓpriis per tertiam & quartã virtutes. Decimus. ¶ Mundificentur a dictis mate-
riis antecedentib. coniunctis & peccantib. omnia dicta membra, & proprie veſica arenulis, & phlegmate
mucilaginoſo dictis cauſſis cõiunctis lapidis videl. ſtomach⁹ vomitu, & ampli⁹ inteſtina, ſeceſſu inteſtina
& epatis concauũ & gibbus eius per inteſtina ſeceſſu, veſica vero per eius collum viam medicinis ad hoc
11. propriis per ſecundam, tertiam & quartam virtutes. Vndecimus. ¶ Remoueantur malæ complexiones
dictorum membrorum, & proprie renum & propriiſſime veſicæ, videl. frigida & humida cõplexio ſto- G
machi & inteſtinorum & calida, & humida, renum, epatis, & veſicæ modis vel medicinis ad hoc ꝓpriis,
vt partim frigidis & humidis, partim calidis & ſiccis ipſis ꝯtrariis medicinis aliqñ ſimul mixtis, aliquan-
12. do diuiſim datis. Duodecim⁹. ¶ Confortetur virtus dictorũ mẽbrorum oĩm ſtomachi. ſ. digeſtiua & expul-
ſiua

A ſiua & inteſtinorum expulſiua & epatis digeſtiua, & proprie renum expulſiua, quæ expulſiua eſt ad ipſos
renes ab epate & ab aliis membris fluens, repellere non valens, & propriiſſime veſicæ ad extra expulſi-
ua. Et hoc medicinis propriis per ſecundam, tertiam & quartam virtutes, & amplius per quartam. Ter-
tiuſdecimus. ¶ Si lapis in veſica genitus ſit, & retineatur ibidem, cum medicationis benefi.io educibilis 13.
ad extra, tunc collum veſicæ & via vrinationis in virga diſponatur intus, & extra medicinis lenitiuis ad
hoc propriis per ſecundam, tertiam & quartam virtutis ipſarum. Decimuſquartus. ¶ Apetiatur dictum 14.
collum, & via vrinalis in virga medicinis aperitiuis ad hoc, vt ſupra. ¶ Decimuſquintus. ¶ Educatur la- 15.
pis ad extra medicinis prouocatiuis per ſecundam, tertiam & quartam virtutes. Decimuſſextus. Si la- 16.
pis in veſica retineatur non educibilis ad extra propter eius magnitudinem aut malam figuram aut ex
B impotentia virtutis expulſiuæ veſicæ, tunc lapis minoretur & frangatur medicinis propriis ad hoc per
ſecūdam, tertiam & quartam virtutes earum. Decimuſſeptimus. ¶ Aperiatur dictum collum & via vri- 17.
nalis, veſicæ & virgæ, medicinis ad hoc propriis aperitiuis per ſecundam, tertiam & quartam virtutes.
Decimuſoctauus. ¶ Si materia lapidis taliter comminuti propter longam moram in veſica præ magni- 18.
tudine non ſit educibilis, tunc in iſto caſu eius cura eſt inciſio colli veſicæ, & inde ipſius lapidis extractio
omnes factæ ſecundum canonem Auicen. & ceterorum auctorum cum cautela magna & proprie in
perſona adulta.

Cons. CIX. *Contra mictum in lectum.*

EVitet diuretica ſeu prouocantia vrinam. Euitet brodialia & ferculum in cœna, ſed in prandio comedat ferculum. Vtatur vino nigro nō vinoſo. ¶ Solutiuum facile. ℞ *caſſiæ fi.* ℥ ß. *myrobalanorum citrinorum, chebulorum ana* ℈ ß. *aquæ acetoſæ q. ſ. pro potione miſce, & fiat potio.*

Potio lenitiua.

C Iſtud ſolutiuum aſſumat frigidum, vt eſt, in aurora & cum cuſtodia, & poſt ipſius aſſumtionem immediate dormiat, ſi poteſt, per vnam horam ad amplius. Et poſt eiuſdem aſſumtionem ſtet puella ieiuna horis quatuor, deinde prandeat. ℞. *oleorum roſati* ℥ j. *myrti, maſtic. ana* ℥ ß. *dragaganti, gummi arabici ana* ℈ ß. *albuminis oui optime ſpumati & conquaſſati* ℥ ß. *ſandalorum ru.* ℥ ß. *boli ar.* ℥ ij. *raſuræ eboris* ℥ ß. *ceræ nouæ q. ſ. pro vnguento molli miſce, & cum modico modici aceti ſolum q. ſ. ad penetrandum fiat vnguentum molle ad lentum ignem.*

Vnguentū.

Ex hac vnctione actu frigida vngantur renes veſperi cum vadit dormitum. Et ea vnctione taliter vti incipiat die tertia poſt aſſumtionem ſolutiui proximi ſupraſcripti.

De ægritudinibus membrorum generationis in viris.

Consilivm CX. *Contra gonorrhœam.*

D *Caſus in terminis.*

MOrbus communiter dictus, qui eſt accidens proprie eſt gonorrhœa chronica multum, corporis valde repleti, ætatis iuuentutis mediocriter robuſti, virtutum omnium ſatis conſtantium virtute membrorum & vaſorum & membrorum ſpermatis duntaxat exceptis. Cuius complexio naturalis totius eſt intenſe calida, cholerica, & proprie epatis renum vaſorum & membrorum ſpermatis. Iſtius accidentis, videlicet gonorrhœæ cauſſa coniuncta eſt triplex, videlicet debilitas retentiuæ vaſorum & membrorum ſpermatis; intenſio expulſiuæ illorum; intenſio attractiuæ eorundem membrorum.

Gonorrhœæ cauſſa.

Cauſſa antecedens ipſius eſt triplex, videlic. mala complexio humida materialis ipſorum membrorum ſpermatis, qua dicta earum virtus retentiua debilitatur. Acuitas ſpermatis dictā virtutem expulſiuam exceſſiue ſtimulans. ¶ Caliditas intenſa dictorum membrorum virtutē attractiuam ipſorum

E valde intendens. Cauſſa dictarum trium cauſſarum antecedentium ſunt tres in genere. Cauſſę malæ cōplexionis humidæ materialis dictę ſunt phlegma in ſtomacho, & eius indigeſtione multiplicatū, deinde a ſtomacho epati, ramo venę cauæ deſcendentis venis emulgentibus, & tandem vaſis ſpermatis & membris ſpermatis communicatum. Cauſſa dictæ intenſæ acuitatis ſpermatis eſt ſanguis cholericus acutus, quæ ſpermatis eſt materia. Itē ſpiritus vitalis animalis, & naturalis ingenii, qui ſpermatis ſunt formaliter generatiui omnes tales ex naturali cōplexione totius, & proprie epatis & renum, vaſorū & membrorum ſpermaticorum fuerunt aut principia ex generatione, aut tūc ex tempore diuturno dictum lapſum ad caliditatem intenſam totius & ipſorum membrorum, & ꝓprie epatis & renum vaſorū & membrorum ſpermatis producentis.

Cauſſa acuitatis ſpermatis.

¶ Cauſſa primitiua dicti accidentis, videlic. gonorrhœæ eſt duplex, videl. inordinatum regimen, & proprie quantitatis ſex rerum nō naturalium, ex quo per indigeſtionē dictum phle-

Cauſſa primitiua gonorrhœæ.

F gma in ſtomacho generatur etiamſi dictum regimē inordinatum eſſet: eſſet rerum calidarum, ſecundus tamen. ſ. frigidarum vſus nutrientium, exercitii, accidentium animi, & aliarum ſex rerū non naturalium intenſe calefacientium, & dictam complexionem naturalem calidā intēdentem ad caliditatis intentionem, ex qua generatur ſanguis cholericus & ſperma cienti dicti, ex qua caliditate multum intēſa incenditur dicta virtus attractiua membrorum & vaſorum ſpermatis. Iſtum caſum ego Antonius Cermiſonius elicui ex ſignis eſſentialibus ad ſupraſcripta omnia viſis & habitis ex informatione ipſius ægri, vt oportet. ¶ Quæritur a me cura dictæ gonorrhœæ. Iuxta caſum ſupraſcriptum ad quæſitum reſpondetur, vt hic infra, vniuerſalis cura iuxta caſum ſupraſcriptum, vt hic infra videl. Quatuordecim ſunt canones curatiui dictorum accidentium & lapſus præternaturalis humidi & dicti naturalis lapſus calidi intenſe & eductiui, videlicet gonorrhœæ malæ cōplexionis humidæ præternaturalis vaſorum ſpermatis, ſpermato acuto ex ſanguine cholerico & lapſo complexionis calidæ vaſorum & membrorum ſpermatis, e-

Canones curatiui.

G patis vel renum & totius, vt in ſupraſcripto cōcludetur. ¶ Horum 14. canonum primi ſex generales colliguntur locis quibus infra. Alii vero ſpeciales octo colliguntur aliis locis, quibus infra. Primus canon ¶ Euacuentur materię ſuperflue communes in viis ductuū, ex quarum præſentia dictę humiditatis prę-ternaturalis & naturalis caliditatis lapſā vaſorum ſpermatis epatis, renū, &c. fouentur. Hunc canonē col-

lige generalẽ *4.aphoriſm.13.& 4.primi cap.de regulis communibus ſolutioni ventris,&c.& aphoriſm.9.& 6.* A
tertii cap.de fluxu ventris omnium morborum & 4.primi cap.4. Secundus canon. ¶ Minoratione ſoluantur materiæ proprie dictorum lapſuum, videl. materia humida fluida relaxans vaſa & membra ſpermatis & materia cholerica excoquens materiam ſpermatis, videlic. ſanguinem & intendens & fouens lapſam complexionem calidam vaſorum & membrorum ſpermatis, epatis renũ, &c. iuxta caſum ſupraſcriptum
3. hunc canonem collige *4.aphoriſm.29.prima quarti cap.de cura putridorum in genere.* Tertius. ¶ Digerantur dictæ materiæ humida phlegmatica, videlicet, & cholerica ignea in dictis membris vigentes, & proprie cholerica: hunc canonem collige in *libro Galeni de partibus morbi in principio 16. continentis cap. de ſequentibus febres.* Auic. *quarta primi cap.3.& prima quarti cap.de cura putridarum in genere, primo de*
4. *criſi 9.cap.prima aphoriſm.22.primo 4.regiminis acutorum.* Quartus ¶ Eradicatione ſoluantur dictæ ma- B
teriæ, & a dictis membris. videlicet humida cholerica, &c. hunc canonem collige *4.primi cap.3.quando & qualiter euacuare oportet & cap.4.de regulis communibus ſolutioni ventris & vomitui, prima aphoriſm.*
5. *2.& 5.& 23.& 4.aphoriſm.3.& 2.quarti cap.de narratione ſignorum bonorum & 6 epidemiarum.* Quintus canon. ¶ Abiiciatur caliditas ſuperflua dictorum membrorum ſpermatis, videlicet, & annexorum, & proprie renum & epatis, &c. qua caliditate membra ipſa multum ſpermatis materiam attrahunt, & eam ex-
6. acuũt, hũc canonem collige *3.techni.* Sextus. Remoueantur materiæ ſpermatis. ſ. ſanguinis & ipſius ſper-
7. matis acuitatis, quib. labuntur, &c. Septimus. ¶ Abiiciatur ſpermatis tenuitas, qua labitur etiam ipſum
8. pro nunc incraſſando reſpectu ſpermatis temperati. Octauus. ¶ Remittatur coeundi appetitus & infra
9. temperatum appetitum pro nunc. Nonus. ¶ Minoretur quantitatiue genitum ſperma. Decimus. ¶ Cor-
10. rigatur humiditas, prohibeatur ſperma ex ſuperanti quantitate generari & intenſa acuitatis. Vndeci- C
11. mus canon. ¶ Corrigatur humiditas laxans ſpermatica vaſa. Duodecimus. ¶ Confortetur virtus reten-
12. tiua membrorum ſpermatis & vaſorum. Tertiusdecimus. ¶ Corrigatur regimen ſex rerum non natura-
13. lium, & proprie ex nutriente, cuius diſproportione ſpermatis multitudo per indigeſtionem generatur
14. in ſtomacho, & proprie diſproportione quantitatiua magis, q̃ qualitatiua & et hora & ordine diſproportionato & inordinate. Quartuſdecimus. ¶ Corrigatur regimen ex ſex rebus non naturalib. ad caliditatem labentibus, quib. exacuitur intenſe cõplexio calida totius. & proprie renũ, epatis & membrorum

Curatio particularis.
ſpermatis. ¶ Particularis curatio ſeu ſpecialis, iuxta ſupraſcriptum canonem & canones vniuerſales & cum inſtrumentis propriis dictorum canon. & caſus, vt hic infra, videlicet. Primo euacuentur materiæ

1. Canon. Euacuatio materiæ communes in viis ductuum.
communes ſuperfluæ in viis ductuum, &c. iuxta doctrinam primi canonis curatiui dicti inſtrumentis ſeu medicinis infraſcriptis primo enematibus, ſecundo potionibus, vt infra Enematib. mollitiuis ipſarum materierum & viarum ductuum ſubtiliatiuis, abſterſiuis, lenitiuis, lauatiuis & eductiuis, vt hic in- D
fra, videl. ℞ *foliorum blitis M ij. mercurialis M j. atriplicis, portulacæ, baſiliconis maioris an M ß ſeminum aneti, chartami, cannabis ana ℥ j ß. ſeminum lactucæ, coriandri hordei excorticati an. ℥ ß. vitelli ouinum ero*

Enema.
j. caſſiæ ℥ j. benedictæ ſimplicis, ſachari ru. an. ℥ ß. olei communis ℥ vj. ſalis communis ℥ ij. herbæ & ſemina bulliant ſimul in ſufficienti quantitate aquæ vſque ad conſumtionem medietatis aquæ, deinde optime exprimantur & colentur, vltimo tribus cyathis dictæ colaturæ reliqua omnia addantur, & fiat clyſtere. ¶ Secundo po-

Potio lenitiua.
tionibus lenitiuis ipſorum membrorum communium euacuentur dictæ materiæ omnes, iuxta dictum primum can. vt hic infra, videlicet. ℞ *caſſiæ f. ℥ j. ſucci violarum ℥ vj prunorum damaſcenorum aut anguſtierſium magnorum nigrorum ℥ v. ſebeſten ℥ iij. aquæ endiuiæ ℥ j. ſeri caprini q. ſ. pro potione miſce, & fiat*

2 Canon. Minoratio materierũ.
potio. ¶ Secũdo & principaliter minoratiue ſoluantur materiæ propriẽ lapſuum cauſantium dictam gonorrhœam, videlicet materia humida relaxans vaſa & membra ſpermatis, & materia cholerica exacu- E
ans ipſum ſperma, & intendens & fouens caliditatem ipſorum vaſorum & membrorum ſpermatis. Item renum & epatis, &c. iuxta doctrinam ſecundi canonis curatiui, videlicet phlebotomia & potione

Vena ſectio. Potio.
& pilulis minoratiuis eligentibus, choleram & phlegma, ſed amplius phlegma, vt hic infra fiat phlebotomia baſilicæ. ℞ *mannæ ℥ j ß. ſucci roſarum ℥ ij. rheubarbari electi ℥ ij ß. aquæ endiuiæ ℥ j ſeri caprini q. ſ. pro potione. Rheubarbarum prius inciſum minutim infundatur in dicto ſero ad minus per horas 12. deinde exprimatur, & ſubſtantia ipſius rheubarbari abiiciatur, vltimo dictæ expreſſioni ſine ſero reliqua omnia*

Pilulæ.
addantur, & fiat potio. ℞ *pilularum de rheubarbaro ℈ ij. agarici ℈ j. ſalis gemmæ gran. ij miſce, &*

3. Digeſtio paulatina materierũ. Syrupus.
cum ſucci roſarum q. ſ. ad incorporandum reformentur pilulæ vij pro ℥. Tertio. ¶ Digerantur paulatim dictæ materiæ, videlicet humida & cholerica ignea in dictis membris vigentes, iuxta canonem tertium dictum medicamen exſiccatiuis incraſſatiuis & infrigidatiuis, videlicet. ℞ *ſyrupi roſati ℥ ß. ſyrupi de portulacis ℥ j. aquarum plantaginis, acetoſæ, endiuiæ ana ℥ j. miſce, & aromatizetur cum pulueris mentæ ℈ j.* Iſtum ſyrupum aſſumat calidum in aurora quatuor diebus continuis, deinde poſt aſſumtionem ipſius ſtet ieiunus horis quatuor, & interim dormiat ad libitum, quem

4. Eradicatio.
ſyrupum incipiat aſſumere tertia poſt aſſumtionem ſolutiui minoratiui immediate anteſcripti. Quartus. ¶ Eradicatione ſoluantur dictæ materiæ, humida, videlicet, & cholerica ignea vigentes in dictis membris medicinis eligentibus & ſoluentibus choleram & phlegma ſecundum amplius choleram

Potio ſolutiua. Pilulæ.
iuxta dictum quartum canonem. ℞ *mannæ ℥ j ß ſucci roſarum ℥ ij. myrobalanorum citrinorum, rheubarbari electi, diaphœniconis ana ℥ j. aquæ endiuiæ ℥ j. ſeri caprini q. ſ. pro potione miſce, & fiat potio.* Iſtud ſolutiuum eradicatiuum aſſumat tertia die poſt completam aſſumtionẽ ſupraſcriptorum ſyruporum. ℞ *pilu-*

5. Remotio caliditatis membrorũ ſpermatis.
larum aurearum ℈ ij. agarici ℈ j. ſalis gemmæ g. j ß. miſce, & cũ electuarii ſucci roſarũ q. ſ. ad incorporandum G
reformentur pilulæ vij. pro ℥. Iſtas pilulas aſſumat in aurora cum ordinib. & modis hic ſupraſcriptis, quas pilulas aſſumat in caſu quo ſupraſcriptũ ſolutiuum non foret ipſi gratũ, ſed iſtæ pilulæ eſſent gratiores. Quint⁹. ¶ Remoueatᷣ caliditas ſuperflua dictorum mẽbrorum ſpermatis & annexorũ, vt renũ epatis & e

A medicinis infrigidatiuis ex exſiccatiuis per tertiam virtutem appropriatis ad hoc, iuxta dictum cano- *Potio alterans.*
nem quintum, vt hic infra, videlicet. *℞. aquæ endiuiæ ℥ j. portulacæ ℥ ij. nenupharis ℥ j. ſeminum cōmunium*
minorum frigidorum, videlicet lactucæ, endiuiæ, portulacæ, plantaginis an. ʒ j. corallorum rubeorū ℈ j. ſachari
albiſſimi ʒ j. miſce. Iſtud alteratiuum aſſumat calidum in aurora octo diebus continuis cum modis & or-
dinib. ſupraſcriptis in ſupraſcripto ſyrupo, quo alteratiuo incipiat vti quarta die poſt aſſumtionem ſo-
lutiui eradicatiui immediate ſupraſcripti. ¶ Confectio alteratiua. *℞. triaſandalorum ℥ iij. conficiantur in* *Morſelli*
morſellis trium ʒ pro quolibet morſello. Iſtius confectionis aſſumat vnum morſellum in mane cum ſurgit, *alterantes.*
trib. diebus intermiſſis in hebdomada, videl. vna die ſic, & alia non, deinde poſt ipſius aſſumtionem ſtet
ieiunus tribus horis ad minus: hac confectione incipiat vti octaua die poſt completam aſſumtionem a-
quarum immediate ſupraſcriptarū & ipſa taliter vtatur ſpatio 20. dierum. ¶ Epithema. *℞ ſpecierū cera-* *Epithema.*
B *ti ſandalini ʒ iij endiuiæ ℥ viij. abſynthii ℥ j. pulueris abſynthii ʒ ß. miſce, & fiat epithema. In iſto liquore tepi-*
do infundatur petia lineа dupla longitudinis vnius ſemiſſis & latitudinis medii ſemiſſis, deinde petia aliquali-
ter expreſſa ſuperponatur lateri dextro epatis, &c. hoc epithemate incipiat vti ſexta die poſt aſſumtionem ſolu-
tiui eradicatiui ſupraſcripti, & ipſam apponat dicto loco ad minus bis in die ſtomacho ieiuno, videlicet ante
prandium ſemel, & ante cœnam ſemel continuando dieb. xv ¶ Vnctio. *℞. vnctionis Galeni ℥ ij. iſta vnctione* *Vnguentū.*
tepida aut frigida ad libitum vngatur locus ex directo renum & deorſum infra renes vſq; ad os caudæ & in la-
titudine medii palmi. qua vnctione vti incipiat & vtatur tēporib. dictis, vt ſupraſcripto epithemate & vtatur
ipſa xv. dieb. continuis. ¶ Alia vnctio. *℞ olei roſati nenuphar. ℥ ß. lithargyri ℥ ß. ſeminum communium frigi-* *Aliud.*
dorum ʒ j. boli armeni, raſuræ eboris ana ʒ ß. cyperi ℈ ij ceræ quantū ſufficit pro vnguento molli miſce, & cum
aceto, quantum ſufficit ad penetrandum fiat vnguentum molle ad lentum ignem. Iſta vnctione vtatur
C cum modis & ordinib. deſcriptis in vnctione immediate ſupraſcripta. Qua vti incipiat poſt completum
vſum vnctionis ſupraſcriptæ & ipſam cōtinuet ſpatio vnius menſis, & hoc caſu, in quo non ſentiret no-
tabile iuuamentum in ſupraſcripta vnctione. ¶ Alia vnctio tertia. *℞. vnguenti populeonis ℥ j. vnguenti Ga-*
leni ℥ j ß. dragaganti, gummi arabici ana ʒ ß ſeminum portulacæ ʒ j menthæ ſiccæ ℈ j. cyperi ℈ ß. boli armeni
ʒ j. raſuræ eboris ℈ ij. ceræ albæ q. ſ. pro vnguento molli miſce, & cum oleo nenupharis q. ſ fiat vnguentum molle
ad lentum ignem. Iſta vnctione vtatur cum modis & ordinibus deſcriptis in prima vnctione. Et incipiat
vti iſta decima die poſt completum vſum vnctionis immediate ſupraſcriptæ & ipſam continuet ſpatio
quinquaginta dierum, & hoc in caſu, in quo non ſentiat notabile iuuamentum ex vnctione ſupraſcri-
pta ſecunda, &c. Si vero per iſtos tres terminos ipſarum trium vnctionum non debite conualeſcat, tunc
vtatur quatuor diebus continuis aliqua iſtarum vnctionum ad libitum, poſtea interponat quatuor dies,
D quibus non vtatur aliqua vnctione, deinde reiteret aliis quatuor diebus ſequentibus immediate aliquas
ipſarum vnctionum, & ſic pluries vtatur aliqua ex ſupraſcriptis vnctionibus cum interpoſitione, vt di-
ctum eſt, vtatur infrigidantibus, ſed moderatis, & non nimis exceſſiue frigidis. Nam non excedatur ſe-
cundum gradum frigiditatis. Iuuamētum factū ex phlebotomia præcedente, &c. Communicat huic ca-
noni, ideo non reiteretur dicta phlebotomia, niſi incumbente magna neceſſitate. Nō dormiat reſupin⁹,
id eſt, ſuper dorſo. Sextus can. ¶ Remoueātur materię ſpermatis acuitatis, videl. ſanguinis & ipſi⁹, &c, ſper- 6.
matis acuitatis medicinis infrigidatiuis appropriatis ad hoc per virtutem. Iuxta doctrinam ſexti cano- *Remotio a-*
nis, videlicet. *℞. aquarum portulacæ ℥ ij. nenupharis ℥ j. plantaginis ℥ j ß ſeminum communium minorum* *cuitatis*
frigidorū, videlicet lactucæ, endiuiæ, portulacæ, plantaginis an. ʒ ß. corallorum ru. ℈ ij ſacha. albiſſimi ʒ j. mi- *materiæ ſpermatis.*
ſce. Iſtas aquas aſſumat calidas in aurora ſex diebus continuis cum modis & ordinib. ſupraſcriptis in ſy- *Potio.*
E rupo primo, quibus vti incipiat octaua die poſt completam aſſumtionem confectionis ſupraſcriptæ in
cap. quinto. ¶ Confectio. *℞ ſpecierum triaſandalorum cum camphora ʒ j. ſeminum portulacæ ʒ ij. ſachari al-*
biſſimi ʒ iiij. miſce, & cum aqua nenupharis q. ſ. ad conficiendum fiat confectio ſolida in morſellis ij ʒ. pro mor- *Morſelli.*
ſello. Iſtius confectionis aſſumat vnum morſellum in mane cum ſurgit tribus diebus intermiſſis in heb-
domada videl. vna die ſic, & alia non, & poſt aſſumtionem ſtet ieiunus horis tribus ad minus, hac confe-
ctione vti incipiat octaua die poſt completam aſſumtionem aquarum immediate ſupraſcriptarum &
ipſam taliter continuet ſpatio vnius menſis. ¶ Confectio ſecunda. *℞. diadraganti frigidi ʒ iij. ſeminum* *Alii.*
communium frigidorum ʒ ij ſandalorum rubeorum ʒ ß. corallorum rubeorum ℈ ij. miſce. & cum aqua nenu-
pharis q. ſ. ad confectionem fiat confectio ſolida in morſellis, vt ſupra. Iſtius confectionis aſſumat vnum mor-
ſellum in mane cum ſurgit cum modis & ordinibus ſupraſcriptis in confectione immediate ſupraſcri-
F pta. Et incipiat vti iſta quarta die poſt completam aſſumtionem confectionis immediate ſupraſcriptæ.
Et ipſa vtatur taliter ſpatio vnius menſis. Septimus canon. ¶ Abiiciatur ſpermatis acuitas, qua labitur, 7.
ipſum incraſſando, &c. medicinis infrigidatiuis & incraſſatiuis appropriatis per virtutem tertiam iuxta *Abiectio a-*
ſeptimum canonem dictum ſupra in cura vniuerſali. ¶ Vnctio. *℞ olei nenupharis ℥ ß. roſati ℥ j ß. corian-* *cuitatis ſpermatis,*
dri, boli armeni, raſuræ eboris ana ʒ ß. ſucci cannæ humidæ ʒ ß. ceræ al. quantum ſufficit pro vnguento molli *Vnguentū.*
miſce, & cum aceti q. ſ. ad penetrandum fiat vnguentum molle ad lentum ignem. Iſta vnctione taliter vtatur
cum modis & ordinibus ſupraſcriptis in prima vnctione ſupraſcripto in capite quinto. Qua vnctione
incipiat vti poſt completum vſum omnium ſupraſcriptarum trium vnctionum deſcriptarum capite
quinto. ¶ Pilulæ. *℞ trochiſcorum de roſis ʒ j. de camphora ʒ ß. ſeminum portulacæ ʒ j. cyperi ℈ j. ſachari al-* *Pilulæ.*
biſſimi ℈ j miſce, & cum ſyrupo de nenuphare, quantum ſufficit ad incorporandum fiant pilulæ ix. pro ʒ. Iſta-
G rum pilularum aſſumat a iiij. vſque ad quinque ad libitum cum modis & ordinibus deſcriptis in aſſum-
tione confectionum ſupraſcriptarum in capite ſexto. Quibus pilulis vti incipiat per 12. dies poſt com-
pletum vſum dictarum confectionū ſupraſcriptarum. ¶ Confectio. *℞. raſuræ eboris ʒ ß. camphoræ gra. ij.*

Morſelli. *portulacæ, lactucæ, coriandrorum præparatorum ana ℥ j. papaueris al. ʒ ß roſarum al. ʒ ß. boli armeni ʒ j.* A
ſandalorum rub. ℈ ij. ſachari albiſſimi ℥ vj. miſce & cum ſyrupi de nenuphare q. ſ. ad conficiendum fiat con-
fectio vt ſupra. Iſtius confectionis ſumat vnum morſellum in mane, cum ſurgit, cum modis & or-
dinibus deſcriptis in pilulis immediate ſupraſcriptis. Qua confectione vti incipiat ſecunda die poſt
aſſumtionem ſupraſcriptarum pilularum, & ipſa taliter vtatur ſpatio vnius menſis. Vtatur pluries
8. pro cibis portulaca, lactuca, ſpelta & aliquoties lentibus. Octauus canon. ¶ Remittatur coeun-
Appetitū coeundi remittentia. di appetitus medicinis infrigidatiuis & exſiccatiuis appropriatis per virtutem tertiam, vt ſupra,
iuxta canonem. ℞. *trochiſcorum de camphora ʒ j. menthæ ſiccæ ʒ ß. ſachari albiſſimi ℈ j. miſce, & cum*
Pilulæ. *ſyrupo de nenuphare, quantum ſufficit ad incorporandum reformentur pilulæ ix. pro ʒ.* Iſtarum pilu-
larum a tribus vſque ad quinque in mane cum ſurgit cum modis & ordinibus ſupraſcriptis in con-
fectione immediate ſupraſcripta. Quibus pilulis vti incipiat. j. poſt completam aſſumtionem con- B
fectionis immediate ſupraſcriptæ, & ipſis taliter vtatur ſpatio vnius menſis, &c. ¶ Syrupus. ℞. *ſy-*
ruporum de nenuphare ℥ j. de papauere ℥ ß. aquarum portulacæ ℥ ij. endiuiæ ℥ j. menthæ ſiccæ ʒ ß. miſce.
Iſtum ſyrupum ſumat vj. diebus continuis cum ordinibus & modis deſcriptis in primo ſyrupo ſupra-
Confectio. ſcripto hoc ſyrupo vti incipiat poſt ſupraſcriptas pilulas immediate. ¶ Confectio. ℞. *menthæ ſiccæ ʒ j. ſe-*
minis agni caſti ʒ ß. ſeminum communium frigidorum ʒ ß. nenupharis ʒ j. camphoræ gra. ij. coral. rubeorum,
raſuræ eboris ana ʒ ß. ſachari albiſſimi ℥ vj. miſce, & cum ſyrupi de nenuphare q. ſ. ad conficiendum fiat con-
fectio ſolida, vt ſupra. Iſtius confectionis ſumat vnum morſellum in mane, cum ſurgit cum modis & or-
dinibus anteſcriptis in pilulis ſupraſcriptis. Qua confectione vti incipiat octaua die poſt aſſumtio-
nem ſyrupi immediate anteſcripti, & ea vtatur ſpatio vnius menſis. Incedere nudis pedibus eſt opti-
mum. Portetur lamina plumbi ſubtilis, longitudinis quaſi vnius ſemiſſis & latitudinis mediæ dorſo al- C
ligata & pluribus foraminibus perforata, quæ portetur in menſe diebus 20. hoc modo, videlicet duo-
bus diebus continuis & altero non, & iterum duobus diebus continuis & tertio non, & ita reiteretur
talis portatura ſpatio vnius menſis. Tunc interponat dies quindecim, continuis quibuſdam portetur,
poſtea incipiat ipſam portare ſpatio vnius menſis modo prædicto, & non amplius quam per duos men-
9. ſes. Nonus canon. ¶ Minoretur quantitate genitum ſperma medicinis exſiccatiuis & infrigidatiuis, &
Semen genitum minorātia magis exſiccatiuis appropriatis per virtutem, tertium iuxta canonem nonum dictum, &c. ℞. *ſeminis*
lactucæ, portulacæ, coriandri ana ʒ j. menthæ ſiccæ ʒ ß. ſachari albiſſimi ℥ iiij. puluerizentur omnia ſubti-
Morſelli. *liter, poſtea omnia ſimul miſce, & cum aqua nenupharis, quantum ſufficit fiat confectio ſolida in morſellis,*
vt ſupra. Iſtius confectionis ſumat vnum morſellum in mane, cum ſurgit cum modis & ordinibus de-
ſcriptis in aſſumtione confectionum deſcriptarum in 6. cap. qua confectione vti incipiat per vnum D
menſem poſt completam aſſumtionem confectionis immediate anteſcriptæ, & ea vtatur ſpatio vnius
Pilulæ. menſis. ¶ Pilulæ. ℞ *ſeminum nenupharis ʒ j. mucilaginis pſyllii, ʒ j ß. camphoræ g. j. coriandrorum præparato-*
rum ʒ j. ſeminis agni caſti, cymini ana ℈ ß. ſacha. albiſſimi ʒ ß. miſce, & cum ſyrupi de portulaca q. ſ. ad incor-
porandum formentur pilulæ ix. pro ʒ. Iſtarum pilularum aſſumat a trib. vſq; ad quinq; in mane cū ſurgit,
modis & ordinibus deſcriptis in confectione immediate ſupraſcripta. Quib. pilulis vti incipiat ſexta die
poſt cōpletam aſſumtionem pilularum ſupraſcriptarū immediate, & ipſis vtatur taliter ſpatio vnius mē-
Aliæ. ſis. ¶ Aliæ pilulæ. ℞. *menthæ ſiccæ ʒ j. ſeminis lactucæ, ſeminis portulacæ an. ʒ j ß. ſachari albiſſimi ʒ j. miſce, &*
cum ſyrupi de nenuphare q. ſ. fiant pilulæ, vt ſ. Iſtarum pilularum aſſumat a trib. vſq; ad quinq; cum modis
& ordinib. deſcriptis in pilulis immediate anteſcriptis, quib. vti incipiat viij. die poſt cōpletam aſſumtio-
nem pilularum immediate ſcriptarum. Et ipſis vtatur taliter ſpatio vnius menſis, parcius comedat con- E
ſueto & proprie in cœna vtatur aceto & coriandro præparato. Itē aliquoties lentibus & ſæpe aquæ lactis
Multus vſus aceti exſiccat ſperma. fortis acetoſitatis, de quo lecte prius extractum ſit butyrum. Multus vſus ſeminis lactucæ ſimplex ex-
ſiccat ſperma. Decimus canon. ¶ Prohibeatur ſperma exſuperanti quantitate & intenſa acuitate ge-
nerati medicinis infrigidatiuis per virtutem tertiam iuxta doctrinam 10. canonis dicti videlicet. ℞. *ſy-*
10. *rupi de papauere ℥ ß. ſyrupi de nenuphare ℥ j. ſeminis lactucæ ʒ j. aquæ portulacæ ℥ iiij. miſce.* Iſtum ſyru-
Ne ſperma in quantitate & acuitate creſcat. pum aſſumat quatuor diebus continuis cum modis & ordinibus ſupraſcriptis in ſolutiuo primo ſu-
praſcripto, quem incipiat aſſumere tertia die poſt aſſumtionem pilularum immediate ſupraſcripta-
rum. ℞. *ſeminis lactucæ, citrulli, endiuiæ, coriandri ſicci præparati ana ʒ ß. mucilaginis pſyllii ℈ ij. ſacha-*
ri albiſſimi ℈ j. miſce, & cum ſyrupi de ſtœchade q. ſ. ad incorporandum fiant pilulæ ix. pro ʒ. vt ſupra.
Syrupus. Pilulæ. Iſtarum pilularum aſſumat a tribus vſque ad quinque, cum modis & ordinibus ſupraſcriptis in pri- F
mo ſolutiuo ſupraſcripto. Quibus pilulis incipiat vti quarta die poſt aſſumtionem ſyrupi immedia-
Morſelli. te ſupraſcripti, & ipſis taliter vtatur ſpatio vnius menſis. ¶ Confectio. ℞. *diadragaganti frigidi ʒ j. dia-*
papaue. ʒ ß. ſeminum communium frigidorum ʒ ß ſpecierum triaſandalorum ℈ ij. miſce, & cum aqua ne-
Vena ſectio. *nupharis & aqua portulacæ q. ſ. fiat confectio ſolida in morſellis, vt ſupra.* Qua confectione vti incipiat ſe-
cunda die poſt aſſumtionem completam pilularum ſupraſcriptarum, & ipſis vtatur ſpatio vnius men-
ſis. Portetur lamina plumbi lumbis alligata, vt ſupra. Phlebotomia, & proprie baſilicæ dextræ minore-
tur ſanguis, qui eſt materia ſpermatis, quæ fiat exiſtente repletione notabili aut magna quantitate ſan-
11. guinis. Abſtinentia a cibo & potu, & exercitio omnibus mediocribus, & non exceſſiuis iuuat. Infrigide-
Correctio humiditatis membrorū ſpermaticorū. tur & incraſſetur ſanguis, qui eſt materia ſpermatis, quod eſt ſpecies gignens. Vndecimus canon. ¶ Cor-
rigatur humiditas in membris ſpermatis relaxans ſpermatica vaſa & membra ſpermatis. Item & humi- G
ditas genita in ſtomacho per indigeſtionem medicinis exſiccatiuis appropriatis, vt ſupra iuxta 11. can.
videlicet. ℞. *menthæ ſiccæ ʒ j. ſeminum omniū infraſcriptorū, videlic. agni caſti, cannabis, ruthæ an. ℈ ß. cala-*
Morſelli. *menti gra. ß. coriandri præparati ʒ j ß. portulacæ ʒ. ij. ſacch. albiſſimi ʒ j. miſce & cum ſucci cannæ humidæ*

q. ſ.

A *q. ſ. ad incorporandum fiant pilulæ vt ſupra & fiat medietas recepti.* Iſtarum pilularum ſumat a tribus vſque ad quinque ad libitum in mane cum ſurgit, modis & ordinibus ſuprascriptis in aſſumtione pilularum immediate ſupraſcriptarum. Quas pilulas incipiat ſumere xij. die poſt aſſumtionem confectionis immediate ſupraſcriptæ & ipſis taliter vtatur ſpatio diebus xx. ¶ Confectio. ℞. *menthæ ſiccæ ʒ ß. agni caſti ℈ j. portulacæ ʒ j. coriandrorum præparatorum ℈ ij. ſacch. albiſſimi ʒ ß. miſce. & cum aqua plantaginis. q. ſ. fiat confectio ſolida, vt ſupra.* Iſtius confectionis aſſumat vnum morſellum in mane cum ſurgit, cum modis & ordinibus deſcriptis in aſſumtione confectionis immediate ſupraſcriptæ. Quam incipiat aſſumere octaua die poſt aſſumtionem pilularum immediate ſupraſcriptarum, qua vtatur ſpatio vnius menſis.

Pilulæ. *Morſelli.*

Duodecimus canon. ¶ Confortetur virtus retentiua ſpermaticorum vaſorum & membrorum ſpermatis medicinis infrigidatiuis & exſiccatiuis, ſed amplius exſiccatiuis & infrigidatiuis appropriatis per virtutem tertiam, vt ſupra iuxta 12. cano. videlicet. ℞. *ſyrupi de mentha ʒ ij. ſeminum agni caſti ℈ j. portulacæ ʒ j. coriandrorum præparatorum ʒ ß. menthæ ſiccæ ʒ ß. raſuræ eboris ℈ j. aquæ plantaginis ʒ iij. miſce.* Iſtum ſyrupum ſumat quatuor diebus continuis cum modis & ordinib. ſupraſcriptis in primo ſyrupo, quam incipiat ſumere duodecimo die poſt completam aſſumtionem confectionis immediate ſupraſcripti. ℞. *ſpecierum diacymini ℈ j. menthæ ſiccæ ʒ ß. agni caſti ℈ j. ſpecierum tria ſandalorũ cum camphora ʒ j ß. portulacæ ʒ ß. coriandrorũ præparatorum ℈ j. raſuræ eboris ℈ ij. ſandalorum rubeorum ʒ ß. camphoræ gra. ij. ſacchar. albiſſimi ʒ xij. miſce & cum ſyrupi de nenuphare q. ſ. ad conficiendum fiat confectio ſolida vt ſupra & fiat ſecunda pars & proprietur.* Iſtius confectionis ſumat vnum morſellum in mane cum ſurgit modis vt ſupra in confectione immediate ſupraſcripta, quam incipiat aſſumere octaua die poſt ſyrupum immediate ſupraſcriptũ & ipſa taliter vtatur ſpatio dierum xx. ℞. *trochiſcorum de roſis ʒ j. portulacæ ʒ j ß. ſandalorum*

C *rubeorum ʒ j. ſeminis nenupharis ℈ ij. coriandrorum præparatorum ℈ j. menthæ ſiccæ ℈ ij. agni caſti ℈ j. ſacch. albiſſimi ʒ ß. miſce & cum ſyr. de nenuphare. q. ſ. ad incorporandum formentur pilulæ ix. pro ʒ.* Iſtarum pilularum aſſumat a iij. vſque ad v. cum ordinibus deſcriptis in aſſumtione pilularum immediate ſupraſcriptarum, quibus vti incipiat 2. die poſt aſſumtionem confectionis immediate ſupraſcriptæ & ipſis taliter vtatur ſpatio vnius menſis. Vſus menthæ humidæ cum aceto eſt optimus. Item & vſus menthæ ſiccæ eſt melior. Medicinæ ſtipticæ per tertiam virtutem, petentes membra ſpermatica iuuant.

12. Confortatio virtutis retentiuæ vaſorũ ſpermaticorum. Syrupus. Morſelli. Pilulæ.

Tertiusdecimus canon. ¶ Corrigatur regimen & proprie ex nutriente, cuius diſproportionis phlegmatis multitudo, per indignationem in ſtomacho generatur iuxta doctrinam 13. canon. videlicet. Nutriens ſit conueniens digeſtibile non multum ſubtilis ſubſtantiæ nec extreme craſſæ, ſed ſit medicinæ tendentis magis ad craſſam quam ad ſubtilem. Non aſſumat nutriens, niſi priori nutrimento aſſumto digeſto

D in aſſumendo nutriens ſubtilius præcedat craſſum. Nutriens ſit remiſſe calidum & non intenſe, quin potius declinet ad aliquale frigus, quam ad caliditatem præterquam tempore magni frigoris, quo tempore ipſum nutriens declinet ad remiſſam caliditatem & non intenſam. Regimen ex aliis rebus non naturalibus. ſ. aere &c. ſit proportionabile regimen ex nutriente dicto.

13. Correctio diætæ.

Decimusquartus canon. ¶ Corrigatur regimen ex ſ. x rebus non naturalibus ad caliditatem labentem, quibus exequitur complexio intenſa calida totius & membrorum &c. ¶ Regimen ex ſex rebus non naturalibus, & proprie ex nutriẽte ſit remiſſæ caliditatis & declinans potius ad frigus quam ad calidum, vt dictum eſt. Vtatur aliquoties his quinque. ſ. lactuca, cichorea, portulaca, endiuia, cucurbita, ciceribus fractis abiectis corticibus cum mentha, pultibus hordei & farris, alaganis minutis raris, & non ſpiſſis, coriandro præparato & cõfecto cum ſaccharo, acetoſis, ſeminibus communibus frigidis maioribus & minoribus vt. ℞. *ſeminum lactucis*

E *confectis & nõ confectis* (ſunt propria ad hoc) *ſeminis portulacæ partes iiij. agni caſti, caulis an. partes ij. aceto. aliquoties ſed raro propter nimiam macredinem, menthæ partem j. cum ſeminis portulacæ partes iij. calamento cum portulaca vt ſupra de mentha, ſemine papaueris confecto agreſta vino granatorum aqua lactis fortis acetoſitatis, de quo extractũ eſt butyrum, lacte caprino cocto vel crudo cum ʒ ij. mellis gelatino ſine croco cum modico pulueris menthæ dormiat ſuper mataratio vel ſuper lecto duro.* Incedat nudis pedibus aliquando, portet laminam plumbi, vt ſcriptum eſt, omnia hæc iuuant.

14. Correctio regiminis ex 6 rebus non naturalibus.

Cons. CXI. *Contra impotentiam coeundi propter ſolam impotentiam erectionis virgæ, ex nimia humiditate a cerebro effluente & relaxante & impediente dictam erectionem.*

F Canones curatiui ſunt decem. Primus. ¶ Minoretur phlegma a cerebro nucha & neruis. Minoratiuum. ℞. *pilularum de hiera ℈ ij. agarici ℈ j. ſalis gemmæ gra. ij. cum electuario inde fiant pilulæ vij. pro ʒ. has ſumat in aurora &c.* incipiendo iuxta finem martii proximi. Secundus canon. ¶ Digeratur paulatim phlegma in dictis membris. ℞. *ſyrupi de ſtœchad. oxymellis ſimplicis, aquarum aſparagorum, ſaluiæ miſce. Hunc ſumat in aurora quatuor diebus continuis, &c.* Tertius canon. ¶ Eradicetur phlegma paulatim a dictis membris. ℞. *pilularum fœtidarum Meſuæ, ſalis gemmæ, Zinzib. miſce & cum electuario inde formentur pilulæ viij. pro ʒ.* Quartus canon. ¶ Diuertatur a cerebro phlegma. ℞. *foliorũ blitis, aquæ maioranæ, mellis, pulueris nucis muſc. miſce. de iſto liquore ſuauiter calido attrahat per nares ſtomacho ieiuno dieb. intermiſſis, vt vna die ante prandiũ & ante cœnã & alia die ante cœnam tantum.* Quo vtatur vna hebdomada ſingulo menſe, præterquam tempore magni caumatis ipſo vti incipiẽdo per iiij. dies poſt aſſumtionẽ ſolutiui immediate ſupraſcripti. ¶ Aliud. ℞. *pilularũ de hiera ſupraſcriptarũ in 1. can.*

G *& fiant pilulæ vij. pro ʒ.* De his aſſumat a trib. vſq; ad quinq; in mane omnib. duob. diebus ſemel ad maius, ad minus vero omnib. viij diebus. Deinde ſtet ieiunus horis iiij. Quintus can. ¶ Confortetur cerebrum, nucha, nerui, cor & epar cum medicinis calidis non exceſſiuis & proprie cerebrum. ℞. *ſpecierũ confectionis diamoſchi Meſuæ. ſpecierum aromatici ro. deſcrip. Gab. tria ſandal. ru. ſine cãphora ſacch. al. q. ſ. pro confectione*

I. Canõn curatiuus. Minoratio phlegmatis cerebri & nuchæ. Pilula. 2. Digeſtio. 3. Eradicat. Pilula. 4. Diuerſio. Caput purg. Pilula. 5. Confortatio cerebri nuchæ & neruorum, &c.

miſce & cum aqua ſaluiæ fiat, &c. Iſta vtatur in mane vt ſupra, ſi vult efficaciorem priore, &c. ❡ Aliter. ℞. A
ſpecierum confectionis de aſſa Meſuæ triaſandalorū ſine camphora ſacchari albiſſimi miſce, & cū aqua ſaluiæ
Alia. *fiat confectio.* ❡ Aliter. ℞. *mithridatii* ℥ j. Iſtius aſſumat ℥ j. cū ℥ j ß. vini aromatizati non minus vinoſi, quod
ſumat per duas horas ante diem & ad minus per x. horas poſt cœnam diei præcedentis, dormiat ad libitum, ſtet ieiunus ad minus horis vij. & eo vtatur menſibus alternis ſemel aut bis, præterquam tempore
magni caumatis. ❡ Aliter. ℞. *theriacæ fermentatæ ſecundum canon.* Iſtius ſumat ℥ j. iuxta canonem mi-
6. Reſolutio paulatina phlegmatis. thridatii qui non vtatur quando vtitur mithridatio. Sextus canon. ❡ Reſoluatur paulatim phlegma, præcipue aquoſum a membris genitalibus. ℞. *oleorum raphani ſecundum Nicolaum. liliorum al. miſce.* Iſta
vnctione debite calida vngantur femur, virga & genitalia ſtomacho ieiuno proprie ante cœnam, qua
vtatur diebus alternis præterquam tempore magni caumatis vel frigoris incipiendo per x. dies poſt aſ-
Vnguentū. ſumtionem eradicatiui ſupraſcripti. ❡ Alia vnctio. ℞. *oleorum de granis coti, ſpicæ, liliorum alborum, cinerum ligni ficus, aneti combuſti miſce.* Iſta vtatur ſeptimanis alternis, ſi vult efficaciorem priore vel me- B
dicinam permutare, vt virtus vini medicamini non aſſueſcat cum modis & ordinibus ſupraſcriptis ex-
Aliud. Aliud. ceptis teſticulis qui non vngatur. ❡ Alia. ℞. *vnguenti aurei Nicolai.* Iſta vtatur vt ſupra. ❡ Alia vnctio cum
ſpongiis. ℞. *foliorum ebulorum florum chamomillæ, erucæ, eupatorii, artemiſiæ, cinerum caulium, cinerum ligni ficus, cinerum ſarmentorum vitis. herbæ & flores bulliant in ſufficienti quantitate aquæ vſque ad conſum-
tionem tertiæ partis. deinde addantur dicti cineres & non vlterius bulliant.* In iſta decoctione calida ſpon-
gia noua & lata infundatur & bene exprimatur, & ea ſic bene calida femori applicetur & virgæ ſtoma-
cho ieiuno pro qualibet vice bis, & non permittatur ſpongia ſuper loco inferiori, ſed moueatur, qua
vtatur diebus alternis & ſeptimanis alternis ſemel in die ante cœnam, preterquam tempore magni cau-
matis & frigoris. Deinde facta reiteratione & ſpongia amota fiat alia ſupraſcriptarum vnctionum ſe- C
cundum ordinem ſupraſcriptum, qua vti incipiat per viij. dies poſt inceptionem vſus primæ vnctionis
Emplaſtrū. ſupraſcriptæ. ❡ Emplaſtrum. ℞. *betonicæ, eupatorii florum chamomillæ, artemiſiæ florum ſeſimini, radicis
feniculi fruſti armenti, oleorum liliorum alb. & ſpicæ ana. q. ſ. bulliant herbæ radices in ſufficienti quantitate
aquæ ad lentum ignem, deinde reliqua addantur, miſce & fiat emplaſtrum.* Hoc emplaſtrum debite ca-
lidum ſtomacho ieiuno femori & virgæ apponatur, non teſticulis, & proprie ante cœnam diebus alter-
nis, niſi tempore magni caumatis vel frigoris, & dimittatur ſuper loco per noctem j. in mane vero re-
moueatur & fiat loco eius prima ſupraſcriptarum vnctionum, quo vti incipiat per menſes ij. poſt aſſum-
7. Confortatio virtutis membrorū genitalium. tionem eradicatiui ſupraſcripti. Septimus canon. ❡ Confortentur virtutes membrorum genitalium
cum medicinis calidis & ſiccis, calidioribus potius, non tamen exceſſiue. ℞. *oleorum de ſpica, & liliorum
alborū & ſeminum coti, galliæ moſchatæ, cinamomi, moſchi, ceræ. q. ſ. miſce. hac vnctione vngantur genitalia,* D
vt in prima vnctione incipiendo per mēſes duos poſt aſſumtionē eradicatiui, &c. qua vti incipiat poſtquam
Vnguētum Ceratum. vſus eſt per menſem emplaſtris dictis. ❡ Ceratum confortatiuum vt ſupra ℞. *corticum citri, ſpicæ, been albi
& ru. galliæ muſcatæ, macis, cinamomi, radicis enulæ, ſatureiæ, moſchi laudani, terebinthinæ quātum ſufficit
miſce.* Iſtud ceratum apponatur femori & virgæ & teſticulis, & eo vtatur alternis hebdomadis, quo vti
8. incipiat per menſem poſtquam vti inceperit vnctione immediate dicta. Octauus canon. ❡ Multiplice-
Multiplicatio materiæ ſpermatis. tur materia ſpermatis. Vtatur cibis & potibus calidis & humidis humiditate aerea, & vnctuoſa & non
craſſa non aquoſa non exceſſiue calidis, & ſint facilis digeſtionis in cœna aſſatis in prandio elixas dulce-
dine participantibus. ſ. vitellis ouorum ſorbilibus & carnibus nobilibus, pultibus frumenti, frumento
Confect. etiam debite cocto. ❡ Cōfectio multiplicatiua vt ſupra. ℞. *dactylorum electorū ſe. fœnugræci miſce & ſuffi-
cienter decoquantur. deinde extrahantur a dactylis oſſa, & exſiccentur & conficiantur cū melle triti.* Iſta cō- E
fectione vtatur ter in hebdomada in mane cum ſurgit, præterquam tempore magni caumatis, & ea vti
incipiat per mēſes duos poſt aſſumtionē ſolutiui eradicatiui ſupraſcripti, & aſſumat quantitate auellanæ
9. de eā, poſt bibat modicum vini dulcis albi non multum vinoſi. Nonus canon. ❡ Exacuatur ſperma.
Exacuatio ſpermatis. Electuariū. ℞. *phiſticorum, auellanarum mundatarum, pinearum mundatarum, teſticulorum vulpis, radicum enulæ, ſe. raphani, ſe. erucæ, ſe. ſyrupi, ſinapi, ſe. ſiſamini, nucis indæ, corticū citri, ſpicæ. galliæ muſcatæ, cinamomi, moſchi
mellis. q. ſ. piſtanda piſtentur miſce & fiat electuarium ad lentum* ignē. Iſtius aſſumat iij ℥ in mane cum ſur-
git bis in hebdomada, poſt ieiunet ad minus horis tribus. quo vti incipiat per tres menſes poſt aſſum-
10. tionem eradicatiui ſupraſcripti. Decimus canon. ❡ Multiplicentur ventoſitates cum ſpermate. ℞. *fa-
Multiplicatio ventoſitatum cum ſpermate. Elect. Enema. Diæta. rinæ cineris teſticulorum vulpis, conculārum, phiſticorum. granorum pini, auellanarum, roſarum, paſtinacæ, ſecacul ſeu eryngii, ſiſami ceparum aſſatarū, ſinapis, ſe. erucæ ſe. raphani, ſtincorum, renum, linguæ anis, aſſæ* F
dulcis mellis. q. ſ. miſce & fiat electuarium vt ſupra. Iſto vtatur cum modis dictis in alio, niſi quod eo vti
incipiat per iiij. menſes poſt eradicatiuum ſupraſcriptum. ❡ Clyſtere quod debet eſſe poſt recepta alia
vij canonis. ℞. *decoc. capitis ouis vitellum oui numero j. oleorum liliorum alborum, ſpicæ miſce.* Iſto clyſteri
vtatur debite calido, ſtomacho ieiuno & proprie ante cœnam omnibus diebus ſemel & incipiat per iiij.
dies poſt aſſumtionem eradicatiui ſupraſcripti. Vtatur farrais conditis, videlicet vno cochleari earum
in mane cum ſurgit bis in hebdomada. ℞. *vitellos duos ouorum coctorum, quibus addatur modicum aſſæ
dulcis.* vtatur piſce dicto ſepa, vtatur aſparagis, vtatur ouis gallinarum, perdicis, columbæ, cerebellis gal-
linarum, arietis cum modico ſalis, anatis & carnibus eius, vinum ſit nouum odoriferum dulce. Nota
quod die, qua vtitur vna ſupraſcriptarum medicinarum, non vtatur alia. In omnibus ſupraſcriptis me-
dici aſtantis cum ſit opportunum medicinas variare, ſecundum morborum varietatem cauſſa- G
rum & accidentium. Non vtatur ſupra ſcriptis medicinis tempore
magni caumatis.

CONS.

A

Consil. CXII. *De ægritudinibus matricis.*

Contra præfocationem matricis.

SVppoſitorium: ♃. *galliæ moſchatæ* ʒ j. *ſupponatur ad intra vuluam ligata prius in petia vel ſindone rara.* ¶ Aliud. ℞. *ligni aloes* ℈ j. *moſchi gra.* ß. *ambræ garyoph. galliæ moſchatæ ana* ℈ ß. *contundantur craſſo modo & miſce.* ſupponatur hoc medicamen in petia vt in alio. ¶ Suffumigium ad nares. ℞. *pennas perdicis vel phaſiani q. ſ. his ignitis ſuffumigētur nares.* Item cum aſſa fœtida ſuper carbones proiecta. Item cū corio ignito veteri. Iſtæ ſuffumigationes fiant tempore paroxyſmi præfocationis, aut quando timetur eius aduentus proximo incipiendo a leuiori. Fricetur os vuluæ cum digitis tinctis in oleo liliorum alborū. ¶ Clyſtere. ℞. *maluarum florum chamomillæ, meliloti, florum aneti an.* M j. *vitellum oui j. olei liliorum alborum. olei ſpicæ ana* ʒ j. *ſalis communis* ʒ j. *herbæ, flores bulliant in ſufficienti quantitate aquæ vſq; ad conſumtionem tertiæ partis, &c.* Iſto clyſteri vtatur ſtomacho ieiuno & antequam ſuperueniat paroxyſmus, quoniam valet præuiſioni a præfocatione. Item contra ventoſitatem & contra febrem, contra aborſum, contra vomitum & contra tumorem membrorum. ¶ Solutiuum facillimum. ℞. *mannæ* ʒ ij. *aquæ abſynthii* ʒ j. *brodii perdicis vel phaſiani vel pulli q. ſ. miſce vel loco mannæ fiat ſolutiuum de caſſia.*

Suppoſitorium. Aliud. Suffumigium ad nares. Enema. B *Potio ſolutiua.*

Cons. CXIII. *Contra diminutum fluxum menſtruorum poſt aborſum aut poſt partum.*

REcipe *bdellii* ʒ j. *hyſſopi ſiccæ* ʒ ß. *miſce cum hac medicina fiat ſuffumigium per embotum.* ¶ Aliud ſimile. ♃. *terebinthinæ* ʒ ß. *origani* ʒ ij. *ſinapi albi* ʒ ß. *miſce & fiat ſuffumigium vt ſupra.* Item ſi vis alteram iſtarum eſſe magis prouocatiuam, adde ſe. cicutæ.

Suffumigium ad pudenda.

Cons. CXIV. *Contra indebitam mundificationem ſanguinis poſt partum.*

C PRouocetur ſternutatio duodecies vel quindecies cum elleboro alb. quoniam valde modica quantitas ſufficit, ligentur coxæ cum genu forti ligatura alias ligatione. Ventoſæ ſine ſcarificatione apponantur pulpis interioribus coxarum verſus os vuluæ. Item pulpis tibiarum prope plicaturam genu ſuperius. ¶ Fricatio vuluæ. ♃. *galliæ moſchatæ* ʒ j. *olei de lilio* ʒ ij. *miſce cū hoc liquore calido infuſa petia intus fricetur os vuluæ & collum matricis ſuauiter.* ¶ Aliud ſuppoſitorium leuius. ℞. *myrræ pulegii an.* ʒ ß. *cinamomi* ℈ j. *feniculi* ʒ ß. *moſchi gran.* ß. *galliæ moſchatæ* ʒ ß. *miſce & ligetur in petia & ſupponatur vt ante.* ¶ Aliud. ℞. *calamenti, ruthæ, pulegii an.* ʒ ß. *ſauinæ* ℈ j. *myrræ* ʒ ß. *galliæ moſchatæ* ʒ j. *nuc. moſc.* ʒ ß. *moſchi gr.* j. *miſce, & ſupponatur vt ſupra.* ¶ Aliud. ℞. *ſauinæ ſiccæ, pulegii, radicis enulæ galbani, cinamomi, nucis moſchatæ an.* ℈ j. *moſchi gran.* j. *olei liliorum al. q. ſ. pulueriza[n]da puluerizentur, deinde omnia ſimul miſce.* In hoc liquore cotum bene infundatur, deinde in petia ſubtili & rara ligetur & vuluæ imponatur. ¶ Potio me-

D dicinalis. ℞. *aquæ mellis* ʒ iij. *pulueris pulegii* ʒ j. *miſce.* Iſtam bibat calidam ſtomacho ieiuno ad minus tribus horis ante cibum. ¶ Potio alia medicinalis. ℞. *ſeminis aniſi & cymini & pulegii an.* ℈ ß. *aquæ mellis* ʒ ij. *miſce.* Nota quod fœtida ſunt apponenda ori & naribus & nullo modo odorifera ſurſum. Item odorifera ſunt apponenda matrici & deorſum & nullo modo fœtida. Cauendū tamen eſt ne odor tranſeat ſurſum ad os & nares. ¶ Medicinę prouocatiuæ menſtruorum retentorum poſt partum, quę debent eſſe magis familiares virtuti, quam conuenientes retentes retentioni in aliis caſibus. ℞. *bdellii* ʒ ß *hyſſopi ſiccæ* ʒ ij. *laudani* ʒ ß. *olei liliorum alborum q. ſ. pro peſſario miſce. hoc imponatur orificio matricis, quod teneat propriè de nocte.* Item. ℞. *ſuprascriptas medicinas ſine oleo cum hac medicina fiat ſuffumigium matrici, ſtomacho ieiuno, quo prius vtatur quam ſupraſcripto peſſario.* deinde ſi ipſum non valuerit, tranſeat ad

E peſſarium. ℞. *terebinthinæ* ʒ j. *origani* ʒ ij. *ſinapi al.* ʒ ß. *laudani* ʒ ß. *olei liliorum alb. q. ſ. pro peſſario.* Si vis alteram iſtarum medicinarum magis eſſe prouocatiuam, *adde ſe. cicutæ* ʒ ß. *in qualibet illarum.* Iſtud peſſarium ponatur, vt ſupra, quo vtatur ſi ex ſupraſcriptis duabus medicinis & infraſcripto ſuffumigio nō iuuabitur. ℞. *immediate ſupraſcriptas medicinas ſine oleo mixtas.* Iſto ſuffumigio vtatur, vt ſuperiori vbi ex ſupraſcriptis non iuuabitur. Imponatur collo matricis ad libitum galliæ moſchatæ ʒ j.

Fricatio vuluæ. Suppoſitorium. Potio. Peſſarium.

Cons. CXV. *Contra retentionem præternaturalem menſtruorum & indebitam euacuationem.*

PRimo ponetur caſus in terminis ſecundo cura. Primo morbus communiter, qui eſt accidens trahens ad ſe curam, principaliter in hoc caſu eſt præternaturalis inteſtinorum retentio ſeu diminutio chronica multum, corporis valde repleti, ætatis adoleſcentiæ mediocriter robuſti, habitudinis naturalis mediæ, ſexus muliebris, vt natura ipſius accidentis exigit, artis quietæ etiam in natura ſui

F ſexus regionis ſatis mediæ Venetiis anni horæ præſentis authumnalis, virtutum omnium mediocriter conſtantium, virtutibus matricis & vaſorum eius attractiua, & expulſiua menſtrui & expulſiua epatis & ſtomachi & epatis digeſtiua, duntaxat omnibus exceptis. Cuius mulieris naturalis complexio totius eſt phlegmatica frigida & amplius ſtomachi, epatis nec non matricis complexio ad idem naturaliter aliqualiter lapſa & proprie per communitatem a toto, non tamen multum naturaliter ſed amplius præternaturaliter ad idem lapſa. Accidentia coniuncta dicto principali accidenti. videlicet ipſi præternaturali retentioni menſtruorū ſunt duo. Primum accidens eſt conceptionis ineptitudo, aut ſaltem ipſius intenſa difficultas. Secundum eſt vomitus humoris melancholici, ſicut fæcis ſanguinis. Accidentia ipſam præternaturalem humorum retentionem præuenientia ſunt duo. Primum digeſtiuæ epatis debilitas & operationis naturalis diminutio. Secundum digeſtiuæ ſtomachi operatio corrupta & dimi-

G nuta ſunt dictæ præternaturalis retentionis menſtruorum cauſſa remota. Cauſſæ ſupraſcriptorum accidentium. ¶ Cauſſa coniuncta ipſius accidentis principalis eſt triplex. ſ. prima cauſſa coniuncta eſt debilitas attractiuæ matricis & vaſorū eius ſeu venarū eius ſanguinem menſtruum ad ſe trahere debentiū. Secunda cauſſa eſt debilitas expulſiuæ dictorum. ſ. matricis & vaſorum eius menſtruum ad concauitatē

Accidētia coniuncta. Cauſſa accidentis principalis. Cōiuncta. 1. 2.

Antecedentes. matricis expellētium. Tertia cauſſa coniuncta eſt debilitas expulſiuę & epatis ſanguinem ad venas ma- A
tricis expellentis. Cauſſa antecedens ipſius principalis accidentis eſt quintuplex. Prima cauſſa eſt præ-
1. ternaturalis complexio,& materialis frigida & humida matricis & vaſorum ſeu venarum eius, qua data
2. eorum virtus attractiua ad ipſas venas debilitatur. Secunda cauſſa antecedens eſt eadem præternatu-
ralis complexio frigida & humida matricis & vaſorum eius, qua data, eorum expulſiua menſtrui ad cō-
cauitatem matricis debilitatur, quanquam virtus expulſiua membrorum mediante motu locali villo-
rum membri frigido & humido roboretur & vigoretur per accidens, quod tamen non eſt in caſu no-
ſtro, cum ſanguis menſtruus tantummodo a forma ſpecifica matricis & venarum attrahatur. Cumque
virtus expulſiua virtus alteratrix ineſt, tunc mouetur ad matricis concauitatem, & non mediante motu
matricis, vt ferrum alteratum a forma ſpecifica matricis locali motu, vt etiam ſuperfluitas tertiæ dige-
ſtionis a ſola forma ſpecifica membrorum expellitur, ſine ipſorum mēbrorum vel villorum locali mo- B
tu, quæ expulſiua ſine forma ſpecifica in ipſius matrice, & venis & rugis mediante humiditate & calidi-
tate naturalibus, cum ipſa forma ſpecifica ſit tantum virtus naturalis eorum, quæ a frigiditate & humi-
ditate aquoſa deiicitur, vt in caſu noſtro eſt, cum omnis immoderata dyſcraſia etiam naturalis deiicit
actum proprie virtutis,& proprie dyſcraſia præternaturalis,& propriiſſime frigida & humida aquoſa vt
3. in caſu noſtro. ¶ Tertia cauſſa antecedens eſt oppilatio matricis & vaſorum eius, qua oppilatione ipſa
virtus expulſiua eius impotentior redditur ad menſtruum expellendum, ad matricis concauitatem & ſi
4. expulſiua eadem in ſe & abſolute fortis eſſet, quæ tamen non eſt, vt præfertur. ¶ Quarta cauſſa antece-
dens eſt frigiditas naturalis lapſa epatis dictam virtutem expulſiuam epatis ipſius debilitans, quæ epatis
expulſiua frigido & humido debilitatur cum etiam ipſa non expellit ſanguinem ad matricem median-
te motu locali, ſed tantummodo a forma ſpecifica eius, vt de expulſiua matricis & venarum dictum eſt. C
5. ¶ Quinta cauſſa antecedens eſt oppilatio venarum ſanguinem menſtruum deriuantium ad matricem,
qua oppilatione epar proprie ſanguinem menſtruum non valet ad ipſas matricis venas expellere etiam
ſi virtus dicta in ſe & abſolute fortis eſſet, quæ tamen nō eſt vt prefertur. ¶ Cauſſæ antecedentes ipſarum
1. accidentium cauſſarum ſupraſcriptarum. Prima cauſſa antecedens cauſſæ dictæ præternaturalis com-
Cauſſæ antecedentes ipſarū accidentium cauſſarum ſupraſcriptarum. plexionis frigidæ & humidę materialis matricis & vaſorum, ſiue venarum eius, eſt phlegma viſcoſum in
ſtomacho lapſo ad frigiditatem ex eius corrupta digeſtione multiplicatum. deinde a ſtomacho, epati, &
ab epate in venas medias, & tandem in matricis venas defluxum. Item & phlegma defluxum in epate
ad frigidum lapſum per eius diminutam digeſtionem generatum, & tandem in dictas venas matricis
deciſum. ¶ Secunda cauſſa eiuſdem præternaturalis complexionis frigidæ & humidæ matricis & vaſo-
rum & oppilationis eorum ſunt dicta phlegmata a ſtomacho & epate genita & deciſa in venas matricis, D
2. vt ſupra. Idem & oppilationis dictæ cauſſa eſt ſanguis melancholicus craſſus regurgitans in epate & tan-
dem magna pars ſanguinis in venas medias & venas matricis defluxi illas oppilantur, & hoc ex ſplene &
venarum mediarum inter ſplenem, & epar oppilatione ipſum epar non valentes a dicto melancholico
3. ſanguine mundificare. ¶ Tertia cauſſa dicti lapſus naturalis frigiditatis epatis fuerunt aut principia ex
generatione ipſius lapſus frigidi, aut dicta phlegmata genita in ſtomacho & epate. Item & oppilationis
ipſius epatis, & venarum mediarum cauſſa ſunt dicta phlegmata in ſtomacho & epate genita: necnon
Cauſſæ primitiuæ præternaturales retentionis menſtruorum. nūc dictus ſanguis melancholicus non debite a ſplene mundificatus in epate regurgitans. ¶ Cauſſa pri-
mitiua dictæ præternaturalis retentionis menſtruorum eſt duplex. Prima cauſſa primitiua eſt inordina-
tum regimen ſex rerum nō naturalium & annexarum eis quantitate peccantium, ex quo regimine in-
ordinato in ſtomacho per corruptam digeſtionem, & in epate per valde diminutam digeſtionem di- E
ctum phlegma vel phlegmata generantium, & ſi dictum regimen inordinatum eſſet rerum calidarum,
2. plus tamen ſi frigidarum. ¶ Secunda cauſſa primitiua eſt vſus nutrientium, exercitii & quietis, ſomni &
Cauſſa difficultatis imprægnationis. vigiliæ, & aliarum rerum non naturalium & annexarum eis qualitate, & quantitate peccantium, o-
mnium intenſe frigidorum, & dictas complexiones frigidas naturalem epatis & pręternaturalem ſto-
machi & matricis & venarum eius ad frigiditatem intenſiorem tendentium, ex qua frigida vel frigidis
complexionibus ipſorum membrorum in ſtomacho, deinde phlegma per corruptā digeſtionem eius,
& in epate per ipſius valde diminutam digeſtionem generantur, & in venas matricis & eorum oppila-
tione ipſa phlegmata retinentur. ¶ Cauſſæ aliorum quatuor dictorum accidentium coniunctorum di-
cto principali accidenti. ſ. præternaturali retentioni &c. ¶ Cauſſæ difficultatis imprægnationis dictæ.
Prima cauſſa coniuncta dictæ imprægnationis ineptitudinis, ſeu magnæ difficultatis eius eſt defectus F
cauſſæ materialis embryonis, videlicet dicti ſanguinis mēſtrui in matrice, qui defectus eſt in cauſſa pri-
2. mitiua ſicut & ipſa ineptitudo, ſeu difficultas imprægnationis eſt priuationis effectus. Secunda cauſſa
coniuncta, difficultatis ipſius imprægnationis & poſitiua eſt, poſitiua complexio materialis præterna-
turalis frigida & humida aquoſa matricis, & venarum eius & proprie humida & aquoſa, quæ ſperma in
matrice retineri non permittit, ſed effluere facit. Item ex ipſa temperamentum matricis ad temperiem
Cauſſa antecedentes. diſproportionatur, omnis virtus contentiua matricis fit tantummodo naturalis, quæ calido & humido
naturali vigoratur, & frigido & humido aquoſo deiicitur. ¶ Cauſſæ antecdentes difficultatis aut inepti-
tudinis imprægnationis dictæ ſunt phlegmata dicta, & ſanguis melancholicus venas matricis oppilan-
Primitiua. tes. ¶ Cauſſæ primitiuæ difficultatis imprægnationis ſunt eædem, quæ ibi ſunt cauſſæ primitiuæ dictæ
Cauſſa vomitus humoris melancholici. præternaturalis retentionis, &c. videlicet inordinatum regimen ſex rerum non naturalium & eis an- G
nexarum, qualitate & quantitate peccantium, vt ſupra per omnia dicta ſunt de cauſſis primitiuis prin-
cipalis accidentis. ¶ Cauſſæ vomitus humoris melancholici. Cauſſa coniuncta dicti vomitus eſt fortifi-
catio virtutis expulſiuæ epatis & ſtomachi dictum humorem in eis ſuperfluum expellentis. ¶ Cauſſę an-
tecedcn-

A tecedentes ſunt virtus expulſiua epatis humorem melancholicum ad ſtomachum expellentis regurgitantis in epar propter ſplenis, & venarum mediarum oppilationem vel dictis phlegmatibus factam nõ valentibus mundificare epar vt ſupra. ¶ Cauſſa primitiua eſt inordinatum regimen ſex rerum non naturalium & eis annexarum qualitate & quantitate peccantium, vt ſupra. ¶ Cauſſæ coniunctæ ipſius diminutæ digeſtionis epatis dictæ, &c. & naturalis frigiditas lapſa ipſius epatis. Cauſſa antecedens fuerunt aut principia generationis talis aut cauſſæ ex tẽpore tales. Cauſſa primitiua eſt inordinatum regimen vt ſupra. Cauſſæ corruptæ dig. ſtionis ſtomachi dictæ. Cauſſa cõiuncta ipſius eſt præternaturalis cõplexio frigida & humida ipſius. Cauſſa antecedens eſt frigiditas naturalis epatis nõ fauentis debite dictã digeſtionem ſtomachi & præſentia dictorum phlegmatibus & humoris melancholici ſuperfluentiũ in ſtomacho. Cauſſa primitiua eſt inordinatum regimen vt ſupra. Iſtum caſum ego Antonius Cermiſonius

Cauſſa diminutæ digeſtionis epatis.
Cauſſa corruptæ digeſtionis ſtomachi.

B elicui ex ſignis ſufficientibus & exeuntibus ad omnia ſupraſcripta viſis. Item habitis ex informatione dictorũ dñi & dñæ, &c. ¶ Quæritur a me cura ſeu cauſſæ curatiuæ dictæ præternaturalis retentionis mẽſtruorum & aliorum accidentium iuxta caſum anteſcriptum? Ad quod quæſitum reſpondetur, vt hic infra. ¶ Capita curatiua ſunt xij vt infra. Canon ad aſſumendum medicinam. ¶ Sumat per. vij. horas poſt cœnam ad minus; aſſumta ipſa aſpergat faciem aqua; aſſumat poſtea aliquod ſtipticum, cuius ſuccũ deglutiat ſicut de pomo arancio aut limonis, quia acria ſunt aut cydonii, nullam aſſumat rem dulcem: ſtet per horam cum dimidia in lecto & dormiat, ſi poteſt ſemper primo ſuper dextro latere, deinde ſiniſtro: poſtea ſurgat & partim deambulet, partim ſedeat: poſtea ſumat poſt quatuor horas ℥ vj. aquę hordei calidæ & poſt mediam horam videat an ſecedere poſſit vel non. deinde prandeat & aſſumat primo de brodio pulli bono medium parapſidem deinde de aliis bonis rebus, &c. Cura. Primus canon. ¶ Regimen

Canones curatiui.
I. Canon. Dieta.

C ex ſex rebus non naturalibus. Item ex annexis vnicuique iſtarum ſit generaliter qualitate ſubtiliatiuum aperitiuum, calefactiuum aliqualiter: quantitate vero ſit, vt dicetur infra. vcz aer ſtationis ſit naturaliter ſubtilis, mũdus a vaporibus & ꝓprie habitudinis ad aliqualẽ declinans humiditatẽ: & ſi non ſit talis, fiat artificialiter cum lignis odoriferis proprie accenſis. Item cum vaporibus aliqualiter calidis & ſiccis proprie aromatizatis. Secundus canon. ¶ Euacuẽtur materiæ cõmunes ſuperfluę in viis ductuũ ſubtiliatiuis medicinis lenitiuis infraſcriptis. primo enematibus, ſecundo potionibus omnibus lenitiuis ipſarũ materierum & viarum ductuum ſubtiliatiuis eductiuis, vt infra. ¶ Enema. ℞ *foliorũ blitis & maluarum an. M j. mercurialis M j ß. radicis maluauiſci M ß. ſe. lini & fœnugræci & carthami an ℥ ß. vitellũ oui vnũ caſſiæfi. ℥ j. ſalis cõmunis ʒ ij. herbæ, radices & ſemina bulliãt in ſufficiẽti quãtitate aquæ vſq; ad conſumtionẽ medietatis. deinde optime exprimãtur & colentur.* Vltimo dictę colaturę reliqua oĩa addantur & fiat clyſtere.

2. Euacuatio materiæ communis. Enema.

D Hoc aſſumat calidum ſtomacho ieiuno die præcedenti aſſumtionem potionis infraſcriptæ immediate & etiam die immediate ſequenti aſſumtionem ipſius potionis. Et eo vtatur ſemel in hebdomada ante cœnam vel ante prandium ad libitum ad minus menſe primo. ¶ Potio. ℞. *caſſiæfiſt. ℥ j. tamarindo. ℥ ß. ſebeſten ʒ ij. aquæ hordei ℥ j. ſeri caprini quantum ſufficit pro potione.* Iſtud ſolutiuum aſſumat in aurora, &c. non dormiat poſt illud, nec aſſumat lauatiuum aliquod & ieiunet poſt ipſum tantum horis quatuor. Tertius canon. ¶ Minorentur ſolutione ventris a membris naturalibus, in quibus peccant. videlicet ſtomacho, epate & ſplene & a venis matricis, venis mediis materiæ proprie dicti lapſus frigidæ & humidæ phlegmatice omnes oppilantes craſſe & ſanguinem fluxurum ad matricem, & venam eius incraſſantes & debilitantes virtutes naturales, membrorum dictorum cum infraſcriptis, videlicet potione pilulis, &c. ¶ Potio minoratiua. ℞. *caſſiæfiſt. ℥ j. diaſenæ ʒ iij. electuarii indi. ʒ j. aquæ capil. vene. ℥ j ſeri caprini q. ſ.*

Potio.
3. Minoratio.
Potio.

E *miſce.* Iſtud aſſumat calidũ in aurora cum modis, &c. & hoc per x. dies poſt aſſumtionẽ lenitiui immediate ſupraſcripti & imponat ſibi clyſtere ſupraſcriptum in die pręcedenti & ſequenti, vt ſupra. ¶ Pilulę minoratiuæ ℞ *pilularũ fœtidarũ, agarici, polypodii an. ℈ j. ſalis gẽmæ gra. j. miſce & cũ diaſenæ q. ſ. formẽtur pilulæ vij.* Iſtas pilulas ſumat loco potionis, ſi oportebit. Quartus & quintus canon. ¶ Digerantur materiæ in dictis mẽbris peccantes. vcz phlegma & melancholia, vt ſupra medicinis ſubtiliatiuis, inciſiuis, calefactiuis dictarum materierũ, ſed remiſſius calefactiuis, quã ſubtiliatiuis, & ſimiliter aperiantᷣ vię dictorũ mẽbrorum dicta phlegmata & melancholiã craſſam ad inteſtina deducentes medicinis eiſdẽ. ¶ Digeſtiuũ ſubtiliatiuũ aperitiuum. ℞. *oxymel. ſimplicis, ſyrupi de epithymo, ſyrupi de abſynth. an ʒ ß. aquarũ cap. ve. & feniculi & abſynth. an. ℥ j. miſce.* Iſtud aſſumat calidũ in aurora quatuor dieb. cõtinuis, &c. Sextus can. ¶ Eradicatiue ſoluãtur dicta phlegmata & melãcholia craſſa, &c. ℞. *caſſiæfi. ℥ j diaſenæ ʒ ij. elect. indi. ʒ j ß.*

Pilula.
4 & 5. Digeſtio.
Potio.
6. Eradicat. Potio.

F *polypodii ʒ j. aquæ cap. ve. ℥ j. ſeri cap. q. ſ. ꝑ potione.* Iſtud ſumat calidum in aurora tertia die poſt aſſumtionẽ digeſtiui ſupraſcripti immediate cum modis, &c. Pilulæ eradicatiuæ ad id ꝙ s. ℞. *pilularũ fœtidarũ & de ſerapino an. ℈ j. polydii, agarici an. ℈ ß. ſalis gẽmæ gra. j. miſce & cũ electuario indo fiãt pilulæ vij. has ſumat vt ſupra loco potionis ſupraſcriptæ, ſi ſint gratiores.* ¶ Septim. ca. ¶ Aperiãtur viæ ſeu venæ matricis & venę mediæ, vt menſtruus ſanguis faciliter fluat ad concauitatẽ matricis, medicinis aperitiuis, calefactiuis & aliqualiter ſolutiuis, omnib. propriis ad hoc per virtutẽ tertiam ſecũdam & primã. ¶ Potio aperitiua & calefactiua. ℞. *aquarũ mellis ℥ ij. & iunip. ℥ j. & pulegii ℈ j. calamenti ℈ j. pulueriʒanda pulverizentur. deinde miſce.* Iſtam non ſolutiuã, ſed aperitiuam ſumat diebus cõtinuis viij. in aurora ꝑ viij. horas ante cœnam cum modis &c. & interim dormiat, quã aſſumere incipiat viij. dieb. poſt aſſumtionem eradicatiui immediate ſupraſcripti, qui dies primo interponuntᷣ ne virtus ex repetitione medicinarum reſoluatur aut aſ-

Pilula.
7. Vena ſect.
Potio aperitiua & calefactiua.

G ſueſcat dictis medicinis. ¶ Pilulæ aperitiuæ & calefactiuę viarum matricis. ℞. *pilularum de benedicta ʒ ß. opoponacis, agarici an. ℈ ß. ſalis gẽmæ gra. ß. pulegii, calamenti an. ℈ ß. miſce & cũ electuarii indi. q. ſ. fiãt pilulæ vij. pro ʒ.* Iſtas aſſumat in aurora tertia die poſt completã aſſumtionẽ potionis aperitiuæ immediate ſupraſcriptę cum modis in ſolutiuis obſeruandis. Octau. can. ¶ Moueatᷣ ſanguis mẽſtruꝰ ad venas matricis.

Pilula.
8. Prouocatio menſtruorum.

Vena ſect. Primo phlebotomia, ſecundo ventoſis omnibus propriis ad hoc. Phlebotomia primo fiat ſaphenarum A
Alia. vtriuſq; pedis, ex qua extrahãtur ʒ vj. ſanguinis. ſ. vna die fiat vna. ſ. pedis dextri iij. ʒ ij. die aliarũ. iij ʒ. Iſta
phlebotomia fiat per vj. vel vij. horas poſt prãdium. ſ. ante cœnã: & fiat per vj. dies poſt aſſumtionem pi-
Cucurbitula. lularum immediate ſupraſcriptarum & non fiat luna exſiſtente in cõiunctione vel oppoſitione, vel cir-
ca illud nec ipſa exſiſtente in capricorno, aquario vel piſce. Ventoſæ apponãtur primo ſine ſcarificatio-
ne parti ſuperiori pulparum tibiarum ſub vtroq; pulpite: deinde immediate apponantur prædictæ pul-
pæ cum ſcarificatione in dictis locis ex quarum qualibet extrahatur ʒ j. ſanguinis. Iſtæ apponantur per
vj dies ſequentes immediate dictam phlebotomiam per vj. horas poſt prãdium, &c. vt in phlebotomia
9. *Prohibitio fluxus ſanguinis ad pedes.* dictum eſt. Nonus canon. ¶ Prohibeatur ſanguis fluere ad pedes, tibias & medias coxas, ligatura dictorũ
membrorum propria ad hoc faſcientur pedes & tibiæ aſcendendo vſq; ad medietatem coxarum inclu-
ſiue ſtrictura debita & non doloroſa. Iſta ligatura taliter fiat immediate poſt phlebotomiam ſupraſcri- B
ptam & eam dimittat vſq; ad appoſitionẽ dictarum ventoſarum & ipſa moleſtante exſolu*tur, & poſtea
inde ad horam iteretur. Item talis ligatura fiat poſt dictas ventoſas immediate & taliter dimittatur viij.
diebus continuis. Deinde in dicto termino ligatura ſoluatur, & dimittatur, alias remoueatur per vnum
diem naturalem, deinde iterum reiteretur & taliter remaneat aliis octo diebus continuis vt ſupra, non
10. moleſtans. Vltimo remoueatur ex toto. Decimus canon. ¶ Prouocetur ſanguis menſtruus ad matricis
Prouocatio ſanguinis menſtrui ad matricis concauitatem. concauitatem, primo ventoſis ſine ſcarificatione. 2. medicinis ſubtiliatiuis & prouocatiuis omnibus ad
hoc proprie per ſecundam & tertiam virtutem. Iſtæ ventoſæ vltimæ apponantur, vt hic ante poſt quar-
tam diem appoſitionis ventoſarum immediate ſupraſcriptarum, quæ ponantur & poſt cœnam per vj.
horas ad minus, vel vj. cum dimidia ad maius, & dimittãtur applicatæ ad libitum. Item reiterentur eadẽ
Suppoſitorium. hora ad minus bis & taliter ponatur in die bis naturali duobus diebus cõtinuis. ¶ Suppoſitorium aperi- C
tiuum, ſubtiliatiuum & prouocatiuum. ℞. *olei liliorum al. ʒ iij gallia moſchata, myrra an. ʒ ß. moſchi gra.*
ß. miſce totũ infuſum in vnctione iſta, & ligatũ in petia antiqua linea ſubtili ſupponatur & imponatur vuluæ
per tres horas poſt prandium & poſt cœnam, & taliter continue dimittatur vſque ad horam prandii & cœnæ,
qua taliter vti incipiat poſt diem vnam immediate anteſcriptam phlebotomiam, & ipſam taliter conti-
Enema. nuet xij. diebus continuis. ¶ Clyſtere aperitiuum, prouocatiuum & ſubtiliatiuum. ℞. *decoct. clyſteris de-*
ſcripti ſuperius in cano. 2. partem vnam, infraſcriptæ decoctionis tibiarum partes ij. agarici ligati in petia linea
ſubtili antiqua ʒ ij. medicinas alias dicti clyſteris addas agaricum ligatum, &c. bulliat primo aliquãtulum in
dictis duabus decoctionibus ſimul, deinde exprimatur in dicta decoctione. Vltimo tribus cyathis dictæ colaturæ
omnia reliqua addantur, videlicet caſſiæ ſ. benedicta, vitellũ oui, &c. Iſto clyſteri vtatur cum modis vt ſupra
in alio dictum eſt & hoc die eodem, quo incipit vti dicto ſuppoſitorio, quo vtatur duabus hebdomadis D
Potus. intermiſſis diebus, vcz vna die ſic alia non. ¶ Potus aperitiuus, prouocatiuus, ſubtiliatiuus ad id, ꝙ ſupra,
&c. ℞. *aquæ mellis ʒ iiij. calamẽti. pulegii, myrræ, an. ℈ j. miſce.* Iſtam aſſumat potionem in aurora tertia die
poſt dictam phlebotomiam cum aliis modis, vt in alia dictum eſt, qua continuet duab. hebdomadis cõ-
Lotio tibiarum. tinuis tribus dieb. intermiſſis. videlicet vna die ſic, alia non. ¶ Lotio tibiarum ad id quod ſupra. ℞. *abſynth.*
artemiſiæ, abrotani an. M j ß. pulegii. calamenti, ſauinæ, an. M j. florum chamomillæ & aneti an. M ß. florum
acetoſæ M ß. ſe. iuniperi ʒ iij. miſce. deinde bulliant ad conſumtionẽ tertiæ partis in ſufficienti quantitate aquæ:
deinde vſui ſerua. Iſta lotione vti incipiat per iij. dies ante ſupraſcriptam phlebotomiam, qua per horam
ante cœnã lauentur ipſi coxę tibiæ & pedes, fricando debite deorſum ea calida & ipſa taliter tribus heb-
domadis dieb. intermiſſis. ¶ Potio prouocatiua vt ſupra. ℞. *aquarum ſauinæ & iuniperi, & matricariæ an.*
Potio. *ʒ j ß. rubeæ tinctorum ʒ j pulegii ʒ ß. miſce.* Iſtam aſſumat loco ſupraſcriptæ potionis immediate, ſi eſt ipſi E
gratior, vel vult efficaciorem illa. ¶ Potio prouocatiua vt ſupra. ℞. *troch. de myrra ʒ j. pulegii, rubeorum*
Alia. *tinctorum an. ℈ j. aquæ ſauinæ ʒ iiij. miſce.* Hanc aſſumat modis, quibus ſupra, ſi eſt gratior &c. ¶ Potio
Alia. prouocatiua, vt ſupra. ℞. *diapraſſii Nicolai ʒ ij. aquæ iuniperi ʒ iiij.* Iſtam aſſumat vt ſupra loco ſupra-
Suffumigium. ſcriptæ in caſu, &c. ¶ Suffumigium prouocatiuum vt ſupra. ℞. *bdellii I ß. hyſopi ſiccæ ʒ iij. cum hoc ſuffu-*
migetur matrix cum emboto in mane cum ſurgit, & in ſero ante cœnam duabus hebdomadis continuis diebus
Aliud. *intermiſſis incipiendo per duos dies ante ſupraſcriptam phlebotomiam.* Suffumigium aliud vt ſupra. ℞. *te-*
Aliud humidum. *rebinthinæ ʒ ij. origani ʒ j. ſinapi ʒ ß. miſce.* & ſi vis hæc ſuffumigia fortiora, adde eis ſeminum ʒ j. iſto vta-
tur vt alio in caſu, &c. ¶ Suppoſitorium humidum prouocatiuum. ℞. *ſuccorum ſauinæ & abſynthij, &*
radi. enulæ ana. ʒ ij. myrræ ʒ j ß. calamenti, pulegii ana. ʒ ß. cinamomi, galliæ moſchatæ an. ℈ j. moſchi gran. j.
olei liliorum al. ʒ ij. puluerizanda puluerizentur ſubtiliſſime. deinde miſce ſimul & in ipſo infundatur cotũ F
& ſupponatur. Iſto vtatur modis dictis in ſupraſcripto ſuppoſitorio in can. x. deſcripto loco illo in caſu
Peſſarium. &c. ¶ Peſſarium prouocatiuum ſupponendum. ℞. *ſeminis harmel, pulegii, calamenti, abſynthii an. ʒ ß. lu-*
pinorum, amygd. amararum an. ℈ ß. ſauinæ ℈ j. myrræ ʒ ß galbani, ſerapini, opoponacis, bdellii an. ℈ j. agarici
℈ ß. rubeæ tinctorum ʒ. ß. oleorum liliorum alborum & ruthæ ana quantum ſufficit pro incorporando peſ-
ſarium. laudani q. ſ. pro materia peſſarii. reſinæ. q. ſ. pro conglutinatione ipſius. piſtanda piſtentur ſubtiliter. de-
inde omnia ſimul miſce, & fiat peſſarium ad lentum ignem. Iſto vtatur cum modis dictis in primo ſuppoſi-
torio. quo taliter vti incipiat per tres dies poſt cõpletum vſum dicti ſuppoſitorii ſicci ſupraſcripti & hoc
in caſu, quo vellet efficacius aut ſi hoc eſſet ipſi gratius illo. Nota quod ſupraſcripta cura nõ vtatur tem-
pore magni caumatis nec frigoris, ſed temporibus mediis ſ. vere & authumno. Aliæ vero ſunt medicinæ
fortiores & efficaciores iſtis, ſed virtuti moleſtiores & ipſius ſolutiuæ vt elleborus al. arthanita, co- G
locynthis, centaurea, euphorbium, quæ medicinæ tales pro nunc dimittantur,
via ſecuritatis ſperans ex his curam perfici.

A **Cons. CXVI.** *Contra retentionem menſtruorum & dolorem matricis.*

INteſtinorum lenitiuum & matricis doloris mitigatiuum. ℞. *olei liliorum alb.* ℥ *xij. vitellum oui nu-* Enema.
mero j. *croci* ℈ j. *ſalis communis* ʒ *ij. miſce & fiat clyſtere.* ¶ Lenitiuum vt ſupra, & mitigatiuum & ma- Aliud.
tricis confortatiuum. ℞. *oleorum liliorum alb.* ℥ *x. ſpicæ* ʒ *v. vitellum oui.* j. *ſalis communis* ʒ *ij. miſce &*
fiat clyſtere. ¶ Materiæ menſtrualis retente minoratiuum. Phlebotomia primo fiat ex baſilica dextra, Vena ſect.
ex qua extrahantur ℥ iiij. ſanguinis & fiat ſtomacho ieiuno ante prandium. ¶ Communium materie-
rum & proprie eductiuum. ♃. *caſſiæ electæ* ℥ j. *ſebeſten* ℥ ß. *ſucci roſarum* ʒ *ij. aquæ capil. vene.* ʒ *ij. ſeri ca-*
prini q. ſ. pro potione miſce. ¶ Diuerſiuum materierum propriarum a regionibus membrorum ſuperio-
rum & proprie principalium. Fricationes coxarum & crurium omnium mediocriter intenſæ, & medi-
ocris temporis, fiant ſtomacho ieiuno, habita prius ventris ſolutione, ſi poſſibile eſt. ¶ Diuerſiuum vt
B ſupra menſtruorum prouocatiuum. ℞. *florum chamomillæ, florum violarum, florum meliloti & pulegii.*
Contundantur omnia craſſo modo, deinde miſce & bulliant in ſufficienti quantitate aquæ pro lotione tibiarum Lotio tibiarum.
vſque ad conſumtionem quartæ partis. ¶ Vaporum repreſſiuum ad membra ſuperiora aſcendentium &
ipſorum reſolutiuum. ℞. *coriandri præparati, deinde ſemiconfecti ſaccharo albiſſimo.* ¶ Digeſtiuum. ℞. *ſyru-* Potio digeſtiua.
pi de byzantiis, abſynthii an. ℥ j. *aquarum capil. ve.* ℥ *ij. lupulorum* ℥ j. *miſce.* ¶ Aſcenſus vaporum prohibiti-
uum vt ſupra, &c. Ad intra vuluam ſatis interponantur ʒ ij. galliæ moſchatæ craſſæ in petia, &c. ligatæ.
¶ Materiæ menſtrualis per matricem eductiuum. Phlebotomia fiat quarta die poſt ſecundam phlebo-
tomiam ſaphenæ lateris decliuioris matricis, ſi ad aliquod laterum declinat ex qua ℥ iij. ſanguinis edu-
cantur. Si vero ad neutrum declinet matrix, tunc phlebotomia fiat ex ambabus ſaphenis & ex qualibet
educantur ℥ ij. ſanguinis, quæ phlebotomia fiat per horas viij. poſt prandium aut vij. ad minus luna non
C exſiſtente in capricorno nec piſce. ¶ Materierum propriarum ſolutiuum eductiuum vt ſupra. ℞. *mannæ*
electæ ℥ j ß. *ſucci roſarum* ʒ *ij. rheubarbari* ʒ *ij. ſpicæ gran. iiij. rheubarbarum prius minutim inciſum. Deinde* Potio ſolutiua.
cum piſtillo trituratum & non piſtatum infundatur in dicto ſero & aqua per horas xij. ad minus. deinde opti-
me exprimatur & coletur. Vltimo omnia addantur & fiat potio. ¶ Aſcenſus vaporum prohibitiuum, &c.
Suffumigentur nares & os cum pennis combuſtis, & proprie perdicis cum corio vel coto combuſtas.
¶ Prohibitiuum, &c. vt ſupra. Super ſtomacho ponatur ſcutum corii ſubtularis combuſti, ita quod cuſ-
pis dicti corii iaceat ſuper ore ſtomachi, baſis ſuper ſtomachi fundo vſque prope vmbilicum per digitos
duos. ¶ Prohibitiuum, &c. vt ſupra. ℞. *caſtorei, aſſæ fœtidæ, picis naualis, ceræ albæ miſceantur & fiat pila.*
¶ Diuerſiuum vt ſupra. Ventoſæ duæ ſine ſcarificatione ponantur parti poſteriori ſuperiori pulparum
tibiarum, tamen cum ſcarificatione eſſent efficaciores. ¶ Prohibitiuum vt ſupra. Super hymen ponatur
D ventoſa j. magni orificii & ſine ſcarificatione. ¶ Prohibitiuum vt ſupra, partibus interioribus intrinſecis Pila.
coxarum, & proprie ſupra vuluam ponantur ventoſæ duæ orificii magni ſine ſcarificatione. ¶ Diuerſi- Cucurbitula.
uum vt ſupra. ℞. *ambræ blattæ byzantiæ, galbani, ligni aloes, galliæ moſchatæ. coaguli vituli miſce, & in petia* Globulus.
linea ſubtili & rara vulnæ imponatur. ¶ Prouocatiuum menſtruorum familiare & vaporum diuerſiuum.
℞. *radicis mercurialis, abſynthii viridis an.* ℥ ß. *rubeæ tinctorum* ʒ ß. *galliæ moſchatæ* ʒ j. *Omnia contundan-* Alius.
tur craſſo modo, & proprie radix & herba, ita vt ſuccus earum reducatur ad ſuperficiem ipſarum non tamen
ab ipſis exprimatur. deinde omnia ſimul miſce. Vltimo in petia, &c. vulnæ imponantur ſatis ad intra. Soluti-
uum materierum propriarum & communium facile menſtruorum prouocatiuum. ℞. *aloes ſuccotrinæ*
ʒ j ß. *croci* ℈ ß. *rubeæ tinctorum* ℈ j *galbani. gra. vj. agarici* ʒ ß. *pæoniæ, cymini an.* ℈ ß. *puluerizentur omnia* Pilulæ.
ſubtiliter. Deinde ſimul incorporentur & cum ſyrupo de abſynth. q. ſ. fiant pilulæ vij. pro ʒ. ¶ Aſcenſus vapo-
E rum prohibituum vt ſupra. Sternutatio prouocetur cum modico ſinapi q. ſ. ad hoc vt ſternutet octies
vel duodecies. ¶ Diuerſiuum & menſtruorum prouocatiuum. ℞. *calamenti, pulegii, mentaſtri an.* M j. *ſa-* Lotio tibiarum.
uinæ M *ij abrotani* M j *matricariæ* M j ß. *maioranæ* M ß. *ruthæ* M j. *plantæ* M j ß. *ſe. iuniperi fœnugræ. an.* ℥
j. *ſinapi* ʒ *ij. Contundantur omnia craſſo modo, deinde ſimul bulliant vſq; ad conſumtionem tertiæ partis aquæ*
quantitatis debite pro lotione tibiarum & coxarum ¶ Digeſtiuum vſuale ad libitum. ℞. *aquarum abſynthii,* Potio dig.
lupulorum, capi. vene. ſacchari albiſſimi miſce. Solutiuum vſuale. ℞. *ſolutiuum ſupraſcriptum ex caſſia &*
ſebeſten.

Cons. CXVII. *Contra præternaturalem retentionem menſtruorum medicinæ efficaces & remiſſæ.*

DIgeſtiuum inciſiuum, ſubtiliatiuum, aperitiuum, menſtruorũ ꝓuocatiuum. ℞. *ſyrupi de abſynthio* Potio dig.
F ℥ j. *de bizantiis, oxym. ſimp. an.* ℥ ß. *aquarũ capil. ve. & matricariæ an.* ℥ j ß. *miſce.* ¶ Ventris ſolutiuũ,
ſubtiliatiuũ & aperitiuũ prouocatiuum menſtruorũ. ℞. *aloes ſuccotrinæ electæ* ʒ j. *myrræ* ʒ ß. *croci,* Pilulæ.
agarici an. ℈ j *ſalis gẽmæ, zinzib. an. gr.* j *miſce & cũ ſyrupo de abſynth. formetur pilulæ vij. p* ʒ. ¶ Subtiliatiuũ,
aperitiuum, menſtruorum prouocatiuum, matricis confortatiuum & proprie quia neruoſa eſt. ℞. *dia-*
cori ℥ *vj. florum roſmarini* ℥ j. *miſce ambo ſimul in conſerua diacori.* ¶ Aliter ℞. *amygdalarum amararũ* ℥ j. Morſelli.
ſe. aniſi & bauciæ & carui an. ℥ ß. *iuniperi* ʒ *ij. cinamomi* ʒ j ß *ſacchari albiſſimi* ℥ *xij. piſtentur omnia ſubti-*
liter deinde cum aqua capil. vene. fiat confectio ſolida in morſellis ʒ *iij. &c.* ¶ Subtiliatiuum, &c. aperitiuum Alii.
vt ſupra. ℞. *granorũ pini* ʒ j. *calami aromatici, caſſiæ ligneæ an.* ʒ ß. *cinamomi* ℈ j. *ſe. feniculi, galliæ moſchatæ*
an. ʒ ß. *ligni aloes* ℈ j. *nigellæ* ℈ j. *moſchi gran. viij. ſacchari al. q. ſ. & cum aqua matricariæ fiat confectio vt ſu-*
pra. ¶ Digeſtiuum vt ſupra. ℞. *aquarum hypericonis* ℥ ß. *& feniculi & capil. vene. an.* ℥ j ß. *cinamomi gra. iij.*
G *ſacchari al.* ʒ *ij. miſce, &c.* Pilulæ ad idem non ſolutiuæ. ℞. *trochiſ. de capparibus* ʒ j *ſpecierũ diarrhodon ab-* Pilulæ non ſolutiuæ.
ba, ʒ ß. *diamoſchi dulcis* ℈ j. *abſynthii* ℈ *ij. cuſcutæ* ℈ j. *ſacchari alb* ʒ ß. *Et cum ſyrupo de abſynthio formetur*
pilulæ vij. pro ʒ. ¶ Ventris lenitiuum. ℞. *oleorum de ben.* ℥ *vj. liliorum albo.* ℥ *viij. abſynthii* ʒ *iij. amygdala-* Enema.
rum dulcium ʒ ß. *galliæ moſchatæ* ℈ ß. *fiat clyſtere & tota quantitas eſt pro duabus vicibus.*

KK

Ad prouocandum menſtrua. A

R*Ecipe ſpica, trochiſcorum de myrra, rubea tinctorum an. ʒ j. miſce & fiat puluis pro tribus vicibus & detur cum vino vel brodio.*

Consil. CXVIII. *Contra retentionem menſtruorum ex materia craſſa oppilatiua.*

Vena ſect. PHlebotomia fiat ex duab. ſaphenis, per quã extrahantur ſanguinis ʒ iiij ß. ex qualibet ſaphena ʒ ij.
& vna die fiat phlebotomia ex vna, & alia ex alia. ¶ Minoratiuum. ℞. *pilularum fœtidarũ, agarici an.*
℈ *j. ſalis gemmæ gr. j. & cum electuario indo formentur pilulæ vij.* ¶ Digeſtiuum. ℞. *ſyrupi de calamento*
Pilulæ. ʒ j. *de byzantiis* ʒ ß. *aquarum ſauinæ* ʒ ij. *iuniperi* ʒ j. *miſce.* ¶ Solutiuum eradicatiuum. ℞. *pilularum de ſerapino fœtidarum an.* ℈ j. *agari.* ℈ j. *ſal. gemmæ gra. j. & cum electuario indo fiãt pilulæ vij.* ¶ Digeſtiuum pro- B
Potio dig. uocatiuum vſuale. ℞. *aquæ mellis, calamenti, pulegii ana* ℈ j. *puluerizentur puluerizandæ ſubtiliter & miſce.*
Pilulæ. ¶ Lotio tibiarum prouocatiua menſtruorum. ℞. *pulegii, abſynthii ana M j. florum aneti M ß. abrota-*
Potio.
Lotio tibiarum. *ni, artemiſiæ ana M j ß. chamomillæ M j. calamenti, ſaluiæ ana M j ß. bulliant in ſufficienti quantitate aquæ*
vſque ad conſumtionem tertiæ partis. Aliud prouocatiuum efficacius. ℞. *trochiſc. de myrra* ʒ ß. *pulegii,*
rubeæ tinctorum ʒ ß. *miſce.* Solutiuum vſuale facile. ℞. *pilularum de hiera ſimplici, de benedicta ana* ℈ j. *aga-*
Pilulæ. *rici* ℈ j. *ſalis gemmæ gra. j. Et cum electuario reformentur pilulæ ſeptem pro* ʒ. Suppoſitorium prouocatiuũ.
Suppoſitorium. ℞. *terebinth.* ʒ ij. *origani* ʒ j. *ſinapi albi* ℈ j. *Et ſi vis efficacius adde ſeminis cicutæ* ʒ ß ¶ Suppoſitorium pro-
uocatiuum aliud. ℞. *myrræ* ʒ ß. *pulegii, calamenti ana* ℈ ß. *cinamomi, feniculi ana* ℈ ß. *galliæ moſchatæ*
Enema. ʒ j. *moſchi gran. ß. piſtentur omnia ſubtiliter & miſce & pone in petia ſubtili & ſupponatur.* ¶ Emolliti-
uum & prouocatiuum. ♃. *foliorum blitis, maluarum an. M j herbæ & flores & ſemina bulliant in ſufficienti* C
quantitate aquæ vſq; ad cõſumtionem tertiæ partis aquæ. & colaturæ ſumatur quantitas vnius cyathi cum di-
midio. Item ſupraſcriptæ decoctiones tibiarum lotionis ſumat cyathum j ß. & vitellum oui num. j. caſſiæ fiſt. ʒ j.
ſacchari rubei, benedictæ ſimplicis, hierapicræ an. ʒ *vij. olei liliorum al.* ʒ *vj. ſalis communis* ʒ *ij. miſce omnia*
ſimul & fiat clyſtere. ¶ Doloris mitigatiuum & reſolutiuum menſtruorum leuiter prouocatiuum. ♃. *fo-*
Inſeſſus. *liorum maluarum M ij. violarum M j. florum chamomillæ, meliloti an. M ß. radicum althææ M ß. ſeminum*
fœnugraeci ʒ ß. *miſce & bulliant omnia ſimul in ſufficienti quantitate aquæ fluuialis pro decoctione vſq; ad cõ-*
ſumtionem tertiæ partis aquæ. In hac decoctione tepida ſedeat mulier ſtomacho ieiuno.

Cons. CXIX. *Contra retentionem menſtruorum.*

D

Pilulæ. MInoratiuum purgatiuum. ♃. *pilularum fœtidarum, de benedicta, agarici an.* ℈ j. *zinzib. ſalis gemmæ an gra. j. Agaricus infundatur per horas ſex, oxymellis ſimplicis quantum ſufficit ad ipſius agarici debitam imbibitionem ex dicto oxymelle. Vltimo cum electuario indo formentur pilulæ ſeptem ex o-*
Potio dig. *mnibus ſupraſcriptis.* ¶ Digeſtiuum. ℞. *ſyruporum de byzantiis, de calamento, oxymell. ſimplicis an.* ʒ ß. *aqua-*
Vena ſect. *rum capill. vene. lupinorum an.* ʒ j ß. *miſce.* ¶ Eradicatiuum. ℞. *pilularum ſupraſcriptarum* ʒ j. Phlebotomentur ambæ ſaphenæ duobus diebus continuis. videlicet vna ſaphena pro ſingulo dierum ipſorum,
ſtomacho ieiuno intra ſextam & ſeptimam horam poſt prandium luna non exſiſtente in capricorno, &
reiteretur bis in eadem hora inter ſextam & ſeptimam poſt prandium. Sequẽtibus diebus eædem ven-
Cucurbitulæ. toſæ reiterentur in eadem hora. ¶ Ventoſæ duæ ſine ſcarificatione ponantur duabus partibus domeſti-
cis duarum coxarum prope vuluam tam propinquæ, q̃ eſt poſſibile & eadem hora reiterentur noctibus E
immediate ſequentibus, ſupponat medicamen immediate infraſcriptum ligatum in petia linea ſubtiliſſima alba & rara, quod ſuperponatur in ſero cum vadit dormitum, & taliter tota nocte teneat tribus
noctibus continuis ſecundum neceſſitatem. ¶ Medicamen, de quo immediate ſupra fit mentio. ℞. *ab-*
Peſſarium. *ſynth. viridis, radicis mercurialis viridis, trochiſci de myrra, rubeæ tinctorum, galliæ moſchat. Abſynthium & radices ipſæ contundantur craſſo modo, ſi ſuccus ab eis defluat, ſed tantum ad ipſarum ſuperficiem adducatur, deinde reliqua pulverizentur, vt decet, poſtea omnia ſimul miſce. Vltimo in petia linea ſubtiliſſima rara & alba ligentur & cum filo duplicato pendente per ſpithamas duas.* Iſtud ſuppoſitorium imponat vuluæ vſque ad medietatem colli matricis in ſero cum vadit dormitum, &c. vt ſupra vbi de hoc. Sequentibus vero diebus immediate poſt dictas ventoſas coxarum tunc in aurora aſſumat potionem infra-
Potio. ſcriptam calidam & non tepidam. ¶ Potio de qua ſupra. ℞. *trochiſcorum de myrra* ℈ ij. *rubeæ tinctorum* F
℈ *j. croci grana ij. aquarum capil. ve. iuniperi an.* ʒ *j. miſce.* Quamprimum vero menſtrua effluunt debite,
tunc non vlterius ſupraſcriptis, nec aliis medelis ad hoc vtatur domina patiens.

Cons. CXX. *Contra fluxum menſtrualem.*

Puluis. DEntur trochiſci de karabe, phlebotometur baſilica, ventoſæ apponantur ſub mamillis, nutriatur ſtipticis, ſupponatur vuluæ hoc. ℞. *olibą. balau. gallorum, antimonii, acatiæ, aluminis ana fiat puluis & miſce.* Femur dorſum epithimetur ex ſtipticis, ſedeat in aqua de curcuma. Immittatur aliud peſſarium acutũ. Auic. Si fuerit ex repletione ſanguinis, fiat phlebotomia. Si ex cholera fiat
choleræ euacuatio. Ligentur extrema ligaturis, immo & coxæ apud inguina, ventoſæ magnæ ponantur G
ſub mamillis, ventoſæ ponãtur inter duas anchas. Nutriatur vitellis ouorum ſorbilium, aqua carnis valde nutritiua, acetoſis, ex ſucco ſumach, aqua acetoſæ, potibus boni odoris, ex carne bona, ſorbitionibus humidis, ex ſumach & amylo, vino craſſo, nouo, dulci. Euitet vinũ antiquum, ſubtile, cibetur cum omni

cibo

A cibo velocis digeſtionis confortatiue arnogloſſa, & eſt proprium bibita & iniecta, camphora bibita & ſuppoſita, lac decoctum cum ferro ignito, in quo eſt ſcoria ferri detur in potu cum ſtipticis omni die acetoſitas citri, & eſt proprium.

Cons. CXXI. *Contra fluxum ſanguinis menſtruorum poſt aborſum, aut poſt partum naturalem.*

R*Ecipe pilularum de bdellio* ʒ j. *trochiſci de terra ſigillata* ℈ j. *miſce & cum ſyrupi myrtini. q. ſ. fiant* Pilulæ.
pilulæ ix. pro ʒ. Item. ℞. *trochiſci de karabe, de terra ſigillata an.* ℈ j. *miſce & cum ſyru. myrti q. ſ. fiat* Aliæ.
pilulæ vt ſupra. Iſtarum pilularum aſſumat ʒ j. in aurora, &c.

Cons. CXXII. *Contra debilitatem matricis.*

B COnfortantia matricem & proprie ad concipiendum. ℞. *galliæ muſcatæ* ʒ ß. *Iſtam galliam prius puluerizatam craſſo modo deinde in petia, &c.* ligatam imponat vuluæ vſque ad medietatem colli matricis & taliter ipſam teneat ſaltem tota nocte in ſingula hebdomada, præterquam tẽpore calido. ¶ Medicamen efficacius priori. ♃. *galliæ moſcha.* ʒ ij. *macis* ʒ j. *caſſiæligneæ, corticum* Peſſarium.
citri, florum roſmarini an. ʒ ß. *maſticis, olibani, roſarum an.* ʒ j. *laudani. q. ſ. ad incorporãdum adipis anſeris* ʒ ß. *olei liliorum alb.* ʒ j ß. *puluerizanda puluerizentur ſubtiliter, deinde omnia ſimul miſce, incorporentur & & fiat peſſarium ad lentum ignem.* Medicamen efficacius priori immediate. ℞. *oleorum liliorum albor.* ʒ ij. Puluis.
amygd. amararum nigrarum ℥ j. *enulæ Meſuæ* ʒ j ß. *adipis anſeris* ℥ ij. *macis* ʒ j. *corticum citri* ʒ j ß. *galliæ*
moſch. ʒ ij. *maſticis, olibani an* ʒ j. *roſarum* ʒ j. ß *pul. pul. ſubtiliter & miſce.* ¶ Medicamen priori efficacius. Peſſarium.
♃. *corticum citri, macis, melliſſæ ſiccæ, radicis enulæ, olibani, maſticis, caſſiæligneæ. galliæ moſchatæ, roſarum,*
C *laudani, olei liliorum al. adipis anſeris. puluerizanda, &c. & fiat peſſarium vt ſupra, his omnibus vtatur modis ſicut in priori dictum eſt.* ¶ Confortatiuum matricis vt ſupra efficacius priori. ℞ *florum aneti M. iij. carpo-*
balſami ℥ j. *melliſſæ M. ij. roſmarini M. iij. ſerpilli M. j. violarum alkeiri M. ij. laudani* ℥ j *roſarum M. ij. miſce.* Inſeſſus.
deinde bulliant in aqua ciſternæ claræ q. ſ. tantum pro ſedendo in ipſa decoctione, vſq; ad conſumtionem tertiæ partis aquæ. Si medicamen congruit efficacius permutare, tunc domina in hac decoctione ſedeat per duodecimam partem horæ vſque ad medium ſuminis, ſtomacho ieiuno in mane, prius habito ventris beneficio, deinde vadat dormitum pannis bene cooperta non tamen nimium onerata. Deinde ſurgat & eodem mane nec ad ventum, nec ad aerem frigidum tranſeat & ante prandium aut ad libitum eadem die ieiunet, tunc quando vult ire dormitum, ſedeat in dicta decoc. ſicut de mane. ¶ Medicamen priori immediate efficacius. *Suprascriptis omnib. addatur ad bulliendum calamenti M j ß. matricariæ M ij. abro-*
D *tani M j.* Iſto vtatur, vt de alio dictum eſt ſupra ¶ Medicamen prioribus duobus efficacius. *Supraſcriptis omnibus addatur ad bulliendum baccarum lauri* ʒ j. *ſe. fœnugræci* ℥ ß. *ficuum ſiccarum* ℥ iiij. *Iſto vtatur vt in aliis.*

Cons. CXXIII. *Inquirenda in diſpoſitione matricis.*

DIſpoſitio inquirenda pro domina de Vrbino ipſius matricis. Primo an ipſa habeat menſtrua de xxx. diebus in xxx. dies. Si tamẽ diſpoſitio temporis variatur ante circa ſpatium iiij. vel iij. dierum ſi ſunt naturalia rubea purpurea menſtrua & non rubea ignea, debent eſſe ipſa menſtrua naturalia quantitatis ſibi conſuetæ naturalis, priuata humiditatibus albis ſimilibus albumini oui, aut pullo cõtuſo, ſeu lacti, aut aquæ ciſternæ & lauaturæ carnis ſine ſanguine in modum venarum nigrarum eſſe de-
E bent, & ſine ſanguine coagulato & proprie nigro non fœtida, ſed ſolum odoris ſanguinis non ſenſata intenſe calida in exitu ex vulua non fluentia gurgitatibus, ſed leuiter ardorem non inducentia in vuluam pruritum non facientia. Patiens ipſa non debet accidentia ante vel poſt menſtruationem præternaturalia intenſe pati ex menſtruatione naturali. puta dolorẽ intenſum femoris, vel ſuminis vel alchatin, vel partis illius foueatæ, quæ eſt immediate ſupra os caudæ, quod idem eſt ſyncopen vertiginis intẽſam, vomitum febrem intenſam, &c. Si ſentit duritiem in modum pomi ſibi occurrere in aliqua parte ventris, deinde ſatis cito deliteſcere, ſi dum ſedet ſupra rem duram planam, ipſi videtur ſedere ſuper pila ex directo vuluæ collum comprimente. Si ſentit aliquando vapores calidos aſcendentes alchatin per renẽ & ſpinam totam, & collum ad caput in occiput, verticem & ſinciput. Aut ſi ſentit vapores ſimiles aſcendere a parte anteriori a ſumine, vel iliis vel partibus vmbilicalibus ad os ſtomachi, cor, faciem to-
F tam, ſinciput & verticem & tandem occiput, ſi in tali, vaporum aſcenſu rubet aut pallet, ſi patitur ſæpe eructuationem vel ſonitum magnum proprie in ſtomacho.

Cons. CXXIV. *Contra exitum fœtus in mala figura.*

OBſtetrix eleuet ſuper ſpatulas ſuas crura & coxas parturientis, retinendo genua parturientis ſuper ſpatulas parturiente reſupina. Deinde conquaſſet hinc inde ſuauiter coxas, & anum prægnantis & adiuuet reinducere fœtum ſuauiter ad intra deinde infundat vuluam & totam matricem oleo ſiſamino aut amygdala. dulcium. Deinde dentur medicinæ facile partum facientes deſcriptæ infra *in cap. de difficultate partus.* Nota tamen quod licet fœtus exeat ſecundum figuram, obſtetrix tamen experiatur ipſum extrahere ſuauiter, antequam ipſum introducat. Si vero non
G poteſt ipſum extrahere ſuauiter, faciat modo prædicto.

Cons. CXXV. *Contra difficultatem partus.*

R*Ecipe corticum caſſiæligneæ* ʒ j. *croci* ℈ ß. *aquæ ſauinæ* ℥ iij. Iſto vtatur quacunque hora difficultatis Potio.
partus, ſtomacho ieiuno & non ieiuno, tamen melius ieiuno. ¶ Aliud. ♃. *interioris corticis cinamo-* Alia.

mi ʒ ß. croci. ℈ ß. miſce & cum ſupraſcripta aqua, vt prius pro eodem, &c. ¶ Aliud. ℞. *caſtorei ℈ j. aſſæ fœtidæ ℈ ß. miſce & cum ſupraſcripta aqua & eſt vltimum.* ¶ Aliud. ℞. *foliorum althææ M j. ſeminum* *Pilulæ.* *fœnugræci ʒ ß. mellis aquæ iuniperi vel ſauinæ ℥ vj. miſce bulliant in dicta aqua.* ¶ Aliud. ♃. *myrræ ℈ ß. caſtorei gra. vj ſtyracis calamitæ an. ℈ ß. cinamomi ʒ j. ſauinæ ʒ j ß. miſce & conficiantur cum melle & fiant pilulæ* *Peſſarium.* *viij. & omnibus iſtis vtatur incipiendo a leuioribus ad fortiora.* ¶ Licinium ſeu peſſarium. ♃. *ruthæ M ß. myrræ, radic. ariſtolo. ro. ſaxifragiæ, opoponacis an. ℈ j cinamomi ʒ j. ellebori al. gran. ij. panis porcini ſeu arthanitæ ℈ ß. laudani q. ſ. puluerizanda puluerizentur, deinde omnia ſimul miſce, & cum oleo liliorum alborum vt ſufficit pro peſſario.* Iſtud apponat quacunque hora difficultatis partus ſed prius incipiat ab aliis. A

Cons. CXXVI. *Contra aborſum.*

SOluatur cum clyſteri poſito in cap. de præfocatione matricis, & eo vtatur ſtomacho ieiuno ſecundum neceſſitatem, vngatur os vuluæ cum oleo de lilio, & hoc bis in die ſtomacho ieiuno. ¶ Suppo- B *Nodulus.* ſitorium. ♃. *galliæ moſchatæ ʒ ß moſchi gra. ß. ſpod i ℈ j. miſce. contundantur & ligentur in petia, &c.* *Confect.* ¶ Confectio. ℞. *diamoſchi ʒ j. Iſtius confectionis aſſumat ʒ ij. ſtomacho ieiuno omni die ſemel ad minus* *Suppoſitorium.* *& hoc cum timetur aborſus, ſed in præfocatione matricis non vtatur.* ¶ Suppoſitorium aliud. ℞. *thuris ʒ ß. cyperi ℈ j. contundantur & ligentur in petia vt ſupra & vuluæ imponatur.* ¶ Vnguentum. ℞. *oleorum cy-* *Vnguētum* *doniorum, maſticis & myrtillorum an. ℥ ß. olei ſpicæ ʒ ij. pulueris maſticis, myrti, roſarum an. ʒ ß. raſuræ eboris ℈ ij gummi arabici ℈ j. ceræ q. ſ. miſce & fiat vnguentum.* Iſta vnctione vngatur dorſum vſq; ad nates per latitudinem palmi ſtomacho ieiuno & hoc tantum dum timetur aborſus.

Cons. CXXVII. *Contra retentionem ſecundinæ.*

R*Ecipe ellebori al. & cum eo prouocetur ſternutatio.* Item aliquoties ipſa ſternutante teneat os clau- C ſum & nares & ſimiliter ipſa non ſternutāte. Item ſecundina apparente ligetur ad coxam per collum eius Item obſtetrix immittat manum oleo ſiſamino inunctam, deinde prouocetur ſternutatio. Fiat ſternutatio ſemper tempore quo non deſcendit, ſtomacho ieiuno tam de die, quam de nocte cum tāta quantitate ellebori albi, quod prouocet ſternutationem trigeſies aut quadrigeſies, ſufficit inſufflando in nares & ad hoc faciendum ſufficit parua quātitas. Item ſupponatur ſtercoris accipitris ʒ ß. ſuffumigetur cum ſtercore columbino cum radice ariſto. ro. detur in potu ſtercoris accipitris ℈ j. Nota quod omnia prouocantia aborſum educunt ſecundinam & omne genus gummi, omne genus ſalis, omnes medicinæ calidæ in 4. quas omnes require. *21. tertij cap. de prouocatione aborſus.* Item ſuffumige- *Suffumigium.* tur per embotum cum hac decoctione. ℞. *ruthæ, praſſii, abrotani an. M j. olei de lilio ℥ ij. miſce omnia ſimul.* D

Cons. CXXVIII. *Contra dolorem matricis.*

Cucurbitulæ. VEntoſæ apponantur amplectentes vmbilicum & reiterentur ad minus bis, ſed qualibet vice permittantur reſidere ſuper loco ad minus per octauam partem horæ. ¶ Enema. ℞. *radicum althææ,* *Enema.* *M j. ſe. fœnugræci & lini & iuniperi an. ʒ ß. florum dauci, chamomillæ & meliloti, matricariæ & verbenæ an. M ß. pinguedinis anatis, olei liliorum al. vitellum oui bullienda bulliant, &c.* Iſto vtatur dolore in- *Vnguentū.* ualeſcente vel non ſtomacho ieiuno, & hoc iuxta neceſſitatem, quod retineat ad libitum, ideo non imponat ſal. ¶ Vnctio. ℞. *oleorum liliorum alb. ℥ j. & ſpicæ ʒ ß. & ſiſamini & amygd. amararum ʒ j. miſce.* Iſta *Enema.* vnctione, quæ debet eſſe medicina vngatur locus doloris ante & retro ad libitū. ¶ Enema aliud. ℞. *ſauinæ M j. ameos, fœnugræci an. quartam partem M j. corticum thuris, cyperi, ſpicæ an. ʒ ij radi. acori ſe. iuniperi an. ℥ ß. laudani ʒ ij. pinguedinis galliæ ℥ j. olei liliorū al. ℥ v. vitellum oui j. Iſto vtatur cum modis vt ſupra in alio* E *non valente.* Nota tamen quod factis aliquib. ex ſupraſcriptis medicinis ſiue enematibus ſine ſale iuuan- *Fomentatio.* tius erit ſal apponere in alio ſequentium enematum. ¶ Fomentatio. ℞. *radicis althææ M j. ſe. fœnugræci & lini & iuniperi an. ʒ ß. chamomillæ, meliloti. florum aneti an. M j. corticum thuris & ſpicæ & cyperi, radicis acori, maſticis & calami aromatici. galliæ & laudani an. M j. granorum pini ʒ ij ſquinanti, roſmarini an. M j. Contundantur omnia craſſo modo. deinde miſce & bulliant in ſufficienti quantitate aquæ vſq; ad conſumtio-* *Vnguentū.* *nem quartæ partis, & vtatur fomentando totum locum doloris cum ſpongia calida reiteranda bis vel ter, &c.* ¶ Vnctio. ℞. *oleorum liliorum al. ℥ j. & ſpicæ, maſticis, aneti an. ʒ ij. laudani ʒ ij croci ℈ j adipis anatis ℥ j ceræ albæ q. ſ. ſupponantur ſpecies diamoſchi in petia.*

Cons. CXXIX. *Contra dolorem matricis a ventoſitate.*

LEnitiuum inteſtinorum & matricis confortatiuum & ventoſitatis reſolutiuum. ♃. *oleorum lil. al.* F *Enema.* *chamomillæ an. ℥. vij. vitel. oui nu. ij. ſalis communis ʒ ij. miſce pro clyſteri.* ¶ Valens ad idem, ſed efficacius matricis confortatiuum. ♃. *olei liliorum alb. ℥ xv. vitel. oui. num. ij. ſalis communis ʒ ij.* ¶ Lenitiuum viarum ductuum & facile ſolutiuum. ♃. *caſſiæ cum cāna electæ ℥ iij. pulpæ ſebeſten ℥ ß. brodij pulli* *Potio.* *macri q. ſ. pro potione. Caſſia extrahatur a canna cum dicto brodio. q. ſ. Sebeſten vero bulliat debite cum eodem brodio q. ſ. deinde ipſius pulpa ab oſſibus ſuis diſſoluatur. Vltimo caſſia & pulpæ ſebeſten incorporentur ſimul cū* *Pilulæ.* *dicto brodio q. ſ. pro potione miſce.* ¶ Solutiuum facile. ℞. *pilularum de hiera ſimplici ℈ ij agarici ℈ j. ſalis gemmæ zinzib. an. gra j. miſce & cum electuario indo fiant pilulæ vj* ¶ Solutiuum facile. ♃. *pulueris ſenæ prapa-* *Potio.* *ratæ ℈ ij. ſeri caprini q. ſ. miſce & fiat potio.* ¶ Matricis confortatiuū. ℞. *galliæ moſchatæ ʒ ij. ipſa prius contuſa craſſo modo ligetur in petia ſubtili & ſupponatur vuluæ &c. extremitate vna fili remanente extra vuluam.* G *Peſſarium.* ¶ Matricis confortatiuum vētoſitatis reſolutiuum & doloris eiuſdem mitigatiuum. ℞. *ſpecierū diamar-* *Morſelli.* *gariton ſpecierum diacymini an. ℈ j. ſpecierum triaſandalorum ſine camphora an. ℈ ß. ſacchari albiſſimi ℥ iiij. miſce & cum aqua capillorum veneris & matricariæ an. q. ſ. fiat confectio ſolida in morſellis iij ʒ. pro quolibet.*

Cons.

A CONSIL. CXXX. *Contra ventoſitatem matricis.*

REcipe pilularum de hiera picra ſeu de hiera magna Gal. compoſitarum ſecundum receptum imme- Pilulæ.
diate infraſcriptum ℈ ij. agarici ℈ j. ſalis gemmæ zinzib. an. ʒ j. miſce & cum ſyrupi de calamento q. ſ.
ad incorporandum formentur pilulæ vij. pro ʒ. Iſtarum pilularum aſſumat v. in aurora ſaltem ſe-
mel in duobus menſibus, ſed non amplius quam vij. quas quidem pilulas aſſumat in vere tan-
tum & authumno & non æſtate nec hyeme. ¶ Pilulæ de hiera picra ſeu de hiera magna Gab. de quibus
ſupra fit mentio. *℞. ſpecierum hieræ prædictæ ʒ j. aloes ſuccotrinæ electæ ʒ j. miſce & cum oxymellis ſimplicis*
q. ſ. ad incorporandum fiat magdaleon ſeu maſſa pro pilulis conficiendis. ¶ Confortatiuum & reſolutiuum.
℞. *theriacæ debite fermentatæ ʒ j. aquarũ ruthæ ʒ j. matricariæ ſeu artemiſiæ ℥ ß. miſce.* Iſtam theriacã aſſu-
mat die immediate ſequenti aſſumtionem pilularum immediate ſupraſcriptarum. Et eam taliter aſſu-
B mat per x. horas poſt cœnam immediate præcedentem. Et per horas vij. ante prandium immediate ſe-
quens ipſam aſſumtionem. Et interim dormiat ad libitum, ſed non amplius duabus horis. ¶ Conforta-
tiuum reſolutiuum & putrefactionis prohibitiuum. ℞. *diacinamomi ℥ ij.* Iſtius confectionis aſſumat
ʒ ij. in mane alternis diebus in vna hebdomada tantum ſinguli menſis hyeme ſeu etiam tempore recẽ-
ti: & poſt ipſius aſſumtionem ſtet ieiuna horis tribus ad minus. Eductiuum ventoſitatis ſeu expulſiuum
eiuſdem. ℞. *ellebori albi pro ſternutatorio.* ¶ Iſtius ellebori inſufflet in nares per vnam horam cum dimi-
dia ante prandium & poſt ventris beneficium. Et eo ſternutatorio taliter vtatur tantum die poſt aſſum-
tionem quamlibet pilularum ſupraſcriptarum. ¶ Confortatiuum & reſolutiuum. ℞. *bdellii ʒ j xylo-* Peſſarium.
balſami fructus ʒ ß. oleorum ſpicæ, nardi, ruthæ an. ℥ ij. ſeminum xylobalſami ʒ ij. bdellium prius in dictis oleis
infundatur, poſtea diſſoluatur & xylobalſalmum & ſemina puluerizentur, deinde omnia ſimul miſce. Vltimo
C *in hoc liquore petia linea infundatur & vuluæ imponatur.* Et hoc ſemel in hebdomada tempore frigido,
quando a dicto moleſtatur accidente. ¶ Confortatiuum & reſolutiuum vt ſupra. ℞. *ruthæ. M ij. ſauinæ* Cataplaſma.
M j. florum aneti, chamomillæ, meliloti an. M j ß. maioranæ M j. matricariæ M ij. roſmarini M j ß. caſſiælig-
neæ ℥ j. ſeminum aniſi, feniculi, carui, ameos & cymini an. ℥ ß. contundantur omnia craſſo modo, deinde ſimul
bulliãt in aqua fluuialis quantitate ſufficienti pro cataplaſmate ſaltem colli matricis, vſque ad conſumtionem
quartæ partis aquæ fiat cataplaſma, fiat medietas recepti. ¶ Confortatiuum & reſolutiuum vt ſupra. ℞. *de-* Inſeſſus.
coctionis ſupraſcriptæ pro cataplaſmate ℥ x. oleorum liliorum al. ſpicæ & aneti an ℥. ij. vitellos ouorum numero
ij. pulueris ſacchari ʒ ß. croci ℈ j. ſalis communis ʒ iij. In hac decoctione ſedeat dummodo decoctio non veniat
ad vmbilicum.

CONS. CXXXI. *Contra curſum matricis.*

D EVacuatiuum, ſi corpus eſt repletum primo fiat phlebotomia baſilicæ ex qua extrahantur ℥ *vj.*
ſanguinis tertia hora diei, ſtomacho ieiuno, habito prius ventris beneficio, deinde corpore ali-
qualiter exercitato, quibus hæc phlebotomia ſuccedat. Matricis confortatiuum virtuti fami-
liare & ipſius confortatiuum. ℞. *oleorum liliorum al. ℥ x. amygd. dulcium ℥ iij. ſeminum aniſi pul-* Enema.
uerum ℈ iij. vitellum oui numero j. benedictæ ſimplicis, ſacchari puluerizati an. ʒ ß. croci ℈ j. ſalis communis ʒ
ij. miſce & fiat clyſtere. Iſtud clyſtere ſuauiter calidum imponi faciat ſtomacho ieiuno die præcedenti
diem aſſumtionis ſolutiui immediate infraſcripti, vtatur ſemel in toto ſpatio. xv. dierum. ¶ Solutiuum
minoratiuum facile & vſuale. ℞. *pilularum alephanginarum ℈ ij. agarici ℈ j. bdellii gra. vj. ſalis gemmæ, zin-* Pilulæ.
zib. an. gra j. ſeminum aniſi. gra. iij. miſce & cum iulep. violarum q. ſ. ad incorporandum formẽtur pilulæ vij.
Iſtas pilulas aſſumat in aurora ſaltem ſemel in vere & ſemel in authumno. Et dormiat per vnam horam
E poſt ipſarum aſſumtionem, & ſtet ieiuna horis v. & non aſſumat lauatiuum aliquod, ſed pro tunc
prandeat, & pro prandio in ferculo comedat blites cum boragine petroſelino & feniculo. ¶ Diuerſi-
uum facile & virtuti familiare valde & vſuale. Fricationes fiant extremorum, crura a genu infra primo
fricentur, deinde brachia a cubito infra tempore paruo fricentur ſuauiter cum panno lineo calido in
mane prius habito ventris beneficio. Digeſtiuum. ℞. *ſyruporum de eupatorio, de epithymo ℥ ß. oxymel. ſim-* Potio dig.
plicis ℥ j. aquarum abſynthii, matricariæ an. ℥ ß. capil. vene. ℥ ij. miſce. Iſtud digeſtiuum aſſumat calidum &
non tepidum in aurora quatuor diebus continuis. Et poſt ipſius aſſumtionem dormiat ad libitum, ſed
non amplius vna hora vel duabus: hoc vero taliter accipiat die ſequenti immediate aſſumtionem ſolu-
tiui minoratiui immediate ſupraſcripti. ¶ Solutiuum eradicatiuum. ℞. *pilularum fœtidarum, pilularum* Pilulæ.
de benedicta deſcriptarum in recepto immediate infraſcripto, agarici an. ℈ j. ſalis gemmæ, zinzib. an. gra. j. ſe-
F *minis aniſi gra. v. miſce & cum electuarii indi q. ſ. ad incorporandum reformentur pilulæ vij. pro ʒ.* Iſtius ſo-
lutiui aſſumat tantum ℈ ij. in aurora ſeruatis modis deſcriptis in aſſumtione minoratiui immediate ſu-
praſcripti. hoc vero ſolutiuum aſſumat die ſequenti iſtas quatuor vices digeſtiui. ¶ Pilulæ de benedicta, Pilulæ de benedicta.
de quibus in recepto immediate ſupra eſt mentio facta. ℞. *ſpecierum electuarii de benedicta partem j. aloes*
ſuccotrinæ electæ partes ij. miſce & cum electuarii indi. q. ſ. ad incorporandum formetur magdaleon pro pilulis
ſeruandis, alias formandis. Diuerſiuum vt ſupra. Exercitetur vel moueatur motu itineratiuo & non de-
ambulatiuo, ita, vt per ipſum fiat anhelitus magnus, velox & frequens aliqualiter reſpectu ſui ſtantis vel
ſedentis bis in die naturali. Verum quia ægrum corpus eſt vt natura accidentis exigit, ideo ipſa exercite-
tur ſpecie exercitii mulicbris, corporis quibuslibet mulieribus proportionabili. ¶ Diuerſiuum effica- Lotio extremorum.
cius priori & virtuti familiare. ℞. *matricariæ M j ß. pulegii, calamenti, ſauinæ an. M ß. florum chamo-*
G *millæ, meliloti, nenupharis an. M j. ſeminum iuniperi ℥ iij. bulliant omnia ſimul in aqua fluuiali quantitate*
ſufficienti pro lotione extremorum vſque ad conſumtionem tertiæ partis. Ex hac decoctione ſuauiter calida
lauentur & fricentur crura & brachia cum modis & ordinibus deſcriptis in alia lotione ſupraſcripta.
Iſta vero lotione vtatur ſaltem duobus diebus ſingula hebdomada vnius menſis. Et ea vti incipiat ſexta

die poſt aſſumtionem ſolutiui eradicatiui ſupraſcripti. ¶ Ventris lenitiuum & matricis mundificatiuum [A] ipſiuſque confortatiuum. ℞. *olei liliorum al.* ℥ *x. ſiſamini* ℥ *iij. pulueris aniſi* ℥ *ß. vitellos ouorum nu. ij. croci* **Enema.** ℈ *ß. ſalis communis* ℥ *iij. miſce & fiat clyſtere.* Iſtud enema ſibi imponi faciat ſuauiter calidum ſtomacho ieiuno cum modis & ordinibus deſcriptis in aſſumtione primi enematis ſupraſcripti. Et hoc vti incipiat duobus diebus poſt aſſumtionem ſolutiui immediate ſupraſcripti. ¶ Matricis mundificatiuum efficacius priori immediate & ipſius confortatiuum. ℞. *decoctionis ſupraſcriptæ pro lotione extremorum* ℥ *xv.* **Aliud.** *in qua bulliant praſſii M j. matricariæ M ij. olei liliorum alborum* ℥ *iiij. ſeminum aniſi puluer.* ℥ *ij. vitellum oui num. j. benedictæ ſimplicis* ℥ *ß. pulueris ſacchari* ℥ *ß. croci* ℈ *ß. ſalis communis* ℥ *iij. miſce & fiat clyſtere.* **Potio dig.** Hoc vtatur cum modis, ſi vult efficacius remedium. ¶ Digeſtiuum vſuale. ♃. *aquarum matricariæ, meliſſæ, abſynthii an.* ℥ *j. ſacchari* ℥ *ij. ſeminum aniſi puluerum* ℥ *j. miſce.* Iſtas aquas aſſumat debite calidas & [B] non tepidas in aurora cum modis & ordinibus deſcriptis in digeſtiuo ſupraſcripto. has vero aquas aſſu- **Pilula.** mat tranſacto menſe poſt aſſumtionem dicti ſolutiui eradicatiui. ¶ Solutiuum vſuale & facile. ℞. *pilularum infraſcriptarum communium* ℈ *j. agarici* ℈ *j. ſalis gemmæ, Zinzib. an. gran. j. miſce & cum ſyrupi de abſynthio q. ſ. ad incorporandum formentur pilulæ vij* Iſtarum pilularum aſſumat a tribus vſque ad v. die immediate ſequenti diem aſſumtionis quater digeſtiui vſualis immediate in menſe vtatur ad libitum. ¶ Pilulæ **Pilulæ communes.** communes, de quibus immediate ſupra fit mentio. ℞. *aloes ſuccotrinæ electæ partes iiij. myrrhæ partes ij. croci partem j. miſce & cum oxymellis ſimplicis. q. ſ. ad incorporandum conficiatur magdaleon pro pilulis conficiendis.* Prouocatiuum humiditatis matricis. ℞. *abſynthii maritimi M j. radicis mercurialis* ℥ *j. pulueris* **Peſſarium.** *aniſi, ſeminum carpobalſami ſeu ligni balſami. an* ℥ *j. xylobalſami ſeu ligni balſami* ℥ *ij. galliæ* ʒ *j. moſchi gra. ij. Abſynthium & radix mercurialis contundantur craſſo modo ſolum, vt ſuccus eorum ad ſuperficiem ducatur & ab eis non effluat. Deinde reliqua puluerizentur, & poſtea omnia ſimul mixta in petia alba linea ſubtili* [C] *& rara ligentur, & vuluæ imponatur.* ¶ Confortatiuum membrorum naturalium mittentium & matricis recipientis & proprie ipſorum mittentium. ℞. *trochiſcorum de abſynthio, de rheubarbaro. an.* ʒ *ß. ariſtologiæ* ʒ *j. croci. gran j. miſce & cum ſyrupi de abſynthio. q. ſ. ad incorporandum formentur pilulæ vij. pro* ʒ. **Pilulæ.** Iſtarum pilularum aſſumat ſemel in hebdomada a duabus vſque ad iij. ad libitum in mane cum ſurgit: Et poſt ipſarum aſſumtionem ſtet ieiuna horis tribus ad minus. His vero pilulis taliter vti incipiat poſt aſſumtionem ſolutiui eradicatiui ſupraſcripti, & ipſis taliter vtatur in quatuor hebdomadis continuis. ¶ Confortatiuum matricis & membrorum naturalium & proprie ipſius matricis menſtruaque prouo- **Morſelli.** cans & præfocationi matricis obuians. ♃ *ſpecierum diacalamenti* ʒ *j. aromatici moſchati Meſ.* ʒ *v. ſacch. albiſſimi* ℥ *iij. miſce & cum aquarum abſynthii & capillo. veneris, ana q. ſ. ad conficiendum fiat confectio in morſellis ij* ʒ *p quolibet.* Iſtius confectionis aſſumat vnum morſellum in mane cum ſurgit, duobus dieb. [D] in ſingula ſeptimana totius ſpatii xv. dierum tantum. Et poſt ipſius aſſumtionem ſtet ieiuna ad minus horis tribus. Hac vero confectione taliter vti incipiat tranſactis decem diebus, poſt aſſumtionem completam pilularum ſupraſcriptarum in ſpatio inciſis.

CONSIL. CXXXII. *Contra curſum matricis.*

Enema. INteſtinorum lenitiuum doloris mitigatiuum & matricis confortatiuum. ℞. *oleorum liliorum albor.* ℥ *x. chamomillæ* ℥ *iij. croci* ℈ *j. vitellos oui numero ij. ſalis communis* ℥ *iij. miſce & fiat clyſtere. Iſtud clyſtere ſibi imponat debite calidum ſtomacho ieiuno dolore infeſtante, & quando dubi-* **Aliud.** *tat dolorem futurum proxime, quo etiam clyſteri vti incipiat xv. diebus ſemel.* ¶ Lenitiuum &c. vt [E] ſupra immediate efficacius. ♃. *oleorum liliorum alborum* ℥ *xij. ſpicæ* ℥ *iij. vitellos ouorum num. ij. croci* ℈ *j. ſalis cõmunis* ℥ *iij. miſce & fiat clyſtere.* Iſtud enema ſibi imponi faciat cum modis & ordinibus deſcriptis **Potio.** in ſupraſcripto, & hoc ſi efficacius voluerit. ¶ Solutiuum facile. ℞. *caſſiæ fiſt.* ℥ *j. benedictæ ſimplicis* ℥ *iij. aquarum matricariæ, ſcolopendriæ, capill. veneris ana q. ſ. pro potione miſce & fiat potio.* Iſtud ſolutiuum aſſumat debite calidum & non tepidum in aurora, deinde poſt ipſius aſſumtionem per horam immediate ſurgat: & poſtquam ſurrexerit, ſtet ieiuna tantum trib. horis, & non aſſumat lauatiuum aliquod & in dicto termino quatuor horarũ prandeat, & pro ferculo cõmedat blites cum boragine & feniculo. Item carnes laudabiles, vt pullorum perdicum, &c. Hoc vero ſolutiuum taliter ſumat, quando ipſi libuerit præterquam luna exſiſtente in oppoſitione vel combuſtione. ¶ Solutiuum facile & vſuale. ℞. *pilula-* **Pilulæ.** *rum de benedicta compoſitarum ſecundum receptum immediate ſupraſcriptum* ℈ *j. agarici* ℈ *j. ſalis gemmæ, Zinzib. ana gran. ij. miſce & cum electuarii indi. q. ſ. ad incorporandum reformentur pilulæ v.* Iſtarum pilu- [F] larum aſſumat iij. in aurora ſingulo menſe tantum ſemel, & cum reliquis modis & ordinibus deſcriptis **Pilulæ de benedicta.** in aſſumtione ſolutiui immediate ſupraſcripti compoſiti ex caſſia, &c. ¶ Pilulæ de benedicta, de quibus immediate ſupra fit mentio. ℞. *tantum ſpecierum de benedicta partem j. aloes ſuccotrinæ electæ partes ij. miſce & cum electuarii indi. q. ſ. ad incorporandum formentur pilulæ vij. pro* ʒ. Matricis confortatiuum. **Peſſarium.** ℞. *trochiſcorum de gallia moſchata* ʒ *j. calamenti ſeminum iuniperi an.* ʒ *ß. contundantur omnia craſſo modo, deinde miſce. Iſtam mixtionem in petia ſubtili rara linea imponat, & liget cum filo ipſo remanente longo & vuluæ imponatur ita tamen quod non tranſeat medietatem colli vuluæ, in ſero cum vadit dormitum, & ipſam taliter in nocte retineat tota nocte.* Hoc vero medicamine taliter vtatur in ſingula hebdomada. **Vnguentũ.** ¶ Renum & matricis confortatiuum. ♃. *raſuræ eboris* ʒ *j. dragaganti, gummi arabici ana* ℈ *j. ſeminum communium maiorum frigidorum* ʒ *ij. vnguenti Gal.* ℥ *iij. oleorum maſticis, liliorum alborum ana* ℥ *ij. boli* [G] *armeni* ʒ *j ß ceræ al. q. ſ. pro vnguento molli miſce, & cum modico modici aceti q. ſ. ad penetrandum fiat vnguentum molle ad lentum ignem.* Iſta vnctione taliter vngantur renes vſque ad os caudæ ieiuno ſtomacho in mane cum ſurgit duobus diebus in hebdomada. Qua vnctione taliter vtatur poſt aſſumtionem

A tionem ſemel ſolutiui ſupraſcripti ex caſſiafiſt. dicta ſimplici, &c. ¶ Stipticatiuum matricis, & amplius
humiditatum eius exſiccatiuum. ℞. *pinearum corticis M iij. antimonii lib. j. florum ſquinanti M ij. con-* Peſſarium.
tundantur omnia craſſo modo, deinde ſimul bulliant in vini albi mediocris vinoſitatis & ſaporis aliquan-
tulum agreſtis, & non dulcis. In hac decoctione ſuauiter calida pannus lineus albus infundatur ligatus
cum filio duplo longo, deinde vuluæ intromittatur vſque ad medietatem colli matricis, filo pendente
ab extra, ſeruatis reliquis modis & ordinibus deſcripris in vſu matricis confortatiui deſcripti in recepto
compoſito ex gallia, &c. ¶ Humiditatum matricis exſiccatiuum. ℞ *corallorum rubeorum ʒ ij. antimonii* Aliud.
ʒ iij. thaloc. ʒ j ß. terantur mediocriter, deinde in petia linea ſubtili & rara ligata vuluæ ſupponatur filo ab
extra pendente. ¶ Humiditatum matricis exſiccatiuum & ſtipticatiuum amplius. ℞. *ſquinanti florum M* Aliud.
iij. myrti fruc. ℥ j. cyperi radic. M j ß. contundantur omnia craſſo modo, deinde ſimul bulliant in vini nigri
B *mediæ vinoſittais & ſaporis, & aliquantulum agreſtis, & non dulcis. In hac decoctione debite calida pan-*
nus lineus infundatur, deinde cum filo ligatus vuluæ imponatur, vſque ad medietatem colli matricis & filo
ad extra vuluam pendente ſeruatis reliquis modis & ordinibus deſcriptis in vſu ſuppoſitorii compoſiti ex cor-
ticibus pinearum. ¶ Confortatiuum matricis, cordis, cerebri, vt hic ſupra. ℞. *ſpecierum diambræ ʒ j aro-* Morſelli.
matici moſchati Meſuæ ʒ ß. ſachari albiſſimi ℥ ij. miſce, & cum aquarum abſynthii, capillorum veneris an. q.
ſ. ad conficiendum fiat confectio ſolida in morſell. iij. ʒ. Iſtius confectionis aſſumat vnũ morſellum in mane
cum ſurgit duobus diebus in ſingula hebdomada in ſpatio xv. dierum & poſt ipſius aſſumtionem ſtet
ieiunus ad minus horis trib. hac vero confectione taliter vtatur in aliis 15. diebus immediate ſequentib.
15 dies aſſumtionis confectionis ſupraſcriptæ in alio recepto. ¶ Exſiccantia humiditates matricis ipſamque
que confortantia. ℞. *maſticis ʒ ij. thuris ʒ j. radicis tamariſci ʒ j ß. puluerizentur omnia, deinde ſimul mixta*
C *in petia alba linea ſubtili & rara ligentur.* Iſtud medicamen imponat vuluæ vſq; ad medietatem colli ma- Peſſar.
tricis, & taliter tota nocte teneat ſaltem ſemel in hebdomada ſingula, præterquam in tempore calido,
hoc vtatur tranſacto menſe poſt aſſumtionem ſolutiui ſupraſcripti.

Exſiccatiuum humiditatum matricis, vt hic ſupra efficacius. ℞. *thaloch. ℈ ij. antimonii ʒ ij. fructus ber-* Aliud.
beris ℥ j plantaginis ℈ j radic. acetoſæ ʒ ß. ſumach. ℈ j. puluerizentur, deinde ligentur, vt hic ſupra, hac vta-
tur vt ſupra de alio, ſi efficacius voluerit medicamen. Exſiccatiuum humiditatum matricis ipſiusque con-
fortatiuum virtuti valde familiare & vſuale. ℞. *ſpicæ nar. ʒ ß. radi. acetoſæ ℈ j. piſtentur mediocriter, de-* Aliud.
inde mixta in petia linea alba ſubtili & rara ligentur. Si vero vult medicamen virtuti familiarius, tunc
duabus noctibus in ſingula hebdomada, præterquam tempore calido imponat vuluæ ſeruatis modis di-
ctis in aliis ſupraſcriptis. ¶ Exſiccatiuum humiditatum matricis vſuale imprægnationem iuuans. ℞. *co-* Aliud.
D *aguli leporis ℈ ij. ligetur in petia alba ſubtili rara.* Si vero vult medicamen gratius, quia etiam iuuat ad con-
ceptionem, aut etiam ſi medicamen præcedens permutare vult, tunc hoc vtatur, vt ſupra de aliis. ¶ Ex-
ſiccatiuum humiditatum matricis vſuale. ℞. *galliæ moſc. ʒ ß. thuris ʒ vj. garyoph. ʒ ij. ſumach. ʒ j moſchi*
quartam partem gra. j. vini nigri odoriferi mediæ vinoſitatis. Puluerizentur omnia craſſo modo, deinde bulli-
ant ſimul vſque ad conſumtionem tertiæ partis. Si vero efficacius medicamen voluerit hoc imponat vuluæ
cum modis dictis ſupra in aliis.

Cons. CXXXIII. *Contra ſterilitatem mulieris ex debilitate virtutis conceptiuæ.*

MAtricis confortatiuum. ℞. *nepitæ, nucis moſ. matricariæ, millefolii, adipis anſeris, olei liliorum al-* Peſſarium.
borum, ceræ albæ, herbæ piſtentur, deinde omnia ſimul incorporentur, & fiat peſſarium. Matricis vir-
tutis confortatiuum conceptiuæ. ℞. *coaguli leporis butyri, moſchi, miſce & ex his imbibat totum*
E *& ſupponatur poſt menſtruationem.* ¶ Matricis mundificatiuum, maſtiche ſuppoſita mundificat & eſt fa-
miliare. ¶ Mundificatiuum efficacius. ℞. *myrræ, ſtyracis liquidæ, baccarum lauri, ireos, croci, olei liliorum* Aliud.
alborum. Contundenda contundantur craſſo modo, deinde ipſa taliter contuſa in dicto oleo liliorum alborum
infundantur, & extracta ab oleo miſceantur cum ſtyrace liquida. Vltimo omnia ſimul in petia linea ſubtili &
rara ligata in vuluam imponantur. ¶ Mundificatiuum matricis. ℞. *bdellii, hyſſopi, nigellæ, laudani, croci, olei* Aliud.
lilio. al. piſtanda piſtentur, deinde cum dictis laudano & oleo liliorum alborũ incorporentur, & fiat peſſarium.
¶ Virtutis generatiuæ & conceptiuæ confortatiuum. ℞ *ſeminis bauciæ, artemiſiæ, biſtortæ ſpicæ, nuc. moſc.* Pilulæ.
adipis anatis. Puluerizanda puluerizentur, deinde cum dicta aqua incorporentur, & fiant pilulæ vij. pro ʒ.
¶ Matricis mundificatiuum familiare & virtutis cõceptiuæ confortatiuum. ℞ *fœnugræci galliæ moſcha-*
tæ, adipis anatis. Piſtanda piſtentur, deinde cum dicto adipe miſceatur, & fiat ſuppoſitorium. ¶ Matricis mun- Suppoſitorium.
F dificatiuum. ℞ *folii myrræ, olibani, hordei, croci, adipis anſeris.* ¶ *Piſtanda piſtentur, deinde cum adipe incor-*
porentur, & fiat ſuppoſitorium. ¶ Virtutis conceptiuæ & matricis confortatiuum. ℞. *cyperi, ſquinanti, nu-* Inſeſſus.
cum cupreſſi, artemiſiæ, radicum pœoniæ ſeminum iuniperi, corticum pinearum, bulliant omnia ſimul in aqua
fabrorum q. ſ. pro encatiſmate, & fiat encatiſma. ¶ Virtutis conceptiuæ confortatiuum. ℞. *nucis moſcatæ,* Peſſarium.
antimonii, galliæ moſcatæ, ſpicæ, ſiſeleos, croci garyophyllorum, moſchi. Contũdenda contundantur craſſo modo,
deinde omnia ſimul in petia linea ſubtili & rara ligata, in vuluam imponãtur. ¶ Virtutis generatiuæ & con-
ceptiuæ confortatiuum. ℞ *ſpecierum horum trium ſ. diamoſchi dulcis, diambræ, diamargariton, galliæ mo-* Aliud.
ſchatæ, ſiſeleos ſeminum pœoniæ, raſuræ eboris, xylobalſami, puluerizanda puluerizentur, deinde omnia ſimul
mixta in petia linea ſubtili & rara ligata in vuluam imponantur. Et hic non ponuntur doſes medicinarũ.

De paſſionibus iuncturarum & extremitatum.

G Cons. CXXXIV. *Contra podagram a materia mixta.*

SOlutiuum minoratiuum facile. ℞. *pilularum de benedicta infraſcriptarum in recepto 2. infraſcripto ʒ* Pilulæ.
ij. agarici, myrobalanorum an. ʒ j. ſalis gemmæ, zinzib. an. gra. j. miſce, & cum diaphœnicone q. ſ. ad incor- Pilula de
porandum formentur pilulæ vij. pro ʒ. Pilulæ de benedicta, de quibus fit mentio immediate ſupra. ℞. benedicta.

ſpecierum de benedicta ʒ j. aloes ſuccotrinæ electi ʒ ij. miſce, & cum mellis roſati colati q. ſ. ad incorporandum A *formetur magdaleon pro ipſis pilulis de quibus ſupra.* ¶ Digeſtiuum. ℞. *aquarum ſaluiæ ʒ j ß. abſynthii, cichoreæ ana ʒ j. ſachari albiſſimi ʒ j.* ¶ Solutiuum eradicatiuum. ℞. *pilularum ſuprascriptarum in primo recepto ʒ ij. de hermodactylis Nico. ʒ j. miſce, & cum diaphœnicone q. ſ. ad incorporandum reformentur pilulæ vij. pro ʒ.* ¶ Solutiuum vſuale facile. ℞. *pilularum de benedicta ſupraſcriptarum in primo recepto quantitatem a duabus vſque ad quinque ad libitum.* ¶ Solutiuum aliud vſuale & facile. ℞. *terebenthinæ lotæ ter cum aqua plantaginis q. ſ. ad debitam terebenthinæ lotionem ipſius ʒ ij.* ¶ Solutiuum leuiſſimum & confortatiuum omnium membrorum naturalium cerebri & iuncturarum. ℞. *myrobalanum chebulum conditum j.* ¶ Confortatiuum, vt ſupra. ℞. *ſaluiæ minutim inciſæ & non piſtatæ, ne ſuccus ab ipſa defluat lib. ß. mellis aliqualiter cocti & optime diſpumati q. ſ. pro dictæ ſaluiæ infuſione & ipſorum parua ebullitione & electuarii compoſitione, ſpecierum triaſandalorum ſine camphora, aromatici roſ. deſcriptione Gabrie. an. ʒ iiij. Saluia & mel prius bulliant ſimul modicum ad lentum ignem optime incorporentur & totum redigatur in forma electuarii.* ¶ Confortatiuum iuncturarum. Subtularis fiat vt calceatus debite latus, & non ſtrictus multũ, ne ipſum moleſtet ex pelle canis confecta debite, & portetur. ¶ Mitigatiuum dolorum repercuſſiuum, confortatiuum & reſolutiuum. Si rubet dolens, tũc liniatur locus idem in principio & augmẽto morbi ex ſolo oleo roſato facto ex oleo omphacino, & in duplici vaſe ſecundum canonem, & cum petia linea in dicto oleo infuſa idem locus, tunc epithimetur. ¶ Confortatiuum & dolorum mitigatiuum; ℞. *micæ panis q. ſ. pro emplaſtro lactis muliebris aut ouis aut capræ, aut vaccæ: ſed melius mulieris, deinde ouis & q. ſ. pro debita infuſione micæ panis ſupraſcriptæ. Vitellum oui croci modicum q. ſ. ad aromatizandum, & aliqualiter tingendum, miſce & fiat emplaſtrum.* ¶ Doloris mitigatiuum, &c. Liniatur locus dolens ex medulla caſſiæ fi. Auic. *ſecundo canone cap. proprio de caſſia fi.* ¶ Mitigatiuum, confortatiuum & reſolutiuũ. Si vero non rubet locus dolens, non vngatur in quatuor primis diebus, ſed poſt quatuor primos dies vngatur locus tantum ex oleo chamomelino facto in duplici vaſe ſecũdum canonẽ, & tunc ex eodem oleo chamomillæ epithimetur cum petia linea infuſa in dicto oleo. ¶ Mitigatiuum, &c. etiam vt hic ſupra. ℞. *rapæ, raſæ ſeu gratatæ, quod idem eſt cucurbitæ præparatæ, ſimiliter foliorum caulis. De his omnibus tribus ana q. ſ. pro emplaſtro axungiæ porcinæ, oleorum chamomillæ, roſati. De his tribus æqualiter q. ſ. ad impinguandum, farinæ fœnugræci q. ſ. ad omnia ſimul incorporandum. Rapa, cucurbita & caules ſimul bulliant parua ebullitione ad lentum ignem. Vltimo reliqua omnia addantur, & fiat emplaſtrum ad lentum ignem.* ¶ Confortatiuum, &c. ℞. *epatis gallinæ partes ij. farinæ hordei partem ß. De ambobus ſimul q. ſ. pro emplaſtro miſce, & fiat emplaſtrum auctoritate kyrat. auct.* ¶ Confortatiuum, &c. ℞. *tritici cocti partes quatuor. florum violarum partem j. de ambobus ſimul q. ſ. pro emplaſtro axungiæ porcinæ q. ſ. ad incorporãdum miſce, & fiat emplaſtrum.*

Electuariũ. *Emplaſtrũ.* *Emplaſtrũ.* *Aliud.* *Aliud.*

Venæ ſectio De phlebotomia vero hic nullam feci mentionem, quia ipſa phlebotomia in podagra non eſt molienda, niſi cum valde forti intentione ad hoc. Nam ipſa phlebotomia humores per corpus fluere facit Auic. &c. *Diæta.* ¶ Coitus eſt ſumme nociuus. ¶ Vinum nocet, & proprie vinoſum. Omne etiam vinũ album vinoſum, & non vinoſum nocet. Frigus loci valde nocet. Repletio nauſeatiua valde nocet. Ponere indigeſtum ſuper indigeſtum, itidem nocet, ſeu comedere ſeu bibere ante prioris cibi digeſtionem, quod idem eſt. Bibere ante comeſtionem xv. vel 12. bolorum ad minus nocet. Euitet acetum, res viſcoſas, poma, legumina omnia, & proprie recẽtia, præter cicera rubea, de quibus aliquando poteſt comedere, carnes porcinas, cydonia, dum dubitat dolorem eſſe proximum, & etiam præſentem, non bibat vinũ, ſed ſolum aquam fluuialem coctam cum ſacharo: aut ipſa prius cocta, ſacharum infundatur ad libitum. Alio vero tempore quocunq; ſanitatis bibat vinum pauciferum ſeu multum remiſſæ vinoſitatis, quod idem eſt, vinum nigrum, & ſit ſtipticum, ſeu habens multum de tortura torcularis, quod idem eſt lymphatum ex duab. partibus aqua ad minus, & tertia parte ipſius vini ad amplius. Ieiunet duobus diebus in ſingula hebdomada, videl. die veneris, & die ſabbati, & in prandio non comedat vlterius, quam in aliis dieb. & in ſero pro collatione comedat prius tres vel quatuor bolos panis: deinde bibat vinum cyathum ad amplius dicti vini ſtiptici nigri lymphati, vt ſupra. Non vtatur rebus aperitiuis, nec etiam multum ſtipticis, nec calidis notabiliter, nec frigidis, ſed tamen vtatur rebus remiſſe calidis. ¶ Contra podagram calidam cum aliquali phlegmate, ſed non nimis, ſeu non multum intenſe calidam.

Cons. CXXXV.

Pilulæ. SOlutiuum. ℞. *pilularum de benedicta infraſcriptarum ℈ ij. agarici ℈ j. ſalis gemmæ gran. j. miſce, & cum electuarii ſucci roſati, quantum ſufficit ad incorporandum formẽtur pilulæ vij.* Iſtarum pilularum F aſſumat a duabus vſque ad v. ad libitum in aurora, aut per vnam horam ante cœnam ad libitum, ſed melius eſt in aurora. Et ſi ipſas aſſumat, tunc poſt ipſarum aſſumtionem ſtet ieiunus horis quatuor ad minus, & v. ad maius. Et eas pilulas taliter aſſumat ſingulo menſe ſemel, præterquam temporibus magni caumatis & frigoris, aut in ſingulis 20. diebus ipſas taliter aſſumat, vt hic ante. ¶ Pilulæ de benedicta, *Pilulæ de benedicta.* de quibus in recepto immediate ſupraſcripto fit mentio. ℞. *ſpecierum de benedicta electuarii ʒ j. aloes ſuccotrinæ electæ ʒ j. miſce, & cum mellis roſati colati q. ſ. ad omnia debite incorporandum fiat magdaleon pro pilulis formandis.* ¶ Iuncturarum confortatiuum. Lauet ſibi manus ante, & poſt cibum, & prandium tempore frigido & recenti, & cum vino albo non vinoſo, nec paucifero, ſed tantum mediæ vinoſitatis aut ſaltem taliter ſibi lauet tantum in altero dictorum ciborum ad libitum cum dicto vino albo, &c. vt hic ante. Nam vinum nigrum eſt poroſitatum cutis nimis conſtrictiuum, & ita in hoc caſu reſolutionis hu- G *Pilulæ.* morum prohibitiuum. ¶ Confortatiuũ iuncturarũ, vt ſupra & nodoſitatis ipſarum prohibitiuũ ℞. *ceræ albiſſimæ ʒ iiij. ad amplius terebenthinæ electæ ʒ ß. aut magis ſecundũ proportionem ſupraſcriptã & cerã, miſce omnia & fiat pilula ſatis magna & amplexibilis leniter a manu ſua.* Iſtam pilulã teneat crebro in manu ſua

quacun-

A quacunq; hora diei ad libitum, & proprius ſtomacho ieiuno & proprie temporibus frigido & recenti.

Cons. CXXXVI. *Contra podagram ex materia mixta*

MAteria mixta ex cholera & phlegmate. Minoratiuum ſolutiuum facile. *℞. pilularum de benedi- Pilula.*
cta infraſcriptarum in infraſcripto recepto ℈ ij. agarici, myrobalanorum chebulorum ana ℈ j. ſalis
gemmæ, zinzib. an. gra. j. miſce, & cũ diaphœniconis q. ſ. ad incorporandum formẽtur pilulæ vij. pro ʒ.
¶ Pilulæ de benedicta, de quibus immediate ſupra fit mentio: *℞. ſpecierum de benedicta ʒ j. aloes ſuccotri- Pilulæ de*
næ ʒ ij. miſce, & cum mel. roſati colati q. ſ. ad incorporandum formetur magdaleon pro pilulis de benedicta, de benedicta.
quibus in infraſcripto recepto primo fit mentio. ¶ Digeſtiuum. *℞. aquarum ſaluiæ ℥ j ß. abſynthii ℥ j. endiuiæ Potio dige-*
℥ ij. ſachari albiſſimi ʒ ij. miſce. ¶ Solutiuum eradicatiuum. *℞. pilularum ſupraſcriptarum in primo rece- ſtiua.*
pto ʒ ß. de hermodactylis minorum ℈ j. miſce, & cum diaphœniconis q. ſ. ad incorporandum formentur pilulæ Pilula.
B *vij. pro ʒ.* Solutiuum vſuale. *℞. pilularum ſupraſcriptarum in primo recepto ad libitum ℈ j. vel ʒ ß.* ¶ Solu-
tiuum aliud vſuale & facile. *℞. terebenthinæ lotæ ter vel quater cum aqua plantaginis q. ſ. ad debitam trinam*
lotionẽ ad libitum ʒ j. vel ij. ¶ Solutiuum leuiſſimum confortatiuum. *℞. myrobalanorum chebulorum con-*
ditorum j. ¶ Confortatiuum, &c. *℞. ſaluiæ minutim inciſæ & non piſtatæ, ne ſuccus ab ipſa effluat lib. ß. mel- Electuarium.*
lis aliqualiter cocti & deſpumati optime q. ſ. pro dictæ ſaluiæ infuſione & ipſarum parua ebullitione, ſpecierum
triaſandalorum ʒ iij. aromatici roſati deſcriptione Gabriel ʒ j. Saluia & mel prius ſimul bulliant ad lentum
ignem modicũ, & apud eundẽ ignẽ, vt ſupra optime incorporentur. Vltimo dictæ ſpecies addãtur, & totum redi-
gatur in forma electuarii. ¶ Confortatiuum, vt ſupra. Sotularia fiant lata non ſtricta ex pelle canis con-
ficta debite & apponantur. ¶ Mitigatiuum, &c. Confortatiuum & reſolutiuum. Vngatur continue lo-
cus ex oleo roſato facto in duplici vaſe, ſecundum canonem, ſi rubet locus, perſeuerante ipſo rubore in-
C tenſo. Si vero non rubet locus, non vngatur in duobus primis diebus. Sed poſt dictos duos dies primos,
vngatur ex oleo chamomelino facto in duplici vaſe. ¶ Vnguentum. *℞. dialthææ lib. ß. terebenthinæ ℥ iiij. Vnguentum.*
olei laurini ℥ iiij. ſe. hircini ℥ ß. maſticis ʒ ij. olei decoctionis vermium terrenorum ru. lib. ß. ceræ q. ſ. pro vng-
uento, vngatur locus dictus.

Cons. CXXXVII. *Contra guttas & dolores earum.*

REcipe *myrobalanorum chebulorum ℥ ij. turbit. ʒ j. zinzibe. ʒ j. petroſelini ʒ ij. ameos domeſtici ʒ ij. Puluis.*
ſachari ad põdus omnium puluerizentur & capiantur pro vice ʒ iiij. in aurora cum vino bono cali-
do, & fac aſellare ter vel quater ſuauiter, & eſt medicina ſecura, nec eſt cuſtodia, niſi quod cœna ante
aſſumtionem fit per viij horas vt melius operetur medicina, neque facias puluerem eſſe nimis veterem
ad faciendam & prædictarum rerum accipiãtur pondera myrobalanorum 23. & de turbit. 11. & de zinzib. vij.
D *& de ſeminibus petroſelini iiij. ſachari albiſ. ℥ j. & tunc erunt ℥ iij.*

Cons. CXXXVIII. *Contra nodoſitatem iuncturarum manus & aliquantulum ſtuporem.*

CEratum. *℞. mucilaginum althææ, mucilaginum ſeminum lini, fœnugræci ana ℥ ß. pinguedinis gallinæ Ceratum.*
℥ j. dragaganti, gummi arabici an. ʒ j. pulparum ſebeſten ℥ j. pulueris calamenti ℥ ß. olei liliorum albo-
rum ℥ j. terebinthinæ ℥ ij. ceræ q. ſ. pro cerato miſce, & fiat ceratum. Iſtud ceratum partibus manuum
læſis apponatur, & debite ligetur, & taliter tribus diebus teneatur, deinde ſoluatur, & poſtea reite-
retur applicando taliter ſecundum neceſſitatem. Si vero vult vnctionem, minoretur quantitas ceræ, in
hoc medicamine apponatur, totum redigatur in formam vnguenti. Et hoc vnguento vngantur loca
manuum læſa ſtomacho ieiuno, videlicet per vnam horam ante prandium, & ante cœnam per tantun-
dem, & etiam quando vadit dormitum, & eo taliter vtatur ad libitum temporibus frigido & recenti.

E

Cons. CXXXIX. *Contra morbum iſchiadicum.*

Cap. I.

VInum ſit vinoſitatis mediæ, ſed melius pauciferum, medii coloris ſeu coloris granatæ, ſed melius *Diæta.*
nigrum, diaphanum ſeu clarum, ſaporis declinantis aliquantiſper ad agreſtem: ant melius medii
inter agreſtẽ & dulcẽ ſaporem. Et ſi vult vinũ dulce, dulcoret ipſum cũ ſacharo albiſſimo. Vinũ, *Vinum ſal-*
& vt hic immediate ſupra ſit ſaluiatum, videl. in quo ipſo muſto ſaluia bullierit tantum naturali ebulli- *uiatum.*
tione eiuſdem muſti, aut in quo ſaluia minutim inciſa plurib. dieb. ſteterit, totum hoc iuuat. Non bibat, *Potus.*
niſi in prandio, & in cœna ſemper comedat 10. aut 12. bolos antequam bibere incipiat. Lymphet in hye-
me vinum mediæ vinoſitatis ex aqua fluuiali, aut etiam cyſternæ parte quarta totius potus. In æſtate ve-
ro ex tertia parte. In temporib. autem mediis medio modo vinum pauciferum non lymphet. Pręſtãtiſſi-
F mum aũt potum, & melius quocunq; vino eſt mellicoratum, ſeu aqua mellis ſaluiata. ¶ Comedat tres vel *Herbæ.*
quatuor bolos ſalatæ infraſcriptæ in introitu mẽſe, aliquoties ſaltẽ bis in ſingula hebdomada, & proprie
in cœna, præterq̃ tpe magni caumatis, in quo tpe ipſam ſalatã nõ comedat alumina cum boragine mo-
dico roſmarini, & modico mẽthæ ſimul mixtis cum agreſta, & cũ melle, & eſt melius, aut ſi vult tantum-
modo acetũ, tunc ipſum non ſit acutum & lymphatum tm̃ cũ aqua cocta, & non cũ vino: deinde in ipſo
ponant ſacharũ cappares cõditos cũ agreſta, aut aceto, & vt hic immediate ſupra. Tpe vero magni cau-
matis comedat ſalatã compoſitã ex quatuor partib. cichoreæ, menthæ & ſaluiæ ana partem ß. mixtis cũ
agreſta vel vino granatorũ vel aceto, &c. vt hic ſupra. ¶ Brodetos comedat ex oui vitellis cum pane tritu- *Fercula.*
rato & brodio ſine caſeo. Et ſi vult caſeum, inter brodetum ponat aliquãdo modicum caſei duri & anti-
qui. Amygdalata cum vitellis ouorum, & ſine vitellis ouorum ad libitum iuuat. Panata cũ vitellis ouo-
G rum, & ſine vitellis ouorum ad libitũ in brodio cicerũ rubeorũ vel nigrorũ, in quo coctæ ſint aliquæ ex
infraſcriptis carnib. laudabilib. facta cum aliquib. granis eorũ, iuuat. Panata facta in brodio cauliũ cum
aliquib. foliis ipſorũ cauliũ ẽt, vt hic ſupra de panata & brodio cicerũ. Et far frumenti cũ amygdalis & vi-
tellis ouorũ, & ſine ipſis ad libitũ in brodio alicuiꝰ carniũ infraſcriptarũ. Blites cũ boragine & brodio car

nium, vt hic ante. Panis coctus in brodio carnium, aut ſaltem infuſus in ipſo. Pultes ex farina aruli cocti cum brodio carnium, vitelli ouorum diſſoluti cum brodio mediæ pinguedinis, deinde cocti cũ brodio carnium. Porrorum alba debite piſtata & bullita & abiecta prima aqua, deinde optime cocta in brodio carnium cum modico ſatureiæ & modico menthæ. Radix caulis triturata ſeu minutim inciſa, & nõ piſtata mixta cum mica panis triturata cum vitellis ouorum & cocta in brodio carnium. Bugloſſa ſeu lingua bouina minutim inciſa cum modica ſatureiæ ſeu ſatureia ſola in brodio carnium cocta. Saluia triturata ſeu minutim inciſa & non piſtata, & cum modico roſmarini & vitellis ouorum cocta in brodio carnium, &c. vt ſupra. *Carnes.* ¶ Comedat carnes vituli caſtroni ſeu caſtrati iuuenis non amplius vnius anni, capreti domeſtici, capreoli ſylueſtris, leporini iuuenis, ericii, porcini, & eſt proprium pullorum, & phaſianorum, perdicum, francolinorum, palumborum ſeu pipionum, turturum, turdorum, alaudarũ, auium paruarum ceſarum ſeu in pratis degentium, paſſeribus duntaxat exceptis, & proprie, quia difficilis ſunt digeſtionis. Epata gallinarum, anſerum, limaces cum aromatib. ſeu ſpeciebus infraſcriptis, ſupraſcriptas carnes in prandio comedat potius elixas, quam aſſatas. In cœna autem potius comedat ipſas aſſatas, quam elixas. *Piſces.* ¶ Piſces comedat paruos, petroſos, lucios paruos, temalos, ſtrilcos, ſardenas capidanos paruos, menolas, barbonos & oratas paruas, paſſeres paruos. Omnes piſces potius comedat frixos, quam elixos. *Oua.* Vitelli ouorum recentium ſorbilium aut in aqua fractorum ad libitum, iuuant fritaliæ ex ouis mixtis cum ſaluia, aut cum ſubſcriptis herbis odoriferis. *Caſeus.* De caſeo duro antiquo poteſt aliquando comedere, & proprie poſt cibum, ſed non multum comedat. *Aromata.* ¶ Aromata ſeu ſpecies. ℞. *cinamomi electi ℥ ß. garyophilorum ʒ ß. Zinzibe. ʒ j. croci ℈ j. coriandrorum præparatorum ʒ j. ſachari albiſſimi ℥ ij. puluerizentur omnia ſubtiliter, deinde miſce.* Ex his aromatibus aromatizentur fercula ſua & ſaporis ſui, & ſua comeſtibilia ad libitum ſaltem ter in hebdomada præterquam tempore calido. *Sapores.* ¶ Sinapi debite dulcoratum cum melle potius quam cum vino cocto, ſapor chamelinus, ſapor factus ex ſerpillo, petroſilino, ſatureia, roſmarino, mentha, ſaluia, epata gallinarum & anſerum cocta in aceto non nimis acuto. Piſtanda piſtentur debite, deinde omnia ſimul incorporentur. Vltimo totum dulcoretur cum modico mellis apum aut cum melle paſſularum. *Fructus.* ¶ Ficus, & proprie ſiccas comedere poteſt, paſſulas paruas, & proprie nigras: zibebum, phiſticos ſeu piſtachios, amygdalas, grana pini prius infuſi ter in aqua feruenti, deinde expreſſa vltimo ſiccata in vmbra. De dactylis vero aliquando comedere poteſt, ſed non multum, nec ſæpe.

Cap. II. *De Euacuantibus materias communes.*

Enema. Euacuantia materias communes. ℞. *foliorum blitis maluarum ana M j. mercurialis M j ß. florum chamomillæ, meliloti, aneti M j ſeminum fœnugræci, carthami, lini ana ʒ ß. vitelli oui numero j. caſſiæfiſtulæ ℥ j. benedictæ ſimplicis, ſachari roſarum ana ℥ ß. olei liliorum alborum ℥ iij. chamomillæ ℥ ij ſalis communis ʒ ij. herbæ, flores, ſemina bulliant ſimul in ſufficienti quantitate aquæ pro enemate vſque ad conſumtionem tertiæ partis aquæ, deinde optime exprimantur & colentur, vltimo de tribus cyathis dictæ colaturæ reliqua omnia addantur, & fiat clyſtere.* Illud enema debite calidum aſſumat bis in duabus primis hebdomadis ad minus ſtomacho ieiuno & plus, & minus ſecundum neceſſitatem conſilio Medici curæ aſtantis. *Potio ſolutiua.* ¶ Solutiuum, vt ſupra. ℞. *caſſiæfi. ℥ j. pulpæ ſebeſten ℥ ß. mellis paſſularum paruarum nigrarum ℥ j. aquæ abſynthii ℥ j ſeri caprini, quantum ſufficit pro potione. Pulpa dictarum ſebeſten diſſoluantur optime cum dictis aqua & ſero caprino, deinde omnia ſimul incorporentur & fiat potio.* Iſtud ſolutiuum aſſumat debite calidum, & non tepidum in aurora: deinde poſt ipſius aſſumtionem ſtet ieiunus tantum horis quatuor, & interim nullo modo dormiat, nec aſſumat lauatiuum aliquod ante prandium, ſed in dicto termino quatuor horarum prandeat & pro ferculo in prandio comedat blites cum boragine: item carnes laudabiles, vt pulli, perdicis, hædi ſeu capreti vel ſimiles carnes laudabiles. Hãc vero potionem taliter aſſumat, vt hic ante habito, tamen clyſteri ante cœnam in ſero præcedenti diem aſſumtionis potionis eiuſdem.

Cap. III. *De minorantibus materias proprias.*

Vena ſectio Phlebotomia fiat baſilicę ex manu lateris oppoſiti ſciaticę, ex qua extrahantur a quatuor vſque ad vj ℥. ſanguinis & plus, & minus ſecundum vniuerſalẽ repletionem aut particularem ſanguinis vel phlegmatis mixti cum ſanguine, idq; fiat conſilio inſignis Medici curæ aſtantis: hæc vero phlebotomia permittatẽ vſq; ad diem ſeptimum incluſiue, ſed iterũ vtatur enemate & potione lenitiua ſupraſcriptis modis & ordinib. quibus hic ſupra. *Potio ſolutiua.* ¶ Solutiuum, vt ſupra. ℞. *caſſiæfi ℥ j benedictæ ſimplicis ʒ ij rheubarbari electi ʒ j. aquæ ſaluiæ ℥ j. ſeri caprini q. ſ. pro potione miſce, & fiat potio.* Iſtud ſolutiuum aſſumat debite calidum, & non tepidum per 8. horas ad minus poſt finem cœnæ mediocris immediate præcedentis, ſed poſt ipſius aſſumtionẽ ſtet in lecto hora vna cũ dimidia, & iterum dormiat per vnam horam ad minus. Deinde poſt dictam vnam horam cum dimidia, ſiue dormierit, ſiue non, non vlterius dormiet, & poſt dicti ſolutiui aſſumtionem ſtet ieiunus horis quinque, & non aſſumat lauatiuum aliquod ante prandiũ, ſed tantum in dicto termino v. horarum prandeat, & in dicto prandio comedat blites cum boragine item carnes laudabiles vt pulli, hædi vel ſimiles carnes. Hoc vero ſolutiuum aſſumat tertia die poſt phlebotomiam ſupraſcriptam & præcedente clyſteri ſupraſcripto in ſero immediate præcedente diem aſſumtionis eiuſdem ſolutiui. *Vena ſectio* Iſta phlebotomia fiat ſemel in mane hora tertia ſtomacho ieiuno, facto tamen ſupraſcripto enemate in die præcedente ipſam phlebotomiam, & in eodem mane phlebotomiæ prius habito ventris beneficio aut naturaliter, aut ex ſuppoſitorio, quæ phlebotomia fiat tñ ſemel, & non reiteretur, niſi incumbente magna neceſſitate & cõſilio Medici aſtantis, ſed quia vir forte debilis eſt, dicta phlebotomia fiat, ex qua tantum v ℥. ſanguinis extrahantur, & tamẽ plus & minus conſilio

ſilio

A filio Medici curæ aſtantis. Solutiuum vt ſupra. ℞. *pilularum de benedicta ſimplici compoſita ex parte vna* Pilulæ.
ſpecierum benedictæ ſimplicis, & partib. duab. aloes ſuccotrinæ, pilularũ de ſerapino, pilularum de hermodacty-
lis minorum an. ℈ j. *miſce, & cum electuario indo. q. ſ. ad incorporandum reformentur pilulæ vij. pro* ℥. Iſtas pi-
lulas aſſumat in aurora octaua die poſt aſſumtionem dicti ſolutiui immediate, & eas aſſumat cum reli-
quis modis & ordinib. deſcriptis in aſſumtione dicti ſolutiui immediate anteſcripti, preterq̃ ꝙ poſt iſta-
rum pilularum aſſumtionem ſtet ieiunus horis ſex, & aſſumat lauatiuum in termino quinq; horarum, &
proprie lauatiuum per vnam horam, tũc prandeat, vt ſupra. Iſtud vero lauatiuum ſit vj. ℥ aut vnius cya-
thi aquæ hordei excorticati calidæ & non tepidæ, & ſine ſacharo. ¶ Minoratiuum vt ſupra. Minorentur
materia antecedens & coniuncta, & proprie antecedens cũ abſtinentia & exercitio corporeo, vel melius
manuali, aut etiam melius amplius fricatione brachiorum ſtomacho ieiuno, & iterum melius ventris
B beneficio præcedente eodem mane. Nam fricatio in ægro exercitio proportionatur.

Cap. IV. *De mitigatione dolorum.*

R*Ecipe oleorum liliorum alborum* ℥ *vj. chamomillæ* ℥ *iiij. vitellos oui numero ij. caſſiæfi.* ℥ *j. benedictæ* Enema.
ſimplicis. ſach. an. ℥ ß. *croci* ℥ ß. *ſalis communis* ℥ *ij. miſce, & fiat clyſtere.* ¶ Mitigatiuum doloris, vt Aliud.
ſupra efficaciꝰ priori. ℞ *oleorũ liliorũ albo.* ℥ *vj. ſpicæ, chamomillæ, aneti an.* ℥ *iij. vitellos oui numero*
ij. caſſiæfi. ℥ *j. benedictæ ſimplicis, ſachari rub. ana* ℥ ß. *croci* ℥ ß. *ſalis communis* ℥ *iij. miſce, & fiat cly-*
ſtere. Iſto enemate debite calido vtatur ſingulo die ad minus ſemel ſtomacho ieiuno dolore valde infe-
ſtante. Hoc vero enemate taliter vtatur, ſi ex immediate ſupraſcripto enemate a dolore non debite alle-
uiatur, & medicamen vult efficacius. Itẽ abſtinentia, exercitio, aut etiam melius fricatione vtatur ſecun-
C dum proportionem ipſorum ad virtutem, ita vt ex ipſis non ſentiat ſe debilitari manifeſte. In omnem
tamẽ euentũ ieiunet ad minus ſemel in hebdomada, in quo ieiunio comedat oua, non piſces, nõ caſeũ.
Et ſingulo die fricatione vtatur vt hic ante. Mitigatiuum doloris vt ſupra, efficacius priori. ℞ *florũ cha-* Aliud.
momillæ M j. radicum althææ prius tamẽ abiecto meditullio M ß. ſeminum fœnugræci, lini, chartami an. ℥ ß.
croci ℥ *j. vitellos oui numero ij. pinguẽdinis gallinæ* ℥ *ij. caſſiæfi.* ℥ *j. benedictæ ſimplicis, ſacha. rubei an.* ℥ ß. *oleo-*
rum liliorum alborum ℥ *iij. chamomillæ* ℥ *ij ſalis communis* ℥ *iij. flores, radices & ſemina ſimul bulliant in ſuf-*
ficienti quantitate aquæ pro clyſteri vſq; ad conſumtionem tertiæ partis aquæ, deinde optime exprimantur &
colentur. Vltimo tribus cyathis dictæ colaturæ reliqua omnia addantur, & fiat clyſtere. ¶ Mitigatiuum do- Sacculi.
loris vt ſupra. ℞. *furfuris frumenti partes ij. florum chamomillæ partem vnam. De duabus q. ſ. pro ſacculo*
mixtis, deinde in ſacculo ponantur, & poſtea in ea bulliant modicum, deinde bene exprimantur. Vltimo dictus
D *ſacculus cum tali mixtura ſuauiter calidus loco ſic dolenti apponatur, & nõ permittatur ſuper loco frigere, nec*
tepere, ſed cum notabiliter calor ipſius medicaminis minuitur, tũc amoueatur & nouus ſacculus ex ſimili me-
dicamine taliter bullito iterum apponatur, & taliter reiteretur ter vel quater ſecũdum neceſſitatem. Iſto ene-
mate debite calido vtatur ſingulo die ad minus ſemel ſtomacho ieiuno, dolore valde infeſtante; Si hoc
enemate taliter quidem ex immediate ſupraſcripto enemate a dolore non debite alleuiatur & medica-
men vult efficacius, hoc vero medicamine ſeu hac fomentatione taliter vtatur, vt hic ante dolore in-
feſtante, hoc ſolutiuo vtatur, ſi ex immediate ſupraſcripto ſacculo a dolore non debite alleuiatur. ¶ Mi-
tigatiuum dolorum vt ſupra, efficacius priori. ℞. *foliorum chamomillæ, meliloti ana M j, aneti*
M j ß radicum althææ meditullio. M ß. enulæ, ſeminum lini, fœnugræci ana ℥ ß. *furfuris frumenti pugillum*
vnum. Contundantur omnia craſſo modo. Deinde miſce, & in ſacculo ponantur, & bulliant, & loco dolen- Alii.
E *ti ſic calida apponantur & reiterantur taliter, vt ſupra in ſacculo immediate ſupraſcripto.* ¶ Mitiga-
tiuum vt ſupra efficacius priori ℞. *iriæ, ſtœchados, ſaluiæ ana M ß. abſynthii M j. florum chamomil-*
læ, meliloti, aneti ana M ß. radicum althææ abiecto meditullio M ß. enulæ ſeminum lini, fœnugræci ana ℥
ß. *furfuris frumenti pugillum vnum. Contundantur omnia craſſo modo, deinde mixtis in ſacculo po-* Alii.
nantur & bulliant, & loco dolenti calida apponantur & reiterantur, vt ſupra in ſacculo immediate ante-
ſcripto.

Cap. V. *De diuertentibus.*

R*Ecipe pilularum de benedicta, de rheubarbaro, de hiera ſimplici ana* ℈ *j. miſce. Et cum ſyrupo de eupa-* Pilulæ.
torio, quantum ſufficit ad incorporandum formentur pilulæ vij. pro ℥. Hoc ſolutiuo vtatur, ſi ex ſu-
F praſcripto ſacculo a dolore non debite alleuiatur, vt medicamen vult efficacius. Iſtarum pilula-
rum aſſumat a. ℈ j. vſque ad ℥ ß. ad libitum, & hoc ſemel in media hebdomada ad minus ſemel in dua-
bus hebdomadis: quas pilulas aſſumat in aurora, & cum reliquis modis deſcriptis & ordinibus in ſupra-
ſcriptis ſolutiuis, præterquam poſt dictarum pilularum aſſumtionem ſtet ieiunus ſolum horis 5. &
non aſſumat lauatiuum aliquod, ſed in dicto termino horarum quinque tantummodo prandeat, vt ſu-
pra in aliis ſolutiuis. ¶ Solutiuum diuerſiuum, vt ſupra. ℞. *pulueris folliculorum ſenæ* ℥ *j. myrobalano-*
rum chebulorum ℥ *j ß. ſyru. de abſynthio* ℥ *j ß. aquæ iuniperi q. ſ. pro potione miſce, & fiat potio.* Si vero infu- Potio ſolu-
ſio iſtorum ſolutiuorum ſenæ & myrobalanorum dictorum eſt ſibi gratior dicta ſubſtantia eorum, tũc tiua.
ipſa ſolutiua infundãtur dicta in aqua iuniperi, ita tamen, vt ipſa infuſione duplicentur ſenæ & myrobala-
ni dicti. Iſta potione vtatur cum modis & ordinibus deſcriptis in pilulis immediate anteſcriptis. Qua
G potione tantummodo vtatur, quando ipſis pilulis vſus eſt quinquies aut ſexies, vt natura eiſdem pilu-
lis. Nam ab eo, quod aſſuetum eſt, natura non patitur. Et etiam eadem potione vtatur cum modis &
ordinibus, vt ſupra in caſu, quod potio ipſa ſit gratior ipſis pilulis immediate ſupraſcriptis. ¶ Solutiuum
diuerſiuum, vt ſupra. ℞ *folliculorũ ſenæ* ℥ ß. *myrobalanorũ chebulorum* ℥ *j ß. miſce, & cum ſyrupo de abſyn-* Pilulæ.

thio q.ſ.ad incorporandum reformentur pilulæ vij.pro ʒ. Iſtis pilulis vtatur cum modis & ordinibus deſcri- A
ptis in potione immediate ſupraſcripta. Quibus pilulis taliter vti incipiat, poſtquam pilulis immediate
Vomitiuũ. ſupraſcriptis quinquies vel ſexies vſus fuerit, vt ſupra. ¶ Diuerſiuum, vt ſupra, & eſt proprium. Vomitus
prouocetur cum hoc vomitiuo facili. ℞. *aquæ tepidæ decoctionis raphani, ſeminum aneti partes iiij. olei oli-
uarum maturarum acuti odoris & guſtus partes ij. aceti acuti partem j. miſce. & fiat vomitiuum.* Iſto vomiti-
uo tantum tepido, & nõ calido, nec frigido vtatur omni hebdomada duob. dieb. in mane ſtomacho ie-
iuno & ſpatio vnius menſis tantum & dolore notabiliter infeſtante. Dolore vero nõ præſente, ſed cum
timet veriſimiliter ipſam ſciaticam futuram, tunc ipſo eodem vomitiuo vtatur, vt hic immediate infra,
videlicet, primo prandeat notabiliter & ſtomachum copioſe repleat ex diuerſis cibariis viſcoſis, inciſi-
uis, ſubtiliatiuis, abſterſiuis, videl. alaganis liquidis ſeu rapis, piſcibus ſalitis, cępis cum aceto, aromatibus
ſeu ſpeciebus communib. & capparibus ſalitis & piſcibus non ſalitis, deinde per horam vnam cũ dimi- B
dia, aut per duas horas ad amplius poſt dictum prandium aſſumat præſcriptum vomitiuum tepidum tã-
tum, & non calidum, nec frigidum vt ſupra, & magnæ quantitatis, vt duorum cyathorum ad minus, &
ſi vomuerit, bene quidem: ſin minus, iterato aſſumat, vt ante dictum eſt, deinde pennam intinctam o-
leo oliuarum horridi guſtus & odoris ponat intra os per œſophagum ſurſum & deorſum agitando, & tunc
ipſe vomet. ¶ Diuerſiuũ, vt ſupra. Fricentur tantum brachia ab humero infra vſque ad manus incluſiue
ſtomacho ieiuno cum panno leuiter calido. ¶ Diuerſiuum vt ſupra, lauentur tantum brachia ab hume-
ro vſque ad manus incluſiue ſtomacho ieiuno cum hac decoctione calida. ℞. *florum chamomillæ M j.
ſaluiæ, roſmarini, ſtœchados ana M ß. florum lauri M j. radicis cicorii, ſeminum iuniperi ana* ℥ *j. Contundan-
tur omnia craſſo modo, deinde ſimul bulliant in ſufficienti quantitate aquæ vſque ad conſumtionem quartæ
partis aquæ.* C

CAP. VI *De digerentibus.*

R*Ecipe ſyrupi de eupato.* ℥ *j. mellis roſ. colati* ℥ *ß. pulueris ariſtolo.* ʒ *ß. aquæ ſaluiæ* ℥ *ij. iuniperi* ℥ *j. miſce.* Iſtũ
ſyrupum debite calidum aſſumat, & non tepidum in aurora, & ad minus per nouem horas poſt cœ-
nam immediate præcedentem, deinde poſt ipſius aſſumtionem ſtet ieiunus horis quatuor ad minus, &
iterum dormiat ad libitum, & prius dormiat ſuper latere dextro, ſi poteſt, & ſiue ſuper dextro, ſiue ſuper
ſiniſtro latere dormiat iuxta poſſe: deinde prandeat, quem ſyrupum taliter aſſumat ſex diebus continu-
is in ipſa aurora. Ipſo vero ſyrupo taliter aſſumto ſexies, vt hic, tunc alio die aſſumat in aurora ſolutiuum
infraſcriptum in infraſcripto alio capitulo ſolutiuorũ, videl. pilulas infraſcriptas in eodem capite com-
poſitas ex pilulis iuuamenti ſeu proficui, & lapidis de lapide armeno, & ex agarico, &c. vt hic infra eodem
Syrupus. cap. alio. ¶ Digeſtiuum, vt ſupra. ℞. *ſyruporum de calamento, de ſtœchade, mellis ro. colati an.* ℥ *j. ſe. ruthæ ſic-* D
cæ, polii an. ℈ *ß. aquarum ſaluiæ* ℥ *ij iuniperi* ℥ *j. miſce.* Quia materia ſciaticæ debet paulatim digeri, & pau-
latim euacuari, ideo non debet Medicus vti medicinis fortibus forma, & ipſarum reiteratione pluries,
ſed debilius earum quantitate. Ideo factis primis digeſtione & euacuatione, vt hic ſupra immediate, tũc
tranſactis octo diebus poſt ipſas primas digeſtionem & euacuationem, diebus natura quieſcat a dige-
ſtione & euacuatione artificialibus. Poſtea nona die accipiat iſtum ſyrupum calidum in aurora cũ mo-
dis & ordinibus deſcriptis in aſſumtione ſyrupi immediate ſupraſcripti. Aſſumto hoc digeſtiuo ſexies,
ſeptimo die aſſumat ſolutiuũ infraſcriptum in alio cap. ſolutiuorũ, videl. pilulas compoſitas ex pilulis de
Pilulæ. hermodactylis & pilulis fœtidis, &c. vt hic infra in eodem alio cap. ¶ Digeſtiuum, vt ſupra. ℞. *gentianæ* ℈
ß. chamedreos ℈ *j. radicum ariſto. ro. ſeminum ruthæ ana* ℈ *j. ſauinæ* ʒ *j. pulueris ſachari* ℈ *j. puluerizentur o-
mnia ſubtiliter, deinde cum ſucci ſaluiæ q.ſ. ad incorporandum formentur pilulæ vij. pro* ʒ. *vltimo in vmbra* E
*exſiccentur factis ſecundis digeſtione & euacuatione, vt hic ſupra immediate & tranſacto vno menſe cum di-
midio poſt ipſas pilulas ſecundas digeſtionem & euacuationem, quo tempore natura quieſcat, vt hic ſupra.* Tũc
ſingulis 20. diebus aſſumat iſtarum pilularum ʒ ß. quatuor diebus continuis in aurora, & cum reliquis
modis & ordinibus deſcriptis in aſſumtione ſyrupi ſupraſcripti; tranſactis autem quatuor diebus conti-
nuis quinta die aſſumat ſolutiuum infraſcriptum in dicto alio cap. ſolutiuorum, videl. hieram Hermetis
aut pilulas compoſitas ex ſpeciebus dictæ hieræ, vt hic infra eodem cap. ſeptimo ¶ Digeſtiuum, vt ſupra.
Aliæ. ℞. *foliorum alcheiri, rubeæ ſeu foliorum rubeorum, quod idem eſt* ʒ *j. garyophyllorum* ℈ *j. myrræ* ʒ *ß. pœoniæ* ʒ
j. ſe. aneti ℈ *ij. polii* ʒ *j. radicum vtriuſque ariſto. an.* ℈ *j. pulueris ſachari* ʒ *ß. Puluerizentur omnia ſubtiliter,
deinde cum ſucco ſaluiæ q.ſ. ad incorporandum formentur pilulæ vij. pro* ʒ. *Vltimo in vmbra exſiccentur.* Fa-
ctis tribus digeſtione & euacuatione, vt hic ſupra immediate & tranſacto vno menſe poſt ipſas tres, dige- F
ſtionem & euacuationem, quo tempore natura quieſcat, vt ſupra, tunc ſingulo menſe tantum ſemel aſ-
ſumat iſtarum pilularum ʒ ß. vel ℈ ij. ad maius quatuor diebus continuis in aurora cum modis & ordi-
nibus deſcriptis in aſſumtione pilularum immediate anteſcriptarum. Tranſactis vero quatuor diebus
dictis, quinta die aſſumat ſolutiuum infraſcriptum immediate in infraſcripto alio cap. ſolutiuorum,
videlicet hieram Ruffæ, &c. aut pilulas compoſitas ex ſpeciebus dictæ hieræ, vt hic infra eodem cap. ſe-
Potio. ptimo. ¶ Digeſtiuum, vt ſupra. ℞. *pulueris ſauinæ ſiccæ* ʒ *ß. ſaluiæ* ℥ *ij. aquæ mellis* ℥ *j. miſce.* Factis quartis,
digeſtione & euacuatione, vt hic ſupra & tranſactis menſibus duobus cum dimidio poſt ipſas
quartas, digeſtionem & euacuationem, quo tempore natura quieſcat. Et ante tunc ſingulo menſe
aſſumat hoc digeſtiuum in aurora quatuor diebus continuis cum modis & ordinibus deſcriptis.
Tranſactis vero dictis quatuor diebus, quinta die aſſumat ſolutiuum infraſcriptum in infraſcri- G
pto ſeptimo capite ſolutiuorum, videlicet pilulas factas ex zinzibere, pipere, agarico, medulla
Pilulæ. carthami, &c. vt ibi infra in eodem capite ſeptimo. ¶ Digeſtiuum, vt ſupra. ℞. *cinamomi* ℈ *ij.
folii indi, garyoph. ana* ℈ *j foliorum alcheiri, violarum rubearum, quod idem eſt* ʒ *ß. radicum ariſto. ro.*
℈ *ij.*

A *℈ ij. chamedrios, chamepythe, gentianæ an. ℈ j. ſeminum ruthæ ʒ ß. pulueris ſachari ʒ j. Puluerizentur omnia*
ſubtiliter, deinde cum ſucci ſaluiæ. q. ſ. ad incorporandum, &c. fiant pilulæ &c. vt ſupra. Factis quintis di-
geſtione & euacuatione vt hic immediate ſupra, & tranſactis tribus menſibus poſt ipſas quintas dige-
ſtionem & euacuationem, quo tempore natura quieſcat, vt ſupra, tunc iſtarum pilularum ſingulis trib.
diebus continuis cum modis & ordinibus deſcriptis in aſſumtione pilularum immediate ſupraſcripta-
rum. Tranſactis vero quatuor diebus, quinta die aſſumat ſolutiuum infraſcriptum, vt immediate in-
fraſcripto 7. capit. ſolutiuorum, videlicet pilulas factas ex cinnamomo, carineo, zinzib. hermodactylis
& aloe, &c. vt ibi infra eodem cap. 7.

Cap. VII. *De eradicatiue euacuantibus.*

R*Ecipe pilularum iuuamenti ſeu proficui, quod idem eſt deſcriptione Auic. quinto canone ſciæ. Primo trá-*
B *ctatu nono(& ſunt ad dolorem ſciaticæ medicamen proprium, vt ibi) Pilularum de lapide armeno, aga-* Pilula.
rici an ℈ j. ſalis gemmæ, zinzib. an ℥ j. miſce & cum electuarii indi. q. ſ. ad incorporandum reformentur pi-
lulæ vij. pro ʒ. Iſtarum pilularum aſſumat 7. die poſt completam aſſumtionem ſexties ſyrupi ſupraſcri-
pti in capit. 6. im̃ediate ſupraſcripto mixti ſeu compoſiti ex ſyrup. de euaporatorio, melle roſ. colata &
puluere ariſto. ro. &c. vt ibi ſupra. Has vero pilulas aſſumat non minus 7. horis, nec amplius 8. poſt cœ-
nam immediate præcedentem ipſam aſſumtionem pilularum. Deinde poſt earundem aſſumtionem
immediate ſtet in lecto per vnam horam cum dimidia, & iterum dormiat a media hora, vſque ad vnam
horam tantum & non plus. Tranſacta vero dicta hora cum dimidia, ſiue in ipſa dormierit, ſiue nõ dor-
mierit, non vlterius dormiat, & ſtet ieiunus horis 5. poſt earundem pilularum aſſumtionem, & in ter-
mino dictarum 5. horarum pro lauatiuo aſſumat vnum cyathum aquæ hordei excorticati calidæ & non
C tepidæ & ſine ſacharo. D inde per horam vnam poſt dicti lauataui aſſumtionem prandeat, & in pran-
dio pro ferculo comedat blites cum boragine. Item carnes laudabiles, vt pullorum perdicum & ſimiles
carnes laudabiles: & hoc ſi dictum ſolutiuum, ſeu dictæ pilulæ complete ſoluerint, aut ſaltem medie ſol-
uerint. Si aut nihil aut parum ſoluerint, tunc non aſſumat lauatiuum aliquod, ſed tantum in dicto ter-
mino, 5 horarũ prandeat, vt ſupra. ¶ Solutiuum, vt ſupra. *℞. pilularum de hermodactylis fœtidarum, aga-*
rici an. ℈ j. ſalis gemmæ, Zinzib. an. ℥ j. miſce & cum electuarii indi. q. ſ. ad incorporandũ formentur pilulæ Alia ſolu-
vij pro ʒ. Iſtas pilulas aſſumat 7. die poſt cõpletam aſſumtionẽ ſyrupi ſexies cõpoſiti ſeu mixti ex ſyrupo tiua.
de ſtœchade, de calamento, melle roſ. &c. vt immediate ſupra c. 6. continetur. Has vero pilulas accipat
cum modis & ordinibus deſcriptis in aſſumtione pilularum immediate ſupraſcriptarum in iſto 7. capit.
¶ Solutiuum, vt ſupra. *℞. hiera Hermetis ʒ iij. Aut. ℞. pilularum factarum ex vna parte ſpecierum dictæ*
D *hieræ, & partibus duab. aloes ſuccotrinæ mixtis ℈ ij. agarici ℈ j. ſalis gemmæ, zinzib. an. ℥ j. miſce & cum ele-* Alia.
ctuarii indi. q. ſ. ad incorporandum formentur pilulæ vij. pro ʒ. Iſtam hieram aut iſtas pilulas ad libitum aſ-
ſumat 5. die poſt completam aſſumtionem quatuor pilularum non ſolutiuarum, ſed digeſtiuarũ com-
poſitarum ex gentiana, chamedry. ariſto. ro. &c. deſcriptarum immediate ſupraſcripto cap. 6. Has vero
pilulas aut hieram ad libitum aſſumat cũ reliquis modis & ordinib. deſcriptis in aſſumtione pilularum
immediate ſupraſcriptarum ¶ Solutiuum, vt ſupra. *℞ hieræ Ruffi. ʒ iij. aut ℞ pilul. compoſitarũ ex ſpecib.*
dictæ hieræ, & duplo aloes ſuccotrinæ ℈ ij. agar. ℈ ij. ſalis gẽmæ, zinzib. an. ℥ j. miſce, & cũ electuario indo, &c. Alia.
formẽtur pilulæ vij. vt ſupra immediate. Iſtam hierã, aut iſtas pilulas ad libitum aſſumat 5. die põſt aſſum-
tionem iiij. pilularum non ſolutiuarum, ſed digeſtiuarum compoſitarum & floribus alcheiri garyophil.
myrra, &c. deſcriptarum immediate ſupraſcripto 6. cap. Has vero pilulas aut hieram ad libitum aſſumat
E cum reliquis modis & ordinibus deſcriptis in aſſumtione pilularum immediate ſupraſcriptarum. ¶ So-
lutiuum, vt ſupra. *℞. zinziberis, piperis an. ℈ vj. agarici, medullæ carthami an. ℈ j. radicis pedis coruini ʒ j.*
ſalis gemmæ ℥ j. miſce & cum ſucco ſaluiæ reformentur pilulæ vt ante. Iſtas pilulas aſſumat 5. die poſt com- Pilula ſo-
pletam aſſumtionem quarti digeſtiui ſupraſcripti compoſiti ex puluere ſauinæ, aquis ſaluiæ & melle de- lutiua.
ſcripti immediate ſupraſcripto cap. 6. Has vero pilulas aſſumat cum reliquis modis & ordinibus deſcri-
ptis in aſſumtione pilularum immediate ſupraſcriptarũ. ¶ Solutiuum, vt ſupra. *℞. cymini carmeni, zin-*
zib. an. ℥ iij. hermodactylorum ʒ ß. aloes ſuccotrinæ, agarici an. ℈ j. ſalis gemmæ ℥ j. miſce & cum ſucci aneti Alia.
q. ſ. ad incorporandum formentur pilulæ vij. pro ʒ. & eſt proprium medicamen ad hoc. Iſtas pilulas aſſumat
5. die poſt completam aſſumtionem quatuor pilularum ſupraſcriptarum cõpoſitarum ex cinamomo,
folio indo, garyoph. &c. vt ſupra deſcripta, & etiã im̃ediate 6. ca. ſupraſcripto. Has vero pilulas aſſumat
F cum reliquis modis & ordinibus deſcriptis in aſſumtione pilularum ſupraſcriptarum. ¶ Euacuantia, vt
ſupra. Phlebotomia fiat primo venæ, quæ eſt inter digitum minimum & ſecundum ſibi immediatum
pedis lateris ſic dolentis, ex qua ℥ iij. ſanguinis extrahantur. Hæc vero phebotomia fiat poſt prandium, Vena ſe-
& non citius 6 horis nec tardius 7 horis poſt ipſum prandium & ventris beneficio præcedente natura- ctio.
liter vel artificialiter cum enemate, vel ſuppoſitorio prope phlebotomiam ante ipſam per horam, aut
ſaltem eadem die in mane vel poſt prandium & lunam non exſiſtente in combuſtione vel oppoſitione,
& virtute eius ægri ad hoc conſtante, & nullo alio oppoſito ipſius phlebotomiæ amplius, vel æque indi-
cante, quam dolor ſic ipſam phlebotomiam indicet. Completis duabus primis euacuationibus ordi-
nariis ſupraſcriptis, vel prima euacuatione ordinata integrata ex ſuis totidem minoratiuo, digeſtiuo
& eradicatiuo ſecundis ſupraſcriptis. Tunc per 8. dies poſt completas dictas duas ordinarias euacuatio-
G nes phlebotomia hæc fiat, vt hic ante ſcribitur. Phlebotomia alia ſecũdo fiat ſciaticæ venæ pedis lateris,
videlicet ſi dolor eſt in parte ſylueſtri, ſic dolentis ſeu verſus extra, tunc phlebotomia fiat venæ ſciaticæ,
quæ eſt in parte ſylueſtri pedis ſic dolentis, ex qua extrahantur iiij ℥. ſanguinis. Si vero dolor ſit in parte
domeſtica, ſic ſeu verſus intra, tunc phlebotomia fiat venæ ſaphenæ, quæ eſt in parte domeſtica pedis la-
teris, ſic dolentis, ex qua extrahantur iiij ℥. ſanguinis, vt ante. Hæc phlebotomia fiat poſt prandium ſe-

quenti die im̃ediate poſt phlebotomiã im̃ediate anteſcriptam, ex qua extrahantur iiij ℥. ſanguinis, & eadem hora fiat, & cum reliquis modis & ordinibus deſcriptis in ipſa phlebotomia immediate præcedẽti. ¶ Si vero ſupraſcriptæ duæ phlebotomiæ nõ iuuant ſufficienter, aut phlebotomia venæ digiti minuti, & venæ ſciaticæ vel ſaphenæ dictorum, vt ſupra: Tunc phlebotomia curuaturæ poplitis lateris ſic dolentis fiat, ex qua iiij ℥ ſanguinis extrahantur. Et hæc phlebotomia melior eſt ſupraſcriptis phlebotomiis. Quæ phlebotomia curuaturæ poplitis taliter fiat, ſi dolor ſit in parte domeſtica, ſiue in ſylueſtri. Hæc phlebotomia curuaturæ poplitis, vt hic ante per 6. dies poſt phlebotomiam ſecundam immediate præcedentem, & poſt prandium eadem hora, & cum reliquis modis & ordinibus deſcriptis in ipſa phlebotomia immediate præcedenti. A

Cap. VIII. *De euacuantibus per vrinam.*

Decoctio. VTatur leuibus prouocatiuis per vrinam calidis, ſed remiſſe calidis, videlicet *radicibus petroſ. feniculi an. M ß. aſparagi bruſci an. M j. ciceribus rub. ℔ j. Cicera leuiſſime lauentur ſolum, vt puluis ab ipſis deponatur, & nullo modo fricentur. Radices vero ſolum leuiter lauentur, vt terra ab ipſis abiiciatur, fricenturque cum manibus medio modo ita vt terra ab ipſis abiiciatur & nullo modo radantur, vel raſpantur, vel raſchentur quod idem eſt cum aliqua re dura, ne virtus corticum a ciceribus, nec a radicibus abiiciat, & poſtea radices dictæ ſcindantur in plures partes ſecundum craſſitiem ipſarum, deinde cicera & radices ipſæ ſimul ponantur per viginti quatuor horas in infuſione aq. tepidæ quantitatis ſufficientis pro debita mollificatione, & leui decoctione dictorum cicerum, deinde in dicto termino 24. horarum bulliant omnia ſimul quouſq; aqua macrum colorem a ciceribus & radicibus ſuſcipiat & cicera ipſa ſolum mediæ ſeu medio modo decoquantur, ita vt ipſa adhuc remaneãt dura & non integre ſit decoctio, deinde radices dictæ ab ipſa decoctione extractæ in eadem decoctione optime exprimantur, vltimo tota decoctio coletur & vſui reſeruetur. ℞ iſtius decoctionis ℥ v. ſachari albiſſimi ℥ j. miſce.* ¶ Prouocatiuũ vt ſupra. Vtatur capparib. conditis cum aceti non acuti & vini non vinoſi partibus æqualibus, & modico pulueris cinamomi q. ſ. ad aromatizandum. Iſtis capparib. vtatur ſemel in die alternis dieb. in ſpacio vnius menſis. Iſtam decoctionem aſſumat in aurora debite calidam & non tepidam dieb. alternis. Sed vna die aſſumat & alia die non aſſumat in ſpatio 15. dierum. Et poſt ipſius aſſumtionem ſtet ieiunus ad minus horis tribus, & interim dormiat ad libitum, dummodo non dormiat amplius duab. horis. Quo prouocatiuo ſeu decoctione taliter vti incipiat, & per dies 8. poſt dictam vel dictas phlebotomiã vel phlebotomias ſiue vnam ſiue plures phlebotomias fecerit vt ſupra. Deinde poſt dictum ſpatium 15. dierum, tunc duobus diebus in hebdomada taliter vtatur dicta decoctione in aurora cum reliquis modis & ordinibus hic deſcriptis, & hoc in ſpatio vnius menſis. B C

Cap. IX *De euaporantibus.*

Enema. R*Ecipe ol. lil. alb. ℥ viij. olcheiri, ſpicæ, chamom. an. ℥ ij. pinguedinis anatis ℥ j ß. vitellos oui nu. ij. caſſiæ fiſt. ℥ j benedictæ ſimplicis, ſach. an. ℥ ß. croci ℥ ß. ſalis communis ℥ ij miſce & fiat clyſtere.* Iſtud enema ſibi imponat debite calidum ſtomacho ieiuno, & proprius ante cœnam per vnam horam alternis diebus in hebdomada videlicet vna die aſſumat, & alia die non aſſumat in ſpatio D

Aliud. 15. dierum. Et plus & minus ſecundum neceſſitatem & conſilio inſignis Medici curæ aſtantis. ¶ Euaporatiuum, vt ſupra. *℞. flor. aneti. M j. chamom. meliloti an. M ß. ſatureiæ, ſauinæ an. M j. chamedreos M ß. radicum ariſto. ro. medul. carthami, nucleorum perſicorum mundatorũ an. ℥ ß. vitellum oui j. croci ℥ ß. pinguedinis anatis ℥ j. ol. lil. alb. ℥ iiij. ſpicæ, cheiri an. ℥ j. ſachari albiſſimi ℥ ß. ſalis communis ℥ ij. Flores, herbæ & radices, medullæ & nuclei contuſi craſſo modo bulliant ſimul in ſufficienti quantitate aquæ pluuialis vel ciſternæ pro decoctione & clyſteris vſque ad conſumtionem medietatis aquæ, deinde exprimantur & colentur. Vltimo duobus cyathis dictæ colaturæ reliqua omnia addantur, & fiat clyſtere.* Iſtud enema debite calidum ſibi imponat ſtomacho ieiuno & propius ante cœnam per vnam horam alternis dieb. in hebdomada, videlicet vna die aſſumat, & alia die non aſſumat in ſpatio 15. dierum & plus & minus ſecundũ neceſſitatem, &c. vt ſupra. Hoc vero enemate taliter vti incipiat, & vtatur poſt completum vſum in ſpatio 15. dierũ enematis im̃ediate anteſcripti. ¶ Euaporatiuũ, vt ſupr. *℞. ruthæ ſiccæ, ſauinæ an. M j. radicũ vtriuſq;* E

Fomentatio. *ariſt. an. M ß. hyſſopi ſicci M ij calam. M j ß aq. pluuialis ſeu cyſternæ q. ſ. pro decoctione fomentationis, miſce & bulliant vſq; ad conſumtionẽ 3. part. aq. ℞. ſpongias duas latas debite amplectẽtes ſciam ſeu locũ doloroſum. In hac decoctione ſuauiter calida infundatur ſpongia anteſcripta. Deinde optime exprimatur & expſſa panno lineo ſubtili & raro inuoluta taliter calida, ſic dolenti apponatur, & tandiu ſuper loco retineatur quãdiu manet mediæ calida, & cum tepere incipit immediate a loco auferatur, ita vt ſuper loco non tepeat, nec frigeat: deinde alia ſpongia taliter infuſa & expreſſa & calida vt prima, eidem loco apponatur, & taliter dimittatur, & auferatur, &c. vt prima ſpongia, & ita tertia vice alia taliter reiteretur, aut non reiteretur ſecundum neceſſitatem, deinde locus optime exſiccetur cum panno ſuauiter calido. Vltimo alius pannus ſuauiter calidus ſuper locũ apponatur & reiteretur.* Et eâ fomentatione vtatur ſingulo die bis ſtomacho ieiuno, videlicet ante prandium & ante cœnam, quatuor diebus continuis, & amplius & minus ſecundum neceſſitatem conſilio inſignis Medici curæ aſtantis. ¶ Euaporatiuum, vt ſupra. *℞. medicinas omnes immediate ſupraſcri-* F

Alia. *ptas in euaporatorio immediate ſupraſcripto, & florum chamomillæ, meliloti an. M ß. aneti, ſatureiæ, chamedreos chaulep. an. M j pulegii, polii, aſari, calamenti, hypericon. an. M ß. ſeminum aniſi, feniculi, iuniperi, carthami an. ℥ ß. ſaluiæ M ij. aquæ fluuialis, aut etiam pluuialis & melius, quantum ſufficit ad decoquendum ſupraſcripta pro fomentatione. Contundantur omnia craſſo modo, deinde bulliant ſimul vſque ad conſumtionem tertiæ partis aquæ. In hac decoctione ſuauiter calida infundatur ſpongia, &c. deinde loco dolenti ſic apponantur. &c. cum reliquis modis & ordinibus deſcriptis in vſu fomentationis immediate ſupraſcriptæ.* Hac vero fomentatione taliter vtatur, ſi ex ipſa prima fomentatione immediate ſupraſcripta G

Ceratum. non alleuiatur. ¶ Euaporatiuum, vt ſupra. *℞. opoponacis ℥ iij. hyſſopi ſiccæ M ß. radi. ariſto. rot. ℥ ß.*

A rot. ℥ ß. calamenti. M j. picis naualis ℥ j. olei coſti. ceræ nouæ. De ambobus his vltimis quantum ſufficit pro
cerato. Pulueriʒentur pul. ſubtiliter. Deinde omnia ſimul optime incorporentur ad lentum ignem, & fiat ce-
ratum. Iſtud ceratum apponat loco dolenti, ſic & ipſum non amoueat quatuor diebus continuis, deinde remo-
ueat, & poſtea reiteret ſecundum neceſſitatem, & conſiliũ Medici aſtantis curæ. Hoc vero ceratum, ſi taliter
ſibi imponat ſexta die poſt vſum in quatuor dieb. continuis fomẽtationis hic ſupraſcriptæ in hoc 9. cap.

Cap. X. De confortantibus virtutes membrorum mouentium.

Recipe ſpecierũ aromat. roſ. deſcriptione Gabr. ʒ j ß. coriandr. præparatorũ ʒ ij. corallorũ rub. ſcolopendriæ Morſelli.
an. ʒ ß. ſachari albiſſimi ℥ x. miſce & cum aq. abſynthii, & aqua bugloſſæ an. q. ſ. ad conficiendũ fiat con-
fectio ſolida in morſellis iij ʒ. pro quolibet morſello. Iſtius confectionis aſſumat vnum morſellum in mane
cum ſurgit alternis diebus ſtomacho ieiuno. Deinde poſt ipſius aſſumtionem ſtet ieiunus horis tri-
B bus. Hac vero confectione taliter vtatur in ſpatio quindecim dierum. Deinde interponat ſpatium
quindecim dierum, in quo ipſe non vtatur. Poſtea ipſam reiteret, & dimittat & reiteret, &c. vt hic an-
te conſilio inſignis Medici curæ aſtantis. ¶ Confortatiuum vt hic ſupra. ℞. diarrhodon abba ʒ ß. Alii.
diamoſchi dulcis ʒ j. ſcolopendriæ ʒ ß. coriandrorum præparatorum ʒ ij. ſachari albiſſimi ℥ ß. miſce & cum
aqua abſynthii partibus duabus & cichoreæ parte vna. De ambobus ſimul. q. ſ. ad conficiendum fiat con-
fectio ſolida in morſellis trium ʒ. pro vnoquoque morſello. Iſtius confectionis aſſumat vnum morſellum in
mane cum ſurgit diebus alternis, videlicet, vna die aſſumat, & alia die non aſſumat in ſpatio aliorum 15.
dierum ſequentium, prior 15. dies aſſumtionis ſupraſcripti aromatici roſati, &c. immediate & cum re-
liquis modis & ordinibus deſcriptis in vſu confectionis immediate ſupraſcriptæ. ¶ Confortatiuum
vt ſupra. ℞. trochiſcorum de abſynthio. q. ſ. ad incorporandum formentur pilulæ vij. pro ʒ. Iſtarum pilula- Pilulæ.
C rum aſſumat a tribus vſque ad 5. ad libitum in mane cum ſurgit cum reliquis modis & ordinibus deſcri-
ptis in aſſumtione confectionis immediate ſupraſcriptæ. Has vero pilulas taliter aſſumat cum medici-
nam permutare vult. Nam ab eo, quod conſuetum eſt, natura non patitur. Item & ſi vult medicinam
efficaciorẽ confectionibus ſupraſcriptis, conſilio tamen inſignis Medici curæ aſtantis, vt ſupra. ¶ Con- Potio.
fortatiuum, vt ſupra. ℞. aquarum abſynthii ℥ j ß. ſcolopendriæ menthæ, cichoreæ an ℥ ß. corallorum rub. ℈ j.
ſachari albiſſimi ʒ j. miſce. Iſtas aquas debite calidas & non tepidas aſſumat in aurora quatuor diebus
continuis in ſpatio quadraginta dierum omnium, dinde poſt ipſarum aſſumtionem ſtet ieiunus horis
tribus ad minus, poſtea iterum dormiat, ſed non amplius duabus horis. ¶ Confortatiuum, vt ſupra ℞. Pilulæ.
maſticis partes ij. thuris partem j. aut ambo pulueriʒẽtur, deinde cum ſyrupi de abſynthio. q. ſ. ad incorporan-
dum formentur pilulæ vij. pro ʒ. Iſtius mixturæ, aut iſtarum pilularum ad libitum aſſumat ℈ j. in mane
D cum ſurgit ſemel in hebdomada ad minus, deinde poſt ipſius, vel ipſarum aſſumtionem ſtet ieiunus ho-
ris tribus. ¶ Confortatiuum, vt ſupra. ℞. theriacæ debite fermentatæ ʒ j. aut ad amplius ʒ j ß. ℞. vini o-
doriferi albi ℥ j ß. Iſtam theriacam aſſumat ſingulo menſe ſemel per quatuor horas poſt cœnam, imme-
diate præcedentem diem aſſumtionis ipſius, deinde poſt ipſam aſſumtionem hoc vinum bibat, & ſtet
ieiunus poſt ipſius aſſumtionem horis 7. deinde iterum dormiat non amplius tribus horis. ¶ Confor-
tatiuum, vt ſupra. ℞. myrobalanum chebulum conditũ j. Iſtum myrobalanum aſſumat frigidum ſingulo
menſe ſemel in mane cũ ſurgit, deinde poſt ipſius aſſumtionẽ ſtet ieiunus ad minus horis 3. & melius 4.

Cap. XI. De euaporantibus ſenſibiliter per poros.

Rubificatiuũ eductiuũ materiæ cõiunctæ ad extra. ℞. emplaſtri deſcripti deſcriptione Meſuæ. q. ſ. ad ru- Veſicato-
bificandũ locũ intenſe, vbi eſt dolor fixus tantum in ipſa ſcia, pinguedinis gallinæ ʒ ij. radicũ althææ ʒ j ß. rium.
E miſce & optime incorporentur cũ olei coſtini. q. ſ. ad incorporandũ. Iſtud emplaſtrũ ponatur tm̃ loco dolẽti
ſciç & ipſum ſuper eodem loco ſciæ retineat tanto tp̃e, quãto veſicetur locus aut ſaltẽ rubificetur, dein-
de auferatur emplaſtrũ ipſum. Vltimo veſicæ incidãtur ita vt aquoſitas ab ipſis effluat, tamen veſicæ nõ
ablatæ ſeu pelliculis earũ. ¶ Rubificatiuum, vt ſupra. ℞. ſtercoris caprini partem vnam, pyrethri partes ij. de
ambobus. q. ſ. pro emplaſtro, vt ſupra, & apponatur tantum loco dolenti ſciæ, vt ſupra. Iſtud rubificatiuũ ap- Aliud.
ponat tantum loco dolenti ſciæ cum modis & ordinibus deſcriptis in rubificatiuo infraſcripto imme-
diate. Quo rubificatiuo taliter vtatur cum permutare vult ipſum primum rubificatiuum im̃ediate ſu-
praſcriptum. ¶ Rubificatiuum vt ſupra, efficacius priori. ℞. ſeminum ruthæ ſylueſtris, baccarum lauri, me-
dullæ an. ʒ j. pulpæ colocynthid. ʒ ß. ruthæ domeſticæ recentis, ameos, calamenti ſicci an. ℈ j. aromatici opopo-
nacis an ʒ ij pyrethri, ſynapis an. ʒ j. ſulphuris viui. ʒ ß. picis naualis ʒ j. radicis althææ ʒ iij. olei de coſto. q. ſ. ad Aliud effi-
F incorporandum emplaſtrum miſce, & fiat emplaſtrum ad lentum ignem. Iſtud emplaſtrũ apponat loco do- cacius.
lenti ſciæ cum modis & ordinibus deſcriptis in rubificatorio immediate præcedenti & ipſum ſibi tali-
ter apponat, ſi vult rubificatiuum efficacius priori. ¶ Euaporatiuum, vt ſupra in capit. nono. Rei-
teret euaporatiuum compoſitum ex rutha ſicca, ſauina, radice vtriuſque ariſto. hyſopo ſicca, calamen- [illegible]
to & aqua pluuiali. Aut etiam ad libitum reiteret euaporatiuum compoſitum ex opoponaco, ſicca ra-
dice ariſtolo. rotundæ, &c. Ambo ipſa euaporatiua ſupra dicta in capit. 9. medicinarum educentium
euaporatione materiam coniunctam. Iſtud euaporatiuum apponat loco dolenti ſciæ, &c. cum reliquis
modis & ordinibus deſcriptis in euaporatorio poſito in dicto 9. cap. ſupraſcripto. Quod euaporatiuum
taliter apponat interpoſita vna die naturali poſt amotionem rubificatiui ſupraſcripti.

Cap. XII. De confortantibus [illegible].

G Recipe. diacori ℥ j ſpecierum diamoſchi dulcis ℈ j. miſce. Iſtius confectionis aſſumat ʒ ij. vel iij. ad ma- Confectio.
ius ſingulis diebus 15. ſemel ad minus in mane cum ſurgit. Deinde poſt ipſius aſſumtionem ſtet
ieiunus horis 3. ad minus. ¶ Confortatiuum, vt ſupra. ℞. myrobalanum conditum vnum. Iſtum aſſumat
cum modis & ordinibus deſcriptis in 4. cap. ſupraſcripto. ¶ Confortatiuum vt ſupra. ℞. theriacæ de-

Emplaſtrū. *bite fermentatæ* ℥ j ß. *vini odoriferi* ℥ j ß. Iſtam theriacā cum vino odorifero aſſumat cum modis & ordi- A
nibus deſcriptis in 4.cap.ſupraſcripto. ¶ Confortatiuum, vt ſupra. ℞. *ſaluia M ij. ſtœchados, irid.an. M j. ſem.iunip.* ℥ j. *florum roſm. M ij. radicis cichori.* ℥ *ij. abſynthii M j ß. terebinthina* ℥ *j. oleo.alb.lilior.an q.ſ.ad impinguandum emplaſtrum, croci* ℥ *ij. herba radices & ſemina ſimul bulliant debita in aq. fluuiali ſeu ciſternæ.q.ſ.ad ipſorum debitam ebullitionem pro emplaſtro. Vltimo eiſdem extractis a decoctione, deinde piſtentur. Reliqua omnia addantur & incorporentur ad lentum ignem, & fiat emplaſtrum.* Iſtud emplaſtrū apponat loco dolenti ſciæ bis in die ſtomacho ieiuno, vel ante prandium & ante cœnam, & ipſum taliter continuo reiteret in ſpatio 8.dierum continuorum, deinde ipſum remoueat & reiteret ſecundum neceſſitatem. ¶ Confortatiuum &c. vt hic ſupra. ℞ *picis naualis part. 4. terebinthina partem vnam. De ambobus ſimul q.ſ.pro cerato. ſaluia.* ℥ *j ß. florum geſſenum, ſem. iuniperi an.* ℥ *j. radicum acori, ſulphuris an* ℥ *ij. oleorum liliorum al. ſpica. De ambobus his duobus oleis q.ſ.ad incorporandum ceratum. cera noua.q.ſ. pro cerato. pul.* B
Ceratum. *omnia ſubtiliter præter picem & terebinthinam & ceram, deinde omnia ſimul incorporentur, & fiat ceratum ad lentum ignem fiat medietas vnius recepti.* Iſtud ceratum apponat loco dolenti ſciæ, & ipſum nō amoueat, ſed illud taliter continuet dieb. 8. continuis, deinde ipſum remoueat, & poſtea reiteret ſecundum neceſſitatem, & conſilio inſignis Medici curæ aſtantis. Hoc vero ceratū ſibi taliter apponat 8. die-
Electuarium. bus ſequentibus primos 8. dies vſus emplaſtri immediate ſupraſcripti. ¶ Confortatiuum vt ſupra. ℞. *ſaluia recentis* ℔ j. *irid* ℥ *j ß. mellis apum electi q.ſ.pro electuario ſpecierū diamoſchi dulcis* ℥ *ß. aromatici ro. deſcriptione Gabr.* ℥ *j ß. diacinamomi* ℥ *ß. ſaluia & iris minutim incidantur & non piſtentur ne ſuccus ab ipſis effluat, deinde ipſa ſimul bulliant ad lentum ignem in dicto melle ſufficienti ebullitione pro electuario. Vltimo ipſis depoſitis ab igne & remiſſe calidis ſeu tepidis omnia aromata ſupraſcripta addantur, & omnia miſcendo debite incorporentur & fiat electuarium.* Iſtius electuarii aſſumat ad libitum in aurora ſine potu, C
aut in mane cum ſurgit ad libitum: deinde poſt ipſius aſſumtionem ſtet ieiunus horis tribus ad minus. eoq; taliter vtatur duob. diebus in hebdomada ad libitum, præterquā in ſecunda medietate veris tota æſtate, & prima medietate authumni. ¶ Confortatiuum coxæ & materiæ phlegmaticæ mucilaginoſæ in continuitate pyxidis coxæ contentę materiæque phlegmaticæ aquoſæ, aut ſaltem viſcoſæ in ligamentorum coxæ poroſitatibus debite exſiccatiuum & reſolutiuum. In media parte veris proximi, quæ eſt tertia veris tranſeat infirmus ad patauina balnea ſanctæ Helenæ & ibi canonice medicinaliter balneet. videlicet prius factis purgationib. ꝓportionabilibus ad hoc, reſpectu huius morbi opportunis, deinde balneet quantitate tempore, & hora congruis ad hoc, vltimo obſeruet ſecundū. Item medicinis vtatur ambobus his vtilib. neceſſariis obſeruandis in vſu balneorum, & proprie huius morbi ſciatici regimen. Hæc vero omnia ipſi particulariter deſcribentur, cum ad dicta balnea proficiſci voluerit. Alię vero ſunt D
medicinæ intenſiores & efficaciores, & virtuti magis moleſtæ ſupraſcriptis medicinis naturæ ſeu virtuti familiarioribus, vt euphorbiū, pyrethrum, caſto.coſtum & li.olea ex his & ſimilia intenſa. Cerotaria ex opoponaco, ammoniaco, euphorbio, oleis prædictis & ſimilibus intenſis valde in fomentationes, &c. epithemata loci ſciæ doloroſi ex cynamomo, amydo, colocynthide, ſulphure viuo, cētaurea, tapſia, gummi, melle anacardi, cucumere aſinino & ſimilibus intenſis: ventoſæ cum ſcarificatione, ſanguiſugæ clyſteria ex felle vaccino colocynthide, cucumere aſinino, naſturtio, centaurea, tapſia & aliis medicinis ſimilibus inteſtinorum excoriatiuis & ſanguinem educentibus & ſimilibus intenſis, & aliæ ſimiles medicinæ virtuti valde moleſtæ. Cauterium anche actuale triangulatum aureum aut ferreum. Hæ vero medicinæ notabiliter intenſiores, efficaciores & virtuti magis moleſtæ, & aliæ notabiliter intēſiores omnes ſupraſcriptis omnibus medicinis prioribus & naturæ familiaribus, & ipſi naturæ non ita mo- E
leſtis. Hic non ſerioſe deſcribuntur ſperans ex dictis medicinis prioribus, & naturæ familiaribus curam perfici ſecurius cum minori moleſtia infirmi.

Consil. CXL. *Contra ſciaticam cura particularis.*

PRimo educendæ ſunt materiæ ſuperfluæ communes in viis ductuum, vt. ℞. *enema ſupraſcriptum in alio conſilio de ſciaticis in 2.c.* Iſto vtatur bis in hebdomada ſtomacho ieiuno & plus & minus ſecūdum neceſſitatem. Secundo, minorandæ materiæ propriè doloris ſciatici antecedentes & tranſituræ in antecedentes, vt, fiat phlebotomia baſilicæ ex manu lateris oppoſiti ſciaticæ ægrotæ, ex qua extrahantur ℥ iiij. ſanguinis vſque ad vj vel vij. & plus & minus ſecundum vniuerſalem repletionem, & particularem ſanguinis aut phlegmatis mixti cum eo. Iſta fiat in mane hora 3. ſtomacho ieiuno facto ſu- F
praſcripto enemate die præcedenti dictā phlebotomiam, & eodem mane prius habito ventris beneficio, aut naturaliter aut artificialiter, & nō iteretur, niſi incumbente neceſſitate, ſed quia patiens eſt exilis
Potio ſolutiua. habitudinis, extrahantur ſolummodo ℥ iiij ſanguinis ¶ Solutiuū minoratiuum materierū ꝓpriarum. ℞. *caſſiaſi.* ℥ *j. rheubarb.* ℥ *ij ß. aq.ſaluia* ℥ *j. ſeri caprini q.ſ.* Iſtud aſſumat in aurora 4.die vel 5. poſt phlebo-
Pilulæ. tomiam cum modis & ordinibus, &c. ¶ Solutiuum materierum propriarum. ℞ *pilularum de benedicta, ſctl. de ſarcocolla, de hermodactilis minoribus an.* ℈ *j. miſce cum electuario indo fiant pilulæ vij.* Iſtud ſolutiuum ſumat ſex diebus poſt aſſumtionem ſolutiui ſupraſcripti cum modis attendendis in ſolutiuis. Minorentur materiæ propriæ antecedens & coniuncta cum abſtinentia & exercitio ſecundū proportionem ipſarum ad virtutem, in omnem tamen euentum ieiunet ſemel in hebdomada. In quo comedat oua, non piſces nec caſeum. ¶ Diuertentia materias, &c. ℞. diuerſiuum primum ſupraſcriptum in G
Potio. alio conſilio in quinto capit. quo vtere vt ibi. ¶ Solutiuum aliud. ℞. *foliculorum ſenæ* ℥ *ß. myrobalanorum chebulorum* ℥ *j. cum ſyrupi de abſynthio* ℥ *j. aquæ iuniperi q.ſ. miſce & fiat potio.* Si vero voluerit infuſionem ſolum, quadruplicet ſenam, & triplicet mirobalanos. Iſtis vtatur, quando vſa fuerit ſupra-
ſcriptis

A ſcriptis pilulis immediate quinquies aut ſexies cum modis & ordinibus quib. ſupra. ¶ Solutiuum vt ſu-
pra. ℞ *foliorum ſenæ ʒ j. myrobalanorum ʒ j ß. cum ſyr. de abſynthio fiant pilulæ vij. pro ʒ.* his vtatur, vt ſupra *Pilulæ.*
immediate. ¶ Diuertentia materias antecedētes & coniunctas. ¶ Prouocetur vomitus, vt ſupra in alio
conſilio in quinto cap, Item fricentur brachia & lauentur, etiã vt dictum eſt ibidem. ¶ Digerentia pau-
latim materias antecedentes & coniunctas. ℞ *ſyrupum ſcriptum in alio conſilio in 6. cap. ſcil. primum cum* *Syrupus.*
modis ibi deſcriptis. Item aliam ſequentem cum modis ſupraſcriptis. Item pilulas ibi in 5. cap. deſcriptas.
3. loco cum modis, &c. Item pilulas 4. loco in ordine poſitas cum iiſdem modis. Item 5. & 6. digeſtiuum
poſitum ibidem cum modis, &c ¶ Euacuantia materias dictas eradicatiue paulatim. ℞. *pilularum iu-*
uamenti ſecundum Auic. &c. de lapide ar. agarici an ℈ j. & cum electuario indo fiant pilulæ, &c. ¶ Aliud. *Pilulæ.*
℞. *pilularum de hermodactylis. ℈ ij. fœtidarum ℈ j. miſce & cum elect. indo formentur pilulæ, &c.* ¶ Aliud *Alia.*
B ℞. *hieræ hermetis ʒ ij. aut pilularum factarũ ex ſpeciebus dictæ hieræ ʒ j. miſce, & cum electuario indo, &c.* *Alia.*
¶ Aliud. ℞ *Hieræ ruffini ʒ iij. cum electuario indo formentur pilulæ, &c.* ¶ Aliud. ℞ *piperis, zinzib. an gra.*
vj. medullæ carthami, agarici an. ℈ ß radicum pedis coruini ʒ ß. miſce & cum ſucco ſaluiæ formentur pilu-
læ, vt ſupra. ¶ Aliud. ℞. *cymini, armeni, zinzib. an. g̃. iij. hermodactylorum ʒ ß. aloes ℈ ij. miſce & cum*
ſucco aneti, &c. Completis duabus primis euacuationibus ordinariis ſcil. euacuationib. ex minoratiuis & di-
geſtiuis duobus primis, vt ſupra. Tunc per 6. dies poſt fiat phlebotomia ſciaticæ, ſi dolor eſt in parte do-
meſtica coxæ, ex qua extrahantur iij. aut iiij. ʒ. ſanguinis. Saphenæ vero, ſi dolor eſt in parte ſylueſtri
ſciaticæ, ex qua extrahatur ſanguinis, vt ante. Si ſupraſcriptæ phlebotomiæ non iuuant conuenienter,
tunc ſecetur vena policis alias poplitis, & eſt melior ſupraſcriptis, & hoc ſiue dolor ſit in parte domeſti-
ca, ſiue ſylueſtri: ſciaticæ per quam extrahantur iij ʒ. ſanguinis. Et hæc fiat per ſex dies poſt præceden-
C tem phlebotomiam. ¶ Euacuantia prouocantia materiam antecedentem. ℞. *radicum petroſelini & fe-* *Decoctio.*
niculi an. M ß. aſparagi, bruſci an. M j. cicerum rub. ʒ iij. miſce & bulliant in ſufficienti quantitate aquæ ad
ſemidecoctionem deinde colentur, & decoctione vtatur cum modico ſachari. ¶ Educentia materiam con-
iunctam a concauitate ſciaticæ, cum euaporantibus. ℞. *ruthæ ſiccæ & ſauinæ an. M j. radicum vtriuſque* *Alia.*
ariſto. an. M ß. hyſſopi ſiccæ M ij. calamenti M j. ſulphuris viui ʒ ß. aquæ ciſternæ q. ſ. pro decoctione miſce &
bulliant ad conſumtionem tertiæ partis. ¶ Rubificatiuum, eductiuum materiæ coniunctæ a concauitate *Emplaſtrũ*
ſciaticæ. ℞. *emplaſtri de ſinapi Meſuæ. q. ſ. ad rubificandum locum, vbi eſt dolor fixus tantum, pinguedi-* *rubificati-*
nis gallinæ ʒ j ß. radicis althææ ʒ ij. miſce. ¶ Aliud ad idem. ℞. *ſtercoris caprini partem vnam, pyrethri par-* *uum.*
tes duas, radicum althææ ʒ ij. miſce & fiat rubificatiuum, & apponatur, vt præcedens & eſt melius eo. ¶ Eua- *Aliud.*
poratiuum. Reiteretur dictum euaporatiuum cum ſpongiis, vt dictum eſt. ¶ Ceratum. ℞. *picis naua-*
D *lis ʒ ij. ſulphuris ʒ ß. olei ſpicæ. q. ſ. ad conficiendum ceratum miſce.* ¶ Rubificatiuum & eductiuũ ad idem. *Ceratum.*
℞. *ſeminis ruthæ ſylueſtris, baccarum lauri an. ʒ j. pulpæ colocynthidos ʒ ß. ameos, calamenthi ſicci an. M ß.* *Emplaſtrũ*
armoniaci, oppoponacis an. ʒ ij. nitri ʒ j ß. ſulphuris ʒ ß. picis naualis ʒ j. olei de coſto ad impugnandum q. ſ. *rub f. & e-*
miſce pro emplaſtro. ¶ Euaporatiuum & eſt ceratum. ℞ *opoponacis ʒ iij. hyſopi ſiccæ. M ij. radicum ari-* *ductiuum.*
ſto. ro. ʒ ß. calamenti M j. picis naualis ʒ ß. olei coſtini. q. ſ. miſce & fiat ceratum. ¶ Canones vniuerſales *Ceratum.*
contra ſciaticam. Primus canon. ¶ Educantur materiæ ſuperfluæ in viis ductuum. Secundus canon. *Canones*
¶ Minoratiue ſoluantur materiæ propriæ doloris ſciaticæ antecedentes & tranſituræ in coniunctas. *vniuerſa-*
Tertius. ¶ Diuertantur materiæ antecedentes a membro, vel membris mandantibus ad ſciaticam, *les.*
Quartus. ¶ Digerantur paulatim materiæ antecedentes, & coniunctæ dictæ ſciaticæ. Quintus. ¶ Era-
dicentur paulatim dictæ materiæ. Sextus. ¶ Prouocentur per vrinam dictæ materiæ. Septimus. ¶ E-
ducantur euaporatiue, ſeu per cutis poroſitates. Octauus. ¶ Confortentur virtutes membrorum mit-
E tentium ad ſciaticam, ne de nouo generent humores ſuperfluos. Nonus. ¶ Confortentur ambę ſcia-
ticæ, ſeu coxæ, ne humores ſuperfluos recipiant.

CONSIL. CXLI. *Medicina ſanctiſſima, quæ mundificat guttas, ac debilitatem neruorum & capitis ac epar, ſplenem, renes & pulmonem, dolorem ventris, lapidem in renibus, ſpaſmum atque ſurditatem aurium, &c.*

SCire nunc clare debetis qui hater, ſeu albotin, ſeu lachryma abietis clarificet & deſiccet, & vt noſter
tradit Albertus Magnus duplex arboris lachrymæ eſt ſpecies, mas, videlicet, quæ gummi producit *Lachryma*
magis aureum vel citrinum, & fœmina, quæ magis album. Et dicit Dioſcorides antiquiſſimus mi- *abietis du-*
F les, quod melior ſit habens colorem vitro ſimilem, id eſt album, clarũ & odorem bonum. Dico tamen *plex, & e-*
quod quandoque varietur ratione ætatis ſuæ & vaſis, in quo conſeruatur. Et quia ab vno mundior & *lectio, nota*
purior colligitur, quam ab altero: ſed ceteris paribus in ætate & ceteris melior eſt clara, lucida, pura, bo- *huius la-*
ni odoris ad aliquam aureitatem tendens, quam ſi haberet ex vaſis immunditiæ, lauare opus eſſet, & *chrymæ.*
durat eius virtus & perfectio a medio anno vſque ad tres annos. Vltra autem multum euaneſcit, niſi in
magna eſſet quantitate. Amplius dico, quod tempore magni æſtus ceteris paribus in aliis melior eſt co-
lorem habens album & clarum. Tempore autem frigido vel medio præſtantior eſt ambræ colorem ha-
bens, mundificat pectus & pulmonem, ſed aliqualiter delet appetitum. Et licet Auicenna & Galenus *Eius virtu-*
circa iſtas non determinauerint ſibi certum gradum, ego tamen dico ꝙ ſit calida in fine primi gradus *tes, & in-*
G perueniens, quaſi ad ſecundum, & ſicca in primo vel parum vltra, habens tamen in ſe aliquid humidi- *commoda,*
tatis. Et ſi Auerrhois *tertio colliget.* dixerit, quod calida ſit, & ſicca in tertio gradu, & quod plus deſiccet, *Faculta-*
quam calefaciat. Ioannes aũt Serapio dicit eã calefacere, mollire & diſſoluere, prouocare vrinam, ma- *tes.*
turare & lenire ventrem. Et ſic Auicen. dicit quod mundificet, prouocet & liniat ventrem, cum accipi-

tur ex ea inſtar auellanæ, vel nucis a ieiuno, & abſq; nocumento mundificet viſcera, & abſtergat viſcera & renes. Nam & Galenus noſter *lib. 5. de regimine ſanitatis*, inquit, lachryma ſeu hater abietis non ſolum inteſtina laxare, apta nata eſt, ſed viſcera omnia expurgare ſine læſione, epar, ſplenem, renes & pulmonem, cuius quantitas ſit pro vice a quantitate vnius auellanæ vſque ad tres. Et dico, quod ſit ſenum medicina nihil habens in ſe malitiæ, & doloris colici, ventoſi & neruorum inciſorum & ſpaſmorum. Conuenit enim multum habentibus ventrem ſtrictum, dolorem ventris, lapidem in renibus, vel malum iliorum guttas, debilitatem neruorum, & capitis, & habentibus difficultatem flatus, & proprie eſt medicina neruorum, vt Auicen. *fen. quarta*. Fumus autem lachrymæ abietis aerem corruptum & peſtilentes domos mirabiliter emundat, & ideo in tempore peſtilentiali optima eſt, faciẽdo de ea fumum in domo, ac etiam in ciuitate, ſicut fecit Galenus, qui liberauit illam ciuitatem a peſte cum eius fumo, aerem eius rectificando. Ioannes quoque Meſue dicit, quod conferat ſpaſmo & duritiei neruorũ, & eorum debilitati. Fit etiam ex ea oleum habens odorem & calorem balſami, quod eſt mirabile in guttis & doloribus neruorum. Ponitur hater ſeu lachryma abietis in alembico vitreo, ſub quo fit ignis ſine fumo, & deſtillat oleum, quod in ampulla vitrea bene obturata ſeruetur, cuius deſtillationem ter fieri iuſſit. Prohibet enim putrefactionem omnium vlcerum, & curat vlcera & ſurditatem aurium & narium, & aliorum membrorum tepidum iniectum & inunctum circa loca doloris guttoſi cũ penna & in ſpaſmo, & in paralyſi, & in catarrho frigido vngendo collum & coronam capitis maxime factis debitis purgationibus. Ego cum ipſa aliquando feci pilulas pro faciendo macrum illum, qui nimis eſt pinguis, & eam, quandoq; ſimpliciter exhibeo, quandoq; cum aqua mellis, quandoq; cum aqua ſaluiæ, quandoq; inuoluendo, in oblata, ſeu in oſtia, eſt enim medicina ſanctiſſima, qua ego ſæpe vtor. Vale felix ſine fine, & me, vt facis, ama.

Suffumigiũ ex his lachrymis.

Oleum lachrymæ abietis.

Consil. CXLII. *Contra tumorem tibiarum.*

Fomentatio.

R*Ecipe cineris lignorum arborum ficus partem j ß. ſarmentorum, fuſtium cauliũ an. par. ij. filicis, ſummitatum fuſtium ebulorum an. par. j fol. ebulorum M iij. caulium tapſi barbati an. M j. ſem. agni caſti, cannabis an. ℥ j. radicum cyperi. M j. caſſiælignea ℥ j. bulliant omnia ſimul in ſufficienti quantitate aq. fluuialis pro lixiuio mediæ acuitatis, ſeu mediæ fortitudinis, quod idem eſt; vſque ad conſumtionem medietatis dictæ aquæ.* In hac decoctione debite calida infundantur ſpongiæ nouæ, deinde ipſe bene expreſſæ & debite calidæ ſuper membro tumido apponantur, totum membrum amplectẽtes, & optime ligentur ſatis ſtricte, ita tamen, vt dolorem vel moleſtiam non ſentiat ex ipſa ſtrictura, & membrum taliter ligatum dimittatur per vnam diem naturalem fere eius ſolutione & poſtea ſoluatur, & ſi ex iſta vnica tali applicatione ſpongiarum ipſarum bene conualuerit, non reiteretur. Si vero non debite conualuerit ex dicta tali applicatione, reiteretur ſecundum neceſſitatem, verum ſi poſt dictam ſpongiarum applicationem membrum vel locus rubet, aut inflammetur tunc ſuper ipſum locum ponatur petia infuſa in oleo roſa. ſcripto parum infra, & taliter ipſa petia reiteretur, quouſq; inflammatio dicta amota ſit. ¶ Epithema. *℞. olei roſ. facti ex oleo omphacino & in duplici vaſe ſecundum canonem. q. ſ. pro epithemate. ℞. ſpongias duas nouas latas optime amplectentes locum.*

Epithema.

Consil. CXLIII. *Contra tumorem tibiarum abſque dolore.*

CAſus in terminis non eſt mihi notus, ſed tantum coniecturatus ex aliquali informatione licet dicam per tertiam perſonam. Tumor tibiarum & ſine dolore corporis habitudine, exilis & excarnatæ naturalis complexionis calidæ cholericæ, ætatiuæ vero præſenti annorum 16. potiſſime altera trium cauſſarum propoſito noſtro pertinentiũ contingere poteſt, vt veriſimili coniectura opinor habita aliquali informatione de his omnib. circumſcripti huius ex aliquib. ſignis per ipſum mihi narratis. Prima eſt permutatio reliquiarum materierum ſeu humorum derelictorum ex morbo & præcipue chronico ſiue diuturno facta a virtute de membris nobilibus ad membra ignobilia, natura operante in fine cum declinatione ipſius morbi, & præcipue febriũ diuturnarum. Secundo aũt ex indebito vſu ſex rerum non naturalium omnium, vel aliquarũ earum tantum, videlicet aeris, cibi & potus, ſomni & vigiliæ, motus & quietis, inanitionis & repletionis, & accidentium animi. Tertia aut epatis vel ſtomachi debilitate, & præcipue epatis, vel amborum ſimul, quorum debilitate, & præcipue epatis, plures & plures aliæ poſſunt eſſe, vt infra in §. curæ apoſtematis huic cauſſæ tertiæ. Cauſſæ videlicet debilitati epatis vel ſtomachi. Verum tumor ipſe tibiarum ex aliis pluribus cauſſis contingere poteſt, videlicet ex contuſione earum, ſeu caſu ex apoſtemate a caſu naturali intrinſeca, ex debilitate & aliquorum membrorum materiam ipſis communicantium, ex mala complexione earum calida materiam attrahente, quarum cauſſarum nullam credo propoſito noſtro ſupetere, niſi alteram ex trib. cauſſis dictis ex informatione habita de hoc, vt ſupra. Cura ſuccincta & breuis, & ex medicinalibus tantum, & non quo ad vſum ſex rerum dictarum non naturalium, videlicet aeris, cibi, &c. Hoc totum propter ipſius caſus opinati non habita euidenti notitia. Prima cauſſa tumoris dicti, videlicet, permutatio reliquiarum humorum derelictarum in fine morbi, &c. nullo modo eſt varianda nec ſiſtenda, quia naturalis eſt operatio morborum vere terminans ſine ſuſpitione ad recidiuam, ſed tãtummodo tumor ipſe tibiarum remouendus eſt medicinis infraſcriptis, & aliis his proportionibus exſiccantibus & reſoluentibus ſimul, amplius tamen & multum exſiccatiuis, quam reſolutiuis, locis tumẽtibus tibiarum applicatis, & præcipue in forma fomentationis hoc modo, videlicet. Spongiæ nouæ primo infuſæ in decoctione calida infraſcripta medicinarum ꝓximarum: deinde bene expreſſæ & debite calidæ leuiter locis dolentib. approximẽt & appoſitæ ꝑmaneant ligatæ ſatis bene expreſſæ & debitę, ita tñ, ꝙ compreſſa ligatura mẽbrorum non

Cauſſa tumoris tibiarum.

Curatio primæ cauſſa tumoris, videlicet, permutationis reliquiarum humorum, &c.

A non lædat. Dicta aũt fomentatio ſeu ſpongiarum appoſitio ter in die naturali reiteranda eſt, quouſque
tumor deliteſcat, & oportet vt ſpongiæ comprehendant vtrumque latus membri, ne natura ad aliud
declinet. Ligatura vero ipſa incipienda eſt ab inferiori parte præcedendo ad ſuperiorem. In hac ergo
infraſcripta decoctione calida dictæ ſpongiæ infundantur & exprimantur, calidæ leniter tibiis appo- *Decoctio*
nantur & ligentur. Fomentatio ſupra nominata in hac prima cauſſa tibiis apponenda. ℞ *cinerum ſe-* *pro fomẽ-*
ptem infraſcriptorum ramorum ſcilicet ligni ficus, ſarmentorum vitis, fuſtium caulium, cannarũ paluſtrium, *to.*
fuſtium aneti, ſalicis an. partem ß. filicis partem j foliorum ebulorum, foliorum caulium an. partes ij. cicerum
rub. fractorum cum corticibus ſuis partem j. radicis cyperi. foliorũ tamariſci, vſnea, hypericon. ſeu perforat.
a. partem ß. boli arme. partem j. aceti quantum eſt quarta pars decoctionis. Bulliant omnes anteſcripta me-
dicinæ inſimul in ſufficienti quantitate aquæ vſque ad conſumtionem tertiæ partis aquæ. Et hanc decoctio-
B *nem vſui ſerua, in qua ſpongiæ fundantur.* Dictæ ſpongiæ dum tibiis non ſunt applicatæ, continue re-
ſideant in dicta decoctione ſiue calida ſiue frigida, ſiue calefiat ad ignem. Nam ſic vigorem dictarum
medicinarum recipient. Si vero propter dictarum ſpongiarum applicationem tibiæ ipſæ exceſſiue ca- *Vnguen-*
lerent aut rruberent, tunc loca illa alterata infraſcripto epithemate vngãtur & epithementur. ℞ *olei ro.* *tum.*
℥ *iiij. ſandalorum rub.* ℥ *j. miſce. Si vero vis medicamen efficacius, addantur epithemi ſucci virgæ paſtoris*
ſeu corrigiolæ ℥ *ij. boli armeni* ℨ *ß.* ¶ *In hac vnctione petia linea duplicata madefiat, & locis alteratis ap-*
plicetur ter in die naturali, quibus locis remaneat applicata, donec dicti rubor & mala complexio remoti
ſint. Interim vero dicta fomentatio, &c. cum ſpongiis applicetur. Remotis autem dictis rubore
caliditate ſi adhuc remanſit tumor, de quo curandum, dicta fomentatio reiteretur cum ſpongiis, &c.
vt ſupra, & infra procedatur modo cum ipſa fomentatione cum ſpongiis, non cum dicta vnctione &
C epithemate ex dicto oleo, &c. reiterando dicta medicamina ſecundum neceſſitatẽ, vſq; ad deliteſcentiã *Correctio*
dictorum tumorum, rub. ac malæ complexionis calidæ, & hoc iudicio periti Medici. ¶ Secundæ cauſſæ *ſecunda*
tumoris ipſius tanquam rei præter naturam, videlicet in debito vſui ſex rerum non naturalium ſuc- *ſcil. inde-*
currendum eſt hoc modo, videlicet dicti aeris, cibi & potus æquandi ſunt & optime proportionandi *biti vſus*
complexioni naturali & ætatiuæ ægrotantis, & præcipue complexioni epatis eius iudicio perſpicacis *aeris, &*
Medici. Deinde ſupraſcripta fomentatio cum ſpongiis & decoctione tumori tibiarum applicanda *cibi ac po-*
eſt modis ſupraſcriptis. ¶ Tertiæ cauſſæ tanquam rei præter naturaliſſimæ & potiſſimæ & præcipue *tus.*
in ætate ſenili, videlicet debilitatis epatis, vel ſtomachi, vel amborum ſimul, obuiandum eſt duobus *Correctio*
inſtrumentis medicinalibus. Primum medicinis remouentibus cauſſas debilitatis epatis & ſtomachi. *debilita-*
Secundo medicinis confortantibus omnes virtutes ipſorum amborum membrorum, & præcipue di- *tis epatis,*
D geſtiuas, deinde deueniendum eſt ad fomentationem ſupraſcriptam, modo ſuperius narrato. Primæ *vel ſtoma-*
medicinæ remouentes cauſſas debilitatis epatis propoſito noſtro partientes ex informatione & ſignis *chi, vel*
habita ex dictis dicimus, quia veriſimiliter coniecturare potui. In caſu vero noſtro veriſimiliter con- *amborũ.*
iecturo malam complexionem epatis calidam, & forte etiam renum, eſſe cauſſam debilitatis ipſius
epatis, & conſequenter ipſam epatis debilitatis eſſe cauſſam principalem dictorum tibiarum tu-
morum. ¶ Quanquam debilitatis epatis plures poſſint eſſe cauſſæ, videlicet mala complexio materia-
lis aut immaterialis, calida, frigida, humida vel ſicca, oppilatio venarum epatis vel meſaraicarum vel
rami venæ cauæ deſcendentis, vel venarum ortarum inde, vel icteritia citrina vel nigra, continuatis ex
abundantia materierum eis propriarum, vel ex oppilatione pororum felleorum vnumquodque x. ge-
nerum fluxus epatici apoſtema epatis vel ſtomachi vel ſplenis, aut alterius membri nobilis nocumen-
E tum & aliæ plures cauſſæ propter breuitatem omiſſæ, & propoſito noſtro non deſeruientes. Dicta er-
go caliditas epatis præternaturalis poteſt eſſe materialis, potius pendens a cholera, quam a ſanguine,
vt ex dicta informatione opinor, aut immaterialis, & non dependens ab humore ad intellectum Me-
dicorum. Si caliditas pendet ab humore cholerico, non exſiſtente fluxu ventris, ſoluatur primo cho-
lera cum hac medicina minoratiua & facili, deinde tranſeat ad infraſcriptas ſequentes medicinas, &c.
℞ *caſſiæfiſtul. electæ* ℨ *vj. tamarindorum* ℨ *ij. rheubarb. electi* ℨ *ij. aquæ endiuiæ* ℥ *ß. ſeri caprini quantum* *Potio re-*
ſufficit. Rheubar minutim inciſum infundatur in dicto ſero caprino per xvj. horas ad minus, deinde opti- *ſolutiua.*
me exprimatur per petiam prius balneatam in dicto ſero caprino, poſtea abiiciatur ipſum rheubarbarum.
Vltimo dictæ expreſſioni reliqua omnia addantur, & fiat potio. Iſtud ſolutiuum aſſumat calidum poſt
cœnam per octo horas vel circiter, quod erit in aurora diei, deinde immediate dormiat ſuper latere
F dextro, ſi poteſt per horam. Poſt vero horam cum dimidia aſſumtionis ſurgat & nullo modo dormiat,
ſiue dormierit, ſiue non, quoniam talis dormitio tranſacta hora cum dimidia eſſet nociua, ſed infra
dictam horam eſſet iuuatiua. Poſt terminum vero duarum horarum fricet ſibi ſtomachum, ventrem,
ilia cum panno ſuauiter calido, quem calidum taliter poſtea retineat ſuper ventre, deinde ambulet plu-
ries ſuauiter per cameram clauſis feneſtris, & poſt aſſumtionem ſtet ieiunus per horas v. in quo ter-
mino aſſumat cyathum vnum aquæ calidæ decoctionis hordei excorticati, & ſine ſaccharo, & poſt
mediam horam prandeat, ſed ante principium prandii experiatur, ſi ſecedere poſſit aquam. Prandium
vero eius, ſint primo duo vitelli ouorum. Secundo ferculum ex blitibus, boragine, feniculo, petro-
ſelino, & modico endiuiæ mixtis. Tertio carnes pullinæ hædinæ vel vitulinæ elixæ, quæ intingantur in
vino granatorum & ſaccharo mixtis. In aſſumendo illud ſolutiuum euitet dies combuſtionis lunæ &
G oppoſitionis. ¶ Syrupus. ℞. *ſyrupi de endiuia* ℥ *j. oxyſacharæ* ℥ *ß. aquarum epaticæ, abſynthii ana* ℥ *j. co-* *Syrupus.*
rallorum rube. ℨ *ß. miſce.* Iſtum ſyrupum aſſumat calidum per nouem horas poſt cœnam vel circa ſex
diebus continuis, deinde poſt aſſumtionem dormiat ad libitum, & incipiat aſſumere diebus immedia-
te ſequentibus diem aſſumtionis.

Potio eradicatiua.

¶ Medicina ſolutiua eradicatiua & facilis, non exſiſtente fluxu ventris, vt ante. ℞ *mannæ electæ* A
℥ j.*tamarindorum, ſucci roſarum ana* ℥ ij. *non electuarii ſucci ro. (quia valde nocet)rheubarbari* ℥ ij. *aquæ*
endiuiæ ℥ j. *ſeri caprini quantum ſufficit pro potione miſce & fiat potio.* Iſtud ſolutiuum eradicatiuum aſſu-
mat in aurora die ſequenti dies completæ aſſumtionis dictorum ſyruporum cum modis, vt ſupra in
primo. Si vero ægrotãs abhorret rheubarbarum, quod tamen in rei veritate eſt medicina benedicta, &
facilis & prægnantibus & pueris, nihilominus tunc ſubtrahatur rheubarbarum & omnes reliquæ me-
dicinæ in dictis duobus ſolutiuis ingredientis adaugeantur per tertiã partem plus.

Rheubarbarũ eſſe medicinã facilẽ & prægnantibus & pueris.

¶ Epithema ad epar.
℞ *ſpecierum cerati ſandalini deſcriptione Meſuæ, amota camphora* ʒ iij. *ſeminum communium minorũ qua-
tuor frigidorum, videlicet endiuiæ lactu. portulacæ, ſcariolæ ana* ℈ j *ſpodii* ʒ ß. *pulueris abſynthii* ʒ j. *aquæ
endiuiæ* ℥ iiij. *epaticæ* ℥ ij. *abſynthii* ʒ j. *miſce.* Iſto epithemate fere tepido infundatur petia linea duplica-
ta longitudinis vnius ſemiſſis & latitudinis medii, deinde modicum expreſſa loco ex directo epatis ap- B
ponatur, qui locus eſt ex parte dextra immediate ſub coſtis mendoſis ſeu paruis, ipſo vero incipiat vti,
& vtatur tantum completa purgatione anteſcripta, videlicet diebus ſequentibus aſſumtionem dicti
ſolutiui eradicatiui & nõ ante. Hoc autẽ epithema apponat ſolum bis in die naturali ſtomacho ieiuno,
videlicet per horam ante prandium & ante cœnam, & tantum alternatis diebus, videlicet vna die ſic, &
alia non vtatur ipſo epithemate, quod ad plus apponatur per xij.

Epithema epatis.

¶ Potus proportionabilis ſyrupo. ℞
aquæ endiuiæ, abſynthii, acetoſæ ana ℥ j *corallorum rub.* ʒ ß. *ſacchari albi* ℥ ij. *miſce.* Iſtas aquas incipiat per
octo dies poſt completam purgationem, ſed octo diebus intermediis nullum medicinale aſſumat, ne
natura aſſueſcat medicaminibus, aſſumat autem ipſas in aurora calidas octo dieb. alternatim cum mo-
dis ſupraſcriptis.

Potus proportionalis ſyrupo.

Enema.

¶ Clyſtere. ℞ *foliorum blitis M j. maluarum, violarum ana M ß. mercurialis M j. ra-
dicum petroſelini, althææ ſeu maluaniſci ana M ß. ſeminum fœnugraci* ʒ ß. *vitellum oui j. caſſiæfiſt. benedictæ* C
ſimplicis, ſacchari rub. ana ℥ ß. *olei violati* ℥ iij. *ſalis communis* ʒ ij. *herbæ, radices & ſemina bulliant in ſuffi-
cienti quantitate aquæ vſque ad tertiam partem, deinde optime colentur & exprimantur. Vltimo tribus cya-
this dictæ colaturæ reliqua omnia addantur, & fiat clyſtere.* Hoc clyſtere congruit ægroto non moleſtato
ex ventoſitate, ſed ipſo moleſtato a ventoſitate ſubtrahantur folia & oleum violarum, loco cuius pona-
tur oleum commune. Si vero valde moleſtaretur, oporteret tunc addere medicinas carminatiuas, quæ
notabiliter calidæ ſunt, cuius modi ſunt carui, ameos, cyminum, aniſum, feniculus, pulegium, calamen-
tum, anetum, chamedrios chamepitheos, &c. Sed quia hæ medicinæ hanc complexionem calidam au-
gerent, licet ſint carminatiuæ & ventoſitatis reſolutiuæ Ideo ipſarum additio huic clyſteri relinquatur
iudicio periti Medici, &c. Iſto autem clyſteri ſemel aut bis in hebdomada vtatur ad libitum ſtomacho
ieiuno, & præcipue ante prandium. Et id vſque ad finem Auguſti non exſiſtente fluxu ventris, ſi citius D
non liberatur.

Morſelli

¶ Confectio confortatiua epatis cordis & ſtomachi, malam complexionem calidam
abiiciens ab ipſis & a renibus. ℞ *ſpecierum triaſandalorum deſcriptione Nicolai abiecta camphora* ʒ iij.
ſpecierum diarhodon abba. ʒ j ß. *trochiſci abſynthii deſcript. Meſ.* ʒ j. *ſpodii* ʒ ß. *gemmarum & margarita-
rum electuarii de gemmis & ſine ſpeciebus* ℥ ij. *ſacchari albi lib. j ß. miſce & cum aqua endiuiæ part. ij. aquæ
epaticæ parte j. quantum ſufficit pro conficiendo, fiat confectio ſolida in morſellis iij.* ʒ *pro morſello.* Iſtius con-
fectionis aſſumat vnum morſellum in mane cum ſurgit diebus alternatis, quam aſſumat xv. vicibus in
ſumma, & eam accipere incipiebat completis anteſcriptis medicinis, & poſt ipſius aſſumtionem ſtet
ieiunus horis tribus ad minus, deinde ſupraſcripta fomentatio cum ſpongiis dictis & decoctione tibia-
rum tumori applicanda eſt cum modis vt ſupra. Si vero. vt puto, mala complexio epatis calida, quæ eſt
cauſſa debilitatis ipſius, ſit immaterialis non dependens ab humore, iuxta modum Medicorum proui- E
deat vt infra. Verum ſignis diligenter examinatis ex informatione per me habita a Ioanne & Paulo in
ſumma & complexione, opinor dicti tumoris tibiarum primitiuam & principalem cauſſam inter o-
mnes ſupraſcriptas tres cauſſas noſtro propoſito ſeruientis veriſimilius fuiſſe, & eſſe debilitatem epatis
ex mala complexione calida immateriali ipſius pendentem. Quanquam tumoris tibiarum plures aliæ
cauſſæ poſſint eſſe, quam epatis debilitas & debilitatis epatis plures aliæ cauſſæ eſſe poſſint, quam mala
complexio calida immaterialis ipſius, vt ſupra dictum eſt diſtincte, cui caſui noſtro occurrendum hoc
modo.

Curatio debilitatis epatis ab intemperie calida immateriali.

Omnes anteſcriptæ medicinæ, quæ competunt debilitati epatis a mala complexione calida
materiali ipſius pendenti, & eædem competunt debilitati epatis a mala complexione calida immateria-
li pendenti, & per conſequens tumori tibiarum pendenti ab eadem caliditate ipſius præterquam rheu-
barbarum & ſecundum ſolutiuum ſupraſcriptum. Remoueatur ergo rheubarbarum a primo ſolutiuo F
minoratiuo, loco cuius ponatur ſucci roſ. ℥. & non electuarii ſucci ro. quoniam illud in debilitate epa-
tis nocet. Item abiiciatur totum ſecundum ſolutiuum. Ideo primo aſſumat dictum primum ſolutiuum
minoratiuum rheubarbaro cum dicto puro ſucco roſarum loco rheubarbari, vt hic ante. Secundo
aſſumat ſupraſcriptum ſyrupum. Tertio, aquas dictas omiſſo totaliter ſolutiuo eradicatiuo ſecundo.
Quarto, clyſtere. Quinto, epithema. Sexto, confectionem. Vltimo cum ſpongiis fomentationem di-
ctam tumoribus tibiarum apponat, vt ſupra & hæc omnia cum dictis modis & ordinibus, vt ante, ac ſi
debilitas epatis a materiali cauſſa dependens fuiſſet cauſſa ipſius tumoris tibiarum. Aduertendum ta-
men, quod ſi cauſſa dicti tumoris tibiarum eſſet debilitas epatis defecti frigiditatis, tam accidẽtali quam
naturali, tunc omnes ſupraſcriptæ medicinæ eſſent diſconuenientes fomentatione cum ſpongiis, &c.
ſolutiuo minoratiuo ſine rheubarbaro & clyſteri duntaxat exceptis. Quæ tres medicinæ in vtraque de- G
bilitate tam a caliditate, quam a frigiditate pendente epati ſunt conuenientes. Ideo agentes rem tu-
tam, primo aſſumat tantum ſemel primum ſolutiuum minoratiuum ſine rheubarbaro modo dicto.
Secundo omiſſis aliis medicinis, præterquam clyſtere, applicet dictam fomentationem cum tumori-

bus

A bus tibiarum modis & ordinibus deſcriptis ſupra. Poſtea vtatur clyſteri modo dicto ſupra. Alias vero ſupraſcriptas medicinas in dicto caſu relinquat. ſcilicet frigiditatis, &c. Si vero his tribus medicinis non conualeſcit ex dicto tumore tibiarum, & cauſſa dicti tumoris ſit debilitas epatis defecti a caliditate naturali ſaltem accidentali, vt veriſimiliter opinio ex informatione habita ex ſignis, &c. Amplius imaginandum eſt, non conſecuta conualeſcentia dicti tumoris ex aſſumtione dictorum ſolutiui minoratiui, fomentationis & clyſteris, tunc tranſeat ad vſum reliquarum medicinarum ſupraſcriptarum modis etiam ſupraſcriptis, & hoc conſilio perſpicacis Medici.

Cons. CXLIV. *Contra tabem ſeu extenuationem cruris.*

B Clyſtere: ℞ *radicum maluauiſci M ß. foliorum blitis & mercurialis ana M j. ſeminis fœnugræci ℥ ß. ſeminis lini & carthami ana ℥ ß. vitellum oui numero j. caſſiæ fiſtul. ℥ j. benedictæ ſimplicis, ſacchari rub. ana ℥ ß. olei communis ℥ iiij. ſalis communis ʒ ij. herbæ, flores & ſemina bulliant, &c.* ¶ Potio lenitiua ad id, quod ſupra. ℞ *caſſiæ fiſt. ʒ j ß. aquæ endiuiæ ℥ j. ſer. caprini q. ſ. miſce & fiat potio.* Enema. Potio lenitiua.
¶ Minoratiuum materierum craſſarum, videlicet aduſtarum melancholicarum & phlegmaticarum. ℞ *caſſiæ fiſt. diaſenæ, electuarii Aui. ad melancholiam, polypodii, aquæ endiuiæ, ſeri caprini q. ſ. miſce, fiat potio.* Deſcriptio electuarii Aui. de qua ſupra. ℞ *ligni aloes, garyoph. cinamomi, cardamomi, ſpicæ an. ʒ ij. florum boraginis & roſarum an. ℥ j ß. auellanarum aſſatarum ℥ ß. foliculorum ſenæ, myrobalanorum, amygd. dulcium, iuiubarum ana ℥ j. ſeminum feniculi & aniſi ana ʒ ij. croci ℈ j pul. pul. omnia miſceantur & conficiantur cum melle deſpumato.* Potio minoratiua. Electuarium Auicennæ.
¶ Digeſtiuum materierum propriarum ſupraſcriptarum. ℞ *caſſiæ fiſtul. ʒ j. ſyrupi* C *de abſynthio, ſyrupi acetoſi compoſiti ana ℥ ß. aquarum lupu. ℥ j. & endiuiæ ℥ ij. miſce.* Potio digeſtiua.
¶ Solutiuum eradicatiuum materierum ſupraſcriptarum. ℞ *caſſiæ fiſt. ʒ j diaſenæ ʒ ij. elect. ad melancholiam Auic. ʒ ij. electuarii hamech. ʒ j polypodii ℈ j. ſeri caprini q. ſ. aquæ endiuiæ ℥ j. miſce, & fiat potio.* Eradicatiua.
¶ Prohibentia generationem melancholiæ. Digeſtiuum vſuale loco ſyrupi. ℞ *aquarũ endiuiæ & bugloſſæ, & lupulorum & acori, an. ℥ j miſce.* ¶ Confectio valens vt ſupra. ℞ *ſpecierum diarhodon abbatis ʒ j. radicis ireos ʒ ij. ſpecierum triaſandalorum ſine camphora ʒ ß. ſeminum communium minorum frigidorum ʒ j ß. ſachari al. ʒ iiij. miſce, & cum aqua hypericon. fiat confectio ſolida in morſellis.* Morſelli.
¶ Solutiuum vſuale. ℞ *pilularum de lapide lazuli ʒ j. epithemi polypodii ana ℈ j. ſalis gemmæ gra. j. agarici ℈ j. miſce, & cum diaſenæ q. ſ. fiant pilulæ vij. pro ʒ.* Pilulæ.
¶ Potio ad id quod ſupra. ℞ *oxymellis ſimplicis ℥ j. epithemi polypodii ana ℈ ij. ſeminum feniculi ℈ j. & portulacæ ʒ j. aquæ endiuiæ ℥ ß. ſeri caprini q. ſ. miſce, & fiat potio.* Potio.
¶ Confortantia membra naturalia, vt ſan- D guinem bonum generent. ℞ *aquarum endiuiæ ℥ iij. abſynthii & capillo. veneris an. ℥ j ſeminum communium minorum frigidorum ʒ iij. ſacchari al. ℥ j. miſce.* Alia confortatiua.
¶ Pilulæ aliæ ad id quod ſupra. ℞ *trochiſcorum de abſynthi ʒ j. & de karabe ʒ ß. ſpecierum triaſandalorum ſine camphora & diarhodon ana ℈ ij. ſacchari alb. ℈ j. miſce cum ſyrupis de eupatorio.* Pilulæ.
¶ Vigorantia attractiuam attrahentis melancholiam ad ſplenem. ℞ *aquarum ſcolopendriæ & tamariſci an. ℥ ß. endiuiæ ℥ ij. ſem. communium minorum frigidorum ʒ ß. ſacchari al. ʒ j. miſce.* Potio.
¶ Pilulæ ad id quod ſupra. ℞ *trochiſcorum de capparibus, de eupatorio, ſeminum communium minorum frigidorum, ſacchari al. miſce cum ſyrupo de eupatorio.* Pilulæ.
¶ Subtiliantia humores craſſos in viis nutrimenti in ſaphena. ℞ *ſeminum aniſi, feniculi ana ʒ. & carui & ameos ana ʒ j. folii ʒ j. radicis feniculi & petroſelini & apii ana M j. agarici ligati in petia ʒ j. Iſta ſemina, radices & agaricum ſimul bulliant, cum radicibus & ſeminibus primi clyſteris in principio poſiti, deinde exprimantur & colentur, &* E *tribus cyathis dictæ colaturæ reliquæ omnes medicinæ poſitæ in primo clyſteri addantur* Subtiliantia humores craſſos.
¶ Digeſtiuum ad id, quod ſupra. ℞ *aquarum capillorum veneris, lupulorum & iuniperi ana ℥ j. endiuiæ ℥ ij. ſacchari albiſſimi ℥ j miſce.* Potio digeſtiua.
¶ Pilulæ ad id, quod ſupra. ℞ *ſpecierum diarhodon abbatis, trochiſci de capparibus, ſeminum communium minorum frigidorum, miſce, & cum aqua lupulorum fiant pilulæ vij. pro ʒ.* Pilulæ.
¶ Aperientia vias nutrimenti vt ſupra. ℞ *aquarum hypericon. & lupulorum ana ℥ j. endiuiæ ℥ ij. ſeminum communium minorum frigidorum ʒ ij ſacchari albiſſimi ʒ j. miſce.* Potio.
¶ Aperientia vt ſupra. ℞ *pulegii, calamenti ana M j. hypericon M ij ſeminum iuniperi aniſi, feniculi, lini & fœnugræci ana ℥ ß. miſce, & cum aqua decoquantur vſque ad conſumationem quartæ partis.* Alia.
Remittatur intenſa caliditas epatis & ſplenis proprie epatis generantis ſanguinem melancholicum aduſtum. ℞ *aquarum cichoreæ ʒ j ß. & acetoſæ ℥ ß. & lupulorum ℥ ß ſeminum communium maiorum frigidorum ℥ ij. ſacchari albiſſimi ʒ j. miſce.* Alia.
Confectio. ℞ *diadra-* F *ganti frigidi ℥ ij. ſandalorum ʒ j. miſce, & incorporentur in mortario ſine igne.* Iſtas aquas immediate ſupraſcriptas aſſumat calidas in aurora duobus diebus continuis ſingulo menſe, præterquam tempore magni caumatis. Euacuetur ſanguis melancholicus, aperiantur hæmorrhoides, vel altera ipſarum vt infra. Comprimat ipſe verſus exterius extremitatem inteſtini terminati ad anum, deinde intingat ipſam extremitatem aliquo ſanguine columbi vel pulli: poſtea ſuper aliqua parte dicti inteſtini ſic ſanguine tincta apponat orificium vnius extremitatis colli phialæ amplectentis ipſam partem ita & taliter, quod foramen dicti inteſtini remaneat extra dictum collum phialæ. Deinde per orificium amplum alterius extremitatis imponat ſanguiſugam ita vt deſcendat ad extremitatem dictam ſanguine, quæ ibi applicetur, qua applicata tanto tempore dimittatur ſanguinem extrahere, quanto tempore multum videatur tumere, aut relaxet ſe a dicta extremitate. Si autẽ non ſe relaxaret dicta ſanguiſuga, G tunc cum modico ſalis & cineris mixtorum cum aceto intingatur circumquaq; eius caput & os, cum quib. adhæret, & dicta ſanguiſuga relaxabit ſe tunc. Et teneatur cõtinue collũ phialæ vt dictũ eſt, ne ipſa ſanguiſuga anũ ant foramen inteſtini ingrediaṫ. Si vero dicta ſanguiſuga relaxata, ſanguis nõ retineatur, ſupponaṫ loco vbi ſanguiſuga ſugebat, cinis alba cũ tela aranea ſubtili. Si vero adhuc nõ retineaṫ ſan- Apertio hæmorrhoidum.

Puluis ſiſtens ſang. poſt ſanguiſugas guis, ſupponatur hoc medicamen ℞ *boli ar.* ℥ ß. *ſanguinis draconis* ℈ j. *lapidis hæmatitis, thuris, nucis cu-* A
preſſi ana ℈ ß. *puluerizentur omnia deindeſimul miſce.* Et tunc ſi aliqualis ſanguis exiret, & non eſſet mul-
tum poſt amotionem ſanguiſugæ, non eſt multum timendum ſi non ita cito reſtringatur. Si vero exi-
ret multus ſanguis non ſubito reſtringatur. Diuertatur ſanguis bonus & craſſus a crure & coxa ſana,
ad crus & coxam tabefactam. Ligetur crus & coxa ſana non tabefacta cum faſcia digitorum duorum
lata, incipiendo ligaturam a talo ſine cauilla pedis ſurſum aſcendendo & continuando vſq; ad inguem,
quæ tamen ligatura non ſit doloroſa, nec nimis laxa, ſed mediocris ſtricturæ. Iſta hoc modo continue-
tur xx. diebus, deinde ſex diebus ſtet ſine ligatura. Poſtea reiteretur adhuc xx. diebus, demum ſoluatur
per ſex dies, & taliter procedat ligando per tres menſes, & incipiatur dicta ligatura per xx. dies poſt aſ-
ſumtionem ſanguiſugæ ſupraſcriptæ, &c. Dirigatur ad membrum ſanguis nutritiuus, vt hic infra. ¶ Ce-
Ceratum. ratum. ℞ *pulueris medicinarum ſupraſcriptarum, & alias in decoctione immediate infraſcripta rubeæ* B
tinctorum ℥ ß. *picis q. ſ. pro cerato. olei liliorum alborum* ℥ ß. *laudani* ℥ ij. *miſce, & fiat ceratum.* ¶ Dirigen-
Vnguentum. tia ſanguinem ad membrum. ℞ *vnctionem frigidam primam, cuius habet rubrica ex pinguedine gallinæ,*
porci, &c. cui addatur olei picis ℥ vj. *quod oleum ſit ſubſtantia ſecunda, quæ erit a pice in alembico.* Nam
prima & tertia exeuntes a pice debent reiici: ſecunda vero eſt conueniens propoſito noſtro.

Cons. CXLV. *Medicinæ communes.*

Potio ſolutiua. R*Ecipe mannæ* ℥ ij ß. *ſeri caprini q. ſ. miſce & fiat potio.* Iſtud aſſumat ſemel in menſe ad minus,
ad plus omnibus xx diebus. ¶ Clyſtere. ℞ *radicum maluauiſci M* ß. *foliorum blitis & mer-*
Enema. *curialis ana M* ß. *fœnugræci, lini ſem. & carthami ana* ℥ ß. *vitellum oui* j. *caſſiæfiſtul.* ℥ j. *benedi-*
ctæ ſimplicis, ſaccha. rub. ana ℥ ß *olei communis* ℥ iij. *ſalis communis* ℥ ij. Vtatur iſto ſaltem ſemel C
Aliud. in hebdomada, & hoc per menſem vnum. ¶ Clyſtere aliud. ℞ *decoctionis lactis ouini cyathos iij. olei a-*
Aliud. *mygd. dul.* ℥ iiij *pul. ſacchari* ℥ j. *vitellum oui j. fiat clyſtere, & eo vtatur vt ſupra.* ¶ Aliud. ℞ *decoctionis ca-*
pitis ouis cyathos iij. tritici ℥ j ß *ciceris rubei* ℥ ij. *oryzæ* ℥ ß. *hæc tria ſemina bulliant in ſufficienti quantitate*
aquæ vſque ad conſumtionem medietatis, huius decoctionis ſumat cyathum j. & decoctionis capitis cyathos iij.
& addantur olei amygdalarum dul. nucum optime piſtatarum ana ℥ j. *olei ſiſamini* ℥ ij. *fiat clyſtere.* Vtatur
in tertio menſe modis, &c. Aſſumat in mane cum ſurgit omni hebdomada ſemel aut bis vel ter vnum
cyathum ℥ v. brodiis, in quo cocta ſint illa tria, ſcilicet pullus, cicera ru. radices fœniculi, cui brodio ad-
datur ℥ j ß. lactis ſe. communium maiorum frigidorum, deinde poſt ipſius aſſumtionem ieiunet horis
Canones obſeruãdi. tribus. Iſto vtatur duobus menſibus ad minus & plus ad libitum. Nota, quod non nimis ſæpe vtatur a-
peritiuis & proprie fortibus, ſed ipſis lenibus aliquando, vbi eſt bonum. ¶ Canones obſeruandi, in D
1. mane cum ſurgit, fricetur cum manibus membrum extenuatum totum & neruus ſuaui fricatione per
2. xij. horas in hyeme: in æſtate vero per xx. horas. ¶ Secundus, ante cibum per horã cum aliqua ex primis
infra ſcriptis vnctionibus fricetur cum manibus totum membrum & neruus læſus aliqualiter fortius &
3. velocius, quam prius in dicta fricatione prima, ita, vt membrum læſum tumefiat vel rubefiat aut cale-
fiat plus quam prius. ¶ Tertius, & cum alterum iſtorum apparet ex ipſa fricatione, tunc membrum &
neruus quieſcere dimittatur per horam mediam, & ſecunda vice illa fricatio reiteretur vſque ad tumo-
rem, ruborem vel calefactionem, deinde immediate poſt exercitetur membrum deambulando ſua-
uiter per octauum horæ, ipſo tamen membro prius munito & faſciato, ne lædatur a frigore.
4. ¶ Quartus, deinde poſt dictam deambulationem balneetur membrum & neruus infraſcripto balneo
ſuauiter calido & balneatione breui, ac membrum & neruus continue ſuauiſſime fricetur in ipſo bal- E
5. neo. ¶ Quintus, totum membrum & neruus prius exſiccati a dicto balneo vngantur aut emplaſtren-
tur optime ex aliquibus infraſcriptis vnctionibus, aut emplaſtris, aut ceratum neruo apponatur deſcri-
6. ptum infra. ¶ Sextus, excitetur membrum tabefactum deambulans ſuauiter aliquoties in die per vj.
7. aut vij. horas poſt cibi aſſumtionem. ¶ Septimus, balneum leuiter calidum factum membro poſt pri-
8. mam digeſtionem poſt prandium per vj. horas iuuat. ¶ Octauus, ligetur membrum non extenuatum
cum faſcia incipiendo a pedis cauilla, & tranſeundo per crura ad coxam, &c. quæ ligatura non ſit dolo-
roſa, nec nimis ſtricta, ſed ſolum claudens meatus, ſeu vias membri non extenuati. ¶ Vnctio prima.
Vnguentum. ℞ *pingued. gallinæ* ℥ iiij *pingued. porci* ℥ viij. *medullarum crurium cerui, vel ſaltem vituli vel bouis* ℥ vj,
hœſypi humidi ℥ ij. *miſce & fiat vnctio.* Si cum dicta vnctione fiat fricatio bis, vt dictum eſt in ſecundo
canon. tunc vnctio, quæ fieri debet poſt exercitium, & quæ eſt propinqua aſſumtioni cibi, fiat cum ali- F
qua iſtarum duarum vnctionum infraſcriptarum ſecunda, prima vnctione vtatur taliter per dies xx.
Aliud. ¶ Alia vnctio. ℞ *radicum althææ bene coctæ & tritæ abiecta prius medulla* ℥ viij. *medullæ crurum cerui aut*
bouis aut vituli ℥ iiij. *hœſypi humidæ* ℥ ij. *olei ſiſamini, olei liliorum alb. ana* ℥ j ß. *ceræ q. ſ. Iſta vtatur diebus*
Aliud. *xx. poſt primos xx. dies modis vt ſupra.* ¶ Alia. ℞ *mucilaginis althææ ſem. lini & fœnugræci ana* ℥ j. *pingued.*
gallinæ ℥ iiij. *olei liliorũ al. & chamomillæ ana* ℥ j ß. *hœſypi humidi* ℥ ij. *ceræ q. ſ. pro vnguento molli.* Iſta vtatur
Balneum. per menſem ſequentem ſecundos dies xx. cum modis &c. ¶ Balneum. ℞ *florum chamo. M* iij. *melilot.*
M ij *radic. maluæ. M* j ß. *ſe. fœnugræci* ℥ iiij. *contundantur omnia craſſo modo, deinde bulliant ſimul in ſuffi-*
cienti quantitate aquæ vſque ad conſumtionem quartæ partis, deinde vſui ſerua. Hac vti incipiat decima
die Aprilis, & non ante diebus intermiſſis ante cœnam per dies xx. & tamen quolibet die vngat ſe vt
ſupra, & poſt balneum apponatur ceratum vel emplaſtrum immediate infraſcriptum, & quælibet de- G
Ceratum. coctio ſufficit in diebus, &c. ¶ Ceratum. ℞ *picis naualis* ℥ iij. *olei chamomillæ & liliorum alb. an. quantum*
ſufficit pro cerato ad bulliendum medullas crurum cerui aut bouis aut vituli ℥ j. *miſce, ad lentum ignem fiat*
ceratum. Et ſi vis emplaſtrum fiat pinguius cum oleis & medullis. Iſto cerato poteſt incipere vti dicto
tempore

A tempore loco alterius vnctionum dictarum, ſi placet magis: ſi vero non incipiat vti in principio ter-
tii menſis continuãdo per tertium menſem. Vtatur duobus diebus in hebdomada, videlicet ante pran-
dium & ante cœnam per horam ℥ viij. brodii carnium pulli, aut capreti, aut agni cum multo pulueris
ſacchari. ¶ Vnctio alia. *℞ olei ſiſamini ℥ j. medullæ crurum cerui, aut bouis, aut vituli ℥ j ß. œſypi humi-* *Vnguentum.*
di ℥ ß. miſce, & fiat vnctio. Iſta vngatur infirmus tantum in meridie, qua vtatur viij. diebus continuis.
¶ Vnctio alia. *℞ oleorum liliorum alb. ℥ j. chamomillæ ℥ j ß. œſypi humidi ℥ ß. miſce.* Iſta vtatur aliis viij. *Aliud.*
diebus ſequentibus in meridie cum obſeruandis, vt ſupra. ¶ Vnguentum molle. *℞ fæcis olei liliorum* *Aliud.*
al. ℥ j. fæcis olei ſiſamini ℥ ij fæcis olei ſem. lini ℥ ß. pinguæ gallinæ ℥ ß. medullæ oſſium cerui aut vituli, aut bo-
uis ʒ j. ceræ quantum ſufficit, miſce. Debet autem vti omnibus infraſcriptis vnctionibus, vnguen-
tis & emplaſtris de viij. diebus in octo, ita quod ſingulis octo diebus continuatim vtatur vna ſupraſcri-
B ptarum vnctionum, vt ſupra dictum eſt. ¶ Emplaſtrum. *℞ radicum maluauiſci bene cocti, & bene pi-* *Emplaſtrum.*
ſtati, & primum obiecta medulla, vt ſupra. M ij. olei liliorum alb. quantum ſufficit fiat emplaſtrum ad lentum
ignem. ¶ Aliud emplaſtrum. *℞ radicum maluauiſci bene cocti, vt ſupra. M j. lumbricorum ru. terreſtrium* *Aliud.*
ʒ j. medullarum crurum aut cerui aut vituli, aut bouis ʒ j ß. œſypi humidi ʒ j ß. olei liliorum al. ʒ j. lumbri-
ci prius coquantur in oleo liliorum alborum quantum ſufficit: deinde conuenienter piſtentur, & cum aliis
omnibus incorporentur. ¶ Medicinæ amplius propriæ membro tabefacto. ¶ Emplaſtrum. *℞ renem anat.* *Aliud.*
cum tota eius pinguedine, quæ incidantur minutim, deinde optime piſtentur ſimul, & addatur olei liliorum
alb. quantum ſufficit ad mollificandum miſce. ℞ ceratum ſupraſcriptum, quod componitur ex pice &
vetere ad neruũ a. ¶ E uo . . . *℞ axellæ reſoluti in oleo liliorum alb. ℥ ß. radicum maluauiſci bene co-* *Aliud.*
ctis, vt ſupra, M j. olei liliorum alborũ quantum ſufficit ad impinguandum. miſce pro emplaſtro. Fiat em-
C broca neruo dolenti cum oleo oliuarum optime & ſuauiter calido. ¶ Emplaſtrum aliud. *℞ radi-* *Aliud.*
cum maluauiſci M j. mucilaginis althææ. ſem. lini & fœnugræci ana ℥ j ß. ammoniaci, galbani ana ℥ j œſypi
humidi ℥ ß. olei chamomillæ & liliorum alb. pingue. v. ſi. ana ℥ j. medullæ cerui aut vituli, aut bouis ℥ j ß.
maluauiſcum prius optime decoquatur, & piſtetur prius abiecta medulla deinde in mortario ſimul omnia in-
corporentur, & ad lentum ignem fiat emplaſtrum ¶ Regimen, quo ad cibum & potum breuiſſime, com- *Diata pro*
mune neruo contracto & duro, & commune membro tabefacto. Vtatur cibis facilis digeſtionis & *neruis con-*
mediocris ſubſtantiæ, ſimiliter & potibus, & non nimis cito repleatur, ſitque facilis penetrationis ad *tractis &*
membrum, ſcilicet frumento, piſto optime cocto, raro & colato, a corticibus mundo, ſpelta piſta, vt de *duris.*
frumento, cicerib. ru. coctis cum corticibus ſuis & brodio; vtatur blitibus cum boragine & petro. ſpi-
nachiis cum trifolii modico & multo boraginis ra. petro. cum blitibus aut ſpinachiis, boragine ad libi-
D tum, ſed ſine aceto vel modico, ſi vult acetum facere, vtatur ſicut de frumento panatella cum vitellis o-
uorum, vtatur paſſulis paruis & nigris amygd ſimul cum paſſulis phiſticis ſeu piſtachiis. Vtatur carnibus
domeſticis. ſcil. vituli, hædi, agni aliquoties caſtrati, pullorum phaſianorum, perdicum maxime: vtatur
vinis mediocris vinoſitatis & coloris ſatis facilis penetrationis, aut vtatur albis vinis, non craſſis, nec ni-
mis ſubtilibus, licet prima meliora ſint in caſu. Aſſumat aliquando de capparib. multis abiecto ſale, &
cum modico aceto & oleo, vtatur gaudio, delitiis, frumentis leuibus, habitet in vmbra tempore calido
odoret aromatica, exercitetur ſuauiter deambulando & partim ſedendo, prout eſt naturæ ſuæ gratius.
Summaria cura talis membri in caſu noſtro. ¶ Aperiantur oppilationes viarum nutrimenti ad mem- *Cura ſummaria.*
brum extenuatum, & poroſitates ipſius ſecunda intentio, ſubtilietur ſanguis fluxurus ad nutriendum
membrum. Tertio confortetur virtus attractiua, digeſtiua & retentiua eiuſdem membri. Quarto nu-
E trimentum ſit quantitatis & qualitatis membro proportionabile. Quinto attrahatur nutrimentum ad
membrum, & declinetur nutrimentum a membro non tabefacto ad tabefactum. Sexto, retineatur in
membro. Septimo, conuertatur ad membri naturam. Octauo, hæc omnia fiant, vt ſupra, videlicet leui
ſolutione, leui aperitione inſtrumentis ſupraſcriptis, fricatione primo ſuaui membri tabefacti, vt di-
ctum eſt ſupra. Exercitio deambulatiuo, balneatione membri, vltimo vnctione aut emplaſtro, & pro-
prie emplaſtro ex pice: nam pix nutrimentum attrahit & retinet, ipſum conuertit in ſubſtantia membri,
ac attractiuam digeſtionem & retentiuam virtutes confortat.

De apoſtematibus.

Cons. CXLVI. *Contra cancrum confirmatum.*

F PHlebotomia primo fiat baſilicæ oppoſitæ morbo, ex qua extrahantur ℥ viij. ſanguinis ſtoma- *Vena ſectio.*
cho ieiuno in mane per vnam horam ante prandium. *℞ caſſiæ fiſt. ℥ j. tamarindorum ℥ ij. epi-*
thymi ʒ iij. aquæ acetoſæ q. ſ. ad dicti epithymi infuſionem. ſeri capri. q. ſ. pro potione. Epithymum pi- *Potio lenitiua.*
ſtatum infundatur in dicta aqua acetoſæ per xxiiij. horas, deinde optime exprimatur & coletur,
& ſubſtantia abiiciatur, vltimo reliqua omnia addantur dictæ colaturæ miſce & fiat potio ℞ ſyrupi de pomis *Alia.*
℥ j. de epithymo ℥ ß. aquarũ acetoſæ ℥ ij. bugloſſæ ℥ j. miſce. ℞ caſſiæ fiſt. ℥ j epithymi ʒ j ß. tamarindorũ ʒ j. ele- *Solutiua.*
ctuarii hamech ʒ j. aquæ aceto ℥ j. ſeri caprini q. ſ. pro potione miſce, & fiat potio. ℞ aquarũ acetoſæ, fumiterræ *Alia.*
ana ℥ j ß. bugloſſæ lupulorum ana ℥ ß. ſeminum communium frigidorum minorum ʒ ß. ſacchari albiſſimi ʒ j.
miſce. ℞ pilularum indarum ℈ ij. ſenæ. ℈ j. coralliorum rubrorum gran. v. agarici ℈ j. miſce, & cum ele- *Pilulæ.*
ctuario hamech. quantum ſufficit ad incorporandum reformentur pilulæ vij. pro ʒ. ℞ terebynthinæ ele-
ctæ ʒ ij. aquæ acetoſæ ʒ ij. ℞ ſpecierum triaſandalorum ʒ ij. ſpecierum diarhodon abbatis ʒ j. gem- *Morſelli.*
G *marum electuarii de gemmis ſine ſpeciebus ʒ ij. margaritarum ʒ j ß. diadraganti frigidi deſcriptione Ni-*
colai & facti ex ſaccharo trium coctarum ℥ x. miſce, & cum aquis acetoſæ & bugloſ. ana quantum *Apertio*
ſufficit ad incorporandum, fiat confectio ſolida in morſellis iij. pro morſello. Phlebotomia reiteretur, vt ſu- *hæmorrhoidum.*
pra, ſi neceſſe eſt reiterari. Prouocentur hæmorrhoides ipſas fricando, cum folio ficus, aut ſanguiſu-

Manus christi. gas apponendo ſecundum canon. dictorum locorum *Manuſchriſti de perlis facti cum optimo ſaccharo* A
℥ *viij.ſandalorum rub.*℥ *ij.corallorum rub.*℥ ß. *violarum ſiccarum* ℥ *ij. miſce & cum aqua acetoſæ bugloſſæ*
an.quantum ſufficit ad conficiendum reformetur confectio ſolida in morſellis iij. pro morſello. ℞ *trochiſco-*
Morſelli. *rum de capparibus* ℥ ß.*de roſis* ℥ j ß *ſpecierum triaſandalorum* ℥ *ij.gemmarum electuarii de gemmis ſine ſpe-*
ciebus ℥ j ß *diadraganti frigidi deſcriptione, & facti ex ſaccharo taberzet* ℥ *xv.miſce, & cum aquarum ace-*
toſæ & bugloſſæ an. quantum ſufficit ad conficiendum fiat confectio ſolida in morſellis trium in mortario cum
cum piſtillo, & ſine igne trium ℥ *pro quolibet morſello.* Iſta localia infraſcripta fiant tempore neceſſitatis,
℞ *olei roſ.*℥ *vj.theriacæ præparatæ* ℥ *iij. miſce & reiteretur totum multoties in mortario plumbeo.* Si vero
vult medicamen efficacius, & tamen virtuti familiare, tunc ſupraſcriptis oleo & tutiæ antequam tali-
ter agitentur, addantur boli ar.℥ iij.deinde totum agitetur in mortario plumbeo multoties, vt ſupra.
Emplaſtrum ex cancris. ℞ *cancrorum recentium fluuialium crudorum, & cum teſta ſua q.ſ.pro emplaſtro piſtentur non multum mi-* B
nute, & de eis fiat emplaſtrum nihil aliud ipſis addendo. Si vero vis medicamen efficacius, tunc ipſis can-
cris taliter piſtatis addatur olei roſ.quantum ſufficit ad incorporandum & impinguandum emplaſtrum
Epithema. miſce,& fiat emplaſtrum. ℞ *aqua cum fæce ſua deſcendente de mola ſeu lapide anterorum acuentium fer-*
menta q.ſ.pro epithemate loci læſi.In hac aqua cum fæce infundantur petia lineæ ſubtiles,vel albæ vel vna du-
plicata quantum neceſſe eſt ad cooperiendum membrum læſum, & proprie brachium ad cubitum infra. ¶ Vi-
num ſit album diaphanum ſiue clarum pauciferum, ſaporis agreſtis, ſeu bruſci, aut ſaltem medii, & non
Diæta. dulcis,aut ſaltem etiam mediæ vinoſitatis, & nullo modo vinoſum. Sed tamen melius eſt pauciferum
Potus. & ſaporis bruſci, vt ante. Si vero tantummodo valet vinum dulce,tunc dulcores ipſum ſolum cum a-
liquantulo ſacchari taberzet,& optime trium coctarum. Et nullo modo vinũ ſiue ſit naturaliter dulce,
nec dulcoratum, niſi cum dicto ſaccharo optimo, lymphetur ipſum vinum, ſiue cum aqua hordei ex- C
Panis. corticati non ſaccharata. Quinimo potus ipſius ſolus aquæ hordei eſſet præſtantius. ¶ Panis ſit de ſpel-
ta,aut ſaltem de optimo frumento albiſſimus, ſed tamen de ſpelta eſt mediocriter fermentatus, debite
coctus, & non multum & cum cruſtis ſubtilibus nihil continens ſalis & factus cum aqua dulci & fluuia-
li diaphana ſiue clara. Cucurbita,vt eſt cum carnibus infraſcriptis cocta,eſt iuuans edulium ferculare,
Terrana ſcentia. ſiue ferculum iuuans. Cucurbita cum agreſta & cocta cum carnibus, vt ſupra,iuuat pro ferculo. Cu-
curbita cum toto ouo valet cum albumine & vitello, & agreſta cocta cum carnibus, vt ſupra iuuat pro
ferculo. Cucumeres parui recentes, & teneri cocti cum carnibus dictis ſunt ferculum, &c. vt ſupra de
cucurbita. Portulaca cocta cum carnibus dictis eſt ferculum conueniens,ſpinachia cocta,vt ſupra de
portulaca & lactuca,cocta cum ſubduplo boraginis,vt ſupra de portulaca. Blitis prius bullita, & ipſius
prima aqua primæ bullitionis abiecta, deinde mixta cum quarta parte ſuæ boraginis, & tantundem la- D
Abramã. ctucæ aut portulacæ:vltimo omnia ipſa cum carnibus, vt ſupra de portulaca. Abramam ſine arillis ſeu
ſuccus granatorum dulcium ſeu muzorum, & non dulcium coctum, vt eſt cum carnibus, aut etiam
Fercula. cum modico micæ panis trituratæ q.ſ. ad inſpiſſandum iuuat pro ferculo. Rapæ prius bullitæ & earum
prima aqua primæ bullitionis abiecta, deinde trituratæ leuiter & mixtæ cum quarta parte, aut quinta
florum carnoſitatis ſine pulpæ cucurbitæ ſiccatæ minutim inciſcorum, vltimo totum cum carnibus,
vt ſupra pro ferculo iuuat.Illa carnoſitate ſeu pulpa cũ cucurbita ſiccata,deinde minutim inciſa & pri-
mo bullita,deinde ſola ipſa aqua cocta cum carnibus,&c.vt ſupra,eſt optimum edulium pro ferculo,&
ad hoc eſt proprium:ſpelta cocta debite cum carnibus dictis.vt ſupra,eſt optimum edulium pro fercu-
lo, & valde conuenit far ſpeltæ coctum, vt ſupra de ptiſana. Panatella ſeu mica panis cocta, vt ſupra.
Mica panis cum brodio dictarum carnium infuſa & imbibita, licet non ſit cocta, iuuat cum dicto bro- E
dio in ferculo. Alaganæ ex optima farina hordei aut ſpeltæ,aut frumenti factæ ſine ſale aliquo, ſed me-
lius ex farina hordei, deinde ſubſequenter ex aliis duabus farinis, & minutim inciſæ, & poſtea exſicca-
tæ,deinde optime coctæ cum dictis carnibus vltimo comeſtæ raræ & non ſpiſſæ,ſeu compactæ in fercu-
lo iuuãt.Brodetum ſeu brodium pulli, cui mixtum ſit totum ouum recens. videlicet albumen oui cum
vitello eius factum a gallina eadem die, aut per ſpatium duorum dierum ad amplius iuuat.Brodium di-
ctum, cum quo coquatur modicum agreſtæ ſine ſale aut modicum vini granatorum,& eſt præſtantius
priori brodio. Omnes carnes comedat elixatas & non aſſatas; cum vino granatorum & muzorum aut
Carnes. acetoſorum,aut agreſta non ſalſa,aut ſucco aranciorum. Carnes. ¶ Pulli elixi iuuant, & ſunt proprium
edulium ad hoc. Perdices phaſiani,duragi ſeu turtures, & proprie cum agreſta aut vino granatorum,
alauda, auiculæ paruæ in arboribus degentes, exceptis paſſeribus. Nam paſſeres in hoc non conue- F
niunt,carnes hædi ſeu capræti domeſtici, & eſt proprium edulium in hoc. Carnes gazelli ſiue capreoli
ſylueſtris,carnes caſtrati non amplioris ætatis vno anno: vituli lactantis non amplioris ætatis quatuor
Oua. menſium, ſed minoris ætatis ſunt meliores. Oua. ¶ Oua fracta cocta in aqua comedat tota, videlicet
albumen & vitellos ouorum cum agreſta non ſalſa,vel cum vino granatorum, vel ſucco arancii. Oua
cocta videlicet albumen & vitellos ouorum in patella frixa cum modico lactucæ vel ſpinachiæ, aut al-
terius earum comedat cum agreſta non ſalſa, vel vino granatorum dictorum, vel ſucco aranciorum.
Piſces. ¶ Omnes piſces paruos comedat,non magnos, elixos,& non aſſatos, & aliquando, ſi vult eos aſſatos ſeu
frixos,comedat cum vino granatorum dictorum,aut agreſta non ſalſa,aut ſucco aranciorum. Menolæ
conueniunt barbi,oratæ paruæ,paſſeres paruæ,albori parui, piſces parui petroſi aquæ dulcis, ſtrioli,lu-
cii parui.Iſtis omnibus medicaminibus vtatur ſupra ſcriptis tantum conſilio inſignium Doctorum cu- G
ræ eius aſtantium & non conſilio ipſius ægri. Nota quod quandoque patiens dolet dolore,ac ſi eſſet
flamma ignis,poſt vnam horam vel tres aut integrum diem.Et iterum reuertitur cum aliis ſignis,quod
eſt certiſſimum ſignum cancri.

A

Cons. CXLVII. *Contra tubera difficilis digeſtionis.*

Potio ſolutiua. Digeſtiua. Emplaſtrũ.

EVacuatiuum digeſtiuum facile. ℞ *caſſiæ fi. electæ ℥ j. diaſenæ ʒ iij. aquæ fumiterræ q. ſ. pro potione miſce & fiat potio.* ¶ Digeſtiuum. ℞ *aquarum acetoſæ ℥ j. fumiterræ ℥ ij. lupul. ℥ j. ſachari albiſ. ʒ j. miſce.* ¶ Emplaſtrum. ℞ *althææ M ß. maluarum M j. violarum M ß. ficus albas & pingues numero iiij. cæparum, lilii albi. ℥ j fermenti tritici ℥ ß. farinarum ſeminis lini, fœnugræci ana ℥ iij. axungiæ porcinæ non ſalſæ ℥ j ß. olei amyg. dulcium q. ſ. ad impinguandum. Radices prius earum abiecto meditullio minutim inciſa, bulliant cum dictis herbis in ſufficienti quantitate aquæ pro decoctione vſque ad conſumtionem medietatis. Cæpæ vero lilii ſub cineribus igneis debite coquãtur, deinde dicta iiij. piſtentur, & ſimiliter ficus & fermentum piſtentur, deinde dictæ farinæ addantur, vltimo axungia & oleum apponantur, & cum dictæ decoctionis q. ſ. pro emplaſtro omnia ſimul incorporentur ad lentum ignem, &c.*

B

Defebribus.

Cons. CXLVIII. *Contra quartanam.*

Potio ſolutiua.

SOlutiuum minoratiuum facile. ℞ *caſſiæ fi. pulpæ ſebeſten an. ℥ ß. pulparum tamarindi ʒ ij. diaſenæ ʒ iij. confec. hamech ʒ j aquæ acetoſæ ℥ j. ſeri caprini q. ſ. pro potione. Pulpæ ipſæ ſebeſten & tamarindorum cum parte dicti ſeri q. ſ. ad ipſarum diſſolutionem diſſoluantur optime ſine igne in mortario cum piſtillo ferreis & non æneis. Aut ſaltem in mortario lapideo & cum piſtillo ferreo: deinde caſſia ipſa extracta a canna mundetur a ſcophis & arillis ſuis, & diſſoluatur in dicta aqua, & alia parte ipſius ſeri, vltimo omnia addantur miſce, & fiat potio.* Iſtud ſolutiuum aſſumat in aurora debite calidum, & non tepidum, & immediate poſt ipſius aſſumtionem iaceat in lecto per vnam horã cũ dimidia, & interim dormiat ad amplius per tres quartas horę, deinde ſurgat, & poſt ipſius aſſumtionẽ ſtet ieiunus patiens horis quinq; Poſtquã vero ſurrexerit,

C cũ panno ſuauiter calido ſuauiter ſibi fricet verſus dorſum ſtomachum maxime & ilia, deinde pannum taliter ſuauiter calidum dimittat ſuper ipſis ſtomacho, ventre & iliis. Et non aſſumat lauatiuum aliquod ſed in dicto termino quinq; horarum prandeat, & pro ferculo in ipſo prandio comedat blites cum boragine & fœniculo. Item carnes laudabiles, vt perdicum, phaſianorum, hædi vel vituli, aut aliquas carnes conſimiles. ¶ Solutiuum minoratiuum facile, vt ſupra & forte ægrotanti minus tædioſum. ℞ *pilularum indarum ℈ j. agarici ℈ j. ſalis gemmæ, zinzib. an. gra. j. Agaricus ipſe in fruſta minuta inciſus, & non piſtatus infundatur per horas 6 ad minus in oxymelle ſimplici, q. ſ. ad ipſius agaric. debitam imbibitionẽ in ipſo oxymelle, deinde reliqua pulueriza̅da pulverizentur vt decet, vltimo omnia ſimul miſce, & cum electuario hamech q. ſ. ad incorporandum reformentur pilulæ vij.* Si vero ſolutiuum hoc pilulare minus tædioſum eſt, tũc iſtas pilulas aſſumat in aurora frigidas, vt ſunt cum ℥ j vini albi odoriferi nõ multum vinoſi, ſeruatis reliquis *(Pilulæ.)*

D modis & ordinibus deſcriptis in aſſumtione alterius ſolutiui potabilis immediate ſupraſcripti. ¶ Digeſtiuum. ℞ *ſyruporum de epithymo ℥ j de byſantiis, oxymellis ſimplicis, aquarum fumiterræ, lupulorum an. ℥ ß. miſce.* Iſtud digeſtiuum debite calidum, & non tepidum aſſumat in aurora ſex ſaltem diebus continuis, & poſt ipſius aſſumtionem ſtet ieiunus horis quatuor ad minus, & iterum dormiat, ſed tamen non amplius duabus horis. Iſtud vero digeſtiuum taliter aſſumere incipiat die tertia poſt aſſumtionem dicti minoratiui ſupraſcripti. ¶ Solutiuum eradicatiuum facile. ℞ *pilularum de mezereon, de lapide lazuli, polypodii ana ℈ j. zinzib. gra. ij. miſce, & cum diaſenæ q. ſ. ad ipſarum omnium incorporationem reformentur pilulæ vij.* Iſtas pilulas aſſumat frigidas, vt ſunt, cum vna ℥ vini odoriferi non multum vinoſi in aurora, die tertia poſt completam aſſumtionem ſaltem ſexies digeſtiui immediate ſupraſcripti, & poſt ipſarum aſſumtionem iaceat in lecto per vnam horam cum dimidia, & iterum dormiat per vnam horam ad amplius, & poſt earundem aſſumtionem ſtet ieiunus horis quinque. *(Potio digeſtiua.) (Pilulæ.)*

E *Et in termino ipſarum quinque horarum aſſumat pro lauatiuo vj ℥ hordei excorticati, in qua aqua bulliant ſemen fœniculi, dauci an. ʒ j. deinde colata ſic aqua ipſa, quam aquam aſſumat calidam, & non tepidam, & ſine ſacharo, & poſt eius aquæ aſſumtionem ſtet ieiunus patiens hora vna, in termino ipſius horæ experiatur an dictam aquam poteſt ſecedere ſi ante non ſponte ſecedit,* vltimo in dicto termino horæ, ſiue non prandeat & pro ferculo comedat blites. Item carnes laudabiles, vt ſupra in alio minoratiuo primo. ¶ Digeſtium vſuale. ℞. *aquarum capil. ve. ℥ j ß. bugloſſæ, lupulorum ana ℥ ß fumiterræ ℥ j. ſachari albiſ. trium coctarum ʒ j. miſce.* Iſtud digeſtiuum aſſumat debite calidum, & non tepidum in aurora ſex ſaltem diebus continuis in ſingulo menſe, & poſt ipſius aſſumtionem ſtet ieiunus horis quatuor, & iterum dormiat, ſed non amplius duabus horis. ¶ Solutiuum facile & vſuale. ℞. *ſolutiui minoratiui pilularum ſupraſcripti compoſiti ex pilulis indis agaric. &c. vt*

F *ibi.* Iſtas pilulas aſſumat in aurora die immediate ſequenti diem aſſumtionis digeſtiui vſualis immediate ſupraſcripti, &c. vt ſupra in aſſumtione eiuſdem minoratiui pilularum ſupraſcripti. *(Potio digeſtiua.) (Pilulæ.)*

Cons. CXLIX. *Contra peſtem.*

Pilulæ.

PIlulæ ſolutiuæ. ℞. *aloes ſuccotrinæ electæ ʒ vj. myrræ ʒ iij croci electi ʒ j ß. rheubarbari electi ʒ j ß. agarici electi ʒ ij. gariophy. ℈ j. ſpicæ ℈ j. ß. cort citri ℈ ij. tormentillæ ℥ ß ſanda. ru. granorum ribes an ʒ j.* Loco vero iſtorum granorum ribes, ſi non reperiantur, ponatur ſeminum acetoſi tantundem, coral. ru. ʒ ß. boli ar. ʒ iij. campho. gra. ij. Agari. ipſe in fruſta minuta inciſus & non piſtatus infundatur ad minus per horas ſex in oxymel. ſimpli. q. ſ. ad debitam imbibitionem ex dicto oxymel. deinde reliqua omnia pulueri. ſubtiliter vel mediocriter vel craſſo modo, vt decet ſecundum cano. ad hoc, & ipſa ſuſtinent de trituratione ſalitata ſufficienter ipſarum medicinarum virtute, vltimo omnia ſimul miſce, cum

G rob de ribes & ſyru. de citro an. q. ſ. ad incorporandum fiat magdaleon ſeu maſſa pilularum ad vſum opportunum, poſtea tempore debito formabis ix. pilulas pro ʒ. Ipſæque pilulæ aſpergantur cum boli ar. q. ſ. ad aromatizandum, ſi vero non reperitur rob de ribes augeatur tantundem dictum ſyrupum de citro vel de limonibus, ſed de citro melius. Iſtarum pilularum faciliter ſolutiuarum & propriarum contra pe-

ſtem aſſumat ſtomacho ieiuno vir vel mulier a iij. vel a v. vſque ad vij. ad libitum in aurora cum ſyr. aceto ſi ſimplicis & aquæ violarum, aut ſaltem aquæ ſimplicis, dulcis, diaphanæ ſeu claræ ana ʒ ß. vel ad libitum. Iſtas pilulas cum iſtis ſyrupis & aqua taliter aſſumat in mane cum ſurgit de lecto, duobus diebus vel ſaltem vna die in ſingula hebdomada cuiuslibet quatuor trium temporum anni, in quo eſt peſtis illa, ſed melius in aurora, deinde in mane cum ſurgit, tamen in qualibet dictarum horarum duarum iſtæ ſint præſtantes valde, dormiatque non amplius vna hora in ſpatio vnius horæ cum dimidia immediate poſt ipſarum pilularum aſſumtionem, ſed eas aſſumat tantum in aurora tunc immediate poſt earundem aſſumtionem ſtet ieiunus vir, vel ieiuna mulier taliter aſſumens horis v. & non amplius vj. horis, ſed ſi eas aſſumit in mane cum ſurgit, tunc ſaltem horis iiij. & non amplius horis v. ieiunet & quacunque dictarum horarum dictas pilulas aſſumat, tunc nec ante, nec poſt ipſarum aſſumtionem aſſumat lauatiuum aliquod, ſed tantum in dictis terminis prandeat, & in ipſo prandio ferculum & carnes laudabiles comedat. ¶ Pilulæ contra peſtem non ſolutiuæ virtuti familiares. ℞. *ligni aloes electi* ʒ ß. *croci electi* ʒ j ß. *tormentillæ* ʒ j. *cornu cerui* ℈ ij. *ſandalorum rub. coral. ru. ſe. acetoſæ, boli ar. an.* ʒ ß. *camphoræ gran. ij. gemmarum, electuarii de gemmis ſine ſpeciebus, quantum proficit, forma ipſarum ſaltem mediarum, ſed tamen melius ipſarum perfectarum earundem gemmarum, vt hic ante & ipſorum fragmentorum ſaltem media perfectionis, margaritæ quanta perfectionis forma ipſarum ſaltem mediarum, ſed tamen melius ipſarum perfectarum* ʒ j. *cornu vnicornu ſeu vnicorni, quod idem eſt*, & quantum ad hoc ſimplex quod illuſtribus viris ſolum licet, ſine dicto cornu ſint præſtantes valde contra peſtem, tamen cum dicto cornu ſunt perfectiores: *ſyrupi de citro q. ſ. ad omnium debitam incorporationem pro pilulis conficiendis in æſtate ſeu tempore calido aut temporibus mediis ad libitum, ſyrupi de ribes tantundem. Loco autē ipſius, ſi ipſum non reperis, ponatur ſyrupi de limonibus tantundem, ſed de ribes melius. In hyeme vero ſeu tempore frigido loco ipſius ſyrupi de citro, vel de ribes, vel etiam de limonibus ponatur theriaca tantundem debite fermentata & perfecte, videlicet ipſius theriacæ non minoris ætatis vij. annorum*, quinimo annorum quinq; ſecundum aliquos etiam admittitur, ſed melius non minoris ætatis annorum 12. nec amplioris annorum 30. in regionib. calidis, ſed in regionib. frigidis a primis 20. annis vſq; ad 50. lib. 6. ſecundum can. *4. primi cap. primo de theriaca & aliis confectionibus magnis perfectio ibi, vbi de hoc pul. pul. ſubtiliter vel craſſo modo vel mediocriter ſecundum can. ad hoc, vt in alio recepto primo proximo ſupraſcripto, deinde omnia ſimul miſce, & fiat magdaleon ſeu maſſa pilularum, pro pilulis formandis ix. pro* ʒ. qui magdaleon & etiam pilulæ non ſolutiuæ fiant eo modo, quo fit alius magdaleon & pilulæ ſolutiuæ ſupraſcriptæ in alio recepto. Iſtarum pilularum non ſolutiuarum, ſed confortatiuarum, &c. aſſumat ſtomacho ieiuno vir vel mulier a. iij. vſque ad v. ad libitum in aurora, vel in mane cum ſurgit ad libitum diebus tribus in ſingula hebdomada cuiuslibet iiij. temporum anni in quo eſt peſtis ipſis diebus alternis, ſ. vna die ſic, & alia die non aſſumat, & poſt ipſarum aſſumtionem ſtet ieiunus vir vel ieiuna mulier taliter aſſumens horis tribus ad minus, & non aſſumat lauatiuum aliquod. Et ſi ipſas aſſumit tantum in aurora, tunc poſt ipſarum aſſumtionem dormiat ad libitum, ſed non amplius duabus horis.

Cons. CL. *Contra peſtem.*

PRæſeruantia a peſte & virtutibus omnibus familiaria, videlicet vitalibus, animalibus, & naturalib. omniumq; ipſarum confortatiua, & proprie virtutis vitalis, & propriiſſime ipſius vitalis in corde. ℞. *ſyrupi de citro, vel de limonib.* ℥ j. *aquæ acetoſæ* ℥ iij. *miſce.* ¶ Aliud. ℞. *boli ar.* ʒ j. *aquæ acetoſæ* ℥ ij. *miſce.* Ad idem. ℞. *aquæ acetoſæ* ℥ ij. *vini albi, odori. non multum vinoſi* ℥ ß. *boli ar.* ʒ j. *ſachari roſ.* ʒ j. *miſce.* ¶ Pilulæ non ſolutiuæ, ſed virtutum confortatiuæ, vt ſupra. ℞. *terræ ſigill.* ʒ ij. *boli ar.* ℥ j. *ſyrupi de citro. q. ſ. miſce, & fiant ix. pro* ʒ. Iſtarum pilularum aſſumat a tribus vſq; ad v. ad libitum in mane, dum ſurgit in aurora bis in hebdomada aut ſemel ad minus. Deinde poſt ipſarum aſſumtionem ſtet ieiunus vel ieiuna horis tribus ad minus. ℞. *theriacæ antiquæ ſach. roſ. an.* ʒ j. *vini albi odoriferi non multum vinoſi* ℥ j ß. Theriacam iſtam ſumat horis 10 poſt cœnam immediate præcedente, deinde poſt ipſius aſſumtionem dormiat ad libitum, & ieiunet horis vij. ℞. *ſpecierum triaſandalorum* ʒ ij. *ſpecierum diarhodon abbatis* ʒ ß. *terræ ſigillatæ* ℈ ij. *gemmarum & margaritarum, electuarii de gemmis ſine ſpeciebus* ʒ ij. *boli ar.* ʒ iij. *ſachari alb.* ℥ xviij. *miſce, & cum aqua bugloſſ. q. ſ. fiat confectio in morſellis ſolida iij* ʒ. *pro quolibet morſello* ℞. *diaboragi.* ℥ j. *diabugloſſ.* ℥ iij. *ſachari roſ.* ℥ iiij. *ſachari viol.* ℥ ij. *terræ ſigillatæ* ʒ j ß. *ſpecierum triaſandalorum* ʒ ij. *gemmarum & margaritarum electuarii de gemmis ſine ſpeciebus* ʒ iij. *boli ar.* ʒ iij. *miſce, & cum iulepi viol. q. ſ. redigatur totum in forma electuarii & deauretur.* Iſtarum omnium ſex medicinarum ſupraſcriptarum aſſumat modo vnam, modo aliam ad libitum in mane cum ſurgit omni hebdomada diebus intermiſſis, deinde poſt ipſarum aſſumtionem ieiunet horis trib. ad minus præterquam poſt ipſius theriacæ aſſumtionem, in aſſumtione cuius fiat, vt ſupra dictum eſt. ¶ Pilulæ non ſolutiuæ, ſed confortatiuæ, vt ſupra. ℞. *ligni aloes elec.* ʒ ß. *croci* ℈ ß. *cornu cerui* ℈ ij. *tormentillæ, terræ ſigillatæ ana* ʒ ß. *ſeminum acetoſæ, diptami ana* ℈ j. *Zedoariæ* ℈ ß. *boli ar.* ʒ iij. *gemmarum, electuarii de gemmis ſine ſpeciebus* ʒ j ß. *xylobalſami* ʒ ß. *margaritarum* ʒ j. *ſandalorum ru.* ℈ j. *coral. ru.* ℈ ij. *addatur cornu vnucornu pro illuſtribus viris* ʒ ß. *ſyrupi de ribes q. ſ. pro pilulis conficiendis, vel loco eius, ſi non reperiatur, accipiatur ſyrupi de limonibus, ſed melius eſt ſyrupi de citro, & hoc tempore calido ſeu temporibus mediis, ſed tempore frigido, puta in hyeme, loco ipſius ſyrupi de citro, vel de ribes, vel de limonibus ponatur theriacæ tantundem debite fermentatæ & perfectæ. Pulueriżanda pulueriżentur craſſo modo vel tenuiter, vt decet, deinde omnia ſimul miſce, & fiat magdaleon pro pilulis conficiendis viij. pro* ʒ. Si vero vult medicamen efficacius prioribus pilulis, tunc his vtatur cum modis, vt ſupra, quinimo iſtis vtatur tribus diebus in ſingula hebdomada alternatim vel ſaltem ſemel in hebdomada. Iſtæ etiam pilulæ ſecundæ multū iuuāt actu laborantē peſte, quas aſſumat tūc bis in die ſtomacho ieiuno videl. ante prandiū vt ſupra

Marginalia (left): Pilulæ. — Potiones confortatiuæ. — Pilulæ confortatiuæ. — Morſelli. — Electuariū. — Pilulæ confortatiuæ.

Marginal letters (right): A B C D E F G

A pra,& ante cœnam per duas horas. Si vero vult ex hoc medicamine potum, tūc omnium illorum ſimul mixtorum aſſumat ℥ j. cū aquæ aceto. & vini albi odoriferi, nō multum vinoſi ana ℥ j. miſce, & fiat potio, vt hic ante, quo vtatur cum modis deſcriptis in aſſumtione pilularum immediate ſupraſcriptarum. ¶ Solutiuum vſuale & facile. ℞. *aloes ſuccotrinæ electæ ℥ vj. myrræ electæ ℥ iij. croci ℥ j ß. rheubarb. electi ℥ ij. agarici electi ℥ j. garyophillo. ſpicæ ana ℈ j. corticum citri ℥ j ß. camphoræ gra. ij. boli ar. ℥ iij. miſce, & cum rob de ribes & ſyrupi de citro ana quantum ſufficit formentur pilulæ ix. pro ℥. & ſi non reperiatur rob de ribes loco illius ponatur ſyrupi de limonibus tantundem vel plus de ſyrupo de citro.* Iſtarum pilularum aſſumat a duabus vel tribus vſque ad vij. ad libitum in aurora vel in mane, cum ſurgit vel per vnam horam ante cœnam vna hebdomada bis vel ſemel ad minus, & ſi ipſas aſſumat in aurora vel in mane, vt hic ſupra, tunc immediate poſt ipſarum aſſumtionem ieiunet horis quatuor ad minus, nec aſſumat aliquod lauatiuum, **Alia.** **Diæta præſeruatiua a peſte**

B & melius in aurora, deinde in mane cum ſurgit, & vltimo ante cœnam minus iuuant, licet tamen in quacunque trium dictarum horarum ſumtæ ſint maximi iuuamenti. Iſtarum etiam pilularum ℈ ij. ſumti ſingulo die in mane per 4. horas ante cibum iuuāt etiam actu laborantē. ¶ Regimen præſeruatiuum a peſte ſeu proprius præuiſiuum. Aer habitationis rectificetur ipſo loco ſtationis pluries aſperſo ex aceti partibus duabus & vna parte aquæ roſ. ſimul mixtis, ita vt continuo idem locus dictæ mixturæ odorem ſapiat. Cum vero tranſit ad aerem liberum, continue vel ſæpiſſime odorando, portet in manu petiam lineam vel ſpongiam infuſam in dicta mixtione aquæ roſ. & aceti, &c. Aut portet in manu pomum laudani vel laudanati proportionabile ſuo tēpori odorando frequēter vt hic ſupra, euitet cōmunionem multarum perſonarum. Et nota quod ſecundum varietatem temporum quatuor anni debet pomum variari in quatuor primis qualitatib. alteratiuis. ¶ Vtatur vino naturali, & non corrupto, nec aliter præ- **Aer.** **Potus.**

C ternaturaliter alterato, & ipſo claro, & non nouo, ſed tm̄ debite digeſto, & non vinoſo, ſed paucifero coloris albi vel ciſioli, vel granatæ, vel medii coloris, ſaporis acreſtuli ſeu aliqualiter bruſci, vel etiam ſaporis acetuli. Nam acetū eſt tempore peſtis prǫſtantius. Aui. *3 fen primi, &c.* Euitet vina vinoſa, vina dulcia, vina nigra. Vtatur pane bene fermentato, & cum aliquantulo ſalis licet parum, & bene cocto & cōpoſito ex octo partib. farinæ frumenti optime & nona parte farinæ milei boni & aquǫ fluuiali vel ciſternæ. Vtatur carnibus temperatis, carnib. etiam frigidis & ſiccis nō ſalitis, nec etiam multū calidis, omnib. tamen ipſis, digeſtibilib. vt perdicum phaſianorum, & hǫ duæ ſunt, ad hoc valde appropriatæ pullorum, turdorum, aliquando auicularum paruarum in arborib. degentium carnib. vitulorum non amplius ætatis ſex menſium, nec minoris duorum hædorum domeſticorum, hædorum ſylueſtrium ſeu capreolorum, & hæ ſunt proprie lupulorum aprulorum. Vtatur extremitatib. vt pedib. animalium ſupraſcripto- **Præſtantia aceti tempore peſtis.** **Panis.** **Carnes.**

D rū, & carnib. eorū neruoſis, vt muſculis & melius omnib. his debite coctis, deinde in aceto non multum acuto infuſis, & eſt proprium. Vtat̄ piſcibus paruis aquæ mundæ & claræ notabiliter fluentis, & proprie luciis cum aceto non multum acuto, vino granatorum vel agreſta, & ꝓprie piſcibus paruis petroſis cum aceto dicto. Vtat̄ ouis ſorbilib. cum agreſta, & melius vino granatorum aut fractis in aqua vel frixis comeſtis cum vino granatorum, &c. Vtatur panico debite cocto & multū cōuenit panatella, lētibus debite coctis, & eſt ꝓprium acetoſella herba ſeu ſalſarella comeſta ſola vel cum aliis herbis, & eſt proprium boragine cichorea, & eſt proprium. Portulacis cucurbitis cum agreſta vel vino granatorū ſpinachiis, cum boragine & modico lactucæ maxime in æſtate. Vtat̄ ꝑ ſalato capparib. ſed cum aceto conditis, multoties in hebdomada portulaca aſparagis, aliquoties lactuca. Vtatur ꝑ ſaporibus aceto nū nimis acuto & aqua lymphato, agreſta, aranciis, vino granato & ſimilibus rebus, ſed acetum præſtantius eſt. Vtatur rebus a- **Piſces.** **Oua.** **Sapores.** **Fructus.**

E cetoſis vt gelatutio & ſimilibus rebus frigidis potius, quam calidis, non tamen exceſſiue frigidis. Euitet res calidas, lacticinia, præter lac acetoſum, prius a lacte ipſo extracto butyro. Auic. *cap. proprio de peſte.* Fructus & proprie putreſcibiles, & proprius multum humidos, & omnia putreſcibilia. ¶ Motus ſit ſuauis ſeu deambulatiuus, non itineratiuus. Euitet motus laborioſos, corporeos & animales; euitet quæcunq; anhelitum frequentantia ſuæ complexionis reſpectu. Vtatur quiete multa non tamen omnimoda, &c. ¶ Vtatur ſomno & vigilia mediocribus & naturalibus. In iuuene & ſene ſomno ipſo non excedēte horas 7. In puero vero, qui eſt a. xv. anno vſque ad 25. non excedat horas octo. In adoleſcentibus autem infra 14. annum ſomnus ſit longior 8. horis proportionabiliter ſecundum propinquitatem ipſorum ad eorum natiuitatem. ¶ Singulo die beneficium ventris habeat ſaltem ſemel naturaliter vel artifi- **Motus & quies.** **Somnus & vigilia.** **Inanitio & repletio.**

F cialiter puta cum ſuppoſitorio communi. f. mellis vel lardi ſalſi vel radicis blitis ſalſato, aut cum enemate ex brodio pingui carnium, & proprius pulli duobus vitellis ouorum puluere ſachari ſale communi & oleo communi tempore frigido vel recenti, ſed tempore calido oleo viol. de his omnib. ſimul q. ſ. pro clyſteri communi. Euitet coitum; ſed ſi coit, non coeat, niſi raro. Euitet tam venarum, quam receptaculorum repletionem ſuperfluam & earundem inanitionem nimiam, ſed tamen pro puiſione ab ipſa peſte aliquantulum parcius comedat, q̄ in ſanitate temporib. aliis ſanis, videl. ſaltē per ſextā horam minus, quam in ipſis temporib. ſanis, ſecus vero eſt de homine actu ægro peſte, cum ipſe comedere cogēdus ſit. Aui. *cap. proprio de peſte.* ¶ Vtatur gaudio modis poſſibilib. ſibi: euitet melancholiam, iram, &c. Euitanda pharmaca. ¶ Euitet pharmaca efficacia ſeu notabiliter reſoluentia, videl. turbiti, gumm. eſulam & ſimilia, & proprie colocynthio & propriiſſime ſcamoneam & omnia pharmaca oppoſita, in quib. aliqua ſupraſcriptorum ingrediuntur vel ſimilia exſoluentia laborioſe, euitet coitum frequentem, repletionem ni- **Coitus.** **Accidētia animi.** **Euitanda pharmaca.**

G miam; euitet omnia virtutem diſſoluentia, & proprius vitalem, maxime ea, quæ in corde. ¶ Nota, quod ſupraſcriptæ medicinæ omnes ſunt iuuantes multum in præſeruatione a peſte: iuuantiores vero & optimǫ, quibus non ſunt aliæ medicinæ pares, ſunt infraſcriptæ tres, videl. cito fugere ab aere peſtifero; longe fugere ab eodem: & tarde ad eundem reuerti. Cōtra peſtem. ¶ Cōfortatiuum & præſeruatiuum a pe- **Cito, longe tarde ſunt optimæ præſeruationes a peſte.**

ſte. ℞. *aquæ acetoſæ ʒ ij. ſyrupi de citro. ʒ j. miſce.* ¶ Aliud vt ſupra. ℞. *aquæ acetoſæ ʒ ij. boli ar. ʒ j. miſce.* ¶ Ad idem. ℞. *aquæ acetoſæ ʒ ij. vini albi odoriferi ʒ ij. boli ar. ſach. ro. an. ʒ j. miſce.* ¶ Confortatiuũ aliud. ℞. *boli ar.* A

Pilulæ. Morſelli. *terræ ſigil. ſyr. de citro q. ſ. pro pilulis fiant pilulæ viij pro ʒ.* ℞. *theriacæ antiquæ ʒ j. ſacha. ru. ʒ j. miſce.* ℞. *triaſan. ʒ ij. ſpecierum diarhodon abbatis ʒ ß. trochiſcorum de terra ſigillata ʒ ß. gemmarum & marg. electuarii de gemmis ſine ſpeciebus ʒ ij. boli ar. ʒ ij. ſacha. al. ʒ xij. miſce, & cum aqua bugloſſæ q. ſ. fiat confectio ſolida in morſell. iij ʒ. pro morſel.*

Elect. ℞. *diaboragi. diabugloſſati an. ʒ ij. ſach. roſ. ʒ ij trochiſ. de terra ſigil. ʒ j. ſpecierum triaſan. ʒ j. gemmarum electuarii vt ſupra ʒ ij. boli ar. ʒ iij. miſce, & cum iulepi viol. q. ſ. ad incorporandum totum reducatur in forma electuarii & deauretur.*

Pilulæ. ℞. *aloes ſuccotrinæ electæ ʒ vj. myrræ ʒ iij. croci ʒ j ß. tormentillæ ʒ j. granorum ribes, ſandalorum ru. an. ʒ j. loco granorum ribes non repertorum ponatur ſemen acetoſæ, coral. rub. ʒ ij. camphoræ ℈ ß. boli armeni ʒ iij. miſce, & cum rob de ribes & ſyrupi de citro an. q. ſ. formentur pilulæ ix. pro ʒ.* Iſtarum pilularum immediate ſupraſcriptarum aſſumat a 3. vſque ad 8. ad libitum & omni hebdomada bis vel ſemel ad minus in mane cum ſurgit, aſſumat vel per vnam horam ante cœnam. ¶ Canon generalis de omnibus ſupraſcriptis medicinis aſſumat modo vnam, modo aliam omni hebdomada & omnibus diebus interpolatis, videl. vna die ſic, & alia die non, in mane cum ſurgit, deinde ſtet ieiunus ad minus quatuor horis, & poſt theriacam ſtet 7. horis. ¶ Confortatiuum vt ſupra. Vtatur aceto aut rebus acetoſis, vt gelatitio, & aliis ſimilibus rebus frigidis potius, quam calidis. Item euitet res calidas, & potentiam vini. Euitet lacticinia & omnia faciliter putreſcibilia. B

De venenis.

Cons. CLI. *Contra venenum canis rabidi.*

Nodulus. Recipe *nigellæ ℈ ß. deglutiat iſta grana in aurora quatuor diebus continuis, deinde dormiat ad libitũ, & eſt medicina ſingularis ad hoc.* Item odoret cõtinue portando in manu nigellam in petia ſubtili aut ſindone ʒ iij. &c. C

Pilulæ. ¶ Pilulæ. ℞. *abſynthii ſicci ℈ j. terræ ſigillatæ ℈ j. miſce, & cum theriaca fermentata q. ſ. fiant pilulæ vij. pro ʒ.* Iſtarum pilularum aſſumat, a tribus vſq; ad quinque ad libitum tribus diebus alternis, deinde iterum aſſumat quas pilulas taliter aſſumat in diebus ſequentibus dictos quatuor dies aſſumtionis nigellæ ſupraſcriptæ.

Aliæ. ¶ Pilulæ aliæ. ℞. *gentianæ, oculorum cancrorum an. ℈ j. pulueriʒentur omnia ſubtiliter, deinde cum ſy. de abſynthio fiant pilulæ vij. pro ʒ.* Iſtarum aſſumat a tribus vſque ad quinq; , vt ſupra. ſ. ad libitum in aurora cum modis, vt ſupra, quas aſſumat poſt aſſumtionem pilularum ſupraſcriptarum immediate.

Cons. CLII. *Contra ſputum ſanguinis a pulmone, & retentionem præternaturalem menſtruorum, ſeu valde diminutam quantitatem eorum.*

Diuerſio ſanguinis a pulmone. Hæ duę diſpoſitiones ſiue accidentia valde cõtraria ſunt quoniam contrarias vel quaſi contrarias indicant curatiuas cauſſas: ideo oportet Medicum eas curare, debentem ſollicitum & non pigrum eſſe. Itaq; pro eius cura attende infraſcriptas intẽtiones. Prima eſt diuerſio ipſius ſanguinis a pulmone, & completur vt infra. D

Venæ ſectio. Phlebotomia duarum ſaphenarum fiat primo, pro quarum qualibet duæ ʒ ſanguinis extrahantur, hæc vero phlebotomia fiat hora 6. vel 7. poſt prandium luna non exiſtente in aquario, nec in piſcibus, nec in oppoſitione, nec in coniunctione cum ſole, nec in alio malo aſpectu & ſeruẽtur alię regulę de phlebotomia.

Reſtrictio ſanguinis a pulmone. Potio. Secunda reſtringendo ſanguinem a pulmone cum infraſcripto. ℞. *karabe ℈ ij. lapidis hæmatitis præparati ſecundum can. ſ. cum aqua plantaginis ℈ j. boli armeni ℈ ß. aquarum plantaginis, portulacæ an. ʒ ij. diadraganti frigidi ʒ j. miſce, & aſſumat ſuauiter calidam hora digeſtiuorum, & ſeruet dictũ ordinem vij. diebus continuis, & hoc manente dicto ſanguine.*

Alia. ¶ Aliud vt ſupra, ſed efficacius. ℞. *ſyrupi de myrto ʒ j ß. trochiſcorum de karabe, de terra ſigill. ana ℈ j ß. aquarum plantaginis portulacæ ana ʒ j ß. miſce.* Si vero ſupraſcriptum non ſufficit ſiue quærit efficacius priori, tunc vtatur iſto, vt de ſupraſcripto. E

¶ Refrigeratiuum & incraſſatiuum ſanguinis in pulmone. ℞. *medicamen deſcriptũ infra cõpoſitum ex aqua hordei canonica & ſyrupo de iniubis, vt ibi.* Iſtam mixturã aſſumat quinque diebus cõtinuis hora digeſtiuorum, & ſuis modis & hoc incipiendo poſt completam aſſumtionem ſupraſcripti. ¶ Aliud vt ſupra. ℞. *ſyrupi de papauere ʒ j ß. aquarũ portulacæ, nenupharis an. ʒ ij miſce.* Si vero vult medicamen efficacius, tunc vtatur illo loco ſupraſcripti cum modis vt ſupra.

Morſelli. ¶ Aliud vt ſupra. ℞. *medicamen immediate ſumtum, ſpecierum triaſandalorum cum camphora ʒ ß. alias ʒ ß miſce.* Iſto vtatur, ſi vult efficacius, vt ſupra. ¶ Aliud vt ſupra. ℞. *diapapaueris ʒ iiij. ſpecierum triaſandalorũ cum camphora ʒ ij. miſce, & cum ſyrupi de papauere q. ſ. fiat confectio in mortario in morſellis iij ʒ. pro quolibet.* Si vero vult medicamen adhuc efficacius aſſumat loco ſupraſcripti duos morſellos iſtius confectionis vt ſupra. F

Potio pulmonis mũdificans. ¶ Pulmonis mundificatiuum facta debita conſtrictione remiſſæ abſterſionis, intenſæ lauationis & mediæ infrigidationis: quoniam notabiliter abſterſiua nocent in apertura venarum. ℞. *aquæ hordei excorticati, vt infra, ſeminum communium quatuor maiorum frigidorum, videlicet cucurbitæ, cucumeris, citrulli & melonis ana ʒ j. ſachari albiſſimi ʒ ij. ſemina ipſa munda corticibus, piſta, fiat lac cum dicta hordei & huius lactis ℞. ʒ ij. aquæ hordei dictæ ʒ iiij. Vltimo, ſacharum ipſum addatur miſce.* Iſtam mixturam ſuauiter calidam aſſumat octo diebus continuis cum regulis digeſtiuorum, & incipiat vti die 7. poſt completam aſſumtionem medicaminis ſupraſcripti reſtrictiui ſanguinis, & hoc in caſu, quo tunc appareat ſputum ſanguinis. Et iſto medicamine vtatur quatuor diebus continuis in ſingulo menſe præterquam tempore magni frigoris, & etiam ſputo ſanguinis, tunc non apparente vero ſputo ſanguinis, apparente tunc non vtatur iſto.

Aqua hordei. ¶ Aqua hordei, de qua ſupra. ℞. *hordei excorticati partem j. aquæ ſimplicis partes 20. miſce bulliant vſque ad aperturam incluſiue ipſorum granorum hordei, & vtatur vbi eſt neceſſe.* G

Tuſſim facilitans. ¶ Tuſſim facilitans ſeu lenem efficiens. ℞. *medicaminis ſupraſcripti & ex aqua hordei & excuſſione ſeminũ cõmunium ʒ iiij. ſyrupi de iniubis ʒ j. diadraganti frigidi ʒ ij. miſce.* Iſtius medi-

A medicaminis aſſumat ſuauiter calidi hora digeſtiuorum & modo eorum vj. diebus continuis, & incipiat aſſumere die tertia poſt completam aſſumtionem viij. alterius medicaminis ſupraſcripti immediate, & vtatur pluries etiam in aliis temporibus non apparente ſputo ſanguinis, præterquam tempore magni frigoris. ¶ Aliud vt ſupra. ℞. *diadraganti frigidi ℥ ij. Iſtius confectionis ad quantitatem auellanæ teneat tota nocte in ore inter genam & maxillam ex latere ſuperiori, ſuper quo iacet, ſaltem alternis noctibus, quandocunque tuſſi moleſtatur & vtatur, ſiue incipiat vti poſt completum vſum alterius immediate, quia poſt vj. diem.* ¶ Tuſſim facilitans proueniens a ſalſo catarrho. ℞. *diapapaueris ℥ ij.* Si vero tuſſis ipſam magis moleſtaret, loco ſupraſcripti vtatur iſto, vt ſupra ſi ſit a ſalſo. *Facilitans tuſſim a catarrho ſalſo.* ¶ Sputi velocis & facilis effectiuum. ℞. *diadra. frigidi ℥ ij. ſeminum cocti ʒ ß. pulparum ſebeſten ℥ j. ſucci liquiritiæ ʒ ß. Notabiliter vero abſterſiua in apertura nociua & ſuſpecta ſunt ſyrupus de liquiritia, propter cap. veneris & hyſſopum ingredientia quare*
B *non apponatur ipſe ſyrupus; de liquiritia iulepi violati q. ſ. ad diſſoluendum fiat electuarium.* Iſtius electuarii teneat in ore lambendo, ita vt paulatim deſcendat ʒ ij. ſæpe in die, & hoc poſt completam aſſumtionem ſex vicibus medicaminis ſupraſcripti de aqua hordei, & ſyrupi de iuiubis. *Eclegma.*

CONS. CLIII. *Contra debilitatem ſtomachi & effuſionem choleræ ad ipſum ſtomachum.*

SOlutiuum facile. ℞ *pilularum de hiera ſimplici ℈ ij. agarici ℈ j. ſalis gemmæ gran. j. miſce, & cum ſyrupo abſynthii fiant pilulæ vij. pro ʒ.* *Pilulæ.* ¶ Solutiuum vt ſupra. ℞. *caſſiæ electæ ℥ j. aquarum abſynthii partes ij. endiuiæ partem j. de ambabus q. ſ. pro potione.* *Potio.* ℞. *ſpecierum aro. ro. deſcriptione Gabrielis ʒ ij. triaſandalorum ℈ j. diarhodon abbatis ℈ ij. coriandri præparati & pulueriżati ʒ ß. ſachari albiſſimi ℥ x. miſce, & cum partibus ij. aquæ abſynthii & parte j. aquæ acetoſæ q. ſ. pro confectione fiat confectio ſolida in morſellis ij ʒ. pro quolibet.* *Morſelli.* ℞. *trochiſcorum de abſynthio ʒ j. de roſ. de rheubarbaro ana ℈ j. miſce, & cum ſyrupo de men-*
C *tha fiant pilulæ vij. pro ʒ.* quæ quidem ſunt confortatiuæ & non ſolutiuæ. *Pilulæ.* ℞. *aquarum menthæ ℥ j. abſynthii ℥ ij. acetoſæ ℥ j. coral. ru. ℈ j coriandri præparati ℈ ij. ſachari albiſſimi ʒ j. piſtanda piſtentur ſubtiliter, deinde omnia miſce.* *Potio.* ℞. *foliorum abſynthii viridis, & propriè ſummitatis eius, menthæ viridis, de ambobus q. ſ. pro ſacculo ſtomachico, florum roſarum, labruſcæ ana partem j. myrtillorum ℥ j. maſticis ʒ ß. calami aromatici ʒ ij. coriandri præparati ʒ ß. piſtanda piſtentur, & miſce, & fiat ſacculus ſtomachi & applica ſtomacho, ita quod cuſpis longior attingat os ſtomachi, baſis vero fundum.* *Sacculus ſtomachicus.* ℞. *oleorum abſynthii ℥ j ß. maſticis ℥ j. cydoniorum ʒ ß. roſarum ℈ j. abſynthii ℈ ij. maſticis ʒ j. garyophyllorum ℈ ß. ſpicæ, calami aromatici ana ℈ j. ſquinanti ℈ j. menthæ ſiccæ ℈ j. corallorum rubeorum ʒ ß. coriandri præparati ʒ j. laudani ʒ ij. ceræ nouæ q. ſ. pro vnguento molli puluerizentur pulueriżanda, deinde omnia miſce, & cum modico aceti q. ſ. ad penetrandum fiat vnguentum ad lentum ignem cum ſtomachi vnctione.* *Alius. Vnguentū ſtomachale.* ℞. *foliorum abſynthii viridis M iij.*
D *menthæ viridis M ij. florum labruſcæ, roſmarini, myrtillorum ana M j. calami aromatici ʒ j. cyperi ſquinanti ana M ß. coriandri præparati ʒ j ß. aquæ partes ij. vini albi mediæ vinoſitatis partem j. de omnibus q. ſ. pro fomentatione, bulliant ad conſumtionem tertiæ partis, deinde fiat fomentatio cum ſpongia aut philtro aut panno lineo, & non dimittatur frigefieri ſuper loco.* *Fomentū.* ℞. *aquæ maioranæ ℥ ij ſucci foliorum blitis ℥ j. ſachari ℥ ij. miſce.* *Caputpurgium.* De prima medicina, ſcilicet, de hiera, & ſecunda, quæ eſt ex caſſia, quæ ſunt ſolutiua facilia, vtatur ſingulo menſe ſemel modo vna, modo altera cum modis ſolutiuorum. Reliquis vero medicinis aſſumendis per os vtatur bis in hebdomada, modo vna, modo alia ad libitum, præterquam in caumatibus. Reliquis vero medicinis ponēdis ſuper ſtomachum vtatur duobus diebus in hebdomada, præterquam caumatibus & frigoribus magnis, videlicet modo vna, modo alia. Medicina vero compoſita ex aqua maioranæ, &c. de ipſa tepida trahat per nares ſemel in hebdomada ſtomacho ieiuno; præterquam in
E frigore & calore magnis.

Finis conſiliorum Antonii Cermiſonii.

LIBER FRANCISCI CABALLI BRIXIENSIS,

De animali thirio, paſtillos theriacos & theriacam ingrediente.

SECTIO I.

Quod animal præfatum ſit vipera, licet non omnis. Proœmium, in quo & eius intentio, & libri ordo cognoſcitur.

F CVm ſapientum priſcorum libros diligenter inſpicerem: tametſi plurima alia vtilia; ſuper cetera tamen approbatiſſimum vtilimumq; ab eis vnum inueni antidotum. ſ. theriacam, quam veteres reperiere Graii, eamq; innumerabilib. extulere laudibus, ac ſi naturæ humanæ afflatu quodam diuino inſpirata fuiſſet, ipſam. n. theriacam partes noſtri tales ac tantas poſſidere vires agnouere, vt medicaminib. eam ingredientibus aut eorum ponderib. impoſſibile eſſet eas omnes attribuere; ſed facultates has ab eius forma ex mixtione ſurgente attribuendas eſſe ipſi theriacæ, quales natura ſuas quaſq; res dotare ſolet. *Præſantia theriacæ.* Cum igitur in quā tantas ac tales theriacę commoditates a priſcis ſapientib. attributas eſſe conſpicerem: eamq; noſtris temporibus in curandis morbis minime vtilem experirer: mox defectu conſtituentium hoc euenisse cognoui: reperi igitur inter cetera plura apponenda, quæ non apponuntur aut falſo accipiuntur: illud culpabiliter abeſſe;
G quo theriacæ vis potiſſima ſuſcipitur, videl. trochiſcos theriacos. Pigmētarii n. ex Medicorum ignorantia eos ſic docentium: putant θήρων vnum eſſe animal particulare, ex quo theriaca conficitur, & nomen aſſumit, quod animal non in Italia, ſed in orientis partib. videl. Syriæ, ac meridionalib. ſ. in Ægypto ſolū reperiri putant, ex quorum ignorantia theriacæ commoditatib. tota iam plurib. elapſis temporibus ca-

ruit & caret Europa. Ego igitur veritatis amore & hominum communi commoditate motus huic er- A
rori ſubuenire cogitaui, rationibus & veterum auctoritatib. oſtendendo quidnam ſit illud animal, ex
quo theriaci paſtilli & theriaca conficitur aliorum circa hoc latinorum errata corrigendo. Et hac de
cauſſa noſtrum hoc opuſculum de animali paſtillos theriacales ingrediente inſcribendum eſſe putaui,
primo quidem rei huius veritatem eliciendo, de hinc aliorum errores corripiendo. Quorum tamen o-
mniũ initium a quæſtione nominis ipſius theriacæ & theriacalium paſtillorum, & a fundamento the-
riacæ habendum puto, ſiquidem prius theriacæ partitionem præpoſuero.

CAP. I. *De duplici theriaca a ſenioribus & iunioribus conceſſa.*

SEniores noſtri vna cum iuniorib. duo medicamina vocauere theriacas, hoc quippe abſq; vipera con-
fectum, illud vero cum vipera, quam magnam, glorioſam, liberatricem vocauere, eas vtraſq; ad vene-
norum curam, animaliumq; venenatorum morſum laudantes. Serapionis enim filius Rhaſis & alibi, & B
in Almanſore, Haliabas, & Auicenna: Ioannes filius Meſuæ, & alii plures Arabes theriacam diateſſaron,
theriacam Eſdræ theriacam ex terra ſigillata, & alias plurimas abſque vipera theriacas in ſuis diſpoſue-
re voluminibus. Neq; ſola ſine vipera compoſita, ſed ſimplicia etiam theriacas nuncupauere. Aui. enim
2. ſui canonis libro capite de ſquilla dixit. Et eſt theriaca venenoſis. De opoponaco etiam ſcripſit. Cum ari-
ſtologia ad puncturas bibitum eſt theriaca, & ſimiliter eius ſuccus. Ceterum ſi altius inſpexerimus apud
ſeniores, de hoc nomine illud idem reperiemus. Plinius enim *libro de naturali hiſtoria ſic ſcripſit. Et ante
diſceſſum ab ortenſibus vnam compoſitionem ex iis clariſſimam ſubtexemus aduerſus venenata animalia, in-
ciſam lapide verſibus in limini Dei Æſculapii. Serpilli duum denariorum pondus opoponacis & milii tantun-
dem ſingulorum, trifolii pondus denarii, aneti & feniculi ſeminis & aneſi, & apii duum denariorum ſenum e
ſingulis generibus: erui farinæ 12. hæc tuſa cribrataque vino quam poſſit excellenti digeruntur in paſtillos vi- C
ctoriati ponderis. Ex iis ſingulis, dantur ex iis vini mixti cyathi terni, hac theriaca magnus rex Antiochus ad-
uerſus omnia venenata vſus traditur.* Quibus ex verbis liquido patet non ſolũ Arabes & iuniores Latinos,
ſed & ſeniores noſtros theriacas ea vocaſſe antidota, quæ abſq; vipera venenatis obſtant morſib. De ea
autem quod ex vipera conficitur antidoto nulla proculdubio ambiguitas vnquã fuit, qñ theriaca voce-
tur. Et hęc ſatis de duplici hac theriaca dixiſſe ſufficiant. Vnde autẽ hoc traxerit nomẽ mox dicendũ eſt.

CAP. II. *De etymologia huius nominis, quod eſt theriaca.*

HOc nomen theriaca præfatam vtramq; ſignificans theriacam: ab hoc Græco nomine θηρίον, thi-
rion denominationem accepit θηρίον, autem neutri generis, & θὴρ thir maſculini, apud Gręcos fe-
ram ſignificat, ſcribuntur autem per θ th. & litera η ita vnde mutata litera η. ita in e. ſcribitur the-
riaca per th. & e in prima ſyllaba. Hęc igitur ſit huius nominis, quod eſt theriaca indubitata etymologia. D
Nec mireris, ſi forte circa hoc nomen plus eo quod Medico attineat inſudauerim, nõ enim verborum
Galeni noſtri immemor ſum, qui cum pluries alibi: tum etiam *11. de ſimpl. ſcripſit. De nominibus quidem
contendere non oportet, ſed ipſarum rerum diſciplinam pertractandam*, ſed eo circa nomina diutius diſpu-
taui, quoniam magna apud omnes fere gentes inſcitia quorundam qui hoc nomen thirus finxere plu-
ribus iam elapſis temporib. ſubſecuta eſt iactura, vt in poſterum clarius fiet. Volo autem ex nunc dictis
hoc vnum prædocuiſſe a quo nam hoc nomen theriaca veram traxerit etymologiam.

CAP. III *Quod theriaca ab hoc nomine θηρίον thirion dicta: eo dicta ſit, quod ad ferarum venenatarum
curam inſtituta ſit non autem eo, quod feræ eam ingrediantur.*

CEterum cum ab hoc nomine θηρίον theriaca deriuationem habuerit: ſupereſt, vt agnoſcatur an eo
theriaca dicatur, quod eius compoſitionẽ θηρίον. i. fera ingrediatur, an potius eo, quod aduerſus fe- E
ras venenatas inſtituta ſit. Sed certe ſi recte inſpexeris, non eo ꝙ θηρίον. i. fera eam ingrediatur, ſic primo
nuncupatum inuenies, a iunioribus n. & ſeniorib. tam latinis, q̃ Græcis, q̃ etiam Arabib. plurima reper-
ta ſunt, vti ſcripſimus antidota abſq; fera aut vipera conſtituta, quæ tñ theriacæ noĩe vocabantur, vt ſu-
perius demonſtratũ eſt. Amplius ſi a conſtruente animali dici deberet theriaca: nõ theriaca. i. feralis, ſed
viperina potius diceretur, a nomine n. componentis animalis proprio, nõ cõniori rectius eſſet, per hoc
n. nomen θηρίον, quod eſt fera non magis viperam theriacæ confectionem conſtituere nos dociles face-
ret: q̃ aliam fere ſpeciem, puta baſiliſcũ, cum ipſa fera plurimas ſub ſe vltra viperã ſpecies contineat. Eo-
dem ẽt dicatur modo de paſtillis, quos Galenus, Plin. & alii ſapientes vocauere theriacos, non n. ab in-
grediente, quia ſic viperini potius dicerentur, q̃ theriaci, ſicut vere plurib. dicuntur paſtilli: ſiue trochiſ- F
ci ex viperis, cum n. theriacos audiueris non ab ingrediente, ſed ab eorum cõferentia & officio ſic dici
putato. Iis igĩ rationib. ex cõtrario aſſumtis, facile erit agnoſcere theriacã paſtilloſq; theriacos vel the-
riacales, quouis modo dicatur cõfectos ex officio eorum & cõferentia, quã ad venenata hñt aĩmalia, ſic
dici, nomẽ n. thirion, ſiue fera cõe eſt, communis ẽt eſt eorum conferentia, ad cĩa. n. venenata cõferunt
aĩmalia, & ad hãc quippe cõferentia non ſolum poſt magnæ theriacæ compoſitionẽ, in qua fera ingre-
diĩ, ipſa theriaca paſtilliq; theriaci inuẽti ſunt, ſed añ eã iã reperti fuerant. Ceterum ſi ſpecialiter de the-
riaca magna cõtentioſe potiꝰ, quã veritatẽ inſectando, illud dicere volueris, ne cõtentioſus dicar, nolo
in hoc tuæ obſtare ſnĩę, dummodo non a ꝓprio noĩe aĩalis ingredientis ſ. vipæ, ſed a ſui gñris nomine, ꝙ
eſt thirion ſiue fera dici concedat. Cui ſnĩæ Humay Arabs Andromachi expoſitor adhæſit, cũ dixit. *In* G
*cipiamus ergo & dicamus, quare dicatur theriaca. Dico ergo quod ipſa nominatur propter duas cauſſas quarũ
vna eſt propter iuuamentũ ſuũ ad puncturã reptiliũ habentiũ venena, ipſa denominãtur græce thiria, deinde
ſubiunxit. Et eſt*, ſupple alia cã, *cur dicatur theriaca, qm̃ ipſa capit ex carnib. viperarũ, q̃ ſunt iterũ de genere
ſerpentũ q̃ dicuntur thiria*, ac ſi diceret. Vipera cadit ſub hoc gñre, ꝙ eſt ſerpẽs, q ſerpentes græce dicunt
thiria, id eſt, feræ: igitur theriaca ſecundum modum hunc theriaca dicetur qa viperam in ſe capit, cuius
viperæ

A viperæ genus eſt thirion, id eſt, fera, & ſic nõ a ſpeciali nomine, q eſt vipera: ſed a generis nomine ingredientis animalis denominatur, q genus eſt thirion ſiue fera, quod tamen aſſentire indocile eſt: ſi ea, q̃ ſuperius diſputauimus recte quiſq; intelliget: nolo tamen, vt dixi huic amplius obſtare ſententiæ: ne in diſceptatione nominum, cum in hoc libro Medicus ſim, nimis cõtentioſus videar. Et hæc de cauſſa huius nominis theriaca dixiſſe ſufficiant, quibus diſcuſſis ad rem ipſam iam accedamus.

Cap. IV. *Quod ante theriacæ magnæ confectionẽ duo eius præfuerant fundamenta. ſ. mithridaticũ antidotũ, & paſtilli theriaci, ex quibus duobus aliis quibusdam additis poſt hoc: inuenta eſt theriacæ magnæ confectio.*

ANtequam magna illa theriaca condita eſſet, duo apud ſeniores reperiebantur medicamina q. b. duobus inuicem connexis, quibuſdam aliis additis: ac ponderibus alteratis, itaq; fundamentis ſuppoſitis: magna cõfecta eſt glorioſa theriaca Vnum quorum fuit mithridaticum antidotũ, *Mithridatium unde*
B alterum paſtilli theriaci, aliter & paniculi & trochiſci dicti. Mithridaticũ n. vel mithridatios vel mithridates vel quocunq; tali dicatur modo a Mithridate Rege nomẽ & originem ante theriacã magnã ſuſcepit. *dictum.* Dicitur enim hoc antidotũ & alia ad venena medcamina in ſanctuariis Mithridatis Regis, in quibuſdã cõmentariis manu Regis ſcriptis inuenta fuiſſe a Gneo Pompeio, q̃ profecto toti humanæ naturæ non minoris fuere commodi, quã de ſuo regno victoriam Romano fuerit vtilis imperio. Sapiens n. vir Philoſophorumq; ac Medicorum plurimum amator fuit, immenſus n. donis ac plurimo pretio Aſclepiadẽ Medicum ad ſe vocauit, quamquã ſuo fruſtratus ſit propoſito. Scriptum n. inquit Aul. Gellius a Leneo Gnei Pompei liberto, Mithridatem illum Ponti Regẽ medicinæ rei & remediorum id genus ſolertem fuiſſe, ipſum quoq; Regem aſſiduo talium medelarum vſu a clandeſtinis epularũ inſidiis cauiſſe, tantaq; ipſius in medicaminibus iis factis ex anatum ponticarum ſanguine & aliis vis fuit: vt ipſe ſciens quoque
C vitro & oſtentandi gratia venenum rapidum & velox ſæpenumero hauſiſſet, id tamen ſine noxa feciſſe. Hac de cauſſa poſtea cum populi Romani ṗlio victus metu ſui in vltima regni refugiſſet: & mori tandẽ decreuiſſet: venena violentiſſima feſtinandæ necis gratia fruſtra expertus eſt ſuoq; ipſe gladio vel alieno *Regis Mithridatis* vt nonnulli dixere ſe ſponte tranſegit. Hoc n. factum eſt cum prius eodem veneno & pellices ac filias ne *obitus.* in inimicorum manus redigerentur, enecaſſet. Sic igitur mithridaticum antidotum nomen a Mithridate Ponti rege & ortum ante magnã ſuſcepit theriacam, etenim ad venena & ferarum ictus ſanandos vtebatur, de quo Celſus ait: *Nobiliſſimum autem eſt Mithridatis antidotum. quod quotidie ſumendo Rex ille dicitur aduerſus venenorum pericula tutum corpus ſuum reddidiſſe*, de hoc antidoto Plinius etiam ait: *Mithridaticum antidotum ex rebus 54. & componitur*, de quo etiam Galenus dixit. Aiunt autem & Mithridatem illum generoſum bellatorem theriacam quidem non accipientem: nondum n. erat inuenta, *Ex quibus*
D ſed antidotum aſſumentem multæ mixtionis, & ipſo nomine eius vocatum. Mithridates n. nominatur. *rebus mithridatiũ* Filius etiam Serapionis ſcripſit: Et propter illud poſtquã probauit illud Mithridates Rex Ponti: & no- *cõponatur.* minauit ſuo nomine & compoſuit ipſum. Auicenna etiam *5. ſui canonis. Confectio Mithridati nobilis eſt confectio, quam fecit* Mithridates Rex Ponti & nominauit ſuo nomine & compoſuit ipſum, liquet ergo ex iis mithridaticum antidotum nomẽ & ortum a Rege Mithridate traxiſſe, habuiſſeq; originem, antequam theriaca magna conficeretur. Eius vero mithridati neq; vna reperitur deſcriptio, quæ vero Regis fuerit difficile eſt agnoſcere. Nam Cornelius Celſus vnam ex 40. fere poſuit. Plinius ex 54. & dixit componi, ſi verba ſcripta mendoſa non fuerint. Serapionis filius & Auicenna vnam quam communem appellãt, alteram, quam dicunt fuiſſe Galeni a communi tredecim ſubtractis conſiſtentem; quæ in paucis ab ea q̃ Celſi, diſcrepat mithridatis poſuere deſcriptionẽ, cum igitur tot ponantur, difficile erit agnoſcere,
E quænam fuerit illius Regis compoſitio. Ceterũ cum noſtra ad præſens de hoc non ſit intentio, vlterius de iis non diſputabo, de Mithridate enim hæc deduximus, non quod de eo in hoc libro ſit noſtra intẽtio, ſed vt quiſque noſcere poſſit mithridaticum antidotum magnæ theriacæ fuiſſe fundamentum, eo enim theriaciſq; paſtillis aſſumtis, aliis quoq; quibuſdam additis: & ponderibus alteratis: magna ab Andromacho confecta eſt theriaca. Paſtilli enim theriaci: vel ſaltem viperæ caro omni præparata modo, quo paſtilli conficiuntur abſque pane, qua ſiccitate ſua paſtillorum formam componit & conſeruat: a ſenioribus ante theriacam magnam inuenti fuerant. Dioſcorides enim Anazarbẽſis, qui cum Cleopatra ſub Antonio claruit, eiſdem fere temporibus, quibus Mithridatis medicamen ortum ac nomen habuit: viperæ carnem abſciſſis extremitatibus cum oleo, vino, aneto & ſale coctam. in pluribus commendauit morbis. Iuniores enim nihil aliud, quam panẽ addidere vt ſiccitate panis malaxante paniculi
F aptius conficerentur, & conſeruarentur, de quibus Plinius *libro 29.* dixit. *Fiunt ex vipera paſtilli, qui theriaci vocantur a Græcis, ternis digitis exemtis interaneiſque & liuore ſpinæ adhærente. Reliquo corpore in patina ex aqua & aneto diſcocto: ſpinisq; exemtis, & addita ſimilagine: atque ita in umbra exſiccatis paſtillis, quibus ad multa medicamina vtuntur.* Nec ſolum viperarum carnibus ad talia medicamina vtebantur ſeniores: ſed ex ſæuioribus ſerpentibus nonnulla etiam pernicioſa priſci fecere medicamina, de hoc enim Ariſtoteles: *octauo de hiſtoriis animalium libro* ſcripſit: *Aſpis enim anguis, ex quo medicamentum putrificum illud componunt*, in Affrica gignitur, cuius ictui nullum remedium eſt. Solebãt & ſerpentes, ad medicamenta pigmentarii viuas carcerare: de quo idem ait: Diu etiam ſerpentes & phalangia viuere poſſunt ſine cibo, quod ex iis, quæ pharmacopolæ, id eſt, pigmentarii alunt, perpendi poteſt. Sic itaque ſeniores noſtri etiam ante theriacæ confectionem ſerpentibus & viperis ad medicamenta vtebantur,
G tur, qua de re duo hęc prȩfata ſcilicet mithridaticum antidotum & viperarum caro prȩparata: ante theriacæ confectionem præfuiſſe conſtat. Andromachus igitur vir certe peritus in arte: mithridatium ad venena plurimum cõferre cognoſcens, cum ad hæc potiſſime fuiſſet inuentũ: ad ictũ vero ſerpentũ nõ eſſe efficax: noſcens etiam viperæ carnẽ ſic præparatã comeſtam præter alias conferentias morſibus et-

iam venenatorum animalium plurimum auxiliari, cum ipſa ſimilitudine quadam eis aſſocietur: & earũ A
venenum ad exteriora deducat: mithridatium & viperarum carnes præparatas coniunxit, additiſque
nonnullis aliis & ponderibus alteratis theriacæ confectionem, nedum ad venena & alia plurima; ſed ad
ſerpentum maxime viperarum ictum diuino quodam afflatu cooperante perfecit. De quo Ioannes Se-
rapionis filius. *Mithridates ergo permiſcuit omnes iſtas & fecit ex eis medicinam vnam, ſperans quod ſit con-
ferens omnibus venenis pernicioſis.* Et poſt illud Andromachus &c. cum addidit in numero medicinarũ,
& minui fecit confectionem, quæ nominatur theriaca. Et Mithridates non permiſcuit aliquid ex car-
ne viperarum, niſi parum, niſi in medicinis aliis quæ non ſunt in hac confectione. propter illud facta
eſt theriaca iuuatiua valde ad mordicationem viperarum ſupra iuuamentum mithridatii. Auicenna et-
iam *quinto ſui canonis libro* dixit. *Fuit ergo theriaca in illo tẽpore.* deinde poſtquam accidit Andromacho
illud, quod expertus fuit ipſum ſuper iuuamentũ carnium ſerpentum & aliarũ, addidit in eo trochiſcos B
de viperis, & alteratum eſt parum per additionẽ & diminutionem. Fuit ergo theriaca magna in multi-
tudine iuuamenti, verumtamen theriaca magna eſt magis iuuatiua ipſo in re vna & eſt venenum ſerpẽ-
tum. iis igitur clariſſime demonſtratum eſſe puto mithridaticum antidotum theriacoſq; paſtillos ante
magnam præextitiſſe theriacam, fuiſſeq; fundamentum magnæ theriacæ. Patuit etiam Andromachum
eum fuiſſe, qui primo mithridatico antidoto paſtillos coniunxit, ita vt quibuſdam aliis ad hæc additis,
ponderibus etiam nonnullis variatis magnæ theriacæ confectio ab Andromacho perfecta fuerit: vene-
nis omnibus ac aliis pluribus vt mithridatium; ſerpentum tamen ictibus & potiſſime viperarum ſupra
mithridatium præbens auxilia. Quibus hactenus pertractatis ſimul cum nominis ratione ac etymolo-
gia & theriacæ bipartita diuiſione; nunc ad animal, ex quo theriaca conficitur, quod eſt illud, de quo in
hoc libro eſt principalis intentio, accedamus.

CAP. V. *Quod animal, ex quo theriaci paſtilli & ipſa conficitur theriaca, ſit vipera, & quod a compo-
ſitione dictorum cognoſcatur paſtillorum: & non ab ipſorum nomine, neque a nomine theriacæ.* C

DEpoſita igitur ea theriaca, quæ abſque feris conficitur: ea vero aſſumta, quæ cum ferarum car-
nibus componitur, diſputandum puto, quænam ſit ea fera, ex qua theriacæ perficitur confe-
ctio. Et cum latini fere oẽs, qui de re hac aliquid dixerunt licet alter altero grauius, delique-
rint; idcirco in primis rei veritas diſcutiẽda, qua diſcuſſa eorũ errores facile erit corrigere. Huius igitur
indagationis initium hinc accipiẽdum puto, videlicet vnde nã cognitio fere theriacã ingredientis mu-

Vnde theriaca magna cognoſcatur.

tuanda ſit, an videlicet a nomine theriacæ ſeu theriacalium paſtillorum: vel potius ab aliquo alio ſumi
debeat. Dicimus ergo quod nõ a nomine theriacæ nec paſtillorum theriacalium prefatum animal cog-
noſci valet, per illa enim nomina ſolum accipimus ferã: per hoc nomen græcum θηρίον ſignificatã: θηρίον D
enim græce, latine fera. Hæc autem cognitio nimis generalis eſt; niſi, quæ ſit illa fera dignoſcatur. qua-
re licet euitandæ importunitatis cauſſa ne etiam nimis in nomine curioſus videar, hoc cõcedatur, quod
a componente hęc nomina quodammodo ſumta ſint; non ea propter ab illis nominibus plena ipſius
animalis theriacam conficientis habebitur cognitio, ſcilicet generalis ſola. Ab alio igitur neceſſe eſt
ipſum plene cognoſcere animal, quam a nomine theriacæ vel theriacalium paſtillorũ; eſt enim vt dixi,
nimis generalis cognitio, quæ ab illis nominibus conceſſa eſt, ſed ſpecialis ac plena huius animalis co-
gnitio a præfatorum trochiſcorum compoſitione ſumitur. Sapientes enim eos componẽtes trochiſcos
non generali contenti ſunt nomine: ſed nomen animalis proprium liquido expreſſere, dicentes. *Acci-
pe viperas.* Dioſcorides enim ſcripſit. *Viperæ caro cocta ſi comeſta fuerit &c.* Et parum poſt. *Opus autẽ poſt-
quam decoriaueris ipſam abſcindere caput & caudam, &c.* Plinius etiam dixit. *Fiunt a vipera paſtilli qui* E
theriaci vocantur a græcis Galenus etiam ad Pamphilum ait: *Paniculi vero theriacales ſic conſtruuntur,
accipe echias flauas, echis enim* græce & echidna viperam ſignificat. De commoditate etiam theriacæ
poſt ſquilliticos paniculos dixit. *Deinde poſt hæc oportet accipere echidnas quot ſufficiant &c.* Ioannes eti-
am Serapionis filius ſcripſit. *Facturã trochiſcorũ de viperis, quando nos recedimus a reliquis ſpeciebus ſerpẽ-
tum, eligimus ex eis genus nominatum vipera.* Rhaſis etiam *in Almanſ.* ait. *Trochiſci de viperis, ſumantur
viperæ fæminæ.* Auicen. etiam *quinto ſui canonis libro. Ars trochiſcorũ de viperis. Accipiantur viperæ cum
eſt finis veris.* Ex quib. liquido patet non feram in genere ex eorum compoſitione, ſed viperas in ſpecie
ſumendas præceptum fuiſſe. Quare a trochiſcorum & theriacæ compoſitione, non a theriacæ nomine
ſiue theriacalium paſtillorum, animal theriacam ingrediẽs cognoſci debet: per illorum enim compoſi-
tionẽ viperam, & per illorum nomina ſolum feram cognoſcere valemus. Vt igitur dignoſci poſſit, quæ F
ſit vipera, & quomodo ab aliis diſcernatur ſerpentibus, de ipſis ſerpentibus neceſſe eſt pertractare.

CAP. VI. *De diuiſione trium nominum. ſ. animalis, feræ, ſerpentis, & de triplici animalium vene-
natorum naturali gradu: & aliis diuerſitatibus veneni ab accidentibus ſumtis.*

CVm de ſerpentum ſpeciebus, vt ex ceteris ſola eligatur vipera, diſputandum ſit: ad horum certã
doctrinam vtile fore exiſtimo quorundam nominum diuiſiones in ſerpentis nomẽ terminan-
tes: & ſerpentum in gradus diuerſos partitiones prædocendas eſſe. Dicimus igitur cum Ariſtot.

Animalis diuiſio.

cum alibi pluries tum *libro de animalium partibus*: quod animal ex parte ſui motus quadrupliciter diui-
datur, ingreſſibile, quod pedibus graditur, vt homo, inuolatile, quod alis volat, vt palumbes, in natan-
tia, vt piſces, & in reptile animal, quod ventre ſerpit abſq; pedibus, quanquam a natura conceſſum fue-
rit vnum animal duobus poſſe vti beneficiis. Depoſitis igitur tribus, ſolum reptile noſtræ nunc ſit curę. G
Dicimus etiam, quod animal aliud fera dicatur, alia animalia cicures ſiue non feræ. Feræ dicuntur ani-

Diſtinctio ferarum.

malia, quæ dentibus vel ictu in alia ſęuiunt animalia. Non feræ autẽ cõtrariæ, manſuetudine enim qua-
dam a natura præditæ ſunt. Fera etiam diſtinguitur, nã alia eſt, quæ venenata dicitur, vt baſiliſcus, aſpis,
vipera,

A vipera, q̃ humanæ naturæ ac animalib. veneno infeſta cognoſcuntur. Alia vero ſine veneno, vt leones, canes non rabidi. Fera venenum habens alia eſt reptilis, vt aſpis, alia vero alio incedēs motu, vt ſcorpio, lacerta & ſimilia. Repentia ſunt ea, q̃ ſerpentes alio vocantur nomine, de quib. ſolis, aliis abiectis, habē- dus eſt ſermo. Hæc igitur nomina, animal, fera, ſera, ſerpens, ſecundū magis & minus cōmune ſe habēt ad inuicē. Nam ſub animali eſt fera, ſub fera autē eſt ſerpens. ſub ſerpente autem plures ſunt ſpecies, de quib. nunc agendū eſt. Id autem, ꝙ de iis ſerpentibus anteq̃ ad vnamquamq; earū fiat acceſſus, pertractandum puto, ſunt eorū in veneno gradus diuerſi. Sunt n. nonnullæ, q̃ ad tres vſq; horas poſt ictum necant, & hic primus venenatorum dicitur ordo, vt baſiliſcus, aſpis, & aliæ plures. Sunt & aliæ, q̃ paruo admodum aut nullo nocent veneno, vt anguis in Italia, q̃ cum morſum venenatum non habeat, ira cō-

Fera venenum habentes.

Ordines venenatorum ſerpētum.

B citatus fit venenatus, in quo etiā genere nonnulli ponuntur dracones, q̃ ſolo morſu vulnere potius, q̃ veneno vel forte pauco nocent, & iſte ſit ordo tertius. Secundus autem inter hos terminos medius earum eſt, q̃ vſq; ad ſeptimā horam differunt necem, vt in dicendis fiet manifeſtum. Hæc igitur ſit ſerpētum a propria natura ſumta diuerſitas. Non paruā quoq; ab aliis, quā a propria natura ſerpentes in gradibus venenorum capiūt diuerſitatem, ſicuti a regione, loco, ſexu, animi paſſionibus, repletione vel inanitione, tempore anni. A regione quidem & loco, quoniam loca montuoſa, aſpera, & regio calida, nimis venenoſiſſima ꝓducunt animalia, de hoc enim Ariſtoteles *octauo de hiſtoriis animalium libro dixit.* Morum etiam diuerſitatem loca efficiunt, vt montana & aſpera ſuas beſtias reddunt & aſpectu efferatiores & viribus robuſtiores, quam plana & molliora, & parum poſt hoc. Anguium quoq; ictus per loca plurimum differunt, aſpis enim anguis, ex quo medicamentum illud putrificum componunt, in Affri-

1. 3. 2.

Differentia ſerpentum a regione & loco.

C ca gignitur, cuius ictui nullum remedium eſt. Cornelius etiam Celſus *lib. quinto* cum de aſpide ceraſte, dypſade, hæmorrhoide: chelyndro, locutus eſſet, ſubiunxit. *Verum hæc genera ſerpentum, & peregrina & aliquanto magis peſtifera ſunt: maxime quæ æſtuoſis locis gignūtur. Italia frigidioreſque regiones hac quoque parte ſalubritatem habent, quod minus terribiles angues edunt.* Strabo etiam inquit. *Animalia quoque ſua habet ichneumonem,* & ægyptiam aſpidē: quæ proprium quiddam habet præter alias aliorum locorum. Affrica enim animalia producit venefica, quæ alibi vel parum vel nullum habent venenum, & hoc ſuo cōtingit caloris feruore, de quo Lucanus inquit. *Vos quoq;, qui cunctis innoxia nomina terris Serpitis aurato nitidi fulgore dracones.* Lethiferos ardēs facit Affrica. A ſexu, quoniam maſculi ſæuiores ſunt fœminis, licet forte fœminę pluribus dentib. plura infigant vulnera. A repletione vero & inanitione, qm̃ quæ ieiunæ ſunt pernicatiores ſunt. Inde Celſus, *Illud ignorari nō oportet omnis ſerpētis ictū & ieiuni & ieiuno*

A ſexu.

A repletione & inanitione.

D *magis nocere:* ideoq; pernicioſiſſimi ſunt cū incubant, hac etiam de cauſſa viperę quas ad paſtillos venātur theriacos incarcerari minime debent, ſed captis iis mox interfici. Ab animi vero paſſionibus, eo ꝙ irati maiori inficiunt veneno. Inde Plinius. Anguis, q̃ de ſui natura minime venenoſus eſt, cum ira concitatur, venenatus efficitur, capitur autem hic anguis, non prout cōmune nomen eſt, ad ſerpentes: ſed pro vna ſerpentum ſpecie hominib. ſatis familiari, iis itaq; in communi quodam ſermone de ſerpentib. pertractatis: ad vnamquamq; ſpeciem nunc deſcendendum eſt, eas tamen ſic diſcutiendo vt intranea & externa diſponantur accidentia: voco autem intranea ea, quæ ſerpentis corpori inſunt, externa vero accidentia hos voco effectus, quos extra in alienum ab eis efficiunt corpus. Adducam etiam nomina, q̃ latinis famliaria ſunt licet forte a Gręcis tracta. Corrigā quoq; ea nomina, q̃ in libris Arabicis in latinā deducti ſunt linguam corrupta reperiuntur. Non prætereundo etiam, quin eos corrigam auctores, qui

Ab animi paſſionib.

E idem animal diuerſis nuncupatum nominibus, vitio forte quādoq; interpretum, diuerſa eſſe putauerunt animalia. Iſtis enim ſatis ad vlteriora fiet acceſſus. Nec miretur quis, ſi de ſolis hic agam ſerpentibus, phalangias, ſcorpiones, lacertas, rabidum canem & talia ꝑtermittens, non enim de omni venenato agere eſt mihi mens animali: ſed de ſerpentibus ſolis, vt eam ſerpentis ſpeciem eligere valeamus, ex quā illa glorioſa theriaca confecta fuit a ſenioribus.

Cap. VII. *De ſerpentum notitia ex ſignis exterioribus & interioribus ſumta. Et primo de baſiliſci notitia.*

BAſiliſcus ſerpens eſt a Regis nomine nomen aſſumens, βασιλεύς enim gręce Rex latine ſonat, hic enim regali nomine veneno & ſcribendi ordine ceteros merito antecedit. Interiora ſigna. Color eius ad nigredinem & trinitatem decliuis, ſuper capite quod habet acutum, maculas in modum

Signa interiora.

F diadematis habet candidas, & oculos rubeos; longitudo, inquit Solinus, eſt ſemipedalis. Auicenna vero dixit eſſe duorum palmorum. Externa ſigna. Omne animal ipſi propinquum terretur & ſtupefit. imo ſibilo & viſu certa interficit diſtantia, morſu etiam & tactu necat. Olim lancea quiſpiam eum tāgens, veneno lanceam ſubeunte mortuus eſt ipſe & equus, eo milite equum tangente: quem vero momorderit animal, moritur ſtatim, corpore liquefacto & inflato. Quin etiam moritur tangens ab eo interfectum animal, imo ꝙ plus eſt terram polluit & exurit, herbas exſtinguit, arbores necat propinquas, auras corrumpit ita vt aues illac volātes decidant & pereant, vt dicitur quod media parte ſerpit anteriorem medietatem excelſos deferēs. Muſtelæ ſolæ iis obſtant, tunc potiſſimum, cum eſu rutæ á veneno ſe tueantur, licet hoc de aſpide alii dixerint. Naſcitur in Cyrenaica Libiæ prouincia. De hoc ſerpente Lucanus

Externa.

Vis veneni baſiliſci.

Quos habeant inimicos.

G inquit: *Sibilaq; effundens cuncta terrentia peſtes, Ante venena nocens late ſibi ſubmouet omne, Vulgus & in vacua regnat baſiliſcus arena.* Et alibi: *Quid prodeſt miſeri baſilicus cuſpide muri Tranſactus, velox currit per tela venenum, Inuaditque manum quam protinus illę retecto Enſe ferit, totoque ſimul demittit ab armo.* Plinius *libro vigeſimo nono* dicit, olfactu interficere & eum ſerpentes fugere. De hoc etiam ſerpente Nicander Poeta Græcus libro theriacorum metro ſcripto cecinit. Et

plurimi tam Philoſophi, quam Medici, Galenus & alii de hoc ſcripſere ſerpente. Et eſt ex primo vene- A natorum genere primum animal.

Cap. VIII. *De notitia ſerpentis dicta κατωβλέπας.*

Signa interna. *Externa.* *Veneni vis* *Vbi naſcatur.*

Catoblepas quaſi deorſum aſpiciens ſerpẽs eſt. Eius longitudo ſecundũ Auicennã eſt a cubito vno vſque ad cubitum & ſemis. licet hoc aliorum auctoritate dixerit: alii vero dixerunt modicam eſſe feram. Caput prægraue ægre ferens idq; deiectum ſemper in terram habere, indeq; catoblepas dici & ceteris membris eſt iners. Morſu, viſu ac ſibilo, vt baſiliſcus necat. animal enim ab eo percuſſum diſſolutum moritur; quinetiam moritur quod ei vicinum fuerit. Naſcitur in Heſperia Æthiopiæ prope fontem qui Nitris dicitur Nili caput, vt aliqui putant. Hunc ſerpentem Auicenna *libro canonis quarto* harmene vocat. Et hæc in primo eſt venenatorum genere. B

Cap. IX. *De notitia aſpidis ſerpentis.*

Signa interna. *Externa.*

Aſpis ſerpens eſt. Color eius cineritius ad acuitatem decliuis, oculi eius apprime luminoſi. Collum tumidum: longitudo a tribus vſque ad quinque cubitos. Nicander vero, vt etiam Strabo refert, aſpidis vnam dicit eſſe ſpeciem, quæ palmaris eſt, & hæc celerius interficit. alteram vero paſſus longitudine. Cutis eius aſpera & ſicca inde dicitur aſpis ſicca. Oculos natura habet hebetes, non in fronte, ſed in temporibus, auditu itaque ſæpius quam viſu excitatur. Color percuſſi alteratur, membrorum ſtupefactio & frigus ſequitur, ſ. plurimus ſingultus, item vehemens dolor, tandem ſomni profunditas & palpebrarum clauſio. de qua Lucanus.

Hicque prima caput mouit de puluere tabes.
Aſpide ſomniferam tumida ceruice leuauit. C
Plenior huic ſanguis & craſſi gutta veneni
Decidit, in nulla plus eſt ſerpente coactum.

Vbi naſcatur.

Vbique naſcitur. ſed quæ in Libia, aliquid in ſe habet ſingulare, de quo ait Ariſtoteles *octauo de animalium hiſtoriis libro.* Aſpis enim anguis ex quo medicamentum illud putrificum componunt, in Africa gignitur, cuius ictui nullum remedium eſt. Et Strabo de Affrica loquens dixit. Animalia quoque ſua habet ichneumonem & ægyptiam aſpidem, quæ proprium quoddam habet præter alias aliorum locorum. Et eſt in primo venenatorum gradu.

Cap. X. *De notitia ſerpentis exſpuentis.*

Signa interna. *Externa.* *Accidentia læſorũ ab hoc ſerpente.*

Πτυὰς a πτύω, quod eſt ſpuo ſeu exſcreo: eo quod obuianti ſputum obiiciat venenoſum, hæc eſt D aſpidis ſpecies: inde Plinius de vrina loquens. *Verum ex iis, quæ referre fas ſit: impubium puerorum contra ſaliuas aſpidum, quas ptyadas vocant, quoniam venena in oculos hominum exſpuant.* Color eius vti color ſuperioris aſpidis, longitudo eſt vſque ad duos cubitos. In initio quandoque inteſtinorum ſentit dolorem, & cogit ægrum ad vomitus prouocationem, ſequuntur etiam accidentia præfata de aſpide, & colli torſio, ſpaſmus & inordinatus pulſus. quæ ſerpens non exſpuendo ſolum, ſed etiam mordendo interficit.

Cap. XI. *De notitia ſerpentis hirundinis.*

Signa interna. *Externa.*

Hirundo ſerpens eſt. Hirundinis auis habet colorem, inde hirundo dicitur. Longitudo eſt cubiti E vnius menſura. Magnitudo doloris, immenſus cordis pulſus, corporis alteratio, membrorum frigus & ſtupor, ſomni profunditas, & palpebrarum clauſio. eſt de venenatis in ordine primo cum ante duas interficiat horas.

Cap. XII. *De notitia ceraſtis duo habentis cornua.*

Interna. *Externa.*

Ceraſtes dicitur ab hoc nomine, quod eſt κέρας, quod latine cornu ſignificat. Sunt autem duo ſerpentum genera habentia cornua, quædam enim quaterna cornua habent geminata, ita vt octo videantur cornua, quod viſu iocundum apparet. Alia vero duo tantum habent in capitis anteriori parte cornua. licet de iis aliquibus maiora, aliquibus minora reperiantur cornua. minora quippe cum poſt caſum maiorum maiora ſubcreſcant. Sunt duæ præfatæ ſuper caput eminentiæ, color eſt velut cinis, ſub ventre ſquammæ ſiccæ ſuper terram in inceſſu ſtridentes. Dentes æquales, longitudo F ab vno vſque ad duos cubitos. Dolor ictus eſt tanquam acus aut clauis infuſi dolor. Et corpori grauitas maxima ſuccedit labia inflantur, accidit vertigo, oculorum tenebroſitas, & ratio deſtruitur. Et eſt de primo venenatorum genere. Reperti ſunt etiam ſerpentes quæ duo habentes cornua Thebas ſacri dicebantur, hominibus minime noxii, de quibus Herodotus *in ſecundo* ait. *At circa Thebas ſunt ſacri ſerpentes nihil omnino hominibus noxij, puſillo corpore, binis præditi cornibus: e ſummo vertice enatis. quos defunctos in Iouis templo ſepeliunt.* huic enim Deo ſacros illos eſſe prædicant.

Cap. XIII. *De notitia ceraſtis quater gemina habentis cornua.*

Signa interna.

Aliud vero genus ceraſtis earum eſt ſerpentum, quæ quater geminis redimuntur cornibus. Sunt G octo præfata cornicula, de quo Plinius. *Ceraſtes corpore eminere cornicula ſæpe quadrigemina, quorum motu reliquo corpore occulto ſollicitent ad ſe aues.* Solinus etiam. *Ceraſtes præfert quadrigemina cornicula, quorum oſtentatione veluti eſca allicitas aues perimit. nam reliqua corporis de induſtria arenis tegit, nec vllum indicium ſui præbet, niſi ex ea parte, qua inuitatis dolo paſſeribus necem perpetuam aucupetur.* Spina eius cartilaginoſa ac flexibilis. inde Lucanus:

Spinaque vagit torquente ceraſtes.

De noti-

A

CAP. XIV. *De notitia hæmorrhoidis.*

Signa interna. *Externa.*

HÆmorrhois eſt ſerpens nomen trahens ab effectu, αἷμα enim græce ſanguinem, ῥέω vero fluo ſignificat. Huius ſerpentis color eſt arenoſus, punctis nigris & albis inſignitus, magnitudine minor eſt viperis. Caput & cauda ſunt minuta, eius cutis aſpera, arenoſa, longitudo ceraſtis longitudo: duo habentis cornua: & quamuis earum color ſit plurimum arenoſus, quandoque tamen ſunt nigri rubei & albi coloris, & ſuper eorum capita ſunt ſquamæ albæ incisæ, & eorum inceſſus eſt cum ſtrepitu, qualis fit cum foliis: maxime ſiccis. Hoc autem fit ex nimia corticum ſuorum ventrium ſiccitate. Motus etiam illius ſerpentis eſt tardus, ponderoſus, & dentes habet ęquales. Huius ſerpentis morſu ſanguis vndequaq; fluit, nec ſiſti valet. Qua n. parte liquor natura fluere ſolebat: ea ſanguinis proſilit vnda. Diſſolutis etiam venarum orificiis ſanguis inde omnis emanat. Ex ſpiritualibus membris ſanguinis

B ſputum, ex oculorum angulis cruor, ex ſtomacho fit ſanguinis vomitus, fit enim in ſtomacho dolor inceſſabilis. Et percuſſus locus apoſtematur, denigratur, & ex eo res parua currit & aquoſa. Venter ſoluitur, conſtringitur anhelitus, vrinæ difficultas, vocis abſciſio, membrorum mollificatio, obliuio, ſpaſmus, cadunt dentes, & moritur patiens, hos ſerpentes haſſudium & ſabrin vel tale ſimile nuncupauit Auicenna. De qua Lucanus ſcripſit: *At non ſtare ſuum miſeris paſſura cruorem. Squammiferos ingens hæmorrhois explicat orbes.* Rurſus: *Impreſſit dentes hæmorrhois aſpera Tullo. Vtque ſolet pariter totis effundere ſanguis. Coritii preſſura croci ſic omnia membra. Emiſere ſimul rutilo pro ſanguine virus. Sanguis erat lachryma quacunq; foramina nouit. Humor ab iis largus manat cruor, ora redundat. Et patulæ nares ſudor rubet omnia plenis. Membra fluunt venis totum eſt pro vulnere corpus.* Hunc ſerpentem in primo venenatorum poſuerunt ordine.

C

CAP. XV. *De notitia ſerpentis, qui dicitur ſeps.*

Signa interna. *Externa.*

ΣΗΨ ſerpens eſt a σήπω, quod eſt putrefacio, dicitur; quaſi morſu animal putrefaciens. hunc vocat Auicen. ſelſir. leui enim ictu tota putreſcit caro. Caput eius eſt latum, collum paruum, cauda breuis, rotundus venter, magnitudo ad cubitum. Super eius corpore ſunt lineæ diuerſi coloris, eius inceſſus non eſt vt recte incedat, ſed ſeipſum incedit contrahendo. Morſu ſuo gignitur apoſtema cum ingenti dolore, percuſſi caro conteritur, & poſt hæc totum putreſcit corpus & in virus vertitur, & capilli cadunt. De hoc ſecundum aliquos Ariſtoteles *octauo de hiſtoriis animalium libro* dixit. *Serpens quidem minutus eſt, quem aliqui ſacrum appellant, quem angues prægmagni fugiunt, magnitudo huic ad cu-*

D *bitum, ſpecies hirſuta, quicquid momorderit, continuo circiter putreſcit,* quanquam nõnulli verba Ariſtotelis non de hoc: ſed de baſiliſco intelligi debere dicant, de quo Lucanus:

Oſſaq; diſſoluens cum corpore tabificus ſeps. Rurſus: *Sed triſtior illa Mors erat ante oculos, miſerique in crure ſabelli. Seps ſtetit exiguus, quem flexo dente tenacem, Auulſitq; manu piloq; affixit arenæ. Parua modo ſerpens, ſed qua non vlla canente, Tantum mortis habet, nam plagæ proxima circum Fugit rapta cutis pallentiaq; ora retexit. Iamq; ſinu laxo nudum ſine corpore vulnus, Membra natant ſanie, ſuræ fluxere ſine vllo Tegmine poples erat femorum quoq; muſculus omnis Liquitur, pro nigra diſtillant inguina tabe. Diſſiluit ſtringens vterum membrana fluuntque Viſcera, ne quantum toto de corpore debet. Effluit in terras ſæuum ſed membra venenum. Decoquit in minimum mors, contrahit omnia virus Vincula neruorum & laterum contexta cauumque, Pectus & abſtruſum fibris vitalibus omne. Quiſquis homo eſt aperit peſtis na-*

E *tura prophana. Morte patet, manant humeri forteſque lacerti Colla caputque fluunt, &c.*

Albertus Germanus de hoc errauit ſerpente credens ſelſir vocatũ ab Auicẽna diuerſum eſſe ab hac de eis diſtinctum faciens ſermonem cum eadem tñ eſſet, veluti per ſua patet ſigna interna & externa.

CAP. XVI. *De notitia iaculi ſerpentis.*

Signa interna. *Externa.*

IAculus græce ἀκοντίας dictus, ab eius effectu nomen ſuſcepit. Sunt enim ſerpentes, quos Auicenna vocat caſezati & altararati. Magnitudine ſunt breues, minuti, ad rubedinem declinantes, calidi valde. Sunt velociſſimi ictus, ſubeunt n. arbores & tanquam iacula obuiantibus ſe obiiciunt & feriunt. Ex eorum morſu ingens fit dolor in loco, & ad totum procedit corpus, cui mors ſubſequitur. De quo Lucanus: *Ecce procul ſæuus ſterili ſe robore tenaci Torſit & immiſit iaculum vocat Affrica ſerpens, Perq;*

F *caput Pauli tranſactaq; tempora fugit. Nil ibi virus agit, rapuit cũ vulnere fatum.* Solinus quoq; de hoc ait. *Iaculi arbores ſubeunt, quibus vi maxima turbinati penetrant animal quodcunq; obuiũ fortuna fecerit.*

CAP. XVII. *De notitia amphisbænæ ſerpentis.*

Signa interna.

AΜφίσβαινα ſerpens eſt, duo, vti quidam dicunt, habens capita, licet nonnulli hoc negauerint: dicentes vnum habere caput, ſed eiuſdem eſſe craſſitiei & in medio & vtriſque extremitatibus. Et quibus vtrinque procedere, & inde nomen ſuſcepiſſe ab ἀμφὶ, quod eſt circum, & βαίνω quod eſt vado, hunc vocat Auicenna corrupto vocabulo, ancheſimen & ſaliens ad duas partes: id eſt, vtrinque procedens. De quo Lucanus. *Et grauis in geminum ſurgens caput amphiſibæna.* Solinus etiam. *Amphiſibæna conſurgit in caput geminum, quorum alterum in loco ſuo eſt, alterum in ea parte, qua cauda, qua cauda*

G *efficit, vt capite vterque ſexus nitibundo ſerpat tractis orbiculatis.*

CAP. XVIII. *De notitia ſerpentis dipſadis, ſeu ſitulæ.*

Signa interna. *Externa.*

ΔΙψὰς ſerpens eſt a διψάω, id eſt, ſitio, eo quod ſiti ſumma morſibus afficiat. Caput eius eſt paruũ & collũ craſſum, a collo craſſo gradatim ad caudã procedens ſubtilẽ, color poſtremi eius vſq; ad caudã ad nigredinẽ decliuis. Eiuſq; lõgitudo eſt palmi vnius: & ſuper eius corpus plurima cernũt veſtigia nigra, in inceſſu ſuã q̃rit caudã, Eius ictus animalis corp⁹ & ventrẽ incẽdit & adurit, ſitimq;

validiſſimam inducit, adeo vt aquam bibens plurimam adhuc bibere non ceſſet nec liquor vllus ſudore aut vrina exit. Inflatur potius venter totus, & bibita aqua per venas corporis & loca currit vacua. De hoc ſerpente Lucanus ait: A

Signiferum iuuenem tireni ſanguinis aulum
Torta caput retro dipſas calcata momordit.
Vix dolor aut ſenſus dentis fuit ipſaque leti.
Frons caret inuidia nec quicquam plaga minatur.
Ecce ſubit virus tacitum carpitque medullas
Ignis edax, calidaque incendit viſcera tabe.
Ebibit humorem circa vitalia fuſum,
Peſtis, & in ſicco linguam torrere palato, B
Cepit diffeſſos, iret qui ſudor in artus
Non fuit, atque oculos lachrimarum vena refugit.
Non decus imperii non mœſta vita Catonis,
Ardentem tenuere virum, quin ſpargere ſigna
Auderet, totisque furens exquireret aruis.
Quis poſcebat aquas ſitiens ne corde venenum
Ille vel in Tanaim, Rhodanum, Padumque velocem
Arderet, Nilumque bibens per rura vagantem.
Nec ſentit fatique genus mortemque veneni,
Sed putat eſſe ſiti. C

Huius ſerpentis Plinius reminiſcitur dicens. *Vnedenes ſerpentū venenis reſiſtunt: maxime ſepis, dipſadis & vipera.* Et alibi; *Illita ſcilicet lauri folia, cortex & baccis ſerpentū venenis reſiſtunt, maxime ſepis, dipſadis & viperæ proſunt.*

Cap. XIX. *De notitia ſerpentis dicti cherſydros.*

Signa interna. XΕ´ϱσυδϱ☉ ſerpens eſt: ab hoc nomine χέϱσ☉ dictum, quod terram proprie incultam ſignificat, & ὕδωϱ aquam eo quod in terra & aqua communiter conuerſetur. Minor eſt ſurda aleſilati in-

Externa. quit Auicen. latioris capitis & eius morſus deterior & nocibilior. Ab eius morſu ingens dolor incipit & inflammatur, poſt hoc viridis fit locus, & corrodit, ad hæc vertigo accidit choleræ fœtidæ vomitus, inordinatus motus, virtutis debilitas. Et eſt de primo venenatorum genere, cum vt plurimum in tertia perimat hora. Et ſi forte euaſerit tunc fuit cum aquoſus momorderit, tunc enim minus eſt pernitioſus, vel forte euadit, quia patientis virtus fortis, & licet ab eo forte euaſerint veneno: ab aliis tamen non euadent morbis, in quos ex eius morſu ſæpe incidunt. Hunc ſerpentem ſcriptorum errore *in quinto canonis libro* reperio ſcriptum, keduſnolurus, in eodem etiam capite andrius reperitur, ſed andrius nihil ad hoc pertinet capitulum: eſt enim corruptum nomen cum endris ſiue enydris dici debeat quod eſt ſerpentis nomen in aqua habitantis. Nam en idem quod in, ὕδωϱ aqua. De illo cherſydro ſerpente dixit Lucanus. D

Natus & ambigue coleret qua ſirtidis arua *Cherſydros.*

Cap. XX. *De notitia hydræ.*

Y´Δϱα fœminæ, ὕδϱ☉ maſculi nomen eſt ſerpentis cuiuſdam, quæ aquam colit. Cherſydros autem ille erat ſerpens, qui terram & aquam habitabat, quamvis Auicen. dixerit endrim eſſe cum in aqua habitaret, cherſydrum cum in terra, quod de cherſydro falſum eſt, vti ſuperius diximus. Dubitat etiam Auicen. *in eodem capite* de hydra: an idem ſit cum endri, dicimus ad hoc quod nomen hoc nobis indicat. Endris enim vel endydris, in aqua ſignificat, ἐν græce, in latine, ὕδωϱ vero aqua, a quo E

Signa interna. nomine ὕδωϱ hydrus & hydra deriuantur. Huius autem ſerpentis in aqua habitantis internum ſignum eſt, quod anguium eſt pulcerrima. Locus ictus tumeſcit & eius tumefactio dilatatur, & color loci per-

Externa. cuſſi offuſcatur, a quo plurima humiditas fœtida valde & nigra egreditur & eius curatio prolongatur, & fit difficilis. Fingitur quoque hydra monſtrum in Lernea palude multorum capitum, cui tot adnaſcebantur, quot amputabantur capita, pernitioſa res hominibus, demum ab Hercule ictu claue percuſſa fuit, poſt hoc ſagittis feriit, nouiſſime eam igne in ſolitis cauernis concluſam penitus conſumſit. F

Cap. XXI. *De notitia ſerpentis ſcytale dicti.*

Signa interna. ΣΚυτάλη ſerpens eſt, Varietate tergi tanta prefulget, vt notarum gratia videntes retardet ab itinere. Inceſſu piger eſt, inde quos ſua motus tarditate aſſequi nequit, miraculo ſui capit ſtupentes, vt inquit Solinus. Calidus eſt hic ſerpens adeo, vt ſolus inter ſerpentes ſuas exuuias non ad ver aut authumnum vt ceteræ ſerpentes deponat, ſed hyeme. De quo Lucanus.

Et ſcytale ſparſis etiam nunc ſola pruinis.
Exuuias poſitura ſuas.

De quo etiam Plinius nunquam mentionem fecit. G

Cap. XXII. *De notitia chelydri ſerpentis.*

XΕ´λυδϱος ſerpens eſt qui parte, qua tranſit, ea fumum emittit. Inde Lucanus.

Tactique viſa fumante chelydri.

Cap. XXIII. *De notitia ſerpentis kenchridos.*

Signa interna. Κέγχϱεις ſerpēs eſt a nomine κέγχϱ☉ i. milium dicta, eo quod ſit milii coloris. Color eius propter citrinitatem eſt quaſi milii color, ſed paruis ac pluribus tingitur notis, eo quippe modo, quo lapis

ophites

A ophites plurimis ornatur maculis, quo ornatu ſimilitudine a ſerpente ſumta, a ſerpentis nomine nomē aſſumſit, ὄφις enim ſerpens dicitur. Vnde Lucanus.

Tractique via fumante chelydri,
Quam ſemper recto lapſurus limite kenchris.
Pluribus ille notis variatam tingitur aluum,
Quam paruos tinctus maculis thebanus ophites.

Externa ſigna ſunt. Quoniam ei, qui ab eo morſus fuerit, accidentia malarum eueniunt viperarum. *Externa.*

Cap. XXIV. *De notitia ſerpentis natricis.*

B NATRIX ſerpens eſt, quæ aquas ſuo inficit veneno, de quo Lucanus:
Et natrix violator aquæ.

Cap. XXV. *De notitia ammoditis ſerpentis.*

AMmodites ſerpens nomen habet a græco ἄμμος, id eſt, arena, eo quod arenam fodiat & ingrediatur, arenæque colorem habeat. Color eius, vti diximus, eſt arenæ color. Et ſuper eorum corporibus ſunt veſtigia, longitudo eius vſque ad cubitum. *Signa interna.* Locus morſus vehementer dolet & magno tumefit apoſtemate, ex eo currit virus, in tertio interficit, & mora eius eſt poſt ſeptimum. *Externa.* Et de hoc dixit Lucanus.

Cinicolor exuſtis atque indiſcretus arenis
Ammodites.

C De hoc etiam Auicen. ſub nominibus corruptis amiudurus & cauharus.

Cap. XXVI. *De notitia ſerpentis pharea.*

PHareas ſerpens eſt, qui reliqua corporis parte eleuata, ſola ſerpit cauda. Inde Lucanus.
Et contentus iter cauda ſulcare phareas.

Cap. XXVII. *De notitia ſerpentis dicti preſter.*

PReſter ſerpens eſt, πρηστήρ enim facem ſignificat ardentem. Quem percuſſerit, vt inquit Solinus, diſtenditur, enormique corpulentia necatur. Lucanus etiam ait:

Naſiclium Marſi cultorem torridus agri
Percuſſit preſter, illi rubor igneus ora
D *Succendit, tenditque cutem pereunte figura,*
Miſcens cuncta tumor toto iam corpore maior,
Humanumque egreſſa modum ſuper omnia membra
Efflatur ſanies, late tollente veneno, &c.

Cap. XXVIII. *De notitia viperæ per interna & externa ſigna.*

PErtractatis iis ſerpentum ſpeciebus, nunc ad ea, quæ noſtro deſeruiunt propoſito, proprius accedamus, id enim quod in hoc intendimus libro, non eſt omnis ſerpens: ſed illud ſolum animal, ex quo theriaci paſtilli & theriaca conficitur. *Vipera vnde habeat nomen.* Hoc autem, vti partim diximus, & plenius patebit inferius, eſt vipera. De ea igitur agentes, primo dicimus hoc nomen vipera latinum eſſe, Græci autem echidnam vocant fœminini generis: echis vero maſculini, dicitur autē vipera vti nōnulli Latini ſcribunt,
E quaſi ii pariens, quoniam in eius partu ventre ſuos obroſo finit dies. Hæ autem viperæ ab inhærentibus notis ſic cognoſcuntur. *Signa interna.* Interna. Caput earum eſt planum, latum verſus collum, ſed verſus os ad acuitatem potius decliue. Collum gracile: ea inquam parte, qua capiti iungitur. Cauda breuis; In inceſſu ſtrepitum ac ſonitum facit. Ad hæc oua prius in vtero concipit, dehinc viuum primo conceptum & in vtero nutritum, iuxta Ariſtotelis ſententiam, in lucem edit, tempore algoris vipera ſub ſaxis, ſicut ceteræ ſerpentes ſub terra cōduntur. *Externa.* Externa. A loco morſus ſanguis primo egreditur aquoſus, dehinc ſpumoſus, poſt hoc vt æris ærugo virus ac veneni iam formam accipiens. Ad hæc poſt dolorē loci percuſſi dolor expanditur, & apoſtema rubeum innaſcitur cū veſicis & apoſtematibus paruis, ac ſi ignis affuiſſet aduſtio, & hæc quandoque ſerpunt, quod apoſtema de rubeo fit viride in loco percuſſo. Præterea in viſceribus ardor, in corpore rubedo cum rigore, & rubor ille poſt hoc ad viriditatem tendit. Vertigo
F tunc eos occupat & anhelitus frequentia, nauſea, & ſingultus, quin & dorſi grauitas, & nonnunquam ſanguinis narium fluxus, tandē ſudore frigido, ingenti tremore & ſyncopi occupantur. Et vt plurimum in tribus moriuntur diebus, licet quandoque vſque ad ſeptimum mors differatur. Et viperæ ſunt in ſecundo venenatorum animalium genere.

Cap. XXIX. *Quod alii alia ſenſerint de viperæ partu, de quo partu Plinius Ariſtotelem imitari credidit, ſed in aliquo deceptus fuit.*

GRatia eorum, quæ de nomine ac partu viperæ dicta ſunt, dignum putaui quorundam ſententias circa hoc adducere. Reperio autem omnes de partu viperæ loquentes Ariſtotelem, Herodotum, Nicandrum, Plinium & alios plures in hoc vno conuenire: videlicet viperam intra ſe primo oua concipere, dehinc catulos in vtere nutritos in lucem edere. Ceteras ſerpentes oua, non viG uum parere, quæ oua poſt hoc ſerpentes in terra incubant. *Tertio enim de animalium hiſtoriis libro* ſic ſcribitur. *Serpentes enim tam ab iis ſupradictis, quam inter ſe differre apertum eſt. Vipera, animal edit poſtquam intra ſe oua peperit, cum cetera ſerpentum omnia genera oua edant in lucem.* Hoc idem Herodotus, hoc Plinius & alii. Diſſentiunt autem in hoc, quoniam Herodotus, Plinius, & alii plures viperam

dixere in coitu maſculi caput ore complexam Veneris oblectamento amputare. Cuius patris vindictã A
filii cupientes dum fœminæ partus hora fuerit latera matris obrodentes, in lucem exeunt, hoc putauit
Herodotus de viperis & alatis ſerpentibus in Arabia natis, a natura non ab re factum eſſe, ne tam perni-
tioſum genus ferarum homini infeſtiſſimum multiplicaretur. Sed quod de hoc ſenſerit Ariſtoteles mox
deducam. Sic enim *in fine quinti hiſtoriarum libri* ſcriptum reperitur. *Vipera e ſerpentibus vna, animal e-*

In viperis ex Ariſtot. notanda.

*dit cum intra ſe oua primum peperit, ouum hoc vnius coloris & molle, vt piſcium eſt, fœtus ſuperne conſiſtit nec
cortice continetur vt nec piſcium quidem. Parit catulos obuolutos membranis, quæ tertia die rumpantur. E-
uenit interdum vt quæ in vtero adhuc ſunt abroſis membranis prorumpunt, ſingulos diebus parit plus quam
viginti. Ceteræ ſerpentes oua pariunt foris contexta: ad monilis, hoc eſt, ornamenti mulierum, quod ambit col-*
1. *lum, ſimilitudinem, incubant, quæ pepererint in terra, & fœtum ſequente excludunt anno*: Ex quibus vei bis
2. quinq; de viperarum procreatione & partu colliguntur. Primum eſt, quod vipera intra ſeſe faciat oua. B
Secundum, quod oua ſua vnius ſint coloris & mollia abſq; cortice, vt piſcium oua, quę in ſuperiori con-
cipiuntur parte. Eſt enim earum longa matrix ab inferiori ventris parte vſque ad ſeptum aſcendens:
3. illic bifurcata, in ea enim bifurcatione oua cõſiſtunt, poſt hoc ad infimam eius partem conceptum de-
ſcendit, & præſtituto tempore ad exteriora in lucem viuum educitur. Tertium eſt, quod vipera in lu-
4. cem edat ſi fas eſt dicere, viperulas nõ nudas ſed membranis inuolutas. Quartum, quod membranæ illæ
per tres extra vterum: antequam ex eis catuli exeant ſtent incorruptæ dies, tertia enim die ab hora par-
5. tus computando, membranæ rumpuntur, hoc tamen aliquoties euenit, vt tertiam catuli non expectent
diem, ſed in vtero membranas obrodentes, in lucem denudati a membranis obroſis exeant. Quin-

Differẽtia inter viperas & reliquas ſerpentes.

tum eſt, quod ſingulis diebus catulos membranis obuolutos ad viginti vſque & plures pariat. Ceteræ
vero ſerpentes a viperis in duobus diſtant; quod oua contexta in longum protendentia non autem vi- C
uum pariant, vt vipera. Et quod ea incubant oua, ita vt fœtus ſequenti ab ouo excludatur anno, viperæ
vero die tertia a partu e membranis excludantur. Ceterum Plinius *libro decimo de naturalium hiſtoriis*
Ariſtotelis verba ſequi conatus, eam non recte ad ſuum traxit ſenſum aſſerens, *quod vipera mater a fi-
liis propriis vterum corrodentibus interficiatur.* Ait enim. *Vipera maris caput inſerit in os, quod illa abro-
dit voluptatis dulcedine. Terreſtrium eadem ſola inter ſe parit oua vnius coloris & mollia, vt piſces, tertia
die intra vterum catulos excludit, deinde ſingulos diebus ſingulis parit 20. fere numero, itaque ceteri tar-
ditatis impatientis prorumpunt latera occiſa parente. Ceteræ ſerpentes contecta oua in terra incubant & fœ-
tum ſequente excludunt anno*: in ea parte, qua de ouis loquitur, nulla cadit dubitatio, cum etiam dicit.
Deinde ſingulis diebus ſingulos parit 20. fere numero, & reliqua, quæ de ſerpentibus a vipera diuerſis re- D
tulit, cum Ariſtotelis dictis manifeſte concordant. Sed in illa profecto parte, quam ſic ſcripſit. *Tertia
die intra vterum catulos excludit*, puto non recte accepiſſe Ariſtotelem. Siue enim excluſionem a mem-
branis intra vterum, id eſt, intra matricem, ſiue excluſionem ab vtero in lucem intelligatur, ad quod
dicta erit illa particula. *Itaque ceteri? &c.* Ad hæc, ſi per excluſionem catulorum denudationem a mem-
branis in vtero intellexeris, vnde computabitur illa tertia dies? non a partu in lucem, quia talis in lu-
cem partus in exuuiis membranorum nondum euenit, non a die formationis ouorum, quoniam ani-
malis plaſmatio tam breui tempore vt membranas exuat, impoſſibilis eſt. Eodem modo, ſi per exclu-
ſionem partum in lucem intellexeris, a quonam fiet tertiæ diei computatio? non ab oui complemento
ratione dicta, non a partu in lucem, quia nondum talis euenit partus. Dices forte diem tertiam, in qua
fit partus in lucem a die eruptionis membranorum in vtero computandã eſſe. ¶ Ad hoc dicimus, quod
de tali membranorum eruptione a Plinio nulla fiat mentio: ſed ab Ariſtot. etiam ſi talis dabitur ſenſus, E
ad quod illa poſita eſt particula. *Deinde ſingulos ſingulis diebus? &c.* non enim dixiſſet, *deinde*, ſi de partu
in lucem eius eſſet ſermo. Quare verba Plinii cum Ariſtot. ſenſu minime concordant. Sic n. ab Ariſtot.
ex matre de verbo ad verbum interpretatio fit. Parit autem viperas paruas in membranis, quæ triteæ
rumpuntur, id eſt, viperas paruas in lucem educit membranis inuolutas, quæ membranæ triteæ, id eſt,
cum ad tertiam a partu computando venerint diem, mox rumpuntur. Subdit autem Ariſt. Interdum
autem & deintus abrodentes ipſæ exeunt, ac ſi diceret, quamvis vt plurimum membranæ poſt partum
tertia rumpantur die, attamen interdum fit vt membranæ in vtero abrodantur a catulis & catuli a mẽ-
branis nudi in lucem exeant, quoto autem tempore, & quoto numero in lucem exeant, ſiue membra-
nis inuolutæ ſiue non, ſubdidit. *Parit autem in vna die vnam, ſed plures quam viginti parit, &c.* Plinius a.
illam particulam. *Interdum autem*, eam accepit, ac ſi catuli interdum latera matris abrodentes per vul- F
nus interfecta ipſa exirent, ſed hoc non ſenſu Ariſtotelis. Illa enim pars *Interdum* eſt illius partis exce-
ptio, qua dixerat. *Parit autem viperas paruas in membranis quæ triteæ rumpuntur.* Ac ſi diceret, licet vt
plurimum catulos vipera pariat membranis inuolutos, interdum tamen eos edit in lucem nudos, cum
ipſi catuli deintus membranas abroſerint. Sic enim Ariſtotelis literam exponendo nulla inſurgit dubi-
tatio. Sed ſi Plinii verba curaueris, magnus labor imo impoſſibilis potius inſurget defenſio. Hoc igitur
vnum ex omnibus habeatur dictis, videlicet quod vipera non oua, ſed viuum in lucem pariat ſæpius
membranis inuolutum, licet interdum a membrana exutum. Ceteræ ſerpentes oua pariunt, dehinc illa

Sola vipera inter ſerpentes viuos parit.

diu incubant in terra, ꝙ inter ſigna viperã notificãtia deductũ fuit. Ex iis ẽt, q̃ de partu vipæ ab aliq̃bus
ſcripta ſunt, noĩs redditã eſt ratio, videl. vipa, ꝙ vi pariat, vi n. parit, cũ ſecundũ Ariſt. a filiis patris mortẽ
vindicantib. necet. Quęreres fortaſſis, an vipa ſit oĩs ſerpẽs, q̃ viuũ parit, dicimus ſecundũ Ariſt. ſolã vi- G
perã ĩter ſerpẽtes viuũ parere, q̃uis ab Herodoto in Arabia alatos eſſe ſerpẽtes dicat, quos dicit viuum
parere partu violẽto, vt vipa, ſed ſiue hoc ſit, ſiue nõ, nihil ad rẽ noſtrã, cum n. Medici ſimus, eã volumus
eſſe accipiendã ſerpentẽ, q̃ in ſecundo venenatorũ cõtinetur gradu, hæc a. eſt vipera, talẽ autẽ ſerpentẽ

repertum

A repertum eſt tali corporis forma, tali ſuarum partium plaſmatione formatam eſſe, taleſq; in percuſſum animal effectus efficere, quales ſuperius, dum loqueremur de vipera, demonſtratũ eſt. Hunc igitur ſerpentem tali forma & talibus effectibus inſignitum ſapientes Medici agnoſcere debent, quẽ etiã viuum parere Ariſtoteles docuit. Quare ſiue ſola vipera talibus ſignis cognita viuum parere concedatur, ſiue non ſola ipſa, ſed alia etiam ſit ſerpens, vt inquit Herodotus, nihil quo ad medicæ facultatis inquiſitionem & theriacæ confectionem intereſt. Hoc enim vnum Medico attendendum eſt, vt eam pro confectione theriacæ accipiat ſerpentem, quæ medii ſit venenatorum gradus, & quæ præfata de figura corporis habeat ſigna, dictoſq; effectus ſuo inferat morſu, viuos quoque in lucem edat catulos. Vtrum autem alia ſerpentum ſpecies a vipera viuum pariat nec ne; Medico ſcire non attinet.

B

Cap. XXX. *Inter viperas qualis ſit eligenda magis ad theriacam theriacoſque conficiendum paſtillos.*

Differentia viperarum.

Pertractatis iis, quæ viperã theriacam conficientem ab aliis ſerpentum generibus ſecernunt, nunc viperam viperæ conferendo, ea tractari debent, quibus vipera theriacam conficiens ab aliis diſtinguitur viperis. Dicimus igitur, quod viperarum naturæ a locis, ab effectibus & plurimis aliis differentiis diſtincte reperiantur. Nam aliæ ſunt quercinæ, quæ in quercuum abditis habitant & conduntur, aliæ ſalicibus degunt, qui maligne nimis ſunt, nec theriacæ cõmodæ. Sunt & aliæ maritimæ littora maris incolentes, quę licet ab aliquibus approbatæ ſint, attamen earum caro a cibis ſalſis mutata ſitim parit, & illarum potiſſimum carnes, quæ in Libia naſcuntur, de quibus *vndecimo ſimpli.* Galenus ſic ſcripſit. *Noui namque animalium carnes commutari cibis*, & cum hoc dixiſſet, de viperis loquens circa maris littora viuentibus & loca ſalſa, ſubiunxit, talia loca potiſſimum eſſe in Libia. Et addidit. *Itaque tu-* C *tiſſimum eſt caueri venari echidnas in talibus locis ad pabulum, vel ad medicina confectionẽ, qualis eſt & hac glorioſa, quã pene omnes Medici theriacam appellant.* Cum igitur in Italia maior ſit loci humiditas, quam in Libia, vbi aduſtio nimia ſalſedinem facit: inde Galenus Marſorum reſponſionem ad ſua quæſita audiens, eam in parte quadam approbat vel viperas ſitim facientes in præfatis locis, ſcilicet Libia & maritimis locis inueniri, & hoc ex carnium qualitate a cibis ſalſis cõtracta. In Italia autem cum ſit regio magis humida viperas nutriri dulciores, minuſque venenoſiores, facultatique medicinæ commodiores. De quibus & Cornelius Celſus ait. *Verum hac genera ſerpentum & peregrina & aliquanto magis peſtifera ſunt, maxime quæ æſtuoſis locis gignuntur. Italia, frigidioreſque regiones hac quoq; parte ſalubritatem habent: quod minus terribiles angues edunt. Et hinc illi magis corrigendi ſunt, qui in Ægypto & non alibi animal eſſe* D *fingunt thirſum dictum: & inde in Italiam differendum, ſi bona confici debeat theriaca*, quæ opinio præter alia dicta & dicenda falſa eſſe comprobatur ex iis, quæ a Galeno in præfato loco dicta ſunt. Ab eo n. clariſſime accipitur, non oportere nos Alexandriam vel aliquam Libiæ partem peragrare, vt animal pro theriacæ confectione habeatur, cum illud vipera ſit, quæ vbique, vt inquit Herodotus, reperitur, tantoque magis noſtras Italicas accipere debemus viperas, quanto ipſæ a Galeno magis approbantur, cum earum caro non maritima minime ſalſa ſit, cuius contrarium in Libicis reperitur viperis, vbi caloris ac ſiccitatis feruore viperæ etiam non maritimæ carnes habent ſalſas, ſolis feruore terreſtre, in humido comburente, quod in Italiæ locis minime fit. Non igitur illæ, quæ maris littora, non quæ in locis calidiſſimis, vt in Libia, pro cõficienda theriaca viperæ ſumendæ ſunt, ſed illæ potius, quæ loca minus torrida habitant, ſicut Italia, Græcia, Hiſpania, ac aliis in locis a tertio vſque ad ſeptimum clima contentis E venandæ ſunt, quæ neque penitus veneno priuatæ, neque pernitioſiſſimo munitæ ſunt. Sunt etiam & viperæ paludoſæ, ſunt & aliæ, quæ in littoribus fluuiorum viuunt, quæ teſte Auic. prætermittantur, dicente. *Et non capientur ex piſcinis & littoribus fluuiorum & aquarum & marium, neque petroſæ.* Et cum earum colores diuerſi ſint: illæ eligantur viperæ, quæ flaui vel ſubflaui ſunt coloris, albæ enim pauci, rubeæ autem plurimi ſunt veneni, flauus autem color eſt inter vtrumque. Sume fœminam, non maſculũ, quæ a maſculo, numero dentium agnoſcitur, maſculi enim duos habent dentes. Fœminæ vero quatuor, licet enim fœmina pluribus morſus vulneribus lædat, maſculus tamen pluri inficit veneno. Sume etiã de fœminis illas, quæ motu agiliores & earum capita elata magis deferunt, & earum aſpectus ferax ſit & audax, oculi ad rubedines magis decliues, & ætas earum ſit iuuentutis ætas, talia enim ſanitatem & robur virtutis ſignificant. Et illæ proprie aſſumantur, cum truncatis extremis non minus agitantur. Quæ enim cito quieſcunt, debiliores agnoſcuntur. Neque ea eſt accipienda, quæ grauida. Ad hæc ieiunæ ni- F mis nimio inficiuntur veneno. De hoc Cornelius dixit. *Illud ignorari non oportet, omnis ſerpentis ictum & ieiuni & ieiuno magis nocere, ideoque pernitioſiſſimæ ſunt cum incubant.* Sint etiam eorum ventres collecti ſolidi, robur enim & pauca hoc ſignificat excrementa. Tempus autem, quo venari debeant, ſit veris initium, cum hyemis frigus defierit, tum enim e cauernis exeunt, poſt ſuum enim exitum aliquanto permittantur tempore vſque quo ſcorium ſuum deponant, & excrementorum malitia in cauernis hyeme contracta remittatur, quod breui fit. Exuunt autem interdum non vere ſolo ſuam ſenectutem, ſed etiam authumno, teſte Ariſtot. *octauo de animalium hiſtoriis libro*, dicente. *Vipera etiam exuit tam vere, quam authumno, quamquam vere ſolo venari liceat ad theriacam conficiendam*, eo ſcil. tempore, quo ſol arietis finem & tauri initia ſubierit. In æſtate autem venenum earum feruet, authumno vero aliquid de æſtatis veneno ſuperfluo participant. Quare circa veris initia venari debent, nec incarcerari, cum ieiunæ G venenoſiores ſint. Nec putes poſt earum exitum a cauernis diutius morari ad ſenectæ depoſitionẽ, per vnã enim fere diem ac noctem eam deponunt, de quo ſic ait Ariſt. *loco præfato. Atq; vna fere nocte & die ſenectus tota exuitur a capite orſa ad caudam.* Et cute altera ſubnaſcente ipſa remouetur. Vnum tamen cauendum, quod ſi forte ver hyemale fuerit: vſq; ad vlteriora differatur venatio, etiã ſi vſq; ad æſtatem

Quæ vipera ad theriacam eligenda.

Differentia inter maſculos & fœmellas viperarũ.

Tempus venandi viperas.

Quando vipera ſenectam deponant.

differri neceſſarium ſit, quanto enim tempus frigidius, tanto tardius e cauernis exeunt. Qualis igitur vipera inter tot viperas locis, coloribus, affectibus, ſexu & aliis plurimis accidentibus inter ſe differentes, eligenda ſit ad theriacæ confectionem, ex iis diffuſe ſatis demonſtratum eſſe puto. Iis itaq; de conſueta ſerpentum inuentione diſputatis, de quibuſdam ſerpentum mirabilibus, forma ſcilicet & magnitudine nunc pertractandum eſt. A

Cap. XXXI. *De ſerpentibus miræ formæ ſcilicet alatis ac miræ magnitudinis.*

NOnnulla de ſerpentibus auditu mirabilia ſcripta reperiuntur a viris fide dignis. Nam Herodotus Halicarnaſſæus ait in Arabia locum eſſe prope Butim vrbem, vbi plurimi ſint alati ſerpentes, ad quem locum ſe adiuiſſe, & eorum ſpinas vidiſſe dicit, multitudine incredibili in aceruis collectas, addit, eos ineunte vere volare in Ægyptum, quos tamen plurimos aues Ibides innumeræ illic exſiſtentes pro viribus repellunt. Horum ſerpentum figura eſt hydrorum figura, alas, inquit, habent alis veſpertilionum ſimiles, ex membranis vel cuti confectas, non pennatas, vt aues. Quos etiam ſerpentes Arabibus infeſtos thus colligentibus eſſe dicit, cum ſub illis plurima thus producentibus arboribus reſideat copia, neque thus colligere valerent, niſi ſtyracis fumo ipſis infeſto fugarentur; hos pernitioſos ſerpentes in Arabia inueniri fatetur Herodotus, viperas vbique ſuos alatos ſerpentes & viperas viuũ licet vi parere dicit. Ceteros autem non venenatos ſerpentes oua in lucem & ea plurima parere dicit. De quibus quoque alatis ſerpentibus *in primo de animalium hiſtoriis* ſic ſcripſit Ariſtoteles. *Angues enim circa Æthiopiam tales volare narrantur.* Aliud mirabile eſt, quod Megaſtenes ſcribit in India, videlicet tanta magnitudine reperiri ſerpentes, vt ſolidos ceruos tauroſq; hauriant. Metrodorus etiam circa Indicum amnem in Ponto ſerpentes ſuperuolantes alites hauſtu raptas abſorbere. In belli etiam Punici a Romanis facti ſcribitur hiſtoria, viperam ad flumen Bagadram adeo ingentem ac feracem inuentam fuiſſe, vt a Regulo Romanorum Imperatore neceſſarium fuerit baliſtis ac tormentis, vt oppidum, acriter expugnare, cuius longitudo, vt ſcribitur, viginti & centum fuere pedes. Cuius pellis & maxillæ Romæ in templo vſque ad bellum durauere Numantium. Huius magnitudinis fidem Boa dat vipera in Italia ſub Claudio principe in Vaticano occiſa, in cuius vtero ſolidus infans ſpectatus eſt. Hæc enim lactis bubali, a quo nomen accepit, ſucco nutrita eſt primo, dicitur enim boa & bona, ſed huius mirandæ magnitudinis certiſſima fides ab Ariſtotele Philoſopho *in octauo de hiſtoriis animalium libro* haberi licet, vbi ſic ſcribitur. In Africa magnitudo anguium mira eſt, vt fertur. Iam enim nonnulli, vbi triremi applicuiſſent, oſſa boum multorum vidiſſe narrant, quos aſſumtos eſſe ab anguibus nõ dubitarent, cum triremes productas in altum quam primum angues inſectarentur, & nonnulli aggreſſi triremem euerterent. Iis itaque omnibus maxima fides habita ſit, quod alicubi miræ magnitudinis & miræ formæ alatæ ſcilicet ſerpentes reperiantur.

B (beside "exſiſtentes … habent a-"); C (beside "a Romanis facti …"); D (beside "cum triremes …")

Serpens boa.

Cap. XXXII. *De draconibus.*

PLinius *in hiſtoria naturali* de draconibus etiam ſcripſit eos elephantibus natura inimicos eſſe. Æthiopiæ dracones magnitudine pares eſſe Indicis & eſſe cubitorum viginti. Æthiopes autẽ, apud quos naſcuntur, vocant aſachei. Strabo etiam ante Plinium ex ſententia Hyphicratis refert, apud Æthiopas, qui Heſperii dicuntur, præter alia miranda, ineſſe quoque magnos dracones adeo, vt herba ſuper eos innaſcatur. Auicenna etiam refert ſecundum quoſdam, minorem draconem eſſe cubitorum quinque, maiorem vero triginta & ſupra. Et eorum oculi ſunt duo magni, & ſub mandibula inferiori eminentia, ſicut mentum & dentes plurimi: eoſque dicit naſci in Æthiopia & India, ſed Indi maiores. Se tamen ipſummet corrigendo inquit, verificatum eſt præter Indiam alibi quoque magnos reperiri dracones, facies eorum dicit eſſe citrinas & nigras, os amplum. Supercilia eminentia, oculos cooperientia. Refert etiam ſe vidiſſe quendam de præfatis, ſuper cuius collo in latitudine deſcendente pili fuerint craſſi tanq̃ eius coma. Externa ſigna ſunt, quod ex draconis morſu paruus fit dolor, poſt hoc inflãmat, & maſculorum morſus peior eſt fœminæ morſu. Hi ergo ponendi ſunt in tertio venenatorum gradu.

E (beside "quinque, maiorem …")

Signa externa.

Cap. XXXIII. *De crocodilis.*

CRocodilus animal eſt, quatuor habens pedes, ſtinco nili ſimilis. Eius magnitudo plerunque duodeuiginti excedit cubitos, ſuperiorem mouet maxillam, & dentibus pectinatim ordinatis morſum triſtem infigit. Hoc animal parit oua, vt anſeres, dehinc ea incubat, & ad dictam, vt dixi, creſcunt magnitudinem, cum animalia in lucem venerint, vnguibus vtitur pro defenſione, cutim habet duriſſimam, ſed ſub ventre leuem, inde delphini ſe ſubmergentes eas ſub ventre feriunt. Die terram, nocte aquam habitant Nili, in terra dormientium fauces apertas Rex auium a cibi reliquiis mundificat; ſed ichneumon clam per os intrans per ventris latera erupta ipſum interficiẽs exit, iis dominantur Nitritici homines ſic ab Inſula Nili dicti. ſtatura parui, ſed contra hos ſtrenues, de quorum imperio mox dicendum. Nunc autem hæc ſatis de ſerpentibus mirabilibus, draconibus & crocodilis, ad eas autem tres gentes, quæ mirabiliter & ſerpentibus & crocodilis dominantur, deſcendere liceat, quibus diſcuſſis ad Latinorum errores accedendum puto.

F (beside "ſum triſtem infigit …")

Cap. XXXIV. *De Pſillis, Marſis, Ophiogenis, ſerpentibus & crocodilis dominantibus.*

PSilli, Ophiogenes, Marſi tres fuere gentes, quæ ſerpentibus terrores incutiebant & eis dominabantur, de quibus Plinius inquit. *Quorundam hominum tota corpora proſunt, vt ex iis familiis, quæ ſunt terrori ſerpentibus.* Quomodo autem eis dominabantur, ſubdit. *Tactu ipſos leuant percuſſos: ſuctuve tumidos.* Curatio tamen cum ſuctione veneni non a vi aliqua, quæ ſit iis propria, dixit Cornelius, ſed omnibus communis, qui ſi forte, vt ipſi audaces fuerint, eque curabunt. Quæ a. ſint iſtæ

G (beside "bantur, de quibus Plinius …")

A gentes, ſubdit Plinius. *Quorum genere ſunt Pſilli, Marſique, & qui Ophiogenes vocantur in Inſula Paro Pſilli homines fuere in Affrica ſupra Garamantas habitantes, ii morſibus ſerpentum non lædebantur. Vnde eorum natos ſerpentibus obiiciebant, qui ab eis intacti matris pudicitiam oſtendebant & originis fidem probabant,* hæc gens a Naſamonibus capta interiit. De quibus hæc Lucanus cecinit. Pſilli gẽtes.

Vix miſeris ſerum tanto laſſata periclo,
Auxilium fortuna dedit gens vnica terras
Incolit, a ſæuo ſerpentum innoxia morſu.
Marmaride Pſilli par lingua potentibus herbis,
Ipſe cruor tutus nullumque omittere virus,
B *Vel cantu ceſſante poteſt natura locorum.*
Iuſſit vt immunes mixti ſerpentibus eſſent,
Profuit in medius ſedem poſuiſſe venenis,
Pax illis cum morte data eſt fiducia tanta eſt
Sanguinis, in terram paruus cũ decidit infans,
Ne qua ſit externæ Veneris mixtura timentes.
Lethifica dubias explorant aſpide partus.

Solinus etiam: *Supra Garamantas Pſilli fuerunt, contra noxiũ virus muniti, incredibili corporis firmitate ſoli morſibus anguiũ non interibant, & quamvis dente lethali appetiti incorrupta durabant ſanitate. Recentes etiam editos ſerpentibus efferebant, ſi eſſent partus adulteri, matrũ crimina plectebantur interitu paruulorũ, ſi pudici probos ortus a morte paterni ſanguinis priuilegiũ tuebatur, ſic originis fidem probabant venenis iudi-*
C *cantibus. Sed hæc gens interiit a Naſamonib. capta, neq; quicquã aliud præter opinionẽ de veſtigio nominis ſui Pſilli reliquerunt.* Ophiogenes gens eſt in Inſula Paro habitãs, eandem cum Pſillis contra ſerpentes vim habens, de qua Plinius loquens gente ait. *ex quadã familia legatus, Exagon nomine a Conſulibus Romæ in dolium ſerpentum coniectus experimenti cuuſſa circummulcentibus linguis miraculum præbuit.* Subiungit etiam. *Signum eius familiæ eſt ſi modo adhuc durat.* Marſorum etiam gens in Italia ſimilem habere cum præfatis vim dicitur, ii enim Romæ viperas venabantur, & ad eſum, & theriacæ confectionem, a quibus Galenus *libro de medicinis ſimplicibus 11. de carne viperæ* loquẽs quæſiuiſſe ſcripſit, an aliquod ſignũ eſſet diſcretiuum inter eas viperas, q̃ ſitim faciunt, & eas, q̃ non faciunt ſitim, dicens. *Idcirco interrogaui venãtes Romæ echidnas quos Marſos appellant, ſi quid haberent, docerent me, ſignum diſcretiuum vtriuſq; generis*
D *echidnarum.* Idem etiã *libro ad Glauconem. Dabis ſic ipſas viperas edendas homini elephantioſo, & mirabe-ris effectũ vtilitatis earum, quas ſic dabis ſine dubio vt Marſos vidimus dare.* Ego igitur Marſos in Italia viperarum fuiſſe ad medicamina venatores a ſenioribus intelligens: ſciens etiam quoddã eſſe ſerpentum genus: materno ſermone maraſſus dictum: quædã ſi fas eſt a nominũ conuenientia habita licẽtia: puto illos ſic dictos maraſſos, viperas eſſe, quas Marſi venabantur, & eos tunc primo appellatos a venatorum nomine marſos, poſtea vocabulum hoc, vti pluries fit, a vulgaribus fuiſſe corruptũ, videlicet iuncta vna litera, ſcil. A. de marſi factum eſt maraſſi. Et in horum fidem eſt, ꝙ ea, q̃ a ſenioribus de vipera dicta ſunt in iſtis vulgo dictis maraſſi reperiuntur, pariunt n. animal, & formã corporis habent ſuperius deſcriptã, licet forte longo poſt hoc temporis defluxu & hominum ignauia, nomen hoc maraſſus, quod eo tempore viperis accõmodabatur, iam a nonnullis non viperis, ſed aliis ſerpentum ſpeciebus ab aliquibus
E attribuatur, hinc patet viri illius error, qui licet viperas dixerit eas eſſe, q̃ in cura lepræ & theriacæ cõfectione accipiuntur, veritati in hoc conſentiens, minus docte tamen ſcripſit, cum dixit illas viperas Galenum in *11. de ſimplicibus medicinis* nuncupaſſe maraſſos, non n. maraſſos ſcripſit, ſed Marſos, vti ſuperius monſtratum eſt. Harum igitur trium gentium miranda fuit contra ſerpentes vis. Non minus etiã miranda quorundam vis in Affrica habitantium in Inſula quadã Nili cõtra crocodilos, ii enim corpore ſtatura breues, Nitricæ dicti crocodilis dominantur: ceteris hominibus infeſtiſſimis, de quibus ſic a Plinio ſcribitur: *Nam in Nili inſula Nitricæ naſcentes tanto ſunt crocodilis terrori: vt vocẽ quoq; eorum fugiãt.* De crocodilis etiam loquens ait. *Quin & gens hominum eſt huic beluæ aduerſa in ipſo Nilo in interiori Nitri Inſula quã habitat appellata menſura eorum parua, ſed præſentia animi in hoc tamũ vſu ita terribilis,* hęc contra fugaces belua eſt fugax contra ſerpentes, ſed aduerſum ire ſoli ii audent, qui & flumini innatant: dorſoq; equitantium modo impoſiti: hiantibus reſupino capite ad morſum addita mox claua a dextra
F leuaq; tenentes: extrema eius vtrinq; vt frena in terrã agunt captiuos ac voce etiam ſola territos cogũt euomere recentia corpora ad ſepulturam. Itaq; ei vni Inſulæ crocodili non adnatant olfactuq; eius generis hominũ vt Pſillorum ſerpentes fugiuntur. Et hæc ſatis de gentibus illis, q̃ ſerpentibus & crocodilis dominabantur. Hæc n. hoc in loco deduxi propter Marſos in Italia viperarũ venatores, a quibus vipera ipſa ſuſcepit nomen, ꝙ poſtea, vt puto in aliud, ſ. Maraſſum vitiatum inuenitur. Inter tot igitur ſerpentum genera q̃nam ſit illa ſerpens, q̃ theriacam magnam ingreditur, qm̃ illa eſt græce echis, & echidna dicitur: latine autẽ vipera & nõ thirus, ex iis ſatis demonſtratũ eſſe puto: De erroribus aũt circa hoc in quos plurimi ac fere oẽs de hoc ſcribẽtes latini inciderunt, tã re, q̃ nomine nunc diſputandum eſſe exiſtimo.

CAP. I. *Sectio ſecunda de latinorum erroribus tam interpretũ quã reliquorum Philoſophorum ac Medicorum. Et primo de errore interpretum ex arabica in latinam interpretantium linguam.*

G ERubeſco quod tot ac tanti circa hoc animal & Philoſophi & Medici defecerint latini: licet in ceteris aliis eruditiſſimi. Nec parua mihi viſa eſt prouincia, vt inter tales ac tantos vellem tanquam arbiter iudicare viros, ſed id mihi pro debita defenſione aſſumam: quod alias in libello aſſuumſi, quẽ de ordine doctrinæ phyſicæ Ariſt. edidi, in quo veritatis clypeo cõtra errantes Philoſophos latinos

me muniui. Nam etſi veritas vt plurimum odium parere ſoleat, eã tamen a Philoſophis colendam eſſe A
putatur. Legite igitur parumper q̃ſo, & ea, q̃ hactenus ſcripta, & ea, q̃ mox diſputanda ſunt, ſi n. recto in-
ſpexeritis ſupercilio, & abſq; vllo iudicaueritis liuore: me profecto non inani gloria, nec alia de cauſſa, q̃
zelo veritatis hæc ſcripſiſſe cognoſcetis. Ad id igitur, vnde fluxit ſermo, redeuntes dicimus, duo fuiſſe
ſcriptorum genera, qui circa ſcientiam huius animalis peccauere, ſ. interpretes Arabicorũ librorum, &
Philoſophos ac Medicos, q ex malis interpretationibus in errorem elapſi ſunt. Peccauit n. Simon Ianu-
enſis, qui librum de ſimplici medicina Serap. & Albucaſim interpretatus eſt. De quo libro Albertus M.
lib. 25. ſuo de animalib. capite de animalib. a littera. T. incipientibus de thirio loquens, mentionem fecit.
Peccauit & Raynaldus de villa noua, q librum de viribus cordis Auic. ex Arabico in linguã latinã male
interpretatus eſt. Peccauere quoq; illi, quicunq; fuerint, q Hal abatẽ, & alios nõnullos interpretati ſunt
auctores Arabicos. Neq; delictũ hoc in libris medicinæ ſolum, ſed in libris Ariſt. qui ex arabica in latinã B
deducti ſunt linguã, euidenter cõmiſſum eſt. In iis n. omnibus, vbi viperã interpretari debuerant, thi-
rium interpretati ſunt, nec mirũ, qm̃ eorũ plurimi arabicam ignorãtes linguã, aliorũ ſuffragio vſi ſunt,
eo quippe modo, quo Simon Ianuenſis: Abrahã Iudæi auxilio *in libri de ſimplicib. medicinis* Serap. & Al-
bucaſis interpretatione vſus eſt. Ignari n. vt dixi, literarũ arabicarũ, neq; nominis huius theriacã etymo-
logiã intelligentes, putantes aũt nõ a ſui cõſerentia, ſed ab ingrediẽte potius animali, theriacã dici, cre-
didere thirũ illius animalis, eſſe particulare nomẽ, quare vbicunq; apud Arabes nomẽ aĩalis theriacã cõ-
ficientis inuenere, ipſum thirũ interpretati ſunt, cũ tñ viperam interpretari debuerãt, itaq; cũ huius er-
roris cauſſa fuerit & arabicarũ literarũ & huius græci noĩs etymologiæ inſcitia, ſi ei theriacã ab hoc nõĩe
thirion deriuari, & thiriã ferã ſignificare ſciuiſſent: thirũ profecto vnũ ſpeciale animal eſſe nõn dixiſſent.
Quo errore factũ eſt, vt nõ noĩe ſolo, ſed vſq; ad rẽ pceſſerit ignorantia, cũ magna ex theriacæ carentia C
hominũ iactura. Et vt horũ error magis detegat, cũ arabicas matres nõ habeamus a Sera. c. initiũ facie-
mus, ex quo de facili tota interpretũ denudabitur imperitia. Nec alicui ſuperfluum videri debet, ſi verba oĩa
Serap. & Dioſ. & Galeni partim introduxero, iis n. tota interpretum eluceſcet inſcitia. Ait igit Serap. *La-
bauie alfabai, i. carothiri.* Gal. *caro thirii calefacit & deſiccat.* Mos fuit huius interpretis in hoc libro nõĩa
primo ppõnere arabica, dehinc ſuã ſubdere interpretationẽ, pponit ergo hæc duo verba vel ſimilia, ſiue
n. hæc, ſiue alia, nihil intereſt, vnũ hoc eſt verũ, qp thirion nomẽ minime pponit, ſed ipſũ in eorũ noĩum
arabicorũ expoſitione ſubiunxit. Sint igit iſta duo noĩa pfata lathame alfahi, iis propoſitis interpretat
eã dicens, i. *caro thiri.* Certũ n. eſt horum nõĩum vnum carnẽ, quodcunq; de illis duobus ſit, alterum v.
animal vnum ſignificare particulare, de cuius carne eſt pſens ſermo. Si ſic eſt, nõ igitur in matre arabica
ſcriptum fuit a Serap. hoc nomẽ thirus, ſed hoc nomẽ ab interprete poſitũ fuit. Quare Serap. nõ poſuit D
thirum in ſua matre, ſed vnum de duob. ppoſitis nominib. nõ ergo fuit Serap. ſed interpretis vitiũ. Quod
cũ p illa vocabula, i. liquido cognoſcitur, cũ dixit verba Serapionis exponẽdo, i. caro thiri. Hæc enim eſt
interpretis, nõ Serap. expoſitio falſa, dicere n. debuerat, i. viperæ caro, & nõ thiri caro. Ex modo itaq; lo-
quendi vitium hoc nõ Serap. ſed Simonis interpretis faciliter agnoſcit, cũ hoc loco viperæ thirũ appo-
ſuerit. Quod n. viperã & nõ thirũ interpretari debuerat, nõ ſolũ ex iis, q̃ circa initia de nomine theria-
cæ ſcripta ſunt, cognoſci poterat, ſed ex totius capituli Serap. ſententiis ac verbis percipi poteſt. Nã totũ
hoc Serap. caput a Galeno. *11. de ſimplicib. medicinis lib.* & a Dioſcoride Græco de carne viperæ aſſumtũ
eſt, q̃ oĩa nõ de thiro, ſed de echidna, i. vipera, & a Dioſ. primo, & poſt eũ a Galeno tradita fuerãt, vt ipſe-
met Serapio eorũ auctoritates interponit. Quæ ego maioris dilucidationis gratia ſecundũ eorũ ſeriem
apponã. Dixit n. Dioſ. ἐχίδνης σαρξ &c. qp totũ ſic interpretatur. *Viperæ caro, ſi comeſta fuerit, acutos red-* E
*dit oculos, & renibus cõgruit, & creſcẽtes manuũ nodos ſiſtit. Oportet autẽ poſtquã decorianeris ipſam, abſcin-
dere caput & caudã propter gracilitatẽ quæ eſt in eis. Fabuloſa n. eſt, quæ dicitur extremorũ abſciſio ad quan-
dam menſurã, reliquũ lotũ in fruſta ſectũ coquendũ eſt cũ oleo & vino, & granis ſalis paucis, & aneto. Ferunt
autẽ pediculos gignere admittentib. quod eſt falſũ: tradunt etiã nonnulli longæ ſenectutis eſſe comedentes ipſas.
Arbitrantur & ſales ex eadem, non tamẽ æque operãtur. Imponatur autẽ vipera in ollã nouã & cũ illa ſalis ſi-
cũũ tritarũ ſextæ quinq;, vel ſex cyathis mellis, lutoq; obturatur os olle & torretur in fornace, donec fiãt carbones
ſales, poſtea minutim contriti reponãtur, mixta illis ad faciendũ bonũ ſtomachũ, nardi ſpica, aut folio aut ma-
rabatro pauco.* Vides quonã modo Serapio a Dioſ. de viperæ carne carniũq; pparatione ac virtutibus &
ſale echidnarũ ſi ſere ſuſceperit, imo quaſi eius verba aſſumſit, id n. qp Dioſc. græce ſcripſit ἐχίδνης σαρξ,
i. *vipera caro.* Serapio in arabica ſcripſit, *labamo alfabai,* qp poſtea interpres thiri caro male interpretatus F
eſt, qp profecto interpretis vitiũ: etiã a Galeni verbis clariſſime dignoſcitur. Scripſit n. *Echidnarũ igitur
carnes calefacientes ſiccantesq; palã eſt videre, cõditas vt anguillæ, oleo, ſale, aneto & porro & aqua ſc. propor-
tionali iis quod aũt mundificent per cutim totũ corpus: ſuppetit tibi cernere ex iis quoq;, quæ expertus ſum.* Vi-
des igit Serapionẽ in hoc capite Dioſ. & Galenũ imitatũ fuiſſe. Narrat quoq; Galenus ea, q̃ de viperis in
cura lepræ tã a caſu, quã a deliberatione in vino infuſis, dũ iuuenis eſſet, eueniſſe cõſpexerit. De quibus
ipſe etiã Serapio ſic ſcripſit. *Etiã verificauit experientia, quod thirus quãdo ponitur in vino & bibunt ex eo
leproſi incraſſetur cutis eorũ tota, deinde cadit ſicut cadunt teſtæ*, q̃ ſi in loco pfato a Galeno ſumta ſunt.
Quare ſi Dioſ. ſi Galenus de echidna ſiue vipera hæc oĩa dicta ptractauerint, & hos duos Serapio in hoc
capite imitatus ſit, cur igit tale, neſcio qp nomen hic interpres deduxit in medũ? qp nomen vel fictũ eſt
nihil ſignificãs, ſi ſic vt ipſi ſcripſerunt, accipiat, vel ferã in genere, ſi recte accipiat thirion vel thir ſigni- G
ficabit. Error igit huius noĩs nõ auctoris Serap. vt q dã credidit: ſed interpretis potius fuit vitium. Nam
Serapio ipſemet *in ſuã practice lib. tũ alibi,* tũ & iis in locis, vbi de cura lepræ & cura venenatorũ aĩalium,
& in cõfectiõe theriacæ agit, ſemp de vipera: nullũ de thiro vnquã fecit verbũ, cum tñ iis in locis de eodẽ
loquat animali, de quo in præfato *libri de ſimplicibus capite locutus fuerit.* Similiter & Auic. *quinto ſui cano-
nis li-*

A *nis libro de theriaca loquens, & quarto de cura venenatorum & de cura lepra*, & vbique locorum ſui cano-
nis nunquam de thiro, ſed de vipera ſuis ſcripſit locis, quanquam *in quarto libro* de cura lepræ ſic repe-
riatur. *Et vt in potu ſumat de trochiſcis thiri.* Et *quinto* ait. Deſcriptio alia. *℞. trochiſcorum ſquillæ aureos*
28. trochiſcorum vipera, &c. Idem enim intellexit per thiri trochiſcos: aliquando enim eos thiri: ali quã-
do viperæ nuncupauit trochiſcos ſeu de vipera & ex vipera. Illi enim trochiſci thirii dicti ſunt,
id eſt, ferales. Eos enim Galenus trochiſcos theriacales, Plinius theriacos, id eſt, ferales nun-
cuparunt. Auicenna autem trochiſcos thiri ſiue thirios, id eſt, ferales nuncupauit. Cum igitur Auic. &
Serap. in iis ſuis Voluminibus a Gerardo Cremonenſe viro in Arabico præfatis peritiore in latinam de-
ducti ſint linguam: merito nõ de thiro, ſed de vipera omnis ſuus factus eſt ſermo. Et hac etiam de cauſ-
ſa *in libro Almanſo. & libro diuiſionum*, nunquam de thiro, ſed de vipera fit ſermo, & ſi forte in Auicenna
B locis præfatis thirum inueneris hoc rariſſime fit, per thirum ſerpentem potius & feram in com-
muni intelligendo, quam vnum particulare animal. Iis igitur ſatis lucide monſtratum eſſe videtur, pec-
catum huius nominis thirus non ab Arabibus, ſed ab iis interpretibus, qui libros Arabicos non recte
interpretati ſunt, origines traxiſſe. Id enim, quod de Medicis dictum eſt codicibus, in Ariſtotelis quo-
que Voluminibus de animalium hiſtoriis ex arabica in linguam deductis latinam inuentum eſt. Nam ea
parte, qua dixerat *tertio libro & quinto* viperam animal parere ſolam inter ſerpentes: ſui interpretes de
arabica in latinam linguam thirum interpretati ſunt, quo errore etiam Albertus Magnus lapſus fuit,
quod enim græce Ariſto. echin vel echidnam dixit, illi mendoſe thirum dixere, cum tamen viperam po-
tius dicere debuiſſent, eo quippe modo, quo Theodorus Gaza vir illuſtris interpretatus eſt, & quo no-
mine Plinius ſemper vſus fuerat. Quod igitur ignari literarum Arabici interpretes ii. fuerint, qui primo
C hoc nomen thirus apud noſtros finxerint, cum tamen Arabes ipſi auctores huius erroris nullam adhi-
buerint cauſſam, ex iis ſatis lucide demonſtratum eſt. Quãta autem fuerit interpretum & ſcriptorũ im-
peritia, hoc etiam nobis Galeni diuerſæ interpretationes oſtendunt ii. enim, qui ex arabica in la-
tinam interpretati ſunt linguam, thirum loco viperę deduxere, qui vero ex græca in latinam lin-
guam echidnam vel viperam interpretati ſunt. Adeo autem in iis creuit error, vt noſtri temporis im-
preſſores eiuſdem *libri de ſimplicibus medicinis Galeni priores libros* ſex ex arabica: & poſteriores ex græca
ſumentes monſtruoſe impreſſerint, quo factum eſt, vt eodem in libro a ſeptimo libro ad anteriora thi-
rus a ſeptimo vſque in calcem echidna reperiatur.

CAP. II. *Generalis diſputatio contra Philoſophos ac Medicos latinos de animali theriacam conficientes; &*
hoc nomine thirus male ſentientes.

D OCcaſione horum interpretum loco viperæ thirum falſo interpretantium, plurimi ac fere omnes
iuniores Philoſophi ac Medici latini, qui de hoc animali locuti ſunt, in errorem inciderunt, ſenio-
res quippe ab interpretibus, iuniores autem & ab interpretibus, & ab aliis Philoſophis & Medicis ſenio-
ribus ſui erroris occaſionem accipientes, adeo vt non ſolo nomine, quod tolerari poſſet, verũ ipſa quo-
que re decepti ſunt, quorũ famoſior inter Philoſophos fuit Albertus Magnus, qui in ſuo de animalibus
libro diſtincta duo de vipera & thiro ſcripſit capita: multa de thiro & falſa, & confuſa ſcribens. Ipſe e-
nim ſui erroris occaſionẽ ab interpretatione libri de animalium hiſtoriis ex arabica in latinam facta lin-
guã, & a capite Serap. ſupraſcripto incaute ſumpſit. Cuius veſtigiũ plurimi ſubſecuti ſunt. Petrus de Ap-
pono in concilio & alibi D. Nicolaus Florentinus: Aggregator de Dondis & alii plures Alberto iunio-
res, licet eo etiam ſeniores fuerint Medici, qui circa hoc prius errauerint. Contra quos quidem in com-
E muni primo rationibus quibuſdam vtar, dehinc ſingulatim contra nõnullos diſputabo. Noſtræ autem
diſputationis initium contra hos potiſſimum, qui ab interpretibus errorem ſumſerunt, quãquam con-
tra eoſdem et interpretes eæ rationes vim habeant, hinc ordiri oportet. Humay Arabs theriacę Andro-
machi expoſitor ſic ſcripſit. *Incipiamus ergo & dicamus, quare dicatur theriaca. Dico ergo ꝙ ipſa nominatur*
propter duas cauſſas, quarum vna eſt propter iuuamentum ſuum ad puncturam reptilium habẽtium venena.
Nam ipſa nominãtur græce thiria. Nomen ergo theriaca, a nomine græco diſcendit, quod ſi græcum eſt, a Græ-
cis mutuari debet, ſed apud græcos, hæc ſola duo reperiũtur nomina a quib hoc nomen theriaca deriuari poteſt.
ſ. thir, & thirion, hæc autem duo non vnũ particulare animal, ſed cõmune, quod eſt fera, vti prædiximus, ſigni-
ficat. Quare non recte dixerunt dicentes thirum eſſe animal vnum particulare ex quo theriaca denominetur,
& conficiatur. Ad hæc ſi hoc nomen thirus, ex quo, vt dicitur, theriaca conficitur, vnum ſignificat aĩal
F particulare: tale profecto, & ſui beneficii cauſſa, cum theriacam conficeret, & ſui curationis gratia cum
vnum de aĩmalibus eſſet venenatis a Philoſophis & Medicis naturas ſerpentum contemplantibus & ex
eo theriacam conficientib. accurate pertractatum fuiſſet, eſſet n. in ſeniorum Philoſophorum ac Medi-
eorum libris famoſiſſimũ ac celebratiſſimũ aĩmal, ꝙ minime factum eſt; ſub hoc n. noĩe thirus a ſenio-
ribus Græcis, Arabib. aut Latinis de nullo tali pertractatum eſt animali. Nam neq; Ariſt. in vera matre,
q eſſentiam animalium cum operationib. generationẽ & vitam, tam per hiſtorias, q̃ in cauſſarum reddi-
tione tradidit, de thiro aĩmali pticulari nihil ſcripſit. Neq; Nicander Poeta, q de ſerpentib. poema in-
ſcriptũ theriaca cõpoſuit. Neq; Dioſcorides, q de venenatis aĩalibus plura ſcripſit, neq; Cornelius Cel-
ſus, neq; Lucanus, neq; Plinius, q aĩmalium hiſtorias, neq; Galenus q de venenatis aĩalib. plura ſcripſit,
& eorum curis. Neq; Herodotus hiſtoriographus: neq; Strabo coſmographus, neque Solinus, qui de
plurimis ſerpentum ſpecieb. pernitioſis agunt. Nec tandem Arabes. ſ. Humay Andromachi expoſitor,
G nec Serapio, nec Aui. *quarto canonis libro* vbi de plurimis animalib. venenatis ſingulatim ſcripſit: de thi-
ro ipſo tanquam de vno particulari animali non dixero tractauere, ſed nec vnum de eo fecere verbũ,
vel ſi forte, licet rariſſime apud Arabes dictos inuentum fuerit hoc nomen thiria, vel ſimile, non pticu-
lare, ſed generale nomen. ſ. ferã aut ſerpentẽ intelligere voluere. Ii n. præfati Philoſophi Medici Hiſtorió

graphi, Coſmographi & Poetæ de baſiliſco, cathoblepa, aſpide, hirundine, ceraſte, cherſydro, hydra, ſæpa, iaculo, amphiſbena, ſcitali, chelydro, kenchri, amodite, pharia, echidna, id eſt, vipera, & aliis pluribus, A vti ſuperius, traditum eſt, naturas, ſigna & accidentia externa & interna & curam diffuſe ſatis tractauere, de thiro autem penitus nihil. Et ſi forte in aliquo libro ab eis edito thirum inueneris; non hoc in matre græca aut arabica: ſed in latino exemplo vitio interpretis, vti diximus, vitiatum reperies. Cedant igitur iuniores latini Philoſophi, cedat omnis noſtra Medicorum turba, quę aut ſcriptis ſuis aut viua voce thirum animal vnum particulare prædicant, ex quo & paſtillos theriacos & theriacam confici dicunt, non enim thirus dicitur, ſed echidna vel echis græce: latine vero vipera, hæc igitur ſit noſtra contra iuniores latinos communis diſputatio, qua omnes conuincuntur Medici & Philoſophi, dicentes thirum eſſe nomen animal vnum, ſiue ſpeciem vnam ſerpentis ſignificans, ex quo theriaca cõficiatur. Eſt enim nomen mõſtruoſum & fictum. Nunc autem ad eos ſingulatim accedamus, quorum aliqui nõ ſolo nomine, ſed nominis occaſione in ipſa quoque re non parum deliquere. B Si enim præfati ſolo peccaſſent nomine, ipſum thirum dicentes eſſe animal, quod theriacam ingreditur re autem id acciperẽt, quod eſt vipera: cum illis profecto nulla mea eſſet contentio. Ceterum cum ex nominis inſcitia in rei errorem inciderim: adeo vt in theriaca nonnulli animalia pernitioſiora: aliqui vero ea ſola ſumi debere dicant, quæ ex Syria aut Ægypto exportari debeant, ita vt tota fere hominum multitudo hac glorioſiſſima careat confectione, quæ theriaca dicitur; putantes nonnulli animal illud eſſe, quod horrendum oculis noſtris monſtruoſum, adeo vt ſolo hoc nomine, quod eſt thirus, terreantur. Idcirco nullo me pacto continere valui, quin contra hos, licet in ceteris approbatiſſimos de hoc agerem animali.

Cap. III. *Specialis diſputatio contra Albertum Magnum Philoſophum de thiro.* C

Itaque Albertus Magnus qui apud latinos plurima ſcripſit de animalibus, viperam a thiro poſuit diſtinctam, de eis duo faciens capita lib. 25. de thiro litera T. de vipera litera V. De thiro quippe reperio plurima non in nomine ſolo, ſed re quoq; mendoſa, ac ſibi inuicem contraria ſcripſiſſe. Et vt error iſte magis dignoſcatur, Ariſtotelis verba de quatuor anguibus & Alberti dicta mox apponenda videntur. *octauo enim de animalium hiſtoriis libro*, ſic ſcribitur ab Ariſtotele, vti Theodorus Gaza recte interpretatur. *Anguium quoq; ictus per loca plurimum differunt. Aſpis enim anguis, ex quo medicamentum illud putrificum componunt in Affrica gignitur. Cuius ictui nullum remedium eſt.* De hoc aut Albertus ibidem. *Adhuc morſus ſerpentum magnam ſecundum loca accipit diuerſitatem, quoniam Draco quidam eſt in terra Æthiope, ex quo generatur quadam thiri ſpecies, ex qua accipitur antichon, hoc eſt, venenum peſſimum contra quod nulla eſt medicina.* Id quod Ariſtoteles in matre græca aſpidem dixit, iſte thirum vocauit, ſimiliter D ſuperflue appoſuit ipſam ex Dracone generari, non igitur nomine ſolo, ſed re ipſa quoque defecit, quoniam thirum loco aſpidis accepit. De alio etiam ſerpente ſubſequenter, dum de aſpide loqueretur, ſubdidit. *Naſcitur eodem in agro, in quo laſer ſerpens, quidam puſillus, cuius remedium lapis eſt, quem ex ſepulchro cuiuſdam regis antiqui accipiunt, eoque perfuſo ex vino bibunt.* Et de hoc Albertus inquit. *Similiter autem in loco Libiæ, quem alkian vocant, eſt ſerpens paruulus valde, qui morſu ſuo inficit & interficit homines, & fertur quod contra morſum eius non valeat aliquid, niſi lapis, qui accipitur in antiquiſſimis Regum ſepulturis, qui ſibi imbibit balſamum cum humore egreſſo de corpore mortui, hic acceptus & raſus in vino, & in potu datus dicitur hoc venenum reſtringere.* De tertio ſerpente inquit Ariſtoteles. *Serpens quidam minutus eſt, quem aliqui ſacrum appellant: quem angues prægmagni fugiunt, magnitudo huic ad cubitum ſpecies hirſuta, quicquid momoderit continuo circiter putreſcit*, de quo Albertus. *Inuenitur autem thirus ſiue ſerpens quidam quem græci alkineni dicunt, latini autem quidam eum vocant baſiliſcum, alii verius vocant enim regulum, eo quod eſt ſerpentum rex, quem alii ſerpentes etiam magni fugiunt, cum tamen in longitudine non excedat cubitum, & eſt piloſus in toto corpore, & quando mordet aliquod animal vel hominem, cito putreſiunt ea quæ circumſtant morſu ex calore veneni.* E Ecce quonam modo, id quod Ariſtoteles minutum vocauit ſerpentem, Albertus thirum nuncupauit. Et id quod Ariſtoteles dicit, quoſdam illum ſerpentem vocaſſe ſacrum, ipſe Albertus dicit Gręcos eum baſiliſcum nuncupaſſe, non ſolum enim thirum de hoc ſerpente finxit nomen, ſed baſiliſcum etiam nomen thiri appellauit. De quarto ſerpente ſcripſit Ariſtoteles. *Eſt præterea in Indica regione ſerpens paruus, cuius vnius remedio carent incolæ.* De hoc autem Albertus inquit. *Similiter autem in India inuenitur quidam paruus thirus quem vocant baſiliſcum, & morſus huius eſt adeo fortis & calidi veneni, quod contra ipſum non inuenitur medicina.* Ecce quonam modo in hac F quoq; ſerpentis ſpecie nomine peccauit, ipſum appellando thirum: quem ſerpentem paruum nũcupauit Ariſt. Baſiliſcum quem in hoc loco thirum nuncupans, nõ nomine ſolo, ſed re etiam deliquit. Tanta eſt enim huius viri in iis nominibus confuſio, vt nemo quid ſenſerit de iis, accipere valet, hic enim thirum vocat baſiliſcum, cum tamen inferius *libro 25.* baſiliſcum in litera B. a thiro diſtinctum poſuerit. Ex iis itaque ſatis notum eſt Albertum in iis quatuor ſerpentum ſpeciebus aut ſaltem tribus grauiter peccaſſe, eas. ſ. thiros appellando ac baſiliſcos, cum tamen Ariſtot. in matre græca aſpidem vnam de illis, & alias ſerpentes ſimpliciter nuncupauerit. In quem errorem libro etiam 25. litera T. manifeſte incidit, loquens enim de thiro *circa cap. finem*: duas thiri poſuit ſpecies, eaſdem. ſ. quas præfato loco *libro 7.* tertiam ac quartam poſuit, ſic dicẽs in litera T. *Peius tamen in hoc genere ſerpentis*, ſupple, qui thirus dicitur, *eſt quoddam genus paruum cubitale in longitudine, cuius pellis eſt hiſpida piloſa, & cuius morſus peior eſt, &* G *putrefaciens corpus ex loco vulneris in circuitu, & ſic occidens.* Deinde ſubiunxit. *Thirus autem Indiæ, qui minor eſt quam cubitus pernitioſus eſt ſuper omnes alios thiros.* Eæ duæ ſpecies ſunt illę quas *libro 7.* tertiam ac quartam poſuit in ordine, licet illic thiros hos baſiliſcos Libię & Indiæ, hic autem thiros ſolũ nuncupauit.

A panit Ii igitur ſunt errores,in quos occaſione interpretis præfatus Albertus incautus incidit.Prꝫter hos
thiros *libro 7.* aliam thiris ſpeciem poſuit. Idem quam apud nos eſſe dicit. *Adhuc autem non oportet la-
tere, quod thirus apud nos ſit ſerpens quidã anteriora ſui corporis erigens,de quo ſupra diximus,& de carnibus
eius recipitur in compoſitione theriacæ.Hic autem non vtimur ſic thiro,ſed pro genere ſerpẽtis quod ſub ſe mul-
tas continet ſpecies ſiue calidum habeant venenum ſiue frigidum,per quæ verba tria colliguntur.* Vnum eſt,ꝙ
apud nos vna ſit thiri ſpecies,ex qua fit theriaca.Secundum,quod thirus iſte ab aliis quatuor ſerpentum
ſpeciebus, quas ſuperius thiros vocauit,apprime ſit diuerſus, cum vnum animal particulare ſit, ex quo
theriaca conficitur.Tertium,quod cum ſuperiores ſerpentes thiri dicãtur, tunc hoc nomen thirus pro
vno ſerpentum genere capitur, quod ſub ſe multas cõtinet ſpecies, ex quo baſiliſcus ſub eo cõtineatur.
Quib.ex verbis vna colligitur diuiſio, videl. quod thirus vno modo dicatur de ſpeciali animali, ꝙ apud
B nos theriacam componit. Alio modo ſit genus ſerpentũ ſub ſe plures cõtinens ſerpentum ſpecies,puta
baſiliſcum & alios. Sed certe ſi ea, quæ ſcripſimus, recte conſideraueris,in iis plura inuenies non recte
dicta. Hoc enim dictum ad placitum & falſo dictum eſt.Ad placitum quidẽ, quoniam nec ab Ariſt. nec
ab vllo Philoſophorum aut Medicorum vnquam inuentum fuit, vt thirus ſit vnum ſub ſerpente cõe
nomen & genus ſub ſe,tamen plures continens ſerpentes, ſed thirion eſt ſerpentum genus, cum θηρίον
feram ſignificet, & ſi tale forte reperies, hæc non in matrib. ſed vitio interpretum factum inuenies, vti
ſuperius monſtratum eſt. Falſo autem dictum eſt, quoniam illud particulare animal, quod theriacam
ingreditur,non thirus,ſed vipera dicitur. Falſum etiam, qm̃ thirus non eſt alicuius generis ſerpentum
nomen,ſed thirion,vti dixi.Patet igitur quantã in ſe Alberti dictum contineat veritatem, hoc ſolum. ſ.
quod apud nos animal reperiatẽ erecto incedens capite,ex quo theriaca conficitur apud nos,quanquam
C plura alia neceſſe ſit adhuc habere ſigna vltra hoc, ꝙ caput erectum deferat: vt tale animal theriacam
ingrediens a ceteris dignoſcatur ſerpentibus.hoc n.animal eſt vipera, & non thirus,vti probauimus. Id
tamen,quod mihi dubitationem de hoc aĩali apud nos inuento inducit,ex quo dicit,*conficit theriacã:*
eſt vtrum iſtud aĩal,de quo hic loquitur,ſit illud,de quo lib.25.litera T. agit, vbi ſic dicit. *Thirus autem,
qui apud nos abundat,eſt ſerpens duorum aut triũ cubitorũ,&c.* Nam ſi ſic,tunc eius dictum eſt falſum,qm̃
de hoc litera T.ipſemet dicit,ipſum non eſſe venoſum,& eſſe nigrum:animal autẽ,ex quo theriaca con-
ficitur,venenoſum eſt,in medio venenatorum conſiſtens gradu, & flaui non nigri coloris. Si non,cur
ergo in litera T.diminutus fuit?eam derelinquens thiri ſpeciem,quæ naturæ humanæ commodior pu-
tatur,cum ex ea theriaca conficiatur.Dices fortaſſis,de eo thiro tradidiſſe in principio,cum dixerit vnã
thiri ſpeciem in apeninis Italiæ montib.reperiri, ſed neq; illud illius inſufficientiam excuſat,qm̃ aĩal,ex
D quo apud nos theriaca conficitur,non in ſolis nutritur apeninis montibus, ſed vbiq; per totam Italiam
ſuã etiam inſufficientia magis cognoſcetur:ſi omnia ab eo in litera T.tradita de thiro colligantur.Nam
ibi ponit thirum in Iordani ſolitudine, alterum in Italiæ apeninis montibus, alterum dicit inueniri a-
pud nos non venenatum; alterum apud Æthiopias, quem dicit venenatum in primo gradu, alterum
in Libia, alterum Indicum,quos duos baſiliſcos appellat;de iis omnib. ex duob. iis thiriis dictis baſiliſ-
cis nõ fit theriaca.Ex illo quem dicit litera T.eſſe apud nos,cum nullum in ſe cõtineat venenũ,ſimiliter
non fit theriaca.Ex iis igitur ſolis ex verbis ſuis theriaca conficitur:videl. ex thiro in Iordani ſolitudine,
in Italiæ apeninis montib.& thiro Æthiopiæ ſub cancro. hoc autem falſum & diminutum eſt,quoniam
& in Aſia tota & Affrica,& Europæ partib. animal theriacam conficiens inuenitur.ſ.vipera.De ea enim
vipera in minori Aſia inuenta Galenus. *10. de ſimplicibus medicinis libro* ſcripſit; nonnullos & caſu, &
E deliberatione ſanatos ex potu vini, in quo vipera in illius regionis agro exſtincta fuerat, quare animal
theriacam conficiens nõ ſolum in illis p̃fatis locis, ſed alibi etiam reperitur. Ridiculum n.eſt credere, ꝙ
q theriacam conficere velit neceſſe habeat vel ad Iordani ſolitudinem, vel ad Æthiopas, vel ad apeninos
Italiæ montes accedere.Quare ſatis notum eſſe puto Albertum *lib.7.ac lib.25.litera T.* de thiro non ſolo
nomine, ſed re quoq; male ſenſiſſe. Ad hæc eius dicta contraria ſunt iis, quæ a ſapientibus Medicis tra-
dita ſunt.Galenus enim & alii aſpidem & alias reſpuunt ſerpẽtes, quæ in primo ſunt venenatorum gra-
du,eo quod nimia ſui venenoſitate mortem potius, q̃ ſalutem inducerẽt. Ipſe autem Albertus litera T.
contrarium dixit.Eſt autem genus thiri venenoſum, & eſt ordinis primi, ꝙ licet carnib. ſuis infecta cu-
ret membra ſicut lepram & venenata,propter quod theriaca de carnib.eius conficitur,&c.Ad hæc pec-
cauit Albertus non in iis ſolis, q̃ de thiro præfata ſunt, ſed ẽt circa plurima ſui accidentia. De exuuiis n.
F de Æthiopiæ thiro loquens dixit. *Hic ſerpens in Æthiopia ſub cancro more draconis ſe expoliat primo: in-
ter oculos primo ſoluendo,ita quod quaſi acus apparet, & deinde ſub capite,& poſtea ſub ſpatio vnius noctis &
diei de toto corpore per anguſta tranſiens deponit, & ſic redit ad iuuentutem.* Per hęc n.aſſerere videtur hunc
exuuiarum modum ſoli thiro Æthiopiæ ꝓprium eſſe, quod nõ eſt, cum iſte modus exuuiarum omnib.
ſerpentib.ab Ariſt.*octauo de hiſtoriis animaliũ lib.* accõmodatus ſit cum dixit. *Vipera etiã exuit tam vere
quã authumno.* Cum ſerpẽs exuere incipit,ab oculis primum detrahi aiunt,ita vt obcæcari videantur iis,
qui rẽ nõ intelligunt,tum caput exuitur, glabrum n.hoc omnium anteq̃ reliquum corpus, apparet: q n
ipſe Albert.ſuper illo Ariſt.tex.de thiro ſimpliciter exponit dicens. *Thirus autẽ ſerpens prius expoliat, &c.*
varia igitur de eodẽ in diuerſis loquitur locis, nunc de thiro ſimpliciter:nunc de thiro Æthiopiæ, eundẽ
ponens exuuiarum modum tanq̃ de re ſibi ignota dicens, ꝙ ꝓfecto ei accidit ex mala interpretum trãſ-
G latione, qui thiro & loco vipæ & loco ſerpentis ſæpe vſi fuere. Amplius de hoc aĩali, quo ad eius gñra-
tionem in dictis ſuis videtur diuerſitas. Nã lib. 25. litera T. de thiro ſic dixit. *Hic ſerpẽs eſt de genere viperæ,
qa primo intꝰ ouat, & poſtea extra parit animal.* ex quib. verb. hoc primo falsũ eſt, videl. thirũ eſſe de gñe vi-
pæ; quaſi velit vipã genꝰ eſſe, & ad alia, & ad thirũ, ꝙ nõ eſt; vipera n. eſt ipſe thirꝰ, ſi ꝓ thiro aĩal cõponẽs

theriacam accipiatur. Si autem thirus pro communi genere plurium animalium accipiatur, vt *in 7. di-* A
xit libro, ita vt ſub eo baſiliſcus contineatur, falſum eſt, quod thirus ſit de genere viperæ, non enim
ſub vipera baſiliſcus continetur, quare hoc ſuum dictum nullam in ſe continet veritatem, cum dixit,
hic ſerpens eſt de genere vipera. Imo dici debet, hic ſerpens eſt ipſa vipera, neque huiuſmodi verba ſcri-
pſiſſet, ſi theriacæ nomen a thirion non a thiro ficto vocabulo feram in genere, non autem animal ali-
quod particulare ſignificante, ſciuiſſet. Item ſermo ille contrarius eſt iis, quæ *ſecundo libro tractatu ſe-*
cundo, cap. quarto ipſemet ſic ſcripſit. Omnia enim genera ſerpentum faciunt oua, præter thirum, vt dicit Ari-
ſtote. & eſt corrupta ſua litera, quoniam ille, qui vere thirus eſt, notus eſt apud nos, & fit ex ipſo theriaca, & fa-
cit oua, ſed ſerpens, quæ generat animal, eſt vipera, quæ etiam ſæpe cum vterus eius comprimitur, emittit ani-
malia duo vel vnum & aliquando plura. In iis enim verbis manifeſta apparet cum præfatis contradictio,
apparet etiam falſitas, Ariſtotelis enim, vt inquit Albertus, ſenſus in illo loco ſcil. *tertio hiſtoriarum de a-* B
nimalibus libro eſt, quod vipera in lucem edat animal, ceteri ſerpentes oua & ea incubant, quod autem,
in matre Ariſtoteles dixit de vipera, Albertus interpretatione indecenti deceptus dixit de thiro. Et di-
cit literam eſſe corruptam, de quo dicto ſub ſenſu Alberti mentitur. Dicit enim thirum proprie, ex quo
fit theriaca, parere oua, inde falſam eſſe literam, vere mendoſa eſt, non in eo ipſo ſenſu, quem Albertus
habuit. Credidit enim mendoſam eſſe, credens dici debere, quod thirus pariat oua, non animal viuum,
quod falſum eſt, quoniam Ariſtotelis verba de vipera ſunt, vt patet, & in Theodori Gazæ interpretatio-
ne, & in matre Græca, & in hoc ioco principio *quarti libri de animalium partibus, & in fine quinti de hi-*
ſtoriis, ſemper enim de vipera loquens ſimilia ſcribit de vipera, & non de thiro ficto nomine. Quare Ari-
ſtotelis litera ſub ſenſu Alberti minime mendoſa eſt, ſed in eo quippe mendoſa eſt, quod viperę loco in-
terpretator ex Arabica in linguam deducens latinam, non vipera, ſed thirum ſcripſit. Contradictio au- C
tem in ſuis apparet dictis, quoniam id quod in pręſenti negat litera, alibi confirmat. hic enim negat thi-
rum parere animal, dicens ipſum parere oua, *in libro vero 25. litera T.* penitus contrarium dicit. Hic ſer-
pens eſt de genere viperæ, quia primo intus ouat, & poſt ea extra parit animal. *Et 13. libro tractatu ſecun-*
do, capite quarto ſic ſcripſit. Et ſimiliter quodammodo facit thirus, hic enim generat quidem animal, ſed
prius concipit ouum in ſeipſo, ſicut ſæpe dictum eſt. Quam manifeſta igitur ſit inter dicta ſua de thiro
in locis diuerſis contrarietas & falſitas, ſatis monſtratum eſſe puto. Hæc autem ideo euenire, quoniam
quid vere eſſet thirus ignorauit, inſcitiæ cuius cauſſa mala vti diximus fuit interpretum Arabicorum li-
brorum interpretatio, qui id, quod nunc ſerpentes, nunc viperam interpretari debuerint, thirum falſo
interpretati ſunt, tam in *lib. Serap. de ſimplicibus*, quam in pluribus aliis ſapientum Medicorum Arabi-
corum, quandoq; et in Ariſtot. conſcriptionibus ex arabica in linguam deductis latinam, quorum po- D
tiſſimum occaſione auctor hic in *ſuo de animalibus libro*, in hos præfatos incidit errores. Nec mireris ſi
contra Albertum plurimis de thiro inſtiti rationibus, hoc enim de induſtria feci, eo quod hic vnus in-
ter Latinos de primis ſit, qui de animalibus potiſſimum de thiro plura ſcripſerit, & quicquid fere ceteri
ſcripſere Philoſophi aut Medici latini, hunc imitando & incaute malas interptetationes inſpicien do
decepti ſunt. Et hac de cauſſa de ceteris pauca admodum, cum de malis interpretationibus & Alberto
Magno plura dixerimus, diſputanda ſunt.

Cap. IV. *Specialis diſputatio contra Nicolaum Medicum de thiro.*

Nicolaus in antidotario magno in theriacæ magnæ compoſitione, non parum differt, capite enim
trochiſcornm de vipera ſic ſcripſit. *Trochiſci de thiro, qui in magna Galeni theriaca recipiuntur, ſic fi-* E
unt. Inuenias thiros in longitudine vnius palmi exſiſtentes, oculos habentes rubeos, & linguam mobilem, & cor-
nua in modum grani frumenti, caput & caudam tribus digitis mēſuratis abſcinde, medium quod remanet ex-
coria. Hic vir profecto vnum ſuo modo finxit thirum monſtruoſum a ſapientibus noſtris incognitum,
cuius caput ceraſtis ſiue cornutæ caput, longitudo vero iaculi, vel ſecundum Solinum baſiliſci. Quo-
circa non parū de hoc miror viro, qui in cōponendis medicaminibus adeo celebris putatur, quod in hac
omnium compoſitionum domina, tamen breuiter, diminute ac falſo proceſſerit. Falſo inquam, quo-
niam id animal quod theriacales conficit paſtillos, non thirus, vti probatum eſt, ſed vipera dicitur, falſo
etiam, quoniam non cornutum animal, neque tam breue, ſed longius cognouere Philoſophi. Diminu-
te vero, quoniam notas eas, quibus tale animal a ceteris & a ſeipſo diſcernitur, a Galeno & ceteris ſe-
nioribus poſitas, minime diſputauit, quæ notæ, vti ſuperius patebat, plurimæ ſunt. Non enim eo, quod F
cornua habeat, aut eo, quod eius longitudo vnius ſit palmi, vipera a ſapientibus datur cognoſci: ſed eo,
quod caput latum, collum gracile, & de reliquis tam internis, quam externis, quæ ſuperius tradita ſunt.
Ad hæc vtrum ea ſumantur, quæ montana aut marina, aut fameſcens, aut ſimilibus affecta paſſionibus
in ſuperioribus declaratis, & quo tēpore, an æſtate, an vere, an authumno, minime diſputauit. Non igi-
tur magnæ theriacæ confectionem iis neceſſariis decorauit rebus, quibus nomen ſui antidotarii, quo
magnum nuncupatur, ornari debuerit, quare diminutus fuit. Neque ſcio, quonam modo theriacam
iſte compoſuerit, qui monſtruoſum animal nunquam inuentum inuenire curauit. Et de Nicolao iſto
hæc ſatis ſint.

Cap. V. *Specialis diſputatio contra Petrum de Appono de thiro.*

Petrus de Appono, qui librum Conciliatorem & libellum de venenis compoſuit, ſi non re, nomine
ſaltem peccauit. Scripſit enim hæc in ſuo conſilio *differētia 127.* de theriaca loquens. *Et dicitur a thi-* G
ro ſerpente, quoniam carnes ingrediuntur ipſius in eam, & ſunt velut radix & baſis iſtius medicinæ, ita quod
eis priuatis deſtruitur ipſa. & differentia 179. Sciendum quod theriaca eſt multiplex ſecundum diuerſitatem
componentium. Cui tamen illud nomen proprius conuenit, theriaca eſt magna Andromachi aut Galeni, in

quam

A *quam caro ingreditur ſerpentis, vnde nominationem eſt ſortita, quæ autem hanc non ſuſcipit metaphorice dicitur theriaca, vt quæ diateſſaron, eo quod ad illius ſimilitudinem venenorum depellat nocumenta.* Et idem *libro de venenis de eorum præcuſtodia* loquens dixit. *Vnum eſt, ſicut cornua ſerpentis, quæ ſudant aduentu. ſ. napelli & thiri, & fellis leopardi.* Et eodem libro. *Et ipſe ſcil. Andromachus eſt adiungens carnes thiriorum & terram ſigillatam.* Ex quibus tres eliciuntur errores. Vnus quoniam in iis omnibus libris thirum cum ceteris, in hoc errantibus putauit eſſe nomen animalis proprium theriacam conficientis, quod maniſ. ſte in ſuperioribus improbatum eſt. Alter error eſt, quoniam theriacam a thiro ingrediente putauit dici, hoc etiam in ſuperioribus monſtratum eſt, eſſe falſum. Tertius error a ſecundo dependet: dicendo theriacam magnam proprie dici theriacam, quia thiri caro eam ingreditur, ceteræ improprie & metaphorice, vt diateſſaron & aliæ, cum illa caro eam non ingrediatur, dici tamen theriacam a conferentia, B quoniam cum ipſa magnam ſimilitudinem habet, hoc autem dictum falſum eſt, videlicet proprie dici theriacam, eo, quod thiri caro ingreditur, a conferentia enim non à componente dicta fuit, cũ ante magnam theriacam plurima & ſimplicia & confectiones theriacæ dicebant, ſicuti ea, quæ Antiochi Regis a Plinio ponitur, vt in ſuperioribus demonſtratum eſt. Non igitur cetere metaphorice aut per ſimilitudinem ad eam quæ magna dicitur, theriacæ dicuntur, cum ante theriacæ magnæ inuentionem ab Andromacho: nonnullæ de illis theriacæ dicebantur, hoc tamen concedimus, quod cũ & ipſa magna theriaca & ceteræ eo dicantur theriacæ, q̃ a venenatarum ferarũ ſint medicamina, cumq; ipſa theriaca magna plus præfatis auxilietur ferarum morſibus, quam ceteræ: hęc eſt n. ſupra mithridatium ac cetera antidota theriacæ magnæ præeminentia: quod ſub hoc ſenſu antidotum ex carnib. viperę confectũ, magis theriaca. i. magis ferarum venenoſarum morſibus conferens dici poſſit, non tamen propter hoc conce- C dendum eſt theriacas ceteras metaphorice ab illa magna dici theriacas, cum ante eam theriacę dicebantur. Sic igitur auctor iſte triplici circa verba ſua errauit errore, minori tamen, quam Albertus & Nicolaus præfatus, cum omnis eius error in nomine potius, quam in re fuerit. Vtrum autẽ per thirum viperam intellexerit, vel quid aliud, nomen nõ fecit, quare eius omnis error manifeſtus fuit in nomine. Qui tamen error in nomine tanto ceterorum errorib. intolerabilior putatur, quanto vir ille ſe græcas literas didiciſſe fatetur, potiſſimum cum in conſilio ſuo quaſi nominum faſtiditus Latinorum. Nunc Eti. nũc Palin. ſe pulcherrime dixiſſe putauit. Si igitur Græcas hinc dignus vir habuit literas: cur nam theriacę nomen Græcum ignorauit: cum nullus vnquam fuerit Græcorum, qui circa hoc nomen deceptus fuerit, facile enim erat ei, ſi literas habuit Gręcas, agnoſcere, thir & thirion nomen eſſe commune feram ſignificans, nec vllum eſſe ſpeciale animal, quod proprie thirus diceretur nomine, vt ſuperius diffuſe de- D monſtratum eſt, hæc ſcripſi, non quod hunc virum ingenio ac doctrina præclarum non ſemper commendauerim, ſed venerandæ veritatis gratia in iis minimis non puduit tantum in aliquo tangere virum, ne forte ſuæ auctoritatis occaſione, quod tẽporibus noſtris fieri ſolet, ceteri incaute deciperentur.

CAP. VI. *Specialis diſputatio contra Aggregatorem de Dondis Patauum de thiro.*

ALter Patauus fuit Aggregator de Dondis, vir profecto circumſpectus, licet in hoc minime cautus; Hic enim ſuo errore magnam ceteris errandi dedit occaſionem. Credidit enim thirum vnum particulare animal eſſe, vt ceteri credidere, ex quo theriaca conficeretur. In re autem grauiſſime peccauit, ipſum tale animal diſtinctum eſſe putans a vipera. Tractatu enim de nominibus medicinarum, hoc nomen poſuit thirum, Plinium, Serapionem Auerrhoim, Albucaſim, &c. & Haliabatem adducens: de Plinio quidem mentiens, cum de thiro ſub hoc nomine haudquaquam Plinium tractaſſe inuenia- E tur: de ceteris autem, videl. Serapione *de ſimplicib.* Abucaſi, & aliis ignorauit eorum verba, vitio interpretum ſ. Simonis Ianuenſis, mendoſa fuiſſe, vti ſuperius monſtratum fuit. Tradens etiam conferentia venenis medicinas ad thirum, & ad viperam ſeparatim poſuit plurimas, quarum medicinarum loci diuerſitas pluribus peccandi dedit occaſionem. Cum n. ad thiri morſum diuerſa ab iis, quæ viperæ nonnulla doceat medicina, rationabiliter vnuſquiſq; credere poſſet thirum à vipera eſſe diſtinctum. Sed eo vir iſte deceptus fuit, quoniam nonnulla diuerſa a diuerſis ad hæc duo ſ. thirum & viperam commendata inuenit medicamina. At ſi recte inſpexiſſet, interpretum vitium fuiſſe, cognouiſſet, thirum enim in iis ſcriptum Arabib. qui a Simone & Raynaldo de arabica in linguam deducti ſunt latinam. ſ. *in libro de ſimplici medicina Serap. in libro Haliabatis: Colliget. Auerrhois: Auic. de viribus cordis & aliis.* Viperam reperit in Auicen. canone in Almanſoris practica, & Serap. & in Rhaſis diuiſionibus in Galeno de F græca in latinam deducto linguam, quare huius erroris occaſionem poſteris ipſe non paruam dedit errandi. Et ſi forte Auic. in ſuo can. puta in 2. aut alio libro thirum vel thiriam inueneris: nomen hoc non pro vno particulari accipiendum eſt animali: ſed pro fera venenoſa in ſua fatendum eſt poſuiſſe matre: hoc enim vnum verum putandum eſt, nunquam in ſua arabica matre repertum fuiſſe thirum, cum de aĩli theriacam conficiente loqueretur. Signũ aũt erroris dicti Aggregatoris eſt; quoniam quę medicamina præfatus Aggregator ꝓduxit ad thirũ, ſecundũ eos, q̃ loco viperæ ſcripſere thirũ, eadẽ quoq; fere oĩa ab auctorib. quos adducit, q̃ viperã recte habent: de vipera ſcripta reperiuntur. Adducit n. Serap. de *ſimplib.* & Dioſcoridem, qui Serap. vti ſuperius diximus nõ thirũ, ſed viperam, veluti Dioſcorides, ſiue echidnam & Galenus *in 11. de ſimplicibus medicinis* in matre Græca poſuere, licet interpretũ vitio loco viperæ thirus ſcriptum fuerit. Et hæc ſatis de Aggregatore. ¶ Sunt etiam nonnulli alii Medici, qui in hoc G nomine thirus ſimiliter errauerunt, quos quidem eo; quod eiſdem conuinci poſſunt rationib. quib. ẽt præfati cõuicti ſunt, cũ eiſdem peccauerint errorib. ideo de eis particulariter nõ curaui; ſuperfluitatem diſputationis effugiens, per ea n. quib. Alberti correximus erroers eorum etiam corrigi poſſunt errores q̃ Albertũ ſecuti ſunt, in numero quorũ fuit Nicol. Florent. de ſerpentib. in multis & maxime de thiro

cum imitatus. Qui autem dixit Aui. *quinto ſui canonis libro* nõn intelligere in trochiſcorum de viperis A
compoſitione, eam viperam, quæ in partu a filiis patris mortem vindicare petentibus, necatur, ſed ſer-
pentes vulgo communes, quid eſſet vipera minime intellexit, eadem enim eſt ea, quas priores a filiis ne-
cari dixerunt, & ea, quæ apud nos inter communes computatur ſerpentes: non enim aliquod animal a
nobis alienum eſt vipera, ſed communis ac familiaris ſatis, cum vbiq; vt Herodotus dixit ipſa inuenia-
tur. Velle autem eiſdem rationibus contra plures diſtinctis locis diſputare: rei potius oſtentatio eſſet, &
in doctrina ſuperfluum, quam vtile, qua de re huic noſtro libello hic imponendus eſt finis, cum & no-
ſtram de animali theriacam conficiente cum Gręcis, Latinis, Arabibus ſenioribus cõueniendo edideri-
mus ſententiam. Et latinorum iuniorum Philoſophorum ac Medicorum de hoc animali & thiro cor-
rexerimus opinionem, quorum omnium a nobis tractatorum ſumma ſub duabus lectionibus per capi-
ta diſcuſſa ſunt. B

Cap. VII. *Promiſſio ad vlteriora, ac de prolixitate & præſumtione legitima excuſatio.*

ET quamuis præter errorem animalis theriacam conficientis alia plura etiam committantur in ſui
confectione peccata: ego de iis tamẽ ad præſens non curaui, ſed de ſolo illo animali noſtra fuit prin-
cipalis cura, promittens in poſterum cum dabit̃ ociũ, cetera pro poſſe corrigere errata: multa apponunt
n non apponenda; & multa non ponuntur apponenda, & hoc quidem ex nominum ignorantia & Me-
dicorum ignauia, quæ omnia luce clariora ſuo faciam tempore. Si autem de hoc ſcribens animali, lon-
gior plus debito aut forte Latinorum noſtrorum indebitus reprehenſor, pręterquam eorum auctoritas
mereretur vobis videri error grauis damnique non parui cauſſa, omnium fere iuniorum Latinorum, q
de animali hoc aliquid ſcripſerunt & veritatis defenſio mea ſit excuſatio. Communis enim error potiſ-
ſimum cum auctoritate præclarorum virorum fulcitus fuerit: ſi penitus exſtirpari debeat: plurimæ au- C
ctoritatis viro, ac plurimis vtente rationibus indiget. Cum igitur mea puſilla admodum, aut nulla ſit in-
ter tãtos viros auctoritas, mihi neceſſarium fuit telo veritatis multiplici cum ſeniorum Græcorum, La-
tinorum & Arabicorum ſententiis ac verbis, illos expugnare viros. Non igitur, ſi recte mea iudicetur
cauſſa, de prolixitate nimia aut præſumtione iudicari debet. Ad cuius iudicium non i-
gnaros aut liuore infectos, ſed veritatis beniuolos ac ſapientes expecto iu-
dices: de obloquentibus autem & ignaris mini-
me curans.

Finis libri Franciſci Caballi de animali thirio.

INDEX

INDEX MATERIARVM ET VERBORVM MEMORIA DIGNORVM, IN OPVSCVLIS CERMISONII ET CABALLI CONTENTORVM.

A

ABietis Lachryma quotuplex 125.E. eius electio, facultates, incommoda ib.g. oleum 126.b
Abortus curatio 112.b
Abramam 132.d
Acuitatis ſpermatis cauſæ 99.e. curatio 101.f
Ætas theriacæ contra peſtem. 134.c
Albotin 2.d.125.e
Alcana 2.d.e
Alchitram 1.b
Alchocohen 17.b
Alchoen 85.d
Alcolæ curatio 31.g
Alopeciæ curatio 1.a
Alfai lathame 150.c
Alkeuium 20.e.
Alkian 152.d
Alkineni 152.e
Almucatim 15.g
Ammoditis ſerpentis notæ 145.b
Amphisbænæ ſerpentis notæ 143.f
Andacocha 5.d.19.e
Anguium ictuum differentiæ 152.c
Anhelitus difficultatis curatio 43.b.
Animalium diuiſio 140.f
Ani exitus curatio 80.c
Apoplexiæ curatio 18.g
Apoſtematum gutturis curatio 37.g
Ardoris ſtomachi curatio 62.d.64.g
Ardoris vrinæ curatio 86.d.88.c
Aſachei quid 146.d
Aſpidis notæ & ſigna 142.b. Eiuſdem patria ibid.
Aſthmatis curatio 43.f.44.c.g
Auditus debilitatis curatio 22.g

B

BAſiliſci deſcriptio 152.e
Baſiliſci notæ 141.e. Eiuſdem veneni vis ibid. Quos habeat inimicos ibid.f
Baurach 1.b.79.b
Botii gulæ curatio 39.d
Branchi in maxillis curatio 37.e

C

CAlculi renalis curatio 82.b.83.g.84.d.85.d.94.b
Calculi veſicæ cauſæ 97.g. curatio 98.d
Caliditatis epatis curatio 65.g
Cancri curatio 131.f
Caput purgantia 19.b.26.f.30.a.f.58.b
Capitis confortatio 13.f.19.b.58.c
Capitis dolor vnde proueniat 8.d.60.a
Capitis doloris chronici curatio 15.d
Capitis ſaphati antiqui curatio cum mixtione choleræ, & ſalſi phlegmatis 1.c
Catarractæ curatio 36.a
Catarrhi curatio 24.b.25.e.27.f.28.f
Catoblepæ notæ 142.a. Eiuſdem veneni vis ibid. vbi naſcatur ibid.
Ceraſtis notæ & ſigna 142.e
Cerebri confortatio 34.a.&c.
Chelydri, ſerpentis notæ 144.g
Cherſydros, ſerpens, vnde cognoſcatur 144.c
Cimolea 2.c
Coeundi impotentiæ curatio 103.f.
Colici doloris curatio 78.b.&c.
Collyria 21.f
Cordis tremoris curatio 50.b
Cardialia medicamenta 54.d
Corporis ſupercalefacti curatio 7.f
Corregiola 73.g
Coxarum confortatio 123.g
Cretanum marinum 83.d
Crocodili deſcriptio 148.e
Cruris extenuationis ſeu tabidi curatio 129.b
Cutis manuum ſtuporis curatio 3.d

D

DEbilitatis auditus curatio 22.g
Debilitatis epatis curatio 54.b 55.g.57.a.58.d.66.d.69.e.72.75.76.
Debilitatis iuncturarum curatio 80.c
Debilitatem memoriæ corrigentia 20.e
Debilitatis virtutum naturaliū curatio 4.f.6.f.80.c
Debilitatis viſus curatio 21.a
Dentium doloris curatio 30.f
Dentium mundificatio & confortatio 31.a
Deſcriptio baſiliſci 152.e
Deſcriptio crocodili 148.e
Deſcriptiones draconum 148.d
Diarrhææ curatio 75.b
Differentiæ ictuum anguium 152.c
Differentiæ ſerpentum 141.b
Difficultatis anhelitus curatio 43.b
Difficultatis partus curatio 111.g
Digeſtionem confortantia medicamenta 12.f.55.e.58.f
Dipſadis, ſerpentis notæ 143.g
Dolor capitis vnde proueniat 8.d.60.a
Doloris chronici capitis curatio 15.d
Doloris colici curatio 78.b.&c.
Doloris dentium curatio 30.f
Dolorum neruorum curatio 125.
Dolores renum mitigātia 13.g. temperantia 81.f.82.&c.84.d.96.b
Doloris ſpatutarum cauſæ 8.f
Doloris ſtomachi cauſæ, ſigna 8.e. curatio 14.c.63.e
Doloris veſicæ curatio 86.d.87.a
Doloris vmbilici cauſæ, ſigna 8.g
Draconum deſcriptiones 148.d
Dyſenteriæ curatio, cum teneſmo & febre continua 73.a.75.a

E

EChidna, & Echis quid 145.d. 149.c.150.f
Emplaſtrum ex cancris 131.b
Empyematis curatio 48.d
Epatis caliditatis curatio 65.g
Epatis obſtructionis & debilitatis curatio 54.b.55.g.57.a.58.d.66.d.69.e.72.75.76.
Epatici fluxus curatio cum excoriatione inteſtinorum 72.a.g.73.d.75.e
Epilepſiæ curatio 19.d
Excoriationis veſicæ curatio 88.c
Exitus ani curatio 80.c
Extenuationis crurum curatio 129.b
Extenuationis totius corporis curatio 6.f

F

FEbris continuæ curatio 73.a
Febris Quartanæ curatio 133.b
Ferarum diſtinctio 140.g
Feræ venenum habentes 141.a
Fiſſuræ volarum manuum & plantarum pedum curatio 3.b
Fluxus epatici curatio cum excoriatione inteſtinorum 72.a.g.73.d.75.e

Index rerum & verborum.

Fluxus hæmorrhoidum immodici curatio 81.c
Fluxus menſtruorum diminuti poſt partum cauſæ & curatio 105.b
Fluxus menſtrualis immodici curatio 110.g
Fœtus exitus in mala figura curatio 111.f
Fœtoris oris curatio 36.e
Frigoris ex itinere curatio. 3.d.e

G

Gonorrhœa cauſa 99.d. curatio 10.g
Gratata 116.c
Greppa 4.d
Gulæ botii curatio 39.d
Gutturis apoſtematum curatio 37.g
Guttarum, earumq; dolorum curatio 117.c.126.a

H

HÆmorrhoidis, ſerpentis nota 143.a
Hæmorrhoidum dolentium curatio 81.d
Hæmorrhoidum fluxus exuperantis curatio 81.c
Harmel 52.e. 108.f
Hater 125.e
Hecticæ imminentis curatio 6.f
Hirundinis, ſerpentis, nota 142.e
Humaij 138.g
Hydræ, ſerpentis, nota 144.e
Hydropis curatio 69.e.70.f.71.b.72.
Hyphiſticon 51.g

I

IAculi, ſerpentis, nota 143.e
Icteritiæ curatio 63.c
Ictuum anguium differentiæ 152.c
Impotentiæ coeundi curatio 103.f
Iſchiadici morbi curatio 117.e.124.f
Iuncturarum debilitatis curatio 80.c
Iuncturarum nodoſitatis curatio 117.d

K

KArabe 91.b
Kenchridos ſerpẽtis nota 144.g
Kiſt 45.a

L.

LActis coagulati in mãmillis diſſolutio 43.a
Lachryma abietis quotuplex 125.e. Eiuſq; electio, facultates, incommoda ibid.g. Oleum 126.b
Lachrymantium oculorum curatio 21.d
Lienteriæ curatio 75.e

M

MAgdaleon quid 133.g
Manatio ſaniei ex aure quomodo curanda 23.b
Manuum cutis ſtuporis curatio 3.d
Manuum volarum & plantarum fiſſuræ pedum curatio 3.b
Maraſſi 149.d
Marſi quid ſint 148.f.149.c
Matricem confortantia 15.f.54.b 111.b
Matricis dolentis curatio 109.a.152.d
Matricis præfocationis curatio 105.a
Matricis ventoſitatis & curſus curatio 113.a.d.114.e
Medicamenta cordialia 54.d
Medicamenta digeſtionem confortantia 12.f.55.e
Melancholiæ ſigna 16.e. curatio 17.b
Memoriæ debilitatem corrigentia 20.e
Menſtruorum fluxus diminuti poſt partum cauſæ curatio 105.b
Menſtrualis fluxus immodici curatio 110.g. poſt partum 111.a
Menſtruorum retentorum cauſæ 43.a.52.c.105.f.109.a.110.a. &c.
Merdaſengum 91.c
Mictionis ſanguinis cauſæ 94.b. curatio 95.c
Mithridatis Regis obitus 139.c
Mithridatium vnde dictum 139.b
Mithridatium ex quibus rebus componatur 139.d
Morbi iſchiadici curatio 117.e.124.f
Morſi canis rabidi curatio 136.c

N

NAtricis, ſerpentis, nota 145.b
Neruorum contractorum curatio 131.c
Neruorum dolorum curatio 125.
Nitricæ quid ſint 149.e
Nodoſitatis iuncturarum curatio 117.d
Notæ ſerpentum 141.f

O

OBſtructionis epatis curatio 54.b.55.g.57.a.58.d.66.d.69.e.72.75.76.
Oculorum lachrymantium curatio 21.d
Oculorum pruritus curatio 22.c
Oleum lachrymarum abietis 126.b
Ophiogeni qui ſint 149.c
Ophthalmiæ curatio 21.e.35.
Ordines ſerpentum venenatorum 141.a
Oris fœtoris curatio 36.e

P

PAnni, ophthalmum conſequẽtis, curatio 35.f
Pannoſi corporis curatio 5.b
Paralyſis curatio 18.g
Partus difficultatis curatio 111.g
Pedum plantarum fiſſurarum curatio 3.b
Peſtis curatio 133.f.134.d
Phareæ, ſerpentis, nota 145.c
Phiſtici quid ſint 11.a
Phlegmatis ſalſi ad renes & veſicam præcipitantis curatio 86.d
Phthiſis curatio 49.a
Plantarum pedum fiſſurarum curatio 3.b
Podagræ curatio 115.g.116.g.117.a
Præſteris, ſerpentis, notæ 145.c
Pruritus oculorum curatio 22.c
Pruritus corporis curatio 5.e
Pſilli quid ſint 148.f
Pulſationis ſtomachi curatio 55.a

Q

QVartanæ curatio 133.b

R

RAſa 116.a
Raucedinis curatio 47.e
Relaxationis ſtomachi curatio 60.g
Renum dolores mitigantia 13.g. temperantia 81.f.82.&c.84.d.96.b
Reſtrictio ſanguinis poſt ſanguiſugas 130.a
Retentionis ſecundinæ curatio 112.e
Reumatis curatio 28.e.37.e

S

SAlmibazarer 34.e
Sanguinis exſpuitionis curatio 46.f.47.c. Ex ruptura venæ 48.a. à pulmone & retentione menſtruorum, &c. 136.d
Sanguinis indebitæ mundificationis poſt partum curatio 105.e
Sanguinis mictionis cauſæ 94.b. curatio 95.c
Sanguinis reſtrictio poſt ſanguiſugas 130.a
Saniei manatio ex aure quomodo curanda 23.b
Sbolzarolum 91.a
Salibanzor 19.b
Scabiei curatio 3.f.g.4.f
Scarna 10.b
Scytales, ſerpentis, nota 144.f
Secundinæ retentionis curatio 112.e
Sepis, ſerpentis, nota 143.e
Serpentum differentia 141.b
Serpentum notæ 141.f
Serpentum alatorum, maximorumque hiſtoria 148.b
Serpentis exſpuentis nota 142.d
Serpentum venenatorum ordines 141.a
Sitis curatio 63.b
Situlæ, nota 143.g

Spatula.

Index rerum & verborum.

Spatularum doloris cauſæ 8.f
Spermatis acuitatis cauſæ 99.e. curatio 101.f
Spinæ gutturi infixæ curatio 41.d
Splenis confortatio 12.f.18.d.54.c
Sterilitatis curatio 115.e
Stomachi ardoris curatio 62.d.64.g
Stomachi confortatio 53.c.56.a.57.d.58.f.59.d.60.a.64.a.65.e.75.&c.137.b
Stomachi doloris cauſæ, ſigna, 8.e. curatio 14.c.63.e
Stomachi pulſationis curatio 55.a
Stomachi relaxationis curatio 60.g
Stuporis manuum cutis curatio 3.d
Sudoris diaphoretici curatio 5.f
Suppoſitorium 14.b.e.79.b

T

THaloch 115.c
Theriacæ ætas contra peſtem 134.c
Theriacæ confectio Andromachi vnde ſic dicta 140.b
Theriacæ confectio magna quando fuerit inuenta 139.b
Theriacæ magna vnde cognoſcatur ibid.c
Theriacæ nomen vnde 138.c.e
Theriacæ præſtantia 137.f
Theriacam, qualem ſeniores & iuniores conceſſere 138.b
Thirus quid 150.151.e
Tibiarum tumoris cauſæ curatio 126.c.e
Tuberorũ difficilis digeſtionis curatio 133.a
Tumorum tibiarum cauſæ & curatio 126.c.e
Tuſsis curatio 43.f.44.g.46.e.47.a 47.c.136.f

V

VEntris conſtipationem corrigẽtia 14.e.76.d 77.f.
Ventoſitatis & curſus matricis curatio 113.a.d.114.e
Vermium curatio 79.c. cum febre & fluxu materierum diuerſarũ 78.g.80.c
Vermium vomitus curatio 62.e
Vertiginis curatio 18.g
Veſicæ calculi cauſæ 97.g. curatio 98.d
Veſicæ doloris curatio 86.d.87.a. excoriationis 88.c
Veſtigiorum in cute curatio 6.e
Vinum gaarium ſeu goretum 11.c.91.c
Viperarum notæ & ſigna 145.d. vnde nomen habeant ibi. variæ opiniones de partu 145.g. à reliquis ſerpentib. quomodo differant 146.c. viperas ſolas inter ſerpentes viuos parere. ibid.g. differentiæ 147.b. Quæ ad theriacam ſint eligẽdæ ibi.d. Differentiæ inter maſculos & fœminas ibi.e. Tempus venandi ibid.f. Quando ſenectam deponant, ibid.
Virgæ ardentis atq; exulcerantis curatio 87.a.88.c
Virtutum naturaliũ debilitatis curatio 4.f.6.f.80.c
Viſus debilitatis curatio 21.a
Vmbilici doloris cauſæ, ſigna 8.g
Vomitus curatio 62.g.
Vomitus vermium curatio 62.e
Vrinæ ardoris curatio 86.d.88.e

FINIS.